MEDICÆ ARTI PRINCIPES POST HIPPOCRAT. GALENU.

TOM. II.

1567

A. IX. C 4177/D/1 2779
vol. 2

22909

Hod 557
28.7.09

AETII MEDICI GRAECI CONtractæ ex veteribus medicinæ tetrabiblos , hoc eſt quaternio,id eſt libri vniuerſales quatuor:ſinguli,quatuor ſermones complectentes:vt ſint in ſumma quatuor ſermonum quaterniones,id eſt ſermones XV.

Per Ianum Cornarium medicum phyſicum Latinè conſcripti.

AMPLISSIMIS AC PRVDENTISSIMIS, HONESTISSIMISQ. VIRIS SENATVI POPVLOQ. IMPERIALIS VRbis Francfordenſis, Ianus Cornarius medicus phyſicus s. d.

AETIVM medicũ Græcum iam decennium quum vertendum ſuſcepiſſem, multum operæpretii mox ab initio facere mihi viſus ſum. Tametſi enim fragmentum tantùm, venerandæ tamen illud vetuſtatis, mihi obtigiſſet, attamen ex ipſo colligebam non vulgare aliquod conſilium illi viro fuiſſe, ſed inſtitutum penitus optimũ, & ab omnibus approbandum, totam videlicet medicinam in breues quaſdã ſummas cõtrahendi. Erat autem tum mihi (ſicut pleriſque omnibus) autor ignotus, niſi quòd Aſulanorum apud Venetos familia Græci exemplaris editionẽ pollicita erat, ante Hippocratis & Galeni operũ editionem. Itaque etſi fragmentum illud meum ſex ſermonum, ab octauo vſque decimumtertium, contemptibile videri poterat vt in publicum ederetur: & incertũ eſſet ad quot libros vniuerſales, aut ſermones partiales, autor opus ipſum extendiſſet: tamen neutiquã ſupprimẽdum ratus inuentũ theſaurũ (ſic enim tũ mihi placebã) ſex illos ſermones in Latinã linguã à me cõuerſos edidi. Neque malè ſucceſſit: nam nouum & incognitum opus ſtudioſi benignè exceperunt, per omnẽ adeò Europam, vt etiam Italiæ viſum ſit non paruum eſſe incõmodum totum illum autorem nõ ad Latinos tranſlatum, extare: præſertim quum totum Græcum opus in aliquot exemplaribus in Italia ſupereſſet. Et tum ſanè excitatus eſt quorundam magnorũ & rectis ſtudiis beneuolentium heroum ſtimulis Baptiſta Montanus, non incelebris apud Veronenſes medicus, qui exemplarium illorũ copia confiſus, & priores & poſteriores, quos ego non habueram, ſermones fragmento meæ tranſlationis adiecit, & ſic tranſlationem meã ſuæ apud Venetos editioni inſeruit. Et quia candore quodam hoc à ſe factum eſſe in præfatione teſtatus eſt, ego illi viciſſim hoc talionis vice rependam, quòd ſtudioſis cognoſcendũ propono, hactenus tranſlationem illius vnà cum mea lucem ferre potuiſſe: nam in poſterum non erit qui, me iudice, vel meam priorem, vel illius conuerſionẽ per omnia ſequi debeat. Diſcipulus eſt prioris poſterior dies: honeſtiſſimũ eſt certamen, non ſolùm alios, ſed etiã ſeipſum ſuperare. Proinde totum opus Aetii etiam nos adepti, illud denuo ex toto conuertendũ ſuſcepimus, non tantùm quòd videam, dum exemplaria alia plus, alia minus adſcripta habent, vnum aliquod certũ ſequẽdum eſſe: ſed etiã vt ne amplius ſit ſtyli diuerſorũ interpretũ in vno opere pugna. Et hoc meũ conſilium ſi Montano ſequĩ viſum fuerit, adeo non improbabo, vt ingentis candoris loco id habiturus ſim, ſi etiam ipſe totum Aetii opus ex ſua interpretatione legendum edet: quapropter meã operã non aliter ſtudioſis approbare volo quàm vt putent me nulla quàm pubici cõmodi cauſa cõmotum, huc progreſſum eſſe, & ſincerè optimũ medicum emendatiſsimũ ac optimè Latinũ factum (quantum eius per me fieri potuit) inuulgaſſe: tantùmque abeſt vt in præſens eius tranſlationẽ, propter meæ editionem, ſuperfluã videri velim, vt vehementer expetam etiam illum totum opus de ſuo denuo publicare. Et niſi fallor, hæc res non tam ad illius gloriam ſpectat quàm publicam ſtudioſorũ vtilitatem: præſertim eorum qui Latinã linguã ſolùm nouerunt. Continget enim ipſis ex vtriuſque tranſlationis collatione vt veram ſententiam aſſequantur. Atque vtinã etiã hi qui ex Hiſpanis altas de montibus vmbras nobis vtriſque offundunt, & in alienis libris ingenioſi ſunt, huc incumberent vt ſimilem, aut potiorem (qualem oſtentant) operã præſtarent: plenis buccis ſtudium hominũ collaudarẽ. Iam quod illos facere iuuat, nemini prodeſſe video. Et reuera in quatuor verſibus, ſi quando aliquid è ſuo exemplari, velut potiore, citat ille, plures errores in conuertendo admittit quàm in integro ſermone prioris editionis inueniuntur. Deinde leuiſsima quæque & nullius momenti notat: verùm vbi nodus aliquis incidit, ibi tranſilit velut angue conſpecto, & nihil hîc ſecat Tenedia ipſius bipennis. Sed huc progredi nolebam: hoc volebam, expetendum mihi videri, vt & ex Hiſpanis Latina Aetii tranſlatio extaret: quo ſic ſtudioſi medici vel auctam vel decurtatam aut etiã corruptam lectionem diuerſorum Græcorum exemplarium cognoſcerent. Hiſpani ſuũ in hac parte ducem, itémque Itali ſuum haberent: profectò mihi ſatis eſt ſi Germanis meis mea & placent & proſunt. Iam verò eiuſmodi cauillationib⁹ nihil proficitur, & in talibus annotationibus vtcunque veri inueniendi ſtudium prætexitur, tamen hæ ſunt ipſiſsimæ maligni ac morbidi ingenii notæ. Facile eſt aliorum errores indicare: ſed teipſum inculpabilem præſtes, ſiquid ſimile tentes, aut etiã in his annotandis, hoc opus, hîc labor eſt. Et cognoſco pennas ex corpore cõmentariorum meorum medicorum, in Galeni κατὰ τόπους libros conſcriptorum, extractas, & ſagittis illius adaptatas, vt vehementiore impetu in me ferrentur. Non enim non videbam ipſe quæ mihi in mea tranſlatione diſplicerẽt: verùm ea, quia potioris aut alterius exemplaris copia deerat, interim ferri poſſe ſperabam donec clarè à meipſo iudicarentur. Id quod factum eſt mox in relatorum cõmentariorum editione, in quibus potiſſimos locos prioris meæ in Aëtio tranſlationis indicaui ac retractaui: & iam amplius fiet in huius repetitæ meæ tranſlationis editione, quam ad duo exemplaria præuia à me conſcriptam, & ad Galeni ac Pauli lectionem collatam, in omnibus ſequendam puto. Neque curandum arbitror ſi alicubi alia exemplaria, plura vel pauciora habent, aut etiam ordine immutato. Hoc enim in eiuſmodi autoribus peculiariter contingere poteſt vt certi loci ab aliis atque aliis augeantur aut imminuantur, dum quiſque poſtea vel ſibi approbata addit, aut ſuperflua iudicata detrahit. quod ipſum fortaſsis etiam ab ipſis iuſtis ſcriptorum autoribus aliquando fieri contingit. Hanc ipſam operã meã in vrbe veſtra, viri Francfordenſes, à me perfectam, vobis inſcriptam ac dicatam eſſe volui: nam quum aliàs hoc inſcribendi libros magnis principibus ac vrbibus munus publicè receptum ſit, ego qui apud vos iam in quartũ annũ medicum phyſicũ ago, neutiquã cõmittere debui vt ex ſcriptis meis non eximiũ aliquod ſpecimen (quale ſanè hoc Aetii à me Latinè conſcripti opus eſſe iudico) vrbi veſtræ peculiariter à me deſtinaretur, quò veſtro grauiſsimo iudicio approbatũ, maiore gratia ac autoritate in publicum exiret. Atque haud ſcio an poſt vllas alias imperii Rom. vrbes, veſtra reſpub. numerari debeat, tot inſignibus ornamentis præ cæteris clara. Primùm enim quid præclarius vrbi alicui cõtingere poſsit quàm quod vrbs veſtra iam per multorum annorum ſucceſſionẽ habet, aureæ etiã appellatæ bullæ ſacramento roboratum? quòd videlicet Romanus futurus Rex in ſola veſtra vrbe, excitis è ſedibus ſuis Rom. imperii electoribus, tãquã ad rẽ orbi terrarũ in primis, velut etiam eſt, neceſſariã, eligitur, proclamatur, & ex vrbe orbi Rex & Imperator ſuus innoteſcit? Quod ſi priſcos hiſtoricos omnes diligentiſſimos in hoc exquirẽdo deſcribendóq; eſſe videmus, vt regũ ac magnorũ principũ ortus, vbicunq; tãdem contigerunt (tanquã locis in quibus cõtigerunt clarioribus inde futuris) exactè prodant ac cõſcribant: & hodie in annales principum referre mos eſt natales ipſorũ locos: quod monumentum ſatis amplũ vrbi veſtræ ſtatui poteſt? ad quã nõ vnus aliquis magnus princeps, ſed tã multi, tot voluẽtibus annorũ ſeculis, orbis Imperatores, veri ortus ſui primordia referũt, maximè qui nõ fortuitò ac incerta naſcẽdi ſorte ipſis cõtigit, verùm ſeptẽ ſacramẽto adiuratis principibus, totius Germaniæ ſupremis, ob hoc Electoribus imperii appellatis, eius gratia conueniẽtibus, & ſũma fide, incorruptiſsimis iudiciis, firmiſſimáq; autoritate, noui Regis Rom. atque orbis domini futuri, imò clementiſſimi Imperatoris, ortũ ac natiuitatẽ, hoc eſt electionẽ, orbi vniuerſo ſalutarẽ pronũtiantibus. At verò vt maximũ eſt hoc vrbis veſtræ, viri Francfordẽſes, decus, ſic nõ minus ornamentũ ex nobiliſſimo emporio vobis accedit, quod omniũ totius Germaniæ emporiorũ maximũ eſſe conſtat. Poſſint fortaſsis aliis alia quædã emporia, aut ob merciũ quarundã plenìorẽ vbertatẽ, aut viliorẽ annonã, aut perpetuum emporii ſtatũ, præferẽda videri: verùm ob merciũ omniũ æqualẽ apud vos copiã, mihi quidẽ nullũ emporio veſtro maius videtur, præſertim quũ duobus ſtatis anni tẽporib⁹ celebretur, quibus quiſque & ſua cõmodè aduehere ac diuendere, & aliena comparare poteſt, non dubito quin maiore vtrinque lucro, quàm ſi perpetuus emporii ſtatus apud vos extet. Quanquam ſiquis adeò extra ſtatam duorum temporum opportunitatem vos adeat, reperire itidem poſſit & em-

ptorem & vẽditorem quarundam mercium ab ipſo expetitarum. Quantæ verò commoditatis res ſit talia emporia eſſe ac celebrari, vel inde palàm ſit quòd egentiſſimi ſunt populi, ad quos nihil peregrinarũ mercium inuehitur, vt & hoc nomine inſigniter celebris veſtra vrbs ſit, quòd hanc cõmoditatẽ ex ſe in vniuerſam ferme Europã deriuet. Atque ſint hæc quidem præcipua duo veſtræ vrbis præconia. Mihi verò neq; hoc leuiter ad laudem veſtrã pertinere videtur, q mechanicarum artiũ opifices per omnem Germaniã, morum, conſuetudinũ & rituum vnicuique arti peculiariũ præſcripta & rationes, ex veſtra rẽpub. velut optimè inſtituta, aut primùm petũt, aut ſi prius habẽt, ex veſtris emẽdant ac confirmãt. Quid verò? annon prædicandũ vel in primis erat, quòd artis gladiatoriæ apud Græcos ac Romanos olim celeberrimæ, hodie verò vbique exoletæ ac interceptæ, nulla totius orbis parte, tam inſignia veſtigia reſtãt? Quũ enim gymnaſtices partes pleræque omnes hodie ſublatæ ſint (nã neq; in vſu ſunt tam frequẽtia & priſcis adeo quotidiana balnea, neque defrictiones ex oleo quotidianas, aut vllas aliquas, valetudinis conſeruãdæ gratia, hodie corporibus adhibemus: & palæſtra ferè tota intercidit, vt etiã ſtrigmentorũ ex balneis & palæſtra veteribus medicis petitorũ, æquè materia atque vſu careamus) gladiatoria ars apud vos nõ tantùm præclarè exercetur, ſed eam exercentibus etiã præmia cõſtituta ſunt, & in ea præcellẽtes gladiatoriæ artis magiſtri publicè creãtur. At verò quàm vtilis res ſit humanis corporib⁹, imò etiã animis, gymnaſtice, cuius pars eſt & ipſa gladiatoria, vel maximè ab ipſo omniũ ſtudiorum doctiſſimo Galeno, in libris ſalubriũ, ſiue de ſanitatis tutela, declaratur. Quin idem ad Thraſybulũ ſcribens, dubitare audet num ad medicinã aut gymnaſticen pertineat ſanitatis tutela. In tantũ videlicet cõmodat apta corporũ exercitatio, vt nõ minima pars artis tutelaris ſanitatis ipſa gymnaſtice exiſtat. Atque hoc ſanè modo idem fuerit optimus medicus, qui optimus corporis exercitator, ad ſanitatẽ videlicet cõſeruandã, quã Græci ſignificantiſſimè, non medicũ, ſed ὑγιεινὸν, hoc eſt ſanitatis tutorẽ appellant. Quare minus mirũ mihi videtur, fuiſſe ſemper & eſſe adhuc honoratiſſimã apud vos artẽ medicam curatiuã, quũ videã etiã ſupereſſe apud vos ferè ſolos, aut certè non alios quàm qui à vobis tranſſumpſerunt, artẽ medicam ſanitatis tutelarẽ. Hæ enim duæ maximæ ac principaliſſimæ ſunt partes medicinæ, quarũ altera ὑγιεινὸν, altera θεραπευτικὸν μέρος appellatur. Quanquã autẽ in hoc diligentia veſtra omnibus admirationi ſit vt bonos apud vos medicos ſemper habeatis, tamẽ neſcio quo malo fato id fiat vt vulgus æquè apud vos, velut nũc vbique gentiũ, ferme peſſimos ſequatur, hoc eſt (vt ego puto) ſui ſimillimos. An autẽ hoc ex reip. vtilitate ſit, indiſcriminatim quoſuis ad medicinam publicè exercendã admittere, id quod apud vos velut in libera vrbe, omnibus liberum eſt, ampliore cõſideratione opus habet. Illud certè magna laude præ omnibus Germaniæ vrbibus facitis, quòd tot medicos, quot nulla alia, publico ſalario alitis. Par eſt aut etiã amplius ſtudiũ veſtrũ in conſeruãdis bonarum literarũ ac artium ſtudiis. Nec deſunt vobis præceptores vel maximis ſcholis pares. Quin & celeberrimos multos reſp. veſtra habet iuriſcõſultos, quibus omnibus tũ in iure dicẽdo, tum etiã priuatim quibuſuis ad conſulendũ, publicis cõſtitutis ſtipẽdiis vtimini. Quod verò maximũ eſt, pietatis ſtudia, & renaſcentẽ veræ Chriſtianæ religionis cultũ tanta prouehitis moderatione, vt etiã ipſis veræ pietatis aduerſariis admirationi ſitis, dũ vident ac audiunt populũ à Verbi miniſtris ac doctoribus placatè edoceri, & ſedatis animis populũ de ſacris cõcionibus ad ſuas functiones obeundas abire, & à neutra parte tumultus cieri. Quæ res ſummã magiſtratus prudentiã declarat. Vulgò dicitur, qualis princeps, talis populus: ſed egregiè dixit poeta ille, Mobile mutatur ſemper cũ principe vulgus. Quare ampliſſimi ſenatus imaginẽ vel in ipſo populo ſpectare apud vos licet. Sed heu cladẽ ingentem illã, ex quo magno illo reip. veſtræ principe orbati eſtis Philippo Forſtẽbergero, in omnibus bonis ſtudiis ac virtuoſis actionibus viro admirãdo: cuius ego priuatus priuatim & amore & admiratione adhuc ita afficior, vt eius ſine ſuſpiriis nunquã, ſæpiſſime etiã lacrymis obortis, mentionem facere poſſim: quanto magis putãdũ eſt vos veſtrũ vulnus ſentire, à quorũ corpore ille reſectus eſt? Erat vir eius ætatis vt rectè immatura morte ereptus dici poſſit, ſexagenario proprior q̃ quinquagenario. Sed corpus vegetũ aderat: ac animus viuidus, ingeniũ acre, iudiciũ exactũ, mores mãſueti, ſermo ſuauis. Et in ſumma, natura ad benefaciẽdum omnibus, neminẽ lædẽdum nata: quod quo rarius eſt, eo maiorẽ laudẽ in magiſtratu meretur. Vtrãque inſuper callebat linguã, Græcã ſupra mediocritatẽ, Latinã, vt cũ magnis profeſſoribus certare potuiſſet, quod aliquot ipſius ad me ſcriptæ epiſtolæ teſtãtur. Et quũ tota veſtra reſpublica ex eo penderet, & perpetuis Senatus curis grauaretur, tamen quãtum ſucciſiui tẽporis ſuffurari poterat, id totũ cõuertebat ad optimorũ autorũ lectionẽ. Et hoc tẽpore præter reliqua, totũ Homerũ Græcũ perlegẽdum ac cõferendum ſuſceperat. Hæc facientẽ ſuperioris æſtatis inauditus Germanis æſtus corripuit, & ardentiſsima febris abripuit, quã eodem tempore in me ſæuientẽ ſumma difficultate ego vix à me reieci. At ſiue bonorum vſum nobis non fauent inuida fata, velut poetis quibuſdã placuit, ſiue oſtendit Deus magis quàm tradit optimarũ rerum fruitionẽ, profectò veſtrũ luctũ priuatus meus dolor proferre coegit, quo optimi ac ſapiẽtiſſimi viri obitus reuera reipub. veſtræ immaturus à me publicè deplangeretur. Videor tamẽ mihi aliquãto leuius ferre illius ad meliorẽ vitam tranſlationẽ, quũ cõſidero qualia reipub. decora poſt ſe reliquit, generos ſuos, virum omnibus bonis ſtudiis fouendis ac prouehẽdis natum, Iuſtinianum ab Holtzuſen: & ſoceri veſtigiis innitentes, ex veteri familia ad Iuuenes appellata, Othonẽ ac Danielem. Nec deſunt alii egregii vobis viri, qui certatim conẽtur vt ſincera pietas vigeat, & literarũ ac bonorũ ſtudiorũ honos perſtet ac conſeruetur. Sed quorſum tandẽ hæc omnia? nimirum quum in vrbe veſtra viuo tot inſignibus decoris celebri, vt videar virtutis veſtræ aliquã rationẽ habuiſſe, dum & grauiſſimis iudiciis veſtris approbatã hanc operã meã videri volo, & viciſſim meã erga vos voluntatẽ declarare cupio: quò vtraque re cognita, ſtudioſi rerũ medicarũ hoc Aetii opus à me Latinè cõſcriptum, alacrius excipiant, auidius perlegant, ſtudioſius ſequantur, & medicando de humano genere bene mereãtur. Quod vbi cõtinget, nõ dubito quin intelligent hoc veſtrum, viri Francfordenſes, beneficium eſſe, quòd tantũ autorẽ, inſignẽ medicũ, in publicum vſum editum habent. Crede mihi quiſquis es rerum medicarũ ſtudioſe, ſi totum Galenum cõtractum, ſi totũ Oribaſium explicatũ, ſi Paulum ampliatum, ſi omnes veterum ſpeciales tũ per pharmaca, tum per chirurgiã aggreſsiones, ad omnes affectiones, in ſumma habere voles, Aetium habes, vnde totum hoc petere ac ferre potes. Neque refert an ſit Aetius ille hæreſiarcha, aut alius quiſpiã Amidenus Opſicii comes, velut quædam exẽplaria præſcriptum habent. Certè Aetium hæreſiarcham variis artibus inſtructum fuiſſe, & philoſophicis Ariſtotelis ratiocinationibus ingenium exercitatum habuiſſe, D. Epiphanius abundè declarat in opere Contra octoginta hæreſes, quod item recens in Latinã linguam tranſtulimus: vt fieri potuerit eum etiam medicinã tractaſſe. nam quòd comitis dignitas recentior ſit quàm vt Aetio hæreſiarchæ cõpetat, penitus falſum eſt. habet enim iam citatus à me D. Epiphanius comitum appellationem ac dignitatem ſub ipſo Conſtantino Magno receptam. Et Ioſephum quendam è Iudæo Chriſtianum factum, ea dignitate à Conſtantino Magno donatum tradit. Potuit igitur fieri vt aurifaber vſque ad perfectam ætatẽ Aetius, & poſtea ad Ariſtotelicæ philoſophiæ ſtudia progreſſus, & deinceps à Georgio Alexãdrino diaconus cõſtitutus, tandem per principẽ aliquẽ, Opſicii comes factus ſit, & vt vir philoſophiæ doctus, hoc opus ex veteribus medicis collegerit. Sed nihil pronũtio, neque quicquã refert. Cæterùm quod ad operis totius diuiſionẽ attinet, manu ſcriptum exemplar meum habuit τετραβίβλου inſcriptionem, ante aliquot ſermones partiales. Velut verbi cauſa, ante IX ſermonem, Ἀρχὴ τοῦ θ λόγου Ἀετίου, πρώτου τῆς τρίτης τετραβίβλου. Et ante ſermonem XIII, Ἀρχὴ τοῦ ιγ λόγου Ἀετίου, πρώτου τῆς τετάρτης τετραβίβλου. Quam rationem ſequutus, totũ opus in quatuor tetrabiblos, hoc eſt quaterniones vniuerſales, ſingulos quatuor ſermones, ſiue libros partiales cõtinentes, diſtinxi, velut autorem ipſum ab initio feciſſe apparet. Porrò quod ſupereſt precor vt vobis, viri Francfordenſes, ex huius operis editione merita gloria, & ſtudioſis lectionis ac imitationis fructus contingat. Mihi ſatis eſt ſi in huius dramatis actu non penitus (quæ quorundam malignorum ingeniorum improbitas eſt) fuero ex ſcena ac theatro exploſus. Valete. Francfordiæ, calend. Nouemb. Anno Chriſti M. D. XLI.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICINAE TETRABIBLI PRIMÆ, SERMO I, PER IANVM CORnarium medicum phyſicum Latinè conſcriptus.

De ſimplicibus pharmacis ex plantis, iuxta ordinem literarum Græcarum. Item De multorum oleorum pręparatione.

De ſimplicium medicamentorum viribus.

DIFFERENTIAE particularium actio-
num in ſingulis pharmacis fiunt, ex eo
quòd ſingula ex ipſis ad tantã caliditatẽ,
aut frigiditatẽ, aut ſiccitatẽ, aut humidi-
tatem, aut partium tenuitatem, aut earũ-
dem craſsitudinem accedant. At verò ad
quantam tandẽ accedant ſingula, enarrari nõ poteſt iuxta
exactã ſanè veritatẽ. Sed nos tamẽ etiã hoc ipſum mani-
feſtis & ad artis vſum ſufficientibus diſtinctionibus cõ-
prehendere tentauimus, vnũ quidem genus eſſe demon-
B ſtrando quod ad ſimile corporibus noſtris temperamẽ-
tum perueniat, vbi à caliditate quæ ipſis corporibus in-
eſt, tranſmutationis & alterationis principium quoddam
aſſumpſit: alterũ verò calidius fieri quàm pro noſtro tẽ-
peramento. Atque huius quatuor ordines facere mihi vi-
ſum eſt: primum, qui adhuc ad ſenſum obſcurus eſt, vt ra-
tione deprehendere oporteat: alterũ ab eo ſecundũ, qui
iam ad ſenſum manifeſtus eſt: tertium, qui fortiter cale-
faciat, nondum tamen vrat: poſt hunc quartũ & vltimũ,
qui vſtorius ſit. Sic & frigefaciẽtium primũ ordinẽ, eorũ
quæ ratione indigent ad demõſtrandũ quòd frigefaciãt:
C ſecundũ eorum quæ ſenſibiliter frigefaciunt: tertiũ for-
titer frigefacientiũ, nondũ tamen mortificãtium: quar-
tum mortificantiũ. Iuxta eandẽ proportionẽ etiã hume-
ctantiũ & ſiccantium. Fiat autẽ, clarioris doctrinæ gratia,
harum diſtantiarum à temperamẽto ordo, ita vt frigido-
rum primus ſit, in quo quis locauerit roſaceũ oleum aut
ipſam roſam: ſecundus ab eo ſequens proximè, in quo ro
ſæ ſuccus: deinde terti⁹ & quartus, donec ad frigidiſsima
perueniamus, cicutã, & papaueris ſuccũ, & mandragorã,
D & hyoſcyamũ. Rurſus in calidis anethum & fœnumgræ-
cum primo ordine ponamus: in ſecundo, quæ ſecũda ap-
parent: ita & tertia & quarta, donec ad vſtoria deuenia-
mus. Iuxta eundem modũ in humectantibus ac ſiccanti-
bus medicamẽtis, initio rurſus à temperatis ſumpto, or-
dines conſequẽter vſque ad ſumma faciemus. huiuſmodi
enim cognitio nõ parũ ad medendi methodum confert.
Conuenit porrò præexercitatũ eſſe in ſenſu guſtus, & pro
prietatẽ vniuſcuiuſque qualitatis ſaporũ in memoria ha-
bere, velut verbi cauſa, quum corpus aliquod linguæ ad-
E motũ vehemẽter ſiccat & conſtringit, ipſámque ad mul-
tam profunditatẽ exaſperat, velut pyra ſylueſtria immatu
ra, & corna, ac ſimilia: omne tale, acerbũ nominatur, hoc
eſt intenſè auſterum. Quæcũque verò in contactu linguæ,
ipſam non conſtringunt neque cõtrahunt, velut adſtrin-
gentia ſolent, ſed cõtrarium facere videntur, extergeréq;
& eluere, talia omnia ſalſa appellamus. Quæ autẽ his ad-
huc amplius extergent ſimúlque moleſtè exaſperant, a-
mara vocantur. Quæ verò mordent & cum valida calidi-
tate erodunt, acria. Quæ verò abſque caliditate mordent,
F acida dicuntur: habentque præterea vim fermentandi
terram, ſi ad ipſam effundantur. Quæcunque autem velut
ſublinunt & replent & ſedant exaſperatas & quaſi eroſas
linguæ partes, ipſas cum manifeſta iucunditate cõtingen
tia, dulcia nominantur: ſi verò ſine manifeſta iucundita
te id faciant, pinguia appellantur. Si quidem igitur acri-
moniã manifeſtè percipere velis, in allio & cæpis ac ſimi
libus frequenter deguſtatis ac diu cõmanducatis diſces,
ita vt affectus ex his ſenſum diligenter memoriæ cõmen
des. Si verò adſtringendi vim palam percipere voles, in
G galla & rhoe ac ſimilibus aſſequere: ſi amaritudinem, ni
tri ac fellis guſtu: ſi dulcedinem, ſapæ ac mellis. Præterea
ſiue qualitatis expers, ſiue medium qualitate ad guſtum
cognoſcere velis, aquam accipe, eiúſque guſtum diligen-

A ter in memoria retine, & maximè puriſsimæ aquæ, & nul-
lam prædictarum qualitatum reſipients, neque dulcedi-
nem, neque acrimoniam, neque acorem, neque amaritu-
dinem, inſupérque neque multùm calidæ, neque nimiùm
frigidæ. Inde enim progreſſus, promptius ad obſcurorum
ſaporum cognitionem peruenies, & eorum quos ego me-
diocriter dulces, alii aquoſos vocare malũt. qualis eſt a-
rundinum viridiũ & graminis ſuccus: item tritici & or-
dei, & aliorũ multorũ moderatè dulcium. & qualis eſt a-
qua qualitatis penitus expers, inter caliditatẽ ac frigidi-
B tatem manifeſtam, mediam quantum eius fieri poteſt cõ-
ſtitutionem habens, aut etiam paululum ad frigiditatem
declinans. Quòd ſiquid eiuſmodi ſapore præditum, non
liquidam ſed ſiccam compagem habeat, id ipſum neceſ-
ſe eſt terreum eſſe, & citra mordacitatem ſiccare. Nomi-
nantur autem talia emplaſtica Græcis, hoc eſt meatus ob-
ducentia: velut eſt amylum, & plurima ex metallicis dili-
genter lota, pompholyx, ceruſſa, Cadmia, terra Cimolia,
Samius aſter, & ſimilia. Quædam verò ex ipſis nõ ſolùm
terrea, ſed etiam aquoſa natura ſunt: ali qua etiam aerẽ nõ
C modicum intra ſe habent. viſcoſa quidem hæc, & ob id
meatus oblinentia. Duplex eſt enim medicamentorum
meatus obducentiũ natura: altera terrea exactè & ſicca:
altera viſcoſa penitus, verùm mixta ex aqua & terra, & ple
runque etiam aere, velut oleum dulce. At verò candidum
oui ſimile quidem quodammodo eſt, verùm magis ter-
reum quàm oleum. Caſeoſum etiam in lacte meatus ob-
ducit, & pinguedo ſuis. Tauri equidem & hirci pinguedo
ſiue adeps, acris & magis terrea quàm ſuis pinguedo eſt.
Anſeris autem & galli calidior quidem & ſiccior quàm
D ſuum eſt, ſed tenuium partium, & nequaquam terrea. Ita-
que pinguedines ſi non acrimoniam aliquã habent, mea-
tus obducunt, & magis ſicciores & amplius terreæ. Talis
eſt & cera probè lota. Et talia quidem ſunt medicamenta
emplaſtica appellata. Quæ verò adſtringunt terrea ſunt
& craſſarum partium, compagis ſuæ mole, frigida autem
qualitate. at verò arida tenuium partium corporib⁹ ſunt,
frigida autem ſimiliter vt adſtringentia. Quæcunque au-
tem in ſapore terreas partes repræſentant, quæ colliquatæ
& contrahunt & reſiccant humectiores ſenſiles linguæ
E partes, ſi quidem aſperiora ſunt, acerba dicũtur: minus ve
rò aſpera, auſtera. & rectè talium ſaporum temperamentũ
frigidum dicemus. Quandoquidem autem inæqualiter
reſiccãt (hoc eſt enim exaſperare) fuerint vtique omninò
etiam terrea. Omne enim aquoſum æqualiter permeat
corpora, & diuulſum rurſus facilè vnitur: terreum verò
diuellitur quidem, non tamen facilè rurſum coit. Et ſanè
ſi ſenſus proprietatem in vtraque affectione in memoriã
reuocaueris, iiſdem teſtimonium præbebis: etenim aci-
dorum ſaporum trãſitus, velox eſt in ſenſilibus partibus:
F acerborum autem, tardus. Et acida per profundum corpo
rum actionem ſuam magis oſtendunt: acerba verò in ſu-
perficie. Cæterùm vbi experiri voles ſinceræ acerbitatis a-
ctionem, ſi quidem ea res guſtanti tibi apparuerit acer-
ba ſimúlque mordens, hanc ſpeciem me monente relin-
ques, & acerbum abſque mordacitate requires: & quod
neque acidum, neque dulce, neque amarum eſt, ſed quan-
tum eius maximè fieri poteſt, nullam omnino qualitatẽ
& vim adſtrictioni permixtam habens. Superuacuum e-
nim & vanum eſt tale pharmacum experiri: incertũ nan-
G que eſt an ob adſtrictionem, ſiue aliam quandam ei per-
mixtam qualitatem, ſiue per vtraſque, circa corp⁹ cui ad-
motũ eſt, efficax fuerit. Chalcitis igitur & miſy, atramẽtũ
ſutoriũ, & ſquama æris, ſori, & Armeniacũ pictoriũ, ar-

gentum viuum,& innumera alia adſtringeutia ſimúlque mordantia, iuxta vtraſque qualitates in ſingula corpora quibus adhibentur agunt. & tamen impoſſibile ſit docere palàm,num per adſtrictionẽ an per acrimoniã vrendi vim habeant:nam ſi intra corpus ſumantur talia craſſarũ partium exiſtentia, & viribus magis calida, & propterea temporis progreſſu in permutatione intra animalis corpus igneſcentia,ad candefacti igne lapidis aut ferri ſimilitudinem exulcerant & vrunt ventris partes,& neque diſtribui in corpus poſſunt ob grauitatem. Præſtabilius igitur eſt plura alia conſequenter deguſtare,ac diligẽter conſiderare ſincerã adſtrictionẽ ſeorſim per ſe,quantum eius fieri poteſt:atque vbi talem repereris,iam tandem ad iudicandum illud medicamentum iuxta prædictã methodum progredere.velut ſi guſtanti tibi balauſtium,aut gallam,aut cytinum,aut hypocyſtidẽ,aut acaciam,aut rhoẽ, aut aliud quid eiuſmodi,appareat exactè acerbum eſſe, ita vt palàm ſit nullam aliam qualitatem habere, in eiuſmodi iam expendere ac explorare aſtrictionis actionem oportet. Acerbum itaque corpus terreum eſt & frigidum. Reſoluetur autem neceſſariò tripliciter,aut caleſcens, aut humeſcens,aut vtrunque ſimul perpetiens. Si igitur caleſcat ſolùm,nõ euadet neque humidius neque mollius,ſed durius exiſtens dulcedinẽ acquiret: queadmodum quercinæ glãdes,præſertim quæ caſtaneæ nominãtur. Si verò humeſcat ſolùm, & humiditas craſſarum partiũ ac aquoſa exiſtat,auſterum euadet: nam acerbum exolutum, auſterum producit ſaporem.omnis enim ſaporis vim aquoſa humiditas hebetat. Si verò humiditas tenuium partiũ & aerea accedat,acidũ reddetur. frigiditas enim tenuiũ partium exiſtens,acidam qualitatem efficit. At verò ſi humeſcat ſimúlque caleſcat,cum aquoſa quidẽ humiditate in dulcedinem trãſibit,cum aerea verò,in pinguitudinẽ. etenim arborum fructus qui natura iam facti dulces nobis apparent,acerbam primùm & ſiccam compagem habent,ſinguli iuxta arboris ſuæ naturã:progreſſu verò temporis fiunt quidem humidiores,verùm aliqui aciditatem inſuper ad acerbitatem aſſumunt, quam paulatim deponentes,rurſus dulces euadunt maturitatem adepti. Quidã neque in arborib⁹,ſed decerpti poſt tempus aliquod dulcedinẽ acquirunt: alii quidam neque media interueniẽte aciditate,ſed ſtatim ab acerbitate in dulcedinem trãſeunt,quemadmodum oleæ fructus. Cæterùm calore maturi fiunt omnes,qui duplex natura exiſtit, alter proprius & ſingulis à natura inſitus: alter forinſecus à ſole allatus. atqui ſi ab initio quidem acerbiores ſunt, maturi autem dulces fiunt, ex caliditate vtique dulcedo, ex frigiditate aciditas & acerbitas ipſis adeſt. Et ſanè manifeſtum iam factum eſt quòd fructus ab initio acerbi exiſtentes, progreſſu temporis partim dulceſcunt,partim aceſcunt, partim auſteri fiunt: aliqui verò ſẽper acerbi permanẽt:quidam etiam redduntur pingues:quin & iuxta dictarũ qualitatum mixturas,multiplicem habent varietatem. Acerbi itaque in finem vſque permanẽt, ilicis, arbuti & corni fructus,& conſimiles.quoniam frigidi & ſicci, velut ab initio erant,permanent,nullam aliam alterationẽ pæterquam ſolius augmenti acquirẽtes. Acerbus autem ſimúlque dulcis eſt,myrti,& pyri ſylueſtris, & glandis fructus. Auſterus tantũ,vitis amineæ vua,& vinũ,& quæ his ſimilia. Auſterus ſimúlque dulcis,palmæ fruct⁹, & vinũ Surrẽtinum,& quæcunque dulcedinẽ adſtrictione permixtam habent. Dulce autẽ ſolùm eſt Theræũ,& Scybelites,& ſiræum,ſiue hepſema, *quod nos ſapam appellamus*, & quæcunque alia his ſimilia. Pinguis verò exactè tum fructus tum ſuccus oleæ eſt: imò etiam alii omnes ex quibus oleũ paratur. Quemadmodum autẽ acerbus ſuccus progreſſu tẽporis dulcior primùm,deinde etiã acrior & amarior euadit,& poſtremùm penitus amareſcit, eodem modo etiã frigidus ſuccus acidior ſtatim fit, &,ſi perfectè perfrigeſcat,citius adhuc aceſcit:fructus quoque ſtatim inter colligẽdum multa humiditate repleti,item qui aliâs aquam aſſumpſerunt, promptè ex leuiſſima occaſione acidi fiunt. Si enim vua immatura acida eſt,matura verò dulcis,& maturum fieri fructibus omnibus ex ſolari caliditate contingit:manifeſtum eſt imperfectiorem ac frigi-

A diorem,acidum eſſe:perfectiorem verò & calidiorẽ, dulcem. Quum igitur vinum ex perfrigeratione aceſcat, conſpicuum eſt quòd ad eũdem rurſus redit ſaporem ex quo prodiit,vuæ immaturæ inquam. Diſtat tamen acetum ab vuæ immaturæ ſucco viribus, in eo quòd acetum acrimoniam quandam ex putredinoſa caliditate adeptum eſt: vuæ autem immaturæ ſuccus nõ habet acquiſititiam caliditatem,& propterea neque aceti acredinem: vnde etiã magis tenuium partium eſt acetum quàm vuæ immaturæ ſuccus,velut ſenſus quoque teſtatur. At verò acrimonia B aceti frigiditatem aciditatis euincere non poteſt, verùm ad penetrãdi celeritatem ipſi inſeruit. Quãto enim citius meatus penetrat calidum quàm frigidum,tãto promptius acris ſapor quàm acidus ſenſilium corporum meatus pertranſit,vt acris velut præuius iter ſtruat,frigidus verò non ita longè pòſt ſequatur. Et propterea ſanè ſenſus mixtus ac ægrè explicabilis non permittit pronuntiare acetum ſimpliciter frigidum eſſe:percipimus enim in ipſo igneam quandam acrimoniam. Verùm frigiditas ex ſequenti aciditate deſtruit & extinguit eueſtigio acrimoniam: quare C etiam multo maior ſenſus frigiditatis quàm caliditatis nobis contingit. Porrò quidam æſtatis tempore poſcam bibẽtes,palàm refrigerantur,& ſine ſiti permanẽt. Quandoquidem verò ſitis dupliciter fit, altera ex humiditatis inopia, altera caliditatis redundantia:eam quæ ex ſiccitate oboritur,non ſanat acetum:eam verò quæ ex caliditate oborta eſt,ſanat. humectare enim non poteſt acetum per ſe,ſed non ingeneroſè perfrigerat. Igitur neque ſitim ex ſicca intemperie, neque ex calida & ſicca obortam, a- D cetum potatum vnquam ſanare poteſt. Si verò concurrat aliquando ſimul humiditas cum caliditate, eiuſmodi ſanè ſitis optima medela acetum erit. Aliter ſitientibus, tum in febribus ardentibus aliiſque omnibus adurentibus,tum in æſtate ac calore vehementi, compoſita affectio eſt ex caliditate ac ſiccitate,vt meritò cõpoſitam medelam requirant ex aceto & aqua: acetum quidem,vt non inſtrenuè refrigerans & partium tenuitate facilè penetrans: aquam verò,vt quæ ſupra id quòd refrigerat,& humidiſſima omnium exiſtat. nihil enim humidius a- E qua. Cæterùm in ardore præcordiorũ potior aceto eſt vuæ immaturæ ſuccus forinſecus impoſitus, tum quòd nullam habeat violentam & offendentem frigiditatem,tum quòd neque permixtam mordacem caliditatẽ. Qui enim ita affecti ſunt, lenimẽto inuiolẽto opus habent, quod forinſecus nullã mordacem acrimoniã inducat. Vuæ itaque maturæ ſuccus non ſolùm acidus eſt, ſed etiam acerbus. Nam,vt dictum eſt, omnes ferè arborum fructus circa primam generationem guſtu acerbi ſunt. Non autem acidum ſolùm frigidum eſt, ſed etiam acerbum ac auſte- F rum. Et ſiquis aliquando guſtauit mala cydonia, aut myrti baccas,aut meſpila, is ſanè manifeſtè nouit alium eſſe ſenſum ab acidis in lingua noſtra productum, alium ab acerbis aut auſteris. acerba enim intus protudere particulam videntur, quam ex omni parte æqualiter contingunt,velut exprimentia conſtringentiáque ac contrahẽtia: auſtera verò in profundum ſubire videntur, & aſperum quendam ac inæqualem ſenſum inducere, ita vt reſiccando omnem ſenſilium partium humiditatem expellant. Quare alia eſt affectionum proprietas, nõ ſatis clarè G explicabilis,& in acerbis & in auſteris ſaporibus: ſed non puto tamen hominem eſſe qui non exiam relatis incitatus intelligat quid dicam. Omne igitur corpus acerbum & ab aliis qualitatibus purum, omni experimento facto frigidum inueni. Omne autem dulce calidum eſt, & non immodicè ſuperexcellit caliditatem quæ in nobis exiſtit. Sed quemadmodum calidæ aquæ contactu delectamur, & maximè vbi fuimus frigefacti, donec corporis partes à frigore cõgelatæ diffundantur: (excalfacit enim nos,& neque diſſoluens neque ſcindens partium continuitatẽ, H iucundiſſima eſt & vtiliſſima.) ſic etiam omne dulce edulium,calidum quidem omnino eſt, non tamen ad tantam caliditatem peruenit vt offendat, ſed intra terminos diffundẽdi & æquandi demulcẽdiq; ac molliẽdi manet. Omnia enim alimẽta iis quæ alũtur,natura cõueniẽtia & tota ſubſtãtia familiaria exiſtunt. Statim autem oportet &

moderatè calida eſſe hæc, iuxta corporum quæ aluntur
proportionem.Et propterea eduliorum ac medicamento-
rum non vna ſpecies omnibus hominibus conuenit. V-
nuſquiſq; enim iuxta propriam ſubſtantiam ſimúlque af-
fectionem, ab vtriſque tum vtilitatem tum voluptatem
percipit.Verùm quum hæc ita habeant, edulium ſanè mi
nus dulce,minus calidum eſt:magis dulce, tanto calidius
eſt quanto dulcius.Si verò modum caliditatis excedat,ne
que dulce tale eſt,ſed iam amarum apparet: velut mel in-
ueteratū & quod diutius coctum eſt, & ſingula alia dul-
cia.Quæ enim temperamentis corporum quæ aluntur,ſi-
milia ſunt citra cocturā & præparationem,iam dulcia ap-
parent: quæ verò diſſimilia,omnia iniucunda ſunt priuſ-
quam præparentur.Opus eſt autem calida caſtigare frigi-
ditate,frigida verò calfacientium condimentorum mi-
xtura,& igne.Eodem modo per humiditatem emendan-
tur quæ terrea ſunt & ſicca magis quàm conuenit:ſiccita-
te verò,quæ pl⁹ humida & aquoſa. Dulce igitur ſupra hoc
quod calidum magis aut minus exiſtit, neceſſariò etiam
humidum magis aut minus eſt.Quod verò velut ſuperaſſa
tum amarum euadit,ſimile calci & cineri,ſiccum & cali-
dum neceſſariò redditur.Et ſanè ob id omnia amara ex-
tergere ſolent,ſcinderéque & diſſecare viſcoſos ac craſſos
humores,quemadmodum cinis & nitrum. Quòd autem
amarus ſapor ſicci ac terrei temperamenti eſt, tum ex eo
quòd ægerrimè omnium amara putreſcunt,tum quòd ne
quaquam vermes & alia animalia gignant(qualia videli-
cet in radicibus & herbis,& fructibus putreſcentibus in-
naſci ſolent)colligere datur.Nam in humidis corporibus
maximè vermes & putredines gigni videmus.Porro ex-
actè amara(voco autem ſic quæ nulla alia ſenſibili quali-
tate participant) omnia ferme animalia, non homines
modò,in cibis auerſantur,propterea quod omne animal
humidum magis aut minus exiſtat, amara autē ſicca ſint
ad cineris ac calcis ſimilitudinem. Quemadmodum igi-
tur exactè quidem dulce nutrit,exactè autem amarū non
alit: ſic quod inter hæc mediū eſt,nutrit quidem, ſed mi
nus quàm dulce. Propinquus autē amaro eſt ſapor ſalſus:
nam & terrei vtrique ſunt & calidi.differunt tamen inter
ſe non obſcura differentia, quòd amarus è caliditate &
& ſiccitate magis ſit attenuatus & elaboratus,ac quaſi ſub
actus.ſed & in ſalis generibus ſic habet. Quæ enim dura
ſunt & denſiora & magis terrea(qualia fere,omnia foſſi-
lia exiſtunt)minus calida ac tenuium partium ſunt: quæ
verò friabilia ac laxa,magis tenuium partium & viribus
calidiora ſunt,& aliqua ex ipſis ſubamara, medium quo-
dammodo obtinentia inter ſalem & ſpumam nitri.Et ſa-
nè quicquid ſalſum diuti⁹ calfeceris, ſtatim amarū eua-
det.Atque ſic etiam Aſphaltitidis paludis aqua,quā mare
mortuum appellant,in cauo & calido loco contenta & à
ſole exaſſata,amara redditur:& ob id etiam æſtate magis
quàm hyeme amara exiſtit.&,ſi hauſtam eam in vaſe ca-
uo ad ſolem exponas tempore æſtiuo, confeſtim magis
amara ſeipſa facta tibi apparebit. Quare in illa aqua neq;
animal innaſcitur,neque plāta. Sed & quum flumina ma
gna multúmque piſcoſa in ipſam influant, & præſertim
id quod prope Hierichuntem eſt, quod Iordanem appel-
lant, nullus piſcis oras fluminum ſuperegreditur: & ſi-
quis captos ſtagno immittat,ſtatim corrumpi ipſos vide-
bit.& propterea ſtagnum mortuum ſiue mare mortuum
appellant. Adeo exactè amarum omnibus plantis & ani-
malibus inimicum eſt, ſqualidúmque ac ſiccum natura,
velut fuligo ex aduſtione factum. De amarorum igitur
ſaporum viribus ſatis dixiſſe videmur,diſſectorios & ex-
terſorios ac attenuatorios ipſos eſſe declarantes,atque ad-
eo calidos in tantum vt nondum vrant. Ad acres iā ſer-
monem conuertamus:eóſque primùm calidos exactè eſſe
dicamus,deinde eroſiuos & vſtorios,cruſtámque inducē-
tes,& colliquatorios forinſecus cuti impoſitos.Si verò in-
tra corpus aſſumantur,qui tota ſubſtantia quibuſdam ani
malibus aduerſantur,eos omnes putrefactorios eſſe & in-
fectorios illorum animalium,velut cantharis & bupreſtis
hominis.Qui verò ſecundum ſolius caliditatis exceſſum,
ſi quidem craſſiores ſint & terrei, velut auripigmētum &
ſandaracha,ac ſimilia,eos exulceratorios internarū partiū

A pronunciamus:ſi verò tenuium partium ſint,(qualia fami
liaria nobis ſemina exiſtunt,daucus videlicet & aniſum,
ac ſimilia)vrinam cientes & exudatorios, & ſimpliciter
ac ſummatim loquendo,ſectorios ac diſcuſſorios. Confe-
runt etiam quidam reiectionibus ex thorace,& menſtruo
rum fluxionibus.Cæterùm acres ſapores,non ſolùm forti
caliditate ab amaris differre vidētur, ſed etiā in eo quòd
amari omnes non modò calidi ſunt ſed etiam ſicci ad ci-
neris ſimilitudinem.At verò in acribus,quique non ſunt
B amari,multa aliquando permixta eſt humiditas:& propte
rea non pauca acria nobis in ciborū vſum veniūt. Quā-
do verò iam & de ſaporibus quæ dici par erat relata ſunt,
reliquum vtique fuerit & de vaporibus dicere. Plerique
certè vapores ſimiliter vt ſapores nos afficiunt. nam aci-
da omnia ipſúmque etiam acetum,& olfactum & guſtum
eodem modo excitant. Acria autem,velut allium & cæpa
& cōſimilia,nō mi n⁹ olfactū quàm guſtū ſtimulant & ex
citant.Eodem modo & in ſingulis aliis ſimilis ferme o-
doratus ac guſtus ſenſus eſt,adeo vt quorundam corporū
C quæ nunquam guſtauimus,veluti ſtercoris,perſuaſum ha
beamus nos ſcire qualitatem:& ob id neque omnino ta-
lium rerum guſtum attentamus,quòd olfactui valde mul
tum fidei habeamus.Quin & odorata edulia quæ compu-
trefacta moleſtum odorem nobis afferunt,ſtatim abiici-
mus,ne tentato quidem guſtu. et ferme in omnibus mu-
tuò conſpirant odoratus & guſtus. Ad duas autem appella
tiones pleraque odorabilia reducimus, odorata aut fœti-
da nominātes:odorata quidem,iuxta proportionem dul-
cium ad linguam: fœtida verò,nō dulcium. Videtur por
D ro de corporibus non odoratis aut omnino parum quid
vaporis defluere,aut multo minus quàm pro molis ſym-
metria,velut in ſalſis & maximè acerbis. Craſſarum enim
partium & frigida eſt ſubſtātia acerborum: quare veriſi-
mile eſt etiam quod defluit ab ipſis,modicū eſſe & craſ-
ſum, & mole velut terreum,vt neque cerebrum ſua reſpi-
ratione petere poſſit.Quare nihil certi ex odore coniecta-
re licet de ipſorum temperamento,velut ex guſtu. Nam
inodora craſſarum partium ſubſtantiam habent,ſed inde
non manifeſtum eſt quantum caliditatis aut frigiditatis
poſſideant.Odorata autem,tenuium partium aliquo mo-
E do ſunt & calida,quantitas tamen tenuitatis aut calidita-
tis non etiam ex odore indicatur,ſed ex guſtu. Quod ve-
rò nihil certi de temperamento indicent odorata,in cau-
ſa eſt inæqualitas ſubſtantiæ ipſorum.Et propterea in roſa
ex odore coniecturam facere non poſſumus de omnibus
in ipſa qualitatibus.In guſtu verò omnes guſtabilium cor
porum partes æqualiter linguæ obueniunt, mouéntque
ſingulæ ſenſum iuxta ſuam ipſarum naturam: nimirum
acerbum in ipſa quod eſt terreum & craſſarum partium
ac frigidum:item amarum quod tenuium partium eſt ac
F frigidum: & tertium inſuper aquoſum, neceſſariò frigi-
dum.vt non ſit certum, velut dictum eſt, de ſimplicium
pharmacorum viribus omnib⁹ ex odore cōiectare. Am-
plius verò nihilo magis ex coloribus coniicere poſſu-
mus de iiſdem.In ſingulis enim coloribus inueniuntur
& calida & frigida,& ſicca & humida. Poſſibile tamē eſt
in ſingulis generibus aut ſeminum aut radicum, aut ſuc-
corum,etiam ex colore indicationem quandam ſumere
temperamenti.Velut verbi cauſa, cæpa & ſcilla & vinum,
quanto fuerint albiora,tanto minus ſunt calida: ſubflaua
verò & fulua,calidiora.Quin & triticum & cicera,& pha-
G ſeoli ac cicer. iridis quoque radix & aſphodeli, & multo-
rum aliorum,ſimile quiddam perpetiuntur.In ſingulis e-
nim generibus in vniuerſum quæ fulua & ruffa & flaua
ſunt,calidiora albis exiſtunt. Quare ſiquid etiam inde de
medicamentorum viribus coniectare licet, etiam hoc au
ctarium habes.Optimum quidem igitur(vt dictum & ſæ
pe demonſtratum eſt)ſingulorum vires ab exacto experi-
mento inuenire.neque enim in hoc falli potes. priuſquā
tamen experimento vim cognoſcas, guſtus multum indi
cat,cui atteſtatur paululum etiam ipſe odor. Horum autē
H omnium (quemadmodum etiam aliorum quorundā vti
liſſimorum)in ſumma compendium contraham,poſtquā
ſanè ſpeciatim,quantum poſſibile fuit, vniuerſales vires
& vniuſcuiuſque actiones explicui. Quandoquidem verò

medicamenta partim ex animalibus ſunt, partim plantæ aut fructus,aut horum ſucci ſiue liquores exiſtunt,partim verò ex metallicis ſumuntur:præſtabilius mihi viſum eſt de plantis primùm differere:non omnibus ſcilicet totius terrarum orbis,ſed de quibus compertum per experientiam habemus.nam & plurimum ipſarum genus prouenit,facultatéque potentiſſimum habetur: atque id iuxta ordinem literarum Græcarum .Deinde conſequenter etiam de metallicis dicere,atque ſic ad animalium partes peruenire.

Abrotonum.

Abrotonum calida & ſicca vi præditum eſt,in tertio ordine & diſceſſu à moderatis locatum,guſtu multùm amaro,qui ſapor indicatus eſt terreæ ſubſtantiæ eſſe, & à largo calore attenuatus eſſe,vt non inſtrenuè calfaciat & ſiccet.Quare coma huius herbæ vnà cum floribus in oleo coquitur:quo illito ante acceſſionem iis qui rigore per circuitum repetente apprehenduntur, minus rigebunt. Eiuſdem decoctũ potũ aut per clyſterem infuſum, lumbricos occidit amplius quàm abſinthium.Modica autem participat acerbitate abrotonum, & ob id ſtomacho incommodum eſt.Species habet duas,marem & fœminã.

Abrotonum vſtum.

Abrotonum vſtum, calidum & ſiccum viribus eſt, magis quàm cucurbita ſicca vſta, & anethi radix : illa enim vlceribus humidis & ſine inflammatione perfectis conueniunt,& propterea maximè vlceribus præputii pudendi apta videntur.Abrotoni autem vſti cinis omnibus vlceribus mordax eſt:quare alopeciis confert,oleo cicino aut raphanino,aut ſicyonio,aut lentiſcino, aut veteri dilutus.

Agnos,*id eſt uitex.*

Huius arbuſti folia,flores & ſemen tertio ordine calida & ſicca ſunt,& multùm tenuium partium. Fructus in cibo aſſumitur, calfacitque manifeſtè, ſimúlque capitis dolorem infert.Frictus minus caput tentat,ſed modicum alimentum corpori ſufficit,atque id ſiccans ac calfaciẽs, minimè verò flatuoſum.Et propterea etiam impetus venereos inhibet.Vnde non ſolùm in cibo ac potu acceptus ad caſtimoniam conferre creditus eſt, ſed etiam ſubſtratus.Et ad hepar ac ſplenem indurata: ac obturata, viticis ſemen magis conuenit quàm ruta.

Agroſtis,*id eſt Gramen.*

Graminis radix moderatè frigida eſt & ſicca,& ob id cruenta vulnera glutinat:ipſa herba impoſita cataplaſmatis vice non fortiter frigefacit, verùm in medio humiditatis ac ſiccitatis conſiſtit. Mordacitas & partium tenuitas in radice modica eſt, vt aliquando calculos conterere cognita ſit decoctum eius bibentibus.Semen vulgo naſcentis debile eſt, Parnaſſiæ autem, vrinam ciet, & fluxiones ventris ac ſtomachi ſiccat.Eſtque vis ipſius ſiccatoria,tenuium partium,& ſubacerba.

Anchuſæ quatuor.

Non eiuſdem facultatis omnes anchuſæ exiſtunt.Quæ enim onoclea appellatur, adſtringentem ſimúlque ſubamaram abundè radicem habet,vt etiam corpora denſare,& moderatè attenuare ,extergeréque ac abluere bilioſos ſalſóſque humores poſſit:atque ſic & ictericis & ſpleniicis ac nephreticis vtilis exiſtit.Frigefacit etiam multùm: vnde cum polenta in cataplaſmate impoſita, eryſipelatis medetur.Exterget autem non ſolùm pota, ſed etiam forinſecus impoſita,& ob id vitiligines & lepras ſanat cum aceto.Folia huius herbæ debiliora radice ſunt,non tamẽ ſiccandi & adſtringendi vi carent:vnde & ventris profluuium ſanant cum vino pota . At verò lycopſos appellata ſimiliter eryſipelatis conducit, & radicem habet magis adſtringentem quàm onoclea . Onochilos autem (quæ etiam alcibiadium appellatur,vim habet magis medicatam)& morſis à vipera multùm conducit,in cataplaſmatis impoſita appenſaque,& in cibo ſumpta. Quarta,parua eſt, & ferè ſine nomine,conſimilis alcibiadio,verùm plus amara & magis medicata,& propterea ad lumbricos latos apta , acetabuli menſura cum hyſſopo & naſturtio pota.

Agaricum.

Agaricum vim habet calfactoriam & diſcuſſoriam & diſſectoriam craſſorum humorum, & obturationes in viſceribus repurgat,& ob id arquatum morbum ſanat in iis qui ex hepatis obturatione eũ morbũ cõtraxerũt.Prodeſt & comitiali morbo laborãtib⁹ & rigorib⁹ per circuitũ repẽtib⁹,qui ex craſſis & viſcoſis humoribus ſunt oborti.Prodeſt & commorſis aut punctis à beſtiis quarum frigidum venenum exiſtit, forinſecus ad locum affectum impoſitum,itémque potum hexagii pondere, *hoc eſt drachmæ unius ex uino.* Eſt & purgatorium.

Ageraton.

Ageraton facultatis eſt diſcuſſoriæ,& leniter quodãmodo inflammationem arcentis.

Adianton.

Adianton ſiccat, attenuat, diſcutit. nam & alopecias denſat,& ſtrumas & abſceſſus diſcutit, & calculos frangit in potu ſumptum,& reiectionibus craſſorum ac viſcoſorum humorum ex pectore ac pulmone non parum confert,& fluxiones alui ſiſtit.Medii temperamenti inter caliditatem & frigiditatem exiſtit.

Aeizoon,*id eſt Semperuiuum.*

Semperuiuum vtrunque & paruum & magnum modicè ſiccat,moderatè item adſtringit:verùm non moderatè frigefacit:eſt enim tertii ordinis frigefacientium.& propterea ad eryſipelata ac herpetas & inflammationes ex fluxionibus conducit.

Ægilops.

Ægilops diſcutiendi vim habet . Itaque inflammationes induratas & ægilopas ac alopecias mirabiliter ſanat.

Aira,*id eſt Lolium.*

Lolium calfacit & ſiccat efficaciter,vt propè ad acriũ vim accedat,& magis quàm iris.Non eſt autem velut illa tenuium partium,ſed ab illa lõgè præuertitur, & propterea locauerit ipſam quis in principio tertii ordinis calfacientium,& in fine ſecundi ſiccantium.

Ægiros,*id eſt Populus nigra.*

Populi nigræ flores calida vi præditi ſunt,in tertio diſceſſus à temperatis ordine.In differentia autem ſiccandi & humectandi paululum à temperatis ad ſiccitatem populus ſeceſſit, & magis tenuium quàm craſſarum partium exiſtit.Folia ferè floribus ſimilem vim habent, ſed ad omnia debiliora & inefficaciora.Reſina etiam ſimilẽ floribus vim poſſidet,& eſt adhuc aliquanto calidior . Semẽ magis tenuiũ partium & ſiccatorium eſt quàm reſina & flores:calidum autem non adeo validé.

Acacia.

Acacia tertii ordinis ſiccantium eſt, & ſecundi frigefacientium,ſi quidem lota fuerit:illota enim,primi eſt. Nam quum non ſit ſimilarium partium,partes quaſdam diſperſas habet tenues & calidas,quæ ab ipſa per loturam decedunt.

Acalyphe ſiue Cnide,*id eſt Vrtica.*

Vrticæ folia & ſemen multum diſcuſſoriæ facultatis habent, citra vehementem calfactionem . Sanant itaque panos & parotidas:& craſſos ac viſcoſos humores ex pectore ac pulmone educunt . Habent autem & flatuoſum quiddam,vt etiam impetũ ad venerem excitent, & præſertim ſemen,ſi cum paſſo bibatur . Aluum ſubducit moderatè,velut extergendo ac titillando,non purgãdo.Gangrænoſa item & cancroſa,& omnino quæ ſiccari opus eſt abſque mordacitate conuenienter ſanat.

Acanthus,vel Melamphyllon,aut Pæderos.

Acanthus(quem alii Melamphyllum ,alii Pæderota appellant) folia habet diſcuſſoria vi moderatè prædita: radicem verò ſiccatoriam & tenuium partium.

Acantha leuce vel Leucacantha,*id eſt Spina alba.*

Spina alba(quam aliqui Leucacantham vocant) radicem habet ſiccantem moderatè & adſtringentem.Quare & cœliacis & ſtomachicis prodeſt,& ſanguis reiectionem cohibet,& tumores laxos in cataplaſmate impoſita coercet:item dentium doloribus conducit, ſiquis decocto eius colluat.Semen tenuium partium & calidum eſt,

vnde in potu ſumptum conuulſis medetur.

Acantha Ægyptia, *id eſt Spina Ægyptia.*

Spina Ægyptia ex qua acacia præparatur, adſtringendi ac ſiccandi vim habet. quare & fluxui muliebri prodeſt, & vlcera ſedis inſufflata ad cicatricem perducit.

Acorum.

Acori radix tertii ordinis calfacientium ac ſiccantium eſt, & tenuium partium compagem habet. ciet itaque vrinas, & ſplenes iuuat induratos. Succus eius deterget & depurgat craſſitudinē corniformis oculorum tunicæ.

Aconitum ſiue Pardalianches.

Aconitum ſiue Pardalianches, ſimile quidem feridi ſylueſtri, verùm putrefactoriam & venenatam vim habet: quare vitandum ne in cibo aut potu accipiatur. Attamen ad erodendum ac putrefaciendum externas corporis partes aut circa ſedem, vtile eſt: & ad hãc rē cōmodior eſt radix eius. Dicitur herbæ ſuccus pilorum exortum inhibere.

Acte, *id eſt Sambucus*, Chamæacte, *id eſt Ebulus.*

Sambucus magna & arborea quæ Acte appellatur, itémque humilis & herbacea quæ ebulus & Chamæacte, ambæ ſiccãtis facultatis ſunt, glutinatoriæque ac moderatè diſcuſſoriæ. Decoctum radicis in potu hydropicis poteſt.

Halimon ſiue Halmyris.

Halimi fruticis germina quidam comedunt, & recōdita aſſeruant. Vim habet lactis & ſeminis generatiuam. In ſapore ſalſum quid & adſtringens habet, ex quo manifeſtum fit diſſimilariū partium eſſe: plurima tamen eius ſubſtantiæ pars temperatè calida exiſtit, cum humiditate imperfecta ac incocta, leniterq; flatuoſa. Radicis drach. vna ex aqua mulſa pota, conuulſa, rupta, ac tormina mitigat, & lac attrahit & auget.

Aloë.

Aloë tertii ordinis eſt medicamentorum ſiccãtium, primi autem intenſi, aut ſecundi exoluti calefacientium. In guſtu mediocriter adſtringit, & fortiter amareſcit. Subducit ventrem, ex genere eorum medicamentorum exiſtens quæ ſtercorum eductiua appellantur. Eſt autem medicamentum ſtomacho cōmodum vt ſi quod aliud, & ſinus glutinat. Sanat vlcera ægrè cicatricem recipientia, maximè circa ſedem & pudenda, propter vim ſiccandi citra mordacitatem: prodeſt etiam inflammationibus earundē partium aqua diluta, & vulnerata glutinat, iuxta eundem modum. Simili modo conuenit & ad inflammationes in ore, & naribus atque oculis, & omnino repellere ac diſcutere ſolet, ſimúlq; exterget paululū, quantum ſanè puris vlceribus citra offenſionem commodum exiſtit. Oculis propterea iugi humore madentibus, maximè puerorum, præter opinionem medetur. Debet autem craſſiore modo dilui, & oculorum angulis adhiberi.

Alyſſon, Sideritis Heraclea.

Alyſſon aiunt eſſe Sideritin, Heracleam appellatam quæ iuxta vias naſcitur vbique, purpureum florem habēs & folia craſſiora. Nomen inuenit ex eo quòd commorſis à cane rabido mirabiliter ſuccurrit. Vim habet moderatè ſiccãtē & diſcuſſoriã. Habet etiã quiddã exterſoriū quo vitiligines & maculas faciei à ſole prouocatas depurgat.

Alſine, Auricula muris.

Alſine ſiue auricula muris, herbula, ſimilem habet vim helxinæ frigefacientem ac humectantem. eſt enim ſubſtantia eius aquoſa frigida: quare etiam citra adſtrictionem frigefacit. Ideóque ad feruentes inflammationes conducit, & ad mediocria eryſipelata.

Amaracum.

Amaracum calfacit non ingeneroſè, ſiccat autem nō vehementer. Verùm in caliditate eſt tertii ordinis, in ſiccando ſecundi.

Ambroſia.

Ambroſia pro cataplaſmate impoſita, vim habet adſtringentem & repulſoriam.

Amnium, Ammi.

Amnii ſemen maximè in vſum venit, calfactoriæ & ſiccantis facultatis in tertio ordine. Eſt & tenuium partiū

A & ſapore ſubamarum ac acrē, atque adeò vrinam ciet, & diſcuſſorium eſt.

Amarantum.

Amarantum vim habet attenuandi ac diſſecandi: quare menſes ducit coma eius ex vino pota. Grumos etiã ſanguinis liquare creditur, non in ventre modò, ſed & in veſica, ſi cum vino mulſo bibatur. Omnes autem in vniuerſum fluxiones reſiccat in pótu accepta: verùm ſtomacho incommoda eſt.

Amurca.

B Amurca ſecundi ordinis eſt calfacientium, ac ſiccãtium intenſi. Atque hinc ſanè corporum temperamento ſiccorum vlcera ſanat, reliquorum omnium exacerbat.

Ampeloprason, *id eſt Porrum ſylueſtre.*

Ampeloprafon vim inter allium & porrum mediam obtinet. Stomacho magis incommodat quàm ſatiuum. viſcoſos quoque humores amplius eo diſſecat, & organa obturata ab obſtructione liberat. Quapropter etiam vrinas & menſes ſæpe mouit, vbi viſcoſorum & craſſorum humorum culpa fuerunt ſuppreſſa.

C Ampelos leuce, ſiue Bryonia, aut Pſilothrum: *Lat.* *Vitis alba.*

Ampelos leuce, (quæ & Bryonia itémque Pſilothrū appellatur) & *Latinis uitis alba*, germina habet quæ recēns producta omnibus familiorem cibum exhibent verno tēpore, tanquam edulium ſtomacho commodum propter vim adſtringendi. Habent autem ſubamaram & acrem leniter adſtrictionem. quare etiam vrinam cient. Radix verò exterſoria & ſiccatoria tenuiúmque partium facultate prædita eſt, & moderatè calida. vnde etiam lienes indu- D ratos eliquat, tum in potu accepta, tum forinſecus cum ficubus impoſita. Item ſcabiem & lepras ſanat. Vitis porrò nigra, per omnia ei conſimilis eſt, ſed debilior.

Amygdala.

Amydala amara attenuatoriam vim palàm præ ſe ferunt, vt etiam maculas ſolares depurgent, & ad reiectiones ex pectore ac pulmone viſcoſorum & craſſorum humorum plurimùm conferant. Sed & obſtructione liberãt ac depurgant hepar, ſplenem, colum, & renes. laterum itē dolorem ſedant. Arbor quoque vniuerſa ſimilem vim habet, vt eius etiam radices coctas maculis ſolaribus in cata- E plaſmatis modum imponentes, eas depurgent. At verò dulcia amygdala amaris debiliora ſunt.

Ammoniacum.

Ammoniacum mollientis intenſæ facultatis eſt, vt etiam articulorum calloſas duritias diſſoluat, & lienes induratos ſanet, & ſtrumas diſcutiat.

Amomum.

Amomum viribus acoro ſimile eſt, præterquã quòd ſiccius eſt acorum, magis autē cōcoctorium eſt amomū.

F Anagallis.

Anagallis vtraque, & quæ cæruleū & quæ puniceū florem habet, abſterſoriam vim abundè habet, & præterea ſubcalidi ac attractorii quippiam, quo etiam aculeos è corpore euellit. ſuccus ipſarum caput per nares purgat ob eandem cauſam, & in ſumma ſiccandi vim habent citra mordacitatē: vnde & vulnera glutinant, & putreſcentibus vlceribus auxiliantur.

Andrachne, *id Portulaca.*

Portulaca in frigefaciendo tertii ordinis eſt, in hu- G mectando ſecundi. modicam autem auſteritatem complectitur, quapropter fluxiones repellit maximè bilioſas & calidas, earum qualitatem tranſmutans, alterans, & multùm frigefaciens. Atque ea gratia etiam æſtuoſis febribꝰ vt ſiquid aliud commodat, ſuper os ventris totáque præcordia impoſita. Sed et ſi probè teratur, adiecto ouo crudo vnà cum vitello ac candido, admixtóque modico roſaceo, acetíque momento, e veſtigio non vulgarem lenitudinem inducit in ardentibus febribus, ſi corpus vniuerſum inde illinatur, imò penitus extinguit vt neque am- H plius vlla exacerbatio contingat. Dentium quoque ſtuporis medela eſt. Succus eius ſimilem vim habet: quare non ſolùm forinſecus impoſitus, ſed etiam in potū ſumptus, perfrigerat: quod ipſum contingit etiã, ſi quis totam herbã in cibo ſumat. At verò propter vim ſubadſtringendi

etiam dyſentericis cõmodum edulium eſt, & fluxui muliebri & ſanguinis reiectioni:verùm ad hæc omnia multo efficacior eſt ipſius herbæ ſuccus.

Anemone.

Anemonæ omnes,acris & exterſoriæ attractoriǽque ac venarum oſcula aperientis facultatis ſunt: vnde radix quoque commanſa pituitam prouocat, & ſuccus ex naribus purgat,& cicatrices in oculis attenuat. Quin & ſordida vlcera anemonæ purgant,& lepras remouent, & appoſitæ menſes prolectant,& lac attrahunt & augent.

Anethum.

Anethum calfacit in tantùm vt aut ſecundi ordinis intenſi,aut tertii exoluti eſſe deprehendatur. Verùm ſecũdi ordinis principio eſt inter ſiccantia, aut primi fine. Si in oleo incoquatur,diſcuſſorium eſt, & dolores ſedat, & ſomnum inuitat,& crudos ac incoctos tumores concoquit. Vſtum,tertium ordinem calfacientium ac ſiccatium obtinet:& propterea vlceribus humidis inſperſum prodeſt,& maximè in pudendo. nam in præputio etiam inueterata ad cicatricem perducit. Porro viride humidius eſt ac minus calidum,vtpote adhuc ſucculentum. quare magis concoctorium eſt ac ſomnificum quàm ſiccum:minus autem diſcuſſorium.

Anthemis ſiue Chamæmelum.

Anthemis(quæ & Chamæmelum appellatur) calfacit ac ſiccat in primo ordine. Eſt autem tenuium partium & propterea diſcuſſoria & rarefactiua ac laxatoria vi prædita. Si quidem igitur fuerit viridis, in oleo ipſam incoquere oportet,non præſente videlicet oleo chamæmelino,in quo maceratus flos inſolatus eſt:ſi verò ſicca fuerit, modico aceto præmadefacta,deinde in oleo cocta, commoda fit iis in quibus nõdum deſiit materia ad caput afferrri. Nam eam quæ iam adeſt diſcutit, & alteram non attrahit:quæ commoditas nulli alteri medicamento contigit. Nechepſon autẽ Ægyptius ipſum chamæmeli florẽ purum in ſummo vigore colligere iubet, & in mortario tundere,ac probè cõterere,ac paſtillos mediocres fingere, eóſque in vmbra diligentiſſimè ſiccare ac reponere: vſus autem tempore vnum ex ipſis terere,oleo primario quod ſatis eſt affuſo,indéque vniuerſum corpus à capite vſque ad pedes illinere,in omnibus febrientibus,ac ægrum ſtragulis coopertum fouere. ſudor enim, inquit, mouebitur bonus in iis qui euaſuri ſunt, & à febre liberabuntur. nã in plurimis experimento hoc cognitum eſt, & in peregrinationibus maximè congruum exiſtit, ob circunferendi facilitatem. Præcipit etiam in potu paſtillos exhibere febricitantibus fabæ quantitate ex aqua calida.

Aniſum.

Aniſi ſemen maximè in vſu eſt,acre & ſubamarum exiſtens,vt propè accedat ad caliditatem vſtoriorum. Eſt enim in tertio ordine calfacientium ac ſiccantium: ob id & vrinam ciet,& diſcuſſorium eſt, & inflationes circa ventrem ſedat.

Aparine,ſiue Philanthropos,aut Omphacocarpos.

Aparine(quam alii Philãthropõ, alii Omphacocarpon vocant)moderatè tergit ac ſiccat. Habet etiam quid tenuium partium.

Apios,*id eſt Pirus.*

Piri folia & ramuli auſteri ſunt, fructus dulcedinẽ quandam aquoſam habet,ex quibus manifeſtum ſit temperamentum inæquale iuxta partes exiſtens. Quapropter in cibo quidem,ſtomacho commodant, & ſitim ſedant: verùm in cataplaſmatis impoſita pira ſiccant, & mediocriter frigefaciunt,vt vulnus per ipſa conglutinatum eſſe ſciam.

Achrades, *id eſt Pira ſyluestria.*

Quæ verò ſyluestria pira nominantur,magis adſtringunt & ſiccãt,& ob id vulnera maiora glutinãt,& in cataplaſmatis impoſita fluxiones reprimunt: quemamodum in malorum tractatu abſolutiſſimè tradetur.

Ariſtolochia.

Ariſtolochiæ radix ad medicinam cõmodiſſima eſt, amara & ſubacris exiſtens. Rotunda ex his maximè omnium tenuium eſt partium,& ad omnia efficacior: idcirco vbi craſſus humor fortiter attenuandus eſt, rotundæ vſus expetitur,atq; inde adeo dolores ex obturatione aut crudorum craſſitie obortos curat,& infixa extrahit, & putrefactionibus medetur,& ſordida vlcera purgat,& dẽtes ac gingiuas illuſtrat. Auxiliatur etiam anhelatoribus & ſingultientibus, comitialibúſque morbis ac podagricis,ex aqua pota,ruptíſque ac conuulſis medicamentum, vt ſiquod aliud, commodum eſt. Ex reliquis duabus clematitis odoratior eſt, vt etiam vnguentarii eam in vnguenta aſſumant,verùm ad medendum minus valet. Longa autem ariſtolochia minus tenuium partium eſt quàm rotunda,non tamen inefficax, ſed exterſoriam ac calidã vim habet,& ob id vlcera incarnat,& ad vteri fotus commodior habetur.

Aracus.

Aracorum ſemen ſimile eſt cicerculis & vſu & viribus: verùm durius quàm cicerculæ,& propterea etiam ægrius concoqui poteſt.

Arceuthos,*id eſt Iuniperus.*

Iuniperus calida eſt & ſicca, tertii ordinis in vtroque genere. Fructus eius calidus quidem ſimiliter eſt, ſed in primo ordine ſiccat.

Arnogloſſum,*id eſt Plantago.*

Arnogloſſum frigefacit ac ſiccat in ſecundo ordine. habet & auſteri quippiam:quare fluxionibus & putrefactionibus vlceribúſque malignis conuenit, atque ea gratia etiam ad dyſenterias. nam ſanguinis eruptionem cõpeſcit,& ſiquid peruſtum eſt frigefacit, & ſinus glutinat. Eſt præterea etiam aliorum vlcerum recentium ac veterum curatrix. citra mordacitatem enim ſiccat,& frigiditatem poſſidet nondum ſtupefacientẽ. Semen eius itémque radix ſimilem vim habent:verùm ſicciorẽ & minus frigidam. Et ſemen quidem, tenuiſſimarum partium eſt: radices verò craſſiorum. Ipſa autem folia ſiccata, tenuiorum partium vim,ſed minus frigidam acquirunt. Propterea radicibus etiam ad dentium dolores vtimur, tum cõmanducantes,tum decocto ipſarum colluentes. Cæterùm ad hepatis ac renum obturamenta, & radicibus & foliis, & multo magis ſemine vtimur.

Aron.

Ari radix primi ordinis calfacientum ac ſiccantium eſt. habet & vim exterſoriam,ſed non adeo fortiter velut dracontion. Radices etiam in cibo acceptæ humorũ craſſitiem moderatè diſſecant,vt etiam ad reiectiones ſputorum ex pectore cõmodent. Verùm dracontion in hos vſus præſtabilius eſt. aliâs præparatur ac editur eo quo dracontion modo feruefacta.

Artemiſia.

Artemiſiæ ambæ calfaciunt in ſecundo ordine:ſiccant autem vel in primo ordine intenſo, vel ſecundi principio. Sunt autem moderatè quoque tenuium partiũ: quare ad renum lapides moderatè conueniunt, & ad vteri fotus.

Aſarum

Aſari radices in vſu ſunt,acori radicibus viribus cõſimiles,verùm magis intẽſæ:quare ex his quæ de acoro diximus,etiam de aſaro notionem ſumere oportet.

Aſpalathus.

Aſpalathus ex diſſimilaribus viribus conſtat, acribus & adſtringentibus. Et acribus quidem partibus ſui calfacit,auſteris verò frigefacit,vtriſque ſiccat:& propterea ad putrefactiones & fluxiones vtilis exiſtit. Ad putreſcentes in ore gingiuas in vino cocta vtiliter colluitur.

Aſparagus ſiue Aſpharagus(iuxta Athenienſes)aliâs Myacanthus.

Aſparagus petreus ſiue Myacanthus, exterſoriã vim habet,nec tamen validè calfacit nec frigefacit: idcirco renes & iecur obſtructione liberat,maximè radices herbæ ac ſemen. Et ſanè etiam dentium doloribus medetur ſiccando citra calfactionem.

Aſter Atticus,vel bubonium.

Aſter Atticus(quem alii bubonium appellant,quòd non ſolùm in cataplaſmate impoſitus,ſed etiam adalligatus bubonas ac vnguium tumores ſanare credatur) habet etiam quid diſcuſſorium, vt mixtarum virium ſit, velut roſa: ſed bubonium non ita adſtringit.

A Aſtaphis,*id eſt uua paſſa.*Caricæ.

Vua paſſa ſatiua concoctoriam ſimúlque adſtringentem & moderatè diſcuſſoriam vim habet: eadem enim eſt ratio vuarum paſſarum ad vuas,quæ eſt caricarum ad ficus.Et dulciores quidem,calidiores ſunt:auſteriores verò,frigidiores,& adhuc magis acerbæ. Stomachum itaq; roborant auſteræ,& aluũ adſtringunt, atque his amplius etiam acerbæ.Medium verò ſtatum inter has tenent dulces,neque palàm exoluentes ſtomachum,neque aluũ ſubducentes.Vim tamen contemperandi humores ſemper B habent dulces,itémque moderatè extergendi: vnde paruos circa os ventriculi morſus obtundunt. nam maiores morſus generoſioribus morſibus opus habent. Præſtant vuæ paſſæ pinguiſſimæ & tenui cortice præditæ. Cæterùm vuæ paſſæ minus quàm caricæ aluum ſubducunt ac extergent:verùm ſtomacho commodiores quàm caricæ exiſtunt.

Aſtaphis agria,ſiue Staphis agria.

Staphis agria valde acrem vim habet, vt fortiter pituitam de capite trahat ac extergeat.Quare & ad ſcabiem confert,& vſtoria quadam vi participat.

C Aſphodelus.

Aſphodeli radix in vſu eſt,veluti ari,& aſari, ac dracontii.Vim habet exterſoriam ac diſcuſſoriam. Vnde in vino albo vetere cocta,& vino calido meraco cyathi mẽſura hauſto, menſes ſuppreſſos celerrimè ciet. Vſtæ cinis calidior & ſiccantior,magiſque tenuium partium ac diſcuſſorius euadit,& ob id etiam alopecias ſanat.

Atractylis,ſiue Cnicus ſylueſtris,ſiue Androſæmon.

Atractylis,ſiue Cnicus ſylueſtris,vel Androſæmon, (vt alii vocãt)ex ſpinoſarum plantarum genere eſt, & ſiccantis ac moderatè calidæ facultatis exiſtit. D

Atraphaxis,*id eſt Atriplex.*

Atriplex ſecundi ordinis eſt humectantium, primi frigefacientium:adſtrictionis nihil habet, ſed aquoſa eſt velut malua,& facilè ventrem permeat. Hortenſiũ genus humectius & frigidius ſylueſtri eſt. quapropter inflammationibus ac furunculis incipientibus & augeſcentibus hortenſes,vigentibus & declinantibus ſylueſtres cõmodiores ſunt.Semen exterſoriam vim habet:vnde ad morbum regium ex iecoris obſtructione obortum vtile exiſtit.

E Abſinthium.

Abſinthium,calidum eſt primo ordine, ſiccum tertio.Succus eius multo calidior quàm herba eſt.participat & adſtringendi vi non obſcura,maximè Ponticum:quare exterget,roborat,ſiccat.& propterea bilioſos vẽtriculi humores ad infernam excretionẽ deducit & per vrinas euacuat.Magis autem bilioſum intra venas humorem per vrinas expurgat.idcirco vbi pituita in ventre continetur, nihil conducit.Sic etiam ſi eadem circa pectus aut pulmonem hæreat. adſtrictoria enim facultas in ipſo fortior eſt quàm amara.Quoniam verò acrimoniam quandam poſ- F ſidet,calidum amplius quàm frigidum exiſtit.

Balanos myrepſica,*id eſt Glans unguentaria,*vel Myrobalanum.

Glans vnguentaria (quæ myrepſica balanos & myrobalanon appellatur) exterſoriã & inciſoriam vim habet cum aliqua adſtrictione, & propterea exterſoriam ac adſtringentem contrahentémque ac coactoriam habet actionem:quapropter & ad varos & lentigines, maculáſque ſolares,pruritum,lepram,ſcabiem,achoras,& manantia capitis vlcera,vlceroſáſque papularum eruptiones, & G omnia craſſi ſucci vitia,conueniens eſt, maximè cum aceto.cicatrices etiam illuſtrat.Facit quoque ad hepar induratum in cataplaſmate impoſita,& lienem conſumit,præſertim ſi farina aliqua ſiccatoria ipſi commiſceatur, velut eſt loliacea ac eruina.At verò cortex valde efficax eſt, vt eius vſus,vbi vehementi adſtrictione opus eſt,requiratur. Si verò quis carnis eius drachmam vnam bibat cũ aqua mulſa,facilè vomet.Sæpe & per inferna aluum largè ſubducit. vnde,ſi hepar aut ſplenẽ purgare voluerimus,per huius medicamenti vſum, in poſca ipſum exhibemus: H ſtomacho enim incommodat. verùm aceto gaudet tum forinſecus impoſitum,tum per os acceptum.

B

Balanos,*ſiue* Glans quercina.

De quercina glande,in quercus tractatu commodè dicemus.

Balſamum.

Balſamum calfacit & ſiccat ſecundo ordine,eſt & tenuium partium.Liquor eius adhuc magis tenuium partium vim habet:non tamen adeo calidus eſt velut quidã opinantur,per partium ſubtilitatem decepti. Fructus eius B conſimilem iuxta genus facultatem obtinet,ſed partium tenuitate ab illis præuertitur.

Balauſtium.Cytinus.

Balauſtium,ſylueſtris mali punicæ flos eſt, velut ſatiuæ Cytinus.guſtum autem fortiter adſtringit,& ſanè ſiccantis ac frigefaciẽtis facultatis eſt: quare ſi intertriginibus ac aliis vlceribus ipſum aridum tenuiſſimè tritũ inſperſeris,citiſſimè videbis ipſa cicatricem recipere citra mordacitatem.Idcirco non eſt medicus quiſpiã qui non hoc pharmaco,& in his qui ſanguinem reiectãt,ac dyſentericis,ventriſque ac vteri fluxionibus, vtatur.

Batos,*id eſt Rubus.*

C Rubi folia maximè tenera,itémque germina mediocriter adſtringunt,vt commanſa oris vlcera cum alia,tum quæ aphthæ appellãtur,curent: imò & vulnera glutinent. Fructus maturus moderatam quandam caliditatem habet:immaturus frigidam terream ſubſtantiam poſſidet: & propterea acerbus & valde ſiccatorius eſt.Siccatus autẽ reponi ſolet,& humido magis ſiccatorius euadit.Flos eãdem vim quam fructus immaturus habet. Itaque ad dyſenterias & ventris fluxiones ac debilitatem, & ſanguinis ſputum commodus eſt.Radix ſupra vim adſtringendi,e- D tiam tenuium partium ſubſtantiam habet: quare renum lapides atterit.

Batrachion,*id eſt Ranunculus.*

Batrachium quatuor ſpeciales differentias habet,omnes autem fortiter acrem vim poſſident,vt cum dolore exulcerent. quare ſiquis moderatè vtatur, ſcabies ac lepras excoriant,vngues item leproſos remouent,& ſtigmata ſiue notas incuſſas diſcutiunt,& verrucas, ac myrmecias ex earum gente dictas, auferunt. Quin & alopeciis proſunt modico tempore impoſitæ.nam ſi diutius ſinantur,non ſolùm excoriant ſed etiam cruſtam cuti inurunt: E atque hæc quidem folia viridia vnà cum cauliculis impoſita faciunt.Radix autem ſiccata ſternutatorium eſt medicamentum,quo modo omnia alia fortiter ſiccãtia: ſed & dentium dolores mitigat,ſimúlque ipſos confringit.

Bdellium.

Bdellium Scythicum appellatum,quod & nigrius & reſinoſius eſt, mollientem abundè & efficacem vim habet.Alterum Arabicum,quod etiam pellucidius eſt, magis ſiccat quàm mollit.Vtuntur aliqui his & maximè Arabico,ad ramices gutturis ac hernias aquoſas(brõchocelas F & hydrocelas, Græci appellãt)ieiuni hominis ſaliua ad ẽplaſtri cõpagẽ redigẽtes.Arabicũ etiã calculos renũ atterere videtur,vrináſque ciere in potu acceptum:ſed & crudorum flatuum inſultus,& laterum dolores,ac rupta ſanat.

Blitum.

Blitum olus eſt cibarium, temperamento humidũ ac frigidum in ſecundo ordine locatum.

Bulbus.

Bulbus comeſtus frigidioris & craſſioris viſcoſioriſque humoris genitor eſt:nam & ægrè concoquitur, & G inflat,ac venerem ſtimulat:in cataplaſmate impoſitus glutinat & ſiccat.At verò qui vomitorius Bulbus dicitur,multo calidius temperamentum quàm prædictus habet.

Bugloſſum.

Bugloſſum humidum & calidum temperamentum habet:vnde vino iniectum læticiam facere potãtibus videtur.Conducit & tuſſientibus propter gutturis aſperitatem,in aqua mulſa decoctum.

Buphthalmon.

Buphthalmon appellatum videtur à floribus qui fi- H guram oculi bouis ſimilitudine referunt. nã colore chamæmeli floribus quam ſimillimi exiſtunt. Multo autem maiores ipſis ſunt & acriores, & propterea magis diſcu

ſorii ſunt, vſqueadeo vt etiam duritias ſanent ad ceratũ permixti.

Bunion, ſiue Arction. Pſeudobunion.

Bunion (quod quidam Arction appellant) calfactorii generis in tantum eſt vt vrinam cieat, & menſes ducat: ſed & Pſeudobunion ſimiliter ipſi calidum eſt.

Brathy, *id eſt Herba Sabina.*

Herba Sabina calefacit & ſiccat tertio ordine: eſt autẽ tenuium partium, & propterea diſcuſſoria, & menſium ductrix, ſiquid aliud, & per vrinas ſanguinem trahit: & viuẽtes fœtus perimit, ac immortuos eiicit. Conuenit putrefactis, maximè malignis & inueteratis. nam quæ diu durauere, citra moleſtiam pharmaci vim tolerant. Quin & denigrata ac valde ſordida, cum melle expurgat, & carbunculos deſtruit: quidam etiam duplum ipſius pro cinnamomo coniiciunt.

Britannica.

Britannicæ folia adſtringunt, & vulnera glutinant, ſúntque ſimilia foliis ſylueſtris rumicis, præterquã quòd nigriora & hirſutiora exiſtunt. Succus foliorum ſimiliter adſtringit: quare quidam coctum ipſum reponũt vt pharmacum ad putredines oris efficaciſſimum.

Bromus, *id eſt Auena.*

Bromos paulo frigidiore temperamento præditus eſt, & adſtrictionis nonnihil habet, vt etiam ventris profluuiis commodet.

Bryon thalaſſion, *id eſt Muſcus marinus.*

Muſcus marinus adſtringit & frigefacit: vnde in cataplaſmatis vicem impoſitus, ea quæ calida ſunt, manifeſtè perfrigerat ac iuuat.

Bryon ſiue Splanchnon aut Hipnon, *id eſt Muſcus arborum.*

Bryon ſiue Splanchnon aut Hipnon, *id eſt Muſcus arborum,* adſtringit & frigefacit moderatè, vt propè ad temperata accedat. quare & diſcutiẽdi ac emolliendi facultatis particeps eſt, maximè qui in cedrinis lignis reperitur.

Bryonia.

Dictum eſt de Bryonia quũ de Vite alba nobis ſermo eſſet.

Bubonium ſiue After Atticus.

De bubonio dictum eſt in ſecundæ appellationis elemento.

A littera Γ incipientia.

Gentiana.

Gentianæ radix efficax eſt vbi opus eſt attenuare & depurgare, extergereque, & ab obſtructionibus liberare.

Gigarta, *id eſt Vinacea.*

Vinacea, ſicca ſunt in ſecundo ordine, frigida in primo: acerba autem guſtu ſunt, proptereáque fluxidis vẽtris affectionibus plurimùm proſunt.

Gingidium.

Gingidium, vt guſtu amaritudinis & adſtrictionis particeps eſt, ita temperamento, caliditatis & frigiditatis. Iuxta vtranque autem qualitatem ſiccatorium eſt, imò etiam ſtomacho valde commodum, ob adſtrictionis non modicæ participationem. Euadit autem multo magis ſtomacho commodum, ferueſactum & ex aceto comeſtum. Caliditatem itaque non valde manifeſtam obtinet, verùm in ſecundo ordine ſiccat.

Glaucium.

Glaucium adſtringit cum quadam iucunditate, ſed & frigefacit manifeſtè adeo vt eryſipelata non adeo fortia ſanet.

Glechon, *id eſt Pulegium.*

Pulegium calfacit & attenuat vehementer. vnde humoribus craſſis ac viſcoſis ex pectore ac pulmone reiectãdis facilem viam facit. Menſes ciet cum vino albo coctũ, ita vt vinũ ipſum meracum bibatur. Forinſecus cataplaſmatis modo impoſitum, tum iſchiadicos tum alios perfrigeratos rubificat.

Glœos, *id eſt Sordes balnearum.*

Sordes balnearum moderatè emollit.

Glycyrrhizon, *id eſt Radix dulcis.*

Glycyrrhizi fruticis radicum ſuccus maximè in vA ſum venit, dulcis exiſtens cum modica quãdã adſtrictione: quapropter aſperitates lenit non ſolùm arteriæ ſed etiam ſcabioſæ veſicæ. Quandoquidem verò omne dulce moderatè, etiam humido temperamento præditum eſt, pro eius ſanè ratione ſitim quoque eximit.

Glycyſide, ſiue Pæonia, aut Pentorobos, aut Ephialtia.

Glycyſiden, etiam Pæoniam, & Pentorobon, & Ephialthian nominant. Radix eius tenuium partium & ſiccatoria ac mediocriter calida eſt: habet enim vim adſtrin-B gentem leniter cum aliqua dulcedine. Quòd ſiquis eam diutius mandet, etiam acrimoniam ſubamarã percipiet: idcirco ſanè & menſes mouet, magnitudine amygdali cõtuſa, cum aqua mulſa pota. Expurgat quoque iecur obturatũ, lienémq; ac renes. Per adſtrictionẽ autẽ fluxiones vẽtris ſiſtit, in vino quopiam auſterorum generis cocta, & vino poto. In ſumma, reſiccandi vim fortiter poſſidet: vt nõ improbauerim id quod à multis rationabiliter creditum eſt, eam videlicet etiam adalligatam puerorum morbum comitialem ſanare. Aliquando enim puerulo octimeſtri comitiali apprehenſo, magnam radicis recentis partem C de collo ſuſpendimus, iuſſione facta vt perpetuò eam cõtineret appenſam: & de cætero ex hoc facto puer perfectè ſanus euaſit, neque ampli⁹ apprehenſus aut conuulſus eſt.

Gnaphalium.

Gnaphalium adſtringentis moderatè facultatis eſt, & propterea dyſentericis ipſum cum vino aliquo auſtero potandum exhibent.

Gongylis, *id eſt Rapum.*

Rapi ſemen ad rem veneream ſtimulos addit, flatuoſi ſpiritus generatiuum exiſtens: ſic & radix ægrè con-D coctilis, & flatuoſa, ac ſeminis gignitiua eſt, ſuccum autẽ in corpus diſtribuit craſſiorem. Quare ſiquis in nimio eius eſu perduret, & maximè ſi ipſam non probè in ventriculo concoquat, humorem crudum appellatum cõgregabit: ſi verò crudior in coctura maneat, ægrè concoctilis & flatuoſa & ſtomacho incommoda exiſtit. quandoque etiam morſus circa ventrem excitat, melior autem fit, ſi bis coquatur. multa enim coctura opus habet. Porrò ad ventris deiectionem neque conducit neque officit.

E

A littera Δ incipientia.

Damaſonium, ſiue Aliſma.

Damaſonium, etiam Aliſma appellatur. Eius radicẽ experti ſumus coctam in aqua, & aqua pota, calculos in renibus conſiſtentes ac coactos confringere.

Daucus ſiue Staphylinus, *id eſt Paſtinaca.*

Daucus (quem & Staphilynum *&* *Paſtinacam* appellãt) duorum generum eſt: alter ſylueſtris, minus comeſtilis quàm ſatiuus, verùm in omnibus vehementior: ſatiuus F autem in cibi vſum aptus eſt, ſed aliàs imbecillior exiſtit. Facultatem habent acrem & calfactoriam, & propterea etiam attenuatoriam. Radix itaque poſſidet etiam flatulentum quippiam, & ob id veneris ſtimulatiuum. Semen ſatiui quidem, habet item aliquid in ſe venerem ſtimulans, ſed ſylueſtris omnis flatus expers eſt: quare & vrinam ciet & menſes mouet.

Daphne, *id eſt Laurus.*

Lauri arboris folia & fructus ſiccãt & calfaciunt vehementer, & magis ipſe fructus. Cortex radicis minus qui-G dem acris & calidus eſt, magis verò amarus & aliquid adſtrictionis habens. idcirco & lapides atterit, & hepaticis conducit. Bibitur in vino odorato pondere obolorũ triũ.

Dictamnum & Pſeudodictamnum.

Dictamnũ magis tenuiũ partium eſt quàm pulegium, in cæteris ipſi conſimile: quod verò Pſeudodictamnum dicitur, debilius eſt.

Dipſacos, *id eſt Labrum veneris.*

Dipſaci radix ſecundi ordinis eſt ſiccantium: habet etiam quid exterſorium.

H

Dorycnium.

Dorycnium temperamento ſimile eſt papaueri & mandragoræ, & aliis eodem modo frigefacientibus. parum itaque ex eo ſumptum ſoporem inducit: amplius, occidit.

Dolichi,ſiue Lobi.

Qui nunc ab omnibus Lobi nominantur,apud omnes veteres dolichi & phaſeoli appellabantur,& ab aliquibus ſmilax hortẽſis.nutriunt quidem non minus quàm piſa, conſimiliterque flatus expertes ſunt: verùm iucunditate & in alui deiectione illis cedunt. Appellantur autẽ Lobi, *hoc eſt ſiliquæ*,præ aliis præcipuè,quoniã ex omni ſiliquarũ genere quæ indumento intectæ ſunt,hæ ſolæ vnà cũ ſiliquis ſiue tegumentis ſuis vtplurimum comeduntur.

Dracontion.

Dracontion acrius eſt quàm Aron,& amarius, & magis calorificum ac tenuium partium.Habet autem quandam breuem adſtringendi vim, cum acrimonia & amaritudine permixtam,vt vel inde efficaciſsimũ pharmacũ exiſtat.nam radix viſcera & omnes craſſos ac viſcoſos humores expurgat, & malignorum vlcerũ optimum medicamentũ eſt:depurgàtque ac extergit generoſè cum aliã exterſione indigentia, tum vitiligines cum aceto. folia autẽ vlceribus & vulneribus recentibus cõueniunt,quãtóque minus fuerint ſicca tanto magis glutinant.Quæ enim ſicciora ſunt,acriora quàm vulneribus conueniat exiſtunt.Creditur etiã caſeum à putredine aſſeruare forinſecus ipſi circumpoſitum.Semen autem radice fortius cãcros & polypos cõſumere creditur.Succus ſeminis oculorũ albugines deterit.

Drys,*id eſt Quercus.*

Vniuerſæ quercus partes adſtringentis qualitatis participes ſunt: amplius autẽ omnibus membranula quæ ſub cortice trunci reperitur, & quæ ſub cortice glandis ſuper fructus carnẽ inducta eſt: quare & ad fluxum muliebrẽ, ſupráque ſanguinis ac dyſenterias & vètris fluxiones diuturnas,vtilis eſſe creditur.vtuntur autẽ ipſa decocta.Vehementius adhuc adſtringit phagus & ilex.Cæterùm folia ex omni quercus genere pro cataplaſmate impoſita, vulnera recentia glutinant:quẽadmodum ego ruri expertus ſum.Glandes quercinæ comeſtæ alimẽtum quidem abundè corpori ſuppeditant, ſed tardi tranſitus eſt idipſũ, & craſſum ac ægrè concoctile.Ex omni glandium genere optimæ ſunt caſtaneæ,quæ & lopimæ appellantur. ſolæ enim ex ſylueſtrium fructuũ genere,memorabile alimentum corpori ſufficiunt: ſunt tamen etiã ipſæ capiti graues,vtpote dolorem eius inducentes,ſed multo magis his ſupradictæ.

A litera E incipientia.

Ebiſcus, Althæa,*id eſt Malua ſylueſtris.*

Ebiſcus malua ſylueſtris eſt,diſcuſſoria, laxatoria, inflammationẽ arcens, mitigatoria & concoctoria crudorum panorum ac tuberculorum. Radix eius, itémque ſemen,reliqua ſimiliter faciunt velut herba: verùm facultatem magis tenuium partium , ampliúſque ſiccatoriã & exterſoriam ex ſe oſtendunt,adeo vt etiã vitiligines deterant, & ſemen calculos renum confringat. Decoctum radicis & ad dyſenteriam & alui profluuiũ, & ſanguinis reiectionẽ,vtile eſt,vt quæ vim quãdam adſtringentem habet.

Ebenus.

Ebenus lignum eſt ex eorum numero quæ in ſuccum reſoluuntur, vim habet calfactoriam, exterſoriam,ac tenuium partium.vnde & ea,quæ pupillis tenebras offundunt vitia,extergere creditur,& in alias oculares compoſitiones admiſcetur, quæ videlicet ad vlcera vetera, & fluxiones ac puſtulas conueniunt.

Elæa,*id eſt Olea.*

Oleæ germina tantũ frigiditatis quantũ adſtrictionis habẽt:fructus exactè maturus moderatè calidus eſt , immaturus adſtringentior eſt & frigidior.Oliuæ drupæ pinguem ſuccum habẽt,& modicum alimentũ corpori præbent.Colymbades verò muriæ innatantes, adſtringentem ſuccũ habent.& ſtomachũ corroborant,appetentiámque cibi excitant, & ad hoc cõmodiſſimæ ſunt quæ cum aceto ſunt aſſeruatæ. Ex iis enim quæ ex æquo ſalubria ſunt, id quod iucundius eſt facilius concoquitur.

Elæon,*id eſt Oleum.*

Oleum ex oleæ fructu expreſſum, (quod etiã propriiſſimè oleum appellatur) humectans & moderatè calidum eſt. Tale eſt dulciſſimum ex oliua maximè drupa factum,quale eſt ſabinum. Eſt autẽ calidum moderatè,me-

A dii temperamenti , & magis diſcuſſorium quàm quod ex crudis oliuis expreſſum eſt,quod omotribes & omphacinum appellatur.Nam hoc tanto frigidius eſt quãto plus adſtrictionis habet.Oleum autem vetus,ſi quidem ex dulci oliua factum vetuſtatem contraxit , calidius eſt & magis diſcuſſorium: ſi verò ex cruda,quouſque ſanè aliquid adſtrictionis ſeruauerit, mixtæ facultatis exiſtit.Vbi verò adſtrictionem penitus abiecerit,alteri aſſimilatur.Lucernarium autem,à medio ac temperato, dulci inquam , in tantum ad calidiorem qualitatem progreditur, quantum B omphacinum ad frigidiorem . Vtimur omphacino, calidiore facto . Dulci, ſicciore facto & circumtenſo . Lucernario,eodem frigefacto . Manifeſtum eſt autem quòd omphacinum aliquando etiam frigidum adhibere oportet,reliqua ſemper calida. Atque hic quidem vſus ad caput eſt.Cæterùm ſi vniuerſum corpus præter naturam ſicc cius reddatur,dulce oleum commodiſsimè illinitur. Sed & ſi denſatum ſit ex adſtrictione, aut frigiditate,aut mordacitate,aut acribus pharmacis , aut humore,aut etiam pruritu,idem oleum omnium aptiſsimum eſt, maximè C cum exercitationibus aut etiam poſt exercitia . At verò ſtomacho & iecori inflammatis maximè congruit omphacinum irrigatum, ob adſtringendi facultatem . Reliquis partibus dulce magis prodeſt.

Oleum Cicinon.

Oleum Cicinon in Ægypto paratur ex ricini arboris ſemine , quod croton appellatur, *ſicut arbor ipſa,cici,* tuſo & expreſſo,& oleo ex aqua calida electo. Eſt autem tenuium partium ac diſcuſſorium, velut oleum vetus.Exterit vitiligines,maculas ſolares,lẽtigines,aſsiduo illitu.Cõ D ſimile raphanino eſt: quo etiam vti licet, cicino aut vetere non præſente.

Oleum ſeminis Lini.

Sed & ex lini ſemine oleum præparatur, quomodo prædictum eſt.Et vſus eius iam eſt pro cicino . nam cicinon non amplius adfertur,ſed hoc pro ipſo adferunt.

Oleum Raphaninum.

Raphaninum oleum in reliquis ſimile cicino eſt:verum calidius.

Oleum populi nigræ.

Oleum ex nigra populo in æſtate paratur,quum multa circa ſemen eſt reſina. Sumunt itaque eius grana, mo-E dicéque confringunt, & ad pondere expenſum inde triẽtem,olei dulcis ſextarium immittunt, & ad dies quadraginta inſolant.atque ita excolatũ reponunt. Eſt hoc oleũ calfactoriũ,tenuiũ partiũ,mollitoriũ,cũ odore iucũdo.

Oleum amygdalinum.

Amygdalinum oleũ ex amygdalis amaris fit, éſtque tenuium partium,& calidius dulci vno gradu. Conuenit maximè auribus à craſsis flatibus obturatis,& ad auditus grauitatem,& ſonitui ex frigiditate. Vermes quoque aurium enecat.Experientia enim nos docuit ipſum auribus F maximè prodeſſe,reliquarum partium comparatione.

Oleum nucum.

Nucis oleum ſimiliter vt amygdalinum præparatur, nucibus aut tuſis & expreſsis, aut poſt contuſionem in aquam feruentem coniectis. commodum eſt in eoſdem quoque vſus.Inſupérque hoc priuatim habet, quòd inaurantibus aut inurentibus conducit.Siccat enim,& ad multum tempus inaurationes ac inuſtiones continet & adſeruat.

Oleum Myrobalaninum.

Oleum ex myrobalanis vim habet depurgandi ma-G culas faciei,lentigines,varos,& omnem nigredinem:ſed & aluum purgat,prodeſt & aurium dolori, & ad ſonitus cum adipe anſerino inſtillatum.præparatur vt amygdalinum,glande vnguentaria molita.

Oleum Laurinum.

Laurinum ex bacca lauri fit,quo modo iam dictum eſt. at verò mixtum hoc modo præparatur : Ad ſextarios quinque oliuarũ maturarũ,baccarũ lauri pinguium & recentium ſextariũ vnum adiicimus,atque ita omnia ſimul conteruntur ac exprimuntur, velut oleum aliàs ex oliuis H ſolet. Calidum valde eſt & mollitorium quòd purum ex ſolis lauri baccis factum eſt:quare vehementer perfrigeratis quadam corporis parte conducit . Multùm quoque ſiccat , & propterea ſcabroſis, & aſperæ cuti,impetiginibúſque aſperis, in balneo illitum medetur . fugien-

dum eſt autem in impetigine inflammata, aut ſcabie inflammata, & in temperamentis calidis ac bilioſis. humidis autẽ & pituitoſis cõuenit, & omnibus articulis à frigore infeſtatis. eſt & iſchiadicis ex coxendicibus laborantibus cõmodum. Occidit vermes & pediculos, tum feros tum manſuetos, itémque lendes ac furfures capitis, & ophiaſes ac alopecias. Vſus eſt in balneo ieiunis, ita vt poſtea cũ ouo ac melle & fœnigræci farina detergeatur. Cauendum ne capiti calido adhibeatur.

Oleum ſeſaminum.

Seſaminum oleum ex ſeſamo fit contrito & in aquam iniecto. Viribus non longè abeſt ab oleo dulci. caliditatẽ enim moderatam habet, & ſaporem omnino leuiter adſtringẽtem. aptum eſt cibis: nam & ſaporis iucundi eſt, & facilè concoquitur, & aluum ſubducit. forinſecus illitum vim obſtructoriam meatuum habet, propter craſſitudinem. Cæterùm ad præparationem oleorum quæ odoris gratia fiunt, aptius eſt quàm oleum commune, propter durabilitatem, & quòd non facilè putreſcat.

Oleum lentiſcinum.

Et hoc ex lentiſci fructu præparatur eo quo in aliis dictum eſt modo. Paratur etiam velut in laurino diximus, fructu lentiſci oliuis permixto. Vtile eſt purũ & immixtũ ori ex fluxionibus infeſtato, & gingiuis inflammatis, calidum in ore detentum, tum in balneo, tum citra balneũ: repellit enim & roborat citra exaſperationem. Mixtũ autẽ magis mitigat ſimúlque robur conſeruat: quare in iecoris ac ſtomachi fotus ac rigationes cõmodè aſſumitur.

Oleum œnanthinum.

Œnanthinum eadem efficacia eſt cum melino & roſaceo, præterquam quòd aluum non mollit. cõponitur hoc modo: Œnanthen, *hoc eſt uitis ſylueſtris fructum florentem*, accipe odoram, & marceſcere ſine, ac in nouum vas vnà cũ omphacino oleo mitte, & ad dies XL. quotidie agita, ac excolato vtere. Sit œnanthes ſextans, olei ſextar. vnus.

Oleum melinum.

Melinum paratur ex malis cydoniis: fit etiã ex aliis malis corium habentibus acerbius & odoratius, hoc modo: Adimitur pediculus ad exortum, & feſtuca ad fundum, & pars interior vnà cum ſeminis granis, deinde ſecantur mala vnà cum adhærente cuticula. nam & in ipſa & odoris gratia & adſtringendi vis continetur. fiunt autem parua fruſta quorum quadrans in olei omphacini ſextarium iniicitur, & inſolata ad dies XL. reponũtur. Vis melini olei magis ad frigiditatem nutat, nõ tamen valde, propter mali vinoſitatem: adſtringit autem multum, velut lentiſcinũ: magis verò ſtomacho familiare eſt, propterea quòd ex duplici materia nutritiua componatur, olei videlicet ac mali: quare cõſequens eſt ipſum ſtomacho inflãmato ac debili competere irrigatum, & in epithematis impoſitum ac potum. Commodius eſt roſaceo propter mali familiaritatem: nam ſtomacho robur addit, & inſitos in vẽtriculo acres humores vehemẽtius propellit. Iniicitur etiã per ſedẽ, quibus colũ & craſſa inteſtina ab acri bile vexãtur. Cauẽdus eſt eius vſus in affectionib⁹ frigidis. in his enim magis cõuenit, ſi abſinthiũ habuerit ſimul incoctũ.

Oleum roſaceum.

Roſaceũ oleum ſic præparatur: accipitur floris roſarũ rubrarũ exunguium, & per diem ac noctem ſiccatarum quadrans, olei omphacini ſextarius vnus: roſis iniectis, os vaſis occludere oportet, intrinſecus linteolo, forinſecus pellicula, propter imbres repentinos, & inſolare ad dies XL. atque ita excolatum reponere, vaſis ſuper tabulas locatis in domo temperata. Quidam alia quædam roſis adiiciũt: verùm optima eſt præparatio ex ſolis roſis & oleo cõſtans. Alii nõ inſolant, ſed vas in puteum aquæ frigidæ ad dies XL. ſuſpendunt. Conducit capiti calfacto ex ſole, aut febribus, aut alia quædam eiuſmodi cauſa: humectat enim & mitigat, ac ſomnũ inducit. Et in febribus, excalfactis viſceribus, conuenit ceratum ex ipſo paratum, lotũ ex frigida aqua, in æſtate ſæpe alterata, ita vt ceratũ hoc viſceribus imponatur. præparatur autẽ hoc modo: Accipitur ceræ vnc. vna, roſacei quadrãs: cera liqueſit cũ modico roſaceo in duplici vaſe, & in aquã diffunditur, & manibus emollitur per aquam eluta, mox rurſus ac tertiò liquatur, diffũditur, aquáque eluitur: deinde reliquũ roſa-

A cei additur, liquatur, tollitur, agitatur, frigeſit, & in mortarium inditur ac teritur, & aquæ quantum expedierit inſtillatur: mox ſublatũ medicamentũ, in frigidã ſubinde permutatã reponitur. Si verò pro aqua acetum inſtillaueris in mortario ad ceratum, optimum medicamẽtum efficies ad eryſipelata, carbũculos & herpetas. Habetur etiã hoc ceratum Sermone v. capite nonageſimo primo: quin & potum optimũ roſaceum cum aqua calida aut frigida, magnã vtilitatem de ſe præbet iis quibus ſtomachus ex acri bile, aut lumbricis, aut aſcaridibus infeſtatur: verùm B ad lumbricos maximè puerorum, melius facit ſapæ permixtum & potum, ita vt ſapa ex vino coctura ad tertias redacto ſit præparata: celerrimè enim ipſos expellit. Infunditur etiã colo vexato ex prædictis cauſis. Cauendus vſus eius eſt iis qui non multam caliditatem habent, & quorum corpus ſuperfluis excrementis redundat.

Oleum chamæmelinum.

Chamæmelinũ oleum ſic præparatur: Olei dulcis ſextarius Italicus vnus, florum chamæmeli diem vnum præſiccatorum ſextans, in vas mittuntur, cuius oſculum raro C linteolo integitur, quo perſpirationem habeat oleum: & ſic per dies XL. inſolantur. Etenim ſi non perflетur ac trãſpiret chamæmelinum oleum, odorem garo ſimilem acquirit. Poſt inſolationem ſeruare ipſum oportet excolatum, vaſe locato in tabulis in domo temperata. Vſus eius eſt ad caput mediocriter denſatum ac dolens ex febribus non valde ardentibus. rarefacit enim meatus, & vapores diſcutit, ac acrimonias contẽperat, & in ſũma, magis mitigatoriũ eſt quàm roſaceũ, in febribus non valde calidis.

D Oleum anethinum.

Anethinũ ex anethi coma fit adhuc virente, priuſquã ſemẽ ſolidũ reddatur & acre. inutile enim ad vſum hunc fit floribus abiectis: reſecare autem mollia tantùm germina, & vnciæ vnius pondere expenſa, ad ſextarium Italicũ vnum olei dulcis iniicere oportet, & oſculum vaſis probè obturare, & diebus XL. inſolare. Calidius hoc eſt quàm chamæmelinum: itaque fatigatis in hyeme cõmodè adhibetur: mollit enim & humectat. Vtẽdum eſt eo & in febriẽtibus leniter à pituita: & omnino ægrotãtibus ex cau-E ſis frigidis, maximè circa tendines ac muſculos cõuenit.

Oleũ liliorum, aut liliaceũ, ſiue ſuſinũ, aut Lirinon.

Liliaceum ſiue Suſinum, aut lirinon oleum, fit ex albis lilii foliis exunguibus: & ſolùm iniectis, citra ipſorũ croceum filamentum, ad ſextariũ Italicum olei dulciſsimi, pondere ſextantis. Siccare autem etiã hæc oportet in vmbra per diem ac noctem: deinde vaſi iniicere, & diligenter obturata inſolare per triduum: deinde excolare, & aliũ ſextantem foliorum immittere, prioribus videlicet velut inutilibus eiectis. ternis enim alterationibus folia iniiF cere expedit: quare vbi rurſus per triduũ inſolaueris, rurſúſque excolaueris, tertium ſextãtem liliorũ immittes, ſimilitérque per triduũ inſolabis, & ſic excolatum in vmbra repones. ſiquis enim mox à principio ſexuncẽ foliorum immittat, putrefacta oleum fœtidum reddẽt. Cõmodum eſt affectionibus muliebribus: ſoluit enim duritias & morſus ex acrimonia obtundit, & robur vtero addit. In Suſis teſtimonium præbent ipſi, quòd prægnantibus facilem partum faciat: ſed & aliis illitum, laſſitudines eximit fatigatis, & mollientibus medicamẽtis adiectũ molG litorium eſt: & in ſumma, tepefactorium eſt, & mitigatoriũ ac rarefactoriũ, odoratúmq; ac facilẽ partũ procurat.

Oleum telinum, ſiue ex fœnogræco.

Oleũ telinum, *id eſt ex fœnogræco*, vim habet mollificandi. cõmodum eſt ad furfures, & achoras, *id eſt ulcuſcula capitis manantia*, depurgat & maculas ſolares, & faciẽ dealbat ac extergit & innouat. prodeſt & ad vteri duritias ac abſceſſus, & ægrè parientibus opitulatur. facit & ad ſedis inteſtinorúmque inflãmationes. infuſum ſoluit teneſmos: facit & ad perniones. præparatur hoc modo: Fœnigræci H lib. v. olei ſextarii octo, cyperi lib. II. calami odorati lib. I. macerantur hæc in oleo ad dies ſeptem, ter quotidie agitata, deinde expreſſa ac excolata reponuntur.

Oleum narciſſinum.

Ex albi narciſsi floribus fit oleũ narciſſinum, noctẽ ac diem præſiccatis, ita vt ſextans ex ipſis in ſextarium vnum Italicum olei dulcis coniiciatur, & vas diligenter

obturatum ad dies quatuor inſoletur. Oportet autem & nos alterare,quẽadmodum in lilio diximus, & reddetur oleum magis odoratum,præſertim ſi moderatè inſoletur: nam ſi diutius inſolaueris narciſsinũ aut etiam liliaceũ, vel violatum,aut aliud quoddam eorum quæ nõ fortem & permanentẽ odorẽ habent,inodoratũ euadet.Vim habet narciſſinũ calidiorẽ anethino. quare ad eadem cõducit in reliquo corpore,capite excepto:acris enim eſt narciſſini fragrãtia.

Oleum violatum.

Violatum oleum præparatur ex purpureis violæ floribus,itémque ex albis; quadrãte ex ipſis in olei ſextarium Italicum dulciſsimi coniecto,ac tertiùm alterato, veluti in lilio prædictũ eſt.Vis eius paulo calidior eſt quàm roſacei:quare ſiquis æſtate fatigatus & inſolatus roſaceo careat,violaceo vti poteſt,maximè ex purpureis florib⁹ præparato,ita vt in balneo ex eo illinatur: nã ſupra hoc quòd laſſitudini,medetur, etiã ſqualorẽ ac ſitum animi odore ſuo in mãſuetudinẽ ac voluptatẽ trãſmutat,& ſomnũ impertubatũ inducit.

Iaſmelæum.

Oleum apud Perſas Iaſme appellatum præparatur hoc modo: Candidorum nimirum violæ florum ſextante in Italicum ſextarium vnũ olei ſeſamini iniecto ac alterato, quemadmodum in lilio dictum eſt. Vſus eius in epulationibus apud Perſas odoris gratia receptus eſt. Conducit vniuerſo corpori à balneis,in corporibus calore ac laxitate indigentibus.Grauiorem autem odorem habet,vt multi non libenter ipſum tolerent.

Oleum myrteum.

Fit & hoc foliis myrti viridibus pondere ſextantis in olei omphacini ſextarium Italicum vnũ iniectis, addita vini odorati adſtringentis quarta ſextarii parte.Coquuntur hæc ad lentam prunam, donec folia areſiant ac confringantur,& vinum conſumatur: deinde oleum purum excolatur,& vitreo vaſe excipitur,ac reponitur. Adſtringit & frigefacit hoc oleum amplius quàm lẽtiſcinum ac melinum, & propterea irrigationibus ſtomachi & hepatis non competit,ſed neque alia viſcera benignè tractat. Experientia plurima vſum eius reperit in ceratis ac emplaſtris,per quæ dẽſare ac repellẽdo adſtringere oportet. Cõmodat allabentibus fluxionibus,& humectis vlcerib⁹ cicatricem inducit. Cohibet pilos capitis mulierũ, & eſt odoratum.

Oleum maſtichinum.

Maſtichinum oleũ,fit maſtiches vncia I.in olei valde acerbi ſextariũ I.immiſſa.coquitur autẽ in duplici vaſe. calidum eſt moderatè,& denſandi ac obſtruendi meatus vi præditum:ſi quidẽ partibus moderatè firmari adſtringique ac calfieri indigentibus adhibeatur.

Oleum ſtyracinum.

Styracinũ præparatur ſic:Olei dulcis optimi ſextarius vnus,ſtyracis pinguis ſextans,coquuntur in duplici vaſe, donec ſtyrax vim ſuam in oleum deponat. Paulo calidius hoc eſt quàm anethinum: verùm valde mollitorium, & propterea corpora indurata præclarè attenuat & emollit.

Oleum ſicyonium.

Sicyonium oleum ſic præparatur: Olei dulcis ſextarii decem,fœnigræci ſextarius vnus, libanotidis quadrans, polii quadrans,ſampſuchi quadrans,tædarum triens, ariſtolochiæ lib. I.meliloti ſemiſſis,cucumeris ſylueſtris radicis lib. II.aquæ quod ſatis eſt. coquuntur hæc velut oportet,& excolata in vſum vertuntur.

Oleum metopium.

In Ægypto præparatur oleum metopium appellatum, propter galbani lignũ. Fit,autẽ ex oleo omphacino & amygdalis amaris,cardamomo,iũco rotũdo odorato,melle,vino,calamo odorato,carpobalſamo,galbano&reſina. eſt calfactoriũ: venarũ oſcula aperit,attrahit & purgat vlcera: facit ad muſculos ac neruos conciſos: facit ad hernias aquoſas,& in ſumma vim mollitoriam habet.

Oleum mendeſium.

Mendeſiũ oleũ maximè emollit,& corpora laxat,& pus facit.Cõponitur ex oleo myrobalanino &myrrha,caſiáq; ac reſina.Quidã ſpiſſãdi gratia etiã cinamomũ ĩſpergũt.

Oleum megaleum.

Quod megaleũ oleũ appellatur,quondã præparabatur, nunc autẽ in vſu nõ eſt. præparatur ſimiliter vt amaricinum,niſi quòd reſinam recipit.& ad eadem efficax eſt.

A Oleum amaracinum.

Amaracinum oleum ſic præparatur: Herbæ Sabinæ,ligni balſami,calami aromatici, floris iunci odorati, nardi Celticæ,coſti,ſingulorum lib.v.amomi, caſiæ, carpobalſami ſingulorum lib. III.myrrhæ lib. I.vini odorati ſextarios v. Coquito velut nardinum. vis eius calfactoria,ſicut nardini,non autem adeò corroborat: verùm magis tenuium partium eſt magiſque mitigatorium ac lene; propterea quòd opobalſamum non recipit.Mulieribus in vteri ſinum iniectum menſes ducit.Eſtque omnino cali-
B dum, emollit ac aperit ora venarum. Commodat fiſtulis & ramici aquoſo poſt chirurgiam. facit ad cruſtas & vlcera efferata,facit ad vrinæ difficultatem circumlitũ ſedi. facit ad vteri inflãmationes ac duritias, & hæmorrhoidũ oſcula aperit.

Oleum cyprinum.

Cyprinum oleum recipit olei ſextar. XXV. cyperi, helenii,iridis,ſingulorum lib. I.ſampſuchi,hyſſopi vtriuſque quadrantem,ſeminis viticis quadrantem,ſaluiæ quadrantem,floris cypri ſiue liguſtri lib. I. & hoc duabus cocturis coquitur. nam reliquæ omnes ſpecies vino odora-
C to rigatæ pridie, poſtea oleo infarctæ,coquuntur ad horas ſex: ſequenti die oleum excolatur, & affuſa aqua pura tertia olei parte, flos cypri iniicitur, vnà cum tenerioribus ramulis non contuſis:ſi verò ſiccus ſit,contuſis.atque ita coquitur hora vna. Calfacit cyprinum non inſtrenuè, eſtque tenuium partium,& ad vteros amplius perfrigeratos valde commodum. nam craſſos in ipſis humores attenuat. Cæterùm vbi copia fuerit herbarum viridium, cyprinum ſic præparatur: Nimirum ex olei ſextariis XV. cyperi,helenii,iridis,ſingulorum ſemiſſe.ſampſuchi, hyſ-
D ſopi,ſaluiæ ſingulorum ſextante, viticis foliorum viridiũ ſextante,citri foliorum viridium quincũce,chamælibani viridis triente,lauri foliorum viridium quincunce,cypri florum dextante,opobalſami ſemiſſe.

Oleum irinum.

Irinum oleum recipit iridis,aſpalathi, cyperi, helenii, ſingulorũ lib. v. opopanacis ſemiſſem, (quidam verò quadrantem) anchuſæ ſextãtem. olei ſextarios XXX. aquæ ſextarios XV. Contunduntur omnia craſſius, & macerantur biduo:deinde coquõtur horis ſex, deinde iniicitur o-
E popanax vino præmaceratus ac tritus.Aliquando ad prædicta additur floris iũci odorati ſemiſſis, caſiæ quadrãs, ligni balſami, nardi Celticæ, vtriuſque ſemiſſis.vis huius calfactoria eſt,ſed nõ acris:propterea perfrigeratis partib⁹ cõmodat, roborandiq; ac molliẽdi vim quandã poſſidet.

Oleum nardinum Cyzicenum.

Nardinum Cyzicenum quod in Alexandria præparaui,valde commodum eſt, & recipit olei acerbi ſextar. Italicos XII.aſpalathi,cyperi,iridis Illyricæ, ſeminis cardamomi,ariſtolochiæ,caſiæ ligneæ,ſingulorum ſexuncẽ,
F helenii,ligni balſami,floris iunci odorati,caſiæ,coſti, ſingulorum,ſemiſſem,amomi,folii malabathri,ſpicæ nardi, ſtyracis,carpobalſami,ſingulorũ quadrãtem. opobalſami quadrãtẽ herbæ ſabinæ vnciã vnã.Præparatur hoc modo: Aſpalathũ,cyperũ,heleniũ,xylobalſamũ,iridem, ariſtolochiã,decorticato & craſſius cõtundito, ac triduo aqua calida macerato.Deinde affuſo oleo coquito aſsiduè agitãdo,& aquã paulatim inſtillando,prout prior cõſumitur:& vbi tres aut plures coxeris horas,contecta iam cocta pernoctare ſinito. Sequenti die extractis iis quæ cocta ſunt,
G & aqua ab oleo ſeparata,rurſus coquito alia aqua pura,ac modico vino affuſo,& vbi ebullierint primùm cardamomum adiicito, deinde florem iunci odorati & caſiam ligneam,contuſa,coquitóque ad horas duas, ac rurſus pernoctare ſinito. Tertia die ſimiliter extractis his,& alia aqua rurſus addita coquito, & quum efferbuerint, caſiam, coſtũ & reliqua ſingula ſeorſim contuſa ac trita, ſeorſim inſpergito: poſtremùm autem ſpicam nardi, & folium malabathri,& ſtyracem,in tenuiſſimas partes comminutum,&vbi eliquatum fuerit,ſtatim ab igne tollito,& opo
H balſamum addito, diligentérque agitato, & operculo impoſito ac probè velatum ad biduum ſinito, atque ita conchula excipito. Porrò ſecundarium ſic præparatur: Iis quæ ex tertia coctura ſuperfuerunt olei ſextar. V I.adiicito,& duabus horis ebullire ſinito,deinde caſiæ tenuiſsimè tritæ ſextãtem,nardi Celticæ ſextãtem,herbæ Sabinæ

A drachmas I I I. ſtyracis vnc.I.opobalſami ſextantem addito. Nardinũ vim habet calfactoriã, roboratoriã, ac mitigatoriam. quare ſtomacho perfrigerato,& inualido,itẽ ventriculo atque iecori eodem modo affectis cõmodiſſimũ eſt. Infunditur per ſedẽ quoq; in inteſtinis perfrigeratis.itẽ in vteros muliebres. Vſus eſt omnino præſtantis & eximii.

Præcoctura nardini.

Vini veteris lib.xv.foliorum dendrolibani lib.I. raſdi lib.I I I.calamocrini lib.III. brullocyperi lib.IIII. Hæc omnia in præcocturam mitte,ferueant horis X I I.& vbi e-
B uacuata fuerint in vas purum,& cacabus per ſpongiã deterſus,rurſus infundes vini lib.xv.& illud oleum deſuper.

Nardini præparatio alia.

Nardinum quod in Eccleſia præparatur. Tachis librã, cinamomi lib.caryophyllorum lib.amomi lib.florũ iunci odorati lib.calami aromatici librã. ligni aloes lib. nucum myriſticarum lib. cachrii lib.xanthocaryorũ, *hoc eſt nucum flauarum*, lib. maceris lib. galangæ lib. balſami lib. carpobalſami lib. xylobalſami lib. myrobalani lib. folii Indici lib.caſiæ lib.ligni caryophylli lib. piperis lõgi lib. piperis albi lib.piperis cõmunis lib. laſeris Chaldaici lib.
C nardi Celticæ lib.thymiamatis lib.myrrhæ troglodyticæ lib.coſti lib.muſci lib.ambræ lib. gõphiti lib. ladani lib. terebinthinæ lib.vini odorati quod ſatis eſt.

Nardini alia præparatio.

In præcoctura vini veteris lib. x v.foliorum dendrolibani lib.I.foliorum myrti lib.I.raſdi lib.I I I.calamocrini lib.I I I.brullocyperi lib.I I I I. Hæc omnia in præcocturã mitte vt ebulliãt horis XII. & vbi euacuata fuerint in vas purum, & cacabus per ſpongiã deterſus, rurſus infundes
D vini lib.xv.& oleum illud deſuper. Sit autem intrita ſiue intrimentum,cinamomi lib.III.galangæ ſemiſſis,caryophyllorum triens,ſpicæ quadrans,nucum flauarum quadrans,ladani puri quadrãs,terebinthinæ vnc.XVIII. xyloaloes ſextans,coſti triens,laſeris Bucellarii libræ quatuor, thymiamatis regii quadrans. Hæc contuſa & cribrata ac cum oleo præcocturæ vnita coquito iuxta experimentũ, vt neque cõburantur,neq; rurſus defectuoſa coctura fiat.

Alia nardini præparatio Ioæ vnguentarii.

Olei ſextar.X I I.aſpalathi lib.I I I I. xylobalſami lib.I I.
E coſti quadrantem.caſiæ ligneæ trientem.carpobalſami ſemiſſem,amomi trientem, ſtyracis calaminthæ ſextãtem, opobalſami ſextantem.

Alia præparatio nardini Ioæ vnguentarii.

Coſti ſextantem,foliorum Indicorum trientem, caſiæ ſemiſſem,myrrhæ ſemiſſem,ligni caryophylli ſemiſſem, carpobalſami trientem,ſpicæ nardi trientem,calami aromatici vnciã vnam,iridis ſextantem,ſtyracis pinguis dodrantem,croci drach.I I I I.olei ſextarios V I.

Oleum Salcæ.

F Olei Salcæ præparatio quam in Alexandria paraui, optima eſt, & recipit aſpalathi ſemiſſem, xylobalſami dodrantem,cyperi trientem,helenii, iridis vtriuſque ſemiſſem, calami aromatici vnc. X V I I I. floris iunci odorati ſextantẽ & vnciæ dimidium,ſtyracis pinguis ſextantem, nuces Indicas duas,folii vnc.X V I I I.ſpicæ nardi vnciam I.caryophylli,arnabo,vtriuſque ſeſcunciam.amomi quadrantem,caſiæ ſextantẽ,coſti vnc.vnam,myrrhæ vnciam vnã.hypni, xylocaſiæ vtriuſque quadrantẽ, olei ſextar.x. Coquitur modo relato in nardino, ita vt in prima coctu-
G ra iniiciatur xylobalſamum,iris,cyperus,helenium, xylocaſia decorticata & craſſiùs contuſa,& aqua ad biduũ aut triduum macerata.in ſecunda autem coctura iniicitur calamus,flos iunci odorati,hypnon, prærigata vino veteri odorato. in tertia,reliqua.Fit & ſecundarium hoc modo: Iis quæ à tertia coctura ſuperfuerunt adiiciuntur olei ſextarii ſex,& quantũ ſatis eſt coquũtur. deinde iniicitur myrrhæ ſtactæ bonæ albæ quadrans. ſiromatis,*hoc eſt aquæ opobalſami*,ſemiſſis, maſtiches ſemiſſis, ſtyracis boni vncia vna: Vtũtur oleo Salcæ & mulieres,caput ex eo vn-
H guentes. eſt autem relata præparatio longè optima.

Foliati ſiue Malabathrini præparatio optima.

Foliatum oleum recipit aſpalathi vnc.X V I I I.ligni balſami lib.I I.cyperi lib.v.helenii lib.v.foliorũ malabathri trientẽ,amomi ſemiſ.xylocaſiæ trientẽ,myrrhæ triẽtem, coſti dodrantẽ,ſtyracis primarii l.I.caſſami ſiue carpobalſami ſemiſſem,calami aromat.lib.v.ſpicæ nardi ſextantẽ, caryophylli trientem,ſiromatis(quæ eſt aquoſa fæx ac reſidentia opobalſami)ſemiſſem. arnabo ſemiſſem, cardamomi ſemiſſem,iridis lib.I. olei ſextarios x x. vini odorati quod ſatis eſt.coquitur velut nardinum.

Vnguenta odorata quibus commodent.

Vnguẽta odorata frigidioribus capitibus magis cõueniũt quàm moderatè calidis,atque illis hyeme. nã calidioribus non ſunt apta. Si verò quis odoris gratia talibus vti velit,roſacei parem modum admiſcebit. ſic enim par pari admixtũ non amplius nociuum eſt. quandoquidẽ verò multæ mulieres tam calida capita habent,vt nullũ calidum oleum perferre queant,his cõſultũ eſt ſolo omphacino vti,quandoque verò etiam roſaceo. Quædam verò ex ipſis omnino nõ vtuntur oleo, propterea quòd capita ipſarum citò humectentur, & deſtillationibus obnoxiæ fiant,quas ſanè ad vnguẽtorum illitionem cogere non oportet. Nam hæ ſiccatione capitum opus habent, per cõmodas puluiſculorum aridorum inſperſiones, nõ humectatione per illinitionem oleorum.

Olei ſuffumigabilis præparatio.

Oleum quod ſuffumigabile appellatur,ſic præparatur: Vnguium aromaticorum magnorum quincuncem.thuris maſculi,ſtyracis primarii,bdellii puri,coſti, ſingulorũ quincuncem.olei boni dulcis ſextaria v.hypni quod ſatis eſt. Coſtum in craſſas partes ſecato,ſimiliterque ſtyracem ac bdellium, deinde ſimul permixta in vas nouum teſtaceum anſis carens immittito,& oſculum eius hypno integito,ac forinſecus ad hypnũ aſpalathi ligna, aut alicuius alterius odoratorum generis ſurculos addito,ac obturato vt nihil ex vaſe excidere queat. Deinde aliud teſtaceum vas anſis carens & longi colli oſculum habens accipito, ita vt oſculo eius congruat quod prædictas ſpecies in ſe continet:& in ipſum olei dulcis ſextarios v.mittito,& effoſſa terra vas quod oleum habet,vſque ad collum obruito, vt ne igneſcat.mox alterum vas in caput reſupinatum oſculo eius quod oleum continet adaptabis,forinſecúſq; totum circumcirca luto oblines, ſimilitérque oſcula vtriuſque coaptata: & ſiccari ſines. ſequenti die carbones multos circumpones,integéſque ex ipſis vndiquaque totum vas,ignémque accendes ac ventilabis. Ignem autem accenſum marceſcere ac extingui ſinito,vt paulatim candefactæ per oſculum vaſis ſpecies oleum ſuppoſitum ipſis ſuffumigent:qua gratia ſuffumigabile appellatur. deinde poſtera die aperito,oleúmque tollito ac ſeruato in vitreo vaſe,ac vtitor. Hoc vtuntur mulieres quibus menſes retinentur,illinentes ex eo pectinem & lumbos. Conuenit etiam iis quæ non pro ratione in partu purgantur, ſimiliter illitum. Vtile eſt etiam perfrigeratum pectus habentibus,& teneſmis infeſtantibus prodeſt,calidum lana cõuoluta exceptum,& pectini ac lumbis impoſitum.

De vnguentis reliquis.

Ex his iam facile eſt etiam de aliis oleis iudicare, quæ vnguẽtorum quoque cognominationem habẽt. Etenim iuxta naturam eorum quæ iniiciũtur,oleum alterabitur, quorum ſingulorum vim in hoc ſermone deinceps condiſces. Cæterùm de reliquis remittentibus ac laxantibus vnguentis,in ſermone de medicamẽtorum compoſitione poſt auxilia articularia dicetur, velut eſt gleucinum & conſimilia.

Elaphoboſcon.

Elaphoboſcon calidam & tenuium partiũ vim habet, ideóque ſecundo ordine ſiccat. Conuenit ad venenatarũ beſtiarum plagas,& in potu & in cibo.

Elenium.

Helenii radix maximè in vſu eſt: dici poteſt calida & ſicca, non tamen exactè velut piper,ſed cum humiditate ſuperflua,& propterea in linctus ac eclegmata, ad craſſos & viſcoſos humores ex pectore ac pulmone educendos, commodè miſcetur,

Eleliſphacos,*id eſt Saluia*.

Saluia calfactoriã vim euidenter habet, & leniter ſubadſtringentẽ. Quidam narrant ſuffitã ſuper prunas, mẽſes immodicè fluidos mulieribus ſiſtere: itémque muliebrẽ

fluxũ. Agrippa autẽ inquit, Saluiã herbã ſacrã leænæ prægnãtes vorãt: nam vitalẽ cõceptũ continet. quare ſi ſucci eius heminã vnã cum modico ſale mulier bibat quarta à puerperii purgamentis die, & viro cõdormiat, infallibiliter cõcipiet. Aiunt, quũ in Copto Ægypti peſtis graſſaretur, eos qui ſuperfuerunt in ea regione coegiſſe mulieres & vxores ſuas ad huius ſucci potentẽ adeo vſum, & ad plurimã ſobolẽ perueniſſe. Orphe⁹ autẽ inquit, Sanguinẽ ſpuẽtibus ſucci ſaluiæ cyathos duos cũ mellis vncia vna dato ieiunis in potu, & ſtatim ſiſtetur. Verùm phthiſicis ac tabidis (ait) catapotia præpara hoc modo, Spicæ nardi drach. II. ſeminis ſaluiæ toſti tuſi ac cribati drach. XIIII. piperis drach. XII. excipe ſucco ſaluiæ, & redige in catapotia, ac exhibe drach. I. mane ieiunis, itémque in veſperam, & aquam puram inſuper bibendam.

Elleborus, *id eſt Veratrum.*

Veratrum album & nigrum exterſoriæ ac calidæ facultatis ſunt: quapropter & ad vitiligines & impetigines pſoráſque ac lepras cõueniunt. Et ſanè virga etiam nigri in fiſtulã immiſſa calloſam, in duobus aut tribus diebus callum cõſumit. ponãtur autẽ in tertio ordine calfaciẽtium ac ſiccantium. Purgat nigrum humorẽ atræ bilis, magíſq; per ventrem infernè: album verò per eundem ſupernè, craſſos ac viſcoſos humores per vomitũ expurgans: mouet autem & ventrem infernè.

Elxine, Muralium, Parthenium, vel Perdicium.

Hanc aliqui Partheniũ, alii Perdicium, alii Muralium ſiue herbã muralẽ appellant. vis eius eſt exterſoria, & leniter adſtringens cũ ſubfrigida humiditate: vnde omnes inflãmationes ſanat in principio ac augmento vſque ad vigorẽ, & maximè calidas. ſed & furunculis incipientib⁹ imponitur: & ſuccus ipſius cũ roſaceo ad auriũ dolores modicè inflãmatos cõuenit. quidam ſuccum gargarizãt ad tõſillas inflãmatas. quidam medici etiã in tuſsi inueterata exhibuerunt, propter manifeſtam vim extergẽdi. facit & ad alopecias ac impetigines ipſa herba per ſe aſſiduè affricta. Aperit & hæmorrhoidas ſedis, & fiſtulas ſanat, & ſinus occludit, cũ modico ſale trita, & cataplaſmatis modo impoſita.

Elymos, ſiue Meline, *id eſt Panicum.*

Elymos, *id eſt panicum*, meline etiã vocatur. Eſt autem ſimile milio forma ac facultate: parum nutrit & ſiccat, & ſanè ventris fluxiones ſiſtit, quẽadmodũ etiam miliũ: ſi verò forinſecus in cataplaſmate imponatur, ſiccat & perfrigerat.

Empetrum ſiue Epipetrum, ſiue Praſoeides.

Empetron ſolis purgationibus cõmodum eſſe videtur, pituitam ac bilem ducens. Saporem habet ſalſum, vt etiã ad alia eo quis vti poſsit, ad quæ videlicet ſalſæ ſubſtantiæ vſus eſt. appellatur etiam Praſoeides.

Epithymum.

Epithymum per omnia fortiorem thymo facultatem habet, ſiccans ac calfaciens in tertio ordine ſine diſtantia à temperatis. purgat humorem atræ bilis.

Erebinthus, *id eſt Cicer.*

Cicer, legumẽ eſt flatuoſum, probè nutriens, ventri cõmodum, vrinã ciens, lac & ſemẽ generans, menſéſque ducens. Decoctum ipſius etiã calculos in renibus atterit, maximè nigri: alterum ciceris genus orobiæum appellatũ, vim habet attractoriã, diſcuſſoriã, ſectoriámq; ac exterſoriã. quare & lienẽ & iecur & renes expurgat, ſcabiémque ac impetiginẽ exterit. Item parotidas ac teſtes induratos diſcutit: maligna quoque vlcera ſanat cum melle.

Erpyllos, *id eſt Serpyllum.* Zygis.

Serpyllũ calfactoriã vim vſqueadeo habet vt mẽſes & vrinas moueat: eſt autẽ & guſtu ſatis acre. Duæ eius ſpecies ſunt: altera hortẽſis ſampſuchũ odore referens: altera ſylueſtris, quæ & Zygis appellatur, nõ ſerpẽs, ſed ramulos erectos, tenues, ſarmẽtoſos habẽs, folia ferme ſimilia rutæ, ſubanguſta & lõgiora, ac duriora, flores guſtu acres, odoris iucundi: radix autẽ inutilis eſt. Naſcitur in petris, efficacior & calidior quàm hortẽſis, itémq; ad vſum medicũ accõmodatior: menſes enim & vrinas ciet pota. Prodeſt & ad tormina, cõuulſa, rupta, hepatis inflãmationes, & ad reptilia ac ſerpẽtes, tũ in potu accepta, tũ cataplaſmatis modo impoſita. Mitigat & capitis dolorẽ cũ aceto cocta,

A capite ex ea irrigato, roſaceo ammixto. Maximè autẽ in lethargicis ac phreniticis inueteratis congruit. ſedat & ſanguinis ſputum drach. vnius pondere cum aceto pota.

Eryſimon, *id eſt Irio.*

Eryſimi ſemen velut ſapore naſturtio ſimile eſt, ſic etiam facultate ipſi adſimilatur, feruens & calfactorium exiſtens. Quando verò vſus eius in eclegmate expetitur, præſtat ipſum aqua maceratum torrere. Cõmodat in eclegmatis ad craſſorum ac viſcoſorum humorum in pectore ac pulmone eductionem ac per ſputum expurgationem.
B Iuuat parotidas induratas, & duritias veteres mãmarum ac teſtium. Dioſcorides ait in cataplaſmate cũ aqua aut melle impoſitum, etiam occultis cancris mederi.

Erythrodanum, *id eſt Rubia tinctorum.*

Erythrodani radix rufa qua tinctores vtuntur, acerba eſt & ſubamari ſaporis: vnde & iecur & ſplenẽ purgat, & vrinas craſſas ac multas, aliquando etiam cruentas euocat. itémque menſes propellit. moderatè quoque exterget ea quæ exterſione opus habent. itaque vitiligines albas exterit illita cum aceto. Quidam & in potu exhibent
C ipſam iſchiadicis ac reſolutis ex aqua mulſa.

Euzomon, *id eſt Eruca.*

Eruca olus palàm calfacit: ſed & ſemẽ generare creditur, & impetus ad venerem excitare. Capitis autem dolorem inducit, atque hoc magis ſiquis ipſam ſolam edat: quapropter cum lactucæ foliis ipſum edere oportet.

Eupatorium.

Eupatorium tenuium partium vim habet, exterſoriámque ac ſectoriam, citra manifeſtam caliditatẽ. quare
D obturationes iecoris expurgat. Eſt etiam modicæ adſtrictionis particeps, per quam hepati firmitatem addit.

Euphorbium.

Euphorbium vſtoriam & tenuium partium vim habet, ſimiliter vt alii ſucci.

A litera Z incipientia.

Zea.

Zea media quodammodo eſt inter triticum & hordeum, vt ex illis cognobilis fiat.

Zingiberi.

E Radix Zingiberis fortiter quidem calfacit, ſed nõ primo ſtatim occurſu velut piper, propterea quòd craſſiorũ partium vim, aquoſámque ac excrementitiam ſubſtantiã poſſidet: ob quam etiam facilè à teredinibus perforatur.

Zythus.

Zythus acrior eſt quàm hordeũ: ex quo fit, & mali ſucci, nimirum ex putrefractione factus. eſt autem & flatuoſus.

Zyma, *id eſt Fermentum.*

Fermentum tenuium partiũ eſt, moderatè calidum, & propterea citra moleſtiam ac mordacitatẽ, ex alto ex-
F trahit ſimúlque diſcutit. Cõpoſitũ eſt autẽ ex cõtrariis facultatibus, aciditate frigida, & caliditate putredinoſa, inſupérque ſalis & farinæ, iuxta vtriuſque naturam.

A litera H incipientia.

Edyoſmon, *id eſt Mentha*, Minthe.

Hedyoſmon, *id eſt mentham*, aliqui minthen odoratam appellant. vim habet calidam, vt propè attingat tertiũ ordinẽ: verùm ex hortenſi cultu humiditatis ſuperfluæ particeps eſt: quapropter & ad venerem moderatè ſtimulat, & ob hoc tẽperamentum etiã cum polẽta in cataplaſma-
G ta venit. Cæterùm ob amaritudinem lumbricos necat, & decoctum eius per triduũ cõſequenter potũ, colicis valde prodeſt. Acerbitas porrò ipſius recẽs ſanguinis ſputũ cohibet, ſi cum poſca bibatur. Tenuium partium vt ſiqua alia herba exiſtit.

Edyſarum, ſiue Pelecinus, ſiue Securidaca.

Hedyſarum etiã Pelecinus dicitur, itémque Securidaca, & inuenitur fuluum aut pallidum colore ſemen, ancipiti acie ad ſimilitudinem ſecuris. Amarum autem & ſubacerbum apparet: vnde in potu ſtomacho cõmodum
H eſt. Expurgat viſcerum obturationes: id quod & totius fruticis ramuli faciunt.

Emerocalles.

Emerocalles radicem habet ſimilem lilii radici figura ac viribus: quare ſimiliter vt illa ambuſtis prodeſt. Nã diſcuſſoriã leniter vim habet, ſimúlq; repulſoriũ quiddã poſſidet.

Erigeron,*id eſt Senecio.*

Senecio vim habet mixtã, frigidam, ſimúlque moderatè diſcuſſoriam. Et propterea medicamentis ſedis commodè miſcetur: cohibet & ſanguinis ſputũ ſuccus potus, & lumbricos occidit, & hepaticis prodeſt, & inflammatis efficax cataplaſma eſt.

Eryngium.

Eryngium, caliditate aut parum quid à temperatis aut omnino nihil abſcedit: ſiccitatis autẽ tenuium partium non modicæ particeps eſt. Radix eius aqua feruefacta, & ipſa aqua in potu ſumpta, colicos ſanat: cum aqua mulſa feruefacta, calculoſos, vrinæ ſtillicidium, eiúſque emittẽdæ difficultatem, & nephriticos curat. Bibẽdum eſt autẽ hoc eius decoctum per dies XVI ieiunis, itémque ad noctem dormituris. Si verò lauer ſimul cum ipſa incoxeris, & potandum dederis, melius res procedet. Affirmauit mihi quiſpiã ſe ex aſſiduo eius vſu calculos per lotiũ eiicere deſiiſſe, quũ antea frequentiſſimè eo vitio diuexaretur.

A *litera* Θ *incipientia.*

Thapſia.

Thapſia acris & fortiter calefactoriæ vnà cum humiditate facultatis eſt: itaque ex alto violẽter attrahit, & attractum diſcutit: verùm longiore tempore opus ſuum perficit: propterea quòd ſuperflua humiditate largiter redũdet, ob quam etiam facilè corrumpitur.

Thermus ſatiuus,*id eſt Lupinus ſatiuus.*

Lupinus edulcatus per cocturã, in cibo acceptus ægrè cõcoquitur, & alimentum corpori præbet craſſi ſucci, & crudos humores generat. Aluum autẽ neque ducit neq; ſiſtit. At verò vt pharmacum, edulcatus quidem vim obducendi meatus habet. qui verò inſitam à natura amaritudinẽ habet, exterſorius & diſcuſſorius exiſtit. Occidit lumbricos cum melle delinctus, aut cum poſca potus. Sed & decoctum ipſius lumbricos expellere ſolet potũ, & per clyſterẽ infuſum. Farina quoque eius forinſecus cum bubulo felle vmbilico impoſita idem præſtat. Et ſanè decocti fomẽtum foris admotum vitiliginibus prodeſt, & capitis vlcuſculis manantibus, eruptionibus papularũ, ſcabiei, gangrænis, vlceribus malignis, partim extergendo, partim diſcutiendo, & citra mordacitatem ſiccando. Expurgat etiã iecur & lienem cum ruta & pipere, iucunditatis gratia adiectis. Extrahit & menſes & fœtus, cũ myrrha ac melle appoſitus. Farina etiã lupinorum diſcuſſoria eſt. non enim liuida tantùm, ſed & ſtrumas & tubercula dura ſanat: ſed tunc in aceto, aut aceto mulſo, aut poſca eam coquere oportet, iuxta ægrorum videlicet temperamenta & affectus differentiam opportuno liquore inuento. Diſcutit & liuida farina ipſa, reliquáque omnia quæ prius in decocto relata ſunt. quidam & iſchiadicis in cataplaſmatis imponunt.

Thermus ſylueſtris,*id eſt Lupinus erraticus.*

Sylueſtris Lupinus amarior & fortior eſt ad omnia ſatiuo: aliâs in genere eandem vim poſsidens.

Thlaſpi.

Thlaſpios ſemen vim acrẽ adeo poſsidet vt etiam internos abſceſſus potum rumpat, & menſes ducat, & fœtus perimat. Per ſedem immiſſum coxendicum morbis prodeſt cruenta euacuãdo, & aliâs quoque purgatoriam vim habet ſupernè ac infernè humorum bilioſorum, acetabuli menſura potum.

Tridax,*id eſt Lactuca.*

Lactuca humidũ ac frigidũ olus eſt, non tamen externè ſed iuxta fontanarũ aquarum frigiditatẽ: quapropter ad inflãmationes conuenit, & ad parua ac leuia eryſipelata. Edulium eſt ſitim ſedans & ſomnũ cõcilians, maximè feruefacta cum poſca diluta ſola comeſta. Sed neque incõctilis eſt velut alia olera, neque excretionẽ per aluũ inhibet, neque promouet: & propterea neque mali ſucci ſanguinẽ generat, nõ tamẽ perfectè boni ſucci. Semen potũ ſeminis effluxũ cohibet: vnde & iis quib⁹ per ſomnũ id effluit, datur. Cæterùm ſylueſtris lactucæ ſuccus cum muliebri lacte illitus, argemata & inuſtiones (quæ oculorum vlcera ſunt) itémque caliginem depurgat.

Thymus.

Thymus incidit ac calefacit manifeſtè, vt tertii ordi-
A nis ſit calefaciẽtium, & propterea vrinas ac menſes ducit,
ac fœtus detrahit, & viſcera purgat potu, adiuuat pectoris
ac pulmonis excretiones. atque hæc quidẽ Galenus. Ve-
rùm experimẽto ſequẽtia cõſtant. Arthriticis thymi ſic-
ci minutiſsimè triti drach. III. cum aceti mulſi hemina
dimidia dato ieiunis: purgat enim bilem, & acres ſeroſos
humores, & quæ circa veſicã hærent. Ventre autẽ eleua-
to, quũ intumeſcere iam incipit, drach. I. cum aquæ mul-
ſæ hemina exhibeto ieiunis. Ad lumborũ ac coxẽdicum
dolorẽ laterίſque ac pectoris, & præcordiorum eleuatio-
B nes ac inflationes, drach. II. cum aceti mulſi diluti hemi
na vna dato ieiunis. Similiter & melancholicis & mente
perturbatis, & timore perculſis drach. II. dato cum aceti
mulſi diluti hemina vna. Lippientibus & in vehemẽti o-
culorũ dolore ſimiliter dabis ieiunis & ante cœnã. In po-
dagricis doloribus ita auctis vt moueri non poſſint ægri,
ſimiliter dato cum vino diluto. In teſtib⁹ eleuatis ſimili-
ter drach. II. ieiunis dato cum hemina vini vna. Veruntamẽ à nigro thymo elleboro appellato penitus abſtinen
dum eſt. corruptoriã enim vim habet, & bilem generat.
C vtere autem eo qui florẽ purpureum habet ex natura, &
album quid amplius complectitur.

Thymbra,*id eſt Satureia.*

Satureia hortenſia conſimilem thymo vim habẽt, ſed ſunt multo debiliora.

A *litera* I *incipientia.*

Intybi.

Intybi, lactucis conſimilem vim habent, ſed tamen iu
cunditate multùm inferiores exiſtunt: item ad reliqua o-
D mnia de lactucis relata minus efficaces ſunt.

Ἰξὸς,*id eſt Viſcum.*

Viſcum ex plurima aerea & aquea ſubſtãtia calida, minima autem terrea, conſtituitur: itaque plus acrimoniæ in ſe habet quàm amaritudinis. quapropter humores ex alto fortiter trahit, non tenues ſolùm ſed etiam craſſiores, eóſque diffundit ac diſcutit. Eſt autem ex medicamentis non ſtatim calefacientibus poſt primam impoſitionem, ſed quæ tempore indigent, velut etiam thapſia.

Ion,*hoc eſt Viola.*

E Violæ folia aquoſam & ſubfrigidã ſubſtantiã prædo-
minantẽ poſsident: propterea & per ſe & cũ polenta in ca
taplaſmate impoſita, inflãmationes calidas mitigant. Im-
ponuntur & in ardore oris ventris, itémque oculorum.

Hippuris,*id eſt Equiſetum.*

Hippuris adſtringentẽ cum amaritudine qualitatẽ ha-
bet, & propterea ſiccatoriã fortiter ſimúlque citra morda
citatẽ. Vulnera igitur maxima in cataplaſmate impoſita
glutinat, etiãſi nerui diſſecti ſint, itémque herniã inteſti-
norum: ſed & ſanguinis ſputũ, & fluxum muliebrẽ, maxi-
F mè rufum. inſupérque ad dyſenterias aliáſque ventris flu
xiones generoſum pharmacũ exiſtit herba ipſa cũ aqua
aut vino pota. Quidam de ea produnt veſicæ etiã aliquã-
do ac tenuiũ inteſtinorũ vulnera curaſſe. Succus eius ſan
guinis è naribus eruptiones iuuat, & fœda ventris vitia,
cũ vino aliquo auſtero potus, aut in febriẽtibus cũ aqua.

Iſatis ſatiua,*id eſt Glaſtum ſatiuum.*

Iſatis ſatiua qua tinctores vtuntur, fortiter ſiccantis fa-
cultatis eſt, nondum mordentis, amaræque ſimul ac ad-
ſtringẽtis. quapropter magna vulnera durorum corporũ
G glutinat, etiamſi in muſculorum capitibus exiſtant. San-
guinis eruptionibus vtile cataplaſma præbet, & tumores
laxos mirabiliter diſcutit ſimul ac contrahit, & aduerſus
omnia maligna vlcera efficaciter reſiſtit, ſiue computre-
ſcãt, ſiue erodãtur. Quòd ſi pro ægri natura ac viribus for
tior appareat, ad folia ipſius trita, aut panẽ, aut ordeaceam
farinã, ſiue triticeã, aut etiã polẽtam admiſcere oportet,
iuxta prædominantẽ in vnoquoque diſpoſitionẽ ac affe-
ctionem.

Iſatis ſylueſtris.

Sylueſtris Iſatis acre quid habet manifeſtũ iam in gu-
H ſtu & actione: & propterea magis ſiccatoria quàm ſatiua
exiſtens, aduerſus humidas putreſcentias fortius relucta-
tur. Verùm ad alia prædicta deterior eſt: immodicè enim
& cum mordacitate hæc ſiccat, irritátque, & inflãmatio-
nes excitat. Cæterùm fortitudinis facultatis ſuæ gratia, e-
tiam ſplenicis vtilis exiſtit, quibus ſatiua non profuit.

Itea, id eſt Salix.

Salicis foliis vti quis poteſt ad vulnerum cruentorũ glutinationem, imò & flore ipſius,quo omnes medici fermè vtũtur ad emplaſtri ſiccantis compoſitionẽ. Eſt enim vis ipſorũ ſiccatoria citra mordacitatẽ:habẽt autẽ & adſtrictionis aliquid. Quidã ſuccũ ex ipſis exprimũt,eúmq; pro pharmaco habẽt mordacitatis expertẽ ac ſiccante, ad multa vtili. Cortex quoque arboris conſimilem floribus ac foliis vim habet,præterquam quòd ſicciore temperamento præditus eſt,quemadmodum omnes ferè cortices. Quidam hunc exurunt, & cinere vtuntur ad ea quæ forti reſiccatione indigent. Itaque clauos ac callos, inſupérque verrucas myrmecias appellatas,eo eximunt,aceto acri ſubacto. Aliqui tempore floris corticem incidunt,ſuccúmque quendam inde colligũt,quo vtũtur ad vitia quæ pupillis tenebras obducunt:eſt enim medicamentum exterſorium ac tenuium partium. quare etiam ad alia multa eius vſus aſſumi queat,quum tali facultate præſtet.

A *litera* K *incipientia.*

Calaminthe.

Calaminthe tenuium partiũ ſubſtantiam habet, éſtque calida & ſicca tertio ordine:ſicca, per ſe ex aqua mulſa pota,manifeſtè calfacit, & ſudores ciet ac diſcutit, & ſiccat totum corpus: quapropter aliqui ipſa vſi ſunt & ad rigores per circuitum repetentes, cocta in oleo, & illito inde toto corpore cum frictione ſtrenua:intra corpus verò aſſumunt velut dictum eſt.Quin & coxendicis cataplaſma eſt in iſchiadicis generoſo omnino auxilio:trahit enim ex alto ad ſuperficiem,& totum articulum calefacit, & cutem manifeſtè adurit.inſuper & pota &appoſita mẽſes efficaciter prouocat.Bonum eſt & in elephantiaſi medicamentum,non ſolùm ob id quòd tenues humores diſcutiat,ſed & quòd craſſos attenuet & fortiter diſſecet, qui ſanè hoc morbi genus generant:ſic & cicatrices nigras illuſtrat,& ſugillata diſcutit. Præſtat autem in talibus coctã in vino cataplaſmatis vice imponere,viridẽ magis quàm arefactam:ſiccata enim fortior euadit & promptius inurit.eſt & cataplaſma in morſibus animalium virus eiaculantium. At verò ob amaritudinem & aſcaridas & lumbricos ſuccus eius perimit tum potus tum per ſedem infuſus:imò & vermes qui in auribus itémque vlceribus naſci ſolent. Prodeſt & anheloſis & ictericis, extergendo ac expurgando iecoris obturationes. cæterùm ad omnia prædicta efficacior eſt montana. Orpheus ait ſuccum eius cũ pari roſaceo & ceruſſa tritum ad ſtrigmentitiam craſſitudinẽ,ac illitum,ambuſtis mederi,&(quod omnem opinionem ſuperat) neque cicatricem apparere, & locum pilos producere. Si verò cum Cimolia terra & aloë parib⁹ portionibus acceptis ſuccus teratur,indéque frons ac tempora illinantur,capitis dolores eueſtigio ſanantur.

Calamus aromaticus.

Calamus aromaticus modicã adſtrictionem & quãminimam acrimoniam poſſidet,maxima autem pars eius ſubſtantiæ terreæ ac aëreæ eſt moderatæ caliditatis ac frigiditatis: vnde & vrinam moderatè ciet, & compoſitionibus ſtomachicis ac hepaticis quæ foris ipſis imponũtur,admiſcetur, & in vteri fotus vtiliter aſſumitur,qui inflammationibus aut menſiũ irritationis gratia adhibẽtur.Ponatur itaque ſecundo ordine calfacientium ac ſiccantium,magis tamẽ ſiccantium quàm calfacientium.

Calamus phragmites,*id eſt Arundo ſepiaria.*

Calami phragmitæ radix exterſoriam vim nõ modicam habet,minimè acrem:folia tamen viridia moderatè perfrigerant,itémque nõ modicam exterſoriã vim poſſident.Cortex eius vſtus tenuium partiũ ac diſcuſſoriã abũdè vim acquirit,& exterſoriũ quid habet, vt calfaciat ac ſiccet tertio ordine, plus tamẽ ſiccans quàm calfaciẽs.

Cannabis.

Cannabis ſemen ægrè concoquitur, dolorem capitis inducit,& malum ſuccum gignit. Si verò torreatur, etiam ſic caput tentat,multum calfaciendo,& vaporem calidum ac medicatum ad ipſum deligando. Ex eo verò quòd ſicco temperamento præditum eſt & flatus expers, genitale ſemen extinguit.

Capnion,*id eſt Fumus terræ,ſiue Fumaria.*

Herba fumaria acrem ſimúlque amaram habet qualitatem,neque omnino expers eſt acerbæ. Quapropter vrinam multam bilioſam promouet, & iecoris obturationes ac debilitates ſanat. Succus eius viſum exacuit, delacrymationem faciens:ipſa herba arida trita aquæ mulſæ inſperſa ac pota ventrem mollit. Vino autem diluto ſimiliter inſperſa ſtomachum corroborat. Dato confidenter & decoctum ipſius quomodocunque febrientibus.

Capparis.

Capparis radicis cortex prædominantem habet amaram qualitatem,ſecundo loco acrem,& deinceps acerbam:ex quo palàm fit ex diuerſis ac pugnantibus viribus ipſum compoſitum eſſe. Etenim extergere & expurgare ac incidere poteſt ob amaritudinem : calfacere autem & diſcutere ac attenuare per acrimoniam: contrahere verò ac cõſtringere & cogere per acerbitatem.& propterea lienes induratos(ſiquod aliud medicamẽtum) curat,tum foriſecus cataplaſmatis cõuenientibus admixtus, tũ intra corp⁹ acceptus,ſiue coquatur in aceto & aceto mulſo ac ſimilibus,ſiue aridus tritus iiſdẽ inſperſus:euacuat enim apertè viſcoſos ac craſſos humores ſic acceptus,non per vrinas ſolùm, ſed etiam per ventrem.Sæpenumero verò & cruenta egerunt ii in quibus lien opem ſentit,& coxendicum dolores minuuntur.Quin & menſes ciet,& pituitam à capite per os detrahit,& malignis vlcerib⁹ inſperſus minutiſſimè tritus cõmodum pharmacum eſt,vtpote extergere ipſa valens & fortiter reſiccare. Sed & dentium doloribus prodeſt cum vino coctus aut aceto.Strumas quoque & tumores duros diſcutit,ſi aptis ad hæc medicamentis permiſceatur.Folia porrò & caulis,itémque ſemẽ ſiue fructus,conſimilem cortici vim habent, niſi quòd debiliora exiſtunt.Et ſanè ego memini me aliquando foliis ſolis ſtrumoſam duritiem intra paucos dies diſcuſſiſſe. Admiſcetur autem ipſis aliquid quod vehementiam facultatis ipſorum obtundat . Nihil verò miri eſt ſi etiam aurium vermes ſuccus enecat ob amaritudinem. At verò fructus in muria compoſitus,deinde lotus ac maceratus donec omnem ſalis vim deponat,medicamentum eſt ad excitãdum appetentiam proſtratam,extergendúmque ac ſubducendum ventris pituitam,& ad expurgandum obturationes lienis ac iecoris. Vtendum eſt autem eo cum commodo liquore aceti mulſi aut aceti oleo permixti, præ omnibus aliis cibis.

Cardamum,*id eſt Naſturtium.*

Naſturtii ſemen vſtoriam vim habet veluti ſinapi,& propterea iſchiadicos,& capitis dolores, & quicquid rubefactione opus habet idipſum calfacit, quemadmodum ſinapi.Admiſcetur cõmodè & medicamentis ad anheloſos deſtinatis,nimirum vt medicamentum craſſos humores diſſecare potens.Herba ipſa ſimilem ſemini vim poſſidet:verùm imbecillior eſt.quare comeſta valde calfacit. Capitis autem dolorem eadem inducit.

Cardamomum.

Cardamomum calidam facultatem abundè poſſidet, vt etiã exulceret in cataplaſmate impoſitũ, minus tamen quàm naſturtium.Habet & amaritudinis quiddam in ſeſe:ob quam etiam lumbricos enecat, & ſcabiem fortiter exterit cum aceto.

Caroum.

Caroi ſemen ſiccat & calefacit tertio ordine:acrem autem qualitatem moderatè poſſidet, & propterea flatus leuat diſcutítque, & vrinam ciet, non modò ſemen ſed tota planta.

Caſia.

Caſia calfacit ac ſiccat tertio ordine, éſtq; multùm tenuiũ partiũ: in guſtu autẽ plurimũ acrimoniæ habet,paruámque quandam adſtrictionem . quare propter hæc omnia ſiccat ſimúlque diſcutit corporis ſuperfluitates, & præterea robur organis addit. Commodat & ad ſuppreſſos mẽſes, vbi præ copia ſimúlque craſſitudine ſuperfluitatum,ſufficienter euacuari prohibentur.

Carya,*id eſt Nux arbor,Nux iuglans ſiue regia,*
Nux parua,Pontica,Auellana.

Nux arbor habet quidem tum in germinibus , tum

in foliis aliquid adſtringens,verùm inſigniter & copioſè in ipſo nucis ſuæ cortice,& recenti & arido. Vtũtur itaq; ipſo etiã tinctores. Nos autẽ eundẽ exprimẽtes,ſuccúmq; ſimiliter vt mororum ac rubi mororum cum melle coquentes, ſtomaticum medicamẽtum, *id eſt oris uitiis commodum,* præparamus,quo etiã ad alia omnia vtimur ad quæ prædicti ſucci commodi exiſtunt. Cæterùm ipſius nucis nucleus qui in cibi vſum venit, oleoſus eſt & tenuium partium: particeps eſt autem & adſtringentis qualitatis, ſed modicæ & quæ temporis progreſſu euaneſcit, tota ipſius ſubſtantia in pinguem ſuccum tranſeunte,qui oleo veteri ſimilis apparet, & propterea omnino tandem edi non poteſt. At verò viridis adhuc & recẽs nucleus, neque adſtringentem qualitatem manifeſtè poſſidet neque oleoſam. Vnde ad alui excretionem commodior eſt quàm ſiccus,& maximè ſi cum garo,quemadmodum aliqui faciunt,accipiatur. Sed & ſiccarum nucum in aqua maceratarum,velut quidã facere ſolent,conſimilis vis eſt vt viridium. Concoquitur tamen melius nucis fructus,& ſtomacho commodior eſt, ſi cum caricis edatur. Aiunt, ſiquis caricas cum nucibus ac ruta præ reliquis cibis comedat, eũ non magnopere à lethalibus medicamẽtis lædi poſſe. Porrò ex inueterata nuce oleum quoque exprimi poteſt, quod abundè diſcuſſoriũ exiſtit, vt quidã eo etiã gangrænas & carbunculos ac ægilopas curent. At verò putamen eius aridum vſtum, tenuium partium ſiccatoriúmque & lene pharmacũ euadit. Cæterùm nux parua,quæ & Pontica & Auellana appellatur,frigidior eſt & auſterior,vtpote magis terrea exiſtens: in cæteris regiæ ſiue iuglandi ſimilis eſt. Capitis autem dolorem in cibo ſumpta inducit.

Caſtania.

De Caſtania eiúſque fructu dictum eſt in querci tractatione.

Cenchros, *id eſt Milium.*

Milium frigefacit primo ordine,ſiccat aut tertio ex oluto,aut ſecundo intento. Eſt & modicè tenuium partiũ: vnde comeſtum inſtar edulii,omnium fermè eduliorum frumentacei generis minimi nutrimenti eſt: ſed & aluum exiccat. Verùm forinſec⁹ impoſitum in marſupiis ſiue ſacculis,fomentum eſt aptiſſimum iis qui leni reſiccatione opus habent.

Cedrus & Cedria.

Cedri ſpecies duæ ſunt, vtraque tertio ordine calfacit ac ſiccat: cedria verò quæ ex ipſis fit, etiam iam quartum ordinem attingit. Eſt autem primi ordinis ſepticῶn *id eſt erodentium*, multùm calida ac tenuium partium exiſtens. teneras ſanè carnes promptè ſimúlque citra dolorem corrodit caliditas ipſius,per caliditatem quæ in corporibus eſt aucta: verùm in duris corporibus longiori tẽpore & vix tandem efficaciam ſuam oſtendit. Vnde mortuorum corpora incorrupta conſeruat,humiditates ipſorum ſuperfluas depaſcens: ſolida autem corpora non attingens,propterea quòd non tam fortem vim habet,velut alia eroſiua appellata. Nihil verò miri eſt ſi eiuſmodi vi pollet quòd etiam pediculos,& lendes,& aurium vermes & aſcaridas in recto inteſtino enecare poteſt. Fœtus inſuper appoſita viuos quidem necat, mortuos autem eiicit: quemadmodum etiam ipſum ſemen genitale, in coitu, pudendo oblita. & propterea ſic vſurpata medicamentũ conceptum impediens eſt nulli alteri poſthabẽdum. Sed & dentium foraminibus inſtillata dolores quidem minuit,ipſos autem dentes confringit. Attenuat & oculorũ cicatrices,& hebetẽ viſum ob craſſitudinẽ humorũ,ſanat. Quod verò pinguiſſimum eſt ex ipſa & exactè oleoſum, quod ſuperextentis lanis,dum coquitur,colligitur,tenuiorum quidem partium eſt quàm tota cedria,verùm minus acre ac mordax: quanquam non minus ſed magis etiam quàm cedria efficax ſit. Vnde & hoc idiotæ vtuntur ad vulnera ouium in tonſura per forcipes illata: item ad ſcabiem & ad ricinos. Cedri porrò baccæ & fructus cedrides Græcis appellati, moderatiorem vim habent,vt etiã in cibi vſum veniãt. Siquis tamen plures ex ipſis ingerat, & caput dolet,& excalefacit, & oris ventris morſum percipit.

Centaurea magna.

Centaureæ magnæ radix ex contrariis viribus compoſita eſt. Itaque in guſtu acris ſimúlque adſtringens apparet cum quadam dulcedine. In actione verò acrimonia opera caliditatis exercet,mẽſes promouens,& fœtus mortuos trahẽs & viuẽtes corrũpẽs,ſimúlque eiiciens: adſtrictio autem, frigiditatis craſſioris ac terreæ opera deſignat,tum vulnera glutinando, tum ſanguinem ſpuentes iuuando. Dare autem oportet ex ea drach. II, febrientibus cum aqua,febre carentibus cum vino. At verò iuxta omnium qualitatum actionem & ruptis,& conuulſis,& ſpirandi difficultatibus,& inueteratæ tuſſi conuenit: non enim euacuare ſolùm in his oportet quod præter naturam eſt,ſed roborare etiam ac firmare expurgata. Succus ad eadẽ ad quæ radix,valet. quidam etiam eo pro lycio vtuntur,illo non præſente.

Centaurea parua.

Centaureæ paruæ radix omnino inefficax eſt: ramuli verò & magis folia,& ipſorum flores in vſum veniunt. Dominatur in ipſis qualitas amara,parum quid adſtrictionis poſſidens,& propterea fortiter ſiccatorium eſt pharmacum abſque mordacitate. Magna itaque & recentia vulnera glutinat herba ipſa viridi in cataplaſmate impoſita: vetera verò & ægrè cicatricem recipientia, ad cicatricem perducit ſimili modo adhibita: quin & ſicca glutinatoriis ac ſiccatoriis compoſitionibus miſcetur, quæ ſinus fiſtulas curare ſolent. Sed & veteres duritias mollire creditur,& maligna vlcera ſanare. miſcetur & eis quæ fluidas affectiones ſanant. Decoctum herbæ quidã iſchiadicis infundunt per ſedem,velut quod bilioſum & craſſum humorem ducat. Nam & purgat,& ſanè vbi vehementer operationem ſuam exercebit, cruenta euacuat, & magis prodeſt. Succ⁹ eius cõſimilẽ vim habet,hoc eſt ſiccatoriã & exterſoriam, & tum alia prædicta probè efficere ſolet,tum cum melle oculis ſublinitur, & appoſitus menſes ac fœtus educit. quidam ipſum bibendũ dant & in affectis neruis,velut euacuantem ac citra moleſtiam ſiccantem infarcta. Cæterùm & ad hepatis obturationes bonũ pharmacum eſt: bonum & lieni indurato, forinſecus impoſitus, neque minus ſiquis bibere velit. Herba ipſa exſuccanda eſt circa ſummum vigorem, & flore prægnans. Datur ſucci cochlearium vnum cum aqua calida, & ſale modico,ac pauculo aceto, & purgat generoſè humorem atræ bilis. Coma eius contuſa & cum melle cocto, aut ſapa in collyria formata,fiſtulas circũſcarificat,& callos eximit,collyriis in fiſtulas immiſſis. Corymbi eius tuſi ac crĩbrati cochlearii menſura iſchiadicis dantur ieiunis cum aqua calida,ad triduum aut plures etiam dies. Eius certè pharmaci efficacia magno miraculo ſæpe fuit. Et ad polypodas in naribus excreſcentes idem medicamentum ſiccum inſpergitur.

Ceraſus.

Ceraſus fructum fert moderatè adſtringẽtem cum dulcedine. matura itaque ceraſa & dulcia magis per inteſtina ſubeunt: minus verò ſtomacho commodant immatura & auſteriora vice verſa. Gummi arboris è vino potũ calculoſis prodeſſe quidam tradiderunt.

Ceratonia,ſiue Ceratia *id eſt Siliquæ.*

Siliqua arbor ſiccatoriam & adſtrictoriam vim habet, quemadmodum etiam fructus eius, *ceratia Græcis, nobis ſiliquæ* appellatus. particeps eſt autem & alicuius dulcedinis. Siliquæ aliquam cum ceraſis ſimilitudinem habent: virides enim & humidæ aluum magis ſubducunt: ſiccæ magis ſiſtunt.

Ceſtron,vel Betonica,vel Pſychotrophon.

Betonica, Ceſtron & Pſychotrophon appellatum, vim habet ſectoriam,velut guſtus indicat: amara enim & acris herba exiſtit, velut etiam particularis actio oſtendit. Nam & renum calculos confringit, & pulmonem ac pectus & iecur purgat ac extergit, & menſes mouet, & comitiali morbo prodeſt,& ruptis ac conuulſis medetur. Acidum item ructum ſedat,& iſchiadicis conducit pota.

Cicis, *id eſt Galla.*

Galla quæ omphacitis vocatur,abundè acerbũ pharmacum eſt,ſubſtantiæ terreæ frigidæ plurimæ particeps,

ob quam & ſiccat & fluxiones repellit,& cogit ac adſtrin- A git laxas ac inualidas partes. omnibus etiam fluidis affectionibus reſiſtit.Ponatur autem in tertio ordine ſiccantium,in ſecundo verò frigefacientium.Altera galla flaua laxa ac magna, ſiccat quidem, ſed tanto minus quãto minus acerbæ qualitatis particeps eſt.Cocta itaque per ſe ac trita,& in cataplaſmate adhibita inflammationum ſedis ac prolapſus eiuſdem inſigne auxilium eſt. Coquere autẽ oportet,ſi moderata adſtrictione opus eſt,in aqua:ſi vehementi,in vino maximè auſtero. Gallæ vim ſupprimendi ſanguinis habent,& manifeſtum ſatis eſt quòd caliditatẽ B & acrimoniam ex vſtura acquirunt,& magis tenuiũ partium quàm nõ vſtæ euadunt,itémque ſiccatoriæ amplius. Oportet autẽ cãdefactas ſuper prunas, aceto aut vino extinguere.

Cera.

Cera in medio quodammodo eſt calfacientium,frigefacientium,humectantium ac ſiccantium.habet & craſſarum partium quid,& meatus obturatoriũ: quapropter non ſolùm ſiccat, ſed & per accidens humectare videtur,perſpirationes prohibendo. Vnde & materia eſt alio- C rum pharmacorum: ipſa autem per ſe ex concoctoriorũ debilium numero fuerit quæ forinſecus imponuntur. habet enim parum ex diſcuſſoria ac calida facultate, cuius quamplurimæ mel ipſum particeps exiſtit.

Ciborium.

Viridem fabarum Ægyptiarum fructum ciborium appellant:quare in fabarum tractatione,etiam de hoc cõſiderandum eſt.

Cinara.

Cinara mali ſucci edulium eſt,maximè vbi durior e- D uaſerit. nam & bilioſum humorem in ſeſe tunc vberiorem colligit,& totam ſubſtãtiam lignoſiorem habet.quare ex hac quidem humor atræ bilis generatur: ex ſucco verò ipſius tenuis & amaræ bilis humor producitur. Præſtat igitur præcoctam ipſam in cibo aſſumere.

Cicis arboris fructus,Ricinus ſiue Croton.

Cicis arboris fructus quem aliqui crotonem ac ricinum appellant,quique purgandi vim habet,exterſoria ac diſcuſſoria facultate præditus eſt:folia eius imbecilliora ſunt.Oleum quod ex fructu fit,calidius & magis tenuium E partium eſt quàm commune, & propterea etiam diſcuſſorium.

Ciſthos ſiue Ciſtharus.

Ciſthos frutex adeo adſtrictorius eſt vt & folia ipſius in cataplaſmate impoſita vulnera glutinent.Flores efficaciores ſunt,vt cum vino poti dyſenterias & ventris imbecillitatem,ac fluxiones,& humiditates ſanent: in cataplaſmate autem impoſiti putrefactis vlceribus conducunt, propter generoſam ſiccandi vim,ferè in ſecundo ordine. Ipſius fruticis frigiditas tepidæ quoque qualitatis parti- F ceps eſt.Cæterùm quæ hypociſtis appellatur,multo magis quàm folia adſtringit,éſtque efficax pharmacũ ad omnes fluidas affectiones, velut ſanguinis reiectionem, fluxum muliebrem, cœliacas & dyſentericas affectiones. Sed & corroborare partes ſolet,& à plurima humiditate exolutis firmitatẽ addit,atque ſic ſanè & ſtomachicis & hepaticis cõducit.Firmat enim ac roborat nõ inſtrenuè, epithematis aut antidotis aptis admixta.

Ciſthus ſiue Ladanum.

Ciſthus hic in calidioribus regionibus naſcitur,non genere alius ab his qui in aliis locis naſcuntur:ſed à regione præcipuam quandam propriam diſcuſſoriam qualitatem adeptus eſt,depoſita frigiditate:in reliquis igitur cõſimilis eſt præcedenti. Verùm ex ipſo fit ladanum medicamentum calidum primo ordine iam completo, vt etiã ſecundum attingat: particeps eſt autem & adſtrictionis cuiuſdam modicæ,& tenuium partium ſubſtantiam habet:& propterea moderatè emollit,& ſimiliter diſcutit,itémque concoquit. Itaque non mirum eſt veteri affectibꝰ hoc præcipuè conuenire,propterea quòd aliquid adſtrin- H gens habet,per quod etiam defluos capillos retinet. nam & vitiatos humores iuxta pilorum radices attenuat, ac cõſumit,& meatus quibus impacti erant,adſtringendi vi cogit & conſtringit.

Ciſſos,*id eſt Hedera.*

Ex contrariis facultatibus hedera componitur: habet enim quid ſubſtantiæ adſtrictoriæ, quam frigidam ac terream dicimus: habet & quid acris,quam calidam eſſe guſtus teſtatur:ſed & aquoſæ ſubſtantiæ tepidæ viridis particeps eſt. Viridia itaque folia cum vino cocta, etiam magna vulnera glutinant,& maligna vlcera ſanant. Vlcerationes quoque ex igne cicatrice includunt. Cum aceto autem cocta folia ſplenicis opitulantur.Flores eius fortiores quodammodo ſunt, vt cum cerato triti ambuſta curent.Succus ipſius per nares purgat, & antiquas aurium fluxiones ſanat, & vlcera vetera tum aurium tum narium ad cicatricem perducit. Si verò acrior appareat, roſaceo aut oleo dulci temperetur.Lacryma hederæ pediculos necat,& pilis nudat,in tantum calidã vim habẽs vt etiã leniter vrat. Prodeſt etiã lacryma calculoſis in potu.

Cnicus.

Cnici ſemine ad purgationes tantùm vtimur. Eſt autem tertii ordinis calefaciẽtium, ſi quis forinſecus admoto ipſo vti velit.

Coccus. Cnidus, *id eſt granum Gnidium.*

Cnidius coccus purgatoriam vim habet, éſtque facultatis acris & vſtoriæ.

Coccus tinctorius,*id eſt granum tinctorium.*

Coccus tinctorius adſtringẽtem ſimúlque amaram qualitatem habet:& per vtranque leniter ſiccat, & ob id ad magna vulnera conducit, & ad fauciatos neruos, cum aceto aut aceto mulſo tritus.

Coccymelea,*id eſt prunus.*

Pruni fructus recens magis aluum ſubducit, ſiccatus,minus.Sunt autem damaſcena pruna magis adſtringentia, Hiſpana dulciora, & propterea magis aluum ducunt.in foliis autem manifeſta quædam adſtrictio apparet:vnde decocta vtiliter gargariſſantur in inflammationibus gurgulionis ac tonſillarum. Cæterùm ſylueſtrium prunorum fructus adſtrictorius eſt,& ventrem ſiſtit. Et in Aſia ſanè hæc planta prunus nominatur. Gummi omnis pruni cum vino potum lapides frangere quidam prodũt: verùm cum aceto impetigines puerorum exterit.

Colocaſium ſiue Manzizanium

Colocaſii radicis ſimilis vis eſt rapis ac cæpis, viſcoſum autem corpus ipſius eſt. vnde exterſoriæ facultatis particeps eſt,& ventri in cibo ſumpta commodat.

Colocynthe,*id eſt Cucurbita.*

Cucurbita humidi & frigidi temperamenti eſt:vtroque,ſecundo ordine:vnde & ramentorum eius ſuccus auribus inflammatis & dolentibus conuenit cum roſaceo: ſic & tota in cataplaſmate impoſita calidas inflammationes mediocriter refrigerat.In cibo accepta, nimia humectatione corpus implet,& ſitim eximit, & alimentum hũmidum ac frigidum,& propterea etiã modicum corpori præbet. Concoquitur autem non malè, vbi non prius fuerit corrupta:id quod accidit ipſi propter malam præparationem,& vbi vitioſus humor in ventre fuerit coaceruatus.imò ſi etiam diutius in ventre moretur, quemadmodum reliqua quoque humida edulia. Gaudet origani cõditura propter aquoſam in ipſa qualitatem. Omnia enim huius generis acribus aut acidis,aut auſteris, aut ſalſis ſaporibus miſcere oportet,ſi modò neque inſuauiter ſumi debeant, neque ſumentes nauſeabundos efficere.

Comarus *id eſt Arbutus.* Memæcylon,*id eſt Arbuti fructus.*

Arbuti fructus memæcylon appellatur,éſtque ſtomacho incommodus,& capitis dolorem inducit. Arbor ipſa ſimul cum fructu acerbam qualitatem poſſidet.

Commi,*id eſt Gummi.*

Gummi vim habet ſiccatoriam,meatus obducit, & aſperitates ſanat.

Conia ſtacte,*id eſt Lixiuium.*

Quod velut ablutio eſt materierum ad cinerem redactarum,conia ſtacte Græcis,*nobis lixiuium*, vocatur. Ex omnibus autem maximè exterſorium eſt & ſiccãdi vi præditum, quod ex cinere ficulneo & tithymalis fit, vt ferè vim eroſiuam ſortiatur. Verùm ob ſubſtantiam tenuium partium citra dolorem vrit.

Conyza.

Conyza & maior & minor conſimilis temperamenti ac facultatis exiſtunt, guſtui acres & amaræ apparentes. Calfaciunt & ſiccāt euidenter, vt vtriuſque qualitatis tertio ordine locētur. Decoctæ itaque in oleo, rigoribus per circuitū repetentibus ſalutarem medelam præbent. Quidam flores ipſarum vnà cum foliis terentes cum vino bibendos exhibent, ad menſes ciendos ac fœtus eiiciēdos. Eſt & tertium conyzæ genus, in humectioribus locis proueniens, magis fœtidum & imbecillius.

Corianum ſiue Corion, *id eſt Coriandrum.*

Corianon, item Corion appellatur, & ex contrariis facultatibus cōpoſitum eſt, multum habens ſubſtantiæ amaræ, quæ tenuium partium eſt & terrea, nec parum aqueæ humiditatis tepida vi præditæ: habet & parū quid adſtrictionis. ex quibus omnibus multifariam efficax eſt facere ea quæ Dioſcorides prodidit: verùm non ob ſolam frigiditatem.

Colla, *id eſt Glutinum.*

Glutinum quod ex ſimilagine aut polline ad libros conficiunt, facultatem habet meatus obducentem & concoctoriam. At verò de taurino glutine ac ſimilium in ſermone de animalibus agetur.

Coronopodium, *id eſt Pes cornicis.*

Coronopodii radix in cibo accepta cœliacis opitulari creditur.

Coſtus.

Coſtus, modicæ amaritudinis, plurimæ verò acrimoniæ ac calidæ qualitatis particeps eſt, vt etiam exulceret. vnde ex ipſo cum oleo perfricāt corpus ante acceſſionem in rigoribus per circuitum redeuntibus. Alii idem & in reſolutis ac iſchiadicis faciunt: & omnino in iis quibus aut partem aliquam calfacere volumus, aut humorē aliquem ex alto ad cutem adtrahere, vſus eius competit. Ob eandem cauſam & vrinam ciet, & menſes ducit, & ruptis ac conuulſis, & laterum doloribus confert. Verùm ob amaritudinem, etiam latum lumbricum necare creditur: & ad ſolares maculas ipſo vtuntur, cum aqua aut melle. Ineſt præterea ipſius temperamento flatuoſa quædam humiditas, ob quam & venerem ſtimulat cum vino mulſo potus.

Cotyledon, *id eſt Vmbilicus Veneris.*

Cotyledon mixtam vim habet, humidam & frigidam, & quandam obſcurè ſubadſtringētē & modicè amaram. vnde frigefacit, & repellit, & extergit, & diſcutit. Inflammationes itaque eryſipelatas & eryſipelata inflammata ſanat, & in ſtomachi ardore commodū cataplaſma exiſtit. Creduntur folia cum radice comeſta lapides atterere & vrinam ciere.

Crambe, *id eſt Braſſica.*

Braſſica comeſtilis ſiccatoriam vim habet & in cibo accepta & forinſecus impoſita, non tamen manifeſtò acrem, ſed vt vulnera glutinet, & maligna vlcera ſanet, & inflammationes curet iam induratas ac ægrè ſolubiles, eiuſdémque generis eryſipelata. Sed & epinyctidas ac herpetas ſanat. Habet & quid exterſorium, per quod etiam lepras exterit. Succus itaque ipſius quid purgatoriū habet, corpus autem eius alui excretionem cohibet: éáque gratia in quibus humectum ventrem ſiccare volumus, moderatè ipſam coquimus, & priore aqua diffuſa, ſtatim in alteram calidam præparatam immittimus ac feruefacimus. Non oportet enim neque aerem, neque frigidam aquam contingere quod bis coquitur. neque enim exactè flaccidum fit, etiamſi diutiſſimè coquas: itaque in aliam calidā immiſſam coquimus donec flaccida fiat. Nam ſi ventris ſubducendi gratia ſumitur, non valde diſcoquitur. Siccat igitur braſſica quemadmodum lenticula & propterea viſum hebetat, & atræ bilis humorem generat. At verò aſparagus braſſicæ minus ſiccat & magis vrinam ciet. Semen autem potum lumbricos enecat, & maculas ſolares ac lentigines, & quæcunque alia moderata exterſione opus habentia, exterit. Cauliculi eius vſti cinerem efficiunt fortiter ſiccantem, vt & vſtoriæ facultatis particeps ſit. Quapropter eo cum veteri adipe admixto, quidam ad veteres laterum dolores, & ſicubi eiuſmodi alius dolor infeſtet, vtuntur. fortiter enim diſcuſſorium medicamentum efficitur. Braſſica porrò ſylueſtris ſiccior & calidior multo eſt quàm ſatiua, quemadmodum omnia alia ferme ſylueſtria ſatiuis fortitudine præſtant. Vnde neque citra offenſionē intra corpus ſumuntur. Diſcutit autem & extergit vehementius quàm ſatiua. Cæterùm marina braſſica vltra hoc quòd ventrem emollit, ſubſalſum nimirum ac ſubamarū ſaporem habēs, commoda quoque fuerit ad externos corporis vſus, ad quos ſanè eiuſmodi qualitates conueniunt.

Crethmon.

B Crethmon, ſalſum quodammodo in guſtu eſt, vna cum modica amaritudine: propterea & vis ipſius exterſoria ſimúlque ſiccatoria exiſtit. vtraque tamen facultate amaris cedit.

Crithe, *id eſt Ordeum.*

Ordeum primi ordinis eſt ſiccantium ac frigefacientium: habet & modicum quid exterſorium, & paulo magis ſiccat quàm fabarum farina à cortice depurgata. in reliquis omnibus forinſeco vſu conſimilia exiſtunt. Verùm in cibo acceptum ordeum, hoc amplius fabis habet, quòd in coctura flatuoſitatem deponit: fabæ autem, quo-
C modocunque coquatur, flatuoſitas permanet. craſſioris enim ſubſtantiæ faba eſt quàm ordeum, & propterea etiam magis quàm ordeum nutrit. Ordeum verò ſuccum generat tenuem & exterſorium quid habentem. nihil igitur calfacit corpus, quomodocunque tandem præparetur. Verùm humectat & ſiccat diuerſimodè præparatum. etenim polenta ex ordeo toſto facta, manifeſtè apparet ſiccare. Ptiſana verò humectat, quum velut conuenit præparatur. Panes autē ordeacei omnes minus nutriūt quàm triticei, & magis ventrem ſubeunt quàm illi. Cæterùm
D polenta ex ordeo toſta facta magis quàm ordeum ſiccat, & modicum alimentum corpori ſufficit quomodocunque coquatur. Eadem ex vino Aminæo auſtero pota aluum ſiccat. At verò maza (vocant autem ſic polentam ordeaceā liquore aliquo ſubactam, velut ſapa, aut melle, aut alio quopiam, quæ etiam cruda comeditur) quomodocūque præparetur, minus quàm panes ordeacei concoquitur, & ventrem magis flatu implet, & ſi diutius in ipſo moretur, turbationem efficit. Quum enim ordeum ex natura nō parum furfuris habeat, torrefactum ordeum idipſum furfuraceum & ſiccius & magis difficulter confringi po-
E tens habet, imò & id quod vtile ex ipſo in corporis alimētum cedit, ſiccius euadit. Quicquid igitur furfuraceum & durum in ipſo eſt, quemadmodum forinſecus apparet quòd aqua non diſſoluatur, eodem modo neque in ventre diſſoluitur maceratum, ſed permanet inconfectum velut eſt acceptum. Quum igitur neque concoquatur, neque in venas diſtribuatur, per ventrem ſecedit, & præſertim quum extergendi vim ex ordeo habeat: magis autem ſecedit infernè ſæpius ſubacta ac trita. Si verò & mel aſſumpſerit, adhuc citius ſubit. Porrò quod crimnō Græci vo-
F cant, craſſiórque farina tum tritici, tum zeæ exiſtit, magis alit quàm polenta, ſed ægrius concoquitur. Vocatur ex ea ſorbitio puls, & quæ ex zea fit ventrem lenius aliquanto ſiſtit, magiſque ſi torreatur.

Crinon, *id eſt Lilium.*

Lilii flos temperamentum mixtum habet ex ſubſtātia quadam tenuium partiū terrea, ex qua etiā in guſtu amaritudinem offert, & quadam aquoſa temperata: vnde & oleum ex ipſo lenis, tum diſcuſſoriæ tum mollientis facultatis exiſtit, & ad vteri duritias aptum. Radix etiam ac
G folia per ſe trita, ſiccant & extergunt ac moderatè diſcutiunt: eſt enim radix primi ordinis exterſiuorū, qua gratia & ambuſtis cōducit. Radicē itaq; aſſatam, deinde roſaceo tritā ambuſtis imponūt vſq; ad cicatricis inductionē. Nā & aliâs omnia vlcera optimè cicatrice includit. Sed & vterum emollit & menſes promouet. Folia quoque præcocta vſque ad cicatricem inductam imponunt, non ambuſtis ſolùm, ſed etiam vlceribus. Reponimus aliquando & foliorum ſuccum coctum cum aceto & melle ad liquidioris mellis compagem, ita vt ſucci partes quinque ſumantur,
H mellis autem & aceti vtriuſque pars vna. Fit commodum pharmacum ad omnia vehementi reſiccatione indigentia citra mordacitatē, velut ſunt vulnera magna, & maxi-

mè quæ circa capitis muſculos fiunt.item vlcera inueterata fluidáque,ac ægrè recipientia cicatricem.

Crocodilion.

Crocodilii ſemen acre eſt & aromaticum, vrinam ciens,& menſes ducens,vt & calidæ facultatis ſit diſcuſſoriæque ac ſiccatoriæ.Succus caulis & ſeminis conſimilem vim habet, & nephriticis prodeſt. Radix expuitiones è pectore fortiter adiuuat,éſtque minus acris quàm ſemen: verùm non minus amara. Sanguinem quoque per nares ducit.

Crocus.

Crocus habet quidem aliquid modicè adſtrictoriũ, quod terreum frigidum eſſe oſtenſum eſt: dominatur autem in ipſo calfactoria vis ac qualitas:vt ex tota ſubſtantia ſua ſecundi ordinis ſit calfacientium,primi ſiccantiũ: & propterea etiã concoctorium quid habet quod modica illa adſtrictione adiuuatur.

Crommyon,*id eſt Cæpa.*

Cæpa quarti ordinis calfacientium: ſubſtantia ipſius magis craſſarum partium exiſtit.Vnde & hæmorrhoidas aperit appoſita,& cum aceto illita in ſole vitiligines exterit,& alopeciis affricta citius quàm alcyonium pilos prouocat:comeſta calfacit corpus acrimonia ſua,& craſſos ac viſcoſos humores attenuat.Inflat autem ventrem propter craſſarum partium ſubſtantiam.

Cyamus,*id eſt Faba.*

Faba frigefaciendo ac calefaciendo ad mediũ temperamentum propinquiſſimè accedit, caro eius modicæ cuiuſdam exterſoriæ facultatis particeps eſt, quemadmodum cortex adſtrictoriæ. Quapropter aliqui medici fabã integram cum corio ſuo in poſca decoctam dyſentericis & cœliacis ac vomentibus exhibent. Eſt autẽ edulii ratione,ſiquod aliud,ægrè concoctile & flatuoſum, etiãſi quãdiutiſſimè coquatur,& quomodocunque præparetur: ad excreationes tamen pectoris ac pulmonis commodum. & viridis quidem faba comeſta magis aluũ ſubit, verùm minus quàm arida ingeſta nutrit. Torrefactæ tamen fabæ flatuoſitatẽ deponunt, ſed ægrius cõcoquuntur & tardius cõmeant,& craſſum ſuccum generant. Pharmaci autem loco faba forinſec⁹ impoſita,citra moleſtiã ſiccat: & ſanè ad podagricos ſæpe ea vſi ſumus cocta ex aqua, deinde adipe ſuillo admixto. Ad neruos verò contuſos & ad vlcera farinam eius impoſuimus, aceto mulſo aut vino mulſo coctam,roſaceo etiam addito,ſi inflammatio adeſſet: polenta verò addita,ad inflammatos iam ex plaga: eſt & teſtium ac mãmarum vtile cataplaſma. Solet enim has partes inflammatas modicè perfrigerare, maximè vbi lacte in ipſis in caſei ſpeciem coagulato vbera fuerint inflammata. Nam lac ab eiuſmodi cataplaſmate extinguitur:quẽadmodum etiam puerorum pubes, farina fabacea cataplaſmatis modo intecta,diutiſſimè impubis permanet.

Cyclaminus.

Cyclaminus variam vim habet: nam & extergit, & diſſecat,& venarum oſcula operit, & attrahit, & diſcutit: Succus enim ipſius hæmorrhoidas aperit, & aluũ irritat violenter,appoſitus. Sic & tubercula & ſtrumas & alias duritias diſcutit,compoſitionibus diſcuſſoriis admixtus. cõuenit & ſuffuſis oculis cum melle ſublitus,& præterea per nares purgat. Adeo autem forti vi præditus eſt vt etiam imo ventri illitus, aluum ſubducat, & fœtus corrumpat: ſed & in peſſi forma appoſit⁹ ſimiliter fœtũ perimit. Tota radix ſucco imbecillior eſt:eſt tamẽ etiã ipſa vehemẽs. nam & pota & appoſita menſes ciet,& ictericis cõfert, nõ viſcus ſolùm ipſum, *uidelicet iecur*, expurgans,ſed bilem in toto corpore per ſudores euacuans. quare ab eius potu adiuuare omnibus modis oportet ſudorum excretionẽ, corpore cõtecto ac vberius calfacto. Copiam eius drach. tres,aut ſummum quatuor excedere nõ oportet, ex paſſo aut aqua mulſa. Exterget & cutem:quapropter maculas ſolares & alopecias ac ſimilia ſanat. prodeſt & indurato lieni tum recens tum ſicca in cataplaſmate impoſita. quidã aridam radicem etiam anhelatoribus exhibent. Eadem arida tuſa & per tenuiſſimum cribrum excreta, vnà cum caryophyllis(ita vt radicis ſit vncia vna, caryophyllorum grana xxi) naribus inſufflata,craſſos & viſcoſos humores à capite purgat. vnde antiquos capitis dolores ſanat, & morbo comitiali magnopere opitulatur.

Cyminum.

Cymini ſemine præcipuè vtimur. Eſt autem facultatis calfactoriæ,vrinam ciet,& flatus diſſipat, tertii ordinis calfacientium exiſtens.

Cypariſſus,*id eſt Cupreſſus.*

Cupreſſi folia & germina pilulæque recentes ac teneræ magna vulnera in duris corporibus glutinant: ex quo manifeſtum eſt quòd ſiccatoriam vim habent,abſq; manifeſta acrimonia ac caliditate. Plurimam autem habet amaritudinem,& multo ampliorem acerbitatem vniuerſa planta. Tantum verò eſt in ipſa caliditatis quãtum ſatis eſt ad deducendam acerbitatem in altum, citra calfactionis aut mordacitatis inductionem: quapropter humiditates in profundo, in humectis putredinoſiſque affectionibus conſiſtentes,citra moleſtiam ſimúlque ſecurè depaſcitur,altera non amplius attracta: atque ſic hernioſis confert in cataplaſmate impoſita. ſiccat enim & robur addit corporibus ex humiditate laxis:mergente ſe nimirum in altum vi adſtringendi,quum deducatur per admixtam ipſi moderatam caliditatem. Vtuntur ipſa quidam & ad carbunculos ac herpetas polenta admixta.

Cyperus,*id eſt Iuncus quadratus.*

Cyperi radices maximè in vſum veniunt calfacientes ac ſiccantes citra mordacitatem:vnde & vlcera ob nimiam humiditatem ægrè recipientia cicatricem mirabiliter ſanant. Habent enim quid adſtrictorium, & propterea oris vlcerationibus commodant: habent & vim quãdam ſiccatoriam, qua & calculoſis proſunt, & vrinas ac menſes cient.

Cypros,*id eſt Liguſtrum.*

Liguſtri arboris folia & virgulta ac flores in vſum veniunt,mixtæ facultatis ac temperamenti exiſtentia. habent enim quid diſcuſſorium ex aquoſa ſubſtantia moderatè calida:habẽt & quid adſtrictorium, ex terrea frigida: vnde decoctum fotu ambuſtis prodeſt. Commodat & ignitis inflammationibus ac carbunculis, citra moleſtiã ac mordacitatem ſiccans. ſed & commanducata vlcerib⁹ oris ſponte productis,& maximè ignitas aphthas referentibus,conducunt. Folia ſiccata in vmbra tuſáque ac cribrata,mox in aqua ad calidum cinerem cocta, modico rhoẽ culinario inſperſo,& aceti momento, bonum cataplaſma præbẽt in podagricis ac chiragricis,in ipſis maximis inflammationibus impoſitum. nam & inflammationes ſedat,& fluxiones repellit, & quod iam in locis continetur diſcutit per meatus occultos, quemadmodũ per ſudorẽ. Lædit tamẽ hoc cataplaſma colorem, & maximè vngues: quapropter prælinere locos oportet liquido roſaceo cerato. Ipſum autem cataplaſma integendum eſt ricini foliis, aut carpaſi ſi adſint.

Cytiſum.

Cytiſi folia diſcuſſoriæ ſunt facultatis admixta tepida aquoſa,quemadmodum folia maluæ.

Conion,*id eſt Cicuta.*

Quòd cicuta extremè frigidam vim habeat omnes norũt:& propterea ex ſumma illa frigefactione etiam enecat ac occidit.

Coni fructus,ſiue Nux pinea,ſiue Cocalus,
ſiue Strobilus.

Coni fructus,quem & Cocalum & Strobilum *ac pineam nucem* appellant, integer quidem viridis, amaritudinem quandam & acrimoniam cum humiditate habet: & propterea pectore ſuppuratis cõmodus eſt, itémque aliis quibuſcunque ex pectore ac pulmone facilis ſcreatus ac per tuſſim reiectio,expetitur:at nucleus eius qui in cibũ vſum venit,alimentum præbet ægrè concoctile,validum ac multi ſucci propter oleoſitatem. Verùm medicamenti loco aſperitates læuigat, maximè vbi aqua maceratus omnem ſuam acrimoniam depoſuerit.

Cancani radix.

Cancani radix vim habet moderatè ſiccatoriam citra mordacitatem,ſubſtantiam autem craſſarum partium meatus obducentem:vnde vino macerata velut tragacãtha,& delincta arteriæ aſperitates ſanat. Nihilominus ſi-

quis ipſam manducet,ſuccus præterfluēs arteriæ prodeſt, ſimiliter vt glycyrrhizes ſuccus.

Caucalis ſiue Daucus ſylueſtris.

Caucalin aliqui daucum ſylueſtrem vocant. eſt autem ſimilis ipſi & guſtu & virib⁹:calfacit enim velut ille & ſiccat,& vrinam ciet,& muria condita reponitur.

Carpeſium.

Carpeſium ſimile eſt ei quod phu appellatur, & guſtu & viribus : verùm magis tenuiū partium exiſtit. quapropter & magis quàm illud exterget viſcerum obturationes,& vrinas mouet,& renes expurgat calculoſos. Non tamē in tātum tenuiū partiū eſt vt pro cinnamomo in vſum aſſumi poſſit,(ſi cinnamomum haberi nequeat)quēadmodum Quintus fecit.Præſtat quidem igitur Ponticū Laertico,non tamen etiam hoc ipſum viribus cinnamomo par eſt.ſed etiam ab optima caſia non modico interuallo relinquitur.Vtraque appellatio à quibuſdam Pamphyliæ montibus eſt,in quibus plurimum prouenit.

A *litera* Λ *incipientia.*

Lathyri,*id eſt Cicerculæ.*

Cicerculæ conſimilem ochris & phaſelis ſubſtantia habent, itémque ſimilem ſuccum,ſed compage craſſiorem,& propterea aliquo modo magis hæ quàm illi alunt.

Lathyris.

Lathyridem tithymali ſpeciem eſſe quidam aiunt: ſemen eius purgatoriam vim habet.

Lapſana.

Lapſana in cibo accepta mali ſucci eſt: in cataplaſmate impoſita exterſorium quid ac diſcuſſorium habet.

Lapathum,*id eſt* R*umex*.Oxylapathum,Hippolapathum.

Lapathum moderatè diſcuſſoriam vim habet,& ſanè caliditatis particeps eſt. Renum calculos radix eius cōfringit,& ſcabiem ac corporis aſperitates ſanat ex aceto cocta & affricta.At verò Oxylapathum mixtam vim poſſidet:habet enim repulſoriā vnà cū diſcuſſoria facultatē. Semen ipſorum manifeſtè adſtringit.vnde & dyſenterias & alui profluuia ſanat, præſertim oxylapathi. Cæterùm Hippolapathum in paludibus naſcitur,eadem vi præditū, verùm imbecilliore. Sylueſtris porrò lapathi radix, quā Mylen appellant,ex aceto cocta ſiue vino, dentes corroborat,eorúmque dolores ſedat,ſi eo decocto callido colluantur.

Limonium ſiue Cynogloſſon.

Limonii ſemen auſterum exiſtens cum vino exhibent cœliacis,& dyſentericis,& hæmoptoicis: cōducit & ad fluxum muliebrem.

Lichen ſiue Muſcus petrarum.

Lichen petrarum exterſoriæ ſimúlque frigefacientis moderatè facultatis eſt, & ſiccantis iuxta vtranque facultatem.Sanat lichenes,*Latinis impetiginem cognomine ſibi apud Græcos morbum.*

Leontopodion ſiue Leontopetalon.

Leontopodii radice maximè vtimur, diſcuſſoria & calfactoria ac ſiccatoria in tertio ordine.

Lepidium.

Lepidium quarti ordinis eſt calfacientium.

Leucoion.

Leucoii vniuerſus frutex exterſoriam & tenuium partium vim habet,maximè tamen flores,præſertim ſicciores:quare & cicatrices oculorum craſſas attenuant, & decoctum ipſorum menſes ac ſecundas promouet, & fœtus immortuos expellit.nam & viuum perimit fœtum in potu acceptum.Quòd ſiquis vehementiam facultatis ipſius multæ aquæ mixtura aut aliquo alio eiuſmodi liquore mitiget,habebit & ad inflāmationes commodum medicamentum.Sic & decoctum ipſius, ſi non meracum fuerit, fomento vteri inflammationes ſanat,& maximè diuturnitate induratas.Idem cum cerato vlcera ægrè cicatricem recipientia curat.Semen iiſdem viribus prædictum commodiſſimum eſt potum duarum drachmarum pondere, aut appoſitum cum melle,ad ciendos menſes.& fœtus vi- A uos quidem corrumpit,mortuos autem eiicit.Radices cū aceto in cataplaſmate impoſitæ, lienes induratos ſanant, itémque induratas inflammationes.

Leuce,*id eſt Populus alba.*

Populus alba arbor temperamentum mixtum habet ex ſubſtantia aquoſa tepida,& terrea attenuata: vnde & exterſoriam vim habet. guſtu autem ſubamara exiſtit.

Libanotus,*id eſt Thus.*

Thus calfacit ordine ſecundo,ſiccat primo:habet & B quid adſtrictorium,quod in albo vix percipere eſt. Cortex ipſius vim adſtringendi manifeſtè habet,ob quam etiam præclarè ſiccat, vt ſecundi ordinis ſiccantium completi exiſtat:eſt & craſſarum partium & minimè acrimoniæ particeps.Ob has igitur qualitates ac vires, vſus eius frequēs eſt medicis,in hæmoptoicis ac ſtomachicis profluuiiſque alui, cœliaciſque ac dyſentericis, nō ſolùm iis quæ extrinſecus imponuntur, ſed & quæ intra corpus ſumuntur,ipſum admiſcentibus.Fit ex eo & fuligo hoc modo:Granum thuris ſingulatim forcipe apprehenſum & à C lucerna accēſum,in vas fictile cauum nouum imponito: deinde æneum operculum concauum probè deterſum ſuperponito,ſuppoſitis tamen ad vtrunque operculi labrū lapillis quatuor digitorum altitudinis, vt locus ſit alterū ſupponendi granum priuſquam penitus extinguatur,donec ſufficiens fuligo fuerit collecta. Cæterùm externa operculi ænei pars aſſiduè per ſpōgiā ex aqua frigida extergeatur:ita enim omnis fuligo adhærebit,operculo nimirūnō valde concalfacto.Deraſa itaque priore fuligine:per pennam,idem facias, quouſque collibuerit : ſed & exuſti D thuris cinerem priuatim colliges, melior eſt autē fuligo. Vim habet mitigatoriam inflammationum in oculis, ſedat fluxiones,repurgat vlcera,replet concaua, ſiſtit carcinomata.Eodem modo parantur fuligines & ex myrrha & ex ſtyrace.Conueniunt ad eadem omnes:quin & aliarum lacrymarum fuliginem eodem modo colligere licebit.

Libanotides.

Libanotides omnes ſimilem vim habent mollitoriam ac diſcuſſoriam. Succus autem & radicis & herbæ, melle admixto,hebetudinibus oculorum medetur ex humorum craſſitudine obortis.Sunt enim libanotides parti- E cipes exterſoriæ ac inciſoriæ facultatis.

Lignys,*id eſt Fuligo.*

Omnis fuligo ſiccat:quapropter ſubſtantiam terreā habet, & reliquias ignis à materia exuſta,ſed has tamen tēpore modico. Tota autem natura ipſius ſiccatoria eſt terrea & tenuium partium. Partiales eius differentiæ ſunt iuxta materiam exuſtam, prout ea ipſa calidior aut frigidior,aut mordacitatis expers exiſtit.Thuris porrò fuligine vtuntur ocularibus compoſitionibus admixta, maxi- F mè iis quæ vlceribus conferunt:nam & hæc expurgat ipſáque carne explet.Terebinthinæ quoque ac myrrhæ fuligo ſimiliter vt thuris nihil offendit. Verùm ſtyracis his fortior eſt,atq; adhuc magis quæ ex pice liquida fit, quā ſuperat adhuc cedriæ fuligo. Vtuntur autem & acrioribus,& in palpebris glabris,& angulis oculorum corroſis, oculiſque humectis abſque inflammatione.

Liguſticum.

Liguſtici radix & ſemen ex calfacientium ordine ſunt,in tantum vt & menſes moueant,& vrinas propellant,flatúſque diſcutiant.

Lini ſemen.

G Semen lini comeſtum flatuoſum eſt,etiamſi torrefactum:ita recremētoſa humiditate plenum eſt. Eſt autem calidum in primo ordine, humiditatis ac frigiditatis in medio conſiſtens.Stomacho incommodat, & ægrè concoquitur.particeps eſt tamen facultatis ciendi vrinam:& torrefactum ventrem aliquatenus ſiſtit.

Lobi.

De lobis ſcriptum eſt à nobis eſt quum de dolichis ageremus.

H Linozoſtis,*id eſt Mercurialis.*

Mercuriali vtuntur omnes ad ventris purgationes, veruntamen ſiquis eius vſum in cataplaſmatis experiri velit,reperiet eam multùm diſcuſſoriam. Et ſemen huius nondum ſiccatum experiētia docet tubercula & eminē-

tia

tias in corpore, vulgò Carphia dicta, diſſipare, ſiquis ipſa diligentius ſemine eo confricet.

Lonchitis.

Lonchitidis, triangulare ſemen haſtæ ſimile habentis, radix vrinam ciet. Eius verò quæ ſcolopendrio ſimilis eſt folia viridia vulneribus glutinandis conducunt. Sicca eadem ex aceto pota, lienes induratos ſanant.

Lycium ſiue Pyxacanthos.

Lyciũ ſiue pyxacanthos ſpinoſa eſt planta, ex qua quod Lycium appellant fit, quo ad ſugillata vtimur, & ad ſedis ac oris inflãmationes ac vlcerationes, herpetéſque ac putrefactiones, &vlcera maligna, & intertrigenes ac paronychias, *qui ſunt ungniũ abſceſſus*. Habet enim vim ſiccandi ex ſecũdo ordine, aliâs ex diuerſi generis ſubſtantiis cõpoſitum: altera, tenuium partium ac diſcuſſoria & calida: altera, terrea frigida, ex qua & moderatam adſtrictionem habet. Quapropter & ad diuerſos effectus hoc medicamento vtuntur, vt exterſorio quidem, adſumentes ad ea quæ pupillis tenebras offundunt: vt adſtrictorio verò, cœliacis & dyſentericis ac fluxui muliebri exhibentes. Cæterùm Indicum Lycium ad omnia commodius exiſtit.

Lyſimachium.

Lyſimachium prædominantem habet qualitatem adſtrictoriam, per quam & vulnera glutinat, & eruptiones ſanguinis nariũ cõpeſcit inſperſa: ſed & alias ſanguinis eruptiones ſupprimit tum ipſa, tũ ſuccus ipſius adhuc amplius: quare & potus & infuſus dyſenterias ac ſanguinis reiectionem, & fluxum muliebrem ſanat.

Lotus ſiue Trifolium.

Lotus ſatiuus (quem aliqui trifolium vocant) moderatè extergendi vim habet, itémque ſiccandi: verùm in coniugatione caliditatis ac frigiditatis temperatus eſt. at verò ſyluestris lotus in Aphrica plurimus prouenit. Semẽ eius ſecundi ordinis eſt calfacientiũ. habet & quid exterſoriũ. Semen autẽ Ægyptii etiam ad panificiũ accipitur.

Lotus arbor.

Lotus arbor adſtrictoriæ qualitatis non multæ particeps eſt. eſt autem tenuium partium ac ſiccatoria. Ramẽtum itaque lignorum eius, &ad fluxum muliebrem, & ad dyſenterias ac cœliacas affectiones conducit. coquitur aliquando in aqua, aliquando in vino, prout vſus poſtulat. & non ſolùm infunditur, ſed etiam bibitur. atqui & defluos pilos cohibet, moderatè adſtringendo ac ſiccando.

A *litera* M *incipientia*.

Macer.

Macer cortex eſt qui ex India affertur, adſtringens cũ modica acrimonia: quapropter & ſiccat. eſt & tenuium partium propter odorem: & propterea cœliacis ac dyſentericis compoſitionibus admiſcetur, in tertio ordine ſiccantium locatus: iuxta caloris & frigiditatis differẽtiam nihil inſigniter præſtans.

Malabathri folium.

Folium malabathri ſpicæ nardi conſimilẽ vim habet.

Malache, *id eſt malua*.

Malua ſylueſtris leniter diſcuſſoriæ & paululum mollitoriæ facultatis particeps eſt. Satiua, pro eo quòd aquoſa humiditate participat, etiam viribus debilior exiſtit. Subit autem ventrem non ſolùm ob humiditatem, ſed & ob viſcoſitatem, maximè vbi cum oleo & garo accipiatur, vino modico cibi tempore irrorato. Semen ipſorum tanto fortius eſt quanto ſiccius. quin & dendromalache appellata huius generis eſt, ſed magisquàm prædictæ diſcuſſoria. nominatur autem & Althæa.

Mandragoras.

Mandragoras prædominantem frigidam vim habet, vt tertii ſit perfrigerantium ordinis: particeps eſt tamen & modicæ caliditatis ac humiditatis in malis ſuis: vnde & ſoporatoriam vim hæc poſſident. Radicis cortex fortiſſimus exiſtens, non ſolùm frigefacit, ſed etiam ſiccat. Reliquum interdum debile exiſtit.

Marathrum, *id eſt fœniculum*.

Fœniculum fortiter calfacit, vt ex tertio ordine cenſeri poſſit. ſiccat ordine primo: & propterea etiam lac generat, & ſuffuſis oculis iuxta eandem rationem opitulatur. ciet & vrinas, & menſes ducit.

Maſtiche.

Maſtiche alba & Chia, ex contrariis quodammodo facultatibus compoſita eſt, adſtringente & molliente: quapropter & ſtomachi, & ventris, & inteſtinorum ac hepatis inflammationibus conuenit, ſecundo ordine calfaciens ac ſiccans. Nigra maſtiche quæ Ægyptia appellatur, magis exſiccat quàm illa, & minus adſtringit: vnde & commodior eſt quodammodo ad ea quæ fortiore diſcuſſione opus habent.

Melanthium, *id eſt Nigella*.

Melanthium calfacit ac ſiccat tertio ordine. apparet & in eo partium tenuitas. ſic itaque & deſtillationes ſanat, calidum linteolo illigatum naribus admotum, vt aſſiduè odor eius nares percellat. Sic & potum flatus vel maximè diſcutit. Occidit & lumbricos non modò comeſtum, ſed etiam foris ventri impoſitum, ob amaritudinem. Lepras & clauos ac verrucas myrmecias, *hoc eſt formicarias*, dictas abolet, & mẽſes promouet ob craſſitudinem & viſcoſitatem humorum ſuppreſſos. prodeſt & alopeciis vſtum, & cum oleo tritum ac illitum: ſic etiam recta ceruice ſpirantibus: & in ſumma vbi diſſecare & extergere ac ſiccare calefaceréque opus eſt, commodiſſimum medicamentũ exiſtit.

Melilotum.

Melilotum mixtas vires habet: nam & adſtringit, ſed & diſcutit & concoquit. amplius enim de calida ſubſtantia quàm de frigida in ſe complectitur.

Mel.

Mel calfacit ac ſiccat ſecundo ordine. eſt autem ſimplicis quammaximè tum facultatis, tum temperamenti, exterſoriæ videlicet appellatæ. eſtque maximè tenuium partium, præſertim quod prouenit vbi thymus plurimus naſcitur. Quum autem tenuium partium ſit, neceſſariò etiam quid acre poſſidet, per quod vẽtrem ad excretionẽ impellit. Diximus autem quod exterget: hæc itaque exterſoria vis ſi ipſi adimatur, magis ad vrinam ciẽdam commodum reddetur, itémque ad alimenti diſtributionẽ ac nutritionẽ accõmodatius. Adimi autẽ optimè poteſt aqua plurima admixta, & cocto melle, donec ſpumare deſierit, ita vt ſpuma aſſiduè auferatur: aqua verò mulſa nõ cocta ventrẽ ſubit antequã cõcoquatur. itaque ſenibus & frigidis corporis temperaturis mel cõmodum eſt: verùm in ætate vigente conſtitutis ac calidis, in bilẽ tranſit ante concoctionem. Mel porrò coctum per ſe, minus acre ac mordax euadit: vnde & magis nutrit, & ad ſinus glutinandos commodiſſimum exiſtit.

Meliſſophyllum.

Meliſſophyllum marrubio viribus ſimile eſt, ſed multo tamen ipſo inferius: & ob id neque vſus eius valde expetitur. quum enim vbique marrubium abundet, ſuperuacaneum eſt meliſſophyllo vti. Si tamen non adſit marrubium, pro ipſo ſuccedere poteſt in eoſdem vſus, vt tamen efficaciæ eius mancæ memores ſimus.

Mecon. *i. Papauer*, Mecõ thylacites, Mecõ rhœas.

Papauer omne perfrigerantem vim habet: ſed hortenſis thylacitidis *Græcis* appellatæ, ſemen moderatè ſomniferum eſt: verùm rhœadis ſemen fortius frigefacit: quare citra læſionem eo quis non vtitur: ſylueſtris autem ſemen nigrum exiſtens, medicatum iam eſt multùm frigefaciens, maximè Thebani: ſed & ſuccus fortiter perfrigerat vſque ad ſtuporem & mortificationem. eſt enim quarti & extremi ordinis perfrigerantium.

Mecon ceratites, *id eſt Papauer cornutum*, ſiue Mecon paralios.

Papauer cornutũ *Græcis* etiam paralion vocatur, quoniam ferè circa mare naſcitur. Vim habet ſectoriã & exterſoriam: quare radix eius cocta in aqua ad dimidias, hepaticis affectionibus prodeſt. folia & flores ſordida valde & maligna vlcera iuuant: ſed ab ipſorum vſu recedendũ eſt, vbi vlcera fuerint depurata: nam vſqueadeo extergere ſolent vt & de pura carne aliquid eliquent ac conſumant, & ob id etiam cruſtas vlcerum tollunt.

Meſpilum.

Meſpili arboris fructus acerbus eſt, & ventrem pluri-

mum ſupprimit.

Melea Perſice,*id eſt Malus Perſica.*

Malus Perſica,& foliis & ramis amaram qualitatē prædominantē habet:quare & lumbricos occidit trita vmbilico impoſita,& aliâs diſcuſſoriū medicamentum exiſtit. Fructus eius Perſicum appellatum, humidioris & frigidioris eſt temperamēti.Caro eius comeſta facilè corrumpitur & omnino vitioſa eſt: quare non oportet ipſa (velut aliqui faciunt)à reliquo cibo ingerere. corrumpūtur enim & ventri innatant.Porrò vniuerſalis huius regulæ perpetuò memorem eſſe oportet.quòd quæcūque mali ſucci ſunt,humida autem & lubrica,& quæ facilè aluo ſecedere poſſunt,ea priuſquam alia comedere oportet.ſic enim & ipſa citò ſubeunt, illiſque viam præſtruunt: quæ verò poſtrema ſumuntur, etiam alia ſimul corrumpunt.

Melea Armeniace,*id eſt Malus Armeniaca.*

Armeniacæ mali fructum præcocia appellant.eſt autē humidus ac frigidus hic fructus ſecundo ordine,vbi ſanè fuerit maturus.à Perſico in hoc differt, ipſóque præſtat,quòd non ſimiliter in ventre corrumpitur, neque aceſcit: multis verò & iucundior apparet,& propterea ſtomacho accommodatior.

Malus medica ſiue citrea.

Mali medicæ fructus ab omnibus citrium appellatur. Id in ſemine acidam qualitatem & vim ſiccatoriam prædominantem habet,vt tertii ordinis ſit ſiccantiū ac perfrigerantium.at verò in cortice habet quidem ſiccatoriā vim in ſecundo ordine, non tamen frigidam qualitatē, propter aromaticitatem.Caro ipſius craſſi ſucci eſt & frigida,ob duritiem:ſemen autem penitus edi non poteſt, neque quod acidū eſſe diximus,neque eius nucleus, qui reuera ſemen exiſtit, amaram qualitatem & diſcuſſoriā ac ſiccatoriam vim in ſecundo ordine habens. ſed & folia ſiccandi ac diſcutiendi facultatem habent.

Mala omnia.

Cæterùm in aliis malis magna eſt differentia: quæcunque enim adſtringunt,frigidum ac terreum ſuccum habent: quæ verò acida apparent,frigidum quidem, ſed tenuium partium habent:mediæ autem temperaturæ ſunt dulcia ad caliditatem repentia.Auſterorum igitur malorum vſus eſt,quum aut ob intemperiem calidam aut humiditatem multam venter debilis eſt: acerborum verò, vbi eadem multū fuerint aucta.nam adſtringentia quantum in ipſis eſt,ſupprimunt infernas excretiones. acida autem cient.Quum igitur ſuſpicio fuerit craſſum humorem in ventre collectum eſſe, non valde frigidum, hæc exhibebis.nam & hunc diſſecant & infernè ſubducunt, & propterea excrementa humectant: vbi verò purum reperierint ventriculum,ipſum amplius ſuppriment.

Meon.

Mei radices in vſu ſunt in tertio ordine calfacientes: ſiccant in ſecundo,humiditatem retrimenticiam in ſeſe complexæ.vrinas itaque cient, & menſes prouocant potu:amplius acceptæ capitis dolorem inducunt,& propter humiditatem,flatus.

Morus,Mora,Sycamina,Sycomora.

Mori arboris fructus, ſycamina & ſycomora frequenter à pleriſque *Græcis* vocantur. ſiquidem igitur matura & ante reliquum cibum in ventriculum purum ingerantur,celerrimè per inteſtina ſecedunt, & aliis cibis viam præſtruunt:verùm poſt cibum accepta,aut vitiatum humorem in ventre reperientia,celerrimè corrumpuntur, & peregrinam quandam,quæ dici commodè non poſſit, corruptionem inducunt,ſimiliter vt cucurbitæ & pepones,vbi non fuerint concocti.Tempus vſus moris eſt itidem vt peponibus & cucumeribus,vbi ſiccum & calidū fuerit ventriculi corpus, & ex neceſſitate etiam hepatis. Tunc enim ſolummodo omnibus eiuſmodi vtiliter quis vtetur,& vbi quis longo itinere aut multo ardore fuerit defatigatus. tunc enim proſunt ſqualorem corporis rigantia,& moderatè perfrigerantia. Mora immatura ſole ſiccata diligēter,ac repoſita, commodum adſtrictorium medicamentum exhibent,vt etiam dyſenterias ſanent,& affectiones cœliacas & alias fluidas. Tunduntur autem, & obſoniis miſcentur, quemadmodum rhois fructus.

A Bibuntur etiam cum aqua & vino.Cæterùm cortex radicis arboris purgatoriam vim habet cum quadam amaritudine: quare & latum lumbricum occidit feruefactus cum vino,eóque calido meraco poto cyathi menſura, & diu ſuppreſſos menſes prouocat.

Mycetes,*id eſt fungi.*

Fungi frigidum ac humidum abundè edulium ſunt: vnde & propè ad venenatricem vim accedunt: & ſanè quidam ex ipſis occidunt.

B Myos otis,*id eſt Auricula muris.*

Muris auricula ſiccat ordine ſecundo,nullam manifeſtam qualitatem habens:ſuccus eius cyathi menſura cum zytho potus,lumbricum latum efficaciter expellit.

Myrica,*id eſt Tamarix.*

Myrica inciſoriam & exterſoriam vim abundè poſſidet,citra manifeſtam ſiccationem. habet & quid adſtrictorium,& ob has facultates lienibus induratis cōducit, radicibus aut ramulis aut foliis cum aceto & vino coctis. fructus & cortex non modicæ adſtrictionis participes

C ſunt,ſimúlque extergent, & tenuium partium exiſtunt. vſtæ myricæ cinis ſiccandi vim acquirit.

Myrſine,Myrtus.

Ex contrariis hæc planta compoſita eſt ſubſtantiis: prædominatur tamen in ipſa terreū frigidum. habet & quid tenuium partium calidum:vnde fortiter ſiccat,& omnes partes ipſius reſtringendi vim habent,tū forinſecus corpori impoſitæ,tum intrà aſſumptæ.

Moly,ſiue Ruta ſylueſtris,Harmala,Beſaſa.

Moly aliqui rutam ſylueſtrem vocant, aliqui Harmala,

D Syri Beſaſa. Vis eius tenuium partium,& calida eſt tertio ordine:vnde & ſecat & diſcutit craſſos & viſcoſos humores,& vrinam promouet.Qui ruri habitant vtuntur co uturno capitis dolore,aqua coquentes,& caput inde in di tes.ſimiliter & ad reliquas corporis partes perfrigerigan ratas.

A litera N incipientia.

Nardoſtache,*id eſt Nardi ſpica.*

Nardi ſpica primo ordine calfacit,ſiccat ſecundo completo.compoſita eſt ex ſubſtantia multùm adſtringente, & acri calida non multa, & quadam modica ſubamara:

E quare & ad iecur & ad ſtomachum meritò conducit, pota & forinſecus impoſita.vrinas ciet quoque,& ſtomachi morſus ſanat, & fluxiones ventris ac inteſtinorum reſiccat,item capitis & pectoris. fortior eſt Indica, nigrior quàm Syriaca exiſtens.

Nardus Celtica.

Celtica nardus conſimilem in genere vim cum prædictis habet,ſed ad omnia debilior eſt, præterquā ad vrinas ciēdas.eſt enim calidior illis, ſed minus adſtringit.

F Narthex,*id eſt Ferula.*

Ferulæ ſemē attenuat & calfacit.Interna eius pars, medulla appellata, adſtringentis cuiuſdam qualitatis particeps eſt,ob quam hæmoptoicis & cœliacis prodeſt.

Napy, *id eſt Sinapi.*

Sinapi calfacit ac ſiccat quarto ordine. Optimum eſt Ægyptium aut Syriacum,& quod mole minus eſt & minus cruentè coloratum.

Narciſſus.

Narciſsi radix ſiccatoriam in tantū vim habet vt vulnera magna glutinet, etiamſi tendines ſint conciſi. habet & quid exterſorium ac attractorium.

G Nerium ſiue Rhododaphne.

Nerium aut Rhododaphne frutex eſt omnibus notus, qui ſi forinſecus corpori in cataplaſmate imponatur, diſcuſſoriam vim habet: ſi verò intra corpus ſumatur, pernicioſus & venenatus non ſolùm hominibus, ſed & plurimis pecoribus exiſtit.

Nymphea.

Nympheæ radix & ſemē vim habēt ſiccatoriā leuē:itaque & vētris fluxiones,& ſeminis per ſomnū effluxū,aut ſi etiā aliâs immodicè feratur,ſiſtūt. Profūt & dyſētericis.

H Cæterū Nymphea quæ albā radicē habet, vehemētioris facultatis eſt,vt & muliebrē fluxū ſanet.Bibitur & ipſa & quæ nigrā radicē habet,in vino nigro auſtero. Poſſident & quid exterſoriæ facultatis: vnde & vitiligines ſanant aqua rigatæ, & alopecias cum liquida pice. Præſtat ad

hæc quæ nigram radicem habet, ad reliqua,quæ albam.

A litera Ξ incipientia.

Xanthium *id eſt Lappa*, ſiue Phaſganion,aut Philanthropos,Chœradoletron.

Xanthium, quidam Phaſganion, quidam Philanthropō,alii Chœradoletron appellant.Semen eius diſcuſſoriam vim habet. Decoctum corticis radicis potum lienes conſumit,& dentes motos firmat eiuſdem decoctum ex vino collutum.

Xiphion, *id eſt gladiolus.*

Gladioli radix,præſertim ſuperior, vim attractoriam,diſcuſſoriam,atque adeo ſiccatoriam habet.

A litera O incipientia.

Œnos, *id eſt uinum.*

Vinum ex ſecundo ordine eſt calefacientium: Antiquum valde,ex tertio: quemadmodum nouum muſtū, ex primo. Eadem proportio eſt ſiccitatis ad caliditatem. Quandoquidem verò plurimas in vino differentias reperimus,diſtinguendum eſt de ipſis, quambreuiſſimis id fieri poteſt.Rufa itaque & craſſa ex omnibus ad ſanguinē generandum commodiſſima ſunt, vt quæ parua egeant in ſanguinem traſmutatione. Deinceps nigra ſimulque dulcia ac craſſa: deinde colore quidem rufa aut nigra,cōpage verò craſſa,& habentia ſimul adſtringentem qualitatem. His minus valent alba, ſimulque craſſa ac acerba, ad nutritionem.Minimè verò omnium alunt colore alba, compage tenuia,& quodammodo aquæ ſimilia. Concoquuntur autem in ventriculo & magis diſtribuuntur dulcia quàm auſtera, vt pote calidiore vi prædita: ſed & ventrem magis ſubducunt. Cæterùm valde craſſa, & tardius concoquuntur & tardius in corpus diſtribuuntur: vbi autem ventriculum robuſtum nacta fuerint, vt probè concoquantur,amplius nutrimentum corpori præbent. Manifeſtum eſt autem quòd & aluum ſiſtunt, & vrinæ ciendæ incommoda exiſtunt,in quibuſdam craſſum ſuccum generantia. Quædam ex ipſis etiam iecur & lienem ac renes obturant,atque inde aliqui in aquam intercutem incidunt,aliqui è calculo laborant ex nimio ipſorum vſu,& præſertim ſenes. Optimum vinum eſt & ſanis, & ex morbo ſe recolligentibus commodiſſimum,quod colore rufum,compage tenue,& leniter ſubaſtringens exiſtit.

Oxos, *id eſt acetum.*

Acetum mixtas ſubſtantias frigidam & calidam,vtramque tenuium partium habet. Prædominatur tamen in ipſo frigida ſubſtantia, quemadmodum in principio huius libri prædiximus. Eſt autem medicamentum abundè ſiccatorium,vt tertii ordinis ſit completi,vbi ſanè forte extiterit.

Opos,laſer ſiue ſuccus Cyrenaicus.

Laſer ſiue ſuccus Cyrenaicus,omnibus aliis calidior & magis tenuium partium exiſtit, & ob id etiam magis diſcuſſorius. Veruntamen & alii calidi ſunt ac flatuoſi, hoc eſt Medicus & Syriacus quem laſer appellant.

Origanum,Tragoriganum.

Origani herbæ tres ſunt ſpecies,omnes inciſoriæ & attenuatoriæ,ſiccantiſque ac calfacientis facultatis in tertio ordine. Tragoriganus autem aliquid adſtrictorium aſſumpſit.

Oxyſchœnos, *id eſt iuncus acutus.*

De iūco acutò dicetur in ſchœni,*hoc eſt iūci*,mētione.

Orobus, *id eſt eruum.*

Eruum ſiccat ſecundo ordine intenſo, calfacit primo. Quantum autem amaritudinis particeps eſt,tantum ſiccat & exterget& obſtructione liberat.Amplius ſumptū ſanguinem per vrinam expellit.

Orobanche.

Orobanche frigidi ac ſicci temperamenti in primo ordine eſt.

Oryza.

Oryza habet quid aſtrictorium,quapropter ventrem ſupprimit. Et eſt eduliūm ægrè concoctile.

Orchis cynos, *id eſt teſticulus canis.*

Orchis herba quæ cynos orchis, *hoc eſt canis teſticulus*, dicitur, duplicē radicē bulboſam habet,humidā & calidā:quapropter etiā ſapore dulcis eſt,& maior quidem radix ob multā humiditatem, ad venerē ſtimulat pota:mi-

A nor verò ad ſiccitatē tepēs impetus venereos compeſcit.

Orchis altera ſiue Serapias.

Orchis altera,quam ſerapiada vocant,ſicciorem priore vim habet:quare ad venerem non ſimiliter comoda eſt: laxos autē tumores in cataplaſmate diſcutit, & vlcera ſordida purgat,& herpetas ſanat. ſicca verò,& putrefactis & malignis vlceribus medetur.nam & ſubaſtringēs quid habet,per quod aluum ſupprimit cum vino pota.

Oſyris.

Oſyridis herbæ ex qua ſcopæ fiunt,amara eſt qualitas:
B verùm vis obturatione liberans: vnde & malignas circa iecur obſtructiones reſoluit.

A litera Π incipientia.

Pancration.

Pancratii radix & ſapore & viribus Scillæ ſimilis eſt: quare aliqui etiā vtuntur ipſa,ſcilla non præſente: verùm multo debilior exiſtit.

Paliurus.

Paliuri folia & radix adſtringentem non obſcurè vim poſſident:quapropter & fluidum ventrem ſiſtunt:diſcuſſoriam autem in tantum habent, vt & tubercula curent-
C quæ ſanè non valde inflammata ac calida exiſtunt: fructus inciſoriæ facultatis eo vſque eſt particeps,vt veſicæ calculos & confringat & expurget, & reiectionibus ex pectore ac pulmone auxilietur.

Panax Herculeus,Opopanax.

Panaces Herculeum eſt,ex quo Opoponax appellatus, fit:qui ſuccus calidus eſt & diſcuſſorius in tertio ordine ſiccus in ſecundo.Cortex radicis ſiccat & calfacit,ſed minus quàm ſuccus,exterget tamen:& propterea ad oſſa denudata & vlcera maligna conducit: exterget enim & ſic-
D cat,& carne replet citra mordacitatem. Semen calidum exiſtens menſes ducit.

Pentaphyllon, *i. quinquefolium*, ſiue Mercurii herba.

Quinquefolium,quæ Mercurii herba dicitur, radicem habet ſiccantem in tertio ordine, minimè verò acrem: quapropter multi vſus eſt & tenuibus partibus præditū.

Peplion.

Peplii ſemen in vſu eſt:ducit bilem vnà cum pituita: flatus quoque diſcutit,velut Hippocrates ſcribit.

Pepon.

E Pepon maturus ſubſtantiæ tenuioris eſt, immaturus craſſioris:abſterſoria autem & inciſoria facultate participat.vnde & vrinā cient,& corpus illuſtrius reddunt,præſertim ſiquis ſemen ſiccet, deinde tuſo & cribrato pro ſmegmate vtatur,ad maculas ſolares,& faciei lentigines ac vitiligines in ſuperficie hærentes. dominatur in ipſis humida & frigida temperatura, ſuntque ſecundi ordinis in vtraque.ſemen & radix ſicca ſecundi ordinis initio cōſiſtunt. vis exterſoria amplior eſt in radice quàm carne. Caro comeſta vnà cum exterſione & vrinas ciet,& infer-
F nè ſecedit magis quàm cucurbitæ. at verò ſemen magis exterget,vt etiam calculoſis renibus conducat. Cæterùm vitioſum ſuccum in corpore gignit pepo,magiſque ſi nō probè concoquatur.tunc enim cholericos quibus & ſupremè & infernè bilis prorumpit, efficere ſolet. nam & priuſquā corrumpatur ad vomitum aptus eſt, ſi amplius edatur: & ſiquis nō ab eius eſu boni ſucci edulium ingerat,omnino vomet.

Piper.

Piper recens pullulans,longum eſt: quapropter & humidius exiſtit.quod verò velut fructus immaturus eſt,al-
G bum piper eſt acrius nigro exiſtens. nigrum enim velut ſuperaſſatum iam & ſuperreſiccatum eſt. vtrumque autē fortiter calfacit ac ſiccat.

Periſtereon, *i. Verbenaca*, Veneris herba, Sacra herba.

Verbenaca,quam periſtereona,& Veneris herbam, ac ſacram herbam appellant,capitis dolorem egregiè tollit, inquit Archigenes,coronæ modo impoſita, trita quoque cum aceto & roſaceo illita,& cocta cum oleo, indeq; rigato capite,omnem veterem capitis dolorem ſanat,& defluos capillos cohibet.Decoctum radicis calidum ore re-
H tentum,dentium dolorē ſedat,& motos dentes firmat, & oris vlcera ſanat.Cæterùm ad colicos radicē craſſius tuſā ex aqua ad dimidias coquito, & ad dies quīque potui dato.conſtat hoc experimēto. At verò calculoſis & incipiētī elephantiaſi,decoctū ſimiliter dato ex aqua mulſa. vtere

ſimiliter & ad comitialem morbũ,& ad febres quotidianas ac quartanas: verùm ad podagricos & iſchiadicos in vino decoctã exhibebis. Radice exſuccata fiſtulæ optimè colluũtur: maximè mori ſucco & melle admixto. Eadem radix vſta, itémq; ſicca inſperſa, fiſtulas ſanat: quin & melle cocto excepta, fiſtulæ collyrii modo inditur, & præter opinionem opitulatur.

Perſea.

Perſeæ folia adſtringentis facultatis moderatè participia ſunt, vt & partibus è quibus ſanguis erumpit, commodè imponi poſsint. eadem arida trita pruritus ſedant affricta.

Perdicias.

Perdicias relata eſt in quinto elemento, vbi helxinen ipſam appellauimus.

Pæonia.

Pæonia relata eſt in tertio elemento, vbi glycyſidem ipſam appellauimus.

Petroſelinum.

Petroſelini ſemen maximè in vſu eſt. Herba ipſa imbecillior exiſtit: ſemen calidum eſt & ſiccum tertio ordine, & incidendi vi præditum. itaque menſes ciet & vrinas vbertim, inſupérque flatus diſcutit.

Peucedanum.

Peucedani radice maximè vtuntur, liquoréque ac ſucco eius. Omnia eandem vim habent: fortior eſt autẽ ſuccus multũ calefaciens ac diſcutiens: vnde & neruorũ affectionib[9] cõuenit, & morbis pulmonis ac pectoris ex craſſitudine aut viſcoſitate humorum obortis, tum intra corpus ſumptus, tum odoratu. quo modo & lienes induratos ſanat. Radicis vſus ad eadem cõpetit. ſed & oſſium ſquamas celerrimè diſparat. & ſicca malignis vlceribus inſperſa optimè medetur: purgat enim & incarnat, & vſque ad cicatricem perducit, calefaciẽs quidem ordine ſecundo, ſiccans autem tertii initio.

Peganum, *id eſt* Ruta.

Ruta ſylueſtris quarti ordinis eſt calfacientium ac ſiccantium, ſatiua tertii: eſtque non ſolùm acris, ſed & amara: vnde & vim ſecandi ac diſcutiendi craſſos & viſcoſos humores habet, & per vrinas euacuat: & ſanè tenuiũ quoque partium eſt, & flatus diſcutit, & ob id inflationibus conducit, & venereos impetus ſupprimit, ac præclarè ſiccat: nam inter medicamẽta fortiter ſiccantia cenſetur. Rufus hæc verba prodit: Sylueſtris rutæ vis ignea eſt & vlceratoria, maximè veſicæ: quapropter etiã qui podagricum pharmacum bibunt ex ruta ſylueſtri conſtans, malè affectam veſicam acquirunt: quicunque tamen hoc medicamentum ſuſtinuerint, manifeſtam opem ferunt. nam ad arthriticos præcipuè cõmodum eſt. Quòd ſi de ſatiua ruta quid admiſcueris, ſecurius erit: quanquã & ipſa ſatiua veſicæ incõmodet, ſed minus quàm ſylueſtris. Vtimur ſylueſtri in quibus perfrigeratum quid refouere voluimus. prodeſt & hydropi flatuoſo, & ei qui ſubtercus appellatur. prodeſt & morſis à vipera aut mure araneo, & magis ſi prægnans mus araneus momorderit, & præſertim animalia ſubiugalia. Eſt & forte medicamentum ad papaueris ſuccum potum, & ad aconitum cum vino. Satiua ruta rigores per circuitum repetentes mitigat pota ante acceſſiones. mitigat & colicos dolores potũ & infuſum, itémque vteri ſtrãgulatus. Viſum acuit in cibo ſumpta: & propterea pictores aſſiduè eam deguſtantes, acutius cernunt: quin & melle mixtus ſuccus ipſius, medicamentũ euadit viſum exacuens. Auxiliatur & vrinæ difficultati cocta ex oleo, indéque veſica fota, neque eſt aliud medicamentũ quod huic hac parte prætuleris. Cæterùm in lumborum dolore & ſpirandi difficultate, data ex aqua mulſa confeſtim opitulatur. In lethargicis pota & infuſa per clyſterẽ, valde cõmodat. ſed & tritã cum roſaceo & aceto capiti ipſorum illinire oportet. Soluit & coxendicũ dolores pota, & in cataplaſmate impoſita, & infuſa per ſedem. In cataplaſmate impoſita podagricis genua inflata habentib[9] citò auxiliatur, & dolores mox lenit. Cruſtas etiam carbũculorũ citò diſparat, in cataplaſmate impoſita cum melle aut vuis paſſis.

Pix.

Pix arida ſiccat & calefacit ſecundo ordine: plus autem ſiccat quàm calfacit. liquida contrà plus calfacit quàm

A ſiccat. habet & quid tenuium partiũ, quo & anheloſis & ſuppuratis pectore opitulatur. ſatis eſt delinxiſſe cyathi vnius menſurã melle admixto. habet vtraque & exterſorium quiddam, & concoctorium, ac diſcuſſorium. quare & ſcabros vngues extrahunt addita cera, & impetigines exterunt. Cõcoquunt & duros ac crudos tumores omnes cataplaſmatis admixtæ. Ad omnia hæc præſtat liquida. ſicca ad hæc deterior eſt: ſed ad vulnera glutinanda accõmodatior. Fuligo ex liquida pice ſic paratur: In lucernam B nouam funiculo inſtructam ellychnio liquidam picem mittes, incenſámque ac fictili vaſe opertam, velut in thure dictum eſt, ſines: & priore conſumpto liquore, alium infundes, donec fuliginem ſufficientem collegeris. Vſus eſt ad palpebras ornãdas, & vbi pilos producere oportet, & ad oculos imbecillos ac lacrymoſos & vlceroſos.

Piſtacia.

Piſtacii fructus ſubſtantiã tenuium partium habet, quæ & ſubamarum quiddam & aromaticũ in ſe complectitur: quapropter obturata expedit & expurgat, præſertim C circa iecur: imò & pectus & pulmonem.

Pityides, *id eſt* Nux *pinea ſiue* Nux *picea*.

Pityides appellantur fructus pinorum: quidam etiam picearum ſic appellant. Sunt autẽ mixtæ facultatis, nimirum & adſtringentes, & acrimoniã quandam cum amaritudine poſſidentes: vnde & reiectionibus ex pectore ac pulmone conferunt.

Pini cortex.

Pini cortex prædominantẽ vim adſtrictoriã habet, in tantum vt intertrigines inſperſus optimè ſanet, & ambu D ſta ad cicatricem perducat, & aluum fluidam ſupprimat, ſi potetur. Sed & piceæ cortex huic ſimilis eſt: verùm viribus debilior. Vtriuſque arboris folia vim glutinandi vulnera habent. Fuligo porrò ex his ad palpebrarum defluuia, & humectos ac eroſos oculorum angulos, itémq; lacrymoſos vtilis eſt.

Platanus.

Platanus humidiore ac frigidiore ſubſtantia non multùm à moderatis abſcedit: vnde & folia viridia trita in cataplaſmate impoſita, inflãmationibus quæ adhuc generantur non obſcurè opitulantur. Cortex eius & pilulæ ſic E ciorẽ vim habent: quare cortex quidem aceto coctus ad dentiũ dolores adhibetur: pilulæ verò cum adipe, ad vlcera ambuſtorum. quidam corticẽ exurunt, & medicamentum exterſorium efficiunt, quod cum aqua quidẽ ſanat lepras: ipſo autem cinere per ſe inſperſo, vlcera vetera & ob nimiam humiditatem ſordida curantur.

Polygonum.

Polygonum habet quidem & adſtrictoriũ quiddã: dominatur autem in ipſo aquoſa frigiditas, vt ſecundi ordi F nis ſit completi, aut tertii incipientis inter frigefaciẽtia: vnde & ſtomacho exuſto prodeſt foris in cataplaſmate impoſitũ, quẽadmodum & calidis inflãmationibus. fluxiones enim repellit: quare & herpetis cõmodũ pharmacum eſt, & vlcerũ omniũ, maximè inflãmatorum & fluidorum. item quæ in auribus ſunt: nam pus reſiccat. Siſtit & fluxum muliebrẽ, & dyſenterias, ac ſanguinis reiectionem: ad omnia verò maſculum validius eſt & præſtãtius.

Polemoniõ ſiue Philetærion, vel Chiliodynamò.

Polemonion alii philetærion, alii chiliodynamon vocant. tenuium partium & ſiccatoriam vim habet: quare quidam radicẽ ipſius cum vino iſchiadicis & dyſenteri G cis, & ad induratum lienem bibendam præbent.

Polium.

Polium, amarũ eſt & mediocriter acre: itaque omnia viſcera obturatione liberat, & menſes ac vrinas ciet: & viride quidem glutinat vulnera, ſiccum autem maligna vlcera ſanat: præſertim minus polium, quo & ad antidotos vtimur: nam & amarius eſt, & acrius quàm maius, vt tertii ordinis ſit ſiccantium, ſecundi completi calfacientiũ.

Potamogeton.

H Potamogeton adſtringit & frigefacit ſimiliter vt polypodium: verùm craſſiorum partium ſubſtantiam quàm polygonum habet.

Polypodion.

Polypodion dulcẽ ſimúlque auſterã qualitatẽ prædo-

minantem habet,vt vim habeat multùm ſiccantem citra mordacitatem.

Praſion,*id eſt Marrubium.*

Marrubium calfacit ſecundo ordine completo, ſiccat tertio cōpleto.iecur & lienē obturatione liberat,pectúſq; ac pulmonem expurgat,& menſes prouocat, & ictericos per nares purgat.facit & ad aurium dolores iam inueteratos.In cataplaſmate impoſitum exterget & diſcutit.

Praſum, *id eſt Porrum.*

Porri acrem vim poſſident velut cæpæ, & iuxta proportionem calfaciunt corpus, & craſſos in ipſo humores attenuant,& viſcoſos ſecant. cient & vrinam & ſanguinē expurgant.Optimus vſus eſt ipſorum bis coctorum:nam ſic comeſta acrimoniam exuunt, & ſucci vitium nō amplius habent.Abſtinendum eſt autem à frequenti vſu omnium acrium,& præſertim ſi is qui accipiat natura biliosior exiſtat : ſolis enim iis qui pituitoſum humorem, aut crudum,aut craſſum,aut viſcoſum coaceruarūt, hæc edulia commoda exiſtunt.

Propolis.

Propolis exterſoriam vim non validam habet : attractoriam autem ſatis valentem.eſt enim ſubſtātiæ tenuiū partium, & calfacit ſecundo ordine completo, aut tertii initio.

Ptelea,*id eſt Vlmus.*

Vlmi foliis aliquando vulnus recens glutinauimus: adſtringunt enim & extergent. Cortex eius amarior eſt, & magis adſtringit:quare & lepram ſanat cum aceto. Radices eandem vim habent:vnde quidam decocto earum fracturas fouent ad callum recipiendum.

Pterix,*id eſt Filix.*

Filicis radix in vſum venit : occidit enim lumbricos latos quatuor drachmarum pondere in aqua mulſa pota. fœtus quoq; viuos quidem enecat, mortuos verò expellit:ſed & vlcerib⁹ inſperſa,ea citra mordacitatem ſiccat.

Pyrethrum.

Pyrethri radix maximè in vſu eſt, vſtoria vim habēs, per quam dentium perfrigeratorum dolores lenit.affricatur & cum oleo in rigoribus per circuitū repetentib⁹, ante acceſſionem.Stupefactis etiam ac reſolutis cōducit.

Pyri,*id eſt Triticum.*Amylum.

Triticum extra impoſitum primi ordinis eſt calfaciētium,& tamen neque ſiccare manifeſtè neque humectare poteſt.Quod ex ipſo fit amylum,frigidius & ſiccius ipſo euadit : amylum ideo dictum quòd ſine mola fiat. Panis triticei cataplaſma diſcuſſoriam vim habet:nimirum quum ſal & fermentum panis aſſumpſerit. habet enim fermentum vim attractoriam ex alto, ſimúlque diſcuſſoriam.

A litera P *incipientia.*

Rhamnus.

Rhamnus ſecundo ordine ſiccat, frigefacit primo cōpleto,aut ſecundi initio:vnde & herpetas ſanat, & eryſipelata non valde calida.

Rhaphanus.

Rhaphanus calfacit tertio ordine , ſiccat ſecundo. Diſcuſſoriam vim habet, adeo vt ſugillata diuturna aliáque liuefacta ſanet cataplaſmatis modo impoſit⁹: verùm vt obſoniū magis quàm alimentū attenuantis facultatis eſt,ſimúlque calfacit.Quare meritò mirari ſubit illos qui à cœna ipſos crudos edunt,bonæ concoctionis ergò. etenim ipſi magnū eius rei experimentū ſe feciſſe iactāt: verùm nemo citra læſionem ipſos imitatus eſt.

Rheon Ponticum ſiue Rhaon.

Rheon Ponticū,aliqui rhaō appellār,mixtā autem facultatē habet,adſtringentē & calfacientē , & tenuiū partium:vnde & rupta,& conuulſa,& erecta ceruice ſpirationē emendat potū.Hæmoptoicis itē ac cœliacis & dyſentericis prodeſt. impetigines quoque & liuefacta perſanat,cum aceto illitum.

Reſinæ omnes.

Omnes reſinæ ſiccāt & calfaciunt:differunt inter ſe ſecundum quod magis aut minus habent acrimoniæ in ſapore,& calidæ facultatis, & ſimili modo iuxta alias qualitates, quòd aliarum magis, aliarum minus participes exiſtunt. Omnibus autem præfertur lentiſcina , maſti-

A che appellata, propterea quòd pàrum adſtrictionis poſſidet,vt & ſtomachi & ventris ac hepatis debilitati conducat:inſupérque & citra moleſtiam ſiccet. Eſt autē maximè tenuium partium,miniméque acris. Inter reliquas terebinthina principatum obtinet,non ſimiliter vt maſtiche adſtringens,ſed diſcutit magis quàm maſtiche,& exterget in tātum vt & ſcabiem deterat, & ex alto attrahat: magis quàm cæteræ reſinæ: quòd etiam magis tenuium partium exiſtat. habet & quid mollitoriū amplius quàm maſtiche.Aliæ porrò omnes reſinæ acriores hac ſunt, pro

B maioris ac minoris acrimoniæ ratione.Siccisſima omniū reſinarū eſt ſicca pinus reſina,quā priuatim pinus phyſema appellant.

Reſinæ quomodo vtantur.

Vritur omnis reſina liquida in quadruplici vaſe, liquoris infundēdi reſpectu. Oportet enim reſinæ quidem congium vnum,duos verò pluuialis aquæ in cacabū diffundere, & ad prunas leniter coquere, aſsiduè agitando, donec reſina odorem perdat, friabiliſque fiat, & penitus exareſcat,vt etiam digitis confringi poſsit.quod vbi contigit,refrigeratam in fictili vaſe repones . Fit autem hoc

C modo excellenter alba.Oportet tamen vrendam reſinam prius excolare,& ſordes ab ipſa ſeparare. Vtuntur & citra aquam,primùm quidem eliquatæ ac colatæ: deinde coctæ ad prunas per totum diem, aſsiduè agitando: & vbi penitus exſpirarint,tolluntur ac reponuntur velut dictum eſt.Excipitur ex reſina etiā fuligo, veluti in thure prædictum eſt, & confert ad calliblephara,*id eſt quæ ornandis palpebris deſeruiunt,*&ad lacrymoſos oculos,& corroſos ipſorū angulos ,& glabras oculorū genas.Torrefacta verò reſina

D vtilis eſt ad odorata malagmata,itémq; acopa appellata.

Roſæ.

Roſarum facultas ex aquoſa calida,duabus aliis qualitatibus admixta, adſtringenti videlicet & amaræ,compoſita eſt. Flos ipſarum adhuc magis quàm roſæ adſtrictorius eſt,& propterea etiam ſiccandi vi præditus.

Rhododaphne.

De rhododaphne diximus vbi Nerion ipſam appellauimus.

Rhoa,*id eſt malum Punicum.*

E Omne malum punicum adſtringentis facultatis particeps eſt,nō tamē vt ea omnino prædominetur:ſunt enim aliqua ex ipſis acida,quædā dulcia,quædā auſtera. quare ex iis quæ in malorum tractatu diximus, etiā de his coniectare licet.Succum autē vberiorem habent quàm mala aut pyra, ſaporémque inſuper iucundiorē quàm illa habent,& aliquando ad plures affectiones quàm illa cōmodant,cum aliàs,tum ſiquando ſtomachus ob vitiatorum humorum redundantiā morſum percipit:quo ſanè tēpore ſuccus ipſorum cum polēta exhiberi debet, velut Hip

F pocrates in fœmina cardialguſa faciendum præcipit, *quæ uidelicet oris uentris morſum & dolorem percipiebat.* Acini punicorum magis adſtringunt quàm ſuccus, magis quoque ſiccant:his verò amplius adhuc cortices. Quibus conſimilem vim etiam cytini poſsident.

Rhus.

Rhois folium adſtringit & ſiccat.hoc coriarii tinctores vtuntur. Medicis,fructus & ſuccus magis in vſum veniunt,multùm auſteram qualitatem habentes. Siccant enim ordine tertio,perfrigerant ſecundo.

G Rhypos ſiue Patos, *id eſt ſordes.*

Sordes à ſtatuis gymnaſiorum, diſcuſſoria eſt & mollitoria crudorum tuberculorum . quæ verò in palæſtris colligitur,appellatúrque etiā patos *Græcis*,optimū medicamētum eſt inflammatarū mammarum. nam & feruorem extinguit,& influentia reprimit, & cōtentū diſcutit.

A litera Σ *incipientia.*

Sagapenum.

Sagapenum ſuccus eſt calidus & tenuium partium, velut reliqui ſucci. Habet & quid exterſorium, per quod

H cicatrices in oculis depurgat & attenuat.Quin & ſuffuſionibus & hebetudini viſus ex humorum craſsitudine obortis commodum pharmacum exiſtit.

Sampſuchum.

Sampſuchum tenuium partium ac diſcuſſoriā vim habet:ſiccat enim & calfacit tertio ordine.

Saprotes xylon,*id eſt Caries lignorum.*

Caries ac putredo lignorum, maximè eorum quæ adſtrictionis ſimúlque exterſionis participia ſunt, velut eſt vlmus, humida vlcera optimè purgat ac replet.

Sarcocolla.

Sarcocolla, lacryma eſt arboris Perſicæ, mixtis virib⁹ prædita, ex ſubſtantia quadam meatus obducente, & modica quadã amara: vnde leuiter ſiccat, & ſic vulnera glutinat.

Satyrion.

Satyrion (quidam etiam trifolium vocant) humidi eſt & calidi temperamenti, quapropter & guſtantibus dulce apparet: ſuperfluam tamen & flatuoſam humiditatẽ poſſidet, & propterea ad venerem ſtimulat. quod etiam radix herbæ facere ſolet. Quidam tradunt etiam opiſthotonum, *hoc eſt neruorum retrorſum diſtentionem*, per ipſam ſanare è vino auſtero potam.

Selinon,*id eſt Apium.*

Apium in tantum calidum eſt vt & vrinas & menſes cieat. Flatus quoque diſcutit, & magis ipſo ſemine.

Seris, Cichorium, Picris, Chondrilla.

Seris ſiue cichorium, ſubamarum olus eſt: & magis vtique ſylueſtre, quod propterea Picris Græcis appellatur. Eſt autem ſylueſtris, frigidæ ac ſiccæ tẽperaturæ primo ordine. Satiua magis frigefacit quàm ſylueſtris: verùm ob multæ humiditatis mixturam ſiccandi vim perdit. Vtraque autem adſtringentis qualitatis particeps eſt, quẽ admodũ & chondrilla. nam & hæc ſeridis ſpecies exiſtit.

Seſeli.

Seſelis & radix & ſemen, in tantum calefaciunt, vt vrinæ ciendæ ſufficiant. eſt autem tenuium partium, vt & morbo comitiali & ſpirationi quæ rectà ceruice fit, conducat.

Seſamum.

Seſamum non modicã viſcoſitatem & pinguitudinẽ in ſe habet: vnde & meatus obducit & mollit, & moderatè calidum eſt. eandem vim habet & oleum ex ipſo.

Sideritis.

Sideritis habet quidem quid exterſorium, ſed maior pars ipſius humida eſt, & moderatè frigida, éſtque modicæ cuiuſdam adſtrictionis particeps: vnde & inflãmationes arcet, & glutinandi vim habet.

Sicya,*id eſt Cucumeres.*

Cucumeres ſatiui vrinam cient, velut etiam pepones: ſed minus quàm illi, propterea quòd & ſubſtantia horum minus humida quàm illorum exiſtat: & ob id neque ita facilè corrumpuntur in ventre, velut pepones. Quidam ipſos concoquunt familiaritate quadam naturæ ad ipſos, & vbi in hoc confiſi ſecurè eos ingeſſerint, ignorãt quòd temporis progreſſu vitioſum & moderatè craſſum ſuccũ ex ipſorum eſu in venis coaceruarunt: qui ſanè ſuccus vbi putreſcere inceperit, febres malignas inducit. quapropter ab omnibus mali ſucci eduliis abſtinere conſultum eſſet, etiamſi aliqui facilè ipſa concoquant.

Sicyos agrios,*id eſt Cucumis ſylueſtris.* Elaterium.

Cucumeris ſylueſtris ſeminis ſuccus ſiue liquor, qui elaterium appellatur: imò etiam radicis & foliorũ ſuccus, vtiles ſunt ad medendum. Elaterium itaque menſes ciet, & fœtus appoſitum perdit. ſummè enim amarum eſt, & modicè calidum, vt ſecundi ordinis ſit calfacientium: & ob id etiam diſcuſſoriam vim habet. itaque & angina laborantes quidam ex ipſo illinunt. Infunditur & ictericis in nares cum lacte muliebri, atque hoc modo etiam capitis dolores ſanat. Cæterùm ſuccus radicis & foliorum imbecillior eſt quàm ſeminis: ſed & ipſa radix conſimilem vim habet. nam & exterget, & diſcutit, & mollit: verùm cortex ipſius maiori ſiccatoria vi præditus eſt.

Silphium.

Silphii calidiſſimus quidem ſuccus eſt, ſed & folia, & caulis, & radix generoſè calfaciunt. ſúntque omnia flatuoſioris & aereæ ſubſtantiæ, & propterea etiam ægrè cõcoquuntur. Forinſecus tamen impoſita efficaciora ſunt, & maximè omnium ſuccus adtractoriam vim habẽs: corporis item molem conſumens ac colliquans.

Sinon.

Sinon calidi & ſubamari ſaporis eſt: vnde & vrinam A ciet, & concoctorius exiſtit, & menſes prolicit, & obturationes viſcerum expedit.

Sion.

Sion, in quantum aromaticum ſaporem habet, in tantum calfacientis & ſiccantis facultatis particeps eſt. Diſcutit autem, & vrinam ciet, & calculos renũ atterit, & menſes ducit.

Siſymbrion.

Siſymbrion tenuium partium, & diſcuſſoriam calfactoriámque ac ſiccatoriam vim tertio ordine habet. B Semen quoque ipſius tenuium partium & calidum eſt. quare quidam id cum vino ſingultientibus & torminoſis bibendum præbent.

Scandix.

Scandix, ſylueſtre olus eſt conſimile gingidio, ſubacre & ſubamarum, vt in ſiccando ac calfaciendo tertii ordinis ſit exoluti. Vrinam etiam ciet, & viſcera obturatione liberat.

Scilla.

Scilla inciſoriam vim abundè poſſidet, nõ tamen forC titer calidam, ſed in ſecundo ordine calfacientium.

Scolymus,*id eſt Carduus.*

Cardui radix multam vrinam fœtidam ducit, ſi vino decoctam quis bibat: & propterea alarum & totius corporis fœtores ſanat. Calida eſt tertii ordinis initio, ſicca ſecundo.

Scordion.

Scordion ex multiformi facultate conſtat: nam & amarum quid & acerbum & acre habet. Expurgat itaque ſimúlque calfacit viſcera, & mẽſes & vrinas mouet, & vulD ſa & rupta ac laterũ dolores ex obturatione factos ſanat potum. Viride cataplaſmatis modo impoſitum vulnera magna glutinat. Aridum inſperſum ſordida repurgat, & maligna ad cicatricem perducit.

Scorodon,*id eſt Allium.*

Allium calfacit ac ſiccat quarto ordine. in cibo ſumptum flatus diſſipat, & ſitim extinguit, & craſſos viſcoſóſque humores ſecando obturatione liberat. habet & quid medicatum & mali ſucci, quod abiicit aqua concoctum. Fugiendus eſt eius aſſiduus vſus, præſertim in caE lidioribus habitudinibus.

Smyrna,*id eſt Myrrha.*

Myrrha ſecundi ordinis eſt calfacientium ac ſiccantium. Inſperſa capitis vulnerib⁹, ea glutinare poteſt. Amaritudinis autem non modicæ particeps eſt, per quam & lumbricos & fœtus occidit ac eiicit. Habet & quid exterſorium: vnde & ocularibus cõpoſitionibus additur, quæ ad vlcera & cicatrices craſſas compoſitæ ſunt. Miſcetur & in anheloſorum ac tuſsientium auxilia, item in arteriacas compoſitiones: non enim exaſperat arteriam.

F Smyrnion ſiue Hipposelinon.

Smyrnion (alii hipposelinon vocant) ex eodem genere eſt cum apio & petroſelino: verùm ſemen nigrum & multo maius habet, & eſt apio valentius, petroſelino imbecillius: calfacit ac ſiccat ordine tertio, menſes ducit, & vrinas ciet.

Sonchus,*id eſt Cicerbita.*

Sonchus viridis adhuc & tener, velut alia ſylueſtria olera, comeditur. Componitur ex aquoſa & terrea ſubſtantia, vtriſque frigidis. & adſtrictionis quid habet. ManifeG ſtè itaque perfrigerat, tum ſtomacho cataplaſmatis vice impoſitus, tum in cibo acceptus.

Spartum,*id eſt Geniſta.*

Sparti, quo vites apud nos ligant, & fructus & virgarũ ſuccus attractoriam vim non inſtrenuam poſſident.

Stacte.

Stacte appellatur recentis myrrhæ pinguitudo, ſi cum aqua modica tondatur, & per organũ exprimatur. eſt autem valde odorata & pretioſa, & per ſe vnguentũ quod ſtacte appellatur. Probatur quæ nihil olei admixtum haH bet, & modica ſui parte multam vim calfactoriam poſſidet, ad proportionẽ myrrhæ & vnguẽtorũ calefacientiũ.

Staphylinus,*id eſt Paſtinaca.* Daucus.

Paſtinaca ſatiua imbecillior eſt: ſylueſtris, quam & daucum appellant, ad omnia fortior, vrinas mouet & mẽſes

prouocat.Habet & quid exterſorium in ſeſe.

Stœchas.

Stœchas amaræ & adſtringẽtis qualitatis particeps eſt. eſt & tenuium partium ex odoris argumento: itaque & obturatione liberare,attenuare,& roborare, tum viſcera omnia,tum totum corporis habitum poteſt.

Struthium,*id eſt Herba lanaria.*

Struthii radix in vſu eſt,calida & ſicca quarto ordine exiſtens.Eſt autem exterſoria & irritatoria:proptereáq; ſternutamenta mouet.

Styrax. B

Styrax mollit,calfacit, concoquit: quapropter & tuſſes,& deſtillationes, & grauedines, ac raucedines ſanat, menſéſque promouet potus & appoſitus. Fuligo ex ipſo fit velut ex thure,quæ eandem quoque vim habet.

Staphyle,*id eſt Vua.*

Vua magis quàm omnes temporarii & ſubcanicu-lares fructus, *horæi Græcis appellati*, nutrit, & maximè vbi probè fuerit concocta. Minus autem nutriunt vuæ quàm ficus.&,quod in ipſis præcipuum eſt,citò ſecedunt: quare ſi quando retineantur,ſatis multùm offendunt. Neque e- C nim concoquuntur retentæ, ſed & iuxta diſtributionem in hepar ac venas crudum ſuccum generant, qui non facilè in ſanguinem tranſmutatur, tum propter externam cuticulam,tum propter vinacea quorum ſubſtantia ſicca & adſtrictoria exiſtit.Quapropter rectè faciunt qui hæc ipſa velut inutilia exſpuunt,& omnem internam carnem vnà cum ſucco exugunt, & ſanè venter his magis ſubit. Reponuntur autem vuæ in hyemem variis modis: alii in olla componunt,olla videlicet diligenter operta,& operculo pice oblito vt nulla tenus perſpirent aut perflentur. D Atque talis vua exolutum ventrem firmat,& ciborum appetentiam excitat.non tamen aluo ſecedit,& vberius ingeſta caput tentat: ſed adhuc magis capitis dolorem inducit quæ in muſto ſeruatur. Penſilis autem caput nihil omnino lædit: ventrem verò neque ſiſtit neque promouet.ſimiliter neque infirmam appetentiam excitat,neque firmam exſoluit. Vuæ quidem igitur dulces calidiorem ſuccum habent. quapropter ſitim inducunt & ventrem ſubducunt,præſertim vbi humectiores fuerint.nam inter calfacientia ac perfrigerãtia medio modo habent.At ve- E rò acidæ & auſteræ,& quæ cuticulã craſſiorẽ habẽt, nõ ſolùm prædicta vitia habẽt, ſed & cõcoctionẽ in vẽtre & diſtributionẽ ac nutritionẽ impediũt.Cæterùm in ſũma de eſcariis fructib⁹ id noſſe oportet: humidos,humidũ & tenue alimẽtũ corpori præbere,& quod vniuerſũ corp⁹ trãſeat,ac citò penetret,facileque & per vrinam & per cutem euacuetur.Contrà ſolidorum compage fructuum alimẽtum,quod corpori accedit,craſſum eſt,& tranſitus tardiores: præſertim vbi craſſum aut viſcoſum aut adſtringentem ſuccum in ſe habuerint. F

Syca,*id eſt Ficus.*

Quod non ſolùm autumnales, ſed etiam temporarii ac æſtiui & ſubcaniculares fructus, *horæi Græcis appellati*, commune habent, id & ficubus adeſt: nam neque ipſæ ſucci malitiam effugere potuerunt. Verùm hoc commodi ficubus ineſt,quòd facilè per ventrem tranſeant & totum corpus penetrent.nam & vim exterſoriam memorabilem habent, & nephritici ex ipſarum eſu multa arenoſa excernunt. Alimentum autem præbent corpori non ſolidum,ſed laxum:& ipſum ventriculum flatu implent. Verùm ob tranſitus celeritatem,flatus illi non durant: & ea gratia minus quàm reliqui fructus nocent:& ſanè ficus ex actè matura ferè nihil noxii habet:ficus verò ſiccæ calidiorem vim poſſident ſecundi ordinis initio. Habent & quid tenuium partium quod ad multa conducit. Illud tamen mali ex nimio ipſarum eſu accedit, quòd non valde bonum ſanguinem caricæ gignant:vnde & pediculorum copia earum eſum conſequitur. Si verò vitioſus ſuccus iam tum in ventre contineatur,caricæ comeſtæ extremè lædunt.augent autem humorum malitiam in ventre corruptæ,& infernè nõ ſecedẽtes. Vim habent attenuantem H & inciſoriam.ob quam etiam ventrem ad excretionem incitant,& renes expurgant. Iecori & lieni inflammatis quidem noxiæ ſunt(quemadmodum etiam virides ficus) iuxta communem rationem omnium dulcium. Iiſdem verò obturatis aut induratis,cum thymo aut pulegio, aut thymbra,aut calamintha,aut origano,aut pipere, aut gingibere,multo ante reliquum cibum tempore intercedente,medici præbent.Qui verò cum aliquo craſſiore edulio ficus edunt,itémque caricas non paruam læſionem incurrunt.Ficus ſiccæ duros tumores concoquũt ac diſcutiunt, ob partium tenuitatem, ſi in cataplaſmate imponantur. Decoctum quoque ipſarum conſimilem vim habent. Cæterùm vbi concoquere velis,triticeam farinam admiſcebis:vbi diſcutere,ordeaceam.& pinguiores quidem caricæ,tumores concoquunt:acriori verò ſapore præditæ extergent ac diſcutiunt. At verò mellitum ex ipſarum in aqua coctura paratum,vim melli ſimilem habet.

Symphytum petræum.

Symphytum petræum ex contrariis facultatibus cõſtat:habet enim quid inciſorium, quo pus in pectore ac pulmone contentum expurgat.habet & quid adſtrictoriũ quod ad ſanguinis reiectiones auxiliatur. Verùm ob humiditatem, commanducatum ſitim extinguit & arteriæ aſperitates lenit.At verò ob omnes prædictas facultates, etiam inteſtinorum herniis imponitur:& ad conuulſa ac rupta cum aceto mulſo bibitur.

Sycomora.

Sycomororum fructus forma ficubus ſimilis eſt, ſed acrimoniam nullam poſſidet, modicæ dulcedinis particeps, humectior & frigidior quodãmodo vi ſua exiſtẽs, velut mora. Et ſanè in medio mororũ ac ficuum meritò locatur:vnde etiam nomen habet.

Schinus,*id eſt Lentiſcus.*

Lentiſcus arbuſtum ex ſubſtantia aquea leniter calida,& terrea frigida non multa compoſitum eſt: propter quam etiam moderatè adſtringit.Siccat igitur tertii ordinis initio:iuxta caliditatẽ verò & frigiditatem temperatum eſt.Similem vim in omnibus ſuis partibus poſſidet: vnde & per ſe,& cum aliis medicamentis bibitur ad cœliacas affectiones,& dyſenterias,& ſanguinis ſupra,& ſanguinis ex vtero eruptiones.prolapſæ quoque ſedi aut vtero præcipitato commodat,propemodum velut hypocyſtis.

Schœni,*id eſt Iunci rotundi odorati*, flos.

Iunci odorati flos calfacit moderatè, & adſtringit moderatius,particeps eſt & tenuium partium facultatis: vnde & menſes ciet,& vrinas ducit,in fomentis,& potu, & cataplaſmatis adhibitus.prodeſt & hepatis & ventris & ſtomachi inflammationibus.

Schœnos lia, *id eſt Iuncus leuis*.Oxyſchœnus & Holoſchœnus.

Iunci leuis altera ſpecies oxyſchœnos,*id eſt acutus iuncus*:altera holoſchœnos,*hoc eſt tota iuncea*,appellatur.Gracillior quidem & durior eſt iuncus acutus: craſſior autem holoſchœnus& laxior.huius fructus ſomnum inducit.Iunci acuti ſpecies duæ ſunt:altera ſterilis & medicinæ inutilis, altera fructifera,cuius item fructus ſomnum conciliat, ſed minus ſuperiore.hæc & capitis dolorem inducit. Vtraque ſpecies torrefacta ex vino pota, fluxiones vẽtris ſiccat,& fluxum muliebrem rufum ſiſtit. Et propterea tẽperamentum ipſarum terreum leniter frigidum eſſe indicatur,& aqueum leniter calidum:quapropter inferna ſiccat,& leniter ad caput decurrens perfrigerat,atque ſic ſomnolentos eos qui vtuntur facit.

A litera T incipientia.

Terebinthus.

Terebinthi folia,cortex & fructus, habent quid adſtrictorium,ſed & calfaciunt ordine ſecundo. Fructus eſt propinquus tertio ordine ſiccantium:quapropter & vrinã ciet,& lieni prodeſt.

Teutlon,*id eſt Beta.*

Beta nitroſam quandam vim poſſidet, qua extergit & diſcutit,& per nares expurgat.Cocta nitroſum & acre deponit,& ad diſcuſſoriam leniter facultatem vis arcendi inflammationes ipſi accedit. Alba exterſioni ac diſcuſſioni efficacior.nam nigra adſtrictionis particeps eſt, &

magis in radice . Quum autem exterſorium ſuccum ha- A
beat,etiam vẽtrem ad excretionem excitat, & ſtomachũ
quandoque mordet,præſertim illis quibus ſubtiliore ſen-
ſu præditus eſt.& propterea incommodum ſtomacho e-
dulium eſt,ſi vberius ingeratur. Præſtantior autem eſt
quàm malua ad hepatis obturationes,atque id magis vbi
cum ſinapi aut aceto editur: quo modo comeſta etiã ſple
nicis conducit.

Tephra omnis, *id eſt cinis omnis.*

Lignorum exuſtorum aut aliarum materierum reli
quiæ,cinis appellantur. Conſtat & ex contrariis ſubſtãtiis B
& qualitatibus.habet enim in ſe quiddam terreũ & quid
fuliginoſum. Fuliginoſæ itaque partes tenuium partium
ſunt,& vbi cinis aqua maceratur & excolatur,ſimul dece-
dunt: quod autem relinquitur terreum,debile ac lene e-
uadit, vt quod calidam vim in aquam depoſuit. Porrò
non omnis cinis eandem vim exactè habet, ſed iuxta v-
ſtæ materiæ differentiam variant.nam ex lignis acerbis,
velut quercinis & ſimilibus,non parum adſtrictionis ha-
bet in terrea ſui parte:vnde & ſanguinis eruptiones cohi-
bet.Cæterùm ficulneus cinis multum acrimoniæ ac vſto-
riæ facultatis in fuliginoſa ſui parte poſſidet : in terreſtri C
verò parte,vim exterſoriã.Cõſimilis huic eſt & cinis ex ti
thymalis. Eſt autẽ & titanus, *hoc eſt calx*,cineris ſpecies,
magis tenuiũ partiũ exiſtens quàm is qui ex lignis reli-
quus eſt.Calx itaque aqua exactè ter aut quater lota, & a-
qua diffuſa,medicamẽtum euadit ſiccatorium citra mor-
dacitatem.Quòd ſi eadem aqua marina lauetur,diſcuſſo-
riam vim acquirit.

Telis,*id eſt fœnumgræcum.*

Fœnumgræcum calidum eſt ex ſecundo ordine,ſic-
cum ex primo.participat & exterſoria facultate:& propte D
rea feruentes inflammationes exacerbat,minus calidas &
induratas diſcutit. In cibi vſum variis modis venit, ſed
caput tentat amplius ſumptum:præſertim abſque pane in
geſtum.quibuſdam etiam ſtomachum ſubuertit. Succus
decocti fœnigræci cum modico melle acceptus, omnes
vitioſos humores inteſtinorum commodè ſubducit. Sed
parum omnino mellis admiſceri debet, ne mordax exi-
ſtat.Cæterùm in vetuſtis pectoris doloribus citra febrem
palmulas pingues ſimul cum fœnogræco decoquere o-
portet,& expreſſum ſuccum admixto melle rurſus deco-
quere ad prunas donec moderatè craſſeſcat, atque ita eo E
vti,multo tempore ante reliquum cibum intercedente.
Vitandus tamen eius vſus eſt in iis qui caput læſioni ob-
noxium habẽt:nam & palmulæ ipſæ caput tentant.

Tithymali ſiue Galactides.Characias.

Tithymali omnes,qui & galactides appellantur, a-
crem & calidam vim habent prædominantem: ineſt ipſis
& amaritudo.Fortiſſimus igitur eſt ſuccus: deinceps fru-
ctus & folia.particeps eſt & radix prædictarum facultatũ,
ſed non ex æquo.Ipſa quidem igitur cum aceto cocta, dẽ
tium dolores,& maximè eroſorum,ſedat.ſuccus quarti or F
dinis eſt calfacientium,qui iam vſtorius exiſtit. quapro-
pter illiti ſucci pilos denudant : ſed vehemens ipſorũ vis
oleo admixto mitigatur.& ſi frequenter id fiat, radices pi
lorum exuſtæ penitus extirpantur,& corpus glabrum red
ditur.Eodem modo & verrucas,ac thymos ex eadem ver-
rucarum gente appellatos tollunt. Impetiginem quoque
ac ſcabiẽ exterũt. Cortex autẽ radicis eius qui priuatim
Characias appellatur, in vmbra ſiccatus tuſus & cribratus
generoſè purgat potus. Oportet autẽ quatuor ſcrupulorũ
pondus à veſpera in vino dulci macerare,& manè excolatũ G
vinũ per panniculum tepefactum potandum exhibere.

Tragacanthus.

Tragacanthus ſuccus eſt plantæ ſpinoſæ, ſimilem
gummi vim habens,quæ & meatus obducit,& acrimoniã
obtundit:& ſanè ſiccat quoque ſimiliter illi.

Tribulus.

Tribulus ex moderata humida, & frigida ac ſicca
ſubſtantia conſtat. Cæterùm in terreſtri terrea frigiditas
prædominatur:ob quam & magis adſtringit: in aquatili
verò aquoſitas, & propterea feruentibus inflammationi- H
bus conueniunt.Terreſtris fructus renum calculos atterit
potus.

Thriphyllon ſiue Aſphaltion,*id eſt Trifolium.*

Trifolium Græci aſphaltion è bituminis odore ap-
pellant,eſtque calidæ ac ſiccæ facultatis in tertio ordine,
veluti bitumen:& propterea potum laterum dolores ex
obturatione obortos ſedat,& vrinam ac menſes ciet.

Trychnon ſiue Strychnon,*id eſt Solanum.*

Trychnon aliqui adiecto ad caput vocis litera σ ſtry
chnon appellant.& hortenſe quidem adſtringit & frige-
facit ordine ſecũdo : quod verò halicacabon appellatur,
in foliorum facultate ſimile eſt hortenſi. verùm fructus
eius vrinam ciet.At verò cortex ſomniferi appellati de ra-
dice detractus,frigefacit ſimiliter vt papaueris ſuccus, vt
tertii ſit ordinis perfrigerantium.Fructus etiam huius v-
rinam ciet,ſed ſi plures quàm duodecim corymbi ſumã-
tur,furorem inducit.

A litera Y incipientia.

Yacynthus.

Hyacinthi radix bulbiformis primi ordinis eſt ſiccã
tium,ſecundi perfrigerãtium. Creditur pueros diu impu
beres adſeruare,ſi cum vino in cataplaſmate imponatur.
Semen moderatè adſtringit,exterget:vnde ictericis datur
ex vino.Siccat ordine tertio:verùm caliditatis & frigidi-
tatis in medio conſiſtit.

Ydna,*id eſt Tubera.*

Tubera terream ſubſtantiam prædominantem poſ-
ſident,modica tenuium partium admixta.

Ydropiper.

Hydropiper herbula eſt in aqua naſcens, & foliis &
ramulis menthæ ſimilis:maior tamen. guſtu acris velut
piper.ſemina fert parua iuxta ſingula folia. herba calida
quidem eſt,ſed non quantùm piper. Viridis impoſita ſu-
gillata & duritias ſanat.Vtuntur quidam ipſa vnà cum ſe-
mine pro condimento piperis loco.

Yoſcyamus.

Hyoſcyamus commodiſſimus eſt ad medicinas qui
florem & ſemen album habet,tertii ordinis perfrigeran-
tium exiſtens.reliqui venenati ſunt.

Ypericon.

Hypericon calfacit ac ſiccat, ſubſtantiam tenuium
partium habens,vt & vrinas & menſes prouocet. Ad hæc
verò non modò ſemen,ſed etiam folium conducit. Viri-
de in cataplaſmate impoſitum, vlcera ad cicatricem per
ducere poteſt,præſertim ambuſtorum.Siccum tritum in-
ſperſum,humore flaccida & putredinoſa vlcera ſanat.Qui
dam etiam iſchiadicis ipſum bibendum præbent.

Yſſopus.

Hyſſopus calfacit ac ſiccat ordine tertio. Eſtque
tenuium partium ſubſtantiæ.

A litera Φ incipientia.

Phaci,*id eſt Lentes.*

Lentes non validè adſtringũt: in caliditatis autem
& frigiditatis medio conſiſtunt.ſiccant ordine ſecundo.
Itaque corpus ipſarum ſiccat ac ſiſtit ventrem. decoctum
autem promouet: quapropter vbi ſiſtendi ventris gratia
ſumuntur,prima aqua diffunditur.

Phacos paluſtris ſiue Lens ſtagnorum.

Paluſtris lens humidi & frigidi temperamenti eſt,
ex ſecundo ordine.

Phaſeli ſiue Ochri.

Phaſeli itémque ochri,media quodammodo edulia
ſunt inter ea quæ boni ſunt aut mali ſucci,faciléque con-
coquũtur aut ægrè, tardéque cõmeant aut citò, flatus ex-
pertia aut inflantia,parum nutrientia aut multùm.

Phlomos,*id eſt Verbaſcum.*

Verbaſcum tres ſpecies habet,quarum radix acerba
eſt:vnde & fluidis affectionibus auxiliatur.quidam deco-
cto eius dentes in dolore colluunt.Folia omnium diſcuſ-
ſoriam & exterſoriam vim habent. Tertiæ vſus eſt ad lu-
cernarum lumina,quæ propriè thryallis appellatur.

Phœnix,*id eſt Palma.*

Palma arbor adſtringentis qualitatis particeps eſt in

omnibus ſuis partibus.at ramorũ ſuccus auſterus eſt:ſimiliter quod cerebrum vocatur, quod in cibi vſum venit: fructus ipſius maximè dulcis,non modica caliditate participat, eſcarius & multi vſus, tum forinſecus adhibitus, tum intra corpus ſumptus:vbi roborare, ac ſiccare,& con ſtringere ac denſare,& obturare opus eſt.Omnes palmulæ ægrè concoquuntur,& capitis dolorem inducũt amplius comeſtæ.quidam ab earum eſu morſum percipiunt in ore ventris,qui ſanè etiam magis capite dolent. ſuccus qui ex ipſis in corpus diſtribuitur, craſſus penitus eſt. habet & viſcoſum quiddam vbi pinguis palmula fuerit. Quando autem craſſo & viſcoſo ſucco dulcedo permixta fuerit,iecur celerrimè ab ipſis obturatur.Si verò aut inflammatum fuerit iecur aut induratum,ab ipſarum eſu extremè læditur. Conſequenter autem cum iecinore etiam lien obturatur ac læditur. Cæterùm multo magis lædunt palmulæ virides,etiam paulo vberius ingeſtæ. nam & flatu ventrem implent,& crudis humoribus, & qui eſitarunt rigoribus ægrè caleſcentibus corripiuntur. Porrò germẽ tenerum quod Elaten vocant, vim eandem cum cerebro habet. Quod velut tegmen & velamen ipſis eſt,adſtrictorium quidem eſt,verùm magis prædictis ſiccat. Eſt autẽ & radix arboris, ſiccatoriæ citra mordacitatẽ facultatis, & modicè adſtrictoria.

Phu,*id eſt nardus Cretica.*

Phu radix nardo ſimilem vim habet, debilior tamẽ ad alia eſt.verùm vrinam magis ciet.

Phycos,*id eſt Alga ſiue Fucus.*

Fucus ſiue alga,muſcus eſt marinus,qui viridis exẽptus frigefacit & ſiccat ordine ſecundo:habet & quid ad ſtringens moderatè.

A *litera* X *incipientia.*

Chalbana,*id eſt Galbanum.*

Galbanum ſuccus eſt ferulaceæ plantæ,mollitoriam & diſcuſſoriam vim habens.Calfacit ordine tertio,ſiccat ſecundo.

Chamædrys,*id eſt Trixago.*

Chamædrys amaram qualitatem prædominantem habet.eſt & aliquo modo acris:vnde & lienem colliquat, & vrinas & menſes mouet, & craſſos humores ſecat, & viſcerum obturationes expurgat.Tertii ordinis eſt calfacientium ac ſiccantium.Decoctum ipſius diuti⁹ coctum & aſſiduè potum, febre quartana correptos liberat.

Chamelæa.

Chamelæa amaram qualitatem prædominãtem habet:quapropter & ſordida valde vlcera, & quæ maximas cruſtas habent,cum melle repurgare poteſt. Eſt & pota ex purgantium numero.

Chamæleuce.

Chamæleuce calidam vim habet ordine tertio,ſiccam primo: vnde ſuffita ſuper carbones,manifeſtè opitu-

A latur ægrè ſpirantibus,ſi per infundibulum fumum inde hauriant.

Chamæleon.

Chamæleontis nigri radix venenoſum quid habet, vnde eius vſus forinſecus receptus eſt ad ſcabiem & impetiginem,ac vitiliginem, & in ſumma ad ea quæ exterſione op⁹ habẽt.Particeps eſt & mollitoriæ ac diſcuſſoriæ facultatis. Siccat autem ordine tertio, calfacit ſecundo completo.At verò alibi chamæleontis radix pota ex vino

B auſtero acetabuli menſura, latum lumbricum expellit: dant ipſam & hydropicis.

Chamæpitys.

Chamæpitys tertii ordinis eſt ſiccantium, ſecundi calfacientium.Quum autem plurimùm amara ſit, exterget viſcera magis quàm calfacit:vnde in regio morbo exhibetur:& omnino quibus iecur facilè obturatur, commodum medicamentum exiſtit. Ducit & menſes pota & cum melle appoſita.ciet quoque vrinam. quidam iſchiadicis ipſam præbent coctam in aqua mulſa. Herba ipſa viridis magna vulnera glutinare poteſt, & putredinoſa

C vlcera ſanare,& mammarum duritias diſcutere.

Chelidonium magnum.

Chelidonium magnum,exterſoriam & calidam vim abundè poſſidet.ſuccus eius viſum exacuit, iis quib⁹ craſſum quid quod diſcuti oporteat, circa pupillam colligitur.quidam radice vſi ſunt in morbo regio ex iecinoris obſtructione oborto,ex vino albo dantes cum aniſo.

Chelidonium paruum.

Chelidonium paruum,maiore acrius eſt: vnde in cataplaſmate impoſitum cutem exulcerat, & vngues leproſos exterit.ſuccus eius per nares fortiter purgat. eſt enim

D quarti ordinis calfacientium:maius tertii in vtriſque.

Chondrilla.

De chondrilla diximus quum de ſeride ageremus: eſt enim ſeridis ſpecies.

A *litera* Ψ *incipientia.*

Pſyllium.

Pſyllii ſemen maximè in vſu eſt: ſecundi ordinis eſt frigefacientium:verùm in ſiccando & humectando me-

E dium locum occupat.

A *litera* Ω *incipientia.*

Ocymon baſilicon, *id eſt Ocymon regale.*

Ocymon ſecundi ordinis eſt calfacientium. habet & humiditatem ſuperfluam:vnde neque vtile eſt ipſum intra corpus ſumere: verùm forinſecus in cataplaſmate impoſitum ad diſcutiendum ac concoquendum commodat. Decoctum ipſius lippientibus ob craſſioris materiæ copiam,calidum pro fomento adhibitum magnope-

F re prodeſt,præſertim pueris.

INDEX

INDEX EORVM QVÆ IN SECVNDO SERMONE TEtrabibli primæ Aetii continentur.

De terræ differentiis, Cap.I.
Quomodo rerram lauare oportet, Cap.II.
Quas medelas ægrorum terra præſtet, Cap.III.
De terra Lemnia,&c. Cap.IIII.
Miltos,Rubrica, Cap.V.
Terra Samia, Cap.VI.
Terra Selinuſia & Chia, Cap.VII.
Cimolia terra, Cap.VIII.
Terra Ampelitis,Pharmacitis, Cap.IX.
Terra Cretica,ſeu Creta, Cap.X.
De omni terra vſta, Cap.XI.
De bolo Armeniæ, Cap.XII.
Lapis hæmatites, Cap.XIII.
Lapis ſchiſtos,galactites,melitites, Cap.XIIII.
Cõmunis doctrina de omnib⁹lapidibus, Cap.XV.
Leucographis aut moroxus, Cap.XVI.
Galactites, Cap.XVII.
Thyites lapis, Cap.XVIII.
Tecolithos,quem Syriacum appellant, Cap.XIX.
Pyrites, Cap.XX.
Lapis Phrygius, Cap.XXI.
Lagis Ageratus, Cap.XXII.
Lapis Aſſius,& flos ipſius, Cap.XXIII.
Gagates, Cap.XXIIII.
Magnetes lapis, Cap.XXV.
Smiris,pumex,teſtæ clibani & ſimilia, Cap.XXVI.
Lapides in ſpongiis, Cap.XXVII.
Oſtracites,Geodes,Naxiæ cotis retrimẽtũ,Cap.XXVIII.
Ophites lapis, Cap.XXIX.
Hieracites lapis & Indicus, Cap.XXX.
Vitrum, Cap.XXXI.
Lapis Aetites, Cap.XXXII.
Alabandicus lapis, Cap.XXXIII.
Electrum,ſiue ſuccinũ,ſeu lyncurium, Cap.XXXIIII.
Iaſpis viridis, Cap.XXXV.
Iaſpis ſubuiridis, Cap.XXXVI.
Iaſpachates, Cap.XXXVII.
Sapphirus lapis, Cap.XXXVIII.
Smaragdus lapis, Cap.XXXIX.
De metallicis & quæ ex aqua generãtur, Cap.XL.
Adarces, Cap.XLI.
Alcyonia, Cap.XLII.
Sal, Cap.XLIII.
Sal vſtus, Cap.XLIIII.
Salis flos, Cap.XLV.
Salis ſpuma, Cap.LXVI.
Armeniacum pictorum, Cap.LXVII.
Arſenicum,auripigmentum, Cap.XLVIII.
Aſphaltus bitumen, Cap.XLIX.
Aphronitrum,& litri ſpuma, Cap.L.
Gypſum, Cap.LI.
Diphryges, Cap.LII.
Diaphanes,Lapis ſpecularis, Cap.LIII.
Theion ſulphur, Cap.LIIII.
Ioxyſtos, ærugo raſa, Cap.LV.
Ærugo vermiculata, Cap.LVI.
Cadmia, Cap.LVII.
Cyanus, Cap.LVIII.
Lepis,ſquama æris ac ferri, Cap.LIX.
Lythargyros,argenti ſpuma, Cap.LX.
Litrum, Cap.LXI.
Melanteria, Cap.LXII.
Melan, atramentum ſcriptorium, Cap.LXIII.
Miſy, ſori,& chalcitis, Cap.LXIIII.
Molybdæna,plumbago, Cap.LXV.
Molybdos,plumbum, Cap.LXVI.
Pompholyx, Cap.LXVII.
Rhoidarii præparatio, Cap.LXVIII.
Sandaracha, Cap.LXIX.
Sandyx,quæ & Siricum, Cap.LXX.
Scoria, Cap.LXXI.
Stibium, Cap.LXXII.
Spongia, Cap.LXXIII.
Stypteria,alumen, Cap.LXXIIII.
Titanos,calx, Cap.LXXV.
Phycos, fucus, Cap.LXXVI.
Chalcanthus,atramẽtum ſutorium, Cap.LXXVII.
Chalcitis, Cap.LXXVIII.
Chalcos, æs vſtum, Cap.LXXIX.
Chalcis anthos,æris flos, Cap.LXXX.
Chryſocolla, Cap.LXXXI.
Pſymmithium, ceruſſa, Cap.LXXXII.
Pſoricum, Cap.LXXXIII.
De materia medica ex animalibus, Cap.LXXXIIII.
De ſanguine, Cap.LXXXV.
De lacte, Cap.LXXXVI.
De lactis differentia, Cap.LXXXVII.
De lactis differentia ab animaliũ habitu, Cap.LXXXVIII.
De lactis differentia à tẽporibus anni, Cap.LXXXIX.
De lactis differentia à pabulo, Cap.XC.
De lactis differentia ab ætate, Cap.XCI.
Quibus lac conueniat, Cap.XCII.
De modo,tẽpore,ac mẽſura vtẽdi lactis, Cap.XCIII.
Quibus lac noceat, Cap.XCIIII.
De lactis coctura, Cap.XCV.
De ſero lactis, Cap.XCVI.
De iis quæ iucunditatis gratia cum lacte coquuntur, Cap.XCVII.
De lacte acido, Cap.XCVIII.
De primario lacte, Cap.XCIX.
De lacte concocto, Cap.C.
De caſeo, Cap.CI.
Pharmacum ex caſeo vetere ad calloſas concretiones podagricorum, Cap.CII.
De efficacia recentis caſei foris adhibiti, Cap.CIII.
De butyro, Cap.CIIII.
De coagulo, Cap.CV.
De felle, Cap.CVI.
De ſudore, Cap.CVII.
De vrinis, Cap.CVIII.
De ſaliua, Cap.CIX.
De ſtercore, Cap.CX.
De ſtercore canino, Cap.CXI.
De ſtercore humano, Cap.CXII.
De ſtercore lupino, Cap.CXII I.
De ſtercore caprino, Cap.CXIIII.
De ſtercore bubulo, Cap.CXV.
De ſtercore ouillo, Cap.CXVI.
De ſtercore columbino, Cap.CXVII.
De gallinaceo ſtercore, Cap.CXVIII.
De ſtercore anſeris,accipitris,ciconiæ & terreſtrium crocodilorum, Cap.CXIX.
Sordes ouium,ex qua œſypus, Cap.CXX.
De carnibus, Cap.CXXI.
De extremis terreſtriũ animaliũ partibus, Cap.CXXII.
De glandulis, Cap.CXXIII.
De teſtibus, Cap.CXXIIII.
De renibus, Cap.CXXV.
De cerebro, Cap.CXXVI.
De terreſtrium animalium viſceribus, Cap.CXXVII.
De aluo,inteſtinis,ac vtero terreſtrium animalium, Cap. CXXVIII.
De ſylueſtrium animalium carne, Cap.CXXIX.
De volucrium animalium carne, Cap.CXXX.
De anſeribus & ſtruthocamelis, Cap.CXXXI.
De gruibus, Cap.CXXXII.
De partium volucriũ animaliũ differẽtia,Cap. CXXXIII.
De ouis, Cap. CXXXIIII.
Ouorum vis medicamentaria, Cap.CXXXV.
De alimento ex animalibus aquaticis, Cap.CXXXVI.
De cephalo ſiue mugile, Cap.CXXXVII.
De lupo, Cap. CXXXVIII.
De trigla ſeu mulo, Cap.CXXXIX.
De piſcibus petroſis, Cap.CXL.

De gobio, Cap.cxli.
De piſcibus mollis carnis, Cap cxlii.
De piſcibus duræ carnis, Cap.cxliii.
De piſcibus teſta intectis, Cap.cxliiii.
De cruſtatis, ſiue molli teſta intectis, Cap.cxlv.
De piſcibus mollibus, Cap.cxlvi.
De piſcibus chartilagineis, Cap.clxvii.
De echinis marinis, Cap.cxlviii.
De ſalſamẽtis omnium animalium pedeſtrium, volucriũ & aquaticorum, Cap.cxlix.
De garo, Cap.cl.
De muria, Cap.cli.
De adipe pinguedinéque ac ſeuo, Cap.clii.
De medulla, Cap.cliii.
De pulmone, Cap.cliiii.
De capitibus, Cap.clv.
De cornibus, Cap.clvi.
De vnguibus, Cap.clvii.
De impetigine in pedibus equorum, Cap.clviii.
De lanis ſuccidis & puris & vſtis, Cap.clix.
De pilis vſtis, Cap.clx.
De oſſibus vſtis, Cap.clxi.
De pellibus & coriis, Cap.clxii.
De ventriculo mergi, Cap.clxiii.
De vulpibus, Cap.clxiiii.
De aranearum telis, Cap.clxv.
De ranis, Cap.clxvi.
De muſtela, Cap.clxvii.
De terræ inteſtinis, Cap.clxviii.
De dracone marino, Cap.clxix.
De vipera, Cap.clxx.
De herinacio marino, Cap.clxxi.
De herinacio terreſtri, Cap.clxxii.
De hippocampis marinis, Cap.clxxiii.
De cantharidibus, Cap. clxxiiii.
De cancris fluuialibus, Cap.clxxv.
De carabo ſiue locuſta, Cap.clxxvi.
De teſtibus caſtoris, Cap.clxxvii.
De canis fluuiatilis teſtibus, Cap.clxxviii.
De canis terreſtris catulo, Cap.clxxix.
De cygni pullo, Cap.clxxx.
De buccinorum teſtis vſtis, Cap.clxxxi.
De galerita volucre, Cap.clxxxii.
De cochlea tereſtri, Cap. clxxxiii.
De mænulis, Cap.clxxxiiii.
De torpedine, Cap.clxxxv.
De aſello marino, Cap.clxxxvi.
De oſtreorum teſtis, Cap.clxxxvii.
De purpurarum teſtis, Cap.clxxxviii.
De ſquatina marina, Cap. clxxxix.
De ſepia, Cap.cxc.
De ſcinco, Cap.cxci.
De tellinis, Cap.cxcii.
De cicada, Cap. cxciii.
De hyæna. Cap.cxciiii.
De hirundinibus, Cap.cxcv.
De electione optimorum medicamẽtorũ, Cap. cxcvi.
Ex Oribaſio quæ ſunt inter calfacientia ac frigefacientia, Cap.cxcvii.
Quæ moderatè calfaciunt, Cap.cxcviii.
Quæ calfaciunt primo ordine, Cap.cxcix.
Quæ calfaciunt ſecundo ordine, Cap.cc.
Calfactoria tertii ordinis, Cap.cci.
Calfactoria quarti ordinis, Cap.ccii.
Quæ frigefaciunt, Cap.cciii.
Quæ frigefaciunt primo ordine, Cap.cciiii.
Quæ frigefaciunt ſecundo ordine, Cap.ccv.
Frigefactoria tertii ordinis, Cap.ccvi.
Frigefactoria quarti ordinis. Cap.ccvii.
Quæ ſiccant citra mordacitatem, Cap.ccviii.
Quæ ſimpliciter ſiccant, Cap.ccix.
Quæ primo ordine ſiccant, Cap.ccx.
Quæ ſecundo ordine ſiccant, Cap.ccxi
Quæ tertio ordine ſiccant, Cap.ccxii.
Quæ quarto ordine ſiccant, Cap.ccxiii.
Quæ media ſunt inter ſiccantia ac humectantiã, Cap.ccxiiii.
Quæ primo ordine humectant, Cap.ccxv.
Quæ ſecundo ordine humectant, Cap.ccxvi.
Quæ aquoſam frigiditatem habent. Cap.ccxvii.
Quæ tenuium partium ſint, Cap.ccxviii.
Quæ craſſarum partium ſint, Cap.ccxix.
Corroborantia, Cap.ccxx.
Concoctoria, Cap.ccxxi.
Suppuratoria, Cap.ccxxii.
Mollientia, Cap.ccxxiii.
Quæ indurant, Cap. ccxxiiii.
Exterſoria, Cap.ccxxv.
Quæ vaſorum oſcula aperiant, Cap.ccxxvi.
Rarefacientia cutem, Cap.ccxxvii.
Denſantia cutem, Cap. ccxxviii.
Corrodentia, Cap.ccxxix.
Reprimentia eminentias, Cap.ccxxx.
Cicatricem inducentia, Cap.ccxxxi.
Exulcerantia in ſuperficie, Cap.ccxxxii.
Vſtoria, Cap.ccxxxiii.
Attractoria, Cap. ccxxxiiii.
Diſcuſſoria, Cap.ccxxxv.
Adſtringentia, Cap.ccxxxvi.
Quæ ſemen generant ac prouocãt in cibis ac medicamẽtis, & medicamentis cibariis, Cap. ccxxxvii.
Quæ ſemen inhibeant, Cap.ccxxxviii.
De alimentorum viribus, Cap.ccxxxix.
Attenuatoria alimenta, Cap.ccxl.
Craſſi ſucci alimenta. Cap.ccxli.
Media inter attenuatoria & craſſefaciẽtia, Cap.ccxlii.
Quæ viſcoſum ſanguinẽ generant, Cap.ccxliii.
Quæ crudum humorem generant, Cap.ccxliiii.
Quæ frigidum humorem generant, Cap.ccxlv.
Quæ atrabiliarium ſuccum generant, Cap.ccxlvi.
Quæ bilioſum humorem generant, Cap.ccxlvii.
Quæ ſuperfluitatibus redundant, Cap.ccxlviii.
Quæ ſuperfluitatibus careant, Cap. ccxlix.
Multum nutrientia, Cap.ccl.
Quæ parum nutriunt, Cap.ccli.
Quæ boni ſucci ſunt, Cap.cclii.
Quæ mali ſucci ſunt, Cap.ccliii.
Quæ facilia concoctu ſunt, Cap.ccliiii.
Quæ ægrè concoquuntur, Cap.cclv.
Quæ ſtomacho commodant eúmque corroborant, Cap.cclvi.
Quæ ſtomacho incommoda ſunt, Cap.cclvii.
Flatus expertia, Cap.cclviii.
Flatuoſa, Cap.cclix.
Quæ extergent, ſecãt, obturatione liberãt, Cap.cclx.
Quæ obturent, Cap.cclxi.
Quæ tardi tranſitus ſunt, Cap.cclxii.
Quæ facilè corrumpuntur, Cap.cclxiii.
Quæ difficulter corrumpuntur. Cap. cclxiiii.
Quæ ventrem ſubducunt, Cap.cclxv.
Quæ ventrem ſupprimunt, Cap.cclxvi.
Quæ calfaciunt, Cap.cclxvii.
Quæ frigefaciunt, Cap.cclxviii.
Quæ ſiccant, Cap.cclxix.
Quæ humectant. Cap.cclxx.
Quæ caput lædunt, Cap.cclxxi.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICInæ, tetrabibli primæ, Sermo ſecundus.

Quæcunque ſunt plantarum partes,& fructus,& ſucci,& liquores,ſuperiore ſermone relatum eſt. nunc verò de reliquis medicamentis,terræ videlicet ſpeciebus & metallicis iuxta propoſitum agemus:deinceps etiam de animalibus.

De terræ differentiis, Cap. I.

TERRAM omnes homines familiari vſurpatione illam ſubſtantiam ſolùm nominant, quæ liquore ſubacta lutum euadit. Nam quæ inter metalla reperitur, non liqueſcit. dico autem liquefieri,per totam ſubſtantiam in humorem reſolui. madefieri autem,in ſuperficie rigari tantùm,humore ad corporum profunditatem non penetrante. Omnis terra iam vim ſiccādi habet,quoniam corpus ipſius natura durum exiſtit:& vbi penitus nullam igneæ ſubſtātiæ mixturam habuerit,leuiſſimè citra omnem mordacitatem ſiccat:conducit ipſi ad hoc præſtandum lotura. Itaque quædam lotura non habent opus,quædam iterum atque iterum lauari expetunt. Quòd ſi circa ſenſum guſtus fueris exercitatus,ipſe iudex eſſe potes num lauare oporteat,ſiue non. id quod ex acrimonia aut adſtrictione deprehendes. Quandoquidem verò impoſſibile eſt inuenire ſubſtantiam penitus immixtam ac ſimplicem,amplius conſiderare ipſam mixturam oportet ex his quæ accidunt ipſi, iuxta leuitatis ac grauitatis,itémque ſaporis differentias. Si quidem enim adſtringens apparuerit,tanto magis particeps eſt frigiditatis,quanto plus habuerit adſtrictionis; ſi verò acrimoniam præ ſe tulerit,tantum habet caliditatis quantum acrimoniæ. Et leuis quidem terra fit,quũ per omnem ſuam temperaturam aëreæ ſubſtantiæ multæ particeps eſt: contrà grauis, quanto fuerit grauior tanto magis ſincera terra exiſtit. Calida quidem igitur terra calfacit, frigida & adſtringens perfrigerat & repellit: quæ verò exterſorium quid poſſidet citra manifeſtam caliditatem,leniter ſiccat. Quæ autem glutinoſitatem ampliorẽ habet,non exterget,ſed glutinoſitas ſubſtantiam meatib⁹ obducendis aptiorem efficit,vt extergere non poſſit, vbi nulla alia acrimonia viſcoſitati affuerit, velut in ouo videre eſt. Porrò neceſſarium eſt neque hoc ignorare,ſed eius per omnem materiam quæ in medicum vſum venit meminiſſe. etenim plurimi opinantur, omnia vſta frigidiora ſeipſis euadere: quidam vice verſa calorem in vſtis augeri putant. vtrique autem errant. Acria quidem igitur omnia vſta multum de calore ſuo perdunt: quæ verò talia non ſunt,vſta caliditatem acquirunt. Nullum autem vſtum penitus frigidum euadit. relinquitur enim in ipſis velut igniculus quidam tenuium partium. atque hoc eſt quod per loturam vſta deponunt,quo per aquam decedẽte,quod reliquũ eſt vſti,ſubſtantia terrea frigida fit,quæ citra mordacitatẽ ſiccare poteſt. Aqua verò in qua medicamentum lotum eſt,calidam vim tenuium partium acquiſiuit. His itaque declaratis,tempeſtiuum iam eſt dicere, quomodo omnem terram nõ vſtam lauare oporteat, ſi quidem lotura indigeat. nam quædam, velut dictũ eſt, lotura non egent.

Quomodo terram lauare oportet, Cap. II.

OMnis terra hoc modo lauatur. Aqua primùm ſubigitur quæ nullam medicamentariam qualitatem præ ſe ferat,deinde vbi lutum decedit,aqua ſuperſtans diffunditur:poſtea reliquum à ſubſidentibus infernè calculoſis ac arenoſis repurgatur.

Quas medelas agrorum terra præſtet, Cap. III.

AGrorum terra quæ colitur,omnis quæ pinguis eſt,vtilis eſt ad curationem omnium partium reſiccationẽ indigentium:quare & in Alexandria & Ægypto ipſa vtuntur. In Alexandria itaque vidi hydropicos & lienoſos aliquos terræ Ægyptiacæ luto vti. Multi verò etiam ſuras & femora,& cubitos, & brachia, dorſúmque ac latera & pectus,eius terræ luto illinentes,opem ſenſerunt: quin & veteres inflammationes & laxos tumores hoc lutum ſa-

A nat. Et ſanè noui quoſdam toto corporis habitu aquoſos ex immodica hæmorrhoidum euacuatione redditos, inde manifeſtum auxilium ſenſiſſe. quidam etiam diuturnos dolores iuxta partem aliquam firmatos,hoc luto perfectè ſanarunt:atque hæc quidem Galenus. verùm Strato de terra ſic ſcribit, Ad vetuſtum capitis dolorem,ſordes balnearum,aut aquæ calidæ cum terra nigra lota miſceto,ac vtitor: aut terram cum decocto capitum roſarum ſubigito,ac vtitor: aut teſtam amphoræ acetariæ tritam terræ addito,cũ lauri decocto:aut clibani teſtā cũ nigra

B terra cõmittito affuſo ſampſuchi decocto. Cæterùm ad puſtulas ex corpore erumpentes ſcabioſas ac impetiginoſas, terram nigram cum amygdalarum aut lupinorum amarorũ decocto ſubigito, ac vtitor: aut amphorā aceti cũ rutæ decocto eluito, eóq; terrā ſubigito,ac vtitor ſimiliter: aut glebulas ſalis quæ in fundo amphorarum gari reperiuntur terito,ac terræ admiſceto,& vtere velut efficaci: aut columbinum fimum terræ miſceto,& cum halicacabi

C decocto ſubigito,ac vtitor. At verò ad tuſſim vetuſtam vnà cum vitiato corporis habitu,terram oſſium vitulinorum decocto ſubigito,& pectus illinito: aut amphoram mellariam eluito,& terram ſubigito,ac vtitor. Potes & cumini, & nigellæ,ac ſampſuchi decocto ſimiliter terram ſubigere ac vti. Porrò ad lienoſos,cinerem ſarmentitiā & grumos fæcis vini cum terra ſubigito,ac vtitor: aut foliorum capparis decocto ſubigito: aut recrementum argẽti leuiſſimè tritum, cum luto permiſce,ac vtere:aut decocto herbæ ſerapiadis triteſticularis ſubigito ac vtitor. Ad

D hydropicos autem teſtas amphoræ muriariæ inueteratas terito,ac terræ admixtis vtitor: aut ſuillæ carnis ſiue vitulinæ garum admiſceto,ac ſimiliter vtitor:aut ſampſuchũ aqua marina coquito, eóque terram ſubigito, ac vtitor: aut ſalſamentum cum lupinorum amarorum decocto cõterito,terræque admiſceto,ac vtitor: aut alumẽ vſtum,& pulegii vſti cinerem,cum luto committito,& cum aceto mulſo ſubigito,ac vtitor:aut bubulum fimum ſiccum tritum terræ admiſceto,& aceto mulſo ſubactis vtitor. Ad iſchiadicos,& omnes neruoſarum partium perfrictiones,

E ſampſuchum vitulinorum oſſium decocto coquito,eóq; terram albam ſubigito,ac vtitor: aut anguillam cum ſale & nitro coquito,& decocto terram ſubigito, ac vtitor: aut ſordes ſtrigmentitias cum calce viua terræ admiſceto,ac vtitor: aut porri ſiue allii decocto terram ſubigito,ac vtitor: aut coſtum,caſiam,iuncum odoratum, aſpalathum, xylobalſamum, & ſampſuchum contuſa, in aqua & oleo coquito,lutóque permiſceto,ac vtitor: aut caprarum fimum ac bubulum,ſimul cũ ſorde cerati raphanini terito, ac ad terram admixtis vtitor. Ad podagram, à capite vſ-

F que ad inguina ex prædictis æger integatur, ab inguine autem infrà vſque ad digitos pedum & vngues ex ſubſcriptis. Vituli pedes poſteriores vnà cum vngulis exurito,terito ac terræ miſceto,& vtitor:aut lapidem leucographidem cum aqua in qua ferrum ſæpius extinctum eſt terito,& aluminis vnciā I. addito,ac cum terra ſubigito,& vtitor:aut decocto foliorum cypri,*id eſt liguſtri*,terram ſubige,ac vtere: aut gallas donec flacceſcant coquito,& terram eo decocto ſubigito,ac vtitor. Aliud. Aluminis liquidi vnciam vnam,aluminis ſciſſi vnciam vnam, gũ-

G mi ſexuncem,ceruſſæ dodrantem, melantheriæ quincuncem,miſyos ſexuncem,foliorum ſalicis dodrantem, olei myrtei aut ſicini vncias XXIIII. aceti ſexuncem. terito ſimul,ac tum terra ſubactis vtitor. Aliud. Acaciæ, atramenti ſutorii vtriuſque drach. II. aceto trita ſiccato, & ad terram admixtis vtitor. Aliud. Aluminis, ſpumæ argenti,miſyos aſſati,ſingulorum drach. IIII. excipe cerato myrteo liquido,& cum terra ſubige,ac vtere. Aliud. Ceruſſæ,ſpumæ argẽti,vtriuſque drach. XXIIII. olei myrtei drach. XXXIIII. aquæ quod ſatis eſt,ſubigito cum

myrtei drachmas xxiiii. aquæ quod ſatis eſt. ſubigito cũ terra, ac vtitor. Aliud, quo curatus eſt præſes Philin⁹. Succi mororum, aluminis ſciſsi, liguſtri, viticis, gallarum, croci, fructus myricæ, thuris, ſingulorum ſexuncem. Omnia ſimul tenuiſſimè trita reponito: vſu expetẽte neceſſario aqua dilutis ac cum terra ſubactis vtitor. Cæterùm lauari non oportet, ſed perſicorum immaturorum decocto perfundi ac foueri. Atque hæc quidem de agrorum terra ſufficiunt.

Terra Lemnia, ſiue Sigillum Lemnium, & Sphragis Lemnia, Cap. IIII.

LEmniam terram, quam & Lemniam ſphragidem vocãt, *id eſt Lemniũ ſigillum*, præparatã accipere eſt, ſemel lotam in patrio loco, vt altera lotura non habeat opus. verùm aliàs alio liquore diſſoluta, diuerſimodè operatur. Et ſanè in malignis ac putredinoſis vlceribus ſemper feliciter & magno fructu Lemnia terra vſus ſum. Vſus eſt pro magnitudine maliciei vlceris. Quod enim valde fœtidũ eſt humectúmque ac ſordidum & inueteratum, Lemniã requirit acerrimo aceto diſſolutam ad lutoſam cópagem. Vino autẽ diluta, recentia vulnera glutinat. pota ad ſanguinis reiectiones cõducit, & ad lethalia medicamenta, & ad morſus venenatorũ animalium. Infuſa quoque per clyſterẽ cum plantaginis ſucco, dyſentericis magnopere auxiliatur, præablutis videlicet vlceribus, muria infuſa. Datur iiſdem, & ſanguinem ſpuentibus, in potu cũ poſca.

Miltos, *id eſt Rubrica*, Cap. V.

RVbrica ſiue miltos vim habet adſtringendi, meatus obducendi, reſiccandi: quapropter etiã emplaſtris admiſcetur ac paſtillis ſiue trochiſcis ſiccantibus ac adſtringentibus. Siſtit aluum cum ouis in ſartagine frictis accepta, itémque infuſa. Lumbricos etiam pota detrahit. primas omniũ habet Sinopica appellata: verùm in Cappadocia naſcens, denſa exiſtens & grauis, & colore iocinoris vnicolor, & quæ diluta in multũ ſuccũ diffũditur.

Terra Samia, Cap. VI.

SAmia terra nõ lauatur. Vtimur autem altera eius ſpecie frequentius, quã ſanè Samiũ Aſterẽ, *id eſt Samiã ſtellam* vocant, quæ ad ſanguinis ſputum facit pota, & vndecũque feratur, idem & pota & appoſita. Vtimur & ad exulcerationes dyſentericas, & nomas ſerpendo depaſcentes, infundentes eam cum plantaginis ſucco, maximè in vlceribus quæ inflãmatio præoccupauit, & acriora pharmaca nõ ſuſtinent; & in corporibus molli carne præditis. mitigat enim humectiores præſertim & laxiores partes. vnde in mãmarum ac teſtiũ inflãmationibus adhibetur, trita cum aqua, roſaceo tanto adiecto vt pharmacum exareſcere non ſinat. Bonum eſt hoc modo præparatum medicamentum etiã ad alias inflãmationes calidas, & ad inguinũ abſceſſus incipiẽtes, ac fluxiones podagricas, & in ſumma, vbi moderatè frigefacere vnáque mitigare volumus: vt ex hoc adeo manifeſtè appareat Samiæ terræ vim moderatè frigefactoriã eſſe. eſt enim aerea & glutinoſa. præſtat autẽ ſtella Samia terræ Samiæ, eo quòd glutinoſitatem & vim obducendi meatus ampliorem poſſidet.

Terra Selinuſia & Chia, Cap. VII.

SElinuſia & Chia terra exterſoriã vim valde moderatè habent: quapropter aliquæ fœminæ ad faciem iis vtuntur: verùm cum leui ſiccatione ac exterſione, neque caliditatis neque frigiditatis manifeſtè participes ſunt. & propterea ad vlcera in ſuperficie corporum cõmodæ exiſtunt, qualia ſunt ambuſtorum. Cæterùm quæ ſubſtantiã meatuum valde obductoriã habent, non extergent: prohibet enim hoc ipſum glutinoſitas.

Cimolia terra, Cap. VIII.

CImolia terra mixtæ facultatis eſt: habet enim vim frigefactoriam & repulſoriã, habet & modicam diſcuſſoriam. Lota diſcuſſoriã deponit: verùm iuxta naturam eorum quæ ipſi admiſcentur, manifeſtè vtramque vim demonſtrat. nã repulſoriis ac frigefacientibus permixta, lutum quod inde fit, perfrigerans ac repulſorium efficit: diſcuſſoriis, diſcuſſorium. atque ita ambuſtis conducit aceto ſubacta & illita. memineris tamen cõmune hoc in omni leui terra eſſe. Omnes enim ambuſtis proſunt A e veſtigio ex poſca illitæ, bullas exurgere prohibentes.

Terra Ampelitis ſiue Pharmacitis, Cap. IX.

AMpelitis terra etiã pharmacitis appellatur, eo quòd efficaciorem aliis vim poſſidet, & quòd agricolæ vere appetente ipſam diluant, ex eáque radices vitium quæ germen emiſerunt, illinant, vt animalcula vitibus noxia eos non contingant. Ex eo verò quòd cnipas vermiculos perimat, ſatis indicat quantum medicamentariæ facultatis poſſideat. At verò lenitatem & vim mitigatoriam nõ habet, ſed magis ſiccat. quapropter & mixtam his medi- B camentis reperies ipſam, quorum ſcopus eſt ſiccare quippiam ac diſcutere.

Terra Cretica ſiue Creta, Cap. X.

CRetica terra ſimilis quodammodo eſt Samiæ & conſimilibus: ſed valdè debilis eſt, multum aeroſitatis habens: quapropter etiã vim extergendi citra mordacitatẽ magis habet, per quã etiam argentum exterit ac depurat.

De omni terra vſta, Cap. XI.

QVandoquidem verò quidam medici terram vrunt, neque id malè excogitatum in vſum vlcerum quæ C leniter reſiccari oportet: noſſe expedit quòd vſta terra tenuiorum partium & acrior euadit, vt ad diſcuſſoriam facultatem delabatur: ſi verò vſta lauetur, acrimoniam quidem in aquam deponit: verùm partium tenuitatem ex vſtura conſeruans, magis ſiccatoria fit. Quapropter quum omnis terra non vſta vlceribus commoda ſit, ea quæ poſt vſturam lota eſt, magis adhuc ad vlcera ægrè carnem ac cicatricem recipientia conducit.

De bolo Armeniæ, Cap. XII.

DAta nobis eſt in hac magna peſte etiam alia quædam D terra ex Armenia Cappadociæ contermina, maximè ſiccatoriam vim habens, colore pallida. Qui dabat ipſam, lapidem appellabat. Eſt autem friabilis, velut calx & ſtella Samia, non tamẽ ſimiliter ſtellæ leuis. Nam & magis dẽſa eſt, minus aerea. quapropter iis qui negligẽtius inſpiciũt, imagine lapidis offertur. Valde autem ſiccat, tum in dyſentericis, tum in fluxionibus ventris. Inſuperque ſanguinis ſputo, & deſtillationi, & putredinoſis oris vlceribus conducit. maximè autem defluxionibus à capite ad pectus prodeſt. quare etiam iis qui ob eam cauſſam ægrè ſpirant, validè auxiliatur; nec non iis qui tabe laborant. E ſic enim reſiccat vlcus, vt ne tuſſiant quidẽ amplius. Cæterum ſi fortè quis à malo liberatus, per licentiorem diætam recidiuam ſentiat, is itidem ex Armeniæ bolo opem ſentiet, præſertim difficili anhelitu iam diuturno. Porrò in magna hac peſte omnes qui de hoc pharmaco biberunt, celerrimè ſanati ſunt: quibus verò nihil profuit omnes mortui ſunt, neque ab alio quopiã opem ſenſerũt. ex quo palàm conſtat quòd ſolis his qui incurabiles erãt, non profuit. Bibitur cum vino ſubſtantia tenui, medio- F criter diluto, ſi febre penitus careat homo, aut parum febricitet: ſin valdè, cum aquato penitus. ſed neque ſunt adeò vehementer feruidæ peſtilentes febres. At verò quid attinet dicere quantam vim habeat hæc Armeniaca bolus *ſiue gleba*, in vlceribus ſiccatione indigentibus? Appellatur autẽ illorũ lingua vernacula, zarinacha: Syrorũ verò zarnacha. mõs in quo naſcitur, iuxta vrbem eſt appellatã Bagana. Ager in quo mons eſt nominatur Agaraces.

Lapis Hæmatites, Cap. XIII.

HÆmatites à coloris ſimilitudine nominatus eſt. affri- G ctus enim ad cotem, vel in pila tritus, ſanguinolentum ſuccum remittit. tantæ autem frigiditatis particeps eſt, quantæ adſtrictionis. meritò itaque auſi ſunt medici hæmatiten lapidem ocularibus compoſitionibus addere. Ego verò etiã ſolo per ſe vſus ſum ad aſpritudines palpebrarum, ſi vnà cum inflammatione eſſent oborta, per oui cãdidum diluto, aut potius per fœnigræci decoctum. ſi verò citra inflammationẽ, per aquam. Initium ſemper faciendum eſt à moderatè liquido per ſpecillum infuſo, deinde vbi æger ferre vim eius poteſt, craſſitudinem au- H gere oportet, & poſtremùm ita craſſum facere medicamẽtũ, vt ſpecilli nucleo ſubdito palpebræ illinere poſſis, aut euerſæ applicare. Idẽ lapis ad cotẽ tritus ac potus, ſanguinis ſputo omnibúſq; vlceribus cõducit. Aridus autem tritus, & ad puluillũ redactus, reprimit carnẽ excreſcẽtẽ.

nemo autem ipſo per ſe vtitur. ego verò ad ea quæ dixi vſus ſum, viribus ipſius ex ſaporis qualitate cognitis. quin & ipſa vlcera oculorum ad cicatricem perducit per ſe ſolus tritus, velut paulo antè dixi, ſiue infundatur ſiue ſublinatur. nam & hoc ipſum experimento cognoui.

Lapis ſchiſtos, Galactites, Melitites, Cap. XIIII.

CОnſimilem hæmatitæ, ſed debiliorem vim ſchiſtos, *hoc eſt ſciſſilis*, appellatus lapis, habet. Ad cotē tritus colorem pallidum reddit. Ab eo conſequens eſt Galactites, lactis colorem dilutus reddens. Melitites autem caliditatis cuiuſdā particeps eſt. nam à ſimilitudine ſaporis mellis nomen inuenit. Singuli itaque hi paululum ab hæmatite viribus deſciuerunt, & ad oculos ſimiliter in vſum veniunt, ſed leniores exiſtunt. Leniora autem medicamenta ſemper ſunt inflammatis partibus accommodatiora: verùm debiliora quàm vt depulſa inflāmatione ad perfectam ſanitatem perducere queant.

Communis doctrina de omnibus lapidibus, Cap. XV.

QVVM cōmunis ſit omnibus lapidibus vis ſiccandi, quicunque ex ipſis aut in ſuccum reſoluti, aut aliâs triti, nullam manifeſtam guſtui qualitatem exhibent, eos putandum eſt debiliſsimos eſſe & leuiſſimos, & mordacitatis penitus expertes. Qui verò manifeſtam qualitatē guſtantibus offerunt, iuxta qualitatis proportionem etiam vim habent. ſi quidem enim adſtrinxerint, ad reprimendum & conſtringendum, ſpiſſandúmque ac cogendum commodi erunt: ſi verò momorderint, ad calfaciendum & diſcutiendum ac colliquādum valebunt. Inter hos medii ſunt qui ſolummodo extergent, citra adſtrictionem ac mordacitatem.

Leucographis aut Moroxus, Cap. XVI.

EX lapidum qui in ſuccum reſoluuntur numero eſt & qui in Ægypto naſcitur, quo vtuntur ad lintea illuſtranda, quem alii Moroxum, alii Leucographidem vocant: nam quum ſubuiridis appareat hic, ſi ad cotem affricetur aut aſperius pallium, locum inalbat. Expers eſt autem omniū qualitatum magis quàm prædicti, nō adſtrictionem, neque exterſionem, neque mordacitatem in guſtu exhibens. Vnde hoc tantùm ipſi adeſt quòd citra mordacitatē ſiccat. & propterea cerato ipſum admiſcent, & ad vlcera cicatrice includenda vtuntur in corporibus mollibus. miſcent eundem & ocularibus compoſitionibus. quanto verò mollior eſt & qualitatum magis expers, tanto moderatior & mitior exiſtit.

Galactites, Cap. XVII.

GAlactites quoque conſimilem prædicto colorē ſubuiridem habens, lacteum ſuccum remittit. eſt autem albior leucographide. Mulieres lacte multo implet, ſi à balneo tritum lapidem cum aqua aut vino dulci bibant. miſcetur & ocularibus compoſitionibus. Tradunt, eundē dentientium puerorum collo adalligatum, facilem dentium exortum efficere.

Thyites lapis, Cap. XVIII.

OMnibus relatis lapidibus fortiorem vim habet lapis qui ex Æthiopia apportatur, ſubuiridis aliquo modo velut iaſpis, nominatus Thyites. Dilutus hic ſuccum reddit lactei coloris, ſaporis mordacis, & propterea ſolùm ad repurganda & extergenda ea quæ pupillis tenebras citra inflāmationem offundunt, cōducit. ex quo numero ſunt & recentes oculorum cicatrices, quas attenuare ſolet. exterget & pterygium, oculorum vitium, *vnguem latinis appellatum*, ſi non valde durum exiſtat.

Tecolithos quem Syriacum appellant, Iudaicus lapis, Cap. XIX.

EST & alius lapis fortis facultatis in Syria Palæſtinæ naſcens, colore albus, figura concinnus, lineas habēs velut à torno exſculptas. appellatur Iudaic9 & Tecolithos. Confringit calculos in renibus natos, dilutus in cote & ex aqua calida potus: verùm in veſicæ lapidibus nihil eximii præſtat. Nechepſus tradit hæc verba: Tecolithū lapidem cum aqua terito ad ſordium ſtrigmētitiorum tenuium craſsitudinem, & deraſis circa veſicam ac pubem pilis illinito, & confringet ac liquefaciet calculos in veſica. Vnde & cantilena orta eſt:

A Salue pelagus Arabiæ,
Cladum medelam proferens Inſigniter, tecolithū.

Idem oleo myrteo dilutus podagricis cōmodè illinitur.

Pyrites, Cap. XX.

EST & pyrites ex lapidum numero qui fortem vim habent, colore argento ſimilis, cuius vſus eſt diſcuſſorio emplaſtro admixti, adiicitur ipſi etiā ſchiſtus. hoc pharmacum ſæpe pus, ſæpe & grumoſas concretiones in mediis muſculorum regionibus cōſiſtentes diſcuſsit. Oportet autem lapides qui in vſum vertuntur, omnes læuiſsi-
B mos facere, ac conterere ſimiliter vt eos qui in oculares compoſitiones miſcentur.

Lapis Phrygius, Cap. XXI.

PHrygius lapis fortiter ſiccat, habens quid adſtrictionis ſimulque mordacitatis: vnde & repellit ac diſcutit. ego autem vſto ſemper vſus ſum, ad putredinoſa quidem vlcera aut per ſe, aut cum aceto, aut poſca aut vino mulſo. Ad oculos verò ſiccum ex ipſo facio medicamentum, de quo in opere vbi de compoſitione medicamentorum dicetur, agam.

C

Lapis Ageratus, Cap. XXII.

LApis Ageratus quo coriarii vtuntur, gurgulionem inflammatum euidenter ſanat.

Lapis Aſius & flos ipſius, Cap. XXIII.

EST & lapis Aſius in Aſo naſcens, vnde & nomen inuenit: tofacei coloris ac compagis, friabiliſque ac laxus. innutritur autem in ipſo quippiam ſimile tenuiſſimo pollini qui parietibus molendinorum inhæret. & petræ Aſiæ florem appellant. eſt autem tenuium partium,
D vt humore flaccidas carnes eliquet ac reſiccet, citra fortem mordacitatem. habet & quid ſalſum in ſapore, vt cōiectare liceat generationem ipſius ſalſam eſſe, rore quodā ex mari petræ inſidente, qui poſtea à ſole ſiccetur & obareſcat. Similem flori vim habet & petra in qua naſcitur, ſed efficacia debiliorem.

Gagates, Cap. XXIIII.

ESTque alius quidam lapis colore niger, qui igni admotus, bituminis odorem de ſe præbet. Hunc tradunt reperiri in Lycia circa fluuium Gagen, vnde etiā Ga-
E gates appellatur. Cæterùm ego cruſtaceos & planos lapides nigros, debilem flāmam generantes igni admotos, ex caua Syria attuli propè Hierichūtem, qui nati erant in vertice mortuum mare ambiente, ad partem eius orientalem, vbi & bitumen prouenit, vnde & odorē huiuſmodi acquiſierunt. Vſus ſum autē his ad inflationes genuū diuturnas & ægrè ſanabiles, compoſitionibus ad hoc accidens experimēto cognitis ipſos admiſcens: & ſanè viſi ſunt mihi vim illarum longè efficaciſsimam reddidiſſe. Admiſcui eoſdem & emplaſtro Barbaro appellato, & eua-
F ſit pharmacum manifeſtè amplius ſiccatoriū, vt & ſinus cōmitteret ac contraheret, nō ſolùm cruēta vulnera glutinaret, ad quæ barbarū emplaſtrum maximè cōmodum eſſe creditur. Aiunt gagaten aqua coctum & cum aqua potum, lumbricos expellere: adalligatum autem capitis dolores inueteratos ſedare. Accelerat partum mulieribus ægrè parientibus, ſi parturientis manu contineatur. Admiranda vis gagatæ igni admoti & accenſi, deinde vino extincti exiſtit. nam vinum hoc cardiacis in potu datum, ſtatim ipſos leuat, & ſudore compreſſo & pulſu excitato.
G Alii in puluillum conterunt gagatē lapidem, & per dies ſeptē cū vino colicis exhibent, & penitus malum tollunt. datur in diē drach. vna. quin & poculum ex ipſo ſuffumigant, ex quo cum vino bibendus datur. Idem præſtat efficaciter bitumen quoque potum. fugat ſerpentes ac reptiles beſtias ſuffitus gagates, & menſes ac ſecundas detrahit. deprehendit item ac arguit comitiales morbos. ſtrumas quoque diſſoluit tritus, cōmodis ad ipſas medicamētis admixtus. ſanat & ſedis affectiones, quamleuiſſimè tritus, & vuarum acerbarum ſucco ad tertias decoctus. Quo-
H modo etiam alias omnes corporis fluxiones compeſcere poteſt.

Magnes lapis, ſiue Heraclius, Cap. XXV.

MAgnes lapis, qui & Heracli9 appellatur, cōſimilē hæmatitæ vim habet. participat & attractoria facultate. Tradūt detentū manu chiragricorū ac podagrico-

rum, dolores ipſorũ ſedare. æquè & conuulſis opitulatur.

Smiris, pumex, teſtæ clibani, Cap. XXVI.

SMiris extерſoriam vim habet: dentes itaque mundos facit, ſi ex ea confricentur, velut experientia cognouimus. Et pumex exterſoriam vim habet velut ſmiris. Et figulina teſta eadem vi præſtat, maximè clibanorum. Cæterùm ſmiris etiam acre quippiam habet, & propterea vſtoriis ac ſiccatoriis compoſitionibus miſcetur: item eis quæ curant humore flaccidas gingiuas. Sed & pumex affrictus dentes illuſtrat, non ſolùm extergendo, ſed etiam per aſperitatem. Vſtus autem pumex nihilo inferior eſt ſmiride ad eoſdem vſus. lotus idem poſt vſturam, caua vlcera optimè carne replet. At verò clibanorum teſta, vnà cum extergendi facultate & ſiccatoriam poſſidet. quapropter emplaſtra, hephæſtias & magos, ex hac teſta compoſita, optimè cicatricem vlceribus inducunt.

Lapides in ſpongiis, Cap. XXVII.

LApides etiã qui in ſpõgiis reperiũtur, vim atterẽdi habent, non tamen adeo validam vt veſicæ lapides confringere poſſint: verùm renum calculos comminuunt.

Oſtracites lapis & Geodes. Naxiæ cotis retrimentum, Cap. XXVIII.

OStracitem lapidẽ quoſdam laudare audio, velut qui multam ſiccatoriam vim habeat ex adſtrictione & acrimonia permixtam: quemadmodum & eum qui Geodes appellatur: ita vt dupillas depurget, & mammarũ ac teſtium inflammationes ſanet aqua dilutus. Naxiæ tamen cotis retrimentum frigefactoriam vim habet, vt etiam podagricis opituletur, cum cerato roſaceo adhibitum.

Ophites lapis, Cap. XXIX.

OPhites lapis vſtus extergendi ac atterendi & cõfringẽdi vim habet. quare potus ex vino albo ac tenui, lapides veſicæ confringit. Adalligatus ad viperæ morſus conducit.

Hieracites lapis & Indicus, Cap. XXX.

HIeracites & Indicus lapis hæmorrhoidas reſiccãt dextro femori adalligati, cuius rei & nos periculum fecimus. Diogenes autem de lapidibus libro ſic ait, Lapis hieracites ſubuiridis eſt ad nigredinem vergens, & aliis coloribus reſperſus, vt varius exiſtat. Vim autẽ habet hæmorrhoidas reſiccantem dextro ægri femori adalligatus. Probatio veri hæc eſt: vbi habueris ipſum in manibus, melle manus inunge, & muſcæ non appropinquabũt tibi lapidem ferenti. At verò Indicus colore ſubfuluus eſt, tritus autem purpureum colore ſuccum remittit, & neque denſus neque rarus eſt, & cum vino potus hæmoptoicis prodeſt. Qui verò exalbidi coloris eſt, & cineris imaginem repræſentat, etiam alias ſanguinis eruptiones ſiſtit.

Vitrum, Cap. XXXI.

VItrum tenuiſsimè tritum, ex vino albo tenui potum, veſicæ calculos potenter confringit.

Lapis AEtites, Cap. XXXII.

AEtites lapis agitatus ſonitum edit, velut ex altero lapide prægnans. fœtus vuluarum lubricarum retinet ſiniſtro brachio adalligatus: verùm tempore partus adimendus eſt de brachio & femori adalligandus, pariétque prægnans citra dolorem. Fures deprehendit, ſiquis ipſum in panem qui comeditur imponat: nam qui furtũ fecit, commãſa deuorare nequibit. Tradunt etiam ſimul cum eduliis coctum fures arguere: neque enim poterit fur deuorare quæ cum ipſo cocta ſunt. Tritus autem & cerato Cyprino aut gleucino exceptus, aut alio quopiã calfaciente, magnopere prodeſt arthriticis ac paralyticis.

Alabandicus ſiue Alabandinus lapis, Cap. XXXIII.

ALabandicus coloris ſubnigrantis eſt fuluo admixto, pellucet quaſi ſegmentis quibuſdam aut fiſſuris diſcriminatus. Tritus hic ſuperficiem pilorum alborum nigram efficit.

Electrum ſiue ſuccinum, ſeu lyncurium, Chryſelectrum, Cap. XXXIIII.

ELectrum, quod & ſuccinum & lyncurium appellant, potum dyſenterias ſanat, & ſtomachicis opitulatur. Chryſelectrum quoque cum maſtiche põtum doloribus ſtomachi medetur.

Iaſpis viridis, Cap. XXXV.

VIridis iaſpis proprietate quadam, velut alia quædam, auxiliatur ſtomacho & ori ventris pro amuleto appenſus. Quidam & anulis ipſum includũt, & draconem radios habentem in ipſo ſculpunt, quemadmodum Nechepſus rex ſcripſit. Huius itaque lapidis etiam ego experimentum ingens habeo, & ſanè catenulam ex talibus lapidibus concinnatam de collo ſuſpendi, ea commenſuratione ac modo vt lapides os ventris contingant. Cognoui autem nihil minus valere ac prodeſſe eos qui ſculpturam nõ haberent quam Nechepſus tradidit.

Iaſpis ſubuiridis, Cap. XXXVI.

IAſpis ſubuiridis adalligatus ſtomachi dolores ſedat, & paralyticas reſolutiones ac dolores mitigat. Qui verò capnias appellatur, *hoc eſt fumoſus*, turbulentum valde habens colorem, magna tutela ægrè parientes mulieres aſſeruat. Sed & hydropicis adalligatus commodat, & maxima vulnera ab inflammationibus aſſeruat, eóſque qui vulnerantur dolore liberat itidem adalligatus.

Iaſpachates, Cap. XXXVII.

IAſpachates ex iaſpide ſmaragdeo, & achate compoſitus eſt. Vim habet leniendæ ſitis, & hydropicis auxiliatur, hepaticiſque ac peripneumonicis & pleuriticis potus. corpus quoque floridum ac ſpecioſum facit.

Sapphirus lapis, Cap. XXXVIII.

SApphirus cum lacte tritus potus, omnes internas vlcerationes ſanat, & ſudores ſedat. Externas vlcerationes omnes idem cum lacte illitus curat. fiſſuras quoque linguæ aridus tritus inſperſus ſanat. In ſumma ſiccatoriam vim habet.

Smaragdus lapis, Cap. XXXIX.

SMaragdus aſſatus & tritus cum melle Attico permixtus oculorum hebetudines ſanat: cum melle verò & gummi illitus, elephantiaſi laborantibus vtiliſſimus eſt. idem quoque potus ab eo malo in totum liberat. ſiſtit & ſanguinem vndecunque feratur.

De metallicis, & quæ ex aqua generantur, Cap. XL.

MEtallica appellare mos eſt medicis ea quorum generatio in metallis eſt, ſiue ſponte naturæ, ſiue per fornacem producantur. in ſupérque tertii generis quæ rurſus ex illis ipſis homines ſuo ingenio faciunt, velut eſt ceruſſa, ærugo, ſandyx, & ſimilia. Itaque conſequẽter de omnibus iuxta literarum Græcarum ordinem trademus.

Adarces, Cap. XLI.

ADarces acerrimus ac calidiſſimus eſt. quapropter hebetantibus vim ipſius miſcetur, & ſic multi vſus fit, affectionibus calfieri indigẽtibus forinſecus admot⁹.

Alcyonia, Cap. XLII.

ALcyonia omnia abſtergent ac diſcutiunt, habéntque acrem qualitatem, aliqua magis, aliqua minus. Quod ex hoc genere Aſperum appellatur, externam ſuperficiem læuem habet, & internam ſubſtantiam aſperam: éſtque calidiſſimum omnium Alcyoniorum, vt etiam pilos exurere poſſit. quapropter ad lepras, vitiligines, ſcabies ac impetigines, aliis mitioribus medicamentis vtimur. Nam aſperum alcyonium non ſolùm exterget ac repurgat cutem, ſed etiam excoriat ac vlcerat. Quod verò Mileſium vocatur, figura vermi ſimile, purpurei coloris, & compage ſubſtantiæ molli omnium tenuiſſimum eſt. quare vſtum alopecias ſanat, cum vino fuluo ac tenui illitum.

Ales, *id eſt ſal*, Cap. XLIII.

SAL omnis, & foſſilis & marinus, eandem in genere vim habet: differentia in eo eſt, quòd ex terra effoſſi ſubſtantia magis ſit coacta: quapropter craſſitudo partiũ & vis adſtringendi, in hoc maior exiſtit. Foſſilis generis optimus eſt Ammoniacus & Cappadocicus. At verò marino ſpecie ſimilis eſt qui in quibuſdam ſtagnis generatur. Omnis tamen ſal in cõmuni calfacit, diſcutit, adſtringit, ſiccat, cogit ac dẽſat ſubſtantiã corporũ quibus adhibetur. Nã quicquid eſt in corporib⁹ humiditatis idipſum

depaſcitur,& quod reliquum eſt ſolidæ ſubſtantiæ, vi adſtrictoria ſpiſſat.vnde & ſiccant, & incorrupta adſeruant, quæ ob ſuperfluam humiditatem putreſcere ſolent.

Sal vſtus, Cap. XLIIII.

SAL vſtus diſcuſſoriā vim magis habet quàm non vſtus,quanto ſanè tenuius corpus ex vſtura acquirit.non tamen ſimiliter vt non vſta cogere ac denſare ſolidā ſubſtantiam valet.

Salis flos, Cap. XLV.

SAlis flos cōpage quidem liquidus eſt,colore verò croceus:partium tenuitate vſtum ſalem ſuperat, & acrem qualitatem ac vim multùm diſcuſſoriam habet. Colligitur ſub æſtum caniculæ. eſt enim velut flos quidam talibus aquis ſuperſtans.

Salis ſpuma, Cap. XLVI.

SAlis ſpuma,ſpumoſus quidam floſculus ſalis eſt, vicinis petris adhærens.multo autem tenuiorum partium naturam habet quàm ipſe ſal:quare & attenuare & diſcutere multo magis poteſt. verùm quod reliquum eſt ſubſtantiæ denſare velut ſal non poteſt.

Armeniacum pictorum, Cap.XLVII.

ARmeniacum quo pictores vtuntur, ex Armenia apportatur:vnde quoque bolus Armeniæ, de quo dictum eſt,affertur. Vim habet Armeniacum exterſoriam cum modica acrimonia & pauciſſima adſtrictione.Itaq; quum tale ſit,ocularibus medicamētis admiſcetur. quin & ipſū per ſe terunt in tenuiſsimū puluillum, vtunturq; ſicco ad augmentū pilorum in ſuperciliis, vbi ob quandam humorum acrimoniam aliqui ipſorum excidunt:aliqui verò non augeſcunt,ſed ob alimenti inopiam marceſcunt.nam acrimonia conſumpta, particulam ad naturalem habitum reducit: etenim vitioſo humore cōſumpto,natura ad proprias actiones redit, quum nihil ſit amplius quod ei impedimento ſit. Nechepſus de eo ſic tradit: Armenium quo pictores vtuntur,duodecima drach. parte melancholicis & craſſum ſanguinem habentibus dato.Datur & pueris pectoris morbo infeſtatis. reuomūt enim:nam vomitorium exiſtit. Datur & morbo ſacro ob noxiis ac furioſis,hoc modo:Centaurii faſciculos manipulares tres in aquæ marinæ heminis tribus coquito,donec vna ſuperſit, & cum excolato decocto Armuthei lapidis, quem *Græci* Armenium vocant, tertiam drachmæ partem terito,ac confidenter exhibeto. nihil enim periculi eſt.Itaque noſſe operæpretium eſt quòd Armenium penitus reuomitur,nihil memorabile ſurſum efferēs, ſed & infernè modicum quid paulatim, & in pluribus ſeceſſibus effert.

Arſenicum,*id eſt auripigmentum*, Cap. XLVIII.

ARſenicum vſtoriam vim habet tum vſtum,tum non vſtum:manifeſtum eſt autem quòd vſtum tenuiorū partium euadit.

Aſphaltus,*i. bitumen*, Cap. XLIX.

BItumē ex numero eorum eſt quæ in aqua marina aut conſimili generantur. optimum eſt quod in mortuo mari iuxta Hierichūtem prouenit. Vis eſt omni bitumini ſiccatoria ac calfactoria ordine ſecūdo. meritò itaque ad cruēta vulnera glutinanda adhibetur, itémq; ad alia quæ ſiccari expetunt cum moderata calfactione. quapropter in teneſmi ad egerendum irritamentis, in quibus pituita craſſa infarta eſt vt ægrè auelli queat,ipſius vtimur ſuffitu.Similiter & ad dyſentericos ex tali cauſa inteſtinis vlceratis.Potum bitumen nucis Ponticæ aut fabæ magnitudine,cum vino tritum,cardiacis qui animo linquuntur magnopere eueſtigio prodeſt: maximè autem fœminis & pueris & corporibus mollibus conducit. eodem modo datum & quartana citius liberat.Experimento conſtat vis eius poti ex aqua, in iis qui à rabioſo cane morſi ſunt. præſeruat enim eos ne in timorē aquæ delabantur,& eos qui iam inciderunt conſeruat.

Aphronitrum,& litri ſpuma, Cap. L.

APhronitrum,*hoc eſt nitri ſpuma*, & litri ſpuma inter ſe differunt,quòd litri ſpuma medicamentū eſt magis ſiccatoriū,aſpectu farinæ triticeæ ſimile. nam alba quoque exiſtit. aphronitrū autē non farinoſum neque diſſolutum,ſed cōpactum eſt.Differt autē à ſale aphronitrum, A inquantū vnū ſolum prædominantē ſaporem manifeſtè in ipſo videre eſt,amarum videlicet,qui diſcuſſoriā vim habet,denſatoriā verò non habet, quēadmodum ſal poſſidet.Aphronitrum itaque exterſoriam vim habet, vt nō ſolùm ſordes depurget,ſed pruritum quoque ſanet: at verò litri ſpuma eandem vim quā litrum habet,ſed tenuiorum partium exiſtit.

Gypſum, Cap. LI.

GYpſum vnà cum ſiccatoria facultate vim quoq; obducēdi meatus aſſumpſit. lapideſcit enim aqua maB ceratum: quapropter puluillo farinæ triticeæ molendini parietibus adhærenti mixtum,& oui cādido ſubactū, ac pilis leporinis exceptum ſanguinis eruptiones præclarè ſiſtit.

Diphryges, Cap. LII.

DIphryges mixtam facultatem adſtringentē cum acrimonia habet: quapropter & malignorum vlcerum bonum medicamentum eſt, & ad putredinoſa oris vlcera,tum per ſe,tum cum melle deſpumato. Item ad anginam, maximè vbi iam per adſtringentia humorum influC xus fuerit repreſſus. quin & gurgulione reſecto, ipſo ſolo mox vſque ad cicatricē inductam ſæpe vſus ſum, vtpote pharmaco omnia vlcera exactè cicatrice includente.

Diaphanes,*id eſt lapis ſpecularis*, Cap. LIII.

DIaphanes ſiue lapis ſpecularis appellatus, vſtus tritus fiſtuloſis vlceribus inſperſus celerrimè incarnat.

Theion,*id eſt ſulphur*, Cap. LIIII.

SVlphur omne vim attractoriam habet, temperamēto calidum,ſubſtantia tenuium partium exiſtens,vt & ad multa venenum eiaculantia animalia reſiſtat. ego autem D & ad paſtinacæ marinæ & draconis morſus ac ictus eo ſæpe vſus ſum,arido vulneri inſperſo, aliquando etiam ſaliua admixta,aliquando oleo vetere aut melle aut terebinthina.ſed & ſcabies ac lepras & impetigines ſæpe cum eo curaui addita terebinthina. deterit enim tales affectus, nec materiam in altū repellit,quēadmodum multa medicamenta faciunt.

Ios xyſtos,*id eſt ærugo raſa*, Cap. LV.

AErugo raſa acrem qualitatem habet, diſcutitque ac conſumit & liquefacit omnem carnem. quòd ſi ad multam ceram admiſceatur, exterſorium & cicatricem E inducens pharmacum euadit.

Ærugo vermiculata, Cap. LVI.

AEruginem vermiculatam ita facies: In pilam Cyprii æris, quæ & piſtillum æreum habeat,aceti albi acris dimidiam heminā infundito,& in ſole terito donec ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem acquirat: deinde aluminis rotundi drach.I. & ſalis foſſilis pellucidi albique ac ſolidi drach.I.addito, aut ſi hoc non adſit, nitri tantundem, & poſtea ad ſolem ſub caniculæ æſtum terito,donec colore F æruginoſum,compage verò ſtrigmētoſum euadat: atque ſic ad vermicularem figuram effingito,ac reponito.Efficacior fit ærugo:ſi aceti partem vnam,vrinæ veteris duas contriueris.

Cadmia, Cap. LVII.

CAdmia optima eſt botryitis. Vim habet omnis cadmia ſiccatoriam,participans & exterſoria.In caliditatis ac frigiditatis differentia moderata eſt. Vſta verò & lota medicamentum ſiccans & extergens citra mordacitatem euadit,ad vlcera explēda tum oculorum: tum totius G corporis commodum.

Cyanus, Cap. LVIII.

CYanus acrem & diſcuſſoriam ac demolientem conſumentémque carnem vim habet, participat & adſtrictoria.

Lepis(*i. ſquama*)æris ac ferri, Cap. LIX.

SQuama alia æris eſt(quæ ſanè helitis vocatur)alia ferri. Helitis itaque in ſiccando primas habet, vtpote tenuiorum partium, & quæ aliquid æruginis aſſumpſit: verùm ferri ſquama maiore adſtringendi vi participat, H atque ea adhuc amplius ferri ſtomomatis appellati, *hoc eſt chalybis, ſiue in aciem efformati*. quapropter hæ ambæ ad maligna vlcera meliores quàm ſquama æris exiſtunt. Æris autem ſquama conſumit & eliquat carnes.Omnes verò ſquamæ multùm mordaces ſunt.

Lithargyros, *id eſt argenti ſpuma,* Cap. LX.

ARgēti ſpuma moderatè ſiccat, quemadmodū alia omnia conſimilia. calfacit quoque partímque perfrigerat, ac extergetatque hæc omnia moderatè facit. Qua propter velut materia ſæpe ipſa vtimur, eámque aliis admiſcemus,quemadmodum etiam cara velut materia quadam vtimur.

Litrum, Cap. LXI.

LItrum inter aphronitrum & ſalem mediam vim habet: vſtum autem ad ſpumæ litri ſubſtātiam propè accedit.Siccat itaque & diſcutit, & ſi quidem intra corpus ſumatur, ſecat & attenuat craſſos ac viſcoſos humores, multo magis quàm ſal. Aphronitrum autem niſi magna vrgente neceſſitate, nemo deuorarit, vt quod ſtomacho incommodum exiſtat. Et tamen ruralis quidam in ſtrangulatu fungorum ipſo vtebatur magno ſucceſſu.

Melanteria, Cap. LXII.

MElanteria medicamentum adſtringens eſt,ſimúlque tenuium partium ferè omnium maximè pharmacorum quæ adſtringunt.

Melan,*id eſt atramentum ſcriptorium,*

Cap. LXIII.

ATramentum ſcriptorium abundè ſiccat aqua dilutū aut potius poſca, & ambuſtis eueſtigio illitū poteſt.

Miſy,Sori,& Chalcitis, Cap. LXIIII.

IVxta Cypri metallum in Solorum montibus; magna quædam domus erat in monte effoſſa, iuxta cuius dextrum parietem, ad ingredientes verò ſiniſtrum, introitus erat ad ipſum metallum, in quo quaſdam vidi plurimùm extentas velut zonas alternatim poſitas tres numero,infimam quidem ſoreos,ſuprà ipſum chalcitidis,deinde miſyos.Et progreſſu ſanè temporis chalcitis paulatim tranſmutatur in miſy, & diutiore adhuc tempore poteſt etiam ſori in chalcitidem permutari. quare nihil miri eſt tria hæc eiuſdem generis vim habere, & tenuitate ac craſſitudine partium tantùm differre. Craſſiſſimarum enim partium inter ipſa eſt ſori, tenuiſſimarum miſy,mediam verò inter ambo vim chalcitis poſſidet.Vſta hæc tenuiorum partium fiunt, ſed minus adſtringunt.

Molibdæna ,*id eſt plumbago,* Cap. LXV.

MOlibdæna ſiue plumbago ſimilem argenti ſpumæ vim habet ad frigiditatem vergentem, ſed neque exterſoriæ facultatis particeps eſt.

Molibdos,*id eſt plumbum,* Cap. LXVI.

PLumbum vim habet frigefactoriam. nam liquidam ſubſtantiam poſſidet à frigiditate coactam: vnde & mole & pondere augeſcit plumbum, in domibus ſubterraneis turbidum aerem habentibus repoſitum. Itaque ſi pilam plumbeam vnà cum piſtillo plumbeo paraueris, & in ipſam vinum tenui, & oleum roſaceum, aut myrteū, aut melinum infuderis, & ad ſolem ſiue ignem triueris, vt ſuccum quendam plumbum remittat,optimum pharmacum habebis,ſi eo ſucco ad ſedis inflammationes vlceratas,aut pudendorum,aut teſtium,aut mammarum vteris,Item ad omnes influxiones quæ inguinibus, aut pedibus,aut aliis articulis incumbunt. Eſt & mirabile medicamentum ad maligna & cancroſa vlcera. Ad multos vſus idem commodum erit,ſi ex adſtringentibus ac perfrigerantibus ſuccum aliquem addideris,velut eſt ſeridis, cotyledonis,ſemperuiui,portulacæ,pſyllii,vuæ acerbæ.Quæcunque verò ex his ſuccum nō facilè remittūt, velut portulaca,his aliorum ſuccum admiſcere oportet,velut vuæ acerbæ.Lamina porrò ex plumbo facta & lumbis impoſita veneris impet⁹ cohibet in iis qui exercitare ſe volūt. At verò vſtum & lotum plumbum, ad maligna vlcera, & chironia & canceroſa optimum pharmacum eſt cicatricem inducens tum per ſe,tum aliis admixtum.

Pompholyx, Cap. LXVII.

POmpholyx lota ferè omnium primas obtinet quæ citra mordacitatē ſiccant. Vnde ad cācroſa vlcera cōmoda eſt, & alia omnia maligna, & corroſas dentium gingiuas.

Rhoidarii præparatio, Cap. LXVIII.

RHoidarium variè præparatur. Optimus modus hic eſt:Rhun olus accipito,& in aqua macerato,& lapi-

A dem cupholithō appellatum terito,rhois cremore affuſos ſiccari ſinito: deinde anchuſæ radicem cum oleo coquito donec oleum ruffeſcat,& ex oleo parum addito ac terito,& ad dies quindecim ſiccari ſinito,& tunc rurſus ex cremore rhois affundito ac ſiccari ſinito. deinde in vas teſtaceum mittito,obturato ac aſſato, & erit bonū rhoidarium. cæterùm cupholithos à Cæſarea Palæſtinæ affertur. Qui cupholitho carent,calce viua ad medicamētum præparandum vtuntur.

Sandaracha, Cap. LXIX.

B SAndaracha vſtoriam vim habet velut arſenicum: vnde in compoſitiones diſcuſſorias & exterſorias ipſam admiſcent.

Sandyx quæ & Syricum, Cap. LXX.

DE Sandyce ſiue Syrico,vbi de ceruſſa agemus, dicetur.

Scoria, Cap. LXXI.

SCoria omnis multùm ſiccat.Si itaque ferri ſcoriam ſiue recrementum quamleuiſſimè contriueris in acerrimo aceto,& poſtea coxeris, pharmacum maximè ſiccatorium ad inueteratas aurium purulentias habebis. at
C verò argenti ſcoria appellatur helcyſma, itidem ſiccandi vim habens.

Stibium, Cap. LXXII.

STibium vltra ſiccatoriam vim omnibus metallicis cōmunē,habet & adſtrictoriam facultatem: quapropter & ocularibus medicamentis admiſcetur.

Spongia, Cap. LXXIII.

SPongia pice liquida ac bitumine imbuta & vſta, acrē & diſcuſſoriam vim habet,ſanguinémque ſiſtit.ſpon-
D gia noua aqua frigida aut poſca aut vino madefacta, pro corporum videlicet differentia, vulnera cruēta glutinat, velut alia ad hanc rem idonea medicamenta.

Stypteria,*id eſt alumen,* Cap. LXXIIII.

ALumen omne vehementiſſimam adſtringendi vim habet.Sciſſile omnium maximè ſubtilium partium eſt: deinde rotundum. craſſarum partium eſt liquidum, itémque cruſtaceum ac laterarium. placitin & plinthitin *Græci* appellant.

Titanos,*id eſt Calx,* Cap. LXXV.

E CAlx viua vehementer vrit vt cruſtam inducat.extincta,eueſtigio quidem & ipſa cruſtam infligit: verùm poſt vnam aut alteram diem,& minus vrit,& minus cruſtam inducit,& progreſſu temporis penitus cruſtam non infligit.calfacit tamen adhuc & carnes conſumit. ſi verò lauetur,mordacitatem deponit,& lixiuium facit:ipſa verò citra mordacitatē ſiccat.& ſi bis aut ter aut pluries lauetur,penitus lenis euadit, & generoſè citra mordacitatē ſiccat.

Phycos,*id eſt Fucus,* Cap. LXXVI.

F DE fuco referam vbi de ceruſſa tractabo.

Chalcanthus,*i. atramentum ſutorium,*

Cap. LXXVII.

DE hoc pharmaco meritò mirari licet, quomodo fortiſſimæ adſtrictioni caliditas non ignaua in ipſo mixta ſit: quare manifeſtum eſt quòd omnium maximè humidas carnes ſiccare poteſt,humiditatē calore conſumens,adſtrictione verò denſans ac ſpiſſans ſubſtantiā. Fit & hoc in Cypro prope locum vbi miſy, chalcitis ac ſori reperiuntur, vt ex his intelligi poſſit aquam pluuialem
G per collem illum excolatam,omnem illam terrā circumluere ac abluere.Vidi autē hanc paulatim coaceruari quotidie in lacu quodam,& erat ſanè tepida ac viridis, chalcitidem & æruginē odore repræſentans. Quidam autem ipſam exhaurientes aquam,in vrnas quadrangulares fictiles trāſfundunt, in quibus plurimis diebus coacta ac denſata chalcanthus fit: verùm temporis progreſſu etiā chalcanthus in chalcitidem tranſit.

Chalcitis, Cap. LXXVIII.

DE chalcitide iā dixim⁹ vbi de miſy egimus:nūc ſatis
H eſt illud tātùm dicere,quòd adſtrictoriā & acrē vim mixtam habet. Prædominatur autem acris, vehemens adeo exiſtens vt & carnem inurat,& cruſtam inducat. Vſta chalcitis mordet quidem minus,ſed nō minus ſiccat: deponit & adſtrictionis nonnihil: quare penitus melior eſt vſta chalcitis quàm non vſta, tenuiorum partium velut

alia vſta euadens,acrimoniam autem nō aſſumens: nam quæ natura acria ſunt,vſta mitiora fiunt: reliqua acriora. Lota inſuper chalcitis adhuc lenior euadit.

Chalcos,AEs vſtum, Cap. LXXIX.

AES vſtum habet quiddam acre in ſe , ſed & adſtrictionis particeps eſt. & propterea ſi lauetur optimū pharmacum eſt ad vlcera cicatrice includenda.verùm ante vſturam,in his qui duras carnes habent vſus eius aſſumitur.

Chalcu anthos,*id eſt* AE*ris flos*, Cap. LXXX.

AEris flos tenuiorum partium vim habet quàm æs vſtum, & ſquama æris.participat exterſoria vi: vnde ad magnas aſperitudines palpebrarum conducit:ſycoſes *Græci* appellant.

Chryſocolla, Cap. LXXXI.

CHryſocolla ex eorum numero eſt quæ carnes eliquāt, non tamen fortiter mordet, diſcuſſoria vtique ſatis eſt & ſiccatoria.quidam eam ſolam ita appellant quæ inter metalla reperitur:verùm præſtat arte parata,in pila ænea æris rubri,piſtillo quoque ſimiliter æreo,vrina pueri impubis addita, ita vt diutius in ſole calido teratur. nam quod inter terendū reſoluitur,id ſiccatum cōmodiſsimū medicamentum fit vlceribus malignis,tum per ſe, tum idoneis ad eandem rem pharmacis admixtum.

Pſimmythium,*id eſt Ceruſſa*,Syricum,Sandyx, Fucus, Cap. LXXXII.

CEruſſa ex plumbo acri aceto diſſoluto paratur , & tamen neque acris neque mordax eſt, neque diſcuſſoria:ſed & meatus obducit & perfrigerat. Vſta autem pura ceruſſa in id quod Syricum appellatur tranſit,(medici ſandycem nominant) & vſta quidem ceruſſa tenuiorum partium euadit,non tamen calfactoria.at verò fucus frigiditatem ceruſſæ ſeruans, partium ſubtilitatem inſuper aſſumpſit, vt per ipſam in altū corporū penetrare queat.

Pſoricum, Cap. LXXXIII.

PSoricum fit dupla chalcitide ad argenti ſpumam admixta,ita vt hæc primùm acerrimo aceto terantur: deinde in ollam nouam indantur, quæ media æſtate per dies quadraginta in ſterquilinio defoditur.Hoc medicamentum magis ſiccatorium, & minus mordax fit quàm chalcitis.palam eſt autē quòd & tenuiorū partiū euadit.

De materia medica ex animalibus, Cap. LXXXIIII.

PLantarū materia explicata,non omni videlicet per totum terrarū orbem,ſed quantæ nos experientiā habemus:imò & terrea & lapidea materia medica enumerata. ſupereſt adhuc materiā ex animalibus perſequi,ſiue ea in aqua ſiue in terra vitam degant.Quēadmodum autem in plantarū materia,etiā de ſuccis qui ex ipſis fiunt mentionē fecimus,ſic etiā nunc nō ſolùm ſolidarū in animātib⁹ partiū vim trademus,ſed etiā in ipſis contentorū, velut ſanguinis,bilis,vrinæ,ſtercoris,& ſimiliū: relictis tamen abominandis ac deteſtandis,& quibuſdam lege prohibitis,de quibus cū alii quidā, tum Xenocrates ſcripſit, velut eſt,homines comedere,vrinas bibere,ac menſes muliebres,& ſimilia.imò relictis quoque medicamētis certa morborum genera inducentibus , itémque cōpoſitionibus venenoſorū pharmacorū.Qui enim talia ſcribunt, non minori ſed maiori odio digni ſunt quàm qui perpetrant, quanto maior iniuria eſt cū multis malū aliquod, quàm vnū ſolum perpetrare , & cum actore quidē flagitioſarū ſpeculationū experientia cōmoritur : ſcribētium verò malefactum immortale eſt,arma malitiæ improbis ſuppeditans.Dicemus itaque nos de cōmodis hominibus rebus,quarū experientiam habemus,& ſanè primùm humorum in animalibus mentionem faciemus.

De ſanguine, Cap. LXXXV.

COlumbinum ſanguinem ſolent ii qui oſſa capitis fracta perforant,craſſæ mēbranæ infundere,quòd ſi colūbinus nō adſit,palūbi aut turturis ſanguine vti licebit. Quidam & ad ſugillatos oculos eodem vtuntur calido iuſtillato de recèns mactato animali , aut de venis alarum diſſectis.Ego verò ſexcentos vidi oſſibus capitis perforatos, & nihil læſos ex roſacei vſu , citra ſanguinem columbinum . Sunt autem & ſugillatorum oculorum medicamina multa ex collyriorum genere & ma-

A ximè Damocratis ex myrrha. item quod ex thure cōſtat, & quod ex croco . Sed & fænigræci ſuccus in hunc vſum potior eſt ſanguine columbino. At verò caprinum ſanguinem quidam hydropicis pharmaci loco dederunt, & ad ventris fluxiones aut dyſenterias eodem aſſato vſi ſunt.Hircinum quoque ſanguinem aliqui ſiccatum & aliis ad hanc rem commodis admixtum , calculoſis exhibent.Itaque licebit ruri degenti & aliis auxiliis carenti,etiam in hunc vſum vertere. nam experientia periculo vacat.Quin & hœdinus ſanguis in vſum venit,de quo Xeno B crates ſic ſcripſit:Hœdinus ſanguis ſpuentibus ſanguinem valdè commodus eſt.Oportet autem nondum congelato dimidiæ heminæ menſura, aceti acerrimi tantundem admiſcere:deinde feruefactum in tres partes diuidere,& ſingulis diebus partem vnam abſorbendam præbere . Veſpertilionum porrò & ranarum ac ricinorum ſanguine pilos extirpare falſum reperi,quum experientia id explorarem . Quemadmodum etiam aliorum animalium ſanguinis vanas promiſſiones comperi,& partim experiri ne tentaui quidem,quum pharmaca haberem aptiora & pa- C rabiliora ad ſingulos affectus. cauebam autem ſimul ne præſtigiatoris opinionem incurrerem.

De *la*cte,ex Rufo & Galeno, Cap. LXXXVI.

DVplex lactis vtilitas eſt , altera vt alimenti , altera vt medicamenti.Saluberrimum eſt lac purum ac ſyncerū,neque amaritudinis,neque aciditatis,neque ſalſedinis, neq; acrimoniæ, neque graueolētiæ particeps, ſed, vt ita dixerim, odoratū,aut odoris expers:aut,ſi quidē modicè doratū fuerit, palàm eſt quòd & guſtātibus dulce erit,vt- D pote modicæ dulcedinis particeps. primùm autem differētias ipſius conſiderare oportet.

De lactis differentia, Cap. LXXXVII.

QVantum natura inter ſe diſtant vacca & equa ac alia animalia,tantum & lac ipſorum inter ſe differt. Bubulum enim craſſiſſimum eſt ac pinguiſſimum,commodéque nutrit ac partes ſubit. Liquidiſſimum autem & tenuiſſimum ac minimè pingue camelinum eſt , & ventrem minus ſubit , quanuis multum ſeri habeat. Sed vice verſa equinum magis aluo ſecedit,ſimiliter & aſininum, E quod minimum pinguis ſucci poſſidet : quapropter etiam raro in ventre in caſeum mutatur. Caprinum moderatam compagem habet, & ad purgandum debilius bubulo eſt. de cætero æquè commodum & multum nutriēs.Ouillum hoc craſſius eſt,verùm vitiligines albas ſub cute inducere ſolet ſiquis aſſiduè ipſo vtatur. Suillū craſſiſſimum eſt,vt neque coagulo opus ſit ad id coagulādū, & ſerum modicum ſecernat, & in coctura celerrimè coeat.Quare nec ad alui excretionem commodum eſt,& vētriculo nauſeam mouet.

F De lactis differentia ab animalium habitu, Cap. LXXXVIII.

MAnifeſtum eſt autem quòd omne ſanum animal melius lac quàm morbidum præbet. At verò morbos animalium ex tenuitate cutis deprehendere licet, & pili raritate,tuberculis,impetigine,ſcabie & inedia. Nigriora quoque in brutis ferè in totum fortiora ſunt:quod & carnes ipſorum teſtantur,vtpote iucundiores:alba cōtrà,imbecilliora.

De lactis differentia à temporibus anni, G Cap. LXXXIX.

IVxta anni tempora liquidiſſimū & tenuiſſimum eſt lac vernum,hoc eſt poſt partum.ſpiſſatur autem temporis progreſſu , vt media æſtate ſiccius ac craſſius reddatur. Laudatur æſtiuum vt cōcoctu facilius, & iucundi odoris.

De lactis differentia à pabulo, Cap. XC.

QVIN & circa pabulum plurima differentia in lacte reperitur. Nam alias aliam herbam animalia depaſcuntur.& viridis quidem herba,& iuxta aquas naſcens,liquidius & modicum lac ſuggerit. Durior verò & mon- H tana,apta eſt ad boni ac multi lactis generationē. Omnia pabula adſtringentia , acerbum & aluum ſiſtens lac præbent. Acria verò & præſertim purgantia, velut eſt ſcammonium,& veratrum, & tithymali , ventrem turbans lac exhibent. cytiſus autem pingue ac dulce.

De lactis differentia ab ætate, Cap. XCI.

ANimalium in vigore ætatis conſiſtentium lac optimum eſt. iuniorum liquidius, ſeniorum ſiccius.

Quibus lac conueniat, Cap. XCII.

EX omnibus ferè eduliis optimum lac optimi ſucci eſt ac alimenti ex contrariis ſubſtantiis ac facultatibus compoſitum, ſubducente ac ſiſtente aluum, obturante ac attenuante. Et ſanè vbi qualitas ipſius nihil contrarium vtentis naturæ habuerit; & viſcerum ipſius exitus ob vaſorum amplitudinem ſpatioſi fuerint, vtilitas ex lacte cõſequetur, & nihil mali ille ex eo experietur. Vtilitates autẽ lactis etiam veteres medici recenſuerunt: ventris moderatam ſubductionem, ſucci bonitatem, & alimoniã; & quod concoctum probè carnem meliorem reddit; & mordaces ſuccos expurgat. Vnde in vrinæ difficultate, & acri egeſtione alui, non ſolùm bibere conducit, ſed etiam infernè per clyſterem infundere. Ad acres enim & mordaces fluxiones commodiſſimum eſt, non ſolùm abluẽs ipſas de partibus infeſtatis, atque hoc per exterſoriam humiditatem, quam in ſeroſa ſui parte complectitur, ſed etiam craſſitie ac pinguedine ſua corporibus oblitum ac inductum, non ſinit fluxum acrem nudis ipſis allabi. Ad pulmonis itaque ac inteſtinorum vlcera, item renũ, veſicæ ac vteri, & ad papularum eruptiones, ac furunculos, & alias cutis aſperitudines, conuenientiſſimum eſt in potu. Item ad eos qui cantharidas hauſerunt, aut bupreſtin, & in ſumma ad medicamenta erodentia ac exulcerantia, & ad hyoſcyamum velut peculiare remedium eſt: nam ſtatim reſipiſcere affectos facit. Cæterùm in gutturis exulcerationibus, quæ cum ob alias multas cauſas, tum ex anginis fiũt & iis qui ephemerum ſumpſerunt, lac gargariſſare conducit. Idem potum magnopere prodeſt alimentum non ſentientibus, & ſiccioribus, ac qui ægrè vires recolligunt. Cõmodum eſt & ad oculorum fluxiones acres, & ad oculos ſugillatos: quin & forinſecus palpebris impoſitum lippiẽtium, vbi dormire volent, cum roſaceo & oui candido inflammationes ipſorum concoquit. Eodem modo vtimur & vbi ſedis vlcera mitigare volumus, propter acres ſeroſos humores ac inflammationes dolore affecta, ſimiliterque ad pudendorum vlcera, & in ſumma ad omnia lenimento opus habentia, ob inflammationem, aut mordacitatem, aut vlceris malignitatem. Quapropter & canceroſis adhibetur vlceribus in medicamenta dolorem eximẽtia admixtum: qualia maximè ſunt quæ ex pompholyge fiunt. In vniuerſum igitur mitigatorium eſt lac, leuem naturam habens, atque multo magis, vbi ſeroſi humoris maior pars per cocturã, aut aliam artẽ fuerit conſumpta.

De modo, tempore, ac menſura vtendi lactis, Cap. XCIII.

OMnis qui lac bibere volet, à reliquis cibis ac potibus abſtineat, donec concoctum ſit ac ſeceſſerit: ſi enim ante eius concoctionem alium cibum quis ſumat, neceſſe eſt & ipſum lac corrumpi, ſimùlque corrumpi & cibum qui ſuperingeſtus eſt. Præſtat autem manè bibere recèns mulctum, & tunc plures labores detrahere, quietè ac ſenſim ambulare, & interim ceſſare citra ſomni admiſſionẽ. Qui enim hoc modo ſe geſſerit, potum lac excernet, idque inutilia ſecum educet. Opus eſt enim ſiquid aliud, primũ acceptum ſecedere, quo facto aliud bibere. principiò igitur ſecedit aluo commodè purgans, non totam corporis molẽ, ſed quæ in aluo & inteſtinis ſunt partibúſq; vicinis. Poſt hæc iam in venas defertur optiméque nutrit, & nõ amplius ſecedit, ſed ventrem ſiſtit. Menſuram ſumendi definire omnibus impoſſibile eſt, quemadmodum in aliis quoque eduliis, ſatis eſt igitur quantum facilè quiſque ferat. Cæterùm ad mordaces humores & maximè infartos, cum modico melle bibere conducit. nam ſic & vtilius & magis exterſorium eſt, & citius aluo ſecedit. admiſcenda eſt & ſapa & vinum dulce. Ita enim commodius ſtomacho euadit. quòd ſi ſalem accipiat, magis etiam aluo ſecedit, ſed iniucundius exiſtit.

Quibus lac noceat, Cap. XCIIII.

LAC quod plurimum ſeri habet, periculo maximè vacat, etiam ſiquis ſemper ipſo vtatur. quod verò modicum ſeroſi humoris; non parum autem caſeoſæ craſſitudinis habet, non ſecuri vſus omnibus eſt, qui frequenter id ſumunt. Renes enim lædit qui apti ſunt ad calculorum generationem. obturationes quoque & affectiones circa hepar efficit, in his qui promptè affici poſſunt. Eiuſmodi ſunt quibus anguſti fines ſunt vaſorum tranſumentium alimẽtum ex ſima hepatis parte in gibboſam. Sed neque capiti commodum eſt, niſi quis ipſum valde validum habeat. Quemadmodum neque præcordiis quæ facilè inflãtur, pleriſque omnibus enim in ventre inflatur, vt pauciſſimi ſint qui non hoc perpetiantur. Aſſiduus quoque eius vſus dentes lædit, vnà cum circunſita carne gingiuarum: hanc enim humore flaccidam efficit: dentes verò putredini & eroſioni obnoxios facit, id quod craſſiori lacti maximè ineſt. Nam aſininum lac propterea quòd valde tenue exiſtit, non ſolùm non lædit dentes, ſed etiam ipſis commodat, propter vim extergendi. Oportet itaque ab eſu lactis, vino mulſo aqua diluto dentes colluere: ita enim omne caſeoſum dentibus ac gingiuis infartum extergetur. Cæterùm qui caput non facilè læſioni expoſitum habent, commodius eſt vino mulſo meraco citra aquæ mixturã os colluere.

De lactis coctura, Cap. XCV.

SIquis præcocto lacte ſerum conſumpſerit, omnino vẽtrem non ſubducit. dant autem hoc ipſum iis quibus venter ac inteſtina ab acribus ſuperfluitatibus mordentur, & qui ieiunum inteſtinum bilioſis fluxionibus infeſtatum habent, & dyſentericis. Modus præparandi duplex: aut enim diutius cocto lacte ſerum inſumitur, aut ſilicibus iniectis: ſed quod per ſilices iniectos fit, craſſius præparatur, & propterea vitioſius euadit, cum aliâs, tum quòd cinis ex ignitis lapidibus lacti commiſcetur. Habet autem tale lac aliquid commoditatis in putredinoſis vlceribus: quare his exhibere oportet lac per ſilices præparatum, reliquis coctum. Coctura fit ad ignem aſſiduè agitando nè dirimatur, & ſiquid ollæ labro adhæſerit, etiam id ſpongia munda auferre oportet. nam ſæpe hoc ipſum lacti admixtum totum corrupit. Porrò per ſilices ſic præparatur: Lac præcoquitur donec plurima humiditas cõſumatur; deinde lapides ſilices igniti in lac mittũtur, quot omnino ſuffecerint ad ſerum conſumendũ. Nec minus, imò magis idem efficiunt laminæ ferri ignitæ lacti immerſæ: eſt enim ferrum adſtrictoriæ facultatis particeps: & proinde plures cylindros ferreos paraui, qui veru ad finem additum habent, vt hac quaſi anſa facilè quis ferrum ignitum tollere queat panniculis detentum, velut in cauteriis facere ſolemus. Lac tamen hoc modo præparatum, facilè in ventre caſei figuram accipit: quapropter ſecurius eſt aquam affundere, quemadmodum medici non pauci faciunt, vbi ſerum primum conſumptum eſt, rurſus aquã puram affundentes. non enim humiditatem ſeri fugiunt, ſed acrimoniam per quam ventrem ſubducit.

De ſero lactis, ex Galeno, Cap. XCVI.

SErum lactis exterſoriam velut vim habens, ſubducẽdi ventris gratia aſſumitur, tum in potu, tum per clyſterem immiſſum. nam acrimoniam inteſtinorum citra mordacitatem abluit & exterget. Poteſt & pro aqua commodiſſimè aſſumi ad vlcera acri ſanie infeſtata eluẽda. Quin & medicamenta diſcuſſoria aut ſugillata liuoréſque ac nigredines ex corpore melius eluuntur per ſerum quàm per aquam. Sic quoque eodem ad contuſa, ſuffuſa ac liuefacta vtimur, commodis ad hæc pharmacis ipſum admiſcentes. Serum autem ſic præparare oportet: Lac in ollam funditur, ſed non ouillum neque ſuillum, (vtrũque enim ineptum eſt ad ſerum detrahendum) coquitúrque igne concitatiore, & aſſiduè ac æqualiter mouetur, & vbi efferbuerit, à motu ceſſatur: & vbi amplius efferbuerit, aqua frigida in promptu ſit in profundiore quodam vaſculo ſita, in quam olla in qua lac coquitur immittitur. ſtatim enim ſedatur. Sedato autem feruore, rurſus coquitur, & vbi efferueſcit, acetum mulſum aut aqua mulſa bis aut ter irroratur: quo facto caſeus ſtatim à ſero diſparatur. ſerum itaque mox per panniculum excolatur. Vbi igitur craſſas & pituitoſas ſuperfluitates abundare ſuſpicatus fueris, acetum mulſum irrorabis: vbi acres & bilioſas, aquam

mulſam. Quin & immiſſo in ollam, poſtquam lac bis aut ter efferbuerit, vaſe frigidiſſimam aquam habente, fiſſurã ac ſecretionem facimus. Vtendum eſt ſero ad debiles & cibos auerſantes. Oportet autem ſero quod primùm bibitur ſalem admiſcere: vbi verò purgare cœperit, citra ſalem dato, atque hoc per interualla quædam facito, donec ſatis æger purgatus fuerit. Copiam iuxta vires expendere oportet, neque tamen magnopere deliqueris etiamſi quid amplius præbueris. In ſumma autem copia ſit ſeri potus heminarum quinque. & modus quidem parandi ſeri talis eſt. Cares autem ſic præparant: Cnici ſemen cõtũdũt, eóque lac coagulant, & validum ſerum efficiunt. Deinde excolant & ſalem aut aquam marinam addunt, rurſúſque coquunt ac exhibent. fortiter itaque hoc purgat, ſed omniũ iucũdiſſimè bibitur. Omnino autem longæ coctturæ medicatius ſerum efficiunt. Et iis quidem qui forti euacuatione indigent, thymi drach. tres aut quatuor vnà cum ſero dabis in prima potione: ſi verò adhuc amplius purgare velis, epithymi tuſi ac cribrati drach. tres dabis. vitare tamen medicamenta oportet in quibus non magnum eſt id quod moleſtat. Cæterùm ſimplicius præparato ſero vti oportet in corporibus mollibus, & in quibus euacuare & eluere ſolùm ea quæ in ventre ac inteſtinis hærent volumus, & in quibus inteſtinum exulceratur à quibuſcunque vulgaribus purgatoriis medicamentis, & in quibus bilis pura ventrem infeſtat, & in quibus inanes ventrem ad egerendum ſtimulant cupiditates, & in quibus periculum eſt renes aut veſicam aut vterum exulcerari: & in macilentis ac tenuibus, purgatione tamen egentibus. Maximè omnium autem ſero vti oportet in iis qui imbecillum ſtomachum habent, & tamen purgatione indigẽt. His omnibus exhibendum eſt ſerum, neque ſale neque alio quopiã medicato admixto. Sed & puero & mulieri & ſeni hoc ſerum citra omne periculum exhibetur, & in caniculæ æſtibus intrepidè datur: quanquam tunc temporis alia medicamenta ſuſpecta ſint. At verò fortiori ſero vti quis poteſt & ad corpora & ad vitia vehementioribus medicamentis egentia: præſertim ad inueteratas papulas, & varos liuidos, & vitiatos ſub cute humores, velut lepras & ſimilia. Item ad vlcera vetera & efferata, & ad vlcera capitis manantia, ac ſimilia. Ad oculos quoque aſſidua fluxione vexatos, & ad ſcabiem palpebrarum, & maculas ſolares in facie. Poteſt & quis eo in longis febrium circuitibus vti, & in quibus periculũ eſt vt ex morbis in aquã inter cutẽ delabantur. Atque hæc quidem de ſero ſufficiunt.

De iis quæ iucunditatis gratia cum lacte coquuntur, ex Galeno, Cap. XCVII.

LAC cum aliquo craſſi ſucci edulio diutius coctum, flatuoſitatem deponit, & magis nutrit, & alui fluxionibus, & tenuibus ex capite in pectus deſtillationibus conuenit: ſed & in hoc conſiderandum eſt ne clam nobis alia quædam viſcera lædat. quorundam enim natura ab hoc abhorret, & aliâs periculo eiuſmodi edulia non vacant. nam & iecur obturãt, & calculos in renibus generãt. Quæ autem cum lacte coquuntur hæc ſunt: amylum, ſimilago, alica, tragus, oryza, lagana, placentæque, & panes quidam neque probè aſſati, neque probè præparati, neque fermenti neque ſalis participes.

De lacte acido ex Galeno, Cap. XCVIII.

LAC acidum oxygala appellatum, dentes quidem nõ lædit qui naturali modo habent: qui verò frigidiores aut debiliores ſunt, velut ab aliis frigidis, ſic etiam ab hoc læduntur. aliquando autem & dentium ſtupor inde oboritur. Et venter quidem frigidus non probè concoquit lac acidum: qui verò moderatè habet, ægrè quidem ſed tamen concoquit. Qui verò calidiores æquo ſunt ventres, ſupra hoc quòd nihil læduntur, etiam cõmodi nonnihil ex eiuſmodi eduliis percipiunt. Atque tales ventres etiam per niuem circundatam perfrigeratum oxygala citra moleſtiam ferunt, niſi pectus frigidum fuerit, aut caput aut alia particula. Neque enim calidam & acrem ſeri qualitatem oxygala habet, neque pinguem & calidam butyri: ſed ſolùm in ipſo reliquum eſt caſeoſum: vnde frigidum eſt & craſſi ſucci, & crudos humores generat, & in frigidioribus ventriculis etiam calculos in renibus gignit.

De primario lacte, Cap. XCIX.

PRimarium lac appellatur quod ſtatim à partu mulctum eſt: id calido cinere modicè calfactum, citra coagulum ſtatim coagulatur. veteres pyriaton hoc vocabãt, alii pyriephthon. Comeditur hoc ipſum cum melle: melle enim non addito, ægrius concoquitur, & craſſioris ſucci eſt, & tardius tranſit.

De lacte concreto ex Galeno, Cap. C.

QVidam lac etiam concretum exhibent, per coagulũ videlicet coactum, & ſero ablato, melléque addito: quidam verò etiam ſeri plurimam partem abſorbent, & contingit ſanè his ventrem magis aut minus ſubduci, pro abſorpti ſeroſi humoris quantitate.

De caſeo Galeni, Cap. CI.

CAſei omnes mali ſunt, excepto oxygalactino qui ex acido lacte fit. nullum enim laudare poſſum: omnes ægrè concoquuntur, acidum ructum generant, & flatu vẽtrem implent, improbè aluo ſecedunt, pituitam & æſtum ventri inducentes. Nam in præparatione ab amiſſo coagulo acrimoniam aſſumunt, & omnem humorem deponũt, præſertim inueterati, qui & acriores fiunt, & ſeipſis calidiores & æſtuoſiores, ſitimque amplius inducentes, & ægrius concoctiles, & peioris ſucci euadunt. Quapropter illud commodi quod craſſi ſucci edulia attenuantibus medicamentis admixta attrahunt & acquirunt, neque caſeus obtinet citra detrimentum. Maius enim ex ſucci malitia & æſtuoſa humiditate damnum accedit, quàm vtilitas ex craſſitudine attenuata emergat. Itaque fugiendus maximè talis caſeus qui penitus nihil boni in ſe habet: at verò recens caſeus appellatus oxygalactinus, omnium optimus cẽſendus eſt. nam & in cibo iucundiſſimus eſt, & ſtomacho innoxius præ omnibus aliis caſeis exiſtit: minus ægrè concoquitur, & minus ægrè tranſit. neque verò valde craſſi ſucci eſt: quo crimine in commune omnes caſei ſunt infames. Inter reliquos porrò caſeus recẽs melior vetere eſt, & mollis duriore, & rarus ac laxus valde denſo & coacto, & qui præcellentem dulcedinem habet ſalſo præſtat, & qui moderatè ſalſus eſt, potior eſt eo qui plurimum ſalis, aut penitus nullum ſalem accepit. iucundus iniucundo, aſſatus crudo præfertur. Caſeus coctus multo ſolidior eſt. ſunt tamen omnes mali.

Pharmacum ex caſeo vetere ad calloſas concretiones podagricorum, Galeni, Cap. CII.

QVVM arthriticus in ſella ad me delatus eſſet qui calloſas duritias in articulis haberet, ſtatim in mentẽ venit mihi vt pernam ſuillam veterem ſalſam coquerem, eiúſque decocto caſeum vetuſtiſſimum rigarem, ſubigerémque ac in pila probè vnirem, & duritiebus calloſis imponerem. quo facto ſponte rupta cute citra ſectionem, quotidie callorum particulæ emergebant. & quum commoditatem homo ille experiretur, talem de cætero ſibi parans caſeum adſeruabat, & inueterato vtebatur, atque ſic in eius vſu perſeuerabat. quin & alios ſimiliter affectos ex amicis ſuis medicamenti eius vim edocebat.

De efficacia recentis caſei foris adhibiti, Galeni, Cap. CIII.

REcens & humidus caſeus magnopere auxiliari videtur iis qui ſpumam argenti hauſerunt, ſiquis ipſum in cibo accipiat. Poteſt & vulnera cruẽta ſimpliciora glutinare in cataplaſmate impoſitus, ſuperimpoſitis foliis vitis, aut lactucæ, aut betæ. Caſeus autem oxygalactinus etiam magna vulnera glutinat: nam & diſcuſſoria vi participat.

De butyro, Galeni, Cap. CIIII.

BVtyrũ ex pinguiſſima lactis, præſertim bubuli, parte fit: cõcoctoriã autem vim habet, modica quoque diſcuſſoria participans. Has vires tamen in mediis inter mollitiem ac duritiem corporibus exercet. nam vbi hæc fuerint inflammata concoquit ac facilè diſcutit: quare parotidas aurium, & bubonas inguinum abſceſſus ipſo ſolo ſæpe perfectè ſanauimus, puerilibus corporibus ac mulieribus affectis. Durorum enim penitus corporum tumores præternaturales butyrum diſcutere non valet. Idem reiectionibus ex pulmone, in pulmonis ac lateris affectio

nibus magnificè confert cum melle datum, eáſque concoquit. Si itaque ſolùm delingatur per ſe, magis concoquit, minus educit: ſi verò vnà cum melle & amygdalis amaris, magis rurſum educit, minus concoquit.

De coagulo, Galeni, Cap. cv.

COagulum omne acrem & attenuatoriam vim diſcuſſoriámque & ſiccatoriam habet. Optimum coagulũ eſt leporinum. diſſoluit omne coagulũ cum aptis ad hãc rem medicamentis potum, ſanguinem in ventre in grumos concretum. Cætera quæ de coagulo à multis prodita ſunt, ſuperuacaneum adſcribere exiſtimo.

De felle, Galeni, Cap. cvi.

HVmorem qui in veſica bilis ſuſceptrice coaceruatur nunc fel ac bilem nomino, nonquã atram, ſed quam flauam appellant. Et eſt ſanè humor hic omnium animantis humorum calidiſſimus. Differentiæ ſunt in ipſo plurimæ, tum iuxta naturam animalium, tum iuxta victum: nam pallidior colore bilis, moderatè calida eſt: ſubalbida verò, inquantum colorem exolutum habet, tanto caliditate inferior eſt. Flaua autem tanto calidior quàm pallida eſt, quãto craſſior & flauior exiſtit. Etenim flaua fit ex pallida amplius calfacta. Si verò adhuc amplius ſuper incaleſcat, ad atriorem colorem tranſmutatur. qui aliquando æruginoſus fit, aliquando cæruleus, interdum etiam ad iſatidis colorẽ tranſit. Itaque & tu colorem bilis expendes, vbi pharmacum præparas in quod fel recipitur. Fit & bilis differentia circa corpus vtentium ipſa, prout ſubtili aut hebete ſenſu præditum eſt. Et ſuillum quidem fel omniũ aquoſiſſimum eſt, & propterea debiliſſimũ, exceptis agreſtibus ſuibus. Vtuntur autem felle ſuis domeſticæ ad vlcera aurium non contemnendo pharmaco, quo & tu vti poteris, ſi non aliud compoſitum adfuerit. Fel ouillum paulo acrius ſuillo eſt, atque eo adhuc magis caprinum. Conſimile huic eſt vrſinum & bubulum: taurorum his fortius eſt, ſed inferius hyænarum felle. Callionymi piſcis & ſcorpii marini ac teſtudinis fel hoc etiam ſuperant. Eſt & volucrium animalium fel omne acrius ac ſiccius quàm in quadrupedibus: ex volucribus, gallinarum ac perdicum fel in vſum medicum præſtat. accipitrum & aquilarum fel multùm acre eſt & corroſiuum. Has itaque vbi noueris fellis differentias, ſciueriſque quæ affectiones magis, quæ minus ſiccatione opus habent, vix contingere poteſt vt circa curationem aberres.

De ſudore, Cap. cvii.

DE ſudoribus aliqui ſuperuacanea cõſcripſerunt, quæ per aliam materiam parabiliorem fieri poſſunt. Admiſcetur autem ſudor eorum qui in palæſtris exercentur, ſubſtrato pulueri, atque hoc paton *Græci* vocant: éſtque pharmacum diſcuſſorium. Itaque inflammatis mammis auxilium efficacius eſt ſolus is patos impoſitus. Si verò aridior eſt, Cyprino, aut (eo nõ præſente) roſaceo emolliri ipſum oportet. Hoc pharmacum illitum, lac in vberibus redundans extinguit. Et ego ſanè aliquãdo ipſo in inguinum abſceſſu vſus ſum, & breui tumorem ſedatum vidi.

De vrinis, Cap. cviii.

VRina hominis ferè omnium aliarũ debiliſſima eſt, excepta ſuilla porcorum domeſticorum caſtratorũ. Vim habet extergendi, hominis vrina, ſiquod aliud vrinæ genus: quod ſatis indicant fullones. vnde & medici ad ſcabies ac lepras adhibent, vlceráque multa humiditate ſordéque ac ſpurcitia plena, ea perfundunt, idque multo magis ſiquid putredinoſum habuerint. Manãtia item capitis vlcera & porriginem eadem fouentes curant. Nos autem abominati ſumus talia facere, quũ alia pharmaca ſint ad manum. Cæterùm vlcera in digitis pedum, præſertim ex offenſione, vbi non fuerint inflammata, etiam ego ſæpe vrina curaui: & ſanè iter facientibus ac peregrè proficiſcentibus linamentum vrina tinctum in vlcus impoſui, deinde forinſecus linamentum circundedi, & quoties meiere vellent, vrinam ad digitum demittere præcepi, & non ſoluere priuſquam exactè curati eſſent. Permiſi & ruri degentibus, non præſente medico, vlcera vrina perfundere, vbi in partibus infernis eſſent à pectore vſque ad ſummos pedes. At verò bibere vrinam in difficili ſpi-

A ratione quæ erecta ceruice contingit, quemadmodum aliqui prodiderunt, non eſt neceſſe, quum ſint plurima alia pharmaca quæ huic malo opitulantur. Et ſanè quidam etiam pota vrina ab affectu non conualuit.

De ſaliua, Cap. cix.

SAliuæ vires diuerſas eſſe noſſe oportet, tum iuxta animalium ſpecies, tum prout ſingula ex his ſana ſunt aut morbida, prout comederunt aut ieiuna ſunt, potarúntque aut non potauerunt. quemadmodum enim vrinæ & fel & ſudores, ſic & ſaliuæ debiles quidem ſunt eorum quæ ci- B bum & potum ſumpſerunt: fortes autem & acres eorum quæ ſitim nimiam itémque famem tolerarũt: medium locum occupant eorum quæ probè quidem concoxerunt, nõdum autem cibum aut potum ingeſſerunt. Hac itaque ſaliua poſtremùm relata nutrices infantium impetigines curant, madefacto ex ea paruo digito, deinde loco perfricto: atque hoc aſſiduè faciunt. Sed & triticum quidam rurales manducant, & furunculis imponunt, qui ſic ex ſaliuæ viribus diſcutiuntur & citò concoquuntur. At verò iuxta omnem ſuam ſubſtantiam ſaliua, *ſiue ſputum*, hominis reptilium venenatorum generi maximè contraria eſt. C Ego enim citra omnem incantationẽ ex ſolo ieiuni ſputo ſcorpium pereuntem vidi.

De ſtercore, Cap. cx.

STercus ſummam diſcutiendi vim habet. Humanum ob fœtorem abominamur: verùm boum, caprarum, ac canum (vbi oſſa comederint) neque fœtidũ eſt, & magna experientia commendatum non nobis ſolùm, ſed multis veteribus medicis exiſtit. Ego itaque mirandam vim humani itémque canini ſtercoris experimento cognoui.

De ſtercore canino, Cap. cxi.

D DIcendum autem primùm de canino ſtercore quo frequenter quidam ex præceptoribus noſtris vtebatur. dabat autem cani oſſa tantùm, biduò comedere, tertia die excretum ſtercus accipiebat, ſiccabat ac reponebat, & vſus tempore terebat. Vtebatur autẽ ad anginas, aliis huic malo commodis pharmacis id admiſcendo. Dyſentericis idem aridum tritum in lac per ſilices coctum inſpergebat, & præbebat, multos ita fallens. Hos itaque duos canini ſtercoris vſus multa experientia, velut mirabilis medicamenti, didicerat. Sed & in maligniſſimis vlcerib⁹ parum de eo ſtercore addebat in pharmaca aliâs ad eiuſmodi E vlcera commoda, & palàm fortius ſeipſo redditum pharmacũ videbatur. Quin & ſiquid diſcuti ac ſiccari opus eſſet, etiam illis medicamentis admiſcebat.

De ſtercore humano, Cap. cxii.

STercoris humani eiuſmodi experimẽtum habeo: Quidam faucibus aſſiduè inflammatis vehementer vexabatur, vt periculum ſuffocationis ipſi immineret: & ſanè venam ſecare propter periculum cogebatur. huic quidã obuiam factus promiſit ſe pharmacum daturum experimento conſtans, & vocari ſe iubebat ante venæ ſectionẽ, F ſi rurſus fauces eſſent inflammatæ. itaque accerſitus, & illito pharmaco quodam celeriter hominem ſanauit. Erat autẽ pharmacũ ſtercus pueri aridũ, quod cum melle Attico illinebat. Nutriebat autem puerum cuius ſtercus accepturus erat, velut idem ille medicus docebat, lupinorum eſu, eorum videlicet qui in frequenti cibi vſu ſunt, cum optimo pane. dabat & vinum bibendum vetus. omnia hæc moderata mole, vt probè cõcoquere puer poſſet. Tertia die excretum pueri ſtercus ſumebat, ſiccabat, ac vtebatur velut de canino ſtercore prædictum eſt.

G De ſtercore lupino, Cap. cxiii.

LVpinum ſtercus quidam colicis bibendum dabat, nõ ſolùm in exacerbationibus, ſed etiam in interuallis, ſi quidem citra inflammationem affecti erãt. vidíque quoſdam nõ amplius morbo hoc correptos, & correptos etiã, non ita fortiter afflictos, neque frequenter. Sumebat autẽ & ille albius luporum ſtercus, quod ab oſſium eſu excreuerant. Sumebat autẽ quod nondũ in terrã cecidiſſet. nã in fruticibus ac floridis herbis hoc ſtercus ſæpe reperitur. Miratus ſum porrò de ipſo quòd etiam adalligatum ſæpe prodeſſet. Inuenitur & in ipſo quid ex oſſibus deuorati animalis, quod manducationem effugit itémque concoctionem: quod ipſum etiam tundens ac conterens, colicis

bibendum dabat,ſalem & piper aut tale quippiam admiſcens odoris commẽdandi gratia. Dabat autem cum vino ſubſtantia tenui,aliquando cum aqua.Quod verò lumbis ægri ex ſtercore adalligaretur, id ligamentum habere iubebat ex lana agni à lupo diſcerpti,aut ſi id haberi non poſſet,ex corio ceruino,& ſanè tum lorum quod lumbis circundaretur,tum id in quo ſtercus inuolueretur ac contineretur,ex eo parare iubebat. Nos autem in ollulam argenteam ſtercoris lupini fabæ magnitudinem iniecimus & quibuſdam experimenti gratia appendimus: & admirati ſumus quum videremus manifeſtam opem inde eos conſequi.

De ſtercore caprino, Cap. CXIIII.

STercoris caprini vſus frequentiſſimus eſt,acrem & diſcuſſoriam vim habet, induratis tumoribus conuenit, non lienis tantùm ſed & aliarum partium. Itaque ego in genuũ tumore inueterato & ægrè ſolubili, ipſo vſus ſum ex poſca,cataplaſmate parato ex ordeacea farina ſtercore admixto.& qui curabatur homo mirificè ſanatus eſt :erat autem ruralis.nam mollibus corporibus pharmacum acrius eſt. Equidem vſtum tenuiorum partium redditur. quare ad alopecias competit,& omnia quæ extergẽtibus indigent medicamentis:velut lepras,impetigines,& ſimilia. quin & cataplaſmatis ad parotidas & inguinũ abſceſſus admixtum,diſcuſſorium exiſtit. Medicus certè quidã ruralis ipſo ad viperarum morſus, multóque magis aliarũ beſtiarum,vtebatur cum aceto, & valde multos ſeruauit. Idem ille etiam eiuſdem ſtercoris pilulas ictericis ex vino bibendas dabat,& ad muliebrem fluxum cum thure apponebat.

De ſtercore bubulo, Cap. CXV.

BOum ſtercora exiguam habent inter ſe pro pabuli ratione differentiam.nam & ipſa ſiccandi vim habẽt: poſſident & attractoriam. Medicus quidam rei medicamentariæ expertus hydropicos ſtercore bubulo oblitos ad ſolem exponebat,& multis opitulatus eſt. Accipiebat autem humidum adhuc vere quum boues herbam depaſcunt,& exiccatum reponebat. Vtebatur eodem & ad ſtrumas:& ad omnes induratos tumores cataplaſmatis modo imponebat.

De ſtercore ouillo, Cap. CXVI.

IDem medicus & ouillo ſtercore vtebatur ad verrucas, & ſpecialiter myrmecias appellatas,thymos item vocatos,& clauos:aceto autẽ id diluebat.Sed & ambuſtorum vlcera ad cicatricem eodem perducebat, roſaceo cerato admixto.

De ſtercore columbino, Cap. CXVII.

COlumbarum foris victum quærentium ſtercore,velut calfactorio pharmaco, ego ipſe ſæpe ad multa vtor cum naſturtii ſemine, quod leuiſſimè tritum pro ſinapi admiſceo,in veteribus affectionibus rubificatione opus habentibus,qualis eſt coxẽdicũ morbus,hemicrania,cephalæa, vertigo,& inueterati dolores iuxta ſpurias coſtas aut ſcapulas,aut tendines,aut lumbos.Item renum, pedũ, & articulorum,vbi calloſæ concretiones nondum fuerint coactæ.

De gallinaceo ſtercore, Cap. CXVIII.

GAllinarum ſtercore vſus etiam ipſe ad eos quibus ſtrangulationis periculum ex eſu fungorum imminebat: inſpergebam autem ipſum tritum cyathis tribus aut quatuor poſcæ aut aceti mulſi,& breui conſpicuam opem ſenſerũt. Paulo pòſt enim pituitoſum craſſiſſimum humorem euomebant,à quo perfectè ſuffocationis accidens conquieuit.Medicus qui me hoc remedii docebat, etiam inueterato colico dolori id ipſum ſtercus ex vino mulſo dabat. quidam & in angina bibendum præbent. eſt autem gallinaceum ſtercus debilius columbino:ſed & hoc ex gallinis in agris victum quærentibus,& non incluſis,accipere oportet.

De ſtercore anſeris,accipitris,ciconiæ,& terreſtrium crocodilorum, Cap. CXIX.

STercus anſeris,accipitris,ciconiarum, & reliquorum de quibus quidam delirantes ſcripſerunt, ipſo experimento cognitum eſt inutile eſſe: terreſtrium verò crocodilorum etiam ægrè parabile eſt.

Sordes ouium ex qua œſypus, Cap. CXX.

SOrdes quæ ouium lanis innutritur, ex qua œſypus fit, concoctoriam vim ſimiliter vt butyrum habet, & parum quid de diſcuſſoria. Œſypus,velut Dioſcorides tradit,ſic præparatur:Sumito lanas ſordidas ex alis ouiũ tortas,criſpas,& molles,& calida aqua eluito, omni ſorde ipſarum expreſſa:deinde ipſam loturam in craterẽ amplioris mittito,& alia feruente aqua affuſa conturbato,ita vt poculo vel alio ſimili vaſe haurias,& ex alto violenter illidas donec ſpumeſcat:deinde aquam marinam, vel frigidam,illa non præſente,irrorato,& deſidere ſinito: atque vbi perfrigeratum fuerit id quod ſuperſtat conchula tollito,& in aliud vas mittito: & affuſa modica frigida aqua, manibus ſubigito.Deinde diffuſa aqua,aliam calidam affundito,& ſimiliter vt prius conturbato, & aquam maris vel frigidam irrorato,& deſidere ſinito:atque vbi perfrigeratum fuerit,rurſus id quod ſuperſtat conchula tollito, & ſimiliter manibꝰ ſubigito. Rurſúſq; tertiò calidã aquã affundito,& idem velut prædictum eſt facito, donec candidus & pinguis œſypus reddatur, & nihil impurum habeat,atque ita fictili inditum per dies aliquot in ſolem exponito & adſeruato. Sed & omnia prædicta ad ſolem æſtiuum facito.Sic enim commodior reddetur & albus,nihilque duri ac contorti habens, quemadmodum qui cerato aut adipe adulteratur. Facit ad vlcera ſedis & vuluarum cum meliloto ac butyro,item ad plurima alia. Œſypus vſtus fuliginem ex ſe reddit commodiſſimam ad eroſos ac ſcabros oculorum angulos, & ad palpebras calloſas & pilorum defluuio laborantes. Vritur autem in teſta noua, donec in cinerem redactus omnem pinguitudinẽ depoſuerit. Teſta ipſa carbonibus imponitur, deinde exuſtum colligitur,teritur,& ad prædictos vſus adhibetur.

De carnibus,ex Galeno, Cap. CXXI.

NON omnes animalium carnes hominem alunt, ſed aliquæ etiam ſunt lethales:quædam verò non ſolùm vt cibus, ſed etiam vt auxiliare medicamen aſſumuntur. & ex iis quæ alunt, non omnes eandem vim habent. Omnium quidem igitur eduliorum caro ſuilla maximè alit,boni ſucci eſt,& melius omnibus concoquitur,cum aliâs,tum ob ſimilitudinem ad homines. Carnes bubulæ non modicum & ipſæ alimentum præbent, neque facilè tranſpirans,ſanguinem tamen craſſiorem quàm conuenit generant,& ſiquis natura atrabiliarium habuerit temperamentum,affectu quopiam melancholico corripietur, ex frequenti bubulæ carnis eſu. Tales affectus ſunt,cancer,elephas,impetigo,ſcabies, febris quartana, & quæ priuatim vocatur melancholia. Sed & lien quibuſdam ex eius ſucco intumuit: vnde deprauatus corporis habitus & hydropiſis ſæpe inſequuntur.Siccioris enim & multo calidioris temperamenti eſt bos quàm porcus. Cæterùm vituli carnes concoctu faciliores habẽt quàm perfecti boues: ſunt enim temperamenti humidioris. ſic etiam hœdi capris præſtant.Et capra quidem minus ſicco temperamento prædita eſt quàm bos,ſed homini ac ſui cõparata,multùm euariat.Humidiſſimam autem & pituitoſam carnem agni habent. verùm ouilla caro magis ſuperfluitatibus redundat,& peioris ſucci eſt.Mali ſucci eſt caprina cum acrimonia, hircina autem peſſima eſt & ad boni ſucci generationem,& ad concoctionem.Deinceps eſt arietina, deinde taurina.In omnibus autem his caſtratorum melior eſt. Vetuſtorum peſſima eſt concoctu ſucco & alimento. quare & ſues quãuis humidum temperamentum habeãt, ſeneſcentes fibroſam & duram ac aridam & propterea ægrè concoctilem carnem habent. Leporina quoque caro craſſiorem ſanguinem generat,ſed melioris ſucci quàm bubula aut ouilla.Mali ſucci eſt & ceruina, duráque ac ægrè concoctilis. At verò aſinorum ſylueſtrium caro (nam & hanc quidam comedunt, velut domeſticorum aſinorũ in Alexandria) craſſiſſimi ſucci eſt,& ægerrimè concoquitur,& ſtomacho incommodat. inſupérque eſu iniucunda eſt,quemamodum etiam equina & camelina. nam & horum animalium carne, homines tum anima, tũ corpore, aſinini ac camelini veſcũtur. Quidam etiam vrſinas car

nes edũt,& quæ his adhuc deteriores ſunt,leoninas ac pã-therinas.quid verò attinet dicere de canibus, quorum catulos pingues plerique homines edunt? Horum omnium animalium carnes ſicciſſimæ natura ſunt,& acre alimentum corpori apponunt,& pro modo præparationum etiã magis aut minus nutriunt,& magis aut minus concoquũtur.nam quæ aſſatæ aut in ſartagine frictæ comeduntur, ſiccius alimentum corpori ſufficiunt:quæ coctæ, humidius:quæ verò conditæ ſumuntur,medium inter vtraque locum obtinent.Sed & harum ipſarũ nõ parua differẽtia eſt iuxta conditturæ modũ. quapropter vbi ſiccare corpus voles,ſicciorum temperatura animalium carnem dabis: vbi calfacere,calidiorum:frigidiorum item & humectiorum ſimiliter conuenienti proportione exhibebis.

De extremis terreſtrium animalium partibus, Cap. cxxii.

HÆC itaque in ſumma de terreſtrium animaliũ carne dixiſſe ſatis eſt.Verùm de aliis partibus conſequẽter quam vim habeant diſce. Extremas partes appellant in familiari vſu homines,roſtra,pedes,& aures: nam hæc minimè pinguedinem habent, minimè item carnoſam naturam.prædominatur autem in his neruoſa & coriacea ſpecies.Suntque hæ partes multo motu magis exercitatæ & propterea etiam viſcoſiores.Meritò itaque paucius nutrimentum corpori præbent, & ob viſcoſitatem facilius aluo ſecedunt. Præſtant autem pedes ſuilli roſtro, quemadmodum hoc auribus.Lingua laxioris & exãguioris carnis ſubſtantiam habet: venter verò adhuc laxior & exanguior eſt quàm lingua, & propterea etiam friabilior & concoctu facilior citra adiacentium inteſtinorum admixtionem.

De glandulis, Cap. cxxiii.

OMnes glandulæ hoc commune habent,quòd iucũdæ & teneræ edentibus appareant. Mammarũ verò glãdulæ quũ lac habuerint,etiã illius dulcedinis nobis quid repræſentant,maximè in ſuibus.Alimentum ex ipſis probè concoctis,ad carnium naturam propè accedit. Si verò defectuoſè concoquantur, crudum ſiue pituitoſum humorem generant:& humidæ quidem glandulæ pituitoſum,ſiccæ crudum producent.

De teſtibus, Cap. cxxiiii.

EX glanduloſis corporibus ſunt etiam teſtes. Suilli itaque & ouilli & hircini comeſti ægrè concoquuntur,& malum ſuccum gignunt, propter viroſitatem quæ in ipſis exiſtit.Quanto autem ſuilla caro aliis melior eſt,tanto teſtes probè concocti magis alunt. De cætero ſoli gallorum teſtes per omnia optimi & iucũdiſſimi ſunt,& bonũ alimentum corpori ſufficiunt,præſertim ſaginatorum.

De renibus, Cap. cxxv.

REnes palàm eſt mali ſucci eſſe ac ægrè cõcoqui,quãdo etiam in guſtu vrinæ qualitatem nobis repræſentant.

De cerebro, Cap. cxxvi.

PItuitoſius edulium cerebrũ eſt, craſſique ſucci,ac tardi tranſitus,& ægrè concoquitur.maximè verò ſtomacho incommodum eſt omne cerebrum. Quidam autem mollitie eius decepti infirmis ipſum exhibent, quum ſit præter alia etiã nauſeoſum. itaq; poti⁹ vbi vomere aliquẽ volueris ab accepto cibo,cerebrum ipſi pinguius conditum poſtremum exhibebis. Verùm vitabis ne cibum auerſantibus præbeas. At verò cum calefacientibus ac inciſiuis medicamentis præparatum, melius ſeipſo euadit.

De terreſtrium animalium viſceribus, Cap. cxxvii.

IEcur omnium animalium craſſi ſucci eſt,difficilis concoctionis,ac tardi tranſitus, præſtat ex ipſis non ſolùm ad voluptatem ſed ad alia quoque,porcinum,eorum videlicet porcorum qui ficubus aridis ſunt ſaginati, quod iecur propterea Græcis ſycoton, *hoc eſt ficatum*, appellatur. Lien mali ſucci eſſe creditur,vt qui atrabiliarium ſanguinem generet.Pulmo vtroque facilius concoquitur, quanto etiam rarior eſt:verùm multo minus quàm iecur alit. Alimentum igitur quod corpori inde accedit pituitoſius eſt,propter cartilagineum aſperæ arteriæ corpus in ipſo ſitum.At verò cor ægrè concoquitur ac tardi tranſitus eſt: A ſi verò concoquatur probè,alimentum non modicum neque mali ſucci corpori exhibet.

De aluo,inteſtinis,ac vtero terreſtrium animalium, Cap. cxxviii.

ALuus & vterus & inteſtina in terreſtribus animalibus duriora carnibus ſunt: propterea etiamſi probè concoquantur,non exquiſitum & inculpatum, ſed frigidiorẽ ac crudiorem ſanguinem gignunt.

De ſylueſtrium animalium carne, Cap. cxxix.

B OMnium animalium per montes ac ſyluas victũ quærentiũ caro durior eſt,& pauciſſimæ pinguitudinis particeps: quapropter alimentum minus excrementitiũ ex ipſis quàm ex domeſticis animalibus corpori accedit.

De volucrium animalium carne, Cap. cxxx.

OMne volucrium animantium genus minus alimenti corpori ſuppeditat,ſi terreſtribus & maximè ſuib⁹, comparetur. facilior tamẽ concoctu volucrium caro eſt, maximè perdicis, & attagenæ, columbæ, gallinæque ac galli. C Verùm turdorum & merularum,& paruorum paſſerculorum, item eorũ qui in turrib⁹ degũt,durior eſt:atque his amplius adhuc turturis & palumbi & anatis. Gallinarum carni ſimilis eſt phaſianorum, quãtum ad concoctionem & alimentum attinet,ſed iucunditate cibi præcellit. His durior eſt & magis ægrè concoctilis, ac fibroſior pauonis.In commune autem in omnibus volucribus animantibus, velut etiam in quadrupedibus id noſſe oportet:quòd caro creſcentium adhuc multo melior,eſt quàm decreſcentium:in vigore conſiſtentium medium locum obtinet. D Mala item eſt caro vetuſtorum & infantium adhuc ſiue paruulorum.nam hæc mucoſa & humida & excrementis redundans eſt,& facilè aluo ſecedit: vetuſtorũ autem dura & ſicca,& neruoſa eſt,& propterea cõcoctioni reſiſtit. Atque huius memineris in vniuerſum de omnibus animalibus. Neque verò parua differentia eſt eorum quæ in ſtagnis aut paludibus ſiue paluſtribus locis degũt, ad ea quæ per montes ac ſiccos locos victum quærunt.Et enim iuxta locorum proportionem, carnes animaliũ aut ſiccæ & ſuperfluitatibus carentes,& concoctu faciles, aut E contrà humidæ & ſuperfluo excremento refertæ & ægrè concoctiles redduntur.

De anſeribus & ſtruthocamelis, Cap. cxxxi.

HArum caro excrementitia eſt, & difficilius cõcoquitur quàm prædictarum volucrium: non tamen alas prædictis peiores habent.

De gruibus, Cap. cxxxii.

GRuum caro tota dura eſt & fibroſa, alæ verò adhuc carne ipſarum duriores exiſtunt.

De partium volucrium animalium differentia, Cap. cxxxiii.

F VIſcera in auibus eandem proportionem habent ad carnes,quam in pedeſtribus habere dictum eſt.Inteſtina verò omnium fermè ad eſum inepta ſunt: ventres verò eſiles ſunt & bene nutriunt:quidam ipſorum etiam in cibo iucundi ſunt, velut anſerinus, deinde gallinaceus.Aliqui falſò collaudant ſtruthocameli ventriculum,velut pharmacum concoctorium: alii multo magis prædicant præferúntque huic mergi vẽtrem. Verùm neque ipſi facilè cõcoquũtur,neque aliorũ ciborum conco-G ctionem,velut pharmacum,adiuuant. Alæ in iuuenibus ac pinguibus volucribus optimæ:in macilentis contrà ac vetuſtis peſſimæ exiſtunt.Teſtes optimi gallorum præſertim ſaginatorum,atque adhuc magis eorum qui ex ſeroſo lacte cibos ſumunt.ſunt enim boni ſucci,probéque nutriunt,ac facilè cõcoquuntur.cæterùm alui excretionem neque proritant neque inhibent.Cerebrum porrò in volucrium genere lõgè præſtantius eſt quàm in pedeſtrib⁹, quanto ſanè etiam ſiccius eſt,præſertim auicularum mõtanarum.

H De ouis, Cap. cxxxiiii.

OVA gallinarum & phaſianorum meliora ſunt, deteriora anſerũ & ſtruthocamelorũ.Optima ad corporis alimoniã ſũt tremula appellata.Sorbilia min⁹ nutriũt, ſed facilius aluo ſecedunt.læuigant autem faucium aſpri-

tudines ex clamore,aut humoris acrimonia obortas.nam affectis partibus oblinuntur & adhærēt velut cataplaſma quoddam,& ſubſtantiæ totius lenitate aſperitatem curāt. Eadem ratione etiam ſtomachi ac ventris & veſicæ aſperitates ſanant.Ouum in aceto coctum & comeſtum, ventris fluxiones reſiccat.quòd ſi admiſcueris ipſi quid ex medicamentis ad dyſenteriam vel cœliacam affectionem commodis,deinde ad prunas in ſartagine frixeris,& in cibo præbueris,nō parum ægris opitulaberis. Cōmoda ad hanc rem medicamenta ſunt,vuæ acerbæ ſuccus, & rhus inſperſus,& cinis cochlearum integrè vſtarum, vinaceáq; vuarum,& myrti baccæ,ac ſimilia.Oua cocta ægrè concoquuntur,tardi tranſitus ſunt, & alimentum craſſum corpori præbent.His autem adhuc magis tardi tranſitus ſunt craſſiorisq; ſucci,in calido cinere aſſata. Fricta peſſimum ad omne alimentum præbent.nam in concoctione in nidorem tranſeunt,& craſſum humorem gignunt,vitioſúmque ac excrementitium.coctis & aſſatis meliora ſunt quæ denſata,vel(vt alii malunt)ſuffocata appellantur,cum oleo & garo,& vino modico ſubacta,& in duplici vaſe ad moderatè denſam compagem cocta.quæ enim amplius ſpiſſantur,coctis & aſſatis ſimilia euadunt.Idem facere oportet & in ouis quæ patinis infunduntur. nam dum adhuc ſucculēta ſunt,patinam ab igne tolles.

Ouorum vis medicamentaria,
Cap. cxxxv.

IN cœliacis ac dyſenteriacis affectionibus ouum prædicto modo datum,commodum pharmacum exiſtit.Cādidum & tenue in recentibus ouis leuiſſimum & omnis mordacitatis expers medicamentum eſt,non ſolùm oculis adhibitum, ſed etiam aliis omnibus partibus leuibus pharmacis indigentibus,velut ſunt ſedis & pudendorum vlcera,omniáque maligna,ſi ad ea quæ citra mordacitatem ſiccare illa ſolent,admiſceatur,qualis eſt pompholyx & ſimilia. Vitellus eandem facultatem habet, & propterea lenibus ceratis additur,ouis præcoctis aut aſſatis. quāto autem ſicciora fiunt, tantum de leniendi vi perdunt. Teſtæ ouorum vſtæ medicamentum ſanguinem ſiſtens euadunt.

De alimento ex animalibus aquaticis,
Cap. cxxxvi.

ANimalium in aqua degentium & genera multa, & ſpecies differentiæque plurimæ exiſtunt. Hoc loco referētur, velut in ſuperioribus fecimus,ea ſaltem quæ ad vſum medicum & ad ſanitatem conſeruandam aſſumuntur. In vniuerſum igitur illud ſcire oportet,quòd optima caro eſt piſcium in puro mari degentium, magíſque vbi locus is ventorum procellis agitetur, & neque terrea, neque læuia littora aquam ambiant,ſed arenoſa aut aſpera & lapidea.Si verò etiam ad aquilonares ventos loci cōuerſi ſint,multo melius eſt. manifeſtum eſt autem mare mari præſtare,in eo quòd aliud perfectè purum eſt, aliud magnos & multos fluctus excipit. nam piſces qui in eiuſmodi mari degunt,quanto meliores ſunt paluſtribus, tanto deteriores ſunt iis qui purum mare incolunt. nam & ii qui in protecto & tranquillo mari degunt, peiorem carnem habent. At verò in ſtagnanti mari viuentium piſciū caro medium inter fluuiatiles & marinos locum obtinet. Recrementitia verè & multùm mucoſa eſt caro eorum qui in limoſa ac ſordida aqua degūt. hac adhuc deterior eſt caro in ſtagnis degētiū.Si verò & parua ſint ſtagna,neque magnos fluuios ſuſcipiant, neque fontes habeant,neque effluxum largum,multo ſanè deteriores piſcium carnes ſunt.Si verò in totum nihil aquæ defluat,ſed ſtagnum perpetuò ſtans ſit,omnino deterrimæ.Cæterùm in paludibus & cœnoſis locis degentium extremè vitioſa caro eſt. Porrò ex fluuiatilibus meliores ſunt qui eiuſmodi flumina incolunt,quorum velox eſt & multus fluxus. nam ſtagnantium fluminum piſces carnem habent concoctu difficilem,& bonum alimentum quampauciſſimum habēt. peſſimi autem ſunt qui in oſtiis fluminum degunt, quæ ſterquilinia,aut balineas,aut culinas,& veſtium ac linteorum ſordes expurgant,& ſiquæ alia ſunt retrimenta vrbis quam præterlabūtur, & quæ in ipſa flumina expurgantur, maximè ſi populoſa vrbs exiſtat. Cæterùm & iuxta nutrimentum piſces meliores & deteriores fiūt. quidam enim herba & optimis radicibus abundant, & propterea meliores ſunt:quidam & limoſam herbam & radices mali ſucci edunt:& aliqui in fluminibus magnam vrbem præterlabentibus degentes,ſtercora hominum & quoſdam conſimiles cibos vorant,atque hi omnium peſſimi,velut dixi, exiſtunt:&,ſi paulo ampliori tempore mortui permanſerint, eueſtigio computreſcunt ac peſſimè olēt.Súntque hi omnes eſu iniucundi,& ægrè concoquuntur,& bonum alimentum pauciſſimum habent,ſed non modicam recrementitiam ſuperfluitatem,& vitioſum ſuccum in corporibus eorum coaceruant qui ipſis quotidie veſcuntur.

De cephalo, *id eſt mugile*, Cap. cxxxvii.

CEphalus maximè omnium piſcium vtriſque aquis vtitur,fluuialibus & marinis.Qui igitur in mari verſatur paruas & multas ſpinas non habet,iucūdiórque eſt,& pinguedine carens ipſius caro.Verùm in fluminibus degentes cephali, ſpinis referti ſunt, & pinguē ſaporem habēt, eſúque & concoctu deteriores ſunt, ſtomacho incommodant.mali ſucci & viroſi exiſtunt.At verò ſale inueteratus cephalus melior ſeipſo euadit.

De lupo, Cap. cxxxviii.

LVpus ex pelagiorum piſcium numero eſt, *hoc eſt eorum qui in profundo mari degunt.* huius itaque caro velut reliquorum pelagiorum piſcium, tenuiorem ſanguinem generat:ſi verò ad flumina aſcendat,cephalo ſimilis euadit.

De trigla,*id eſt mulo*, Cap. cxxxix.

EX pelagiis piſcibus eſt & mulus qui exiſtimationē apud homines reperit tanquā excellenter iucundus in cibo ſit, habet autem duriorem omnibus pelagii generis carnem, non pinguē & friabilem: & propterea magis quàm alii piſces nutrit, vbi probè cōcoquatur. quidā iecur eius & caput voluptatis gratia magni faciunt. At verò muli qui carcinadas(*animalcula ſunt hæc, ualde minutis cancris ſimilia colore fulua*) vorant, fœtidi ſunt, & iniucundi, ægréque concoctiles,ac mali ſucci. Cognoſcuntur hi ex odore & ſapore.ſed & ſiquis ventrem ipſorum diſcerpat, carcinadas in ipſo inueniet. Quòd ſiquis in frequēti mulorum marinorum eſu perſeueret, hebetudinem viſus incurret.

De piſcibus petroſis, Cap. cxl.

PEtroſos & ſaxatiles appellant piſces,degentes vbi petræ ſunt & littora ſaxoſa.In hoc genere optimus cenſetur voluptatis gratia ſcarus,deinde merulæ & turdi, & poſtea iulides,phocæque ac percæ.Alimentum ex his nō modò concoctu facile eſt,ſed & ſaluberrimum ſanguinē generans,compage mediocrem.

De gobio, Cap. cxli.

GObius,littoralis piſcis eſt ſemper paruus manens,ſicut etiam alii plures.optimus eſt & ad voluptatem & cōcoctionem,diſtributionémque in corpus,ac humoris boni generationē, qui circa arenoſa ac petroſa littora capitur: qui verò in fluuiorum oſtiis aut ſtagnis degit,neque ſimiliter iucūdus eſt,neque boni ſucci, neque cōcoctu facilis: ſi verò aqua vitioſa ſit,etiam in ipſa peſſimus gobius euadit.Si iure albo decoctus ſit donec flaccidus fiat,ius ipſius potum aluum ſubducit: aſſatus citra ſalem comeſtus promptitudinem egerendi inanem ſanat.

De piſcibus mollis carnis, Cap. cxlii.

EX piſcium mollis carnis numero ſunt aſelli,murænæ, bugloſſæ ac paſſeres:& ex his aliqui in fluminibus & ſtagnis degunt,aliqui in mari.Et propterea aliquando iucundi & probè nutrientes reperiuntur, aliquando vitioſi & mali ſucci.

De piſcibus duræ carnis, Cap. cxliii.

EX duræ carnis piſcibus ſunt dracones,cuculi, ſcorpii, orphi,glauci,cōgri,phagri, amiæ, & parui thunni ac pelamides: qui ægrius concoquūtur quàm piſces mollis carnis,& craſſum humorem generāt,& propterea fortiore ventre indigent ad concoctionem.

De piſcibus teſta intectis, Cap. cxliiii.

BVccina & purpuræ & reliqua oſtrea ac chamæ, oſtracoderma, *hoc eſt teſta intecta*, appellātur. his omnibus commune eſt ſalſum ſaporem & qui vētrem noſtrū molliat,

liat,in propriâ carne habere: verùm in vnoquoque gene-
re magis aut minus talis actio ineſt.Nam oſtrea ſiue con-
chæ inter alia molliſſimam carnem habent,& magis vẽ-
trem ſubducunt.& quidam ipſa citra cocturam edunt.At
verò paruæ chamæ,& purpuræ, buccináque ac murices
& ſimilia duram & ægrius concoctilem carnem habent,
& minus quàm illa vetrem ſubeunt.quemadmodum au-
tem ægrè concoctilem carnẽ habent oſtracoderma duræ
carnis,ſic etiam ægrè corruptilem habent:quapropter ex
hiberi ipſa ſolent ſæpe iis qui ex humorum prauitate ci-
bum in ventre corrumpunt.coquunt autẽ ipſa, & aqua i-
terum atque iterum diffuſa, donec ſalſa qualitas depona-
tur. ſic præparata etiam ventrem ſiſtunt. Si verò coquas,
& primam aquam diffundas,deinde ſale aut magis garo
condias,& ius bibendũ præbeas, aluus bibentis multùm
ſubducetur.

De cruſtatis,*ſiue molli teſta intectis*, Cap. CXLV.

GAmmari,paguri,cancri,locuſtæ & ſquillæ, & quæcũ
que alia cruſta intecta, tenuem quidem habent am-
biẽtem teſtam,verùm duram,minus ſuperioribus ſalſum
ſaporem habent,habent tamen, eúmque non modicum.
Omnia autẽ carnis duræ ſunt,ægrè concoquuntur,ſúntq;
multi alimẽti,præcocta videlicet.Horũ caro velut etiã o-
ſtreorũ,ventrẽ ſiſtit,vbi præcocta ſalſum humorẽ in aquã
depoſuerit.Sed & hæc ægrè corruptilem carnem habẽt,
ſimiliter vt duræ carnis oſtracoderma.

De piſcibus mollibus, Cap. CXLVI.

MOlles appellantur piſces,neque ſquamas habentes,
neque cutẽ aſperã aut teſtaceã,ſed mollẽ. ſuntque
tales,polypi,ſepiæ,loligines,& qui his ſimiles ſunt. Habẽt
autem carnẽ duram,ægrè concoquũtur,& ſalſum humo-
rem modicũ in ſe continent.Si tamen concoquantur, ali
mentum non modicum corpori præbent : plurimùm au
tem crudum humorem hi ipſi gignunt.

De piſcibus cartilagineis, Cap. CXLVII.

ASperam & nocte ſplendidam cutem hoc genus pi-
ſcium habet: quapropter aliqui à Græcis ſelachia
appellata volunt quòd ſelas,*hoc eſt ſplendorem*,emittãt.Mol
lem in ſe carnem habent torpedo & paſtinaca, aluo mo-
deratè ſubeuntem,& non ægrè concoquuntur, & mode-
ratè quoque alunt.

De Echinis marinis, Cap. CXLVIII.

EChinos *ſiue herinaceos* marinos quidam ex vino mul-
ſo præſumunt & garo, ſubducendi ventris gratia,
ſed & patinas ex ipſis præparant. Referuntur autem in-
ter edulia modici alimenti, & quæ mediam facultatẽ in-
ter ſpiſſantia & attenuantia humores habent.

De ſalſamentis omnium animalium, pedeſtrium,
volucrium , & aquaticorum,
Cap. CXLIX.

NON modica differẽtia ſalſarum carnium eſt, prout
quædam ex ipſis ſaliuntur. nam adeo immutantur
vt ſæpe animalis temperamento humidi caro ſalita lon-
gè ſiccior euadat quàm caro animalis natura ſicci nõ ſal-
ſa. Apta itaque ad ſalſuram ſunt animalium corpora quæ
duras ſimúlque ſuperfluitate redundantes carnes habẽt.
quæ verò aut valde mollem, aut valde durum, aut ſiccũ
& ſuperfluitatum expertem corporis habitum habẽt, ad
ſalſuram inepta ſunt.Queadmodum enim ſicca corpora
ſalita coriis ſimilia euadunt: ſic valde humida diffluunt,
& ſalis familiaritate colliqueſcunt. Itaque manifeſtũ eſt
quòd dura & neruoſa & velut pelliculoſa ac coriacea o-
mnia,ſalita ægrè concoquuntur: quæ verò ad ſalſuram i-
donea ſunt,tenuium partium fiunt, & comeſta craſſos ac
glutinoſos humores attenuant. Cæterùm vetera ſalſamẽ-
ta omnia vitioſa ſunt.

De garo, Cap. CL.

GArum vim habet multùm calidam & ſiccam : & pro-
pterea quidam medici vſi ſunt ipſo ad putredinoſa
vlcera. quin & dyſentericis & iſchiadicis per clyſterem
infundunt.

De muria, Cap. CLI.

MVria ſalſorum piſcium,ſimiliter vt garum,putredi-
noſis vlceribus conuenit,& ad iſchiadas ac dyſente
rias per clyſterem infuſum. Acrimonia enim ſua humo-
res coxendicem infeſtantes attrahit, & per inteſtina eua-
A cuat. In dyſentericis autem putredinoſa vlcera abluit &
ſiccat.maximè verò ſilurorum ſalitorum & mænularum
muria ad talia medici vſi ſunt,& nos ad putredinoſa oris
vlcera adhibuimus.At verò oliuarum colymbadum mu-
ria frequenter in dyſentericis vtimur , præmittimúſque
eam hora vna antea quàm cruſtifica infuſa immittamus,
ad vlcera videlicet præmundanda.

De adipe pinguedinéque ac ſeuo,
Cap. CLII.

OMnis pinguedinis vis eſt humana corpora humectã
B di ac calfaciendi : verùm ſingulæ inter ſe differunt,
prout magis aut minus eas vires habent.Differt pingue-
do à ſeuo craſſitudine: quapropter animalia tota natura
magis terrea,ſeuum habent,velut humectiora pinguedi-
nem.Et propterea adeps ſiue pinguedo facilè liqueſcit ab
igne, non facilè autem congelatur : ſuum contrà non li-
queſcit facilè, & liquefactum celerrimè congelatur, &
multo durius adipe apparet. Humidiſſima omnium ferè
animalium pinguedo eſt ſuilla,magis mollientis ac conco
quens oleo:quare cataplaſmatis inflammationum admi-
C ſcetur. Cæterùm iis qui in recto inteſtino aut colo mor-
ſum percipiunt,item in dyſentericis & egerendi cupidi-
tate inani,caprinum ſeuum magis iniicimus, non quòd
acrimoniam obtundat,ſed quòd congeletur ob craſſitiẽ.
nam ſuillus adeps defluit velut oleum. At verò anſerinus
adeps ſuillo quidem calidior eſt, & valde tenuiũ partiũ,
& propterea infundimus ipſum iis qui in alto corporum
morſum ſentiunt.nam partium tenuitate tota corpora pe
netrat, & omnibus mordentibus ſeroſis humoribus ad-
miſcetur,& mordacitatem hebetat. Mediũ inter ſuillum
D & anſerinum locum obtinet gallinaceum ac gallorum.
Porrò taurorum ſeuum multo calidius & ſiccius eſt pin-
guedine ſuilla. Vitulinum inferius taurino eſt caliditate
& ſiccitate. ſimiliter, hœdinum inferius eſt caprino ac
hircino. rurſus hircinum inferius eſt leonino. maximè
enim diſcuſſorium eſt leoninum , & tenuiſſimarum par-
tium fermè præ omnium quadrupedum ſeuo. vnde tu-
moribus inueteratis induratis , & contractis articulis ad-
hibitum,validiſſimam vim diſcutiendi habet. Taurinũ
medium locum obtinet inter ſuillum ac leoninum,& pro
E pterea vtrique medicamentorum generi miſcetur, tum
iis quæ induratis medentur, tum quæ inflammata conco
quunt: quale eſt tetrapharmacum & regium appellatum.
quidam viperarum adipem in principio ſuffuſionum cõ-
uenire tradunt. Verùm vrſinum alopeciis prodeſſe verè
ſcripſerunt.Quidam piſcium pinguedinem collaudãt ad
ſuffuſiones & aurium dolores,aiúntque omnium piſcium
adipem ad hæc pollere.Omnis adeps veteraſcens calidior
ac tenuiorum partium euadit,ob id etiam magis diſcuſ-
ſorius. id quod omnibus veteraſcentibus contingit quæ
F nõ putredo præoccuparit. Summa autem huius ſermonis
in cõmune hæc eſt,cuius meminiſſe oportet. nẽpe iuxta
animalium temperaturã,ſemper differentias adipis ac ſe-
ui in ipſis fieri.item iuxta differentiã generis.nam maſcu
lum ſemper ſiccius & calidius eſt fœminino:mas autẽ ca-
ſtratus ſimilis eſt fœminæ. itã etiã omne iuuenile animal
fœminæ aſſimilatur. Sic autem & ſylueſtre calidius eſt &
ſiccius domeſtico.

De medulla, Cap. CLIII.

OMnis medulla vim dura & indurata corpora emol-
G liendi habet,ſiue muſculi,ſiue tendines,ſiue ligamen
ta, ſiue viſcera hoc modo ſint affecta. Optimã autẽ ſem-
per expertus ſum eſſe ceruinam,deinde vitulinam.tauro-
rum & hircorũ acrior eſt magiſque ſiccatoria,& propter-
ea duritias in ſcirrhum induratas diſſoluere nequit. Cæ-
terùm methodum reliquarũ differentiarum , ex iis quæ
de adipe relata ſunt,coniectare potes.

De pulmone, Cap. CLIIII.

PVlmo agninus & porcinus vſti ac triti impoſiti,attri-
tus calciamentorũ ſanant. Vulpis pulmo ſiccatus &
H tritus paulatim potus,anheloſos ſanare creditur.

De capitibus, Cap. CLV.

CApita mænularũ ſalſarũ vrebat quidam,vtebatúrque
ad rimas ſedis,& putreſcentes gingiuas , & ad gurgu-
lionem induratum. Vis ipſorum ſiccatoria eſt non valdè

A acris.alius quidam caput integrum leporis vrebat,& vtebatur ad alopecias cum adipe vrſino. Viperarum capita vſta in olla ad cinerem,deinde trita cum decocto lupinorum amarorum craſſiſſimo,& temporibus illita, fluxum oculorum diuturnum ſiſtunt.Cinis ipſorum per ſe læuiſſimè tritus,& vt aridum collyrium adhibitus,hebetem viſum magnopere corrigit.

De cornibus, Cap. CLVI.

Cornibus cerui ac capræ vſtis ſæpe vſi ſumus ad illuſtrandos dentes. gingiuas quoque flaccidas adſtringunt.Aiunt cerui cornu,ſi poſt vſturam lauetur, dyſente-
B riam ac ſanguinis ſputum,& cœliacas affectiones ſanare. Ictericis quoque vtiliter præbetur: datur omnibus duorũ cochleariorum menſura.Vſtum & lotum collyriis ocularibus ad fluxiones oculorum deſtinatis admiſcetur. Eſt autem horũ collyriorũ vis ſiccatoria. Capræ cornu ad pruritus facere aiunt,itémque ad ſcabiem,vlcera, affrictum.

De vnguibus, Cap. CLVII.

Quidam vngues caprarum vrunt,deinde cinerẽ aceto ſubigunt,& alopeciis illinũt.Sunt autẽ attenuatoriæ facultatis:alii ſuum vngues vrunt, & cinerem colicis
C in potu præbent:aliqui aſinorum vngulas vſtas comitialem morbum ſanare aiunt,ſi aſſiduè bibantur.Eaſdem oleo ſubactas,ſtrumas diſcutere.Cinerem quoque earundẽ cum muliebri lacte probè tritum,& in collyria redactũ, oculorũ cicatrices detergere, ſi cum lacte item illinatur.

De impetigine in pedibus equorum, Cap.CLVIII.

Impetiginem equorum aceto tritam ac potam,comitialem morbum curare aiunt: aliqui & ad omnis reptilis beſtiæ morſum eadem vti iubent.

D De lanis ſuccidis,& puris,& vſtis, Cap. CLIX.

Lanæ ſordidæ ac ſuccidæ appellatæ, vtiliter adhibẽtur ad contuſas aut quomodocũque percuſſas partes, fomẽtis excipiẽdis aptæ:quanquã non deſit & ipſis ſua vtilitas ob ſordium efficaciam. Quomodo autem ex iis œſypum parare oporteat,iam dictum eſt in hoc ſermone ſecundo,vbi de ouiũ ſorde tractauimus.Lanæ lotæ ad ſuſcipiendas fomentorum humiditates materia apta exiſtũt. Eædem vſtæ vim habent acrem & calidam,cum quadam partium tenuitate,vt etiam humectas in vlceribus carnes
E celerrimè conſumant. Cõiiciuntur & in pharmaca ſiccatoria. vruntur in fictile nouum miſſæ, operculo addito multa foramina habente.

De pilis vſtis, Cap. CLX.

Pili vſti conſimilem lanis vſtis calfactoriam ac ſiccatoriam vim habent.

De oſſibus vſtis, Cap. CLXI.

Oſſa vſta omnia diſcuſſoriam & ſiccatoriam vim habent:quidam tamen de hominum oſſibus id maximè prædicant.Talum vtique ſuillum vſtum deinde potũ
F inflationes ac tormina ſanare prodiderũt. Et noui ſanè ego quendam noſtrorum hominum, qui oſſa vſta potanda dabat,ignorantibus bibentibus quid potarent, ne abominarentur: atque ſic in multis & morbum comitialem ac articularem curabat.

De pellibus & coriis, Cap. CLXII.

Pellis ouilla recens excoriata, flagris cæſis circundata, manifeſtè auxiliatur præ omnibus aliis auxiliis,vt in vna die ac nocte ipſos curet. concoquit enim & diſcutit ſubcruenta.Hyænæ pellem quidam domi repoſitam adſeruant,& vſu expetente ipſam à rabioſo cane commor-
G ſis circundant.nam proprietate quadam prohibet ne cõmorſus in aquæ timorem delabatur,ſed & iam elapſis auxiliatur.Coria vetera,maximè ſolearum,vſta,cinere ipſorum trito inſperſo, attritus calceamentorum non inflammatos ſanant.nam inflammatos exacerbant.

De ventriculo mergi, Cap. CLXIII.

Mergi ventrem torrefactum &ſali modico admixtũ crudis bonam concoctionem facere tradunt.

De vulpibus, Cap. CLXIIII.

H Quidam vulpes viuas in oleo coquunt, eóque articulares morbos ſanant.Solia enim oleo calido replent, atque ſic arthriticos totos inſidere faciunt,& diutius immorari iubent.Maximè autem diſcuſſorium fit hoc oleũ, vt ad ſuperficiẽ trahat in alto corporũ cõtenta, iſticque dolores faciẽtia,aut ob ſubſtantiæ craſſitudinem, aut ob frigiditatem,aut vehementem acrimoniam, aut ob flatuoſum ſpiritum egreſſum non habentem. Ex hoc enim non ſolùm tumores in articulis ipſorum, ſed etiam totũ corpus repletione affectum euacuari contingit, & propterea maxima vtilitas inde cõſequitur: nimirum quum cauſæ in articulis contentæ diſcutiantur,& nihil amplius affectis partibus influat, toto corpore à ſuperfluitatibus liberato. At verò ſiquis improba diæta vtatur,affectio redire ſolet:non tamen ita vehementer velut antea. nam & antea,quũ illæſum ab eo affectu eſſet corpus,vitioſa diæta malum id induxit.Idem facit & hyæna tota oleo velut vulpes cocta.

De aranearum telis, Cap. CLXV.

Ranearum telas quidam ſcripſerũt vlcera in ſuperficie ab inflammatione aſſeruare.

De ranis, Cap. CLXVI.

Ranæ paluſtres coctæ, & modico ſale ac oleo modico conditæ,magnam medelam afferunt à reptilibus venenatis commorſis,ſi ius ipſum in potu ſumatur. Aliud. Rana in oleo cocta,& oleo pro fomento admoto, diuturni tendinum dolores ſedantur. Idem oleum articu larem morbum mitigat, & duritias emollit. Ranæ vſtæ cinis membranæ cerebri ſauciatæ,aut venæ ruptæ inſperſus,ſanguinis eruptionem ſiſtit.

De Muſtela, Cap. CLXVII.

Muſtelam arefactã & potam , morbũ ſacrum curare aiunt.Si tota viua vratur in olla, cinis eius ſtrumas ſanat cum melle,aut terebinthina, aut butyro impoſitus.

De terræ inteſtinis, Cap. CLXVIII.

Terræ inteſtina trita & neruis diſſectis impoſita, e-ueſtigio mirabiliter auxiliantur, omnem quoq; ferri aut lapidis,aut alterius rei plagam glutinant,præſertim in neruoſis & ægrè glutinum admittẽtibus partibus, aut naribus,aut auribus,& ſimilibus.Oportet autem ea læuigare cum terra in qua reperiuntur, ſi non acrem aut ſalſam habeat qualitatẽ. Terræ inteſtina pota numero quin que aut ſeptem, cum paſſo vrinam cient, & omne genus lumbricorum eiiciunt eodem modo pota, aut quocunq; velis. Verùm latum lumbricũ expellunt cum aceto mulſo pota. Sed & morbum regium ægrè curabilem per vrinas expurgant,ſimiliter cum paſſo ſeptem numero pota, aut etiam per ſe, & cum myrrha troglodytide magnitudine ciceris.vtere confid enter. At verò in roſaceo cocta,aurium dolores ſanant,oleo calido infuſo. oportet autẽ terræ inteſtinorum drach.VI. eſſe, & roſacei lib.I. Dentium quoque dolores idem oleũ ſedat,propinquo dolenti denti auri calidum inſtillatum. Eadem ſuper prunas ſuffita dentium dolores ſedant, ægro per infundibulum fumũ ſuſcipiente ad dolentem dentem. Molares quoque quos tollere oportet,citra forcipem tollunt vſta trita, circũ dolentem dentem inſperſa:prius tamen dentem exactè circumſcarificare conuenit.Cinis eorundem in teſta exuſtorum læuiſſimè tritus,& vt collyrium aridum admotus,incipientibus ſuffuſionibus magnificè opitulatur. Auxiliatur idem palpebris in pilos eluxuriantibus, præeuulſis antea ſuperfluis pilis, deinde inſperſo cinere in loca ipſorũ per ſpecillum. prohibet enim pilorũ præter naturã regenerationẽ.Septem autẽ terræ inteſtina trita,ex vino mulſo ad plures dies pota, calculos in veſica confringunt, & paulatim emingere faciunt.Rumpunt & internos abſceſſus,& ad excretionẽ deducunt ſeptẽ aut nouẽ pota pro viribus,trita in aquæ cyathis tribus. Si verò quis ipſa trita in melle repoſita aſſeruet, optimũ auxiliũ ab percuſſos à ſcorpio habebit.Neruorũ nodos,quos ganglia vocamus, eadem per ſe trita in cataplaſmate impoſita diſſoluũt:itẽ mãmarum abſceſſus,per ſe cataplaſmatis vice impoſita: ſuppurant enim attrahuntque,& rumpunt,& ad cicatricẽ perducunt.Proſunt & eryſipelatis vſta trita cum aceto illita.Podagrarum inflammationes ſoluunt trita cum melle,ad cerati craſsitudinem,locis illita & tertia die ſoluta, locis roſaceo antea ſublitis. ſed & roſaceo cerato trita excepta,optimè pedum dolores mitigant. Cæterùm in capite non ſinunt leucas, *id eſt vitiligines albas*,altius inſidentes naſci,ſi fuerint conſuetis medicamentis præadſtrictæ,

& pili poſtea ex ipſis tritis cum vrina pueri illinantur. oportet autẽ in teſta prius exurere ipſa,& ſic in vrina vti. dato & hydropicis ſeptem cum vino mulſo: verùm exulceratæ veſicæ aut renibus, ſeptem item dato trita cum ſapa diluta. Strumas porrò paulatim minuunt viua locis adalligata,tot numero in pãniculum illigata quot ſtrumæ exiſtunt. Sedant omnem capitis dolorem & hemicraniã trita temporibus illita. Subterranea autem ſunt hæc terræ inteſtina: prodeuntia igitur & ad ſolem conſpicua,tẽpeſtates ac pluuias ſignificant.

De dracone marino, Cap. clxix.

DRaconis marini ſquamas vrito, & tenerrimè tritum cinerem ſublinito,& turbatos ac hebetes oculos ſanabis: item eos quibus animalcula velut culices,præ oculis volitare videntur.

De vipera, Cap. clxx.

VIperæ caro comeſta palàm calfacit ac ſiccat. Oportet autem capite & cauda amputatis ipſam excoriare,& omnia interanea eximere,aquáque triplici carnem eluere:deinde in aqua velut anguillam coquere, addito marrubio,& anetho modico, paucóque oleo. atque vbi iam cocta fuerit,moderato ſale condire,& edendam præbere, itémque ius abſorbẽdum. Quòd autem viperæ carnes ſic comeſtæ purgent per cutem totum corpus, ex iis cognoſcere licet quæ quum adhuc iuuenis eſſem expertus ſum. Homo quidam elephantiaſi correptus abominabilis erat & graueolens: itaque caſa prope vicum extructa in ipſa degebat. Metebant autem in vicino meſſores quibus vinum in amphora apportabatur: vbi ergo tempus bibendi adeſſet,meſſores vinum in craterẽ effundebant, atque ſic mortua vipera ſimul excidebat. Itaque plenum humanitatis opus ſe facturos rati,vinum ægrotanti elephantiaco largiuntur: melius enim eſſe iudicabant ipſum mori, quàm talem viuere vitam. verùm is epoto vino mirabili modo ſanatus eſt: etenim vniuerſa eius tumeſcens cuticula,velut oſtreorum tectorium decedebat, & quantũ eius reliqui fieret,ſatis molle apparebat. velut in locuſtis ac cãcris videre eſt,vbi teſtam exuerunt. Quin & in aliis pluribus conſimiliter accidiſſe,veteres memoriæ prodiderũt. Et nos multos ex viperis curatos vidimus: vnde etiã theriacæ ipſas miſcemus.

De herinaceo marino, Cap. clxxi.

HErinaceus marinus comeſtus ſuperiori ventriculo conducit,& cibos auerſantibus appetẽtiam excitat. Vrinam laxat idem veſicam expurgans,vnàque aluum leniter emollit.

De herinaceo terreſtri, Cap. clxxii.

HErinacei terreſtris caro ſiccata & paulatim pota,elephãtiacis auxiliatur,& vitiato corporis habitu præditis, conuulſiſque ac nephriticis, inſupérque aqua ſubter cutem laborantibus: habet enim vim diſcuſſoriam ac ſiccatoriam. ſed & iecur ipſius ſole ſiccatum ac potum elephãtiacis opitulatur. Cæterùm vtriuſque herinacei,terreſtris ac marini vſtorum cinis exterſorius eſt ac diſcuſſorius,& carnem conſumit: quapropter & vlcerum ſuperexcreſcentem carnem demolitur ac compeſcit,& ſordida vlcera expurgat. verùm herinacei terreſtris vſti cinis pice liquida exceptus alopecias ſanat: eiuſdem cinis potus cũ vino mulſo calculoſos renes ſanat,& aquam inter cutem. Bibitur cineris cochlearii dimidii mẽſura. Omnem vrinæ difficultatem ex quacunque cauſa obortam ſoluit herinaceus, ſi inteſtina ac interanea ipſius ſuffiantur, ægro vndiquaque cooperto: celerrimè enim ſic malũ ſoluitur. Ad hanc rem interanea inueterata eſſe oportet, & ſicca aſſeruata: quibus non præſentibus caro aut pellis ſicca ſuffienda eſt. Multam vrinam cient interanea ſicca trita pota, quantum tribus digitis apprehendi poteſt, ex vino. Eiuſdem caput vſtum & cum adipe vrſino illitum, nõ modò alopecias perſanat,ſed etiam pilos ex cicatricibus producit. Corium autem vſtum itidem cum adipe maximè vrſino illitum, ſimiliter alopecias ſanat. Totus porrò terreſtris herinaceus viuus in oleo ad mollem ac lentum ignem coctus diutiuſculè,oleum ex ipſo coxendicum dolores veteres illitũ ſanare facit. Fit ex ipſo & pſilothrum pilis denudãdis hoc modo: Herinaceum viuum in ollam A denſiſsimum operculum habentem,& duodecim ſextarios capientem mittito,& ad ipſum olei ſextarios ſex tantùm affundito,& ollæ oſculum diligenter gypſo oblinito,vt nullatenus tranſpirare poſſit: deinde ad dies quadraginta ad ſolem ſub caniculæ æſtibus exponito: poſtea apertam rudicula noua diligenter agitato, & mox excolato per panniculũ vtitor. Illinatur ex eo locus in ſole,& diu confricetur donec exſudet, poſtea aqua dulci affuſa prolue. Cauendum autem ne alios locos contingat, quos B depilare nolis.

De Hippocampis marinis, Cap. clxxiii.

HIppocampi marini & aſſati comeſti, & morſui impoſiti, à carne rabioſo commorſos ſanant: verùm cum aceto mulſo & melle ipſos conterere oportet.

De Cantharidibus, Cap. clxxiiii.

CAntharidum magnificum experimentum habemus ad ſcabros vngues. extrahunt enim ipſos commodis medicamentis admixtæ: miſcentur autem aliis erodentibus cõpoſitionibus,& excoriatoriis leproſorum. Quidã C ex præceptoribus noſtris in pharmacũ vrinam ciens parum de cãtharidibus addebat,reiectis alis ac pedibus. Ad hos vſus cõmodiores ſunt (velut ego expertus ſum) quæ in tritico reperiuntur,& virgulas tranſuerſales melini coloris in alis habent. Magis autem adhuc idoneæ fient, ſi viuas ipſas in vas fictile mittas: deinde oſculo vaſis rarũ linteolum obducas,deinde acetum in olla feruefacias, & vas cantharidum inuerſum ſupra ollam detineas,ita vt vaporem ab aceto elatum,per linteolum cantharides excipiant, donec emoriantur.

D De cancris fluuialibus, Cap. clxxv.

CAncros fluuiatiles crudos tritos & lacti mixtos in potu præbe,& omnis reptilis morſum curabis,& præſertim ſcorpii plagæ medeberis. & eum qui poto lepore marino iam perit,ſtatim reſtitues. Manifeſtum autem eſt quòd internam eius carnem cum lacte terere oporteat. Similiter exhibiti auxiliantur etiam phthiſicis contabeſcẽtibus: itémque iure albo cocti & comeſti,abſorpto inſuper iuſculo. Cæterùm cinis cremati cancri ſimiliter vt alia vſta,ſiccat: verùm quadam totius ſubſtantiæ proprietate, ad rabioſi canis morſum efficax eſt, tum ſolus, tum E multò amplius gentiana & thure additis: ita vt ſit thuris pars vna,gentianæ quinque, cineris cancrorũ partes decem. Vſi ſumus autem vſtis aliquando quidem alio modo,ferè tamen quomodo præceptor noſter vtebatur. Patinam habebat is ex ære rubro,in quã viuos cãcros miſſos vrebat,lignis vitis maximè ſubiectis,donec ad cinerẽ redigerentur, vt cõmodè teri poſſent. atque ſic habebat ſemper præparatum domi ſuæ pharmacum. Vrebat autẽ ipſos cancros menſe Auguſto ſub caniculæ æſtibus luna F decimaoctaua. Ex eo verò quotidie à rabido cane cõmorſis dabat vſque ad quadrageſimum diem cochlearium ſatis amplum in aquam inſpergens. Si autem non à principio,ſed poſt aliquot dies à morſu cõmorſi curam ſuſcipiebat,bina cochlearia quotidie dabat, vt quadraginta dierum exhibitio expleretur. Vtebatur verò & ad vulnus ipſum medicamento ex brutia pice, in quod recipiebat picis lib. i. aceti acerrimi ſextarium i. opopanacis quadrãtem. Porrò cinere cancri fluuiatilis vſti melle addito, plãtas pedum à frigore ruptas, & digitorum rimas ſanabis. Eodem etiam maligna & canceroſa vlcera curabis.

De carabo *ſiue locuſta*, Cap. clxxvi.

G LOcuſtæ teſtam vſtam ac tritam cum meraco bibendam dato, & alui infernum fluxum compeſces. Expurgat eadem & calculoſos renes,multam arenoſam vrinam deducens.

De teſtibus caſtoris, Cap. clxxvii.

CAſtoris teſtes caſtorium appellant, celebre & multi vſus medicamentum. hic in vniuerſum vim eius referemus, ad quam ſiquis reſpiciat,particulares vſus ſibi ipſi exquirere poterit. Calfacit itaq; & ſiccat,eſtque mul- H tùm tenuiũ partium medicamentum, ſiue quis humido corpori adhibeat egenti ſiccatione, ſiue frigido indigo caliditatis,ſiue iis qui ex repletione conuelluntur: vbi ea quæ præter naturam in neruis cõtinentur euacuare oportet, magnam quidem vtilitatem ex ſe oſtendit, & nullã

parti vllum aliquod detrimentum affricat, præſertim ſi
homo non vehementi aliqua febre laboret. Eadem ratio-
ne & tremulis ob craſſorum ac viſcoſorum humorũ mul
titudinem, commodiſſimum eſt potum. vtile eſt & ſingul
tui, ex humorum frigidorum ac viſcoſorum copia oſcu
lo ventris infarta oborto. Si verò ex ſiccitate, aut immo-
dica euacuatione, aut acrium humorum mordacitate, ſin
gultus aut conuulſio oriantur, caſtorii vſum velut infeſtiſ
ſimum fugere oportet. Sed & febrientibus non adeò cali-
da febri, ſed, vt ita dixerim, tepida (velut in altiore ſopore
ac lethargo fieri ſolet) valde multis caſtorium exhibuimus
cum pipere, vtriuſque cochlearium ex aqua mulſa: & ne-
mo ex ipſis vlla parte læſus eſt. At verò in lethargicis ac al
ti ſoporis febribus, caſtorium roſaceo dilutum capiti im-
poſuimus ac ceruici. Ad ſuppreſſos autem menſes ob co-
piam ac craſſitiem ſanguinis, ſanguine à talo moderatè de
tracto, cochlearium caſtorei cum pulegio aut calamintha
exhibui, cognouique medicamentum ipſum purgationẽ
menſtruam ciere. Eiicit & ſecundas detentas & morantes,
ſimiliter cum aqua mulſa potum. Inflatos ventres & tor-
minoſos propter craſſum ac flatuoſum ſpiritum conclu-
ſum, ex poſca potum ſanat. Datur & orthopnoicis, *id eſt re-
cta ceruice ſpirãtibus*, cum aceto mulſo aut poſca. Suffitur &
in carbonibus, hiante ægro & vaporem excipiente.

De canis fluuiatilis teſtibus, Cap. CLXXVIII.

CAnis fluuiatilis teſtes ad eadem commodi ad quæ ca-
ſtoris teſticuli exiſtunt, ſunt tamen debiliores. eiuſdẽ
canis pellis ad calceamentum redacta, pedum ac neruorũ
morbum egregiè mitigat.

De canis terreſtris catulo, Cap. CLXXIX.

CAtulus canis terreſtris probè ſaginatus iuxta ægrum
acclinatus, ſiue ſtomacho, ſiue alia interna parte ægro
tet, morbum eximit ac ſanat, affectu in ipſum tranſeunte.
Aiunt eundem mortuum diligenter ſepeliri oportere.

De cygni pullo, Cap. CLXXX.

CYgni pullus tener in oleo coctus, neruis affectis præ-
ter omnem opinionem medetur.

De buccinorum teſtis vſtis, Cap. CLXXXI.

BVccinorum teſtæ vſtæ vim multùm ſiccatoriam ha-
bent: vnde commodis medicamentis admixtæ inflã-
mationes induratas diſcutiunt. Conſimilem vim habent
purpurarum ac oſtreorum teſtæ.

De galerita volucre, Cap. CLXXXII.

COrydalus *Græcis* appellatur, *& Latinis galerita*, volucre
animal paruũ, quod ſæpe iuxta vias videmus: id ſim
plici iure coctum ac comeſtum colicis prodeſt. Oportet
autem aſſiduè & frequenter id edere, vnà cum iure. nam
vtilitatem ex ipſo ſæpe expertus ſum. Habet autem eminẽ
tiam quandam in capite velut criſtam, ex pinnis ſpõte na-
turæ productam.

De cochlea terreſtri, Cap. CLXXXIII.

COchlea terreſtris duram carnẽ habet, & propterea co-
meſta ægrè concoquitur: verùm iuſculum ipſius co-
ctæ ex aqua & anetho, oleóque ac garo, aluo ſecedit, ſi pote
tur. Si verò prima & ſecunda aqua in qua coquitur diffuſa,
in tertia coxeris donec exactè flacceſcat, & in fluxione ven
tris exhibebis, ventrem ſiſtet. At verò cochlearum humi-
ditas ſola per ſe citra carnem accepta, (vocant autem eam
ipſam cochleæ mucũ) & thuri admixta, aut aloæ, aut myr
rhæ, aut aliquibus ex his aut omnibus, donec cerati craſ-
ſitudinem habeat, pharmacum euadit glutinatorium, &
ſubmuſcoſos aurium tumores probè ſiccat. Glutinat item
ac ſiccat oculorum fluxiones fronti impoſitum. Quum i-
taque multum eius muci colligere voles, carnem ipſarum
ſtilo perforato: non modicam enim humiditatem emit-
tunt, præſertim ſi nõ ante multos dies captæ fuerint. Hæc
autem humiditas palpebrarum pilos reglutinat. Ego autẽ
aliquando in agro cuidam neruos ſauciato vnà cum ten-
dinis contuſione, carnem cochlearum impoſui cum fari-
næ polline qui molendinis adhæret, tritam, & citra inflã-
mationẽ vulnus glutinatũ eſt. Erat autem homo duræ car
nis. Quòd ſi ad manum ſint, præſtat admiſcere in tali-
bus myrrham, aut thus, aut reſinam frictam leuiſſimè
tritam. Cæterùm caro ipſa in pila prius contuſa, dein-

A de trita & impoſita, omnes partes ſuperfluam humidi-
tatem habentes ſiccat, vt etiam hydropicis proſit. Sed
& vnà cum teſtis ſuis tritæ cochleæ ventri vniuerſo hy-
dropicorum imponuntur, & ſuper articulorum tumores
in arthriticis. & appoſitio quidem ipſarum difficulter au-
ferri poteſt, verùm multùm ſiccat, & ſanè ſinendæ ſunt do
nec ſua ſponte decidant. Idem facere expedit & in tumo-
ribus ægrè ſolubilibus, ex plaga aut contuſione factis in
auribus. nam omnes hos exſiccat, etiãſi viſcoſum & craſ-
ſum in alto contineatur. Integræ porrò cochleæ vnà cum
B teſtis vſtæ, galla omphacitide ac pipere admixtis, magno
pere proſunt dyſenteriis in quibus vlcera nondum ſunt
putredinoſa. Oportet autem eſſe piperis partẽ vnam, gal-
læ duas, quatuor cineris cochlearum. quæ omnia exactè
læuigata ac mixta, repoſita ſeruabis, & vſu expetente
cochlearii pleni menſuram obſoniis inſperges, aut cum
aqua calida aut vino bibendam dabis. Citra verò vllam
admixtionem ipſe cinis cochlearũ vſtarum ſiccãdi vim
habet, cui & quiddam caliditatis propter vſturam ineſt.

De mænulis, Cap. CLXXXIIII.

C MÆnulæ ſalſæ caput vſtum, excreſcentes in vlceribus
carnes, maximè in dentium gingiuis reprimit in-
ſperſum, & callos eximit quos clauos vocãt, & extuberã-
tes ſedis eminentias tabefacit ac conſumit.

De torpedine, Cap. CLXXXV.

TOrpedo viua appoſita diuturnum capitis dolorẽ de-
pellit, & prolabentem ſedem intrò pellit. mortua ve-
rò, aut omnino non, aut modicè hæc facit.

De aſello marino, CLXXXVI.

ASellus marinus aqua coctus cum anetho & modico
D ſale conditus oleóque pauco, omnem interaneorum
morbum ſanat, maximè alui ab acribus humoribus in-
feſtatæ.

De oſtreorum teſtis, Cap. CLXXXVII.

OStreorum teſtæ omnes læuiſsimè tritæ & ad puluillũ
redactæ, vlceribus malignis conueniunt, & præſer-
tim in vlceribus corrodẽtibus labiorum optimum phar-
macum ſunt, citra mordacitatem ad cicatricem perducen
tes: participes enim ſunt facultatis adſtrictoriæ, per quam
duræ ac terreæ exiſtunt: eam autem per vſturam amittũt.
E Eædem cum aceto aut poſca aut vino mulſo tritæ, putre-
dinoſis cõmodæ fiunt, pro habitu videlicet ægroti, con-
ueniente humore admixto. quòd ſi vratur oſtreorum te-
ſta, tenuiorum partium euadit quàm buccinorum teſta:
nam & minus durum eſt ipſarum corpus. Si verò lauetur
hic cinis, commodus fit ad humectiora vlcera explenda,
& ad cicatricẽ perducenda. Atq; ego ſanè oſtreorum teſta
hoc modo præparata ſemper vtor, ad cauitates ac fluxio-
nes diuturnas & ægrè carnem recipientes, etiamſi fiſtulo
ſæ eſſent ac profundæ. Circumpono autem eam forinſe-
F cus cum adipe ſuillo vetere, & in ipſum ſinum quid indo
ex iis quæ talia carne replere ſolent: quale eſt pellucidus
lapis, ſpecularis appellatus. quin & dentes oſtreorum teſta
illuſtrat, velut etiam buccinorum, & purpurarum, non ſo-
lùm vi exterſoria, ſed etiam ſubſtantiæ aſpritudine. qua-
propter nõ eſt neceſſe ad hanc rem ipſas valde læuigare.
eædem lotæ ac tenuiſſimè tritæ humore flaccida vlcera
exſiccant.

De purpurarum teſtis, Cap. CLXXXVIII.

PVrpurarum teſtæ cum aceto potæ lienes tumentes ſa
G nant: ſuffitæ verò vteri ſtrangulatus curant, & ſecũdas
morãtes detrahunt. Vſtarum cinis ad eadem facit ad quæ
buccinorum adhibetur.

De ſquatina marina, Cap. CLXXXIX.

SQuatinam marinam vſtam craſſioribus corporibus in
balineo inſpergito.

De ſepia, Cap. CXC.

SEpia ſuffocata in aceto, ſi cum oleo acetum bibendũ
dederis, eum qui hippocampi marini venenũ ſumpſit
ſeruabis. Teſta ſepiæ exterſoriam & ſiccatoriam vim ha-
H bet, éſtque tenuiũ partium. quapropter vſta vtimur ad vi-
tiligines, maculas ſolares, ac lentigines, & ſcabiem. ſed &
ſale ammoniaco admixto, oculorum vngues exterit.
Eadem non vſta, dentes illuſtrat, & affricta oculorum

cicatrices deterit,& vlcera in ipſis ſiccat.Magnas quoque palpebrarum aſpritudines, ſycoſes *Græcis* dictas, cõſumit.

De Scinco, Cap. cxci.

SCinci circa renes partes, ad tentiginem pudendorũ ciendam bibuntur.Neque aliud magis contrariũ huic facultati deſtruendæ videtur quàm lactucæ ſemen ex aqua potum.Quidam etiam lenticulæ decoctum cum melle potum tentiginem ſedare tradunt.

De Tellinis, Cap. cxcii.

TEllinarum ſalſarum vſtarum cinis cum cedria adhibitus,ſuperfluos palpebrarũ pilos renaſci prohibet.

De cicada, Cap. cxciii.

CIcadis ſiccis quidam vtuntur in colicis affectionibus, cum pari numero granorum piperis,exhibéntque aut tres,aut quinque,aut ſeptem,tum in interuallis,tum in exacerbationib9. Alii toſtas in veſicæ dolore,ac calculoſis, edendas præbent.

De hyæna, Cap. cxciiii.

HYæna viua in oleo cocta, velut de vulpe dictum eſt, oleum diſcuſſorium efficit arthriticis vtiliſſimum. Vſus fiat velut de vulpe indicauimus.

De hirundinibus, Cap. cxcv.

HIrundinum vſtarum cinis cum melle illitus, anginã ſanat, & omnino omnes affectiones quæ in faucibus ac gurgulione cum tumoribus fiũt. Quidam & ad acuendum viſum cinere vtuntur, collyrii ſicci modo adhibentes.

De electione optimorum medicamentorum, Cap. cxcvi.

AGaricum præſtat quod ſtrias rectas habet.

Acaciam eligito fuluam & odoratam.

Aloem elige puram,non lapidoſam,valde ſplendidam, denſam, ſubflauam,friabilem,hepatis colore,facilè liquescentem, odoratam, amaritudinis intenſæ. Nigra verò & valde dura reprobatur.

Amomum elige recens & album aut ſubruffum, non coactum,ſed ſolutum & diffuſum,ſemine plenum ſimili racemulis,valde graue & odoratum,non carioſum,acre & guſtu mordax, colore ſimplex,non varium. Adulterant quidã id amomide ſimili exiſtẽte. Sẽper autem fragmenta reprobanda ſunt,electis ramis perfectis ab vna radice.

Ammomiacum thymiama eligendum eſt non lignoſum,granis thus referens,purum,denſum,nihil ſordium habens,caſtorei odorem præ ſe ferens,guſtu amarum.

Aſpalathus,bonus eſt grauis,& poſt decorticationem ſubruber,aut purpuram referens,denſus,odoratus, ſaporis amari.

Abſinthium,melius eſt quod in Ponto & Cappadocia naſcitur.

Bitumen,optimum eſt purpurei coloris, ſplendidum, intenti ac grauis odoris.Nigrum autem vitioſum eſt, na pice admixta adulteratur.

Bdellium præſtat guſtu amarum, colore glutinis,pingue in altum,& facilè molliri potens,non lignoſum,non ſordidum,iucundi odoris in ſuffitu, & vngui ſimile aromatico,onychi appellato.

Elleborum nigrum eligito probè coaltum,tenuem habentem medullam,acrem guſtu ac feruidum. talis eſt qui in Helicone prouenit ac Parnaſo & Anticyra.

Elleborum album elige moderatè extentum,& album fragilémque ac carnoſum,non acuminatum & iunceum, aut puluerulentam lanuginem remittentem dum frangitur,quique medullam tenuem habeat,guſtu feruido non valde neque aceruatim ſaliuam attrahentem: qui enim talis nõ eſt,ſuffocatori9 exiſtit.primas obtinet Cyrenaic9.

Euphorbium elige pellucidum & acre.

Viſcũ,optimũ eſt recẽs,coloris praſſini intrinſecus,foris ſubflauum,nihil aſperum aut furfuraceũ habẽs. colligitur ex quercu,malóque ac piro, & aliis arboribus.

Gluten piſcium bonum eſt non glaucum, ſubcraſſum, non ſcabrum facilè liqueſcens.

Calamus aromaticus bonus eſt fuluus,dẽſis geniculis, & qui in multas ſciſſuras & ſegmenta aſſuloſè frangitur,fiſtula telis aranearum repleta,ſubalbidus,in manducando viſcoſus,adſtringens,& ſubacris.

Cardamomum,optimum eſt quod ex Armenia affertur.elige quod ægrè frangitur,plenum & concluſum.

Caſiam elige fuluam,boni coloris, corallium referentem,arctam valde,longam,craſſam,fiſtulis plenam, guſtu mordacem, & adſtringentem cum quodam aromatico feruore,vinum redolentem: verùm purpurea & craſſa,zigir appellata,roſam odore referens, ad medicũ vſum maxime apta eſt.

Cera,optima eſt ſubpinguis,odorata,pura,Pontica.

Glutinum quod aliqui xylocollam vocant,optimũ eſt Rhodianum, éſtque albũ & pellucidum. nigrũ verò deterius eſt.

Gummi elige vermiculatum,vitriforme, pellucidum, non lignoſum.ab eo proximum eſt album: reſinoſum verò ac ſordidum,inutile eſt.

Coſtus, optimus eſt Arabicus, albus exiſtens ac leuis, plurimum habens & iucundum odorem.ſecundum locũ obtinet Indicus,denſus exiſtens ac leuis & niger velut ferula.Tertius eſt Syriacus,coloris buxei, odore nares percellens.Optimus eſt recens, albus,plenus ex toto, denſus, ſiccus,teredinem nõ ſentiens,guſtu mordax ac feruidus. Quidam adulterant ipſum helenii radicem admiſcentes. facilis eſt cognitio: nam helenium linguam non feruefacit,neque odorem intentũ &nares percellentẽ exhibet.

Crocus optimus Corycius eſt, recens ac boni coloris, parum albedinis in capreolo habens, oblongus, integer, probè coaltus,plenus,non friabilis,non pinguis, & tamẽ in attritu digitos facilè tingens, non carioſus, impetuoſi odoris,& acris.qui enim talis non eſt,aut vetuſtus eſt,aut maceratus.Quò verò facilè teri poſſit,in ſole ac fictili nouo ſiccare oportet.

Crocomagma ſic præparatur:Croci drach.centum,roſarum ſiccarum drach. L. amyli drach. L. myrrhæ troglodyticæ,gummi vtriuſque drach. L. vino odorato terito, & paſtillos formato,eiſque in vmbra ſiccatis vtitor.

Cyperi radix optima eſt quæ grauiſſima & denſa ac plena,ægrè friabilis,aſpera,odorata, cum quadã acrimonia.

Thus primas obtinet maſculum,rotundum, nõ ſectũ, album,& vbi inciſum eſt,intus pingue. Adulteratur reſina pinus aut gummi.facilis eſt cognitio.

Thuris cortex præſtat craſſus ac pinguis,odoratus, nõ ſcaber aut pelliculis refertus: adulteratur cortice ſtrobili aut pini admixto.deprehenditur id igne: alii enim cortices ſuffiti fumum edunt,verùm hic ardet odore iucundo velut thus.

Malabathri folium bonum eſt recens, in nigrore ſubalbidum,non friabile,integrum,odore nares percellens, & dum diluitur odoratum,nardum ſapore non ſalſuginẽ referens.quod verò in tenues partes contuſum carioſum odorem repræſentat, vitioſum eſt.

Medulla optima eſt ceruina; deinde vitulina, pòſt taurina. Bona eſt quæ æſtate accedente ad autumnum colligitur: aliis enim temporibus cruenta veſtigia in ipſa reperiuntur. curatur ad repoſitionem, recens mollitur aqua affuſa,deinde per linteum excolatur. rurſúſque lauatur,donec aqua pura fiat, poſtea in duplici vaſe liquatur, ſordibus innatantibus penna ablatis: poſtquam autẽ congelata fuerit,in fictili nouo reponitur, deraſa diligenter fæce quæ poſt liquefactionem & excolationem ſubſidet.

Panacis radices meliores ſunt ſiccæ & albæ extentæ, & incorroſæ,guſtu feruidæ,& aromaticæ.Succus panacis cõmodus eſt guſtu amariſſimus, forinſecus viridis, intrinſecus albus,pinguis,citò ſolubilis,grauis odoris, & guſtu calfaciens.

Myrrha,primaria eſt Troglodytica, ſubuiridis & pellucida,odorata, acris:quæ verò colore picea eſt,inutilis exiſtit.

Stacte, *i. myrrha*, bona eſt odorata, læuis, oleũ admixtũ non habens.

Styrax præfertur flauus & pinguis,reſinoſus,grumos habens ſubalbidos,valde odoratus; & dum mollitur humiditatem melleam remittens.

Tragacantha, optima eſt pellucida & læuis, tenuiſſima & pura,ſubalbida.

Hyoſcyamo vtendum eſt eo qui albos flores producit,

Galbanum, optimum eſt thuriforme, grumoſum, purum, non lignoſum, quod ex & ſemine quid admixtũ habet, odore graue, & neque ſummè liquidum, neque valde ſiccum.

Gagates lapis præfertur qui facilè accenditur, & odorẽ bitumnoſum repræſentat.

Melanteria, optima eſt ſulphurei coloris, leuis, æqualis, pura, & contactu aquæ citò nigreſcens.

Pŏpholyx optima eſt Cypria, & quæ aceto ſubacta æris odorem refert, colorem autem picis. Eſt autem & cœnoſi ſaporis, & carbonibus ignitis impoſita, ardet colorem aereum repræſentans.

Ex Oribaſii libris ad Euſtathium & Eunapium, De ſimplicium pharmacorum facultatibus.

Quæ media ſunt inter calfacientia ac frigefacientia, Cap. CXCVII.

Adiantum, aſparagus myacãthinos, muſcus, qui & ſplãchnon dicitur, glycyrrhizæ ſuccus, oleum dulciſsimum, cera, faba, lycium, lotus ſiue trifolium, cytrii cortex filicis radix, nuclei nucis pineæ, lentiſcus, lens, terra Chia & Samia, cadmia, ſpuma argenti.

Quæ moderatè calfaciunt, Cap. CXCVIII.

Viticis folia & ſemen, vrticæ fruct⁹ & folia, amygdala dulcia, anagallides ambæ, atractilis, glycyrhizæ radix oleæ radix & fructus maturus, fermẽtũ, eryngiũ, reſinæ omnes, cicerbita ſicca, iunci odorati flos, palmæ fructus, cochlearum cinis, cynocrambe, batrachii herba & radix, pulegium, lauri folia, & magis baccæ: minus autẽ radicis cortex. dictamnũ, pſeudodictamnũ, ſaluia, eryſimũ, lanæ vſtæ, bryoniæ radix, ariſtolochiæ radix, aſphodeli radix, daucus, chamædaphne, dracũculi radix, oleũ raphaninũ, cicerũ ſpecies tres, viſcũ, caucalis, liguſticũ, ferulæ ſemen, ſagapenum, ſatyriõ, apion, ſion, ſinon, ſtyrax, hydropiper, hypericum, ſal, ſanguis, fel, vrina, ſaliua, ſulphur, viperarũ carnes, adeps, ſalſorum piſcium muria.

Quæ calfaciunt primo ordine, Cap. CXCIX.

Aloe, chamæmelon, agaricum, abſinthium, ladanum, lini ſemen, malabathri folium, ſpica nardi, nardus Celtica, vinum nouum, ſerum lactis, caſeus, ficus ſiccæ.

Quæ calfaciunt ſecundo ordine, Cap. CC.

Amurca, anethum ſiccũ, ſed viride minus, artemiſia, balſamum, elaphoboſcum, calamus aromaticus, crocus, thus, maſtiche Chia, mel, vinum, pix, meliſſophyllum, marubium, propolis, cucumeris ſylueſtris ſuccus, ſcandix, ſcilla, cardui radix, myrrha, terebinthi cortex foliáque ac fructus, fœnumgræcum, chamæleontis vtriuſque radix, chamæpitys, ocimum.

Calfactoria tertii ordinis, Cap. CCI.

Abrotonũ, præſertim vſtum, lolium, populi nigræ flores & reſina, acorus, amomum, amaracum, ammiũ, anethũ vſtum, aniſum, iuniperus, aſari radix, ſabina herba, veratrum vtrũque, epithymũ, mẽtha, calaminthe, thymbra, arundinis vallatoriæ cortex vſtus, caroum, caſia, cedrus vtraque, cnici ſemen, conizæ, cuminum, thuris fuligo, fœniculum, melanthium, mei radices, moly ſiue ruta ſylueſtris, aut beſaſa, rhododaphne, vinum vetus, origanũ omne, opopanax, petroſelinum, ruta, ſmyrniũ, hyſſopus, galbanum, chamædrys, raphanus, ſampſuchus.

Calfactoria quarti ordinis, Cap. CCII.

Adarce, ampelopraſon, euphorbium, oleum cedrinũ, coſtus, cæpa, lepidium, ſinapi, allium, ſthruthii radix, tithymalorum ſucci, & omnia vſtoria vi prædita.

Quæ frigefaciunt, Cap. CCIII.

Gramen moderatè, auricula muris citra adſtrictionem: pira in cataplaſmata impoſita moderatè frigefaciunt, balauſtium, rubi folia & germina, & fructus viridis ac flos ipſe. Auena moderatè, muſcus marinus, glaucum moderatè, dorycnium valde frigefacit, arundinis ſepiariæ folia moderatè, cicuta ſummè, lichen in petris naſcens, papauer omne, mali fructus, oleæ fructus & folia, oleum myrteum, ſeſaminum, balaninum: helxine ſiue perdicias moderatè, panicum, violæ folia & ſuccus, mali perſici & citrii caro, fungi multùm frigefaciunt, item omphacii ſuccus, amylum moderatè, roſaceum mediocriter, ſordes ex palæſtra, cicerbita non ſicca, tribu-

A lus vterque, ramorum palmæ ſuccus, Samia terra moderatè, Cimolia terra, Naxiæ cotis detritũ ſiue retrimentũ, plumbago mediocriter, plumbum, ceruſſa, ſandyx, caſeus mollis recẽs coactus moderatè perfrigerat.

Quæ frigefaciunt primo ordine, Cap. CCIIII.

Acacia illota, atriplex citra adſtrictionẽ, vinacea, milium, ordeum, platanus, rhamnus, ſeris.

Quæ frigefaciunt ſecundo ordine, Cap. CCV.

Acacia lota. plantago, blitũ, galla omphacitis, cucurbita, cucumis, pepo, ſolanum hortenſe, lens paluſtris, B alga viridis circa prærupta maris littora collecta, pſyllii ſemen.

Frigefactoria tertii ordinis, Cap. CCVI.

Semperuiuum vtrunque, portulaca, mandragoras, citrii pars acida, polygonum, potamogeton, hyoſcyamus qui & florem & ſemen album habet.

Frigefactoria quarti ordinis, Cap. CCVII.

Succus papaueris, cicuta.

Quæ ſiccant citra mordacitatem, Cap. CCVIII.

C Vrticæ ſemen & folia, amurca, anagallis vtraque, auena, plantago, oleum dulce inſulſum lotum. fermentum attrahit ex alto ac diſcutit. Lupinus amarus, hippuris fortiter, iſatis, ſalicis flos & folia cum quadam adſtrictione. Quidam & ſuccum ex ipſis faciunt, & pharmacũ habent citra mordacitatem ſiccans ad multa cõmodum: verùm multo amplioris vſus eſt pharmacũ ſiccãs & adſtringens, nucis cortex vſtus, ſimúlque tenuiũ partium exiſtit: milium, centaurium tenue fortiter ſiccat, ceraſi gummi, liliũ, faba forinſecus impoſita, cupreſsi folia ac reliquæ D partes, cyperi radix, nucis pineæ nuclei aqua macerati, nymphææ radix, ſiræum ſiue ſapa, quinquefolii radix, polypodium, myrrha, ſarcocolla, ſtœbe, tragacantha, terra omnis, cadmia, aſiæ petræ flos humore flaccidas carnes cõſumit, pompholyx ſæpe vſta, calx ſtrenuè, oui candidum ac tenue: eadem vis & vitellorum eſt.

Quæ ſimpliciter ſiccant, Cap. CCIX.

Viticis folia & ſemẽ, graminis radix moderatè, adiantum, ſemperuiuum vtrunque, amarantum fluxiones ſiſtit potum, bryoniæ radix, anagiri folia ſicca, pira in cataplaſmate impoſita moderatè, ariſtolochia, aſparagus E myacanthinus, aſphodeli radix, & magis cinis, balauſtiũ valde, ruborũ fructus immaturus, quercus partes omnes, phagi ſimiliter, bulbus in cataplaſmate, eryngium, iſatis, ſalicis corticis cinis vehementer, cannabis ſemẽ, pæoniæ radix, lauri folia vehementer, & magis baccæ, oleum Cyprinum, laurinum, panicum in cataplaſmate impoſitum, naſturtium, caucalis, paſtinaca ſylueſtris ſiue daucus, lixiuium, præſertim ex cinere ficulneo, braſſica: caules autẽ eiuſdem cinerem fortiter ſiccantem faciunt, crethmum, F lilii folia & radix, omphacium, platani cortex & pilulæ moderatè, polypodium, amylum, ſal, nitrũ, gypſum, præcipuè vſtum: cadmia omnis, omnia metallica, & lapidea ac terrea, teſta clibanorũ, coagulum omne, ſtercus: anſerũ tamen & accipitrum inutile eſt propter multam acrimoniam. ſordes ſiue ſtrigmenta, carnes viperarũ, capita mænularum ſalſarum, cornu cerui ac capræ, caſtoriũ, oſſa vſta fortiter, capilli vſti, ſepiæ teſta, lanæ vſtæ, cancrorũ cinis, garum abundè, muria.

Quæ primo ordine ſiccant, Cap. CCX.

Chamæmelum, iuniperi baccæ, caroum, ordeum, polenta, crocus, thus, fœniculum, rododaphne, vinum G nouum, cucumeris & peponis ſemen, & radix ſicca, fœnumgræcum.

Quæ ſecundo ordine ſiccant, Cap. CCXI.

Lolium, amaracus, bitumen, anethum, balſamũ, vinacea, gingidium, elaphoboſcum, calamus aromaticus, thuris cortex & folia arboris, itémque ſemen: meon, maſtiche, mel, ſpica nardi, nardus Celtica, vinum, eruum, opopanax, pix, rhamnus, raphanus, ſcandix, cardui radix, myrrha, lentiſcus, terebinthi fructus & folia, lentes, alga huH mida & viridis, malabathri folium, galbanum.

Quæ tertio ordine ſiccant, Cap. CCXII.

Abrotonum præſertim vſtum, acacia, acorus, aloe, ammium, anethũ vſtũ, aniſi ſemen, iuniperus, aſarũ, abſinthium, herba ſabina, veratrum, epithymum, thymbra,

calamintha,arundinis ſepiariæ cortex vſtus, caroum, caſia, cedrus,conyza,thuris fuligo,nigella,citrii ſemen,vinum ſatis vetuſtum,acetum,origanum , quinquefolii radix,petroſelinum,ſmyrnium,ruta hortenſis,marrubium, rhus,ſampſuchus,ſeriphium, hyſſopus, chamædrys, chamæleontis vtriuſque radix,chamæpitys.

Quæ quarto ordine ſiccant, Cap. ccxiii.

AMpeloprasſon,oleum cedrinum,ſinapi,ruta ſylueſtris, allium.

Quæ media ſunt inter ſiccantia & humectantia, Cap. ccxiiii.

GRaminis radices in cataplaſmate impoſitæ, oleum dulciſſimum.

Quæ primo ordine humectant, Cap. ccxv.

AVricula muris,bugloſſum,ſuccus glycyrrhizæ,lactuca moderatè,violæ folia moderatè,mali Perſicæ fructus,fungi,roſaceum,ſatyrium,ſtratiotes fluuiatilis.

Quæ ſecundo ordine humectent, Cap. ccxvi.

POrtulaca,atriplex,blitum,cucurbita,mali Armeniacæ fructus,cucumis,pepo,lens paluſtris.

Quæ aquoſam frigiditatem habent, Cap. ccxvii.

ACacia,auricula muris,portulaca, plantago, atriplex, rubi folia,blitum,muſcus marinus,glaucium, dorycnium,viſcum,ſalix,cucurbita, cotyledon, cicuta, picea arbor,malua ſatiua,papauer,mala præcocia, fungi, platanus,polygonum,potamogeton, ſideritis, cucumis cibarius,holoſchœnus,cicerbita,tribulus, lenticula paluſtris, pſyllii ſemen,plumbum.

Quæ tenuium partium ſint, Cap. ccxviii.

ABrotonum vſtum,vitex,ſcandix,populi nigræ flores & folia,vrticæ ſemen & folia,amomum,acorus,aſari radix,bryoniæ radix,chamæmelon,aparine,ariſtolochia, plantago ſicca,aſphodeli radix, præſertim vſta: balſamũ, herba ſabina,ſinapi,rubi radix,glycyrrhizæ radix,oleũ vetus,oleũ cicinũ, elaphoboſcũ,euphorbiũ,fermẽtũ,ſalicis ſuccus,calamintha,calamus aromatic⁹, arũdinis ſepiariæ cortex vſtus, caſia, carpeſion,miliũ,oleũ cedrinum,pruni gummi,maſtiche,nigella, ſuccus Cyrenaicus, opobalſamum,ruta,piſtacii fructus,propolis, terebinthus, roſaceũ oleum,ſagapenum,ſampſuchus,ſeſelis,cucumeris ſemen, ficus aridæ moderatè, flos iunci odorati,cinis, calx, ſalis flos,hyſſopum,ſal,alcyonium Mileſium, nitrum, auripigmentum vſtum,gypſum vſtum,ſulphur,cadmia, pumex vſtus,lixiuium,aſiæ petræ flos,melanteria,miſy,æs vſtum, chryſocolla,ſandyx,fucus,adeps leonis ac pardi, itémque hyænæ valde,caſtorium,ſepiæ teſta vſta,lanæ vſtæ.

Quæ craſſarum partium ſint, Cap. ccxix.

PLantaginis radix,balauſtium, vinacea,zingiber,cucumis,cæpe,ſquamæ omnes,ſori,alumen.

Corroborantia, Cap. ccxx.

CAſia,galla omphacitis,ſtœchas,palmæ fructus,abſinthium,maſtiche.

Concoctoria, Cap. ccxxi.

AMomum,vua paſſa,cera,ladanum, glutinum librarium,crocus,thus,pix,maſtiche Ægyptia, roſaceum oleum,myrrha,ſtyrax,galbanum,alica,adeps ſuillus & vitulinus,butyrum,œſypus.

Suppuratoria, Cap. ccxxii.

AQuæ temperatæ affuſæ fomentum,aqua & oleum tẽperata,farina triticea,panis,alica, adeps porcinus & vitulinus,butyrum,thus,pix,reſina.

Mollientia, Cap. ccxxiii.

QVæcunque calfaciunt non tamẽ vehementer, ſimúl que non vehementer ſiccant:ſunt autem talia,ſeuum caprinum,adeps gallinaceus,& porcinus.ſeuum taurinum & hircinum,medulla ceruina,vitulina,ammoniacũ,thymiama,ſtyrax, galbanum, bdellium, oleum ſicyonium, oleum liliorum,oleum dulciſſimum,chamæmelinum,althææ radix, cucumeris ſylueſtris radix, maluæ ſylueſtris folia,maſtiche Chia & Ægyptia,terebinthina,reſina Colophonia,opopanax,ſordes ſtatuarum in gymnaſiis, ſordes palæſtrarum,butyrum,œſypus.

A Quæ indurant, Cap. ccxxiiii.

SEmperuiuum,portulaca,pſyllium, lens paluſtris, ſolanum.Indurantur autem corpora & partes aut ob ſiccitatem,aut ob plenitudinem,aut ob cõgelationem. Si quidem igitur ob ſiccitatem pars dura fiat, humectare omni modo ipſam oportet: ſi verò ob plenitudinem,euacuare ipſam oportet:ſi verò ob congelationem fuerit indurata, congelationem moderatè calfacientibus diſſoluere oportet.nam congelatio ex frigore eſt,quæ autem vehementer calfaciunt,magis congelant.

L Exterſoria, Cap. ccxxv.

STercus caprinum vſtum & non vſtum,omnes teſtæ teſta intectorum,ſepiæ teſta,herinacei terreſtris ac marini cinis,ſerum lactis, ac bryoniæ radix, mel, amygdala dulcia eſui apta,& ipſorum arbor,anagallis vtraque,anemonæ omnes,plantaginis folia,maximè arida: ariſtolochia,aron,aſparagus myacanthinus, ſtaphis agreſtis, aſphodeli radix,atriplicis ſemen, abſinthii ſuccus, bulbus impoſitus,veratrum vtrunque,helxine ſiue perdicias,ſalicis ſemen,calami ſepiarii radix trita moderatè,fabæ caro,
C lapſana in cataplaſmate impoſita,lichen petrarũ, leucoii partes omnes, platani radicis cortex,marrubiũ, meõ,propolis moderatè,vlmi folia & cortex ac radix,ptiſana,terebinthina ampli⁹ quàm maſtiche, ſagapenũ moderatè,cucumeres,peponis partes omnes,cucumeris ſylueſtris radix, beta,tithymalus,phu,chamæpitys,halcyonia omnia,terra Chia & Samia moderatè,ſmiris abundè,cornu cerui & capræ vſtum:& quæcunque inueneris nitroſa & amara, ea omnia meatus expurgare poſſunt.Quæ verò tenuium partium ſunt dulcia,extergent moderatè vlcerum ſordes &
D totius cuticulæ,velut ſunt fabæ,eruum,ordeum, lupinus, & ſimilia.

Quæ vaſorum oſcula aperiant, Cap. ccxxvi.

QVÆ oſcula vaſorum aperiunt,calida ſunt nõ valde, & craſſarum partium: quæ enim vehementer calfaciunt,vrunt & cruſtam inducunt;anemonæ omnes, cæpa, allium,fel taurinum,irini & amaracini olei ſiue vnguenti fæx.

Rarefacientia cutem, Cap. ccxxvii.

RArefactoria ſunt quæ moderatè & citra moleſtiam
E calfaciunt,nequaquam verò ſiccant: Chamæmelon, althæa,cucumeris ſylueſtris radix,coſtus,libanotides, nitrum,abrotonum,oleum vetus.

Denſantia cutem, Cap. ccxxviii.

AQua frigida,ſemperuiuum,portulaca, tribulus viridis,pſyllium,lenticula paluſtris, mandragoræ mala, & ſummatim omnia quæ frigefaciunt non ſiccantia.

Corrodentia, Cap. ccxxix.

AVripigmentum,ſandaracha,chryſocolla,cãtharides, erucæ pinus,cedria,veratrum nigrum.

F Reprimentia eminentias, Cap. ccxxx.

ELaterium,cucumeris ſylueſtris radix,ochra, mandragoras,aſiæ petræ flos,oſtreorum teſtæ, herinaceus vterque vſtus vnà cum teſtis ſuis, hæmatites lapis ſiccus tritus & ad puluillum redactus,faba, ſquama æris,chryſocolla.

Cicatricem inducentia, Cap. ccxxxi.

QVæcunque adſtringunt & ſiccant,alumen,galla omphacitis,æs vſtum,præſertim lotum, malicorium aridum,recrementum plumbi, ſpuma argenti, helcyſma,
G *id eſt argenti recremẽtum*,plumbum vſtum, teſta intectorum omnium teſtæ,vitrum,pumex præſertim vſtus,& vino extinctus,ſpecularis lapis vſtus,ceruſſa,pompholyx, ſpodiũ, lotum,chryſocolla,ſtibium vſtum,diphryges,ſarcocolla. omnia prædicta ſi vlceribus inſperſeris, ipſa cicatrice includes.Verùm cum mordacitate cicatricem inducit atramentum ſutorium vſtum, cadmia, ſquama æris ac ferri, præſertim ſtomomatis,ærugo,calx vſta & lota.

Exulcerantia in ſuperficie, Cap. ccxxxii.

RVbi canini folia,betæ radix,allium,pulegium,hyſſopum,origanum,ſepiæ teſtæ, aſphodeli radix, ſemen lini:& ſalſa,& acria,& amara.

Vſtoria, Cap. ccxxxiii.

CAntharis,diphryges, fæx aceti vſta, anemona puniceum florem habens,allium,cinis, præſertim ſiculn⁹

nitrum aſſatum,æs vſtum,alumen, buccinorum teſtæ v- A
ſtæ, mænularum capita,auripigmentum, ſtaphis agreſtis,
granum cnidium,ſinapi,pyrethrum. calx non extincta v-
rit,extincta cruſtam inducit.

Attractoria, Cap. CCXXXIIII.

ANemonæ omnes,anagallis vtraq;,dictamnus, cicer,
thapſia,cyclaminos,narciſſi radix,propolis fortiter,
fermentum,ſtercus omne,ſagapenum,ſuccus Cyrenaicus
& Medicus,ſilphii ſuccus & radix,ſparti quo aucupes vtū
tur,& ſemen & virgarum ſuccus generoſè, terebinthina
magis quàm aliæ reſinæ,ſulphur,ſtercus bubulum, præſer B
tim ſi eruo boues paſcantur, calaminthe in cataplaſmate
impoſita,coſtus contritus cum oleo: fortiter autem attra-
hit viſcum.

Diſcuſſoria, Cap. CCXXXV.

ABrotonum,agaricum,adiantum,ægilops, vrticæ ſe-
men & folia,ſambucus,ebulus, chamæmelon, aniſi
ſemē,ariſtolochiæ radix,aſphodeli radix, præſertim vſta:
atriplex,bulbus,herba Sabina, muſcus qui ſplanchnon &
hypnon *Græcis* appellatur,daucus,althæa,oleum dulce, o-
leum vetus,oleum raphaninum & cicinum, thapſia, ca- C
lami ſepiarii cortex vſtus abundè diſcutit, braſſicæ folia,
lilii folia & radix,ladanum,mercurialis,malua ſylueſtris,
mel,mali Perſicæ folia & germina,rhododapne,groſſi fi-
cus,ficus ſylueſtris,maſtiche Chia, opobalſamum, ſuccus
Cyrenaicus vehementiſſimè,paliuri folia & radix, ruta,
pix,marrubium,terebinthina,roſaceum oleum modera-
tè,ſordes à ſtatuis,ſordes palæſtrarum quæ patos *Græcis* di
citur,ſampſuchū, cucumeris ſylueſtris radix,myrrha, cari
cæ acriores amplius quàm groſſi,beta citra calfactionem,
fortior eſt autem alba:galbanum,ſal,præſertim vſtus: ſalis D
flos,nitrū,halcyonia omnia,terra Samia,hyoſcyamus,ca-
ſeus tener ex acido lacte moderatè, butyrum, coagulum
omne,ſtercus omne valde,œſypus moderatè,carnes vipe
rarum fortiter,adeps,præſertim leoninus:oſſa vſta eorun-
dem leonum,& omnium aliorum cinis.

Adſtringentia, Cap. CCXXXVI.

OLeaſter,piraſter,lentiſcus,apium,ſemperuiuum, papa
uer,cytiſus,aloe,vrtica,vinacea, pira,crocus, althæa,
terebinthus,glans,hyoſcyamus, hedera, nymphæa, pal-
mæ,oui vitellus aſſatus,paliurus,hippuris,ſanguis concre E
tus,liguſtrum,œnanthe,braſſica bis cocta,coagulum lepo
rinum,ſpongia vſta,rhamnus.Sunt & multa alia adſtrin-
gentia,quæ omnibus nota exiſtunt.

Quæ ſemen generant ac prouocant in cibis ac
medicamentis,& cibis medicamen-
tariis, Cap. CCXXXVII.

EX eduliis omnia quæ amplius nutriunt & inflant, itē
medicamēta omnia flatuoſa & calida.Itaque bulbi,&
cicer,& nuces pineæ,fabæque ac ficus, edulia ſunt multū
ſemen generantia.Scincus autem, & ſatyrion, ac ſimilia F
medicamenta ſunt.Edulia autem ſimúlque medicamen-
ta ſunt,lini ſemen,eruca,& horminum.

Quæ ſemen inhibeant, Cap. CCXXXVIII.

SEmen inhibent omnia quæ frigefaciunt edulia ac me-
dicamenta,itémque quæ craſſefaciunt & condenſant,
velut lactucæ,cucurbitæ,blitum,atriplex,cucurbita, mo-
ra,melopepones. Quæ verò ſiccant,ne ab initio quidem
generari ſemen permittunt,etiamſi calfactoriam naturā
habeant,velut eſt ruta.Si verò calida non fuerint, multo
magis ſiccant,& ſemen generari non ſinunt, velut nym- G
phææ radix.

De alimentorum viribus, Cap. CCXXXIX.

SAnitatis ſtudioſum,ſiquid aliud,alimentorū vires noſ-
ſe oportet.itaque ea quæ attenuatoriam vim habent,
anguſtos tranſitus obturatione liberant,& viſcoſa infarta
expurgant ac craſſa ſecant.Verùm qui in ipſorum eſu per
ſeuerant,ſeroſas & bilioſas ſuperfluitates congregant,&,ſi
quis adhuc amplius perſeueret,atrabiliarium ſanguinem
reddet. quare ab aſſiduo ipſorum vſu abſtinere oportet,
præſertim eorum quæ temperamentum bilioſum habēt. H
Solis enim iis qui pituitam & crudum humorem viſco-
ſúmque ac craſſum coaceruarunt, talia conueniunt. At
verò craſſefaciente vi prædita, multùm alunt,& ſi in ven
tre ac iecore probè concoquantur, ſanguinem boni ſucci
generant,lienem autem & iecur obturāt. Ex his verò quæ A
dam craſſi tantùm ſucci ſunt,velut lenticula: quædam ve-
rò viſcoſi,vt malua:quædam craſſum ſimúlque viſcoſum
ſuccū poſſidēt,velut eſt caro teſta intectorū. Securior ita-
que eſt diæta & victus attenuatorius ad ſanitatis conſerua
tionem, præ craſſefaciente:verùm quum modicè alat, fir-
mitatem non addit corporibus neque robur:& oportet a-
liquando etiam multùm nutrientia moderatè aſſumere,
vbi firmitatem acquirere voles. Cæterùm citra periculū
craſſa diæta vti poſſunt,qui exercitiis dediti ſunt, & qui
dormiunt quantum volunt.Omnes autem qui ante acce- B
ptionem exerceri nō poſſunt, alimenta craſſi ſucci vitēt:
maximū enim ad ſanitatis conſeruationē malū,perpetuū
ocium exiſtit, quemadmodum contrà moderatus motus
maximum bonum. Omnium porrò eduliorum optima
ſunt quæ inter attenuantia ac craſſefacientia medium lo-
cum obtinent,& ſanguinem ſubſtantia ac compage mo-
deratum generant.Itaque tale alimentum corporibus no-
ſtris conueniens eſt:nociuum verò craſſi ſucci, & propte-
rea ſemper fugiendum.quin & alimentorum varietatem
fugere oportet,præſertim ſi ex contrariis viribus ac facul C
tatibus conſtiterint:ita enim aſſumpta probè concoquun
tur.

Attenuatoria alimenta, Cap. CCXL.

ALlium,cæpe,naſturtium,porrum,ſinapi,piper, ſmyr-
nium,pyrethrum, origanum, calamintha, hyſſopus,
ſiſymbrium,pulegium,thymus, ſatureia viridis accepta:
ſicca enim medicamentum eſt. Ab his proxima ſunt eru-
ca,ſion,apium,petroſelinum, ocimum,raphanus, braſſi-
ca,beta,fœniculum,coriādrum,ruta,anethum, liguſticū,
cuminum,capparis,& terebinthi fructus,caroi ſemen,ani D
ſi,dauci,& omnium odoratorum & acrium ac palàm ca-
lidorum ſemina, verùm fortiter attenuat rutæ ſemen ac
cannabis,vt medicamenta de cætero exiſtāt. Ex cerealib9
ſeminibus attenuanti diætæ ſolum ordeum conuenit,de-
inde panes clibano cocti triticei:à reliquis abſtinendum.
præterquam ſiquis per longius interuallū piſum,aut lentē
guſtare velit.plurimùm autem eduliorum vſum pro atte
nuantis victus ratione ſuppeditant piſces petroſi & mon-
tanæ volucres paruæ. in vniuerſum enim omnia exercita
ta meliora ſunt inexercitatis,& ſicciore victu vtentia, & E
purum ac tenuem aërem inſpirantia, & ex piſcibus qui
mollem ſimúlque friabilem carnem habent reliquis præ
ſtant.nam qui duram aut viſcoſam habent, ab iis penitus
abſtinendum eſt.Habes autem notas carnis omnis anima
lis,friabilitatem ac mollitiem,&quibus ſanè vtraque ad-
fuerit,ad ſatietatem edere licet:quibus altera tantùm,ede
re quidem expedierit aliquando,ſed vitanda ſatietas eſt.
Neque gallinas prohibeo ſiquis exercitio vtatur, neque
columbas,neque turtures,maximè ſi in agro degant, ac
montanis locis.Oportet autem non recèns mactatas, ſed F
vnam minimum diem ſeruatas à mactatione edere, non
ſolùm turtures & gallinas, ſed etiam perdices, & omnia
quæ moderatè duram carnem habent. Sed & ſalſi piſces
abundè attenuant,& craſſos ac viſcoſos humores ſecant.
eligendi ſunt autem & ex his qui mollem carnem habēt.
nam cetacei generis vitandi ſunt. Præſtat & plurima edu
lia aceto & aceto mulſo præparata accipere, & ſale prius
condire quantum eius fieri poteſt. neque læſionem incur-
ret,qui fructus pomorum aluum mollientes acceperit:ve
rùm tardè trāſeuntes deteriores ſunt:& magis ſi duri fue- G
rint.quare ex his ne guſtare quidē oportet, præter eos qui
repoſitioni apti ſunt,velut pira &mala,& vuarū nō pauca
genera:molliores autem magis edere expedierit:qui verò
valde auſteri & acerbi ſunt, ad hanc diætam inepti exi-
ſtunt.Omnium maximè autem aptæ ſunt caricæ,& nuces
& piſtacia,& amygdalæ ſubamaræ. Cæterùm oliuas neq;
laudo neque vitupero. Verùm ex dulcibus non ſolùm e-
duliis,ſed etiam potionibus,mel ferè ſolum exactè tenuē
ſuccum generat. Vina quoque tenuia & alba craſſos hu-
mores ſecant,& per vrinas expurgant. Vtiliſſimum verò H
ad extenuantem victum eſt acetum mulſum.

Craſſi ſucci alimenta, CCXLI.

PAnes furnacei,& ſiliginei,& non probè præparati, pla
centæ ex muſto & ſimilagine,itémquæ liba,& omnis
placen-

placenta non fermentata ex tritico,& quæcunque eius generis inde parantur.Sūt enim ſimilago ac alica ſatis craſſi ſucci:amylum vero moderatè.Sunt & dolichi craſſi ſucci & lupini,& interna lentis caro: nam cortex exterſoriū quid poſſidet.itémque fabæ fričtæ,& piſces molles appellati loligines,ſepiæ,polypodes, & cetacei generis, ex quo ſunt & thunni: moderatiores autem ipſis ſunt pelamides. Multùm craſſi ſucci ſunt oſtrea,& buccina,purpuræque & chamæ,patellæ,pectines,pinnæ,& omnia teſta intecta,anguillæ item ac cochleæ. bubulæ carnes,caprinæ,ceruinæ, leporinæ.ſuillum hepar, renes, teſtes moderatè,lac coctū, caſei omnes,verùm recentes & ex ecido lacte minus:oxygala,protogala,quod & pyriephthō vocatur:oua ad perfectam cōcretionem cocta,& magis adhuc,aſſata,atque amplius etiamnū,fricta in ſartagine: palmæ, caſtaneæ,bulbi, rapa,fungi,tubera,nuces pineæ, coni ac ſtrobili appellati, ficus non probè maturæ,citrii caro,cucumeres,præſertim vberius ingeſti: mala nondum matura. vina dulcia quoque ſanguinem craſſum generant, & his amplius ſapa, & vinum nouum,vináque craſſa ac nigra.

Media inter attenuatoria & craſſefacientia, Cap. CCXLII.

PAnes optimè præparati,carnes gallinarū, phaſianorū, perdicum, columbarum,attagenarum,& paruarum auicularum omnium, optima edulia ſunt.Inſuper piſcium petras ac littora & altum pelagus incolentium,gobiorum, murænarum, bugloſſorum & omnium conſimilium, qui neque viſcoſitatem neque graueolentiam in cibo repræſentant.Item ficus,pepones, & ex ſylueſtribus oleribus ſeris:id quod commune pluribus genus exiſtit.ſingulorum autem ſpeciales appellationes ſunt apud Atticos, velut lactuca,chondrile, gingidium, & alia infinita ſylueſtria olera quæ ſeridis nomine veniunt. Eius generis eſt & aſparagus paluſtris,itémque myacanthinus, & chamædaphnes, ac bryoniæ. Vinum item fuluum ſimúlque dulce ac pellucidum, quale eſt auriuſium, & Lesbiū,& dulce Falernum, ac Tmolites. hæc enim bonū & moderatè craſſum ſanguinem generant.

Quæ viſcoſum ſanguinem generant, Cap. CCXLIII.

TRiticum graue,denſum, & in alto flauum, viſcoſum ſuccum generat: leue autē & rarum & vtrinſecus album,minus viſcoſum humorem generat. Eſt & ſimilago itémque halica ſatis viſcoſa. Item tendines, præſertim in muſculorum extremitatibus, aponeuroſes *Græcis* appellati & partes circa labra,& lingua,ſuilla quoque caro,& agnina. ſeſami item ſemen,& palmulæ pinguiores.

Quæ crudum humorem generant, Cap. CCXLIIII.

PAlmulæ virides veſcentes crudis humoribus implent, & rapa,& teſta intectorum caro,ſi diutius cocta ſalſum humorem depoſuerit:& piſces molles appellati, velut ſepiæ,polypi, & alia huius generis:item cetaceum genus in mari.quapropter antea ſalſa hæc in vſum cibi veniūt.Talia ſunt & inteſtina,& ventres,& vuluæ quadrupedum, & acidum lac,lupini, vua in ventre retenta.

Quæ frigidum humorem generant, Cap. CCXLV.

QVI ſe cucumeribus valde explent, frigidū humorē coaceruant.Inſuper & qui ventres ac inteſtina & vuluas quadrupedum animalium ingerunt, & lac acidum,& mala nondum matura.

Quæ atrabiliarium ſuccum generent, Cap. CCXLVI.

CArnes bubulæ,caprinæ, & magis taurorū ac hircorū, & adhuc amplius ouium ac leporum, ac ſuum ſylueſtrium: carnes item ſalſæ quadrupedum animalium. Ex marinis piſcibus thunni, balænæ, & omnia cetacei generis,cochleæ, braſſicæ, arborum germina, muria & acida muria condita,velut lentiſci & terebinthi.Item cinaræ caro,& lens edulium eſt maximè atram bilem gignēs:& poſt hanc furfuracei panes, & qui ex thypa ac aliis vitioſis ſeminibus fiunt, & caſei antiqui,& vina craſſa ac nigra.

Quæ bilioſum humorem generant, Cap. CCXLVII.

A Siliquæ, item cinaræ ſuccus amarum bilem gignit: præſtat itaque ipſam ferue factā in cibo ſumere. Mel quoque facilè in bilem tranſit. Omnes quoque dulcis ſaporis ucci,materiam flauæ bili præbent, itémque dulcia vina

Quæ ſuperfluitatibus redundant, Cap. CCXLVIII.

PAlumbes,anſeres,piſces,exceptis petroſis, viſcera omnia,medulla,ſpinæ dorſi, cerebrum, auiculæ paluſtres & ſtagnorū,cicer,fabæ virides,faba Ægyptia, porcelli recèns nati,ouilla caro,& omnium iuniorum animalium & B ocioſè viuentium: piſces fluuiatiles & paluſtres, & qui in limoſa aqua degunt,item omnia cetacei generis in mari.

Quæ ſuperfluitatibus careant, Cap. CCXLIX.

COlla animalium, caudæ, alæ:ſylueſtrium animalium caro,& eorum quæ ſiccis locis degunt.

Multùm nutrientia, Cap. CCL.

SVum domeſticorum carnes ex omnib⁹ eduliis optimè alunt:cerebrum bubulum,teſtes,cor,medulla ſpinalis,itémque reliquæ: anſerum alæ,&magis gallinarum,omniū volucrium ventres, cochleæ,præſertim ter coctæ. Ex teſta intectis quæ duras carnes habent,velut purpuræ,buccina, C & ſimilia,gammari,paguri,cancri,locuſtæ,ſquillæ,& conſimilia.Item molles appellati piſces,velut polypi,ſepiæ, loligines,& conſimiles. ex cartilagineis,torpedo & paſtinaca moderatè, ſquatina verò magis, mulli & gobii minus. Lac craſſius quidem,magis, liquidius,minus. Ex panibus ſiligineus maximè alit, deinde ſimilagineus, tertio loco eſt cui furfures non deceſſerunt.triticum coctum, ſiligo, alica,fabæ,carnis habitum non adſtrictum & denſum faciūt,ſed laxiorē.cicer magis nutrit,phaſeli & ochri magis D quàm fœnūgræcū. dolichi quos lobos vocāt *Græci*,nō piſis minus nutriunt.caſtaneæ,lens,palmulæ dulces,vuæ paſſæ dulces ac pingues, rapa.bulbi maximè alunt & præſertim bis cocti. Mel deſpumatum & ad diſtributionem & ad nutritionem aptum eſt.vinum omne nutrit quod craſſum eſt. Rubra itaque & craſſa ac adſtringentia, magis alunt:minus verò his alba ſimúlque craſſa & auſtera:omniū minimè alba & tenuia. Omnia item craſſi ſucci, ſi probè concoquantur, valde alunt.

Quæ parum nutriunt, Cap. CCLI.

E EXtremæ animalium partes, vulua,vēter,inteſtina,caudæ,aures, pinguedo, adeps, omne volucrium genus minus alit,tereſtrium generi comparatum. caro quoque animalium annoſorum minus alit quàm augeſcentium. Piſcium eſus ſanguinem tenuiorem generat. Ex teſta intectis quæ mollem carnem habent,velut oſtrea, minus alūt. panes ordeacei,polēta ordeacea,panes furfurcaei & ſordidi omnes ac loti,amylum,maza ex polēta ordeacea, auena, milium, eóque magis panicum.oryza, fabæ virides,ſemē papaueris, mora,amygdala,piſtacia, pruna,perſica,armeniaca,præcocia,oliuæ,maximè drupæ:nuces auellanæ, & F magis adhuc regiæ:ſerica,corna,pruna ſylueſtria,mora rubi,capparis,& magis ſale condita:terebinthi ſummitates, braſſicæ,betæ,raphan⁹,ſinapi,aſparagi omnes, paſtinaca, daucus,carus,cæpa,allium. porrum,crudum quidem nullum penitus alimentum præbet, bis verò aut ter coctum, pauciſsimum:punica mala,pira,cucurbitæ, vuæ paſſæ auſteræ & non pingues.

Porrò media quodam modo ſunt inter parum nutrientia,phaſeli,ochri, cicerculæ. ficus autem non ſimiliter vt G reliqui fructus parum nutriunt, verùm laxam carnem faciunt. Vuæ verò minus quàm ficus laxam & humectam carnem alunt.

Quæ boni ſucci ſunt, Cap. CCLII.

OPtimi ſucci eſt optimū lac ferè inter omnia quæ in cibo accipimus. optimum autem lac eſt animalium bonæ habitudinis, ſtatim vbi mulctum fuerit calidum adhuc potum. Oua trementia & ſorbilia gallinarum ac phaſianorum. Volucres & piſces fermè omnes boni ſucci ſunt, exceptis iis qui in paludibus ac ſtagnis & fluminibus H limoſis ac turbidis degunt: verùm odore & guſtu cognobiles fiunt: nam fœtidi & inſuaues ac mucoſi ſunt, propterea quòd in vitioſa aqua degunt. Carnes autem quadrupedum animalium ſi probè concoquantur, optimum ſanguinem generant, maximè ſi bono ſucco prædita ſint, ve

lut eſt ſuillum genus. at verò omnes circa labia partes, aliæque extremitates, & alæ volucriũ, inteſtináque & vuluæ ac caudæ, minus boni ſucci ſunt quàm carnes: glandulæ autem probè cõcoctæ ſimiliter vt caro boni ſucci ſunt, cornõ eſt mali ſucci. pedes ſuilli meliores ſũt quàm roſtrũ & aures. Syluestriũ quoque animaliũ carnes meliorẽ ſuccũ quàm domeſticorũ habent. panis purus probè præparatus boni ſucci eſt: alica itẽ & ptiſana probè præparata, fabæ, caſtaneæ non habent malum ſuccum: ficus maturæ & vua matura, itémque penſilis reprehendi non merentur. caricæ ſtatim quidem in corpus digeſtæ ac diſtributæ, boni ſucci ſunt: verùm ſi in ventriculo morentur, mali ſucci fiunt, & pediculos generant: ſi verò cum nucibus edantur, bonum edulium exiſtunt. Cæterùm ſiquis ficus & caricas aſſiduè in cibo ſumat, non parum lædetur. Lactuca vt olus ſanguinem bonum gignit, & ab ea intubi. Vina odorata boni ſucci ſunt, ſed omnium optimi ſucci eſt Falernum dulce & Tmolites.

Quæ mali ſucci ſunt, Cap. CCLIII.

AB omnibus mali ſucci eduliis abſtinendum cenſeo, etiamſi facilè concoquantur: latenter enim diutiori tempore vitioſus humor in venis ex ipſis congregatur, qui leuiſſima putrefactionis occaſione arrepta, malignas febres gignit. Eſt autem maximè vitioſi ſucci caro ouilla ac caprina, peſſima verò hircina, deinde arietina, poſtea taurina. In omnibus his præſtant caſtratorum carnes. ſeniorum autem animalium peſſimæ ſunt. Caro leporina craſſiorem quidem ſanguinem generat, verùm meliorem ad ſucci bonitatem, quàm bubula & ouilla. nihilominus tamen & ipſa mali ſucci eſt, itémque ceruina. renes & teſtes perfectorum animalium mali ſucci ſunt, exceptis gallis. Item cerebrum & medulla ſpinalis, exceptis gallis: lien, oua in ſartagine fricta, caſei veteres, boleti amanitæ, fœnũ græcum, lens, auena, cicer non eſt boni ſucci. olyra verò tanto deterior eſt tritico, quãto melior eſt quàm tipha & auena, panicum, milium, & ſimilia nõ ſunt boni ſucci. dracones, callionymi, ſcorpii, trachuri, mulli, orphi, glauci, zygænæ, congri, phagri, & quæcunque alia cetacei generis in mari animalia, omnia mali ſucci ſunt. Item omnes fructus ſubcaniculares mali ſucci ſunt, mala nondum matura, pira priuſquam concoquantur, perſica, mala punica, meſpila, corna, pruna ſylueſtria, ſiliquæ, & terebinthi fructus, cinara, præſertim vbi dura fuerit: cucumeres, pepones, cucurbita his quidem melior eſt, ſed & ipſe in ventre corrupta ſatis mali ſucci euadit: ficus & caricæ minus quàm alii ſubcaniculares fructus malum ſuccum habent: verùm iis qui in ipſarum eſu perſeurrant, non valde bonum ſanguinẽ gignũt. vnde & pediculorũ copia ex ipſis cõſequitur. Ex oleribus nullũ boni ſucci eſt: in medio boni ac mali ſucci ſunt lactuca, intubi, malua, blitũ, atriplex. radices plantarũ olerũ generis mali ſucci ſunt, quæcunque acres, velut cæparum, porrorum, alliorum, raphanorum, & dauci. Medio loco ſunt raporum & cari appellati radices. Ocimũ peſſimi ſucci eſt, rapum crudum, braſsica, bulbi non probè cocti. At verò allium & cæpæ ac porrum bis cocta humoris malignitatem deponunt. Cæterùm extremè mali ſucci ſunt olera quæ ſylueſtria appellant. Vina craſſa ſimúlque fœtida & iniucunda ac auſtera mali ſucci ſunt, quale eſt Bityhinum quod in magis doliis apportatur. nam quod in paruis affertur, neque boni ſucci neque mali exiſtit.

Quæ facilia concoctu ſunt, Cap. CLIIII.

PAnes bene præparati. piſces petroſi omnes, gobio, torpedo, paſtinaca, ſi volucrum generi comparentur. volucrum caro terreſtrium generi comparata concoctu facilior eſt, præſertim perdicis, attagenæ, columbæ & phaſianorum, alæ anſerum, magiſque gallinarum, & in ſumma præſtant alæ ſaginatorum & iuniorum: peſsimæ autem ſunt gracilium & ſeniorum. iecur anſerum ſero lactis ſaginatorum, itémque teſtes gallorum ſimiliter nutritorum facillimè concoquuntur. Carnes ſuillæ concoctu idoneæ ſunt, in vigore ætatis conſiſtentibus, & laborãtibus porcorum vigoroſorũ, reliquis eorum qui adhuc creſcũt. Vituli meliores concoctu ſunt quàm boues perfecti, & hœdi quàm capræ. In vniuerſum autem, omnium adhuc augeſcentium caro facilior concoctu eſt quàm decreſcen-

A tium, & animalium in ſiccis locis degentium facilius concoquitur quàm aliorum. Nux regia magis concoquitur quàm auellana, bulbi bis cocti melius concoquũtur, oua trementia & ſorbilia, lactucæ, intubi, malua, cucurbita cocta, ſi non corrumpantur. vina dulcia facilius quàm auſtera. Facilius autem concoctu eſt quicquid vnicuique iucũdum eſt.

Quæ ægrè concoquuntur,
Cap. CCLV.

B CAro caprina, bubula, ceruina: peſſimè autẽ cõcoquitur hircina, deinde arietina, poſtea taurina. peſſima eſt & ſeniorum animalium caro. ſues quæ ſenes fibroſam & ſiccam, & propterea ægrè concoctilem carnem habent. Ventriculus ægrè concoquitur, item inteſtina, vulua, cor, iecur, aures, caudæ, renes, cerebrũ, medulla ſpinalis, & perfectorum animalium teſtes, anſeres, exceptis alis, palũborum & ſturnorum ac merularum & paruarum volucrium caro durior eſt, atque his magis turturis antiqui, & anatis. ægrius tamen adhuc concoquitur & fibroſior his eſt pauonis & otidum caro. ventriculi quoque volucrum omC nium ægrè concoquuntur, propter ſubſtantiæ duritiam. falſò enim quidam laudant vẽtrum ſtruthocameli ac mergi. Cochleæ item, & lac acidum, caſeus vetus, recens autẽ & maximè ex acido lacte melior eſt: purpurarum caro ac buccinorum, aliorúmque teſta intectorum duram carnẽ habentium. gammari, locuſtæ, cancri, paguri, ſquillæ, & omnia huiuſmodi. polypi, ſepiæ, loligines, & omnia molli cute prædita, raia, leuiraia, ſquatina, dracones, cuculi, callionymi, ſcorpii, trachuri, oua cocta, fricta, triticum coctũ, polẽta, tipha, auena, fabæ, dolichi, phaſeli, cicercula, cicer, oryza, lupini, panicum, milium, & quæcũque huiuſmodi. D lens, ſeſamum, caſtaneæ, mala, pira nondum matura, ficus nõ maturæ, vuæ acidæ & auſteræ, palmulæ omnes, ſiliquæ, ocimum, rapum crudius, bulbi crudiores, paſtinaca, daucus, carus, & omnes olerum radices, ipſáque olera vniuerſa, excepta lactuca & intubis. vina craſſa & noua ægrè cõcoquuntur: verùm multo magis concoctioni reſiſtit aqua.

Quæ ſtomacho commodant eúmque roborant,
Cap. CCLVI.

PAlmulæ auſteræ, mala cydonia, oliuæ muria conditæ: E aptiores tamen ſunt aceto compoſitæ. vuæ paſſæ auſteræ. vua in vinaceis repoſita. nux regia hac parte auellanæ præſtat, multóque magis ſi cum caricis ſumatur. gingidium ſcandici ſimile, eſt valde ſtomacho commodum, tũ crudum, tum coctum comeſtum: longiorem autem co-cturam non ſuſtinet: cinara, ſinapi, raphanus, rapum, naſturtium, aſparagus paluſtris, chamædaphnes, oxyacãthæ & bryoniæ. bulbus appetentiam cibi excitat, itémque capparis ſale condita. citrii pars externa corroborat ſtomachum medicamenti loco ſumpta. Vinum auſterum os vẽ F tris roborat, itémque ventrem ipſum, præſertim calida intemperie affectum.

Quæ ſtomacho incommoda ſunt,
Cap. CCLVII.

BEta ſtomacho incommoda eſt, adeò vt & morſum inducat ſi vberius comedatur, ocimum, rapum crudius, blitum, atriplex, ſi nõ cum aceto ac oleo & garo ſumantur, fœnumgræcum ſtomachum ſubuertit, itémque ſeſamum. Lac, frigidum habentibus ventrem aceſcit, calidum habentibus in nidorem trãſit. Meritò itaque nociuum eſt feG bricitantibus, & ſi quis amplius cum melle ſumat, vomitũ ciet. pepon non probè concoctus cholericos, *id eſt bilem supernè ac infernè eiicientes*, facere ſolet. ſimiliter & melopepon. omne cerebrum ſtomacho incommodum eſt, & nauſeoſum, velut etiam oſſium medulla. Vinum nigrum & auſterum facilè aceſcit, & vomitum concitat. Item craſſum & nouum.

Flatus expertia, Cap. CCLVIII.

CVminum, liguſticum, viticis ſemen, cannabis ſemen, H fabæ frictæ, bulbi diutius atque iterum cocti & ex oleo & aceto comeſti, mel quod in coctura omnem ſpumam depoſuit. flatus diſcindunt panes ordeacei. Media porrò inter flatus expertia ac flatuoſa, ſunt piſa, ochri, cicerculæ.

Flatuoſa, Cap. ccLIX.

CIcer,lupini, panicum, milium, & huiuſmodi: fabæ,lobi ſiue dolichi,minus tamen fabis: maza ex polenta, ſucci omnes,præcipuè Cyrenaicus,ſilphii ſuccus ac radix. ficuum flatus modico tempore durat, propterea quòd facilè aluū ſubeant:quæ verò exactè maturæ ſunt,propemodum nihil offendunt,ſimiliter vt caricæ.palmulæ virides flatuoſæ ſunt,rapum crudius.lac facilè in ventre inflatur, bulbi crudiores,mel non perfectè coctum. vina dulcia flatum tardè tranſeuntem generant,item dulcia ſimúlque auſtera.muſtum, *hoc eſt uinum nouum* itidem.

Quæ extergent,ſecant,obturatione liberant, Cap. ccLX.

PTiſana exterget, itémque fœnūgræcum,melopepon, vuæ paſſæ dulces, fabæ, cicer,magiſque nigrum.capparis ſatis tenuium partium eſt,& exterget,& expurgat ac obturatione liberat,maximè ex aceto mulſo aut ex oleo & aceto, præ reliquis omnibus cibis comeſta.betæ ſuccꝰ exterget,& magis vbi cum ſinapi & aceto comedatur.bulbi attenuatoriā vim habent &obturationes aperientē, cepæ, allia & porri attenuant & ſecant craſſos ac viſcoſos humores.ſerum quoque lactis humorum craſſitiem attenuat. ficus extergent, quapropter multa arenoſa de renibus expurgant. Caricæ attenuant ac ſecant & renes expurgant. amygdalæ extergent & attenuant purgántque viſcera, & humorum per ſputum reiectiones ex pectore ac pulmone expeditiores faciunt.piſtacia robori ac ſanitati iocineris conducunt, & ad purgationem humorum id obturantiū iuxta exitus ipſius. raphanus attenuatoriam vim habet. Mel tenuiſſimarum partium eſt,maximè quod ex calidis ac ſiccis plantis natum eſt: quapropter etiam aqua mulſa ad ſputorum eductionem commodat. Acetum mulſum non penitus viſcoſa ac craſſa facilè educit, & viſcera citra moleſtiā expurgat. valde autem cōmodat iis qui craſſum humorē in pectore ac pulmone coaceruarūt.Vina tenuiā ac vetera cū acrimonia ad idem conferunt.At verò aquoſum,hoc eſt album & tenuiſsimum, aptum eſt ad humorum ex pulmone eductionem.roborat enim, & humores humectiores reddit ac moderatè ſcindit.Vinum dulce in morbis acutis, reficiendis viribus accomodatum eſt, veluti in peripneumonia & pleuritide,concoctione morbi iā facta.

Quæ obturant, Cap. ccLXI.

LAC modicum ſeri habens, & multum de caſeo, nōn ſatis tuti vſus eſt, ſiquis in eius eſu perſeueret. nam lædit renes,qui aliàs ad calculorum generationem aptitudinem habent,& iocineris obturationes facit iis qui eas pati aliàs ſolent.Caricæ hepati ac ſpleni inflammato nociuæ,velut etiam ficus.omnia quoque dulcia ſplenem ac iecur lædunt. Aqua mulſa incommoda eſt iis quibus viſcera indurata, aut laxo tumore occupata, aut inflammata in tumorem eleuata ſunt.Palmulæ pingues obturant, & præſertim crudæ, omnia item liborum genera & ex ſimilagine præparata,obturant,&ſplenem augent,& calculos in renibus generant. Similiter & titricea farina cum lacte. Alica quoque inepta iis qui iecur obturationi obnoxiū habent & renes calculo generando aptos. Vinū dulce obturat,& viſcera auget ſiue inflat.

Quæ tardi tranſitus ſunt, Cap. ccLXII.

OMnia liborum ac placētarum genera ex ſimilagine facta, trāſitus tardi ſunt,fabæ frictæ,panes puri,lens cortice detracto,cerebrum,medulla ſpinalis,iecur,cor,triticum coctum, oua aſſata,fricta, lupini,phaſeli, piſa,ſeſamum,mala,pira nondum matura,ſiliquæ, vina dulcia, & magis auſterū & nigrum,citra dulcorem.item omne craſſum ac nouum.Aqua autem adhuc tardius tranſit.

Quæ facilè corrumpuntur, Cap. ccLXIII.

PErſica,armeniaca,præcocia, & omnes ſubcaniculares fructus, qui humidum temperamentum habent, in ventriculo corrumpi ſolent, vbi non probè & citò aluum ſubierint.Omnia porrà mali ſucci, humida autem & lubrica,ac facilè ſubire potētia,præ aliis edere oportet. ſic enim & ipſa citò ſubeunt,& alia deducūt: ſi verò poſtremùm accipiantur,etiam alia ſimul corrumpunt.

Quæ difficulter corrumpuntur, Cap. ccLXIIII.

CHamulæ paruæ,purpuræ,buccina, & quæcunque teſta intecta durā carnem habent, dātur corrūpentibus cibū præ humorū vitiatione, ita vt bis aut ter aqua optima coquantur,ſemper in aliam purā feruentem tranſlata, vbi prior ſalſa reddita fuerit.Sed & gammari ac paguri cācrique ac locuſtæ,& ſquillæ, & quæcunque eius generis, carnem habent ægrè corruptilem, ſimiliter vt teſta intecta duræ carnis.

Quæ ventrem ſubducunt, Cap. ccLXV.

LEnticula,braſſica,ex marinis teſta intecta, & cochleæ compoſitam naturam habent ex contrariis facultatibus.Ipſum enim ſolidum vniuſcuiuſque corpus tranſitus tardi eſt,& ventrem ſiſtit: verùm humiditas ad excretionem irritat.Siquis igitur lenticulam aut braſſicam aut aliud quid ex prædictis coquat,deinde decoctum ipſum oleo & garo ac pipere condiat,& poſtea cui velit bibendū præbeat,palàm conſpiciet ex ea potione ventrem ſubduci.Sed & herinaceorum marinorum ac conchularum omnium,itémque gallorum veterum iuſcula,ventrem ſubducunt. At verò ſi braſſicam aluum ſubducere velimus, cacabo in quo cocta fuerit propè poſito ſtatim extractam in oleum ac garum mittimus. neque enim valde ipſam coquere oportet. Panes furfuracei ventrem ſubducunt. fœnigræci ſuccus coctus cum melle acceptus,commodus eſt ad ſubducendum omnes vitioſos humores in inteſtinis contentos:ſed modicum eſſe oportet mel quod admiſcetur, ne morſū ſtomacho infligat.Oliuæ ſalſæ ſubducūt præ reliquis cibis comeſtæ. Lac quo liquidius eſt eo magis ſubducit:craſſum,minus.ſerū verò lactis valde emollit ventrem.Iniiciendum eſt ad ipſum mellis optimi tantum quantum ſatis eſt ad condiendum ſolummodo, ne ſtomachus ſubuertatur:iuxta eandē rationē & ſalē indere oportet,ne guſtus offendatur.Animalium valde iuuenum carnes aluo facilius ſecedunt:ſimiliter & cartilaginei piſcium generis torpedo & paſtinaca moderatè ſecedūt. beta quoque moderatè ſubit,& recens caſeus cum melle, atriplex,cucurbita,pepones,melopepones,ficus,caricæ, vuæ paſſæ dulces,præſertim humidæ,mora ante reliquum cibum ſumpta.nux adhuc viridis ad excretionem cōmoda eſt:imò etiam ſicca, aqua præmacerata. & pruna ſicca ſimiliter aqua,aut aqua mulſa præmacerata edantur. etenim plus mellis habentia ventrem multùm emolliunt,etiam ſiquis ſola ipſa comedat:ſed multo amplius ſi aquam mulſam inſuper ſorbeat,ventri ſubductioni conferēt. Cæterùm à ſumptione talium,vinum dulce bibere oportet, & pauco tempore interiecto prandere.Porrò mora, ceraſa,præcocia,perſica,& omnia humecta & aquoſa,& in totum quæcunque nullam fortem qualitatem guſtui aut olfactui offerunt,ea mediæ quodammodo facultatis inter ſubducentia ac ſupprimentia aluum exiſtunt. Mel ſolum non coctum ſiquis delingit, probè aluum ducit. aqua mulſa item parum aut omnino nihil cocta aluū ſubit. vinum dulce confert ad ventris excretionem. Muſtum aluum emollit ac ſubducit.

Quæ ventrem ſupprimunt, Cap. ccLXVI.

PAlmulæ auſteræ,vuæ paſſæ auſteræ,mora rubi, pruna ſylueſtria, poma adſtringendi vi prædita, pira, mala punica,ſimiliter gāmari,paguri,cancri,locuſtæ, ſquillæ,& quæcunque alia eiuſcemodi molli teſta intectorum, minus quidē quàm teſta intecta vētrē ſupprimūt:verū habēt etiā hæc ipſa ſalſum in ſe humorē, quem vbi in aqua depoſuerint,vētrē ſiſtūt,velut oſtreorū & teſta intectorū caro. Lenticula itē & braſſica bis coctæ ventrē ſiſtūt. &, vbi humectā aluum ſiccare velimus,quum iam moderatè cocta eſſe videtur braſſica, prima aqua diffuſa, aliam calidam ſtatim affundimus, deinde rurſus in illa ipſa coquimus donec flaccida fiat. Oportet autem neque aerem neque aquam frigidam attingere quod bis coquitur.non enim amplius exactè flacceſcit, etiamſi diutiſſimè poſtea coquatur. Cæterùm lenticula decorticata fortem adſtrictoriam vim perdit, & non ſimiliter ſiccat ventris humiditates. Si tamen ipſam bis coquas, priorémque aquam diffundas, deinde parū ſalis aut gari addas, & aliquid ex

ſiſtentibus ventrem immittas, ita vt guſtus non lædatur, iucũdiſſimũ ſimúlque vtiliſſimũ pharmacũ ſimúlque edulium efficies. Polẽta ex vino auſtero pota ventrem ſiccat, oryza ſiſtit, panicum item & milium, carnes leporinæ, vinum auſterum & nigrum citra dulcedinem, & album ac auſterum, & fuluum ac auſterum.

Quæ calfaciunt, Cap. CCLXVII.

TRiticum coctum, & panes ex illis, tipha, auena, fœnũgræcum, palmulæ dulces, mala dulcia, moderatè, ſeſamum, vuæ dulces, quapropter & ſitim inducũt: vuæ paſſæ dulces, magis mediocriter, apium, ſmyrnium, eruca raphanus, rapum, ſinapi, naſturtiũ, pyrethrum, paſtinaca, caros, allium, cæpa, porrum, caſeus vetus. Vinũ dulce moderatè calidum eſt, & propterea ſitim inducit. fuluum verò calidius eſt nigro: flauum calidiſſimum eſt extremè, deinde fuluum, deinde ruffum, poſtea dulce, poſtremò album omnium minimè calfacit. Vinum vetuſtiſſimum, multùm calidum exiſtit.

Quæ frigefaciunt, Cap. CCLXVIII.

ORdeũ iuxta omnes vtẽdi modos, milium, panicũ, tubera, cucurbita cocta, pepones, melopepones, cucumeres, pruna, mora, vuæ auſteræ & acidæ, vuæ paſſæ auſteræ, mala adſtringẽtia, & acida ac teneriora, & pira eiuſmodi, & mala punica adſtringẽtia, palmulæ. frigidũ ſuccũ habẽt, lactuca, intuba mediocri⁹. portulaca, papaueris ſemẽ; aqua. Vinũ aquoſum nõ manifeſtè calfacit, ideo etiã febriẽtibus citra periculum datur, vinum albũ ſimúlque auſterũ, minimè vt vinum calfacit: vinum verò album auſterũ & craſſum ac nouum ſenſibiliter frigefacit. Frigefacit autem & acetum. nam tenuium partium exiſtit: quapropter neruos amplius quàm alia frgefacientia lædit. Media porrò quodammodo inter calfacientia ac frigefacientia ſunt, panes loti, amylũ, vuæ vinoſæ.

Quæ ſiccant, Cap. CCLXIX.

LEnticula, braſſica, polẽta, viticis ſemen, eruum bis coctum & aqua ſæpius edulcatum, præſtat autẽ album: ſed & aſſatum aut frictum ſiccius alimentum corpori præbet. item quod ſimpliciter garum & vinum habet, ſiccius eſt non habente. maxima autem eſt differentia & ſeminũ, & olerum, & plantarum omnium plus aut minus ſiccantium, iuxta eorum quæ ipſis adiiciuntur vires.

Quæ humectãt, Cap. CCLXX.

PTiſana, cucurbita cocta, pepones, melopepones, cucurbitæ, nuces virides, pruna, mora, ſycomora, lactucæ, intuba. malua verò & blitum ac atriplex aquoſiſſima olera ſunt. fabæ virides humectant, & cicer. aqua calida humectat & calfacit: frigida humectat & frigefacit.

Quæ caput lædunt, Cap. CCLXXI.

PAlmulæ omnes, eruca, fœnumgræcum, mora rubi. Vinum quoque fuluum capitis dolorem inducit, & mentem tentat magis quàm nigrum. auſterum etiam & odotum caput tentat. aquoſum verò neque capitis dolorem inducit, neque neruos lædit. Vinum autem modicum aquæ mixturam ferens, capitis dolorem ex humoribus in ventre ortum ſedat. Lac non eſt commodum capiti, niſi quis valde forte ipſum habeat. Cremor vuarum quem fæcem dicunt, dolorem capitis inducit. item vua ipſa in vinaceis repoſita.

INDEX EORVM QVÆ IN TERTIO SERMONE TETRABIBLI primæ Aetii continentur.

DE frictione præparatiua, Cap. I.
De exercitationibus, Cap. II.
De exercitationum ſpeciebus, Cap. III.
De frictionum ſpeciebus, Cap. IIII.
De vociferatione, Cap. V.
De geſtatione, Cap. VI.
De equitatione, Cap. VII.
De re venerea, Cap. VIII.
De inſolatione, Cap. IX.
De venæ ſectione, Cap. X.
De euacuationis menſura, Cap. XI.
Quales venæ ſecandæ, Cap. XII.
Quomodo vena ſecanda eſt, Cap. XIII.
De magnitudine ſectionis, Cap. XIIII.
De figura ſectionis, Cap. XV.
Quod ſit opportunũ venæ ſecandæ tẽpus, Cap. XVI.
De repetita detractione, Cap. XVII.
De arteriarum ſectione, Cap. XVIII.
Medicamentum ſiſteus ſanguinem arteriarum, Cap. XIX.
De cucurbitarum vſu, Cap. XX.
De ſcarificatione, Cap. XXI.
De ſanguiſugis, Cap. XXII.
De purgatione, Cap. XXIII.
Bilem flauam purgantia. Cap. XXIIII.
Scammonia, Cap. XXV.
Peplium, Cap. XXVI.
Veratrum nigrum, Cap. XXVII.
Bilem atram purgantia, Cap. XXVIII.
Epithymum, Cap. XXIX.
Polypodium, Cap. XXX.
Pulegium, tragoriganum, leucanthemon, alyſſon, Cap. XXXI.
Armenium, Cap. XXXII.
Centaurium minus, Cap. XXXIII.
Pituitam ducentia, Cap. XXXIIII.
Colocynthis, Cap. XXXV.
Tithymalus, Cap. XXXVI.
Iſium, Cap. XXXVII.
Elaterium, Cap. XXXVIII.
Granum Cnidium, Cap. XXXIX.
Agaricum, Cap. XL.
Cnici ſemen, Cap. XLI.
Lathyris, Cap. XLII.
Ariſtolochiæ clematidis ſemen, Cap. XLIII.
Mercurialis, Cap. XLIIII.
Cucumis ſylueſtris, Cap. XLV.
Styrax, Cap. XLVI.
Thymus, Cap. XLVII.
Cyclaminus, Cap. XLVIII.
Scordium, Cap. XLIX.
Chamæpitys, Cap. L.
Bdellium, Cap. LI.
Aquam ducentia, Cap. LII.
Squama æris, Cap. LIII.
Euphorbium, Cap. LIIII.
Chamelæa, Cap. LV.
Sanguinem purgantia, Cap. LVI.
Methodus componendi purgantia pharmaca, Cap. LVII.
Vini purgantis bilem præparatio, Cap. LVIII.
Vinum pituitam ducens, Cap. LIX.
Vinum melãcholicis commodum, Cap. LX.
Vinum polypodites, Cap. LXI.
Vinum mulſum ſtercus exigens, Cap. LXII.
Vinum mulſũ flauã bilem ducens, Cap. LXIII.
Vinum mulſum pituitam ducens, Cap. LXIIII.
Vinum mulſum atram bilẽ euacuans, Cap. LXV.
Conditum ad flauam bilem, Cap. LXVI.
Conditum pituitoſis, Cap. LXVII.
Conditum melancholicis, Cap. LXVIII.
Abſinthati præparatio flatus & ſtercora euacuans, Cap. LXIX.
Abſinthatum flauam bilẽ ducens, Cap. LXX.
Abſinthatum ad pituitoſos, Cap. LXXI.
Roſatum flauam bilem ducens, Cap. LXXII.
Roſatum pituitam & ſeroſum ac atræ bilis humorem euacuans, Cap. LXXIII.
Mellis roſacei purgatorii præparatio, Cap. LXXIIII.
Aceti purgatorii præparatio, Cap. LXXV.
Aceti mulſi purgatorii præparatio, Cap. LXXVI.
Acetum mulſum purgans omnes vitiatos humores,

infunditur. Cap. LXXVIII.
Acetum mulſum amarum, Cap. LXXIX.
Poſca ventrem molliens, Cap. LXXX.
Alia poſca valde clara, Cap. LXXXI.
Gari purgatorii præparatio, Cap. LXXXII.
Mellis emollientis præparatio, Cap. LXXXIII.
Garum aquoſum, Cap. LXXXIIII.
Garum vinoſum purgatorium, Cap. LXXXV.
Garum acetoſum purgatorium, Cap. LXXXVI.
Iuſcula emollientia, Cap. LXXXVII.
Lac purgatorium, Cap. LXXXVIII.
Oliuæ purgatoriæ, Cap. LXXXIX.
Oxyporia purgatoria, Cap. XC.
Oxyporium ex palmulis, Cap. XCI.
Purgatorium ex cotoneis malis, Cap. XCII.
Purgatorium ex citrio, Cap. XCIII.
Purgatorium ex fœniculo, Cap. XCIIII.
Aliud valde ſtomacho gratum, Cap. XCV.
Purgatorium ex fœniculo, quod parari ſolet ad atram bilem, Cap. XCVI.
Purgatorium atræ bilis, Cap. XCVII.
Aliud purgans atram ac flauam bilem, Cap. XCVIII.
Paſtillus flauam bilem purgans, Cap. XCIX.
Buccella purgatoria, Cap. C.
Aloedaria citra moleſtiam purgantia, Cap. CI.
Pharmacum pituitam ducens, Cap. CII.
Purgatorium atræ bilis, Cap. CIII.
Bilis & pituitæ, & atræ bilis ac reliquorum humorũ commune purgatorium, Cap. CIIII.
Aloedaria emollientia ex roſaceo melle, Cap. CV.
Aloedarium ex Philagrio, Cap. CVI.
Aloedarium Oribaſii, Cap. CVII.
Sal purgatorius, Cap. CVIII.
Purgatorium pituitam ducens, Cap. CIX.
Purgatorium aquam ducens, Cap. CX.
De hieris, Cap. CXI.
Purgatorium citra moleſtiam purgans, Cap. CXII.
Hiera Galeni, Cap. CXIII.
Hiera Archigenis, Cap. CXIIII.
Hiera Rufi, Cap. XV.
Hiera Iuſti, Cap. XVI.
Quomodo auxiliari oportet iis qui pharmacũ biberũt, & non purgantur, Cap. CXVII.
Cura exceſſus purgationis, Cap. CXVIII.
De vomitu, Cap. CXIX.
Præparatio raphanorum cum veratro albo, Cap. CXX.
Quibus dandum ſit veratrum, Cap. CXXI.
Quid veratrum facere poſſit, Cap. CXXII.
Quòd multi accepto veratro nihil quidem vomuerunt, nihil tamen minus quàm purgati vtilitatem percepe-runt, Cap. CXXIII.
Qui ſint apti ad veratrum, Cap. CXXIIII.
Tempora vniuerſalia ac particularia ad ſumendum veratrum apta, Cap. CXXV.
Veratri probati notæ, Cap. CXXVI.
Victus ratio veratro purgandorum, Cap. CXXVII.
Differentiæ exhibitionis veratri, Cap. CXXVIII.
De cremore veratri, Cap. CXXIX.
De veratri decocto, Cap. CXXX.
De ramentis veratri, item de contuſo ac cribrato, Cap. CXXXI.
Quæ præparare oportet exhibitionis tempore, Cap. CXXXII.
Quomodo poſt potum curandi ſint, Cap. CXXXIII.
De purgationis exceſſu, Cap. CXXXIIII.
Epithemata purgatoria, Cap. CXXXV.
Cõpoſitio olei ſiue vnguenti purgatorii, Cap. CXXXVI.
De localibus euacuationibus, Cap. CXXXVII.
Quæ oculos purgant & lacrymas prouocant, Cap. CXXXVIII.
Quæ aures purgant, Cap. CXXXIX.
Quæ per nares purgant, Cap. CXL.
Quæ humiditatem ex ore trahunt, Cap. CXLI.
Quæ lac generant ac mouent, Cap. CXLII.
Pulmonem ac pectus purgantia, Cap. CXLIII.
De ſuffitionibus, Cap. CXLIIII.
Quæ tenuia inteſtina euacuant, Cap. CXLV.
Quæ ſima hepatis purgant, Cap. CXLVI.
Quæ gibba hepatis purgant, Cap. CXLVII.
Splenem euacuantia, Cap. CXLVIII.
Renes purgantia, Cap. CXLIX.
Veſicam purgantia, Cap. CL.
Quæ glandi induntur ad vrinas prolectandas, Cap. CLI.
Lapides in renibus ac veſica euacuantia, Cap. CLII.
Vterum euacuantia, Cap. CLIII.
Quæ in potu ſumpta menſes ducunt, Cap. CLIIII.
Quæ ſtercora euacuant, Cap. CLV.
Lumbricos educentia, Cap. CLVI.
Sudores excludentia, Cap. CLVII.
Quæ euacuant ac corrumpunt pediculos omnis generis circa ſuperficiem corporis, Cap. CLVIII.
De infuſionibus ſedis, Cap. CLIX.
De glandibus, Cap. CLX.
De tomentis ſiue floccis, Cap. CLXI.
De aere, Cap. CLXII.
De ventis, Cap. CLXIII.
De acceſſione ac ſignificatione ſtellarũ, Cap. CLXIIII.
De aquis, Cap. CLXV.
De balneis, Cap. CLXVI.
De balneis naturalibus, Cap. CLXVII.
De frigidæ lotione, Cap. CLXVIII.
De inſeſſu ſolii ex oleo, Cap. CLXIX.
De ſpongiæ vſu, Cap. CLXX.
De aſperſionibus, Cap. CLXXI.
De irrigationibus, Cap. CLXXII.
De inſeſſionibus, Cap. CLXXIII.
De humectationibus, Cap. CLXXIIII.
De fomentis, perfuſione, cataplaſmatis, ac cucurbitis, Cap. CLXXV.
De cataplaſmate ex fermento, Cap. CLXXVI.
De cataplaſmate ex pane, Cap. LXXVII.
De cataplaſmate ex furfuribus, Cap. CLXXVIII.
De cataplaſmate ex ficubus, Cap. CLXXIX.
De dropace ac picatione, Cap. CLXXX.
De ſinapiſmo, Cap. CLXXXI.
Quòd caprarum fimi pilulæ cum aceto impoſitæ, priuatim coxendicũ morbo cõueniunt, Cap. CLXXXII.
Quæ ſint alia rubrificantia, Cap. CLXXXIII.
De iberide, ſiue cardamine, quæ etiam lepidium vocatur, Cap. CLXXXIIII.
De euocantibus ex alto auxiliis, Cap. CLXXXV.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICInæ, tetrabibli primæ, Sermo tertius.

De iis quæ per clyſterem infunduntur, euacuantur, & exhibentur. Et de aere, ventis, locis, aquis, rubificationibus, ſinapiſmis, ac ſimilibus.

A De frictione præparatiua, Cap. I.

ANTE exercitationem corpus calfacere oportet, frictionis tum per lintea tum per oleum vſu: fricandúmque eſt corpus nudis manibus donec probè caleſcat, & molliatur, rubórque floridus efflоreſcat, & confricta particula in molē eleuetur.

De exercitationibus, Cap. II.

EXercitatio, eſt motus vehemens. vehementiæ autem terminus eſt reſpirationis alteratio ad celeritatem ac B denſitatem. Exercitatio ipſa partes inſtrumentales præparat, vt non facilè affectionibus impetantur, & ad actiones obeundas robuſtiores reddit, & alimenti attractionē fortiorē, & nutritionem meliorē, propter excitatū calorē facit: ſed & ſenſibiles itémque obſcuros meat⁹ propter fortē ſpiritus motū expurgat. Quandoquidē igitur diſtributioni alimenti opitulatur, oportet ſanè neque humorum crudorum, neque ciborum inconcoctorum copiam neque in ventre, neque inteſtinis contineri: periculum C eſt enim ne ad omnes animalis partes deducantur antequam probè concoquantur. manifeſtum igitur eſt etiam ante cibos exercitari corpora oportere. Opportunitatis nota ex bonitate coloris vrinarum ſumitur. aquoſa enim vrina, humorem ex ventre in corpus digeſtum ac diſtributū, incoctū eſſe ſignificat: fulua verò & bilioſa iamdudum perfectam concoctionem notat. At verò moderatè pallida ſignum eſt concoctionis nuper factæ. Tunc itaq; ad exercitia prodeundum eſt, ventris ac veſicæ excremēto prius depoſito.

D De exercitationum ſpeciebus, Cap. III.

COmmune eſt omnibus exercitationibus, caloris innati corporibus augmentum. Cæterùm ſingulatim robuſta exercitatio, hoc eſt violēta, muſculos ac neruos validiores reddit. tales ſunt, fodere, onus maximum leuare, & aut in loco permanere, aut paululum progredi & velut deambulare. huius generis eſt & per funem manibus apprehenſum repere ac aſcendere, & plurima alia eiuſcemodi. At verò veloces exercitationes, citra contentionem & violentiam, curſus ſunt, & ſummarum manuū luctæ ac exercitia, & parua pila. Cæterùm robuſtis exer- E citationibus velut vehementibus vti quis poteſt, ſi celeres motus addat. Inſuper exercitiorum aliqua lumbos aut manus aut crura magis exercent, aliqua ſpinam, aut pect⁹ aut pulmonem ſolùm. Exercēdum eſt autem donec corpus in molem eleuetur, & floridum euadat, motúſque expediti ac æquales & validi exiſtant. In hoc autem corpore etiā ſudorē cōſpicies calidū vapore permixtū. Ceſſandū verò tūc primū vbi quid ex prædictis fuerit alteratū. velut ſi corporis moles contrahi videatur, ſtatim quieſcēdū eſt: ſimiliter etiam ſi coloris floriditas contabeſcat. F Quin & ſi motuum vigor remitti videatur, ſtatim ceſſandū eſt, & ſi circa ſudorē mutatio aliqua apparuerit iuxta multitudinem ſiue qualitatem. Si enim paucior aut frigidior prodeat, eueſtigio deſinendum eſt, oleúmque affundendum, indéque corpus recurandum, móxque frictione recuratoria, quæ poſt excercitationem adhiberi ſolet, vtendum, quemadmodum pædotribæ in vſu habent.

De frictionum ſpeciebus, Cap. IIII.

FRictio dura, corpora conſtringit, mollis ſoluit. quare quæ ſupramodū exoluta ſunt corpora, frictione dura: G quæ cōtrà adſtricta, molli fricanda ſunt. ſi verò æqualiter habeant, palàm eſt q neq; molliter neq; durè, ſed quantū eius fieri poteſt, vtroque exceſſu vitato. Frictio multa gracilitatem inducit: pauca, vice verſa: media, mediocritatē.

De vociferatione, Cap. V.

VOciferatio, exercitatio eſt pectoris & vocaliū inſtrumētorum, inſupérque caloris naturalis, purgans, attenuās ac roborans, & corporis partes ſolidas & robuſtas reddens, vt non facilè affectionibus impetantur. Vtendum eſt vociferatione in anheloſis, & recta ceruice ſpirātibus, tabidíſque ac doloribus diutinis pectoris ac dorſi, & in pectoris abſceſſibus poſt rupturam, & ad raucā vocem ex plurima humiditate factam, & in febribus quartanis. nam concretum humorem conuenientiſſimè excutit, & ſtomachi humiditatem quam priuatim quartana febris inducere ſolet, expellit. Conuenit etiam ſtomachicis, præſertim aſſiduè vomentibus, & acidum ructantibus. at verò capitis affectionibus incommodiſſima vociferatio exiſtit. Cæterùm qui vociferatione vſurus eſt, aluo prius exonerata, & infernis partibus ſenſim cōfrictis, lotáque facie placidè perfuſa, & vbi mox à ſomno ſe moderatè loquendo & deambulando præparauerit, ita tandem ad vociferationem debet progredi. In ipſa autem vociferatione concinnitas, & vocis bonitas ac iucunditas nihil contulerint ad ſanitatem; verùm grauiorum vocum ſonus vtilis exiſtit. quare in hoc ſe exercere oportet. Sic enim plurimus aer in reſpiratione attractus pectus diſtendit, & aluum ac totius corporis meatus dilatat ac diſparat. vnde in vociferationibus & concitatis lectionibus redundantium humorum excretiones contingunt: & in iis quidem qui concitatius legunt, magis & per ſudores: qui verò mitius vocem intendunt, per occultam tranſpirationem. nam tota corporis moles in lectionib⁹ ac vociferationibus intenditur. Contingit item propter attenuationē ex motu factam, multa ſputa reſoluta, múcúmque ac pituitam excerni. Porrò iis qui propter frigiditatem caliditate opus habent, quódnam commodius auxilium afferri queat quàm actio per reſpirationem? Oportet itaque ſæpe legere, & vniuerſum corpus relaxare, fuſáque carne ad corporis rarefactionem, aſperam arteriam, & alios ſpiritus exitus commodè diſtendere, & grauiſſimas voces concinnè ſonare. Vtendum autem vocis actionibus neque temerè, neque incōſideratè, ſed neque prauis ac corruptis humoribus corpore repleto. neque in magnis ac manifeſtis cruditatibus ad vocis exercitium progrediendum, ne amplior diſtributio corruptorū humorum aut vaporum in corpus fiat.

De geſtatione, Cap. VI.

REliquæ quidem exercitationes in motu corporis ſitæ ſunt, geſtatio verò mixta eſt ex motu & diſpoſitione quieti ſimili, quum plurimæ corporis partes quieſcere videantur, vniuerſum verò geſtationis tractu moueatur. Atque hinc adeò vtiliſſima ſimúlque leniſſima exercitatio eſt geſtatio, vt quæ neque laſſitudinem corporibus inducat, ipſáque conſimiliter velut magna exercitia moueat. Omnis autem geſtatio inſitum calorem ventilare & excitare poteſt, & materiæ multitudinem diſpergere, habitúmq; corroborare, & actiones ſtupidas ſuſcitare. Differentiæ geſtationis multæ ſunt: verùm peculiares hæ ſunt. prima quidem in lecto, eóque aut penſili, aut fulcra mobilia iuxta angulares pedes habente: altera in lectica, quæ & ipſa duplex eſt, ita vt qui geſtantur vel deſideant vel decumbant. tertia in curru. quarta in nauigio. ponenda etiam equitatio eſt inter geſtationis partes. Itaque geſtatione in lecto vtendum in febricitantibus, aut diuturno morbo decumbentibus, in quo corpora conſumpta ſe erigere non ita valent. item in iis qui vires recolligere à febrili actione iam incipiunt, & in iis qui veratrū ſumpſerunt. Vtendū & in phreniticis. nam ſpiritus perturbationem placidè lenit, & ad ſomnum illicit. Vtendū & in lethargicis, & appetentia ciborum deiecta. At verò in lectica ſiue ferculo decumbentes geſtamus, febri lethargica aut ſemitertiana aut quotidiana correptos. Itē hydropicos, ſtupore attonito percuſſos, reſolutos, nephriticos, podagricos. deſidentes autem in lectica geſtamus eos in quibus febris exactè remiſit. Cæterùm geſtatio in curru, concuſſorium quiddam habet, & diutur-

nos morbos cōmouet.Eſt autem & in hac alia vehementior,alia mitior.Mitiore itaque vtendum in capitis affectionibus,& iis quibus inteſtina fluxione laborāt: vehementiore,in affectionibus pectoris ac ſtomachi, & in tumoribus laxis,hydropicíſque,ac ſtupore attonito perculſis.Verùm vertiginoſos & dimidia capitis parte affectos, auerſos ab itinere retrorſum deſidere in curru oportet, eóſque leniter mouere. Etenim multos nouimus hoc modo curatos,qui nullo alio auxilio indiguerūt.ſed tamē ſedē aliquāto ſupiniorē ipſis eſſe oportet. Porrò geſtatio in nauigio ſi iuxta terram fiat, & in mari tranquillo, hydropicis conuenit,& elephantiaſi laborantibus,ſyderatis, tumidis. & ſtomachum quidem ab initio ſubuertit, paulo autem poſtea in aſſuetudinem venit. Verùm geſtatio per pelagus vehementiſſima eſt, & mutationes plurimas ac maximas facit. nimirū quum anima mixtos affectus habeat ex triſtitia & ſpe, timoréque ac periculo,modò gaudentibus & lætis, modò in agone exiſtentibus nauigantibus.Omnia autem hæc compoſita ſufficientē vim habent omnem veterem morbum exigendi & è corpore excludendi.quin & mixtura ex quiete ac motu corporis, ſiquid aliud, probè corpus nutrit.

De equitatione, Cap. VII.

EQuitationis vſus modicus eſt in ægrotis: neque enim multam vtilitatem opus ipſum præbet.nam ſi leniter impellatur equus,nihil aliud quàm laſſitudinē facit, maximè inguinum, iuxta crurum explicationem ac dependentiam:ſi verò agitetur equus, vniuerſum corpus doloroſè concutitur.& tamen etiam hic modus aliquid vtilitatis habet in valentibus. Supra enim alia exercitia & ſpiritum,& corpus, & maximè ſtomachum firmat, ſenſuſque purgat & acutiores reddit.verùm pectori peſſimū eſt hoc exercitiū.Cæterùm in omni geſtatione omnique exercitatione,curandum eſt maximè vt in ſalubri loco fiant,& in aere puro: nec ſolùm de aliis exercitiis hoc accipiendum eſt,ſed etiam de nauigatione.

De re venerea,ex Rufo, Cap. VIII.

NAturale opus coitus eſt.nullum autem ex naturalib⁹ operibus nociuum eſt: verùm iuxta immodicū & aſſiduum vſum, itémque iuxta tempus non conueniens aſſumptus,noxius euadit. Multo autē magis nociuus fit aſſiduus vſus iis qui neruos,aut pectus,aut renes,aut lumbos,coxēdicéſque ac pedes imbecilles habent. Cuius rei cōiecturam hinc facere licet,quòd omne hominis robur in coitus vſu debilius redditur. robur autem, eſt inſitus in nobis calor. Vnde ſanè concoctiones coeuntibus non integræ cōtingunt,& pallidi fiunt, & neque exactè vidēt, neque vt oportet audiūt,neque alios ſenſus integros poſſident.quin & obliuioſi tales & tremuli exiſtunt, & articulis,maximè coxendicum,dolent, & alii ex ipſis renum, alii veſicæ morbos incurrunt.quibuſdam etiam oris graueolentia,& dentium dolores,& gurgulionum inflāmationes oboriuntur.Et viſi ſunt iam viri multi qui ex multa venere ſanguinem expuerunt, partim ob violentā ſpiritus compreſſionem ac intenſionem, partim ob venarū ac arteriarum quæ ex pulmone ad teſticulos deferuntur cōmunionem. Cæterùm fœmina ex coitu ſanguinem nō ſpuit, cum propter reliquam corporis humiditatē, tum quòd in mixtione minus laboris perfert:imò etiam propter cōſuetas infernas purgationes: quare ſi contingat etiam fœminam ſpuere ſanguinem, magnam ex purgationibus medelam acquirit. Itaque propter iam relatas cauſas medici boni iubent venere abſtinere, ſiue adſit quis ex prædictis morbis,ſiue timeatur, ob naturalem corporis debilitatem.atque hactenus quidem offenſiones & cōſenſus coitus,quantum vires noſtræ tulerunt,paucis retulimus.Reſtat vt etiam vtilitates recēſeamus: neque enim penitus inutiles & omnibus nociuæ res venereæ exiſtūt, ſi & vſus tempus,& modum,& ſanam vtentis cōſtitutionem inſpicere velis.Vtilitates ex coitu hæ ſunt:repletionē euacuare,& leuius reddere vniuerſum corpus, idémq; ad augmētum promouere, & virilius efficere. Duris habitudinibus ex longioribus interuallis vſus eius commodat: mollit enim organa, & meatus dilatat, & pituitā ex-

A purgat, & impeditam rationis vim explicat, & maximas iras remittit.quapropter & atra bile percitis,ſubtriſtibúſque & hominū conſortia fugientibus, velut magna quædam medela,commodiſſimus exiſtit: ſed & iuxta alium modum furioſos ad ſaniorem mentem reducit, & quoſdam comitiali morbo prehenſos ſanat,& capitis grauitatem ac dolorem ad vigorem ac integritatem permutat. Hippocrates ſummatim morbis à pituita rem veneream optimam eſſe pronuntiauit.multi quoque ex morbis alimentum non ſentientes,ex vſu ipſius refecti ſunt: B alii benè ſpirantes ex ægrè ſpirantibus euaſerunt: alii cibos auerſantes appetentiam edendi aſſequuti ſunt: quidam à frequentibus ſeminis per ſomnum effuſionibus liberati ſunt.Naturæ ad venerem appoſitæ ſunt calidiores & humidiores. nam eius vſum pluſquam aliæ ferre poſſunt: minimè autem ſiccæ & frigidæ. Eſt & vigentium natura ad eam accommoda,ſenum verò nequaquam.Ex temporibus ver aptum eſt,ineptus autumnus & æſtas,ſed neque hyems commoda eſt propter frigiditatem. & ſanè diæta quoque calidior & humidior ad coitum idonea eſt,contrà ſiccans & frigefaciens,inutilis. humidæ enim diætæ C etiam impotenti ad coeundum commodant. Oportet igitur humidum & calidum eſſe victum,cui accedere debet labor moderatus,& cibus boni ſucci. Vinum itaque ſit colore fuluum,ſubſtātia tenue,panes puri furnacei recentes,carnes hœdorum,agnorum,& porcorum.Ex volucribus gallinæ,attagenæ, perdices,anſeres,anates. Ex piſcibus polypi,& molli carne præditi.Olerum,horminum, irio,eruca,rapum bis coctum & flaccidum factum: hæc enim medicamenti loco exhibentur.Leguminum,fabæ, cicer,ochri,phaſeli,piſa,dolichi. nam & flatu corpus im- D plent,& luculenter alunt.Magnopere etiam optimam vuam laudo,quod ad hanc victus rationem attinet: humectat enim & ſanguine ac ſpiritu corpus replet. Cæterùm qui venere vti volet,recentes repletiones vitabit, cruditates item ac ebrietates,ſimiliterque famem. malum eſt enim repleto corpore coire,item à gymnaſiis & à balneis. Vitandæ laſſitudines,& prægreſſi vomitus,& alui profluuia recentia.nam inueterata aliquando per venerem reſiccantur. Commodiſſimum coeundi tempus eſt à cibo non nimium ingeſto:nam & ad robur conducit,& frigi- E ditates euenire ſolitæ minus fiunt. Et ſi quidem à prādio quis ad vētrem incitetur,quieſcere oportet donec cibus deſideat: ſi verò à cœna,neceſſe eſt paululum antea dormire. Porrò vehementes impetus ac cupiditates ad venerem non probo, ſed eis reſiſtere ſuadeo, præſertim ſicui morbus ſit qui ex venere facilè offenſionem perceptet.

De inſolatione, & arenæ aggeſtione, ac aliis vaporatoriis fomentis,ex Antyllo, Cap. IX.

F QVidam ſe ad ſolem exponunt,partim non vncti,alii etiam vncti,& alii deſidentes aut decumbentes,alii ſtantes & deambulantes aut currentes. Ex decumbentibus aliqui in ſtrato,aliqui ſuper corio, alii in arena aut ſale decumbunt.Solaris itaque inuſtio citra vnctionē moderatè adhibita,perſpirationem occultam auget,& ſudores elicit,aluum autem ſiſtit,& carnem conſeruat:pinguitudinem verò abolet, & tumores laxos cum alios, tum maximè hydropicorum deprimit. Spiritum autem denſiorem ac velociorē reddit, & propterea anhelos & recta G ceruice ſpirantes exacerbat.verùm capiti diuturna frigiditate laboranti cōmodat: nam & firmum & ægritudinibus minus obnoxium efficit.oportet tamen in his aluum præeuacuare. Inimica eſt enim inſolatio capiti, euacuatione infernè nōn præmiſſa. At verò inſolatio cum vnctione,eadem ſimiliter poteſt. verùm corpus magis ſiccat, velut vnguine aſſatum:quapropter & ſuperficiē magis denigrat. Cæterùm per occultam tranſpirationem hæc minus diſcutit. nimirum ad cauterii ſimilitudinem denſans carnem. Qui verò deſidentes aut ſtantes H inſolantur, vehementius quàm deambulantes & magis quàm currentes inuruntur. Decumbentes autem in ſtrato, non magnopere iuuantur, ſed capite magis replentur. Qui ſuper corio ſe ſoli exponunt, magnam vtilitatem conſequuntur, præſertim hydropici & iſchiadici,

nephritici,reſoluti,elephantiaſi laborantes,intumeſcen-
tes circa refectionem,cœliaci,& qui circa veſicam veterẽ
morbum habent:itémque ſyderati,fœminæ quoque quæ
ab vtero ſtrangulantur,& adhuc amplius quæ alba vteri
fluxione infeſtantur.Oportet autem magnum eſſe coriũ,
& oleo perunctum,& ſuper tenuem arenam cribratã ex-
tentum,& vbi præcalfactum eſt corium, tum demum æ-
grum ſuper id decumbere, capite cum crudo linteo ve-
lato.Permanendum eſt autem diutius in eadem decubi-
tus figura,& poſtquam corpus multùm fuerit feruefactũ,
vertere iubendum ac deuoluendum, & poſtea rurſus in
alterum latus reuoluendum,ac quieſcendum: atque hoc
ipſum ſæpius facere oportet. Idem modus etiam in are-
na adhibetur,loco aſſiduè permutato.oportet autem mi-
niſtrum adeſſe,qui calẽtiſſimam arenam colligat,& cor-
pori defoſſi ac obruti ſuperingerat.Si quidem igitur ma
re affuerit,vtendum eſt eius arena.nam & lenior & magis
reſiccans huius arenæ fomentatio ac feruor eſt quàm e-
ius quæ per corium contingit.ſi verò fluuialis arena fue-
rit,præſtat corio vti.nam & arena fluuiatilis,& aer hume
ctior eſt ex euaporationibus. Quòd ſi ſalis copia adſit,
multo præſtabilius eſt tenui ſale ſubſtrato hominem de-
cumbere. oportet autem altitudinem eſſe non minorem
tribus palmis paruis: ſi enim non fuerit altus ſal, caliditas
ipſius facilè difflatur,vtpote quæ ex alto emerſum ac pro-
greſſum non habeat.

De venæ ſectione,ex Galeno,

Cap. x.

A Similaribus corporis partibus primas actiones per-
fici,alibi demonſtratum eſt, itémque per inſtrumẽ-
tales,ſecundas.Itaque humores in corpore contenti con-
ſiderandi ſunt,quam tandem vtilitatem aut cladem par-
tibus afferant per quas corpus actiones ſuas facit. At ve-
rò plenitudo colligi dupliciter dicitur: aut enim virium
reſpectu plenitudinem dicimus, aut reſpectu capacitatis
vaſorum humores continentium.quemadmodum enim
is qui onus geſtat,non ſtatim vt grauatur & laborat, iam
etiam concidit & vincitur ab ipſo onere: iuxta eundem
modum vbi vires à plenitudine grauantur, poſſibile eſt
ipſas diu reſiſtere, & nondum hominem ægrotare: vbi
verò quis diutius negligatur,vires concidunt.His itaque
magnopere prodeſt venæ ſectio priuſquã vires vincãtur.
Sed & plenitudine ac copia ſanguinis in corpore non e-
xiſtente,venæ ſectio vtilis fit,inflãmatione incipiente ob
prægreſſam plagam,aut ob particulæ debilitatem,humo
ribus ex corpore aceruatim in ipſam congregatis. Ali-
quando enim ſanguis aceruatim ad particulam quãdam
irruens,aut ſtupefacit eam,vt actio ipſius corrũpatur:aut
memorabilem cladem inducit, velut in ſyderationibus
cõtingere videmus:quandoque verò etiã ipſum vas per-
rumpit,velut in ſanguinis ſputo contingit. Conandum
itaque eſt vt redũdantem ſanguinem euacuemus quam-
citiſſimè,priuſquã magnũ aliquod malum circa aliquam
corporis partẽ operetur.quin & magni alicuius morbi ti-
more venã ſecamus. atque ego ſanè multos podagricos
annis tribus aut quatuor infeſtatos ex interuallis,aut pur-
gato redundante humore in principio veris, aut ſangui-
ne detracto curaui.nam & podagricis & arthriticis, comi
tialibúſque ac atrabiliariis morbis,itẽ ſanguinẽ ſpuenti-
bus,vertiginoſis,& iis qui frequenter angina arripiũtur,
peripneumoniis,pleuriticis, lippitudinibus vehementi-
bus,& in ſumma iis qui in magnos morbos frequẽter in-
cidunt,venæ ſectionẽ omnibus auxiliis potiorẽ pronun-
tio.Conſideranda porrò veniunt in omni venæ ſectione,
plenitudinis quantitas ac qualitas,morbi magnitudo,ſi-
ue præſens ſit,ſiue timeatur,ætas vigoroſa, & præ his o-
mnibus virium robur aut debilitas: deinde naturalis ha-
bitus totius corporis,hora ac tempus anni,regio,præſens
ambientis conſtitutio, prægreſſus victus & diæta, copia
ciborũ & potus: & maximè,an multùm nutrientes cibos
homo ingeſſerit,& an conſueta exercitia reliquerit,& an
conſuetæ excretiones ſuppreſſæ ſint. At verò aggrauante
& infeſtante plenitudine, non omnino ſanguis de-
trahendus eſt: aliquando enim crudus quidam hu-
mor in corporibus coaceruatus eſt. quapropter diligen-
A ti animaduerſione opus eſt, quantopere vires validæ
ſint,& quantopere humor ipſe perfrigeratus eſt. quod i-
pſum ex vrinis & aliis ſignis cognoſces.Nam in eiuſmodi
affectionibus præexolutæ vires, in venæ ſectione extre-
mè concidere ſolent, vt refocillari amplius non poſſint.
quod vbi contingit, periculum non paruum conſequitur,
præſertim incidente febre, in conſtitutione æſtiua,ſto-
macho malè affecto, aut corpore vniuerſo molli & tem-
peramenti humidi ex natura exiſtente.Exoluuntur enim
tales,& celerrimè in animi deliquium collabuntur,etiãſi
B non magna febris in ipſos irruat. Sed & ſi hyems fuerit,
aut regio frigida, & natura hominis frigidior, minimè
venæ inciſionem admittemus: tales enim hoc modo diſ
poſitos moderatis frictionibus, & vnctionib' moderatè
calfaciẽtibus,& potionibus inciſoria vi præditis ſanam'.

De euacuationis menſura, Cap. xi.

MAgnitudo morbi & virium robur principales ſco-
pi ſunt incidendæ venæ, qui vbi aucti fuerint, ma-
iorem euacuationem fieri oportere indicant: ſicut con-
trà vbi nõ fuerint aucti, euacuationis quantitatem immi
C nuere oportet, inquantum vires imminutæ ſunt, itémq;
morbi magnitudo.Conſequenter autem ſimul conſiderã
da eſt hominis natura. nã eos qui moderatè graciles ſunt
& magnas venas habent multúmque ſanguinis, largius
euacuabis: qui verò venas anguſtiores habent, & corpo-
re albi & carne teneri ſunt,parcè. ſanguinem enim modi
cum hi habent,& facilè humores ipſis tranſpirant. Iuxta
eandem rationem neque pueris venam ſecabis, vſque ad
quatuor & decem annorum ætatem: imò neque ſenibus,
præſertim viribus debilibus exiſtentibus. Quòd ſi vires
D fuerint fortes, & neceſſitas vrgeat, etiam ſeptuagenariis
venam ſecabis.

Quales venæ ſecandæ, Cap. xii.

REuulſionis gratia ſemper venas in directum ſecabis
in iis à quibus ſanguis erumpit. nimirum vt ſangui-
ne è dextro nare fluente,venam dextræ manus ſeces:è ſi-
niſtro verò, ſiniſtræ. Quòd ſi ſplen patiatur, venam inter
anularem & paruum digitum manus ſeca, aut in cubito
internam. ſed & in pleuriticis venam è directo affecti la-
teris ſeca. Grauiſſimos item oculorũ dolores mirabiliter
mitigat vena è directo affecti oculi ſecta in cubito, quæ
E humeralis appellatur.Nam interiores venæ ſectæ vtilita-
tem præbent in partibus infra collum affectis: externæ
verò,faciei & capiti:mediæ,vtriſque.Si autem in venæ ſe
ctione error contingat,in media quidẽ vena neruus ſub-
iacens diducitur: in interna verò,arteria ſubſtrata. Et vi-
tandum eſt ne hanc ſecemus citra magnam neceſſitatẽ.
nam minoris periculi eſt humeralem ſecare. Et ſæpe fa-
cta in hac fiſſura magna, neque inflammationes ſequutæ
ſunt neque dolores. quare hanc confidenter ſecare licet:
F internam verò,cum multo metu. vitandum item vt ne
tentemus mediam.Quemadmodum autẽ prædictæ par-
tes ex venarum cubiti ſectione opem ſentiunt,ita inferio
res his,hoc eſt coxa,& vterus ac veſica,ex venarũ,poplitis
ac talorum ſectione.Renes autem vtrinque opem ferunt
& ex cubiti & ex infernarum venarum ſectione. Scio au-
tem coxendicum affectionem in vna die ſanatam per e-
uacuationem à cruribus,quæ ſanè non propter frigidita-
tem ſed vaſis coxæ ſanguine impletis facta erat. Oportet
autẽ in omnibus quidẽ inflãmationibus incipiẽtibus,re-
G uulſoriè facere venæ ſectionem,velut pede inflammato
ex manu: verùm in affectibus diuturnis, maximè quidẽ
ex ipſis affectis partibus:ſin minus,ex propinquis.

Quomodo vena ſecanda eſt, ex Antyllo,

Cap. xiii.

PVnctim quidem venæ inciſionem facimus, vbi vaſa
fuerint obſcura:cæſim verò,vbi fuerint manifeſta,ita
vt firmemus manum in obſcurioribus, & iis qui ad ictũ
flectere ſolẽt cubitum.Oportet autem non totum vas di-
ducere. nam dum labia ipſius euertuntur, fluxus non fit
H cum eiaculatione. Neque verò infernam vaſis partem ad
radium diuidere oportet, ſed ſupernam ad brachii exor-
tum tendentem. ſuperna enim ſecta, ſpecioſa ſanguinis
eiaculatio contingit.Et ad hæc commoda eſt ſupernæ par
tis venæ ſectio,quoniam è vaſe quis aberrare non poteſt.

De magnitudine ſectionis,ex Antylo, Cap. XIIII. A

IN iis qui aſſeruata euacuatione opus habent, magna fiſſura facienda eſt: irémque in quibus craſſitiem ſanguinis contineri coniectabimus. In quibus verò reuellere & auertere volumus lationem ſanguinis,velut in reiectantibus ſanguinē,aut quibus de naribus aut alia quadam parte ſanguis erumpit,parua vulnuſcula incutimus. non enim indigent euacuatione,(quum euacuentur ab aſ fectione)ſed retractione ac reuulſione. Oportet igitur in iis permittere vt ſanguis fluat multo tempore per venā. Paruis item fiſſuris vtendum eſt in phreniticis aut mente motis,aut aliàs delirātibus, quò cita cōglutinatio vulnuſculi fiat:contingit enim vt deliri ſæpe latenter vinculum manus ſoluant.& ſi quidem contigerit magnam eſſe fiſſuram, ſequitur periculum ex ſanguinis eruptione. In parua verò, etiam grumus vulneris oſculo inſidens, ſanguinis eruptionem prohibere poterit. Inſuper & paruis fiſſuris vtēdum eſt in paruis vaſis, magnis verò in maioribus.nam ſi in magnis vaſis paruum vulnuſculum fiat, neceſſariò grumi collecti fluxum ſanguinis impedient. B

De figuræ ſectionis,Antyli, Cap. XV. C

SEctionis figuræ tres ſunt:tranſuerſa, recta, non pungens ſed findens venam in directum,& inter has media quæ appellatur obliqua. Tranſuerſa igitur vtendum eſt in quibus detractionem omninò nōn repetere volumus.curuato enim cubito oſcula fiſſuræ componuntur.& commoda eſt hæc figura,vbi magnam fiſſurā facere voluerimus. Obliqua verò figura vtilis eſt in quibus detractio repetenda eſt:& eo quòd à vaſe non aberramus dum ſic ſecamus. Sed & ſanguinis eiaculatio ex obliqua fiſſura pulchrior aſpectu eſt vidētibus,dum velut obtorquetur & obuoluitur ſanguis in ſaltu.Oblonga verò in directum figura cōmoda eſt in iis quibus non ſolùm eadem die ſectionem reiteramus,ſed etiam poſt vnam aut duos dies. Incuruato enim cubito diſparantur oſcula fiſſuræ. Commoda eſt item in directum fiſſura iis in quibus præuaricatio labiorum fiſſuræ fieri ſolet.at in hac figura minus ſpecioſa ſanguinis eiaculatio contingit. D

Quod ſit opportunum venæ ſecandæ tempus, Galeni, Cap. XVI.

IN omni diei ac noctis hora,neceſſitate vrgente, venā ſecabis,ita vt ſcopū habeas in iis qui febriunt,exacerbationis declinationem: in iis verò qui aut propter lippitudinem,aut aliud quid eiuſmodi,abſque febre,venæ ſectione indigēt, magnitudinē doloris aut inflammationis.qua enim hora videris dolorem mitigari,venam ſecabis: at verò ſi nihil tale vrgeat,melius eſt manè venam ſecare,nō ſtatim vbi à ſomno ſurrexeris, ſed vbi vigilaueris ad horam vnā.ſed & quoſdam prælauare præſtat & prædeambulare.In quibus verò præſeruationis gratia venam ſecamus,licet etiam ab actu cōſuetarum operationum venam incidere. E F

De repetita detractione,Galeni, Cap. XVII.

IN quibus ſimpliciter euacuare volumus,eadem die iterata detractio fiat.in quibus autē reuellere, præſtat vt poſt duos dies fiat. Et in quibus quidem opus eſt multa euacuatione,vires autem nō ſunt fortes,in iis euacuationem reſeruare oportet,& prima detractione defectuoſiore facta,rurſus iteratò detrahere, aut ſi voles tertiùm. Quum verò feruentis ſanguinis multitudo febrem acutiſſimam incenderit,velut in ſynochis *id eſt continentibus*, G ibi aceruata euacuatione opus eſt: & oportet tentare vt euacuemus vſque ad animi deliquium,virium robore ex pulſibus cōſiderato. in aliquibus enim noui VI.lib.ſtatim eſſe detractas. Fluente itaque ſanguine attendere oportet ſemper pulſuū tactui, vt ne citra animaduerſionem, pro deliquio animi mortem inducas.

De arteriarum ſectione,Galeni. Cap. XVIII.

ARterias ſecant medici in temporibus quidem ob oculorum fluxiones,quū calidæ & flatuoſæ fuerint: eas verò quæ ſunt retro aures,in vertiginoſis, & iis maximè qui ex diuturnis morbis capitis calidis ac flatuoſis laborāt.Iā verò & ob alias plurimas affectiones circa caput cōſiſtentes diuturnas,quidam ſecant arterias retro aures. H Verùm aliqui arteriarum ſectiones verentur,propter ſanguinis retinendi difficultatem,& quòd dum fiſſura in cicatricē abit, aneuryſma in quibuſdam fit, *id eſt uaſis ipſius arteriæ dilatatio,quæ inter tumorum genera recenſetur.*

Medicamentum ſiſtens ſanguinem arteriarum, Cap. XIX.

QVVM igitur ſanguinis eruptio ex inciſa arteria cōſequatur, oportet hanc hamulis attractam totam tranſuerſim diſſecare,deinde aloem & mannam thuris terere,& ouorum albumine ſubigere, & tenellis pilis leporinis medicamentum excipere, & fiſſuræ imponere. Dicetur autem de hoc amplius in loco De ſanguinis eruptione,inter vulneraria medicamenta.

De cucurbitularum vſu, Ex Antyllo. Cap. XX.

NEque in morborum principiis,neque in corporibus repletis,cucurbitis vtemur, ſed quum euacuatum fuerit totum,& non amplius influxerit parti cui cucurbitæ ſunt adhibendæ, & opus fuerit mouere ac excutere & attrahere relictam in parte inutilem fluxionem.Cauēdum eſt autem ne cucurbitam prope māmas affigamus. nam illabentes in cucurbitas mām̄æ & tumeſcentes, nō facilè ſinunt illas tolli. Tunc verò ſpongiis ex calida expreſſis cucurbitas circundare oportet: ſic enim remittere ſolent. ſi verò non ſic remiſerint, cucurbitæ perforandæ ſunt.Illud porrò noſſe expedit, quòd nō ſolùm localis venæ ſectio detrimento eſt antequam vniuerſum corpus euacuetur,per affectas partes ſanguinem detrahens, ſed etiam cucurbita.Et venæ quidem ſectio minus eſt periculoſa:pro ratione enim allationis materiæ,etiam ſanguinis excretionē facit: cucurbita verò tum impetu affixionis violenter materiam attrahens,tum multum locum occupans, & tamen neque vaſis ſenſibilem fiſſurā faciens, attrahit quidem memorabilem materiā, non euacuat autē pro ratione attractæ.Et præcordiis quidem intempeſtiuè affixa,præſertim in continentibus febribus aut ſemitertianis,& maximè ſi etiam mens ægri fuerit turbata,& ſenſus ſit obtuſus, ſtrangulatus & mortē eadem die inducit: capiti verò intempeſtiuè admota, lethargos, & corporis ac mentis ſtuporem,& oculos prociduos facit,quibus autem contigerit vt hæc effugiant, hi omnino in diuturnū capitis affectum hinc incidunt.

De ſcarificatione,Ex Galeno. Cap. XXI.

VEnam ſecare ſæpe in anno non arbitror cōmodum eſſe: ſimul enim cum ſanguine multus vitalis ſpiritus excernitur. Quum autem hic frequentius conſumitur,& tota corporis moles perfrigeratur, & omnia naturalia opera deteriora fiunt.Probo igitur vt ab ignobilioribus partibus,velut ſunt crura, per ſcarificationē detractio fiat.Optimum autem eſt hoc auxilium ad conſeruationē ſanitatis,& ad eandem recuperādam, ſi fuerit præuaricata.Prodeſt autem ſcarificatio etiam oculis diuturna fluxione affectis, & aliis capitis affectionib⁹, itémque thoracis,& anginis. Oportet autē in vnoquoque mēbro factas ſanguinis inſpiſſationes,poſt vniuerſalem corporis euacuationem,ſoluere per localem ſcarificationem.

De ſanguiſugis,Galeni, Cap. XXII.

SAnguiſugas captas vna die ſeruare oportet,eáſque pauco ſanguine alere.vſus autem tempore pars cui admouendæ ſunt nitro præparetur, & aqua dulciſſima exactè abluatur, poſtea è fomento ſanguis illinatur.Atque ſic accipiātur ſanguiſugæ ac mittantur in aquam paruam,& fuligine ipſarum per ſpongiam deterſa ſic admouebis. inhærentes enim non ceſſant trahere, donec ſalem aut nitrum aut cinerem ori ipſarum inſpergamus. poſtquam verò exciderint fouendi, ſunt loci per ſpongiam. & ſi ſanguis erumpat,gallam vſtam,aut linteum vſtum, aut ſpōgiam liquida pice imbutam ac vſtam inſperge, & ſupernè chartam aceto madidam impone.

De purgatione,ex Antyllo. Cap. XXIII.

EOS qui ſana habent corpora purgare difficile eſt, nam & vertiginoſi ac voluuloſi fiunt ac torquentur, purgatióque difficulter ipſis procedit: & ad hæc citò exoluuntur tales dum purgantur. Quum igitur purgare volueris, præattenuare oportet ac ſecare craſſos ac viſcoſos humores,& meat⁹ aperire,per quos humores trāſferūtur ac trahuntur à purgatoriis medicamētis.Et ſeroſos quidē

ac tenues humores in principio morborum euacuare oportet: in craſſis verò ac viſcoſis concoctio expectãda eſt, qualis eſt pituita & bilis atra. Sed & in omnibus diuturnis morbis ſemper concoctionem expectare cõuenit. In acutis verò quum cõmotæ fuerint materiæ, etiam in principio pharmacum exhibe, & tamẽ cum multa cautione. Nam quum humores ſunt in motu, lationéque ac fluxu, timor eſt nequod ex viſceribus natura debile exiſtens materiam cõmotam excipiat, & præſertim thorax. At in vna aliqua parte firmatos humores, velut in viſcerum inflammatione contingit, medicamentis aggredi non oportet priuſquam concoquantur. quicunque enim inflãmata in principiis per medicamenta ſoluere conantur (inquit Hippocrates) à diſtento quidem & inflammato non auferunt quicquam, (nihil enim remittit cruda affectio) verùm ſana & morbo reſiſtentia conſumunt: dum enim debile fit corpus, morbus dominatur: quum autem morbus dominatur, pernicies adeſt. Proinde materiæ remouendæ gratia vtimur purgatoriis medicamentis in cephalæa, vertigine, hemicrania, comitiali, anhelatione, erectæ ceruicis ſpiratione, coxendice, arthritide, podagra, nephritide, & in affectionibus veſicæ ac vteri diuturnis. Similiter autem etiam vbi fluxus aſſiduè infeſtauerit aures, aut nares, aut oculos, aut os, aut ſtomachũ, aut totam ſuperficiem: & neque reſiccetur ab aliis auxiliis, neque aliter ſiſti poſſit. ſolet enim purgatio per aluũ fluxiones cohibere. Et in hoc ordine locari poteſt etiam humoris atræ bilis purgatio, quæ hæmorrhoidum ſuppreſſarum gratia aſſumitur poſt venæ ſectionem. At antiquæ affectionis emouendæ ac expurgandæ gratia vtimur purgatoriis in reſolutione, ſideratione, alimentum non ſentientibus, torpore, ſopore, grauitate perſeuerante in quacunque corporis parte. Cæterùm ob corporis temperamentũ tranſmutandum, vtimur purgatoriis in diuturnis febribus, nimirum quotidianis ac quartanis, inſania, atra bile, mentis exceſſu, malo habitu corporis, iis qui alimentum non ſentiunt propter vitioſum humorem: inſupérque in elephantiaſi, ſcabie, lepra, puſtulis, morbo pediculari, & in vlceribus ſpõtaneis ac grauibus, & affectionibus fluidis. At verò quò circumſitus & infeſtãs humor educatur, vtimur purgatoriis, in aqua inter cutem, & regio morbo. Et hoc loco ponendæ ſunt etiam vẽtris fluxiones, in quibus purgatoria aſſumimus: aliquando enim acris & inutilis humor, ventris tunicis inſidens aut inteſtinorum, ſimiliter velut acres glandulæ aut infuſiones per anum, irritat inteſtina, & ſimul ipſa ſtimulat, & promptitudinem efficit ad excretionem, ſimúlque per acredinem ſuam ex circumferẽtia corporis ac totius molis humorem attrahit. In his igitur conſentaneum eſt purgatoriis vti, quò talis humor ex corpore expellatur, & venter ac inteſtina pura fiant. In ſumma vtendum eſt purgatoriis medicamentis, in iis quibus vires validæ ſunt, & voluntas prõpta eſt, & qui ſtomachum robuſtum habent, & multam inutilem materiam in corpore colligunt. At pingues & prægraciles ad purgationem inepti ſunt: inſuper & qui multo ſanguine abundant, & qui aſſiduè animo linquũtur, & ægrè reuocantur, & qui citò vomunt ex omni occaſione. Pueri item ac ſenes, & mulieres quibus menſes validè purgantur. & qui valde purum habent corpus: & qui certam habent victus rationẽ, & quibus aluus eſt natura adſtricta, & qui dyſenteria & cœliaca affectione facilè corripiuntur. omnes hi ad purgationem inepti ſunt. Incipiendum eſt autem à bilem purgantibus.

Bilem flauam purgantia. Aloe, Cap. XXIIII.

ALoe totum quidem corpus non purgat, verùm ſitam in ſtomacho & ventre ac inteſtinis bilem, citra moleſtiam educit ac placidè vnà cum ſubiectis excremẽtis. Datur itaque iis quibus caput affligitur propter aſſiduas fientes ad ipſum de ſtomacho euaporationes. excindit enim inutilium vaporum allationẽ. Danda eſt & lippientibus, propter eandem cauſam, & iis qui ob bilis augmẽtum ſitiunt, quibus lingua & os facilè reſiccatur: & qui circa ſtomachum ardorem, aut nauſeam, aut moleſtiam aliquam euerſoriam percipiunt. Præbetur & iis qui præter rationem pallidiores facti ſunt, & in quibus ſuperfluitates eductione indigent, & clyſter adhiberi non po-

A teſt ob aliquam cauſam. Dantur autẽ aloes drach. II. cum aqua mulſa. Cõmoda eſt etiam ſiquis ipſam quotidie ſumat, aut à cœna aut mane ante cibum potius. Tritam itaque aloen corticis citrii ſucco excipe, aut ſi is deſit, ſucco braſſicæ vtere. habeant autem hinc formatæ pilulæ ciceris magnitudinem. & dato tria aut quinque quotidie ei qui opus habet. potes & cum terebinthina ipſam efformare, & cum melle cocto. Oportet autem in deglutiendo aut poſtea abſorbere aquam mulſam. Purgatoria equidẽ medicamenta omnem cauſam ex corpore extrahunt, in-
B ſtar cucurbitæ, principalibus partibus inhærentia, ipſáque per ventrem euacuantia.

Scammonia, Cap. XXV.

SCammonia flauam bilem maximè educit. Inducit autem ſtomachi dolorem, & graue olet, ac iniucunda eſt & valde ſiticuloſa. Quum enim omnia purgatoria ſtomachũ infeſtẽt, aloe excepta, ſcãmonia plus omnibus illi moleſta eſt. Vitanda igitur eſt iis qui debilem ſtomachum habent & febricitantibus: quum enim leuiſſima ſit, facilè abripitur in corpus, & omnem in ipſo immunditiam
C commouet: prohibetur autem à febrili calore, vt ne ſuperfluitates ad excretionem ducat. Danda igitur eſt iis qui bonum ſtomachum habent, & non febriunt, atque non facilè vomunt, & non facilè animo linquuntur. Dantur ex ea ſcrupuli duo, plus minus, pro virium ratione. Admiſcetur ipſi ſal, & thymi coma, aut pulegium. In iis verò qui ferre poſſunt, præſtat aloen miſcere. Datur & per ſe cum melle, aut ptiſanæ ſucco, ſi clanculum exhibere volumus.

Peplium, Cap. XXVI.

PEplii ſemen, aliquando verò & ramulos ſimul, in vmbra ſiccata, tuſa ac cribrata dato, ſcrup. IIII. põdere, in
D aqua mulſa, adſtillato modico aceto. Nam poſt flauam bilem, etiam nigram & pituitam ducit. & flatus diſſipat, quemadmodum etiam Hippocrates alicubi dicit. Maximè igitur conuenit flatuoſis affectionibus, quæ ſanè atrã bilem laceſſunt & auſpicantur. Cõuenit etiam ſplenis inflammationibus diuturnis, vteri item ac coli, & laxis abdominis tumoribus.

Veratrum nigrum, Cap. XXVII.

VEratrum nigrum atram & flauam bilem ex toto cor-
E pore trahens, infernè expurgat, non tamen cum vlla difficultate. quapropter etiam febrientibus per circuitũ & diu ipſũ exhibemus. Datur & furioſis, & hemicranicis, ac diuturno capitis dolore afflictis. Maximè verò idoneũ eſt viſceribus, & vtero & veſicæ, ſi purgatorio medicamẽto opus habent. Maxima verò ipſius vis eſt, priuatim educere ſiquid corruptorium ſanguini fuerit admixtum. Vnde etiam in diuturno regio morbo commodum eſt, & ad aſperitates cutis, velut ſunt lepræ, impetigines, & ſimilia. eſt & elephantiaſi vtile. Dantur ex eo ſcrup. II.
F plus minus, ita vt tenuia circa radices lignula paululum in aqua madefiant, deinde auferatur cortex, & ſiccetur in vmbra, tundatúrque ac cribretur. datur cum paſſo aut aceto mulſo. Condimenti porrò gratia addere oportet ipſi petroſelini & dauci parum. Si verò efficacius purgare volueris miſce & de ſcammonia parum.

Bilem atram purgantia, Cap. XXVIII.

ATram bilem ducẽtibus vtendũ eſt præcipuè in melancholicis, *id eſt atra bile uexatis*, ſtomachicis, iis quæ facilè irritantur, iracundis, homines auerſantibus, ſeceſſũ
G quærentibus, & iis qui in refectione virium purgatione opus habent, & in habitibus obaridis & parum muſculoſis, & præſertim in autumno feruente.

Epithymum, Cap. XXIX.

EPithymum atram bilem infernè purgat. Dantur ex ipſo contuſo ac cribrato perfectis ſcrup. XII. cum paſſo & aceto mulſo ac modico ſale. Confert affectionibus flatuoſis & hypochondriacis præcordiorum, & quibus iecur grauatur, & difficulter ſpirantibus. Similiter autem velut epithymum purgat flos in ſtœbe enaſcens, & flos qui in
H thymbra naſcitur, atque epithymbrõ appellatur. verùm vterque viribus debilior eſt.

Polypodium, Cap. XXX.

POlypodium bilem maximè nigram ducit & pituitã. dantur radicis purgatæ ſcrup. VI. affuſa aquamulſa diluta. Poteſt & ſuper ſalſamentum deradi ac comedi ante

prandium.Purgat etiam mediocriter ac citra moleſtiam radix cocta in iure gallinaceo,& in ptiſana.

Pulegium,Tragoriganum,Leucanthemum, Alyſſon, Cap. xxxi.

PVlegium ducit atram bilem acetabuli menſura potũ in aqua mulſa: ſimiliter & tragoriganum, & parthenium, quod & leucanthemum vocatur. Dantur ſingulorum ſcrup.vi.ſed & alyſſon ſimiliter purgatiuum eſt,danturq; etiã ipſius ſcrup. vi.Præſtat autem hæc dare cum aceto,& modico ſale,ex aqua,ita vt arida trita potui inſpergantur.

Armenium, Cap. xxxii.

ARmenium quo pictores vtũtur,purgat atram bilem & quicquid craſſi ac viſcoſi ſanguini admixtum eſt. datur melancholicis, & elephantiaſi laborantibus,ac cõſimilibus,& in renum affectionibus, & anhelosis: dantur ex eo ſcrupuli plus minus iiii.

Centaurium minus, Cap. xxxiii.

CEntaurium minus craſſiſſimam bilem purgat & mucum:quare conuenienter datur ſplenicis & coxendicum morbo affectis.Bibitur eius decoctum, vbi coctum fuerit in aqua.Sint autem centaurii ſcrup.ſex,aquæ menſura heminæ.coquatur ad medietatem.

Pituitam ducentia, Cap. xxxiiii.

PItuitam ducentium vſus eſt in habitibus frigidiorib⁹, ætatibus item ac morbis frigidioribus: velut ſunt reſoluti, ſiderati, & qui laxis tumoribus tumẽt. & in iis qui multa & craſſa emungunt,& qui ex coxendicum morbo à pituita infeſtantur,& in aqua inter cutem.

Colocynthis, Cap. xxxv.

COlocynthis purgat pituitam & bilem & mucoſa: vnde neruorum neruoſorúmque corporum purgatiua eſt.Datur igitur cõuenienter in omnibus capitis affectionibus, & in erecta ceruice ſpirantibus ac ſimilibus. & in coxendicum morbo,& arthriticis,& ad diuturnas renum ac veſicæ affectiones.Eſt & aliis morbis commoda, qui ægrè excuti poſſunt, & induratam affectionem habent. Datur ex medulla ei⁹ ſcrup.ii.in aquæ mulſæ cyathis duobus,in debilioribus ſcrupulus vnus. Eligenda eſt alba & tenera medulla.nam aridior & nigra mala eſt. Tundatur autem & teratur diligenter,& cribretur ſæpe. & vſus tempore læuigetur valde bene in mortario cum aqua mulſa. ſolet enim tale quiddam pati:nam tuſa priuſquam madefiat,tenuiſſima apparet: vbi verò in aquã mulſam iniecta fuerit ac macerata,intumeſcit adeo vt vix cribratam eſſe credas.Itaque tumidæ ipſius partes aliquando inhærent vẽtri aut ſtomacho, & præſertim inuolucris inteſtinorũ, propter mollitiem: & quũ acres ſint natura ac mordaces, adhærentes vlcerãt inteſtina,& affectiones neruorũm per cõnſenſum inferunt,torminàque ac contractiones.quare multa animaduerſione opus eſt,vt læuiſſimam ipſam faciam⁹ cum aqua mulſa.Quòd ſi mitius purgare volueris, ſumito colocynthidem iuſtæ magnitudinis, eámque aperito ſupernè,& ſemen totum eximito: deinde quicquid tomenti ſpeciem præ ſe fert in ipſa,rurſus citra ſemen in ipſam indito,& repletam ipſam ſapa,aut vino dulci veteri, per diem & noctem macerari ſinito: deinde excolatum per pannum vinum calfactum bibendum dato.Purgat optimè & morbum regium,& eos qui puſtulas liuidas circa cutem habent.

Tithymalus, Cap. xxxvi.

TIthymalus pituitam & bilem ducit.dantur ipſius ramuli virides accepti,& in teſtaceo quopiam vaſe parum fricti,deinde triti.Miſcentur autem ex ipſis ſcrupuli iiii.aut iii.cum polenta in aqua,& bibuntur. nam aridiores ramuli impotentiores ſunt.At verò tithymali characitæ radicem accipe,& ſiccato in vmbra, deinde vſus tempore corticem detrahito,tundito ac cribrato,& iiii. ſcrupulorum põdus in vinum dulce vetus mittito, & per diẽ ac noctem macerari ſinito: excolatum per pannum vinũ calfactum bibendum dato. purgat maximè, vt aliqui in omnibus ipſo vtantur velut quopiam arcano. Bene & citra moleſtiam purgat etiam ſuccus tithymali circa aquas in humidis locis ac ſyluis naſcentis,exceptus ſale, aut pane arido trito,ita vt ex hoc nucis auellanæ magnitudo de tur cum frigida aqua. At ſuccus tithymali à quibuſdam datur,aut cum caricis,aut cum polenta, guttæ iiii. aut v. Verùm valde exulcerat linguam & partes circumcirca ſitas,& potus multum calorem in ventre facit.

Iſium, Cap. xxxvii.

ISii corticem ſiccato,tundito,ac cribrato:& ex eo ſcrup. v.aut vi. dato,macerans velut dictum eſt in paſſo,& excolans, ac paſſum ipſum exhibens. Purgat autem magis pituitam.quandiu verò volueris ferri ventrem,ne abluas anum aqua,ſed linteo deterge.Quum autem ſatis purgatum te putaueris,laua anum aqua frigida, & manuum ac pedum extremitates aquæ impone, & ſiſtetur fluxus.

Elaterium, Cap. xxxviii.

ELaterium purgat pituitam & bilem. Dato obolos tres cum lacte recens mulcto heminæ vnius mẽſura.At obolus habet ſiliquas tres.

Granum cnidium, Cap. xxxix.

GRanum cnidium purgat magis aquoſa ac ſeroſa: purgat etiam pituitam & bilem moderatè.Eſt autem feruens & acutiſſimum.dantur ex eo grana xxx. ſi verò mitius purgare voles,dato grana x x,aut x v.Dato autem in ternam granorum partem,tritam cum polenta, & vino immiſſam bibere iubeto. A potu verò parum olei roſacei aut melini abſorbere oportet,ne fauces exurantur. Præſtat autem terere & efformare catapotia cum cocto melle.

Agaricum, Cap. xl.

AGaricum purgat pituitam & bilem,ſed nõ acutè.datur drach.ii.cum aqua mulſa aut aceto mulſo.Eſt autem ſtomacho incommodum, eo quòd leue ſit,& in ipſo ſupernatet.

Cnici ſemen, Cap. xli.

CNici ſemen purgat pituitam,non tamen fortiter. Huius ſeminis drach.v.tritas mitte in ius gallinæ aut ptiſanæ,& excolatum bibendum præbe. Quidam internam cnici partem drachmæ pondere accipiunt, & terunt cum amygdalis & aniſo,& cum melle cocto catapotia formãt, ac exhibent arquato affectis.Et conueniens quidem, ſed leuius eſt hoc.

Lathyris, Cap. xlii.

LAthyris pituitam magis ducit. danda ſunt eius grana xv maiora,aut viginti de minoribus. Et qui quidem efficacius purgari debent, iis præcipiendum eſt vt mandućent:qui verò non valida neque multa euacuatione opus habent,integra deuorént, maximè ſi vitioſum ſtomachum habet is qui accipit.

Ariſtolochiæ clematidis ſemen, Cap. xliii.

ARiſtolochiæ clematidis ſemen ſiccum tritum ii.drachmarũ pondere bibitur,& purgat pituitam ac bilẽ. Eſt autem ſtomacho gratum.

Mercurialis, Cap. xliiii.

SI mercurialis tenera folia cocta comederis,abundè ſtercus expellunt:ſi verò decoctum vino mixtum biberis, moderatè ſtercus educit.

Cucumis ſylueſtris, Cap. xlv.

CVcumeris ſylueſtris radicis cortex,ii.obolorũ, hoc eſt ſiliquarũ vi. pondere,potus cum aqua mulſa,ducit pituitam multam citra moleſtiam,ita vt neque ſtomachum lædat.

Styrax, Cap. xlvi.

STyrax pinguis flauus datur drach.ii. pondere, cum æquo pondere terebinthinæ in pilulas coactus. Ducit pituitam multam citra moleſtiam.

Thymus, Cap. xlvii.

THymi cacumina tuſa trita dato cũ poſca & modico ſale,ad drach.iiii. aut iii.põdus:purgat enim citra moleſtiam & abundè pituitam ac bilem.

Cyclaminos, Cap. xlviii.

CYclamini radicis læuiſſimè tritæ drach. iiii.aut iii. pro viribus cum aqua mulſa potæ, purgant pituitam & bilem:maximè verò per ſudorem purgant. quare qui bibit reclinari debet,& corpus in tegumentis ponere,& ſudorum excluſionem iuuare.

FFFFf.iiii

A

Scordium, Cap. XLIX.

SCordium tenuiſſimè tritum duarum drachmarum põdere ex aqua mulſa potum, ducit pituitam.

Chamæpitys, Cap. L.

CHamæpityos drach.II.tritæ, & cum ficubus aut coƈto melle in catapotia coaƈtæ & exhibitæ, multam pituitam ducunt.

Bdellium, Cap. LI.

BDellium Arabicum pellucidum & flauum, drach. II. pondere tritum potum cum aqua mulſa, purgat pi-
B
tuitam.

Aquam ducentia, Cap. LII.

AQuam ducentibus vtendum eſt & in hydropicis qui ex aſcite intercute aqua laborant, & in fœminis quæ diuturno albo fluxu vexantur, & ad fluida vlcera.

Squama æris, Cap. LIII.

SQuama æris aquam purgat: datur drach.I. & dimidia cum aqua mulſa. Non ſolùm autem aquam ducit, ſed etiam pituitam. Ducunt porrò aquam etiã aliqua ex relatis, velut granum cnidium & cnicus. At cucumeris ſylue-
C
ſtris radix conuenientiſſima eſt hydropicis, miniméque moleſtiam affert.

Euphorbium, Cap. LIIII.

EVphorbium ducit quidem pituitam, magis verò aquam. Eſt autem acutiſſimum inter ea quæ ego noui & feruentiſſimum: vnde & colicis datur & iis qui frigidiores ventres habent. reliquos fortiter turbat, & validam ſitim inducit. Miſcebis cum ipſo aliqua odorata ſemina, dans ex eo obolos tres cum aqua mulſa. Præſtat autem cum melle coƈto in catapotia ipſum efformare.

Chamelæa, Cap. LV.

D
CHamelæa coƈta in aqua mulſa & pota, aquoſa magis ducit. purgat autem etiam pituitam & bilem: Immittantur ex ea drach.V. in duas heminas aquæ, & fiat coƈtura ad dimidias. In fine coƈturæ mellis moderata portio ad datur, & modica faƈta coƈtura, coletur ac bibendum præbeatur. Aliqui contuſæ tritæ chamelææ drach.II. cum duplo comæ abſinthii committunt, & cum melle formata catapotia præbent.

Sanguinem purgantia, Cap. LVI.

SAnguinem purgat porri capitati ſuccus, mercurialis,
E
viola alba, malua ſylueſtris, ſaluia.

Methodus componendi purgantia pharmaca, Cap. LVII.

QVÆ quidẽ per ſe purgare poſſunt ſimplicia pharmaca, talia ſunt velut iã expreſſim⁹ ac præſcripſim⁹. Nõ fuerit autẽ difficile etiã mixturas ipſorum facere iis qui ex iam prædiƈtis ſingulorũ vires didicerunt. Siquis enim ex relatis duo miſcere velit, dimidium pondus de doſi ſingulorum accipere oportet: ſi verò tria, tertiam iuſti põderis partem: ſi verò plura, iuxta eandem proportionem.
F
Facimus autem ipſorum mixturas, vbi nõ fuerit vnus humor qui infeſtat, velut pituita, aut bilis, aut aqua, ſed omnia ſimul. Et, ſi quidem putauerimus æqualiter redundare humores, æqualiter ipſa miſcemus in compoſitione: vbi verò vnus plus aliis redundarit, amplius admiſcemus de his quæ talem humorem euacuare poſſunt. Primùm igitur volo ea mollientia pharmaca aluum ſubducentia ſubiungere quæ in cibo ſumuntur. in cibo enim medicamentum optimum eſt, (inquit Hippocrates) quò etiam ſanis naturaliter adſtriƈtam aluum habentibus, hæc ſpecu-
G
latio vtilis fiat. Fortaſſis autem & iis qui ſe ex morbo recolligunt, inſupérque iis qui ex diuturno morbo ægrotant, hæc pharmaca auxiliaria fient, ſi vnum aut alterum ſimplex pharmacum iucundis eduliis fuerit admixtum, aut ad ventrem molliendum, aut ſi etiam redundantem humorem paulatim & latenter euacuare volumus. Incipiamus igitur à potionibus propomatis appellatis.

Vini purgantis bilem præparatio, ex Theone, Cap. LVIII.

H
CAſiæ vnc.I. ſcammoniæ vnc.I. vini ſextar.V. Hæc tenuiſſimè trita linteolo illigentur, & hoc exaƈtè conſtriƈtum in vinũ ſuſpendatur, ac ſinatur ad dies quinque: deinde ex hoc vino dato ante cibum potionem perfeƈtã, cum aqua calida. creditur bilem purgare.

Vinum pituitam ducens, Cap. LIX.

LAthyridum purgatorum vnc.I. ſpicæ nardi drach. III. vini ſextar.V. præpara velut prædiƈtum eſt, & vtere. creditur pituitam leuare.

Vinum melancholicis commodum, Cap. LX.

POlypodii vnc.I. tuſam, cribratam, & linteo illigatam in vini ſextarios V. ſuſpendito, & ad dies ſeptem ſinito macerari: & dato potionem velut diƈtum eſt.

Aliud vinum polypodites, Cap. LXI.

VIni dulciſſimi ſextar.VI. maſtiches ſextantem, epithymi drach. IIII. radicum polypodii non veterum deraſarum lib.II. radices polypodii purgatas tũde in craſſiores partes & coque cum paſſo, immiſſo etiam epithymo ac maſtiche. Quum autem ad tertias redaƈtum fuerit, aufer ab igne, & frigefieri ſine, & ad excolatũ ſpicæ nardi contuſæ ac cribratæ ſcrup.III. inſperge. præſtat autẽ hãc in mortario counire, deinde fiƈtilibus paruis picatis excipere, & oſculo vaſorum oblito adſeruare. Dabis autem in prãdio potionem magnam inter medios cibos, aqua calida temperatam: eſt hoc iucũdiſſimum & efficax. Præparatur hoc in Babylone Phœnices, laudatúrque ac quoquouerſus nauibus aduehitur.

Vinum mulſum ſtercus exigens, Cap. LXII.

VIni ſextar.V. mellis ſextar.I. maſtiches quadrantem, maſtichen tritam & linteo illigatam in vino mulſo ſuſpende, & ad dies ſeptem macerari ſine: & dato ante cibum potionem vnam calida aqua temperatã. Optimè hoc ſtercus educit, & ſtomacho commodum eſt. euacuat etiam pituitam.

Vinum mulſum flauam bilem ducens, Cap. LXIII.

SCammoniæ drach.I. ſpicæ nardi drach.I. tuſa, cribrata, & linteo illigata, in vini ſextar.V. macerato, & mellis ſextar.I. & vtitor.

Vinum mulſum pituitam ducens, Cap. LXIIII.

CNici ſeminis purgati drach. IIII, & vini ſextar. V. & mellis ſextar.I. accipito. Et cnicũ in craſſas partes cõtuſum ac linteo illigatum, macerato, vtitórque velut diƈtum eſt.

Vinum mulſum atram bilem euacuans, Cap. LXV.

POlypodii drach.III. vini ſextar.V. mellis ſextar.I. tũde, cribra, macera, & vtere.

Conditum ad flauam bilem, Cap. LXVI.

PIperis drach.III. ſcammoniæ vnc.I. ſeminis apii drach. I. vini ſextar.V. mellis ſextar.I. terito ſpecies per ſe primùm, deinde etiam cum melle. & poſtea vinum adde, & ſine ad dies quinque, & vtere.

Conditum pituitoſis, Cap. LXVII.

LAthyridum vnc.I. piperis vnc.I. ſeminis aniſi, apii, ſingulorum vnc.I. vini ſextar. quinque, mellis ſextar. I. præpara velut diƈtum eſt, & vtere.

Conditum melancholicis, Cap. LXVIII.

POlypodii vnc.I. piperis vnc.I. ſeminis apii, drachmam vnam, vini ſextarios quinque, mellis ſextar. I. præpara velut prædiƈtum eſt, & vtere.

Abſinthati præparatio flatus & ſtercora euacuans, Cap. LXIX.

LIguſtici drach.I. S. cumini drach.I. ſpicæ nardi ſcrup.II. floris iũci odorati ſcrup.VI. maſtiches ſcrup.VI. vini ſextar.V. mellis ſextar.I. tuſa ac cribrata terito cum melle, & vinum admiſce. excipe & vtere poſt dies quinque ante prandium.

Abſinthatum flauam bilem ducens, Cap. LXX.

COſti drach.I. maſtiches drach.IIII. roſarum ſiccarum drach.II. ſpicæ nardi drach. II. floris iũci odorati drachmã I. aloes vnc.I. ſcammoniæ vnc.I. mellis ſextar.I. vini ſextar.V. præpara & vtere velut diƈtum eſt.

Abſinthatum ad pituitoſos, Cap. LXXI.

MAſtiches drach. quatuor. coſti drach. quatuor, folii Indici drach.I. ſpicæ nardi drach.I. floris iunci odora-

ti drach.i.caſiæ drach.i.polypodii vnc. i. mellis ſextar.i. lathyridum purgatarũ vnc.i.vini ſextar.v.præpara,& vtere velut dictum eſt.

Roſatum flauam bilem ducens, Cap. LXXII.

ROſarum exunguium recentium libra vna,vini veteris ſextarii ſex,mellis ſextarius vnus. Roſæ ad diem vnam præſiccatæ mittuntur in vinum, & macerantur per dies nouem: deinde vinum excolatur,& adiicitur melli prius trito cum ſcammoniæ vncia vna.oportet autem tũdere ac cribrare ſcammoniam,ac ſic læuigare cum melle. Poſtea verò condatur in vaſa,quæ exactè cooperta ſuſpendes in puteum aquæ frigidæ,& ſines per dies ſeptem aut nouẽ:deinde extrahe & alios triginta dies ſine,& ſic pro pomate vtere.

Roſatum pituitam & ſeroſum ac atræ bilis hũmorem euacuans, Cap. LXXIII.

SI præcedens deſcriptio acceperit grani cnidii vnciam vnam abſque ſcammonia, euacuat ſeroſum humorem & pituitam:ſi lathyrida ſolùm, pituitam euacuat:ſi epithymum ſolùm,atræ bilis humorem expurgat.

Mellis roſacei purgatorii præparatio, Cap. LXXIIII.

MEllis librã vnã, ſucci roſarum librã vnã, maſtiches drach.IIII. piperis drach. duas,zingiberis drach. II. ſcammoniæ ſcrup. octo,coquito mel cum roſarum ſucco ad compagem mellis liquidioris,deinde inſperge ſcammoniam & maſtichen læuiſſimè trita,& parum coque,& ablata ab igne cum reliquis in mortario vnito & ſeponito,& dato cochlearium:euacuat flauam bilem. Quidam verò ſimpliciorem præparationem facere volentes, præmacerant modica aqua ſcammoniam, deinde ferueſaciunt,& detracto ſuperſtante ipſius concremento excolãt & læuigatam ad mel roſaceum adiiciunt,& ſimul coquũt, velut dictum eſt.Si verò lathyridum vnciam vnam acceperit prædicta præparatio mellis roſacei,abſque ſcammonia,purgat pituitam: ſi verò polypodii acceperit vnciam vnam,atræ bilis humorẽ euacuat. Verùm efficacior fit ſi pro polypodio epithymum acceperit.

Aceti purgatorii præparatio, Cap. LXXV.

SCammoniæ vnciam vnam,aceti ſextarios quinque terito ſimul,& ſinito ad dies quinque,& dato ad intinctꝰ cum cibo cochleariũ vnum aut duos.purgat flauam bilẽ. Si verò pro ſcammonia inieceris lathyridum vnciam vnam,purgat pituitam:ſi verò epithymi vnciam vnam inieceris,euacuat atræ bilis humorem.

Aceti mulſi purgatorii præparatio, Cap. LXXVI.

MEllis deſpumati ſextar.i.aceti acerrimi ſextar.i. coquito ſimul vſque ad mellis compagem,deinde adiice epipetri triti ac cribrati vnciam vnam.vtere ad intinctus.aut cum aqua dato bibere cochlearia duo circa horã tertiam ieiunis:euacuat bilem.ſi verò non affuerit epipetrum,ſcammoniæ iniice vnciam vnam. Aliud acetum mulſum. Mellis deſpumati ſextar.i.aceti ſextar.i.coquito ſimul ad compagem,deinde iniice cnici internam partem purgatam & tritã,pondere vnc.i. & ſine ad dies quinque,& vtere vt voles:purgat pituitam. Aliud. Mellis & aceti ſingulorum ſextarium vnum coquito,& thymi læuiſſimè triti vnciam vnam addito,& ſinito per diem, ac vtitor:euacuat atræ bilis humorem.Omnia verò quæ prædictis aceti mulſi præparationibus iniiciuntur, linteolo alligata macerentur.

Acetum mulſum purgans omnes vitiatos humores, Cap. LXXVII.

COmæ hyſſopi ſeſquiunciam, origani vnciam vnam, pulegii ſeſquiunciam,marrubii vnciam vnam, epithymi,ſeminis cnici,cacuminum thymi,agarici,ſingulorum vnc.i.polypodii ſextantem, ſcammoniæ vnciam i. & ſcrupulos VI. aceti ſeſquiſextariũ, aquæ ſextariũ vnum mellis libras duas,ſapæ ſexuncem. Herbas præmaceratas aceto & aqua ad tertias decoquito & excolato, & mel addito,ac rurſus coquito ad bonam compagem,& ſcammoniam, epithymum, agaricum,trita ac tenuiſſimo cribro excreta,in mortario admiſceto.Et vbi moderatè purgare volueris,ſcrupulos quindecim exhibeto:medio verò modo ſcrupulos viginti. At verò fortibus perfectam doſin exhibere potes vnciam vnam: quidam etiam alypiadis vnciam vnam addunt. Aliud flatus euacuans. Aceti ſextar.i.mellis ſextar.i.baccarum iuniperi drach. quatuor, piperis vnc.i.zingiberis vnc.i.petroſelini drach.quatuor, ſeminis apii,ammii,liguſtici,aniſi,epithymi,ſingulorum drach.quatuor,cumini drach.duas,ſeminis anethi drach. duas,polypodii vnciam vnam.præpara & vtere velut prædictum eſt. conuenit colicis.

Acetum mulſum quod colicis ac nephriticis per ſedem infunditur, Cap. LXXVIII.

CEntaurii vnciam vnam,alypiadis recentis ſextantem, rutæ viridis ſextantem,marrubii,agarici, caſiæ, iridis,hyſſopi,pulegii,ſingulorum drachmas quatuor, ſcillæ vnciam vnam,aceti ſextarios tres,mellis ſextarium vnũ: omnia aceto macerata ad tertias coquito & colato, & adiecto melle ad mellis liquidioris compagem coquito. deinde ſcammoniæ tenuiſſimè tritæ vnciam vnam, ſpicæ nardi vnciam vnam,purgatorii medicamenti ex fœniculo vnciam vnam inſpergito,& vnitis vtitor hoc modo. vbi præeuacuaris colicum per clyſterem ſtercora educentem,accipe aceti mulſi cochlearium, & diſſolue cum ſucco ptiſanæ,& infunde. vtere ſimiliter & in nephriticis pituitoſioribus.euacuat pituitam citra moleſtiam & ſanat.

Acetum mulſum amarum, Cap. LXXIX.

FŒniculi viridis vnà cum radicibꝰ faſciculum vnum, apii cum radicibus, rutæ viridis, ſingulorũ faſciculũ vnum,aceti ſextarios II. & S.hoc eſt libras quinque,mellis ſeſquilibram.Coquito herbas cum aceto ad tertias,& excolato,& mel ad acetum indito, & coquito donec mellis liquidioris compagem habuerit: deinde aloës primariæ vnciã vnã in mortario terito ac cribrato,& ad ipſam paulatim acetũ mulſum addito,vnito, excipito,ac vtitor:exhibetur ex eo cochleariũ i.ita vt ab ipſo abſorbeatur aqua calida.caput egregiè purgat.eſt autẽ & ſtomacho gratum.

Acetũ mulſum vetrẽ emolliẽs,Proſomiletæ. Pulegii, origani,thymbræ ſylueſtris,polypodii,ſingulorũ vnc. vnam,radicum apii drachmas quatuor,radicũ anethi ſcrupulos ſex,agarici,epithymi,ſcammoniæ, ſingulorum vnciam vnam,mellis ſextarium vnum,aceti ſextarium vnũ, macerato ſpecies & coquito velut acetum mulſum. Vbi verò deuenerit ad bonam compagem,tollito ab igne, & adiice ſcammoniam,epithymum,& agaricũ.& dato quadrantem cum aqua calida.

Poſca aluum emolliens, Cap. LXXX.

CYmini quadrãtem,hyſſopi ſeſquiunciam,ammii ſeſquiunciam,pulegii ſeſquiunciã,petroſelini drachmas quatuor,cacuminum thymi drachmas quatuor, zingiberis vnciam vnam,ſeminis cnici vnciam vnã, piperis drachmas quatuor,epithymi drachmas quatuor,ſalis Cappadocici dodrantem:tundito & cribrato,& aridum ſeruato. vſus tempore dato cochlearium vnum ex poſca.

Alia poſca valde clara, Cap. LXXXI.

CVmini quadrantem, pulegii ſeſquiunciam, fœniculi ſextantem,ſeminis apii ſextãtem,aniſi ſextãtem,ſcrupulos octo,ſcammoniæ trientem,epithymi quadrantem, ſalis communis beſſem aut libram vnam:tundito,cribrato, & dato cochlearium vnum ex poſca. purgat imperuerſè.

Gari purgatorii præparatio, Cap. LXXXII.

SCammoniæ drachmas quatuor,piperis grana quinquaginta,gari nigri quadrantem,miſce ac vtere ad intinctus,aut quomodo volueris.purgat bilem. Aliud. Cnici grana viginti,piperis grana L.gari quadrantem.Internã cnici partem tritã vnito ac vtitor.purgat pituitam. ſi verò pro cnico adieceris lathyridas,efficacius facies. ſi verò polypodii drachmas quatuor inieceris, atræ bilis humorem euacuat. Efficacius autem euadit ſi pro polypodio epithymi drachmas quatuor aut tres inieceris.

Mellis emollientis præparatio, Cap. LXXXIII.

FŒniculi viridis manipulum vnũ, aquæ ſextarios tres, coquito ad tertias, colato, & adiicito mellis libram

vnam,& coquito ad compagem mellis,& dato ex eo cochlearia tria:purgat bilem flauam. Si verò pro fœniculo, ſeminis cnici interiorem partem adieceris vnc.I. pondere,purgat pituitam: ſi verò polypodium aut epithymum eodem pondere ſimul coques: purgat atræ bilis humorem.

Garum aquoſum, Cap. LXXXIIII.

GAri vnciam vnam,piperis grana L.ſeminis apii obolum vnum,hoc eſt ſiliquas tres.mellis cochl.I. aquæ quadrantem,ſcammoniæ ſcrup.I.S.aut II. Reliquis coctis & ab igne ablatis admiſceto ſcammoniam, & dato ante cibum. Si verò pro ſcammonia,ſeminis cnici granorum XX. internam partem adieceris, purgat pituitam: ſi verò polypodii drachmas quatuor adieceris, purgat atræ bilis humorem.

Garum vinoſum purgatorium,
Cap. LXXXV.

GAri conchulas duas,vini conchulam I. piperis grana XX.liguſtici ſcrupulum vnum,ſcammoniæ ſcrupulū vnum,mellis parum,vtere:purgat bilem. Si verò cnici granorum XX. internam partem inieceris pro ſcammonia, purgat pituitam. ſi polypodii drachmas quatuor, atram bilem.

Garum acetoſum purgatorium,
Cap. LXXXVI.

SEminis apii drachmam vnam,piperis grana L.cumini obolum vnum,ſucci Cyrenaici ſiue laſeris tantūdem, ſcammoniæ ſcrupulum vnum, gari vnciam vnam, aceti quadrantem, vtere: purgat bilem. Si verò pro ſcammonia, cnici granorum viginti internam partem adieceris,purgat pituitam:ſi verò polypodii drachmas quatuor, atræ bilis humorem euacuat.

Iuſcula emollientia, Cap. LXXXVII.

AQuæ ſextarium vnum, olei conchulam vnam,gari parum, ſalis pauxillum,anethi modicum: omnia donec ſucculenta fiant coquito, deinde granorum cnici XX. internam partem indito & dato:euacuat pituitam. Si verò polypodii drachmas quatuor contuſas ac cribratas inſperſeris iuſculo perdicis aut phaſiani, purgat atræ bilis humorem. At verò ſcammoniam nō probo in iuſcula cōiectam, eo quòd experimento compererim inidoneam eſſe.

Lac purgatorium, Cap. LXXXVIII.

LActis aſinini aut caprini heminam vnam, ſcammoniæ ſcrupulos duos,miſceto ac exhibeto: purgat bilẽ. Si verò cnici granorum XX. internam partem inieceris,euacuat pituitam. At verò polypodiū aut epithymum non probo vt lacti miſceantur,eo quòd tingant lac,& non poteſt hoc latere accipientem. plerique enim ob timiditatẽ purgari non volunt.

Oliuæ purgatoriæ, Cap. LXXXIX.

PIperis drachmam vnam, epithymi drachmas duas, ſilphii drachmam vnam,menthæ viridis drachmam vnam,comæ pulegii drachmam vnam, cymini drachmā vnam,rutæ drachmam vnam, ſcammoniæ vnciam I. palmularum pinguium ſextantem, mellis ſextarium vnum, aceti ſextarii dimidium,oliuas muria conditas CXX. numero.omnia prædicta per ſe tenuiſſimè terito, & deinde cum aceto mulſo,poſtea oliuas ſingulas ter lancinatas iniicito,& ſinito ad paucos dies,ac vtitor. dato in cibo oliuas tres,& iuſculi cochlearium vnum aut duo,¦pro viribus.

Oxyporia purgatoria, Cap. XC.

SI ad concoctorium medicamentum quod ex malis cotoneis parari ſolet,cochlearii vnius mēſura acceptum, admiſcueris ſcammoniæ ſcrupulos duos,flauam bilem citra moleſtiam euacuabis. Si verò lathyridum grana viginti addideris, purgat pituitam. Si polypodii aut epithymi drachmas quatuor addideris,purgat atram bilem. Similiter autem ſi Dioſpolitico quoque cōcoctorio pharmacho vteris,idem efficies,& maximè in quibus pituita in thorace reſidet. Si verò ad concoctorium ex calamintha pharmacum admiſcueris me.licamenta purgantia, euacuabis omnem circa cutem corporis vitioſum humorem,lepras,impetigines,& ſimilia.

A Oxyporium ex palmulis, Cap. XCI.

ZIngiberis,piperis, cumini, petroſelini, ſingulorum vnciam vnam,ſcammoniæ in fermento aſſatæ ac tenuiſſimè tritæ vnc.II. S. palmularum pinguium carnis trientem,foliorum rutæ vnciam vnam,mellis libram vnam,aceti ſextarium vnum. Coquito mel & acetum & palmulas,donec reliqua fiat tertia aceti pars. Deinde rutā cum palmulis terito,& arida læuiſſimè trita inſpergito ac vnito,& paulatim acetum mulſum coctum addito,vnito **B** ac vtitor velut admirando & multa experientia cognito pharmaco. Perfecta doſis ſunt coch.II. ad aſtrictam aluum,dum adhuc in vigore eſt medicamentum. Si verò non valde fuerit aluus adſtricta, pro menſura illius adſtrictionis exhibēdū eſt pharmacum,aliquando cochleariū I.S.aliquando vnum ſolum:ſubducit egregiè flauam bilẽ. quapropter & in morbo regio vtiliter exhibetur, & tertianariis,vbi concoctio bona in vrinis apparuerit. purgat etiam pituitam moderaté. Vtere confidenter in omni tēpore velut imperuerſo ac minimè curioſo. Ego verò etiā **C** iis qui abſque rigore febricitant dedi,poſtquam apparuit concoctio in vrinis:& confeſtim ſanati ſunt. In quibus autem atram bilem purgare volueris, adde ad prædictam doſin,epithymi ſcrupulum vnum,aut pro viribus. Si verò pituita multa inſidet, adiice agarici aut iſii ſcrupulum I. purgat enim moderatè pituitam.

Purgatorium ex cotoneis malis,
Cap. XCII.

MAlorum cotoneorum maturorum,magnorum, odoratorum,fermento oblitorum & aſſatorum, carnis **D** purgatæ trientem,mellis deſpumati quincuncem,piperis drachmąs duas,ſcammoniæ drachmas ſex,ſingula per ſe terito & vnito,ac exhibeto cochlearium vnum.

Purgatorium ex citrio,Oribaſii,
Cap. XCIII.

PVrgat hoc caput,facit ad ſtomachicos,cœliacos,& qui non poſſunt forte purgatorium ferre propter imbecillitatem. vnde etiam pueris citra noxam datur: eſt enim ſtomacho commodum. Citrii corticis ac carnis libram vnā, aquæ ſextar.I.S.mellis ſextarii dimidium,piperis vnciam vnam,ſcammoniæ vnciam vnam. Citrum in tenues par**E**tes ſecato,& cum aqua ad tertias coquito, deinde colato, & mel ad decoctum adiicito,ac coquito ad bonam compagem,& reliquias coctorum citriorum terito,ipſiſque arida tenuiſſimè trita inſpergito, & vbi ſimul triueris, coctam aquam illam mulſam adiicito, & vnitis vtitor cochlearium vnum exhibens.

Purgatorium ex fœniculo valde bonum,
Cap. XCIIII.

EPithymi, zingiberis,piperis,ſcammoniæ,ſingulorum **F** vnciam vnam,fœniculi viridis,rutæ viridis,apii radicum viridium,ſingulorum quadrantem, aquæ ſextarios tres,mellis libras tres: decocto ad tertias redacto adiice mel,& coque ad bonam compagem. deinde inſperge arida,& exhibe cochlearium vnum magnum.

Aliud valde ſtomacho gratum,
Cap. XCV.

FŒniculi,cumini,pulegii,apii, ſingulorū manipulum, aquæ ſextarios tres,coquito ad tertias,& colato,& tantundem mellis addito, & coquito ad mellis compagem: & inſpergito in mortario ſcammoniæ læuiſſimè tritæ vnciam vnam,piperis vnciam vnam,maſtiches tritæ drach. **G** quatuor, vnito, datóque cochleariū vnum. conuenit flatuoſis.

Purgatorium ex fœniculo quod parari ſolet
ad atram bilem, Cap. XCVI.

SCammoniæ ſextantem,zingiberis,piperis, ſingulorū vnciam vnam,petroſelini ſcrupulos duodecim, corticis veratri nigri ſcrupulos ſex, epithymi vnciam vnam, mellis libras tres,ſucci fœniculi libras tres. Coquito ſuccum cum melle ad mellis compagem, & affundito paula**H**tim ad arida tuſa ac cribrata in mortario,& vnitis vtitor. datur ex eo cochlearium vnum.

Purgatorium atræ bilis,Oribaſii, Cap. XCVII.

AQuæ ſextarios tres,mellis dodrantem,epithymi vnciam vnam. Epithymum tuſum ac cribratum inſper

gito, vbi illa ſimul ad tertias decoxeris dato bibendum pro viribus. Mihi verò videtur quarta pars exhibẽda eſſe: his autem qui bono habitu præditi ſunt, dimidium.

Aliud purgans atram ac flauam bilem, Cap. XCVIII.

SCammoniæ, epithymi, ſingulorum ſeſquiunciam, petroſelini, zingiberis, menthæ, ſingulorum drachmas duas, excipe melle, & exhibe nucis Põticæ magnitudine.

Paſtillus flauam bilem purgans, Cap. XCIX.

PIperis, maſtiches, nucum pinearum, paſſularum enucleatarum, ſingulorum grana X. cumini grana XV. ſcãmoniæ ſcrupulos duos, plus minus, mellis parum, trita ſimul da to velut paſtillum. huius doſis vna eſt: purgat citra moleſtiam.

Buccella purgatoria, Cap. C.

FErmenti ex ſimilagine libras duas, ſcammoniæ vnciã vnam, ſeminis fœniculi, cumini, folii malabathri, ſingulorum ſiliquas tres, piperis grana XXXII. ſalis commu nis parum, olei & gari coch. II. arida cõtundito ac cribrato, & cum fermento mollito, & facias panes paruos duplam latitudinem miliareſii habentes. Torreto in clibano & exhibeto perfectam doſin ſextantem ex hoc pane edẽdam quocunque quis voluerit modo, ſaltem vt ieiunus vtatur. eſt enim maximè alienum ab omni moleſtia. purgat bilem.

Aloedaria citra moleſtiam purgantia, Cap. CI.

ALoẽs quadrãtem, agarici vnc. II. S. ſcammoniæ vnciã vnam, bdellii drachmas quatuor, gummi vermiculati ſextantem, excipe ſucco braſſicæ: in iis verò qui humore flaccidum ſtomachum habent, ſucco carnis citrii: & forma pilulas ciceris magni magnitudine. & dato perfectis ſeptem ieiunis. Si verò voles, etiam ante cœnã & poſt cœnam: ſi autem mollire volueris, tria dabis ex his catapotia. Aliud ſine moleſtia purgans. Scammoniæ ſextantem, bdellii vnciam vnam, aloes drachmas quatuor, gummi drachmas quatuor, & cum ſucco braſſicæ fac cata potia ciceris magnitudine: & exhibe poſt cœnam. ſi mollire volueris, tria: ſi verò purgare, ſeptem vt plurimum, aut quinque.

Pharmacum pituitam ducens, Oribaſii, Cap. CII.

BAccarum lauri recentium ſextantem, euphorbii vnciã vnam, mellis quod ſatis eſt, vt eclegmatis formam habeat. datur cochlearii dimidium. Redundantibus humoribus plus datum plus profuit. vtere velut optimo. Aliud pituitam euacuans. Seminis aniſi, piperis, caſiæ, medullæ colocynthidis, ſingulorum drachmas quatuor, grani cnidii, ſeminis cnici, ſingulorum drachmas quatuor, mel lis quod ſatis eſt vt eclegma fiat. dato perfectis coch. I. S. Aliud. Aniſi, apii, ammii, piperis, grani cnidii, ſeminis cnici, lathyridum, ſingulorum drachmas quatuor, caſiæ drachmas duas, mellis deſpumati quod ſatis eſt. perfecta doſis ſunt coch. II.

Purgatorium atræ bilis, Philagrii, Cap. CIII.

ZIngiberis drachmam vnam, ſeminis apii drachmas duas, ſucci Cyrenaici, piperis, liguſtici, ſingulorũ drachmam vnã, epithymi drachmas quatuor, excipe melle, vt eclegma fiat, & exhibe cochlearia duo. Aliud. Epithymi, agarici, aloes, ſingulorum drachmas quatuor, corticis veratri nigri drachmam vnã, hyſſopi, iridis, abſinthii ſucci, ſingulorum drachmas quatuor, bdellii, gummi, vtriuſque drachmam vnam. Si verò non affuerit abſinthii ſuccus, adiice comæ tantũdem, & excipe melle, & dato pro viribus. euacuat atræ bilis humorem, itémque pituitæ.

Bilis & pituitæ, & atræ bilis, ac reliquorum humorum commune purgatorium, Cap. CIIII.

LAthyridum, medullæ colocynthidis, foliorum chamelææ ſiccorum, ſcammoniæ, epithymi, polypodii, aniſi, ſingulorum drachmas decem, cacuminum thymi, piperis, maſtiches, carpobalſami, caſiæ, ſeminis apii, chamæpityos ſiccæ, ſingulorum drachmas quinque, abſinthii ſucci aut comæ drachmas quinque, mellis quod ſatis eſt ad eclegma. dato coch. I. aut plus pro viribus. Vtere autem hoc non in omnibus, ſed in quibus coniectaueris omnes humores æqualiter in corpore redundare.

Aloedaria emollientia ex roſaceo melle, Philagrii, Cap. CV.

ALoes ſexuncem, coſti, ſpicæ nardi, carpobalſami, floris iunci odorati, ſingulorum vnciam vnam, caſiæ vnciam vnã, agarici drachmas quatuor, croci drachmas IIII. S. comæ centaurii ſcrupulos quatuor, mellis ſextantẽ, ſucci roſarum trientem, epithymi vnciã vnam, rhei ſcrupulos octo, aſari ſcrupulos quatuor, ligni balſami ſcrupulos ſex, maſtiches ſcrupulos octo, excipe melle roſaceo, & da pro viribus. Aliud ex roſaceo melle, molliens ventrẽ ſine omni moleſtia. Vtere verò ipſo ad articulorum, & maximè coxendicum dolores, itémque lumborum. aperit etiam iecoris obſtructiones. Iſii ſcrupulos octo, agarici drachmas quatuor, aloes ſextantem, ſpicæ nardi ſcrupulos octo, floris iunci odorati ſcrupulos octo, croci ſcrupulos quatuor, caſiæ ſcrupulos ſedecim, coſti ſcrupulos octo, carpobalſami ſcrupulos octo, mellis roſacei quadrantem & ſcrupulos octo, terito & formato catapotia cum melle roſaceo, & quinque exhibeto poſt cœnam quotidie ſi voles, aut alternis diebus, aut prout viſum fuerit. Exterget enim ſtomachum & articulos: præcipuè verò purgat pituitam. eſt autem conſueto more prandendum ac cœnandum. Aliud bilem & pituitam ducens. Abſinthii cõmæ tuſæ ac cribratæ, aloes tenuiſſimè tritæ, vtriuſque vnciam vnam, excipe ſucco tithymali, maximè myrſinitæ, & efformato catapotia phaſeli magnitudine. & dato III. tantùm.

Aloedarium, ex Philagrio, Cap. CVI.

PVrgat hoc bilem & pituitam. Colocynthidis medullæ, aloes, ſcãmoniæ, ſingulorum drachmas quinque ſucci aut comæ abſinthii drachmas quinque, excipe ſucco braſſicæ, & fac catapotia ciceris magnitudine, & exhĩbe perfectis XXI. Aliud, & ipſum multo experimento cognitum. euacuat autem tres humores. Aloes, epithymi, ſcammoniæ, ſingulorum drachmas duas, colocynthidis, agarici, vtriuſque drachmam vnam, excipe ſucco braſſicæ, & dato catapotia quindecim. Aliud quod in Tyro præparatur. Scammoniæ ſextantem, aloes drachmam vnam, maſtiches, bdellii, piperis, abſinthii, ſingulorum drachmam vnam, excipe ſucco medii citrii ac corticis, & fac catapotia: & dato VII. aut IX. Si verò voles probè purgare, habeant catapotia exhibenda pondere ſcrup. IIII. S. & amplius.

Aloedarium, Oribaſii, Cap. CVII.

COnuenit hoc maximè lippientibus. euacuat autem magis bilem flauam & atram. Scammoniæ vnciam vnam, corticis veratri nigri vnciam vnam, ſalis ammoniaci drachmam vnam, radicis panacis drachmas tres, piperis, pulegii, vtriuſque drachmam vnam, efformato cũ aqua pilulas fabis græcis ſimiles. & dato ex eis ſeptẽ mediam doſin, ita vt habeant ſeptem drachmam vnam & obolos duos. Aliud, Oribaſii. Aloes ſextantem, ſpicæ nardi, aſari, maſtiches, croci, xylobalſami, ſingulorum drachmas ſex, caſiæ drachmas duodecim, epithymi drach. duodecim, formato catapotia erui magnitudine, cum decocto pulegii: & dato XXI. hoc quartanarios ſanat. Poſſunt etiam cum melle cocto efformari.

Sal purgatorius, Cap. CVIII.

SAlis ammoniaci ſexuncem, ſilphii drachmas duas, ſeminis apii drachmas duas, zingiberis drachmam vnã, piperis drachmas tres, folii Indici, ſpicæ nardi, pulegii, ſingulorum drachmam vnam, ſcammoniæ vnciam vnã, datur coch. I. euacuat bilem. Aliud. Salis ammoniacĩ ſexuncem, ſeminis apii drachmam vnam, zingiberis drachmas duas, piperis drachmas tres, ſpicæ nardi drachmã vnam, pulegii ſcrup. III. S. folii ſcrupulum vnũ, lathyridũ vnciam vnam. dato cochlearium. euacuat pituitam. Aliud. Salis ammoniaci ſexuncem, zingiberis drachmas quatuor, piperis drachmas duas, aniſi, ſeminis apii, vtri-

uſque drach.mas duas,folii ſcrupulũ vnum,epithymi vnciam vnam .dato cochlearium.euacuat atræ bilis humorem.Sal ſubducens & euacuans circumſitam in ventre ac inteſtinis pituitam,& reliquos humor. s.purgat moderatè etiam bilem.Conuenientiſſimum eſt arthriticis,vertiginoſis.hoc vſus eſt quidam ſtomachicus & frequẽter ex comitiali morbo cadere ſolitus, & ingentes gratias egit. A morbis verò præſeruat familiariter ipſo vtentes.Petroſelini drachmas tres,maſtiches ſcrupulos tres, zingiberis drachmas tres,piperis,euphorbii,vtriuſque ſcrupulos v i. ſalis ammoniaci drachmas quindecim. ſcammoniæ drachmas ſex.Datur cochlearii dimidium in prandio, cum carnibus volucris aut gallinæ, aut piſcis,ad intinctus. Sit autem pondus ſcrup.IIII.S. ſi verò efficacius purgare voles,dato ieiuno manè cum ſucco ptiſanæ, aut cum aqua mulſa,ſcrupulos ſex:fortioribus etiam ſeptem dare potes: debilioribus verò ſcrupulos tres,aut IIII.S. Aliud purgatorium purgans citra periculum,non euertens ſtomachũ. datur in omni tempore, & omni ætati, & pueris. Educit ſtercus & omnem materiam corruptam à capite vſque ad vngues.Remouet furfures & reliquas circa caput naſcentes puſtulas.facit ad vertiginẽ, & ad lippiẽtes.medetur omnibus circa cutem puſtulis.Sanat tertianam,quartanam, quotidianam,in interuallis exacerbationum datum, vbi concoctio bona in vrinis apparuerit.Bilem autem præcipuè euacuat.habet hoc modo:Zingiberis, petroſelini,epithymi,ſilphii,ammii,ſeminis apii,cumini,liguſtici,piperis,ſingulorum drachmas quatuor,ſcammoniæ quadrantem & vnciæ dimidium,ſalis ammoniaci toſti ſeptuncẽ. torreto ſalem ac tũdito cum reliquis.Scammoniam verò tritam cribratam vnito in mortario,& dato ſcrupulos nouem cum ſucco ptiſanæ aut aqua mulſa meraciore.

Aliud conſimile acutius experimento conſtans, imperuerſum.euacuat magis bilem. Ammii ſcrupulos ſex, ſeminis apii ſcrupulos tres,piperis,petroſelini, epithymi, cumini, ſingulorum ſcrup. IIII.S.ſcammoniæ vnciam vnam,ſalis communis quincuncem,ſalis ammoniaci trientem,datur cochlearium cum ptiſana. Aliud experimento conſtans valde bonum. Epithymi ſcrupulos XVIII. cacuminum thymi ſcrupulos octo, ſalis ammoniaci ſcrupulos octo,piperis ſcrupulos duos,cumini Æthiopici, aniſi,vtriuſque ſcrupulos duos,maſtiches ſcrupulos XII. contuſa trita adſeruato.Vſus autem tempore ſcãmoniæ ſcrupulos duos ſumito ac terito cum modico melle,& adiicito aridi triti adſeruati medicamenti ſcrupulos II.tantùm, & vnito ac dato cum ptiſanæ ſucco aut aqua mulſa.

Purgatorium pituitam ducẽs, Diogenis, Cap. CIX.

EVphorbii,piperis, ſalis ammoniaci, ſingulorum vnciam vnam,terito & redigito in puluillum, & dato in ouo ſorbili cochlearii dimidium. hoc purgat pituitã ſolùm.doſis perfecta ſunt ſcrup.IIII.S. Aliud flauam bilem purgans. Scammoniæ vnciam vnam,coſti, ſpicæ nardi, vtriuſque ſcrupulos IIII.S. radicis rubiæ læuiſſimè tritæ ſcrupulos duos. perfecta doſis ſunt ſcrupuli tres: media, duo: minima, vnus. Aliud atram bilem euacuans.

Scammoniæ in malo aſſatæ drachmas quinque, coſti, ſpicæ nardi,vtriuſque ſcrup. IIII.S. caryophylli ſcrup.I.S. radicis rubiæ ſcrupulos duos, epithymi ſcrupulos duos. perfecta doſis ſcrup.VI.media,IIII.minima,III.

Purgatorium aquam ducens,Oribaſii, Cap. CX.

DVcit hoc item pituitam:Piperis,ſeminis rutæ,ſcobis ſiue ramentorum eboris, euphorbii, æquales partes. dantur ſcrupuli tres cum aqua mulſa aut condito. facit & ad colicos & hydropicos. Aliud aquã ducens. Petroſelini,aniſi,cacuminũ thymi,ſingulorum drach. tres,foliorum chamelææ ſiccorũ drachmas decem, mellis quod ſatis eſt vt eclegma fiat.Dato perfectam doſin cochlearia IIII.S.Si verò efficacius facere voles, admiſce prædictis ſquamæ æris drachmas ſex, & dato perfectam doſin cochlear.III.

De Hieris, Hiera Logadii, Cap. CXI.

MEdullæ colocynthidis ſextantem & vnciæ dimidiũ, ſcillæ aſſatæ,agarici,ammoniaci thymiamatis,thymi,ſcammoniæ,ſingulorum drachmas viginti, corticis veratri nigri,hyperici,vtriuſque drachmas decem,epithymi,bdellii,polypodii ſicci,aloes,chamædryos, marrubii, caſiæ, ſingul. vnc.I.myrrhæ troglodyticæ, piperis albi, longi,nigri:cinnamomi,croci,opopanacis,ſagapeni, caſtorii,petroſelini,ariſtolochiæ longæ, ſingulorum drach. quatuor: excipe melle. Doſis perfecta ſunt drachmæ quatuor,media tres,minima duæ.adiice ad doſin dum exhibiturus es,ſalis tenuiſſimè triti cochlearii dimidium.

Purgatorium citra moleſtiam purgans, Cap. CXII.

FAcit ad iſchiadicos,& qui per circuitum diuturnè vexãtur. Medullæ colocynthidis vnciã vnam, nitri ſextantem, terito probè & dato robuſtis drachmam vnam, cum aquæ mulſæ potione magna ieiunis: debilibus verò ſiliquas nouem.vtere confidenter. Aliud eximium. Ad principia inſaniæ, melancholicis,paralyticis, iſchiadicis, vertiginoſis,comitiali morbo laborantibus,alopeciis,capitis doloribus.Veratri nigri,ſcammoniæ, vtriuſque drachmas octo,ſalis ammoniaci drachmas quatuor, gummi drachmam vnam,efformato catapotia ciceris magnitudine cum ſucco braſſicæ,& dato perfectis ſcrup.V.media doſis ſunt ſcrup.IIII,minima III.iis qui valde debiles ſunt. Eſt hæc deſcriptio Oribaſii, Cap. LXXVII. deſunt autem huic ſpecies tres. Purgatoriũ medicamentum Proſomiletæ. Epithymi quadrantem, iſii vnciam vnam, agarici drachmas quatuor,euphorbii drachmas ſex, ſpicæ nardi, folii,coſti,piperis, ſingulorum drachmas triginta, caryophylli ſcrupulos ſex.Dantur ex hoc ſcrupuli ſex cum aqua mulſa.Si verò bilem flauam repereris cum aliis duobus humoribus redundantem, adde ad hanc doſin vſus tempore etiam ſcammoniam, quantum ſatis eſſe iudicaueris pro viribus.Habet autem hæc doſis,iſii ſiliquas quinque, epithymi ſcrupulum I.S. agarici ſiliquas duas,S.euphorbii ſiliquas tres.

Hiera Galeni, Cap. CXIII.

MEdullæ colocynthidis ſextantem & vnciæ dimidium,chamædryos,agarici,ſcillæ aſſatæ, ammoniaci thymiamatis,ſcãmoniæ,corticis veratri nigri, ſtœchadis,hyperici,ſingulorum ſextantem,epithymi,euphorbii, vtriuſque drachmas octo, polypodii ſicci, bdellii, aloes, marrubii,caſiæ,ſingulorum ſextantem.myrrhæ troglodyticæ,ſagapeni,croci,ariſtolochiæ longæ,piperis albi, longi,communis:cinnamomi,opopanacis,caſtorii,petroſelini,ſingulorũ drachmas quatuor,mellis quod ſatis eſt. Dato perfectã doſin drach.IIII.mediã III,minimã,II,cũ aqua mulſa & ſalis tenuiſſimè triti cochleario dimidio. Maxima porrò eſt huius vtilitas: purgat enim ex profundo varios humores excellenter,ita vt neque exolutionem,neque tribulationem, neque debilitatem, neque inappetentiam, neque aliam anguſtiam ægro accipienti exhibeat:ſed potius facilè ſperantes & hilares & robuſtos efficit,vt mirabilis ſit ipſius excellentia.Sanat itaque hemicranicas affectiones, vertigines, comitialem morbum, inſaniam,melancholiam,lethargum & ſimilia,hebetudinem viſus,grauitatem auditus,vocem interceptam,anheloſos,ſtomachicos,affectiones antiquas,ſplenicos,nephriticos,colicos,iſchiadicos, arthriticos, podagricos. ducit menſes.Conuenit tremulis & reſolutis: impetiginem feram,& omnes circa cutem corporis naſcentes puſtulas,& elephantiaſin, & febres diuturnas per circuitum repetentes ſanat,& omnia maligna vlcera.

Hiera Archigenis,ex epiſtola ad Marſum de atra bile, Cap. CXIIII.

MEdullæ colocynthidis ſextãtem & vnciæ dimidiũ, chamædryos,agarici,marrubii,ſtœchadis,ſingulorũ drachmas decẽ,opopanacis vnciã vnam, ſagapeni vnciam vnam,petroſelini,ariſtolochiæ rotundæ, piperis albi,ſingulorum drachmas quinque:cinnamomi,ſpicæ nardi,myrrhæ troglodyticæ,polii,croci, ſingulorum drach. quatuor, excipe melle deſpumato vt habeat ſtrigmentitiam craſſitudinem,& repone in vitreo vaſe.perfecta doſis ſunt drach.quatuor(in alio exemplari adduntur ſcrupuli III)cum aqua mulſa adiecto ſalis cochleario paruo. Quũ enim ſordibus inquinatus & malè affectus fuerit æger, ſtrenuam conſtitutionem inducit,non ſolùm ob multitudinem eorum quæ per aluum ſubducuntur,ſed etiã quòd

priuatim

priuatim bilem atram imminuit. Pleuritidi itaque primùm præparata eſt,& flatuoſis affectionibus conuenientiſſima eſt,& facilem ſpirationem facit, & impedimētis nutrimenti aduerſatur,& colorē cutis depurgat, ſanguinem quidem defæcans, malè verò ardētem ſpiritū lucidius accendens. ſed non eſt propoſitum nobis encomiū dicere eiꝰ quæ nō fruſtra hiera, *id eſt ſacra*, appellata eſt: lōgum enim ſermonē res ea requirat. Ad melancholicas autem affectiones non eſt aliud pharmacum quod huic comparari mereatur: & noui multos per aſſiduum eius vſum nullo alio opus habuiſſe, etiāſi nullam omnino bilem excreuiſſent. nō enim qui nigrā excernunt bilem ſoli melancholici vocantur, ſed qui etiā habent in ſolidis membris talis cōſtitutionis ſtructurā. Sed & pāniculorū ſiue mēbranarum cerebri malos habitus valde bene exterit: vnde morbū comitialem & inſanias inde orientes mirabiliter remouere videtur. Ego reperi hanc deſcriptionem in medicamentario libro Roma mihi allato, valde laudatam ad inſanos, melancholicos, iſchiadicos, paralyticos, vertiginoſos, comitialē morbum, alopecias. non habebat autem opopanaca, neque piper, neque pulegium. Hiera Antiochi. Chamædryos, agarici, medullæ colocynthidis, ſtœchadis, ſing. drach. x. opopanacis ſagapeni, petroſelini, ariſtolochiæ, piperis albi, ſingulorū drach. v. cinamomi, ſpicæ nardi, myrrhæ troglodytidis, ci, folii, ſingulorum drach. IIII. mellis quod ſatis eſt. facit ad melancholias, inſanias, morbū comitialem, & omnes fæculentum ſanguinem habentes.

Hiera Rufi, ad melancholias, Cap. CXV.

MEdullæ colocynthidis ſextārem & vnciæ dimidiū, chamæpityos drach. x. chamædryos drach. x. caſiæ drach. v. agarici, marrubii, vtriuſque drach. x. opopanacis vnc. I. ſagapeni, petroſelini, ariſtolochiæ rotundæ, piperis albi, ſing. drach. v. cinnamomi, ſpicæ nardi, croci, myrrhæ troglodytidis, polii, ſing. drach. IIII. excipe melle, & excipe drach. IIII. perfectam doſin cum aqua mulſa & ſale. Habet aliquid ad intelligentiam vtile, eo quòd à capite plurima ducit. Vnde vertiginoſis, & capitis grauitati & glaucomatis fieri minantibus, comitiali morbo, paralyticis affectionibus, hoc pharmacum priuatim adhibere ſoleo: & ſi opus fuerit memoriā reuocare. At melancholico non parua nec vulgaris vtilitas ex ipſo contingit. quare ſæpe per ipſum purgandus eſt. Etenim alia medicamēta alibi aliter præparantur, & ad alios quoſdam morbos magis apta ſunt. Si verò quis ad atram bilem vti voluerit, hoc vtile exiſtit. vtatur autem ſingulis diebus ex hac antidoto fabæ magnitudine, non purgationis gratia; magnopere enim confert ad concoctiones, & flatus diſcutit. Videtur porrò mihi conducibile eſſe vt ob ſtrenuas purgationes maluæ ſeminis drachmæ duæ bibantur.

Hiera Iuſti, faciens ad eadem velut relatæ, Cap. CXVI.

EPithymi trientem & vnciæ dimidium, marrubii, ſtœchadis, chamædryos, corticis veratri nigri, ſcammoniæ, agarici, piperis albi, cōmunis, lōgi: ſquillæ aſſatæ, ſingulorum ſextātem, medullæ colocynthidis, euphorbii, aloes, croci, gētianæ, ſeminis petroſelini, ammoniaci thymiamatis, ſagapēni, ſing. vnc. I. opopanacis, polii, cinamomi, caſiæ, myrrhæ troglodyticæ, ſpicæ nardi, floris iunci odorati, pulegii, ſing. drach. IIII. ariſtolochiæ longæ & rotūdæ, vtriuſque drach. II. mellis deſpumati quod ſatis eſt. Perfecta doſis drach. IIII. ſ. cū aqua mulſa & ſalis tenuiſſimè triti cochleario vno.

Quomodo auxiliari oportet iis qui pharmacum biberunt, & non purgantur, Cap. CXVII.

SI verò quis poto pharmaco non purgetur, aquam mulſam meraciorem aſſiduè abſorbendam dato, & nitri parum in aqua liquefacti. Optimum autē cognoui multo experimēto maſtichen, vt dentur eius ſcrup. XII. læuiſſimè tritæ cū aqua tepidiore. optimū eſt & glādem ano indere ex ſale, nitro ac melle. Et malū aliquādo manducatū effecit quod debuit: corroboratūm enim os ventris, ſuperfluitates infernè protrudit. Ob quot cauſas non excernit venter purgatorio dato? Ob quinque cauſas. Aut propter naturæ ægri proprietatem, aut ob dati pharmaci paucitatem, aut propter ſtercus durum impactū in quibuſdam inteſtinis, aut quòd natura impetum per vrinas fecit, aut propter errorem; pars quidem purgātis, ad hœ vt nihil lædat corpus, alimentum fit animalis: pars verò in pharmacum venenoſum vertitur. At verò Hippocrates de purgationis exceſſu ſic dicit: Quum purgationis exceſſus hominem arripuerit, ſtatim in balneum ipſum inducito, vinūmque bibendum & ante balneum & poſt dato, fuluum colore & album ſubſtantia. Et mea experientia comperit hoc præſtantiſſimum omnium. quare ne contempſeris.

Cura exceſſus purgationis, Oribaſii,
Cap. CXVIII.

IN iis qui nimium purgātur, potum contrahere oportet, & ſomnum procurare: dandum eſt autem vinum auſterum paulatim cum aqua fontana. Bonū eſt & craſſiorem polentam torrere ac potui inſpergere, aut parum de capite papaueris & gallæ parum. Facit etiam probè lentis decorticatæ farina cum aceto & beta nigra cocta, rhoe adiecto aut parum de capite papaueris. Conducunt & pira ſicca expreſſa, & mala cotonea. Si verò adhuc perſeuerat lationis impetus, vtendum eſt efficacioribus ad cœliacos deſcriptis. In iis verò qui facilè vomunt, aquam tepidam multam bibendam dato, & vomere iubeto, digito aut penna immiſſa. atque hoc facies bis & ter conſequenter. Deinde oleum melinum & vinum calefacito, & in hoc linteum tinctum ventri admoueto, & poſt modicū interſtitium antidoti theriaces, ad fabæ magnitudinem cum vino bibendam dato.

De vomitu, Rufi, Cap. CXIX.

QVandoquidem in violentis vomitibus ſæpe abſurda quædam ſequi ſolēt, operæpretium fuerit prius modos referre quomodo quis facilè vomat. Nam pituitā mouet vomitus, & caput leuat: & eū qui auidius cibum ingeſsit aut plus vini hauſit, lædi prohibet. Auxiliatur autem purgatio per vomitus nimiæ corporis moli. Opitulatur item excellenter gracilibus. Omnes autē fluidas affectiones vomitus ſanare ſolet, velut vlcerationem renum, veſicæ, & ani, & aliarum partium, elephantiaſin, cācros, malos corporis habitus, articulorū affectiones. Cōuenit & hydropicis, maximè aqua inter cutem laborātibus. regio item morbo, & comitiali in iis quibus à ſtomacho initium affectionis incepit. Nam iis qui in capite affecti ſunt comitiali morbo, incongruus eſt vomitus. Cōducit item tremulis, reſolutis, ſiderationibus, ſpirationibus erecta ceruice, melāncholicis, impetiginoſis. Contrarii verò ſunt vomitus ſanguinis reiectioni, ſtrangulatibus vteri, naturis nauſeabundis, animi deliquiis, iis qui à ſuffocatione aſsiduè vexantur, & qui ex qualibet occaſione caput dolent, & qui ſuffuſionem ſuſpectam habent, & in ſumma omnibus oculorum affectionibus. Sint autē vomitoria non acerba & arida, ſed partim dulciora, partim acriora. Videtur autem inter hæc raphanus probari, & eruca, & ſalſamentum vetus, origanum viride, cæpe & porrum. Coadiuuat vomitus etiam ptiſana adiecto modico melle, & pingues carnes. Attamen non oportet prædicta aut huiuſmodi decoquere, & ſuccos ipſorum ſolos accipere, verùm totam molem deuorare. neque verò circa manducationem diu immorari oportet, ſi quis vomere velit. ſint tamen omnia ex coctura emollita. Manifeſtū eſt autē, ex vinis quoque dulciora eſſe eligenda: hæc enim magis in ventre ſupernatant. & calidæ potu vtēdum eſt. Oportet & amygdalas melle tinctas edere, & placētas guſtare, & cucumeris ſemen maceratum cum melle offerre. Sed & cucumeris ſatiui ac peponis radix trita cum melle vomitum mouet, & Celticæ radix trita v II. drach. pondere in aqua mulſa. ac pota fortiter ſurſum purgat, vt aliquando etiam exceſſus purgationis conſequatur. Qui verò fortioribus vti volunt, narciſsi bulbum in aqua coquunt, & cum decocto quidem temperant vinum. Ipſum autem bulbum, edunt coctum, cum oleo & modico ſale. Mouet etiam vomitum vnguentum irinum, & plus adhuc Cyprinum, ſi quis illitis ex his digitis irritet. Citra moleſtiam mouet vomitum etiam hyſſopi decoctū, & thymi, & cnici ſemē tritum cū ſeſamo, ac cū aqua

mulſa plurima potum.& naſturtii ſemen : ſimiliter oleũ ſeſaminum,raphaninum,narciſſinum:daphnoidis folia viridia tria comeſta.Optimũ eſt & hoc:Raphani decoctũ & caricarum cremorem ſimul miſceto,tepefacito, & bibẽdum dato.Pleraque igitur & curioſiora vomitoria reprobanda ſunt.Dandi verò ſunt raphani ieiunis qui inediam tulerunt,& à cœna prius vomuerunt. ſint autem raphani valde acres, & ſecentur in tenues laminas: macerntur autem hæc fruſtula à veſpera in aceto & melle. Edat autem vomiturus ex iis magnam copiam, & aſſiduè ſuperingerat acetũ mulſum. Deinde ad horas duas lentè obambulet,& plurima aqua tepida hauſta vomat,per digiti aut pennæ irritamentum.

Præparatio raphanorum cum veratro albo, Cap. cxx.

PRæparantur etiã alio modo raphani ad diuturnas affectiones,& fortiore exagitatione indigentes. Veratri enim albi & optimi feſtucarum drach. vi. in raphanos figuntur,ita vt raphani prius arundine compungantur,& deinde feſtucæ veratri in foramina immittantur. hæ feſtucæ vbi totam noctem in raphanis manſerint, ſequenti die eximuntur,vi ipſarum in raphanis relicta. Poſtea verò raphanos conſcindere oportet, & in aceto mulſo macerare,& ſimiliter edendos exhibere. Diligenter autem conſiderandum eſt nequid ex cortice veratri in raphanis permaneat.

Quibus dãdum ſit veratrum,& quibus non,ex Antyllo ac Poſidonio, Cap. cxxi.

IPſum veratrum dandum eſt iis qui diuturno ac forti morbo laborant,& qui in aliis auxiliis ſpem non habent.Dandũ eſt & hydropicis, elephãtiacis,malo habitu præditis,reſolutis multo tempore,comitialibus & melancholicis,arthriticiſque ac podagricis. At enumerare in quibus affectionibus probetur veratrum , non facile eſt propter multitudinem. præſtat itaque dicere qui morbi à veratro lædantur.Incõmodum eſt itaque veratrum ſanguinis reiectioni, ſpirationi erecta ceruice ſtrangulationem minanti,& in ſuffuſione imminente,capitiſque affectibus qui ex interuallis violentos dolores inducunt, cum rubore faciei & vaſorum diſtentione:& in vteri ſtrãgulationibus,& iis qui aſſiduè animo linquuntur.

Quid veratrum facere poſſit, Cap. cxxii.

VEratrum poteſt corpora tranſmutare ac permutare, temperaturam ipſorum recentiorem ac robuſtiorẽ efficiens.

Quòd multi accepto veratro nihil quidem vomuerunt,nihil tamen minus quàm purgati vtilitatẽ perceperũt, Cap. cxxiii.

MVlti accepto veratro , ipſóque concocto , omnino quidem non ſunt purgati,vtilitatem verò non minorem perceperunt quàm ii qui purgati fuerant.

Qui ſint magis apti ad veratrum, Cap. cxxiiii.

VIRI aptiores ſunt ad veratrum mulieribus, & ex ipſis viris ii qui fortiorẽ habitum poſſident.At mulieroſi,& habitu valde pingues, aut graciles , aut thoracẽ non carnoſum habentes,& longam ac anguſtam ceruicẽ habentes,inepti ſunt.Pueri quoque ac ſenes inepti ſunt: & qui valde frigidam temperaturam habent, & qui ſana corpora habent,& multo ſanguine abundant,inepti ſunt. Item difficulter vomentes & puſillanimes.

Tempora vniuerſalia ac particularia ad veratrũ ſumendum apta, Cap. cxxv.

TEmpus vernum aptiſſimũ eſt ad ſumẽdum veratrũ: deinde autũnus : æſtas incongrua eſt,& nimirũ hyẽs quoq;,niſi valde magna vrgeat neceſſitas. & tunc hyeme quidẽ qui valde calidum temperamentũ habẽt aptiores ſunt:æſtate verò,ſenes.Cõſtitutio idonea eſt ſerena & calida &inſolata. At in morbis in quibus interualla ſunt,dandũ eſt in interuallis: in aliis,quãdocunque contigerit.in quartanis verò & inteſtinis fluxione vexatis , in ipſis acceſſionibus.

Veratri probati notæ, Cap. cxxvi.

OPtimũ eſt veratrũ quod ab vna radice plures feſtucas ſiue ſurculos habet,eóſque paruos ac extẽtos , & non rugoſos,&non in acutũ deſinentes,neque caudã mu-

A ris referentes:intus verò valde albos , foris autẽ pallidiores,profundã medullam habẽtes,friabiles,qui nõ flectuntur ob mollitiẽ,ſed franguntur trãſuerſim inſtar caulis,& qui in fractura fumoſum quid continent ac remittũt , atque hoc purum. nam ſi puluerulentũ id fuerit, vetuſtatẽ veratri indicat.Bonũ verò veratrũ manſum primùm dulcedinis indicationẽ de ſe præbet, deinde modicæ acrimoniæ,poſtea feruorẽ fortem inducit in ore, & ſaliuam multã ducit,& ſtomachum euertit. Oportet autem vere colligere veratrum radice adhuc prægnante.

B Victus ratio veratro purgandorum, Cap. cxxvii.

VIctus ratio accuratiſſima conſtituenda eſt iis qui veratro purgandi ſunt.attenuatis enim corporibus nõ citra periculum exhibetur.Diebus tribus antea abſtineãt à carnibus aut reliquis craſſi ſucci eduliis ac potibus. Aſſueſaciãt autẽ ſeipſos ad vomitum, & ter aut quater prius vomãt à cœna,& aluus ſubducatur. Oportet autem declarata antea domeſticis anxietate certaminis futura, ſic ad hoc auxilium procedere.

Differentiæ exhibitionis veratri, Cap. cxxviii.

C DAtur diuerſimode veratrum: alii enim decoctum veratri dant,alii cremorem,alii ipſam eius ſubſtantiam. & alii forcipe in ramenta confectum exhibent: alii tuſum & cribratũ.In ramenta igitur confectum citò incipit purgare,poſt horas in totum duas, bilem & pituitã educens citra multã lancinationem.& ipſum ſimul vomitu reiectum , in quatuor aut quinque horis purgationem ſedat.At in puluillum redactum valde tardè operatur , vt poſt quatuor aut quinque horas ſæpe incipiat. verùm omnes ſpecies bilis & pituitæ educit,& ad periculum con
D tractionis & nimiæ purgationis deducit. Ad lõgum etiã tempus producit purgationem,ſed vtilitatem multiplicẽ exhibet.

De cremore veratri, Cap. cxxix.

CRemor in quo maceratũ eſt veratrum datur ſenibus & pueris,& iis quibus habitus defluxit , & qui morbum facilè ſolubilem habent. datur & iis qui elephantiaſin futuram timent.Oportet autem drac. v. ramentorum in aquæ pluuialis hemina dimidia macerare ad triduum,deinde colare & calfacere,atque exhibere totum
E cremorem.

De veratri decocto, Cap. cxxx.

DEcoctum veratri dandum eſt tum prædictis , & quĩ illis adhuc ſunt robuſtiores , inſaniẽtibúſque ac atra bile percitis.Præparatur hoc modo: Veratri lib. i. conciſam in aquæ pluuialis ſextar. ii. macerato ad triduum: deinde ad prunas mitiores coquito ad tertias:poſtea colato, & adiicito ad decoctum,mellis deſpumati primarii lib. ii.& coquito vſque ad mellis cõpagem, & cochleariũ magnum delingẽdum dato.Licet etiam aqua calida miſce-
F re,& dare cum ſorbitione quadam. hoc neque cõuulſiones,neque contractiones,neque nimiã purgationem facit.Exercitium autem eſt volenti ad ipſum veratrũ tranſire,vt etiam confidenter ramenta eius confecta accipiat.

De ramentis veratri,item de contuſo ac cribrato, Cap. cxxxi.

CÆterùm iis qui maiori molimine ac exagitatione opus habent,fortioribúſque ac confidentioribus,& facilè vomentibus,ramenta conciſa danda ſunt: at verò
G iis qui adhuc audentiores ſunt,aut etiam conſuetudinem habent,contuſum & tenuiſſimo cribrò excretum dabis. Ramenta verò ſic exhibe: Accipe feſtucas,conſcinde forcipe ad polentæ aut furfurum magnitudinẽ: deinde puluillum linteo exterge,& detractis omnibus tenuibus particulis,vt ne ſtranguletur, dato timidioribus quidem, cum ptiſanæ aut alicæ ſucco,vbi parum decoxeris: fortioribus verò, cum aqua calida aut aqua mulſa, ita vt cogas ipſos inſuper ſorbere aquam mulſam puram aut aquam , vt ne relinquatur quid in faucibus aut ſtomacho. Doſis perfe-
H ctiſſima fortibus,de ramentis conciſis ſunt drach. ii. s. de puluere craſſiore drach. i. & obol. ii. de puluillo drach. i. & oboli ii. Cõtundimus autẽ craſſiorẽ eius farinam in mortario,& per anguſtiſſimũ cribrũ excernimus, & quod eſt tenuiſſimum auferentes, id quod craſſius eſt exhibemus

A cum ſucco alicæ, aut mazæ ex polenta factæ. Tenuē verò puluillum tundimus & exactè cribramus: & poſtea cū cocto melle ſolidiſſimo in catapotia coactum ac efformatum exhibemus.

Quæ præparare oportet exhibitionis tempore, Cap. CXXXII.

PRæparantur porrò ad opem ferendam ipſis lancinationibus, animi deliquiis, & conuulſionibus, hæc: Aqua calida & frigida, decoctum hyſſopi, mel, ruta, pulegium, acetum, mala, panis calidus, vinum, pullus gallinaceus coctus, oleum cōmune & ſicyonium, ſal, galbanum, B caſtorium, cremor veratri, oleum Cyprinum aut irinū aut narciſſinu, pennæ, ſternutatoriū, cucurbitulæ diuerſæ, lectica ſiue ferculū, lectus ſtratū molle habēs, clyſter.

Quomodo poſt potū curandi ſint, Cap. CXXXIII.

SI quidem facile purgentur, poſtquā biberunt medicamentum, dabimus ipſis aquam frigidam abſorbendam aut colluendam, deinde odoramentum quoddam corroborans: & iubebimus ipſos ſedere aut reclinari, & in quiete manere ad horas duas, vt ne citius quàm oporC tet pharmacum reuomatur: poſtea iubebimus ipſos moueri. Prima perceptiò caloris circa ſtomachum & fauces cōtingit: deinde ſaliua multa in os colligitur: poſtea partem alimenti & pharmaci cum pituita vomunt: deinde pituitam & bilem cum pharmaco: mox puram bilem. ſæpe verò etiam venter infernè ſubducitur, quando ſanè etiam tolerabilior purgatio contingit. Singultiunt leuiter, & facies rubicunda eſt. Si verò facilè procedit purgatio, & facies bonum colorem habebit, & ſingultus ceſſabit. Iis verò qui circa mediam purgationem ſingultiūt, aquā D mulſam dabimus, aut decoctum rutæ, & aquam tepidam in potu: deinde purgatos lauabimus, & alimentum ſtomacho gratum exhibebimus. Perſeuerante verò purgatione, oportet dare aquam mulſam calidam abſorbendam in qua decocta eſt ruta, aut aquam cum oleo. penna quoque Cyprino aut irino oleo aut aliquo ſimili tincta irritētur, & lecto penſili reclinati cōmoueantur. Si vero valde vexentur à ſtrangulatione, cremoris veratri cyathos tres offeremus. nam ex qualitate adiuuat purgationē. Quod ſi neque ſic ſtrangulationis periculū leniatur, acerrima inE fuſione per clyſterē euacuabimus. Dabimus ipſis etiā galbani obolos tres deuorandos, non vt vomitū cōcitemus, ſed vt ſtrangulationē ſedemus. Aut ſternutatorium forte admouebimus, aſſiduè per lectum penſilem agitantes, & pennarum immiſſione irritantes. Vbi verò incipiūt purgari, mitigandus eſt ſingultus, velut antea dictū eſt. Si verò violentus fuerit ſingultus, ſternutatorio vtemur, & cucurbitis per totam ſpinam, & maximè circa magna ſcapularum verticula, detrahētes ipſas ad ſpinam. perſeuerātes enim cucurbitæ ſæpe corrigunt ſtomachū cōtractum & F velut cōtortū à ſingultu. Ligabimus etiā extremas partes, & fouebimus immiſſas in aquam calidam. At vero ſuccedentes in quibuſdam contractiones, crurum maximè & manuum, (ſolēt enim pleriſque hæc accidere) leniemus fortiter illinendo, fouendóque ac calfaciendo & fricando extrema & muſculos in ſuris. ſit autē oleum ſicyoniū, aut quoddā ex mollientibus & laſſitudinē ac dolorē eximentibus, acopis appellatis: ſed & caſtorium vnguento admiſcebimus, & in potu exhibebimus. Maximè verò prodeſt contractis balneū, ſi adfuerit. ſinminus, in G ſcapham aut in ſoliū immittemus, ita vt oleo multo dulci totū corpus, maximè verò cōtractas partes illinamus. Sit autem aqua probè temperata, vt in ipſa diutius manere poſſit. Porrò vbi ceſſauit conuulſio ac purgatio, ſtatim nutrire oportet, panem exhibendo vino diluto madefactum, aut in omphacomelite, iis qui valde ſunt euacuati. Si verò caloris ſenſus circa ſtomachum poſt cibum contigerit, ipſum omphacomeli aqua calida temperatum bibēdum dabimus. aliquando verò etiā cum frigida mixtum ſecūda die dabis. Cibi verò poſtea boni ſucci omnes H ſint, & vinum tenue valde ac vetus.

De purgationis exceſſu, Cap. CXXXIIII.

NImias purgationes ſiſtemus aquæ calidæ potu, & extremarū partium ligatura, & trictione vehemēti, & cucurbitis ad præcordia & dorſum affixis. At abſinthii potus egregiè ſupprimit vomitū. Si verò adhuc perſeuerarit, vtemur ſomniferis dolorē ſedātibus. nā talia reſiccandi vi prædita purgationes ſiſtunt: & ſomnus excretiones ſiſtendi vim habet. Succedit tamen ſomnus ſua ſpōte probè purgatis per veratrum, multus & profundus, ſi non periculum imminet: quibus ſanè intantum concedere oportet, quantum ſomno tenentur. Si verò ſudores immodici conſequantur, ſedabimus ipſos corporis ventilatione, & ſpongiæ ex frigida aqua aut poſca expreſſæ deterſione. Vtemur etiam puluillorum adſtringentium & meatus obducentium inſperſione, & reliqua cura in cardiacis referenda.

Epithemata purgatoria, Cap. CXXXV.

MEdullæ colocynthidis, ſeminis erucæ, rutæ ſylueſtris, elaterii, grani cnidii, lathyridum purgatarum, galbani, ceræ, nitri rubri, ſing. drach. IIII. opopanacis drach. II. terebinthinæ drac. VI. Tunditur hoc pharmacum adiecto paulatim felle taurino quantum ſatis eſt. Et ſi quidem ſuper vmbilicum poſitum fuerit vſque ad pubem, inferiorem aluum mouet: ſi verò ſuper vētrem, ſuperiorem purgat per vomitum. Aliud. Nitri rubri, ſeminis ſecuridacæ, medullæ colocynthidis, fellis taurini, ſtaphidis ſylueſtris, ſtercoris columbini, radicis cucumeris ſylueſtris, ſquillæ, mercurialis, ſing. æquales portiones, tundito, cribrato, & felle excipito ac melle ſufficienti, & vbi ad malagmatis formam redegeris vtitor. Aliud quod pollicetur ſanguinis per nares eductionem, ſi fronti imponatur. Vbi verò ſiſtere volueris, inquit, ſanguinē, ablato ipſo locum diligenter deterges per ſpongiam ex poſca aut frigida aqua expreſſam: ſi verò imo ventri impoſitum fuerit quadrangulari nouem digitorum figura, ciet menſes, & fœtus corrumpit. Imponitur & renibus in exacerbationibus. Compoſitio hæc eſt: Ceræ, galbani, euphorbii, radicis lanariæ herbæ, ſing. vn. I. talorū ceruinorum vſtorū drach. IIII. ſucci abſinthii drach. IIII. terebinthinæ liquidæ drach. IIII. Sicca trita cribrata, rurſus terito cum felle vitulino ad ſtrigmentitiam craſſitiem, & liquida ac eliquata affundito & vnito: ac vtitor, inquit, velut admirando. Aliud emplaſtrum purgatorium quo vtor, Chezanance appellatum. Hoc impoſitum vmbilico mouet inferiorem ventrem: thoraci verò & ſtomacho impoſitum vomitum ciet, donec ſplenium cui illitum eſt tollatur. Menſes autem fœminarum ducit, & fœtus corrumpit imo ventri & lumbis impoſitum. Compoſitio hæc eſt: Grani cnidii drach. II. lapidis aſsi drach. X. veratri albi drach. IIII. adipis caprini drach. V. elaterii drach. IIII. ſucci tithymali drach. IIII. amurcæ drac. XII. fellis taurini drach. II. ſpumæ nitri drach. V. farinæ lupinorum amarorum ſextātem, comæ abſinthii drach. II. reliqua tundito ac cribrato: deinde fel tritum adiicito, mox amurcam, & poſtea adipem liquefactum affundito, & vnitis vtitor. Aliud vmbilicarium. Et hoc vomitum ciet ventri impoſitum & menſes ducit non ob vaſorum concluſionem ſuppreſſos, fœtúſque corrumpit imo ventri ac lumbis impoſitum. Abſinthii, ſucci radicis cyclamini, artemiſiæ, elaterii, ſing. drach. VI. medullæ colocynthidis drach. X. radicis cucumeris ſylueſtris, farinæ lupinorum, chelidonii, ſeminis violæ albæ, ſing. drach. VI. opopanacis drach. II. ceræ drach. C. terebinthinæ drach. L. cyprini drac. L. aut quantum ſatis eſt. Impoſitum autem vbi aluum commouit, mox ipſum tollere oportet. Aliud. facit & ad colicos. Nitri ſcrup. IX. terebinthinæ ſcrup. VI. elaterii ſcrup. III. ſtaphidis ſylueſtris ſcrup. I. s. caſtorii, ſeminis roſmarini, ſampſuchi, baccarum lauri, grani cnidii, lupinorum ſiccorum, medullæ colocynthidis, ſing. ſeſquiūciam, ſcammoniæ vnc. I. fellis taurini vnc. I. ceræ ſextantem, adipis anſerini quadrantem. Aliud. Cucumeris ſylueſtris ſuccum, & cyclamini ſuccum, paribus portionibus cum melle miſceto, & hæc exactè vnito in ſole aut calido cinere, & vtitor illinens ab vmbilico vſque ad pubem. Aliud. Elaterii drach. III. colocynthidis drach. I. ſcammoniæ, ſquamæ æris, radicis cucumeris ſylueſtris, ſing. drachm. I. lathyridum drach. I. aut pro ipſis ſucci tithymali tantundem. Tundito, cribrato ac terito cum oleo plurimum

ſalis habente,& hapſum lanæ magnum facito,ipſúmque pharmaco imbutum imponito vbi volueris, vmbilico inquam,aut ventri,aut imo ventri & lũbis. Aliud.Meſpilorum exemptis nucleis ſcrup.xviii.ſcãmoniæ ſcrup. xii.atramenti ſutorii ſcrup.xvi.ſagapeni ſcrup.xxxii. lathyridum ſcrup.xii.colocynthidis ſeminis ſcrup.xii.trita excipe oleo & vtere.

Compoſitio olei ſiue vnguenti purgatorii, Cap. cxxxvi.

FEllis taurini ſextantem,elaterii vnciã i. grani cnidii viridis trientem,lupinorum viridium ſucci ſextantẽ, euphorbii vnciam i.medullæ colocynthidis vnc. i. adipis vulpini recentis ſextantem, adipis viperæ ſeſquiunciam,ſtercoris muris drach.iiii.ſucci pæoniæ drachmas iiii.caſtorii drach.iiii.olei Cyprini ſeſcuncem,olei veteris lib.i.arida tundito ac cribrato per tenuiſſimũ cribellum.Adipes autem præmollito in mortario, præſertim vulpinum: fibris enim refertum eſt. deinde ad lentas prunas liquefacito cum oleo, & ipſis reliqua omnia inſpergito,& parũ ad prunas coquito ac ſeponito in ſtanneo vaſe diligenter operto,vt ne tranſpiret: & deponito in domo ſuperiore non humecta ad dies xxx. Et poſtea vtere in omnibus & ad omnem affectionem: citra moleſtiam enim purgat. Sanat autem cum reliquis etiam mentis perculſionem. Menſura quæ in vſum aſſumitur, vtplurimum eſt cochleariorum duorum, in quibuſdam etiam vnum ſolum.inuncto enim vmbilico perfectam feci euacuationem.Si verò immodicè feratur venter,& voles ſupprimere,ſpongiam vino tepido imbutam ac expreſſam adhibe,& ſiſtetur. Aliud epithema. hoc vmbilico imponitur,& ſplenem purgat: Veratri nigri quadrantem,veratri albi trientem, ammoniaci thymiamatis,nitri,vtriuſque trientem:ſcammoniæ ſextantem, piperis grana xxx.contuſa cribrata excipe terebinthina,vt malagmatis formam induant. & vbi præfricueris locũ ac fomento præparaueris,formato quadrangulare quinque digitorum figura ſplenium, & imponito. at pectini impoſitum fœtus corrũpit. Epithema ſanguinẽ ducens,vt hæmorrhoidas irritet & menſes muliebres. Elaterii,myrrhæ,galbani, farinæ ordeaceæ, ſingul. drach. iiii.foliorum rutæ viridis drach. ii.fellis taurini quod ſatis eſt.Singula ſeorſim tenuiſſimè terito,deinde vnito, & fellis quod ſatis eſt affundito. Vſus verò tempore locũ ſub vmbilico & partes circũcirca ſitas illinito: aliquando etiam lumbos.Ducit menſes & hæmorrhoidas.

De localibus euacuationibus, Cap. cxxxvii.

ET de iis quidem quæ ſuperfluitates quæ in toto corpore ſunt purgare poſſunt,ſufficiunt relata: tempus eſt autem tranſeundi ad locales euacuationes.Verùm illud meminiſſe te volo per totam tractationem,vt primũ totum corpus purges,& à ſuperfluitatibus liberes per prædicta purgatoria medicamenta,& poſtea per localia euacues.Si enim ante totius corporis euacuationem aut purgationem,per localia auxilia volueris partium affectiones curare,in magna mala immiſeris ægrotum.ampliorem enim materiam ad debiles locos attrahes.

Quæ oculos purgant, & lacrymas prouocant, Cap. cxxxviii.

LAcrymas prouocantibus vtimur ad oculos diu reſiccatos,& palpebras ſcabras ac pruriginoſas: extergentibus verò & repurgantibus ad hebetem viſum & ſuffuſionis principium.Prouocant autem lacrymas & extergent omnia hæc:Mel,oleum vetus,ricininum,amygdalinum,ex nucibus regiis,è fœnogræco,lentiſcinum, laurinum,anethinum,ſuſinum,nardinum,opobalſamum. Ex ſuccis autem oculos purgant,ſuccus vuæ acerbæ,lactucæ ſylueſtris,lyciũ,radicis acori ſuccus. Item chamædryos, centaurii,chelidonii,ocymi,cæparum, rutæ hortenſis ac ſylueſtris,quæ etiam beſaſa appellatur: item mali punici ſuccus,fœniculi,vtriuſque anagallidis,marrhubii, trifolii,veratri albi,& anemones. Ex liquoribus verò ſpiſſis, myrrha,ſagapenum, opopanax Cyrenaicus & Medicus, ammoniacum thymiama,galbanum,thus.Ex animantibus,teſtudinis terreſtris ſanguis,hepatis caprini cruor, itémque ſiluri. ſed & ſiluri fel, & hyænæ, capræ, gallinæ, perdicis,vulturis,vrſi,ſcari,callionymi,& coracini. Ex a-

A dipibus,viperæ adeps,gallinarum,piſcium fluuiatilium: caſtoris teſtes.Ex cineribus,hirundinum pulli exuſti, lacertæ vſtæ,cornu cerui vſtum.Ex metallicis, lapis hæmatites,& ſciſſilis,æs vſtum,atramentum ſutorium,chalcitis,miſy,alumen omne,ſquama æris,rubrica, lapis Phrygius,iaſpis,magnes, moroxus,qui & leucographis appellatur,lapis galactites.Ex plantis,cortex thuris, ericæ fructus,& quæ eiuſdem generis ſunt.

Quæ aures purgant, Cap. cxxxix.

B MEL,vinum mulſum,vinum dulce,oleum nucũ regiarum,amygdalinum per ſe & cum anſerino adipe: irinum cum aceto,myrrha cum alumine acetóque ac aqua: ſpuma nitri cum melle & aceto, alumen cum aceto,ſenecta ſerpentis cum aceto, fel bubulum, ſuillum, & omne fel piſcium,betæ ſuccus,foliorum capparis ſuccus,corticis raphani ſuccus,mercurialis ſuccus,bdellium, galbanum, caſtorium,caſia, veratrum album & nigrum, herba lanaria,capparis folia cum oleo cocta, acetũ mulſum,nitrum cum aqua calida infuſum.Cæterùm ex prædictis quædam ad pruritus,quædam ad vlcera, quædam C ad ea quæ in meatum inciderunt,aliqua ad ſordis duritiem,item ad ſonitus & grauẽ auditum ac ſurditates cõmoda ſunt.Capitis itẽ doloribus antiquis & morbo comitiali hæc proſunt.

Quæ per nares purgant, Cap. cxl.

PER nares purgat caput,radicis betæ ſuccus, elateriũ, anagallidis cæruleum florem habentis ſuccus,oleum irinum,amygdalinum,cyclamini radicis ſuccus, & ipſa arida trita inſufflata,piper, nitrum, atramentum ſutoriũ, D mel,thlaſpi,veratrum album, euphorbium, herba lanaria,caſtorium,calamintha,melanthium,iris,marrubium, anemone. hæc verò naribus admouentur, propter diuturnas capitis affectiones,& ad morbum comitialem, & oculos arquato morbo infeſtatos. Item ad obtuſum auditum ac viſum,& ad nariũ obſtructiones antiquas,& in læſo olfactu,& ad eos qui caninã conuulſionẽ paſſi ſunt.

Quæ humiditatem ex ore trahunt, Cap. cxli.

LEntiſcus & ipſius folia, & quod ab ipſa reſinaceũ defluit maſtiche appellatum,cum ſtaphide ſylueſtri, pi E per,granum cnidium. Sinapi cum aceto mulſo ac nitro gargarizatum multam pituitam euacuat: rumicis radix cum aceto cocta,pyrethrum,capparis cortex, tæda, mel, origanum,thymus,pulegium,hyſſopum, thus cum melle,alumen, chalcitis, miſy,myricæ fructus, terebinthina cum melle,omphacii ſuccus cum ſilphio,Cyrenaicus ſuccus,caſia, & omnia quæ ori illini ſolent. Cæterùm quæ valde efficacia ſunt, in diutinis affectionibus aſſumenda ſunt,ore prius ex oleo colluto,vt ne acrimonia impediat F vſum.Adhibenda verò ſunt hæc omnibus diuturnis capitis affectionibus, & hebetudini viſus, & graui auditui citra dolorem.Ad linguæ item ac guſtus reſolutiones,ad parotidas,anginas,puſtulas capitis aut faciei, ad caninã cõuulſionem.At verò recurationis gratia adhibenda eſt poſtea aqua calida,ſapa, aqua mulſa,lac, micarum panis cremor,aut ptiſanæ ſuccus.

Quæ lac generant ac mouent, Cap. cxlii.

GEnerant ac mouent lac in potu accepta, ptiſana cum fœniculo cocta,præſertim viridi: ſinminus, cum ſemine.Sed & ipſum fœniculum per ſe comeſtum, & anethum,ſeſamum,aniſum,ſemen lini,cuminum, milii fa- G rina cocta,tritici decoctum,eruca viridis, cucumeris ſemen.Foris autem illita vberibus prouocant & mouẽt lac, inteſtina terræ, nigella, fel tauri, ordei macerati ſuccus, portulacæ ſuccus,adeps anſerinus,cera,ſulphur,recrementum ferri. hæc adhibentur in iis quibus lac deficit.

Pulmonẽ ac pectus purgantia, Cap. cxliii.

SEmen vrticæ,dauci,apii,thymus, ſemen raphani, in potu ac cibo accepta,itẽ ſinapi,ſeſamũ,naſturtiũ,eryſimum,cardamomũ,cucumeris ſemen,nigella,piper, ru- H ta,poliũ,marrubiũ,baccæ lauri,caſia,aron, dracunculus, bulbus,cæpe,allium,coſtus,amomũ,ſpica nardi,ſulphur, ſtyrax,galbanũ,terebinthina, myrrha, opopanax, ſcilla, origanum, pulegium, hyſſopum, abrotonum, bryoniæ radix, amygdalæ amaræ, caricæ, vuæ paſſæ, nuces pineæ,maximè recentes:mel,ſapa,vinum dulce,caſtorium,

farina erui, picearum nuclei, ammoniacum, bdellium, thus, ſilphium, & ſuccus æris, ariſtolochia, baccæ iuniperi, ſtœchas, porrum capitatum cum ptiſana coctum in cibo acceptum, ouum recens abſorptum, butyrum per ſe & cum melle, glycyrrhizæ ſuccus & ipſa radix. His vtēdum eſt ad anheloſos & erecta ceruice ſpirantes, & ad veterem tuſſim. Pleraque verò ex ipſis, etiā phthiſicis & ſuppuratum pectus habentibus conueniunt, propter eductionem eorum quæ in thorace collecta ſunt, & ad vlcerum repurgationem.

De ſuffitionibus, Cap. CXLIIII.

SVffitus non cōmodi ſunt omnibus affectionibus circa thoracem conſiſtentibus. neque enim in ſanguinis ſputo idonei ſunt, quum per acrimoniam eorum quæ ſuffiuntur, vaſa rurſus aperiantur: neque iis qui ſiccū morbum circa thoracem habent: verùm ſolis anheloſis & erecta ceruice ſpirantibus, & quibus thorax ob copiam frigidorum humorum infeſtatur. Vtendum autem eſt ſuffitionibus toto corpore euacuato. Collocādus autem eſt homo, & vbi veſtibus cōtectus fuerit, iubēdus eſt crura diſparare, & deorſum nuere, vt facies prope genua exiſtat, atque ita os aperire, quò ſuffimento inter crura poſito, fumū ore ſuſcipiat. Præſtat tamē per infundibulum fumū ſuſcipere. ſunt autem ſuffimenta hæc: Caſtorium ſuffitū humidam & frigidam affectionem pulmonis ac cerebri ſanat. ſimiliter ariſtolochia, bitumen, ſandaracha, ladanum, lolium, paleæ antiquæ, funiculus vetus marina aqua maceratus, terebinthina, chamæleuce, calaminthe, ſtyrax, maſtiche, thus, eryſimū, leporis ſtercus ac pili, dorcadis ſtercus, cucumeris ſylueſtris radix, centaurium, fœniculi ſemen. At nos habemus ſuffumigium per experiētiam cognitum, quatuor ſpecierum: nimirum ſtyracis, terebinthinæ, ſandarachæ, maſtiches, æqualibus portionibus commixtis. Hoc fidem reperit quòd anheloſas & ſuppuratas & pleuriticas affectiones ſanet, itemque tuſſim, quemadmodum & quæ prædicta ſunt.

Quæ tenuia inteſtina euacuant, Cap. CXLV.

TEnuia inteſtina purgat fructus tithymali, & ſemen ipſius quantum guttæ quinque caricis aut palmulis exceptæ, atriplicis ſemen, braſſicæ ſuccus, cicerum decoctum, thymbræ & polypodii decoctum, pulegii decoctū, viticis folia, thymi decoctum, chamæpitys, butyrum recens aſſiduè delinctum, chamæ valde coctæ ac comeſtæ, iuſculo inſuper abſorpto, oleum omphacinum potatum, roſaceum item ac ricininum. agaricum cum aqua mulſa. ſed hoc cum moleſtia purgat. eſt enim ſtomacho incommodum, eo quòd leue ſit, & ſtomacho innatet. aloe cum aqua frigida, aut aqua mulſa, aut lactoſa, *ſiue lactei teporis*, pota, itémque cocto melle excepta ac deuorata, citra moleſtiam purgat, ſtyrax terebinthina exceptus ac deuoratus, abſinthium & abrotonum ſimiliter. At verò tenuium inteſtinorum purgatio recentes obturationes, & crudorum humorum generationes, & lumbricos rotundos curat. His verò purgatis, etiā veſicæ bilem ſuſcipientis meatus, qui ieiuno inteſtino inſeritur, propriā actionem minimè impedite perficit. quin & inflationes & tormina vertiginoſa ac voluuloſa horum purgatio perſanat.

Quæ ſima hepatis purgant, Cap. CXLVI.

POlypodium, mercurialis cocta comeſta, lathyrides cū aceto mulſo, chamelæa cum abſinthio & aqua mulſa pota, braſſicæ ſuccus, cyclamini radix, lactis ſerum, heliotropii ſcorpiuri appellati ſuccus, galli veteris iuſculum. Hæc auxiliantur diuturnis inflammationibus circa ſima hepatis. nam incipientibus proſunt mitiora.

Quæ gibba hepatis purgant, Cap. CXLVII.

AMomi decoctum, flos iunci odorati, acori radix, gētiana cum aqua, agaricum cum vino mulſo: eſt autē ſtomacho incommodum. radicis lauri cortex cum vino, rheon Ponticum, glycyrrhizæ ſuccus, amygdalæ amaræ præſertim, abſinthii coma, aniſum, fœniculi ſemē, ſpica nardi, radicis quinquefolii ſuccus, viticis ſemē, dauci ſemen, petroſelinum, centaurii decoctum, pæoniæ fructus, ſeſamū torrefactum, lauri, palmularū oſſa vſta, ſymphyton, polygonum, erigeron, ſmyrnium, hippoſelinū, anagallis cæruleum habens florem, fumaria ſiue chelidonia quæ in ſepibus naſcitur, ſecuridacæ ſemen, cornu ceruī vſtum, mēthæ ſuccus & decoctū, calamintha, coſtus, fœnumgræcum modicè frictum, bacanum, opobalſamō, radicis myrti ſylueſtris cortex, ordei cremor, lupini phu, aſarum, meon, pix. Hæc ſanant diuturnos circa gibba hepatis morbos, ſiue cum tumore aliquo ſint, ſiue ſola intēperatura adſit cum dolore, ſiue obturatio.

Splenem euacuantia, Cap. CXLVIII.

VEratrum nigrum, epithymum, polypodium, ſcolopēdrium, pæoniæ radix, chamædryos decoctum, item chamæpityos, centaurii præſertim minoris, pulegii decoctum, capparis cortex, colocynthidis cremor potus, mercurialis comeſta, & decoctum ipſius potum, lathyrides cum aceto mulſo potæ, chamelæa, aqua marina calida pota, ericæ fructus cum petroſelino, viticis ſemen. Hæc omnia ſplenem purgantia, etiam hepar ab obturatione liberant, & malos habitus, & hepaticas ac ſplenicas morbique regii & aquæ inter cutem affectiones generari prohibent.

Renes purgantia, Cap. CXLIX.

OMnia inciſoria vi prædita, plantaginis radix & folia & ſemen, arida trita pota, aſparagus myacanthinus, pæoniæ radix, cicerum nigrorum decoctum, amygdalæ præſertim amaræ, eryngii radicis decoctum, damaloniū, adiantum, apii ſemen, fœniculi, dauci, petroſelini, ammii, aniſi, liguſtici, aſari decoctum, meon, phu, flos iunci odorati, ſeſeli, acori radix, gramen, vitis lacryma & cortex, ſanguis hirci aridus. Auxiliātur autem hæc pota poſt remiſſum inflāmationū vigorē. diſſoluunt enim duros tumores qui fieri parāt, & lapides generari prohibent.

Veſicam purgantia, Cap. CL.

VRinas à veſica ducit acori decoctum potum, itémque aſari, oleum amaracinum, amygdalæ amaræ cū paſſo potæ, radicis althææ decoctum, adianti decoctum, hæmatites lapis tritus cum vino potus, gallinarum ſtercus ſiccum, anchuſæ decoctum, abrotoni, aniſi ſemen, ſanguis hirci aridus, atriplicis ſemen, artemiſiæ decoctū, ariſtolochiæ decoctū, ſabinæ læuiſsimè tritæ drachma vna cum aqua mulſa (in non febriētibus cum vino) balſami ſemen, gladis decoctum, bdellium, apii ſemē, bryoniæ radix, glycyrrhizæ ſuccus, pulegiū, pæoniæ fructus, dictamnum, dracunculus, abietis decoctum, rubiæ decoctum, ſerpyllum, eryngii radix, heliotropiū, ſenecio, mētha, ſaluia, foliorum oleæ decoctum. Hæc non ſinunt lapidum generationem in veſica fieri: & craſsities ac fæculentas ſubſidentias, inſupérque ſcabioſas & vlceroſas affectiones ſanare ſolent.

Quæ glandi indantur ad prolectandas vrinas,
Cap. CLI.

POſtquam verò repleta fuerit veſica vrina, & contrahi non poterit, neque vrinam exprimere, in glandem hæc indere ſolemus, nitrum aqua dilutum, muriam, fel, cyclaminum.

Lapides in renibus ac veſica euacuantia,
Cap. CLII.

HÆc lapides frangunt, cardamomum cū cortice radicis lauri potum, cyperus, oleum amygdalinum, paliuri ſemen, bdellium, fœniculi radix, libanotis, myrti ſylueſtris folia, ceraſorum fructus, prunorum ſuccus, amygdalæ amaræ, rumicis radicis decoctum, ſeminis althææ decoctum, triboli viridis decoctum, adianti decoctum, vitis lacryma, apri veſica ſicca, lithoſpermon, tecolithos, betonica, ſaxifraga, lapides in ſpongiis, electrū.

Vterum euacuantia, Cap. CLIII.

SAnguinem ab vtero ducunt iniecta & appoſita hæc: caſia cum myrrha, calami aromatici decoctum, oleū amaracinum, viola alba, thymi ac thymbræ decoctum, centaurii radix & ipſum centauriū, opopanax, viticis ſemen, amygdalæ amaræ, nucum regiarum nuclei vſti cū vino appoſiti, decoctum abſinthii, itemque ſuccus, ſampſuchus, ſeſeli, galbanū, lilii radix, chamæpitys, artemiſiæ decoctū, dictamnum, conyza fœmina, rubiæ radix, vrticæ ſemē cum myrrha, elaterium, veratrum nigrum, lupinorum decoctum, raphani cortex, herba lanaria, adeps cerui recens, adeps anſeris, reſina terebinthina,

fel taurinum cum maſtiche, muſcus qui & ſplanchnon A
& hypnon dicitur,cyperus,vnguentum irinũ, ſuccus cy-
clamini,anchuſa,quinquefolium,cuminum,ſiſymbriũ,
helenium,ſaluia,heliotropium,mercurialis,gran umcni-
dium, vua exemptis granis, fœnumgræcum , ſeſamum,
nucleus baccarum lauri,amygdali amaræ radix,cochleæ
paruæ , lanæ ſuccidæ, œſypus, lactucæ ſylueſtris ſuccus,
porrum,cæparum ſuccus,calaminthæ folia.Tot quidem
ũt quæ in peſſos,*hoc eſt talorum formas*,excipiũtur,iniiciũ-
túrque ac apponuntur. Vitandus tamen eſt aſſiduus vſus
eorum quæ inter ipſa ſunt acriora: ſolẽt enim vlceratio- B
nes inducere.

Quæ in potu ſumpta menſes ducunt,
Cap. CLIIII.

AT verò in potu accepta ſanguinem ab vtero ducũt
pleraque quidem ex prædictis, & omnia quoque v-
rinam cientia.ſed & eryſimum & aſarum cum aqua mul-
ſa,calamus aromaticus,alumen,caſtorium,cicerum deco
ctum cum pipere & ruta.radicis aſphodeli decoctum in
vino elixatæ,item pulegii in vino cocti, radicis eryngii
decoctum,abrotoni ſemen,origani,thymi,thymbræ,ru- C
tæ decoctum,fœniculi decoctum,crethmon,cuminum,
ſinapi,marrubii ſemen & ſuccus & decoctum , ſmyrniũ,
ſion,oreoſelinon,dauci ſemẽ thlaſpi,nigella, violæ albæ
ſemen,carpobalſamum,pæoniæ ſemen,baccæ lauri,myr
rha,cardamomum,cyclaminus, ſagapenum, galbanum,
ſemen fœniculi, ſpica nardi, mercurialis, coſtus, ſtyrax,
centaurii magni radix,ſabina,iris,ariſtolochia,bryonia-
rum flos & ſuccus,radicis rumicis decoctum , artemiſia,
dicta mnum. Singula ex iis cocta cum vino , aut trita &
pota, ſanguinem ducere creduntur. Conueniunt autem D
hæc iis in quibus purgationes impediuntur , vel gutta-
tim purgantur,aut occluſio vteri adeſt. Auxiliantur autẽ
& declinationibus,& in recurſibus ſurſum verſus & ſtrã-
gulationibus vteri.

Quæ ſtercora euacuant, Cap. CLV.

STercora euacuant ſtyrax deuoratus,maſtiche cum a-
qua frigida trita pota,ſcrup.XII.pondere,aloes drach.
I.terebinthinæ cochlearium,ſinapi,alliũ cum oleo& ga-
ro feruefactum, ficus cũ nitro,& cnici ſeminis medulla.
Omnia verò prædicta ad tenuia inteſtina commoda,etiã E
magna inteſtina purgant.

Lumbricos educentia, Cap. CLVI.

LVmbricos rotundos & latos & aſcaridas expurgant ea
quæ de tenuibus relata ſunt,in potu accepta.Propriè
verò expellit ipſos auriculæ muris ſuccus cum melle po-
tus,aut cum zytho,vtriuſque cyathi menſura. Senecio in
cibo acceptus,ſantonicum cum fico comeſtum,abrotoni
decoctum,inteſtina terræ trita cocta cum paſſo pota.

Sudores excludentia, Cap. CLVII.

IN potu accepta ſudores excludunt, cuminum, baccæ F
lauri,aniſum,vitex,ſerpyllum,calamintha,polium,ra-
phani cortex comeſtus,coſtus,ſiſymbrium,dictamnum,
artemiſia, cardamomum , linabotis, mel, lac bubulum,
caſia,iunci odorati decoctum,ſuccus Cyrenaicus ciceris
magnitudine deuoratus in frigidioribus morbis,chamæ
drys,caſtorium cum aqua mulſa,centaurii magni radix,
radicis capparis cortex,liguſticum,petroſelinum,nigella.
Hæc aliquando cum vino,aliquando cum vino mulſo
bibuntur,& ſudores mouere creduntur.ſed & piſtacia co
meſta ſudores citra moleſtiam cient. At verò forinſecus G
illita ſudores mouent,nitrum cum oleo,vnguentum iri-
num,anethinum,chamæmelinum, laurinũ, raphaninũ,
ſicyonium,myrobalaninum,althæa,coſtus,balſamum, a-
riſtolochia,caſia,calamus aromaticus,libanotis , ſingula
cum oleo cocta. Suffita verò ſudores mouent,caſtorium
cum pulegio,ſemen balſami,bdelliũ,viticis ſemen.Vten
dum eſt his ad morbum regium,& ad eos qui ob frigidi-
tatem aut cutis adſtrictionem non ſudant.

Quæ euacuant & corrumpunt pediculos omnis
generis circa corporis ſuperficiem, H
Cap. CLVIII.

SAndaracha,ariſtolochia,ſtaphis ſylueſtris,ſulphur viuũ
cinamomũ,calamus aromaticus, caſia, pyrethrũ, cinis
A quercinus,cucumeris ſylueſtris radix.

De infuſionibus ſedis, Cap. CLIX.

PLurima mala quæ in perniciem animalis generatitur
propinat ventris ſuppreſsio. Sequitur enim ad ipſam
ventris adſtrictionem,capitis grauitas & vertigo,euerſio
ſtomachi,lancinatio vomitoria,nauſeǽque ac proſtratus
appetitus, oris ſiccitas & amaritudo, ructus iniucundi ac
viroſi,ſpiritus graueolẽs,ſomni ſuſpenſi ac iniucundi,in-
flationes,tormina, voluuli.Generat item plenitudines, &
articulares podagricóſque ac coxendicum morbos , o-
B mniáque auget, & maligniora ac diuturniora mala effi-
cit,aliquando verò etiam pernicioſa ac lethalia.Cõtingit
autem infuſionum per ſedem vſus etiã in aliis affectio-
nibus,quarum ex parte mentionem faciam . Ex infuſio-
nibus igitur quæ iniiciuntur,aliæ ſimplices ſunt & tene-
ræ,aliæ acres, aliæ verò alium vſum ac vim habent. Ex
ſimplicibus igitur,aqua calida ipſa per ſeipſam facit, eli-
ciendorũ ſtercorũ gratia,in continuis febribus,malignis
que ac æſtuoſis, & in iis qui ex longa imbecillitate vires
recolligunt,in quibus difficiles ſeceſſus fiũt . calidiorem
C autẽ immittimus.inflat enim tepida.Verùm aqua & oleo
vtimur in detentione duriorũ ſtercorũ,& in iis qui vlce
roſum ac mordacem ſenſum circa inteſtina habent. Vi-
tare tamen aquam & oleum oportet, vbi capitis grauitas
fuerit,aut ſtomachus ſubuertitur, aut proſtratus appeti-
tus obtinuerit. Roſaceũ autem pro oleo cum aqua inie-
ctum,aptum eſt in æſtuoſis febribus ,& feruoribus excel
lentibus circa media,& maximè circa colum. Caput au-
tem complet, & minus lubricum eſt quàm aqua & oleũ.
immittẽdum eſt autẽ roſaceũ cũ quarta aquæ parte. At
D verò cum ouo & ptiſanæ ſucco iniicimus roſaceum in
æſtuoſiſsimis febribus,aut vbi mordacitas circa inteſti-
na adeſt. Chamæmelinũ verò oleum, & oui luteum ac
candidum, cum ptiſanæ ſucco infundimus ad noctem,
in ardentibus febribus,iubentes ipſum continere per to-
tam noctem: nam & ſomnum iucundum inducit, & cau-
ſas febris ſequenti die ſecum educit. Butyrũ verò cum
aqua iniectum morſum & tormina mitigat.modicum au
tem eſſe oportet in iis butyrum.Facit & ad eos in quibus
propter inflammationem inteſtini recti detinentur ſter-
E cora,& in ſordidis vlcerationibus circa inteſtinum . At
fœnigræci decoctum ex aqua citra pinguedinem infun-
datur in febribus ex pituita accenſis,& in mollibus ac mu
lieroſis corporibus,& in inteſtinorum morſu. caput autẽ
abundè complet: quapropter non vtendum eſt eo niſi ca
put à læſione fuerit alienum.Maluæ autem decoctum cõ
uenit in torminibus ac morſibus, & præſertim ſi durum
ſubeſt ſtercus.Seminis lini verò decoctum in corporibus
ac morbis ſiccis conuenit. vtile eſt & morſibus,& nauſea-
bundis,& valde ſitientibus.Caput autem cõplet quidem,
F non ſimiliter autem velut fœnumgræcum . Ptiſanæ verò
ſuccus ſtercora dura diſſoluere poteſt, & inteſtina exter-
gere,& morſus mitigare. Alicæ ſuccus morſus quidẽ mi
tigat,maximè verò conuenit cardiacis , & qui ex animi
deliquio exoluuntur. nam ad hoc quod nutrit, etiam vi-
res reficit infuſus:inſupérque lubricitatem ſubiectis ſter-
coribus exhibet. Furfurũ ſuccus febribus ſiccis, & do-
loribus colicis,& inteſtinorum vlcerationibus cõmodus
eſt.exterget enim abſque morſu. Portulacæ ſuccus febri
bus accommodatiſsimus eſt, in morſibus ac feruoribus
G tum aliis,tum in quibus propter durorum ac acrium ſter
corum excretionem,anus aut inteſtinum rectum læſum,
ignis ſacri affectionem incurrit. verùm in iis miſcere ad
ſuccum oportet & ouum & roſaceum.Sed & per ſe ſuccus
portulacæ cõmodus eſt,vbi ſacri ignis ardor in profundo
circa inteſtina conſiſtit. Lac iniicitur,vlceratione & in-
flammatione circa inteſtina conſiſtente, itémque in re-
nibus & veſica atque vtero. Serum lactis infuſum, egre-
giè ſtercus educit,& omnes ſuperfluitates in inteſtinis re
pertas expellit.Exterget etiã ſordidiora inteſtinorũ vlce-
H ra:verùm citra coagulũ paretur. Oleũ per ſe immiſſum
calidum,commodum eſt inflammatis inteſtinis. Idoneũ
eſt etiam in extremè ſenibus, in quibus ſtercus indura-
tur. Aqua mulſa conuenit infuſa in mitioribus febri-
bus , & in mulieroſis corporibus, & in decrepitis , quibus

inteſtinũ rectum, aut colũ perfrigefactum eſt. Rutæ decoctum,item anethi,& cumini cum oleo,diſſoluit flatus: quapropter colicis immittitur. oportet autem in his eſſe duas partes decocti,& vnã olei. Fœnigræci ſuccus,butyro & terebinthina admixtis,ita vt ſit de vtriſque quarta pars ſucci,maximè mitigat tormina ſiue concuſſiones circa inteſtina. nã & diu intus manet citra mordacitatẽ, & ſuperfluitates educit citra turbationem. vtiliſſimus eſt etiã ad vteri morſus. At ptiſanæ ſucco miſcetur butyrum & mellis valde parum,& fit commodus in detentis ſtercoribus propter inteſtinorum vlcerationem,& in ſordidis inteſtinorum vlceribus. Rutaceũ oleum cum butyro & terebinthina,vtiliter infunditur in colicis doloribus. Aliquando verò picis liquidæ drachmas tres, aut bituminis drachmas quatuor,cum rutaceo oleo terentes infundimus,& ſedat dolores & pituitam euacuat citra moleſtiam. Aliquando verò lanas ſordidas in vino dulci coquimus & excolamus,atque hoc ipſum oleo rutaceo admixtum infundimus,& coli dolores ſedat,ita vt ſint vini menſuræ tres,olei verò duæ. Si verò neruorum ex quibus teſtes pendent,aut veſicæ dolor affuerit,etiam petroſelinum læuiſſimè tritum rutaceo oleo inſpergatur. In doloribꝰ verò abſceſſuum,aut doloribus vlceroſis in inteſtinis,butyrum cum manna thuris immittimus,aut medullam cerui aut vituli cum oleo. Vbi verò frigidi fuerint morbi & dolores lenti,galbanum iniicimus,vt ſit galbani drachma vna, butyri ſeſcũx. aut ſtyracis oboli tres cũ butyro. Cæterùm acribus infuſis vtimur in iſchiadicis, lethargicis,erecta ceruice ſpirantibus,& frigidis morbis,& ad eos qui lethale pharmacũ acceperunt,& in iis quæ propter frigiditatem aut concretionem in grumos,occidũt. Proinde in frigefactis toto corpore,ſyderatis,iſchiadiciſque ac nephriticis,caſtorii obolos IIII. tritos cum oleo immittimus,addito modico ſale. verùm pro ſale nitrum addimus,quũ bis aut ter promptitudinem ad excernẽdum facere volumus. Sal etenim aceruatim quidẽ mordet,nõ perſeuerat autem diu ipſe morſus. at nitrum caput malè afficit ac replet,& ſtomachum euertit, quale nihil ſali adeſt. Efficacia autem ſunt ad paulo antè relatos, garum à ſiluro,marina aqua,muria:decoctum centaureæ,colocynthidis,ariſtolochiæ,cucumeris ſylueſtris radicis, agarici, thymi,chamæpityos, ſeminis roſmarini. Hæc enim & ſanguinem ducunt,& hoc ipſo affectiones leuant.

De glandibus, Cap. CLX.

GLandibus ſubdititiis vtimur aliquando ob ægrorum imbecillitatem,qui infuſis vti non poſſunt: aliquando propterea quòd ſtercora ſint apud inteſtinũ rectum, & infuſo non habeant opus: præſertim in febribus vehemẽtibus ac ardẽtibus,& materiam ſurſum repentem habentibus,in quibus nociuus eſt infuſionum vſus. Nam in his abſque omni moleſtia educuntur ſuperfluitates inſitæ per glandes ſubditas. Commodæ ſunt etiam omnibus frigidis capitis affectionibus,altiore ſomno preſſis ac deliris. Contingit etiam ipſorum vſus ſæpe in iis quibus nõ excernitur id quod per clyſterem immiſſum eſt. Præparantur autem diuerſimodè glãdulæ ipſæ. nam & ex melle cocto,& ſale toſto,& nitro præparantur: & ex cumino & ruta nitróque ac melle cocto,in quibus inflatio magis infeſtat. Sed & thymus tritus cocto melle excipitur:& cyclaminus trita cum melle:& abſinthium aut abrotonum aut lupinorum farina cum melle. hæc autem glandula ad lumbricos commoda eſt: aut hyſſopum & tragoriganum & epithymum cum melle. hæc in ſtomachi ſubuerſione vtilis eſt: aut granum cnidium cum reſina ſicca ſiue melle cocto,aut pyrethrum cum reſina ſicca, aut ſinapi cum ſicca reſina, aut centaurium cum pice & cera. hæ cõmodæ ſunt in partium reſolutione: aut bitumen, radicis panacis parum,hyſſopum,galbanum & reſina ſicca. Vtilis eſt hæc glans ad reſolutos toto corpore,& propterea facultatem excernendi debilem habentes. facit & in reſolutione inteſtini recti,facit & ad aſcaridas. Poteſt autẽ pro melle reſina ſicca in vſum aſſumi,aut pix, aut ficus pinguiſſima trita aut vua paſſa exemptis granis,aut ſapo. Optima verò glandula fit ex foliis mercurialis viridibus tritis ac efformatis & ſiccatis. In infantibus autem etiam grumus ſalis inditur,cæpáque ac porrum capitatum.

A

De tomentis ſiue floccis,
Cap. CLXI.

SÆpe etiam opus eſt aliquid ſubdere in iis qui ſciſſuras aut condylomata in ano habent. dilaniãtur autem hæc à glãdium duricie: vnde cogimur tomentis pro illis vti. Materia verò horum ſunt omnia antè relata,quæ trita cum melle, & tomento ſiue flocco excepta ano induntur.

De aëre,Galeni, Cap. CLXII.

B BOnus eſt aer in omni tempore qui exactè purus eſt. Talis autem fuerit is qui non ex ſtagnorum aut paluſtrium locorum euaporatione turbatur, neque ex barathro quopiam venenoſam auram concipit. velut verbi gratia,ſi ex quibuſdam cloacis magnam ciuitatem expurgantibus conturbatur,malus eſt. At verò & qui nebuloſus eſt,non eſt bonus. Quemadmodum etiam qui in regione caua vndique altis montibus includitur, malus eſt & æſtuoſus ac ſtrangulatorius: qui verò in montibus altiſque regionibꝰ eſt & nullam auram ſuſcipit, ſalubrior eſt, C commodus erecta ceruice ſpirantibus & tabidis,& omnibus thoracis ac capitis affectionibus. At qui in humilibus regionibus purus eſt,commodus eſt animo delinquẽtibus ac ſenibus. Marinus verò, hydropicis & fluidis affectionibus,& præſertim frigidioribus vtilis eſt,& neruis per conſenſum affectis,& proſtratæ appetentiæ. Qui verò in petroſis locis eſt,hyeme quidem grauis eſt,frigidus enim eſt: æſtate verò æſtuoſus eſt. malus eſt etiam qui ex metallis exhalat. qui verò ex argilloſis,ſtomachum exoluit. At ex locis terræ fuluæ,magis priore ſiccat. Optimus D autem eſt ex terra nigra. ſed & circa anni tempora mutationes aëris fiunt. Et verno quidem tempore humidus & calidus eſt aër: æſtate verò ſiccus & calidus: autumno frigidus & ſiccus,hyeme frigidus & humidus. Rurſus autem in ſingulis temporibus tres differentiæ fiunt,prima,media,& vltima. Media itaque ſinceriſſimũ temporis temperamentum habent: prima verò & vltima à vicino tempore imminuuntur. Sed & luna ſecundum menſem quatuor differentias in aére operatur. Primus igitur ſeptenarius à nouilunio vſque ad ſeptimam diem,ſimilis eſt veri,humidus & calidus exiſtens: E ſecundus verò ſeptenarius vſque ad plenilunium, æſtati ſimilis eſt: tertius ſextenarius decreſcente luna,autumno: quartus & vltimus,hyemi. Sed & ſingulis diebus differentiæ aeris fiunt: matutinum enim tempus humidum eſt & calidum, velut ver: quapropter etiam corpora tum ſanorum, tum ægrotorũ remittũtur, vt etiam febrientibus hoc tempus facillimè toleretur. at medium diei,æſtati aſſimilatur. crepuſculũ autumno,veſpera hyemi. Quin & noctis prima pars veri aſſimilatur,media æſtati,& reliqua conſequenter.

F

De ventis,Adamantii Sophiſtæ,
Cap. CLXIII.

QVandoquidem verò ex terræ exhalationibus venti generantur, etiam de iis,paucis tractandum eſt. Vẽtos quidem parturit terra, parit autem fuliginoſas exhalationes. nam caliditas humiditati inuoluta ſicciores exhalationes & velut fuliginoſas faciens,ventos generat. ſiccam autem exhalationẽ nunc accipe ad comparationem aliorum,velut ſi vinum ſiccius dicamus. Vniuerſales vẽti duodecim ſunt numero: orientales tres,eurus,ſubſolanus, G cæcias: occidẽtales tres,africus,fauonius,thraſcias. vnus autem meridionalis appellatus auſter,& vnus ſeptentrionalis boreas: vt ſint relati octo. Alii verò quatuor inter relatos medii ſunt,& ab angulis mundi excitantur. inter orientẽ & meridiem, euro auſter: inter meridiem & occidentem, africoauſter: inter orientem & ſeptẽtrionem, aquilo: inter ſeptentrionem & occidẽtem, argeſtes ſiue circius: vt ſint omnes vniuerſales duodecim. Alii verò qui vernaculi ſunt ſingulis regionibus,ſpurii exiſtunt. At verò aliæ exhalationes ex terra fientes, humidiores iis H ſunt quæ ventos generant. Si quidem igitur modica & tenuis fuerit exhalatio,vapor nubiloſus generatur: ſi verò amplior & craſſior,caliginoſus: ſi verò adhuc craſſior, tenebricoſus. plurima verò ac craſſiſſima humiditate exhalante,vapor diffunditur in ambientem roſcidus. Ex his

quatuor exhalationibus concretis rores & imbres fiũt ac
deferuntur:congelatis verò pruinæ & niues & grãdines,
pro frigoris qualitate ac quantitate.nulla verò harum vẽ-
tum generare ſolet, quum ſegnes ſint & impetu careant.
Et humida quidem exhalatio quæ vapor appellatur,rores
& imbres facit,ſiccior autẽ facit ventos,& eſt ſicca humi
dæ contraria. Quomodo verò ſæpe ſimul imber & vẽtus
fit? Dicimus quia ex alio atque alio loco afferũtur. Quũ
enim ex diuerſis latitudine locis contrariæ exhalationes
fiunt,tunc & pluit & flatus fit. Cur autem aliquando poſt
pluuiam venti fiunt, aliquando poſt ventos pluuia ſequi-
tur? Dicimus quoniam caliditas in terra non habet in il-
lo tempore humorem quem accendat, & propterea ma-
net otioſa. ybi verò arripitpluuialem humiditatem,efflo
reſcit,& per materiæ incenſionem fuliginem excitans vẽ
tos efficit, qui iam ſanè conſumpta pluuia nube manent
in ſerenitate ſpirantes, aut impellunt id quod ipſos ge-
nuit.pluuia itaque hoc modo ventos generat.Ventus au-
tem pluuias hoc modo generat:Oſtendimus quòd com-
munis eſt caliditas vtriſque exhalationibus,verùm humi
ditas quantitate diuerſa eſt.Quum igitur multa fuerit ca-
liditas,larga verò humiditas,tunc appropinquantem hu
miditatem in ſuperficie exurit,& fuliginem ſimul ac va-
pores facit.Tranſpirans autem caliditas ex multa humi-
ditate paulatim imminuitur, & non amplius humidita-
tem exurit,ſed diffundit & vapores pro fuligine facit, at-
que ſic ſuccedit imber póſt.Et ſæpe ad multos dies obti-
net pluuia calido exoluto,& non amplius materiam exu-
rere potente.Cur autem multi & aſſidui boreales ac anni
uerſarii venti in æſtate fiunt? quoniam ſol ſub boreali po
lo plurimam reperiens humiditatem,partim in niue,par
tim in aquis congelatis,& hanc paulatim eliquans, diui-
dit quidem in fluuiorum ac ſtagnorum generationem,
effundit autem & fontes in terra:& propterea multas ex-
halationes efficit,quas in flammam exurens vnà cum ca-
liditatibus multo tempore in terra occultatis,fuliginoſas
ipſas reddit,& quod exuritur ad venti diuturni fluxum
paulatim redigit. In communi igitur omnis vẽtus lon-
giorem aeris fruitionem exhibet corporibus, violento
motu aerem inducens. Porrò locales venti ſimiles ſunt
locis ex quibus ſpirant,à ſalubribus locis,ſalubres:à mor-
boſis,morboſi.quare ex relatis de aere etiam de his con-
iectare oportet.Quo verò in ſumma dicamus, omnes lo-
cales venti vniuerſalibus morboſiores ſunt. nam corpo-
ra inæqualiter afficiunt,neque totum aerem commouen
tes,neque per totum diem ſpirantes.Maximè enim loca-
les venti circa matutinũ ſolum tempus ſpirãt,quos nau-
tæ Apogeos, *uelut è terra eleuatos*, appellant. At ex vniuerſa-
libus vẽtis ii qui in meridie ſpirãt,auſtri appellati, cali-
dum temperamentum habẽtes ſemper,ferme etiam hu-
midi ſunt. Tranſmutantur autem ad tẽpora anni, & fiunt
calidi & ſicci:& propterea varios morbos generant. Bo-
reales verò frigido ſunt temperamento,& ideo omnium
ventorum ſaluberrimi, & præſertim in calidioribus ac
carnoſis corporibus. At venti orientales vehementiſſimi
ſunt,& morboſà ſiccitate contingentes efficiunt.Occidẽ
tales autem humidi ſunt ac lenes, & corporibus noſtris
magis familiares.

De acceſſione ac ſignificatione ſtellarum,
Cap. CLXIIII.

QVandoquidem etiam ſtellæ in cælo orientes iuxta
tempora à Deo ipſis ordinata, & ſimiliter occiden-
tes aera mutant, vt contingat ex hoc etiam ventos aliâs
aliter ſpirare:neceſſarium duxi hîc tempora indicare, in
quibus earum quæ palàm aerem alterant, ortus & occa-
ſus fiunt.nam ſanorum corpora,& multo magis ægroto-
rum,iuxta aeris ſtatum alterantur. Menſe martio qui di-
ſtros *Græcis* eſt,equus manè oritur decimanona die. Men-
ſe martio die XXIII.æquinoctium vernum eſt, & maxi-
ma aeris turbatio.Menſe aprili, hoc eſt xanthico, prima
die intempeſta nocte pleiades apparent. Menſis aprilis
XIX.pleiades veſperi occultãtur.Menſis april.XXI.pleia-
des, cum ſolis ortu oriuntur,& eſt maxima circa aerem
turbatio.Menſis april.XXVIII.orion veſperi occultatur.
Menſe artemiſio, hoc eſt maio, prima die hyades ſimul
A cum ſolis ortu oriuntur.Menſis maii quarta, lyra veſperi
oritur,& aer multùm alteratur. Menſis maii ſexta, capra
manè oritur,& valde alteratur aer. Menſis maii ſeptima,
pleiades mane apparent,& aer ſedari incipit. Mẽſis maii
XIX.hyades manè apparẽt,& aervalde alteratur pridie aut
nudiuſtertius eius diei. Menſis maii XXIIII. capra veſperi
occultatur,& nudiuſtertius eius diei aer mouetur. Menſis
iunii ſecunda,aquila veſperi oritur,eiuſdem ſexta actur⁹
occidit,nona,delphin oritur.Viceſimaquinta orion manè
oriri incipit.Sunt autem ſolſtitia æſtiua,& aer tribus die-
B bus antea valde alteratur. Mẽſis iulii III.orion totus ori-
tur, decimaquarta,procyon *ſiue canicula* manè oritur:deci-
manona canis oritur,& contingit maxima aeris turbatio:
aliquando etiam nudiuſtertius eius die: viceſimaquinta,
aquila manè occidit. Menſis auguſti XV. lyra manè occi-
dit:decima nona delphin manè occidit,& eſt mutatio æ-
ſtatis ad frigiditatem: viceſima octaua vindemiator ma-
nè oritur: & malus nauis occidit. & eſt finis dierum
poſt exortũ canis.Mẽſis ſeptẽbris ſeptima capra veſperi o-
ritur: decimaſeptima arcturus oritur, & alterat ſequenti
C die aerem, decimanona ſpica manè oritur. alteratur aer
duob⁹ dieb⁹ antea: viceſimaquinta æquinoctiũ fit autum
nale,& eſt maxima aeris turbatio trib⁹ antea dieb⁹.quare
eſt cauẽdũ ne venã ſecemus, neque purgem⁹, neq; aliâs
corpus vehemẽti motu moueam⁹,à decimaquinta ſeptẽ
bris vſque ad viceſimamquartam eiuſdem menſis.Men-
ſis octobris ſexta, corona manè oritur, & eſt vehemens
aeris mutatio:ſeptima hœdi veſperi oriuntur: decimaſe-
ptima hyades veſperè oriũtur,& magna fit aeris turbatio:
viceſimatertia, vnà cum ſolis ortu pleiades occidunt, &
D contingit pridie maxima aeris turbatio.Menſis nouem-
bris ſexta pleiades manè occidunt, & incipit aer ſedari.
vndecima,lyra manè oritur: viceſimaprima hyades ma-
nè occidunt,& ſequenti die turbatio fit circa aerem: vice
ſimaſeptima orion oritur,& corona occidit.Menſis decẽ-
bris prima,canis manè occidit. Obſeruatum eſt autem à
multis quòd ſi tẽpeſtuoſa fuerit hæc dies, perſeuerat ple-
runque turbatio aeris ad dies XXXVII.ſi verò ſerena fue
rit,per tot dies ſerenitatẽ fore ſignificat. Decima,hœdi
manè occidũt:vndecima,capra manè occidit, & pertur-
batio aeris fit poſtridie.viceſimatertia,ſolſtitiũ eſthyber-
E num. Menſis ianuarii quarta,delphin oritur:quinta, aqui
la veſperi occidit,& fit turbatio vehemẽs poſt duos dies:
viceſimaquinta,illuſtris ſtella in leone occidit. Menſis fe-
bruarii ſexta fauonius ſpirat:viceſimaſecunda,malus na-
uis veſperi occidit,& eſt turbatio aeris magna: viceſima
quinta,arcturus veſperi oritur. viceſima ſexta,hirũdines
volant & apparent.

De aquis,ex Rufo, Cap. CLXV.

AQuarum potabilium quinque ſunt vniuerſales diffe
F rentiæ,pluuia,fontana,puteana, fluuialis, ſtagnina.
Ex his apparet aqua pluuia leuiſſima & facillimè mutabi
lis,& in aliis affectionibus potu optima,ſi ſtatim excipia
tur ac coletur. Verùm febribus, & iis qui bilem ſupernè
ac infernè reddunt,& regio morbo incommoda eſt.Mu-
tatur enim facilè & in bilem tranſit.Idonea verò eſt ocu-
lariis medicamentis ad fluxus aut vlcera deſtinatis. at iis
quæ viſum acutiorem reddũt inepta eſt, itémque ad me
tallicorum pharmacorum loturam.adſtringit ènim am-
plius quàm fontana:quare neque exterget,neque conco-
G quit,neq; madefacit,& excretiones impedit.Diuturnior
autem acerbior fit,& difficilius tranſit, & ægrius ſecerni-
tur,tardius item cõcoquitur ac digeritur. Generat autem
deſtillationes,præſertim ſi frigida bibatur. Fontanæ verò
aquæ, quarum fontes ad ſeptentrionem erumpunt ex
petris ſtillantes. ſolem auerſum habẽt,incoctiles ac tardi
tranſitus ſunt,& tardè caleſiunt ac frigeſiunt.Quarum ve-
rò fontes ad orientẽ erumpunt, & per meatum quẽdam
aut terram puram excolantur,caleſiúntque ac frigeſiunt
citiſſimè,hæ optimæ ſunt, niſi ex cloacis quibuſdam vi-
H tium ipſis accedat. At puteana frigida eſt,terrea,difficul-
ter excernitur,ægrè digeritur:& propterea æſtuoſo ſtoma
cho aut ventri commodior eſt quàm fontana. Fluuiales
autem aquæ & ſtagninæ omnes malæ ſunt,Nili aqua exce
pta:hæc enim omnibus virtutib⁹ exornata eſt. nam & in

potu iucunda eſt,& moderato tempore in aluo moratur, ſitimque extinguit:& ſiquis frigidam bibat,minimè moleſtat,& ad concoctionem ac digeſtionem vtilis eſt.vnde concinnum & robuſtum & bene coloratum corpus facit.At aliorum fluuiorum aqua ægrè concoquitur, ſiccat & ſiticuloſa eſt, & præſertim ſi vitioſas aliquas regiones pertranſit.Meliores autem ſunt fluuii qui per fontes perpetuos fluunt,& aliis fluuiis non miſcentur. Stagnina verò aqua,propter cœnoſam circumferentiam limoſa & grauis eſt,& propter ſtationem ac immobilitatē velut mortua & putrefacta.quare nunquam alia præſente aqua exhibenda eſt hæc debilibus.Porro iuxta terram quoque ac regiones,plurimæ aquarum differentiæ fiunt. Verùm vt in ſumma dicam,quæ guſtui congrua eſt,& cui inhabitatorum experientia teſtimonium præbet, optima cenſenda eſt.nam quæ citò caleſcit ac frigeſcit, & facilè carnes ac alia omnia coquit, ea etiam cibos in ventre concoquit.Quæcunque verò aquæ adſtrictionem,aut ſalſedinē, aut nitroſitatem, aut craſſitiem, aut aliud quid in guſtu detegunt,malæ ſunt.Item quæ graue olent,& quæ cocretionem ſuperſtantem habent, & ſubſidentiam fœtidam ac ſolidam,& quæ inſtar lapillorum æreis vaſis adhærent & quæ hirudines nutriūt,aut talia quædam praua animalia:& ſtantes, & paluſtres, & quæ ſunt in metallis auri & argenti,aut aluminis,aut ſulphuris,aut ſimilibus. Et quibus radices inſitæ ſunt,incommodæ ſunt.& quibus vicinæ ſunt calidæ aquæ ſiue ſpontaneæ erumpentes, omnes tales malæ ſunt.Optimum igitur fuerit talem aquam præcoquere in fictilibus vaſis, & frigefacere & rurſus calfactam bibere.Cæterùm in peregrinationibus aut exercitu foſſæ conſequenter faciendæ ſunt, ab altiſſimis locis ad decliues,& per has ducenda eſt aqua,ita vt in totas foſſas terra dulcis ac pinguis mittatur,ex qua fictilia fiunt. ſemper enim in foſſis relinquitur aquæ malitia.In ſumma omnis aqua tardè tranſit,ægrè concoquitur, & flatuoſa eſt, & præſertim frigida deſtillationem facit. Si verò ab acceptis in cibo oleribus quis aquam bibat,maius eſt periculum ne homo tenuia capitis vlcuſcula,& ſcabiem, & lepras,& puſtulas,impetigines,furfures,putrida vlcera,herpetas,ſatyriaſes, aut ex iis aliqua incurrat,& ad hoc vrinas mordaces, taléſque etiā egeſtiones habeat, & præſertim ſi nitroſa fuerit aqua.Incōmoda eſt etiam thoraci,& arteriæ vlceratæ nitroſa aqua,renibus itē ac veſicæ, & omnibus vlceribus.Emēdāt autē nitroſam aquā cibi hebetātes, ac vinum:craſſam verò,ſiccantes & attenuantes,velut ſunt allia & ſimilia: aluminoſam,vinum tenuiſſimum,omnia vrinam cientia,& omnia excretionem impellentia. Videtur porrò aqua conuenire capitis doloribus,hebeti viſui,comitiali morbo,articulari morbo,tremulis reſolutis, per ſe & cum melle pota.Commodior eſt autem iis quæ ab vtero ſtrangulantur,& qui bilem generant nigram ſiue flauā,à quibus os vētris roditur,& robuſto ventri,ac inteſtino ieiuno,& iuuenibus exudātibus carnoſis,& omnibus pinguibus,& nimiū purgatis,& ex vulnere ſanguinē fundētibus, aut ex naribus,aut alio loco.Cōmodat & æſtuoſæ febri tempeſtiuè data. Cōuenit etiā iis qui aſſiduè in ſomnis ſemen effundunt, & qui aliàs ſeminis profluuio laborant,in potu accepta: quanquam profit etiam in ipſa natare,ex eáque perfundi conueniat mulieribus è fluxu aut pica laborātibus.Cōuenit item ſingultiētibus & oris graueolentiam habentibus frigida pota: tepida verò conuenit morbo comitiali,capitis doloribus,lippiētibus, gingiuis dentium corroſis,dentibus perforatis, gingiuarum abſceſſui,& gingiuis cruentis,faucibus vlceratis,tonſillarum morbis,fluxioni capitis, atræ bilis feruori, bili ſupernè ac infernè erumpenti in principio, & vomentibus in febri bilioſa. Conuenit etiam tepida aqua quum frigidæ impedimentum fuerit, & iis qui vlcera habent circa ſeptum tranſuerſum,& ſanguinem ſpuentibus,& rupturis in ſuccingente coſtas membrana. At verò calida aqua conuenit vbi oportet excretionem præparare,& vbi quid attenuare,& vbi diffundere,aut liquefacere, aut mollire,aut eluere, aut concoquere, aut diſcutere volumus.in vniuerſum igitur calida pota hæc poteſt. Particulatim verò,mucum educit,& ſcreatum adiuuat, & dolorem omnem mitigat,& præſertim in præcordiis ac inteſtinis ructum mouet,& flatum prouocat, vrinam ac ſeſſum ducit.bona eſt etiam ad concoctionem, ac digeſtionem,& nutritionem,atque augmentum. Menſes ducit,neruis & cōuulſionibus idonea eſt: pleuritidini item ac peripneumoniæ & anginæ.An verò nutriat,aut nō nutriat,& an ſit alimenti vehiculum,nō eſt propoſitum hic quærere.Quod verò dicere neceſſarium eſt, hoc eſt,quòd ſine aqua alimentum concoqui non poteſt:ſicut neque citra aquam quicquam commodè coqui poteſt. Cæterùm aqua lixiuii pota ſplenicis prodeſt. & ſiquis panem cum tali aqua præparatum ipſis præbeat,multum prodeſt.

De balneis,ex Galeno, Cap. CLXVI.

Balnea quædam ſunt dulcia,quædam qualitatis exortia,quædam qualitatem aliquam habent. & quæ aliā quandam qualitatem habēt,partim ex noſtro ſtudio vim habent,partim naturalem vim per ſe poſſident. Primùm igitur de dulcibus dicendum eſt,quandoquidem horum vſus frequentior exiſtit.Dulcium itaque aquarum vis humida & calida eſt,ſi quidem fuerint temperatæ: ſi verò tepidæ fuerint, humida & frigida: ſi verò calidiores æquo factæ fuerint,calida quidem ipſarum vis eſt,non autem ſimiliter humida.inhorreſcere enim cogunt corpora,& meatus ipſorum denſari,vt neque extrinſeca humiditate fruantur, neque ex internis ſuperfluitatibus quid euacuetur.At enim à temperatis incipiendum eſt. temperatæ itaque ſemper humectant per ſeipſas ac calefaciunt.Contingit autem ipſas aliquando aut diſcutere humiditates ex corporis quibuſdam partibus, aut mollire, aut concoquere,aut corroborare virtutem,aut diſſoluere.Ad hæc tamē etiam quantitas ipſarum non parum cōfert.Commoda verò ſunt talia balnea,dulcia inquam,& temperata,in febribus ſiccis & humoris exortibus,& præſertim in immodicè ſitientibus, & in forti inſolatione, & in puſtulis ſcabioſis. Oportet autem & aerem balnei humidum efficere pauimento & parietibus aqua conſperſis.At verò calida ex noſtra induſtria parantur balnea quum frigiditatem infeſtantem ſedare volumus,aut laſſitudinis affectum,aut conuulſionem,aut dolorem mitigare.Fiunt autem calida calfactoriis quibuſdam aquæ immixtis,velut pulegio,origano,hyſſopo,thymo,thymbra,ſaluia,foliis lauri,pyrethro,chamæpity,panacis radice,roſmarini ſemine,& ſimilibus. balneis autē diſcuſſoriis vtimur,aut habitū corporis graciliorē reddere volētes velut in pinguibus,& ex affectione tumefactis aut toto corpore,aut aliqua parte,velut abdomine,teſtibus,pedibus:velut in hydropicis cōtingit. Vtimur etiā in fluidis vlceribus,propter ſubiectam in toto corpore multitudinem,aut varicibus vlceri ſubiectis.Fiunt autem diſcuſſoria balnea,iniectis aquæ talibus quibuſdam qualia ſunt ſal,nitrum,aqua marina calefacta,& mel aquæ admixtū, aut ſtaphis ſylueſtris cocta cum aqua ex cinere ficulneo aut vitis percolata:item baccæ iuniperi cum eadem aqua coctæ,& ſulphur eadem aqua elutum, adarce & alumen cum eadem coctum.At verò mollibus & lenibus balneis vtimur in inflammatione ac duritie quadam partium. talia autem fiunt malua in aqua cocta, tum hortēſi tum ſylueſtri,& ſemine lini,& fœnigræci,& meliloti. In fluidis autem inflammationibus, plantago aut polygonum aquæ incoquitur,aut malicorium,aut rubi folia. In conuulſionibus autem inflammationem minātibus,vtimur iis quæ iam relata ſunt in inflammationibus abſque fluxionibus.Maximè verò prodeſt iis aqua & oleum in quibus malua,fœnumgræcum ac ſemen lini ſunt incocta.Si verò duritia eſt citra inflammationem, prædictis diſcuſſoriis vtemur.

De balneis naturalibus,Archigenis, Cap. CLXVII.

Ex balneis naturalibus quædam ſunt nitroſa,quædam ſalſa,quædam aluminoſa,aliqua bituminoſa, aliqua ſulphurulenta:aliqua ferri,aliqua æris qualitatem habēt: quædam verò ex iis compoſita ſunt. horū autē omniū vis eſt ſiccare.Aliqua verò vnà cum hoc quòd ſiccant, etiam ſtrenuè calfaciunt: quædam vnà cum ſiccando etiā adſtringūt,velut aluminoſa: ex parte verò, & quæ ſalſa,& quæ æris qualitatē habent.Omnia autem ſunt commoda

A humidis & frigidis præter naturam corporibus,& talibus morbis diuturnis. Quapropter conueniunt morbo articulari,podagræ,reſolutionibus,nephritidi,anheloſis,fracturis calli inductione egentibus,vlceribus fluidis, inflammationibus diuturnis & iam induratis. Et nitroſa quidē ac ſalſa capiti conueniunt,& thoraci fluxionibus vexato, & ſtomacho humido,& hydropicis,& tumoribus omnibus: aluminoſa verò,ſanguinis reiectioni, ſtomacho vomenti,& in iis qui immodicè ab hæmorrhoidibus euacuantur,& fœminis quæ inordinatè purgātur, aut nimiū B purgantur, & quæ citra manifeſtam cauſam frequenter abórtiunt. Proſunt & iis qui immodicè exudant, & tardè concoquunt, & tumoribus ſurarum. commodant etiam varicibus. At ſulphurulenta & neruos molliunt & teneſmi dolores mitigant: verùm ſtomachum exoluūt ac ſubuertunt. Purgant autem cutem. & propterea conferunt vitiligini albæ ac nigræ,lepræ,ſcabiei,impetigini, & vlceribus antiquis,articulorum fluxionibus,ſpleni indurato,hepatique ac vtero,reſolutis, coxendicum morbo, & pruritui. bituminoſa verò caput replēt,& ſenſuum inſtrumenta lædunt. perſeueranter autem calfaciūt,& cum tē- C pore molliunt, & præſertim partes circa vterum & veſicam ac colum. Quæ verò æris qualitatem habent, ori & tonſillis,& vuæ,atque oculis excellenter commodant. Ferri verò qualitate prædita,ſtomacho & ſpleni conuenientiſſima ſunt. Porrò quæ mixtam qualitatem habent, iuxta dominium mixtorum operantur. Oportet autem ingreſſos ad naturalia calida balnea citra turbationem facere,quò vis ipſorum remiſſo corpori allabens immergatur. nam qui perturbati ingrediuntur, eorum corpus horreſcens denſatur,& non ſuſcipit ab aqua qualitatē. Cæ- D terùm bituminoſis & ſulphurulentis aquis ſalientibus caput ſupponere non oportet: facilè enim inde læditur.

De frigidæ lotione, ex Galeno, Cap. CLXVIII.

FRigida balnea conueniunt inculpatè ſanis: corroborant enim totum corpus & cutem duram ac denſam efficiunt. optimum eſt autem hoc præſidium contra læſionem ab externis. Non autem dico conferre frigidæ lotionem iis qui vulgari victu temerè vtuntur, ſed ſolùm iis qui exactè viuunt,& laboribus ac cibis conuenienti- E bus vtuntur. Sint autem neque ex venere neque aliàs laſſati,neque crudi: neque prius vomuiſſe debent,neque vētre malè affecti eſſe, neque vigilaſſe. alioqui periculoſus fuerit eius vſus. Oportet autem inſuetos ad frigidæ lotionem paulatim aſſuefacere. Et primùm quidem in æſtate ipſius vſum auſpicari,& primùm nō in ſincerā frigidā ingredi,ſed quæ ſuperficiem habet exolutam: deinde vbi paulatim per totam hyemem aſſueuit quis, ita ad frigidam accedere. Sit autem dies in qua auſpicatur,à ventis tranquilla,& quammaximè pro illo tempore calida, & in meridie initium faciat. Qui verò frigida vſurus eſt, ſit F ætate circum quintum & viceſimum annum, ſit animi alacris & valde virilis. & primùm fricet corpus linteis diutius frictione duriore: deinde per oleum fricetur conſuetum,poſtea exerceatur,atque ita in frigidam deſcendat, non lentè ſed confertim inſiliens, quò in vno tempore omnibus corporis partibus aqua circumfundatur. nam quæ paulatim appropinquat horrorem inducit. ſit autem aqua,velut dictum eſt,neque tepida neque purè frigida. Poſtquam autem egreſſus fuerit ex aqua à pluribus per o- G leum fricetur,donec cutis incaleſcat. Et poſtea cibos plures quàm ſolet ingerat. nam plures appetunt à frigidæ lotione,& melius concoquunt,& minus ſitiūt: quare etiam paucior potus ipſis dandus eſt.

De inſeſſu in ſolium ex oleo, Galeni, Cap. CLXIX.

INſeſſus in ſolium ex oleo conueniunt diuturnis cum frigore febribus, & laſſatis, & dolentibus neruos oſſibus incumbentes,& conuulſis, & vrinæ ſuppreſſæ. Oportet autem quintam olei partem ad ignem calfacere: reli- H quum verò in ſolium immittere. ſatis autem calidum ſit quod in parua ſolia balneorum immittitur. quinta verò pars ad reliquum calfacta adiiciatur,atque ſic æger inducatur.

De ſpongiæ vſu, Archigenis, Cap. CLXX.

SPongiæ vſum aſſumimus in aliis quidē partibus, aut ad ſordes incumbentes detergēdas,aut ad ſaniem, aut ſanguinem,aut pus,aut ipſa medicamenta,aut vt corpora à mordacitate aut pruritu vexata mitigemus. Verùm in facie vt ſpiritum reuocemus ac reſuſcitemus, velut in iis qui animo linquuntur aquam adhibemus: æſtate quidem frigidam, hyeme verò lactoſam *ſiue lactei teporis*. In ægrotis autem cautè hoc faciendum eſt,non in principio neque in augmēto exacerbationis, ſed in vigore ac declinatione. in principiis enim impetuum refocillamus per odoramenta. Vult autem Archigenes in febris ardentis exceſſu iuxta ipſum vigorem,vt nō ſolùm faciei ſpongiam adhibeamus,ſed etiam pectori.

De aſperſionibus, Cap. CLXXI.

SED & aſperſiones faciei aſſumimus in ægrotis ob prædictas cauſas. Et æſtate quidem in ardentiſſimis febribus frigidam adhibemus,hyeme verò calidiorem. verùm in ſimplicioribus febribus & in ſtomachi ſubuerſione etiam poſcam aſpergimus. Cauendum autem ne diutius immoremur,& præſertim in iis qui caput quod facilè læditur habent. nam delationis in ſoporem grauiorem ac periculoſæ frigiditatis initium præbet. Vtimur etiā aſperſionibus in oculis fluxione infeſtatis, ocymi decoctū velut efficaciſſimum adhibentes, & ramulorum pinaſtrorum contuſorum decoctum. Subiiciatur autem mento ſpongia ſicca, vt ne defluat aqua ad pectus.

De irrigationibus, Cap. CLXXII.

IRrigationibus vtimur vbi ob aliquam circunſtantiam balneū adhibere prohibemur. Et in vigiliis & in febribus,& ad delirantes ipſis vtimur, velut eſt decoctum chamæmeli: aliquando etiam capitum papaueris. quin & decoctis in oleo capitibus papaueris caput irrigamus, & ſtatim iucundus ſomnus ſequitur. Archigenes autem præceptorem ſuum Agathinum ex vigiliis delirantem, confeſtim à dilirio ac vigiliis liberauit,capite eius multo calido oleo irrigato. At in conuulſionibus caninis oleo ſicyonio calido aut aliquo cōſimili caput perfundendum eſt. item in iis quibus nerui fortiter ſunt afflicti. Si verò frigiditas & tremor ad afflictionem neruorum conſequatur, etiam caſtorium ad ſicyonium admiſcendum eſt. Podagricos verò marrubio in aqua aut vino cocto irrigamus.

De inſeſſionibus, Cap. CLXXIII.

INſeſſiones aſſumimus in partibus inflammatis, aut ob balnei penuriam, aut propter virium debilitatem, aut ob aliud quoddam impedimentum. In inflammatis igitur renibus,vtimur decocto fœnigræci, maluæ hortenſis ac ſylueſtris,ſeminis lini. In calculoſis verò, iiſdem propter inflammationem,& artemiſiæ decocto, ac roſmarini,& petroſelini,ac ſpicæ nardi. iiſdem etiam vtendū eſt in veſica,adiecta etiam ruta. Ad vterum verò, artemiſiæ decocto,ſaluiæque & lauri,ac ſimilium. Ad colum autem, ſinonis & panacis decocto, & lauri ac ſimilium. ad ſedē, meliloti, capitum papaueris & roſarum decocto. Ad fluxiones autem vteri & hæmorrhoidas ani,plātaginis decoctum conuenit,& polygonii,malicorii,roſarum,roborū, ac ſimilium. ad vulnera verò conuulſionem denūtiantia, aqua & oleum. Omnes igitur illinendi ſunt, & inducendi vſque ad imum vmbilicum. Oportet autem & partes quæ madeſiunt,prius inungere,& præſertim caput: & tegere vt ne repleatur.

De humectationibus, Cap. CLXXIIII.

HVmectatio differt ab irrigatione, eo quòd perſeuerantem ex adhibito auxilio habet vtilitatem: nam aut lanam aut linteum humectātes,imponimus partibus affectis poſt perfuſionem ſiue humectationem. Habēt igitur minorem vim quàm cataplaſmata. Vtimur autē ipſis ad caput quod nō probè ad cataplaſmata diſpoſitum eſt,& ad eos qui ob debilitatem ferre non poſſunt cataplaſmatum grauitatem,& ad præcordia inflammata, circa morborum principia,quum intempeſtiuus ſit tunc cataplaſmatum vſus. Vtimur etiam ad fracturas ac contuſiones neceſſitate expetente, quando emplaſtica pharmaca aſſumere non poſſumus.

De fomentis,perfuſione,cataplaſmatis,ac cucurbitis,ex Galeno, Cap. CLXXV.

FOmenta cutem rarefacere ſolent, & facilè tranſpira-
bilem efficere,& ſanguinem in inflammationibꝰ atte
nuare ac diſcutere,toto nimirum corpore tunc ſuperflui-
tatibus carente. nam ſuperfluitas quæ redundat in quibuſ
dam per omnem cutem,plus ad calefientem partem tra-
hetur quàm diſcutietur. quapropter ante fomenta totum
corpus euacuare oportet.Humida itaque fomenta inflam
mationibus conueniunt à biliofioribus humoribus fa-
B ctis:ſicca verò iis quæ à tenui & aquoſo ſanguine produ-
ctæ ſunt.Et lenia quidem fomenta in mordacibus humo
ribus conueniunt:mordacia verò & attenuantia,craſſis ac
viſcoſis.At verò calfacere præcordia cataplaſmatis aut ir-
rigationibus,non ſemper tutum eſt; ſed in illis ſolùm æ-
grotis in quibus nulla ſuperfluitas in toto corpore ober-
rat:aliis omnibus extremum malum eſt. Contingit autē
in plenitudinis morbis, vt diuites magis quàm pauperes
malè curentur. Plerique enim ipſorum præ deliciis non
ſuſtinent venæ ſectionem,& quidem quum magis quàm
C pauperes plenitudinis affectionibus corripiantur, vt qui
etiam magis impleantur & ociofius viuant. At qui curant
ipſos medici,eo quòd relictum eſt maximum auxilium,
arbitrantur ſe aliorum vſu expleturos eſſe quantum de-
eſt.Et ſanè ipſi etiam ægri putantes quietum victum ne-
gligentiam eſſe,at quodcunque tandem facere,curationē
eſſe,cogunt medicos quotidie aliquid præcordiis adhibe
re,conſentientibus ſanè etiam medicis in hoc ipſum, vt
ſemper aliquid facere videantur. hinc enim ſperant ſe
plus lucri facturos eſſe. Atque ſic ipſi efficiunt inflamma
D tiones per ea quæ faciunt,ſemper aliquid præcordiis ad-
hibentes.Proinde contingit in illo tempore inflamma-
tiones incipere in diuitibus, in quo iam in pauperibus
morbus eſt prope ſolutionem. Vena enim ſecta in prin-
cipio præſertim continentis febris,& pauperes,& ſerui di
uitum plerique in quinta die iudicati ſunt:aliqui verò in
ſeptima. at verò diuites, plenitudinem & ſuperfluitates
plures quàm ſerui & pauperes habentes,& venæ ſectionis
auxilium tranſgreſſi,& poſtea quotidie per calidum oleũ
foti,& laxatoriis cataplaſmatis intecti,inflammationem
E quandam cōflatam habent aut circa hepar,aut ventrem,
aut alia viſcera,aliqui in quarta die, aliqui in quinta, aut
omnino in ſexta. Vidiſti autem etiam tu qui eodem tem
pore dum fomentum adhiberetur,difficulter ſpirauit, o-
mni ſuperfluitate ad præcordia attracta à caliditate, Hic
itaque mortuus eſt:& alii innumeri quotidie moriuntur,
quum cataplaſmata inſtar cucurbitæ attrahant ad viſce-
ra ſuperfluitates ex toto corpore.Quidam verò etiam ipſa
cucurbita vſi ſunt in præcordiis,hoc vnum etiam illi co-
gitantes vt viderentur aliquid ſemper facere circa ægro-
F tum.In principiis igitur,dum adhuc ferũtur fluxiones ad
affectum locum,melius eſt repellere ac reprimere, non
attrahere ad ipſum.Commoda autem ſunt in principiis
adſtringētia cũ oleo adhibita:quæ ſimul & firmitatē ad-
dũt partibꝰ affectis,vt ne facilè affluētes ſuperfluitates ſuſ
cipiãt, & ſimul iã in ipſis cōtentarũ tenuitatē intus repri-
munt. Poſtquam verò latio quieuerit per repulſoria auxi
lia,& denſitas ex adſtrictione inducta partibus affectis cō
tinet ſuperfluitates,tunc iam tempus eſt laxare,quò con-
tentæ ſuperfluitates euacuentur:præſertim verò vbi ad he
G par aut ventrem impetum fecerint ſuperfluitates,mode-
ratè adſtringentibus vti conuenit in principio. valde e-
nim principales ſunt hæ partes. Imò vbi etiam tempus
iam fuerit diſcutiēdi firmatas,tunc quoque partes hæ ad-
ſtrictione opus habent:quare decocto in oleo abſinthio
irrigabimus.In quibꝰ autē fortiore adſtrictione opus eſt
omphacinum ſit oleum,in quo decoquitur abſinthium.
In penuria verò abſinthii, melinum aut maſtichinũ aut
lentiſcinũ ad hoc ſufficiet. Si verò minor fuerit febris,
etiam nardinum vnguentum addatur. ſi verò declinatio
H febris non valde mitis fuerit, à nardo cauere oportet,vti
verò melino: quo nō præſente,roſaceum ad nardinum
miſcendum eſt.ſimiliter etiam cataplaſmata compoſitã
vim habeant ex laxatoria ac tenui,& ex amara & adſtrin
gente.Quòd ſi colum fuerit affectum, aut alia inteſtina

A tenuia,aut muſculi præcordiorũ,aut pellicula aluum & in
teſtina amplectens,nequaquam miſcenda ſunt adſtringē
tia,quēadmodũ neque ſi veſica aut vterus, quũ velut di-
ctũ eſt,neq; influxerit quid amplius,neq; ſuperfluitas fue-
rit in toto corpore. At verò renes & thorax in medio re-
latorum ſunt:neque enim multa adſtrictione in his opus
eſt,neque tamen exoluere conducit.Splene verò inflam-
mato,in principiis adſtringentia miſcenda ſunt: euacua-
to verò corpore,etiam diſcutientia. quin & ſi cucurbitis
opus fuerit,præeuacuato toto corpore vtemur ipſis,nũ in
B principio affectionum.

De cataplaſmate ex fermento, Cap. CLXXVI.

HOC cataplaſma diffundere ac eliquare compacta
valde poteſt,& aculeos infixos extrahere, & tumo-
res induratos mollire.Oportet autem fermentum diſſol-
uere in oleo ſufficienti,atque ſic imponere.quòd ſi vehe
mentius efficere volueris,nitrum modicum admiſce: ſi
verò etiam aceto diſſolueris fermentum, & rurſus coctũ,
per cocturam ſpiſſaueris, conuenientiſſimum erit ad in-
C duratos tumores in ſplene ac hepate. Si verò thymum &
pulegium,aut abſinthium,aut abrotonum fermento mi
ſcueris,optimum efficies pharmacum.

De cataplaſmate ex pane, Cap. CLXXVII.

CAtaplaſma ex pane efficaciſſimum eſt ad omnes in-
flammationes.multis autem modis paratur.Nam fri-
gida aqua madefactis & tritis,& adiecto modico roſaceo
& coriãdri ſucco,commodum fit cataplaſma inflamma-
tionibus ignis ſacri.aut pro aqua,ex aceto paratur:atq; ſic
magis conducit igni ſacro. verùm ſi pro oleo butyrum
D addatur,commodum fit cataplaſma ad inflammationes
ægrè concoctiles. Paratur etiam ſic: Panis multa aqua
diſſoluitur, vt ſucci ſpiſſitudinem habeat:& huic miſce-
tur oleum aut butyrum,deinde coquitur ad compagem.
hoc præſtantiſſimum omnium eſt ad vulnerum inflam-
mationes,& vt citius ſuppurentur.hoc vtimur vbi neruus
aut neruoſum quid intus contuſum fuerit. Ego verò etiã
picis liquidæ parum admiſceo,& vtile cataplaſma exper
tus ſum.hoc & podagricis inflãmationibus idoneũ eſt.
Alia præparatio panis cũ melle. Pridiani panis medullã
E manibus conterimus,& vbi velut ſimilago diſperſa fue-
rit,mel in olla calefacimus,& ſic tritum panem inſpergi-
mus ac coquimus ad moderatam compagem, deinde o-
leum moderatum adiicimus, & vnita imponimus.hoc
cataplaſma commodum eſt inflammationibus præcor-
diorum. præſtat autem parum aquæ melli admiſcere. ſic
enim in coctura diffunditur. Farinæ quoque triticeæ ca-
taplaſma eadem ferme facere poteſt, & eodem modo
præparatur.

De cataplaſmate ex furfuribus, Cap. CLXXVIII.

F FVrfures in mortario tundimus ac cribramus, vt te-
nuiſſimi fiant,& vtimur ipſis ad tumorem induratũ
in omni corporis loco conſiſtentem,& præſertim in he-
pate aut ſplene. Oportet autem ipſos præparare cum ace-
to mulſo. aut ammoniacum thymiama cum aceto mul-
ſo terimus & furfures admiſcemus, & cataplaſma impo-
nimus, atque adhibemus lenticulata vaſa vaporatoria
aqua calida plena, vt ne frigefiat cataplaſma. Aliquando
verò ad teſtes inflammatos vtiliſſimum eſt hoc catapla-
ſma:verùm ad hos ſine aceto paratur,cum aqua mulſa vi-
G delicet. Commodum eſt hoc cataplaſma etiam furuncu-
lis,& aliis duris tumoribus ac tuberculis. verùm ad vene
num iaculantes beſtias,furfures aceto imbuti commo-
dius cataplaſma efficiunt.

De cataplaſmate ex ficubus, Cap. CLXXIX.

FIcus pingues exactiſſimè contunduntur,vt nihil inal-
teratum in ipſis appareat,deinde vnguenti irini parũ
additur,& cataplaſma imponitur. Facit autem ad duritias
neruorum,& ad articulos contractos, aut plus iuſto laxa-
tos:& ad duros tumores,præſertim hepatis ac ſplenis. Vbi
H verò ad relatum cataplaſma nitri parum additum fuerit,
rumpit abſceſſus & aculeos extrahit:ſi verò ad ficus ita pa
ratas admiſcueris pulegium,aut origanum,aut thymum,
aut abſinthii comam tenuiſſimè cribratam, hydropicis
confert. Sed & ſi coquantur ficus probè,& deinde cum de

coćto terantur, & ordeacea aut triticea farina admiſcea-
tur, & rurſus coćtura fiat ad compagem, commodum fit
cataplaſma abſceſſibus qui non facilè maturi fiunt. ſi ve-
rò voles pinguedinem adiicere, aut butyrum admiſcere,
aut rutæ folia trita, dolores inteſtinorum à flatu faćtos
ſedabis. Miſceatur autem ſimiliter & cuminum & oleum.

De dropace & picatione, Archigenis,
Cap. CLXXX.

DRopax à quibuſdam etiam picatio appellatur: diutur
nis autem maximè morbis conuenit. Omnino autē
& ante ſinapiſmum aſſumitur vt corpus ad ſinapi præpa-
retur, & poſt ſinapiſmum, vt reliquiæ affećtionis excindā
tur. ſimpliciſſimus itaque dropax eſt qui picatio voca-
tur. Pix arida cum valde modico oleo liquatur, deinde ca-
lida adhuc cuti illinitur, & præraſis locis agglutinatur, &
priuſquam perfećtè frigeſcat auellitur. Ea rurſus calefaćto
emplaſmate ad ignem agglutinatur, & ſimiliter priuſquā
frigefiat auellitur: atque hoc ſæpe repetitur. Vtiliſſimus
eſt aſſiduè vomentibus, & crudis ac non concoquentibus,
& cœliacis affećtionibus, & reliquis partibus alimentum
non ſentientibus. At verò ad hunc communem dropacē,
calfaciendi gratia adiicitur piper, pyrethrum, ſemen roſ-
marini, bitumen: ſi verò ſiccare opus fuerit, ſulphur viuū,
ſal, cinis ſarmentorum: ſin lancinare, limneſtis (quæ adar-
ce vocatur) adiicitur, aut euphorbium. ſingula autem hæc
trita liquefaćtis inſpergūtur. Eſt autem dropax qui à mul-
tis in vſum aſſumitur, & Gallas appellatur, hic: Colopho-
niæ thus redolentis, & reſinæ ſordidæ lignoſæ quæ in do
liis affertur, reſinæ à nauibus deraſæ, quam Græci aliqui
apochyma vocāt, picis ſiccæ, ſingulorum libram vnam, S.
picis liquidæ brutiæ libras duas, ceræ libras quatuor, ni-
tri librā I. bituminis, galbani, adarces, pyrethri, veratri al-
bi, piperis, ſingulorum trientem, ſulphuris viui quadran-
tem, caſtorii, ammoniaci thymiamatis, ſtaphidis ſylueſtris
ſingulorum ſextantem, olei ſicyonii libram vnam, opo-
balſami ſeſcūcem. Alius dropax optimus & probatus.
Picis, ceræ, colophoniæ, ſingulorum lib. vnam, nitri ſeſcū-
cem, bituminis quadrantem, ſulphuris viui ſeſquiunciā.
piperis, euphorbii, adarces, ſingulorum vnciam vnam, cā-
tharidum drachmas quatuor, olei Cyprini triētem, vtere.
Oportet autem, velut prædićtum eſt, dropacem calidum
illinire, craſſitudinem habentem pro ratione virium æ-
gri, præraſis pilis in locis quibus adhibetur. Eos verò qui
robuſti dropace vtuntur, etiam lauare conuenit incum-
bente dropace: &, ſi fieri poteſt, etiam exerceri. At dropax
confertim auulſus, remiſſum ſpiritum firmare poteſt, &
ad ſuperficiem reuocare, & propriorum operum commo
nefacere.

De ſinapiſmo, Archigenis, Cap. CLXXXI.

CAtaplaſmata ex ſinapi, ſinapiſmum vocare omnes ſo
lent. Eſt autem efficaciſſimum auxilium. verùm in a-
cutis morbis non valde probatur, paucis exceptis: nam
in ſolis ſegnioribus ac prigrioribus, & in acutis affećtioni
bus immerſis, ſinapi vtimur. At in diuturnis ferme omni
bus, poſtquā reliqua auxilia nihil profuerunt, ſinapiſmus
efficaciſſimus reperitur. Quandoquidem igitur in omni-
bus fere diuturnis conuenit, præſtat vt dicamus in quib⁹
non vtendum eſt ipſo. Itaque in vlceratione pulmonis ſi-
napiſm⁹ nō aſſumitur, neq; in alia in profundo exulcera-
tione. Efferantur enim vlcera & exacerbantur ob acrimo-
niam. ſed neque in exulcerata cutis ſuperficie, neque in
cartilaginoſis partib⁹, velut ſunt aures aut naſus ſummus.
Exuruntur enim ab ipſo & nigreſcunt partes quæ valde
ſunt excarnes. At reliquæ partes corporis itémque affe-
ćtiones hoc auxilio gaudent, præcipuè verò caput, in diu-
turnis capitis totius, itémque alterius partis doloribus, &
in vertiginibus, comitialique morbo ac inſania. Sed &
thoraci commodus eſt in erećtæ ceruicis ſpiratione,
anhelationibus, tuſſi diuturna. In deſtillatione verò caput
vnà cum thorace ſinapiſmo integendum eſt. Stomachus
autem & inteſtina in omnibus diuturnis affećtionibus &
maximè poſtrato appetitu, & in renum affećtionibus ac
lumborum, & in ſpinæ coliſque ac veſicæ reſolutionibus.
quin & omnes reſolutæ ac frigefaćtæ partes hoc auxilio
gaudent. Commodum eſt & arthriticis & iſchiadicis ac
A podagricis. Inditur & in inteſtinū rećtum glans ex ſinapi,
vbi illud fuerit reſolutum, & poſt morſum ablata glāde,
infunditur aqua mulſa. modus autem præparādi hic eſt.

Sinapiſmi præparatio.

Caricas pingues in aqua tepida pridie macerare o-
portet, ſequenti autem die fortiter expreſſas probè conte
rere, deinde acre ſinapi acceptum per ſe terere, & inter te
rendum paulatim de caricarum cremore affundere, quò
facili⁹ teri poſſit, nō tamē aquoſū fiat. deinde vtrūq; per
ſe in maſſas redige, & inter ſe miſce prout vſus poſtulat.
B Si quidē fortiter ſinapiſſare voles, duas ſinapi partes ad v-
nā caricarū: ſi verò mediocriter, vtriuſque parē portionē:
ſin mitius, tertiā partem ſinapis, & duas caricarum. Cæte-
rùm in corporibus molli ſenſu præditis, & in quibus circa
ſuperficiem eſt affećtio, panem pro caricis ad ſinapi ad-
miſcere oportet. Sed & hoc noſcēdum eſt, ſi in aceto ma-
ceratur ſinapi, inefficacius redditur: acetum enim ſinapis
vim diſcutit. at vbi tenue faćtū eſt cataplaſma, in omni-
bus prædićtis infarciatur in linteum, & locis adhibeatur.
Tēporis porrò lōgitudinē in omnibus decernere impoſ-
C ſibile eſt. quare frequenter leuandum eſt cataplaſma, &
caro conſideranda an exaćtè rubefaćta eſt. Et hoc maxi-
mè facere oportet in partibus hebetiore ſenſu præditis.
In quib⁹ verò celeriter operari ipſum volumus, locus ſpō
giis ex calida expreſſis fouēdus eſt, incūbēte adhuc cata
plaſmate. hoc eſt, ſuper linteū ſpōgiæ adhibēdæ ſunt. Poſt
ſufficientem vſum, in balneum ducendus eſt æger, & in
calidum ſolium ponendus, & pars iterum perfundenda
citra inunćtionem. poſt balneum verò roſaceo illinimus
locum. At in vehementi dolore aut etiam vlceratione, ha
D pſo lanæ aqua & roſaceo imbuto integendus eſt, & impo-
nenda eſt malua coćta trita cum pane. Poſt ſedatum dolo
rem vtēdum eſt cerato roſaceo cum ceruſſa: in quibus ve
rò balneum adhiberi non poteſt, in iis per reliquum cor
pus ſpongiarum ex calida aqua expreſſarum fomento v-
tendum eſt. verùm in capitis & præſertim frigidis affe-
ćtionibus, olei calidi perfuſione locus mitigandus eſt.

Quòd caprarum fimi pilulæ cum aceto impo-
ſitæ priuatim coxendicum morbo con-
ueniunt, Cap. CLXXXII.

E CAprarum fimi pilulæ in aceto tritæ, ſinapiſmi vſum
exhibent. Priuatim verò iſchiadicis, *hoc eſt coxendicum
affectione laborantibus*, conuenit hoc cataplaſma, vt quod
longè efficacius ſinapiſmo in ipſis compertū eſt.

Quæ ſint alia rubificantia, Cap. CLXXXIII.

RVbificat naſturtii ſemen, & calefacit velut ſinapi. ſi-
militer helenii radix, & ſylueſtrium columbarum
fimus, quo valde frequenter vtor. Sed & cum naſturtii ſe-
mine contuſo ac cribrato, pro ſinapi illo vtor in iſchiade
hemicrania, vertigine, capitis dolore antiquo, in dolori-
F bus diuturnis laterum, humerorū, tendinum, lumborū.
Et ad hæc in nephriticis ac colicis affećtionibus, & arthri
ticis ac podagricis, quum nondum pori ac duricies callo-
ſæ fuerint coaćtæ. quin & ſquilla cōtuſa in mortario. Con
ſimilem ſinapi vim habet in cataplaſmate impoſita. ve-
rùm ad modicum tempus imponatur: nam diutius im-
morans locum exulcerat. Vtendum eſt ipſa priuatim ad
erećta ceruice ſpirantes thoraci impoſita. item in reſolu-
tione, quando non ſolùm motus, ſed & ſenſus taćtus de-
fecit. Poſt hæc autem mitigandæ ſunt partes, velut in ſi-
G napiſmo prædićtū eſt. priuatim verò ſquillæ morſus mi-
tigat perfuſio olei, præſertim roſacei.

De Iberide ſiue cardamine quæ & lepidum
vocatur, Cap. CLXXXIIII.

EX iis verò quæ valde vtiliter rubificant, eſt & iberis,
quæ etiam cardamine vocatur: de qua Galenus in tra
ćtatione de iſchiade plurima ſcripſit. Sed & Archigenes
ipſa vſus eſt in ſplenicis ac coxendicibus. verùm in epiſto
la ad Ariſtonem Archigenes ſic ſcripſit de ipſa: vellem
autē te vti etiā radice eius herbæ quæ nūc hîc Iberis ap-
H latur. Habet autem folia velut naſturtium, vere floridio-
ra, caulem longitudine cubitali, ampliorem aut minorē,
Et naſcitur quidem in incultis locis: æſtate verò laćteum
florem producit: túncque efficaciſſima eſt. radices naſtur
tium odore referūt. Radices igitur accipe prædićto tem-
pore

pore,ipſáſque diligenter tunde: ægrè enim conteri poſ-
ſunt.& adipis ſüilli inueterati tantùm adiice quo empla-
ſtri formæ cataplaſma fiat. quod non minus horis qua-
tuor impoſitum habe:deinde in calidum balneum citra
inũctionem ingreſſus,poſt modicam corporis exudatio-
nem,in ſolio mordaciore morare. Egreſſus autem, vino
& oleo multo perfuſus ac deterſus,coxendicem lanis pu-
ris intege.Atque hic quidem eſt ſinapiſmi modus:verùm
vtilitates ſpe maiores habet,eo quòd medicatiorem vim
poſſideat,& cum minore mordacitate curet.

De euocãtib⁹ ex alto auxiliis,Galeni, Cap. CLXXXV.

IN omnibus diuturnis affectionibus,quum nihil profe cerint vlla auxilia,euocantem ex alto curationem,metaſyncriticam à methodicis appellatam,*hoc eſt, quæ meatuũ miſcellæ corporis ſtatum præter naturam habentem tranſmutat*,facere plerique ſolent.Ego verò,vbi intemperies quædam humida & frigida in affectis partibus eſt,aut obtuſus aut ſtupidus ſenſus,adhibeo ipſis pharmaca ex ſinapi, aut thapſia,& ſimilibus,confecta: at ſiccis & calidis affectionibus ea non adhibeo.

INDEX EORVM QVÆ IN QVARTO AETII SERmone continentur.

DE ſanitate tüenda, Cap.I.
Quomodo infans recẽns natus ſanus cognoſcitur, Cap.II.
De infantis educatione, Cap.III.
De nutricis electione, Cap.IIII.
Probatio lactis, Cap.V.
Victus nutricis, Cap.VI.
Ad ſtertentes infantes, Cap.VII.
Ad vocem infantium interceptam, Cap.VIII.
De dentitione, Cap.IX.
Ad inflammationes oculorum, Cap.X.
Ad albugines puerorum, Cap.XI.
Ad inflãmationes & humiditares auriũ, Cap.XII.
De inflãmatione,ſiriaſi Græcis appellata, Cap.XIII.
Vt exudet puer in febre, Cap.XIIII.
De aphtha vlcere oris ardente, Cap.XV.
Ad deuoratas ſpinas aut feſtucas eximẽdas, Cap.XVI.
Ad aſſiduas ſternutationes infantium & ad grauedines, Cap.XVII.
Ad tuſſes puerorum, Cap.XVIII.
Ad alui infantium profluuium, Cap.XIX.
Ad aluum ſuppreſſam, Cap.XX.
De puſtulis puerorum, Cap.XXI.
Ad capitis vlcera,& achores tenuia capitis vlcuſcula, Cap.XXII.
Ad vlcus melicerida, à mellei humoris ſimilitudine dictum,quod & dulce appellatur,& Syriacè ſanalia, Cap.XXIII.
Ad ſedem infantium procidentem, Cap.XXIIII.
Ad femorum intertrigines, Cap.XXV.
Ad procidentes puerorum vmbilicos, Cap.XXVI.
Ad hiſpidos pueros, Cap.XXVII.
Qu and ablactandi ſunt infantes, Cap.XXVIII.
Victus ratio poſt ablactationem puerorum,& aliatum ætatum, Cap.XXIX.
Victus ſenum ratio, Cap.XXX.
Victus ratio eorum qui in otio degunt, Cap.XXXI.
De carnium ſubuerſione, Cap.XXXII.
Quomodo graciles renutrirẽ oportet, Cap.XXXIII.
Quomodo quis partes tenuatas ſanarit, Cap.XXXIIII.
De laſſitudinibus à gymnaſiis aut ex itinere obortis, Cap.XXXV.
De laſſitudine vlceroſa, Cap.XXXVI.
De laſſitudine tenſiua, Cap.XXXVII.
De laſſitudine inflammatiua,& ad oſſa pertingente, Cap.XXXVIII.
De laſſitudine ob ſiccitatem ac gracilitatẽ, Cap.XXXIX.
De laſſatis ex venere, Cap.XL.
De laſſitudinibus ſpontaneis, Cap.XLI.
De laſſitudine vlceroſa ſpontanea, Cap.XLII.
De laſſitudine tenſiua ſpontanea, Cap.XLIII.
De laſſitudine inflammata ſpontanea, Cap.XLIIII.
Quali curatione ad frigiditates vtendũ eſt, Cap.XLV.
Cutis denſatæ curatio, Cap.XLVI.
Quomodo curandus æſtuoſus ardor, Cap.XLVII.
De matutina frictione, Cap.XLVIII.
De veſpertina frictione, Cap.XLIX.
De cruditate, Cap.L.
De crapula, Cap.LI.
De æqualibus intemperaturis, Cap.LII.
Optimi temperamenti dignotio, Cap.LIII.
Temperamenti calidi notæ, Cap.LIIII.
Temperamenti frigidi notæ, Cap.LV.
Siccioris temperamenti notæ, Cap.LVI.
Humidioris temperamenti ſigna, Cap.LVII.
Calidi & humidi temperamenti notæ, Cap.LVIII.
Calidi & ſicci temperamenti notæ, Cap.LIX.
Frigidi & humidi temperamenti notæ, Cap.LX.
Frigidi ac ſicci temperamenti notæ, Cap.LXI.
De capitis dignotione, Cap.LXII.
Cerebri temperamenti notæ, Cap.LXIII.
Cerebri calidioris notæ, Cap.LXIIII.
Frigidioris cerebri notæ, Cap.LXV.
Siccioris cerebri ſigna, Cap.LXVI.
Humidioris cerebri notæ, Cap.LXVII.
Calidioris & humidioris cerebri ſigna, Cap.LXVIII.
Calidi ac ſicci cerebri notæ, Cap.LXIX.
Frigidi ac ſicci cerebri ſigna, Cap.LXX.
Frigidi ac humidi cerebri notæ, Cap.LXXI.
Ventris ſiccioris ſigna, Cap.LXXII.
Ventris calidioris notæ, Cap.LXXIII.
Humidioris ventris notæ, Cap.LXIIII.
Frigidioris ventris notæ, Cap.LXXV.
Pulmonis notæ, Cap.LXXVI.
Cordis calidioris notæ, Cap.LXVII.
Frigidioris cordis notæ, Cap.LXXVIII.
Siccioris cordis notæ, Cap.LXXIX.
Humidioris cordis ſigna, Cap.LXXX.
Calidi ac ſicci cordis ſigna, Cap.LXXXI.
Calidi & humidi cordis notæ, Cap.LXXXII.
Frigidi & humidi cordis notæ, Cap.LXXXIII.
Frigidi ac ſicci cordis notæ, Cap.LXXXIIII.
Hepatis calidioris notæ, Cap.LXXXV.
Frigidioris hepatis notæ, Cap.LXXXVI.
Siccioris hepatis ſigna, Cap.LXXXVII.
Humidioris hepatis ſigna, Cap.LXXXVIII.
Calidi ac ſicci hepatis ſigna, Cap.LXXXXI.
Calidi ac humidi hepatis notæ, Cap.XC.
Frigidi & humidi hepatis notæ, Cap.XCI.
Frigidi ac ſicci hepatis notæ, Cap.XCII.
Teſtium temperamenti ſigna, Cap.XCIII.
Calidorum temperamentorum correctio, Cap.XCIIII.
Frigidi intemperamenti medela, Cap.XCV.
Humidi intemperamenti correctio, Cap.XCVI.
Sicci intemperamenti medela, Cap.XCVII.
Calidi ac ſicci intemperamenti curatio, Cap.XCVIII.
Humidi ac calidi intẽperamenti medela, Cap.XCIX.
Humidi ac frigidi intẽperamenti ſanatio, Cap.C.
Frigidi ac humidi intemperamenti curatio, frigiditate prædominante, Cap.CI.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICInæ, Tetrabibli, ſiue quaternionis primi, Sermo quartus.

De ſanitate tuenda, Galeni præfatio, Cap. I.

QVVM vna ſit ars quæ circa humanum corpus verſatur, duæ ſunt ipſiꝰ primæ ac maximæ partes, prior, quæ ſanitatem tuetur, altera, quæ morbos curat. Quandoquidem verò & dignitate & tempore prior eſt ſanitas morbo, oportet ſanè etiam nos prius conſiderare quomodo quis hanc cuſtodiat, deinceps verò etiam quomodo quis quamoptimè morbos curet. Dicitur autē ſanitas dupliciter: altera, exacta, & optima, & perfecta, & ſumma: altera, deficiens quidem ab hac, non tamen intantum vt animal ægrotet. & huius graduū non parua eſt in corporibus differentia, circa magis ac minus. Prius autem recenſere conuenit quomodo quis optimæ ac inculpabilis naturæ ſanitatem cōſeruet, & adhuc ante hoc mentionem facere quænam ſit optima corporis ſtructura. Eſt autem, ſiquis iuxta ipſam eſſentiam rei exponet, temperatiſſima, & quæ formationem partium actionibus ipſarum exactè, conuenientem habet: & ad hæc numerum omnem, & magnitudines, & compoſitionem omnium ipſarum inter ſe actionibus cōmodum exhibet. Si verò quis iuxta notas deſignare volet corpus exactè bene carnoſum, tale eſt: quod medium eſt inter gracile & multa carne obeſum, & neque hirſutum eſt, neque pilis nudum: neque moderato mollius, neque durius, neque album aut nigrum, aut venis occultis aut amplis, aut animoſum, aut deiecti animi: aut ſomnolentum, aut vigilans, aut hebeti mente præditum, aut vafrum: aut veneri deditum, aut vice verſa. Si verò etiam omnibus partibus fuerit exactè inter omnes exceſſus medium, erit profectò etiā pulcherrimum aſpectu tale corpus, vt quod ſit moderatum & ad omnes labores idoneū. Habebit autem & alia omnia ſigna temperamenti boni per ſingulas partes, de quibus pro viribus pauca indicabimus circa finem huius ſermonis. Multa enim corpora tēperata quidem ſunt (ſi ita contingat) capitibus, verùm intemperata pectoribus, aut ventre, aut genitalibus. In quorundam verò artubus eſt intemperies, & pleriſque in vno viſcere, aut alia quadam parte. ſed & de his in prauis corporum ſtructuris poſtea dicetur in hoc ſermone. Cæterùm de optima ſtructura iam dicamus, cuius ſingulæ partes vniuerſam habent inculpabilem eſſentiam. Dicetur autem primùm quomodo quis ab initio ſuſceptū eiuſmodi hominem, per omnem vitam ſanum conſeruarit, niſi ſiquid extrinſecus violentum ipſi accidat.

Quomodo infans recèns natus ſanus cognoſcitur, Cap. II.

INdicabitur autem ſanus infans ſtatim ex natiuitate, primùm quidem ex eo quòd genitrix per totum geſtationis in vtero tempus ſana vixit: deinde ex eo quòd vbi natus eſt & in terram poſitus infans, ipſe eiulatum edit cum conueniente firmitate: & ex eo quòd omnibus partibus ac ſenſibus integer eſt, & naturales meatus omnes expeditos habet, velut ſunt aures, nares, fauces, vrinæ meatus, podex: & quòd vniuſcuiuſque membri naturales motus non ſegnes, neq; exolutos habet, & iūcturarū flexuras ac extēſiones, magnitudinéſq; ac figuras, & ſēſum exactū.

De infantis educatione, Cap. III.

PRoinde recèns natus infans, hic nimirum per omnē ſtructuram inculpabilis, primùm ita tractetur, vt ipſi vmbilicus quatuor à ventre digitis acuto ſcalpro reſecetur (reprobamus enim aliam materiam arundinū ac vitrorum, vt ne quid atteratur) deinde cōtentus in ipſo ſanguis grumoſus exprimatur, & ſpongia detergeatur, ac lana carpta obturetur. poſtea moderato ſale per ſe tenuiſſimo conſpergimus. Aliquando verò etiam in delicatioribus totum corpꝰ ſucco ptiſanæ aut fœnigræci depurgare oportet: & aqua tepida viſcoſitatem corpori obſitam abluere, & ſordes naribus inſitas digitis exprimere, & os atque aurium meatus purgare, palpebras diducere, & oculos detergere, ac oleum ipſis inſtillare. digitis item diſparare ipſum anum. Confeſtim itaque excernit per ſedē id quod *Græcis* meconium vocari ſolet. Porrò ſupra vmbilicum hapſus lanæ madefactus imponatur, ad vmbilici figurā formatus. At cuminum ipſi inſpergere reprobamus, propter acrimoniam: etiamſi quidam id vſurpare ſoleant. Deinde duplicatus vmbilicus, & lanæ inuolutus, leniter in medio componatur: & poſtea infans de more faſciis inuoluatur. Eyhibendum eſt autem ipſi mel præ omni alimēto, quod optimè eſt deſpumatum, vt delingat: reprobato butyro velut ſtomacho incommodo. deinde inſtillanda eſt aqua mulſa tepida. Poſtea verò mater, vbi prius craſſum ex vberibus emulxit, & ipſa aqua calida fouit, lac præbeat infanti. præſtat enim non accipere matris lac vſque ad quartam diem. Lauare verò oportet puerum bis in die, horarum aliquot interſtitio poſt cibum. Poſtquā verò exciderit vmbilicus poſt tertiam aut quartam diem, cochleæ teſtam vſtam tritā loco inſperge, aut talum ſuillum vſtum, aut plumbum vſtum cum vino illine, & obliga.

De nutricis electione, Cap. IIII.

PRÆ omnibus his eligenda eſt nutrix neque iunior viginti annis, neq; ſenior quadraginta, quæ bis aut ter peperit, non morbida, boni habitus, iuſtæ magnitudinis, ampli pectoris, vbera habens moderata, nō rugoſas papillas neque magnas, neque paruas, neque anguſtiores, neq; valde latas aut cauernoſas. Magna enim vbera pluſquam opus eſt lactis præparant, & hoc manens in ipſis corrumpitur, & infantē lædit, ſimúlque etiā matrem grauat: parua verò parum lactis exhibent. Et magnæ quidem papillæ offendunt gingiuas, & impediunt linguam ne iuuet deglutionem: paruæ verò apprehēdi nō poſſunt, & propterea fligunt maxillas. Sed & eiaculatum lac per anguſtos meatus ſublinentem os pelliculam ferit, & aphtham *Græcè* appellatum vlcus igneæ caliditatis generat. At latiores & cauernoſæ papillæ, aceruatim remittentes lac, ſuffocationis cauſa fiunt. Præterea conuenit eſſe nutricem caſtam, ſobriam, manſuetam, mundam, hilarem, nō triſtem. Ego, inquit Galenꝰ, quū puer aliquādo ploraret per totā diē & indignaretur, vbi vidiſſem ſtratum ipſius & veſtimenta ſordida, & ipſum puerum ſordidum, iuſſi & ipſum & ſtratum ipſius lauari, & veſtimenta mutare: quo facto ab eiulatu & indignatione ceſſauit & obdormiuit.

Probatio lactis, Cap. V.

PRobandum eſt lac guſtu, viſu, olfactu. nam & guſtantibus & olfacientibus iucundum, & videntibus album ac æquale, & inter liquiditatem ac ſpiſſitudinem mediū habens, ipſum eſſe oportet. At vitioſum lac, aut craſſum eſt & caſeoſum, aut liquidum & ſeroſum, aut liuidum, aut ſtrias floridas habens, aut ſpumoſum, aut graueolens, aut fœtidum, aut citò aceſcens, aut guſtanti, amaritudinis, aut muriæ, aut alterius cuiuſdam peregrinæ qualitatis ſignificationem exhibens. Hæ igitur ſint notæ vitioſi itémque boni lactis, ex quibus coniecturā facies mulierē morboſam eſſe, & ad aliam tranſibis. Cæterùm opulentis plures nutrices eſſe oportet.

Victus nutricis, Cap. VI.

EXercere oportet nutricē moderatis exercitiis, & maximè ſupernis partibus. Cibos autem exhibere bonā ſucci, & qui facilè digeruntur, & tempore conuenienti, & menſura congrua: atque ita etiam potus. Abſtineat à porro, cæpis, allio, ſalſamentis, & omnibus fœtidis & graueolentibus: & à pleriſque bellariis, præſertim nucleis pineis. ſunt enim oleoſi, & propterea bilē faciunt, & ventriculo innatant, itémque venerem ſtimulant. Itaque penitus ab his nutricem abſtinere oportet. Irritantur enim in coitu lunares purgationes, & propterea lac corrumpitur, & vitioſum ac pauciſſimum fit. quædam verò etiam concipiunt. quo nihil nocentius fieri infanti qui ex ipſa alitur, poſſit. Vbi autem imminuitur lac, aut corrumpitur,

aut etiam omnino extinguitur,aut ſpiſſatur,aut attenua-tur,præſtat quidem alterius nutricis lac præbere: ſin id non permittat res aliqua inſtans, victu nutrix curanda eſt, vt ne in morbum incidat infans. Extincto itaque lacte,conſiderandum eſt an totum corpus, aut vna pars ægrotet,& lædentem affectionem corrigere oportet. Si verò ob penuriam extinctum eſt lac,alimentum augere, & melioris ſucci cibos dare,& plures auferre.aluúmque,ſi plus iuſto feratur,adſtringere, & exercitiis ſupernarũ partium vti,& vberum frictione,& fomentis per ſpongias, ceratis item liquidiorib⁹ ad vbera ex oleo irino aut gleucino.Lini verò ſemen delingere cum melle aut paſſo: aut ſeſamum crudum cum palmula paſſa, *quam pateton Græci vocant*,æquis portionibus edẽdum præbe,& bibat zythũ, & eadem die vbera lacte replebuntur. Putabit autem mulier,ſimul vt acceperit potum,omnia ſua membra reſoluta eſſe,donec lac in vberibus factum fuerit. Aut lumbricos piſcatorum,qui in limo fluminis reperiuntur & inteſtina terræ appellantur,quinque aut ſeptem terito, & palmulas paſſas addito,& ſimul terito, ac dato in zytho bibẽdos prælotæ mulieri ieiunæ ad dies decem:& de multitudine ac bonitate lactis miraberis.Præſtat autem etiã præcedens pharmacum ſimiliter cum zytho conterere, & bibendum præbere. Vinum verò exhibendum eſt dulcius.& fœniculum aut anethum viride cum ptiſana coctum,ſorbendum dato.Si verò tenue fuerit lac,balnea reprobãda ſunt, velut quæ humores aquoſos reddant. In cibo vtendum eſt alica,ouis ſorbilibus, pane ſimilagineo, pedibus ac extremitatibus porcinis,volucribus teneriori bus,carnibus hœdinis,& vino dulci.ſin craſſius fuerit lac mulieris,attenuante alimento vtendum eſt,ac minus nutriente,& balneis frequentibus.Craſſius enim lac abſceſſus & furunculos circa infantis corpus generat, & venter ipſius cohibetur.Sed neque vrinæ pro ratione prodeunt, & vomitus pituitoſi infeſtant.& ægrè mobilis ac difficulter ſpirans puer euadit, & appetitum perdit, ac decolor fit,& ſordes oculorum habebit craſſas,& mucos.ſimiliter & flatus multi ab eo prodeunt.Si verò acrius fiat lac, excretiones per vẽtrẽ plures fiunt cũ mordacitate,& appetitus deficit,& puſtulæ acerrimæ in corpore fiunt, & præſertim circa ſupernas partes,imò etiã infernas, & infans paulatim gracileſcit. Quare omni modo temperandum eſt corpus nutricis balneis dulcibus,& boni ſucci alimẽto.Si verò lac quod multum fertur imminuere voles, cibos minus alentes & pauciſſimos dato.vbera verò lenticula cocta integito,aut cuminum cum aceto illinito: aut lapidem album ſimplicem,quo ad ædificia vtimur,ſimiliter cum aceto,aut hyoſcyamum cum aceto:aut linteum aceto imbutum imponito,& aſſiduè humectato.perfundito autem aqua marina,aut muria calida, aut myrti decocto.

Ad ſtertentes infantes, Cap. VII.

QVandoquidem pleræque nutrices ineptis, velut dictum eſt,vtentes cibis,vitioſum lac ſuum efficiunt, & ex hoc diuerſis morbis infantes, qui etiam optimam ſtructuram adepti ſunt,obiiciuntur: aliquando verò etiam ex forinſecus corpori accidentibus morbi accedunt: neceſſarium eſt etiam de diuerſis affectionibus pueros infeſtantibus, pro viribus breui tractare. Siquidem igitur infans craſſiore alimento nutritus,pituitam in ventre colligat,& propterea ſtertat,lini ſemen cũ melle delingendũ dandũ eſt, aut cumini parũ cum melle.& aqua mulſa inſtillanda eſt ori aſſiduè calida.Si verò hæc preſſura perſeueret,oleo medium digitum tingito,& tonſillas illinito, & depreſſa linguæ radice ad vomitum irritato:vbi enim vomuerit, ab omnibus vexationibus confeſtim liberatur.

Ad vocem infantium interceptam, Cap. VIII.

AD interceptam in infantibus vocem,ob quamcũque cauſam præcedentem:(contingit autem hoc maximè ſuppreſſa aluo)braſſicæ ſuccum cum modico ſale bibendum dato aut inſtillato. ſtatim enim ſoluit aluum, & vocem reſtituit.ſed & glans ano indenda eſt.

A De dentitione, Cap. IX.

CIrca ſeptimum menſem incipiunt infantes proferre dentes,& dum punguntur ac ſtimulantur,velut ab aculeo,dente gingiuas diſparante, inflammationes ſuccedunt ipſarum gingiuarum ac maxillarum & tendinum: ad quas etiam febres omnino conſequuntur. accedit & pruritus auditoriorum meatuum,& aures humectantur. aliqui verò etiam lippitudinibus capiuntur,& ſanguis ex oculorum angulis fluit.Pleriſque verò etiam exturbatur venter,propter ſtomachi inflammationem,& ventris exo-
B lutionem.Itaque lenire ac pingueſcere oportet tendinem & maxillas, mollium lanarum ac mũdarum circumiectu circa collum & ipſius neruum per oleum dulce ac calidũ: inſtillare quoque auditoriis meatibus oleum calidum: perſeuerante verò inflammatione, etiam ceratum roſaceum liquidum locis imponere.In cibo offerendum eſt puero cerebellum, maximè quidem leporis coctum aut aſſatum:ſinminus,ouiculæ.naturaliter enim opitulatur. Sed & melle moderatè cocto illinendæ ſunt gingiuæ.efficit enim minimè moleſtum dentium exortum. Nihil
C verò duri dandum eſt ipſis ad mandendum,vt ne gingiuæ callofiores redditæ impedimento ſint dentium exortui.Balneo autem vtendum eſt febribus remittentibus. Neque ſtudio habendum eſt vt venter adſtringatur,vt ne materia ſurſum repẽs,ſupernas partes (præſertim oculos) lædat,& febres vehementiores efficiat.Sed & nutrix cogẽda eſt vt aquã bibat,& cibos leuiſſimos ac ſorbiles accipiat.Aiunt autem naturaliter auxiliari dentiẽtibus pueris colocynthidis ſylueſtris radicem,in aureo aut argenteo canali geſtatam.itémque rubi radicem.Sed & viperæ,
D præſertim maſculæ,dentem in argento pro amuleto appende. At circa ſtomachum geſtent ſemper viridem iaſpidem de collo ſuſpenſum,ita vt ſtomachum contingat.

Ad inflammationes oculorum, Cap. X.

LYcium,Indicum præſertim:ſinminus, Pataricum cũ lacte diluito,& ſupernas palpebras cum ſuperciliis illinito. Aliquando etiam ipſis oculis inſtillato, multo lacte dilutum. Mirabiliter etiam facit Nili ex roſis collyriũ illitum.ipſos verò oculos ocymi decocto abluito.

Ad albugines puerorum, Cap. XI.

E AD albugines puerorum ab eiulatu factas, ſolani nigri ſuccum illine.

Ad inflammationes & humiditates aurium, Cap. XII.

AD inflammationes & dolores aurium,oui candidum cum lacte muliebri inſtilla: aut inteſtina terræ cum roſaceo cocta. Ad humiditates verò aurium, alumen vino dilue,& lanam puram ac mollem in ipſo imbue,& in ſole aſſicca:&rurſus imbue ac ſicca:& vbi ter hoc feceris, lanam ſiccam aſſerua. Vſu verò expetente,de ipſa accipe,
F & in aurem inde.Ad vlcera verò in auribus, paſtillo Muſæ vtere,diluto cum ſapa ac modico aceto. Si verò caro ſuperexcreuerit, primùm reprime per paſtillum Bithynum dilutum cum vino:deinde vtere Muſæ paſtillo, velut dictum eſt.

De inflammatione,ſiriaſi Græcis appellata, Cap. XIII.

EX affectionibus quæ cum febre accidunt, eſt & ſiriaſis in infantibus appellata,quæ eſt inflammatio partium cerebri & membranarum, adeò vt ſincipitis & ocu-
G lorum cauitas conſequatur,cum febre ardente, & pallore,& corporis ſiccitate,ac proſtrato appetitu. Siriaſis autẽ appellata eſt à ſincipitis cauitate.Siros enim apud Græcos dicitur foſſa ac corpus cauum in quo ſemina ſeruantur. Quare omnia velut ad inflãmationes facere oportet, ita vt leniamus & mediocriter frigefaciamus caput, coriandri ſucco cum roſaceo humectantes.ſed & totum corpus ex hoc illinatur: aut cucurbitæ tamẽta ſincipiti impone, aut vitis folia,aut portulacam cum roſaceo tuſam,ſincipiti illine:aut heliotropii ſcorpiuri ſucco ſinciput illine: aut
H oui luteum cum roſaceo concutito,& ſincipiti illinito,& aſſiduè permutato.

Vt exudet puer in febre, Cap. XIIII.

ARũdinis viridis medullã terito, & ex ea ſinciput ac pedes illinito,ipſúmq; puerũ veſtimẽtis cõtegito.

De aphtha vlcere oris ardente,
Cap. XV.

DE aphthis vlceribus & inflammationibus tonſillarũ, dicetur abſolutiſſimè in ſermone de affectionibus quæ perfectis accidũt circa has partes,in octauo nimirũ.

Ad deuoratas ſpinas aut feſtucas eximendas, Cap. XVI.

ALumen quo ad coria vtũtur,cum oleo terito,& gulæ illinito,radicem linguæ digito valde comprimens: & facilè ipſas ſurſum effert.

Ad aſſiduas ſternutationes infantium & grauedines, Cap. XVII.

OCymum ſiccum tuſum ac cribratum naribus admoue,vt per reſpirationem attrahatur:aut inſuffla.Idem etiam ad grauedinem facit.

Ad tuſſes puerorum, Cap. XVIII.

NVcleorum nucũ pinearum modicè toſtorũ drach. IIII.ſeminis cucumeris parum toſti drach.I. tragacãthi drach.III.mellis deſpumati dodrantem,præpara & præbe delingendum.Tragacanthum autem in vino veteri dulciſſimo macerato. Aliud Hippocraticum. Vitellũ oui aſſatum,& ſeſami duplum,& ſalis granum vnũ moderatum terito ſufficienter, & cum melle delingendum dato. Aliud. Nucleos pineos toſtos XXX. amygdalas decorticatas XXX. ſeminis lini toſti,ſucci glycyrrhizæ,vtriuſque ſextantem.mellis quod ſatis eſt,dato delingẽdũ. Probè etiam facit cuminum cum melle.item ammium.

Ad alui infantium profluuium, Cap. XIX.

SI aluus infantis fluxione laboret,balneum & geſtationẽ reprobam⁹. Vtimur autẽ humectatione ſtomachi ex vino & oleo melino. Si verò fluxio extẽdatur, œnanthen læuiſſimè tritam,& acaciã,ac maſtichẽ, æquis portionibus ſingulis tritis, oui luteo quantum ſatis eſt excipe,& ex emollito ſtomachũ illine & dorſum,& hapſum lanæ purpureæ impone,ac deliga.facit enim citra moleſtiam.Præ omnibus verò nutricem alimentis boni ſucci vti oportet,& potibus adſtringentibus. Si verò aluus infantis farinæ ſimilia excernat,mentham tritam cum vino nigro,aluo impone ac obliga.

Ad aluum ſuppreſſam, Cap. XX.

SI verò ſupprimatur aluus,glande irritanda eſt,aut ex ſola aqua mulſa infuſum immittẽdum eſt,& mel alimẽtis admiſcendum. Cæterùm florem artemiſiæ cum oleo tere,& circa vmbilicum affrica,& fluet aluus. At de lumbricis dicetur in vniuerſalibus auxiliis in nono ſermone.

De puſtulis puerorum, Cap. XXI.

IAm antea dictum eſt quòd infantes vitioſo alimẽto vtentes,in varios incidũt morbos, vt cũ aliis,& puſtulæ & papulæ inſtar bullarum efferuentes, & humida vlcera in cute fiant,quæ bubaſtica vocant,& alia conſimilia. Itaque muriam & vrinam & alia quæ aliqui adhibent,reprobamus ob acrimoniam: lauamus autem ipſos roſarum decocto aut lentis.& ſi ampliori adſtrictione opus habemus,myrti aut malicorii. Magis verò vlceratis cataplaſma ex plantagine imponimus, aut ex ſeride ſiue intubo cum pane:aut ex flore polẽtæ cum portulaca,aut ſemperuiuo,aut veneris vmbilico, aut hyoſcyamo: aut roſas virides aut ſiccas coctas cum meliloto & palmulis adhibemus:aut ſpumam argenti,melilotum, alumen cum aceto terito,& myrteum oleum ſiue roſaceum adiicito,atque illinito. Aliud ad bubaſtica vlcera. Recrementum plumbi & amylum æquis portionibus cum ſolani ſucco terito,& adiecto roſaceo illinito. Aliud pulcherrimum. Cadmiam tritam cum aqua illinito,aut cimoliã cum vino. Aliud. Spumæ argenti,ceruſſæ, vtriuſque trientem,malicorii ſicci læuiſſimè triti ſextantem,ſucci ſtratiotæ fluuialis quod ſatis eſt, vtere. Quòd ſi non adſit ſtratiotes,lentis paluſtris ſuccũ accipe,& vtere, aut herbæ viridis quæ in aquis inuenitur,& ſtratiotæ ſimilis eſt,ſuccum admiſce.Probè etiam facit ſerapiadis triteſticularis ſuccus. Aliud. Retrimentum ferri terito cum vino ac illinito.valde enim bonũ eſt hoc.Probè facit & emplaſtrum ex ladano,& emplaſtrum ex hordeo,oui candido, & roſaceo aut myrteo oleo diluta. Aliud,ad infantiũ puſtulas ac papulas feruidas poſt rupturam. Cadmiæ

A drach.LXXX.æris vſti drach.LXXX.acaciæ,croci, vtriuſque vnc.I.tragacãthi ſextantem.Tragacanthum aqua macerato ac terito,& cum ipſo reliqua excipito, ac paſtillos formato.Et vſus tempore cum ſucco ſenecionis, aut intubi, aut ſolani,diluito,& addito roſaceo illinito.Ego, inquit, ſucco ſenecionis aut intubi excipio tragacanthum, ac reliqua,& paſtillos effingo.

Ad capitis vlcera,& achores,tenuia capitis vlcuſcula, Cap. XXII.

B PHarmacũ ex cuius vſu ego nomẽ aſſequutus ſum:Spumæ argenti,ceruſſæ,vtriuſq; beſſẽ:ſeminis ericæ, thuris,vtriuſque drach.IIII.vino & oleo raphanino terito,ac vtitor. Aliud. Acaciæ fuluæ vnc.I.ladani trientem, myrrhæ ſextantem,opii vnc.I.aqua paluſtri excipe & forma paſtillos, & vtere aſſiduè. Aliud. Cochleas albas vnà cum teſta exuſtas inſperge. Aliud. Aloen læuiſſimè tritam cum plantagine arida trita inſperge. Aliud. Balauſtium aridum tritum inſperge, aut cum aqua tritum impone,& illine. Aliud. Herbam quam in Alexandria liparonem vocant, aliqui verò cneſtrum appel- C lant,vrito,& cinerem cum vino tritum illinito. Vtere etiam reliquis,cum diſcriminationibus referendis in ſexto ſermone, de vniuerſalibus auxiliis ad achoras.

Ad vlcus melicerida à mellei humoris ſimilitudine dictum,quod & dulce appellatur,& Syriacè ſanalia, Cap. XXIII.

SPumæ argenti,baccarum lauri æquales portiones terito cum aceto & oleo,& illinito. Sæpenumero eius experimentum fecimus.

Ad ſedem infantium procidentem,
D Cap. XXIIII.

SPongitide herba podicem aſſiduè deterge.Acaciã cũ ſapa & vino nigro tritã podici illine. Aliud. Cochleã vſtã tritã,quũ egreditur,prælotæ ſedi inſperge,& ſanabis. Oſtreorum teſtas crudas tuſas ac tenuiſſimo cribro excretas inſperge. myrti baccas virides cum vino tritas impone. Vtere autẽ perfuſione aquæ fabrorũ,in qua ferrũ tingunt.Ego verò ſemper vtor muria tepida,& valde probè facit:ſimiliter autem & aqua marina. Vtere etiam dicendis in vniuerſalibus auxiliis,quæ ſuo loco referentur.

E Ad femorum intertrigines, Cap. XXV.

MYrtum ſiccam tritam inſperge, aut cyprinum cum roſis.

Ad procidentes puerorum vmbilicos,
Cap. XXVI.

PRocidunt pueris vmbilici dum aut in eiulatu diu & multùm diſtenduntur,aut ex plaga,aut ex caſu.Talib⁹ igitur ammium cum muria tritum vmbilico illine,& raſuram lintei impone,ac ad triduum obliga. Et rurſus eo ſoluto,idem facito:aut lupinos amaros, & vngulam aſini F vſtam,& laterem vſtum ſimul terito,ac imponito,& obligato.Si verò efficacioribus opus fuerit, iis quæ ad herniam inguinum referuntur vtere. Critonis ad pueros exumbilicares ob quancunque cauſam.Reſinæ pinus vnc.XV.aluminis ſciſſi dextantem, mellis dextãtes duos. Alumen tritum cum melle ad prunas coquito,& vbi bonam compagẽ habuerit,reſinã addito,aſſiduéque moueto,& vbi diſſoluta fuerit,laminã de hoc pharmaco accipito,& vmbilico imponito,ac quotidie alterato. Verùm ſupra laminam plantaginis folia aut hederæ imponito.

G Aliud. Aluminis ſciſſi vnc.XV.fæcis vini auſteri dextantem, gallarum drach. II. vino dilue vt ſpiſſitudinem habeant,& vmbilicum illine,& forinſecus ſpongiam impone poſca imbutam ac expreſſam.

Ad hiſpidos pueros, Cap. XXVII.

CRaſſioribus & plurib⁹ fuliginoſis ſuperfluitatibus ſub cute collectis,ex quibus pili generantur, hiſpidiores infantes fiunt.Itaque caricas vrito ac terito, & cum hoc cinere pilis obſitos locos confricato. Ex alio exemplari. Reſinam coquito in aqua,& puerum lauato, ac leui- H ter detergito,ac cum caricarum vſtarum cinere & fabarũ cremore confricato. Aliud ſmegma corroborans ipſos. Farinæ fabarum,cimoliæ,ſpumæ nitri, candidi ouorum & teſtarum, æquales portiones pro ſmegmate adhibe.

Quando ablactandi ſunt infantes, Cap. XXVIII.

DOnec firmetur infans, lacte nutriatur: poſtquam verò ſolidus factus fuerit, micis panis ex vino mulſo, aut vino dulci, aut lacte. deinde etiam oua ſorbilia ſumat: nam quæ mandere oportet, ſaliua in ipſis replentur. potus dandus eſt vinum dilutum. Vbi verò iam intrepidè frumentaceum alimentum infans ſumit (quod plerunq; circa viceſimum menſem contingit) tunc latenter & paulatim ab vbere deſueſcat. Si verò ablactatus in morbū inciderit, rurſus ad lac trāſferatur: & vbi ceſſauit morbus, refocilletur corpuſculum, atque ſic ablectatur.

Victus ratio poſt ablactationem puerorum, & aliarum ætatum, Cap. XXIX.

ABlactati infantes in remiſſione ac hilaritate exercitiorū verſentur, dentúrque ipſis cibi leues ac boni ſucci. verùm à multo vino abſtinere oportet eum qui bonū corporis temperamentum habet. nam in humidis ac calidis corporibus vinum replet caput vaporibus. neque verò à frigidæ aquæ potu penit⁹ arcere iubeo tales pueros, ſed inter cibos plerunque & in calidiorib⁹ horis optima aqua vti permitto. A ſeptimo anno ad literas veniant, & mitibus ac humanis magiſtris tradantur. At à decimo quarto anno vſque ad viceſimum primum conuenit exercitatio in diſciplinis philoſophicæ doctrinæ. prohibendi ſunt à veneris vſu. Contrahendum eſt & vberius vinum: & plura exercitia iam ſunt aſſumenda. Iis verò qui iam in vigore ætatis degunt, victus ratio remiſſa conuenit, tum animi, tum corporis. Et corporis exercitia qualiacunque fuerint, pro ratione his detrahenda ſunt, & alimenta ſenſim cōtrahenda: quum habitus ipſorum frigiditatis principium ſumat. Maximam autem optimè conſtructi corporis notam eſſe ſtatuo ipſius naturæ promptitudinem, quicquid tandem fuerit agendum, ipſa ſuiipſius menſurā excogitante in optimis conſtitutionibus. Nam & dū exercentur ac fricantur, aut quiduis aliud agunt, tunc primùm pigreſcunt, quum ſufficienter fuerint exercitati. & ſanè etiam à cibis ac potibus tunc abſtinent, quum ſufficienter fuerint impleti: neque plus iuſto appetentes, neque minus ingerentes. Quare nullus timor eſt de optimæ conſtitutionis homine, ne vel nimium labore fatigetur, aut cibis nimium expleatur. Ipſum enim ſanum corpus omnia ſibiipſi excogitat, naturæ motibus impulſum, præſertim ſi animus ipſius à puero probè fuerit inſtitutus. Plerique enim in improbis moribus educati, dum licentiore aut negligentiore victu vtuntur, bonas naturas corrumpunt: quemadmodum aliqui vice verſa vitioſo corpore à natura producti, moderato victu & tempeſtiuis exercitiis, multa naturæ vitia ac delicta correxerunt. At de exercitiorum menſura & vtendi modo dictum eſt in præcedenti ſermone.

Victus ſenum ratio, Cap. XXX.

NAturalis ſenecta, eſt ſicca & frigida corporum temperatura. ex longæuitate proueniens. quum enim corporum eſſentia vnà cum inſita caliditate paulatim defluat, & inſtrumenta iam vlterius quàm conueniens erat ſicca fiant, tum actiones deteriores redduntur, tum animal ipſum excarne & ſeipſo gracilius euadit. Poſtquam verò adhuc amplius fuerint reſiccata, non ſolùm excarne ſed etiam rugoſum efficitur, & membrorum impotēs, & in motibus ambiguum. Qui itaque affectionem exſciētia nouit, quòd videlicet ſiccitas eſt cum frigiditate, is bonus fuerit ſenum medicus. Cognoſcet enim quòd horum correctio per humectantia ac calfacientia cōtingit. talia autem ſunt, aquarum dulcium balnea calida, & vini boni potus, & cibi qui humectant ſimúlque calfaciunt, & frictiones per oleum manè moderatè fientes: deinde deambulationes & geſtationes citra delaſſationem, virium ſenis coniectatione facta. non enim parua eſt etiam in ipſis ſenibus differentia. Dandus autem eſt cibus modicus quidem, verùm ſæpe. nam ſi paululum iuſtam menſurā ſenes exceſſerint, non parum læduntur. Securius itaque eſt debilibus ſenibus parū cibi offerre, verùm ter in die. Circa tertiam quidem horam panem probè paratum recentem, cum optimo melle deſpumato: circa ſeptimam verò, præfrictis, & conuenientibus ſenibus exercitiis exercitatis, ac lotis, prandium exhibendū eſt: & primùm quidem dāda quæ ventrem molliunt, velut ſunt olera ex beta ac malua: deinde piſces petroſos ac pelagios præbere conuenit: poſtea verò paululū in lecto quieſcere: deinde moderato motu vti. ad veſperam autem cœnantes à piſcium eſu abſtineant. Accipiant autem cibos boni ſucci & ægrè corruptiles, velut eſt gallina aut volucris aliqua ex ſimplici iure. Vinum verò ſenibus vtiliſſimum eſt. Sit autem ex calidioribus natura, quale eſt quod ſubſtantia quidem tenue eſt, colore autem fuluum aut flauum. Atque vnum quidem hoc maximum bonum ſenibus ex vino accedit, quòd calfiunt omnes ipſorum partes: deinde quòd ſerum ſanguinis per vrinas purgatur. Quæcunque verò vina pallida ſunt aut flaua, & ſimul craſſa, ea ſanguinem generant, & corpus nutriunt. quapropter etiam ipſa aliquando commoda fuerint ſenibus, quo videlicet tempore neque ſeroſum humorem in venis habēt, & ampliore nutrimento indigent. Vtplurimum enim vino vrinam ciente ſenes opus habent, eo quòd aquoſa ſuperfluitas in ipſis redundat. At verò à nigris & acerbis ac craſſis et ſimilibus vinis abſtinere ipſos oportet. diutius enim in ventre manent, & propterea incommoda ſunt. Dulci verò ſi ſenex vti velit, poſt balneum ſumat dulce ſimúlque pallidum colore. Non prohibeo etiam vinorum ex melle paratorum vſum, & præſertim iis ſenibus qui ſuſpecti ſunt de calculi in renibus generatione, aut quos podagrā aut articularis morbus infeſtat. Et tunc in vinum iniiciendum eſt petroſelinum ſolum. ſufficit enim hoc arthriticis. Ad calculoſos verò betonica admiſcetur, quæ & ceſtrum appellatur, & ſaxifraga. Abſtinere autem oportet ſenes ab eduliis & potibus viſcoſum & craſſum humorem gignentibus, qualia ſunt alica, caſeus, oua cocta, cochleæ, bulbi, fungi, lenticula, & oſtreorum caro, & reliqua ſuprà relata in alimentorum craſſi ſucci mentione, ſermone ſecundo. Si verò ex neceſſitate aliquādo contigerit aliquo ex talibus vti, ſtatim exhibendum eſt pharmacum ex calamintha, aut ex tribus piperis generibus. Si verò non ſit ad manum quid ex his, piper tundendum eſt, & exactè cribrandum, & tum cum obſoniis edendum, tum potui inſpergendum. & allium tunc guſtare conducit. Poſtquam autem ſoluta eſt obturatio, & aluus ſubducta, etiam theriacam antidotum, & mithridaticam, aut aliam quandam ex iis quæ ex aromatibus conſtant exhibere conuenit: à talium vero vſu, tranſire ſtatim ad humectantem ac calfacientem victus rationem ſuprà relatam. Dandæ ſunt ipſis etiā maturæ & dulciſſimæ virides fic⁹ ante aliū cibū. Sed & in hyeme caricæ, niſi accidēs aliquod circa dextrā præſertim præcordiorū partē adſit. Quādoquidē verò ſeroſæ ac pituitoſæ ſuperfluitates in ſenū corporib⁹, velut dictū eſt, colliguntur, vrinā quotidie propellere oportet: nō per medicatas res, ſed apii decocto cū melle, & vinis vrinam cientibus vti. Vēter quoque per oleum bonum ſubducendus eſt, præſertim abſorptum ante cibos. Manifeſtum eſt autem quòd & oleracea omnia præ aliis cibis edere oportet, ex oleo & garo. Emolliunt autem ventrem & pruna ſicca, præſertim quæ ab Hiſpania afferuntur. Damaſcena verò in aqua mulſa meraciore præmacerentur, aut in ipſa decoquantur. Sed & oliuæ muria conditæ, ſi fieri poteſt albæ, præſumendæ ſunt. Ventre verò amplius ſuppreſſo, etiam mercurialis cocta detur, & cnicus cum ptiſana. ſed & reſina terebinthina. De hac verò accipiendum eſt aliquando ad nucis regiæ magnitudinem, aliquando ad duarum aut trium. Non enim ſolùm citra moleſtiam mollire ſolet, ſed etiam viſcera extergere, & pulmonem & renes. At perfecta doſis eius eſt vnc. vna. Idoneum eſt ipſis & hoc. Caricas pingues accipe, & corium forinſecus ipſis obſitū detrahe, deinde in mortario tunde, & cnici medullam ipſis adiice, decima plus minus caricarum parte: deinde ambo tuſa miſce, ex hoc duarum aut trium caricarum magnitudinem præbe. At verò ex relatis pharmacis nullum vnquam largius accipiendum eſt. Quidam enim gaudent quòd confeſtim vehementer ſunt purgati: verùm quanto magis fuerint euacuati, tanto amplius venter ſiſtitur per ſequentes dies. Suppreſſa autem aluo ipſorum, infundere oportet oleum ſolum cali-

dum. nam & dura ſtercora hinc educuntur,& lubricitas quædam fit in tranſitu,& ipſum ſenum corpus molleſcit, inſtar aridarum pellium induratum.

Victus ratio eorum qui in otio degunt, Cap. XXXI.

QVI vitam in otio degit,cõſiderare debet an in priore vita exerceri conſueuit, aut citra exercitationem lauari.nam quidam hunc morem moderatè ferunt,vt aliqui ex ipſis non aſſiduè ægrotent,vbi corpore facilè trãſ ſpirante præditi fuerint.Atque talem ſanè corporis naturam ad aliam conſuetudinem tranſferre minimè oportet:quemadmodum neque illam aliam eorũ qui per multum temporis interuallum ægrotant.Si verò aſſiduè quis ægrotet,conſideranda eſt in ipſo cauſa, an ob plenitudinem,aut propter humorum vitiationẽ ægrotet.Et ſi quidẽ è morbis ex plenitudine ægrotare videatur,ſcop⁹ tibi erit propoſitus,vt omnino ſalubrem ipſius diætã conſerues,quò ſemper moderatos habeat humores: ſi verò propter vitiatos humores ægrotare ſolet,optimos facere humores.Quidam igitur plenitudinem coaceruant, quum ea quæ per corpus tranſpirant pauciora fuerint iis quæ accipiuntur.in his itaque ſeruanda eſt ſymmetria ac proportio eduliorum ac potuũ ad ea quæ euacuãtur.Symmetria autem eſt vt in vtriſque conſideremus nos quantitatem tum eorum quæ ingeruntur, tum eorum quæ euacuantur.Nã qui in priore vita ſtatim priuſquam exercerẽtur in balneum ingreſſi ſunt,in his nunc frictione moderata vtendum eſt,& breui motu:qui verò exercitabantur ante balneum,his conſulo vt nunc paululum augeant conſuetudinem.Detrahere verò oportet etiam aliquid de cibis,& quantitate ac qualitate moderatos exhibere. qualitatem autem dico velut in carnibus porcinis: celerrimè enim plenitudinem & copiam boni humoris congregant.Itaque ad olera ducendi ſunt, & ad piſces ſimiliter ac volucres,qui non multùm nutriunt. At verò in iis qui vitioſos humores colligunt,non vnus eſt ſcopus: quoniã neque vna eſt vitioſi humoris ſpecies.Quidam enim frigidiorem ac pituitoſiorem vitioſum humorem congregant:aliqui verò calidiorem & bilioſiorem:ſicut alii atrabiliarium.Fugiendi itaque ſunt ſinguli cibi ac potus, qui promptè generare ſolent humorem qui in ipſis congregatur.Dictum eſt autem de ipſis abundè,in boni ſucci & mali ſucci eduliorum mentione in ſecundo ſermone huius operis,in quo ſanè de attenuãtibus eduliis dictum eſt quæ commoda ſunt iis qui crudum appellatum humorẽ coaceruant:qui ſemper quidem craſſus eſt,nõ tamẽ ſemper viſcoſus. Porrò in omnibus his commune auxilium eſt moderata ventris ſubductio,& maximè quibus veneter eſt natura durior. Commune auxilium eſt etiam venris vſus moderatus.

De carnium ſubuerſione, Cap. XXXII.

QVVM ad immodicam carnium multitudinem deuenerit corpus,liquare ipſum ac ſubuertere oportet. Oſtenſum eſt autem quòd calidius & ſiccius temperamẽtum gracile corpus efficit. huiuſmodi igitur faciendum eſt carnoſorum hominum temperamentum, ſi moderatum fieri debet. Didiciſti autẽ iam quòd velocia exercitia atque acuta,& diæta attenuãs,itémque eiuſmodi medicamenta,ſed & animæ curæ,totum temperamentum calidius & ſiccius reddunt,& ipſum corpus tenuius. attenuãs itaque diæta manifeſta eſt. Pharmaca verò vehemẽtiora ſunt,rutæ ſemen,& præſertim ſylueſtris,cum cacuminibus:ariſtolochia rotunda,centaurea tenuis, gentiana,& polium,& quæcunque fortiter vrinam cient, velut petroſelinum. ſingula enim hæc & per ſe & inter ſe vniuerſa mixta,attenuare & euacuare humores poſſunt. Sed & ſal ex viperis vſtis multùm attenuat:quin & ipſa theriaca antidotus attenuat & diſcutit. Illinatur autem oleo in quo cocta eſt cucumeris ſylueſtris radix,& althæa,& gentiana,& panacis radix,& ariſtolochia rotũda, poliúmque ac centaurea. Cibi verò non ſtatim à balneis dandi ſunt, ſed permittendum eſt vt prius quieſcant,aut quid cõſuetarum actionum obeant,& rurſus ad ſecundum balneum ducantur. Præſtat autem & balnei aquam diſcuſſoriam eſſe,ſi naturalem habere poſſent:ſin minus,flos ſalis marinæ

A aquæ admiſceatur:deinde verò edulia magna quidẽ mole,pauci verò nutrimenti danda ſunt vt impleatur quidẽ, modicum verò alimẽtum ex ipſis in corpus diſtribuatur: talia verò ſunt olera,& panes ſordidiores, & ſimilia quæ iam in ſecundo ſermone relata ſunt. Vino autem vtẽdum eſt albo colore & tenui ſubſtantia. neque verò ante cibos potus permittendus eſt,neque copioſus potus indulgendus.Sed & ſemel in die cibum capere melius eſt, & pro exercitiorum ratione pauciores cibos exhibere. Quin & frictio ſicca ex mappis craſſioribus ſufficiens eſt B ad attenuandum.ſed & nitro ac aſperiore ſale frictionẽ facere conuenit. Multum itaque nitrum in balneis attenuat:modicum verò, irritamentum eſt ad carnoſitatem vberiorem & ad meliorem nutritionem. prodeſt etiam inſolatio carnoſis. Probè attenuat etiam potũ hoc pharmacum:Petroſelini trientem,piperis ſextantem,aniſi, aſari,vtriuſque vnc.vnam.hoc & lotium ciet & aluum promouet.

Quomodo graciles renutrire oportet, Cap. XXXIII.

C GRacilitas corporibus accedit,quibuſdam ex totius corporis intemperatura frigidiore ac ſicciore,quibuſdam verò, digerendi facultate aut nutriendi,aut vtriſque imbecillioribus natura exiſtentibus. Omnes autem ſic habentes iuuant edulia boni ſucci,& exercitia tarda ac moderata,& frictio conſimilis:& in ſumma omnia contraria relatis ad carnoſos. Commodum eſt etiam ipſis picari per dies tres aut quatuor. nam & digeſtioni confert & nutritioni. Et multos videre eſt craſſefactos ex hoc D picationis auxilio,& præſertim eos quibus facultas digerendi debilis eſt.Nutriendi verò facultas non debilis quidem eſt,ſed ob idoneæ materiæ penuriam nutrire non poteſt.Si verò ieiuni lauentur, ante balneum corpus linteis confricare oportet donec rubefiat, deinde frictione non valde dura vti,vt ne conſtringentes, cutem denſam ac duram efficiamus. Oportet autem decoloribus & alimentum non ſentientibus iracundiam inducere,& commotiones animales.

Quomodo quis partes attenuatas ſanare E poſſit, Cap. XXXIIII.

EX iis qui in quibuſdam partibus graciles fiunt, plerique aut ob diuturnam ipſarum quietem,aut ob deligationis fracturæ modum,ad hãc affectionem deueniũt. Oportet igitur vires quidem in membro corroborare, largum verò ſanguinem attrahere, tum per moderatarũ frictionum vſum poſt cibum,tum per commodos parti motus,& per moderatas aquæ calidæ affuſiones. hæc autem poſt cibum facere oportet,donec pars rubicunda facta eleuetur: & tunc ſtatim à perfuſione ceſſandum eſt. F Oportet etiam picatorum medicamento vti, de quo dictũ eſt in præcedenti ſermone.vbi verò frigiditatis ſenſus circa attenuatam partem fuerit,linteis ipſa perfricanda eſt,& quodam pharmaco calefaciẽte.Sed & thapſia illinenda eſt,aliquando cum melle,aliquando cum cerato.

De laſſitudinibus à gymnaſiis,aut ex itinere obortis, Cap. XXXV.

LAſſitudinũ primæ ac ſimplices tres ſunt differentiæ. quæ vlceroſa appellatur,& quæ tẽſiua,& quæ inflammatiua.Et ad has inſuper ea quæ ob multam muſculorum G ſiccitatem generatur, quam laſſitudinem vocãt abuſiuè, quum non ſit laſſitudo,ſed ſiccitas.

De laſſitudine vlceroſa, Cap. XXXVI.

VLceroſa itaque laſſitudo in ſuperfluitatibus tenuibus ſimulque acribus ac mordacibus generatur. Nõ enim in his plenitudinis copia eſt quæ affligit, ſed humorum acrimonia, qui exercitiorum tempore,aut aliorum vehementium motuum,ex duplici cauſa generantur:aut craſſioribus ſuperfluitatibus diffuſis quidẽ ac attenuatis, non autem omnibus excretis: aut colliquata aliqua pingue H dine,vel carne tenera,in vehementibus motibus.neceſſe eſt enim à talibus tenuibus humoribus & acribus pungi ac velut ſauciari cutem & carnes, vt & horror aliquando fiat,&rigor,quum fortiter fuerint acres & multi. Tumor autem non eſt oculis expoſitus in partibus dolentibus. Accidit hæc laſſitudo præcipuè corporibus vitioſis hu-

moribus ac ſuperfluitatibus refertis. Conſequitur & ad recẽtes cruditates, quum aut immodeſtius ſe exercuerint aliqui,aut in ſole diutius verſati fuerint. Sed & citra cruditatem in boni ſucci corpore conſtatur, propter immodici exercitii exceſſum. Denſa autem & horrida apparet his cutis,& dolent velut qui vlcus habent,alii cute tantũ, alii etiam carnibus ſub ipſa. Sanatio porrò cõtingit ex eo quod contrarium eſt affectioni. oportet enim ſuperfluitates diſcutere,& ſedabitur affectio. Diſcutientur autem frictione multa,& molli cum oleo dulciſſimo nulla adſtrictione prædito,quale eſt dulciſſimum ſabinũ. maximè enim aduerſatur his omphacinũ. In prima igitur die largo oleo cum multa frictione vtendum eſt,quò omnino nullus percipiatur futuræ laſſitudinis ſenſus:in ſecunda verò,quò ea quæ facta iam eſt ſoluatur. ſoluit autem ipſam exercitium moderatum & frictio multa, pluribus miniſtris ſimul contrectantibus,quò pars ipſa non frigefiat & ſuperfluitates celerrimè diſcutiantur. Hæc autem laſſitudo plerunque extendi ſolet vſque ad quartã diem. itaque quarta die lauentur & conſueto cibo nutriantur. primis tamen diebus pauciores ſint ac humidiores cibi, & nihil viſcoſi habentes. ſit autem & balneum non moderato calidius: laxare enim & diſcutere volumus ipſum corpus.

De laſſitudine tenſiua, Cap. XXXVII.

LAſsitudo tenſiua nullam memorabilem ſuperfluitatem in corporibus ſitam habet:verùm in muſculis ac neruis affectio eſt ob vehemẽtes diſtentiones facta,quas per exercitia fecerunt.cõtingit enim in his rectas in muſculis fibras laborare ac tẽdi,vt proximæ ſint diuulſioni. Fit autem hæc laſſitudo viris maximè boni ſucci,qui nõ acuta & velocia exercitia faciunt ſed magis robuſta. & efficit ſanè laſſatos valde pigros & ad motum ægros:non tamen horridi fiunt, velut qui vlceroſam laſſitudinẽ inciderunt. at verò corpus in his nihil minus quàm in vlceroſa laſſitudine,& in muſculorum ſqualore contractum videtur. & calidiores quàm pro natura contingentibus eſſe videntur. ſanatio autem in his eſt tẽſarum partium laxatio. Frictio igitur his conueniens eſt modica ſimulq; mollis,per oleum dulciſſimum tepidum fiens: & otium ac quies,& balnea maximè temperata moderato non calidiora,& mora in calida aqua diutius facta. quare etiã ſi bis talem laueris,magnopere profueris. Hi etiam poſt balneum vnctione opus habent, antequam induantur: & ſi quidem poſtea ſudauerint, deterſos rurſus inungere conuenit.quin & ſequenti die vbi ſurrexerunt de ſtrato, poſt defrictas ſuperfluitates & ſubductam aluũ, vnctione opus habent,ita vt neque extremè frigido oleo neq; dura frictione cõfricẽtur.Cibus dandus eſt his modicus quantitate, verùm boni ſucci & nihil viſcoſum habens.

De laſſitudine inflãmatiua,& ad oſſa pertingente, Cap. XXXVIII.

TErtia laſſitudo eſt,in qua velut contuſas ac inflãmatas ſentiunt partes.hæc tunc accidere ſolet quum ob vehementiſſimos motus calefacti muſculi attraxerint quid de circunfuſis ipſis ſuperfluitatibus. & ſola hæc eleuat muſculos præter naturam, vt inflammationi ſimilis ſit affectio.Et propterea ex contactu dolent,& calidiores apparent:dolent autem magis quũ moueri volunt.Si verò circa tendines aut neruos in profundo eandem affectionem fieri contingit, oſſium laſſitudinem affectionẽ eam appellant,ob ſenſus profunditatem. Hæc laſſitudo accidit vtplurimùm hominibus ad exercitia non aſſuetis.Sanatio ſcopos tres habet, quemadmodum omnia in flammata:ſuperflui euacuationem,diſtentæ partis remiſſionem,& inflammatæ refrigerationem. Oleum itaque multum dulce tepidum,& fricationes molliores,& in tẽperatiſſimis aquis mora diutiſſima,tales laſſitudines ſanant.Si verò etiam paulo tepidior fuerit aqua, magis his prodeſt.ita verò & quies multa & aſſiduæ inunctiones. Cibi dandi ſunt his boni ſucci,verùm pauciores, & nihil omnino viſcoſi habentes.

De laſſitudine ob ſiccitatem & gracilitatem, Cap. XXXIX.

ALia præterea eſt quarta affectio, ſimilis quidem laſ- A ſitudini,ſed non eſt laſſitudo,eo quòd neque vlceroſam, neque tenſiuam,neque inflammatiuam affectionem habet,imò neque horrorem aliquem, neque dolorem, neque ad motus pigritiam ſimilem laſſitudinibus infert: verùm ſolam gracilitatem cum ſiccitate. Contingit igitur in boni ſucci & exercitatione vtentibus corporibus, quum immodeſtius exercitata non probè recurata fuerint. diſcutiuntur enim ſic ſuperfluitates,& laxantur diſtenta corpora,& nihil reliquum ſit in corpore præter ſiccitatem quam ex immodica euacuatione habet. Quare B etiam correctio huius affectionis in appoſitione ac repletione euacuati conſiſtit.non poteſt autem hæc fieri dum cutis rarefacta eſt. proinde cutem contrahere oportet, ac denſare & adſtringere.Contrahit autem & adſtringit,tũ frigida aqua,tum feruens. At à frigida periculum eſt ne homo lædatur,qui iam rarus ſimul ac vacuus ob exercitiorum copiam factus eſt.A feruenti verò nulla læſio, ſed ſecura denſitas cuti accedit, ita vt etiam relictus in ipſa calor reuocetur ex feruentis aquæ ſolio:vnde feruentius calidæ ſolium parandum eſt. Exiliant autem ex ipſo ſta- C tim in frigidum,quò in ipſis maneat firmitas in cute vnà cum caliditate.nam & in ſequenti tempore minus diſcutiuntur, & alimentum facilè in carnes & in cutem ſuſcipiunt,quo bono nullum maius ipſis excogitare poſſis. Vitanda eſt autem longior in frigidæ ſolio mora. exoluit enim frigidæ lotio calidæ lotionis vtilitatem.Prima itaque die lotus,velut dictum eſt,cibum accipiat boni ſucci & humidiorem: ſecũda verò recuretur modicæ ſimul ac mollis & lentæ frictionis vſu,& ſolio calido:atque hoc faciat conſequenter per multos dies.

D De laſſatis ex venere, Cap. XL.

DEbilitas virium ſequitur ad immodicum veneris vſum,præſertim in corporibus natura debilibus.Rareſit autem ipſis & cutis ex vehementi motu, & plurima fit per trãſpirationem diſcuſſio ac exhalatio, & propterea ſiccitas.Aliquando verò etiam frigiditas conſequitur, tum propter raritatem,tum propter caloris tranſpirationem ac ſudores. Correctio igitur horum eſt per cõſtringentia ſpiſſantiàque ac corroborantia cutem:de quorum numero eſt & moderatum exercitium,& feruentius ca- E lidæ aquæ ſolium:quies item ac ſomnus multus. Edulia verò ſint multitudine quidem pauciora, qualitate verò humidiora & moderatè calidiora, quò & concoctio bona fiat,& ſiccitas ex laſſitudine corrigatur.

De laſſitudinibus ſpontaneis, Cap. XLI.

QVVM de laſſitudinibus ex gymnaſiis aut ex itinere obortis dixerimus,nunc de iis quæ ſine vehementi motu ſponte fiunt docebimus:tales enim morboſæ ſunt, velut etiã Hippocrati videtur. Laſſitudines enim,inquit, ſpontaneæ denuntiãt morbos. ſunt autem & harum tres F differentiæ,vlceroſa,tenſiua,inflammatiua.

De laſſitudine vlceroſa ſpontanea, Cap. XLII.

SPontanea igitur vlceroſa laſſitudo,ob vitioſos humores clandeſtinè coaltos fit, qui acres & tenues ac calidi ſunt,vt corrodant & ſtimulent ac pungãt corpuſcula ſenſu prædita. Et quãdiu quidem ipſi in venis admixti ſunt ſanguini,latet ipſorum vis à ſanguinis bonitate ſuperata:vbi verò in carnes & cutem trãſſumpti fuerint, & per mãſionem confirmati,tunc vlceroſam affectionẽ ac ſenſum inducunt:& tunc maximè in talibus augentur quũ G moueri volunt.Conſiderandum eſt autem in his, vtrum in cute & carne ſola vitioſi humores contineantur,aut etiam cum ſanguine intra venarum vaſa. Horum autem ſigna habes ex vrinis,& morſu circa cutem,& ſudoribus. Quando enim vnà cum hoc quòd etiam in vrinis apparent vitioſi humores,ſenſus quoque ipſorũ mordax circa cutem contingit,& ſudores alieni tum colore tum ſapore apparent,manifeſtum eſt quòd & in venis cum ſanguine vitioſi humores continentur, & quòd in cute ſunt ac carne.Si quidem igitur modicus ſenſus vitioſorũ humo- H rum contingat,ieiunum hominem per totum diem ſeruabimus,quieſcere ac dormire iuſſum : deinde veſperi multùm & pinguius illito, atque temperatiſſima calida loto, pauciſſimum boni ſucci ac ſorbilem cibum dabimus.Neque verò vinum prohibebimus:concoquit enim

vinum ſemicrudos humores, ſi quicquam aliud hoc fa-
cit,& ſudores ac vrinas prolicit,& ad ſomnum conducit.
Si quidem igitur à prædictis quieuerit hoc ſymptoma,
paulatim ad conſueta reducere hominem oportet. Si ve-
rò ſequenti nocte ac poſtera die adhuc permanſerit, aut
auctum fuerit, videndum eſt de auxilio fortiore. nam ta-
les, vbi vires robuſtæ ſunt, alterum ex duobus facere o-
portet, vt aut venam ſecent, aut purgatione vtantur. ita ta-
men vt decernas vtro auxilio magis opus habeant, velut
conſequenter dicam. ſin verò debiles fuerint vires, mini
mè ſecanda eſt vena: purgandum verò moderatè, aut o-
mnino non. Si quidem enim cum multitudine ſanguinis
robuſtæ fuerint vires, vena ſecãda eſt, aut cõſuetæ excre-
tiones ſuppreſſæ mouẽdæ, velut ſũt hæmorrhoides in ſe-
de,&in mulieribus lunares purgationes. at vbi ſoli vitioſi
cõgregati ſunt humores, citra ſanguinis multitudinẽ, ad
conuenientem redundanti humori purgationem veniẽ-
dum eſt. Affligit autem quandoque bilis amaræ humor
aut atræ, quandoque pituita ſalſa aut acida, aut ſeroſi hu-
mores. Si quidem igitur otioſiorem vitam habuerit ho-
mo,& cibis craſſi ſucci vſus fuerit, & præſertim in hye-
me, pituitoſus humor colligitur. Verùm in pluribus labo
ribus & cibis acrioribus,& in æſtate, amara bilis coacer-
uatur: in autumno verò & eduliis eiuſmodi, ac laboribus
diuturnis, atra bilis. Horum verò notas ſumere oportet
& ex colore,& ex hominis motibus,& ex vrinis ac ſudo-
ribus,& ex ſiti ac ciborum appetentia. Proinde ſanguine
prædominante reliquis humoribus, vnà cum viribus ro-
buſtis, venam ſecabis: ſi verò vitioſi humores prædomi-
nantur,& vires robuſtæ ſunt, purgatione conuenienti v-
temur. At poſt venæ ſectionem aut purgationem, nutri-
re oportet hominem eduliis boni ſucci quæ exterſoriũ
quid habent, velut eſt ptiſana:& quæ nulla viſcoſitate præ
dita ſunt, neque craſſi ſucci ſunt, neque multùm nutriũt.
Vtendum eſt & balneis temperatiſſimis, & vnctione ac
frictione moderata. ſed & reliqua diæta ac cura ſic faciẽ
da eſt velut relatum eſt in laſſitudine ex gymnaſiis gene
rata. Si verò bonus ſanguis paucus fuerit, crudi verò hu-
mores omnino multi, vires autem debiles, neque vena
ſecanda eſt, neque purgatione, neque exercitio vtẽdum:
imò neque omnino motu vtendum eſt, neque lauandũ.
Nam venæ ſectio bonum ſanguinem euacuat: vitioſum
autem, qui ſanè in magnis venis circa hepar & meſaræũ
congregatur, ad totum corpus trahit. At purgatio in his
tormina ac morſus efficit, & animi deliquia intentat, ad
hoc quòd nihil memorabile euacuat. Crudi enim humo
res omnes pigri ſunt ac ægrè mobiles, ob craſſitudinem
ac frigiditatem. Itaque obturant omnes arctas vias, per
quas oportet id quod in purgationibus euacuatur ad ven
trem accedere ac inferri.& ob hanc cauſam, neque ipſi e-
uacuantur,& alios impediunt. Ob eandem verò cauſam
neque exerceri, neque omnino moueri neque lauari hos
conuenit. omnes enim tales motus humores in totũ cor-
pus ducunt,& anguſtos tranſitus obturant. Seruandi igi-
tur ſunt in omni quiete,& danda edulia potúſque ac phar
maca attenuantia ac ſecantia, & craſſitudinem humorũ
conficientia, citra manifeſtam calfactionem. nam humo
res quomodocunque fortiter calfacti, vndique per cor-
pus meant. Vtantur igitur in victu aceto mulſo præſer-
tim, aliquando & ptiſana: aliquando verò danda eſt & a-
qua mulſa. poſſunt enim ferre tenuem diætam, ſiqui a-
lii idem poſſunt, propter ſubiectam crudorum humorũ
multitudinem. Quandoquidem verò præcordia omni-
bus talibus eleuata ſunt ac inflata, & facilè ſanè inflan-
tur, quicquid tandem ingeſſerint, præſtiterit ipſis dare
cum cibo modicũ piperis, præſertim longi. Melius fuerit
& Dioſpolitico vti medicamẽto. Cõmodiſſimum eſt au
tem ipſis acetum mulſum, ex ſolo optimo melle & ace-
to præparatum: vt ſiut mellis quidem deſpumati partes
duæ, aceti verò pars vna, plus minus. Præſtat enim ex ac-
cipientium ſenſu modum iudicare, non noſtris commo-
ditatibus. nam quod naturæ iucundum eſt, hoc com-
modum eſt: quod verò iniucundiſſimum eſt, id ma-
ximè aduerſarium eſt. Prodeſt talibus etiam apome-
li, & præſertim acidum factum. At vbi iam attenuati

A aliquantulùm fuerint humores, etiam vinum dandum
eſt moderatum, album ac tenue. Sed & in apomelite ac
aceto mulſo coquendum eſt aliquando hyſſopum & pu-
legium. Eduliis verò vtendum attenuantibus, citra ve-
hemẽtem calfactionem: qualis eſt capparis ex aceto mul
ſo, aut ex aceto & oleo. Poſtquam verò omnia perfectè
bona tibi apparuerint, tunc ad familiarem victum pau-
latim reducere conare, ita vt moderatis exercitiis vtãtur,
& balneis, & vnctionibus. Idoneum eſt autem ipſis vn-
guẽtum laſsitudinem eximens ex abiete paratum, itém-
B que quod ex populo nigra fit: quorum præparandi mo-
dum inter acopa vocata referemus. Congruum eſt ipſis
& oleum chamæmelinum,& anethinum: item ſampſu-
chinum tempore hyberno. Sampſuchinũ verò oleum
ſic præparatur: Coquitur ſampſuchus in duplici vaſe cum
oleo, ſimiliter coquitur & roſmarinus herba: ſi verò hæc
nõ habeas, radicem cucumeris ſylueſtris, aut althææ, aut
bryoniæ, aut betæ albæ accipe, & cum oleo coque. mul-
tùm enim diſcutiunt.

De laſsitudiue tenſiua ſpontanea, Cap. XLIII.

TEnſiua ſpontanea laſsitudo, ſi ſine exercitiis aut alio
C quodam motu excitata fuerit, multitudinem nimi-
rum humorum indicat, qui nimia copia ſolidas animã-
tis partes diſtendunt,& præſertim muſculorum fibras. vl-
ceroſus ſenſus nõ eſt in hac laſsitudine, ſed neque tumor
alicuius partis ſub tactum aut viſum cadens, verũ ſolùm
grauitatem & diſtentionem percipiunt. Manifeſtum eſt
autem quòd ſanguine redundante optimum auxilium
eſt venæ ſectio in cubito. poſſunt & venæ in talis ſecari.
At verò poſt totius corporis euacuationem, ad diſtenta-
rum partium laxationem procedendum eſt per vnctio-
D nes ac frictiones molles, otiúmque ac quietem. Et vten-
dum eſt balneis temperatis, & cibis citra mordacitatem
exterſorium quiddam habentibus, qualis eſt ptiſana, &
apomeli,& conſimilia. Et, vt in ſumma dicam, poſt venæ
ſectionem eadem cura vti oportet quæ relata eſt antea
ad tenſiuam laſsitudinem ex gymnaſiorum exercitiis
obortam.

De laſsitudine inflammatiua ſpontanea,
Cap. XLIIII.

INflammatiua laſsitudo quum ſponte citra aliquem
E motum oborta fuerit, tum propter doloris magnitu-
dinem, tum propterea quòd cum manifeſta inflamma-
tarum partium caliditate conſiſtit, coeleuans muſculos
in tumorem, neque paucarum horarum, nedum dierum
duorum aut trium, moram ac dilationem tolerat, ſed ſta-
tim febrem vehementiſsimam inducit: niſi quis ſangui-
nem detrahẽdo præueniat. Calidiſsimus eſt enim talium
ſanguis,& plurima opus habẽt ipſius euacuatione omnes
ferme ab hoc malo apprehẽſi: & plerique ipſorum etiam
F poſt venæ ſectionem febriunt. Quare neque cunctari, ne-
que parum detrahere conuenit: ſed & citò euacuare, & vſ-
que ad animi deliquium ducere, ſi nihil aliud amplius
impedierit. Præſtat autem & detractionem repetere in
eadem die, ita vt in priore euacuatione homo nõ animo
linquatur. In poſteriore neque ferendum eſt animi deli-
quium. At quibus hoc modo affectis vena ſecta non fue-
rit, aut ſponte aliunde ſanguis eruperit, hi bona fortuna
opus habent vt ſeruentur:& neque ſeruantur. Si quidem
igitur in capite & collo dolores magis hæſerint, humera-
G lem appellatam venam ſecare oportet. Si verò thoracem
& dorſum & lumbos doleant, internam venam ſecabis:
ſin æqualiter totũ corpus, mediam: ſi quidem igitur à ve
næ ſectione febris permanſerit, curationem facere opor-
tet, quam in febrium tractatione referemus. Si verò ſi-
ne febre maneant, in prima quidem die à venæ ſectione,
ptiſanæ ſuccus aut alicæ ſolum dandus eſt: ſimiliter autẽ
& ſecunda. Si autem &in tertia die ſine febre manet, etiã
lauato, & largo oleo inungito. Etiamſi autem laueris,
moderatum tamen victum exhibebis, ex lactuca aut, ſi
H ea non adſit, cucurbita:& alicam coctam. velut ptiſanam
Sed & beta,& malua,& atriplice vtẽdum eſt, ſi non adſit
lactuca. Ex piſcibus dandi ſunt petroſi, & aſellus ex albo
iure probè coctus. Vtatur aquæ potu. Aquæ potum dico,
non frigidæ aquæ potionem, ſed calidæ. Poſt tertiam ſi

tolerabilis manet æger, inſpergere oportet in potum vini parum albi ac tenuis, & de cætero pro ratione reficere,per boni ſucci & neutiquam calfacientis diætæ vſum.

Quali curatione ad frigiditates vtendum eſt,ex Herodoto, Cap. XLV.

DVplex eſt frigiditatis curandæ modus:nam & futuram frigiditatē præcauere oportet, & corrigere iam factam.Quò igitur non capiatur frigiditate is qui in frigido aere verſaturus eſt,neque famem tuliſſe, neq; præuomuiſſe oportet,neque cruditatem pertuliſſe ; aut fatigatum eſſe,aut crapula impletum eſſe. Frigiditas enim conſequens ad ciborum cruditatē,morborum cauſa eſt. Iis verò qui famem pertulerunt, frigiditas ad ipſos neruos penetrat,qui nudi quodammodo ſunt,& propria materia priuati:quapropter qui in frigido aere verſabitur, totum corpus nardino aut gleucino oleo præinungere debet:plantas autem pedum,cerato ex laurino parato illinere.Aut ipſas lauri baccas cerato excipe,ac vtere. Verùm ex veteribus quidam ſuccū Cyrenaicum milii magnitudine,in talibus neceſſitatibus deuorandum dederunt,cera oblitum. At verò à conuerſatione in frigido aere,deſidere nō oportet,ſed ambulare prius in tepidiore loco:& poſtea ad balneum ingredi, & in calida aqua diutius morari.Non præſente verò balneo, ad ignē corpus illinendum eſt, ac cōfricandum diligentius tum per ſeipſum,tum per alios:deinde accipiendus eſt cibus calidus potentia & actu. Vinum verò neque valde acerbum, neque nimis vetus dandum eſt.tale enim neruoſas partes offendit iam à frigore vexatas, & præſertim veſicam ac renes.Si verò ſequenti die frigiditas perſeueret, curatio per balneum aut inunctionem conuenit, & diæta conſimilis, & acopa ex oleo gleucino & amaracino ac ſimilibus præparata.

Cutis denſatæ curatio,Galeni, Cap. XLVI.

DEnſatur aliquando cutis tum per vehemens frigus, tum per balnea aluminoſarum aquarū, aut aliquid huiuſcemodi. Fieri poteſt autem vt & poſt balneum , & poſt ſudores,aut alio quodam modo rarefacta ac frigefacta cutis denſetur. Cognoſcitur affectio colore albidiore quàm pro natura,& cutis ariditate ac denſitate,& quòd ſic affecti in exercitiis ægrè calefiant. neque enim ſudant neque bonum colorem habent.Si verò etiam à plurimis exercitiis coacti ſudauerint,modicum ac frigidum ſudorem excludunt.Sanatio horum eſt calfactio, & cutis rarefactio. Vtendum igitur eſt exercitiis,& balneis calidioribus. præſtat autem in prima balnei domo ſuper læui lapide ſedentem perfundere. Vngantur etiam oleo quopiam laxatorio,velut eſt quod dulciſſimum eſt, verùm duorum aut trium annorum.Vtantur & lauacro natationi apto,calido temperato diutius.in frigido verò ne immorentur.neque verò aqua ſit valde frigida. Vbi verò induere ſe volunt,inungantur aliquo moderatè calfaciēte, quale eſt anethinum aut cicinū: ex vnguentis verò gleucinum,aut ſuſinum,aut irinum,aut amaracinum. Cibis porrò vtantur moderatis,nihil viſcoſi habentibus.

Quomodo curandus ſit æſtuoſus ardor, Herodoti, Cap. XLVII.

QVemadmodū frigiditas famelicos magis lædit, ſic ardor repletos. quare qui in æſtiuo ſole verſari volet,repletionem & acrium eſum vitet, vinoſitatem item ac cruditatem:præhumectet autem corpus balneis potabilium aquarum,& cibis humectantibus. proſpiciēdum eſt & in mora ipſa ſub ſole,vt caput tegatur leuiore aliquo veſtimento,aut foliis vitis,aut myrti,aut polygoni. Si verò ſitis vehemens oriatur,non aceruatim ingerendus eſt frigidæ potus.Plurimis enim hinc præterfuſio aquæ inter cutem contingit. aliis verò ad ardentem pulmonem aquæ frigiditas illapſa,tuſſes & grauedines excitat:aliquibus etiam tabem.Præſtat igitur prius faciem frigida proluere,manúſque ac pedes,deinde colluto ore paulatim ex interuallis abſorbere.Poſtquā autem diſceſſit à ſole,temperata calida ſe lauet,& in frigida natet. Si verò non adſit balneum,aqua & oleo, aut aqua & roſaceo totum corpus humectetur,& mollibus manibus præfricetur,& tūc in frigidam inſiliat,præſertim ſi aſſuetus fuerit. Si verò A nihil tale adeſt,aqua perfundatur. poſtea potus quidem ſit aqua: edulia verò,lactuca, intuba, cucumis, cucurbita. vinum quoque dilutius ſolito ſit. obſonium, piſces delicati,domeſtica gallina ex iure albo. A coitu verò abſtineat. At vbi caput vehementer calfactum eſt, aut ſtomachus adhuc exardet, vt alba & glutinoſa ſit ſaliua & vix ſputo reiici poſſit, & reliquum corpus pigrum apparuerit ac velut exolutum, caput roſaceo irrigandum eſt , aut roſarum ſucco cum oleo omphacino , aut polygoni ſucco, B aut pampinorum vitis,aut intubi, aut alicuius ſimilis ſucco. Totum verò corpus humectandum eſt aqua & oleo,aut aqua & roſaceo. Super ſtomachum autem molle linteolum imponendum vino & oleo imbutum,aut ceratum roſaceum,aut melinum quod abſinthium habet aut portulacam.Optimum eſt autem & abſinthii cremorem bibere,ad detergendas bilioſas & acres in ventre congrēgatas ſuperfluitates. Conducit & roſaceum abſorbēdum dare ad cyathi vnius menſuram.

De matutina frictione,Galeni, Cap. XLVIII.

C MAtutinam frictionem aſſumimus poſt ſuperfluitatum excretionem, excellenter quidem mollem in plus iuſto reſiccatis , & in iis qui in vehementi frigore verſari volent,& quibus propoſitum eſt frigida lauari, & qui laſſitudinis ſenſum habent, & in quibus cutis denſitatem corrigere volumus cum largo oleo.At verò denſitatem ex frigore obortam ſanamus,primùm quidem ſiccarum & aſperarum frictionum vſu: deinde frictionib' ex oleo calido. Ad raritatem verò cutis obortam ex balneis,aut frictionibus, aut ob veneris vſum, paucis quidē D ſiccis frictionibus vtimur,paucis verò etiam poſt ipſas, ex oleo frictionibus,& eo quopiam ex adſtringentibus. Cæterùm humiditates ex multo potu obortas ſolæ ſiccæ frictiones curant per lintea factæ citra pinguitudinē, aut cum aliquo ex diſcuſſoria vi præditis.

De veſpertina frictione, Cap. XLIX.

VEſpertina frictio laſſatis,aut reſiccatis,aut alimentū non ſentientibus commoda eſt. Prandium in his parcius fiat, & amplius tēpus intercedat vſque ad cœnā, & plerunque in quiete,deinde etiam paululùm deambulent: melius enim eſt ſi ſubductis cibis etiam ventrē exo- E nerauerint. his ita factis,citra periculum frictio aſſumitur.Frictio fiat cum oleo dulci, ventre penitus non contacto.Periculum eſt enim & ipſos cibos prius concoqui, & ſemicoctum aliquem humorem digeri, & caput perturbari,& ſtomachum ſubuerti:quare nardino vnguēto venter perfundendus eſt abſque defrictione.

De cruditate, Cap. L.

QVOT modis cruditas fiat,&quomodo variè reſiſtere oporteat oboriētibus ex hac corpori detrimētis, F in loco de alui affectionibus poſtea declarabitur : nunc verò neceſſarium eſt dicere quomodo ad vrgentia accidentia inſtare oportet.Ructu itaque accedente ac irritante,& grauitate circa præcordia exiſtente, & ex hac moleſtia quadam in totum corpus ſe diffundente,non cunctādum eſt ad vomitum deuenire,ſed aqua plurima tepida hauſta cogendus eſt,vt cibi penitus excernantur. vbi enim permanſerint,& torminum,& dolorum,& grauitatis capitis,& deſtillationis,aliquando verò etiam febris cauſa fiunt.Si verò quis natura difficulter vomat,aut ob aliā quandam cauſam vomere impediatur, elaborandum eſt omni modo vt cibus ſubducatur, & ex præcordiis ſece- G dat. Ad hæc erectior decubitus paretur: adiuuat enim, ſi quicquam aliud,concoctionem. Et ſi vigilans quis fuerit, propter nimiam expletionem ſomnum aſſequi non potens,is immotus permaneat, & eandem decubitus figurā conſeruet.nam aſſiduæ cōuerſiones flatus pariunt : flatus autem materiam ſurſum vergere faciunt. Si verò perſeuerarit hoc accidens,etiam pharmaci concoctorii ex malis cydoniis præparati,cochlearii mēſura danda eſt. Si verò quis aſſuetus ſit ad frigidæ potum,& multam ſitim per- H cipit,non incongruum fuerit ſinceræ frigidæ heminam exhaurire. celerrimè enim corroboratum os vētris, quæ in aluo ſunt expellit. At ventrem nardino vnguento illinire oportet,& partes circa præcordia fouere, & extremarū partium frictione vti.Exonerata aluo ad deambulationē

procedendum eſt,tardè progrediendo,ne vapores ex cru A
ditate ad caput allati concutiantur. Poſtea verò ad conſueta vitæ munia pergendum eſt: deinde ſuccedat balneum,& inunctio ex oleo dulci.vtilis eſt & abſinthii potus.Cibo verò vtendum eſt facilè concoctili ac moderato,& cui addita ſunt quæ aluo commodant,velut ſunt erinacei &cancri:deinde olera,beta,malua.modicè vtēdū eſt vino,verùm calidiore. A reliquis verò abſtineat,velut ſunt acrium eſus,& bellaria,ac placentæ ex melle, & fructus dulces.talia enim omnia ægrè concoqui ac digeri poſſunt.Hinc autem ſomnus imperturbatus ſuccedat. B

De crapula, Philumeni, Cap. LI.

SED & cruditates ex vino obortas, quas crapulas vocant,ferè eodem modo tractare oportet,] ita vt cogamus ipſos vomere à tepida aqua,aut ſola immiſſione digitorum aut pennarum, & in lecto quieſcere iubeamus, & turbationē ſomno ſedemus. & ſiquis ſanè ad frigidæ potum aſſuetus ſit,& ſtomachi ac ventris vexationem ſiue morſum perceptet,dandi ſunt ipſi cyathi duo aut tres ſinceræ puræ frigidæ aquæ ex interuallis. Sedata verò turbatione,cibos exhibebimus boni ſucci, & magis fri- C
gefaciētes.Potus autem ſit modicus,vinum album & tenue,dilutius temperatū.Optimus verò in his eſt vini abſinthitæ potus à balneo.

De æqualibus intemperaturis, Galeni, Cap. LII.

QVVM tractauerimus quomodo quis à prima ætate vſque ad ſenectutem conſeruet hominem optimè conſtructum: tranſibimus nunc ad eos qui ſtatim ab initio morboſam corporum conſtructionem adepti ſunt. Duplices autem ſunt ſecundum genus vitioſæ corporum D
ſtructuræ: quædam enim æqualiter habent temperatas vniuerſas corporis primas partes,quæ ſimilares appellantur:quædam verò inæqualiter.dico autē æqualiter, quū ad aliquam intemperaturam immutatæ fuerint omnes ſimul corporis partes,frigidiores quàm conuenit,aut calidiores, aut ſicciores,aut humidiores factæ: & per coniugationem quædam calidiores & ſicciores,quædam humidiores & frigidiores,quædam calidiores & humidiores,quædam frigidiores & ſicciores. Et ſanè iuxta inſtrumentalium partium compoſitionem, aliquæ æqualiter, E
aliquæ inæqualiter cōpoſitæ ſunt. Vidi enim iam quoſdam habere ventrem quidem frigidum,caput autem calidum:alios verò caput frigidum,ventrem verò calidum. Vidi autem & ventrem per accidens aſſiduè bile vexatum,qui non eſſet natura calidus:quemadmodum etiam alium frigeſientem,qui non eſſet frigidus.Sic & caput,& hepar,& ſplen,& omnes aliæ partes fruuntur aliquando alterius intemperatura, quum ipſæ ex natura nihil læſæ ſint in proprium temperamentum,neque contrario modo diſpoſitæ.Proinde de primis optimū temperamentū F
adeptis à me dicetur, quò hoc exemplum habeas quod temperatum eſt: deinde de iis qui æqualem intemperaturam habent. Demonſtratū eſt à me ſæpe, impoſſibile eſſe vnam aliquam intemperaturam diutius perſeuerare: ipſa enim ſibiipſi neceſſariò aliam quandam aſciſcit. Illud porrò noſſe expedit,quòd quæcūque corpora morboſam ſtructuram in prima natiuitate habuerunt,ea omnino non perueniunt ad ſenectutem: ſi verò etiā perueuerint,vnum quendam morbum diuturnum habent. Propoſuimus autem in hac tractatione de vitioſam ſtru G
cturam habentibus agere, conſiderantes quomodo quis ipſa conſeruet vt plurimùm ſana. Prius verò referendæ ſunt temperamentorum notæ,poſtea cōſequenter etiam intemperaturarum correctiones.

Optimi temperamenti dignotio, Cap. LIII.

OPtimè temperatus eſt homo quum corpore apparet exactè medius inter omnia extremè diſpoſita corpora,in gracilitate ac craſſitudine,mollicie ac duritie, caliditate ac humiditate,ſiccitate ac frigiditate:&, vt in ſumma dicam,ſi animales ac naturales actiones inculpabiles H
habuerit: medio itē modo ſe habuerit inter hirſuta corpora ac glabra,& inter nigra colore ac alba: habuerit autem capillos, dum quidem puer eſt,fuluiores, in vigore verò ætatis flauiores.

Temperamenti calidi notæ, Cap. LIIII.

CAlidius quàm conuenit temperamētum totius corporis,nunc dico illud quod proportionem ſecundū humiditatem ac ſiccitatem inculpabilem habet. Qui igitur ab initio talem corporis naturam adepti ſunt, ſaniores aliis apparent,& articulata voce loquuntur,& canunt, & citius gradiuntur. Augebitur autem ipſis caliditas pro annorum proportione. Iuxta vigorem autem ætatis palàm calidiores apparent. quare morbis & accidentibus à flaua bile facilè capiūtur.Nam multa caliditas paulatim conſumens humiditatem, ſiccius temperamentum efficit. Hi colore rubicundi ſunt, & nigros capillos habent: progreſſu verò temporis etiam moderatè dēſos. habentque venas amplas.ſunt enim & graciles.Nam pingues & venas amplas habentes,non natura pingues ſunt, ſed acquiſitum temperamentum habent.

Temperamenti frigidi notæ, Cap. LV.

FRigidum ad contactum eſt iis corpus, depile & pingue.Color autē vnà cum capillis,fuluior his eſt. Si verò multa eſt frigiditas, liuidi ſunt & plumbei coloris, & anguſtas venas habent.Si verò quis anguſtas habet venas, & gracilis eſt,is neceſſariò acquiſitum temperamentum habet,& non ex natura gracilis eſt.

Sicci cioris temperamenti notæ, Cap. LVI.

AEgrè mobile, & ſiccum, & ſqualidum in iis ſit corpus facilimè ab omnibus ſiccantibus. nam & natura excarnes ſunt ac graciles. At quum hoc quòd ii graciles ſunt & excarnes,amplius etiam durum & aſperum apparet tangentibus horum corpus. Gracilitas autem non ſolùm ad naturales conſequitur temperaturas,ſed etiā ad acquiſitas ex longa conſuetudine ſuccedit.

Humidioris temperamenti ſigna, Cap. LVII.

HVmidius temperamentum in reliquis cōſimile eſt temperato,verùm mollius & carnoſius. nam mollities ab humida temperatura ſeparari non poteſt. Quēadmodum ſanè & craſsities non ſolùm ad naturalem ſequitur temperaturam, ſed etiam ad eam quæ ex longa conſuetudine facta eſt,ſuccedit.Proprium autem eſt humiditatis etiā grauari corpus ab omnibus humectātibus

Calidi & humidi temperamenti notæ, Cap. LVIII.

MOllius & carnoſius eſt hoc optimo temperamēto: vbi verò plurimùm fuerit auctum, putredinoſis facilè capitur morbis. Si verò paulò humidius,multo verò calidius fuerit,tales molliores ſunt moderatis, & carnoſiores,& non paulò calidiores. nigri autem ſunt ipſis capilli, & caro non pinguis. Si verò paulo calidius, multo autem humidius fuerit,mollis his & multa eſt caro, & color mixtus ex rubro ac albo: & ad contactum paulo ſunt calidiores. Quò verò in ſumma dicam,in coniugatis temperaturis ſemper prædominantis qualitatis notæ præualent.

Calidi & ſicci temperamenti notæ, Cap. LIX.

CAlidum & ſiccum temperamentum,hiſpidius ac calidius eſt & gracile. Capitis autem pilos boni habitus & nigros ac multos habet in iuuentute: temporis verò progreſſu etiam caluities ſequitur. At venæ ipſius amplæ ſunt, & arteriæ magnæ ac vehementiſsimè pulſantes.Et ſanè & firmum, & articulatum, & muſculoſum, & minimè pingue totum eſt corpus,& cutis ipſa durior ac nigrior.

Frigidi & humidi temperamenti notæ, Cap. LX.

THorax iis anguſtus eſt,& pilis nudus,quemadmodū etiam totum corpus: cutis autem tenera & alba: capilli ſubfului,præſertim in iuuentute.& ſeneſcentes non calueſcūt. Sunt item timidi,& minimè audaces,ac pigri, & obſcuras habent venas.Et craſſi ſunt ac pingues, & ſemoribus ac muſculis infirmi & inarticulati,& ſiūt blæſi. Quòd ſi frigiditas ac humiditas amplius augeſcant, color vnà cum capillis fuluus euadit: ſi verò plurimùm augeſcant, liuidus. At ſi inæquale fuerit qualitatum augmentum, eius quæ magis aucta fuerit propriæ notæ prædominabuntur.

Frigidi ac ſicci temperamenti notæ, Cap. LXI.

SI verò frigiditas ac ſiccitas ex æquo fuerint auctæ, na tura durum & gracile habent tales corpus, albúmque ac non muſculoſum,& inarticulatum,ac depile,& ad tactum frigidum.pinguitudo tamen ipſis etiamſi graciles ſint, per carnē diſſeminata eſt. Pili & calor corporis pro menſuræ frigiditatis portione ſe habent. Porrò quum calida & ſicca temperatura in tempor e inclinatæ ætatis ſæpe tranſcat in ſiccam ac frigidam,habitus talium gracilis ac durus ſimiliter fit: verùm melancholicus eſt, & propterea colore nigriores ac hiſpidiores fiunt. Prædominabuntur autē ſemper prædominantis temperamenti notæ,obſcuræ verò alterius notæ erunt.

De capitis dignotione, Cap. LXII.

CAput paruum quidem vitioſæ cerebri ſtructuræ proprium ſignum eſt:magnum verò,non neceſſariò bonæ.Si quidem enim propter robur inſitæ virtutis materiam multam ac bonam creantis factum eſt,bonum eſt: ſi verò propter ſolius materiæ multitudinē, nō bonum. Diſtinguendum verò de ipſo tum ex figura, tum ex iis quæ ab ipſo ortum habent.Ex figura quidem,ſi fuerit cōcinna.ſemper enim hoc ſignum bonum eſt. Ex iis verò quæ ab ipſo ortum habent,ſi validam ceruicem habet,& aliis oſſibus optimè diſpoſitum eſt: & ſi vniuerſum ipſorum neruoſum genus bene nutritur,ac robuſtum eſt: & ſi oculi acri viſu fuerint præditi. At verò acuminata capita defectuoſam circa occiput aut frontem eminentiā habent,aut vltra iuſtum modum auctam. Proinde vt plurimum ſicut magna,ita etiam hæc capita vitioſa coperimus.Ratò autem & ex his aliqua ſunt bona,efformatrice ipſorum virtute forti exiſtente, & multitudinem materiæ bonam adepta.Nam qui acuminata capita habent,& ceruice valida præditi ſunt,hi tum aliis partibus omnibus,tum oſſibus robuſti ſunt,ait Hippocrates.

Cerebri temperati notæ, Cap. LXIII.

TEmperatum cerebrum naturales actiones moderatas habet,itémque ſuperfluitates quæ per palatū, aut aures,aut nares purgantur:miniméque lædetur ab omnibus extrinſecis quæ calfaciunt,& frigefaciunt,& ſiccant, & humectant.Talibus pili capitis,dum infantes ſunt,ſub fului ſunt, pueris verò ſubflaui: perfectis autē flaui fiunt, medium quodammodo tenentes inter exactè criſpos ac ſimplices.Nec verò facilè caluefcunt.

Cerebri calidioris notæ, Cap. LXIIII.

SI verò moderato calidius fuerit, vniuerſa circa caput rubicundiora ac calidiora erunt, & oculorum venæ conſpicuæ.Pili his genitis citò in capite oriuntur, vbi multo ſunt calidiores temperatis,nigri & multi,& criſpi ac robuſti:vbi verò non multo,ſubflaui primùm,deinde nigreſcunt,& progreſſu ætatis caluefcunt. Superfluitates in palato,& naribus,oculiſque ac auribus,paucæ his ſunt ac maturæ,quum inculpatè ſani fuerint. Replentur autē capite maximè,quum incauta diæta vtuntur, & grauātur à calfacientibus eduliis,potibus,& odoribus,atque omnibus forinſecus accidentibus.Et hoc magis adhuc, ſi non ſolùm calida ex natura fuerint talia, ſed etiam humida.

Frigidioris cerebri notæ, Cap. LXV.

SVperfluitates plures circa proprios meatus hi habent. Capilli verò ipſis recti ſunt & fului ac ſtabiles, & multo tempore à natiuitate orientes,tenues ac macri primùm. Et citò à frigidis cauſis læduntur,& iuxta ipſum læſionis tempus deſtillationibus ac grauedine corripiuntur.Neq; verò capitis partes ad tactum calidæ ſunt,neque rubicundæ apparent.Et oculorum venæ inconſpicuæ ſunt: & ipſi quodammodo ſomnolentiores.

Sicci oris cerebri ſigna, Cap. LXVI.

MEatuum à ſuperfluitatibus puritas & ſenſuum ſinceritas ſignum ſunt talis temperamenti. Vigilantiſſimi verò ſunt,& pilos robuſtos celerrimè vbinati ſunt producunt,criſpos magis quàm rectos.citò verò caneſcunt.

Humidioris cerebri notæ, Cap. LXVII.

PILI ſimplices,& omnino non caluefcunt:& ſenſus caliginoſi ſunt,& ſuperfluitatum copia adeſt, & ſomni multi ac profundi.

A Calidioris & humidioris cerebri ſigna, Cap. LXVIII.

SI verò caliditati affuerit humiditas, vtriſque parum excedentibus modum bonus color adeſt & calor, & venæ oculorum magnæ ſunt,& ſuperfluitates plures moderatè maturæ:& capilli recti ac ſubflaui, & nō facilè caluefcunt.Replentur autem & grauantur capite à calefaciētibus ac humectantibus. quum autem ad plurimam humiditatem ac caliditatem veniunt,morboſum fit his caput & ſuperfluitatibus redundans,& quod facilè ab hu-
B mectantibus ac calfacientibus læditur. Auſter his valdè aduerſatur, optimè autem in aquilonariis locis degunt. Neque verò vigilare poſſunt diutius: & vbi ad ſomnum ſeipſos conuerterint,ſimul ſopore premuntur altiore, & vigiliis, & in ſomnis varias imaginationes obuerſantes habent. Viſum item habent caliginoſum, & ſenſus non exactos.Si verò vna ex tēperaturis fuerit intenta,notæ ipſius magis prædominabuntur.

Calidi ac ſicci cerebri notæ, Cap. LXIX.

ASuperfluitatibus puri ſunt hi,& ſenſibus ſinceri, ac vigilantiſſimi, & citò caluefcunt: prima capillorū
C generatio ipſis celerrima eſt,& probè nutritur.Sunt autē nigro ac criſpo capillo præditi,& calidi ad capitis contactum,rubicundique vſque ad vigoris tempus.

Frigidi ac ſicci cerebri ſigna, Cap. LXX.

FRigidum ac decolor caput efficit hoc temperamentum,quantum in ſe eſt.alterantur enim aliquādo partes ipſius ex humorum in toto corpore temperamento. Tales temperaturæ venas oculorum latentes habent,& à frigidis cauſis promptè læduntur.quare etiam inæqualiter ſani ſunt iſti,aliquando quidem capite leuiſſimi, &
D meatibus ſuperfluitatibus puri: aliquando verò deſtillationibus ac grauedine ob paruas cauſas corripiuntur.Senſus ipſis ſunt in iuuentute quidem ſinceri, & per omnia inculpabiles, verùm progreſſu temporis citò contabeſcunt: &, vt in ſumma dicam, omnibus capitis partibus citò ſeneſcunt. quare etiam citò caluefcunt. Capilli ipſis genitis prodeunt quidem vix,verùm macri ac fului.Progreſſu temporis frigiditate prædominante ſiccitati,non caluefcunt: ſi verò ſiccitas obtinuerit dominium,parum hi caluefcunt.

E Frigidi ac humidi cerebri notæ, Cap. LXXI.

HVmidæ ac frigidæ cerebri tēperaturæ ſoporoſos faciūt & ſomnolētos, & ſenſibꝰ vitioſos, ac ſuperfluitatibus redundātes, & quibus caput facilè frigefiat ac repleatur,& qui deſtillationibus ac grauedine facilè corripiantur.tales tamen non caluefcunt.

Ventris ſiccioris ſigna, Cap. LXXII.

SI citò ſiticuloſi fiant, & modicus ipſis ſufficiat potus, & vberiore grauentur, & fluctuationes habeant ſu-
F perfluitate ipſis innatante,& eduliis ſiccioribus gaudeāt.

Ventris calidioris notæ, Cap. LXXIII.

CAlidior venter concoquit melius quàm appetit, & multo magis quæ dura ſunt & difficulter alterantur. quæ enim facilè alterantur, in ipſo corrumpuntur. Gaudet autem eduliis ac potibus calidis: & neque à frigidis læditur,ſi moderatus contigerit ipſorum vſus.at verò calidorum forinſecus allabentium diuturnam cōuerſationem ferre non poteſt.

Humidioris ventris notæ, Cap. LXXIIII.

G HI neque ſiticuloſi fiunt, & ampliorem humorē citra moleſtiam ferunt, eduliiſque humidioribus gaudent.

Frigidioris ventris notæ, Cap. LXXV.

FRigidior natura venter bene quidem appetit,non autem bene concoquit,& præſertim edulia quæ ægrè alterantur & frigida ſunt.Facilè itaque in ipſo aceſcunt,& propterea ructum acidum habet: & gaudet quidem frigidis,læditur autem facilè immodico eorum vſu: atque ita etiam extrinſecus allabentium ipſi frigidorum diu-
H turnam cōuerſationem ferre nequit.Cæterùm ex morbo cōflatæ in ventre intēperaturæ in hoc differunt à naturalibus, quòd contraria concupiſcunt, non ſimilia, velut naturales. Si quidem igitur concoquit probè, temperatus eſt venter: ſi verò non concoquit, non omnino

A intemperatus eſt.ſed ſi quidem nidoroſos ac fumoſos efficit ructus,immodicus eſt ipſi ac feruens calor: ſi verò acidos,viceuerſa. Sic etiam ventres qui ægrè concoctilia probè concoquunt,immodicum calorem habent: ſi verò ipſa non concoxerint,debilis eſt ipſorum calor.Conſiderandum eſt autem an ob aliquem humorem aliunde in ventrem confluentem,hoc ipſis contingat. Nam ad pituitoſos humores,acidi ructus conſequuntur : ad bilioſos verò,nidoroſi aut viroſi,aut aliæ quædã peregrinæ qualitates.Communia autem accidẽtia omnium redundan- B tium in ventre humorum ſunt nauſeæ. verùm ſi quidem in vẽtris amplitudine humores innatarint, ſupernatabũt in iis quæ per vomitum reiiciuntur: ſi verò in ipſis ventris tunicis impacti fuerint, fruſtra lancinabunt per inanes nauſeas,ita vt nihil vomitu reiiciatur.

Pulmonis notæ, Cap. LXXVI.

NON ſolùm venter ſiticuloſos & nõ ſiticuloſos facit, & frigidi ac calidi potus appetentes: ſed etiam thorax,cor,& pulmo. verùm qui propter horum caliditatẽ ſitiunt,plus inſpirãt,& amplius ac diutius efflant. Percipiunt autem æſtum in thorace, non circa hypochon- C dria, *Latinis præcordia appellata*, quemadmodum qui propter ventrem ſiti vexantur.Et ſanè vbi bibunt, non ſtatim quieſcunt:& frigidus potus magis ipſorum ſitim ſedat quàm multus calidus. Refrigerat autem ipſos & frigidus aer inſpiratus,qui ne alleuiat quidem propter ventrem ſiticuloſos.Sic verò etiam frigefactum thoracẽ habentes,à frigida inſpiratione ſenſibiliter læduntur.& maxima eſt hæc frigidi pulmonis nota.Quemadmodum autem frigidum aerem inſpirantes,palàm ſentiunt mole- D ſtiam ac frigiditatem: ſic calidus ipſis eſt gratus. Sed & pituitoſas ſuperfluitates hi cum tuſſi reiiciũt.At pulmonis ſiccitates ſuperfluitatibus carent,& vocem puram habent.quemadmodum humiditates obſcuram & raucam vocem efficiũt,& vbi amplius aut acutius loqui volunt, ſuperfluitates ipſis incurrunt.

Cordis calidioris notæ, Cap. LXXVII.

MAgnitudo reſpirationis,& pulſus velocitas ac dẽſitas,calidioris cordis notæ ſunt,audaciáque ac velocitas ad actiones obeundas impigra: ſi verò amplior fue- E rit caliditas,excandeſcentia & furioſa temeritas. Eſt & thorax ipſis hirſutus,& maximè pectus,& præcordiorum partes thoraci viciniores. Vtplurimum verò & totũ corpus calidius fit ex calido corde,niſi hepar magnopere reluctetur.Sed & thoracis amplitudo, caliditatis ſignũ eſt, niſi etiam hîc magnopere cerebrum reſiſtat.

Frigidioris cordis notæ, Cap. LXXVIII.

PVlſus ſunt moderatis minores, non tamen tardiores neceſſariò,aut rariores. Timidi verò ex natura ſunt tales,& ſocordes,ac minimè audaces.& pectus pilis nudum F habent.

Siccioris cordis notæ, Cap. LXXIX.

PVlſus ſunt duri,& animi concitationem non facilem, ſed feram & ægrè ſedabilem tales habent.& fermè totum corpus his ſiccius eſt,niſi hepar reluctetur.

Humidioris cordis ſigna, Cap. LXXX.

PVlſus molles,& mores ad iram procliues, ac facilè ſedabiles,& totũ corpus humidius, niſi hepar reſtiterit.

Calidi ac ſicci cordis ſigna, Cap. LXXXI.

PVlſus duri & magni,& veloces ac denſi,& reſpirationes magnæ ac veloces & denſæ. & ſanè multo magis G velocitas ac denſitas ipſarum augeſcit, ſi thorax ad proportionem cordis reſponderit. Hi omnium maximè pectore hirſuti ſunt, & circa præcordia. Ad actiones verò expediti,& animoſi,& tyrannicis moribus præditi,& celeres ad iram,ac pertinaces in ipſa.

Calidi & humidi cordis notæ, Cap. LXXXII.

SI verò humiditas vnà cum caliditate dominetur,minus quidẽ prædictis hi hirſuti ſunt,nihilo verò minus ad actiones expediti.verùm non adeò ferus eſt ipſis ani- H mus,ſed ad iram ſolùm ſunt procliues. Pulſus verò molles ſunt & magni,& veloces ac denſi.

Frigidi & humidi cordis notæ,
Cap. LXXXIII.

PVlſus molles ſunt, mores minimè audaces,ac timidi, & pigri. ſunt autem ii pectore pilis nudo, & minimè furioſi fiunt. nam neque ad iram procliues ſunt. De thorace ac toto corpore ſimiliter velut in ſuperioribus diſtinguendum eſt.

Frigidi ac ſicci cordis notæ, Cap. LXXXIIII.

PVlſus duri & puri: hi omnium maximè ab ira alieni ſunt : coacti tamen ad iraſcendum,in ira perſeuerant. Sunt autem pectore omnino depiles.

Hepatis calidioris notæ, Cap. LXXXV.

VEnæ amplæ, flaua bilis copioſior, tempore vigoris etiam nigra. Calidior eſt ipſis ſanguis, & propterea etiam totum corpus,niſi cor reſiſtat.Præcordia & venter hirſuta ſunt.

Frigidioris hepatis notæ; Cap. LXXXVI.

ANguſtia venarum,pituita copioſior,& ſanguis frigidior, & totius corporis habitus frigidior, niſi à corde calfiat. Præcordia & venter iis pilis nuda ſunt.

Siccioris hepatis ſigna, Cap. LXXXVII.

SAnguis craſſus & paucus,venæ duræ,& vniuerſus corporis habitus ſiccior.

Humidioris hepatis ſigna, Cap. LXXXVIII.

SAnguis copioſior & humidior : venæ molliores. ſic & totum corpus,niſi cor reluctetur.

Calidi ac ſicci hepatis ſigna, Cap. LXXXIX.

PRæcordia hirſutiſſima: ſanguis craſſior ac paucior. amara bilis plurima, iuxta vigorem etiam atra. venarum amplitudo ac durities.Sic & totum corpus calidũ ac ſiccum. nam caliditas ex corde proficiſcens,frigiditatem ex hepate proficiſcentem ſuperare poteſt : quemadmodum etiam frigiditas cordis, caliditatem hepatis ſuperare poteſt.At ſiccitatem hepatis,cor humidius ad cõtrarium tranſmutare non poteſt. Quare manifeſtum eſt quòd vbi amborum temperaturæ in idem concurrerint, totum corpus exactè iuxta illas afficitur.

Calidi ac humidi hepatis notæ, Cap. XC.

MInus quidem quàm calidum ac ſiccum præcordia hirſuta facit:verùm plurimum ſanguinem & venas magnas habent tales :& habitum humidum ac calidum,niſi cor reſiſtat. Si verò amplius vtriſque qualitatibus naturalem modum exceſſerit, facilè capitur morbis putredinoſis ac mali ſucci,atque hoc adhuc magis ſi amplius aucta fuerit humiditas,paululum verò caliditas. Si verò vice verſa, modicè aucta fuerit humiditas, plurimũ verò caliditas,vitioſi humores minimè gignuntur.

Frigidi ac humidi hepatis notæ, Cap. XCI.

DEpile habet præcordium, ſanguinem verò operatur pituitoſiorem,vnà cum venarum anguſtia. & corpus totum frigidius ac humidius, ſi non à corde ad contrarium transferatur.

Frigidi ac ſicci hepatis notæ, Cap. XCII.

FRigidum ac ſimul ſiccum hepar, corpus modici ſanguinis,& anguſtarum venarum facit,atque frigidius. Præcordia verò pilis nuda talibus ſunt, niſi & hîc cor ſuperarit.

Teſtium temperamenti ſigna, Cap. XCIII.

CAlidum teſtium temperamentum venereum eſt,fœcundúmque ac maſculorum generatiuum : & citò hirſutas facit genitales partes, & circumſitas moderaté. frigidum verò,vice verſa. Humidum autem multo & liquido ſemine abundat: ſiccum verò pauco & moderatè craſſo. At calidum & ſiccum, craſſiſſimi ſeminis eſt ac fœcundiſſimum, & celerrimè ad coitum ſtimulat animal ſtatim ab initio.Tales etiam celerrimè hirſuti fiunt circa genitales partes & omnes circumcirca ſitas,ſurſum vſque ad vmbilicum,deorſum vſque ad media femora. Concitatum quidem igitur eſt tale temperamentum ad venerem,verùm citiſſimè ſatiatur: & ſi cogatur,læditur. Si verò humiditas ad caliditatem accedat, minus quidem hirſuti ſunt hi,ſed plus ſeminis habent. non tamen magis aliis appetunt,ſed multæ veneri minore detrimẽto ſufficiunt. Si verò & humiditas & caliditas multùm fuerint ſimul auctæ,ex veneris abſtinentia magis lædũtur. At ſi teſtes humidi ac frigidi temperamento fuerint, partes circumcirca pilis nudæ ſunt, & tardè rem veneream agere incipiunt, & neque ad actionem procliues ſunt.

ſunt. Aquoſum autem & tenue eſt ipſis ſemen & infœcundum ac fœminarum generatiuum. Siccum autem & frigidum temperamentum,prædicto quidem in reliquis ſimile eſt: craſsius eſt autem ipſis ſemen, & omnino modicum.Porrò quicunque totum ſcrotum cum teſticulis laxatum habent & velut exolutum, ii viribus vt plurimũ ſunt debiliores.Qui verò contractum habent ſcrotũ vnà cum teſtibus,& velut adſtrictum, robuſtioribus viribus ferme præditi ſunt. & huius rei ſigna ſumi poſſunt ex omnibus quadrupedibus animantibus.

Calidorum intemperamentorum correctio,
Cap. XCIIII.

QVandoquidem in calidis intemperaturis bilioſa ſuperfluitas redundat,conſiderare in eis oportet vtrũ ſubit ipſis bilis cum ſeceſſibus ac excremẽtis alui, aut ad ſupernũ ventrẽ procedit.ſi enim ſubit,nihil moliri oportet:ſi verò ad ſupernũ ventrẽ fertur,per vomitus euacuare à tepidæ aquæ potu.At ſi ægrè vomãt,vinũ dulce tepidæ aquæ permixtum bibendũ dato: atque ſic voment. Exercendi autem ſunt exercitio non veloci ac concitato, ſed tardiore ac molliore. Quidam verò ex vehementer calidis omnino non opus habent exercitiis,ſed ſufficit ipſis deambulatio & balneum, inunctis oleo cum mollibus manibus. Hi etiam poſt cibum balneis gaudent, & aliqui ipſorum craſſefacti ſunt ob talem diætam. Vinum his conuenit aquoſum tenue & album.nam fulua,calida ſunt,item valde vetuſta:quare his valde aduerſantur. Attendendum eſt autem in omnibus qui poſt cibum lauãtur,ne hepar affectum ſit: extremè enim læduntur tales ſi poſt cibũ lauẽtur. Qui verò cũ ſiccitate calidi ſunt,circa ætatis vigorem maximè,opus habent humida diæta ex eduliis ac balneis, & concitatorum ac multorum exercitiorum abſtinentia. quare æſtatis tempore citius lauentur,& poſt cibum rurſus, niſi aliquod ex viſceribus affectum fuerit. proderit iis & frigidæ potus, ſi nihil impedierit. At ſiccioribus temperamentis valde aduerſatur venus. Abſtineant item ab ardore, laſsitudinibus, vigiliis,curis,& omnibus motibus acutis. Bilioſi verò ira perciti exardeſcunt,& in acutas febres incidunt. Verùm exceſſus quantitatem conſiderare oportet, & pro portione aucti caloris augere etiam frigefacientem ac humectantem victus rationem.

Frigidi intemperamenti medela,
Cap. XCV.

QVicunque frigidiores natura ſunt, circa ſiccum verò temperamentum ac humidum moderatè ſe habẽt, minus vitioſi ſunt ad corporis robur ac ſanitatem. Excitare igitur oportet ac corroborare ipſorum caliditatem, in humiditate verò ac ſiccitate totius diætæ medium eligere.

Humidi intemperamenti correctio,
Cap. XCVI.

HVmidæ naturæ in puerili ætate fluidis & plenitudinis morbis corripiuntur, & inſuper putredinoſis: opus igitur habent pluribus exercitiis,& exacta in ventre concoctione. Nam cibi qui in hoc corrumpuntur,putredinoſorum morborum materia fiunt toti corpori. Quapropter ante cibum hi loti & naturalibus calidis aquis vtẽtes, magnam opem ſentiunt. Scopus enim in ipſis eſt ipſas corporis partes humidas ſeruare. atque hoc cõmune eſt omni temperamẽto. Nam contrarium, ipſa inquã ſiccitas,omnium animalium corpora citius ad ſenectam perducit.Quare ſi quidem poſſibile eſſet ſemper conſeruare humidum temperamentum corporis, verus profectò eſſet ſophiſtæ Philippi ſermo, qui obedientem ipſi, immortalem fore promiſit. proinde diutiſsimè vixerit qui minimè reſiccatur. Quum autem humida diæta ſuperfluitates & humorum multitudinem generet,difficile eſt congruam tenere proportionem, vt neque morbis corripiantur neque citò ſeneſcant.Quantum igitur ad tẽperamentum attinet, qui humidiſsimi ſunt diutiſsimè viuunt.Et ſanè etiam plus aliis ſani ſunt, vbi corpus fuerit corroboratum: quemadmodum etiam robuſtiſsimi ſunt omnium eandem ætatem habentium, vſque ad extremam ſenectutem. Et propterea laudatur hoc temperamentum ab omibus ferè medicis ac philoſophis, qui corporis elementa exactè cognouerũt. & quidam ſolum hoc naturale eſſe putauerunt.Melius enim aliis progreſſu temporis euadit,quũ ab initio ſit deterius. Quare qui tali corpori corrigendo præfectus eſt, ea quæ deſunt ipſi prouidere debet per exercitia ante cibum fictia, & balnea ac cibos idoneos, & per plures excretiones tum per vrinas, tum per ventrem contingentes. Nihil autem vetat & apophlegmatiſmis pituitam à capite trahentibus vti,& purgationibus tempeſtiuis: & præ omnibus, eduliis boni ſucci,& vini vrinam proritantis potu.

Sicci intemperamenti medela, Cap. XCVII.

BAlneum ſiccis corporis temperaturis omnibus commodiſsimum eſt. temperata autem ſit & dulciſsima aqua. & ſi bis aut ter in die lauentur, magis conferet. Sed & vniuerſa diæta humectans ſit. A laſsitudine verò & curis ac vigiliis abſtinendum eſt.

Calidi ac ſicci intemperamenti curatio,
Cap. XCVIII.

CAlidum ac ſiccum intemperamẽtum variis curationibus ſubiacet. non tamen iniucundus eſt ſimiliter frigefacientium vſus. Nam iuxta ſiccas diſpoſitiones neceſſarium eſt non ſolùm vicinas ventri partes ſed etiam totum corpus gracilius fieri.

Humidi ac calidi intemperamenti medela,
Cap. XCIX.

QVòd ſi humida intemperatura eſt cũ caliditate, adſtringentium eduliorum vſus vtilis eſt. ſunt autem hæc auſtera citra caliditatem. Et ſanè etiam frigidus potus ipſis commodus eſt.

Humidi ac frigidi intemperamenti ſanatio,
Cap. C.

HVmidi verò cum frigiditate intemperamenti optimæ medelæ ſunt omnia acria ac calida. miſceantur autem ipſis etiam acerba,citra manifeſtam frigiditatem. Optima item medela eſt iis modicus potus. ſit autem vinum calidum fortiter & adſtringens, ac valde vetuſtum. Iis verò etiam ea quæ forinſecus adhibentur, proportione reſpondeant.

Frigidi ac humidi intemperamenti curatio,frigiditate prædominante, Cap. CI.

AT ſi frigiditas humiditatem ſuperauerit, vitioſæ fiũt tales tẽperaturæ,& hæ maximè fluidis morbis corripiuntur. Prodeſt autem ipſis illuuies,& exercitia pura,& ratio victus attenuãs,& vnguenta moderatè calfacientia.

INDEX EORVM QVÆ IN PRIMO SERMONE TETRABIbli ſecundæ Aetii continentur.

QVòd oportet medicum naturæ operum gnarũ eſſe, Cap.I.
Quod citra prænotionem morbi fieri nequit vt probè cures, Cap.II.
Quæ ſint bona ſigna, Cap.III.
Quæ ſint mala ſigna, Cap.IIII.
Quæ prima dies totius morbi dicenda ſit, Cap.V.
Principium morborum trifariam dici, Cap.VI.
Quid ſit febris, Cap.VII.
Quid ſit exacerbatio, Cap.VIII.
Quid ſit remiſſio, Cap.IX.
Remiſſionem dupliciter dici, Cap.X.
Quod ſit principium febrilis acceſſionis, Cap.XI.
Augmenti particularis exacerbationis ſigna, Cap.XII.
Vigoris particularis exacerbationis ſigna, Cap.XIII.
Declinationis particularis exacerbationis ſigna, Cap.XIIII.
Quod ſit principium totius morbi, Cap.XV.
Quod ſit augmentum totius morbi, Cap.XVI.
Vigoris totius morbi cognitio, Cap.XVII.
Declinationis totius morbi cognitio, Cap.XVIII.
Quòd declinatio totius morbi in iudicationibus confertim fiẽtibus, ſenſum noſtrum aufugiat, Cap.XIX.
Quòd ſeruandus æger quatuor tempora totius morbi pertranſeat, Cap.XX.
Vtrũ tardius aut citius morbus iudicetur, Cap.XXI.
Quomodo prænoſcere oporteat an iudicabitur morbus, aut non, & quando, Cap.XXII.
Futuræ iam iudicationis ſigna, Cap.XXIII.
Quomodo prænoſcere oporteat bonâne an mala iudicatio futura ſit, Cap.XXIIII.
Qui ſint boni iudicatorii dies & qui mali, Cap.XXV.
In quibus ambigua eſt dies principii morbi, & nulla præiudicatiua facta, derepente contigit iudicatio, quomodo ambigua inuenire oporteat, Cap.XXVI.
De notis ex pulſibus, Cap.XXVII.
De vrinarum notis, & primùm quæ ſit naturalis, Cap.XXVIII.
Qualis vrina optima in ægrotis, Cap.XXIX.
Quòd non omnis alba ſubſidentia bonum ſignificet, Cap.XXX.
Quid indicet tenuis & pallida vrina, Cap.XXXI.
Quid indicet tenuis & fulua vrina, Cap.XXXII.
Quid indicet rufa vrina, Cap.XXXIII.
Quid indicet vrina tenuis micta, & poſtea turbata, Cap.XXXIIII.
Quid indicet vrina craſſa micta, & craſſa manens, Cap.XXXV.
Quid indicet vrina craſſa, & poſtea deſidẽs, Cap.XXXVI.
Differentiæ vrinarum oleoſarum, & quid ſignificent, Cap.XXXVII.
Quid indicet vrina tenuis micta, & talis manens, Cap.XXXVIII.
Quid ſignificent eruinæ ſubſidentiæ, Cap.XXXIX.
Quid indicent furfuraceæ ſubſidentiæ, Cap.XL.
Quid indicent lamineæ ſubſidentiæ, Cap.XLI.
Quid indicet polentaceum in vrinis, Cap.XLII.
Quid indicet graueolens vrina, Cap.XLIII.
Vrina nigra quid ſignificet, Cap.XLIIII.
De egeſtionum notis, Cap.XLV.
De egeſtionibus iudicatoriis, Cap.XLVI.
De vomitus prænotione ac ſignificatione, Cap.XLVII.
De eruptionis ſanguinis ex naribus prænotione ac ſignificatione, Cap.XLVIII.
Quòd & per hæmorrhoidas, & muliebres purgationes ſæpe ſoluatur morbus, Cap.XLIX.
De ſignificatione ex ſudoribus, Cap.L.
Abſceſſuum ſigna iudicatoria, Cap.LI.
De ſputorum ſignificatione, Cap.LII.
Signa perfectè ac fideliter ſoluti morbi, Cap.LIII.
Signa morbi non perfectè ſoluti, Cap.LIIII.
Prænotio diei qua moritur æger, Cap.LV.
Quod etiam horam mortis ægri prænoſcere poſſit doctus medicus, Cap.LVI.
In acutis morbis mortem non eſſe prædicendam, Cap.LVII.
Febrium diuiſio, & de diariis febribus, Cap.LVIII.
De diariis ex laſſitudine febribus, Cap.LIX.
De febrientibus ex vigiliis, & cura, aut triſtitia, aut ira, Cap.LX.
De febrientibus ex ardore, Cap.LXI.
De febrientibus ex frigore, Cap.LXII.
De febrientibus ex grauedine & deſtillatione, Cap.LXIII.
De febrientibus ex cutis denſitate, Cap.LXIIII.
De febribus ex fame, Cap.LXV.
Diæta communis omnium diariarum febrium, Cap.LXVI.
De febrientibus ex inguinis inflammatione, Cap.LXVII.
De diariis febribus ex cruditate, Cap.LXVIII.
Curatio diariarum febrium multarum dierum, quarum aliquæ ex mutatione diariarũ generãtur & ob cutis obturationem, Cap.LXIX.
De febribus ſynochis, *id eſt continentibus*, Cap.LXX.
De venæ ſectione, Cap.LXXI.
De frigidæ aquæ exhibitione, Cap.LXXII.
Diæta in febribus continentibus, Cap.LXXIII.
Vniuerſalis doctrina de febribus putredinoſis, Cap.LXXIIII.
De febribus putridis, Cap.LXXV.
Communis diæta omnium febrium putridarum, Cap.LXXVI.
De febribus continuis, Cap.LXXVII.
Cura febris ardentis, Philumeni, Cap.LXXVIII.
Tertianæ exquiſitæ dignotio, Cap.LXXIX.
Tertianæ exquiſitæ curatio, Cap.LXXX.
Tertianæ ſpuriæ curatio, Cap.LXXXI.
De hemitritæo, *hoc eſt ſemitertiana*, Cap.LXXXII.
Quartanæ exquiſitæ dignotio, Cap.LXXXIII.
Quartanæ curatio, Cap.LXXXIIII.
Quotidianæ febris dignotio, Cap.LXXXV.
Quotidianæ febris curatio, Cap.LXXXVI.
De epialis febribus, Cap.LXXXVII.
Communia auxilia febrium per circuitum repetẽtium, Cap.LXXXVIII.
De ignis ſacri circa viſcera affectionib⁹, Cap.LXXXIX.
De colliquatione, Cap.XC.
De febribus quæ in calidis ac ſiccis temperaturis fiunt citra inflammationẽ ac putrefactionem, Cap.XCI.
De febribus hecticis ac tabidis, Cap.XCII.
Hecticarum febrium curatio, Cap.XCIII.
De popularibus paſſim vagantibus, & peſtilentibus morbis, Cap.XCIIII.
De peſte, Rufi, Cap.XCV.
De iis qui ob crudorum humorum multitudinem animo linquuntur, Cap.XCVI.
De iis qui animo concidunt ob flauam bilem os ventris lædentem, Cap.XCVII.
De iis qui ob tenues humores animo concidunt, Cap.XCVIII.
De aliis animi deliquii cauſis, Cap.XCIX.
De dolore animi deliquium inducente, Cap.C.
De animi deliquio propriè dicto, Cap.CI.
De iis qui ob ventris profluuium, aut ſanguinis eruptionem, aut immodici ſudoris euacuationem animo linquuntur, Cap.CII.
De iis qui ob humorũ copiã animo linquũtur, Cap.CIII.
De iis qui ob quandam vteri affectionem animo linquũtur, Cap.CIIII.

Ad eos qui ob ſtomachi debilitatem animo linquuntur, Cap. c v.
De iis qui ob vitioſos humores os ventris rodentes animo linquuntur, Cap. c v i.
De iis qui ob pituitam in ſtomacho collectam animo linquuntur, Cap. c v i i.
De animi deliquio ob fortem frigiditatem, Cap. c v i i i.
De animi deliquio ob multam caliditatem, Cap. c i x.
De animi deliquio ob inflammationem aut malignam febrem, Cap. c x.
De animi deliquio ob ſiccitatem, Cap. c x i.
De animi deliquio ob principalis membri obturationem, Cap. c x i i.
De animi deliquio ob repentinam euacuationem, Cap. c x i i i.
De animi deliquio propter affectus, Cap. c x i i i i.
De capitis dolore in febribus, Cap. c x v.
De vigiliis in febribus, Cap. c x v i.
De graui ſopore, Cap. c x v i i.
Quomodo linguæ aſperitas in febribus curanda ſit, Cap. c x v i i i.
Quomodo ſitis curanda ſit, Cap. c x i x.
De aurium dolore in febribus, Cap. c x x.
Auris ſuppuratæ curatio, Cap. c x x i.
De lippitudine in febribus, Cap. c x x i i.
De oculorum obſcuratione, Cap. c x x i i i.
Fluxus ſanguinis narium in febribus curatio, Cap. c x x i i i i.
Veſicæ & vrinæ difficultatis in febribus curatio, Cap. c x x v.
Lumborum doloris curatio, Cap. c x x v i.
Vlcerationis circa os ſacrum in febribus curatio, Cap. x x v i i.
Vlcerationis circa ſcrotum & anum in febribus curatio, Cap. c x x v i i i.
Puſtularum in febribus curatio, Cap. c x x i x.
De tremoribus in febribus, Cap. c x x x.
De conuulſionibus in febribus, Cap. c x x x i.
De iucundis ac commodis potionibus in febribus, Cap. c x x x i i.
De potione pharmaci ex capitibus papaueris, Cap. c x x x i i i.
Omphacomelitis præparatio, Cap. c x x x i i i i.
Mellis roſacei præparatio, Cap. c x x x v.
Hydroroſati præparatio, Cap. c x x x v i.
Apomelitis præparatio, Cap. c x x x v i i.
Hydromeli & cruſtuminati præparatio, Cap. c x x x v i i i.
Cydonati præparatio, Cap. c x x x i x.
Aceti mulſi præparatio, Cap. c x l.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICInæ, Tetrabibli, ſiue quaternionis ſecundi, Sermo primus,

Per Ianum Cornarium medicum phyſicum, Latinè conſcriptus.

De febrium cognitione ac curatione.

SALVBRIS diætæ præcepta ad conſeruandam ſanitatem commoda ac neceſſaria iam antea præſcripta ſunt. Didiciſti itaque ex ipſis, qualis & cuiuſmodi diætæ vſu, tum ipſe, quantum eius fieri poſſet, maximè ſanus eſſes, tum tuæ curæ cõmiſsis ſingulis conuenientem ſanitatem conſeruares. Quandoquidem verò clàm nobiſipſis ſæpe contingit vt negligentiore diæta vtamur, aut vt propter aliquas actionum circumſtantias, aut ob ambientis nos aeris violen- B tiam læſi, aliquando morboſis ſtructuris acutarum aut diuturnarum affectionum corripiamur: præſtat etiam de ipſis morbis tractare, & ab vniuerſalibus febrilium morborum notis auſpicari, tum quòd hi magis abundant omnibus ætatibus communes, tum quòd non periculo vacant, turbántque ac tumultum repentinum inducunt ob ſymptomatum accidentium copiam.

Quòd oportet medicum naturæ operum gnarum eſſe, Cap. I.

QVare circa prognoſticon Hippocratis & alios eiuſdem libros medicum exercitatum eſſe oportet, & C naturæ opera noſſe. Naturæ enim ſunt morborum medici. adiuuare igitur naturam oportet ad ſalutem decertãti aduerſus morbum. Sic enim natura, vbi medicum ea quæ oportet facientẽ auxiliariũ accepit, & ipſum ægrotum obedientem & nihil in diæta delinquentem, morbum facilè ſuperarit. Oportet autem cooperari etiam miniſtros & extrinſeca, quò nihil iis quæ rectè fiunt reſiſtat.

Quòd citra prænotionem morbi fieri nequit vt probè cures, Cap. II.

PRopoſitum eſt autem nobis partem eam quæ de ſi- D gnis ac notis morborum tractat, prius exponere. Nam citra hoc vt prænoſcas in quid deſinet morbus, fieri non poteſt vt modus diætæ tibi probè ſuppetát: & præſertim in acutis & citum periculum inducentibus morbis.

Quæ ſint bona ſigna, Cap. III.

FAcies bonis ſignis prædita. poteris enim vel ex ſola facie cõſtantem ac firmam prænotionẽ ſumere, priuſ- E quam ægrum contingas: dico autem ex ſenſibus in ipſa, viſu, auditu, olfactu. & ad hæc ex reſpiratione, ſine qua viuere non datur, & quæ indicat nobis diſpoſitionem cordis. Adeſt autem & loquendi inſtrumẽtum in facie, ipſa A lingua, quæ oſtendit nobis rationalis animæ partis robur ac debilitatem. Bonum ſignum eſt & decubitus decorus, prout maximè conſueuit etiam in ſanitate ſe facilè conuertere. Bonum ſignum eſt & totum corpus ad portandũ facile eſſe, & æqualiter ac leniter calidũ, & ſitis quãtum eius fieri poteſt exors: item ſanam eſſe mẽtem, & bene ſe habere ad ea quæ offeruntur. Bonũ ſignum eſt & facilis ſpiratio & ordinatus pulſuũ motus. Ex his enim & iis quæ adhuc referentur, cognoſcemus tum robur, tum debili- B tatem trium animæ actionum. Nam ſanam eſſe mentem & nõ defluere corpus in decubitu ad pedes, cerebrum per omnia ſanum eſſe indicat. Faciei verò floriditas, & facilis ſpiratio, & pulſus ordinatus, cor ſanum eſſe arguũt. quãdoque enim florida fit facies cum difficili ſpiratione, velut in peripneumonicis fieri ſolet. At ſitis exortem eſſe, & bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, naturalem facultatem in hepate & toto corpore ſanam eſſe indicat. Bonũ ſignum ſunt & ſomni boni, & ſudores per totum corpus temperati & æquales ac moderati, & opportuno tempore apparentes. Bonum item ſignum eſt præcordia dolo- C ris expertia ac mollia eſſe. Et ad hæc ſeceſſus alui & vrinarũ ac ſputorũ expeditos eſſe, & bona concoctionis ſigna.

Quæ ſint mala ſigna, Cap. IIII.

TOtius faciei ac temporum collapſio, oculi fixi ac caui, lacrymæ inuoluntariæ, & alba oculorũ in ſomnis apparentia, ſi nõ adſuetus fuit ſic dormire, & defluere corpus ad pedes, & præter morem pronum iacere, dentibus frendere, totum corpus inæqualiter calfieri ac frigefieri, & ad portandum difficile eſſe. Item ſitis intolerabilis, & ardor internarum partium externis frigidis exiſten- D tibus, exceſſus mẽtis & velut deliriũ quoddã, aut ſtupiditas, ſopor profundior, auerſio totius appetitus. Frigiditas oboriens ex inflãmatione thoracis ac coſtarũ, difficulter ſpirare, & frigidũ reſpirare, & foras multũ expirare, intra verò parũ inſpirare: hoc enim iã futurã cordis mortificationẽ indicat: quẽadmodũ etiã pulſum interceptum eſſe, aut malè ferire. Facilẽ enim ſpirationẽ, inquit Hippocra- E tes, putare oportet valde magnã vim habere ad ſalutẽ in omnibus acutis morbis qui cũ febre fiũt, & in quatuordecim diebus iudicantur. Malũ ſignum ſunt & vigiliæ cõcomitãtes, aut etiã ſomni fientes quidem, verùm turbati. Sudores frigidi & inæquales, & non per totum corpus, &

aliquando milii figuram præ ſe ferentes ac viſcoſi. frigiditatem enim fortem hæc indicant. Et non in debito tēpore apparere ſudores malum eſt, & ſudores ſtatim febrim ſequi: item ſuppreſſio retrimentorum alui, & maximè veſicæ, & aliarum excretionum. Imò etiam ſi hæc procedant, ne alicuius pernicioſi notas ferant, & præſertim vrinæ graueolentes & craſſæ & nigræ: tales enim in acutis ac malignis morbis omnino periculum ſignificāt. Præcordiorū diſtentio, & principalium partiū inflāmationes, maximè cerebri inquā ac cordis & pulmonis, & membranæ coſtas ſuccingentis, hepatiſque ac ventris: vbi enim aliquis ex talibus morbis adeſt, valde mala ſigna apparentia periculoſa ſunt. Oportet autem vniuſcuiuſq; ſigni vim perdiſcere: vnum enim aliquando ſignū forte ac fidum plura ſigna infida ac debilia vincit.

Quæ prima dies totius morbi dicenda ſit, Cap. V.

PRincipium totius morbi dicere oportet illud tēpus quando homo febrire incepit adeò manifeſtè vt continuitatem corporis ſibi ſolutā eſſe putet, & non amplius in publicū prodire valeat, & cōſueta vitæ munia obire, & propterea decubitu opus habeat. Non enim idem eſt diſplicētiam habere, & febrire. qui enim caput dolet, aut diſplicentiam habet, & corpore grauatus eſt, poteſt ferè in principiis conſueta facere, donec præualens ipſi morbus vires eius deiiciat.

Principium morborū trifariam dici, Cap. VI.

PRincipium propriè dicitur impartibilis illa ac indiuiſibilis primi morbi impetus inuaſio, in qua victus homo decubuit. Principium etiam dicitur quod per dilatationem nominant, quod vſque ad tertium diem extenditur. Principium quoque dicitur proprium ac neceſſarium, quod, velut partem totius morbi, principium nominamus. quod ſanè non dierum numero cognoſcitur, ſed exacerbationū qualitate, & concomitantiū accidentium lenitate. Nam in augmento & morborū & ſymptomatum accidentium incrementum fit: exacerbationes enim anticipant, & longius extenduntur in augmento, & ſymptomata grauiora fiunt. Principium igitur totius morbi dicitur, donec apparuerint manifeſta & bona cōcoctionis ſigna. Si quidem igitur principium breuis temporis fuerit, morbū velociter ſoluendum oſtendit, velut etiam Hippocrati videtur. In pleuriticis, inquit, ſi ſputum ſtatim appareat, in principio quidem breuis fit: ſi verò poſterius appareat, prolongatur morbus ipſe videlicet. Qua igitur die apparuerint in ſuperfluitatibus quæ excernuntur manifeſtè concoctionis ſigna, in ea dicimus principium totius morbi ceſſaſſe, & incipere ipſum augmētum. Concoctionis enim ſigna nūquam malè apparent.

Quid ſit febris, Cap. VII.

FEbris eſt calor præter naturam cordis & arteriarum, vitalem firmitatem lædens, ex profundo emergens, & acris ac mordax, ad tactum allabens, præſertim circa thoracem, & vbi arteriæ magnæ ſitæ ſunt: verùm ad talē calorem inæqualitas quædam & inordinatus motus pulſibus accedit, iuxta ipſam febris ſpeciem.

Quid ſit exacerbatio, Cap. VIII.

PAroxyſmus, *quem Latini exacerbationem* vocant, eſt motus morbi particularis à remiſſione ad deterius. Particularis autem motus dictus eſt, ad diſcretionem vniuerſalis morborum augmenti.

Quid ſit remiſſio, Cap. IX.

REmiſſio eſt particularis exacerbationis temporaria quies ſymptomatum corpori coincidentium.

Remiſſionē dupliciter dici: comprehenditur enim & interuallum, Cap. X.

EX remiſſionibus ea quæ ſincera eſt, cognoſcitur ex quiete concomitantiū ad exacerbationem ſymptomatum circumſcripta. & propterea dicitur Interuallum, quemadmodum in iis qui per circuitum quendam exacerbant, velut tertiana, quartana, quotidiana, capitis dolor, morbus comitialis, podagra, & conſimiles. Quæ verò inſincera eſt & non pura, deprehēditur ex ſymptomatum diminutione, quemadmodum in cōtinuis maximè febribus cōtingit. nam in his ante abſolutam morbi ſolutionem non contingit pura remiſſio: declinationem enim prioris, poſterior exacerbatio excipit.

Quod ſit principium febrilis acceſſionis, Cap. XI.

PRincipium febrilis exacerbationis, ferme eſt contractio extremarum partium omnium, & maximè naſi: & quandoque etiam frigiditas totius corporis: & aliquando tuſſicula parum irritans, vnà cum frigiditate irruens. Item oſcitatio, & partium corporis extenſio, aut nauſea, aut vomitus, aut animi deliquium, & capitis dolor aut alterius cuiuſdam partis, & in profundum ſomnum delatio. Pulſus inſuper paruus & contractus, tardè feriens ac relidens: & ſymptomatum ad præſentem morbum concomitantium irritatio.

Augmenti particularis exacerbationis ſigna, Cap. XII.

IVxta augmentum exacerbationis, aliorū quidem accidentium incrementum & vnio accedit: contractio verò & frigiditas ceſſant, & pulſus inæqualis emicat, & corpus calefit quidem, verùm non exactè.

Vigoris particularis exacerbationis ſigna, Cap. XIII.

IVxta vigorem exacerbationis, calor æqualiter diffunditur, & particulatim diſtribuitur per totum corpus. & pulſus totam augmenti magnitudinem accipientes, ad ſubiectæ materiæ proportionem extenduntur, itémque reliqua exacerbationis accidentia. tunc verò iam tempus eſt ægroto potum date.

Declinationis particularis exacerbationis ſigna, Cap. XIIII.

DEclinatio eſt vbi incipiunt aliqua aut omnia prædicta accidentia minui, & pulſus ad ordinatum quodammodo motum deueniunt: aliquando verò & humores exudant, & calor nimirum contabeſcit: quandoque etiam ſomni boni concurrunt, ſi longum tempus inter acceſſiones futurum eſt, velut in puris remiſſionibus fieri ſolet. Contingit enim in quibuſdam morbis vt exacerbatio poſterior prioris declinationem excipiat, velut in febribus continuis apparet.

Quod ſit principium totius morbi, Cap. XV.

IAM antea dictum eſt quòd principium totius morbi illud tempus dicimus, quando per morbi violentiam vires hominis victæ principium decubitus factæ ſunt.

Quod ſit augmētum totius morbi, Cap. XVI.

AVgmentum totius morbi eſt, quum exacerbationes conſuetam horam anteuerterint, & lōgiores ac maligniores & cum pluribus ac grauioribus accidentibus factæ fuerint.

Vigoris totius morbi cognitio, Cap. XVII.

QVVM exacerbationes ſtatū acceperint, & ſimiliter per omnia conſequenter contigerint, & concomitātia ſymptomata neque detraxerint neque addiderint, tunc iam in vigore eſſe morbus dicatur. Vigor enim, vehementior morbi totius pars eſt, quando etiam bonæ iudicationes vel maximè fieri ſolent.

Declinationis totius morbi dignotio, Cap. XVIII.

IN declinatione totius morbi, cōtraria augmēto fiunt. remoratur enim exacerbatio conſuetæ horæ impetum, & modico tempore occupat: & ſymptomata leniora ac ſimpliciora fiunt, & bona tolerantia ac remiſſio adeſt per omnia.

Quòd declinatio totius morbi in iudicationibus confertim fientibus ſenſum noſtrū effugit, Cap. XIX.

QVicunque morbi in vigore confertim iudicātur, & perfectam ſolutionem recipiunt, eorum declinatio difficulter comprehendi poteſt, vt neque ſenſui manifeſta fiat. imò neque commodum eſt de ipſa inquirere: ſatis enim eſt cognoſcere quòd morbus fideliter, ſecurè, ac perfectè ſolutus eſt.

Quòd ſeruandus æger quatuor totius morbi tempora pertranſit, Cap. XX.

SI quidē igitur ſine periculo fuerit morbus, acutéque moueatur, & ad hæc bona & cōmoda ſigna affuerint

ægroto, quatuor morbi tempora citò pertranſit, & manifeſtum eſt quòd etiam ſeruabitur. Si verò his contraria affuerint, ante vigorem plerunque morietur.

Vtrum tardius aut citius morbus iudicatur, Cap. XXI.

TArdiúſne an citius iudicabitur morbus, ex morbi magnitudine & motus vehementia manifeſtū fit: nam magni morbi citò mouentur: quod verò citò mouetur, etiam citò iudicatur.

Quomodo prænoſcere oportet an iudicabitur morbus, aut non, & quando, Cap. XXII.

MAgni morbi qui & citò & vehementer mouentur, omnino iudicātur: parui verò & obſcuriores, & qui debiliter mouentur, ſi diuturni ſunt, ſoluuntur tantùm paulatim citra iudicationem, raró verò & ad abſceſſum tales procedunt. Tertiana enim etiamſi intermittat, tamē quia citò & vehementer mouetur, iudicatur: quartana verò, quia diuturna eſt, paulatim ferè ſoluitur. itē omnes qui pigrius mouentur. Naturam itaque morbi inſpicere oportet, an biliosus ſit, aut pituitoſus, aut atrabiliari⁹: deinde anni tēpus, & ægroti ætatem & temperamentū ac ſtudium, & prægreſſam victus rationem, imò & regionem, & ſtatum ambiētis nos aeris. Poſtea verò cōſiderare exacerbationū circuitus, velut antea dictum eſt: & an intermittant, ſiue non, velut in continuis ac continentibus febribus videre datur. Si enim feſtinauerint, & ſemper anticipauerint conuenientē horam, & vehementiores facti fuerint, & per tertiā occurrerint, breui iudicationem futuram indicant: ſi verò pigrè moueantur, & eadem hora irruerint, & quotidie contigerint, tardam fore iudicationem ſignificant. Conſiderandæ inſuper ſunt & ſuperfluitatū concoctiones, an bonæ ſint, & an in diebus indicatiuis fiant, viribus robuſtis. Si enim morbus ſtatim ab initio oſtenderit omnia ſigna extra periculum, in primo quaternario iudicationem promittit: ſi verò in quarta præſignificarit, ſeptimā non tranſgreditur. Leuiſſimæ enim febres & in ſignis ſecuriſſimis fiētes, quarta die quieſcūt, aut citius, inquit Hippocrates: maligniores verò & in ſignis grauiſſimis fientes, quarta die occidunt, aut etiā citius.

Futuræ iam iudicationis ſignā, Cap. XXIII.

VBI iam affutura eſt iudicatio, non parua turbatio in ægri corpore præcedit, & præſertim in nocte iudicatoriam exacerbationem præcedente. Quibus enim iudicatio futura eſt, iis nox grauis eſt ante exacerbationem, inquit Hippocrates. Grauitates enim & vigiliæ, & deliria, & graues ſopores, & ſpirandi difficultates, & vertigines, & ſenſus obtuſi, & dolores capitis, cōlli, ſtomachi, ac multarum aliarum partium adſunt: in quibuſdam verò, aurium ſonitus: & ſplendores oculis obuerſantur: & lacrymæ inuitæ fluunt: & vrina ſupprimitur: & labium concutitur, & alia quæcunque pars tremula efficitur: & contingit obliuio ac ignorantia præſentiū, & vehemens rigor aliquando incidit, aut ardor antea non factus, & in ſumma exacerbatio ante ſolitam horam irrumpit: & multus ſopor ac ſitis intolerabilis ſequitur, & vociferantur ac exiliunt velut conſternati: & decubitus figuram ſeruare non poſſunt & timor impēdet videntibus. At imperitus medicus videns ſymptomatum accidentium tempeſtatem perturbatur, & cum familiaribus ægri calamitatē deplorat, & per cōdolentiam occultat imperitiā. Verùm generoſi medici eſt non turbari, neq; ignorare quod euenturū eſt: ſed ex præſentibus prænoſcere non ſolùm quòd iudicatio futura eſt, ſed etiam qualis futura eſt.

Quomodo prænoſcere oportet bonāne an mala iudicatio futura ſit, Cap. XXIIII.

OPtimam iudicationē (quam etiā ſolam ſimpliciter iudicationem nominamus) non per coniecturam, velut alias, ſed cōſtanter quis prænoſcere poterit. Omnia enim ſigna in talibus morbis ſtatim à principio citra periculum apparent. quēadmodum rurſus in morituris vt plurimū ab initiò omnia mala apparēt. Primùm omniū igitur conſiderare oportet ægri vires: Deinde cōcoctiones ex vrinis ac fecibus & ſputis. nullum enim, inquā, perire vidimus, ex iis qui ob præoſtenſam bonam concoctionem iudicati ſunt. Tertiò, quòd in vigore & totius morbi & particularis exacerbationis, & in die teſtabili iudicatio cōtingit. Conſequenter autem, & ſpeciem, morbi & mores. Speciem dico, tertianam, aut quartanam, aut quotidianam, aut aliquam aliam: Mores autem, an ſint moderati & leues, aut mali ac maligni. & mores præcipuè indicabunt tibi, an ſeruabitur, aut morietur. Et in affectionibus quidem thoracis ac pulmonis attēdere oportet ſputis. Neque verò vrinarum inſpectio negligēda eſt. Conſiderādæ verò ſunt etiam egeſtiones. At in febrientibus abſque inflammatione alicuius viſceris, vrinis maximè mentem attendere oportet. Cæterùm in pernicioſis morbis primum ac maximū ſignum eſt futuræ mortis citra iudicationem extrema virium debilitas. non enim excitantur ad pugnam. Secundum, ſi nullum omnino fuerit ac ne minimū quidem concoctionis ſignum. imò etiamſi præmanifeſta fuerit indicatiua dies, futurā iudicationem ſimul præmanifeſtat, & malam fore indicat. Ad hæc videndū eſt an magnus ſit ac malignus morbus, non tamen citò moueatur. Magnum autem dico, peripneumoniam *pulmonis abſceſſum*, ſemitertianam, febrem ardentem, & conſimiles. Velut (verbi cauſa) contingat vt videatur in quarta die primùm in vrinis nubecula nigra, aut ſimile quiddam in medio ipſarum pendens, aut ſubſidentia nigra: ſint autem & omnia accidentia pernicioſa: morietur quidem talis homo: verùm ſi quidem celeriter moueatur morbus, in ſexta: ſi verò tardè, in ſeptima.

Qui ſint boni iudicatorii dies, & qui mali, Cap. XXV.

SEptima ab initio morbi dies omniū maximè ſemper perfectè ſoluit ac fideliter, & bene ac citra periculum, & manifeſte ac ſignanter. Septimæ verò fidem decimaquarta maximè imitatur. Propinqua autē ipſis eſt nona & vndecima. Et huic propinqua eſt decimaſeptima, & quinta. Poſt has quarta. Et poſt hāc tertia & viceſima. Sexta verò ſæpe quidem iudicat, verùm plures iudicationes malas aut etiam lethales inducit, aut certè non perfectas neque fideles. reuertuntur enim morbi qui in ſexta die iudicantur, etiamſi ſoluti eſſe putentur. Si verò etiā perfecta iudicatio (id quod rarum eſt) in ſexta contingat, tamē cum periculoſis ac grauibus accidentibus contingit. Proinde ſextæ naturam nulla alia dies imitata eſt. Si verò aliquando in octauam diem aut decimam ſolutio morbi aceruata exciderit, aſſimilatur quodammodo ei quæ fit in ſexta. raró enim in iis morbus ſoluitur, & neque fideliter, neque bene, neque perfectè: ſed & obſcurè ac minimè ſignanter. At medio quodammodo inter primas bonas relatas, & inter poſtea malas, tertiadecima locata eſt, neque ſimiliter reprobanda velut malæ, neque tamen ſimilis bonis exiſtens. Quòd ſi bona iudicatio futura eſt, oportet omnia prius iudicata eſſe, in vrinis præſertim: imò etiā in aliis ſignis. Tertia igitur & quarta ac quinta dies ſtatim ab initio præiudicantur: quarta verò ſeptimā præiudicat, & ſeptima vndecimam, vndecima verò decimamquartam, decimaquarta decimamſeptimam, decimaſeptima vigeſimam. Terminus porrò acutorū morborum eſt decimaquarta. quare ſi hanc tranſgreſſus fuerit morbus, ab acutis excidit.

In quibus ambigua eſt dies principii morbi, & nulla præiudicatiua facta derepente contigit iudicatio, quomodo ambigua inuenire oportet, Cap. XXVI.

IN quibus autē nulla præiudicatiua die facta, derepēte cōtingit iudicatio, & in quibus nō exactè cognoſcim⁹ principium morbi, in his reſpicienda ſunt ſigna, & ambiguum reperietur, ſi ad exacerbationum proportionem, & ad dierum naturam mentem aduerterimus. Si enim imparibus diebus facta fuerit exacerbatio in intermittentibus aut ſeipſa vehementior facta fuerit in continuis febribus, æſtima præſentē iudicationē imparis diei propriam eſſe: ſi verò in paribus exacerbetur, illarū propriè iudicatio erit. Nā ad vehemētiores exacerbationes omnino ſequūtur iudicationes. Cæterùm ad ipſam dierū naturā ſic animum aduertere oportet, ſi ambiguum ſit vtrum nonæ aut decimæ diei iudicatio ſit. Si enim accidentia

omnia mitiora fuerint, & citra periculum, ac bona facta fuerit iudicatio, & conſequuta fuerit ad iudicationem bona tolerantia, nonam potius eſſe iudicatoriam diem dicere oportet. Si verò periculoſa & mala facta fuerit iudicatio, & cum grauibus accidentibus, & grauis tolerantia poſt iudicationem ſequatur, decimam diem magis iudicatoriam fuiſſe dicendum eſt.

De notis ex pulſibus, Cap. XXVII.

QVVM iam expectatur iudicatio, ante omnia pulſus tangere oportet. nam altus pulſus, quemadmodum etiam vehemens, omnis bonæ iudicationis nota eſt, & conſtans ſignum iam adeſſe morbi iudicationem. Si verò vehementer ac fortiter ferit digitos, & cum hoc etiã magnus fuerit, & ad diſtẽtionem magis quàm ad cõtractionem feſtinarit, motus externi potius ſignum eſt. Externum autem motum dico, ſanguinis eruptionem ac ſudores: internum verò, ventris exturbationẽ ac vomitus. Si quidem igitur magnus fuerit pulſus & vndoſus, & ſimul molleſcat, vnà cum hoc quòd etiam ipſum arteriæ corpus humectum eſt, & ad diſtentionem magis feſtinat: per ſudorem futurã iudicationem ſperare oportet. Si verò magnus ſimpliciter fuerit ac vehemens, & magis ad diſtentionem quàm ad cõtractionem feſtinarit, ſanguinis eruptionem per nares fore ſignificat, vbi videlicet ſimul teſtimoniũ præbuerint ſigna in ſanguinis eruptione referenda. Si verò vehemens quidem fuerit, non autẽ magnus, & durior ſeipſo factus fuerit ac inæqualis, & ad contractionem magis feſtinarit, inclinatione iam ad inteſtina facta, per ventrem iudicationem futuram expectare oportet.

De vrinarum notis, & primò quæ ſit naturalis, Cap. XXVIII.

IN febrilibus maximè morbis notæ ex vrinis commodiſſimæ ſunt. quandoquidem verò quicquid eſt præter naturam, ex naturalibus inuenitur, à naturalibus initium faciamus. Vrina igitur optima eſt in ſanis ac optimo habitu præditis hominibus, ſubfulua aut ſubflaua, & moderatè craſſa, & talis manens colore qualis micta fuit, & leuem ac albam & æqualem ſubſidentiam habens omni tẽpore: copiã verò, potus ratione. At in fœminis naturalem vrinam colore albiorẽ virili eſſe conuenit, & ſubſidentiam habere ampliorem. In puerili verò ætate, multũ craſſam ſubſidentiam habere oportet, propter puerorum voracitatem, & inordinatos ac intempeſtiuos motus. Leuem autem ſubſidentiam Hippocrates vocat, cohærentẽ ac indiuulſam indicare volẽs: æqualem verò dicit, vt per totum ſemper ſimilis mingatur, & non hodie quidem cõcocta, cras verò cruda: & vt neque ſubſidentiam aut totã diffuſionem inæqualem habeat. Proinde in naturali vrina quærimus colorem, & diffuſionis compagem, & quæ in ipſa diffuſione obiter feruntur, velut eſt nubecula, aut ſimile quiddam in medio pendens, & ſubſidentia ſiue reſidentia quæ fundum occupat. Manifeſtum igitur eſt quòd vrina in aliquo ex iſtis mutata cruditatem in venis indicat.

Qualis vrina optima ſit in ægrotis, Cap. XXIX.

OPtima igitur eſt vrina in ægrotis quæ ſimillima eſt ſanis, ſuppallida aut ſubflaua, albam ac leuem & æqualem ſubſidentiam habens. Defectuoſior eſt quæ id quod in medio pendet, album ac læue & æquale habet. Crudior autem adhuc hac eſt, quæ nubeculam talem habet. In qua enim flatus eſt in profundo craſſus ac crudus, ſi quidem paucus fuerit, permittit materiã ad fundum vaſis deferri, diuidens autem ipſam, vniri non permittit. ſi verò redundauerit crudus in profundo flatus, eleuat ſubſidentiam ad medium diffuſionis vrinæ, & facit id quod in medio pendet. Si verò adhuc amplior fuerit crudus in profundo flatus, eleuat ſubſidentiam, & ad ſupernam ſuperficiem diffuſi vrinæ liquoris attollit. Inquantum igitur flatus diuidere ac eleuare valet ipſam ſubſidentiam, intantum crudiorem vrinam putes. Si verò neque ſubſidentiam, neque quid in medio pendens, neque nubeculam habuerit vrina, noſſe oportet quòd natura nondum humorem concoxit: ſi verò aliquando habet ſubſidentiam, aut illud in medio pendens, aut nubem,

A aliquando verò non, pugnam indicat naturæ aduerſus morbum: atque hinc modò cruda eſt, modò non. At verò in tertianis exquiſitis & in diariis febribus, nubecula ſola aut illud in medio pendens ad morbi ſolutionem ſuffecit: aliquando verò etiam vrinam ſolùm boni coloris factam eſſe.

Quòd non omnis alba ſubſidentia bonum ſignificat, Cap. XXX.

SÆpe verò albus color eius quod in vrinæ fuſura ſiue diffuſione fertur, idiotas decipit, vt ſubſidentiam bo-
B nam putent quæ bona non eſt. Contingit enim crudum ac album humorem vnà cum vrina excretum ſubſidere, & bonæ ſubſidentiæ imaginationem exhibere. Quandoque verò hepate aut renibus affectis pus excernitur cũ vrina, & ſubſidens decipit artificem. Verùm primùm diſtinguendum eſt an homo antea affectos habuerit renes, aut hepar, aut aliam quandam partem per vrinam expurgari ſolitam: deinde etiam graueolẽs reperitur vrina pus habens. Crudus verò humor à bona ſubſidentia diſtinguitur per inæqualem ſubſidentis ſubſtantiam ſiue com-
C pagem. Non enim cohærens ſibiipſi manet, ſed in paruas velut arenulas diuiditur: & omnino non leuis eſt, quemadmodum vera ſubſidentia. In bonis igitur vrinis primùm ſupernè apparet nubes: deinde ſubdeſcendens facit id quod in medio pendet: in fine verò ſubſidens in fundo vaſis, nimirum vbi perfectè fuerit concocta. In crudis verò humoribus, ſtatim ab initio ad fundũ vaſis multa copia ſecedit, vnà cum hoc quòd mali coloris eſt tota fuſura: poſtea verò etiam paulatim concoctus ac attenua-
D tus, circa medium fuſuræ vrinæ conſpicitur, & facit id quod in medio pendet: quum autem amplius attenuatus fuerit ac concoctus, in ſuperficie diffuſionis vrinæ conſiſtit, & nubeculã facit, decipitque idiotas vt putent morbum ad deterius procedere.

Quid indicet tenuis & pallida vrina, Cap. XXXI.

TEnuis & pallida vrina, cruda quidẽ eſt ſubſtantiæ cõpage, cõcocta autẽ mediocriter colore. Debilitatem autem indicat etiam hæc naturæ, quòd colore quidem concoxit, velut quæ res facilis ſit: non autem etiam com-
E page, propter difficultatem. Si verò per multum tempus hæc fertur, periculum eſt ne ſufficere poſſit homo donec concoquatur morbus. nam quæ valde tenuis eſt, mala eſt. Indicat enim cruditatem, inquantum calorem id quod tenuius eſt depaſcere oportet.

Quid indicet tenuis & fulua, Cap. XXXII.

AT tenuis in ſubſtantiæ compage vrina, & fulua colore, melior eſt quàm pallida, & tamen reprehenſione non caret propter ſubſtantiam.

Quid indicet rufa vrina, Cap. XXXIII.

F RVfa vrina cruditatem indicat, non mortem: verùm tempore opus habet ad concoctionem. eſt enim ex ſanguine ſeroſo, nondum valde concoctionem adepto, neque proprium colorem, & propterea diuturniorẽ morbum ſignificat. At in febribus continentibus, ob ſanguinis multitudinem conſiſtentibus, excernitur vrina rufa & craſſa, & ſubſidentia rufa, & colore, & fuſuræ compage, & ſubſidentia, cruda.

Quid indicet vrina tenuis micta, & poſtea turbata, Cap. XXXIIII.

G VRina quæ tenuis mingitur, & poſtea foris turbatur, cruda eſt propter flatus craſſi redundantiam. Indicat autem naturam incipere concoquere.

Quid indicet vrina craſſa micta, & craſſa manens, Cap. XXXV.

VRina quæ craſſa mingitur, & craſſa manet, & non deſidet, qualis eſt iumẽtorum, ſignificat vigere craſſorum flatuum ac humorum velut fermentationem. In his capitis dolores aut adſunt, aut aderũt, propter humorum turbationem ac euaporationes.

H Quid indicet vrina craſſa micta, & poſtea deſidens, Cap. XXXVI.

QVÆ craſſa mingitur vrina, & poſtea deſidet, indicat humorum fermentationem quieſcere, & quodammodo attenuari, & ſeparationem ac ſecretionem incipere.

Quid indicet vrina tenuis micta,& poſtea deſidens, Cap. XXXVII.

EXtremam cruditatem tenuis & alba vrina ſignificat. non enim aggreſſa eſt in his natura concoctionem. Contingit autem hoc aut ob virium debilitatem,aut propter obturationem,aut ob morbi lõgitudinem. Nam in quartanis diuturniſſimis, in principio ob craſſitudinẽ& in itractabilitatẽ materiæ, vrina excolata tenuis vocatur. Mingitur autem tenuis,etiam ob hepatis obturationem aut renum:verùm cognoſcitur ex locali dolore.mingitur etiam aliquando tenue & album in febribus ardentibus. Febris enim ardens bilis multitudinẽ indicat, atque hæc vrina phrenitidem imminere ſignificat.Non tingitur autem vrina quia non manet in vaſis ipſa bilis, ſed leuitate ſua ad cerebrum decurrit.Siquidem igitur non adeſt in his phrenitis,ſcito ipſam iam affore: ſi verò adeſt, & vrina tenuis ac alba mingitur in ardentiſſima febre, vt plurimùm mortem prænunciat.Non enim tolerare poſſunt vires cerebri iam proſtratæ ab ardente febre, acrimoniã ac mordacitatem bilis iam putrefactæ.

Differentiæ vrinarum oleoſarum,& quid ſignificent, Cap. XXXVIII.

SOlet febris primùm pinguedinem eliquare,poſtea carnem,poſtremùm etiam ipſa ſolida corpora inuadit. pinguedine igitur liquefacta oleoſæ vrinæ excernuntur. Paulatim autem liquatur pinguedo: vnde & principium habet,& augmentum,& vigorem.In principio igitur colliquationis, ita oleoſi coloris facit vrinas vt ambiguum ſit aquoſæ ſint an oleoſæ:in augmento verò oleoſæ fiunt, ita vt notabiliorem oleoſi mixturam habeant. In vigore autem colliquationis totæ vrinæ per totum,tum in colore,tum in ſubſtantiæ compage,velut oleum ſunt.Ad hæc pinguedo eliquata,aut renum ſolùm eſt aut totius corporis.Si igitur renum ſolùm fuerit,confertim excernitur talis copia,imó & caloris ſenſus amplior circa renes contingit:ſi verò totius corporis fuerit,paulatim additamẽtum facit.

Quid ſignificent eruinæ ſubſtantiæ, Cap. XXXIX.

QVando cõſumpta eſt pinguedo,deinceps caro liqueſcit,& eruinæ ſubſtantiæ in vrinis fiũt:ſed & hæ aut renum ſolùm ſunt,aut totius corporis.Siquidem igitur in febribus apparuerit talis vrina,totius corporis affectionẽ eſſe indicat:ſi verò non,in renibus ſolúm.Et rurſus ſi crudæ ſunt vrinæ,totius corporis eſt malum : ſi verò cõcocta eſt vrina,eruinæ autem ſunt ſubſidentiæ,renum affectionem indicant.

Quid indicent furfuraceæ ſubſidentiæ, Cap. XL.

QVVM febris pinguedinem conſumpſerit,& maiorem carnis partem,& in profunditatem vaſorum irruerit,furfuraceæ ſubſidentiæ fiunt, anguſtiores quidem lamineis,verùm craſſiores ipſis.Et hæ ſimiliter aut ex toto corpore, aut ex veſica excernũtur. at ſi quidem febris affuerit,ex toto corpore:ſi non,ex veſica.&,ſi quidem cruda fuerit vrina,corporis eſt affectio:ſi verò concocta, ſolius veſicæ.ſed & localis adeſt dolor.

Quid indicent laminæ ſubſidentiæ, Cap. XLI.

QVVM ipſæ ſolidæ partes affectæ fuerint, primùm in ſuperficie deraduntur,& quæ in vrinis ſubſident, laminea fiunt.ſed & ex veſica ſola talia excernũtur.Si quidem igitur fuerit febris,totum corpus afflictum eſt:ſi nõ, veſicæ affectio eſt.

Quid indicet polentaceum in vrinis, Cap. XLII.

QVVM febris poſt occupatam profunditatem,& maiorem & longiorem profunditatem inuaſerit, fiunt talia furfuribus craſſiora, & vocãtur polentacea.At duo ſignificant hæc polentacea:aut enim ſanguinis aſſationẽ indicant,aut fortem ſolidorũ colliquationẽ.Si quidẽ igitur alba fuerint polẽtacea illa,ſolidorum corporum affectio eſt:ſi rufa,ſanguinis.

Quid indicet graueolens vrina, Cap. XLIII.

GRaueolẽs vrina putrefactionem indicat, & futuram naturæ mortificationem.

Vrina nigra quid ſignificet, Cap. XLIIII.

OMnes nigræ vrinæ,ſtatim etiam craſſæ,omnino perniciosæ ſunt. raro enim aut nunquam inuenitur tenuis & nigra.Nam niger color accidit vrinis,dum expurgatur atræ bilis humor,aut ipſa atra bilis,tum quæ ob frigiditatem, tum quæ propter nimiam aſſationem facta eſt. Et viris quidẽ ac fœminis nigræ vrinæ peſſimæ ſunt: pueris verò,aquoſæ.Minus autem perniciosæ fiunt nigræ vrinæ iis qui debilem habent ſplenem, quibus non ex adustione neque ex perfrigeratione nigreſcit ac liueſcit ſanguis,quemadmodum in aliis quibuſdam contingit: ſed ex melancholici humoris diffuſione. At hæ tres differẽtiæ craſſitudinem ſubſtantiæ habent. neceſſariò igitur etiam craſſæ reperiuntur nigræ vrinæ. Proinde in acutis morbis pernicioſiſſima eſt omnis vrina denigrata,& præſertim quum & graueolens fuerit & craſſa,& nigram ſubſidentiã habuerit.Fieri enim non poteſt vt ſeruetur æger ex acuto morbo,qui talem vrinam minxit : & ſi quidem ſubſidentia fuerit nigra, pernicioſiſſimum eſt : ſi verò id quod in medio pendet nigrum fuerit, minus malum; aut non ſimiliter malum:ſi autem nubecula fuerit nigra, adhuc mitius,& non ſimiliter malum. Nigra porrò vrina aliquando indicat frigiditatem, aliquando caliditatem ſiue ſuperaſſationẽ. Si quidem igitur prius micta fuerit liuida vrina,deinde ſic nigra fiat,frigiditatem cauſam habet:ſi verò flaua præceſſerit,& poſtea nigra inuenta fuerit,ab ampliore nimirum caliditate ſuperaſſata,nigra facta eſt. Scire tamẽ operæpretiũ eſt quòd & in febris quartanæ declinatione, & in melancholici delirii ſolutione, vrinæ apparent nigræ ac craſſæ.Splenicis autem vt plurimùm talis vrina mingitur quando debilis fuerit ſplen: nullam enim concoctionem ac diſtributionem melancholicæ ſuperfluitatis facit.

De egeſtionum notis, Cap. XLV.

QVOD de vrinis antea dictum eſt,hoc etiam in egeſtionibus cognoſcere oportet. Dico autem qualis ſit naturalis egeſtio. nam ab hac euariatio in aliqua parte cruditatem indicat. Optima igitur eſt egeſtio mollis & compacta,& leuis,& iuxta conſuetam horam quammaximè prodiens,& ad proportionem comeſtorum: colorata quidem moderatè bilioſo humore,hoc eſt ſubfulua,& nõ valde graueolens.quæ enim talis eſt,naturalis eſt : & manifeſtum eſt quòd ſignificat ſana eſſe omnia circa ventrẽ ac inteſtina.Si verò aliqua parte à relatis euariauerit,præter naturam iam dicitur: velut eſt valde graueolens, aut craſſa,aut ſicca,aut dura,aut diſtorta, & non humori admixta,& quæ cum ſtridore & velut ſtrepitu quodam præter rationem excernitur.Tales enim omnes concoctoriæ actionis debilitatem indicant.His adhuc deterior eſt exactè fulua:eſt enim bilis intemperatæ ac puræ ſignum.Nigra verò egeſtio,atræ bilis ſignum eſt aut ſanguinis aduſti.Liuida verò,inteſtinorum frigiditatis ac mortificationis.Pinguis autem & oleoſa, pinguedinis colliquationẽ ſignificat.Viſcoſa verò ipſorum ſolidorum corporũ colliquationem indicat.Quæ autem varia eſt colore,& valde graueolens, variorum humorum excellẽtem putrefactionem ſignificat.Cæterùm in omnibus his conſiderare conuenit an edulia talia fuerint,aut inteſtinum ex more fluxione laboret,quum debile ſit.

De egeſtionibus iudicatoriis, Cap. XLVI.

SI porrò iudicatio alicuius morbi per ventrem futura eſt,nihil quidem præiudicãs,velut in aliis,neque quicquam proprium ac firmũ præſignificãs habet: verùm ex eo quòd adſunt quidem iudicationis ſigna, non autem adſunt ſigna vomitus,aut eruptionis ſanguinis narium, aut ſudoris,colligere datur.Conſiderare tamen oportet ex aluo egeſta,an plura prodierint quàm prius ante iudicationem.indicant enim inclinationem hac magis fore: & præſertim vbi imminutæ fuerint vrinæ.Inſuper autem & grauitas notabilis, & dolor & tenſio circa præcordia & lumbos,ventris excretiones præcedunt.Quandoquidem verò,& per hæmorrhoidas & per locos mulíebres iudicationem fieri poſſibile eſt, communia etiam amborũ ſunt ſigna quæ nunc ſunt relata.verùm conſiderandum eſt an horum quid ex more expectetur. ſi quidẽ igitur in prin-

cipio morbi aut augmento venter perſeueranter liquidiora egerit,aut velut bilioſa quædam pura,& febris perſeuerat & bilis magis augeſcit,tunc & ardentior & periculoſior vtplurimum eſt morbus. Si verò in vigore multùm exturbetur aluus ſua ſponte,ferè morbi ſolutionem efficit.At circa vigorem aliquando in morbis diuturniorib⁹ venter exturbatus omnem materiam morbum facientē deterit. Verùm in acutis morbis, & nigra pura & graueolentiam inducentia, præſertim in principio peſſima ſunt.quibuſcunque enim morbis inchoantibus bilis atra ſurſum aut deorſum prodierit,mortale eſt. Et rurſus quibuſcunque ex morbis acutis,aut diuturnis,aut ex vulneribus attenuatis,bilis atra ſubierit, poſtridie eius diei moriuntur. Non autem ſimpliciter ſiquid nigrum excernitur,iam etiam hoc atra bilis eſt. poteſt enim & ſanguis è propriis locis excidens,& tempore aliquo manēs, frigefactos in grumos congelari. Atram itaque bilem cognoſcemus ex eo quòd ad terram fuſa,ipſam radat ac fermentet,velut acerrimum acetum.

De vomitus prænotione ac ſignificatione, Cap. XLVII.

INſtante iam iudicatione, vomitum fore expectare oportet,ſi pulſus fuerit vehemens &ad contractionem magis feſtinarit, & duriſſimus exiſtens ac inæqualis. Cordis item punctura & vehemens oris ventris morſus adeſt vnà cum capitis dolore,& vertigines oculorū,tenebris ſimul obuerſantibus. Et labium concutitur, & ſaliua multa ac tenuis defluit,& nauſeæ infeſtāt,& infernæ præcordiorum partes frigidæ tangentibus apparent. Omnia enim hæc coincidunt,bilioſo ac mordaci humore in vētre ac ſtomacho coaceruato,mordentéque ac ſimul contrahente totum ſtomachum infernè. vnde & labium cōcutitur,& ſaliua defluit.Si verò cum his etiam rigor acceſſerit,citiſſimè vomūt: quòd ſi etiam cibos recèns ingeſſerint,& maximè potū,citò vomūt.Vtiliſſimus eſt vomitus pituitæ ac bilis quàmaximè mixtorū. vomatur autē non craſſus: nam ſinceriores,hoc eſt nō mixti,reprobandi ſunt.Tales enim & cum violentia & lāciationibus ac moleſtia vomuntur,vnà cū hoc quòd ſignū ſunt ſolā bilem prædominari.Quin & varii reprehēdi merentur, velut ſunt liuidi & nigri ac porracei.mali enim ſunt hi, inquit Hippocrates.Si verò omnes hos colores idem homo vomuerit,perniciofum eſt. deteriores tamen ſunt liuidi ac nigri,in acutis & ardentibus morbis fientes:& præſertim ſi fuerint graueolentes.Attendere verò oportet & in his num ſanguis confluxerit in ventrem,& tempore quodam in ipſo moram traxerit,& grumoſus excernatur. In plurimis enim tale quiddam cōtingit ex circuitibus quibuſdam:& non ſolùm nihil moleſti infert,ſed etiam tolerātiores ſeipſis fiūt,vbi hic per vomitū fuerit reiectus.

De eruptionis ſanguinis ex naribus prænotione ac ſignificatione, Cap. XLVIII.

SI ſanguinis ex naribus eruptio futura eſt, propria ſigna præcedunt hæc: Splēdores oculis obuerſatur,eo quòd flauus eſt humor.Obtuſus autem eſt viſus propter multitudinis ſurſum verſus lationem. quapropter etiam lacrymantur oculi: facies rubicunda eſt, & præſertim malæ. præcordia diſtenduntur citra dolorem:difficultas ſpirandi adeſt,propter tranſitum ſanguinis per thoracem: capitis item dolor,& temporum pulſus irruens ſimul cum iudicatoria exacerbatione,& non in principio morbi exiſtens:collum dolet, & deliria ſæpe ac exultationes fiunt. Pulſus autem alti ſunt & magni & ad diſtentionem magis feſtinant.Si verò cum his omnibus etiam nares ſcalpat,iam adeſt tempus vt ſanguis erumpat, & præſertim quum dolor fortiter circa frontem ac tempora incumbit.Quòd ſi etiam ſano ſanguis erumpere conſueuit, augebit ſanè etiam hoc valde ſpem tuam:atque hæc ſunt ſigna iam futuræ ſanguinis eruptionis. In principio verò apparētia crudo exiſtente morbo, periculum ſignificant, & tales plerunque moriūtur. Si verò facta iam concoctione,præſertim in vrinis,hæc ſigna appareant,circa vigorē morbi commodè conſpiciuntur.Soluūt autem tales ſanguinis eruptiones etiam viſcerum inflam mationes in febribus,quādo maximè ex directo fiunt,velut inflamma- A to hepate,ex dextra nare:inflammato ſplene, ex ſiniſtra. Vnde facillimum iam fuerit etiam medicum prædicere vtra naris ſanguinem emiſſura ſit, occaſione ex dolente parte accepta. Soluunt etiam ſæpe ſanguinis ex naribus eruptiones phrenitidem,non tamen lethargum aut peripneumoniam.

Quòd & per hæmorrhoidas & muliebres purgationes ſæpe ſoluitur morbus, Cap. XLIX.

B VIdimus in multis etiam per hæmorrhoidas prius exiſtentes in ſede apertas,morbum ſolutum: ſimiliter & in fœminis menſtrua purgatione facta.Oportet autem & in his prægreſſa concoctione in morbi vigore excretionem fieri,quò bona & tuta iudicatio fiat. Præcedit & in his notabilis grauitas, & dolor lumborum, imò etiam imi ventris dolor ac diſtentio.

De ſignificatione ex ſudoribus, Cap. L.

FEbrem per ſudores ſoluendam cognoſcemus ex eo quòd ardentiſſima eſt,qualis eſt quam inde cauſon *Græci* vocant.Bilioſus eſt enim hic morbus, & vbi forti- C ter motus fuerit,rigorem efficit. Si quidem igitur pro ratione ſuppreſſa fuerit aluus aut vrina,iudicatione propinqua exiſtente,rigorem expectare oportet: ſi verò amborum ſuppreſſio facta eſt,& non adſunt ſigna vomitus aut eruptionis ſanguinis,ſudor neceſſariò erit multus.& hoc magis fiet vbi augeſcente exacerbatione ægri mēte moti fuerint,& foriníecus calidiores facti,& vapor quidam calidus ex corpore aſcenderit, qualis antea non contigit, velut videre eſt in recèns lotis. Pulſus item hi ſunt ma- D gni & alti,& veloces,& ad diſtentionē magis feſtinantes, ac velut vndoſi: & arteriæ tunica mollis ac humecta apparet: ſuperficies autem totius corporis pruriginoſa & mollis,& quibuſdam horis rubicunda. Hæc in exacerbatione iudicatoria fientia,concoctione prægreſſa, & iudicatoria die bona exiſtente,ſalutares & ſolutorios ſudores ſignificant. Manifeſtum eſt autem quòd moderatè calidum eſſe oportet ſolutorium ſudorem, & per totū corpus fieri, & pro ratione leuare, ac tolerātiorem facere ægrotum. At frigidi ſudores cum acuta quidē febre,mortales ſunt: cum mitiore verò,longitudinem morbi ſignificant.

E Abſceſſuum ſigna iudicatoria, Cap. LI.

SI ad abſceſſum conuertatur morbus,ſalutariter ſe habēte ægro,ad hoc maximè animum aduertere oportet. Durante quidem febre & continua exiſtente,& vrinis tenuibus ac crudis ſemper exiſtentibus,& ſubſidentiam nō habentibus,ſi poſtea apparuerit in aliqua inferiori parte, velut in cruribus aut circa iuncturā aliquam,aut grauitas, aut tenſio,aut ardor,aut dolor,abſque manifeſta cauſa,in ea parte abſceſſum fore expecta. Si verò æger derepente difficulter ſpirans,citò quidem à difficili ſpiratione libe- F ratus fuerit,ſucceſſerit autem dolor aut grauitas capitis, & altus ſopor,ac ſurditas,huic in glādulis circa aures abſceſſum fieri neceſſe eſt. Fiunt autem abſceſſus magis in hyeme,& ſenioribus qui trigeſimum annum exceſſerūt.

De ſputorum ſignificatione, Cap. LII.

IN peripneumonicis ac pleuriticis affectionibus ſputa propriè appellata ſubſidentiis in vrinis ſimilia ſunt. At nihil omnino expuere,ſed ſolùm ſiccè tuſſire, eſt velutī in vrinis quum extremè crudæ ſunt. Si verò incipiat æger humida & perfectè cruda educere, obſcura eſt & incerta talis tranſmutatio,& definit primum morbi temp⁹, G hoc eſt principium. Vbi verò inceperit ſpuere pauca & matura,& ſemper plura ac facilius educit, tunc augmentum eſſe dicimus. Quum autem exactè fuerint concocta ac mollia,& non ægre educuntur,tunc inſtat vigoris tempus.Vbi verò concocta fuerint,ac citra moleſtiam educātur,& imminuta eſt copia, & dolor non amplius fuerit,& homo facilè ſpirat,ac bene tolerat,vigorē ceſſaſſe putādū eſt,& morbum iam declinare.Cæterùm ante alia animū aduertere oportet vtrum citius aut tardius ſputa extuſſire H incipiat,quemadmodum etiam Hippocrati videtur. In pleuriticis,inquit,ſi ſputum ſtatim appareat,in principio quidem breuis fit:ſi verò poſterius appareat,prolongatur, morbus ipſe videlicet. Quæcunque igitur ſputa ſubflaua ſunt & ſubfulua & ſubſpumoſa ac tenuia,ſolius cruditatis

notæ ſunt,& nihil notabilis mali indicant.Quæ verò purè flaua & fulua & viridia ac ſpumoſa ſunt ac viſcoſa,inſupérque nigra,mala ſunt.Nam,excepto ſanguine,quicunq; alius humor purus fuerit,malam affectionem indicat ex calore generatam.Sanguinea igitur & pituitoſa ſputa,moderata ſunt:flaua verò ac nigra,mala.Conſiderare verò oportet & eductionis ipſorum modum.ſi enim facilè expuũtur,indiciũ eſt quòd talia bona ſunt:ſi verò ægrè educuntur,mala.& præſertim ſi nigra,aut liuida,aut æruginoſa fuerint,aut valde graueolentia, vt prunis iniecta graue oleant.

Signa perfectè ac fideliter ſoluti morbi, Cap. LIII.

PErfectè ac fideliter ſolutum eſſe morbum putare oportet,quum in idem ſimul conuenerint omnia ſolutoria ſigna.Siue igitur in vigore ſtatim & confertim ac conſtanter iudicatus eſt morbus,ſiue paulatim declinando fideliter ſolutus eſt,ex his ſanè cognoſcere poteris: Primum enim & maximum ſignum bonæ ac fidelis iudicationis, ſunt concoctiones ſuperfluitatum apparentes in dieb⁹ indicatiuis,cũ viriũ fortitudine:Deinde ſi in impari die iudicatio facta eſt,& ad hæc inſuper ſi febris ſoluatur ægro iudicato, & ipſe æger ab omnibus accidentibus liberetur, & coloratior fiat tum in facie tũ in reliquo corpore,pro euacuationis ratione: & ſubtiliore pulſu præditus,ac fortior dum aſſurgit,& bene tolerãs per omnia,& maximè circa concoctiones ciborum ac digeſtiones:& ſi omnes naturales actiones inculpatè facit, & corp⁹ pro refectionis ratione roboratur:& color ex nõ naturali in naturalẽ tranſmutatur.Hæc eſt optima iudicatio,& oportet ipſos cõfidenter renutrire, cõuenienti victu ac balneis videlicet:ſi verò defectuoſa facta fuerit iudicatio, morbus recidiuare ſolet.

Signa morbi non perfectè ſoluti, Cap. LIIII.

SVſpectos de recidiua cognoſcemus ex eo quòd putatur quidem ſolutus eſſe morbus,perſeuerãt autem cõſimiles prioribus vrinæ ac pulſus: & quòd adhuc pallidus eſt æger,& difficulter tolerat,& reliqua contraria omnibus prædictis bonis fiunt.Et in ſumma,quoties præter rationem ſolutus eſt morbus,bis ipſum reuerti timor eſt.

Prænotio diei qua moriturus eſt æger, Cap. LV.

IN pernicioſis morbis conſiderare oportet exacerbationes per ſingulos inſultus, an quotidie, aut alternis,aut alio modo fiãt.ſi verò febris eſt nõ intermittẽtiũ generis, vide an in imparibus diebus, aut paribus,æger magis intolerãs ſeipſo fit.Noſſe enim clarè oportet quòd in illa die aut nocte,in qua magis intolerans ſeipſo fit æger,morietur:&,ſi morbus multo plus vires excedit, citò morietur:ſi verò vires parum reſiſtunt,differri poterit ad vnam atque alteram diem.Fieri autem non poteſt vt moriturus ad declinationis morbi tempus deueniat. Raró verò in declinatione morbi aliquem mori cõtingit, niſi alius morbus priori ſuccedat. neque verò neceſſariò ad vigoris tempus peruenit moriturus: ſed vt plurimùm in principio aut augmento ægroti moriuntur.

Quòd etiam horam mortis ægri prænoſcere poſſit doctus medicus, Cap. LVI.

QVVM quatuor ſint particularis exacerbationis tempora,obſeruare oportet qua hora diei aut noctis grauior exacerbatio irruere ſolet:inſupérque in qua parte exacerbationis æger ſeipſo grauior factus eſt, nimirum an circa acceſſionem,aut augmentum, aut vigorem ipſius exacerbationis. In illa enim hora in qua languidior aut præter ſolitum magis pulſu deſtitutus factus fuerit,morietur.Et in acceſſione quidem exacerbationum moriuntur,ob inflammationes magnas in partib⁹ principalibus, aut propter multitudinẽ craſſorũ ac viſcoſorũ humorũ aceruatim intrò lapſorũ,vt trãſitus ſpiritus perfectè obturentur:ita vt ſuffocetur ac velut extingatur natura,quemadmodum ſiquis viridium lignorum copiam accumulet in flammam: In vigore verò exacerbationum moriuntur, emota natura per violentiam ac vehementiam morbi. Eodem modo contingit ipſos etiam in exacerbationis

A augmento mori.In declinationibus autem exacerbationum moriuntur,exoluta ipſis per violentiã vitali firmitate.Obſcurior enim & collabẽs ſẽper fit pulſus in pernicioſis exacerbationis declinationibus.Diffluit enim tũc vnà cum aliis in corpore, etiã febrilis calor.atq; hinc idiotæ meli⁹ rẽ habere imaginatur. Ægri verò aut ad exonerandũ aluũ ſurgẽtes,aut alio motu facto,animo linquuntur aliqui verò pauco ac viſcoſo ſudore excluſo moriũtur.

In acutis morbis mortem non eſſe prædicendam, Cap. LVII.

B IN acutis morbis coniectatione vti non oportet,in quibus maximè repentina mors aut periculum ingruit. In his enim facilè trãſfluit & ardẽtior eſt humor,& vehemẽtiſſima febris violentia. Et de his morbis Hippocrates pronũtiauit, Acutorũ morborum nõ omnino tutæ ſunt prædictiones neque ſanitatis neque mortis.

Febrium diuiſio,& de diariis febribus, Galeni, Cap. LVIII.

EX morbis ob intemperiem orientibus vnus eſt & febris ipſa,calore præternaturali ad tantam immodeC ſtiam euecto vt angat hominem & actionem lædat.Differentiæ huius caloris,maioris ac minoris ratione diſtinguũtur,& iuxta ſubiectũ ſiue materiã, aut ipſũ cordis corpus calore occupante,aut humores,aut aeream eſſentiam. Incipit igitur hæc præternaturalis caliditas aliàs ex alio de prædictis : & niſi ſoluta fuerit, temporis progreſſu ſimiliter reliqua duo genera afficit. & ſiquidem in ſpiritibus permanſerit hic calor, diariam febrem efficit: ſi verò humores occuparit, febrem putridam incendit: ſi verò ipſum cordis corpus iniuria affecerit, hecticam D ac habitualem febrem facit.Nam aliqui febricitantes facilè ſolubilem affectionem habent, velut calefactum in ſole lignum:aliqui verò ægrè ſolubilem, velut accenſum ab igne lignum,vt etiam fumum edat: quidam verò planè exuruntur,velut lignum ad carbonis naturam adactũ. Tria igitur ſunt genera,diariæ, putridæ, & hecticæ. primùm itaque de diariis tractabimus.Fiunt hæ febres, velut dictum eſt,citra humorum putrefactionem, ſolo ſpiritu feruefacto,& propterea diariæ appellantur. nam vbi loti ſunt ægri in prima huius febris declinatione, & cibũ E boni ſucci ac humectum acceperint,non amplius ſecundariò febricitant.Proprium autem & inſeparabile ſignũ diariarum febrium eſt vrinarum cõcoctio in prima die, & caloris iucunditas.verùm poſt exacerbationem ſedatã certiorem habebis cognitionem.nam arteriarum motus per omnia aſſimilatur motui ſanorum,quod nulli alii febri adeſt.& ipſa bona ægri tolerantia maximũ liberationis ſignum eſt.Et vrinæ multo meliores poſt exacerbationem quàm in febris principio tibi apparebunt. Et ſi ipſis, dum lauantur,neque horror aliquis inſuetus acciderit,ne F que alia aliqua iniucunditas,& poſt balneũ conſequenter bona tolerantia manſerit,cõfidenter nutrire potes ipſum, & vinum exhibere intrepidè bibendum,quãtum in præſens moderatum eſt.Facilè verò à talibus febribus capiũtur ii in quibus defluxiones corporis nõ vaporoſum ſed acre quid ac fumoſum habent. quare ſiquando ſuppreſſus fuerit coaceruatus in ipſis calor,febrilis efficitur. Auſpicantes verò ac externè laceſſentes harum febrium cauſæ ſunt,laſſitudines, frigiditates, vigiliæ, curæ, triſtitiæ, iracundiæ,rigor,ardor ac exuſtio cutis,vt difficulter trãſG pirationem admittat.

De diariis ex laſſitudine febribus, Cap. LIX.

QVI ex laſſitudine febricitant, cutem ſicciorẽ quàm qui ex alia quadam diaria febre laborant, habent.Et hoc maximè contingit iis qui ſimul frigefacti ſunt ex multa laſſitudine, vt etiam poſt febris vigorem permaneat ipſis ſiccitas:& pulſus his parui fiunt.qui verò nõ nimiũ fatigati ſunt,his humiditates quædã,aut vapor calidus ex profundo effertur.magni autem ſunt & his pulſus. Oportet autem ipſos ſtatim poſt exacerbationis declinaH tionem in balneum ducere, & accuratè ſimul ac molliter modico oleo dulci tepido perfrictos, aquarum dulcium lauacris lauare. Sed neque ſi in aere balnei ipſos morari ſufferis,quicquã læſeris propter frigiditatem. Poſtea quietis ſtudium prodeſt.

De febrientibus ex vigiliis,& cura,& triſtitia, aut ira, Cap. LX.

EOS qui ex vigiliis febricitant,diſtinguit etiam coloris ſpecies: eſt enim ſubtumida. Sed & oculorum motus manifeſti ſunt: vix enim attollunt ſupercilia . & caui fiunt ipſis oculi:imò etiam ſicci. Pulſus autem denſiores fiunt omnibus ob vigilias,curam,ac triſtitiam febrientibus. Qui verò ex ira febriunt,his neque cauitas oculorum adeſt,neque color ille:& calor his eſt amplior,& velut ex profundo emergens:& magni ſunt his pulſus. Omnes igitur relati neque frictionibus, neque balneis multis opus habent:ſed multi olei perfuſione omnino non adſtringẽtis. atque vbi parum defricti ſunt,pro more lauentur.

De febrientibus ex ardore, Cap. LXI.

FEbrientes ex ardore , ſtatim ab initio perfrigerantibus ſanare oportet,& balneis pluribus dulciſſimarum ac temperatiſſimarum aquarum. Oleum autem modicũ adhibendum eſt,& omnino non affricãdum. Sint autem quæ adhibentur capiti frigefacientia , omphacinum & roſaceum ex ipſo præparatum ſine ſale . Facere autẽ hæc poſſimus frigida , vas in quo continentur ſuſpendentes in puteum vt aquam contingat. Sed adhuc magis ſaliens aquæ frigidæ oleum frigefacit:& magis adhuc nix forinſecus vaſi circumpoſita. Perfundendum eſt autem ſinciput ex oleo ſic frigefacto,lana moderatè excepto , ita vt manum in ſublime leuemus, & hoc indeſinenter faciamus vſque ad febris declinationem: atque ita in balneũ dulcium ac temperatarum aquarum ducamus,acceſſu ſolo aeris balnei per tranſitum conceſſo.

De febrientibus ex frigore, Cap. LXII.

SI quis frigefactus febricitarit,ſuppreſſis videlicet fumoſis tranſpirationibus,quæ per cutem fiunt,& hic in balneum ducendus eſt in febris declinatione. Caput autem calfaciendum eſt & ante balneum & poſt balneum, in declinatione,ex vnguento amaracino & nardino.

De febrientibus ex grauedine ac deſtillatione, Cap. LXIII.

QVI ob grauedinem febriunt lauare non oportet priuſquam ea concoquatur,ſi ex frigiditate aut cruditate deſtillatio facta eſt . Caput autem humectandum eſt irino vnguento aut amaracino aut nardino : ſi verò ex ardore facta eſt deſtillatio capite calfacto , & inſtar cucurbitæ attrahẽte materiã ex locis ſubiectis, hunc ſtatim in balneũ dulciũ ac tẽperatarũ aquarũ ducere oportet,& in frigidam immergere,& ſub ſalientem locare:in balneis autem frigefacientibus caput humectare. ſunt autem ea moderata propter balneum.

De febribus ex cutis denſitate, Cap. LXIIII.

DEnſatur cutis aut ex frigore,aut acerba qualitate ipſi præter aſſuetudinem allapſa:quale quid accidit etiam iis qui in aluminoſa aqua lauantur. Arctiſſima eſt iis cutis,vt etiam tactu cognoſcatur. Imò & caloris motus , leuis quidem iuxta primam manus admotionem apparẽs, acris efficitur ſi diutius tactus perſeueret:vrinæ autem nõ velut aliis fuluæ ſunt . quare non accuſamus in iis quòd alimentum non ſentiant,vnde corporis moles contrahitur. Neque verò oculi caui ac ſicci fiunt. verùm ſunt quibus humidiores & prominentiores eſſe videntur naturalibus,eo quòd non contigit tranſpiratio in ipſis,ſed materiæ magis intus concluduntur. Vnde neque pulſus parui ſunt,velut in triſtitia aut cura,aut vigiliis,&valde immoderatis exercitiis. Curare porrò eos oportet aquarum dulciſſimarũ ac tẽperatiſſimarũ balneis,poſt exacerbationis declinationẽ,& præcipere ipſis vt aliquãdiu in balnei aere morẽtur: affundẽdúmque eſt ipſis oleũ dulce tepidũ, & fricatio mollis ac moderata adhibenda. Tenuis autem victus præſcribendus eſt,& vinum dandum tenue & album.

De febribus ex fame, Cap. LXV.

SI ob famem fiat febris , exacerbatione declinante in balneum ducantur,& plurimo oleo tepido dulciſſimo perfuſi leuiſſimè fricentur,& plurimo tempore in calido ſolio morentur . Egreſſi deinde ac viribus refecti rurſus in balneum ducãtur,& in calidum ſolium locẽtur. Poſtea A egreſſis poſt balnei turbationem ſedatam,danda eſt aqua calida potanda,deinde ptiſanæ ſuccus : aliquando etiam piſces petroſi in iure albo parati.

Diæta communis omnium diariarum febrium, Cap. LXVI.

DIæta in febrib⁹ diariis omnibus communem ſcopũ habet,vt ſit ex eduliis boni ſucci & quæ omnino cõcoquuntur,& nuſquam circa meatus detinentur : iis quidem qui ex ardore aut ira febriunt,quæ ſimul frigefaciũt ac humectant: frigefactis verò,minus alentia & moderatè calfacientia. B Iis autem qui vigilarunt,aut triſtes fuerũt aut curis vexati, humidus & ſomnificus cibus congruus eſt. fatigatis autem,plurimus & maximè nutriens. At in quibus intẽperatura corporis calidior ac ſiccior facta eſt, eos oportet aliquãdo circa primũ exacerbationis impetũ nutrire. Vinum autem dandum eſt omnibus qui ex diaria febre laborant,aquoſum,tenue ac album,quod & concoctionem adiuuat& vrinas ac ſudores propellit. Iis verò qui vigilarunt aut triſtes fuerunt,aut curis vexati , magis intrepidè vinum datur. ſed & fatigatis nimium,dandum eſt quantum ſuperare poſſunt. Iratis autem,priuſquam ab C affectu omnino liberati fuerint, minimè tutum eſt vinum dare.

De febrientibus ex inguinum inflammatione, Cap. LXVII.

SI quidem citra laceſſentem externam cauſam, inguinis glandularum inflãmatio fiat, multitudinẽ ſanguinis plerunque in vniuerſo corpore indicat . nam & calor in his amplior eſt quàm in prædictis,& facies rubicunda ac tumida apparet. Oportet igitur celerrimè venam ſecare priuſquam materia in inflammato putreſcat , ac febrẽ D putridã accẽdat:poſt venæ ſectionẽ vtẽdum eſt tenui diæta,vſque ad perfectam liberationem . At inflammato inguini ante venæ ſectionem adſtringentia ac repellentia imponenda ſunt:poſt venam ſectam,laxantia ac moderatè diſcutientia. Cæterùm quibus propter offenſionem digitorum pedis,aut aliud quid tale, inguinis inflammatio facta eſt,& ea de cauſa febris diaria conſequuta , tales ne interrogant quidem medicum quid facere oporteat , ſed vlceri ex quo inguinis inflammatio facta eſt proſpicientes,lauantur circa exacerbationis declinationem. E Prohibendum autem vinum omnibus ex inguinis inflammatione febrientibus, donec inflammatio fuerit ſoluta . & victus ratio tenuior ipſis conſtituenda eſt.

De diariis febribus ex cruditate obortis, Cap. LXVIII.

IN corporibus ex malis humoribus vitiatis cruditates orientes citiſſimè febrem accendunt . minus autem fit malum ſi ob cruditatem aluus infrà erumpat:nũ paruum autem malum eſt ſi fuerit ſuppreſſa . Febriunt autem aliF qui etiam in quibus profluuium vẽtris ob cruditatem fit. Si quidem igitur ſola corrupta euacuata eſſe apparuerint, lauandi ſunt ac nutriendi in febris declinatione : ſi verò plus iuſto euacuatio fiat,melius eſt nutrire citra balneum proſpiciendo ventri ipſi. Cura verò vẽtris dupliciter fiat: Si enim non amplius feratur ipſa aluus, abſinthium modicum aqua macerans coquito cum oleo in duplici vaſculo,& ex hoc locos circa ventrem humectato : deinde hapſum lanæ purpureæ oleo imbutum ventri imponito: Si verò debilius eſt os ventris,maſtichen cum vnguento G nardino ad ſtrigmentitiam craſſitudinem redige, & purpuram ex eo imbutam impone. Sint autem ea quæ imponuntur , ad tactum calida. tepida enim robur ventris exoluunt. At ſi adhuc feratur aluus,melius eſt optimo melino vti pro nardino,cum modico vino. commodum eſt ad hæc & maſtichinum. Si verò etiam vẽter exuratur poſt euacuationem,melino ſimiliter vtaris,aut cerato ex ipſo parato. Nutriendi porrò ſunt adhuc fluente aluo ex polẽta & panibus qui oxylipes vocantur, *ex eo quòd pauciſſimum acetum habeant* . Inſpergenda eſt autem polenta ſucH co malorum punicorum,aut pirorum,aut malorum,præſertim cotoneorum:vel in ipſorum decoctum,aut myrtorũ. Si verò fluxus ceſſarit,alica detur, & gallorum teſtes,& piſces petroſi in iure albo parati,& fructus adſtringentes. Si verò inappetentes fuerint,vt auerſentur cibos, ex con-

coctorio medicamento ex malorum cotoneorum ſucco ac melle compoſito, cochlearium vnum aut duo danda ſunt. Si autem non affuerit id quod ex ſucco compoſitum eſt, detur id quod ex carnibus cotoneorum paratur, cui nihil omnino piperis additum eſt, aut valde exiguum quiddam. Si vero ſupprimatur aluus in iis qui ob cruditatem ex diaria febri febricitant, ſi quidem cibi adhuc in ventre continentur, plurima tepida pota, digitis aut pennis immiſſis, per vomitum iubebimus id quod moleſtū eſt reiicere: deinde præcordia fouere & quietem agere. Si verò cibi iam deſcenderunt ad inteſtina, reclinatis ipſis ita vt partes circa caput & ſtomachum ſurſum vergentes habeant, foueatur venter, & ſomnus cōcilietur. Poſt ſomnū autem glandula ſubdatur, ad ſuperfluitates quæ deſcenderūt educēdas: aut per mitiorē clyſterē (quale eſt furfurū decoctum) euacuatio fiat. diæta ſit tenuiſſima, quæ plurimā exterſoriam vim in ſe habeat. Quòd ſi inflatio acceſſerit, incoquere oportet in oleo cuminum ac rutam, & infundere per ſedem. Euacuata verò aluo, ſtatim nutriantur: ſi verò etiam citra moleſtiā dormierint, poſtridie lauētur, adhibentes ventri vnguentum nardinum cum modico vino, & poſt balneum ſimiliter tenui victu vtantur: ſi verò etiam tertia dies febrem aliquam induxerit, neque ſic timendum eſt: ſed ſimiliter lauandum, ac moderate nutriendum. Dare autem oportet talibus ante cibū aliquod concoctorium, oxyporium *à cita penetratione appellatum* medicamentum, & præſertim quod ex cotoneis malis fit, cochlearii menſura.

Curatio diariarum febriū multarum dierum, quarū aliquæ ex mutatione diariarum generantur ob cutis obturationem,

Cap. LXIX.

QVædam febres propter obturationem vaſorum circa cutem fiunt, ex diariarum mutatione, quum non probè curatæ fuerint ſtatim ab initio. Cōtingit hoc maximè in corporib⁹ vitioſis humoribus præditis, quū multùm fuerint voraces. Nam in talibus circa primam ac ſecundam diē aliquantiſper non eſt in pulſu, putredinis ſignum: ſicut neque in vrinis, cruditatis. dum enim prolongatur quidem declinatio, & nō amplius iuxta proportionem remittit, ſuſpecta eſt affectio. ſi enim non tranſpirauerint perfectè, neceſſe eſt putrefactos eſſe vitioſos humores. Si quidem igitur puer aut ſenex fuerit ægrotus, venā ſecare nō expedit: in mediis autem ætatibus, robore præſente ægroto, vena ſecetur, ſi ſanè etiā plenitudinis ſigna affuerint in corpore. Detrahendum eſt autem pro virib⁹ & obturationis magnitudine. maior enim febris ob vehementiores obturationes incidit: minor autem ob minores. Euacuata verò multitudine, & rarefactis meatibus, fumoſæ ac fuliginoſæ ſuperfluitates tranſpirantes pauciores fieri poterunt. Periculoſum enim eſt aperire potētibus obſtructiones vti ante euacuationē. Quæ enim vim exterſoriā habent, exhibita dum exhalant, ſimul attrahūt quid ex craſſis ac viſcoſis humoribus in vaſis, & duplicant in anguſtis meatibus obturationes: ſi verò etiam extrinſecus cuti admoueantur exterſoria, periculū eſt ne attrahant etiam aliud quid ad meatus obſtructos. Quò igitur ſecurè & intrinſecis exhalatio & extrinſecis attractio contingat, vtiliſſimum eſt euacuare pro viribus corpus: poſt euacuationem verò non longa facta dilatione, aliqua exterſoria edulia aut pharmaca dare: eduliorum quidem loco ptiſanam & aquam mulſam, pro pharmacis autem, acetū mulſum ex ſolo aceto ac melle paratum. Quæ enim in aceto mulſo coquuntur aliàs, velut calamintha, & ſimilia calida, febres accendunt: velut etiam vinum. At poſt tertiam diem, neque putredinis humorū ſigno in pulſibus præſente, neque in vrinis cruditatis, & vbi hora ſuſpecta in qua febris acceſſit in prima die, tranſiit, confidenter iam hominem lauare oportet: ſi verò etiam circa decimā horam ſuſpectus tibi fuerit paroxyſmus *ſiue exacerbatio*, lauare oportet ante horam ſextam. In balneo verò corpore præcalefacto illinire oportet dulci tepido, & moderatius confricare, poſtea depurgare & abluere forinſecus corpus. Eligenda ad hoc quædam moderatè extergentia, qualis eſt ordeacea farina & fabacea: deinde immittēda in ſolium calidæ temperatæ, deinde etiam in frigidam. Si verò circa decimam horam (vt ita demus) turbatio quædam ſuſpecta ſit, nihil exhibendum eſt præter aquam cui incocta eſt hyſſopus, & parum apii: deinde ſi nihil mali intulerit hora, nutriantur. Si verò etiam quid attulerit, omnino moderatum apparebit: quare & lauare poteris poſtridie ac nutrire. At vbi magna facta eſt obturatio, neceſſariò putrefactio contingit: vnde curatio in putredinoſa febre referenda, etiam his congrua eſt.

De febribus *id eſt continentibus* ſynochis,

Cap. LXX.

COntinens febris nominatur cuius ab initio vſque ad finem vna eſt exacerbatio, nullam alterius exacerbationis principii ſignificationem faciens. Corporibus bono habitu præditis, & multo ſanguine refertis, & ætati calidæ peculiaris eſt continens febris. conflatur enim ob calidi ſanguinis copiam nondum putrefacti, &, eo quòd non tranſpirat, feruore ſolùm caliditatem excitantis: quēadmodum nouum vinum ſolet in doliis. Tempus autem taliū febriū maximè vernū eſt. Sunt autem differētiæ febris continentis tres. nam aut æqualis permanet magnitudo ab initio vſque ad ſolutionem, aut additamentum facit, aut detractionem. hoc autem contingit prout maiores aut minores fiūt trāſpirationes, ex eo quòd dēſior aut rarior eſt habitus corporis affecti. Eſt autem multa copia quæ in talibus affligit, & feruorem ſanguinis ebulliētem conſequenter febris accendit: aliquando verò etiam craſſitudo. Scopus igitur curationis in ipſis eſt euacuare copiam, & extinguere calorem præternaturalem, & craſſitudinem ſecare: ſi quidem affuerit. deinde veterem bonā temperaturam debilitatis partibus reparare.

De venæ ſectione, Cap. LXXI.

SI validæ ſunt vires, & ætas permittit, & nihil aliud fortiter reſiſtit, ſanguinis tantum auferre oportet quantū vires tolerant. præſtat autem, ſi vires adſunt, vſque ad animi deliquium ducere. Quibus verò nō ſic vena ſecta eſt, hi ad extremum periculum deueniunt, vt aut ſuffocentur aut animo linquantur: niſi virium robur, aut larga ſanguinis eruptio, aut multus ſudor ex manifeſta pernicie ipſos eripiat. Nā multitudo in his non amplius à venis contineri potens obturat ac diſtendit corporis molem, & propterea ipſum aliquando dirumpit, & vaſa maximè in naribus aperit. Ea gratia feſtinare oportet ad ſanguinis detractionem quantum vires ferunt, quò vaſorum natura ex tranſpiratione ac ventilatione naturale tēperamentū cōſeruans, iuxta morē ab initio humorib⁹ dominetur. verùm animaduertendum eſt & ad ipſius venæ ſectionis ſcopos. Præcedente enim ciborum cruditate, eouſque venæ ſectionem differre conuenit, donec tibi ſatis eſſe videbitur concoctio ipſorum in ventre peracta, itémque ſeceſſus ſuperfluitatum in inteſtinis: ſi verò ſuſpectum habes poſt venæ ſectionem, aliam fore ſanguinis euacuationē, velut muliebrem purgationem, aut hæmorrhoidum in ſede fluxum, relinquere oportet in venæ ſectione tantum ſanguinis quantum per alios locos euacuandum putas. Quare ſiue menſes fuerint moti ſiue hæmorrhois aperta, totum negotium naturæ permittito: ſi verò non tantum quantum oportebat euacuatum fuerit, tunc venam ſecato, quò ex vtriſque compoſitis perficiatur quod conuenit. Aptus eſt ad venæ ſectionem habitus corporis durus, multi ſanguinis, denſus, & ægrè tranſpirans, ſtatus aeris humidior. Reſiſtit venæ ſectioni puerilis ac ſenilis ætas, temperamentum calidum ac ſiccum valde, & tempus ac regio conſimilis, & qui natura humidiores ſunt, & præſertim cum caliditate: & qui raro habitu præditi ſunt. Inſuper quibus os ventris aut amara bile valde vexatur, aut debile eſt, aut vltra iuſtū ſubtili ſenſu præditū. hi enim omnes facilè tranſpirant, & in venæ ſectione animi deliquiis corripiuntur, ex quibus ægrè reuocari poſſunt. Similiter autem etiamſi triginta annorum fuerit is cui vena ſecanda eſt, verùm humidus & mollis & pinguis ac albus corpore, & paruas venas habuerit, huic aut omnino non venam ſecabis, aut parum detrahes: omnino quidem nō, æſtatis tempore & in reliquis eiuſdem ordinis: parum verò, aliis temporibus ac reliquis conſtitutionibus. Proinde

aliqui in animi deliquium collapſi in ipſis medicorũ manibus,non ſunt reuocati. quare ſiquis euacuaſſet citra virium diſſolutionem,nõ periiſſent: Aliqui verò per omnẽ deinceps vitam totũ corporis temperamentum frigidiꝰ habuerũt,propter immodicam euacuationem, vt qui in malo corpore ac habitu vitam degerint.Quidam verò ex hoc ipſo pernicioſis morbis correpti ſunt, ab aqua inter cutem,& erectæ ceruicis ſpiratione,hepatiſque ac ventris debilitate,& ſemiſideratione. Optimum igitur eſt,quemadmodum nos ſemper facere vidiſti, non dierum numero animum aduertere,neque ſoli multitudini, ſed viriũ robori: in omnibus quidem, verùm maximè in continentibus febribus. ſi enim vires conſeruentur, nõ ſolùm ſexta ac ſeptima,ſed etiam ſequentibus diebus venam ſecabis.

De frigidæ aquæ exhibitione, Cap. LXXII.

SI aliquando coactus fueris curare ægrotum qui non ſolùm antea venæ ſecandæ auxilium omiſit,ſed etiam nunc aut propter timiditatem ægroti, aut cognatorum, ſanguinem detrahere prohibearis, ad frigidæ exhibitionem deueniendum eſt,exacta præſcriptione facta, quãtũ ex ipſa fieri poſſit detrimentum.Nam ſi hoc paruum vel omnino nullum futurum eſt, danda eſt in potu frigida ſincera quantum æger eius voluerit. Tunc autem danda eſt frigida quum in vrinis videris concoctionis ſigna.neque autem in principio,neque in augmento dãda eſt frigida,ſed in ipſo vigore totius morbi ac particularis exacerbationis.Opportuno enim tempore data frigida corroborat ſolidarum partium naturam. Corroborata verò natura præattenuatos humores aggreditur,vt bonos quidem detineat,inutiles verò eiiciat,aut per ventrem, aut per vomitus,aut ſudores. Si verò frigidæ potor fuerit æger tẽpore ſanitatis, valde cõfidẽter frigidã dato,ipſa experientia doctus omnia viſcera frigidæ familiaritatẽ ſuſtinere.Si enim omnino aliqua pars adeo frigida eſſet vt ab ipſa læderetur, ſanitatis vtique tempore euidens detrimentum oſtendiſſet: quum autem nulla pars in ſanitate læſa ſit,ne in febre quidem lædi poterit, quum maximum propugnaculum habeat in profundo ardentis caloris multitudinem. Quapropter iis qui modicum ſanguinem &minimum carnis habent,frigidæ potus periculoſior eſt. citò enim ad ſolidas animalis partes penetrat carnibus nudatas. Quapropter etiam habituales febres neque ſincera neque multa frigida opus habent: tenuia enim ſunt in ipſis ac modici ſanguinis corpora. Vnde quũ magni detrimenti timor immineat in ineptis, à frigidæ exhibitione abſtinere oportet,&vti aliis auxiliis,quæ obturationes reſerant,& multitudinem euacuant, & feruorem febris mitigant.At verò detrimenta ex intempeſtiuo frigidæ potu orientia hæc ſunt:viſcoſos ac craſſos humores attenuari ac trãſpirare frigida impedit. Quare ſiue inflammatio fuerit in aliquo viſcere,ſiue ignis ſacer, ſiue indurata,ſiue mollis ac laxa affectio, frigidæ potus ad huius ſanationem nihil confert: ſed eueſtigio quidem non modicam affert lenitatem, eo quòd febrem iam factam extinguit: manente autem intus cauſa,quum ex frigida denſatum fuerit corpus, aliam febrem accendit priore grauiorem.Atque hæc quidem detrimenti ſpecies contemni poterat:verùm plerique debilia habentes viſcera, citius ac facilius à frigidæ exhibitione læduntur.Quibuſdam enim ſtomachus ſiue gula adeo fortiter affectus eſt, vt perdiderit actionem,& vix potuerit deglutire: aliis vẽter læſus eſt,vt vix concoquere potuerit:aliis hepar, vt ex hoc in aquam inter cutem inciderint: aliis colum, aut pulmo,aut renes & veſica:aut aliud quid à frigida læſum, debile ad propriam actionẽ factũ eſt. Quidam ipſorum ſtatim erectæ ceruicis ſpiratione, aut alto ſopore, aut lethargo,aut aurium abſceſſu,aut conuulſionibus, aut tremoribus,aut ſiderationibus corripiũtur. Et,vt in ſumma dicam,omne neruorum genus &caput ipſis affligitur.Noui quòd formidinẽ tibi induxerim per ea,quæ retuli,ad frigidæ exhibitionem: verùm vidiſti me ſæpe ipſa opportunè vſum eſſe,& in quibus dare oportet,& ſemper vtilitatem aſſequutum eſſe citra ægri læſionem.

Diæta in febribus continentibus, Cap. LXXIII.

QVibus vena ſecta eſt,his ego poſt duas venæ ſectæ horas ſemper do modicum ptiſanæ ſuccũ, & iubeo quieſcere.Et poſtquã ex ſomnis ſurrexerint, rurſus ſimiliter ptiſanæ ſuccũ exhibeo,& hoc perſeuero vſq; ad tertiã diem: quarta ferè ſemper in balneum duco. Tales enim opportunè vena ſecta viribus robuſtis, & ad animi deliquium euacuati,neceſſariò ſequitur non longè poſtea vẽtris ſeceſſus, attenuatis videlicet humoribus, & leuatis ac corroboratis viribus:aliquando verò etiam bilis vomitus. Ad quæ ſtatim etiam humiditates per totum corpus aut ſudores ſuccedunt.quare confidenter hos lauato quarta die.At verò tempus exhibendi cibi in febribus continentibus,tum iis quæ iam relatæ ſunt, tum iis quæ poſtea referentur:quæ ſanè vnã ſolùm ab initio vſq; ad finẽ exacerbationẽ habẽt(eſt bona ægri tolerãtia & conſuetudo. tũc enim ipſis cibi dandi ſunt) quãdo tolerãtiſſimi ſibiipſis eſſe videntur:& illo præſertim tempore diei in quo etiam prius morem accipiendi cibi habuerunt. maximè enim toleranter pertulerint cibos iſto tempore acceptos. Robuſtis igitur viribus,& dum vigor morbi breui expectatur,tenuiſſimo victu vti licet: vbi verò vires ægræ ſunt,non licet tenui victu vti citra magnum detrimentum.quare alimentis tantum apponendum eſt quantum roboris viribus detractum eſt.

Vniuerſalis doctrina de febribus putredinoſis, Cap. LXXIIII.

TRanſpirationis anguſtia ac impedimentum meatuum obſcurorum totius corporis obturationem facit,per quos fumoſæ & fuliginoſæ ſuperfluitates quotidie tranſpirant. At obturationis affectio quum parua fuerit & probè tractata, diariam febrem effecit: Quum autẽ ſiue propter magnitudinem, ſiue imperitiam medicorũ conſuetum diariarum tempus exceſſerit,aut continentem aut aliam quandam, ob humorum putrefactionem, accendit febrem.At verò tranſpiratio multiformiter impeditur,& dum denſantur meatus propter ſiccitatem aut adſtrictionem cutis,& dum obturantur propter multitudinem & craſſitudinem ac viſcoſitatem humorum. Dũ itaque quotidie fumoſarum ac fuliginoſarum ſuperfluitatum tranſpiratio impeditur,naturalis in nobis calor affligitur.Alius verò præter naturam corporibus accedens, primùm humores propter humiditatem putrefacit ac corrumpit: progreſſu verò tẽporis etiam pinguedinẽ ac carnẽ & ipſa ſolida corpora inuadit. Eſt autẽ putrefactio, eſſentiæ putreſcentis corporis ad corruptionẽ tranſmutatio à calore præter naturã fiẽs.Putreſcentes igitur humores,aut intra vaſa arctati,continuas & nunquam intermittentes vſque ad perfectam morbi ſolutionem febres efficiunt:aut per totum corpus delati & extra vaſa elapſi, quandam febrem per circuitum accedentem & interualla habentem accendunt,velut tertianam,quartanam,quotidianam,aut aliam conſimilem. Cauſa verò cur non excidant extra vaſa humores in febribus continuis, eſt aut multitudo,aut craſſitudo,aut viſcoſitas ipſorum. Quemadmodum igitur dum inanimata corpora putreſcunt, primùm abiicimus ex ipſis quæ iam putruerunt, deinde reliquum in aere frigido ſuſpendimus, & perſpirationes perfrigerantes molimur:eodem modo ſanabimus in humanis corporibus putrefactionem,quod quidẽ iam corruptum eſt,omni modo euacuantes,reliquum verò geſtationibus moderatis & tranſpirationibus perfrigerãtibus ad exactam ac naturalem proportionem reducentes. Proinde vbi prius de non intermittentibus febribus tractauerimus,mentionem faciemus deinceps & reliquarum.

De febribus putridis, Cap. LXXV.

QVVM in omnibus vaſis,& præſertim maximis,circa alas ac inguina,ac conſimilibus, ſanguis calidior æqualiter redundans putruerit, febrem putridam continentem efficit.Plerunque verò in corporibus multi ſanguinis ac carnoſis & denſo habitu præditis,& ſuperfluitatibus calidis refertis hæc generatur. Proinde his iam febrientibus pulſus maximus & æqualis ac vehemens eſt, & qui compagem arteriæ neque duriorem neque molliorem habet.Ad tantam verò velocitatem ac denſitatem

venit,ad quantam magnitudinem ipſa febris venit. At-
que hæc quidem ambabus communia ſunt, huic videli-
cet,& prædictæ continenti citra putrefactionem febri.
verùm huic præcipua putrefactionis ſigna in vrinis, &
pulſibus, & caloris ſpecie adſunt. Curatio verò harum
febrium, in vtroque genere communicat, tum in eo
quòd cum putrefactione,tum eo quòd ſine hac eſt:at eſſẽ
tia quidem & vniuerſa ipſarum natura ex genere putrida
rum eſt. Verùm quatenus vna eſt tota ipſarum exacerba-
tio,ab initio vſque ad totius morbi ſolutionem,eatenus
communicat cum continenti abſque putrefactione. O-
portet itaque etiam curationem ipſis in hoc ſolùm cum
illis continentibus communem eſſe:per alia verò omnia
bifariam ſecari, ita vt quoſdam medendi ſcopos ex ge-
nere putridarum accipiamus,quoſdam verò ex propria i-
pſarum eſſentia.ſanguis enim eſt qui in hac febre putre-
factionem ſuſcepit. Sic verò etiam alias differentias pu-
trefactorum humorum ſanare conuenit, iudicationem
partim à putrefactione ſumẽdo,partim à propria vniuſ-
cuiuſque differentia,velut pituita,aut vtraque bile.Quan
doquidem igitur putridarum febrium ſeptem ſubiecta
ſunt præter naturam ,à quibus iudicationes ſumuntur,nẽ
pe copia humorum,& craſſitudo,& viſcoſitas,& obtura-
tio, & tranſpirantium ſuppreſſio,& putrefactio,& febris
nõ habens interuallum: Vnamquanque ſanè ex relatis af
fectionem ſanare oportet per contraria, copiam per eua-
cuationem,craſſitudinem per ſecantia, viſcoſitatem per
extergentia,obturationem aperientibus tranſpirantium
ſuppreſſionem: ſi quidem propter conſtrictionem cutis
facta eſt,per diffundentia: ſi verò propter denſitatem,per
rarefacientia. Deinde putrefactionem, extergentibus &
alterantibus ac tranſmutantibus.febrem autem,per fri-
gefacientia.Quum igitur vires fuerint fortes, vena & iis
ſecanda eſt, niſi cruditas ventris aut alterius cuiuſdam
partis prohibeat,velut antea dictum eſt. nam ex iis quæ
de illis diximus,conſiderare oportet conuenientia etiã
de his. Quandoquidem verò neque obturatio neque pu-
trefactio curari poteſt per ſolam venæ ſectionem, quum
aliis auxilis opus habeant, reſeruare aliquid ſanguinis o-
portet ad curationis tempus, vt ne neceſſitas aliqua in-
gruat ob inopiam intempeſtiuè nutriendi. Quantum e-
nim ad talem febrem attinet,omnino non nutrire opor-
tet: quantum verò ad ſanguiuis euacuationem,nutrire o
pus erit. Quare ex duobus alterum neceſſariũ,erit vt aut
nutrientes,febrem augeamus :aut non nutrientes, vires
diſſoluamus. Melius igitur, velut dictum eſt, relin-
quere ſanguinis proprium alimentum animalis parti-
bus: & ipſum contentum eſſe modicis ſorbitionum ex-
hibitionibus,velut ſunt ptiſana & aqua mulſa, quibus vt
medicamentis magis quàm alimentis opus habemus. Si
verò ob aliquam cauſam relictum fuerit venæ ſectionis
auxilium,homini per tenuem victum connutrito, quum
iam concocti fuerint humores,&craſſitudo ipſorum fu-
erit præattenuata,febre in vigore exiſtẽte, dabimus fri-
gidã aquam,velut in ſuperioribus continentibus febri-
bus,niſi quid ex illic relatis prohibeat, exhibitionem.
Quòd ſi verò etiam frigidæ potionis auxilium fuerit re-
lictum,aliis auxiliis vtendum eſt, quæ obturationes ape-
riunt & multitudinem euacuant, & feruorem mitigant,
velut antea dictũ eſt,& deinceps conſequenter referetur.

Communis diæta omnium febrium pu-
tridarum, Cap. LXXVI.

IN omnibus putridis febribus in communi putrefa-
ctos humores expurgare oportet, per vrinam & ven-
trem ac ſudores. hoc enim commune eſt omni putredi-
ni.Si verò aliquando ſua ſponte ad os ventris impetum
fecerint,per vomitus euacuentur. Alioqui non oportet
ægrè vomentes præter naturam irritare, vt ne vires o-
ris ventris exoluantur, quibus maximè in morbis opus
habemus. Eligenda verò ſunt quæ citra calefactionem
ac reſiccationem prædictas euacuationes perficere poſ-
ſunt :velut eſt ptiſanæ ſuccus,& aqua mulſa, acetum mul-
ſum ſimpliciſſimum, & apomeli,*id eſt fauorum mellis eluto-
rum cremor*, & radicis apii decoctum. Aqua itaque mulſa
ad ſecandos craſſos humores, & detergẽdos viſcoſos, &

A promouendas excretiones,optima fuerit, in febribus ex
coarctatione ac putrefactione obortis,& præſertim con-
tinentibus putridis: attamen febrilem calorem auget.
Quare ſi immodica fuerit caliditas,ab aqua mulſa abſti-
nendum eſt,& vtendum ptiſanæ ſucco.Si verò obturatio-
nes ægrè ſolubiles eſſe iudicauerimus, acetum mulſum
dandum eſt: quanquam & hoc ſiquis immodicè vtatur,
inteſtina radit,& tuſsim mouet, & neruoſas partes lædit,
vt difficile ſit reperire tale auxilium quod nihil lædens
multùm proſit.atque hoc contingit propter complexũ
B affectionum præter naturam in corpore. Quapropter iis
qui facilè à quacunque re exhibita læduntur, melius eſt
vt ptiſanæ ſucco vtantur, donec validius alimentum ac-
cipere poſsint. At ſi aluus non egerat, aqua mulſa cum
ſolo oleo infuſa eluatur. totum verò corpus forinſe-
cus ante euacuationem diſcuſſoriis difflare non oportet:
poſt euacuationem verò diſcuſſoriis vti licet. Pharma-
cis autem vtendum eſt tepidam caliditatem habentibus,
velut eſt oleum chamæmelinum. & in hoc tempore,
inter diſcutiendum inquam,etiam vinum aquoſum po-
C tum omnes excretiones mouet. Concoctione verò ma-
nifeſta in vrinis apparente, etiam lauare licet dulcis & po
tabilis aquæ balneo.

De febribus continuis, Cap. LXXVII.

FEbres cõtinuæ eiuſdẽ generis ſunt cũ intermittenti-
bus ſiue interpolatis. Eiuſdem autẽ generis dico cum
tertiana exquiſita cauſon, *id eſt febrem ardentem*, exquiſi-
tam,& cum quotidiana eam quæ quotidie exacerbatur,
& tamen non intermittit. nam & febris ardens omnes a-
lias exquiſitæ tertianæ notas ſeruat, & in hoc ſolũ ab illa
D differt,quòd cũ rigore nõ irruit neq; intermittit. Et quæ
quotidie exacerbatur, ſimiliter omnes notas habet cum
quotidiana:in eo verò quòd nõ intermittit,eiuſdẽ cũ illa
generis eſt. Eodẽ modo etiã quæ per quartanã exacerba-
tur,nõ autẽ intermittit,eiuſdem generis eſt cũ quartanis.
Et manifeſtũ eſt quòd neque rigor exacerbationes præce
dit,neq; ſudor cõſequitur in hac febre, quẽadmodũ neq;
in febre ardẽte rigor ſuperueniens ſoluit ægritudinem.
Differt autẽ febris ardens à continente putrida, eo quòd
E hæc ex ſanguine putrefacto cõflatur,& à principio vſque
in finẽ vnam habet exacerbationẽ. Febris autẽ ardens ex
flaua bile putreſcẽte incẽditur,& alternis diebꝰ exacerba-
tur,& quãdã habet febris imminutionẽ ac velut remiſsio
nẽ. Cõtinẽs verò putrida,ſimilis manet vſq; ad ſolutionẽ.

Cura febris ardentis, Philumeni, Cap. LXXVIII.

EſSt igitur febris ex flaua bile putrefacta incenſa, con-
tinua ardentiſsima,& neque medicis neque ægris bo
num ordinem exhibet. lingua enim in iis arida eſt &
nigra ac aſpera.Morſus item ventris,ac ſitis intolerabilis,
F & vigiliæ:aliquando etiam delirium. Primùm itaque le-
niter ac blandè hanc febrem aggredi oportet. Vbi verò
concoctionis ſigna apparuerint in vrinis, & morbus iam
viguerit,acrius inſtare,& ad frigidæ potum accedere:niſi
& hîc aliquid prohibeat ex iis quæ de continentibus fe-
bribus relata ſunt. Prima verò auxilia in febre ardenti
ſunt decubitus in locis frigidis, qui ad purum aerem pa-
tent ac perflantur: ſtratum molle & ſæpius renouatum:
amicula aſsiduè permutata, & ſatis gracilia & non ſordi-
da.Lectus ſit abundè amplus, quò poſsint membra cale-
G facta ſubinde ad alias atque alias eius partes tranſferri. &
per flabellum aer ignauior cõcitetur. Epithemata conue
niunt pectori ac ſtomacho impoſita:palmulæ cum vino
& roſaceo,aut melino tritæ.Sunt & frigefacientia cõmo-
da:velut ſunt pampini vitis triti, ſeris, polygonum, plan-
tago,ramenta cucurbitæ,lactuca, rumex acutus. Singulis
autem admiſceantur micæ panis præmadefactæ, aut po-
lentæ.Oportet tamen aſsiduos horum vſus deuitare. At
verò panniculi linei complicati moderatè graciles, aqua
& oleo calido imbuti, & pectori ac ſtomacho impoſiti,
H ardentem febrem mirificè mitigãt.Sed & aqua & oleum
calidum, aut aqua & oleum roſaceum, ex alto in pectus
delata per lanæ manipulum, vehemẽtiam ardoris facilè
obtundunt. Oportet autem abundè calida eſſe aquam &
oleum,aut aquam & roſaceum.tepida enim partium fir-
mitatem exoluunt. Si verò parũ nitri iis admixtũ fuerit,

ſudores excludere poterint. In ardentiſſimis autem fe- A
bribus etiã aceti parum admiſcendũ eſt.nã & hoc quod
debet,facit.Cibi porrò offerendi ſunt humidiſſimi,& ni
hil acre habentes, velut ſunt lactucæ,caules cum poſca
aquoſa feruefacti, & cucurbitæ ſimiliter cum poſca.
Sed & ptiſanæ ſuccus tenuior dandus eſt abſque ſale,aut
alio additamento.Et aliquando poſt cibum aquam frigi
dam cochlearii vnius aut duorum menſura abſorbeant:
aut ſit potius ipſorum potus in totum lactei teporis.
ſed & aqua frigida fracta colluẽda ac gargariſſanda præ-
beatur.Et roſarum ſucci cochlearium abſorptum ſtoma B
chum refrigerat. quin & alia animi oblectamenta pro-
curentur.Folia vitis viridia, item myrti ac roſarum per
pauimentum ſpargantur,&aqua frigida frequenter irro-
retur. & aquæ ſalientes in vicinia ſonum edant. Tem-
pus autem frigefacientium epithematum ac ſimilium,
eſt vigor exacerbationis. Nam in principiis ac augmen
tis exacerbationum, dum adhuc inæqualiter affectum
eſt,& caliditas circa viſcera reſidet, ſi hæc adhibeantur,
diffundunt quidem ſenſum, verùm repellentia calidita-
tẽ in profundũ, maius detrimentũ inducũt, incluſo in- C
tus feruido calore, & rurſus febrem ardentiorem effici-
ente. At in vigore exacerbationum, expaſſa caliditate
per totum corpus, facilè extingui poterit ea quæ ad-
huc reliqua eſt circa viſcera. nam & melius ſpirantes, &
minus ſiticuloſi fiunt, his in tempore adhibitis: & ipſo-
rum roſcido vapore excluſo, ad ſomnum conuertuntur.
Cæterùm inſtante iam vigore totius morbi,& nullo pro-
hibente ex iis quæ in continenti febre relata ſunt, tem-
pus iã eſt frigidæ exhibẽdæ. In quibus igitur cõfidimus D
nullũ ex viſceribus, neque caput(velut dictum eſt)læſio-
nem incurſurum, ſinceram ſanè frigidam exhibemus:
in quibus verò metus eſt, atque is vel minimus impe-
dimento eſt, pro prima vice fractum exhibebimus po-
tum ſiue frigidam. Frangitur autem, ſiquis temperatæ
aquæ calidæ cyathum vnum ad quinque frigidæ puræ
ſinceræ admiſcuerit. atque talis potio ſuſpectis corpori-
bus exhibetur. Quidam verò olei roſacei cyathum fri-
gidæ exhibẽdæ affundũt:& ſic exhibẽt. ipſum enim ro-
ſaceũ nõ valde frigefacit,& oleoſitas eius corporibus in- E
tus oblita nõ permittit ipſa à frigida aqua lædi: & ſimul
firmitatẽ quandam exhibet ventri roſaceum, & lubrici-
tatem, propter oleoſitatem. quidam pro roſaceo meli-
num exhibent. Galeni. Porrò balneum illis ſolùm
conuenit in ardenti febri, qui citra tumorem aliquem
inflammatum, aut eryſipelatum ægrotant, vbi conco-
ctionis ſigna apparuerint in vrinis. Quòd ſiquis iuuenis
ſit carnoſus, tempore æſtatis, & conſtitutione calida ac
ſicca,febre in vigore exiſtente, & concoctione in vrinis
apparente, citra viſceris alicuius inflammationem, & in F
lauacrum frigidæ natatorium ſeipſum iniiciat atque na-
tet,ſudores vtique commouerit:ſi verò etiam ad frigidæ
balneum aſſuetus fuerit, valde confidenter hoc auxilio
vtatur.quibuſdam enim ſtatim venter bilioſa egeſſit. At
ſi moderata eſt febris,& vires robuſtæ, vnà cum conco-
ctionis ſignis proſunt ipſis balnea dulcium ac tempera-
tarum aquarum,& ex vnguentis chamæmelinum: præ-
ſertim ſi aer ambiens frigidus fuerit. Nam ſi aliquando
contigerit vt frigido exiſtente ambiente æger fortiter
à febre exuratur, modicam ſalutis ſpem de ipſo habere G
oportet: ſi verò neque concoctionis ſigna affuerint in ta-
li aeris ſtatu,neque vires fortes habere apparuerit, talem
ſeruari impoſſibile eſt. quare neque lauabis ipſum, ne-
que inunges rarefacientibus medicamentis: neque vi-
num dabis neque frigidam. In quibus enim deſperata
eſt ſalus,vanum eſt auxilia multos ſeruantia imperitorum
calumniæ exponere. Proinde ego ſanè medicos quoſdã
noui methodi ignaros, qui imitati ſunt ea quæ à nobis
fieri ſolent,& vſi ſunt his auxiliis in iis qui penitus mor-
tui fuerunt, & neque quicquam profeciſſe, & opportu- H
num ipſorum vſum ſuſpectum ac horrẽdum feciſſe. At
nos & temporum occaſiones & auxilia deſcribimus, in
iis qui ſeruari poſſunt. nam qui incurabiles ſunt ægri,iis
neque occaſio neque auxilia commodant.

Tertianæ exquiſitæ dignotio, Cap. LXXIX.

FEbris tertiana exquiſita in corporibus natura bilioſi-
oribus omnino cõſiſtit,& in ætate vigoris,& maximè
tempore æſtiuo,& in locis calidis ac ſiccis temperamen-
to,& in tali ambientis nos aeris ſtatu.Sed & vita in labo-
ribus,& curis,ac vigiliis, ardoribuſque,& pauco alimen-
to, eóque calido & ſicco: & immodicus calefacientium
ac ſiccantium potionum ac medicamentorum vſus, apta
ſunt ad febrem tertianam.Quum igitur gignatur tertia-
na ex flaua bile putrefacta, ac mota,& extra vaſa lata,ſta-
tim à principio rigorem inſignem inducit,qui à quarta-
næ febris rigore in hoc differt, quòd in tertianis pungi
ac vulnerari corpus videatur. Nam in quartanis inuaſio
vehementem perfrigerationem habet, & magis in pro-
fundo:quotidianam verò neque rigor omnino præcedit,
ſed magis circumfrigeſiunt. Eſt etiam in tertianis febri-
bus ordo pulſuum exquiſitus, & æqualitas. excitatur au-
tem in progreſſibus exacerbationum pulſus ipſe ad ve-
hementiam ac magnitudinem & denſitatem. Sitim etiã
inducit tertiana,maximè in vigore, & hominem exurit
vt ſe denudet & abiiciat veſtitum, & magnum ac dẽſum
ſpiritum ducat,& velut flammam quandam efflet, & fri-
gidam bibere expetat. & paulo pòſt calor æqualiter per
totum corpus extenditur. Quòd ſi etiam manum iniece-
ris corpori, iuxta primum contactum calor multus & a-
cris occurrit,qui velut cum vapore quodam affertur: vin
citur autem paulo pòſt à manu.& ſanè iam etiam bibere
tempus eſt ægro: atque vbi bibit, ſtatim multitudinem
calidi vaporis per cutem remittit prænuntiam ſudoris:
& vomitus bilis apparet,& aliquando etiam vẽter egerit.
Vrinæ verò iis ſunt bilioſæ & ſubfuluæ ac ſubflauæ, &
moderatè craſſæ,& paulo pòſt aut nubeculam albam,aut
quiddam in medio dependens bonum efficiunt: at ſi ful
uiores fuerint vrinæ, & neque quid in medio pendens,
neque nubecula in primo circuitu apparuerit, ad ſeptẽ
circuitus extendetur morbus. Verùm exquiſita tertiana
quæ in prima die oſtendit in vrinis ſubſidentiam albam
ac læuem & æqualem,tertium circuitum non tranſgre-
dietur.Hæc febris in integram febris quietem definit
poſt exacerbationem, vniuerſum exacerbationis tempus
duodecim horarum ad ſummum faciens,& non pluriũ.
atque hanc exquiſitam tertianam nominamus: quæ ve-
rò diuturniorem habuerit exacerbationem,eam appella-
mus extentam: ſi verò quotidie exacerbauerit cum rigo
re irruens vehementi, habuerit autem omnes prædictas
notas in pulſibus & vrinis & reliquo corpore, hanc du-
plam tertianam nominamus. Et hoc contingit propter
multitudinem & craſſitudinem & bilis inæqualitatem.

Tertianæ exquiſitæ curatio, Cap. LXXX.

TErtianam igitur exquiſitam,velut à flaua bile com-
mota fientem,humectare ac frigefacere quantum e-
ius fieri poteſt conuenit.Et quæ quidem in ſupernum vẽ
trem confluunt euacuare per vomitus: quæ verò infernũ
ſubeunt, ſimiliter per infernam excretionem.Sed & vri-
nis ac ſudoribus via aperienda eſt.& venter quidem mol
libus infuſis euacuandus eſt: vrinæ autem propellendæ
ſunt apio & anetho in potionibꝰ maceratis.Et ſi cõcocti-
onis ſigna apparuerint, cõfidenter iã etiã abſinthii comã
aqua mulſa maceratã ac excolatã dabis.Balnea verò ipſis
cõueniũt, ex aqua calida potabili tẽperata, & neq; nitrũ
neq; aliud quiddã tale in balneis adhibere,ſed aquã & o-
leũ præcalfacto corpori circũfundere, & in calidæ ſoliũ
locare, ac hortari vt in ipſo morẽtur quantum eius fieri
poteſt. eos verò qui balneum amant etiamſi bis laueris,
non peccaueris. A vino verò abſtinendum eſt penitus,
priuſquam concoquatur morbus, vbi verò concoqui in-
cipit, tenue & aquoſum ac modicum, primùm dandum
eſt: prope ſolutionẽ verò,vberius. Cibi qui humectant &
frigefaciũt,omnes commodãt tertianis exquiſitis.quãti-
tas verò in ipſis tãta ſit,quãtũ probè cõcoquere poſſũt. Et
ex oleribus quidẽ cõueniũt atriplex,blitũ,malua,lactuca,
& cucurbita. Ex reliquis autẽ ptiſanæ ſuccus, & ſorbitio-
nes ex alica,& piſces petroſi:& ex volucribꝰ quæ mollẽ car
nẽ habẽt.Ex aliis alas,& gallorũ teſtes,& ſuillos pedes,ac

cerebella,& paruorum porcellorum extremas partes da- A re conuenit.Sorbendi ſunt etiam ouorum vitelli, & fru-ctus guſtandi nõ ægrè concoctiles. Abſtinendum verò ab omnibus dulcibus & acribus,& ſalſis,nidoroſiſque ac viroſis eduliis ac potibus:& à veteribus ac natura calidis vinis.

Tertianæ ſpuriæ curatio, Cap. LXXXI.

IN non exquiſitis tertianis neque lauare ſtatim ab initio bonum eſt,ſed quando iam apparuerint ſigna con coctionis: neque quotidie nutrire, ſed ſatis eſt alternis. Quies autem & calfactio præcordiorum ipſis conducit, & ſorbitiones concoctu faciliores:infuſa item inferni vẽ B tris nõ valde mollia. Et ſi ſanguinis detractione opus ha buerint,neque hæc relinquatur , ſed ſtatim ab initio di-ſtinctione facta,velut in ſermone De venæ ſectione dictũ eſt,moderatus ſanguis auferatur,quantum in præſens ſa-tis eſt.Totus verò diætæ ſtatus non frigefaciens & hume ctãs ſit in totũ,velut in tertianis exquiſitis , ſed etiã quid de inciſorio ac calfactorio modo aſſumat: nimirum ve-lut craſſiore bile ſubiecta,& nõ valde calidiore.Maximè verò contulerit ipſis ptiſanæ ſuccus iniecto pipere & hyſ-ſopo aut origano. ſed & nardi ſpicã, cum aqua mulſa co- C ctã bibẽdã dato: & alia quoque quæ vrinã cient,præter-quã extremè calfacientia ac ſiccãtia.Maximè quoque ab-ſinthii cremor aſſiduè dãdus eſt poſt ſeptimã diẽ. Sed & acetum mulſum multis profuit potũ: & aliquod lene pur gatoriũ,bona concoctione in vrinis apparẽte.At verò vo mitus ab accepto cibo vſque adeo cõmodus eſt iis qui in hac febre perſeuerant , vt multos nouerim ſtatim perfe-ctè liberatos ex huius vſu.

De hemitritæo,*hoc eſt ſemitertiana*, Cap. LXXXII. D

FEbris ſemitertiana appellata,fit pituita putrefacta ad putrefactum amaræ bilis humorem admixta: & eſt ex duabus febribus cõpoſita.Quotidiana enim cum cir-cumfrigefactione irruente,tertiana verò cum rigore,fe-bris ex ambabus mixta,horrorem inducit : & de rigore quidem minus,plus autem de frigefactione.id quod ex-tremitatibus permixtis contingit. Itaque neque abſonũ nomen huic febri impoſuerunt qui hemitritæam dixe-runt.Duplex eſt autem modus generationis eius:aut dua bus exacerbationibus vno tempore coincidentibus, aut E ſtatim ab initio vtriſque inter ſe permixtis.Quum igitur tertiana prædominatur,horridior febris fit,& iuxta acceſ ſionem etiam aliquid rigoris aſſumit.ſtatimverò talis e-tiam calidior eſt &æſtuoſior,& quendam bilis vomitum aut egeſtionem,aut ſudorem inducit. Vbi verò altera pi tuitoſior febris præualet,prædominatur quidem frigidi tas extremitatum, verùm modici ſunt horrores , & non ſunt ſiticuloſi neque æſtuoſi. At vbi æquales magnitudi-ne fuerint,& tertiana interpellata, & quotidiana conti-nua, inuaſio quidem exacerbationis cum horrore con- F tingit.Et quum pituitoſa febris dominatur, contractio-nes fiunt ac horrores:quum autem bilioſa febris præua-luerit,aceruatim incaleſcunt. Atque hæc quidem eſt ſe-mitertiana exquiſita,ex tertiana intermittẽte & quotidia na continua compoſita, ambarum febrium temperatu-ra æquali exiſtente. Cæterùm ſemitertiana non exquiſi-ta,aut bilioſum humorem habet aut pituitoſum.Quum igitur ex vtriſque relatis humoribus ſemitertiana febris confletur,etiam curationem mixtam eſſe conuenit.Qua- G re ex iis quæ de tertiana relata ſunt,& ex iis quæ de quo-tidiana dicentur,curationem componere oportet.

Quartanæ exquiſitæ dignotio, Cap. LXXXIII.

QVartana exquiſita omnem ætatẽ inuadit, præcipuè tamen inclinatam. Hippocrates autem in libro De ſeptenario,vigoris ætatem dixit.Idem aſſerere videtur, eundẽ hominem non bis in quartanam febrem incide-re. verba eius ſunt:Primùm quidem quartana febre idẽ homo bis neque capitur neque vnquam captus eſt,neque de cætero corripietur,ſi ſemel ſanus fiat.& hoc propterea: Iuxta propriam vniuſcuiuſque hominis naturam & æta- H tem vigoris cõtingit.Neceſſe enim eſt,vigentem homi-nis naturam in hoc tempore quartana febre corripi:præ terito autem vigore exolutam eſſe & à quartana & ab in uaſione. At verò naturæ corporum magis atrabiliariæ hanc febrem perferunt, & ex temporibus autumnus , & præſertim vbi ipſe ſeipſo fuerit frigidior ac ſiccior , & inæqualis. Edulia item ac potiones, & totus vitæ victus ſiccus & frigidus tempore exiſtens , quartanarũ febrium ſignum eſt:& lienes aucti.Hæc autem febris non ſtatim à prima die omnino irruit cum rigore,ſed aliquando ex a-liis in hanc fit tranſmutatio, ex iis quæ erroneæ ac inordi-natæ vocantur: verùm in progreſſu rigor accedit,& cum augeſcente etiam rigor augetur.Senſus autem ægrotis cõ tingit,non velut ſi pungatur & ſtimuletur cutis,veluti in tertianis cõtingit,ſed & perfrigerãtur vehemẽter,&velut franguntur vſque ad oſſa.proinde audire eſt ægros dicen tes quòd oſsium laſsitudine tenentur,& carnem cõfringi imaginantur.Pulſus porrò ſunt parui,obſcuri, ac tardi & rari in principiis acceſsionũ , velut in nulla alia affectio-ne.Etenim iuxta inuaſiones quartanarum, arteria tibi li-gata eſſe videbitur, & introrſum retrahi, ac prohiberi à regreſſu,quare etiamſi iuuenis fuerit æger,tamen ſenilis extremæ ætatis motum arteria imitatur.Si enim ægrotã-tis naturalem pulſum noueris,aut in principio exacerba-tionis alterius morbi adfueris, nihil aliud expectaueris quo minus pronunties irruentem à principio febrem, quartanam eſſe.adeo immenſa quædam mutatio pulſus ad raritatem ac tarditatem fit. Vrinæ verò his in princi-pio quidem albæ ac tenues & aquoſæ, nimirum propter materiæ craſsitudinẽ percolatæ:progrediente verò mor-bo,pro ratione coloratiores fiunt & ſubſidentiam habent craſſam.Sequitur autẽ ſudorum copia circa exacerbatio-nis declinationem. Ex Rufo. Quartanæ igitur à ſple-ne initium ſumentes,diuturniores ſunt.Fiunt autem ma nifeſtæ ex colore & cruditatibus,& quòd venter non fa-cilè egerit,& ex ſplenis tumore,& quòd ad ſiniſtrã magis ſe reclinent. Eſt autem periculum ne progreſſu tempo-ris etiam in aquam inter cutem incidant. At verò pro-pter hepar inflammatum , quartanarii coloris ſunt albi-cantis & toto corpore tumidi,& vrinæ iis ſunt valde ru-bræ,ſandaracham referentes: & ad contactum tumor dex tri præcordii occurrit.Et ii etiam magis difficulter ſpi-rant quàm ſplenici,& ſubtuſſiunt, & poſtremùm in hy-dropem ineuitabilem delabuntur.

Quartanæ curatio, Cap. LXXXIIII.

IN principio igitur moderatè ac leniter tractandi qui ex quartana febri laborant, ita vt neque medicamen-tum aliquod forte adhibeamus neque euacuationem, niſi ſanè ſanguis valde abundare videatur: tũc enim mo deratè ſanguinem auferre oportet.Et ſi diducta vena ſan-guis fluens niger ac craſſus fuerit,confidenter euacua:ta-lis autem in ſplenicis maximè reperitur: vbi verò flauus ac tenuis apparuerit,ſtatim cohibe. Secãda eſt autem ve-na aut interna,aut media in ſiniſtro cubito, ſi ſplenicus fuerit homo:aut in dextro, ſi circa hepar fuerit affectio. Diæta verò ſit flatus expers,& bona: venter autem mol-liatur quantum eius fieri poteſt per conſuetos cibos.Si verò ii nihil profecerint,infuſis per clyſterem vtendum eſt,primùm quidem mollibus,poſtea acribus. Prohiben-dæ ſunt carnes porcinæ,& omnes viſcoſæ ac tardi tranſ-itus.item frigida ac humida edulia omnia. Vino vten-dum eſt pauco albo & tenui,ac moderatè calido. Volucri-bus autem montanis,& piſcibus mollis carnis ac facilis concoctionis,& nihil viſcoſum habentibus. Vtendum eſt etiam ſalſamentis ac ſinapi. Et per dies aliquot accipien-dum eſt pharmacum ex tribus piperis generibus, & dioſ politicum appellatum. & ſi piper ſolum tritum quotidie acceperint,rectè vtique fecerint.A frictionibus autem & deambulationibus & aliis conſuetis non penitus arceã-tur.A balneis verò abſtineant, frictionibus cõtenti quæ valde proſunt. Et ſi breuis fuerit ac non valde violenta quartana,non malũ fuerit in intermediis diebus conſue-ta exercitia cõtingere.Atque hæc quidem in principio ac augmento facienda ſunt.In vigore verò morbi,tenuiore victu vtendum eſt,& iubendi ſunt ægri diu quieſcere,& viſceribus proſpiciendum eſt,adhibitis fomẽtis ac cata-plaſmatis mollire ac laxare potentibus,& flatus diſſolue-re.Talia verò ſunt,farina ordeacea, & ſemen lini, iris,cu-minum,chamæpitys, & ruta in aqua mulſa cocta, oleum

A quoque à fomento cataplaſmati miſcēdum eſt. Oportet autem primùm olei fotu per paucos dies irrigare, atque ita cataplaſmatis vti, in die videlicet adhibitis, ſi æger ferat. Epithematis autē vtēdum eſt, polyarchio, & eo quod ex ſtyrace paratur, & ſimilibus. conſequenter autem etiā vrinam cientibus vtendum eſt. Et aqua mulſa in potu exhibenda, in qua cocta eſt ruta & anethum. Quòd ſi concoctionis morbi ſigna euidenter apparuerint, confidendum eſt ſtatim pharmacis humores nigros euacuantibus, & non ſemel ſed ſæpius, ſi opus fuerit. Conuenit autem B epithymum quartanis potum. & veratrum nigrum maximè prodeſt, eo quòd citra moleſtiam euacuat ea quæ moleſtant: & vinum dulce in vacuū colocynthidis caput infuſum. Omnibus tamen miſcendum eſt apiū, aut aniſum, aut dauci ſemen, iucunditatis gratia. Aſſiduè etiam betæ ac oſtreorum decoctum bibant. Conueniunt his quoque aloedaria Oribaſii quæ ſic habent: Aloes drach. c. ſpicæ nardi, aſari, maſtiches, croci, xylobalſami, ſingul. drach. v i. caſſiæ drach. x i i. epithymi drach. C x v i. veratri nigri exempta medulla drach. v i i i. forma pilulas magnitudine erui cum pulegii decocto, & exhibe pro viribus. poſſunt & cum melle cocto pilulæ formari. Ego verò etiam veratrum interdum adieci. Vtendum eſt & vomitibus à cibo & à raphanis, ſi nihil impedierit. plerique enim ipſis aſſiduè vſi, partim perfectè à morbo liberati ſunt, partim facilè pertulerunt. Nam vnà cum hoc quòd euacuant ea quæ ſtomachum infeſtant, etiam facilius concoquunt tales. Vbi verò nihil iam prohibet, etiam album veratrum dandum eſt, primùm quidem ra- D phanis infixum, velut in Sermone De purgatoriis dictum eſt, poſtea verò etiam ipſum per ſe. Qui verò vomere nō poſſunt, iis vehementius infernè purgatis dandum eſt medicamentum ex viperis, theriaca appellatum, & reliqua quæ ad tales febres laudantur. Inter quæ eſt & familiare illud nobis omnium probatiſſimum, quod recipit ſucci Cyrenaici, & piperis, & myrrhæ troglodyticæ, & foliorum rutæ viridium, ſingul. æquales partes. Singula ſeorſim læuiſſimè terūtur, & ruta cum melle trita excipiū- E tur: fiúntque pilulæ, de quibus aliquibus obolus vnus, aliis duo exhibentur. Aliud Aſclepiadæ. hoc etiam ſomnū facit, quo etiam ipſe vtor. Piperis longi, myrrhæ troglodyticæ, ſucci papaueris, caſtorii, ſingulorum pares portiones: efforma & vtere, obolum vnum aut dimidium exhibens cum aceto mulſo, duabus horis ante acceſſionē. Aliud ad quartanā. quod facit & ad arthriticos. hoc in quartanis dato prælotis duabus horis ante acceſſionē drach. vnius pondere cum aceto mulſo: arthriticis verò cum aqua mulſa. Bituminis vnc. i. myrrhæ troglodyticæ F drach. i i. foliis menthæ viridibus læuiſſimè tritis excipe, ac vtere velut prædictum eſt. Cæterùm qui in principiis, talium pharmacorum aliquod exhibuerūt, aut omnino ante vigorem, hi ſæpe ſimplicem quartanam duplicem fecerunt, aut omnino maiorem aut difficiliorem effecerunt: aut duplicem antea, triplicem reddiderūt, aut omnino duas difficiliores ac maiores effecerunt. Noui ego quendam medicum qui auſus fuit tribus quartanis correpto dare theriacam ante morbi vigorem: deinde auctis omnibus accidentibus, quum febris continua G ſucceſſiſſet, hominem peremit. Archigenis. Quartana febre laborantibus, inquit Archigenes, trifolii bitumē olentis ſeminis drach. i. in trib⁹ aquæ mulſæ cyathis exhibere ſoleo. Mirificè etiā ipſis prodeſt bitumē ipſum Iudaicum tritum potum cum vino diluto drachmæ pondere. Verùm pharmacum minimè moleſtum, & ſæpe ſucceſſum ſortitum expertus ſum ego hoc, maximè in quibus ſplenes tument, & hydrops initium capit: Hederæ corymbiferæ folia quinque cum myrrha troglodytica magnitudine fabæ trita, in aquæ mulſeæ dulcioris hemi- H na exhibentur. Sed & caſtorium potum rigores mitigat & morboſam carnem conſumit, & concoctionibus in venis opitulatur, & ſegnitiem admotum eximit. Rufi.

Abſinthii cremor humores ventrem infeſtantes deterget, & concoctioni auxiliatur. vnde neque ſaliuam colligunt qui abſinthium bibunt. Mitigat etiam inflammationes hepatis ac ſplenis, & vrinas impellit, & menſes muliebres. At ſi æger adſuetus fuerit, & habitus ventris euacuatione gaudeat, & mordaces humores ſecedant, lac recèns mulctum aſininum aut equinum quibuſdam dedi, quos magis purgare volui: aliis verò caprinum, propter familiaritatem & parabilitatem. Exhibui autem ab initio heminas tres, & progreſſus ſum vſque ad ſex: deinde intermiſſo vno circuitu, ſimiliter à trib⁹ heminis incepi, & addita quotidie hemina, ad ſex progreſſus ſum: & poſtea detracta quotidie hemina vna, rurſus per duos circuitus quieui. & ſimul morbus diſſoluebatur, & corpus nutriebatur. oportet autem animal boni ſucci eſſe, cuius lac exhibemus. Si verò alicui non aceſcit, neque nidoroſum fit, neque per vētrem erumpit, etiam in ſuſpecta die, ſorbitionis loco moderatè dandum eſt, multo tempore ante acceſſionem, & buccellæ panis modicæ ſuperingerendæ. At verò morbo in vigore conſtituto, apparente manifeſtiſſima concoctione, nullo viſcere læſo, adſuetis tempore ſanitatis, etiam aquam frigidam exhibui duarum heminarum menſura, inſtante iam propè inuaſione: & re vera à multis rigorem prohibui: non parum ſæpe etiam febribus exemptis. Melius eſt autē etiā forinſecus calfacere corpus cyprino aut ſicyonio: ante exacerbationes quidem, vt ne rigeant: ſedatis autem exacerbationibus, vt ne ab extrà allabentibus perfrigerentur. Dioſcorides porrò dicit prodeſſe iis qui quartana tenentur febre, hæc in potu accepta etiam ante acceſſionem: Plātaginis radices i i i. ſiccæ tritæ in vino bibuntur. Verbenacæ rectæ quartus à terra geniculus tritus cum vino potatur: in tertiana verò, tertius. Radicis item libanotidis drach. i. in vino exhibetur. Quòd ſi oleo illeueris totum corpus, extremitates autem ex vnguento aliquo ad rigores deſtinato inunxeris, & ægrum contectum quieſcere ſiueris, non experietur rigorem.

Quotidianæ febris dignotio, Cap. LXXXV.

QVotidiana febris in pituitoſioribus naturis conſiſtit, & tēpore hyemis & in humidioribus ac frigidioribus conſtitutionibus. Et ſenes quoque magis infeſtat & pueros, propter edacitatem: & præſertim eos qui in humidis ac frigidis regionibus degunt, & vitam otioſam agunt cum repletione: atque hoc magis vbi poſt cibos aſſiduè balneis vtuntur, & adhuc multo magis vbi ipſi cibi natura ſunt pituitoſiores, & inordinatus eſt ipſorum vſus. Hæc igitur febris neque cū rigore irruit ſtatim in prima die, ſed temporis progreſſu non rigor, ſed circumfrigefactio ægrè concaleſcens ipſis accedit. In pulſibus autem manifeſta ordinis confuſio & inæqualitas adeſt, tēpore irruptionis exacerbationis præſertim: & velocitas ac vehementia motus ipſis non adeſt. Non autem exurit febris hæc ægrotos, neque denſam reſpirationem facit, neque crebras efflationes, neque frigidæ expetentiam excitat. ſed hæ febres minimè ſiticuloſæ ſunt. Vomunt autem pituitoſa, & quæ per ventrem infernè ipſis euacuantur, frigidiora, pallidiora, crudiora, & aquoſiora omnino ſunt. Exudant autem nequaquam in primis diebus, neq; ad perfectam febris quietem deueniunt. albus eſt ipſorū color. Vrinæ albæ & tenues in primis diebus minguntur, poſtea verò craſſæ ac cōturbatæ. Hic humor quotidie exacerbatur, deſinit autem in quietem febris non integram, vniuerſum tempus faciens horarum plerunque octo & decē. Quapropter etiam amphemerina febris *Græcis* vocatur: de ambabus enim participat die ac nocte.

Quotidianæ febris curatio, Cap. LXXXVI.

IN quotidianæ febris curatione aceto mulſo vtimur in primis diebus, & iis quæ vrinas probè impellere poſſunt. & tota diætæ forma ſecandi vim habeat. Circa vigorem verò ventri proſpicere oportet, & præſertim ori ipſius: & poſtea vomere à cibis & raphanis & purgatoriis pituitam euacuantibus vti. Reliquam diætam ad communes ſcopos reſpectu facto comperies, vt ſcilicet attenuante diæta & pharmacis inciſoriis ac attenuantibus vtaris.

De epialis febribus, Cap. LXXXVII.

PRædicti generis, pituitoſi inquam, eſt & febris quæ priuatim à leni afflictione epiala appellatur, quum ſimul & febricitant & rigent & vtrunque percipiunt, eodē tempore in omni corporis parte. Pituita enim acida & vitrea appellata, citra febrem quidem rigorē inducit: ſi verò putredo aliqua moderata ipſis accedat, febrē epialam

efficit.Si verò amplius putreſcat,præcedit quidem rigor, ſequitur autem febris,exuperata frigiditate à multitudine caloris, vt omnino non appareat iuxta augmenta & vigores exacerbationum. fortaſsis autem & pituita vitrea acidam qualitatem habet. Curatio porrò conſimilis eſt iis qui quotidiana febre laborant, inciſorio curationis modo amplius aucto.

Communia auxilia febrium per circuitum repetentium,Dioſcoridis, Cap.LXXXVIII.

IN communi ad omnem circuitum ac rigores vtiliter exhibentur ea quæ ſudores mouere poſſunt, & ſunt hæc:ſeminis ſmyrnii drachma vna datur potanda ex vino duabus horis ante acceſſionem. Item ariſtolochiæ drachma vna,& iridis drach.duæ,& calaminthes decoctũ cum caſtorii drach. vna,in quartanis & quotidianis.Chamædryos item decoctum,aſsiduè potatum,quartanam& quotidianam ſoluere ſolet. Caroi quoque ſemen, ferulæ ſemen,verbaſci radix aut ſuccus cũ vino. Aliud quod ad omnem circuitum, & maximè ad quartanas datur, duabus horis ante acceſſionem. Facit & ad calculoſos,ac dyſentericos,& ſtomachicos. Eſt etiam anxioſis ac deſperatis & lippientibus commodum: Seminis hyoſcyami albi,ſeminis apii,ſeminis aniſi, ſtyracis, ſing. drach. IIII. croci drach.x.opii drach.III.caſtorii drach.II. myrrhæ drach.II. cum aqua ad fabæ Ægyptiæ magnitudinẽ formato,& cũ duobus aquæ cyathis exhibeto. Aliud ad omnẽ circuitũ,Aphrodæ: Seminis hyoſcyami,myrrhæ troglodyticæ,opii,ſtyracis,ſing.drach.I.croci,zingiberis, aloes,ſingul.drach.x.& obolos tres, excipe melle,& exhibe nucis põticæ magnitudine,cum aquæ cyathis tribus, præillitis extremitatibus ac cruribus:& ſine vt dormiãt. Ego verò etiã caſtorii drach.I.adieci,& mirificè vim ſuã declarauit. Vtere etiam confidenter antidoto pæonia,& ea quæ ex ſulphure conſtat. miram enim efficaciam habent aduerſus omnem circuitum, præſertim quartanas ac quotidianas febres.Cæterùm quæ trita cum oleo illinuntur, proſunt omnibus qui per circuitum exacerbantur cum rigore: fouent enim corpus & ſudores mouent. ſunt autem hæc: Chamæmeli flos tritus, & in paſtillos efformatus, ac in vmbra ſiccatus, & vſu expetente cum oleo tritus ac illitus.Semẽ viticis cum oleo, ſemen libanotidis,flos ſalis, nitrum, ſpuma nitri, baccæ lauri, pyrethrum,ſmyrnii ſemen, hypericũ, calamintha,cachryõ, caſtorium,conyza,coſtus,granum cnidium,cũ nitro & oleo & aceto, oleum amygdalinum, cyprinum, irinum, gleucinũ,chamædrys,ſtaphis agreſtis. Aſclepiadæ vnguentum ad acceſſiones cum rigore. Hoc ſæpe tertianas depuli,inquit. Spumæ nitri drach.II. myrrhæ drach. II.piperis grana XX.ceræ drach.IIII.olei cyprini,aut irini,aut gleucini,aut amygdalini ſeſcuncem.liquefacta aridis admiſceantur. vſus eſt hora ante acceſſionem. Magis autem confricandi ſunt pedes,vnde horrores initium ſumere videntur. Aliud ad tertianas: Grani cnidii,ſpumæ nitri, piperis, æquales portiones excipe irino, & ad ſtrigmẽtitiam craſſitudinem redige, & vtere extremitates leniter confricans. Hoc medicamentum ſudores ciet, & per duos aut tres circuitus ſanitatem reducit. Aliud ad quartanas, tertianas, ac reliquos circuitus. Myrrhæ drach.VIII.caſiæ drach.x.piperis drach.XII. ſtaphidis agreſtis drach.III.nitri drach.III.ceræ ſeſcuncem,cyprini aut alterius talis lib.I.Myrrham vino dilue,& ſtaphidẽ & reliqua contunde ac cribra, & cum myrrha tere,ac cerato affuſo excipe. vſus autem tempore pharmacum cũ pari cyprini portione illine.

De ignis ſacri circa viſcera affectionibus, Cap. LXXXIX.

FIunt aliquando ignis ſacri affectiones circa aliqua viſcera,febrem ardentem ac habitualem inducentes.Et ſi quidem circa ventrem fuerit eryſipelas, *id eſt ignis ſacer*, febrem in iis accenſam lipyriam nominant: ſi verò circa hepar, vrentem ſiue fumoſam:ſi circa pulmonẽ,algidam.Talis autem febris frigefacientibus ac humectantibus opus habet eduliis ac potibus, & iis quæ extrinſecus imponuntur. Quum igitur febris habitualis aliũ morbũ admixtũ non habet,balneo indiget:quẽad- A modum etiam aliæ omnes caliditates ac ſiccitates.Si verò affectio fuerit circa viſcera ignis ſacri, à balneo quidẽ abſtinere oportet in totum:frigida verò in vigore morbi vtendum eſt contentioſè. ſic autẽ appellare ſolemus, quum ſemel frigidiſſimã & multam damus. Ante vigorem autẽ frigida non eſt danda,niſi ab ægroto cogamur, cui mos ſit frigidam bibere, & qui ſitim non ferat. At forinſecus imponenda ſunt frigefaciẽtia, & ſi nihil profecerint,tunc etiam frigidæ potus exhibeatur, aut edulia potius frigefacientia.Conueniunt autem maximè la- B ctucæ humidæ ac dulces pura frigida elotæ:atq; ſic quidem acceptæ optimæ ſunt.Si verò opus fuerit aliquãdo ad preces ægrorum,inſuauitatem ipſarum mitigare,acetum multæ aquæ frigidæ admixtum ad intinctum concedemus.ſit autem acetum exactè ſeparatum ab omni vinoſa qualitate.Forinſecus autem etiam ipſe lactucæ ſuccus aptus eſt: imò etiam ſemperuiui, & intybi, portulacæ,atriplicis, ſolanique ac plantaginis,cum pane ſicco trito,& modico bono roſaceo: & iis quæ ſimiliter reficcãt. Optimum verò eſt id quo nos vtimur iuxta vuarum acer- C barum tempus. Expreſſum enim ipſarum liquorem in mortarium coniicimus, cum portulacis viridibus tundimus,& vtrunque liquorem in vas mittimus,oſculumque eius diligenter obturamus, atque ſic vas in aquam immittimus.melius autem eſt etiam niue vas obruere. Vſus autem tempore polentam tenuiſsimam admiſceo, & poſtea ſubigo,vt liquidius euadat medicamentum:idque duplici linteolo infarctum præcordiis impono:non immorari ſino,ſed vbi tepidum factum fuerit tollo,ac alterum impono. Atque hoc ſemper conſequenter facio,do- D nec æger ſentiat profunditatem quodammodo perfrigeratam, & à ſiti liberetur. Admiſcemus autem aliquando etiam oleum omphacinum, aut roſaceum, vbi circa præcordia fuerit ignis ſacer,inflammationis naturam habens. Vidi mulierem ſupinam decumbentem in terra, & voce deſtitutam,habentẽmque pulſum formicantẽ, vnà cum manuum ac pedum perfrigeratione. putabam autem calidam eſſe affectionem. nam ſimul cum relatis peſſimis ſignis,denſiorem videbam reſpirationem factam. E hoc autem ſignum eſt magni doloris,ac calidi morbi in præcordiis ac thoracis partibus exiſtentis.Dixit autẽ quidam ex aſtantibus,ſe audiuiſſe mulierem dicere quòd ardere eius ſtomachus,& frigidæ potionis magnam cupiditatem haberet. quapropter etiam in pauimento iacet, inquit,venans frigiditatẽ.Itaque cõfiſus dedi ipſi per cochleariũ aquam frigidã, iterũ atq; iterũ immittẽs ipſam ori eius violẽter. Videbam autẽ labia ipſius placidè aquã intus attrahere. & ratiocinatus ipſam expetere frigidæ potum, propter inſitam ventri feruidam affectionem,rur- F ſus amplius exhibui. poſt hoc autẽ oculis quoq; annuere incepit,indicans ſic me facere debere.Accepto itaque cõfectione ex papaueris capitibus conſtante, dia codyῶn appellata,parum de ea cum vino cnidio & aqua frigida per cochlearium ori infudi. & ex hoc nimirum paulo pòſt ſenſim loqui cepit.Quare rurſus amplius de hac potione dedi, vino emmeleo pro cnidio accepto,cum modica aqua.Ori item ventris ſemperuiuum & lactucam cũ pane trito & roſaceo impoſui.Frigida autem hæc adhibui propter affectionis caliditatem & tempus æſtatis,donec fri- G giditatem abundè ſentiret.

De colliquatione, Philagrii, Cap. XC.

COlliquatio nominatur quũ excernitur quid per vẽtrẽ,nõ ex comeſtis aut cõcoctis, ſed ex humoribꝰ ex toto corpore in ipſũ cõfluentibus,quod ſimile quidẽ eſt bili quæ aſsiduè per vomitũ reiicitur,ac per vẽtrẽ ſecedit: differt autẽ ab ipſa fœtoris graueolentia, & quòd egeſtio fuluior apparet,& craſsitudinẽ habet ſtrigmẽtitiã,aliquãdo etiã oleoſam aut adipoſam.Colliquatio autẽ appellatur hic morbus,quoniã recẽs cõpacta eſſẽtia pinguedinis H ac carnis,ab ardẽtiſsima febre diſſoluitur ac colliqueſcit. Et vbi iam diuturnũ eſt malũ,etiã ipſarũ ſolidarũ partiũ eſſentia ex parte eliquatur. quapropter grauiſsima omniũ eſt hæc febris.Satis autẽ clarum eſt quòd extinctoriis medelis vtimur,ita vt valde frigidã aquã potandã exhibeamus,& cataplaſmata & epithemata frigefaciẽtia thoraci

ac præcordiis imponam⁹,&cibos humectãtes ac frigefa-
ciẽtes demus. Dictũ eſt autem de his in tractatione de fe
bribus ardẽtibus.dicetur itẽ cõſequẽter in ſequẽti capite.

De febribus quæ in calidis ac ſiccis tempera- turis fiunt,citra inflammationem ac putrefactionem, Cap. XCI.

QVicunque temperatura bilioſi, & habitu graciles, &
natura aridi, & ſtomachum ſubtili ſenſu præditum
habentes, & qui facilè in bilem efferueſcũt,hi vbi famẽ
aut vigilias pertulerunt,aut nimium delaſſati ſunt,& præ
ſertim in profectione ac æſtiuo ſole, aut triſtitia affecti
ſunt,aut grauibus curis preſſi,prõptè ab horroribus ac fe-
bribus corripiuntur. nam habitus in bilioſis naturis, ob
famem ac omnia relata,facilè in bilem efferueſcit.Et pri-
mùm quidem inæqualitatem percipiunt, poſtea etiam
horrorem.Et ſi quidem in motibus perſeuerarint aut ci-
bum non acceperint,ſtatim febricitant. mordaces enim
humores ac vapores per ſenſitiua corpora delati, horro-
res ac rigores generant.Et propterea horrente ac denſata
cute,velut quæ ex natura in his aridior eſt,cohibentur fu
liginoſæ ac fumoſæ ſuperfluitates antea trãſpirare ſolitæ,
& ſic febrem accendunt,niſi talis cibum accipiendo, ve-
lut dixi,præuerterit. Oſtendi autem tibi aliquos qui ſic
febricitarunt, & maximè qui ex longo morbo ſe recolli-
gebant.Ex quibus vni in foro obuiam factus horrore in-
cipiente, introducto ipſi in officinam quandam,panem
ex vino diluto exhibui, & eueſtigio horrorem ſedaui &
febrem prohibui.Alios verò in ſuas domos abire feſtinã-
tes,in principio horroris aut paulopòſt nutriui.Et in ſum-
ma, quibus adhuc ſunt principii exacerbationum acci-
dentia in talibus temperaturis,his omnibus panem ex vi
no diluto citò exhibui,& horrorem ſtatim ſedaui & fe-
brem prohibui. quanto enim citius ipſos nutries, tanto
magis febrem impedies.Si verò aliquando paulo tardius
ipſos nutriui, febris quidem facta non eſt, calor autem
modicus ipſis accedebat:vt,ſi diutius moreris nutrire,tali
liditate excaleſcat, ambiguum vt ſit an febrem appellare
ipſam oporteat.Si verò duæ horæ poſt horroris initiũ fa-
ctæ fuerint, manẽte adhuc horrore,etiã tũc nutrire opor
tet: verùm prædicere quòd febricitabunt hi febre non
moleſta,ad quam exudationes conſequentur. & hoc fa-
cto & lauare oportet & rurſus nutrire.At poſtquam ſeda
tus eſt horror, incepitque febris cum contractione, non
amplius nutriendi ſunt illo tempore:declinante verò ex-
acerbatione,ſtatim alantur,& ne expectetur donec febris
integrè quieſcat. detur etiam potus aqua calida in vigore
amplior:in omnibus enim ſqualentibus affectionibus nõ
ceſſant exacerbationes priuſquã aut balneis aut alimentis
humectantibus rigẽtur.Quoſdã verò etiam declinatione
incipiente,alios autẽ vigore exacerbationis inſtante nu-
trio. Fames enim in his temperaturis maximè febrienti-
bus,non ſimpliciter nociua eſt,ſed ſiquid aliud, pernicio
ſa: aut enim ex fame in ardentes febres incidunt,ex quĩ
bus ſi nõ morte præuẽti fuerint in habituales delabũtur,
& ex his rurſus in tabẽ: aut ſtatim ab initio habitualis fe-
bris ipſis coincidit.Proinde à principio ſic nutrire opor
tet eos qui talẽ tẽperaturã habẽt.Quũ verò aut ex laſſitu-
dinibus, aut ira, aut curis plurib⁹,aut vigilia,aut triſtitia,
aut ex omnibus ſimul cõmiſſis,corpore vehemẽter reſic-
cato,febris inuaſerit, ſqualidam quidem habens cutem,
ardentem autem caliditatem, timor profectò eſt talem
hominem habituali febre corripiendum eſſe, & præ-
ſertim in æſtate,& ſicca ac calida conſtitutione. Opus i-
gitur habent tales humectantibus ac frigefacientibus e-
duliis ac potibus. Qui enim temperatura calidi ac ſic-
ci ſunt,hi etiam neceſſariò vires debiles habent. non e-
nim fieri poteſt vt corpus calidum ac ſiccum, vbi febrici
tet,vires validas habeat. Conuenit igitur quamcelerrimè
per ptiſanæ ſuccum aut ſorbitiones ex alica nutrire, &
paululum panis inſuper exhibere, atque ſic per frigidæ
potum ægrum curare. Extinguitur enim ſtatim ac ſeda-
tur febris perfectè, ſi non inflammatio aliqua ipſi adeſt,
neque humorum putrefactio. Si tamen magnum detri-
mentum futurum coniectaris, exhibitionem eius inhi-

A be,& per ea quæ extrinſecus corpori adueniunt ac adhi-
bẽtur,curationem molire. Forinſecus autem adueniunt,
aer nos ambiens,& quæcunque humectare ac frigeface-
re ſolent medicamenta, & ad hæc aquarum dulcium bal
nea.Si itaque ambiens nos aer temperatus fuerit,vtendũ
eſt eo velut habet, nihil amplius moliendo. ſi verò aut
multùm calidus eſt aut frigidus,calido quidem vice ver-
ſa excogitandæ ſunt ſubterraneæ domus, frigidæque, ac
quæ ventis perflantur ad ſeptentrionem conuerſæ. Au-
ras quoque ipſis quaſdam proprias excogitabimus: ali-
B quando ex euripis in quos plures aquæ ſalientes ſe præ-
cipitant, aliquando aqua frigida ex vaſis in vaſa tranſ-
fluente. Hæc verò ſtatim etiam ſomnum conciliant. Re-
ſpergenda eſt etiam domus aſſiduè frigida aqua pura:&
roſæ multæ, aut vitium pampini, aut myrtus per terram
ſternantur,aut aliæ quædam plantæ frigefacientes. Ar-
cenda etiã eſt ab ingreſſu hominũ copia:nam & hoc do-
mum calfacit.Si verò frigidiſſimus eſt aer,velut in hye-
me maximè,per tegumenta corpus foueatur. Frigus e-
nim denſat ac conſtringit cutem, & humorum qui intus
C aduruntur defluxiones tranſpirare prohibet. Maiorem e-
nim ex frigida inſpiratione vtilitatem fore noſcendum
eſt,quàm ea eſt quæ ex cutis perfrigeratione contingit.
Similiter autem & in iis quæ forinſecus imponuntur,
eligenda ſunt frigefacientia citra fortem adſtrictionem
dẽſationémq; ipſius cutis. Et nõ ſolùm quæ frigefaciũt,
ſed etiã quæ cõpage corporis fuerint partiũ tenuiũ,quã-
tũ eius reperire eſt in frigefaciẽtibus,aut citra admixtio-
nẽ alterius vehemẽtis qualitatis.Eſt autem ſimpliciſſimũ
D medicamentum ex humectantibus ac perfrigerantibus,
quo & ad ignem ſacrum vtor,& ad pudendorum inflam
mationes in principio:Ceram albiſſimam in duplici va-
ſe liquato,& in aquam frigidam diffundito, ac manibus
emollito,diu eam eluens: deinde ſimiliter ipſam liqua-
tam in aliam aquam diffundito, & rurſus tertiò idem fa
cito.Ad hanc autẽ ceram ſic lotam,roſaceum ex optimo
oleo omphacino præparatũ adiicito,vt ſit quidẽ ceræ vn
cia vna, roſacei verò triens. Hæc ſimiliter in duplici vaſe
liquato,& ab igne ablata moueto, donec aliquantulùm
E frigefiant.Poſtea in mortarium diffunde, & piſtillo for-
titer tere, aqua potabili ac frigidiſſima paulatim inſtil-
lata quantum ſatis eſt. & tandem fictili puram aquam
habente excipe: & aquam quotidie permuta. Hoc phar-
macum tenui linteo inductum impone, non ſuper to-
tum pectus,velut quidam faciunt, neque ſuper tota præ-
cordia, ſed illo maximè loco in quo multæ caliditatis
ſenſus percipitur. permutetur autem pharmacum ſem-
per priuſquam manifeſtè calefiat. Aliud epithema optĩ
mum: Rumicis acuti ſuccus polenta tenui admixta,du
F plicato linteo detrito excipiatur,& frigidus imponatur.
Facit & portulacæ ſuccus & ſemperuiui, cum vuæ acer-
bæ ſucco & polenta. Item tribuli viridis ſuccus, & po-
lygoni, ac ſeridis & lactucæ cum polenta: ſed & ipſa ho-
rum folia trita imponito. Bonum pharmacum etiam
hoc eſt: Palmarum pinguium carnem exemptis mem-
branis cum poſca meraciore ad flacciditatem vſque co-
ctam, & cum tenuiſſima polenta tritam impone. Si ve-
rò aridius hoc videbitur, ex prædicto cerato parum,
aut roſacei optimi minimum quiddam admiſce. Bo-
G num etiam pharmacum eſt roſarum ſuccus cum tenuĩ
polenta: & ipſæ roſæ tritæ impoſitæ. & hæc quidem
aſſumimus multùm frigefacere volentes. Si verò mo-
deratè hoc facere voluerimus, non modica eſt copia
emplaſtrorum leniter perfrigerare potentium.Ego enim
noui,impoſito aliquando frigido medicamento præcor
diis,hominem eueſtigio difficulter ſpiraſſe: alium autẽ
ſtatim tuſſiuiſſe: & paulo pòſt amborum accidens quie-
uiſſe,frigido pharmaco ſublato. Balnea porrò dulcium
ac calidarum aquarum,aut potius temperatarum,vtiliſſi
H ma ſunt omnibus ſiccam ac calidam temperaturam ha-
bentibus.Lauãdi autẽ ſunt queẽadmodũ hectici,in ſecũ-
da balnei domo,corpore ex aqua & oleo calido perfuſo,
& ipſis ſtatim in tẽperatæ aquæ ſoliũ locatis:deinde etiã
in frigidæ ſoliũ. In frigida tamen morã diutius trahere
nõ oportet. Si verò inflãmatio alicuius viſceris accedat,

balneum recuſare oportet.Illud tamē noſſe expedit,quòd ſi quando inflammatio principalis partis in talibus febribus ac corporibus coinciderit,omnino morientur: & præſertim ſi pulmonis, aut membranæ coſtas ſuccingentis, aut ventris,aut hepatis inflammatio fuerit. Nam quantū ad inflammationes harum partium attinet, minimè nutrire oportet:quantum verò ad virium debilitatem,ſæpe nutrire oportet.Quare neceſſarium eſt vt aut dum non nutrimus,vires exoluamus:aut dum nutrimus, inflammationes augeamus.

De febribus hecticis ac tabidis, Cap. XCII.

HEctica febris dicitur,*id eſt habitualis*,quū ad tanta immodeſtiam venerit caliditas præter naturā, vt in habitu ſit ipſius ſolidæ eſſentiæ ſimilaris corporis cordis:& propterea ægrè ſolubilem habeat ſtructurā. Primùm igitur calor præternaturalis eliquat & reſiccat ac conſumit eſſentiam in partibus velut ex humore concretam, qualis eſt pinguedo & caro:deinde verò propriam humiditatem conſumit,ex qua corpora nutriuntur:quæ ſanè circū fuſa eſt ac inſtar roris diſperſa circa omnes animalis partes.Hinc autē trāſit ad carnoſum gen⁹,quod fibris & membranoſis partibus ſolidorum corporum inſitum eſt, quod ſanè diſcindentes coci tollunt, fibras verò abiiciunt.Exactum autem eius complementum in hoc eſt: ſi ipſa ſolida ſimilarium partium eſſentia ſiccior facta eſt, quando & tabida febris vocatur.Duplex eſt autem genus hecticarum febrium:quædam enim ex ipſis poſt febres ardentes plerunque fiunt, aut vſqueadeo in longum extentas vt temporis progreſſu humorem corporis cordis conſumpſerint:aut manente adhuc humiditate fientes, & cordis corpus occupantes, hinc incenduntur: quemadmodum lucernarū flamma ex funiculo, ſuperſtite adhuc in lucernis oleo.& hæc quidem vna eſt ipſarum generatio.Altera verò quum ab initio ſtatim irruerint,primam generationem diariis ſimilem facientes, ob triſtitiam, & iram, & laſſitudinem ampliorem ſimul cum ardore factam. has igitur non difficile eſt curare:Eas verò quæ in tabem procedunt, ſanare impoſſibile eſt.natura enim ipſarum calida eſt & ſicca,ſimile quiddam patiente corde quale quid patitur funiculus in lucernis, vbi plurimùm fuerit exuſtus.Qui enim exuſtus eſt comminuitur,vt neque ſi largū oleum affuderis, luculentam flammam excitare poſſis. Proinde parua hæc & infirma flāma circumcirca tremit, ſemper amplius minor euadens, donec fuerit extincta. Facilis autem cognitu eſt hæc febris:priuſquam enim cōtigeris pulſus ac caliditatem,oculos immodicè cauos videbis,velut in foueis quibuſdam ſitos, & gramas in ipſis reperies ſiccas,& ſqualidam quandam affectionem, qualis iis fieri ſolet qui per totum diem in ſole æſtiuo multum puluerem percurrūt.Periit autem & ipſorum coloris vitalis flos:& cutis circa frontem ſicca eſt ac circūteſa: & plerunque palpebris nictant, velut ſomno grauati. Eſt autē hæc affectio non ſomnus,ſed impotētia vigilandi.& tempora ſunt collapſa,vt loci caui appareant.& quid aliud quàm oſſa & cutis ſunt in totum? vt etiam,ſi denudatum conſideraueris vētrem,neque aliquod inteſtinum, neque viſcus aliquod ſaluum eſſe putes, & præcordia vehementer retracta eſſe ad thoracem, & cutem totam ſiccam ac obaridam:&,ſi diſtenderis digitis apprehenſam, velut corium quoddam producitur. Febris itaque exactè tabida incurabilis eſt,velut dixi.Tabeſcit enim in ipſis totū corpus inſtar arboris extremè arefactæ, aut ob flammæ viciniam, aut ob vehementem ac immodicam ſiccitatem. atque hæc eſt quam ſenectam ex morbo vocant. Tale enim corpus fit in iis qui ſecundum naturam ad extremam ſenectam perueniunt citra febrem,paulatim extincto in ipſis inſito calore. Verùm eorum qui ſecundum naturam conſenuerunt,mors ſine moleſtia contingit, ob frigiditatem ac ſiccitatem imminēs. Tabida verò febris non ſolùm ſicca,ſed calida affectio eſt. hæc igitur velut dixi,incurabilis eſt.Illud porrò omnibus febribus hecticis commune eſt,vt debiles ſint & æquales ſemper, à prima die vſque ad extremam reſpirationem. Maximum autem & minimè ambiguū naturæ ipſius ſignum habe-

A bis,ſi cibum homini præbueris. Alimento enim accepto accenditur calor, & pulſus augetur ad magnitudinem ac velocitatem. & quod in ipſis contingit,ſimile eſt ei quod accidit in calce ac lapidibus calefactis.Si enim frigidiſſimam aquam ipſis affuderis,multo calidiores apparent,va poroſa in ipſis caliditate ab humida eſſentia irrigata.Donec igitur aliquid humidæ eſſentiæ ſeruatur, hectica ſolùm febris eſt: quum verò in periculum venerit vt non amplius ſuperſit aliquid humiditatis, exactus iam maraſmus,*id eſt exacta tabes*, cōſiſtit. Nos autem earum ſolùm
B curationem aggredimur quæ ſanari poſſunt.

Hecticarum febrium curatio, Cap. XCIII.

HEcticas febres omni modo ſtatim refrigeramus; priuſquam progreſſæ in tabem deſinant. Caput autē curationis ipſarum in humectantibus ac frigefacientib⁹ conſiſtit, tum iis quæ foris adhibentur, tum quæ intra corpus accipiuntur, in quibus eſt & aer qui inſpiratur. Omnes igitur hecticos,etiamſi iam principium tabeſcendi acceperint,abſque hoc vt alia febris ipſis ſit implicata,
C aut propter humorum putrefactionem,aut cum principalis partis inflammatione, confidenter lauato, citra omnē tamen laborem:vt ne vires exoluantur. Deferatur itaque æger in lecto ad balneum. præparata autē ipſi ſindone calida,in ipſa ad primam balnei domum geſtetur.Sint autē quatuor qui,ſindonem teneant, in ſingulis angulis vnus: deinde in prima domo nudatus, ad ſecundam portetur, in qua toto corpore ex oleo tepido dulciſſimo perfuſus, ad tertiam domum feratur,& in ſolium locetur. Sit autē aer balnei temperatus,& humidus præparetur,parietibus
D aqua calida reſperſis.In ipſa verò ſolii aqua tēperata abūdè quieſcat,moderatè in ſindone vectus, nulla corporis perfuſione fiente,neque item capitis perfuſione.Hinc autem extractus à quatuor adoleſcentibus ſindonem geſtātibus,in frigidam aquam confertim mergatur, ne minimum quidem moræ in ipſa trahens. Statim autem alius paratam habens ſindonem aliam,ipſi iniiciat, & alius aliā ſimili modo.Demiſſus autem in lectum,mollibus linteis leniſſimè detergatur: poſtea verò vnctus & veſtibus contectus ad domum in lecto referatur. fit autem & domus balneo vicina.Eos quidem igitur qui iam tabeſcunt
E lauare oportet velut dictū eſt: qui verò in hecticis febribus ſunt nondum tabeſcentes,hi etiam citra ſindonem lauari poſſunt. Deferendi tamen & hi ſunt ad domum ſiue in lecto,ſiue vehiculo quopiam,aut lectica: deinde oleum ipſis infundendum, velut dictum eſt: & poſtea ad calidam aquam ducantur,vt in illa immorentur: deinde ad frigidam prodeant,vt nullam omnino moram in ipſa trahant.atque ita deterſi ac inuncti ad domum reducantur. De balneis igitur ſatis dictum eſt. conſequens eſt vt
F de alimentorum viribus addamus. Quòd quidem igitur frigidos & humidos conuenit eſſe cibos hecticis febribus profuturos,omnibus manifeſtum eſt.Tales autē ſunt, ptiſanæ ſuccus frigid⁹ acceptus,& alica velut ptiſana præparata:conuenit etiam panis aqua frigida madefactus.Verùm nullius horum frigiditas ſincera ſit,veluti potus. nā quæ bibuntur,& citò caleſcunt,& meatus penetrant:quæ verò eduntur aut ſorbentur,diutius in ventre perſeuerantia,perfrigerant ipſum,ſi immodicè fuerint frigida. At vbi iam diuturna eſt febris,lac aſininum dandum eſt, dili
G genti animaduerſione habita ne in ventre in caſeum coaguletur. Hoc verò aliquando etiam ipſe æger nos docebit,vt qui ſuæ naturæ habet experimentum: quandoque autem noſipſos deprehēdere oportebit, paulatim ad eius vſum progrediendo.Fugienda eſt autem,quātum eius fieri poteſt,mellis mixtura in omnibus hecticis febribus.Dādum verò eſt primùm lac aſinæ in cubiculum adductæ, quò calidum adhuc lac potetur. Si quidem igitur probè fuerit concoctum & non corruptum, copia eius augeri poteſt,vt in exhibitione cyathus dimidius addatur: reli-
H qua verò diæta facienda eſt velut in ſiccis ventris intēperaturis,velut in proprio loco dicetur. Quanto autem hecticarum febrium caliditas maior illis eſt,tanto frigidioribus auxiliis opus habet, & diligentia ampliore, vt ne damnū aliquod conſequatur ex fortiorū auxiliorū vſu.

De popularibus paſſim vagantibus ac peſtilentibus morbis, Cap. xcIIII.

POpulares & communes morbos vocãt eos qui ſimul multis hominibus coincidunt: quorum velut generatio,ita & cauſa communis eſt. Cõmunia itaque edulia praua morbos cõmunes pariũt:itẽ vitioſæ aquæ potus,& ærumnæ immodicæ,& labores conſueti relicti:fames & repletio,præſertim vbi poſt magnam indigentiam abũdantia ſuccedit. Sed & regionis natura ſæpe communes morbos inuexit, aere quem inſpiramus à putredinoſa euaporatione inquinato: cauſa verò talis putredinoſæ euaporationis,aut mortuorum multitudo eſt, velut in bellis contingere ſolet:aut paludes quædam,aut ſtagna, aut barathrum aliquod profundum in propinquo, venenoſam ac prauam exhalationem remittunt. hæc igitur aſſiduè contingere ſolent.Sed & ambiens nos aer temperamenta aſſiduè peruertit,dum autimmodicè calidior,aut ſiccior, aut frigidior,aut humidior euadit.Nam reliquis cauſis non omnes ſimul obnoxii ſumus,neque per totum diem occurſamus: aër autem nos ambiens forinſecus omnibus circumfuſus eſt,& per inſpirationem trahitur.Neceſſe igitur eſt vt ad mutationes eius iuxta temperamentum ipſius coafficiantur etiam animalium corpora. Aliquando verò ambiens nos aer humidior ac calidior factus,peſtilentem conſtitutionem inducit: & quia ſunt in corpore humores ex vitioſo victu ad putrefactionem idonei, principium fit peſtilentis febris. Quare ſiquis moderatis laboribus & victu modeſto ac caſtigato vtatur,in totum illæſus manet per omnes eiuſmodi affectiones. Et nos ſanè hoc prænoſcentes,ſtatim incipiente tali conſtitutione quæcunque corpora humida videmus,omni modo ſiccare conamur:in iis autem quæ natura ſicciora ſunt, priſtinam naturam conſeruamus:quæ verò ſuperfluitatibus redundant purgationibus ſanamus. Obturationes autem meatuum aperimus ac extergemus: & in ſumma ſanitatẽ corporibus cuſtodiuimus contraria adhibentes.& quandoque refrigerationibus vſi ſumus,ſi ita opus eſſet: quandoque verò calfactoriis.Sed & rogo ingenti extructo& in cenſo,aerem ad caliditatem ac ſiccitatem tranſmutare quis poteſt,humidum & frigidum factum. quemadmodum Hippocratẽ Athenis feciſſe dicunt, itémque Acronem Agrigentinum.

De peſte,Rufi, Cap. xcv.

OMnia horrendiſſima in peſte fieri poſſunt,& nihil occultatur velut in ſingulis morbis. Plurima enim & varia fiunt:deliria varia,bilis vomitus,præcordiorum diſtentiones, dolores,ſudores multi, extremitarum frigiditas,profluuia bilioſa,tenuia,flatuoſa:vrinæ aliis aquoſæ ac tenues,aliis bilioſæ,aliis nigræ, malas ſubſidentias habẽtes,& peſſima ea quæ in medio vaſis dependent: ſanguinis narium deſtillationes,æſtus in thorace, linguæ torrefactæ,vigiliæ,conuulſiones violentæ. Sed & vlcera praua & carbunculoſa & pernicioſa in peſte fieri poſſunt, & in reliquo corpore,& in facie,ac tonſillis.Si verò ſolerti ingenio quis præditus ſit,futurã peſtem prænoſcet,attendẽs anni temporibus,quæ & mala ſunt,& in bruta animantia impetũ faciũt.ſi enim ambiẽs nos aer peſtis cauſa fuerit,volucriũ generis prior interit⁹ erit:ſi verò ex prauis de terra exhalationibus hoc contigerit, quadrupedium animantium prior corruptio fiet. Quum autem hæc tecum expẽderis,ampli⁹ etiã illud cogita,quale eſt præſens anni tempus,qualis totus annus: hinc enim comperies quomodo victus rationem optimè conſtituas. Verbi cauſa: debebat eſſe,ſi rectè res fieret,tempus ſiccum, nunc verò humidum factum eſt: at ſi quidem humidum factum eſt,neceſſe eſt etiam victum reſiccantem cõſtituere, quo excedens humiditas conſumatur.Reſpicienda ſunt etiam ſtudia hominum an non ad ſanitatem conducant, & ea prohibẽda. Ventris quoque cura habenda eſt:ſi verò ſuperior venter pituitam habuerit,vomitu euacuetur.Quibus autem ſanguis abundat,iis vena ſecetur.Bona eſt & per vrinas purgatio,& quæcunque aliæ. Si verò æſtuoſus fuerit æger,& flamma vſque ad pectus aſcenderit, non fuerit alienum frigefaciẽtia pectori adhibere, & frigidæ potum dare,non paulatim exhibendo:vincitur enim ab amplio-

A ri in ventre caliditate,& plus nocet,ac amplius exurit:ſed & multa & aceruatim frigida danda eſt,vt copia eius flãmæ extiguatur. Si verò ardor occuparit interiores partes, extremitates autem & ſuperficies frigidæ fuerint,& præcordia diſtẽdantur,& vẽter colliquamẽta;partim ſurſum, partim deorſum mittit, vigiliæque affuerint ac deliriũ, & linguæ aſperitates,his calfactoria fomẽta adhibere oportet,vt calor ad ſuperficiem corporis trahatur. & quibuſcunque id fieri poteſt modis, conandum eſt vt calor ex profundo ad externa educatur.

B

De iis qui ob crudorum humorum multitudinem animo linquuntur, Cap. xcvi.

QVidam febricitare incipiunt ex magna crudorum humorum copia collecta,vnà cum hoc quòd os vẽtris malè affectum eſt,aut ex cruditatibus,aut aliâs.His inflata ſunt præcordia, & totum corpus maiorem naturali molem habet.Et color aliis quidem albidior & aquoſior fit naturali:aliis autẽ nigrior ac liuidior euadit,quos plũbicolores aliqui appellant.Pulſus verò omnium minores ſunt quàm pro caliditatis ratione, obſcurioréſque ac omnino inæquales. Si quidem igitur hi humores copia C ſua vires grauarint,& craſſitudine ac multitudine meatus animalis obturarint,multis de cauſis pernicioſa eſt affectio, & animi deliquium inducens, tum quòd animal non nutritur,tum quòd ſuffocatur: & quòd temperamenti ſymmetria alteratur ac corrumpitur. etenim crudi humores nutrire non poſſunt priuſquã concoquantur.Multi verò grauant aut obturant tranſpirationes,& calorem extingunt. Si verò neque obturarint, neque grauarint, hi ſyncopas, *id eſt animi deliquia* non inducunt, ſed omnino animo exoluuntur tales, ſi non frequentius alantur. D Danda eſt autem iis copia, non pro vna vice, neque cibi craſſi aut viribus frigidi, ſed ex genere attenuantium & calefacientium: ſic etiam medicamenta ipſis danda ſunt quæ homo febricitans accipere poteſt, attenuantia ac calefacientia.His commodum eſt vinum aquoſum album ac tenue, niſi valde febricitarint. quod tamen non adeo contingit in relata affectione.debiles enim ſunt iis febres,& adhuc magis ſi fuerint ſenes. Vinum autem dãdum eſt ipſis ad ſingulos cibos,& potius ad veſperam & noctẽ,nõ manè & vſque ad meridiem.iuuenibus verò nõ E ſtatim ab initio vinum detur. Nulli porrò talium ſanguinis ablatio citra maximum detrimentum fieri ſolet,etiã ſi euacuatione indigent.Imò neque venæ ſectionem neque purgationem ferunt,qui ſanè etiam citra hæc derepente animo concidunt. Quomodo igitur hos ſanare oportet qui egent quidem euacuatione, euacuantia verò non ferunt? nullum equidem inueni in his euacuationis modum præter confrictionem. Incipere verò ſtatim ab initio morbi conuenit,primùm à cruribus supernè deorſum per lintea moderatè aſpera: deinde etiam F totæ manus confricentur ſupernè deorſum. Poſtquam autem artus ſatis calidi apparẽt,& timor fuerit laſſitudinis ſenſum ipſis acceſſurum ob multitudinem frictionis, oleo laxãte vtẽdũ eſt,quale eſt quod dulciſſimum eſt:abſtinẽdum autem ab omphacino & omnibus adſtringentibus.Hyemis autem tempore,etiam diſcuſſorio vtendum eſt,quale eſt oleum ſicyonium,& chamæmelinum, aut aliud ſimile,velut anethinum. Poſtea verò oleum detergeatur,& progreſſus ad totam ſpinam fiat:& hæc ſimiliter fricetur: G primùm per lintea, deinde oleo. Poſtea rurſus ad crura progreſſus fiat,& rurſus ad manus,deinde rurſus ad ſpinã, ita vt per totam diem hoc agamus in domo lucem habẽte puram,& minimè humecta:ſit autem & caliditate moderata domus. Commodiſſima eſt iis aqua mulſa, in qua coctum eſt hyſſopum: verùm neque cibi,neque ſorbitio, neque aqua ipſis danda eſt.neque permittendum vt largè bibant,ſed aqua mulſa ſola vtãtur per primos tres dies, ita vt per ſucceſſionem fricemus,& illud ſolùm tempus remittamus in quo ſomnus ipſos occuparit. ad hũc au- H tem conducit maximè amplior frictio. ſed neque amplior ſomnus talibus commodus eſt: neque enim humores diſcuti permittit,& viſcera grauat. Vtriſque igitur moderatis natura opus habet ſomno & vigiliis. Si quidem igitur pulſus ipſis valde paruus & fortiter inæqualis eſt,

extremum periculum imminet, & facere oportet quæ dicta ſunt,nihil aliud curioſius conãdo. ſi verò firmitatem & magnitudinem moderatam habuerit,& non fractus neque mollis fuerit ac æqualis, ventrem conſidera,& clyſterem adhibe confidenter,ſi non probè egeſtionem faciat. Contingit enim ex aquæ mulſæ potu vt probè euacuetur omnis ſuperfluitas quæ in primis venis congregari ſolet iuxta ſimas hepatis partes & meſenterium.Si verò ſuperfluitatum impetus amplius quàm oportet in vẽtrem fiat, primùm amplius ipſam decoquito:(talis enim minus aluum ſubit) ſi verò etiam poſtea ſuperfluitas humorũ amplius feratur,neque ſic ſiſtere oportet, ſed pro aqua mulſa ptiſanæ ſuccum dare:ſi verò ferri adhuc perſeueret,ſorbitionem ex alica d ato,pulſus nimirum in hoc ſequens. Aliquando enim derepente mutãtur ad debilitatem, aut inæqualitatem,aut paruitatem:quo tempore conuenit exhibere panem ex vino diluto,neque ventre videlicet neq; hepate inflammato.nam ſi inflammatæ fuerint hæ partes, corpore crudis humoribus repleto, deſperatus eſt æger, pulſibus ita mutatis.In talibus igitur ægrotis ſi mortem prædixeris,& nullum ſtrenuum auxilium adhibueris,teipſum inculpatum ſeruabis.In quibus autem ſpes eſt ſalutis (eſt autem in omnibus citra inflammationem ita ægrotantibus)quum à principio ſuſceperimus ipſos,turpiſſimum mihi videtur vt animo cõcidat æger.Si verò perceperis aliquando craſſos eſſe humores, ſemper acetum mulſum dabis pro aqua mulſa.Et ſi quidem æſtas fuerit, & æger frigidæ potor, huic frigidũ acetum mulſum dabis:hyeme verò omnibus calidum.Aduerſiſſima ſunt iis balnea,& aer nos ambiens multùm calidus aut frigidus factus.quare neque lauare conuenit, & reclinare tempore æſtatis in domo frigida:hyeme verò,calida. læduntur enim valde ex vtroque exceſſu.Nam in balneis,& æſtate, & omni caliditatis incremento,crudi humores diffundũtur,& per totum corpus diffluũnt,vt periculum ſit etiam ad pulmonem & cor peruenturos eſſe, & quandoque etiã ad cerebrum recurſuros eſſe.melius igitur eſt circa hepar & venas ipſos permanere. At verò in domibꝰ immodicè frigidis,& hyeme,& omnino in frigido ambiente, humores crudi incocti permanent, & obturationes hepatis augent & exacerbant,ſi paruæ fuerint:ſi verò nõ fuerint, generant propter craſſitiem detenti ac impacti. A cataplaſmatis autem & perfuſionibus abſtinere oportet, donec multitudo partim euacuetur, partim concoquatur. qui enim hæc in talibus affectionibus adhibent, ipſi inflammationes per ea quæ faciunt efficiunt,non animaduertentes præcordia lædi.Hæc igitur facienda ſunt à prima die,vbi ipſe inceperis curationem.Si verò vbi iam animo concidunt vocatus fueris, præcordiis nõ inflammatis,dabis ipſis panem non multùm vino fuluo madefactum.Et ſi quidem fuerit æſtas,aut regio natura calida, aut conſtitutio calida,cum aqua frigida:ſin contrà, cum calida vinum dabis.Poſtquam autem ſedatum fuerit eiuſmodi animi conciſi accidens,experiendum eſt vt calidæ potum exhibeas. nam ad totam curationem melior eſt calida, crudorum humorum concoctionem adiuuans. Statim verò & in iis ad frictionem deuenies eo quo dictum eſt modo.

De iis qui animo concidunt ob flauam bilem os ventris lædentem, Cap. XCVII.

IN quibus ob flauam bilem os ventris lædentem animi deliquium cõtingit, iis exhibendus eſt frigidus potus: ſit tamen hic vinum calidum natura, fuluum tenue & vetus.

De iis qui ob tenues humores animo concidunt, Cap. XCVIII.

QVI ob tenues valde humores animo concidunt, vt citiſſimè tũ per ſudores tũ per obſcurã tranſpirationem exoluantur,contrario modo curentur iis qui ob crudos humores animo linquũtur. Nos enim paulatim euacuamus,eo quòd vires aceruatam euacuationẽ nõ ferant: qui verò ob tenues humores animo concidunt, paulatim aſſiduè nutrimus:ſi verò à principio hos exceperimꝰ,viribus adhuc robuſtis, non paulatim alimus. poſſunt enim hi amplius alimẽtum ſemel exhibitum ſuperare. Quemadmodum autem diximus priores pernicioſè affectos eſſe,vbi viſcus quoddam inflammatum fuerit,eodem modo etiam hos incurabiliter habere putandum eſt, ſi aliquod viſcus fuerit inflammatum,viribus iam languentibus.Neque enim poſſibile eſt ipſos aſſiduè nutrire, ſed in declinationibus ſolùm.neque ſi non nutriuerimus,poſſibile eſt ipſos ſeruare.In talibus affectionibus lethalis conſtitutio celerrimè fit in facie:naſus acutus,oculi caui,tempora collapſa,& quæ deinceps recẽſentur.Et ſiue amplius excreuerint,ſiue vigilauerint,aut triſtitia affecti fuerint,ſi nõ citius alantur,ſtatim talẽ faciẽ habẽt.Si igitur propter vigilias, aut triſtitiã,aut ampliorẽ excretionẽ, tale factũ fuerit,parum mali eſſe puta:ſi verò citra hæc, pernitioſum;atque hoc magis,ſi ſtatim à morbi initio ſic habuerint.non enim durabunt ad ipſius concoctionem.Nutrire igitur ipſos tunc neceſſarium eſt,& cutem ipſorum dẽſare,& aerem domus frigidum præparare, velut dictum eſt de iis qui ex ſicca intemperie febricitant. Vngendi quoque ſunt adſtringentibus vnguentis:& cibi exhibendi non valde promptè defluentes.Et neque aqua mulſa,neque ptiſanæ ſuccus eis exhibendus eſt,ſed panes,& ſorbitiones ex alica,& fructus auſteri ac ægrè corruptiles, tum per ſeipſos,tum cum pane & alica ex aqua cocta. Dentur etiam ipſis ouorum ſorbilium vitelli ſoli, & gallorum teſtes,& cerebella ſuilla probè aſſata,aut benè cocta. nam crudiora extremè lædunt. Et in ſumma, omnia facienda quò craſſior materia fiat,& cutis denſetur, & trãſpirationes impediantur. Prodeſt his vinum aquoſum ab initio poſt cibos acceptum.

De aliis animi deliquii cauſis, Cap. XCIX.

SVnt & aliæ quatuor cauſæ ob quas homines animo cõcidunt:dolor vehemens, vigiliæ,euacuatio immodica, & in delirantibus ipſe motus:his quintam,ſi libet, adde principiorum intemperiem. Celerrima igitur pernicies inſtat corde affecto:conſequenter autem cerebro.

De dolore animi deliquium inducente, Cap. C.

DOlor eſt repentina temperamenti mutatio, & futura continuitatis ſolutio:non enim quæ paulatim fit alteratio animal dolore afficere poteſt. Apparet enim corpora non ſolùm dum aceruatim ad non naturalem habitum ducuntur,moleſtam habere mutationem,ſed etiam dum ad naturalem habitum reducuntur(niſi paulatim id contingat)dolore affici. Proinde eos qui in vehementiſſimo frigore iter fecerunt, aceruatim calefactos dolore affici ſcimus circa vnguium radices, adeo vt ferre nõ poſſint. Quærimus igitur quomodo ægrotantes doleãt, nullo forinſecus accedente ipſis dolorem inducente. Neceſſariũ eſt in corpore talem quandam cauſam quærere,quæ calfaciens vehementer,aut perfrigerans, aut eſſentiam alicuius ſenſitiui corporis diuidens, angorem nobis inducat. Et primùm ſanè conſiderabimus cuius naturæ eſſe oportet id quod corporum diuiſionem facere poterit. Neceſſarium igitur eſt,aut rupturam,aut contuſionem, aut eroſionem eſſe affectionem in qua continuitas diuiditur. At ruptura fit ex tenſione,cõtuſio ex grauitate,eroſio ex mordaci qualitate.Quum igitur foris nihil fuerit quod dolorem inducat,aut tendens,aut grauans, aut mordens, ſed ex ſeipſo aliquid horum patitur corpus, omnibus nimirum manifeſtum eſt quòd ab aliquo intrinſecus fit. Ac tẽſio quidem ab eſſentia diſtendente corpus ipſam continens fieri poteſt,aut ab immodica ſiccitate: contuſio verò ab aliquo tumore duro adiacente: morſus autem ab acri humore. Conſiderandum igitur eſt in doloribus, an ſit humor multus,aut flatus tranſitum non habens, velut in colicis: aut grauis moles, velut in inflammationibus & tumoribꝰ induratis:aut tumor mordax,aut affectio ſicca,velut in cõuulſis:aut frigiditas vehemẽs,aut caliditas. & horum ſingulorum correctio ritè facienda eſt. Stupidꝰ itaque dolor ex frigida fit affectione:pulſatiuus autem dolor proprius eſt magnæ inflammationi. Si verò velut ab aculeo infixo, aut velut à terebro perforari quis ſibi videatur,craſſi inteſtini quod colum nominamus,hæc doloris ſpecies exiſtit. At verò in renibus cum grauitate quadam dolor eſt in vno loco firmatus,circum lumbum

dextrum aut ſiniſtrum,retrorſum magis:in colo verò do-
lor ex loco ad locũ trãſit.Pungitiuus autẽ dolor circa mẽ-
branas conſiſtit:qui verò proſiliens dolor appellatur,con-
tingit in vehementibus hemicraniis,dimidia capitis par
te affecta.Cognoſcitur ex hoc quòd velut à radice quadã,
à primariò affecta parte dolor initium ſumens,celerrimè
ad adiacentes vtrinque partes fertur. Quapropter ad am-
bas extremitates contingentibus diſtentionibus, etiam
nerui ad vtranque partem diſtenduntur: minimè ad lati-
tudinem diſtentos dolores nerui ipſi habent. At verò mẽ
brana ſubter omnem cutem diſtenta tenſiuos & ſtupidos
dolores inducit: quæ verò inter carnem ſunt mẽbranæ,
dolores velut diuellentes faciunt. ſunt enim multæ & in
æqualiter inſitæ,& forinſecus ipſam carnem ambientes.
Cæterùm circumſitarum oſſibus membranarum dolo-
res profundi ſunt,& ipſorum oſſium dolentium imagi-
nationem inducunt.Quum igitur nulla externa cauſa do-
loris apparet, prægreſſam cauſam & diætam conſidera.
Si enim fuerit præter conſuetudinem otioſior, aut cibis
pluribus homo vſus ſit, aut multùm nutrientibus,aut cõ-
ſueta excretio ſuppreſſa ſit: ſi quicquam horũ, aut omnia
apparuerint,multitudo eſt doloris cauſa:& propterea quã
celerrimè homo euacuetur.Sic enim cum omni ſecurita-
te tibi licebit iis quæ fluxiones repellũt vti in partibus do
lore affectis.Si quidem igitur multitudo fuerit quæ diſ-
tendit, viribus fortibus exiſtentibus,vena ſecetur, & ex
magna vena inflammatæ aut dolẽti parti propinqua ſan-
guis auferatur:ſi verò debiles fuerint vires, reuulſio fiat
& deriuatio ſurſum,aut deorſum,aut vtrinque,aut per fri
ctiones. vitioſis autem humoribus ſolis infeſtantibus,pur
gatio fiat: ambobus autem concurrentibus, vtriſque eua
cuationibus vtendum eſt,primùm venæ ſectione, poſtea
purgatione:ſi verò his factis dolor remanet, manifeſtum
ſanè eſt circa partem affectam impactum eſſe id quod
moleſtat.Manifeſta eſt etiam curatio, per diſcuſſoria fiẽs
medicamenta. Eodem verò modo etiam propter ſpiritũ
flatuoſum aut pituitam viſcoſam fiente dolore, velut in
colicis,per fomenta & irrigationes medemur:ſi verò tu-
mor grauans aut cõtundens dolorem effecerit, tumor
ipſe curãdus eſt per attenuantia ac rarefacientia: at ſi ob
mordacem humorem dolor fiat,aduerſiſſima his ſunt at-
tenuantia ac calefacientia. Anethum autem viride in o-
leo coctum,dolorem eximit,& ſomnum inducit ſi affe-
cta pars oleo calido irrigetur.

De animi deliquio propriè dicto,
Cap. C I.

HActen⁹ de ſyncope dictũ eſt,*id eſt animi deliquio.q.d.a-
nimi conciſione*. Tale verò quiddam eſt & quod pro-
priè lipothymia,*id eſt animi deliquium*, vocatur,itémq; ecly-
ſis,*id eſt exolutio*.Et nomen quidem lipothymiæ vnum eſt,
cauſæ verò ipſius plures:& curationes iuxta ſingulas ſpe-
cies.In tantum autem de ipſis nunc dicemus, in quãtum
quis his ſatis cognitis, reſiſtere poſſit exacerbationibus
derepente incidentibus.Differt autem lipothymia à ſyn-
copa,quòd lipothymia derepente incidit, ſenſu & motu
hominem priuans:& omnino nõ ſudant:ſyncope verò &
vigilantes & dormientes inuadit,& omnino cum ſudo-
ribus qui ſyncoptici appellari ſolent.

De iis qui ob ventris profluuium,aut ſanguinis
eruptionẽ,aut immodici ſudoris euacua-
tionem animo linquuntur,
Cap. C I I.

QVI ex bilis ſupernè ac infernè excretione & alui flu-
xionibus,& aliis immodicis euacuationibus animo
linquuntur,his aqua aſpergenda eſt,& naſus apprehendẽ-
dus,& os ventris confricandum,& digitis aut pennis im-
miſſis lancinandum,& ad vomitum cogendum. Manus
& crura pluribus & vehementioribus vinculis deligẽtur.
manus in euacuationibus infernè fientibus,crura verò in
ſupernè fientibus.Auxiliatur etiam in talibus euacuatio-
nibus vinum aquoſum vetus frigida dilutum.Balnea ve-
rò fluxionibus in ventrem commoda ſunt:verùm iis qui
ob ſanguinis eruptionem, aut ſudorum immodicorum
euacuationem animo linquuntur,aduerſiſſima ſunt. Ad-
ſtrictione enim hi indigent,& frigiditate,non laxatione.

A Vinum verò frigida dilutum,velut dictum eſt,etiam his
commodum eſt.neque verò extremitates ligare condu-
cit,neque vomere,neque omnino moueri: ſed dẽſari his
conuenit ac frigefieri.Quapropter aerem domus frigidũ
paramus,frigidos ventorum flatus inducentes, & paui-
menta adſtringente qualitate ſternentes,velut myrto,ro-
ſis,pampinis vitis.

De iis qui ob humorum copiam animo
linquuntur, Cap. C I I I.

B QVI ob humorum copiam animo linquuntur,pluri-
mùm fricentur & calefiant,& manuum iũcturæ ac
malleoli ipſis deligentur: à cibo verò & vino, ac balneis
omnino arceantur,ſi febricitarint. in potu autem detur
acetum mulſum.

De eis quæ ob quandam vteri affectionem ani-
mo linquuntur, Cap. C I I I I.

SImiliter etiam eæ quæ ab vtero affecto exoluuntur,ex
aceto mulſo curandæ ſunt.Et crura fricanda ac ligãda,
maximè eis quæ ab vtero ſtrangulantur,& in quibus retra
C ctus aut loco motus eſt vterus.cucurbitas quoque ingui-
nibus à femoribus affigemus.Et naribus quidem odora-
menta graueolentia adhibebimus:vtero verò beneolen-
tia,& laxare ac calefacere potentia medicamenta admo-
uebimus.At verò eis quæ ob immodicam menſium eua-
cuationem animo linquuntur, manus magis deligabi-
mus,& fricabimus,& cucurbitam pectori affigemus.

Ad eos qui ob ſtomachi debilitatem animo
linquuntur, Cap. C V.

AD eos qui ob ſtomachi debilitatem animo linquun-
D tur, cataplaſmatis vtemur ſtomachum roboranti-
bus,ex palmulis,vino,polenta,croco,aloe,maſtiche: & ir
rigationibus ex abſinthio,& oleo melino & maſtichino
ac nardino, & vino.Et,ſi ſtomachus exuratur, admiſcen-
da ſunt etiam frigefacientia,velut eſt ramentorum cucur
bitæ ſuccus,aut lactucæ,aut portulacæ,aut ſolani, aut inty
bi,aut rumicis acuti,aut vuæ acerbæ. hic autem non ſo-
lùm frigefacit,ſed etiã adſtringit.Prodeſt etiam genero
ſè ipſis extremarum partium frictio.Si verò ex horum v-
ſu melius habuerint,eos quidem qui ſtomacho exurũtur,
E ſtatim ad balneum ducere oportet:Iis autem qui quendã
frigiditatis ſenſum habent,parum dandum eſt de medi-
camento ex tribus piperis generibus conſtante,aut ipſum
piper album.

De iis qui ob vitioſos humores os ventris ro-
dentes animo linquuntur, Cap. C VI.

QVicunque vitioſis humoribus os ventris mordenti-
bus exoluuntur, iis aqua calida data vomere iube-
to.Si verò ægrè vomant, ſtomachus & pedes ac manus
prius foueantur, deinde digitis aut pennis immiſſis vo-
F mant:ſi verò vomitus non contingat,ventris excretionẽ
adiuuare oportet glandulis ſubditis.Si verò ex his melius
habuerint,comam abſinthii in aqua mulſa coctam bibẽ-
dam dato,& omnibus modis ſtomachum corroborato,
tum per ea quæ foris imponũtur,tũ per ea quæ intra cor-
pus ſumuntur.Non tamen à principio hoc facere conue-
nit, neque abſinthium præbere: ſed poſt vitioſorum hu
morum euacuationem, vbi iam pura facta fuerit aluus.

De iis qui ob pituitam in ſtomacho collectam a-
nimo linquuntur, Cap. C V I I.

SI pituita multa & frigida in ſtomacho collecta exolu-
G tiones fieri contingit,ſtomachum oleo calido in quo
abſinthium coctum eſt,plurimum rigabimus: deinde a-
quam mulſam dabimus,in qua hyſſopus aut ſimile quid
commaduit. Item acetum mulſum,& piper, & pharma-
cum ex tribus piperis generibus cõſtans, & id quod dioſ-
politicum appellatur. Et tota rationis victus ſumma ad
inciſorium ductum ſit deſtinata.

De animi deliquio ob fortem frigidita-
tem, Cap. C V I I I.

H EXolutiones ob fortes frigiditates, ſimiliter vt corre-
pti bulimo,*hoc eſt magna fame ex frigore oborta*,curentur,
ita vt omni modo ipſos calefaciamus. Vinum igitur dan
dum eſt ipſis calida dilutum,& cibi calefacientes.frican-
di ſunt etiam ac fouendi iuxta ignem.

De animi deliquio ob multam caliditatem, Cap. CIX.

QVI ob multam caliditatem animo linquuntur, aut in aere ſuffocante verſati ſunt, aut in balneo diutius moram traxerunt, eos roborare oportet, confeſtim quidē frigida aqua aſperſa, & ventilatione facta, & ægro ad ventum conuerſo. Fricandum eſt etiam ac lancinandum os ventris: & conſequenter vinum, & cibi dandi.

De animi deliquio ob inflammationem, aut malignam febrem, Cap. CX.

QVI ob inflammationum magnitudinem, aut vehementis febris malignitatem animo linquuntur in ipſis acceſſionibus, & artus perfrigeratos habent, eos fortiter fricare oportet ac fouere, & crura ac manus ipſorum deligare, & iubere vt vigilent, & ab omni cibo ac potu abſtineant. Optimum eſt autem in iis prænoſſe quod futurum eſt, & ipſum ante exacerbationem lenire ac mitigare.

De animi deliquio ob ſiccitatem, Cap. CXI.

SED & eos qui ob ſiccitatem animo linquuntur in exacerbationum principiis optimum eſt prænoſcere. Si enim duab⁹ aut tribus horis ante acceſſionē, nutrieris, & manus ac pedes ligari iuſſeris, non interibunt. oportet autem cibos eſſe cōcoctu faciles & ſtomacho commodos. Si verò etiam vehemens periculum fore ſuſpicaberis, panem ex vino dabis, aut alicam coctam vino infuſo exhibebis: ſi verò modicam ſyncopam fore ſperas, vinum ne dederis, ſed mala punica, aut alia poma, & adſtringentes fructus cibis admiſcebis. at poſt exacerbationem nō eſt neceſſarium fructibus vti. Iis verò qui derepente in periculum incidunt, vinum calidum dandum eſt, & panis, & alica omnino modica: ſi enim aut amplius dabis, aut cibos concoctioni reſiſtentes, ii qui ſic affecti ſunt ſuffocabuntur.

De animi deliquio ob principalis membri obturationem, Cap. CXII.

QVI ob principalis partis obturationem animo linquuntur, iis acetum mulſum dandum eſt, & potiones ex hyſſopo, origano, pulegio & melle, & cibi inciſoria vi præditi. Craſſi enim & viſcoſi magno iis detrimēto ſunt. quare ab ipſis abſtinendum eſt. Fricandi ſunt artus & ligandi: & potionibus vrinam cientibus vtendum, ex apio, petroſelino, dauco, & ſimilibus. Vbi verò manifeſta conſequitur vtilitas, etiam vino aquoſo veteri vtendum eſt.

De animi deliquio ob repentinam euacuationem, Cap. CXIII.

SI ob repentinam & aceruatim factam abſceſſus rupturam, aut ſectionem, aut euacuationem (velut in hydropicis) animi deliquium cōtigerit, ſtatim quidem odoramentis reuocentur, poſtea verò ſorbitionibus probè concoctilibus nutriantur.

De animi deliquio propter affectus, Cap. CXIIII.

SI propter triſtitiam, aut gaudium, aut timorem, aut iram, aut terrorem, exolutio fiat, per odoramenta, & narium ac oris apprehenſiones reuocatos ad vomitum cogito. De cardiacis & bulimo dicetur ſuo loco in ſtomachi affectionum tractatu.

De capitis dolore in febribus, Cap. CXV.

IN iis quibus in febribus caput dolet, vitanda eſt multa lux: lædit enim viſum, & membranas ad motum ducit. Vtendum eſt autem frictione pedum, & extremitatū deligatione ac conſtrictione. Vitanda eſt etiam caliditas à carbonibus, aut lucernis, aut ſole & fumo: itē iniucundi & humiditate referti odores, & clamores, & iræ, & frequens potus, ac collutio oris. Nam aut ſtatim ab ore aut humecto ſtomacho, vaporum multitudo ad caput defertur, quod aliàs iam ignitum eſt. Maximè verò irrigationibus largioribus vtendum eſt, ex oleo omphacino aut optimo roſaceo, lanæ manipulo excepto, & digitis ex alto expreſſo, & inſtar ſalientis cum ictu quodam delabente. Quòd ſi non reſiſtat aer ambiens, frigida ſit irrigatio, aut A per ſe, aut ex noſtro ſtudio. Aucto autem dolore, etiam in aurem roſaceum fundatur. Si verò tempus permittat, & dolor cum ardore quodam innitatur, ocymi ſuccus aut polygoni, aut menthæ, ex tertia aut quarta parte roſaceo admiſceatur. Et tunc etiam parum aceti ipſis diligenter admiſceatur, maximè in quo ſerpyllū fuerit coctum. Perſeuerante verò dolore, ad venæ ſectionem deueniendum eſt, ſi nihil aliud fuerit quod prohibeat. Odoramēta quoque non incommodè aſſumuntur, myrtus, roſa, pulegiū. Cataplaſmata verò conueniunt in ſincipite ac fronte, po- B lygonum tritum cum flore polētæ, & foliis ſeridis ac plātaginis: ſi verò dolor vehemēter incumbat, hyoſcyami folia viridia aut papaueris cum micis panis. Præſtant autē amygdalæ amaræ madefactæ ac decorticatæ, & cum micis impoſitæ temporibus ac fronti. Optima verò eſt aloe fronti illita cum aceto: aut crocomagma. & inteſtina terræ trita illinuntur: & celerrimè mirificè opitulantur. Venter porrò in ipſis facilè ſolubilis præparetur. Conſiderandum tamen ne ſtomachus vehementer infeſtatus, caput ad cōſenſum perducat. & conandum vt quæ moleſta ſunt C per vomitus euacuentur.

De vigiliis in febribus, Galeni, Cap. CXVI.

SI vigiliæ nimium infeſtauerint, manus & crura deligari iubebimus eo tempore quo ad ſomnum conuerti ſolent, & hortamur vt aſſiduè aperiant ac claudant palpebras, donec ſatis fatigati fuerint. Deinde repēte ſoluimus ligamenta, & tollimus lucernam, & multam quietem eſſe iubemus. Ex Herodoto & Philumeno. Puluinaribus vigilantium ſubdantur capita papaueris, aut radices papaue- D ris nigri, aut mala mandragoræ, aut hyoſcyamus. Odoramentis autem vtendum eſt, papauere viridi, & lactucis quæ meconitides appellantur, & mentha, & coriandro ac roſis. Nos autem minus horrenda faciei prolutione vtimur, incoctis in aqua capitibus papaueris nigri, & meliloto, aut calamintha, aut pulegio: & meli⁹ facit. Odoramētū verò optimum hoc eſt: Papaueris albi capitum toſtorum, corticis radicis mandragoræ, æquales portiones terito, & vino ac pauco roſaceo ſubactas olfaciendas exhibeto. Suffumigio autem ſomnifico vtendum eſt tali: Styracis, amomi, ammoniaci thymiamatis, bdellii Scythici, corti- E cis radicis mandragoræ, opii, ſingulorum æquas partes præparato, & ſuffito in lignis cupreſſinis. Mirificè facit etiam Berenices ſuffumigium, ſimiliter ſuffitum: ducit enim ad ſomnum. deſcriptum autem habetur in tractatu de theriacis, Sermone inquam decimotertio. Vnguento verò ſomnifero vtere hoc: Styracis ſextantem, roſarum ſiccarum vnciam vnam, ſeminis hyoſcyami nigri vnciam vnam, baccarum myrti nigrarum vnciam vnam, olei roſacei libram vnam, vini veteris odorati quātum ſatis eſt. F Contuſa & cribrata terito cum vino, & adiicito oleum, & vnitis vtitor, illitis ex eo naribus intrinſecus ac extrinſecus, & fronte. Imponendum eſt etiam fronti ſerpyllum cum meliloto in paſſo coctum: item ſemā ocymi, & atractylidis ſemen, hyoſcyami ſemen & folia: ſimiliter & ſolani halicacabi, itidem faciunt. Illine etiam frontem ex cyphi cum vino, & crocomagmate. Si verò perſeuerarit vigiliarum ſymptoma, frontem & tempora aliquo paſtillo dolorem eximente illine: & ſi nihil profecerit, prædicta rei difficultate, ad dolorem eximentia, in potu exhi- G benda procede. Eſt autem minus moleſtum, & ſapore iucundius omnibus pharmacis ſomnificis, id quod ex capitum papaueris decocto ac melle componitur, cuius compoſitionē paulo pòſt in hoc Sermone referemus. Vtere & cataplaſmate optimè ex palmulis maceratis aut coctis in vino, & cum polenta tritis, adiecto modico roſaceo, aut melino. Pectori enim impoſitum quodammodo præparat ad ſomnum.

De graui ſopore, Herodoti, Cap. CXVII.

PErfectā curationē eorū qui in grauem ſoporem dela- H pſi ſunt, in ſequenti Sermone de capitis affectionibus trademus, in quo etiam de phrenitide docebimus: nunc autem dicere neceſſarium eſt quomodo quis vrgentibus ſymptomatis reſiſtere poſſit. Proinde ſpongia poſca imbuta, non valde frigida, faciem detergere oportet, & ex

tremitates fortiter deligare. Odoramenta verò adhibeātur inciſoriam vim habētia & excitatoriam: & maximè caſtorium. Et in exacerbationū remiſſionibus cucurbitæ dorſo ac ſpinæ efficaciter affigantur. Perſeuerante verò morbo, etiam ſternutatoria in exacerbationū remiſſione adhibeantur. Cauendum autem eſt à lucernarum vſu: caput enim inde repletur. ſit autem & ciborum materia inciſoria vi prædita. Habēt autē vim excitādi etiam in ipſis ea quæ ſequenti Sermone ad lethargicos deſcribentur, tū per ſe, tum cum aceto naribus admota.

Quomodo linguæ aſperitas in febribus curanda ſit, Cap. CXVIII.

Lingua in febribus aliquando ſiccatur, & opus habet humectatione: aliquando verò exaſperatur magis aut minus, & diffringitur, aut nigreſcit, aut carbonis ſpeciem induit: quod à viſcerum inflammatione contingere ſolet. Si verò ipſa quidem lingua, velut dictum eſt, affecta fuerit, præcordia verò mollia reperiūtur, periculoſum ſignū eſt. Humectare autem ipſam oportet, ſeminis lini decocto in ore detento. efficacius id erit ſi myxæ cum ſemine lini fuerint coctæ. Sed & digito in hoc ſucco madefacto linguam confricabimus, ſimul detrahentes etiam ſordes dentibus adhærentes: deinde colluant os aqua pura, aut ſpongia pura detergeant: deinde roſaceo diligenter illinantur. ſed & ipſum roſaceum melli admixtum egregiè efficax eſt. Et portulacæ ſuccus in ore detentus, locos humectat: & rhus culinarius, aquæ aut aquæ mulſæ admixtus: & prunorum damaſcenorum aut myxarum oſſa in ore detenta mitigant. Sæpe etiam lactucæ caulem ad oliuæ magnitudinē deſectū, aut de ſymphyti radice in ore tenendum dedimus, & quod oportuit fecit. Sint autem cibi mordacitatis exortes: & omnino non adſtringentes, leuéſque ac ſorbiles: ſi verò etiam præcordia inflammata fuerint, horum curationem facere oportet. Principium enim & finis interaneorum lingua eſt: ſi verò diutius durauerit linguæ aſperitas, adipem anſerinum ſi affuerit: ſin minus, gallinaceum aut qui adhuc præſtātior eſt, phaſianicū duplici vaſculo liquato, & digito in ipſo intincto, linguam abundè fricato. Si verò adhuc perſeuerarit aſperitas, butyro recenti ſimiliter vtere: facit optimè, ſed in principio eo vti non conuenit.

Quomodo ſitis curanda ſit, Philumeni, Cap. CXIX.

Sitis duplex eſt, altera ob humiditatis inopiā: altera ob caliditatis redundantiam. In febrientibus itaque ambæ affligunt. nam caliditas in his multa eſt, & ſiccitas ſuccedit, multa humiditate per violentiam febris conſumpta. Si quidem igitur ſine detrimēto bibere poſſent quādo vellent, hanc ſanè ſitis medelam ſtatim amplecteremur. Quandoquidem verò & menſuram & tempora potus diſcernere oportet, lenimenta quædam ſitis excogitāda ſunt. nam intempeſtiuè ſumptus potus, nō ſolùm ſitim non extinguit, ſed etiam vice verſa auget. In principiis enim exacerbationum omnes materiæ febres accēdentes ad profundum declinant, & propterea ſitim intendunt. Datus autem in illo tempore potus à materiæ multitudine ſuperatur, & ſimul vitiatus acceſſio fit mali. Quare in principiis & augmentis potus exhibitionem prohibere oportet. In vigoribus autem primùm per gargariſmos & per collutiones oris, ſqualorem corporis mitigare oportet: deinde declinatione incipiente potum dare. In remiſſione verò etiam nolentes aliquando cogantur potum aſſumere, vt ne humore indigi ad exacerbationis acceſſionem delati reſiccentur ac exurantur. Mitigare autem aliquo modo ſitim oportet olei frigidiſſimi irrigatione, aut roſacei inſtar ſalientis delabentis. ſed & auxilia ad febres ardentes relata, & ea quæ ad linguæ aſperitatē dicta ſunt in ore retinenda, ſitim mitigant. Omnibus autem præſtat lactucæ ſemen commanſum, & radix dulcis appellata, & cucumeris ſemen. Oportet autem poſt horum commanducationem collutionibus ac gargariſmis vti. ſint autem & cibi omnes humectantes. Catapotion ſitim eximēs, ex Dioſcoride: Seminis cucumeris drachmas octo, tragacāthæ drachmas quatuor, tragacantham tuſam ac cribratam ouorum crudorum recentium candido dilue, & ex contritis ſimul catapotia efforma, eáque in vmbra ſicca, & vnum ſub lingua tenendum præbe, ita vt diſſolutus liquor abſorbeatur. Dato etiam cremorem malorum cydoniorum abſorbendum, aut pirorum, aut omphacii ſuccum, aut hydroroſatum, aut mel roſaceum cum aqua calida. at verò in ſanis, ſitis ob ſiccitatem factæ, medela eſt ſomnus. concoquit enim humores. Sitis autem ob caliditatem medela, ſunt vigiliæ. Caliditas enim in vigiliis circa ſuperficiem expanditur: ſitis verò ob caliditatem eduliorum factæ, aut ob multum vini potum, medela eſt frigidæ potus.

De aurium dolore in febribus, Philumeni, Cap. CXX.

Aurium dolor in febribus fit, & aut ipſe febrem auſpicatur, aut ſuccedit, & periculoſiores febres efficit. Succedunt dolori atque inflammationi etiam vigiliæ: ſi verò perſeuerarit, etiam mentis emotiones. Hippocrates autē lethales fieri dicit in his dolores. Si igitur moderatus eſt dolor, & in principio roſaceum tepidum auribus inſtilletur: aut candidum & aquoſum oui, cum lacte muliebri. forinſecus autem hapſo lanæ oleo imbuto, in quo anethum coctum eſt, aures obturentur & integantur. Caput etiam roſaceo irrigetur, aut oleo omphacino: ſi verò dolor amplius intendatur etiam venæ ſectio aſſumatur, & aluus irritetur. Poſtea quoque forinſecus per ambitum aurium cataplaſma ex pane aut ſemine lini imponatur, hyoſcyami aut papaueris viridibus foliis ſimul contritis: butyrum autem pro oleo in cataplaſma miſceatur. At in dolorum exacerbationibus, fouendi ſunt loci ſpongiis aqua & oleo calido imbutis, donec dolor ſiſtatur: vehementer enim hæc mitigant: & rurſus prædictum emplaſtrum imponatur. Inſtillandum eſt etiam auribus oleum amygdalinum: aut roſaceum, in capite papaueris ad calidum cinerem calfactum: aut inteſtina terræ in roſaceo cocta inſtilla: aut aſellos ſub hydriis ſtabulantes, aut araneos.

Auris ſuppuratæ curatio, Cap. CXXI.

Suppurata inflammatione & eruptione per meatum facta, vbi lana ſpecillo obuoluta pus eduxerimus, primùm aqua mulſa eluimus: deinde vino mulſo: poſtea aceto mulſo: deinde modica nitri ſpuma aceto mulſo admixta. In meatum verò indemus noſtrum medicamentum lana exceptum, quod egregiè facit. Eſt autem alumen liquidum, mel, & roſaceum, æquis portionibus ſingula modicè cocta. Optimè facit & Muſæ paſtillus, optima ſapa & modico aceto dilutus. Cæterùm de ſonitu & audiēdi difficultate, inter cōmunia auxilia dicetur. Noſſe tamē oportet, peſſimū ſignū eſſe in acutis febribus auditus difficultatem. nam aut lethargum, aut mentis apprehenſionem, aut parotidas pernicioſas, aut aliud quoddam periculum minatur. Raro autem permanet audiendi difficultas in aliquo qui morbum ſuperauit, ſed ſimul cum morbo intercidit. Etenim aliquādo per circuitū repetit in exacerbationibus augeſcēs, in remiſſionibꝰ verò ſimul diſcedēs. Quo cōtingente auditoriū meatum vexare non oportet: ſed ſolùm caput irrigare cum iis quæ in febribus ad capitis dolorem conueniunt.

De lippitudine in febribus, Cap. CXXII.

Si lippitudo in febribus fiat, abſtinere oportet ab omni medicatione. Infundēdum eſt autem oui tenue & cādidum cum lacte. & foris illinendum glaucium, aut Nili collyrium ex roſis, aut aliud quoddā ex croco, ex iis quæ fluxiones repellunt cum refrigeratione. Si verò dolor vehementer vexet, fomentum fiat per ſpongias, & hapſus lanæ ouo imbutus pro more imponatur: ſi verò augeatur dolor, etiam panis imponatur in capitum papaueris ac meliloti decocto madefactus, cum oui aſſati vitello, aut etiam cocti, addito modico roſaceo: aut pſyllium feruenti aqua madefactum imponito. Suppurata inflammatione collyriis dolorem eximentibus vtendum eſt.

De oculorum obſcuratione, Philumeni, Cap. CXXIII.

Fieri ſolet circa morborum ſolutiones, aut etiam vbi vires recolligunt ægri, circa vtrunque oculum aut circa alterum obſcuratio, vt vix videre poſſint, velut

per cali-

per caliginem quandam: & vt aliquando quædam ante A oculos videantur pilis ſimilia. at dum oculi conſiderantur puri apparent. Rariſſimè verò in talibus circumſtantiis, circulus pupillæ aut minor aut amplior reperitur. Ipſum porrò obſcurationis oculorum accidens, vt pluri mùm ſeminis in ſomno effuſione prægreſſa, iuxta morbi ſolutionem, aut refectionem eueſtigio incidit. Et eſt ſignum debilitatis ſpiritus viſiui ac neruoſæ partis. Itaque in perfecta corporis conualeſcentia, etiam viſus actio integrè reſtituitur. Quapropter à localibus auxiliis abſtinere oportet, & neque fomenta, neque illitiones adhibere: verùm refectorii totius corporis ductus vſu, hoc B ipſum accidens corrigere.

Fluxus ſanguinis narium in febribus curatio, Cap. cxxiiii.

Fluxum ſanguinis è naribus in quarta die in febribus ſientem, peſſimum ſignum Hippocrates dicit. multitudinem enim ſignificat in toto corpore aut in capite. De ſtillat enim ſanguis, aut ob cõpreſſionẽ, aut ob dẽſationẽ meatuũ: at verò vberior excretio eius multitudinẽ & laxare & minuere poteſt. paulatim igitur euacuationẽ facere C oportet inde vnde natura impetũ habet. Hac ratiocinatione facta, auſus fui in deſtillationibus in quarta die ſientibus, per graminis cauliculum, velut mos eſt, vaſa narium ſauciare. Non autem oportet modico fluxu contentum eſſe, ſed pro viribus detrahere: ſufficiente autem facta euacuatione, conſueto more eundem ſupprimere.

Veſicæ & vrinæ difficultatis curatio in febribus, Philumeni, Cap. cxxv.

In principio peſſimarum febrium etiam hoc accidit D vt veſica doleat, & paulatim ac cum dolore vrinam emittat. Et hoc non ſolùm moleſtum eſt, ſed etiam ſignũ quòd tota pars neruoſa doleat. eſt enim totum corpus crudioribus humoribus refertum. Confluit autem ex ipſo aceruata multitudo in veſicam, quæ amplius diſtenta ad actiones ſuas inefficax fit, & periculum ſuppreſſæ vrinæ inducit. Proinde imo ventri, pectini, ac inguinibus, lana pura oleo dulci calido aut ſicyonio imbuta imponatur. Præſtat autem rutam, & anethum, & apii ſemen in oleo cocta eſſe, aut cuminũ tritũ lanæ inſpergere. Si verò E dolor augeatur, etiã cataplaſmata poſt irrigationes adhibeatur. Et in inteſtinũ rectũ oleũ & butyrũ cũ fœnigræci decocto infundatur: in mulieribus verò, & in vterũ & in inteſtinũ rectũ. Si verò inflammatio vrgeat, & rubor multa caliditate in ſummo ventre appareat, etiam venæ ſectio aſſumatur. Diæta autem ſit tenuis & exquiſita. vtantúrque ptiſana, aut alica lota ex aqua mulſa, aut ouis ſorbilibus. Poſt hæc etiam micæ panis probè lotæ exhibeantur. deinde malua friabilis aſſumatur, & porrum capitatum pluribus aquis coctum: & piſces tenerrimi. Inſeſ F ſio quoque apparetur vſque ad vmbilicum & totos lumbos, ex artemiſiæ, fœnigræci, pulegii decocto, & oleo admixto. progreſſu verò temporis, caſtorium lanæ inſpergatur. Cæterùm potus ita affectis commodiſſimus eſt, poſt augmentum quietum, cucumeris ſatiui ſemen, quod præmaceratum decorticatur, & tritum datur cochlear. II. menſura cum aceti cyathis tribus. Et mouet quidem vrinam citra moleſtiam, dolores autem eueſtigio ſoluit. A reliquis autem vrinam cientibus, quamdiu febres perſeuerarint, in totum abſtinendum eſt, vt ne vrinæ copia G ad veſicam delata, ipſam diſtendat & malum augeat.

Lumborum doloris curatio, Cap. cxxvi.

Lumborum dolores fiunt plerunque in febribus prauis ſtatim ab initio, & permanentes maximas vexationes inducunt, & repẽtè diſſipati, periculoſiorem fore morbum indicant. Circa primos igitur dies irrigatione ex vino & oleo vtendum eſt. deinde ſpuma nitri, & vinum dulce mari mixtum, & oleum, ſimul vnita & lana ſordida excepta locis adhibeãtur. Tales autẽ irrigationes vehementiã quidẽ doloris mitigant, dolorem autem nõ H omnino tollunt. Progreſſu verò temporis venæ ſectione vtendũ eſt: deinde cucurbitæ adhibẽdæ poſtea: cataplaſmata parabimus ex ſemine lini & fœnogræco, & hoc in ſacculum coniectum lumbis ſupponemus, vt ſuper ipſo decubitus fiat. deinde irrigatio ex oleo rutaceo fiat, & cerata ex cyprino facta adhibeantur. Venter autem à principio facilè ſolubilis per cibos paretur. Vehementer autem prodeſt ipſis clyſter, ex decocto cucumeris ſyluestris & melle ſolo iniectus. euacuat enim pituitam, & citiſſimè alleuat, niſi vehemens fuerit febris.

Vlcerationis circa os ſacrum in febribus curatio, Philumeni, Cap. cxxvii.

In diuturnis & aliàs habitum eliquantibus febribus, conſumpta carne, ſuper nudis oſſibus decubitus fit, & eminentes maximè ipſorum partes, doloroſas & ægrè curabiles vlcerationes habent, eo quòd per ſtratum trahantur. Nõ ſolùm autem ob curationis difficultatem graues ſunt vlcerationes: (dilatantur enim & profundæ fiunt, & craſſa labia habẽt, proſerpúntque, & vſque ad nuditatem procedunt) ſed etiam notatæ ſunt à veteribus, velut hæc affectio perniciem portendat. Quapropter antequam immedicabilis fiat, curationem eius aggredi oportet. Primùm itaque vbi locus rubicundus & doloroſus fieri incepit, circulum laneũ iuſtæ magnitudinis loco ſubdemus, quò affecta pars per vacuum firmata, à compreſſione liberetur, & decubitus minimè ærumnoſus fiat. Poſtea verò ceratum ex roſaceo aut myrteo oleo paratum, quod recipit ſpumam argenti, ceruſſam, ordeum vſtum, imponemus: ſubiecto videlicet ex lana circulo. Idem faciunt etiam omnia ſedis cerata: & adhuc magis id quod reſidet in æreis vaſis in quibus aqua coquitur: quod velut teſta adhæret fundis ipſorum, ſi cerato roſaceo admiſceatur. reperitur autem eius copia in æneis balneorum vaſis. Item ceratum ex melle, quod quatuor hæc æqualiter recipit, ſpumam argẽti, oleum, ceram, mel. diluitur autem roſaceo, & mirificè facit. Adhibeatur etiam fomentum per ſpongias. Si verò inflammatio fiat, panis cataplaſma locis imponatur, cum ſolano, aut polygono, aut plantagine, aut braſſicæ foliis. Si verò paſcendo proſerpat vlceratio, lenticula cocta cum malicorio imponatur. Vtendum eſt & medicamentis ad nomas paratis, cum roſaceo dilutis. Item emplaſtro viridi Epigonii: & paſtillo qui Corax appellatur: & Andronis aut Muſæ paſtillo cum ſapa. Contracta autem & repreſſa noma, mitioribus communibus auxiliis vtendum eſt.

Vlcerationis circa ſcrotum & anum in febribus curatio, Philumeni, Cap. cxxviii.

Sæpe in ægrotantibus exulcerantur partes hæ, quandoque ob ſolam negligentiam: aliquando verò etiam à prauis & acribus humoribus, & malignis febribus. Itaque reperire eſt ita affectos, etiam mente læſos, & non percipientes dolorem, neque animaduertẽtes feruorem, niſi is qui curam ipſorum gerit, ex odore cognoſcat. Primùm itaque per ſpongiam fouendus eſt locus ex aqua leniter calida: deinde illinendus myrteo aut roſaceo oleo. & poſtea ſcrotum myrto ſicca læuiſſimè trita conſpergatur: deinde ex candido oui, cum ceruſſa & modico roſaceo aut myrteo illinatur, vt ne exareſcat. Si verò illitionũ inquinamenta non ferant, ceratum molle præparetur ex roſaceo quod ceruſſam & argenti ſpumam habeat, & vitellos ouorum coctos. Conuenit, etiam ceratum butyrinũ & quod ex anſeris aut gallinaceo adipe paratur: & emplaſtrum ſiue ceratum ex ordeo: & omnia ad ſedem parari ſolita. Si verò nome ſuccedat, vtendum eſt curatione in oſſis ſacri vlceratione relata. Cibi verò exhibeantur ipſis dulciores, pro facta de febribus coniectatione. Ventris quoque cura habeatur, maximè locis circa ſedem alleuatis.

Puſtularum in febribus curatio, Herodoti, Cap. cxxix.

In febrientibus aſſiduè fiunt puſtulæ circa labia & naſum, iuxta febrium ſolutionem. Verùm in principiis febrium non ſimpliciorum, ſed à prauis humoribus ortarum, circa totum corpus exoriuntur vibices ſimiles culicum morſibus: in malignis autem & peſtilentibus febribus exulcerantur, & quædam ad carbunculorum ſpeciẽ accedunt. Omnes autem multitudinis corrupti & habitũ erodentis humoris ſigna ſunt. Quæ verò in facie oriũtur, omnium maligniſſimæ ſunt. deteriores autẽ ſunt plures

quàm pauciores, & maiores quàm minores, & quæ citò delentur quàm quæ multo tempore durant. Deteriores item feruentes quàm quæ pruritus inducunt. Et quæ quidem ſuccedunt aluo ſuppreſſa, aut moderatas egeſtiones faciente, bonæ ſunt: quæ verò fluente aluo & vomitibus vexantibus fiunt, malæ: ſi verò ſuccedentes aluum reſiccent, bonæ. Sequuntur ad puſtulas, febrium malignitas, & plerunque etiam animi deliquia. Eas igitur quæ circa febrium ſimpliciorum ſolutiones fiunt circa labia & naſum, roſaceo illinere oportet per ſe, aut cum ceruſſa & ſpuma argenti. Confert etiam paſtillus ex croco, myrrha, & alumine, quem iridem vocant. & niger paſtillus qui recipit crocomagmatis, balauſtii, atramenti ſutorii, myrrhæ & aloes, ſingulorum partes æquales. Teruntur hæc cum vino velut collyrium, & in paſtillos efformantur, & vſus tempore cum aqua aut lacte illinuntur: aut cũ vino, vbi adſtrictionem augere voluerimus. Agglutinãtur autem hæc poſt illitionem: aut ſine hac, pellicula palmulæ oſſi adhærente, aut membrana oui. At verò puſtulæ vibices referentes curentur venæ ſectione in principio, ſi nihil impedierit. ſolent enim reuerſæ intra corpus periculũ afferre, ſi non per vomitus aut per aluum acrimonia ſecedat. Quapropter etiam aluus per ptiſanæ ſuccum, & oua, & oleum chamæmelinum molliatur. detineant autem veſperi infuſum per totam noctem. Sed & ciborum contractione vtendum eſt, quò vndique multitudo tollatur. At in acceſſionibus propter ſuccedentes circa ſtomachum vehementiſſimos morſus, aqua tepida data vomere iubemus, digitis aut pennis immiſſis. Cibi verò exhibeantur contemperandi vim habentes: velut eſt ptiſanæ ſuccus, aut alica cum aqua mulſa. Si verò febris ardens infeſtet, illinatur corpus aqua & oleo, nitro modico admixto. Puſtulas enim circa ſuperficiem retinet & materiam in profundo attrahit, & profunditatem refrigerat, & ſæpe ſudores excludit, qui acrium humorũ multitudinem in vaporem difflare poſſunt. Cæterùm in peſtilentibus & carbũculoſis, venæ quidẽ ſectionẽ adhibemus ſtatim in principio, nõ autem cibi cõtractionem. Fames enim peiorem materiam facit, & vires in his conſcindit, quas integras ſeruare volumus in omnibus febribus, maximè peſtilentibus. Si quidem igitur admiſerint loci, illinendæ ſunt puſtulæ pharmaco craſſo, ex roſaceo & ceruſſa, & thure ac vino dulciſſimo. aut ex ſpuma argenti & manna thuris cum roſaceo. reliquæ verò partes cerato integantur ex eadem materia parato. Conueniunt etiam ipſis omnia cerata & emplaſtra quæ ambuſtis adhibentur. & puſtulas quidem circa faciem, calidæ prolutione mitigabimus. Quæ verò in reliquo corpore ſunt, per ſpongias diutius foueantur, maximè prurientes. ſi verò ſerpentia fuerint vlcera etiam calcis viuæ parum admiſceatur: mirificè enim reſiccat, & ſerpiginem ipſarum ſiſtit. Quæ verò iam depaſcunt, lenticula cocta cum malicorio ac melle, aut plantagine, aut polygono, aut roſis cũ pane integantur. Bonum eſt etiam his caprinum lac, ad humorum prauitatem cõtemperandam. Oportet autem quartam partem lactis aquæ admiſcere, & ſimul coquere aſſiduè verſando donec dimidum de toto ſuperſit, quò neque in caſei naturam tranſiens exaceſcat, neque feruefactum nidoroſum fiat, propter febrem detinentem. Declinatione verò facta, per medicamentum purgatorium idoneum materiæ euacuentur. Poſtea autem antidotus theriaca detur aut mitridatica, aut alia quædam ad lethalia venena & virus eiaculantia facta. Nam humorum fortis mutatio per corruptionem facta, venenoſo pharmaco ſimilis eſt. Fiunt porrò aliquando puſtulæ magnæ colore albæ, modicum pruritum inducentes, redundantes in femoribus, natibus, lateribus, & ſumma ventris plerunque parte: originem autem ex multa lenta & alba materia habent. hæ verò cum toto corpore curantur. Neque enim grauem morbum minantur, ſi ſaltem modico victu quis vtatur. Quòd ſi febres in his vrentes fiant, commodum fuerit frigidam dare in exacerbationũ vigoribus, morbo in vigore exiſtẽte, niſi viſcera habeãt quæ facile lædũtur. Fiũt etiã aliquãdo puſtulæ rotũdæ, inæquales, ſubalbidæ aut ſubrubræ cũ eleuatione carnis, aut varis ſimiles, qui

A in facie oriri ſolent, & duræ ſunt, ac multum pruritum inducunt, vt vigiliarum cauſa fiant, dum indeſinens adeſt cupiditas ad ſcalpendum. Conſequuntur autem hæ plerunque ad febres intermittẽtes, & minimè grauem indicant morbum. quapropter conuenienti tempore æger in ſolium calidum intentè inſideat. Vtendum eſt & iis quæ foris illinuntur, velut eſt oleum myrteum aut lentiſcinum cum myrto, manna thuris, aut cimolia torrefacta, aut alumine, liquido, aut farina fabarũ. aut ſeſamũ tritum cum modico aceto illinito. Si verò pruritus vrgeant
B linteis crudis aut per ſpongias ex aqua feruente foueto: ſi autem exulceratæ fuerint, vtendum eſt ceratis ad ambuſta deſtinatis, præſertim eo quod ex ordeo paratur. Porrò quæ valdè rubræ ſunt, peſſimæ exiſtunt. His autem deteriores ſunt liuidæ, nigræ, & tumidæ, ſimiles exiſtentes carnibus compunctis: redundant autem in facie & pectore, & ventre, lateribúſque ac dorſo. Tales à principio aggredi non oportet, ſed differre. ſi enim non ſucceſſerit, in eum qui curationem aggreſſus aut pollicitus eſt, culpa recidit: ſi verò permanſerint hæ
C vſque ad vigorem, & non progrediantur in peius, non omnino negligere oportet, etiamſi rarò, attamen aliquando opem ferre, & opportuno tempore medicamẽta adhibere, atque magna animaduerſione curare. Quæ enim poſt mortificationem ſuperficiei ex alto emergũt, quid aliud ſignificarint, quàm vitam aliquo modo ab internis efferri?

De tremoribus in febribus, Herodoti, Cap. cxxx.

IN malignis febribus fiunt tremores. cõflãtur enim ex vitiato victu, & frigidæ potu, & poſcæ ac multi vini, &
D ex immodico rei venereæ vſu, ac ſimilib⁹. Abſtinẽdũ itaq; eſt ab iis quæ nocuerũt, & exhibẽda quæ prodeſſe poſſunt. neceſſe eſt autem omnino affectam eſſe in omnibus ſpinalem medullam. Quapropter tota ſpina contegenda eſt, & affectæ partes, lanis ſicyonio aut potius gleucino imbutis: aut cerato liquidiore aliquo talium parato: aut ex oleo rutaceo. rigandum eſt etiam caput in primis diebus oleo dulci: ſi verò protrahatur morbus, anethino in acceſſionum interuallis. Deinde ad-
E hibeantur cucurbitæ à primo verticulo vſque ad lumbos, impoſitis cataplaſmatis iiſdem partibus vnà cum præcordiis, ex cruda ordeacea farina oleo & aqua diluta ac cocta. Integantur autem hæc lanis oleo veteri aut ſicyonio imbutis. cibi exhibeantur ſorbiles calidi. Prouidendum etiam vt facilè ſolubilem faciamus aluum, permanendúmque in hoc ductu, donec febres minuantur aut ſoluantur. Progreſſu verò temporis ſi peruaſerint tremores, communis auxiliorum modus velut in aliis tremoribus adhibeatur, ita vt alternis in olei calidi ſolium loce-
F mus, & ante ſolii inſeſſum, & poſtea ſicyonio aut antiquo oleo illinamus. aliquando etiam caſtorium vnguento admiſcendum eſt. Si verò perſeuerarint dolores, etiam in potu exhibeatur caſtorium. & ceratum imponatur ex ipſo paratum: & communia vnguenta ad reſolutiones in vſum aſſumantur.

De conuulſionibus in febribus, Galeni, Cap. cxxxi.

COnuulſiones plerunque fiũt propter repletionem neruoſarum partium, qua ratione etiam fortiter inflam-
G matis accidere ſolent: inſupérque ob mordacem tenuem humorem neruoſas partes erodentem: & propter fortem frigiditatem congelato ſimile quiddam afficientem. fit etiam conuulſio ob excellentem ſiccitatem. Sequitur autem maximè ad pernicioſas phrenitidas, & tum propter febris vehementiam, tum intentos & agreſtiores motus. Et ex iis qui ſic conuulſi ſunt neminem ſeruatum eſſe, ipſe vidi, neque qui vidiſſet audiui. proinde prædictæ tres conuulſionis ſpecies curantur. Incurabilis eſt autem ea quæ ob neruoſarum partium fit ſiccitatem. Aliquando
H verò in ore ventris humor tenuis, & acris, ac maximè æruginoſus, conuulſiones fortes & ſyncopam inducentes efficit, vt frigidæ exudatioues fiant. In iis aqua tepida in potu oblata, digitorum aut pennarum immiſſione, vomitum mouemus. Si verò circa inteſtina morſus ſenſus contingat, ptiſanæ ſuccum per clyſterem iniicimus. Da-

mus autem cibos ægrè corruptibiles,velut eſt alica cũ mali punici granis,& ſimilia.Si verò nihil tale fiat,cõuulſiones per totum corpus fientes ſimiliter vt tetanicos,qui antrorſum ac retrorſum cõuellũtur,curabimus.In partialibus verò primùm partes contractas blandè contrectabimus,& dolores ipſarum mitigabimus,molliterque fricabimus oleo ſicyonio antiquo calefacto. Si verò adhuc perſeuerent, etiam caſtorium admiſceatur,& reliqua relaxantia vnguenta adhibeantur. Qui verò ob ſiccitatem conuelluntur,propter febris violentiam, & præſertim delirio præſente,iis lauandum eſt caput multa calida dulci ac temperata aqua. Manus quoque ac pedes multa calida perfundantur: deinde oleo dulci calefacto caput irrigetur,& manus ac pedes illinantur, & amiculis foueantur, & quies inducatur.Quòd ſi ſanguinis multitudo adſit,& conuulſionẽ inducat,vena ſecanda eſt, deinde cucurbitæ affigendæ cum ſcarificatione.Et ſi quidem crura fuerint contracta,poſtremo verticulo cucurbita affigatur. Manibus verò conuulſis,ſeptimo verticulo, & ei quod humeri articulo ſubiectum eſt,cucurbitas affigemus. Si verò toto corpore ab affectione immuni labium contrahatur aut palpebra,graue hoc accidens ducendum eſt. Detractiones autem ſanguinis per cucurbitas in his fiant à ceruice & primis duobus verticulis.caput verò oleo anethino calido irrigetur. Vbi autẽ tempus balnei opportunum apparuerit, lauentur,& in aquæ potu adhuc ſeruentur. ſi verò vinum exhibere opus fuerit, modicum & aquoſum præbeatur.

De iucundis ac commodis potionibus in febribus, Philumeni, Cap. cxxxii.

DVplex robur & admirandum ſimul auxilium exhibet id quod etiam naturæ ob iucunditatem gratum exiſtit. Venter enim vbi quod blandum eſt ſuſcepit & in ſe complexus eſt, tenet & probè concoquit pro viribus, maximè ſi fuerit quantitate moderatum. Excitatur enim natura, & actiones ſæpe ab affectionum feritate miſerè afflictas ſuſcitat, ac morbo repugnat iuxta duplicem modum: ipſum quidem malum palàm contrarietatis natura caſtigans: vires autem animal gubernantes conſolans, & excitans,ac fortificans ad ſuperandum morbum.Omnes igitur homines vtplurimum dulcibus gaudent potibus, & præſertim ſi adſtrictionem & caliditatem, & quaſdam eiuſdem generis qualitates habuerint admixtas: quale eſt vinum dulce, & vinum mulſum. verùm hos potus non tutum eſt in febribus exhibere. At eos quos nunc referemus, etiamſi magna animaduerſione opus habeant, tutius tamen quàm prædictos exhibere poſſumus.

De potione pharmaci ex capitibus papaueris, Galeni, Cap. cxxxiii.

SVmatur autem in manus medicamentum ex papaueris capitibus,quod optimum potu eſt iucunditatis gratia,& optimum ad calidas ac magnas affectiones circa viſcera conſiſtentes, & totum corpus apprehendentes. Item febricitantibus & cholericis in quibus bilis infernè ac ſupernè erumpit, affectionibus. & iis qui deliriis in febribus ac vigiliis affliguntur.Prodeſt & tuſſi frequenti ex tenui fluxione factæ, quæ ex capite calidiore in pectus deſtillat. Præparatur autem hoc modo: Capita papaueris moderatæ magnitudinis decem numero vnà cum ipſo ſemine,recentia,neque valde mollia, neque dura,in aquæ pluuiæ optimæ ſextario vno per diem ac noctem macerare oportet: deinde ad ignem non fumantẽ coquere,donec flaccida appareant:& expreſſo liquore,& per pãniculum rariorem excolato, mellis optimi deſpumati dimidiam aquæ menſurã admiſce, & agitando coque ad compagem mellis Attici.Præſtat autem per paſſum Creticum,aut per ſapam,mellis loco præparare, vbi fluxus fuerit valdè tenuis. Admiſceo etiam aliquando ad hoc pharmacum glycyrrhizæ radicem, vt vnà cum papaueris capitibus coquatur: ſi verò hæc non affuerit, ſuccũ ipſius ſiccum iniicio. Si verò continetur in pulmone humor delapſus eductione indigens, melius eſt per mel ipſum parare. datur moderata menſura duorum cochleariorum. Augebis autem & minues copiam, pro corporis

A magnitudine cui id exhibes, & pro ætate, anniſque tempore ac regione. In omnibus enim his ad frigiditatẽ declinantibus,minimũ dabis: ad caliditatem verò,plus. Sed & deſtillationis quãtitatis ac qualitatis reſpectu, plus aut minus dabis. Certè ex eo quod ex capitib⁹ papaueris Thebaici præparatur,datur ad ſummũ vncia vna. talis eſt deſcriptio Galeni huius pharmaci. Ego verò ſemper in vſu eius quod ex paſſo præparatur perſeuero, aliquando mel admiſcẽs ad eius exhibitionẽ, aliquãdo acetũ mulſũ,aut mel roſaceũ,aut omphacomeli,aut aliũd quoddã pharma B cũ hepaticũ,aut ſplenicũ,aut ſtomachicũ,& vires eius ad præſentẽ ſẽper affectionẽ transmutãs. Exhibeo autẽ ipſũ non ſolùm ſomno indigentibus,ad veſperã,& ad tuſſim: ſed etiam inſania laborantibus poſt venæ ſectionẽ,& febrientibus vehemẽter, & quibus os vẽtris intolerabiliter peruſtũ eſt,& in igne ſacro atque aliâs calidâ affectione thoracis & pulmonis: hepatis itẽ ac inteſtinorum & meſenterii: Et non ſolùm ſemel,ſed iterum: & non ſolùm in febrium vigore,ſed etiam ante vigorem,& ante manifeſtam concoctionẽ, in quibus vigiliæ, aut caliditas a- C cris & magna hominem affligunt. Præſtat autem ea quæ ſexcenties feci, in huius pharmaci exhibitione recenſere. Etenim in febribus putridis ante morbi vigorem, & in iis qui ex hepatis, aut ſplenis,aut pulmonis affectionibus ægrotant,acetum mulſum ſimplex exhibitioni eius admiſceo.In vigore verò febriũ, omphacomeli, aut mel roſaceum adiicio.In rarioribus quidẽ corporibus, & qui os ventris debilius & non appetens habent,omphacomeli: iis verò qui dulci potu gaudent,& qui medicatum ali- D quem humorẽ,aut borioſum in ventre habent,mel roſaceum. atque hæc quidẽ in febrilibus affectionibus. Vrinæ autem ſtillicidium ex vrinarum acrimonia obortum, magnificè ſedat,maximè in balneo,& ante balnei ingreſſum largè datum. in quibus etiam victus rationem pleniorem & melioris ſucci eſſe iubemus. Sed & in nephriticis ac lumbis calidioribus medendi vim habet. At verò iis qui vrinæ profluuio laborant,& quibus bilis ſupernè & infernè erũpit,exhibeo frigida admixta,præſertim in calidioribus tẽperamentis. Oportet autem in bilis E ſupernè ac infernè effuſione, habitum corroborare forinſecus per adſtringentes irrigationes, & ſimilia: atque ſic pharmacum exhibere, cum omphacomelite calido temperatũ. Si verò thoracẽ humoribus repletum per tuſſim euacuare volueris, acetum mulſum variè ad eius exhibitionem admiſceto, & calidum exhibeto.

Omphacomelitis præparatio, Cap. cxxxiiii.

BOtri vuæ aceruæ accipiantur qui iam matureſcere incipiũt.Deinde in domo tẽperie moderata ad biduũ vel triduum expandãtur,& reſiccati exprimãtur,& liquor F vaſe vitreo excipiatur, & optimi mellis deſpumati pars vna ad tres ſucci partes admiſceatur,& ad dies aliquot ad ſolem exponatur hoc pharmacum, donec feruere deſiuerit ac quieuerit. deinde in domo ſuperiore ſeruetur ne putreſcat.Hæc autẽ proportio tibi pro regula ſit in optimo melle & optimo vuarũ acerbarũ ſucco. Augebis autẽ & minues quantitatẽ mellis,pro tenuitate aut craſſitie ſucci. Vtendũ eſt ipſo in tenuibus ac diuturnis vẽtris fluxionibus ob calidas affectiones factis: & in iis quibus os vẽtris appetentiã nullã habet,propter caliditatẽ: & in his q̃ G humectũ ſtomachũ habent,poſt vẽtris per vomitus euacuationẽ.Et in prægnãtibus mulieribus, & quæ terrã aut carbones, aut alia quædã aliena edũt, vbi per picrã ex aloe purgationẽ feci, omphacomeli exhibeo. Bonũ eſt & iis qui ob excedentẽ vẽtris euacuationẽ, animo linquũtur.

Mellis roſacei præparatio, Cap. cxxxv.

MEl roſaceum tres partes ſucci roſarum exunguium excolati accipit,& mellis partem vnã. Coquitur autem ad ſolem calidum expoſitum ad plures dies,eodem modo quo omphacomeli.& poſtea adſeruatur.Si verò tur- H bulentus fuerit aer, aut frigidior, quando mel roſaceum paras,admixto optimo melle ad roſarũ ſuccũ,& per rarũ panniculum ſiue linteum excolato, ſimúlque ad lentum ignẽ coquito,donec quartã aut tertiã ſucci partẽ cõſumpſeris,atque ſic exceptum medicamentum velut dictum

eſt adſeruato: & vbi calidiorem viderit aerem,velut om A phacomeli inſolato. Adſtringit equidem leniter, & propterea frigefacere poteſt. habet & vim exterſoriam ex melle. Habet & ſubamarum quiddā & leniter acre: vnde ori cōmodū eſt calidā quandā inflāmationē habēti,propter calidi fluoris influxū,itémque in acribꝰ ac bilioſis fluxionibus in vētre: vbi videlicet affecti prius vomuerint. Exhibemꝰ etiā ipſū iis qui vētre exurūtur citra humorū ſuperfluitatē, atque hoc abſque vomitu. Itē febricitantibus,vigore iā totius morbi inſtāte,& particularis exacerbationis. B Sæpe enim in febrilibus morbis etiā vnica potio larga ſufficit in cōuenieti tempore data, ad affectionis ſolutionem,tum per ſudorum eruptionem, tum per ventris ſubductionem. Inter reliquos enim potus,mel roſaceum conuenientiſſimum eſt iis quibus acres humores per ventrem ſubire velis.

Hydroroſati præparatio, Cap. CXXXVI.

ROſarum recentium exūguium,& per diem ac noctē præſiccatarum libram vnam,mellis ſextar. I. aquæ pluuiæ ad tertias decoctæ ſextar. III. commiſceto hoc modo. C Aquæ pluuiæ ſextar. IX. coquito donec tres reliqui fiant,& ad ablatam ab igne aquam feruentem præſiccatas roſas iniice,& vas pluribus operimentis probè contectum aſſerua. Sequenti verò die aquam excola, & roſas non expreſſas abiice,vt ne aſpera aqua fiat, & coniecto melle in mortarium,ac probè trito, aquam cum ipſo vnito,& fictilibus vaſis præſertim recentibus ac crudioribus excepta,ad paucos dies inſolato, & in domo in qua vinum repoſitum eſt adſeruato. Hoc multo magis quàm mel roſaceum frigefacit.

D Apomelitis præparatio, Cap. CXXXVII.

APomeli ſic præparare oportet. Fauos accipe melle plenos,colore quidem albos, verùm mel pellucidū continentes,& mel ipſum manibus exprime, & ad aquā fontanam optimam admiſce. Et ſi quidem craſſius fuerit mel,quatuor aquæ partes ad vnā mellis admiſcemꝰ: ſi verò liquidiſſimū fuerit mel,tres aquæ ad vnā mellis adiicimus: ſi verò ſicciores tibi videbūtur faui, ipſos in tenues partes cōminutos in menſuratā aquā mitte, & manibus ſufficienter tere,exprime,excola,& metire, & cognoſces E quantum mellis addere oporteat. Deinde in ollam nouā mittimus, in qua prius aqua fuerit ferueſacta, propter terream qualitatem, & ad ignem non fumantem coquimus, detrahentes ſemper inter ebulliēdum inſidentem ſpumam, aut ceroſam partem. Poſtquam autem neque ſpuma,neque quicquam fæcis ſuperſtiterit,& octaua aut ſeptima pars de tota menſura deceſſerit, ollam ab igne tollimus ac frigefieri ſinimus. Et poſt perfectam perfrigerationem,ſequenti die id quod ſupernè fluitat detrahimus, & in vaſa fictilia recentia ac crudiora tranſfundi- F mus, & in vinaria cella adſeruamus. Eſt autem apomeli exterſoria ac inciſoria vi præditum, & bilioſa per aluum ducit,& ad vrinam ciendam conducit,& febres putridas ad ſolutionem præparat. calidis tamen & ſiccis naturis aduerſatur. Et in morbis calidis,& præcordiis inflammatis nociuum eſt. & neque ſitim ſedat,imò etiam auget. Dandum eſt autem ante ſorbitiones. nam poſt cibum datum,nociuum eſt.

Hydromeli & cruſtuminati præparatio, Cap. CXXXVIII.

G HYdromelum ſic præparatur: Succi malorum lib. VI. mellis lib. XII. aquæ ad tertias decoctæ lib. XVIII.

Alia præparatio. Malorum dulciſſimorum & odoratiſſimorum,ac friabilem carnem habentium, corticem & interna grana detrahito: deinde contuſa exſuccato, & ſuccum per pāniculum purum ac denſiorem excolato. Sumito autem ſucci ſextar. I. mellis ſextar. II. aquæ pluuialis in coctura ad tertias redactæ ſextar. III. Poſtquam igitur præcoxeris aquam ad tertias, adiice ad ipſam mel, & vbi efferbuerint ſimul, ab igne ablata quodammodo frigefieri ſinito,& ſic omni ſpuma detracta, malorum ſuccum adiicito, & vaſis fictilibus excipito, oblinito, & in cella vinaria reponito. vtimur autem eo poſt dies quadraginta. Quum autem roſas exungues ad hydromelum admiſcere volueris, vnciam roſarum per diem ac noctem in ipſo macerato,deinde excolatum adſeruato. bonum enim colorem inde acquirit,& non aceſcit. Eodem verò modo etiam ex cruſtuminis,& aliis pirorum generibus præparare potes.

Cydonati præparatio, Cap. CXXXIX.

PRæparatur etiam ex malis cydoniis magnis, cortice & internis granis exemptis,deinde contuſis & exſuccatis,& ſucco per pāniculum excolato. Sumantur autem ſucci ſextar. IIII. mellis ſextar. VIII. aquæ pluuialis ad tertias decoctæ ſextar. XII. Primùm itaque aquæ ſextar. XXXVI. coquimus,& vbi reliqui fuerint ſextar. XII. mel adiicimus,& quum ebullierint,ablatā ab igne ollam aliquatenus frigefieri ſinimus: poſtea detracta, ſuperſtante ſpuma, ſuccum cydoniorum adiicimus, & vnita excipimus,ac velut hydromelum aſſeruamus. Aliquando verò vt ne præparata potio corrumpatur in hyeme propter frigus, mel prius deſpumamus, & ſuccum excolatum ad ipſum iniicimus, & in fictili oblito per totam hyemem ſeruamus. Poſtea in vere aquam ad tertias decoctam, velut dictum eſt,accipimus,& mel cum ſucco ipſi admiſcemus,atque ſic vtimur. Idem faciemus etiam in malis, & cruſtuminis,ac aliis piris. Quomodocunque verò præparauerimus cydonatum & hydromelum, & ante hyemem & poſt hyemem, inſolamus ipſum per dies quadraginta, cauentes ab imbribus ac ventis, & ſic in vinaria cella reponimus. melius igitur eſt præparare id quod cum melle ſeruatur ſub caniculæ æſtu. Poteſt etiam roſarum exunguium, & per diem vnam ſiccatarum vnc. I. ad ſextariū mellis deſpumati adiici,& aqua,velut dictum eſt, ſub canis æſtu coqui, & vniri & ſic excolari,ac per dies quadraginta inſolari. Conuenit hoc quod ex ſucco malorum cydoniorum præparatur,morbis qui adſtrictione & exterſione opus habēt,qui internis partibus exulceratis fiunt, ore,ſtomacho,ventre,& inteſtinis. Auxiliatur etiam ſcabiei in venis, & renibus ac veſicæ in quibus furfuraceæ ac ſquamoſæ & capilliformes vrinarum ſunt ſubſidētiæ.

Aceti mulſi præparatio, Cap. CXL.

ACetum mulſum componitur ex optimo melle, & pellucidiſſimo aceto,ita vt ſint mellis partes duæ, aceti pars vna. Hæc proportio pluribus corporibus conuenit. variari tamē poteſt ſemper pro guſtus & temperamēti ægroti ratione,vt habeat quod blandum ac gratum eſt naturæ. coquitur ad mellis compagem, & exhibetur calida temperatum. Potatum exterget viſcoſos humores, & craſſos attenuat: quapropter viſcera omnia ab obturatione liberat,hepar, ſplenem, ventrem, meſenterium, & renes. commodum eſt enim iis, ſiue in febribus,ſiue citra febres detur. Aquæ verò multæ admixtione, vehementia virium ipſius exoluitur. Tuſſim autem mouere quæ non eſt,& inteſtina radere acetum mulſum, Hippocrates & Galenus dixit: non in corporibus craſſis & glutinoſis humoribus refertis,ſed puris & non redundantibus ſuperfluitatibus: aut iis quæ ex tenui & acri fluxione laborant,& quæ neruoſas partes valde ſubtili ſenſu præditas habent.

INDEX

DE hydrocephala affectione, Cap.I.
De phrenitide, Cap.II.
De lethargo, Cap.III.
De catocha & catalepſi, Cap.IIII.
De caro, Cap.V.
De comate, Cap.VI.
De vertiginoſis, Cap.VII.
De inſania, Cap.VIII.
De melancholia, Cap.IX.
Curatio melancholiæ, Cap.X.
De inſania lupina aut canina appellata, Cap.XI.
De incubo, Cap.XII.
De morbo comitiali, Cap.XIII.
Quæ arguunt morbum comitialem, Cap.XIIII.
Quæ collabentes comitiales excitant, Cap.XV.
Auxilia ad comitiales, Cap.XVI.
De iis qui ex ſtomacho primariò affecto, comitialis morbi modo conuelluntur, Cap.XVII.
De iis qui ex parte aliqua habent morbi comitialis cauſam, Cap.XVIII.
Curatio ſenum ac puerorum comitiali morbo correptorum, Cap.XIX.
Curatio valde ſenum comitialium, Cap.XX.
Curatio puerorũ recens natorũ comitialiũ, Cap.XXI.
De fatuitate, Cap.XXII.
De memoria amiſſa, Cap.XXIII.
De commorſis à cane rabioſo, aut iis qui aquam timent, Cap.XXIIII.
De cerebri inflammatione, Cap.XXV.
De eryſipelate cerebri, Cap.XXVI.
De ſyderatione, Cap.XXVII.
De reſolutione, Cap.XXVIII.
De ſupercilii aut palpebræ reſolutione, Cap.XXIX.
De conuulſione canina, Cap.XXX.
Linguæ reſolutæ curatio, Cap.XXXI.
De inſtrumenti vocalis reſolutione, Cap.XXXII.
Deglutionis reſolutæ curatio, Cap.XXXIII.
Veſicæ reſolutæ curatio, Cap.XXXIIII.
Colis reſoluti curatio, Cap.XXXV.
Inteſtini recti reſoluti curatio, Cap.XXXVI.
Cruris aut alterius cuiuſdam membri reſoluti curatio, Cap.XXXVII.
De conuulſionibus aut diſtentionibus, Cap.XXXVIII.
De tetano ſiue diſtentione & conuulſione, Cap.XXXIX.
De capitis dolore diſtinctiones, Cap.XL.
De dolore capitis ex ardore aut caliditate oborto, Cap.XLI.
De dolore capitis in febribus, Cap.XLII.
Ad capitis dolorẽ ex ebrietate & meri potu, Cap.XLIII.
Perfrigerati capitis medelæ, Cap.XLIIII.
De capitis dolore à ſtomacho, Cap.XLV.
Quæ ex natura capitis dolorem inducunt, Cap.XLVI.
Ad dolorem capitis ob plagam, Cap.XLVII.
De cephalæa, Cap.XLVIII.
De hemicrania. Cap.XLIX.
Communis curatio cephalææ & hemicraniæ, Cap.L.
Epithemata ad capitis dolorem, Cap.LI.
Quæ naribus indita caput purgant, Cap.LII.
Apophlegmatiſmi pituitam per os à capite detrahentes, Cap.LIII.
Smegmata & puluilli inſperſiles, caput denſantes, Cap.LIIII.
De alopecia, Cap.LV.
De defluuio capillorum, Cap.LVI.
Ad ſupercilia pilis denudata, Cap.LVII.
Tingentia ac nigrefacientia pilos, Cap.LVIII.
Vt fului pili fiant, Cap.LIX.
Vt albi pili fiant, Cap.LX.
Vt criſpi pili fiant, Cap.LXI.
De iis quæ pilos corrumpunt, Cap.LXII.
Quæ pilos extirpant, Cap.LXIII.
Pſilothra pilorum, Cap.LXIIII.
Quæ pilos attenuant, Cap.LXV.
De furfuribus ſiue porrigine, Cap.LXVI.
De morbo pediculari, Cap.LXVII.
De achoribus & reliquis puſtulis capitis, Cap.LXVIII.
Ad capitis ſcabritiem, Cap.LXIX.
Ad parua & dẽſa ac rubicũda capitis vlcuſcula, Cap.LXX.
Reſiccãtia ac cicatricẽ inducẽtia achoribus, Cap.LXXI.
Smegmata ad achoras, furfures, aſperitatẽ, & ſcabritiem, Cap.LXXII.
De aurium affectionibus, Cap.LXXIII.
Ad dolores ex frigiditate, Cap.LXXIIII.
Ad dolores ex aqua medicata, Cap.LXXV.
Ad dolores ob humorum craſsitudinẽ, Cap.LXXVI.
Ad aurium ſordes, Cap.LXXVII.
De ſonitu aurium, Cap.LXXVIII.
Ad auditus difficultatem ac ſurditatem, Cap.LXXIX.
Ad aurium inflammationes, Cap.LXXX.
Ad aures abſque vlceratione humectas, quæ velut exundant, & ſeorſum humorem excludũt, Cap.LXXXI.
Ad vlcera in meatu auris, Cap.LXXXII.
Ad corruptiones ac fœtores aurium, Cap.LXXXIII.
Ad ſuperexcreſcentes in aurium vlceribus carnes, Cap.LXXXIIII.
Ad vermes in auribus, Cap.LXXXV.
Ad ſanguinis ex auribus eruptiones, Cap.LXXXVI.
De calculis aut aliis corpuſculis in aurem illapſis, Cap.LXXXVII.
Ad affectiones aurium extra meatum, Cap.LXXXVIII.
De parotidibus, Cap.LXXXIX.
De narium affectionibus, Cap.XC.
Ozænarum curatio, Cap.XCI.
Polyporum curatio, Cap.XCII.
Ad vlcera in naribus, Cap.XCIII.
Ad ſanguinis è naribus eruptionem, Cap.XCIIII.
Quomodo ſanguis è naribus eliciatur, Cap.XCV.
De narium obturatione & odoratus oblæſione, Cap.XCVI.
De ſternutatoriis, Cap.XCVII.
Ad ſedãdas redũdantes ſternutationes, Cap.XCVIII.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICInæ, Tetrabibli, ſiue quaternionis ſecundi, Sermo ſecundus.

De cerebri, capitis & neruorum affectionibus, aurium item ac narium.

De hydrocephala aquoſa capitis affectione, Leonidæ, Cap. I.

HYdrocephala affectio appellata eſt ab aquoſo humore in capite collecto. Plerunque igitur aquoſus humor colligitur: aliquando autẽ fæculentus aut cruentus. Sẽper verò lentus cõſiſtit, aut ex obſcura aut ex manifeſta cauſa. Ex obſcura quidem, localibus vaſis ſua ſpõte rarefactis, & aquoſa in ipſis eſſentia quæ cũ ſanguine permixta eſt, & depulſa, & in vnũ locũ cõgregata, atq; ex huiuſmodi cauſa aquoſus humor colligitur: at verò ex manifeſta cauſa fit, vaſis localibus ex plagã aut cõtuſione ruptis, & ſanguine in ipſis prætereffuſo, & deinde rarefacto, ac in eſſentiã fæculẽtã aut cruẽtã diſſoluto. Frequẽtiſsimè verò fit hæc affectio ex tali cauſa in infantibus, quũ obſtetrix fũctionis ſuæ inexperta, & duriore manu rẽ tractãs, corpora aliqua in capite infantis attriuerit. Colligitur autẽ hic humor in hydrocephalis, aut

inter cutẽ & mẽbranã caluã ambientẽ,ſiue muſculũ tem
porũ: aut ſub mẽbrana caluã ambiente,inter ipſam & os
capitis:aut ſub calua,inter os & cerebri mẽbranã.Maiores
autẽ noſtri dicũt, etiã inter cerebri membranã & ipſum
cerebrum colligi id quod perniciosſum exiſtit. Si qui-
dem igitur lentus humor fuerit collectus ſub cute extra
membranam caluam ambientem, aut inter hanc mem-
branam & os capitis,tumor adeſt iuxta capitis partem v-
bi collectio facta eſt concolor, citra dolorem, mollis ad
tactum,cedens ac tranſiens ad digitorum contactum. Et
ſi quidem ſua ſponte fiat,ab initio doloris exors & conco
lor eſt locus:ſi verò ex plaga,aut contuſione,primùm qui
dem rubicundus & doloroſus fit tumor,poſtea verò len-
teſcente humore & in tenuem eſſentiam tranſeunte, tu-
mor concolor citra dolorem euadit. At vbi collectio ſub
calua facta eſt inter os & membranam cerebri, ab initio
dum modicus eſt humor, caput grauatur, & vertigines
aſſiduè fiunt, & ſenſus hebetantur, viſus inquam,auditus,
& reliqui. Quum autem redundarit humor,ſuturæ capi-
tis ob multitudinem diſparantur, & propterea caput ma-
gnum fit,& locus collectionis apparet. humor enim ad
digitum cedit.In communi igitur in collectione ſub cu-
te,& in ea quæ inter membranam caluam ambientem
& ipſum caluæ os fit, iiſdem aggreſſionibus vtimur ad
humoris excretionem.Et ſi quidem paruus eſt tumor, a-
pex ipſius vnica ſectione diuiditur:ſi verò maior,duæ aut
tres ſectiones fiunt,aut plures iuxta magnitudinis propor
tionem,in locis ad effluxionem commodis. Non opor-
tet autem velut in abſceſſibus, poſt chirurgiam limni-
ſcos tranſmittere,ſed ipſas ſolas ſectiones linamentis diſ-
parare. Nam poſt humoris excretionem corpora in his
facilè agglutinantur: quapropter linamentorum vſu in
ipſis contenti ſumus.Poſt indita linamenta,ſi infans fue-
rit cui chirurgia adhibetur, deligationẽ propter grauita-
tem recuſamus, verùm lana ouo imbuta imponatur,&
caput pileo contegatur. In robuſtioribus autẽ linamenta
forinſecus cuſtodiantur,& deligatio fiat.Poterit autem à
tertia die conglutinatio adiuuari per emplaſtrum quod-
dam glutinatorium. Quòd ſi ſub temporum muſculo
collectio fiat,expectare oportet donec humor redundet,
vt ne muſculus incidatur: & poſtea à lateribus muſculi
ſectionem facere. Et ſi quidem humor in profundo ſub
muſculo contineatur,duæ ſectiones fiant vtrinque à lateri
bus muſculi ipſius: deinde corpuſcula ſecurè per ſcalpelli
manubrium excoriẽtur.poſt totius autem humoris excre
tionem,curatio fiat,velut dictum eſt.At ſi ſub calua colle
ctio facta fuerit,itidem expectare oportet,& quum redũ-
dauerit humor & ſuturæ fuerint diſparatæ, faſtigiatum
locum diſſecare, & conſequenter facere velut in capitis
ſuturis diſparatis.

De phrenitide,ex Poſidonio. Cap. II.

PHrenitis, inflammatio eſt membranarum cerebri cũ
febre acuta,delirium & mentis perculſionem indu-
cens. Raró autem ab initio phrenitis cum febre irruit:
plurimis verò à quarta aut quinta aut ſexta incipit,& ad-
huc ſerius,cum ipſo ferme periculo incidens, vt iam ali-
qui ſeptima,aliqui nona delirare inceperint.Differentiæ
autem phrenitidis plures ſunt, ſed tres principaliſsimæ:
Aut enim imaginatiua facultas ſolùm læſa eſt,ſeruatur au
tem ipſis ratiocinatiua & memoria:aut ratiocinatiua ſo-
lùm læſa eſt,ſeruatur autem imaginatiua & memoria:aut
etiam imaginatiua læſa eſt,ſeruatur autem memoria. At
verò vbi memoria deperdita in febrilibus morbis,ſimul
perit omnino & ratio & imaginatio. Proinde anteriore
cerebri parte læſa,imaginatio ſolùm læditur: medio ve-
rò cerebri ventriculo læſo, ratio peruertitur. Poſteriore
autem circa occipitium parte læſa,perit memoria,&cum
ipſa omnino etiã reliquæ duæ facultates. Quibus igitur
imaginatio læſa eſt,hi iudicant quidem rectè,imaginan-
tur autem peruerſé: quibus verò ratio ſolùm læſa eſt,ima
ginantur quidem rectè,iudicant autem non rectè: qui-
bus autem memoria læſa eſt, nullius antea factorum me
minerunt,imò neque omnino rectè imaginantur,neque
iudicant. Conuenit itaque parti magis læſæ auxilia ad-
hibere,& tamen neque alias negligere. De memoria ita-
A que perdita priuatim paulo pòſt dicemus:nũc verò quo-
modo phreniticos curare oporteat dicendum eſt.Æger
igitur decumbat hyeme quidem in domo tepida: æſtate
verò, frigida. quies autem imperanda eſt & ipſi ægroto,
& omnibus in domo & vicinis.Et qui quidem ad lucem
efferãtur,in tenebricoſa domo decumbant: qui verò ad
lucis ſplendorem reſipiſcunt, in lucida domo degant. Si
quidem igitur phrenitis cum febre ab initio in prima
die,aut ſecunda,vſque ad quartam irruat,& non ex tranſ-
mutatione alterius morbi ſuccedat,& vrinæ fuerint ſub-
B cruentæ,& facies rubicunda, & ætas vigoris,& bona cor-
poris habitudo adeſt,& omnia ſigna ſimul indicant ſan-
guinis multitudinem:vena cubiti ſecetur,ea quæ media
eſt,& pro viribus detrahatur,& non vſque ad animi deli-
quium. Minus autem quàm oportet auferatur, ob pluri-
mam quæ in ipſis ex vehementi motu contingit diſcuſ-
ſionem ac exhalationem, & propter laſſitudinem. Sed
& ſectio moderata fiat,vt ne æger clanculum brachii vin
culum exoluat. conſequitur enim periculum ſanguinis
C eruptionis. Quòd ſi ob aliquam cauſam, venæ ſectionis
auxilium relinquatur,per clyſteres ventrem euacuare o-
portet,cum furfurum aut ptiſanæ ſucco, modicáque ni-
tri ſpuma ac pauco melle.Caput autem roſaceo magis te
pido irrigetur. nam cerebri membrana inflammata,fri
giditas roſacei non eſt tuta: imò neque caliditas. Frigi-
dum enim denſat meatus, & ſuperfluitates in capite diſ-
cuti non permittit. quod verò valde calidum eſt,feruo-
rẽ duplicat.Quare æſtate exactè tepidũ roſaceũ adhiben-
dũ eſt,cũ modico aceto:hyeme verò moderatè calidum.
D Commodum eſt & chamæmelinum ex æquo ipſi admi-
xtum, ſi ambiens frigidior fuerit. Si verò vehemen-
tius fuerit delirium poſt factam euacuationem, velut di
ctum eſt,per venæ ſectionem aut clyſteres, capitibus pa
paueris in oleo coctis caput rigato,& faciem aſſiduè pro-
lui præcipito ex aqua in qua papaueris capita ſunt cocta,
frontem verò ſomnifero aliquo paſtillo illine. Olfaciant
etiam aſſiduè ſomnifica, in præcedenti ſermone con-
ſcripta ad vigilias. Et ſub ceruical capita papaueris ſub-
E dantur,aut mandragoræ mala. At verò auctis malis,dan-
dum eſt etiam ſomniferum ex capitibus papaueris phar-
macum,cochlearii menſura plus aut minus, pro viribus.
Dandum eſt autem id quod ex melle præparatur, non
quod ex paſſo, propter vinoſitatem. detur autem hoc
pharmacum in exacerbationis declinatione. Si enim da-
tum fuerit in vigore,trahit quidem ad ſomnum, febris
autem excitatur, & æger ad ambo partitus grauius fert
quod contingit. dato verò pharmaco quieſcere iube.
Præſtat autem mel roſaceum ad pharmacum ex capiti-
F bus papaueris adiicere: contemperat enim acrimoniam,
& aluum ſubducit. Quapropter etiam aquæ quæ bibitur,
mel roſaceum irrorare bonum eſt, in exacerbationis vi-
gore. Cæterùm aſſiduũ vſum ſtupefacientium pharma-
corum,potionum, irrigationum ac illitionum,vitare o-
portet.Facilè enim in iis qui immodicè perfrigerantur,
tranſitus fit à phrenitide in lethargum, quando etiam
pernicioſus fit morbus. Quare vbi delirium moram tra-
xerit,ſerpyllum aut ſpondylium in oleo coquatur: craſ-
ſos enim vapores tranſpirare faciunt.Quum autem man
G ſerit facies etiam poſt venæ ſectionem incontracta & ru
bicunda,cucurbitas occipitio affige,& moderatis vulnu-
ſculis impactis cutem ſcarifica,& ad libræ menſuram ſan
guinem detrahe. In cibo porrò dandus eſt ptiſanæ aut a-
licæ ſuccus,aut micæ panis ſæpe lotæ cum roſaceo melle.
Mitigata verò febri,dentur oua ſorbilia & lactucæ ferue-
factæ,& quæcũque moderatè humectant ac frigefaciũt,
vnáque nutriunt,propter virium debilitatem.

De lethargo, Archigenis & Poſidonii,
Cap. III.

H LEthargi principia duo ſunt: Quibuſdam enim ſeptũ
tranſuerſum & viſcera primariò affecta, cerebrum
ad conſenſum ducunt:in quibuſdam verò cerebrum af-
fectionem auſpicatur.Et quibuſdam ſtatim ab initio affe
ctio incidit, quibuſdam autem ex mutatione alicuius a-
cuti morbi.Nã à phrenitide maximè,in iis qui per ſtupe-
facientia pharmaca perfrigerati ſunt,tranſitio ad lethar-

gũ fit.Quin & à cõtinẽte febre mutatio in lethargũ fit ſæpiſſime,itémque ex aliis plurimis morbis, præſertim in quibus plures euacuationes ſubſequutæ ſunt. Aliquando etiam in diuturnis febribus per circuitum contingit ægrotos ſomno immergi,velut in quotidianis fit & ſemitertianis,quandoque etiam quartanis. Et alii quidem cũ conuulſione & contractione neruorum in ſoporem deferuntur,alii pedetẽtim facta acceſſione:& alii quidem vnã immerſionem ſuſtinent,in quo extremè periclitantur:alii in circuitibus in ſomnum deferuntur, & rurſus reuocantur. Proinde conſiderare oportet ſpeciem delationis in ſoporem. qui enim per circuitum ſomno immerguntur, manifeſtiorẽ pulſum habẽt:qui verò ſemper affecti ſunt, minutiſſimum & ægrè mobilem.Hi verò,etiam dum excitantur,aliena loquuntur,& obliuioſi ſunt: qui verò per circuitum afficiuntur,nihil tale patiuntur.Et alii quidem cum grauitate & elata reſpiratione in ſomnum deferuntur, vt & ſtertant, & ſingultus ac ſuſpiria edant dolorem indicantia,quem reuocati neque eloqui poſſunt, propter rationis læſionem:alii verò quietiſſimè dormire videntur.Et aliis quidem perfrigerantur artus,& rugoſi ac palli di ſunt,& corporis miſcella ferè congelatur: aliis verò diffunditur,& velut rorem effundit circa exacerbationem declinationis. Qui igitur hac affectione occupati ſunt,his hæc adſunt:Præcordia reuelluntur,venter contrahitur,& violenter ab aſſidentibus excitati,rurſus in ſomnum deferũtur,& obliuio illis accidit. nam dum ſæpe ad mictio nem vrgentur,porrecta ipſis matula,ſe in manibus ipſam tenere obliuiſcuntur.Aucto verò malo,totum corpus ſegne redditur,ac velut mortificatur.Supini autem decumbentes,ad pedes defluunt,diſtentis manibus ac cruribus. naſus quibuſdam deſtillat: os ipſis hiat,& fortior eius hiatus ſuccedit.inferna mandibula velut reſoluta ac laxata videtur.atque hæc quidem adſunt lethargicæ affectioni. At verò curationem ipſorum aggredientes, in domo lucida ad ſplendorem ipſos locamus. ſit autem domus tepida:pedes & manus confricentur. Odoramenta excitatoria exhibeantur:velut eſt caſtorium, funiculus lucernari⁹ extinctus,pix liquida,bitumẽ,galbanum. Suffita quoque lethargicos excitant, lapis gagates, bitumen,caſtorium, peucedanum, ſulphur, galbanum, ſagapenum, cornu ceruinum,hirci ſordes, abrotonum,ſilphium. Sternutatoria quoque naribus admoueantur.Si verò multitudo humorum in corpore eſt, ſi quidem ſanguis fuerit redundans,vena ſecetur ſecunda die, & pro viribus euacuetur: ſi verò pituitoſa & lentior materia fuerit,velut in lethargicis redundare ſolet,attenuãtia exhibere oportet,& quæ craſſitiem ſecare poſſunt:ita vt iis quibus neruoſa pars læſa non eſt,acetum mulſum exhibeamus:quibus verò læſa eſt,decoctum apii,fœniculi,adianti,& ſimilium. Sed & aluus efficaciore infuſo eluatur,& glandes ſubdantur ex ruta,nitro,cumino,& melle cocto. Caput autem rigetur in principio quidem ſerpyllo in aceto & oleo cocto: verùm in intentis affectionibus peucedani radicem pro ſerpyllo in aceto coquito,& cum oleo capiti adhibeto. bonum eſt ipſis & oleũ irinũ.Tremorib⁹autẽ & cõtractionib⁹ ſuccedentibus, caſtoriũ cũ modico aceto terimus, & oleo addito caput irrigam⁹:ſi verò præcordia ſint inflãmata,in principio cataplaſmata adhibeãtur,ex polline aut pane, & malo cotoneo cocto,aut pãpinis vitis:in progreſſu verò ſemẽlini ad pollinẽ aut panẽ admiſceatur,& abſinthiũ & althææ folia cocta:poſtea verò ex ordei farina,& fœno græco,& althææ radice cataplaſmata fiãt.omnib⁹autẽ ab ſinthium admiſceatur.ſit autem latum linteum,vt vtrinque latera & pectora ſub mammis amplecti poſſit. Poſt cataplaſma verò partes nudas ſinere non oportet,ſed cerato nardino aut cyprino contegere: retrò autem dorſo cecatum ex ſicyonio factum imponere,quod terebinthinã & baccas lauri tritas infartas habet. Et ſi quidem inflatio adſit,admiſceantur cataplaſmatis ea quæ flatus diſcutiũt: velut ſunt cuminum, baccæ lauri, ruta & ſimilia: ſi verò quid induratum fuerit,& libanotis addatur & farina fabarum.At verò,in diuturnis iam lethargicis,viribus præſentibus dãda eſt hiera ex colocynthide: & ſternutatoria adhibenda,ex veratro albo,ſtruthio,pipere,caſtorio. & na-

A ribus infundendum elaterium cum lacte,aut cyclamini ſuccus:aut ipſa radix ſicca trita inſufflanda,& ori ac palato ſinapi cum melle illinendum.Deinde occipitio cucurbitæ affigendæ cum multa flamma, item circa primum & ſecundum verticulum:ſanguiſque detrahendus ex poſteriore capitis parte.Poſtea deraſis capillis capitis ſinapiſmus adhibẽdus ex caricis cum ſinapi aceto macerato.In trementibus verò etiam caſtorium ſæpe potandum detur.Affectione autem declinante æger ad balneum duca-
B tur,& ſmegmate mordaciore vtatur,velut eſt fæx vſta, ſinapi,pyrethrum,piper, baccæ lauri,calx viua: nitri verò dupl ũ adiiciatur.Cibi porrò ſint tenues & inciſorii ac reſiccantes,& cum condimentis parati,apii, aniſi, cumini, pipere & baccis lauri.Et ex volucribus conueniunt,gallina domeſtica,columba,auiculæ montanæ, & perdix: ex piſcibus,petroſi:ex oleribus,porri,aſparagus, petroſelinũ, chamædaphne. vinum aquoſum,tenue,album, ſubaſtringens.Sed & reliqua curatio iuxta eundem modum fiat.

De catocha & catelepſi, Cap. IIII.

Ediam inter phrenitidem & lethargum affectionẽ
C reperies,quæ ſpecies eſt delirii ſiue amẽtiæ. Medici autem catochã, *id eſt mentis occupationem*,& catalepſin, *id eſt apprehenſionem*,vocare ſolent,ex humore atræ bilis magis contingẽte. Periculoſior eſt autem hæc affectio quàm lethargus. verùm in febrib⁹lethargo ſimilibus cõſiſtit,& aliquãdo videtur dormire,aliquãdo verò palpebras apertas habẽt, aut nictãt, aut intentè vidẽt,& velut fixos ocu los ac palpebras habẽt & penitus immobiles:adeo vt neq; ſiquis manũ oculis ipſorũ obtendat,eos claudãt.voce inſuper ac ſenſu priuantur,neque audientes neque reſpõdẽtes. Admouent autem manus ſuas aliquando ad caput &
D oculos ac nares,velut qui vellicentur,atque hoc non ſentiunt. pulſus ſunt parui,languidi,ferme deficientes.Spiritus aliquando denſus, aliquando rarus, & per interualla quædam magnum ſpiritum ducunt. Aluus & vrinæ ſupprimuntur,non præ ſiccitate,(habent enim multum humorem) ſed propter ſenſuum ſtupiditatem. Gramæ his ſubaridæ in angulis oculorum fixæ ſunt,& aliquando vicinos parietes attingunt:Et in ſumma, neq; phreniticis omnino ſimiles ſunt,neque lethargicis. Quandoque etiam ob ſanguinis multitudinem confertim caput occupantis
E & ipſum ſemper implentis fit hæc affectio: quemadmodum vidimus in adoleſcente quodam multo ſanguine referto,qui quum triduum exegiſſet neque claudens palpebras,neque ad vehementes vociferationes tranſmouens oculos,neque reſpondens, quarta die ſanguinis eruptione larga per nares facta,ab omnibus moleſtiis cõfeſtim liberat⁹eſt.Quare ſi æger multo ſanguine refert⁹ appareat, citra dilationem venam ſupernam in cubito ſeca, & pro viribus detrahe.In aliis autem primùm ventrem per cly-
F ſterem eluere oportet,ſimpliciore infuſo immiſſo, velut eſt furfurum ſuccus cum ſpuma nitri & melle: poſtea verò etiam polypodii radix cum furfurib⁹ coquatur. Caput autem primùm irrigetur oleo dulci tepido,deinde ſi caput calidius apparuerit,caput papaueris in oleo coquatur: ſi verò frigidius,ſerpyllum.Et ſi quidem facilè ſolubilis fiat aluus ex prædictis infuſis,in ipſis perſeuerandum eſt: ſi verò ſiſtatur,veratri nigri radix cum furfuribus coquatur.Potus ipſis conuenit apomeli,aut aqua mulſa pro tẽpore diutius cocta:quòd ſi vrinæ craſſæ fuerint, etiam a-
G nethi & apii decoctum detur.Cibi ſint ptiſanæ ſuccus & ſimilia.Aqua iis aduerſatur: auget enim inflammationẽ & fluctuationes facit,& ſplenes excitat,& ſitim ſedat.Totum autem corpus oleo anethino inũgatur, maximè hyeme:in quibus verò etiam tremor ſuccedit,caſtorii drach. vna cum aqua mulſa ori infundatur.

De caro, Poſidonii, Cap. V.

QVVM frigidi & humidi humores cerebrum occupant,caros,*hoc eſt capitis perculſio*, ſuccedit cum debili febre:conſequitur ſenſuũm ſtupor,& totius corporis immobilitas,cum principalium actionum læſione.oculi ve-
H rò ipſorum ſemper ſunt clauſi. Differt autẽ caros à lethargo,quòd lethargici interrogati reſpõdeant,& non omnino ſine voce decumbant:verùm qui in carõ collapſi ſunt, ſomno profundiſſimo detinentur,vt dum pũguntur ſen-

tiant quidem,non tamẽ loquantur, neque oculos aperiãt.
Curãdi verò ſunt & hi ſimiliter velut lethargici,ita vt ma
gis inciſorium & attenuatoriũ curationis ductum facia-
mus.Stomachi quoque cataplaſmata,vnà cum hoc calefa
ciant,etiam corroborandi vim habere oportet.

De comate, Poſidonii, Cap. VI.

SOli vapores calidi & humidi è ſubiectis partibus ad ca
put in febribus delati,& ipſum implentes , affectionẽ
faciunt quam medici coma nominant. Cognoſcitur, ſi
ſomnus amplior naturali fiat,& in ſomnis peregrina lo-
quantur,& corpore inæqualiter habeãt,& infernam man
dibulam inter dormiendum laxatam:& ſæpe excitati cõ
fertim rurſus in ſomnum deferantur: & caput humidius
habeãt. Curantur ex irrigatione roſacei,aut chamæmeli-
ni cum aceto.ſit autem acetum acerrimum: ſi verò frigi-
dius appareat caput,anethinum cum oleo dulci ex æquo
permixtum ac calefactum adhibe.Et in ſumma,in quan-
tum intenta eſt frigiditas in tantum calfactoria augean-
tur,vt etiam pulegium aliquando & rutam in oleo coqua
mus.glandes quoque ſedi ſubdantur,quæ multùm irrita-
re poſſunt.nutriantur autem ptiſanæ ſucco, & apomelite.

De vertiginoſis, Archigenis & Poſidonii,
Cap. VII.

VAporibus calidis & acribus ad caput delatis, & ani-
malem in cerebro ſpiritum euertentibus, primùm
hebetudines quædam in oculis fiunt: poſtea etiam auriũ
ſonitus aſſidui, & auditus grauitates. atque hæc maximè
contingunt circa ciborum coctionem. & vbi ex ſomno
exurgunt,augeſcente affectione,vertigines & obtenebrá-
tiones oboriuntur,vt putent ſe videre omnia circumuer-
ti. contingit hoc etiam vbi confertim ex ſellis ſurrexe-
rint, cruditate quadam prægreſſa. Perſeuerãte verò diu
tius malo,ex facili occaſione vertigine afficiuntur,vt e-
tiam concidant aliquando,maximè vbi in circulum cir-
cumuertãtur.nam quod aliis ob multas circuitiones con-
tingit,hoc illis ex vna: ſed & ſi alium quendam circum-
uerti viderint,vertigine afficiuntur:aut ſi trochum aut ta
le quid circumuerti conſpiciant,idem perpetiuntur.Spiri
tus enim viſiuus ad trochum qui circumuolutatur alla-
bens mouetur,& ſimul cum illo circumfertur: atque ſic
inæqualem & turbulentum ac inordinatum humorem,
ac ſpiritus motum efficit.Facilè verò corripiuntur hac af
fectione quibus conſuetæ excretiones ſunt ſuppreſſæ: ſed
& cruditates,& ardores aſſidui,& ebrietates,affectionem
hanc afficiunt.Conſequitur & alui ſuppreſſio:& propter-
ea multa inflatio,& vrinarum tenuium ac paucarum ex-
cretio,materia ad caput accurrente:graciles autem in to-
tum ferme fiũt,& pigri ad omnem aggreſſionem.Si qui-
dem igitur ea quæ oculis obuerſantur ſanguinolentiora
ſe videre putant,ad inſaniã magis apti ſunt: qui purpurea
vident,ad morbum comitialem.Si igitur vires robuſtæ
fuerint,& nihil aliud aduerſetur, vena ſecanda eſt, ſiue
principium affectionis fuerit,ſiue tempus iam progreſ-
ſum fecerit. In venæ autem ſectione vitandum eſt ne a-
ceruatim euacuemus,eo quòd ex qualibet occaſione con
cidant.Quare pluribus detractionibus ex quibuſdam in-
teruallis vtentes,congruam menſuram explebimus. Irri-
getur autem caput tempore ſectionis venæ,aceto & roſa-
ceo,polygoni aut hederæ ſucco admixto. Et lana cõuolu
ta roſaceo aut œnanthino,madefacta eodem tempore vẽ
tri imponatur.Si verò quid ſanguinis detractionem im-
pediat,velut gracilitas,aut aliud quid ex ſæpe relatis,ſub-
ducatur aluus,primùm per clyſterẽ ex furfurũ ſucco,ſpu-
ma nitri & melle: poſtea verò picra ex aloe compoſitio
aſſiduè detur.Si verò accidentia perſeuerarint, etiam ve-
hemẽtioribus purgatoriis vtẽdum erit,ita vt ad redundã
tem humorem pharmacum adaptes. Ex efficacioribus
autem purgatoriis commodant iis quæ fœniculum in a-
ceto mulſo coctum habent,& quod ex palmulis, ruta, &
ſcammonia præparatur: quorum compoſitiones relatæ
ſunt in purgatoriorum Sermone.Sed & pituitam à capite
per os detrahentibus,& gargariſmis vtendũ eſt,ex origa-
no,pulegio,& aceto mulſo.Poſtea verò etiam anagallidis
ſuccus naribus infundatur,aut cyclamini, aut radicis be-
tæ,aut elaterium cum lacte:ſed & nitrum cum nigella tri

A tum,& oleo veteri admixtum,generoſam per nares pur-
gationem facit. poſt hæc autem ad balneum ducantur.
Tale verò frictorium caput corroborans ipſis conuenit:
Lapidis aſii vnc.I.ſpumæ nitri albæ vnc.I. iridis vnc.I.flo
ris iũci odorati ſextãs.Ex hoc quod ſatis eſt accipe,& ſin
cipiti inſperge,modicã aquã calidam irrorans: deinde v-
bi lauiſti,& caput calida aqua nõ madefeciſti, ſed ſolùm
abluiſti,egreſſus de ſolio frigida ter aut ſæpius madefaci
to.Iis verò qui valde calidum caput habent, etiam roſa-
B ceũ cũ aceto ſæpe adhibeas,& ipſum ex ſaliẽtibꝰ aquæ in
balneo frigefacias. Et ſi quidem ex his ceſſerit affectio,
ceſſandum eſt à medicationis moleſtia: ſi verò perſeue-
rarit,arteriæ in capite iuxta tempora ſupra aures incidan-
tur,ventre prius euacuato aut per hieram aut per clyſte-
rẽ.poſtea verò confrictoriis fortioribus vtẽdũ eſt,quæ ad
inſanos referẽtur.Cibi ſint boni ſucci,facilè concoctiles,
flatus exortes,omnino ſtomacho cõmodi, ventri cõmo-
di,vrinam cientes:vinum modicum ſit,album & tenuiſ-
ſimum,& non valde vetus. Conueniunt iis balnea natu-
C ralia aluminoſa:maxima verò & prima ac vltima in iis,
præſeruatio ac curatio eſt, vt ſuppreſſæ excretiones com-
moueantur,& officii ſui commoneantur, maximè in mu
lieribus.

De inſania,Archigenis & Poſidonii,
Cap. VIII.

INſania fit citra febrem, multo ſanguine non putrefa-
cto ad cerebrum confluente; qui aliquando purus eſt,
& multitudine ſolùm affligit, velut in ebriis: aliquando
verò flaua bile admixta.Præcedit inſaniam capitis debili
D tas,velut in podagra debilitas pedum ſemper adeſt: tunc
autem dolent quum materia locis influxerit.Si itaque ob
ſolum ſanguinem inſania fiat, hæc conſequuntur: Riſus
immodicus ipſis commouetur videntibus, ſæpe ob ocu-
los imagunculas quaſdã riſu dignas, & hilaris eſt ipſis fa-
cies,& aſſiduè canunt. Aliquando etiam ex contingenti-
bus euaporationibus ſonitus circa aures adſunt,vt putent
ſe tibicines quoſdam audire. Seruatur in ipſis memoria,
velut ex cantilenis quas familiares habent coniectare li-
cet. læſa eſt autem imaginatio & ratio. Si verò flaua bilis
ad ſanguinem fuerit admixta,& mordacem ipſum effe-
E cerit,velut ſi ex ipſa ſtimuletur ac pũgatur cerebrũ & mẽ
branæ eius,iracundi & temerarii & percuſſores ac iniu-
rioſi ſunt.in quantum enim bilis ſanguini mixta eſt, in
tantum mutat iucunditatem,& auget triſtitiam ac iram:
ſi verò amplius fuerit bilis ſuperaſſata & craſſefacta, & i-
pſi corpori cerebri ac mẽbranarum inſtar viſci agglutina
ta pungátque ac diuellat,ferina deliria efficit.Quidam e-
nim iam propriam carnem guſtarunt, & domeſticos ve-
lut inſidiatores tractarunt,occiderunt,percuſſerunt, vul-
F nerauerunt. contingit autem eundem hominem aliquã-
do riſu immodico teneri,aliquando ira & indignatione.
Nã in fame ac inedia tolerata, & ex acrioribus ac ſalſiori
bus alimẽtis,& in pluribꝰ motibꝰ ac turbationibꝰ,ſanguis
ſeipſo acrior efficitur: in cõtrario verò ſtatu,mitior.Sæpe
autem etiam nullo auxilio adhibito, per modicum cibũ
& cõmoda alimẽta,progreſſu tẽporis id quod lædit cõ-
ſumitur,& cerebrum à ſuperfluitatibus intactum manet,
& purũ mentis emotionis interuallum ac defectus, & in
termiſſio conſequitur.Quibuſdam per circuitum quendã
irruit affectio,aliis ſemel in anno,aliis bis,aut ſæpius coa
ceruato videlicet paulatim eo quod moleſtum eſt. Corri-
G piuntur hac affectione pauci ante vigorem ætatis: pluri-
mi in ipſo vigore,& poſt ipſum:viri magis quàm mulie-
res:& ex illis magis qui animalibus affectionibus diuexã
tur,velut ſunt irriſores,riſu multo & intempeſtiuo vten-
tes,intractabiles,iracundi,curioſi, auari, potores item &
aſſidua cruditate laborãtes, & in quibus cõſuetæ excretio
nes ſuppreſſæ ſunt.& propterea etiam mulieres aliquan-
do inſaniunt,quibus menſes ſuppreſſi ſunt. Infinitæ verò
ſunt inſaniæ ſpecies,quas exponere ſuperfluum eſt.In de-
H lapſuris igitur in hanc affectionem, prædictorum proœ-
mia quædam præcedunt, velut riſus præter rationem nõ
aſſuetis id facere:& facili occaſione iraſcuntur,& aurium
ſonitus adeſt.& ſplendores oculis obuerſantur, & vigiliæ
adſunt intentæ,& curæ per vices repetentes ac peregrinæ,

grauitas,item & vibratio capitis. In progreſſu verò temporis omnia hæc intenduntur, & appetentiæ ipſis putridiores fiunt,& ad venerem prompti ſunt: & ideo aſſiduè ſeminis in ſomno effuſiones ipſis fiunt,& oculi cauantur, ſimulque intenti ac fixi conſiſtunt.atque hæc conſequuntur vſque ad perfectam mentis emotionem. Oportet igitur doctum medicum ægri curam gerentem, his apparẽtibus aut quibuſdam ex ipſis,facere quæ oportet. Si itaq; tales notas affectio præmiſerit,aut etiam iam inſtiterit,victum tenuem exhibere conuenit,ſorbilem,liquidum nõ præcellentem,ventri commodum,& qui neutiquam ſanguinem generare poteſt.à vino abſtinendum eſt penitus. Vbi vero per triduum hominem eo victu curaſti, aliquã cubiti venam ſecato,præcipuè quidem ſupernam:ſi verò non appareat, mediam; aut ſi hæ non appareant,venas circa talos perquirito: maximè in mulieribus: eo enim momento etiam menſes impelluntur. Quòd ſi neque hæ appareant,ad eas quæ in ſummis manibus ac pedib⁹ ſunt tranſeundum eſt. Studendum enim eſt vt prius per venæ ſectionem generoſa euacuatio fiat, atque ſic affectarum partium curatio ſequatur. In venæ autem ſectione pro viribus euacuationem facere oportet: extincto enim feruore,eueſtigio quidẽ conſiderantes fiunt: ſimul autem & locus aliis auxiliis datur. Quandoquidem verò aliqui in prima detractione generoſè ferunt euacuationem, in repetitis autem detractionibus animi deliquia incidunt,conuenit hos in prima detractione euacuare quãtum opus eſt: ſic enim multum de flatuoſa & vaporoſa ſuperfluitate coeuacuatur. Itaque pulſus aſſiduè tangere oportet,dum ſanguis fluit:& ſi conciderint,reſeruare ad repetendam detractionem. ſæpe enim recuperatis viribus poſtera die detractionem repetimus,aliquando etiam tertiam ſectionẽ ſeruantes appoſito ſale. Caput verò irrigare oportet roſaceo cum aceto,aut polygoni ſucco, aut oleo œnanthino aut melino. Lana autem ſordida oleo imbuta ſincipiti imponatur,& frequentius renouetur. Poſt euacuationem omni modo procurandus eſt ſomnus: ſanguine enim euacuato ſi ſucceſſerint vigiliæ,acriores & magis feros ipſos faciũt. Quapropter confidẽter pharmacũ ex papaueris capitibus dabimus quod ſomnum inducit, cum ptiſanæ aut alicæ ſucco,aut cum aqua.iucundum enim fuerit, & poſtea ſomnus ſuccedet. Plerique enim ipſorum omnia ſomnifica contemnunt:quapropter etiamſi prima die eo accepto dormierunt,intermiſſa die vna, rurſus dandum eſt de eo cochlearium vnum: ſolet enim vel ſolum poſt venæ ſectionem perfectè liberare ab affectione,vnà cum conueniente diæta.cauendum tamen eſt ne conſequẽter ipſum exhibeamus: ſtupefacit enim ſenſus. Studendum etiam eſt vt ventrem facilè ſolubilem faciamus,tum per cibos,tum per clyſteres. His autem factis, à localibus auxiliis incipere oportet hoc modo: Sanguinem à vena in fronte eleuata media detrahere cõuenit,ita vt per phlebotomum inſtrumentum ipſam diuidamus,non facta impulſione,velut quidam facere ſolẽt,propter maximas inflammationes membranæ caluam ambientis, quæ ſæpe ſauciata ipſa ſuccedere ſolent.detrahẽda eſt autẽ ſanguinis libra ferme vna. Poſt hanc euacuationem in iis qui ſanguinem habent biliosiorem,intermiſſis quinque diebus,detur picra ex aloe,cochlearii magni menſura cum aqua mulſa:deinde etiam per nares caput purgetur, radicum betæ ſucco infuſo,aut elaterio, aut atramento ſutorio cum lacte. Sternutatorium quoque adhibeatur ex veratro albo & herba lanaria:ſed & per os pituita detrahatur,per maſtichen & ſtaphidem agriam,& per gargariſſationem aceti mulſi in quo coctum eſt pulegium & hyſſopum. Subducatur etiam aluus purgatoriis ex centaurea,& ex gentiana.ſed & ipſa per ſeipſam radix gentiana commoda eſt pota drachmæ vnius pondere,cum aqua mulſa. datur & ariſtolochia eodem modo. Prodeſt autem maximè ipſis fœniculi magni ſylueſtris radix & ſemen,ex aqua quotidie pota, & radicis bryoniæ drachma vna. Poſteà verò ſanguiſugæ toti capiti circumcirca affigãtur, & præſertim ſincipiti. At in mulieribus ſtudendum eſt vt menſes moueamus: deinde viribus reparatis per dies ſeptem Galeni hieram dato,quæ maximè ob ſtœchadis copiam

A euacuat. Dato autem drachmas quatuor ex aqua mulſa:deinde rurſus nariſuſoria adhibeãtur. declinante verò affectione ad balneum ducantur. Frictorium autem commodum ipſis in balneo hoc eſt. Iridis Illyricæ,lapidis aſii,mãnæ,thuris,ſpumæ nitri albæ,pumicis, buccinorum vſtorum,floris iũci odorati,apii,caſſiæ,roſarum ſiccarum,ſingulorum vnc.i.tundito & cribrato,ac vtitor in prima balnei domo,inſpergẽs ſincipiti quãtũ ſatis eſt,& aquam tepidam irrorans,ita vt ſatis longam moram in domo trahat,quò vires pharmaci vſque in profundum diſtribuan-
B tur. Deinde capite leniter deterſo & abluto, vbi lotus eſt ita vt caput non madefecerit calida,ex ſolio exeat, & frigida iterum atque iterum irriget: ſi verò valde calidum caput habuerit, etiam ſæpius frigida perfundatur. Poſt hæc per rubificatorium ex ſinapi & caricis caput corroboretur,& per interualla quædam pituita per os detrahatur,& nariſuſoria adhibeantur. Diæta verò ſtatuatur tenuior,concoctu facilis,ventri cõmoda,flatus exors, vim contemperandi habens.vini vſus his rarus ſit. Si verò reliquiæ affectionis ſuperfuerint,ad veratrum album deue-
C niendum eſt.modus autem vtendi, relatus eſt in Sermone de purgantibus medicamentis. De cætero verò admonendi ſunt vt ab omnibus eduliis & potibus bilem gignẽtibus abſtineant. In vere autem quotannis venam ſecent gratia præſeruationis:deinde etiam purgentur,& præſertim ſi bilis magis redundarit. Mulieribus verò menſes conſueto tempore proritentur,vt fluant citra impedimẽtum.ſed & in aliis conſuetæ excretiones procurentur.

De melancholia,ex Galeno & Rufo,

Cap. IX.

D QVemadmodum in apparentibus corporis partibus, aliquando omnibus eadem temperatura apparet, velut in malo corporis habitu,elephantiaſi & hydropiſi:aliquando verò vna quædam pars,aut amaræ bilis, aut pituitæ,aut atræ bilis humore ſuſcepto,ipſa ſolùm temperaturam mutat:Sic etiam circa cerebrum fieri poteſt, vt aliquando toto in venis ſanguine atrabiliario facto,ex cõmunis detrimẽti ratione etiam cerebrum lædatur:& rurſus vt alio tempore,ſanguine in toto homine illæſo permanente,is qui iuxta ſolum cerebrum eſt alteretur. Et cõtingit hoc dupliciter,aut aliunde cõfluente in ipſum, aut
E generato in loco atræ bilis humore. Generatur autem à caliditate multa indigena,aut flauam bilem aut craſſiorẽ & atriorem ſanguinem adaſſante. Plerunque verò partes circa præcordia primariò affectæ,caput ad cõſenſum perducunt,& delirium efficiunt,aut ipſa bile cerebrum occupante,aut aliqua vaporis melãcholici exhalatione,quẽadmodum in morbo flatuoſo & præcordiali appellato. Nil enim rationi noſtræ obſtat aliunde & ex alia parte principium & generationem affectionis eſſe.nam os vẽ-
F tris quomodocunque affectum,facilè ad conſenſum ducit cerebrum ob cognationem,per maximos duos neruos qui ex ſupernis ad ipſum deferuntur. Perducit etiam ad conſenſum cor ipſum ob vicinitatem:ſimiliter quoq; ſeptum tranſuerſum,quod etiam ipſi inſeritur. Cõmunitas eſt etiam ſtomacho ad ſpinalem medullam, qua parte & incumbit & colligatur verticulis colli. Principium itaque eiuſmodi melancholiæ plerunque ex cruditatibus:flatus enim ipſis ſuccedunt multi,qui facilè euelantur,& circa præcordia diutiùs morantur,& ructus ipſis acidi con-
G ſequuntur,nullo eiuſmodi cibo accepto. Ventres plerunque ipſis ſicci ſunt,ſomni parui diuulſi,inſomnia turbulẽta & peregrina,vibrationes corporis aliæ aliâs,vertigines capitis,& flatuum ſonitus circa aures. Et aliis quidem caput plenum & graue eſſe videtur:aliis verò leue & vacuũ: aliis ſiccum. Quidam neque omnino caput ſe habere putauit,ad quẽ excogitaſſe dicitur Philotimus ſupra reliquã curationem plumbeum pileum, à quo grauatus caput ſe habere intelligeret. Fiunt etiam mente capti,& timidi, & miſericordes,& lacrymantur,ac deſerta perſequũtur:qui-
H dam etiam dæmones ab inimicorũ præſtigiis ſibi immiſſos eſſe putant:alii venenoſum pharmacũ accepiſſe ſuſpicantur,& ſuſpicionem ipſorum confirmant viroſi ac peregrini ructus qui ipſis adſunt. Et eſt morbus hic omnifarius & non facilè enumerabilis. Velùt verbi cauſa circa

timores:alius amiciſſimos timet, alius omnes homines.
& alius ad lucē prodire timet, & tenebras perſequitur: a-
lius fugit caliginoſos locos. Plerique tamen in tenebro-
ſis locis degere cupiunt,& in monumentis ac ſolitudini-
bus.quidam verò etiam aquam timent,& vinum,& oleũ
& omnem liquorem:velut qui morſi ſunt à rabioſo ca-
ne.Et in ſumma,melancholica deliria multiformia qui-
dem ſunt ob particulares corruptas imaginationes,vnum
verò omnibus ipſis commune eſt, timor & triſtitia. Tri-
ſtantur enim omnes præter rationem, & neque ſi interro
ges habent quod dicāt cur triſtētur.Non pauci verò ipſo
rum mortem timēt,& alia quædam nullo timore digna.
ſunt etiam qui mortem vehementer exoptant. Galeni.

Quòd igitur ob atram bilem rationalis animæ princi-
pia occupantem,timor fit & triſtitia, & mortis formido,
nihil miri eſt.videmus enim etiā extra corpus nihil no-
bis ita horrendum, velut ſunt tenebræ. Quum igitur ve-
lut caligo quædam rationali animæ parti circumfuſa fue
rit,neceſſe eſt timere hominem, vt qui cauſam timoris
ſecum in corpore circūferat. Sicut enim in profundis te
nebris pueri timent,itémque adulti imperiti: ita etiam
atræ bilis color, velut tenebræ,rationis locum obumbrās
timores efficit. Rufi. Quapropter omnium ſympto-
matum ſingulis accidentium cauſas enarrare impoſſibi-
le eſt. Pleraque enim multam difficultatem habēt,velut
verbi gratia:cur fugiunt velut horrenda,quæ nō ſunt hor
renda? alia verò perſequuntur velut bona, quæ non ſunt
bona?& cur alius domeſticos timet,alius verò omnes ho
mines,& huiuſcemodi? Plurimorum verò ſymptomatũ
cauſas medicum dicere non eſt difficile, velut qui ſibi vi
detur vas fictile eſſe,propter ſiccitatem hoc patitur:frigi-
dus enim & ſiccus eſt melancholicus humor. ſimiliter e-
tiam qui cutem ſuam ſiccis pellibus ſimilem eſſe putat.
Qui verò putabat ſe caput non habere,fortaſſis ob leuita-
tem hoc paſſus eſt,quam flatus ventoſus ſurſum latus, ipſi
exhibuit. Cur verò appetunt melancholici plures cibos?
num quia frigeſcit ipſis os ventris?Cur autem aliqui ipſo
rum vini potores ſunt? num quòd frigiditas calfactione
opus habet?cur autem occidunt ſeipſos? num quia à ma-
ioribus malis liberari ſe putant? niſi fortaſſis talem opi-
nionem induũt quòd bonũ eſt mori:quod barbaris qui-
buſdam videtur.Cur autem cruditates aſſiduæ ipſis fiũt?
num quia turbatum & ſuperfluitatibus plenum eſt ipſorũ
corpus,& propterea etiam venter intemperatus, vt qui
ſemper ex atræ bilis humore perfrigeratur?Cur autem al-
ui plerunque ipſis ſiccantur? num quia flatus ſupernè cir
ca præcordia conſiſtunt,& non valde infrà ſecedunt. Ne-
ceſſe itaque eſt ob hoc ipſum etiam ventres ſiccos eſſe:
ex multa verò retentione,aliquando coaceruata colliqua
ta egerunt.Oculis autem plerunque nictant, & oculi ipſis
procidunt,& craſſa labia habent, propter craſſum fla-
tũ.atri verò ſunt coloris,propter humoris diffuſionē.hir-
ſuti verò plerique ipſorum ſunt, propter multitudinem
craſſarum ſuperfluitatum.Veloci verò plerunque lingua
ſunt,& balbi & gracili voce præditi,ob linguæ incontinē
tiam.motus enim concitationes à flatu fiunt. quicquid
autem concitatè mouetur,citò defluit. Et procliue ſanè
fuerit etiam aliorum ſymptomatum cauſas reddere, ſi-
quis ex his progreſſum facere volet. Porrò nigreſcit ali-
quando hic humor ſupercalefactus,aliquando ſuperfrige
factus.Nam quale quiddam patiuntur carbones,dum v-
runtur lucidiſſimi ob flammam exiſtentes,extincta autē
flamma nigreſcentes:tale quiddam circa clarum ſangui-
nis colorem frigiditas facit. Videmus enim etiam in ex-
ternis,quædam corpora liuida fieri ac denigrari à frigidi
tate.Et rurſus exceſſus caloris reſiccans ac conſumens hu-
miditates à quib⁹ calor nutritur,humores nigrefacit,quē
admodum etiam ſol fructus,& hominum corpora. Hæc
igitur ſunt quæ ante curationem medicum cognoſcere
oportet:quæ verò diſcenda ſunt vt quis ita ægrotantibus
opem ferre poſſit,iam tempus eſt ſubiungere. non parũ
autem refert ad curationē, noſſe vnde morbus initium
habuit.Cognoſcere itaque oportet quòd duplex eſt melā
choliæ ſpecies: quidam enim ex natura & temperatura
ab initio atram bilem habent:quidā verò ex mala diæta

A poſtea id temperamentum acquiſiuerunt,& eſt hæc ſpe-
cies ſegnis ſemper & triſtis:qui verò ex flauæ bilis ſuper-
aſſatione in delirium incidunt, audaciores & iracundio-
res aliis ſunt,& percuſſores & omnia horrenda facientes,
& maximè tempore quo bilis ſuperaſſatur.quo verò tem
pore ipſa extincta fuerit,triſtes,mœſti ac timidi fiũt.Quũ
igitur totum corpus melancholicum ſanguinem habue-
rit,à venæ ſectione principiũ curationis facere cōuenit:
quum autem ſolum cerebrum, æger venæ ſectione non
habet opus,niſi multo ſanguine redundarit, & præſerua-
B tionis gratia, detractionē faciamus.Cognitio verò an to
tum corpus melācholicum ſanguinem habeat, aut iuxta
ſolum cerebrum talis ſit,ex his à te fiat.Nigriores & hirſu
ti,& qui venas amplas habent,aptiſſimi ſunt ad atræ bilis
generationem:aliquando etiam homines colore rubicũ-
di, confertim in melancholicam temperaturam tranſ-
eunt. Conſequenter autem ab ipſis flaui,& præſertim vbi
vigiliis,& laboribus pluribus,& curis, & tenui victu, aut
melancholicis eduliis fuerint vſi. Ad hæc ſi ſuppreſſa eſt
hæmorrhois in ſede,aut alia excretio conſueta, aut mu-
lieribus menſes. Nec parum confert anni tempus,& aeris
C ſtatus & regio,& ægri ætas ac ſtudiũ.His omnib⁹ præcō-
ſideratis,vbi ſperaueris in totius corporis venis melācho
licum ſanguinem contineri,certiſſimum experimentum
adhibeto, ex venæ cubiti mediæ præſertim ſectione. Si
enim effluens ſanguis nō videbitur atrabiliarius eſſe, ſta-
tim cohibeto:ſi verò talis apparuerit, quantum pro ægri
corporis habitu ſatis fore putaris,euacuato. At verò tertia
melancholiæ differentia,cuius principium à ventre hæ-
rere diximus,& quæ affectio præcordialis appellatur, ſæ-
pe ex relatis cognoſcitur.Primùm enim incipiunt ven-
D tris ſymptomata,velut ſunt inflationes,rugitus,ructus aci
di ac viroſi,& quòd venter reſiccatur, & quòd in ſeceſſi-
bus ac vomitibus & ructibus alleuantur,& quòd ipſi ægri
percipiunt omnes vexationes circa præcordia conſiſtere.
Quemadmodum igitur dum quibuſdam ſæpe ex ventre
fuliginoſa quædam aut fumoſa, aut omnino craſſorũ va-
porum exhalatio ſurſum fertur, velut in ſuffuſos oculos
habentibus,aliqua ob oculos verſantur: eodem modo e-
tiam nunc dum melancholica exhalatio ad cerebrum,
E velut fuligo aut fumus,fertur,melācholica quoque ſym-
ptomata circa mentem contingent.Quum igitur melan-
cholici delirii propria ſymptomata apparuerint magna:
circa ventrem verò aut nihil moleſti,aut minimum fue-
rit:in iis cerebrum primariò affectum eſſe putādum eſt,
velut prædictum eſt.

Curatio melancholiæ, Galeni,
Cap. x.

MElancholiam ex cerebro primariò affecto obortam,
per balnea aſſidua, & diætam boni ſucci humidam
F ac flatus exortem curare oportet, citra aliud efficax auxi-
lium,niſi ob temporis longitudinem humor affligēs æ-
grè euacuetur:tum ſanè magis varias ac fortiores curatio
nes adhibere oportet. Incipientem autem affectionem
curare conuenit.nā inueterata ac aucta, ægrè tractabilis
euadit. Rufi. Siue autem cerebrum primariò affectũ
fuerit,ſiue præcordia,communia ſunt ſubducentia ven-
trem auxilia. Primùm igitur bonæ concoctionis curam
habere oportet:poſtea verò purgare primùm epithymo
& aloe. horum enim etiamſi parum quotidie acceperit,
G prodeſt tamen moderatè & paulatim ſubducendo. Po-
ſidonii. In quibus ſanguis redundare apparuerit,ſtatim
ab initio vena ſecetur in cubito, & præſertim in quibus
conſuetæ ſanguinis excretiones ſunt ſuppreſſæ.Verùm in
mulieribus,quibus menſes defecerunt,venā in talo ſeca-
re oportet,& in ſingulis pro viribus ſanguinem euacua-
re.In quibus autem vitiati humores magis redundant,
præparatum per victum ægrum purgabis per hieram.

Rufi,aut Archigenis,aut Iuſti. Si verò vtrique redun
dant,facta prius venæ ſectione purgato: poſtea interpoſi-
H tis aliquot diebus,aluum per clyſteres euacuato, primùm
cum furfurum ſucco,ſpumáque nitri ac melle: deinde e-
tiam polypodii radices cōtuſas,aut epithymum cum fur-
furibus coquito. Poſt triduum à clyſteris vſu, detur ipſis
picra ex aloe compoſitio, quæ ſupra reliqua omnia,etiam

epithymum accepit. Præparanda eſt autem velut Themiſon iubet, ita vt aloes accipiat drach. c. maſtiches, croci, ſpicæ nardi, cinnamomi, aut caſſiæ duplum, aſari, carpobalſami, ſingulorum vnc. I. his verò etiam epithymi ſextans addatur. detur autem cochlearii magni copia cum aqua mulſa, detúrque ipſis ex modicis interuallis iterum atque iterum: deinde rurſus per victum reparatis viribus rurſus dato hieram Rufi, aut Archigenis, aut Iuſti. Sit autē pondus drach. IIII. cum aqua mulſa, & ſalis cochleario paruo. melius eſt autem per euacuantia quotidie leniter vētrem ſubducere. Atram verò bilem ducit amaracus, & cunila appellata, drach. II. pondere aquæ mulſæ inſperſa & pota. Conducit & lactis ſero aluum ſubducere, ſed non de caſeis dandum eſt ſerum. præſtat enim quod à lacte per cocturam ſeparatur. Sit autem lac equinum, aut ſi nō poſſit haberi, bubulum: lac ipſum in ollam nouam mittatur & fici ramulo agitetur. Poſtquam autem ter aut quater ebullierit, acetum mulſum irroretur: deinde percolatum in potu detur. Et primùm quidem admiſcēdum eſt mel; quum autem venter ſubire inceperit, non amplius addatur mel. Accipiat autem æger hoc ſerum per heminas, non infra quinque heminarum menſuram. Ab omni verò euacuatione vtendum eſt maluæ ſemine læuiſſimè trito, duarum drachmarum pondere, cum aquæ cyathis tribus, egregiè enim facit: quare ſæpe ipſo vtendum eſt. Optimum eſt & pulegii decoctum ſæpe bibere, & ante purgatoria, & poſt ipſa: & ſimiliter centaurii parui. Abſinthii autem decoctū & aſſiduè & conſequenter præbe. ſtomacho enim & ventri in his cōmodum eſt: & neque flatum multum in ventre fieri permittit, neque ſeceſſum penitus teſiccari: & vrinam ciet, & concoctionem probè adiuuat; adeo vt ego ex huius ſolius vſu nouerim quoſdam à morbo liberatos. Danda ſunt etiam vrinam mouētia, aniſum, daucus, petroſelinum, aſarum, nardus: & his adhuc ampli⁹ fœniculi magni ſylueſtris ſemē & radix. Chamæpitys autem & chamædrys promptius accipienda ſunt, ita vt ſingula hæc cum aqua coquantur, aut arida trita potioni inſpergantur. Commodæ ſunt etiam euacuationes per ſudorem, & labores, & balnea ſientes, & per illitiones in ſole, qualis eſt quæ cum oleo chamæmelino fit, & cum oleo ac nitro. quòd ſi habitus permiſerit, rurſus per hierā purgato. Conuenit autem neque præcordia negligere: & maximè vbi acceſſerit medicus, curationis ipſorum coniecturam faciet. Fomenta igitur cōueniunt ex oleo, in quo cocta ſunt ruta, anethū, ſerpyllum, abſinthium, artemiſia, pulegiū, viticis ſemen, baccæ lauri, aut folia tenera. hæc enim dolores mitigant, & flatus minuunt. at verò in inflationibus ſtomachi cum morſu, cuminum & pulegium in aceto coquere oportet, & per ſpongias ſtomachum fouere: aliquando etiam alumen aceto inſpergimus. Cataplaſmata autem, habeant aut aniſum, aut apium, aut cuminū in oleo præcoctum: & cyperus læuiſſimè trita, & iris, & libanotis cataplaſmati addatur. permittantur autem diutius, & ante & poſt cibum. Ablato autē cataplaſmate, præcordia contegantur, aut lana ampliſſima, aut læuiſſima & pura pelle agnina, præillitis locis ex nardino. Vtendum eſt etiam cucurbitarum adhibitione, ad flatus quidē inanium, ad inflammationes verò ac duritias, cum ſcarificatione. Poſtea verò ceratis ex cyprino vtendum eſt, & polyarchio, & quod ex ſtyrace paratur, & quod ex ſeminibus fit, & ſimilibus. In progreſſu autem curationis, etiam rubificatione ex caricis ac ſinapi vti, valde proderit: & cōcoctiones reuocat. nam & ventri robur addit: &, ſiquis dolor in præcordio reſtat, eum eximit. Vtendum eſt etiā acribus ſmegmatis ad præcordia, & picatorum medicamento, hoc eſt pice ſicca per ſeipſam liquefacta, aut cum modico oleo: calida autem imponitur cuti, & ventri ac dorſo adhibetur, ac ſinitur donec ſua ſponte decidat. quare licet cum ipſa lauari, & quod paulatim diſparatur, forſice auferre. Valde verò prodeſt eis ſtercus bubulum aridū aceto infarctum ac impoſitum. proſunt etiam bulbi cum nitro aut alumine triti ac impoſiti: ſed & iis ad bubulū ſtercus admixtis vtile fit cataplaſma, & præſeriim vbi morſus ab ipſis circa ſtomachum percipitur. Cæterùm in quibus conuulſiones aſſiduæ corpori adſunt, confert etiā caſtorii potus, & illitio corporis ex caſtorio cum oleo ſicyonio. conuenit & moueri & exerceri ipſos pro viribus ante cibos. Balnea verò probè concoquenti non ſunt valde neceſſaria, niſi laſſitudini alicui mederi velis. Qui verò non bonum ventrem habet ad concoquendum, huic conducit frequentius lauari, aut ieiuno, aut poſt perfectā concoctionem. Poſt balnea cibos damus concoctu faciles, flatus exortes, ex aluo ſecedentes, exacta conſideratione facta quomodo ex ſingulis homo afficitur. non enim omnes ad omnes cibos ſimiliter diſpoſiti ſunt. Plerunque tamen conueniunt panes clibano cocti probè præparati: volucres non pingues, non viroſæ, montanæ: oua gallinarum mollia: piſces petroſi & molles carne. Herinacei verò marini plurimum præſtant ad iucunditatem & vtilitatē. vitanda ſunt omnia in ſtagnis degentia, & in paludibus. Ex carnibus conueniunt hœdinæ, & lactentium animalium, & ex his magis extremæ partes probè coctæ. nō inutiles ſunt etiam vuluæ, & ventriculi, & pedes ſuilli. Ex oleribus ad communem victum conferunt dulcia. acriora verò aliquando danda ſunt pharmaci loco, velut eſt aſparag⁹ paluſtris, petroſelinū, & ſimilia: moderata verò copia omnia accipiātur. Vinū ſit tenue & albū & nō valde vetus. non autem aceruatim detur potus inter cibum, neq; magna copia potus exhibeatur, vt ne cibi in ventre fluitent. Acetum quoque acerrimum cochlearii mēſura poſt omnem cibum abſorbeatur vbi iam vult dormire: ſed & pleraque obſonia in aceto tincta edere conuenit. præſtat autem aceto admiſcere parū de ſquilla, & ruta, & ariſtolochia tenui. Poſidonii. Commodum eſt autem ad inflationes tale oxyporium præparare: Liguſtici, ſeminis apii, zingiberis, thymi, ſingulorum vnc. I. mellis deſpumati quantum ſatis eſt. dato cochlearii dimidium manè, & veſperi ſimiliter. Quòd ſi mellis dulcedinem auerſentur, ſalem concoctoriū eiuſmodi ipſis præparato: Squillæ aſſatæ vnciam vnam, ſalis ammoniaci quincuncem, ſeminis apii, fœniculi, thymi, petroſelini, aniſi, ſinonis, zingiberis, ſingulorū drach. quatuor, panis puri ſicci quincuncem, piperis ſeſquiunciam. ex hoc cochlearii menſuram edendam dato cum cibo, prout voluerit. Detur etiam ipſis antidotus theriaca ex quibuſdam interuallis, & præſertim hyeme, & inchoante vere. Rufi. Vomant ex longioribus interuallis etiam à cibis, verùm à raphanis, aut origano, aut thymo ieiuni. non tamen fortioribus vomitoriis vtendum eſt. Sunt enim talia nociua in his, ærumnam ventri ac ſtomacho addentia iam antea ex morbo afflicto. videntur enim aliqui ex efficacioribus vomitoriis melancholia correpti. Proinde operæpretium eſt noſſe, quòd multi ſic ægrotantes, in tempore curationis nihil commodi perceperunt: demiſſa verò curatione reſtituti ſunt, natura ante curationem præualente contra morbos debiles ex medela factos. quapropter naturæ remiſſionem dare oportet. videtur enim vnà cum curationibus affligi: in quiete verò inualeſcere, & ſuperare morbos iam antea attenuatos.

De inſania lupina aut canina appellata, ex Marcello, Cap. XI.

QVI morbo lupino ſiue canino appellato corripiuntur, in februario menſe noctu exeunt, per omnia imitantes lupos aut canes, & vſque ad diem monumenta maximè aperiunt. Cognoſces autem ita affectos ex his ſignis: pallidi ſunt, & viſu imbecilli, & oculos ſiccos habent & non lacrymantur. Videbis etiam ipſos cauos oculos habere, & linguam ſiccam. & ſaliuam omnino non profundunt. Sunt quoque ſiticuloſi, & tibias habent exulceratas immedicabiliter, propter aſſiduos caſus, & canum morſus. ac talia quidem, ſunt ſigna. Noſſe verò oportet melancholiæ ſpeciem eſſe hunc morbum: quem curabis tempore acceſſionis venam ſecando, & ſanguinem vſque ad animi deliquium euacuando, & ægrum boni ſucci cibis nutriendo. Vtatur autem balneis dulcibus: deinde ſero lactis per triduum vſus, hiera verò ex colocynthide Rufi,

aut Archigenis, aut Iuſti purgetur, iterum atque iterum ipſam ſumens ex interuallis. Poſt purgationes etiam theriaca ex viperis vtendum eſt,& alia adhibenda in melancholia iam antea relata. Ad veſperam verò inuadête iam morbo, irrigationibus capitis ſomnum inducere ſolitis vtendum eſt,& talibus quoque odoramentis. nares item opio illinantur. quandoque verò etiam ſomnifica in potu exhibeantur.

De incubo, Poſidonii, Cap. XII.

QVI incubus appellatur, non eſt dæmon, ſed magis præludium & prooemium morbi comitialis, aut inſaniæ, aut ſyderationis. nam cruditates ex voracitate affectionem præcedunt. Dum enim ventriculi cerebri vaporibus craſſis ac frigidis implentur, prohibent hi facultates per neruos tranſire,& morbum ægrè excitabilem efficiunt,& qui vix ad rectam actionem perducitur. vnde etiã immobiles penitus tales permanent. Præcedit enim incubum ſuffocatio, vocis priuatio, grauitas, & immobilitas. Per multam verò anxietatem attenuato ac diſcuſſo ſpiritu,& apertis meatibus, derepentè excitantur. Cauendum igitur eſt à malo dum in principio eſt: inueteratum enim & aſſiduè incidens, quoſdam ex relatis morbis inducit, dum paulatim in ventriculis cerebri craſſus humor coaceruatur. Quæcunque enim patiuntur comitiali morbo correpti in exacerbationibus, eadem perpetiuntur incubo preſſi dum dormiunt. Si quidem igitur ſanguis redundat, venam in cubito ſecare oportet: ſi verò vitioſi humores magis prædominantur, purgatio facienda eſt per hieram Archigenis. Maximè autem opitulatur ipſis hoc. Corticis veratri nigri drach. I. ſcammoniæ obol. III. aniſi, aut dauci, aut petroſelini parum. Diæta verò ſit tenuis, & penitus flatus exors. Auxiliatur etiam ipſis niger pæoniæ fructus, ſi quindecim grana trita cum aqua in potu exhibeantur. Rigare verò oportet etiam caput oleo anethino calido,& pileo contegere vbi cubitum vadit æger.

De morbo comitiali, Galeni, Cap. XIII.

TRes ſunt morbi comitialis differentiæ. Omnibus autem commune eſt cerebrum affectum eſſe: aut primariò conſiſtente in ipſo affectione, aut per conſenſum oris ventris. Rarò autem fit etiam tertia ſpecies ex parte quadam, in qua incepit affectio,& deinde ſenſibiliter ægroto ad caput aſcendit. Atque hanc ſpeciẽ in puero quodam vidi, qui principium affectionis in crure habebat,& poſtea per tempus quoddam per femur & lumbos ac ſpinam ad collum & vſque ad caput aſcendebat. Vbi verò caput pertigiſſet, non amplius ſui compos erat. Tale quiddam contingit etiam in iis qui à ſcorpio, aut aliqua alia venenum eiaculante beſtia icti ſunt. Quidam enim ictus à ſcorpione, grandine ſe impeti putare dixit: & erat totus ſubfrigidus,& frigidum ſudorem excludebat,& medicamentis adhibitis vix ſeruatus eſt. Non igitur impoſſibile eſt circa aliquas non principales partes eiuſmodi eſſentiã generari, citra externã cauſam,& hanc ipſam vbi in neruoſa parte conſtiterit, vim ſuam per cõtinuitatem ad neruorum principium tranſmittere. Poſidonii. Conuulſio ſequitur ad morbum comitialem, eo quòd principium neruorum affligitur ab infeſtantibus ac moleſtiam exhibẽtibus. Quemadmodum enim ſtomachus, dum aut alimenti copia grauatur, aut ab acri humore mordetur, non ſolùm ſingultum, ſed etiam conuulſionem inducit: ſic etiam principium neruorũ ad talẽ motũ perducitur, dũ reiicere conatur quicquid tãdẽ fuerit id quod ex primariò affecta parte ad ipſum affertur. Cæterùm ordinati aut inordinati circuitus ipſis fiunt iuxta diætæ modum: aut enim per omnia æqualiter diætam habent ægri, aut inæqualiter & inordinaté. Irruente igitur comitialis morbi exacerbatione, conuulſas & obtortas partes deligare oportet, inungeréque ac dirigere: deinde diſparato ore pẽnam oleo illitam immittere, cyprino præſertim, aut irino aut narciſſino,& vomitum irritare, quò incumbentes ſtomacho humores extrahantur. Oportet etiam odoramentis ſenſum irritare, velut peucedano aut ſucco Cyrenaico. Perſeuerante verò exacerbatione, medicus confidenter cogens, ac mandibulas diducens caſtorium ori infundat, & ſuccum Cyrenaicum cum aceto mulſo. Reuocatis autẽ ipſis, per ſedem infundatur cẽtaurii ac calaminthæ decoctum aut ariſtolochiæ: deinde recuperatis viribus, per hieram Galeni ex colocynthide purgentur. Eiuſmodi ſanè eſt recẽtis & acuti comitialis morbi curatio: deinceps autem quæ ad inueterati demolitionem pertinẽt trademus. Oportet itaque ægros in longo aquæ potu continere, & in curationis aggreſſione ſi nihil impedierit, venam ſecare,& intermiſſis diebus quatuor aut quinque corpus reficere, ac ſic infrà euacuare, maximè per veratrum nigrum aut colocynthidem. Veratri autem corticem ſiccum tundere ac cribrare oportet,& eius drach. I. cum aqua mulſa præbere: aut modico pipere addito melle excipere,& catapotia deuoranda dare. In colocynthide verò, eiecto ſemine,& relicta medulla, vinũ dulce infundito, ac per noctem ſinito: manè verò vinum excolatum ac tepefactum bibendum dato. Poſt ſufficientem purgationem lauare ipſos oportet. tertia deinde die cucurbitas affigere præcordiis ac dorſo cum ſcarificatione: deinde intermiſſis aliquot diebus ac refecto corpore, purgare per hieram Galeni ex colocynthide. poſtea verò etiam capiti cucurbitas affigere. & ſequenti die cataplaſma capiti adhibere, ex pane cocto cum aqua mulſa, amygdalis amaris ſimul cõtritis, aut ſerpyllo, aut calamintha, aut mentha, aut ruta: & hoc faciendum eſt per triduum. Poſtea radendum eſt caput,& illinendum peucedani ſucco in aceto diluto: aut ſpondylium, aut ſerpyllum, aut iris in aceto coquatur, & facta intermiſſione, rurſus ex hiera drach. III. ſolùm dato: deinde ſternutatoriis vtendum eſt,& pituitam per os ducentibus,& nariſuſoriis, ita vt cyclamini ſuccum naribus infundamus, aut ipſam radicem ſiccam tritam inſufflemus, aut elaterium cum lacte. Et rurſus facto interſtitio, clyſtere ex centaurio & colocynthide vtere: deinde ſinapiſmum capiti adhibe, & eduliorum acrium eſu per interualla vtere.

Quæ arguunt morbum comitialem, Cap. XIIII.

ARguunt comitialem morbum,& eo affectos collabi faciunt ſuffita, bitumen, lapis gagates, cornu ceruinũ, odor hepatis caprini aſſati, & ipſum hepar dũ editur.

Quæ collabentes comitiales excitant, Didymi, Cap. XV.

SI magnum pedis ægri digitum diuiſeris ex quacunq; parte,& deſtillante ſanguine labia ipſius collapſi illeueris, ſtatim excitabitur. Aſclepiadæ odoramentum excitans comitiales. Sagapeni, piperis, caſtorii, amygdalarũ amararum, radicis peucedani, ſpondylii, galbani, ſingul. drach. II. ſilphii drach. I. opobalſami drach. I. aceto dilue ac paſtillos efforma. vſu verò expetente aceto dilue ac naribus ſubline. Vtendum eſt hoc in exacerbationibus. facit & ad vteri ſtrãgulationes. Pharmacum hoc repoſitum ſeruetur in ærea pyxide, quam naribus ægri admouebis. Aliud. Galbani, ſpondylii aut ſerpylli, æruginis raſæ, caſtorii, acori, ſing. drach. IIII. ſucci peucedani drach. II. aut radicis drach. III. ſucci Cyrenaici drach. I. opobalſami drachmam vnam, piperis grana XXIIII. amygdalas amaras decorticatas XXX. picis liquidæ quantum ſatis eſt, aceti tãtundem. Excipe & vtere.

Auxilia ad comitiales, Dioſcoridis, Cap. XVI.

AD comitiales facit rutæ ſylueſtris ſemẽ cum aqua potum,& ſpõdylium eodem modo. Item radicis bryoniæ drach. I. ſeminis ſiue fructus balſami drach. III. cardamomi drach. I. Ramentorum loti arboris cremor. Foliorum quinquefolii drach. I. quotidie pota. teſtudo terreſtris cocta ac delincta, laſer cum cibo acceptum. Summè verò prodeſt caſtorium poſt aliquam purgationem acceptum ad dies quinque aut plures, drach. I. põdere cum aqua mulſa. Et eboris ramenta magnopere profuiſſe cognouimus, ad dies quinque aut plures, duorum cochleariorum menſura quotidie pota cum aqua mulſa. Ex Aſclepiade. Oxalidẽ, ſiue rumicẽ acutũ, viridẽ præſertim, quotidie dato à prima luna vſq; ad triceſimã. Eadẽ oxalis herba viridis data cũ vino delyrãtibus, in naturalẽ ſtatũ eos reſti-

eos reſtituit. Aliud vt ne aſſiduè cadant,inquit Archigenes: Eryngii montani appellati, cuius folia anguſta & parua,& flores auricolores, & oculorum ſpeciē præ ſe ferentes.huius radicē contundito,ac diligenter cribratam reponito: & ex hac myſtra duo ad dies quinque dato,ſufficienti melle adiecto vt eclegmatis craſſitudinem habeat:& hoc facito ex interuallis,vt trecentos ſexagintaquinque dies expleas. Qui enim hoc pharmacum per anni ſpatium, hoc eſt trecentos ſexagintaquinque dies ſumit,ab hac affectione nō corripietur. Aliud. Squillæ aſſatæ internæ partis tritæ, anethi,ſing.acetabulum, apii acetabula tria. excipe melle,& nucis Pōticæ magnitudine exhibe cum aceto mulſo: & qui bibit, ſi poteſt, currat:ſin minus,concitatè deambulet. Aliud Aſclepiadæ. Foliis oleæ xxv.& caſtorio cum aceto mulſo, vſus eſt Themiſon. facit ad comitialem morbum & elephantiaſin. Eſt & hæc theriaca bona: Seſelis drach. v.ſcordii,caſtorii.cinnamomi,ſeminis trifolii, ſingul. drach.vi.ſtaphidis ſylueſtris drach.iii. gētianæ drach. viii.ariſtolochiæ drach.vi.pyrethri drach.viii.euphorbii drach.v.piperis albi drach.x.opobalſami drachmas iii.ſucci Cyrenaici drach.iii. excipe aceto mulſo ſimplici, & dato comitialibus cum aqua mulſa drach. tres: elephantiaſi verò affectis ſeſquidrachmam præbe.

Aliud, quo Serenus vtebatur ad comitiales, cui nullum comparari poteſt.idem concoquit & euacuat. Caſtorii,veratri nigri,ſcammoniæ,ſing.drach.ii.opopanacis, cumini Thebaici,centaurii, nitri, ſulphuris viui,abrotoni, ammoniaci thymiamatis, ſeminis rutæ ſylueſtris,abſinthii.ſing.drach.i. cōtuſa & cribrata excipe aqua,& efforma pilulas fabæ Ægyptiæ magnitudine, & vnā quotidie præbe cum aceti mulſi cyathis iiii. diuina hui⁹ cōpoſitionis vis eſt.Recipit autē ſimplicia xii. & habet drach.xv. Aliud. Coagulū leporis quotidie ieiunus bibat erui magnitudine,aqua diſſolutum: ſi nō adeſt leporinum,hœdino vtatur. Aliud Archigenis, ad comitiales & qui per circuitū conuelluntur,& à volvulo vexātur,& ex diuturno capitis dolore laborāt. Caſtorii,abrotoni,radicis panacis:pyrethri,croci,ſing.drachm. 8 ſeminis rutæ ſylueſtris, myrrhæ,piperis, ſingul. drach.iiii.terito in aceto mulſo ſquillitico, & paſtillos dr. formato,& vnū exhibeto nō febriētibus cum aceto mulſo: febrientibus in remiſſione ac interuallo cum aqua mulſa per triduū: deinde interpoſito triduo, rurſus per aliud triduū dato.facit etiā ad arthriticos. Ducit mulieribus mēſes,ſi nouies per interualla(velut dixim⁹)bibatur. Aliud cōſimilis vſus: Caſtorii,piperis, radicis panacis,ſing.drach.8. pyrethri,ſtaphidis ſylueſtris,abrotoni,ſeminis rutæ, zingiberis, acori, dauci, ſing.drach. 4.croci,iridis,cardamomi,ſing.drach.1. Dato ex hoc arido cochlearium cum aqua mulſa. facit ad comitiales, reſolutos & tremulos.

De iis qui ex ſtomacho primariò affecto comitialis morbi morbo exacerbantur, Galeni, Cap. XVII.

QVando ſtomacho primariò affecto fit morbus comitialis, oportet ægro præcipere vt bonæ concoctionis ſtudioſus ſit,& circa horam tertiam panem accipiat probè præparatum,ex vino veteri albo & tenui diluto ac leniter adſtringente. Dato autem ipſis etiam amarum ex aloe pharmacum ſæpe in anno.Dicetur autē amplius de iis qui ex ſtomacho comitialis morbi modo affliguntur, in ſermone De ſtomachicis.Multū verò prodeſt ipſis ſeſeli,& ſpondylii radix ac ſemē,&ariſtolochia cum aqua trita pota. Auxiliatur iis magnificè & venæ ſectio à talis & poplite,ſi aſſiduè fiat.Noui etiā puerū qui omnino non corripiebatur comitiali, ex quo pæoniæ radicem geſtabat magnam & recentem de collo ſuſpenſam,vt indeſinenter ſtomachum contingeret.

De iis qui ex parte aliqua habent morbi comitialis cauſam, Poſidonii, Cap. XVIII.

QVibuſcunque verò ex alia manifeſta parte morbus comitialis principiū habet, velut in prædicto puero ex crure:poſt totius corporis euacuationem,vnguentis locum prius excalfacere oportet:deinde epithema ex ſeminibus imponere,& ex emplaſtris quæ rarefaciunt & intemperiem tranſmutant:quale eſt quod ebrietas appellatur, & quod ex althæa paratur, & Mnaſeæ inſcriptum: poſtea verò Phœnicinum appellatum.Poſt temporis autem interſtitium dropaces ac ſinapiſmi loco adhibeantur.& ſic quidem adoleſcentes ac iuuenes, & inclinatæ ætatis homines fortiter curare oportet.

Curatio ſenum ac puerorum comitiali correptorum, Cap. XIX.

SEnes autem & pueri affecti hoc modo curentur: corporis equidem euacuationes in iis vitare oportet per purgantia medicamenta: imbecille eſt enim & ſenibus & pueris corpus ad reſiſtendum fortitudini purgatiuorum.Per clyſterem verò euacuādi ſunt, præſertim ſenes, ex centaurea, ariſtolochia, polypodio ac anetho. Sed & manducationum vſus ſenibus conuenit, & gargariſmatum,ac eorum quæ naribus induntur:at verò pueris ſimpliciſſima infuſa immittātur.Frictoriorū quoque ac ſinapiſmorum ſimpliciorum vſus pueris adhibeatur:ſenibus autem efficaciorum.ſed & antidoti præſcriptæ ſenibus ſunt exhibendæ.

Curatio valde ſenum comitialium, Poſidonii, Cap. XX.

VAlde ſenibus conſulendum eſt vt victu ſolùm calidiore vtantur, & vt bonæ concoctionis rationem habeant. Impoſſibile eſt enim eos qui cum hac affectione cōſenuerūt, humana ope curari, ac à morbo liberari. Quibus autem temporaria eſt affectio,ab aliquibus occaſionibus allapſa,etiamſi valde ſenes fuerint,ab ipſorū curatione deſperandum non eſt.

Curatio puerorum recèns natorum comitialium, Poſidonii, Cap. XXI.

AFficiuntur etiam recèns nati pueruli à morbo comitiali,& difficilem curationem habent, non tamen deſperatam. Poſſunt enim ipſorum matres aut nutrices calidis cibis ac potibus nutriri,quò lac ſemper calidius ac tenuius fiat. poſſunt etiam capita infantium puluiſculis calidioribus cōſpergi, velut eſt cyperus, adiantum, iris: oleo item anethino aſſiduè illini & irino, ac amaracino calidis. Lauari quoque poſſunt ita vt caput nō rigetur neque calida neque frigida: niſi vbi opus fuerit ſordes detergere per ſpumam nitri ac mel, & ſic caput ſolùm calida abluere, non autem immergere. Dandum eſt etiam ipſis mel deſpumatum ad delingendum: & collo alliganda eſt pæoniæ radix recèns,vt ſemper ſtomachum contingat.

De fatuitate, Cap. XXII.

FAtuitatis quoque ac delirii curationem aggredi oportet à principio generationis ipſorū,ſi partes corporis vniuerſæ & præſertim capitis moderatè ſe habuerunt, & ſi rationem antea moderatam ac integram habuerunt,poſtea verò dementes apparuerunt.Oriūtur ambæ affectiones frigidiore cerebro facto,aliquando ex ſola qualitate,velut fieri ſolet in profectionibus dum pluuia caput frigefacit,aut etiam vehemens ventus: aliquādo verò etiam modica pituita ad cerebrum illapſa. Differt autem fatuitas à delirio, quòd fatuitas quidem cōſequentia & dicit & facit: delirium autem tranſgreſſionem inconſequētem habet, & ſermonem alium alii cōnectit, ita vt poſterior nihil commune habeat cum priore.Deliriū itē ſenibus plerūq; accidit: fatuitas autē & in pueris & adoleſcētibus ac reliquis ætatib⁹,ex prægreſſis quibuſdam morbis conſequitur. Cæterùm curatio amborum morborum conſimilis eſt ei quæ ad comitiales relata eſt,per calefactoria auxilia ſimiliter fiens,non tamen ſimiliter ſiccantia.

De memoria amiſſa, ex Rufo ac Galeno, Cap. XXIII.

MEmoriæ detrimentum ſæpe in quibuſdam morbis factum eſſe compertum eſt, læſa ſimul etiam ratione:ita vt affectio quidem vtraque,eadem ſit,intendatur autem quando vnà cum memoria etiam ratio periit:quod ſanè fatuitas appellatur.Pereunt autem ambo hæc in lethargo, & omnibus affectionibus ſoporiferis. Vnde etiam curatio ad prædictas affectiones deſcripta

adhibetur inſtantibus iam morbis. Contingit autem
hoc etiam ex peſte, quemadmodum accidit in peſte A-
thenis facta. Si verò irruerit aliquando ex aliquo prædi-
ctorum morborum, ſoluto iam in totum, & in obliuio-
nẽ tranſeunte, conſiderare oportet qualitatẽ magis præ-
dominantem, hoc modo, Sola quidem humiditas re-
dundans profundos ac longos ſomnos facit: ſola verò
ſiccitas, vigilias. Si verò frigiditas fuerit cum humidi-
tate, ſoporiferæ ac ſtupidæ affectiones fiũt: ſi verò humi-
ditas fuerit cum modica frigiditate, memoriæ detri-
mentum & fatuitates ſuccedunt. Quum autem mul- B
ta ſit differentia temperaturarũ, pro maioris ac minoris ra-
tione, multiformis fit varietas cauſarum animales actio
nes lædentium. Obſeruare igitur oportet ſomnos eo-
rum qui memoriam perdiderunt, aut intelligẽtiam, (in-
telligentiæ enim amiſſio fatuitas eſt) vtrum ſomnolen-
ti ſint valde, an moderatus ipſis ſit ſomnus. ita enim re-
pereris intemperaturam prædominantem. Inſuper au-
tem conſiderandum eſt vtrum multa excernantur per
os & nares de humoribus ex capite delabentibus, aut ſic-
cæ appareant partes hæ. Si quidem igitur frigiditas ſo- C
la eſt, calefacere ſolũ conuenit, non item ſiccare: ſi verò
cũ ſiccitate fuerit frigiditas, calefacere ac humectare.
Atque ego ſanè noui quendam qui ferme memoriam a-
miſerat, & ratione læſus erat ob ſtudium & vigilias cir-
ca diſciplinas: alium item vinitorem ob vineæ labores
ſimiliter affectum: & vterque ipſorum palàm à calefa-
cientibus ac ſiccantibus lædebatur: ab humectantibus
verò ſimúlque calefacientibus opem ſentiebat. his au-
tem prædiſtinctis curationem annectamus. Si igitur ob
D purgationes quaſdã, aut alias immodicas euacuationes,
aut animi deliquia, fractis viribus, memoriæ detrimẽtũ
ſuccedat, refectoria diæta vti conuenit, nihil aliud cu-
rioſius moliendo. roboratis enim corporibus & colle-
ctis viribus, reſtituitur etiam memoria. Eodẽ verò mo-
do ſi propter extremam ſenectutem acceſſerit memoriæ
detrimentum, non oportet curioſè quid moliri, ſed ſola
conueniente diæta contentum eſſe. Quibus autem dere-
pentè deficit memoria, alia verò ſana eſſe videtur, in his
comitialem ſucceſſurum timere oportet, aut reſolutio-
E nem, aut etiam ſyderationem. & in ſumma magnum
quoddam malum in ipſis comperies. his igitur ſufficiũt
aliquando præſeruationes à morbis imminẽtibus. dum
enim morbi aduentum prohibemus, ex hoc etiam me-
moria conſeruatur. Prohibẽt autem prædictos morbos
primùm attenuans & inciſoria diæta: deinde etiam pur-
gationes conueniunt & ſimilia. Si verò ex morbis, velut
dictum eſt, irruerit, velut lethargo aut peſte, horum cu-
rationem contentioſius aggredi oportet. Summa verò
medelæ eſt in calefaciendo vniuerſum ipſorum corpus
F intrinſecus ac extrinſecus, iuxta menſuram euariationis
habitus naturalis. Calefactoria quæ ferme talibus conue
niunt, æſtate quidem oleum per ſe calidum: hyeme verò
irinũ cum aceto acriori, aliquando ſerpyllo, aut ſpondy-
lio, aut calamintha in ipſo cocto: aliquãdo etiam nitro
iniecto & pipere, aut baccis lauri. cõmodum eſt etiam
caſtorium cum oleo occipiti adhibitum. Auxiliatur au-
tem iis maiorem in modum hieræ Rufi purgatio. Quan-
doque enim, inquit, huius ſolius purgatione vſus, mul-
tùm profeci in purgando, quum nihil boni ſecum detra
G hat. incipit enim ſupernè à capite detrahere, & poſtea e-
tiam alias partes pertranſit, nullam violentiam, nullum
dolorem inferens, non ardorem, non ſtomachi dolorẽ,
non ſitim: verùm ſemper pro euacuationis ratione alle-
uat. vnde etiam ſtomachum corroborat per purgationẽ,
vt ciborum quoque appetẽtiam augeat. Creditur etiam
poſt purgationem per hieram, eboris ramentum memo
riæ opitulari, drachmæ pondere potum cum aqua mul-
ſa, & ſimiliter cerui cornu. Quin & caſtorium ſimiliter
drachmæ pondere potum, poſt purgationem cum aqua
H mulſa magnopere prodeſt. Maximum auxilium eſt & ve
ratri albi potio, non (velut quidam putant) poſtremum,
ſed ab ipſa rectè etiam quis incipere poſſit. Quid enim
opus eſt diu & multùm laboribus fatigari, quum ex ma-
ximo auxilio maximam medelam conſequi liceat? Qua-

A re citra omnem formidinem veratrum dandũ eſt priuſ-
quam æger per morbum excoletur, & vires auxilii exi-
les fiant. Commoda ſunt quoque ſternutatoria ex vera-
tro albo & caſtorio, naribus admota poſt euacuationes,
& quæ naribus induntur ac infunduntur, & quæ pitui-
tam per os detrahunt. Alimentum verò conuenit fria-
bile, & aliquo modo calefactorium ac attenuatorium.
Ab oleribus autem omnibus frigefacientibus abſtinen-
dum eſt, & à fructibus ac bellariis, caſeóque ac lacte, & à
cibis craſſefacientibus ac inflantibus. alia enim ex ipſis
B ſpiritum conturbant, alia denſant. Acriora verò ex inter-
uallis exhibeantur, velut ſunt allia, thymbra, origanum,
pulegium & raphani. ſed & horum copia vitanda eſt.
Semper autem cruditas cauenda: nã cruditates omni re
magis mentem vitiant. Vinum his conuenit tenue, al-
bum, & non valde vetus: per moderatam enim calidita-
tem tum alia non pauca poteſt, tum animam manſuefa-
cit, & ad tripudia aptam facit, motum ei præbens con-
cinnum ac ſedatum. Multus autem aquæ potus, & adhuc
magis vini, peſſimus eſt: caput enim valde humectat.
C multa autem humiditas obliuioſiſſima eſt. Somnus ſit
moderatus, & à repletione ne fiat. Veneris verò vſus ſit ra-
riſſimus: neque enim ad totam ſanitatem conducit, ne-
que ad animæ ratiocinationes: imò & triſtitiam inducit,
& lancinatio illa in coitu contingens, conuulſioni quo-
dammodo cognata eſt: & perfrigeratio quæ ſuccedit,
congelat quodammodo ac ſtupefacit intelligentiam.
Cæterùm poſt purgationes vniuerſales ac locales, etiam
ſinapiſmus occipitis commodus eſt, & poſt ſinapiſmũ,
balneum. Cruditas autem & laſſitudo penitus vitentur,
D tum aliarum corporis partium, tum maximè capitis ac i-
pſius mentis. Vitandi quoque ſunt vehementes ardores
ac frigora: ambo enim caput replent. vitanda & edulia
craſſefacientia & inflãtia ac humectantia. At verò quis
ex iis progreſſum faciat, etiam in ſanis qui humidius ca
put habent, victus rationem commodam præſcribere
poterit, vt quis optima memoria præſtet.

De commorſis à cane rabioſo, aut iis qui aquam timent, ex Rufo & Poſidonio, Cap. XXIIII.

E QVVM canes natura calidi ac ſicci ſint, per æſta-
tem ex ambiente nos aere aliam caliditatem ac ſic-
citatem acquirunt, & ob immoderatam intempera-
turam inſaniunt, & hæc inſania rabies vocatur. Pa-
tiuntur autem hoc magis in illis regionibus in qui-
bus maximæ & inæquales ambientis mutationes in-
ordinatæ fiunt, in quibus & hyemes vehementes fiunt,
& æſtus excellentes. Inſanientes autem canes, & ſiti ve-
hementi correpti, potum non admittunt, eo quòd inſa-
F niunt: vnde etiam magis intenditur ipſis veneni mali-
gnitas. Signa canum rabioſorum hæc ſunt, Muti ſunt, &
adeo deliri vt ne familiariſſimos quidem cognoſcant,
ſed hos primùm attingant. Cibum auerſantur, & ſiti-
culoſi quidem ſunt, non tamen bibunt, & plerunque an-
helant. Ore autem hiant, & linguam exerunt, ac ſalinam
largam & ſpumoſam profundunt. aures item inclinant,
& caudam laxatam habent, ſegniúſque incedunt, & ve-
lut ſomnolentiores exiſtunt. ſi verò etiã cucurrerint, ve
lociùs ſolito currunt intempeſtiuè ac inordinatè. huiuſ-
G modi canes fugere oportet. Omnes enim qui à rabioſo
cane morſi ſunt, ſi neglecti fuerint, aut malè curati, in af
fectionẽ timoris aquæ incidũt. & hoc maximè patiũtur
qui vitioſis humoribus repleti ſunt. Vnde quidã ſtatim
vbi cõmorſi ſunt, aquã & alios liquores timẽt: alii poſt
quadraginta dies, alii poſt lõgius tẽpus. Contingit autẽ
ipſis grauior perturbatio, quũ aquã aut aliud quoddam
pellucidũ ſpeculũ viderint. aſpiciũt enim faciẽ ſuã rubi
cundam, ac toruè tuentem atque ira plenam. Fieri autem
poteſt vt (quemadmodum aliqui dicunt) etiã canis à quo
H morſi ſunt, imaginem in aquis apparere imaginentur.
Recordati autem formæ canis, confertim ab immodi-
co timore corripiuntur. hoc verò patiuntur ob im-
modicam ſiccitatem. Nam philoſophus quidam morſus
à rabioſo cane, & generoſo animo affectioni reſiſtens,

&inconſequens ratus canem in balneo apparere:(appare
bat enim ipſi quemadmodum etiam aliis hoc modo af-
fectis)ratiocinatus igitur & ſic ſecum loquutus: quid cani
& balneo commune eſt? ſuperauit affectionem, & ſana-
tus eſt ab affectione, vbi citra timorem bibiſſet. Quum
igitur aliquis à rabioſo cane commorſus eſt, ei quamce-
lerrimè per receptam curationem auxiliari oportet, etiã
ſi paruus & in ſuperficie conſiſtens fuerit morſus, de hac
re certi quòd nullus ex iis qui non probè curati ſunt, effu-
git. Primùm itaque vulnus maius facere oportet, oſculo i-
pſius per ſcalpellum diuiſo ac dilatato: deinde etiam fiſſu
ris incuſſis omnem circumcirca locum vellicare, eo ſtu-
dio vt effluxum ſanguinis multũ per locum efficiamus.
Vlcus verò cauteriis ignitis amplioribus inurere: deinde
porrum imponere, aut panem cum ſale trito, aut cæpas,
aut allium. Et vbi cruſtæ exciderint, vlcera ad dies quadra
ginta aut ſexaginta à cicatrice arcere. & ſi ad cicatricem
peruenerint, rurſus per cinerem vitis aut ficulneum, & ſi-
milia, vlcera reſoluere. Hac de cauſa bonum eſt etiam fo-
lia marrubii, & anagallidem imponere. hæc verò etiam à
ceraſte ſerpente morſis magnopere auxiliatur. Vlcus au-
tem perfundendum eſt chamæmeli, & oxalidis, *id eſt radicis ramicis acuti*, decocto. Noui ego quendam ſe-
nem, qui vbi quis morſus eſſet à rabioſo cane ſola oxa-
lide curabat. nam & vlcus decocto perfundebat, & herba
integebat, & de ipſa bibendum dabat: & hoc pharmacum
velut robuſtum valde laudabat. Mingunt autem homines
qui ipſam acceperunt, multa & intemperata: & propterea
morbum regium hæc expurgat. Nos verò etiam im-
petiginem ex ipſa cum aceto confrictam depellimus, &
prurituі auxiliamur per eãdem radicem. vtimúrque etiã
ipſa ad morſus canis rabioſi cum aliis auxiliis. Similiter
facit etiam ſylueſtris rumex aculeatus, radicem habens
oblongam, velut raphanus paruus. Commodum eſt etiam
ipſis pharmacum Galeni ex pice brutia. Eſt autem hoc:
Picis brutiæ lib. I. opopanacis quadrãtem, aceti heminas
II. Opopanacem cum parte aceti terito, reſiduum verò a-
ceti ad picem adiice, & coque donec acetum conſuma-
tur, atque ita ad tritum in mortario opopanacem diffun-
de, & vnita excipe, ac impone, & hoc pharmaco per dies
quadraginta aut ſexaginta vtere, & non permittet vlcus
cicatrice includi. Bonum eſt & theriacam antidotum ex
viperis oleo roſaceo dilutam vulneri imponere. Sed & a-
ridum hoc ipſis conuenientiſſimum eſt. Salis foſſilis dra-
chmas VIII. chalcitidis drach. XVI. ſquillæ drach. XVI. ru-
tæ viridis drach. IIII. æruginis raſæ drach. IIII. ſeminis
marrubii drach. I. Reponitur ſiccatum in ſole in ærea py
xide. Vtere primùm ſicco donec cruſta inducatur: deinde
cum roſaceo, donec cruſtæ excidant. Sed & potamogetõ
cum ſale impoſitus non permittit incidere in affectionẽ
timoris aquæ. vtere autem hac herba, & humida & ſicca.
Danda eſt etiam antidotus theriaca in potu primos tres
dies, nucis auellanæ magnitudine. Neque enim aliquem
noui qui eam accepit, aquæ timore correptum. Nec verò
ab aliis auxiliis abſtinendum eſt, ſed danda maximè eſt
antidotus celebris ex cancris fluuialibus. Eſt autem com-
poſitio eius hæc: Cancrorum fluuialium magnorum vi-
uorum, in vaſe æris rubri vſtorum cineris dextantem, gẽ
tianæ quincuncẽ, thuris vnc. I. præparãdũ eſt hoc pharma-
cum menſe Auguſto luna decima octaua. Si verò non af-
fuerit quod ſic præparatum eſt, nihil de hoc curioſus ſis,
ſed quocunque tempore paratum exhibe, velut dictum
eſt. præſtat tamen lignis vitis exuſtionem ipſorum face-
re. Dato cochlearii menſuram cum aqua calida ad dies
quadraginta, ſi ab initio hac potione vſus fuerit: ſi verò
nõ ab initio, ſed poſt aliquot dies, dato quotidie cochlea
ria duo donec impleueris quadraginta dies. Facit quoque
per ſeipſum cinis cancrorum potus, & cum melle vulneri
impoſitus. Præparatur quoque antidotus ex nucibus, etiã
febricitantibus iam conueniens. nam ſupra hoc quòd af
fectioni reſiſtit, etiam ſomnum cõciliat. Cõpoſitio eius
hæc eſt: Sagapeni drachmas duas, opii Thebaici drach.
duas, croci ſeſquiſcrupulum, lycii Indici ſcrupulos vnde-
cim, & dimidium, carnis nucum iuglandium non valde

A veterum drach. XL. excipe & exhibe drach. I. cum aqua
pluuiali calida ad noctem, poſt vigorem febris, ita vt ma-
nè quidem antidotum ex cãcris, veſperi verò ex nucibus
præbeas. Quòd ſi hæ antidoti non adſint, dato confectio-
nem cyphi appellatam, ſiue eam quæ ex rebus XXXVI.
conſtat, ſiue eam quæ ex XXXVIII. paratur, habueris. com
modus eſt etiam ſuccus Cyrenaicus aut Parthicus, fabæ
magnitudine deuoratus. Quidam hepar ipſius canis qui
momordit coctum præbent commorſo. Mergi quoque
iecur aſſatum datum cum oleo ac modico ſale commo-
B dum eſt. Aiunt enim ita efficax ipſum eſſe vt æger eueſti
giõ aquam petat. Sed & hippocampus marinus aſſatus co-
meſtus prodeſt. ſanguinem enim ipſius amorem aquæ in
ducere dicunt, & formidini aquæ reſiſtere. vnde iterum
atque iterum hippocampum edere iubent. & ipſos hippo
campos cum acri aceto tritos vlceri imponunt, & hoc
pharmaco ſæpe rabiem ſuperarunt. Quin & catuli coagu
lum cum aqua datum, vtiliſſimè ab ipſis bibitur. & vbi
ſemel ipſum acceperint, aſſiduè commouet ipſis potus cu
piditatem, & bibũt etiam alios liquores intrepidè. Opor-
C tet autem catulum non multorum dierum eſſe, ſed recèns
natum & adhuc lactentem. prodeſt ipſis etiam leucãthe-
mum herba pota. Tantam autem eius vim eſſe aiunt, vt
ſi ex ea fundum poculi ſublinatur ac exhibeatur, ipſi libẽ
ter potum accipiãt. idem etiam de chamæmelino tradi-
tur. Vtiliſſimum autem eſt ipſis bitumen Iudaicum potũ
cum aquæ cyathis tribus. datur ex ipſo perfectis ſcrupul⁹
vnus, aut (velut aliud exemplar habet) drachma vna. vtili-
ter etiam datur ſylueſtris fici virgultorum cortex ſiccatus
ac tuſus, & cum aqua potus: & lycium Indicum, & abſin-
D thium, & ſcordium, & centaurea parua, ariſtolochia, arte-
miſia, chamædrys, bryoniæ radix, polium, laſer, cancrorũ
fluuialium decoctũ multo anetho cum ipſo cocto. Sub-
ſternitur autem commodè & inſternitur ipſis, vrſæ pel-
lis, & phocæ. Sed & hyænæ pellis efficaciſſima eſt, vt ipſis
intecta velociter mentem in integrum reſtituat. quin &
pellis hyænæ exuſta, ita vt cinis in potu detur, affectionẽ
formidinis aquæ ſedat. Cognitionem autem an homo à
periculo liberatus ſit, ex his ſumito. Vlcus nucibus regiis
læuiſſimè tritis intege: ſequenti verò die ſolue, & catapla-
ſma gallo aut gallinæ edendum obiice. Si enim ex eius e-
E ſu non mortui fuerint, tunc vlcus ad cicatricem perduci-
to: nimirum velut liberato ægro à periculo. vtere autem
eodem etiam ab initio ad dignotionem. ſi autẽ gallina
ex eſu cataplaſmatis prima die impoſiti vlceri non mori-
tur, ſcito nõ à rabioſo cane hominẽ morſum eſſe: ſi verò
mortua fuerit, vice verſa. Primùm enim ne attinget qui-
dem: ſi verò à fame coacta ederit, morietur, ſi rabioſus ca-
nis fuerit. Hoc igitur quotidie alterare oportet, donec ex
ei⁹ eſu gallina nõ moriatur. Cæterùm vlcus ipſum optimè
F ac tutiſſimè ad cicatricem perducit antidotus theriaca,
cum roſaceo diluta. Vlceribus autem ad cicatricem per-
ductis, veratrum album præbeatur ad totius affectionis
deſtructionem. nam & rabioſi canes hoc cum polenta ac-
cepto vomunt, & ſtatim reſipiſcunt à rabie liberati. Fieri
etiam poterit quod opus eſt, ſi per Rufi hieram infrà pur-
garis, vbi quid prohibuerit veratri acceptionem. Danda
eſt etiam quotidie hiera, non ad purgationem, ſed tan-
quam auxiliare medicamentum, nucis auellanæ magni-
tudine, cum cyatho decocti ſaluiæ, aut herbæ ſideritidis,
G quam heracleam appellant. Quidam etiam ſola ipſa vtun
tur, & multùm prodeſſe dicunt, & propterea etiam alyſ-
ſum ab eo quòd rabiem eximat, ipſam nominant. In vi-
ctu, indigentia & repletio vitanda ſunt: & magis indigen-
tia. nam indigentiæ humorum malignitates augẽt: quod
nequaquam commodum eſt vlceri maligno. Quapro-
pter alimentum moderari oportet, quò & probè conco-
quat corpus & ſucculentiſſimum ex bono ſucco fiat: quin
& egeſtionum quotidianarum & mictionum cura habẽ-
da eſt. Ad hoc autem faciunt & prædictæ radices, & ſcan-
H dix comeſta, & fœniculum. Crethmum autem tum ven-
trem tũ vrinã mouet. cichoriũ verò ſylueſtre etiam ſto-
macho commodum eſt, crudum comeſtum. appellant
ipſum aliqui ſerin, aut picridem. Commodus eſt & braſ-

A ſicæ aſparagus,& aſparagus paluſtris, & rumex hortenſis,
& agreſtis,& acutus. Et ex piſcibus qui teneram carnem
habent,gammari & cancri,& herinacei recentes cum vi-
no mulſo.ex carnibus extremæ partes:& volucres omnes
mōtanæ,cōcoctu faciles ac boni ſucci.vinū tenue & albū;
nō valde vetus.At verò præſeruationis gratia,ſingulis an-
nis appropinquante eo tempore,per hieram præpurgari
oportet:& inſtante iam die theriacam antidotum accipe
re per triduum.

De cerebri inflammatione, Cap. XXV.

B CErebrum inflammatum ſæpe ita intumeſcit vt etiam
ſuturæ capitis diſparentur,& dolorem maximum ac
exurentem compreſſis membranis inducit.Conſequitur
nauſea ſtomachi multa,& bilis vomitus, & rubor multus
in facie conſiſtit,& oculi prominēt,& facies intumeſcit,
itémque totum caput:iis ergo vena ſecanda eſt à cubito.
Oportet quoque à naribus & venis ſub lingua ſanguinem
euacuare. Vtere etiam irrigationibus capitis, quarum v-
ſus aliâs ad inflammationes adhibetur, & cataplaſmatis
humectantibus & concoquere ac maturare potentibus.

De eryſipelate cerebri, Cap. XXVI.

C FIt & eryſipelas,*id eſt ignis ſacer*, in cerebro: & patitur æ-
ger hæc.Dolet totum caput, & videtur ſibi flammam
in ipſo habere:& facies ipſius frigida eſt,itémque præcor-
dia,& os ſiccatur.Iis igitur vena ſecetur, & præſertim ve-
næ ſub lingua incidantur.Forinſecus autem adhibe capi
ti frigefacientia vnguenta,& paſtillos quibus ad eryſipe-
lata vtimur.

De apoplexia,id eſt ſyderatione, ex Galeno,
Cap. XXVII.

D SYderatio,propter repentinum exortum indicat humo
rem craſſum,aut frigidum,aut viſcoſum implere prin-
cipaliores cerebri ventriculos, & non propter intemperiē
totius eſſentiæ eius fieri. Magnitudinem itaque periculi
ex magnitudine læſionis reſpirationis coniecta.Quum e-
nim reſpirationem multùm impediri & vix fieri videris,
non paruam morboſam affectionem coniice in cerebro
factam eſſe.Eſt autem apoplexia,*id eſt ſyderatio*,priuatio ſen
ſus & motus totius corporis, vnà cum læſione principa-
lium actionum derepentè incidens. Ex Archigene. Sy-
derationis affectio ex natura magna eſt, & vehementer
E acuta.Cōtingitque vt qui periculum effugerunt,in diutur
num morbum incidant reſolutionis aliquarum partium,
aut etiam totius corporis, aut etiā violatæ rationis. Seni-
bus autem magis accidit affectio, & magis in hyeme &
conſtitutione frigida,& ex vehementibus cruditatibus,
& ardoribus vehementibus, & immodico vini potu ac
ebrietate.talia enim habitum perfrigerant.Et in ſumma,
qui in hanc affectionem collapſi ſunt,viuentes ſunt cum
mortificatione,aut cum tota ſenſus priuatione. Primùm
F igitur corpus oleo calido inungendum eſt: caput autem
rigandum roſaceo cum aceto.Coquendum eſt autem in
aceto ſerpyllum,aut ſpondylium.odoramēta quoque ad-
hibenda ſunt,caſtorium,opopanax,& galbanum:& aper-
to ore inſtillandum eſt acetum mulſum. Et pennæ oleo
cyprino aut irino aut narciſſino imbutæ immittendæ
ſunt,& vomitus prouocandus, & ſedes aſſiduè illinenda
cum ruta & cumino,addito nitro ac melle, ad flatus pro-
uocandos.Si verò hæc nihil profecerint, clyſteribus vtē-
dum eſt ex decocto furfurum & cucumeris ſylueſtris ra-
G dice,& centaureo, nitróque ac melle: aut ex muria cum
melle ac oleo rutaceo.Enitendum autem eſt vt quod in-
fuſum eſt emittatur per lumborum ac ventris frictionē:
& ſi opus fuerit,etiam digiti in ſedem immittātur,& ob-
turamenta educantur.His peractis,venam ſecare oportet
periculo prædicto.Detractio autem fiat è dextra manu,&
copia eius qui detrahitur diuidatur. Commouere enim
oportet tantùm non exoluere vires & calorem extingue-
re.Inſpiciantur etiam pulſus in euacuatione, & faciei co-
lor ac reſpiratio:&,ſi nihil mali conſequitur, etiam repe-
H tenda eſt detractio.Poſt venæ ſectionem adhibeantur o-
doramenta excitatoria, & vociferationes: & corpus totū
inungatur.Et ſiqua pars reſoluta fuerit inſigniter, hapſo
lanæ integatur ſicyonio aut pingui veteri oleo imbuto.
Qui verò ad venæ ſectionem inepti ſunt,primùm ad vo-

A mitum,velut dictum eſt,commoueantur, & ſedes ipſo-
rum illinatur iis quæ flatus educunt. Deinde poſt illitio-
nes, cucurbitis concutere conamur magnis & fortibus,
retrorſum iuxta lumbos affixis.& vbi per tempus aliquod
attraximus,transferimus ipſas vtrunque ad pectinem ac
imum ventrem. ſæpe enim expreſſerunt ea quæ in ven-
tre ſunt,& ſimul cum expreſſione reuocarunt morbo oc-
cupatos.His verò nihil efficientibus, aliquando ipſi auſi
fuimus ori hieram infundere:& quum ſuſcipere non poſ
ſent,quantum oportet per clyſterem infudimus.Et priuſ-
B quam quicquam egereretur,accidentia concurrentia re-
uocarūt me ad ampliorem aggreſſionem. & ſanè permit
tit hæc affectio ac cogit vel temerè omnia tentare. Hæc
igitur in neceſſitate fiunt.vbi verò tolerare poſſunt,etiam
reliqua auxilia annecte.Febris tamē occupat hominem:
alios prima,alios ſecūda die,& exhibet ſpem ſalutis ipſa
calamitas febris.ſed neq; negligenda eſt:verùm ſiqua re-
ſident in inteſtinis, ea educere oportet: ſi deorſum re-
pant,per clyſterem:ſi ſublimia ſint, per purgatorium in-
fernè pharmacum,& maximè per hierā Archigenis.Poſt
purgationem cucurbitæ præcordiis ac capiti affigantur
C cum ſcarificatione.Si verò aliqua compunctio etiam in-
ferius fiat,illic quoque ſcarificatio adhibeatur,præſertim
in mulieribus,iuxta vteri regionem:quòd ſi ad aliā quan
dam affectionem tranſitus fiat, curatio ad illam adapte-
tur.In ſumma verò prouidendum eſt in ſyderatis vt fa-
cilis fiat per aluum ac vrinas excretio.Curandum eſt autē
vt accipiant cibos,quotidie quidem,verùm paucos & le-
ues ac calidos,& exterſoria vi præditos, plerunque cum
melle edulcatos.

De reſolutione, ex Archigene, Cap. XXVIII.

D QVVM omnes nerui ſenſum ſimul ac motum amiſe
runt, ſyderatio appellatur affectio:ſi verò iuxta alte-
ram partem ſiue dextram ſiue ſiniſtram hoc contigerit,
reſolutio vocatur,illius partis videlicet iuxta quam facta
eſt.Conflatur hæc affectio,humoribus multis viſcoſis ac
craſſis neruos obturantibus, per quos motus voluntarii
perficiuntur. Manifeſtum igitur eſt quòd redundantem
humorem euacuare oportet:nec verò aptius principium
in his reperire datur quam à venæ ſectione, ſi quidē per-
miſerit ætas,habitus,tempus,ſtudium,prægreſſus victus,
E & reliqua quæ prohibere ſolent venæ ſectionem. Opor-
tet autem moderatam detractionem facere, vt ne perfri-
gerentur.Frigiditas enim cum ſiccitate,velut dictum eſt,
affectionem inducit.quapropter ſolùm imminuenda eſt
materia paululum per venæ ſectionem, & præſertim in
prouectiori ætate:detractio verò fiat à ſanioribus parti-
bus.In hoc autem tempore contecta eſſe oportet mem-
bra hapſo lanæ oleo ſicyonio aut gleucino imbuto. in
prouectioribus ætate,etiam caſtorium inſpergendum eſt
irrigationi.At in iis qui derepētè reſoluti ſunt,velut ex ar
F dore,præſtat irrigatio ex lanis ſuccidis, & oleo ac aceto:
aliquando etiam nitro. ſæpe verò irrigationem renoua-
re oportet.Cibus conuenit his modicus.ſint autem ſorbi-
tiones alicæ lotæ,& ſucci ptiſanæ.Interpoſitis dieb⁹ qui-
buſdam à venæ ſectione,aluus ſubducatur, primùm cly-
ſteribus:deinde etiam per aloes & polypodii ac colocyn-
thidis cremorem purgetur.conuenit etiam hiera Archi-
genis pro viribus accepta. Poſt purgationem cucurbitæ
affectis partibus adhibeantur: ſi verò hæ ineptæ fuerint,
G vicinis affigantur.Poſt cucurbitas vtendum eſt catapla-
ſmatis ex ſemine lini,& fœnogræco,ac ordei farina,cum
oleo veteri coctis, & pulueribus inſperſilibus admixtis:
aut etiā emplaſtris quæ acceperunt picem,reſinā, mannā
thuris,aliquando etiam bitumen.Egregiè facit & arte-
miſia coincocta,& calamintha ac ruta,& conyza. Poſtea
verò etiam nitrum admiſcemus,& in muria cataplaſma-
ta coquim⁹.Modicā autē aquā eſſe oportet,quæ & ipſa in
coctura cōſumatur.poſtea autē pro lini ſemine farinā loli-
aceā & fabaceā adhibere cōuenit.Optimū eſt & eryſimū.
H Deinde cerata & vnguēta adhibeātur:alu⁹ autē ſemper fa
cilè ſolubilis ſit. Catapotia ad reſolutiones,tremores, &
opiſthotonicos:Succi Cyrenaici,piperis,galbani,ſing.dra.
paſſo diſſoluito,ac facito catapotia, & dato ex eis obol-
los II.& his acceptis abſorbeant aquæ mulſæ cochlearia

duo aut tria. Aliud ad tremulos reſolutos & opiſthotonicos. Myrrhæ, caſtorii, ſtyracis, piperis, æqualibus partibus vtere. Aliud. Opopanacis, ſagapeni, caſtorii, myrrhæ, ſucci Cyrenaici, piperis, virgultorũ rutæ, ſingulorũ drach. I. præpara catapotia, & exhibe: & inſuper abſorbeant aquam mulſam. Vnguenta verò idonea ſunt huiuſmodi: In aliquo ex prædictis oleo ſquillam macerare oportet in ſole ad dies quadraginta: ſi verò tale oleũ non affuerit præſens, ſquillæ ſextantem in olei ſextario coquere oportet. ſimiliter etiam canchry, *hoc eſt libanotidis ſemine* vtendum eſt. Admiſcendum eſt & ceræ parum, & galbani, & propolis: aliquando etiam caſtorii vncia I. & adarces ac euphorbii, ſingulorum drach. IIII. & nitri drach. IIII. Commoda eſt quoque ranunculus herba ſimiliter præparata. manifeſtum eſt autem quòd à lenioribus incipere cõuenit. Sed & cerata ex iis parari poſſũt, adiecto pyrethro, baccis lauri, nitro, ſinapi. Malagmata verò conueniunt ex baccis lauri, & quod viride appellatur. ſæpe verò ſuffecit ceratum Cyprinum, largo ſinapi admixto, quod malagmatis vſum exhibet. Conueniũt etiam ſmegmata ex fæce vini & aceto, & combuſta adarce, euphorbióque ac calce viua parata. ſed & dropaces ipſis commodiſſimi ſunt. ſint autẽ leuia omnia quæ imponuntur, propter corporum debilitatem. Reuocat autem ſenſus etiam thapſia cum aqua illita aut cum aceto poſt dropaces: item illitio ex cantharidibus. Verùm vlcerationes ex talibus fientes, cicatrice citius includere oportet: quin & ſinapiſmi ipſis commodi ſunt, & poſtea balneum. vtendum eſt poſt purgationem etiam potionibus ipſis conuenientibus. Caſtorium itaque aſſiduè ipſis detur drach. II. pondere cum aqua mulſa: & opopanax magnitudine fabæ, cum caſtorio & ſagapeno erui magnitudine, ab ipſis deuoretur: item ſuccus Cyrenaicus eadem magnitudine. ſed & ſarmentorum vitis viridium decoctum, à ieiunis aſſiduè potum, valde prodeſt partibus corporis reſolutis. Vtiliſſima eſt etiã poſt purgationes & alias euacuationes, theriaca ex viperis antidotus, & mithridatica. Eſt & ſimplicius pharmacum valde celebre ad huiuſmodi affectiones, hoc: Caſtorii, ſeminis rutæ ſylueſtris, opopanacis, ſing. obol. II. pyrethri obol. I. acori tantundem, piperis grana X. cum aquæ mulſæ cyathis duobus, dimidiũ huius totius primùm dato: robuſto verò, totum. Vniuerſa verò curatio à capite initium ſumat: hoc enim radix eſt & principium totius affectionis. Quapropter illitiones ipſius ſint caſtoriũ, peucedanum, baccæ lauri & mẽtha. Hæc modico acri aceto excipiantur, addito irino vnguento, vt liquidioris cerati craſſitudo fiat: & illinatur ex hoc totum caput vſque ad frontem. ſed & odoramenta eiuſdem generis adhibeantur. Poſtquam autem aluus efficaciore clyſtere præeuacuata eſt, & totum corpus iam minus ſuperfluitatum habet, cucurbitæ capiti adhibeãtur cum ſcarificatione: primùm quidem tali quæ multum ſanguinem extrahere poteſt: deinde verò moderatiore. Hoc autem auxiliũ ſæpe adhibendum eſt, leuibus & inanibus cucurbitis primùm capiti circumpoſitis, & deinde locis agglutinatis. ſic enim affixæ nihil minus quàm repetita ſanguinis detractio poſſunt. Tonſura verò, non ſolùm cucurbitarum gratia, ſed etiam per ſeipſam aſſiduè fiat. ſi verò ambiens nos aer non fuerit frigidus, etiam raſura commoda eſt. ſtatim autem prædictis illitionibus caput modicè confricãdum eſt. Poſtquam autem detracta fuerit materia, etiam ſternutatoriis & pituitam per os ducentibus vtẽdum eſt. Ego verò etiã cruſtas inurere nõ dubitarim per ignem, aut per medicamentum: vnam quidem circa occipitis cauitatem, quo loco ſpinalis medulla initium habet: duas autem ab vtraque ipſius parte: tres aut quatuor in vertice, vnã ex his in medio capitis, tres circũ ipſam. Vlceribus enim diutius fluidis permanentibus, non deſpero perfectam reſtitutionem. Reliqua diæta ſit attenuatoria, ventri cõmoda, nihil viſcoſi aut viroſi habẽs. & quæ vrinam cient alimentis admiſceantur. Vtendum etiam potionibus relatis ad morbum comitialem, & vnguentis ad arthriticos referendis. Quum enim communia ſint hæc, ſuperfluum eſt eorum etiam hîc meminiſſe. ſi verò fuerit æſtas, etiam in totum detegantur loci, & denudati aeri exponantur. quibuſdã enim hoc tempore principium recuperationis actionum contigit.

De ſupercilii aut palpebræ reſolutione, Cap. XXIX.

SI ſuperciliũ aut palpebra fuerit reſoluta, curabuntur vnguentis calidioribus & acrioribus frõti illitis. Palpebra verò collyrio ex ſandice & germinum oleæ ſucco illinatur. Optimum autem in ipſis, & maximè in ſupercilio relaxato, hoc: Maſtichen cum ſucco braſſicæ non lotæ terito, & diſtenta frontis cute, fronti craſſius illine. perſeuerante verò affectione, palpebram quidẽ ſutura curat: ſupercilium verò faſciolæ de fronte ablatio.

De conuulſione canina, Cap. XXX.

CAninam conuulſionẽ vocant mandibularium muſculorum reſolutionem. diſtorquetur igitur in obliquum os, & naſus & oculus, & in ſumma dimidia faciei pars. auxilia itaque reſolutæ parti adhibeantur nõ oppoſitæ. Decipiuntur enim aliqui qui mãdibulam ab oppoſita parte diſtrahi putant. In communi igitur ipſis commodãt omnia in reſolutione relata. Nã & ſanguinis detractio, ſi nihil prohibuerit, & purgatio, & clyſter, & cataplaſmata, & vnguenta, & malagmata, & ſinapiſmi, & thapſiæ vſus cõducũt. Priuatim verò deligatura quæ ad oppoſita reducit: & ſanguinis detractio à venis ſub lingua: & cucurbitæ duobus verticulis impoſitæ: & quæ pituitã per os detrahunt, itémque quæ per nares. Iam verò etiã acrib⁹ illitionib⁹ vtẽdũ eſt ad oculũ affectũ, præſertim collyrio ex ſandice & germinum oleæ ſucco.

Linguæ reſolutæ curatio, Cap. XXXI.

SI lingua fuerit reſoluta, venæ ſub ipſa ſecentur, corpore vniuerſo prius euacuato, & cucurbita ſub mentum ponatur: & quæ pituitam per os detrahunt, & collutiones ex ſinapi, & linguæ exercitia adhibeantur. Reliqua item occipitio ac collo vniuerſo admoueantur, velut ſunt illitiones acres, & epithemata, & ſinapiſmi.

De inſtrumenti vocalis reſolutione, Cap. XXXII.

REſoluitur & vocale inſtrumentum, faucium inquã muſculi, & extremitatis aſperæ arteriæ, imò etiam thoracis ſuperiores. ſpiritus itaque in ipſis ſupprimitur. Quidam etiam gracilem vocem acquirunt: alii vix loqui poſſunt: & aliis aliter vox impeditur. Proinde poſt vniuerſalia auxilia, etiam thoraci adhibeãtur ea quæ antea enumerauimus. & gargariſmi acres ipſis exhibeantur. Priuatim verò ad ipſos vtendum eſt ſpiritus detentione & coaceruata expiratione, & concinna vociferatione. Poſt hæc autẽ per victum ac exercitia vniuerſum corpus corroboretur.

Deglutitionis reſolutæ curatio, Cap. XXXIII.

SI deglutitio reſoluta fuerit, hoc eſt, delatrix ciborũ promptitudo: nam ſi ſtomachus, *hoc eſt gula*, reſolut⁹ fuerit, perniciẽ inducit: calida omnia adhibẽda ſunt. priuatim verò conandum eſt vt cibi indantur quampenitiſſimè, vt ne ad aſperam arteriam dilabantur. Cucurbitæ quoque mento affigantur: & vnguenta vſurpentur ad partes iuxta tonſillas acria, ex caſtorio, ſagapeno, ſucco Cyrenaico præparata. gargariſmi item ex ſinapi: & quæ commanſa pituitam ducunt. forinſecus quoque adhibẽdæ ſunt illitiones communes prædictæ ipſi mento.

Veſicæ reſolutæ curatio, Cap. XXXIIII.

VEſicæ reſolutio ſiue detinuerit vrinas, ſiue inuoluntariè excreuerit, iiſdem cõmunibus auxiliis curabitur, circa pectinẽ, & maximè circa intercapedinẽ inter anũ ac ſcrotũ adhibitis qua parte ſitũ eſt veſicæ collum, quẽ locũ quidam ſiran, *id eſt catenulam* appellant. Vtendum eſt autem ſupra prædicta, irrigationibus pectinis ex vnguẽto nardino, & malabathrino ſuſinóq; ac ſicyonio, in qua cocta eſt eryngii radix, cyperus, cardamomũ, ruta. ſed & ſedes iis illinẽda eſt. Poſt cõmunia verò auxilia, etiã per infuſa in anum conandũ eſt reuocare veſicæ actiones. ſũt autẽ hæc, à principio quidem caſtoriũ cum oleo ſicyonio, aut ruta, aut cumino, aut anetho in oleo cocto. deinde centaurii & colocynthidis decoctũ,

ita vt modò cum aqua, modò cum ptiſanæ ſucco ſimul coquantur. Optimè facit & anagallidis ſuccus, & origani ac thymi decoctum. Omnibus autem admiſcendũ eſt oleum ſicyonium & caſtorium. aliquando etiam opopanaca & galbanum in ipſis eliquamus, ſi frigoris ſenſus ipſis adfuerit. Infundimus etiam per colẽ oleum ſicyonium cum caſtorio aut opopanace. Quandoque etiã ſilphium in oleo coquimus: priuatim verò in iis qui vrinas detinent, cathetere inſtrumento immiſſo, ad vrinas prolectãdas vtimur. Et poſt vrinæ euacuationem, cathetere adhuc inſito, aliquod ex prædictis infundimus, anguſtiſſima fiſtula ad vtrẽ parata, quæ catheteri adaptari poſſit. & mirum eſt quanta inde vtilitas emergit, ex infuſo videlicet poſt vrinas excretas. Vtendum eſt autem in vtriſque etiam vrinam cientibus per interualla, velut eſt ſion, & iunci odorati flos ac ſimilia. vtendum & aceto ac vino ſquillino. Dicetur autẽ de his amplius in ſermone De affectionibus veſicæ.

Colis reſoluti curatio, Cap. XXXV.

IN colis reſolutione vrinæ excretiones non impediuntur: ſeminis autem excretio & coitus impeditur. Oportet igitur auxiliis ad veſicam relatis vti: priuatim verò nunc etiam coxendicibus calefactoria adhibere: & iam quoque tentiginem cientia, de quibus ſuo loco dicetur exhibere. Facit autem cum reliquis pudendum cerui femori velut zona alligatum, & carnes ipſius comeſtæ: & polypi marini & herinacei: & ex volucribus ſturni. Caſtorium autem in omni reſolutione commodum eſt: cauenda verò ſunt in ipſis omnia frigida edulia ac potiones.

Inteſtini recti reſoluti curatio, Cap. XXXVI.

INteſtino recto reſoluto omnino inuoluntariè ſtercora excernuntur. aliquando verò etiam ſiſtũtur. Itaque etiam auxilia eadem ſint quæ in veſica ſunt relata, coxẽdicibus adhibita. Priuatim verò in his, nunc adſtringentia & corroborantia, nunc pinguia & leuia per clyſterẽ infundimus, & rurſus mordacia ac lancinantia. proinde cupreſſi ac rubi decoctũ adſtringit, maximè vbi immodicè egerit. Suillus autem & anſerinus adeps, & oleum maluæ maximè pinguefacit ac lenit, vbi ſtercora ſupprimuntur aut acria exiſtunt. Muria verò & colocynthidis decoctum, itémque centaurii, artemiſiæ, conyzæ ac thymi lancinant ac mordent. egregiè facit & trifolii bitumen olentis decoctum. Quum autem frigiditatis ſenſus affuerit, commodum eſt ſilphium, & gentiana, & bryoniæ radix in omnibus infuſis ſedis. Ego verò aliquando etiam acopon laſſitudinem eximens ex euphorbio paratum dilutúm, per clyſterem cum fœnigræci decocto immiſi, & bene ſucceſſit.

Cruris aut alterius cuiuſdam membri reſoluti curatio, Cap. XXXVII.

SI crus aut manus aliud membrum reſolutum fuerit, communia auxilia in reſolutione relata adhibeãtur, & exercitia moderata vnicuique parti congrua. Vtendũ eſt etiam in omni reſolutione vnguẽtis quæ ad arthriticos referẽtur: cibi verò ſint in omnibus faciles cõcoctu, attenuatorii, ventri commodi, nihil viſcoſi aut mali ſucci habentes. vinum ſit album, tenue, & non valde vetus. In ſumma, vitãda eſt corruptio, frigiditas, ardor, otium, laſſitudo, coitus, vini multi potus. Ex epiſtola Archigenis ad Marſum, potio reſolutis conueniens, de qua ſic ait, Optimum eſt hoc pharmacum, & ad eiuſmodi affectiones valde à me probatum: Caſtorii, ſeminis rutæ ſylueſtris, opopanacis, ſingulorũ obolos II. pyrethri, acori, ſingulorũ obolum vnum, piperis grana decem. Cum aquæ mulſæ cyathis duobus, dimidium ex hoc primùm dato: robuſto verò, totum. Indicat autem obolum habere ſiliquas tres.

De conuulſionibus aut diſtentionibus, Cap. XXXVIII.

QVVM ſtatim à principio, aut non multo poſt principiũ morbi fiunt conuulſiones, & permanſerint, ex repletione originem ducunt. Quum autem multis ſudoribus prægreſſis, aut vomitibus, aut ventris excretionibus, aut ſanguinis eruptione, aut poſt vigilias, aut fa-

A mem, aut motus multos & vehementes cõflatæ fuerint, ad euacuationem conſequuntur. Et vbi etiam in ſanis cõtigerit aliquas partes repentè conuelli, ob repletionem fieri neceſſe eſt. Si verò ex febribus ardentibus ſuccedit conuulſio, ob vehementem nimirum totius corporis & maximè neruoſarum partium ſiccitatem contingit, & eſt huiuſmodi malum maximum ac ferè incurabile. Quum igitur corporis partes antrorſum diſtenduntur, emproſthotonus appellatur: quum retrorſum, opiſthotonus: quum verò æqualiter in vtranque partem tenduntur, te-

B tanus vocatur. conuulſiones itaque ob vehemẽtem ſiccitatem nemo curauerit. Eas autem quæ ob plenitudinẽ aut inflammationem fiũt curaueris, plenitudinem quidem, euacuando, inflammationem verò, propriis ipſius auxiliis adhibitis. Fit etiam conuulſio in iis qui vehementer ob vomitus lancinantur, & ſedatur vbi quæ moleſta ſunt per vomitum fuerint reiecta. Auxiliatur conuulſis ſuccus centaurii tenuis potus, & ſeſeli cum aceto mulſo aut poſca. caſtorium autem non ſolùm potũ, ſed etiam foris illitum commodat. Atque hæc exhibemus

C iis qui ob plenitudinem conuelluntur.

De tetano ſiue diſtentione & conuulſione, ex Archigene, Cap. XXXIX.

QVID ſignificet tetani nomẽ, iam antè dictum eſt. Corripiuntur autem hac affectione cũ ob alias cauſas, (velut dictum eſt) tum ex vulneribus, & in fœminis ex aborſu. Verùm tetani ex vulnere fientes non ita ſanãtur. neque autem pueris, neque ſenibus conuulſio fit tetanica: infantes enim magis infeſtat morbus comitialis. Quare negligendum non eſt, ſed vena ſecanda, ſi diſten-

D tio ex vulnere cõſequitur: copia verò detrahẽda eſt multa quidem, ſed tamen non vſque ad animi deliquium. Et paulo pòſt exhibeatur alica cum aqua mulſa. ſit autẽ modicum quod exhibetur. Et ex aqua & oleo tepido ægri illinãtur, & in ſolio deſideant infra vmbilicum. Oportet autem & partes quæ non madefiunt præillinere, & præſertim caput, & probè contegere vt ne impleatur. Vnguenta autem & illitiones adhibeãtur ex oleo ſicyonio & gleucino, aut irino, aut oleo veteri. Conueniunt &

E vnguenta laſſitudinem eximentia, moderatè calefacientia, velut eſt quod fœtidum appellatur, & quod ex ſampſucho fit, & quod ex populo nigra, & ſimilia. quorum compoſitiones in Sermone de arthriticis referentur. Si verò nõ à vulneribus, ſed ex repletione fiat tetanus, poſt venæ ſectionem vnguẽtis magis lancinantibus vtẽdum eſt, quæ adarcen habent, & ſimilibus: deinde etiam cataplaſmata locis affectis adhibeantur, quæ laxare ac diſcutere poſſunt, ſimúlque lenire. Et hæc maximè muſculis circa collum & maxillas ac ſpinam adhibeantur. Horũ

F autem materia ſit fœnumgræcum, & ſemen lini, & farina ordeacea ac loliacea. His addatur terebinthina reſina, & galbanum, & mel, ac oleum multum in quo decocta ſunt ruta, conyza, aut artemiſia, aut libanotis. infarciatur etiam aliquando ammoniacum thymiama. Sint autem molliſſima ac lenia cataplaſmata. Sed & fomentum adhibeatur incumbente cataplaſmate, ex veſica magna & oleo calido ſemiplena, aut ex ſale fricto, aut ex milio in ſacculis. Sed & cataplaſmata in ſaccos cõiecta imponãtur, vt fomentum citra inquinamẽtum fiat, & præſertim

G ſi capiti id imponere oportet. Vitandæ autem ſunt aſſiduæ irrigationes capitis: caput enim inde repletur. Occupet cataplaſma & irrigatio ceruicem & maxillas ac totam ſpinã vſque ad lumbos. Inſpergatur irrigationibus caſtorium: & cucurbitæ cum ſcarificatione locis affectis omnibus affigantur. Temporis autem ſucceſſu etiam folia ex oleo aſſumantur moderatè bis aut ter in die, ita vt quinta olei pars ad ignem calefiat, reliquũ in ſoliũ mittatur: domus autem calida apparetur. In potu conueniũt optimũ apomeli & radicis ſilphii decoctum, & ipſa tri-

H ta, & hyſſopi decoctum. & ſucci Cyrenaici magnitudo erui deuorata, & myrrha troglodytica magnitudine fabæ. Ex omnibus autem minimè offendit & maximè efficax eſt caſtoriũ tritum datum cochlearii menſura. Poſt hæc commodant ſedis illitiones ex ruta & opopanace. auxiliatur & olei infuſum rutacei cũ terebinthina. Dan-

da eſt ipſis & Archigenis hiera drach.II.pondere cũ pari caſtorio,cum ptiſanæ ſucco ac melle:deinde quædam ex aliis dentur,& ipſum caſtorium per ſe.

De capitis dolore diſtinctiones, ex Galeno, Cap. XL.

QVI citra diſtinctionem doloris capitis auxilia deſcripſerunt,maius detrimentum quàm emolumẽtum iis qui eis fidem habuerũt, attulerunt. Neque enim omnes ob vnam affectionem caput dolent,ſed tum ipſæ affectiones plures ſunt,tum curatio ipſarum ſingularum propria exiſtit. Vna enim affectio eſt iuxta intemperiẽ ſimplicem citra humorum complexũ,alia iuxta humorum qualitatem:tertia verò multitudinem tantùm ipſorum humorum contingit: quarta quum multitudo hæc tranſitus humorum ac vaporum obturarit.Et ad has adhuc alia,quũ ob imbecillitatem in aliquibus capitis partibus ſpiritus flatuoſus innaſcitur. Vehementiſſimi igitur capitis dolores fiunt iuxta caliditatem ac frigiditatẽ:moderati verò iuxta ſiccitatem. ad humiditates autẽ nullus conſequitur dolor. Eodem modo quum ob redũdantes humores,ſiue iuxta omnes capitis partes,ſiue iuxta vnam quamcunque tandem dolor contigerit,vehementior quidem ob calidos ac frigidos:moderatior autem ob reſiccantes citra caliditatem aut frigiditatẽ manifeſtam oboritur. Humectantes autem penitus nullum dolorem inducunt,quantum ad qualitatem ipſorum attinet.Nam ob multitudinem, citra quidem obturationem,grauant caput:cum obturatione verò dolores inducũt:ſi verò multitudo mordacem qualitatem habuerit, dolorẽ augebit: at verò ſpiritus flatuoſus & vaporoſus diſtentionem efficit citra mordacitatem.

De dolore capitis ex ardore aut caliditate oborto, Cap. XLI.

CApitis dolores ex ardore ſolis aut caliditate obortos ſanant quæ frigefaciendi vim habent, citra manifeſtam adſtrictionem. Optima verò ex ipſis ſunt quæ eſſentiam tenuiorem habent: quapropter nihil melius eſt ab initio,quàm optimum roſaceum frigidiſſimũ factum,& ſincipiti affuſum. Sit autem roſaceum eo anno factum ex oleo omphacino,citra ſalis admixtionẽ.Proximum à roſaceo locum habet chamæmelinum,vbi moderatam frigiditatem inducere volumus. Quum enim vehemẽter frigefacere voluerimus, ſemperuiui ſuccum admiſcere conuenit, aut polygoni, aut lactucæ,aut vuæ acerbæ,aut portulacæ,aut pampinorumvitis, aut pſillii, aut intybi.Papaueris autem & mandragoræ ſuccus vehemẽter frigefacit:quapropter nociuus eſt. Cæterùm Eraſiſtratus maximum præſeruatiuum in calidioribus habitibus eſſe dicit,vbi quis in ſole verſaturus ſit, ſi ſpongiã latam,denſam,aqua imbutam & probè expreſſam capiti imponat.At ſi doloroſa caliditas in capite inualeſcat,vnà cum ſpiritu flatuoſo,ab initiò quidem curatione per repulſoria vtendum eſt,quæ ex adſtringentibus ac frigefaciẽtibus contingit : poſtea verò ex mitigatoriis ac cõcoctoriis medicamentis aliquid ad repulſoria admiſcere oportet:deinde etiam ex diſcuſſoriis quippiam addẽdum,paulatim detractis pharmacis quæ repellunt.

De dolore capitis in febribus, Cap. XLII.

IN capitis doloribus in febribus concidentibus,vena ſecanda eſt in prima aut ſecunda remiſſone, ſi nihil impedierit:&præſertim in bono habitu præditis ac multo ſanguine refertis. Animaduertẽdum eſt autem ne ob exhalationes ex ventre fiant,aut propter aluum ſuppreſſam.ſi verò poſterius poſt ſeptimam irruant,præuacuata memorabiliter per clyſterem aluo , cucurbitæ occipitio aut ceruici affigãtur. & caput ex olei irrigationibus mitigetur , roſacei quidem in calidioribus, & hora æſtatis cum modico aceto:chamæmelini verò in non valde calidis. anethini autẽ in frigidioribus habitib⁹,& in hyeme,quinta aceti parte addita.Frons verò illinenda eſt ex cypheos cõfectione in frigidioribus: crocomagmate autem in calidioribus.Porro medelæ doloris capitis ex febrium magnitudine oborti , in febrium tractatione ſuprà deſcriptæ ſunt.

Ad capitis dolorem ex ebrietate & meri potu, Cap. XLIII.

A VIna temperie calida maximè generant capitis dolorem,vt quæ omnino quidem vaporibus caput replent:aliquando verò etiam humoribus calidis. proinde opus eſt multitudinem quidem euacuare, caliditatẽ verò frigefacere. Roſaceum igitur aut tale quoddam nõ valde frigidum,ſatis eſt capiti adhibere: ſomnum item ac quietem.Et vbi talia per totum diem fuerint adhibita,in veſperam lauare oportet,& boni ſucci cibis nutri- B re:non tamen calefacientibus, qualis eſt ptiſanæ aut alicæ ſuccus, & panis ex aqua, & oua ſorbilia ſine garo, & lactucæ ferueſactæ. in potu omnino vtendum eſt aqua. Poſt omnem verò cibum,parum dandũ eſt de malo Punico,aut piro,aut pomo,aut vua paſſa. Sequenti verò die lauetur,& boni ſucci cibo nutriatur : & vinum tenue album modicum detur. Cæterùm præſumpta ebrietatem arcent hæc: Amygdalæ amaræ quinque aut ſeptem à ieiuno comeſtæ. vinũ abſinthites aut myrteum præſumptum:& ipſæ myrti baccæ præſumptæ. braſſicæ cauliculi C præcomeſti. Ebrietatem autem extinguũt poſtea ingeſta,cẽtaurii tenuis decoctum,ceruinum cornu, verbenacæ rectæ ſemen cum aqua.

Perfrigerati capitis medelæ, Cap. XLIIII.

IN capite recèns frigefacto,rutaceo oleo calido ſinciput irrigare oportet: ſi vehementiore caliditate opus habuerit,parum euphorbii oleo iniiciatur,aut vnguentum irinum illinatur, aut amaracinum,aut laurinũ , aut ſerpillinum,aut nardinum. Frons quoque talibus inungatur,& aurium ac narium meatus illinantur.

D De capitis dolore à ſtomacho, Cap. XLV.

QVidam etiam ſi modicus in vẽtre, & maximè circa os ipſius humor acris fuerit collectus,ſtatim caput dolet:humoribus in vẽtre prauos vapores ad caput mittentib⁹,vt aliquibus ipſorũ ſuffuſis ſimilia ſymptomata accidant ex exhalationibus ſi non cibum ingeſſerint. & propterea famem ferentes lædũtur. augeſcit enim ipſis huiuſmodi humorum malignitas propter ineditã. Oportet itaque ſic vexatos ſanare ita vt nihil capiti adhibeamus, verùm quamcitiſſimè moleſtos ventris humores E euacuemus,aqua tepida exhibita in potu,& immiſſis pẽnis vomitu proritato.deinde verò poſt modicum interſtitium cibus boni ſucci & ſtomacho commodus detur ſi fieri poteſt,lotis poſt vomitũ:ſin minus, ante balneũ. atque hic tantus ſit vt ne lædantur dum lauantur. A cœna verò parum bibant, & ſequenti die manè abſinthio & eadem diæta vtantur.& de cætero quotidie circa horam tertiam aut quartam modicum panem accipiãt cũ oliuis albis,aut cum vua paſſa, aut aliquo huiuſcemodi per experientiã reperto,eo quod ſingulis optimum eſt. F Aliud enim alii optimum eſt iuxta naturæ proprietatẽ. interpoſitis autem horis duabus balneum petãt. Peſſima porrò affectio eſt vbi vitioſis humoribus in ventris tunicis abſorptis,aut ineluibiliter infarctis,nauſeæ ac lancinationes inducũtur. quibus optimum auxiliũ eſt aloe pharmacum: quod aloes quidem habet drachmas cẽtũ, reliquorum verò quæ recipit,ſingulorum drach.VI.croci verò drach.IIII.aut minus. crocus enim caput percellit.Datur ipſis ex hoc pharmaco drach.I.cum aquæ cyathis duobus.Cauenda autem ſunt in omnibus,& præſer G tim his edulia natura capitis dolorem inducentia.

Quæ ex natura capitis dolorẽ inducãt, Cap. XLVI.

NON ſolùm in his qui caput per ſtomachi conſenſum dolent,ſed etiam in omnibus capitis affectionibus vitanda ſunt quæ natura capitis dolorẽ inducunt. Sunt autem hæc:viticis ſemẽ,abſinthii ſuccus,lactis potus,glandes quercinæ comeſtæ,oliuæ nigræ,memecyla, eruum.hoc etiam articulos exoluit. Amplius autem lædunt myrrha,thus,hederæ corymbi.Mentẽ verò perturbant lentiſci fructus,crocus, peucedanum , cyclaminos H ſicca cum vino pota, ſtyrax modicus quidẽ potus, triſtitiam diſcutit:multus autem, turbulentos ſomnos facit.

Ad dolorem capitis ob plagam, Cap. XLVII.

SI vulnus ob plagam factũ fuerit , glutinatoriis & inflammationibus arcentibus pharmacis vtendum eſt,

poſtquã vlceris labia fibulis impoſitis cõſtrinxerimus. ſi verò vſque ad pelliculam os caluæ ambientem plagã penetret, diducta pellicula caluariam ambiente, oſſéque conſcalpto, iuxta concarnationis modum curare oportet. Contingit autem non parum ſæpe, in caſu præſertim ex ſublimi facto, vt quædam partes circa cerebrum aut membranas eius abrumpantur: quando ſanè etiam periculum vehementius & acutius imminet. Optimum itaque fuerit in iis, niſi ætas prohibeat & niſi vitalis facultas debilis appareat, à venæ ſectione curationis initiũ facere. Quòd ſi aliquid venæ ſectionem impediat, aluum per clyſterem euacuabimus, reuulſionis ſimul ac euacuationis gratia: deinde auxiliis ad inflãmationes commodis vtemur. At verò membranam cerebri ſauciatam, inquit Archigenes, probè glutinat calaminthæ ſuccus infuſus, & farina milii arida inſperſa: deinde butyrũ & roſaceum, & adeps ſuillus inſulſus vetus, ſimul mixta & tepefacta infuſa.

De cephalæa, Galeni, Cap. XLVIII.

Cephalæa inueteratus & ægrè cedẽs capitis dolor appellatur, qui ex facili occaſione maximas exacerbationes habet, adeo vt neque ſtrepitus neque vocem vehementiorem, neque lumen ſplendidum, neque vini potũ, neque odoramenta caput replentia tolerare poſſint, neque item motum: ſed in quiete ac tenebris ob dolorum magnitudinem decumbere velint. nam velut à malleo ſibi pertundi videntur. Quidam verò velut cõtundãtur aut diſtendantur ea quæ circa caput ſunt, ſentiunt. non paucis autem vſque ad oculorum radices dolor progreditur. Habet autem hæc affectio aliquando continuos dolores, aliquando exacerbationes & interualla, ſiue ordinata ſiue inordinata. Intermittunt enim aliquando eiuſmodi exacerbationes, velut in comitiali morbo correptis, interceditque tempus aliquod quod omnino accuſari non poteſt. Manifeſtum igitur eſt, hanc affectionẽ conſimilem aptitudinem capitis vt facilè lædatur, velut in cephalalgicis, habere. Verùm ad maiorem debilitatẽ deueniunt in hac affectæ capitis partes: & quidam ex eis cerebri membranas dolitant: quidam verò membranam tantùm caluariam ambientem. Dolores igitur cum grauitate, humorum multitudinem indicant: cum mordacitate verò, aut humorũ aut vaporũ acredinẽ: cum pulſu autẽ, inflãmationẽ: cũ tẽſione verò, ſi quidẽ citra grauitatẽ ac pulſum fiat, flatus tenuis & vẽtoſi multitudinem demõſtrant: ſi verò cum pulſu, mẽbranoſi corporis inflãmationẽ: ſi verò cum grauitate diſtentio fiat, humorũ multitudinẽ intra mẽbranas cõtentã. Et dolores quidem in ſuperficie hærentes, mẽbranæ os caluæ ambiẽtis affectionẽ ſignificant: qui verò in profundo ſunt, cerebri mẽbranarum. Quibus enim affectio inter caluariã eſt, iis dolores vſq; ad oculorũ radices procedũt, eo ꝙ oculorũ tunicæ ex cerebri mẽbranis ortũ habeãt. Si quidem igitur humorum aut vaporũ multitudinem repereris cauſã, ſi quidẽ propter totius corporis repletionẽ facta eſt, vniuerſo corpore euacuato capitis dolorem ſanabis: ſi verò velut debile exiſtens caput, ad ſe ſublatos humores ac vapores ſuſceptet, materiam reuellere oportet in totum corpus: atque ita particulæ mederi. Per clyſteres itaque reuulſio fit, & ligaturis extremitatum, & pluribꝰ infernarum partiũ cõfrictionibus. interdum etiã ſanguinis detractione. Caput autem curabis, quandoquidẽ reuulſoriis vti oportet, per repulſorias irrigationes. Poſt totius verò corporis euacuationem iam caput euacuantibus ac diſcuſſoriis vteris: deinde iis quæ corroborare poſſunt. Repellit igitur oleum omphacinum, & roſaceũ per ſe & cum aceto, & quod ex papaueris capitibus, & oleæ teneris germinibus, & hederæ cacuminibus, ac mentha viridi apparatur. Adhibeãtur autem remedia tepida quidem, vbi frigidior & crudior fuerit humorum multitudo: frigida verò, vbi calidior & bilioſior extiterit. Diſcutit autem oleum dulciſſimum calidũ, & hoc magis inueteratũ: itẽ ſicyoniũ. Si verò craſſior fuerit humorũ multitudo, ſpõdyliũ aut ſerpyllũ, aut pulegii comã, aut calaminthã, aut mẽthã oleo incoquẽs, multitudinẽ euacuabis. Eadem hæc etiã robur parti addunt. quapro-

A pter vſque ad perfectã curationẽ eis vti cõuenit. Omniũ porrò maximè diſcutit & mirificè corroborat verbenaca recta, præſertim viridis: imò etia arida cũ radicibꝰ, & ſimul cũ ſerpyllo oleo incocta. Cóiiciẽda etiã ad ea crocodiliadis maximæ circa aquas naſcẽtis radix: quin & ipſam per ſe verbenacam ſi oleo incoxeris, caputque inde rigaueris, omni capitis dolori antiquo ex frigiditate aut ex craſſis humoribus oborto medeberis. Maximè etiam proſunt ſub aquario vaſe naſcentes aſelli, *millepedæ appellati*, ſi cum oleo coquantur.

B

De hemicrania, ex Galeno, Cap. XLIX.

Affectio doloroſa iuxta dimidiam capitis partẽ cõtingit, quam hemicraniam appellant, & vtplurimũ per circuitum exacerbatur. Fit autem propter influxum vaporũ aut humorũ, ſiue multorũ, ſiue calidorũ ſiue frigidorũ. & aliquibus contingit vt extra caluariã doloris ſenſum perceptẽt: quibuſda autem in capitis profunditatem penetrat: aliqui verò temporum muſculos vehemẽter dolẽt. dignotiones autem ex iis quæ de cephalæa

C dicta ſunt fiãt. Proinde purgare ipſos oportet, aut prius venam ſecare, atque ſic localibus auxiliis vti, ita vt quis tum per digitos ſuæ manus, tum per lintea, dimidiã frõtis partem, & maximè circa temporum muſculum cõfricando excalfaciat, ante exacerbationis tẽpus hoc faciẽs. Poſt exacerbationẽ verò, hemicranicis appellatis pharmacis vtẽdum eſt. ſi quidem multa caliditas in doloribus percipiatur, iis quæ refrigerans quippiã habent: nõ præſente verò caliditate, iis quæ multùm calefaciũt. vtriſque verò aliquid ex iis quæ robur addunt miſceatur,

D quod adſtringentem habeat facultatem. Optimũ porrò eſt vnguentũ quod habet euphorbii vnc. I. ceræ quadrãtẽ, olei dulciſſimi lib. I. ex hoc dimidiã frontis partem vnà cum temporũ muſculo illine. Cõmodiſſimũ eſt ad frigidas affectiones, vt ſæpe ex vnico eiꝰ vſu ante balneũ dolor ceſſarit. Sic autem affectis prodeſt etiã in aurẽ infuſum oleũ tepidũ modico euphorbio adiecto. ſatis eſt enim ſi ad librã olei drach. IIII. euphorbii addãtur. Cæterùm naturali quadam ratione aut potentia euphorbiũ ad hemicrãicos facit, ſic adhibitum: Terito ipſum cum

E aceto, & ſi quidem dextrum tempus dolet, illinito ſiniſtrum: ſi verò ſiniſtrum dolet, illinito dextrum: & celerrimè ſanat dolorem. Item inteſtina terræ terito, & dolẽs tempus illinito: mirificè faciunt. ſimiliter vtere carne cochlearum. Vtere etiã paulo pòſt deſcribendis communibus omnis doloris capitis auxiliis.

Communis curatio cephalææ & hemicraniæ, ex Archigene & Galeno, Cap. L.

Inueterata & ægrè ſolubili cephalæa aut hemicrania exiſtẽte, principiũ curationis à venæ ſectione aut pur

F gatione facere conuenit, aluo prius per clyſterem euacuata. Manifeſtum eſt autẽ quòd multo ſanguine refertis venam ſecare oportet: vitiatis autem humoribus referti, purgandi ſunt. & deinde irrigationibus cõmodis vtendũ eſt: & à naribus ſanguis detrahẽdus: deinde pituitã per os ducentibus, & iis quæ naribus induntur vtẽdũ. Poſtea raſo capiti illinendum eſt id quod ex ſcammonia & peucedano ac aloe conſtat. Epithema verò cõuenit ex amygdalis amaris, & thure ac myrrha. emplaſtra verò ex agarico & quod ex ſquilla cõſtat, & nigrũ ex cucumere

G ſylueſtri, conueniunt, puſtulas locis inducẽtia, & quæ in profundo ſunt ad ſuperficiem tranſferentia. non incongruum eſt etiam malagma ex baccis lauri. Nos autem vtimur cataplaſmate ex cantharidibus: & mirificè facit, dum per longum tempus vlcuſcula ab hoc pharmaco fiẽtia, ſanie manant. Oportet autem munitam eſſe veſicã per lactis potum ac irrigationes, eo quòd facilè ab vnguentis ex cãtharide lædatur. Perſeuerãte verò affectione, ſecandæ ſunt arteriæ circa aures, & præſertim quæ in temporibus ſunt. Quidam etiam vſtione profunda vſi

H ſunt in cephalæa: qui hoc ſolùm cauerunt ne quis muſculus ſub cauterium caderet. Adhibentur autem cauteria nucleoformia, vbi magis dolor hæret: & licet vſque ad os vrere, quò ſquamæ diſcedãt. Barbari verò luniformẽ diuiſionem faciunt circa anteriorẽ capitis partem, ſupra frontem, à ſiniſtra aure vſque ad dexteram, pelliculam

caluam ambientem exoluentes,& os capitis deradentes, caput tamen munientes.Et non poteſt temerè aſſumpta eſſe videri iis qui mali difficilem tractationem nouerũt; propter quam neque talia auxilia maiora quàm opus eſt exiſtunt. Veratrum autem non minus cauteriis prodeſt, imò etiam magis. Inducendi igitur ſunt prius per vomitum à raphanis: deinde dandum eſt veratrum. Ego verò tum his, tum comitialibus, veratri albi bulbũ tritũ & in puluerem redactum exhibui drach. vnius pondere, velut in ſermone De purgatoriis dictum eſt. purgantur enim hinc efficaciter cum valde multa excretione. Deinde interpoſitis quibuſdam diebus, de ſurculis exhibeo drach.II.(amplius enim hinc lancinantur quàm excernunt)& rurſus tertiò ſimiliter præbeo. Nam ad affectionem iam firmatam,& in ipſis, vt ita dicam, oſſibus fixã, non eſt alius efficacior modus. Poſt hæc reparatis viribus infrà purgamus, per interualla quædam per noſtram hieram, quò illuc repere cogamus materiam ſurſum vergentem. Vitare autem oportet frigiditatem, ardorem, laſſitudinem tum reliqui corporis, tum ipſius capitis, per viſum, auditum, olfactum & guſtum: & præcipuè tactum. Vitanda ſunt etiam acriora edulia, velut cæparum alliorum,& ſimilium: item ea quæ inflant, & quæ difficulter tranſeunt, velut ſunt caſei, lac, fungi, tubera, bulbi, rapa. Eligantur autem ventri commoda,& quæ facilè concoquuntur, friabilia, non pinguia, non viroſa, ſtomacho grata, vrinã ciẽtia. fugiendũ eſt etiã mel & omnia dulcia. Vinũ verò albũ & tenue ſit,& nõ valde vet⁹, neq; valde odorum,& copia moderatum. At verò ſtœchadem herbam coctam cum aqua, aut aqua mulſa, in omni capitis dolore velut ſolum & maximum remedium exhibeto. Aliud ad omnem capitis dolorem. Os cerui vſtum & tritum cum roſaceo dolenti loco illinito. Aut ocimum tritum imponito: aut mentham cum aceto tritam bis in die illinito. Aut rumicem ſylueſtrem & gallas ſimul tritas tẽporibus ac fronti illinito:& eueſtigio ſanabis. Aliud. Stercus hirundinum antequam in terram cadat, vnà cum luto quod in nido reperitur, aceto in ligneo vaſe madefacito, ac illinito. Aliud. Pilulas caprini ſtercoris tritas illinito ac alligato. atque hoc manè ac veſperi facito: & ſanabis. Aut naſturtium torrefactum cum aceto & roſaceo terito, & cerati craſſitudine imponito: & citiſſimè medeberis. Aut inteſtina terræ trita illine. Aut cohlearum carnis cinerem, ſtercus bubulum, thus, æqualibus portionibus cum aceto trita illine. Quidam verò ex noſtris præceptoribus, inquit Galenus, hoc vtebantur ad hemicranias: Piperis drach. II. crocomagmatis drach. II. euphorbii recentis drachmæ dimidium: ſi verò vetus fuerit, drach. vnam, ſtercoris columbarum in agris degẽtium drachmæ dimidium, atramenti ſcriptorii boni drachmæ dimidium. Terito cum acerrimo aceto, & illinito temporis muſculum & dimidium frontis, ac totã affectam partem. Crocomagmatis præparatio: Croci drach. C. myrrhæ troglodyticæ drach. L. roſarum ſiccarũ drach. L. amyli recentis drach. L. gummi drach. L. teruntur cum vino. Ad capitis dolorem temporibus illinitur. Miſcetur etiam in præparationes aliorum pharmacorum. Aliud quod non ſolùm hemicranicis commodat, ſed etiam omni inueterato capitis dolori, illitum. In dolore quidem capitis, à tempore ad tempus per totam frontem: in hemicranicis verò dimidiæ parti affectæ. Croci drach. XV. atramenti ſutorii drach. X. aluminis drach. III. myrrhæ drach. IIII. opii, omphacii ſicci, chalcitidis crudæ, ſingul. drach. III. gummi drach. XV. Cum vino falerno velut collyrium terito,& paſtillos formato. & vſus tẽpore cũ poſca, aut aceto meraco illine. Aliud.

Scammoniæ drach. VI. croci drach. II. comæ hederæ drachmas ſex, ſulphuris viui drachmas quatuor aniſi drachmas octo, ſeminis apii drachmas octo, diligenter terito, & cum ocimi ſucco paſtillos efformato. Hoc multo roſaceo dilutum, irrigatio fit capitis lethargicis commoda. verùm in capitis dolore cum aceto adhibetur. Aliud pharmacum non ſolùm in his commodum, ſed etiã ad vertiginoſos faciens. Radicis peucedani drachmas quatuor, iridis Illyricæ drachmas duas, æruginis, acori, ſingulorum drachmam vnam, ſpondylii drachmas quatuor, piperis nigri drachmas duas & dimidiam, ſerpylli drachmas quatuor, myrrhæ drachmas duas, caſtorii drachmas duas & dimidiam, baccas lauri trigintaquinque, rutæ viridis drachmas octo, menthæ viridis drachmas quatuor, opii drachmam vnam: vino excipe & forma paſtillos. vſus autem tempore, aceto & roſaceo dilutos illine. Sed & cerato roſaceo excepti fronti imponuntur, velut malagma. Paſtillus qui non ſolùm hemicranicis prodeſt, ſed etiam iſchiadicis. Thapſiæ drachmas tres, euphorbii drach. IIII. ſucci Medici drac. III. myrrhæ drach. I. opopanacis drach. vnã. contuſa ſimul ac trita cum vino efforma,& vtere cum aceto. Alius. Radicis peucedani drachmas quatuor, croci drachmam vnam, myrrhæ drachmas quatuor opii drachmã vnam. cum aceto formato paſtillos,& vtere cum aceto in irritationibus. eueſtigio ſoluit dolores. Alius ad omnem capitis dolorem & hemicraniam, per multam experientiam cognitus. Succi abſinthii, ſucci hederæ, ſtercoris caprini, cochlearum vnà cum teſtis exuſtarum, chartæ vſtæ, baccarum lauri, bulborum, thuris, euphorbii, atramenti ſcriptorii, crocomagmatis, gallarum, foliorum raphani, vitellorum oui, ſucci maluæ, æquales portiones terito cum aceto, ac formato paſtillos, ac vtere cum aceto.

Epithemata ad capitis dolorem, Cap. LI.

AMygdalarum amararum, floris viticis, radicis peucedani, menthæ viridis, virgultorum rutæ, baccarum lauri, ſerpylli, ſpondylii, caſtorii, ſing. vnciam vnam, roſarum ſiccarum ſextantem. Diſſoluito cum aceto, & excipe cerato roſaceo: deinde in linteum infarcta, deraſis capillis, toti capiti imponito, & per faſciam deligata vſque in ſequẽtem diem ſeruato, & ruſus exoluito, ac renouata imponito. Aliud malagma, ad omnem capitis dolorem. Æruginis drach. quatuor, æris vſti drachmas quatuor, ſquamæ ferri ſtomomatis appellati, drachmas duas, terræ cimoliæ drach. quatuor chalcitidis crudæ drachmas quatuor, pumicis crudi drachmas tres, terebinthinæ vnciam vnam, ceræ ſeptuncem, olei veteris quinquũcem. Aridis læuiſſimè tritis liquabilia liquefacta affunde,& emollito, ac vtitor. Si verò durius eſſe videatur, oleo amygdalino emolli,& vtere velut dictum eſt. facit, etiam fronti ac temporibus impoſitum. Facit quoque mirificè emplaſtrum nigrum Archigenis corio inductũ, & dolenti tempori impoſitum: eueſtigio enim ſoluit dolores. Habetur autem inter auxilia ad orthopnoicos deſcripta Sermonis octaui capite quinquageſimoſeptimo.

Quæ naribus indita caput purgant, Cap. LII.

QVòd ſi neceſſitas poſtularit, etiam per nares caput purgare oportet poſt totiuscorporis euacuationem, anagallidis ſucco naribus infuſo, aut cyclamini, aut ipſa cyclamini radice inſufflata, aut elaterio cũ lacte infuſo. Cæterùm pharmaco parabili ſæpe vſus ſum, nigella pridie in acri aceto macerata, & deinde cum aceto trita, ac naribus infuſa. facit etiam ad narium obturationẽ. Aliud. Hederæ ſuccus aut calaminthæ per narifuſorium inſtrumentum naribus infuſus, multum mucum ducit. Aliud Nucleum ſpecilli in aquam tingito, & eo atramẽtum ſutorium læuiſſimè tritũ excipito,& in nares penitiſſimè indito. hoc multùm purgat,& dolores eueſtigio leuat Aut atramentum ſutorium lacte tritum infundito. purgat maximè ictericos. Aliud. Nigellæ tritæ drachmas VIII. ſpumæ nitri drach. I. ſalis ammoniaci drach. I. oleo veteri aut irino, aut cyprino dilue, & tomentum ſpecillo obuolutum medicamento immerge, & ex eo nares aſſiduè illine: & defluet quicquid caput infeſtat. Habeat autem pharmacũ compagẽ cerati liquidioris,& ſeruetur in cornea pixide. Aliquãdo pro ſpuma nitri elateriũ adiicio:& facit ad diuturnas lippitudines, ac morbũ comitialem. ducit enim multam humiditatem. Aliud citra moleſtiã purgans,& confeſtim dolorẽ eximẽs. Cyclamini ſiccæ drach. VIII. iridis ſiccæ drach. II. nitri rubri drach. I. Ego verò elateriũ pro nitro adieci, & probè trita per ſtipulam inſufflaui, ſurſumque attrahere iuſſi,& poſtea deorſum inclinari vt collectus humor deflueret.

Sed & per ſternutatoria caput concutere oportet, quæ deſcribentur in Sermone hoc inferius, vbi de narium affectionibus agemus.

Apophlegmatiſmi pituitam per os à capite detrahentes, Cap. LIII.

NItri ſemiſſem, ſtaphidis ſylueſtris quadrantem, aniſi trientem, foliorum lauri viridium ſextantem, vuarum paſſarum, vinaceis exemptis, quantum ſatis his excipiendis. Ex hoc commanducandum præbe pro vna vice quadrantem, & commanſa expuere iube. Aliud quod commanſum, caput purgat. Pyrethri, piperis, hyſſopi, ſtaphidis ſylueſtris, ſing. æquales portiones vuarum paſſarum carne excipe, & manducanda præbe. verùm poſt horum vſum, ſale ac melle recurentur. Aliud caput purgans, quod neque caput dolere permittit, neque oculorum caliginem fieri. prodeſt & auribus & dentibus. & qui per tēpus ipſo vtitur, in nullam ex his affectionibus incidit. eſt autem optimum: Sampſuchi ſicci, iridis Illyricæ, pyrethri, hyſſopi, nitri, piperis, ſeminis apii, radicis panacis, ſtaphidis ſylueſtris, ſing. drachm. quatuor. Si verò vim eius intendere voles, adiice etiam myrrhæ drach. IIII. Singula primùm ſeorſim, deinde ſimul terito cum aqua, & formato paſtillos, paulo melle admixto. Vſus autem tempore, melle & aqua diluito, ac pro gargariſmate vtitor. aut oleo cyprino aut irino, aut veteri admixto naribus infundito.

Smegmata & puluilli inſperſiles caput denſantes, Cap. LIIII.

SMegma denſans caput. Nitri Bernicarii ſemiſſem, baccarum lauri, ſinapis, ſampſuchi, ſing. ſextantem, cyperi vnc. I. fæcis vini vſtæ vnc. I. Hoc ſmegmate in balneo illito defricetur. Oculis autē linteū multiplex aut ſpongia prætēdatur. Aliud. Nitri aſſati lib. I. baccarū lauri lib. II. ſtaphidis ſylueſtris, ſinapis, ſing. lib. I. radicis cucumeris ſylueſtris ſemiſſem. Vtere, velut dictum eſt, in inueteratis affectionibus. Smegma capitis, faciens ad deſtillationes & aquoſam capitis affectionē, experimento conſtans: Nitri aſſati vino extincti ſemiſſem, iridis, ariſtolochiæ, helenii, ſing. vnc. I. aceti mulſi quantum ſatis. Contuſa ac cribrata aceto mulſo permiſceto, & præraſo ſincipiti ante balneum illinito, & breui tempore ſinito, ac affricato. Smegma ad omnem capitis dolorem & oculorum fluxionem, experimento conſtans: Helenii, myrrhæ, calami aromatici, farinæ lupinorū, farinæ erui, ſulphuris viui, ſpumæ nitri, æquales portiones ptiſanæ ſucco excipe, & paſtillos forma. vſu verò poſtulante, ptiſanæ ſucco dilutis vtere. Hoc ſmegma in balneo ſincipiti inſpergere oportet, capillis antea inter ſe diſparatis, vt corpori auxiliū adhæreat: præcipereque vt os claudatur, quò per nares calidum aerem vehementer attrahentes, ſubiectam materiam citius tranſmittant. Sapo Conſtantini reſiccans fluxiones: Balauſtiorum ſextantem, myrrhæ, ſandarachæ, ſpicæ nardi, ſingulorum ſextantem, coſti, aloes, gallarum, thuris, mali corii, foliorum roſarum, ſarcocollæ, ſingulorum quadrantem, ſaponis Gallici lib. I. decocti lupinorum amarorum ſextarium I. Arida contundito ac cribrato, & cum liquidis conterito, ſapone adiecto, & paſtillos formato, ac vtitor vbi opus fuerit, diluens quantum ſatis eſt cum vino, & illinens ante balneum ſincipiti præraſo: deinde paulo pòſt affricans & abluens. Sapo Andreæ comitis valde celebris: Floris iunci odorati, caſiæ, cyperi, amomi, folii, malabathri, coſti, ſingulorum vnc. I. gallarum ſeſquiunciam, nardi Celticæ, aluminis, iridis, fæcis vini antiqui vſtæ, gypſi vſti, nitri, ſing. ſcrup. XII. roſarum ſiccarum ſcrup. VIII. ſalis ſcrup. VIII. teſtarum purpurarum vſtarum quadrantem, ſaponis Gallici lib. I. lupinorum decocto trita accipe ac vtere. Xeromyron, *id eſt unguentum ſiccum* ad capitis fluxione laborantis curationem minimè vanum. Iridis, helenii, floris iunci odorati, ſing. lib. I. roſarum ſiccarum quadrantem, amomi, coſti, folii, gallarum, ſing. ſemiſſem. Vtere poſt balneū, præillito capite ex vino auſtero, & tunc inſperge. Aliud optimum. Iridis quadrantem, gallarum vnc. I. caſiæ, coſti folii, ſpicæ nardi, balauſtiorum, roſarum ſiccarum, carpobalſami, ſing. ſextantem, myrrhæ drach. IIII. Contūdito ac cribrato, & præillito capite ex vino auſtero inſpergito, maximè poſt balneum. Alius puluis inſperſilis Theodoſii, caput reſiccans. Gallarum, balauſtiorum, ſingul. trientem, cyperi ſextantem, ſpicæ nardi folii, corticis thuris, corticis pinus, nardi Celticæ, ſing. vnc. I. iridis ſeſquiunciam. contuſis ac cribratis vtere. Alius valde bonus. Iridis quadrantē, gallarū roſarū ſiccarū, ſingul. ſextātē, aluminis vnc. I. vtere, velut dictū eſt, in capite calidiore. Alius puluis, ad caput humidum à quo tum oculi, tum aliæ partes fluxione infeſtantur: Radicis pæoniæ vnc. I. aluminis ſciſſi vnc. I. baccarum lauri drach. IIII. cyperi ſextantem, nardi Celticæ ſemiſſem, contuſa cribrata inſperge. hoc ego ſæpe expertus ſum. Puluis caput corroborās. facit & ad eos qui oculos aſſidua fluxione laborantes habent. Florum mali punici ſatiui vnc. I. gallarum vnc. I. cyperi, iridis, helenii, ſing. triētem, ſeminis rutæ ſylueſtris quod Hermala & Beſaſa vocant, ſextantem, radicis chamæleontis nigri ſextātem, carpobalſami vnc. I. floris iūci odorati ſextātem, ariſtolochiæ roſarum ſiccarum, myrti ſiccæ, nardi Celticæ, ſingulorum vnc. I xylobalſami ſextantem, amomi, malicorii, ſtaphidis ſylueſtris ſing. vnc. I. contuſis cribratis vtere. Aliud ſmegma reſiccās omnigenas fluxiones, & præſertim acres, & ſubcraſſas, multo experimento comprobatum: Milii quadrantem, ladani ſextātem, floris iunci odorati ſeſquiunciam, ſeminis roſarum ſicci ſeſquiūciam, aluminis liquidi ſextantem, ſpicæ nardi vnc. I. ſinapis ſextātem, iridis, acaciæ, piperis, ſtaphidis ſylueſtris, ſing. ſextantem, coſti folii, pyrethri, ſing. vnc. I. calami, muſci, quem ſphagnum ſiue hypnō vocāt, ſing. ſeſquiunciā, nitri rubri lib. II. Nitrū vrito, & aceto mulſo extinguito, & ad reliqua trita admiſceto, ac vtitor ita vt ſincipiti inſpergas, & paulatim affrices.

De alopecia, Cap. LV.

QVemadmodum plātæ aliquæ ob humoris inopiam reſiccatæ corrumpūtur, aliquæ verò ob humoris alieni ab ipſarum natura attractionem: eodem modo & capilli, aut propter humorum ex quibus nutriri conſueuerūt inopiam, aut propter eorundem vitiationem corrumpi ſolent. Et propter inopiam quidem humorum, caluities contingit: propter vitiatos verò humores alopecia & ophiaſis, vnum quidem ambæ ſecundū morboſam affectionem malum: nomina verò iuxta figuram habentes diuerſa. Serpenti enim ſimilis læſa capitis pars in ophiaſi apparet: Alopecia autem ſic appellata eſt, quoniam vulpibus frequenter accidit hæc affectio, velut tradunt. Humorum igitur prauorum redundantia, cauſa eſt affectionis. quales autem ſint hi, ex colore cutis capitis cognoſces. Si enim albidior eſt, pituitam: ſi nigrior, bilem atram: ſi pallidior, bilem flauam ſignificat. Et ſanè redundantes vitiatos humores euacuare oportet, aut per pilulas ex aloe & colocynthide, aut per Galeni hieram ex colocynthide. Si quidem atræ bilis humor redundauerit, veratro nigro ad ipſam admixto: ſi verò amara bilis, ſcammonia: ſi pituita, ipſa per ſeipſam detur. Poſt totius corporis purgationem, pituitam per os ducere melius eſt: atque ita localibus auxiliis vti. Hæc autem, diſcuſſoria vitiati humoris eſſe oportet, & eſſentiæ tenuium partium. Si verò ſupra hoc quòd diſcutit vitioſos humores, aptum fuerit pharmacum ad bonum ſanguinem attrahendum, optimum ſanè tale fuerit. Porrò præraſo capite, locum linteo confricare oportet, ac conſiderare. ſi enim poſt modicam frictionem pars rubeſcit, affectionem ſanatu facilem putato: ſi verò poſt multam frictionem rubeſcit, ſanatu difficilem. deinde thapſiā recentem tritam, viribus ipſius larga aquæ admixtione exolutis, illinire. Conſiderare autem oportet poſt thapſiæ illitionem, num ob vehementiam vltrà quàm conuenit, cutem rubefecerit. Hoc manifeſtum erit, ſi flauior colore euaſerit. periculum eſt enim ne exuratur cutis, ſi nos ſæpe ipſa vtamur. Proinde aut ad aliud molli⁹ trāſire oportet: aut ſi ipſa vtī velim⁹, vim ipſius exoluere, per cerati aut adipis admixtionem. Animaduertas autē ne alopecia vlceretur: quod ſi fiat, anſerino adipe aut alio quodā tenuiū partiū illine. Adhibeantur autem hæc auxilia in aere calido, citra aurā frigidā in ſole: hyeme verò in balneo. Ex reliquis per-

ſò pharmacis huiuſcemodi affectionibus conuenientibus calidiſſimum eſt euphorbium:minus autem ipſo calida eſt thapſia : poſt thapſiam verò ſinapi & naſturtiũ. Iuxta alium autem modum,adarce, deinde nitrum Bernicarium & ſulphur,& ſpuma nitri,&vtrunque veratrũ, & erucæ ſemen,&oleum laurinum,& alcyoniũ vtrunq;, vſtum & nõ vſtũ,& pix,& cedria,& radices calami ſepiari & cortex,ambo vſta. & murinum ſtercus,&anſerinus adeps,& maximè vrſinus ac hyænæ.Et amygdalæ amaræ totæ vſtæ,& viperæ pellis ac caput vſtũ.Et fortibus quidem ex iis ceratũ liquidũ admiſce:imbecilliora verò oleo laurino aut pice liquida excipe.Et diuturnas ac ægrè curabiles affectiones per fortia curato:incipiẽtes verò & curatu faciles per debiliora. Critonis medicamẽta ad alopecias. Pilorũ vrſi vſtorum, radicum calami vſtarum,adiãti vſti,foliorũ fici vſtorũ,pãniculi Cilicii vſti, ſing.æquales portiones adipe vrſino & cedria excipe.Vſus autẽ tẽpore,loco ſoto &per fici folia cõfricto,ac per nitrum deterſo,pharmacũ illine. Archigenis ad alopecias. Verbenacã rectã in ſole cũ aceto tritã,loco prius per nitrũ præparato illine ,& rarũ linteũ ſuperimpone, hoc præmadefacto loco tollẽdũ eſt. Aliud. Alcyoniũ clarius ad lucernã exurito, & opobalſamo nõ adulterato extinguito,& cum eodẽ tritũ illinito. adhæret enim in totũ,& non diſcedit donec pili fuerint exorti. Aliud. Equinos dentes exure ac vtere cum aceto. Ad diuturnas autem alopecias egregiè facit thapſiæ ſuccus cerato exceptus ac loco impoſitus,vt nihil aliud facere ſatagas . decedit enim ſumma ſuperficies & ſanies effluit, & pili ſua ſponte enaſcuntur. Aliud. Squamam ferri ſtomomatis diu cum aceto in ſole tere, & modico oleo addito illine. Aliud,ad alopecias & pilorũ defluuiũ ac vitiligines inueteratas. Buccina vſta cum oleo veteri terito ad ſtrigmentitiam craſſitudinẽ, & prærafo ac confricto loco illine.inſigne hoc eſt. Aliud Aſclepiadis. Spumæ nitri partes II.ſalis ammoniaci partẽ I.hæc vſta & cum acerrimo aceto ad ſtrigmentitiã craſſitudinẽ trita,illine & affrica donec pharmacum in profundũ penetret, alopecia prius leuiter conſcalpta vt locus pilis commodè dẽſetur:& hoc bis per diẽ faciamus. Aliud. Marrubium viride tritũ illine. Aliud. Perdicii herbæ viridis foliis locũ aſſiduè confrica. Aliud. Sphæritidis, *hoc eſt cupreſſi* folia trita cum aceto adhibe. Aliud. Herinaceorum marinorum teſtas vſtas cum melle illine. Aliud. Herinacei terreſtris pellem aut caput vſtum adhibe cum melle. Aliud. Alcyonii drachmas duas, ſulphuris viui drachmam vnam , muſcarũ toſtarum, vt reſiccentur,cyathos duos. Muſcas per ſe terito:alcyonium verò vrito,& ſulphur vſtum & cõtuſum ac cribratum cum aqua contere,& fel ſuillum & acetum paulatim ſiccis affunde,donec ſtrigmentoſum fiat : deinde axungiam à rotis curruum deraſam & in manu emollitam, vt emplaſtri forma fiat admiſceto, & præraſis ac confrictis,cõfidenter,velut optimum, illine. Aliud. Herinacei terreſtris vſti cinis pice liquida acceptus,alopecias remouet. Aliud. Sorani,quo etiã Archigenes vſus eſt,& id vehementer laudat. Alopeciam præſcalptam & confrictam, deinde in ſuperficie ſcarificatam , cæparum aut raphanorum cortice trito intege, addito melle : aut cum his confrica,& naſturtii ſemen, & muſcerdas,& piper,& veratrum album,æquis portionibus cum aceto illine:eſt enim valde inſigne. Aliud Archigenis. Rhois culinarii drachmas quatuor,ſinapis drachmas duas cum aceto illine. Aliud. Cantharidas vſtas & tritas cum melle affrica. Aliud. Corii noui partem lanuginoſam,in æreo vaſe vſtam,cum oleo antiquo , aut melle , aut aceto tere ac illine . citò pilos producit. Aliud. Cyclamini radicẽ viridem tritã illine,aut ſiccam vſtam adhibe. Aliud. Felis ſtercore cum ſinapi ac pipere , addito aceto,vtere. Aliud. Allium vſtum cum roſaceo illine,aut betæ radicem eodem modo. Aliud. Vngulas aſini vſtas, aſphodeli radicem vſtam , alcyonium, nitrum, æquis portionibus oleo veteri excipe ac vtere. Aliud. Herinaceorum marinorum cum teſtis exuſtorum drachmas duas , mu-

A ſcerdæ drachmam vnam aceto dilue ac illine loco præfricto. Aliud. Alcyonii vſti,cornu ceruini vſti,cyperi vſti ex toto, æquis portionibus vtere cum aceto: aut abrotonum vſtum cum oleo vetuſtiſſimo adhibe. Ad alopecias & caluitiem ac pilorum raritatem ægrè curabilem in capite,in mento & in ſuperciliis: Pilorum vrſi vnciam vnam,radicis calami quadrantem, filicis cum radice quadrantem , caſtanearum hiſpidi corticis quadrantem,lanarum ſuccidarum pinguiſſimarum ſeſcuncem,capita muſcarum triginta,muſcas quinque ſine ca-
B pitibus: omnia in nouam ollam coiecta, in furnum ponito vt exurantur:deinde cinerem terito. Habeas autem in vino Aminæo prius trita , ladani vnciam vnam , folii malabathri vnciam I.myrrhæ ſextãtem: & adiiciatur iis olei veteris ſextans,olei cedrini vncia vna , atque ita aridis inſperſis excipe:deinde vbi linteolo alopeciam perfricueris , & leui ſcarificatione vſus fueris: aut cæpa,aut ſquilla,aut fici foliis exſcalpſeris,pharmacum ipſum illitum affrica.De cætero verò locum rigido ac aſpero linteo confricato,& hoc modo illinendo vſque duos men-
C ſes progreditor:quòd ſi amplius in hac curatione perſeueraris,etiam caluitiem perſanabis. Aliud Oribaſii. Muſcerdarum vnciam vnam,ſtercoris cameli exuſti, ordei vſti, ſing.pugillum vnum , foliorum lauri vſtorum manipulum I.excipe ſorde ab axibus deraſa, hoc eſt quæ à rotis curruum deraditur.

De defluuio capillorum, Cap. LVI.

EST & alia capillorum affectio quæ ex raritate cutis & penuria eſſentiæ pilos generantis, cõſequitur. quapropter etiam curatio hoc modo læſorum , non eun-
D dem ſcopum cum alopeciis habet . In alopeciis enim ſcopus eſt vt vitiatus humor conſumatur : in his verò,vt habitus corporis corroboretur,&boni ſucci allatio procuretur , & cutis denſitas ac raritas moderata reuocetur. Solet autem hæc circa pilos affectio plerunque iis qui ægrotarunt accidere : rarò verò etiam citra morbum: & plurimi ægrotantes citra pharmacũ per reficientẽ corpus victum breui ſanati ſunt. Quare pharmaca in ipſis ſint quæ moderatè cutẽ denſant, vnà cum hoc vt nõ perfrigerent ipſam. quæ enim valde adſtringunt , omnino
E etiam frigefaciunt,& alimenti affluxum repellunt: vnde etiam amplius pili defluunt. Quapropter moderatè adſtringentia admiſcere oportet humectantibus pharmacis,quale eſt ladanum,& oleum lentiſcinum,quæ ex natura ſua adſtringunt & moderatè calefaciunt.itaque neque expertus ſum, neque mente cõcipere poſſum, aliud præſtantius fore medicamentum ad defluos pilos,eo quod ex ladano & lentiſcino oleo paratur:ſi verò non affuerit lentiſcinum , crudo & immaturo oleo vtendum eſt.Illud autẽ manifeſtum eſt, quòd raſo capiti pharma-
F cum craſſius adhibere oportet : verùm ad cutem detonſo,liquidius. Quòd ſi magnũ fuerit pilorum defluuiũ, & coniectes magnam cutis capitis raritatem factam eſſe, oleum myrteum pro lentiſcino, ad ladanum admiſcebis. potes & vnguentum nardinum admiſcere in ætate frigida , & tempore hyemali. Commodum eſt etiam ad hæc pharmacum , vnguentum illud diuitum fœminarum, ſpicatum appellatum, & quod ſalca appellatur. quare his vel ſolis diuites vti iubeto. Cleopatra porrò inquit , ad defluos pilos vtere hoc: Terram
G cimoliam ſolidiſſimam in vino auſtero macerato , addito mororum ſucco tanto quantum combibere poteſt, & ſemen hyoſcyami tenuiſſimè ſufficiente menſura adiicito, terito ac paſtillos formato,eóſque in vmbra ſiccatos , in fictili nouo reponito. Vſu verò expetente , aqua dilutos affricari iubeto : deinde reſiccatos eluito,& per dies quinque rurſus illinito.Vtere hoc in capitibus calidioribus.facit etiam ad faciei ac colli impetigines. Aliud ad defluos pilos. Verbenacam rectã viridem vnà cum radicibus in oleum omphacinum cõ-
H iectam per plures dies inſolato , & oleo excolato.vtitor quotidie pro communi:ſi verò non adfuerit viridis herba,ſiccam vnà cum radicibus contuſam ac cribratam oleo admiſce vt ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem accipiat, & vbi per aliquot dies ſueris , vtere : & minimè vanum

medicamentum comperies. Aliud ad pilos ex morbo defluentes. Chamæleontis nigri radices vino coctas craſſius capiti illine. Aliud. Sãbucũ vſtũ & cerato liquidiſſimo exceptũ illine. auget hoc pilos & cutẽ denſat,& defluere non permittit. Sed & narciſſinum vnguentũ illitum pilos defluere non ſinit. Aliud. Ladanum & roſas in vino veteri terito ac illinito. conſeruat enim pilos,eoſdémque nigros facit. Aliud conſeruans pilos: idem etiam nigrefacit. Myrti baccarum nigrarum ſextarium I. virgultorum myrti ſextarium I. ſeminis apii ſextar.I. adianti ſextarii dimidium, ladani tantundem, vini nigri ſextarios V. coquito ad perfectam diſſolutionẽ. Et vbi tertia pars reſtat, adiicito olei omphacini aut alicuius vnguenti ſextar.II.ac rurſus coquito. Poſtquã autem bis aut ter ebullierit, expreſſum ac excolatũ humorem diligenter reponito: vſu verò expetente,in præraſis omnino vtitor, bis per diem illiniens ex eo capillos.Cæterùm in pueris pulchros ac denſos pilos facit,nucis teſta vſta ac vino trita & illita. Aliud. Loti arboris folia trita illinito.

Ad ſupercilia pili denudata, Cap. LVII.

VT ne defluant pili neque à ſuperciliis, neque alia corporis parte,melanthiũ & vſtum & cum aqua tritum impone vbi pilos emergere volueris: præſertim verò in ſuperciliis. Aliud. Apes plurimas vſtas,ac oleo admixtas illine,animaduerſione habita ne alium locum contingas vbi pilos enaſci non oportet. Aliud. Adamantem lapidem cum aqua tritum illine. quòd ſi albos producere voles pilos,cum aceto eundem terito.

Tingentia ac nigrefacientia capillos, Cap. LVIII.

MEdicamenta quæ albos pilos tingunt ac nigrefaciunt,ex auſteris ac acerbis compoſita,magnopere lædunt. non enim ſolùm in ſuperficie,ſed etiam in profundo cutem alterant vſque ad locum radicum pilorũ. Detrimentum verò fœminis vtentibus illis accidit, aliquando ad morbum comitialem,aut ſyderationem,aut veternum,aut ſoporem profundiorem : aliquando verò etiam deſtillationibus ægrè ſolubilibus corripiũtur, vt tabes conſequatur.Et ſcio multas fœminas mortuas eſſe ex perfrigeratione à talibus pharmacis inducta. magis autem læduntur quæ frigidius temperamẽtum habent. Cæterùm quæ citra læſionem adſtringentium pilos nigrefacere volunt,cedria illinantur. Illinantur autem tribus vel quatuor horis ante balneum: deinde lotæ confricentur. Oportet autem ipſam citra olei admixtionem adhibere,in capitibus vehementi reſiccatione ac calefactione indigentibus. in aliis verò oleum admiſcendum eſt. Nam vnà cum hoc quòd conſumit humiditates, etiam pilos nigrefacit & defluos corrigit, & non defluos habitiores efficit. idem facit & pix liquida cum oleo adhibita. At verò Archigenes pilos nigrefacientia ſic deſcribit: Radicis capparis corticem cum lacte aſinino ad tertias coquito, & trita in noctem imponito,pilis antea confrictis. Aliud. Radicis ilicis corticem aqua coquito donec mollis euadat,& imponito. aquam verò cocturæ affricato. Aliud. Quod intrinſecus in anemona nigrum eſt,cum oleo myrteo tritum illinito. Aliud. Corticis ſalicis ſuccum cum oleo affrica.ſummè denigrat. Aliud. Lapis alabandicus ſiue alabandinus vocatus, colore ſubnigricans cum fuluedine ac pelluciditate,quo mulieres ad ornatum vtuntur : tritus & cum vino nigro ac oleo omphacino affrictus ſuperficiem pilorum nigrefacit. Aliud. Malum Punicum viride immaturum accipe, & collum eius diligenter reſera,quò id quod amputatum eſt,congruum operculum fiat : deinde eiectis granis,& tenuibus membranis intus relictis, in vacuum mali caput ſeſami illoti drach.IIII.iniice,& thuris tantundẽ,vtriſque viciſſim locatis donec impleatur: & tunc proprium operculũ impone,& luto aut fermento triticeo obline, & in clibano torre. Poſtea verò lutũ aut fermentum adime,ipſum verò malum Punicum læuiſſimè tere, & in vitreo vaſe repone: deinde præfricto ac reſiccato capite modicum de pharmaco ad paucum oleum admiſce,ac pilos illine: & hoc quinquies repete.hoc etiã criſpos ipſos facit.Quidã pro ſeſamo ac thure, nigellæ ac gallarum contuſarum, ſing.drach.IIII.in mali Punici caput coniiciunt. Aliud quod pilos denigrat ac criſpos facit. oportet autẽ per terrã cimoliam confricare, & tunc tingere. Præſtat quoque caput præraſum eſſe, & craſſiore medicamento illinire,vitata frõte & omnibus vicinis partibus:in multis celebre factum eſt:& eſt valde neceſſarium. Sulphuris fullonici,atramenti ſutorii,gallarũ, calcis viuæ,ſpumæ argenti,ſingulorum ſextantẽ, ferruginis vnc.I. Singula ſeorſim terito, & cum aqua ad vnguenti formã reducito, ac confidenter vtitor nihil veritus calcem. non enim vrit,eo quòd vis ipſius à reliquis eſt oppreſſa. Hoc & ligna & cornua & lanas tingit. Aliud efficax experimento cognitum : denigrat pilos ad miraculum vſque. Foliorum fici nigræ,foliorum vitis nigræ, foliorum mori, ſingulorum libr.I. Omnia in aqua pluuiali per diem vnum macera,deinde diligẽter coque,& præraſis pilis impone: aut ſi hoc nolueris,radicibus pilorum liquidius illine. Aliud quod pilos nigrefacit. Ladani, gallarum, amygdalarum amararum depurgatarum, fæcis vini,foliorum adianti,ſingulorum ſeſcũcem, vini è vinaceis expreſſi(quod loram vocãt) ſextar.III.Omnia in vas æreum ſtanno obductum coniice,& ad tertias coque:deinde excola,& in alio vaſe paruo ad mellis conſiſtentiam coque,& ad hæc vnguenti Mẽdeſii aut alterius huiuſcemodi,parem mẽſuram adde, & conquaſſata repone,& hoc quotidie vtere. ſit autem plumbum potius quàm ſtannũ, id metallum quo æneum vas obducitur.

Aliud quod à canis præſeruat. Colocynthidẽ ſylueſtrẽ perforato,& interna probè repurgato. Deinde ipſam oleo repleto,& integrum hyoſcyami albi ſemen adiicito, & per diem vnam ſinito : & hoc per annum ſemel commodè illinito. Aliud barbam nigrefaciens. Recrementũ ferri & plũbũ in aceto coquito donec tertia pars reſtiterit, & illinito, atque ab oleo penitus abſtineto.

Vt fului pili fiant, Cap. LIX.

FVluos pilos faciunt lupini crudi & nitrum cum aqua illitũ:loti arboris ramentorum decoctum. Liguſtri folia trita cũ herbæ lanariæ ſucco impoſita. Fæx vini veteris vſta,& cum oleo balanino trita vt iuſtã ſpiſſitudinem habeat. hoc vbi dormitum ire voles illine,& manè flaui erunt.

Vt albi pili fiant, Cap. LX.

HIrundinis fimum cum felle taurino tritum illine:& albi euadent. Aliud. Verbaſci albi florem vrito & aceto extinguito, & ad ſmegma admixto vtitor.

Vt criſpi pili fiant, Cap. LXI.

SPumam ſalis cum myrrha affricandam præbe. Aliud. Carpaſi ſuccum illine:& manebunt criſpi ac nigri. Aliud. Aſphodeli radices vrito,& tritis cum vino vtitor. Aliud. Semen lini vino maceratũ modicè coquito ac excolato,& ad ſuccum oui cãdidũ admiſceto, & ex eo veſperi pilos confricato ac caput obligato. poſtera verò die in balneo abluito,& hoc ſæpe facito:verùm in iis qui caput habent quod facilè perfrigeratur, in balneo illinito,& illa die non abluito. Aliud celebre. Nucẽ pineã integram viridẽ bonã I.iridis ſcrupul. XII.myrti vnc.I.baccarũ myrti vnc.I. polytrichi ſeſquiunciã,ladani ſextãtẽ, gallarũ vnc.I.maſtiches Æthiopicæ vnc.I.pampinorũ vitis ſextantẽ, lacrymæ palmæ arboris ſcrupul.XII.adipis vrſini ſcrupul.XII.ſeminis betæ ſcrupul.XII.rhois coriarii ſcrupul.VI.aluminis ſciſſi ſcrupul. VI.olei omphacini ſextar.III.ſucci artemiſiæ, ſucci ſerapiadis tritæ teſticularis,ſucci polytrichi, ſucci aſphodeli, ſucci anagallidos, ſingulorum quadrantem: miſce ac vtere.

De iis quæ pilos corrumpunt, Cap. LXII.

EOrum quæ pilos corrũpunt tres ſunt differentiæ: nã quædã propriè pſilothra appellãtur, quædã attenuatoria,quædã omnino ipſos extirpãtia. Quæ igitur ipſos penitus extirpant,periculoſi vſus ſunt. aliquando enim non ſolùm illitas partes corporis,de cætero penitus depiles reddũt, ſed & vſque ad caput & mentũ,ſuperciliáque ac palpebras, nuditas pilorũ procedit. At verò attenuatoria

nuatoria & pſilothra, minimè periculoſum vſum habẽt.

Quæ pilos extirpant, Cap. LXIII.

PIllos penitus extirpare dicitur thynni hepar putrefactũ, ranarum in arundinetis degentium ſanies, teſtudinis marinæ ſanguis, vitis albæ lacryma, lacrymæ hederæ, itémque bryonia, ſcolopendra marina, ſtellæ marinæ. His admiſcetur nitrum, amurca & cedria, & oleum quod inſulſum appellatur: item alcyonia & ſandaracha, & his ſimilia. Aliud. Vrticæ ſylueſtris ſemen cum oleo tritũ fortiter affrica, & defluent pili. Tardius autem circa pubem puerorum pilos enaſci facit, aliquando verò etiam eos qui ſunt extirpat vitis lacryma cum oleo illita, & humor qui ex viridi ſarmento dum vritur exudat. Aliud. Succi tithymali characitæ cyathum I. vini & olei, ſing. cyathum I. miſce, & illine in balneo: & vbi modicum ſudaueris, & deinde per ſtrigilem confricueris, reperies pilos in ſtrigile. Qui verò poſt dies quadraginta exorientur, lanuginoſi erunt. Aliud. Aſellorum ſub hydriis ſtabulantiũ drach. XII. ſandarachæ drach. IIII. calcis viuæ drac. VIII. auripigmenti drach. VIII. lixiuii ex ligni ficulnei cinere excolati heminas II. aceti cochlearium I. Omnia vnita in olla coquito, donec experimentum tibi facienti, illita pilos tollant: & vtere in balneo velut dictum eſt. Aliud. Bugloſſi & ſemperuiui ſuccum æquis portionibus cum ſtercore hircino terito, & vitrea tabella excepta denſari ſinito, ac vtitor in balneo. Aliud. Bulbum hyacinthi purpureos flores habentis cum thure & amygdalis amaris terito, & oleo affuſo vnito, & in balneo vngito ex hoc: itémque citra balneum quotidie, & paulatim pili corrumpuntur.

Pſilothra pilorum, Cap. LXIIII.

EX iis quæ pilis denudant, & pſilothra appellantur, vtile eſt lixiuium, & auripigmentum, & ſandaracha, & calx viua. Manifeſtum eſt autem vehementiam ipſorum frangi debiliorum & liquidorum admixtione: ptiſanæ, inquam, aut oryzæ ſucci. Crito itaque tale pſilothrum in libris De ornatu deſcribit, Calcis viuæ partes II. auripigmenti partem I. Hæc in mortarium plumbeum coniecta, aqua calida aut ptiſanæ ſucco affuſo terito, & vbi nigra facta fuerit, in balneo illini iubeto. Hoc ſtatim corpus glabrum facit, & pilus enaſcens tenuis emergit. Aliud. Oryzam, fabas, cicer, ptiſanam, ſimul in aqua coquito, & ad hoc decoctum primùm calcem admiſceto ſufficiẽtem, & prout moris eſt agitato: & vbi diſſoluta fuerit, auripigmenti vnc. I. inſpergito, vnito & myrrhæ tenuiſſimè tritæ vnc. I. maſtiches vnc. I. pumicis torrefacti drach. IIII. opobalſami cochlearia II. adiicito. Aliud. Sandaracham cum hyoſcyami ſucco tritam illine. Aliud. Fructus fici ſylueſtris ſeſcuncem, & foliorum eius ſeſcuncem, herinaceum terreſtrem integrum viuum, ſucci aconiti, *id eſt iridis ſylueſtris* lib. I. veratri nigri lib. I. fæcis vini vſtæ lib. I. caricarum pinguium nigrarum lib. I. auripigmenti auri coloris trientem, coſti trientem, caſiæ trientem, carpobalſami triẽtem, olei ſextarium I. Omnia contuſa cum herinaceo terreſtri viuo, in duplici vaſe cum aqua coquito. ſint autẽ aquæ marinæ lib. V. donec aqua fuerit conſumpta. & ab igne ablata per triduum ſinito, & vbi ſedata fuerint excolato, ac vtere oleo in prima balnei domo antequam ſudare incipiunt.

Quæ pilos attenuant, Cap. LXV.

IIs quæ pilos attenuant vti poterit medicus, in his qui duros ac magnos pilos habent. ſunt autem talia exterſoriæ & attenuatoriæ facultatis. Quemadmodum autem in omnibus aliis medicamentis differentia ſecundũ exceſſum & defectum, ita etiã in exterſoriis. Ordei itaque farina & fabarũ, & erui, ſpumáque nitri ac nitrum, moderatiorem vim habent. Quæ verò his fortiora ſunt, in iis qui duros ac magnos pilos habẽt cõueniũt: quale eſt nitrum vſtum, & nitri ſpuma, & aphronitrum, & teſtæ calainæ. itẽ ſepiæ teſta vſta & non vſta, & fictiliũ ac clibani teſtæ, & pumex vſtus ac non vſtus, & muricũ ac purpurarum ac reliquorũ oſtreorum teſtæ, alcyoniáque ac herbæ lanariæ radix. veratrum item vtrunque, & bryoniæ radix ac dracunculi, ariſtolochiáque ac panacis radix, & canchry, ac huiuſcemodi. Quòd ſi odorata hæc facere

A volueris, cyperum & melilotum, & roſas ſiccas, & iunci odorati florem, & iridẽ, & meliſſophyllum admiſcebis: diuitibus verò nardum Celticam & Indicam, amomum, folium malabathri, myrrham & coſtum. Attenuat etiam pilos cinis ſarmentorum vitis & ficulneus, & ex tithymalis tritus & in balneo affrictus. & ab exuſtis vinaceis cinis, & alumen ſciſſum, & ſtercus caninum ſiccum. Aliud ſmegma illuſtrans cutem, & pilos lanuginoſos faciens, valde bonum. Mora crudiſſima cum terra cimolia ac nitro, æquis portionibus trita adſeruato, ac vtitor.

Puluillus attenuans pilos in balneo, multo experimento conſtans: Pumicis toſti, teſtarum ſepiæ vſtarum, nitri, cimoliæ, æquis portionibus vtere confidenter. Alius. Teſtarũ purpurarũ vſtarũ ſextantẽ, alcyonii ſextãtẽ, nitri beſſem, cimoliæ beſſẽ, pumicis vnc. I. omnia toſta terito, & vtitor in balneo, ac miraberis. Alius, quo vſi ſumus in cubicularia. Calcis viuæ ex marmore factæ lib. I. auripigmenti vnc. I. ſtaphidis ſylueſtris, cimoliæ, teſtarum ſepiæ, radicis bryoniæ ſiccæ, aluminis ſciſſi, ſing. drach. IIII. ceruſſæ vnc. I. ſampſuchi, aloes, veratri nigri, ſing. ſcrup. VI. Contuſis ac cribratis vtere, iniiciens ex eo in familiare pſilothrum drach. IIII. & ouorum candida III. Deinde pſilothrum ablue, & rurſus ſiccum affrica, & quotidie in balneo hoc vtãtur. Aliud ſmegma attenuatorium, & lanuginem producẽs. Farinæ fabarum, pumicis, ſimilaginis, ſpumæ nitri albæ, ſing. chœnices Atticas II. fœniculi cum ptiſana cocti, & poſtea aceto mulſo eloti ac ſiccati, tuſique ac cribrati chœnices II. ſaponis gallici lib. II. Saponem reliquis antea tritis admiſce, ac manibus ſubige, & vtere.

D De furfuribus ſiue porrigine, Cap. LXVI.

QVibuſdam ſe ſcalpentibus, furfuribus ſimilia ſæpe ex capitis cute decidunt. Contingit autem hæc affectio à vitioſis ſeroſis humoribus, quos conſumere ſcopus eſt in eius curatione. Itaque diſcuſſoria ac exterſoria adhibenda ſunt pharmaca vbi per purgatorium medicamẽtum prius totũ corpus euacuauerimus, ſi vitiatis humoribus fuerit refertum. Quidam etiam aliqua adſtringentia ad diſcuſſoria admiſcuerunt, quò per ipſa affecta pars corroboretur, vt ne facilè in ſeipſam ſuſcipiat influẽtes ſeroſos humores, ſed reſiſtat eóſque repellat: veluti eſt ſutorium atramentum, & ſimilia. Deterge itaque furfures in capite, Cimolia cum betæ ſucco aut fœnigræci, aut vtriſque ſimul admixtis. Aliud. Fabam vnà cũ cortice molito, & cũ betæ ſucco vtitor. Aliud. Furfurũ dimidiã chœnicẽ in aquæ ſext. I. macerato, deinde diu manibus terito, & ſuccũ excolato, & ad ipſum aceti heminã dimidiã addito, & ad ſpiſſitudinẽ coquito, & ſic affricato. Deinde betæ, aut fœnigræci, aut lupinorum decocto abluito. Aliud. Terræ cimoliæ, ſulphuris viui, æquales portiones terito cum aceto, & affrica in balneo, & calida aqua ablue, & illine non ſolùm in balneo, ſed etiam citra balneũ. Aliud. Spumæ argenti, olei rutacei, aceti, pares portiones terito & illinito. hoc multo experimento conſtat. Aliud. Cucumeris ſylueſtris radicem coquito, & decocto vtitor. Archigenes de medicamento ex bryonia dicit, Præ omnibus, inquit, hoc tibi paretur. Si igitur iuxta pondus præparare voles, ſic facito: Cimoliæ ſeſcuncem, nitri quincuncẽ, farinæ fabaceæ quadrantem, corticis aridi radicis cucumeris ſylueſtris ſextantem, bryoniæ ſextantem farinæ ordeaceæ ac lupinorum, ſing. vnc. I. Aliud. Cimoliæ lib. II. nitri, brioniæ, corticis radicis cucumeris ſylueſtris ſicci, farinæ fabarum, ſing. lib. I. farinæ ordeaceæ ac lupinorum, ſing. ſextarii dimidium. Singula ſeorſim læuiſſimè terito, menſurato, ac vnitis vtitor in balneo. Archigenes dicit, Ad furfures farinam fœnigræci, & nitrum, & cimoliam cum betæ ſucco affrica, & fel bubulum aut ſuillum addito aceto illine: deinde poſt horam ablue, & atramento ſutorio ac nitro cum modico oleo tritis illine: aut cuminum, & myrobalanum & fabaceam farinam, æquis portionibus cum aqua lixiuii terito, & affricato. Aut amygdalas amaras decorticatas, cum aqua aut aceto tritas affrica. poſtquam verò reſiccati fuerint pili, calida aqua ablue. Aut maluam ſylueſtrem in aqua marina donec

decima pars ſuperſit,terito & affricato. Aut nitrum & pumicem,& fæcem vini,pari portione cum aqua calida affrica. Aut ſpumam nitri,& atramentum ſutorium æquis partibus cum vino adhibe,ter aut quater in menſe. Hoc adeo efficax eſt vt nihil reliquum faciat. Aliud. Thus tritum cum aceto illine. Aut ſcorpiuri ſuccum illine. Aut ſquillã aſſato, & vbi mollis facta fuerit, expreſſum ſuccũ oleo admixto illine. Victus ſit flatus exors, nihil ex craſſo humore præditis habens: velut ſunt tubera,fungi,bulbi, legumina,& carnes bubulæ ac ſimiles. Sint autẽ quæ ingeruntur ventri commoda, concoctu facilia, & mel cibis addatur. Ad intinctus confert acetum cum ſapa. Condimentum ſit cuminum,apium,fœniculum. aliorum parcus ſit vſus. Et maximè ab omnibus bellariis abſtinendum eſt. Vinũ vtile eſt tenue & albũ: iucunditatis tamen gratia etiam vinum dulce & vinum mulſum permittitur. Ex fructibus vua arefacta optima eſt,deinde ficus ante cibum. poſtea malum Punicum poſt omnem cibum. Et amygdalæ virides commodæ ſunt ante cibum. Et bonæ concoctionis potiſſima ratio habenda eſt. Deambulationes lenes plurimæ manè ac veſperi optimæ ſunt. Frigidæ lotio balneis præſtat. verùm in calida ſe lauanti incommoda eſt multa in aere conuerſatio. Et capitis perfuſio ſoliis melior eſt. & poſt hæc largè per frigidã refrigera. Dormire ad ſatietatem commodum eſt. Ab ira & indignatione,inſolationéque ac vehementi frigore abſtineant. itémque ab omnibus quæ caput replent.

De morbo pediculari, Cap. LXVII.

PEdiculorum generatio quibuſdam aceruatim in capite contingit, multis humoribus moderatè calidis in profundo cutis collectis, vbi etiam pediculos generari contingit,non in ſuperficie cutis, in qua furfures conſiſtunt. Itaque pharmaca ipſorum neceſſarium eſt ſiccantia eſſe,& quæ magis ex profundo attrahere ac euacuare poſſunt. Lupinos igitur in aqua coquito,& decoctum ipſorum affricare iubeto. Aut myricæ decocto, aut aqua marina,aut muria meraca cum aceto perfundito. Aut hederæ ſuccum melle mixtum illinito. Aut perdicii ſuccũ dormitum eunti illinito. Aliud ad pediculos capitis ac totius corporis. Liguſtri florem cum vino tritum capiti ac toti corpori affrica,vbi dormitum ire volet. Aut ſtaphidis ſylueſtris partes II. ſãdarachæ & nitri,vtriuſq; partem I. adhibe cum aceto. Aut rhoem culinarium cum oleo tritum illine. Aut alumine cum oleo trito vtere. Aut veratrum album,& ſtaphidem ſylueſtrem,ac nitrũ,æquis portionibus cum oleo trita in balneo adhibe. Aut rumicis ſylueſtris radice cum oleo in balneo vtere. Aut modico pipere cum multo oleo vtere. Aut oleum laurinũ aut raphaninum illine. Si verò pili denudati ſint, ſtaphide ſylueſtri cum aceto & oleo vtere. aut alumine liquido cum oleo. Prodeſt item ipſis potus allii drach. II. cum origani triti drach. I. ex aqua mulſa.

De achoribus & reliquis puſtulis capitis, Cap. LXVIII.

VLcuſculũ quod achor *Græcis* appellatur,in capitis cute cõſiſtit,tenuia foramina habẽs,per quæ tenuis ſanies effluit mediocriter viſcoſa. Similis autẽ eſt ipſi alia affectio,quæ keriõ, *id eſt fauus* appellatur. Quæ quia foramina maiora habet,humores melli ſimiles cõtinẽtia,meliceris vocatur, *id eſt fauus mellis*. Proinde ſcopꝰ in his eſt vt humores affectionẽ faciẽtes euacuemꝰ. Si verò adhuc influxerint,vt priꝰ influxionẽ impediamꝰ,euacuato primũ corpore per purgatoriũ medicamẽtũ,initio ſumpto à venæ ſectione(ſi æger ferre poteſt:)deinde purgatorio vtimur ſero lactis præparato ex aqua mulſa, admixtis ad ipſum epithymi drach. III. Relata eſt autẽ ſeri præparatio Sermonis ſecũdi capite nonageſimo ſexto. Si verò intẽpeſtiuus eſt lactis vſus,colocynthidem perfectam accipe, & ſemẽ eiice,& in ipſam tomẽtũ ſiue pulpã adhuc habẽtẽ,ſapam aut vinũ mulſum infunde,& per diem ac noctẽ macerari ſine:& poſtea calefactum exhibe. Deinde verò etiam caput purgandum eſt per ea quæ naribus induntur, & quæ per os pituitam extrahunt. Conueniunt autem ipſis ſecantia & diſcuſſoria medicamenta, eo quòd vi-

A ſcoſus eſt humor qui affectionem generat. At verò incipientes achoras vbi totum corpus ſuperfluitatibus caruerit,per adſtringẽtia ac repellentia curabis. Talia autẽ ſunt myrti,& pini cortex,& rubi folia impoſita,plãtago impoſita oleæ ſylueſtris ſuccus affrictus,ſalicis folia & flos impoſita: ſimiliter polygonũ. Quædã verò prohibẽt ne achores augeſcãt,ſimul reprimẽtia quod influit,ſimúlque concoquentia ac diſcutientia quod iam continetur, vt quæ mixtas vires habent: quibus ſanè poſt principium vti o-

B portet. Tale eſt oleũ myrteũ & roſaceũ & lẽtiſcinũ,rubi ſuccus cũ oleo, portulaca ſuccus cũ oleo, ladanũ cũ vino illitũ,liguſtrum & lentes. Quædam verò antiquis & moderatis auxiliantur, diſcutientia & extergentia citra ſenſibilem caliditatem,non tamen aliquid irritans habentia. Quibus vtendum eſt maximè vbi dolor aliquis cum achoribus affuerit. ſed & in his à debilioribus initium facere conuenit. Cimolia igitur ad hanc rem apta eſt,& Cretica ac Samia terra,pompholyx item ac ſpodium, & ſpuma argenti,& Cadmia tenera,& adiantum cum roſaceo

C illitum, & fœnigræci decoctum affrictum,& malua trita cum loliacea farina impoſita. aut melilotum cum farina fœnigræci ex vino impoſitum. Item cicerum decoctum, & ipſum cicer coctum impoſitum, nuces rancidæ commanſæ ac illitæ. Quòd ſi his nihil effeceris,ſiccũ ex charta pharmacum illine cum aceto: ſi verò acrius tibi videatur,ſpumam argenti pari portione adde. Si verò non affuerit ſiccum pharmacum ex charta,chartam vre, & cinerẽ eius aceto ſubige, ac vtere in iis qui duram carnem ha-

D bent. Quædã porrò vehementẽ adeo vim habẽt, vt valde craſſos ac viſcoſos humores euacuare poſſint, ipſóſque diſſoluere achoras, etiamſi iam in ſcirrhum indurati fuerint. Talia ſunt chalcitis, fæx vini vſta,ſandaracha,& calx. Acetum autem fortiſſimum eſt omni tempore ad achoras,& diſcutiens & repellens. ſit autem acerrimum. Diſcutit etiam optimè lilii radix affricta, & thus cum aqua & nitro , & lupinorum amarorum decoctum affrictum, & cucumeris ſylueſtris radix cocta,& fici folia cum aceto trita,bulbi cũ nitro affricti,rutæ folia impoſita,farina fœnigræci cũ nitro affricta, thus cũ aceto illitũ, malicoriũ

E cũ laurino oleo illitũ,alliũ cũ cauliculo vſtũ ac cinere cũ oleo illito. hoc valde bonũ eſt. Aliud. Mulier quædã nuces regias mandebat, & puero achoras habenti imponebat,& ſanatus eſt. Aliud. Radices anchuſæ vſtas,ac cum oleo ad ſtrigmenti ſpiſſitudinem tritas illine cum penna,& ſanabis. Aliud. Thymum vrito,& cinerẽ cũ vino & oleo ſubactum illinito. Aliud. Cneſtrum quã in Alexãdria liparona vocãt vrito,& cinerẽ cũ vino tritũ illinito. Aliud. Buccinarũ vſtarũ cinerem cum aqua adhibeto. Eſt hoc ſalutare pharmacum non ſolùm ad a-

F choras, ſed etiam ad omnem papularum eruptionem. Quòd ſi incideris in achoras inflammatos & dolẽtes,dolorem prius liquido medicamento concoctorio mollientéque ac leni mitigabis, quale eſt parhygrũ & omnia ad ſedem parata, & quæ ad carcinomata deſcripta ſunt. Farinam itaque fabaceam vino madefactam ac tritam, vt emplaſtri formam acquirat imponito. Facit & ad ferventiora & agreſtia in capite puſtularum genera. Aliud, ad maximos & inflammatos dolores, leniẽs, dolorem eximẽs ac percurans. Collyriũ quod aſter appellatur, aut aliquod ex Libyanis appellatis, aut cõſimile quoddã cũ

G modico hyoſcyami ſucco terito, & adiecta ſapa ac roſaceo illinito. Alia pinguis cõpoſitio,ad achoras,puſtulas, papulas feruidas intertrigines. Eſt & ad ſedẽ bona. Spumæ argẽti drach. octo,foliorũ rutæ tenerorũ drach. XXV.

Aceto dilue, & roſaceo aut myrteo excepta pẽnis illine. hoc magno experimento nobis conſtat. Alia ſimilis. Spumæ argenti drach. quatuor,ceruſſæ drach. VI. ſulphuris viui drach. IIII. ceræ drach. IIII. roſacei aut myrtei quãtum ſatis eſt,vt liquidi cerati ſpiſſitudinem accipiat. Liquida ſiccis affunde & vnitis vtere. hæc ad totius cor-

H poris puſtulas commoda eſt. Alia ad humidos achoras.

Ladani drach. octo, ceruſſæ tantundem,ſulphuris viui drachmas octo: vtere cum vino & myrteo oleo. Aliud pharmacum. Ladani,baccarum myrti nigrarum

ſpumæ argenti, ſulphuris viui, ſeminis hyoſcyami,malicorii,æquas portiones terito,& vino,ac myrteo aut roſaceo oleo affuſo,vtitor. Aliud ad feruidas,ſanioſas & impetiginoſas papulas. Verbenacæ ſupinæ drach.VIII. acaciæ drach.VIII.myrrhæ drach.II. vino auſtero trita illine. Aliud: facit & ad eas quæ in mento ſunt. Baccarum myrti,malicorii,atramenti ſutorii,ſpumæ argenti,æquales partes tritas cum vino & oleo myrteo adhibe. Emplaſtrum ad achoras vetuſtiſſimos. Reſinæ pinus ſiccæ, ceræ, adipis ſuilli aut bubuli, æquas portiones ſimul liquatas in aquam excolato & diutius manibus emollitis vtitor. Aliud, quo vſus eſt Ægyptius in Palladio Magiſtriano in Alexandria, vbi medicorum auxilia fruſtra tentaſſet. Colophoniæ ſemiſſem, ammoniaci thymiamatis ſextantem,galbani ſcrup.IIII.opopanacis ſcrup.III. olei drach.IIII.maſtiches.ceræ,ſing.vnc.I.reſinæ pinus lignoſæ drach.IIII.æruginis ſcrup.IIII. quòd ſi magna affuerit acrimonia, æruginem ne adiicias. Hoc abſceſſus diſcutit,& iam ruptos euacuat ac ſanat.

Ad capitis ſcabritiem, Cap. LXIX.

RVtam & alumen terito cum melle, & præraſis pilis illine. Aliud. Sulphur viuum & ſtaphidem ſylueſtrem terito,& picis ſero admixto illinito.

Ad parua & denſa ac rubicunda capitis vlcuſcula, Cap. LXX.

IN paruis ac denſis & rubicundis capitis vlcuſculis mãmarum papillis ſimilib⁹,à quibus etiam ſanies effluit, caput radito,& ſemen lini tritum ac melle ſubactum imponito.Aut conchylium vrito, & cum aqua tritum imponito. Aut emplaſtrum è lolio imponito: & vbi euacuati fuerint humores,hoc ſublato,myrſinatum appellatũ imponito.Cæterùm ad rubicundas papulas in capite,ceruſſam cum laurino illine: aut pini corticem cum cerato: aut teſtam clibani cum aceto aut vino.Aut betam coctam impone: aut betæ ſuccum ad ceratum roſaceum quantum eius admittit,adiice & impone.

Reſiccantia & cicatricem inducentia achoribus, Cap. LXXI.

SPumæ argenti drach.XXI.calcis viuæ tantundem,aceti vnc.I.roſacei tantundem,vtere. Aliud valde bonũ quod humida vlcera reſiccat,& cicatrice includit. Spumæ argenti, ceruſſæ,ordei vſti, æquales partes cum roſaceo aut myrteo illine. Emplaſtrum melinum, reſiccãs omnem fluxionem,& cicatricem inducens,præſertim in antiquis vlceribus: Spumæ argenti, ceruſſæ,ſalis foſſilis,ſing.lib.I.aluminis ſciſſi ſemiſſem, atramenti ſutorii ſemiſſem,olei lib.II.aceti ſextar.I.Oleum,ſpumam argenti,& ſalem ac ceruſſam coquito,ſingula per ſe & ſimul læuiſſimè trita. Vbi verò non amplius inquinauerint, alumen & atramẽtum aceto diluta, ad pharmacum ab igne ablatum & aliquo modo frigefactum paulatim adiicito, vnito,& in mortariũ diffundito,& probè mollito vtitor.

Smegmata ad achoras,furfures,aſperitates,ac ſcabritiem, Cap. LXXII.

QVòd ſi in declinatione fuerit affectio,& omnino ad cicatricem vergat, ad totam affectionem eradicandam huiuſmodi ſmegmatis in balneo vtẽdum eſt. Terræ Cimoliæ lib.II.nitri rubri tantũdem, myrobalani lib.I.myrrhæ,iridis,piperis,ſing.vnc.I.nardi Celticæ,coſti,caſiæ ſing.vnc.I.contundito,cribrato,ac vtitor in balneo.

De aurium affectionibus, Cap. LXXIII.

AVrium dolores fiunt, tum ob frigiditatem à ventis inductam, aut à frigidis aquis,aut iiſdem medicatis,in quibus homines ſe lauant: tum ob inflammationem cutis in meatu, aut nerui auditorii in profundo. Fit etiam dolor propter ſpiritum flatuoſum qui tranſitum non habet.

Ad dolores ex frigiditate, Cap. LXXIIII.

DOlores itaque à ſola frigiditate obortos, calefaciẽtia quamcelerrimè curant. Cæpa igitur aut alliũ in oleo feruefactum frigiditates omnes ſanat. Ego verò euphorbio modico ad multum oleum admixto vtor: aut pipere exactiſſimè trito cum vino &oleo.Prodeſt & amaracinũ, & optimum nardinum, & laurinum. Sed & ruta in oleo dulciſſimo cocta magnificè facit.

A Ad dolores ex aqua medicata, Cap. LXXV.

QVum medicata aqua circa auditorium meatum continetur, oleum aſſiduè infundere conuenit, ita vt aurem eluamus,& per mollem lanã detergamus,& deinde rurſus infundamus.Magnopere verò ipſos mitigat oui candidum cum lacte muliebri tepidum infuſum.omnia enim quæ adhibẽtur, moderatè calida ſint. Prodeſt ipſis & anſerinus adeps. Sed & exuctio per os aquam attrahit: aut per arundinem, velut per aquæfuſorium inſtrumẽtum(ſiphonem *Græci* dicunt)exuctione facta,cæ-
B parum ſuccum cum anſerino adipe inſtilla: valdè enim mitigat.Si verò quis vno pede auri affectæ proximo exiliat,inclinans quodammodo ſeipſũ,aquã facilè excernit.

Ad dolores aurium ob humorum craſſitudinem, Cap. LXXVI.

SI dolor auris cum capitis grauitate obortus fuerit, craſſi & pituitoſi humores cauſa doloris exiſtunt. dignotio autem ex prægreſſa diæta tibi continget.Nitrum igitur ac ſpumam nitri,auricularibus pharmacis miſcebis. Veratrum item album ac nigrum,& amygdalas ama-
C ras,& ex ariſtolochiis eam quæ ad manum eſt,& cucumeris ſylueſtris ac bryoniæ radicem, & centaurii magni radicem,& parui comam,& iridem, & caſſiam. Et in ſumma, omnia amara citra mordacitatem ac moleſtiã meat⁹ purgãt,& extergẽt,& craſſos humores impactos ſecãt.

Ad aurium ſordes, Cap. LXXVII.

AD aurium ſordes,vnguentum nardinum tepidũ inſtilla,& ſequenti die per ſpecilli concauum eas quæ expoſitæ magis ſunt expurga, & rurſus nardinum infunde.Si verò locus durus fuerit, aut etiam ſordes duræ, ni-
D trum torrefactum ac læuiſſimè tritũ in aurem inſperge, & acetum calidum inſtilla,& appoſita lana pernoctare ſine. poſtera verò die,aqua & oleo calefactis elue.

De ſonitu aurium, Cap. LXXVIII.

SOnitus in auribus plerũque ex flatuoſo ſpiritu generãtur.fiũt etiã aliquãdo ob ſenſus auditus ſubtilitatẽ, ex euaporationibus.Dignotio contingit tibi primùm ex tẽperatura & habitu hominis:deinde etiam ex omni prægreſſa diæta.Sed & ex eo quòd aut paulatim, aut aceruatim fit ſonitus,inuenire datur affectionem. Quin & ex eo
E quòd hoc ſonitus accidens aut per interualla redit, aut perpetuò permanet,affectio cognoſcitur. Exacta verò dignotio hæc à te fiat.Si enim quis putet à ſpirituoſo exitũ non habente ſonitum fieri,& ſecantia ac attenuantia adhibeat,& nihil proficiat vnà cum hoc quòd etiã iis quæ pituitam per os ducunt vtatur,tunc ſanè ob auditus ſubtilitatem,ſonitum fieri coniectet.Ego verò in talibus admiſceo ex iis quæ ſenſum ſtupefaciunt, velut eſt mandragoræ ſuccus,& opium pauciſſimum. Aut oleum in quo
F inteſtina terræ cocta ſunt,infundo. At verò ad ſonitus ob flatuoſum ſpiritum generatos,talia commoda ſunt. Apollonii,ad ſonitus ac bombos & ſibilos derepentè fientes: Acetum acerrimum calefactum inſtilla. Aut acetum cum roſaceo calefactum inſtilla. Si verò perſeuerarat, cuminum,rutam, anethum, & nigellam, cum aceto coquito,& roſaceo adiecto vtitor. Aut colocynthidis medullam in oleo coquito,& oleum infundito. Si verò adhuc remanet ampliori tempore, omnibus amaris & acribus,&attenuatoriis ac diſcuſſoriis vtere,quæ paulo antea
G deſcripta ſunt ad eos qui ob humorum craſſitudinem aures dolent,ita vt ſingula cum aceto coquas,& mel addas. Facit autẽ ad inueteratos ſonitus,caſtoriũ & ſpica nardi, æquis portionibus cũ aceto & roſaceo. Aliud ad ſonitus diuturnos:Herbæ lanariæ,croci,caſtorii, veratri albi, æquales partes tere cũ aceto,& informa paſtillos,& vtere cũ vino. Cæterùm ad ſonitus ex morbo,fomẽto per abſinthii decoctũ adhibito acetũ cũ roſaceo infunde,aut raphani ſuccũ cũ roſaceo,aut aloẽ optimã cũ vino mulſo.ſi adhuc perſeuerarint, veratro nigro cũ aceto cocto vtere.

H Ad auditus difficultatem ac ſurditates, Cap. LXXIX.

QVI difficulter audiunt, per hieram ex aloe, aut per catapotia ex colocynthide purgandi ſunt, & pituita per os detrahenda eſt, & caput omni modo reſiccandum ac corroborandũ. Vtendũ eſt & attenuatoria diæta.

In ipſam verò aurem immittẽda ſunt pharmaca quæ fin
dunt ac ſecant,& attenuant viſcoſos ac craſſos humores,
quorum ſylua iam antea relata eſt in iis qui ob humorum
craſſitudinem aures dolent. Fomenta ad grauem au-
ditum, Apollonii. Ad audiendi difficultatem derepen
tè obortam,& ex capitis dolore, abſinthium cum aqua
in olla coctum per arundinem pro fomento adhibe, ita
vt alterã arundinis partẽ cauitati auris adaptes, alteram
verò foramini operculi ollæ inſeras, quò vapor qui exha
lat, ad auditoriũ meatũ allabatur. Aliud. Baccas lau-
ri aut folia in aqua coquito & ſimiliter vtere, aut origa-
num,aut hyſſopum eodem modo, aut aquam marinam
cum aceto ſimiliter. Eſt & hoc optimum: vrinã tauri aut
bouis, tertia aceti parte addita,pro fomento adhibeto. I-
tem myrtum contuſam ſimiliter coctam adhibeto. At
verò circulum ex lana auri circũdare oportet, vt ne loci
vicini amburantur.Elotiones porrò his conueniunt,ace-
tũ acre album,cum pari aquæ mẽſura, & nitro læuiſſimè
trito calfactum infunde per multos dies: & poſtea aqua
calida elue,atque ſic ſubſcripta infunde. Quæ auribus
in auditus grauitate infundatur. Porri ſuccum irino vn-
guento admixto infunde. Veratri nigri radicem cum a-
ceto tritam,& melle exceptam in aurem inde,& per dies
quinque ſine.Capræ recèns mactatæ cornu vrina eiuſdẽ
exple,ea maximè quæ in veſica ipſius reperitur, aut alia
aſſeruata, & cornu in fumum ad dies nouem ſuſpende,
ac vtere.Clauos caligarum veterum numero centum, in
vino Aminæo ad dies ſeptem macerato,& donec ſepties
ebulliant coquito,excolato,& adſeruato,& vſus tempore
quãtum ſatis eſt calefactum infundito.Hoc vſus ego ſur-
dum curaui. Aliud. Aſphodeli radicem in oleo coctã
adhibe. hoc etiã inueteratã audiendi difficultatẽ ſanat.
Optimus eſt etiam cucumeris ſylueſtris radicũ aut folio-
rum ſuccus cum aceto infuſus. Aut capræ vrinam & fel
eiuſdẽ ſimul calfacta infunde: Aut caſtorium cũ baccis
lauri & aceto. Aut veratrum nigrum cum aceto terito,&
melle diutius cocto excipito,& collyria ad glandis figu-
ram formato,& in meatum indita per triduum ſinito.
Aliud. Naſturtii ſeminis quantum ſatis eſt,& nitri parũ,
ficus pinguis carne,granulis exemptis,excipe, & collyria
meatui auris congrua efforma ac inde,& per triduũ ſine.
hoc ſordes multas ducit, & ſtatim alleuat.Aliquando ve-
rò pro naſturtio ſinapi coniicimus. Vtere hoc etiã ad au
rium ſordes.Multùm quoque opitulatur ad auditus graui
tatẽ ſpongia in tenues partes conciſa ac intorta,& melle
imbuta meatui indita. Idem cõmodũ eſt ad enaſcẽtẽ in
auditorio meatu ſuperfluam carnẽ. Aliud. Omnis pi-
ſcis fel infuſum prodeſt.item perdicis & capræ. Aliud.
Fel tauri cum anguis ſenecta tritiſſima aceto exceptum,
& meatui inditum,grauem auditum ſoluit. quidam cum
roſaceo indunt.aquæ verò fomentum adhibere oportet.
Aliud. Saluiæ ſuccũ cũ oleo omphacino in aurẽ in-
ſtilla: vtere: eſt valde commodum. Aliud. Herinacei
terreſtris fel cum oleo infunde. Aliud. Veratri albi
drach.IIII. caſtorii drach.I. ſpumæ nitri drach.I. infunde
cum aceto,& vtere velut optimo. Vtere etiam paſtillo ex
amygdalis amaris cum aceto mulſo. deſcriptus eſt ad au
res purulentas.

Ad aurium inflammationes, Cap. LXXX.

MOderatas & non pulſantes inflammationes ſanat ro
ſaceum cum aceto tepefactum. & glaucium in co-
te medica tritum cum vino dulci ac modico aceto.Si ve
rò vehemẽtior fuerit inflãmatio, dolores quidem miti-
gat,tenue ac candidum oui cum lacte muliebri tepidũ
infuſum.Optimum verò ad ipſos pharmacum eſt nardi-
num vnguentum,cum modico medicamento Baſilico
appellato,aut cum adipe anſerino aut phaſianino. Vbi ve
rò magnus eſt dolor,neceſſe eſt ſtupefacientibus ſenſum
vti,ita vt ad lac muliebre & oui candidum,modicum o-
pii admiſceamus.Admiſcendum eſt caſtoriũ ad vehemẽ
tiores dolores pari mẽſura, ad leuiores dupla proportio-
ne. Nos autẽ opiũ & caſtoriũ cũ ſapa probè conterimus:
& tepefacta infundimus.Oportet autem omnino nõ con
tingere auditorium meatum tempore doloris: & fomẽ-

A tũ adhibere per auricularium ſpecillum lana molliſſima
circumdatum, ita vt lanam tepido Baſilico medicamen-
to,cum nardino aut alio ex iis quæ infunduntur tinga-
mus,& ad principium auditorii meat⁹ indamus,& phar-
macum in profundum deſtillare ſinamus.& hoc aſſiduè
facere oportet. Poſtquam verò repletus eſt meatus, lanã
ſupernè obdito.Quòd ſi æſtas fuerit, & multæ caliditatis
ſenſus ægrum circa inflãmatam aurem vexarit,fomentũ
per roſaceum bonum fiat. Mitigat porrò feruentes inflã-
mationes tepida cum roſaceo inſtillata, auriculæ muris
B ſuccus,& polygoni, & portulacæ,& ramẽtorũ cucurbitæ
ſuccus:Itẽ aranei cũ roſaceo cocti,& aſelli ſub hydriis ſta-
bulãtes,ſimiliter & inteſtina terræ eodẽ modo: Et blattæ
domeſtic interanea cum roſaceo,& oleum amygdalinũ
ac hyoſcyaminum. Medicamentũ auriculare è ſuccis
ad inflammationes quæ ægrè tranſmutantur: citò enim
ipſas ſuppurat.Succi ramentorum cucurbitæ, ſucci cala-
mi,ſucci perdicii,ſucci braſſicæ,ſing.cyathum vnum, ni
tri toſti,myrrhæ, croci,ſing.drach.IIII. vnguenti nardini
vnc.I.alumins liquidi.vnc.I.aceti ſquillitici ſextãtẽ, mel-
C lis optimi lib.I.excipe & repone in vitreo vaſe. Et vſu po
ſtulãte, cum nardino & roſaceo diluto vtere. Aliud, ad
diuturnas & ægrè trãſmutabiles inflãmationes. Galbani
drach.VII.ſeui taurini drach.IIII.ceræ,colophoniæ,ſapo-
nis ſing.drach.III.picis drach.I. Colophoniã,picẽ,ſeuũ li-
quefacito,&galbanũ cũ cera præmollitũ adiicito,& dein
de etiam ſaponem,& excolatis vtitor, ita vt in cote cum
aqua aut oleo aliquo diluas. Ad maximos dolores.
Aloem optimam vino mulſo dilutam inſtilla: aut lanas
D ſuccidas aceto feruefacto,& inſtillato, inſuperque ipſam
lanam in aurem indito.Quòd ſi mitius facere velis,cum
aceto aut ſapa coquito.

Ad aures abſque vlceratione humectas,quæ velut exudant & ſeroſum humorem excludunt, Cap. LXXXI.

MISY in linteolum illigatum & prunis obrutũ ex-
urito,& vnà cum exuſto linteolo terito, & per arun
dinẽ inſufflato. Aut gallas terito & linteolo illigatas ex-
urito, ac ſimiliter vtitor. Aut alumen in teſta exuſtum,
E & oleo præaffuſo tritum inſufflato. Porrò poſtquam pe-
nitus ſedata fuerit inflammatio,caſtorium cum oleo in-
fundatur,quò detrimentum ex afflictione ſoluatur.

Ad vlcera in meatu auris, Cap. LXXXII.

REcentia quidem vlcera glaucium curat ſolum cum
aceto tritum, & omnia ex ipſo collyria, & quæ ex
croco itémque ex roſis fiũt & appellationẽ habent.Curat
etiã eadem collyriũ Damocratis ex myrrha. Quæ verò
pure manant citra dolorem & moderatè hoc patiuntur,
per eadem curantur.Quæ verò fortiter pure manant,per
F paſtillos,qualis eſt Andronis,& præſertim Muſæ cum ſapa
& modico aceto infuſus. Quòd ſi etiam hæc ſuperentur,
recrementum ferri cum acerrimo aceto in caniculari æ-
ſtu ad ſolem terito, & paſtillos efformato, & vtere cum
aceto.Si verò non eſt canicularis æſtus, recrementum fer
ri læuiſſimè tritum cum aceto ad prunas coquito donec
reſiccetur: & vtere cum aceto. Aurium elotiones.
Cæterùm Apollonius ad aurium vlcerationes talia ſcri-
bit,Vino mulſo calido frequenter ipſas elue. Aut myrtũ
cum vino coquito,ac vtitor. Si verò fœtidum quod pro-
G dit,malicorium & lentem cum vino coquito, & tepi-
dum infundito.Poſt elotiones autem conueniunt ad in-
fundendum, fel bubulum: & maximè porcinum in ma-
licorio tepefactum inſtilla.Idem facit & caprinũ fel,& o-
mnis piſcis fel roſaceo admixto. Aliud optimũ. Alu-
men ſciſſum tritum,cum ſapa & aceto in feruenti cinere
coquito ad mellis ſpiſſitudinem,ac vtitor. Facit etiam o-
mne alumen cum polygoni ſucco,& Eraſiſtrati panchre-
ſtos *appellata ab omnimoda utilitate*,liquida. habetur autem
inter ocularia medicamenta. Aliud. Aluminis ſciſ-
H ſi, croci, gallarum, æquis portionibus vtere cum vino.
Auricularis compoſitio ad dolores magnos, & pus al-
bum. Amygdalas amaras decorticatas octo,ſpumæ ni-
tri albæ drach.III.thuris drach.III.opii drach.III. croci
drach.IIII.galbani drach.II.myrrhæ drac.I.aceto trita ex-
cipe,& forma paſtillos ac vtere, ſi dolor adeſt cũ roſaceo;

ſi purè manant,cum vino mulſo,aut aceto,aut ſapa: ſi verò auditus grauitas affuerit,cum aceto. Ad diuturnas vlcerationes.Aloes,thuris,myrrhæ ſing.drach.IIII. miſyos drach.II.efforma cum aceto & vtere reſolutis cum aceto aut roſaceo.

Ad corruptiones ac fœtores aurium, Cap.LXXXIII.

MAlicorii & lentis decocto elue, velut prædictū eſt, & vtere ſubſcriptis.Aluminis ſciſſi lib. I. atramenti ſutorii drach.VIII.myrrhæ drach.VIII. crocomagmatis drach. VIII. vini dulcis myrtei ſextar.II. Alumen cum vino coquito,& vbi ad compagem redactumfuerit, reliqua prius trita cum aceto adiicito, & vnitis vtitor cū ſapa & aceto. Aliud,ad purulentas & graueolentes aures. Vrſi fel inſtilla:ſi verò aridum fuerit,cum aceto & ſapa diluto vtere. ſummè enim prodeſt. Ægyptiū pharmacum ad omnes relatas affectiones,etiamſi fuerint cōgenitæ. Amygdalarum amararum drach.II.piperis albi drach.II.fabarum Ægyptiarum internā partem drach. II.pōdere,croci,myrrhæ,opii,thuris,caſtorii,ſing.drach. II. omphacii drach. IIII. atramenti ſutorii drach. IIII. ſpumæ nitri drach.II.Terito cum aceto in quo malicorium coctum eſt, & excipe ad ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem.Vſus autem tempore quantum ſatis eſt de hoc pharmaco accipe,& nardino vnguento dilutum inſtilla.

Ad ſuperexcreſcentes in aurium vlceribus carnes, Heraclidæ Tarentini, Cap.LXXXIIII.

AEruginis drach.VIII.ſquamæ æris drach.IIII.mellis heminæ dimidium,hoc eſt dodrantē.Arida trita melle excipe,ac coque vt rubicundum pharmacum euadat,& vtere ſuper eminentem locum imponens. Aliud. Æruginis drach.IIII.atramenti ſutorii drach. IIII.ſucci marrubii cyathos III.mellis quantum ſatis eſt,præpara & vtere velut dictum eſt. Aliud Apollonii Memphitæ. deprimit omnem ſuperexcreſcentem carnem citra dolorem. Aluminis ſciſſi drach.IIII. miſyos vſti drach. IIII. æruginis drach.II.Lemnii ſigilli drach. II.gummi drach. II.*alii tot uncias pro drachmis habent*.Terito cum aceto, & formato paſtillos, ac vtitor cum vino aut aqua. Deprimit, & cicatricme inducit.facit & ad nares exulceratas.

Ad vermes in auribus, Cap. LXXXV.

VErmes in auribus aut generatos aut extrinſecus illapſos,amara & acria in ſumma occidunt: velut ſunt, capparis folium aut ſuccus,cedria, vrina humana vetus, ſingula cum melle:aut ariſtolochiam tritam inſuffla : aut calaminthæ ſuccum infunde : aut veratrum album cum vino: aut colocynthidis decoctum,aut centaurii, aut abſinthii,aut polii cum vino:aut ſcordii,aut marrubii ſuccum, aut elaterium cum aceto. Facit & maluæ hortenſis aut ſylueſtris ſuccus:maximè in iis quæ ſunt inflammatæ.

Ad ſanguinis ex auribus eruptiones, Cap. LXXXVI.

AD ſanguinis ex auribus eruptiones,vt ne in grumos coeat,porri ſuccum & acetum mixta infunde,& ſanguinem ſiſtet,& grumos diſſoluit. Aut malum Punicum in aceto coctum infunde. Aut gallam in aceto coquito & excolato,& rubi ſuccum miſceto,ac infundito. Aut polygoni ſuccum cum modico aceto, aut acaciam, aut amurcam,aut lycium cum aceto inſtillato.

De calculis aut aliis corpuſculis in aurem illapſis, Cap.LXXXVII.

SI calculus,aut faba,aut conſimile quid in meatum auris illapſum fuerit,elue.aut ſpecillum lana obuolutum reſina tinge,& extrahe. Aut per glutinoſum aliquod pharmacum aut dropacem idem facito.Quòd ſi non ſucceſſerit,ſternutatorium naribus inde,& os obtura ac nares. nā iuxta contingentem ſpiritus extenſionem,id quod incidit efflatur. hoc autem aſſiduè fiat donec exciderit. Si verò intus manſerit, auris inflammata conuulſiones inducit. Optimè verò eorum quæ illapſa ſunt eiectionem adiuuat concuſſio : ita vt ſi puer fuerit,pede teneatur, & cum concuſſione in caput eleuetur: ſi verò perfectæ ætatis quiſpiam ita fuerit affectus, ipſum in tabulam ſecundum affectam aurem reclinatum caput ad tabulam firmare iubeto : deinde leuata tabulæ circa ca-
A put parte deferri ſinito, idque ſæpe repetito: mouebitur enim quod incidit,& ad expeditiores meatus partes progredietur:atque ita anguſta & concaua ſpecilli parte immiſſa ſcitè extrahito.Si verò faba aut cōſimile quid in aurem illapſum in ea maneat,madefactumq; ac tumefactū dolores inducat,impoſſibile eſt ipſum integrum eximere. quare per ſpecilli concauū induſtriè partiri ac diuidere ipſum oportet,aque ſic particulatim extrahere.Deinde ſapam aut vinum dulce calidū infundere ac lenire meatum ex lancinatione offenſum.

B

Ad affectiones aurium extra meatum, Cap LXXXVIII.

FOramina in pulpis aurium in pueris inflāmata, oleo quod in ærea lucerna æruginem contraxit, aſſiduè illine:& ſanabis. Ad contuſas autem aures,myrrham, mannam thuris,terram nigram, qua quidam pro ſmegmate vtuntur,cum aceto ad cerati ſpiſſitudinem vnita imponito.& nequaquam amplius irritato. Aliud. Sulphur viuum, myrrham, thus cum pice liquida in ſplenio imponito. Philagrii ad contuſas aures. Mannā thuris, aut i-
C pſum thus,& aloē,cum vino & roſaceo terito,& imponito.his etiam cochleas paruas integras tritas, ſi haberi poſſunt addito. Aliud. Inteſtina terræ cum modica terra ex qua excepta ſunt,tere & impone. In quibus verò fractæ ſunt aures, intrinſecam expeditiorē concauitatē cartilagineam figulina terra expleto,& reſiccari ſinito,ac ſolanum cum ceruſſa illinito donec in integrum reſtituantur. Si verò inflammatio ad contuſionē acceſſerit,meatui quidem butyrum tepidum,aut adipem anſerinū, aut gallinaceum inſtilla : aut etiam ocimi ſuccum cum ali-
D quo ex relatis adipe. Forinſecus verò ceruſſam cū ſolani aut polygoni,aut coriandri ſucco illine. aut putamē mali Punici dulcis in vino coctum ac tritum obline : aut glaucio vtere. Emplaſtrum autem hoc adhibeto: ſandycis lib.I.olei lib.I.aquæ ſemiſſem. Coquito ſimul donec non amplius inquinent,& vtere.

De parotidibus, Cap. LXXXIX.

PArotides ex genere ſunt inflammationum. fiunt autem glandulis circa aures affectis. Non tamen vtimur in ipſis,velut in aliis partibus inflammatis,in princi-
E pio repellentibus.imò vice verſa attractoriis vtimur,affligentem humorem ex profundo ad cutem attrahere conantes,& naturæ opem ferre, quæ per humorum ex loco in locum,impetuoſum illapſum febres curat.At verò quū vehementi impetu fluxus illabitur, nihil nos curioſius agentes,omnia naturæ permittimus. Si enim aut cucurbitam, aut pharmacum quoddam humores ex profundo ad cutem attrahens adhibuerimus, vehemens dolor hominem occupat, vt ex ipſo & vigiliæ ſuccedant, & febres intendantur,ac vires exoluantur. Mitigare igitur
F tunc potius conuenit,& non humorum influxui opitulari,per cataplaſmatum maximè lenientium vſum,quæ ad hoc quòd moderatè humectā habēt caliditatē, per quam mitigare dolores valent,etiam influentes humores concoquere poſſunt ac ſuppurare.xbi verò ſuppurati fuerint, diſcutere ipſos aggrediemur. ſi verò duritia cum dolore apparuerit,emolliētia ad attractoria miſcebimus. Proinde vbi vehemens dolor obtinet, & humores adhuc influunt,butyro vtemur,locum aſſiduè illinentes,aut adipe ſuillo:aut butyrum & adipem ſimul & liquefaciemus, &
G modica cera adiecta vt mollius ceratum fiat, imponemus.At verò moderatas parotidas,in quibus neque multa copia influit,neque dolor vehemens adeſt, neque ſuppuratio expectatur,facilè curabimus per fomenta ex muria, & cataplaſmata ac pharmaca diſcuſſoria : quale eſt Mnaſææ emplaſtrum,& emplaſtrum ex ſuccis : & his adhuc magis ea quæ molliora ſunt & ceratiformia,ex butyro & œſipo parata, quæ aſſumunt oſtrea vſta,aut buccina,aut purpuras, Quale eſt & hoc : Adipis anſerini ve-
H teris inſulſi ſeſcuncem, butyri vnciam vnam, ceræ ſextantem,oſtreorum vſtorum tritorum ſextātem.Liquabilibus liquatis oſtrea inſperge, & vnitis vtere confidenter.eſt enim efficaciſſimum hoc. Aliud valde bonum. Apochymatis ſeſcuncem,picis beſſem, ceræ quadrātem, colophoniæ ſextantem, adipis vitulini ſeſquiunciam

bituminis ſextantem. reliqua liquato ac excolato. Bitumen verò cum modico aceto terito, & liquata ad ipſum affundito:& emollitis vtitor. Quin & in induratis iam ac diuturnis parotidibus, buccina vſta & omnia oſtrea, adipi veteri porcino liquato admixta, velut dictum eſt, citra omnem moleſtiam diſcutiunt omnes diuturnas ac induratas inflammationes. Quapropter vtendum eſt in durioribus parotidibus albo emplaſtro ex buccinis, quod Ariobarzanium appellatur, & eo quod Dionyſia appellatur, & ex miſy paratur. deſcribentur ea in Sermone de emplaſtris. Ego verò ſoleo parotidas puerorum & mulierum ſolo butyro curare.

De narium affectionibus, Cap. xc.

EX genere tumorum præter naturam, polypi in naribus generantur: è genere verò vlcerum ozænæ: de excretionibus autem præter naturam, ſunt ſanguinis eruptiones. Ozænæ itaque ex acrium & putredinoſorum humorum influxu fiunt. nam ſi ſolùm acres fuerint, incurabilia vlcera facere ſolent, non tamen graueolentia. At polypus appellatus, polypi marini carni iuxta eſſentiæ proprietatem & colore & compage ſimilis, ex craſſis & viſcoſis humoribus generatur. Cæterùm curatio vtriſque communis eſt, ozænæ & polypo, vt primùm caput reſiccetur ac corroboretur. manifeſtum eſt enim quòd vitioſorum humorum redundantia naribus ex capite influit. Quomodo verò caput roborare oporteat, iam dictũ eſt, vbi de capitis dolore egimus, vbi diuerſa ſmegmata & epithemata deſcripſimus, quæ ſincipiti ac toti capiti præraſo imponuntur. Verùm ad iam præſcripta, optimè ad ipſos facit emplaſtrum ex anemona capiti impoſitũ. Itémque hoc: Myrrhæ vnc. I. thuris vnc. I. cochleas integras V. ouorum candida II. Omnia in mortario contuſa ac mixta illinito, linteo capiti ſuperimpoſito:& ſinito per dies IX. atque ita poſtea localibus auxiliis vtere.

Ozænarum curatio, Cap. xci.

POſtquam itaque per prædicta caput corroboratum præparaueris, ad naſi curationem procedes, ſcopum propoſitum habens in ozænis, vt affectam partem per pharmaca mixtam vim habentia reſicces, repellentia videlicet ac diſcuſſoria. Repellunt igitur auſtera & acerba, quæ in communi adſtringentia appellantur. diſcutiunt autem ſiccam & calidam vim habentia. Archigenes autem ad dolores in naribus & ozænas talia deſcribit. Calaminthæ ſuccum infunde: aut ipſam ſiccam tritam inſuffla per arundinem. aut erucæ ſuccum aſſiduè infunde. aut mel in naſum ſtillato, & per ſternutatoriũ cõcuſſione facta, tectoria vlceri obducta excutito. Deinde veratrum album cum multo naſturtii ſemine naribus attrahere iubeto, & poſtea amurcam cũ melle illinito. Aut ranunculi ſuccum cum alumine liquido in naſum inſtillato, & attrahere iubeto: atque hoc facito donec perſanaueris. Si vero antiqua fuerit affectio, etiam acetum acerrimum admiſceto. Meatus autem naſi ex hoc illinito: Spicam nardi & miſy, æquis portionibus trita cum vino auſtero ad ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem illine & lana obtura. Optimè verò facit ad ozænas atramentum ſutoriũ melle cocto exceptum, & chalcitis eodem modo, & ærugo, & ſquama æris, & floridum medicamentum ori deſtinatum. Et hoc: Chalcitidis crudæ drach. XII. cadmiæ drach. VIII. terito cum aceto ad multos dies ſub caniculæ feruore:& exſiccato vtere cum vino ipſum diluens, aut ſiccum inſufflans. Aliud. Miſyos, chalcitidis, myrrhæ, atramẽti ſutorii ſingul. drach. IIII. aluminis ſciſſi, gallarum, ſquamæ æris, ſingul. drach. III. aluminis rotundi drach. II. thuris drach. I. aceti lib. I. Omnia trita ſimul coquito in æneo vaſe:& vbi ad mellis compagem redacta fuerint, ablatis vtere, linamento intincto & naribus penitiſſimè indito. Siccus puluillus ad ozænas: Fructus ericæ, myrrhæ, nitri, malicorii, ſingul. drach. IIII. croci, coſti, ſingulorum drach. II. trita inſuffla. Alius. Aluminis ſciſſi, myrrhæ ſing. drach. IIII. ſandarachæ, rhois culinarii, ſalis ammoniaci, croci, coſti, ſing. drach. II. trita inſuffla, naribus prius vino mulſo collutis. Aliud Theodori ad graueolentiam narium: Amomi, myrrhæ, caſiæ, roſarum ſiccarum, æquales partes tritas cum vnguẽto nardino dilue ac vtere. Aliud. Myrrhæ, caſiæ, roſarum, ſing. æquales portiones contuſas ac cribratas melle excipe, & mane ac veſperi illine donec malum ceſſet. Aliud. Hedychroo cũ vino mulſo trito vtere. Aliud, iucundum appellatum. Myrrhæ drach. IIII. caſiæ drachmas quatuor, floris iunci odorati drach. III. roſarum ſiccarũ drachmã vnã, terito cum vino mulſo veteri, repoñito ac vtitor illinens ex eo nares. Aliud. Cyperi quadrantem, ſandarachæ, aluminis ſciſſi, myrrhæ, croci, ſing. vnc I. aridum inſuffla. Aliud Apollonii ad polypos: Veratrum & origanum trita inſuffla. Aliud. Veratrum nigrum & ſandaracham, æquis portionibus cum oleo terito, & lana excepta naribus indito. Aliud. Atramentum ſutorium, æruginem, laſer, æquis portionibus, cum oleo illine naribus per ſpecillum lana obuolutum ad dies nouem. deinde volſella trahe ac exime. Aliud ad ozænas quo aſſiduè vtor: Ad paſtillum Muſæ adiice chalcitidis drach. VI. aliquando etiam XII. & veratri albi drach. II. vteréque cum vino mulſo. Aliud. Auripigmentum tritum per ſpecillum largè admoue. Vbi verò intumuerit & eminuerit, veratro nigro arido trito moderato vtere:& in ſeptem diebus vtplurimũ naſus vacu' redditur. deinde diphryge trito cũ melle expurga. Aut auripigmentũ, calcem, & veratrũ album trita cum melle adhibe. Aliud celebre. Myrrhæ drach. III. chalcitidis drach. IIII. caſiæ drach. III. ſpicæ nardi drach. II. miſyos drach. II. veratri albi drach. I. vtere ſicco, & cum vino mulſo. Aliud bonum. Miſyos torrefacti drach. VIII. iridis drach. III. croci drach. I. excipe melle ac illine. Aliud. Aluminis ſciſſi vnc. I. myrrhæ vnc. I. thuris ſeſquiunciam, muſcii herbæ quæ & dorcadias appellatur, drach. IIII. æruginis drach. II. ſalis ammoniaci ſcrup. IIII. terebinthinæ vnc. I. mellis trientem, aceti quãtum ſatis eſt. Aliud facit & ad polypos: Æris vſti, ſquamæ ferri ſtomomatis, aluminis ſciſſi, ſing. vnc. I. myrrhæ vnc. I. thuris ſeſquiunciam, ariſtolochiæ, verbenacæ rectæ, ſquamæ æris, æruginis, ſing. vnc. I. aut omniũ æquas portiones adhibe aliquando vino diluta, & per linamentum inde: aliquando verò cum compoſitione ex moris, aliquando cum melle. Aliquando etiam ſiccum inſuffla, aquam in ore continere iubens. Aliud, cuius vtilitatem ne contempſeris. Centaurii tenuis vſti, polii vſti, chamæmeli vſti, ſing. drach VIII. æruginis, ſquamæ æris vſtæ, radicis cyclamini ſiccæ, myrrhæ, aloes, malicorii, ſing. drach. IIII. tritis vtere prout voles. Aliud ad ozænas, & eroſiones, & nomas, & craſſitudinẽ, & omnia narium vitia: Succi foliorum vitis albæ quadrantem, mãnæ thuris, atramenti ſutorii, chalcitidis, ariſtolochiæ, ſing. drach. II. terito & ſiccato ac inſufflato. Paſtillus ad ozænas Cyri archiatri Edeſſæ: Cadmiæ ter vſtæ ac vino extinctæ, plumbaginis, plumbi vſti, ſpumæ argenti, ſpicæ nardi, thuris, foliorum cupreſſi, herbæ Sabinæ, gallarum, lycii Indici, gummi, ſing. drach. IIII. ceruſſæ, glaucii, folii balauſtiorum, floris iunci odorati, malicorii, aloes, acaciæ, ſing. ſcrup. VIII. florum roſarum & foliorũ, ſing. ſcrup. VI. contuſa & cribrata terito cum aceto, & formato paſtillos, ac vtere cum vino aut ſapa.

Polyporum curatio, Cap. xcii.

IAM antea dictum eſt quòd ex craſſis ac viſcoſis humoribus polypus generatur, & propterea mixta materia opus habet, adſtringẽte & ſecante, diſcutiẽte ac ſiccãte: quorum ſylua talis eſt: Aluminis ſciſſi, myrrhæ, ſandarachæ, ſing. drach. IIII. atramẽti ſutorii vſti drach. I. gallarũ drach. I. tritis vtere, vbi prius nares vino odorato elueris, ita vt poſtea per ſpecilli nucleũ illinas. Vtere etiã iis quæ ad ozænas præſcripta ſunt. Aliud. Soreos drac. II. chalcitidis toſtæ drach. II. fructus myricæ drac. I. croci drach. I. myrrhæ drach. I. trita inſufflato velut dictũ eſt. Aliud. Chalcitidis toſtæ drac. II. miſyos drac. II. atramẽti ſutorii vſti drac. II. amomi drac. II. myrrhæ drach. IIII. croci drac. I. terito, & vtitor ſiccis. Aliud mirabile. Soreos quadrãtẽ, aluminis ſciſſi quadrãtẽ, gallarũ ſextãtẽ, myrrhæ ſextãtẽ. vtere ſicco. Aliud ad polypos, ozænas, ægilopas, & quæ citra ſectionem ac vſtionẽ remouere voles.

diſparat etiam oſſa corrupta. Ramentorum æris rubri vnciam vnam,ſalis ammoniaci ſextantem, aluminis rotũdi quadrãtẽ,aceti acerrimi hẽ.ſex. Arida trita,ad iecto aceto,æris rubri vaſe excipe,& ad ſolẽ expone, ac piſtillo æneo ſub caniculari æſtu agita, donec reſiccẽtur: deinde trita vaſe fictili reconde. Vſus autẽ tempore,aquã in ore tenere iube,& per arundinem naribus inſuffla. Ad polypos & ozænas: Sinapi tritum aquæ miſceto,ac ſubigito: & collyria glandiformia formato: deinde gracile linteolum ſinapi obducito,quò ipſum extrahere poſſis vbi voles.& naribus indito,principio lintei foris relicto, totam diem ſinito:& excidet polypus. Aliud ad polypos & ozænas ac ſuperexcreſcentẽ carnem. Aluminis ſciſſi ſcrupulos nouem,aluminis rotundi ſcrupulos ſex, atramenti ſutorii ſcrupulos ſex,chalcitidis ſcrupulos XVIII.myrrhæ ſcrupulos XVIII.ſquamæ æris ſcrupulos IX.thuris ſcrupulos quatuor,gallarũ ſcrupulos XII. contuſa cribrata terito cum aceto velut collyrium,& formato paſtillos. Vſu verò poſtulante,quantum ſatis eſt cum melle contere,& linamentum intinge,ac naribus inde,& ad diem vnam ſine,altera verò extrahe:& ſequetur polypus, quod plerunque fieri ſolet. Aliud Oribaſii. Squamæ æris drach. octo,ſandarachæ drach.quatuor,æris drach.ſex,veratri nigri drach.II.Siccum hoc inſufflato,& velut optimo vtitor.nam in diebus decem manifeſtam vtilitatem declarat. Nechepſus rex ad carnẽ in naribus enatã: Squamã æris,& ſquamam ferri,ac alumen ſciſſum,æquis portionibus terito ac inſufflato,aut per ſpecillum adhibeto, aut in linamento vtitor. Aſclepiadæ ad polypos: Atramẽti ſutorii drachmã vnam, diphrygis vſti drachmas duas, calcis viuæ drachmas duas,ſandarachæ drachmas duas,ſicca adhibe:aut linamentum intortum aqua madefactum ac pharmaco imbutum inde. Aliud quo Antipater vſus eſt: Atramẽti ſutorii,ſandarachæ,æquales partes tritas inſuffla, & per ſpecillum admoue. Aliud. Atramẽti ſutorii vſti drachmas quatuor, rubricæ ſinopicæ drach. vnam.trita inſuffla. Naturale Apollonii ad polypos:

Nycticoracem iugulato,& calido ipſius ſanguine polypum illinito:reliquum verò in ſole ſiccato ac reponito,& aridum tritum inſpergito. Aliud eiuſdem ad exulceratos polypos,& ad ozænas: Dracunculi radicẽ aridã tritã inſperge.facit & ſuccus ipſius illitus,aut cupreſſi folia,aut pilulæ ficus carne exceptæ.Facit & ſaluia impoſita:& laſer cum atramenti ſutorii aut æruginis pari portione. Galenus autem ad polypos,inquit,& ozænas comperi egregiè facere ſubſcripta.Primùm quidem id quod ex malis punicis paratur.ſint autem æquali numero ac magnitudine ex tribus generibus accepta,de auſteris,de dulcibus, & de acidis.Oportet autem ipſa recentia matura contundere ipſáque tota confringere exactè,quò ſuccus ex ipſis exprimi poſſit:quem modicè coctum reponimus in ſtanneo vaſe.Quod verò reſtat ſolidum & craſſum,diligenter in mortario tundito,& valde bene in pila terito,ac collyria formato oblonga,& craſſitudine & longitudine differentia:eáque ſiccato. Et vſu s tempore congruum ex his collyrium in naſi meatum inde, in quo polypus exiſtit. nam citra mordacitatem & conſenſum tollit polypum lõgiori tempore.Si verò humidior & mollior polypus tibi videatur,amplius accipies de auſteris punicis malis:ſi verò durior,de acidis. Quãdoquidem autem moleſtum eſt ſemper collyrium ferre,conuenit ab eius vſu interquieſcere,& interim dum collyrium non adhibetur,ſucco expreſſo vti,& ex ipſo internas oris partes illinire,hiante ægro,eo maximè loco quo naſus ad palatũ perforat⁹ eſt,atque hoc per pennam,aut lanam ſpecillo obuolutam. Cæterùm ex ſiccis pharmacis noui aliquando diphryge polypum conſumptum. Conuenit in ipſis quoque prædictum collyrium ex malis punicis ſiccum, læuiſſimè tritũ ac inſufflatum,aut per ſpecilli nucleum naribus inditum. Omnia autem hæc aſſiduè facere oportet,vt nunquam deſit medicamentum loco affecto. facilè enim ab influente humiditate eluitur. Philagrii. At in eunuchis & molle corpus habẽtibus,& propterea nullam mordacitatem ferentibus,roſas ſiccas læuiſſimè tritas adhibe. mirificè enim proſunt mollibus & humidis corporibus.Nam pleraque quæ efficaciter polypos eximunt, exacerbant quodammodo vbi ſcopum non contigerint.At verò in diuite quodam qui odoratum pharmacum expetebat ad ozænæ curationem,paſtillo hedychroo vſus ſum,ſubegiq; ipſum cum vino veteri odorato.& mirum eſt quàm breui affectio curata eſt. Relata eſt autem huius præparatio in theriaces deſcriptione.

Ad vlcera in naribus, Cap. XCIII.

VLcera in meatib⁹ naſi ſimpliciora ſemper curaui per paſtillos Andronii,& Paſionis,& Polyidæ, & Muſæ, & per bithynũ appellatũ: aliquãdo vino dulci ipſos exoluens aliquando auſtero: & quandoque per acetum vinoſum & acre,ita vt ab affectionum ſymptomatis, pharmacorum vſum inueniamus. Archigenes autem pinguibus emplaſtris eiuſmodi ad ipſa vſus eſt: Plumbi recrementũ tritum,cum vino veteri ac myrteo oleo æquis partibus in fictili vaſe coquito ad prunas,ſempérque agitato. & vbi ſtrigmentoſum factum fuerit pharmacum, ablatum in pyxide plumbea ſeruato. Oribaſii ad narium vlcera:

Spumæ argenti drach.VI.ceruſſæ drach.VI. plumbi vſti & loti drach.IIII.myrrhæ, aloes, ſingulorum drachmas duas,gallarum drachmam vnam,vino & myrteo oleo dilutis vtere.facit etiam ad ſedis vitia. Aliud Oribaſii.

Atramenti ſutorii drachmas ſeptem, aluminis ſciſſi drachmas ſex,gallarum drachmas tres; malicorii drach. tres,ex vino aut aceto terito. Aliud eiuſdem, ad ſimpliciora in meatibus naſi vlcera: Spumæ argenti drach. ſex,ceruſſæ drachmas octo,malicorii drachmas quatuor, aluminis ſciſſi drachmas quatuor:terito cum vino & affuſo oleo myrteo,in plumbeo vaſe ſeruato ac vtitor.Optimè faciunt ad eadem, Aſteris collyria,& Libyana appellata,& præſertim Cleonis ac ſimilia,cum vino & oleo myrteo diluta.

Ad ſanguinis è naribus eruptionem, Cap. XCIIII.

SAnguinis è naribus eruptionem ſiſtit foliorum vrticæ ſuccus per linamentum inditus:& ipſa folia trita fronti impoſita:item chalcitis arida trita linamento excepta ac indita. oportet autẽ linamentum lucernarium frigida aqua tinctum in chalcitide obuoluere. Siſtit & lyſimachii herbæ ſuccus,& anthyllidis,& ferulæ pars lanuginoſa cũ aceto indita:thus cum polygoni aut porri ſucco. Aſinini ſtercoris recẽtis ſuccus,cum porri ſucco,& aceto per linamentum inditus:aut ſtercus idem vſtum inſuffla: aut ſpongiam nouam pice liquida imbutam inde:aut hippureos ſuccum,aut ipſam tritam inde,& fronti impone:aut ſaluiæ folia trita adhibe: aut ouorũ teſtas vrito ac terito, & de his duas partes ſumito,& de galla omphacitide partem vnam,& linamẽto aqua aut aceto tincto excepta indito.Frontem verò bulbis tritis cum porri ſucco aut aceto integito:aut gypſum oui candido ſubactum fronti ac naribus imponito.magis autem facit lapis ſpecularis trãſlucidus cum aceto. Aliud. Cochlearum carnes cum aceto tritas adhibeto: aut cochleas vſtas ac tritas, frõti ac naſo cum aceto imponito. Apollonius autẽ inquit, Cochlearum carnes cum thure tritas naribus indito: & ſanguis ſiſtetur. Iiſdem etiam frontem intege: aut ſiccum ex anemona' pharmacum emplaſtri forma fronti impone:aut emplaſtrum ex ſalicibus.Optimum autem eſt hoc ex cuius vſu ſæpe laudem aſſequutus ſum:Lapidẽ molarem feruefactum ac ignitum acerrimo aceto extingue,& vaporem naribus admoue:ac ſiſtetur.Commodum eſt & per ſpongias frontem frigefacere,& caput in ſublime leuare,& manuum iuncturas inguináque ac genua deligare. Apollonius porrò ait, pedis è directo naris vnde ſanguis erumpit,magnum digitum ligato,& multùm ac ægrè ſiſti ſe ſinentem ſanguinis lationem ſedabis. Cõmodum eſt etiam cera aures obturare, & in ore aquam pluuiam frigidam continere.Sed & cucurbitam occipiti affige cum ſcarificatione:& circa viſcera magnam cucurbitam adhibe,ſi dextra pars ſanguine manarit ad hepar: ſi ſiniſtra,ad ſplenem:aliquando etiam venam ſecare cogimur.Summè verò facit hoc: Rhoidarii & ochræ æquales partes cum aceto in oppoſitam nari aurem inſtilla. nimirum ſi dexter naſi meatus ſanguinem fundit,in ſiniſtram

aurem:ſi ſiniſter,in dextrā.Sed & quæ ad ſanguinem ſpuētes deſcribentur,potanda præbe.

Quomodo ſanguis è naribus eliciatur,
Cap. xcv.

MEntham tritam melle exceptam ad collyrii formam redige,ac naribus inde:aut rubiæ radicem læuiſſimè tritam oleo ſubige, & naribus penitiſſimè illine:aut graminis florem, aut ſummam eius aſperiorem partem naribus inde, & obtorque donec ſanguis erumpat.

De narium obturatione,& odoratus oblæſione, Galeni, Cap. xcvi.

OCulis & linguæ ac vniuerſo corpori ſenſum ac motum ſuppeditat cerebrum per neruos.Verùm odoratus ſenſus intra caluariam eſt in anterioribus cerebri ventriculis vaporoſum quendam ſpiritum habentibus. Cæterùm neceſſarium eſt prius noſſe quomodo naſus conſtructus eſt,& quæ corpora meatibus ipſius cohærēt. Quū itaque naſus habeat medium interſeptum,& duos memorabiles meatus qui ſanè apparēt,vnus in ſingulis narib⁹, noſſe oportet ſupra naſi partes vtrunque ipſorum dextrū ac ſiniſtrum bifariam findi. & altera quidem pars ad internam oris partem circa palatū vergit: altera verò rectà, velut ab initio ferebatur,ad ipſum cerebrū aſcēdit. Sunt autem in cerebro duæ propagines oblongæ ac cauæ,principium quidem ex anteriorib⁹ ventriculis habentes,progredientes autem ad illam caluariæ partem, vnde naſus initium habet.Iuxta hanc verò partem etiam oſſa coliformia ſita ſunt,per quæ inſpiratio & expiratio iuxta cerebrum contingit,& ſuperfluitates in ipſo expurgantur.Sed & craſſa cerebri membrana,qua parte coliformia oſſa cōtingit, tenuibus cauernis perforata eſt. & per hanc ſanè primam excolantur craſſiores cerebri ſuperfluitates quas mucum appellamus. Et hæ dum deferuntur, primùm quidem ipſam membranam penetrant: poſtea verò per coliformia oſſa excolantur,atque ſic in naſi meatus incidunt. At in tranſgreſſu per hos meatus,aliquādo pars aliqua ex iis quæ deferuntur,præterfluit in os, per prædicta foramina ex naſo in palatum,& præſertim vbi fuerit mucus ille viſcoſus ac craſſus:reliquum autem quod defertur per nares euacuatur. Adiuuamus autem excretiones per os ex palato,per ſcreatum: excretionē autem ex naſo,per violentioris efflationis ac ſternutatoriorū vſum.Reſpirationis equidem ac olfactus gratia,facta ſunt foramina cerebri in nares: vtitur autem ipſis natura ad retrimentorum cerebri purgationem. Proinde odoratus læſio non in meatibus naſi eſt,ſed aut anterioribus cerebri ventriculis ad intemperiem perductis,aut meatibus in oſſibus colatoriis obturatis, muco ac deſtillatione vtplurimum prægreſſis,aut his partibus perfrigeratis vel humectatis. Nam & aer qui palàm per inſpirationes attrahitur, tum nares aliquando perfrigerat,tum vicinas ac cōtiguas partes,& hoc maximè vbi ambiens nos aer frigidus factus eſt. Archigenis. Primùm igitur cōuenit eos qui olfaciendi facultatem læſam habent, aut colatorios meatus obturatos,in ſiccioribus locis diuerſari, quales maximè ſunt maritimi: & gymnaſiis pro viribus vti,itémque vnctionibus ſingulis diebus,ita vt erectum habeant collum,& per alios confricentur.Caput quoque pectine perfricare oportet,& nitro detergere in balneo,& aqua marina calida abluere,ac caput perfundere marina calida affuſa:deinde etiam aquæ frigidæ modicè immergere in egreſſu.optimum eſt & in marina aqua aſſiduè natare.Vtendum eſt & medicamentis quæ naribus indita caput purgant. Cæterùm tota victus ratio attenuatoriæ ſit facultatis.quare etiam acrium rerum eſus ex interuallis adhibeantur.Domus in qua degunt, moderatè calida ſit, pro temporis anni ratione.ſomnus diuturnus incommodus eſt ipſis. Dum autem dormiunt,ceruicalia ſublimia habeant,& in latus reclinentur,& non ſecundum affectam partem,velut ſi contingat vnum ex colatoriis meatibus eſſe obturatum. quotidiana itaque victus ratio talis ſit. Claro autem inſtante aere, primùm ventrem expurgare tētet, per Archigenis ex colocynthide hieram:deinde hirudines ſublimiori naſi parti adhibe, & multum ſanguinem trahere ſine.Poſt tertium autem diem, ſplenio ab intermedio ſuperciliorum vſque ad malā,obturatam naſi partem intege.ſit autem factum ex emplaſtris diſcuſſoriam vim habentibus:quale eſt melinum Serapionis, & emplaſtrum Iceſii,& nigrum Archigenis, & quod ex tithymali ſucco paratur, & quod ex ſquilla,ac conſimilia. horum autem vſus non fiat infra quindecim dies.Poſt hæc picra ex aloe aſſiduè venter ſubducatur. commodus eſt enim frequentior ipſius vſus. Poſtea pituitam per os ducentibus vtendum eſt ex ſtaphide ſylueſtri ac maſtiche.Poſtquam autem ſufficiēs euacuatio per os facta eſt, emplaſtro ex agarico,aut ex cācry,aut malagmate ex baccis lauri,aut aliquo conſimili naſus integatur,& frons vſque cutis rubificationem.ſolent enim talia mucoſam humiditatē per cutem attrahere. Poſtea verò ſternutatorio vtendum eſt,primùm ſimpliciore, deinde efficaciore: quale eſt veratrum album læuiſſimè tritum.Tertia deinde,aut quarta die à ſternutatorii vſu, radēdum eſt caput, & ſinapiſmus adhibēndus vſque ad frontem:deinde lauētur.Et poſt multos rurſus dies,ſi opus fuerit, rurſus caput per naſifuſorium inſtrumentum purgetur. Sit autem efficax medicamentum quod adhibetur:quale eſt elaterium cùm lacte,aut cyclamini ſuccus: aut ipſam cyclaminum ſiccam tritam inſuffla:aut cucumeris ſylueſtris radicem: aut nigellam tuſam ac cribratam & oleo vetuſtiſſimo addito probè tritam,per nares infunde, & pharmacum per reſpirationem vehemētius attrahere iube: aquam autem ægro in ore tenendam exhibe.Hoc ego vſus ſum in quodam adoleſcente,qui ex muco ac deſtillatione diuturna olfactus ſenſum læſum habuit:& vbi conſequenter per triduum hoc auxilio vſus eſſet,magnopere auxilium percipiebat: quarta verò die attracto vehementius per inſpirationem pharmaco, fortem mordacitatem in profundo capitis ſentiebat,& quum hæc paulatim imminueretur,poſtera die penitus conualuit. vtiliter etiam nigella aſſumitur cum aceto. Cōuenit autem poſt horum vſum, poſt triduum videlicet,ſinapiſmum fronti adhibere, facieique ac naſo:& poſtea lauare. Sed & odoramenta aſſiduè adhibeantur.odorata hæc:Narciſſus,ſiſymbriū,ſerpyllū,lilii folia,violæ,mētha,poliū,ruta ſylueſtris, & thymbra.Omnium verò vtiliſſimum eſt caſtorium aceto dilutum. quin & potum caſtorium tritum cum aquæ mulſæ cyathis tribus,præ multis auxiliis proderit. efficacius autem redditur, aceti ſquillitici cyatho dimidio addito.At verò acetum ſquillinū quotidie à ieiunis trium cochleariorum menſura acceptum,vtiliſſimum ipſis exiſtit.Cæterùm poſt has omnes lancinationes, ſi adhuc affectio aliquo auxilio opus habet, adhibendus eſt etiam à raphanis vomitus,ita vt ipſi conciſi aceto mulſo aut garo madeſcant.Sequenti verò à vomitu die,æger abſinthii decoctum bibat,aut pulegii.Et poſt hoc imponendum eſt naſo emplaſtrum ex ſquilla, cuius experientiam feci, relinquendúmque aliquo tempore,vt varos in loco excitet,& ſtrigmentoſam humiditatem extrahat.habetur autē hoc emplaſtrū in ſermonis De emplaſtris tractatu. Atque hæc omnia etiam bis ac ter & ſæpius adhibenda ſunt ad pertinaciores affectiones.

De ſternutatoriis, Hippocratis, Cap. xcvii.

STernutatio fit calefacto cerebro, aut humectato eo quod in capite vacuum eſt.Aër itaque intus exiſtens erumpit:ſonitus autem fit,quoniam per vacuum & anguſtum ſpiritus tranſit.Conſideremus autem quomodo ſternutationes capitis grauitatem ſanant.Fiunt equidem ſternutationes,maximis inſpirationibus prægreſſis, & efflatione celerrimè ſequente. appello autem efflationem, aceruatam expirationem. Habet enim cerebrum duas has facultates,per quarum alteram ſuperfluitates in anterioribus ventriculis excernit,ad ſeipſum contractas: per alterā verò alas naſi expandit, & ſpiritum attrahit.Quum itaque à ſpiritu grauatur,tunc ipſum excernit per cōtractionem ſui:ſi verò obturatis in narib⁹ viis impeditur excernere grauantem ſpiritum aut mucum,tunc violento motu ad ſternutationem procedit,depellere conans ea quæ meatus obturant.Vnde ſternutationes capitis grauitatem,velut dictum eſt,ſanant.imò etiam affectiones quaſdam circa cerebrum conſiſtentes:quales maximè ſunt,lethargus,

& profundi ſopores, ac conſimiles. tales enim per ſternutatoria maximè curantur. Sed & ad ſolem reſpicientes, ad ſternutationẽ irritamur, diffuſis, velut arbitror, à caliditate craſſis cerebri ſpiritibus. Extrudũt autẽ ſternutationes etiam mucos ex cerebro craſſos ac viſcoſos, per vehementem ſpiritus impetum etiam hos foras coeiicientes. Porrò ſternutationem mouet veratrum album, herba lanaria, piper, caſtorium, cyclaminum, euphorbium, nitrum, herba ptarmica, *id eſt ſternutatoria*, cuminum, ſingula ſeorſim ac ſimul læuiſſimè trita & admota. Non autem hæc inſufflare oportet, ſed motam pyxidem naribus admouere, aut per ſpecilli nucleum naribus penitiſſimè indere. & ſimplicia quidem ſunt hæc. Sunt & compoſita ex ipſis ideo conflata, quale eſt hoc, Sternutatorium Heracleæ Tarentini: Cumini Æthiopici, piperis, herbæ lanariæ, caſtorii, ſingulorum æquas portiones, contuſas ac cribratas in æream pyxidem repone. Vſus autem tempore agitatã pyxidem aperi & naribus adhibe: aut per ſpecillum penitiſſimè inde. Aliud. Piperis, veratri albi, herbæ lanariæ, euphorbii, caſtorii, ſucci cyclamini ſicci, æquis partibus vtere, velut dictum eſt. Aliud ad diuturnos capitis dolores, vertiginem, capitis grauitatem, & comitialem: Veratri albi drachmas quatuor, nitri rubri, herbæ lanariæ caſtorii, piperis, ſingulorum drachmam vnam, vtere velut dictum eſt.

Ad ſedandas redundantes ſternutationes, Cap. XCVIII.

Redundantes ſternutationes ſedant ea quæ etiam grauedinem ſanant, oleum roſaceum naribus infuſum, & oleum dulce, & vnguentum nardinum. Olfactu verò ſedãt ſternutationem: Aniſum, ocimi feſtucæ ſiccæ tuſæ, nigella ſicca trita: aut thymum fermento oblitum, & cinere obrutum, & vbi toſtus eſt, tritũ adhibe. ſingula verò hæc raro linteo alligata olfaciẽda dato. Sedat ſternutationes & grauedinem etiam myrrha per ſe, vel cum thure & vino odorato trita, illitis hinc naribus. Facit & mentha & hedychroon, & cyphi: ſed & aqua tepida fronti aſperſa ſternutationes ſedat. Quin & ſi ab vtraque naſi parte, iuxta magnos oculorum angulos venas ſitas digitis compreſſeris, ſternutationẽ ſedabis. At verò Apollonius naturale auxilium prodit ad hoc vt pueri non ſternutent: Ciconiæ, inquit, pennæ in domo habeantur, & impoſſibile eſt vt ſternutent.

INDEX EORVM QVÆ IN TERTIO SERMONE TETRABIbli ſecundæ Aetii continentur.

De natura oculorum, Cap. I.
Quot & quæ affectiones circa ſingulas oculi partes fiunt, Cap. II.
Perturbationis oculorum curatio, Cap. III.
Inflammationis oculorũ ſuperficialis curatio, Cap. IIII.
De inflammatione ob plenitudinem, & de chemoſi oculorum, Cap. V.
De balneis, Cap. VI.
De vini potu, Cap. VII.
De venæ ſectione, Cap. VIII.
De purgatione, Cap. IX.
De fomento, Cap. X.
De frigida oculorum intemperie, Cap. XI.
De oculorum inflatione, Cap. XII.
De tumore oculorum, Cap. XIII.
De tumore indurato, Cap. XIIII.
Vlcerum in oculis communis curatio, Cap. XV.
De illabentibus in oculum animalculis aut paleis, aut arena, Cap. XVI.
De calce viua in oculum illapſa, Cap. XVII.
De vlcerationibus ab igne, Cap. XVIII.
De iis quæ oculo infiguntur, Cap. XIX.
De ſuggillatione, Cap. XX.
De puncturis oculorum, Cap. XXI.
De vulneribus profundioribus, Cap. XXII.
De vuiformis humoris excretione, Cap. XXIII.
De oculi prolapſu, Cap. XXIIII.
De vlcerationibus ſuperficialibus ex humorum influxu obortis, nubecula, caligine, epicaumate, encaumate, Cap. XXV.
De argemo, Cap. XXVI.
De foſſulis, & concauis vlcerum generibus, Cap. XXVII.
De ſuppuratione aut vngue, Cap. XXVIII.
De puſtulis, Cap. XXIX.
De carbunculis in palpebris, Cap. XXX.
De canceratis oculorum vlceribus, Cap. XXXI.
De malignis oculorum vlceribus, Cap. XXXII.
De myocephalis, Cap. XXXIII.
De ſtaphylomatis, Cap. XXXIIII.
Staphylomatum chirurgia, Cap. XXXV.
De vlceribus cicatrice indigentibus, Cap. XXXVI.
De cicatricibus & albuginibus, Cap. XXXVII.
Materia attenuãs cicatrices & albugines, Cap. XXXVIII.
Auxilia ad cicatrices & albugines, Cap. XXXIX.
Albuginum tinctura, Cap. XL.
Ad glaucos oculos, vt nigras habeant pupillas, Cap. XLI.
De puerorum curatione, Cap. XLII.
De aſpritudinibus, ac denſitatibus, ſycoſique ac callis, Cap. XLIII.
De oculorum debilitate, Cap. XLIIII.
De myopia, Cap. XLV.
De nyctalope, Cap. XLVI.
De hebetudine oculorum, Cap. XLVII.
De obfuſcatione oculorum, Cap. XLVIII.
De reſolutione oculorum, Cap. XLIX.
De glaucedine, Cap. L.
De ſuffuſione, Cap. LI.
De mydriaſi, *id eſt pupillæ dilatatione*, Cap. LII.
De tabe pupillæ, Cap. LIII.
De macie oculi, Cap. LIIII.
De expreſſione oculorum, Cap. LV.
De confuſione, Cap. LVI.
De iis quæ in albo oculi naſcuntur, Cap. LVII.
De pterygiis, Cap. LVIII.
Pharmaca ad pterygia, Cap. LIX.
Chirurgia pterygiorum, Cap. LX.
De carnis in angulo magno incremẽto, Cap. LXI.
Chirurgia incrementi carnis in angulo, Cap. LXII.
De ſanguinis ex angulis eruptione, Cap. LXIII.
De concretione palpebrarum ac contractione, Cap. LXIIII.
De pediculis palpebrarum, Cap. LXV.
De pilis pungentibus palpebrarum, & de duplici pilorum ordine, itemque multiplici, quam phalangoſin vocãt, Cap. LXVI.
Pharmaca vt euulſi pili non renaſcãtur, Cap. LXVII.
Agglutinatoria pilorum, Cap. LXVIII.
De ſutura palpebrarum ſurſum verſus, Cap. LXIX.
De ſutura palpebrarũ deorſum verſus, Cap. LXX.
De euerſione palpebræ, Cap. LXXI.
Chirurgia euerſionis palpebrarum, Cap. LXXII.
De lagophthalmis, Cap. LXXIII.
De lippitudine dura, Cap. LXXIIII.
De lippitudine ſicca, Cap. LXXV.
De lippitudine ſcabra, Cap. LXXVI.
Curatio lippitudinis duræ, ſiccæ, ſcabræ, Cap. LXXVII.
De madaroſi, ptiloſi, milphoſi, *id eſt defluuio pilorum palpebrarum*, Cap. LXXVIII.
De abſceſſu in palpebris, Cap. LXXIX.
De calculo palpebrarum, Cap. LXXX.

De grandine oculi, Cap. LXXXI.
De ordeolo ſiue præputiola, Cap. LXXXII.
De gangliis, atheromatis, ſteatomatis & meliceridibus palpebrarum, Cap. LXXXIII.
De varicibus palpebrarum & malignis agnatis eminentiis, Cap. LXXXIIII.
De ægilope, Cap. LXXXV.
De vſtione ægilopis, Cap. LXXXVI.
De anchilope, Cap. LXXXVII.
De carnis in angulo magno decremēto, Cap. LXXXVIII.
De iis qui tempora inurunt, Cap. LXXXIX.
De arteriarum ſectione, Cap. XC.
De caluariæ circumciſione, Cap. XCI.
De frontis per ſubmiſſum ſcalpellum excoriatione, Cap. XCII.
De vaſorum ſectione, Cap. XCIII.
De muſculorum temporum cataplaſmatis, agglutinatoriis, ac illitionibus, Cap. XCIIII.
Totius capitis illitiones, Cap. XCV.
Cataplaſmata oculorum lippientium, Cap. XCVI.
Illitiones oculorum, Cap. XCVII.
De aridis collyriis, Cap. XCVIII.
De liquidis collyriis, Cap. XCIX.
Collyria ex croco & ex ſuccis diuerſa, Cap. C.
Collyria monohemera, *id eſt unius diei*, Cap. CI.
De collyriis ſiſtentibus, Cap. CII.
De lenibus collyriis, Cap. CIII.
De lenibus & albis collyriis, Cap. CIIII.
Collyria libyana, & tephra, ac ſpodiaca, Cap. CV.
Collyria ex thure, Cap. CVI.
Collyrium Cleonis, Cap. CVII.
Collyria ex roſis viridia ac alba, Cap. CVIII.
Collyria diaſmyrna, & chiaca appellata ex vino, Cap. CIX.
Collyria ad aſpretudines, & exterſoria, Cap. CX.
Collyria enſtacta, *id eſt inſtillatitia*, Cap. CXI.
Collyria ex cornu ceruino, Cap. CXII.
Collyria nardina & Theodotia, Cap. CXIII.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICInæ, Tetrabibli ſiue quaternionis ſecundi, Sermo tertius.

De morbis oculorum.

De natura oculorum, Cap. I.

CVRATIO circa oculos varia eſt & diuerſa. nam & ipſa particula, oculus inquam, nō ſimplex eſt, ſed compoſitionem ſortitus eſt ad ſuam eſſentiam conſtituendam, tunicis nimirum & humoribus, inſuperque palpebris ornatus. Natura enim neruos à cerebro ad oculorū regiones deſcēdētes, viſiuos videlicet, & partem duarum membranarum cerebrum cōplectentium, quæ cum ipſis neruis excurrit, augens & velut dilatans, tunicis oculorum originem eſſentiæ largita eſt, vt quæ omnium intimam tunicam retiformē appellatam, ex neruo viſiuo conſtruxerit: acinoformem verò tunicam huic præpoſitam, ex tenui mēbrana produxerit. Similis eſt enim acino vuæ, & figura, & colore, & rotūdiore foramine perforata eſt iuxta pupillam. At vero tunica quæ ambabus his forinſecus prætēditur, corniformis vocata, ex craſſa membrana originem habet: quæ verò his omnibus foris obducta eſt, alba illa quam agnatam appellamus, ex pellicula forinſecus oſſi capitis circumſita, quæ circumoſſalis & circumcalualis appellatur, generationem habet ex propaginibus corporum oculo circumdatorum. Cæterùm humores in oculo tres ſunt: Intimus omnium eſt qui in cauitate retiformis tunicæ continetur, vitriformis dictus: ſimilis eſt enim & colore & ſubſtantia vitro fuſo. Exterius autem ab hoc ſitus eſt ad finē retiformis tunicæ, humor glacialis ſiue cryſtallinus, qui etiā diſcoformis & lentiformis appellatur: ſimilis eſt enim colore quidem glaciei, figura verò lenti aut diſco. Forinſecus autem circumfuſus eſt, ouatus ſiue ouiformis humor: ſimilis eſt enim colore & ſubſtantia humori albo ac tenui in ouis. Omnium igitur intimus humor vitriformis, ad hoc vt glacialem alat conſtructus eſt: qui verò forinſecus ipſi circūfuſus eſt ouiformis, ad hoc vt hūc humectet factus eſt, & ad hoc vt ipſum à ſolis ſplendore iniuria affici non permittat. Palpebras porrò conſtituit tunica agnata. Ex his autem ſingula è naturali ſtatu emota, oculum ægrotare faciunt.

Quot & quæ affectiones circa ſingulas oculi partes fiunt, Cap. II.

QVÆ propriè dicuntur lippitudines, & chemoſes, & perturbationes, & tumores, & ſuffuſiones ex plaga, & pterygia, affectiones ſunt tunicæ agnatæ. Eadem etiam vlceratur & carbunculo infeſtatur, & canceroſam affectionem habet. At lippitudo dura & lippitudo ſicca, communes affectiones ſunt palpebrarum, & ipſius oculi. Cæterùm circa externam palpebrarum ſuperficiem, puſtulæ aquoſæ, melicerides & ſteatomata. Verùm ex iis quæ circa internam palpebrarum conſiſtunt, eſt denſitas, aſpretu-
A dines, ſycoſes, grandines, calculi, concretio, concluſio. Et lagophthalmi appellantur, quibus ſuperna palpebra reuulſa eſt, vt oculum contegere non poſſit: ectropii verò quibus inferna palpebra euerſa eſt. Sed & mutilationes & corroſiones & vlcerationes in palpebris conſiſtunt. Circa palpebræ verò extremitatem fit trichiaſis, *hoc eſt pili pungentes*, & madaroſis, quæ & ptiloſis vocatur, *id eſt defluuium pilorum*. Fit & morbus pedicularis, ac porrigo, & paruus inſtar ordei abſceſſus. Sed & milphoſis, *id eſt pilorum nuditas*, affectio eſt extremitatis palpebræ. rubicūda enim his eſt pal-
B pebræ ala, colore miltū, *id eſt minium* referens, vnde etiā miltoſis vitium appellatur. At verò anguli afficiūtur quidem etiam in ægilopis, ſed non ſoli. Carunculæ autem naturalis ſupra iuſtum modum incremētum, & eiuſdem decremētum, ſolorum angulorum affectiones ſunt. Porrò circa tunicam corniformem cōſiſtit caligo, nubecula, argemō, epicauma, cœloma, bothrium, ruptio, prolapſio, vnguis, pus, puſtulæ, carbunculi, canceratæ affectiones. At circa acinoformem tunicam fiunt, prolapſio, myocephala, ſtaphylomata, & mydriaſis, quæ & platycoria vocatur, *id eſt pupillæ dilatatio*, tabes, confuſio, pupillæ diſtractiones.
C Suffuſio verò circa ipſum foramen acinoformis ſiue vuiformis tunicæ conſiſtit, hoc eſt iuxta pupillā. Sed & ouiformis humor amplior ſeipſo factus, aut craſſior, exactum viſum impedit. quin & imminutus idē humorē cryſtallinum reſiccat. Quæ verò glaucedo appellatur, ſiccitas eſt vehemēs humoris cryſtallini. Obſcuratio autem obturatio eſt nerui viſiui, vt omnino non videat qui ſic affectus eſt, pura tamen apparente pupilla. Læſos etiam oculos habent, citra hoc vt aliquid mali appareat circa oculos, qui
D nyctilopes appellātur. Totorum verò oculorum manifeſta læſio eſt, quæ expreſſio vocatur. eſt autem prominentia oculi velut extrà poſiti. Cæterùm curationis tractationem à ſimplicioribus & ſuperficialibus morbis in oculis incipiendam putamus.

Perturbationis oculorum curatio, Cap. III.

PErturbationes oculorum à fumo factas, & ardore, aut puluere, aut alio conſimili, facilè curabis ſi iuſſeris ægrū à lædente cauſa diſcedere, velut ſole, aut fumo, aut alio ſimili: deinde oculos lauare, primùm aqua tepida dul-
E ci, poſtea etiam frigida. iubendus eſt etiam ſplendorem auerſari, & oculos claudere. Ex his enim ſedatur malum, nulla alia re adhibita, ſed ſolùm indigentiore victu: ſi verò ex ardore obortæ ſunt perturbationes, ampliore potu vtendum eſt. Si enim ſomnus ſucceſſerit profundior, etiā lippitudo formidata concoquetur. quare neque à balneis abſtinendum, verùm diæta exquiſitiore vtendum. Perſeuerante verò affectione, quieſcere oportet, & palpebras illinire collyriis ex croco aut roſis, & maximè collyrio Ni

li ex roſis. Grãmas autem,& glutinationes noctu circa oculos fiĕtes expurgat & probè iuuat poſca aquoſiſſima,& ipſa aqua per ſe frigida affuſa. Et aliquod ex ipſis ſiccis de lacrymatiuis appellatis, præſertim quod croceum procatalepticũ, *id eſt præoccupatiuum ſiue perſeueratiuum* appellatur.

Inflammationis oculorum ſuperficialis curatio, Cap. IIII.

QVòd ſi inflammatio ſuperficialis fiat in tunica agnata, & dolor vehemens non adſit, repulſoria in ipſis adhibĕda ſunt collyria, ita vt vehementiã mordacitatis ipſorum per oui admixtionem mitigemus. Plerunque enim tenuis oui liquor cum collyriis monohemeris, *id eſt diariis* appellatis, ſufficit ad curandas ſuperficiales & incipientes lippitudines, citra magnam inflammationem & vehemĕtem dolorem. Sæpe enim ita inflammationes mitigauit vt homo ad veſperam balneo vſus ſit, & poſtridie collyrio nardino ad reſtitutionem in integrũ & corroborationem ſe illeuerit. Admiſcetur autem ad collyrium nardinum circa primam illitionem, minimum quiddam ex repulſoriis: circa ſecundam adhuc minus. In quibus igitur collyriis dominantur adſtringentia, plurimum liquorem oui eſſe oportet, modicum verò collyrii: in quibus autem præualent concoctoria, velut eſt nardinum, ea craſſius adhibenda ſunt. Fomentum adhibendum eſt his per ſpongiam, ſi moderatus eſt dolor, ſemel aut bis: ſi vehementior, melius eſt vel quinque vicibus eo vti, animaduerſione tamen habita ad oculi qui curatur ſenſus ſubtilitatem aut hebetudinem. Quicũque enim oculi ſecundum naturam venas amplas habĕt, & ſanguine plenas, itĕmque qui glauci ſunt, omnino non ferũt collyriorum adſtrictionem. quare aquoſiora in his collyria adhibere oportet.

De inflammatione ob plenitudinem, & chemoſi oculorum, Cap. V.

SI plenitudo in toto corpore ſubiecta eſt, & inflammatio in oculis magna fit, & dolor vehemens adeſt, non amplius ſufficit collyriorum vſus ad talem affectionem. Vario itaque opus habemus in his medicationis ductu: & oportet prima ac maxima auxilia adhibere, quorum etiam Hippocrates in Aphoriſmis meminit, vbi ait, Dolores oculorum ſoluit meri potus, aut balneum, aut fomentum, aut medicamentum purgatorium, aut venæ ſectio. At non eidem homini omnia auxilia hæc adhiberi iubet, ſed alii venæ ſectionem, alii purgatorium pharmacum, alii fomentum, alii balneum, alii vini potum. itaque à balneo initium faciamus.

De balneis, Cap. VI.

BAlneum conuenit iis quibus inflammatio tumida in oculis eſt. Eſt autem tumor mole quidem laxus, ſed ad tactum frigidior, & colore albus: & qui influit fluxus, minus mordax eſt, & minus calidus. imò neque chemoſis in ipſo oculo ſubrubra eſt, neque diſtenta. Hæc autem affectio magis in ſenili ætate contingit, & plerunque hyemis tempore, & magis fœminis pinguibus: &(vt compendio dicam) omnibus frigidum ac pituitoſum cerebrum habentibus, inflammatio tumida contingit. Quum itaque omnia relata ſigna videris, confidenter balneum aſſumito: adeo enim ægrum leuat vt alio auxilio nõ habeat opus. Oportet autĕ magis in aere morã trahere, & oculos pluriũmfouere ſicciore fomĕto per ſpõgias multũm expreſſas. Quod vbi feceris, palàm percipies tumorĕ in calido aere diſparuiſſe, & interim ægros penitꝰ ab affectione liberatos: ſi verò quid ad perfectam curationem defuerit, nardinum collyrium in balneum ituro inſtillato. At ſi moderatus apparuerit dolor, etiam craſſius collyrium adhibebis præcalefactum videlicet in cote: ita vt loto velut dictum eſt, & è balneo egreſſo, humiditatem diligenter per ſpongiam detergeas, & ſic idem collyrium illinas, obſeruans nequid ex ipſo in oculum præterlabatur: ſolet enim magnum damnum excitare. quare neque ſudantibus illinendum eſt. Fit enim in balneo humorũ diffuſio, & præterea ipſum collyrium mordacitate quadam inducta, materias facilè ad oculum trahit, & duplicat inflammationes. Si verò relata affectio durabilior fiat, & fluxionis eſſentia ad frigiditatĕ magis ducatur, tunc ſmegmata capitis in bal-

A neo adhibenda ſunt, & pulueres inſperſiles poſt balneum. & primum quidĕ ſimplicibus vti oportebit: ſi verò cauſa perſeuerarit, etiam ad compoſita tranſeundum eſt, quorum ſylua talis eſt, Baccæ lauri, nitrũ toſtũ vino extinctũ, ſampſuchus, fæx vini vſta, & ſimilia. Puluiſculi verò mulieribus, præſertim conſueti, adhibendi ſunt, quales ſunt ex iride, & apii ſemine, & cupreſſi pilulis, & vnguĕtis ſiccis appellatis. Oportet autem non immodicè calida eſſe neque acria quæ adhibentur, ſed leniter calida, & habere adſtrictionem admixtam. horum verò cõpoſitiones iam
B relatæ ſunt in præcedenti Sermone. Smegmata igitur in balneo iniicere oportet ſincipiti, pilis prius inter ſe diſparatis, quò auxiliũ corpus inter ſe cõtingat, præcipiĕdũmque vt in balneo os claudant, quò calido aere vehemĕter per nares attracto, ſubiectam materiam citius trãſmutet. Poſt balneum autem deterſis capillis puluiſculi inſpergãtur, velut dictum eſt. & de balneis quidem hactenus. Conſequenter etiam de vini potu.

De vini potu, Cap. VII.

VInum attenuat, & incraſſatos humores tranſmutat, &
C ſæpe per accidĕs aliquod horum euacuationem facit. Conuenit autem eſſe vinum colore fuluum, & ſubſtãtia tenue, & non vetus, neque vehementer adſtringĕs. Dãdum eſt autem vinum iis maximè qui ipſi aſſueti ſunt, & qui ſiccam ac frigidam intemperiĕ magis prædominantem habent. videtur enim ſocietatem quandam ad balneum habere vinum ipſum. Quum igitur euacuatione ac tranſmutatione humorum opus fuerit, balneum aſſumĕdum eſt: quum autem tranſmutatione, & renutritione, ac humectatione & calefactione, moderatáq; euacuatione,
D vino opus habemus. Miſcere igitur vinum oportet aquã calida non multa. ſit etiam meracius quàm pro conſueta tĕperatura. Sit & aqua quæ adiicitur puriſſima, & fumi ac odoris exors, & valde feruida, quò etiã ſeipſa tenuior euadat, & ſufficiat ad amplioris vini temperaturam. Sit & poculum in quo exhibetur amplius, & conetur æger oculos inter potandum aperire: ſic enim exoluta obſtructione, & multa naturali ac ſaluberrima lacryma influente, à dolore liberabitur. Statim enim laxantur palpebræ, & ſeipſis magis mobiles fiunt ac leuiores. Illud verò conſiderare oportet, ânne caput hominis facilè lædatur: taliũ enim caput
E facilè læditur ex vini potu. Cæterùm ad reliquias affectionis oculi, collyrio vti oportet, primùm leni ac dulci inſtillato, ad acceſſoriam perturbationem curandam. Et vbi oculi in quieto ſtatu fuerint, & à feruore inflãmationis liberati, tunc repulſorium collyrium adhibeatur, quale eſt quod Hermolaũ appellatur: & conſimilia ſiſtentia appellata. Dum enim rubor adeſt & inflammatio adſtringĕtibus collyriis vti nõ oportet. Cõcluſis enim per adſtrictionem materiæ reliquiis, dolorem maiorem faciunt. & de
F vini potu hactenus. Dicendum & de venæ ſectione.

De venæ ſectione, Cap. VIII.

ADhibenda eſt venæ ſectio, ſi nihil ex ſæpe relatis impedierit, in dolore oculorum, in iis quibus oculorum diſtentio eſt, & multus rubor, & ad contactum reſultus, & ardor, & lacryma multa ac calida, & chemoſis iuxta corniformem & agnatam tunicam, vt à vehementi inflammatione palpebræ euertãtur, vt vix oculos aperiãt, & ſubrubra apparet tunica agnata, & maiori tumore prædita eſt, & totum corpus ſanguine replerũ. Secanda eſt autĕ po
G tius ſuperna in cubito vena, humeralis appellata, faciĕdãque maior ſectio, ad hoc vt craſſior ſanguis euacuetur, velóxque animi deliquium ſuccedat, quò dolor eximatur & inflammationis feruor extinguatur. Euacuato autem toto corpore collyriis & reliqua curatione, reliquiæ affectionis percurentur. Vtendum eſt autĕ collyriis, qualia ſunt cygnaria & Libyana, ita vt aquoſiora calida inſtillemus. Fomenta in his non valde adhibenda ſunt, ſed per ſpongiam ex aqua tepida leniter deterſio fiat. Alimenta danda ſunt lenia, facilia concoctu & ad digerendum ventri cõ-
H moda, vrinam cientia, nihil acre & ſalſum habentia, aut craſſi humoris aut ægrè concoctile. Poſt inflammationis depulſionem, nardinum aquoſius inſtillandum eſt vſque ad perfectam ſanitatem. & venæ quidem ſectionis hactenus mĕtio facta ſit. Trãſeundum eſt hinc ad purgationĕ

De purgatione, Cap. IX.

SI neque ætas, neque anni tempus, ſtomachi imprimis debilitas, aut alterius cuiuſdam viſceris, neque aliud quoddam maximum impedimẽtum fuerit, purgatio aſſumenda eſt in iis quibus tenuis & multa lacryma defertur, aut ſalſa, aut acris, aut frigida. & vniuerſum corpus vitiatis humoribus refertũ, & caput ſuperfluitatibus redundans, & aluus aſſiduè ſuppreſſa, & copiam ex hoc malarũ ſuperfluitatum congregans: & ad hæc vehemens doloris vexatio adeſt. Nã in venæ ſectione plenitudinem totius corporis ſuſpectam habemus: in purgatione verò, vitioſos humores auerſamur. Purgatoriorũ autem natura non vna eſt, ſed plures. iuxta redundantem enim & affligentẽ humorẽ, pharmacorũ materia euariat. Si quidem igitur aluus aſſiduè fuerit ſuppreſſa, aloe ipſis exhibẽda eſt cum braſſicæ ſucco trita, & in catapotia redacta. Si verò pituita magis redundarit aquoſa, exhibe pharmacũ ex euphorbio, pipere, & ſale ammoniaco præparatũ: ſi verò bilis abundarit, picram ex aloe dato, ſcammoniæ læuiſſimè tritæ duobus ſcrupulis aut minus additis, pro virium ratione. Si autem atræ bilis humor dominatur, addantur ad picræ doſin, epithymi ſcrup. VI. & ſcãmoniæ obol. III. Cæterùm poſt ſufficientẽ per purgatorium euacuationem, ſi quidem ſimplex & ſine vulnere fuerit affectio, adſtringẽtibus collyriis vtendum eſt: quale eſt Hermolaus, & ſimilia. & hæc per inſtillationem adhibẽda ſunt. Si verò vulneratus fuerit oculus, teneris vtendum eſt: qualia ſunt cygnaria, & Libyana. Iã igitur Aphoriſmi Hippocratis ſcopus, quãtum in præſens opus eſt, relatus eſt, hoc eſt Quomodo ad maximos dolores ac inflammationes citò inſtare ac reniti oporteat. Quãdoquidem verò in multis maxima auxilia relinquũtur, venæ ſectio maximè & purgatio: conſiderãdum ſanè eſt quomodo tales tractare oporteat. Proinde cum vniuerſalibus iam relatis ſignis, etiam peculiaria quædam circa oculum ſigna videre eſt, totum morbum redarguentia ac indicantia. Gramæ itaque & lacrymæ apparent, aliquando glutinoſæ ac craſſæ, aliquãdo tenues & citò deſtillantes. & aliâs ſalſæ, aliâs acres, aliâs mordaces. & quandoque calidæ quandoque frigidæ. Grama itaque ſtatim in principio lippitudinis apparens, magis cruditatis ſignum eſt, & diuturnam lippitudinem fore ſignificat. Oportet itaque in talibus leniter curationem facere per dulcia collyria inſtillata, & reliquum conſimilem ductum, quò temporis progreſſu concoctio verè fiat. Nam repulſoria collyria, quum ſint ferè viribus frigidiora, obſtructionem & corporum condenſationem faciunt, & dum humorũ materias concludunt, maximas inflammationes ac graues dolores inducunt: aliquando etiã ruptionem tunicæ corniformis faciunt, propter humorum diſtentionem, & maximè vbi rubor adeſt, & inflammmatio & materiæ multitudo in oculis ſubiecta eſt. talia verò collyria ſunt quæ ex vberiore opio & acacia præparantur: quale eſt quod Antoninus, & quod Hermolaus appellatur, & quæ Pelaria appellantur, & his ſimilia. Quidam enim collyrio Antonino amplius vſi, vnà cum dolorum augmẽto etiam vim viſiuam iniuria affecerunt: nam per immodicam perfrigerationem particulæ mortificationem magis induxerunt.

De fomento, Cap. X.

FOmento vtendum eſt multo, maximè ſi in principio craſſiſſimæ gramæ apparuerint, quò ipſæ extenuẽtur. A balneis autem penitus abſtinendum eſt: aliquãdo etiã à vino. Cibi exhibendi ſunt modici, ventri commodi, ac attenuantes. Quòd ſi duriorem aluum habuerint, per betarum ac furfurum decoctum eluatur cum melle ac ſale. Os autem per pharmacum ex moris illinatur, ad materiæ euacuationem: aut per collutionem aliquam pituita per os detrahatur. Plerique enim maxillares muſculos læſioni obnoxios habentes, manducationem ægrè ferunt. Poſtea verò, velut dictum eſt, ſimplicia collyria infundantur: & ſi quidem calida fuerit affectio, Libyanis collyriis vtẽdum eſt. Quale eſt quod à nobis ad huiuſmodi affectiones experientia cognitum eſt, & in Heræ tomis reperitur, & ab ipſo tephrum appellatum eſt, pompholygémque non habet: vnde etiam nos deſcriptionem ipſius delegimus. nam

A pompholyx rara inuenitur, & facilè adulteratur. Optima eſt autẽ põpholyx colore nõ alba, ſed magis ad liuedinẽ vergens: ſignum optimæ eſt, ſi in prunas inſperſa, auricolorem ignis ſpeciem efficit. Vtendum eſt igitur collyrio tephro appellato, ad lippitudinem à calido humore obortam: ſi verò non affuerit hoc, alio quodam ex Libyanis appellatis vtendum eſt, aut cygnario. At ſi inflammatio affuerit cum lacrymæ calidæ influxu, Hecatontarchium collyrium aquoſius inſtillare conducit, ſi non vlceratus B fuerit oculus. Et ſi quidem inflammatio prædominatur, addenda ſunt ad Hecatontarchium quædam non adſtringẽtia collyria: ſi verò influxus magis præualet, ipſum per ſeipſum aquoſius infundatur. Omnibus autem præſtat in quibus gramæ ſunt craſſæ ac viſcoſæ, id quod ex vino paratur, & iſotheum inſcribitur, cum albumine oui infuſum, atque hoc aquoſius, vt coloretur ſolum ouum ex collyrio. citiſſimam enim opem affert citra aliud auxilium. Poſt collyriorũ vſum ſi puncturam aliquam aut mordacitatem aut caliditatẽ perceperit, ſolum albumen oui calefactum infundatur. nã lacryma ex ſupernis partibus delata, C apud palpebram colligitur, & arenæ imaginationẽ exhibet. Et quidam medici fidem habentes iis quæ ab ægro dicuntur, velut ſit aliquid ſub palpebra arenæ, inuerſam palpebram ſpongia detergent. Et videntur ſibi in præſens quidem ægrum ab omni ſuſpicione liberare, verùm maximum detrimentum in poſterum ipſi inducunt. Dum enim exaſperant palpebram, pungitiuum dolorem conduplicant. Proinde iis quæ ab ægris dicũtur non valde attẽdere oportet. doloribus enim perturbati, ignorãt id quod ipſos lædit. Conuenit igitur poſt collyrii vſum, largo fomento vti: hinc enim lacrymæ influxus diſſoluetur: dein D de ſolum oui cãdidum præcalefactum infundere. ſtatim enim à punctura liberantur. Rarefacit enim albumen oui meatus & per viſcoſitatem facilè euacuat lacrymam & meatus obducit, ac humorum acrimoniam cõtemperat, & ipſorum tenuitatem ad iuſtam ſpiſſitudinem tranſmutat. Et in ſumma, ſiue punctura infeſtarit, ſiue non, infundendũ eſt oui candidũ per ſeipſum poſt collyriorũ vſum. omnem enim morboſam putredinem deterget. Nam collyriorum eſſentia quomodocunque tenuis fuerit, tunicis tamen oculorum palpebris inſidens, aſpretudinem quan- E dam inducit, quæ vbi oculum contigerit, minimè bona cenſenda eſt. Quidam porrò dolorem obtundere volentes, & caliditatem & acrimoniam edulcare, lac pro ouo infundunt. Decipiunt autem ſeipſos ex ignorãtia, pro paruo ſolatio diuturnam affectionem ægro propinantes. Idẽ enim faciunt quod ii qui vulneri pinguia adhibent, & carnem ſuperexcreſcentem augent. Sed & quum lac facilè alteretur, à caliditate in oculo præter naturam acrius euadit. & de calida quidem lippitudine hactenus. Conſequenter etiam de frigida dicendum eſt.

F

De frigida oculorum intemperie, Cap. XI.

IN frigida oculorum intemperie minus quàm in calida dolores fiunt: tardius autẽ curantur, & ſi ſucceſſerit in his inflammatio, tumida fit, & colore velut plumbea. Plerunque autẽ oculus his non valde perturbatus eſt, neque rubicundus. Lacryma verò ipſis deſtillat per paruum angulum, aliquando etiam per magnum modica ac frigi- G diſſima. Progreſſu verò temporis etiam palpebræ inflammantur, & puncturæ conſequuntur. Conflatur hæc affectio humoribus pituitoſis ac frigidis in capite redundãtibus: aliquando etiam ex mora in aere frigido, & maximè poſt balneum. His igitur tempeſtiuè præeuacuatis per clyſterem, balneum adhibeatur. Sed & vinum dandum eſt, velut paulo antè in Aphoriſmo Hippocratis dictum eſt. Infundendum eſt autem ipſis incipiente lippitudine collyrium nardinum Zoili, ad aquoſiorem compagem dilutum. Et quantùm lacrymæ imminuuntur, tantùm colly- H rii compages inſpiſſetur. Sitque tibi vniuerſalis ſcopus curationis oculorum, vt pro decremento influentium humorum, craſſefacias compagem collyriorum quæ adhibentur. Declinãte verò lippitudine, nardinum collyrium aqua dilutum per ſpecilli nucleum palpebræ ſublinatur.

De oculo-

De oculorũ inflatione, ex Demoſthene, Cap. XII.

INflari oculum dicunt, quum abſque manifeſta cauſa intumeſcens, decoloratior & pituitoſior ac fortiter pruriginoſus fit cum fluxione. Contingit autem hoc plerunque ſenioribus, pruritu ab angulo ad naſum incipiẽte, velut ſiquis à muſca aut culice ſit cõmorſus. frequens eſt hæc affectio in æſtate. Curatur ſpongiæ fotu: deinde palpebram intrinſecus ſubline melle per ſe, & cum croco trito. Commodat & liquida Eraſiſtrati panchreſtos. Illinendæ ſunt & palpebræ forinſecus cum melle. Conducit & euacuare aluum: deinde etiam lauare, & temperata calida aqua caput perfundere: & poſt balneum dare vinũ. At ſi pruritus vehemens eſt, & ætas ac reliqua permiſerint, & nihil aliud obſtiterit, vena ſecanda eſt in cubito, aut aluus purganda. Prodeſt & aqua marina affuſa, præſertim hyeme.

De tumore oculorum, Cap. XIII.

TVmere oculum dicunt vbi palpebram forinſecus eleuari cõtigit, decoloratioremque eſſe ac grauiorẽ, & ægrè mobilẽ: itẽmque dum pallidior apparet. aliquãdo etiã albũ palpebræ aliquantulũ excedit nigrũ. Eſt autẽ tumor laxus forinſecus circa palpebrã obortus, qui digito compreſſus citò cedit, & citò rurſus repletur. Eſt & vtplurimùm citra dolorẽ, & concolor naturali habitui. fit autẽ plerunque à fluxione aquoſa. Curãdi porrò ſunt tumores qui circa ſolas palpebras forinſecus ſunt citra oculi cõſenſum, præeuacuata per clyſterẽ aluo, ſolis illitionibus, præmiſſis fomẽtis per ſpõgiã. Laxi verò tumores & cõcolores, præeuacuata ſimiliter aluo, & præmiſſis fomentis, melle illinãtur intrinſecus palpebræ ſublito. Prodeſt & Eraſiſtrati liquida illita. Vtendũ etiã ad ipſos apophlegmatiſmis ex melle cocto, vua paſſa, thymo & pulegio. acriora verò vitanda ſunt, velut eſt ſtaphis ſylueſtris & ſimilia. In quibus autem oculus condolet palpebræ, præeuacuata aluo, & inedia imperata, ſpongiæ fomentum adhibeatur. Aliquãdo etiam faciei perfuſione vtendum eſt, & præſertim vbi pruritus cõſequitur. deinde abſinthiũ aut hyſſopũ tritũ supernè illinatur cũ melle. Si verò corpus debile fuerit, lentẽ coquito, & per colũ culinariũ, aut cribrũ, aut rarũ panniculũ ſeu linteũ excolato, & admixto melle expreſſum liquorẽ illinito. Quòd ſi æſtas fuerit, crocum cum vino mulſo illine, aut cũ coriandri, aut ſolani, aut intubi ſucco. facit & glauciũ. Oculus verò, Eraſiſtrati liquida ſublinatur, aut aliquo alio medicamento quod plurimam humiditatem ex oculis ducere poteſt.

De tumore indurato, Cap. XIIII.

FIunt etiam indurati tumores forinſecus circa oculũ, plerũque renitentes ad cõtactũ ac duri, progrediẽtes vſque ad malas & ſupercilia. Hoc autem maximè contingit ex carbunculoſis affectionibus, & diuturnis lippitudinibus, præcipuè in mulieribus. Oportet igitur vbi palpebræ ſimul intrinſecus fuerint craſſefactæ, ipſas euertere, & collyriis exaſperationi deſtinatis cõfricare. Si verò forinſecus ſolùm fuerit affectio, nequaquã oculus ſublinatur: ſed frictio totius corporis & induratæ partis adhibeatur. Poſt hæc imperãdũ eſt vt oculos claudãt, quò interim diutius confricentur: deinde ſubſcriptũ collyriũ oculis illinatur, Thuris drach. VI. gũmi dr. VI. aluminis ſciſſi dr. I. malicorii drach. I. trita ex aqua illine, & ſiccari permitte. ad veſperam autem linteũ molle & lana ſuperligetur: imò etiã interdiu, ſi ferunt. Deãbulatione vtendum eſt multa & lenta. Vitãda ſunt balnea, ſol & reliqua calefactoria. legumina item & bellaria. Ira etiã, & detentio ſpiritus, & vomitus, & coitus tollatur.

Vlcerum in oculis communis curatio, Seueri, Cap. XV.

EXulceratur oculus aliquãdo extrinſecus aliqua re illabente: aliquando ex humorũ influxu, aut eroſione tunicæ agnatæ, ſiue corniformis, aut palpebrarũ, aut angulorum. Curanda autem ſunt in communi omnia in oculis quomodocunque ſientia vlcera, vniuerſo corpori præ omnibus prouidentia adhibita: quò id quod redundat in habitu tollatur per venæ ſectionem aut pur-
A gationem, aut clyſterem: ſi verò rei circunſtantia omnibus his opus habuerit, omnibus vtẽdum eſt. Diæta verò conſtituenda eſt contraria afflictioni, ita vt tenuem humorem inſpiſſemus: craſſum autẽ attenuemus, & viſcoſum ſecemus, corruptorum & acrium temperamentum inducentes, & vndique naturale temperamentum ægro exquirentes. Aluus autem facilè ſolubilis ſemper per cibos reddatur: & fricatio multa infernarum partium fiat. Vtendum & deambulationibus pluribus lentis & aquæ potu: & balneum rariſſimè adhibẽdum. Collyria verò B tenera vlcerato oculo infundantur: quale eſt quod aſter appellatur, commodiſſimum ad vlcera medicamentũ. Sed & alba cygnaria à colore appellata, & præſertim quæ ex fœnigræci ſucco parãtur. Si verò ſordidũ fuerit vlcus, cũ fœnigræci ſucco collyria diluere oportet: & ſic infundere. viſcoſitas enim ipſius facilè remouet ſordes. Poſſidet autem cum viſcoſitate etiã laxatoriam facultatem: quare ſæpe in vlceribus ipſo ſolo fœnigræci ſucco vſi perfecimus quod opus fuit: ſi verò multa fuerit ſordes, ad fœnigræci ſuccum parum mellis addere conuenit. Oportet C autem fœnumgræcum exactiſſimè purgare, & ſæpe abluere, ac pura dulci aqua madefacere in fictili vaſe probè torrefacto: (vitare enim conuenit æneum vas ad eius cocturam) poſtera verò die diffuſa aqua, aliam puram adiicere, & ad lentum ignem fumum non edẽtem coquere. Reiiciatur autem primum & ſecundum decoctum, quò omnis amaritudo excludatur: deinde puriſſima aqua affuſa, & olla probè operta, coquito ad compagem mellis liquidioris. poſtea per linteum excolato, fœnogræco nõ expreſſo, ſed ſucco ſpontè defluente contentus: vtere, velut D dictum eſt. Cæterùm decoctum hoc vſque ad ſecundam, aut ad ſummum tertiam diẽ ſeruare oportet. inueteratum enim acrius euadit. Poſtquã autem pura facta ſunt vlcera, à fœnigræci ſucco abſtinẽdum eſt. & ſi profundiora fuerint vlcera, Libyano vtendũ, aut potius collyrio ex thure. Vbi verò incarnata fuerint vlcera & explanata, aut etiam adhuc paulò profundiora, adhibẽda ſunt collyria quæ cicatricẽ inducere poſſunt, quale eſt Cleonis. Et de communi quidem vlcerũ curatione ſufficiunt relata. Conſequens eſt vt dicamus quomodo ad ſingulas E affectiones inſtare oportet: & primùm dicendum eſt de vlceribus ab extrinſecus illabentibus obortis.

De illabentibus in oculum animalculis aut paleis, aut arena, Demoſthenis, Cap. XVI.

SI in oculum inciderit culex, aut aliud quoddam animalculum, altero oculo clauſo, & affecto aperto, animalculum ſua ſponte prodibit: ſi verò palea, aut arena, aut tale quid inciderit, tunc etiam idem facere tẽta: ſi verò permanſerit, digito exime, aut potius aquam, aut lac, aut aquam mulſam inſtilla: ſi autẽ amplius oculo adhæ- F ſerit, per pharmacum quoddam non inquinans, & non acre eripe, quale eſt quod ex melle paratur.

De calce viua in oculũ illapſa, Cap. XVII.

SI calx viua in oculum inciderit, aqua quidem & lac infuſa attrahunt & exurunt. Verùm albumen oui infuſum, vim vſtoriam calcis obtundit: & eo adhuc magis oleum roſaceum.

De vlcerationibus ab igne, Cap. XVIII.

QVÆ ab igne fiunt vlcera, duriores cruſtas faciũt: quapropter frequentius humectentur lacte infuſo, G cum albumine oui. Collyriis autem vtendum eſt ex ſtibio, & quod Cleoni inſcribitur.

De iis quæ oculo infiguntur, Cap. XIX.

SI in oculum infixus fuerit aculeus, aut oſſiculum, forcipe extrahatur, atque hoc attentè in directũ ne frangatur: ſi verò nihil eminuerit, ſed æquale corpori fuerit, ſpecilla duo accipito, & nucleis ipſorũ vtrinque admotis, oculum comprimito, vt quod infixum eſt in medio conſiſtat: vbi verò prominuerit, volſella extrahatur: H deinde turturis aut columbæ ſanguis infundatur, aut albumen oui. Si verò ſtatim eximi non poterit, oculus infuſis & cataplaſmatis ad inflammationes congruis curetur. nam poſt dies aliquot ſuppurata pũctura, id quod infixum eſt emerget.

De ſugillatione, Cap. XX.

SVgillatio dicitur quum ex plaga quadam ruptis aut contuſis vaſis in oculorum tunicis ſanguis ſub tunicam ſubierit,& ſtatim quidem cruentus color oculi fuerit, poſtea verò liuidus. Sic affectos curare oportet communi prædicta vlcerum curatione, per venæ ſectionem, aut purgationem,& quæ conſequuntur, infuſo candido oui tepido, aut ſanguine turturis vel columbæ. Supernè verò imponenda eſt lana vino & roſaceo ac ouo imbuta, & deligatio leuis adhibēda. poſtera die oculus ſæpe foueatur per ſpōgiam cum abſinthii aut hyſſopi decocto: forinſecus autem lana imponatur. Quum verò oculus ab inflammatione liber factus fuerit, melle aut Eraſiſtrati liquida illinatur, aut collyrio aromatico. Bene facit & ſolani ſuccus cum melle infuſus : & thus ſuffitum cū pari bitumine. Cæterùm ad inueteratas ſugillationes probè facit hoc: In æris rubri vas pueri incorrupti vrinam mittito,& æreo piſtillo in ſole ad multos dies terito vt multū ſuccum remittat : & ſiccatum melle excipito, ac vtitor. Apollonius autem Memphites ad ſugillationes ac vibices tale collyrium prodit: Lapidis hæmatitæ, ſanguinis aſinini de corde ſiccati in ſole, æquales portiones cum vrina pueri incorrupti tere, & cardamidis Iberidis appellatæ ſuccum adiice, ac ſimul tere,& infunde: aut collyria ex his efforma, & vſus tempore cū muria inſtilla. Aliud. Lapidis hæmatitæ drach. IIII. ſanguinis columbæ ſicci dr. IIII. ſāguinis aſinini drach. IIII. gummi dr. II. terito ac vtitor, velut dictum eſt.

De puncturis oculorum, Cap. XXI.

OMnes pūcturæ in oculo, quales à ſtylo aut aliqua cō ſimili re fiunt, poſt communē prædictā curationē, ſanguine turturis aut columbæ ſtatim ab initio irrigato, aut oui candido. Et ab initio quidem vitanda ſunt fomenta & cataplaſmata calida: poſt quartam verò aut tertiam diem, toto corpore præeuacuato, ſpongiis foueto, & cataplaſmata ad inflammationes deſtinata imponito. Collyria verò adhibeātur læuiſſima, etiā ſi impura appareant vlcera. vtendum igitur eſt ſpodiaco, & tephro,& aſtere, ac ſimilibus. Facit & collyriū Nili ex roſis aquoſum cum ouo inſtillatum.

De vulneribus profundioribus, Cap. XXII.

QVVM profundius & maius factū fuerit in oculo vulnus, vt periculū ſit ne effluāt ex oculo humores, animaduertēdū eſt ne inflāmatio ſuccedat,& febris ſubſequatur. Præ omnibus igitur venæ ſectione vtendū eſt, ſi vires ſuſtineāt. nullū eſt enim efficacius auxiliū ab initio : ſi verò venæ ſectio relinquatur, purgatorio idoneo vtamur: ſin minus, clyſteribus aluū ſubducētib⁹ euacuatio fiat. In oculo verò candidū oui inſtilletur:& cataplaſma adhibeatur ex ouo ſimul cōtuſo vitello cū roſaceo & vino, ita vt leuiter tepefactū & lana exceptū imponatur. ſequētibus diebus fomētū fiat ex decocto roſarū aut meliloti,& infundatur lac muliebre cū ouo tepidū. Cataplaſmata adhibeātur ad inflāmationes deſcripta, & maximè id quod ex capitibus papaueris, meliloto, croco, & pane paratur. Illinenda eſt etiā frōs ac tēpora modico apio cū croco. ſint aūt leuia cataplaſmata, & ſuperna palpebra ſola ex his ītegatur, quò aperiri poſſit oculus,& lacrymas influētes excernere. oculus quoq; leuiter deligetur. Si verò aliqui cataplaſmata ferre nō poſſint, iis palpebræ ac tēpora,& frōs collyrio Nili ex roſis illinātur. Siverò vehemētiores fiūt dolores, caput pilis denudetur,& cucurbita occipiti ac vertici affigatur: & in noctē quædā dolorē eximētia in potu exhibeantur. Circa quartā verò aut ſeptimā diē, Nili collyriū ex roſis inſtilletur aquoſiſſimū vſq; ad perfectā curationē. Cibus dādus eſt ſorbilis, boni ſucci, ventri commodus: oportet enim ventrem ſemper probè ſolubilem eſſe. A vino verò abſtinendum eſt vſque ad declinationem. cauenda ſunt autem & quæ caput replent,& fluxionem irritant.

De vuiformis humoris excretione, Cap. XXIII.

SI pūcto oculo vuiformis humor excernatur, vt etiā oculus aliquātulū cōtrahatur, reliqua quidē ſimiliter (velut dictum eſt) fiāt, vt ne inflāmatio ſuccedat. Verùm poſt inflāmationis ac vulnerationis declinationem, balneum conducet,& vinū tenue moderatū: & cibus boni ſucci, quò humor probè renutriatur ac rurſus expleatur.

De oculi prolapſu, Cap. XXIIII.

PRolapſus totius oculi, ex violēta quadā capitis plaga contingit, aut ex vlceribus carbunculoſis, aut internis vaſis ac pelliculis quib⁹ adhæret oculus, ruptis aut laxatis. Procidit enim quibuſdā totus oculus foras, vt à palpebris contegi nō poſſit: aliquādo etiā vſque ad malas & ſupercilia procidit. atque hoc maximè cōtingit ex caſu ab alto loco, aut ex plagis capitis violētis. periculoſa eſt aūt affectio. Itaque curatio ſtatim adhibēda eſt per venæ ſectionē, aut purgationē: ſed & reliqua adhibeātur, quæ relata ſunt in cōmuni vlcerū curatione. Cōtrahēd⁹ eſt cib⁹,& poſtea in ouo & roſaceo ac vino ſimul cōtuſis lanā imbue & impone: deinde verò cataplaſma ex meliloto & papaueris capitibus adhibe, cui addita ſunt hyoſcyami folia cū pane aut pſyllio modicè madefacto. Aſſiduè verò alterentur cataplaſmata, vt ne calefactæ partes ſuppurentur. Sequentibus diebus remittēte inflāmatione, cucurbita occipiti cū ſcarificatione affigatur. præſente verò inflāmatione, cucurbitæ ſūt ineptæ. Aſſiduè autē ouum & lac tepida inſtillētur : remittēte verò inflāmatione, collyrio Nili ex roſis cum ouo vtendū eſt: aut etiā mellis fumi exortis parum ipſi admiſcendū ad ſaniē excernendam. ſimul autē ſub palpebrā ſubiiciēdus eſt ſpecilli nucleus, vt ne concretio aliqua fiat. Quòd ſi prolapſus magnus factus fuerit,& nulla ſpes eſt vt viſus reſtituatur, cataplaſmatis ſuppuratoriis vtēdū eſt, qualia ſunt quæ ex polline fiūt. ſed & lētē cū melle imponere oportet,& inflammatione declinante, balneū petendum eſt.

De vlcerationibus ſuperficialibus ex humorū influxu obortis, nubecula, caligine, epicaumate & encaumate, Cap. XXV.

QVAE ex humorum influxu fiunt ſuperficiales vlcerationes, diuerſimodè nominantur. Caligo enim eſt vlcus ſuperficiale in nigro oculi factum, conſimile caliginoſo aeri, colore cæruleo, quod multū locum nigri occupat : quum verò in pupilla factum fuerit, nō facilè ægri vident. Nubecula autem vocatur profundius ac minus caligine vlcus in nigro. & eſt colore albius. Epicauma verò dicitur, quū nigrum oculi in ſuperficie exaſperatum inuſtum fuerit, & colorem cinereum præ ſe tulerit. Encauma verò eſt vlcus vtplurimùm ex febre fiens, cum cruſta impura in nigro aut albo. Et in nigro dū fit in profundo, plerunque in purgatione, maiore tunicarum corroſione contingente, humores paulatim foras effunduntur, & totus oculus effluit. Has igitur ſuperficialiſſimas vlcerationes cum febre aut ſine febre fientes ſanare oportet, aluo per clyſterem præeuacuata, ita vt collyrium Nili ex roſis aquoſius inſtillemus, & in ipſis interuallis infuſionis collyrii, lac infundamus. Præteritis deinde aliquot diebus, admiſcendum eſt ad Nili collyrium, chiacum appellatum Apollonii, aut aromaticum : deinde verò etiam meracis his vtendum. citò enim cicatrices, eáſque tenues & ferè non apparentes inducunt.

De argemo, Cap. XXVI.

ARgemum eſt vlcuſculum circa iridis circulum factum, partem albi,& partem nigri occupans, & album apparens. Quum igitur profundius & ſordidum factum fuerit circa iridis circulum,& citiùs repurgatum, aliquando procidit tunica vuiformis : quapropter meatus obducentibus pharmacis in ipſis à principio vtendum eſt, quò vlcera ab inflammatione liberentur, & tunica oculi ſubnutrita cruſtam reiiciat.

De foſſulis & concauis vlcerum generibus, Cap. XXVII.

FOſſulæ appellantur quum in nigro fiunt caua, anguſta,& pura vlcera, puncturis ſimilia : concaua verò vocantur, rotunda & ampliora foſſulis vlcera, & minus profunda. Non igitur ipſa purgare oportet per acria collyria, ſed potius per mitia renutrire, & maximè ea quæ foſſulæ appellantur. Concaua verò diuturna primùm leniter detergētibus curabimus, & deinde ad renutriētia tranſibimus, qualia ſunt quæ ex thure fiunt. Vbi verò

explanata fuerint,aut etiam adhuc cauiora ſunt, Cleonis collyrio vtendum eſt:ſi verò ſordes multæ vlceribus inſitæ fuerint,aqua mulſa infundatur. Nos autem ad fœnigræci decoctum paratum velut antea dictum eſt, modicum mellis admiſcuimus, & citius rem quæſitam aſſequuti ſumus.Vtimur etiam in cauis ac ſordidis vlceribus collyrio Theodotii Seueri aquoſiore cum ouo:& citra omnem dolorem repurgat,&celerrimè ad cicatricem perducit.Meminiſſe verò etiam in his oportet prædictæ cōmunis vlcerum curationis.

De ſuppuratione aut vngue, Cap. XXVIII.

SVppurationes in vlceribus fientes diuerſas appellationes habent.Vnguis enim dicitur quum à profundiore vlcere pus defluens,& inter tunicas illapſum, & in circulo iridis figuratum,ſimilem vngui reſecto imaginem præ ſe fert. Ampliore verò pure collecto, & dimidium nigri occupante,aut per totam corneam tunicam pellucēte,ſuppuratum eſſe oculum dicimus. Fiunt autem hæc etiam citra exulcerationem, dolore capitis aut lippitudine prægreſſa.Cōtingūt etiam inflammatione prægreſſa, propter ampliorem humorum repletionem diruptis quibuſdam vaſis,& ſanguine ex ipſis profuſo ſuppurato.Conſequitur autem ad ſuppurationem dolor vehemens pulſatorius,& rubor circa oculum totum,& temporum dolor. Curatio facienda eſt ab initio reiectis fomentis, per alui per clyſterē euacuationē: deinde per venæ ſupernæ in cubito ſectionem,ita vt poſtea etiam venam circa magnum oculi angulum ſecemus, citra colli ligationem aliàs fieri ſolitam. ſed & cucurbitam occipiti affigemus, aut hirudines temporibus.Deinde collyriis ad inflammationes deſtinatis vtendum eſt, & maximè Nili ex roſis, cum ouo aut lacte aquoſius inſtillato. Poſt tertiam verò diem fomentum per ſpongiā adhibendum eſt,moderatè primùm,deinde paulatim ſemper facta maiore acceſſione. Et collyria quidem meatus obſtruētia vitāda ſunt: vtendum autem diſcuſſoriis ac lenientibus, maximè chiaco Apollonii, & ſimilibus ex myrrha paratis, quæ diaſmyrna appellantur. quæ enim vehementer diſcutiūt ac reſiccant,ſtatim quidem multam tenuioris euacuationem faciunt: quod verò reliquum eſt, & craſſius condēſat,&,vt ægrè diſſolui poſſit,reſiccat. Galeni. Medicus quidā apud nos expertiſſimus ophthalmicus,etiam capitis concuſſione multos ſanauit. Et locabat quidem ipſos in ſella erectos,& vtrunque à lateribus caput apprehendebat, atque ita concutiebat, vt nos manifeſtè videremus pus deorſum ferri & infrà manere, propter grauitatem videlicet. Quum igitur in ſuperficie fuerit pus,& vlceri contiguum, dum purgatur vlcus,omnino etiam in vapore exhalat pus:quū verò vlcus ſuperficiarium fuerit & ſuperius,pus autē amplius,& in profundo inferius vlcere,& à pharmacis nō excoletur, oculum ſub pure perpungere oportet,acu obliquè circa iridem & coronam appellatam immiſſo,& pus excernere. Atque hanc chirurgiam locis non inflāmatis adhibere oportet. Suppurationes autē in albo tunicæ agnatæ fiētes, ſcalpro venæ ſectorio ex inferna parte diuidito, & tunicam agnatam leniter ſubexcoriato.Cæterùm poſt humoris euacuationem,in vtriſque oculi candidum inſtillato:deinde integrum ouum cum vino mulſo conquaſſato, & molli lana exceptam oculo ſuperponito ac deligato. Poſtera verò die, fomento ex aqua calida per ſpongiam adhibito, & ouo infuſo, rurſus prædictū lanæ hapſum imponito, & poſt triduum collyrio Dionis illinito,aut quopiam ex iis quæ ad perpunctiones adhibentur.Eſt autē Dionis collyrium hoc: Spodii drach.III.thuris, ſquamæ æris,myrrhæ,acaciæ,ſpicæ nardi,opii,ſing. drach.I.gūmi drach.V I.excipe aqua pluuiali.Vſu verò expetente,infunde cum candido oui, & prædictum lanæ hapſum ſuperpone. Si verò poſtquam inflammatio ceſſauit, cato ex diuiſione prominuerit, prædictum collyrium cum lacte dilutum illine.Probè etiam deprimit & repurgat chiacum Apollonii.

De puſtulis, Cap. XXIX.

PVſtulæ fiunt & in albo, & in palpebris: plerunque verò circa corniformē tunicā. Et aliæ in ſuperficie fiūt aliæ in profundo: conſtat enim tunica corniformis ex

A quatuor velut mēbranoſis corpuſculis, dēſiſſimis ac fortiſſimis. Aliquādo igitur ſub prima mēbrana puſtulam fieri contingit,quando etiā colorem nigriorē præ ſe fert: aliquādo ſub ſecūda aut tertia cōſiſtit,quādo ſanè etiam albidior puſtulæ color fit, eo quòd in profundo tunicæ corniformis occultatur.naturalis enim puſtulæ color,niger eſt: tunica verò corniformis alba eſt,& cornibus ſimillima.In quantū igitur in profundo corniformis tunicæ puſtula occultatur,in tantū colorem adſimilat, & maiorem dolorē inducit, & moleſtior eſt. Nam ſiue ob ple-

B nitudinē rupta fuerit puſtula, ſiue ab acrimonia corroſa, vt tunica vlceretur, facilis curatu eſt ſuperficiaria vlceratio: difficilis autē profunda. Periculum eſt enim ne reliquum corniformis in profundo tenue exiſtens rūpatur, & vuiformis procidat, ac effluant oculi humores: præſertim ſi iuxta pupillā ruptio fiat. Facta enim iuxta pupillam ruptione,etiamſi pro more ægri, tamē aliud quid graue conſequitur.Nā inducta vlceribus cicatrice, homo nō videbit,propter inductas cicatrices. Quādoquidem verò aliquando etiā ob corniformis corroſionē vuiformis tu-

C nica procidit,& ſuperficialis puſtulæ imaginationem facit,operæpretium eſt de iis exactius diſtinguere. Puſtula itaque ſuperficialis,ſimiliter vndique nigra eſt,nō tamen nigredine exactè ſaturata. At in vuiformi tunica pars quæ procidit,aut nigra eſt aut cærulea.Quod verò maximum ſignū eſt,fundū prolapſæ vuiformis per circulū reperies albū.Alba eſt enim colore corniformis tunica,qua rupta, vuiformis procidit.Sed & pupillæ magnitudo imminuitur in vuiformis prolapſu,aut ſanè omnino euariat ſecū-

D dum figurā:non enim pupilla exactè cōſeruat rotūdam figurā in prolapſu,ſed iuxta partē quandā velut diuulſa apparet.Proinde relatis ſignis diligēter intendere oportet, & affectiones inter ſe diſtinguere. Nā iuxta affectionum differētias,etiā curationem variare oportet. In prolapſu enim vuiformis,magis adſtringētibus ac repulſoriis vtimur:in puſtulis verò,iis quæ leniter diſcutiūt.Curādæ igitur ſunt puſtulæ ita vt caueamus primū multiloquiū, ſternutationes,iras,ſpiritus detentiones,clarū ſplendorē: deinde cōtrahēdus eſt etiā potus ac cibus,& ad alui euacuationem acri clyſtere vtendū eſt.Tentandum quoque vt la-

E cte aluus ſoluatur,in quibus id neque aceſcit,neque in nidorē vertitur,neque vomitu reiicitur.In talibus enim vitandū eſt lac, & vtendū gallinæ iure, aut cnici ſucco, aut aloe,aut per ſimplicius quoddam aluus ſoluenda. Vitādā ſunt etiā vehemētiora purgatiua,& maximè quæ ſtomacho ſunt magis infeſta.Deligationes autē & multos lanæ hapſos in iis reprobamus. valde enim nocēt nō ſolùm in his,ſed etiā in omni lippitudine ex humorū acrimonia facta. Cataplaſmata igitur adhibere oportet vbi inflam-

F matio adfuerit, maximè in principio: leuia quidem, ſed lata. ſunt enim cataplaſmata tenuibus ac mollibus linteolis illinenda, & ſuper totum oculum imponenda, ſupercilio ac mala & tempore ſimul comprehenſis: & ſinenda quamdiu fuerint madida: poſtquā verò ſiccata fuerint, tollenda & alia imponenda. Ad inflammationem.

Adhibeantur ea quæ ad inflammationes congruunt, velut eſt tenue ouorum,& vitelli ouorum triti cum croco ac modico opio,moderatóque paſſo ac pane. Conueniūt etiā adſtringentia,velut ſunt mala cydonia cocta, aut malicorium in aqua coctum. Verùm vitandum eſt,velut di-

G xi,ne oculus in his diutius deligetur. eſt enim nocentiſſimum hoc.Mitigata verò inflammatione,etiam ab emplaſtris abſtinendum eſt,propter grauitatem. Collyria verò in principio conueniunt, Nili ex roſis cum lacte dilutum & infuſum. Proficiente autem curatione,adhibendū eſt id quod ex thure, myrrha, ac croco paratur. poſtea etiam nardina. Forinſecus autem illinendæ ſunt palpebræ collyrio Nili ex roſis, frons verò acacia & hypociſtide, cū croco & modico opio. Fomenta ab initio tepida adhibeantur, nam intenta à principio, inflammationes

H exacerbant: poſtea verò caliditatem intendere oportet. Deambulationes & alii motus ab initio non conueniūt. Balnea verò & reliqua vaporatoria fomenta poſt principiū. A vino abſtinere oportet per omnē curationē,& aqua calida in potu vti, & cibos molles ac facilè concoctiles

accipere.[illegible]giēda eſt in his ſanguinis ex fronte aut venis angularibus detractio: procidit enim oculus,& maximè ſi inflāmatio ſimul affuerit, aut profundior exulceratio.

De carbunculis in palpebris, Seueri, Cap. xxx.

QVandoquidē & carbunculi ſunt ex genere puſtularum,& fiunt hi quoque aliquando in palpebris,oculúmque ad maximū conſenſum perducunt,age & ad hos pauca auxilia proferamus, dignotiones ipſorū primùm exponentes,quū ſint etiam alii quidam abſceſſus palpebrarum qui imperitis carbunculi videri poſſint. Nam & ordeolum tuberculum,& pani,&vari circa palpebras fiūt, ſed cū tumore quodā hæc , & ferè citra inflāmationem, & non cum vehementi dolore : carbunculi verò ruborē ab initio habent,vt oculum ſibi peruri putent: tumorem verò aut eminentiam non ſtatim inducunt.Nam ob immodicam caliditatem, velut ruptionem quandam carbunculus ſuſtinet,& quod effluit ex ipſo,quum ſit acre ac mordax, ſuperficiem quidem carbunculi reſiccat,& cruſtam inducit:vicinis verò locis morbum inſerit. Conſequitur igitur ad ipſos fortis inflammatio,tum ipſius oculi,tum partium circumſitarum,& maximè glandularum circa aures , vt quandoque magnarum vlcerationum, & ruptionum oculi cauſa fiant, inſupérque prolapſuum, & nuditatis palpebrarum. & cicatrices à carbunculis craſſæ fiunt,& aſſiduè vlcerantur.& in reliquo quidem corpore ſanguis qui effluit ex carbunculis niger reperitur,propter ſuperaſſationem.in oculis autem ſanguis non omnino ex carbunculis manat,eo quòd neque redundet in oculo ſanguis : vnde plerunque etiam albi colore ſunt carbunculi in palpebris.Et ſi quidem emotio affectionis cita contigerit per conuenientem curationem, carbunculus penitus diſparet: ſi verò durauerit & ægrè diſcuti poterit, neceſſariò locus nigreſcit. Proinde incipientibus carbunculis non ſtatim ad cataplaſmata & illitiones progredi oportet, ſed per clyſterem primùm aluum euacuare : deinde lacte moderatè cocto purgare. In ſanguineis corporibus etiam vena ſecanda eſt. poſtea per ſpongias fomentum adhibendum , primùm ex ſimplicioribus. adſtringentibus enim & frigefacientibus, & aliquando etiam reſiccantibus pharmacis vſi,hos ſanabimus.In principio igitur quum feruor adeſt, humorem extinguere conantes,coriandro trito ruborem oculi illinimus.Et ſolanum cum paſſo tritum & carbunculo adhibitum , ſtatim ipſum abolet. atque hic ductus in principiis magnopere prodeſt.At frigefacientia cataplaſmata oculo in carbunculis adhibita, repellunt quidem id quod influit carbunculo,& externas inflammationes ſedant:verùm periculum eſt ne in ipſum oculum impetū faciat . hoc enim ſolanum aliquando perpetrauit . adhibitum enim cum paſſo,ſtatim quidem tumorem aboleuit: oculus autem hinc repletus eſt.Cæterùm carbunculos iam depaſcentes variè curare oportet. Nam quod defluit acre ac mordax exiſtit , vt etiam vicinos locos depaſcatur, & periculum ſit ne ocul⁹ lædatur.ſolet enim eroſio his contingere.Cōuenit igitur ſpongia detergere,&oculum moderatè perfundere roſarum,aut rubi, aut pampinorum vitis decocto. ſit autem tepidius decoctum,aut potius lactei teporis.Quòd ſi etiam ſordidi fiāt loci, ex eo quòd nome depaſcens præualuit, (ſæpè enim etiam palpebræ excidūt) ad huiuſmodi fluxiones etiam hypociſtidis ſuccum aquæ admiſcemus,& myrtum & acaciam paſſo diluta locis illinimus . oportet enim pro corporis curandi ratione, etiam materias eligere, maximè medias. valde enim efficacia pharmaca loci non ſuſtinent, qualis eſt ærugo, & ſimilia: per mordacitatem enim etiamſi ſalutis ſpem habeat oculus,hac quoque priuatur:neruoſæ enim partes, & præſertim carnibus denudatæ, à vehementer mordacibus læduntur, vt etiam cariem inducant.Malicorium itaque ex malis Punicis acidis cum lenticula feruefacimus,& deraſa interna parte, cum modico melle terimus & ex eius vſu magnopere profecimus: celerem enim purgationem facit, & humores qui oculis inferuntur, quodammodo ſupprimit.nā pinguia nomas augēt.Aucta verò noma,in vino malicoriū coquere oportet,& per ſe citra lenticulam imponere. Cruſtas autem magis malico-

A rium coctum tritum cum melle impoſitum reſoluit.Sunt & compoſita pharmaca carbunculis conuenientiſſima. In principiis enim feruorum, paſtillus ex halicacabis illitus excellēter extinguit. frigefacit enim & reſiccat moderatè.Si verò contrahere oportet carnem ſuperexcreſcētem,Muſæ paſtillum aridum tritum adhibemus: ſi verò incarnatione opus eſt, ipſum Muſæ paſtillum cum ſapa diſſolutum illinimus. At ſi cicatricem inducere intendimus,rurſus paſtillū ex halicacabis aſſumimus. Apolloni⁹ autem ait,Ad carbunculos oculorum hoc pharmaco vti- B mur , Spodii drach.IIII. lapidis ſciſſilis drach. II.croci obol.III.myrrhæ paululum torrefactæ obol.III. Terito cū vino odorato donec areſcāt,& paſſi Cretici, aut alterius non acris heminā admiſce,contere,excipe ac ſubline.Diſparat cruſtas , & purgat vlcera , ſiue extra palpebras affectio fuerit,ſiue intrinſecus in profundo.facit & ad fluxionem ac inflāmationes.Si verò dolor oculū vexarit, hoc collyriū illine, & eueſtigio ſiſtet nomē. Recremēti plūbi triti loti & exſiccati drach.IIII.ſpicæ nardi drach.I.gūmi drach.II. foliorum oleæ centum viginti ſuccū. Suc- C cum aquæ hemina ad folia adiecta exprimito,excolatóque,& ad reliqua conterenda vtitor. Facit & collyrium Nili ex roſis cum ouo infuſum:maximè verò nardinum Candido inſcriptum,per ſubmiſſionem palpebræ ſublitum,vſque ad perfectam curationem. Oportet enim,vbi pura facta ſunt vlcera,fomento præmiſſo, ſpecilli nucleū lacte tingere,& palpebris ſubmittere,atque angulos inter ſe diſparare,ne diſtorta concretio fiat.Et ob hoc neque oculum deligare oportet,maximè poſt vlcerum purgationem. Nam circa principia ſi inflammationes maximæ D & diſtentiones fuerint,lenticulæ coctæ cataplaſma cum pane imponere cogimur.Sed & pſyllium impoſitum inflammationes mitigat:in doloribus enim aliarum oculi inflammationum adhibitum, ſomnum inducit. ſint autem leuiſſima cataplaſmata.Sed neque diu in cataplaſmatum,vſu perſeuerare oportet: augent enim putrefactionem & oculum magnopere lædunt, velut etiam in puſtulis prædictum eſt.Poſtquam igitur aliquātulum mitigauimus inflammationes, ſtatim à cataplaſmatis , tum in E carbūculis tum in puſtulis abſtinebimus.At verò in locis circa aures per cōſenſum inflāmatis,ſpleniū ex cerato butyrino imponito.

De canceratis oculorum vlceribus, Cap. xxxI.

VLcuſcula in nigro oculi fientia,cicatricem non recipientia,parua,doloroſa,parua vaſa habentia,varicoſa, cancerata dicuntur . & aliquando quum cicatricem accepiſſe putantur,reſoluūtur citra manifeſtam cauſam. Fiunt autem in his punctorii diſcurſus vſque ad tempora,& conſequitur in ipſis fluxio humoris moderatè acris F ac tenuis.Et album in oculo itémque nigrum, ſemper rubicundum eſt.& auerſantur cibum.Augentur autem ipſis vehementer dolores,illitis acrioribus medicamentis. Contigit hæc affectio maximè ſenioribus, ex diuturnis lippitudinibus: .& fœminis quibus menſes defecerunt. Curatio porrò adhibēda eſt , habita totius corporis cura, cum prædictione quòd fieri nō poſſit vt perfectè ſanētur, ſed fieri poſſe vt mitigentur,primùm per conuenientem diætā, deinde etiā per pharmaca dolores lenire potētia. Diæta igitur huiuſmodi ſit: Poſtquā à lecto ſurrexerunt, G corpus moderatè illinant oleo dulci : caput autē modico roſaceo aut omphacino.Et viridi ſindone oculo prætēta, deābulare iubeto in tenebroſo ac nō ventoſo loco, cum ſilētio & abſque alia diſtētione , ita vt neq; caput agitēt, quātū eius fieri poteſt. Poſtquā autē ampliore & lēta deābulatione vſi fuerint,ad domiciliū tenebroſum & nō valde lucidū ſe recipiant: & rurſus ab alio corpus ipſorum illinatur, excepto capite,confrictis maximè lūbis ac infernis partibus. Poſtea verò lactis moderatè cocti, remota concretione ſuperſtante, heminæ menſuram accipiant. H Nam acrimonias quæ affluunth ebetat,& aluum facilè ſolubilem facit. Si verò ineptus eſt ad lactis potū,pollinem polentæ paſſo moderatè calido diluto inſpergito, & ſorbendum dato. Poſtea ſi fame vexentur, duobus ouis ſorbilibus vtantur,& ſomnum diurnum vitent.Circa decimā autem horam confricti aſſumāt panem purum, cum

obſonio quodam viſcoſum quippiã habente,velut ſunt oua ſorbilia, cerebellum porcinum duabus aquis coctũ. ex piſcibus muræna, torpedo, glauciſcus. ex oleribus malua, atriplex, lactuca. Aſſumenda etiam alica ac oryza,& laganum in gallinæ iuſculo coctum,& pedes ſuilli ac tali probè cocti.omnia verò ſint moderata.Vinum bibant & tenue ſubadſtringens & ipſum moderatum.Ab omnibus autem ſalſamẽtis & leguminibus penitus abſtineant. item à balneo,niſi neceſſarium hoc fuerit aut laſſitudinis gratia aut tardæ concoctionis: at tunc non tardãdum in ipſo eſt,ſed citò exeundum. Dolore verò à fluxione oborta illinantur pharmaca lenia ad pura vlcera conuenientia,velut eſt ſpodiacum & collyrium Cleonis, & ſimilia.In oculum autem aſſiduè infundendũ eſt ouum,aut lac muliebre tepidum. Mitigat etiã lentis decoctum infuſum,aut plantaginis, aut portulaca. Verùm ad temporum dolores vtendum eſt collyrio Nili ex roſis: ſi verò ad vehementes inflammationes cataplaſmatis vti cogamur,cataplaſmate ex papaueris capitibus vtẽdum eſt leuiſſimo. antea enim dictum eſt quòd fugere oportet cataplaſmata in oculis calidas affectionem habentibus.admiſcendum eſt autem cataplaſmati ex papaueris capitibus in his,& crocus, & lac muliebre.

De malignis oculorum vlceribus, Cap. XXXII.

FIũt & alia maligna vlcera, partim à magno angulo initium ſumentia, partim à nigro, partim ab albo: & oculum citò corrodũt,& præſertim in corporibus vitioſis humoribus refertis, & quæ acrium rerum eſu vſta ſunt.Sanies etiam ab vlcere manat multa ac graueolens, & ſequuntur dolores vehementes ac febres: ſæpe etiam alui fluxus.depaſcuntur etiam aliquando vlcera vicinos oculis locos.Curãdæ verò ſunt etiam huiuſmodi nomæ per prædictæ diætæ vſum. Veruntamen eiuſmodi exhibenda ſunt quæ aluum non ſoluunt: vnde in iis magis volucrium genere vtendum eſt, maximè montanarum. In oculum verò infundendum eſt lac aut ouum, & prædicta collyria. Si verò nome tranſgreſſa fuerit oculos, curatio ita fiat:Pompholygem optimè lotam,ex muliebri lacte illinire oportet, & ſuperimponere, ſanie prius per aquam elota,deinde per lac.Facit ſimiliter & ceruſſa lota ac ſiccata, & cum lacte adhibita. & plumbi lotura ſicca, quæ confricto plumbeo mortario cum plumbeo piſtillo colligitur.Facit & plumbi recrementum lotum & amylum,ſingula cum lacte muliebri.Cataplaſmata verò ſi coacti fuerimus adhibere, mala Cydonia cocta adhibeantur,aut roſæ virides,aut ſiccæ vino maceratæ.polygonum item ac ſolanum,& ſemperuiuum,& feris cũ polentæ polline. Si verò vaſa in fronte ac temporibus fuerint eleuata, etiam ſectionis vaſorum rationẽ habere oportet.

De myocephalis, Cap. XXXIII.

QVVM vlcera quæ propter eroſionem aut ruptionem corniformis tunicæ fiunt, profunda euadunt, pars acinoformis tunicæ procidit, & quod prolapſum eſt,nigrum aut cæruleum apparet.In circuitu verò circa fũdũ eius partis quæ procidit,labia corroſæ corniformis tunicæ alba apparẽt:& ſi adhuc magis pars prolapſa durauerit,labia ruptionis tunicæ corniformis calloſiora facta adhuc magis alba apparẽt.Diuulſa eſt aũt omnino in vuiformis ſiue acinoformis tunicæ prolapſu pupilla ipſa,vt ōnino nō appareat,aut & ſitu & figura immutata. & per hæc diſcriminatur myocephalō à puſtula. dicitur autẽ myocephalon,quoniam figura ſimile eſt capiti muſcæ. Repulſoriis autem & adſtringentibus opus habet pharmacis,qualia ſunt maximè quæ ex vino fiunt.Eſt autem & hoc celebre ad ipſum: Cadmiæ,æris,chalcitidis crudæ,ſing.vnc. I.æruginis drach.IIII. myrrhæ troglodyticæ drach.II. & dimidiam, croci drach. III. ſalis ammoniaci drach.IIII.gummi drach.IIII.excipe vino veteri adſtringente. Aliud ad pterygia, carnis incrementũ iuxta magnum oculi angulum,aſpritudines.exterit etiã cicatrices. in alio exemplari reperi, etiam ad ſtaphylomata facere: Miſyos crudi drachmas duodecim cum aquæ cochleario terito, deinde croci læuiſſimè triti dr. viginti adiicito, ac rurſus terito,& additis myrrhæ dra-

A chmis quatuor, excipito,ac vtitor.Poſt illitionem verò ex ipſo factam,ſpongiam teneram imponito,ac deligato. Aliud bonum.facit & ad ſtaphylomata. Miſyos crudi ſextantem,croci vnciam vnam,gummi vnciam vnam:tere cum vino,& vtere.Mirificè etiam facit in ipſis Theodotium Seueri. & ſi quidẽ inflammatio non affuerit,craſſius illine:ſi verò affuerit,cum ouo infunde. Adhibeatur ipſis quoque conueniens deligatio,& inflammatis cataplaſma ex papaueris capitibus impones: aut pſyllium aqua calida madefactum. Collyrium Hori fa-
B ciens ad myocephala cum Theodotio.facit & ad diuturnas tenues fluxiones: Cadmiæ, ſquamæ æris,croci, ſing. drach.octo,opii drach.XII.miſyos vſti, myrrhæ, acaciæ, gummi,ſing.drach.IIII.excipe aqua.

De ſtaphylomate, Cap. XXXIIII.

DIfferentiæ ſtaphylomatum plures ſunt: nam & cauſæ affectionis variæ ſunt.plerunque tamen quomodocunque factum fuerit ſtaphyloma, viſum deſtruit.Appellatur autem ſtaphyloma, quum corniformis tunica fuerit eleuata, & eminentiam acino vuæ ſimilem fece-
C rit. Fit autem aliquando humoribus ſub aliquam corniformis tunicæ ſtriam collectis, à quibus humoribus coactam corniformem tunicam ſuſtineri contingit ac eleuari ac incuruari, faceréque ſtaphyloma citra ruptionem. Fit hoc etiam ex puſtula quadam inter ſtrias corniformis tunicæ ſatis profundè conſiſtente, quæ tunicam eleuauit,non tamen rupit.Appellant etiã ſtaphyloma quum ob corniformis tunicæ rupturam, magnus vuiformis tunicæ prolapſus factus fuerit. Differt hoc à primo,quoniam in illo eleuatio ſola eſt tunicæ cornifor mis:vnde etiam tota moles albidior apparet: in hoc ve-
D rò ruptura quoq; facta eſt tunicæ corniformis,& quod prolapſum eſt,cæruleum aut nigrum apparet.Quum autem maximum factum fuerit ſtaphyloma,vt extra palpebras tranſgrediatur & induretur,ita vt ipſa corniformis circumcirca calloſa facta ſit, & talem affectionem conſtringat,clauus appellatur:quoniam per omnia claui capiti ſimilis exiſtit.Hæc igitur affectio quomodocunque fiat,duobus malis ſubiacet, viſus videlicet detrimento, & figuræ deformitati. Et ſic quidem affectum oculum
E ad naturalem ſtatum reducere,impoſſibile eſt arti: figuræ verò deformitati conſilium contingere poteſt, maximè per chirurgiam.Quæcunque igitur ſtaphylomata recentia ſunt,& propter inflammationem eleuatæ ſunt tunicæ,curanda ſunt cataplaſmatũ ad inflammationes deſcriptorum vſu,& ſimili quoque diæta.In quibus autem ſub corniformis ſtrias humores aliqui collecti eleuatio nem fecerunt (ſi dolor adfuerit) ſemen lini cum fœnogræco ex aqua mulſa cocta imponemus: declinantibus verò doloribus, farinam fabaceam cum roſis aut ſemine
F lini ex aqua impone: aut rubi folia, aut bryoniæ botros immaturos,cum butyro & terebinthina,æqualibus portionibus impone & deliga. ad dolores verò cõuenit etiã ſolani ſuccus cum lacte muliebri infuſus.Collyrium autem ad non inflammata ſtaphylomata commodũ hoc eſt:Alcyonii drachmas quatuor:ſalis ammoniaci vnc. I. ſpumæ nitri drach.I.lacrymæ oleæ ſylueſtris drachmam I.gummi ſextantem:excipe aqua.At Theodotium Seueri braſſicæ ſucco dilutum,& craſſius oculo adhibitum, vnà cum ſpongiæ deligatione molẽ diſſipat,ſi non diu-
G turna fuerit affectio. Cæterùm ægrè curantur ſtaphylomata quæ ampliorem fundum habent, & quæ venas ſanguine plenas habent:incurabilia autem ſunt eminentia, & colore varia, & temporum dolores inducentia. Iis ſanè nihil aliud adhibendum eſt quàm ea quæ dolores mitigare poſſunt, quæ in malignis vlceribus iam antè relata ſunt.

Staphylomatum chirurgia, Cap. XXXV.

IN ſtaphylomatis quæ anguſtum fundum habent, & non maligna ſunt,cōmodè eſt actio ſecundum cõſtri-
H ctionem appellata.cuius hic eſt modus. Duas acus accipere oportet filum duplex intortum habentes,æquali prorſus lõgitudine:deinde hominẽ ad pedes tuos collocato,capite ipſius reflexo, ita vt occiput ipſius genibus tuis innitatur: & deinde diſparatis palpebris,per mediũ

ſtaphylomatis fundum,ex ſupernis deorſum acum trāſmittito.ſit autem non vade craſſa neque oblonga.Deinde dum detinetur oculus ab acu trāſmiſſa,alteram acum duplex filum habentem ſimiliter tranſmittito à paruo angulo ad magnum, per medium itidem ſtaphylomatis fundum:quò figura duarum acuum tranſmiſſarum cruciformis fiat,aut literæ *Græcæ* X ſimilis. Nam quū paulo obliquior facta fuerit tranſmiſſio,facilius acus extrahūtur.Deinde inciſis duplicatorum filorum principiis, ſuperna duo principia, ſuperno acus principio ſubiicientes,inferna verò inferno,ſtrenuè conſtringimus. ſimiliter autem & obliquæ acus principia conſtringimus. Optima verò conſtrictio fit, rectis principiis ad obliqua ductis,& hoc modo colligatis. Deinde apicem ſtaphylomatis reſecamus, ſolo fundo ipſius relicto gratia filorū, vt ne elapſis ipſis,humores oculi effundantur, & oculus cauior fiat.Cur autem ſtaphyloma excindimus?primùm quidem compendiariæ curationis gratia. citius enim fila excidunt,& vlceratio curatur:deinde etiā minori dolore æger affligitur per totum curationis tempus, quum & corpora tranſpirent, & neque magna inflammatio cō ſequatur.Poſt reſectionem verò apicis ſtaphylomatis,acus extrahere oportet,filis(velut dictum eſt)conſtrictis: & tūc lac infundere aut oui candidum. Supernè verò oculo imponatur ouū cum roſaceo ac modico vino concuſſum,& molli lana exceptum. Imponatur etiam tempori alius lanæ hapſus iiſdem imbutus: & facta deligatione,æger in quiete ſeruetur. Poſtera die fomentū fiat per ſpōgias probè expreſſas,& lacte infuſo,lana ouo imbuta imponatur & deligetur. atque hoc faciendum eſt per plures dies donec fila excidāt. Elapſis autem filis illinantur collyria tenera ad vlcera deſcripta,vt pura exulceratio fiat: deinde cicatricem inducentibus vtendum eſt.

De vlceribus cicatrice indigētibus, Cap. XXXVI.

PVrgatis oculorum vlceribus & expletione indigentibus, animaduertere oportet vt ne carne redūdent, ſed aliquanto cauius ad cicatricē perueniāt:præſertim ſi in pupilla fuerit vlcus. nam ſupereminentes cicatrices viſum impediunt,& deformitatem afferunt: & dum ex palpebris punguntur,fluxiones inducunt.Quæ verò aliquantulum cauæ ſunt,melius apparent,ac ſplendorē excipiunt,& decoræ ſunt ſi fuerint parti concolores. tales autem conſequuntur ſi à mollibus & meatus obſtruentibus pharmacis, compendio ad cicatricem inducentia tranſeamus.Præſtat autem ſi aliquando clandeſtinè caro ſuperexcreuit citò reprimere,ac eminētias attenuare, & ſic cicatricem inducere. Vitanda autem ſunt tingentia cicatrices pharmaca, & maximè ſi iuxta pupillam fuerit vlcus:dum enim denigrantur,impediūt viſum.ſed & deligationes oculorum in vlcerationibus vitandæ ſunt, quibus aliqui vtuntur volētes humiliare cicatrices. Deligatus enim exulceratus oculus & immobilis factus,ſæpe palpebris agnaſcitur.Porrò vlcera ad cicatricem perducta diligenter notare oportet. Quidam enim decipiūtur,& cauiores factas cicatrices caua vlcera eſſe putātes, mollia & replentia collyria illinūt: deinde cōtingit locos quidem non impleri, verùm tunicas ex hoc craſſas fieri.Quum itaque ſuperficiem vlceris claram factam videris, & albam ac læuem,& album oculi naturalem colorem recepiſſe,& totum oculum à fluxione liberatum, ſcito ceſſiſſe iam vlcus,& cicatricem inductam eſſe. Eſt autem optimum collyrium quo vſi ſumus in puris vlceribus & cicatrice indigentibus,quod Cleoni inſcribitur.

De cicatricibus & albuginibus, Cap. XXXVII.

OMnes cicatrices in nigro oculi albæ apparent. Denſata enim corniformi tunica,ſubiectus ipſi cæruleus color non tranſlucet:maximè tamen ſupereminentes albeſcunt: æquales autem minus ſunt albæ: cauiores verò quodammodo concolores ſunt nigro. Quæ verò adſtringentibus pharmacis vſque ad inductam cicatricem curantur,magis obſcurantur,eo quòd pelliculæ per adſtrictionem multùm dēſantur.At verò calloſas ac diuturnas & craſſas cicatrices curare non oportet,neceſſe eſt enim

A in talibus collyriis valde acribus vti, & à vehemēti mordacitate aliæ oculi partes vlcerabuntur:ſi verò etiam ſuffuſio aut glaucedo affuerit, vanum eſt cicatrices extergere. Oportet autem eum qui cicatricem exterere velit, per victum corpus accommodare, quò moderata materia & boni ſucci,in toto corpore adſit. Itaque ab omnibus acribus abſtinere oportet,ſalſiſque ac craſſi ſucci cibis,& à multo vino:& bonæ concoctionis maximè curā gerere,& moderatè boni ſucci eduliis vti. à balneo verò curationis tempore vtendum eſt.Illitio autem facienda **B** eſt ante cibum vbi probè concoxit,& capite ac toto corpore leuis eſt, ventris onere prius depoſito,& nō ſtatim à lecto ad illitionem tranſeundum, neque ante cœnam. Vitanda ſunt excoriantia cicatrices pharmaca. Quidam enim illinentes ipſa acribus medicamentis, & excoriantes, ac candida ramenta per ſpongias detrahentes, ea in coticulis nigris circūferentes oſtentant: deinde illinunt aliquod medicamentū quod tingere poteſt. Verùm fluxionibus ſuccedentibus ex pharmacorum acrimonia,itémque inflammationibus, & aliquando reſolutis cica- **C** tricibus,vlcera magis profunda fiunt: deinde coguntur rurſus adſtringentibus ac meatus obſtruentibus collyriis vti,& cicatrices magis craſſas faciunt.

Materia attenuans cicatrices & albugines, Galeni, Cap. XXXVIII.

PRoinde in iis quæ attenuare poſſunt, vtēdū eſt pharmacis moderatè extergentibus. Exterſoria autem nō minima facultate participat æs vſtum, & ſquama æris, & flos eiuſdem,& chalcitis vſta. Si verò lota fuerint talia,exterſoria quidem adhuc manent: tanto verò imbe- **D** cilliora actionibus fiunt,quanto etiam leuiora.ſecurius eſt autem leuioribus vti. At fortiora iis ſunt, miſy & ærugo:quare etiam ad ſycoſes & callos cōueniunt ſi admiſcentur. Quidam iis adiiciunt etiam gallas pharmacum vehementer adſtringens:ſed vehemētius eſt adſtrictione ſimúlque acrimonia atramentum ſutoriū:multo verò moderatius euadit vſtum ac lotum. eiuſdem materiæ eſt & ſquama ferri ſtomomatis. Quæcunque igitur ex adſtringentibus multùm terream compagem habēt, aſpritudines ſycoſéſque ac callos eliquant,velut ſunt mi- **E** ſy,& ærugo, & ſimilia. Quæ verò ex ſuccorum genere ſunt, velut omphacium & hypociſtis, glauciúmque & acacia, in ſublitionibus facilè cum lacryma eluuntur. Citra mordacitatem autem extergent, cornu cerui vſtū, & cornua caprarum. at thus tardiſſimè particeps eſt extergendi facultatis, eximitque dolorem ac concoquit. Prædictorum verò animalium cornua, exterſoria quidē ſunt,ſed neque vim eximendi dolorem,neque cōcoctoriam habent, quum frigidæ ac ſiccæ ſint temperaturæ. Thuris autem cortex adſtringit quidem & ipſe non in- **F** ſtrenuè, ſed multùm omnibus prædictis inferior eſt: thuris verò inter onera confracti pollen (quod mannā dicunt)differt à thure eo quòd modicam adſtrictionem aſſumpſit.parua enim quædam corticis ſegmēta ipſi admixta reperiuntur. Habet & armenium appellatum vim extergendi:quo videlicet vtuntur pictores.Item atramētum Indicum, & propterea vlceribus non inflammatis citra moleſtiam adhibetur.At aloe mixtæ facultatis eſt: velut etiam roſa. habet enim amarum quiddam quod **G** extergit:habet & adſtringens quiddā quo contrahit vlcera,& ad cicatricē ducit. Sal verò ammoniacus,& lapis Aſius,& flos ipſius fortiſſima ſunt pharmaca:quare etiā ad ſcabras oculorum affectiones conueniunt. Cæterùm ex aromaticis commodè iis admiſcentur, caſia & malabathrum ac amomum: diſcuſſoria quidē facultate prædita,verùm etiam adſtrictione participantia.Nam in cōmuni de omnibus exterſoriis medicamentis noſſe oportet,quæ moderata ſunt, & quæ ſycoſes ac callos conſumunt,ea omnia etiam ad cicatrices craſſas conueniunt.

H Auxilia ad cicatrices & albugines, Cap. XXXIX.

AD albugines,dracunculi ſemen habentis occultatū in terra ſimile piperi,idipſum ſemen accipe, & tritū cum melle illine. Aliud ad cicatrices & hebetudinem viſus.Seminis rutæ ſcrup.II. Armeniaci ſcrup.VIII.ſalis ammoniaci ſcrup.III.ammoniaci thymiamatis ſcrup.III.

vtere ſicco. Aliud. Cicatrices recentes exterit citra omnem moleſtiam: Lac equinum cum modico melle aſſiduè illitum:aut anethi florem purpuraſcentem cum modica aqua terito,& per linteum excolato, ac ſuccum oculo bis in die inſtillato : & poſtea cucumeris hortenſis ſemen commande, & expreſſum per linteolum ſuccũ in oculum inſtilla,& hoc aſſiduè facito. Aliud ad albugines. Sideritidis herbæ fructum læuiſſimè tritũ inſuffla:deinde comprehenſum manu oculum, frigida aqua paululum prolue. Exterget etiam generoſè, alcyonium Mileſium cum melle, ammoniacum thymiama tritum cum vino & melle. Quòd ſi puero paruo albugo facta fuerit in oculo,mater pueri ammoniacum commandat,& in pueri oculum ſufflet. Facit & anemones radix bulbiformis læuiſſimè trita illita.& anagallidis cæruleum florem habentis ſuccus cum melle. Aliud. Capnii chelidonii appellati ſuccus cum melle. Nitrum cum oleo veteri.menthæ ſuccus mirificè facit. Columbæ fimus in cote cum aqua dilutus, præter opinionem facit. Item felis fel illitum. Aliud ad albugines certum. Butyrum liquefactũ ſolũ illine, (ſummè prodeſt)& vtere.de hoc plura promittere nõ oportet:omnẽ enim promiſſionem vincit. Aliud optimũ. Lac muliebre, melanteriam ex clauis vetuſtis ac aceto paratam, mel bonum: hæc tria æquis portionibus ſimul mixta & excolata adhibe velut diuinum pharmacum. Aliud. Rumicis hortenſis & plantaginis ſemen in teſta exurito, & cinerem exactè terito,ac vtitor. Aliud. Crocum, piper,æquali pondere læuiſſimè trita, cum felis felle in collyria redigito ac vtitor. Aliud. Pullorum hirũdinum capita detracta in olla exurito ac terito,& in corneo vaſe reponito,ac vtitor. eſt enim vtiliſſimum auxilium etiam ad percuſſos oculos illitum. Aliud. Lapidem ſarcophagum appellatum,ex quo loculos defunctorum magnos faciunt,tundito,cribrato,& cum ſputo ipſius ægri,præſertim ieiuni,terito ac confidenter illinito. Aliud. Vitulæ fel heminæ menſura ad ignẽ modicè coquito,& optimi mellis parem menſuram adiicito,&myrrhæ drach.II.croci drach.II.ſimul terito,ac rurſus in æneo vaſe ſufficienter coquito, & in pyxidem æream reponito,ac vtitor. Aliud. Lapidis magnetis viui,lapidis ophitæ,ſtibii,æquas portiones tuſas,cribratas,ac rurſus probè tritas,nycteridis herbæ ſucco ac optimo melle addito,illine per ſpecillũ ex lapide ſarcophago factũ. Aliud. Galbanũ cum melle liquefactũ ac ſimul tritum adhibeto. Aliud collyrium.tollit albugines mirificè ac citó. Squamæ ferri ſtomomatis dr. duas,aluminis ſciſſi drach.II. gũmi vermiculati drach. III.terito ex aqua, & formatis collyriis vtitor. Aliud.

Rhamni ſuccum,ſi fieri poteſt,de ſemine:ſin minus,de foliis,ſextãtem, ammoniaci thymiamatis vnc.I.teſtarũ ſepiæ vnc.I.mellis Attici ſextantem. trita excipe,ac vtere. Quidam ſolum ammoniacum cum rhamni ſucco terentes illinunt. ipſe verò ſuccus per ſe illitus cicatrices tingit. Archigenis collyrium ad albugines,quod ex vna illitione plurimam albuginis partem tollit : ſummè etiam facit ad omnem periculoſam ac diuturnam lippitudinem.Cochlearum vſtarum drach.III. æris vſti dr. IIII.ſquamæ æris drachm. VI.ſquamæ ferri ſtomomatis dr.XII.æruginis drach.VI.lapidis ſciſſi dr. I.aloes dr.I. omphacii ſicci dr.II.lycii Indici dr.IIII. chalcitidis dr. III.myrrhæ dr.III. thuris dr.III. corticis thuris drach.II. croci dr.II. crocomagmatis dr.II.ſpicæ nardi dr.III. cytinorum dr.II.gummi dr.VIII.terito cũ aqua,& formato collyria,ac vtere cum aqua.Quòd ſi aridum facere voles,trito collyrio vtere ſicco. Facit & harmatium collyrium, & præſcriptum ad myocephala ex vino, & his ſimilia. Probè etiam facit ad cicatrices (inquit Apollonius) collyrium pepieſmenon,*id eſt preſſum* appellatũ,quæ omnia in tractatu De multi vſus collyriorum compoſitione deſcribentur. At verò Theodotium Seueri cum aqua craſſum illitum,ad tantam tenuitatem perducit cicatrices vt ſenſu cognoſci nõ poſſint. Optimum autem in ipſis eſt ſiccum collyrium Alexandro regi inſcriptũ, ex croco, ſpica Celtica,& terra ampelitide paratum. habetur autem inter ſicca multi vſus collyria.

Albuginum tincturæ, Cap. XL.

IAM antè dictum eſt quòd abſtinere oportet à pharmacis cicatrices tingentibus: verùm vt ne ignorẽtur ea quæ hoc facere poſſunt, etiam horum mentio facienda eſt.Gallam, inquit, tritã repoſitam habe, & vſus tempore nucleum ſpecilli calefacito, & eo de pharmaco excipito,ac albugini admoueto. Poſtea verò atramentum ſutorium aqua dilutum adhibeto. Aliud. Malicorium tritum admoueto,& poſtea atramentum ſutorium cum aqua tritum. Aliud. Mali Punici dulcis carnem tritam modica aqua adſtillata, & læuiſſimam factam reponito:& vſus tẽpore,vbi hanc ſæpe affricueris, & præadſtrinxeris, hyoſcyami ſuccum illinito ad dies quindecim.hoc & tingit albugines & diſſipat multoties illitũ.

Aliud.facit & ad glaucos oculos. Miſy cum aqua tritum in collyria redigito. ſimiliter autem aliud collyriũ ex galla formato. Vſus autem tempore,vbi per collyriũ ex galla præadſtrinxeris,collyrium ex miſy illinito. Aliud ſiccum. Gallæ drach.I.acaciæ drach. I.atramẽti ſutorii drach.II.vtere. Aliud collyrium. Florum mali Punicæ, atramenti ſutorii, acaciæ, gummi, ſing. drach. IIII. ſtibii drach. IIII.galbarum dr.II.aqua excipe: ſi verò flores Punicæ non affuerint,id quod in ipſis malis inter grana membranæ ſpeciem præfert,iniice.

Ad glaucos oculos,vt nigras habeant pupillas, Cap. XLI.

MAlicorii Punici dulcis ſuccũ infunde : deinde interſtitio facto hyoſcyami cæruleum florem cum vino tritum inſtilla aut hyoſcyami ſuccum.oportet autẽ debito tempore flores colligere ac reponere. Aliud. Acaciæ fructum,& parum gallarum diligenter tere,& anemones ſucco excipe vt mellis craſſitudo fiat. deinde liquorem per linteum diligenter exprime ac repone, & vtere velut dictum eſt. Aliud. Cucumeris ſylueſtris ſuccum illine. hic mulieres glaucoculas oculis nigricãtibus facit. Aliud. Hyoſcyami cæruleum florem in vmbra ſiccato ac reponito. Vſus autem tempore florem vino auſtero dilutum præillinito : & poſtea ipſum florem læuiter tritum per ſe illinito. Hoc vim ſuam ſtatim declarat.

De puerorum curatione, Seueri, Cap. XLII.

INgens gramarum copia in oculis puerorum reperitur,& inflantur plerunque horum palpebræ à materiæ multitudine.ſunt enim pueri natura humidiores ac calidiores. Itaque horũ collyria perfrigeratoria ſunt, & aliquo modo reſiccatoria : participantia etiam non modica adſtrictione, quò ſordium copiam influentem repellere poſſint. Ad tantam enim adſtringẽdi facultatem progreſſa ſunt puerilia collyria,vt etiam aſpritudines tollant. Hebetatur enim in pueris collyriorum acrimonia à locali humiditate,& gramarum multitudine. Sed & per allabentium humorum copiam, propter ploratũ fientem, collyria eluuntur. Eſt autem nobis experientia cognitum in ipſis primariũ& mirabile collyrium,quod recipit lapidis ſciſſi drach.viginti,lapidis hæmatitæ dr. viginti,æruginis dr.IIII.chalcitidis crudæ drach.IIII. æris vſti dr.IIII.opii dr.VI. myrrhæ dr.VI.gũmi drach. XVI. Hæc eſt collyrii compoſitio ratione approbata,& experientia vtilis cognita : teritur ex aqua. Sed & aliud collyrium ad ipſos vtile experientia conſtat,quod recipit lapidis ſciſſi dr. XXIIII.lapidis hæmatitæ dr. vigintiquatuor,æris vſti dr.VIII.ammoniaci thymiamatis dr. VIII.miſyos vſti dr.octo, opii dr.IIII.ſeminis hyoſcyami dr.quatuor,gummi dr.octo:excipe aqua. Oportet autem & in his à principio admiſcere lenia collyria, atque ſic paulatim ad efficacem auxiliorum facultatẽ progredi. Mirificè etiam ad ipſos facit Theophilium collyriũ, & quod Mono inſcriptum eſt, quæ inter multi vſus collyria habentur.

De aſpritudinibus & denſitatibus,ſycoſiſque ac callis, Seueri, Cap. XLIII.

QVandoquidem ratio auxiliorum cognationem reſpicit, & velut inter ſe condependentes facultates

A reperit,admonet ſanè eadem vt nihil aliud ab ipſis in-
terponamus. Proinde aſperitates,quæ etiam ab aliquibꝰ
denſitates vocantur, ex mala curatione ſæpe fiunt, dum
medici diutius collyria inſtillant. Quemadmodũ enim
in externis vulneribus pinguium adhibitio, carnium
quarundam inutilium cauſa eſt: ſic etiam in præſenti fie
ri cogitare oportet. Fiunt autem & ex fluxione diu-
turna minimè mordaci: ſi enim acris eſſet, citiùs ocu-
lis damnum induceret quàm palpebris affectionem in-
ſeminaret.Fit etiam aliquando non prægreſſis fluxioni-
B bꝰ,neque manifeſta cauſa præſente. & ſũt huiuſmodi nõ
ſimiles iis quæ ex fluxionibus fiũt.In illis enim denſio-
res& aſperiores ac cruentiores euerſæ palpebræ apparẽt:
in his verò,velut milii grana aut erui parua ſemina, vide
re eſt intra palpebras exurgentia.éſtque hæc ſpecies reli-
quis curatu difficilior. Differunt tamen hæc inter ſe.
nam denſitas in ſuperficie eſt,& cum rubore: aſpritudo
verò maiorem inæqualitatem ac eminentiam habet, cũ
dolore ſimul ac grauitate. ambæ autem oculos hume-
ctant. Quæ verò ſycoſis dicitur,altiores eminentias ha-
C bet & velut inciſas:& cui alii rei quàm ficui hianti ſimi
lis eſt?Calloſitas verò aſpritudo eſt diuturna, induratas
& calloſas inæqualitates habens.Quidam igitur aſpritu
dines radere conantur, partim ferro, partim foliis fici.
eſt autem hic conatus nociuus. amplius enim ipſas au-
gent,& duras cicatrices inducunt,& aſſiduarum fluxio-
num authores fiunt,dum ſemper oculi ex ſuccedentibꝰ
durioribus cicatricibus punguntur. Curare verò opor-
tet aſpritudines,nullo vlcere circa oculum exiſtẽte,col-
lyriis ad pueros relatis,ita vt euerſis palpebris,ſi non in-
D flammatæ fuerint,illinãtur,& per ſpecilli nucleum diu
affricentur: (qui enim citò ab affrictione deſiſtunt,den-
ſant magis,& oculis fluxionem inducũt.)ſi verò permã
ſerit cauſa,efficacioribus vti conuenit:quale hoc eſt,Te-
ſtæ ſepiæ drach.octo, pumicis drachmas octo, rubricæ
ſinopicæ, ammoniaci thymiamatis, ſingulorũ drach.
decem,gũmi drach.octo: excipe aqua.Ex huius vſu ma-
gnam laudem reperies: ſtatim enim ab illitione cuticu-
læ quædam in ſpongiæ admotione excidunt. oportet au
tem poſt collyrii illitione, aquam frigidam per ſpon-
E giã adhibere. Eſt & aliud collyrium ad huiuſmodi affe
ctiones, quod recipit cadmiæ drach. quatuor, ſquamæ
æris drach. quatuor,ſalis ammoniaci drach. quatuor, o-
pii drach. duas,gummi drach. duodecim: excipe aqua.
Ego verò Seueriano ſicco collyrio vſus profeci, cuius &
tu experientiam magiſtram habebis.Apollonius autem
dicit,Ad exaſperatas palpebras vtẽdũ eſt pharmacis qui-
bus etiam craſſiſſimas cicatrices depurgamus: quale eſt
hoc,Æris vſti drach.octo, myrrhæ dr.I. ſquamæ æris dr.
I. acaciæ drach.II. cadmiæ drach.II. ſpicæ nardi drach.I.
F cinnamomi drach.I. croci dr.I. piperis grana XVI.hype-
rici drach.III.ammoniaci thymiamatis dr.III.æruginis
obol.II.gummi dr.I.terito cũ vino veteri auſtero, & col
lyria formato,ac vtitor. Aliud ad fluxiones antiquas
& palpebras dẽſas. Cadmiæ dr.XVI.æris vſti drach.IIII.
ſeminis hyoſcyami dr.I.opii dr.II.myrrhæ, fructꝰ ericæ,
acaciæ,ſing.dr.IIII.gummi dr. VIII.Omnia ſicca læuiſſi
mè terito,& lac muliebre adiicito,ac ſimul trita in col-
lyria efformato: & ea ſimiliter lacte trita craſſè illinito,
adhibito prius fomento. Liquida compoſitio ad aſpri-
G tudines. facit & ad oculos ſuppuratos. Chalcitidis vſtæ
drachmas tres,croci drach.octo,mellis drach.nouẽ. Ari
da cum aqua terito,& vbi probè ſiccata fuerint,mel ad-
miſceto,ac vtitor. Theophili liquida ad omnes fico-
ſas eminentias,& omnẽ carnis extuberãtiam: Æris vſti
drachmas duas, miſyos vſti drachmam vnam, myrrhæ,
croci,omphacii,ſingulorum drachmam vnã, vini Chii
aut alius adſtringẽtis veteris odorati,vncias ſexdecim,
mellis Attici dextãtem. Sunt & alia collyria facientia ad
aſpritudines, quale eſt Phœnix & Dionyſius, & ſimilia,
H quæ inter multi vſus collyria deſcribentur. Cæterùm in
quibus cum palpebrarum aſpritudine etiam tunicæ ocu
lorum inflammatæ dolore vexantur, admiſcere oportet
aliquid de extерſoriis ad propria inflammationi medi-
camenta,qualia ſunt collyria ex vino parata. ſedata verò
oculorum inflãmatione, aſpritudines exterere oportet.

A Verùm in iis qui vlcus habent cum fluxione mordaci,
fieri non poteſt vt huiuſmodi medicamento vtamur.
Corniformis enim amplius corrodetur, & vuiformis
prolapſus maior fiet, & vehemens dolor hominem ap-
prehendet.augebitur autẽ & malignus fluxus. In his igi
tur collyrium huiuſmodi parare oportet, Pumicem læ-
uiſſimè tritum tragacantho aut gummi madefacto ex-
cipimus,& parua collyria formamus: deinde euerſis le-
uiter palpebris diutius affricamus: & poſtea lac infundi-
mus,& collyriis ad puſtulas ac vlcera deſtinatis vtimur.
B Ceſſante verò in temporis progreſſu fluxione, ad acrio-
ra collyria tranſimus,ac cum ipſis palpebras (velut di-
ctum eſt) confricamus.Miſcemus etiam ad ea quæ vlce-
ribus conueniunt,collyria ex vino,paulatim augentes i-
pſorum mixturam,quò neque palpebræ vexent tunicas
oculorum, & vlcera pura facta impleantur ac cicatricẽ
recipiant.

De oculorum debilitate, Demoſthenis, Cap. XLIIII.

C DEbiles oculi dicuntur qui neque albũ, neque ſplẽ-
didum, neque igneum videre ſuſtinent,ſed ex qua-
uis occaſione viſum continent & lacrymantur, præſer-
tim inter legendum.Differunt autem ii à fluentibus pro
pter carunculæ naturalis circa magnum angulum decre
mentum.fluentes enim hoc modo, etiam citra aliquam
externam cauſam lacrymantur:hi verò occaſione aliqua
oblata.Curandi verò ſunt deambulationibus, curſibus,
exercitiis ſupernarum partium cum frictione & ſpiritus
detentione,capitíſque raſura, ac leui oculorum frictio-
ne poſt exercitia,& frigidæ in caput perfuſione. Vten-
D dum eſt & aquæ potu,& victus ratione media.conducit
& legere cum clamore,itémq; ſic ſcribere.Si verò phar-
macis opus fuerit, adſtringentibus & perfrigerantibus
ac meatus obſtruentibus vtemur.

De myopia, Cap. XLV.

MYopes dicuntur qui ex natiuitate parua quidem
propè vident,magna verò procul videre non poſ-
ſunt: & qui ſcripta admotis oculis legunt. & alii quidẽ
inæquales,alii æquales oculos habent. Incurabilis eſt au
tem talis affectio.

E De nyctalope, Cap. XLVI.

NYctalopas vocant qui die quidem vident,occidẽ-
te verò ſole,obſcurius: deinde noctu penitus nihil
cernunt. Hoc autem magis fieri videtur propter aliquã
capitis debilitatem, & maximè viſiui ſpiritus craſſitudi-
nem, itémque reliquorum oculi humorum ac tunica-
rum. Quibuſdam verò contingit, vt noctu quidem me-
lius videant,interdiu autem deterius: & ſi noctu luna ap
pareat,nihil cernunt. ſed hoc rarum eſt,illud autẽ prius
plurimis contingit. Curandi porrò ſunt qui in nocte nõ
F vident (ſi bono habitu præditi fuerint) venæ cubiti ſe-
ctione,itémque ab angulis oculorum: qui verò vitioſis
humoribus redundãt,cõuenienti pharmaco purgentur.
Poſtea poſt vniuerſalem euacuationem vtendum eſt iis
quæ pituitam per os ducũt, & quæ per nares purgant: &
ſternutationes ciendæ. Narifuſorium autem pharmacũ
ipſis cõmodum hoc fuerit:Piperis,ſtaphidis ſylueſtris,
ſing.ſcrup.II.ſinapis ſcr.I. tundito ac cribrato, & radicũ
betæ ſuccum adiicito, vt mellis liquidi compages fiat,
& contrita naribus infunde, ac attrahere iube. atq; hoc
G ad dies V.aut VII. facito. Vtere etiã aliis quæ in nares
mittuntur,in ſermone De narium affectionibus præſcri
ptis. Ante cibum verò bibant hyſſopum, origanum,ru-
tam. diæta autẽ attenuatoria ſit ex toto. Si verò per hæc
non ſucceſſerit,rurſus purgatorium dãdum eſt,quale eſt
hoc, Scammoniæ obolos tres,caſtorii obolos duos,ſalis
obolos tres. In debilioribus autem ſcammoniæ obolos
duos iniice.Talis enim purgatio ſæpe eueſtigio ab affe-
ctione liberauit, aut multo meliorẽ diſpoſitionẽ indu-
xit.Poſt paucos autẽ dies dandũ eſt purgatoriũ pituitã
H & bilẽ ducens,quale eſt hoc: Colocynthidis obolos II.
ſcãmoniæ obolos quatuor,ſalis obol.quatuor:excipe in
catapotia ſex, & mediis habitibus tria præbe: fortibus
autem,omnia. Oculi verò illinantur melle cocto,& ad
continendũ liquorem immiſſum claudãtur:aut oleo ve
tuſtiſſimo ſimiliter illinantur:aut aluminis ſciſſi in teſta

exuſti drachmas duas, ſalis ammoniaci aut Cappadocici drachmam vnam, terito & cum melle illinito, aut cum lacte muliebri:aut hyænæ fel cum melle. Vitandus tamē eſt frequentior acriorum pharmacorum vſus:aſſiduè verò vtendum oleo vetuſtiſſimo. Putatur ipſis prodeſſe hepar hirci aſſatum, cum ſale citra oleum calidiſſimũ compeſtum. Quidam etiam deſtillante ex hepate, dum aſſatur, ſanie ipſos illinunt:aliqui hepar coquunt, & oculos ſuper elatum vaporem detinentes, hoc fomento vtuntur. Auxiliatur etiam elaterium ex interuallis cum melle illitum. & perdicis fel aut capræ ſylueſtris, aut hirci. bugloſſi etiam piſcis fel illitum valde prodeſt. At verò diæta tota attenuatoria ſit:& ab initio etiã à vino abſtinēdũ eſt:& vitanda omnia craſſefacientia. Cæterùm in iis qui noctu melius vident, interdiu autem deterius, non cõiectamus ſpiritum multùm attenuari, aut tunicas rarefieri, atque ex hoc ſpiritũ diſſipari, ac viſum obſcurari:noctu verò craſſefieri colligique, ac ſenſum mouere. & oportet in iis robur oculis addere. Herophilus tamen vice verſa in libro De oculis dicit, Ad eos qui in die non vident, gummi, crocodili terreſtris ſtercus, miſy, hyænæ fel, trita cum melle illinito bis in die, & ieiunis hirci hepar edendum præbe. Ego verò coniecto hoc magis facere ad eos qui noctu nõ vident.

De hebetudine oculorum, Galeni, Cap. XLVII.

HEbetudo oculorum eſt obſcuritas videndi, ob plurimas cauſas contingēs:aut dũ viſiuus ſpiritus incraſſatur:aut dũ tunicæ denſantur ac craſſefiunt, aut dũ humores in oculo craſſi ac viſcoſi fiunt. Contingit etiam his hebetudo qui diuturno morbo detenti fuerunt, & triſtitia ingenti. At in ſenibus cum hoc quòd craſſi facti ſunt humores, & tunicæ ſpiritus viſiuus, etiam debilitas adeſt ſpiritus viſiui, & imminutio multa, ac collapſio, & velut corrugatio nerui viſiui ac tunicarum in oculo denſatarum ac craſſefactarum. Nam dum imminuuntur humores in oculo ſenibus ipſis, & minus de ſpiritu ex ſupernis ad pupillam defertur, vſqueadeo rugoſa fit ſæpe corniformis tunica, vt ſenes partim omnino non videant, partim malè & vix adhuc cernãt. Corrugationes enim mutuò inter ſe incidunt, & tunica velut conduplicatur, & aliam craſſitudinem aduētitiam aſſumit. Porrò auxilia in communi ad hebetudinem, ex eadem materia componuntur ex qua etiam in incipiētibus ſuffuſionibus, & partim in collyriorum formas effinguntur:partim liquida ſunt: (quæ etiam induratis inflammationibus tunicarum conueniunt) partim ſicca. Horum compoſitiones in fine huius Sermonis habentur.

De obfuſcatione oculorum, Demoſthenis & Galeni, Cap. XLVIII.

OBfuſcatio eſt perfectum vtplurimum videndi impedimentum, citra manifeſtam circa oculum affectionem, pura videlicet apparente pupilla. Et quibuſdam paulatim affectio conflatur:aliis confertim incidit, vt minimum aut ſemel in totum non videant. Et obfuſcationis quidem paulatim conflatæ plures cauſæ ſunt, de hebetudine iam relatæ. eius verò quæ confertim incidit, cauſa eſt obturatio nerui viſiui, craſſis ac viſcoſis humoribus confertim ipſi illapſis, aut eiuſdem nerui reſolutio. Præcedunt affectionem aſſiduæ cruditates, & meri potus, inſolatio, capitis inuſtio ac ardor, aut perfrigeratio: aut aſſidua lectio poſt cibum, aut balnea ſimiliter aſſidua poſt cibum, & vomitus intempeſtiui, coitus immodicus ac intēpeſtiuus, ſpiritus detentio violenta, quemadmodum in tubicinibus contingit. Hæc enim & his ſimilia, cum modicè fiunt, viſus hebetudinem efficiunt: dum verò immodicè, obfuſcationem. Fit etiam aliquando obfuſcatio ob fortes capitis plagas, aut caſus ex alto, reſoluto quandoque neruo viſiuo, aut rupto, aut (quod omnium mitiſſimum eſt) humorum copia per vehementem concuſſionem illata & viſiuum neruum obturãte. In reſolutionibus igitur nerui, tardè mouetur oculus, aut omnino non. Quum verò ex violenta plaga in caput facta, aut ex caſu, à cerebri connexu ruptus fuerit neruus, primùm quidē oculus prominentior fit:deinde cauatur & alimentum non ſentit. Quũ autē ob humorũ craſſorũ ac viſcoſorum copiã neruus cõfertim obſtructionem ſuſtinuerit abſque alia cauſa, neceſſe eſt capitis grauitatem conſequi, maximè in profundo iuxta radices oculorum. Eos igitur quibus oculi cõfertim obfuſcantur, curare oportet vena cubiti inciſa, ſi plenitudine grauatus fuerit æger. validiſſimum enim auxiliũ in ipſis eſt venæ ſectio. Deinde interpoſitis aliquot diebus, faſciam collo circumdabimus ac conſtringemus: & poſtquam frontis venæ eleuatæ fuerint, rurſus exoluemus, & hoc iterum atque iterum faciemus, quo per ſpiritus motum humores obturati violenter concutiantur. Poſtea eleuatas angulares venas, ab vtraque naſi parte ſiccare oportet, & fortem euacuationem facere. Ego enim ad tres heminas ex angularibus venis aliquando euacuaui. Poſt hæc confeſtim cucurbita occipitio affigenda eſt cum ſcarificatione. Contingit enim plerunque ſtatim incumbente adhuc cucurbita hominem reſpicere. ſed non oportet hoc auxilio cõtentum eſſe:verùm reparatis viribus poſt tertiam diem purgare, deinde ad diætam deducere. At verò in iis quibus paulatim per multum tempus oculi obfuſcantur, præmiſſa recta victus ratione, à venis angularibus euacuationem, velut dictum eſt, faciemus. & in iis qui non multo ſanguine abundant, ſtatim ab initio ab angulis auferatur:deinde cucurbita occipitio affigatur:& poſtea purgatio fiat. Per diætam verò, maximè aluum facilè ſolubilē facito per cibos, bonæ concoctionis, præ omnibus ratione habita. Per aliquot dies autē dãda eſt aloe deuoranda, terebinthina excepta in catapotia. facit & cnici ſuccus cum melle. Vtendum eſt & exercitiis infernarum partium, & deambulationibus pluribus in vmbroſis locis. Vitandus eſt vini potus, & aquæ potio viriliter toleranda. Vitandus eſt etiam omnis cibus craſſefaciens, & aſſiduus coitus, & capitis inſolatio. Neque verò balneum conuenit, neque ſomnus diurnus, neque vehementior à cibo motus, neque legere aut ſcribere. Vitãdæ ſunt iræ, indignationes, & curæ pertinaces, & vehemē tes perturbationes, ac timores, præſertim poſt cibum, & aſſidui vomitus. Quotidie autem proluenda eſt facies aqua frigida, præſertim pluuiali, & illinendum corpus per alios. Perſeuerante verò affectione, etiã per narifuſoria caput purgetur, ita vt narib⁹ infundamus quæ ad capitis dolorem dicta ſunt. Vtendum eſt & pituitam per os detrahentibus ibidem relatis. At verò illitio oculorum, diuturna iam exiſtente affectione, primùm per ſimplicia fiat veluti per mel non fumoſum, aut oleum vetus: poſtea etiam compoſitis vtendum eſt. Nos autem laudem aſſequuti ſumus in ipſis ex Diacēteti collyrii vſu, & liquida Aglaidæ compoſitione ad ſuffuſiones deſtinata. Commune verò ad omnē obfuſcationem ac hebetudinem hoc eſt: videtur autem & ad membranarum craſſitudines facere:Croci drachmam vnam, myrrhæ drachmam vnam, piperis grana XV. ſpicæ nardi obolos duos, ſucci fœniculi drach. XVI. ammoniaci thymiamatis drachmam vnã, mellis quincuncem. Ad omnia læuiſſimè trita fœniculi ſuccum affunde, deinde tere ac reſicca, & admixto melle ænea pyxide excipe, ac vtere. Ante illitionem verò fomētum per ſpongiam in aqua calida marina tinctam oculis adhibendum eſt: aliquando etiam tota facies in marinã tepidam immittenda eſt. atque hæc quidem communia in omni obfuſcatione. Cæterùm iis quibus ob coarctationem multorum aut craſſorum humorum ad neruum delatorum, viſus impeditur, poſt venæ ſectionem & cucurbitæ admotionem & purgationem caput ſinapiſmo integendum eſt:& poſtea etiam cauſtico pharmaco occiput exulcerandum:& capitis ex aqua calida perfuſione vtendum. præſtat autē ſalſuginoſam aut nitroſam eſſe aquam.

De reſolutione oculorum, Cap. XLIX.

NON ſolùm neruus viſiuus, velut prædictum eſt, ſed etiam totus oculus aliquando reſoluitur, aliquando cum reliqui corporis dextris aut ſiniſtris partibus reſolutis:aliquando verò priuatim circa ſolam palpebram fit reſolutio: aliquando verò etiam totus oculus reſoluitur. Et ſi quidem palpebra fuerit reſoluta, oculus ſemper concluſus eſt, & palpebra non ſentit: ſi verò totus oculus reſolutus fuerit, motus ad dextram ac ſiniſtram, ſurſum-

que ac deorſum perficere non poteſt:& ſiquis acrius pharmacum ſublinat,nō percipit morſum.Si igitur palpebræ ſolius fuerit reſolutio,præpurgato per aloedaria vniuerſo corpore,& poſt aquæ potus & frequentioris deambulationis ac multæ infernarum partium frictionis vſum,palpebra aſſiduè alumine ſciſſo cum acri aceto illinatur, & collyriis calidioribus, aut eo quod ex ſandyce cōſtat.quòd ſi hinc non reſtituatur, ſurſum ſuere ipſam oportet. Totius autem oculi reſolutiones ægrè curabiles ſunt, maximè in ætate prouectis . Si verò ex natiuitate cōtigerit reſolutio, impoſſibile eſt hìc corrigere.In quibus igitur ſalutis ſpes eſt,talis curatio facienda eſt præ omnibus:Si bono habitu prædit⁹ fuerit, vena cubiti ſecetur,deinde anus per clyſterem eluatur,poſtea purgatorio corpus euacuetur: deinde pituitam per os ducentibus vtendum : deinde per ea quæ naribus induntur purgandum. Poſtea cucurbita occipitio affigenda cum ſcarificatione.& hirudines temporibus admouendæ.Propinandum etiam caſtorium per ſe, & cum abſinthio.Dandum & pulegium, hyſſopum,ruta, cum aceto mulſo ac ſale:poſtea caput caſtorio illinatur,cū roſaceo & aceto.Et ex eodem vnguento,mollis lana imbuta,oculo clauſo imponatur,cauendo ne in oculum inſtillet:atque hæc curatio bis in die fiat.Palpebræ verò forinſecus & frons,caſtorio cum croco ex aceto illinantur. Mihi verò videntur liquidæ ex caſtorio ac melle ad affectionem commodæ,quæ compoſitiones & ſublinendæ & ſuperlinendæ ſunt.A vino verò,& carnoſo multúmque nutriente ac craſſi ſucci cibo omni abſtinendum eſt, & aſſumendi qui excretiones facilè ſolubiles faciunt,ac humores attenuant. In primis temporibus vitanda ſunt etiam balnea & vaporatoria & inſolationes. Vomitibus autem ex interuallis vtēdum ieiunis,à raphanis, deligato oculo, & citra multam lancinationem.

De glaucedine, Cap. L.

GLaucedo duobus modis dicitur.Glaucedo enim propriè mutatio eſt cryſtallini humoris ad glaucum humorem,ſiccitáſque ac concretio: altera autem glaucedinis ſpecies,ex prægreſſa ſuffuſione fit, humore iuxta pupillam vehementiſſimè congelato ac reſiccato.& hæc ſpecies incurabilis eſt.At propriè dictam glaucedinē incipiētem aliquando ſanare datur , ex deambulatione pro viribus,& totius corporis frictione,ac lauacris,maximè capitis. Æſtate verò etiam frigidæ lauacrum conuenit,& tonſura capitis ad cutem : oculi verò ſolo oleo antiquo ſublinantur.

De ſuffuſione, ex Demoſthene, Cap. LI.

SVffuſio eſt præterfuſio humorum circa pupillam congelatorum,vt,vbi perfecta fuerit,viſum impediat, Incipiente verò ſuffuſione,talia ægris accidūt:Velut culices parui caliginoſa quædam oculis ſæpe obuerſari videntur. & quidam ex ipſis piliformia vident, alii velut lanarum filamenta,aut araneorum texturas: quibuſdam circa lucernas circuli apparent. Hæc autem vbi apparuerint,aliquando pura pupilla apparet iis qui negligentius conſiderant:aliquando verò colorem maris refert. Augeſcente deinde affectione, augeſcunt etiam accidentia : perfecta verò eadem,homo non videbit,pupilláque colorem ad albedinem mutat,& omnino non tranſlucet. Plures autem ſunt coloris ſpecies:quædam enim ſuffuſiones aerem aſſimilant, aliquæ vitrum referunt,aliæ albicantes ſunt,aliæ ad cæruleum colorem magis mutātur, aliæ glauceſcunt: quæ etiam incurabiles ſunt.Curandi autem ſunt qui ſuffuſione tentantur,in principio ſanguinis de cubito detractione:& ſi nihil impedit, etiam clyſteribus acrioribus,& purgationib⁹:deinde quoq; cucurbita occipitio affigenda eſt cum ſcarificatione:& pituitam per os detrahentib⁹ ac narifuſoriis,ex interuallis vtendum.A vino verò abſtinendum eſt per totam curationem,& ab omnibus replētibus caput:itémque à balneo,niſi quis laſſitudinis ac tardæ concoctionis gratia ad ſe lauandum cogatur . Et tunc omnino non in aere balnei moretur, neque in ſolio moram trahat:ſed paululum inſcendat , & citò exeat . Diæta verò omnis ſit attenuatoria. Medicamentis autem vtendum eſt,primùm ſimplicibus,velut melle,& oleo veteri, ac fœniculi ſucco: deinde etiam compoſitis liquidis ac ſiccis collyriis,quæ paulo pòſt deſcribētur inter communia auxilia.

De midryaſi,*id eſt pupillæ dilatatione*, Cap. LII.

PVpillæ dilatatio appellatur,quum pupilla colore quidem nihil abalienatur , multo verò latior quàm pro naturali modo euadit,vt aliquando ad iridis circulum accedat,& quandoque in totum viſum impediat : aliquando tamen vident,verùm obſcurè,& quæ videntur ab ipſis omnia minora putantur , diffuſo videlicet ſpiritu viſiuo. Fit hæc affectio propter humorum allapſum,qui aut aceruatim aut paulatim ferūtur, à quibus citra ſenſum vuiformis tunica diſtenditur,& pupilla amplius dilatatur. Eſt autem affectio valde ægrè curabilis. quum enim membranoſa ſit tunica vuiformis,vbi ſemel diſtenta fuerit,induratur,neque facilè amplius contrahi poteſt . Accidit autē affectio hæc magis pueris,propter tunicarū debilitatem. Sed & qui ex natura nigros oculos habēt,magnas etiā pupillas habēt: quapropter facilè in hanc affectionē delabūtur.Curanda eſt autem affectio,ſi nihil impedierit, venæ ſectione in cubito,aut purgatione:ſi verò hoc fieri nō poterit,angulares venæ ſoluantur:deinde cucurbita occipitio affigatur. Vtendum eſt & deambulationibus lentis ac pluribus,in locis vmbroſis:& omni modo conandum vt materia ad infernas partes detrahatur.Quapropter in principio etiam clyſteri vtendum eſt, & infernarum partium frictione per alios. Poſt deambulationem & inunctionē facies aqua marina proluatur,hyeme tepida, æſtate frigida.Tota etiam facies in aquam mittatur oculis per tempus quoddam apertis.quòd ſi marina non adſit, parum ſalis aquæ miſceatur, aut poſca aquoſa aſſumatur . A vino abſtinendum eſt donec affectio fuerit ſoluta.& tota diæta tenuior ſit & ventri commoda.Balnei vſus rarior ſit, & tunc caput non valde perfundatur . Pharmacis vtendum eſt ſubadſtringentibus,velut roſa,croco,nardo,thuris cortice,pompholyge,ſpodio,& acacia.nam valde acres pharmacorū facultates humorū copiā attrahentes,diſtendunt membranas,& latiorem pupillā efficiunt . Quapropter & quæ vehementer adſtringunt,velut eſt chalcitis, miſy , & quæ amplius frigefaciunt,velut cicuta,membranas indurant.Sed & amplius contrahere ac coarctare pupillam incommodum eſt.nam hæc res pupillam ad tabem perducit.

De tabe pupillæ, Cap. LIII.

TAbes pupillæ dicitur quum anguſtior & hebetior facta fuerit.Hoc autem pleriſque contingit ex periculoſis debilitatibus,aut ingenti capitis dolore . His autē maiora apparent quàm pro naturali modo , quæ ab ipſis videntur,propter pupillæ anguſtiā. Curationem porrò in his contrariam midryaſi facere oportet,ita vt exerceamus ſupernas partes,humeros ac manus cum ſpiritus detentione.& caput ac faciem diligenter confricemus : deinde oculos ſummis digitis.facies etiam aqua calida proluatur:& caput vnguento quodam moderatè calefacere potente illinatur,quale eſt irinum.Et modico facto interſtitio,oculi rarefaciēte,& acriore,ac humiditatem attrahente pharmaco ſublinātur,quale eſt hoc collyrium:Ammoniaci thymiamatis drachmam vnam,crocomagmatis drachmas quatuor,croci drachmas duas,æruginis drachmas quatuor:trita cum aqua efforma,& vtere . facit & Eraſiſtrati liquida compoſitio . Victus ſit optimi ſucci & ſorbilis,vinum fuluum & odorum.ſomnus excipiat cibū. Sed & balnea cōueniūt,& capitis ex aqua calida perfuſio.

De macie oculi, Cap. LIIII.

OCulus macer eſſe & alimentum non ſentire dicitur, quum ex vehementi capitis dolore, aut in febribus acutis,paulatim humiliatur & cauatur , & in totū minor fit,& aliquanto obſcurior, & viſum impedit. Contingit autem hoc ſæpe ex caluæ inciſione & perforatione:quando ſanè etiam ægrè curatur.Differt autē macies à tabe , quòd tabes pupillam ſolam minorem facit:macies autem totū oculum minorem & humiliorem efficit. Curandi porrò ſunt ſic affecti , ſpongiarum ex calida aqua expreſſarum circa oculos fomento.Lac quoque tepidum ipſis infundendum,& ab omni collyrii adhibitione abſtinendum.

Cibi dentur ipſis multùm nutrientes & optimi ſucci. vinum ſit fuluum & tenue. Vtendum eſt balneis,& capitis ex calida aqua perfuſione. exercitiis item partium ſupernarum,& ſpiritus detentione.

De expreſſione oculorum, Cap. LV.

EXprimuntur oculi aliquando vt prominẽtes permaneant.& hoc contingit iis qui ſtrangulantur,& in athleticis certaminibus, & fœminis quæ in partus doloribus amplius diſtendũtur: aut ex fluxionibus plurimis quæ aceruatim à capite defluxerunt. Qui igitur ex ſtrangulatione in hoc inciderunt,iis vena cubiti ſecetur: ſi verò aliàs craſſi humores influentes oculos impetiuerũt, purgentur veratro nigro aut ſcammonia. At expreſſiones oculorũ, in fœminis ex partus doloribus ſæpe contingentes,purgationes per locos muliebres ſoluũt: quare has procurare oportet. In viris autem poſt venæ ſectionem,aut purgationem,ſi permanſerit affectio,cucurbita occipitio affigatur,& aquæ potus exhibeatur,& cibi cõtrahantur. Oculo verò imponatur lana melle imbuta cũ modico croco,& hapſus lanæ ſuperimponatur,& placida cõpreſſione deligetur. Cõducit his etiam poſt principium,aqua marina frigida faciei affuſa, & intubi ſuccus ac polygoni,& pſyllii cum opio illitus: & quæcunque alia comprimere ac contrahere poſſunt.

De confuſione, Cap. LVI.

COnfuſio oculi plerunque ad vehementes plagas cõſequitur. ſed & ex vuiformis tunicæ inflammatione cõtingit,ruptis in ipſa vaſis. Pupilla verò colore turbida fit,& aut maior aut minor ſeipſa euadit. curãdæ igitur ſũt cõfuſiones ex plaga per venæ in cubito ſectionẽ.& totus oculus ſãguine recens mactati turturis, aut in illius penuria,colũbæ expleatur,& mollis lana in ouo cũ vino & roſaceo cõquaſſato madefacta imponatur ac deligetur: & poſtera die idẽ fiat. Tertia verò fomẽtũ adhibeatur,& lac inſtilletur: poſtea ouorũ aſſatorũ vitelli imponantur, cũ melle & croco trito, linteolo illiti. Quum autem pupilla iã purgata fuerit, collyria ad antiquas affectiones deſtinata ſublinantur, quale eſt aromaticum & chiacum Apollonii,& ſimilia. Facilior autem curatu eſt confuſio in iis quibus pupilla ſola ampliatur: colore verò & figura ſimili permanet. difficulter autem curatur in iis quibus pupilla diuulſa eſt.

De iis quæ in albo oculi naſcũtur, Cap. LVII.

OMnia quæ præter naturam in albo oculi naſcuntur, quæ quidem doloris exortia ſunt,in quibus pili ſæpe exoriuntur, & quæ non valde à naturali colore euariant, curabis hamo apprehendens ac extendens, & poſtea ſcalpro pterygiis deſtinato reſecans: deinde ſalem tenuem inſpergens, & lanæ hapſum imponens ac deligans,& reliquam curam adhibens velut in pterygiorum reſectione. Quæ verò ſubrubra & tumida ac varicoſa ſũt, dolorificáque & aſpera, & tempora per conſenſum afficiunt,ea omnia fugere oportet velut maligna,& pericula ac oculorum prolapſus inducentia in chirurgia.

De pterygiis, Cap. LVIII.

PTerygium, *unguis Latinis quibuſdam vocatus*, dicitur quum album in oculo amplius augeſcit,aut caro ſuperexcreſcit,ex ſcabra quadam lippitudine, aut aſſiduis fluxionibus. Incipit autem huius augmentum,ſæpe quidem ab angulo magno appellato iuxta naſum,rarius autem à paruo: & adhuc rarius generatur à ſuperna aut inferna palpebra,extenditúrque vſque ad nigrum. Quum verò maius factum fuerit,etiam pupillam contingit, & viſum impedit. Facilia verò curatu ſunt pterygia albicãtia,& anguſtum fundum habentia: his verò contraria ægrè curantur. nam ſubrubra poſt curationem chirurgicam,cariem ac dolores dimidiæ capitis partis inducũt. attamen poſt ſymptomatum ſublationem oculus,liberatur. At pterygia in quibus etiam principia ſunt ſuffuſionis,curare non oportet. his enim ſublatis,citiùs ſuffuſio conflatur. Sed neque craſſa pterygia curãda ſunt,& euerſa,& eminentia ac indurata, & quæ tempora per conſenſum afficiunt. ſunt enim maligna & cancerata. Quæ verò vſque ad pupillam pertingunt, & propterea viſum impediunt,ſi tollantur, liberant quidem oculum à fluxionibus, cicatrix autem quæ ex chirurgia iuxta pupillam ſuccedit, nihilominus viſum impedit. Cæterùm ex pterygiis ea manu curare oportet, quæ aucta ad nigrum ſe extendunt: quæ verò parua & in albo ſunt,ea conandum eſt vt pharmacis comprimamus.

Pharmaca ad pterygia, Cap. LIX.

PTerygia probè deprimit ſiccum ad ſcabiem deſtinatum,ex chalcitide & cadmia compoſitum, quod ad ſcabros angulos deſcriptum eſt: & Theodotium collyrium Seueri tritum ac ſiccum adhibitum,& omnia exterſoria collyria,ad aſpritudines & ſycoſes deſcripta,& quæ ad myocephala & ſtaphylomata cõueniunt, maximè ex vino parata. Archigenes autẽ, Ad pterygia, inquit, atramẽti ſutorii drach. II. ſalis ammoniaci drach. II. gummi drach. I. terito ex aceto,& collyria formato ac vtitor. Aliud celebre,quod celerrimè ipſa conſumit. Chalcitidis vſtæ,vt fulua euadat,drach. IIII. croci drach. I. tritis vtere ſiccis. Aliud experientia cognitum. Chalcitidis vſtæ drach. XX. cadmiæ drach. X. ſquamæ æris rubri dr. I. piperis drach. I. vtere. Aliud,ex fundo tollens pterygia. Atramenti ſutorii torrefacti drach. II. æris vſti dr. I. ſiccum adhibe: & poſt detractionem, collyrio ex roſis cura,aut ex croco collyrio. Aliud. Magnetem lapidẽ viuum diligenter terito,& ſemel in die vtitor. Aliud. Populi nigræ ſuccum cũ duplici melle illine. Aliud. Atramentum ſutorium cum felle ſuillo, æquali pondere trita illine. Aliud. Sepiæ teſtas cum ſale ammoniaco,æquis portionibus tere ac vtere. Aliud. facit & ad ſugillationes & hebetudines: Lapidis magnetis viui drach. quatuor, æruginis drach. vnam, minii ſinopici drach. quatuor, ammoniaci thymiamatis drachmas quatuor, croci drachmas duas, mellis quincuncem. hoc etiam ad albugines facit. Aliud. Glaucium tundito, cribrato,& modica aqua terito, & ſufficiente pompholygis cinere addito, collyria formato: & vtere cum aqua bis per diem. Aliud. Æs vſtum cum pueri incorrupti vrina terito,ac vtitor. Aliud. Squamæ æris rubri,nitri rubri,pumicis,cimoliæ, ſing. drach. IIII. terito ex aceto donec ſiccentur,& vtere. reponito autem in teſtaceo vaſe puro.

Chirurgia pterygiorum, Cap. LX.

AD pterygii verò ſublationem ita chirurgiam aggredimur. Palpebras inter ſe diſparamus,& hamulo circa medium pterygii tranſfixo,leuiter diſtendimus vt ne cuticula corniformis tunicæ eleuetur. ſimul enim ſublata,maximas inflãmationes inducit. deinde acum accipimus, quæ filum & pilum equinum tranſmiſſum habet,& hanc diſtẽto per hamulum pterygio ſubiicimus. deinde deligatum per ſubiectum filum pterygium diſtẽdimus, filum leuiter ſurſum trahentes, & fili principiũ miniſtro induſtriè tenendum præbentes. Nos autem vtraque manu pilum tenentes, ſurſum ac deorſum ipſum commouemus,& pterygium ſubexcoriamus,initio à nigro facto vſque ad angulum: deinde continuitate ipſius ad nigrum exoluta per pilum,& diſtenta per filum,ſcalpro ad pterygia deſtinato funditus auferimus pterygii partem iuxta angulum,palpebras & angulum cauentes. quibus enim palpebræ ſimul inciduntur, iis concretiones fiunt: quibus autem funditus angulus reſecatur, iis naturalis eius loci carnis decrementum ſuccedit. Si verò fundum pterygii fuerit relictum, regeneratur, ſi non pharmaco aliquo ex prædictis fuerit conſumptum. Congruentis igitur modi coniecturam facere oportet. Quòd ſi ægri formidoloſi oculos aperire non fuerint auſi, hamulo ſupernæ palpebræ ſubmiſſo, leniter ipſam extrà diſtendimus,atque ſic (velut dictũ eſt) operamur. Poſt detractionẽ verò,muriã acriorẽ oculo infũdimus: deinde lanam ouo imbutam imponimus,& oculũ deligamus: ſequenti deinde die ſoluimus, & moderato fomento adhibito, album ac tenerum Seueri collyrium infundimus: quarta verò,collyriis ad affectiones commodis vtimur,de cætero vitantes tenera & incarnantia collyria. Sunt autem ad affectiones commoda, nardina & Theodotia,& omnia ex vino ſi entia collyria.

De carnis in angulo magno incremẽto, Cap. LXI.

ENcanthidem vocant, quum magnus oculi angulus ad naſum, auctus carne ſuperexcreuit, id quod

maximè in canibus contingit: verùm in hominibus redundat qui in mari verſantur. Proinde ſi benignum fuerit hoc carnis incrementum, dolore vacat, & tenerũ eſt ac laxum: ſi verò malignum, durum erit & inæquale, & dolores punctorios inducet. Oportet autem benignum curare ac paruum pharmacis ſiccis, tum eo quod ex cadmia & chalcitide ad ſcabros angulos paratur, tum hoc ipſo quod optimum eſt: Aluminis ſciſſi, miſyos torrefacti, atramenti ſutorii, partes æquales. hoc egregiè cõſumit omne carnis angulorum incrementum. Vtere etiã Theodotio Seueri collyrio ſicco trito adhibito: & eo quod ad myocephala ex vino paratur.

Chirurgia incremẽti carnis in angulo, Cap. LXII.

AT verò maius & malignum carnis in angulo incrementum, volſella apprehenſum reſecare oportet: ſi verò maior fuerit eminentia, acum duplex filum habentem tranſmittere ad fundum oportet, deinde filum conſtringere, & paruo interſtitio facto donec caro liueſcat, ſcalpro auferre, & ſiccum ſcabiei deſtinatum adhibere: & hapſum lanæ aut conduplicatum linteum ſuperimponere: poſtera verò die fomentum adhibere: & poſt tertiã mellis vſu curam abſoluere. Cauendum eſt autem ne vnà cum carne præter naturam aucta, etiam ipſum angulum funditus tollamus, alioqui rhœas, *hoc eſt naturalis carnis in angulo decrementum* ſuccedet.

De ſanguinis ex angulis eruptione, Cap. LXIII.

FIT & ſanguinis ab angulis eruptio, maximè pueris, ob aſſiduos eiulatus ac diſtentiones, apertis circa palpebras vaſis. Curãdi autem ſunt poſcæ frigidæ aut aquæ frigidæ perfuſione tum ſuper angulos, tum ſuper caput facta. Infundendum etiam oui candidum per ſe, & cum aliquo collyrio ad tennes fluxiones conueniente. Vtendum & infernarum partium deligatura & cibo craſſefaciente. in perfectis autẽ ætatibus cucurbita occipiti affigenda eſt cum ſcarificatione.

De concretione palpebrarum ac contractione, Cap. LXIIII.

COncreſcunt & agglutinãtur palpebræ ad albũ aut nigrũ in oculo, aut iter ſe, vlceratione prægreſſa. Quũ igitur ad albũ cõcretio palpebrarũ facta fuerit, & oculi motus impeditur, affectionẽ hãc ancyloſin vocant, *hoc eſt contractionem*. Quæcũque igitur cõcretiones iuxta angulum factæ ſunt vtriuſque palpebræ, eas hamulis diſtentas diſſecare oportet, & linamẽto indito diſparare, & poſtea velut cõmunia vlcera curare. Quæcũque verò concretiones factæ fuerint extremitatis palpebrarũ ad oculi tunicas, eas cæco hamulo diſtendere oportet, & ſcalpro pterygiis deſtinato concretionem exoluere, deinde carnis incrementum ſicco aliquo deprimere, & ære læuiſſimè trito palpebras ſublinire, & oculum vſque ad perfectam curationem indeligatum ſinere.

De pediculis palpebrarum, Cap. LXV.

PEdiculi generantur in palpebris lati, parui, multi, ex ĩgluuie & illuuie ac mala diæta ortũ habẽtes. Curatio igitur adhibẽda eſt primùm, vt pediculi diligẽter expurgẽtur: deinde aqua marina tepida affũdatur: & poſtea ſubſcriptũ pharmacũ loco adhibeatur: Aluminis ſciſſi dr. II. ſtaphidis ſylueſtris obol. I. piperis obol. II. æris vſti dr. I. myrrhæ obol. II. lapidis ſciſſi obol. III. miſyos torrefacti drach. I. terito, ac vtere ſicco. Adhibẽda præterea ſunt balnea, & caput diſcutientibus ac corroborantibus cõfricandum: & exercendæ infernæ partes, & victu boni ſucci vtendum. Similis autem curatio lendibus quoque palpebrarum adhibeatur.

De pilis pungẽtibus palpebrarũ, & de duplici pilorũ ordine, itémque multiplici, quã phalangoſin dicunt, Cap. LXVI.

PIlorum pungentium in palpebris exortum, trichiaſin *Græci* vocant, quum ſanè ſub pilis naturalibus in palpebris alii exorti & intrò nutãtes, tunicas pungunt, & oculorum fluxiones concitant. Dicitur etiam trichiaſis, quum ipſæ palpebræ laxatæ ſunt: aut ipſarum extremitas intrò nutat, vt pili non facilè appareant niſi quis diſtendat ac diſparet palpebras. Vocant autẽ medici A palpebræ laxationem, phalangoſin aut caſum: pilorum verò ſubcretionẽ, diſtichiaſin, *id eſt duplicem pilorum ordinem*. fiunt autem hæ affectiones, & præſertim duplex ordo, ex multa humiditate. Quemadmodũ enim in terra largitas aquarum plurimas herbas profert, ſic etiam in palpebris: maximè vbi influentes humores minimè mordaces fuerint. Si enim id quod influit ſalſum fuerit, etiam naturales pilos reiiciet. Perfecta igitur pilorum pungẽtium curatio, eſt conſutio palpebrarum ſurſum verſus. quandoquidem verò aliqui ob mollitiem non audent B ſeipſos chirurgiæ ſubmittere, auxilium ferendum eſt ipſis quantum eius fieri poteſt. veteres itaque huiuſmodi auxilia ad ipſos conſcripſerunt.

Pharmaca vt euulſi pili non renaſcantur, Cap. LXVII.

PVngentes pilos euellito, & euerſa palpebra, ſanguinẽ ranarum recentem illinito, & frigeſieri ſinito: aut cimicum ſanguine ſimiliter vtitor: aut chamæleontem album vrito, & cinerem ſanguine ranarum excipito: & vſus tempore ſaliua diluito, & præeuulſis pilis loco C illinito. Aliud. Succum Chelidonii herbæ quæ etiam capniũ dicitur, ſufficiente gummi excipito, ſiccato, ac parua collyria formato: & vtitor, velut prædictum eſt. Aliud. Cochlearum carnes cum viridium ranarum in harundinibus degentium ſanguine, aut herinacei terreſtris cruore terito, & atramento ſcriptorio moderato adiecto ſiccari ſinito: & vtere (velut dictum eſt) vitata pupilla. Aliud. Hirudines vrito, ac terito, & vtitor aſſiduè pilis præeuulſis. Aliud. Inteſtina terræ in teſta ad cinerem exuſta, ac læuiſſimè trita, præeuulſis pilis inſpergito. D Aliud. Lacertam in olla exurito, & ad cinerem tritum par pondus ſandarachæ adiicito, ac vtitor. Aliud bonũ minimè moleſtũ. Siliquas ſiccas non antiquas diffringito, & humorẽ qui in ipſarũ cauitatibus viſcoſior modicus ac melleus reperitur, ſpecilli nucleo exceptũ, præeuulſis pilis loco illinito: atque hoc aſſiduè facito. Summè autem facit (inquit Archigenes) herinacei terreſtris fel, & ſanguis pari menſura, cum modico caſtorio. Caſtorium itaque læuiſſimè tritum ſanguine ac felle E excipito, & velut piſcium ſquamas formato. Vtere autem ita vt pilos radicitus euellas, deinde ſquamam vnam ſaliua ex ore ieiuni dilutam euerſæ palpebræ illinas, & ad dimidium horæ in loco detineas donec ſiccetur. dolore quidem afficiuntur ægri, ſed pili non amplius enaſcuntur. Aliud. Pſyllium & cicutæ ſemen, ac cedriam, pari portione veſpertilionis ſanguine excipe, ac vtere (velut dictum eſt) ne oculum contingas. Aliud. Linteum ex naui vetus accipe, & in lucernam pro funiculo lucernario inde, & lucerna ex oleo Cyprino impleta, fuliginẽ F in æreo vaſe collige, ac vtere, pilos euellens & locum aſſiduè illinens: & ſi renati fuerint, idẽ repetito. Aliud. Potamogitonis ſuccum & artemiſiæ ſuccum, æquis partibus adhibeto. Aliud. Fel vituli, & caſtorium & gũmi, æquis portionibus citra aquam conterito, efformato ac vtitor, præeuulſis pilis illinens ter in die. & comperies ſucceſſum. Aliud. Porci maſculi fel & adipem eiuſdem, in fictile vas nouum denſiſſimum ac læuiſſimũ mittito, & aceti acerrimi heminæ quartam partem, & olei aleni tantundem affundito, & denſo linteo obligatũ G ad dies ſeptem ſinito, & poſtea diffuſa in mortarium terito, & velut vnguentum excipito. Idem etiam in toto corpore probè facit. at verò alenum oleum, amygdalinũ oleum eſſe dicitur.

Agglutinatoria pilorum, Cap. LXVIII.

PIlos in palpebris præter naturã introrſum refractos, glutinat maſtiche per ſpecillum calidum admota, & ſic pilis ad proprium ordinem refractis. Bitumen eodẽ modo, glutinũ ſimiliter. Cochleæ glutinoſitas acu excepta. Hierachii ſuccus. Medicamentorum agglutinatoH riorum appellatorum liquor. Ammoniacum thymiama. Compoſitum autem hoc, Reſinæ ſiccæ, picis ſiccæ, ſulphuris viui, bituminis: ſingulorum drachmam vnã, ceræ drachmæ dimidium. Liquata reponito: & vſus tempore ſpecillum igne ferueſacito, & pharmacum contingito, ac eo pilos reglutinato.

ſpecillum igne ferueſacito,& pharmacum contingito,ac eo pilos reglutinato.

De ſutura palpebrarum ſurſum verſus,
Cap. LXIX.

AD ſuturam palpebrarum ſurſum verſus faciendam, æger deſideat ad ſiniſtram chirurgi partem, humilior ipſo, ad ſplendidam lucem. Sint autem miniſtri duo probè periti adſtantes; alter retrorſum, alter à latere. Et chirurgus primùm per collyrium aut ſuperficiarias ſcarificationes notet ſufficienter quantum in palpebra redũdat,& corrugatæ cutis reſectionem, vt neque plus neque minus quàm oportet reſcindatur. Si enim latius reſecta fuerit, æger lagophthalmus euadit: ſi verò anguſtius, rurſus palpebra laxatur,& pili ſimiliter pungunt. Notetur etiam circa medium palpebræ iuxta extremitatem locus ſuperficiaria cæſura. Poſt factam verò notationem, euerſa palpebra, ſubſectionem intrinſecus faciamus, vltra pilos præter naturam exortos, quò ipſi adnaturales foras tendant. Aliquando verò in ipſos pilos præternaturales, ſi penitus inſiti fuerint, ſubſectionem facimus, vt ſuccedens cicatrix ipſos rurſus enaſci prohibeat. Nihil autem vetat etiam duas ſubſectiones facere, vnam vltra pilos præter naturam exortos, quo extremitatis palpebræ fiat reſiccatio: alteram ſuper ipſos præternaturales pilos. Sit autem profundior ſubſectio. adiuuat enim refractionem & palpebræ læuiutatem: & ab alterò extremitatis ſiue marginis palpebræ termino vſque ad alterum procedat. Deinde linteola parua duplicata, figura triangulari imponantur, vnum iuxta magnum angulũ, alterum prope paruum. Super hæc autem lintea miniſter qui retrò adſtat, apices magnorum digitorum firmet, & vno impetu palpebram diſtendat, imprimens digitum ſub ſupercilio, quò æqualis palpebræ tenſio fiat. Signum autẽ ſit tibi optimæ tenſionis palpebræ, quum media nota proprium ſeruarit locum, hoc eſt circa medium fuerit reperta. Poſt diſtentionem verò primùm facienda eſt obliqua,& ad veru ſimilitudinem ſectio ſuperficiaria infernè, vt ne ex ſuperna influens ſanguis chirurgiam impediat. ſitque hæc ſectio propinqua palpebræ extremitati: deinde ſupernè luniformis ſectio fiat. Initium autem & ipſa ſumat ex infernis à magni anguli loco, & delata ad notam, rurſus deorſum vergat ad paruum angulum. ſitque etiam ipſa ſuperficialior, vt ne muſculi ſauciẽtur. Deinde miniſter qui à latere ſtat, palpebram diſtẽdat. Poſtea hamulus in circumſcriptæ faſciolæ principium tranſfigatur; in ſiniſtro oculo ad paruum angulum: in dextro, ad magnum. Diſtento autem hamulo per ſiniſtram manum, faſciola ſcalpro ad hanc rem deſtinato ſubexcorietur, animaduerſione habita ne, ſi profundior excoriatio fiat, muſculi vulnerentur, & incurabilem habeant palpebræ laxitatem. Poſt cutis autem exciſionem, ad ſuturam ſurſum verſus veniendum eſt. & prima ſutura media fiat: deinde vtrinque aliæ duæ, vt in totum quinque fiãt ſuturæ. Poſt ſuturam, diſtenta palpebra propter vulnera, moderatum ſplenium glutinoſum ſuturis ſub ſupercilio impone: ſuper ipſas verò ſectiones ſpleniola parua glutinatoriam & inflãmmationem arcentem vim habentia imponantur. Poſtea lana ouo imbuta toti oculo imponatur, ac deligetur. Quandoquidem verò augeſcens & acris ac ſalſa fluxio illata, pilos naturales reiicit,& palpebræ marginem duram efficit: pilis autem præter naturam ſubenatis etiam augmentum præbet, diſficiliſque fit in his palpebræ euerſio, conuenit acum robuſtum filum habentem, per mediam marginem palpebræ tranſmittere, & filum ſurſum trahere, atque ſic per ſpecillum palpebram, prout moris, euertere,& ſectionem, velut dictum eſt, facere.

De ſutura palpebrarum deorſum verſus,
Cap. LXX.

QVòd ſi inferna palpebra pilos pungentes produxerit, ſutura deorſum verſus probatur. Et prius quoque in iis ſufficiens laxatæ ſuperfluæ cutis reſectio notetur. nam & hîc latiore faſciola exciſa, euerſio contingit: anguſtiore verò, inutilis eſt chirurgia. Poſt factam notationem, lintea complicata, velut dictum eſt, angulis A imponantur, & palpebra diſtendatur. Poſtea miniſter digito malæ impreſſo, ipſam detrahat. Fiat autem prima ſectio luniformis inferior: deinde ad veru ſimilitudinem & obliqua appellata circa palpebræ marginem. Facienda eſt autem excoriatio & ſutura, velut antea dictũ, & reliqua eodem modo. Cæterùm ſola deorſum verſus ſutura contenti ſumus in inferna palpebra, vitata ſubiectione, vt ne palpebræ euerſio contingat.

De euerſione palpebræ, Demoſthenis,
Cap. LXXI.

PAlpebræ amplius euerti ſolẽt, vlceratione prægreſſa, B & carni ipſarum ſuperaucta. Aliquando etiam à duriore cicatrice palpebra contrahitur ac euertitur. contingit autem hoc magis circa infernas palpebras. Curanda verò ſunt moderata carnis incrementa, arido ſubiecto. Æris vſti, drachmam vnam, atramenti ſutorii, miſyos toſti, chalcitidis toſtæ, ſingulorum, drachmã vnam. Aliud.

Æris vſti drachmas viii. miſyos torrefacti drachmas ii. chalcitidis toſtæ drach. i. atramenti ſutorii drach. i. Aliud, ad inueteratas iam euerſiones: Æruginem in teſta torrefactam terito,& per ſe adhibeto. aut plumbi vſti C parem portionem admiſceto.

Chirurgia euerſionis palpebrarum, Antylli,
Cap. LXXII.

MAiora verò carnis incrementa ſcalpro auferre oportet: deinde ære vſto trito contingere, aut aloe cum manna thuris: & ſequenti die fomento adhibito ſimiliter curare. tertia verò die poſt fomentũ, melle vtendũ eſt vſq; ad perfectam curationem. Si verò maior fuerit euerſio, ſic chirurgia facienda eſt: Ex interna palpebræ parte D duæ ſectiones fiant, literæ *Græcæ* Λ figuram habentes, ita vt anguſta literæ Λ pars infernè ſit ad malam: lata verò ad palpebræ marginem. deinde faſciola illa literæ Λ figuram referens excindatur, reſecta ſimul etiam ſubiecta carne. non eſt enim cartilaginoſa inferna palpebra (cutis tamen indiuiſa ſeruanda eſt) deinde labia exciſionis ſutura contrahenda. ſufficiet enim vna ſutura iuxta partes marginis palpebrarum facta. Sic enim incuruata & eleuata palpebra, ad internas partes reuertetur. Si verò cicatrix ex aliqua cauſa extra palpebram E facta, palpebram euerterit, tollenda quidem eſt, velut dictum eſt, ex internis partibus palpebræ faſciola illa literæ Λ figuram referens, non profunda ſectione facta, & labia ſectionis, velut dictum eſt, per ſuturam contrahenda. Poſtea cicatrice forinſecus per hamum diſtenta, acum duplex filum habentem, ſub totius cicatricis carnoſam molem trãſmittimus, à paruo angulo initium facientes, & ad magnum ipſam acum ducentes: deinde acu ſic poſita, filum vtriuſque ipſius partibus ſubiicimus, & per ipſum totã carnoſam cicatricis molem diſtẽdimus. & ſic F ipſius exſectionem facimus, tollentes ſimul cum carnoſa mole, etiam infixam acum. Poſt chirurgiam autem, externam ſectionem linamentis diſparamus,& conduplicato linteo ex frigida aqua impoſito, deligatione vtimur vſque ad tertiam, frigidam irrorantes, & linteum complicatum incumbere ſinentes. Tertia verò die ſoluimus, & ſpongias ex aqua tepida adhibemus. fomentum enim in his non cõducit. Cauere enim oportet ne fortè glutinatio intrinſecus non ſuccedat. Poſtquam verò exciderint ſuturæ corporibus glutinatis, de cætero impauidè fomen- G tum adhibeatur, ad hoc vt etiam cicatrix tenuior fiat, & oculus mitigetur: deinde repreſſiua collyria palpebræ intrinſecus ſublinantur. Externa verò ſectio diſparata ſeruetur, per omnem curationem mollioribus pharmacis adhibitis. Cõtinget enim ex intrinſeco cutis incremẽto auxilium quoddam vt palpebra intrò vertatur. Si verò propter carnis in angulo magno incrementum facta fuerit palpebræ euerſio, exciſo eo incremento, palpebra ad naturalẽ habitũ reuertetur. Cæterùm illud noſſe cõuenit, quòd ſupernæ palpebræ euerſio incurabilis eſt. Sed & illa quæ ob infernæ palpebræ reſolutionem contingit, ſanari H non poteſt: ſimiliter & ea quæ propter reſectionem latioris faſciolæ in ſuturis deorſum verſus contingit: & quæ ob latam cicatricem fit, vlceratione videlicet prægreſſa, quẽadmodum in carbunculis contingit.

De lagophthalmis, Demoſthenis,
Cap. LXXIII.

LAgophthalmi appellantur, in quibus ſuperna palpe-
bra reuulſa eſt, & apertus eſt oculus inter dormien-
dum, velut in leporibus fieri ſolet. Contingit autem affe-
ctio aliquando ex ſutura ſurſum verſus, palpebra plus iu-
ſto reuulſa, vt oculum contegere non poſſit. aliquando
vlceratione ſpontanea prægreſſa, velut in carbunculis.
Curandi verò ſunt hi luniformi ſectione in totam cicatri
cem facta, vt ſuperior ſectionis circumferentia ſurſum
tendat: apices autem deorſum ad margines palpebrarum
ſpectent. Poſtea ramentis linteolorū ſectio diſparetur, &
palpebra deorſum detrahatur, & æqualis naturali figuræ
fiat. At verò in cōuulſis palpebris qua parte cōtrahūtur,
iſtic ſectio fiat, & palpebra ſimiliter laxetur. Verùm in cu
ratione fugere oportet reſiccātia medicamēta, & aquam
mulſam. Adhibendum eſt autē emplaſtrū tetrapharma-
cum, & ſucco fœnigræci perfundatur. Et in ſumma to-
tus curationis ductus laxatorius ac impinguans in his aſ-
ſumatur.

De lippitudine dura, Demoſthenis, Cap. LXXIIII.

LIppitudo dura eſt, quum palpebræ duriores fuerint,
& ipſe oculus durior & ad motum pigrior fuerit, do-
lenſque ac rubicūdus, & præſertim quum poſt ſurrectio-
nem ex ſomno palpebræ difficulter aperiri poſſunt, &
nulla humiditas euacuatur, gramæ verò in angulis cōſi-
ſtunt paruæ, contortæ, ſubaridæ: & quum ipſas palpebras
euertere volumus, non facilè à nobis verti poſſunt ob du-
ritiam.

De lippitudine ſicca, Cap. LXXV.

LIppitudo ſicca eſt, quum ſubaridus factus fuerit ocu
lus, & pruriginoſus, & leniter dolens, citra duritiam
palpebrarum.

De lippitudine ſcabra, Cap. LXXVI.

LIppitudo ſcabra eſt, quū anguli vlceroſi ſunt ac rubi-
cūdi, & valde pruriginoſi, & palpebræ rubicūdæ, & la
crymæ ſalſæ ac nitroſæ deſtillant.

Curatio lippitudinis duræ, ſiccæ, ſcabræ,
Cap. LXXVII.

PRædictarum affectionum diligens cura habenda eſt.
neglectæ enim, ſuffuſionum, glaucedinis, & lippitu-
dinis diuturnæ, vlcerationúmque ac ſtaphylomatū cau-
ſa fiunt. Curanda itaque eſt lippitudo ſicca, cum reliqua
corporis cura, etiam per ea quæ humiditatem ad oculos
prouocant, qualia ſunt ſicca pharmaca poſtea deſcriben-
da, ſtratiotica appellata, & collyrium diacentetum, ac
ſimilia. Dura verò lippitudo ſimiliter curāda eſt per phar
maca humiditatem excernere potentia, ſublita Eraſiſtra-
ti liquida compoſitione, ac ſimilibus. Ad hæc etiam mol
lientibus ac humectantibus vtendum eſt, velut calidæ le-
niter temperatæ prolutione: & fomentum per ſpongias
aſſiduè adhibendum. Vitanda verò ſunt pharmaca frige-
facientia, meatus obſtruentia, & agglutinatoria, & aquæ
frigidæ affuſio. ex his enim oculus magis induratur. Si ve
rò ſimul fuerit ſcabra ac dura lippitudo, (ex humorum
enim acrimonia palpebræ indurari ſolent, vt anguli qui-
dem erodantur & vlceroſi ſint: oculus autem & palpebræ
ægrè moueantur & indurentur) in talibus præmiſſo ſpō-
giæ fomento, primùm per ſiccum ad ſcabritiem para-
tum medicamentum, anguli contingantur, & moderato
tempore interpoſito, rurſus ſpongia fomentum adhibea-
tur, & pharmacum humiditatem detrahere potens ſubli-
natur: quale eſt Eraſiſtrati liquidum, & collyrium ſtratio-
ticum, & diacentetum. Eſt autem compoſitio ſicci ad ſca
bros angulos medicamenti hæc: Chalcitidis crudæ dr.
v. cadmiæ drach. v. hæc trita in ollam induntur, quæ ad-
dito operculo, gypſo oblinitur, & in vas acetum dilutum
habens imponitur, vt olla forinſecus quidem madefiat,
non diffluat autem in ipſam humor: & ſinitur ad dies ſe-
ptem: deinde ſiccatur in ſole, ac teritur. Aliud. Philo
xeni ſiccum, Achariſton appellatum, *eo quòd digna ipſi
gratia referri non poſſit* ad corroſos angulos & ſcabras af-
fectiones: & lippitudines ſiccat: Cadmiæ dr. II. chalcitidis
crudæ drach. I. aloes obol. II. æruginis obol. II. piperis gra

A na x. florū roſarū dr. IIII. tritis vtere. Aliud ad ſcabrā lip-
pitudinem: Cadmiæ drach. I. æris vſti drach. I. ſpicæ nar
di drach. I. piperis torrefacti obol. II. terito cum aceto in
ſole, & ſiccato vtere velut probato. Aliud Meneclis, ad
corroſos angulos. facit ad delacrymationem. Spodii
drach. IIII. omphacii ſicci drach. II. ſpicæ nardi obol. III.
piperis torrefacti grana XV. tritis vtere. Aliud. Ca-
dmiæ ſextantem, ſalis ammoniaci ſextantem, folii mala-
bathri ſextantem, piperis vnc. I. vtere. Aliud. facit & ad
carnis in angulo decrementum: Coſti quadrantem, æris
B ſextātem, fuliginis cedriæ vnc. I. miſce, ac vtere. Aliud,
ad ſcabras lippitudines, ſycoſes, putredines, & carnem ſu-
perexcreſcentem: Cadmiæ drach. III. chalcitidis drach.
octo, piperis grana quinquaginta, ſpicæ nardi drach. I.
cadmiam & chalcitidem terito cum vino, & vbi ſiccata
fuerint, nardū & piper læuiſſimè trita adiicito, & in pul-
uillū redactis vtitor. Aliud Capitonis, ad lippitudinem
ſiccam, & corroſos angulos, ac oculos humectos, & pal-
pebras ſicoſas: Cadmiam ad polentæ magnitudinem
confringimus, deinde melle Attico ſubactam in fictile
C vas mittimus & operculo foramen habente impoſito,
eóque luto oblito, vas rectum inter prunas locamus, ac
ventilamus. Quum autem albidior factus fuerit vapor
exhalans, ſublatam ollam aperimus, & cadmiam vino ve
tere extinguimus: deinde eius accipimus drachmas octo
æris vſti drach. octo, ſtibii dr. quatuor. & armenii, ſi af-
fuerit, drach. VIII. & hæc cōtuſa ac cribrata, cū vino velut
collyrium terimus, & reſiccatum tollimus ac vtimur, per
ſpecilli nucleum ſublinentes palpebras manè ac veſperi.
Nos autem cadmiam, & reliqua omnia ſimul adipe vi-
D peræ ſubacta torrefacimus, & poſtea vino extinctis ſicca-
tiſq; ac tritis vtimur. Aliud: Tomēti purpuræ veræ dr.
octo, cadmiæ drach. XX. æris vſti drach. X. lapidis hæmati
tæ drach. X. Omnia trita ac melle ſubacta, velut prædictū
eſt, torreto: & extinctis vino, ac tritis & arefactis vtitor.
Aliud Archigenis, ad omnia prædicta: Amurcam coctam
terito cum melle, & vtere. Vtendum etiam collyriis &
& ſiccis medicamentis infrà inter multi vſus pharmaca
deſcribendis.

De madaroſi, ptiloſi, milphoſi, *id eſt defluuio pilo-
E rum palpebrarum,* Cap. LXXVIII.

MAdaroſis & ptiloſis, extremitatis ſiue marginis pal-
pebrarum affectiones ſunt. Et madaroſis quidem, i-
pſum ſolum pilorū defluuium eſt, ex acri fluxione obor-
tum. In ptiloſi verò & craſſeſcunt & calleſcunt hæ partes,
vt compoſita ſit affectio ex madaroſi & lippitudine dura.
quare etiam auxilia in hac ſimilia ſunt relatis ad illam.
Optimū autē eſt ad ipſos pilos, ſiccum Philoxeni ad pru
riginoſos ac corroſos angulos. facit & ad viſus hebetudi-
nē: Cadmiæ drach. VIII. ſalis ammoniaci drach. II. croci
F dr. II. ſpicæ nardi dr. II. piperis albi dr. I. vtere. Aliud ſtibiū
muliebre. facit ad corroſos angulos, ac ptilos: Stibii vſti
& lacte muliebri extincti drach. XIII. aloes, myrrhæ, ſpicæ
nardi, ſing. drach. II. ordei vſti læuiſſimè triti drach. IIII.
vtere ſicco. Aliud: ad ptilos & corroſas palpebras.
Medullam bubulam ex anteriore dextro pede, cum fuli-
gine terito ac vtitor. fuliginem autem ſic facito: Papyrū
pro funiculo lucernario in lucernam inde, & oleo ſeſami-
no repletum accende, & ſupra lucernam læue teſtaceum
aut æneum vaſculū pone, eóque fuliginem excipe, & pau
G latim per prunā collige, ipſáq; cū medulla trita vtere. fa-
cit etiā egregiè vituli coagulum. Aliud Soſandri, ad mil
phoſes, & inueteratas affectiones. facit etiā ad carnis in
angulo incrementum: Cadmiæ, ſtibii, chalcitidis crudæ,
miſyos crudi, ſing. drach. VIII. Hæc contuſa & melle ſuba-
cta torre, velut dictum eſt, deinde vino extinctis ac tritis
adiice ſpicæ nardi drach. II. croci torrefacti drach. II. pipe
ris drach. I. & ſimul contritis vtere. Cæterùm ſimplicia ad
ptilos, & corroſas palpebras facientia hæc ſunt: Amurca
cocta, lycium Indicum, armenium quo pictores vtūtur:
H nam cum aqua illitum conſumit vitioſos humores, & pi-
los naturales auget: rubigo ferri ad multos dies in ſole
trita & cum vino ac myrrha in collyria redacta: ſpodiū
cæparum ſucco exceptum.

De abſceſſu in palpebris, Demoſthenis, Cap. LXXIX.

Abſceſſus in palpebris internos, apice ipſorum inciſo & humoris expreſſione curare oportet: deinde muria infundatur, & lana ouo imbuta impoſita deligetur. Poſtera die fomentum adhibeatur, & mel ſublinatur, & de cætero collyriũ repreſſum inſtilletur. Externos verò, poſt ſectionem & humoris euacuationem, impoſitis linteorum ramẽtis, ex melle, & addita lana deligabimus. Quicunque verò abſceſſus palpebræ cartilaginem corruperint, ſi quidem extrinſecus fuerint, eos poſſibile eſt ouo ac melle purgatos, capitali ſicco medicamento incarnare: ſi verò intrinſecus fuerint, euerſa palpebra, & nudata cartilaginis parte deraſa, æs læuiſſime tritum adhibeatur; & ſupra palpebram ouum cum vino & roſaceo conquaſſatum imponatur. Poſtera die fomento adhibito, æs læuiſſimè tritum inſpergatur, & rurſus ſupra palpebram ouum ponatur. Tertia verò die mel palpebræ ſublinatur. & poſtea collyrium repreſſiuum adhibeatur.

De calculo palpebrarum, Cap. LXXX.

Calculum in palpebris dicunt, quum euerſis palpebris, tofis ſimilia circa ipſas extiterint alba ac aſpera, varorum ſpeciem præ ſe ferentia. Eorum curam facere oportet euerſis palpebris, & cute iuxta apicem tenui ſcalpro diſſecta, ita vt per ſpecilli concauitatem tumorem molis collectæ exſcalpamus: deinde æs vſtum tritum adhibeamus: & ouum cum vino & roſaceo in lana exceptum imponamus ac deligemus: poſtera verò die, eadem curatio repetatur: tertia mel ſublinatur. At verò in tofis forinſecus palpebris innaſcentibus, poſt diſſectionem & ſcalpturam, ſplenium emplaſtri tetrapharmaci imponito.

De grandine oculi, Cap. LXXXI.

Grandine affici dicunt palpebras, quum euerſis ipſis, rotundæ quædam eminentiæ pellucidæ grandini ſimiles apparent, quibus diſſectis humor euacuatur ſimilis candido oui. Curatio autem facienda eſt euerſis palpebris, & inciſione per ſcalprum facta, ita vt humore excreto ſubiectum aridum pharmacum affricetur: Æris vſti drachmas duas, ſquamæ æris drachmã I. ſandarachæ drach. I. æruginis, ſalis ammoniaci, croci, ſing. dr. III. myrrhæ obolos duos: vtere tritis. Fiunt etiam aliquando extra palpebras grandines ſubduræ, fabis ſimiles. Has ſiquis violentius contingat, dolores intentos inducit: & quandoque animi exolutionem. Has autem curare oportet cute iuxta apicem inciſa, & ſcalptura per ſpecillum cõcauum facta. Sanatur facilè mellis & ramentorum ex linteis impoſitione & fomentis. Si verò pharmacis ad grandines vti velis, his vtaris: Fici ſylueſtris groſſos coctos impone, aut fici folia. Alia illitio optima: Pollinis tritici quadrantem, ſulphuris viui vnc. I. terito cum aqua, & formato paſtillos, ac vtitor. faciunt & ea quæ ad ordeola deſcripta ſunt.

De ordeolo ſiue præputiolo, Cap. LXXXII.

Ordeolum aut præputiolum vocant, quum in palpebris forinſecus, iuxta pilos maximè, ſuppuratũ quoddam tuberculum factum fuerit, figura ordeo ſimile. Facilè verò curatur nuclei ſpecilli calefacti fomento. Sed & ceræ albæ calidæ fomento id diſcuties. aut de muſca capite abiecto, reliquo corpore ordeolum confrica. aut galbanũ mollitum, modico nitro addito, impone. aut cum cera emollita parum miſyos crudi commollito, ac imponito. Faciunt & ficus ſiccæ cum vino mulſo coctæ, & cum modico galbano tritæ. aut ſagapenum cum aceto tritum illine, facit etiam ad grandines. Fomentum verò loco adhibeatur per ſpongiam, & per panem calidum. Poſt humoris excretionem mel illinatur: deinde collyria vlceribus commoda.

De gangliis, atheromatis, ſteatomatis, & meliceridibus palpebrarum, Cap. LXXXIII.

Fiunt aliquibus extra palpebras etiam hæ affectiones. Curantur autem ganglia ceratis & malagmatis ad ganglia deſcribendis, & aquæ calidæ affuſione. eſt enim nerui contortio ganglium. Meliceridеs autem, & parua ſteatomata, ac atheromata, curantur aliquando vſtorio medicamento apici ipſorum impoſito, donec incumbens

A cutis in profundum cruſtam accipiat: deinde poſt cruſtæ caſum, exſcalpta tunica humorem continente, per ſpecilli concauitatem: ſi verò tunica eximi non poſsit, per ſubiectum pharmacum eroſiuum conſumatur: Sandarachæ drach. II. arſenici drach. I. ſquamæ æris drach. I. veratri nigri drach. I. elaterii drach. II. chartæ in cinerem exuſtæ drach. II. vtere cum roſaceo. Magna verò chirurgia curantur; quemadmodum in reliquo corpore ex fundo ablata, vnà cum tunica humorem continente. Deinde labia cutis per ſuturam contracta curentur, velut ſu-
B tura palpebrarum ſurſum verſus fieri ſolet. Cauendum autem ne lata faſciola cutis in chirurgia auferatur, vt ne lagophthalmi fiant.

De varicibus palpebrarum, & malignis agnatis eminentiis, Cap. LXXXIIII.

Varices in palpebris ne cures: ſunt enim maligni. Neque etiam agnatas eminentias in palpebris tumidas, dolentes & ſubrubras, & ad digitorum compreſsionem in ſeipſas ſe contrahentes. ſunt enim etiam hæ malignæ ac incurabiles.

C
De ægilope, Seueri, Cap. LXXXV.

Ægilops abſceſſus eſt iuxta magnũ angulum. eſt autem affectio ægrè curabilis; propter corporũ tenuitatem ſubiecto oſſe corrupto. Ob ſitus autem vicinitatẽ etiam ipſi oculo damnum infert aliquando, per naturale paruum iuxta angulum foramen. Incipiente itaque inflãmatione, ſtatim in prima die conandum eſt vt repellatur, ipſo ſolo inflammato loco illito ex collyrio Antonino, aut alio quodam vehementer repellente ac ſtupefaciẽte. ſolet enim hæc illitio id quod confluxit diſsipare. Si verò
D perſeuerarit inflammatio, tentandum eſt vt ſimiliter velut aliæ inflammationes curentur per diſcuſſoria medicamenta, quæ citra mordacitatem agunt. coafficitur enim oculus ex acribus, & in ipſa affecta parte inflammatio augeſcit. Nos autem in inflammationibus nondũ tranſmutatis, ex emplaſtri Barbari, aut Leænæ, aut Athenæ, aut ex ſalicibus, aut ex aceto & oleo parati vſu, abſceſſum diſcutimus ac reſiccamus. Aſclepiades autem ad ægilopas pharmaca talia cõſcripſit: Succi illecebræ, quam quidam portulacam ſylueſtrem vocant, aut ſemperuiuum
E paruum, ſucci ſolani, ſing. ſeſcuncem, thuris drach. VIII. galbani ſeſcuncem, maſtiches quadrantem: thus tritum cum ſuccis coquito, & vbi diſſolutum fuerit, galbanum præmollitum adiicito. maſtichen enim improbamus.

Aliud. Thuris drach. VIII. myrrhæ drach. VIII. ladani drach. I. ceræ drach. VIII. aluminis ſciſsi drach. IIII. ſpumæ nitri drach. IIII. coaguli leporis drach. IIII. Tundito hoc pharmacum, & cum fæce vnguẽti irini emollito. Si verò victis diſcuſſoriis medicamentis inflãmatio ſuppurabitur, quamcelerrimè ſecare oportet, & humorem
F euacuare, ac ſubſcriptis vti: Bdellii, myrrhæ, ladani, ſpumæ nitri, colophoniæ, ſingul. drach. IIII. ceræ drach. X. vnguẽti irini quantũ ſatis eſt. Alii pro colophonia, oleæ folia trita habẽt, & cũ axũgia ægilopi imponũt. & ſordes ſubalares ouiũ cũ axungia eodẽ modo. Aut veratri nigri radicẽ madefactã impone. Aut perdiciũ herbã pro cataplaſmate adhibe. Aut farinam erui cum melle. Aut cinerem lignorum vitis aceto ſubactum impone. Aut ſtaphidem ſylueſtrem & ammoniacum thymiama cum melle impone. Aut alumẽ ſciſſum cum terebinthina velut ſpleniũ
G impone. Si verò ad angulum repſerit, ad ſuperficiem autem omnino non proceſſerit, tũc ſcalpro ad venæ ſectionem, aut pterygiis deſtinato, medium anguli corpus diducere oportet, & bonam carnem ex profundo producere: deinde ipſam enatam carnem reſiccare. id quod continget ſi penitus non pinguia loco adhibuerimus. Quare ſane in principio poſt apertionem, lenticula cocta, aut malicorio cum melle vtemur. Repurgato verò loco, & naſcẽte iam carne, vitrum læuiſsimè tritum ſiccum inſpergimus, & in eius vſu perſeueramus vſque ad abſolutam curationem. eſt enim admirandum auxilium, cuius effica-
H cia ſatis expendi non poteſt. Sed & alumen ſciſſum læuiſſimè tritũ, & modica terebinthina exceptũ ad emplaſtri formã, purgat & incarnat ac cicatricẽ tutò inducit. Oportet autem & in vlceris cauitatem de pharmaco indere,

& forinſecus paruum ſplenium ex ipſo imponere. Profectò nos hoc curationis ductu vſi, alio auxilio ad recentes ægilopas non indiguimus. At verò quæ ab antiquis ad hãc affectionem deſcripta ſunt auxilia, huiuſmodi ſunt. Ægilopa curant, ſi non per profundum corruptum fuerit os, chamæmeli folia commanſa impoſita. aut maluæ folia commanſa cum ſale impone. Poſt apertionem verò, ipſa malua trita vtere vſque ad cicatricem inductam. Aut ſolanum, maximè halicacabum, aut myrtum commanſam impone, aut œnanthes, aut auriculæ muris folia. Facit & ægilopis frumentacei ſuccus cum farina frumenti impoſitus, & plantaginis folia mãducata ac impoſita. Thus item & columbinum ſtercus commiſcentur ac imponuntur, & lapideſcunt ac inhærent vſque ad inductã cicatricem. Aliud. Propolin, terebinthinam & thus paribus portionibus ſplenio illita adhibe. facit & ſiccum pharmacum ex eruo cum melle. Aliud. Fel porci fumo reſiccatum terito, ac exulcerato ægilopi imponito. Aliud. Thus tritum pice liquida excipe, & emplaſtri forma impone. incipientes enim ægilopas hoc pharmacum diſſipat: iam verò ruptos ſanat vlceri inditum & ſuperimpoſitum. Aliud ad ægilopas experientia cognitum, itémque ad ſtrumas. Radicem lilii recentem ad emplaſtri formam terito, & imponito. rumpit enim, & repurgat, & vſque ad perfectam curationem cicatrice includit.

De vſtione ægilopis, Cap. LXXXVI.

AT in quibus affectio diuturna os corrupit, aut ad angulum in fibulam abiit, cicatrice ſuperficiei inducta, in his triangulari incumbentis carnis detractione facta, & anguſta ſectionis parte ad angulum adaptata, & deinde ſpongia oculo impoſita, cauteria ignita ipſi ſectioni adhibemus vſque ad os, ad ſquamæ remotionẽ inurẽtes, ita vt etiam obliquas in vlceris cauitate partes, & maximè ſupernas inuramus. Si enim poſt primi cauterii admotionem ſpectaueris, apparebit tibi anguſtiſſima cauernula, quæ ſupernè ex obliquis humorem vlceri tranſmittit, velut lacrymam. Quare oportet cauterium cauernulæ fortiter apprimere. & vbi ſufficiens facta fuerit vſtio, lenticulam coctam cum melle adhibere. Elapſa verò cruſta, & vlcere aliquo modo purgato, alumen ſciſſum tritum, terebinthina liquida acceptum modica, vt emplaſtri forma fiat, cauitati vlceris indimus, & ſpleniũ ex eodem factum ſupra vlceris cauitatem imponimus. Celerrimè enim repurgat, incarnat, & cicatricem inducit. probè etiam incarnat vitrum læuiſſimè tritum inſperſum. Vtere, & probabis.

De anchilope, Cap. LXXXVII.

CIrca prædictum locum vbi ægilops fit, colligitur etiam lentus humor melleus ac pultaceus, plerunque in tunica contentus, dolorem non inducens, paulatimque augeſcens. Curatur autem chirurgia, quemadmodum etiam reliqua circa corpus atheromata, ita vt ſuperficies diſſecetur, & ſubexcorietur, & tunica humorẽ continens, funditus tollatur. Poſt ſublationem autem ipſius, quò ſecura curatio fiat, & affectio non regeneretur, cauteriis ignitis cruſtas loco inurimus: & deinde lenticula cũ melle curamus: elapſa verò cruſta, alumine cum terebinthina, velut antea dictum eſt, vſque ad cicatricem inductã.

De carnis in angulo magno decremento, Cap. LXXXVIII.

CArnis in angulo oculi magno imminutio ac decrementum fit, quum exulceratione aut pterygii aut incrementi carnis ablatione, totus angulus funditus fuerit ſublatus, & allabentem lacrymam continere nõ potuerit, ſed ad malas defluit. Contingit hoc etiam aliquando ex malè curato ægilope. & vocatur hoc vitiũ *Græcis* Rhœas: dicuntur autem etiam rhœades, qui ob aſſiduas fluxiones oculorum, ſemper lacrymantur. Curandi verò ſunt illi quibus angulus funditus ſublatus eſt, adhibito pharmaco locos denſare potente ac conſolidare, quale eſt quod tephrum dicitur. Si verò callus fuerit, præirritare oportet per aliquod acrius medicamẽtũ. Sed & chirurgia vtendum eſt.

A dum eſt. collum enim faſcia circumdata cõſtringitur, & vas circa naſum notatur: deinde vas illud ſcalpro biangulari diſſecatur: deinde ſpongia oculo impoſita, cauterium loco apprimitur, non vſque ad os, ſed vt cutis & ſectio ſolùm flammam ſentiat. fit autem cauterium triangulare. poſtea lẽticula cũ melle adhibetur. Vbi verò pura facta ſunt vlcera, oculus diſparatus ſeruatur, donec angulus carne pura fuerit repletus, vt ne concretio fiat. Probè facit in ipſis etiam alumen cum terebinthina. At verò oculos præ diuturna lippitudine flentes aut humectos, cu-
B rare oportet præ omnibus aquæ potu, & parco cibo, exercitiíſque ac deambulationibus, & capitis frictione ac raſura, & frigidæ perfuſione. Eſt & diæta optimi ſucci ac craſſante vtendum, & oculi ſublinendi ex medicamentis meatus obſtruentibus, frigefacientibúſque ac adſtringentibus. poſt aggreſſionem verò, frigida aqua & poſca oculi proluantur. Optimum autem pharmacum ad hoc experimento conſtans hoc eſt: Plantaginis folia exſuccato & excolato, ipſúmque ſuccum in fictili nouo ad ſolem exponito, & linteo tenui puro velato, quotidiéque agitato,
C & reſiccatum tritum reponito, & pro collyrio ſicco vtitor. Stibium ad anguli magni decrementum Alexandri regis valde bonum. facit etiam ad ptiloſin palpebrarum. Terræ ampelitidis, croci, nardi Celticæ, æquales portiones tuſas melle ſubigito, & in ollam miſſa, addito operculo foramen habẽte, eóque oblito, prunis imponito, & non ventilato. Quum autem non amplius caliginoſus vapor per foramina exhalarit, ab igne tollito, ac frigefieri ſinito. Deinde tuſa, cribrata, ac trita in tenuiſſimũ puluillum pro ſtibio adhibeto. Aliud ſtibium ad rhœ-
D adas: Æris vſti ſeſquiunciam, ſtibii ſeſquiunciam, croci vnc. I. ſpicæ nardi vnc. I. folii malabathri triẽtem, roſarũ viridium ſeſquiunciam. reliqua læuiſſimè terito. Deinde roſas per ſe benè læuigatas aridis vnito, & ſimul tritis donec ſiccentur vtitor. Aliud ſtibium, multa experientia cognitum: Æris, cadmiæ, ſtibii, ſing. ſextantem, piperis grana XIIII. caryophylli vnc. I. ſpongiarum nouarum quadrantem, mellis quantum ſatis eſt. Æs, cadmiam, ſtibium, tuſa ſufficiente melle ſubigito: deinde ipſa ſpõgia
E excepta in ollam mittito, oblinito, vrito. Et ad cinerem exactiſſimè tritum piper & caryophyllum adiice, & tuſis, cribratis, rurſus exactiſſimè tritis vtere.

De iis qui tempora inurunt, Cap. LXXXIX.

QVidam barbaris legibus ſeruientes, in diuturnis oculorum fluxionibus, tempora inurunt aut per pharmacum, aut per medullam lignorum nucis iuglandis, quod hyſcas appellãt. Quidã etiam ferrum candefaciũt,
F & vſtionẽ perficiunt. Ego itaque eiuſmodi affectionẽ ex tẽporum vſtione conflatam vidi. Hi enim immodeſtè pharmaco vſi, & vſtione vſque ad profundum facta, venà cum alienis humoribus, etiam naturales conſumpſerunt, & ad extremam ſiccitatem oculum deduxerunt, & non intelligebant ſe morbum incurabilem præparare. Quid enim aliud contingere poterat, quàm quod hîc cõtigit? Primùm dolor moleſtus, & immodicus ardor. Quũ igitur tentaſſemus per collyria obtundere dolores, amplius ægrum grauauimus. Liquidum enim collyrium o-
G culo illitum, velut arenulas quaſdam producit, ab immodica caliditate torrefactum. Et quum rurſus per ouum mitigare vellemus, rurſus per caliditatem etiam ipſum craſſefactum eſt, & velut ad membranas quaſdam redactum, quæ ægrè ab oculis ſecedebant. Sed & lacte vſi ſumus, & ipſum ſimiliter inſpiſſabatur: & in ſumma, velut ab igne humores coacti inſpiſſabantur. Proinde multo labore inſumpto, quũ fœnigræci ſuccũ inſtillaſſemus, moderatè dolorem mitigauimus. nam & hic à morbo ſuperabatur. Poſtea verò rationem ducem ſequuti, ad roſacei vſum deuenimus, tepefacientes hoc, ac infundentes,
H vt, etiam æger nobis abſentibus, ipſius ſolius vſu ab accidentibus alleuaretur. Quin & ad alia multa vtile nobis viſum eſt roſaceum ad oculos. Si enim ex natura ſiccitas affuerit vt ægrè mobilis & penitus lacrymarum exors ſit oculus, etiam his commodum eſt pro collyrio ſublitum.

De arteriarum ſectione, Seueri, Cap. xc.

IN chirurgiis circa caput & frontem, vnus generaliſſimus nobis ſcopus eſt vt ægrum à fluxionis affectione liberemꝰ. Verùm priuatas & velut particulares aggreſſiones facimus, propter vires, propter accidẽtia, propter locos, propter materiæ fluxionũ qualitatem. Quũ igitur arteriarũ genus vnũ ſit, loci verò diuerſi, nũc de poſterioribus expẽdemus. Hæ enim velut principia quædã earum ſunt, quæ circa ſuperficiem capitis exiſtunt. Cõuenit igitur in magnis doloribus, carie, ſtaphylomatis & prolapſibus, arterias in poſterioribus capitis partibꝰ ſecare. ſtatim enim vtilitatẽ inde percipiũt ægri. Præradendi autẽ ſunt loci, & ſic pulſus exactè per tactum notandus, & ſpatium dimetiendum ab auribus trium digitorum ad caluam poſteriorem appellatam. Conuenit autem ſecare non obliquè, ſed tranſuerſim vſque ad os, & membranam caluam ambientẽ exactiſſimè radere, & ſanguinis excretionem vſque ad animi deliquium expectare, in quibus videlicet vires robuſtæ ſunt, & dolor vehemens. ſic enim ſopies accidens ſymptoma. Deinde cuneolũ ſectioni parem indimus, & linamẽta conuulſa plurimo cuneolo imponimus, & lanæ hapſo poſca imbuto pro linamentorũ cuſtode vtimur. Deinde ligamento vtimur ſufficienter adſtringentes, & ad frontem ambo principia ducentes ac deligãtes. Poſtera die vino & oleo ligamentũ rigamꝰ, & non ſoluimus. Tertia die ſoluimꝰ, & vibices moderatè proluimus & os deradimus. Et poſtea quoque oſſis raſura vtimur: & hoc facimꝰ vſque ad quatuor aut quinque dies, donec os ſanguinem emiſerit. hoc enim ſignum eſt ſufficientis raſuræ. Cæterùm medicamentis quæ linamentis illinuntur vtendum eſt in his, ex pumice & cera ac oleo paratis. & poſtea cephalico ſicco appellato ex eruo vtendum eſt. Sed & id quod à nobis præparatur, vnicè ad hos facit: ſtatim enim poſt oſſis raſuram impoſitum, carnem producit. Accipit autem farinæ triticeæ tenuiſſimæ partes .II. colophoniæ liquidiſſimæ partem vnam. Hoc vbi ſiccum inſperſum eſt linamentis & ſplenio, cuſtos linamenti adhibendus eſt ex aliquo pharmaco è ceruſſa parato. nam & ad cicatricem inducendam confert.

De caluariæ circumciſione, Cap. xci.

SED & periſcyphiſmon, *id eſt caluariæ circumciſionem, Græcis* dictũ aſſumimus, in quibus diuturna & tenuis oculorum fluxio exiſtit, & multa vaſa fluxionem delegantia. Oportet igitur raſos locos notare, vt ne in coronalem ſuturam aut temporum muſculos ſectio fiat. Facienda autem eſt ſectio paululùm ſupra frontem tranſuerſa, initio à tempore ad tempus facto, ita vt membrana caluam ambiens ſimul diſſecetur, vt diligenter radatur. Deinde cuneolis ſectioni inditis linamẽta adhibemus, & reliqua conſequenter facimus, velut prædictum eſt in arteriarum ſectione, aſſumpta ex vino & oleo irrigatione. A tertio die curatio ſuppuratoria fiat: deinde ea quæ reſiccationẽ promittit. Si quidem igitur à ſolo ſincipite oculi fluxione infeſtantur, prædicta ſectione contenti ſumus: ſi verò vnà cum ſupernis vaſis, etiam ex temporibus fluxio feratur poſt factam relatam ſupernam ſectionem, alias duas luniformes aſſumimus, vnam ab vtraque parte. Habeat autem principium, tum ea quæ à dextris fit, tum quæ à ſiniſtris, à principiis tranſuerſæ ſectionis ſupernè factæ, ita vt ex ſupernis ad tempora deferantur vſque ad medium frontis. Procedant autem luniformiter ad ſupercilia conuerſæ vt ne temporum muſculos iniuria afficiant. Sit autem figura trium harum ſectionum ſimilis literæ *Græcæ* π. ita tamen vt apices ad internas partes incuruatos habeat hoc modo)‾(. Oportebit autem & hìc cuneolos ſectionis indere, & conſequẽtia facere, velut antea dictum eſt. Porrò dicunt Æthiopas à natiuitate frontem circũcidere, vt ne oculorum fluxione infeſtentur.

De frontis per ſubmiſſum ſcalpellum excoriatione, Cap. xcii.

HYpoſpathiſmõ, *id eſt per ſubmiſſum ſcalpellũ excoriationem frontis*, aſſumunt qui deformitatem, cicatricis, maximè per circulum fientis, in frontis circumciſione deuitant. Verùm hæc curatio imperfectior illa eſt: vnde magis frontis circũciſione periſcyphiſmo appellato vtendum eſt, ita vt rei magis neceſſariæ curam habeamus.

De vaſorum ſectione, Cap. xciii.

VAſorum ſectionem aſſumimus vno oculo affecto, & in oculorum perpetuis lacrymis, & in hemicrania. Aſſumimus autem in iis quibus manifeſta & eleuata ſunt in fronte vaſa. Vas verò atramento notamus, & ſummis vtriuſque manus digitis, frontis cutem ab vtraque notæ parte eleuamus, & ſuperficiariam ſectionẽ in ipſam notam ex directo vaſis facimus. Et rurſus paulatim ſubiacentes cuti membranas diſſecamus, donec nudum vas apparuerit. Atque ſic hamulis duobus tranſfixis labia ſectionis eleuamus, & paulatim per ſcalprum ſubradentes, vas à circumſitis membranis liberamus. Et cæco hamulo ſubiecto, vas ex profũdo attollimus, & ita eleuato acũ duplex filum habentem ſubmittimus, & mox ablata acu filum dimittimus. Idem etiam in altero vaſis termino faciamus. Et poſtea vas perpungimus, & euacuationem fieri ſinimus. Sufficienti verò ſanguine euacuato, vtroſq; terminos vaſis per ſubiecta iam fila deligamus, & mediũ ipſius reſecamus. atque ita linamentis inditis, & hapſo lanæ ex aqua frigida impoſito, deligatione vtimur. Poſtera die vino & oleo irrigamus. tertia verò exoluimus, & moderata perfuſione facta, linamenta ex aqua mulſa indimus, donec exciderint fila. Et vſque ad perfectam incarnationem eadem vtimur. eſt enim bonum auxilium. At verò cicatricis inductionem per emplaſtrum melinum facimus, aut per id quod ex cadmia paratur. Leonides porrò, Soleo, inquit, vbi mixta eſt fluxio, & à fronte, & à muſculis temporum, iuxta paruos oculorum angulos tẽporibus vicinos, ſupra fines ſuperciliorum, cruſtas inurere per cauteres nucleoformes, id vehementer cauens vt ne temporum muſculos contingam. At in fluxionibus à ſincipite, conſtringo collum, & vaſa in fronte magis eleuata noto, & hæc ipſa præraſis pilis inuro. Illitio valde celebris ad diuturnas fluxiones: Viperarum capita in olla probè exurito, & cinerem cum lupinorum amarorum decocto tritum temporibus illinito, & miraberis de medicamenti efficacia.

De muſculorum temporum cataplaſmatis, agglutinatoriis, ac illitionibus, Seueri, Cap. xciiii.

QVandoquidem fluxiones ad oculos ex ſuperincumbentibus locis ſuppeditantur: (nam hemicraniæ, & caries, & fluxiones capitis, dolores oculorum augent:) operæpretium eſſe puto etiam ad hos pauca auxilia referre. Vtendum igitur eſt agglutinatoriis & illitionibus, velut dictum eſt, in iis quibus oculi fluxione infeſtantur, & in quibus vaſa circa frontem ac tempora eleuata diſtenduntur. Nam ſi influxio non ex vaſis circa frontem & tempora ac palpebras contingit, ſed ex profundius ſitis, agglutinationes & illitiones magis lædunt. Inſuper autem ſi citra inflammationem fluxiones oculorum fiunt, agglutinatoria ipſas cohibent. ſi verò inflammatio adfuerit, humores ex circumſitis locis ad inflammatos impulſos, per compreſsionem magis diſtendunt. Itaque agglutinatoria ex ſimilagine & ouis ac thure compoſita vitanda ſunt. reſiccata enim diſtendunt vaſa, & fluxiones augent. Quæ verò mollia permanent, aut diſtentionem non efficiunt, & tum frigiditate, tũ adſtrictione vaſa deprimunt, his vtendum eſt. Si igitur calida fuerit intemperies quæ lædit, crocum, opium, myrrham, thus, ex aqua trita & ad ſtrigmentitiã ſpiſsitudinem redacta illinimus: & ſtatim inducto ſomno, dolorem depellimus. Idem præſtant & fluuiatiles ſtratiotæ cum aloe contriti. Sed & polygonum cum maſtiche tritum ac illitum, dolorem mitigat. & mandragoræ cortex cum thure mirificè facit. Et maſtiche cũ ſucco braſſicæ illotæ trita mirificè reſiccat. Item fabrorum fuligo, quam vulcaniam appellant, leniter cum ouo ſubacta. Et calx viua cum ouo in frigidis intemperiebus. Et hirundinum ſtercus cum maſtiche & oui candido.

Totius capitis illitiones, Seueri, Cap. xcv.

TOtum caput intemperie calida affectum, acacia cũ vino trita illinendum eſt. nam acetum in huiuſmodi capitis illitionibus vitare oportet. Facit & Samia terra, cũ plantaginis aut ſolani ſucco trita. Si verò frigidior fuerit cauſa, vt æger clarè frigiditatẽ in capite ſentiat, & lacrymas frigidas deferri, contraria calidæ affectioni auxilia adhibenda ſunt. Naſturtio enim cum ouo trito multùm profecimus. & per erucæ ſemen cum aceto tritum idem effecimus. Sed & thapſia cum ſinapi aceto trita, magnopere prodeſt. Et cochleæ Aphricanæ cum thure ex aceto tritæ, multam fluxionis illitionem relidũt ac excindunt. Et hirundinum nidus cum ſtercore in ipſo reperto, aceto ſubactus graues dimidii capitis dolores ſanat. Et euphorbium cum aceto tritum. Vtere etiam ſmegmatis & puluillis inſperſilibus, ſuprà ad diuturnum capitis dolorem deſcriptis.

Cataplaſmata oculorum lippientium, Dioſcoridis, Cap. xcvi.

CAtaplaſmatis vice impoſita mitigant oculorum inflammationes, folia rubi, aut auriculæ muris, aut tribuli viridis, aut portulacæ, aut ſemperuiui, aut polygoni, aut intubi, aut coriandri, aut cupreſſi. aut hyoſcyami folia trita. aut cucurbitæ ramenta. aut peponis caro. aut capitum papaueris decoctum affuſum, aut ipſa capita cocta trita impoſita. Commodus eſt etiam panis aqua madidus tritus cum modico roſaceo impoſitus. Et ouum cũ roſaceo ac vino conquaſſatum, & hapſo lanæ exceptum ac impoſitum. Aut ouorum aſſatorum vel coctorum vitellos, cum modico croco & opio, phaſeli magnitudine, ex ſapa tere ac impone. Aliud Aſclepiadæ ad maximos humorum influxus ac dolores. Roſarum ſiccarũ drach. i. opii drach. i. croci drach. i. efforma in paſtillos cũ paſſo, in quo melilotum coctum eſt. Et vſus tempore, ex ipſis terito cum paſſo, & admixto pane imponito. Aliud ad maximos dolores ac vigilias. Pſyllii ſemen in feruẽtẽ aquam cõiectum paululum finito: & vbi diſſolutum fuerit, conquaſſato vt emplaſtri formã acquirat, & ex eo oculum integito. ſuaue enim ſomnum inducit. Aliud Demoſthenis. ad dolores & prolapſus oculorum, egregiè facit. Capita papaueris in aqua mulſa coquito, & ipſa quidem expreſſa abiicito, aquam mulſam autem triticeo, aut ordeaceo polline admixto imponito, modico etiam roſaceo adiecto. aut polentæ florem, pro polline, aut panem purum accipito. Cæterùm cataplaſmata omnino tempora comprehendant, & ſupercilia cum fronte. Solã autem ſupernam palpebram cataplaſmate integimus, infernam non comprimentes, quò aperiri, oculus poſſit, & lacrymam illatam excernere. Aſſiduè verò permutentur, & maximè æſtate, vt ne feruefacta exacerbent. Ad contactum autem ſummè tepida apponantur: hyeme verò leniter calida.

Illitiones oculorum, Cap. xcvii.

IN vehementibus doloribus palpebras forinſecus illinire oportet, maximè quidem collyrio Nili ex roſis, aut aliquo dolorem eximente ex croco parato, aut croco trito cum modico papaueris ſucco, affuſo lacte aut hyoſcyami ſucco. Alia illitio Aſclepiadæ, ad doloris vexationes: Aloes, lycii Indici, roſarum viridium, croci, opii, myrrhæ, ſing. æquales portiones terito cum vino, & formato paſtillos, ac ſiccato in vmbra. Vſu verò expetente, paſſo dilue, & oculos ac tempora illine. Alia illitio repulſoria optima: Foliorum mali ſuccorum tuſorum ac cribratorum lib. i. myrrhæ ſextantem, glaucii ſextantẽ, gummi ſeſcũcem. excipe aqua. Illitio Aſclepiadæ mordax, eueſtigio fluxionem compeſcẽs. facit & ad lippitudines ſcabras: Æris vſti drach. iiii. croci drach. iiii. piperis drach. ii. opii drach. ii. gũmi drach. iiii. excipe. Hæc forinſecus illita, maximos humorum illapſus relidit: verùm vitare oportet nequid de pharmaco in oculum præterlabatur. Aliud phloginum inſcriptum linimentum. Æris vſti ac loti drach. xii. croci drach. vi. piperis dr. iiii. myrrhæ drach. iii. opii drach. iii. gũmi drach. xii. Terito cum vino veteri odorato adſtringente. Alia illitio ex ſandyce, ad perfrigerationes & reſolutiones palpebrarum, quales

A contingunt & in iis qui canino more conuelluntur. facit etiam ad acuendum viſum ante balneum illita: Sandycis drach. xiii. crocomagmatis drach. vi. piperis drach. iiii. gũmi drach. vi. excipe aqua. Aliqui adiiciunt etiam opobalſami drach. iiii. & illinunt ad hebetudinem viſus.

De aridis collyriis, Galeni, Cap. xcviii.

EX aridis pharmacis quædam affectionem in oculis congregari prohibent, humorum videlicet influxiones impedientia, ex quibus oculi affligi ſolent. Præſtantiſſimum autem ex his apparuit & experientia iudicatũ
B eſt quod ego compoſui, inquit Galenus: & ob id apud multos in vſu eſt, ac ferè per omnes gentes quibus Romani imperant. Ac primùm ſanè ipſius compoſitionem ſcribam, quum præſtantius eſſe putem nullis omnino affectionibus corripi, quàm eas quæ iam præoccuparunt ſanare. Vtiliſſimum autem eſt ſanis oculis pharmacum. Vritur lapis Phrygius in fabaceas magnitudines cõfract⁹. Eum verò in ollam nouam miſſum, deinde forinſecus luto oblita olla, addito operculo foramen habente, eóque oblito, ollam prunis imponimus. Quum autẽ lapis igni-
C tus factus fuerit, tunc iam ollam in aliud vas purum euacuare oportet, & recenti butyro extinguere. Facta autem extinctione, rurſus in eandem ollam miſſum, prunis adhibemus, ac ventilamus. Ignito verò lapide, vbi purum vaporem efferri viderimus, rurſus euacuatum extinguimus vino veteri fuluo odorato: deinde rurſus miſſum in ollam lapidem tertiò vrimus & rurſus extinguimus melle Attico non multo. Poſtremùm autem melle extinguitur, vt mellis qualitas in lapide permaneat. Cæterùm pluribus diebus trita ac prælæuigata in promptu habe-
D re oportet, ita vt in tenuiſſimum puluerem redacta ſint ſubſcripta: Æris vſti vnc. i. piperis albi vnc. i. folii malabathri vnc. i. ſtibii drach. xii. His admiſce lapidis vſti, tuſi, cribrati ac triti lib. i. Et poſtquã omnia ſimul probè fuerint vnita, & reponere medicamentum voles, adiice opobalſami primarii drach. xii. Sit autem opobalſamum tenue, & pellucenti compage, non craſſum. impedit enim craſſitudo, ne ſiccum pharmacum euadat. Vtendum autem eſt ipſo ad palpebras ſolas, inducto ſpecillo citra tunicarum oculi contactum. Iubendúſque eſt homo cui hoc
E ſublinitur palpebras apertas habere. Hoc itaque à me cõpoſitũ eſt, non permittẽs hominẽ qui ipſo rectè vtatur, oculorum lippitudine apprehẽdi. Stibium ornandis palpebris præſeruatiuum, pueris maximè commodum. Stibii drach. xvi. plumbi vſti ac loti drach. viii. ſquamæ æris drach. i. croci drach. i. florum roſarum, myrrhæ, ſpicæ nardi, thuris, piperis, ſing. drach. i palmularũ oſſa decem. Omnia in fictile vas coniecta diligenter torrefacito, deinde tuſis ac tritis opobalſami primarii compage tenuioris cochlearia duo adiicito: & tritis ac ſiccatis vtitor. Aliud
F Seueri. facit ad oculorum & palpebrarum pulchritudinẽ: Stibii quadrantem, purpuræ veræ vſtæ ſextantem, ſpicæ nardi vnc. i. Vtere. Stibium ornans palpebras. Stibii vſti & loti drach. viii. oſſium palmularum vſtorum drach. viii. atramenti ſutorii drach. ii. nardi Celticæ drach. ii. Vtere. conſtat experimento. Aliud, faciens ad decorem, angulos rarefactos ac humectos moderatè reſiccans: Cornu ceruini vſti, purpuræ vſtæ, ſing. drach. iii. folii ſcylmatis vnc. i. vtere. Stibium optimum ad tenuem fluxum, & corroſos angulos. Nutrit hoc etiam oculos de-
G bilitatos, in multis affectionibus comprobatum, & mirificè omnibus ſe opponens. Facit etiam ad ornatum. inductum enim multo tempore in angulis permanet. Habet autem hoc modo, Carnis purpuræ torrefactæ drach. iiii. ſucci anemones dr. vi. ſtibii vſti & vino extincti drach. iii. ſucci baccarum ſambuci drach. iii. ſpinæ Ægyptiæ drach. ii. ordei vſti drach. ii. gallarum nigrarum drach. ii. acaciæ drach. ii. mororum rubi aridorum tuſorũ drach. iii. coſti tuſi drach. iii. folii tuſi drach. iiii. Singula ſeorſim terito, & ſimul in vaſe plumbeo reponito ac vtitor.
H Aridum Danai, quod velut res ſacra in regia vrbe venditum eſt numiſmatis centumviginti & cum multo labore ab eo impetratum. Præſeruat ab omni lippitudine, palpebris inductum. Æris vſti vnciam vnam, onychas, *id eſt vngues*, aromaticos vſtos magnos tres, piperis grana vigintivnũ ordei vſti grana vigintivnum, palmularum,

oſſa vſta nouem,æreas muſcas xxi.folii ſcrupulos noue, ſanguinis dracontii ſcrupulos quatuor. Æs accipe quod ab æreis vaſis deraditur,& in fictile vas miſſum ac prunis impoſitum,ad triduum vre,ita vt quotidie ter ipſum vrina pueri incorrupti extinguas,& poſtremùm aqua dulci. Æreas autem muſcas accipe ex locis vbi boues degunt, aut ſi ibi non reperias, ex mortuis animalibus. Aliud palpebras ornans pharmacum,quod proſperè accommodatur. Facit & ad diuturnas lippitudines: Stibii vſti & vino extincti drach. tres, plumbi vſti ac loti drach. octo, fuliginis thuris, ſpicæ nardi, myrrhæ toſtæ, croci toſti, ſquamæ æris,ſingulorum drachmam vnam: tritis vtere.

Aridum ad angulos calidiores & rubicundos ac exaſperatos,Seueri: Croci drachmas quatuor, cadmiæ lotæ drachmas duas,ceruſſæ drachmam vnam. Aliud Seueriani: Ceruſſæ beſſem,cadmiæ trientem, ſalis ammoniaci ſextantem,piperis ſextantem,folii trientem. Aliud palpebras ornans. facit & ad lippitudinem ſiccam. ſanat etiam omnem lippitudinem,poſt mitigatos dolores illitum: Æris vſti læuiſſimè triti vnciam vnam, cedriæ puræ trientẽ.æs cum cedria ad ſtrigmẽtitiã ſpiſſitudinem terito, & in arundinem mittito, & hanc obturatam forinſecus totam luto oblinito, & in clibano prunis obruito,& per diem ac noctem ſinito,& exemptam terito,& collyrii Pelarii drach.xxiiii.adiicito, & croci drachmas duas,& folii ſcrupulos duos:& vtitor. Aliud ſiccum collyrium celebre,reſiccans multas fluxiones,& viſum acuens:optimè quoque attenuat cicatrices: Ærugi-nis vnciam vnam,cadmiæ vnciam vnam,chalcitidis vnciam vnam,ſtibii vnciam vnam,mellis menſuram congruam.Omnia læuiſſimè trita & melle ſubacta, in ollam mittito,& addito operculo foramen habente, oblinito, ac vrito donec tenuis vapor progrediatur:deinde exemptolac trito vtere.Quòd ſi ipſum paululùm mordax facere volueris, poſt vſtionem adiice piperis grana xxv.

Aliud aridum valde bonum: Cadmiæ ſextantẽ, mellis ſextantem, æris vſti drachmas quatuor, ſalis ammoniaci drachmas duas,piperis drachmas iiii. ſpicæ nardi drachmas duas. Cadmiam læuiſſimè tritam melle ſubige,vre,& vino auſtero extingue, & cum reliquis tere ac vtere:eſt delacrymatiuum.facit & ad aſperas palpebras.

Aliud ſiccum ad lacrymãtes oculos, & eos qui à longa lippitudine nõ probè ſanati ſunt. eſt etiã præoccupatiuũ: Cadmiæ drachmas octo, æris vſti drachmas octo, ſtibii drachmas quatuor. cadmiam cum ære in fruſta craſſiora contuſam,& melle ſubactam,in olla exurito, velut antea dictũ eſt, & vino veteri odorato extinguito,ac ſiccato.Et deinde ſtibium per ſe vſtum in olla admiſceto, & tuſis,cribratis,ac tenuiſſimè tritis vtitor :quidam etiã armeniaci drachmas duas admiſcent.Hoc ſiccum pharmacum ſæpe cum vino,velut collyrium contriui, & ſiccato vſus ſum,inducens ipſum palpebris manè & veſperi:aliquando autem etiam ſtibii drachmas octo inieci. Aliud ſiccum croceum,procatalepticon,*id eſt præſeruatiuum*.

Aloes,croci,glaucii,ſarcocollæ,ſingulorum vnciam vnam:læuiſſimè tritis vtere. Aliud quo vtor,& affectiones illino. ſiſtit fluxionem in vna die,ſi denſè ac ſæpe illinatur. facit etiam ad ægilopas, & palpebras corroſas, & pilos pungentes in palpebris poſt euulſos pilos, pilorum locis illitum. Sarcocollæ,croci,glaucii flaui,aloes,chelidoniæ,ſingulorum vnciã i.myrrhæ troglodyticæ drach. quatuor.Chelidoniam tuſam cribratam reliquis adiice,& contritis vtere.Ego cum aqua velut collyrium contero, & ſicco vtor. Aliud ſiccum collyrium celebre,viſum acuens,inoffenſos conſeruans oculos: Stibii ſcrup.iiii.fuliginis purpuræ veræ,roſarum ſiccarum,ſingulorũ ſcrup. ii.croci ſcrup.iii.folii ſcrup.iii.ſpicæ nardi ſcrup.iii.tritis vtere. Fuliginem autem ſic facito: Lanã purpuræ cedria tinctam incende,& pelui læuiſſima aut æreo vaſe contege,& conflatam fuliginem penna collige, ac vtere. Aridum album,viſum acuens.Facit ad pruritus,& vſtiones ex ſole,& lippitudines incipientes ex frigiditate, ante & poſt cibum. Cadmiæ drach.ii.ſalis ammoniaci drach. i.piperis drach.ii.aluminis ſciſſi drach. ii. folii drach. ii. ceruſſæ oboli dimidium:terito cum vino albo, & ſiccato

A vtitor. Aliud ſiccum acre. Cadmiæ drach. xxiiii. ſalis ammoniaci drach.ii.ſpicæ nardi drach.i.piperis albi drachmam vnam:tritis vtere. Aliud optimum: Cadmiæ drachmas octo, croci drachmas duas, ſalis ammoniaci drachmas duas,ſpicæ nardi drachmam vnam,piperis albi drachmas ſex:tritis vtere. Aridum Seueriani: Cadmiæ vſtæ & lotæ drachmas octo,ſalis ammoniaci drach. duas,piperis albi drachmas duas,folii drachmam vnam: contuſis, cribratis ac probè tritis vtere. Aliud aridum acre: Cadmiæ drachmas octo,teſtarum ſepiæ ſextãtem, B ſalis ammoniaci vnciam vnam,piperis vnciam vnam,folii vnciam vnam: vtere.conſtat experientia. Aliud aridum,viſum acuens,Oribaſii: Radicis chelidoniæ ſextantem,aloes ſextantem,folii vnciam vnam, piperis decorticati drachmas quatuor,veratri albi drachmam vnã: vtere. Aridum Apollonii ad viſus hebetudinem: Cadmiæ drach. octo, fæcis vini veteris ſiccæ vſtæ drach. v. piperis albi drachmas quinque,ſalis ammoniaci drach. x. ſandarachæ drachmas duas,folii drachmas duas,nitri vſti drachmas tres. Aliud aridum ad ſuffuſiones & hebetu- C dines: Viperam maſculam totam viuam in ollam mittito,& ſucci fœniculi cyathum vnum adiicito, & thuris nõ ſecti granum magnum addito: deinde totam ollam forinſecus luto oblitam,vrito donec in cinerem redigantur indita,teritóque,ac vtitor hoc arido medicamẽto velut celebri.faciunt & viperæ capita vſta,trita,& inducta.

Aliud incomparabile: Veratri albi & piperis æquas portiones tuſas ac tritas adhibe per triduum, purgatione prius per ventrem facta, & per os ac nares. Aridum D ad incipientes ſuffuſiones, glaucedines, & pellicularum craſſitiem: Cadmiæ drach. xxiiii. ſalis ammoniaci drachmas decem,ſandarachæ drachmas quatuor, veratri albi drach.ii.folii drach.ii.vtere.Ego ſi aliquando opus habeo arido collyrio ad præſentes affectiones commodo, hoc trito & in læuiſſimum puluillum redacto vtor. Aliud ſiccum acuens viſum, experientia cognitum: Cadmiæ drach. octo,folii drach.octo, ſpicæ nardi drach. duas,piperis,croci,auripigmẽti,ſalis ammoniaci,chelidoniæ,ſingulorum drach.duas,artemiſiæ,folii,malabathri, E ſingulorum drachmam vnam: vtere.

De liquidis collyriis, Galeni, Cap. xcix.

Liquida ocularia medicamenta componuntur ex ſuccis & liquoribus, felléque ac melle, & ammoniaco thymiamate,ita vt admiſceantur ipſis etiam moderatiora quædam,verùm viribus non repugnantia, myrrha inquam,& thus,& crocus,& galbanum, & quæcunque alia huiuſcemodi,quæ tunicas rareſacere,& craſſitudinem humorum ac ſpiritus attenuare poſſunt,& humiditatẽ præternaturalem diſcutere,& tunicis oculorum per ſuum tẽ- F peramentum,robur præbere. Liquidum,acuens viſum:

Succum ex malis punicis expreſſum,in vas fictile Atticum læuiſſimum ac denſiſſimum mittito,& tenui linteo obligatum ad ſolem exponito,donec mellis craſſitudinẽ acquirat,& parem menſuram mellis ad ſuccum adiicito, & fictili vaſe exceptum reponito.inueteratũ enim meliꝰ euadit.Quũ autẽ dormire volueris, ex hoc leuiter oculos ſublinito.hoc pictoribus,& ſcriptoribus,& aurifuſoribus ac ſenibus conuenit. Aliud. Ampullam vitream oleo expleto,& iniectis fœniculi foliis teneris in ſolem expo- G nito ad dies quadraginta:& expreſſo fœniculo, oleo vtitor. Aliud viſum acuens: Adipem viperæ in vitream ampullam mittito,& vbi liquatus fuerit, ſpecillum in eo tingito,ac illinito.hoc valde commodum eſt. Aliud viſum acuens: Colocynthidis ſemen tuſum,cribratum ac læuiſſimè tritum cum melle adhibeto. experimento cõſtat. Aliud ad viſum acuendum, & ad ſuffuſiones ac cicatrices oculorum: Chamæleontis nigri radicem vſtam, ac læuiſſimè tritam illinito. Aliud. Inteſtina terræ in teſta ad cinerem exure,& cinerẽ trito cum melle vteræ e- H go hoc arido vſus ſum ad albugines. Aliud ad inchoãtes ſuffuſiones: Mel,oleum vetus,& fœniculi ſuccum, æquis portionibus miſce ac vtere. Aliud: Sagapeni drachmas duas,ſpumæ nitri drachmas quinque,mellis libras duas. Aliud Demoſthenis.ego verò ſubſcripto vtor:

Caucalidis ſuccum,coronopodis ſuccum, chamædryos

ſuccum,æquis portionibus excolato,ſiccato,collyria formato:ac vtitor:ſi verò liquido vti voles, cum melle tritis vtere. Aglaidæ liquidum ad principium ſuffuſionis, Floris æris obolos quinque, piperis obolos quinque, croci drachmas duas,caſtorii drachmas duas,fellis galli drach. vnam,omphacii drachmas tres & dimidiam,ſpicæ nardi obolum vnum,lapidis hæmatitæ obolos duos,ſpumæ nitri obolos duos, floris ſalis drachmas xxxii. opobalſami drachmas xxxii.mellis quincuncem.omnia trita in argēteo vaſe reponito. Eraſiſtrati panchreſtos liquida compoſitio ad inflammationes pruriginoſas, & lippitudinē ſcabram,aures purulentas,vlcera ægrè recipientia cicatricem,cynanchen, *id eſt anginam*, & ad nomas in ore ac pudēdis: Æris vſti drachmas duas,myrrhæ drachmas tres, miſyos toſti drachmas tres,piperis drachmam vnam,croci ſeſquidrachmā,vini auſteri veteris cochlearia tria,paſſi Cretici cochlearia duo,trita rurſus terito cum vino,& vbi id combiberint,paſſum adiicito,& vnita in æreo vaſe ad mollem ignem coquito vſque ad mellis ſpiſſitudinē, & in ænea pyxide reponito. Alia liquida ex ſucco verbenacæ: Facit ad hebetudinem viſus, pupillæ debilitatem & obfuſcationem.facit & ad corroſos angulos, ad tenuem fluxum,& inchoantes ſuffuſiones: Fellis capræ drachmas octo,mellis Attici ſeſcūcem, lycii Indici drachmas tres, piperis drachmas quatuor,ſucci verbenacæ rectæ deuncē, & ſicci ſucci drachmas octo,piper tuſum ac anguſtiſſimo cribro excretum,poſtea diu in mortario terito, & ſicco ſucco adiecto,ſimul terito:deinde etiam liquidum ſuccum,& mox lycium addito. Et vbi læuigata fuerint, mel adiicito,& mox fel ipſum, & vnita excipe ac vtere. Quidam ipſam herbam,verbenacam dico,tundunt ac cribrant,& drachmas octo adiiciūt: ſi verò ſiccius medicamentum euadat, collyrium efformato,ac vtitor. Siccū Caſſii,ad viſum acuendum & ad glaucedines, antiquas lippitudines,viſus hebetudines,ac obſcurationes: Fel taurinum totum in æneam pyxidem euacuatum ad dies decem ſinito:deinde trita adiicito,croci,myrrhæ,opobalſami,ſingulorum drachmā i. piperis grana xx. mellis Attici,duplum fellis.Et omnia ſimul trita in vas æneum iniicito, & ad mollem cinerem ad mellis ſpiſſitudinem coquito, & in ænea pyxide reponito,ac vtitor velut bono. ſimul enim vt illitum eſt,efficaciam ſuam declarabit.

Alia liquida Bolæ inſcripta ad ſuffuſiones: Fellis felis partem vnam,mellis Attici duplum, ſucci hieracii parē mellis menſuram miſce,& vtere. Alia ad ſuffuſiones celebris: Fellis coruorū recentium trientem,ſagapeni perſici drachmam vnam,ſucci Cyrenaici vnciam vnam,opobalſami vnciam vnam,mellis dodrantem. Alia valde celebris ex cuius vſu ſucceſſum habui: Fellis capræ drachmas quatuor,opobalſami drachmas duas, croci drach. duas,ſpicæ nardi,caſſiæ,lacrymæ oleæ Æthiopicæ,aluminis ſciſſi, medullæ ſtruthocameli, myrrhæ, ſingulorum drachmam vnam,mellis vncias octodecim, præparato diligenter,& reponito in pyxide æris Cyprii,ac vtere.

Alia. Theriaces Andromachi drachmas quatuor,ſucci Cyrenaici drachmas ſex, opobalſami drachmas duas, mellis non fumoſi drachmas quinque. Theriacā primùm vino veteri dulci diſſolue,& opobalſamum ac mel adiice,& vtere. Alia liquida Apollonii, valida compoſitio ad ſuffuſiones: Sagapeni drachmas duas, ſucci Cyrenaici obolos duos,veratri albi drachmas nouem,rutæ ſylueſtris drachmā i. ſpumæ nitri obolos quatuor,mellis quadrantem. Alia: Omphacii drachmam vnam, myrrhæ drachmam vnam,ſalis ammoniaci drachmam vnam,opobalſami,lacrymæ oleæ Æthiopicæ, ammoniaci thymiamatis,ſingulorum drachmam vnam, fellis hyænæ drachmas duas. excipe melle,& vtere. Alia: Fellis hyænæ,adipis viperæ,ſingulorum ſeſquidrachmā, croci drachmam vnam,omphacii drachmam vnam, opobalſami drachmam vnam,myrrhæ drachmas tres & dimidiam, mellis quantū ſatis eſt. Alia ad ſuffuſiones, etiāſi fuerint diuturnæ: Lapidem Scythicum cum felle aſpidis tritum illine:breui liberat.Sit autem aſpis quæ acontias appellatur.fel eius reperitur ad dorſum hepati annexum.

Alia,ad omnem viſus hebetudinem ac ſuffuſiones, facit etiam ad palpebras pungentes pilos producētes: Mellis ſextantem,opobalſami drachmas duas, myrrhæ drachmas duas,ſucci Cyrenaici drachmam vnam, opopanacis drachmā vnā:vtere. Alia ad ſuffuſiones, vt ægerintra quinque dies viſum recipiat. adeo magnū ac admirādum auxiliū eſt. Facit etiam ad aſperitates palpebrarum, & raró quis tale habere poteſt: Adipis viperæ,fellis galli albi,floris æris,ſucci rutæ ſylueſtris,lactis canini,opobalſami,æquis portionibus tritis vtere: aliquando verò pro æris flore atramentum ſutorium cōiicio. Alia liquida nigra, ad hebetudines,& fluxiones,ac affectiones: Clauorum caligarum veterum prælotorum ac probè ſiccatorum libram vnam,in ſextar. i. aceti acerrimi mittito, & per dies quinque ſinito:deinde in olla fictili aut ferrea, lēto igne donec ter ebulliat,coquito & excolato, & mellis deſpumati & colati libram vnam adiicito, & ad mollē ignem vſque ad ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem coquito, ramulis fortibus abſinthii tribus ſimul colligatis agitando:deinde vbi coactum fuerit medicamentum,atramenti ſutorii læuiſſimè triti vnciam vnam inſpergito,ac vtitor per ſpecilli nucleum angulos inde contingens. Alia repellens fluxiones,& detergens oculorum tunicas. attenuat etiam cicatrices,& forinſecus ſupernæ palpebræ illita repellit fluxiones,ſi ſtatim ab initio illita fuerit. Melāteriæ,velut iam diximus,de clauis præparatæ, & mellis parem menſuram,& ſucci fœnigræci tantundem,ſimul mixta & excolata,ad lētum ignem coquito,aſſiduè agitādo, donec mellis compagem acceperint, & repoſitis vtere. Cæterùm fœnigræci ſuccum præpara,velut dictum eſt in vlcerum oculorum tractatu. Sed & dum excolas fœnigræci ſuccum,ne exprimas ipſum,ſed ſponte defluentem iniice. Si verò vbi paratum fuerit pharmacum & frigefactū grumi in ipſo fuerint,totum paulatim in mortariū trāſfundito,& diſſolutis grumis reponito ac vtitor. Alia liquida,ad ſicoſas eminētias,& omnē carnis extuberātiā,& ad carnis in angulis incrementū,& ad incipiētes lippitudines: Miſyos toſti drachmas octo, myrrhæ drach. ii. mellis quod ſatis eſt. Alia. Miſyos toſti drachmas ſex, atramenti ſutorii drachmas quatuor, myrrhæ drachmas quatuor,mellis quod ſatis eſt. Oribaſii liquida ad ſuppuratos ex vlceratione: Atramenti ſutorii drach. octo, croci drachmas octo,myrrhæ drachmas quatuor, mellis libram vnam. Alia liquida eiuſdem: Mellis ſextantem,opobalſami drachmas duas,ſucci Cyrenaici ſeſquidrachmam,opopanacis ſeſquidrachmam. Ex eodem liquida Baſſi ad ſuppuratos oculos: Croci,aloes, myrrhæ, ſingulorum ſeſquiunciam,vini quadrantem, mellis ſeſcūcem: Crocus teritur cum modico vino:deinde aloe & myrrha,& vbi ad cōpagē redacta fuerint,inſpiſſata melli adiiciuntur,& vnita reponuntur in vitreo vaſe. Vtere hoc bis illinens in die:aut ſi res vrgeat,etiam ter, & oculum deliga. Repurgat,incarnat,cicatricem inducit,vſque ad finem illita. In pleriſque verò poſt repurgationem, ad collyria tranſimus,& maximè id quod inſcriptum eſt Scutulare,capræ faciem præferens. Alia liquida experimēto conſtans: Succi verbenacæ rectæ,lycii Indici, æquales partes,hoc eſt ſingulorum vnciam vnam, mellis tantundem. Alia liquida ex adipe viperæ.mirificè facit ad incipientes ſuffuſiones,& hebetudines oculorū ſanat: Succi rutæ,opobalſami,ſucci fœniculi,ſucci chelidoniæ circa ſepes naſcentis,adipis viperæ in duplici vaſe eliquati, mellis non fumoſi,ſingulorum æquas portiones ſimul mixtas per purum linteum excolato,& vtere confidenter,ita vt aliquando mellis ſeſquiunciam,& reliquorum vnciam vnam coniicias.

Collyria ex croco,& ex ſuccis diuerſa,
Cap. c.

Collyrium ex croco ad initium lippitudinum: Glaucii drach. xxiiii. ſarcocollæ drachmas ſedecim,croci drachmas octo,gummi drachmas octo,tragacanthæ drachmas quatuor. arida omnia trita ac læuiſſima facta,tragacantha madefacta excipe. Aut ſic præpara,Sarcocollam aqua terito,deinde glaucium cribratum adiicito, ac rurſus terito. deinde crocum ſiccum læuiſſimè tritum,& tragacantham ſiccam in tenuiſſimum puluillum redactam

& gummi ſimiliter inſperge, quò eadem die aut poſtera in collyria rediguntur. nam collyria diu in mortario manentia nigreſcunt, & vires immutant. Vtere autem ipſo, aquoſum infundens per ouum, lippitudine incipiēte: incipiente verò declinatione, craſſum inſtilla: conſtante autē declinatione ficte, cum aqua illine. Aliud ex myrrha: Glaucii drach. XLVIII. ſarcocollæ drach. XLVIII. croci drachmas vigintiquatuor, opii drachmas ſex, myrrhæ drachmas ſex, tragacanthæ drach. XLVIII. lapidis hæmatitæ drachmas ſex, gummi drachmas ſedecim, excipe aqua. vſus eſt per ouum. Aliud Phoſphorus appellatum, ad dolorem & omnem inflammationem, & intentos humorum influxus: Glaucii drachmas vigintiquatuor, ſarcocollæ drachmas octo, croci drachmas octo, opii drach. octo, myrrhæ drachmas octo, miſyos vſti drachmas octo, gummi drachmas duodecim, excipe aqua. Aliud Euchrum à colore bono dictum. facit ad ea quæ Phoſphorus; commodat & aſperis palpebris: eſt & pueris commodum: Glaucii drachmas LXIIII. ſarcocollæ drachmas trigintaduas, croci drachmas vigintiquatuor, opii drach. ſex, myrrhæ drachmas ſex, hæmatitæ drachmas ſex, tragacanthæ drachmas ſedecim, gūmi drachmas ſedecim, excipe aqua, & inſtilla in principio per ouum. Aliud dolorem eximens ex ſuccis ad omnem doloris vexationem. ſomnum inducit confeſtim: Glaucii drachmas XLVIII. ſarcocollæ drach. ſedecim, croci drach. octo, opii drach. quatuor, lycii Indici drach. quatuor, ſucci roſarū drach. quatuor, ſucci mandragoræ drach. quatuor, ſucci hyoſcyami drach. quatuor, ſucci cicutæ drach. quatuor, tragacāthæ drach. ſedecim, gummi drach. XLVIII. excipe decocto meliloti. Componitur autem hoc modo: Accipe meliloti libram vnam aquæ pluuialis ſextarios ſex, coquito ad tertias, & excola liquorē ad pharmaci præparationem. Collyrium ex ſucco polygoni: Succi polygoni ſeſcuncē, lycii Indici drach. ſex, aloes drach. quatuor, myrrhæ drach. quatuor, thuris drach. quatuor, opii drach. tres, acaciæ nigræ primariæ drach. duodecim, vini veteris odorati quantum ſatis eſt. Facit ad omnes in oculis affectiones, reprimit fluxiones, & ſedat dolores: amat autem balneum. quare vbi illeuiſti, lauari iube. facit & ad vlcera.

Collyrium ex ſucco rhamni, ad chemoſes & dolores, de quo quidam magnopere gloriantur: Æris ſextantē, cadmiæ ſextantem, opii ſextantem, aloes ſcrupulos duodecim, croci ſcrupulos duodecim, acaciæ beſſem, gummi beſſem, ſucci fructus rhamni libram vnam, aquæ quantū ſatis eſt: ſi verò abundas, ſuccum fructus totum iniice, & gummi aqua macera. Collyrium è ſucco verbenacæ, quod maximas humorum influxiones intra ſecundam illitionem exoluit: Croci drachmas tres, meliloti drach. ſex, glaucii drach. duodecim, opii ſcrupulos tres, amyli drach. quatuor, gummi drachmam vnam, terito, & ſuccū verbenacæ rectæ affundito, efformatóque ac vtitor. Eſt & alia efficax compoſitio, vt vix credi poſſit. facit ad lippitudinem, tumores laxos, & inflationes, omnémque humorum influxionem. & deſperatas in oculis affectiones intra triduum remouet: Croci drach. quatuordecim, amyli drach. duodecim, glauci drach. ſedecim, albuminis oui drachmas tres, tragacanthæ drachmas quatuor. tere, & ſuccum verbenacæ rectæ affunde, efformáque ac vtere.

Collyrium ex ſucco fœniculi: Cadmiæ dodrantem, ſtibii beſſem, miſyos crudi ſeſcuncem, omphacii ſeſquiunciam, chalcitidis vnciam vnam, croci ſeſquidrachmā, folii vnciam vnam, ſucci fœniculi beſſem. Et rurſus aliud fœniculum cum aqua pluuiali decoquito, & cum eo decocto prædicta terito ac efformato. hoc multi præparatum habent.

Collyria monohemera, *id eſt vnius diei*, Galeni, Cap. CI.

COllyria vnius diei cum candido oui illita, plerunque ſtatim ab initio lippitudines abſque humorum multitudine factas curant. Reuera enim non parum ſæpe hæc magnas inflammationes mitigauerunt, vt in veſperā quidem homo balneo vſus, poſtera verò die collyrio nardino illitus fuerit ad inſtaurationem ac corroborationem. Admiſcetur autem ad nardinum in prima illi-

A tione, parum quiddam de acribus ac ſiſtentibus appellatis collyriis: in ſecunda verò illitione, paulo amplius quiddā de iiſdem. Sufficiūt enim duæ pharmaci adhibitiones, & deambulatiuncula aliqua non multa ante balneum, ad perfectam reſtitutionem. Collyria igitur vnius diei, quæ priuatim fæculenta nominantur, multam habent acaciā: quædam verò aut omnino modicam, aut omnino non habēt. Complectuntur autem in ſe, alia æris ſquamam, alia æs vſtum modicum, cum multis aliis quæ moderatè adſtringunt, & concoquunt ac diſcutiunt. Talia autem B ſunt crocus, myrrha, lycium Indicum: ſed & caſtorium, ac thus citra adſtrictionem concoquunt ſimúlque diſcutiunt. In quibus igitur adſtringentia prædominantur, plurimum oui liquorem & parum de pharmaco eſſe oportet, & præſertim ſiquid ex metallicis pharmacum in ſe cōplectatur. In quibus verò crocus, & myrrha caſtoriúmque ac thus, & lycium præualent, paulo craſſiore pharmaco vtendum eſt. Fomentum præterea omnino adhibendum eſt ipſis per ſpongiam, ſi quidem mediocris ſit dolor, ſemel aut bis in die: ſi verò vehementior dolor vrgeat, præ C ſtat ter aut quater, & ſæpius vti: in longis præſertim diebus. fiat autem fomentum per meliloti ac fœnigræci decoctum. Oportet tamen horum collyriorum vſum vitare, in quibus humorū multitudo in toto corpore adeſt. nam monohemera quum ſint facultate frigida, obſtructionē corporum, & denſationem meatuum faciunt: ſi verò materiæ multitudo in oculis fuerit, ruptionis corniformis tunicæ cauſa fiunt. Nos autem in recentibus lippitudinibus, Theodotio Seueri illito ex aqua, & ſpongia forinſecus oculo impoſita ægrum ab affectione liberauimus. & D plerunque balneo vti iubemus ſtatim poſt primam illitionem. Cæterùm monohemera collyria hæc ſunt, Collyrium monomelum appellatum, eo quòd ex vnica ſpecilli inductione, inquit, curat. eſt autem multi vſus. Facit ad diuturnas ac ægrè ſolubiles affectiones, & maximè in quibus etiam palpebræ exaſperatæ ſunt, per ſubiectionē illitum. oportet autem poſt illitionem diu claudere oculum. Facit etiam ad confuſiones oculorum, & ad ſtaphylomata: eſt etiam pueris commodū. Vtere cum aqua diluto in iis qui mordacitatem ferre poſſunt: in aliis cum E ouo. In omnibus autem per ſubiectionem palpebræ ſublīne: ſi verò vehemens fuerit inflammatio, cum ouo infunde. Habet hoc modo: Cadmiæ drach. vigintiquatuor, æris drach. duodecim, chalcitidis toſtæ drach. duodecim opii drach. vndecim, piperis grana vigintiquatuor, mellis ſeſquiunciā, gūmi drach. vigintiquatuor, excipe aqua. mel poſtremum adiicitur. Pelarium quod in principiis aquoſum cum aqua dilutum adhibetur: in vigore verò aquoſum cum ouo. ad diuturnas autem affectiones, craſſius cum ouo, deinde ſenſim progreſſu facto, etiam aqua F ad ouum admiſcetur: ad finem verò ex ſola diluitur. in vlcerationibus tamen minus efficax eſt: Cadmiæ drach. ſedecim, ceruſſæ drach. XLVIII. acaciæ drach. vigintiquatuor, opii drach. IIII. amyli, tragacanthæ, gummi, ſingulorum drach: duodecim, æris vſti ſeſquidrachmā, myrrhæ drach. tres, croci ſeſquidrach. excipe aqua. Aliud pelarium Antoninus appellatum: Cadmiæ drach. vigintiquatuor, ceruſſæ drach. vigintiquatuor, acaciæ, opii, ſingulorum drach. octodecim, tragacanthæ, amyli, ſingulorum drach. nouem, myrrhæ drach. tres, æris vſti ſe- G ſquidr. excipe aqua. hoc magis facit ad exulcerationes.

Aliud pelarium, quod comitem vitæ vocant: Cadmiæ quadrantem, ceruſſæ quincuncem, pompholygis quadrātem, opii ſeſquiunciā, acaciæ, myrrhæ, gummi, ſingulorū drachmas octo, tragacanthæ quadrantem, amyli ſeſcuncem, æris vſti drachmas quatuor. croci drach. quatuor: excipe aqua. Eſt autem optimū ad chemoſes & reliquas lippitudines etiam in vigore, & ad omnes vlcerationes in quibus denſæ factæ ſunt palpebræ. repurgat enim & replet ac cicatricem inducit. Maximè verò hoc vtor, ſi pro H pompholyge, cadmia ter vſta admixta fuerit. Pelarium Edeſſenum: Tragacanthæ, gummi, acaciæ, amyli, ſarcocollæ, ſingulorū drachmas duas, opii drachmas quatuor, ceruſſæ drachmas octo, cadmiæ drachmas ſedecim: excipe aqua.

De collyriis ſiſtentibus, Seueri, Cap. CII.

COllyria quoque quæ ſiſtentia appellantur, repulſoria ſunt. ſiſtunt enim inordinatum fluxionis impetum. Et quædam ex ipſis Hermolai vocātur, quædam verò hexacontarchia, ex eo (velut puto) quòd vniuerſus ipſorum apparatus ſit ſexaginta drach. quædam autem hecatontarchia. multæ verò ſunt etiam horum materiæ, ob quorum copiam medicus indignatus, velut in pelago vertigine affectus, à ſcopo aberrat. Oportet igitur omnium facultates diſcernere, & ad vnum finem horum efficacias adaptare. Noſſe enim oportet quòd omnia ſiſtentia collyria frigefaciunt & adſtringunt, alia magis, alia minus: ſed & reſiccāt aliquo modo. Proinde ad calidiores lippitudines talia cōmodant, non tamen ſtatim à principio priuſquā cōcoctio apparuerit. Optimū verò & admirandū nobis viſum eſt album Seueri collyrium, quod ex fœnigræci ſucco præparatur, & cadmia, & ceruſſa, ac tragacantha: & quod poſt ipſum ſcriptum habetur. At vbi ad cōcoctionem perducta eſt affectio, rurſus ex multis ſiſtētibus commodum reperimus hecatontarchiū: & adhuc magis ipſo id quod poſt ipſum ſcriptum habetur. Recipit autem hecatontarchium æris drachmas duodecim, cadmiæ drachmas quindecim, myrrhæ drachmas quatuor, acaciæ drachmas XXXII. opii drach. quatuor, gūmi drach. XXXII. quidā etiā croci drachmam vnam: excipe aqua. Hoc collyrium aquoſum ad illitionem aſſumptū, ad complicatas affectiones commodum compertum eſt, in quibus eſt inflammatio, & diſtentio, & fluoris influxio. Attenuat enim palpebras, & ipſarum dēſitates ac aſpritudines exæquat cum aqua illitum. Sed & viſus hebetudines ſiſtit, adſtringens ac velut exprimens incūbētes oculo humores. In iis tamē qui ſubtili oculorum ſenſu præditi ſunt, cum oui candido collyrium diluere oportet: ſi verò oui candidum deſit, panem purum non aridum, neq; multi ſalis participem aqua maceramus, & aquam excolatam ad illitionem accipimus: ſin minus, farinam puram madefacimus excolamúſque, ac cremore vtimur. Conuenit autem vt ne aceruatim auxiliorum mutationes faciamus, neque aliud illinamus, & aliud ſuperillinamus. Oculus enim à peregrina innouatione magis perturbatus iniuria afficitur. Itaque hecatontarchio, velut dictum eſt, vtēdū eſt ad cōplicatas affectiones, ita vt aquoſum ipſum faciamus in vſu. hic enim eſt admirandus ipſius ductus. Eſt & aliud collyrium ſiſtens, ex eadem materia conſtans, ſed diſſonantiam ſolùm in apponderatione habens. excedit autem præcedens in ſua actione. Vidimus enim operum ipſius euētum. ſed & hoc à vulgo medicorum ignoratur. Accipit autem æris vſti quadrantem, cadmiæ quadrātem, opii, myrrhæ, ſingulorum drach. quatuor, acaciæ, gummi, ſingulorum ſeptūcē, & vnciæ dimidium: excipe aqua. Hoc collyrium inenarrabilem quandam vim habet, & tēpeſtiuè adhibitum deſperatas affectiones ſanat, & graues dolores mitigat ac ſedat. Tempus autem adhibitionis eius, eſt lippitudinis vigor, quando concoctio facta fuerit, & gramæ in oculo cōſpectæ, & velut ſubcruentum quiddam in oculo apparuerit. ſiue enim chemoſis fuerit id quod affligit, ſiue palpebrarum inflammatio, congruum eſt ipſis hoc auxilium. Tantam enim quietem ex eius vſu ægri conſequuntur, vt quum antea diu vigilias tolerarint, ſtatim ad illitione ſomnum aſſequantur. Confidenter igitur ad pharmacum accurre, conſiderans num tenuis lacryma poſt collyrii illitionem defluat. Habebis enim & in hoc ſucceſſus ſignū, ſi omnino non poſt illitionem lacryma defluat. In quibus enim ex prima illitione lacryma ſiſtitur, ſed inadſtricti permanēt, & velut ſomnus ſuccedit, in his ſtatim ſanitas expectanda eſt, vt non opus ſit ſecunda illitione: ſi verò adſtrictio fiat in prima illitione, infundendum eſt ipſis oui candidū per ſe moderatè calefactū. verùm in ſecūda illitione aut tertia, ab eo ſymptomatis accidēte liberabūtur. Primùm enim oculus velut re peregrina offenſus, mordetur: deinde velut aſſuetus, magis delectatur. Pruritus enim modicus ipſis oboritur cum quadam voluptate. atque hoc eſt ſignum ſucceſſus. nam corpora in profundo liberata, cauſas ad ſuperficiem propellunt. Præcipiendum

A eſt autem vt quibus illitum eſt pharmacum, oculos ne aperiant ante collyrii concoctionem. Cōmoti enim meatus rareſiunt, & collyrium ad profundum condeſcendēs, mordacitatem inducit. Poſt concoctionem autem collyrii; ſpongias adhibere oportet non magno facto fomento, & ipſum collyrium aquoſius illinire. diſtenditur enim palpebra in craſſioribus illitionibus vt ægrè ferat æger, & palpebræ grauētur. In principio igitur cum ouo illinatur aquoſius dilutum. At verò coactio eius fiat in feruida cote: (calefactū enim craſſius ſeipſo euadit) nam ſic adhibi-
B tum in dolore admirandum collyrium compertum eſt. Etenim ex hoc ductu etiam paruam in ipſo apparentem adſtrictionem penitus excludimus. In vigore verò itidē cum aqua adhibeatur: in declinatione autem cum aqua, & ſub palpebram illinatur. etiamſi enim denſitas relicta fuerit, & hanc itidem ſanat. Magnopere quoque pueris cōfert. curat enim etiam horum ardores. Poſſemus porrò plura auxilia recenſendo, maiorem legentibus difficultatem parere: verùm quum paruo labore ſuſceperimus, imò potius experientia inuenerimus præſcripta collyria, effica-
C cias ipſorum ſimul cū præparationis modo candidè expoſuimus. Collyrium ſiſtens ex oleo, Oribaſii: Cadmiæ vſtæ & lotæ drach. XL. æris vſti & loti drach. octo, opii, myrrhæ, ſingulorum drach. decem, acaciæ drach. centum, gummi drach. centum viginti: terito ex aqua, & ad excipiendū adiice olei omphacini quadrātē & drach. tres. adhibetur in principio aquoſum cum ouo. Aliud ex oleo, velut expertus ſum. facit ad principia lippitudinis, & fluxiones, & veteres affectiones, & ad corroſas palpebras: Cadmiæ drach. vigintiquatuor, æris drach. vi-
D gintiquatuor, myrrhæ drach. ſex, opii drach. I. acaciæ, gūmi, ſingulorum drach. XLVIII. olei omphacini ſextantē: terito cum aqua. Collyrium ſcutulare appellatum, capræ faciem præferens, & ſiſtendi vim habens, in principio quidem cum ouo craſſum: & ad declinationes ſimiliter: ad vigores autem aquoſum. Facit mirificè ad ſuppuratos oculos, & ſordida vlcera paulatim repurgat, & dolorem eueſtigio eximit: Cadmiæ ſeſquiunciam, æris ſeſquiunciam, croci drach. quatuor, aloes beſſem, lycii Indici ſextantem, acaciæ ſeſcuncem, opii ſeſquiunciam, myrrhæ drach. quatuor, tragacanthæ vnciam vnam, gummi
E ſeſcuncem. Hermolaus paruus: Cadmiæ vnciam vnā, croci drach. quatuor, myrrhæ drach. quatuor, aloes drach. octo, acaciæ drach. octo, gummi drach. XX. excipe aqua. Vtere hoc admixto aliis collyriis lenibus, & infunde in principio cum ouo. Hermolaus magnus. facit ad prædicta multo melius: Cadmiæ beſſem, ſpicæ nardi ſeſquiunciam, æris ſeſquiunciam, croci trientem, aloes beſſem, lycii Indici ſextantem, acaciæ ſeſcuncem, opii trientem, myrrhæ trientem, tragacanthæ vnciam vnam, gum-
F mi ſeſcuncem: excipe aqua. Collyrium Olympionici. facit ad maximas doloris vexationes, & chemoſes. & in ſummum, eſt ex collyriis proſperi ſucceſſus. ſtatim enim liberat: Cadmiæ lotæ drach. octo, ſtibii loti drachmas octo, aloes drachmas octo, myrrhæ drach. quatuor, croci drach. quatuor, opii drach. quatuor, gummi drach. octo: excipe aqua. vſus eſt cum ouo: temperatura verò craſſior ſit. Ego pompholygis drach. quatuor, & thuris drach. quatuor adiicio. Collyrium Ericerum Achariſton appellatum, ab erica & dignæ gratiæ deſperatione. facit ad
G maximas humorum influxiones. Ex huius vſu in Ægypto ſucceſſum ſentiunt, præſertim in agreſtioribus corporibus: Cadmiæ drachmas ſedecim, æris vſti ac loti drachmas octo, opii drachmas quatuor, ſeminis ericæ drach. quatuor, acaciæ drachmas octo, myrrhæ drachmas quatuor, gummi drach. ſedecim: terito cum aqua & excipe. vſus eſt cum lacte muliebri. temperatura ſit media. Vbi verò circa oculos affectio eſt, à collyrio abſtinere oportet. Ego porrò hoc vſus ſum: Cadmiæ drachmas ſedecim, æris vſti loti drachmas quatuor, ſeminis ericæ dra-
H chmas duas, opii drachmas duas, myrrhæ drachmam vnam. acaciæ drachmam vnam, gummi drachmas octo: excipe aqua. vſus in principiis ſit aquoſus, & lauato: in declinationibus autem craſſum cum ouo illine. Aliud Ericerum, quod cum magno labore accepi velut magnum

donum. facit ad prædicta multo melius:& ad aſperas palpebras: & ad ipſorum debilitatem. Si non prius mercedem acceperis, ne illinas. Cadmiæ drach. octo, æris vſti drach. IIII. chalcitidis crudæ drach. octo, aloes drach. ſex, opii drach. IIII. croci drach. IIII. ſeminis ericæ drach. IIII. acaciæ drach. XII. gummi drach. XII. excipe aqua.

Aliud Ericerum celebre, quod appellatur ſiſſum Achariſton, *eo quòd digna gratia ipſi rependi non poteſt*. facit ad fluxiones antiquas, & dolores maximos qui ſunt citra vlcerationem: ab initio vſque ad finem cum aqua cohibet diuturnos fluxus in vlcerationibus aquoſum cum ouo. Aſpritudines autem attenuat cum aqua, & albugines deterit, & diuturnas viſus turbationes ſanat: & poſt ſublata pterygia commodum eſt. attenuat enim pelliculas, & cicatrices planas efficit. Valde vtile eſt in ſuffuſis poſt perpūctionē: per lenem enim adſtrictionem robur oculo addit. eſt etiam pueris commodum: Cadmiæ drach. XVI. æris drach. IIII. ſeminis ericæ, opii, myrrhæ, ſingul. drach. octo, acaciæ drach. IIII. gummi drach. octo. huius equidē periculum ego non feci: quæ verò de ipſo dicta ſunt, præſtat id quod ipſum præcedit.

De lenibus collyriis, Galeni, Cap. CIII.

EX collyriis lenibus appellatis quædam terream eſſentiam habent citra frigiditatem aut caliditatem manifeſtam in medio quodammodo horum conſiſtentia. & ex his ipſis aliqua modica frigiditate aut caliditate participant: aliqua verò omnino nullā talē vim præ ſe ferunt. Totum itaque genus ipſorum, obſtruendi vim habet, cōtrariam iis quæ ab obturatione liberant: qualis eſt Samius aſter appellatus: qui tenuiorū partiū eſt quàm terra ſimpliciter Samia nominata: & pompholyx lota, & cinis ipſi[9] lotus: & cadmia vſta ac lota. Huic autem parum quiddā facultatis exterſoriæ adeſt, ſiue poſt vſtionē, ſiue ſine hac lauetur. Pompholyx autem & ſpodium modicam adſtringendi vim habent, quemadmodum etiam vſtum ac lotū plumbum: eſt enim mordacitatis exors: habet autem & adſtrictionis quippiam. Eſt & amylum lene. & ceruſſa lota, vicina eſt facultati plumbi vſti ac loti: lene eſt item fœnigræci decoctum: & quod in ouis eſt album ac tenue. & lac boni ſucci in horum genere eſſe putandum eſt, itémque gummi ac tragacantham. At ſtibium non lotum quidem, fortem adſtringendi vim oſtendit: lotum autē exoluitur, vt propè mordacitatis exors euadat. Alterum porrò genus eſt eorum quæ paruam habent mordacitatem, ex eo quòd admixta ſunt ipſis quædam ex modicè adſtringentibus: qualia ſunt roſæ & thus, quum modicam quidē aſtrictionem habeant roſæ, & parum de exterſoria facultate ipſum thus. quum autem moderatè calidum ſit thus, ob id quandam concoquendi ac dolores eximendi vim habet. Ex eodē verò genere cum ipſo in concoquendo ac moderatè diſcutiendo, putādus eſt crocus & myrrha: quæ inter ſe differunt, eò quòd crocus moderatè adſtringit, myrrha verò citra aſtrictionem diſcutit, & humiditates non inſtrenuè reſiccat. Adhibentur igitur à medicis leniſſima ad affectiones ægrius curabiles, in quibus vlcus eſt aut ſolum, aut cū tunicæ corniformis corroſione, & vuiformis prolapſu, ſanie mordaciſſima effluēte. in his enim nullum aliud pharmacum conuenire videtur: quum adſtringentia quidem effluentem ſaniem detineant, & propter hoc ex mordacitate dolorem augeant: acria verò affectionem intendant. Laxatoriorū autem ac diſcuſſoriorū pharmacorum facultas euacuare quidem poteſt quod generatur, neque autem vlceratum renutrire, aut cicatricem inducere, neque quod prolapſum eſt reprimere ac concludere: quemadmodum neque concoctoriorum facultas, etiamſi concoquere affectiones non parum poſſit. Quid verò dicere amplius opus eſt de pharmacis acidas aut amaras vires habentibus, quòd huiuſmodi affectiones mordent ac exacerbant? Ad maiorem autem malignitatem procedūt, quæ nitroſam ac ſalſam vim habēt. Ad has igitur affectiones conuenire videtur relatorum lenium pharmacorum genus, quod citra mordacitatem curare poteſt vlcera cum acri fluxione, per multum tempus vitiatos humores in affecta parte conſumens ac reſiccans, qui ſanè vitiati humores bonum ſanguinem locis influentem corrumpunt. Vocantur autem talia collyria à medicis, Libyana & Cygni, adhibéntque ipſa oculis trita cum lacte mulieris boni ſucci, eo quòd vitare cupiūt obſtructoriam vim ouorum. quum enim ſeroſa quædam exterſoria pars in lacte contineatur, vſus ipſius congruus ſit ad propoſitam curationem. vlcera enim quæ impletione indigent, exterſoriis citra mordacitatem opus habēt. ſi verò non affuerit tale lac, per fœnigræci decoctum talia collyria terere præſtat, quum etiam ipſum aliquam exterſoriam vim habeat. Proinde quæ ſpodiaca ac tephrica collyria, à cinere & ſpodio appellantur, communem habent vim leniendi ac frigefaciendi, & moderati mordacitatis exortem.

De lenibus ac albis collyriis, Cap. CIIII.

ALiud porrò eſt album collyrium quod multos latet ob præparationis vilitatem, putatúmque eſt à pleriſque hoc nihil poſſe. magnam verò ex hoc vtilitatem percepi ad propoſitam affectionem. Egregiè itaque facit ad omnem calidam lippitudinem. efficax eſt etiam ad pruriginoſas ac corroſas palpebras. Nos enim ſæpe multis perpetratis in tali intemperie, nullum ſucceſſum habuimus: ſerò autem aliquādo huius copiam adepti, magnam vim comperimus in ipſo, in ægrè curabili ac ferè incurabili affectione. Intantum enim mitigatus eſt æger, vt ex deo eſſe collyrium diceret. Sed & ad ſuppuratos oculos eximiè facit. reſiccat enim humorem ipſorum citra mordacitatem in breui tempore, & oculum imperturbatum cōſeruat. Curat etiam compendio rubores ſub paruis angulis in albo oculi fientes. Adeſt autem ipſis iuxta medium velut puſtula quædam, à qua etiam totus rubor contingit. In prædictis igitur affectionibus, inter quas etiam vlcerationem poſuimus, eximiè facit, vt neque fœnogræco opus habeamus. nam & hoc in collyrii compoſitionem recipitur. Vtimur autem ipſo aliâs aliter, in doloris vexatione, cum oui candido: ſic enim ipſum ſtatim mitigat. in quibus autem dolor non præualet, palpebræ verò craſſefactæ ſunt, etiam cum aqua infundimus: aliquādo etiam illinimus. Et in ſumma, ad omne lippitudinis principium, reliquam collyriorum materiam ſuperfluam ducimus: excedit enim vi ſua omnia eiuſdem generis. eſt enim lenius ac doloris magis mitigatiuū quàm alia. Alia enim opiū recipiētia, & amylum, & quandoque etiam myrrham, adſtrictionem aliquam inducunt: hoc autem collyrium ab his liberum eſt. Nam crocum excedit in efficacia, & ad feruores ac ardores palpebrarum facit: & ad ſolis æſtus. Sed & tenues ac acres fluxiones obtundit cum aqua illitum, aliquando & cum roſarum decocto. Et glaucos oculos habentes, & eos qui prominentem habent cryſtallini humoris ſitū, bene illuſtrat aquoſum infuſum. Et in quibus oculorum natura non fert adſtrictionem, his omnibus optimum eſt auxilium. Compoſitio autem collyrii hæc eſt: Ceruſſæ libram vnam, cadmiæ ſemiſſem, tragacanthæ quadrantem. Præparatur hoc modo: Cadmiā racemoſam prunis ignitis obruimus, & flammam ventilando excitamus. & vbi ignita fuerit cadmia, ablatam lacte aſinino extinguimus: deinde rurſus prunis ipſam obruimus, & ignitam rurſus lacte extinguimus: & tertiò idē facimus: deinde tundimus, & anguſto cribro excernim[9], & in profundum quoddam mortarium coniectam, aqua fontana pura affuſa terimus: & poſtea deſidere ſinentes, per aquæ fuſorium inſtrumētum aquam vnà cum ſuperſtāte cōcretione extrahimus, & rurſus aliā purā aquā infundimus: & vbi ſatis contriuimus, & rurſus deſidere ſiuimus, rurſus aquam per idem inſtrumentum extrahimus. & hoc ſæpe facimus, donec non amplius concretio aquæ ſuperſtet. Poſtea verò cadmiam exactè ſiccamus, & ſemiſſem ſiue ſeſcuncem apponderamus, ipſámque in mortarium collyriacum coniectam, aqua pluuiali puriſſima affuſa, exactiſſimè terimus, vt nulla aſperitas linguæ occurrat: atque ſic ad ceruſſam prædicto modo ablutam, cadmiam adiicimus: & ipſa ad dies XV. cum aqua pluuiali conterimus. Et tunc tragacātham albam ac lucidiſſimam accipimus eámque lotam, & reiecto quod in ipſa eſt are-

noſo,in fœnigræci decócto macerámus, & per diem ac noctem ſolùm macerari ſinimus. Plurimum autem inii- cere oportet de fœnigræci ſucco, præparato velut dictũ eſt in principio huius Sermonis capite decimoquinto. nã à tragacantha velut à ſpongia abſorbetur. Poſtera igitur die in mortario puro paulatim tragacãthã læuigamus, & alia prius trita in mortariũ adiicimus, & probè permixta patinis vitreis excipimus, & tenui linteo contecta in locũ humiditatis exortem, vbi ventus ſpirat, reponimus. Dehiſcit enim collyrium, & efformationem moratur, ſi in humido depoſitum fuerit loco. non enim tantum temporis poſtulat ad contritionem quantum ad efformationẽ. Eſt itaque hæc collyrii præparatio: & poteris ex hac methodo, ad eiuſdem generis materias tranſire. Talia autem ſunt libyana, & tephra, ac ſpodiaca appellata, itémque cygnaria, & alba quæ ex roſis & quæ ex coriandri ſucco præ parantur. Quibus omnibus præferendum cõpertũ eſt pro poſitum collyrium. Optimum verò experientia iudicatũ eſt & hoc: Cadmiæ vſtæ ac lotæ, velut dictum eſt, trientẽ, ceruſſæ ſimiliter lotæ vncias ſedecim, amyli recentis vncias ſedecim, opii drachmas quatuor, tragacanthæ triẽ tem: reliqua cum aqua terito: Tragacantham autem fœni græci ſucco diligenter velut dictum eſt, præparatam macerato: amylum verò neque acidum ſit, neque graueolẽs.

Aliud Nilammon appellatum, tenerum, dolorem eximens, ſtupefactiuum, ex genere cygnariorum. Facit & ad vlcerationes, poſt primum vigorẽ, dolore præſente, craſſum illitum: Ceruſſæ lotæ ſeſcuncem, cadmiæ vſtæ & lotæ trientem, pompholygis per linteum lotæ ſextantem, opii ſextantem, tragacanthæ ſextantem, gummi ſextantem: excipe aqua. Aliud collyrium Aſclepiadæ, dolorẽ eximens: facit ad fluxionem omnis generis, vlcera, doloris vexationes, puſtulas, prolapſus, chemoſes, affectiones omnis generis: Ceruſſæ lotæ drachmas octo, terræ Samiæ drachmas octo, cineris pompholygis lotæ drach. II. tragacanthæ drachmas duas, opii drachmas duas, gummi drachmas quatuor: excipe aqua. vſus eſt cum ouo. Aliud Athanaſia appellatum: Cadmiæ vſtæ & lacte aſinino extinctæ ac lotæ lib. I. opii quadrantem, ceruſſæ lib. I. ſucci mandragoræ lib. I. amyli ordeacei lib. I. tere cum aqua, & ad efformationem adiice ouorum recentium albumina, quantum ſatis eſt. Collyrium Cygnus reginæ, ad maximos dolores ac affectiones: Cadmiæ lotæ drach. XVI. ceruſſæ lotæ drach. octo, acaciæ flauæ drach. II. opii flaui drachmas II. tragacanthæ drach. duas, gummi albi drach. II. amyli drach. duas, terito cum aqua: & amylum poſtremũ inſperge. nam ſi moram traxerit in mortario, aceſcit, & collyrium acre facit. ad excipiendum verò adiice ouorũ recentium quatuor candidum. Collyrium Bolæ mitigat & concoquit omnem inflammationem: Ceruſſæ toſtæ drach. XXXII. croci drachmas tres, opii drach. quatuor amyli recẽtis drach. octo, gũmi drach. XXXII. excipe aqua.

Aliud collyrium ex ſpuma argenti quod Auguſtum vocant: Spumæ argenti vſtæ ac lotæ ſextãtem, pompholygis lotæ vnciam vnam, cadmiæ vſtæ ac lotæ ſextantem, amyli ſextantem, gummi ſextantem, tragacanthæ vnciam vnam: excipe aqua. Hoc maximè & dolores eximit, & fluxiones intercipit, & oculum imperturbatum ſeruat.

Collyria libyana & tephra ac ſpodiaca, Cap. CV.

Collyriũ libyanũ Aſclepiadæ, ad puſtulas, epicaumata, ruptiones, cœlomata, oculos ſuppuratos, chemoſes, ſtaphylomata, doloris vexationes & affectiones. deterit etiã cicatrices: Cadmiæ vſtæ ac lotæ drach. ſedecim, ceruſſæ vſtæ ac lotæ drach. XVI. ſtibii vſti ac loti drach. duodecim amyli drachmas duodecim, cineris pompholygis drach. octo, plumbi vſti ac loti drachmas octo, tragacanthæ drachmas octo, opii drach. duas, gummi drach. ſex: & ad excipiendum ouorum candida VIII. Oribaſii inexuperabile collyrium Philumeni, inquit, tenerum libyanum ad ſuppuratos oculos, in vigore vlcera, dolores, chemoſes:

Cadmiæ, ceruſſæ, pompholygis, ſingulorum drach. ſedecim, ſtibii drach. duodecim, amyli drach. XII. plumbi A vſti, terræ Samiæ, tragacanthæ, ſingulorum drach. octo, gummi drach. ſex, myrrhæ drach. II. opii drach. II. excipe aqua. vſus eſt cum lacte muliebri aut cum ouo. Aliud libyanum Oribaſii, ad principia & vlcerationes: Cadmiæ vſtæ ac lotæ drach. XII. amyli drach. XII. plumbi vſti & loti drach. octo, ceruſſæ lotæ drach. octo, tragacanthæ drach. XVI. gũmi drach. XIIII. ſtibii vſti ac loti drach. XII. terræ Samiæ, pompholygis lotæ, ſing. drach. octo, myrrhæ drach. duas, opii drach. II. excipe aqua. Aliud collyrium, Aſter magni, quod præparari ſolet: B Cadmiæ lotæ drach. XXXII. plumbi vſti ac loti drach. XXXVI. ceruſſæ lotæ drach. XXXII. ſtibii vſti ac loti drach. XXIIII. pompholygis lotæ drach. XXXII. thuris drach. octo. terræ quæ aſter appellatur drach. octo, myrrhæ, opii, ſingulorum drach. IIII. tragacanthæ, gummi, ſing. drach. XVI. amyli drach. XXXVI. excipe aqua. Aſclepiadæ aſter inexuperabilis, dolorem eximens. facit ad doloris vexationes, puſtulas, ſtaphylomata, vlcera ſordida & ſerpentia. facit ad inueteratas affectiones, & cicatrices exterit: Cadmiæ vſtæ ac lotæ drachmas XVI. ſtibii vſti drach. XII. cineris pompholygis lotæ C drach. octo, myrrhæ drach. II. opii drach. II. tragacanthæ drach. octo, gummi drach. VI. excipe aqua. Aliud collyrium vranium, velut Oribaſius habet, ad vlcera, puſtulas, ruptiones, inuſtiones, prolapſus, ſtaphylomata, oculos ſuppuratos, corroſiones, nomas, carbunculos, & ad omnes magnas affectiones: Maximè conuenit ad ruborem ac glaucedinem oculorum. in principiis aquoſius infunditur. Quum autem tenuis fuerit & mordax & feruida fluxio, vtere cum lacte: vbi verò craſſam fluxionem diſſoluere volueris, cum aqua. Cadmiæ vſtæ ac lotæ ſextantẽ, ſquamæ æris lotæ trientem, terræ Samiæ vſtæ ac lotæ ſex D tantem, cineris pompholygis lotæ vnc. vnam, opii drach. VI. gummi trientem. ſtibii loti ſextantem: excipe aqua, & vtere confidenter. Collyrium ſpodiacum Demoſthenis. facit ad inflammationes & fluxiones: Cadmiæ drach. XXIIII. ſtibii loti drach. VII. ceruſſæ lotæ drach. XXIIII. terræ aſteris drach. ſex, thuris drach. quatuor, opii drach. VI. gummi drach. V. terito cum ſucco foliorum oleæ. ſuccum autem ſic facito: Tenera oleæ folia lauato, deinde in pila tundito moderata aqua affuſa, vt ſufficientem ſuccum remittant: deinde exprimito, & per linteum purum excolato, ac vtitor. E Aliud ſpodiacum admirandum, tenerum, faciens ad fluxiones & epiphoras humorum impetuoſas, vlcera, inuſtiones, puſtulas: Cadmiæ vſtæ ac lotæ drach. octo, ſtibii vſti ac loti drach. duas, terræ aſteris drach. IIII. opii drach. duas, gummi drach. duas: excipe aqua. Collyrium tephron. inſpiſſat ac agglutinat tenues fluxiones velut præcedens. Optimum verò eſt hoc ad calidas fluxiones: Cadmiæ vſtæ ac lotæ drach. XXV. ſtibii loti drachmas octo, terræ Samiæ drachmas ſex, ceruſſæ drach. VI. opii drachmas quinque, gummi drachmas octo, ouorum F recentium albumina ſex: excipe aqua. Collyrium Philagrii penitus lene: obfuſcat enim fluxionum mordacitatem: quapropter confidenter ipſo vtendum eſt in acribus ac tenuibus fluxionibus. Obtundit enim has & reſiccat. hoc ſyricum aut ſandycem appellant: Pompholygis lotæ drachmas vigintiquinque, ceruſſæ vſtæ ac lotæ drach. vigintiquinque, terræ aſteris, plumbi vſti ac loti, ſingulorum drachmas vigintiquinque, gummi albi drachmas XL. aquæ pluuialis puriſſimæ, non olentis, quod ſatis eſt. G ſingula ſeorſim vſta, lota, ſiccata, põderata, adiicito ac terito: & in fine gummi addito: deinde amylum. Aliud eiuſdem, ad vlcerum repletionem, præſertim malignorũ. Cadmiæ vſtæ ac lotæ, drach. XXV. põpholygis lotæ drach. XXV. tragacanthæ drach. X. excipe aqua.

Collyria ex thure, Cap. CVI.

Collyrium ex thure ad fluxiones, & chemoſes, & caua vlcera: Cadmiæ drachmas octo, thuris drachmas VIII. ceruſſæ drachmas quadraginta, opii drachmas ſex, terræ aſteris drachmas ſex, gummi drachmas ſex: excipe H aqua. vſus eſt cum ouo. Aliud delicatum inſcriptum, ad inuſtiones, puſtulas, chemoſes, præſertim in iis qui nullam omnino mordacitatem ferre poſſunt: Cadmiæ lotæ drachmas octo, ceruſſæ lotæ drach. XLVIII. thuris

drach.

drachmas octo, opii drachmas ſex, amyli drachmas octo, gummi drachmas ſedecim, excipe aqua. vſus eſt cum ouo.

Collyrium Cleonis, Cap. CVII.

COllyrium Cleonis, velut Demoſthenes habet: ad vlcera pura & iam cicatrice indigentia, ex cuius vſu nos valde laudati ſumus. nam profundiſſima vlcera & pura celerrimè replet, & compendio ad cicatricem perducit, tenuibus & obſcuris cicatricibus relictis, & vlcera abſque inflammatione conſeruat. habet hoc modo: Spodii loti drachmas quatuor, plumbi vſti ac loti drachmas quatuor, ſquamæ ferri ſtomomatis lotæ drachmam vnam, gummi drachmas duas, excipe aqua. & vtere cum lacte aut ouo. Vtimur autem ipſo (inquit Apollonius) in profundiore vlceratione, cum cremore tragacanthæ aquoſo. Quidam croci ſeſquidrachmam iniiciunt, & pro ſpodio pompholygis, cadmiam ter vſtam accipiunt. Eſt autem lene quidem & mordacitatis exors, verùm graue. quare nunquam craſſo ipſo vtendũ eſt, ſed aquoſo.

Collyria ex roſis viridia ac alba, Cap. CVIII.

COllyrium Nili ex roſis, ad dolores, fluxionem tenuem ac multam, puſtulas, prolapſus, & vlcera ſordida, & palpebras aſperas: Roſarum viridium, reſectis vnguibus, drachmas vigintiquatuor, croci Corycii drachmas duodecim, opii drachmam vnam, ſpicæ nardi drachmam vnam, gummi drachmas ſex, excipe aqua. Vſus eſt cum ouo. temperatura ſit liquidiſſima. Quidam etiam ad confuſiones & pupillæ dilationem ipſo vtũtur.

Collyriũ ex roſis, Diagoræ, quod magnum appellatur, aut viride, ex ſeptuaginta duabus roſarum drachmis. Ad chemoſes, & doloris vexationes, puſtulas, epicaumata ſiue inuſtiones, ſtaphylomata, prolapſus, oculos ſuppuratos, fluxiones antiquas, lippitudines inueteratas, & affectiones ægrè curabiles: Roſarum viridium exunguium drachmas ſeptuagintaduas, cadmiæ lotæ drachmas vigintiquatuor, croci drachmas VI. ſtibii drachmas ſex, æruginis drachmas duas, ſpicæ nardi drachmas II. opii drachmas tres, myrrhæ drachmas tres, gummi drachmas vigintiquatuor, ſquamæ æris drachmas duas, excipe aqua. Collyrium quo vſus eſt Florus in Druſi matre, quæ parum abfuit vt ab aliis medicis excæcata fuiſſet: Acaciæ drachmas quadragintaocto, roſarum ſiccarum drachmas quadragintaocto, meliloti drachmas quadragintaocto, ſpodii põpholygis drachmas vigintiquatuor, croci drachmas vigintiquatuor, malorum mandragoræ drachmas duodecim, ſeminis hyoſcyami drachmas ſex, opii drachmas ſex, myrrhæ drach. IIII. æris vſti drachmas quatuor, gummi drachmas quadraginta, vini Falerni heminas tres, aquæ pluuiæ heminas tres. Aquam & vinum miſceto: & in hæc roſas, melilotum, hyoſcyami ſemẽ, & mãdragoræ mala: aut, ſi hæc non adſint, corticẽ iniicito, & ad triduum macerari ſinito: deinde expreſſo liquore ad pharmaci compoſitionem vtitor. Vtere hoc velut probatiſſimo. Aliud Philagrii ex roſis, ad inflãmationes cõgruũ, ſi ſuprà relato leni Philagrii collyrio fuerit admixtum: Roſarum viridium exunguium drachmas octuaginta, æris vſti drachmas trigintaduas, tere cum vino odorato veteri adſtringente, & vtere. Collyrium album ex roſis, noſtrum (inquit Oribaſius) ad vigores & vlcera, & oculos ſuppuratos, inuſtiones, cruſtas & vlcerum ſordes: Cadmiæ vſtæ ac lotæ, ſtibii vſti ac loti, roſarum recentium exunguium, ſingulorum drachmas ſedecim, ceruſſæ lotæ drachmas octo, croci drachmas octo, opii drach. quatuor, gummi drachmas ſedecim, excipe aqua. vſus eſt cum ouo aut lacte: in declinatione cum aqua. Aliud eiuſdem. facit ad vigores: Cadmiæ vſtæ ac lotæ drachmas ſedecim, roſarum recẽtium exunguiũ drachmas octo, opii drachmas quatuor, lactis drachmas quatuor, gummi drachmas quatuor, tragacanthæ drach. tres, amyli drach. quatuor. aliqui etiam Samii aſteris dra- A chmas duas. Collyrium ex roſis albũ, quod cum hyoſcyami ſucco præparatur. Ceruſſæ vncias vigintiquinque, croci quincuncem, opii libram vnam, myrrhæ quincuncem, roſarum viridium exunguium librã vnam, cadmiæ vſtæ ac lotæ beſſem, gummi libram vnam. Cadmiã, crocum, roſas cum aqua terito: deinde ceruſſam adiicito. ſuccos autem & gummi, in hyoſcyami ſucco macerato & efformato. Vtere ad tenuiſſimas ac acres fluxiones, & in his quæ ſunt cum vlceratione. generoſè repellit. Collyrium viride ex galbano, ad doloris vexationes & B affectiones veteres: Cadmiæ lotæ drachmas octo, ſpodii loti drach. octo, æris vſti ac loti drach. octo, opii drach. octo, galbani drach. octo, myrrhæ drachmas octo, gummi drachmas octo, excipe aqua. quidam ſpodium non adiiciunt.

Collyria diaſmyrna, & chiaca appellata ex vino, Cap. CIX.

COllyrium diaſmyrnum odoratũ Synerotis, pharmacum accommodatum ad inueteratas affectiones. fa- C cit & ad rhœadas, *hoc eſt angulos antroſos, ſiue carnis in angulo magno decrementum*, & ad ægilopas. Cadmiæ lotæ drachmas vigintiocto, lapidis hæmatitæ loti drachmas vigintiocto, ſpodii põpholygis drachmas vigintiquatuor, myrrhæ drachmas quadragintaocto, croci drachmas quatuordecim, opii drachmas octo, piperis grana triginta, gummi drachmas ſex. terito cum vino veteri adſtringente. Vſus eſt cum ouo in recentibus affectionibus. temperatura ſit aquoſa. Aliud Aſclepiadeum Paccii, ad doloris vexationes, fluxum tenuem & multum, inu- D ſtiones, puſtulas, pellicularum eminentias, aſpritudines, diuturnas affectiones: & iis quià multis illitionibus læſi ſunt, confeſtim opitulans: Cadmiæ lotæ drachmas duodecim, æris vſti drachmas duodecim, croci drachmas duodecim, ſquamæ æris lotæ drachmas duodecim, myrrhæ drachmas quatuor, lapidis hæmatitæ drachmas quatuor, ſpicæ nardi drachmas quatuor, piperis grana vigintiquatuor, roſarum ſiccarum drachmas quatuor, opii drachmas quatuor, gummi drachmas duodecim. te- E rito cum vino veteri odorato adſtringente. Vſus eſt cum ouo: temperatura verò aquoſa. Collyrium iſophoton, *hoc eſt uiro par*, ab aliquibus autem iſotheõ, *hoc eſt Deo par* appellatũ. Facit ad oculos ſuppuratos, & vlcera impura ac caua, & fluxionum principia, præſertim in corporibus repletis, in quibus gramarum copia craſſiſſimarum in oculis reperitur. eſt & pueris commodum, & ad aſpritudines bonum: Cadmiæ drachmas octo, æris vſti drachmas quatuor, roſarum ſiccarũ drachmas quatuor, croci drachmam vnam, folii drachmam vnam, lapidis ſciſſi F drachmam vnam, myrrhæ drachmam vnam, gummi drachmas ſex. tere cum vino vetere odorato adſtringente, & vtere in omnibus prædictis cum ouo, aquoſius per ſe infundens. poſt perfectam verò reſtitutionem cum ouo dilutum illine per ſubiectionem, & lauato. ſi verò adſtringantur poſt illitionem, candidum oui infunde. verùm ad attenuandas cicatrices, cum ouo aquoſius illine. Quidam etiam piperis grana nouẽ ſcripturæ adiiciunt. nos autem in his piper reiicimus. Collyrium Dionyſius. Facit ad myocephala, aſpritudines, fluxiones, hebetudi- G nes. maximè autem facit ad fluxiones inueteratas: Cadmiæ drachmas tredecim, æris drachmas quinque, lapidis ſciſſi drachmas tres, lapidis hæmatitæ drachmas quatuor, caſiæ drachmam vnam, aloes drachmas duas, croci drachmas duas, ſpicæ nardi drachmas tres, folii drachmas duas, lycii drachmam vnam, piperis grana vigintivnũ, opii drachmam vnam, myrrhæ drachmas quatuor, acaciæ drachmas duas, gũmi drachmas ſex. tere cum vino Chio, aut alio auſtero veteri, & vtere velut efficaciſſimo, etiã ad oculos purulentos, & aſpritudines: in prin- H cipiis cum ouo, deinde cum aqua. efficacia eius ſuperat omnem pollicitationem. Collyrium chiacum, ex Demoſthene (inquit Apollonius) & ad vlcera pura, & proſerpẽtia, & eminentias, & veteres affectiones, aſperas palpebras, ſycoſes, euerſiones, clauos, ſtaphylomata, o-

mnes doloris vexationes, lippitudines ſcabras. Facit etiã cicatrices obſcuras, & recentes ac craſſas cicatrices attenuat. oportet autem modò craſſum, modò medium, modò aquoſiſſimum ſublinere: & quãdoque ex interuallis, quandoque aſſiduè. Facit ad carbunculos & ſuppurationes: pus enim percolat. & in ſumma, ad omnia oculorum vitia optimum eſt: Spodii drachmas tres, æris vſti drachmas duas, croci drachmam vnam, myrrhæ obolos quatuor, opii tantundem, piperis grana duodecim, gummi drachmam vnam. terito cum vino Chio, aut alio auſtero vetere. Aliud chiacum Oribaſii, ad ſtaphylomata & oculos purulẽtos, vlcera pura & ſordida, & ad antiquas affectiones: Cadmiæ, rubricæ ſinopicæ, gallæ omphacitidis, croci, roſarum recentium exunguium, gummi, ſingulorum quadrantem, opii vnciam vnã. tere cum vino Chio, aut alio auſtero vetere maris exorte. In principiis ad cygnarium aut pelarium quoddam miſcetur. Cicatricem quoque optimè inducit cum aliquo horum, & per ſe. Fuſcum noſtrum, inquit Oribaſius, ad oculos purulentos, & magnas affectiones, & omnem vlcerationem, præſertim diuturnam:

Roſarum exunguium ſextantem, cadmiæ teneræ drachmas vigintiquatuor, ceruſſæ drachmas ſedecim, opii drachmas vigintiquatuor, æruginis drachmas duodecim, æris drachmam vnam, ſeminis ericæ drachmas duodecim, ſtibii drachmas octo, myrrhæ drachmas ſex, ſpicæ nardi drachmas quatuor, croci drachmas quatuor, acaciæ dr. quatuor, nitri dr. IIII, lycii drachmas quatuor, aluminis ſciſſi drachmas tres, chalcitidis vſtæ drachmas tres, caſtorii drach. tres, omphacii drachmas duas, gummi drachmas trigintaquatuor, terito cum vino auſtero veteri odorato, & vtere aquoſo, per fœnigræci ſuccum aut ouum diluto: in progreſſu verò craſſius adhibe. Collyrium aromaticum, ex Demoſthene, ad inflammationes ex humorum craſſorum multitudine obortas. attenuat breui ac diffundit, & diſcutit humores. Facit & ad impura vlcera: Pompholygis drachmam vnam, æris vſti drachmas duas, myrrhæ drachmas tres, lapidis hæmatitæ drachmas quatuor, opii drachmas quatuor, piperis grana octodecim, croci drachmas duas, gummi drachmas tres. tere cum vino Chio, aut alio auſtero. Collyrium ſcylacium inſcriptum, ex ſemine hyoſcyami. Facit ad chemoſes, & affectiones fluidas diuturnas omnigenas. Facit etiam ad ſtaphylomata, & repellit fluxiones, primùm cum ouo aquoſum, deinde etiam ſolidum illitum cum ouo: Cadmiæ, æris vſti, lapidis hæmatitæ, chalcitidis vſtæ, ſingulorum quadrantem, miſyos ſeſquiunciã, ammoniaci thymiamatis ſeſquiunciam, myrrhæ ſeſquiunciam, opii ſeſquiunciam, hyoſcyami ſeminis vnciam vnam, aloes ſeſcuncem, gummi ſeſcuncem. tere cum vino auſtero. Aliud collyrium mirificè faciens ad myocephala. conſumit etiam pterygia, & carnis in angulo magno incrementum deterit, itémque cicatrices. Eſt & ad aſpritudines commodum: Cadmiæ vnciam vnam, æris vſti vnciam vnam, chalcitidis crudæ vnciam vnam, æruginis raſæ drachmas quatuor, myrrhæ ſeſquidrachmã, croci drachmas duas, ſalis ammoniaci drachmam vnam, gummi drachmas quatuor, terito cum vino auſtero. Collyrium Philagrii, de quo ita ſcribit, Tertium ab his eſt meum collyrium, quod appellamus præſeruatiuum, repellens in principio fluxiones, & roborare potens debiles & læſioni obnoxios oculos. Quare non ſolùm in principiis lippitudinis, ſed etiam ſanis, præſeruationis gratia ipſum adhibere oportet. Cytinorum, *hoc eſt florum mali Punicæ*, qui floribus anemones ſimiles ſunt, drachmas vigintiquinque, acaciæ flauæ drachmas trigintaquinque, glaucii drachmas ſedecim, aloes drachmas quinque, myrrhæ troglodytidis drachmas tres, atramenti Indici drachmas ſeptem, folii malabathri drachmam vnam, omphacii ſicci drachmas tres, gummi drachmas quinque, opobalſami ad excipiendum drachmas quinque, terito cum vino vetere auſtero. Collyrium ex bdellio & ſtyrace concoctorium, Philagrii. cuius multam experientiam habeo, non ſolùm probè concoquentis, ſed etiam læſiones ex frigore obortas citra inflammationem ſanantis. Bdellii drachmas ſex, thuris maſculi drachmas decem, myrrhæ drachmas decem, ſarcocollæ drachmas quinque, caſtorii drachmas duas, galbani drachmas quinque, ſtyracis drachmas quinque, croci drach. quinque, lycii drachmas duas, ammoniaci thymiamatis drachmas II. gũmi drachmas duas, excipe aqua.

Collyria ad aſpritudines, & exterſoria, Cap. CX.

Collyrium ad aſpritudines, phœnix appellatus. Facit & ad milphos, & diuturnas affectiones, & ad eos qui palpebras & angulos exacerbatos habent: Lapidis hæmatitæ vſti ac loti drachmas trigintaduas, æris vſti ac loti drachmas ſedecim, lapidis ſciſſi vſti ac loti drachmas ſedecim, æruginis drachmas ſedecim, cadmiæ racemoſæ drachmas quatuor, opii drachmas ſex, chalcitidis toſtæ drachmas quatuor, gummi drachmas ſedecim, excipe aqua. Collyrium ad aſpritudines Mono inſcriptum. Lapidis hæmatitæ ſeſcuncem, lapidis ſciſſi ſeſcuncem, æris vſti quadrantem, cadmiæ libram vnam, æruginis raſæ quadrantem, chalcitidis toſtæ vnciam vnam, opii ſextantem, gummi ſextantem, excipe aqua. Eſt & pueris commodiſſimum. Collyrium Theophilium, ad pueros mirificum, & aſpritudinibus commodum:

Cadmiæ libram vnam, æris vncias quatuordecim, æruginis quadrantem, opii libram vnam, gummi libram vnam, excipe aqua. Vſus eſt cum ouo in principio aquoſi: in declinatione verò cum ouo craſſius illinito. Aliud collyrium, xyſter *à deradendo* appellatum. Facit ad ad albugines, cicatrices attenuat, & oculum imperturbatum conſeruat. Ammoniaci thymiamatis, minii ſinopici, ſingulorum quadrantem, ceruſſæ, gummi, ſingulorum ſextantem, pumicis toſti vnciam vnam, excipe aqua. Collyrium aliud ad aſpritudines. Facit ad milphoſes, vlcera, foſſulas, valde vetuſta vulnera, ſtaphylomata, myocephala. Lapidis hæmatitæ trientem, lapidis ſciſſi trientem, æris vſti trientem, cadmiæ ſextantem, æruginis ſextantem, chalcitidis vſtæ vnciam vnam, opii trientem. Roſas virides, ſi adfuerint: ſin minus, ſiccas, per diem ac noctem aqua macerato, & cum expreſſo ac excolato cremore terito. Aliud collyrium xyſter appellatum, celebre ad aſpritudines: Pumicis vſti, oſtreorum vſtorum, miſyos vſti, gummi æquales portiones aqua excipe. Collyrium ad aſpritudines, eutonum *ab efficaciæ pertinacia* vocatum, ex Oribaſio: Æris vſti drachmas vigintiquatuor, cadmiæ drachmas vigintiquatuor, æruginis drachmas duas, croci drachmas tres, opii drachmas tres, myrrhæ drachmas tres, gummi drachmas nouem, excipe aqua. Egregiè facit ad aſperas palpebras ac calloſas, lippitudines ſcabras, euerſiones, fluxus diuturnos citra exulcerationem, admixto cygnario aut collyrio ex croco. facit ad vigores. Sit autem quod admiſcetur, decima ipſius pars. In ſumma, palpebras euertere nõ eſt opus, ſed ſimpliciter illinire. Hoc alii harmation, *id eſt currum*, alii opiſthobares *à grauitate*, nos autem eutonum vocamus. Aliud eiuſdem, collyrium exterſorium inquit, Gryali, ad aſpritudines ex duobus lapidibus: Hæmatitæ lapidis drachmas octodecim, ſciſſi lapidis drachmas octodecim, æris vſti drachmas nouem, cadmiæ drachmas nouem, æruginis drachmas nouẽ, chalcitidis vſtæ drachmas tres, opii drachmas ſex, gummi drachmas nouem. tere cum aqua & illine, donec tolerarit æger, non confricans palpebras, neque ſubiiciens ſpecillum, ſed per ſpecilli nucleum explens oculum. Aliud eiuſdem, ad multas affectiones: Chalcitidis drachmas vigintiſeptem, cadmiæ drachmas vigintiduas, æris vſti drachmas ſedecim, lapidis hæmatitæ drachmas tredecim, croci drachmas ſedecim, miſyos drachmas ſedecim, myrrhæ drachmas ſedecim, opii drachmas tredecim, gummi drachmas quatuordecim, tere cum vino vetere. Collyriũ ex oleæ foliis. Facit ad diuturnas fluxiones. Deprimit etiam aſpritudines, & oculum cor-

roborat,ſyrici ſeſcuncem, æris quadrantem, opii trientem,gummi drachmas octo,foliorum oleæ tenerorum à fibris depuratorum drachmas octo. Cum vino ſpathite terũtur folia exactè fibris exemptis,ita vt per ſe in mortario biduum probè teras, vinum paulatim irrorans. Quum autem læuiſſima facta fuerint,æs adiicito,&ſimul diu terito,& ſic vinum affundito: ſi enim ab initio infuſum fuerit vinum, folia innatantia incontrita permanẽt. Contrito autem ære,ſyricum adiice,deinde opiũ, poſtea gummi, & efforma, ac vtere ab initio infundens: in declinatione verò etiam illinens.Ego verò,velut Demoſthenes iubet,folia in mortarium mitto ac contundo,vino ſufficiente paulatim inſtillato,exprimóque ac excolo, & cum vino excolato reliqua tero, retrimento foliorum reiecto. Collyrium harmation, *id eſt currus* inſcriptum: quo vſus eſt Ptolemæus rex. Exterit cicatrices, acuit viſum,& ad aſpritudines commodum eſt: Æris vſti ac loti drachmas octo,ammoniaci thymiamatis drachmas octo,corticis thuris drachmas octo, gummi drachmas octo,excipe aqua. vſus eſt cum aqua. Quædam deſcriptiones habent etiam æruginis drachmas duas. Alius ex lapide hæmatite, ad viſum acuendum: cicatrices & callos exterit. Ammoniaci thymiamatis drachmas vigintiquatuor, æris vſti ac loti drachmas vigintiquatuor lapidis hæmatitæ drachmas vigintiquatuor,æruginis drachmas octo,gummi drachmas vigintiquatuor,excipe aqua. Exterſorium Oribaſii. Facit in principiis & ad chemoſes, aquoſum cum ouo infuſum. Cadmiæ drachmas octo, æris drachmas duodecim, croci drachmas tres, myrrhæ drachmas tres,opii drachmas ſex,lapidis hæmatitæ drachmas octodecim, lapidis ſciſſi drachmas octodecim, chalcitidis toſtæ drachmas ſex,æruginis drachmas duodecim,gummi drachmas nouem,terito cum vino, & vtere cum ouo. Collyrium exterſorium Philagrii per ſe adhibitum, & cum collyrio ſupraſcripto Philagrii ex roſis: Æruginis drachmas ſex,pumicis drachmas ſedecim, teſtarum ſepiæ drachmas ſedecim,gummi drachmas triginta duas.His ego, inquit, adiicio, ſquamæ æris drach. ſedecim,vbi fortius ipſum efficere voluero. Collyriũ rhinema,*hoc eſt lima*,inſcriptum.Facit ad calloſas affectiones,& cicatrices exterit. facit etiam ad ſuffuſiones: Cadmiæ drachmas quadragintaocto,ammoniaci thymiamatis drachmas quadragintaocto, opii drachmas ſedecim, lapidis hæmatitæ drachmas vigintiquatuor,galbani drachmas ſedecim,aloes drachmas ſedecim, opopanacis drachmas octo, fellis taurini drachmas octo,ſalis ammoniaci drachmas quatuor, æruginis drachmas ſedecim, myrrhæ drachmas ſedecim, gummi drachmas quadraginta, excipe aqua. temperatura ſit aquoſa. Collyrium exterſorium albuginum,per vnam illitionem multam efficaciam oſtendens Facit ad pterygia,& carnis in angulo magno incrementum.Eſt autem collyrium lene & mordacitatis exors. Conchylii purpuræ carnis vſtæ drachmas decem,æris vſti drachmam vnam, ſquamæ æris drach. duas,æruginis drachmas ſex, atramenti ſutorii drach.III. aluminis ſciſſi obol.I.lapidis ſciſſi drach.I.lapidis hæmatitæ drachm.I. ſtercoris crocodili drach.I.lycii drachm. vnam,ſucci omphacii ſicci drachmas quinque, chalcitidis obolos duos,myrrhæ drachmas tres,thuris maſculi obolos duos,corticis thuris drachmam vnam, florum mali Punici drachmam vnam,excipe aqua. Collyrium heliadæ, albugines tollens valdè citò, vt mireris. Lapidis armenii quo pictores vtuntur,gypſi,atramenti ſutorii,floris æris, æruginis, teſtarum ſepiæ vſtarum, ammoniaci thymiamatis,lapidis magnetis trahentis,lithoſpermi,gũmi,æqualibus portionibus vtere,& excipe aqua. Aliud quod præparat Petrus archiatros, & ipſi bonum teſtimonium præbet. Salis ammoniaci ſcrupulos ſex, lapidis armeniaci ſcrupulos duodecim, ſeminis raphani ſcrupulũ vnum,ſeminis violæ albæ ſcrupulos ſex, ammoniaci thymiamatis ſcrupulos nouem, gummi ſcrupulos duodecim,excipe ſucco rutæ.Facit & ad ſuffuſiones incipientes.

Collyrium preſſum, de quo Apollonius dicit optimũ eſſe pharmacum ad cicatrices, & ſuperexcreſcentem carnem, & ad aſperas palpebras, & ſycoſes, & euerſiones palpebrarum: calculos item ac grandlnes, & induratas affectiones,& pterygia,& carnis in angulo magno incrementa,& lippitudines ſcabras, & pellicularum craſſitudines, & multæ ac craſſæ fluxionis depurgationem. ſed & aquoſum ac multum fluxum cohibet. conſumit autem & depurgat ſecurè, attenuátque ac exterit,ſufficienter mordens. verùm oculum imperturbatum ſeruat,iucundiſsimúmque ac leniſſimum eſt, & quod debet facit. eſt autem hoc: Æris vſti ac loti obolos quinque, croci drach. II. myrrhæ troglodytidis obolos III. ſpicæ nardi obol. II. caſiæ obolos tres, cinnamomi obol.II.opii obol. II. piperis grana quindecim, gummi drachmam vnam,vini Chii aut alterius auſteri odorati, quod ſatis eſt. Quòd ſi ad hanc deſcriptionem ſpodii drach.IIII.addere volueris,ad omnem fluxionem ac lippitudinem optimum euadit. Collyrium Iſidori Memphitæ ad acuendum viſum: Inungebam, inquit, non videntes, & incipiebant videre. Appellatur rhinarium, *id eſt limula.* Ego hoc præparaui: Ammoniaci thymiamatis drachm.XVI.æruginis vermiculatæ drach.XII.teſtarũ ſepiæ quod molle eſt,drach. VIII.ſagapeni dr.VIII. opopanacis drach.II.ſucci Cyrenaici drach.I.gummi drachmam vnam. Omnibus aqua prætritis, ſucci fœniculi drach.duodecim adiice,& mellis Attici drachm.duodecim. & efforma collyrium, ac vtere. At verò quidam amicus ipſum nunc ſic præparat: Ammoniaci thymiamatis vnc.quindecim,æruginis raſæ deuncem & drach. II.teſtarum ſepiæ trientem & vnciæ dimidium, ſagapeni quadrantem & drachmas ſex, opopanacis ſextantem, ſucci Cyrenaici ſextantem,excipe aqua. gummi autem non recipit. Aliud,ad viſus hebetudinem, albugines, ſuffuſiones, harmation, *id eſt currus* appellatum. Fellis hyænæ drachmas quatuor, ſpumæ nitri drachmas tres, gummi drachmas duas, æruginis drachmas tres, ſagapeni drachmas tres, galbani drachmas duas, ammoniaci thymiamatis drachmas duas, baccarum lauri decorticatarum drachmas ſeptuaginta, ariſtolochiæ rotundæ drachmam vnam, excipe aqua. Collyrium ad incipientes ſuffuſiones,vt aqua etiam ex auribus fluat: vocatur aureum. Sagapeni Perſici puri drachmas octo, æruginis drachmas ſex, ammoniaci thymiamatis drachmas duas,gummi drachmas duas, excipe aqua. Tere & vtere aquoſum illinens, & intra quinque dies efficaciam ſuam tibi comprobabit: ſplendidam enim reddet pupillam ac claram. Collyrium Martiani, quo inquit,in meipſo vſus ſum ad imminentem mihi ſuffuſionem. Chelidonii capnitidis circa ſepes naſcentis, rutæ, fœniculi,coriandri, herbas ſingulas per ſe exſuccato & excolato,& de ſucco vniuſcuiuſque quadrantem coniicito, & opobalſami drachmas quatuor, mellis Attici drachmas quatuor adiicito,ac terito, donec ſtrigmẽtitiam habuerint ſpiſſitudinem,& tunc ſucci conyzæ tenuia folia habentis vnciam vnam addito,ac terito. & vbi probè habuerint ad excipiendum, gummi puri tuſi ac cribrati quantum ſatis eſt pro tua,velut medici,coniectura, adde quo collyrium fiat,efforma ac vtere ad incipientes ſuffuſiones cum vino: ad hebetudines viſus, cum aqua, illitum autem ad ſolem locato. Collyrium Proteus, cui nullum ſimile eſt ad initia ſuffuſionis, & ad omnem viſus hebetudinem. cicatrices, etiam ac callos exterit: Cadmiæ drachmas quadraginta,ceruſſæ drachmas quadraginta,piperis albi drachmam vnam,ſucci Cyrenaici drachmas octo, croci drachmas ſex, opii drachmas decem, ſagapeni drachmas duodecim, lacrymæ oleæ AEthiopicæ drachmas duodecim, auripigmenti drachmas octo,myrrhæ drachmas duodecim, ammoniaci thymiamatis drachmas octo,gummi drachmas octo,opopanacis drachmas ſedecim, opobalſami drachmas duodecim, excipe aqua pluuiali. vſus eſt cum aqua. Collyrium Hermophili thalaſſerum,*id eſt marinum*, ad omnem hebetudinem accommodatum, & ad omnem incipientem ſuffuſionem. éſtque odoratiſſimum: Cadmiæ drachmas ſedecim, æruginis drachmas quatuor, atramenti Indici drachmas ſedecim,piperis albi drachmas octo,ſucci Medi drachmas quatuor,opobalſami drachm.quatuor, gummi

drachmas duodecim,excipe aqua,& vtere cum aqua. Tēperatura diuerſa eſt iuxta affectiones. Collyrium Indicum regium inſcriptum . facit ad principia ſuffuſionum, & omnem viſus hebetudinem. & cicatrices exterit: Cadmiæ vſtæ & lotæ libram vnam,& trientem,atramenti Indici ſeſcuncem, ceruſſæ trientem, piperis albi ſeſcuncem,fel hyænæ integrum quantum eſt, fel ſcarorum piſcium x.fel perdicum quatuor,opii vnciam I.opobalſami ſextantē,opopanacis ſext.ſagapeni ſextantē,gūmi libram vnam,excipe ſucco fœniculi. Collyrium fuluum panchreſton, ab omnimoda vtilitate,inſcriptum, accommodatum ad ſcabros ac corroſos angulos,& intentos pruritus, & palpebras ficoſas: Cadmiæ drachmas octuaginta, chalcitidis vſtæ drachmas quadraginta, piperis albi drachmas quadraginta,gummi drachmas quadraginta,excipe aqua.Quidam adiiciunt his etiam croci dr. XII.myrrhæ drach.XII. Collyrium pſoricum Ptolemæi, accommodatum ad ſcabros ac corroſos angulos, & intentos pruritus, milphoſes,hebetudines. Pſorici dr.XL. ſandarachæ drach. XXX.chalcitidis vſtæ drachmas XXVIII. croci drachmas vigintiquatuor, myrrhæ drachmas duodecim opii drachmas nouē , caſiæ drachmas duodecim, piperis albi drachmas, quadraginta piperis nigri drachmas ſeptemdecim,omphacii drachmas ſedecim , miſyos vſti drachmas tres,folii drachmam I. gummi drach. triginta ſex,excipe aqua. Collyriū Hygieni aureum,ad corroſos angulos, & ſcabras affectiones. Sandarachæ drachmas vigintiquatuor,piperis albi grana duodecim, myrrhæ drachmas ſex, croci drachmas ſex, gummi drachmas duodecim,excipe aqua,& vtere cum aqua. Collyrium diacēteton,ex Demoſthene. Æruginis obolos tres, miſyos tantundem, ſucci,papaueris tantundem, gummi drach.quatuor, excipe aqua. facit ad prædictas affectiones,& ad viſus hebetudinem, & incipientes ſuffuſiones. attenuat etiam cicatrices. ſit autem calidum. Collyrii Stratiotæ compoſitio hæc eſt: Cadmiæ drachmas octo, ceruſſæ drachmas ſedecim,piperis albi drachmas duas, æruginis, opii, omphacii , ſingulorum drachmas duas, gummi drachmas quatuor. Facit etiam ad aſperas palpebras. Collyrium exterſorium: Æris vſti,croci, ammoniaci thymiamatis,ſingu.ſext.gummi vnc.I.excipe aqua. Facit ad oculos purulentos,argema,nubeculas,caligines: ad aſpritudines verò,cum melle. Collyrium celebre,priuatim ad cicatrices in oculis faciens. Facit etiam ad viſus hebetudines, aſpritudines & pterygia: Teſtarum ſepiæ, pumicis, ſquamæ æris,ammoniaci thymiamatis , æruginis , cornu ceruini vſti , ſingulorum libram I. myrrhæ ſextantem,thuris ſext.opii quadr.gummi beſſem,oſſium palmularum vſtorum dextantem,mellis ſextantem,excipe aqua. Hoc præparabat Afer , & valdè ipſi confidebat. nominabat autem ipſum phœnicem nigrū,eo quòd oſſium vſtorum phœnicum , *id eſt palmularum*, dextantem recipit.

Collyria enſtacta,*id eſt inſtillatitia*,
Cap. CXI.

COllyrium enſtactum,*id eſt inſtillatitium*,Paccianum appellatum: Cadmiæ drach. ſexaginta quatuor,miſyos drachmas XXXII.ſtibii drachmas XXXII.atramenti ſutorii drachmas triginta duas,piperis albi drachmas triginta duas, æruginis drachmas ſedecim , opii drachmas ſedecim, opobalſami drachmas XVI. gummi drachmas ſexagintaquatuor,excipe aqua pluuiali. Facit ad acuendum viſum, & callos exterit. Collyrium aromaticum inſcriptum : Æris vſti drachmas ſedecim , æruginis drachmas quatuor,myrrhæ drachmas quatuor, ſpicæ nardi drachmas duas , piperis albi drachmas quatuor, opii drachmas quatuor,croci drachmas quatuor, opobalſami drachmas duas,gummi drachmas quatuor , excipe aqua.

Aliud inſtillatitium non perturbans , Oribaſii. Cadmiæ drachmas ſedecim , ceruſſæ drachmas octo, opii drachmas tres, opobalſami drachmas tres, æruginis drachmas duas,omphacii drachmas duas,piperis albi drach. duas, gummi drachmas quinque. Aliud inſtillatitium, viſum acuens. Cadmiæ vſtæ & vrina pueri extinctæ drachmas decem,ſtibii drachmas ſex , atramenti ſutorii ſeſquidrach. æruginis ſeſquidrach. piperis drachmas II. miſyos dr.II.opii drachmam vnā, opobalſami drachmā vnam,gummi drachmas ſex,excipe aqua. Aliud nigrum, viſum acuens. facit & ad corroſos angulos. Stibii vſti ac loti drach. quadraginta , acaciæ drach. quadraginta, gummi drachmas quadraginta,cadmiæ drachmas ſedecim,nardi Celticæ drachmas octo,myrrhæ drachmas octo,croci drachmas octo,omphacii drachmas VI.opii drachmas ſex,excipe aqua.

Collyria ex cornu ceruino,
Cap. CXII.

COllyrium Aſclepiadæ ex cornu ceruino, ad vlcera,& puſtulas.& cicatrices exterit. Cornu ceruini vſti ac loti drachmas quatuor,plumbi vſti ac loti drach.IIII.ſquamæ æris lotæ drachmas duas, thuris drachmas quatuor, opii drachmam vnam,gummi drachmas quatuor, excipe aqua. Aliud, ad calidiores affectiones , & acerrimas fluxiones cum vlceratione: Cornu ceruini vſti ac loti drachmas ſedecim , ſpodii pompholygis lotæ drachmas octo,ſquamæ æris drachmas duas, croci drachmas duas, acaciæ drachmas octo,thuris drachmas octo, opii drach. duas myrrhæ drachmam vnam,gummi drachmas octo, tragacāthæ drachmam vnam,amyli drachmas quatuor, terito cum hyoſcyami cremore. Collyrium ex cornu ceruino,velut Oribaſius habet,maximè quidem ad vlcerationes in vigore,clauóſque ac ſtaphylomata,& huiuſmodi omnia,vt non ſimul ſint palpebræ denſatæ : & ad vlcera ægrè recipientia cicatricem & reſolutas cicatrices. Cadmiæ drachmas ſex,acaciæ drachmas quadraginta,ſtibii drachmas triginta duas,plumbi vſti ac loti drachmas octo,cornu ceruini vſti ac loti drachmas octo, gummi drachmas octo, æris drachmas ſedecim, opii drachmas ſedecim, myrrhæ drachmas quatuor , thuris drachmas quatuor,excipe aqua. Vtere verò ad caua vlcera cum lacte, ad ſordida cum ſucco fœnigræci. Aliud collyrium è cornu cerui. efficaciſſimè exterit cicatrices in oculis, cū aqua illitum. Vtere etiam ad exulceratos oculos, cum ouo inſtillans. Æris vſti ac loti deuncem & ſcrup.VI. cornu ceruini vſti ac loti tantundem,ſtibii loti ſext.& vnciæ dimidium,teſtarum ſepiæ trientem & vnciæ dimidiū, æruginis ſextantem, ammoniaci thymiamatis ſextantem,& vnciæ dimidium, myrrhæ ſext. & vnc. dimidiū, thuris ſext.& vnc.dimidium,opii ſextantem & vnciæ dimidium,acaciæ quincūcem & ſcrupulos quindecim, gūmi deuncem,excipe aqua.

Collyria Nardina & Theodotia,
Cap. CXIII.

COllyrium nardinum Zoili, ad veteres lippitudines, & myocephala, & vlcera vetera ac ſtaphylomata: Cadmiæ drachmas octo, æris vſti drach.octo,ſtibii drachmas octo,ceruſſæ drachmas quatuor,caſtorii drachm. quatuor, ſpicæ nardi ſeſquidrachmam, aloes ſeſquidrachmam,folii,croci, chalcitidis toſtæ, atramenti ſutorii, lycii Indici,opii,ſingulorum drachmam vnam, myrrhæ drachmas duas , acaciæ drachmas viginti, gummi drachmas viginti,excipe aqua. Collyrium nardinum Candidi leuiſſimum ac validiſſimè reſiccans. Facit ad myocephala & ſtaphylomata mirificè, & maximè glaucis oculis conuenit. Vtere etiam in iis qui nullam omnino collyrii mordacitatem ſuſtinere poſſunt. Cadmiæ vſtæ & lotæ libram vnam, ceruſſæ ſeptuncem, ſtibii loti ſextantem, croci trientem, myrrhæ troglodyticæ trientem, aloes vnciam vnam,acaciæ vnciam vnam, opii ſextātem, ſpicæ nardi vnciam vnam , gummi beſſem , excipe aqua. Theodotium nardinum,cuius multam experientiam habemus in myocephalis,& diuturnis vlceribus oculorum,& confuſionibus. maximum exterſorium eſt,& vehementer corroborat debiles oculos: Cadmiæ lotæ, ſtibii loti, acaciæ,gummi,ſingulorum drachmas viginti quinque , roſarum ſiccarum depurgatarum drachmas duodecim , æris vſti loti drachmas octo,myrrhæ troglodyticæ drachmas octo, caſtorii,lycii Indici, croci, folii, ſpicæ nardi,chalcitidis toſtæ,ceruſſæ,glaucii,ſeminis ericæ,opii,gallarum omphacinarū,ſing.dr.II. excipe aqua.

vtere in principiis cum ouo inſtillatis: in declinationi-
bus cum aqua. Collyriũ Nicarium Zoili, ex lacte nar-
dinum. Ad affectiones & fluxiones diuturnas,vlcera,
foſſulas, myocephala, ſtaphylomata, veteres lippitudi-
nes.tingit etiam cicatrices,& ipſas inconſpicuas facit.
Cadmiæ ter vſtæ & muliebri lacte extinctæ ac lotæ dra-
chmas centum octo, ſtibii vſti ac muliebri lacte extin-
cti ac loti drachmas decem , æris vſti & extincti ac loti
drachmas trigintaſex,ceruſſæ lotædrachmas vigintiqua
tuor,myrrhæ drachmas duodecim,opii drachmas duo-
decim, ſpicæ nardi drachmas tres, aloes drachmas tres,
acaciæ drachmas centum octo, gummi drach . centum
octo,excipe aqua. Collyrium Hygidium,quod quidã
Ammonii dixerunt. facit ad incipientes ſuffuſiones &
inuſtiones.& ad omne vlcus,& oculos purulentos,con-
fuſiones,chemoſes,prolapſus,& ad diuturna myocepha
la,ſtaphylomata,vngues vlceris genus. repurgat,replet,
& ad cicatricem perducit. eos verò qui ob aliquam cau
ſam,aut propter capitis aut oculi dolorem dormire non
poſſunt, præclarè ad ſomnum perducit, velut ſomnife-
rum medicamentum. Vtere cum ouo, aut lacte, aut a-
qua.temperatura ſit media aut craſſior,pro ſenſus ægro-
rum ſubtilitate.habet autem hoc modo: Cadmiæ lo-
tæ drachmas ſedecim , ceruſſæ lotæ drachmas ſede-
cim,caſtorii drachmas ſex, nardi Indicæ drachmas qua-
tuor,ſtibii loti drachmas quadraginta,æris vſti loti dra-
chmas quindecim,roſarum drachmas viginti, ſquamæ
æris vſtæ drachmas quinque , aloes drachmas ſex, caſiæ
drachmas quatuor, myrrhæ drachmas ſex, lycii Indici
drachmas tres,lapidis ſciſſi loti drachmas quatuor & di-
midiam : croci drachmas ſex, plumbi vſti ac loti dra-
chmas octo & dimidiã,opii drachmas tres, acaciæ dra-
chmas quadraginta, gummi drachmas quadraginta,ex-
cipe aqua. eſt ex valde celebribus. Collyrium Inda-
rium. Piperis drachmas duas, cadmiæ drachmas qua-
tuor, coſti drachmam vnam, ſtibii drachmas octo,gal-
larum drachmas quatuor, ſpicæ nardi drachmas qua-
tuor, nardi drachmas quatuor, acaciæ drachmas qua-
tuor,gummi drachmas quatuor, opobalſami drachmas
duas,excipe aqua.facit ad viſus hebetudinem. exterit e-
tiam cicatrices. Collyrium Theodotium Placianum,
facit ad maximos humorum illapſus, & doloris mole-
ſtias. liberat citra venæ ſectionem. Cadmiæ vſtæ ac lo
tæ drachmas octo,æris vſti ac loti drachmas octo,ſtibii
loti drachmas ſedecim, croci drachmas tres, caſtorii
drachmas quatuor,æruginis drachmam vnam,aloes dra
chmas quatuor,myrrhæ troglodyticæ drachmas tres,ly-
cii Indici drachmas duas,opii drachmas duas,acaciæ dr.
XXIIII.gũmi dr.XXIIII.excipe aqua. vſus eſt cũ ouo.
temperatura ſit craſſior. Collyrium quod tumorem la-
xum palpebris inducit,appellatur Teſtamentum Auri-
fabri. reliquit hoc moriens templo Epheſio dicatũ,quò
ii qui à medicis relicti eſſent, in templo ſanitatem con-
ſequerentur. inuentum eſt autem ab Adriano Cæſare.
Facit ad humorum illapſus, & aſpritudines,& ad omnes
deſperatas affectiones.puſtulas ſanat, caua vlcera expla-
nat,cicatrices inconſpicuas facit, oculum imperturbatũ
conſeruat.Inſtillatur cum ouo aut lacte,prout neceſſitas
expetit. ſit autem in omnibus dilutum aquoſum.Opti-
mum eſt inſuper ad acuendum viſum.habet hoc modo:
Cadmiæ lotæ drachmas octo, ſtibii loti drachmas ſe-
decim, ſpicæ nardi drachmas quatuor, myrrhæ troglo-
dyticæ drachmas duas, coſti drachmam vnam, caſtorii
drachmas duas,ſquamæ ferri ſtomomatis drachmas qua
tuor,æris vſti ac loti drachmas duodecim, æruginis dra
chmas duas,ceruſſæ drachmas tres, piperis, lycii Indici,
opii, thuris, opobalſami, caſiæ,ſingulorum drachmas
duas,lapidis ſciſſi drachmas quatuor, æruginis vermicu
latæ drachmas tres,atramẽti ſutorii drachmas duas,ſuc-
ci fœniculi drachmas quatuor, fellis capræ drachmas
quatuor,gummi drachmas octo: terito cum vino Ami-
næo aut Falerno,aut alio auſtero veteri odorato. Col-
lyrium Teſtamentum,velut habetur apud Aſteriũ.Cad-
miæ drachmas ſeptuaginta, ſtibii drachmas quinqua-
gintaquatuor,myrrhæ drachmas quinque & dimidiam,

A ſpicæ nardi drachmas decem,croci drachmas decem, ca
ſtorii drachmas ſeptem , ſquamæ ferri ſtomomatis dra-
chmas tredecim,folii drachmas quatuordecim,æris vſti
drachmas quinque & dimidiã, piperis drachmas ſeptẽ,
ceruſſæ drach. quatuordecim, lycii,thuris, caſiæ,opo-
balſami,ſingulorum drachmas quatuordecim,opii dra
chmas ſeptem,lapidis ſciſſi drachmas quatuordecim,æ-
ruginis vermiculatæ drachmas octo , atramenti ſutorii,
drachmas quatuordecim, gũmi drachmas ſeptuaginta,
ſucci fœniculi drach.XIIII.fellis caprini drach.quatuor-
B decim,terito cum vino Aminæo. Collyrium Theodo
tium magnum. Cadmiæ lotæ beſſem, æris loti beſſem,
ſtibii loti vncias vigintiquinque,roſarum ſiccarum, ce-
ruſſæ,chalcitidis,gallarum,æruginis, lycii Indici,croci,
aloes,ſpicæ nardi,myrrhæ troglodyticæ,ramentorum e-
beni,caſtorii,,atramenti Indici,thuris, opii,ſarcocollæ,
pompholygis, ſingulorum vnciam vnam , cornu cerui-
ni vſti ac loti vnciam vnam, acaciæ vncias vigintiquin-
que,gummi vncias vigintiquinque,excipe aqua.Quidã
verò etiam folii vnciam vnam adiiciunt, & amomi vn-
C ciam vnam, roſarum verò quadrantem : gummi verò &
acaciæ,ſingulorum vncias vigintiquatuor. reliqua autẽ
eodem modo.Facit ad incipientes lippitudines,& exul-
cerationes omnes,& fluxum recentem ac veterem,inflã
mationes , carbunculos,oculos purulentos,nomas pun-
cturas,prolapſus,myocephala, ſtaphylomata, palpebras
aſperas,& ad deſperatas affectiones , & ad ardores ſolis,
aut calcis,aut pulueris,aut ſimilis rei.Tollit etiam pte-
rygia inflammata cum butyro. Ad vlcera verò cum ouo
adhibetur: ad maligna autem cum lacte muliebri.Theo
D dotium Seueri. Aliud quoddã collyrium etiam apud
nos reperitur (inquit Seuerus) à veteri quodam deſcri-
ptum:& hoc quidem compoſitam materiam habet, ve-
rùm efficaciam diuerſam . nam omnibus ſimul relatis
collyriis commodius compertum eſt : quare etiã ipſius
præparationem referre neceſſarium puto , quum neque
omnibus hoc ſit notum:recipit autem, Cadmiæ drach-
mas vigintiquatuor, æris vſti drachmas duodecim, ſti-
bii drachmas quadraginta, ceruſſæ drachmas octo,chal
citidis toſtæ drachmas quatuor , miſyos toſti drachmas
E quatuor,ramentorum ebeni drachmas duas, nardi Cel-
ticæ drachmas quatuor , folii drachmas quatuor, ſpicæ
nardi drachmas quatuor,croci drachmas quatuor,caſto
rii dr. ſex, aloes dr. octo, lycii Indici dr. IIII.roſarũ ſic-
carũ dr.IIII. gallarũ dr.II.opii dr. II.myrrhæ dr.VIII.aca
ciæ drach.XL. gummi vermiculati drach. quadraginta,
Cadmiam prunis obruimus & ventilamus,& vbi igni-
ta facta fuerit, ablatam lacte aſinino extinguimus. ſti-
bium verò in fictile vas coniectum,addito operculo fo-
ramen habente vrimus , & ſimiliter lacte extinguimus.
F vſta verò ſingula per ſe tuſa ac cribrata lauamus,& dili-
genter ſiccamus , & deinde ponderata ad præparationẽ
adiicimus. cæterùm gummi non cõtuſum inſpergimus
ſiccũ,ſed madefacimus: ſic enim neque lignoſum quid-
dam, neque arenoſum cum ipſo penetrabit dum exco-
latur:& optima coactio collyrii fiet.Quidam ad relatam
præparationem adiiciunt etiam coſti drachmas octo. &
magis ita cicatrices exterit (inquit) & pterygia ac carnis
in angulo incrementum conſumit. verùm ad inflam-
mationes & vlcera incommodus eſt coſtus.Huius igitur
G auxilii actiones ac efficaciam dicere non eſt facile. au-
dientes enim vix crediderint. nam deſperatas affectio-
nes ad naturalẽ ſtatum reuocat: & , vt in ſumma dicam,
omnia quæ Theodotiis appellatis ac nardinis,& iis quæ
ex cornu ceruino parantur adſunt,multo plus in hoc cõ-
periuntur. In recentibus enim affectionibus eo illito,
& ſpongia oculo impoſita,ægrum ab affectione libera-
uimus:in diuturnis autẽ ac deſperatis, partim inſtillan-
tes partim illinentes, ſcopum attigimus. Nam in fa-
cilè ſolubilibus oculi affectionibus ipſum illinimus : in
H cauis autem & ſordidis vlceribus,diluto ipſo vtimur,cũ
ouo aut fœnigræci ſucco:quandoque etiã cũ aqua mul-
ſa. in myocephalis autẽ,craſſius cũ aqua ſublinimus per
ſubiectionẽ. Sed & cicatrices ſimiliter attenuamus.ad tã
tam autem tenuitatem perducit cicatrices vt penitus nõ

cognoſcantur per ſenſum : & in ſumma, inenarrabilem quandã vim poſſidet. Etenim in ſtaphylomatis, braſſicæ ſucco dilutũ collyriũ, & craſſa copia oculo adhibitum, vnà cum ſpongiæ deligatione, molem inconſpicuam facit: quin & carnis in angulo magno incrementum cõſumere poteſt hoc collyrium tenuiter tritum, & in ſiccũ puluillum redactum: itémque pterygia attenuare: ſed & ad alia mirificũ compertum eſt collyrium. Et nos quoq; permittimus poſteris per experientiam deductis, vt auxilio teſtimonium præbeant. iam enim quidam ad diuturna vlcera ac fiſtulas ſedis ipſo vſi, ſcopum attigerũt. vnde non abſurdum fuerit etiam ad polypos ac ozænas narium ipſum adhibere. Collyrium ex ſucco fœniculi: Cadmiæ dodrantẽ, ſtibii beſſem, miſyos crudi ſeſcuncẽ, æruginis ſeſcuncem, piperis quincuncẽ, atramenti ſutorii ſeſquiunciam, chalcitidis vnc. I. croci ſeſquiunciam, folii vnc. I. omphacii ſeſquiunciam, ſpicæ nardi triẽtem & vnciæ dimidium, opii quincũcem & vnciæ dimidiũ, opobalſami trientem, gummi ſextantem, ſucci fœniculi beſſem. Et rurſus aliud fœniculum in aqua pluuiali decoquito, & cũ decocto illa terito ac efformato. hoc à multis præparatur.

INDEX EORVM QVÆ IN QVARTO SERMONE TETRABIbli ſecundæ Aetii continentur.

AD ſuperciliorum ornatum, Cap. I.
De hypopiis, *hoc eſt, eis quæ ſub oculis fiunt ſugillationibus,* Cap. II.
Vnguenta præſeruantia faciem ne à ſole aut vento exuratur, Cap. III.
Vt ne rugoſa fiat facies, Cap. IIII.
Ad faciei nigredines, Cap. V.
Smegmata & medicamenta faciem nitidam reddentia, Cap. VI.
Cataplaſmata æſtiua odorum corpus reddentia, Cap. VII.
Potiones ad eos qui tetrum habent corporis odorem, Cap. VIII.
Ad mentis ſcabritiem, Cap. IX.
Ad faciei lentigines remedia: quibus etiam ad maculas à ſole prouocatas & ad varos vti licet, Cap. X.
De maculis à ſole prouocatis, quas *Græci* ἐφηλίδας appellant, Cap. XI.
De ſtigmatis ſiue notis ex plaga illatis, Cap. XII.
De varis faciei, qui tum ionthi, tum acnæ *Græcis* vocantur, Cap. XIII.
De ficoſis faciei tumoribus, Cap. XIIII.
Ad manantes menti papularum eruptiones, ex Critone, Cap. XV.
De impetiginoſis tum menti tum reliqui corporis tumoribus, Cap. XVI.
Ad moleſtum oris odorem, Cap. XVII.
Ad labiorum fiſſuras, Cap. XVIII.
De dentium affectionibus, Cap. XIX.
Ad inflammatas gingiuas, Cap. XX.
Ad cruentas gingiuas, Cap. XXI.
Ad excreſcentes gingiuas, putreſcentéſque ac tumẽtes, Cap. XXII.
Ad corroſas & ab vlcere ſerpente infeſtatas gingiuas, Cap. XXIII.
Ad parulidas, *hoc eſt gingiuarum inflammationes,* Cap. XXIIII.
De epulide, *hoc eſt excreſcenti gingiuarum carne,* Cap. XXV.
De gingiuarum fiſtulis, Cap. XXVI.
Cura dentium à calido morbo doloroſo affectorum, ex Adamantio ſophiſta, Cap. XXVII.
Cura eorũ quibus ex frigiditate dentes dolore afficiuntur, Cap. XXVIII.
Cura dentium ab humiditate dolore affectorum & laxatorum, Cap. XXIX.
De dentibus lima atterendis, Cap. XXX.
Cura dentium à ſiccitate dolore affectorum, Cap. XXXI.
Cura dentium ob caliditatem & humiditatem dolore affectorum, Cap. XXXII.
Curatio eroſorum dentium, Cap. XXXIII.
Vt dens citra dolorem & abſque ferro tollatur, Cap. XXXIIII.
Smegmata varia ad denigratos liuẽtéſque ac rarefactos dentes, Cap. XXXV.
De ancylogloſſis, & qui vix loqui poſſunt, Cap. XXXVI.
Ad ranunculum ſub lingua, Cap. XXXVII.
Ad linguam inflammatam, deſquamatã ac tumore inflammatam, Cap. XXXVIII.
Ad aphthas, *hoc eſt oris ulcera,* Cap. XXXIX.
De gurgulionis affectionibus, Cap. XL.
De ablatione columellæ, Cap. XLI.
De oris inflammationibus, Cap. XLII.
Illitiones ori commodæ, Cap. XLIII.
Summaria doctrina de vſu omnium illitionum ad os apparatarum, Cap. XLIIII.
De tonſillarum inflammationibus, Cap. XLV.
De cruſtoſis & peſtilentibus tonſillarum vlceribus, Cap. XLVI.
De angina & eius ſpeciebus, Cap. XLVII.
De glandulis, Cap. XLVIII.
De ſuffocatorum reuocatione, Cap. XLIX.
De deuoratis in ton ſillas ſpinis, atque iis quæ in aſperã arteriam delabuntur, Cap. L.
De arteriarum pharmacis, Cap. LI.
Ad inueteratas affectiones variæ arteriacæ, Cap. LII.
De deſtillatione ſiue catarrho, & narium muco, Cap. LIII.
De tuſſi, Cap. LIIII.
De pharmacis dolorẽ leuantibus & conferentibus tuſſi, Cap. LV.
De ſuffitionibus, Cap. LVI.
De orthopnoicis, anheloſis, & ægrè ſpiritum ducentibus, Cap. LVII.
De cordis tremoribus, Cap. LVIII.
De ſanguinis reiectatione, Cap. LIX.
Curatio eorum qui ob deſtillationem ſanguinem expuunt, Cap. LX.
De iis qui ob frigiditatem organorum reſpirationis ſanguinem expuunt, Cap. LXI.
Curatio eorum qui iuxta alium quemcunque tandem modum ſanguinem ex pulmone reiectant, Cap. LXII.
Communes methodi exhibendorum auxiliorum in ſingulis reiectationis ſanguinis ſpeciebus poſt ſanguinis inhibitionem, Cap. LXIII.
De aſperæ arteriæ vlceribus, Cap. LXIIII.
De pectore ſuppuratis, Cap. LXV.
De peripneumonicis, Cap. LXVI.
De phthiſicis ſeu tabidis. Cap. LXVII.
De pleuritide ſeu laterum morbo, Cap. LXVIII.
De ea quæ pleuritis eſſe putatur, quum tamen non ſit, Cap. LXIX.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICINÆ, Tetrabibli ſiue quaternionis ſecundi, Sermo quartus.

De faciei, oris, & tonſillarum affectionibus: cui annexum eſt, De deſtillatione, & tuſſi: aſperæ arteriæ, pulmonis, ac thoracis affectionibus.

Ad ſuperciliorum ornatum, Cap. I.

QVanquam quod ad hanc rem attinet, iã antè à nobis dictum ſit, vbi de defluuio capillorum capitis, Sermone ſexto, mentionem fecimus, dicemus tamen & hîc, nõ importunè, ſed vt habet, paucis. Illitio augens ſuperciliorum capillos, atque etiam aliarum corporis partium: eadem etiam eoſdẽ nigros reddit. Nucum Põticarum interiora in vaſe figulino torre facta contere, & pinguedine capræ ſylueſtris excipe, atque cum hoc ipſo partes inungi præcipe. Aliud. Adianti vnciam vnam, ladani ſextantem, paſſi Cretici heminã I. cõtunde ac ſubige cum paſſo: deinde torre, vt dictum eſt: ac rurſus cum pingui capræ ſylueſtris aut vrſi contere, & vtere. Potes & huc accommodare ea quorum meminimus Sermone ſexto: item ex Armeniaco lapide, de quo Sermone ſecundo, capite XII. diximus, ſicco trito ſupercilia inſperge.

De hypopiis, *hoc eſt, iis quæ ſub oculis fiunt ſugillationibus*, Cap. II.

QVOD hypopia ſub oculis fiant, ipſum nomen indicat: ſiquidem hypopion *Græcis* hypophthalmiõ ſignificat, *quod Latinis ſub oculis ſonat*. Sunt autem hypopia ex genere ſuffuſionum ſanguinis in locum contuſum: fiũntque ex plaga, quum tenuibus ſub cute venulis cõtuſis, ſanguis per fiſſuras ſub ipſam cutem affatim effunditur, neque id vno loco. In grumos enim coit ſtatim, & liuet locus, progreſſũque temporis nigreſcit. quare medela occurrendum eſt antequam nigreſcat, cura potiſſimùm ad hoc adhibita vt concretus ſanguis diſcutiatur. Quòd ſi tunicula quoque rumpatur venularum ex quibus effunditur ſanguis, miſcendum eſt iis quæ diſcutiẽdi vim obtinent, parum quiddam ex conſtringentibus. Nam ſi in principio ſola diſcutientia exhibeantur, non tantùm id quod effuſum eſt diſcutient, ſed per ipſas venarum contuſarum fiſſuras amplius quiddam elicient ex ſanguine in ipſis venis contento. Quum verò in naturam ſuam redierint venulæ, etiam citra admixtionẽ cõſtringentium, ad diſcuſſoria tranſeundum. Atque ego ſanè in principio vtor Nili ex roſis collyrio, ex eo in aqua diſſoluto locum ſugillatum illinens. Vtor autẽ pro momento, decocto meliloti & fœnigræci: deinde collyriũ quoque in eodem decocto diſſoluo, aut etiam in ſolo fœnigræci decocto. Quòd ſi reliquiæ quædã reſtiterint ipſius affectionis, diſſolutis ex myrrha collyriis in fœnigræci decocto, illino bis in die: prius tamen cum ſpongia in decocto madefacta loco foto. Idẽ præſtat in principio, non præſente ex roſis collyrio, glaucium illitum, & fæx olei coquendo condenſata. Inueteratum autem iã malum ex ſandyce collyria tollunt, & quæcũque præclarè omnino diſcutiunt, qualia Dioſcorides inter facilè parabilia enumerauit. Ea enim quæ ſub oculis fiũt, ſugillata, inquit, & liuores iam inueteratos tollunt, raphani cortex cum melle illitus, bryoniæ radix vino aut cerato excepta, bulbus cum vitello oui impoſitus, aqua marina calida pro fomento, aut muria vel ſalſugo, caſeus antiquus cum decocto hyſſopi impoſitus. Statim autem tollit ſepiæ teſta cum aceto illita, ſinapi cerato exceptum, cucumeris ſylueſtris radix contrita cum melle, lini ſemen contritum cum lacte. Critonis compoſitio ad liuores altè infixos, & ea quæ ſub oculis fiunt ſugillata: Seminis viticis albi drachmas tres, radicis herbæ lanariæ ſiue radiculæ drachmas tres, nitri rubri, corticis raphani, hyſſopi, farinæ fabarũ, vniuſcuiuſque drachmas tres, myrobalani dr. quadraginta, cineris pulmonis agni vſti drachmas quadraginta, bulborũ rubrorũ dr. LX. radicis thapſiæ aut ſucci dr. LX. corticis thuris drachmam vnam, excipe cerato ex oleo roſaceo apparato, ac linteolo infartum impone. Oportet autem aſſiduè amouere, cum cautione ne locus exulceretur. Ego autem expertus ſum nucem pinguem, vetuſtate rancidam, certiſſimum ad liuores remediũ. Porrò reclinato ac ſupino remedia adhibere conuenit, vt adhæreant ſpatio horarũ triũ quãoptimè contrita.

Circumlitiones præſeruantes faciem ne à ſole aut vento exuratur, Cap. III.

CIrcumlitio faciei, quæ aurea appellatur: Lupinorum ſiccorum ſextarios tres, aquæ pluuialis ſextarios quatuordecim. iniice in vas æreum ſtãno obductũ, ſináſque madefieri per triduum: quarta autem die decoque ad prunas vſquequo diſſoluantur lupini: deinde per colum exprime liquorem, ac eum ſeorſim decoque: atque vbi condenſatus fuerit, in vas vitreum repone. Vbi verò vti velis, quantum ſatis videbitur accipe, & cum eo in modica aqua diſſoluto faciem illine. Alia valde laudata. Similaginem lotam & per pannum percolatã ſinas deſidere, aquámque abiice: fæcem autẽ cum albumine oui permiſce, donec mellis craſſitiem accipiat, & cum hoc faciem obline verſaturus in ſole: quum verò à ſole receſſeris, frigida multa ablue. Alia. Boni coloris faciem hæc reddit, atque item vniuerſum corpus: Maſtiche cum oleo omphacino diſſolutam circumline: aliquando autem & olei loco medullam ceruinam aut vitulinam accipimus, aliquando ceratum liquidum. Alia. Cupreſſi ac ilicis ſcobem in oleo decoctam oblini. Alia. Solani ſuccum cum oleo illine. Alia. Nuces pineas cum modico aceto contere, adiecto melle ſufficienti, ac oui crudi vitellis, atque hoc ipſo faciem oblini. neque refert etiam ſi citra acetum eo vtaris. Alia. Hæc in æſtate cõuenit, faciem præſeruans: Tragacãthæ, ammoniaci thymiamatis, coſti contuſi, cuiuſque ſextantem, aluminis liquidi drachmas quatuor, thuris ſextãtẽ, amyli ſeſcũcem, oua cruda recentia tredecim, mellis libras tres, mulſi ſextarios tres. Tragacantham, ammoniacum & thus in mulſo madefieri per noctem vnam in vaſe vitreo ſinito: oua autem integra in acetum vetus & acre proiecta, per triduum macerato: alumẽ verò optimè lauato: deinde omnia ſimul in mortarium fictile coniecta ac diligenter commixta, melle cocto excipito, atque vtere, faciem ex eis oblinendo. Ante ingreſſum verò balinei, medicamentum hoc tollatur. atque id particulatim auellere conuenit leni tractu ex facie, induratum deinde aqua tepida abluere, & ſpongia abſtergere. quod vbi factum eſt, manna thuris in albumine oui diſſoluta faciem illinito.

Vt ne rugoſa fiat facies, Cap. IIII.

FAciem corrugatam extendit medicamentum hoc: Cornu cerui non antiquum in aqua decoque, donec ſucculẽtum quid remittat: percola deinde ipſam aquam, & cum ea farinam fabaceam ſubige, ac paſtillos informa, eóſque in vmbra exſicca. Vbi autem vſus poſtulauerit, quantum opus fuerit in aqua dulci diſſolue, vt cerati liquidi craſſitiem accipiat: & cum eo faciem oblinere iube: atque quum agglutinatum fuerit, faciem aqua tepida abluere præcipe.

Ad faciei nigredines, Cap. V.

AD faciei nigredines his vtendum eſt: Iridis cõtritæ, farinæ ptiſanæ, farinæ fabaceæ, cuiuſque ſextarium vnum & dimidium, ſalis ammoniaci, cornu ceruini vſti, ammoniaci thymiamatis, cuiuſque ſextantem, in aqua diſſolue, & paſtillos informa, quos in vmbra exſiccatos adſerua, atque vſus tempore, in aqua reſolutos ante balineum faciei illini. Aliud. Farinæ ptiſanæ, thuris, iridis, farinæ fabarum, farinæ erui, ſpumæ nitri, coſti, cuiuſque chœnicis partem quartam, amygdalas amaras xx.

A informa cum candido ouorum & lacte aſinino, exſicca in vmbra, ac vtere, vt dictum eſt.

Smegmata & medicamenta faciem nitidam reddentia, Cap. VI.

QVandoquidem poſt vnguentorum ablationem plerique faciem extergere conantur, vtendum ad hāc rem cōpoſitionibus infrà ſcriptis. Smegma illuſtriorē reddens faciē. Amygdalas decorticatas XL. thuris, ſpumæ nitri, gummi, cuiuſque dr. I. farinæ fabaceæ dr. XII. excipe oui candido, & in paſtillos digere: quib⁹ cū aqua B ſolutis, paſſim tum in balineo, tum citra balineū vteris. Aliud ſmegma faciei celebre & admirandum, quod & faciem illuſtriorem reddit, & rugas expolit, aſperitates pellit, incipiētem elephantiaſin arcet, ſi quidem cum aliis remediis adhibeatur. vſus eius etiam reliquo corpori cōueniens eſt. Maſtiches, thuris, ammoniaci thymiamatis, iridis, cuiuſque vnciam vnam, tragacanthæ ſeſquiunciam, ſucci vuæ acerbæ immaturæ dodrantem, ſeminis peponis vnà cum concluſo in ipſo humore dextan C tem, candidū ouorum XXI. ſimilaginis ſextarios quinque: cōtunde omnia, ac cum candido ouorum, & humore peponis, ſuccóque vuæ acerbæ commiſce, & in paſtillos redige, ac exſicca: pòſt verò cōtuſos ac attritos, in vaſe vitreo ad vſum adſerua. Smegma faciei, quod ſimul & ipſam rubicundam reddit. Farinæ erui, fabarum, lupini, ptiſanæ, ciceris, bulborum narciſſi, cuiuſque ſextarii Italici dimidium, ſimilaginis ſextarium vnum, contunde ac cribro tenuiſſimo excute: deinde oui candido commixta, in paſtillos digere, & in vmbra deſicca. Vſu verò expetente, quantum libet accipe, & in aqua diſſol D ue, atque à balineo vtere. Aliud, faciem illuſtrans, & vniuerſum corpus. diſſipat autem & rugas, & cutem depurgat. Vitis albæ radicē delibra, ac in ſole æſtiuo exſicca: deinde contuſæ ac cribratæ Italici chœnicis dimidium accipe, iridis contuſæ tantundem, myrobalani ſiccæ decorticatæ tantundem, farinæ fabaceæ chœnicem vnum: hæc in vino veteri odorato ſubacta, in paſtillos digere, quos in vmbra exſiccatos adſerua: & vſu expetente, contuſis & cribratis cum aqua vtere. Aliud Cleopatræ reginæ, odoratum & pretioſum. Coſti, myrrhæ troglo E dyticæ, iridis, ſpicæ nardi, amomi, folii malabathri, caſiæ, floris iunci odorati, cuiuſque vnciam vnam, myrobalani lib. IIII. ſpumæ nitri lib. I. contundito, cribrato, vtitor. confert vniuerſo corpori. Aliud efficax & odoriferum. Floris iunci odorati, iridis, cuiuſque dr. duas maſtiches dr. vnā, contere, & cum ſucco ptiſanæ craſſiſſimo paſtillos forma, & in vmbra deſicca. Vbi verò vſus expetit, in aqua diſſolutos illinito, & poſt horæ ſpatiū frigida abluito. Aliud, ſplendidam & erugatam reddens faciem, ac totum corpus. Farinæ fabaceæ Italicum F modium I. ſimilaginis Italicos ſextarios I II. trifolii cōtuſi ſextarios quatuor, myrobalani tantundem, iridis cōtuſæ tantundem, ammoniaci thymiamatis lib. I. coſti tātundem, candidum ouorum recentium crudorum ſexaginta, ſeminis peponis vnà cum humore chœnicem vnum, ſucci vuæ acerbæ tantundē, ſubige & informa paſtillos, quos ſufficiēter in vmbra exſiccatos à balneo illine. Præclarè facit & ad eas quæ in collo ſunt & reliquo item corpore nigredines. Aliud, ad faciei nigredines, multo vſu exploratum. Thuris ſeſquiunciā, ceruſſæ pro G bē lotæ, ſpumæ argenti in decocto cicerum alborum ad ſolem frequenter ablutæ, amyli recentis, ſcobis marmoris albiſſimi, maſtiches puræ, ſpumæ nitri albentis, teſtarum ſepiæ, ſing. vnc. I. ſaponis Gallici vnc. XII. candidum ouorum decem appara, & vtere vt dictum eſt. Aliud mirabile faciem depurgans & illuſtrans. Farinæ fœnigræci trientem, terræ Samiæ quæ after appellatur, quadrantem, amyli trientem, maſtiches ſeſcuncem, medullæ ceruinæ recentis ſeſcuncem, tragacanthæ trientē. Tragacantham in lacte muliebri aut aſinino macerato, ac H cum eo diſſoluto, reliqua tenuiſſimè trita in paſtillos digerito: quibus in vmbra deſiccatis (vt prædictum eſt) vtitor. Aliud ſmegma. Ricini ſeminis interioris drachmas octo, bulborum narciſſi ſiccorū ac decorticatorū drach. octo, ſimilaginis drach. quatuor, thuris drach. II. candidū ouorū octo, appara vt dictū eſt, & vtere. Sapo quo vſa eſt Pelagia patricia, ad faciē illuſtrandā. Saponis Gallici ſeſcuncē, ceruſſæ ſextantē, maſtiches vnciæ dimidiū, medullæ cerui vnc. I. ſpumæ nitri albæ trientem, ceræ albæ quadrantem. Præmacera ſaponē in aqua in vitreo vaſe ad dies quinque, aqua pluuiali quotidie permutata, & ſapone excolato. poſtea in ollam nouā immitte ſaponem, & ſexta diē rurſus affuſa pluuiali aqua ad lentas prunas decoque, donec ſapo diſſoluatur: deinde cerā & medullā adde, & ad diſſoluta maſtichē & ſpumā nitri inſperge, olla amota, & aſſiduè per ſpathā commota: deinde etiam ceruſſam modica aqua tritam adde, & medicamentum in teſtam miſſum cōtentè manu ſubige, & repoſito in vitreo vaſe, vtere velut dictum eſt.

Smegma ex Rufi libris, ad totius corporis erugationem. Ficus pinguiſſimas, vitis albæ radicem ſiccam delibratam, ſepiæ teſtam vſtam, farinam erui: vnumquodque ſeorſim contunde: deinde etiam ſimul, & modico adſtillato melle vtere. Aliud ſmegma, quod vniuerſum corpus odore imbuit. Terræ cimoliæ beſſem, iridis, tenuiſſimè tritæ drachmas vigintiquatuor, nardi Celticæ drachmas vigintiquatuor, cyperi, cardamomi, ſtyracis flaui & pinguis, cuiuſque dr. duodecim, ſtyracem in vino veteri odorato diſſolue, & in promptu habe: terram verò cimoliam in fictile vas coniectam carbonibus impone, atque vbi ſatis canduerit ab igne, eam ad diſſolutum ſtyracem iniice, deinde reliqua ſicca tenuiſſimè trita inſperge, ac ſimul ſufficienter vnita in paſtillos digere, quibus in vmbra exſiccatis, pòſt verò tritis & cribratis vtere.

Cataplaſmata æſtiua, odorum corpus reddentia, ex Critone, Cap. VII.

QVVM ſudores corpus vexant, magna oboritur ex eis moleſtia, præſertim in æſtate. nā & ſordes multas inuehunt, & tetrum odorem de ſe præbent. Quare ſubſcriptis remediis vti conuenit, non ad mulieres tantùm, ſed ad ipſos etiam viros. Non importunum enim eſſe puto & in hoc ſmegmatum tractatu harum rerum mentionem facere. Cataplaſma, *hoc eſt inſperſio*, totius corporis odorem bonum efficiens, æſtiuum. Roſarum ſiccarum quadrantem, caſiæ quadrantem, amomi, coſti, ſpicæ nardi, cuiuſque drachmas duas, aluminis liquidi ſextantem, diſſolue in vino veteri odorato, & in paſtillos digere, quos in vmbra exſiccatos vſu expetente contundito ac cribrato, atque in balneo inſpergendos exhibeto, ita vt diligenter perfricent, & cum frigida aqua abluant. Aliud. Spumæ argenti in decocto cicerum ad ſolem inalbatæ, amomi, caſiæ, folii malabathri, coſti, ſpicæ nardi, aluminis liquidi, iridis, omnium par pondus appara, & vtere vt dictum eſt. Potes autem præſcriptis cataplaſmatis vti quocunque tempore velis. Aliud, odorum & lene. Roſarum viridium & tamen ſiccarū drachmas quadraginta, myrrhæ troglodyticæ drachmas octo, iridis Illyricæ, ſpicæ nardi, caſiæ, cuiuſque drachmas octo, vino odorato ſubige, & paſtillos informa: quibus vbi vti velis, contritis & cribratis corpus inſperge, maximè à balneo. Aliud. Amomi, caſiæ, ſpicæ nardi, coſti, folii, myrrhæ, ſingulorum æquales portiones, vini quod ſatis eſt, para, ac vtere velut dictum eſt. Aliud. Caſiæ, iridis, myrrhæ, aluminis optimi, pares portiones vino ſubige, & paſtillos forma, ac vtere. Aliud. Iridis, ſpicæ nardi, floris iunci odorati, cuiuſque dr. IIII. amomi drachmas II. myrrhæ dr. duas, meliloti dr. V. appara & vtere ſimiliter. Archigenes autē inquit, Ad omnes corporis tetros odores, atque eos qui graſſoniæ à *Græcis* appellātur, ante omnia conducunt exercitia, inunctiones, ſiccæ fricationes, alui frequens ſubductio. Sunt etiam cibi ad deſtruēdum hoc malum commodi, itémque illitiones. Conueniunt itaque oleum roſaceum, melinum, myrteum, iris ſicca per ſe in puluerem redacta & intrita: aut alumen liquidum in aqua vel vino dilue, & myrrham tenuiſſimè tritam admiſce, ac ad mellis craſſitudinem redige, & ex eo collum, locos ſub alis, inguina, & reliquos exſudantes locos inunge. Aliud. Aluminis liquidi drach. IIII.

myrrhæ drachmas quatuor, ſpumæ argenti lotæ drach. duas,caſſiæ drachmam vnam,contere,& cum eis ſub alis locos,intermedia coxarum,& inguina confrica: tollit enim eueſtigio eorũ fœtorẽ. Aliud. Caſiæ drach.quatuor,aluminis ſciſſilis drach.ii.vtere cum vino per ſe.

Aliud. Maſtiches quadrantem,aluminis ſciſſilis vnciam vnam.vtere cum vino. Aliud. Myrrhæ troglodyticæ,iridis Illyricæ, florum roſarum ſiccarum æquales partes contunde,& cribra, ac forma paſtillos cum vino, eóſque in vmbra ſicca vbi ventus non ſpirat:deinde contuſos ac cribratos in pyxide repone coopertos vt ne tranſpirẽt, & vtere à balneo,inſpergens ac defricans locos leniter,atque ita imbibi ſine,& poſtea frigida ablue,& manet odor de quo meritò mireris. Probe facit & alumen cum vino,& crocomagma cum myrrha,& cupreſſi ramẽta,ac alumen cum vino.

Potiones ad eos qui tetrum habent corporis odorem, Cap. VIII.

IIS verò qui fœtentem habent corporis odorem, eiuſmodi potiones exhibere conuenit: Cardui radicem in vino albo decoctam propina,& eiicient vrinam craſſam & fœtentem. Aliud. Reſinam terebinthinam oliuæ magnitudine cũ pari melle decoque, & quotidie deglutiendam exhibe,& vinum inſuper abſorbendum.

Aliud. Myrrham & ſerpyllum paribus partibus terito, & in pilulas formato,quarum duas deuorandas dato,& vinum inſuper abſorbendum.hæc etiam ad oris graueolẽtiam faciunt.

Ad menti ſcabritiem, ex Galeno, Cap. IX.

FIunt & in mẽto aſpredines vtplurimùm ſeroſo humore à capite deſtillante,& præcedentibus furfuraceis in collo ac vicinis partibus ſquamis, aliquando autem vſque ad auditorios pertingit ac perreptat meatus.eſtque omnino hæc affectio doloroſa,pruritus inferens,ac diſtẽdens corpus:quare ſubſcriptis remediis eſt ſubueniendũ.

Critonis. Amurcam ex oliua priuſquam exprimatur deſtillantem decoque quouſque cogatur,eáque aſſiduè locos inunge. Aliud. Myrrhæ vnc.i.ouorum crudorum vitellos quinque:myrrham cum lacte dilue,deinde adiice ei oua,eáque ſimul paſſo excipe,ac aſſiduè illini,& mi raberis effectum. Aliud pharmacum efficax,quo multos hac affectione detentos liberauimus: Glaucii drach. ſedecim,gummi drachmas quatuor,lacrymæ oleæ tãtũdem,diſſolue & ad ſtrigmentitiã craſſitudinem cum paſſo redige,atque aſſiduè illine. Exulcerata autem cute & circumdolente,ſequentibus vtendum.Pinguis compoſitio ad faciei manentes & ſquamoſas affectiones,ac aſperitates.vtilis etiam exiſtit ſedi, conuenitque ambuſtis ab igne: Spumæ argenti vnciam vnam, ceræ tyrrhenicæ trientem,ouorum aſſatorum vitellos tres,adipis anſerini bene ſubacti trientem:Spumam argenti in farinam redige,ac adiice ei oua:deinde his ſimul vnitis infunde quantum ſufficit lactis,vt ad ſtrigmentitiam craſſitiem redigantur,poſtea ceram liquefactam vnà cum pingui,refrigeratámq; ac eraſam coniice, ac ſimul cõmiſce atque in pyxide reconde.Vſu verò exigente,de eo quantum ſatis eſſe videbitur accipe,ac cum roſaceo dilutum impone. Potes autem & ſedis remediis,& quæ ad ambuſtos ab igne deſcripta ſunt,conſimiliter in hac affectione vti.

Ad faciei lentigines remedia,quibus etiam ad maculas à ſole prouocatas,& ad varos vti licet, Cap. X.

VLtis albæ itémque nigræ radices cum oleo decoque, donec ſucculentæ reddantur.tollit etiam tum lentigines tum varos,oleum amygdalarum cum cera,radix lilii cum melle.Maximè omnium autem lentigines delet gummi & nitrum æquali pondere, melle permixta. Aliud. Braſſicæ ſemen aqua contritum illini,abſterſo tamen & confricato prius loco.Vbi verò exaruit, atque cutis attollitur,prolue aqua multa frigida,& illinito pingui anſerino,aut medulla cerui, aut etiam cerato ex aliquo huiuſmodi apparato. Cauendum autem eſt, nequis poſt excoriationem incidat in ea quæ faciem offendere poſſunt,qualis eſt aër frigidus,aut ventus aut prolutio faciei. Aliud. Sandaracham attere cum melle ad ſtrigmẽ-

A ti denſitatem,& per dies ſex illinito. areſacta autem cute atque eleuata,vtere galbano cum modico nitro,& aceto diſſoluto. Aliud,ad vibices ac lentigines:Columbæ ſtercus cum acri aceto tere, ac vtere:& miraberis.Ad diuturnas autem lẽtigines his vtere: Radicis cucumeris ſylueſtris ſextãtem,cimoliæ vnciam vnam,in puluerẽ redige ac repone.Vſu verò expetente, quantum ſuffecerit in aqua dilutum illini. Aliud. Bulborum depuratorum vnciam vnam,thuris vnciam vnam,contere,adiecto cochlearum terreſtrium magnarum cruore. oportet autem
B ipſas adhuc viuas ſtylo pũgere, atque id quod effluit mucoſum, pharmaco iniicere:quòd vbi vſus tempore diſſolueris,melle exceptum inunge.Eundem effectum præſtat ari radix ſicca cum melle, & vmbilici veneris radix cerato liquido excepta atque illita. Smegmata ad lentigines in calli modum obduratas. Quandoquidem contingit aliquando ſublatis lentiginibus calloſam reddi cutem, ac vix curabilem fieri affectionem, vtendum eſt poſt lentiginum excoriationem huiuſmodi ſmegmatis.Farina erui chœnicis Italici dimidium,farinæ hordeaceæ tantundem,ſquillæ aſſatæ ſextantem,omnia in pul-
C uerem redacta,candido oui excipe,& in paſtillos redige, quos in vmbra deſiccatos adſerua:vſu verò expetente cũ aqua diſſolutos illinito,& poſt modicam temporis intercapedinem frigida abluere iubeto: aut cremore in quo furfur maceratus eſt,maximè ſi adeſt inflammatio. Aliud. Spumæ nitri drachmas octo, alcyonii drachmas octo,galbani drachmas octo, amygdalarum amararum delibratarum drachmas tres, melle excipe, ac illitũ ſinas areſieri:deinde iube faba dentibus contrita extergi, ac
D ablui aqua moderatè frigida:cautóſque eſſe præcipe, ne aut à vento,aut à ſole lædantur.

De maculis à ſole prouocatis,quas Græci ἐφηλίδας vocant,ex Critone, Cap. XI.

FIunt etiam in facie maculæ, quas Græci ἐφηλίδας vocant,eo quòd à ſole prouocentur, maximè circa malas & naſum:& apparent ſanè non in alto fixæ, ſed inſtar floſculorum productæ,quare leniter eas confrictas attollere oportet,ac ſinere areſieri,commoneréque vt vno aliquo ex ſmegmatum genere extergantur: diſcutiuntur e-
E nim ab illis,aut certè abſcedunt,vt digitis auelli queant. Verùm non violenter id facere conuenit, ſed leniter & paulatim.Quòd ſi adhuc inhæreãt, nihilo leuiores redditæ,ſubſcriptis vtendum eſt:Braſſica contrita & illita, ad maculas à ſole productas,& lẽtigines,atq; omnia alia quæ mediocri exterſione ac repurgatione indigent, vtilis eſt. Similiter autẽ & ſepiæ teſtæ vſtæ aut teſtæ purpurarum ac buccinorũ cũ melle illitæ. oportet autẽ has teſtas in crudam ollam coniectas in fornacem immittere ac aſſare. Oribaſii ad maculas à ſole prouocatas, varóſque & viriligi-
F nes: Farinæ erui libras duas,ſeminis erucæ libram vnã, amygdalarum amararum,cucumeris ſylueſtris radicis cuiuſque libram vnam, in vino mulſo diſſoluta & contrita illini,ac poſt horæ ſpatium ſpongia abſterge. Aliud valde admirabile: Ceræ Tyrrhenicæ drachmas quindecim, olei roſacei drachmas ſeptem & dimidiam,pinguis anſerini vnciam vnam,ſpumæ argenti lotæ & dealbatæ vnciam vnam,ceruſſæ vnciam vnam,gũmi drachmas quatuor,mellis Attici vnciam vnam,diſſolutis illini faciem: & poſt ſpatium horarum ſex ſpongia deterge,ac laua cũ
G ſapone. Aliud Oribaſii: Lupinos in lixiuio per triduũ maceratos contere,& cum eis lentigines illini, donec auelli poſſint. Aliud. Saponem Gallicum aqua tritum modicè adiecto melle inunge & per horas tres inhærere ſine: aut ſtercus colũbinum linteolo acceptum ac in pulverem exuſtum cum oleo contere,ac illine confidenter. Idem probè efficit myrobalanos contrita illita: itémque bulbus crudus per ſe vel cum oui luteo & aceto aut melle. Exuſti autem bulbi vnà cum alcyonio illiti depurgant lẽ-
H tigines:quod facit elaterium quoque illitum, & caſia cũ melle,braſſicæ ſemen cum aceto,hederæ folia vino decocta,radix vmbilici veneris cum cerato liquido illita: aut cucumeris ſylueſtris radix. Aut fici virgulta in aceto decoque,ac contuſis vtere:quod idem & vitiligines ſanat: aut rubeã oleo contritam,aut coſtum aqua contuſum,aut ni-

A tri ſpumam cerato liquidiore exceptam,aut lupinos cru-
dos cum lixiuio cochleariorum decoctos & contuſos, cũ
melle illini. Aliud. Radices narciſſi delibratas in a-
ceto decoque ac tere, iniecta farina erui ſufficiẽte,& pa-
ſtillos informa, quos in vmbra exſiccatos in vſũ adſerua,
qui vbi poſtulauerit,contritos cum melle, ad veſperam
illine:manè autem rurſus ablui præcipe. Aliud. Lilii
bulbos quinque,cõtere & coniice ſpumæ nitri libram v-
nam,deinde melle quantum ſuffecerit commiſtum illi-
ni,vſquequo integrè curentur, vt iam antea dictum eſt.

B Aliud. Amygdalarum amararum partes duas,melan
thii torrefacti partem vnam, vnumquodque ſeorſim con
tere,& cum melle commiſce:illinito autem ad veſperam
manéque abluito cum aqua dulci. Vtere autem vno ali-
quo ex ſmegmatis,ſuperius ad faciei nigredines præſcri-
ptis:itémque iis quæ ſunt illis vicina ac ſimilia. Vtile au-
tẽ eſt & hoc,(præſertim ſi fuerint diuturnæ) buccina ex-
ure & cum melle cõtere,& ad veſperam illine:manè ab-
lui cum aqua dulci præcipe. Aliud ad ſolares maculas,
valde pulchrum: Oua integra in aceto macerato,donec
C teſta quamtenerrima fiat, deinde ſuperius perforato, ac
extrahe ab eis candidum:pòſt verò iridis Illyricæ tuſæ ac
cribratæ,& melanthii in tenuiſſimum puluerem redacti,
& thuris æquas partes cum eis conterito,adiectóque mel
le ſufficienti,vt dictum eſt,vtitor.Quòd ſi adhuc perſeue-
rauerit affectio, huiuſmodi excoriatoriis vtendum erit.
Excoriatoriũ macularũ à ſole prouocatarũ & lentiginũ:
Melãthii quadrantẽ,ſeminis ocymi quadr.radicis ari qua
drãtem, aqua ſubigito,& imponito,ac ſinito agglutinari:
poſt aliquantũ verò interſtitiũ detrahito,atq; aqua calida
D quamplurima proluito. Aliud, quod ad calloſam fa-
ciem conducit,ſiue per ætatem,ſiue per continuam phar
macorum acriorum excoriationem, calli ſint contracti.
Seminis erucæ ſeſcũcẽ,ammii,cardamomi,radicis ari,co
ſti,cuiuſque quadrantẽ contũdito,cribrato, ac reponito.
Vbi verò neceſſitas exigit,quantum ſatis videbitur acci-
pito, acetóque ſubactum imponito ſatis condenſatum:
quum verò agglutinatum fuerit,acetum aut aquam per
ſpongiam inſtillato.Facta autem excoriatione,multam a-
quam calidam affundito:à prolutione verò, ſubiectam
E mixturam panniculo laneo exceptam imponito: Ceruſ-
ſæ drachmas octo,ſpumæ argẽti lotæ drachmas quatuor,
adipis anſerini ſeſcuncem,medullæ ceruinæ ſeſcuncem,
œſypi medicamenti quadrantem,adipis ſuilli recẽtis qua
drantem,olei ſeſamini quantum ſufficit. oportet autem
fomentum adhibere bis in die.Eleuata autem cute,ſe-
quens ceratum eſt imponendum: Adipis caprini à fibris
depurati & loti libras duas,olei ſuſini ſeſcuncem,olei roſa
cei & amygdalini,ceræ,maſtiches,cornu ceruini vſti, ſa-
lis ammoniaci,cuiuſque vnciam vnam, terræ Cimoliæ
F trientem. Et quæ eliquari poſſunt liquefacito & percola-
to:deinde rurſus ad carbones lentè decoquito, & ad ea
quæ ſicca ſunt in mortarium adfundito, ac probè vnitis
vtitor.

De exulcerata menti ſcabritie.

Vtendum eſt ad eam iis quæ paulo pòſt in capite vi-
delicet decimoquinto deſcripta ſunt,ad manantes men
ti papularum eruptiones.

De ſtigmatis ſiue notis à verbere illatis, Cap. XII.

STigmata apppellant quæ in facie,aut alia quapiam cor
G poris parte infliguntur,notas,quales videmus in mani-
bus eorum qui militiam exercent. Atramento autem v-
tuntur illi tali:lignorũ ſpinæ Ægyptiacæ & maximè cor-
ticis librã vnam,æris vſti ſextantem,gallarũ ſextantem,
atramenti ſutorii vnciam vnam,contundito ac cribrato,
primúmque æs vſtum cum aceto terito:deinde & reliqua
contrita coniicito,affuſiſque aquæ quidem partibus dua
bus,ſucci verò porri parte vna,& probè vnitis vtitor. Opor
tet autem locis prius cum acubus punctis ſanguinem ex-
trahere,& primùm porri ſucco illinire,poſtea verò ipſum
H adhibere pharmacum.Porrò quibus eiuſmodi ſtigmata
extirpare penitus volumus, illis ſubſcriptas mixturas ad-
hibebimus. Calcis partem vnam, nitri aſſati partem v-
nam cum lixiuio coactiliariorum terito,& nitro adſperſo
locum prius præparato & extergito:deinde illinito conti

A nenter.idem quoque ad verrucas myrmecias dictas,effi-
cax exiſtit. Aliud,quod ſtigmata tollit:Piperis drach.II.
rutæ drach.quatuor,auripigmenti drach.quatuor,contere
& adiecto melle in pyxide figulina repone. Vbi verò vſus
expetit,ſupra ſtigmata prius nitro confricta, reſinã tere-
binthinã impone,vinculo adhibito in dies V. poſtera au-
tem die VI. ſolue atque acu ſtigmata penetra, & cũ ſpõgia
ſanguinem exterge, ſalémque tenuiſſimum in ipſas pun-
cturas inſperge:quem tãdiu inhærere ſinas,donec ſtadia
decẽ quis curſu confecerit: deinde prædictũ pharmacũ
B linteo exceptum impone,neque ſoluas per dies V.ſequẽti
verò VI.ſolue,& ſtigmata ſcalpendo expoli,atq; vbi quod
nigrum fuerit detraxeris,rurſus pharmacum ipſum illi-
nito cum penna.eruit enim in viginti diebus citra ma-
gnã exulcerationem,nõ relicto etiam veſtigio cicatricis.
Idem efficiunt mordendo erodentia medicamenta in
vulnerum tractatu deſcripta.

De varis faciei,qui *Græcis* ionthoi & acmæ vocantur, Cap. XIII.

SOlet circa faciei cuticulã tuberculum oboriri, paruũ
C quidem ſed durũ,quod vari nomine appellatur. id ſa-
nè à craſſo humore producitur.Quare cura eius per ea quæ
duritiem emolliunt & tumorem diſcutiunt, medicami-
na perficitur:quorum ſyluam eiuſmodi tibi parabis: Li-
lii radicem tritam cum melle illinito, aut cyclamini radi
cem cum melle, aut narciſſi radicem cum melle, aut ca-
ſiam cum myrrha & melle,aut plumbaginem cum aceto
aut pulegium tenuiſſimè tritum ac cerato exceptum im-
pone. Aliud. Mellis & aceti acerrimi, cuiuſque æqua
les partes permixtas illini,ac digito circumtere. Aliud.
D Sepiæ teſtæ vſtæ ſextantem,coſti ſextantem, myroba-
lani vnc. vnã contere cum aqua & illini, arefactum verò
rurſus humecta. Aliud. Coſtum contunde,& cribratũ
in tenuiſſimum puluiſculum redige,deinde cum felle ca
prino commixtum in cerati modum effinge, & cum eo
varos ad veſperam illini:manè verò à ſomno,lacte,quale-
cunque adfuerit, faciem abluere iube. Aliud. Alumen
ſciſſile quamtenuiſſimè contere, & reſina terebinthina
exceptum impone.Quum autem diu perſtiterint vari,his
vtendum erit:Saponis Gallici drachmas quatuor,ammo-
niaci thymiamatis drachmam vnam,thuris drachmam
E vnam,diſſoluito in aqua & ad cerati dẽſitatẽ reducito,ſic
que illinito,ac poſt horæ ſpatium ablui cum calida præ-
cipito. Aliud. Rhois culinarii,hyſſopi,pulegii,ſalis foſ-
ſilis,ſeminis ocymi,cuiuſque æquales partes cerato roſa-
ceo excipe,ac vtere. Aliud,quod ad eminentiores faciei
affectiones,itémq; pruritus efficax eſt,necnon ad princi-
piũ elephãtiaſis. Gũmi albi & nitri æquas portiones,acri
aceto dilue & illini.Vbi verò exaruerint,ſubſcripta mixtu
ra depurga: Saponis Gallici lib.I.ammoniaci,ſpumæ ni-
F tri,thuris,maſtiches,cuiuſque quadrãtẽ.ſaponẽ & ammo
niacũ in vaſe fictili cũ aquæ chœnice vnà decoquito: vbi
verò diſſoluta fuerint,ſicca cõtrita ac anguſtiſſimo cribro
excuſſa iniicito:deinde transfer in pilam,probéq; contu-
ſum vitreo vaſe recondito.Neceſſitate verò expetente,fa-
ciem illinito, & poſt paruum interſtitiũ multa aqua ab-
luito,prius leniter facie cõfricta. hoc pharmaco ſemper
ad varos vtere. Aliud, ad varos celebre. Nitri rubri ſex
tantem,cimoliæ vnc.I.thuris drach.IIII.farinæ erui vnc.
I.vtere autẽ hoc modo: accipe halcyonium, ac per ſe o-
G ptimè contere:deinde iniecto oleo ſimul tere,& ex eo fa
ciẽ ad veſperã illini,manè verò à ſomno præſcripta com
poſitione exterge. Aliud ſmegma,quo per omnẽ curã
varorum vti conuenit: Farinæ fabarum, farinæ ſeſami,
medullæ peponis ſiccæ,cuiuſque drach.quatuor contere,
& cum his exterge. Aliud. Nitrum cum myrrha tri-
tum aqua permixtum exhibe,eóque extergatur.

De ficoſis faciei tumoribus, ex Galeno, Cap. XIIII.

EST & hæc vna aliqua ex menti affectionibus, in hoc
H differens à varis,quòd nõ ſolùm craſſus exiſtit humor
à quo producitur,ſed feroſa etiã tenuitate participat, ob
quam & citius exulceratur,ſi quidem non vt conuenit cu
res:& ſiccioribus etiamnum indiget remediis, quàm ea
ſunt quæ varis adhibẽtur. Oribaſius ad Euſtathiũ: Ficos

appellant germinavlceroſa,rotunda,ſubdura,rubicūda,
quæ conſequitur etiam dolor.Naſcuntur autem vtpluri-
mùm in capite,atque etiam reliquo corpore: de quibus
Crito ſic ſcripſit, Ad ficoſas menti eminētias, Critonis:
Spumæ argēti drachmas quatuor,thuris drachmas duas,
ſalis foſſilis drachmas duas,ſandarachæ drachmam vnā,
contrita ſimul impone. Aliud valde præclarum: Ela-
terii drachmas duas,ſalis foſſilis tantundem,chalcanthi
drachmas duas,ſandarachæ drachmam vnam, miſce: &
cum ſpecilli inſtrumenti(quod melā *Græci* appellant)ex-
tremo,admota impone , præhumectato prius loco,quò
pharmacum melius inſideat:poſt impoſitionem verò,ca
taplaſmate ſeminis lini aqua diſſoluti ſupernè contege.

Aliud Archigenis,ad capitis & menti ficos: Calchā
thi aſſati,aluminis ſciſſilis,glutinis,cuiuſq; æquales par
tes,ſquamæ æris duplum. glutinum in aceto maceratū
dilue,& cum eo reliqua trita committe.Vbi verò vti ve-
lis, in aceto rurſus dilue, ac ex eo ficoſas eminentias
inunge,& raſura tenuis linteoli contege. Inhæret autem
pertinaciter,atque citra cicatricem ficos depurgat.Vtor
autem & hoc ipſo pharmaco ad callos fiſtularum lenien
dos in collyria informato. Quòd ſi humidi ſint tumo-
res,nimirū aqua effluente ex eis,velut à fonte,pura,ſub-
ſcriptis remediis vtēdū erit. Paſtillus ad ficoſas mēti e-
minentias.Reprimit autē omnes tumores qui accidūt il-
lis qui malè cicatricem obduxerunt: quemadmodū vi-
demus in iis quibus palpebræ aut labia ſunt conſuta:
Squamæ æris ſextantem,miſyos aſſati ſextantem,auripi-
gmēti ſextantē,diphrygis dr.III.chalcitidis vſtæ dr. IIII.
æris vſti dr.IIII.glutinis fabrilis dr.IIII.cōpone, & vtere
vt dictum eſt in priore.nam & ob eius vſum,magnū no-
men adeptus ſum.

Ad manantes menti papularum eruptiones, ex Critone, Cap. XV.

COnferunt quidem & his plurima eorū quæ antea ad
capitis vlera manantia præſcripta ſunt:propriè autem
proſunt hæc: Spumæ argenti,chalcāthi,malicorii,bac-
carum myrti ſing.æquales partes cum vino & oleo myr
teo tritas illinito. Aliud. præclarū eſt hoc: Verbena-
cæ ſupinæ drac.octo,acaciæ drach.octo,myrrhæ drach.
II.cum vino tritis vtere. Aliud. Myrrhæ vnc.I.thuris
ſextantem,acaciæ trientem.vtere cū vino. Aliud. Spu-
mæ argenti,ladani , baccarum myrti nigrarum, ſeminis
hyoſcyami,malicorii, æqualibus partib9 cum vino & o-
leo myrteo aut roſaceo permixtis vtere. Aliud,quod&
ad ea quæ inſtar faui, melle manant vlcera melicerides
Græcis appellata,conducit,ſiue ea in mento, ſeu in capite
exiſtant,quæ à Syris appellantur ſanalia: Spumæ argēti
& baccarum lauri æquales partes cum aceto ac oleo myr
teo illinito. experimentum enim bonum de ſe præbuit
ſæpe.

De impetiginoſis tum menti tum reliqui corporis tumoribus, ex Galeno, Cap. XVI.

PRæterea & hæc affectio ex mixto quopiam genera-
tur humore,nimirum ſeroſis & tenuibus acribúſque
humoribus vnà cum craſſioribus permixtis:quapropter
etiam facilè in pſorā & leprā tranſit. Indiget itaque hæc
affectio pharmacis fortiter deſiccantibus. Quòd ſi verò
in pſorā aut leprā tranſierit , ad hoc quòd deſiccātia re-
media adhibenda ſunt, neceſſe erit & repurgantibus v-
ti.Itaque Crito ita ſcripſit,ad eas quæ in mento prodeūt
impetigines,lichenas appellatas.Affectio(inquit)eſt in-
ſuauiſſima , & pruritum inferens, & circumtenſionem,
& periculum non minus. Proſerpit enim aliquādo per
vniuerſam faciem, & oculos ipſos contingit:quare dili-
gentiori cura vtendum erit,vbi ea quæ iam longo tēpo-
re perſeuerarunt,ab iis quæ recèns prodierunt diſcreue-
rimus. Ad recentes igitur impetigines conueniunt hæc:

Perdicii herbæ folia continenter in loco confrica, aut
thus,aut ammoniacum cum aceto terito,aut etiam cum
perdicii ſucco,ac illinito. Aliud. Liquorem qui ex hu
midis oleæ lignis,dum comburuntur effluit , illini. I-
dem facit quod ex braſſicæ caule dū aduritur,deſtillat il
litum. Aliud. Maluæ agreſtis ſemen depuratum col-
lige,contere , ac expreſſum inde ſuccum repone, eúmq;
aſſiduè illine. Aliud. Portulacæ ſuccum continen
ter illinito. Aliud. Lacrymam ſylueſtris oleæ cum
aqua diluito,& adiecto modico ſtyrace, vnito ac impo-
nito. Vbi verò iam diu durauerint impetigines, viticis
folia cum aceto trita illini , aut haſtulæ regiæ radicem
in aceto decoctam & tritam adfrica. Aliud , ad
diuturnas impetigines: Chamæleontis nigri radicem
in aceto decoque,contere,& illine.Verùm quum ad im
petigines multa & varia excogitata ſint remedia , parti-
culatim de ſingulis dicam,initium ſumens à paſtillis.

Paſtilli. Paſtillus ad impetigines.in quacunque corpo-
ris parte conſiſtant: Alcyonii vſti drachmas duas, ſul-
phuris viui,thuris,pyrethri , ſpumæ nitri ,cuiuſque dr.
duas,chamæleontis nigri radicis drach.quatuor,haſtulæ
regiæ radicis dr. quatuor , glutinis drachmas quatuor.
glutinum in aceto dilue, & cum eo reliqua excipe, deſic
ca,& vtere cum aceto. Paſtillus valde celebris: Folio-
rum fici ſiccorum drachmas duodecim,chalcitidis cru-
dæ drachmas decem,calcis viuæ drachmas octo,miſyos
crudi drachmas quatuor , thuris drachmas quatuor, ſul-
phuris viui drachmas octo,aceto ſubige,& cum aceto v-
tere. Paſtillus ad impetigines, qui & callos extirpat,&
cicatrices ſupra opinionem: Thuris,teſtarum buccino-
rum vſtorum,fimi columbini,alcyonii,gummi, ſingu-
lorum æquales partes contere cum lacte, & informa pa-
ſtillos,ac vtere cum aceto. Paſtillus alius. Lacrymæ o-
leæ ſylueſtris drachmas quatuor, thuris drachmas qua-
tuor,ſulphuris viui,alcyonii,ſpumæ nitri,halicæ contu
ſæ & cribro excuſſæ, cuiuſque dr.octo, halicam in acetū
multum atque acerrimū coniectā tādiu decoque,donec
viſcoſa reddatur : reliqua verò cum ea ipſa commiſſa in
paſtillos informa,ac cum aceto vtere. Circumlitiones
ad impetiginem. Ad impetigines maximè feras: Ni-
tri,chalcitidis aſſatæ,ammoniaci thymiamatis, ſucci ſe-
rapiadis tres teſticulos habentis æquales partes contun-
de,& cū aceto illini.Efficax eſt & ad humentes impeti-
gines: atque ego ſanè vſus ſum,& ex animi ſententia ſuc-
ceſſit. Aliud. Stercoris dorcadis vnc.I.thuris vnc.I.cō
tuſis vtere cū aceto, ita vt cū nitri ſpuma impetiginē pri9
confrices:& miraberis. Aliud,quod & ad impetigines
& vitiligines ac lepras valde commodum exiſtit: Ster-
coris muris,chalcāthi, ſulphuris viui,cuiuſque beſſem,
farinæ fabarum vncias XIIII.aceti ſextarios quatuor. Mu
ſcerdam contunde,& cum aceto decoque. atque vbi bis
aut ter efferbuerit,ſulphur inſperge & chalcanthum,ani
maduerſione habita ne efferueant & effundantur: dein-
de vbi parum ſaltem concocta fuerint , etiam farinam
fabaceam iniice , & ſimul ad ſtrigmenti craſſitiem de-
cocta redige,& ablatis ac recōditis vtere. Ad lepras
quidem linteolo exceptum impone,ac poſt quintum tā
dem diem abſtrahe: ad impetigines verò aceto diſſolu-
tum continenter inunge. Illitio cocta, ad diuturnas im
petigines,quæ citra exulcerationem eas ſummouet: Ha-
licæ mola tritæ ac cribro quamarctiſſimo excuſſæ vn-
cias quatuordecim,chalcitidis,cimoliæ,ſulphuris viui,
miſyos,cuiuſque ſextantem:ſpumæ nitri,aluminis ſciſſi
lis,alcyonii,radicis haſtulæ regiæ,thuris,lacrymæ oleæ,
ammoniaci thymiamatis,myrrhæ, cuiuſque vnciam v-
nam,aceti chœnicas tres. Alcyonium , haſtulam regiam
cum aceto decoquito, atque vbi ad medietatem redactū
fuerit,percolato.In colamēto verò ammoniacum, thus,
& reliqua ſicca diſſoluito : halicam verò in aceto quod
ſupereſt decoquito : deinde reliquis adiicito , ac ſimul
commiſſis vtitor. Aliud valde præclarum: Aceti a-
cerrimi ſextarios octo,farinæ hordeaceæ vnciasviginti-
quatuor,mannæ thuris vncias quatuordecim, radicis ru
micis ſylueſtris drach.octo , radicis albuci drachmas o-
cto,veratri albi drachmas X.alcyonii drach. X.cardamo-
mi drachmam vnam,terræ cimoliæ dr.octodecim, glu-
tinis drachmas XVI.ſpumæ nitri drachmas ſedecim, vir-
gultorum halicacabi viridium faſciculum quantū manu
cōprehendere potes:appara,& vtere vt dictū eſt. Quòd ſi
hæc affectio diutius producatur extēdatúrq;,& in callos

tranſeat, nihilominus his quæ dicta iam ſunt vtendum eſt. maximè verò congruum eſt quod ſequitur: Miſyos, myrrhæ, thuris, aluminis ſciſſilis cuiuſque drach. octo, aloes, ſulphuris viui, cuiuſque drachmas quatuor. hæc cum paſſo ad ſtrigmenti craſſitudinem redige, & bis ac ter in die loco prius confricto illine: foris autem cõſeruandi pharmaci gratia, pelliculam veſicæ, aut ex ouo ſuprapone. Oribaſii lichenicum pharmacum. facit idem etiam ad pruritus: Chalcanthi, ſulphuris viui, nitri, thuris, æqualibus portionibus vtere: ad impetigines quidẽ cum aceto, ad pruritus verò cum vino. Aliud, quod impetigines in paucis arcet diebus, valde commodum: quare præexigendam ſuadeo mercedem: Sulphuris dr. octo, calcis dr. octo, chalcitidis crudæ dr. octo. thuris drachmas quatuor, miſyos drachmas quatuor, foliorum capparis viridium depuratorum drachmas duodecim, cum aceto tere ac informa paſtillos, & vtere. Emplaſtrum liquidum, multi ad impetigines experimenti, cuius rei nuper adeo periculum feci: Picis ſiccæ, ceræ, reſinæ, colophoniæ, veratri triti, olei, æquales partes. Per experientiam commendatum hoc tibi habe, propterea & mercedem præexige. Quãdoquidem verò plurimi ſunt qui illitionum vſum auerſantur, malúntque adhibere emplaſtra, vtpote quæ neque per ſudores obortos deſluant, neque arefacta etiam cutem circumtendant, annectã & horum aliquot apparatus. Emplaſtrum ad impetigines, quod citra exulcerationem eas ſubmouet: Ceræ, picis liquidæ, thuris, reſinæ terebinthinæ, ſulphuris viui, cuiuſque ſeſcũcẽ. quæ liquefieri poſſunt, liquefacito, ſiccáque cum eis committito. Aliud quod ſimiliter citra exulcerationem opitulatur: Picis liquidæ libram vnam, mannæ, ſulphuris viui, farinæ lupinorum, cuiuſque vnciam vnam, galbani ſextantem. Picem calefacito, & galbanũ præmollitum adiicito: liquefactis verò, ac ab igne ablatis reliqua inſpergito ac vnito. vtere autẽ hoc vt vehementer commodo. Aliud, quod citra exulcerationem auxiliatur: Chryſocollæ ſiccæ qua aurifabri vtuntur, chalcitidis aſſatæ, miſyos aſſati, ſquamæ æris, diphrygis, ſalis ammoniaci, terræ cimoliæ, cuiuſque drachmas quatuor, æruginis drachmas duodecim, chalcanthi drachmas ſex, lapidis aſii, æris vſti, vtriuſque drach. ſex, ſoreos drachmas quinque, aluminis liquidi drach. quatuor, contunde omnia diligenter, & adiecto aceto ſedulò in ſole ſub feruentis caniculæ æſtu contere, donec ipſũ pharmacũ æruginẽ cõtrahat. Apparetur aũt in alio quopiã mortario, thuris ſextãs, myrrhæ ſextãs, aloes vncia vna, ladani vnc. I. opopanacis vncia vna: hæc in aceto diluta & ad ſtrigmentitiam craſſitiem redacta, illis quæ antea in æruginem commutata ſunt iniice, ac rurſus contere: atque his omnibus ariſtolochiæ contuſæ & cribratæ vnciam vnam adiice, & rurſus tere. Quũ verò omnia in formam emplaſtri redacta fuerint, liqueſcibilia liquefacito ac affundito. Sunt autem liqueſcibilia hæc: Ceræ drachmas centum, terebinthinæ drachmas ducentas, galbani drachmas nouem, olei libram vnam, emollita in vſum adſeruato ſimul omnia. hoc ipſum pharmacum duplici aſpectu ſe vidẽtibus offert. Aliud, quod ſimiliter ad dictas impetigines efficax eſt, vt etiã ea quæ intus relinquũtur reprimere poſſit: Picis, bituminis, reſinæ pinus, ceræ, ſulphuris viui, mannæ, æquas portiones, olei Cyprini quantum ſat fuerit. Liqueſcibilia liquefacito, & inſpergito ſicca: in tenui autem pellicula excepta imponito. Emplaſtrum aliud ad impetigines: Picis ſiccæ quadrantem, picis liquidæ vnciam vnam, ſalis vnciam vnam, reſinæ colophoniæ, ceræ, ſulphuris viui, cuiuſque vnciam vnam, nitri fului vnciam vnam, chalcitidis vnciam vnam, olei ſextantem: vtere. Excoriatoria impetiginum. Verùm vbi iam affectio ſtabilis facta fuerit, & pharmacorum adhibitioni & molimini reſiſtit, vtendum erit excoriatoriis. ea enim ex facili ſuperficiem auellunt. Excoriatorium impetiginum, quo Pamphilus vſus eſt Romæ, & plurimùm ſanè profecit, quum in vrbe mẽtagra graſſaretur, quæ impetigo fera exiſtit. Squamæ æris drachmas octo, auripigmenti drach. quatuor, ſandarachæ drachmas quatuor, æris vſti, veratri albi, cãtharidum, relectis alis & pedibus, ſingulorum drachmã vnam & dimidiam: vnumquodque per ſe contere deinde ſimul contuſa cedria excipe, ac in denſitatem ſtrigmẽtitiam redacta, in pyxidem æris Cyprii repone. Vbi verò neceſſitas exigat, nitro ac modico aceto impetigine confricta, pharmacum hoc cum ſpathomele, *id eſt ſpecillo lato*, illine: atque vbi iam affricueris, modicúmque temporis ſpatium interceſſerit, cum ſpecillo derade, ac rurſus aliud illine: bíſque ac ter eodẽ repetito, locos illitos cum pellicula veſicæ bouillæ, aut alterius cuiuſdam animantis contege. Poſt pelliculæ verò impoſitionem, faſciola leuiter colligato, ac ſinito pernocteſcere, ſi quidem tandiu ſuſtineat: ſi verò non, ad horas aliquot donec bullas exſuſcitet ſanie craſſa & glutinoſa repletas: quibus productis lauari iubebimus, atque remorari aliquandiu in balneo: etenim hoc ipſum curam adiuuare ſolet. ſit autem calidius ipſum balneum. Quòd ſi prohibeat quid balneo vti, fomento vtendum eſt calida aqua multa, quæ vbi iam ad moleſtiam vſque affuſa fuerit, extergere conuenit, ac panem cum aqua mulſa ſubactum imponere. At vbi ſordibus vlcera ſcatuerint, emplaſtrum viride ſpleniolo exceptum adhibeto, modico itidem de excoriatorio præſcripto admixto. Excluſa autem ſanie, & nullo amplius tectorio vlceri incumbente, ex emplaſtro albo linteolum paruũ illitũ imponimus, eóque vtimur, donec omnino ad cicatricem perducatur: quotidie fomẽto adhibito, ac nouo ſpleniolo ex emplaſtro albo illinito. Porrò ante admotionem excoriatoriorum, vicinas impetigini partes munire oportet pharmaco quopiam ex iis quæ ab inflammatione locos tuẽtur, atque ita excoriatorium ad impetiginem ſolam adhibere. Excoriatorium ad mentagras, vt citra cicatricis veſtigium ad ſanitatem perducantur. Efficax eſt & ad alopecias ad ſolẽ vel ad ignem illitum. Vbi verò bulla producta fuerit, eam acu penetrare oportet, excluſo autem humore, ceratis curare: cicatrice enim inducta, enaſcuntur pili. atque ita quidem ad alopecias adhibetur. Ad impetigines verò vtendum eſt eo modo qui prædictus eſt in excoriatorio primo. Pharmacum verò ipſum huiuſmodi eſt: Sandarachæ, auripigmenti, ſquamæ æris, veratri nigri, cuiuſque drachmas duas, elaterii drachmas quatuor, ventrium cantharidum drach. I. excipe cedria. vſus autẽ iam antè oſtenſus eſt. Emplaſtra viridia poſt excoriatoria adhibenda. Poſt ipſum excoriatoriorum vſum, ſubacta viridia emplaſtra adhibenda ſunt: nimirum ad vlcerum ipſorum repurgationem. Viride emplaſtrum, quo Pamphilus vſus eſt ad mentagram, poſt eruptionem ſcilicet bullarum: Ceræ libram vnã, reſinæ pinus ſiccæ libras duas, æruginis quadrantem, olei veteris beſſem, aceti acerrimi quantum ſuffecerit. Æruginẽ ad ſolem cum aceto conterito: liqueſcibilia liquefacito, & frigefacta ac in mortarium coniecta ſimul vnito. Aliud. Æruginis drach. II mannæ drach. IIII. galbani dr. III. adipis vitulini drach. XII. ceræ drach. octo, reſinæ pinus drach. octo, aceti quantum ſatis videbitur, committe. Aliud, quod euchrun, *hoc eſt boni coloris*, appellatur.

Æris vſti quadrantem, aluminis rotundi, æruginis, ſalis ammoniaci, mannæ, cuiuſque ſextantem, ceræ libras duas, reſinæ pinus ſiccæ libras duas, olei dextantem, aceti quantum ad ſicca conterenda ſuffecerit. Emplaſtra alba ad cicatricem perducentia. Verùm vbi iam per perſcripta emplaſtra viridia, vlcera ipſa repurgata videris, vtendum erit emplaſtris albis, quò abſque cicatricis veſtigio ad ſanitatem perducantur. quare neutiquam hæc relinquenda cenſeo, vt quæ ea multa ad tactum lenitate committunt. Emplaſtrum album, quod aquoſum appellatur. hoc emplaſtro magnus medicus vſus eſt, poſt impetiginum excoriationem: Ceruſſæ, ſpumæ argẽti, ceræ Tyrrhenicæ, aquæ puræ, ſingulorum libram vnam, olei omphacini libras duas. Spumam argenti, ceruſſam, & aquam ſimul contere, atque vbi tenuiſſima facta fuerint, oleum guttatim inſtillatum ſimul contere, donec ſufficienter fuerint counita: deinde in fictili vaſe ad ignem adhibe, ac continenter agita. quum verò aqua conſumpta fuerit, iniice ceram: atque hoc modo in

mortarium

mortarium infuſa emollito,ac vtere. Aliud. Ceruſſæ libras duas, miſyos crudi ſextantem, terebinthinæ vnciā vnam, ceræ ſeſcūcem, olei libras tres, aquæ chœnicas duas compone vt prædictum eſt, ac vtere. Licebit etiā vti cetatis ſedis,& quæ ad ambuſtos deſcripta ſunt tenerioribus.

Ad moleſtum oris odorem,
Cap. XVII.

AD grauem oris odorem, qui citra exulcerationem accidit, irin in vino veteri odorato maceratam, ad colluendum continuè exhibe, atque etiam in ore retinendam aliquandiu: aut myrrham in vino meraco dilutam colluendam præbe: aut acre acetum colluat quotidie, veſpere dormitum iturus: manè verò ſpicæ nardi decoctum ore colluat, aut ipſam ſub dentibus conterat: aut potamogetonis folia quotidie dentibus contrita expuat: aut roſarum floribus continuè confricato: aut fici ſylueſtris radicem vrito, & cinerem eius cum melle illinito: aut parum cyperi, aut floris iunci odorati contundito, & gingiuas continuè confricato: aut cimoliam cum ſale terito & affricato. Aut ordeum cum ſale, melle ſubactum & linteolo illigatum vrito, & contritis vtere: aut ſimilaginem melle ſubactam ac exuſtam adhibe. Aliud. Salis albi, pumicis, origani, cuiuſque vnciam vnam, iridis ſextantem, floris iunci odorati ſextantem: his ſimul contritis dentes fricato & vniuerſum corpus. Bonum enim odorem facit & dentes dealbat. Aliud ad fœtorem oris. Chalcitidis crudæ drachmas XII. veratri albi drachmas octo, trita illine. Aliud. Chalcitidis drachmas duodecim, cadmiæ drachmas octo, in aceto tere,& per aliquot dies ad ſolem æſtiuum expone, deſiccatóque vtere. Vtile eſt & ad ſanguinolentas gingiuas, itémque putreſcentes. Bibant autem & ipſi ea quæ præſcripta ſunt illis à quibus per totum corpus teter odor tranſpirat, in hoc ipſo Sermone, capite octauo. Aliud, ad craſſitiem labiorum. Prominet in pleriſque ſuperius labrum, aliquando etiam inferius, ex defluxu vehementi à capite delato, vt præ denſitate labrum intumeſcat,& ad ſermonis prolationem præpediatur: vltra hoc quòd aliàs indecentia quadam faciem dehoneſtet. Quare curabis hos aut inciſa vena, aut purgatos per conſuetas excretiones. Poſt hæc autē adhibebis illinitiones ac apophlegmatiſmos, quibus defluxus pituitæ à capite tollitur ac ſedatur: deinde illitionibus ad os deſcriptis illines palatum. Quibus præmiſſis, porri ſuccum cum oleo vetuſtiſſimo ad interna labiorum illini, aut foliorum braſſicæ ſuccum vnà cum oleo ad affectum labrum continuè admoue: aut glaucium cum vino, aut cimoliam, aut Muſæ paſtillum, aut paſtillum ex halicacabis cum vino.

Ad labiorum fiſſuras,
Cap. XVIII.

QVI internam pelliculam fiſſuris labiorū agglutinat, aut quod pelliculæ ſimilitudine, circa palmarum oſſicula adhæret, aut araneorum à trabibus dependentiū texturam, maximè albam. Eas verò quæ in altum magis ſe extendunt fiſſuras, cum adipe anſerino, aut caprino curabis, aut cum medulla bouilla aut ceruina, ita vt cum ſeme peruiuo atque terebinthina vnita, illinas. aut gallam omphacinā tritam, terebinthina, aut œſypo liquido, aut melle excipe & impone. Aliud. Gallam & maſtichen quamtenuiſſimè trita, œſypo, *id eſt lana ſuccidæ ſordibus* in formam cerati redacto, excipe ac vtere. Aliud. Gallarum vnciam vnam, cadmiæ vnciam vnam, ceruſſæ quadrantem, contere cum roſaceo, & illine. Aliud. Cyperi ſextantem, gallarum vnciam vnam, aluminis ſciſſilis drachmam vnam, contere ac ſiccum inſperge. Aliud. Maſtichen cum vino tritam & dilutam illine. Aliud. Fæcem aceti vſtam, myrteo aut roſaceo cerato exceptam impone. Idem etiam ad magnas in extremis ac ſummis corporis partibus inflammationes conducit. Aliud. Teſtarū ouorū vſtarum, gallæ, myrrhæ, aluminis ſciſſilis, ſingulorū æquales partes lanæ ſuccidæ ſordibus exceptas impone. Ad omnia labiorum vlcera, & ad ea quoque quæ cacoethe appellant: Oſtrea vſta tenuiſſimè trita inſperge. Ego autem & non vſta cōtriui, eiſque vſus ſum: neq; male ceſſit. Aliud, ad fiſſuras labiorū. Muſæ paſtil-

A lum cū ſapa aut vino dilutū, ſatis craſſum illinito. Optimè prodeſt & id quod ex amurca, ad vlcera oris quæ aphthas appellant, apparatur: idémque ſimilia remedia efficiunt, quæ ad fiſſuras ſunt deſcripta, atque etiam paſtillus ex halicacabis cum vino. Ad tubercula in labris. Vtendum eſt & ad hæc præſcriptis ceratorum formis, atque etiā hoc ipſo quod ſubieci: Radicis rumicis vſtæ, nitri vſti, terebinthinæ vſtæ, ſingulorū æquas portiones cōtritas cerato excipe,& illine. Aliud. Adipem anſerinum, melle ac ſolani ſucco mixto adhibe. Confrictis autem B prius vlceribus, cū pēna ſæpe illini. repurgat enim tubercula in internis labris oborta. Colluat autē ea & ante illinitionem & poſt eam, cum lacte.

De dentium affectionibus, Cap. XIX.

PArs quædam ex tertia coniugatione neruorum à cerebro vtrinque delatorum, diſtribuitur quidem in pelliculam quæ ipſum os,& linguam, ac gingiuas complectitur ac ambit, ſenſum eis ſuppeditans: ingenerat autem ſeipſam tum ſuperiori, tum inferiori maxillæ inuoluens, ac omnibus dentibus ad eorum radices ſubſtrata, vt ob C hanc cauſam inter oſſa ſoli dentes dolore afficiantur. Illi ipſi ſanè nerui delatum ad ſe nutrimentum ſuſcipientes, quod in ipſo liquidius exiſtit, ſibi lucrifaciunt: quod autē ſiccius quàm conueniat exiſtit, tanquā alienum à ſe abiiciunt. Ea ipſa verò à neruis redundans ſuperfluitas in cōcauitatibus locellorum in quibus ipſi dentes ſunt infixi, aggregatur, paulatímque tenacior ac denſior ſeipſa facta, ob diuturnam iſtic conuerſationem, in oſsium formam tranſmutatur. atque hoc modo nutrimentū dentibus accidit. Itaque dentes hac nutricatione ſuſcepta, vſque in D ſenectutem augeſcunt. Vnde ſanè in ſenibus ob defectū connutrientis materiæ, attenuantur dentes, mobiléſque fiunt, ac excidunt. Cæterùm quantum augeſcunt ipſi dētes, tantum ex attritione ciborum conſumuntur. impoſſibile eſt autem citra nutricationem augeri. In vniuerſum itaque duabus affectionibus dentes ſunt obnoxii, & iis quidem contrariis: indigentiæ videlicet, & abundantiæ eius quod defertur ad eos alimenti. Indigentia ergo ſicciores & alimentum non ſentientes, atque E ob id tenuiores eos efficit: abundantia verò conſimilem ineis diſpoſitionem facit ei quæ contingit in carnoſis partibus inflammationi. Huius igitur affectionis cura iuxta eundem ſcopum fiet, quem propoſitū habent ii qui inflammationibus medentur: nimirum vt abundantia partim diſcutiendo, partim repellendo euacuetur. Eius verò quæ indigētia alimenti contingit, tenuitatis dentium, nullū remedium exiſtit. Neceſſarium eſt enim laxari ac cōmoueri dentes, vbi cōpages eorum flaccidiores reddantur, quum non ſolùm ipſi dentes, ſed & F loculi eos cōtinētes graciles fiant. Hæc igitur affectio neceſſariò accidit ſenibus, quibuſdam citius, aliis ſerius. Auxilio autem eis erunt pharmaca adſtringentia, quæ gingiuas confirment,& ad arctius complectendum dentes adiuuent. Qui verò facilè exteruntur dentes, eos, ſi quidem id ex mollitie eorum contingat, duriores reddere conuenit & affectionibus minus obnoxios, per auſtera videlicet & acerba adhibita remedia.

Ad inflammatas gingiuas, Cap. XX.

GIngiuis autem ob inflammationem dolore affectis, G optimum remedium exiſtit oleum lentiſcinum, cōduplicato vaſculo calefactum, ac in ore retentum. Sit autem recens oleum. nociuum enim exiſtit inueteratum. Repellit autem oleum lentiſcinum citra aſperitatem, & diſcutit abſque mordacitate quibus maximè indigēt inflammata. Atqui aſininum lac in ore retētum, vbi maximè infeſtauerint dolores, eos mitigat ac ex tempore ſedat. Et hoc quod ex vino ad tertiam vſque menſuræ partem decocto, apparatur, quod ſapam dicimus itémq; hepſema,& palmularum ſtillamentum ſimiliter ore retentum calidum vehementer lenit. oportet autem aquam ca-H lidam ad palmarum ſtillamentum affundere, quò craſsities eius diluatur. Valet etiā ſemperuiui minoris decoctū per ſe, aut cum roſaceo melle: aut cum ſapa, aut palmarum ſtillamento in ore retentū. Conuenit etiam inflammatis gingiuis hyoſcyami ſuccus aut decoctū per ſe calidum

aut cum ſapa ore retentum. Supra opinionem autem lenit ſuccus portulacæ. Inſenſiſſimũ verò inflammatis gingiuis eſt acetum, omniáque acerba, & acria, & ſalſa.

Ad cruentas gingiuas, Cap. XXI.

CRuentis verò ob bilis acredinem gingiuis, præter opinionem vtilis eſt foliorum hyoſcyami ſuccus, aut decoctum cum ſapa, aut cum palmarum ſtillamento calidum ore retentum. foliis autem ad manum non exiſtẽtibus, radicem eius decoque cum paſſo, & retinendum exhibe decoctum. Vtile eſt & alumen ſciſſile cum myrto, ſi quamtenuiſſimè trita adhibeantur. Vbi verò adſtrictas iam cognoueris gingiuas, colluendam ſapam calidã exhibeto. Aliud Aſclepiadæ, ad cruentas gingiuas: Balauſtiorum, florum roſarum, ramorum myrti, ſing. æquales partes, cum poſca dilutiore decoquito, & liquorem inde percolato, ac eum in ore retinendum exhibeto. Aliud. Ramorum lentiſci, balauſtiorum, radicis mali cotoneæ, ſingulorum æquale pondus in poſca decoctum exhibeto. Epithema ad ſanguinem ex ginguis erumpentem: Polentæ partem vnam, vinaceorum vuæ tantundem, ſucci ſanguinariæ quãtum ſatis eſt, contere, & ad cerati craſſitiem redacta impone ad ſanguinolẽtum locũ, aut ſimul cũ ſucco tãdiu tere donec areſiãt, atq; hoc modo trita inſperge. Aliud. Spongiam nouam ſiccam in ſanguine taurino madefactam in vaſe fictili exure, contere ac repone. Vbi verò vti velis, cineris ipſius dr. IIII. accipe, thuris dr. II. chalcitidis crudæ dr. II. & ſimul trita inſperge. Aliud. Terebinthinæ aceto torrefactæ dr. IIII. æris dr. II. tritis vtere. Calidas verò in ore inflãmationes & gingiuas corroſas, in quibus ſalſæ cuiuſdã aut mordacis humiditatis ſenſus percipitur, magnopere iuuant dulciũ aquarum balnea, quæ ſuperfluitatem quidem per ſudores euacuant, ſanguinis verò acredinem obtundunt. Quare ſi nihil prohibuerit, bis aut ter lauans, non lædes. Illinendũ eſt autem caput oleo roſaceo cum aceto.

Ad excreſcentes gingiuas, putreſcentéſque ac tumentes, Cap. XXII.

AD gingiuarum tumores. eaſdémque excreſcentes & putreſcentes, conueniunt tum colluta, tum ore retenta, oleum ex immaturis oliuis expreſſum, oliuarũ colymbadum muria, cedria cum aceto, gallarum decoctum, pruni folia ex aceto decocta, cytinorum decoctum, corticis mori aut etiam foliorum eius decoctum. Arida verò & trita, gingiuis admoueri commodè poſſunt hæc, radix ariſtolochiæ, plantaginis ſemen tritum, bitumen tritum, fœniculi radix vſta, pulegium vſtum, diphryges, rubigo ferri, chalcanthum aſſatum, gallæ, cytini, malicorium, balauſtia. Optimè autẽ prodeſt gingiuis à fluore affectis: aceti & mellis, cuiuſque libram vnam, aluminis ſextantem. Decoque ad conſumptionem aceti, & vtere. Aliud. Aluminis ſciſſilis, myrrhæ & thuris æquales partes cũ melle illine, ac poſtea vino collue. Medetur autẽ exeſis gingiuis, & humore prægnantibus, lac aſininum calidum collutum, foliorum oliuæ decoctum, aſpalathi decoctũ, platani folia in aceto aut vino decocta. Sicca autem adhiberi poſſunt, rubigo ferri, balauſtia, & cytini. Aliud ſiccum, quod ad putredines oris gingiuáſque depaſtas ac cruentas efficax eſt: ad tonſillas etiam, ac glandulas & columellam ſiccum admouetur: ad quaſſatos verò dentes, aceto dilutum detinetur in ore: Gallarum quæ omphacitides appellãtur, aluminis ſciſſilis. æquales partes accipe, ac vt valde efficaci vtere. Siccũ quod antheron appellatur, *id eſt floridum.* Cyperi drach. VIII. crocomagmatis, myrrhæ, aluminis ſciſſilis, iridis, cuiuſque drach. II. croci drach. I. ſandarachæ drach. III permixtis vtere. Alius ſiccus puluis floridus, Oribaſii. Cyperi, croci, vtriuſque dr. II. aluminis ſciſſi, ſandarachæ, iridis, gallæ, cytinorum, ſingulorum drachmas quatuor, floris roſarum drachm. ſex, miſce ac vtere. Ad putredines in ore. Foliorum oleæ vſtorum, radicis lactucæ, malicorii, ſingulorum drachmam vnam, coſti parum. vtere.

Ad corroſas & ab vlcere ſerpente infeſtatas gingiuas, Cap. XXIII.

A Iis qui corroſas gingiuas habent cum tumore atque etiam dolore, atque etiam quibus à ſerpente vlcere depaſcuntur, ſummè auxiliatur fomentum hoc: Specillo auriculario lanam innecte, ac in feruens oleum intinge, eámque donec exæquentur gingiuis adhibe, & quouſque vndiquaque appareant albæ. Ita enim vlcus ſerpẽs ſiſtitur, atque ex ſana carne, id quod corroſum eſt cõnutritur. Poſt hæc autẽ vtere affrictoriis ad gingiuas deſcriptis. Propriè autem conuenit galla tenuiſſimè trita acetabuli menſura, cum myrrha magnitudine fabæ, quibus tritis, B vtere ſiccis. Præter opinionem autem ad corroſas, & quæ ſerpente vlcere infeſtantur gingiuas, prodeſt id quod ex chalcitide & cadmia conſtat ſiccum. ſint autem chalcitidis crudæ drachmæ duæ, cadmiæ vnc. vna. Cadmia in aceto ad ſolem æſtiuum aliquot diebus ſufficienter conteratur: deinde adiiciatur quoque chalcitis & ſimiliter cum ea conteratur, affuſo ſæpe aceto: pòſt verò ambobus exſiccatis, tritis & cribratis, vtere ſiccis: ſed cũ cautione nequid ex pharmaco hoc deglutiatur. Præclarè facit etiã in ſerpente gingiuarũ vlcere, id quod heliocaes C *hoc eſt ſole uſtum* appellatur ſiccum, conſtans ex calcis partibus duabus, auripigmenti vna & dimidia. Verùm conterere oportet & hoc ipſum in aqua ſub exoriẽtis caniculæ ardoribus, ita vt ter aqua diffũdatur, & poſtea pharmacũ deſiccetur. cauendum etiam nẽ ex hoc quicquam deglutiatur. Admirandam etiam opem corroſis gingiuis affert id quod ex charta vſta conſtat ſiccum, ſiue per ſe ſolum ſiue cum melle adhibeatur. Aliud, ad vlcera ſerpentia gingiuarum: Aluminis ſciſſilis, florum roſarum, cuiuſque drach. II. ſalis foſſilis drach. IIII. croci drach. I. D vtere ſicco aut cum melle cocto. Floridũ ad gingiuarum abſceſſus, ac vlcera oris profunda ac cruſtoſa: Aluminis ſciſſilis, cyperi, cuiuſque drach. III. myrrhæ drachm. VIII. ſandarachæ drach. IIII. iridis drach. III. croci drach. I. Aliud. Cyperi drach. III. ſandarachæ drach. III. myrrhæ, croci, aluminis ſciſſilis, iridis, cuiuſque drach. II. vtere ſicco, & cum melle. Denudatas autem gingiuas carnẽ implet pharmacum hoc: Seminis roſarum non antiqui partes II. calami odorati Indici partem vnam, ſiccum tritum adhibe. Aliud. Florum roſarum drach. III. calami drach. E III. malicorii drach. II. aluminis ſciſſi drach. I. Optimè autem carnem gignit & hoc quod ex eruo conſtat, ſiccum capitale. Relatum eſt autem in iis quæ vulneribus adhibentur remediis.

Ad parulidas, hoc eſt gingiuarum inflammationes, Cap. XXIIII.

PArulis eſt inflãmatio partis alicuius gingiuarum cũ tumore, quæ vbi non diſſoluitur, ſuppuratur. Quare in principio adiuuare oportet, quò ſubmittatur per diſſol- F uentes videlicet collutiones, quales ſunt ſuccus ptiſanæ, decoctum ſeminis lini, aqua mulſa calida, aut mulſum: deinde ſiccis deprimenda eſt eminentia carnis. Conuenit autem eis hoc: Sulphuris viui, piperis, aluminis ſciſſilis, partes æquales. Deprimit autem parulidas alumen omne vſtum, aut etiam ſori, ſi trita adhibeantur. Quòd ſi ſuppuretur, ferro venæinciſorio diſtractam & exciſam linamento impoſito diſparato, aut cum linteoli raſura. Amant autem magis exciſionem gingiuarum abſceſſus. ſimpliciter enim inciſi in fiſtulam proficiunt. poſt exci- G ſionem, medicandum eſt ipſum vlcus per collutiones: & cauum quidem eius, eoiquod ex eruo conſtat ſicco capitali impleto: vbi verò ad æqualitatẽ peruenerit, eo quod floridum appellatur vtitor.

De epulide, id eſt excreſcente gingiuarum carne, Cap. XXV.

EPulis eſt excreſcentia carnis ab inflammatione conſequuta, iuxta interiorem dentem molarem, aliquando cum febre, & vehementi dolore internarum mandibu- H larum, vt neque os ægro aperire liceat, contingens. Primùm itaque inflammationem ſoluere oportet per collutiones eam ſubmittentes, qualis eſt aqua mulſa, ſuccus ptiſanæ, decoctum ſeminis lini. Proderit autẽ & totã maxillam cataplaſmate ex ſemine lini & aqua mulſa integere. Vbi verò inflammatio ſoluta fuerit, & hiare iã poterit,

infirmus, meditari oportet epulidem ſicco deprimente: maximè eo quod iam in parulide dictum eſt, atque etiã eo quod ad ſerpentia gingiuarum vlcera deſcripum eſt, ex chalcitide & cadmia. imponenda eſt etiam raſura linteolorum. Vbi autem ſerius caro conſumeretur, ſiccum quod carnem exedit apponatur: velut eſt ærugo per ſe, aut cũ æqualis põderis galla, aut ſiccũ quod appellatur flauum: deinde rurſus raſurã lintei impone. Quòd ſi adhuc moram traxerit epulis, forcipe arrepta excindatur cum tenui ſcalpello, aut, ſi mauis, enſiculo paruo. Sequẽtibus verò diebus curetur vlcus per collutionem aquæ mulſæ, & per capitale ſiccum, raſura linteoli adimpoſita. poſtremùm florido ſicco tota cura compleatur. Deprimit autẽ epulidas, galla per ſe, chalcitis cruda & vſta, ſori vſtum, alumen omne vſtum, balauſtia, ſquama æris in aceto ad ſolem aliquot diebus expoſita, cõtrita & rurſus exiccata. Probè facit & hoc: aluminis ſciſſilis drachm. II. gallarum drach. IIII. ſalis torrefacti drachma vna. vtere ſicco.

De gingiuarum fiſtulis, Cap. XXVI.

Gingiuarum fiſtulas diſſecare ac explanare cõuenit, atque poſt inciſionem curare vlcus eo modo quem paulo antè diximus. Vbi verò vſque ad radices propinqui dentis fiſtula ipſa extenderetur, conandum eſt vt quantum poſſibile ſit, per fiſtularia collyria explanetur: & per ſiccum quod flauum appellatur, melle exceptum curetur, & conſimili modo id quod conſtat ex eruo, poſtea adhibeatur. Quòd ſi confuſio & perturbatio ægri non comitetur aut potius libenter hoc ferat, priuabis eum dente affecto. Hócque modo eruetur & fiſtula, & concidet gingiua: atque omnino facilis erit ea quæ deinceps requiritur cura.

Cura dentium à calido morbo doloroſo affectorum, ex Adamantio ſophiſta, Cap. XXVII.

Gingiuis dolore affectis propter inflammationem aut corroſionem, conuenientia ad hanc rem remedia locis affectis nudis adhibenda ſunt, quæ ſanè aut omnis mordacitatis expertia ſint, aut mediocriter acerba, & terrei temperamenti. Vbi verò dentes ſolùm patiuntur, aut cum eis ſimul concreti nerui & pelliculæ: tum ipſis curatiuis pharmacis ea quæ tenuium partium in ſua ſubſtantia exiſtunt adiicimus, quò vis ipſorum in profundum perferatur. Et ſi quidem frigidus ſit morbus, calida tenuium partium adnectimus: ſi verò calidus, ea quæ refrigerare poſſunt, & ſimul tenuium partium exiſtunt, cõmiſcemus. Calidà itaque exiſtente affectione, & vigente ætate, & temperamento calido, & regione, & aëris ſtatu conſimili, ad collutionem oris præparabimus, in aceto albo decoctam radicem halicacabi, ſemperuiuum minus, portulacam, perdicium, glycyrrhizam. Quòd ſi intolerabilis exiſtat caloris ſenſus, vtendum eſt hyoſcyami foliis, aut ſemine papaueris hortenſis, & ſemine lactucæ, decoctis in aceto albo. Si verò vnà cum dentibus gingiuæ ipſæ doluerint & inflammatæ fuerint, acetum vt acutum & hoſtilem gladium deuita: ſuo enim acore gingiuas corrodit. maximè itaque conſolatorium eis exiſtit, lac aſininum. Ego autem aliquandò cuidam huiuſmodi temperamenti exiſtenti, & in hanc affectionem delapſo, oleum roſaceum & myrteum in ore detinendũ exhibui. & ſanè viri ſibi videbatur hic homo, tanquam à face accenderetur. niuem itaque cum melle roſaceo miſcui, & moderatè tepefeci, quò frigoris vehementia frangeretur: & ore detinendam exhibui, & à dolore liberaui. Maximum etiam auxilium affert, ea quæ ex papaueris capitibus apparatur antidotus ſoporifera, ſi tepida ore retineatur. Similiter & lac aſininũ aſſiduè collutum, & ſapa quoque ore retenta. Optimum etiam remedium eis exiſtit, paſtillus qui ex ſeminibus conſtat ſoporifer, & cõſimiles, ſapa ſubacti, & affecto loco obducti. Oportet autẽ & caput madefacere ex roſaceo cum modico aceto diluto: idémque auribus inſtillare cum aceto. Aut terrenos vermes oleo decoctos in propinquã aurem inſtilla. Aut millepedes ſub aquario vaſe ſtabulantes, qui aſelli à *Græcis* appellantur, eodẽ modo. Similiter & araneos, & blattæ interranea oleo decocta in aurẽ infunde. Nutriantur autẽ ex ptiſana, alica, ouis, lactucis & cucurbita, & quæcũque tandẽ his poteſtate ſunt propinqua. A vino autem abſtineãt. Ad cõmandũcãdum verò exhibe ſub dolentem maximè dentem, herbæ perdicii radicem, aut hyoſcyamum: præſertim in balneo, ita vt contineat in ore ſuccum ex eo, donec inde egrediatur. Suffire etiam conuenit ægro hyoſcyami ſemen, aut canis mortui dentem. inde enim ſtatim dolor ſedatur. Eodem modo etiam terrenos vermes ſuffito.

Cura eorum quibus ex frigiditate dentes dolore afficiuntur, Cap. XXVIII.

Frigidus dentium morbus cognoſcitur ex figura tum capitis tum reliqui corporis, & ex ea quæ præceſsit diæta, itémque exercitio, ac reliquis quæ ad hunc ordinem referuntur. Medeberis autem diæta omni ad caliditatem ornata. Sint itaque cibi, ptiſana cum pulegio decocta aut cum ruta, aut cui poſt cocturam additum eſt piper. ſimiliter & alica, olera, petroſelinum, & ſimilia. In potu exhibendum eſt vinũ, modicum tamẽ, & mulſum, atque etiam quod appellant conditum. Serò verò vbi dormire voluerit, confectionem ex calamintha citò penetrantem, aut potu aut linctu deuorandam exhibe. Ad oris collutionem, in aceto decoquito origanũ, calaminthã, hyſſopum, pulegium, dictamnum, ſatureiã, tithymali radicem, chamæleontis nigri radicẽ, verbenacæ rectæ radicem, eryngii radicẽ, verbaſci radicem, veratri nigri & capparis radicem. vnumquodque enim eorum aceto decoctum ac ore collutum, dolores dentium ſedat, qui à frigiditate ſunt oborti. Ad eos verò quorum ſenſus citius afficitur, hæc cum poſca decoquantur. Porrò ex vino ſi decoquas prædicta ac colluas ter aut quater in mẽſe, præmuniunt ac conſeruant eos qui frigidiore temperaturà ſunt, ne dolore dentium afficiantur. Obſeruatum eſt & pinguium lignorum, veluti tædarum ac picearum decoctũ ipſis prodeſſe: contunduntur autẽ hæc ac cum caricis decoquuntur affuſo vino. collutum enim hoc ipſum dẽtium dolores mitigat. At verò & ipſas tædas contuſas in oleo decoquere licebit, oleúmque calidum in ore continere. Qninetiam ipſas tædas conquaſſatas ſolas ore detinere commodum exiſtit, circa affectum maximè dẽtem. Succus etiam balſami in ore retentus, non paruam de ſe præbet commoditatem. itémque caſtoreum cum nardo auribus infuſum. Quòd ſi omnes ex æquo doleãt dentes, in ingreſſu balnei cedriam in os coniectã vſquequo egrediatur contineat, & dolore liber erit. Commodum etiam erit manducandas & loco dolenti admouendas exhibere, radicem pyrethri, radicem tithymali, & ricini. Similiter autem & theriacen, aut Eſdræ antidotum ſapa dilutũ ore detinendum exhibe. Præclarè facit & Philonis antidotus illita, & quæ appellatur Sotira. Suffito autẽ canis mortui dente, ita vt fumus inde progreſſus ore excipiatur. pòſt verò, ipſum dentem vſtum & modico aceto tritum, calidũ ore retinendũ præbe: & dolore liber erit. Poteris alcyonium ſuffire. Capitis verò cura imprimis habenda eſt. Ad id ergo huiuſmodi inſperſione vtaris: helenii quadrantẽ, iridis ſextantẽ, ariſtolochiæ longæ vnc. I. Quòd ſi fortiter infeſtauerint dolores, fomentũ adhibe ex milio, aut eruo, aut tritico torrefacto cum baccis lauri, modico adiecto ſale. Vt ne putreſcant molares immobiléſque conſeruentur: Succi racemorum vitis albæ lib. I. & dimidiã, corticis radicis mori ſeſcuncẽ, decoque ad dimidium, calidúmq; ore retinendũ per ſeptẽ continuos dies exhibe. qui enim hoc vtitur, nunquã dentis dolore afficietur. Collutio propriè ad dẽtes valens: Corticis radicis hyoſcyami drach. VIII. pyrethri dr. IIII. ſpicæ nardi dr. I. mellis dodrantem, aceti lib. III. decoque cum aceto in fictili nouo, & percola: deinde adiecto melle vtere.

Cura dentium ab humiditate dolore affectorum & laxatorum, Cap. XXIX.

Aſſumamus autem mox aliũ ægrotũ, qui vniuerſam corporis mixturã, imprimis verò capitis, habeat humidiorem, viuátque delicatius, & domum habeat in humiliore loco ſitam: inſtet autem tempeſtas humida, & hora verna, quum afficitur. Quiſnam ſanã mentem habens, his viſis, non dixerit à ſuperabundante humore in hoc morbum eſſe productum? Etenim quum nerui qui ſe ad dentes inſerunt, permadeſcunt, laxioréſque fiunt vnà

A cum circumadhærentibus corporibus, neceſſariò dentes mobiles fiunt: verùm multis hoc citra doloris ſenſum accidit. ſæpe enim iam diximus, humiditatem per ſe nõ ſolere dolores inferre. Et dictum quoque antea eſt, ob ætatem ſenilem quibuſdam dentes laxari, & quòd pharmacis adſtringẽtibus gingiuas, ac dẽſantibus eaſdẽ, lenes queant iuuari. Porrò percuſſis etiam dentes laxantur. Iis maximopere prodeſt alumen ſciſſile, cum myrrha troglodytica tritum, ac inſperſum ad dolentem dentem: atque id vbertim & continuè facere oportet. nam ipſum cõfirmat. Eos verò quibus ab humiditate vacillant, curare cõuenit per diætam ad ſiccitatem ordinatam, & cum B diuturniore abſtinentia ciborum. Cibi itaque eis conuenientes ſunt ſorbiles, halica, panis ex iure madidus, aut oryza, aut polenta cum aqua mulſa. Neque malè conuenit eis milium & lẽticula, piſces muria conditi, volucres mõtanæ & ſicciores. Ex oleribus, braſſica, & ſimilia. In potu aqua exhibenda eſt, ſed non multa. Quòd ſi concoctioni non officeret, aqua mulſa danda eſſet: itaque ſi hanc ferre nequeunt, ad aquam modicum vini addatur. Tempore autem afflictionis, fouere conuenit locum cum milio & C ſale. Collutiones exhibendæ adſtringentes, & deſiccantes, aut ſalſæ, niſi gingiuæ ſimul ſint affectæ. Quare gallas, quas omphacitidas appellant, ex acri aceto decoctas, & alumen aceto permixtum exhibebimus: itémque ſpinæ Ægyptiæ ſemen, malicorium, myrti baccas, cytinos, balauſtia, oliuæ folia, platani folia, cupreſſi pilulas, rumicis ſylueſtris radicẽ, lappæ radicẽ, folia rubi, & quæcũque alia acerbã in ſe qualitatẽ cõplectuntur: ita vt his cũ aceto puro, aut etiam aqua mixto, aut vino, decoctis, os colluere D præcipiamus, & in eo detinere adhibitum liquorem, ſenſui videlicet ægri maximè gratum & conuenientem: iudicata etiam & perpenſa eorum quæ offerimus potentia: nimirũ plúſne an minus exhibere oporteat, iuxta exuperantis humoris multitudinem. Ego autem optimam ad collutionem oris expertus ſum oliuarum muria conditarum aquã, in quam videlicet condiuntur. Etenim omnẽ oris humiditatem muria ipſa extergit: corporum verò hiatum & laxitatem, oliuarum ſpiſſamentum coercens corroborat & firmat. Aliquando etiam oliuarum albarum cõ E tuſarum & expreſſarum accepimus ſuccum, eóque cum rutæ ſucco & melle permixto, cõfricauimus dentes: poſtea verò inſperſimus Indicam nardum cum pari pondere aluminis rotundi, & ſalis duplo adiecto. Optimè quoque faciunt ad hanc rem illitiones acerbæ: velut eſt confectio de moris ori valde cõducens, maximè ſi alumen ſciſſile habeat adiectum, & ea quæ ex nucum ſucco apparatur eodem modo. Aut alumen ſciſſile & miſy pari pondere cedria excepta, in cerati liquidi denſitatem redige, & cum eis dentes illine, ac pituitã defluere permitte: deinde la- F cte aſinino calido mordacitatem eluant, aut vino dulci. aut alumen, & myrrham troglodyticen inſpergito, aut cũ aceto aut melle illinito. Siccæ autem inſperſiones ſempet eis ſunt conuenientes. Vltra hoc enim quòd dentes commotos firmant, etiam ex humiditate hiantes gingiuas cõmittunt. Itaque ſpodiũ cypriũ lotum & exſiccatum inſpergens, os collui præcipe ex aqua myrti aut rubi, aut alicuius conſimilis decocti. Poſtea rurſus ſpodio inſperſo, quieſcere iube. aut etiam rubiginem ferri ſiccam tritam admoue, aut ſori vſtum. Aliud ad laxatos dentes & gingiuas humectas: Aluminis ſciſſilis in fictili vſti drach. G VII. myrrhæ drach. IIII. gallarum, florum roſarum, iridis, ſing. drach. II. croci drach. I. vtere. Aliud. Cornu cerui vſti drach. VIII. rhois culinarii drach. IIII. omphacii ſicci drach. II. balauſtiorum drach. IIII. corticis pinus, myrrhæ, croci, ſing. drach. I. Aliud. Alumen rotundum cũ duplo ſalis pondere tritum, dentibus ob humiditatem labãtibus inſpergito. Aliud. Myrrhæ, aluminis ſciſſilis, amyli, pompholygis, æquales portiones ſiccæ tritæ inſperſæ, labãtes dẽtes firmãt. Aliud remediũ, quod laxatis ac dolentibus dentibus præſentem fert opem: Aluminis ſciſſilis ſextantem, radicis ſtruthii ſiccæ tritæ vnc. I. contri- H tis ſimul affectum dentem aſperge: teneátque donec ſaliua os impleatur: & tunc ſanè ipſam expuat & effundat:

A móxque dolore liberabitur. Aliud, quod & dentes dealbat: Aluminis ſciſſilis trientem, maſtiches vnc. I. thuris drach. IIII. folii drach. IIII. Aliud, quod & firmat & corroborat dentes: Æruginis, aluminis ſciſſilis, aut magis quod appellatur phorimõ, minii, ſing. æquales partes: vtere ſicco aut cum paſſo. Aliud. Florum roſarum, balauſtiorum, myrrhæ, maſtiches, cuiuſque vnciã vnam; chalcitidis aſſæ, thuris maſculi, corticis pinus, cuiuſque drach. IIII. ſalis ammoniaci vnciã I. vtere ſicco. Aliud quod & ad exulcerationes oris commodum eſt vſurpare. Rubiginem ferri, aut ipſum ferrum multa rubigine op- B pletum, igni candefacito, & in aceto puro, aut cum aqua diluto, aut vino, in iis quibus ſenſus facilè læditur, extinguito, ac liquorẽ ipſum in quo extinctio facta eſt ore cõtinẽdũ exhibeto. Dẽtes enim firmat, & vlcera curat: præclarè etiam facit ſiccum, quod floridum appellatur. Aliud Galeni: quo ego vtor, inquit Galenus: Polytrichi palearũ vſtarum ſextariũ I. (cõtinet autem ſextarius harũ vncias XXVIII) aluminis ſciſſilis quadrãtẽ, aluminis rotũdi quadr. ſpicæ nardi ſext. folii vnciã I. piperis vnc. I. pyrethri dr. V. cõtuſa & cribrata gingiuis vſque ad dentiũ radices adhi- C beto. Vtile etiã exiſtit iis thuscũ pipere mãducatũ, itémq; rub⁹ cõmãducata ac ricini radix. Prodeſt etiã Eſdræ antidotus ſapa diluta ac ore retẽta, eodémq; modo theriace Andromachi. quinetiam in veſperam potu accepta theriace magnificè auxiliatur. Scribit Archigenes vt verum & naturali modo ad labentes dentes accommodatũ. Dẽtem, inquit, canis mortui in nomine eius qui ægrè habet acceptũ, ſuper prunas pone, vaporémq; inde prodeũtẽ æger aperto ore admittat, & firmabuntur ei dentes. Simili- D ter autem & exuſtum canis dẽtem cum aceto calido tritum ore retinendum exhibe. In iis verò qui facilè ab aceti ſenſu offenduntur, præbe cum vino.

De dentibus lima atterendis, Cap. XXX.

SOlent ferè dentes moti ac labantes reliquis eſſe prominentiores, maximè quum ex verbere hanc affectionẽ incurrerint. Quare viſum eſt mihi eos lima atterendos eſſe, in quantum ſcilicet præ aliis prominent, ne in loquendo vel etiam manducando, eos qui obiiciuntur, offendant. Atteſtatur autem & experimentum ipſum, quantũ E ſanè ego eius rei periculum feci. Ferream nanque limulã ad hãc rem apparaui, quò citius ac efficacius res procederet. Nam multæ aggreſſiones cõcutiunt dentem, quiete opus habentem, ſi modò aliqua ſpes eſt moti dentis firmandi. Sit autem caput ipſius limæ obtuſum, forma nuclei, & quam læuiſſimum. Itaque aliquando quidem inæquales quædam dentium eminentiæ apparent, in quibus partes tantùm aliquas lima atterere opus eſt. Aliquando autem æquali planicie extremitates prominent. quare æquali etiam ac plana per limam attritione indigent. O- F portet autem molle quoddam linteolum gingiuis ipſis vſque ad dentium radicem adhibere: deinde leniter ſiniſtræ manus digitis apprehendere, cautéque ac citra offenſionẽ limã affricare: ne, dum limã tolerat dens, ipſe cõcutiatur. Quòd ſi omnino dolorem percipiat æger dum lima adhibetur, aut ob id quòd vehementius digitis dentes apprehendantur, quieſcere ſtatim conuenit, interimq; collutiones, dolorem mitigantes, offerre: deinde rurſus, vt dictum eſt, rem aggredi, & paulatim lima deterere. Atque hoc nõ prima ſaltem die bis aut ter conari, verùm G & ſecunda repetere: ita vt ægro imperes vt neque ſermone nimiùm vtatur, neque vllũ aliquem duriorem cibum aſſumat. Vtatur autẽ cibis ſorbilibus, aut pane madefacto. Quòd ſi citra laxitatem, quibuſdam dentes præter morem augeſcant, eos ſimiliter lima atterere oportet, ac collutiones eos cohibentes ac denſantes offerre.

Cura dentium à ſiccitate dolore affectorum, ex Adamanto Sophiſta, Cap. XXXII.

QVartus iam ex ordine ſubiiciendus ægrotus, qui videlicet à ſicca intemperie afficitur. Eam autem efficiunt, autumnalis tempeſtatis conſtitutio imprimis, & vi- H ta ærumnoſa, tenui accedente diæta. Præterea regio ſicca, & ambientis nos aëris ſtatus conſimilis. Ad hæc accedit id quod nunc adeſt corporis ipſius tẽperamentum ſiccũ,

& maximè ſi caput eiuſmodi ſicca intemperie eſt affectum. Sitis autem inſidet ſemper, niſi adſit frigiditas vnà cum ſiccitate. Minimum etiam ſputi eiiciunt ſic affecti. Et ob ſiccitatem dolor intolerabilis ferè eos cõcomitatur. Auſterorum & acerborum vſus maximè contrarius eis exiſtit: quare cõfectio ex moris ſæpe his vehementem dolorem induxit. Itaque collutiones minimũ adſtringentes, & mediocriter humectantes apparare oportet: aquam calidam per ſe, aut furfurum decoctum, aut radicis dulcis aut ptiſanæ ſuccum, aut amylum cum ſapa aqua calida diluta: lac per ſe, maximè aſininum, maluæ decoctum, & alia quæcunque his ſunt ſimilia. Cibus autem his conueniens eſt ſuccus ptiſanæ, micæ madefactæ, cucurbitæ, maluæ, oua ſorbilia, & quæcunque his proſunt qui humectatione indigent. Atque hactenus quidem ſimplicium intemperierum curam oſtendimus: Manifeſta verò & hinc fit ea, quam compoſitæ requirũt nimirum ex dictorum mixtura cognobiles, & ex temperatura oſtenſorum auxiliorum curam accipientes. Verùm propter eos qui ſe nuper ad hanc diſciplinam contulerunt, & inexpertos adhuc, age paucis vnius tantùm cõpoſitæ intemperiei mentionem faciamus, quæ vt manifeſtum exemplum ad reliquas cognoſcendas ſtatuetur.

Cura dentium ob caliditatem & humiditatem dolore affectorum, Cap. XXXII.

SIT ſanè regio calida & humida, tempus autem anni vernum, & aëris quoque ſtatus calidus & humidus, qualis eſt auſtrinus: Contingat itaque æger qui caput habeat quod facilè eiuſmodi humiditate impleatur, cuius coma plurima ſit & ſubrufa, & totius corporis temperamentum calidum & humectum, & conſimili quoque vtatur diæta. Quis autem, qui ſaltem probatus medicus haberi velit, in hoc calidum & humidum eſſe morbum non imaginetur? Medeberis igitur ita affecto, bifariam: ſi enim exceſſus naturæ contigerit iuxta qualitates tantùm, ſcopus curationis dirigendus eſt ad alterationem ſolam: ſi vero vnà cum qualitatum exceſſu, & humorum multitudo adfuerit, palam eſt primùm oportere corpus euacuare, deinde ad temperiem reducere: cuius rei in omni corporis intemperie memorem eſſe conducit. Eum verò qui à calido & humido morbo affectus eſt (de quo nunc dicere inſtituimus) per venæ inciſionem euacuare conueniens eſt, vtpote à ſanguinis multitudine exagitatum. calidus enim & humidus ſanguis ipſe exiſtit. Incidere autem oportet venam cubiti ſuperiorem, quæ humeralis appellatur: quæ ſi non contingat, eam quæ media exiſtit. Quod ſi quid prohibeat venæ inciſionem facere, modico & tenui victu ſuperfluum & nõ neceſſarium detrahito humorem. Atque hoc modo etiam circa reliquas compoſitas intemperies operaberis: ita vt eas quæ iuxta qualitatem tantùm conſtiterint, alteres & contrariis qualitatibus permutes. Eas verò quæ cum ſubſtantia quadam conſiſtunt, humore per conuenientes purgationes detracto euacues: niſi quid & in his purgationem fieri præpediat. Reliqua autẽ quæ afferre oportet auxilia, veluti ſunt collutiones, & victus conſtitutio, facile ex prædictis inuenire licet. Qui enim formam tractandi ſimplices morbos cognouerit, in promptu habebit & circa mixtos conuenientia remedia inuenire. Cognoſcitur autem affligens humor cum ex reliquis circa corpus ſignis, tum ex conſequenti dolore. Flauæ nanque bili dolor pungitiuus comes exiſtit: pituitam verò ſequitur vnà cum frigiditate diſtentio locorum: & fæce quidem ſanguinis ſiue atra bile affligẽte, ſenſus adeſt, velut corpuſcula quædam in profundo confringantur: vbi verò æqualiter omnes augeſcunt multitudinẽ eorum, in corpore coaceruata, grauitas cõcomitatur. Verumenimuero & ſapor ipſe influentis humoris ægro ſpecimen ſui oſtendit. aut enim amaritudinem aut ſalſedinem, aut acedinem ſenſu perceptat.

Curatio eroſorum dentium, ex Galeno, Cap. XXXIII.

EROſiones & cauernæ dentium ex influxu acrium & erodentis maximè naturæ humorum generantur: quẽadmodum etiam vlcera in cute, citra aliquam externam cauſam. Manifeſtum igitur hinc erit, quomodo ſanandi ſint eroſi dentes: nimirum per exſiccationem influẽtis vitioſi humoris: qui ſi paucus fuerit, localia remedia ex deſiccãtibus pharmacis conflata ſuffecerint: ſi verò multus fuerit influens humor, totius capitis reſpectum habere conuenit. Contingit autem aliquando caput affici, ob reliquum corpus affectum. quare in his vniuerſis corporis curam nos gerere oportet. Archigenes itaque ad hos hæc remedia deſcripſit: Sori reſina terebinthina exceptum, denti circũlinito, atque in cauernã indito. Præclarè facit & hoc: Sulphur viuum lycio exceptum cauernæ impone, & prius depurgatum dentem per orbem ex eo intege: aut gallam tritã lycio aut reſina terebinthina exceptam ad cauum intrude, ſimiliterque depurgato denti appone. In maximis verò dentiũ doloribus ſummè prodeſt hoc: Senectam anguium vſtam ac tritam cum oleo in mellis craſsitudinem redige, eodémque modo (vt dictum eſt) vtere. Aut ſenectam ipſam non vſtam dentibus adfrica: inde enim excidẽt. Aut melãthium torrefactum ac tritum cum oleo ſimiliter adhibeto: aut melanthium torrefactum & acri aceto adfuſo tritum cauo denti indito ac circumlinito. ſiſtetur enim eroſio, neque quicquã addet vltrà. Aliud. Melanthii partem vnam, allii dimidiam, & ſalis patum quiddam, ſimul contrita circumponito. à dolore enim liberat. Proderit autem & ad eroſiones dentium vti ea quæ ſuprà ad motos dentes deſcripta eſt collutione, ex ſucco videlicet bryoniæ & cortice mori. Aliud. Veratrum nigrum tritum & melle cocto exceptum in cauernam impone, & præmundatum ſimiliter ex eo integito dentem. Aliud. Thuris partem vnam, atramenti ſutorii partes duas, contere cum paſſo, donec cerati craſſitudo fiat: vtere vt dictum eſt, & citò ſedabis dolorem. Aliud. Galbani partes duas, thuris partem vnam, contere cum paſſo ad cerati craſsitudinẽ, vtere vt dixi, & eo ipſo die ſedabitur dolor. Aliud. Alumen ſciſſile in caua intrude, & à dolore liberabit. Aliud. Fel vrſi indito, & ab eroſione liberabis. Aliud. Rhododaphnes virgultũ exuſtum & tritum inſperge cauernis: & medeberis. Andromachi compoſitio, ad dentes molares: quæ eadem hora dolores ſedat: Piperis, pyrethri, ſucci tithymali, galbani, ſing. æquales partes galbano exceptas cauernis impone. Aliud Aſclepiadæ. Eo, inquit, vſus, adſeruaui caua dentium citra dolorem: Gingiber in aceto mulſo decoctum, & probè tritũ, in caua imponito, ſimiliterque extrinſecus ad dentem admoueto. Præclarè etiam facit ex duobus piperis generibus cõpoſita antidotus, cauis indita, atque etiam oleo amygdalino aut nardino aut roſaceo diluta, & in vicinam affecto dẽti auriculam inſtillata. Aliud. Ego autem ad caua dentiũ cum dolore affecta, Eſdræ antidoto vtor, quam ſapa dilutam & calefactam ore retinendam exhibeo. mirum enim quàm dolores ea mitiget. Verum ſi ad manum non adſit, theriaca Andromachi eodem vtor modo. Fomentũ etiam affecto denti adhibere conuenit huiuſmodi: Origani ſicci ramulos feruente oleo imbutos ægro denti apprime. Aut ricini virgulto ſimiliter vtere: aut ſtaphida ſylueſtrem ſcalpello probè adaptatam ac affixam, itémque pyrethrũ adhibe ſimiliter: aut ceram ſuper affectum dẽtem pone, eámq; cũ ſpecilli extremo ignito apprime. id enim continuè facere non ab re eſt. Eſt autẽ & hæc quædam fomenti ſpecies: primùm optimè præmundato dẽte, hyoſcyami ſemen ſuffito. exurgentémque hinc fumũ æger admittat infundibulo adhibito, ad affectũ dentem. Mirum in modum etiam eroſiones dentium mitigat canis mortui dens, quemadmodum & antè dixi, eodem modo ſuffitus & exuſtus in aceto tritus oréque retentus. Probè etiam auxiliantur vermes terreni ſuffiti. oleũ quoque in quo vermes terreni decocti ſunt, in vicinam affecto denti aurẽ, tepidum infuſum, dolorẽ vehementer lenit. Idẽ præſtat blattæ domeſticæ capite detracto adeps, cum roſaceo liquefactus ac auri inſtillatus. Eodem modo & hederæ albæ acinos quinque cum roſaceo tritos & in punici cortice calfactos in aurem aſſiduè inſtilla. Auxiliatur etiam radicis haſtulæ regiæ ſuccus, itémque naſturtii ſimiliter inſtillatus. Prodeſt quoque in vicinam affecto denti narem infundere anagallidi ceruleæ ſuccum,

aut radicis betæ ſuccum,aut atramentum ſutorium cum lacte. Apollonii. Cumini quantum tribus digitis apprehendere potes,myrrhæ magnitudinem fabæ,interioris cucumeris ſylueſtris duplum; cum lacte muliebri in collyria redige, eáque in vtramque narem immitte: atque vbi tandiu hæſerint,donec quinque ſtadia quis curſu conficere poſſit,extrahere iube fortitérq; ipſum pharmacum emungere. Idem etiam ad aurium dolores eodẽ modo ſumptum prodeſt.

Vt dens citra dolorem & abſque ferro extrahatur, Cap. xxxiiii.

QVòd ſi dentem tollere animus ſit citra dolorẽ, hocce pharmaco auferendus erit vehemẽter ad hanc rẽ cõgruente: Pyrethrum acerrimo aceto in dies quadraginta conditum,deinde tritum,in vſum adſerua: qui vbi poſtulauerit,reliquos dentes cera præmunitos cuſtodito: ipſum verò qui dolet cicumcirca purgatum hoc pharmaco integito, & poſt horæ interſtitium digitis extrahito, aut ſcalpello exigito. Aliud. Sori acerrimo aceto, ad dies decem,in ſole æſtiuo contritum ac exſiccatum,præmundato denti imponito:& excidet. Aliud. Sandaracham eodem modo apparatam imponito. Aliud. Sori & tithymali ſuccum galbano excepta, depurgato prius denti apponito. aut cucumeris ſylueſtris radicem: vt pyrethrum apparatã, eodem adhibe modo. Aliud.

Grana cnidia trita ac galbano excepta circumponito, & excidet. Aliud. Præclarè facit lappæ herbæ radix feruenti cinere calfacta & denti aſſiduè appoſita. pauca enim mora dentes tollit. Aliud. Cucurbitæ ſylueſtris radicem cauo impone,& dentem eruet,aut ipſam cucurbitam tuſam & cribratam per aliquot dies in aceto macerato,donec ad mellis ſpiſſitudinem redigatur:deinde in eo ipſo pharmaco ſcalpro imbuto frequenter dentem circumradito,atque os claudere parumper iubeto: deinde dentem digitis apprehenſum trahe,& ſequetur. Aliud.

Vermes terrenos in teſta exuſtos,in cinerémque redactos contere,& circumraſo prius denti vbertim adſperge, & per diem ac noctem excidet ſua ſponte. Itaque eo confidenter vtere: vt myſterium enim celebratum eſt iã ſæpe. Poteris autem & citra ſcalpelli raſionem inſpergere, idémque opus patrabit. Aliud. Corticem radicis mori teneriorem tritum, ad dẽtem quem erutum cupis, ſolum impone,& excidet. Aliud. Sori, gallam, ſtaphida ſylueſtrem,alumen ſciſſum,ſulphur viuum,piper longum in puluerem redige,& adiecta cedria ſubige:deinde ceram modicam liquefactam affunde,ſimúlque committe. Vbi verò vti velis ex hoc,quantum opus fuerit emollito ac depurgato prius denti circumponito. Aliud. Erucam è braſſica natam,frequentius ad ipſum dentem adhibe,cadétque ſua ſponte. Eiicit etiam dentem ſylueſtris oleæ lacryma cauo eius indita. Itémque rhus qua coria inficiuntur,& lacryma & ſuccus ſylueſtris fici,itémque tithymali. Cauernam autẽ ſupernè galbano aut cera obturato.

Smegmata varia ad denigratos liuentéſque ac rarefactos dentes, Cap. xxxv.

LIuent aliquando dentes per vniuerſam ipſorum ſubſtantiam,non diſsimile quiddam inflammationi patientes,ob influxum videlicet vitioſorum humorũ. Quare conſimili cum iis qui eroſionem paſsi ſunt, indigent curatione,nimirũ per deſiccãtia pharmaca:ſúntque ſmegmata eis cõuenientia. Apollonius itaque ad denigratos dentes hæc præſcribit: Sal foſſile melle ſubactum in fictili vaſe torreto, ac tritum modica myrrha miſceto, eóque dentes confricato. Aliud. Pulegii ac ſalis æquales partes melle ſubige,ac aceto acerrimo ad fuſo exure, Aliud,quod gingiuas adſtringit: Polentam aceto acerrimo ſubactam in olla exure, ac contere, cúmque ea dẽtes confrica:hoc enim & gingiuas ipſas coercet. Aliud. Communiter autem ad omnes, eiuſmodi dentifriciis vtimur,radice ariſtolochiæ exuſta, aut oſſe ceruino vſto & trito, vtere: nam & dentium doloribus medetur. Aliud. Cornu cerui vre, modicáque maſtiche admixta vtere. Aliud. Talos ouillos exure, ac contritis vtere. Ad eadem pollent etiam buccina ſale expleta & vſta. pumex aſſatus & vino extinctus, ſepiæ teſta vſta, conchæ

A vſtæ,cochlea terreſtris vſta cum melle. his autem ſingulis odoris commendandi gratia parum iridis Illyricæ miſcetur,aut floris iunci odorati, aut calami Indici, aut ſpicæ nardi. Optimè autem facit,inquit Archigenes, tum ad dentes à dolore præſeruandos, tum ad gingiuarum eroſionem, atque etiam decorem dentium, pharmacum hoc: Lanas ſuccidas linteolo illigatas vre, & ſalis torrefacti tertia earum parte admixta contere,& pro dentifricio vtere. Aliud. Mel & ſalem in cerati formam contrita,linteolóque ligata exure, deinde parum iridis Illyricæ B admiſce,& dentes ex eo confrica. Aliud dentifricium. Sulphur viuum tritum dentibus adfricato. Smegma Oribaſii. Salis ammoniaci,cyperorum, iridis,ſingulorum æquales partes aliquandiu adfricato, poſtea verò gingiuas ex vino odorato colluito. Aliud ſmegma optimum. Pumicis trientem,teſtarum ſepiæ quadrantem, maſtiches,aluminis ſciſſi,foliorum malabathri,cuiuſque vnc.i. Aliud. Pumicis vſti quadrantem, teſtarum ſepiæ quadrãtem,cornu cerui vſti ſextãtem,ſalis aſſati ſextantem, ſpicæ nardi trientem,cyperorum vnciam.i.coſti C ſcrup.iiii. Smegma pulchrum. Marmoris drach.iiii. foliorum malabathri vnc.i.amomi vnc.i. cornu cerui vſti ſextantem,balauſtiorum vnc.i.iridis ſeſquiunciã,maſtiches drach. iiii.myrrhæ drach.vi. coſti drach.iii. Bouis etiam talus vſtus, optimè dentes extergit, motos firmat,affectos à dolore liberat. Aliud dentifricium,quod oris odorem commendat,dentes dealbat,& ab eroſione ac labefactatione cuſtodit: Nitri, teſtarum ſepiæ,myrrhæ troglodyticæ,æquales partes committe,ac vtere.

Aliud optimum. Aluminis ſciſſi ſeſquiunciam, ma-D ſtiches vnc.i. iridis vnciam vnam,roſarum capitum vnciam vnam,contritis vtere,& aqua calida inde os collue.

Aliud dentifricium. Buccinorum vſtorum,ſalis torrefacti,teſtarum ſepiæ vſtarum,ſcobis marmoris Prœconeſii ſing. vnc. i.coſti ſcrup. viii. contuſis vtere. Aliud Timocratis,quod ad gingiuas humore prægnantes & cruentas,ad putredines,parulidas, *hoc eſt gingiuarum inflammationes*, motos dentes, dolentéſque, omnia item oris vitia prodeſt: Accipe perdicii herbæ foliorum teneriorum modium Italicum, ſalis albi & tenuis ſextarium vnum, E mellis ſextarium vnũ, contunde ſimul ac in maſſam molliorem redige, quam in ollam coniectam luto obtura:ita vt circa os operculi foramen relinquas, per quod cum virga agitetur. tandiu autem ſuper prunas poſitam torreto,quouſque fumus inde procedens purus videatur. tum ſanè ab igne ablatã frigefieri ſinito:atque piperis lõgi dr. iiii.accipito,piperis albi dr. v.piperis nigri dr.vi.pyrethri dr.ſex,aluminis ſciſſilis vſti & cum vino auſtero extincti drach.ii.pumicis vſti,myrrhæ, hyſſopi, pulegii, ſeminis apii,ſingulorum drach.ii.menthæ ſiccæ drach. iii. iridis F drach.iii. hæc omnia in ſole prius exſiccata contundito ac cribrato,iiſque quæ in olla vſta ſunt admiſceto ac vtitor. In aliquibus verò vtpote in frigidis dentium affectionibus,hæc magis conueniunt, ſiue ex potu frigidæ, aut pomorum frigidorum comeſtione ſint obortæ. Conueniunt etiam iis qui à frigido humore afficiũtur,vbi priꝰ per collutiones ac manducationes pituita ſufficiẽter fuerit detracta.

De ancylogloſſis, & qui vix loqui poſſunt, Cap. xxxvi.

G ANcylogloſſi quidam fiunt ex natiuitate, quidam verò ex aliqua affectione. Ex natiuitate fiunt, quum mẽbranæ inferiores,quibus lingua innititur,duriores & mutilæ è natura ſunt productæ: ex affectione autem ancyloſis, *id eſt incuruatio* linguæ contingit,præcedente vlcere & cicatrice dura ſub lingua relicta. Qui hoc modo affecti ſunt, difficulter loquũtur,quare etiã mogilali à *Græcis* ſunt appellati. qui verò ex natura ancylogloſſi exiſtũt, principiò quidem tardè in ſermonem prorumpunt, vbi verò loqui cœperint,citra obſtaculum & ſatis feſtinanter H loquuntur: impediuntur tamen in prolatione nominum aut verborum quorum aliâs difficilis pronuntiatio exiſtit, veluti in quibus R, aut L, aut K literæ, frequenter occurrunt. Hos ſanè adhibita manu per ſolam chirurgiam curare oportet. Ad eam itaque perficiendam, ægrum

deſidere oportet,eiúſque linguam ſurſum ad palatum attollere:& ſi quidem membranæ ipſæ curuitatis cauſa exiſtãt,incuruo vncino eas apprehenſas & extẽſas exſcindere,animaduerſione habita ne ſimul ſubiacentes venas diſſecemus.Si verò cicatrix curuitatis cauſa fuerit, ſimiliter vncino apprehenſa extẽdatur, & quidquid durum adeſt, & quod cum naturali carne non conſentit exſcindatur. Ab opere autem patrato aqua frigida aut poſca os colluant:poſtea inſpergatur manna thuris, imponantúrque linamenta conuulſa:ſequentibus verò diebus curetur vlcus collutione aquæ mulſæ,aut illitione vnguenti Ægyptii,linamentis conuulſis impoſitis, vt per eorum interſtitium cicatrix diducta coaleſcat, neque rurſus eadem cicatrix relinquatur.

Ad ranunculum ſub lingua, Cap. XXXVII.

AD ranunculum ſub lingua (eſt autem tumor earum quæ ſub lingua ſunt partiũ, præcipuè venarum)vtẽdũ ſanè iiſdem remediis quæ ad aphthas oris vlcera deſcribemus,maximè tamẽ iis quæ ſunt ex eis fortiora. Propriè autem eis proſunt etiam hæc:Æruginis raſæ,chalcitidis,gallæ,æquales partes inſperge.cum paſſo potes etiam pro collutione vſurpare. Aliud. Farinã erui cum melle,præfrictis locis illine:aut etiam gallam tritam cum melle,aut roſarum ſemen eodem modo. In corporibus autẽ molliori ſenſu præditis, rhoem rubrum cum melle, aut rhois drachmas octo,florum roſarum drachmas quatuor, croci drachmas duas,coſti drachmas duas,miſyos,æruginis,æquales partes commiſce,& cum his locos ſub lingua confrica.decoctum verò foliorum oleæ colluant aſſiduè.

Aliud. Nuces iuglandes veteres integras vnà cũ cortice exuſtas cõtere:deinde piperis grana duodecim adiice,thuris grana mediocria tria,hæc cum melle ſufficienti mixta illinito: & miraberis. Aliud. In inueteratis verò & perfectæ ætatis,eas quæ ſub lingua ſunt venas diſſecato: extrinſecus verò mento adhibẽdum ex ouis pharmacum. magis autem cõuenit *id quod Græci uocant* Sphærion. Aliud. Artemiſiam maximè viridem cum ſale tritam ad locos ſub lingua adfricato.

Ad linguam inflammatam,deſquamatam,ac tumentem,& ad palatum ac gingiuas, Cap. XXXVIII.

GLaucium in cote cum aqua dilue,eóque locos illine, & eodem die ſedabitur. Aliud,valẽs etiam ad linguæ exulcerationem: Paliuri folia manducent & expuant.Vbi verò lingua infletur, doloréque afficiantur eius partes vicinæ, ſimiliter & mandibula, ita vt loquela præpediatur,folia oleæ tenera trita & oleo perfuſa illinito:egregiè enim auxiliãtur.Aut origanum paſſo decoctũ colluendum exhibeto:aut pruni foliis cum melle tritis vtere. Ad linguam verò,cui ſuperficies inſtar ſquamarum aut corticis decedit,optimè facit amurca æreo vaſe, donec cogatur, decocta & illita. Ad linguam putreſcentem & fere demortuam: Succum foliorum vitis albæ cum miſy permixtum illinito: depurgat enim, & carne replet.quidam etiam hîc mel adiiciunt.Vt verò ad cicatricem perducatur,radicem vitis albæ contritam & cribratam inſperge. melius autẽ erit eam melle permiſcere,ne diſſipetur. Ad linguæ abſceſſus. Quòd ſi abſceſſus in lingua fiat,furfures in aqua decoctos donec liquor lubricus fiat,percolato,& huic ſucco mel adiicito: ſimúlq; calidum ore detinendum exhibeto.Hoc autem ſæpe facere oportet:aut enim abſceſſum diſcutiet, aut rumpet. à ruptura verò,florido ſicco vtendum eſt.

Ad aphthas,*hoc eſt oris ulcera*, ex Galeno, Cap. XXXIX.

QVÆ in ſuperficie oris fiunt vlcerationes, *Græci* aphthas appellant,habentes in ſe quiddã igneæ caliditatis.fiũt autem vtplurimùm infantibus,quum vitioſum exiſtit lac nutricis,aut aliâs puer non probè cõcoquit.Facilè autem medelam recipiunt,vtpote quæ ex eis quæ mediocriter adſtringunt,vtplurimùm contingãt. Aliquãdo tamen diuturniores exiſtunt, ob temporis videlicet tractum,indiſſolubili quodam marcore emergente,aut etiã ea quæ appellatur nome, malo nimirum ſemper vlterius ſerpẽte. Fiunt etiam aliquando in iis qui ad perfectam ætatem peruenerunt, tum propter vitioſorum humorum ad os defluxum,tum propter acredinem eorum quæ bibuntur ac comeduntur.Cognitio omnium facilis eſt, vtpote viſui ac tactui ſubiecta.ad tactum quidem, calidiores quàm conuenit loci fiunt,tumoréſque excitantur:viſu verò cognoſcuntur ob colorem. Quæ enim rubicundiores exiſtunt,ſanguinei humoris dominium indicant: flauiores,bilis amarulentæ:albidiores,pituitæ:liuentes verò & nigrefactæ,bilis atræ.Etenim qui iſta probè diſcreuerit,ſingulorúmque ſimplicium virtutem cognouerit,facilè conſtituet modum vtendi tum ſimplicibus tum compoſitis pharmacis:conſideratione ſimul ſuper corporum naturis habita, númne molles ſint & humectæ? an duræ & ſiccæ? Siquidem fortioribus corporibus, fortiora etiã remedia ſunt adhibenda:imbecillioribus autem molliora.Infantibus itaque conuenientia ſunt ea quæ in cibis eis offerunt mulieres,velut eſt lens cum modico pane, & medulla ceruina aut vitulina.Oportet autem miſcere cibis aliquid ex malis acerbis,piriſque ac meſpilis:aliquando etiam lactucæ quiddam,& intubi ac portulacæ cibo admiſcendum eſt,inflammata videlicet vlceratione exiſtente. Quòd ſi infans ipſe cibum capere non poſſit,nutricem eius huiuſmodi victu curare oportet:necnon ora infantiũ pharmacis conuenientibus illinire.Si quidem enim ſubrubræ infantium vlcerationes fuerint, à principio cum iis quæ mediocriter adſtringunt & refrigerant: conſequenter verò iis quæ citra mordacitatem diſcutiunt:ſi verò ſubflauæ vlcerationes fuerint,iiſdem ſimiliter eſt vtẽdum,verùm magis frigidis:ſi verò ſubalbæ & pituitoſiores fuerint,extergentibus vtendum eſt:ſi autem nigræ,iis quæ generoſè diſcutiunt.Ad maiores verò pueros, pharmacis eiuſdem generis facultate præditis vtaris, viribus tantùm ipſorum auctis ac extenſis.Ad eos autem qui iam perfectæ ætatis exiſtunt,durioráque corpora habent,efficacioribus remediis vtimur. Moderata itaque remedia ad oris vlcerationes recentes hæc ſunt: Omphacinum in vino diſſolutũ aut mulſo, rhus culinarius eodem modo. Pro infantibus,in principio ſufficit flos roſarum,ipſæque roſæ ſiccæ cũ mulſo,aut melle roſaceo.Inueterato autem iam malo,in minoribus quidem admirandam opem cõtulit hoc,inquit Aſclepiades: Remedium Aſclepiadæ: Gallas contuſas aqua decoque,& cum decocto percolato parem menſuram mellis permiſce:rurſúſque decoque,donec ad mellis craſſioris ſpiſſitudinem redigatur:eóque vt maximo remedio vtere,ita vt locis illitum ſatis diu digitis affrices,aut tomento lanæ purpureæ digito circumuoluto locis apprimas.In iis verò qui perfectioris ætatis ſunt durioráque corpora habent,in vniuerſum ſatis mihi fuit crudo miſy vti, cum vino adſtringente: quod ſanè tum intendit,tum remittit vires ſuas, iuxta vini vim aut magis aut minus adſtrictoriam,atque etiam ſecũdum quod dẽſior aut liquidior vini & miſyos mixtura apparatur. Si verò ſordidum apparuerit vlcus, miſy cum vino mulſo tero.Aliis autem & qui adhuc fortioribus indigent remediis,ærugo & cum vino & cum mulſo vtilis exiſtit.neque verò malum pharmacum his chalcitis exiſtit cruda cum oleo trita.Illiniuntur autem ex his pharmacis,ſolæ particulæ oris affectæ. Quòd ſi collutiones obtulerimus, ſiue mediocriter,ſiue intenſè adſtringentes,eà cautione vtemur vt fortiorib[9] corporibus fortiores:mollioribus imbecilliores exhibeamus. Porrò ſi in putredinem aphtha vertatur,non conuenit amplius aphtham, eam affectionem appellare. neque enim ea quæ aphthas ſanant pharmaca,his adhibemus,ſed fortiora:qualia quædam in capite De cruſtis oris,paulo pòſt dicentur. Atqui ſi putreſcere incipiant,maximè in infantibus, præclarè facit præſcripta ex decocto gallarum & melle illitio, & anthera ſtomatica cum melle illita,& id quod ex roſarum floribus conſtat,rhoe,croco,& coſto,quod ad columellas inflammatas deſcribetur,ſiccum pharmacum.oportet autem id illinire cum melle. Nec minus egregiè facit centaureæ minoris exuſtæ cinis illinitus cum melle,& ſphæritis,*id eſt cupreſſus*,pilulas ferens,exuſta eodem modo.Propriè autem,inquit Archigenes,facit cornu ceruinum vſtum tritum & affrictum.Ad aphthas autem quæ proſerpunt ſum

mè efficax eſt,fœniculi radix vſta,per ſe & cum melle illita.itémque amurca in æreo vaſe,donec in mellis craſſitudinem cogatur, decocta ac illita. Aliud, quod & ad aphthas & ad reliqua oris vlcera conducit: Aluminis ſciſſilis ſextantem,gallarum vnciam vnam conterito, ac oleo ſubigito,aut digito in oleo madefacto ſiccum excipito,eóque exulceratos locos quamplurimùm extergito.detrahit enim cutem,aſperitates tollit,vlceráque ad cicatricem perducit.

De gurgulionis affectionibus,ex Galeno, Cap. XL.

GVrgulionem quidam etiam columellam appellant: vuæ verò nomine accipienda eſt quædam in eo affectio,quum ſcilicet vuæ acino ſimile ſummum gurgulionis apparet.Lorum verò vocant aliam quandam eius affectionem,quum ex ſuffitu nimiùm ignitus gracileſcit; & loro ſimilis propendet.Verùm hæ affectiones raro circa gurgulionem accidunt:inflammatur autem frequentiſſimè.Euenit etiam aliquando vt citra inflammationem nimium humectus laxior fiat:velut in deſtillationibus continuis contingit: itaque inflammatione incipiente,repellentibus pharmacis opus erit,quæ adſtringentis facultatis eſſe oportet.Et ſiquidem moderatus fuerit humorum influxus,ea quæ moderatè adſtringunt ſunt aſſumēda: vbi verò fortius inualuerit,acerba etiam ſunt adiungēda.Collutiones igitur moderatæ ſunt ex palmis decoctis, aliquādo in ſola aqua,aliquando etiam adiecto modico melle. Similiter autem & ex roſis,radice dulci, pampinis vitis, rubis,iunco rotundo odorato, terebintho, rhamno,cypero,& ſiliquis:itémque ex radice mori, hypociſtideque & malis cotoneis, ac piris auſteris. His autem fortiores exiſtunt,myrti & baccarum eius decoctum,& virgultorū mollium ilicis, & vniuerſi quercini generis, ſimpliciterque & glandium:itémque decoctum meſpilorum & cornorum. Præclariſſimè autem omnium facit decoctum gallarum,rhois culinarii,eiúſque quo coriorum infectores vtuntur,ſpinæ Ægyptiæ,myricæ,aut ericæ ſeminis ſiue fructus,vtriuſque mali punici floris & putaminis.Horum vnumquodque & ſingulatim & cum aliis decoctum in aqua,gargarizandum exhibere oportet.Mirū verò quātùm eorum mixturæ,ſimplicium & immixtorùm vſum excedunt.Vtilis eſt etiam affrictus cochlearii frigidiſſima aqua repleti,& poſca frigida in balneo colluta. Conuenit quoque arida trita gurgulioni admouere: ita vt ſubmiſſè & paulatim ad ſuperiorem & extrinſecam regionē adferantur,& per cochleare aut ſpecilli concauum ſupra linguam immittantur.Itaque ex aridis moderata ſunt,roſæ ſiccæ,& flos earum,& prædictarum plantarum germina exſiccata,hypociſtis, rheon Ponticum, lapis coriariorum, quo calceamenta vt reſplendeant expoliunt,à *Græcis* ageratos,*id eſt non ſeneſcens*, appellatus: & is quoque qui Samius aſter appellatur,& omphacium ſiccum.His imbecilliora ſunt minoriſque acrimoniæ, gummi, tragacātha, ſarcocolla,& amylum:quibus vtendum erit vbi gurgulio à nimiùm adſtringētibus remediis fuerit compreſſus,aut à mordentibus ac diſcuſſoriis irritatus. Fortiora prædictis ſunt,lapis hæmatites,necnon Phrygius vſtus, miniū ſinopicum,& terra Lemnia quæ appellatur ſphragis, diphryges,fructus Ægyptiæ ſpinæ,rhus culinarius. adſtringunt enim hæc euidenter, citra tamen exaſperationem. Acerba autem ſunt balauſtia,& cytini, & malicorium,ac galla.Adſtringunt etiam ſufficiēter omnia aluminis genera. Atque hæc quidem ſimplicia ſunt huic loco cōueniētia: ex quibus & compoſita fieri poſſunt,quum vehementi molle & lene quoddam adiungimus, aut diſcuſſorio quiddam adſtringens admiſcemus, iuxta temperaturam corporis cui medemur. Diuturnæ autem affectioni impoſſibile eſt per repellentia perfectum auxilium adferre, maximè vbi ægroti corpus plurimo humore repletum, aut affecta particula natura debilior extiterit. Itaque ſæpe in principio ſtatim aut paulo pòſt omnino aliquid ex diſcutientibus,ad adſtringentia adiicere cogimur. Si verò vehemens affuerit dolor,etiam ea quæ eum mitigant,adnectemus:atque quum multa omnino ſint quæ diſcuſſoriam vim obtinent,à mollioribus eſt incipiendum. ab acribus enim inflammata exacerbātur.Ob eam igitur rem compoſita in vſum venerunt,tum ad reliquorum membrorum inflammationes,tum ad eas quæ fiunt in gurgulione,veluti quum alumen miſcemus cum iride Illyrica, aut thure,aut myrrha.Tu verò perſpecta caloris in ipſa inflammatione magnitudine, conſideratáque influxus ad eam multitudine,atque amplius in toto corpore humorum quantitate ac copia perpenſa,vel eorum quæ adſtringunt, vel quæ diſcutiunt augebis mixturam. Optimum autem pharmacum ad inflammatos gurguliones,tum in principio,tum in vigore adhibitum exiſtit hoc:rhois culinarii drachmas octo, florum roſarum drachmas quatuor,croci drachmas duas,coſti drachmam vnam.contuſa & cribrata in vitro repone.Vſu verò expetente dimidium cochleare in duobus aquæ mulſæ aquoſioris cyathis diſſolutum ad gargariſandum aſſumatur. Vtilis eſt etiam eis paſtillus ex croco,qui iris à quibuſdam appellatur. Complectitur autem myrrhæ drachmas octo, aluminis liquidi drachmas duas,croci drachmas octo,diſſoluitur in vino.quidam etiam aloen adiiciūt, quam nos reprobamus.Hic itaque paſtillus fluidioribus,& magis humectis inflāmationib9 ſummè cōuenit,dilut9 in vino ac illitus. miſcetur etiā gargariſmis.In corporibus durioribus prodeſt quoq; paſtillus Muſæ. prodeſt etiā efficaciſſimè paſtillus Andronis.Facit & id quod Aſclepiades deſcripſit: Lapidis agerati drachmas quatuor,floris lapidis aſii drachmas quatuor,terræ Samiæ drachmas quatuor, aluminis ſciſſi drachmas duas,croci torrefacti drachmas duas, gallarum drachmas duas, contritis vtere. Hoc etiam nos vſi ſumus,inquit Galenus,optimúmque ſæpe ſumus experti:præterquam quòd ſtatim à principio,& quum rubicūdus & calidus exiſtit inflammationis tumor, minimè adhibēdum videtur.Vbi verò diutinum adeſt malū,& corpus prius eſt euacuatum, ſemel tantùm in vſum aſſumptum,magnam ſtatim oſtendit vtilitatem. Ad laxatā columellam: Gallarum drachmas triginta duas, diphrygis drachmas duodecim,illini cum melle. Aliud philoſophi: Apparatur temporis neceſſitate inſtante.inueteratum enim vires amittit.Nuces virides accipe & exiccato, & palmarum oſſa, atque de ipſis vbi velis ſufficienter exurito,& amborum æquales partes miſceto,ac ſiccis tritis vtitor. ſufficienter enim diſcuſſoria exiſtunt. At verò cū in aliis affectionibus,tum ad columellas citra inflammationem laxatas,gallæ omphacinæ,ſalis ammoniaci, amborum æquales partes per cochleare admotæ,præter opinionem auxiliantur.Præclarè facit & in his Cyrenaicus ſuccus tritus adhibitus: qui ſi non adſit,ipſum laſer. Aliud ad columellas laxatas: Mellis libram vnam,florum roſarum ſeſcuncem,aluminis liquidi beſſem,ſucci hypociſtidos quadrantem. Alumē & mel ſimul decoquito,deinde reliqua trita adiicito,ac rurſus paululùm decoquito, eóque vtere aliquando aqua calida diſſoluto, aliquando aqua mulſa ad gargariſandum,aliquando quoque eius illitu ipſam columellam reprimes ac eleuabis.Bonum hoc remedium eſſe adſtruit Galenus,eóque vti iubet. Aliud quod & columellas iam excidendas ſanat: facit idem & ad vlcera gingiuas depaſcentia, omnéque oris vlcus ſerpens: Fructus ſpinæ Ægyptiæ,gallarum,fructus myricæ, balauſtiorū,foliorū malabathri,aluminis ſciſſi,caſiæ,ſingulorum æquales partes: vtere ſicco. Aliud Aſclepiadæ: Roſarum ſiccarum nō madefactarum ſextarium Italicum vnum,nardi Celticæ cum radicibus ac circumſita ipſis terra,faſciculum manipularem vnum,fimi columbāni agreſtis ſicci ex ipſis nidis detracti drachmas tres,myrrhæ drachmas octo,gallarū omphacitidū numero XLV. contuſa & cribrata per arundinem inſufflato, & per ſpecilli cauum adhibeto. Aliud ſiccum, ad valde laxatas columellas,itémque tumentes: Piperis drachmam vnā, myrrhæ drachmam vnam, aluminis ſciſſi drachmas II. gallarum drachmas duas,contritis vtere:e veſtigio enim eas firmant,ac reſiccant. Aliud parabile,quod & ad laxatam & ſuffocantem columellam valet. Nitrum tritum digito excipe & affrica.deſtillabit enim inde plurima pituita,eáque cruenta:& ſanabitur. Aliud naturale, Philumeni: Picem liquidam accipe,eáque extremum polli-

cis tui infice,alteráque manu ſincipitis capillos diſtende, ac picem illinc.recurret enim ſtatim vua. Quòd ſiquis omnino ab afflictione vuæ & tonſillarum ſecurus eſſe velit,quotidie per morborũ interualla quum lauatur,& à calido lauacro egreditur,modicam frigidam aquam ſorbẽdo deglutiat.Quod ipſum & ad tuſſim,& lateris dolorem humidíſque ſtomachi vitiis multis vtile fuit. Per ea itaq; quæ dicta ſunt,in naturam ſuã reducere gurgulionẽ oportet,omni conatu & molimine adhibito,neque feſtinandum ad eius exciſionem.

De ablatione columellæ, ex Galeno,
Cap. XLI.

QVòd ſi continuè affligat columella, periculúmque ſit ne ſuffocatio aut tabes inde inferatur:aut quũ gracilis & loro ſimilis ſit, propterea quòd alimẽtum nõ ſentit,(quod ſanè aliquando accidere ſolet)aut quum reſolutionem patitur, (fit enim & hoc in aliquibus)tũc ſanè refert vtrum excidatur an non.Optima eius auferendæ opportunitas exiſtit,quum ſuffocatio vrget, vt tum imminente periculo,ægroto auxilium feramus.itaque quò magnum commodius afferas,æger in ſplendenti & claro loco collocetur:& tunc quidem os eius diducatur: mox verò immiſſo forcipe producatur,ita vt volſellam huic rei idoneam,iuxta medium ipſius columellæ, aut magis adhuc inferius adhibeamus: atque ita producta obtorqueatur. obtorta enim velut ſtupida efficitur, & velut illaqueata curuatur ac liueſcit;citra magnam ſanguinis eruptionem. Quapropter immorari oportet aliquãdiu, ac eam detinere quouſque æger tolerare poſſit:túncque auferre non ſupra forcipem inciſione facta,ſed ad eius fundum . quum enim pelliculis referta ſit ipſa columella,& ob productionem cedat,prolixa ſanè inſpiciẽtibus apparet. vnde multi inexperti medici,ſiue per errorem,ſiue per ignorantiã altius incidentes,eam funditus auferunt,maximique incõmodi authores exiſtunt. quare relinquere oportet fundum eius circa palatum.Ab exciſione autem,ægro offerenda eſt poſca diluta,qua leniter os colluat.vehemens enim ipſius allabentis plaga,ſanguinis eruptionem excitat.Quum autem hinc morſum perceptat,aquam frigidã colluat:atque hæc viciſſim fiant,donec ſanguis ſiſtatur.Sequentibus deinde diebus ex radicis dulcis & palmarum decocto gargariſmus exhibeatur.ſimiliter & illitiones ad tonſillarum inflammationes deſcriptæ. Porrò Galenus ait,Ab exciſione ſemper diphryge vtor, donec cicatrix obducatur. cicatricem enim tum huius membri,tum reliquorum omnium exulceratorum probè conſtringit ac committit.

De oris inflammationibus, Cap. XLII.

QVVM vniuerſum corpus multitudine humorum redundat,aut vnius tantùm alicuius noxii humoris multitudo in corpore augeſcit,conuenienter vtimur inciſione venæ,aut purgatione, aut clyſteri, aut abſtinentia ciborum.Quòd ſi neutrum horum affuerit,ad localium auxiliorum opem ſtatim confugimus: in principio quidem reprimendo per ea quæ adſtringunt & frigefaciunt: ex adſtringentium ſylua eſt atramentum ſutorium , & ſimilia. verùm adeò fortibus & quæ ſimul vim venenoſam complectuntur ac nociuam,minimè conuenit vti ad oris affectiones ſanandas,niſi magna cogente neceſſitate. plurimùm enim nocumentum infert, ſi quid ex iis ad ſtomachum ac ventriculum fuerit delapſum,aut ad aſperæ arteriæ extremum & pulmonem.Ineſt autem huiuſcemodi remediis & circa guſtũ inſuauitas quædã quæ quidẽ vſus tẽpore moleſtiã infert,& permanet etiam totam diem.De fœminis quid attinet dicere maximè opulentis,quæ ob delicias intotum pharmacorum ad os deſcriptorum afflictum ægrè ferunt?Iam & viros quoſdam videas,qui non ob delicias ſolùm,ſed ex natura faſtidientẽ ſtomachum habent,atque huiuſmodi pharmaca non ferunt. Itaque ea quæ ex ſtomaticis appellatis pharmacis, *hoc eſt quæ ori conueniunt*,mitiora exiſtunt,crocum complectuntur,& myrrham, & alumen . Cæterùm confectio ex moris,& malis punicis,& ſimiles quædam,cum ſolo melle medẽtur,habéntque guſtum amplius ſuauem. Quin & confectio ex ſucco nucum cum ſolo melle apparata,ſuauẽ

A exhibet ſaporem.At verò ſuccus mororum pro debiliore habendus eſt pharmaco.Fortius verò,& quod nullo inferius exiſtit,eſt ſuccus corticis nucum.Inter hæc medium tenet,quod ad vim adſtrictoriam attinet, ſuccus mororũ naſcentium in rubo.His ſingulis admiſcere potes, ſi quidem vehementius efficere velis pharmacum, ſuccum vuæ acerbæ nondum maturæ, pari pondere : aut,ſi id non videatur,eius dimidium.Andromachus coniicit, croci, myrrhæ,ſucci vuæ acerbæ immaturæ,aluminis ſciſſi,ſingulorum drachmam vnam.

B Illitiones ſtomaticæ ori commodæ.Confectio ex moris, Cap. XLIII.

COnfectio ex moris ſic apparatur,quemadmodum docet Eras: Succi mororum heminas quinque,vini auſteri heminam vnam,mellis heminam vnam.Succum vnà cum vino decoquito , donec ad ſtrigmentitiã craſſitudinẽ redigatur:deĩde adiecto melle rurſus decoque, donec probè cogatur:deinde in pila eis admiſce croci ſeſquidrachmam,myrrhæ ſeſquidrachmam,omphacii ſicci ſeſquidrachmam.Optimum autem eſt omnibus oris illi-
C tionibus ſimul incoquere radicis dulcis drachmas octo, ad eiuſmodi ſanè menſuram qualem præſcripſi.Eſt enim radix dulcis natura mitis,& ob id aſperitatem ex adſtringentibus illatam lenire potens.Facit,inquit Eras,hæc cõfectio tum ad tonſillas,tum ad inflammationes oris, illita & gargariſmi modo colluta.Poteris autem ſuccum mororum cum ſolo melle apparatum,in vſum recondere,ob dulcedinem ori commendandam. Confectio ex malis punicis , Galeni: Accipe mala punica in vigore perfecta,matura & recentia,ita vt ex triplici eorum differen-
D tia,dulcium acidorum & auſterorum,æquales partes vnà cum corticibus in mortarium coniectas,contundas,& ab eis ſuccum exprimas:deinde confectionem appares hoc modo, Coniice ſucci heminas quinque,mellis heminam vnam,radicis dulcis drachmas octo. primùm verò ſuccũ cum radice dulci decoquito,ac percolato : deinde adiecto melle ſimul coagmentato, & vtitor. Hæc confectio commodius exhibetur iis qui oris inflammationem patiuntur,habéntque ſimul ſtomachum fractum & qui cibum auerſatur . vtilis eſt etiam bibita ad alui affectio-
E nes.Expedit autẽ ei(veluti reliquis oris remediis) adiicere:in principio quidem ea quæ adſtringunt:circa vigorẽ, ea quæ concoquunt,iuxta inclinationem , ea quæ diſcutiunt.Facit etiã ad oris vlcera,& quæ appellantur aphthæ.

Confectio ex malis punicis, Aſclepiadæ: Pharmacum ad os proſperè accommodatum , quod etiam ad vlcera ſerpentia conducit: Succi mali punici Italicos ſextarios ſex,mellis libram vnam, croci drachmas quatuor , myrrhæ drachmas quatuor. Succum per ſe ſatis diu decoquito:deinde adiecto melle rurſus donec probè coagmente-
F tur,decoquito:poſtea in mortario crocum & myrrham ſimul committito:atque hoc, vt maximo remedio , vtitor. Remedium oris ex muſto Andromachi :quo inquit,vt pulcherrimo vtor: Gallas numero triginta,rhois quo coria inficiuntur chœnicem vnum, muſti optimi ex vua aminæa alba ſextarios ſex , gallas contuſas vnà cum rhoe per diem & noctem in muſto macerato : deinde ad quartas decoquito,&per linteolum percolato,rurſúmque ſuccum,donec mellis ſpeciem accipiat,decoquito, & adiecta croci drachma vna,aluminis ſciſſi drachma I . myr-
G rhæ drachma vna,probè miſceto & in vſum recondito. facit enim & ad aurium & ſedis quoque exulcerationes.

Confectio ex ſucco vuæ acerbæ,ex ferula medicamẽtario libro Sorani: Illitio ad os apparata ex ſucco vuæ acerbæ, incipientibus inflammationibus accommodata. Valet etiam ad humore prægnãtes gingiuas,& vlcera pura tonſillarum: Succi vuæ acerbæ ad coagmentationem decocti ſextarium vnum, florum roſarũ drachmas duodecim,croci drachmas quatuor,mellis heminam vnam:
H appara vt prædictum eſt.Eodem modo etiam apparatur confectio ex ſucco malorum cotoneorum & pirorum, piraſtrorúmque & meſpilorum,ac mororum rubi:ſimilitérque ex aliorum pomorum ſucco,atque item cornorũ: niſi quòd plus mellis iniicitur ad ea quæ magis adſtringunt. ſuccus enim pirorum & reliquorum pomorum ac

fructuum aliquando æqualem portionem mellis admit-
tit: eorum verò quæ plurimùm adſtringunt,veluti eſt ſuc
cus corni,aliquãdo duplũ mellis ſuſcipit. Cõfectio ex nu
cibus,Galeni: Fit etiam ex ſucco viridiũ nucum pharma
cum ori commodum hoc modo:Extrinſecum corticem
nucis viridem quo tinctores vtuntur, in pilam coniectũ
contunde,ſuccúmque expreſſum per linteolum excola,e-
iúſque heminas quinque,mellis heminam vnam,& radi
cis dulcis drachmas octo,hoc modo committe: Succum
vnà cum radice dulci vſquequo cogatur decoque,& per
cola:deinde adiecto melle ſimul decoque rurſus,ac vtere
iuxta eam quam deſcribemus methodũ. Eſt itaque phar-
macum ex nucibus omnium efficaciſſimum. verùm ſto-
macho vtiliſſimum exiſtit id quod ex malis punicis eſt
confectum.

Summaria doctrina de vſu omnium illitionum ad os apparatarum, Cap. XLIIII.

IN principio inflammationum,omnibus oris remediis
vtiliter quiddam admiſcetur ex iis quæ reſtrictoriæ fa-
cultatis exiſtunt ac repellunt.Quapropter commodum eſt
ſolum ſuccum cum melle apparare ac reponere.Sunt au-
tem reſtringentia parabilia quæ in principio miſcere cõ
uenit,roſæ,flos earum,baccæ myrti,myrtus ipſa,lẽtiſcus,
rubus,omphacium.Poſt hæc cytini & balauſtia,mali pu-
nici cortices,gallæ,fructus ſpinæ Ægyptiæ,omnia alumi
nis genera,rhus tum culinarius tum quo coria inficiun-
tur:horum vnumquodque aqua decoquitur donec probè
cogatur,atque ita percolatum decoctum illitionibus cõ-
miſcetur.optimus eſt etiam mali punici ſuccus in princi-
pio admiſtus.Frangenda autem ſunt ipſa mala ac contun
denda in mortario vnà cum corticibus ſuis:deinde expri
menda ac percolanda decoquendáque donec in totum
cogantur:atque ſic in præſentes illitiones ex eis admiſcẽ-
dum eſt.Quòd ſi ſumptuoſius apparare velis pharmacum
nempe diuitibus vtendum,adiicies corticem caſiæ,Indi-
cam nardum aut Celticam,aut folium malabathri. Poſt
principium autem vbi conſtiterit influxus,ſufficit confe
ctio ex moris,croco modico ac myrrha adiecto,ad inflã-
mationis concoctionem.Quum verò ad vigorem perue-
nerint inflammationes,parum vtendum eſt illitionibus
oris.Verùm collutionibus & gargariſmis mitioribus in-
flammationem concoquere oportet, velut eſt ea quæ ex
furfuribus fit,& radice dulci.Aliquando etiam remediũ
oris ipſum decoctum ex caricis cõſtans gargariſſandum
exhibere cõuenit cũ aqua mulſa permixtũ,aut ſapa cale-
facta,aut cum ſola aqua calida,non præſente melle aut ſa
pa.Optimum cenſetur circa inflammationum vigorem
oleum lentiſcinum conduplicato vaſculo calefactum &
ore retentum:verùm cauendum ne ſit inueteratum. Vbi
verò iam concocta fuerit inflammatio,& dolorum vehe
mentia quieuerit:tum ſanè & diſcuſſoria ad oris remedia
admiſcemus,cuius generis ſunt,hyſſopũ,pulegium, thy-
mus,calamintha,thymbra,mentha,in ſapa aut aqua mul-
ſa decocta & percolata,ita vt ex decocto cuiuſcunque tã-
dem iſtorum oris remedium permiſceatur.Ex parabili-
bus diſcuſſoriis eſt decoctum caricarum ad mellis ſpiſſi-
tudinem redactũ. nam ſingula prædicta efficaciora fiunt,
ſi diutius coquantur.Fortius autem prædictis exiſtit ſpu-
ma nitri, & nitrũ ipſum,maximè Bernicarium vſtum,at-
que nitro adhuc potentius eſt ſulphur viuum. Porrò ad
diuturnas & obturatas inflammationes adhibenda ſunt
ea quæ præclarius diſcutere poſſunt:contuſa videlicet ac
cribrata,de quorum numero hæc ſunt: ſi diuites exiſtant
ægri, coſtus & amomum, & quod appellatur macer,per-
quàm calidum & adſtringens:& ſuccus ſanè Cyrenaicus
ad diſcuſſionem obduratarum inflammationum aptiſſi-
mus,aut aliquis eorum qui ei ſucceſſerunt, velut eſt laſer,
pauperibus autem pro ſumptuoſis illis pharmacis adiice-
re conuenit dictamnum,aut meon,aut pyrethrũ, aut pa-
rum cardamomi aut ſinapis. Sit autem pondus ſingulo-
rum quæ adiiciuntur, iuxta eam quam in principio di-
ximus apponderationem: nimirum vt ad libras quinque
ſucci,vna mellis adiiciatur,& annexorum ſint drachmæ
quatuor vel quinque.

A De tonſillarum inflammationibus,ex libris Philumeni, Cap. XLV.

TOnſillæ frequentiſſimè inflãmationem incurrunt:
calidi enim & humidi ſunt earum loci. Verùm hac
affectione magis arripiuntur ii qui plurimo ſanguine ab-
undant: & pueri, vtpote mixturam habentes teneram,
& multo cibo ſe explentes:& infantes adhuc lactentes ex
hauſtu lactis id malum contrahentes.Infertur autem hæc
affectio plerunque à nimia meri potione,& à multa ac a-
uidiore deuoratione ciborum,maximè acrium & aſpero-
B rum:acciditque ita affectis difficultas transglutiendi, &
dolor aliquando etiam febris.Incipiente itaque inflam-
matione,cibum ſubtrahere oportet,& aquæ potum exhi-
bere:præſertim febre ſimul irruente.Exhibẽdi etiam gar-
gariſmi adſtringentes,& repellentes, velut eſt lenticulæ
decoctũ,cũ roſis,myxis,& palmis:reliquáque quæ in prin
cipio inflammati gurgulionis aſſumuntur.Cauendum au
tem ne mel in principio ad gargariſmos coniiciamus,
ne per acrimoniam malum irritemus.Verùm quum ve-
hementius affectio ipſa inualeſcit, & periculum ſuffoca-
C tionis ſuſpectum eſt, vena cubiti incidenda eſt, repetita
ſanguinis detractione:maximè ſi iuuenis ſit æger,& mul
to ſanguine abundet. cibi autem offerendi ſunt ſorbiles
& ventri commodi. Quòd ſi venter nõ probè egerat,inii-
ciendus eſt clyſter:infantium verò ven tres glande im-
miſſa,& ſedis illitionibus irritare oportet. Poſt euacua-
tionẽ, gargariſſent decoctionem furfurum calidam, aut
ptiſanæ ſuccum in quo decoctæ ſunt vuæ paſſæ, aut ſapam
tepefactam,aut decoctum radicis dulcis,aut paſſum cum
decocto ficuum & hyſſopi.Hæc omnia tepida exhibenda
D ſunt:frigus enim non tolerant inflammata, ſicut neque
plurimum calorem.multùm autem proderit oleum amy
gdalinum auribus infuſum. Extrinſecus leniter fouere
conuenit ſpongiis expreſſis:& cataplaſmata quoque im-
ponenda ſunt ex farina ordei,aut ſemine lini, aut fœni-
græci,aut his ſimul mixtis.Remittẽte autem iam inflam-
matione & decreſcente, mel in gargariſmos admiſcere
conuenit:quod in principio & in augmento minimè fa-
cere oportebat.quo tempore etiam calidiores gargari-
ſmi proſunt. Extrinſecus autem lana mollis oleo tincta
collo circumponenda.Quòd ſi ex vſu acriorum collutio-
E num aut illitionum inflammatio exaſperetur, & morda-
citas inde accidat,leniores gargariſmi colluendi ſunt:qua
les ſunt ſuccus ptiſanæ, aut alicæ, & micarum ſiliginea-
rum cremores,qui tepidiſſimi offerantur:lac etiam tepi-
dum gargariſſandum.Remittente autem inflammatio-
ne & dolore,prædicta oris remedia ſunt illinenda,immiſ
ſo digito medio,ita vt cum leni adhibita illitione partes
tonſillarum,quæ intumuerunt,comprimantur, quò con-
tentam in ſe materiam excludant.Verumtamen non vio
F lenter comprimere oportet,quemadmodum quidam fa-
ciunt,qui authores ob id fiunt, quò inflammatio amplius
augeatur.Si tamen obtigerit aliquis ab eiuſmodi curatio
ne læſus,contenti erimus exhibitione gargariſmatum le-
nientium nihil illinentes.Permanente verò ac immoran
te diutius inflãmatione,atque vbi tonſillæ ipſæ ſubrubri
coloris fuerint,neque melius à prædictorum remediorũ
admotione habuerint,permutationem in pus expectare
oportet.citò enim tonſillæ abſcedunt.Abſceſſu autem fa-
cto,inflammationis ſigna augeſcunt, & exacerbationes
G ad veſperam fiunt fortiores,cum horrore & inæqualitate:
aliquando etiam cum febre.Quare vbi ſuppurationem fu
turam ſperamus,coadiuuare oportet vt quàm citiſſimè fiat.
Sint autem gargariſmi eis exhibendi calidiores, velut a-
qua mulſa calida,& decoctũ caricarum ac hyſſopi.Verùm
ad molliendos & maturãdos tonſillarũ abſceſſus, maxi-
mopere auxiliatur vnguentum quod appellatur Ægyptia-
cum, quod ex reſina terebinthina,& melle, & oleo dul-
ciſſimo apparatur:& extrinſecus cataplaſma impoſitũ ex
ordeacea farina & fœnogræco cum decocto caricarũ &
H althææ ac melle.Quũ autẽ pus perfectũ fuerit,dolores mi
nuuntur,& inflãmationis tumor mollior redditus digito
cedit:tũ ſanè acriores collutiones exhibendæ ſunt,atque
prædictæ quoque oris illitiones. In cibo accipiant fruſta
panis aqua macerata quàm maxima,& reliqua ſimiliter quæ

eis pro cibo offeruntur aceruatim ingerant. Vehemen-
tiore enim ex his circa tonſillas obuolutione facta, conſi
mili modo tumores afficiuntur veluti ſectionē ſuſtinerēt.
A ruptura autem, aqua mulſa gargariſſanda per ſe: poſtea
etiam admixta lenticula & roſis: atque his ſanè immoran
dum eſt, donec penitus ad cicatricem perducatur. neque
vetat ſæpe adiicere quiddam ex prædictis oris remediis.
Quòd ſi ruptura eis ſeriùs contingat, ob ſoliditatem vide-
licet corpuſculorum incumbētium, inferátque inflāma-
tio ipſa dolorem, diducere abſceſſum conuenit ad proli-
ciendam puris excretionem. Leonidæ. Itaque ſi perfe-
ctæ ætatis ſit æger, eū deſidere facito, poſtea diducto ore
linguam cum ſpecillo lato, aut inſtrumento linguæ de-
primendæ apto, deprimito, ipſúmque abſceſſum cū ſcal-
pello aut acicula penetrāte diducito. Si verò puer ſit æger,
caput eius intra genua eius qui manum admolitur, conti
neatur: deinde facta abſceſſus diſſectione, caput eius incli
netur ad humoris commodiorem excluſionem. Ab ope-
re autem patrato, aquam lactei teporis frequenter col-
luant. Poſt multam autem intercapedinem ab opere pa-
trato, & inſequentibus deinde diebus aquam mulſam gar
gariſſent: adhibeatúrque eis vnguētum ad exulceratas tō
ſillas conueniēs: quale eſt quod Ægyptium croceū appel-
latur, & quæ ei ſimilia exiſtunt. Eſt autem Ægyptiū hoc.

Vnguentum Ægyptium croceū: Croci drach. III. mel-
lis ſeſquilibr. olei roſacei ſextātē, ſucci fœnigræci & ſemi
nis lini decocti quadrātem. crocum in ſucco diſſolue: de-
inde oleo adiecto, ea ſimul commiſce, & mel prius deſpu
matum coniice, & permixtis vtere.

De cruſtoſis & peſtilentibus tonſillarum vl-
ceribus, Cap. XLVI.

CRuſtoſa & peſtilentia tōſillarum vlcera vtplurimùm
nullo præcedente tonſillarū fluxu incipiunt, aliquan
do autem à conſuetis fieri inflammationibus, maximè
efferatis, perficiuntur. Fiunt autem frequentiſſimè pueris
atque etiam ætate iam perfectis, maximè iis qui vitioſis
humorib⁹ abūdāt, in iis quæ vere cōtingere ſolent peſti-
lentibus cōſtitutionibus. In pueris verò oris, vlcere quod
aphtham vocant, præcedente omnino perficiuntur. Sunt
autem partim alba, maculis ſimilia, partim cinereo colo-
re, aut ſimilia cruſtis, quæ ferro inuruntur. accidit autem
ægris ſiccitas in tranſglutiendo: & ſuffocatio coacerua-
tim incidit, maximè quum rubor ſubeat mētum: aut vbi
hæc acrimonia præterierit, nome quæ depaſcitur, locos
excipit, ſucceditque vnà putrefactio. Archigenis. Feſti
nanter itaque auxilium afferre oportet iis qui ſunt ætatis
perfectæ, atque confidenter venam brachii incidere, ſi
quidem nihil ſit quod id fieri prohibeat. Multæ enim vir-
gines circa vigoris ætatem menſium purgationem appe-
tentes, hac affectione apprehenduntur, quæ præcipuè ve-
næ inciſione opus habent. Incidendæ autem ſunt in eis
tali venæ, & vnica ſanguinis detractione facta euacuādæ,
non autem ad vſque animi defectionem. deinde glandu
lis & ſedis illitionibus ac clyſteribus vtendum erit: itém-
que cucurbitulis iuxta lumbos, ac colligationibus extre-
mitatum. atque omnibus modis conandum eſt, vt diuer-
ſio ab affectis partibus fiat. Poſtea etiam gargariſmis vti
conuenit: velut eſt lenticulæ decoctum, & myxarum ac
palmarum cum melle & ptiſanæ ſucco: deinde furfurum
decoctum in decoquendo viſcoſum factum, adiecto mel
le. Poteſt etiam remedium oris ex moris, & maximè id
quod ex malis punicis conſtat, colluendum exhiberi, hy-
dromelite permixtū. Philumeni. Infarcitur autē hydro
meliti & coſt⁹ & iris, ac ariſtolochia, & ſimilia poſt prin-
cipium. Probè autem facit id quod ad columellas præ-
ſcriptum eſt, ſiccum pharmacum ex rhoe, flore roſarum,
crocóque & coſto. Foliorum etiam glaucii ſiccorum de-
coctum optimè facit, quanquam guſtus vehementer ama
ri exiſtat. Ego autem & glaucii ſucco, cuius ad collyria v-
ſus exiſtit, in aqua mellis meraciore diluto, pro gargari-
ſmate vtor, aut etiam cum iridis decocto. At verò fruti-
cis ipſius ſicci, glaucii inquam, cōtuſi & cribrati optimus
vſus exiſtit, ſi inſuffletur. Conandum autem eſt in vniuer
ſum, ne digitum quidem locis admoueamus, aut leni ſal-
tem tactu manum admoliamur. Etenim inſcii, ad quos

A maximè in rebus dubiis homines confugiunt, vehemen-
tius illinunt, ſimúlque inflammatum locum comprimūt
ſimúlque cruſtam detrahunt: quod minimè facere conue-
nit priuſquam eleuatam & vix innitentem cruſtam con-
ſpiciamus. Quòd ſi enim adhærentem adhuc cruſtā auel-
lere aggrediamur, vlcerationes magis in profundū pro-
cedunt, & inflammationes conſequuntur, augentúrque
dolores, & in vlcera ſerpentia proficiunt. Itaque ſicca qui-
dem remedia inſufflare conuenit: liquida verò cum pin-
nula illinire, ita vt quantum licuerit quāpenitiſſimè pin-
B nulam immittamus. Vtendum eſt etiam compoſitione
ex ſemine rutæ ſylueſtris ad anginam deſcripta, & ea quæ
ex vſtis hirundinibus conſtat, ita vt cū melle liquefactas
illinamus, & cum hydromelite permixtas colluendas ex-
hibeamus. Profuit etiam aliquibus ariſtolochia, & iris, &
chalcitis adhibita cum melle. aliquando etiam Andronis
& Muſæ paſtilli. Mirabiliter autē cruſtas aufert caninum
recrementum melle illitum, & vſtarum hirundinum ci-
nis, & centaureæ minoris vſtæ cinis cū melle, & cochlea-
rum terreſtrium, maximè nudarū vſtarum cinis cū mel-
C le. His verò de quibus medici deſperarunt, fel crocodili
exiccatum & tritum ad cruſtā inſperge, aut illine cū mel-
le. Oportet autem poſt irritationes à pharmacis eiuſmo-
di factas, lenire cum radicis dulcis decocto, & qui ex vi-
no ſcybelite, maſtiche Chia, myrrha & croco conſtat gar
gariſmo, deinde cum amylo & tragacātha. Cohibito au-
tem iam vlcere paſcente, lac gargariſſandum, Samia terra
permixtum. Et febrium quoque curam habere cōuenit.
(vehementes enim incidere ſolent) atque in repurgandis
D explanandiſque vlceribus maximè ſollicitum eſſe: cōuul-
ſionem enim infantes plurimi paſſi ſunt in vlcerum re-
purgatione: aliqui verò via tranſglutiendi exiccata, ſunt
ſtrangulati. Sunt etiam quibus corroduntur gurguliones,
atque vbi diutius perſtiterit vlcerationes, & in profundū
proſerpſerint, cicatrice iam inducta, adſtrictiorem vocē
edunt, reflectitúrque ipſis potus in ipſas nares. nam & ego
puellam noui quæ poſt quadrageſimum tandem diem
conſumpta eſt, quum ſe iā à morbo recolligeret. Verùm
ad ſeptimum vſque diem plurimi periclitantur. Vbi verò
E inflammationes & vlcera ſerpentia ſemper amplius ex-
tendantur, forinſecus fomentum adhibere oportet, & ca-
taplaſmatis cōmunibus vti, cum cautione ne refrigere-
mus. Feliciter enim res procederet ſi intrinſecus detentā
materiam extrà queant tranſferre. Contegantur itaque
ſemper poſt cataplaſmata, partes circa mentum, cum nar-
dino & cyprino cerato, cum circumpoſitione lanarū mol
lium. Vbi autem cruſtæ ſolutæ fuerint, & vlcera ipſa mū-
data, antheris, *hoc eſt floridis* remediis vtendum eſt. Sa-
nant enim in totum vlcerationes ipſas, tum ſiccæ adhibi-
F tæ, tum illitæ cum melle. Sunt autem cruſtarum tum o-
ris, tum tonſillarum, compoſita pharmaca huiuſcemodi.
Aſclepiadæ illitio ad exulceratas inflammationes: Florū
roſarum drach. octo, croci drach. IIII. balauſtiorū drach.
I. myrrhæ drach. I. nucum pinearum repurgatarū drach.
tres, ſubactis melle ad illitionem vtere. Aſclepiadæ, ad o-
ris putredines: Rhois culinarii drach. IIII. acaciæ drach.
I. omphacii drach. I. medullæ ceruinæ aut vitulinæ drach.
IIII. in vino dulci diluta, melle deſpumato excipe, & ad il-
litionē vtere. Andromachi remedium oris odoratum ac
G tenerum ad inflāmationes ac cruſtas optimum. Nucū pi-
nearū depuratarū drach. III. amyli drach. II. aluminis ſciſ-
ſilis drach. I. florū roſarum drach. I. croci drach. I. mellis
quantum ſuffecerit. Aliud ad omnes tum oris tum ton-
ſillarum affectiones: Rhois culinarii drach. IIII. florū ro-
ſarum drach. I. croci drach. I. coſti drach. I. illine cum mel-
le, aut cū aqua mellis gargariſſandū exhibe. Critonis ad
cruſtas: Miſy aſſatū aut crudū illine cū melle: ſtatim e-
nim eas tollit. Sint autē miſyos drach. III. & lib. I. mellis,
quo modo etiam vti poteris chalcitide. Archigenes autē
H inquit, Ad cruſtas optimè conuenit ſtercus caninum cum
melle: quod tum optimum erit, quū oſſibus canes fuerint
nutriti. magnopere enim auxiliatur neq; odiū ſui indu-
cit, in cibo oblatū. Licebit etiā vti plurimis eorū quæ ad
anginā deſcripta ſunt auxiliorū. Aliud Archigenis, ad
cruſtas in ore: Hirūdinū vſtarū & ſtercoris humani æqua

le põdus cũ melle illine. Accipiendũ eſt ſtercus nõ quodcunque obtigerit, verùm puerũ biduo prænutrire oportet pane & lupinis ac vino modico, atque deinde tertia die ſtercus eius accipere & exiccare, atque repoſitum ſeruare. vſu verò expetente, contrito vti. efficax enim & ad anginas exiſtit. Experti etiã ſumus, inquit Galen⁹, pharmaca à Sorano deſcripta præclarè facere, quæ ſanè ille iuxta dictionum ſeriem deſcripſit. Remediũ ad cruſtas oris conferens & ad gingiuas humore prægnantes & graueolentes: Miſyos vſti drach. octo, iridis Illyricæ drach. IIII. croci drach. I. in puluerẽ redige, ac pyxide lignea repone. vtere autẽ per ſe cũ melle. Florida cõpoſitio ad prædicta ſimiliter efficax: Iridis Illyricæ drach. IIII. ſandarachæ drach. IIII. cyperi drach. IIII. aluminis ſciſſi drach. II. myrrhæ drach. II. crocomagmatis drach. II. in puluerem redige ac vtere. Quidam etiam flores roſarum, & gallas adiiciunt, ſing. drach. II. Vtere autẽ ad putrefacta, & ad abſceſſus gingiuarum ſicco: ad cruſtas verò cum melle. Philagrii, ad oris eroſiones: Seminis lentiſci nõdum denigrati drach. IIII. gallarum drach. IIII. coſti drach. I. folii drach. I. vtere. Theodori, ad tonſillarũ vlcera, gingiuarúmque & pudendorum, ad putrefacta & carbunculos: Aluminis ſciſſilis, ſãdarachæ, myrrhæ troglodyticæ, ſing. æquale põdus accipe, ac vtere ſicco. Hermi, ad omnes oris affectiones ab vlcere, quod aphtha appellatur vſque ad cruſtas & carcinomata: Ericæ ſemen tritum, ſucco hyoſcyami excipe, & vtere cum melle. Aliud, ad vlcera quæ ſerpunt in ore, gingiuis, ac lingua: Miſy cum ſucco foliorum vitis albæ, quam bryoniam appellant, dilue, & coniecto ſimul melle tere, ac ad illitionem vtere. diuinitus extergit ac repurgat. Vbi verò repurgata fuerint & carne expleta, bryoniæ radicem cõtuſam & in puluerem redactam adhibe. ea enim ad cicatricem perducit. Aliud eiuſdem, ad oris putrefactiones, vlcerationes, & vlcera quæ ſerpunt: Foliorum vitis albæ quadrantẽ, aluminis ſciſſilis trientẽ, miſyos crudi drach. IIII. atramenti ſutorii drach. II. contere quouſque arida fiant, & in puluerem redactis, vtere ſiccis. Repurgat, explet, reprimit illatum fluxum. Ego verò præcedens expertus ſum. Collutione autem vtendum eſt ad omnia oris vlcera, & ea quæ ſerpunt, putrefactionéſque, & gingiuas denigratas. Verbenacæ rectæ decocto & vino, quod calidũ ore retinendũ exhibe. Aliud diuinũ remedium: Oleæ viridis folia aqua decocta colluẽda exhibe.

De angina & eius ſpeciebus, ex Galeno,

Cap. XLVII.

Anginæ quatuor differentiæ exiſtũt. Vna, quum fauces fuerint inflammatæ: fauces autem, pharynga *Græcis* appellatam, voco intra os locum, vbi tum ſtomachi, tũ aſperæ arteriæ extrema conueniunt. Altera quum neque circa oris regionem, neque iuxta fauces, imò nec forinſecus, quicquam apparet inflammatum: & tamen ſuffocationis ſenſus infeſtat ægrum iuxta aſperæ arteriæ extremum. Tertia, quũ exterior gutturis regio vnà cum interna fuerit inflammata iuxta mentum. Adhæc autem & circa ceruicem quædam affectio oboriri ſolet, ex luxatione & diſceſſu cuiuſdam in collo verticuli in anteriorẽ regionem. vnde cauus apparet locus: & quum extrà attingitur, dolore afficitur. quod contingit ob diſtracta intrò verticula, & conſiſtentem circa muſculos faucium aut extremitatis arteriæ inflammationẽ. Hæc autẽ ſpecies propriè cynanche à veteribus eſt appellata. Lingua enim à luxato verticulo, iuxta radicem ſuam impulſa, ex propriis locis excedit, & difficultas magis circa reſpirationem infeſtat: vnde coguntur aperto ore ſemper hiare, atque aerẽ attrahere. Omnes autem prædictæ affectiones communẽ habent difficultatem transglutiendi: ita tamen vt in alia plus, in alia minus hoc malum augeſcat. Accidit etiam eis potum aſſumptũ ad nares reflecti. atque hæ ſanè ſunt affectiones: curatio autem earũ in paucis variat. Aretæus autem inquit, Anginæ cauſæ multæ exiſtũt, maximè autem frigiditas magis quàm ardores, & plagæ, & oſſa ex piſcibus ad tonſillas impacta, & potus frigidæ ebrietas, nimia ſatietas, & quæ ſpiratione attrahuntur mala. Archigenes autem ait, occultæ anginæ cauſam eſſe in quibuſdam, neruos qui ad ſtomachum deferuntur, dum malè afficiuntur, & pòſt inferioribus membris, pulmoni inquam & cordi reſpirandi, principium inflammant: arteriis verò quæ carotides appellantur, itémque aliis adiacẽtibus, inde inflammationem tranſmittunt. At verò quòd hi qui ſic afficiuntur, non fiant attoniti, inde eſt quòd huius affectionis cauſa intemperies ſola exiſtit, non etiam coarctatio locorum. Cõueniũt igitur, inquit Archigenes, eis ea quæ vomitoriam vim obtinent, velut eſt elaterium & ſquama æris illita cum melle. Ego autem, inquit, ab occulta angina prehenſos ex ſinapis gargariſmo releuo, móxque in balneum induco: atque ita multos à periculo liberaui, quibus affecta particula obliuioni tradita fuit, per diſtributionem videlicet in vniuerſum corpus ſanatos. Aretæus autẽ inquit, Cucurbita accipiatur, primúmque infra vmbilicũ adhibeatur, mox ad latera dorſúmque & ſcapulas, ita vt aſſiduè à loco vno ad alterum trãſferatur, & in admolitione ex ſupernis locis deorſum trahatur. Quòd ſi vehementer vrgeat ſuffocatio, ſinapi aqua tritum & vili panniculo exceptum pectori impone. Ad delingẽdum verò conueniunt eis, ſinapi, nitrum, hyſſopũ ſquilla aſſa, ſulphur viuum. omnia paribus portionibus cũ mellis cochleario permixta delingenda exhibe. Archigenes. In principio igitur, compendiarium & præceps auxilium omnis angina requirit. Quandoquidem autẽ ferè iuuenibus accidit, eueſtigio cubiti venã eis incidere oportet, niſi quiddam maioris periculi impediat: auferre autem ſanguinem parcè, non vſquequo animi defectio ſequatur: citius enim hi animo linquuntur, & aliâs ſanè ex refrigerationibus & animi defectione perfacilè materia à faucibus ad pulmonem defertur, & ineuitabile periculum infert. Curandum etiam vt modica fiat deductio venæ. nam cum in aliis tum in magnis venæ diductionibus aceruatim animi defectus irruit. neque tamen anguſtiorem facere venæ inciſionem conuenit, ne ſanguis velut percoletur, & craſſior eius pars intus remaneat, quæ cauſa huius affectionis exiſtit. Vtilis eſt autem eis repetita detractio in ſequenti die, niſi præpediat ægri timor aut animi deliquium. Quòd ſiquid venæ inciſionem fieri prohibeat, per clyſterem infundendum eſt centaureæ, abſinthii, calaminthæ, & ariſtolochiæ decoctum, admixto melle & plurimo nitro: poſtea etiam purgatiua danda, quæ magis pituitam ducunt. conuenientiſſimum autem aliquando in angina eſſe videtur, elaterium: verùm non oportet niſi cum ſero lactis & cnico in ſero cocto ipſum propinare. Conuenirent etiam eis ex aloe & colocynthide catapotia, ſi modò queant deglutire. ſi verò confidentior contingat medicus, bonum eſt & hieræ Archigenis ex colocynthide drach. tres cum aliqua ex prædictis decoctione per clyſterem infundere, vbi prius aliquo ſtercorum eductiuo euacuauerit. Poſt vniuerſales autem euacuationes, cucurbitas apponere oportet: & ſi quidem tumor circa maxillas, aut ſub mento perſiſtat, in ipſum tumorem, & cum ſcarificatione plurimum ſanguinem extrahere, ſaléque reſpergere ſciſſuras & confricare. Quòd ſi nullus extrinſecus tumor appareat (veluti fieri ſolet in ea quæ occulta appellatur cynãche) retrò ſub colli neruo infigenda erit cucurbita iuxta primũ verticulum, & cõſtanti attractione vtendum, & frequentius cucurbita auellẽda. Ea enim inſtantia factis vertebrarum diſceſſibus ac luxationibus probè ſe opponit: deinde vbi pauliſper à reliquorum remediorum adhibitione quieueris, cataplaſmatis vtendum, tum eadem die, tum etiam in ſequenti. Maiorem verò ſpem in ſequentibus diebus in illitionibus & gargariſmis reponere conuenit. Itaque vbi initium ſit cũ multa inflammatione, ea quæ leniter adſtringunt offerẽda ſunt primùm, velut eſt roſarum, lentium, palmarúmq; decoctum, flos roſarum ex hydromelite, rhus cum hydromelite decoctus, & decoctum myxarum. Quòd ſi excoriatio contingat corpuſculorum, panis cremor exhibendus eſt calidus, aut furfurum decoctum colluant, aut etiã lac ſolum. Ego autem, inquit Archigenes, ſiccum pharmacũ in promptu habeo, Ex rhois culinarii drachmis octo, florum roſarũ drachmis IIII. coſti autem & croci cuiuſque drachmis II. Ex quo ſanè in aquã mulſam inſpergo, & in gargariſmate vtor, atque inflammationes & vlceration

tonſillarum facillimè ſano, etiamſi contingant quibus illæ ad ſummum,progreſſum minentur:quin & illitiones manſuetiores inflammatis commodæ ſunt,velut eſt ea quæ ex moris conſtat,& rhois culinarii cremor in hydromelite coctus donec cogatur. oportet autem præmacerare ſufficienter rhoen ipſum donec abundè aqua mulſa ex eo colorem accipiat,& in ſapore vim eius repræſentet. Probè etiam facit mali Punici integri vnà cum corticibus fracti ac contuſi ſuccus melle permixtus,ita vt ad ſucci partes tres vna mellis coniiciatur, & donec cogatur decoquatur ac illinatur.Quòd ſi ad nullum dictorum remediorum,malum cedat, ſed ſemper multitudo humorum augeſcat, venæ ſub lingua incidendæ ſunt,aut quæ ſunt in fronte, aut etiam circa magnos angulos oculorum: forinſecus autem aſſiduè lanæ circum collum ponantur oleo calido madefactæ,aut ceratum ex oleo Cyprino apparatum adhibeatur,aut ſi malis, ex gleucino ſiue muſteo. Quòd ſi diutius moram traxerit, abſceſſum expectare oportet, & tum ſanè conuenientius erit ficuum decoctum ad colluendum: multóque magis,ſi hyſſopum ei coniiciatur. Neque verò incommodus fuerit in iis qui aliquo modo ſunt exulcerati,crocus cum aqua mulſa, & decoctum radicis dulcis. In vigore autem, omnium vtiliſſimus exiſtit ſuccus ptiſanæ aut alicæ ore collutus: nam & à multis minis liberat,& abſceſſus metum eximit confeſtim. qui ſi non adſit, furfures probè cocti ei ſuccedere poſſunt. atque hæc quidem iis conueniunt. At in angina ſiue inflammatione ac vlcere,vbi ſola multitudine ægri obturati periclitantur, iis quæ acriora ſunt periculum eſt faciendum: ſunt enim tunc etiam in principio conuenientiora, poſt vniuerſales tamen euacuationes. Itaque hydromeli meracius profuerit,ſi cum eo hyſſopum aut origanum decoquatur.Si verò in ſuperioribus partibus, aut iuxta fauces malum perſiſtet, ſinapi tritum cum aqua mulſa &percolatum gargariſſandum exhibebimus. Conuenit etiam caſiæ decoctum,& iridis,& radicis panacis,gentianæ,centaureæ,ariſtolochiæ,agarici,& radicis cucumeris agreſtis. vnumquodque autem cum hydromelite ſatis diu decoquatur donec ſucculentum reddatur. Vſus ſum etiam in occulta angina ex ſinapi gargariſmo, & ſæpe à periculo ægros liberaui. Illitio autem iis valde conueniens, iis inquam qui citra exulcerationem, anginam patiuntur, eſt ea quæ ex ſemine rutæ ſylueſtris apparatur:& quæ ex vſtis hirundinibus conſtat: quarum apparatum paulo pòſt vnà cum aliis remediis deſcribam. Iuuantur etiam fotu vaporis intra os accepto,hoc modo: Origanum,hyſſopum,ſatureiam, fœniculi ſemen,cum aceto plurimo & nitro ferueſacito in olla diligenter operta, operculo foramen habente in medio:deinde arundine ori ægri & foramini adaptata, ſinas foueri. ſi verò ex feruore arundinis os aduratur, ouum vacuum paruum vtrinque perforatum ore contineant, & per ipſum arundo immittatur. mollius autem fomentum fuerit, ſi pro aceto poſcam affuderis aut aquam. Cæterùm magis lancinãtia offerre illis oportet, quò rurſus inſurgat caro, & tranſmutare queat eam quam in profundo pertulit coarctationem. in dubium enim ſæpe venit & ferè deſperationem præ feritate morbus, vt & odioſa exhibere quibuſdam neceſſarium fuerit: ſiquidem humano ſtercore quoſdam vſos eſſe conſtat pro illitione, & magnum ſanè commodum repererunt. Alii autem recenti vſi ſunt, alii verò exſiccato & trito, ita vt cum nardo vel myrrha id permiſcentes,fœtorem celarent. Ab acrioribus autem,& iis quæ dilaniantem vim obtinent, ad mediocria eſt tranſeundum: velut eſt Andronis paſtillus, & ſimilia. Vtilia etiam iis ſunt ea quæ vomitoriam vim obtinent, maximè illis quibus grauitatis ſenſus circa ventrem hæret. Archigenis remedium,quo vtor (inquit) ad occultas anginas: mirabiliter etiam conducit anheloſis: Elaterii oboli dimidium, ſpumæ nitri obolos tres, ſinapis drachmam vnam, contere cum aqua & informa. Mouet autem vomitum elaterium cum oleo aut melle tritum & penitiſſimè illitum. multo autem

[A] efficacius id præſtat, ſi ſquama æris ei commiſceatur,aut ipſum æs vſtum, oleo Cyprino tritum illitum. Probè etiam facit fel tauri illitum,& nitrum cum aceto mulſo potatum, & centaureæ ſuccus cum melle, aſelli ſub aquario ſtabulantes vaſe cum melle delincti. Quidam naſturtii ſemen tritum bibendum exhibuerunt quantum cochleario accipi poteſt,cum aqua mulſa. nec ita longè pòſt pituitam vomuerunt illi craſſiſſimam & tenacem:ſtatimque à plurimis moleſtiis ſunt liberati.

Aliud. Stercoris gallinacei albi & colore ceruſſam [B] referentis,bonam copiam exſiccatam & repoſitam aſſerua.vbi verò vſus poſtulat, quantũ cochleario accipi poteſt,in aqua,aut aqua mulſa dilutum propina.etenim deſperatos etiam ſanat. quòd ſi bibere nequeant, tritum melle quampenitiſſimè illini. Aliud ad idem: Centaureæ drachmas octo,nitri drachmas octo, ſalis communis drachmas octo, contere & repone ſiccum. vſu verò exigente,melle imbue, & cum pinnula illine, aut quomodo videbitur.vtere confidenter. nam periculum eius factum eſt. Aliud. Abſinthium contuſum & [C] cribratum,adiecto nitro trito,illine cum melle. Aliud. Elaterium cum felle taurino & melle contritum illine. Compoſitio ex ſemine rutæ ſylueſtris ori commoda,Andromachi. Ad anginas & deſperatos(inquit)hac vtor. ſummè etiam prodeſt ſtomachicis,& ad tormina inteſtinorum, fabæ magnitudine exhibita ex frigida: Seminis aniſi,ſeminis apii, floris iunci odorati,ammii,aluminis ſciſſi,iridis Illyricæ,ſeminis rutæ ſylueſtris,quod quidam harmala, alii beſaſa appellant:cinnamomi,myrrhæ troglodyticæ,ariſtolochiæ longæ,ſin[D]gulorum vnciam vnam,caſiæ,crocomagmatis,roſarum ſiccarum,cuiuſque vnciam vnam, coſti quadrantem, cineris hirundinum recèns vſtarum quadrantem, croci ſeſquiunciam, ſpicæ nardi drachmas quatuor, amomi drachmas quatuor, gallas omphacitidas numero octo, contere,& melle excipe, ac vtere. In principio quidem pharmacũ hoc cum decoctione aliqua mediocriter adſtringente,quales ſæpe diximus,dilue:iuxta vigorem verò cum ptiſanæ ſucco:iuxta remiſſionem autem & declinationem,melle aut hydromelite,aut vino mulſo:inue[E]terata autẽ & velut indurata inflammatione,aceto mulſo. Philagrius autem inquit, Aliquando poſt prædictas vniuerſi corporis euacuationes,& adhibitiones cucurbitularum, & inciſionem venarum ſub lingua, miſcemus etiam alia quædam ad præſcriptum pharmacũ, quæ partim quidem irruentem fluxum reſtringunt, partim autem omnia quæ iam inſident diſcutiunt. Coniiciuntur autem ex rutæ compoſitione drachmæ octo,gallæ omphacitidis drachmæ octo, & ſtercoris canini albi, ac humani ſtercoris ſicci, cuiuſque drachmæ octo. ve[F]rùm (quemadmodum & antè dictum eſt)ſtercus canum accipere oportet eorum qui antea per biduum oſſibus ſunt nutriti: humanum verò ex puero biduo pane & lupinis nutrito. Vomitorium Marciani, quod & ad opertas & manifeſtas anginas prodeſt.præexige (inquit) mercedem: Æris vſti drachmas duodecim, atramenti ſutorii drachmas duodecim,myrrhæ drachmam vnam, elaterii drachmamvnam,ſpumæ nitri drachmam vnam, fellis taurini drachmas quatuor, excipe melle, & cum pinnula quampenitiſſimè illine. Archigenes autem [G] inquit, Stercus humanum quale prædiximus,accipe & exſicca,ac in vili panniculo ligatum exure,atque cum aqua mulſa dilutum propina.eſt enim remedium eorum qui iam ſuffocantur. Antonius verò Muſa inquit,Stercus caninum quale prædiximus accipe & exſicca, contuſóque & cribrato vtere ad anginas, cum melle quampenitiſſimè illinens, vt tranſglutire poſſint. Eo enim nullum potentius pharmacum noui (inquit Galenus) neque ex angina laborantibus,neque ad magnas tonſillarum inflammationes, neque ad glandularum tuberculorúmq; gutturis ſuffocationes iã periculum minan[H]tes. Probè facit etiam cum aceto mulſo & pice liquida illitum caninum ſtercus. Summè etiam auxiliatur ad anginas,confectio ex vſtis hirundinibus, cuius compoſitio hæc eſt. Compoſitio ex hirundinibus

vſtis: Cineris hirundinum ſylueſtrium vſtarum drachmas octo, croci drachmas duas, ſpicæ nardi drachmã vnã, excipe melle & permiſce hoc modo, vbi iam incubuerint affectiones. Oportet autem exurere hirundines hoc modo: Pullos hirundinum viuos non deplumes, addito congruentis modi ſale, in fictile vas conijcimus, idque obturatum ſuper prunas ponimus, donec puluis & cinis fiat, quo contrito vtimur. Aliud ex hirundinibus, itidem valens ad anginas: Hirundinum vſtarum pullos numero vndecim, ſucci myrti viridis cyath. duodecim, myrrhæ obolos tres, mellis cyathos duos. hirundinum pullos exure & contere: deinde omnibus ſimul mixtis vtere. Aliud cuius experimentum conſtat:

Folii, coſti, caryophylli, piperis, cuiuſque vnciam vnam, ſandarachæ trientem, excipe melle deſpumato, & illine. Aliud. Cochleas nudas citra teſtam in hortis repertas, in ollula exure ac contere, cineréque melle excepto vtere. eſt etenim eiuſmodi remedium quod præſentem opem affert. Simili modo etiam cancrorum vſtorum cinere vtendum eſt cum melle: & decoctum quoque cãcrorum ore collutum vtile exiſtit. Ego autem cancrum in aquæ hemina tritum percolo, ipſamque aquam calefactam gargariſſandam exhibeo: craſſa enim educit multa, & releuatur confeſtim æger. Aliud.

Centauream minorem ſiccatam exure, cinerémque illine cum melle. Aliud. Maxillæ porcelli vſtæ vnciam vnam, ſtercoris canini albi drachmas quatuor, malicorii vnciam vnam, gallarum vnciam vnam, coſti drachmas quatuor, piperis torrefacti ſcrupulos ſex, miſce cum melle, ac vtere. Valde autẽ magna ſolicitudine ac contentione opus eſt etiam tum quum malum remittere videtur: etenim ea quæ iam ex profundo corporũ circa fauces attracta ſunt, ex improuiſo in pulmonem tranſferuntur, ſi negligantur: atque ita repentina mors ægro infertur.

De glandulis, Cap. XLVIII.

OMnibus hominibus carunculæ quædam exiguæ naturales iuxta vtraſque tonſillas extant, antiades *Græcis, Latinis glandulæ* appellatæ, quæ quum naturalem modum ſeruant, nihil moleſti inferunt: verùm vbi iuxta affectionis proprietatem augeſcãt, & modi maioris quàm ſecundum naturam ſuam fiant, tunc ſanè & tranſglutitionis & ſpirationis difficilis cauſæ exiſtunt. Conſiſtunt autem ferè intotum citra inflammationem, & paulatim etiam augeſcunt. aliquando autem & inflammationem patiuntur. Diducto itaque ore, manifeſtè apparent glandularum tumores maiores, citra quidem inflammationem, tonſillarum corpuſculis concolores: inflammatæ verò, rubicundæ & inferentes dolorem. Quare quum inflammatio affuerit, gargariſmis & illitionibus ad tonſillas inflammatas deſcriptis eſt vtendum. Quum verò citra inflammationem conſiſtunt, conari oportet vt per commoda pharmaca paulatim deprimantur, & per admoti digiti compreſſionẽ. Remedia autem ad glandulas abſque inflammatione auctas, talia conueniunt: Gallæ omphacitidis, ſalis ammoniaci, aluminis ſciſſi, cuiuſque vnciam vnam. adhibe ſiccum. Aliud. Myrrhæ ſextantem, gallarum drachmas octo, miſyos drachmas duas, ſalis torrefacti drachmas duas. vtere ſicco. Aliud. Gallarum, miſyos, myrrhæ, aluminis liquidi, æquales partes accipe, & ſiccis vtere, vel cum melle. Aliud Aſclepiadæ. Remedium ad glandulas accommodatum: Gallarum omphacinarum drachmas quatuor, diphrygis drachmam vnam, myrrhæ drachmas tres, croci drachmas tres, mellis quantum ſuffecerit. hoc pharmacum citra vlcerationem glandulas reprimit.

Aliud Apolloniadæ: Diphrygis drachmas duas, chalcitidis aſſatæ drachmas duas, gallarum drachmam vnam, croci drachmam vnam, myrrhæ drachmam vnam, excipe melle, & vtere. Chirurgia. Verùm ſi pharmaca vincantur, excindere glandulas oportet. quod vt commodius fiat, æger in claro & ſplendido loco collocetur: & diducto ore vnaquæque glandula vncino producatur, & excindatur. excinditur autem ex ea id quod ſupereminet, iuxta medium eius quod præter naturam excreuit. qui enim dũ omnẽ quæ præter naturã accreuit carnem excindunt, etiã naturalẽ carnẽ ex fundo auferunt, periculoſæ ſanguinis eruptionis authores fiunt. Poſt exciſionẽ autẽ poſca frigida colluenda detur, ad ſanguinis videlicet inhibitionẽ, & poſt eã frigidiſſima aqua. Poſtquã autẽ ſanguinis eruptio cõſtiterit, ſatis lõga intercapedine tẽporis facta, aqua mulſa tepida exhibeatur: ſequẽtibus verò diebus, etiã cũ ea illitiones afferantur, quales ſunt ad vlceratas tonſillas deſcriptæ. Raró autẽ, quando videlicet vlcera eminentiora apparẽt, florido ſicco ipſas tonſillas attingimus. per hoc enim eminentiæ deprimũtur, & cicatricis inductio perficitur.

De ſuffocatorum reuocatione, Cap. XLIX.

REuocantur aliquando ſuffocati ac ſtrangulati, aceto ori infuſo cũ pipere, & ſemine vrticæ. verũ difficulter tractari poſſunt vt admittãt: cogere itaque oportet ac ori infundere, ad vomitionémque irritare. Rubore autẽ circa collum diſſoluto, ſtatim reſpiciunt ac relaxantur. quare oleo multo calido, & lana, aut cerato, collum aſſiduè circum circa eſt amplectendum. Similiter etiã naufragos reuocare oportet, ſi quidẽ reſpiratio adhuc in eis ſeruetur. Prius autem in caput ipſos ſuſpendere conuenit, ac cogere quò abſorptam aquam euomant, ſiue pinnularum ſeu digitorum irritatione: forinſecus verò manuum impoſitione iuuare oportet ventris firmitatem.

De deuoratis ac fixis in tõſillas ſpinis, atque iis quæ in aſperã arteriã delabuntur, Cap. L.

SI in aſperæ arteriæ extremum, atque ipſam adeo aſperam arteriam, aliquid eorum quæ deglutiuntur prælapſum fuerit, tuſſis prouocanda eſt, per acetoſam aliquam qualitatẽ: & ſternutatorium quoque naribus admouendũ. Ex vehementi enim agitatione, & inſtantia, & ſpiritu ſimul cum violentia quadã expulſionẽ adiuuante, eiuſmodi cõſueuerunt excerni. Si verò iuxta tõſillas, aut iuxta principium ſtomachi ſeu gulæ, ſpinæ aut oſſa fuerint infixa, ita vt oculis ſubiaceant, atque plurima ſui parte extra tonſillas promineant, volſella apprehẽſa extrahere oportet. Quum verò in inferioribus gulæ locis quid adhæſerit, hoc modo: Spongiã paruã reſina terebinthina madefactã, aut carunculã crudam recentem inciſam, vnà cum filo valido ipſi alligato, deglutire coge, & mox comprehẽſam per alligatum filum rurſus extrahe: hoc enim modo ſæpe etiã id quod infixũ fuit, ſimul extrahi cõſueuit. Conuenit etiam panis recentis interioris buccellas deglutiẽdas exhibere citra commanducationem, aut caricam aliquantiſper circummanducatam, nõ tamen penitus diſſolutam. Quum autẽ ad fundum vſque ipſorum corporum penetrarit, neque extrahi potuerit, aqua mulſa gargariſſãda exhibeatur, & cibi ſorbiles, velut ptiſana cum melle, aut alica ſimiliter: aut micæ aqua mulſa calida maceratæ offerantur. Forinſecus verò ceruici atque vniuerſo collo lanam oleo calido imbutã imponere oportet, ſimilitérque cataplaſmate calido laxante ac deprimente collum contegere conuenit: velut eſt id quod ex ſemine lini cũ aqua mulſa apparatur. Hoc enim ductu tum locus ipſe ſuppuratur, tum ſpina cõmota, ſimul cum his quæ deglutiuntur, deducitur. Aliud. ad eductionem eorũ quæ in tonſillas deuorata ſunt. Statim te ad ægrũ deſidentem conuerte, ipſúmque tibi attendere iube, ac dic, Egredere os, ſi tamẽ os, aut quicquid tandem ex iſtis: quemadmodum Ieſus Chriſtus ex ſepulchro Lazarum eduxit, & quẽadmodum Ionam ex ceto. Atque apprehenſo ægri gutture dic, Blaſius martyr & ſeruus Chriſti dicit, Aut aſcende aut deſcende.

De arteriarum pharmacis, Cap. LI.

ASperæ arteriæ extremũ & ſubiacentem ipſi aſperam arteriam, cũ ſuis propriis muſculis, pellicula quædam fortiter complectitur & ambit. Quando igitur affectio aliqua, ſiue iuxta eam ipſam pelliculam, aut circa extremi ipſius arteriæ muſculos contingit, remedia quæ vim medendi eam obtinent, arteriaca communiter appellãtur. Afficitur autem pellicula hæc, aut ob nimiã humectationem, aut aſperitatem, aut vlcerationem. Vo-

cis enim nocumenta, videlicet eius interceptio, hoc eſt nõ poſſe loqui,& raucitas in loquẽdo,ad plures cauſas cõ ſequũtur: aliquando quidem propter diuturnos ex capite defluxus,aliquando verò propter ſuppurationem thoracis & tabem. ex vociferatione etiam magna & plurima,raucedo vocis oboritur,& ob frigidi & inſueti flatus inſpirationem, & ob plurimam ac inſuetam potionem vini meraciorem. Verùm hæ affectiones magnitudine inuicem diſtant. etenim vehementius humectis vocis inſtrumentis,vocis interceptio contingit:mediocrius autem rigatis,vox raucoſa perficitur. Itaque qui ex vehementi clamore, amplius voce vexantur, conſimile quiddam patiuntur iis qui reliquis corporis particulis fatigatis & ex labore afflictis afficiuntur. Nam & pellicula quæ arteriæ extremum atque ipſam aſperam arteriam ambit, per magnas vociferationes extrà prolato ſpiritu perculſa,inflammatur. Et iuxta arteriæ extremum, vltra hanc plagam, muſculorum ipſum mouentium actio offenſa, maiorem affectionem operatur. Muſculi enim illi vocem operantes, ob magnas vociferationes, non ſolùm ab erumpente ſpiritu perculſi læduntur: verumetiam ſuperextenſi vehementer, maximam ſuſtinent laſſitudinem. Curatio autem horum coincidit cum iis qui alias particulas corporis habent fatigatas. Balneum enim dulcium & bene temperatarum aquarum, magnopere iuuat omnes phonaſcos *Græcis* appellatos, qui vocis exercitio magno vtuntur: citharœdos inquam, & præcones,& tragœdos, quum cõtendendo oblæſerint vocem. Quemadmodum autem oleum forinſecus illitum,omne corpus à fatigatione refocillat:ſic & cibi mordacitate carentes & deprimentes ac laxantes,tum affectam arteriæ pelliculam,tum ipſos muſculos, & pharmaca arteriaca vim obſtruendi meatus habentia,iuuant. Quum igitur afflictiones ac laſſitudines velut diſtendentes circa extremi ipſius arteriæ muſculos, & ipſam pelliculam generantur, in principio quidem leniſſima edulia conueniunt: pharmaca verò obſtructoriam meatuum vim habentia. Sedata autem inflammatione aliquod ex modicè repurgantibus eſt adhibendum:deinde rurſum aliud, ſed priore præſtantius, vt paulatim ad medium repurgantium perueniatur: deinde ab hoc adhuc fortius diſcuſſorium adhibeatur, vt hoc modo ſemper ad vehementius progreſſus fiat,quando videlicet diutius veluti indurata affectio in vocalibus organis perſtiterit. Primi itaque ordinis erit tragacantha, & gummi,& aſter Samius, amylúmque, & ex alica ac trago probè decoctis ſorbitio. lac etiam conueniens eſt,& dulciarii panes, oua ſorbilia, & nuces pineæ madefactæ,ſeſama, & ſapa quæ ſireon quoque & hepſema appellatur. Hæc itaque inflammatis affectionibus circa arteriam arteriæque extremum,conueniunt: quibus vtendum donec moderatior inflammatio fiat. A vini autem potu abſtineant hoc tempore intotum. Poſtquam autem inflammatio moderatior reddita eſt, paſſum theræum exhibendum eſt, & ſapa. butyrum quoque conueniens eſt, & amygdalæ vnà cũ ſorbitionibus decoctæ: lac item ac mel diutius cocta, amylo ipſis iniecto: quòd ſi non adſit,panis ſiligineus ſiccus contuſus & cribro excuſſus, lacti dum coquitur infarciendus eſt. Manifeſtum itaque eſt,quòd per huiuſmodi victum, tum pellicularum,tum muſculorum circa arteriæ extremum atque ipſam arteriam, inflammatio ſedatur. Relinquitur autem humiditas multa, propter quam impoſsibile eſt vocem eſſe claram,niſi rurſus eduliis vtantur & pharmacis mordacitate carentibus & repurgantibus, velut eſt faba elixata, & ptiſana, & ſemen lini torrefactum. Hæc enim medium obtinent inter ea quæ mediocri vi prædita ſunt, & ea quæ meatus obſtruunt pharmaca. His autem amplius repurgat reſina terebinthina,& thus cum deſpumato melle,amygdalæ amaræ,braſsicáque & probè decocti porri. Iis verò adhuc fortiora ſunt,farina erui,hormini ſemen, iridis radix & panacis. Omnibus autem prædictis,maximè mollibus, paſſum Creticum, deinde theræum & ſcybelites conuenienter miſcentur:ſapa quoque quam ſireon & hepſema vocant, ex muſto ad tertiam partem menſuræ decocto apparata, omnium maximè meatus obſtruit,citra etiam mordacitatem meatus lenit. Quod verò ex caricis apparatur decoctum ad mellis ſpiſſitudinẽ,magis diſcutit ac repurgat. Omnium itaque ſimplicium pharmacorum vires noſſe oportet, eum qui aliquod compoſitum eſt facturus. Qui enim eas nouerit,etiam eis quæ ab aliis compoſita ſunt rectè vtetur, maximè quũ indefinitè fuerint deſcripta. His igitur præexplicatis,arteriacas cõpoſitiones à veteribus deſcriptas ſubnectem⁹. Arteriaca ad vocis aſperitates,in principiis exhibita leniſſima:Gummi drachmas duas, tragacanthæ drachmam vnam, ſapæ ſextarium vnum. Gummi & tragacantham contuſa & cribrata, cum ſapa contere donec diſſoluantur:deinde ſuper prunas fumum non emittentes decoque, donec non inquinent teſtæ inſtillata: exhibe autem ex ea ſub lingua tenendum. Alia arteriaca. Gummi quincuncem, paſſi ſextarium vnum, mellis libram vnam. Gummi modica aqua dilue & ad reliqua coniectum ſuper prunas non fumantes decoque, vt prædictum eſt. Ante ſomnum verò delingendum exhibe. Antonii Muſæ, ad vocis interceptiones. Braſſicæ viridis cauliculos depurgatos manducandos exhibe, & quod inſtar palearum exſuccum eſt expuere iube: ſuccum autem ipſum deglutire. Aliud. Succi eryngii aqua decocti heminã vnam, ſucci ficuum aqua decoctarum tantundem, gummi læuiſſimè triti drachmas octo, decoque ſimul diligenter, donec ad arteriacæ craſſitudinem redigatur,& delingẽdum exhibe ex eo ante ſomnum vſque ad cyathi menſurã. Alia arteriaca,ad aſperitates,raucitates,tuſſéſque, & ſputũ ſanguinolẽtum: Amygdalarum amararum decorticatarum numero vigintiquinque, ſeminis lini torrefacti drachm. quatuor,tragacanthæ drachmas duas,oui in fermento aſſati vitellum. tragacantham in modica aqua maceratam, vnà cum reliquis omnibus paſſo excipe. Si verò ſonus vocis ſit fract⁹, mel pro paſſo admiſce,maximè ſi ex pectore aliquid educi oportet. Aliud. Braſſicæ ſuccum cum melle decoctum delingendum præbe, & confeſtim auxiliabitur.

Ad inueteratas affectiones variæ arteriacæ, Cap. LII.

ORibaſii,ad aſperitates & ſuperfluam vocem: Croci drachmas ſeptem,radicis dulcis,ſpinæ nardi, cuiuſque drachmas quatuor, myrrhæ drachmas tres, thuris drachmas tres, ſeminis hyoſcyami drachmam vnam, mellis deſpumati vncias ſex,piperis albi grana quinquaginta. exhibe ſub lingua tenendam magnitudine fabæ. Alia arteriaca ſub lingua tenenda, ad ſuppreſſam vocem, raucoſos & cruenta reiectantes. Tragacanthæ drach. ſex, gummi drachmas ſex, myrrhæ drachmas duas, obolos duos,thuris ſeſquidrachmam,piperis albi grana viginti, croci drach. vnam, ſucci radicis dulcis drach. ſex, carnes phœnicobalanorum numero trium, paſſi Cretici quantum ſatis eſt. Gummi & tragacantha contuſa & cribrata paſſo macerantur cum radicis dulcis ſucco: quòd ſi non adſit ſuccus, radicem tuſam & donec cogatur decoctam coniicimus quadruplici pondere. Alia arteriaca, quæ etiam ad tuſſim prodeſt: Seminis lini contuſi & cribrati,vuarum paſſarum pinguium ſine vinaceis, nucum pinearum toſtarum,nucum auellanarum mundatarum, æquales partes in farinam redactas,melle cocto ſufficienti excipe,& cochleariũ exhibe antè ſomnũ. Eclegma quo vtimur:Vini ſcybelitæ ſextarium vnum,gummi ſeſcuncem,mellis dodrantem. Gummi pauca aqua præmacera, deinde omnia ſimul contrita in diplomate decoque, ac vtere. Aliud,Charixeni. Succi radicis dulcis drachmas ſex, tragacanthæ drachmas ſex, croci drachmas duas,myrrhæ, thuris, cuiuſque drachmam vnam, ſpicæ nardi drachmam vnam, paſſi protropi chœnices tres: decoque donec in mellis modum cogantur, ſiccis probè commixtis,ac vtere. Eadem enim poteſtate valet qua & ſequens. Aliud, ſub lingua tenendum ad ſuppreſſam vocem, ac reliquas circa arteriam affectiones:Tragacanthæ drachmas duodecim. gummi drachmas duodecim, myrrhæ drachmas tres,thuris drachmas tres,carnẽ phœnicobalanorum numero ſex, radicis dulcis drachma.

vi.paſsi protropi aut theræi quantum excipiēdis his ſatis eſt. ſit autem paſſum ipſum præcoctum ad mellis craſsitudinem. Exhibe fabæ Ægyptiæ magnitudine ſub lingua detinendum,& diſſolutum deglutiendum. Alia arteriaca,faciēs ad vocem fractā, raucoſam,& ſuppreſſam, inflammationes tonſillarum.vtilis eſt phonaſcis & ante & poſt certamen exhibita.iuuat refrigeratos. prodeſt veteri & recenti tuſsi, ſpuentibus ſanguinem, & ſurſum reiectantibus,& cœliacis. conducit etiam ad anhelitus fœtorem. Croci drach.iii.myrrhæ drach.i.ſucci radicis dulcis drach.i.paſsi Cretici ſextarios iii.paſſum ad tertias decoque & cum eo prædicta excipe ac vtere. Aliud,ad vlceratam arteriam, Charixeni. conuenit etiam phonaſcis, *hoc eſt qui uocis exercitio utuntur*, ante certamen & poſt exhibita.facit & ad circumdolentes oculos, extrà impoſita lana ex eo madefacta, & ad interaneorum affectiones delincta. Gummi drach.xii.tragacanthæ drach.xii.thuris drach.iii.myrrhæ drach.iii.croci drach.ii.ſucci hypociſtidis drach.ii.paſsi ſcybelitæ ſextarium vnum. Gummi & tragacantham contundito & cribrato vnumquodque ſeorſim,& cum modico paſſo diluito,reliqua verò fracta & præmacerata ſimiliter cum modico paſſo cōterito. Crocum verò in raro laneo panno ligatum, in ollam appendito, in qua reliqua coniecta ac aſsiduè agitata decoquuntur:deinde extracto croco, & probè contrito, reliqua omnia in pilam coniiciantur, & vt cocta ſunt, cum croco vniantur,& vtitor. Alia arteriaca,ex cuius vſu ſæpe magnam laudem aſſequutus ſum.Nuces pineas ſexaginta,amygdalas amaras delibratas quadraginta, carnem phœnicobalanorum ſex, ſucci radicis dulcis ſcrupulos duodecim,croci ſcrupulum i.myrrhæ ſcrup.i. tragacanthæ ſcrupulos vi. paſsi Cretici quātum ſufficit.Quibus verò eductione ex pectore opus fuerit,mel & ſapam adde.

Alia, Andromachi. Pinguedinis gallinæ recentis quadrantem,mellis heminam i.decoque ſimul,& cum rutæ ramulis agita donec cogatur.exhibe eam ieiunis, & poſt cibum,& ad noctem. Sorbitio ad ſuppreſſum ſonum, maximè ab humore. conuenit etiam phonaſcis: Porros in aqua ad tertias decoque, atque ipſos quidem abiice, aquæ verò alicæ ſuccum admiſce, & mel & ouorum lutea iii.quæ vbi commiſcueris,ad tertias decoque,& excola:deinde affuſo ſapæ optimæ ſextario i.rurſus donec cogantur decoque,ac ramulis anethi circumagita. da ex ea manè & veſperi cochleare vnum. Arteriaca neceſſaria,phonaſcis commoda: expertus ſum etiam eius valorem ad rauceſcentes ob humiditatem plurimam: Coſti,folii,ſpicæ nardi,amomi, piperis, caſiæ, maſtiches, cuiuſque drachmas quinque,opii drach.ii.mellis & ſucci mororum æqualiter mixtorum quantum ſatis fuerit. excipe pharmacum cum eis,quò viſcoſa coactio reddatur, & vtere.Exhibe ſub lingua tenendum magnitudine nucis auellanæ.caueto ne nimis ſolidum facias, vt facilius ſub lingua liqueſcat. Alia arteriaca,ad affectiones aſperæ arteriæ, & pulmonis, ad reiectantes ſanguinem, & omnia vitia manifeſta: maximè verò prodeſt crebrum & rectum anhelitum ducentibus: Squillæ depurgatæ coctæ drachmas ſex, ſeminis lini drachmas duas,ſeminis vrticæ drachmas duas, ſucci verbenacæ exiccati drachmas duas,thymi drachmam vnam, farinæ erui drachmas i i. pulegii, iridis, betonicæ, aniſi,naſturtii,apii,ſeminis fœniculi, ſeminis anethi,piperis, fœnigræci, cuiuſque drachmam vnam,excipe melle Attico:exhibe manè & veſperi quantum cochleari accipi poteſt. Alia,ad arteriæ affectiones,& pulmonis vlcera,reiectiones puris & ſanguinis,deſtillationes ad pectus,&ad eductionem eorum quæ in pulmone coaceruata ſunt valde efficax. Reſinæ terebinthinæ,croci, thuris,myrrhæ troglodyticæ,terræ quæ aſter appellatur, cinnamomi,nucum pinearum purgatarum, radicis dulcis,ſingulorum drachmas quatuor, amomi, tragacanthæ, carnis palmarum pinguium,cuiuſque drachmas tres, ſpicæ nardi drachmas duas, caſiæ drachmas duas, coſti drachmam vnam, galbani depurati obolos quatuor,mellis Attici libras ſex. Mel & terebinthinam in diplomate decoque,atque vbi condenſari cœperint, galbanum præmollitum admiſce, ac donec non inquinarint amplius decoque, deinde agitando frigefacito, & cum reliquis contuſis in pila permiſceto. vſus eius eſt ſub lingua detentæ. Alia quæ ſimiliter ad omnia prædicta efficax eſt: Spicæ nardi drachmas quatuor,croci drachmam vnam, piperis grana triginta, radicis dulcis drachmam vnam, nucum pinearum depurgatarum numero centum, ſtyracis drachmas duas, balauſtiorum drachmas tres,tragacanthæ drachmā vnam,cinnamomi drachmam vnam,amomi drachmam vnam, thuris drachmā vnam, mellis ſeſquilibram,aut paſſi Cretici heminas octo. paſſum in duplici vaſculo ſiue diplomate coquitur ad mellis ſpiſſitudinem, & ad reliqua arida in pila trita affunditur. Tragacantha autem tunditur,cribratur,& diluitur vnà cum ſtyrace in vino modico dulci,atque ita admiſcetur.exhibe ex eo cochleariū vnum: expertus enim ſum ambo hæc adſcripta magna celebritate probari. Compoſitio ex capitibus papaueris varia: Capita papaueris centum & viginti in aquæ ſextarios tres coniecta,ad dies quinque macerato, deinde ad tertias decoquito, & abiectis capitibus ad aquam mellis ſextarium vnum admiſceto. quibus ſimul ad ſpiſſitudinem mellis ita vt nōdiffluāt,croci,myrrhæ,acaciæ, ſucci hypociſthidis ſing.drachmam vnam infarcito,& ante ſomnum delingendum exhibeto. prodeſt reiectantibus ſanguinem, cœliacis ac dyſentericis. Ego autem ad huiuſmodi ex capitibus papaueris compoſitionem,quando ſcilicet ad libram vnam aquæ decem papaueris capita iniiciuntur, prædicta commiſceo,& pro pharmaco fluxiones ſiſtente ac repreſſiuo vtor. Alia ex libris Aſclepiadæ, panacea Mithridatis. Iis qui vocis exercitio vtuntur, ante & poſt certamen vtilis. facit ad glandularum inflammationes, columellam laxatam, & ad gingiuas humore turgentes & vlcera ſerpentia oris, ad motos dentes, & deſtillationem, tuſſim veterem & recentem, ſanguinem ſpuentes ac rurſum reiectantes. Vtor ea aliquando citra admixtionem,aliquādo autem paſſo aut ſcybelite vino, aut aqua calida diluta.Etenim ad tonſillarum inflāmationes aque conſimiles affectiones vtendum eſt pharmaco hoc diluto:ad eas verò quæ in profundo hærent, immixto &puro.Verùm compoſitio ipſa hoc modo habet:Radices filicis quamcraſſiſſimæ diligenter lauātur, donec terrenæ ſordes intotum diſcedant:deinde refrigerantur, in fruſta digitali magnitudine diſſectæ: ex quibus libras tres accipimus,& capita papaueris agreſtis mediocria cētum & quinquaginta,radicis ſymphyti depuratæ,corticis radicis mandragoræ, rhei Pontici,roſarum ſiccarum,iridis Illyricæ,radicis dulcis,balauſtiorum,ſingulorum quadrantem, caſiæ trientem,nardi Celticæ ſeſquiunciam, aquæ pluuialis ſextarios quindecim.Omnia prædicta craſſo modo contunduntur,& per triduum madeſcunt:deinde ſequenti die in diplomate ad tertias decoquuntur,exprimuntur &percolantur. In huius autem decocti parte, ſubſcripta per diem & noctem maceramus: ſunt autem gummi puri libra vna, tragacanthæ pellucidæ libra vna, myrrhæ troglodyticæ ſextans, ſucci radicis dulcis ſextās,croci ſextans,ſucci hypociſthidis ſextās,maſtiches vncia vna. ſequenti deinde die diligenter & paulatim hæc trita diluimus,& quod ſupereſt ex ipſo decocto ac expreſſo liquore paulatim adiicimus. & poſtea vinum ſcybelites aut theræum,aut aliud dulciſſimum ſextariorum vigintiquatuor menſura, in vas fictile diffuſum decoquimus, donec ad mellis craſſitudinē redigatur:deinde adiectis etiam tritis omnibus, rurſus ad coactionem decoquimus,& ablatis vtimur. Datur ex hac quantum cochleari excipi poteſt. Compoſitio ex capitibus papaueris,ad tuſſes humidas,dolore affectam arteriā, & fauces, & ad deſtillationes à capite ad pectus. vtilis eſt etiam ad vigilias: Capita papaueris Thebaici mediocria vnà cum ipſo ſemine, decem,aquæ pluuialis ſextarium vnum, radicis dulcis parum quiddam:per diem vnum præmacerato,donec flaccida tactu fiant capita, decoquito, exprimito & percolato, ac ad decoctum dimidium eius mellis adiicito, & rurſus ſuper prunas ad mellis craſ

ſitudinem decoquito ac vtitor. Accuratior huius antidoti apparatus, atque etiam partim vſus, prædictus eſt Sermone quinto, De propriis ægrorũ potionib⁹ loco. Quòd ſi magis adſtringens alui profluuiorum facere velis, & ſanguinem ſpuentibus commodum, ſucci rhois rubri drachmas duas adiice, & acaciæ drachmas duas. hæc autẽ in paſſo diluta, tum demum quum ab igne ablaturus es pharmacum, in ollam coniice, & parumper ferueſieri ſine, ac vtere, cochlearium exhibens ante ſomnum.

De deſtillatione ſiue catarrho, & narium muco, ex Galeno, Cap. LIII.

DEſtillationis & muci cauſa eſt cerebrum, quod quidem à frigore ad frigidam intemperiem deducitur: ab æſtu verò calefit & repletur. Vinum quoque vltra modum potatum, caput replet, & balnea calidiora, & largior perfuſio capitis ex aqua calida, maximè ſi alias calidius caput exiſtat: & cibus ſanè qui in ventre incoctus perſeuerat neque infrà excernitur, in caput impetũ facit. Repletum itaque caput rurſus ad ſubiecta membra humores demittit: & ſi quidem ad nares hoc ipſum excrementum defluat, coryzam, *id eſt mucum* appellare conſueuerunt, *& Latini amplius grauedinem*: ſi verò ad gurgulionem, morbum vuam appellatum generat. Eſt autem affectio circa gurgulionem conſiſtens aut aliâs ipſum gurgulionem tumidum facit. Promptiſſima itaque eſt ad nares & ad os defluxus delatio, quanuis aliquibus etiam ad oculos, aliquando & ad aures deferatur. Atqui delationem ad os, etiam ſtomachus ſiue gula excipit, & aſpera arteria, atque ipſum adeo arteriæ extremum: quod ſanè extremum, ob ipſum ad ſe delatum à capite defluxum ſuperhumectatum, in principio raucoſam vocem producit, & progreſſu temporis etiam paruam. quòd ſi amplius augeſcat malum, vox ipſa in totum perditur. nam ipſa aſpera arteria vnà cum ſuo extremo permadeſcit. At ſi acrior fluxus ipſe exiſtat, non tantùm vocis damnum prædictæ particulæ patiuntur, ſed grauiſſima etiam eroſio accedit, talis naturæ quales circa cutem accidere ſæpe videmus citra vllam externã cauſam, eóque modo etiam pulmo ipſis exulceratur, vocatúrque hæc affectio tabes. Quòd ſi ad gulam & in ventriculum fluxus deferatur, ſi quidem frigidus exiſtat, in frigidam intemperiem corpora perducit: calidus verò in intemperiem calidam. exulcerat etiam ea temporis progreſſu: in principio verò appetitioni nocet & concoctioni. Si itaque frigidus fuerit defluxus, tardas concoctiones & cruditates ac ructus acidos efficit: ſi verò calidus fuerit, in corruptionem adiget cibos: vnde nidoroſè aut fœtentes aut acidæ eructationes producentur, aut etiam alterius cuiuſdam quæ nominari non poteſt, aut etiam nomen habentis qualitatis. Vbi verò altius penetrarit nocumentum, etiam inteſtinum ieiunum afficit, & ad colum vſque pertingit, atque ad meſenterii venarum vaſa, per quæ ad hepar diſtributio atque digeſtio alimenti contingit. Aliquibus itaque deiectio appetitus accidit: aliquib⁹ verò appetitiones præter naturam, quas appellant caninas, aut etiam vitioſorum ciborum concupiſcentia, qualis mulieribus prægnantibus pica morbo infeſtatis contingere conſueuit. Manifeſtum autem eſt & gurgulionem & tonſillas affici: quin & parulides & glandulæ, & dentium eroſiones, vlcerationéſque & putredines oris, ad feroſas ex capite in ipſum os deſtillationes ſequuntur. Cæterùm vulgus medicorum, aut gurgulionem reſecat, aut pharmaca exhibet quæ per aſperam arteriam ſputi eiectione in pulmonem dilapſa educant: alii verò ventris curam gerunt, quemadmodum alii dentium & oris, aut etiam affectionum in naribus aut oculis aut auribus curam moliuntur. Principium inuentionis Galeni. Melius autem erat (mea quidem opinione) velut fontem malorum excindere, ſanato videlicet capite: quòd ſi impoſſibile ſit facere, ob vehementiam naturalis intemperiei, omnino tamen eius ſaluti conſulere oportet, indicatione ex figura ipſius accepta quomodo ei ſubueniri poſſit: non enim mox, veluti aliqui medici omnibus capitibus ſemper ex thapſia & ſinapi cataplaſmata adhibent, ſic & te facere volo. Etenim ſi à calida intemperie caput vexatur, omnia calida pharmaca nociua exiſtunt. Oportet itaque ipſos balneis multis calidis potabilium & dulcium aquarum conſolari, ſimúlque generatos in capite vapores calidos diſcutere, & temperaturam omnem in melius mutare. Nociuus autem eſt eis vſus aquarum natura ſua calidarum. quæquunque enim ſulphurulentæ ſunt, & bitumen olent ob caliditatem ſuam contrariæ ſunt capitibus natura calidis. quæ verò aluminoſæ, coarctatione ſua caput offendunt. verùm calidas dulces non appellamus ſua natura calidas. neque enim inuenire eſt quæ ſuapte natura calidæ exiſtant, ac non aliqua medicamentaria qualitate participent. Qui verò caput vehementer calidum & peruſtum habẽt, & ob id aſſiduè à deſtillationibus vexantur, his melius eſt hora æſtiua ex roſaceo vngi, ex ſolis roſis & omphacino oleo citra ſpiſſamentorum adiectionem apparato. Quædam autem capita propter calidiorem arteriarum temperaturam, tum vertigine tũ dolore apprehenduntur: in quibus etiam arteriarum inciſione vtimur. Quare conſiderare oportet præcedentem deſtillationis cauſam, & præhabitam diætam: atque ita remedia contraria afferre. In vniuerſũ autem pauco cibo & quiete vtendum eſt, vitato etiam frigore & calore: ſi verò cibi incocti amplius in ventre innatent, ad vomitum æger eſt inhortandus. Philumeni. Valde vtile eſt iis qui deſtillationem patiuntur, ſi eorum plantæ pedis cum pice in oleo plurimo diſſoluta conſtanter fricentur, ex eadémque inguina & ſedes perungantur: nares verò ex thure & myrrha cum vino & oleo contritis, ac ad mellis craſſitudinem redactis illinantur, & vnguentum irinum ſimul naribus inſtilletur. Melanthium etiam torrefactum linteolo illigatum odorent, aut hedychroon manibus teneant & aſſiduè odorent, aut cyphi eodem modo. Conuenit etiam inflammationem arcentia emplaſtra fronti imponere, velut eſt iceſiæ, & emplaſtrum oxerum appellatum, itémque barbarum cruẽtis vulneribus deſtinatum, & athena. Gargariſſent autem aſſiduè paſſum ſcybelites, aut ſapam calidam. Sorbitionibus verò vtantur decocto hyſſopi, ficuum & nucum pinearum, atque iridis: item alica ex paſſo decocta. Si verò ab his nihil leniatur deſtillatio, neque tamen amplius augeſcat, ſed eodem modo ad plures dies perſiſtat, præſentiſſimum auxilium capitis irroratio exiſtit, maximè in æſtate, & capitis temperatura calidiore. Oportet autem in balneis ex alto frigida aqua delabente caput ſubdere, vt violentum inde ſuſtineat inſultum: eueſtigio enim denſitatem diſſoluit. Animaduerſionem tamen habere oportet, an thorax inde facilè offendi poſſit: conſueuit enim promptè à capite frigiditatem tranſſumere ac fortiſſimas vexationes perferre. Porrò diuturnas deſtillationes fortis clyſter ſanat, aut vomitus à raphanis ieiunis factus, aut purgatio exhuberantis humoris, & irrigatio capitis ex vnguento irino aut optimo nardino. Iis verò qui continua & inueterata iam deſtillatione afficiuntur, caput radere oportet, & factis ſcarificationibus, bituminoſa emplaſtra imponere: pharmacis autem deglutitiis vtendum huiuſcemodi. Eclegma ad deſtillationem: Mellis ſextantem, butyri recentis vnciam vnam decoque, & in duas partes diuiſum delingendum exhibe, iis qui eductione opus habent.

Manducatio ad eandem: Semen hormini, ſemen papaueris nigri, ſemen lini torrefactum, æquis portionib⁹ contunde, & cribro excute, melléque cocto excepta cõmanducanda manè exhibe. Probè etiam ad deſtillationes facit antidotus ex capitibus papaueris ſoporifera, ante ſomnum exhibita: etenim ſomnum dulcem infert, & reprimit influxum. Eius apparatus paulo antè inter arteriacas compoſitiones dictus eſt, & in quinto ſimiliter Sermone de propriis ægrorũ potionib⁹ loco.

Catapotium valde celebre ac dolorem leuans: Styracis drachmas ſex, myrrhæ drachmam vnam & dimidiã,

terebinthinæ drachmas duas, opopanacis drachmas II. iridis drachmas duas,piperis albi,ſpicæ nardi,nitri,ſeminis hyoſcyami, opii, cuiuſque drachmam vnam. arida contundito ac cribrato:reliqua verò in pila citra liquoris admixtionem contuſa ſimul committito,& grana in erui magnitudinem informata ante ſomnum deglutiēda exhibeto,neque quicquam vltra ſorbitionis admittito. dantur ad ſummum grana quatuor,medium tria,minimum duo. Aliud,quod etiam dolorem leuans,tum tuſſi,tum deſtillationi opitulatur: Styracis drachmas quatuor,myrrhæ drachmam vnam, opii drachmā vnā, galbani drachmam vnam,contunde in pila,& ſapa affuſa ſubige,& catapotia erui magnitudine informa, quorum ſimiliter ad ſummū quatuor exhibe, medium tria, minimum duo. abſorbeant etiam inſuper paſſi calidi diluti cyathos duos. Aſclepiadæ remedium: Pyrethri,coſti,vtriuſque drachmas duas, piperis albi drachmam vnam,contuſa & cribrata repone. Vſu verò expetente,apprehenſis naribus pharmacum attrahere præcipe. Aliud: Piperis drach. duas,ſeminis vrticæ drach. duas,croci,myrrhæ, coſti, cuiuſque drach. I. vtere vt dictum eſt. Caſeus autem tener & recens,comeſtus vtilis eſt, & cauliculi braſſicæ crudi à ieiunis comeſti,ſimiliter & braſſica delicatior cocta & comeſta. Qui verò calidiori præditi ſunt temperatura, lactucæ cauliculos parumper ferueſactos comedant:in poſca verò ipſos intingant.

De tuſſi, Cap. LIIII.

TVſſis cauſæ variæ ſunt. nam & humor à capite ad aſperam arteriam deſtillans tuſſim efficit, & aſperitas ſola pelliculæ aſperam arteriam intrinſecus ambientis tuſſim irritat. Qui præterlabuntur etiā cibi ac potus,tuſſim mouent:& lumbrici ſtomachum infeſtātes,tuſſiculas paruas excitant. Et acris humor ſtomachum perturbans,ac irritatiuam aliquam qualitatem ad fauces demittens,imaginariam tuſſim producit,quemadmodum etiā in iis qui ſtomachi morſum ſentiunt, & ſaliuæ ad eū influxu vexantur, euenire ſolet, quum nihil moleſti iuxta aſperam arteriam obuerſetur. Intemperies quoque frigida reſpirationis inſtrumentorum,tuſſis cauſa exiſtit:verùm hi moderatè ac minimè violenter tuſſiunt, adeo vt non ſolùm per ſpiritus compreſſionem, retinere queāt & impedire tuſſim,ſed ſanare etiam ſæpiſſimè,per reſpirationis inhibitionem frigefactas particulas calefaciēdo. Signum autem ob ſolam intemperiem frigidā tuſſientium eſt,ſi per inſpirationes irritentur, frigiditate videlicet exinde intenſiore facta & aucta. quādo igitur hi leniter inſpirāt ac aerem attrahunt, & in calida domo verſantur, parum vel omnino nihil tuſſiunt. Quæ verò cum titillatione partium,ab vtraque palati parte contingunt tuſſes, palàm oſtendunt defluxum à capite ad aſperam arteriam afferri,itémque ad pulmonem. Quòd ſi nihil expuant ſic affecti, tenuem eſſe defluxum indicat, qui expulſione ſpiritus diſſectus, præ tenuitate ſua rurſus fluxum reflectit: id verò ex humore per ſputum reiecto manifeſtè apparet. craſſiorem enim priore habet cōpagē, etiāſi ſit à ſpiritus impulſione reiectū. Manifeſtū autem eſt quòd humor in pulmone & thorace detētus in morbo laterali, inflammatione pulmonis & tabe,maxima tuſſis cauſa exiſtit. Medemur autem tuſſi à tenui defluxu factæ, per antidotum ex papaueris capitibus inſpiſſantes,aut per alterius cuiuſdam pharmaci dolorē leuantis vſum,& per cibos boni ſucci. Si verò craſſus aut viſcoſus fuerit affligens humor, per ea quæ extenuant & diſcindunt medebimur. Inſtrumentorum autem reſpirādi frigiditatē per calefacientia emendamus: quæ verò ab aſperitate fit, per lenientia & mordacitatem arcentia ſanatur, qualia ſunt ex arteriacis compoſitionibus ſimpliciora. His itaque præexplicatis,ea quæ à veteribus deſcripta ſunt ad tuſſim remedia ſubnectemus. Nos verò ad præſcriptam methodum animum conuertētes,atque vniuſcuiuſque ſimplicium pharmacorum vires edocti, facilè ad quamcunque affectionem conuenientia remedia afferemus,etiam ſi à priſcis indefinitè ſint deſcripta. Remedia autem hæc ſunt: Styrax nucis auellanæ magnitudine deuoratus, tuſſes ſedat,ac deſtillationes. vtilis eſt etiam ad raucedinem. Aliud: Ficus ſiccas pingues in vino dulci meraco madefactas, vnà cū vino deuorandas exhibe. hoc tuſſes mitigat. Terebinthinam & mel coctum delingenda præbe,& vinum dulce dilutum inſuper abſorbendum:hoc enim attenuat & educit. Aliud: Filicem contuſam & cribratā paſſo inſtar polentæ inſperge,& abſorbendam exhibe. prodeſt etiam ſanguinem reiectantibus. Aliud, quod ad tuſſes noctu moleſtiā exhibentes conducit: Mēthæ ramulos tres tritos, affuſo aceti cochleario ante ſomnum abſorbendos præbe. adiuuat concoctionem, ſtomacho vtile eſt, & craſſitiem diſcindit. Aliud: Nucum pinearum torrefactarum,amyli,radicis dulcis, ſeminis vrticæ, ſeminis lini, cuiuſque ſextantem,iridis, piperis, hyſſopi,ſeminis naſturtii,amygdalarum amararum,ſingulorum vnciam vnam:excipe melle probè deſpumato, & præbe ex eo cochlearium mediocre. Compoſitio ex marrubio ad tuſſim: Marrubii ſextantem, hyſſopi vnciam vnam,iridis drachmas quatuor,pulegii drach. quatuor, calaminthæ montanæ drach. quatuor,bulborum ſcillæ ſcrup. ſex,nucem vnam pineam bonam & integram, caricas pingues quinque,aquæ ſextarium vnum & dimidium,mellis heminam vnam. vtere. Eclegma tuſſientibus aptum: Nucum pinearum repurgatarum drach. duodecim, palmarum pinguium drach. octodecim, iridis drach. duodecim, ſeminis lini torrefacti drach. octo, tragacanthæ drach. duodecim,amygdalarum dulcium delibratarum drach. ſedecim,mellis deſpumati quantum ſufficit. Tragacantham in vino dulci modico ma[illegible]eratam & dilutā, primùm cum deſpumato melle decoquito,atque vbi ſ mel ebullierit, reliquis in mortario probè contritis affundito,& vtitor,cochlearium exhibens manè & veſperè de digito delingendum. mellis enim tantum adiicere oportet,vt delinguibile pharmacum fiat. Aliud eclegma ad tuſſes recentes: Vini dulcis veteris ſextariū vnum,mellis Attici libram vnā decoque, cum rutæ ramulis aſſiduè agitando, exhibe ex eo myſtri I. menſura. eſt etiam vtile ſtomacho. Alia remedia ad tuſſim conducentia. Coptarium *hoc eſt placentula*,tuſſi accōmodatū. Seminis lini contuſi & cribrati, vuæ paſſæ pinguis & exacinatæ,cuiuſque ſextarium Italicum vnum,nucum pinearum torrefactarum, nucum auellanarum repurgatarum,ſingulorum ſextariū dimidium, piperis ſextantē, myrrhæ vnc. I. croci vnc. I. mellis ſextarios quatuor. Semen lini contuſum cum melle decoquito,atque vbi coactum fuerit & inſpiſſatum, reliqua optimè contrita admiſceto,& ſimul vnito. exhibe ex eo magnitudine nucis auellanæ. Ad tuſſim inueteratam remedium optimum: Cumini,piperis,ſeminis vrticæ, cuiuſque vnciā vnam,mellis deſpumati ſextarium vnum. contrita cum melle ſubigito,ac parumper feruefacito, reponito,ac vtitor ex eo præbens cochleariū delingendū. Aliud admirabile: Piperis, pulegii, hyſſopi,calaminthæ,cuiuſque ſextantem, petroſelini vnciam vnam, mellis deſpumati ſextarium vnum:da cochlearium. Aliud ſimplicius bonum: Mellis quadrantem, butyri recentis quadrantem, cumini quamtenuiſſimè triti drach. quatuor. melli prius deſpumato butyrum admiſce,& ſimul calefactis cuminum inſperge,& paulatim delingendum cochlearium vnum exhibe. Aliud ad tuſſes, pituitam repurgans: Hyſſopi vnciam vnam,pulegii ſextantē, iridis,ſinapis,ſeminis naſturtii,aniſi,piperis,ſingulorū vnciam vnam,tuſa ac cribrata,melle deſpumato ſufficienti excipe,& cochlearium exhibe. Hyemis autem tempore, & febre non infeſtante accepturus, piperis ſextantem adiice,& pro aniſo,fœniculum aut cuminum, & pro naſturtio ſinapi,vt ſit ſinapis ſextans ſiue vnc. II. Aliud ad diuturnas tuſſes: Comæ hyſſopi, pulegii de ſuperiore anno,ammii, piperis, erui rufi decorticati, iridis,cuiuſque ſeſcuncem,ſpicæ nardi drach. quatuor,terebinthinæ trientem,butyri recentis ſextantem, mellis deſpumati ſextarios duos. Butyrum & terebinthinam cum melle liquefacito, ac reliquis vnito: vtere exhibito cochleari paruo. Aliud,thoracis affectionibus commodum:

Lomenti fabacei fricti ac tenuiſſimè triti ſeptuncem,

ſeminis lini ſeptuncem, iridis contritæ quadrantem, nucum pinearum torrefactarum drachmas duas, pulegii triti drachmas duas, ſeminis vrticæ drachmam vnam, piperis drachmas quatuor, mellis deſpumati chœnicem vnum. Melli deſpumato lomentum inſperge, ac parũper decoque: deinde reliquis in mortario admixtis vtere. Aliud Acholii: Hyſſopi, pulegii, ammii, piperis, erui ruſi, iridis, cuiuſque drachmas ſex, terebinthinæ drachmas quatuor, ſpicæ nardi drachmas tres, butyri recentis ſextantem, mellis deſpumati ſeſquilibram. vtere. Aliud, ad tuſſim ex ſtyrace: Amomi ſextantem, caſiæ ſextantem, ſtyracis ſeſquiunciam, ſpicæ nardi ſeſquiunciam, croci vnciam vnam, piperis vnciam vnam, mellis deſpumati ſextarium vnum. exhibe cochleariũ.

Ad tuſſim ſiccam: Siccam tuſſim ſanãt etiam paulo antè præſcripta pharmaca: aliquando autem & aquæ ferueſactæ ſorbitio. Qui enim ob pituitæ craſſitudinẽ nihil educere poſſunt, ab humectantibus plus emolumẽti ſentiunt: maximè eo quòd quodammodo ſimul extenuatoria participent facultate.

De pharmacis dolorem leuantibus & ſimul conferentibus tuſſi, Cap. LV.

HOcce pharmacorum dolorem leuigantium genus, ii qui ante ætatem noſtram fuerunt, compoſuerũt, tuſſientibus & ſanguinem reiectantibus præcipuè conducẽs, atque etiã iis qui vltra has affectiones tabeſcũnt: itémque ad alios dolores & affectiones quæcunque circa pulmonem & pectus, ac aſperam arteriam, reliquáque interiora membra conſiſtunt, præterquam quæ propriè colicæ appellantur. Differunt enim hæc à colicis, ſimiliter anodynis, *hoc eſt dolorem leuantibus*, appellatis, tum aromatũ & odoratorũ ſeminum, tum eorum quæ vrinam cient admixtione. Colicæ autem facultates ac compoſitiones iis vehementiores ſunt, excellẽtem vim ſtupefactoriam complexæ, ob multitudinem videlicet eorum quæ refrigerantis naturæ exiſtunt, velut eſt hyoſcyami ſemen, & cicutæ, papaueris ſuccus, & mandragoræ cortex: quibus ſanè ad colicos neceſſariò ob doloris magnitudinem vtimur. Atqui in thoracis affectionibus aliqui ſtyracem & crocum admiſcuerunt: aliqui autem calefacientia: alii etiam aromatica, & cum pauca vi adſtrictoria exſiccantia: quidam etiam nobis familiaria, velut aniſum, apiũ, fœniculum, daucum, & ſeſeli, quæ vehementium pharmacorum vires & iniucunditatem obtundunt, ampliúſque vrinam expellunt: quidam etiam quæ aſperitates leniunt addidere, velut eſt tragacantha & radix dulcis, ac vinum dulce. Quæcunque autem ex eis de pharmacis ſtuporem inducentibus minus participant, ea etiam tabidis exhibemus. Sunt autem à veteribus compoſita doloris leuamenta huiuſcemodi. Catapotium. Pharmacum ad tuſſim accommodatum, inueterata maximè exiſtente affectione. Efficax eſt ad diuturnam deſtillationẽ, dolorẽ capitis, difficulter ſpirantes, & inflammationes pulmonis, ad veſicæ quoque ac vuluæ affectiones: inſcribitur Panacea, ab aliis etiam Stichus. Myrrhæ, opii, piperis, ſtyracis, caſtorei, galbani, æquales partes cum ſapa dulci ſubige, & in catapotii figurã redige, ac ciceris magnitudine exhibe: abſorbeat autem à ſumptione aquæ mulſæ cyathos duos. Harmonia. Aliud pharmacũ vehementer efficax quod harmoniæ appellatione inſcribitur. valet ad deſtillationes, & inexuperabilem defluxum: Styracis, caſtorei, piperis, cardamomi, cuiuſque drach. tres, opii, myrrhæ, ſeminis hyoſcyami albi, cuiuſque drach. quatuor, paſſo probè cocto excipe, & catapotia ciceris magnitudine informa, & ante ſomnum præbe deuoranda. Alia confectio, ad tuſſes diuturnas egregiè & concinnè valens: itémque ad humentes & ob humoris craſſitudinem diu durantes, quæ Symphonos appellatur, & febrem optimè ſedat. Ea omnes veteres celebres vſi ſunt: Piperis, opii, cardamomi, cuiuſque drachmam vnam, croci, ſulphuris viui, myrrhæ, ſeminis hyoſcyami albi, cuiuſque drachmas quatuor, mellis cocti cochlearia tria. hoc enim modo nos apparamus: verùm ſunt qui gentianæ, & daucii, cuiuſque drachmas duas admiſcent. Alia ad tuſſim & tabem iſoſtathmos appellata: Folii, petroſelini, hyſſopi, roſarum ſiccarum, aniſi, opii, croci, coſti, ſeminis hyoſcyami, myrrhæ troglodyticæ, ſpicæ nardi, iridis æquales partes cum melle ſufficienti ſubige. datur fabæ magnitudine ad noctem. Alia iſotheos appellata, ad tuſſim, tabem, omnes morbos internos, & certo circuitu affligentes affectiones: Spicæ nardi drachmas duas, myrrhæ drachmam vnam, croci, coſti, piperis albi, cuiuſque drachmam vnam, galbani drachmam vnam, opobalſami, cinnamomi, mandragoræ ſucci ſicci, caſtorei, cuiuſque drachmas duas, ſeminis dauci ſeſquidrachmam, caſiæ ſeſquidrachmam, mellis deſpumati quantum ſatis erit. Facit ad dolores ſtomachi, iecinoris, pulmonis, oculorũ, ſanguinis reiectationem, abſceſſus dyſentericos, voluulum, renum ac coxendicũ affectiones, difficulter ſpirantes, dolorem laterum, vnicè tamen iliorum ac præcordiorum, profluuium muliebre, & muliebres ſuffocationes. prodeſt contra lethalia venena ante & poſt cibum ſumpta, & ad omnem ſanguinis eruptionem cum frigida, ad viperæ & phalangii morſus in vini cyathis trib⁹: quartanariis, ante febris acceſſionẽ. dantur ex ea oboli duo cũ vini cyathis duobus: ſed præloto tamen antea ægro. Sanat ægrè ſpirantes, & qui niſi erecti ſpiritum ducere non poſſunt, & anheloſos, etiamſi iã ad multos annos affectio durauerit. Sanat quoque antiquas à capite ad pectus defluxiones.

De ſuffitionibus, Cap. LVI.

QVanquam antea ſufficiẽtiſſimè de ſuffitionibus dictum ſit, in ſermone De clyſteribus & euacuantibus, ac aliis quæ ægris offeruntur, (qui ſanè tertius huius operis fuit) dicetur tamen nunc quoque, ſed paucis. Paſtillus ſuffumigabilis tuſſientibus & orthopnoicis commodus: Abrotoni, ſandarachæ, ſinapis, cardamomi, æquales partes contundito & cribrato, & cum aqua in paſtillos redigito ac ſuffito, ita vt æger ore fumum ſuſcipiat. Alius paſtillus: Sandarachæ ſextantem, terebinthinæ ſextantem, coſti ſcrupulos ſex, folii ſcrupulos ſex, maſtiches ſcrupulos ſex, laſeris ſcrup. tres, piperis grana quadraginta, redige in paſtillos, ac vtere eodem modo.

Alius: Caſtorei, ſandarachæ, galbani, ſulphuris viui, colophoniæ, propolis, terebinthinæ, maſtiches, croci, chamæleuces, æquales portiones cum aqua in collyria redige, & ipſa per infũdibulũ ſuffito: ſi verò nõ adſit chamæleuce, his conyzã paruã aut capparis corticẽ adiice. Aliud bonũ ſuffumigiũ, per experientiã à nobis inuẽtũ, quatuor ſpeciebus cõſtãs: Styracis, terebinthinæ, ſandarachæ, maſtiches æquales partes excipe, ac ſimiliter vtere. Creditur anheloſos & purulentos ſanare: itémque tuſſim & laterum affectiones: quemadmodum etiã ea quæ paulo antè hîc ſunt præſcripta, atque ea quoque quæ tradidimus in tertio Sermone. Epithema ad tuſſim optimũ, ex ſertula Campana: Sampſuchi, ſertulæ Campanæ, praſii, iridis, cuiuſque ſextantem, myrrhæ vnc. I. thuris quadrantem, reſinæ pinus libram I. olei irini libram I. vtere.

De orthopnoicis, anheloſis, ac ægrè ſpiritum ducẽtibus, ex Galeno, Cap. LVII.

QVI frequenter reſpirant citra febrem, quemadmodum ſolent à vehementi curſu fatigati, eos aſthmaticos, *hoc eſt anheloſos*, medici vocare conſueuerunt, ab accidente videlicet, hoc eſt anhelando: eoſdem etiam ab altero accidente orthopnoicos appellant: deſident enim ac pectus erectum habere videntur, ob timorem ne ſuffocentur, & ſtratũ quoque iuxta ſuperiores partes, ad quas pectus ipſum reclinatur, erectius ſibi apparant, ne dormientes ſtrangulentur. Inſpiratio enim minor ipſis contingit quàm reſpirationis frequentia expoſtulat, quãuis pectus plurimùm ipſis diducatur. Ex quo manifeſtum fit, coarctationẽ locorũ præter naturã intrinſecus adeſſe: cuius etiã manifeſtè ægri ſenſum perceptant. Fit autẽ coarctatio locorum inſpirationis, quum aut craſſorum & tenacium humorum multitudo pulmonis bronchia obſtruxit, aut tumor quiſpiam abſceſſui ſimilis in ipſo conſiſtit. Similiter autem difficulter ſpirant qui aſperã arteriã à multa deſtillatione habent repletam, aut quadã defluxione ex vicinis locis aceruatim in ipſas arterias

delabente. Diſtinguuntur autem inter ſe hæ affectiones: nempe quòd deſtillatio etiam ſanis ex manifeſta cauſa repentè accidit, intotùm fere citra febrem, concomitantibus etiam propriis deſtillationis ſignis. Si verò tumor abſceſſui ſimilis in pulmone fiat, neceſſariò febris conſequitur, neque ita diu pòſt, inflammatione in pus tranſmutata, pus reiicitur cum tuſſi. Si autem crudum tuberculum gignatur, velut Antipatro medico cõtigit, iuxta leues pulmonis arterias, hi neque grauitatem magnam ſentiunt, neque ab orthopnœa intantum infeſtantur. Qui verò propriè orthopnoici & difficulter ſpirantes appellantur, intotum febrem non habent: grauitatis autem ſenſus eis contingit, neque quippiam purulentum per ſputum reiectãt. Porrò curatio prædictarum affectionum quiddam commune habet, quiddam etiam cuique proprium. Commune quidem vt ſuperflua ſubſtantia humoris has affectiones generantis conſumatur & expẽdatur: proprium verò, vt ſi à craſſis & tenacibus humoribus fiant, per extenuantia & inciſiua pharmaca conſumptio fiat: ſi verò à tumoribus abſceſſui ſimilibus affectiones fiant, per extenuantia & deſiccantia conſumãtur. quæ curatio omnibus in profundo corporis abſceſſibus communis exiſtit. Vini autem potio ambabus cõuenit, tenuis ſaltem temperaturæ. In vniuerſum autem, paucus potus conuenit, quibus abſceſſus alicubi adeſt: multus verò, quibus bronchia tenacibus & craſſis humoribus ſunt obſtructa. Etenim repurgantia hos humores pharmaca, neceſſariò tuſſes commouent, verùm non facilè per ſputum reiicitur, ob craſſitudinem, id quod repurgatum eſt: humectatione igitur multa indiget, quò facilius efferatur. & ob id ſanè largior potus anheloſis eſt exhibendus. Pharmaca verò eis conueniunt incidẽtia citra vehementem calefactionem. craſſi enim & tenaces humores, à vehementi calore viſcoſiores redduntur, glutinoſique, vt & difficulter auelli poſſint: quapropter maximè prodeſt eis acetum ſquillinũ, & ipſa quoque ſquilla aſſa cũ melle trita & delincta, & acetũ mulſum ex ea apparatum. Maximum autem remedium (inquit Archigenes) purgatio frequentior exiſtit per pharmaca fortiora: & vomitus à radicibus per interualla ſuſcepti, Cataplaſmata verò ex ficubus & hordeacea farina: magis verò ex loliacea habente reſinam & mel ac ceram admixta. infarciri poteſt etiam ei iris & manna. Malagmata autem conueniunt, quæcunque exulcerant cutem & attrahunt ſaniem, quale eſt Ciſſophontis, & quod cõſtat ex baccis lauri, & quod ex ſemine roſmarini conſtat, & emplaſtrum ex herbis, & quod iceſium appellatur, itémque quod vocatur Thraſeæ. Quòd verò Cyzicenum emplaſtrum dicitur, ſi irini cerati æqualem ſibi portionem aſſumat & vniuerſo pectori imponatur, humiditates conſumit & habitum corroborat. Omnium autem conuenientiſſimum huic affectioni hocce eſt, inquit Archigenes: Emplaſtrum nigrum Archigenis: Ceræ libram vnam, reſinæ pinus ſiccæ libram vnam, iridis ſeſquilibram, bituminis libram vnam, picis libram vnam, æruginis vnciam vnam, myrrhæ ſeſcuncem, thuris ſeſcuncem, radicis cucumeris ſylueſtris, centaureæ, lapidis aſii, ſtyracis, cuiuſque ſextantem, miſyos crudi ſeſquiunciam, chalcitidis crudæ ſeſquiũc. ſalis ãmoniaci vnc. I. galbani, terræ cimoliæ, terræ ampelitidis, cuiuſq; vnc. I. olei lib. II. aceti libram vnã, aut (vt ego ſoleo) lib. duas, ſtyracem cum modico oleo liquefactum in mortario probè cõtere, metallica verò cum aceto diſſolue: herbas autem contunde & cribro excute: liquefactis verò quæ eliquari poſſunt, & percolatis, ac ab igne ablatis, cõtrita adiice, atque herbas inſperge. omnib⁹ autem ſimul vnitis & emollitis vtere. Hoc ſanè multos occultos abſceſſus diſcutit, & in vaporem reſoluit, alios autem aperit. Quicunque autem iam rupti ſunt, & fluidi tamen adhuc permanent, eos mirabiliter exſiccat: eiuſmodi enim pharmacis vix aliud præſtantius reperiri poſſit. Conueniens eſt etiam prædictis affectionibus, Amythaonis epithema, atque eo adhuc magis polyarchion, maximè tẽpore coarctationis locorum. Pectus verò cum vrticis cõfricetur ac cædatur, ac ſquilla decorticata fricetur, deĩde lauacro ac oleo calido loci rubefacti curẽtur. Aſſiduè aũt lenioribus ſolutiuis aluum emollire oportet, quale eſt, cnici acetabula duo optimè contuſa, & cum ſero lactis decocta, ita vt percolatum ſerum & modico melle permixtum bibatur. Vtendum eſt etiam ex thymo, laſere, & pipere, ſalis confectionibus, quibus addita ſit ſcammonia, aut etiam iis quæ fiunt ex roſmarino. Ego verò etiã herbæ ſabinæ optimũ vſum expertus ſum, ſi per ſeipſam drachmæ põdere trita ſumatur, & ſequenti die, duarum drachmarum pondere, tertia trium. in aliquibus autẽ & quarta die vſque ad quartam drachmam pondus auxi. Quòd ſi bene procedat purgatio, ſimúlque cruenta educat, non eſt quem non melius ſpirantem in poſterũ reddat. Porrò interiectis duobus aut tribus diebus, abſinthiũ potandum exhibui, maximè ſi ſtomacho æger langueat. Quòd ſi non contingat ſtomachum languefieri, irin bibendam dedi, aut abrotonum, aut caſtoreum ex aceto mulſo. Mirum in modum autem efficax eſt quod ex elaterio conſtat, & octaobolon appellatur. Elaterii æreolos II. ſpumæ nitri obolos tres, ſinapis drachmam I. hæc in aqua diluta in octo catapotia informo: manéq; II. tantundémque veſperi exhibeo. Purgat enim citra moleſtiam supernè, aliquandiu quidẽ permanens & ſoluẽs, Iis verò qui robuſtiores ſunt, poſt trium dierum ſpatiũ rurſus exhibeo. Atqui quæ ex colocynthide conſtat hiera noſtra, hoc eſt Archigenis, aſſiduè præbita, mitiorem ſpirandi difficultatem correxit ſæpiſſimè, atque id breui & perfecté. Verùm ſi magis in profundo hæſerit, auxiliatur cũ aceto mulſo ſquillitico potato. Aliud ad difficulter ſpirantes, qui etiam aſthmatici appellantur: Ariſtolochiæ clematitidis, abrotoni, ſulphuris viui, ſeminis rutæ agreſtis, cacuminũ thymi, ammoniaci thymiamatis, æquales partes cum aceto tritas in paſtillos redige, & ex eis obolos tres exhibe cum aceto mulſo ad triduum. Alia remedia aſthmaticis commoda, ex Aſclepiade & Dioſcoride: Ariſtolochia rotunda cum aqua bibita, anheloſis auxiliatur: item centaureæ maioris radix, & minoris ſuccus, & ſtœchas trita ac cum aqua pota ta, & ſpondylii ſemen, & calaminthæ montanæ coma, & hyſſopum, & iris ac melanthium, & radicula, & vitis alba. Item aſellos, qui & millepedæ appellantur, ſub aquario vaſe ſtabulantes, ſextarii menſura in fictile vas coniectos, ad carbones ignitos torrefacito, atque vbi inalbuerint terito, ac melle exceptos cocto, ante & poſt cibum duorum cochleariorum menſura delingendos exhibeto. Aliud. Squillæ crudæ ſuccũ exprime, & cum eiuſdem menſuræ melle permixtũ ad prunas decoque, eiúſque cochlearia duo delingenda præbe ante & poſt cibũ. Summè autem hoc prodeſt, euidénſque eius rei periculum feci, inquit Archigenes. Aliud Archigenis: Radicis cẽtaureæ maioris drach. ſex, petroſelini drach. ſex, ammoniaci thymiamatis drachmas tres, ſulphuris viui, bituminis, cardamomi, radicis panacis, ſeminis vrticæ, iridis Illyricæ, cuiuſque drachmas duas, thuris, myrrhæ, caſtorei, nitri, ſagapeni, abrotoni, polii, chamæpytios, ſaluiæ, cuiuſque drachmam vnam, piperis albi drachmas tres. Hæc omnia trita cum melle miſcentur deſpumato: dantur ex hoc oboli quatuor. Etenim aſſiduè potatum hoc, quibuſdam perfectè medetur: citra moleſtiam autem efficax exiſtit. dato hoc cum hydromelitis calidi cyathis quatuor. Aliud, quo etiam ego vtor, ad multos vſus commodum: Squillã fuluam manum magnitudine ſua implentem, fermento obductam, in furnum coniicio vt quamoptimè aſſetur, deinde vbi molliſſima facta fuerit, ſuperficie eius exuſta reiecta, reliquum optimè contero, atque ei quãtum, trimembri ſectione facta, duæ aſſatæ ſquillæ partes põderant, tantum farinæ erui albi adiicio, & ammoniaci thymiamatis drach. IIII radicis panacis drachmas IIII. iridis, & abrotoni, & acori, cuiuſque drachmas duas, piperis grana viginti. hæc omnia ſimul trita & vnita, in orbiculos digero pondere ſeſquiobolares: ex eis autem drachmã vnam, aut etiam obol. III. aut II. cũ III. cyath. lactis aſinini recèns mulcti, aut aquæ mulſæ, exhibeo: pueris verò tãtùm vnum orbiculum præbeo. Aluum hæc menſura mouèt: quòd ſi hac

amplius quiddam exhibeas, & vrinã ciebis & compactã ac inſtantem mali irritationem diſſolues: etenim & comitiales ſanat, & vuluam ſtrangulatam, & lumborum lãguidos dolores, & febres debiles ac per circuitum repetẽtes. Cum aceto mẽſes ducit per craſſitudinem ſuppreſſos, ad quos conſequuntur vertigines, interceptiones vocis, contractiones, dolores articulorum, pigritics, & ſpirandi difficultas. Eueſtigio enim ſanguinẽ euellit, & ab omnibus moleſtiis liberat. Quare tenuitatem huius pharmaci ne contemnas, ſed abundantem virium eius ſupellectilem, quaſi per manus à maioribus traditam aſſumas. Alia potio ad ſuſpirioſos: Polii, abrotoni, caſtorii, chamæpityos, ammoniaci thymiamatis, æquales partes melle excipe, & fabæ magnitudine exhibe. quidam ſpumæ nitri albi cochleare in aquæ mulſæ cyathis tribus exhibuerũt. Aut hoc modo: Spumæ nitri drachmas nouẽ, piperis drachmam vnam, laſeris drachmam vnam. da cochleare cũ aqua calida. Alia. Caſtorii drachmas octo, ammoniaci thymiamatis drachmas octo, piperis grana x x. excipe paſſo, & fabæ magnitudine præbe in aqua mulſa. Alia. Abrotoni drachmas duas, radicis bryoniæ drachmas octo, rutæ hortenſis drachmas octo, caſtorii drach. quatuor, artemiſiæ drachmas quatuor, epithymi drachmas quatuor: datur ex ea ſcrupulus vnus & dimidius cum aceti mulſi cyatho vno. Alia. Iridis drachmas octo, ammoniaci thymiamatis drachmas quatuor. datur drachma vna cum hydromelitis cyathis tribus. Alia. Herbæ ſabinæ, iis qui integra ætate conſiſtunt, ſcrupulos ſex, aliis verò ſcrupulos tres: butyri ſcrupul. duodecim, mellis ſextantem. præbe delingendam ad dies tres, & intermiſſione per triduum facta, rurſus præbe. Paſtillus doloris leuamentum orthopnoicis & ægrè ſpirantibus præbẽs: Opii drachmam vnã, ſulphuris viui, plantaginis, ſeminis hyoſcyami, ſucci radicis dulcis, ſtyracis, myrrhæ, thuris, terebinthinæ, cuiuſque drachmas duas, croci drachmam vnam, cum vino maris experte contere, ac in paſtillos triũ ſcrupulorum digere, quos bibendos exhibe. Porro ſi radicis dulcis ſuccus non adſit, ipſam radicem fractam ac tuſam ſatis diu decoquito, atque hoc totum cum decocto eius committito. Alius Andromachi, ad idem: Squillæ aſſatæ, ſulphuris viui, bituminis, æquales partes, melanthii drachmas duas, caſtorei drachmas duas, aniſi obolos quatuor, cũ aqua paſtillos in forma triũm aut quatuor ſcrupulorum: exhibe ante ſomnum, cum aquæ calidæ cyathis duobus. Catapotium, ſuſpirioſis dolorem leuans. Rutæ viridis ſextantem, ſtyracis ſextantem, terebinthinæ ſextantem, opii drachmas quatuor: ex his catapotia ſiliquæ pondere ſingula in forma, triáque ante ſomnum exhibe deuoranda: à ſumptione autem ebibant aquæ calidæ cyathos duos. Remedium pulchrum Philagrii, ad anheloſos: Radicum ſymphyti in petris naſcẽtis, radicis centaureæ maioris, iridis Illyricæ, ſingulorum ſextantem, aquæ ſextarium vnum: radices fractas per biduum in aqua macerato, deinde ad tertias decoquito, & percolato, & tantundem mellis decocto adiicito, rurſúmque donec cogatur decoquito: deinde rhei Pontici contuſi ac cribrati vnciam vnam inſpergito, ac vnito. exhibe circa primam horam diei cochlearia duo, quòd ſi nõ adſit rheon, centaureæ maioris radicem contuſam & cribratam vnciæ pondere iniice, aut eodem modo radicẽ ſymphyti. Hocce pharmacum pulmoni & thoraci firmitatem & robur præbet, ſimúlq; humores ad eum delatos repurgat, deficcat, & expellit. Aliud ad orthopnoicos: Boli Armeniæ drachmam vnã cũ vino diluta bibẽdã præbe. Ad tuſſes autem inde ſequentes, antidotum, iſotheon appellatam, paulo antè inter tuſſis remedia deſcriptam, exhibe ante ſomnum, nucis auellanæ magnitudine, cum aqua mulſa. Aſſiduus enim huius antidoti vſus in totum ab hac affectione liberat, etiamſi fuerit inueterata: confidenter itaque ea vtaris. Quod ſi non adſit, pæoniæ antidotũ præbe: quæ ipſa quoque ſi haberi non poſſit, eam quæ zopyrios appellatur: quarum deſcriptiones in ſermone De colicis habentur. Suffitiones etiam ei ſunt commodiſſimæ: de his in tertio Sermone pleniſſimè dictum eſt, & paulo antè inter remedia tuſſis. In earum autem vſu vndiqua-

A que ſtragulis contegantur, atque ore ſedulò hiantes fumũ fortiter admittant, mucus enim & lacrymæ multæ, ſpumáque vbertim ducuntur, & per vehementem tuſſim pituita viſcoſa ex profundo effertur. Verùm quod latere te nolim, antequam ad eiuſmodi rerum ac lancinationum adhibitionem perueniatur, ventrem ſubducere oportet vel per clyſterem, vel pharmacum ſolutiuum. Proſunt etiam ſuſpirioſis fricationes pectoris ex pumice cum nitro, fæce vini vſta, cum flore iunci odorati. Cuius generis & hoc eſt: Auripigmenti, pumicis, ſpumæ nitri, cuiuſque

B vnciam vnam, alcyonii ſextantem, hæc contuſa & cribrata cum vnguento aliquo calorifico commiſceto, pectuſque & dorſum donec igneſcant confricato: ex frequenti enim huiuſmodi perfrictionis adhibitione ſpirandi difficultatem, & tuſſim, omnémque purulentã pectoris affectionẽ propulſabis. Cæterùm inueterato malo, & medicina omni fruſtra adhibita, ad vſtionem confugiendum erit. Itaque iuxta medium cõmiſſuræ clauicularum, vtrinque vna cruſta inuratur, cum cautione tamen admotis manib⁹ & diſtenta cute, ne aſpera arteria oblædatur: deinde aliæ duæ paruæ iuxta carotidas colli arterias infligẽdæ

C paululùm ſub mento, vtrinque vna, incumbentis cutis tãtùmperuſtione facta. Infligendæ autẽ adhuc aliæ duæ ſub mamillas, inter tertiã ac quartã coſtã: rurſúmq; aliæ duæ retrorſum verſus inter quintam & ſextam coſtas. In medio etiam pectore vnam inurere oportet: & iuxta principium oſſis pectoris, quod *à capitis gladii ſimilitudine* xiphoides *Græcis* appellatur, ſupra os ipſius ventris, vnam ſimili modo. & adhuc alias duas inter octauam & nonam coſtam, vtrinque vnam. Tres etiam retrò inurendæ ſunt

D cruſtæ, vna iuxta medium dorſi, reliquæ duæ ab vtraque vertebrarum parte, paululùm infra mediam cruſtam. Omnes autem infra collum inuſtas mediocriter latas eſſe conuenit, neque valde in ſuperficie conſiſtentes, neque rurſus nimiùm profundas. vlcera autem cruſtarum ſatis multo tempore fluida permittere oportet.

De cordis tremoribus, ex Galeno, Cap. LVIII.

Cordis tremor, ſiue palpitatio, multis tum adoleſcentibus, tum ſenibus inculpatè ſanis accidiſſe viſus eſt.

E Dolent autem caput ita affecti, citra aliquam alteram externam cauſam: atque omnes hi ex venæ inciſione opem ſenſerunt: aliqui etiam ex eis in totum ab hac acceſſione ſunt liberati, per extenuatoriam diætam & pharmaca cõſimilia, poſt venæ inciſionem adhibita. Noui autem & ego quendam qui ſingulis annis, veris tempore, tremoris acceſſione afficiebatur. Hunc vbi expertus eſſem per triẽnium ex venæ ſectione iuuari, in quarto per venæ ſectionem euaſit, antequam ab hoc malo apprehenderetur: atque

F hoc modo pluribus deinceps is agebat annis, cõſentanea ſimul vtens diæta. veruntamen & is quoque ante ſenectutem fato functus eſt, quemadmodum alii omnes. Aliqui quidem in febribus acutis comprehenſim animo deſtituti, ſimiliter mortui ſunt: aliqui verò etiam citra animi deliquium, ſtuporis attoniti modo affecti, repentè vitam cũ morte commutarũt. Plures autem hac affectione laborantes ad ætatem peruenerunt, minorem quidem annis quinquaginta, quadrageſimum tamen ætatis annum exceſſerunt.

G De ſanguinis reiectatione, ex Galeno, Cap. LIX.

Sanguis qui ex pectore & pulmone aut aſpera arteria educitur, omnino cum tuſſi reiicitur. Si verò ex locis circa fauces aut gurgulionem ſanguis feratur, per excreationes excernitur: ſi verò ex aliquo loco oris aut gingiuarum, ſimpliciter expuitur. Aliquando autem à capite aut partibus gurgulionis delatus ſanguis ad aſperæ arteriæ extremum incidit, & tuſſim cõmouet, imaginationémque

H facit velut ex pectore educatur. Itaque ſiquis pluribus ex ordine diebus ſanguinẽ excreet & emungat, neq; capitis dolore aut grauitate aliqua quæ etiamnum adſit, antegreſſis, neque plaga iſtic illata: conſiderare oportet diligenter omnem narium meatum, atque etiam oris locum illum vbi nares ad palatum ſunt perforatæ. Contingit e-

nim aliquãdo hæc acceſſio,hirudine ad hunc locũ affixa.
Cæterùm aliqui per vomitũ citra tuſſim ſanguinem ex
ventre reiectant,aut ex venis adiacentibus in ipſum dela-
tum,aut hirudine deuorata. Verùm ſanguis venarum ex
hepate aut ſplene in ventrem delatus,grumoſus eſt,nigér
que euomitur:qui verò ex hirudinis præſentia procedit,
tenuis eſt & ſanioſus,ſiue ex ventre,ſiue ex naribus,ſiue ex
ſtomacho proferatur.Atqui & localis dolor qui concomi
tatur,affectam particulam oſtendet.Si enim ex ſtomacho
eductio fiet,non magna ſanguinis eruptio continget:gra-
ciles enim ſunt ſtomachi venæ.Sed & cum nauſea ac vo-
mitu ſanguis effertur,& in deglutiendo mordacitas per-
cipietur,maximè ſi adſtringentia aut acria deglutiantur.
ſi verò ex ventre educatur , nauſeæ plurimæ comitantur
& vomitus,& ſi à cibo ſumpto eductio contingat , ſan-
guis cibis permixtus efferetur.Aliquando etiam pituita
ac bilis ſimul euomentur.ſi verò ex hepate & ſplene ſan-
guis in ventrem deferatur,aderit tumor:ſi verò ex pecto-
re & pulmone,aut aſpera arteria ſanguis expuatur,impoſ-
ſibile eſt eum citra tuſſim per ſputum reiici . Fit autem
ſanguinis eductio ex pectore,aut ob venæ rupturam , aut
oris venarum apertionem,aut ob corroſionem . Venarũ
itaque pulmonis rupturæ cognoſcuntur ex eo , quòd poſt
aliquam præcedentem cauſam manifeſtam , ſtatim ſan-
guinis eductio conſequitur.Præcedentem autem cauſam
dico,delapſionem ex alto,aut ſi grauius aliquod corpus
pectori inciderit.Aliquibus autem ob clamorem magnũ
quomodocũque editum vaſis venarum ruptura accidit,
& citra manifeſtam externam cauſam copia ſanguinis cũ
crudo ac flatuoſo ſpiritu,diſtendens pulmonis vaſa,ruptu
ram efficit.Cæterùm ob ſanguinis multitudinem factæ
rupturæ cognitionem,exhibet ſanguinis effuſio repentè
& coaceruatim facta.Magna enim pulmonis vaſa exiſtũt
ac arteriarum ſpeciem habentia:ſanguis autem eis tenuis
& calidus eſt,pérque ſaltum ſpiritus vi ac impetu excerni
tur. De venarum apertione. Venarum autem ora
aperiuntur,ſi quidem diſpoſitiones præceſſerint calidæ:
veluti ſi calidis balneis plurimis vſus ſit homo , habitét-
que in calida regione,conſimili exiſtente maximè anni
tempore,cibis quoque & potionibus calidis vtatur. Et-
enim multitudo ſanguinis exiſtens , venarum pulmoni
incumbẽtium ora aperit & dilatat,atque hoc modo coa-
ceruata effuſio contingit. De venarũ corroſione. Qui-
bus verò ex corroſione venarum pulmonis,ſanguinis eua
cuatio contingit,his per interualla modica ſigillatim cũ
tuſſi expuitur . Ipſa autem vaſorum corroſio, ex acribus
contingit humoribus,ſiue à capite in pulmonem delabẽ-
tibus,ſeu in ipſo pulmone generatis . Poſſibile eſt etiam
propter corroſionem,coaceruatam ſanguinis eductionẽ
cum tuſſi fieri.Quum enim præcedenti tempore per mo
dica interualla ſigillatim,vt dictum eſt,& cum tuſſi ſan-
guinem expuerit quiſpiam: & pòſt ſequentibus diebus
neque caſus,neque alia quædam externa violenta cauſa
acciderit , & tamen ſanguinis eruptio multa prodierit,
magnam corroſionem factam eſſe oſtendit.Multi autem
hoc modo affecti,particulas pulmonis ſimul cum ſangui
ne extulerunt,aut tectoria vlceribus obducta.Impoſſibi
le itaque eſt latere eductionem propter corroſionem ve-
narum factam.Quare diligentem animaduerſionem ha-
bere conuenit,numne ſpumoſus ſit ſanguis : nam & hoc
firmiſſimum ſignum eductionis ex pulmone exiſtit : de-
inde númne bronchii particula quædam,aut tuniculæ ar-
teriæ ſeu venæ ſimul efferatur.Horum enim nihil appa-
ret in iis qui ex ſuccingente thoracem membrana ſan-
guinem ſpuendo educunt . Maximum etiam ſignum ela-
tionis ex pulmone eſt, ſi omnino citra dolorem effertur.

De eductione ſanguinis ex aliis pectoris partibus.

Sanguis autem qui ex aliis pectoris partibus educitur,
nigrior eſt,& iam in grumos coactus,cum tuſſi etiam &
dolore reiicitur particulæ affectæ , ac fœtidum odorem
de ſe præbet : aliquando & pure admixto effertur.verùm
hoc ſignum commune eſt.Si verò iuxta aſperam arteriã
vlceratio fiat, pauciſſimus ſanguis expuitur , pauciſſimo
omnino pure permixto:doloris autem ſenſum iuxta ex-
ulceratam arteriæ partem æger perceptat. De ſangui-
A nis à capite eductione. Si verò à capite ſanguis defer a-
tur,ſi quidem plurimus ſit,plurima adeſt capitis grauitas
aut dolor:ſi paucus,pauca: aurium ſonitus iuxta propor-
tionem affectionis,rubor faciei:venæ frontis emicant,&
vertigines accedunt.cauſa autem iſta præcedens manife-
ſta eſt,nimirum plaga,aut frigiditas, aut calor,aut ebrie-
tas.Vini enim potatio larga cumulatim caput replet,& cu
mulatim etiam ex rupto venæ vaſe effundit.in parua autẽ
ebrietate,modicum adeſt ſanguinis ſputum , & conſueta
fieri per nares ſanguinis excretio cohibetur:aliquando e-
B tiam ad palatum conuerſa,imaginationem exhibet vel-
uti ex pectore ſanguis ipſe educatur . Si itaque à capite
ſanguis deferatur,titillatio palati accidit,& frequens ex-
cretio,atque hoc modo expuunt:irritantur enim ad tuſ-
ſim,& tamen non valde tuſſiunt. Si autem à palato ad a-
ſperam arteriam deſtillat,tum tuſſiunt,& quod delapſum
eſt educunt:& ob id quidam decepti, ex pectore eductio
nem fieri autumant.Defluit autem aliquando à capite per
gulam ſeu ſtomachum in ventrem,vomitúque reiicitur,
atque ob id putatur à ſtomacho prodire. habet autem &
C ſuã figurã ſanguis à capite delapſus.Eſt enim nõ adeo craſ
ſus,colore nigro,leuis,æqualis,immixtus,altero videlicet
aliquo,pure vel pituita,& cũ excreatione ſtatim ſe in lin-
guam infert rotundus,faciléque reiicitur per ſputũ.Si ve-
rò palatum conſideraueris, denſius atque velut exulcera-
tum ipſum inuenies,& vtplurimùm ſanguinolẽtum,pro-
pter deſtillãtẽ ad ipſũ à capite ſanguinẽ.Curatio autẽ iis
qui ſanguinem à capite educunt,ſufficit ſimplicior & exi-
gua.Adſtringentia enim per collutiones palato adhibita
frigida ſufficiunt:nam à calidis & rarefacientibus collu-
D tionibus plus ſanguinis erumpit: quare ſignũ id eſt adeo
à capite prodeuntis eductionis . Si itaque à capite fera-
tur,multúmque ſit quod defertur,euacuatione opus erit.
Quare citiùs per nares aut per venæ alicuius inciſionem
euacuare oportet , ne per negligentiam conſuetudo fiat
ſanguini in hos locos delabendi.

Curatio eorum qui ob deſtillationem ſangui-
nem expuunt, Cap. LX.

QVI ob deſtillationem ſanguinem expuunt,his venã
incidere oportet ſtatim in principio, acri ſimul cly-
E ſtere adhibito & euacuata aluo:deinde confrictis quam-
plurimùm manibus,brachiiſque ac cruribus per phar-
macum calefactorium ac extenuatorium,extremæ eorũ
partes colligentur:poſtea verò capiti raſo pharmacum ex
ſtercore ſylueſtriũ colũbarum impone , & poſt horarum
triũ interſtitium in balneũ deducito, citráque capitis cũ
pinguedine contactũ lauato : poſt verò capite mediocri
pileo contecto,ſorbitione multa ex ſolis auſteris pomis
connutrito:deinde dormire volenti,theriacen Androma
F chi ex viperis recèns apparatam exhibeto. Sequenti autẽ
die omnibus corporis partibus,capite tantùm excepto,cõ
frictis,in quiete adſeruato,rurſúſque in veſperam theria-
cen exhibeto.Quòd ſi ex his deſtillatio ſiſtatur, tertia die
manè mel parum coctum præbeto , quieſceréque ſinito,
ac totum corpus defricato.In cibo exhibe ptiſanæ ſuccũ
modicúmque panem madefactũ.Quarta autem die ma-
nè poſt acceptum ex viperis pharmacũ, rurſus plurimum
mellis præbeto,capiti ſimul pharmaco ex ſtercore colum
bino impoſito.Deinde lotis & mediocriter nutritis,quin
G ta die ea quæ humores qui in pulmonem defluxerunt,
vehementer purgare queant,exhibeto . Pòſt verò per in-
terualla ad caput cerato ex thapſia apparato vtaris.Vniuer
ſam autem curationem renutriendo ac refocillando cor-
pori deſtinatam impendito.

De iis qui ob frigiditatem organorum reſpira-
tionis,ſanguinem expuunt,ex Galeno,
Cap. LXI.

QVI verò ob frigiditatem membrorum reſpiratio-
nis,ruptis pulmonis venis,ſanguinem expuunt , his
H e veſtigio venã ſecare conuenit,ſecũdaria facta detractio-
ne eadem die,& poſtridie ſimiliter,videlicet vt paulatim
euacuationem faciamus,& vt ad cõtrarium diuerſio fiat,
quam antiſpaſin *Græci* appellant.Eius enim gratia venæ ſe
ctio adhibetur:deinde fricatione extremarum partium,

& vt dictum eſt,ligatione facta, in veſperam ex ſeminibus paſtillum exhibeto. Sequenti verò die poſt repetitā ſanguinis detractionem,vniuerſo pectori ceratū ex thapſia imponito:quòd in veſperā rurſus, ne vlterius quàm cõuenit calefaciat,detrahito, atque iterum paſtillos ex ſeminibus dato : tertia autem die ex thapſia ceratum ad horas circiter tres rurſus imponito, hominémque lauato.Cibum autem præbe.primis diebus ſorbitionem,tertia autē ad ſuccum ptiſanæ, piſces qui facilè concoquũtur,probéque conditi ſunt,adde.ante ſomnum etiā rurſus paſtillum ex ſeminibus exhibe.nam & ſomnum conciliat,& dolores leuat,&exſiccat.Inflammatione autem ruptarum venarum ſedata , & particulis ad bonam temperiem redactis,ea quæ thoracem repurgant præbe , adhibito ſimul vſu theriaces ex viperis apparatæ:deinde etiā lactis potu aliiſque cibis vtaris. Hoc modo ſanè,eos qui ſe mox eodem die medicandos exhibent, poteris curare : non tamen ſimiliter qui poſt duos aut tres obueniunt dies . aliqui enim eorum immedicabile vlcus habent,maximè qui per vitioſos humores eroſionem ſunt paſſi:quorum aliquibus ſputū ipſum ſalſuginis aut muriæ ſaporem exhibere referunt.

Curatio eorum qui iuxta alium quemcunque tandem modū ex pulmone ſanguinem reiectant, Cap.LXII.

DIfficiliorem autem curam vlcera in pulmone cõſiſtentia habent.conari itaque oportet , quemadmodum nos fecimus , ita vt ægro præcipiamus ne reſpiret valde,& vt ſileat ſemper. Incidere autem ſtatim venam oportet in cubito internam,ac ſanguinis detractionem reiterare,bis aut etiam ter , paulatim,gratia diuertendi. non enim euacuatione indigent tales, nimirum ab affectione ipſa euacuati . quapropter etiā frictionibus vtantur,aut etiā totius corporis mēbrorum cum latis linteolis cõſtrictione. Poſtquam verò hæc exacta fuerint, primùm quidem poſcam dilutam tepidam bibendam exhibere conuenit:vt ſiquis ſanguinis grumus in viſcere hæreat, inde diſſolutus eiiciatur: neq; quicquā obſtat bis & ter in tribus horis hāc potionem iterare. Poſt hæc autē, pharmaca inductoria & obſtruēdi meatus vim habētia, ſimúlque adſtringētia exhibeātur,aut ex poſca diluta,in prima ſanè die,aut ex decocto malorū,aut baccarū myrti,aut alterius cuiuſdam adſtringentis.In veſperam verò rurſus exhibendum eſt pharmacum : abſtineátque æger ab omni cibo,ſi virium robur adſit : ſin minus,ſatis erit ſorbitionem præbere.Optimum autem eſt & ſecūda die rurſus parū ſanguinis detrahere ex eadem quæ prius inciſa eſt cubiti vena,ſi modò vires ad id tolerādum ſufficiāt. Cibis etiā & pharmacis ſimiliter vtēdū vſq; ad diē quartum , pectore in orbem madefacto , æſtate quidem ex vino,oleóque melino & roſaceo: hyeme verò ex vnguento nardino. Si verò emplaſtris vti velis,optimum pharmacum noſtrum barbarum appellatum habebis. Conducunt etiam reliqua ex bitumine , aceto & pice apparata,& maximè quod ex ſalicibus,& quod ex loliis conſtat. Maximum enim hoc eſt , cui diligenter attendere animum oportet,ac mox factavaſorum ruptura,inde remedium offerre incipere,quò cruentum adhuc vulnus cõcreſcat,priuſquam inflammatio apprehendat. Etenim ſi inflammatio præuenerit, parum ſpei eſt ad huiuſmodivulneris conglutinationē,quippe quæ ſe in multum tēpus extendit. Eluere enim oportet,tum pus tū ſeroſum ſanguinem ipſiusvlceris, poſteaquā inflammatio fuerit ſoluta:reliquam autem curam,quemadmodum ad tabidos fieri ſolet,ordinare. Ex Archigene.Porrò ſi à ſtomacho aut ventre,ſanguinis reiectiones cum vomitu procedant,vena incidenda eſt in cubito ſuperior,humeralis appellata,etiamſi ex hepate in ipſum ventrem deferatur. Si verò à ſplene ſanguis feratur, quod ex tumore circa ſplenem cõſidente cognoſces, inciſa vena quæ inter paruum & annularem digitum in ſiniſtra manu eſt, probè ac propriè auxiliaberis. Cæterùm & cibos & potus magis adſtringentes dare conuenit iis qui ex ventre per vomitum,citra tuſſim ſanguinem reiectant,non tamen vehementer & actu frigidos: ex vehemēti enim frigiditate,plagæ inferuntur.Quare ſuffecerit,ſi non calidi exiſtant,neque nimiam humectationem inferant. Fontana igitur aqua non valde frigida,neque multa,in potu exhibeatur : & cibi pauci ſimiliter mediocriter frigidi, ac naturæ quoque adſtringentis.

Communes methodi exhibendorum auxiliorum, in ſingulis reiectationis ſanguinis ſpeciebus, poſt ſanguinis inhibitionem, Cap. LXIII.

EX Galeno. Primum periculum in reiectatione ſanguinis,eſt ne vltra modum eius euacuatio fiat. Curatio autem poſt eius cohibitionem eiuſmodi exiſtit. Reiectatio quidem ſanguinis quæ ob apertionem fit venarum,per obturationem occluſionémque dilatati oris ipſius venæ curatur: quæ verò ob venæ rupturam fit,per conglutinationem ſanatur:quæ ob corroſionem,per renutricationem, & ea quæ carne implent corroſa. Obturatur quidem dilatatum & apertum os venæ ab adſtringentibus : conglutinatur autem rupta vena ab iiſdem, & quæcunque in compoſitione eis admixta citra mordacitatem deſiccant,ac glutinoſum quiddam in ſe complectuntur,velut eſt Lemnia terra , & quæ Samius aſter appellatur , & iis ſimilia. Renutritur autem corroſum à cibis boni ſucci , & pharmacis ſarcoticis , *id eſt carne explentibus* , appellatis . Conueniunt igitur adſtringentia eis qui non tuſſiunt,qui corpus boni ſucci habent,& qui ob apertionem oris venarum,aut rupturam,ſanguinem reiectant. Adſtringit autem optimè acetum,& portulaca comeſta:ſuccus autem eius bibitus efficacior exiſtit:plantaginis ſuccus cyathis tribus , aut ſanguinariæ ſuccus eodem modo. Succus vuæ acerbæ in ſole probè deſiccatus,drachma vna , rhois aut gallæ decoctum cyathi menſura, cortex glandis , maximè caſtaneæ, drachma vna , radicis rubi decoctum menſura cyathorum trium,mora rubi & flos,balauſtiorum drachma vna, acacia & hypociſthis eodem modo: Vinacea cochlearii menſura , ſimiliter lapathi acuti ſemen. Efficacius autem operatur radicis althææ decoctum,radicis ſymphyti decoctum,atque ipſa quoque ſicca trita potui inſperſa.centaureæ radicis drachmas duas, quas febricitantib[us] cum aqua,febre carentibus cum vino exhibebis.lapidis hæmatitæ drachma vna,cum mali Punici ſucco,aut corallii lapidis, eodem modo , radix equiſeti , mora valde cruda & immatura. Forinſecus autem pectori irrigatio adhibenda ex vino adſtringente cum oleo roſaceo aut myrteo.Si verò multa ſanguinis eruptio fiat, maximè in æſtate , & citra tuſſim eius reiectiones contingāt ,neque debilis ſit æger,ſed robuſtus & carnoſus,acetum pro vino adhibendum eſt , non in ſordidis amplius lanis, ſed ſpongiis exceptum: faſciáque lata æger conuinciendus. Aliquando autem acaciam,aloen,aut omphacium aceto permiſcere conuenit,& cutē ex oleo myrteo præillinire, ne mordacitas ex irrigatione ſuccedat. aut etiam emplaſtrum barbarum,aut ex ſalicibus,aut aliud ſimile imponere. Quòd ſi æger ferre nequeat ex irrigatione prouenientem iniucunditatem & moleſtiam , neque toleret item emplaſtrorum incommoditatem,huiuſmodi cataplaſma eſt admouendum : ex palmis videlicet & acacia, alumine,malicorio in puluerem redacto,ſymphyto,polenta aut lentium farina apparatum. Si verò neque cataplaſmatum grauitatem ferre queat,neque calefieri ſuſtineat,illitionibus vtendum.Loti itaque aut meſpili corticem,& rhoen culinarium , paucáque rhamni, aut ſanguinariæ folia in aceto decoquito:deinde in eo decocto aloes ſuccum,aut acaciæ,aut omphacii,paucúmque gūmi diluito,& pectus ac dorſum ex eo illinito: atque vbi exſiccatum fuerit,rurſus inungito,quò craſſitudinē accipiat illitio ſeu vnguētū,& ne denudati frigore circūueniātur. Illa verò hora qua areſcit illitū, ab ægro multus aer eſt arcendus. Quòd ſi inflammationes ſuccedentes febres inferant (ſolent enim vehementer acutæ irruere & periculoſæ,aliquando etiā lenes & obtuſæ, quū videlicet in tabē ſunt trāſituræ) tū omnis veluti in febribus,

eſt ordinanda diæta : non tamen aceruatim,ſed quietè & paulatim,vt ne rurſus rumpantur conglutinata. Abſtinēdum à vino,& ſorbitionibus admiſcēda quæ leniter adſtringunt,velut ſunt palmæ & ſimilia. Cataplaſmate vtēdum pane calido,deinde ſemine lini. Vbi verò perſeueraret malum,omnia vt ad tabidos facienda. Exſiccatoriā porrò, citra mordacitatem , vim obtinet ſuccus ocymi: qui ſi aceto commiſceatur,conuenictior fiet: & eſt quoque nobis in vſu familiaris, citráque formidinem eum porrexeris. Adſtringit autem & deſiccat ſimul rheon Ponticum. aſſumere autem oportet hanc ipſam Ponticam radicem ad recentes ac inueteratas ſanguinis reiectationes,& ad pectoris fluxiones, in principio quidem ex poſca decoctam: ſi verò per circuitus redierit reiectatio,omnino parum quiddam bibendum præbe cum aqua : quum verò aſperitas & tuſſis moleſtiam intulerint, paſſo Cretico decoctam, deinde contritam præbe. magis autem deſiccat arefacta in potum inſperſa. Exſiccat etiam citra mordacitatem Samius after, & minium ſinopicū,& terra Lēnia bis in die data drachmæ pondere ex aqua. Citra mordacitatem etiam &præclarè omnino deſiccat obolus Armeniacus ,vt nihil eo hac parte præſtet. eius itaque drachmam vnam exhibere potes cum aqua confidenter. Exſiccat etiam coagulum hœdi: cerui verò magis inſpiſſat. Quòd ſi ſtomachus æger ſit,ſemel excipit quod adſtringit,& ſemel quod deſiccat. Aliquando autem manè adſtrictorium damus : circa ſextam autem horam deſiccatorium: in veſperam verò quod inſpiſſat. Quando verò inſpiſſantibus opus fuerit, amylum detur, & gummi ac tragacantha, quodlibet per ſe,atque etiam inuicem permixta. Simplicia ad ſanguinem reiicientes,pharmaca. Huius generis, inſpiſſantium videlicet, eſt & gluten piſcium & ſymphyton māducatum ac deuoratum. Cibos etiam eiuſdem cum prædictis pharmacis facultatis exhibere oportet,tum iis qui propter apertionem venarum,tum qui ex ſtomacho ſanguinem reiiciunt : nimirū adſtringentes,velut eſt alica ex poſca, aut micæ panis eodē modo:aut oryza,aut oua mollia,rhoen culinarium tenuiſſimè tritum infarctum habentia, plantago cocta,intubum,lens cum prædictis condita,aut lapathum acutum. In quibus verò inſpiſſante materia magis opus eſt,lac coctum refrigeratur, datúrque tum ob corroſionem,tum à ſtomacho ſanguinem educentibus. hi enim adſtringente materia & carnis expletione opus habent. Aliquando autē lacti cocto amylum infarcitur, ac modicum omnino coaguli. cauere enim oportet immodicum eius vſum:neque ſtatim poſt eius admixtionē lac ipſum exhibere, ſed poſt aliquantulam dilationem. valde enim in ventre concretum,mortem inferre cōſueuit. Conducit etiā palmas cum alica decoquere,aut cum ſimilagine. Inſpiſſant autem ſimúlque adſtringunt,oua craſſiore rhoe infarcta,maximè ſi ſint aſſata,lens cū ptiſana decocta,miliū coctum. Fugienda autem in omnib' vehementer adſtringētia,& excellenter inſpiſſantia: eligēda verò ſimpliciora & minus moleſta ex vniuerſo genere eorum quæ ſunt prædicta. De compoſitis ad ſanguinem reiicientes pharmacis, Galeni. Iuxta primā quidem rationem ex adſtringentibus& deſiccantibus ac inſpiſſantibus,pharmaca componuntur ad curationem reiectionis ſanguinis conuenientia. Quum verò adſtrictoria,& tenacia ac deſiccātia vias præcludant,& difficulter per corpora digerātur, vi quadā opus habēt præparāte ac aperiente ei vias ipſas:& ob hoc ipſū calida & tenuiū partium , eiuſmodi pharmacis miſcentur,quæ iuxta omnē ipſorum conſiderationem contraria ſunt ſanguinis ſiſtendæ reiectioni. Miſcentur etiam eis ſtuporem inducentia, quò profundiorem ſomnum inducant : quæ ſanè commodiſſima ſunt iis qui à tuſſe lācinantur omnibus, maximè tamē qui ſimul ſanguinem reiectant. Hi igitur ſcopi ſunt compoſitionis pharmacorum ad ſanguinis reiectionem conuenientium. Quæ verò per experientiā cognita ſunt à priſcis medicis compoſita pharmaca, deinceps dicentur. Potio hæmoptoicis commoda : Lapidis corallii,terræ Samiæ quæ after appellatur,ſuccini,

A maſtiches,cuiuſque drachmas ſex,amyli,thuris,gūmis, cuiuſque drachmas quatuor, excipe cochlearium vnum ſiccum cum poſca , aut cum aliqua prædictarum decoctionum. Alia potio: Terræ Samiæ aſteris,lapidis agerati, terræ Lēniæ, æquales omnium partes accipe, & ex eis cochleariū vnum præbe cum cyathis duob' decoctionis plantaginis. Alia. Terræ Lemniæ drachmas ſedecim,terræ aſteris drachmas octo,ſarcocollæ drach. quatuor , gummis drach. duas,præbe cochlearium cum decocti palmarum cyathis duobus. ſit autem decoctum ipſum craſſum. B Alia Andromachi: Corallii torrefacti drachmam vnam , thuris obolos quatuor , acaciæ drachmam I. balauſtiorum obolos quinque , gummi obolos duos,candidum ouorum duorum. huius quartam partem cum aquæ cyatho vno & dimidio exhibe. Alia Aſclepiadæ: Radicis ſanguinariæ manipulum, radicis ſymphyti tantundem, rhois rubri acetabulum, aquæ ſextarios tres:decoque ad tertias,& expreſſi ac percolati liquoris cyathū vnum præbe , & ad ſingulas exhibitiones,gummis triti drachmam vnam conuce. Alia C valde præſtans,cui teſtimonium præbeo: Thuris, terræ aſteris, cuiuſque drachmas octo, croci drachmam vnam,amyli drachmam vnam,ſucci plantaginis ſicci drachmam vnam,contuſorum & cribratorum cochleare vnum dato cum poſca. Alia per experientiam: Corallii drachmas octo,thuris drachmas octo, dato cochlearium cum vino myrtite diluto. eadem etiam ad fluxum muliebrem efficax eſt. Paſtillus ex electro. Præclarè facit ad hæmoptoicos vndecunque ſanguis efferatur,ad tuſſim veterem & recentem , tabidos , cruenta reiectan- D tes,ſuppurationem pectoris,tormina inteſtinorum, veſicæ fluxiones,& ad inflatos: eſt etiam aurium affectionibus commodus: Pſyllii drachmas quadragintaquinque,ramentorum electri,iridis , maſtiches, croci,cuiuſque drachmas quatuor,opii drachmas quindecim. Pſyllium in aquæ calidæ ſextarios tres coniectum,parumper macerato:atque vbi viſcoſum ac lubricum factum fuerit,liquorem inde exprimito, eóque præſcripta diluito, terito,ac paſtillos informato. ex iis obolos tres cubitum ituris exhibeto. Paſtillus Doſithei valde celeber.

E Virgultorum rubi ſextantem, radicis ſymphyti , fructus ſpinæ Ægyptiæ,ſucci hypociſthidis,lycii,opii,thuris, rhei Pontici, terræ aſteris , ſingulorum ſextantem, rhois culinarii quadrātem, roſarum ſiccarum drachmas quatuor,baccarum myrti quincuncem, croci, terræ Lemniæ,corticis qui macer appellatur,cuiuſque drachmas duas,excipe ſucco plantaginis aut vino ſcybelite , & informa paſtillos. eos cum decocto ſymphyti aut ſanguinariæ exhibeto. Alius paſtillus,ex cuius vſu magnam nominis famam ſum adeptus: Terræ aſteris quadran- F tem,amyli recentis quincūcē, tragacanthæ ſeſquiunciā, gummis quadrantem, glutinis piſcium vnciam vnā, aceti quantum ſuffecerit. Gluten more eorum qui arcus faciunt diſſoluito,per triduum in ſufficiēti aceto maceratum:quarta deinde die, exemptis ex eo pelliculis , repurgatum paulatim tolle , & in mortario cum paſtillo contunde,& quamdiligentiſſimè diſſolue, aut ſuper calidum cinerem pone. difficulter enim ſolubile exiſtit. Vbi verò ſolutū fuerit,rurſus in ære,aut ferro,aut(vt dictum eſt) cinere calido cum aceto decoque, & ſufficiēti G tempore aſſiduè agita,vt quamcraſſiſſimum fiat: deinde in mortarium coniectum ſatis diu tere . atque vnumquodque prædictorum per ſe contuſum ac cribratum in promptu habens(maximè tamen tragacantham)in mortarium ad diſſolutum gluten inſperge, omniáque diligenter vnita, vitreis lancibus ſolidis excipe & exſicca,paſtillóſque informa mediocres. durant autem aliquandiu donec formentur. eos cum poſca exhibe,& vtere valde confidenter. Paſtillus ex corallio,qui nunc celebris & in vſu apud omnes empiricos exiſtit : Terræ aſteris, H balauſtiorum,corallii,ſucci hypociſthidis,acaciæ,myrrhæ,rhei Pontici,daucii,omphacii,tragacanthæ, cuiuſque vnciam vnam,thuris ſextantem,opii drachmas quatuor,amyli ſcrupulos ſex,aluminis ſciſſi ſcrup. XII. terræ

Lemniæ

Lemniæ ſcrup.vi.rhois rubri quadrantem, radicis dulcis ſeſcuncem, ſymphyti radicis trientem, gummis ſcrupul. xviii.croci ſcrup.vi.fructus ſpinæ Ægyptiæ drach.iiii.Digere in paſtillos cum ſucco plantaginis, aut vino auſtero vetere,& exhibe ante ſomnum obol. iii.cum poſca. Facit etiam ad tormina inteſtinorum. Paſtillus ex Ægyptia ſpina,quo plurimùm vtor. Pharmacum clidion appellatum, quod proſperè omnibus ſanguinem reiicientibus conducit:itémque cœliacis,inteſtinorum torminibus, & ſtomachi fluxionibus:Cytinorum,fructus ſpinæ Ægyptiæ, balauſtiorum,acaciæ,ſucci hypociſthidis,ſing. drahc. vi. lycii,rhei Pōtici,opii,cuiuſque drach.iiii.myrrhæ drach. iii. Cōtuſa & cribrata diligenter,baccarum myrti aut roſarum decocto excipito, aut vino myrtite, & in paſtillos redigito,& iuxta cuiuſque vires cum roſarum,aut baccarum myrti, aut pampinorum vitis, aut palmarum decocto exhibeto,aut cum frigida aqua. Quòd ſi lycio nō abundes, hoc modo apparare potes: Rhus, qua coriorum tinctores vtuntur,in quadrupla aquæ portione ad triduū maceratur,virga frequenter agitata:quarta autem die decoquitur vſquequo aqua ipſa rhois colorem exæquet. Et tunc quidem rhus expreſſa abiicitur: aqua verò percolata,donec in mellis ſpiſſitudinem cogatur,decoquitur,atque ita pharmacis adiicitur.Quum verò bibendum præbes hoc prædictum pharmacum,ſpongias poſca madefactas ſtomacho aut pectori impone: atque vbi reſtiterit ſanguis,pectus aut locos fluxione laborantes ex omphacio in aceto diluto & aliquantulùm tepefacto inunge. Conuenit etiam ſanguinem reiicientibus paſtillus Philippi,qui in tractatu De inteſtinorum torminibus deſcribetur. Potio ad ſanguinem reiectantes: Succi ſaluiæ cyathos ii.mellis vnciam vnam,exhibe ieiunis in potu, & e-ueſtigio ſanguinem ſiſtes. Quæ grumos ſanguinis concretos diſſoluant. Sanguinem in grumos concretum, lixiuium ex cinere fici,& vitis, & quercinum diſſoluit: ſimiliter etiam thymus & ſatureia cum aceto. Coagulum leporis aut hœdi, ciceris magnitudine ex aceto. Itaque mox vbi quis ex alto ceciderit ac ſanguinem reiecerit,lixiuium per ſe bibendum exhibeto, aut cum modico aceto.

De aſperæ arteriæ vlceribus,

Cap. LXIIII.

QVæcunque in aſpera arteria vlcera fiunt,iuxta pelliculam eam intus ambientem, maximè prope eius extremum,aut in ipſa adeò arteriæ extremitate,ſanabilia omnino exiſtunt: & nos non paucos hoc modo affectos curauimus. Reiiciunt autē hi per ſputum purulenta pauca ac cruenta, aliquando etiam tectoria quædam vlceri obducta , ſenſúſque doloris ab eis manifeſtè percipitur iuxta exulceratum locum. Hos itaque in quiete aſſeruare oportet ſupinos reclinatos,atque iis quæ capiti ſubiiciuntur,ſublimiùs inſtratis:admonere etiam vt quantum poſſibile ſit renitantur,& ne tuſſiant:deinde forinſecus loco affecto deſiccātia imponere,veluti ſunt emplaſtra,barbarum,ex ſalicibus,& ex loliis,appellata,ac eis ſimilia.Pharmaca autem eis exhibenda ſunt,quæ ſuprà ad vlcera inter arteriaca & ad pectore ſuppuratos ſunt deſcripta: quæ etiā ſub lingua detinere conuenit,vt paulatim liquefacta, in aſperam arteriam delabantur: tum verò maximè obniti & non tuſſire.In potu autem exhibendum eſt lac quotidie recens mulctum ab adſtante adhuc animali: adiiciendum etiam mellis quiddam iis qui lac difficulter cōcoquunt,& quibus in caſei modum in ventre concreſcit.

De pectore ſuppuratis,ex Archigene,

Cap. LXV.

EMpyici, *id eſt pectore ſuppurati* vocātur, quibus abſceſſus in ſuccingente coſtas intrinſecus membrana aut in aliqua alia pectoris pellicula factus, aceruatim ruptus eſt,& in vacuum pectoris locum effuſus,inter pulmonem & membranam coſtas ſuccingentem. Qui ſi non quamcitiſſimè per ſputū reiiciatur, tabidi fiunt. Febricitant autem pectore ſuppurati indeſinenter hecticen , *id eſt habitualem febrem*. Rumpuntur autem ſuppurationes , aliquæ quidem ſurſum verſus, aliquæ verò deorſum. Quæ deorſum rumpuntur, in aluum & inteſtina ac veſicam tranſfunduntur, per vaſa quædam tranſmiſsione ad ea membra facta. Quæcunque verò ſurſum rumpuntur, in vacuum videlicet thoracis locum,periculoſiores exiſtūt. Cognoſces autem ſuppuratos hoc modo: Quum lateris dolor præceſſerit,deinde vehementes febres quieuerint, & ex magna parte quoque dolor, grauitatis autem ſenſus remāſerit intus in lateribus in profūdo thoracis,ſimúlq; tranſfluere aliquid appareat,iuxta multiplices reclinationis permutationes,& maximè quum ab vno latere in alterum decumbunt:tunc ſanè multitudo puris manifeſtatur,& fluctuationis cuiuſdam ſonitus ſæpe ſenſibiliter in reclinationibus ipſorum auditur. Cognoſcitur itaque ſuppuratio facta,tum ex prædictis,tum quòd nihil relatu dignum per ſputum reiectarunt in eo qui præceſsit vehementi lateris dolore.Nouimus autem quoſdam citra febrem ſuppuratos, ex ſeroſo aut pituitoſo humore ex reliquo corpore in vacuum thoracis delapſo iſtícque putrefacto.Itaque quibus ex gymnaſiorum exercitiis,aut ex caſu aliquo ſæpe ſenſibilis conuulſio facta eſt,quæ dolorē circa profundum thoracis intulit: Nitrū,acetum,& oleū cyprinum coniiciantur, iis addatur roſmarini ſemen cāchry appellatum, largè probéque cōtritum, aut pyrethrū eius loco,ſeu ſtaphis ſylueſtris:hæc ſimul calefiāt:deinde excolata ipſis locis ex lana ſuccida repletis irrorentur,aut cum lana imponantur. vtilis enim hæc irrigatio exiſtit, ſæpéq; ſola malū omne diſcuſſit. In quibus autē inflāmatio præceſſit, vltrò venā cubiti incidere oportet,ſi nihil prohibeat, & mediocriter euacuare, vt alleuatio tantùm aliqua contingat. Nutrire verò ex ptiſanæ ſucco & aqua mulſa, excretioni conſulendo, & in quiete diligenter cuſtodiendo. Ac primùm quidem ex oleo pingui irrigationes lana conuoluta exceptæ ac impoſitæ conducunt.Quòd ſi febris abſit,paſſum etiam moderatum cum multo oleo commiſceatur, lanáque ſuccida excipiatur. Hæc enim irrigatio,in iis qui febre carent,vſque ad tertiam ſufficiet diem. Si verò febres ſimul adſint,& ruptura conſequatur ipſius puris: Rutaceo aut anethino oleo fœniculum aut flos cypri madeſcant: aut quod magis ad hanc rem conueniet, ipſi oleo incoquantur, cum radice maluæ.Conuenientius eſt autem oleum cyprinum, cum ſpiſſamētis apparatum. Hæc autem calefacta & lana molli excepta imponantur. Poſt hæc autem,cataplaſmata adhibere conuenit,ad febres quidem ſedandas, ex pane in aqua mulſa decocto, viridi apio,aut fœniculo, ſimul decoctioni iniecto, aut apii aut fœniculi ſemine inſperſo. cōmodius autem ad hæc butyrum pro oleo adiicitur. Deinde cataplaſma quoque ex ſemine lini adhibeatur: quòd ſi maius malum ſit,etiam fœnumgræcum addatur. Quòd ſi frigiditas ſuppurationis cauſam præbuit, irionis etiam ſemen cataplaſmatis indatur.Tardantibus autē ſuppurationib9,ordeaceæ farinæ caricas coctas addere oportet,& althææ radicem,terebinthinámque reſinam ac ſtercus columbinum.Fit etiā ad tardantes rupturas vtile cataplaſma ex ſolo ſtercore caprino,quod & collectionē maturat & diſcutit. Optimum etiam diſcuſſorium eſt ex loliis cataplaſma,ſi bitumine permiſceatur.Ablatis autē cataplaſmatis,ceratis affectæ partes contegantur ex butyro apparatis,& habentibus quoque admixtā irin, parum de baccis lauri,& rutam.etenim ad hoc quòd à frigore tutātur,adiuuant etiam reiectationem.Tempore reiectionis, congruit emplaſtrū ex ſuccis conſtans,& Mnaſeæ,& ſimpliciora melina,poſtea verò Iceſii & quod ex loliis apparatur. Si verò fluxus timor immineat, id quod Thraſiæ appellatur erit aptum.Ego verò aſſiduè eo quod ſylueſtri cucumere conſtat vtor: omnium enim efficaciſſimum exiſtit.præſcriptum autem hoc eſt in anheloſorum tractatu. Adiuuare igitur oportet puris excretionem quòcunque repere cognoſcatur.Quòd ſi ad aluum proreptet, magis emollientia ſint ea quæ offeruntur: ſi verò ad veſicam ſerpat, ea quæ vrinam magis cient, adhibenda. Si verò per tuſsim puris repurgatio fiat, nihil conuenientius aut familiarius exhiberi poteſt quàm ptiſana optimo melle permixta. Cæterùm ea quæ vrinam cient,cibis commodè admiſceantur, vndecunque tandem puris excretio contingat. Commoda eſt etiam faba cocta, in

omni ſuppuratorum differentia exhibita,ſi ei parum ex
ſeminibus erui maceratis, & duplici ex aqua decoctione
dulcoratis adiiciatur.Allii comeſtio quoque vtilis ad re-
purgationem exiſtit. Inter potionum genera,ſimpliciſſi-
ma eſt aqua mulſa cum iride & plurima radice dulci de-
cocta: vtilis eſt & radicis dulcis ſuccus commanducatus
& cum admixto ſeſamo temperatus.Conuenit etiam hyſ
ſopum aqua mulſa decoctum. Eclegma autem prodeſt
hoc: Nucum pinearum tum quæ pityides,tum quæ ſtro
bili appellantur, amygdalarum amararum, ſeminis lini,
amyli recentis,æquales partes,mellis quantum ſuffecerit.
Optimum autẽ eſt & piperis parũ ac ſeminis iridis adde-
re. Quòd ſi tuſſis infeſtet,butyrum recens tepidum cum
melle tepefactum delingendum præbe. Aliud ecle
gma, inter abſceſſus repurgans,vt etiam pelliculas ma-
ximas educat. Cardamomi dr. viii.ſagapeni dr.iiii.myr
rhæ dr.iiii. opii dr.ii.caſtorei dr.ii.piperis drach.i. cum
aqua in paſtillos duorum obolorum pondere redige, &
cum aqua calida paſtillum vnum pro vna vice exhibe.
Theſpiana ad internos abſceſſus:Seminis apii drach.tres,
opii drach.iii.melanthii drach.iii.caſtorei drach.ii.ſemi-
nis dauci,iridis,ſinapis,cuiuſque drach.vii. excipe melle
cocto, & præbe nucis auellanæ magnitudine ex aqua.
Eclegma ex eruo,ſuppuratis commodum: Erui madefa-
cti & indè torrefacti decorticatique & in farinam redacti
drach.viii. nucum pinearum drach. viii.amyli drach.vi.
piperis drach.v.ſucci rutæ drach.i.mellis cocti quantum
ſuffecerit. Eclegma magnum ex marrubio: Spicæ nar-
di,piperis.ſucci marrubii,cuiuſque vnc.i.mellis libras iii.
vini veteris dulcis libras duas.Succum cum vino & mel
le decoque, atque vbi ea coacta fuerint, ſicca contuſa &
cribrata inſperge,ac ſimul vnitis vtere. Aliud. Amo-
mi ſextantem,caſiæ quadrantem ,ſtyracis calamitæ ſe-
ſquiunciam,ſpicæ nardi ſeſquiunciam,croci vnc.i.pipe-
ris vnc. i.naſturtii dr.iiii. thuris dr.iiii.mellis lib.iii.vte-
re vt optimo. Antidotus panchreſtus *ab omnimoda utilita
te* appellata. conducit tuſſi antiquæ, ſuppuratis , ortho-
pnoicis,tabidis, præcordiorum diſtentionibus, & omni
inflationi.mouet menſes fœminarum,& quæ ex abortu
aut partu relinquuntur. ſecundas etiam ac partus educit.
& veſicæ abolet affectiones. Terebinthinæ drach.octo,
ſtyracis drach. vi.myrrhæ drach.v.croci, iridis, galbani,
cuiuſque drach.iiii.ſeminis hyoſcyami, corticis mandra
goræ,irionis torrefacti,opopanacis,cuiuſque drach.ii.pi
peris drach.vnam,ſpumæ nitri drach. i. cum paſſo coge
in paſtillos,ex quibus obolos duos cum aquæ mulſæ cya-
this tribus præbe. Alia antidotus Ariſtarchi, Paulina
appellata. vim habet admirandam. prodeſt tuſſienti-
bus,reiectantibus ſanguinem, tabidis,ſuppuratis,pulmo-
nis abſceſſib9,cõuulſionibus,& rupturis:ad ſtomachi ſub
uerſiones,bilis per vomitum ac ſeceſſum eruptionem,cœ
liacos,dyſentericos,veſicæ affectiones,vteri ſtrangulatio-
nes,& ad febres per circuitum repetentes, vna hora ante
exacerbationem exhibita. facit & ad malum habitum
corporis,& ad eos qui alimentum non ſentiunt,ad exitia
lia pharmaca & venenatorum morſus. Habet autem hoc
modo:Cinnamomi,coſti,galbani,caſtorei,opii,piperis ni
gri & longi,ſtyracis,ſingul.vnc.i.mellis ſextarium i.Sicca
contundito ac cribrato: galbanum autem cum modico
melle decoquito ac excolato: deinde omnia ſimul vnita
in vaſe vitreo reponito, ac fabæ Ægyptiæ magnitudine
exhibeto cum aquæ mulſæ cyathis duobus, irrorato de
pollice modico aceto. Vtere etiam iis quæ ad tabidos
deſcribemus.Exhibe quoque confidenter antidotum i-
ſotheon appellatam ad tuſſientes ſuprà præſcriptam. Li-
cebit & pæonia appellata antidoto vti, quæ in Sermone
tertio & decimo cum aliis multi vſus antidotis deſcribe-
tur.Farinas quoque apparare conuenit ex eruis albis ma-
defactis primùm,deinde reſiccatis ac decorticatis & mo-
la tritis. hæc enim farina & lacti dum decoquitur adiici
tur,admixto etiam melle,& vehementer cõmoda reddi-
tur. admiſcetur etiã aliis ſorbitionibus: & eclegmata ad
difficulter purulenta reiicientes apparata, ex hac confi-
ciunt. Commodum eſt autem & amygdalas amaras
delibratas ſorbitionibus infarcire. Facilem autem puris

A reiectionem facit porrum capitatum ceu ſorbitionibus
decoctum, atque etiam per ſe aquæ incoctum, & in cibo
acceptũ.In potu aqua offeratur probè cocta : ſi verò vino
opus habeat,theræum detur aut aliud dulce paucum. Ab
aceto autem & omni alio vinoſo genere, & ab aqua quo-
que frigida abſtineant.Tempore verò quo cicatrix obdu
citur,vinum ſquillinũ vtile eſt præpotatum, aut abſinthi-
tes & œnanthinum in vomentibus & purgatis per veſi-
cam:hyſſopites verò & ſquillinũ, iis qui per tuſſim:pule-
giatum qui per aluum purgantur: maximè ſi nigricantia
B ſubeant vnà cum purulentis,aut grumoſæ quædam coa-
ctiones. Quoniam autem per interualla colligi ſolent &
rumpi quoque ſuppurationes, curam adhibere conuenit
ne poſt factam earum curationem recurrant. Id fieri po-
teſt per lactis potationem,& hieræ ex colocynthide con-
ſtantis purgationem.Pòſt etiam dropaces locis adhibeã-
tur,& ſmegmata ſeu exterſoria acriora cutem rubefacere
potentia,& epithemata eius vſus, velut eſt id quod ex eu-
phorbio fit:item quod ex baccis lauri. Aſſumendæ etiam
arenæ ingeſtiones:& acrium ciborum comeſtio vtilis eis
C exiſtit per interſtitia adhibita,maximè verò alliorum co-
ctorum. Multos autem ſuppuratos poſt cicatricis obdu-
ctionem illæſos conſeruauimus per ſalſamentorum come
ſtionem. Aſſiduè etiam acetum mulſum præbẽdum eſt.
ſit autem ex ſquilla apparatum. Pectus quoque aſſiduè ex
abrotoni decocto repurgandum: item ex centaureæ &
hyſſopi aliiſque conſimilibus decoctionibus frequenter
potatis.Quòd ſi ſæpe puris collectio cõtingat, ſecurius eſt
cruſtas per cauteria pectori in orbem inurere, quemad-
modum in anheloſis eſt prædictum.

D De peripneumoniacis, Cap. LXVI.

PEripneumonia, inflammatio eſt pulmonis cum febre
acuta . Conſequitur autem affectos thoracis grauitas
abſque dolore.Quòd ſi pelliculæ ipſius,quæ cum thorace
ſecundum longitudinem ipſius ſunt connexæ, ſint inflã-
matæ,etiam dolorem percipiunt, & ſpirandi difficultas
ſimul irruit,& ſurrecti ſedere volunt. pulmo enim cordi
incũbẽs ſuffocationẽ infert.rubicũda eis eſt facies,& ma
ximè malæ.naſus in ſummo fit ſimus , venæ temporum
eleuantur, proſtratus eſt appetitus, reſpiratio calida, lin-
E guæ ſiccitas,aquæ frigidæ,magis autem aëris frigidi cõ-
cupiſcentia,tuſſis ſicca.Si verò quid efferatur, ſpumoſum
eſt ac bilioſum,& aliquando cruentum & floridum vehe
menter,quod etiam peſſimæ ſignificationis exiſtit . & ſi
quidem mortale malum fuerit,vigiliæ amplius aderunt,
aut ſomni breues ſtuporem ac delyrium inducentes:& i-
maginatione mentem viciſſim perturbante non ſentiũt
valde præſentia mala:extremitates frigidæ,vngues liuidi
incuruantur:quarta aut ſummum ſeptima die hi moriun
tur.Verùm ſi ad ſalutem permutetur morbus,ſanguinis
F eruptio ex naribus abundanter ſequitur,aut alui exturba-
tio multis exeuntibus bilioſis & ſpumoſis humoribus. A-
liquando autem inflammatione in pus commutata , per
ventrem aut vrinam pus excernitur, ſtatimque ab omni
moleſtia liberantur. Quòd ſi in pulmonem irruperit acet
uatim,aut ſuffocat,aut cum grauibus acceſſionibus in ta
bem permutatur.Itaque ſi nihil obſtiterit,ſtatim vena ſe
canda eſt in cubito,&,ſi ſuſtinuerint vires,ex vtroq; bra-
chio ſanguis extrahendus . primùm quidem modicus &
non vſque animi defectionem: vt videlicet aſſeruetur ad
G repetendam detractionem . ſi verò quid prohibeat fieri
venæ inciſionem,acri clyſtere ſoluere oportet ex decocto
hyſſopi,& colocynthide,& ruta melléque ac oleo pluri-
mo,iniecto etiam nitro ac ſale. Eorum verò quibus vena
inciſa eſt,ſedem illinire oportet iis quæ flatus educunt &
ſeceſſum irritant:veluti eſt mel cũ cumino & ruta,ac mo
dico nitro. Poſt vniuerſales autẽ euacuationes,peripneu-
monicis aqua mulſa in potu exhibenda eſt in qua deco-
ctũ ſit hyſſopũ,aut iris ſicca trita,mẽſura duorũ cochlea-
riũ aquæ mulſæ inſpergenda. Quòd ſi ſuffocatio vrgeat,
etiam nitrum inſpergere conuenit ad decoctionem hyſ-
H ſopi.Cibus ſit extenuatorius,ptiſana cum origano aut hyſ
ſopo decocta,aut modico pipere trito ad ei9 ſuccũ inſper
ſo. Aliquãdo autẽ ſal pro nitro cõiiciẽd9 eſt,prout expedi
erit,& ſuſtinuerint vires. Porrũ etiã capitatũ bis coctũ

præbeatur,& alica cocta ex aqua mulſa,quæ omnia inflationis ſint expertia. Potus exiguus ſit quãtitate. humiditas enim noxia pulmoni exiſtit. Sub lingua autem detinendum præbe mel in paſtillos redactum, cui in decoquendo inſperſa ſint hyſſopum & calamintha quam tenuiſſimè trita. Vti quoque conueniet eclegmatis quæ in pleuriticis deſcribẽtur. Atque vniuerſa diæta eorum qui à peripneumonia cõualeſcunt,eadem ſit quæ pleuriticorum & ſuppuratorum. Pectus verò lanis cooperiatur cum oleo & nitro. Conueniet etiam cerato contegere tum pectus tum latera,ex oleo rutaceo aut cyprino apparato,quod habeat ſimul iridem ſiccam tritam inſperſam, aut epithema ex cera,& terebinthina,medulla ceruina,œſypo liquido,butyro,& iride tenuiſſimè trita imponatur. ſint autem horum partes æquales.

De phthiſicis ſeu tabidis,ex Galeno,
Cap. LXVII.

Phthiſis propriè eſt exulceratio pulmonis, ad ſanguinis ſpuitiones conſequens,quum videlicet ſanguinis eruptione ſuppreſſa,vlcus non fuerit conglutinatum,neque cicatrix inducta. Cõſequitur etiam phthiſis in ſuppuratis & peripneumonicis. aliquando etiam in affectionibus pleuriticis. Difficillimè autem curãtur vlcera pulmonis,propterea quòd citra tuſſim non repurgantur: tuſſientibus autem mutuò vlcus dirumpitur, ipſiſque quaſi per circulum reuoluuntur mala. Lãcinatis nanque à tuſſi inflammatis, altera rurſus maturatione inflammatio opus habet, rurſúſque periculoſè per tuſſim pus repurgare neceſſe erit. Quare ex omnibus difficilis curatio ipſis ſubornatur, quòd neque pharmacorum vires vlcus pertingere valeant priuſquam in ventre permutentur, & quòd iuxta reſpirationes pulmo ſemper mouetur, & tuſſiendo lancinatur. Progreſſu verò temporis cartilagines quoque aſperæ in pulmone arteriæ aduruntur, quemadmodum in externis vlceribus oſſa quæ ſcalpturam ad ſquammularum diſceſſum ac detractionem non admittunt. Diuturna autem pulmonis vlcera etiamſi aliquando curentur, calloſas tamen & fiſtuloſas reliquias poſt ſe in ipſo pulmone relinquunt,quæ temporis progreſſu ex leui occaſione facilè refricantur: vnde contingit aliquando & tectorium vlceri obductum, & modicas ſanguinis guttas vnà cum aliis quæ inde per ſputum reiiciuntur efferri: vt alio planè principio opus ſit ad vlceris curationem. Notæ autem quæ ex ſputo ſumuntur,in tractatu De febribus ſunt præſcriptæ,nimirum quinto huius operis Sermone: vnde ſuperfluum exiſtimo hic de eis verba facere. Medicari itaque pulmonis vlceribus oportet, eo apparatu quo facilè ſurſum efferãtur humores,cura ſimul adhibita ne alii cõgregentur. Itaque cataplaſmata in principio aſſumenda ſunt,ex ſemine lini & tenuiſſimo polline,cum decoctione fœnigræci & althææ,oleóque & melle. admiſceri poſſunt etiam ipſis althææ folia trita. Adhibeantur autem hæc omnia ſtatim poſt exacerbationum remiſſionem. Poſt temporis deinde intercapedinem, ad cerata tranſeũdum ex butyro & oleo laurino ac cera apparata. Repurgationis autem tempore,epithemate vtẽdum eſt ex terebinthina & oleo cyprino,& butyro, & ex medulla ceruina, ac adipe taurino,iridiſque farina,& œſypo,*hoc eſt lanæ ſuccidæ ſordibus*,æqualibus omnium partibus commiſtis. Pòſt etiam emplaſtro Mnaſeæ, aut aliquo ex ſimplicioribus melinis vtendum. Locis autem fluxione laborantibus, id quod ex ſalicibus conſtat,adhibendum: quod etiam exſiccationis tempore cõueniens exiſtit: ſicut & hoc quod ex ſylueſtri cucumere apparatur, ſuprà ad anheloſos deſcriptum, & quod ex loliis fit eodem modo. Ne autem cutis ipſa diſtẽdatur,primùm locum ipſum inungito,atque ita glutinoſa pharmaca imponito: ſic enim facilius auelluntur. Optimũ autẽ ad eos malagma tẽpore quo cicatrix obducitur, hoc eſt: Ceræ lib. I. picis lib. I. viſci quercini vnc. I. ammoniaci thymiamatis trientem,gallæ,hypociſthidis,aluminis ſciſſilis,acaciæ,malicorii,ſeminis apii,rhois culinarii, cuiuſque vnciam vnam,olei myrtini aut roſacei trientẽ: in hyeme autem paulo plus. Sicca cum ſuccis in aceto cõtere,liquefactiſque quæ eliquari poſſunt & ab igne ablatis viſcum iniice: ad quod deinde liquefactum in cacabo etiam reliqua trita coniice, ac ſimul vnita in pilam transfunde,& emollitis vtere. Inter pharmaca verò potabilia,ſimpliciſſimũ eſt aqua mulſa per ſe, & cum amylo, aut iride & radice dulci in ea decoctis. Omniũ autem cõuenientiſſimum phthiſicis eſt lac aſininũ potatum: quod ſi non adſit,bubulum aut caprinum: & cancri crudi triti cum lacte potati,aut cocti in cibo ſumpti, aſsiduè iure eorum inſuper abſorpto. Conuenit etiã eis adeps ceruinus recens in ſorbitionibus eliquatus. Quòd ſi moleſta tuſſis incubuerit,thymus tritus & hyſſopum melle cocto excipiuntur & ſub lingua tenenda exhibentur. Congruit etiam butyrum recens cum mellis & terebinthinæ æqualibus partibus decoctis. in iis verò qui tolerare poſſunt, plus butyri accipiatur: ſi tamẽ recens exiſtat optimè enim repurgat. De hac itaque mixtura cochleariũ vnum ieiunis detur. Bonum eſt & amygdalas amaras,maximè cum ptiſana decoquere: & porrum capitatum cum ptiſana aut altera ſorbitione decoctum,aut etiam per ſe bis coctũ accipere. Vinum autem theræum & ſcybelites præbeatur, mediocri tamen valde menſura. Eclegma verò phthiſicis congruum tale eſt: Mellis optimi lib. I. vuarum paſſarum pinguium exacinatarum ſextantem,croci,iridis,ſeminis hyoſcyami, tragacanthæ,cuiuſq; drach. IIII. ſtyracis flaui vnc. I. nucum pinearum drach. VI. amyli vnc. I. Exhibe ex eo cochlearium ieiunis. Tragacantha in vino dulci modico teritur: ſtyrax verò in pila diſſoluitur,reliquis coniectis ac permixtis. Aliud. Fœniculi ſuccũ cũ pari melle decoquito,& ad ſextarii menſuram croci drach. I. rhei põtici drach. II. aliquãdo etiã hypociſthidis drach. I. adiicito. quod ſi iuxta aſperæ arteriæ extremũ aſperitas adſit, coniice & radicis dulcis tritæ drach. II. detur cochlearis mẽſura à cibo. Aliud. Squillam optimè aſſato,eiuſque medium ſiue medullam terito, & ad vnam ſquillæ ſex mellis partes coniicito,& ieiunis inde cochleariũ exhibeto. Aliud eclegma celebre. Marrubii, hyſſopi,iridis, radicis dulcis,pulegii,dictamni,ſaluiæ,caricarum,palmularum paſſarum, ſing. vnc. I. craſſius contundito, ac in aquæ ſextariis tribus ad triduum madefacito: deinde ad tertias decoquito ac percolato, melliſque libra vna adiecta,rurſus donec cogatur decoquito,& pòſt farinæ orobi ſcrup. XII. terebinthinæ vnciam vnam,amyli drach. III. maſtiches tritæ drach. IIII. tragacãthæ vnc. I. adiicito. Tragacantham primùm in modico decocti madefactam cõterito: deinde adiectis ei reliquis ſiccis, etiam ea quæ decocta ſunt affundito,ſimúlque coactis vtitor. exhibeto ieiunis cochleare. Licebit & ante ſomnum exhibere. experimento,eius vtilitas cognita eſt. Aliud, ad phthiſicos fluxionéque thoracis laborantes: Seminis cucumeris satiui deſquamati drach. VIII. amygdalarum delibratarum drach. IIII. ſeminis lini drach. II. ſeminis papaueris albi drach. II. Contuſa ac cribrata cũ tragacanthæ cremore cogito,& in paſtillos digerito. Iuxta virium autem tolerantiam aliis drach. I. aliis obolos II. præbeto: eis qui febre carent, cum vino dulci & myrti cremore: febricitantibus verò, cum cremore ſolo. Aliud, quod & ad phthiſicos & ſuppuratos præclarè facit. Farinam erui albi ſucco ſquillæ ſubactã exiccato: aut ſquillã aſſatam ac tritam,farináque erui ſubactam eodem modo exareſcere ſinito. Vſu autem expetente,paſtillos ipſos exiccatos contundito ac cribrato,melléque permixtos cochlearii mẽſura ieiunis dato. optimè enim repurgat. Aliud,multo vſu cognitũ, citra moleſtiam repurgans. Farinæ erui vnc. I. hyſſopi quadrantem, ſeminis vrticæ quadrantem, iridis vnciam I. mellis quantum ſuffecerit, exhibe ieiunis cochleare, ac confidenter vtere. Aliud, experimento cognitum,quod ad phthiſicos & ſuppuratos facit. magis tamen frigidis temperaturis conducit. Iridis Illyricæ ſextãtem,farinæ erui albi ſextantem,hyſſopi,pulegii fumo nõ ſiccati,ſeminis vrticæ,cuiuſque drach. VIII. piperis drach. XII. Excipe melle,ac præbe cochlearia duo: manè vnum,alterum ad veſperam. Potes & catapotia inde formare,atque alternis diebus exhibere. Aliud, phthiſicis & tuſſi veteri aptum. Cardamomi torrefacti drach. XVI. thuris,galbani,iridis,piperis,cuiuſque drachmas quatuor,caſiæ,croci,myrrhæ,cuiuſque drach. tres,opii drach. vnam,

conſpendito,ac cribrato:& cum aquæ cyathis tribus ac paſſi duobus,cochleare vnum, aliquando etiã duo præbeto. Licebit etiam paſtillos inde formare cum paſſo. Aliud coptariũ, *id eſt placenta*, ad phthiſin,ex eclegmatũ materia apparatũ: ex amygdalis videlicet amaris decorticatis,nucibus pineis recẽtibus, propter oleaginoſum in eis saporẽ aqua præmaceratis, ſemine lini,amylo recenti: hoc modo: Nucum pinearum quæ pityides appellantur ſextariũ vnum,ſeminis lini ſextarii quartam partem,amyli quincuncem,piperis drach. I. mellis boni cocti & deſpumati quãtũ ſatis erit. In iis qui caput quod facilè oblæditur habẽt,pityadas variare oportet, próq; eis ſemẽ vrticæ cõiicere. Eclegma ex orobis apparatum Dionyſio prætori:

Erui albi torrefacti & deſquamati ac triti vnc. I. coſti trientem,croci ſextantem,iridis vnciam I. nucum pinearum vnc. I. piperis grana L. ſeminis lini, vuarum paſſarũ à vinaceis depuratarũ, terebinthinæ, ſing. vnc. I. butyri drach. IIII. mellis quantum his cogendis ſatis erit. Summè hoc phthiſicis auxiliatur. Antidotus ex orobo, valde celebris,ad phthiſicos,ſuppuratos, & inueteratam tuſſim optimè repurgat & cicatricẽ obducit: Amygdalarũ amararũ delibratarũ ſext. farinæ erui trientẽ,hyſſopi triẽtẽ, iridis triẽtẽ,amyli ſext. piperis, panacis radicis, croci, cuiuſque ſcrup. VI. ſucci omphacii, exiccati drach. IIII. nucum pinearum torrefactarum ſextantem, mellis deſpumati libram vnam, aceti vnciam. Farina erui in aceto per diem vnum maceretur,poſtea ſimul coactis omnibꝰ, ex eis cochleare vnum ieiunis præbeatur. Alia antidotus ad phthiſicos,quæ etiam ad omnem tuſſim inueteratam conducit. Amygdalarum amararum decorticatarum ſextantem,ſeminis vrticæ torrefacti drachmas quatuor,ſucci radicis dulcis ſicci,radicis ſymphyti,cuiuſque ſextantem,terræ aſteris,nucum pinearum torrefactarum, ſeminis lini torrefacti,ſeſami, vuarum paſſarum à vinaceis depuratarum,ſing. ſeſquiunciam,farinæ erui albi ſextãtẽ,iridis vnc. I. terræ Lemniæ vnc. I. ſapæ & mellis quãtum ſuffecerit ad eorum coactionem. Exhibe ieiunis cochlearii menſura: aliquando etiam ante ſomnum. Vtere & varia ex capitibus papaueris cõpoſitione,ſuprà ad deſtillationes deſcripta,exhibens ex ea ante ſomnum. Vtere & iis quæ ad ſuppuratos ſunt deſcripta, item arteriacis remediis ſuprà præſcriptis. Conuenientiſſima etiam eis eſt confectio iſotheos appellata,ad tuſſim deſcripta: & antidotus pæonia,quæ in Sermone XIII. cum aliis multæ vtilitatis antidotis eſt relata: ea confidenter vtaris. Prodeſt & Mithridatis cõfectio, & quæ Eſdræ inſcribitur,miro modo: itẽ ex viperis theriace Andromachi per interualla exhibita: quæ omnes in tertio & decimo Sermone ſunt deſcriptæ. Vltra opinionẽ autẽ efficax eſt bolus Armeniacꝰ dr. põdere ex vino tenui albo. Catapotiõ phthiſicis valdè commodum & bonum,cui nullum comparari poteſt: faciens ad omnem tuſſim inueteratam,& purulentas reiectationes: quod in tribus diebus vtilitatẽ ſuã demõſtrat. Styracis flaui,piperis albi,myrrhæ troglodyticæ,caſtorei, galbani puri, opii Achaici,aut Aſiani, omnium æquales partes,cum galbano & ſtyrace ſubige, ac catapotia in forma erui magnitudine,quorum tria aut quinque ante ſomnum exhibe deuoranda: calida aqua inſuper ad ſorbendum data:& admirandam vim videbis. Porrò diutiꝰ perſeuerante malo,ac iam inueterato,cauteria admouere oportet, pectore in orbem inuſto,quemadmodum in ſuſpirioſorum prædiximus curatione.

De pleuritide,ſiue laterum morbo, Cap. LXVIII.

PLeuritis exquiſita & propria,inflammatio eſt mẽbranæ intrinſecus latera ſuccingentis, dolorem pungitiuum vehementer inferens cum acutiſſima febre. Conſequitur hac affectos ſpirandi difficultas, & tuſſis,aliquando quidem ſicca,aliquando verò cum reiectatione,ac primùm quidem cruentorum: inflãmatione verò matura facta,purulentorum. Pulſus adeſt durus,& ſiccantis quippiã modo habẽs. Si itaque dolor circa mãmas innititur ac vſque ad clauiculam ſe extendit,citra dilationem confidenter vena ſecanda eſt. ſi verò deorſum ad præcordia vergat dolor, corpus purgandum. Quòd ſi mediocris infe-

A ſtet dolor & non pungitiuus,neque adſit tuſſis, neque febris acuta,non opus eſt magna remedia adhibere. Clyſter enim efficacior eis primùm infunditur: deinde euacuatione aliquod operæpretium faciẽte. Adhibetur etiam irrigatio ac fomentatio lateris affecti: item ſacculi ex furfuribus & pulegio ac mẽtha impleti:& diæta extenuatoriam vim habens. Archigenes. In iis verò qui acuto morbo, vt diximus,infeſtantur: ſiquidem circa mammas ac clauiculam hæreat dolor,venam incidere oportet (vt dictum eſt) in brachio,non eo quod rectà ab inflammato latere procedit,ſed oppoſito. Sanguinis autẽ multitudo extraha-B tur non vſque ad animi deliquiũ: periculũ enim,ne in peripneumoniam morbus permutetur: ſiquidem refrigerato valde corpore,pulmo rarus & calidus exiſtens,laterique vicinus,promptè & facillimè morbum ſuſcepta. Itaque modicum extrahere oportet, & poſt ſufficientem temporis intercapedinem, rurſus repetita inciſione modicum auferre. Quòd ſi animi defectionem timeamus, vſque in ſequentem diem eius repetita ablatio differẽda erit. Deinde clyſter aluo adhibeatur, ſi non vt conuenit feratur. C Clyſtere autem confidenter vti oportet ex oleo rutaceo, eliquatis in eo terebinthina & butyro: deinde forinſecus latus ex oleo calido fouere in quo ruta, anethum, flos cyperi decocta ſunt. Lanam item ſulphuratam, aut ipſum ſulphur inſperſum habentem adhibe calido oleo imbutam, ita vt inſperſo modico thymo trito imponatur, leniterque ac prouidè colligetur. Atque hac ſanè irrigatione vtendum eſt ad tertiam vſque diem: quarta deinde, cataplaſma adhibeatur ex polline ac lini ſemine, melléque ac oleo rutaceo: ſitque vehementer leue ipſum cata-D plaſma. Quod ſi liquidior reiectio exiſtat, farina etiam lolii,& ſeminis irionis admiſcenda, aut fœnumgræcum ac nitrum inſpergendum. Si verò repurgamento liquido prodeunte,adhuc perſeueret dolor, ſuppuratum fieri hominem ſpes eſt. Quare ſinapi etiam in cataplaſmata commiſcendum,& naſturtii ſemen,ac roſmarini ſemen canchry appellatum,itémque pyrethrũ: aut farinam lolii, ceræ,& bitumini cum oleo eliquatis permixtam impone. Cura etiam adhibenda eſt vt calida permaneant catapla-E ſmata: quod hoc modo fieri poteſt: Oleo calido veſicam bubulam ſemiplenam redde, eámque frequẽter cataplaſmati admoue. Poſt ſeptimum autem diem, ſi eodẽ modo dolor perſiſtat, cucurbita lateri affigenda eſt, & cutis ſcarificanda. Manifeſtiſſima enim in pleuriticis vtilitas ex cucurbitulæ appoſitione apparet. Vulnuſcula autẽ ſcarificati loci,ſale aut nitro inſpergenda,ſiquidem ſuſtinere queant: in aliis verò linteolum oleo madefactum ac ſale conſperſum imponatur. Sequenti deinde à ſcarificationi die,optimũ eſt rurſus cucurbitã affigere, quò ſanguis F ſanioſus ex impactis vulnuſculis extrahatur. Hæc enim detractio priore commodior exiſtit. non enim ſanguis ſed ſanies in ſecunda detractione aufertur. Tertia verò die poſt ſanguinis detractionem, ceratum cyprinum aut rutaceum,tum pertuſæ cuti, tum vniuerſo lateri imponendum: neque vnquã affectus locus nudus relinquendꝰ. Quòd ſi permutati in pus humoris ſigna appareant, & nõ per exhalationem diſcutiatur, coadiuuare permutationẽ oportet, althæa & caricis in complexum cataplaſmatum coniectis. Pòſt verò etiam epithematis vtendum: reiectio-G nis maximè tempore, huiuſmodi mixtura apparatis: Butyri,terebinthinæ,œſypi, *id eſt ex lanæ ſuccidæ ſordibus pharmaci*, ceræ, medullæ ceruinæ, iridis, omnium æquales partes comice, modico oleo cyprino aut rutaceo admiſto. Optimum eſt etiam ſulphur tenuiſſimè tritum cerato liquefacto inſpergere. Admirabiliter quoque eis auxiliatur braſſicæ radix ſicca vnà cum cauliculis exuſta, cinere eius axungia veteri ſuilla ſufficiente excepto,ita vt ne perfluat in corpus,ipſúmque inquinet. præclarè enim diſcutit,& mitigat dolores. Probè etiam auxiliantur braſſicæ itémque cupreſſi folia tenera trita & cum axun-H gia impoſita: aut marrubium eodem modo, aut cinis ſarmentorum,aut ficus pingues cum pari axungia commixtæ. Eundem vſum præſtat ſtercus caprinum cum axungia impoſitum. Aliud epithema, pleuriticis valde commodum: Opopanacis vnciam vnam, foliorum

rutæ ſextantem,olei cyprini lib.i.ceræ ſeſcuncē,terebin-
thinæ ſeſcuncem , galbani ſeſquiunciam . Opopanax in
oleo cyprino diſſoluitur:galbanum autē cum rutæ foliis
cōteritur.quæ verò eliquari poſſunt, liquefiunt, & refri-
gerata tritis admiſcentur. Aliud experimento cognitū:
Rutæ ſextantē,ſulphuris viui vnc.i.nitri ſeſquiunciā,adi
pis ſuilli trientē,ceræ ſeſcuncē,olei cyprini ſeſcuncē,buty
ri,œſypi liquidi, vtriuſque ſextantē, terebinthinæ vnc.i.
Aliud epithema ad pleuriticos, in quibus dolor diu
perſeuerat : Ceræ, reſinæ pini, picis, baccarum lauri de-
corticatarum,ſing.libram vnā,ammoniaci thymiamatis
ſeſcuncem,galbani trientem,pyrethri ſextātem, æruginis
vnc.i.nitri ſextantem,euphorbii vnc.i. (alii tātùm dimi-
diam accipiunt)olei laurini aut cōmunis antiqui trientē,
appara,& vtere. Rubefacit cutem, & grauitatem leuiorē
facit. Epithema fœtidum , pleuriticis commodum.
Reſinæ pini lib.i.ceræ ſeſcuncem , rutæ viridis trien-
tem,olei cyprini ſeſcuncem, ſulphuris viui, opopanacis,
ſagapeni,galbani,cuiuſque drach.i i i. De potionibus
pleuriticorum. Potionibus iuuantur pleuritici,in prin-
cipio quidem aquæ mulſæ , in qua ruta eſt decocta : pòſt
etiam hyſſopum,aut calaminthe, aut origanum, aut iris,
aut radix ariſtolochiæ. Alia.eueſtigio auxiliatur. Ra-
dicis phu faſciculum in tribus aquæ ſextariis decoquito,
& expreſſo liquore,ad ſextarium vnum, mellis trientem
coniicito,rurſúſque decoquito, ac cyathos tres ante cibū
exhibeto. Alia, Chamæpityos manipulū in tribus aquæ
ſextariis appara, & vtere vt dictum eſt. Alia.Stœchadis
tenuiſſimè tritæ drach.i.exhibe ex aqua mulſa:aut ſimi-
li modo chamædryn,aut chamæpityos modo apparatam
præbe in potu.Prodeſt & dracunculi radix cocta in cibo
ſumpta,aut ari radix eodē modo. Sub lingua verò teſſel-
las ex melle cocto eliquantes deuorent . Eclegma autem
eis conueniens hoc eſt . Eclegma ad pleuriticos: Se-
minis vrticæ,ſeminis lini,nucum pinearum, amyli,ſing.
cyathum vnum,amygdala amara decorticata xx v.pipe-
ris grana quinquaginta.Nuces pineas ac lini ſemen parū-
per torreto:deinde alia trita ac cribrata ſimul cū iis mel-
le deſpumato ſufficiēti excipito,& ieiunis cochleare vnū
exhibeto. Aliud. Butyrum recens cum pari mellis mē
ſura decoquito, ac inde cochleare præbeto. In pleuritide
verò diuturna, exhibe ſeminis balſami drach.i. ex aqua
mulſa: aut etiam gentianæ drach.i.radicis centaureæ ma
ioris drach.i i.ex vino:aut radicis ſymphyti ex aqua mul
ſa.Quòd ſi liquida & cruda reiectet,cōuenit hoc:Myrrhæ
troglodyticæ dr.ii.croci dr.i.piperis grana xv.mellis de-
ſpumati lib.i.cogito ſimul,ac inde cochleare dimidium
præbeto.Oribaſii antidotus ad pleuriticos & omnes pe-
ctoris fluxiones.Seminis roſmarini,opopanacis, ſagape-
ni,caſtorii,aniſi,ſeſelis,cuiuſque drach.viii.myrrhæ,opii,
cuiuſque drach.i i i.bituminis drach.i i i . & dimidiā,
piperis drach.i i.thuris ſeſquidrach. Vtere, araci magni-
tudine exhibens cum hydromelitis cyathis tribus. An-
tidotus alia pleuriticis valde commoda . Baccarum lauri
drach.v i i i.ſeminis rutæ ſylueſtris drach. v i i i. ariſtolo-
chiæ lōgæ drach.v i.myrrhæ drach.i i i i. gētianæ drach.
i i i i.mellis deſpumati lib.i.Datur nucis Ponticæ magni-
tudine,aut fabæ,aut araci.Prodeſt ſuppuratis , conuulſis,
itémq; ruptis. Cæterùm & antidotus quæ ex quatuor re-
bus appellatur præclarè facit.habet autem hoc modo: Gē
tianæ,myrrhæ, ariſtolochiæ,baccarū lauri , æquales par-
tes melle cocto excipe , & fabæ magnitudine præbe : iis
qui febre carēt,ex vini cyathis i i.febricitantibus verò,
cum aqua mulſa,Efficax eſt ad conuulſiones,rupturas,or-
thopnœam,tormina interaneorum,& morbum regium,
& eos qui venenum hauſerunt:reſiſtit etiam ſerpentium
venenis potata:præſtat idem & ad morſus locum impoſi-
ta . quidam eam myſterium appellant. Alia antido-
tus,ad pleuriticos pharmacum accommodatum.Extrahit
menſes & partus, & quæ à partu relinquuntur, ſecundas:
Dictamni,ſagapeni, opopanacis , triſaginis , cuiuſque
drach. quatuor, myrrhæ, ſeminis rutæ ſylueſtris , herbæ
ſabinæ,comæ cētaureæ minoris,piperis,cuiuſque drach.
octo,radicis gentianæ drachm . ſex, baccarum lauri dra-
chmas ſedecim,ariſtolochiæ rotundæ drach.duas,mellis
A deſpumati quantum cogendis his ſatis.Datur nucis auel-
lanæ magnitudine cum hydromelitis cyatho vno. Cibi
porrò pleuriticis exhibendi ſunt ſorbiles qui in principio
ventrem ſubducāt: velut eſt ptiſanæ ſuccus cum melle ci
tra ſalem aut alterius rei admixtionem. Poſt hæc etiam,
non colata integra ptiſana exhibēda: deinde micæ quoq;
ex aqua mulſa.Quòd ſi à melle abhorreat æger, oleum o-
ptimū in principio ptiſanæ affundes, decoquéſque ſimul
capitatū porrū:deinde modico ſale cōdies, & exhibebis.
Remittente verò ac declināte iam malo,in petroſis aquis
B degentes piſces exhibendi, & columbæ:omníſque diæta
tenuis conſtituenda. Aluus autem aſſiduè ſubducatur, in
maximis præſertim doloribus: ſed tamen cauendum ne
fortiora ſolutiua exhibeantur. Maſtichen itaque tenuiſſi-
mè conterito,eiúſque ſcrup.ix. cum aqua tepida, aut la-
ctei teporis aqua præbeto. ſoluitur enim à calida aluus.
Vbi verò hanc potionē obtuleris, amygdalas amaras de-
corticatas viginti in promptu habe:eáſque tritas cum pau
co melle delingendas præbe:aquam etiam calidam mo-
dicam inſuper bibendā.Profectu autē ex his cōſequente,
C etiā cū ſubſcripta Aſclepiadæ hiera purgabis,quò omnes
morbi reliquiæ extergātur:quæ enim relinquūtur à mor
bo,recidiuas facere cōſueuerunt:& nō pura corpora quo
plus nutries,eo amplius lædes. Hiera Aſclepiadæ, quæ
omnes abſceſſus in profunda corporis parte conſiſtentes,
vnà cum tuniculis ipſorum educit, phthiſicis ac pleuriti-
cis commoda: facit & ad eos qui aſſiduè reuomunt cibū.
Colocynthidis medullæ drach. xxxii. marrubii, ſtœcha-
dis,triſaginis,cuiuſque drach.xiiii.myrrhæ, ſpicæ nardi,
piperis longi,floris iunci odorati,caſiæ, cinnamomi, cu-
D iuſque drach.iii.croci drach.iiii.radicis centaureæ maio
ris drach.i i i i.galbani dr.iiii. excipe melle cocto & pleu-
riticis duarum nucum Ponticarum magnitudine exhibe
ex aquæ mulſæ cyatho i.phthiſicis verò & ſuppuratis, vni-
us tantùm nucis magnitudine,itidem ex aqua mulſa.

De ea quæ pleuritis eſſe putatur, quum tamen non ſit, Cap. LXVIII.

EX cruditatibus plurimis,& cibis humoris craſſi ac pi-
tuitoſis,(veluti ſunt bulbi ac fungi,& conſimiles) cru
E di humores viſcoſique & tenaces in corpore generantur:
qui aliquando repente ſe in vacuū thoracis locū ingerūt,
aut in ipſum etiā pulmonē.Multitudine itaque ſua ſuccin
gentem latera intrinſecus pelliculam diſtendentes, infe-
runt dolores:vt imaginatio factæ inflammationis, inex-
pertis exhibeatur. quinetiam vias ſpiritus intercipientes,
vehementem ſpirandi difficultatem inducūt. Vnde qui-
dam medici errore ſeducti,vena cubiti inciſa, multóque
ſanguine euacuato, mortis cauſam ægris præbuerunt.
Quare interrogare oportet,num eo cuius mentionem fe
F ci, vſi ſint cibo, diligentérque perdiſcere formam ipſius
reſpirationis,contingere etiam pulſus, & tactu explorare
caloris qualitatem.Etenim in his non ob dolorem reſpira
tio vtplurimùm intercipitur, ſed quod viæ ſpiritus ſunt
obturatæ,& reſpirationis forma velut laqueo collo circū-
dato contingit.Supini autem ferè intotum decumbunt
ſemper,præ impotentia etiam,neque probè loqui valen-
tes.Vtplurimùm verò non febricitant hi: aliquando & fri
gidius ſolito corpus eorum inuenitur. quòd ſi febre affi-
ciantur aliquando,debiliſſima ipſis febricula exiſtit, mi-
G niméque ſunt ſiticuloſi : & quod ad hæc vel maximum
ſignum eſt,pulſus difficulter mouetur,minimus & tardiſ
ſimus præter ſolitum morem exiſtens. Horum itaque cu
ratione ſuſcepta,calefacientia,inciſiua,& repurgantia,in-
trinſecus & extrinſecus offeremus : & primùm quidem à
ſimplicioribus incipiemus. Clyſteri ergo conſueto aluū
à ſtercoribus repurgabimus:deinde etiam efficaciori vte
mur ex decoctione calaminthæ, aliquando centaureæ,
melléque plurimo ac nitro & oleo. Colocynthis autem
in his,quòd valde ſtomacho aduerſetur, deuitanda . Poſt
alui euacuationem,rutam & anethum in oleo decoque-
H mus, & ex eis quamplurimum fouebimus affectos lo-
cos:lanas etiam oleo madefactas imponemus . In potu
dabimus aquam mulſam,in qua hyſſopum,aut pulegium,
iris , caricæ plurimæ ſint decocta . Succum etiam ptiſanæ

tenuiſſimum exhibebimus cũ melle,quò inde venter leniter ſubducatur. Eclegma autem ipſis commodum huiuſmodi eſt:Seminis vrticæ,hyſſopi,iridis, nucum pinearum, amygdalarum amararum, ſingulorum æquales partes,modico pipere adiecto,optimo melle deſpumato excipe,ac indè,ad ſummũ,cochleariũ vnum ieiunis præbe: deinde interſtitio facto, exhibe aquã mulſam,vt dictum eſt:ac poſt horas duas ſuccum ptiſanæ.tertia deinde die ex farina ordei, ac ſemine lini, multóque fænogræco cataplaſma imponatur. adiiciamus etiam ſinapi tritũ, & lauri baccas,ac parum nitri,& ex liquidis oleum rutaceum, aut cyprinum, aut anethinum. Apparandum autẽ eſt eo modo,vt thoracem & coſtas comprehendat.Ablato autem cataplaſmate, thorax cerato ex butyro & terebinthina, œſypóque liquido, & cera, taurino adipe, ac iride, æqualibus portionibus acceptis cõtegatur. aliquando etiam ex medulla ceruina & oleo cyprino. ſulphur quoque viuum cerato liquefacto infarciendum. Stomacho verò lanam conuolutam, vnguento nardino ac modico vino madefactam imponemus,eique incumbere ſemper ſinemus. In iis verò quibus ſuffocationis periculũ imminet, vomitoriis ad anginam deſcriptis cõfidenter vtemur:& maximè eo quod ex elaterio, ſinapi ac nitro conſtat,primùm quidem ipſum cum oleo & pauco melle quam penitiſſimè illinẽdo: deinde etiã bibendũ, quemadmodũ illic diximus exhibebim⁹. aſſiduè etiam aquã mulſam abſorbẽdã præbebimus,in qua hyſſopũ eſt decoctum.Porrò humoribus diſſolutis,reiectare eos inci-

A piunt, & tuſſis in eis augeſcet. quare antidotũ iſotheon appellatam tunc eis ante ſomnum exhibebimus, nucis auellanæ magnitudine ex aqua mulſa. ſomnũ enim dulcem infert,& humores quò facilè ſurſum efferantur præparat,ac tuſſim ſedat,doloréſque diſpergit. eſt autem ſuprà ad tuſſim deſcripta.Quãdo verò etiã vẽter eis nõ bene excernit, maſtiche tenuiſſimè trita ſcrupulorum nouem pondere,cum aqua tepida aut lactei teporis bibenda offeratur.deinde amygdalæ amaræ decorticatæ tritæ, ex melle præbeantur delingendæ, & aqua calida poſt eorum ſumptionem abſorbenda.

B Feliciter autem procedente curatione,& columbarum pullos in cibo offeremus,cũ porro capitato cocto, anethóque & oleo, modico ſale & pipere adiecto. Vinum bibant fuluum, vetus, mediocri menſura. Atque eclegma prædictum,ex ſemine videlicet vrticæ,quotidie ieiunis præbebimus. Ante ſomnum verò iſotheon antidotum alternis aut ſingulis diebus, donec ab omnibus moleſtiis ægri liberentur. Ceratum autẽ quod pectori adhibetur,ſingulis diebus renouetur:& ſi quidẽ vẽter adſtrictus ſit,maſtiche cũ amygdalis &melle

C præbeatur. Eclegma Galeni,ad diuturnũ pectoris dolorẽ citra febrẽ.Fœnũgræcũ aqua macerato,deinde decoquito,& prima aqua diffuſa, & palmarum pinguiũ carne adiecta,ruſus coquito,ac exprimito ſuccum: quem deinde melle largius permixtum,ruſus ad prunas decoquito,donec ad mediocrẽ ſpiſſitudinem redigatur:& ex hoc multo ante reliquum cibũ tempore delingendum exhibeto.

INDEX EORVM QVÆ IN PRIMO SERMONE TETRABIbli tertiæ Aetii continentur.

De cardiacis, Cap.I.
De iis quibus atra bile ſtomachus infeſtatur, Cap.II.
Ad eos qui flauam bilem euomunt, Cap.III.
Ad eos qui ſtomacho exuruntur,& ſiticuloſi ſunt, Cap.IIII.
De ſingultu, Cap.V.
De bulimo,hoc eſt ingenti fame, Cap.VI.
De animi deliquio,ex Philumeno, Cap. VII.
De iis qui in balineo animo linquuntur,Cap.VIII.
De ſtomachi imbecillitate,& ſupinitate, ac ſubuerſione, ex Galeno, Cap.IX.
De nauſea, ex Galeno, Cap.X.
Cataplaſmata & epithemata ad nauſeas & vomitus, Cap.XI.
De cholera ſeu bilis effuſione, Cap.XII.
De ſtomachi adſtrictione, Cap.XIII.
De humoribus à capite in ventrem deſtillantibus, Cap.XIIII.
Diæta conueniens iis qui ſtomachum habent diſſolutũ, aluum autem adſtrictam, Cap.XV.
De ſtomachi inflammatione, Cap.XVI.
De ſtomacho exulcerato, Cap.XVII.
De iis qui à ſtomacho,comitialis morbi modo conuelluntur, Cap.XVIII.
Viridis iaſpidis vſus, Cap.XIX.
De appetitus perditione, Cap. XX.
De appetitu canino, Cap.XXI.
De appetitu canino,qui ex immodica tranſpiratione ac cutis exolutione contingit, Cap.XXII.
De vitioſo appetitu, Cap.XXIII.
De cruditate, Galeni, Cap.XXIIII.
De crapula, Philumeni, Cap.XXV.
Quæ cura aluo adſtrictæ exhibenda,ex Galeno, Cap. XXVI.
De inflatione, Galeni, Cap.XXVII.
De voluulo, Archigenis, Cap.XXVIII.
De iis qui ab acri humore coli,dolore infeſtãtur, Galeni, Cap.XXIX.
De iis qui à frigidis & pituitoſis humoribus, coli dolore infeſtantur, Cap.XXX.
Pharmaca ad colicos, Cap.XXXI.
De antidotis dolorem leuantibus,infuſiſque colicis accõmodatis, Cap.XXXII.
Quæ colicis infundantur,& per anum ſubdantur, Cap.XXXIII.
Cataplaſma colicum, ex libris Seueri, Cap.XXXIIII.
Quomodo aluum fluxione laborantem curare oporteat, ex libris Philumeni, Cap.XXXV.
Cura eorum qui ex debilitate,alui fluxione laborant, ex Galeno, Cap.XXXVI.
De cœliaca affectione, Archigenis, Cap.XXXVII.
De colliquatione, Cap.XXXVIII.
De lumbricis, ex Herodoto, Cap.XXXIX.
De lato lumbrico, Cap.XL.
De aſcaridibus, Cap.XLI.
De abſceſſu in inteſtinis, Cap.XLII.
De dyſenteria,hoc eſt torminibus inteſtinorum, Cap.XLIII.
De teneſmi cura, Cap.XLIIII.
Cura dyſentericorum, Cap.XLV.
Cura eorum qui aurum,aut æs,aut tale quippiam deglutiuerunt, Cap.XLVI.
Communia remedia dyſentericorum,quæ ſupernè exhibentur, Cap.XLVII.
Compoſita pharmaca,quæ ſupernè exhibentur, Cap. XLVIII.
Quæ infernè dyſentericis infundantur, Cap.XLIX.
Epithemata dyſenterica, Cap.L.
De lienteria, Cap.LI.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICINÆ TETRABIBLI TERTIÆ SERMO PRIMVS, PER IANVM Cornarium medicum phyſicum Latinè conſcriptus.

De ſtomachi,alui,ac interaneorum affectionibus.

De cardiacis, Cap. I.

QVOMODO eos qui cardiaci appellan-
tur curare oportet, aut eos etiam qui ali-
ter ob ſtomachi afflictionem animo lin-
quuntur, iam abſolutiſſimè prædictum
eſt in quinto huius tractationis ſermone,
vbi ad febrium curã hæc annexuimus.
Nunc verò quum affectionum ſtomachi ac alui remedia
opportunè ex ordine deſcribemus,neceſſariũ viſum eſt
& hîc paucis eorum mentionem facere. Cognoſcemus i-
gitur eos qui cardiaci dicuntur,quum acuta febri,& ma-
ximè æſtuoſa,affliguntur hoc modo. Pulſum ſi inuene-
ro dẽſum & obſcurum, & extremarum partium frigidi-
tatem,ſudores circa faciem & ad pectus vſq; glutinoſos,
& odorem corporis terreſtrem nares percellẽtem,& pul-
ſus circa ipſum cor vehementiores & magnos: & ad hæc
accedãt deſperatio,angor animi,& corporis iactatio, hoc
modo affectum cardiacum eſſe dico.Os verò ventris,pri-
mum eſt quod ipſis afficitur,per conſenſum vehementer
oblædens cor ipſum,propter vicinitatem. Porrò veteres,
os ventris cordis appellatione cardian vocarunt,ab acceſ
ſionibus nimirum quæ ex eo accidunt & inferuntur. Ae-
ris itaque frigidi admiſſione & ventilatione eis auxiliari
oportet. Spongia igitur ex poſca frigida imbuta, facies
permadeſcat,& aqua lactei teporis paulatim abſorbenda
præbeatur.Odoramenta autem varia offerantur, malum
cotoneum,pulegium,cucumer,& ſimilia.Stragula eis in-
cũbentia tollantur: operimenta verò quibus cõteguntur,
mollia ſint,& vſu priore detrita. pauimentum irroretur,
ac foliis conſternatur myrti,platani ac quercus: maximè
verò vitis atque ipſis etiam roſis.Solem autem domus in
qua decumbit non admittat, ſitque minimè alta,ſed de-
preſſior,& non valde lucida. Exudantibus verò partibus,
myrtus ſicca trita inſpergatur,aut cimolia, aut œnanthe,
aut ordeum:imprimis verò collo & thoraci, & locis ſub
alis ac inguinibus ea ſunt adhibenda.Eodẽ modo auxilia
tur malicorium cum manna inſperſum:aut galla per ſe,&
cum ſulphure viuo:aut Samia terra admixtum habẽs gũ-
mi.Illinuntur etiam ad coercendos ſudores, oleum myr-
teum,œnanthinum,roſaceum,melinum, & lentiſcinum.
Circumlita autem ſudores cohibent, manna & amylum
candido oui excepta, aut bulbus albus,& piper, ac vrti-
cæ ſemen,& gummi, modico cerato myrteo excepta aut
oui cãdido ſubacta,quæ ſanè craſſius inungere conuenit.
adglutinantur enim & exareſcunt, & potiſſima eis ſpes
conſiſtit naturalis caloris reexſuſcitandi. Neque verò pin
guefactæ cuti huiuſmodi inũctiones ſunt adhibendæ:ve
rùm linteolo probè prius exterſæ inungantur.neque mox
vbi calor apparere incipit auferantur, ſed poſtquam ſuf-
ficienter extremæ corporis partes fuerint concalefactæ.
Quod vbi contigerit,ſtatim tollantur,& thorax cooperia-
tur:atque ſicubi varoſum quippiam aut vlceroſum ex in-
unctionis aduſtione circa thoracem appareat, blandè tra-
ctetur,ac aliquo ex iis quæ ad ambuſtos ab igne deſcripta
ſunt,pharmaco locus curetur. maximè verò conueniet id
quod ex ordeo conſtat. Extremæ verò corporis partes,ſi-
ue ad genua vſque & cubitos, ſiue vſque ad locum ſub
alis & inguina ſint refrigeratæ, fæce vſta & ſulphure vi-
uo cõſpergendæ,aut pyrethro,aut piperide,aut bulbis tri-
tis cum pipere illinendæ à brachiis vſque ad digitos &
à femore vſque ad extremos pedes, gracilibus linteolis
ſimul circumpoſitis.idem præſtat ſinapi & pyrethrum, ac
adarce. Porrò mollibus corporibus ſufficit aliquando o-
leũ ſicyoniũ aut gleucinũ illitũ,cũ multa fricatione ac cõ
calefactione partium extremarum:quanquam nihil vetet
piperis ac ceræ modicum his admiſcere, quò ſpiſſiora
fiãt & melius adhæreſcãt. Faſciculus quoque ex lana pura
in oleo calido madefactus,incumbat ſemper circa veſicæ
A regionem.Capitis fomenta frigida ſint,qualia ad phreni-
ticos ſunt deſcripta:frons ſpongia ne madefiat,ſed ex aca
cia,galla,terra Samia,ac ſylueſtris punici flore illinatur.O-
ptimè facit etiam omphacinũ,& gummi:verùm vnum-
quodque eorum ex roſarum decocto aut ſucco,aut ali-
quo cõſimili diluatur pri9:& deinde illinatur.Quòd ſiquis
ſanitatis tempore nimiùm repletus exiſtat,& ſtercora an
tiqua recto inteſtino inſideant,tunc ſanè clyſtere ſimpli-
ciore euacuare oportet:ex ſucco ptiſanæ, & modico mel-
le,pauciſſimóque ſale & oleo quoque modico adiecto.Il-
B linenda eſt etiam ſingulis diebus ſedes ipſa ex cumino,
ruta & nitro,cum modico melle commixtis, ob inflatio-
num videlicet eductionem.Si verò nulla ſtercora in inte-
ſtino recto ſubſideant,neque aliâs etiam excrementorũ
multitudo inſit inteſtinis:ægri autem cibum nõ ſentiãt
& tabeſcant, ptiſanæ ſuccum aut alicæ per clyſterem in-
fundere oportet tepefactum,conquaſſato cũ eo ouo cru-
do. vltra hoc enim quòd ea quæ ſtomachũ infernè mo-
leſtia afficiunt euocat & educit, etiam alimentum opti-
mè corpori ſufficit ex languore ob non acceptum cibum
C miſerè affecto. Auxiliãtur itẽ cardiacis,cataplaſmatis mo
do,ſtomacho ac ſiniſtræ mãmæ impoſita: Folia rubi cũ
pane,aut myrti folia,ipſæque myrti baccæ, aut pampini
vitis,aut plantago cum pane,aut mala cotonea,& palmæ,
aut intubus cerato exceptus. Imbecillioribus polẽtam cũ
palmis imponere ſufficiet:aut palmas vino madefactas
vnc.vnius menſura contere:deinde adiectis aloes drach.
quatuor,maſtiches drachmas quatuor ſimul tere,& affu-
ſo eliquatæ ceræ ſextãte, & olei,ſi quidem hyems ſit ne-
D que multus caloris ſenſus ægrum contingat, nardini: in
æſtate verò, roſacei aut melini triente, ſimul miſce ac
vtere eodem modo.Quòd ſi ex viſceribus quoddam in-
flammatum ſit,panem cum modico vino & melle deco-
ctum impone:admixtis in iis qui imbecilliores ſunt ma-
lis repurgatis,aut œnanthe.Reprimit autem ſudores ſto-
machúmque & cor ipſum firmitatis authorem placat ac
cohibet cataplaſma ex palmis, & œnanthe, & acacia,ro
ſis,alumine, hypociſthide & rhoe rubro:ita impoſitum
E vt ſiniſtram mammam atque ipſum ventrem complecta
tur:ſit etiam tactu molle & læue, ac aſſiduè permutetur.
Reuocato autem ex acceſſione ægro,ſi loci quidam circa
præcordia ſint inflammati,prouidere oportet vt per com
munia cataplaſmata ab inflammatione liberentur. Cibi
offerendi,panis ex aqua frigida,aut ex vino albo & tenui
frigidóque ac diluto:pedes ſuilli, talique & roſtra:ex volu
cribus macræ & non fœtidæ, in ptiſanæ decoctione eli-
quatæ,aut etiam per ſe. frigida autem hæc exhibeãtur, ſi
caloris ſenſus circa ſtomachum ſit,& æger inflammatio-
ne non vexetur: aliis calida exhibenda: ſimiliter autem
F & potus calidus dandus,vinum tenue, album, dilutum.
immodicã autẽ vini exhibiti multitudinẽ pulſus ægro-
ti oſtendet. eouſque enim exhibendum eſt vinum, do-
nec pulſus ſubtremulus eſſe deſinat,& robuſtior fiat.

De iis quibus atra bile ſtomachus infeſtatur, Cap. II.

EX Herodoto.Quibus ſtomachus ab atra bile in febri-
bus vexatur,ſimiles acceſſiones cardiacis patiuntur.
Accedunt autem ad hæc,fortis ſtomachi morſus cum e-
ius exolutione,& capitis vertigine,ac frigido ſudore,par-
G uúſque & obſcurus adeſt pulſus.progreſſu verò temporis
augetur morſus,atque hinc in dolorem qui difficulter le-
niri poteſt,tranſit.Cæterùm manifeſtè apparens flauæ bi-
lis vomitus,has acceſſiones leuiores reddit: atræ autem
bilis,ſoluit.Vomunt autem ferè in totum hoc modo affe
cti pituitam acidam in ventre coaceruatam ex aſſidua
cruditate,propter ventris ipſius debilitatem. Qui verò
citra febrem ab atra bile ſtomacho infeſtantur, his ac-
cidit tempore quo humor ipſe generatur & producitur

triſtitia,& ſomnus cum acceſſione imaginationum alie-
narum,contractióque & dolor poplitum ac ſurarum. A-
cutius quàm antè conſueuerũt,cernunt, & deiectum ha-
bent appetitum: ructus autem & excreationes fœtidas,&
piſces olentes.Coaceruata verò bile, cum multa deſpera-
tione intolerabiliter igneſcunt,vt omnia eis membra ar-
dere videantur:in primis autem ſtomachus, velut à palis
igne candefactis pungatur,afficitur. Sudores animi deli-
quium inducentes per omne corpus deſtillãt:& ferè ſem-
per ſputi influẽtis reiectione vexãtur,quũ morſum ſẽtiũt,
multámque habent vomendi cupiditatem. Et aliquãdo
quidem fruſtra lancinantur,quandoque autẽ pauca quæ-
dam biliofa aut acidam pituitam,quæ in ventrem deflu-
xerunt euomunt,modicóque tempore à malo leuati,rur-
ſus idem patiuntur,atque in vniuerſum iis qui veratrum
ſumpſerunt,ſimiles exiſtunt.Pulſus autem aliquando dẽ-
ſiores,aliquando etiã rariores & minores fiunt,plurimùm
vigiles permanent,& ſi quidem dormierint cum pertur-
batione æſtuoſiores exurgũt,ebulliẽte,vt veriſimile eſt,
delato in ventrem humore. Sæpe etiam acceptum cibũ
vnà cum atræ bilis humore euomũt: ferè intotum enim
poſt duas ab accepto cibo horas,acceſſione apprehendũ-
tur,maximè quum acrem aliquem aut ſalſum cibum aut
potum ingeſſerunt.Excrementa alui retinentur, aut præ-
ter naturam incocta excernuntur.Effertur autem aliquã-
do & bilis infernè per aluum, atque adiuuat affectionis
declinationem.Aliqui autem ob retentam bilem, etiam
atræ bilis affectionibus,& delyriis mentem alienantibus
ſunt apprehenſi.Quod ſi contingat, ſiue febris adſit ſiue
non,ſi quidem iuuenes ſint ſanguinéque abundent,& reli
qui numeri ad venæ inciſionem requiſiti adſint: vena ſe-
cãda eſt,repetita ſanguinis detractione: & hoc tamen per
infuſum clyſteris,corpore pri⁹ euacuato. Atqui ad animi
vſq; deliquiũ id facere nõ oportet,propter ſtomachi im-
becillitatem.Colligendæ autem adſtrictæ extremæ cor-
poris partes,& ad paucũ cibum ægri cogendi: ſtomachus
verò lanis ſuccidis fouendus eſt ex aceto plurimo,modi-
cóque roſaceo,aut melino,aut lentiſcino.Quòd ſi amplius
permaneat ſtomachi imbecillitas, ex roſarum ſucco fo-
ueantur,ſiue intubi aut portulacæ cum roſaceo. adſtrin-
gentia etiam & lenientia cataplaſmata imponantur.Qui
verò vnà cum morſu circa ventrem ac inteſtina inflãtur,
iis conuenientiſſimum eſt acre acetum,in quo pulegium
eſt decoctum,& cuminum calidum forinſecus ventri per
ſpongiam impoſitum.Dolore verò perſeuerante, alumen
liquidum cum atramento ſutorio trito,& aloe,melle exce
pta imponito,& alumine in acetum coniecto &calefacto,
ſtomachum per ſpongias foueto:aluminis ac aloes æqua-
les partes cerato myrteo exceptas ad os ventris apponito,
aut hederæ foliis in vino decoctis ventrem integito, aut
plantagine cum ſale trita,aut marrubio cum pane & roſa
ceo ſubacto:aut bulbis rufis cum pari pondere aluminis
cooperito. optimum enim hoc eſt inueterato malo re-
medium.quin & bulbi ipſi cum nitro triti & impoſiti,ce
lerem curationem præſtant. Optimè etiam conducit eis
gregarii bouis ſtercus aridum vino decoctum & impoſi-
tum.Epithema quoque ex ſeminibus adhibendum. item
bulbi cum ſtercore bouis ac nitro,permixti. Ex Dioſco-
ride. Conueniẽtiſſimum omnium iis qui atram bilem
generant,inflatiſque & morſum ſentientibus, pulegii de-
coctum exiſtit potatum,aut aqua in qua ferrum eſt extin
ctum.item intubi ſuccus potatus. Bibant autem aquam,
eámque calidam. Si verò plurimi caloris ſenſum perci-
piant,frigida dãda,ſed modica, & maximè tempore ex-
acerbationum. Æſtuantibus enim & in anxietate exiſtẽ-
tibus,omníque miſeria afflictis,frigida ad abſorbendum
concedenda:per interualla tamen,& non vltra cyathi mẽ
ſuram.Non enim humectatione opus habent, ſed refri-
gerationis tantùm gratia,frigida permittitur,&vt melior
intrinſecus temperatura fiat.Vtilis eſt ipſis & mẽthæ ſuc-
cus cum ſucco mali punici dulcis. Quòd ſi aquam bibere
non poſſint, parum vini aquoſi concedendum eſt inter
cibos,calida aqua probè diluti. Cibus maxima ex parte
ſit frumentaceus & optimi ſucci in omnibus: ſimplicior
autem & qui facilius cõcoqui ac commutari poſſit in fe-
A bricitantibus.Iis verò qui febre carẽt,adiici poſſunt ex o-
lerib⁹,lactucæ cauliculi ac maluæ,piſces in petroſis aquis
degentes,& ex volucrum genere,non graueolentes,ma-
cræ & montanæ:ex oſtreis quæ teſta integuntur, herina-
cei recen tes.A ſalſis verò & acribus intotum abſtineant.
Moleſtas autem mordacitates & nauſeas, hauſta plurima
tepida aqua,per vomitum ſoluant. Si verò id non bene
tolerent,quieſcere iubeto,& extẽſæ manus palma ſtoma-
chum foueto: quò delatum ad ipſum, bilioſum infernè
B per aluum excernatur.Quòd ſi venæ inciſionem non fa-
ciamus,ſecunda ac tertia die per clyſterem euacuandum
eſt,& modico cibo æger connutriendus: deinde in potu
exhibendum pulegii decoctum ieiunis,reliquáque ſuprà
dicta.Fomentum etiam ex aceto adhibendum,& catapla-
ſma ex ſtercore bubulo, admixtis bulbis & nitro. Porrò
poſtquam febris ceſſauerit, aut vbi etiam intotum non
febricitauerint:& tamen diutius malum moleſtia afflixe-
rit,& irritationes per longa interualla repetiuerint,purgã
dum eſt corpus ex hiera Archigenis, aut Rufi. Qui verò
ſputi multitudine ſtomacho vexantur, his conyza arida
C maximè tenuis manducanda, aut pulegium, & maſtiche
Chia ex aqua potanda.Exhibendum eſt etiam lac in po-
tu iiſdem,quemadmodum in proprio Capite de ipſis ex
profeſſo eſt oſtenſum.Iis verò qui ſtomachum valde exo
lutum habent,ſerum lactis per acetum mulſum ſiſſi exhi
beatur,ita vt ad primum ſeri hauſtum,epithymi tenuiſſi-
mè triti ſcrup. IX. & ſcammoniæ obolũ I. aut II, iuxta vi-
rium tolerantiam inſpergamus: deinde ſerum ipſum per
interualla paulatim bibant,ſitque eius potati menſura ad
minimum quinque cyathorũ.Bonum eſt & cucurbitulã
ad dorſum affigere,aliquando etiam ad ſtomachi regio-
D nem:& ſcarificatione facta, ſufficientem ſanguinem ex
fiſſuris extrahere.Quò verò penitus affectio hæc deſtrua-
tur, quotidie horam vnam ante ciborum ſumptionem
exerceantur,ac frigida lauentur,maximè in mari, & are-
na ſub caniculæ ardoribus obruantur. Abſtineant autem
ab omnibus atram bilem generantibus,maximè carnib⁹
bubulis,vino nigro, braſſicáque & lente. Diligentiſſimè
autem de ipſorum diæta in ſexto Sermone, vbi de atra
bile affectis egimus,eſt prædictum. Quòd ſi inflatio eis
augeſcat,rutam & cuminum in oleo decoquemus:indé-
E que ventrem quamplurimùm irrigabimus,ex eodémque
oleo quincuncem per clyſterem infundemus: ſi tamen
clyſtere ſtercorum eductiuo priùs ipſos euacuauerimus,
in quo decocta ſint ruta & cuminum: deinde ſplenium
magnum aluo ac viſceribus imponẽdum ex epithemate
quod ex ſeminib⁹ cõſtat. In cibo verò ſuccus ptiſanæ de-
tur,qui ex aceto,melle,cumino,& aniſo ſit conditus. pòſt
etiam gallina iiſdem condimentis apparata exhibeatur:
potus verò ſit vinum rufum mediocri menſura.

Ad eos qui flauam bilem euomunt,
F Cap. III.

EX libris Philumeni.Qui flauam bilem euomunt, ſiue
in febribus, ſiue citra febres id contingat,eis conue-
niunt ea quæ ad nauſeam,ac nimiam ſtomachi humecta-
tionem deſcribentur. Quare omnibus ad illos deſcriptis
odoramentis,manducatoriiſque & fomentis vtantur.De-
cubitus autem eorum,à cibo præſertim & potu, ſupinus
adornetur,& ſpongia ex poſca imbuta ad os ventris im-
ponatur,maximè ſi non vilis & cõtemptilis ſit dolor. Fri-
G catio etiam & confrictio iuncturarum manuum vbi pul-
ſum exploramus,adhibeatur, & reliquarũ ſimiliter extre-
marum corporis partium. Cataplaſmata autẽ ex palmis,
malicorio,& ſimilibus accipiantur, quæ ex vino quidem
aut poſca ſint decocta,cũ pane autẽ & acacia, & hypoci-
ſthide permixta ac cõtrita:quin & rhus & ſylueſtris puni-
ci mali flores commodè cataplaſmati admiſcẽtur. Atque
vniuerſi corporis curatio ex oleo fiat,modico nitro admi
xto,quò ſudorem ex cute eliciamus, & fluores transfera-
mus:& ob id etiã alui per inferna excretio pluſquam o-
H portet facta,vomitus deſiccat. quare ex abſinthio & aloe
potionem conuenienter exhibebis. At verò affectione
diutius perſeuerante,ſi ægri vires non repugnent, etiam
hieræ catapotia ex colocynthide ab Archigene deſcripta
apparabimus,déque eis minimum drach. I. ſummum III.

dabimus. Et ſi nihil obſtet, cataplaſmate ex ſinapi præcordia rubefaciemus. præclarè enim ſenſum ipſum ad cutem transfert. verùm hæc diuturnæ affectioni remedia cõueniũt. Tẽpore autẽ exacerbationis, & circa acceſſionis acumen, cucurbitula plurimùm auxiliatur cum multa flamma ori vẽtris affixa, fortitérque abſtracta, rurſúſque ſecũdò ac tertiò agglutinata. Cibos quales vomentibus ſolemus, exhibebimus, ſæpe & paulatim ſumẽdos: & quotieſcunque reuomuerint acceptos, toties alios poſt modicũ interuallum offeremus. Ante cibum aquam tepidam dabimus, & vomere cogemus. Bilioſo enim humore circũcirca adhærente vnà cum aqua reiecto, ſtomachus elotus ac leuior redditus, ſtatim retinet oblatum ſibi cibum. Mitigat autem dolores & ſtomachi morſus, portulacæ ſuccus tum per ſe, tũ cũ vnguento nardino aut melino mixtus. Qui verò ſtomachum habent vehementer exuſtum, eis vtile eſt lapathi acuti ſemen, trium obolorum pondere ex aqua: aut maſtiches tenuiſſimè tritæ cochleare bibẽdum præbe ieiunis ex aqua. Maximè omnium autem, morſus ſedat lac aſininũ: aut, ſi hoc non adſit, bubulũ recens mulctum potatum. abſque dilatione enim auxiliatur. Si verò neque hoc adſit calidũ, quartam ei⁹ partem aquæ addere oportet, & feruefactum bibendum præbere. In balneũ quoque & ad vini potationem celerius ducendi ſunt qui bilem vomunt, quò videlicet ad cutem materiam transferamus. Cæterùm & vinum ſubadſtringens firmitatẽ corporibus addit, ac cibos retinere cogit. Vtendum eſt etiam aliquando ceratis ex lentiſcino aut œnanthino oleo, admixtis abſinthio, aut aloe, aut œnanthe.

Ad eos qui ſtomacho exuruntur, & ſiticuloſi ſunt, Cap. IIII.

SItis fit aut ob penuriã humiditatis, aut abũdantiã caliditatis: ſiccitatis remediũ eſt ſomn⁹, caliditatis vigiliæ. verùm iis qui ob multi vini potũ ſitiunt, frigida aqua potata auxiliatur. Quibus autem longo iam tempore ſtomachus æſtuat, eis auxiliatur, ſimúlque ſitim ſedat, radicis dulcis ſuccus potatus, atque ipſa etiam radix ex aqua, pãpinorum vitis cremor, & portulacæ ſuccus. Ab imbecillitate autem vires recolligentibus ſitim ſedant ficus ſiccæ cibo acceptæ, & ſymphyton in petris naſcens commanducatum. In cataplaſmatis verò ad ſtomachi ardores conducunt, ſanguinaria, intubum, ſonchus, apium hortenſe, pampini vitis, portulaca, vnũquodque cum polenta aut pane. Qui in ſuperficie vruntur, his ramentorum cucurbitæ ſuccus opitulatur cum roſaceo, aut omphacii ſucco. Sitim autem quæ in febribus oboritur, lenire ſolet capitis irrigatio ex frigidiſſimo oleo aut roſaceo, ex alto nimirũ ſincipite irrorato. Sitim etiam adimit ſtomacho exuſtis, cucumeris ſemen commanducatum: decorticatum verò & tritum, ex aqua potatum valde iiſdem auxiliatur. Eodẽ modo prodeſt lactucæ ſemen manducatum & potatum. item ſemẽ portulacæ. Aliud adipſon, ſitim optimè tollens: Cucumeris ſatiui ſeminis decorticati drach. octo, tragacanthæ drachmas quatuor. tragacantham contundito & cribrato: ſemen verò conterito, eiſque ouorum crudorum recentium candida adiicito, & ſimul omnibus contritis catapotia informato, ac in vmbra exiccato. Ex his deinde vnum ſub lingua detinẽdum præbeto, vt paulatim diſſolutum deglutiatur. Aliud adipſon, ad ſtomachi nimiam humectationem commodum, in iis præſertim quibus humida & calida diſpoſitio adeſt: Roſarum viridium, vnguibus earum reſectis, drachmas ſex, radicis dulcis drachmas quatuor, ſpicæ nardi drachmas quatuor, excipe vino dulci, & redige in catapotiorũ formam, indéque ciceris magnitudine ſub lingua detinendum præbe. refrigerat & firmitatem addit. Aliud: Seminis cucumeris, ſeminis portulacæ viridis, tragacanthæ, cuiuſque drachmas quatuor, radicis dulcis drachmas duas. Excipe portulacæ ſucco, & in catapotia redige magnitudine fabæ, & vtere vno pro vice ſub linguam exhibito. Abſorbeant etiam malorum cotoneorum cremorem, aut pirorum, aut omphacii ſuccum cum aqua. Aliud adipſon: Seminis portulacæ viridis, ſeminis peponis, ſucci radicis dulcis, tragacanthæ, ſingulorum æquales partes aqua ſubigito, & ad fabæ magnitudinem reducito, ac vtitor.

A De ſingultu, Cap. V.

SIngultus acceſſio ſtomacho accidere ſolet ob repletionem, aut euacuationem, aut frigiditatem: aliquando etiam ob humorum acrium & medicata qualitate præditorum mordacitatem: quos vbi vomitu reiecerint, ſtatim à plurimo ſingultu liberantur. Quin & ii qui pharmacum ex tribus piperis generibus biberunt, aut ipſum adeo piper, ſi ſtatim vinum à ſumptione eorum ingeſſerint, omnino ſingultiunt. Cibus quoque in mordacẽ qualitatẽ corruptus aliquos ſingultire facit, & oris ventris frigiditas B ſingultum inducit: maximè verò omniũ, pueris frequentes ſingultus accidunt ob ſtomachi frigiditatem, & alimenti corruptionem. Fit etiã in febribus ſingultus, ſtomacho præſertim aut aliquo alio viſcere inflammato. Frigiditate itaque ſingultum præcedente, oleum lana exceptum ſtomacho imponendum, in quo ruta, cuminum & abſinthium ſint decocta. In potu etiam ruta cum vino exhibenda, aut apium in aqua mulſa decoctum, aut cuminum tritum, aut calaminthe, aut aſarum, aut pulegium, aut dictãnũ, aut Celtica nardus, quodlibet eorũ per ſe aut ſimul mixta. vtile eſt & acetum ſquillinum ſorbillãdo ac- C ceptum. Caſtorium autem eis qui integræ ſunt ætatis, tũ ob frigiditatem ſingultientibus, tum ob humorum multitudinem ſimiliter affectis, drachmæ pondere ex poſca dandum: quin & ſtomacho forinſecus impoſitum vtriſque commodum exiſtit cum oleo ſicyonio aut antiquo. Quando verò ex repletione ſingultus oboritur, quomodo intotum frequentiſſimè conſiſtit, violento motu opus habet. Vomitus itaque remedio fuerit, & extremarũ partium adſtrictio, compreſſio ſpiritus, vociferatio concinna, cum plurimo clamore, deambulatio longa & concita- D ta, geſtatio atque adhuc magis equitatio, cucurbitulæ cũ plurima flamma pectori, ſtomacho, & dorſo affixæ. Sternutatio etiã conuenienter prouocatur eis qui ob humorum multitudinem ſingultiunt. Singultui autem ex euacuatione oborto maximè contraria ſternutatio exiſtit. Sanantur autem hi per alimenti conuenientis aſſumptionẽ & per ea quæ defectum explent. Singultus in altiore ſopore, aut animi deliquio, aut tetanis, obortus, mortem non longè abeſſe præſagit. Cæterùm & his aquam mulſam aſ- E ſiduè bibendam exhibere conuenit, aut aquam puram mediocriter feruefactam. Conducit & caſtorium ex aqua mulſa potum pondere trium obolorum: in iis verò qui à malo victi ſunt, præclara remedia recuſanda ſunt. Porrò mordacitate ſingultum producente, primum ſufficiens remedium vomitum ipſum reperiemus: deinde etiam ſenſus ſtupefactionem, & morſum inferentium alterationem ac diſcuſſionem. Stupefiunt itaque ſenſus per refrigerãtia: alteratur autem mordacitas per obtũdentia. Eiuſmodi mixtæ facultatis ſubiectum pharmacum exiſtit, & F quæ ei aſſimilari poſſunt. Habet autem hoc modo, Aſclepiadæ pharmacum ad eos qui ſtomacho exuruntur, & ad vehementes ſingultus, voluuloſáſque ſtomachi affectiones: Coſti, ſpicæ nardi, chryſobalani, croci, roſarum viridium, maſtiches, cuiuſque drachmas quatuor, aſari, aloes, cuiuſque drachmas duas, opii drachmam vnam, ſubige cum pſyllii cremore, & digere in paſtillos, quorũ tres pro vice dato. Ego verò chryſobalano reprobata, paſtillo qui aſter appellatur ad hos vtor, qui paulo mox ad ſtomachi ſubuerſiones deſcribetur. Obtundit autem mordacitatẽ G & ex ea obortum ſingultum ſedat intubi ſuccus potatus, cucumeris ſemen decorticatum tritúmque bibitum, lactucæ ſemen eodem modo, item portulacæ ſuccus potatus, ipſáque portulaca in cibo ſumpta: myxarũ decoctum in potu acceptum. maximè omnium tamen præſtat lac recèns mulctum potatum.

De bulimo, id eſt ingenti fame, Cap. VI.

BVlimos ex ſtomachi frigiditate oboritur, indigentiãque ac virium imbecillitate: & ab externo frigore ferè intotum initium capit. *Vox ipſa Græca eſt, & Latinis* H *magna fames interpretatur*. Fames enim in principio multa adeſt, quæ tamen non vſquequaque perdurat. Nam poſtea repentè animo linquuntur, cum extremarum partium refrigeratione, & ſpiritus defectione. Et ſanè quidã in locis deſertis, aut in balneo in malum iſtud collapſi, ex

inſtanti perierũt,auxilii facultate deſtituti. Peregrinatio-
nes autem & itinera lõga,maximè per niuem facta, affe-
ctionem hanc inducunt. Eos itaque qui in itinere, aut a-
liâs fame magna citra febrem infeſtantur, refouebimus
ac reuocabimus aceto aut pulegio ad odorandum exhibi
to.aut terra,quæcunque tandem obtigerit,aceto conſper-
ſa:item pomis ac aliis qui inueniri poſſunt fructibus. Au-
xiliatur & panis recens naribus admotus, & caſeus boni
odoris,caro ſuilla aſſata aut cocta: & in vniuerſum omne
quod valde nutrit:maximè verò quod nidoroſum ac pro
bè cõditũ habet odorẽ. his enim vtplurimùm multi re-
focillantur. Cæterùm & extremæ eorũ partes faſciis con-
ſtringendæ ſunt,manuúmque ac pedum ſummitates ca-
lidæ aquæ feruentiori imponendæ, & ipſi quoque ſti-
mulatis eorum maxillis, crinibúſque ac auribus velli-
catis excitandi. Reuocatis autem ab exolutione panem
ex vino diluto offeremus,aut aliud quiddam eorum quæ
aceruatim vires reparare poſſunt, velut ſunt oua ſorbilia,
alica cum vino. Compendioſiſſimum enim auxilium ex
cibo ſperare poſſunt: quem etiam ſi oblatum acceptare
non poſſint,ori indere oportet violenter, cogeréque vt
ipſum tranſglutiant. Eueſtigio enim & à fame & ab ani-
mi deliquio liberantur,& celeriter excitantur. Accedit e-
tiam n febribus(rarò tamen,neque citò)verùm circa vi-
gorẽi ac declinationẽ. Si itaq; circa remiſſionis exacerba
tionum febrilium tempus, eius acceſſio irruat, aut circa
exacerbationis declinationem,intrepidè eis cibi ſunt of-
ferendi: ſi verò in principio acceſſionis febrilis, aut in vi
gore apparuerit,per prædicta odoramẽta conabimur eos
primùm reuocare,maximè per ea quæ frumentacei gene
ris exiſtunt:velut eſt polenta aqua madefacta, aut poſca,
aut panis calidus vaporem adhuc emittens. Fricatio etiã
extremarum partium adhibeatur,& cataplaſmata ex pal-
mis,aut malis coroneis,aut polenta, in vino diluto deco-
ctis: atque hæc vſque ad remiſſionem facere oportet, vt
opportunè cibum offeramus. Quòd ſi ex his nihilo melius
habeant,audendum eſt per ciborum ingeſtionem auxi-
lium afferre. Farinæ itaque craſſioris cochleare vnum, ex
aqua mulſa quæ lactis ſpeciem ac teporem in tactu de ſe
præbet,exhibeto:buccellas item vnã atque alterã vino ma
defactas. His enim refocillati ac reſpicientes ex improui
ſo,deinceps vſque ad remiſſionis tempus perueniũt, in
quo tum corporis curationem,tum ſufficientem ordina-
bimus cibum. Vitabimus autem omnino in iis qui hac
affectione ſunt apprehenſi, longiorem cibi dilationem
ac inediam.& ne alternis tantùm diebus cibum offera-
mus: verùm ſolerti ratiocinatione facta, ſingulis horis
ſimpliciſſimũ modicúmque cibum dabimus. Aſſidui e-
nim bulimi & exoluunt & in animi deliquia inducunt,
quibus ægrè auxilium reperitur.

De animi deliquio, ex Philumeno,
Cap. VII.

ANimi deliquium, ſiue in febribus, ſiue citra febres
contingat ex præmanifeſta cauſa, velut eſt plurima
ſanguinis aut vẽtris excretio,aut aſſidua ſurrectio,aut mo
tus,aut dolor,aut timor: auxiliũ ferto ex cauſarum abla-
tione,de quibus abſolutiſſimè in febrium tractatu à no-
bis prædictum eſt,quinto videlicet Sermone. dicetur au-
tem ſummatim & paucis etiam hoc loco de iiſdem. Fre-
quentes igitur ſurrectiones eis prohibendæ ſunt, & acer-
uatim facta euacuatio cohibenda,doloréſque mitigandi:
cauſæ etiam quæ timorem inducũt ſoluendæ,ſiue forin-
ſecus accedant,ſiue ex humoribus in corpore oboriãtur.
Extremæ corporis partes,animi deliquiis irruentibus,cõ-
ſtringantur:cucurbitæ etiam aliquando tum poſteriori-
bus,tum anterioribus ſtomachi partibus affigantur, & in
latus etiam apponantur. Caput autem agitatum leui ma-
nus impoſitione cum coarctatione etiam comprimatur.
Odoramenta quoque offerantur,& aperto ori digitus,aut
pẽna immittatur,facies verò ac ſtomachus vehementiſ-
ſimè fricetur. Hoc enim modo præoccupati refocillan-
tur,viréſque recolligunt,neq; in periculũ animi deliquii
incurrunt. Reuocatis autẽ,ſi quidem febre careant,cyathi
III. aut IIII. frigidæ aquæ in potu exhibẽdi: quã tamen
paulatim & per interualla abſorbeant. aut cremorem pal-

A marum,vuarum paſſarum,malorum cotoneorum, roſa-
rũ aut pampinorum,aut alicuius conſimilis,aut vuæ acer
bæ nondum maturæ ſuccum cum frigida aqua, aut mẽ-
thæ ramulos tres tritos cum mali Punici dulcis ſiue aci-
di ſucco,præbeto abſorbendos:aut polentam cum Punici
ſucco. Forinſecus autẽ ſtomacho ea imponẽda ſunt quæ
ſuprà ad cardiacos & bilem vomentes ſunt deſcripta.

De iis qui in balneo animo linquuntur,
Cap. VIII.

QVI in balneo animo linquuntur, aut magis animo
B linqui incipiũt,eos celeriter educere oportet, neque
multa aquæ infuſione humectare. qui autem iam incide
runt,celerrimè exportandi ſunt. Et reliquum quidem cor-
pus leui quopiam velamine cooperiendum: facies verò
ſpongia frigida imbuta madefiat, aut frigida aſpergatur.
Fricãda etiam facies,ſtomachúſque & pedes. Os quoque
aperiendũ pẽnarũ aut digitorũ immiſſione:omniq; mo-
do conãdũ,quò humor ipſius animi deliquii autor euo-
matur,aqua tepida ori inſtillata. etſi enim nihil inde euo-
mant,ſtomachus tamen irritatione firmatur quæ animi
C deliquiũ ſoluit. Auxiliatur etiam ad oris apertionem au-
ditoriorum meatuum compreſſio,ſimiliterque oſſium
quæ à petræ duritia lithoeidea, *hoc eſt petroſa*, appellãtur. Qui
verò vilioris ſunt conditionis,etiam alapis ſunt cædendi,
capillorum quoque facta euulſione. Et vociferatio quidẽ
vnius,vtilis eſt:multorum,aut & ſimul edita, nocet. Cæte
rùm à vehementi animi deliquio conualeſcentibus,tum
in calidam,tum in frigidã aquã demiſſiones,velut mor-
tis cauſæ,timendæ: aut enim laxatis corporibus,calore diſ
cuſſo & reſoluto,pereunt: aut à frigiditate adſtrictis,ex-
D tinguuntur.

De ſtomachi imbecillitate,& ſupinitate,ac ſub-
uerſione,ex Galeno, Cap. IX.

QVÆ ſupinitas ſtomachi appellatur, ex intemperie
quacunque tandem oboritur,nullis humoribus vi-
tiatis. Oboritur etiã ex multitudine humorũ, nulla tamẽ
maligna qualitate accedẽte. Stomachus enim à largo hu-
more fortiter madefactus, ad ſimilitudinem amplitudi-
nis totius vẽtris laxatur,adeo vt cibis obuolui, eóſq; con-
tegere non poſſit: & propterea circa ipſum humores ſu-
E pernatant: quos vbi ventriculus abrumpere omni impe-
tu annititur,anxietatis acceſſionẽ perfert, ac prius quàm
cibus præbeatur,extremæ imbecillitatis. Facillimè autẽ
hæc affectio curatur,inter reliquas ſtomachi affectiones
longo tempore perſeuerantes. Opus verò habet pharma-
cis humorem deſiccare valẽtibus,cohiberéque ac adſtrin
gere laxatum corpus. Itaque ſi in profundum vſque hu-
miditas extundatur,& craſſa tenáxque exiſtat, pharmacũ
miſcere oportet extenuatorium & veluti conſumptiuum,
quale eſt acetum & acetum mulſum. Si verò ejuſmodi hu
F miditas non exiſtat,neque in profundum vſque corporũ
extendatur,adſtringentia ſola ad curationem ſufficiunt.
Magnum autem ſignum ad cognoſcendum frigidáne ſit
an calida ſit hæc affectio,ſenſus ægri præbet: ſi quidem aut
nullam aut aliquã ſitim perceptet. Supinitates igitur ſto
machi ex vitiatis humoribus obortæ picra,curantur,quẽ
admodũ paulo pòſt dicetur, vtpote quæ celerrimè vitia-
tum humorem repurgat. Subuerſiones verò & nauſeæ ex
imbecillitate ſtomachi factæ,per intemperiei correctio-
nem ſanantur,& per incumbentis humiditatis deſiccatio
G nem. Si quidem autem calida affectio exiſtat, catapotia
adipſa & ſitim tollentia exhibeantur, quæ ad eos qui ſto-
macho exuruntur,ſunt deſcripta, & maximè quod ex ro-
ſis,ſpica nardi & radice dulci conſtat. Ad frigidiores ve-
rò & humectiores affectiones,conueniunt ſubſcripta. A-
ſclepiadæ,ad ſtomachi ſubuerſiones: Succi acinorum ma
li punici acidi ſextarios III. ſucci menthæ ſextarium vnũ,
coniice in vas fictile,& decoque aſſiduè agitando. & vbi
coacti fuerint,ablatos recondito,& ante cibum,myſtrum
vnum aut duo exhibeto. Aliud. Vuam acerbam im-
H maturam arefactam,contuſámque & cribratam in prom
ptu habe,& cochlearii menſura ex aquæ frigidæ cyathis
duobus præbe. Aliud, quod calidioribus diſpoſitioni-
bus magis commodum eſt,ſicut etiam præcedens: Ma-
la punica matura, & in vigore perfecta quinque aut ſex

numero,integra vnà cum putaminibus contunde, & infuſis aquæ pluuialis ſextariis tribus vſquequo ad tertias omnis liquor redactus fuerit,decoque,exprime,ac percola,liquorémque expreſſum rurſus per ſe decoque, donec ad mellis ſpiſſitudinem redigatur:ac inde cochleare vnũ aut duo exhibe: iis qui febre carẽt cum vino,febricitantibus verò ex aqua. Aliud valde bonum. Succo mali Punici acidi,ac intubi,æqualibus portionibus permixtis, menthæ ſiccæ tenuiſſimè tritæ,parum quiddam inſperge,& cyathi menſura bibẽdũ præbe.Idẽ facit oxylapathi ſemen tritum ex aqua potatum:ſimiliter & ſemen portulacæ.Vtere etiam confidenter ad ſtomachi ſubuerſiones, Amazonum paſtillo, & eo qui aſter appellatur, quorum compoſitionem paulo pòſt in nauſeæ tractatu deſcribo. Vtere quoq; cataplaſmatis & epithematis, quæ mox poſt ſermonem De nauſea deſcribentur.

De nauſea, ex Galeno, Cap. x.

NAuſeæ,ex vitioſo humore tum calido tum frigido gignuntur: qui in ventre continetur, aut in concauitate ipſius innatat, aut in tuniculis eius infartus inſtar viſci adhæret,atque ægrè auelli poteſt:aut ſeroſior & medicatior exiſtens in ipſis ventriculi tuniculis, velut aqua in ſpongia imbibitur. Atqui eiuſmodi humores ex ventris intemperie cum calida tum frigida aliquando generantur. aliquando autem ex aliis partibus prius affectis, in ipſum ventrem, velut excrementa illarum confluunt, vtpote ex hepate, aut ſplene, aut capite, aut ex vniuerſo corpore.Quando igitur aliæ partes prius afficiũtur,omni modo vniuſcuiuſque propriæ acceſſionesc'oncomitãtur: & ipſe æger primùm affecti membri læſionem ſentit. aut enim caloris ſenſus iuxta affectum membrum ipſi cõtingit,aut frigoris,aut grauitatis,aut etiam tactui noſtro durum,ſuccumbit.Si verò vniuerſum corpus vitioſis humoribus repletum eſt,idipſum ex calore & eruptionibus papularum circa cutem cognoſcitur,atque ex ipſa adeo vrina.Quòd ſi nihil horum adſit,certum eſt ventrem ipſum aliquo modo ægrotare.Si itaque cibi in ventre nidoroſi fiunt,nullo huiuſmodi cibo aſſumpto, velut ſunt piſces, aut oua in ſartagine fricta,aut alii conſimiles, neceſſe eſt ratiocinari cauſam calidam eſſe,quæ hoc in ventre operatur.Si verò aceſcunt in ventre cibi,nullo huiuſmodi cibo ſumpto,velut ſunt piſces, aut oua in ſartagine fricta, aut alii conſimiles,neceſſe eſt conſiderare frigidam cauſam eſſe,aut atræ bilis humorem ventrem infeſtantem. Manifeſta autem erit cognitio & ſcientia cauſæ, quam habes ſuſpectam. Frigidis enim pharmacis cibiſq; ac potibus ſtatim adiutum hominem videbis, ſi quidem calida diſpoſitio extiterit:ſi verò frigida,calidis cibis & pharmacis iuuabitur,à frigidis verò lædetur.Cæterùm & ſitis ad calidã affectionem cõcomitatur: ſiti autem ferè intotum carent,qui frigidam intẽperiem habent,niſi ſalſa ſit pituita.Atqui ex diligenti vomitus inſpectione,eiuſmodi quoque cognoſcuntur affectiones.Si enim intẽperie quadam venter afficitur,aſſumptos cibos ad intemperiei naturã permutat,vt appareant vomitu redditi cibi,citra alicuius humoris complexum,in nidorem aut acorem permutationem ſuſcepiſſe.Si verò humor quiſpiam vitioſus amplitudini innatet,& cibum corrumpat,ipſi cibi manifeſtè eiuſmodi humore madefacti apparent, & in illius naturam permutati.Quum verò cibi amplitudini ventris innatent,humorem ipſum affligentem producunt,qui vbi infartus,aut imbibitus,vt dictum eſt,in ventris tuniculis fuerit,ſi quidem calidus ſit,ſiticuloſos facit,& ciborũ inappetentiam inducit: ſi verò frigidus ſit, ciborum appetentiam excitat, & ſitim extinguit. Nauſeæ autem vtriſque accedunt,& inanes vomendi irritationes, quæ lancinant tantùm & nullum humorem educunt. Prædictum autem & antea eſt,quòd,ſi tenues humores & venenoſi exiſtant,quos etiam *Græci* ἰχῶρας, *hoc eſt ſeroſos*, appellant,per profundum ſolidorum ventris corpuſculorũ procedunt,& velut aqua in ſpongia imbibuntur. ſi verò tenaces ſint,circa internam ventris ſuperficiem viſci modo adhærent.Seroſi itaque humores vtpote tenuium partium exiſtentes,non ſolùm ante cibos,ſed & poſt acceptũ cibum,vomitum inducũt,perpetuò nimirum motu verſati:qui verò ſuperficiei ventris infarti adhærent, ante cibum magis inanes vomitiones mouent. Diligenter itaq; conſiderare oportet,num ventris tãtùm affectio hæc ſit, aut alicuius alterius membri:deinde qualis affectio exiſtat,an calida,aut frigida,humidáve aut ſicca. Et ſi quidẽ ex alia quadam parte aut ex vniuerſo corpore humores in ventrem confluant,priorem curam membri prius affecti habere oportet:ita tamen vt neque ventrem ipſum negligamus. qui enim primùm affectã particulã curat, velut fontem omnium in ventrem influxionum excindit.Vẽtre autem ſolo affecto,diſpoſitionis in ipſo qualitate cognita medebimur.Calidam itaque intemperiem ſemper refrigerare oportet,in quocunque tandem membro exiſtat,frigidam autem calefacere:eodémque modo humidam deſiccare,& ſiccam humectare:innatantes autẽ amplitudini ventris humores euacuare, ſiue per vomitum, ſiue infernè per aluum commodius id fiat. Qui verò in tuniculis vẽtris infartus adhæret, aut imbibitus eſt vitioſus humor, per repurgantia ipſúmque incidentia ac euacuantia pharmaca eſt curãdus.Intẽperaturæ enim in humoribus conſiſtentes,pharmacis humores euacuantibus opus habent.Qui verò abſque vitiato humore,ab intẽperie ſola quacunque tandem,maximè tamen calida & ſicca infeſtantur,in tabem omnino perueniunt, pharmaco euacuante purgati,etiamſi exhibitum pharmacum imbecillius exiſtat:quale eſt ex aloe picrum appellatum. Quomodo igitur vnamquanque intemperiem,ſiue ſimplicẽ, ſiue mixtam curare oportet,iam prædictum eſt in quartó huius tractationis Sermone:dicetur tamen opportunè & hîc de eadẽ re,ſed paucis. De intemperie frigida. Iis itaque qui ex frigida intemperie afficiuntur, pharmacum ex tribus piperis generibus commodum exiſtit,aut quod ex calamintha conſtat,aut aliud quoddam conſimile, ex vino tenui aut aqua potatum.Forinſecus autem ſtomacho maſtichen Chiam,vnguento nardino dilutam & tritam,purpureáque exceptam lana imponito. Vinum verò exhibendum eſt rufum ſubadſtringens & vetuſtius,& cõſimiles etiam cibi. De intẽperatura calida. Iis verò qui à calida intemperatura afficiuntur,cum mediocriter adſtringentibus & refrigerantibus forinſecus ſtomacho ac ventri adhibitis,medeberis,ita vt quanto magis calor excellat,eo amplius refrigerantia adaugeas. Cibum autem exhibebis,alicam ex vino albo & tenui,& ſubadſtringente:ex volucribus,macras & non fœtidas,ac quæ his conſimiles exiſtunt.Si autem humor tenuis bilioſus aut ſeroſus in ventris amplitudine contineatur, tenuiſſimo ptiſanæ ſucco exhibito vomere cogimus,digitis aut pinnis immiſſis:aut aloes drach.1.cum aqua tritam potãdam damus.calidorum enim in ventre humorum optimũ pharmacum eſt aloe,vt in vna ſæpe die ſtomachicos ſanet. Si verò pituitoſi aut viſcoſi & craſſi humores amplitudini ventris innatent,aceto mulſo vtendum eſt,in quo ex incidentibus,ac repurgãtibus mediocritérque calefacientib9 quædã ſunt decocta:iis verò quibus vitioſus humor intrinſecus circa ſuperficiem vẽtris infartus adhæret,vt ægrè auelli poſſit,ex aloe picra appellata compoſitio vtilis exiſtit,quæ viſcoſum humorem repurgare conſueuit,craſſúmque extenuare per vires eorum quæ cũ aloe ſunt cõmixta:quòd ſi ſeroſa humiditas tuniculis ventris ſit imbibita,quæ(vt prædictum eſt) nũ ſolùm ante cibũ,ſed poſt acceptum etiam vomitus mouet,primùm Amazonũ paſtillus conuenienter exhibetur,qui picræ eſt ſubſcriptus. Mediocriter enim per hunc vomitibus prohibitis, deinde ex aloe picra appellata vtimur. Cuius compoſitio hæc eſt:Aloes drach. c.xylobalſami,maſtiches,croci,ſpicæ nardi,aſari,cinnamomi,cuiuſque drach.ſex.contere & repone arida,& exhibe perfecto pondere ſcrup.XII. ex aquæ frigidæ aut calidæ cyathis XII. Andromachus ad prædicta etiam floris iunci odorati drach.ſex,adiicit:& aloẽ lotam coniicere iubet.Verùm quod cognoſcere operæpretium eſt,ad ventris ſubductionem illota aloe conueniẽtior exiſtit:quæ enim lota eſt, multùm à medicamentaria facultate deponit: quam confidentius etiam exhibere quis poſſit eis qui non valde febricitant, & quibus firmitatem ventris addere volumus.Quare ſcire oportet ex vi-

tiatis humoribus affectiones circa ſtomachum & ventrẽ, A
per pharmaca ex aloe vtiliter ſubduci & euacuari poſſe:
quæ in maximam perniciem perueniunt per adſtringen-
tium eduliorum, potionum, ac pharmacorum exhibitio-
nem. Aſclepiades autem picram eodem quo Themiſon
modo apparare iubet. habet autẽ hoc modo: Aloes drach.
c. maſtiches, croci, ſpicæ nardi, aſari, cinnamomi, cuiuſ-
que vnc. I. & pro xylobalſamo carpobalſami vnc. I. contũ-
dito ac per anguſtiſſimum cribrum excutito, ſiccúmque,
ne in aerem tranſpiret, aſſeruato, & drach. I. tãtùm ex fri- B
gida præbeto: niſi menſes ciere velis. nam tũ præſtat præ-
bere ex vino. Educit mẽſtrua fœminarũ: facit & ad vuluæ
affectiones: propriè autem ad ſtomachi ſubuerſiones. cõ
ducit hepaticis, affectionibus renum, atque omnino ad-
mirandam potentiam habet. Ad refrigeratos autem &
qui pituitam craſſam & viſcoſam in ventre habent, ſubie
ctum pharmacum commodum exiſtit. Calefacit enim &
extenuat ac diſſecat craſſitiẽ, viſcoſitatémque repurgat.
Habet autem hoc modo: Corticis radicis fœniculi viri-
dis ſeſcuncem, aceti ſeſquiſextarium, aloes quadrantem.
C Cortex cum aceto ad tertias decoquitur: deinde percola-
to aceto, mellis Attici vnc. XV. adiicimus, & ad mellis
craſſitudinem coquendo redigimus, & contritæ in mor-
tario aloæ paulatim hoc ipſum acetum mulſum coctum
affundimus: poſtea verò ſimul vnita tollimus, ac vtimur.
Datur ad ſummum menſura cochleariorum trium. A-
lia compoſitio quæ dulcis appellatur. Aloes ſeptuncem,
iridis ſextantẽ, maſtiches ſeſquiũciã, nardi Celticæ vnc. I.
piperis drach. IIII. myrrhæ drach. IIII. aceti chœnices ſe-
ptẽ, cyathos ſeptẽ, mellis lib. III. ſextariũ I. corticis radicũ
fœniculi lib. III. Corticem fœniculi in aceto præmacera- D
tum, ad tertias decoque & percola, reſiduóque aceto mel
adiice, ac rurſus decoque vſquequo probè cogatur: dein-
de ſicca in mortario ſimul admiſce, & cochlearium vnũ
exhibe. Conducit frigidioribus temperaturis, & aluum pi
tuitoſiorem mediocriter ſoluit, & caput leuius reddit.

Amazonũ paſtillus: Facit ad voluuloſas ſtomachi ſub-
uerſiones. Voluulos autem fortes ſtomachi ſubuerſiones
appello. Quemadmodum enim in voluulis vomitus cum
vehementi contentione fiunt, & ſtercora reuomunt: ita
etiam alios vomitus concitatos voluuloſos appellare poſ- E
ſumus. Conſequũtur autem huiuſmodi vomitus, vbi ma-
gna moleſtia affectis membris, à ſeroſis medicatíſque ac
venenoſis humoribus eſt illata: & ſi aliquo modo imbe-
cillior fuerit venter, geminatur malum ex mordacitate.
Quapropter ita inſtruenda curatio eſt, vt ſimul odoras
qualitates affectis membris offeramus: quales ſunt aro-
matum quorundam & ſeminum in ciborum vſum veniẽ
tium: velut eſt aniſum, & apium, & ſimilia. quemadmodũ
enim graueolentia omnia ſtomachum ſubuertere con-
ſueuerunt: ſic odora corroborãt, maximè quæ nobis ſunt
familiaria & in cibo accipiuntur. In quibus itaque conie- F
ctamus ſeroſos humores in ventris tuniculas imbibitos
eſſe, iis hoc pharmacũ magis conueniet. quibus verò cir
ca ſuperficiem ventris tunicularum infarti adhærent, eis
picra vtilius exhibetur. Quòd ſi exhibitam picram reuo-
mant, coniectare oportet mixtam eſſe affectionem, & tũ
tuniculis imbibitos, tum ſuperficiei infartos humores, in
ventre abundare. Quare vtile fuerit paſtillum præbiben-
dum exhibere, vt mediocriter vomitum prohibeat: dein-
de autem pharmaco picro vti. Eſt autem paſtilli compoſi- G
tio hæc: Seminis apii drach. VI. aniſi drach. VI. comæ
abſinthii drach. IIII. myrrhæ drach. II. piperis drach. II. o-
pii drach. II. caſtorei drach. II. cinnamomi drach. VI. in pa-
ſtillos redigito, & ad ſummum drach. I. exhibeto. Ego ve-
rò, inquit Galenus, præſcriptum pharmacum citra myr-
rhæ admixtionem apparare conſueui, ob medicamenta-
riam eius vim, piperis pro eo coniiciens drach. II. ita vt in
vniuerſum piperis drach. IIII. accipiantur. Datur ſtoma-
chicis ex vini diluti cyathis III. Cholericis autem ſiue bi- H
lem effundentibus ex aqua frigida. iis autẽ qui cibum re-
uomunt, ſi quidem ſiticuloſi fuerint, & caloris ſenſus eos
circa os ventris infeſtet, & ſanitatis tempore frigidam bi-
bere ſint aſſueti, ſimiliter ex frigida præbe: ſi verò nõ ita

A habeat, ex calida. cœliacis, & ad inteſtinorũ tormina ex
decocto myrti: ſplenicis cum aceti mulſi cyathis tribus.

Aſclepiadæ paſtillus inexuperabilis, aſter appellatus.

Pharmacum quod proſperè accommodatur, dolorem
leuans, ſomnum inducens, multæ omnino vtilitatis. Ete-
nim morbos circa ſtomachum mirabiliter ſanat, acidos
ructus & difficilem concoctionem aufert, inteſtinorum
tormina, & voluulos, inflationéſque curat. Prodeſt hic
paſtillus ad capitis dolores potatus, & aceto dilutus forin-
B ſecus fronti illitus. Ad dolores aurium facit perdicii ſuc-
co liquefactus: facit & ad dentium dolorem tritus & gal-
bano exceptus, aut fici ſucco, & cauernæ inditus. Ad ocu-
lorum affectiones & fluxionum impreſſiones paſſo dilui-
tur, & lana ex eo irrigata imponitur. In tonſillarum affe-
ctionibus, tepefactus ac dilutus ex aqua mulſa præbetur
gargariſſandus. Vtilis eſt ad omnem ſanguinis fluxum vi-
no myrtite diſſolutus. Ad deſtillationem inueteratáſque
& recentes tuſſis affectiones, vino ſcybelite aut theræo
eliquatus. Prodeſt ſuppuratis & phthiſicis, marrubii deco-
cto liquefactus. prodeſt dyſẽtericis, cholericis, & ſanguinẽ
C reiectãtib⁹, ſanguinariæ ſucco dilutus. prodeſt ad omniũ
reptilium plagas ex rutæ decocto potatus. Soluit per cir-
cuitum repetẽtes febriles acceſſiones, ſi duabus horis an-
te aduentantem febrem ex vini diluti cyathis III. exhibea
tur. Fœminarum menſes ciet, artemiſiæ ſucco dilutus ac
potatus. facit & ad veſicæ affectiones vino mulſo ſolutus:
quo modo & ad vuluæ ſtrangulationes prodeſt potatus. fa
cit ad articulorum dolores & podagram, gentianæ deco
cto diſſolutus ac potatus. Compoſitio autem eius hoc mo
do habet: Caſtorei, opii, myrrhæ, cuiuſque drach. IIII. ſpi-
D cæ nardi, caſiæ, terræ Lemniæ, corticis mandragoræ, cu-
iuſque drach. IIII. croci drach. ſex, dauci, ſtyracis, aniſi, ſe-
ſeleos, ſeminis hyoſcyami, cuiuſque drach. octo, myrrhã
ſtyracem & opium in vino odorato diſſolue: reliqua autẽ
contuſa & cribrata inſperge, ac ſimul vnita in paſtillos re-
dige, ciceris magnitudinem æquantes, quibus in vmbra
deſiccatis vtere. Et de pharmacis quidem quæ in potum
ſumuntur, hactenus. Decubitus autem ſurſum vergens,
in omnibus quomodocunque nauſeantibus & vomenti-
bus adornetur, in conuenienti & affectioni contraria do-
E mo. Quæ frigida quidem ſit, affectione exiſtente calidã:
contrà verò calida, vbi frigida affectio exiſtat. Extremæ
corporis partes fricentur, manibúſque calefactis palpen-
tur. quin & violentius adſtringantur: deinde pedes & ma-
nus in aquam ſolito calidiorem demittantur. Odoramen-
ta autem admoueantur naribus olfacienda boni odoris:
velut roſæ, mala cotonea, pulegium, mẽtha, malabathrũ,
ſpica nardi. Caput verò fomento olei dulcis frequentius
irrigetur: in calidioribus verò ex roſaceo. Stomachus a-
bſinthii cremore irrigetur, roſaceo in calidioribus admi
xto: nardino autem frigidioribus, apio inſuper aut cumi-
F no, aut petroſelino adiũcto. Ex quibus ſi nullum commo-
dum ſentiatur, ad cataplaſmata ex palmis tranſeundum
quæ paulo pòſt dicentur. Conueniunt etiam ea quæ aloen,
abſinthium, & mala cotonea accipiunt, & aliquando quo
que alumen. Idem præſtant & cerata ex his apparata. Si ve
rò inflammatio circa præcordia exiſtat, communia cata-
plaſmata adhibeãtur. Iis qui in ſtomacho exuruntur, frigi
da, etiã aqua quãplurimùm decocta: deinde rurſus refri
gerata, abſorbenda præbeatur, ita vt cyathi vnius menſu-
G ra, aut duorum, aut etiam trium, paulatim tamen abſor-
beatur. Colluta etiam & in ore retenta, nauſeas tollit, iis
quibus propter obſtaculũ aliquod potus eius negatur. Eo-
dem modo aſſumitur poſca diluta. Portulaca etiam com
manducata, & oſſa myxarũ, & cucumeris ſemen cochlea-
rii menſura mirabiliter prodeſt. Porrò affectione diutius
permanente, & cibis præ morbo non retentis, cucurbita
ad os ventris cum plurima flamma affigatur, donec locus
rubefiat, atque ipſa adhuc affixa cibus præbeatur. Ad quo
tidianas autem nauſeas, & aceſcentem cibum, ac vomi-
H tus: coriãdri ſemẽ tenuiſſimè tritũ, cochlearii mẽſura, vel-
uti farinã aquæ inſperſũ bibẽdũ præbe, aut maſtiches co
chleare ex frigida aqua, aut lactucæ albæ ſemẽ cochlearii
menſura ex aqua, præbe iis qui ſtomacho exuruntur.

Catapla-

Cataplaſmata & epithemata ad nauſeas & vomitus, Cap. XI.

A Cataplaſmata ad eos qui cibum nõ retinent, quos veteres propriè ſtomachicos appellauerunt. Farina fœnigræci, & maluæ ſemen aridum tritum, melli commiſceatur. Si verò præ duritie contundi non poſſit maluæ ſemen, ipſum decoctum & tritum modico oleo adiecto in malagmatis formam reducito, & vtitor. Aliud. Lolii & irionis farinam ſubige cum melle, & pro oleo liquidam picẽ admiſce. Ceratum autem conuenit ex olei irini fæce, ceráque ac modico caſtoreo. B Aliud ceratum. Ceræ quadrantem, olei irini ſeſcuncem, galbani vnciam vnam, opopanacis drachmas quatuor, caſtorei drachmas quatuor. opopanax aceto teritur. Manifeſtum eſt autem talia in frigidis diſpoſitionibus adhiberi. Cæterùm epithemata hæc ad prædictas affectiones per experientiam (vt Galenus inquit) conducunt: non modò eorum qui ea deſcripſerũt, verùm noſtro quoque indicio comprobata. Aſclepiadæ epithema ad ſtomachi ſubuerſiones & choleras, ſiue bilis effuſiones:

C Œnanthes, croci, florum roſarum, ſertulæ Campanæ, maſtiches, ſingulorum drachmas octo. cum paſſis palmis ſubige, modico roſaceo affuſo, & veſtis detritæ panniculo excipe, ſtomachóque ac ventri impone. Aliud. Œnanthes, omphacii, florum roſarum, maſtiches, ſingulorum drachmas quatuor, aloes, aluminis ſciſſi, vtriuſque drachmas quatuor, vini dulcis myrtei quod ſatis eſt. trita excipe palmis paſſis, & vtere. Aliud epithema ad ſtomachi imbecillitatem & dolorem, & ad eos qui cibum retinere non poſſunt: Palmarum paſſarum ſeſcuncem, D œnanthes vnciam vnam, thuris vnciam vnam, maſtiches vnciam vnam, ceræ libram vnam, vnguenti nardini, aromatis ſpiſſati libras duas, vini quantum ſufficit. palmas in vino veteri maceratas optimè cõtere: deinde maſtichen & thus, vnumquodque per ſe optimè tritum adiice, ac rurſus ſimul tere. Liquefactæ autem cum vnguento nardino ceræ, œnanthen tenuiſſimè tritam inſperge, ſimúlque vnita & refrigerata ad reliqua in mortarium coniice, & probè remollitis vtere.

Aliud epithema ad ſtomachi ſubuerſiones, & circa ipſum vexationes. facit & ad particulares inflãmationes. E Œnanthes beſſem, croci, roſarum ſiccarum, ſertulæ Cãpanæ, maſtiches, ramentorum electri, ſing. drach. IIII carnis phœnicobalanorũ quadrantem, vini myrtitæ quãtũ ſufficit. arida contunde & per anguſtiſſimũ cribrum excute, & vino myrtite diluta, in cerati craſſitudinẽ redige: deinde palmarũ carnẽ adiice, ſimúlque cõtunde, & cerato ex oleo roſaceo apparato excipe. pòſt verò linteolo infartum, ad os ventris impone. Prodeſt etiam oculorum inflammationi.

De cholera ſeu bilis effuſione, Cap. XII.

F Cholera appellatur, quũ ob multas cruditates vomitus bilioſus & nidoroſus & acid⁹ oboritur, ad plures horas continuè perſeuerans, & venter infernè eadem excernit: ſequiturq; ſitis, & exudatio, & impeditus pulſus, muſculorúmque manuũ ac pedũ, maximè verò ſurarum contractio & tenſio. Siquis igitur mox in principio aut coaceruatim, ea quæ efferuntur cohibere aggrediatur, is maioris mali author erit: inutilia enim quũ ſint, euacuatione opus habẽt. Quare cõuenit, ſi nõ ſpõte ferãtur, opportunè irritare, aqua tepida exhibita, ac ægro vomere G iuſſo. aqua enim mulſa mordacitatẽ operatur, torſionéſque auget: aqua verò oleo mixta, auget fluxiones. quare aqua tepida potata vomant, quotieſcunque quidẽ cibis nimiùm fuerint expleti, priuſquã illi corrumpãtur. Adiuuare etiã oportet per ſedẽ excretionẽ: alienũ enim velut venenũ inſidẽs, & ventrẽ ac inteſtina rodit, & humores ex vniuerſo corpore attrahit. Per vomitus itaque opportunã prouocationẽ, vomitus ipſe ſoluitur & ceſſat. Quũ verò humorũ excretio quieuerit, colliquamẽti autẽ & tabefactionis ſigna in excremẽtis ipſis appareãt, vel- H uti ſi ſint raſuræ ſimilia, ſtrigmẽtitiáque & mucoſa, & gracilitas per ambitũ corporis fiat, & maximè ſi venter cõſidat & adſtringatur, pulſúſque imminuatur ac præter modũ cõdenſetur, tũc ſanè vẽtrẽ cooperire & fouere o-

A portet, mẽbráque & artus ac muſculoſos ſimiliter locos, oleo multo calido impinguare, & vinculis adſtringere extremas corporis partes. Cataplaſma quoque vẽtri imponendũ ex palmis & œnanthe, quibus hypociſthis, & acacia, & rhus ruber, & malicorium ſint admixta. In potu verò frigida aqua cyathi menſura præbeatur abſorbẽda: cauẽdu tamẽ ne nimiùm frigida exiſtat. aceruatim enim exhibita reuomitur: & quæ valde frigida eſt, aliquãdo innatũ calorẽ ſtupore ſuo extremè offendit, aut inflãmationẽ ſtomachi aut viſceris alicuius efficit. Inſpergã- B tur autẽ aliquãdo aquæ ſorbendæ pãpini vitis, aut mali Punici ſuccus modicus inſtilletur. Si verò & hoc reuomat, craſſa etiã ſorbitio ipſa faciẽda eſt per micarũ intritionẽ, & per cochleare exhibenda. etenim ſi aceruatim deuoretur, aut reuomitur, aut infrà detrahitur. Annitẽdũ eſt etiã vt priore ſorbitione vomitu reiecta, rurſus altera exhibeatur. Dandus itẽ mali Punici ſuccus cũ menthæ ſucco abſorbẽdus, micis minutiſſimè tritis adiectis. ſit autẽ acidi mali Punici ſuccus, & multa quãtitate mẽthæ ſuccũ excedat. Quòd ſi acriora ſint ea quæ excernũ- C tur, cucumeris ſemẽ maceratũ, deſquamatũ & tritũ ex aquæ cyathis III præbeatur. datur etiã vtiliter cũ amylo. Pòſt verò, ſomnus procurãdus & quies omni modo. At verò vbi intolerabilis effuſio exiſtat, & pulſus emolliatur, apprehẽdátque frigiditas & exudatio, aliquãdo etiã ſingultus, ad vinũ tranſeũdũ eſt mediocriter adſtringẽs, neque viribus validũ, & quod dulce quidẽ ſit, non autẽ odorũ. Interant autẽ in ipſum micas, aut alicã iniiciãt, ſi fieri poſſit, calidũ: ſi verò nõ, frigidũ. atque ita paulatim & per interualla cochlearẽ abſorbeãt. Sitim verò ar- D cet polẽta tenuis ſine ſale vino diluto inſperſa & abſorpta. Vini multitudo vitanda eſt, ac omni arte conandũ vt ipſos ſopiamus, ex roſis ac myrto domus pauimento cõſtrato. Odoramenta quoque naribus admoueãtur, mala cotonea & ſimilia. reliqua autem omnia eo modo adhibeantur, quo ſuprà in æſtuantibus febribus eſt prædictum. Illitiones etiã ſoporiferæ circa frontẽ aſſumantur. Aluo autẽ adhuc egerente, amylũ cũ decoctione capitũ papaueris per clyſterẽ infundatur: ſimul enim & cohibet & refrigerat, & ſomnũ inducit. Ad vomitus verò coercẽ- E dos cõmanducare conuenit ſuccúmque deuorare meſpilorũ, malorũ cotoneorũ, pirorũ cruſtuminorũ, & vuæ, maximè quæ vinaceis interpoſitis ſeruatur, & penſilem quoque vnà cũ vinaceis expedit mãducare. Ad contractiones autẽ in muſculis factas, veſtis detritæ panniculi oleo calido madefacti conueniunt, contractis muſculis impoſiti: & cerata humida aliquando caſtoreũ accipientia, & ex ſicyonio aut irino oleo facta. Quibuſdã eorũ etiam maxillares muſculi dolent: quos quũ lana operire non ſit facile, (eſt enim iniucundũ, & ſudor quoque inde elicitur) illitionibus leniter factis, molliores reddere o- F portet. In cibo exhibẽdi ſunt pedes ſuilli cocti, pulli columbini & gallinarum, perdices, palumbi, turdi, & conſimiles his exiſtentes. Aſclepiades autem cholericis eiuſmodi electum planè remedium deſcribit: inutilibus tamen omnibus prius ſufficienter euacuatis. Baccarum myrti nigrarum exacinatarum Italicum ſextarium vnũ, florum roſarum tantundem, carnes palmarum numero viginti, aquæ potabilis ſextarios ſex. decoque ad tertias, & expreſſum ac percolatum liquorem rurſus per ſe deco- G que, donec ad ſextarium vnum redigatur: cui deinde paſſi myrtitæ ſextarium vnum affunde, rurſuſque decoque donec ad mellis craſſitudinem cogatur, & vtere. Datur ante & poſt cibum cochlearii menſura. vtere etiã ad hos potionibus & epithematibus ad ſtomachi ſubuerſiones præſcriptis.

De ſtomachi adſtrictione, Cap. XIII.

Oboritur aliquibus poſt cibum acceptum, circa concoctionis & digeſtionis tempus, ſtomachi adſtri- H ctio, itémque alui. Æſtuat autem vniuerſum corpus, maximè verò manuũ ac pedũ extremitates: & facies ipſa rubeſcit: pulſus autem in denſitatem permutatur. Hos multi etiã febricitare exiſtimant. Nocumentũ autem omne circa digerendi alimenti difficultatẽ cõtingit: conſiſtit

enim vtplurimùm in aridis & condenſatam habentibus
carnem, ſpiritu circa vias concluſo & coarctato: vtpote
qui per vapores ab alimento prodeuntes inſpiſſatur, &
ob id quòd non effletur, immodicè concaleſcit. Curan-
tur autem hi in principio quidem cōſtrictione & colli-
gatione extremarum corporis partium, fricationéque
brachiorum crurúmque ac coxarum: ſæpe etiam extre-
mitatum compreſſione, ita vt præcipiamus ipſis vt deſi-
deant, & decubitus quoque formam erectiorem faciāt.
quoſdam & lectica geſtare expedit, donec alimentum
omnino ſubductum digeratur. Ante augmenti tempus
diligentiore totius corporis curatione vtendum eſt, ſtu-
dio adhibito vt carnem mollem & humectā reddamus.
Vtilis itaque eis tunc ex oleo inunctio exiſtit parum ni-
tri habens admixtum. Inclinante autem morbo & vigo-
re præterito, aquæ infuſio ad manus pedéſque lauandos
commoda eſt, quo tempore aliquando & calidæ pluri-
mum potum non improbo: nos enim remittente mor-
bo, & paulo longioribus exiſtentibus interuallis, pluri-
mos ante cibum lauimus, & vehementer iuuimus. Perfe
ctiore autem declinatione apparente, etiam vinum exhi
bendum eſt, quò tota affectio corrigatur. cibi autem ſint
facilè digeſtibiles, & quibus concoquendis corpus ſuffi
cit: quos diuidere etiam conuenit, maximè ſi bis cibum
ſumere ſint aſſueti. Quòd ſi in viſceris inflammatione,
adſtrictionis ſtomachi acceſſio contingat, illam ipſam
prius curatione aggredi ac demoliri oportet, per fomen
torum & cataplaſmatum adhibitionem. Cæterùm hæc i-
pſa adſtrictionis ſtomachi acceſſio, frequentius in eis ap
paret qui hepar præter naturam diſpoſitum habent.

De humoribus à capite in ventrem deſtillan-
tibus, ex Galeno, Cap. XIIII.

CApite ex intemperie affecto, (vt multa generat ſuper
uacanea recrementa) omnibus ſubiectis organis inde
nocumentum infertur, recrementis videlicet ad ipſa de-
latis: & promptiſſima quidem ad os & ad nares delatio
exiſtit. deferuntur autem & ad thoracem, aliquibus etiā
ad aures. delationem autem ad os, ſtomachus excipit, at-
que aſpera arteria. De aliorū ſanè membrorum nocumē-
to, iam prædictum eſt. Quum verò ad ſtomachum flu-
xus deferatur & frigidus exiſtat, ad frigidam intempe-
riem corpora perducit, calidus cōtrà in calidam: hic ex-
ulcerat quoque temporis progreſſu: in principio verò ap
petitui nocet & cōcoctioni. Si igitur frigidus fuerit de-
fluxus, tardas concoctiones & cruditates efficit: ſi verò
corruptus, in corruptionem adiget cibos, vnde nidoro-
ſæ, aut fœtidæ, aut acidæ eructationes producentur, aut
etiam alterius cuiuſdam quæ nominari non poteſt, aut
etiam nomen habentis qualitatis. Vbi verò altius deſcen
derit nocumentum, etiam inteſtinum ieiunum afficit, &
ad colum vſque pertingit: atque ad venarum meſenterii
vaſa, per quæ ad hepar ipſum alimenti diſtributio con-
tingit. & quibuſdam quidem deiectio appetitionis acce-
dit: aliquibus verò appetitiones rerum præter naturam,
quas appellant caninas, aut etiam ciborum vitioſorum
concupiſcētiæ. Optimum itaque eſt in his velut fontem
malorum excindere, capitis videlicet ſanitati proſpiciē-
do: aut, ſi hoc impoſſibile ſit facere ob vehementiam na
turalis intemperiei, omnino tamen eius ſaluti conſulere
oportet, indicatione ex figura eius accepta quomodo ei
ſubueniri poſſit: non enim quemadmodum aliqui medi
ci, (qui ad omnes diuturnas capitis affectiones ſēper ex
thapſia & ſinapi cataplaſma imponunt) ſic & te facere vo
lo. Lauacris itaque multis calidis potabilium & dulciū
aquarum conſolari eos oportet, diſcuſſis ſimul calidis in
capite vaporibus, & omni temperamento melius permu
tato. Nociuus autē eſt eis vſus aquarum natura ſua cali-
darum. quæcunque enim ex eis ſulphurulētæ ſunt ac bi-
tuminoſæ, ob caliditatem ſuam capitibus natura calidis
aduerſatur: quæ verò aluminoſæ, coarctatione ſua caput
offendunt. ſolis itaque dulcibus aquis citra læſionem v-
ti poterunt. Quicunque verò valde calidū ac peruſtū ha-
bēt caput, iis melius eſt vt æſtatis tēpore vngantur opti-
mo roſaceo, ex ſolis roſis ac oleo omphacino præparato.
Aliquando verò caput euaporationes calidas ex vētre ſuſ

A cipiens, dolore ac intemperie afficitur: & propterea ven-
tris curam habere oportet, ipſiq; robur indere, vt bilio-
ſus humor aut omnino non confluat in ipſum, aut quā-
celerrimè euacuetur, atq; hoc per abſinthii, & picræ ex a-
loe compoſitionis potum. At verò quæ forinſecus adhi-
bentur ventri in his vnguenta, moderatè ſint adſtringen
tia. tale autem eſt æſtate melinum, hyeme verò nardinū:
aut mulierum vnguenta quæ foliata & ſpicata appellāt.
nam & ipſa calefaciunt ac roborant ventrem. vere autē
idoneum eſt maſtichinum. Quòd ſi non ſolùm caput ca-
B lidos ſeroſos humores ad ventris locos demittat, ſed etiā
ipſe venter propriam intemperiem calidam habeat, refri
gerantibus eduliis ac potibus & illitionibus ſemper vti
conuenit, ita vt plus aut minus permutatio ſaltem in his
fiat. Similiter autem etiam vbi ambæ partes, vēter vide-
licet ac caput, frigidam habuerint intemperiem, calidis
quidem eduliis ac potibus & illitionibus vti oportet: ve
rùm vires ipſorum permutare, iuxta anni tempora tem-
peramento ipſorum aucto aut remiſſo. Cæterùm grauis
mixtura eſt, quum aut in ventrem calidum defluxerunt
C ex capite frigidi ac pituitoſi humores, aut in frigidū ca-
lidi. Intractabilior eſt autem ea in qua in calidum ven-
trem pituitoſi ac frigidi humores deferūtur: peſſima ve
rò, vbi cum his etiam venter ſupprimitur. Corrumpun-
tur enim humores in ventre moram trahentes, vt & mor
deant ipſum, & vitioſos vapores ad caput remittant. Ete-
nim pituita in ventrem defluens, calefacientibus ac atte-
nuantibus opus habet: os autem ventris, vbi natura cali-
dum fuerit, calefacientibus. Quare conari oportet in
his, vt pituitam in ventrem defluentem, per ea quæ non
D valde calefaciunt ſecemus. quale eſt acetū mulſum ſim-
plex, cuius præparationem inter concoctoria referemus.
Quum verò pituitoſus humor à capite in frigidum natu
ra ventrem defluxerit, huius affectionis medela facilis
eſt, ſi manè ſimplex pharmacum ex tribus piperis gene-
ribus cōſtans ſumatur. ſed & ſolum piper exactè tritum,
aquæ admixtum bibere licet. At verò abſinthii potus ita
affectis valde aduerſatur. pituitoſum enim humorem i-
pſorum ventri infarcit. Sed neque aloe ſola per ſeipſam
E his prodeſt. bilioſi enim humoris attractoriam vim ha-
bet, non pituitoſi: & propterea bene inuenta eſt cōpoſi-
tio picra appellata, quæ propter aliorū acriū ac calidorū
admixtionē, craſſos ac viſcoſos humores ſecat. Verū fie-
ri nō poteſt vt quis hac aſſiduè vtatur, quēadmodum ea
quæ ex tribus piperis generibus cōſtat, & ſimiliter quæ
ex calamintha. Etenim ſi omni hora etiā his vtatur qui
frigida ventris intemperie laborat, nullum amplius no-
cumentum experietur.

F Diæta cōueniēs iis qui ſtomachū habēt diſſolutū,
aluum autem adſtrictam, Cap. XV.

GRauis & ægrè tractabilis cōplexus, huiuſmodi cor-
poris apparatus ac diſpoſitio exiſtit, in quo diſſolu-
tum & nauſeabundū eſt os ventris, quod ſtomachi quo-
que appellatione venit: aluus verò eſt adſtricta. Quæcun-
que enim ipſam ad egerendum impellunt, ea omnia ſto-
machum ſubuertunt, vtque & in eo cibi innatent, & nau
ſeabundus ſit, efficiunt. ad quæ neceſſariò cōſequitur, ci-
bū quoque nō probè cōcoqui. Si verò rurſus ea quæ ſto-
G macho grata ſunt edulia eis exhibueris ad tres aut qua-
tuor dies, aluus inde adſtringitur. His igitur in tempore
diæta cōſtituenda eſt: ac in principio quidē exhibēda ſūt
olera ex oleo & garo cōdita, & alia quæ ventrē emollire
conſueuerunt. poſtquam verò ſufficiēs nutrimentum in-
geſſerint, ad extremum aliquid eorum quæ ſtomachum
corroborant, accipiāt: velut ſunt poma & pira, & aliqua
mali Punici genera, quæ citra acorē adſtringunt. Ipſe au
tem homo affectus, omnibus his partim experimēto co
gnitis, quodcunque tandem minimè nociuum & iucun
H diſſimum repererit, eo deinde vtatur: neque tamen mul-
tum ex ſingulis horum generibus acceptandum eſt, ſed
quantū imbecillitati ſtomachi curādæ ſuffecerit. facilè
enim ſolubilis aluus ita affectis ſit, quādo (vt dictū eſt) à
cæteris cibis aliquid eorū quæ ſtomachum adſtringunt
comederint. his enim os ſtomachi corroboratū, ea quæ

ventri innatant,deorſum propellit.

De ſtomachi inflammatione, Cap.xvi.

OS ventris,quemadmodũ&ipſum hepar,eorum quæ adſtringunt complexu ſemper quidem opus habent:multo maximè verò vbi fuerint inflammata. Si enim per laxantem diætam ac ductum , citra eorum quæ corroborant admixtionem curentur,periculum vitæ incurrunt. Medici nanque qui laxante diæta in eis vtuntur,velut eſt oleum dulce per ſe,animi deliquii ipſis autores exiſtunt: neque enim vllum noui ſtomachicum aut hepaticum,qui in eiuſmodi medicum inciderit,ſeruatum.Oportet itaque ſiue oleum ſit,quo inflammationem patietes fouentur, ſiue cataplaſma ipſis imponatur, ſemper aliquid ex adſtringentibus admiſcere: velut eſt vnguentum nardinum, aut melinum:aut ipſum malum cotoneum in oleo decoquere, maſtiche ſimul admixta. Ceratum autem quo aſſiduè in ſtomachi inflammatione vtor,hoc eſt: Ceræ Tyrrhenicæ vnciam vnam, vnguenti nardini tantundem , vel quantum ſufficit, aloes drachmam vnam,maſtiches drachmam vnam. Quòd ſi maiori adſtrictione indigeant,tanta nimirum imbecillitate & diſſolutione exiſtente,vt neque cibos continere poſſint,omphacii ſucci ſicci drachmam vnam,aut ſucci abſinthii tantundem eſt admiſcendum : aliquando etiam ambos addere oportet , & tertium quod ipſis conuenit,hypociſthidis ſuccus exiſtit,&œnanthes & rhois rubri ſuccus , iuxta eam quæ adeſt videlicet diſpoſitionem. Cerati autem ãplitudinem augere oportet iuxta proportionem& menſuram reliquorum pharmacorum: veluti,ſi quatuor drachmæ aliarum rerum congregentur,cerati nardini vncias quatuor eſſe cõuenit:duas quidem ceræ , duas reliquas vnguenti nardini. Quòd ſi durius adhuc pharmacum ipſum appareat,apponẽdum eſt vnguenti nardini quantum omnino ſatis erit. Aliud ceratum: Ceræ trientem, roſacei vncias decem,gallarum,aluminis ſciſſi,aloes,florũ roſarum,maſtiches,ſingulorum drachmam vnam. vtere in iis qui vehementi adſtrictione opus habent. Cataplaſmata autem inflãmatis conuenientia,fiunt ex hordeo & ſemine lini,melléque & vnguento nardino , modicóque vino , adiecta maſtiche & abſinthii coma. Ad diuturnas autem inflammationes & iam induratas , magis varia pharmaca adhibere oportet : quæ & emollientium generis & diſcuſſoriorum exiſtunt:veluti eſt quod fit ex ſertula Campana,ſeu meliloto. Compoſitio autem eius multorum modorum eſt , propterea quòd omnibus iuxta præcordia inflammatis conducat , magnáque differentia eius ſub alia atque alia forma apparati exiſtat: alius enim apparatus circa ſtomachum inflammationibus , alius inflammato hepati aut ſpleni vtilior extat. Epithema ſtomachi,quod Philagrius compoſuit , & frequẽter apparatur: Ceræ quadrantem , œnanthes vnciam vnam, aloes ſextantem, maſtiches ſextantem, ammoniaci thymiamatis,bdellii,cuiuſque vnciam vnam , adipis anſerini trientem,ſtyracis vnciam vnam,œſypi beſſem, olei roſacei libras duas , vini quantum ſufficit. Stomachicum contuſum , Andreæ comitis : Cypheos, ſtyracis, terebinthinæ, cuiuſque quadrantem, bdellii, aloes, maſtiches, cardamomi , cuiuſque ſextantem, comæ abſinthii vnciam vnam,propolis trientẽ,ammoniaci thymiamatis ſeſcuncem,ceræ vncias decem,contunde,& vtere.Ceratum emolliens & relaxans,ad induratas inflammationes: Olei ſextarium vnum , aquæ cyathum vnum, adipis ſuilli recentis ſeſcuncem, ceræ trientem, chamæmeli quadrantem, ſquillæ quadrantem , anchuſæ ſeſquiunciam. Epithema ex meliloto, Oribaſii: Meliloti beſſem, ammoniaci thymiamatis quadrantem , bdellii quadrãtem,myrobalanorum ſextãtem, œnanthes ſextãtem,cardamomi vnciam vnam,croci,cyperi, iridis,myrrhæ,zingiberis,aloes,amomi,ſpicæ Celticæ,caſiæ,cuiuſque vnciam vnam,ceræ libram vnam,terebinthinæ vncias xvi.melini,aut nardini,aut roſacei lib .i. aliquando &ſucci balſami ſextantem,thuris vnc.i.Arida contuſa& cribrata cum modico vino in pila conterito:reliqua ve-

A rò in vino diluito,& liquefactis quæ liquefcere poſſunt, affuſiſque,omnia ſimul vnito ac vtitor. Aliud ex meliloto,ad omnem præcordiorum induratam inflammationem,& ad colicos ac dyſentericos,quod & in Alexãdria apparare conſueuerunt,quo vti ſoleo, hoc eſt: Meliloti, cyperorum, myrrhæ,nardi Celticæ,cuiuſque vnc. vnam,croci drachmas octo,cardamomi drachmas octo, cypheos drachmas ſedecim , ammoniaci thymiamatis drachmas xl.terebinthinæ drachmas octuaginta, ceræ drachmas clx. olei Cyprini drachmas cẽtum viginti, B vini quantum ſufficit. Epithema ex maſtiche: Terebinthinæ dodrantem,ceræ vncias octodecim,maſtiches dodrantem , adipis taurini dodrantem , mellis libras duas , roſacei lib. ii. Epithema aliud ad induratas ſtomachi inflammationes , & ad omnem duritiem , ac diuturnam in ipſo affectionem:in ſenibus præſertim,& qui vergentis ſunt ætatis,experimento clarum: Colophoniæ pellucidæ ſextantem,ceræ puræ vnciam vnam, maſtiches puræ vnciam vnam,olei communis cochleare vnum tantùm. Omnia depurata in ollam coniecta ſu- C per carbones liquefacito,aſſiduè agitando, donec exploratum habueris quòd in frigidam aquam deſtillata in paſtilli modum emollire ac cogere poſſis.vtere,non cõtempta ipſius vtilitate. Epithema ſtomachicum valde celebre,ad ſtomachi inflammationes & duritias , itémque debilitatem: Micarum ſiligínearum quadrantem, carnis palmarum pinguium vnc.vnam,meliloti vnciam vnam,comæ abſinthii drachmas quatuor,maſtiches vnciam vnam , aloes drachmas iiii. adipis anſerini recentis ſextantem,ceræ quincuncem , olei amari præ imma- D turitate acerbi ſeſcuncem,ſtyracis vnc.i.pilularũ chamæmeli vnc.i.Palmas,melilotum,chamæmela,ad veſperam in ſapam maceranda coniicito, & ſequẽti die lento igni decoquito,exprimito & percolato, atque in decocto micas maceratas rurſus percoquito ac conterito : ſtyracem verò per ſe cum pauco oleo liquefacito , atque ita ſolutũ micis tritis admiſceto,& ceratũ affundito:pòſt verò, liquefactis quæ liquefieri poſſũt,aridiſque inſperſis,ſimul omnia in mortarium diffundito , ac ſubactis & ſimul vnitis vtitor. Ante pharmaci impoſitionem ſtomachũ ex E oleo & modico vino irrigato , in quibus abſinthium ſit decoctum. Emplaſtrũ ex micis,emolliens, relaxãs ac diffundens.facit ad inflammationes in quocunque tandem loco induratas , emolliens, & diſcutiens , ac firmitatem addens: Radicis althææ lib.ii.phœnicobalanorũ lib.ii. fœnigræci lib.i. ſeminis lini lib.i.chamæmelorũ, melilotorũ,ſingulorum ſeſcuncem,vini veteris odorati adſtringentis ſextarios octo,ſpumæ argenti,ceruſſæ,colophoniæ,cuiuſque lib.ii,ceræ lib.i.terebinthinæ lib.i. olei veteris lib.ii.aquæ lib.ii.panis ſiliginei aridi contuſi & cribrati lib.v.. Herbæ verò præmaceratæ,deinde de- F coctæ,exſiccantur:in ſucco verò,panis contuſus& cribratus maceratur. Sequenti deinde die ſpuma argenti & ceruſſa in aqua teruntur, & adiecto eis oleo,donec nõ amplius manus inquinent,decoquuntur, eiſque liquefacta iniiciuntur:atque ab igne ablatis,fermentata panis farina emollita paulatim admiſcetur: aſſiduè tamen omnibus cum ſpathula agitatis, & pòſt in mortarium coniectis, ibique primùm piſtillo , pòſt etiam manibus fortiter emollitis,vtitor. Epithema Nilei , ad induratas tũ G ſtomachi tum hepatis inflammationes:Ceræ lib.i.croci drachmas quatuor,ammoniaci thymiamatis ſextantem, roſacei aut nardini lib.i.Crocum & ammoniacum aceto trita diluito:ceratum autem liquefactum & refrigeratũ, eis affundito,ac counitis vtitor.

De ſtomacho exulcerato, Cap. xvii.

VLcere in ſtomacho aut ventre exiſtente, omnium acrium rerũ comeſtione abſtinere oportet: ſucco autem ptiſanæ, aut alicæ vti modico admixto melle , quò per ipſum vlcera repurgẽtur & extergãtur.In cibis enim H exhibere oportet,aliquãdo qdẽ ea quæ vlcera repurgãt, aliquãdo autem & quæ dolores mitigant, & mordacitatem obtundunt . poſt repurgationẽ verò, quæ carne explẽt: deinde quæ ad cicatricem perducunt, velut ſunt

ea quæ adſtringunt. Forinſecus autem epithemata his conueniunt ex palmis,& malis cotoneis,ac polenta. Ceratum verò imponendum ex melino aut roſaceo,ammoniaco thymiamate & thure admixto. Epithema autem eis conuenit Nilei,& tempore inductionis cicatricis,emplaſtrum ex ſalicibus, & quod Iceſium appellatur.

De iis qui à ſtomacho,comitialis morbi modo conuelluntur, Cap. XVIII.

QVidam homines vbi diutius ieiuni permanſerint, præſertim quum triſtitia interim affecti,aut ira concitati,aut curis anxiè torti fuerint, comitialis morbi acceſſione comprehenduntur,& concidunt conuulſi.Plures autem eorum qui hoc modo afficiuntur,gracilis habitus ſunt,& aſſiduè bilis in ſtomacho ipſis efferueſcit. His ſanè ſtomachus ſubtiliore ſenſu præditus exiſtens, & cerebrum per conſenſum affectum,vniuerſum corpus conuulſionis modo lancinat. Commune autem conſilium omnibus hominibus medicinæ quidem ignaris, ratiocinatione autem non inexercitatis ſubiiciam: ne, quemadmodum plerique è vulgo homines, rationis expertium animalium more viuant, eorúmque modo ſe habeant:verùm per experientiam iudicent qui cibi ac potus eis noceant:item quales ac quanti officiant motus. ſimiliter autem & circa rei venereæ vſum obſeruent,num innocuus eis exiſtat, an contrà nociuus. multos enim noui,qui ex rei venereæ vſu maximum periculum incurrerunt.Oportet itaque hos ipſos bonam & exquiſitam concoctionem ſibi prouidere, & tertia aut quarta diei hora panem diligenter apparatum accipere.ſolum quidem,ſi non ſiticuloſi exiſtant:ſiti verò vrgente, ex vino diluto mediocriter adſtringente & albo. hæc enim ventrem corroborant,& caput non percellunt, quemadmodum fortia facere conſueuerunt. Exhibere etiam eis oportet ex aloe pharmacũ,bis aut ter in anno. à ſuperfluis enim recrementis totum ventrem repurgat,& ad propria munia obeunda efficaciter corroborat.Vidi autem & alios in ore ventris comitialis morbi modo conuulſos,quum vehementi cruditate laboraſſent, aut vino multo meraciore ſe ingurgitaſſent, aut intempeſtiuius re venerea fuiſſent vſi.Quoſdam etiam in febribus vidi repentè cõuulſos:qui bilioſo vomitu ſuccedente,eueſtigio ab omnibus afflictionibus ſunt liberati. Quidam autem ex ita affectis,fuſca vomuerunt,quidam verò porri ſucco conſimilia. quidam à multitudine vitioſorum ciborum aggrauati,ſenſus ac motus priuati munere,à ſopore grauiſſimo ſunt apprehenſi ac detenſi,quouſque ea quæ os vẽtris compreſſerant omnia euomuerunt. Multis verò non inſomnia modò, ſed & ſomni perturbantes, & deliria, ob vitioſum humorem in ore ventris congregatum,acceſſerunt. De inflatiuo autem & præcordiali appellato morbo,nullus eſt qui non verba fecerit,quomodo videlicet triſtes, & deſperantes, & mœſto aſpectu reddat, & (vt in vniuerſum dicam)nulla re ab iis qui atra bile afficiuntur differentes aut inferiores. Apparet autem & hos vehementius poſt cruditates prædictis acceſſionibus apprehendi:plerique autem ex ipſis ſplenetici ſunt,quæ res facit vt æſtimemus & quendam ex ſplene confluere in ventrem vitioſum ac ſeroſum humorem. Curatio verò iis conuenit eadem quæ ad affectos ab atræ bilis deliriis eſt prædicta, in eo quo de capitis affectionibus egimus Sermone. itẽ ea quæ paulo antè eſt deſcripta,de iis quibus atra bile ſtomachus infeſtatur, & qui ventrem habent inflatum.

Viridis iaſpidis vſus, Galeni, Cap. XIX.

VIridis iaſpis lapis,ſtomacho,qui & os ventris appellatur,vtilis exiſtit pro amuleto appenſus, cuius rei multum experimentum fecimus.Oportet autem filo innexos ex collo ſuſpendere, eo modo vt lapides os vẽtris contingant.

De appetitus perditione, Cap. XX.

VEntrem natura promptuarium creauit, veluti terrã plantis: dedit & indigentiæ ſenſum, cuius impetu

A animalia ad cibum ac potum concitata,iis ſe expleant:& vocatur quidem eiuſmodi expletionis deſiderium,appetitus. Contingit autem ob indigentiæ ſenſum,quum venæ ex cibis in ventre ad ſe attrahunt, velut emulgentes & exugentes: quam exuctionem quum venter ferre non poſſit,ſed inde veluti diuellatur,huius angoris remediũ cibum exquirit.Itaque exuctionis ſenſus, ipſa fames exiſtit,& appetitus appellatur,naturale opus, non animale exiſtens. Huiuſmodi autem appetitum euacuatio præcedit, & contingunt ſanè quinque acceſſiones ordine B mutuo ſeipſas conſequentes: quarum prima, euacuatio eſt:ſecunda, appetitus naturalis membrorum euacuatorum:deinde,per venas ex vẽtre exuctio: pòſt, exuctionis ſenſus:& quinta,appetitus animalis,qui omnium poſtremus exiſtit. Itaque appetitus perditio contingit, aut ob ſenſus exuctionis venarum perditionem,aut quòd exuctio non fiat,aut quòd corpus non euacuetur.Contingit autem ſæpe etiam ob immoderatam ventris & inteſtinorum fluxionem, & ob bilioſi humoris in ventrem delationem,tenaciſque & acris,ac porri ſpeciem habentis:& C ob pharmaci potionem:& ob ſanguinis immoderatam detractionem:& in continuis ac vehemẽtibus febribus, ſtomachique & ventris inflammatione,item hepatis,veſicæ & vuluæ.Contingit etiam in colica & voluuloſa affectione.Maxima autem quòd quis non eſuriat, cauſa,caliditas exiſtit,quæ ſolida corpora laxando exoluit, & ad attractionem imbecilliora reddit:humida autem diffundit,atque amplius extendit.A plurimis etiam aliis cauſis appetitus perditio contingit. Itaque ſi iuxta principium morborum acceſſerit,aut iuxta vigorem,quum vires adD huc ſuſtinere poſſunt,nihil moleſtiarum infert.modico enim alimento ægri opus habent. ſi verò in declinatione totius morbi appetitus perditio accedat, aut in diuturna imbecillitate, aut viribus debilitatis,aut ex immodica euacuatione,periculo non vacat.Augetur autem affectio hæc & ab ætate.incommodè enim hoc malo pueri afficiuntur,vtpote qui natura voraces ſunt, & aſſiduo fomite opus habent. Quare magnus præter naturam exceſſus ſignificatur, ſi pueri appetitus perditione fuerint E affecti. Si quidem igitur ex vitiatorum humorum præſentia,appetitus perditio contingat,antequam aliam curam adhibeamus,delatos in ventrem humores, vomitu reiiciendos præordinabimus. Quòd ſi ægrè vomant,ſorbitiones exhibere oportet, quæ eiuſmodi humores infernè expellere conſueuerunt:deinde per ea quæ ad hãc rem commoda ſunt,corpora ad bonum perducemus tẽperamentum. Si verò ex virium imbecillitate appetitus perditio accedat,cõſiderare oportet qualis intemperies vires exoluit,& per contraria eam ipſam corrigere.Si veF rò ob inflammationem,aut obturationem alicuius alterius membri,appetitus perditio concomitetur,tum & illius habere curam conuenit. Conandum eſt etiam vt per odoramenta appetitum reuocemus:per polentam videlicet poſca madefactam,aut vino odoro diluto,aut malorum cotoneorum decocto, aut pirorum, aut cucumerũ viridium maturorum cremore. Inunctione item leni & non nimiùm ſedula idem conabimur,ac moderata corporis fricatione, atque etiam pedum ac manuum palpitatione ac contrectatione accuratiore.Inſeſſus etiam lũG bos ac pectinem amplectentes,adhibendi ſunt & aquæ affuſiones,ac gargariſſationes: abſorbitiones quoque aquæ frigidæ modicæ & dulcis. ab iſtis enim moliminibus ſæpe ad accipiendos cibos profecerunt. Quin & digitorum in os immiſſione ſtomachus lancinatus,ſæpe ad accipiendos cibos eſt cõuerſus:quare hoc ipſum tum ante curationem tum poſt eam eſt faciendum. euomuntur enim aliquando bilioſa aut pituitoſa quædam, quæ perditi appetitus in quibuſdã ſunt cauſa. atque ita ab hac acceſſione eos liberabis.Cibi apparentur plures & H varii ac optimo apparatu, & vltra dulcedinem etiam illicientes & appetitum irritantes: frumentacei imprimis generis, ac multi alimenti, velut eſt alica ex decocto palmarum,aut prunorũ Damaſcenorũ lota,aut ex aqua mulſa diluta præparata,oua ſorbilia,panis ex calida

aqua lotus,aut ſi ita aſſueti fuerint,frigida.diuitibus autem,gallorum teſtes exhibēdi ſunt, & ex volucribus nō graueolentes,& macræ ac montanæ:pedes ſuilli in decoctione plurimùm eliquati.eiuſmodi enim cibos ſi guſtauerint tantùm,ſufficiens alimentum deinde corpori offerendum eſt. Omnia autem quæ exhibentur,eiuſmodi eſſe conuenit vt facilè deuorari poſſint. quæ enim multa commanducatione indigent, iniucunditatem quandam afferunt,& appetitum auertunt.In iis verò qui iam prompti ſunt, cupidique cibum accipiendi, coniectare oportet ne ſufficientem menſuram excedamus. conſiderare enim oportet num ob naturalem infirmitatem, an conſuetorum ciborum cupiditatem,ſimulent appetitus perditionem.quod ſi ita contigerit,quantum in nobis eſt, grauiter obiurgatos admonebimus ne vtilibus negligant obtemperare. quòd ſi non obtemperent, ſed præ alimenti negligentia contabeſcant, viciſſim contemnere ac negligere eos oportet, ac cibum parum deteriorem exhibere: póſtque primos affectionis dies, cataplaſma ex palmis,malis,œnanthe,abſinthio,& aloe,ſtomacho imponere. licebit & ceratis vti ex eadē materia apparatis.

De appetitu canino, Cap. XXI.

Contraria appetitus perditioni affectio eſt,quæ caninus appetitus appellatur. Plures enim cibos appetunt,atque quum appetitum cohibere nequeant,in ingerendis nimiis cibis modum excedunt: deinde multitudine eorum aggrauati, & aſſumptos citra nocumentum ferre non potētes,ad vomitum diuertunt: deinde rurſus cibo ſe explentes,rurſus ad vomitum reuertuntur: quēadmodum canes:ex hoc autem aliquando & ad vomendi conſuetudinem delabuntur: ſæpéque etiam aliis affectionibus obnoxii fiunt,cœliacis videlicet & dyſentericis,atque aquæ inter cutem: propterea quòd priuſquam priores cibi ſint concocti, alios ingerant. Quòd ſi huius acceſſionis cauſa,humor quiſpiam vitiatus,& acidus exiſtat,qui os ventri mordeat & irritet, appetitúmq; excitet:frigidus enim humor vitiatus,exuctioni cōſimilem mordacitatem infert,ciborúmque appetitionem exſuſcitat, & affectionis naturalis,quæ fames appellatur,modo corpora ipſa vacua reddit,tuniculis eorum coactis & adſtrictis:quapropter & egeſtiones multæ ex ipſorū vētribus procedūt: crudis exiſtentibus nimirum cibis, aut ſemicoctis: Itaque vbi cognouerimus ab humoribus pituitoſis & acidis fieri hanc affectionem,qui in ipſum os ventris impacti,ac velut aqua in ſpongiam imbibiti,cogántque & irritent,& ad appetitum exuſcitent,picrū appellatum pharmacum cōuenienter exhibebimus, quòd non tantùm calefacere poteſt,ſed diſſecare ac repurgare, extraheréque ex profundo oris ventris imbibitum humorem,& per aluum infernè euacuare:quin & robur vētri addit,vt ne facilè nociuum humorem ſuſceptet. Exhibeatur autem pondere drachmarū quatuor,ex vino cū aqua calida diluto. ſi verò puer hac affectione laborat,& ob amaritudinem bibere nequeat, ſi quidem poſſibile fuerit, in catapotia drachmas duas huius pharmaci digeremus,melléque forinſecus oblinentes deuoranda dabimus cum ouis ſorbilibus aut ptiſanæ ſucco: quòd ſi neque ſic tolerare queant,ea quæ diſſecare & repurgare, calefaceréque poſſunt, in cibis annectemus,veluti ſunt allia,porri,thymus,ſatureia,origanum,pulegium, & quæ his ſimilia exiſtunt. Potum autem præbebimus ante cibum,multum ac aceruatim bibendum,calidum ſanè aut certè tepidiorem: ſorbitiones item appetitum deſtruentes,veluti ſunt pultes cum melle multo &oleo plurimo, aut adipe anſerino,gallinaceo aut ſuillo. ex oleribus cōuenit malua: cerebella item & pinguiores volucriū partes,piſciúmque eodem modo, & omnino quæ appetitū auertunt,ac ſatietatem inducunt, & quæ magno cumulo accepta,modicè alunt. Admiſcere etiam conuenit panibus dum fermentantur,acriora & vrinam cientia: ſimiliter & vino quod in potu ſumunt,velut eſt cuminum, aniſum,petroſelinum,& quæ eius generis exiſtūt:ad vinum etiam piper, & mel, & ſpica nardi vltra ea quæ dicta ſunt,coniiciantur. Panis verò non ſit recens, neque

A valde bene fermentatus. vinum verò quod bibunt,colore fuluum,ſubſtantia tenue,odorúmque & non valde vetuſtū: quod tū ieiunis tū à ſūpto cibo plurimū præbeatur, quantum videlicet bibere poſſunt. ventrem enim excalefacit,& humorum deſtruit acorem, vt ſæpe ſolum ſuffecerit cum pinguibus & oleoſis cibis ad perfectam curationem. Abſtinere autem oportet ab omnibus acidis ac adſtringentibus cibis ac potibus, maximè verò à fructibus.Bellaria eorum ſint piſtacia,amygdalæ, nuces pineæ,colymbades etiam oliuæ exhibendæ ex melle.Co
B nandum eſt etiam, vt lac ipſis exhibeamus, tum per ſe tum cum paſſo aut melle:ita tamen vt obſeruemus ac vitemus in eis quibus in ſtomacho aceſcere conſueuit: in his enim maius nocumentum quàm vtilitas conſequetur:probè verò concoctum,non ſolùm appetitum obtudit, ſed & aluum obturatam emollit, fluxionéſque eius ſiſtit. Apparādæ etiam ex ipſo lacte potiones & placentæ, veluti ſunt dulciaria & oryza. Viſcera verò cataplaſmate hordeaceæ farinæ contegere vtiliſſimum exiſtit. Lauare autē per interualla oportet, cuticulámque ipſo-
C rum largè pinguefacere.

De canino appetitu,qui ex immodica trāſpiratione,ac cutis exolutione cōtingit, Cap. XXII.

EST & alia canini appetitus ſpecies, quū vniuerſum corpus rarius exiſtens, & per obſcuram reſpirationē exhauſtum,præter modum in aſſidua alimēti indigētia conſtituitur.Contingit autem id aut ex facultatis retentiuæ in toto corpore imbecillitate, quæ cibis dominari non poteſt:aut ob plurimi caloris fortitudinem,qui inſtar ignis cibos cōſumit,& cutem rarefacit, ac exhalatio-
D nem efficit. His ſanè ventris egeſtiones longè pauciores procedunt, quàm pro eorum quæ ingeruntur modo ac proportione: & ſtercora quæ egerunt,exiſtunt ſicciora. Itaque pharmacum ex aloe eis infenſiſſimum exiſtit:itē extenuatorii generis & diſcindentes tum potiones,tum cibi. cutem enim magis rarefaciunt,exhalationem mouent,ac appetitum augent. Quare eorum qui hoc modo affecti ſunt,cutem condenſare ac ſpiſſiorem reddere melius eſt,cum oleo quopiam ex immaturis oliuis expreſſo,in quo myrtus,aut roſæ,aut eius generis quippiam ad
E lentum ignem ſint decocta,admixto etiā alumine ſciſſo in aceto acerrimo prius trito,intantū vt ad ſtrigmētitiā formā vnguētū reduci poſſit.Abſtineāt aūt à balneis calidis,cōſimilique aere,ac vini potu,& ab omnib⁹ quæ tum extrinſecus tum intrinſecus calefacere poſſunt.Ducantur ad lauacra frigida, ſi quidem nihil id fieri prohibeat:vtpote corporis gracilitas, aut membrum aliquod refrigeratum,thorax nimium,aut aliud quoddam. Cibi eis exhibendi ſunt ſtabiles,& ægrè corruptibiles.Eius generis cochleæ exiſtūt, & toſtum oſtreorum quæ teſtis
F integuntur genus,ſi ex duarum aquarum reiterata decoctione apparentur, & polypi eodem modo. carnes ſuillæ in vigore exiſtentes, maximè verò ventres & vuluæ. bubulæ quoque pinguiores, & omnia ſimpliciter pinguia,& quæ ventri innatant,tardéque concoquuntur, ac digeruntur.Ex ouis,ea quæ coquendo ſunt indurata,aut ſartagine fricta.Et ſimilago abſque melle ex pinguibus iuſculis apparata.ſimiliter & dulciarii panes, & oryza,& panes non fermentati.Iuxta proportionem autem quantùm acceſſio imminuitur, tantùm ex craſſi humoris ci-
G bis eſt detrahendum,& ex adſtringētibus forinſecus admotis imminuendum.Aliquando enim ſedata vehemētis appetitus acceſſione,in aliud grauius malum tranſitio contingit:nimirum quum corpus ex crudis & craſſis humoribus repletur.

De vitioſo appetitu, ex Galeno, Cap. XXIII.

Vitioſas ciborum qualitates concupiſcunt,qui in tuniculis ventris ſuperfluum vitioſum recrementum imbibitū habēt: id autē maximè mulierculis vitioſo humore repletis euenire ſolet,quū vterū ferunt, & vocatur
H hæc affectio pica.Concupiſcunt autē in ea maximè quidem acida &acerba,aliquando etiā acria,quādoque etiā terram,aut teſtas,aut extinctos carbones,aut alios quoſdā abſurdos cibos:atque hoc affectu plures ex ipſis infeſtantur vſque ad ſecundum aut tertiū mēſem cōpletū:in

quarto verò quieſcere incipit malum: partim quidem vi A
tioſo humore per vomitum euacuato, partim verò con-
coſto & per tempus conſumpto. vtpote quū mulier mo-
dico cibo vſa ſit, propter appetitus ab eduliis nutrienti-
bus auerſionem. Quin & fœtus in vtero auctus plurimū
alimenti ad ſe trahit, adducto ſimul cum ſanguine & vi-
tiato humore. Porrò idem affectus viros quoque infe-
ſtat, quum & ipſis vitiatus humor quiſpiam ad os ven-
tris fuerit delapſus. Conueniens autem eis remedium, A-
mazonum paſtillus potatus exiſtit: pòſt verò etiam ex a-
loe confectio picra appellata. Euacuato autem plurimo B
vitioſo humore, exhibendus eſt eis mali Punici dulcis
ſuccus, mētha ſicca inſperſa, aut aliud quippiam eius ge-
neris, quod eſt ad ſtomachi ſubuerſiones ac nauſeas præ
ſcriptum. Conueniunt etiam muria conditæ oliuæ albæ,
& quæ colymbades appellantur: item amygdalæ amaræ
à ieiunis acceptæ, & antidoti ad lethalia pharmaca aptæ.
Quomodo verò à pica appellato morbo mulieres infeſta
tas curare oporteat, in muliebribus remediis dicetur.

De cruditate, Galeni, Cap. XXIIII.

CONcoctio eſt iuxta qualitatē permutatio, quæ nutri- C
re poteſt. contingit autem à ventre ſibiipſi cibos aſ-
ſimilate. Quapropter manifeſtum eſt quòd citra permu
tationem, offenſæ concoctionis acceſſio cōtinget. Si ita-
que cibi intotum non permutentur, cruditas ea acceſſio
appellatur, & eſt perditio & perfecta priuatio actionis:
ſi verò permutentur quidem cibi, verùm non vt oporte-
bat, vitiatam ſignificat concoctionem, non autem vt an-
tea eius priuationem. Aut enim tardat, & nunquam pro-
priam traſmutationem ſuſcipit, & difficilis cōcoctio ap-
pellatur: aut cibos omnino corrumpit, ac tranſmutat in D
alienam qualitatem. Atque hæ quidem concoctionis of
fenſiones exiſtunt. Cauſæ autem ipſarum ſunt intempe-
ries ventris, inflammationes, ſcirrhi, abſceſſus, & quæcū
que eius generis exiſtunt. Aliquando autem vētre nihil
malè affecto cibi crudi permanent, aut propter immode-
ratam ciborū ac potuum ingeſtionem, aut ob vitioſam
ipſorū ciborū qualitatem, aut ex intempeſtiua, aut etiā
inordinata ſumptione, aut ob recrementum vitioſum,
aut ob vigilias. Cæterùm ex vitioſis ciborum qualitati- E
bus, & recrementis quæ iuxta ventrē conſiſtunt, cū corru
ptione cruditas oboritur: aliquando & ex inordinata
ſūptione, ſiquidem poma, aut mala Punica, aut aliquid a-
liud tale primum comederint: deinde olera aſſumant ex
oleo & garo, aut etiam alia quæ ventrem emollire con-
ſueuerunt. Intempeſtiuam autem acceptionem appello,
ſi prius quàm prior probè ſubierit cibus, prandeant, aut
etiā præter cōſuetā horā. Corruptiones aūt fiūt, nidoro-
ſæ quidē in calidiorib⁹ & bilioſioribus: acidæ verò in fri
gidioribus natura, & magis pituitoſis. Eodem modo & F
de excrementis quæ in ventre præexiſtunt iudicandum
erit. quæcunque enim ex eis pituitoſa & frigida ſunt, aci
das corruptiones efficiunt: quæ verò calida & amara bi-
le mixta, nidoroſas. Ipſe quoque ventriculus aliquo mo-
do affectus: ſi quidē frigidus morbus exiſtat, acidas per
mutationes facit: calidus verò, nidoroſas. Tardas autem
concoctiones, cibi difficulter corruptibiles faciunt, & ſi
vltrà quàm vires tolerant ſumuntur: itémque vigiliæ.
Quum verò citra corruptionem perfecta cruditas obori
tur, vt quales accepti ſunt cibi, tales permaneant iuxta o- G
mnem ſuam qualitatem, ex hoc cognoſcere datur victū
eſſe ventriculum, aut ab immoderata ciborum multitu-
dine, aut per vehemētem refrigerationem inſiti caloris.
Vt nequis igitur in cruditatem incidat, cautione in o-
mnibus prædictis eſt vtendū, vt neque in multitudine,
neque in qualitate eorū quæ in cibo accipiuntur, neque
in acceptionis opportunitate, neq; in ordine delinquat:
& vt quæcunque concoquere valeat, ea tantùm ingerat,
& non quæ appetitus expoſtulat: menſuræ enim maxi-
mè omnium diligentem reſpectum habere oportet, ap- H
petitúmque refrenare: & neque plus quàm vires tolerāt
accipere, neque quæ natura difficulter concoquuntur, ve
luti ſunt carnes natura duræ. natura autem dico, velut car
nes bubulæ, & cōſimiles: ætate verò, ſi mactata animalia
ſeniora exiſtant. Cauendum eſt etiam à partibus carniū

A multi nutrimenti exiſtentibus, & pinguibus ſaliſque cō-
dimēto ſeruatis, ac vetuſtis. Ex oleribus, quæ igneæ ſunt
naturæ, valdéque frigida: item quæ inflationē pariunt,
incommoda exiſtunt. Ex piſcibus, qui duras carnes ha-
bent, & repoſitione arefacti. Abſtineant quoque à cibis
corruptis & fœtidis ac graueolentibus. Vitent fructus
dulces aut flatus generantes & immaturos: bellaria quæ
difficulter concoquuntur & oleaginoſa, & quæ ægrè di-
uidi poſſunt, velut eſt ſeſamum, quod commanducatio-
nem ob paruitatem ſuam effugit. Non minus aūt vitādi
B cibi peregrini & inconſueti, ac medicamentariā vim ha
bentes, quales frequenter placentis ac panibus immiſcē-
tur. Iuxta tempus autem accipiendi cibi neque impetuo-
ſè, neque aceruatim: neque ſolidis partibus, aut abſque
commaducatione eos ingerere oportet: neque etiam po-
tus cibum interpellet. id enim vnitionem ciborum im-
pedit, ſingulóſque ventri innatare facit. Ex condimētis
verò oxyporon quoddam quod citò penetrat, aſſumere
non incommodum neque iniucundum exiſtit, maxi-
mè verò huiuſcemodi: Caroi drachmas ſedecim, fœni-
C culi drach. VI. ſeminis apii drachmas octo, liguſtici dra
chmas octo, ammii drachmas octo, piperis drachmas de
cem. aliqui autem & zingiberis drachmas tres. In frigi-
diorib⁹ tēperaturis, ōnia melle excipiātur, & cū carnib⁹
ac piſcib⁹ exhibeātur. Melius aūt eſt, cum cibo & piper,
maximè longum, exhibere, in iis qui magis pituita abū
dant: ventoſi enim flatus craſſitudinem diſſoluit, & quæ
circa præcordia conſiſtunt, infernè ad aluum propellit.
concoctionem etiam omnium maximè piper adiuuat:
quòd ſi fortè non adſit, albo vtendum erit: quòd ſi neq;
D hoc adſit, nigro. Vtendum etiam aliis concoctionem iu
uantibus pharmacis, quæ ad finē huius capitis ſunt ſub-
iecta. Poſt acceptum cibum vexationes inæquales ac cō-
turbantes vitandæ, item æſtus & refrigeratio. hæc enim
concoctioni ciborum reſiſtunt. Adiuuant autem eandē
fricatio pedum, calidius contuberniū, & calefactio præ-
cordiorum. Quòd ſi grauitas adſit circa ventrem, & ex ea
moleſtia quædam in vniuerſum corpus diffundatur, ex
paſſa manu os ventris apprehendendum eſt, aut puerulus
E carnoſus admouendus. ex his enim ſæpe alimentum cor-
ruptioni proximum eſt conſeruatum. Cæterùm quū ru-
ctus iniucundus proueniens, manifeſtè corruptionem
factam indicat, citra cunctationem ad vomitum venien-
dum eſt, atque aqua tepida ingeſta, omnia corrupta ad
excretionem cogenda. ſi enim in ventre permanſerint, &
torſionum, & dolorū, & grauitatis capitis cauſa exiſtunt:
aliquando autem bilis ſupernè ac infernè effuſionē, aut
profluuium ventris, aut etiam febres inducūt. Quare eos
qui difficili concoctione apprehendi ſolent, longo antè
F tempore aſſuefaciemus vt facilè euomant. commodiſſi-
mus enim in plurimis periculis vomitus exiſtit. Quòd ſi
quis natura difficulter vomat, aut ob aliquam aliam in-
commoditatem vomere impediatur, omni modo conā-
dum eſt vt cibus ſubeat, & ex præcordiis deducatur. Ad
hæc erectior decubitus apparetur, vt ea quæ capiti ſubii-
ciuntur, ſublimius inſternantur, & reclinatio ipſa in ſini
ſtrum latus fiat: atque ſiquis vigiliis infeſtetur, citra cor-
poris vexationē permaneat, eādémque decubitus formā
obſeruet. Frequentes enim agitationes cibos perturbāt,
G inteſtináque inflata reddunt. flatus autem cibum ſurſum
vergere facit. Si verò quis ob nullam cauſam malè diſ-
poſitus ſit ad frigidæ potum, non inconueniens erit
cyathum vnum aquæ frigidæ puræ abſorbere: corrobo-
ratus enim inde venter celerrimè quæ in ipſo hærēt ex-
trudit, & ad ſubiectas partes demittit. Sequenti deinde
die in quiete æger aſſeruetur, fricationéque pedum vta-
tur, & præcordiorum concalefactione, donec murmura
& flatus circa inteſtinum rectum eruperint, eructatio-
néſque cum qualitate manſuetiori recurrerint. & tunc
H ſanè exurgere cōuenit, primúmque aluus ea quæ corru-
pta ſunt egerat, deinde ad deambulationem moderatam
æger procedat, atque otium agat, propter commotos va-
pores ex corruptione in caput delatos. Poſt hæc autē ad
quotidianas actiones mens applicanda eſt citra pertur-
bationem ac indignationem: deinde rurſus venter cogē-

dus eſt ad eorum quæ reliqua ſunt excretionem. poſtea
quieſcere iubemus, atque aqua calidiore pedes perfun-
dere ac fouere. frigida verò pura facie proluta, in lecto
quieſcere, omnibus conatibus ſomnum illiciendo. poſt
quem modica deambulatio, deinde balneum ſuſcipia-
tur, quod calidius ſolito exiſtat. cæterùm refectis prius
viribus lauetur, corporéque nitro conſperſo exudet, at-
que hoc modo in calidius ſolium deſcendat: deinde etiā
in frigidum inſiliens, largiore oleo vniuerſum corpus
pinguefaciat. Commodiſſimū eſt etiam aqua calida in
balneo hauſta vomere, velut abluendo ea quæ in ſtoma
cho deſident biliosa aut pituitoſa. Abſinthii quoque
prælibatio à balneo quod conuenit facit, & aliena ven-
tri adhærentia extergit. A lauacro cibum capere conue-
nit moderatum, & cui concoquendo corpus ſufficit. Da-
bimus itaque herinaceos marinos recentes, aut cancros
fluuiatiles, ita vt ab eorum acceptione, maluam aut oua
ſorbilia, aut piſces in petroſis aquis degentes aſſumant,
& ex volucribus non graueolentes & macras. A reliquis
autem carnibus abſtineant, & à leguminibus ac cæpis,
ſalſamentiſque, & quæ eius generis exiſtunt. A bellariis
item, & omnis generis placentis, & à fructibus dulcib⁹
ac facilè aceſcentibus in ventre. his enim omnibus con
coquendis ægrè ſufficit venter, ampliúſque inflantis na
turæ ea ipſa exiſtūt. Non ſolùm autem qualitates eorum
quæ in cibo exhibentur permutatas eſſe conuenit, ſed e-
tiam multitudinis adhibere modum. ea enim quæ faci-
lè concoquuntur, iis quæ non concoquuntur paria fiūt,
ſi præter modum ingerantur. Deinde verò ſomnus im-
perturbatus & æqualis procuretur, illito vētre ex vnguē-
to nardino. Pharmacum concoctionem adiuuans
ex malis cotoneis, Galeni. Pharmacum ex malis co-
toneis, conueniens eſt apparando appetitui in iis qui
eum perdiderunt: conuenit & concoctioni, in iis qui nō
probè concoquunt cibum, &, vt ſummatim dicam, ven-
trem robuſtiorém reddit: eíſque qui debile habent he-
par, vtile exiſtit. Manifeſtum autem eſſe arbitror, quòd
ieiunis exhibere hoc oporteat, myſtri mediocris menſu-
ra: quanquam nihil offendat, etiam ſiquis à cibo ipſum
acceptet. rectè etiam exhibetur, ſi pranſo atque inde cœ
nare volenti præſumendum detur. opportunè verò dua-
bus ante cibum horis datur. Apparatur autē hoc modo:
Ex malis cotoneis maiora iucundioráque & minus acer
ba, quæ videlicet ſtruthia appellantur, eligito, expreſſi-
que eorum ſucci ſextarios Romanos duos accipito, ac
mellis quamoptimi parem menſuram admiſceto: aceti
verò ſeſquiſextarium affundito: híſque ſimul ad prunas
ardentes moderatè decoctis ac deſpumatis, zingiberis
quadrantem, piperis ſextantem adiicito: atque hoc mo-
do rurſus ad ardentes prunas, donec ad mellis craſſitudi
nem perueniant decoquito. Quòd ſi magis adſtringens
ipſum facere velis, etiam ex carne malorum cotoneorū,
appara. Iis verò qui intemperie ventris calida afficiūtur,
& qui quomodocunque tandem bile ſunt referti, magis
conuenit zingibere & pipere detractis, ſuccum malorū
cum aceto ac melle ſolo decoctum præſcripta commen-
ſuratione exhibere. Quando verò mediæ temperaturæ
fuerit venter, vt neque biliosa neque pituitoſa in eo ag-
gregentur recrementa, dimidium prædictæ commenſu-
rationis tum piperis, tum zingiberis radicis iniicere ex-
pediet, ita vt piperis quidem vncia vna: zingiberis ve-
rò ſeſquiuncia coniiciatur. Si verò frigidioris tempera-
menti fuerit venter, zingiberis triens, piperis quadrans,
aut vnc. II. S. admiſceatur. Licebit etiam iuxta mediam
commenſurationem apparare, atque vbi opus fuerit, v-
ſus tempore reliquum adiicere. Pharmacum conco
ctionem adiuuans, dioſpoliticum appellatum. Conue-
nientior autem dioſpolitici pharmaci vſus erit, in iis
præſertim qui aſſiduè inflantur. Duplex autem compoſi
tio eius exiſtit. Aliquādo quidem æqualibus omniū par
tibus coniectis, cumini videlicet & piperis rutæque &
nitri: hoc enim modo magis aluū ſubducit. aliquādo aūt
reliqua ſingula inter ſe pari pondere miſcentur: nitri ve
rò dimidium aut quarta pars adiicitur. Præſtat cuminū
coniectum Æthiopicum eſſe, piper autem longū aut al-
bum. Cuminū in acerrimo aceto maceretur: deinde mo

A deratè torreatur. ſint & rutæ folia præarefacta. Recent *ia*
enim ſuperfluo humore abundant. His autem omnibus
tenuiſſimè tritis, mel deſpumatū ſufficienti menſura ad-
miſceatur. Aliquando tamen ſola hæc citra mellis admi
xtionem trita & exſiccata, repoſitáque adſeruantur, ac
ptiſanæ ſucco inſperguntur, aut aliis etiam cibariis, qui-
buſcunque tandem maximè conuenire videntur. Admi-
ſcetur etiam ipſum mel vſus tempore, exhibetúrque in-
de cochlearii mediocris menſura ante cibum. Porrò pe-
regrinationis tempore, præſtat ipſum pharmacum aceto
B ſubactum in paſtillos redigere, atque vſu expetente, ſimi
liter cum melle exhibere. Craſſo autem modo contun-
dere oportet ea quæ ad huiuſmodi pharmacorum com-
poſitionem coniiciuntur, ea gratia vt ita venter melius
inde ſubducatur: tenuiſſimè enim trita & in puluerē re-
dacta, ad emolliendam aluum inepta redduntur. Cæte-
rùm vrinam non modicam cient. Craſſiora verò iuxta vē
trem perſiſtunt, quum anguſta venarū ora penetrare non
poſſint. Pharmacum ex tribus piperis generibus,
Galeni. Hoc autem modo diſpoſitis, frigidum videli-
C cet & pituitoſum habitum nactis, ac inflatis, ex tribus pi
peris generibus pharmacū conueniens exiſtit, ſi quidem
non nimis medicato ac vario modo apparetur, quemad-
modum multi cōficere ſolent, vt ſatis operoſum ſit eis
qui hoc accipiunt, ea quæ ad eius compoſitionem in-
grediuntur concoquere, velut eſt ammium, & ſeſeli, & li
guſticū, & quæ eius generis exiſtūt. Talia itaque ex phar-
maco hoc ſūt adimēda, ampliúſque & heleniū, ſpicáque
nardi, & caſia. In promptu autem duplicem eius appara-
tum habere conuenit, quemadmodū nos ſumus conſue-
D ti. Alterum quidem ſimplicem, iis qui non concoquūt
conuenientem, & qui recenti circa ventrem frigore, aut
pituitoſo humore affliguntur: alterum medicamentariū
quo maximè in defluxionibus à capite ad thoracem v-
timur. Simplex igitur, quo etiam ad crudos humores cir
ca primas & magnas venas conſiſtentes vtimur, hoc mo-
do habet: Ad quinquaginta drachmas vniuſcuiuſque
trium piperis ſpecierum ſufficit admiſcere aniſi, cacumi
num thymi, zingiberis, ſingulorum drachmas octo, at-
que hoc ſanè ſimplicius exiſtit pharmacum: quanquam
E adhuc ſimplicius apparari poſſit, ſi citra zingiberis ad-
mixtionem paretur. Alterum autē ex iiſdem conſtat: ve-
rùm ad quinquaginta vniuſcuiuſque trium piperis ſpe-
cierum drachmas, ſingulorum ex his tribus, aniſo videli
cet, cacuminibus thymi, & zingibere drachmas ſedecim
coniicimus. Pharmacum ex calamintha oxyporon,
hoc eſt citò penetrans, quod polyetes, *id eſt annoſum*, appella-
tur. Prædictorum quidem igitur pharmacorum calidi-
tas circa primas venas extinguitur, minimè per vniuer-
ſum corpus ſe diffundens quemadmodum id quod ex
F calamintha cōſtat, ſolet, & ei ſimilia. Neque enim volu-
mus ea quæ cum cibo concoctionis gratia exhibemus,
in vniuerſum corpus diffundi, ſed tantùm concoctionē
ciborum in ventre adiuuare, itémque humorum crudo-
rum in primis ac magnis venis cōtentorum. Quare quē-
admodum in dioſpolitico pharmaco dictum eſt, non
nimis in puluerē redigere oportet ea quæ ad concoctio-
nem ſolam adiuuandam apparantur. Hoc verò pharma-
cum in vniuerſum corpus vſque ad cutem ipſam digeri-
tur ac diſtribuitur: quare iis ipſum exhibere cōuenit, qui
G bus crudorum humorum multitudo in ſolidis animalis
partibus conſiſtit. In talibus enim, omnium quæ ego no
ui optimum, id quod ex calamintha conſtat, exiſtit. At-
tenuat enim craſſa & viſcoſa, diſcutítque ea ſimiliter, v-
rinámque & menſes ciet. Compoſitio autem eius talis
eſt: Calaminthæ montanæ, ſeminis petroſelini, pulegii,
ſeſelis, cuiuſque drachmas duodecim, ſeminis apii, cacu-
minum thymi, ſingulorum drachmas quatuor, liguſtici
drachmas ſedecim, piperis drachmas quadragintaocto,
mellis deſpumati quantum ſuffecerit. Aliqui & zingibe
H ris vnc. I. adiiciunt. Iucundiſſimum autem eſt quod plu-
rimum mellis admixtum habet. Iis verò qui dulciora
auerſantur, & à mellis vſu abhorrent, parum in compo-
ſitione admiſceatur. Quidam tamen mellis lib. quatuor,
& dimidiam admiſcent. Poteſt & abſque melle ſiccū ad-
ſeruari, eodémque vt reliqua modo ſalibus commiſceri,

eduliiſque ac liquamentis inſpergi.A cibo verò nunquã A
neque hoc,neque aliud quoddam pharmacum quod ve
hementem penetrationem facit,accipiatur : diſtribuitur
enim ac digeritur ſimul cum ipſo aliquid crudorum ci-
borum, & obturationem operatur. Vſus eius conuenit
poſt matutinam fricationem,duabus ante exercitiũ bal-
neúmque horis. Aceti mulſi apparatus ac vſus, Gale-
ni. Pituitoſis in ventre humoribus etiam acetum mul
ſum cõuenit,quodhoc modo apparare oportet:Melle o-
ptimo ad prunas decocto ac deſpumato, dimidia eius mẽ
ſura acetum affunditur,atque ita rurſus ad prunas deco- B
quitur,quò ipſorum qualitates optimè permiſceantur,&
ne appareat guſtantibus aceti acor.Ad eos verò qui aceti
multitudinẽ auerſantur,hoc modo apparato: Aceti pars
vna accipiatur,deſpumati mellis duæ,&aquæ partes qua
tuor. Quòd ſi fortius facere velis,tantum aceti quantũ
mellis coniicies,& abſque aqua apparabis. Præſtat autẽ
juxta ſenſum eorum qui accepturi ſunt.mixturæ congru
entem modum iudicare,non verò ſecundum quod no-
ſtri ſenſus perceptant. quod enim naturæ accipientis fa-
miliariſſimum eſt,id iucundiſſimum exiſtit, & ob id e- C
tiam vtile & accommodatum . nocentiſſimum autem
contrà eſt,quod minimè iucundum.Cæterùm vſus tem-
pore,aqua calida mixtum, velut vinum exhibendũ eſt,
prout ægro iucundius viſum fuerit. Pharmacum ex
malo citrio,tardè concoquentibus commodum: Carnis
mali citrii libram vnam,hyſſopi,rutæ,origani,cuiuſque
faſciculum exiguũ,aceti heminas tres, per quinque dies
ac noctes aceto maceratas,ad tertias decoquito,& expreſ
ſa reiicito:ad acetum verò mellis ſextarium vnum admi
ſceto,rurſúmque ad mellis craſſitudinem decoquito:de- D
inde aſari,mei,piperis, cuiuſque ſextantem inſpergito.
manè & veſperi exhibetur. Pharmacum ex vino ſcybe
lite,Archigenis: Vini ſcybelitæ ſextarios quatuor,ſucci
rutæ ſextarium vnum,ſiſonis, piperis, cuiuſque vnciam
vnam,zingiberis ſextantem , petroſelini vnciam vnam,
mellis ſextarium vnum. Liquida ad compagem craſſam
decoquito,aridáque inſpergito,ac cochlearium vnũ aut
alterum exhibeto.Efficax eſt ad tardas concoctiones,ac
inflationes,itémque colicos. Vinum autem ſcybelites
eſt, quod ſua ſponte ex paſſis vuis deſtillat, vtpote vinũ E
vltrò effundentibus vuis. Sales Iamblichi : Salis am-
moniaci libram vnam,ſalis Cappadocici ſeſcuncem, pi-
peris quadrantem,zingiberis quadrantem,ſeminis cnici
ſcrupulos octodecim,ſeminis erucæ ſcrupulos ſedecim,
ammii ſcrupulos octodecim,hyſſopi ſcrup. octodecim,
ſilphii ſcrupulum vnum,cacuminũ thymi,phylli,ſemi-
nis apii,petroſelini,cuiuſque ſcrupulos octodecim,ori-
gani vnciam vnam. Contundito ac cribrato,indéque di
midium cochlearium,cum ouis ſorbilibus,aut cum pti
ſana ieiunis exhibeto . potes & cum carnium aut piſciũ F
liquamento exhibere,aut quomodocunque tandem ve-
lis.Huius medicamẽti auxiliarem facultatem nemo pro
dignitate laudare poteſt.Quare,vt breuiter dicam,ad fri
gidiores temperaturas non reperias aliud pharmacum
quod conuenientius crudos humores concoquat : vnde
& colicis prodeſt,ventrem citra moleſtiam mediocriter
mouens. Sales Poletis, aluum emollientes , pitui-
tam à capite diſſoluentes, per palatum tranſpirantes, re-
liquáſque diſtentiones attenuantes. Salis torrefacti
ſplendidiſſimi drachmas centum quadragintaquatuor, G
floris chamæmeli aridi & contuſi trientem, conyzæ te-
nuis triẽtẽ,calaminthæ mõtanæ triẽtem,radicis eryngii
mõtani,origani,cuiuſque trientẽ,ſilphii trientẽ,piperis
triẽtem . contuſis & cribratis vtere. Sal dodecatæos,
hoc eſt duodecumanus, ſeu duodenarius. Hyſſopi trientem,
pulegii quadrantem,cumini ſextantem , ammii vnciam
vnam,ſalis torrefacti vncias triginta, contundito & cri-
brato , próque quotidiano ſale , vtcunque placet,vtitor.
Qui enim eo aſſiduè vtitur,nullis morbis per omne vitæ
tempus infeſtatur . præcipuè tamen caput alleuat, & vi- H
ſum acuit,pituitámque in thorace congregari non ſinit:
concoctionem bonã operatur,& meſaraicas maximè ve-
nas ab obturatione liberat,& renes repurgat.Quidam &

origani ſextantẽ adiiciunt. Ego verò ſemper ſpicæ nardi
vnciam vnam annecto.in hyeme amplius piperis vnciã
vnam addo. Ad eos quibus alimentum in ventre ace-
ſcit, vtiliter hoc remedium adhibetur: Piperis dra-
chmas quatuor,ſeminis anethi drachmam vnam,cumi-
ni drachmas quatuor , contere ac exhibe cochlearium
ante ſomnum ex vino diluto. Embamma optimum
ad intinctus,concoctionem adiuuans : Cumini,pipe-
ris,foliorum rutæ,menthæ viridis,anethi viridis,cuiuſ-
que drachmas quatuor, pulegii ſeſquidrachmam, ſalis
vnciam vnam,gari albi cochleare vnũ , mellis cochlea-
re vnum.Vtere :valde enim commodiſſimum exiſtit.

Poſca , concoctioni valde commoda, Cyrilli Ar-
chiepiſcopi: Pulegii,ſeminis fœniculi,ſeminis apii,cu
iuſque ſcrupulos ſex,caroi ſeſquiſcrupulum,ſeminis co-
riandri ſeſquiſcrupulum,baccam lauri vnam, cyperi,fo
lii malabathri , coſti , cuiuſque ſcrupulum vnum , ſa-
lis ſeſcuncem,aceti ſextarium vnum. Sicca contundito
& cribrato,acetó q; admixta ad paucas horas macerato,
ac vtitor.

De crapula, Philumeni, Cap.xxv.

CRuditates ex vino multo obortas , crapulas appella-
mus,eáſque conſimili methodo tractamus,quali ad
difficultatem concoctionis præſcripta vti ſolemus. Ita-
que iis qui ad frigidæ potum aſſueuerunt,aliâſque ſto-
machum habent æſtuoſum ac exuſtum:aquæ frigidæ pu
ræ cyathi duo aut tres per interualla ad abſorbendũ exhi
bẽdi ſunt. Pòſt verò,per ſomnum meridianum turbatio-
nibus depulſis , confeſtim eos in balneum inducemus.
prolixioréq; exudatione procurata,ab aquæ tepidæ hau-
ſtu ipſos vomitum facere cogemus , aut digitorum tan-
tùm immiſſione eundem laceſſemus : deinde prædictos
cibos exhibebimus,dilutiore ac pauciore addito potu,
donec caput à grauitate liberetur. Statim verò à princi-
pio caput ex olei omphacini fomento irrigetur.ſequen-
ti autem die bonæ concoctioni conſulatur.Optimum au
tem fuerit,ſiquis vinum abſinthites ad plures dies à bal
neo præbibat , itémque poſt matutinas deambulatio-
nes. Prodeſt & acetum ſquillinum abſorbere, I.myſtri
menſura:deinde in quiete,breui ſanè tempore degere, at
que ita ad reliqua facienda procedere, quemadmodũ in
capite De cruditate eſt prædictum.

Quæ cura aluo adſtrictæ adhibenda, Galeni, Cap. XXVI.

REcrementorum iuxta ventrem retentio , aut pro-
pter cibos ac potus contingit, aut propter ventrem
ac inteſtina. Et propter cibos quidẽ, aut ob ciborum ac
potuum acceptorum tum qualitatem,tum quantitatem,
aut propter ordinem, & vtendi modum contingit. Ob
qualitatem quidem , ſi acerba & auſtera ac ſicca tempe-
ratura & commixtione conſtent ea quæ accipiuntur. ob
quantitatem verò , ſi plura aut pauciora,& citra conue-
nientem exhibeantur menſuram. Circa ordinem autem
retentio excremẽtorũ contingit,ſi arida & acerba prius:
humentia verò pinguiáque & dulcia poſtea ingerantur.
Circa modum verò vtendi,ſi bis cibum accipere conue-
niat,& ſemel omnem aſſumat. Quæ verò circa ventrem
ac inteſtina conſiſtit recrementorum retentionis cauſa,
ea & ex natura ipſorum , & ob acquiſititiam contin-
git diſpoſitionem.Cauſæ itaque circa naturam ipſorum
ſunt vitioſæ corporum conſtitutiones.Octo autem exi-
ſtunt ventris acquiſititiæ intemperaturæ : quatuor qui-
dem ſimplices,caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas:
reliquæ quatuor commixtæ , caliditas ſimul cum humi-
ditate,caliditas cum ſiccitate, frigiditas mixta humidi-
tate,frigiditas mixta ſiccitate.Oportet autem vnamquã-
que intemperiem in eam magnitudinem excedere, vt e-
uidenter excretiuam facultatem imbecilliorem reddat,
aut in ventre ſolo,aut in gracilibus inteſtinis, aut etiam
craſſis,aut ſimul in omnibus prædictis,quemadmodum
in voluulis fieri conſueuit. Ad hæc amplius,& in febri-
bus aliquando aluus adſtringitur,ob acrimoniam vide-
licet reſiccantibus & conſumentibus humores:aliquan-
do autem materia ad alios locos diuerſa , pérque illos

ipſos excluſa. Sudoribus enim multis per cutem excluſis A
aluus coarctatur, & ſtomacho ex fluxione affecto, ſter-
cus cohiberi contingit: propter inflammationem item
inteſtino recto vicinam, ipſumque deprimentem, velut
eſt veſicæ, aut vuluæ, & propter vlcerationem aut dolo-
rem circa eas partes obortam, excrementa recurrunt. In
iis verò qui à morbo vires recolligunt, venter cohibe-
tur, propterea quòd plurima digeſtio ciborum in cor-
pus fiat, & ob id exiguum & aridum, & quod difficulter
excerni poteſt, ſtercus relinquitur. Ad hæc etiam ven-
B ter adſtringitur ob flauæ bilis cohibitionem, quæ ad in
teſtina delabi cõſueuit: ea ipſa enim in animali quod ſe-
cũdum naturã habet, confluens, inteſtina mordet & irri-
tat, & ad excretionem excitat recrementorum. quapro-
pter etiam ſemper cibo vacuum ieiunum inteſtinum re-
peritur, in quod procedit meat⁹ qui ex bilis ſuſceptrice
veſica bilem ad inteſtina deducit. atque ob has ſanè cau
ſas venter adſtringitur. Commune autem in omnibus
præceptum eſt, vt cauſæ noxam inferenti contrariam cu
rationem opponamus: proprium verò, vt ſecundum ſin-
C gulas cauſas cuique quotidie contraria remedia exhibea
mus. Et ſi quidem ex pauciorum ciborum acceptione ho
mo aluum habeat adſtrictam, plures ſimúlque humi-
diores ei offerantur: ſi verò ſiccioribus ſit vſus, humidio
res quidem dentur, non autem multi. Si verò auſteri &
acerbi cibi retentionis fuerint cauſæ, dulces & pingues
exhibeantur. Si verò ob permutatum ordinem adſtrictio
fiat, in eum qui conuenit reducatur. Si verò ſemel ci-
bum accipiendo, quum bis id facere oportuerit, venter
cohibeatur, non ſolùm bis, ſed & ſæpius conuenientes
D cibi dentur. Eodem etiam modo recentes intemperatu-
ræ per contraria curentur: ita vt exſiccata corpora hume
ctemus, humecta verò reſiccemus: & calefacta quidem
refrigeremus, refrigerata verò calefaciamus, atque in
coniugatis ſiue mixtis qualitatibus eadem iuxta propor
tionem faciamus. Cohibita autem quæ ad inteſtina de-
fluere conſueuit bile, aut ob craſſitudinem, aut ob bilio
ſorum meatuum obturationem: extenuatoria diæta vten
dum eſt. Similiter autem omni conatu inſtare & reniti
oportet, ad reliquas alui adſtrictæ cauſas tollẽdas. Atque
E viſcerum quidem inflammationem ſoluemus, vbi per i-
pſam cohibitio contingat: materias verò ad inteſtina
conuerſas deducemus, ſi quidem aliò proreptant. qua au
tem medicinali materia id fieri poſſit, in ſimplicium
pharmacorum Sermone eſt prædictum in principio hu-
ius tractationis, atque in eo qui hunc ſequitur De purgã
tibus pharmacis inſcripto. Communis autem, omnis
quomodocunque euenerit, adſtrictionis alui curatio ta-
lis eſt. Ex decubitus figuris, erectior eis conuenit, & ad ſi
niſtrum latus reclinatio: & ſilentium quidem ac quies
F ventrem cohibent, motus autem & deambulatio impel
lunt. Paucus potus, & non præpotare, neque inter me-
dios cibos potum accipere, ventrem reſiccant: præpota-
tio verò & multa potio, ſtercora humectant. Somnus
concoquit, & recrementa fluida facit: vigiliæ verò ma-
terias diſtrahunt, & ſuſpenſas tenent. Plurimùm autem
ciborum qualitates poſſunt: quare eas quæ ventri gratæ
ſunt, exhibere oportet: quanquam omnino melius fue-
rit abſinthii ſuccum dare, aut ex aloe catapotia deuoran-
da. Quibus ſi nihil proficimus, duriſque adhuc ſterco-
G ribus inſidentibus, & lumbis aggrauatis, circumtenſó-
que & inflato ventre ſuperiore, humectantibus immo-
rari cibis abſurdum. ſæpe enim lapidis modo recre-
menta indurantur, & in inteſtino recto condenſantur.
quare accepti cibi ſtomachum quidẽ & ventrem hume-
ctant & effœminant: ad inteſtinum verò rectum perue-
nire nõ poſſunt, vt inde aliæ quædã moleſtiæ conſequã-
tur. Melius igitur in iſtis fuerit, aluo ptiſanæ ſuccum per
clyſterem infundere, admixto oleo & melle: aut mal-
uæ aut fœnigræci, vel furfurum decoctum ſimiliter cum
H oleo & melle. Vtendum etiam glandibus ac illitionibus
ſedis. Alumen autem liquidum melle tritum donec
indureſcat decoquitur, ex eóque ſedes illinitur, & facilè
quidem plurima ſtercora prolectat: quanquam inde ali-
quandiu dolore afficiantur. Optimè autem facit & cy-

A clamini ſuccus cum melle illitus, & in tomento quoque
appoſitus. Mercurialis etiam viridis contrita, & ad glan-
dis modum redacta, exſiccatur & ſupponitur: valdeque
commoda exiſtit. Alia glans purgatoriam vim ha-
bens. Comæ abſinthii contuſæ ac cribratæ drachmas
quatuor, nitri drachmas quatuor, elaterii drachmam v-
nam, melle cocto excipito, glandéſque informato ac
ſubindito: fomento tamen prius ad locum adhibito.
De his autem abſolutiſſimè in tertio huius tractationis
Sermone eſt prædictum, vbi etiam pharmaca purgantia
B quæ circa vmbilicum illinuntur, deſcripſimus, eorũm-
que etiam quæ per os exhibentur ac ventrem emolliunt,
tum ſimplicium tum mixtorum remediorum, mentio-
nem fecimus: quare ſuperfluum exiſtimo hìc de eis pro-
ducere ſermonem. Abſinthati emollientis vtilis ap-
paratus: Coſti vnciam vnam, ſpicæ nardi ſcrupulos
quatuor, folii ſcrupulos quatuor, maſtiches ſcrupulos
duos, mellis ſextarios duos, vini ſextarios decem.
Abſinthatum bonum, emolliens & dulce: Siſonos vn
ciam vnam, floris iunci odorati ſcrupulos ſex, maſti-
C ches ſcrupulos duodecim, folii ſcrupulos I I. ſpicæ nar-
di ſcrupulos duos, mellis ſextariũ vnum, vini ſextarios
quinque. Abſinthatum amarum pituitoſis magis
conueniens: Agarici, folii, amomi, ſpicæ nardi, caſiæ,
cuiuſque ſcrupulos tres, coſti ſcrupulos duos, roſarum
ſiccarum ſcrupulos duos, aloes ſcrupulos ſeptem, maſti-
ches ſcrupulos duodecim, mellis ſextarium vnum, vini
ſextarios quinque. Aliud atra bile abundantibus, &
pituitoſis ſimiliter commodum: Folii ſcrupulos ſex,
D ſpicæ nardi ſcrupulos ſex, agarici ſcrupulos quatuor, epi
thymi ſcrupulos duodecim, maſtiches ſcrupulos duode
cim, aloes ſcrupulos quinque, mellis ſextarium vnum,
vini ſextarios quinque. Aliud optimum: Folii,
ſpicæ nardi, caſiæ, amomi, cuiuſque ſcrupulos quatuor,
coſti ſcrupulos quatuor, agarici ſcrupulos quatuor, ma-
ſtiches ſcrupulos nouem, aloes ſcr. duodecim, mellis ſe-
xtarium I. vini ſextarios quinque.

De inflatione, Galeni, Cap. XXVII.

INflationis principium cibus malè concoctus exiſtit.
Contingit autem flatuum generatio in ventre, ex hu-
E moribus in ipſo pituitoſis, aut ex cibis in vapores per
mediocrem caliditatem reſolutis. Perfecta enim frigi-
ditas nullum omnino vaporem efficit, propterea quòd
neque omnino attenuat, neque conſumit, neque diſſol-
uit etiam ipſum cibum. Vehemens autem caliditas ci-
bum attenuat, ſi flatuoſa natura exiſtat: & tunc ſanè nebu
loſus flatus generatur, verùm paucus: adeo vt per vnum
aut alterum ructum euacuetur. Mediocris verò calidi-
tas minoris efficaciæ exiſtens, cibos quidem diſſoluit,
non autem perfectè conſumit: vnde ſanè flatus genera-
F tio contingit. Vna autem eadémque ratione quemadmo
dum extrinſecus frigidiſſimæ & aquilonares in hyeme
conſtitutiones, & calidiſſimæ æſtatis tempore conſiſten
tes, purum aerem reddunt: quæ verò inter has mediæ ex-
iſtunt, nebulas gignunt: ſic eodem planè modo, in ani-
malium corporib⁹, neque in extrema caloris debilitate,
neque quum vehementer calor inualeſcit, ſed quum in-
ter hos exceſſus medio modo habet, flatuoſum recremẽ
tum generatur, atque hoc ipſum vbi per ſtomachum ex-
cluditur, ructus operatur: per ſedem verò aut ſtrepentẽ,
G aut abſque ſtrepitu flatũ. Quũ verò neque per os, neque
per ſedẽ excernitur, inflationẽ appellatã producit. Ar-
chigenis. Accedit affectis ſtomachi grauitas & diſtẽtio,
multóſq; fallit tãquã in ipſum ſolũ dolor innitatur. ete-
nim malũ aliquãdo quidẽ iuxta totũ pectus, aliquando
verò retrò iuxta collũ ac dorſum, atq; ipſa vertibula ir-
ruit: ſæpe autem & vtrinque occupatos tenet: aliquando
autem & tumorem circa os ventris efficit, ructúſque ina
nes fiunt modicè alleuantes, inhibitióque flatuum qui
per aluum excerni conſueuerunt. Succumbit autem &
H tumor ipſe iuxta vẽtrem, ad manuum impoſitiones ſub-
laxus cedens. Quibuſdam eorum & dolores accidunt, &
appetitus perditiones, ac capitis dolor: ſi verò ante per-
fectam reſtitutionem cibum accipiant, amplius mẽbra
ipſa inflantur, & cum dolore amplius diſtenduntur, qui

ſæpe ad clauiculam vſque differtur, ipſaſque ſcapulas ac
vniuerſam ſpinam, vltra hoc quòd & ructus cohibentur:
vt aliqui iam non diſsimile quiddam ſuffocationi ſe per-
peti æſtimarint. Leuantur autem alimento infernè ſub-
eunte, & flatibus ſiue per ructus ſiue per inteſtina exclu-
ſis. Eos igitur qui non ita diu ante cibum ſumpſerũt, pri
mùm vomere præcipe: deinde verò fouere oportet cum
lana in faſciculum conuoluta, & leuiter calido oleo ma-
defacta. Si verò dolor vrgeat, fomentum fiat per veſi-
cam bubulam aqua & oleo calidis ſemiplenam. Glandes
quoque confidenter & citra dilationem ſupponendæ
ſunt, ex rebus flatus prolectantibus informatæ, velut eſt
rutæ ſemen & cuminum æquali pondere cum melle co-
cto, ac modico nitro coacta. inedia etiam affectioni ne-
ceſſaria exiſtit. Per vnam quoque atque alteram horam,
tempore irritationis, irrigationes ex oleo conueniunt,
in quo abſinthium, ruta & anethum ſunt decocta. Lanæ
verò cõuolutæ, cuminum tritum, aut apii ſemen, aut ſi-
ſonis magis inſpergatur: deinde & cucurbitæ aſſuman-
tur inanes multæ, & cum multa etiam flamma admotæ.
Perſeuerante autẽ diutius affectione, cataplaſmata ex ſe-
mine lini, hordeaceáque & loliacea farina imponantur:
ex cumino etiam trito, ſeminéque anethi, aut apii, aut
fœniculi, aut chamælææ, aut tragorigani, aut centaureæ
coma, aut eryngii ſemine vel radice: ex hydromelite e-
tiam & oleo in quo ruta, baccæ lauri, & melãthium ſint
decocta. admiſcendum eſt & bitumen oleúmque lauri-
num. Si verò inflammatio vnà cum inflatione adeſt, pro
calefacientibus ea quæ relaxant admiſcere oportet, vel-
ut eſt anethum oleo incoctum, admixto adipe gallina-
ceo aut anſerino. Cibus verò, frumentacei generis ſit, &
paucus: poſt multum etiam aſſumpti cibi tempus, potus
tãdem præbeatur: à cibo fricationes extremarum corpo-
ris partium adhibeantur. aluus verò tum per cibos tum
per aloen ſubducatur. Cerata etiam imponantur ex oleo
apparata, in quo cucumeris ſylueſtris radix ſit incocta.
Ad finem verò, malagmatis vtendum, quæ ex ſeminibus
aut lauri baccis conſtant. Marciani irrigatio ſiue fo-
mentum ad eos qui ex morbo circa ſeptum tranſuer-
ſum inflationem habent, & murmura circa interiora,
aut quibus viſcera inflammata ſunt aut inflantur: Ru-
tæ viridis trientem, fœnigræci ſeſcuncem, meliloti triẽ-
tem, abſinthii trientem, fœnumgræcum in pauca aqua
diem vnum præmacerato: deinde reliquis ei adiectis, at-
que olei ſextariis tribus affuſis, ad non fumantem ignẽ
decoquito, percolatóque, & in eo lanam conuolutam
quamplurimùm madefacito. Si verò dolor intendatur,
in ſolium ex oleo apparatum eos imponemus: ſi tamen
nihil id fieri præpediat. Althææ itaque radicem, lauri
folia, fœnumgræcum, pulegium, rutã in aqua decoque-
mus, & oleo ad decoctum affuſo, eos inſcendere facie-
mus. Quod vbi feliciter proceſſerit, cibum accipiant, pa
nem ex aqua, & piſces teneras carnes habentes. Qui verò
ſe iam recolligunt, diæta reſtituendis viribus apta vtan-
tur: ſinapiſmiſque & cucurbitulis cum multa flamma
poſt exercitia admotis vomant. Si verò fixa perſeuerauе
rit acceſſio ipſa, tempore exacerbationis cataplaſma ex
ſinapi imponendum eſt, & paulo pòſt aloes drachma
vna propinanda, aut ſmyrnii ſemẽ ex vino. Ariſtolochia
autem longa ſiue rotunda drachmæ pondere potata, fla
tum diſſoluit, & tardè concoquentes iuuat: quod & ca-
laminthæ decoctum, aut etiam polium decoctum cum
melle modico, & pauciſſimo pipere tenuiſſimè trito, fa-
cit. Ouillus autem talus vſtus & potatus, torminibus ac
inflationibus medetur. Aut rhamni folia viridia trita in
paſtillos redige, eóſque in vmbra exſiccatos drachmæ
pondere exhibe non febrientibus cum vino diluto: fe-
brientibus verò, cum hydromelite. Facit & ad voluu-
loſas affectiones, omnéſque inflatiuos dolores miro mo
do: per ructus enim ac flatus infernè prodeuntes, diſcuſ
ſo & reſoluto malo, ſani fiunt, inquit Dioſcorides. Vti-
le etiam eis caſtoreum ex poſca bibitum exiſtit, dra-
chmæ pondere acceptum. Idem quoque forinſecus cum
oleo ſicyonio impoſitum, etiamſi cum torminibus &

A inflationibus prædictæ affectiones contigerint, eas ſa-
nat. Acetum verò ſquillinum tum ante tum poſt cibum
abſorbeant, aut ante ſomnum. Apparatur autem ſimpli-
ciſſimè hoc modo: Squillæ repurgatæ & diſſolutæ li-
bras quinque, aceti ſextarios quadragintaocto, ſub cani-
culæ ardoribus ad dies quadraginta inſolato, ac vtitor.
Oxyporion etiam quod citò penetrat, eis conueniens eſt
huiuſcemodi: Foliorum rutæ drachmas trigintaduas,
cumini drachmas tredecim, liguſtici, caroi, ſeminis a-
pii, piperis, zingiberis, helenii, nitri, cuiuſque drachmas
B octo, exhibe cochlearium quomodocunque velis con-
gruenter. Exhiberi etiam poteſt ad noctem ex tribus pi-
peris generibus pharmacum, erui magnitudine: robu-
ſtioribus verò, Ægyptiæ fabæ. Aluo autem adſtricta, ci-
tra dilationem clyſter infundendus: balneo verò ex in-
teruallis vtendum eſt tempore remiſſionis. Præfricent
autem iſtis tum dorſum tum ſtomachum, conſpergánt-
que nitro aſſato. Soliis etiam calidioribus vtantur, & à
balneo cibus detur, minimè inflans. & poſt omnem ci-
bum vinum meracius exhibendum. Cibus autem ipſo-
C rum diuidatur, ita vt in prandio tertiam, in cœna verò
reliquas duas accipiant partes. Fructuum verò atque o-
lerum humidiorum eſum, ſemper habeant ſuſpectum.
multum autem potum tanquam infeſtiſſimum hoſtem
deuitent.

De voluulo Archigenis, Cap. XXVIII.

Voluulus affectio eſt inteſtinorum, lethalem dolorẽ
inferens. Cauſa affectionis, continua ciborum cor-
ruptio exiſtit: præſertim ſi multi accipiantur variique,
& ad quos non aſſueuimus, & maximè ex pinguibus car-
D nibus. Oboritur etiam ex plagis quibuſdam, & frigore
vehementi, & ex aceruata frigidæ potione, maximè ſi ab
exudantibus accipiatur. Contingit & iis quibus inteſti-
num in ſcrotum vnà cum ſtercore delapſum eſt, indé-
que violenter retruſum, ex eóque inflammatum exiſtit.
Fit etiam ob veneni potionem, & ob induratum ſter-
cus circa tenuia inteſtina impactum, in vno loco dolo-
re innitente, circa tenuia videlicet inteſtina, vt admota
manu durities tactui ſuccumbat, quam affectionẽ chor-
dapſũ veteres vocarunt, hoc eſt inteſtinorũ emollitionẽ.
E Et multi ſanè ex dolore ſtatim intereunt. aliis verò in-
flammatio ſuppuratur, rurſúmque inteſtinum ipſum de
nigratum ac putrefactum excidit, eóque modo defici-
unt. Familiaris autem hæc affectio ætati puerili eſt. eua-
dunt tamen naturalis beneficio humiditatis. Senibus ve
rò non valde familiaris eſt: ſi tamẽ ipſi in hanc affectio-
nem incidant, ferè nunquam conualeſcunt. Accedit æ-
gris dolor circumuolutus, ſtomachi nimia humectatio,
exolutio, ructus inanes nihil alleuantes, murmura inteſti
norum, cohibitio perfecta ſtercoris & flatuum. Si verò
F intendatur affectio, omnia ſurſum feruntur, ob idque &
vomitus pituitæ ac bilis accedunt, frigiditas totius cor-
poris dolórque: plurimis etiam ſpirandi difficultas: mo
rituris autem amplius ſudor frigidus, vrinæ difficultas,
podex ita adſtrictus vt neque ſpecilli extremum ſuſci-
pere poſſit: aliquando & ſtercus vomitu reiicitur. Si qui-
dem igitur cibus crudus ventri inſidere videatur, aqua
mulſa cum nitro exhibita vomere cogemus: deinde rur
ſum aquã calidã puram dabimus, vt mordacitas obtun-
datur. Si verò nihil crudorum ciborum in ventre conti-
G neatur, omni conatu enitendum eſt, quò tum flatus tum
ſtercora infrà trahantur: idque per glandes illitionéſque
& clyſteres, magna diligentia in ſingulis adhibita perſi
ciendũ. Glãdes itaque cõueniũt ex ſemine rutæ & nitro,
cuminóque ac melle. Valent etiã quæ ex ex braſſicæ cau
liculis apparantur, cum melle cocto: ex profundo enim
attrahunt. Cæterùm glãdulas longiuſculas facere opor-
tet, quæ adſtrictiorem internã ani partem, ſphincterem
Græcis appellatam, tranſire queant: quibus appoſitis, po-
dex per ſpongias calidas foueatur, quibus ſanè cyclami-
H ni ſuccus vtiliſſimè excipitur. quanquam cum melle e-
tiam ac nitro idem illitus efficaciter opitulatur. Idem fa
cit centaurea cum melle & nitro: verùm in his conan-
dum vt quampenitiſſimè illinãtur. Per clyſterem autem

oleum infundatur, in quo cuminum, ruta, althææ radix aut folia, fœnumgræcum, cẽtaurea, cucumeris ſylueſtris radix, ſint decocta. adiiciatur autem & butyrum, & reſina terebinthina, vt inde craſſitudo infuſo ipſi accedat: per ampliorem etiam fiſtulam largius infundatur, iuxta corporum rationem, aliquãdo vſque ad duarum heminarum menſuram. quin & clyſteres ex prædictis apparentur. Probè facit & ſylueſtris cucumeris radix contuſa, & in aqua ſatis diu decocta abſinthio adiecto: ſi quidem ad decoctum ipſum, mel & nitrum oleúmque admiſceantur. Si verò ſtercus durius inteſtinis inſidere coniectamus, aut inflammationis obſtructio adſit, althæam ac fœnumgræcum cum caricis decoquemus, butyróque & anethino oleo plurimo ad decoctum adiecto, per clyſterem iniiciemus, & quandiu quidem queãt, retinere præcipiemus. Optimum autem infuſum hocce eſt: Bituminis drachmas quatuor, nitri drachmam vnam, aloes vnciam vnam, olei rutacei dodrantem. Commodum eſt etiam, cuminum, rutam aut abſinthium cum oleo coquere: deinde percolato modicum ſalis iniicere, aut opopanacis drachmam vnam, aut galbani drachmas quatuor. Proſunt & caricæ ac ruta in oleo decocta. Eiuſmodi autem infuſa, ante cibum infundere oportet, & maximè quod ex aſphalto apparatur: vrgente verò malo, etiã à cibo. In ſolium etiam aqua & oleo refertum deſidere eos conuenit: in aqua verò, althæa, ruta, & conyza decoquantur. Fomenta quoque adhibenda ſunt ex furfuribus, & per pyriateria phacota, *id eſt uaporatoria uaſa lenticulata*, & per veſicas bubulas ex oleo ſemiplenas. Conueniunt etiam fomenta ex lanis oleo madefactis, in quo cuminum, anethum, ruta, conyza, maximè parua, & naſturtium ſint decocta. Cuminum quoque per ſe tritum ventri inſpergendum eſt, deinde lana imponenda. conuenit enim ab irrigationib⁹ incipere, ipſiſq; etiã inter cataplaſmata vti. Cataplaſmata verò ex melle ſint apparata, aut hydromelite meraciore: aſſumant autem ſemen lini, fœnumgræcum, polinem hordeaceum, loliaceam farinam, & fabarum. Infarciendum eſt etiam ipſis plurimùm rutæ & cumini, anethíque ſemẽ aut apii, aut rutæ ſemẽ ſiccum. inſpergantur autem hæc craſſa, & poſt impoſitionem calefiant, poſteáque aſſiduè permutentur. Poſt hæc cucurbitæ affigãtur: primùm quidem ad remotos locos, inanes, deinde ad ipſos etiam dolore affectos: ſcarificationéſque profundiores fiant: ſale impacta vulnuſcula conſpergãtur, quibus poſtquam cicatrix fuerit obducta, malagmate ex ſeminibus vtendum, aut eo quod ex lauri baccis conſtat. Potus eis conueniens eſt anethi decoctũ. eſt enim vſitatum & accommodum. A potu, panem in aquam feruentẽ coniice, eiúſque fruſta calida confeſtim edenda præbe. hoc enim modo ſeruabitur, etiamſi iam inſtet ei ſuffocationis periculum. Oribaſius autem inquit, Anethum in aqua & oleo decoquatur, atque ita bibatur: deinde fruſta panis ex aqua feruenti præbeãtur. Mirum in modum enim inde iuuantur, inquit, etiamſi iam ſtercus vomant. Ruta etiam ac cuminum trita & potui inſperſa commoda exiſtunt, & ſinapis arida trita inſperſa. Cõmodum eſt etiam maluæ ſemen tritum ac potui inſperſum. Balſamum quoque non adulteratum, in potu vtile exiſtit. Alius potus. Bituminis drachmas quatuor, cum modico nitri contere, & ex aqua bibenda confidenter præbe. Alius. Radicis panacis drachmas duas, nitri drachmam vnam, cumini drachmas duas, excipe melle, & nucis Ponticæ magnitudine ex aqua calida præbe. Alius. Caſtorei, aniſi, piperis, cuiuſque æquales partes commiſce, atque inde ſeſquidrachmam ex aceto mulſo præbe. Aſclepiadæ potus, qui & recrementa multa ſoluit: Elaterium ſufficienti terebinthina exceptum, in catapotiáque redactum, deglutiendum præbe, aquámque inſuper bibendam. Aliud ad voluulum remedium, quod ventrem ſoluit. confert etiam anheloſis, ſplenicis, aquæ inter cutem, ex lapide laborantibus, vrinæ difficultati, paralyticis, tremoribus, comitialibus, vuluæ ſtrãgulationi, menſéſque ducit: Medullæ ſquillæ crudæ, ammoniaci thymiamatis, iridis, cuiuſque drachmas quinquaginta, galbani drachmas vigintiquinque, opopanacis drachmas duodecim. Squillam ſeorſim contere, deinde ammoniacum cum acerrimo aceto tere: poſtea etiã galbanũ & opopanaca, ſimúlque mixta omnia in catapotia redige: ex quibus drachmam vnam deuorandam præbe, & vinum dilutum inſuper bibendum, aut aquam mulſam, aut acetum mulſum. ſit autem liquoris menſura cyathorum quatuor. Concoctionem adiuuat, ſi ante cibum deuoretur, vltra hoc quòd aluum facillimè ſoluit. Feliciter vſi ſumus, inquit Archigenes, ad voluulos abſque inflammatione, hiera noſtra ex colocynthide pondere drachmarum duarum, aliquando etiam trium in catapotia redacto. aut enim vomitu reiicitur ipſum pharmacum cum multa bile ac pituita, aut infrà ad inteſtinum progreſſum, omnes cauſas affectionem operantes ſecum ſubducit. Doloribus verò perſeuerantibus, & maximè quibus infuſi clyſteres non infrà rurſus prodeunt, etiam ea quæ dolorem leuant exhibẽda, itémque conuenientes antidoti ante ſomnum. Communiſſima igitur & optima ea quæ ex piperibus conſtat, & Andromachi ex viperis, theriaca exiſtit: poſt eam verò quæ Mithridati nomen debet. Propriè autem in his colicæ antidoti faciunt, qualis eſt vel imprimis quæ zopyrios; & quæ Pæonia appellatur, quarum deſcriptiones in decimotertio Sermone continentur. Si verò à venenoſo pharmaco quis in voluulum incidat, aquam tepidam multam bibendam dabimus, vomeréque cogemus: deinde oleum calidum in potu dandum, aut pinguia iuſcula, vt rurſum vomant, ex moderato eorum potu: deinde ita parumper quieſcant, & ſtatim poſtea theriacen accipiant cum vino diſſolutam. Cibi eis exhibeantur boni ſucci: aluus verò lacte ſciſſo euacuanda. In eo autem voluuli genere, quod chordapſum appellari diximus, in quo in vno loco dolor innititur, vt admota manu durities & tumor tactui ſuccumbat, circa tenuia videlicet inteſtina, ſubitum periculum inſtat, vtplurimùm tertiam aut quartam horam non excedens. quando verò ad ſuppurationem inflammatio vergit, aut longior remoratio contingit, neque ea ferè citra periculum exiſtit: quanquã ſint qui ex eis ſint ſeruati. Venæ igitur ſectio ante localia remedia aſſumẽda eſt, deinde cucurbita, & reliqua cura, quẽadmodum in inflãmatione, fiat. Danda verò & his aſſiduè ex viperis theriaca ciceris parui magnitudine ex aqua calida. infuſum etiam immittendum ex eis quæ inflammationibus conducunt, velut eſt fœnigræci & maluæ decoctum, cum oleo & butyro. In potu exhibeatur roſmarini decoctũ, floriſque iunci odorati, mei, fœniculi, & maximè omnium anethi. Probè etiam ad eos facit, foliorum rhamni viridium tritorum, & in paſtillos redactorum, exſiccatorúmque drachma vna ex calida aqua exhibita. Porrò ex conuulſione aut ruptura obortos voluulos, venæ ſectione curare oportet, locóſque vbi dolor inſignitur, profundioribus fiſſuris impactis ſcarificare & diducere, laniſque ſuccidis irrigare: antidotos etiam dolorem leuantes bibendas præbere: verùm clyſteres omnino deuitare. Si verò voluulus propter inteſtini in ſcrotum delapſionem contingit, confeſtim tentandum eſt vt decubitu ſurſum verſus vergente adornato, delapſum inteſtinum ad inguinum partes retrudatur, atque pòſt leniter citra violentiam ac compreſſionẽ, ligamento adhibito contineatur. Si verò iam ex compreſſione inflammatio oborta ſit, tormináque ac inflationes accedant, etiam hos ipſos venæ ſectione curandos cenſeo, in inediáque ad tertium vſque diem ſeruandos: in principio verò, lanis ſuccidis ex vino & oleo madefactis irrigandos: adhibito poſtea etiam cataplaſmate crudæ hordeaceæ farinæ. Aliquando autem & inflammatæ partes commodè per ambitum ſcarificantur, per althææ quoque ac fœnigræci decoctum & oleum vtiliter irrorantur ac aſperguntur.

De iis qui ab acri humore coli dolore infeſtantur, Galeni, Cap. XXIX.

QVibus in colo & inteſtinis acris & mordax inſidet humor, hi à calidis cibis ac pharmacis itémque infuſis læduntur, & à cibis abſtinentes magis irritantur. melius autem habent ex temperamentum inducentium,

& mordacitate carentium vſu. Tenues enim & acres humores vehementiſſimum inferunt dolorem, aliquando verò & conuulſiones, maximè vbi circa os ventris fuerint aggregati. Accedunt quandoque & animi deliquia, & humiditates ſudoris frigidæ. Hoc itaque modo affecti, calida potata ac vomitu reiecta, bilioſum humorem excernunt, quique etiam æruginis aliquando in colore ſimilis exiſtit. hic quidem igitur humor vbi in ventre conſtiterit mordens, & animi deliquia inferens, per vomitum expurgare ipſum oportet. Vbi verò in inteſtinis aggregetur, per ſedem infundere conuenit ea quæ humores eluere atque citra mordacitatē repurgare poſſunt, cuiuſmodi eſt ptiſanæ ſuccus. Cibi verò boni ſucci & qui non facilè corrumpantur, eis exhibendi, attenuātibus & calefacientibus vitatis. oportet enim infeſtantem humorem aut euacuare, aut temperare. Exempli verò gratia mentionem faciam quorundam à nobis curatorum. Quidam etenim quadraginta annorum, qui colicus eſſe putabatur, à perfuſionibus & fomentis, cataplaſmatiſque & acrioribus infuſis non modò non iuuabatur, verùm & magis exacerbabatur: & vbi mel cum pipere accepiſſet, extremum dolorem incurrit, & vbi fœnigræci ſuccum cum melle ſumpſiſſet, plurimùm fuit irritatus. Coniectationem igitur feci, mordaces in ipſis inteſtinorum tunicis imbibitos eſſe humores. non facilè corruptibiles ei exhibui cibos. Deinde vbi vidiſſem eum minus à dolore infeſtari, vitiati humoris purgatione ei opus eſſe cognoui. Cæterùm pharmaco ex aloe amaro, hominem aceruatim purgare minimè auſus fui: nimirum ob dolorem ac indigentiam, temporiſque diu turnitatem viribus attenuatis. per interualla itaque mediocria paulatim purgatione per picram ex aloe facta, in paucis diebus ipſum perfectè ſanaui, nullo altero remedio admoto. Alter quidam adoleſcens non paululùm antea à colicis doloribus vexatus, accepta ſcammonia purgatus eſt: quùmque pro ratione accepti ſatis multùm fuiſſet euacuatus, illa maximè membra quæ prius habuit imbecillia, morſu infeſtari ſenſit, vt inde quaſi fluidam quandam & doloroſam circa inteſtina haberet affectionem. Itaque & hunc curaui, colica remedia reiicere iuſſum, & ex alica cum aqua calida decocta nutriri, granis mali Punici ſimul incoctis. Quùmque totam noctem abſque dolore dormiiſſet, manè exhibuimus ei rhois ſuccum dilutiorem bibēdum: vt ſiqua vlceroſa affectio circa inteſtinum eſſet oborta, eam adſtringeret, ſiue quippiam ex ſuperioribus partibus ad affectam influeret, id ipſum repelleret. In prandio etiam alica ſimiliter cum mali Punici acinis & aqua decocta, vti iuſſimus: in veſperam verò panem ex vino quopiam auſtero ac veteri madefactum dedimus. Conceſſimus etiam vt ex auſteris fructibus pro libitu, modicè tamen, caperet. Tertia autem die quum eodē modo fuiſſet refectus, in quarta, hauſta theriaca perfectè ſanus euaſit. Alium autem quendam ſimiliter affectum, æſtatis tempore quum plurimùm ſitiret, eodem victu curauimus, ampliúſque frigidum potum ei indulſimus. Cæterùm euacuato humore, & remanente adhuc dolore, ad ſtupefacientium vſum confugere oportet. In huiuſmodi enim affectionibus non ſolùm quod ſenſum ſtupefacit, ſed & quæ humores tenues inſpiſſant, calorémque refrigerāt maximè opitulantur.

De iis qui à frigidis & pituitoſis humoribus coli dolore infeſtantur, Cap. XXX.

QVVM verò craſſi & lenti fuerint humores, qui doloris cauſa exiſtunt, nequaquam ſtupefacientia erunt offerenda. etenim alleuantur quidem ex eorum vſu, ob ſenſus videlicet ſtupefactionem: verùm rurſus peius inde habent, quòd amplius per ipſa humores inſpiſſentur, & difficulter omnino excerni poſſint. Atqui nauſeæ vnà cū vomitib[us] magnæq; & frequētiores illis oboriūtur. Vomūtur autē pituitoſa & corrupta, retinētur excremēta, adeo vt ne flat[us] quidē excernatur, neq; ructus etiā procedat. Sæpe enim veluti ſurſū reuoluitur dolor, ac plurimum occupat locum: aliquando verò ex loco ad locum digreſſus vehementius augetur. Manifeſta verò cognitio coli affecti eſt, quando aliquando quidem al-

A tius dolor infeſtat quàm pro renum ſitu: aliquando autem longè inferius. Si enim iuxta renum ſitum dolor innitatur, atque id in vno loco cum dolore & grauitate, renum affectionem eam eſſe cenſendum eſt. Conſiderandæ autem ad hæc vrinæ: aquoſæ enim & puræ in principio à nephriticis minguntur, quemadmodum in ſequenti tempore ſubſidentiam habentes aſperam, deinde exquiſitè arenoſam. In colicis verò etiamſi egerat aliquando venter, tamen flatuoſiora excernit: ſæpéque ſtercora aquæ inuehuntur boum ſtercoribus compage non B abſimilia. Contingit etiam quandoque humorem aliquem frigidum cum ipſis excerni: quo facto confeſtim melius habent. Per fomenta autem & cataplaſmata nephritici quidem doloris mitigationem accipiunt, laxatis videlicet iuxta obſtructum lapidem corporibus: colici verò parumper quidem videntur mitiores redditi: paulo poſt verò vehementius intenduntur eis dolores, diffuſis videlicet per adhibitarum fomentationum calorem humoribus, generatiſque flatibus qui plurimam diſtentionem operantur. Quomodo igitur opor- C tet dolores ex frigidis in inteſtinis humoribus obortos curare, ita vt neque vehementibus irrigationibus neque cataplaſmatis calefiant? à calefacientibus enim diffunduntur & inflantur omnes frigidi ac craſſi humores, qui, inteſtina diſtendendo, augent dolores. Conuenit itaque ipſos diſſecare & concoquere citra vehementem calorem, & per minimè inflantium vſum. In exacerbationibus igitur, conſimilis colicorum cura fieri debet qualis ad voluuloſos eſt prædicta, irrigationes videlicet ex oleo rutaceo & ſicyonio & anethino, inediæ- D que & fomenta ac cataplaſmata, infuſa item & glandium admotiones, illitionéſque ſedis. Vomitus vero ante cœnam, ſiquis facilè vomat, præ omnibus auxiliatur. Vbi verò malum ipſum producitur ad plures dies, inſeſſio in ſolium ex oleo repletum aſſumenda eſt: aut, ſi hoc fieri nō poteſt, ex aqua & oleo repleatur, in quibus althæa, pulegium, ac lauri folia, ſimiliáque ſint decocta. Fomētum verò ſiue vaporatorium adhibeatur ex furfuribus & milio, & cataplaſmata quoque ad voluuloſos prædicta. Poſt dies verò ſeptem purgatio & hiera Archigenis E ſuſcipiatur. Licebit tamen & non purgare, verùm ab acrium ciborum eſu inchoare. quando verò allium ipſum omnium minimè inflat, niſi febris adſit, confidenter ipſum afferemus. Sitis autem ſequitur acrium rerum comeſtionem. præalleuetur itaque præcedēte victu æger, vbi ad acrium rerum eſum procedere volet: aquæque potu vtatur. Flatu autem ventoſo infeſtante, egregium remedium cucurbita ſæpius affixa cum largiore flamma exiſtit: vt incantationi ſimilem affectum præſtare videatur, & in quacunque corporis parte apponatur, confe- F ſtim à dolore liberare ac perfectè ſanare cognoſcatur. Quòd ſi humor quoque vnà cum flatu affuerit, eueſtigio quidem à dolore leuantur: mox verò rurſus redeunt dolores, maximè vbi quippiam peccati circa diætam fuerit admiſſum: aut ſi plus quàm oportuit calefecerint ipſa membra. maximum autem ſignum & hoc tibi fuerit ad affectionis cognitionē. Ne calefacito itaq; manifeſtè, ſed diæta attenuatoria vtaris. Oportet autem & ante infuſorum vſum, cucurbitam dolentibus locis adhiberet indéque oleo rutaceo, & huiuſmodi cūctis infuſis vti. Mul- G ti verò accepto clyſtere vehementer dolent, & vitreo humore excreto ſtatim liberantur. Febre autē vt plurimùm carent, ſitique intotum non infeſtantur. Naſcuntur & in colo lapides, ſed rarò: quare oportet eos vrinam cientibus, & ſtomacho gratis vti, ſanitatiſque tempore etiam venam ſecare, & catapotiis ex aloe gratia præſeruandi vti. Quandoquidem autem colum ipſum in quibuſdā debilitatum ex leui occaſione & per interualla quædā dolores inferre cōſueuit: melius vtique fuerit exquiſitiore diæta vti, & curam quoque affectioni conuenientē ſubornare. Qua de cauſa vbi à ſomno ſurrexerit æger, ven- H trem exonerare tentet: deinde ad deambulationem procedat. Deambulet aut & hyemis tempore, niſi frigidior ſit aer, aut ipſius debilitas hoc nō permittat: idque faciat in loco ſub dio aeri expoſito, & patēti: primùm quidem lentius,

lentius,pòſt verò concitatius. quieſcat vbi crura incaluerint fuerintque delaſſata. Deinde domum reuerſus, bibat aliquod pharmacum affectioni conueniens, modicéque quieſcat.Et vbi quotidianæ alicui ac conſuetæ actioni vacauerit,per horã equo vehatur,aſſiduè ei inſidendo:quod ſi facere non poſſit,in curru: ſi autem imbecillior ſit,per nauigiũ.iacens enim vectari poterit,quum omne corpus vnà cum nauigio commoueatur. Pòſt verò,vbi moleſtiã ex vectatione obortam modica deambulatiuncula excluſerit, leniter exclamet, aut concinnè cum vociferatione procedendo legat:deinde rurſus modicè quieſcens ad inunctionem ac fricationem exuatur. Exercitatione itaque facta,& cura admota,cibum accipiat circa ſextam horã, vt & ad cœnam ſufficiens interſtitium fiat. Partiatur autẽ cibos,maiorémq; eorũ partẽ in cœna aſſumat.vtiliſſima enim colicis ciborũ partitio exiſtit.præpotato igitur abſinthite vino,panem in clibano coctum recentem probè apparatum accipiat cum oliuis colymbadibus muria cõditis,aut paucis vuæ penſilis acinis,aut ficis viridibus tribus aut quatuor.deinde à potu, niſi valdè vrgeatur,abſtineat: ſi verò ſiticuloſus ſit,modico potu vehementiæ ſitis medeatur: otióque & iucunda animi voluptate fruatur.Deinde per circuitum affectione repetente,deambulet: cibóque probè diſpoſito,ad cœnam accedat.In cœna ſi ſiticuloſus ſit, modicum præbibat, & poſt paruum interſtitium cœnet: ex variis quidem pauca, & commoditatibus abundè referta.Potus medium cibum non dirimat, ſed poſt ipſum reſeruetur. qui ſufficit etiam potus exhibeatur: multa enim potatio inconueniens affectioni exiſtit. Non longo deinde à cœna interuallo facto,ad ſomnũ diuertat.& ſi quidem noctu ſitis vrgeat,ei parcè medeatur, aqua paulatim abſorpta.Atque de quotidiana quidem diætæ ordinatione hactenus. Cæterùm paucis ſubnectam etiam commodos affectioni cibos, potionéſque & pharmaca.In vniuerſum igitur omnia quæ colicis exhibẽtur, attenuatoriæ ſunt diætæ. Panis itaque neque ſit aridus, neq; calidus,in clibano coctus,aut ſi is nõ adſit, in furno, Olera autem cruda quidem non ſunt danda , cocta verò conueniunt,cichorium,intubum:rarius autem cauliculi lactucæ,cucurbita in calido cinere aſſata,(cocta enim ſtomachũ lædit)malua cocta.verùm nihil horũ abſq; pane exhibendum.Dandæ etiam colymbades oliuæ cum aceto mulſo ac ruta præparatæ: ab aliis verò abſtinendum. Legumina omnia per ſe quidem affectioni incommoda ſunt. verùm varietatis gratia aliquantùm aſſumatur lenticula cum beta colliquata optiméque contrita, aut cum ptiſana: aut faba cum ptiſana diligenter ſubacta. Cæterùm rarum leguminum vſum probo,ptiſana excepta: cõmoda enim hæc eſt,lapatho cum ea colliquato.Conuenit etiam ſalſamentum piſcium petroſis locis degentium: itémque limaria non inueterata, nec muria condita : pipere autẽ & ruta cũ aceto mulſo cõdita exhibeantur. Ex carnibus conueniunt imprimis volucrium, ſecundo loco piſciũ numerãtur,tertiũ ordinẽ terreſtriũ carnes habent. In vnoquoque genere omnia inconſueta reprobanda. Inter ea verò quæ pro conſuetudine in cibum noſtrũ accipimus,vitanda ſunt dura,ſiue natura ſiue ætate talia exiſtãt: item quæ neruoſam ac fibris refertam habẽt carnẽ, graueolentiáque ac fœtida, & quæ aliàs mali ſunt ſucci, aut grauioris qualitatis,& pinguia,atque ea etiam quæ omnino macra ſunt & infirma, & quæcũque præ humiditatis multitudine diffluunt. Quapropter ex piſcibus, ii qui in fluminibus & ſtagnis degunt,vitandi ſunt: ex marinis autem,qui in petris degunt, iis qui intra pelagi profundum verſantur ſunt præferendi:qui tamẽ in profundo maris degunt,littoreis præſtant:& littorei rurſum potiores ſunt iis qui in marinis paludibus nutriũtur,etiámque iis qui in magnarum vrbium ſtagnis victũ quærunt. Eligendi autem ſunt maximè lupi & aſelli mediocri magnitudine: ſcari autem & turdi ac gobii tenerrimi quidem ſunt, & facillimè ſecedunt: alimentum autem paucum robúrque corpori addunt. Scaros autem hîc nõ magnos intelligere oportet. Mulli autem & ſcorpii & paſſeres, nutrimenti quidem ac roboris gratia omnium gratiſſimi exiſtunt, grauiorem autem omnem habitum

A reddunt,vt ob eam cauſam frequentiorem eorum vſum vitare oporteat. Murænas autem & loligines,ſepiáſque & polypodas,omniáque ſimpliciter mollia, vt quæ difficulter cõcoquantur,inflationes pariãt, noxióſque humores generẽt,cẽſeo reprobanda.Ex iis verò quæ teſta integũtur,ſquilla omnium minimè noxia exiſtit. cancer turbationem inducit.gãmaro autem ſiue aſtaco pro voluptate fruatur.Ex oſtreorum porrò genere, purpuræ & buccina reliquis præferenda:deinde pelorides præſtant:poſtea herinacei recentes: deinde quæ propriè oſtrea appellantur: reliqua verò relinquenda. Ex volucrium genere, gallinæ
B omnibus præſtantiores. ſint autem feræ, & in montanis altæ:deinde perdices,& palumbi, debilis nutrimenti gratia exhibendi,turturéſque feri ac per agros nutriti & columbæ.Fugienda omnia volucrium genera quæ in aquis degunt, tanquam graueolentia , & quæ ſuperfluitatibus multis abundent . Ex quadrupedum animantium genere præſtant carnes ſuillæ, tum concoctionis & alimenti roboriſque quod inde corpori accedit , gratia , tum quòd facilè ſecernantur : ſecundo loco hœdinæ haben-
C dæ:reliquæ verò domeſticæ fugiendæ. Ex ſylueſtribus & feris paucæ, varietatis tantùm gratia dentur. Omnes autem carnes quas exhibere velis, ad duas dies promptas & paratas habere oportet,in hyeme præſertim, vt friabiles reddantur. Ex aqua etiam omnes coquantur. quæ enim in ſartagine fricta ſunt, quantũ fieri poteſt vitẽtur. Cauendum etiam à viſceribus omnibus. ſunt enim frigida , & turbationem mouẽt,difficulter concoquuntur, grauiáq; ſunt & ſanioſa ac fœtida, nimiáſque humectationes ac nauſeas producunt: maximè tamen omnium cerebrum.
D Pulmo ſanè hœdinus bis aſſatus , ac in cibo acceptus, ſuperabundans alimentum ſubtrahere videtur . qui verò eum lacte replent, deindéque coquũt aut aſſant, voluptatis gratia non vtilitatis reſpectu id faciunt : multóque magis qui eum fruſtatim conciſum in ſartagine torrent. Sale conditi arietis pulmo maximè vetuſti, difficulter & grauiter à ventre exuperatur . Cochleæ autem terreſtres ſucculentæ in cibo ſumptæ, obluctari, & ſeſe opponere colicæ affectioni videntur.In liquamentis & condimen-
E tis conueniunt, cuminum, mentha , ruta, ſiſon, fœniculum , origanum , ammium , thymum , piper , zingiber, daucus , ſuccus ſilphii, acetum , mel , garum , vinum. Pyrethrum verò & liguſticum , ac helenium, ſimiliáque, magis medicamentaria vi prædita ſunt: & ob id in quotidiano vſu ac diæta vitanda . In vniuerſum autem , vt ſummatim dicam , vnius coniectationem facere oportet, vt ſcilicet accepti cibi optimè concoquantur. Particulatim verò, vt ne ſiccitas excrementa apprehendat,neque fatigetur venter in multis cibis conficiendis: ne venter
F ciborum qualitatibus obluctetur, veluti ſi ægrè eas conficiat,& nimiam humectationẽ ei inferant,ne noxii humores generentur, neque in ventre neque in vniuerſo corpore.Omnia enim inutilia recremẽta ex leui occaſione ad affectum ac infirmum membrũ detruduntur. Quare vitare cõuenit omnia dulciaria & placẽtas.plurima etiã ex bellariis ac fructibus : iucunditatis tamen & gratificãdi ſtomacho gratia, vua alba dulcis præ ariditate corrugata cũ pane præbeatur, ficúſque maturæ cuticula auulſa: vua etiã vinaceis exemptis, reliqua verò omnino ſunt fu-
G gienda. Vinum ſit ſubadſtringens,album,tenue, pellucidum,mediocri ætate,temperatura dilutiore, modicéque bibatur.Quòd ſi ſitis à cibo accedat, aqua calida præbeatur.infenſiſſima enim ipſis frigida exiſtit. Dulces autem prælibationes ex vino & melle apparatæ , propomata *Græcis* appellatæ, eo quòd ante cibos biberentur, omnes deuitandæ. Atque hoc ſanè modo ea quæ ad colicorum diætam pertinent, diiudicantur . Colicum remedium ex ſtœchade, nephriticis cõmodum. hoc omnes veteres interiorum membrorum affectiones curauimus. datur autem ex ordine diebus xxx. & perfectè ab omnibus affectionibus liberat. Stœchadis drach. xvIII. radicis pa-
H nacis drach. v. agarici drach. II. cinnamomi, myrrhæ, ſeminis braſſicæ ſylueſtris, iridis, mandragoræ, hyoſcyami albi ſeminis, coſti, nardi Cretici quod phu appellant, ſpicæ nardi, piperis, opii, cuiuſque drach. XII. Accipio autẽ

piper longum, mei drach. xviii.ſeminis cicutæ drachm. xxiii.dauci drach.viii.Contuſa excipe melle deſpumato, ac exhibe robuſtis ſcrup.ii.reliquis, obol. iii.febre carentibus,ex vino mulſo: febrientibus,ex aqua. Infuſum quoque nucis Pōticæ magnitudine cum oleo in quo fœnūgræcum & ruta cocta ſunt, colicorum dolores ſedat.

Pharmaca ad colicos,
Cap. xxxi.

COnuenientiſſimum ad colicos pharmacum, vinum abſinthites exiſtit,ſi prælibatione à balneo aut exercitio opus habent:eſtque etiam non ſitientibus valde commodum,ſi laxiore ac debiliore apprehendente aluo,cyathi tēperati mēſura ante aridorū ciborū comeſtionē accipiatur. Apparatur autem vinum abſinthites & pro occaſione, virgis recentis & pleni abſinthii quindecim numero,per diem ac noctem in fictili vaſe vini tenuis & adſtringentis mediocriter vetuſti maceratis. menſura autē vini ſit ſextariorum trium.Decoctum etiam herbæ ipſius vbi ſemel tantùm ebullierit,pari modo ad vinum quod aliàs pro conſuetudine bibunt,admixtum, vtiliter à balneo ac exercitio præbetur. Melius autem eſt quod vbi otium ſit,ſic præparatur: Selibra abſinthii in amphoram vini optimi recentis, quod muſtum appellamus,conijcitur,oblinitur,in eáque permittitur,donec muſtum ceſſauerit feruere: deinde abſinthium ,quidem abiicitur, vinum verò reponitur ac inueteraſcit.habet autem omnino amphora ſextarios octo quadraginta. Vinum abſinthites aluum corroborat potenter, & quicquid lubricum infernè in aluo ac inteſtinis hæret, citra animaduerſionem detergit,bilis generationem præpedit, flatúſq; alios quidem depellit,alios verò auertit, quodámq; modo ſpiritum diſpenſationi præfectum defæcat. Aloe etiam optima,trium drachmarum pondere deuorata,aptiſſima eſt, vbi non pro ratione ciborum egeſtio excrementorum fiat. Quemadmodum autem optima aloe etiam ſola ſanitati reſtituere poteſt: ita vitioſa medicamentaria ſuperfluitate ventrem replet.Intercidentes verò obiter inflationes,ſylueſtre cuminum,quod & Æthiopicum appellant, cochleari menſura ex aquæ calidæ cyathis duobus aut tribus potatum diſſoluit:aut ſiſon ſimili modo, aut rutæ ramuli in aqua ipſa ferueſacti. Caſtoreum etiam aſſiduè potatum,totius affectionis apparatum demolitur,omnibúſque medicamentis præſtare repertum eſt. datur eius drach.i.in tribus cyathis optimæ aquæ mulſæ. Lupi autē ſtercus,maximè albū,ex aqua aut vino albo & tenui,ſummè colicis auxiliatur, inquit Galenus:non ſolùm in acceſſionibus & irritationibus, ſed tempore etiam interualli. aut enim perfectè morbum ſedat,aut ita præparat, vt ad tempus aliquanto mitius affligat. melius autem ſtercus cenſetur,quod non in terrā delapſum reperimus, verùm in fruticem aut herbam excretum. oſſa quoque in ipſo ſtercore inueniuntur,quæ ipſius animalis concoctionem effugerunt,quæ ſi trita bibantur, magnopere colicis auxiliantur:quare mundioribus hominibus repurgatiora exhibenda ſunt cum ſale ac modico pipere mixta, aut alio quopiam ad commendationem odoris.Mirum in modū etiam manifeſtè colicos iuuat inſtar amuleti alligatum iliis ægroti, idem lupi ſtercus.oportet autem filum quo amuletum colligatur ex oue à lupo diſcerpta ſumere,cum ſtercoréque ipſo in pelle ceruina excepto, ac filo colligato ilia præcingere.Si verò non ſuppetet lana ex ouicula à lupo diſcerpta,ligamentum ex ceruina itidem pelle accipere oportet. Corydus idem paſſerculus qui & corydalus *hoc eſt galerita*,appellatur,ſimplici iure coctus , aſſiduéque vnà cum iure acceptus,ſummopere colicis prodeſt.Vtilitatem enim ex eo expertus ſum,inquit Galenus.Cæterùm paſſerculis,quos pyrgitas à turribus, & troglitas ab antris & cauernis appellant,ſimilis eſt,qui ſanè circa vrbium muros verſantur ac degunt: verùm his maior eſt corydalus ipſe, habétque in capite veluti criſtam ſiue galeam ex pennis ſponte naturæ enatam: & circa vias reperitur,hyemis præſertim tempore. Aliud. Talum ſuillum vſtum & tritum,totum ex aqua bibendum præbe. Aliud. Thymi cacumina in aqua ad tertias decoquito,& ad percolatum decoctum mel deſpumatum adiicito, biben-

A dúmque præbeto. Aliud. Radices verbenacæ rectæ tenuiter conciſas in aqua ad tertias decoquito,ieiuniſque per quinque dies bibendum decoctum hoc præbeto: & colicis medeberis. Vtere: eſt enim experimēto cognitū.

Aliud. Hoc itidem experimento conſtat, eóque ipſe liberatus ſum:Mētham viridem aliquandiu decoquito,decoctúmq; bibendū ad dies tres exhibeto,& nunquā dolore afficietur. cauendum autem ne olla in qua menthā decoquis,per tres dies terram contingat. remedium verò hoc eiuſmodi eſt,vt præſentem opem ferat, éſtque
B multo vſu cognitum.Lauri etiam teneriora virgulta areſacta,comedenda præbe per tres dies quibus mēthæ decoctum potant. Aliud mirabile. Marrubiū in vino mulſo decoctum bibendū præbe: liberabitúrque æger à dolore,neque vnquam poſtea incidet in affectionem.

Rhamni folia viridia trita in paſtillos informa,& exſicca,drachmámque vnam inde exhibe,febre carentibus, cum vino:febrientibus verò,cum hydromelite. Facit & ad voluuloſos,omnémque dolorem flatuoſum miro modo: per ructus enim ac flatus exoluti à malo,ſani fiunt.
C Aliud. Rhamni ſuccum poculi mediocris menſura, tantundémque paſſi Cretici miſceto: dum in ſolium in balneo deſcendit,bibendum præbeto, plurimúmque tolerare id iubeto: in frigidæ autem aquæ ſolium nequaquam conſcendat.experimento cognitum eſt.Ex apparatis verò pharmacis hocce nobis familiare eſt, inquit Archigenes. Caſtoreum & ammium tenuiſſimè trita, duorum cochlearium menſura præbe ex aqua mulſa. Secundum verò locum hoc habet: Caſtorei drach. iii.ammii, ſeminis apii,fœniculi,cuiuſque drach.i.exhibe eo modo
D quo præcedens. Aliquādo autē pro apio, panacis radicē adiiciēs præbeo,aſſequórque ritè quod volo. Præſtabile eſt & hoc: Aniſi,caſtorei,æquales partes miſceto,indéque drachm.vnam ex vino mulſo exhibeto. Aliud. Gladiolum vnà cum radice exſiccatam,contuſam,& cribratam,cum piperis granis vndecim bibendam præbe. diuturno malo hoc medetur. Cæterùm duo efficaciſſima ex multis omnino coli pharmacis, vſus approbatione præſtātia,inquit Archigenes,vnicuique communicabo. Sagapeni,piperis,galbani,pyrethri,croci, ſpondy
E lii,myrrhæ,cuiuſque drachm.i.radicis panacis drachmas viii.excipe melle, & ad cerati craſſitudinem redige. Vbi verò vſus expetat,manipulum vnū chamæleuces aut chamæpityos in vino optimo, leui, anniculo, heminarum quindecim mēſura,vſque ad tertias decoque. In hemina deinde decocti vna,ex pharmaco ad fabæ magnitudinē diſſolue:idque ſemel primo menſe bibendum præbe: ſecūdo deinde menſe bis,& tertio ter:atque hoc modo vſquequo quinquies exhibueris, ſecundum menſes auctione facta,procedes:niſi alui ramenta inde ſuccedant. ea e-
F nim leniter detrahere hoc pharmacum conſueuit. Alterum verò ad diſſoluendas acceſſiones valde efficax exiſtit: Myrrhæ ſtactæ, opopanacis, ſucci Cyrenaici,croci, pyrethri,galbani,ſagapeni,cuiuſque drach.viii. olei picini drach.i.mellis deſpumati quantum ſuffecerit vt ad cerati ſpiſſitudinem redigatur. Ex hoc pharmaco drachma i.in tribus cyathis paſſi Cretici diluti calidi liquefacta exhibetur. Neque vereor hæc etiam in acceſſionibus, niſi ex cruditate laboret æger, præbere: atque etiam in interſtitiis per aliquos dies ex his affectionem expugna-
G re, valdéque mihi ex ſententia res procedit. Theriace porrò Andromachi ex viperis conſtans,interualli tempore aſſiduè accepta,prohibuit ne facilè ab acceſſionis irritatione rurſus impeterentur. Antidotus Zopyrios appellata,præſens auxilium in debilibus doloribus exiſtit. facit ad colicos & alui inflationes,& incipientes aquæ inter cutem ſuffuſiones,maximè eam quæ tympanites appellatur:valet etiam ad iocinoris affectiones: prodéſtque iis qui venenum hauſerunt. Myrrhæ troglodyticæ dr. v.ſpicæ nardi drach.v.croci drach.iiii.floris iunci odorati drach.iiii. & dimidiam, caſiæ drach. iiii. cinnamomi
H drachm.iii.thuris drach.vnam, piperis albi ſeſquidrach. coſti drachm.vnam, excipe melle deſpumato: aut nucis Ponticæ magnitudine præbe ex vini mulſi,aut paſſi veteris cyathis duobus, aut ex aqua. Exhibeatur in colica

diuturna,habita tamen prius corporis cura,paululùm ante horam cibi ſumendi ad dies ex ordine quindecim:deinde vbi ab eꝰ exhibitione per quinque dies quieueris, rurſus exhibe ad dies decem: iterúmque poſt multorum dierum intercapedinem, parum præbe, donec ea amplius opus non habeat æger. atqui propria ſua efficacia corpus ſe melius repræſentaturum promittit,tum carne, tum colore,tum ſenſu, tum firmitate. Archigenes porrò Zopyrium antidotum hoc parare iubet: Spicæ nardi drach.vi.floris iunci odorati drach. v. myrrhæ drach.v. croci drach.IIII.caſiæ drach.IIII.cinnamomi drach.III. piperis drach. vi.coſti obolum,thuris obolum.Cæterùm præter opinionem colicis conueniens antidotus eſt quæ pæonia appellatur. in ipſis enim vehementibus acceſſionũ irritationibus ante ſomnum exhibita,compeſcuit dolores,ſomnúmque dulcem ſimul produxit, ac morbum diſſoluit. Quidam etiã ipſam cum oleo infundentes,ſcopum attigerunt. Deſcripta autem habetur in tertiodecimo De theriacis ſermone,huius videlicet tractatus:quare ea ipſa cenſeo confidenter eſſe vtendum. Aliud valde bonum oxyporium,citò penetrans, cum colicis tum inflatis cõmodũ: Cumini trientem,piperis albi,cacuminũ thymi,foliorũ rutæ,nitri,ſing.vnc.I. contere cũ aceto,ac redige in paſtillos pondere vnius aut duarum drachmarum.exhibe iuxta cuiuſque vires cum aqua calida. Aliud: Siſonis,caſiæ,foliorum lauri in vmbra exiccatorũ, ſing. drach.VIII.petroſelini drach.IIII.ſpumæ nitri albæ drach. v.excipe melle,ac vtere. Aut cochleare eius ſicci ex aqua mulſa in qua ruta decocta eſt,præbe. Aliud. Cumini ſylueſtris cochlearia tria,ſeminis coriandri,fœniculi,aniſi,apii,ſeminis rutæ,cuiuſque cochleare vnũ,piperis grana IX.vini ſextarium I.Hæc tenuiſſimè contrita vino permiſce,& quotidie cyathum vnum bibendum cum aquæ cyathis tribus præbe.A potu autem æger deambulet,& probè concoctionem iuuabit. poteris & ipſum vinum calefactum præbere. Aliud Aſclepiadæ, quod ab omni affectione penitus liberat: Corticis ſalicis viridis drachmas v.zingiberis drach.IIII.piperis drach.II.palmas paſſas III. rutæ viridis ramulos v.aquæ pluuialis ſextar. III. Omnia ſimul ad tertias decoquito,atque ad horas ſine dies tres, pro qualibet vice cyathos duos exhibeto: & poſt triginta dierum ſpatium,idem rurſus facito:quò per anni ſpatium vnius, triginta & ſex potiones contingant. hoc enim pharmacum potatum hoc modo,totam affectionem aufert. Aliud. Cornu cerui recèns enati adhuc capillis obſiti,tenerrimique ac vſti,cochlearia maioris modi III. piperis albi grana nouem , myrrhæ parum quid ad commendandum odorem. Contere omnia, eiſque cochlearũ terreſtrium magnarũ vnà cũ teſtis ſuis tritarum,quãtum viſum fuerit adiice: omniáque ſimul trita,& vino falerno mari mixto triũ cyathorũ mẽſura permixta,& ad mites prunas in vaſe fictili calefacta,ac ſedulò,nequid in fundo reſideat,agitata, præbe bibẽda,ita vt nihil reliqui maneat,atque id maximè tempore acceſſionis, & ieiuno adhuc ægro fiat. Deinde verò cibum qui facilè conficitur præbe,atque hoc ex ordine ad dies tres exhibe. Iis verò qui cochleas ſumere non poſſunt, reliqua præbe ſicca cum vino. Potio ad colicos,quæ etiam inflatis,& difficulter concoquentibus, voluuloſiſque eſt accommodata.

Abſinthii,pulegii,piperis albi, cumini ſylueſtris, baccarum lauri decorticatarum,omnium æquales partes exſiccatas ac tritas,cochleari menſura præbe ex aqua calida. vteréque eo confidenter. Aliud colicum remedium per experientiam receptum: Baccas lauri IX. piperis grana VII.opopanaca magnitudine ciceris.cõiice in aquæ cyathos III.totúmque ſimul feruefactum bibendum præbe: quieſcátque inde æger, & perfectè ſanitati reſtituetur. Oportet autem,inquit Galenus,ad viros maſculi, ad fœminas muliebris ſexus herinacei internam membranam accipere, exſiccaréque ac contundere , eiúſque partes tres prædictis admiſcere. Aliud ad colicos præclarum. Colocynthida maximam non ſolùm ferro perforatam, ſed & ſemine eiecto euacuatam, ita tamen vt id quod inſtar tomenti in ea eſt relinquas,vino veteri dulci quantũ eius capere poteſt exple, eámq; per noctẽ integrã repone: manè verò vinum ipſum per panniculum diligenter exprime ac percola, vt nihil ex medulla eius in ipſo potu reſiduum maneat: vinúmque ipſum calefactum bibendum præbe:quo facto æger deambulet,& liberabitur.

De antidotis dolorem leuantibus,infuſiſque colicis accommodatis, Galeni, Cap. XXXII.

PHarmacis dolorem leuantibus medici vti conſueuerunt,vbi magnus adeſt dolor, aut vigiliæ , aut ne ob violentam tuſſim lancinentur ægri, velut in ſanguinis reiectatione & deſtillationibus à capite contingere ſolet. Verùm in illis mediocria exhibere ſolemus : quales ſunt ex ſeminibus conſtantes tuſſi accommodatæ facultates, quæ & ipſæ omnino aliquid ex ſoporem inducentibus pharmacis admixtum habent: verùm modicum id eſt: inter multa adeo ſemina,quæ & boni odoris ſunt, tenuiúmque partium,& vrinam cient : cuminum dico, daucúmque & aniſum, & quæ his ſimilia exiſtunt. Cæterùm quæ ad colicos apparantur pharmaca dolorem leuantia, eiuſdem quidem generis cum illis ſunt,verùm longè maiori facultate prædita , atque id ob magnitudinem in eis doloris. Opium igitur fortiſſimum eſt ſtupefactiuũ : admiſcere autem ei oportet ea quæ aut doloroſam affectionem concoquere poſſunt,aut humores ab ipſo factos diſcutere, aut ſecare & attenuare,aut ſecundum totam ipſorum ſubſtantiã permutare. Scopus enim nobis in his eſt, primùm quidem vt ſenſum ſtupidum reddamus:deinde vt nihil in poſterum ex ſtupefactiuo pharmaco relinquamus quod membro nocumentum inferre poſſit : amplius autem,vt(quod maximũ eſt)affectioni opitulemur. Ad hæc itaque reſpectu habito,videtur mihi debito modo & iuxta rationem propoſitum componere pharmacum,ex hyoſcyami quidem & opii permixtione, quicunque altiorem ſomnum ac ſoporem,ſenſitiuæque facultatis ſtuporem inducere velit. Quò verò citius digeratur, omnémque profunditatem affectorum corporum penetret,calefacientia admiſcere oportet , piper videlicet ac euphorbium & pyrethrum,quæ nociuos humores diſcutere poſſunt,& repurgare viſcoſos ſecaréque craſſos,& flatus ventoſos attenuare,concoqueréque & euacuare. Neque verò parum concoctoriæ facultatis, frigidorum præſertim humorũ,in Indica nardo exiſtit. Quemadmodũ autem ex aromaticis nardum coniecit Philo,ſic & ii qui ei ſucceſſerunt,alii aliud adiecerunt:florem iunci odorati,caſiam, amomum ac coſtum. Quemadmodum autem rurſus crocum coniicit Philo concoctorium pharmacũ ad humorem & affectionem crudã,ita alii myrrhámque & caſtoreum admiſcuerũt: plurimique ex ipſis, neque id malè,etiam familiaria nobis ſemina,apii videlicet & cumini,aniſique ac dauci & petroſelini & quæcunque eius generis exiſtunt,adiecerunt:quò videlicet amarorũ pharmacorum iniucunditatem lenirent, ad digeſtionémque & vrinæ expulſionem totum pharmacum impellerent atque inhortarentur. Si verò vaporum aut humorum craſſitudinem attenuare oporteat,& hoc ipſum per ea cõtingit. Prima itaque,vt apparet,ex omnibus vetuſtioribus præclara Philonis antidotꝰ exiſtit,de qua ipſe hæc ſcribit.

Philonis antidotus. Philonis Tarſenſis medici magnũ mortalibus inuentũ ad multarum affectionũ dolores,ſiue colum quis doleat,ſemel datum,ſiue iecur:ſiue etiam vrinæ difficultas,aut calcularis morbus, aut orthopnœa, aut tabes infeſtet. Sanat & conuulſionem & pleuritidẽ,ac ſanguinis reiectationẽ,aduerſúſque mortẽ ſe opponit,omnes viſcerũ dolores ſedat,tuſſimque & ſuffocationẽ,ſingultúmque & deſtillationẽ . Hanc etiã Andromachus in ſuos cõmentarios retulit,hoc modo de ea ſcribens: Colica antidotus admirabilis,qua vtor & ad voluuloſos, & ad eos qui ſtercora per vomitum reiiciunt, in maximis doloribus : datur magnitudine fabæ ex cyathis tribus aut quatuor aquæ frigidæ. Cõpoſitio autem hoc modo habet: Piperis albi drach.XL.opii drach.XX.croci drach.X.ſeminis hyoſcyami albi drachm. XL. ſpicæ nardi,euphorbii, pyrethri , cuiuſque drachmas duas. excipe melle cocto, ac vtere. Alia antidotus colica, Nicoſtrati iſotheos appellata,duobus talentis empta, faciẽs ad ſtomachicos qui cibum continere non poſſunt, oculorum affectiones, &

magnas vexationes,& dolores vuluæ, ex hydromelite in
quo ruta ſit incocta. Croci ſeſquidrach.myrrhæ drach.II.
ſpicæ nardi drach.II.coſti,piperis albi, piperis longi, gal-
bani,cuiuſque drach.I. cinnamomi, ſucci mandragoræ,
caſtorei,cuiuſque drach.II. ſeminis dauci ſeſquidrachm.
(alii drachm. III & dimidiam eius coniiciũt) opobalſami
drach.IIII.ſagapeni drach.III.caſiæ drach.IIII.excipe mel
le deſpumato,& fabæ magnitudine præbe.

Quæ colicis infundantur,& per anum ſub-dantur, Cap. XXXIII.

HVius generis ſunt etiam quæ ſedi applicãtur, quæ-
que ad leuandum dolorem per anum, tum ſubdun-
tur, tum infunduntur. Opium itaque ex genere eorum
eſt quæ fortiter ſenſum ſtupidum reddunt, ac ſomnum
ſoporiferum inducunt. atque hæc facit tum per ſe ſo-
lum,tum cum pari caſtoreo in ſapa aut oleo rutaceo im-
butũ,tomẽtóq; exceptũ & ano inditũ. Miſcere enim hæc
pharmaca oportet quopiã vires ipſius opii mitigante,no-
cumentúmque quod inde mẽbris infertur impediente,
ampliúſque affectionem iuuante. Aliud,quod ſubditur
colicis:ad dolorem leuãdũ. Caſtorei,croci,opii,myrrhæ,
ſtyracis æquales partes in collyria lõga redige cum aqua,
& vtere. Infuſum ad colicos mirabile: Cedriæ quadrã-
tem, picis liquidæ ſemiſſem, caſtorei ſeſquiunciam, o-
pii ſeſquiunciam, piperis grana L X. vnito cum digito
medio vel eo qui index appellatur, vſque ad primam fle-
xuram vncto,& ſimul cum olei rutacei cyatho vno inqui
nato,admixtáque butyri vncia I.terebinthinæ ſeſquiun-
cia,tepefactum per fiſtulam ampliorem infundito:ſubſi-
det enim & dehiſcit,ac ab vnione diſcedit. Aliud infu-
ſum, quod ante ſomnũ acceptũ,ſomnum cõciliat, dolorẽ
lenit, concoctionémque probè iuuat: Succi abſinthii
dr.IIII.opii.dr.IIII.aloes dr.XII.picis liquidæ vnc.I.cedriæ
vnc.I.myrrhæ vnc.I.cẽtaureæ dr.IIII. caſtorei dr. x. coſti
dr.VI.maſtiches vnc.I. foliorũ rutæ vnc. I. ſtyracis vnc.I.
mellis & terebinthinæ liquidæ quantum ad coactionem
ſufficit,quò ad mellis craſſitudinem redigatur. Vſu verò
expetente,ex pharmaco hoc drach. plus minus quatuor,
iuxta ægri vires ac ætatem,in diplomate cum oleo cypri
no,gleucino, anethino,telino,in quibus cuminum con-
tuſum coctum eſt,diſſolue,modicúmque butyrum admi
ſce.Et vbi aluum per clyſterem ſtercoris eductiuum prius
euacuaueris,deindéque laueris, & cibum exhibueris, ac
caput ex anethino aut omphacino illeueris,ante ſomnum
infunde. vtere. experimẽto enim cõſtat. Aliud,quod in-
fernè infunditur,quo ego vſus magnum nomen aſſequu
tus ſum. Caſtorei drach.IIII.croci ſextantem (alii tamen
drach.II.tantùm habẽt)opii trientem,myrrhæ drach.IIII.
ſucci rutæ drach.II.nitri rubri drach.II(quidam verò pro
nitro ſpicam nardi ſcribunt)excipe melle deſpumato co-
cto. Vſus verò tempore,nucis auellanæ paruæ magnitu-
dine, aut fabæ tantùm accipe, ac in vini menſura vna,
diſſolue, affuſáque olei rutacei menſura vna,vt videli-
cet duæ mẽſuræ ſint in totum,permiſce, ac præloto ægro
ante ſomnum infunde.Cæterùm præſcriptas ad dolorem
leuãdum antidotos & infuſiones vitare oportet,ne in ni-
mis aſſiduum vſum conuertamus:ſedant enim confeſtim
dolores,cauſas verò intus reſeruant: & aut paulo pòſt ani-
mi deliquium inferunt,& mortem,aut diuturnas & indiſ
ſolubiles affectiones reddunt. Aliud infuſum mirabile:
Butyri quincuncem,adipis anſerini,adipis gallinacei,me
dullæ ceruinæ, terebinthinæ, cuiuſque ſextantem, adipis
vrſini vnc.I.cumini,foliorum rutæ,caſtorei,cuiuſque qua
drantem,euphorbii recentis drach.VI.opobalſami ſeptũ-
cem, nardi Celticæ trientem,vnguenti nardini lib.II.o-
lei rutacei ſextarios IIII. Vtere hoc ipſo in vehementi-
bus doloribus:euacuatione tamen prius per clyſterem fa
cta,& poſt horæ ſpatium menſuram vnam mediocris po
culi tepefactam infunde,quieſceréque iube, ac aliquan-
diu pharmacum retinere:atque ita diuinam eius videbis
facultatem. Aliud infuſum, quod etiam cauſas eua-
cuat,ac dolorem leuat. facit & ad diuturnam renum af-
fectionem,& ad calculoſos, eóſque qui inuoluntariè vri-
nam eiiciunt: Allii capita magna tria,rutæ viridis mani
pulares faſciculos duos,olei dulcis libras quatuor. Allia

A decorticato,& cum ruta ac oleo donec torreſiant coqui-
to,atque id ad prunas fumum non emittentes facito, ac
deinde percolato,ad oleúmque butyri librã I. affundito,
picis liquidæ ſextarii Italici quartam partem, cedriæ tan
tundem:vnito, ac in vitreo vaſe recõdito. Vſu autem ex-
petente,ſextantem inde, aut minus iuxta ægri vires acci-
pito,oleóque & vino pari menſura acceptis,ita vt totum
hemina vna fiat,cõmiſceto,tepefactúmq; infundito. A-
liud infuſum: Olei cyprini lib. v.caſtorei ſeſcũcem,anti-
doti regiæ,quæ etiam tetrapharmacũ appellatur,ſeſcũcẽ:
emplaſtri ex ſuccis ſeſcuncẽ,terebinthinæ ſeſcuncem, bu
B tyri ſeſcuncem,baccas lauri centum & vnam,baccas allii
magnas quinquaginta vnam,cumini lati vnc.I.rutæ ma-
nipulum I. Baccas lauri & allia mundato:latũ verò cumi-
num & rutam in pila tundito,& in hemina vna vini ve-
teris dulcis macerato.Sequenti verò die affuſo oleo & bu
tyro,in diplomate decoquito,percolato,ac reliqua admi-
ſceto,pariterque caſtoreum cum oleo tritum. vtitor. Vbi
verò vſus poſtulauerit,pharmaci huius ſextantem accipi-
to,& adipis anſerini liquefacti itidem ſextantem admi-
C ſceto,tepefactúmque iniicito. Infuſum colicum admi
randum: Fœnigræci ac lini ſeminis æquales partes,quã
tum ſatis videbitur accipito, & in aqua præmacerata de-
coquito,atque vbi ſuccus inde prodierit, quantum ad v-
ſum ſatis videbitur percolato,ac in eo ipſo quod percola-
ueris,lanas ſuccidas eluito, expreſſiſque lanis, ad aquam
ſalem & oleum moderatè adiicito,ſimúlque vnito, ac te-
pefacta infundito.

Cataplaſma colicum, ex libris Seueri, Cap. XXXIIII.

D FArinæ cicerum nigrorum,ſeminis braſſicæ,farinæ fœ
nigræci, ſingulorum æquales partes decoque cũ mel-
le oleóque cyprino, modico vino affuſo. Eſt & alterum
admirabile remedium, cuius efficaciam experimentum
ipſum approbauit. Accipit autem fœnigræci partes II.
baccarum lauri contuſarum,maſtiches Chiæ, & terebin-
thinæ,ſingulorum partem vnam. Coquitur cum vino &
melle. Epithema colicis,inflatis: Silphium plurimum
cerato cyprino excipe,& impone.Ego verò,inquit Archi-
E genes,etiam caſtorei paululum admiſceo, efficaciúſque
redditur ad ſtomachi præſertim inflationes. Aliud e-
pithema ad colicos,inflatos,coxendicum dolores,pleuri-
ticos,ac ſtomachicos,& diuturnum vomitum cibi: attra-
hit etiã ac duritias emollit: Ceræ,picis, reſinæ pinus,a-
dipis taurini, baccarum lauri, ſingulorum quincuncem,
ammoniaci thymiamatis trientem,galbani quadrantem,
piperis ſeſquiunciam. aliqui etiam canchryos quadran-
tem,ammiique tantundem coniiciunt. Aliud. Ceræ
libras II.Celticæ nardi, floris iunci odorati,caſiæ, cyperi,
F cuiuſque ſextantem,colophoniæ lib.II. terebinthinæ ſe-
ſquilibram, thuris,pyrethri, cuiuſque ſeſquiunciam,eu-
phorbii vnc.I.coſti drach.x x x. vnguenti irini quantum
ſuffecerit.Arida in vino rigata ac exſiccata contundito
& cribrato,atque ita liquefactis inſpergito. Ad finem
etiam opobalſami ſextantem aut quadrãtem admiſceto.
Facit quæcunque etiam polyarchion:maximè tamen in-
flatis conducit. Vtendũ quoque ad colicos paulo mox
ſubſcripto polyarchio appellato,atque eo quod ex baccis
lauri cõſtat,quod ad hydropicos deſcribetur, & ſiqua his
G ſimilia exiſtũt.Propriè autem colicis conuenit,inflãma-
tiſque & inflatis,quod in epiſtolis Archigenis refertur,ex
ſeminibus cõſtans: Ceræ drach.centum, terebinthinæ
drachm. L.ammoniaci thymiamatis drachmas quinqua
ginta, opopanacis, iridis Illyricæ, aniſi, meliloti, nitri
adipis taurini, fœnigræci,ſeminis apii, cuiuſque drach.
xxv.mellis ſeſcuncem,aceti cyathos duos.Arida contun-
dito & cribrato:ammoniacum autem in aceto mulſo per
noctem vnam maceratum reponito.poſtera die liqueſci-
bilia feruefacito, in mortarióque cum piſtillo tuſa com-
miſceto.Hoc epithema hoc modo purum citra aliarum
H rerum admixtionem impoſitum,cutem exaſperat,eiſque
qui vitioſis humoribus amplius abundant,ſerpiginoſum
pruritum excitat:quare in iis qui tenuiores carnes habẽt,
ex cerato roſaceo quantum tibi ſatis videbitur pro curan
di corporis ratione, admiſceto. Dropax etiam aſſiduè

ſuper omnem ventris amplitudinem iniiciatur, atque etiam ſuper dorſum. Componatur autem is ex pice & reſina, modica cera, ſulphure, bitumine, manna, nitro, adarce. Intenditur autem vſus eius, ſi calidiori & non pinguefactæ cuticulæ admoueatur, atque etiam inter exercitia incumbere ſinatur. Aliquando etiam balneum ſuſcipiatur, ex nitro aſſato toto corpore largè conſperſo. Huiuſmodi enim dropacis vſus violentius affectionem deſtruit: ſicut & ſinapiſmus & thapſiæ vſus, multis qui antea exquiſita diæta ſunt vſi, & per aluum, ſi quidem adſtricta fuerit, ſunt euacuati, affectionem omnem excidit. Porrò dropacum & ſinapiſmorum apparatus in tertio Sermone ſunt deſcripti. Aliud Archigenis, vile quidem, verùm ob efficacem ipſius lenitatem in pretio habendum.

Picis liquidæ lib. II. ceræ ſeſcuncem, ſulphuris viui, nitri, aluminis ſciſſilis, cuiuſque quadrantem. Ad picem liquidam præcoctam vſquequo non amplius inquinet manus, ceram iniicito, qua liquefacta ab igne tollito, aridáque tenuiſſimè trita inſpergito, vnito, emollito, ac vtitor. Flatus infernè educit, cutem vellicando iucundè afficit, ac per omnia colicis auxiliatur. Prodeſt etiam coxendicum doloribus, & articulis refrigeratis, lienique indurato. Epithema ex baccis lauri ad colicos. Ceræ, colophoniæ, picis ſiccæ, ſpumæ nitri albi, ammoniaci, cuiuſque dextantem, baccarum lauri decorticatarum ſeſquilibram, piperis ſextantem & vnciæ dimidium, ammii, cāchryos, iridis, cuiuſque ſeſquiunciam, galbani ſeſquiunciam, vnguenti irini lib. vnam. Quòd ſi canchrys non adſit, pyrethrum coniice: & liquefacta cum ſiccis permiſce. Hoc etiā approbat Oribaſius. Polyarchion, quod in Alexandria præparatur. Caſiæ, amomi, roſarum, cyperi, cardamomi, ſpicæ nardi, nardi Celticæ, folii, iridis, œnanthes, cōpoſitionis hedychroi, maſtiches, croci, meliloti, ſucci abſinthii, ammoniaci thymiamatis, aloes, bdellii, myrrhæ, cuiuſq; vn. I. xylocinnamomi, piperis cōmunis, helenii, ſtyracis, cypheos, thuris, cuiuſq; ſeſquiunciā. Succos cum aridis committito, admiſcetóque xylobalſami ſcrup. XII. floris iunci odorati ſcrupulos XII. terebinthinæ ſeſcuncem, vnguenti nardini beſſem, roſacei lib. I. hederæ vnc. XVI. opobalſami ſextantem. ſucculenta vino diluta terito. Polyarchion quod dialeimma, *id eſt intermiſſio*, appellatur: quod & ipſum in Alexandria præparatur. Caſtorei vnc. I. piperis longi ſeſquiunciam, myrrhæ, opobalſami, hedychroi, foliorū malabathri, radicis panacis, ſpicæ nardi, cuiuſque quadrantem, coſti ſextantem, amomi ſextantem, cinnamomi ſeſquiunciam, aut pro eo caſiæ quadrantem, floris iunci odorati trientem, croci ſextantem, cyperi, cardamomi, iridis, ariſtolochiæ longæ, ariſtolochiæ rotundæ, cuiuſque ſextantem, pyrethri trientem, ammoniaci thymiamatis quadrātē, aloes quadrātē, ceræ libras IIII. terebinthinæ lib. IIII. reſinæ trientem, vnguenti nardini lib. III. quidam etiam ſtyracis ſextantem addunt. vini verò quantum omnino ſufficit. Polyarchion multo experimento cognitum, quo confidenter ad omnes diuturnos frigidiores, præſertim circa viſcera, morbos vtaris: ego ſanè eius vſu ſemper clarus euaſi. Styracis pinguis dextantem, foliorū malabathri ſextantem vnciámque dimidiam, malorum cotoneorum repurgatorum vnc. XV. maſnaphii vnc. duas & dimidiam, ſpicæ nardi, croci, cuiuſque ſextantem dimidiámque vnciam, micarum purarum dextantem, cypheos dextantem, œnanthes quincuncem, carpobalſami ſeſquiunciam, comæ abſinthii vnc. II. & dimidiā, maſtiches vnc. II. & dimidiam, caryophylli vnc. I. ſcrupul. VI. ammoniaci thymiamatis vnc. XX. colophoniæ vncias XVI. opobalſami vncias XII. & dimidiam, olei gleucini deuncem, nardini dextantem, melini vnc. XX. propolis dextantem, roſacei ſextantem vnciámque dimidiam, mellis cochlearia viginti, terebinthinæ Chiæ vnc. XX. ceræ vnc. XV. vini ſpathitæ quantum ſufficit ad reliqua cum eo conterenda, & ad rigandas micas. Arida quidem omnia contundito & cribrato: mala verò cotonea conciſa cum vino ſpathite coquito, ac per ſe terito: deinde ammoniacum & maſtichen cum vino conterito. Styracē verò cū opobalſamo in altero mortario diſſoluito, atq; omnia trita ac diſſoluta ſimul vnito: liquefactiſque quæ liquefieri poſſunt, & ab igne ablatis arida infarcito, ac donec refrigerentur agitato: deindéque ad ea quæ in mortario trita ſunt adiicito, ac vnito: adiecto etiam ſimul melle. pòſt verò emollito ac optimè ſubacto, tanquam valdè probato, vtitor. Aliud epithema præter opinionem efficax ad omnes præcordiorum vetuſtiſſimas etiam affectiones; præſertim in ſtomacho ac ventre. Quibuſdam etiam quibus aqua inter cutem iam ſuffundi incepit, profuit. Duritias enim in ſtomacho vnicè diſſoluit, ſupra hoc'q; viſceribus robur & firmitatē addit. Compoſitio hoc modo habet: Reſinæ pinus libras XX. ceræ lib. quinque, terebinthinæ deunces duas, olei lētiſcini vncias X V I. gleucini vnc. X V I. thuris quincuncē, ladani quadrantem, ammoniaci thymiamatis, nardi Celticæ, ſucci abſinthii, maſtiches, bdellii, caſiæ, cuiuſque quincuncem, cardamomi, floris iunci odorati, iridis, balauſtiorum, ſingulorum trientem, carpobalſami quadrantem, caryophylli quadrantem, herbæ ſabinæ quadrantem, ſtactæ albæ quadrantem, piperis ſextantem, ſuffimentorum ſubſcriptorum lib. quatuor, œnantharii quantum ſufficit. Suffimentorum verò quæ ad huius epithematis compoſitionem coniiciuntur, apparatus hic eſt: Liliorum alborum depuratorum lib. II. ſtyracis pinguis lib. II. & dimidam, folii lib. I. caryophylli trientem, coſti trientem, ſpicæ nardi trientem, maſtiches quincuncem, amomi ſeſcuncem, onychum aromaticorum vſtorum & extinctorum, opobalſami, ſingulorū beſſem, carpobalſami ſeſcuncem. Apparato ac redigito in paſtillos, eiſque ad præſcriptam compoſitionem vtaris.

Quomodo aluum fluxione laborantem curare oporteat, ex libris Philumeni, Cap. XXXV.

ALuus tùm in febribus tum citra febres fluxione laborat: maiori verò difficultate eorum qui febricitāt cura perficitur, coniecturáque exquiſitiore opus habet. In principio enim aliena à natura ſalubriter euacuare cō ſueuit: ipſa videlicet natura vndiquaque ad ſuperfluum & incommodum reiiciendum cogente, quemadmodum in febrilibus morbis frequenter fieri videmus. Conuenit itaque rebus ſic ſtantibus, aut vſquequo natura omnem curam ſuam impenderit expectare, aut ipſius etiam motus adiuuare. Etenim obluctari & excretionis cohibitionem moliri, maiorem morbum facit: ſiquidem quæ cohibentur ſurſum perlata dolores capitis, aut phrenitidas, aut lethargos, aut parotidas inferunt planè pernicioſas. Quare in principio ea quæ in corporis cōmoditatē vtiliter excernuntur, minimè inhibere oportet. Poſtquam verò iam diutius perſeuerauerint fluxiones, non ſolùm ſuperflua euacuantes, verùm habitum veluti colliquantes, viréſque conſumentes: tunc ſanè reſiſtere eis oportet, tum per ea quæ per os ſumuntur, tum quæ per anum infundūtur, atque ea quæ forinſecus imponuntur. Si itaque billoſa pura recrementa prodierint, in magis ſalubria permutare ipſa oportet, non tamen per cohibitionem eos curare. Bilioſum enim tum in ventre, tum in ieiuno inteſtino aggregatum, atque poſt coaceruationem retentum, maximopere lædet, nam & ſtomachum ſubuertit, & viſceribus inflammationes infert, & ſitim accendit, & febres inſtaurat, omnéſq; prædictas affectiones in capite efficit, atque in totum grauiorem affectionē reddit. Lac igitur in tali incommoditate bubulum aut caprinum tepidū, recēs mulctum ac potatum auxiliatur, aut ad ignem decoctum, aſſiduéque agitatū, donec ad tertias ſit reductū; quod ipſum & per fluuiales ſilices, ferríque laminas igni candefactas ac in lacte extinctas fieri poteſt. Cæterùm in decoquendo ſuperſtantem concretionem ſiue ſpumam myſtro aut pinna auferre oportet. hoc enim nullum compendioſius remedium ad fluxiones bilioſas reperire poſſis. Quandoquidem autem febricitantibus lac ipſum in nidorem aut etiam acorem conuerti conſueuit, maiúſque nocumentū quàm commoditatem inferre, tunc ſanè in præſens ipſum exhibere vitabimus: aquæ verò quarta parte ad lac ipſū affuſa, decoctionē faciemus, donec dimidiū totius cōſumatur, atq; hoc modo exhibebim⁹. Et hæc quidē ad bilioſas fluxiones ſufficiāt: ad alias verò vbi ſufficiens iā euacuatio ſit facta, fluxióq; ipſa adhuc perſeueret,

irrigationes adhibeātur ex oleo omphacino,aut roſaceo,
aut melino cum vino:efficacius autem his myrteum eſt,
ſi vehementiori indigeat adſtrictione, tertia aut quarta
vini parte ei admixta. Quòd ſi robuſtiora corpora con-
tingant,gallæ,malicorium, cupreſſi pilulæ in ipſa irriga-
tione incoquantur.Cuminum etiam tritum lanæ conuo
lutæ infarciatur,& apii ſimiliter ſemen pari pondere:vri-
nam enim irritat,fluxionéſque ad inteſtina eò diuertit.
Cæterùm & ſedes ipſa ex decocto quopiam prædictorũ
adſtringētiũ foueatur. Perſeuerāte autē adhuc fluxione,
etiam cataplaſmatis ex palmis & acacia & alumine erit v-
tendum:ceratis item ex oleo myrteo apparatis.Cōueniũt
quoque emplaſtra ex eadem materia apparata. Parabile
verò & efficax hocce eſt: Mora præ immaturitate adhuc
acerbiora & albicantia ſeptē accipe, probéque contere:
deinde ceratum ex oleo omphacino apparatum, ita vt ce
ræ in eo vncia ſit,olei verò ſextans,adiice:vni,& vtere.I-
dem faciunt cruda mora exſiccata cum ouo trita ac illita.
Porrò inueteratæ iam affectioni epithema ex œnāthe cō-
uenit:& ex micis emplaſtrum in ſtomachicis deſcriptũ,
quod ſpumam argenti & ceruſſam admixtam habet : itē
reliqua quæ in Sermone de cœliaca affectione deſcriben
tur.In potu verò accepta.ventris fluxus, poſt ſufficientem
inutilium euacuationem,ſanant:Capilli veneris decoctũ,
paliuri folia,vinacei vuæ triti,ſpica nardi, ſpinæ albæ ra-
dix: quin & cœliacis & ſtomachicis eadem opitulantur.
Mora etiam immatura & adhuc acerba ad ſolem pluri-
bus diebus deſiccata,deinde trita & repoſita , vſúque ex-
petente bibita, magnum pharmacum alui reſtrictiuum
fiunt,vt ad diuturnas etiam cœliacas affectiones commo
dè exhibeantur,aliáſque omnes quæ fluidæ exiſtunt, at-
que etiam dyſenterias.cōtunduntur quoque, & obſoniis
admiſcentur , quemadmodum rhus culinarius conſue-
uit.Magis tamen aluum cohibent, rubi mora immatura
& acerba eodem modo exſiccata,& in potu exhibita.Illi-
tione autem optima ad fluidam aluum eiuſmodi vtaris:
Acaciæ,maſtiches,œnanthes,cuiuſque æquales partes ac-
cipe,ac vnumquodque per ſe contere,deindéque permi-
ſce,ac ſicca aſſerua. neceſſitate verò exigente ouo ſuba-
cta aluo illinito, faſciculúmque lanæ purpureæ imponi-
to & obligato.Malo verò adhuc perdurante,etiā dorſum
inde illinito.

Cura eorum qui ex debilitate,alui,fluxione laborant,
ex libris Galeni, Cap. XXXVI.

VNumquodque membrum propria actione perfun-
gitur,quum temperamentum ſuum iuxta naturā aſ-
ſeruat.Seruabitur autem temperamentum , ſi refrigere-
mus vbi ad caliditatem fuerit diuerſum : contráque ca-
lefaciamus refrigeratum : humectemus verò exſicca-
tum,& rurſus deſiccemus humectum. Iuxtáque eandem
proportionem etiam tractemus eos qui ex harum in-
temperierum complexu & coniugatione afficiuntur.
Oportet enim ſemper exceſſui contrarium opponere, vſ-
quequò ad moderationem,& in id quod iuxta naturam
habet,membrum ipſum reducatur. Ratione igitur edo-
ctus ſum,etiam octo differentias curationis imbecilli vē
tris eſſe. Calidæ intemperiei cura. Vidiſti nanque &
tuipſe aliquos quidem per diem vnam, quoſdam autem
ampliori ſpatio,frigidæ potu curatos: quorum aliquibus
non ſolùm recentem frigidam fontanam exhibui,ſed e-
tiam coctam & poſtea niue adobrutam & refrigeratam.
Edulia etiam hoc modo refrigerata eos accipere, vidiſti
me concedentem:maximè ſi à plurima caliditate vexarē
tur. Dedi autem & lactis ſpumam ſimiliter refrigeratam,
& frigida iuxta ipſorum vires poma eodem modo refri-
gerata:ptiſanam quoque citra ſalis aut alterius rei admi-
xtionem probè coctā, aliáque eius generis infinita : vni-
cum ſcopum refrigerandi propoſitum habens. Prohibui
autem ne abſinthium aut aliqua adſtringentia continge-
rent. Frigidæ intemperiei cura. Alios autem ex frigi-
da intemperie laborantes,ſimiliter ab adſtringentium v-
ſu prohibui,omnibus verò modis calefeci , vino veteri
facultatis plurimùm calidæ exhibito:itémque cibis cale-
facientibus cum pipere. Humidæ intemperiei curatio.
Quibuſdam verò humidam ventris intemperiem haben-
tibus,medicationis ſcopum in exſiccando feci, dedíque
eis edulia ex natura ſicca: carnes probè aſſatas,& paucum
potum.omniúmque adſtringentium vſus his conuenien-
tiſſimus exiſtit.in quibus enim humiditas multa ac velu-
ti mador circa affectum membrum adeſt , citra tamen
humorum vitiationem, ita vt quantitatis tantùm exceſ-
ſu affligant,ac veluti perſtillantem ipſum ventrem red-
dant,in his commodiſſimus exiſtit ciborum ac potuum,
itémque pharmacorum adſtringentium vſus: exoluto ni
mirũ ac languido tũc facto ægroto mēbro. Cura ven-
tris ob ſiccitatem immodicè fluidi. Alium autem ſicciſ
ſimum iam factum, vt tabidis ſimillimam figuram ha-
beret,in contrarium omnino habitum deductum cura-
ui.Huic, quum in principio exigua intemperie vexare-
tur,à ſiccitate videlicet humectatione indigente,medici
qui eum curandum ſuſceperant,abſinthium bibendum
dederunt, maláque cotonea, ac ſimilia in cibo: extrinſe-
cúſque ſimiliter adſtringentia adhibuerunt, atque hoc
modo totum aridum hominem reddiderunt. Hunc i-
pſum nos curauimus vniuerſo corpore eius omnibus mo
dis humectato . Qualis autem eſt ſenectus in ſanis, talis
eſt ſicca intēperies in ægris: vt etiam incurabilis exiſtat,
vbi perfectè compleatur.Perfectum autem complemen-
tum in hoc eſt , ſi ſolida ſubſtantia ſimilarium corporũ,
aridior fiat. Eſt autem & altera quædam ſiccitas eorum
corporum,quæ ex ſubſtantia humore compacta conſtat,
velut eſt caro & pinguedo. Alia etiam tertia ſiccitas eſt,
quum humiditas ex qua membra connutriuntur,eſt de-
perdita. Circunfunditur autem ea ipſa humiditas circa
omnes animantis partes inſtar roris in ipſis diſperſa,
quam impoſſibile eſt ipſis membris apponere citra nu-
trimentum:quare difficillima omnium huius affectionis
cura exiſtit. Alia autem ſiccitas eſt,quæ circa paruas ar-
terias ac venas cuique membro proprias conſiſtit: hæc i-
pſa ob ſanguinis penuriā cōtingit. Omnes verò has ſicci
tatis ſpecies extremè offendũt auſterorũ ciborũ ac potuũ
pharmacorúmque exhibitiones. conſumunt enim e-
tiam ſiquid in ipſis innati ac inſiti humoris relinquatur,
partim quidem exhaurientes, partim verò exprimentes
per meatus in interiorem latitudinem alui,partim etiam
ad alia membra depellentes. Curare igitur has ſiccitates
conuenit,tum concluſos meatus laxando, tum quod ad
circumiacentes partes depulſum eſt, attrahendo, per hu-
mectantémque cibum vnumquodque ſimilare mem-
brum propria humiditate replendo:quemadmodum nos
arefactum penitus à medicis hominem curauimus. Bal-
neum itaque temperatiſſimum his conuenit : ita vt æger
aliquandiu in temperata aqua moretur. Præſtat autem
prope exteriores balnei fores calidæ ſolium locari:neque
enim aëre omnino ad ipſos indigemus . Oportet etiam
geſtando ipſum in balneũ inducere atque inde educere:
deinde ex oleo antequā induatur inungere. A balneo ve
rò ſtatim lac aſininum recèns mulctum exhibendũ,aſina
in domum in qua decumbit æger deducta : pauciſſimo
enim tempore in ambiente aëre lac ipſum morari opor-
tet. Parum etiam mellis optimi tepidi lacti admiſcen-
dum: atque ita vſque ad ſecundum balneum quieſcen-
dum. Poſtea verò mediocriter & accuratè fricatum, ſecũ
dò lauabimus,diligenti coniectura tum ex ructibus tum
ex ventris tumore facta,an exhibitus cibus ſit ritè confe
ctus. modicum verò tempus à primo balneo vſque ad ſe
cundum intercedat,horarum IIII.aut V.puto, maximè ſi
tertiò etiam ipſum lauare velis:id ſi non velis,non refert
etiam plurium.Lauabis autem tertiò,ſi aſſuetus ſit balneis
plurimis vti:& hoc ſanè minimè negligamus, quò à ſin-
gulis balneis priuſquam induatur,oleo eum inungamus.
Cæterùm ſi lactis vſu delectetur,etiam à ſecundo balneo
ipſum propinabimus:ſi verò non, ptiſanam probè deco-
ctam,aut alicam inſtar ptiſanæ decoctam dabimus,indé-
que ſtatim rurſus quieſcere iuſſum,poſtea in tertium bal-
neum ducemus:aut contrà, ad cœnam,ſi lauare non ve-
lit.Panis ei præparetur clibanites, purus, recens , probè
aſſatus , fermentum & ſalem mediocriter admixta ha-
bens . Pro obſonio ſit piſcium quiſpiam petroſis aquis
degentiũ,aut aſellus ex iure albo. Atqui & alæ & teſticuli

gallinaceorum lacte nutritorum conueniunt:perdices itẽ ac paſſeres montani ac molles carnes habentes. Verùm quæ in paluſtribus ac fluminibus degunt,vitanda:omniáque duras habentia carnes,& graueolentia,pinguiáque & fibris referta:&,vt ſummatim dicam,caput cibi ſit vt bene nutriat,& facilè concoquatur,miniméque viſcoſus ſit, neque ſuperfluitatibus abundet.In potu ſumat vinum album colore,tenuéque ſubſtantia,& modicè omnino adſtringens,purúmque & parum aquæ ferens : quo nomine accipi volo id quod quũ temperatur,modicã omnino aquæ admixtionem perferre poteſt.Scopus autẽ quantitatis potus,in hoc ſit propoſitus vt nunquam ventriculo innatet, neque fluctuationis aliquem ſenſum faciat.In cibis verò ſpectetur,vt, quantum poſſibile ſit,ventrem nõ grauent,celeriter concoquantur,& inflationem non pariant. atque hoc ſanè modo maxima corporis ſiccitas curatur. Quum verò mediocris ſiccitas exiſtit,vtpote quum vires non extremè ſunt collapſæ, pleniorem diætam ſufficere expedit. Proponatur autem ſiccitas ſimilis quidem prædictæ,cum qua tamen frigiditas ſit coniugata. Intantum igitur prædictis ex calefacientiũ ſylua miſcebimus, quãtum membra fuerint refrigerata.Ponatur autẽ primùm, mediocriter ipſa eſſe refrigerata:apponemus itaque paulo antedictis,in lactis quidẽ vſu plus mellis : in vini verò vſu, idẽ quidẽ genere dabimꝰ, minꝰ autẽ priore aquoſũ, &pluriũ annorum.Cæterùm & edulia omnia calidiora exhibenda,non ſolùm ex naturali temperatura, ſed à recenti etiam qualitate.Ex vnguento etiam nardino aſſiduè vẽtrem inũgemus vt nũquam aridus fiat:ſi verò nardinum non adſit, maſtichino erit vtendum. Sed & ipſam maſtichen cum nardino vnguẽto terere licebit,lanámque purpuream ex eis imbutã ad vẽtrem adhibere.Si verò frigiditas multa intemperiei ſiccæ copuletur,vt cogat ferè ad vberius calefaciendum, primùm quidem affectionem grauiſſimam eſſe ſcito,& quæ difficulter corrigi poteſt, multáque diligẽtia opus habet. vbi verò iiſdem vſi fuerimus quæ ad mediocrem frigiditatem ſunt deſcripta, ſperamus ſanè (quãquam longiori temporis tractu) nos affectionem ſanaturos:ita tamen vt vehementer calefaciẽtibus abſtineamus. Demus autem amplius quiddam ex melle deſpumato vnà cum lacte, atque etiam ipſum per ſe ampliori modo:itémque decoctum ac in paſtillos redactum.vinum verò vetuſtius eis eligendum.Optimum autem pharmacum in omnibus his,quo frequenter picatores vtuntur, exiſtit. Eo itaque vniuerſum ventrem illinire oportet,atque mox priuſquam refrigeſcat auellere: verùm hoc non ſæpe in die,quorundam more,facere oportet. diſcutit enim hoc modo,nõ verò bono ſanguine mẽbrum ipſum replet:nos autem non diſcutiẽdi gratia, ſed ob ſanguinem bonum ex vicinis partibus attrahendum, eius vſum approbamus. Auxiliatur etiam omnibus his puellus carnoſus dormientibus acclinatus,ita vt ſuperiorẽ ventrem ſemper contingat. Quòd ſi ex ordine multæ ſiccitati caliditas non valde multa miſceatur : in hac primam victus rationem ſeruabimus,ita vt mel prorſum nõ guſtent:vinum verò minimè vetus accipiant, quod ſit album & tenue,& ætate annum non excedat.Edulia etiam tepida exhibebimus quæ lactoſa, *hoc eſt lactei teporis* appellantur,ſi hyems adſit:in æſtate verò, velut aquæ fontanæ conueniunt edulia,quæ non ſummè frigida ſunt. ventrẽ quoque omphacino aut melino oleo illinemus. Si verò maior caliditas adſit,etiam dilutiorem vini temperaturam faciemus, frigidúmque dabimus, quemadmodum fontana aqua in medio vere eſſe ſolet. Noſſe tamen operæpretium eſt,febrium ſimilem hanc affectionem eſſe, atque ſiquis contentioſius eos refrigeret, periculo non vacare.

De cœliaca affectione, Archigenis, Cap. XXXVII.

NON omnis ventris fluxus cœliaca affectio propriè appellatur:neq; enim ſi cibi crudi & incocti infernè prodeunt, neque ſi corrupti ac in peregrinum habitum mutati ſunt,cœliaca affectio vocatur : verùm tunc ſolùm quũ læuia & humecta excremẽta egeruntur:vẽtre præ imbecillitate ea digerere nequeunte. Sequitur autem ipſos

A aſſidua egeſtio,aliquãdo fœtida cum animi deliquii ſenſu:aliquando verò etiam ſanguis flauus ac tenuis vnà cum iis quæ egeruntur deſtillat:& ob eam cauſam cibum auerſantur,decoloréſque & vehementer graciles fiunt, corrugata inſuper eorum vniuerſa cute:& venæ ſanè quæ in ventrem deferũtur,liueſcunt:& ad magnam omnino deſperationem res deuenit, ſi morbus diutius duret, ægris ad conuenientem diætam pigreſcentibus. Si itaque morbus autumno incipiẽs ad hyemem vſque ſe extendat, difficilius omnino curatur.Cauſæ autem affectionis ſunt,aſ-

B ſiduæ cibi corruptiones,& peregrinorum eduliorũ ingeſtiones:amplius autem ſi frigiditas aut vehemẽs ardor inſiſtat.ſimiliter etiam plagæ ventrem lædunt:& in morbis quoque longis,venter malè affectus affectioni huic obnoxius fit.A medicinæ quoque purgãtis potione quidã in cœliacam affectionem inciderunt.Noſſe tamen oportet, quòd aliquãdo quidẽ per circuitꝰ malũ hoc affligit,tẽporibus quibuſdã aluo reſtitãte:quibuſdã verò ordinatè per certas horas fluẽte:aliquãdo verò inceſſãter apparet.Quin &hoc noſſe oportet,quòd ſæpe nõ ſolùm permanet appetitus,verumetiam amplius augeſcit:& ob id corruptioni-

C bus aceruatim pérque vices factis,omnia mala augeſcũt. Recente igitur morbo,diligenter inueſtigandæ ſunt ipſiꝰ cauſæ,vt ab eis maximè nos aſſeruemus.Siue igitur corruptiones præceſſerint, cauendum ne amplius fiant, ſimúlque vitioſi humores ex eis generati euacuandi : ſiue peregrinorum eduliorum ingeſtio cauſa exiſtat, ea ipſa auferre oportet:ſiue labor,aut fatigatio,aut aliud quippiã ex prædictis,ab eis ſimiliter abſtinendum eſt,ægrique in quiete adſeruandi: atque ſi ferre queant, in inedia, aut

D certè omnino modico cibi vſu.Aliquando autem etiam larga potione vtendum,ægérque ad reuomendum cogẽdus:maximè ſi humores in vẽtre collectos perceptemus. Deinde attentè exquiſitæ diætæ inſiſtendum,donec affectio intotum tollatur. Conſiſtit autem exquiſita diæta in electione qualitatis ciborum. Quòd ſi tamen in principio difficilis apparaat morbus,etiam reliquis præſidiis vtendum.Primùm igitur media inſpicienda ſunt, atque ſi inflammatio aut ſimilis inflammationi diſpoſitio circa ventrem reperiatur, cataplaſmatis vtendum eſt quæ ex

E profeſſo inflammationem ſoluũt,ac fluxus retrahunt : qua in re,palmæ commodè ſemini lini admiſcentur. Cæterùm cataplaſmata ipſa minimè calida apponere oportet: ſed tepida ſaltem.atque ſi intendere eorum vim velis, acaciæ quippiam & hypociſthidis,aut malorum cotoneorum,aut aluminis rectè admiſcueris. Magnificè autem proſunt lentiſcus & rubus ſimul cocta. acetũ quoque mulſum appoſitè in cataplaſmatum cocturã aſſumitur. Summè verò commodam vtrique affectioni nouimus loliaceam farinam ſimul cum eis incoctam.Inflatione autem

F plurima infeſtante,cuminum aceto mulſo inſpergimus, rutámque & anethum.Manifeſtum eſt autem quòd ad cataplaſmatum retentionem,quò contentius inhæreant, etiam roſaceum adhibemus, ac parum vini : ampliúſque lentiſcinum,aut œnanthinum, aut myrſininum. oportet autem lana excepta ipſa imponere. Cæterùm optimum ad ipſos tale cataplaſma exiſtit:Malis maximè cotoneis,& palmis,abſinthiique coma in vino decoctis, vinũ ipſum percolatur,ac ſapæ Creticæ tertia pars ei affunditur:deinde ſimul calefactis polenta tenuis inſpergitur, & abſque

G oleo decoquitur.oleum verò quo venter illinitur ſit melinum.Poſt cataplaſmata conuenient cerata ex myrſinino aut lentiſcino oleo apparata:quæ tamen ex adſtringẽtibus quædam habeant admixta,ex acacia dico,& quæ eius generis exiſtunt. Aptiſſimum etiam his ceratum eſt ex oleo myrſinino apparatum, quod mora immatura ac acerba trita,parúmque ſanguinariæ,habet admixta. Porrò vbi diuturnum fuerit malum, etiam ad malagmata tranſeundum eſt.ſummopere verò concinnum eis vide-

H tur,quod ex ſeminibus conſtat,& ad colicos eſt præſcriptum:itémque quod ex lauri baccis, quod ad aquam inter cutem deſcribetur. poſtea etiam adhibenda ea quæ vehemẽter rubefaciunt cutem.Quòd ſi affectio adhuc intẽdatur, etiam dropaces adhibẽdi medicamẽtaria vi præcellentes,bituménque habentes & adarcen: poſt dropacẽ

verò,morſum balneo ſecundum calliditatem mordaciore
curare oportet:duabúſq; poſt dropacis amotionē horis ſi
napiſmi adhibendi ex ſinapi & caricis: ita vt modico tē-
pore impoſitos ſinamus,oleóque inde ad locum circum-
fuſo,ad balneum ducamus. Atque id ſemel facere non
ſufficit,ſed bis ac ter: neque enim hoc ipſo aliud effica-
cius remedium in prædicta corporis cōſtitutione appara
ri poteſt:& ob hoc nō multo tēpore inhærere id oportet,
ne loco nimiū exuſto,ſecūda & tertia hui⁹ præſidii admo
tio prohibeatur.Mirabiliter etiā vomit⁹ efficaces ſunt, tū
à cœna,tū à ieunio facti:nimirū quæ corrupta ſunt euacuā
tes,& quæ ad inteſtina dilapſa ſunt attrahētes & cōuerrē-
tes,ac proprias vētris actiones reuocātes.Si verò liceret ab
his ad eos qui à raphanis fiunt tranſire, maiore compen-
dio affectio ipſa expugnaretur.Quidam etiam veratri al-
bi purgatione vſi ſunt:& ſi ſubiectæ vires eius auxilii ſint
capaces, præ omnibus huius vſus eligatur. Ego verò ad
cœliacos priuſquam vires extremè deficiant, purgatione
humori conuenienti vtor. Aliquando autē medicati qui-
dam & acres,aut etiam ſeroſi humores tuniculis ventris
aut magis inteſtinorum infarti aut imbibiti,rodunt & ir-
ritant,atque ex omni corpore humores ad locos circa vē
trem & inteſtina aduocant,diuturnarúmque fluxionum
cauſa fiunt.Cæterùm ex egeſtis recrementis & ex conſe-
quentibus acceſſionibus,affligentis humoris ſpeciem cō
iectare oportet,atque ita conuenientem exhibere purga-
tionem.Præſtabilius tamen eſt picræ ex aloe compoſitio
ni,ſcammoniæ ſcrup.I.aut amplius,ſi vires tolerēt,admi-
ſcere, & cum aqua mulſa præbere. quòd ſi ex atra bile ſit
humor infeſtans, epithymum adiicere oportet, & poſt
affligentis humoris euacuationem, eis vti quæ affectis
membris firmitatem addere poſſunt:cuius generis ſunt
ex malo Punico eclegmata,ad ſtomachi ſubuerſiones de-
ſcripta.Illud etiam notatu dignū, quòd aliquibus fluxio-
nes ex adſtringentium vſu oboriuntur: ventre nimirum
ab ipſis læſo propter imbecillitatem aut mollitiem ſen-
ſus.Vtimur autem,inquit Archigenes, ad alui fluxiones
hiera mea,drach.II.ex ea exhibitis ad eorum quæ in ven-
tre ac inteſtinis incident deterſionem:vt nullum enim a-
liud,hæc ipſa quamrectiſſimè emendat & corrigit: dein-
de theriaca vtor.Vtor etiam,inquit,zopyrio mea ad coli-
cos deſcripta,ad fabæ magnitudinem ex ea præbens cum
duobus cyathis paſſi veteris, aut aceti mulſi boni paulo
ante horam cibi ſumendi,ad dies ex ordine XV. deinde
vbi ab eius exhibitione per V. dies quieuero, rurſus exhi-
beo ad dies X. atque hoc tandiu facio donec non amplius
opus habeat æger.Præſtat etiam exhibere quæ ex duobus
piperis generibus conſtat,compoſitionem. Omnino igi-
tur ſimplicia pharmaca & facilè digeſtibiles cibos exhi-
bere oportet debili exiſtente aluo:ſi verò febricitēt etiā,
eo magis aſtringentium ſylua erit vitanda.Quòd ſi tamē
prædicta remedia circa affectionis ſolutionem nihil effi-
ciant,vſtio aſſumatur.Perurere autem ſuperiorem ventrē
oportet,interuallis duorum digitorū menſura aut am-
plioribus etiam factis,vlcerationéſque ſeruare ad multū
tempus,ad fluxionum in ventre tranſitum ac deriuatio-
nem.Licet autem & per pharmacum cruſtas infligere, ſi
quis ignis admotionem formidet. Poſtremum quidem
igitur locum inter prædicta remedia vſtio habet,propter
nimiam ſeueritatem: ſiquis tamen virili animo prædi-
tus ſit, priuſquam concidant vires, poſt præſidiorum fir-
mitatem addentium vſum, quodam modo vſtione vti
poteſt,quæ ſola ſe affectionis difficultati opponere con-
ſueuit.Atque huiuſmodi quidem eſt quæ forinſecus cœ-
liacis adhibetur cura.Operæpretium eſt autem & per ad-
ſtringentes potus auxilium ferre,vbi humiditas imbecil
litatis cauſa exiſtat ac fluxionum. Plātaginis itaque ſemē
ſiccum tritum ac potatum præclarè facit,tum per ſe tum
aliis etiam admixtis.Quidam etiam gallinarum ventri-
culis vtuntur exiccatis ac tritis potui inſperſis. Eandem
efficaciam & ſtruthocamelorum ventriculi habere cre-
duntur.Proderit & lapathi ſemen tritum, maximè verò
oxylapathi.Cornu item cerui tenerrimum vſtum,cū mo-
dica galla præbe bibendum:aut nucum iuglandium cor-
ticem quo tinctores vtuntur,ſiccum tritū,cochlearii mē-
A ſura ex aqua præbe:aut quercinam glandem contuſam ac
cribratam cochlearii menſura,inſtar farinæ vino auſtero
inſperge,ac exhibe:aut cancri marini vel fluuiatilis teſtā
vſtam cochlearii menſura præbe cum aqua; aut thuris
granum fabæ magnitudine in vini nigri cyatho vno diſ-
ſolutum,ſanguinariæ ſucco pari menſura admixto præ-
be:aut gummis albi vermiculati vnc.I.tritam ex vini ni
gri cyathis tribus præbe:aut vuarum paſſarum vinaceos,
ſiue etiam vuarum torrefactos, exhibe cum polenta:aut
canis ſtercus ſiccum,cum quodam odorato:aut plantagi-
B nem ſiccam contuſam & cribratam dato: aut bituminis
quantum ſatis eſſe exiſtimas,deglutiendum præbeto.Bo
num eſt etiam corticis quercinæ glādis decoctum:itém-
que pelliculæ decoctū,quæ ſub cortice quercus reperitur
Caſtaneæ corticis decoctū, aſpalathi decoctum, radicis
pæoniæ decoctum,atque ipſa etiam radix ſicca trita po-
tui inſperſa:corticis loti arboris decoctum. Capitum itē
papaueris torrefactorum drach.I.ante ſomnum cum vi-
no diluto potata.quin & ſemen capitum papaueris tritū
exhibitum egregiè auxiliatur. Mirabiliter autem acerba
C & immatura mora proſunt ſicca trita in potu exhibita:
quemadmodum de alui fluxione eſt prædictum: eodem
modo & rubi mora immatura & acerba exhibēda. Vten-
dum & ſimplicioribus ad dyſentericos deſcriptis medi-
camentis,maximè iis quæ ex pomis ſunt apparata. Com-
moda ſunt quoque ea quæ vrinam cient,fluxionem ſæpe
transferentia:velut eſt apium,fœniculum,aniſum,adian-
tum,acorus,damaſonii foliorum drach.I.& quæ eis pote-
ſtate aſſimilantur. Ex compoſitis prodeſt paſtillus Thra-
ſiandri,& qui ex ſeminibus conſtat, ad dyſentericos ſcri
D pti. paſtillus item ex ſpina & ex electro, ad ſanguinē per
ſputum reiicientes deſcripti.Omnium verò maximè an-
tidotus theriace ex viperis conſtans prodeſt: multóque
adhuc magis quæ Eſdræ inſcribitur:efficaciter enim au-
xiliatur.Mirificè quoque cœliacis conducit antidotus de-
ſpoſynos appellata,cuius compoſitio hæc eſt: Spicæ nar-
di,cinnamomi,piperis,coſti,hyoſcyami,croci,ſeminis pa
paueris,opii,omnia æquali pondere accipito,contundito
& cribrato,ac cum melle vnito.Datur ex ea duorum ſcru-
pulorum pondus ex vino. Oribaſii,ad cœliacos. Bacca-
E rum myrti nigrarum cochleare vnum & dimidium,roſa-
rum ſiccatum,œnanthes,ſingulorum cochlearium dimi-
dium,palmarum carne ſufficienti excipe,& paſtillos in-
forma,ac exhibe drach.I.cum aqua aut vino dilutius tē-
perato iis qui febribus carent. Aliud,ad cœliacos. Lau
ri virgulta III. piperis grana vigintiquatuor, cumini gra-
na quinquagintavnum:contere,ac præbe febre carētibus
cum vino, febricitantibus cum aqua:pro vna autem vi-
ce hæc in potu ſumuntur. Cæterùm ſimplicia & antidoti
opportunè ante cibum exhibentur:paſtillus autem dolo-
F rē leuans,ante ſomnū. Malagmate verò concoctorio,in
alui fluore per omnia huiuſmodi vtaris: Bdellii,ammo
niaci,thymiamatis,canchryos,cuiuſque ſeſquiunciam,o-
popanacis drach.VI.ſtyracis drach.VI.myrrhæ ſeſquidra-
chmam,piperis grana centum & triginta,galbani drach.
ſeptem,terebinthinæ drach.ſeptem,ceræ drachmas trede
cim & dimidiam,adipis ſuilli drachmas ſedecim. Sicciſ-
ſima conterito & cribrato:molliora verò in pila tundito,
ac ſicca inſpergito:pila itémque piſtillo ex vnguento iri-
no illitis,vt molle ad tactū & glutinoſum reddatur. Ver-
G mes autem terreni in teſta ad cinerem exuſti, & ieiunis
cum vino exhibiti,ventris fluxiones ſiſtunt: eorū itaque
tres aut quinque exhibeto. Porrò cognitu digniſſimū &
hoc eſt:infinita ſcilicet remedia hoc nomine prædicata
eſſe quòd aluum ſiſtere poſſint: verùm ſeri profectus eſt
omnium meminiſſe:& cauendum etiam ne nimium lar-
gus fiat eorum vſus: quanquam plurimi omnino morbi
ab aceruata pharmacorum viciſſitudine delentur, qui a-
liâs non facilè hominem relinquant, ſi diæta ſolùm ex-
quiſita vtatur. Vna autem tutiſſima & compēdioſiſſima
H via,ad affectionis extirpationem diæta exiſtit. Diæta
cœliacorum. Cœliacum oportet mox vbi à ſomno ſurre
xerit faciémque proluerit,ad deambulationem prodire,
ita vt pro viribus progrediatur.Deinde fricationem ſim-
pliciorem adhibere,parce videlicet & minimè contentē

fricando,maximè ventrem: oleo verò quo confricatur, canchry & pyrethrum incoquantur, quo poſtea deterſo, corpus ex oleo dulci impinguetur.Balneo autem vtplurimùm renuntiamus: aliquando tamen ad laſſitudinis vel alicuius alterius rei medelam ipſo vtimur.In balneo verò ſmegmate quopiam vtatur,quod cutem lancinare ac pertundere poteſt,velut eſt nitrum aſſatum,fæx vini vſta, & quæ eius generis exiſtunt. Ab inunctionibus & balneo prandendum eſt:perſpiciendum verò,ſi quicquam aliud, vt cibum diuidamus.Duas itaque tertias partes cibi,in cœnam reſeruet,atque ipſum etiam qui in prandio exhibetur panem dimidiatum per ſe ſumat: reliquum verò cum obſonio ſimplici.Frumentaceum enim alimentum,naturæ homini maximè conuenientis,exiſtit.Oleribus autem rarò veſcatur:inflationes enim pariunt. Minimè apti ſunt etiam omnes arborũ fructus,inſuauibus humoribus ventrem & ſtomachum replentes. Cæterùm à prandio deambulationibus indulgendum, & animi aliqua laxamenta adhibenda.ſomni enim diuturni, nocentiſſimi ſunt, niſi laſſationis ſenſus adſit,aut nox vigilata præceſſit: veſperi autem à cœna dormiat.Ex frumentaceis igitur cõueniũt panis clibanites,alica,oryza:verùm ſorbitiones ex milio non probo,quum concoctu difficiles & vitioſos humores milium producat. Ex leguminibus non inepta eſt lẽticula aſſata, & cum plantagine cocta: vtile eſt & palmas ſorbitionibus incoquere,malàque cotonea,eiſque ſimili vi prædita.Ex oleribus braſſica eligatur duabus aquis decocta,cum oleo ac modico garo, pauciſſimóque aceto: intubus item coctus & cichorium,paſtinacáque valde excocta cum ſimplici liquamento. Varietatis autem gratia eis etiam carnes exhibẽdæ,ex gallinis,columbis,aut paſſerculis montanis,ex pedeſtribus etiam tenerrimæ & friabiliores,coctæ omnes,concoctis ſimul quibuſdam fructibus,aut pomis,aut myrti baccis.Bellaria modicè præbẽda,velut ſunt amygdalæ,palmæ,nuces, atque ea voluptatis gratia tãtùm ac dulcoris deguſtãda.Fructus ſint minimè inflantes:vua modica penſilis:in pomis ac piris ſimilibúſque mediocritas ſeruanda,atque hi ipſi cum pane exhibendi. Vinum conuenit ſubadſtringens. Omnis autem liquor qui in potu exhibetur,paucus ſit, & poſt omnem cibum præbeatur.Multus enim potus,ventris fluxionibus infenſiſſimus exiſtit. Noſſe tamen oportet quòd in iis qui cum mordacitate fluxionibus infeſtantur,optimè facit lactis potus:ita vt in principio calidum ac recens mulctum detur:poſtea verò ad medietatem decoctum aut etiam ad tertias quemadmodũ in alui profluuio eſt prædictum.hoc enim modo exhibitum ſimul ſiſtit ac temperat fluxiones.Cæterùm in quibus lac ipſum in nidoroſam aut acidam qualitatem permutatur,quartã partem aquæ affundito,prædictóq; modo decoquito ac exhibeto.

De colliquatione, Cap. XXXVIII.

QVVM verò per vẽtrẽ quiddam excernitur quod nõ ab accepto cibo aut potu prodit,ſed ab humoribus ex corpore in ventrem defluẽtibus,aſſimilatúrque ei quæ tum per vomitum reiicitur,tum infernè procedit, flauæ bili:differt autem ab ea tum graueolentia, tum quòd flauius quodammodo excrementum apparet, ſtrigmentitiámque craſſitudinem habet:aliquando verò & oleoſum aut adipoſum exiſtit: colliquatio morbus is & ſyntexis vocatur.Recens enim compacta ſubſtantia pinguedinis ác carnis,ab ardenti febre reſoluitur & colliquatur. Diutiꝰ verò perſeuerãte malo,ex ipſis etiã ſolidis partibus aliquid colliqueſcit:in qua peſſima febricula frigidæ puriſſimæ frequens potus remedio exiſtit:eiuſdem etiam qualitatis cataplaſmata & epithemata ad pectus & præcordia adhibere oportet.Cibi quoque refrigerantes exhibendi: reliquáque quemadmodum in æſtuantibus,ac in habitũ conuerſis febribus dictum eſt,facienda. Quòd ſi in viſcerum inflammatione hoc contingat,valde periculoſa affectio eſt,& cum prædictione remediis prædictis vti oportet. Porrò ſi acre ſit ac mordax quod excernitur,inteſtinãque inde igneſcant,mordacitatem lenire oportet per infuſiones,vbi vrgeat malum,nullo exacerbationum reſpectu habito,præterquam circa initium acceſſionis.Infunditur autem ſuccus oryzæ ad tactum tepidioris,itémque

A lac tepens.Si verò mordacitas cum tormine contingat, ptiſanæ ſuccus infundendus eſt cum ouis crudis ac conquaſſatis,admixto roſaceo:aliquando verò bituminis etiam drach.1.admiſcenda. Quòd ſi dolor adhuc perſeueret, bis ac ter etiam prædicta infundantur.Cõuenit quoque his lac potatum,ad quod quarta aquæ pars eſt affuſa, quemadmodum dictum eſt, decoctione ad tertias facta.

De lumbricis, ex Herodoto, Cap. XXXIX.

LVmbrici & in febribus,& citra febres naſcũtur, tum multitudine,tum magnitudine,tum colore, tum tẽ- B poribus etiam differentes.Circa initia enim morborum generati,ſubſtantiam ſuam(ex ſubiacente corruptione capiunt:circa vigorem verò,ex malitia morbi: circa declinationem autẽ,ex permutatione omnium in melius, qui ſanè citius ſeparantur:natura enim ipſos, reliquorum recrementorum inſtar,foras propellit. Cẽſentur autem peiores ex ipſis maiores minoribus,paucis multi,& albis rubri,viuentes etiam mortuis deteriores.In infantibus autem & pueris,atque iis qui ad pubertatem accedunt,maximè abundant. Cæterùm hoc malo affectos,incredibilis C morſus ſtomachi ac ventris concomitatur, tuſſiculǽque tenuiſſimæ ac frequenter irritantes, quum tamen nihil reiiciatur. In ſomno tremunt & præter rationem exurgunt.Quidam verò & linguam foras protrudunt, oculóſque claudunt,ac taciturni ſunt,excitantéſque moleſtè ferunt,ob imbecillitatem vigilare nequeuntes.Quidam autem oculos ſanguine ſuffuſos habent,& pulſum inæqualẽ, obſcurum,deficientem & recurrentem. Quibuſdam etiã appetitus perditio accedit.Pueris inſuper dum dormiũt D manducatio linguæ,cum exertione,cui accedit cõformatio oris in modum lactentium aut accipientium cibum. verùm hæc pauco tempore & per interualla fiunt. Aliqui verò infantes cum clamore præter rationem exurgunt, citóque rurſus collabuntur. Aliqui etiam dentibus frendent:quod contingere veriſimile eſt,animalculis attrahẽtibus cibum,mordentibúſque ventrem ac inteſtina. Iam verò & ad ſtomachum quoſdam proceſſiſſe conſtat,nauſearúmque & morſuum fuiſſe cauſas. Sæpe etiam per ſe E ſurſum reiectantur:aliquando verò cum pituitoſo quopiã humore. Quidam etiam infantes neglecti, motu pulſus deſtituuntur,ac refrigerantur,atque eorum inſtar qui animo linquuntur,tenuem quendam ac frigidum ſudorem exudant,& vtplurimùm liueſcunt. Contingit autem aliquando faciem fieri rubicũdam,maximè circa malas: verùm color hic rurſus in pallorem ſolito maiorẽ tranſit. Alii autem inſtar delirantium peregrina in ſomnis loquũtur: alii decubitum tranſmutant continuè dormientes, angoréque vexantur, ex locóque ad locum ſeſe viciſſim F proiectant.Verùm paucos omnino ex ipſis morſum confiteri conſtat. plerique enim in mentis inopia ac taciturnitate degunt.Porrò qui à rotundis lumbricis infeſtantur etiam cibum auerſantur,& ſiquid acceperint, reuomunt, aut nauſeabũdi vix deglutire poſſunt. Febres in eos cum vehementi extremarum partium refrigeratione irruũt. Quibuſdã autẽ venter ad tympani modũ inflatur. Ex Hippocrate. Lũbrici circa aluũ his ſignis deprehendũtur: ſi ſomnolẽti ſint nõ permittente morbo,& extremæ partes frigidæ,& cordis ſiue oris ventriculi dolor, vrinæ cõturbatæ,& lingua humectetur.Item qui animalculis in G ventriculo abundant,ſputo replentur: & ſi tenuis quiſpiã prodierit lumbriculus,amplius non ſpuunt. Quicunque igitur in ore ventriculi lumbricos habent, ferè in totum ipſos vomitu reiectant.Quibus verò in inteſtinis inſunt, ipſos infernè excernunt.Omnes autem nauſeabũdi ſunt, vomúntque quæcunque acceperunt.Iis qui punguntur, ſimiles ſunt:totóq; corpore cõtrahuntur,& repentè aceruatimque mouẽtur,ac tormina accuſant, interaneorúmque dolores.Euaporationes quoque ad caput delatæ, vertigines inducunt.Quin & diæta quæ præceſſit, oſtendet tibi H lumbricorum generationem:ex craſſioribus nimirum & quæ difficulter conficiuntur,& largius ingeſtis, & maximè frumentaceis contingentem:quos item balneis à cibo vſos fuiſſe comperies. Cæterùm cura ipſorum,alia cõmunis eſt & cum ea quæ febricitantibus conuenit coincidens:alia verò eis propriè conducit. Quum igitur am-

bigua adhuc affectio exiſtit,& rationabilis quædam ſuſpicio adeſt,incerta tamen neque planè comperta, mitioribus ſanè remediis vti oportet: ab acrioribus enim febres magis exacuuntur,ſi affectionem falſò habuerimus ſuſpectam. Vbi verò conſtans ac euidēs cognitio contigerit,ad tempora morbi animum intendere oportet. Ad eos enim qui circa primas horas naſcuntur,acrioribus remediis eſt vtendum:& magis vtique,ſi iuxta declinationem totius morbi apparuerint. Eos verò qui vigēte morbo apparent,mitius curabimus:atque id eo magis,ſi inflammationes & tenſiones viſcerum concomitentur. His igitur cataplaſmata adhibeantur ex ſemine lini,craſſiore lupini farina pari menſura admixta. In potu,pueris ante cibum myxarum decoctum admixta mentha præbeatur: eis autem qui ad integram ætatem peruenerunt, abſinthii aut abrotoni cremor. Vtriſque verò etiam ſi febricitent,etſi trimeſtres tantùm infantes exiſtant,vermes terreni cum ſapa confidenter,exhibeantur: ſi verò ſapam nō admittant,cum hydromelite,aut vt libet præbeto, nihil veritus, neque vtilitate contempta,ſeptem numero dato. Quòd ſi non nuda ſit ſuſpicio,ſed certa deprehenſio lūbricorum,cataplaſma ex lupinorum farina in hydromelite decocta imponendum:cui aliquando etiam bryoniæ radix adiiciatur. Vmbilicus autem felle taurino expleatur,aut melanthio cum lacte muliebri trito, aut abſinthio,aut abrotono,aut bryonia,pinguib⁹ ficub⁹ admixtis. Spina verò vniuerſa,ex medulla ceruina inungatur. in potu etiam his vermes terreni ſeptem cocti ac triti cum ſapa præbeantur,aut,vt libet,aliàs tenuiſſimè triti. Efficax eſt & abrotonum,& ſantonicum,& abſinthium decoctū, vnumquodque aut cum ficubus aut palmis exhibitum. Aliquando autem hæc contuſa & cribrata, & cum melle in catapotia redacta,deglutienda præbemus. Dari poteſt etiam chamæmelorum decoctum cum modico roſaceo:vehementer enim efficax exiſtit. Egregiè quoque facit Cretica ſapa cum roſaceo potata. Aliud. Nuces pineas in aqua calida macerato,teritóque ac roſacei cyathū vnum affundito,& cum vino optimè temperato tribus horis bibendas præbeto:inde enim enecati,tum vomitu tum ſeceſſu eiicientur. Commodè quoque in cibo ſumitur ſenecio viridis ac barba hircina. Eoſdem etiam auriculæ muris ſuccus,& calaminthæ ac menthæ decoctum, citra moleſtiam educit,quod & braſſicæ ſemen ac petroſelini facere perhibentur. Superior autem venter cerato integatur ex abſinthio oleóque cyprino apparato:aluo autem adſtrictæ glans immittenda,præſertim pueris:quæ ſi nihil profecerit,clyſter adhibendus morbi vigore remittente,ex abſinthii & abrotoni, aut cētaureæ decocto, cū melle ac nitro. Cæterùm lumbricos qui circa vigores febriles naſcuntur,quóſque malignos appellamus, per ſimpliciora remedia ſubducere conabimur. In cataplaſmata igitur abſinthium,abrotonum, ac ſantonicum miſcebimus:aliquando etiam lupinum. Olei autem omphacini propinabimus eis qui facilè id ferunt, cyathum vnum. In ſorbitiones verò mellis plurimum coniiciendum:& ptiſanæ quoque oleum plurimum omphacinum incoquēdū. alicam itē in myxarū decocto præbebimus tum per ſe,tū cū aqua mulſa. Præbitiones verò ex oleo ſemper augebimus:multæ enim commoditatis exiſtunt. In vniuerſum enim omnia quæ lumbricos educunt aut per acredinem occidendo,aut per amaritiem ſubducendo, aut ad excretionem irritando,aut per conſequentem ad ea quæ exhibentur lubricitatem,efficacia cognoſcuntur. Extrahuntur enim ſimul,vt veriſimile eſt, per ſorbitiones lubricas vias reddentes,aut etiam per innominatam aliquā efficacem qualitatem. Viuentes equidem vicinas inteſtinorum partes apprehendunt:mortuæ verò vnà cum ſtercore euacuantur. Prodeunt autem quædam adhuc viuæ, verùm vertigine affectæ,&,ſi ita dicere libeat,ſemineca tæ. proſunt autē & his vermes terreni. Porrò per pharmacorum potiones enecatos lumbricos, citra dilationem per glandulas extrahere oportet:vitioſa enim ex ipſis exhalatio procedit,quæ & appetitum & digeſtionem lædit. Atqui ad nauſeas ex lumbricis obortas, lancinationéſque ſtomachi,ſalis granum in ore detineant, deglutiántque liquefactū. acredo etiam, vt apparet,eos ſtatim infrà ſubſidere cogit. Oboriuntur autem & in alui fluxione lūbrici. eos fluorem inſpiſſando,& concoctionem tum per cibos tum per cataplaſmata in melius permutando, curare oportet. Inquantum enim fluxiones inualeſcunt, tantùm etiam lumbricorum generatio augetur: viciſſimque fluxu ceſſante,lumbrici interquieſcunt. quare diligenter conabimur vt aluum adſtringamus, firmitatémque ei adiiciamus. Coniicienda itaque in cataplaſmata aliàs ad fluxiones ſiſtendas concinnata,ea quæ ad lūbricos ſunt prædicta,& quæ fluores non exacerbant, velut eſt abſinthiū, abrotonum,ſantonicum:iámque etiam malicorium,acacia,& balauſtia,eiſque ſimilia,cum cruda hordeacea farina. Cerata quoque imponenda ex his apparata. Vtēdum & præpotationibus,inter quas reliquis omnibus plātaginis ſuccus eſt præferendus: ad vtranque enim affectionē,veluti dixi,efficax exiſtit. Licebit autē & in hoc caſu, vermibus terrenis,quemadmodum antea dictum eſt,vti.

Ceratum ad lumbricos: Farinæ lupinorum,abſinthii, farinæ hordeaceæ tenuiſſimæ, cuiuſque drach. ſeptem, fellis taurini vnciam vnam ſcobis cornu ceruini drach. quatuor,ceræ quadrantem vnciæque dimidium, olei ſecundarii ſeſcuncem.

De lato lumbrico, Cap. XL.

LVmbricus qui latus appellatur,in iis qui febre carent abundat,& in longis ac diuturnis enaſcitur morbis. Eſt autem latus lumbricus,ſi ita dicere libeat,permutatio pelliculæ intrinſecus tenuia inteſtina ambientis, in corpus quoddam viuum,quod continuos ſtomachi morſus infert,& ad cibos incorrigibilem appetitum:cæterùm ea quæ accipiuntur,non ſuccenturiata digeruntur, ſed citò excernūtur. Cōſequitur affectos corporis gracilitas & imbecillitas cū tarditate,aſſiduúſque famis ſēſus. quod enim viuificatū eſt in inteſtinis,vbi recēs exhibitū cibū cōſumpſit,poſtea ipſa ſolida corpora arrodit. Minimè verò fallax ſignū erit,ſi cū recremētis quædā cucurbitæ ſemini ſimilia excernātur. Porrò cura penitus cū præcedenti concordat: præpotationes enim conueniunt amaræ & acres: allii item comeſtiones. Aut enim integræ excernuntur,vt incredibilem magnitudinis de ſe præbeant aſpectum: aut etiam prodeunt in partes conciſæ, & ſemel ſanè exolutæ non amplius ſecundariò congregantur. In potu igitur etiam his vermes terrenos, vt dictum eſt, exhibebimus. Propriè autem ad ipſas auriculæ muris ſuccus facit, duorum cyathorum menſura,cum vno zythi cyatho potatus:celerrimè nanque ipſos educit. Aliud ad latos lumbricos quos *cerias, id eſt inſtitas*, vernacula voce appellant.

Nitri,cardamomi ſeminis,piperis, ſingulorum æquales partes commiſceto,& cochlearii menſuram inde præbeto:confeſtim enim educit. Aliud. Corticis radicis mali Punicæ acidæ in ſuprema parte delibrati,piperis,cuiuſque drachmas quatuor,cardamomi drachmas ſex,marrubii drachmas duas,mellis deſpumati quantum ſufficit, præbe ex eo cochlearium poſt allii comeſtionem.

De aſcaridibus, Cap. XLI.

AScarides etiam lumbricorum ſpecies ſunt, circa extremas inteſtini recti,ac primam internā adſtrictionem ani partem,ſphincterem *Græcis* appellatam,conſiſtētes,vehementémque pruritum his locis inferētes. Et pueri quidem aſſiduè ad egerendum irritantur:à cōtraria verò inſtantia,& aduerſus eas contentione,ac vtplurimùm ab excretione melius habent. Qui verò ad integram ætatem peruenerunt,cauſarum moleſtiam inferentium animaduerſionem habentes,digitos in anum immittunt,ac procidentes educunt. quin & ignitis lapidibus, aut littoreis calculis à ſole peruſtis fouendo,mordaces pruritus leniunt. Cæterùm,quum quidam præ puſillanimitate nihil horum auxiliorum admittant,minimè malum ipſum negligere oportet,ſed citra dilationem curare,atque iis qui falſi diuerſum ſentiūt, cauſas indicare ac curandi viam demonſtrare. Porrò cauſæ huius acceſſorii mali,cibi ſunt & frigiditates, alimentique corruptiones, quas præſtat prius vitare. Huius verò ſigna,potiſſimū ex recremētorū graueolentia ſumuntur. Poſtea pueri quidem acri muria infuſa ſunt euacuandi,aut abſinthii decocto oleo admi-

xto.Calidiorem quoque ſublutionem eſſe cõuenit:ã qua vbi prodierint recrementa,affecti loci illinendi, ex ſimplicibus quidem,acacia & hypociſthidis ſucco, rhoíſque ſucco cum alumine liquido: compoſitis verò,Andronii paſtillo,& ſphragide Polyidæ inſcripta, & lanæ ſuccidæ paſtillo,ac quæ his ſimilia exiſtunt. Coacta enim ab adſtringentibus caro,corroboratur,aptitudinémque ad ani malculorum generationem amittit,atque aſcaridas ipſas excludit. Perfectiores etiam ætate,ſimiliter euacuandi acrioribus ac calidioribus infuſis,velut eſt muria & centaureæ decoctum:deinde cedria eis infundenda: ad quã rem corneam fiſtulam vndiquaque perforatam apparare oportet,circa fundum amplam,ac magnitudine locis cõueniẽtem, quam vltra adſtrictiorem ani partem inditã cedria explemus,ita vt cedriæ immiſſio palàm tum per amplitudinem,tum per tranſuerſa vndiquaque cõtingat: pòſt verò quieſcere iubemus,ſæpe eũdem curationis modum repetentes. Aliud,quod & pueris & qui perfectæ ſunt ætatis,conuenientiſſimum & efficaciſſimum exiſtit. Carnem veterem ſalitam, pinguedine deraſa, ſublongã & rotũdam formabimus,atque ita adaptatam, podici atque adſtrictiori ani parti intrudemus,ligamentóque adhibito,quàm diu ſuſtinere poſſint, inditam ſinemus: deinde ſoluemus,prædictáque infundemus ac illinemus. idẽ etiam remedium ſæpe repetemus. Cibi verò frumentacei generis,boni ſucci, ac qui facilè concoquuntur præbeantur.

De abſceſſu in inteſtinis, Cap. XLII.

OBoritur aliquando abſceſſus in inteſtinis, ad cuius eruptionem eliquationes aquoſi puris cõſequuntur: quare ignari ac inexperti hoc viſo decipiuntur,dyſenteriam hanc affectionem eſſe putantes.& ſanè,vt verum fatear,ſi poſt eruptionem diuturna ſit exulceratio & perſeueret,eo modo quo dyſenteria curatur:verùm in principio neutiquam conſimili curatione ſubducitur: vnde etiam quoſdam ægrotos periclitatos eſſe cõſtat,malè ab indoctis medicis tractatos,qui ſtatim in principio dyſentericas infuſiones adhibuerunt.Pro viribus itaque affectiones hæ inter ſe diſtinguantur:iudicatu enim faciles exiſtunt.In abſceſſu enim ſemper dolor pulſatilis præcedit, iuxta affectum locum innitens,neque morſus, neque decurſus adſunt,quales in dyſentericis præcedere conſueuerunt. deinde mutatione in ſuppurationem incipiente,rigores inæquales conſequuntur,febréſque,circa veſperam maximè,irruentes: poſtea vbi perfecta humidi mutatio fuerit facta,omnes moleſtiæ minores fiunt,vehementéſque dolores remittunt:deinceps eruptionis tempore accedente,rurſus dolores intenduntur. aliquando autem perfecta ventris adſtrictio adeſt.Poſt eruptionẽ verò humor qualem prædiximus,excernitur: quum nihil tale in dyſentericis oboriatur. Cataplaſmatis igitur ad eos vti oportet ex ſemine lini,adſtringẽtibus aliquot ſimul admixtis, veluti ſunt palmæ,mala cotonea,& ſimilia. Atque ne fluxus augeſcat,infuſis vtendum erit, ex ptiſanæ ſucco aut alicæ cum quodam mediocriter adſtringente: vehementem enim adſtrictionem in his facere veremur. A cataplaſmatis verò ac prædictis infuſis,inflammationem mitigamus.Et ſi quidem eruptionem ſuſpectam habeamus, epithematis vtimur quæ eam adiuuant,althæam nimirũ ac caricas,fimúmque columbinum admiſcentes.Si verò diſcuti poſſe ac euaneſcere inflammationem ſperamus, ea quæ diſcutere ac digerere prædicãtur epithemata adhibemus.Qua in re egregiè facit emplaſtrum anicetum, *hoc eſt inſuperabile*,appellatum.Si verò eruptio obuiam veniat,infuſis vtẽdum,primùm quidem ptiſanæ ſucco: cui deinde modicum mellis ad vlcerum repurgationem, eſt admiſcendum. Quòd ſi ſordidiora recrementa appareãt, etiam lenticulæ decoctum ac malicorii ad ptiſanæ ſuccum & mel affundatur. Repurgatis deinde vlceribus, à melle abſtinendum:parum verò quiddam ex paſtillo de halicacabo ad infuſum coniiciendum,quò vlcera ad cicatricem perducantur. Poſt hæc autem proſpiciendum vt corpora inſtauratione ſuſcepta,ſubſidant ac molliora reddantur:ſæpe enim identidem humoris collectiones fieri conſueuerunt. Quòd ſi verò ſinus quiſpiam relinquatur, rurſus eadem quæ prædicta ſunt adhibeantur: ſi verò ea quæ ex vlceribus promanant,ſerpendo depaſcant, ad ea quæ ad dyſentericos in principio cõueniũt, tranſeundũ.

De dyſenteria,hoc eſt torminibus inteſtinorum, ex Archigene, Cap. XLIII.

DYſenteria propriè exulceratio eſt inteſtinorum ſerpendo depaſcens,ab externis cauſis producta, veluti frigiditate,ardore,venenatorũ pharmacorũ potu, & quæ his ſimilia exiſtunt.Iam verò & à cruditatibus,peregrinorúmque & acrium ciborum acceptione:ab aliqua item acrium humorum impreſſione,ei conſimili quæ circa externam cutis ſuperficiem contingit,à qua papulæ quædã feruidæ ac exulcerationes perficiuntur. Primùm verò egeſtio malum auſpicatur cum rugitibus ſubpinguibus ac bilioſis,pingui nimirum quod intrinſecus inteſtinis adhæret,paulatim circumliquefacto:& quibuſdam quidem cum torminibus,quibuſdam abſque his excretiones contingunt. Quum verò ſuperficies inteſtinorum perfectè fuerit denudata,exulceratióque supernè conſiſtit,fæculẽta ac cruẽta bilioſáque excernũtur. Vbi autẽ altiꝰ penetrarit vlceratio,etiã ſordes pelliculas admixtas habentes expelluntur:& ſi non celeriter cohibeatur,compendio vicinos locos depaſcitur:ſanioſa verò quædam excernuntur, qualia ab occiſorum corporibus defluere conſueuerunt. atque hæc ſanè eſt quodammodo acuta dyſenteria. Si igitur ab acribus cibis,aut à flaua bile dyſenteria oboriatur,ferè intotum ipſam curamus:ſi verò ab atra bile initium ſumat,ſi quidem ratione iudicationis febriliũ morborum atra bilis excernatur tranſitúque ſuo inteſtinum diſtendat,etiam hanc curare non deſperamus.Si verò ſuá ſponte,nullo præcedente febrili morbo,neque cõcoctione bona apparente, atra bilis excernatur, immedicabilis dyſenteria ex ea oborta exiſtit,nihilque à cancro exulcerato differt:éſtque omnino lethalis. Conſueuerunt etiam exulcerationes aliquæ diutius perſeuerare, ſerpendo nequaquam depaſcentes,verùm cauis vlceribus forinſecus conſiſtentibus ſimiles,quibus cicatrix tardè inducitur,labris nimirum vlceris in callum induratis: in huiuſmodi etiam,infuſa infeliciter adhibentur. Atqui in pleriſque dyſentericis teneſmus præcedere videtur. Eſt autem teneſmus egerendi promptitudo quæ differri ac deuitari non poteſt.Noſſe tamen oportet quòd aliquando quidẽ aliqua ſui parte inteſtinum rectum in dyſentericis exulceratur:aliquando verò totum,& cum ipſo etiam ſuperiora.Si quidem igitur circa colũ,hoc eſt circa inteſtina craſſa,vlceratio cõtingat,ſtercora quæ egeruntur, multa ſunt & coaceruata,& cum flatibus prodeunt,aliquando etiam fumoſa.Pinguia quoque & cruenta recrementis admixta apparent,inexplebiliſque edendi appetitus oboritur. Tenuibus autem inteſtinis exulceratis,dolores circa vmbilicum conſiſtunt,bilioſáque & porri colorem habentia,atque omnino variegata, ſtercori cõmixta plurimùm excernuntur,citra tamen ramentorum complexum,cum torminibus & mordacitate, deſperationéq; ac exolutione,vt non procul ab animi deliquio ægri abſint:à ſitique infeſtantur,& febricitant.ſtercus quoque crudius ab his prodit.Exulceratur autem,verùm raro, & ieiunum inteſtinum.quod ſi contingat,egeſtiones crudiores apparent, ſanguinem nigriorem vehementer implicatum habentes,bilémque abundè flauam:ſitis multa itémque nauſeæ affligunt:vomunt etiam aliquando, ac cibos auerſantur. Dolor quoque vehemẽs ſupra vmbilicum conſidet,quãdoque & febres malignæ oboriuntur. Atque ita affecti decolores fiunt, & ad animi deliquium vſque exudant. vires etiam ipſorum citò deficiũt,neque procul ab interitu abſunt.Antyllus autem ſcribit,Tunc equidem ieiunũ inteſtinum exulceratum eſſe putamus, quum ſanguis qui cum recrementis egeritur,niger ac vetuſtus apparet: neceſſe eſt enim huiuſmodi,in omnibus infra ieiunum ſitis inteſtinis,decoctum excerni. Pituitoſa etiam ac ſubpinguia ſimul excernuntur:pituita enim,inquit, in ieiuno abũdat,ipſúmque etiam adipoſum exiſtit. Bilioſa itẽ abundanter in his excernuntur, ſitiſque infeſtat, vtpote ventriculo ob vicinitatem ex affectione inteſtini ieiuni concalefacto:quapropter & febriunt & dolent. Cæterùm

tenui inteſtino exulcerato, egeſtiones minus quidem
biliosæ ac pituitoſæ ſunt:neque enim pituita,nec pingue-
do in hoc velut in ieiuno abundat:ſubcruenta autem
magis & raſuræ ſimilia excernũt. Quæ enim deferuntur,
pelliculas inteſtini in ſuperficie radunt:quamobrem ſan-
guis etiam eis minus niger apparet. Si verò circa colum
exulceratio fiat,recrementa multa erunt,& flatu comitan
te coaceruata,& aliquando ſpumoſa,quod verò cruẽtum
in ipſis prodit,flauum erit:cibum plurimum expetẽt,cru-
dioráque egerent:minus etiam à ſiti infeſtabuntur,& nõ
multùm febriunt,niſi magnum ſit vlcus,aut malignum.
& ſi febricitare eos cõtingat, difficilius aliis febrem ſub-
mouent & excludunt.magnam autem cauſam ſubeſſe o-
portet,ſi febris ex colo accendatur.Quòd ſi rectum inte-
ſtinum ſit exulceratum,concocta erunt recremẽta & ſan-
guis floridus,& ſordes plurimæ excrementis admixtæ. te
neſmi etiam aderunt violenti, ſæpiúſque ad excretionẽ
incitantur,quum tamen nihil excernant:neque valde eſu
riũnt,neque ſitiunt,neque febriunt, niſi vlcus ſit cance-
roſum. Porrò primum periculum ex vlcere ſerpen-
te ac depaſcente dyſentericis impendet: ſecundum verò
ex ſanguinis eruptione,tertium autem ex fluxu à locis ab
imbecillitate affectis conſequenti. Cæterùm ab vlcere
ſerpente ac depaſcente pueros magis opprimi apparet, vſ
que ad ætatis vigorem.calidum nanque & humidũ huic
ætati corpus eſt,quare ad putreſcentes morbos perferen-
dos magis ſunt parati.A ſanguinis autem eruptione, ma-
gis ii qui in ætatis vigore conſiſtunt,infeſtantur,& qui à
natura multo ſanguine abundant.à fluxionibus autem ſe
niores amplius lædũtur,& qui malo corporis habitu ſunt
præditi.At verò vbi vlcus proſerpturum eſt,dolor conco
mitatur.Acria enim & liquida cum torminibus recremẽ
ta egerentur:deinde & odoribus & coloribus variata,vnà
cum mordacitate. Febres verò quoque prauæ accedunt,
inediǽque ac corporis iactationes conſequuntur: æſtus i-
tem continuus ac ſitis.Iam verò vlcere ſerpendo ac depa-
ſcendo in peius procedente,ramẽta excernuntur:fæculẽ-
ta multa ac nigra efferentur, & ſordes magnæ inteſtina
ambientium pellicularum,ſi in craſſis inteſtinis exulcera
tio conſiſtat.Quum autem ſanguinis eruptio futura eſt,
exolutio totius corporis,animi deliquio ſimilis præcedit
ac grauitas loci: ea verò quæ egeruntur,lenta ſunt ac vi-
ſcoſa,deinde cruenta.Poſtremùm etiam grumi multi ex-
cernuntur,primùm quidem flaui, ad finem verò nigri &
graueolentes. Manifeſtum autem eſt quòd vires quoque
eorum ſubuertentur,ſudoréſque effundentur: aliquando
autem & conuulſiones ad plurimam euacuationem con-
ſequuntur. Atqui fluxione laborantes,curationis tempo-
re compacta ſtercora excernent, deinde non longè pòſt,
vlceris tectorium ſplendidum vnà cum ſtercore effertur.
modicè nanque ab infuſis fluxus ſiſtitur: deinde paulo
pòſt vlceratio excoriatur.Cæterùm ſi alicubi,certè in in-
teſtino recto ac colo conſiſtens dyſenteria facilè curabi-
lis exiſtit:quæ verò in tenuibus inteſtinis hæret,difficul-
ter curatur,maximè verò in ieiuno. Iã verò & hæ quæ
poſt abſceſſuum eruptiones fiũt dyſẽteriæ,graues ſunt,pro
pterea quòd vires deiectæ iã ſint per coincidẽtes inflãma
tionibus febres ac dolores. Graues ſunt quoque quæ cum
vehementi inflammatione oboriuntur, quǽque cum fe-
bri ac perditione appetitus.Peſſimæ verò dyſenteriæ ſunt
in quibus quæ excernuntur,porri aſpectum habent,ſúnt-
que nigra,plurima,varia, graueolentia, & quæ vnà cum
excrementis ſordes pelliculis magnis commiſtis excer-
nunt. Verumtamen & mulieres,quàm viri,ſenes & pueri,
quàm iuuenes & in ætatis vigore conſiſtentes, difficilius
curam accipiunt. His prædefinitis, à teneſmi affectione
curam dyſenteriæ incipiemus,quum pleriſque in dyſen-
teria initium ſumat.

De teneſmi cura, Cap. XLIIII.

QVemadmodum iam prædictum eſt,in pleriſque dyſ
entericis teneſmus præcedit.Eſt autem affectio hæc
ad excernendum promptitudo,quæ differri ac deuitari
non poteſt:nihil tamen præterquam pauca cruentũ aſpe-
ctũ habentia propellens,& poſt ea quædam mucoſa. vbi
verò ſtercus fuerit excretum,ægri alleuantur.Iam verò &

A inflammationem cum laxo tumore,ex continuis diſten-
tionibus circa locum obortam eſſe conſtat,quæ ſtercoris
inſidentis ſuſpicionem præbet quod exitum quærat.Cæ-
terùm recrementa in ipſis concocta & compacta,ferè in-
totum excernuntur,pauco ſanguine poſt recrementa de-
ſtillante,ſtercori minimè admixto. In principio igitur,ſi
grauis diſtẽtionis ſenſus circa imum ventrem fiat,& ma-
ximè circa dextram partem,conie ctare oportet ſtercorũ
multitudinem in cæco inteſtino inſitam eſſe, quam fur-
furum ac fœnigræci decocto infuſo eluere oportet,mel-
B le oleóque ac modico nitro admixto.Quòd ſi huiuſmo-
di nihil apparuerit, ſtatim in principio oleo myrſinino
aut roſaceo,cũ vino & cumino,pectinem inguináque, ac
inter anum & ſcrotum intercapedinem, perinæon *Græ-
cis* appellatam fouere ac irrigare oportet.Deinde lac capri
num recèns mulctum heminæ menſura & nequaquam
minus præbendum:verùm non aceruatim,ſed ſigillatim
partitum.Sequẽti deinde die, lac ipſum ad dimidium de
coquatur:ablato eo quod in decoctione cõcretum ſuper-
ſtat:atque ita exhibeatur.Si verò pituita ſit quæ ægrum in
C feſtet,aut præceſſerit frigus,rutam in vino albo decoqui
to,atq; vinũ ipſum calidũ meracũ bibẽdũ dato, ac aſſi-
duè bitumẽ,picẽ ſiccã,coriãdri ſemẽ,& cyperum ſuffito:
vndiquaque autẽ ægro cõtecto ſuffimẽtũ ſupponatur.Eſt
autẽ & paſtill⁹ ſuffumigabilis ad teneſmos ac inteſtinorũ
dolores approbatus,hic: Picis ſiccæ ſextantem, bitũminis
vnciam vnam,ſulphuris viui vnciam vnam: bitumen ac
picem cum modico aceto liquato:ſulphur autem viuum
tenuiſſimè tritum adiicito,híſque ſimul vnitis paſtillos
informato.vſu verò expetente,in calidum cinerem conie
D ctos ſuffito.bitumen autem in refrigeratis, etiam cum
ptiſanæ ſucco infundito. Glande quoque ſuppoſititia in
eis huiuſcemodi vtendum eſt:Oleo raphanino,ſi adſit,aut
communi,ſi non illud haberi queat,allia decoquito ac cõ
formato,deinde ladanũ & ceram paulatim adiicito: qui-
bus liquefactis & ab igne ablatis,modicum lycii addito,
vnito,ac tomento excipito,ſedíque quampenitiſſimè in-
dito.Ad imum verò ventrem ac lumbos hoc adhibeto:
Ladanum & ſtyracem vnguento nardino oleóque ſuffu-
migabili appellato diſſoluito,ac lana exceptum imponi-
E to ac colligato.Efficaciſſima autem ſunt in teneſmi affe-
ctione fomenta ſedi admota.Gallas igitur in aceto deco-
ctas cum ſpongia adhibeto,aut glomis texturæ gynæcio
rum per ſucceſſionem foueto.Efficax eſt & malicorium
ſimiliter decoctum,myrtique baccæ, ac rubus, quǽque
his ſimilia exiſtunt.Furfures quoque in aceto decocti, ac
feruenti ligamento excepti,commodè ſedi adhibentur.
inſeſſiones etiam ex prædictis vtiliter ſuſcipiuntur. Ve-
rùm cui per noſtram experiẽtiam cognito teſtimonium
meritò præbemus,tale eſt.Later perquam vetuſtus & à fu
F mo denigratus,vnà cum contentis in eo paleis tunditur:
deinde feruenti aceto ſubactus linteolóque illigatus,ſedi
ſubditur.Hæc autem ſtatim ab excretione admoueantur,
&maximè,ſi dolor infeſtet.iuuantur etiã per ſpõgitidem
herbam ſede exterſa. Si verò exulcerationis principium
oboriatur,inflammatióque adſit,ptiſanæ ſuccus infunda
tur,paucis roſis ſimul cum eo decoctis.quòd ſi acria ſint
quæ efferuntur,lac tepidum infundatur. Vehementiori
autem inflammatione infeſtante, oleum roſaceum leni-
ter calidum infuſum ac pluribus horis detentum,doloris
G vexationem diſſoluit. Si verò laxius inteſtinum rectum
fiat,lentium ac malicorii decoctum infundatur.ſimiliter
autem,& ſi exulcerationis principium adſit. Si verò vigi-
liæ vnà cum dolore conſequantur,ſedi collyrium ſopori-
ferum ſubdetur,quod ad dyſenterias eſt deſcriptum. In
eis autem quibus iam vlcus ſerpendo depaſcitur, ſubie-
cta ad dyſentericos cura vtemur. Epithema dyſenteri-
cis: Croci,myrrhæ troglodyticæ,cyphii,maſtiches, ſuc-
ci abſinthii,aloes,palmarum,acaciæ,maſucha,ladani, ma
lorum cotoneorũ,cumini torrefacti, cãdidi ouorũ aſſati,
H panis vſti & in vino macerati, olei melini aut roſacei.

Cura dyſentericorum, Cap. XLV.

PRincipiũ curationis dyſentericorũ à quiete & modi-
co cibo fiat,vndecũq; tãdẽ fluor procedat: & mediæ
corporis partes lana oleo modico dulci imbuta cõtegan-
tur:vehe-

tur: vehemẽti autẽ mordacitate infeſtante, rutaceũ ſit o-
leũ,& cuminũ tritũ lanæ cõuolutæ inſpergatur, maximè
vbi inflationes & tormina affligãt.Quòd ſi hæc augeſcãt
& intendantur, ad cataplaſmata confugiendũ erit:& hoc
maximè,ſi inflãmationis ſenſus percipiatur. Multis enim
non dolorum tantùm, verùm etiam totius mali oblitera
tionem,cataplaſmatum commoditas induxit. Apparen-
tur autẽ hæc ex polline in poſca,vſquequo cogatur deco-
cto: quem deinde linteolo complicato illigatum totis
iliis impones. fluorem enim ipſum concoquit.Quandoq;
autem & palmas,maláque cotonea, ac malicorium cum
aceto cocta admiſcemus: quòd ſi ardor adſit, ſymphyti
radicem tritam,aut ſolanum,aut perdicium,aut plantagi
nem adiicimus.Stomacho verò imbecilli & exoluto,po-
lentam cum œnãthe, aloéque & omphacio annectemus:
inflatione autem ſimul infeſtante,aniſi, fœniculi, apii, ac
irionis ſemen addimus. & ſi lumbrici ſimul cum recremẽ
tis excernantur,melanthiũ, aut cornu ceruini ramenta,
aut adeps ceruinus,aut coriandri ſemẽ non incommodè
admiſcentur. Quòd ſi dolor vehemens adſit,prædicta cũ
lini ſemine commiſceantur,&aceto mulſo decoquantur.
Si verò ſanguis multus efferatur, acacia, hypociſthis, &
alumen cum palmis ac malicorio decoctis & tritis aptè
concinnantur. ſi autem liquida & cruda prodeant, quod
eis qui vires debilitatas habent euenire ſolet,mel coctum
per ſe aut polenta admixta, pelle exceptum imponitur.
Aliquando autem & opii parum, aut hyoſcyami ſemen,
hypociſtidémque & acaciam ac myrrham,apiique ſemẽ
ſatis largum,itémque fœniculi & aniſi inſpergitur. Quòd
ſi frigoris ſenſus adſit, pellem agninam leuem, liquida
pice imbuito, calefactámque aluo imponito. Ego verò,
inquit Archigenes, ſuperioribus quidem inteſtinis affe-
ctis, paſtillum aliquem ex eorum genere qui ſupernè per
os exhibentur diſſoluo,ac melle probè cocto, aut palma-
rum pinguiũ carne exceptum impono. neque enim im-
penſæ parcendum eſt in iis qui de vita periclitantur. In-
ferioribus autem inteſtinis affectis, ac mucoſis multis
infernè prodeuntibus,& eiuſmodi etiam occupante ma-
dore: ex paſtillis qui infernè per anum infunduntur, tres
aut quatuor palmarum carne exceptos impono, ſemper-
que mihi iuxta votum res acta ſuccedit. Mirificè etiam
emplaſtra quæ cruentis vulneribus adaptata ſunt,condu-
cunt,poſtquam quieuerint inflammationes, ventri ac lũ-
bis totis vſque ad dorſum impoſita: qualia ſunt Barbara
appellata, & quæ ad fracturas apparantur, velut eſt quod
Iſis vocatur. Atque de his quidem quæ forinſecus impo-
nũtur hactenus. Dicendum autem deinceps de iis quæ
intra corpus aſſumuntur.In principio igitur poſt tertiam
diem permittentibus febribus, lacte recèns mulcto ad-
huc calido vtendum eſt,melle tepido ei admixto, atque
in eius vſu ad tres dies perſeuerãdum,quantum nutrien-
do corpori ſuffecerit exhibendo: ſequentibus dein-
de diebus melle adempto, & modica aqua (quartæ
nimirum lactis partis menſura) affuſa, paulùm deco-
quimus, ac exhibemus: deinde poſt alias tres ad di-
midium decoquimus, & poſt alias tres, ad tertias, ſimi-
liter per tres dies, atque ita eis præbemus. Primum e-
nim lac depurgat, ſimul ea quæ in corpore ſunt con-
temperando: poſtremum verò aluum ſiſtit. Non ſcio
enim an aliunde grauior moleſtia dyſentericis oboria-
tur, quàm ex eorum quæ egeruntur acredine contingit.
Oportet autem inſuper & panem madefactum à lactis ac-
ceptione offerre.Pultes etiam ex lacte apparatæ,tum phar
macum tum nutrimentum optimum præbent: velut eſt
oryza cum lacte,dulciarii panes,amylum, & oua lacti cõ-
miſta. Quòd ſi adhuc fluxus perſeuerat: inde ad eorum
quæ aluum ſiſtunt, ſyluam tranſeundum eſt. ex quorum
genere,alia quidem influentes humores obducunt & in-
ſpiſſant: alia verò, corpora plus iuſto rarefacta & laxata
adſtringunt,alia autem reſiccant. Pultes igitur ex alica
apparentur: nam & hæ probè nutriũt,&aliquo modo ob-
ducunt. Condiantur autem pauciſſimo ſale,ac modico o-
leo & anetho,aut pro oleo magis adipe gallinaceo,aut an
ſerino recenti. Quæ verò ex oryza eodem planè mo-
do parantur, præcedentibus magis reſiccant: his autem

A adhuc amplius quæ ex milio fiũt. Quæ autẽ ex rhoe appa
rantur pultes,magis adſtringunt.Ego verò, inquit Archi-
genes,eas hoc modo adorno:Rhoem culinarium in aqua
pluuiâ per noctem macero: deinde diligenter expreſſum
aquæ cõmitto. Farris apparatus,ex Archigene. Quod
verò Latinè in regionibus Romæ vicinis far appellant,
hoc modo apparatur:Frumentum modico tempore aqua
madefacito,indéque extractum ac in pilam coniectum,
veluti ptiſanam à cortice repurgato. Vbi verò corticem
exuerit, tollito atque in ſole ſiccato: deinde manibus
tritum donec penitus à cortice fuerit mundatum, craſ-
B ſiſsimè molito,ita vt granum vnum in quatuor aut quin
que partes redigatur, & ſiccum adſeruato. Vſus autem
tempore,alicæ modo coquitur, & à ſanis in cibo ſumi-
tur: pro ægris verò variè apparatur, & epithematis quo-
que admiſcetur. Quidam ſpicas frumenti adhuc virides
tollunt,ex ipſiſque far cõcinnant, quo modo & ſuauius &
iucundius redditur. Far quod Cluſinum appellatur: Porrò
frumentum ipſum rurſus madefactum, manibus ſedulò
cõfrico,atque ita percolatum ipſius ſuccum coquo, ane-
C thi ramulis aſsiduè agitando: coit autem celerrimè velut
glutinum quo ad librorum compactionem vtimur: quo
facto,ipſum ſale, ac paucisſimo oleo ſiue adipe condio,
fitque hoc modo non ſolùm cõmodum, ſed etiam iucũ-
dum. Apparatur autem puls ex ſiccis item panibus, quos
aliquando quidem poſca, aliquando verò palmarum,aut
malorum cotoneorum,aut pirorum, aut ſiliquarum, aut
rhois,vt dixi,cremore contuſos coquo, eíſque aliquando
ex fauo albo ac optimi mellis pleno aliquid admiſceo.Ex
adſtringentium numero lenticula quoque proditur, quæ
D probè aſſata cum plantagine aut malis Punicis contuſis
decoquatur,acetóque ac modico oleo condiatur. vtiliter
etiam lenticulæ far Cluſinum admiſcetur. Olera quidem
non valde probo: decẽtem tamen eorum deguſtationem
non prohibeo,velut ſeridis coctæ,plãtaginis,braſsicæ bis
coctæ,ad quam poſt primam atque item ſecundam deco
ctionem aqua diffuſa,poſcam feruẽtem affundimus,rur-
ſúſque donec liqueſcat decoquimus.Intubum quoque ac
ſiſarum cum liquamento ſimplici exhibemus. Damus &
E ouorum aſſatorum lutea tantùm cum modico aceto ac
rhoe,paucisſimo oleo admixto.Carnes autem dyſenteri-
cis non valde commodæ exiſtunt, dandæ tamen eis qui
diuturno malo vexantur. Ex his volucrium eligẽdæ,de-
inde ſylueſtrium ferarum: verùm ex his omnibus facilè
ſolubiles & non graueolentes, tenerámque carnem ha-
bentes ac adſtringentem,reliquis præferendæ: velut eſt
inter volucres perdix,palumbes,& ſimiles. Ex pedeſtrib⁹
verò carnes dorcadis,capreæ,ac leporis: ex marinis, aſel-
li,pereæ,loliginis ac mulli: ſingulæ verò in poſca ebulliãt,
F myrti baccis cum eis incoctis: deinde aſſatæ cum fami-
liaribus eduliis præbeantur.Fructibus quoque parcè vtã-
tur: ſi tamen ſtomachus langueat, pirum coctum, aut co-
toneum malum cõcedemus, aut vuam quæ in cado ſiue
olla, aut etiam interpoſitis vinaceis adſeruatur: meſpila
item ac Punicum malum.In potu, à principio quidem a-
qua pluuia quæ non ſit ex domibus plumbo intectis de-
lapſa, vtendum eſt: talis enim aqua potata etiam ſanis
dyſenteriam propinat. quòd ſi pluuia optima non adſit,
fontana vtemur: puteorum aqua ſemper deuitata, vtpote
G quæ ſubſalſa eſt,ac ventrem perturbat. Cum aqua autem
fructus adſtringentes coquere oportet, maximè verò a-
cinos.Pòſt verò vbi vires fuerint deiectæ, etiam vinum
præbendum,quò ſtomachi ſanitas firmetur. ſit autem vi-
num adſtringens,& non valde vetuſtum.Ante cibum ve-
rò corpus inunctionibus,& faciei prolutione, ſimilibúſ-
que curetur, quæ in febrium tractatu ſunt relata. Atque
hactenus quidem de diæta. Iã verò ad remedia quæ in-
fernè adhibentur tranſeundum. Magnis igitur inteſtinis
affectis,etiam infuſa adhibeantur:& ſi quidem teneſmus
infeſtet,ptiſanæ ſuccus infundatur, adipe caprino aut hir
cino admixto.Vbi verò corpora excoriationẽ incurrant,
H alicæ aut oryzæ ſuccus magis appoſitus erit: triticea etiã
ptiſana ad teneſmos ac excoriationes accõmodata cenſe-
tur. Aliquando in vehementi teneſmi ad egerendum prõ
ptitudine,muriæ vſu ægrũ ab omni dolore liberauimus.

ſufficiunt autem ex ea drachmæ ſex,heminæ vni calidæ
aquæ illiquatæ: ſi verò ſucco alicui eam admiſcueris,dr.
octo iniicito.Præſtantius tamen oliuarum albarum mu-
ria conditarum liquamen cenſetur,tepidum heminæ mẽ
ſura infuſum,& ſanè per aſſiduum eius in teneſmi cura v-
ſum optimè ſucceſſit.Si verò ex veteri chirurgiæ perpeſſi-
one, aut aliàs ſubtiliore ſenſu prædita exiſtant circa ſedẽ
ægroti loca, anus aſſiduè,& maximè ante acrium aut ad-
ſtringentium pharmacorum infuſionem, adipe anſerino
aut ſuillo perungatur, & fiſtula quoque clyſteris craſſius
illita immittatur.Cæterùm poſt diſtentionum exolutio-
nem,aſperitates quæ circa inteſtinum ſunt,quæ quidem
mediocriores, per muriam reſiccantur: quæ verò relin-
quuntur,ſuccis magis adſtringentibus curantur:veluti gal
læ in vino decoctæ, aut tritæ & vino inſperſæ: malicorii
item ac corticis pinus, & baccarum myrti nigrarum.
Quòd ſi ardor conſequatur,oua cruda duo cum vino mo
dico,ac largo roſaceo conquaſſata infunduntur.Qui verò
caput quod facilè afficitur habent, in his ſeminis lini ſuc
cum reſiccamus, vtpote caput replentem.Portulacam au
tem cum ptiſana (ſi poſſibile eſt) decoctam,aut cum
aqua,ſi id fieri non queat,ſucco eius cum roſaceo & ouis
crudis permixto infundimus, in iis præſertim qui ardo-
ris affectionem circa inteſtina habent, aut qui aliâs à ca-
lidorum infuſorum ardore ſunt læſi:ex roſaceo verò quar
ta ipſius ſucci pars ſumatur. Mirificè etiam ſeminis lini
ſuccus facit,cum cãdidis ouorum,& lacte aſinino ſeſqui-
cochlearii menſura, permixtus: pro quo, ſi non adſit,
bubulum accipere non incommodum erit. Porrò inflã-
mationibus eryſipelatis,ciborum ac potuum citra mor-
dacitatem adſtringentium vſus conueniens exiſtit. Infu-
ſa verò eis conueniunt,plantaginis ſuccus, malicorii,per-
dicii,portulacæ,ſemperuiui: verùm ſingulis acaciæ aut
hypociſthidis ſuccum admiſcere oportet. Efficacius au-
tem in eryſipelatis glaucium infunditur cum aliquo ex
prædictis ſuccis,aut Andronis paſtillus,aut Muſæ inſcript⁹.
Quòd ſi ſanguis deſtillet,ſanguinariæ ſucco vtendum aut
plantaginis cum acacia,hypociſthide,aut balauſtio. Si ve
rò ſanguinis impetus vehementer vrgeat,quemadmodũ
etiam ſi maxima inflammatio ſubeſt,præſertim in iis qui
plurimo ſanguine abundant,vena incidenda,ſi vires non
reſiſtant:& maximè in quibus cõſueta ſanguinis excretio
cohibetur. Auferre autem oportet neque multum neque
coaceruatũ:ab vtroque enim venter conturbatur.Omniũ
verò maximè cauebimus ne animi deliquium fiat. quare
deſidenti etiam dyſenterico venam ſecabimus:hac enim
deſidentes forma,dum ſecatur vena,minus reliquis ani-
mo linquũtur.Secare autem oportet in dextro cubito ve
nam humeralem appellatam: neque enim ſimiliter hac
vena inciſa,vires labefactantur, & inſenſibiliter quodam
modo furtimque ſanguis aufertur. quòd ſi hæc non ap-
pareat, neceſſariò mediam ſecamus. Inferiorem au-
tem incidere,ob ſubiacentem arteriam,vitandum. cæte-
rùm fiſſuram omnino tenuiſſimam infligemus:nõ enim
ob multitudinem ſanguinis euacuandam,ſectionem fa-
cimus,ſed vt materiam quaſi per riuos transferamus. Pau
cus autem ſanguis etiã multo tempore emiſſus, inflãma-
tionẽ mitigat,& ſanguinis ad inteſtina delationem reuel
lit,innatúmque calorem ſenſim refrigerans,ſomnum ma
gis quàm animi deliquium inducit. eſt autem optimum
dyſentericis remedium ſomnus. Si verò quid venæ in-
ciſionem fieri prohibeat,ex eorum quæ ſanguinẽ ſiſtunt
admixtione infuſionem facio. qua in re lanarum ſuccida
rũ cinis optimè facit,aut ex ſpõgia noua vſta. Spõgiã au-
tẽ ipſam liquida pice imbuere oportet,aut ſanguine tauri
no, cinerémque eius in olla exuſtæ in aliquẽ ex prædictis
ſuccis inſpergere,atque hoc modo infundere. Succi autẽ
in his ad infuſiones apti ſunt,ex plãtagine,ſanguinaria,ac
ſimilibus. Quin & linteolum alumine liquido imbutum,
deinde vſtum,præclarè ſanguinis eruptiones ſiſtit. Sum-
mè autem conducẽtem cognouimus aſinini ſtercoris ſuc
cum,maximè ſi à paſtura prodeat animal montana & ad-
ſtringente:quòd ſi non ſufficit ipſe ſuccus, ſtercus planta-
ginis ſucco madefacito,exprimito ac infundito. Adhibe
antur autem ſimul & epithemata, & quæ per os accepta,

A ſanguinem ſiſtunt,& qui ſanguinem ſpuentibus commo
di ſunt paſtilli.Præter opinionem verò eis proſunt,mace
ris cortex,& mali Punici flores, æquali pondere contuſa
& cribrata,ſi inde ſcrupuli duo cũ vino adſtringẽte pro-
pinentur.In his etiam frigida,citra offenſionem tamen,
infuſa apparentur.in reliquis verò dyſentericis tepidiora,
aut leniter calida. vlceribus enim frigidum infeſtum
eſt, niſi ſanguinis eruptio ſimul adſit. Si verò exulceratio
abſque fluxione relinquatur, plura ne infundantur quàm
lac bubulum aut caprinum, cui lycii drachmæ tres ſint
B admixtæ.Optimè faciunt & terræ Samiæ drachmæ IIII.
aut amyli drachm.III.cum plumbi vſti drachmis II. tri-
ticeæ ptiſanæ admixtæ ac infuſæ: aut ceruſſæ drachm.II.
cum ſucco iniicio, ægérque ſanatur. Vbi verò fluxio-
ne afficiatur & nimiùm humecta ſit exulceratio, charta
vſta aut lentiſcus vſta,aut cinis pompholygis, aut aridum
ex charta conſtans pharmacum, ſimiliáque cum ſucco
plãtaginis infuſa, aut etiam cum altero conſimili ſucco
ægrũ à malo aſſeruant.Quòd ſi vehementior ſit fluxus,&
C humectatio exulcerationis,ea quæ à callis indurata cor-
pora læuigare ac à callis liberare poſſunt aſſumantur: i-
témque ea quæ humecta reſiccare & exurere,exolutáque
adſtringere poſſunt: velut eſt ſabinæ herbæ decoctum, i-
tem ſaluiæ,polii, ac pilularum cupreſſi: ex paſtillis verò
Muſæ inſcriptus,& qui ex lanis ſuccidis vſtis conſtat,& cõ
ſimiles.In potu verò, Thraſyandri paſtillus,& qui croceus
appellatur, conſimiléſque qui supernè per os ſumuntur,
præbeantur. cibi etiam magis reſiccantes eis exhibendi.
Si verò ſerpendo depaſcant vlcera ipſa,ſi quidem in inte-
ſtino ieiuno cõſiſtant, paruam omnino ſalutis ſpem pro-
D mittunt.Si verò circa tenuia inteſtina fiant, minus graue
malum eſt,attamen periculo non vacat: ſi autem in colo
fiant,vtplurimùm ſanabilia exiſtunt. Verùm quemadmo
dum in externis vlceribus depaſcentibus: ita & in his ſta
tim in principio,vbi depaſtio apparuerit,cruſtas inducen
tia & exurere valentia adhibere oportet. ſi enim ad ma-
gnitudinem peruenerit exulceratio,inutilis horum vſus
fuerit. Cæterùm vlcera circa ieiunũ ac tenuia inteſtina,
per potiones curantur: ea verò quæ cruſtas inducunt in
potu accipi non poſſunt: quare ſorbitiones & eclegmata
E extergere ac repurgare potentia,his ſunt exhibenda. éſt-
q; ptiſanæ ſuccus cũ melle abſorptus his aptùs,atq; ipſum
adeo mel, per ſe induratũ & in decoquendo in paſtillum
coactũ,quod comeſtũ vlcera potenter repurgat. Sorbiti-
ones item ex eruo apparatæ, conuenientiſſimæ ſunt eis
qui in ſuperioribus partibus vlcus depaſcens habent. Ap-
parantur autem hoc modo: Eruum in aqua calida ſæpe
permutata ad horas octo madeſcere ſinitur:deinde donec
teſtam omnem abiecerit,manibus in aqua confricatur:
pòſt verò coquitur,& prima itémque ſecunda, tertiáque
F & quarta aqua diffuſa, ſemper vbi prius decoctum dif-
funditur, rurſus alia aqua feruens affunditur: quæ vbi
poſt quartam tandem decoctionem fuerit diffuſa, ace-
tum mulſum ad ipſum ſufficienter infundatur, & cum
quintæ aquæ affuſione ad compagem ſucci ptiſanæ de-
coquendo reducatur, atque hoc modo abſorbeatur. ali-
ca etiam cum lacte bubulo decocta non incommoda
efficitur. Maximè verò omnium prodeſt eis lac bubu-
lum recèns mulctum ac potatum. quicquid verò tan-
dem eis datur, valde modicum ſit. hi enim præ aliis dy-
G ſentericis pauco cibo indigent, ſitique vexantur. Phar-
maci autem loco exhibeantur quæcunque ariſtolochia
rotunda participant, radicéque panacis,ac iridis, alumi-
ne ſciſſili,moris, & mali Punici flore. A vino verò abſti-
neant: depaſtionem enim dilatat. Quòd ſi circa inteſti-
na craſſa vlcus ſerpendo depaſcens conſiſtat, ea quæ per
ſedẽ infuſa cruſtas inducunt,adhibeantur: cuius generis
ſunt paſtilli Fauſtini,& conſimiles,& maximè qui Nym-
phodoto eſt inſcriptus,quo etiã nos vtimur: item qui ex
thallia, *id eſt oleæ ramulis* conſtat:quorũ omnium compoſi-
tiones paulo pòſt dicemus.Cæterùm cum attentione cru
H ſtã inducentibus vti oportet, excellentem ipſorum fa-
cultatem reuerendo. Porrò canceroſa & maligna quæ
cacoethe *Græci* appellant, inteſtinorum vlcera,ferè in to-
tum incurabilia exiſtunt, neque tamen citra auxilium

relinquere oportet, ſed vehemẽtes dolores mitigare: optimum autem & his eſt aſininum lac recēns mulctum potatum: ſiquis enim eius vſum ſuſtinere poſſit, nullúmque aliud nutrimentum accipiat, plurimam ſalutis recuperandæ ſpem habebit. bonum eſt & bubulum ac caprinum recēns mulctum: ſi illud non adſit, bonum eſt & ſciſſile lac cum amylo. Præbeantur autem eis & oua cruda, ac iuſcula gallinarum & perdicum. Succi etiam præbeantur omnes qui facultate obtundendi dolores præſtant: infuſa quoque eiuſdem generis ſint. pharmaca item his conueniunt omnia quæ ad dyſentericos à venenatorum acceptione factos, conducunt. Cæterùm irrigationibus & cataplaſmatis neque curantur canceroſa & maligna vlcera, neque mitiora ſiunt. Vtere autem & ad eos infuſis ad canceroſam vuluam deſcribendis, & pharmaco ad cancros mãmarum, ex vino Adriano & rhoe qua coria tingũtur, apparato. Porrò ſi à venenati pharmaci potione, vbi mortis periculum fuerit deuitatum, dyſenteria oboriretur, iis quæ à venenorum potu cõueniunt erit vtendum. Triplicis autem modi remediis in iis qui venenum biberũt vtimur, vomitoriis videlicet, & obtũdentibus atque extinguentibus: in quorum numero etiam acria comprehenduntur. Vomitoria itaque remedia mox à veneni potu ſunt accepta: extinguentia verò quæ acria ſunt, tanquam vlceribus minimè conuenientia, recuſamus. Alterum igitur tantùm genus extinguentium, hoc eſt aromatica aſſumemus: itémque ea quæ obtundendi vim habent. Ex cibis itaque cõueniunt ptiſanæ ſuccus, aut alicæ ſuccus, cum anetho decoctus, aut palmis, aut mali Punici acinis: item radicis dulcis ſuccus: cum his etiã tum gallinæ tum perdices decoqui poſſunt donec liqueſcant: cerebella item ac pedes eliquata præbeantur, & ſorbitiones ex amylo & lacte, quibus anſerinus aut gallinaceus adeps eſt admixtus. Ex pharmacis autem eis conducunt quæ de venenis referentur in tertiodecimo Sermone. In potu, vinum nõ inconueniens eſt tenue & album, niſi febris aut inflammatio adſit. Cæterùm cataplaſmata & fomenta in eis quibꝰ ex bilis acredine dyſenteria oborta eſt, vitabimus. Quod enim læue & bene ſucculentum in inteſtinis eſt, id diſtrahunt ac diripiunt: quod verò nulli vſui eſt & mordax, in ipſis relinquunt.

Cura eorum qui aurum, aut æs, aut tale quippiam deglutiuerunt, Cap. XLVI.

SIquis auro, aut ære, aut ferro, aut aliquo alio huius generis deglutito, ſanguinẽ per vẽtrẽ egerat, maluæ aut ſeminis lini ſucco multo, in potu exhibito, lapſum facies deglutiti, ſupra hoc quòd & in inteſtinis obortam lenies aſperitatẽ. Ego verò, inquit Antyllus, quum quidam per iocum anulum aureum deuoraſſet, & ramentoſa ac cruenta infernè egereret, ob ſculpturæ videlicet aſperitatem: in ipſo enim auro capitellum inerat aſperè cõcinnatum, non ſum immoratus iis quæ lubricas vias reddunt, ſed confidenti animo ad ea quæ fortiter purgant pharmaca ſum progreſſus. quare contigit vnà cum recrementis anulum excidere: quo facto, homo ipſe ex ptiſanæ ſucco, ac ſorbilibus ouis nutritus, tertia die ſanus euaſit.

Communia remedia dyſentericorum quæ ſupernè exhibentur, Cap. XLVII.

POrrò vbi memor fueris remediorum iam antè in vnaquaque dyſenteriæ ſpecie dictorum, expeditè inuenies iuxta eundem planè modum, quomodo & communibus remediis, quæ nunc dicenda ſuperſunt, vtaris. Commixta enim reperies hîc remedia omnia ſimpliciter ſcripta quæ dyſentericis conueniunt: nimirum adſtringentia, obtundentia & reſiccantia. Et ſimplicia quidem quæ tũ dyſentericis, tũ cœliacis in potu dantur: alia quidem adſtringendo & firmitatem addendo, humoréſque inſpiſſando, ventrem cohibent: alia autem obtundendo, alia etiam vrinam ciendo, ac fluxionem tranſferendo. Quæ itaque vrinam cient, omnibus ſunt manifeſta, & ſæpe in hoc opere deſcripta, quibus etiam hîc vti oportet. Quæ verò adſtringũt, commoda eis hæc ſunt: lapathi ſylueſtris maximè ſemen, alterius autem lapathi tum ſemen tum radix, trita aquæ inſperſa ac potata, ſiliquæ aridæ comeſtæ,

A rhus culinarius, gallæ, ſpinæ Ægyptiæ ſemẽ, malicoriũ aridum tritum, rubi radix, vnumquodque eorum cum aqua ad tertias decoctum, aut tritũ potui inſperſum: ladanum cum vino auſtero, acaciæ ſuccus, hypociſthidis ſuccus, lyſimachia, balauſtium, ſideritidis, heracleæ folia & radix, ſalicis folia, ſymphyti radix & folia & ſemen, rheon Ponticum, althææ radix, gnaphalium cum vino auſtero, hippuridis ſuccus cum paſſo, loti arboris baccæ, & ligni lotini ſcobs, potui inſperſa & potata præclarè faciunt: B cortex thuris tritus potatus, Lemnia terra quæ ſphragis appellatur, minium ſinopicum, œnanthe, polentæ modo potata, holoſchœni iunci fructus torrefactus, verbaſci radicis drach. II. mora acerba in ſole deſiccata ac trita liquori potando atque obſoniis inſperſa, mora rubi acerba ſimiliter exhibita, acini vuæ ac vuarum paſſarum tum aridi triti, tum in cinerem exuſti, plantaginis ſemen aridum tritum, ſimiliter folia & radix, maceris cortex. Ex eorum autem numero quæ aliquo modo adſtringunt, verùm magis obtundunt, eſt aſter Samius, & amylum. C Obtundit autem tragacantha & gummi. Reſiccat coagulum leporis ex aqua, cornu ceruinum vſtum, herinaceorum teſtæ vſtæ, itémque oſtreorum, & cancrorũ maximè fluuialium, atque etiam marinorum teſtæ vſtæ ac tritæ. egregiè facit & ſaluiæ decoctum.

Compoſita pharmaca quæ ſupernè exhibentur, Cap. XLVIII.

VInum vetus adſtringens ad tertias decoquito, mellíſque optimi æquale pondus adiicito, rurſúſq; donec in compagem cogatur coquito, & ante cibum myſtri mẽſura exhibeto. D Aliud Aſclepiadæ. Ouum recens in vas quoddam euacuamus, putaminéque eius mel optimum ac vinum vetus adſtringens, malicoriúmque tenuiſsimè tritum demetimur, piperiſque granis decẽ adiectis, hæc ſimul in ſartagine torremus, atque tertiã inde partem ieiunis cum pane præbemus. Summè etiam prodeſſe quod ſequitur ſcimus: Corticis thuris, ſeminis plãtaginis, æquales partes tritas vino diluto ad triũ cochleariorũ menſurã inſperge, ac ante cibum exhibe. Caninum etiã ſtercus album, tritũ, lacti ſciſsili & per ſilices decocto E inſperſum, ſummè dyſentericis auxiliatur, ſi lac ipſum in cibo ſumatur. cæterùm canem ipſum per præcedens triduum, nullo alio cibo quàm oſsium comeſtione nutrire oportet. Aliud valde approbatum, cuius vſu ſcimus multos à morbo liberatos. Gallarum tenuiſsimè tritarũ, piperis, rhois culinarii, malicorii tenuiſsimè triti, ſing. æquales partes miſce, ac cum vitellis oui ſubige, & in mali Punici vacuam teſtã coniice, ex eodémque ſumpto putamine os teſtæ contege: deinde totam mali teſtam fermento forinſecus oblini, & ad prunas aſſa: pòſt verò ex F hac ipſa mali Punici teſta repurgata cochlearium ante cibum edendum præbe. Aliud, quod & cœliacis prodeſt. Baccarum myrti nigrarum cochlearia tria, aniſi, roſarum ſiccarum, œnanthes, acaciæ, ſingulorum cochleare vnũ. Palmarum carne ſubige, ac drachmam vnam præbe. ſi œnanthe haberi non poteſt, vuas immaturas ſiccatas cõiice. Aliud Marciani, ad eos qui neque potum, neque cibum accipiunt, ſed pro deſperatis habentur. Baccarum myrti albarum quincuncem, malorum cotoneorum mediocrium ac pulchrorum numero duo, aquæ ſextarios G tres, ſcobis corticis arboris loti ſextantem & vnciæ dimidium. Decoquito ſimul donec ſextarii duo reliqui ſuperſint, ac quantum poſsint bibendum præbe, idémque etiam per clyſterem infundito. Eiuſdem facultatis eſt loti ſcobes potatus, atque amplius adhuc eo præſtat eius decoctũ. quòd ſi lotus nõ ſit, cortice pini vtaris. Aliud Marciani. Aloes ad carbonũ formã exuſtæ vnciam vnã, malicorii vſti vnc. I. ſeminis lini vſti vnc. I. contere & præbe cochlearia duo, iis qui febre carent cum vino antiquo. Egoverò, inquit Marcianus, quotieſcunque hoc exhibeo, H duorum terreſtrium herinaceorum membranam internam, quæ cibum complectitur, deſquamatam adiicio. Quare hanc membranam illotam accipito, ſiccato, ac adſeruato: per ſe enim huiuſmodi pelliculæ potatæ ventris fluxiones ſiſtunt. Aliud Marciani, cuius vtilitatem ne contemnas: Seminis anethi, apii, fœniculi

mõtani,piperis,ſing.vnc.i.in teſtaceam pilam coniicito, atque vbi probè contriueris, herinaceorum terreſtrium internam membranam illotam ac per ſe contuſam & cribratam vnc.i.pondere immiſceto.Deinde vinum purum vetus quantum ſatis videbitur, in nouum vaſculum infundito, & laminam ignitam ex ferro quod ſtomoma vocant, non minorem libra, in vino extinguito, & adiectis aridorum drachmis duabus,bibendum præbeto. tantum enim ad ſummum datur, atque hoc medicamine multos ille deſperatos ſeruauit. Aliud multa experientia cognitum: Cochlearum terreſtrium maximè montanarum vſtarum carnem trium drachmarum pondere accipito, piperis ſcrupulos viii. ſimul cum æreo piſtillo in puluerem redigito, & vini veteris ſeſcuncem, tantundémque gari affundito, ac ſimul vnita omnia in tres partes diuidito,& per tres horas exhibeto. Oribaſius autem ſic:Cochlearum vnà cum teſtis vſtarum vnciã i.(alii trientem habent)gallæ ſextantem,piperis vnciam i.in puluillum redige,ac obſoniis inſperge,aut cum aqua, aut vino albo tenui præbe.Præclarè auxiliatur hoc dyſentericis quibus vlcus nondum eſt putrefactum. Aliud Marciani,quod Phemus appellatur. Myrrhæ, opii, balauſtii,rhois rubri, cuiuſque vnciam vnam, aniſi ſeſquiunciam,ſpinæ Ægyptiæ quadrantem, lentiſci quadrantem. cum decocto corticis lotini ligni ſubigito,& nucis Ponticæ magnitudine præbeto, cum lotini corticis decocto: quòd ſi lotinus non adſit, meſpilino pro eo vtaris.

Catapotium dyſentericum valde pulchrum, Aſclepiadæ. Radicis ſymphyti, ſeminis ericæ, malicorii,gallarum æquales partes ſubige,& in catapotia digere, ex quibus obòlos tres cum vino aut aqua deuorandos præbe. Alia eiuſdem: Gallarum drachmas quatuor, opii Aſiani drachmas duas,petroſelini drachmam vnam, aqua ſubigito & catapotia formato,éxque eis ad ciceris magnitudinem præbeto:aut quantũ vires tolerare poſſint. Aliud.

Thuris,acaciæ,opii, gallæ, æquale pondus ſingulatim cum ſucco intuborum ſubige:indéque ad ciceris magnitudinem aut pro virium tolerantia præbe. Aliud. Florum roſarũ,opii,acaciæ,gummi,ſucci hypociſthidis, cuiuſque trientem, ſeminis & ſucci plantaginis, cuiuſque ſextantem,ſucci roſarum vnc.i. In catapotia redigito, ex quibus obolos tres dato. Paſtillus ex ſeminibus, qui in Alexandria præparatur: Aniſi vnc.vnam,fœniculi vnc. i.ſeminis hyoſcyami quadrantem,ſeminis apii quadrantem,(alii tantùm drachmas tres habent)opii vnc.i.dauci vnc.i. aqua ſubigito. Oribaſius autem hoc modo: Aniſi,ammii,fœniculi ſeminis,apii ſeminis, cuiuſque drachmas tres,petroſelini drachmas duas,opii drachmas ii. valet cœliacis,dyſentericis, cholericis,& tuſſientibus. Paſtillus trigonus, *hoc eſt triangularis* appellatus. Seminis apii ſextantem, ſeminis hyoſcyami vnciam i. opii vnciã vnam,aniſi vnciam i.aqua ſubigito. Aliud Andromachi,ad cœliacos & dyſentericos. Rhois culinarii drach. iiii.piperis drach.iiii.myrrhæ,croci,acaciæ,ſcobis corticis loti,ammii,cuiuſque drach.ii.ſpicæ nardi,lycii,gallarum,ſucci hypociſthidis,apii,aloes,aniſi,cuiuſque drach. i.cum rubi ſucco ſubigito, & ante ſomnum,iii.obolorum pondus ex aqua præbeto:non febrientibus ex vino frigido. Paſtillus Philippi,ad diuturnas dyſentericorum affectiones,leuans dolorem,& bibitur & infunditur,& forinſecus quoque imponitur, melle cocto aut palmis paſſis ſubactus. Acaciæ,balauſtiorum,hypociſthidis,rhois rubri, opii, thuris, myrrhæ, croci, gallarum, lycii, aloes, rhei Pontici,baccarum myrti nigrarum, malicorii, ſing. drach.iiii.vino veteri adſtringente ſubacta in paſtillos digere,& non febrientibus obolos iii.ex vino præbe, febricitantibus verò ex hydromelite.Ego autem hoc paſtillo vtor & feliciter mihi ſuccedit,omnibus quidem prædictis ad eius compoſitionẽ adiectis,præter thus& rhoẽ. ad hæc autẽ,omphacii,floris mali Punici,caſiæ, caſtorei, aluminis ſciſſilis,roſarum repurgatarum & ſiccarum, ſingulorum æquale põdus addo. Catapotium bonum. Abrotoni ſextantem,ſarcocollæ vnc.i. gummi parum, vt ex eo cogi ac formari poſſint.Catapotia ciceris magnitudine formato,& ieiunis vnum deuorandum præbeto,ſimiliter vnum ante ſomnum. Alius Oribaſii,ad dyſentericos & hæmoptoicos,fluxúmque muliebrem. Succi hypociſthidis, terræ Samiæ, gallæ omphacinæ, acaciæ ruffæ, cuiuſque drach.viii.cum aqua pluuiali ſubige, & paſtillos forma,ac vtere, ad dyſentericos quidem in potu exhibitis,ac per clyſterem cum ſucco oryzæ aut lentis,aut aliquo conſimili infuſis: ad hæmoptoicos verò,cum aquæ frigidæ ſeſquicyatho,eius drach.i Ad fluxum autem muliebrem,cum ſucco ſolani,aut ſanguinariæ,aut plantaginis,lana exceptos ſubde. Aliud parabile. Alumen liquidum tritum cum ouo abſorbendum præbe, & rurſus aqua calida dilutum bibendum exhibe; & admiraberis. ſedat diuturnas dyſenterias, & in quibus cruenta excernuntur. Aliud. Pumicem in tenuiſſimum puluerem redactum,cum ouis ſorbilibus,cochlearii mẽſura præbe, & miraberis. Aliud exquiſitum. Fici folia arida contuſa cochlearii menſura cum vino auſtero dato. Aliud, Macer, Mali Punici florem, æquali pondere contunde, & ex eis ſcrupulos duos cum vino adſtringente præbe. valde commodum hoc eſt in iis qui cruenta egerunt. Paſtillus ad dyſentericos & cœliacos. Aniſi, ſeminis apii, ammii,balauſtiorum,ſucci hypociſthidis,ſeminis hyoſcyami albi,ſingulorum drach.viii.opii drach. iiii.exhibe iis qui integræ ſunt ætatis drach. i. cum aquæ calidæ cyathis tribus. Polyidæ ſphragis,cœliacis,dyſentericis, quartanariis,& oculorum fluxionibus conducens. dolorem enim adimit & reſiccat.Hyoſcyami albi ſeminis dr. iiii.ſeminis apii drach.iiii.aniſi drach.ii.opii drachm.i. cõtere cum aqua,& informa paſtillos obolares:ex quibus vnum cum aqua frigida præbeto.

Quæ infernè dyſentericis infundantur, Cap. XLIX.

PAſtillus Nymphodoti,ad dyſentericos,& vlcera depaſcendo ſerpentia omnibus præſtantior, quemadmodum experti ſumus,inquit Archigenes: compoſitus quidem vt Fauſtinus, diſſonans autem in auripigmenti apponderatione:opere verò longè efficacior eo cognitus. Cuius compoſitio hæc eſt: Chartæ vſtæ drach.xxx.auripigmenti drach.viii.calcis viuæ drachmas decem, ſandarachæ drachmas ſex, vini auſteri ſextarios iii. Vinum ipſum per ſe coquitur donec tertia pars reliqua fiat, cum qua,arida in mortario teruntur donec in compagem terendo redigantur. ex quibus deinde paſtilli drachm.iiii. aut trium ſiue duarum etiam formantur, quorum vſus iuxta ægri vires adhibetur:cum vino autem & aqua infũduntur,ita vt cum aqua,lenticula,roſæ ſiccæ,ac cortex loti decoquantur, cum vino verò,baccæ myrti,vt ex vtriſque heminæ menſura ſuperſit.In vniuerſum autem,non ſolùm in huius paſtilli,verùm omnium qui cruſtas inducunt vſu,ſtomachum hora vna ante eorũ exhibitionem, ex oleo myrteo ac vino veteri irrigare oportet: itémque caput ex oleo largo. quæ enim cruſtas inducunt,ſi infundãtur, & ſtomachum & caput offendere conſueuerunt. Ante infuſionẽ autẽ fruſta panis duo aut tria ægro adhibenda,ex aqua frigida aut lactei teporis,ſi vehemẽs adſit febris:aut vino diluto,ſi parua fuerit febris & nullius pẽſi, pane madefacto. Quòd ſi ab infuſione ſtomachus exuratur aut ſubuertatur,aquæ frigidæ cyathi tres confidenter in potu præbeantur.exhibẽdus eſt lactucæ caulis cum pane & aceto:oliuæ item albæ ex aceto.Cæterùm iis qui ſtatim vbi infunditur pharmacum,rurſus reiiciunt,imò penitus infuſum retinere nequeunt,muriam præinfundere oportet:aliquãdo etiam ſalis ammoniaci cochleare vnũ, aut amplius tritum, pharmaco eſt admiſcendum, nullo habito mordacitatis reſpectu. vtilitas enim omnẽ dolorem exuperans inde procedet. Vtimur autem frequenter oliuarum albarum muria cõditarum liquamine,hemina nimirum vna ex eo infuſa,ſemihoræque interſtitio facto aut paululo diutiore, paſtillum ipſum conſequenter infundentes, quo modo facilè ipſum continent. & pharmacum ſanè magis efficax fit,vbi nuda vlcera contigerit: ſi verò neque ſic continuerit, iterum atque iterum infundito.munitum eſt enim pharmacum ne cruſtas inurat. Porrò vbi efficacius fuerit pharmacum & vicerit affectionem, multa cum ipſo mucoſa ramenta prodibunt,

& à multis moleſtiis,egerendíque promptitudine diſtentionibúſq; liberabit.Infuſum autē ipſum non vltra duas horas retinendum eſt, neque infra vnius horæ ſpatium. Atque hic canon vniuerſalis tibi in omni cruſtas inducēte infuſo proponatur, vnà cum hoc quòd & ſtomachus & caput ſit præmunitum. Ante infuſionem, etiam anus ex oleo dulci illinatur, maximè verò adipe quopiam ipſa fiſtula craſſiùs perlinatur:poſt infuſionē cū ſpōgiis aut glomis quopiā abſtringēti imbutis,ſedes foueatur:adiuuat enim hoc ipſum infuſi retentionē.Mirabiliter etiā prodeſt Andronis paſtillus duarū aut vnius drach.pōdere infuſus. Paſtillus ad dyſentericos,cuius multam experientiam habemus:admirabilis enim in vlceribus ſerpendo depaſcentibus exiſtit,non ſolùm dyſentericis, ſed oris etiam gingiuarum,& ad omnem nomen ſerpentem. Calcis auripigmenti,chartæ vſtæ, ſquamæ æris, æquales omnium partes ramulorum oleæ decocto ſeu ſucco ſubigito,ac vtitor cum oryzæ ſucco.Exuccatur autem olea hoc modo: Ramulos oleæ cōtundito , eiſque cōgruentis menſuræ aquam affundito, atque donec quater efferbuerit decoquito,expreſſóque ſucco vtitor. Fauſtini inſignes paſtilli,quorum alter conſtat ex chartæ vſtæ drachmis triginta,calcis drachmis x v.auripigmenti drachm.duodecim, ſandarachæ drach.VI. infunditur duarum drachmarum pondere cum rhois & baccarum myrti decocto. ſi verò diuturna ſit affectio,ſalis etiam drachm.II.adiiciuntur. Alter verò conſtat ex calcis drachmis decem,ſandarachæ drachm. VI. auripigmenti drachmis octo, chartæ vſtæ drachmis triginta.in paſtillos redigito,ac vtitor,quemadmodum in Nymphodoti paſtillo eſt prædictum. Alter adhuc paſtillus Fauſtinus,qui in Alexandria præparatur: Auripigmenti trientem,ſandarachæ trientem,calcis vncias duodecim,acaciæ vncias XII.ſubige cum vino. Paſtillus Philadelphus, ad dyſenterias & ſanguinis eruptiones & omnes nomas: Sandarachæ,auripigmenti, cuiuſque quadrantem,calcis ſeſcuncem,acaciæ ſeſcuncem,excipe plantaginis ſucco aut vino auſtero, & paſtillos drachmarum quatuor,aut trium,aut duarum informa;atque pro ægri viribus infunde cùm vino myrtite. Eras autem hoc modo ipſum præparat: Auripigmenti beſſem, acaciæ trientem,calcis trientem. Paſtillus alius,dyſentericis cōmodus,qui eueſtigio aluum ſiſtit , quòd multo experimento conſtat: Bituminis,auripigmenti,ſandarachæ, aluminis ſciſſilis, ſquamæ æris , cuiuſque drachmas quatuor, chartæ vſtæ drachmas decem, calcis drachmas octo, ſucci hypociſthidis drachmas tres, balauſtiorum drachmas tres,opii drach.II. Cum vino myrtite ſubige, ac vtere veluti in Nymphodoti paſtillo prædixi. Paſtillus ex ſubere appellatus,quo veluti præter opinionem admirando vtor: Gallæ vſtæ,chartæ vſtæ,ſuberis ex vaſe vini veteri accepti ac vſti, panis aridi vſti,ſingulorum dra. quindecim,auripigmenti drachm.xx.ſandarachæ drach. decē,calcis viuæ drach.x. acaciæ drach. v.ceruſſæ drach. v. ſpumæ argenti drach.III.omphacii drach.II.fæcis vini vſtæ drach.v.Cum vino adſtringente ſubige & informa paſtillos drach.IIII. III. II. In principio autem hos cum plātaginis aut ſanguinariæ,aut perdicii ſucco infundito, aut cum aqua tepida, ſi hæc non adſint. ſi verò morbus fortis ſit & in vigore conſiſtat,cum fœnigræci aut lini ſeminis decocto infundito: in declinatione autem,cū myrti & rubi decocto ex vino. & in pueris quidem cyathorum duorum menſura:in fœminis trium : in viris verò qui ad perfectam ætatem acceſſerunt, quatuor infundatur. Paſtillus Aſclepiadæ dolorem ſubmouens,ſomnūque inducens: diuturnis dyſentericis affectionibus eueſtigio auxiliatur, ſi abſit febris: Chartæ vſtæ drach.III. auripigmenti,ſandarachæ, ſquamæ æris, aluminis ſciſſi, omphacii,lycii,acaciæ,ſucci hypociſthidis,calcis viuæ,cuiuſque drach.v.opii drach.II.croci drach.II. Vino myrtite excipe & in paſtillos redige, quatuor & trium & duarum etiam drachmarum, iuxta ægri vires: cum paſſi Cretici cyathis ſex, iis qui integræ ſunt ætatis,infundito. Paſtillus alius dyſentericus. Auripigmenti ſextantem, ſandarachæ quadrantem , ſquamæ æris vnciam vnam, calcis trientem,aluminis ſciſſilis ſextantem, chartæ vſtæ quincuncem,omphacii ſextantem, acaciæ ſextātem,ſucci hypociſthidis ſextantem,thuris vnc.I.opii quadrātem. Vino myrtite aut aliquo alio auſtero excepta ſubigito. Quòd ſiquis infuſum non contineat,ſed ſtatim ipſum reiectet , omnino morti propinquum iudicato, quemadmodum ſæpe iam ſum expertus. Infundito autem ex eo velut ex præcedente,drach.I.tantùm. Paſtillus thronus Marcellius appellatus. Auripigmenti quadrantem, ſandarachæ trientem,lentiſci triētem,balauſtiorum quadrātem,(alii dextantem habent)opii ſextantē,calcis beſſem, omphacii ſextantem, ſucci hypociſthidis quadrantem. Vino auſtero ſubige , & vtere vt paſtillo Nymphodoti.

Paſtillus,Lycos appellatus, ad dyſentericos. Sandarachæ drachmas ſex,auripigmenti drach.XII.calcis viuæ drach.x. æris vſti drach. XX. acaciæ drach. VI. cadmiæ drach.XII.chalcitidis crudæ drach. XII.rhois culinarii aut quo coriarii vtūtur dra. III.ſucci hypociſthidis drach.III. baccarum myrti nigrarum recentium drach.VI. ſoreos drach.I.miſyos crudi drach.I.gallæ drach.octo, omphacii drachmā vnam,lycii drach.octo. Vino myrtite ſubigito, affuſo etiā plantaginis ſucco,& paſtillos drach.IIII. & III.& II.formato: cum vino verò adſtringenti infundito,ægri habita cura, velut in Nymphodoti paſtillo eſt prædictum. Paſtillus magnus,dyſentericos præclarè & feliciter iuuans,etiam ſi extremè ſint affecti ac deſperati,vtpote in quibus carnoſæ & fæculentæ prodeunt egeſtiones.Infunditur autem cum ſucco oryzæ, ita vt adeps hircinus & myrtus cum ipſo decoquantur. Cæterùm in iis qui retinere non poſſunt,muria oliuarum albarum præmittenda , & poſt horæ interſtitium paſtillus infundendus, ſtomacho & capite præmunitis, velut in Nymphodoti paſtillo eſt prædictum . anus item ab infuſione fomentis integatur. Prodeſt etiam ad caua ac profunda cruſtoſáque vlcera,itémque nomas pudēdorum . Verùm in dyſentericis præſtat vt cū reliquis prædictis remediis, manus ægri latis & lōgioribus faſciis conſtringantur, ſupernè ex humeris exordio facto,& in ſummos vſque digitos ligamento protēſo:non parum enim hoc ipſum ad fluxus repreſsionem facit. Porrò ipſius paſtilli cōpoſitio hoc modo habet: Balauſtiorum recentium, malicorii, rhois quo coria tinguntur,phyllorum , ſingulorum drachmas quatuor,iſatidis tinctoriæ dra.III. (alii drach. VI. habent)ſpinæ Ægyptiæ drach.IIII.ſeminis hyoſcyami dr. III. farinæ lentium drach.VIII.ſuberis ex vaſe vini veteri accepti ac vſti drach.IIII.gallæ omphacinæ à teredinibus non corroſæ drach.IIII.roſarum ſiccarum drachmas ſex, floris recentis roſarum drach.ſex. croci drach. quatuor, myrrhæ drach.octo,lycii drach.octo, bituminis dr. ſex, picis ſiccæ drach.ſex,acaciæ drach.octo,hypociſthidis dr. octo,gummi drach.trigintaduas,thuris maſculi drachm. octo,omphacii ſucci ſicci drachmas quatuor,opii drach. duas,amyli drach. duas, ſolearum veterum vſtarū drach. quatuor,cornu cerui vſti drach.quatuor,oſſiculorū oliuarum vſtorum,oſſiculorū palmarū vſtorū,fæcis vini vſtæ, ſpongiarum nouarum liquida pice & cedria imbutarum ac vſtarum,oſtreorum vſtorum, æris vſti, ſquamæ æris, ſing.drac.tres,lapidis gagatæ,corallii,rubiginis ferri, aut ſcoriæ,cuiuſque drach.quatuor, aluminis ſciſsilis in teſta exuſti drach.II.aluminis quo tinctores coriorum vtuntur drach.duas,auripigmēti drach.tres,chalcitidis crudæ dr. tres,ſandarachæ drach.tres,gypſi loti drach.tres,calcis viuæ drach.tres,minii ſinopici ſeſquidrachmam,atramenti communis drach.duas,diphrygis drach.duas & dimidiā, ſpumæ argenti drach.II.& dimidiam,ochræ drach.II. & dimidiam,atramenti Indici drach.II.& dimidiam,plumbi drach.tres,ceruſſæ ſeſquidrachmā,terræ Samiæ drach. tres,terræ cimoliæ drach.II. pōpholygis drach.duas, ſucci mandragoræ & plantaginis quantum ad hæc ſuffecerit. Compoſitio quidem igitur paſtilli hæc eſt , in qua totus ille ſimplicium pharmacorum cumulus , ex quinquaginta quinque rebus conſtat , præter herbarum ex aqua decoctionem,quæ ad huius paſtilli ſubactionem accōmodatur. Cæterùm apparādi modus huiuſmodi eſt: In pilam Thebaicā primùm æs, & æris ſquamā,& ſpumā argenti,calcē,lapidem gagaten,corallium,rubiginē ferri

coniicito.Oſtrea etiam contuſa & cribrata probè & contentè terantur, donec in puluillum redigãtur: deinde adiecta chalcitide, ſandaracha, auripigmẽto, cornu ceruini oliuarúmque ac palmarum officulis, ſpongiáque & alumine, rurſus terito, affuſis etiam ſpiſſamentis, quæ ſtymmata *Græci* appellant. Alumen autem hoc modo vritur: Alumen in ollulam nouam coniectum, ſuper prunas ponito, & vbi diffunditur ac liqueſcit tollito, & frigefieri ſinito, & hoc modo tritũ adiicito. His deinde tritis, minium, diphryges, atramentum Indicum & commune, ochran, plumbum, terram Samiam, cimoliam, ceruſſam, pompholygem, reliquáque omnia metallica addito, & contentiſſimè ſub caniculæ æſtu conterito, donec ex ſpiſſamẽtis quartam aut quintam addideris partem. Poſtquam verò quodammodo ad collyrii formam fuerit redactum, arida contuſa & arctiſſimo cribro excuſſa adiicito, veteribus ſoleis ſimul cum aridis contuſis: deinde additis ſpiſſamentis, rurſus ſimiliter vt priora terito, ſæpe inſtillatis ſpiſſamentis. Vbi autem trita inaruerint, in altero mortario primùm crocum cum duobus ſuccis, mandragoræ videlicet & plantaginis, terito: atque vbi tritum fuerit, reliqua adiicito, myrrham ſcilicet & thus, omphacium, acaciam, hypociſthidem, gummi, lycium, opium, picem, bitumen, & lentium farinam: quodlibet eorum prius per ſe aridum in tenuiſſimum puluerem redactum. Cæterùm vbi optimè in mortario fuerint trita, duobus ſuccis largè affuſis, quò etiam ad aliorum exceptionem ſufficiant, de cætero, iam antè trita metallica ſic arida terito ac admiſceto: omnibúſq; probè permixtis ac ſubactis, paſtillos ad duarũ magnarũ fabarũ magnitudinẽ formato: & vtitor, aliquando quidẽ cũ oryzæ ſucco, aliquando verò cum vino, aut aliquo conueniente liquore. Ego verò ob mandragoræ viridis ſucci inopiã, aridi ſucci drachmas quatuor addo. Porrò ſpiſſamenta cum quibus paſtillum conteris, hoc modo apparato: Rubi, myrti, florũ mali Punici, radicis ſymphyti, radicis capparis, foliorum ſalicis, comæ cupreſſi, omniũ æquales partes cum aqua coquito, & vtitor. In his ipſis verò ſpiſſamẽtis, aut etiã aliis, ſpõgiã aut glomos rigato, cúmque eis ſedem foueto: aſſiduè quidem, maximè verò à paſtilli infuſione. Siccum dyſentericum. Terræ Lemniæ quæ ſphragis appellatur, terræ aſteris, amyli, gummi, thuris, æquales partes omnium in puluillum redactas, cochlearii menſura infundito, ſpiſſamẽtis etiam quibuſdam adiectis. Indus autem medicus hoc vtitur: Terræ Lemniæ quæ ſphragis, buccinorum vſtorum, thuris, ſingulorum æquales partes commiſce, indéque cochlearia duo cum lotini corticis decocto, aut pinus aut meſpili, infundito. Quæ dyſentericis ſubdantur. Glans quæ dyſentericis ſubditur, Theoſebii: Opii drachmas x 1. myrrhæ, caſtorei, croci, thuris, hypociſthidis, cuiuſque drachm. ſex, ſtyracis drachmas tres vino excipito. Alia glans ſiue collyrium. Opii, croci, myrrhæ, aluminis ſciſſilis, ſingulorum æquale pondus cum vino veteri ſubige, & collyria drachmæ vnius pondere informa, ex quorum vſu & ſubditione diuinam efficaciam admiraberis. Optimè facit & ad dyſentericos opobalſamum tomento exceptum & ſubditum. Spiſſamẽta, quæ dyſentericis cataplaſmatis vice imponuntur. Florum mali Punici, gallarum, malicorii, myrti ſiccæ, lentiſci, mannæ, acaciæ ſiccæ, æquales omnium partes in puluerem redigito: quem ſiccum aſſeruato ac vtitor, ita vt vſu expetente cum vino decoctum imponas. magis verò mitigatorium fiet, ſi ſapa pro vino accipiatur. Illitio ad cœliacos & dyſentericos: Acaciæ quadrantẽ, gallæ, œnanthes, malicorii, balauſtiorum, aloes, ſucci hypociſthidis, maſtiches, aluminis rotundi, omphacii, ſingulorum vnciam vnam, cum vino ſubigito, informato paſtillos, quibus cum vino aut ſucco aliquo conuenienti vtaris.

Epithemata dyſenterica, Cap. L.

EPithema dyſentericis commodum, Marciani. Mala cotonea repurgata decem in vino decoquito, diligentérque terito, ac tritis aloes vnciam vnam, mannæ ſextantem, myrrhæ ſiccæ tritæ quadrãtem infarcito: deinde ceræ ſeſcũcem, vnguenti nardini libram vnam addi-

A to. Ceratũ ipſum liquefacito & refrigerato, tritiſque adiicito, ac vtitor. Epithema ex œnanthe, Philumeni, ſtomachicis & cœliacis dyſentericiſque in principiis cõmodũ: Œnãthæ ſiccæ drach. vigintiocto, gallæ, acaciæ, roſarum ſiccarum, omphacii, ſingulorum vnciam vnam, aluminis rotundi ſextantem, aloes ſextantem, rhois Syriaci trientẽ, olei myrtei libram 1. ceræ lib. 1. picis lib. 1. quidam verò ſingulorum libras duas accipiunt. Arida vino veteri adſtringente rigato, deinde liqueſcibilia adiicito,
B ac ſimul emollita excipito. Efficaciter auxiliatur ad interaneorum fluxiones, & ſtomachi faſtidia ac exolutiones, & ardores. Aliud, per multam experientiam. Roſarũ, œnanthes, acaciæ, gallæ, aluminis ſciſſilis, ſingulorum quadrantem, aloes ſeſcuncem, rhois culinarii libram vnam, ceræ, picis, olei myrtei, cuiuſque libram vnam, vini quantum ſufficit. Epithema ex lixiuio. Ammoniaci thymiamatis, nardi Celticæ, croci, cardamomi, bdellii, cyperorum, ſingulorum vnciam vnam, lixiuii ex cinere lignorum vitis ſeſquiunciam, ceræ quadrantem, vnguenti
C nardini ſeſcuncem, vini quantum ſuffecerit. Apparatur autem & hoc modo: Croci vnciam vnam, aloes quadrantem, ſtyracis quadrantem, ceræ ſextãtem, lixiuii ex cinere lignorum vitis, vnguenti nardini, cuiuſque vncias duodecim, vini quod ſatis. Illud ſuperius apparaui, & præ œnanthes inopia, folia vitis conieci: in æſtate quidem viridia, in hyeme verò eiuſdem virgulta, reliquis ſiccis contuſis & cribratis. Epithema clidion appellatum, Cyrilli: Acaciæ, gallarum, thuris, aluminis ſciſſilis, aloes, rhois culinarii, hypociſthidis, myrrhæ, balauſtiorum, œ-
D nanthes, roſarum ſiccarum, ſing. vnc. 1. ceræ dodrantem, picis, olei myrtei, cuiuſque dodrantem, vini ſpathitæ quãtum ſatis eſt. Ex libris Philumeni, epithema Mnaſeæ clidion appellatum, ad cœliacos & dyſentericos: Gallæ omphacinæ, ſucci hypociſthidis, aluminis rotundi, acaciæ, rhois rubri, malicorii aridi, ſeminis apii, ſingulorum vnciam 1. viſci quercini drachmas quatuor, ammoniaci thymiamatis dra. IIII. picis ſiccæ drach. xx. ceræ dr. VIII. olei myrtei aut lentiſcini drach. xx. gallas & malicorium contuſa ac cribrata in vini cyathis nouem decoquito, aſ-
E ſiduè agitãdo, donec tertia pars relinquatur: deĩde in mortarium coniecta terito, ac reliqua ſimiliter in puluerem redacta inſpergito: ammoniacum verò aceto diluito, & viſcũ cũ modico oleo emollito: pici verò ac ceræ liquefactis cum reſiduo oleo, & ab igne ablatis, viſcum adiicito, ac vnito, & ſimul tritis affundito, fortitérque cõtundito: ac vtitor. Andromachi epithema ad dyſentericos & cœliacos: Seminis hyoſcyami albi, ſeminis apii, cuiuſque drach. IIII. aniſi, floris roſarum, ſucci hypociſthidis, balauſtii, rhois rubri, cuiuſque drach. II. opii drachmam vnam,
F croci drachmam vnam contere: ac vino myrtite excipe, informáque paſtillos, quos in vmbra ſiccabis: vſus verò tempore, ex eis quantum ſuffecerit contundes ac cribrabis & ſubiges, linteolóque infartum ventri impones. Dropaces. Dropax ex tertio libro placitorum Sorani: Reſinæ libram 1. picis ſiccæ lib. 1. nitri, bituminis, ſulphuris viui, cuiuſque libras II. pyrethri libras II. veratri ſextãtem, olei heminam vnam. Si verò efficacius reddere velis, adiice & piperis trientem, adarcæ ſextantem, ſtaphidis ſylueſtris ſextantem. Alius dropax. Picis ſeſcũcem,
G reſinæ pinus torrefactæ ſeſcũcem, myrrhæ, ſulphuris viui, nitri, cuiuſque vnciam vnam, pyrethri quadrantem, adarcæ vnciam vnam, euphorbii ſextantem, (alii drachmas duas tantùm habent) adipis taurini ſeſcũcem. Vtendum & ad hæc rubefacientibus cutem, phænigmis à *Græcis* appellatis, itémque ſinapiſmis, in tertio Sermone deſcriptis: in declinatione præſertim dyſenteriæ, quò totum malũ penitus deſtruatur.

De lienteria, ſeu inteſtinorum læuore. Cap. LI.

LIenteria, quemadmodum ipſum nomen indicat, læuor quiſpiam inteſtinorum eſt, qualis etiam forinſe-
H cus in corporis cuticula ex cicatrice cõtingere ſolet. Oboritur autem frequenter, dyſenteria magna præcedente, & ex profunda vlceratione, cicatrice denſa & læui ſuccedente quæ deinde ob denſitatem quidem ſuam, ciborum per corpus digeſtionem fieri non permittit. quum ſanè

venarum ora ſint veluti obturata: venarum, inquam, quæ alimentum ex inteſtinis ad ſe auellunt. Ob læuorem verò cibum ſtatim priuſquam permutationem & perfectam concoctionem admittat, dilabi ſinit. Cæterùm lienteria ipſa propriè ex permutantis cibos ac digerentis facultatis debilitate contingit, cuius ſignum eſt quòd cibi crudi & nihil immutati excernuntur. quæ ratio & ex hoc amplius corroboratur, quòd non ſolùm à dyſenteria hæc affectio oboritur, ſed & poſt frequentia voluuloſa tormina, & poſt longum profluuium ventris, aliquando etiam aqua inter cutem per ventrem euacuata, lienteria conſequi ſolet. Ex quacunque igitur cauſa lienteria orta ſit, ægri cibum non ſentiunt, & malùm corporis habitum acquirunt, quod vtrúque malum incorrigibile exiſtit. Succedit enim ægris aſſidua excretio cruda, colore ſubalbida, inæqualis, & aquoſiſſima, citra ſanguinis ac bilis complexum. Adeſt autem ſimul & ardor per tota præcordia ſe dilatans, quem cibi faſtidium concomitatur. Videtur autem bonum & amicum ſignum in eis ructus acidus eſſe. indicat enim iucundi quippiam factum eſſe, & vẽtrem ac inteſtina nõ velut inanima cibum ſinere pertranſire. Itaque quum eiuſmodi ſit affectio, facile eſt intelligere, quòd vim retẽtiuam, ac concoctoriam facultatem tum ventris, tum inteſtinorũ, omni modo refocillare oportet, quod ſanè per

A ciborum conuenientium exhibitionem fieri poteſt, pérque diætam reſtituendis ac refocillandis viribus aptam. &, vt ſimpliciter loquar, eodem medicationis ductu vtẽdum eſt, quem ad cœliacos & dyſentericos habes præſcriptum. Cæterùm quod dignum indicatione hîc viſum eſt nobis, acrium rerum comeſtiones frequentiores eis aptæ exiſtunt, & maximè quibus cicatricem factam eſſe coiectamus: acrium enim rerum comeſtio, velut refricationẽ quandam cicatricum operatur: quin & inſitum calorem reuiuificat, & concoquẽdi facultatem quodammodo re- B focillat. Porrò vomitus à cœna ventrem etiam in melius tranſmutant, & actionis ſuæ commonefaciunt: frequentes quoque dropacum admotiones ad manus ac crura, thoracémque & ventrẽ, itémque rubefacientia ex malagmatis & ex ſinapi, eis commoda exiſtunt. Potiones etiam quaſdam ad dyſentericos & cœliacos præſcriptas, liẽtericis præpotandas exhibere conuenit, quale & hoc catapotiũ exiſtit. Catapotium dyſentericum, maximè verò lientericis conueniens: Malicorii, myrrhæ, cuiuſque drachmas octo, aluminis ſciſſilis drachmas quatuor, ſucci hy- C pociſthidis drachmas quatuor. cum aqua catapotia ad erui magnitudinem ex his formato, indéque quinque aut ſeptem iuxta ægri vires exhibeto.

INDEX EORVM QVÆ IN DECIMO AETII SERMOne habentur.

De debilitate iocinoris, & iis quibus ſanguis per ventrem defertur, Cap. I.
De oppilatione hepatis, Cap. II.
De hepatis inflammatione, Cap. III.
De hepatis abſceſſu, Cap. IIII.
Cura hepatis exulcerati, Cap. V.
De hepate in ſcirrhum indurato, Cap. VI.
De lienis affectionibus cognoſcendis ex libris Philagrii, Cap. VII.
Intemperiei ſplenis cura, Cap. VIII.
De inflatione ſplenis, Cap. IX.
De ſplenis inflammatione, Cap. X.
Cura ſplenis in ſcirrhum indurati, Cap. XI.
De ſplenicorum vſtione, Cap. XII.
Splenicorum diæta, Cap. XIII.
Cura eorum in quibus ſplen frigida, venter verò calida affectione laborat, Cap. XIIII.
Cura ſplenicorum quos tuſſis infeſtat, Cap. XV.
Cura eorum quibus ſplen in magnitudinem excreuit, ſimúlque durus eſt, Cap. XVI.
De ictero ſeu morbo arquato, Cap. XVII.
Cura arquati, Cap. XVIII.
De malo corporis habitu, Cap. XIX.
De hydrope ſiue aqua inter cutem, Cap. XX.
Aſcitæ ac tympanitæ hydropis cura, Cap. XXI.
Epithemata hydropica, Cap. XXII.
Malagmata quæ euacuant humorem, Cap. XXIII.
Epithemata quæ poſt euacuatos humores adhibita, pro glutino ſunt, Cap. XXIIII.
Aquam ducentia remedia, hydropicis valde commoda, Cap. XXV.
Quæ ad ciendam vrinam hydropicis bibuntur, Cap. XXVI.
Cura poſt euacuationes, Cap. XXVII.
Cura hydropis qui propriè ſubtercus appellatur, Cap. XXVIII.
Cataplaſmata ex lib. Aſclepiadæ, Cap. XXIX.
Chirurgia hydropis ſubter cutem, Cap. XXX.
Reliqua prædictorum cura, Cap. XXXI.
Cõmunis diæta omniũ hydropicorũ, Cap. XXXII.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICInæ, Tetrabibli, ſiue quaternionis tertii, Sermo ſecundus.

De diſpoſitionibus iocinoris ac lienis, eorundémque affectionibus.

De debilitate iocinoris & iis quibus ſanguis per ventrem defertur, Galeni, Cap. I.

INTEMPERIES quidem cauſæ ſunt ex quibus iocinoris debilitas producitur: diſpoſitiones autem diuerſas in ipſo faciunt. Quũ enim citra inflammationem aut ſcirrhum circa hepar, propter ſolam debilitatem, ſanguinis effluxio contingit, tunc ſanè propriè hepaticos ipſos ægros appellant: quemadmodum cœliacos & ſtomachicos vocare conſueuerũt eos qui neque inflammationem, neque aliquem alium præter naturam tumorem in viſceribus habent. Calidæ itaque intemperies, tum eos qui prius adſunt humores, tũ etiam eos qui per venas meſenterii ad ipſum hepar defe-

A runtur, adaſſant ac comburunt: frigidæ verò intemperies humorem qui iam in ipſo continetur, craſſum & lentũ ægréque mobilem reddũt: eum verò qui defertur, pituitoſum ac crudum & ſemicoctum. Cæterùm ſicca intemperies, ſicciores & denſiores humores facit: humida autẽ tenuiores & magis aquoſos. Itaque vbi calida intemperies circa hepar conſtiterit, colliquationes fiunt, primùm quidem humorum, deinde etiam carnoſæ ipſius hepatis ſubſtantiæ: biliſque per ventrem euacuatur fœtens ac craſſa, abundéque colorata, velut in peſtilentibus febribus B fieri ſolet. Vbi verò frigida intemperies affuerit, neque aſſiduæ excretiones, neque multæ fiũt: diuturnũ autẽ fit malum, & per dies aliquot aceruatim eis profluet venter: cæterùm egeſta, nõ ſimilẽ putorẽ habẽt iis quæ per calorẽ ſunt colliquata, neque colorem etiam, neque compagem,

ſed ſpeciem præ ſe ferunt ſanguinis putrefacti & in gru-
mos congelati:& ſiquis diligēter inſpiciat, velut limus &
fæx ſunt ſanguinis craſſioris:cōſimilia enim atræ bili colo
re apparent.quin & plures & iudicatu difficiles colores
iuxta eandem diſpoſitionem in excrementis apparent.In
ſicciore autem intemperie,recrementa adhuc ſicciora vi
debuntur,ægrique magis ſitient:in humida verò,humi-
diora & plura erunt recrementa, ſitiſque minus infeſtat.
Quandocunque igitur egeſta videris loturæ carnis recèns
mactati animalis ſimilia,veluti ſiquis cum aqua ſanguinē
confudiſſet,certiſſimum ſignum debilitatis ipſius hepa-
tis habebis.eodem modo ſi velut fæcem ſanguinis con-
ſpexeris per ſedem excretam, hepaticum & hocce ſignū
eſſe ſcito.Si igitur ſanguis tenuis & ſeroſus deſtillat, ægri
viſceris ſignum iudicato:ſin verò velut fæx fuerit, ſuper-
calefacti & ſanguinem ſuperaſſantis. Incipit enim aliquā
do etiam citra febrem in frigida ſcilicet intemperie ipſa
affectio,quo tēpore tenue ſanguinis ſerum primùm ex-
cernitur:temporis autem progreſſu,corrupto citra viſcus
ſanguine,leues febres accedunt:quarum quum inexperti
medici negligentes ſint,atque ægrum omnino febri care
re putent,quum nihil per vētrē excretum ſit,ipſum ægrū
lauant,concedúntque negligentiori diæta vti: atque ita
venter rurſus corruptum ſanguinem excernit. In huiuſ-
modi igitur affectionibus primus curationis ſcopus ſit
vt intemperiem ad contrarium deducamus. Calidam e-
nim diſpoſitionem ſemper refrigerare oportet,frigidam
verò calefacere,ſimiliterq; humidā reſiccare, & ſiccā hu-
mectare.Cæterùm omnib⁹ hepaticis remediis,tū quæ per
os ſumūtur,tū quæ forinſecus imponūtur,aliquid ex ad-
ſtringentibus admiſcere oportet, quò firmitas viſcerum
conſeruetur.Atqui in ſtomachicis idem facere non ſimi-
liter cōducit,quum in ipſis adſtrictoria qualitas aliâs do-
minetur.Fomenta igitur in hepatis debilitate cōuenien-
tia ex oleo fiunt,in calida quidem affectione, ex chamæ-
melino,roſaceo,& lentiſcino,abſinthio,aut palmis,aut a-
liquo alio conſimili in oleo decoctis:in frigida verò diſ-
poſitione, ex vnguento nardino,cui thus & ſampſuchus
ſint infarta.In humida autem intemperie, iiſdem oleis
magis diſcutientia ac reſiccantia incoquenda: velut eſt
iris,cuminum,ac ruta.In ſicca demum intemperie, bal-
nea ſufficiunt dulcium aquarum,& humectās diæta com
moda erit.cerata etiam atque epithemata fomentis ſimi-
lia ſint,ex palmis ſcilicet, malis cotoneis, ſtyrace, maſti-
che,ac aloe.in frigidioribus etiam poliarchia conducūt,
ſimilitérque in humidioribus.Porrò in potu vti conue-
niet pleriſque eorum quæ in hepatis inflammatione ſunt
relata,ſi quidem calida intemperies fuerit:velut eſt ſeri-
dis ac intybi ſuccus,ſenecionis ſuccus aut decoctum,per-
dicii ſuccus, mel roſarum,& quæ his ſimilia exiſtūt:quin
& Philonis antidotus ſemel tantùm exhibita, omnem a-
liquando calidam hepatis intemperiē mirabiliter ſana-
uit.quod etiam Philo de ea teſtatum reliquit. Vbi verò fri
gida in hepate intemperies fuerit, calefacientibus ac fir-
mitatem addentibus vtendum eſt: velut eſt nardi ſpica,
capnium,quæ & chelidonia herba circa ſepes enata,ſemē
pelecini,& quæ his ſimilia exiſtunt. Vtiliſſimum & his
nardinum vnguentum,quotidie manè cochlearii menſu
ra ieiunis potatum,& à cœna ante ſomnum eodem mo-
do.In humida autem intemperie,ſimpliciora ex eis quæ
ab oppilatione liberant,exhibenda, & quæ à proprietate
totius ſubſtantiæ efficacia exiſtunt,velut eſt lupinum he-
par,quod ſanè diligenter tritum drachmæ vnius pondere
cum vino dulci aqua calida diluto præbetur. Hoc enim
multiplici experimento cognitum omnibus hepatis in-
temperiebus commodum exiſtit: vtpote proprietate to-
tius ſubſtantiæ hanc efficaciam habens,non calfaciendo,
aut refrigerando.

De oppilatione hepatis:in quibus plurima
remedia, Cap. II.

A flatibus nebuloſis & concoctu difficilibus, aliquan-
do autem & à craſſis humoribus viſcoſiſque,in fini-
bus venarum ex ſima hepatis parte enatarum(per quas ex
ventre ac inteſtinis alimenti digeſtio ad hepar contingit)
oppilationes fiunt.Conſequitur autem ad ipſas, grauitatis

A circa dextrum ilium cum dolore ſenſus,aliquando quidē
obtuſæ,aliquando verò vehementis:& quandoque quidē
abſque febre,quādoque cum febre.Craſſa enim & viſco-
ſa ac multa,omnino amplius reliquis oppilant, & maxi-
mè ſi ægri à cibo vehementiori motu vtantur: ſi verò a-
cria ſint & multa quæ in cibo ſumuntur,dolor ex oppila-
tione vehementior fit, quum obturata corpora ſimul &
tenſionem perferant,ſimúlque pungantur. Cæterùm quū
vaporoſi & craſſi flatus multitudo coaceruetur quæ exi-
tum non habet,non grauitatis ſolùm, ſed & diſtentionis
B ſenſus oboritur.Quare attenuantium & oppilationem diſ
ſoluentium quamcelerrimus requiritur vſus: oppilatio e-
nim inueterata,non tantùm in hepate,ſed in omni mem
bro putrefactionem operatur,febrémque accendit. Præ-
clarè autem & citra moleſtiam ab oppilatione liberat, ſi-
múlque firmitatem tum hepati tum ſtomacho addit,pe-
lecini qui in frumentis naſcitur ſemen,tritum cochlearii
menſura,cum vino aut aqua mulſa in potu acceptum:ca-
pnium item,quod & chelidoniæ nomē inuenit,ſucco e-
ius expreſſo & deſiccato: reponitur autem is in paſtillos
C redactus, & ſemel quidem exhibitus dolorem omnem
adimit:ter autem præbitus, intotum ab affectione libe-
rat, vltra hoc quòd & firmitatem viſceribus addit: deco-
ctum quoque huius herbæ potatum, ſimilem efficaciam
habet,etiamſi valde febricitent ægri:aliquando autē her
ba ipſa exiccatur,contuſáque & cribrata cochlearii men
ſura exhibetur. Aliud. Lupi hepar ſiccum drachmæ pō
dere,cum piperis granis nouē,ac myrrhæ magnitudine
fabæ,in paſſo calido datum,confeſtim auxiliatur. Æſta-
D tis autem tempore,alternis diebus ter potandum præbe-
to.Liberat ab oppilatione etiam eupatorium, ſimúlque
firmitatem addit,ſimiliter quoque ſtœchas,tum cocta,tū
ſicca tritáque data:plantaginis item radix,& ſemen, foliá
que ſicca trita,ſiue per ſe vnumquodque, ſiue ſimul exhi
beantur.Lauri cortex tritus potatus,ſpica nardi,fructus pi
ſtacii,amygdalæ amaræ,anthemis ſiue chamæmelum, a-
nagallidis quæ cæruleū florem habet,ſuccus,radicis aco-
ri,eryngii,radicis dulcis decoctum vrinam ciet,& aluum
emollit. Radix dracunculi viſcera omnia repurgat,craſ-
E ſóſque & inſtar viſci tenaces attenuat humores.Filicis ſuc
cus cochlearii menſura ex aqua mulſa potatus, hepar re-
purgat,oráque meatuum ac venarum aperit, citra mani-
feſtam calefactionem.Præſcriptum autem iam antè eſt
de iis quæ tum ſimas,tum gibboſas hepatis partes ab op-
pilatione vindicant, in tertio nimirum Sermone. Cata
potium hepatis oppilationem remouens. Radicis cha-
mæpityos drachmas quatuor,radicis cichorii drachmas
quatuor,contundito ac melle cocto excipito,nucíſque Pō
ticæ magnitudine præbeto:aquæ etiam calidæ cyathos
F tres ab eius exhibitione abſorbendos dato. Cæterùm
non modò radices horum hepaticis opitulantur, ſed &
ſuccus & decoctum. Paſtillus hepaticus,ex amygdalis
amaris: Seminis aniſi,apii,aſari,amygdalarum amararū
decorticatarū,comæ abſinthii,ſing.drach.quatuor,appa-
rato,& cum aqua paſtillos formato,ex quibus drach.I. fe-
bre carentibus cum vini diluti cyathis III.præbeto:febri-
citantibus autem,cum aqua mulſa.Vrinam ciet, & placi-
dè calefacit. Aliud hepaticum valde commodum: Se-
minis pelecini,capnii,coſti,cuiuſque drachmas quinque.
G contundito ac cribrato,& cochleare vnum ex aqua mulſa
dato. præclarè enim ſubmouet oppilationem. Aliud
hepaticum pulchrum,cuius vtilitatem ne contemnas.

Lenticulam torrefactam ac probè tritam cochlearii mē
ſura ex vino bibendam præbe. Commodum eſt hoc &
lieni,ex poſca,aut aceto mulſo. Aliud experimento cō-
ſtans: Comæ abſinthii,piperis,coſti,caſiæ,radicis gētia-
næ,amygdalarum amararum,ſing.vnc.I. fœnigræci ſe-
xtātem,ſeminis pelecini ſextantem,exhibeto cochleariū
quomodocunque velis. Aliud ad hepatis oppilationē.
H Cacani ſcrupulos duos,(alii octo habent)coſti ſcrupulos
ſex,ſpicæ nardi,iridis,phylli,lupinorum ſiccorum,bacca-
rum lauri,fœnigræci, rhei Pontici,ſingulorum ſcrupulos
ſex,piperis,phu,aſari, cuiuſque drachmas quatuor. quòd
ſi picis ſiccæ ſcrupulos tres admiſcueris,efficacius opera-
tur. Aliud ſimplicius,quo aſſiduè vtimur,valde admi-

randum: Cacani ſextantem,fœnigræci ſeſquiunciam,piperis vnciam vnam,cyperi vnciam vnam, coſti vnciam vnam:contundito ac cribrato & cochlearium vnum cum condito præbeto. decumbat autem æger ſuper affectam partem. Aliud. Potamogetonis ſicci drach. duas, comæ abſinthii drachmam vnam,croci,coſti, ſpicæ nardi, cuiuſq; drachmas duas,amomi drachmam vnam.datur cochlearii menſura aridum. Aliud. Piperis drachmas quatuor,dorcadiadis herbæ quæ & muſcii appellationem habet,vnciam vnam,coſti trientem (alii drachmas quatuor)contundito,cribrato,& cochlearium in potu exhibeto. Aliud Philagrii. Rhei Pontici vnciam vnam,caſtorei ſcrupulos tres,farinæ lupini ſcrupulos tres,piperis grana ſeptem:contundito,cribrato & manè cochlearium vnum præbeto ex condito.

De hepatis inflammatione,& cognoſcendo vtrũ hepar an muſculi eius ſint inflammati, Cap. III.

GAleni.Hepar conſimiliter vt ſplen & inflammatur & abſceſſu ſuppuratur,verùm raro ſcirrho,*hoc eſt abſceſſu duro* afficitur. Inflammato itaque hepate, dextri ilii tumor cõſequitur:& maximè ſi gibboſa parte inflammatum fuerit,faciliùs per tactum cognoſcitur tumor,grauitáſque coincidit ilium totum diſtrahens, & dolor in dextram vſque clauiculam ac ſcapulam pertingit,vt conuelli penitus æger videatur. Linguæ color in prĩcipio quidẽ rubicundior fit,poſtea verò denigreſcit, appetitus deiectio faſtidiúmque cibi vehemens, & implacabilis ſitis: vomitus quibuſdam contingit, bilis puræ atque etiam vitellinæ,pòſt autẽ & æruginoſæ. Aluus autẽ ipſis eſt adſtricta,ſi ſanè cum viſceris debilitate inflammatio eſt oborta.febris adeſt acuta inæqualis,quæ plerunque ad veſperam & noctem exacerbatur:ſequitur & ſpirandi difficultas,tuſſiculǽque paruæ,vtplurimùm ſiccæ,per quas nihil omnino reiectatur. Aliquando autem per vomitus bilioſa pauca quædam reiectantur,quæ res pleroſque decepit, qui ex pleuritide hanc eductionem fieri putauerunt. Cæterùm & coſtæ nothæ vtplurimùm condolitant, & color corporis ſubuertitur in arquati morbi ſpeciem permutatus:ſingultus quoque conſequuntur.Acceſſionis autem tẽpore quidam delirio apprehenduntur, & acre lotium excernunt:& ſanè inflammationes quæ iuxta ſimam hepatis partem contingunt,plus faſtidii & nauſeæ,& vomitus billoſos,ac vehementem ſitim inducũt:quæ verò in gibba parte fiunt,dolores circa reſpirationem intendunt,tuſſiculáſque irritant,clauiculámque magis cum dolore cõuellunt.Quandoquidem autem muſculis hepati incumbentibus inflammatis,quidam decepti,hepatis eam inflã mationem eſſe ſuſpicantur,neceſſarium fuerit diſtinguere inter ſe has affectiones.Hepate etenim inflammato,tumor ſecundum lineamenta rotundus, figura videlicet ipſius hepatis,ſuccumbit, quíque ad corporis decubitum ſimul conformatur.Maior enim apparet corpore ad ſiniſtrum latus reclinato: minor autem rurſus ad dextrũ deuoluto:nimirũ hepate ſub nothas coſtas cedẽte, neq; viſui neq; tactui ſimiliter ſuccũbẽte.Ampli⁹ autẽ in hepatis inflammatione incumbẽs cuticula,naturali modo habere conſpicitur:muſculis autem inflammatis,cutis circum tenditur,vt ſiquis digitis apprehenſam attrahere velit,ea minimè ſequatur.Propriiſſimè autem tactus diſcernet ſiue in alto, ſiue in ſuperficie inflammatio ipſa conſiſtat. Porrò hepate inflammato,ſanguinis detractionem experiri oportet à cubito,ſi nihil id fieri præpediat.Incidenda autem in dextro cubito vena interna, ita vt ſubſtratam arteriam obſeruemus:quæ ſi non appareat,media; ſi verò neque ipſa appareat,ſuperior.Multitudinem autem extrahendi ſanguinis,ex corporis reperies qualitate, ætatéque & natura,horáque temporis,ac regione,ampliúſque ex viribus ægri:quæ ſi id ferre queant,ſemel quantum ſatis eſt detrahendum.ſi verò non, per vices partitum. Cæterùm inciſio ipſa opportunè in prima & ſecunda die contingit: ſi verò vrgeant dolores & adſint vires,etiã ſeptima venæ inciſionem facimus: qua facta, poſt modicum interuallũ ſimplici clyſtere euacuamus,maximè ſi non ſponte egerat aluus. Sequenti à venæ ſectione die, cucurbitæ cum

A ſcarificatione affigendæ, rurſúmque poſt vnam diem cucurbita apponenda.non pauci enim à ſecunda earum adhibitione opem ſenſerunt magis quàm à priore. At verò ante venæ inciſionem & poſt eam,fomentis vtendum eſt ex lanis ſuccidis oleo imbutis & impoſitis:conuenit & ex paſſo Cretico fomentum cum roſaceo aut lentiſcino aut melino aut œnanthino. Optimum autem fomentum hocce eſt: Chamæmeli,anethi humidi,ſi adeſt, rutæ viridis,ſeminis lini,cuiuſque vnc.I. capitum papaueris numero x.olei ſextarium vnum,ſemen lini contuſum in lin B teolo colligato, & cum aliis in cacabum coniectum ad prunas decoquito donec vires ſuas diſtribuat:deinde olla in feruenti cinere collocata, ex ea multo tempore confidenter foueto.Poſt fomentorũ irrigationes, cataplaſmatis vti oportet,ex ſemine lini & fœnigræci,farináque hordeacea aut triticea,his vel omnibus vel vno aliquo ex eis aut quibuſdam in aqua mulſa decoctis.admiſcendum etiam abſinthium & maſtiche ac melilotũ. quòd ſi vehementior ſit ardor,etiam ea quæ adſtringunt ſunt admiſcenda,velut ſunt mala cotonea. oleum verò quod additur,roſaceum ſit, aut melinum aut lentiſcinum. Si verò C feruor adhuc perſeueret,cotonea mala cum polenta imponenda.Remittente autem vehementi calore, ficus optimas & althææ radicem decoquito, & decocto eorum ſemen lini,farináſque hordei,fœnigræci,ac lolii infarcito:quòd ſi durior inflammatio ſuccumbat,etiam chamæleontem aut chamæpityn,aut polium,aut aſarum,aut daucum,eryngiíque tum ſemen, tum radicem admiſcere oportet,aliquãdo autem & ficus cum althæa decoctæ ac tritæ cataplaſmati connectuntur. Cæterùm calidius & maD gis emolliens reddideris cataplaſma,ſi terebinthinæ, aut reſinæ pinus,aut picis quadrantem addas. Braſſicæ autem crudæ folia cum melle trita ac impoſita,omnes induratas inflammationes diſſoluunt.Hinc ad cerata tranſeundum ex oleo cyprino aut gleucino apparata,althææ radicibus ſimul admixtis.Vtendum etiam ex palmis cerato, hepatis inflãmationibus ſummè accommodato, maximè ſi ſtomachus per cõſenſum ſimul ſit affectus, & coſtæ coafflictæ.Habet autem hoc modo:Palmas interiore medulla exempta,diligenter contundito, ac cum pari cerato E roſaceo in mortario probè committito,ac vnito, affuſóq; modico oleo roſaceo imponito. Aut myrrham in vino veteri adſtringente maceratam,palmis admiſceto, & panniculo veſtis detritæ excepta imponito.A ceratis ad epithemata ex ſtyrace, & ex meliloto, & ea quæ polyarchia appellantur, & iã antè ad colicos & ſtomachicos deſcripta ſunt, tranſeundum. Compoſitio autem epithematis ex ſtyrace hæc eſt: Styracis pinguis,carnis palmarum,coſti,maſtiches,caſiæ,ſingulorum triẽtem,ſampſuchi ſextã tem,croci ſemiunciam, vuæ paſſæ ſemiunciam, ceræ ſeF ſcuncem,vnguenti nardini beſſem. Porrò in inflammatione hepatis vbi magni circunſtent dolores,etiam pharmaca dolorem leuantia in potu eis exhibere conuenit,ita tamen vt aſſiduum eorum vſum deuitemus. ſimplicibus autem potionibus frequentius vtendum. Senecionis itaque decoctum tanquam maximè commodum,aut ſucci radicis dulcis obolos duos,cum aqua calida exhibeto.

Aliud. Picridis ſeridis,aut intubi ſucci cyathum vnũ cum aquæ calidæ cyathis tribus præbeto,mellis etiam cochleariis duobus affuſis.Ad hoc enim quòd refrigerat,ac G firmitatem viſceri addit,etiam ora venarum hepatis repurgat,neque tamen frigidas intemperies magnopere lædit.Poteſt autem ſeridum ac intuborum ſubſtantia hepati commodare, tum ſi ſine humorum aut ſeroſi ac vitiati ſanguinis complexu,intemperies in ipſo fiat, tum ſi humiditatis cuiuſcunque tandem, adſit cum intemperie complexus:mellis verò admixtio humiditatem per vrinam excludit.Quapropter etiam exiccata ac contuſa vtiliter potui inſperguntur,eorum quoque decoctum potatum magnam commoditatem præbet. Quòd ſi non infeH ſtet calida aliqua intẽperies, ſed obturatione tantùm viſcus ipſum vexetur,ex vino albo tenui ac vetuſto,cum aliquo vrinas ciente pharmaco,potata magnificè auxiliãtur.Magni etiam pretii in hepatis inflammatione capnii herbæ,quæ etiam chelidonia appellatur,ſuccus habetur,

aut eius decoctũ. Auxiliatur & præſcriptus ex amygdalis amaris paſtillus, niſi penitus magna caliditas adſit. Aliud. Cochlearũ terreſtriũ carnem optimè conterito, & vini nigri cyathos tres affundito, calefacito, ac bibendum præbeto. Cæterùm hæc iuxta omnem ſuam ſubſtantiam efficacia exiſtunt, quale eſt hepar lupinum, cuius rei magnum periculum fecimus, inquit Galenus. vſus autem ei⁹ idem qui cochlearum exiſtit: optimè enim conteritur, & drachma vna cum vino aliquo dulci præbetur. Hæc enim pharmaca omnibus hepatis intemperiebus conuenire videntur, quum neque calidas neque frigidas intemperies lædant: febrientibus tamen lupi hepar melius ex aqua, aut ſeridis ſucco, aut aliquo conſimili exhibetur.

Epithema ex ſtyrace: Coſti vnciam vnam, croci, thuris, aloes, ammoniaci thymiamatis, maſtiches, ſtyracis flaui, ſpicæ nardi, cuiuſque drachmas quatuor, terebinthinæ vnciam vnam, opobalſami drachmas quatuor, ceræ trientem: vtere.

De hepatis abſceſſu, Archigenis, Cap. IIII.

QVòd ſi inflammatio ad permutationem aptè ſe habeat, hoc eſt, principium permutationis ad ſuppurationem iam ſuſcepit, omnes prædictæ de inflammatione acceſſiones augebuntur: dolores (inquam) & febres, & delirium, anxietas, deſperatio, cibi faſtidium, & diſplicentia: maximè ab eius acceptione A rigoribus autem ferè in totum febriles acceſſiones initium ſumunt, præſertim ſi ad veſperam exacerbationes fiant. Adiuuare igitur permutationem ac puris eruptionem oportet, vt quamcelerrimè fiat, ne maiora inde corpora corrumpãtur: per vſum videlicet cataplaſmatum ex ſemine lini, aut hordeacea & fœnigræci farina apparatorum; admixtis etiam reſina, manna, pice, althææ radice, ſtercore columbino, ſtercore caprino, caricis, & quæ his ſimilia exiſtunt. fomentis autẽ vtendum ex cruda hordeacea farina, & ſpongiis decocto abſinthii, abrotoni, centaureæ, ſimilibúſque imbutis ac expreſſis, neque verò inconueniẽter emplaſtra quæ puris permutationem iuuare queunt, adhibentur. Quum autẽ perfecta ſuppuratio fuerit, dolores remittent, omnéſque acceſſiones mitiores apparebunt. Cæterùm rupturæ tempore, dolor rurſum magis augeſcet: quare etiam tunc rupturã adiuuare oportet per cataplaſmatum ad ſuperficiẽ attrahentium ac ſubadſtringentium vſum, & per potiones calorificas: quales ſunt quæ ex pipere & zingibere ac myrrha apparantur. Porrò poſt eruptionem, aliquando quidem per aluum, aliquando per vrinas, puris tranſſumptio cõtingit. Quidã etiam per os, puris eductionem factã tradiderunt: verùm periculoſior aliis per os tranſmiſſio exiſtit: id verò quod excernitur, nigrum eſt, quanquam & album reperiatur; quod ſanè ſalutare iudicatur. Aliquando autem humor qui ex abſceſſu promanat, inter pelliculam ventrẽ ac inteſtina amplectentem, peritonæō *Græcis* dictam, atque ipſa inteſtina, colligitur: facilè ſanè curatur, ſiquis diducta citiſſimè cuticula humorem ipſum excludat, ea maximè parte qua tumor attollitur: aliquando autem rurſus poſt factam iſtic collectionem, tranſſumptio per inteſtina contingit. Cæterùm in iis quibus tumor foras prominet, ſectionem obliquam ſupra inguen infligere oportet, ac per eã ipſam humorem euacuare, atque etiã vlcus ipſum eluere, & pharmaca liquefacta iniicere, donec perfectè curetur. Neque verò negligendum quò & hepati poſt factam abſceſſus rupturam remedia auxiliaria adhibeantur. Primùm quidem igitur emplaſtra emollientia imponantur: deinde etiam reſiccantia, quale eſt quod Iceſium appellatur, quódque ex ſalicibus conſtat, & quæ his ſimilia exiſtunt. Si itaque per vrinas puris aſſumptio fiat, conſimilibus epithematibus vtendum eſt circa totum ile, & iuxta pubem, & tum per cibos, tum per pharmaca vrinam cientia, repurgatio eius adiuuanda. Pepones igitur in cibo eis conueniunt, & cucumeres cocti, paſtinacáque, & ſion. ex pharmacis verò, meon & aſarum, ſpica, caſia, cinnamomũ. ſunt & compoſita quæ huc pertinent, quorum compoſitiones paulo pòſt dicemus. Per interualla autem, etiam humores ipſos dulcorare oportet vini ſcybelitæ, theræi, ac protropi, ſimiliúmque potu. Cõmoda eſt etiam ipſis potatio lactis. Si verò per ſedem humoris tranſmiſſio contingat, epithemata quidem eiuſdẽ materiæ approbamus, verùm proſpiciendum eſt ne aluus cohibeatur, néque etiã ampli⁹ humectetur: nã hoc ipſum tum per cibos, tum per pharmaca, ac epithemata fieri poteſt. Vtimur autem & ad hos infuſis per clyſteres, quò inteſtina illæſa conſeruemus: ad quam rem ptiſanæ, ac tragi & oryzæ ſucci appoſiti exiſtunt. Quòd ſi tamen per os puris eductio fiat, maximam ad hoc curam adhibere oportet vt humores prius euacuentur: deinde cibus præbẽdus adſtringens & ſtomacho gratus. vtendum & vino tenui & odoro. Vẽtri verò epithemata ex palmis apparata, atq; ex œnãthe, ac eis ſimilia imponẽda, de quib⁹ in ſtomachicorũ ac dyſẽtericorũ tractatu eſt prædictũ. Ad hepaticos:

Folii malabathri, caryophylli, ſpicæ nardi, coſti, piperis, lupinorum ſiccorum, ſingulorum vnciam vnam contundito, cribrato, ac ſcrupulos quatuor præbeto cum vino.

Aliud Philoſophi. Hepatis, inquit, abſceſſus diſcutit Radicis graminis decoctum bis in die potatum, ſimiliter & fœniculi radicum decoctum, & dauci. Myrrham item & picem ſiccam contundito ac cribrato, præillitóque hepati ex oleo cyprino, inſpergito, & lanam puram oleo cyprino calido imbutam ſuperponito. vehemẽter prodeſt hoc: vtere confidenter.

Cura hepatis exulcerati, Archigenis, Cap. V.

SI exulceratio ex abſceſſu circa hepar relinquatur, aut illic ex acribus humoribus ac erodentibus fiat, colliquatio hæc affectio appellata eſt. In his ſanè venter cruenta, & putrefacta, ac ſanioſa excernit: atque omnino conſimilia ex hepatis vlceribus promanare ſolent, iis quæ à mortuorum corporibus diſtillãt: quare quidam inexperti decepti, dyſenteriam hanc affectionem eſſe putauerunt. Ructus autem fœtidi conſequuntur, & à ciborum acceptione grauitas præcordiorum: & pulſus eis eſt depreſſus ac denſus; fiúntque ægri amarulenti & iracundi. dolor circa locum fit vlceroſus, vſque ad clauiculam ipſam pertingens. Multis autem vnà cum ventris recrementis, etiam lotium excernitur ſanioſum ſandarachæ colore: nõ parum verò frequenter ea quæ in vrinis continentur, aquæ inter cutem ſignificationem portendunt. Cæterùm omnium periculoſiſſima eſt hæc affectio, & modica omnino ægris eſt ſpes ſalutis: & tamen nihilominus aggredienda eſt eorũ cura, conſimilibus remediis eis quæ paulo antè dicta ſunt etiam his adhibitis, epithematibúſque ex materia leniter adſtringente, ſimilibúſque fomentis. Liquoribus autem, tum qui ad fomenta, tũ qui in cataplaſmata aſſumuntur, cortex pinus, palmæque ac cyperi, ſimiliáque ſunt incoquenda. propriè autem vlcera repurgat lac ſciſſile ſæpe acceptum: cui aliquando parum mellis addere nõ ab re eſt. Poſt repurgationem citiſſimè ad ea quæ carne replent feſtinandum. præſtãt autem id cibi moderati & boni ſucci, ac geſtationes: quòd ſi moleſtiæ id fieri permittant, etiam exercitamenta conueniunt, & vinũ. Poſt cataplaſmata verò, cerata & emplaſtra apta erunt, quorum ſæpe in præcedentibus fecimus mentionem. Plurima præterea pharmaca quæ vlceribus conueniunt: in potu ſumuntur, quale & hoc eſt. Andromachi ad hepaticos compoſitio, cyphoëides appellata, quæ etiam ad omnia thoracis vitia conducit: Vuarum paſſarum carnis drach. XXV. croci drach. I. calami Indici drach. II. bdellii drach. II. & dimidiam, cinnamomi drach. X. caſiæ drach. X. floris iunci odorati drach. II. & dimidiã, myrrhæ drach. IIII. terebinthinæ drach. IIII. ſcobis aſpalathi drach. II. ſpicæ nardi drach. III. mellis drach. XVI. vini dulcis quãtum ſufficit. Adſtringit mediocriter & reſiccat ac diſcutit ſeroſos ac vitiatos humores, inquit Galenus, corrigit malitiã humorum, & putrefactioni ſe opponit, intemperies ſanat, extergit, ac mundos facit, aperítque meatus, cit vrinam, atq; eapropter internas vlcerationes curare cõſueuit, & eos qui hepatici appellantur. Sunt autem hepatici propriè, qui ob hepatis debilitatem per ſedem cruenta liquidiora excernunt, quales ſunt loturæ carniũ animaliũ recèns mactatorũ, quos ipſos ignarũ vulgus dyſentericos eſſe putat. Alia cyphoëdes Andromachi: facit & ad tuſſes, & ad liquidiorũ per os reiectationes: Croci, cinnamomi, myrrhæ, cuiuſq; drach. I. bdel-

lii drach.IIII.aſpalathi obol.IIII.floris iũci odorati drach.
III.calami Indici drach.II.caſiæ drach.I. ſpicæ nardi dra-
chmam vnam,terebinthinæ drachmas XVI.mellis hemi-
nam dimidiam, vuarum paſſarum pinguium numero
CLX.carne earũ optimè mundata,vini veteris adſtringẽ
tis,quãtũ ad vuas paſſas bdelliũ ac myrrhã maceranda ac
conterenda ſatis eſt.Mel autẽ prius deſpumato, in eóque
reſinam liquefacito: & cum reliquis cõmittito,ac vtitor.
aliquando quidem inſtar eclegmatis ad nucis Ponticæ
magnitudinem aut amplius exhibeto: aliquando verò a-
qua mulſa dilutum bibendum præbeto.Inuenies & inter
arteriaca remedia,ad tuſſientes itẽ & phthiſicos pharma-
ca plurima his ſimilia, quibus ipſis & ad vlceratum he-
par vti oportet:proderũt etiã ea quæ ad renum ac veſicæ
vlcera ſunt deſcripta. Alia cyphoeides,qua vſus eſt comes
Andreas,& Menas chirurgus:Croci drach.IIII.calami dra-
chmas VI.bdellii drach.II.& dimidiã,caſiæ ſcrup.IIII.ſpi-
cæ nardi ſeſquidrach.floris iunci odorati ſcrup.I.& dimi-
diũ,myrrhæ drach.IIII.terebinthinæ drach.IIII.aſpalathi
ſcrup.I.mellis ſextantem,carnis vuarum paſſarum quadrã
tem,vini quantum ad hæc ſatis erit.

De hepate in ſcirrhum indurato, Galeni, Cap. VI.

NON ſolùm autem à prædictis affectionibus appre-
henditur hepar,ſed & in ſcirrhum induratur,inflam
matione videlicet præcedente. Manifeſtiorem autem
cognitionem hepar induratũ ex hoc habet, quòd tumor
circa ipſum ſcirrhum multo durior quàm in inflamma-
tione exiſtit.multo etiã minore dolore vexatur.In huiuſ-
modi quoque diſpoſitionibus corpuſcula hepati inſita at
tenuantur.Cæterùm temporis progreſſu,maiore tumore
circa ſcirrhum facto,difficulter eius cognitio per tactum
cognoſcitur,propterea quòd iam aquæ inter cutem ſuffu-
ſio ſit cõſequuta:vnde iis qui negligentius notas perſcru-
tantur,tumor ad tactum laxus ſuccumbit:color autem v-
niuerſi corporis in nigredinem pallore permiſtam com-
mutatur,venter & pedes intumeſcunt, ſupernæ corporis
partes gracileſcũt,& corp⁹ ipſum tepeſcit: aliquãdo autẽ
alu⁹ multa & tenuia excernit:vrinæ verò à principio qui-
dem multæ,verùm vbi iam ad aquam inter cutem dila-
pſi ſunt,omnino paucæ.Porrò incipientem hepatis ſcir-
rhum ſæpe curauimus ipſi: eum verò qui temporis diu-
turnitate eſt extenſus, neq; ipſe curaui, neque alium quẽ-
piam qui curare eum poſſet,vidi.intotum enim ſic affe-
ctis aqua inter cutem accedit,& in longiori tempore cor
rumpuntur.Itaque ad prædicta de inflammatione catapla
ſmata & fomẽta,fortiora quædam(inquit Arhigenes)ſunt
annectẽda.Conſtant autem ea quæ inflammatis adhiben
tur,ex abſinthii coma,nardóque tum Indica, tũ Celtica,
croco,œnanthe,vnguento nardino, lentiſcino, & maſti-
chino.His igitur althææ radicem admiſcere oportet, &
ſtercus caprinum, ammoniacum thymiama, bdellium,
medulláſque & adipes:hæc enim incipientem in hepate
ſcirrhum,conuenienti ſimul adhibita diæta,ſæpe curaue-
runt.Poſt fomenta autem & cataplaſmata, cucurbitæ he-
pati affigendæ cum ſcarificatione: & emplaſtra adhiben-
da,primùm quidẽ ſimpliciora,velut eſt Mnaſeæ, & quod
ex ſuccis conſtat:deinde etiam fortiora,velut eſt melinũ
Serapionis,& quæ huic ſimilia exiſtunt. Poſt emplaſtra,
malagmatis vtendum ex baccis lauri,aut eo quod polyar
chion appellatur,& ſimilibus.quorũ aliqua in colicis præ-
ſcripta ſunt:aliqua verò in ſplenicis & arthriticis referen-
tur.Quòd ſi neque ſic proficias, hirudines admouendæ.
plurimùm enim momẽti habet ad curationem, ſanguis
earum ſuctu extractus.commodus eſt eis & dropax & ſi-
napiſmus.Si verò neque hoc modo res ſuccedat,vſtio per
frequentia interualla adhibeatur: ita vt aut per ferrum,
aut per pharmacum cruſtæ infligantur, & poſt earum ca-
ſum,vlcera multo tempore fluere ſinamus. conferunt e-
tiam potiones conuenientium pharmacorum: velut eſt
zopyrios ad colicos præſcripta,& quæ eupatorium habẽt
admixtum.Complectuntur & vrinam cientes antidoti a-
liquam in ſe cõmoditatẽ:velut eſt quæ Beſtiana vocatur.
Scirrho enim induratæ particulæ ob craſſos & viſcoſos
humores in ſolidis corporibus imbibitos,neceſſariò frigi

A dam habent diſpoſitionem. quare & calefacientibus ſi-
mul & tenuiũ partium pharmacis opus habẽt: verùm his,
quemadmodum dictum eſt,emollientia ſunt præmitten
da.Si enim vehementer calida,antequam ſcirrho indura
ta corpora præmolleſcant, exhibeantur, ſtatim quidem
manifeſtam diminutionẽ feciſſe apparent,verùm imme
dicabile fit quod relinquitur, vtpote nimiùm reſiccatũ.
Quapropter facilè eſt coniectare in hepatis ſcirrho neceſ
ſariam eſſe emolliẽtium admixtionem. Simplicia igitur
B quæ ad hepar induratum bibuntur,ſunt: anagallidis quæ
cæruleum florem habet,ſuccus exiccatus, itémque liqui-
dus ex aqua mulſa:in moderatis autem febribus,ex ace-
to mulſo,& ſquillæ aſſatæ medullæ oboli tres,ſeminis vi-
ticis torrefacti drach.I.radix eupatorii, radix dracunculi,
cortex radicis lauri. Aliud, quo Ægyptius curatus eſt,
quum iam in aquã inter cutem incidere promptus eſſet:
Herbæ Sabinæ, picis ſiccæ, quæ in fundo doliorum
vini reperitur,(eorum præſertim in quibus vinũ dulce ve
tuſtatem eſt adeptum) vtriuſque æquales partes ſingula-
tim contundito & cribrato,atque ex ambobus pariter co-
C chlearii menſuram cum vino diluto præbeto. Aliud.
Croci,ſpicæ nardi,caſiæ,cuiuſque drach.II.coſti, floris
iunci odorati,cinnamomi,myrrhæ ſtactes,cuiuſque dra-
chmã I.mellis deſpumati drach.XXV.Ex hoc drach. I.cum
vino mulſo præbe.Optimum eſt pharmacum in incipiẽ-
tibus duris ſcirrhi diſpoſitionibus. cuius rei plurimum
periculum feci. Aliud ad omnes inueteratas hepatis af
fectiones,atque ipſum etiam ſcirrhum: Picis ſiccæ,coſti,
piperis, æquales partes contundito & cribrato, & ex eis
cochlearium præbeto. Aliud. Myrrham troglodyticẽ
D optimam,& piper,pari pondere tundito:indéque ſcrupu
lum vnũ cum vino meraco veteri calefacto, ad dies tres
aut quinque exhibeto. Oribaſii ad hepaticos. Glau-
cii drach.IIII.aloes drach.II.hæc arida cõterito:& cochlea
rii menſura ſtatim à balineo exhibeto: febre carentibus,
cum vino diluto:febrientibus autem,cum aqua mulſa.
Aliud Oribaſii,ad diuturnas hepatis affectiones,& cir-
ca ſima ipſius diſpoſitiones,in quibus tum ſtomachus tũ
venter ſimul affecti ſunt: Comæ pinus viridis decoctũ
ad tertias redactum,cyathorum trium aut quatuor men-
E ſura præbe.Quin & ſiccæ comæ drach.I.in potu exhibita
ſimili efficacia præſtat.Verùm ad multos hæc exhiben-
da ſunt dies. Aliud,Oribaſii: Chamæpityos,petroſeli
ni,cuiuſque drach.octo,baccarum lauri,piperis,coſti,ſin-
gulorum drach.IIII.cyperi,fœnigræci,cuiuſque drach.II.
præbe cochlearium ex aqua mulſa. Aliud. Aniſi,gen-
tianæ,amygdalarum amararum,abſinthii,æquas portio-
nes permiſce:indéque cochlearium ex calida præbe. A-
liud. Thuris vnciam vnam,ammii,acori,cuiuſque dra-
chmas quatuor:præbe cochlearium ex aqua mulſa. Ori-
F baſii antidotus hepatica: Caſiæ drachmas octo,aloes,co
ſti,corticis pinus,cuiuſq; drachmas quatuor, glycyrrhi-
zæ ſiccæ drachmas octo,ſpicæ nardi,croci,aniſi,hyſſopi,
rhei Pontici,cuiuſque drachmas duas,mellis ſeſquilibr.
mel decoque ac reliqua eo excipe, & nucis auellanæ ma-
gnitudine præbe. Aliud Oribaſii,ad hepaticos,ictericos,
ſplenicos, & præcordia eleuata: Croci drach.decem,flo-
ris iũci odorati drachmas quatuor,caſiæ drachmas duas,
ſpicæ nardi drachmas octo,myrrhæ,cinnamomi,coſti,cu
iuſque drachmam vnam,mellis cocti quantum his exci-
G piendis ſufficit.Præbe ad fabæ Ægyptiæ magnitudinem
cum vini mulſi cyathis tribus.Facit & ad thoracis dolo-
res,atque eos qui plumbeum colorem habẽt. Aliud he-
paticum pulchrum: Seminis pelecini, capnii herbæ, co-
ſti,æquale pondus contundito ac cribrato,& drachmam
vnam ex aqua mulſa præbeto. Aliud. Fœnigræci vn-
ciam vnam,trixaginis ſextantem & vnciam dimidiam,
coſti albi quincuncem,petroſelini quincuncem, eupato-
rii quincuncem,mellis deſpumati quantum ſatis eſt. Da-
tur ſeſquidrachmæ pondere.ei⁹ vtilitas experimẽto con-
H ſtat. Aliud. Caſtorei,coſti,cyperi, amomi, cuiuſque
drachmas octo,piperis drach. quatuor,petroſelini drach.
quatuor.datur cochlearii menſura. Aliud, ad diuturnã
vexationem & duritiem: Coſti,fœnigræci,piperis, fo-
liorum rutæ viridis,picis ſiccæ æquales partes commiſce,

indéque cochleariuḿ cum aqua mulſa aut vino præbe.

Aliud. Ammoniaci thymiamatis drachmas triginta duas, croci drachmas quatuor. crocum tundito, cribrato & cum aqua diluito: deinde ammoniacũ adiicito, ſimúlque terito, ac in paſtillos redigito, ex quibus, aliis drach. vnam, aliis duas præbeto. Aliud. Ammoniaci thymiamatis, coſti, polii, fœnigræci, æquale põdus miſceto: indéque cochleariũ ſiccũ cũ aqua mulſa dato. Aliud. Ammoniaci in tenuiſſimũ puluerẽ redacti cochlearium I. maſtiches grana decem, præbe ex aqua mulſa, & admiraberis. efficax eſt ad hepaticos iam deſperatos. Aliud, Aſclepiadæ: quo vtimur, inquit Philagrius: quod ad hepar ſcirrho induratum, atque etiam oppilationẽ obturatũ, proſpero ſucceſſu accommodatur, ad aquæ inter cutem quoque ſuffuſiones incipientes, & ad alias internas affectiones citra tuſſim contingentes, optimè facit. Habet autẽ hoc modo: Radicis gentianæ, chamæpityos, marrubii, petroſelini, radicis ſcolopendriæ, radicis panacis, terræ Lemniæ quæ ſphragis appellatur, ſiſonis, rubiæ, ſeminis braſſicæ, radicis eryngii, baccarum iuniperi, ſeminis fraxini, trixaginis, ſeminis dauci, dictamni, ceſtri ſiue betonicæ, ſingulorum drachmas octo, fellis vrſi ſicci, ſinapis, ſeminis cucumeris, ariſtolochiæ, piperis, ſpicæ nardi, coſti, ſeminis erucæ, ſingulorũ drach. octo, hoc eſt omniũ æquale pondus, echii, eupatorii, polii, cuiuſque ſimiliter drach. octo. Quidam etiam lupini hepatis, ac helenii tãtundem adiecerunt: quod & nos facere ſolemus. Oribaſi' autem neque fraxini ſemen, neque betonicam, neque trixaginem, neque dictamnum, neque daucum adſcripſit. Mellis quantum his omnibus excipiendis ſufficit. datur ad nucis auellanæ magnitudinem, cum paſſi cyathis duobus. pharmacum hoc, experimento cognitum eſt. Semen autẽ fraxini arboris eſt, ex qua fraxinea ligna quocunque in opere apta ac operæ obedientiſſima cæduntur. Epithemia ex melilotis ad hepaticos: Meliloti ſextantem, croci vnciam vnam, ammoniaci thymiamatis libram I. ceræ libram vnam, terebinthinæ triẽtem, cyprini aut nardini, aut gleucini vnguenti plus minus quincũcem. ammoniacum & crocum in aceto diſſolue. Porrò in diæta totum ſitum eſſe exiſtimãdum eſt, ſiquidem omnis diuturnus morbus maiorem ex diæta opem ſentit. Quare cibi qui facilè concoquuntur, eis exhibendi ſunt, quique & inciſoriam vim & repurgantem complectuntur. Neque verò ineptæ eis acrium rerum comeſtiones ſunt, ſi per interualla, & poſt exercitia ac geſtationes, ſumuntur. Cæterùm pro ratione motuum & exercitiorum, tum quantitatem tum qualitatem ciborũ augere oportet. Vinum eis conuenit tenue, odorum, moderata quantitate acceptũ. dulcia enim omnia nocẽtiſſima ſunt hepati affecto. Vitandum & vinum mulſum, fructúſque ac bellaria omnia, præter amygdalas & piſtacia: ex his enim moderatè à reliquis cibis accipiendum. Vitanda etiam craſſa ac viſcoſa edulia, atque ea quæ difficulter concoquuntur.

De lienis affectionibus cognoſcendis, ex libris Philagrii, Cap. VII.

QVibuſcunque ſub ſiniſtro ilio dolor, aut diſtẽtio, aut grauitas, aut tumor ſubiacet, & dum conuertuntur, velut aliquid ex illis locis conuellatur, imaginatio contingit, his lien affectus eſt. Quemadmodum autem reliqua corporis membra iuxta octo intemperierum genera affliguntur, ita & ſplen afficitur: verùm frequentiſſimè frigidam & humidam ſuſtinet intemperiem, ex conſimili maximè diæta, atque ex iis quæ voluptatis gratia accipiuntur: veluti ſunt craſſi ſucci placentæ, itémque potiones. In his igitur omnibus calor tempore debilitatur. Subſtantia enim ſplenis laxa & rara eſt, promptiſſimáque ad ſuſcipiendum craſſiorem humorem: etenim fæcem ac velut limum ſanguinis ex hepate ad ſeſe trahit, hoc modo ſanguinem repurgans, ex qua fæce confecta & attenuata per maximas in ipſo arterias ſeipſum nutrit. Signum autem certum & compendioſum intemperiei in ſplene, ea quæ eduntur ac bibuntur exhibent, & quæ forinſecus cuticulæ iuxta ſiniſtrum ilium accedunt. Si enim frigida intemperies iuxta ipſum fuerit oborta, omnis cibus & potus qui efficaciter refrigerare poteſt, facilè & manifeſtè ſplenem lædit: pallium item frigidum extrinſecus admotum, maximè ſi in frigida aeris conſtitutione amiciantur. ventus etiam, & aqua frigida tum in lauando, tum aliàs quoque adhibita, frigidam arguit ſplenis intemperiem. eam verò ipſam intemperiem omnia calida conſolantur. Quòd ſi calida fuerit ſplenis intemperies, à nullis quæ in cibo aut potu exhibẽtur, aut etiam forinſecus accedunt, dolorem perfert: & ſi quidem caliditas augeſcat, non ſolùm nihil tumori apponitur, ſed & cõtractionem amplius ſuſtinet, præſertim ſi exurens ſimul adſit febris. Cæterùm & cibi & potus calefacientes, & quæ extrinſecùs corpori calorem addunt, calidas etiam intemperies augent & exacerbant. ſolatio autem ſunt eis omnia refrigerantia. Si enim ii qui calidam habent diſpoſitionem per interualla frigidæ potu vtantur, ſtatim ſplen corroboratur & minuitur, ægrúmque melius ſpirantem reddit: & venter aliquãdo ex frigidæ potu flauam bilem profundit. Atqui triſtitia affectis, aut ira concitatis, ſplen dolet, ſi calidam habeant intemperiem. Similiter etiam ſiccæ intemperiei in ſplene ſigna colligere oportet, maximè quum pro magnitudine propriæ naturæ non eminet. Ea item quæ forinſecus corpori aduenıũt, atque intra ipſum deuorantur, ſi arefaciẽdi facultate prædita ſunt, ſplenem exiccant, quemadmodum etiam reliqua animalis membra deſiccare conſueuerũt. Qui enim laborioſam vitam degit, aſſiduéque circa marinas aquas verſatur, aut bituminoſas, aut aluminoſas, aut ſulphurulentas, quique pharmaca aſſumit hanc habentia naturam, facillimè exiccatur. Porrò vbi humida affectione ſplen fuerit detentus, atque ea amplius inualuerit, intantum eius incrementum facit, vt etiam ventrem pertingat ac hepar. Conſueuit autẽ humida diſpoſitio circa ipſum, conſiſtere ab immodicè humectantibus, diæta & exercitio, aëréque & locis. Oboriri ſolet & iis qui circa paluſtres regiones frequenter cõuerſantur. Amplius autem & humidus morbus præcedẽs hanc affectionem producit: aquæ item largior potus, & holera humectandi vi prædita. Species quoque doloris vnà cum prædictis ſignis, infeſtantem intemperiem demõſtrabit. In calida enim & frigida intẽperie dolẽt: minus verò, aut nihil omnino, in humida: minimũ verò in ſicca. At verò ex prædictis coniecturã facere licet cõpoſitarũ in ipſo ſplene intẽperierũ. Ferè enim in totũ vbi candida intẽperies fuerit intẽſa, ſicca eã cõſequitur: & ad frigidã inueteratã humida cõcomitatur. Quãdoquidẽ autẽ & humores in ſplenem cõfluentes, tumores producũt: eorum quoque diligentem conſiderationẽ facere oportet qualéſnã ſint tandẽ, atque id nõ ſolùm ex prædictis iam diſpoſitionibus eſt faciendum, ſed ex iis quæ iam dicentur. Bilioſo enim fluore exiſtente, vniuerſum corpus calidius apparebit, etiam ſi nõ adſit febris, oculique & vrinæ per bilem coloratæ: ſiccitatem ſemper accuſabit æger: & de ſiti conqueretur ac bile os infeſtante. cibum faſtidit, & vigiliis infeſtatur, & frigidam deſiderat, vnà cũ hoc quòd linguã ſubflauam habet. exacerbationes tertianæ fient: ſúntque ipſi ægri moribus iracundi, & qui præcipitanter excandeſcant. Si verò atræ bilis ſit fluor, materiæ ipſius atræ bilis ſcilicet color, tum in lingua, tum in reliquo toto corpore apparebit: & appetẽtia aderit ciborum: moleſtíque ac ſubtriſtes ægri ſunt, reliquáque atræ bilis ſigna eis adſunt: exacerbationes verò quarto quoque die affligent. At verò vbi pituitoſus humor in ſplenem deferatur, conſimilis pituitoſis aderit color, ægríque minimè ſitient & cibum appetent, niſi ſalſa fuerit pituita: tunc enim cibum faſtidiunt ægri, poculorúmque magis ſunt appetentes: quin & coloris cutis nitentis ſpecies demonſtrabit tibi pituitoſum eſſe humorem, & quòd ſingulis diebus exacerbatur. vrinæ quoque pituitoſæ ſunt: ipſi verò ægri ſecundum mores pigri ſunt & ſegnes. Quidam verò ex eis qui frigidam affectionem habẽt, magnum & durum ſplenem acquirunt, atque vbi parum ſaltem conſuetam edendi horam fuerint tranſgreſſi, & impaſti manſerint, dolore afficiuntur, propterea quòd neque plenum, neque firmantẽ, neque ſuſtentantẽ ipſum habeãt vẽtrẽ, quiq; amplius ob

inediam

inediam refrigeratur, & concalefactione opus habet.
Quòd ſi ſanguineus exiſtat in ſplenem cõfluens humor,
poſſibile eſt ipſum colorem tum iuxta linguam tum cir
ca cutem permutari. Inter appetentiam autem ciborum
& faſtidium, medio quodã modo habent ægri, reliquiſ-
que magis languent, etiamſi non parem viſceris tumorẽ
habeant. Venæ autem vniuerſi corporis, ſanguine plenæ
apparent, & vrinæ ſubfuluæ.

Intemperierum ſplenis cura, Cap. VIII.

IN vniuerſum quidem igitur ſplenis intemperies ferè
citra tumorem fiunt: eas autem tum per cibos ac po-
tus, tum per ſimpliciſſima pharmaca ac fomentorum
irrigationes, quæ intemperiei cõtraria ſint, corrigere o-
portet. Calidæ intẽperiei cura: Calidã itaque intẽpe-
riẽ curabis per irrigationis vſum ex roſaceo, aut melino,
& per ſimplicia ex his compoſita cerata. Amplius autẽ
& per vuæ acerbæ immaturæ ſuccum, & portulacam, &
pampinos vitis, ac conſimilia. Cibis verò & potibus v-
tendum quibus calida intemperies caſtigatior reddatur:
lauacris etiam temperatarum aquarum. Quòd ſi pharma
corum vſu opus ſit, rumicis acuti ſemẽ in potu exhibea-
tur, aut radicum aut foliorum eius decoctum: aut plan-
taginis, ſimilitérque limonii, quod cynogloſſum appel-
latur, decoctum. ſunt autem hæc in poſca diluta coquẽ-
da. Frigidæ intemperiei cura: Frigidas in ſplene in-
tẽperies ſanant irrigationes: & vnguenta, ac cerata, itém-
que epithemata, quæ moderata calefaciendi facultate
prædita exiſtunt: velut eſt vnguentum nardinum & Cy-
prinum ac gleucinum, & cerata ex eis conflata. Poteris &
epithema pentamœron appellatum, cum modica cera li
quefactum adhibere. A balneis in principio abſtinen-
dum, niſi quid obſtet. cibi & potus moderatè calefacien
tes exhibendi. Quòd ſi medicamentis opus ſit, conue-
nit eis calaminthæ, pulegii, ſcordii, trifolii, viticis ac ſi-
milium decoctum. exhibẽda etiam rumicis acuti radix
aut ſemen. Humidæ intemperiei medela: In humida
ſplenis intemperie optimum pharmacum habebis ſalis
florem, ſiue per ſe ſolum, ſiue cum aliquo ſimplici ce-
rato imponere velis. ſolus enim calefactus, & aliqua ve-
ſica exceptus, ſpleni adhibetur. In epithemata quoque
admiſcetur, quemadmodum eſt prædictum. Quin & ſal-
ſugo & ſpuma ſalis, cum cerato aliquo ac modico aceto
permixta, commodum pharmacum erunt ad humecti
ſplenis affectionem. Proderit & quinquefolii radix, &
plantago ſicca, & alumen ſciſſile in teſta exuſtum. Pote-
ris etiam ex plantaginis foliis, radicibúſque quinquefo
lii, & ſpuma ac flore ſalis, pari vel impari modo permi-
xtis, ſufficienti affuſo aceto, & pice ſicca in poſca lique-
facta, exceptis: cera itẽ alba, ammoniacóque thymiama-
te, ac modico roſaceo admixtis, pharmacũ vſui reſeruare.
Melius autẽ cõpoſitionẽ facies, ſi & ſalicis ſuccũ addas:
hic enim cũ vino aut altero ex prædictis permixtus, effi-
cacius pharmacũ reddet. eius autẽ collectio facilè cõtin-
git: lacrymã enim arbor inciſa emittit. Cõueniẽtiſſimæ
autẽ his ſunt fricationes, quæ diſcutiendi facultatem ha
bent. Siccæ intẽperiei remedia: Siccã ſplenis intẽperiẽ,
balineũ dulciũ & calidarũ aquarũ curat: inunctio itẽ ex
oleo dulci: cibi citra refrigerationem humectantes, vel-
ut eſt ptiſanæ ſuccus, & poſt eũ qui ex alica eſt acceptus.
Irrigationes forinſecus proſunt ex roſaceo, & cerata iti-
dem ex eo apparata.

De ſplenis inflatione, Cap. IX.

QVVM inflatio circa ſplenem eſt, tumor loci conſe
quitur, qui impoſita manu ad tactum cedit, & diſtẽ
tionem loci infert. Verùm inflatio ipſa aut in vẽtre ob-
orta ad ſplenem tranſfertur, aut in ipſo adeo ſplene gene
ratur. ventoſa igitur flatus generatio, ex frigiditate mẽ-
brorum ipſum producentium contingit: quare tum ven
trem tum ſplenem concalefacere oportet, præſertim iis
quibus vtrunque membrum eſt affectum: atque id tum
iis quæ forinſecus imponuntur, tum cibis ac pharmacis
quæ intra corpus deuorantur, perficiendum eſt. Ventri
itaque auxiliabimur, ſi quidem per conſenſum ſit affe-
ctus, dioſpoliticam confectionem exhibendo, atque etiã
alias quæ huic ſimiles exiſtunt. Panis verò ac edulia, vi-

A númque quod in potu ſumit, ex petroſelino, aniſo, cumi
no ac ſiſone, ſimilibúſque conſpergenda ſunt. Foris au-
tem epithema ex ſeminibus quod paulo pòſt referetur,
imponendum. hæc enim pariter vtrique viſceri auxiliã-
tur. Propriè autem inflationes ſplenis diſſoluere ſolent,
tum ea quæ iam dicta ſunt, tum viticis ſemen torrefa-
ctum, & melanthium, ſerpyllúmque & thymus, pulegi-
um, origanum, rutæ ſemen. Pelecini autem ſemen & ſto-
macho gratiſſimum, & omnibus viſceribus aptiſſimum
eſt: ſimiliter & rheon Ponticum, & ſcordium. hæc e-
B nim vnà cum hoc quòd ſtomachum repurgant, etiam
hepati proſunt, neque ſtomacho moleſtiam inferunt.
Cæterùm vnumquodque horum & per ſe, & aliis com-
mixtum exhiberi poteſt in poſca decoctum: aliquando
autem & mel eis adiiciendum. Porrò quæ his fortiora
ſunt, ea vitare oportet in iis in quibus venter per con-
ſenſum cum ſplene eſt affectus, maximè ſi inflatio ſola
infeſtet: quæ enim his præſtantiora ſunt, ſpleni in ſcir-
rhum indurato conueniunt. Vbi verò ſolus ſplen infle-
tur præter ventris læſionem, epithema ex ſeminibus in
C principio eſt imponendum. Poſtquam autem flatus craſ
ſities fuerit attenuata, admiſcenda ſunt ei ea quæ noxam
depellere poſſunt, qualia ſunt epithemata ex alumine &
ſulphure apparata, quorum compoſitiones paulo pòſt di
centur, vbi de ſplenis in ſcirrhum indurati tractabimus
cura. Epithema ex ſeminibus Aſclepiadæ: Epi-
thema quod Aſclepiades ex ſeminibus compoſuit, hoc
eſt, quod ad aquam inter cutem proſperè accommoda-
tum pharmacum exiſtit, & ad omnem inflationem con
ducit. Cardamomi, meliloti, herbæ ſabinæ, baccarũ lauri,
D nardi Celticæ, ſampſuchi, iridis, radicis panacis, radicis
cyperi, nitri, caſiæ, fœnigræci, ſeminis apii, aniſi, thuris,
ſingulorum drachmas vigintiquinque, ſtyracis quadrã-
tem, myrrhæ quadrantem, terebinthinæ libras duas, ce-
ræ libras duas, ammoniaci thymiamatis libram vnam,
mellis optimi libram vnam, olei Cyprini lib. I. vini quã-
tum ſatis eſt. Facit & ad ſtomachi & ſplenis inflationes:
itémque hepatis: éſtque omnino pharmacum magni fa-
ciendum.

E De ſplenis inflammatione, Cap. X.

IN ſplenis inflammatione venæ inciſio adhibeatur, ſi
nihil id fieri vetet. venter etiam per clyſterem aſſiduè
eluatur, & maximè ſi venæ incidendæ medela relinqua-
tur. Quocunque autem tempore ſiue per venam inciſam
ſiue per clyſterem euacuamus, ſemper aliquid adſtringẽ
di facultate præditum ſpleni imponemus, in principio
præſertim, quum differimus euacuationem, quò id quod
influit reprimatur, & quod influxione ſua præuenit, à lo
co depellatur. Atqui & ad ſplenis firmitatem conſeruã-
F dam vtilis adſtringentium ſylua exiſtit: quæ quidem ro
buſta ſint, vbi fluoris impetus fortis contingit: modera-
ta verò, vbi mediocris. Cognoſces autem irruentis humo
ris magnitudinem, ex magnitudine & velocitate gene-
rationis ipſius inflãmationis. Itaque ſi moderata fuerit
inflãmatio ſplenis, vinum vetus ac auſterum tenuiúm-
que partium oleo dulci permixtum, & lana ſuccida exce
ptum imponemus. Si verò maior ſit caliditas, roſaceum
ſit oleum, aut lentiſcinum: quæ ſi nõ adſint, oliuæ folia,
aut rubi, aut mali arboris in oleo decoquantur, atque i-
G pſa etiã mala: in decoctione etiam quædam tenuiũ par-
tium addantur velut eſt abſinthium & pulegium. Quòd
ſi forti impetu fluxus feratur, acetum pro vino affundẽ-
dum eſt. Poſt irrigationes ad cataplaſmata tranſeundũ:
in quorum compoſitionem hordeacea & loliacea fari-
na aſſumantur; cum poſca & mellis ac olei pauciſſima o-
mnino menſura, in quibus abſinthium ac pulegium ſint
decocta: aliquando & myrobalani infarciendi. Optimũ
& hoc eſt: Hordeaceam farinam & ſalicis folia cum ace-
to imponito, adipe caprino in aceto colliquato: verùm
H melius redditur cataplaſma, ſi caricæ adiiciantur. Opti-
mum autẽ eſt & ex lini ſemine cataplaſma, maximè vbi
affuerit dolor. Accipitur autem ſeminis lini pars vna, fa-
rinæ loliaceæ pars vna, adipis taurini in aceto & ſapa li-
quefacti, cuique deinde oleum Cyprinum ſit affuſum,
quantum his ſubigendis ſatis eſt. Cæterùm cauendum

ne locꝰ poſt irrigationes & cataplaſmata denudetur:ſed A
vbi hæc fuerint ablata,mox ceratū ex Cyprino aut nardi
no vnguēto imponatur.Cōmodū eſt aute feruētibus in-
flammationibus Nilei aut Nili epithema, cum cerato
chamæmelino & aceto emollitum. idoneum eſt etiam
Philagrii ſtomachicum epithema.ſunt autem ea integra
ad ſtomachicos deſcripta. Vtimur autem aliquando,ob
cataplaſmatum penuriam,ad ſplenem inflammatū,fur-
furibus in vino,aut poſca & oleo decoctis: quibus etiam
abſinthium & pulegium,aut thymum, aut origanū, aut
lauri folia,aut artemiſiā,& reliqua incidendi ac attenuā B
di vi prædita adiicimus:nō feruēte videlicet inflāmatio-
ne,& corpore præeuacuato.Si enim corpore non euacua
to quis calidioribus vtatur,ipſe ſibi ſcirrhi author fiet.
Quod ſi ad permutationē in ſuppurationem ipſa ſplenis
inflāmatio repat,(quod tamen rarò cōtingit)adiuuare eā
oportet,ne plura corpora putrefiāt, per cataplaſmata vi-
delicet quæ pus producūt:de quibus in hepatis abſceſſu
manifeſtè eſt prædictū.hepar enim frequētiſſimè abſceſ
ſum perfert ac exulceratur. Quare ex iis quæ de hepate
diximus,ad ſplenis curationem exempla trāſſumes. C

Cura ſplenis in ſcirrhū indurati, Galeni, Cap. XI.

IAM antea prædictum eſt ſplenem quamcelerrimè ſo
lere in ſcirrhū indurari, ſanguine circa ſplenitides in
ipſo venas obturato, vt neque excerni neque digeri ob
craſſitiem facilè poſſit. Quare attenuātium pharmacorū
vſu opus habet,citra tamen manifeſtam caliditatē,ne ve
hemētius inſpiſſetur craſſus humor in eo obturatus. Ad-
miſcendum eſt autē eis quippiā ex adſtringētibus & au- D
ſteris,quò ipſius actio & robur conſeruetur.Si enim præ
debilitate fæculentū & atræ bilis humorem, ex hepate,
queādmodum cōſueuit,nō attraxerit, vitioſum humorē
vniuerſo corpori affricabit. Immedicabilia enim vlcera
hoc modo affecti habebunt,& maximè circa crura,& co
lorem corporis vitiatū ad nigredinē vergentē. diutius
autē durante malo,etiā aqua inter cutē incurrunt. Ob id
igitur in ipſo ſplene naturalē firmitatem cuſtodire opor
tet,quò conueniens ſibi alimentum attrahat, & ſangui-
nem repurget,ſuperfluáque in ipſo generata retrimenta E
ad ventrem demittere queat,quæ poſtea cum ciborū re-
crementis excernuntur. Ad hanc itaque rem amara ipſi
ſpleni offerimus, quibus aliquando ex auſteris quippiā
admiſcemus. amara quidem,vt humoris craſſitiē ſecent
ac repurgent:auſtera autē,vt robur & firmitatem eius cō
ſeruent. Quale verò pharmacū hepati eſt abſinthiū,tale
exiſtit ſpleni capparis cortex:& quale eſt hepati eupato-
rium,tale ſpleni eſt ſcolopendrium. ſimilibus enim ſe-
cundum genus pharmacis,vtraque viſcera opus habent.
verùm ſplen tanto fortioribus indiget, quanto craſſiore F
vtitur alimento.Cæterùm à veteribus plurima potabilia
pharmaca ad induratum lienem ſunt deſcripta. In curā-
do autē animaduerſionē habere oportet, nū curādi æ-
gri vniuerſum corpus frigidius ſit an calidius,nū humi-
dius an ſiccius. Eis igitur qui corpora natura habent ca-
lidiora, citra moleſtiā myricæ folia dātur, virgultáque
& radix:ſcolopendriū itē,& rumicis ſylueſtris, maximè
verò acuti ſemen,foliáque & radix: optimè autē facit ra
dicis viridis contuſæ ſuccus cyathi vnius menſura pota-
tus. Probè facit & lycapſos, quæ & anchuſa appellatur. G
danda autē eſt radicis eius drachma vna, aut cacumina
hederæ tria,aut folia eius,vel etiā radix: itē polytrichō,
& capnii, quod chelidonium vocatur, decoctum ad ter-
tias redactū.folia ſalicis & cortex, itémque radix limo-
nii,quod & cynogloſſum vocatur:folia & radix,& ſemē
quoque pelecini. hæc enim neque vehementē in ſe ha-
bent caliditatem,neque ſi calidior temperatura adſit,ei
moleſtiam inferre ſolent:quapropter his tum ad prædi-
ctos,tum ad reliquos vtendum in principio affectionis.
à mitioribus enim auſpicari oportet.His autem efficacio H
ra ſunt quæ inueteratis ſcirrhis cōducunt,& corporibus
agreſtioribus,& qui omnem corporis habitum habent
frigidiorem:trixago, gentianæ radix,calamintha, pule-
gium,& cyclamini radix,ſcordiū,trifolii bitumē olētis
ſemē, hyperici coma,acori,aſari & eryngii radix, viticis
ſemē torrefactū, centaureæ maximè minoris ſuccꝰ etiāſi
ſit exſiccatus,chamæpitys,polium,lonchitidis radix:ana
gallidis quæ cæruleum habet florem ſuccus, glycyſides
aut pæoniæ, itémque dracunculi radix tum viridis tum
ſicca. Aliud. Caroi ex terra ſuſcepti,radicis rubiæ,
bryoniæ,ammoniaci thymiamatis,cuiuſque drachmam
vnam: horum vnumquodque aliquando tritum ex po-
ſca datur, aliquando autem decoctum eorum præbetur.
quòd ſi ſicca dare velis,ſufficit drach.plus minus vnam
exhibere. conducit item hoc, Ammoniaci thymiamatis
ſextantem,caſtorei vnciam vnam, conterito, & drach. I
ex poſca aut acetò mulſo præbeto. Aliud. Squil-
læ aſſatæ drachmam vnam, corticis radicis capparis dra-
chmam vnam,præbe ex poſca vel aceto mulſo. Mouet
enim craſſos & viſcoſos humores,inquit Archigenes,a-
liquando & cruenta non per vrinas tantùm,ſed & per vē
trem educit. Aliud. Thuris obolos duos,ſeminis
fœniculi cochlearium vnum, præbe ex vino. Aliud.
Marciani,præſens remedium:quod etiāſi ſit induratus,
citra dolorem ipſum laxiorem reddit, vt neque ſignifi-
cationē, neque etiam ſuſpicionem ſuffuſionis aquæ in-
ter cutē relinquat.Seminis viticis contuſi & cribrati per
anguſtiſſimū cribellū drach. v. iis qui perfectæ ſunt æta-
tis ex poſca bibendas præbe. Aliud eiuſdem ad ſplenē
& hepar indurata,& principium aquæ inter cutem,& ad
alui,& inteſtinorum,ac ſtomachi inflationem, ſimplex
& periculo vacans: Bryoniæ radicem contuſam & cri-
bratam,repoſitam, ab aere & vēto intactam, nequid in-
de trāſpiret, aſſerua, & pro viribus ægri præbe. Perfecta
menſura exhibitionis eſt cochlearium vnum, hydropi-
cis quidem & ſplenicis ex poſca: hepaticis ex hydrome-
lite aut vini dulcis cyathis tribus. Paſtillus ad ſpleni-
cos, Aſclepiadæ.liquefacit ſplenem, vt multo experimē-
to conſtat: Seminis ericæ drachmas octo, piperis albi
drachmas quatuor, ſpicæ nardi drachmas quatuor, am-
moniaci thymiamatis drachmas quatuor, ſcolopendrii
drachmas duas,coſti drachmas duas, cum aceto ſquilli-
tico ſubigito,& drachmam vnam cum aceto mulſo aut
poſca præbeto.Conuenientiſſimum autem ſpleni in ſcir
rhum indurato remedium exiſtit ferrum aqua, aut vi-
no,aut poſca extinctum. Ea ipſa enim aqua,aut vinum,
aut poſca in principio exhibita iucūda & vtiliſſima ex-
iſtunt,& per plures ex ordine dies dantur.Itaque febriē-
tibus aquam,aut poſcam dilutam præbeto: eis verò qui
teneram carnem habent ac febre carent,vinum. Sit autē
ferrum quod in ipſis extinguitur ſtomoma:ipſius autem
ſtomomatis ferri ſquama, (quam in fabrilibus officinis
ferrum dum ignitur & malleo tunditur, abiicit) poſtea
agreſtioribus hominibus vtiliter exhibetur.Præclarè e-
nim hæc ſplenem liquefacit, vtpote quæ conſumendi fa
cultatem præſtat: quare aliarum rerum complexu opus
habet,ne inde ſtomachus malè afficiatur. In calidiori-
bus igitur temperaturis, pelecini ſemen ei admiſcere
conuenit:aut, ſi id nō adſit,ſcolopendrium:aut,ſi neque
hoc haberi poſſit,abſinthii comam,aut rumicis acuti ra
dicem aut ſemē.In frigidioribus autem temperaturis,ad
ſquamam ipſam,caſiam,aut amomum, coſtum,aniſum,
aut ſerpyllum montanum, & ſimilia addere oportet.
quanquam tum in his, tum in omnibus pelecini ſemen
maximè conueniat. Omnia autē nunc dicta, itémque ea
quæ paulo antè ſunt relata ſimplicia pharmaca, in prin-
cipio cum poſca diluta coquantur: poſtea verò etiam
meraciore. Progreſſu verò temporis,etiam ipſa contuſa
& cribrata cum aceto aut aceto mulſo exhibentur. Ve-
rùm certam vniuſcuiuſque horum menſuram definire
difficile & periculoſum eſt, quum diuerſæ eorum qui
ea accipiūt ſint naturæ: quare in principio parū quid ex
vnoquoque exhibendum,& pro ratione deinde exhibi-
tionis menſura augenda,iuxta ipſius pharmaci, atque e-
tiam ægri vires. Omnia igitur prædicta quomodocun-
que tādem potata,aut ſemel ſaltem deglutita,permanere
ſolent:verùm glās vnguentariorum, quā myrobalanum
appellant,niſi cum poſca bibatur, facilè vomitu reiici-
tur. Licet igitur ſingulis prædictis ſimplicibꝰ pharmacis

per ſe vti,&duo itẽ vel tria aut quatuor,permixta æqualiter vel inæqualiter præbere.Ex cõpoſitis autẽ ferè pulcherrimũ eſt id quod ex oſſibus cõſtat, ad podagricos deſcriptũ Philagrii pharmacũ.Efficax enim reperies ipſum,inquit Philagrius,& conuenientiſſimum ad omnia ſplenis vitia, præſertim cum tumore magno & duritia oborta. Senſibiliter enim huiuſmodi affectionibus auxiliatur: vtpote quod vi ſua emollit & cõcoquit, ampliúſque diffundit & purgat, vltra hoc quòd paulatim diſcutit & reſiccat.Eſt autem tum guſtui,tum odoratui ſuauiſſimum, maximè ſi plurimo deſpumato melle mixtum delingendum præbeatur. Secũdo autem loco inter ea quæ ego noui eſt & hoc, inquit Philagrius, ipſo ſanè vſu probatum. Corticis radicis capparis drachm. ſex, foliorum myricæ drach.VI.ſquamæ ſtomomatis ferri drach.VI.myrobalani drach.X.aut ſex,ammoniaci thymiamatis drach. VIII. ſeminis pelecini drach.V.ſtœchadis drach.III. comæ abſinthii drach. III. ſcolopẽdrii dr. X. excipe aceto & informa paſtillos,ac exhibe drach.I.ex poſca aut aceto mulſo aut vino.Hoc itaque robuſtum eſt pharmacum,vt etiã ad duriora corpora quadret. Aliud eo imbecillius tale eſt. Pulegii drach. XII. radicis rumicis acuti drach. VI.ſeminis eiuſdem drach.VI.capnii iuxta ſepes naſcentis ſicci drach.VI.pelecini drach.III.ſcolopẽdrii drach.III. ſpicæ nardi drach.II.rhei Pontici drach.I.corticis capparis drach.II.excipe aceto ac redige in paſtillos,exhibéque drach.I.quemadmodum in præcedenti dictum eſt. Paſtillus ad ſplenicos,ſplenem liquefaciens, Aſclepiadæ. Seminis ericæ dr. IIII. piperis,ammoniaci thymiamatis, ſpicæ nardi,cuiuſque drach.II.quidam etiam coſti drach. II.& ſcolopendrii drach.II.Arida contundito & cribrato. ammoniacum in aceto diſſoluito,ac ſimul in paſtillos digerito:ex quibus drachmam vnam cum aceti mulſi cyathis III.propinato.Qui huius pharmaci compoſitionem docuit, per triduum hoc ſuis catulo ſe exhibuiſſe dixit: poſtea vbi catulũ diſſecuiſſet, ipſum ſine ſplene repertũ.

Aliud ad ſpleneticos & hydropicos,quod optimè vrinam ciet,& ventrem emollit, Archigenis: Squillã magnam luto oblitam aſſato:deinde repurgatæ internæ lib. duas accipito,dauci vnc.I.aniſi,ſeſelis,radicis panacis,iridis,cuiuſque vnc.I.ſeminis vrticæ ſextantem,cedridum, *hoc eſt fructuum cedri* ſextantem,myrrhæ drach.IIII.farinæ erui vnc.XVI.cum vino informa paſtillos, & præbe drach. I.cum aceti mulſi cyathis III. Aliud. Radicis panacis, ammoniaci thymiamatis,corticis radicis capparis, radiculæ,ſquillæ aſſatæ internæ,æquales omnium partes cõmitte,& obolos tres aut quatuor præbe.conducit anheloſis & hydropicis. Paſtillus ſummæ vtilitatis.Cacuminũ hederæ nigræ drach.IX.ſpicæ nardi drach.V.ſeminis rutæ ſylueſtris drach.IIII.caſtorei drach.I.iridis drach.VI.Cum ſucco verbenacæ rectæ,paſtillos informato,& per quinq; dies manè drachmam vnam ieiunis ex vino veteri præbeto.mouet vrinas cruentas. Atque hactenus quidem de pharmacis potabilibus.Cæterũ ad ſplenẽ in ſcirrhũ induratũ etiam ſanguinis detractionem commodam eſſe ſcimus,quæ inter paruum ſiniſtræ manus digitum & eum qui medio proximus eſt,ſit facta.Quidam autem venam retro ſiniſtram auriculam ſitam diducunt, inquit Archigenes,& ex profluente inde ſanguine ſplenem illinunt,ac magnum commodum ſentiunt. Idem etiam hepate affecto faciunt, incidentes retro auriculam dexterã venam. Quare neque abſurdum fuerit etiam his auxiliis vti:animaduerſione tamen habita ne arteriam pro vena diſſecemus. Nos autem in iis qui multo ſanguine abundant, inferiorem in ſiniſtro cubito venam ſecare conſueuimus. verùm & hîc cauendum ne ſubiacentem arteriam ſimul diſſecemus.A venæ inciſione, etiam cucurbitulæ ſpleni affigendæ ſæpe & cum ſcarificatione, extrahendúſque per ipſas plurimus ſanguis. quin & hirudines ſumma commoditate in ipſum ſplenis locum affiguntur. Loci etiam amplius per ſpongiam acida muria imbutam fouendi, furfuribus quoque in aceto decoctis, abſinthii coma, ac pulagio, & lauri foliis, ſimilibúſque adiectis. Quidam autem lapidem molarem aut gagatem longitu-

A dine octo digitorum,& latitudine ſex digitorum, ſecundum craſſitudinem læuem igniunt & aceto adſpergunt, panniculóque in aceto calido madefacto circumpoſito, locis imponunt, & quandiu calidus ſit incumbere ſinunt: atque huic fomento teſtimonium præbent, inquit Archigenes, tanquam quod inſenſibiliter deprimat tumorem. Poſt fomenta ad cataplaſmata tranſeundum,ex farina ordei ac lolii, abſinthii coma, myrobalano & althææ radice,cum aceto mulſo. Aut panem a-

B ridum cum capparis cortice, & myrobalano contuſum, cribratum,& cum aceto mulſo decoctum imponito. Optimè facit & ſtercus caprinum cum farina ordeacea ex poſca, cataplaſmate impoſitum. Lupinorum item farina ex poſca, & fabarum eodem modo. Cinis quoque ex officina fabrili,& bryoniæ radix cum caricis,aceto & cyclamino,eodem modo. Braſſica etiam ſylueſtris cum melle impoſita,auxiliatur. ſimiliter & folia iſatidis, & marrubium cum ordeacea farina ex poſca. Cardamomum cum caricis. cyclaminus cum caricis ex aceto de-

C cocta. Cataplaſma optimum. Fœnigræci trientem, farinæ ordeaceæ quadrantẽ, cardamomi vnc.I. caricarum pinguiũ lib.I.verbenacæ herbæ vnc.I,ficus in aceto acerrimo macerato,fortitérque in mortario contũdito, reliquiſque adiectis ac ſimul vnitis vtitor. Optimũ cataplaſma & hoc eſt:Seminis raphani partes II.foliorum ſalicis partem vnã,farinæ araci partes II.ſeminis paſtinacæ partes II.in aceto cum pari ſapæ menſura decoquãtur. Aliud, ad inueteratũ malum,& corpora dura. Corticis radicis capparis,radicis ſtruthii,ſinapis recentis, omniũ æquales

D partes,farinæ tritici duplum ad omnium trium menſuram. vtere veluti prædictis. Aliud præclarum ad duritias: Stercus gallinarum albũ,ſiccum,cõtuſum,ac cribratum,cum aceto mulſo decoquito,confidentérque imponito. Vnguentum optimum. Ammoniaci thymiamatis,thuris, foliorũ rutæ viridium, ſing. æquales partes cũ aceto contere, & quam craſſiſſimè illita exiccari permitte. Aliud,quod anteaquam medeatur non abſcedit. Ammoniaci ſtaterem I. thuris ſtaterẽ I. piperis ſtaterẽ I. ammoniacum cum aceto cõtere, eodémque etiam reli-

E qua modo. Aliud. Ammoniaci ſtaterem I. acaciæ ſtateres II.aloes ſtaterem I.thuris ſtateres II. Apparatur autẽ hoc modo:Ammoniacum & aloen ac thus in aceto macerato, acaciam autem contundito. cribrata ac prædicta contrita omnia admiſceto. Crocomagma etiam vtiliter cum aceto illinitur: ſæpe enim non abſcedit priuſquam medeatur. Cæterùm epithematum medelæ magis fidẽdum. pleraque enim eorum quæ in medicamentariis libris referũtur ex alumine & ſulphure cõpoſita, prædominantem habent adſtrictoriam facultatem. Quare in eis

F animaduerſionem habere oportet, non modò ſimpliciter facultatis eorum pharmacorum quæ admiſcentur:verùm etiam quantitatis ipſius mixturæ. Etenim in plagis quæ flatuoſum habẽt tumorem, & maximè in quibus tumor laxus eſt, nihil peccaris etiãſi plurimũ ex aluminoſis adieceris:in tumoribus verò in ſcirrhũ induratis,emolliẽtẽ & diſcuſſoriã facultatẽ præcellere oportet, quibus parũ quiddã ex adſtringẽte ſit admixtũ. Vnũ igitur ex ſimplicibus & naturalibus ac nulla arte apparatis,diſcuſſoriæ

G & adſtringẽtis ſimul eſt facultatis,ipſe videlicet ſalis flos, qui ſplenẽ in ſcirrhũ induratũ ſanat,inquit Galenus,calidus in veſicã bubulam cõiectus,& forinſecus impoſitus. Oportet igitur medicũ ad affectionem reſpicere,& pro eius ratione tũ addere,tum adimere ex eis quæ in epithematum compoſitionẽ cõiiciuntur: Veluti exẽpli gratia, ſi duritiem emollire velit, ammoniacũ & bdellium pingue,ac ſtyracem optimũ æqualiter vniuſcuiuſque drach. III.admiſcere debet: ſi verò craſſos humores diſſecare velit,opopanacis & coſti tantundem addet. Quum autẽ humores diffunduntur,etiã diſcuſſoria ac digerẽtia ſunt ad-

H miſcenda:aut ſtercus caprinũ in aceto dilutũ addendum. hoc enim & craſſitudinem diſſecat,& ſimul diſcutiendi vim habet. Quòd ſi diſcutere tantùm velit, humoribus videlicet antea ſufficiẽter attenuatis,nitrum pro ſtercore caprino admiſcebit.Capparis autẽ cortex admixtus,vltra

hoc quod diſſecat & repurgat,etiã ſplenẽ corroborat. Habito igitur ad ea quæ vbilibet accidunt reſpectu,aut emollientia augebis,aut attenuantia, aut etiam ea quæ diſcutiunt & robur addũt.Optimũ autẽ epithema emolliẽs &diſcuſſoriũ hocce eſt:Ceræ quadrantem,propolis ſextãtem,galbani drach.IIII.opopanacis dr.IIII. vtere. contunditur hoc pharmacum : & ſtrumas recentes, omnémque duriciẽ recèns obortã diſſoluit. Aliud malagma Aſclepiadæ,quod articulos incuruatos relaxat:Bdellii pinguis, adipis vitulini,ammoniaci thymiamatis,iridis,cuiuſque drach.XVI. opopanacis,galbani,thuris, canchryos, ſtyracis,cuiuſque dr. VIII. piperis grana CLX.ceræ dr. XLVIII. fæcis olei irini ſextantem ac vnciæ dimidiũ,vini quantum ſatis eſt. Arida cõtundito,& cribrato. ammoniacũ, opopanaca,thus,bdelliũ in vino diſſoluito: liqueſcibilibus autẽ liquefactis affuſis ac ſimul emollitis vtitor. Extremè emolliendi facultate præſtat hoc, inquit Galenus: neque enim aliud magis eo emolliẽs repereris.quòd ſi irini olei inopia ſit,cyprino aut ſicyonio eius loco vtor.

Aliud malagma Amythaonis,ad præcordiorum diſtentiones:conducit & articulis qui difficulter mouentur, omnémq; duritiem diſſoluit,&priore quidem minus emollit,magis autẽ digerit ac diſcutit. Compoſitio ſic habet: Ammoniaci thymiamatis drach.XXXVI.ceræ drach. XXXVI.terebinthinæ dr.VIII.bdellii drach. VIII. myrrhæ drach.IIII.thuris dr.IIII.galbani drachm.VIII.olei cyprini ſeſcuncem.myrrham, bdellium,thus, vino præmacerata cõterito: ammoniacum in aceto diſſoluito:liqueſcibilia autem liquefacito,affundito,ac vtitor. Aliud prædicto longè efficacius,& fortius, inquit Philagrius : diſcindit enim & attenuat inſpiſſatos humores , & viſcoſos repurgat. Habet autem hoc modo: Malagma Aſclepiadæ. Ammoniaci thymiamatis ſeſcuncem, galbani, myrrhæ, cuiuſque ſextantem, ceræ ſequilibram , thuris quadrantẽ,opopanacis quadrantẽ,radicis panacis ſeſcũcẽ, propolis quadrãtẽ, aceti ſextarios II.ſtercoris capræ quadrantẽ. ammoniacum cum aceto terito,deinde etiam thus , galbanum, opopanaca, & myrrham: Propolin autem cum modica cera in mortario tundito: ceram verò cum olei triente liquefacito,paulatim,donec cogatur decoquẽdo, & deĩde propoli adiecta,ab igne tollito,percolato, ac frigefieri ſinito,perpolitáque tritis adiicito,vnito,ac vtitor. Cæterùm epithema quod ego compoſui,inquit Philagrius,optimũ ad diuturnas &frigidiores affectiones exiſtit: Myrobalani drach. XLVIII.ammoniaci thymiamatis dr.XLVIII.bdellii drach.XLVIII.ſcythicũ verò bdellium maximè probo, corticis radicis capparis dr.XLVIII. mãnæ drachm.XXIIII.opopanacis drach.octo,ſtyracis dr. IIII.viſci drach.XII.ceræ drach.XXIIII.floris ſalis drachm. XLVIII. Ammoniacum cum ſalis flore diſſolue: capparin verò,myrobalanum ac mannam cum aceto:reliqua autẽ iuxta ignem emollito,& in mortario tundito,& trita eis adiicito,vnito,ac vtitor.hoc pharmacum ſplenem conſumit. Aliud. Verbenacam viridem cum manna terito,atq; axũgia ſuilla veteri excepta imponito.Dura enim corpora & diuturno malo affecta quammaximè inde iuuantur:reliqua verò integrè ſanat. Prodeſt etiã verbenaca per ſe impoſita,itémq; trixago. Aliud epithema Aſclepiadæ, ad ſplenicos.cõſumit tumores. Foliorum ſambuci tenerorũ lib.III.aloes pinguis lib.I.cum aceto terito ac lenito,linteolóq; excepta imponito.verùm ſi malũ recens eſt, cuiuſque par põdus coniicito. Aliud. Seminis ericæ lib.I.galbani lib.I.ſemen cõtuſum & cribro excuſſum galbano excipito, rurſúmq; tundito,olei irini fæce addita,quò malagmatis formã acquirat,& linteolo inditum imponito. Vniuerſo autem viſcere,recrementiſque eius atque meatibus opportunis, per emollientia, repurgantia , diſſecantia attenuantiáque & diffundentia humores, ampliúſque etiam per ea quæ vias dilatant, tum in potu accepta, tum foris impoſita, præparatis, efficacius euacuare potentibus eſt vtendum.ac primùm quidem ſimplicioribus, poſtea verò etiam fortioribus, veluti exempli gratia: primùm quidem epithymi drach.IIII.cum ſeri lactis heminis V.præbeto. dato autem

A eas epithymi drachmas IIII. tenuiſſimè tritas cum modico ſero,atque vbi venter operari inceperit, ſerum per ſe paulatim abſorbendum exhibeto.Cæterũ poſt aliquot dierum interſtitium,vbi vires recollegerint, hieram Archigenis ex colocynthide præbeto,aut quæ Iuſti appellatur. Poſt horum autem omnium vſum,farinæ tenuiſſimæ radicis cyclamini ſiccæ drach.III.aut IIII. ex aqua mulſa dato, atque quò ſudorum excluſionem iuues , ægrum velamentis contegito & in lecto concalefacito. Epithemata diſcuſſoria & reſiccantia. Poſtquam corpus fuerit repurgatum, B epithematis quæ digerere ſiue diſcutere & reſiccare poſſunt,vtendum:qualia ſunt quæ ex auripigmento & alumine componuntur. ex quorum numero eſt etiam id quo ego,inquit Philagrius,vtor. Ceræ Tyrrhenicæ drach. XCII.reſinæ pinus ſiccæ drach.XCVI. reſinæ pinus liquidæ drachmas XCVI. auripigmenti drachm. XVI.aluminis ſciſſilis drachmas XII.metallica terito & liqueſcibilia cum modico oleo liquefacito, ac refrigeratis ſicca adiicito, vnito,& vtitor. Aliud aurei coloris, Aſclepiadæ,valde pulchrum:Ceræ libras duas,reſinæ pinus C ſiccæ libras duas, auripigmenti ſextantem, aluminis ſciſſilis ſextantem , calcis viuæ vnciam vnam, olei cyprini vncias ſedecim, aceti vncias ſedecim. Aliud ad ſplenicos & hepaticos: Aluminis liquidi , ſulphuris viui,nitri, ammoniaci thymiamatis ; mannæ , radicis capparis corticis , ſingulorum ſeſcuncem, picis libram vnam, reſinæ pinus ſiccæ libram vnam,olei cyprini ſeſcuncem, aceti quantum ſufficit. Aliud epithema hepaticum, ipnoterium appellatum: Reſinæ pinus ſiccæ libram vnam,ceræ libras duas,picis libras duas, aluminis liquidi, D nitri,ſulphuris viui,mannæ, cuiuſque libram vnam,aloes ſeſcuncẽ,pyrethri,ariſtolochiæ longæ,bdellii,ammoniaci thymiamatis,amomi,viſci, cardamomi, olei,cuiuſque quadrantem,aceti ſeſquiſextarium. Ammoniacum , alumen,ſulphur,nitrum, cum aceto diluta terito:reliqua verò arida quidem contundito, ac tritis admiſceto : liqueſcibilia autem liquefacito , atque reliqua cum eis excipito. Optimè faciunt & ex caprino ſtercore apparata : item plurima eorum quæ ad hydropicos ſunt deſcripta:& E Machærionis emplaſtrũ, & emplaſtrũ ex rumice quæ in decimoquinto Sermone referentur. Phœnigmi, cutẽ rubefacientes. Efficaciter autẽ in ipſis phœnigmi auxiliantur,tum qui ex ſinapi apparãtur,tum qui eis conſimiles exiſtunt. cæterùm corpore prius à ſuperfluis humoribus euacuato, eos adhibere oportet. Pulcherrimus autem phœnigmus talis eſt. Phœnigmus Aſclepiadæ authemeros, quaſi eodem die auxilians,inſcriptus: qui ſanè ab vniuerſa affectione liberat.Pyrethri drachmas octo, myrobalani,cardamomi,ſeminis vrticæ,piperis,cuiuſque F drach.octo, ſinapis trientem. omnia conterito, & aceto ſubigito,& tepefacta ex interuallo per horas tres imponito,ſi ſaltem tamdiu ſuſtinere poſſit: deinde ablato pharmaco lauari præcipito , in feruentioris ſolii deſeſſu . à balineo autem cerato ex roſaceo apparato vtendum.

Alius. Lepidii folia trita cataplaſmatis modo imponito:atque vbi morſum ſentiunt, in balneum inducito, & ablato pharmaco , in feruentem aquam immittito & perfundito. difficulter enim ferunt nimiam mordacitatem. Sani autem exeunt, inquit Archigenes. Idem G remedium & ad coxendicum dolores efficaciſſimum reperitur . ſummè etiam auxiliantur myrobalani cortices,& nitrum. nitrum per ſe terito, & parum aceti admiſceto : deinde reſinam ac ceram cum pauco oleo liquefacito,affundito,emollito, ac vtitor. Cæterùm quod operæpretium eſt cognoſce,fortia pharmaca nonniſi corpore prius à ſuperfluis humoribus repurgato,& probè cõcoquente,adhibere oportet. Smegmata,ſiue repurgatoria.Oportet autem locum ipſum ſenſim ad phœnigmorum rubefacientium tolerantiam irritare,quod per repurgatoria ſmegmata cõmodè fieri poteſt. Cõponantur autẽ H ſmegmata ex ſtaphide ſylueſtri,pyrethro,pipere,ac alcyonio, pari vel impari modo,prout videbitur , coniectis. Quòd ſi teneram carnem habeat æger,iridis,& cyperi, & herbæ ſabinæ aliquid his admiſcebis,aut farinam aliquã

veluti erui,aut fabarum,aut cicerum.Quòd ſi etiam odo-
ratum reddere velis pharmacum,caſiæ quippiam & phyl
li ac amomi adde: ſi verò durius contingat curandum
corpus, ex pumice addes atque adarce. Poſtremùm au-
tem phœnigmis ex ſinapi conſimilibúſque vteris,corpo-
re prius vniuerſo à ſuperfluis humoribus repurgato: ne
videlicet vehementia caloris alia attrahat recrementa,
duriorémque reddat ipſum locum.

De ſplenicorum vſtione, Cap. XII.

QVòd ſi prædicta auxilia irrita ſint, inefficacitérque
adhibeantur,ad vſtionis patrocinium confugere o-
portet,ita vt vel per cauteria vel pharmaca cruſtas inura-
mus,& multo tempore ſaniem effluere ſinamus: corpore
tamen prius per venæ inciſionem & purgationem eua-
cuato. Etenim quum ferè in totum vitiatis humoribus
ſplenici ſint referti,& non præeuacuetur vniuerſum cor-
pus, maligna vlcera ex cruſtis fieri conſueuerunt.

Diæta ſplenicorum, Cap. XIII.

POrrò diæta ipſorum ſplenicorum,tempore inflamma
tionis ſimplex ſit,& quæ facilè concoquatur:velut eſt
alica lota, & ptiſanæ ſuccus, panis madefactus. ſi verò
inflammatio diutius remoretur, etiam auicularum car-
nes eis concedendæ,& piſces petroſis aquis degentes. V-
bi verò ſcirrhus ſit perfectus,diæta attenuatoria exhibea
tur, & acrium rerum comeſtiones per interualla. propriè
autē ſplenicis cōuenit capparis comeſta ex aceto mulſo,
Vinū ſit nō valde vetus,quod aqua permiſceatur, in qua
ferrum ſæpe ignitū ſit extinctū. Plurimum autē fiduciæ
in exercitamentis ponendū,quibus ante cibum vti cōue
nit,corpore ſuperfluitatibus non abundante. Ex eorū au-
tem genere ex ſuperabundanti faciunt deambulationes
& curſus.& noui ſanè aliquos,qui ex his ſolis ab omni af-
fectione ſint liberati. Geſtationes etiā omnes cōueniūt:
propriè autem quæ fit in equo. Manifeſtum autē eſt quòd
vociferationes quoque opportunæ & in tēpore aſſumptæ
eis ſummè opitulantur.

Cura eorum in quibus ſplen frigida: venter verò calida affectione laborat, Cap. XIIII.

COgnitu verò neceſſariū eſt, quòd in aliquibus ſplen
frigidam intemperiem habet,& ob id calefacienti-
bus opus habet:venter autē bile agitatur,& contrariā ſple
ni ſuſtinet intemperiem:aut etiam citra priuatā affectio-
nem,ex meatu qui bilem ſuſceptat, flauā bilem aſſumit:
& abſque hoc etiam, ſæpè ob ægram concoctionem & ci
borum in ventre corruptionē ſplen afficitur.Etenim ali-
quando quum frigiditatis ſenſus cùm grauitate circa ſple
nē percipitur,venter bilioſum vomitū reiectat:tūc equi-
dem difficilis cura nobis inſtat,& quæ difficulter proce-
dit:nimirū ſplene caloris fotū expetente:ventre autē atq;
etiam vniuerſo corpore refrigeratione indigente, atque
id vno & eodem tēpore.Quò igitur quantum poſſibile eſt
vtriuſque membri affecti effugiāt læſionē, pro virib⁹ co-
nabimur vt eos à triſtitia & cura,iráq; & vehemētibus mo
tibus, multa item inedia ac cibi auerſatione auocemus,
ſimúlq; per ea quæ citra moleſtiam purgant pharmaca,
bilioſum humorem euacuemus: os verò ventris firme-
mus ac corroboremus,nequid eorum quæ ex reliquo cor
pore ad ipſum influunt, ſuſceptet. Cæterùm corrobora-
tio ipſius per ea quæ difficulter corrūpuntur cōtingit,de
quibus in ſecūdo mētionē fecimus Sermone. Suffecerit
autem ipſis exhibitio modici panis cū oliuis albis aut co
lymbadibus appellatis, citra potum,. ſi balneum & pran-
dium differant,ne bilis efferatur: melius autem eſt ſi pri-
uſquam bilis efferatur,ieiuni lauent. In prandio cibi eis
præbeantur tum quantitatis tum qualitatis moderatæ: ve
rùm vt ſplen illæſus permaneat,conuenit primùm boni
ſucci & actu calidos præbere, ac deinde poſtremùm tum
actu tū potentia frigida porrigere,veluti lactucam & fri-
gidum potum,ac ſimilia: non frigida enim frigidis præ-
ſubſtrata,ſplenem illæſum ab iis quæ poſtea ingeruntur
frigidis, conſeruant, ex quibus os ventris corrobora-
tur, & calida ipſius intemperies corrigitur. Optimum
igitur fuerit poſtremùm omnium mala Punica, aut e-
tiam alia,aut pira,aut quædam quæ ſtomacho grata ſunt

A acceptare:atque eodem omnino modo etiam cœnam in-
ſtituere.Conuenit etiam per ea quæ forinſecus imponū-
tur hoc modo affectis opitulari. Refrigerant autem ven-
trem citra nocumentum forinſecus impoſita,oleum me-
linum & roſaceum:cerata item ex iiſdem apparata, mo-
dica maſtiche admixta, aliquando etiā oleo addito om-
phacino. calidus itaque venter per prædicta lenitur. Ad
ſplenem autem calefacientia adhibēda ſunt, qualia ſunt
epithemata polyarchia appellata.

B

Cura ſplenicorum quos tuſsis infeſtat, Cap. XV.

QVòd ſi tuſsicula ſplenicū infeſtet, ſintque eiuſdem
generis affectiones circa vtraque viſcera: veluti ſi
contingat & ſplenem & pulmonem eodem tēpore craſsis
ac viſcoſis humoribus,aut aliquo alio frigido morbo de-
tineri,tunc ſanè podagricum pharmacum ex oſsibus cō-
ſtans,vehementer vtile tum ſpleni,tum eo modo tuſſien-
tibus exiſtit, & antidoti quæ ei ſimiles habētur. Si quidē
igitur ſimiles cōtigerint affectiones,ſimilia remedia ad-
hibere oportet:vbi verò diuerſæ erunt affectiones,diuer
C ſis pharmacis vtendum eſt.vtpote ſi ſplen à craſſis & vi-
ſcoſis humoribus & frigidis liquoribus afficiatur: tuſſis
autem à tenui & acri deſtillatione contingat,ſi modò poſ
ſibile fuerit & deſtillatio non vrgeat vehementer,à phar
macis fluxum condenſantibus abſtinere conducit,velu-
ti eſt quod ex papaueris capitibus conſtat,itémque ex ſe-
minibus paſtillus,& quæ his ſimilia exiſtunt. Vehemen-
tiore autem & acriore exiſtente deſtillatione, & quæ pe-
riculum exulcerationis pulmonis minetur,vtēdum qui-
dem ex papaueris capitibus confectione. verùm ſpleni
D epithemata attenuatoria imponantur. Atqui niſi magna
impēdeat neceſſitas,ea quæ ſtupefaciunt vitanda: capiti
autem aliquis ex ſeminibus paſtillus, cum aceto roſaceo
ad ſtrigmentitiam craſſitudinem redactus imponatur.
præſtant autem ex ipſis in hoc præſertim vſu,hi qui cro-
cei appellantur. cùm aceto enim & roſaceo oleo triti, &
ad ſtrigmenti ſpiſſitudinem redacti, lanáque conuoluta
excepti, ac ſincipiti impoſiti,tenuitatē deſtillationis in-
ſpiſſant,ſimúlque exurentem & acrem in capite qualita-
tem refrigerant,tuſſes ſedant,& ſomnum ſuauem indu-
E cunt.Poſt hæc autem theriace per opium recēs apparata
in potu accepta, tuſſientibus quibus ſimul ſplen affectus
eſt,auxiliatur.

Cura eorum quibus ſplen in magnitudinem excreuit, ſimúlque durus exiſtit, Cap. XVI.

QVidā ex ſplenicis immodicè auctū ſplenem habēt,
vt nō ſolùm hepar & inguina cōtingat,ſed & ob ſo-
liditatē attollatur, vitaléſq; cordis vires maximopere læ-
dat,ac imbecillitatē inducat, vtq; ex eo vniuerſum refri-
geretur corpus, ipſúmq; adeò hepar tenuiſſimū & aquo-
F ſiſſimū in ipſis fiat,& eiuſmodi quoq; ſanguis. Horū ſanè
qui hoc modo ſunt affecti,curā recuſare oportet. quòd ſi
cogamur tamē,à dubiis & hebetibus remediis auſpicabi-
mur,periculo eis incūbente prædicto.verùm neque intra
corpus ſumendū,neque forinſecus adhibendū vllū ali-
quod vehemēs pharmacū offeremus:neque euacuationē
etiā coaceruatim faciemus,ſed paulatim & per ſimplici-
orum medicaminū vſum. Cæterùm tū per os exhibitis,
tum foris admotis,& quantū poſsibile fuerit cōuenienti
diæta,virium imbecillitate refocillata,ſi in melius profi-
G cere ipſos videmus, fortioribus omnino remediis vte-
mur,ita tamen vt ſenſim aucta ipſa apponamus.

De ictero,ſeu morbo arquato,ex libris Ruffi & Galeni, Cap. XVII.

ICterus à ſimilitudine ad animalculum,quod ictis, *id eſt*
uiuerra appellatur,nominatus eſt:eſt autem muſtella ſyl
ueſtris,quæ auricolores oculos habet. Verùm icterus mor
bus bilioſi humoris circum corpus effuſio eſt, ob ſecer-
nentis eum facultatis debilitatē,quæ eum ſegregare & ad
proprios excretionis locos demittere non valet. Errare au
tem eos credendum eſt qui hepatis affectionem in omni-
H bus ictericis adeſſe putauerunt. conſpicitur enim ſæpe,
quum hepar nihil malè eſt affectum,flauæ bilis ad cutem
effuſio facta in iudicationibus morborum. Conſpicitur
etiam citra febrem aliquando ſanguis in bilem exagita-
tus, per corruptionem videlicet aliquam peregrinā:qualis

quoque à venenatarum beſtiarum morſibus contingere cõſueuit. Etenim quum quiſpiam à vipera morſus eſſet, vniuerſum corpus praſini ſiue porracei coloris habuit, & quum aſſiduè theriacen bibiſſet, celerrimè ſanatus eſt: quare nihil mirum eſt, talem aliquando contingere humorũ in corpore permutationem, vt vniuerſum corpus ictericum colorem aſſumat. Quin & fieri poteſt vt propter naturalis temperiei ipſius hepatis mutationem, eiuſmodi humorum corruptio contingat, vt aliquando herbis pallore albicantibus totum corpus manifeſtè aſſimiletur: B aliquando etiam plumbi colorem induat. quemadmodum etiam eiuſmodi colores nigricantiores fiunt, ſi ob ſplenem quàm ſi ob hepar affectum contingant: ſplene ſcilicet ad attrahendum ad ſe ex hepate atræ bilis humorem, & ad repurgandum ſanguinem pro more ſuo, debilitato. Fit autem aliquando icterus ob imbecillitatem veſicæ bilis ſuſceptricis, quæ bilioſum humorem, veluti cõſueuit, in ſeſe ex hepate non attrahit, & ob id impurum ſanguinem relinquit: poſſibile eſt etiam eam nimis repleri, aut repletam, propter repletionis multitudinem non C poſſe euacuari: Aliquando autem & propter obturationem aut debilitatem venarum, quarum ora ex ipſa ad hepar deferuntur, bilioſum humorem non attrahit. Quare in ictericis affectionibus, recrementorum figura neceſſariò conſideratur, quum in aliquibus multùm colorata per flauam bilem appareant recrementa, quemadmodum etiam in aliis vrinæ. In quibus enim ratione iudicationis bonæ, in febribus bilioſus humor ad cutem prorumpit, his & recrementa & vrinæ naturali modo ſe habere videbuntur. Quibuſcunque verò citra febrem, D vnà cum grauitatis alicuius aut doloris ſenſu circa dextrum ilium, arquatus contigit, in his veſicæ bilis ſuſceptricis obturationem factam eſſe putandum eſt. Quibus autem neque grauitatis neque doloris ſenſus circa ilium adeſt, in his ſplenem vitiati humoris cauſam eſſe iudicabimus. Si autem neque dolor neque grauitas circa ilia infeſtet, neque febris præceſſit, & tamen ſanguis in vniuerſo corpore in bilem mutetur, atque ita arquatus contingat, his pruriginoſior cutis fiet & magis etiam areſcet. In quibus verò atræ bilis humor vnà cum ſanguine ad cu- E tem eſt delatus, hi omnino grauius afficiuntur. Cõſequitur enim ipſos triſtitia præter rationem, & mordacitas eorum quæ circa ventrem ſunt, difficultáſque ſpirandi: & cibos auerſantur, & nigra lotia excernunt. aliquando autem & per interualla quædam corpora ipſorum tepeſcunt: ſtercora verò chalcanthi colorem referunt, & aluus magis his reſiccatur. Cæterùm eos qui ex pallida bile arquatum contrahunt: nulla mordacitas eorum quæ circa ventrem ſunt conſequitur, neque etiam intantum auerſantur cibos: ſed obtuſior tamen aliquando fit in eis F ciborum appetitus, & ſtercora quidem albida egerentur: vrinæ autem crocei coloris, turbatæ tamen & tenebras referentes permanent. Communiter autem omnibus ictericis pigrities & tumor grauans ad motũ corporis cõtingit, & ad dulces cibos animum habent alienatum: amaros verò non admodum auerſantur, & variis imaginationibus vexantur. pruritus etiam vniuerſi corporis comitatur & difficulter exudant. Porrò alba oculorum & partes faciei temporibus propinquæ, itémque malæ, pallorem o- G ſtendunt: venæ etiam ſub lingua repletæ reperiuntur, & abundantem humorem ſignificant.

Cura arquati, Cap. XVIII.

ARquati igitur qui ratione bonæ iudicationis, febribus perfectè ſolutis fiunt, facillimè ſedantur, ſi ægri lauacris aquarum dulcium vtãtur, ac olei diſcuſſorii perfrictione, omnibúſque quæ rarefaciũt cutẽ: qualia ſunt oleum chamæmelinũ, anethinũ, irinũ, gleucinũ, amaracinum: & roſmarinus herba oleo incocta, ipſum plurimùm diſcuſſoriũ facit. Diætam quoque vniuerſam humectiorẽ in his conſtituere oportet, & vt mediocriter humorũ H craſſitudinẽ attenuare poſſit. In reliqs autẽ ictericis duo maxima remedia principatum obtinent, ſectio venæ, & purgatio. In quibus igitur multitudo ſanguinis vnà cũ bile in toto corpore abundat, & quos circa hepar aut ſplenẽ dolor aut diſtentio infeſtat, nihil venæ inciſione cõmo-

A dius fieri poteſt, ſi nulla alia re id facere præpediaris. Particulatim autẽ & per vices ſanguis eſt detrahẽdus, ne per coaceruatam euacuationem vires ægri proſternantur. neq; verò ineptè clyſter adhibetur, ſi venæ ſectio impediatur. A venæ autẽ inciſione etiam commodè clyſter aſſumitur, qui propter ſtercorum euacuationem ſpirandi facilitatem inducit, inteſtináque irritando ac mordendo, humores ad cutis ſuperficiem delatos, ad ipſa retrahit & reuellit. Purgationes autẽ magis propriæ & familiares huic B morbo exiſtunt, inquit Rufus. Cæterùm eduliis ac potionibus itémque pharmacis, humores prius attenuare oportet, obturationéſq; deoppilare: atq; deinde pharmacũ exhibere quod flauã aut nigram bilem ducit. Sint autẽ purgationes ictericis exhibendæ fortiores: ob ventris enim ſiccitatem, imbecilliores inefficaces in ipſis cognoſcuntur. Quare in principio purgare non oportet, priuſquam per deoppilãtia bilis attenuetur, & quodam modo ad inteſtina reducatur: maximi nanque mali cauſam, purgationes in principio datæ præbuerunt. Itaque conuenit C primùm deoppilantibus mox dicendis vti, atque vbi attenuatio humorum ac deoppilatio fuerit facta, tum demum conueniens & forte (vt dixi) pharmacum purgatiuum eſt exhibẽdum. Quòd ſi primo purgatiuo pharmaco nihil proficias, rurſus forte aliquod deoppilatoriũ pharmacum bibendum præbe, & poſt triduum rurſus violentiùs pro ſecunda vice purgato, inquit Rufus: vt etiam ad finem purgationis vnà cum vehementiſſima mordacitate bilis excernatur, quæ cærulea magis ſit quàm flaua. Ego itaque euphorbium, epithymum, aloen, petroſeli- D num, & dauci ſemen miſceo, ac ictericos purgo. Optimè etiam ipſos purgat hoc: Piperis longi ſcrupulos nouem, piperis nigri ſcrupulos quinque, ſcammoniæ ſcrupulos ſex, ammii ſcrupulos quatuor, ſeminis fœniculi ſeſquiſcrupulum, ſeminis apii ſcrup. II. & dimidium, caroi ſcrup. IIII. aniſi ſcrup. III. mellis quantum ſatis eſt, quò ad ſtrigmentitiam craſſitudinem redigatur. datur nucis Põticæ magnitudine cum cochleario aceti albi, & aquæ calidæ tantundem. in melancholicis autem ad prædictum dimenſum farinæ epithymi ſcrup. III. addere oportet. Ve- E hementer commodum & hoc eſt: Colocynthidem magnam ſupernè perforato, eiectóq; ſemine, id quod inſtar tomenti in ea eſt, finito, ac vinum vetus dulce infundito, & pernoctare in ea permittito: manè verò per pãniculum detritæ veſtis diligenter percolato, & vinũ calefactum iis qui flaua bile abundant bibendum præbeto. ad melancholicos autem epithymi ſcrupuli ſex in vino dulci præcoquantur, idipſúmque vinum colocynthidi infundatur, ac, vt dictum eſt, bibendum præbeatur. Cyclamini quoq; radix trita potata, poſt deoppilantia remedia, aptiſſima F eſt ad viſcera repurganda, & ad bilem in vniuerſa cute excludendam per ſudorem: quare poſt eius potionem, ſudorum excluſionem per velamenta ac concalefactionẽ in lecto iuuare oportet. dantur autem ad ſummum ex ea drachmæ quatuor ex aqua mulſa. Quòd ſi inflammatio circa partem aliquam viſcerũ ſubiaceat, primùm irrigationibus & cataplaſmatis vtendum eſt, & poſt ea ceratis & epithematis ad viſcerum inflammationem præſcriptis. Præſtat autem farinæ admiſcere roſmarinum herbam, G florem iunci odorati, abſinthium, artemiſiam, abrotonũ, rutam, cardamomum, chamæpityn, ſcordium, polium, ac chamædryn. hæc enim ſingula admixta vrinam cient, quod morbo maximè conducit, & viſceribus inflãmatis prodeſt. Cucurbitulis etiam vtendum, hepate quidẽ affecto, inanibus, & aliquando cum ſcarificatione: ſplene autẽ affecto, omnino cum ſcarificatione. inanes enim ſplenem nihil iuuãt. Pharmaca autem quæ in potu accepta ab obturatione ictericos liberant, maxima ex parte vrinam cient, velut eſt apii decoctum, & adianti, ac ſimilia. Vtilis eſt & abſinthii cremor & per ſe & cum nardo Indica ac H iũci rotundi odorati flore. item pulegii decoctum, & calaminthes & verbenacæ rectæ, & oxalidis. eſt autem oxalis rumex acri ſapore, fuluis ramulis & foliis, caule quadrangulari, eóque ſemine referto, pallida radice. hæc ſanè per ſe comeſta, & radicis decoctum ad tertias redactum ac potatum, celerrimè auxiliatur. Prodeſt etiam rumex

ſatiuus & anchuſæ radix, rubiæ radix, chamæpityos, roſmarini, & ariſtolochiæ. mirificè etiam prodeſt ſerpyllum, hypericum, & eius generis plurima alia. Singula hæc in aqua ad tertias decocta cum vino dulci bibenda præbeto, aut contundito & cribrato, ac ſingulorum drach. I. dato. Præclarè quoq; facit corticis raphani ſuccus, vino meraco dulci permixtus aut vino mulſo: ita vt ſucci cyathi duo, vni vini cyatho cõtemperentur. Datur itẽ valde cõmodè cichorii & ſeridis ſuccus, febrientibus quidem per ſe: febre carentibus cum vino. braſſicæ item ſuccus eodẽ modo, & cornu ceruini ramenta cochlearii menſura, petroſelinum, aniſum, aſarum, rheon. commodiſſimum autem eſt chamæmelon quæ & leucanthemos appellatur, itémque buphthalmum. Aliud multi experimenti:

Spumæ nitri albæ drachmas duas, in vino veteri dulci macerato trium cyathorum menſura. & per totam noctẽ ſub diuo ponito, & ad triduum aut quatriduum bibendũ præbeto. Aliud præter opinionem: Vermes terrenos coctos ac cum myrrha troglodytica tritos, in fabæ magnitudinem ex paſſo aut vino mulſo dato: & poſtera die icterum per lotium eiicient. idem faciunt & abſque myrrha dati. exhibeto hoc ad triduum, ac vtere confidenter.

Paſtillus ictericus, qui ictericis & hepaticis mirabiliter conducit: Amygdalarum amararum repurgatarũ drachmas quatuor, aniſi, comæ abſinthii, cuiuſque drach. II. ſpicæ nardi drach. I. aſari drach. I. contundito & cribrato reliqua: amygdalas autem cum aqua terito, & paſtillos informato: ex quibus drach. I. febre carentibus ex vini mulſi cyath. III. præbeto. Cæterùm pharmaca quæ in potu accipiuntur, omnia, ſi fieri poteſt, in balneo exhibeantur, vbi ægri in calidum lauacrum conſcendere parant. Plurimùm autem diætæ virium refocillatrici intentum eſſe oportet, per quam vis diſcretiua reparatur, & ſi quod mẽbrum læſum ſit, corroboratur, ac præſens coloris corruptio repurgatur. Quapropter cõueniunt exercitamenta, & geſtationes, & inunctiones ac exudationes, ita vt ad pyriateria, *hoc eſt uaporatoria ſicca*, & ad ſolem, & in balneis quoque, corpus nitri puluere vſti, ac vini fæce arida vſtáque ac tenuiſſimè trita, defricemus. Optimum autem & ſerpyllũ & th[9] pari modo cũ oleo illita. roſmarin[9] itẽ herba in oleo decocta, ſi oleum illinatur, prodeſt. Cibi autem omnes inciſorii ſint & attenuatorii, & quicunque inter attenuatoria edulia prædicti ſunt in ſecundo Sermone. Ex volucrum quidem genere, montanæ: ex piſcibus verò, qui petroſis aquis degunt: ex oſtreis, herinacei recentes. Olera verò ſint quæ magis vrinam ciẽt, præſertim ſeris, intuba, aſparagi paluſtres, ſmyrnium, carduus, eryngium: ex ſatiuis autem conuenit braſſica & aſparagus eius, raphani, allia cruda & cocta. Carnes autem ferinæ, manſuetis magis ſunt aptæ: pro liquamine ſeu embammate, valet acetum in quo ſquilla & ariſtolochia ſint macerata. à fructib[9] abſtinendum. Bellaria ſint amygdalæ: ſed modicè ſumãtur. & cicer modicum torrefactum. Ex leguminibus cicer aſſatum, & maximè decoctum ipſorum aſſiduè potatum. ieiuni autem citrium comedant repurgatum. Vinum conuenit album & ſubadſtringens, neque valde vetuſtum. vbique autem mediocritas optima cenſetur. Quòd ſi quippiam ex ictero circa faciem & oculos relinquatur, vrinæ autem appareant puræ, aluúſque conſueto more egerat, & appetitus in nulla re obſtet, neque infeſtet ſitis, &, vt compẽdio dicam, quum omnes prædictæ acceſſiones fuerint ſedatæ, & tamen circa oculos vitiatus color relinquatur, narium infuſis vtendum. Fortiſſimum autem omnium eſt elaterium cum lacte muliebri infuſum. facit & cyclamini ſuccus, & melanthium cum aceto. debilior his eſt anagallidis ſuccus, & ſuccus radicis betæ. Depurgat autem cyclaminus craſſiſſimum mucum: elaterium autem pituitam & bilem. Omnium autem efficaciſſimum ad eos reperi atramentum ſutorium lacte muliebri diſſolutum ac naribus infuſum: inde enim bilem largè ex naribus deſtillantem videbis. Oportet autem poſcam probè dilutam in ore detinere dum infunditur hocce pharmacum. Præſtat tamen primùm cyclaminum infundi, quò craſſa per eam euacuentur, & poſtea ipſum ſutorium atramentum.

A De malo corporis habitu, Archigenis, Cap. XIX.

QVVM corporis habitus in aquoſitatem diffunditur, cachexia, *id eſt malus habitus à Græcis* appellatur, in quo vniuerſa corporis miſcella laxior fit ac emolleſcit, quod maximè ex ſomno inæqualiter contingẽte fit manifeſtum: corpúſque ipſum totum cum virore albicans redditur ac inualidum, ita vt crura inter eundum vacillent. & in principio quidem concoctiones impediũtur, manente etiamdum appetitu: poſtea verò & faſtidiũ
B accedit, & reſpiratio ipſis fit rara ac debilis, quæ motibus & actionibus condenſatur. aluus etiam inæqualia recrementa excernit. Hæc affectio vtplurimùm ex longo morbo congregatur: iam verò & ex viſcere quopiam in ſcirrhum indurato conſequitur, maximè hepate & ſplene: neque raro in dyſenteria diuturna & affectionibus cœliacis contingit, ob conſuetam item aliquam cohibitam excretionem. Capiuntur autem hac affectione maximè ſenes, qui etiam maximè liberãtur. imò & pueri qui facilè pereunt, propter vitalis firmitatis debilitatem, & quòd ob cutis raritatem ſucci in eis facilè tranſpirant. at verò qui
C in vigore ſunt, raro incidunt, & facilè ſe inde extricant. quòd ſi diutius adſit malum in aquam inter cutem trãſit. Quod verò ad curam attinet, ſi quidem ex conſuetæ excretionis cohibitione affectio contingat, admonere ac irritare eam ipſam excretionem oportet: aut venam incidere in cubito, ſi nihil ſit quod id fieri præpediat, paulatim ac partitis vicibus per triduum ſanguinem detrahẽdo. Si verò venæ inciſio impediatur cõuenienti medicina depurgante ipſos purgare oportet, & maximè ex hiera
D Archigenis ex colocynthide apparata. Quòd ſi hepar ſit affectum aut aliquod aliud ex viſceribus, medelam adhibere his ipſis conuenit, per auxilia ad ſingula ipſorum ſuprà præſcripta. A localibus autem remediis, ad diætam viribus reparandis aptam tranſeundum, per quam ſpes eſt eos qui huic malo ſunt impliciti, ad reſtitutionem in integrum peruenturos. Diætã autem qua vires refocillantur, in moderatis deambulationibus conſiſtit, geſtationibus, vociferationibus, & defricationibus ſiccis per linteola ex lino crudo, deinde per inunctionem ex oleo, cui quædã
E quæ humorem reſiccant ſint infarta: veluti ſunt nitrum & ſales. poſtea verò & exercitamẽta moderata cõducunt. Ad laſſitudinis autẽ curationẽ, balneũ per interualla quædã adhibeatur: quòd ſi quis ad frigidæ lauacrũ aſſueſieri poſſit, compendio ad omnem mali curationem peruenerit. Aquæ itẽ quædã naturales calidæ, robori ac viribus reparandis conduxerint, quales ſunt aluminoſæ, ſulphurulentæ, ac nitroſæ. Mirabiliter autem ipſos iuuat aſſidua abſinthii præparatio & adhibiti dropaces. Cibi eorum ſint ſimplices, & qui facilè concoqui poſſint, parum conditi,
F olerum videlicet gratia: ſi quidem opus ſit per ipſa vrinã ciere, & aluum ſubmollire. Vinum conuenit eis album, tenue, odorũ. Bellaria omnia vitent. omnia item nidoroſa, & graueolentia, humoris craſſi, & viſcoſa, & quæ difficulter concoquuntur, à cibis eorum ſint aliena.

De hydrope, ſiue aqua inter cutem, Cap. XX.

HYdropis differentiæ tres ſunt: alius enim aſcites, ab aſco, *id eſt utre*, appellatur: ali[9] tympanites, à tympano: & tertius ſarcites, aut iuxta carnem, *hoc eſt ſubtercus*, *à Græcis* etiam leucophlegmatias nominatus. Aſcites igitur fit,
G quum inter pelliculam peritonæon appellatam, & inteſtina, plurima aquoſi humoris collectio contingit, vt verè vtris modo pellicula ipſa repleta eſſe videatur: aliquando verò vbi peius habent ægri, vſque ad femora tumor producitur, quando ſanè aſcitæ & ſarcitæ hydropis complexus factus apparet: vnde aliquando quidem pedes inflantur, aliquando naturali modo habent. Tympanites verò, flatus aere repleti ac ſuperflui plurimam collectionem in iiſdem ventri incumbentibus locis facit, vt in principio ſola inflatio eſſe videatur. poſtea tamen flatus inſpiſſatur,
H & veluti nubilus redditur, atque ita vnà cum flatu, quaſi nebuloſus humor conſiſtit ac congregatur. Infert autem tympanites multam circumtenſionem, atque in ipſo etiã vſque ad femora & pedes tumor procedit. Porrò ſarcites per omnem corporis coagmẽtationẽ ac miſcellã humo-

rem diſſeminat,vt inſtar ſpongiarum aut papyri vniuer-
ſa caro permadefacta appareat : atque ob id totũ corpus
ſimiliter vt ilia intumeſcit,ac mortuò ſimile euadit. Cõ-
muniter autem omnis hydrops ſpirãdi difficultatẽ,& tũ
morẽ & grauitatẽ,& vitiatũ colorẽ inducit : ex virore ni-
mirum albicantibus ægris.faſtidiunt etiam cibum potũ
autem largiorem plurimi appetunt, maximè qui ex aſci-
te laborãt.Etenim humor qui in locis detinetur,ſalſus eſt
& putrefactus.quare & ſitis & febris augeſcit : ferè enim
intotum plurimi ex hydropicis febriunt.Conſequitur aũ-
tem aqua intercus omnes morbos qui habitum corrum-
punt:vna eſt enim ad hydropem aptitudo,coagmentatæ
corporis miſcellæ demolitio & ruina. Contingit autem
hæc aut ob ſuperexcellentem hepatis frigiditatẽ , aut ob
aliqua alia membra vehementer refrigerata , quæ hepar
in eandem diſpoſitionem deducere valent:citra enim he
patis refrigerationem, impoſſibile eſt aquam cõgelari,&
aliquem in hydropem incidere. Coafficitur autem he-
par ſpleni refrigerato,aluóque & inteſtinis , maximè iis
quæ iuxta ieiunum inteſtinum ſunt,pulmonique & reni-
bus,ac ſepto tranſuerſo.Congregatur etiam ex immodi-
ca hæmorrhoidum euacuatione, aut ex fluxu muliebri,
aut ob menſtruorum retentionem,aut ob aliam quandã
magnam vuluæ affectionem.In his enim omnibus nũl-
lum præter naturam tumorem hepar habere cõſpicitur,
& tamen aquæ inter cutem morbo corpus apprehendi-
tur,ex ſola refrigeratione hepate in his in principio af-
fecto : pòſt verò aliquando & durum fit,quod palàm in
illis videre eſt,qui ex intẽpeſtiua frigidæ aquæ potione,
hepar aceruatim refrigeratum habent,vt ſtatim aquæ ſuf
fuſionẽ operetur,priuſquam ipſum in ſcirrhoſum tumorẽ
eleuetur.Iis autem qui ex frigidæ potu aquam inter cutẽ
incurrerunt,vehementes ciborum appetitiones fiunt,prò
pter oris ipſius ventris frigiditatem.Multi autem & à po-
dagra & coxendicum dolore vexati, in aquã inter cutem
inciderunt.Frequentiſſimè autem eos qui cibum nõ ſen-
tiunt,& malo corporis habitu præditi ſunt,itémque ab ar
quato infeſtatos,hydrops conſequitur,cœliacam item af-
fectionem & dyſenteriam.Nouimus etiam quoſdam qui
ex recta ſpiratione quam orthopnœan vocant, in aquam
inter cutem ſunt deducti. Cæterùm huic affectioni non
minus fœminæ quàm viri fiunt obnoxii:pueri verò vtplu
rimùm ab hydrope ſarcite apprehẽdũtur.Eſt autẽ tympa
nites omnino periculoſus , minus eo aſcites : adhibetur
enim in eo pertuſio ſiue pũctio,quam paracenteſin *Græ-
ci* appellant,& reliquis quoque remediis promptius quàm
ille obedit.Sarcites quoque aliquando curabilis fit per ea
quæ cuti adhibentur,humorem detrahentia ac reſiccan-
tia pharmaca. Omnes autem inueterati hydropes & qui
iam habitum corrumpunt,ſunt periculoſi.Fiunt etiam a-
liquando bullæ inter peritonæon pelliculam & inteſtina,
figura veſicæ ſimiles & ſeroſum humorem continentes:
hæ ipſæ ſanè per fluctuationes quaſdam inæquales depre-
henduntur:nimirum proprium locum ſecundum linea-
menta quædam diſtributum,ac velut circumſcriptum,i-
pſo humore tenente.

Aſcitæ ac tympanitæ hydropis cura, Cap. XXI.

QVVM itaque difficilis ſit,quemadmodum prædi-
ctum eſt,aquoſæ affectionis cura,plurimo artis auxi
lio opus habet.In iis igitur qui febricitant hydropicis,fe-
bre intermittente,curam faciemus: itaque cataplaſmata
ex farina ordeacea,althæáq; ac caricis,ipſis adhibebimus:
ita vt in tympanite quidem,magis ex ſeminib⁹ flatus diſ-
cutientibus commiſceamus:in aſcite verò,magis ea quæ
euacuant humorem. Cæterùm poſt principium efficacio-
ra ſunt cataplaſmata quæ pro ordeacea fabaceam farinã
ſuſcipiunt,itémque eruinam,cuiuſque parem mẽſuram.
coquuntur autem cum muria aut aceto mulſo.Præſtat e-
tiam loliacea farina cũ caricis,& abſinthio , hyſſopóque
& origano ex aceto mulſo:item bulbi cum melle: aut ar-
mentariæ bouis ſtercus ex poſca ſiue aceto mulſo:habeat
autem quartam partem ſulphuris viui inſperſam.admiran
dum hoc eſt, ac minimè prætereundum . Valet & capri-
num ſtercus in pueri incorrupti & venerem nõdum ex-
A perti vrina impoſitum:humorem enim per vẽtrem eua-
cuat. Valet & lupini farina,aut hederæ folia trita & vino
decocta:aut ficuum partes duæ cum cupreſſi coma,& ni-
tro:aut lens paluſtris in figulino vaſe deſiccata, trita & im
poſita:aut cochleæ crudæ cum carne ſua tritæ impoſitæ:
non enim priuſquam humor deſiccetur diſcedunt:aut a-
lumen plurimum ſeuo caprino exceptum impone : aut
caricas,nitrum,caſtoreum,marrubium,aut filicem in pi-
la contundito,& raphanos donec colliqueſcant coquito:
deinde ſimul terito,& farina ordeacea adiecta , catapla-
B ſmatis modo imponito . Cataplaſma optimum ad aſci-
ten: Lathyridum partes tres,ſquamæ æris partẽ I.radicis
chamæleontis partes tres, coquantur in aceto mulſo in
quo adeps taurinus ſit præliquatus. Aliud optimum ad
aſciten: Stercoris columbini partem I. ſtercoris caprini
tantundem, buphthalmi herbæ tantundem,aut leucan-
themi.hæc tuſa in acerrimo aceto ac melle coquantur.

Aliud. Salis foſſilis partem I. ſalis Cappadocici partẽ
vnam,lathyridum contuſarum partes tres , coquantur ſi-
mul aqua marina aut ſulphurulenta . optimum eſt hoc
C pharmacum : ſenſibiliter enim videbis materiam eua-
cuatam,& tumorem diſcuſſum. Aliud. Rhois quo tin
ctores coriorum vtuntur,ſextarium I.pollinis frumenta-
cei aut loliacei,aut farinæ fabaceæ ſextarium I.thuris qua
drantẽ,aluminis ſciſſi quadrãtẽ,imponito cũ aceto mul-
ſo hydropicis,ſplenicis,dyſentericis,ac cœliacis. Aliud.

Radicis cucumeris agreſtis vnc.XVI . ficuum pinguium
vnc.XVI.radicis althææ vnc.XVI.Radicem vnamquanque
per ſe tundito ac cribrato:ficus verò cum vino coquito,ac
probè terito,ſiccáque trita inſpergito:vtitor.per aluum e-
D nim humorem educit. Aliud. Elaterii,ſtaphidis ſylue-
ſtris,ſucci hyſſopi,fellis taurini,ficuum . omnia in mor-
tario tũdito,ſubigito,ac vtitor.Poteris & prædicta in ſe-
cundo Sermone cura vti,de diuerſis videlicet terræ diffe
rentiis. Cataplaſmata quæ magis ad tympaniten faciũt.

Farinæ fœnigræci,farinæ ordeaceæ,virgultorum rubi,
comæ abſinthii,foliorum rutæ,ſeminis apii,cumini, ſiſo
nis aut liguſtici,mellis & vini & olei. Aliud, ad hydro-
picos inflatos: Panis contuſi ſextarium vnum , cumini
ſextarii quartam partem,ſampſuchi quadrantẽ , pyrethri
E ſextantem,euphorbii vnc.I. Cum vino mulſo vniuerſam
ſpinam & aluum vſque ad mamillas & pudenda contegi-
to,alterniſque diebus ſoluito,atque id quinquies aut ſe-
xies facito.ego pro euphorbio ſtruthion conieci. Vn-
guentum Apollonii: Stercus accipitris cum ſylueſtris
braſſicæ ſucco aſſiduè illinito.mirificè facit:verùm meli⁹
fuerit ſi aquilæ ſtercus admiſcueris. Aliud. Laterem
diligentiſſimè inſtar vaſis figulini aſſatum,cum hyoſcya-
mi aut plantaginis ſucco terito,& quamcraſſiſſimè ad ſo
lem frequenter illinito. Vnguentum ad hydropicos:

F Radicis cucumeris ſylueſtris,radicis bryoniæ, vtriuſq;
libras duas,ſtaphidis ſylueſtris ſeſcuncem,nitri ſeſcuncẽ,
olei lib.I.aquæ marinæ ſextarium vnum.Quòd ſi nõ ad-
ſit aqua marina,pro ea muriam coniicito, reſinæ à naui-
bus vnà cum cera deraſæ(apochyma *Græci* appellant)libr.
tres.Radices tenuiter contundito.nitrum & ſtaphidem te
rito,& per triduum madefacito:deinde vſque ad aquæ cõ
ſumptionem coquito, percolato, & apochyma adiicito,
quo liquefacto vtitor,ex eo ſæpe illinens tumorem.

G Epithemata hydropica, Cap. XXII.

ASclepiadæ.Epithema hydropicis valde commodum
quod adiacẽtem humorem abſorbet:quo etiam pri-
uatim,inquit Archigenes, vtor. Farris Cluſini appellati
mola triti ſextarios duos,floris lapidis aſii ſextariũ I . (alii
autem duos habent)mannæ ſextarium vnum, diligenter
terito,& adipe ſuillo veteri probè ſubacto,& per noctem
in vino macerato,excipito.Eius autem quantitas tanta ſit
quãta ad hoc vt ad tactum molle reddatur ,pharmacum,
ſuffecerit. Aliud. Seminis rutæ ſylueſtris quod beſaſa
H & harmala quidam appellant,contuſi & cribrati ſextariũ
vnum,mãnæ ſextarii dimidium,adipis ſuilli veteris quã-
tum ſufficit,vt prædictum eſt apparato. Aliud , cui te-
ſtimonium præbet Oribaſius. Fœnigræci trientem,fa-
rinæ ordeaceæ quadrantem,ſtercoris columbini trientẽ,

reſinæ pinus ſiccæ libram vnam,picis libram vnam,ceræ libram vnam, axungiæ veteris libras duas : quæ eliquari poſſunt eliquato,& ad alia in mortario contuſa & cum aceto trita affundito. Aliud ex farinis epithema: Picis ſiccæ libras duas,reſinæ pinus libras quatuor , ceræ libras tres,olei veteris libram vnam,farinæ tritici,ordei, fœnigræci,baccarũ lauri,aniſi,ſalis, farinæ radicis chamæleõtis nigræ, ſingulorum beſſem, vini auſteri ſextarium vnum,apparato vt prædictum eſt,ac vtitor.Facit & ad hepaticas diſpoſitiones.Ego autem , inquit Aſclepiades , & chamelææ quadrantem adieci,& pro triticea farina,irinã admiſcui. Pharmacum quod omnem tumorem generoſè reſiccat: Cimoliæ quadrantem, ceræ quadrantem, olei quadrantem , ſalis vnc.I.reſinæ à nauibus cum cera deraſæ drach.centum & ſexaginta,farinæ fœnigræci drachmas viginti,foliorum braſſicæ viridium quincuntem. liquefacta reliquis tritis in mortario affunde. Aliud epithema valde pulchrum: Stercoris caprini ſextantem, ſtercoris bubuli ſextantem,ſtercoris columbini ſextantẽ, farinæ fabaceæ ſeſcuncem,calaminthæ,ſalis nitri, ſeminis apii,ſeminis dauci,ſeminis fœniculi,cumini , cuiuſq; vnciam vnam,panis aridi quadrantem,mellis ſeſcũcem, terebinthinæ quadrãtẽ.vtitor. Epithema ex ſtercore caprino ad hydropicos,qui hepar induratũ habent,apparatum: Olei cyprini,aut ſi hoc non adſit,vetuſtiſſimi libr. tres,ceræ libras duas & dimidiam,ſtercoris caprini beſſem,baccarum lauri decorticatarum beſſem , iridis beſſem,terebinthinæ libram vnam,ſinapis,nitri,cyperi, pyrethri, ſeminis raphani , corticis radicis capparis, cuiuſque quadrantem,medullæ colocynthidis vnciam vnam, fœnigræci vnciam vnam. Aliquãdo quidem arida liquefactis inſperguntur:aliquando verò aceto prius ſubiguntur. Ego autem,inquit Aſclepiades,colocynthidis ſextantem adiicio. Quòd ſi aluus fluat,omnino colocynthidem amoueto:ſtercus autem caprinum,ſi quidem aridum ſit, tunditur & cribratur:molle autem & recens aceto dilutum teritur. Malagma,quo Eras vſus eſt:quod imponẽdum eſt,neque prius amouendum quàm ſua ſponte decidat: Viſci libr.I.lapidis aſii ſeſcuncẽ,calcis viuæ quadrãtem,olei cedrini libram vnã.viſcum & oleum ad calidũ ac feruentem cinerem coquito,inſperſiſque aridis tritis, remollito,ac vtitor. Aliud. Caricarum pinguium libras ſex aut tres,ſpumæ nitri libram vnam, origani librã vnam,ſulphuris viui quadrãtem , cochlearũ Aphricanarum libram vnam. Arida contundito & cribrato,ac ficis cum carne cochlearum contuſis excipito , & melle cocto ſufficienti adiecto,vtitor in linteolum infartis. Aliud.

Radicum braſſicæ tenuiſſimè tritarum libram vnam, calcis viuæ lotæ libram vnam,elaterii quadrantem, axũgiæ veteris libras tres,ad formam malagmatis reducito, & in linteolum infarcito,ac per omnem aluum imponito,alternìſque diebus ſoluito.vrinam prolicit. Malagma ipoterium inſcriptum.Pharmacum accommodatum, ac proſperi ſucceſſus,cuius periculũ feci , inquit Philagri⁹, in hydropicis,ſplenicis,& affectionibus inueteratis:deprimit enim tumorem. Reſinæ pinus torrefactæ lib . IIII. ceræ lib.II.picis lib.II.aluminis liquidi,nitri rubri,ſulphuris viui,mannæ,cuiuſque libram vnam,aloes ſeſcuncem, pyrethri,ariſtolochiæ,ammoniaci,bdellii,amomi,cardamomi,viſci probè ſubacti,myrrhæ,radicis cucumeris ſylueſtris,ſucci ſycomororum,cuiuſque quadrantem,olei libras tres,aceti ſeſqui ſextarium : quemadmodũ moris eſt apparato.arida aceto diluuntur. Malagma ex baccis lauri aridis,ad hydropicos & ſplenicos.omnem duritiã diſſoluit,abſceſſus in profundo ſitos abſorbet: Ceræ, reſinæ pin⁹,picis brutiæ ſiccæ, nitri rubri,baccarũ lauri aridarũ, ammoniaci thymiamatis , adipis vitulini probè ſubacti, ſingulorum lib.I.Arida contundito, ac per tenuiſſimum cribrum excutito:quæ verò eliquari poſſunt liquefacito, eíſque arida inſpergito ac vnito ,deindéque ammoniaco cum aceto diſſoluto affundito.ego etiam nitrum cum aceto diſſoluo. Emplaſtrum tonſoris appellatum,ad ſplenicos & hydropicos.hoc tonſor ex Bithynia vſus, multos à coxendicũ dolore in totũ liberauit. Picis ſiccæ lib.IIII. ceræ lib.II.reſinæ pinus lib.I.farinæ fœnigræci,pollinis ra

A dicis herbæ chamæleõtis nigræ, cuiuſque beſſem, cumini tenuiſſimè triti trientẽ.apparato,& vt dictũ eſt, vtitor.

Emplaſtrum pardalis appellatũ ,Andreæ. Pharmacũ inueteratis hydropicis proſperè accõmodatum: Grani cnidii depurati,rhois rubri,ſpumæ nitri,ſalis ammoniaci,ariſtolochiæ tenuis, maximè corticis : radicis cucumeris ſylueſtris,terebinthinæ,cuiuſque drach.III.piperis cõmunis,piperis longi,ammoniaci thymiamatis,iridis , bdellii,thuris,cardamomi,xylobalſami,caſiæ, myrrhæ, amomi ,adipis taurini,adipis caprini,reſinæ pinus ſiccæ,cuiuſ B que drach.x.ceræ ſeſquilibr.viſci probè ſubacti ſextantẽ, vnguẽti irini aut potius fæcis ſeſcuncẽ, ſucci ſycomororum ſextãtẽ,ſi haberi poſſit.Cerã,reſinã,adipẽ caprinũ, liquefacito,refrigerato,& cerati modo læuigata ac contecta aſſeruato: bdelliũ autẽ & ammoniacũ & ſucci ſycomororũ ſextantem,pra cedenti die in vini quincũce macerato, ſequentíque in ſole terito, & cõiecto in mortariũ cerato,bdelliũ & reliqua cũ eo adiicito,& diligẽter tundito:deinde arida trita paulatim addito , & per biduũ tuſa in dẽſã pellẽ recõdito,nequid inde trãſpiret.Quidã autẽ C hyſſopi dr.IIII.addũt,& irinũ largi⁹ affũdũt,quo modo vſus eſt Eras Cappadox & Aſclepiades.Facit ad multas & varias affectiones.facit ad hepaticos,ſplenicos,ſuppuratos,& arthriticos,podagricos,qui à calefactoriis iuuantur, è coxendicum dolore laborantes,pleuriticos , præcordiorum affectiones,& omnia quæ concalefactione opus habent. Vtere & ad ſtrumoſos,emplaſtro ad ſtrumæ magnitudinẽ facto & impoſito:ſuppurat enim,perforat,rumpit , eadémque attrahit,& cicatricem inducit. Conducit & ad oſſa contrita.educit ſpinas,& omnia in profundo fixa. fa D cit & ad ſuppuratos præclarè,& ad omnes duritias internas:inflammationes autem internas eadem die ſoluit.vtitor & ad tubercula. Diſſoluit & cãcerata & panos.prodeſt conuulſis & à ſcorpio percuſſis:ſummè autem hydropicis confert.Quòd ſi & ad laſſitudinem neruorum ádque dolorem leniendum vti velis,ad vnam emplaſtri partem,irinum,nardinum,cyprinum,ſuſinum,butyrum , lentiſcinum,adipem,œſypum , mel , ſingulorum æquales partes miſceto,& ad ſolidi ſtrigmenti craſſitudinem redigito, ac vtitor.Epithema hydropicis,ſplenicis.abſceſſus & furũ E culos ſanat.humores in profundo & in articulis reſiccat. hydrocephalis,*hoc eſt,quibus aquoſus humor in capite conſiſtit*, itémq; quæ hydrocele,*id eſt herniæ*,appellatur, pro glutino exiſtit.prodeſt & hemicraniæ.tubercula quoque atheromata ac ſteatomata *Græcis* à ſpicarũ (ſiue vt alii volũt)pulticulæ,itémq; pinguitudinis in ſe cõplexu appellata curat.

Nitri,chalcanthi,ſalis,ſpumæ nitri,cuiuſque quadrantẽ, ceruſſæ ſeptũcẽ,ceræ ſeptũcẽ,olei lib.I.in æſtate autẽ dextãtẽ.Oleũ cũ ceruſſa donec non inquinet amplius,coquito,cerámque eis adiicito:qua liquefacta,reliqua in morta F rio terito,ac ad mellis compagem redigito, eíſque cocta infundito,ac vtitor. eſt enim experimento cognitum.

Malagmata quæ euacuant humorem,ex libris Aſclepiadæ, Cap. XXIII.

GRani cnidii repurgati drach.x.medullæ colocynthidis drach. octo,ſucci cyclamini ſicci drach.XVI. ſcãmoniæ,elaterii,piperis albi,myrrhæ,cuiuſque drachmas quatuor,polypodii drachmas octo , abſinthii drach. XVI. amurcæ drach.XVI. fellis taurini drachmas XVI . ſagapeni drachmas octo,cerati cyprini quantum his excipiẽdis ſa G tis eſt. ſufficiunt autem ceræ dextans,olei cyprini vnciæ XVIII.hæc in linteolo infarta pectini ac lumbis imponito, ita vt os ventris cuſtodias illæſum.Summè prodeſt,inquit Archigenes,adeo vt quidam hoc ſolo ſe hydropicos ſanaturos confidant. Aliud,quod largè cit vrinam , totíque affectioni opitulatur: Radicis cucumeris ſylueſtris , radicis chamæleontis,ariſtolochiæ longæ , corticis radicis rubi ſicci,ſingulorum libram vnam,æruginis vermiculatæ,recremẽti plumbi,aluminis ſciſſi,ſeminis apii, ſulphuris,acori,aſari,petroſelini,nardi Celticæ,cardamomi, ſin H gulorum trientem,ceræ libras duas , terebinthinæ liquidæ,picis brutiæ,adipis taurini,cuiuſque libram vnam.apparato,& imponito vt prædictum eſt. Aliud. Veratri nigri,piperis,fellis taurini,ſingulorum æquale põdus melle cocto excipe,& vtere vt dictum eſt.

Epithemata quæ poſt euacuatos humores adhi-
bita pro glutino ſunt, Cap. XXIIII.

MEllis libras duas,myrrhæ ſextantem,thuris vnciam
vnam.mel vſquequo viſcoſum fiat, decoquito: eí-
que myrrham ac thus tenuiſſimè trita adiicito, ſimúlque
ſubigito,& ſpongiæ nouæ infarta per omnem aluum im-
ponito colligatóque,cute quodammodo conſtricta,& ter
tio die ſoluito. Aliud. Thuris drach. octo,gummi dra
chmas octo,roſmarini herbæ exiccatæ drach.x.mellis lib.
II.apparato vt dictum eſt:ſimilitérque vtitor poſt euacua
tos humores. Aliud epithema,quod poſt humorum e-
uacuationem,toti affectioni ſe opponit: Lapidis aſii ſe-
xtātem,farris mola triti vnciam vnam, thuris trientem,
chamelææ contuſæ & cribratæ drachmas quatuor, adipis
ſuilli veteris quantum ſufficit:vtere vt dictum eſt. Em-
plaſtrum Magus appellatum:quod quidam etiam Hephe-
ſtiadis nomine inſigniunt.facit ad ſinus,& fiſtulas cōglu-
tinat,ac reſiccat præter opinionem. Egregium cenſetur
& ad hydropicos & ad herniam,hydrocelen appellatam:
Spumæ argenti ſeſcūcem,lateris furno aſſati ſeſquilibr.
ſcoriæ argenti,quæ helcyſma *Græcis* appellatur, libram v-
nam,olei libras tres,ceræ ſeſquilibram,ſucci coriādri ſe-
ſquiſextariū.alii ſextarii dimidiū accipiunt.Oleum,ſpu-
mam argēti,helcyſma & laterem tenuiſſimè tritum,item
que ſuccum,donec amplius non inquinet decoquito,de-
inde ceram liquefacito,& percolatam adiicito, ac vnitis
vtitor. quæ difficulter aliàs ſanantur,ad cicatricem per-
ducit.Præſtat autem arida prius contundi, & cum ſucco
in mortario teri,ac deinde decoqui. Quidam autem pro
cera pentatheton pharmacum coniecerunt, & ad hydro-
picos vſi humorem reſiccarunt. Epithematis igitur per-
ſeuerantius & promptius vtimur,ſi abſit febris:quòd ſi fe
bres ſint coniunctæ,per interualla quædam aſſumuntur.
Ceterùm ad tumores crurium hydropicorum,panē ma-
defacere oportet,tereréque ac ſale tenuiſſimè trito admi
xto,illinire ac quatuor horis ſinere. Quòd ſi aquoſus hu-
mor defluat,ſpongia mundare,ac panniculo veſtis detri-
tæ extergere,oleóque myrteo,aut melino,aut lentiſcino
inungere.

Aquam ducentia remedia,hydropicis valde
commoda, Cap. XXV.

SMilacis quæ iuxta aquas in ſepibus reperitur, ac ſili-
quas producit,quemadmodum hortenſis ſmilax quæ
lobia appellatur,huius foliorum ſuccū ſextarii vnius mē-
ſura accipe,& ad tertias decoque, indéque cyathum vnū
bibendum præbe. Aliud. Smilacem accipe,& donec
flacceſcat,in aqua decoque:deinde vnà cum decocto fo-
lia ipſa tere vſquequo ſuccus inde exprimatur: & ex eo
cyathum quotidie bibendum præbe donec ſanetur:in iis
autem qui perfectæ ſunt ætatis,plus omnino exhibēdum
eſt. Aliud quod aquam ducit: Seminis cnici drach.IIII.
aloes vnciam vnam,grani cnidii ſcrupulos ſex, ſcammo-
niæ ſcrup. tres,cum ſucco ſcorpiuri cæruleum colorem
habentis catapotia informato, & ex eis iis qui iam pri-
mùm inciderunt ſcrup.tres exhibeto:quibus autem in tu
morem malum proceſſit,ſcrup.ſex,ieiunis.

Quæ ad ciendam vrinam hydropicis bibun-
tur, Cap. XXVI.

POrrò toto curationis tempore,aliquo iſtorum potuū
vtendum erit: Cancri fluuialis decorticati interioris
exiccati,manibus ac pedibus auulſis,lib.I.aſari libram v-
nam.In aqua permiſce ex ipſo flumine vnde cancri ſunt
extracti,ac bibendum præbe:aliquando pro aſaro,opobal
ſami par pondus coniicitur. Aliud. Corallii drach.v-
nam,aluminis ſciſſi drachmam vnam,cum calaminthæ
ſucco aut decocto in paſtillos digerito,& ex ipſis obolum
vnum cum calaminthæ decocto bibendum præbeto.
Summè, inquit Archigenes,& nephriticis conducit. La-
ueris item decoctum exhibeto,idémque lauer edendum
dato,aut trifolii bitumē olentis drachmam vnam ex vi-
no,aut iunci odorati,aut nardi,aut aſari,aut phu, aut mei
decoctum,aut corticis radicis ari, aut ipſius radicis dra-
chmam vnam ex vino, aut ſeminis viticis drachmam
vnam ex vino, aut radicis bryoniæ conciſæ decoctum,
A aut anagallidis cæruleæ ſuccum per ſe, aut arnogloſſum
ab aridorum ciborum comeſtione quotidie paucū com-
edendum præbe, ita vt inde reliquo cibo vtatur: aut ſe-
minis hyperici drachmam vnam ex vino, aut cicerum
decoctum,aut ſquillinum acetum aſſiduè ſorbeant. Ete-
nim ex eorum numero quæ citra grauitatem vrinā ciēt,
eſt ſquilla aſſata delincta ex melle:aut ſquillam aſſatam te
rito, eique farinæ erui albi par pōdus admiſceto, ſiccato,
ac drach.vnā dato:aut ex vino polium, aut ſampſuchum
ex vino decocta bibenda præbe.Egregiè etiam commo-
B dam myurum herbam perhibent,quæ folia alimo ſimi-
lia habet,verùm per terram ſtrata eſt, ac velut corymbos
in ſummo oblōgos habet:hanc itaque decoctā aſſiduè bi
bendam præbeto.experimento conſtat. Aut herinaceum
terreſtrem excoriato,eiúſque carnem in ſole exiccato, ac
drach. vnā ex vino tritā præbeto. Præter opinionem e-
tiam faciunt vermes terreni cocti triti ex vino pōtati. Eſt
& compoſitum pharmacum quod vrinam ciet ipſis con-
uenientiſſimum, hocce:Carpobalſami,ſpicæ nardi,caſiæ,
cumini,radicis dulcis,hyperici,floris iunci odorati,aſari,
C amomi,dauci,ſmyrnii,petroſelini,calami aromatici, pi-
peris,ſeſelis,ſpōdylii,omnium æquale pondus. conducit
etiam vnumquodque per ſe. Oribaſii pharmacum a-
quam ducens: Salis ammoniaci drachmam vnam, ma-
ſtiches drachmas duas,euphorbii drachmam vnam. hæc
pro vna vice dantur:eſt autem ex fortiſſimis remediis.
Potiones aquam ducentes,ex Aſclepiade. Ceterùm
per interualla longiora vti conuenit pharmacis aquam
ducentibus. nam incommodus eſt aſſiduus eorum vſus:
D vtpote qui vires ipſas diſſoluit.Similiter autem & iis quæ
vrinam cient,per modica interſtitia vtendum eſt. Ducūt
autem aquam,quemadmodū conuenit inter Eran, Dioſ-
coridem, Aſclepiadem,& Archigenē,hæc: Radicis ſtru-
thii decoctum,polypodii decoctum,corticem radicis ti-
thymalli characitæ appellati,contuſum & cribratum ſcru
pulorum quatuor pondere in vino per integram noctem
macerato,ac manè vinum ipſum bibendum præbeto.e-
ueſtigio enim aquam educit. Aliud. Radicis cucu-
meris ſylueſtris contuſæ & cribratæ obolos duos in vino
E adſtringente per triduum macerato, ac per dies tres ex
ordine præbeto, factóque interſtitio rurſus eodem mo-
do, dato quouſque tumor demittatur. inde enim aquo
ſitas leniter ſecedit:neque ſtomachum hoc lædit,& vires
conſeruat. Aliud,quod multam aquam per aluum du-
cit. Ex ſolano hortenſi ſuccum exprimito, & quotidie do
nec perfectè curentur,cyathum vnum bibendum præbe-
to. Aliud. Salis foſſilis melle ſubacti & aſſati drachmas
duas,piperis longi drach.II.conterito,& cum ſucco ptiſa-
næ totum præbeto.hæc enim eſt perfectum dimenſum.
F Aliud. Radicis vmbilici Veneris drachmam vnam,
ſquillæ repurgatæ drachmam vnam.contere, & cum vi-
ni mulſi cyathis duobus per horam pro vna vice ieiunis
bibendum præbe. Aliud. Euphorbii drachmam vnam,
ſalis communis drachmas tres,caſtorei drach. quatuor(a-
lii drachmam vnam habent)contundito & cribrato, di-
midiúmque ex aqua calida exhibeto. Aliud. Chame-
lææ,petroſelini,piperis, æquales partes omnium contun-
dito,& cochlearium ex aqua calida dato. Eclegma ad hy
dropicos: Seminis ricini ex herba quæ cici appellatur de-
G purati numero grana trigintaquinque, ſpumæ nitri co-
chlearia duo.probè contrita melle excipito, atque id to-
tum delingendum præbeto, & aquæ mulſæ calidæ cya-
thos tres,ab eius ſumptione bibendos porrigito.Euacuat
adhærentē humorem citra læſionem:& purgat aliquan-
do vſque ad dies aliquot. oportet autem ante eius ſum-
ptionem commoda diæta vti. Aliud inexuperabile:
Grani cnidii repurgati drachmas quatuor, lathyridum
mundatarum drachmas quatuor,euphorbii drachmas II.
aloes drachmas duas,gummi drachmas tres,aqua ſubigi-
H to,& catapotia erui magnitudine formato, ac perfectis
ætate ſeptem præbeto,& vini meri immixti cyathos qua
tuor inde bibendos dato: reliquis autem iuxta virium to
lerantiam exhibendum. Aliud Xyſtici ſiue Spiculato-
ris,ex cuius ſolius vſu ſanabatur: Grani cnidii repurgati

drachmas octo probè conterito,ſquamæ æris drachmas
ſex, lapidis magnetis drachmas ſex, ſeminis ricini dra-
chmas quatuor, ſucci ſquillæ mundatæ cyathos duos,
mellis cyathos duos. Succum & mel vſquequo cogatur
coquito,ac reliquis adiectis catapotia ciceris magnitudi
ne formato,eáque pro viribus exhibeto: ita vt aqua mul
ſa ab eorum ſumptione bibatur. Pueris autem vnicum
tantùm præbitum ſufficit. Aliud. Æris vſti drachmã
vnam,foliorum rutæ drachmam vnam,ſtercoris colum
bini drachmam vnam,ſalis communis parum. hoc to-
tum cum dimidia hemina vini tenuis præbeto. A-
liud potabile, lagenium appellatum, commodum iis
quibus venter plurimùm tumet,& reliquũ corpus mol-
le eſt & laxum. Radicis bryoniæ repurgatæ drachmas
viginti,myrrhæ drachmas octo,cumini Æthiopici dra-
chmas ſex, aniſi drach. ſex, ſeminis capparis drach.ſex,
vini adſtringentis ſextarios duos, paſſi Cretici ſextarios
quatuor. Radicem bryoniæ cum reliquis in mortarium
coniicito,atque citra myrrhæ admixtionem tundito,o-
mniáque in vas vitreum recondita affuſis liquoribus
macerato, & poſt ſeptimum diem percolato, ac myr-
rham ſimul diſſoluito: indéque cyathos quatuor ante ci
bum exhibeto,&rurſum interiecta die cyathos quinque
præbeto: ac rurſus interpoſita die, cyathos ſex offerito:
atque deinde rurſus carnem ferinam aſſatam edendam
dato,& vinum auſterum meracius in potu. Aliud
pharmacum, quod proſperè accommodatur, & aquam
multam per ſedem educit. optimè etiam cit vrinam:
Grani cnidii depurati drachmas quatuor, radicis bryo-
niæ drachmas quatuor, ſquillæ crudæ mundatæ dra-
chmas decem, cumini Æthiopici drachmas tres, lathy
ridum drachmas duas, myrrhæ drachmas quatuor,vini
adſtringentis ſextarios tres. Arida tuſa per dies ſeptem
macerato, ita vt quotidie bene circũagites: deinde per-
colato, ac diſſoluta myrrha, prima die cyathos tres præ-
beto,ſecũda duos,tertia vnum. Facta autem purgatione,
virium refocillatrice diæta vtitor. Aliud vrinam
ciens,aromaticum: Crunion,à torrentis ſimilitudine
appellatum,quo vſus eſt Eras & Aſclepiades. Oportet au
tem purgatiuo quod ei præſcriptũ eſt præpurgare, atque
ita ipſum quod vrinam ciet pharmacum exhibere. Pur-
gatiuum autem quod præexhibetur,hoc eſt:Succi tithy-
mali recentis cyathos duos, aloes drachmas quatuor.
aloen in ſucco diſſoluito, & in catapotia magnitudine
ciceris redigito,indéque duo,aut pro viribus,dato. Por-
rò vbi probè purgaris, ipſam vrinam ciens pharmacum
propinabis, cibo bis aut ter per diem exhibito. cum a-
nimaduerſione autem vtaris, & vbi vrinam profluam
videris,ne amplius dederis: quod ſi non feceris,vrinam
cohibere nequibis. Compoſitio ipſa hæc eſt: Seminis
apii drachmas vndecim,myrrhæ drachmas ſeptem, dau
ſci drachmas ſeptem,croci drachmas ſeptem, mei drach.
ſeptem, phu drachmas ſeptem,acori drachmas quatuor,
floris iunci odorati drachmas quatuor,ſeminis fœnicu-
li drachmas quatuor aut ſex, aſari drachmas ſex, ſpicæ
nardi,caſiæ,cinnamomi,ſeſelis,ſabinæ, ſingulorum ſe-
ſquidrachmam, excipe vino odorato, & paſtillos quoſ-
dam triobolares,quoſdam diobolares,alios etiam vnius
oboli pondere formato, eóſque pro viribus præbeto.
Facit & ad calculo laborantes cum vini diluti cyathis tri
bus. Aliud vrinam ciens: Seminis fœniculi, car-
damomi,radicis eryngii,corticis radicis capparis, cuiuſ-
que drachmam vnam, ſtercoris columbini cochlearia
duo,contere, & cum aqua catapotia ciceris magnitudi-
ne informa,& quinque ex eis quotidie præbe. Po-
tus hydropicis commodus experimento conſtans,qui
tum per vrinas, tum per ventrem euacuat: Caroi ſcru-
pulos vigintiſeptem,fœniculi vncias tredecim & dimi-
diam,aniſi ſcrupulos tredecim & dimidium,cumini la-
ti ſcrupulos quinque, mei ſeſquiſcrupulum, iridis ſili-
quas tres,mellis ſeſquilibram, vini libras ſex,exhibe mẽ-
ſuram mediocrem ieiunis in inſeſſu ſolii balnei præca-
lefactam.eſt & ſuaue guſtui. Alius potus ciens vrinam,
ex cuius vſu inſignem virum tympanite detentum, ſer-
uatum vidimus, etiamſi à multis medicis iam eſſet de-

A tritus: Ammoniaci thymiamatis ſextantẽ,radicis her-
bæ lonchitidis ſextantem, petroſelini ſeſquiunciam,ca-
lami Indici,coſti, cinnamomi, ſpicæ nardi, piperis lon-
gi,myrrhæ ſtactes, ſingulorum vnciam vnam, ſeminis
rutæ quadrantem, phu drachmas quatuor, ſtyracis dra-
chmas quatuor, phylli quadrantem, mellis deſpumati
quantum ſufficit. Excipe melle, & fabæ Ægyptiæ ma-
gnitudine præbe,cum calidæ aquæ cyathis tribus. A-
liud valde commodum. ducit vrinam multam,& ad lũ-
borum dolores facit,itémque eos quibus pituita in vni-
B uerſo corpore abundat, ad pleuriticos,peripneumonia-
cos, quartanarios, articulorum morbum, ac tetanicos:
quibuſdam cum vino, aliquibus cum aceto mulſo, aliis
verò cum aqua mulſa.habet autem hoc modo: Ariſto-
lochiæ,myrrhæ,abſinthii,abrotoni maximè ſeminis, i-
ridis,cãchryos,ſingulorum drach.quatuor,aniſi, cedri-
dũ,radicis panacis, pyrethri,ammoniaci thymiamatis,
cardamomi,ſingul.drach.i.cumini drach.ii. & obolum
vnum. digerito in paſtillos, quorum aliqui tres, aliqui
duos,aliqui vnum obolum habeant: eóſque pro viribus
C exhibeto. Oribaſii ad hydropicos: Amara ex aceto
mulſo confectio:paulatim euacuat,nihil ex viribus ſub-
uertens.eſt autem in ſtomachicis relata. Aliud vri-
nam ciens,Oribaſii: Aluminis liquidi ad fabæ magni-
tudinem in aqua diſſolue,& per linteum excolatum bi-
bendũ præbe. Aliud. Opobalſami,ſpicæ nardi,carpo-
balſami,caſiæ,cumini,radicis dulcis,hyperici,floris iũ-
ci odorati,aſari,amomi,dauci,ſeminis ſmyrnii,petroſe-
lini,calami aromatici,piperis,ſeſelis, ſpondylii aut vm-
bilici Veneris,omnium æquale pondus,præbe cochlea-
D rium cum vino mulſo. conducit etiam vnumquodque
per ſe. Peſſus ſiue talus ad hydropicas mulieres:
Aniſi,cumini, cardamomi,nitri, ariſtolochiæ, pulegii,
fœnigræci,medullæ ficus, omnium æquales partes cum
vino ſubige ac vtere.

Cura poſt euacuationes, Cap. XXVII.

POST auxilia quæ humores euacuant, ligamentis æ-
grum amplecti & conſtringere oportet. Ab extremis
autem partibus incipiamus, ac ligamentorum diſtribu-
tionem ad ſupernas partes faciamus,ita vt ſæpe ſuper ipſa
E ligamenta ſpongias poſca imbutas imponamus,iuxta
tumefactas maximè partes. Ventri verò vniuerſo quæ-
dam ex præſcriptis epithematis imponantur, quæ poſt
euacuatum humorem adhibentur. Reliquum,diætæ cõ-
credendum: quæ ſanè in moderatis deambulationibus
ſita eſt,exercitationibúſque ac fricationibus. Adhibean
tur autem & inunctiones & exercitamenta,ſi ſol adſit,in
ſole:capite tamen velato: ſin frigus ſit, in domibus per
ſubiectum ignem concalefactis,aut iuxta ignem. obuol
uendi etiam ægri in pellibus ſole vſtis, aut in arenam
F defodiendi. Poſt exercitia extergantur,aliquando etiam
lauẽtur propter fatigationem:in balneo autem, ſiue in-
ſperſione,ſiue confricatione huiuſmodi vtantur. Sam-
pſuchi,nitri,cumini,melanthii,ſeminis rutæ ſylueſtris,
ſingulorum vnciam vnam, foliorũ rhododaphnes ſic-
corum ſextantem. Vtẽdum quoque in ſole luti oblitio-
ne,quemadmodum prædictum eſt in ſecundo De terra-
rum differentiis ſermone. Porrò quum res feliciter pro-
ceſſerit,& tumor fuerit imminutus, & vires aliquantu-
lum in integrum reſtitutæ, præ omnibus ex frigida la-
G uatio fiat. Neque verò balneæ ſponte naturæ calidæ,ine-
ptè hoc tempore ipſis exhibentur. Ab exterſione autem
cibi offerendi: qui ſanè communes ſint cum iis qui poſt
hydropis ſubter cutem curam deſcribentur.

Cura hydropis qui propriè ſubtercus appel-latur, Cap. XXVIII.

HYdrops ſubtercus, qui aliquibus etiã leucophlegma
tias appellatur,maximã curandi rationẽ in inſolatio
nibus habet. Itaque tumefactæ partes ad ſolem exponan-
tur,capite ſaltẽ velato:cauendo etiã ne tumor vehemen-
H tius ſupercalefiat. Si enim corpus ſupercaleſcat, febres
accedunt,vnáque cum ipſarum febrium generatione,tu-
mores duplicantur:atque id multo magis quũ febres re-
mittant,ac tumor refrigerationem capiat. Vtẽdũ igitur

fricatione, prima quidem die per modicum oleum moderatè ac molliter facta: in progreſſu autem, & ſicca & multa & cum intenſione magis appreſſa: deinde etiã per lintea aſperiora. Oleum autem quod ad inunctionem apparatur, ſquillam mediocri magnitudine ad tres olei ſextarios habeat incoctam, aut canchryos vncia vna ad heminam olei addatur, & facta percolatione vtitor. Ab inunctione autẽ exercitiis vtantur, ac pro viribus currant, indéque ſudorem per lintea aſperiora extergant, & poſt hoc oleo dulci vngãtur. Cæterùm poſt dies aliquot nitro tenuiſſimè trito, per vniuerſum corpus largè cõſpergantur, ſuſtineántque ex eius morſu exudationem: deinde rurſum ſudore extergant ac oleo dulci vngantur. Optimè autem facit & fricatio ex ſale in aqua aut oleo trito donec viſcoſum reddatur, ſi cum eo in ſole aut iuxta ignem fricentur. valde enim celeriter & ſudores elicit plurimos, & carnem cogit, ſiue in ſole ſiue iuxta ignem defricentur: modò caput habeant probè contectum. Vtendum & in puluere volutationibus, ſi aut cimolia tenuiſſimè trita ſubſternatur, aut ſuper aſium lapidem deuoluantur. Aliquando autẽ & arena probè à ſole ignita, aut pellibus ſimiliter à ſole feruefactis ægrum occulere oportet: capite tantùm velato, & facie cum ſpongia aſſiduè exterſa. poſt hæc autem aqua marina, aut etiam aluminoſa, aut ſulphurulenta lauetur. Aliquibus enim qui ad huiuſmodi lauacra aſſueuerunt, ea ipſa tum ad deterendum morbum, tum ad habitum valentiorem reddẽdum ſuffecerunt. Adhibenda etiam his oblitio ex luto, veluti prædictum eſt in ſecundo De terrarum differentiis ſermone.

Cataplaſmata ex libris Aſclepiadæ, Cap. XXIX.

OPtimè conuenit & his cataplaſmatum admolitio, eorum præſertim quæ reſiccare ſimul & viſceribus firmitatem addere poſſunt, pueris maximè ac aliis qui mollem carnẽ habent, qualia ſunt ex malis cotoneis, myrti baccis, pampinis vitis, malicorio, ac lẽticula decocta: aliquando quidem per ſe, aliquando inuicẽ permixtis. Efficaciſſima ſunt etiam corna exacinata tenuiter trita: item rhus culinarius cum polentæ flore, & quæ eis ſimilia exiſtunt, & alumen ſanè cum duabus adipis caprini partibus ſubactum. Neque verò inconueniens ruta ipſa cenſetur ſi per interualla adhibeatur, neque bulbi cum melle triti. Plurimùm etiam cohibent ac adſtringũt tumorem, origanũ, aut thyma, aut abſinthium, aut hyſſopum, aut nitrum, cum caricis diligenter trita: aliquando hæc ipſa loliaceæ farinæ in poſca decoctæ permixta adhibentur. Stercus item bubulum conuenienter reſiccatũ, non ineptè cum poſca aut aceto mulſo imponitur, infarcta ſulphuris quarta parte. Caſeus quoque recens multũ coaguli habens, optimè ad omnes tumentes partes impoſitus facit. Similiter & cochleæ crudæ tritæ & impoſitæ. agglutinantur enim, neque diſcedunt priuſquam vniuerſus humor reſiccetur. Fermẽtum etiam ſale multo permixtum commodè locis adhibetur, aut panis cũ puluere hyſſopi: aut fabacea farina aqua marina & melle cocta, pari abſinthii modo adiecto: aut farinam alicæ fermentato, & cum raphani emollito cortice imponito: aut lentem paluſtrem in figulino vaſe ſiccato, ac terito, & cũ prædictis, cataplaſmatis vice, imponito. Porrò ex eorum quæ tumores cohibent numero, eſt & id quod byne appellatur: (eſt autem hordeum madefactũ, quod germen emiſit, & deinde vnà cum enatis ligulis toſtum eſt) ſi tritũ pro cataplaſmate imponatur. In principio igitur adſtringentibus cataplaſmatis vtendum eſt: deinde paulatim ad reſiccantia tranſeundum: poſtremùm etiam quæ firmitatem addunt adiicienda. Cæterùm omnia impinguantia & reſinoſa cerata ac malagmata, ſimiliáque vitanda ſunt, veluti quæ inflent & tumores diſtendant. Aſſiduè autem & crura, & manus, aliæque tumefactæ partes in ſole aut iuxta ignem, ex his inungantur: Sulphuris viui, thuris, aluminis ſciſſi, æquales ſingulorum partes aceto contere, ac vtere. Experiri etiam Herodoti remedium conuenit: neque enim minus quàm ipſa fricatio auxiliari poteſt. veſicis itaque bubulis aut etiam aliis magnis omnino, ac probè inflatis, & vacuis, tumentes locos pulſato, atque id authoritate tum Archigenis, tum Herodoti facito: inde enim citra moleſtiam caro condenſatur, neque dolore, neque repercuſſione duriore reſultante.

Chirurgia hydropis ſubter cutem, Cap. XXX.

OMnibus prædictis efficacius auxilium in hac hydropis ſpecie chirurgia præſtat, Aſclepiade authore. Fiſſuras autem circa internum talum infligere oportet in loco quatuor digitorum ſpatio ſupra talum eminente, ea profunditate qua quis in venæ ſectione vtatur. Pauco enim ſanguine in principio euacuato, per reliquum tẽpus indeſinenter aquoſitatis excretio procedit, citra omnem inflammationem, vt neque claudi fiſſura poſſit, niſi humore omni antè expenſo, & homine gracili relicto: atque id citò contingit, nulla inflammatione ſciſſuram occupante, ſed ipſa in quadam congruenti temperie permanente, quò omne alienum per ipſam excolatur, & vt nullo opus ſit extrinſeco pharmaco. Præterea periculum hîc nullum verendum eſt, velut in hydropis aſcitæ pertuſione: non enim coaceruatim quemadmodum illi euacuantur. At verò ſiquis velit, excretione plurima facta, eam cohibere, nihil vetuerit ipſas in talis fiſſuras linamentis obturare, ligamentiſque conſtringere, atque vbi rurſus prodire quid velimus, laxatis ligamẽtis, & ablatis linamentis, geſtatóque ac moto ægro, excretionem irritare. Leonides autem inquit, Quod ſi excretio fiſſuræ ſupra talos tardius prodeat, neceſſe eſt etiam alias corporis partes findendo diducere: veluti ſcrotum tumefactum, femora, pudenda, locos ſupra manuum iuncturas. Quidam enim vulnuſculis pluribus ac altioribus incuſſis, plurimam aquoſam ſubſtantiam exhauſerunt. Et Hippocrates ſanè non ſupra talos adhibet chirurgiam, ſed iuxta ſcrotum & femora vulnuſcula infligere iubet, eáque ſale maximè confricare: hic enim modus paulatim & inceſſanter humorem educit, & valde celerem cõpreſſionem tumores ipſos recipere, ipſe tradit. Porrò ſi aliquibus excretionem amplius mouere velimus, poſt impacta vulnuſcula, & talorum lancinationes, eos ipſos pro deambulatione, ferculo geſtamus, aut lectica ſublimes circumuectamus. Cæterùm Archigenes ita prodit: Non ſunt audiendi, inquit, qui per huiuſmodi lancinationes nihil excerni dicunt: quin potius cum fiducia hæ ipſæ incutiendæ. Nam & nos, inquit, his cutis fiſſuris ſumus vſi, & per ipſas quamplurimùm excluſimus humorem, vt & femora, & ſuræ, & ſuperior venter euidenter ſint demiſſa ac compreſſa.

Reliqua prædictorum cura, Cap. XXXI.

MAximum hydropis ſubter cutem auxilium vomitus præſtant, quod ipſum difficile eſt in ætate puerili adhibere, propterea quòd non facilè vt id admittant perſuaderi poſſũt: quare varias excogitabimus artes quibus vomitum concitemus: tonſillas videlicet pinnulis aut digitis oleo illitis irritando. aut ficus aſſata oleo imbuta, & piperis puluere conſperſa, poſt deambulationes à ſomno exhibeatur. Butyrum etiam cum melle guſtandum præbeatur: aut raphanus coctus adipoſè conditus detur, aut ſalſamentum pingue cum oleo multo offeratur: aliquando etiam aceto admixto. Sunt & alia plurima quæ vomitum mouent, relata in tertio Sermone. Ampliꝰ autem tum ventrem, tum inteſtina ligamentis adſtringant, itidémque omnem cutis coerceant tumorem. fiãt autem ligationes ab extremis partibus incipiendo, & ad ſupernas procedendo. Vinciendæ etiam partes, manus videlicet & pedes, oleo Cyprino prius illinantur: ſpongiæ item imponantur latæ ab acida muria optimè expreſſæ. Poteſt & iuncus odoratus, aut roſmarinus, aut pulegiũ, aut calaminthæ, & maximè omnium abſinthiũ in ipſo aceto decoqui. pòſt verò, ligamenta ipſis ſpongiis circũdentur. A vomitu proſpiciendum vt inferior aluus inclinationem ad vomendum permutet: veteri ſalſamento crudo ante cibum reliquum accepto. mercurialis item cocta, ſaléque ac oleo cõdita in vino tincta ſumatur: aut decocti ipſius ſeſquicyathum cum ſale dato: quædam etiam in aſcite dicta his exhibeto. Præbenda & quæ vrinam cient, velut eſt daucus, ſeſeli, cardamomum, radicũ

aſparagi

ex vini cyathis III.radix eryngii ſicca cum vino.item decoctum eius in potu acceptum,ſeminis viticis drachma vna. Commodè etiam ſeminis hyacinthi bulbi drachma vna cum vini cyathis tribus potatur: vrinã enim ducit. quidam autẽ hyacinthi flore coria tingunt. Inter omnia autem pharmaca quæ omnibus hydropicis, maximè tamen eis qui ſubtercutaneo dicto laborant, exhibentur, præſtantiſſimi ſales theriaci cẽſentur tum cibis admixti, tum in liquamenta additi eorum qui ad perfectam ætatẽ peruenerũt.Eorũ autẽ apparatũ in XIII.reperies Sermone.

Communis diæta omnium hydropicorum, Archigenis, Cap. XXXII.

POST quotidiana exercitia communis omnibus hydropicis diæta hæc ſit. Ab aridarũ rerum comeſtione initium faciemus: quòd ſi tamen intẽſa ſitis inſtet,parum quid delibandum dabimus, ſolatii tantùm gratia & leniendæ ſitis.Sit autem vniuerſus cibus facilis concoctu & ſufficienter coactus: exolutus enim aptus eſt vt in aquoſitatem commutetur.ſit itaque panis optimus clibanites qui ſalem,ammium,& fœniculum habeat admixtum. cõueniunt etiam cochleæ aſſatæ,oua aſſata,&auiculæ ſicciores, velut perdices,coturnices,turtures. Ex terreſtribus, lepus,capra ſylueſtris,dorcades.ex manſuetis,extremæ ſuũ partes.ex aquatilibus,cancri,locuſtæ, herinacei recentes,

A ſquillæ.Olerum rarus ſit vſus: quæ verò ex eis exhibẽtur, acriora ſint & magis ſylueſtria,velut eſt coronopus,eryngium,paſtinaca,porri capitati, allia cocta. à leguminibus verò abſtineant intotum. Pro liquamine vtantur aceto cum pipere & laſere,aut quibuſdam ex oxyporis citò penetrantibus ad colicos deſcriptis.Sales ſint ex roſmarino, fœniculo,hyſſopo,ſilphio,liguſtico,& apii ſemine compoſiti. In potu tantum præbendum quantum ad infringendam áliquo modo ſitim ſufficit:incõmodus eſt enim eis plurimus potus. Porrò maximam ciborum partem
B in cœna accipiant:omnes autem placentas ex ſimilagine & paſſo apparatas vitent,plurimos itidem fructus & ſecũdas menſas. Concedendæ tamen palmulæ, nuces, amygdalæ,vua penſilis,mala Punica,pira cocta, ac caricæ. omnia moderatè,neque omnia quotidie.Vinum autem ſit tenue,& quod ciet vrinam.dulcia verò vina & vinum mulſum vitanda. Lectus non valde mollis ſit, præſertim iis qui hydrope ſubter cutem laborant:ſubſternantur autem arundinum folia,& herbæ reſiccantes,velut eſt vitex,pulegium,calaminthe,& ſimilia.Mirum eſt enim quantum
C huiuſmodi per ſomnum reſiccent, vt conſtet iam quoſdam frumenti aceruis obuolutos & abſcõditos, à ſomno ſurrexiſſe firmos ac reſiccatos. opercula etiam ipſa quibus teguntur,apparentur duriora.Moderata autem ſit & probè temperata ipſa domus ſecundum anni tempus.

INDEX EORVM QVÆ IN TERTIO ERMONE Tetrabibli tertiæ Aetii habentur.

DE diabete,hoc eſt profluuio vrinæ, Cap.I.
De renum cruentam vrinam excernentium debilitate, Cap.II.
De iis qui per circuitum quendam ſanguinem mingunt Cap.III.
De calculoſis renibus, Cap.IIII.
Cura renum calculoſorum, Cap.V.
Diæta præſeruans ne lapides renaſcantur,Cap.VI.
Vnguentum renale, Oribaſii, Cap. VII.
Diæta eorum quibus renes è lapide laborant, reliqui verò totius corporis habitus gracilis eſt,Cap.VIII.
De calculoſa veſica, Cap.IX.
Pharmaca lapides veſicæ atterentia & vrinam ducentia, Cap.X.
Communia remedia veſicæ & renum calculoſorum, Cap.XI.
De hircino ſanguine, Cap.XII.
Antidoti variæ ad calculoſos, Cap.XIII.
Cura eorum in quibus lapis atteri non poteſt,neque item per lotium excerni, Cap.XIIII.
Diæta poſt exactos lapides, aſſeruans ne alii renaſcantur:& de affligentis humoris cognitione ex lapidis colore, Cap.XV.
De renum inflammatione, Cap.XVI.
De duritie renum, Cap.XVII.
De ſuppuratis renibus, Cap.XVIII.
De dyſuria,id eſt emittendi vrinam difficultate,&ſtranguria,id eſt ſtillicidio vrinæ, Cap.XIX.
De difficultate emittẽdi vrinã in febribus,Cap. XX.
De iſchuria, id eſt vrinæ ſuppreſſione, Cap.XXI.
De ſcabioſa veſica, Cap.XXII.
Simplicia remedia ad ſuppreſſam ac ægrè prodeuntem vrinam,ſi aut eius multitudo aut craſſities in cauſa ſit, Cap.XXIII.
De reſoluta per paralyſin veſica, Cap.XXIIII.
Ad eos qui ſe in ſomno permingunt, Cap.XXV.
De inflammatione veſicæ, Cap. XXVI.
De ſanguinis ex veſica eruptione, & de grumis eiuſdem, Cap.XXVII.
Quæ tubercula in veſica cõcoctione indigẽt,Cap.XXVIII.
De veſicæ vlceribus, Cap.XXIX.
Diæta ex libris Archigenis, Cap.XXX.
De veſicæ fluxione,& iis quæ capillorum forma exeunt cum vrina, Cap.XXXI.
De priapiſmo &ſatyriaſi, Galeni, Cap.XXXII.
De ſeminis profluuio, Galeni, Cap.XXXIII.
De ſeminis in ſomnis profluuio, Cap.XXXIIII.
De iis qui venere vti non poſſunt, Cap.XXXV.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICInæ, Tetrabibli, ſiue quaternionis tertii, Sermo tertius,

De renum & veſicæ affectionibus,& de priapiſmo,ac ſeminis profluuio,rebúſque venereis.

De diabete,hoc eſt profluuio vrinæ, Cap. I.

DIABETES diuturna eſt affectio circa renes conſiſtẽs, multum potum inducẽs, vnà cum hoc quòd quicquid bibitur, ſimul vt acceptum eſt per vrinã reiicitur. Quidam autem affectionem hanc hydropem,ſiue hyderum, & ſiphonem à fuſorii inſtrumenti ſimilitudine appellant, alii vrinæ leuitatem vocant, alii dipſacon ab inexplebili ſiti appellauere.

A Cõcomitatur ægros pertinax ſitis, neque vlla ſatietas ex alicuius liquoris exhibitione cõtingit.Aliquando & ſitis ſupra ſitim inexplebiliter ægros vrget, hoc eſt vt aſſiduè potũ aſſumere cogãtur, neque tamen ſatiãtur, propterea quòd citiſſimè per lotium expellitur potatum. Cæterùm proprius renũ affectus diabetes exiſtit, qui videlicet immoderatè humorẽ appetunt,ipſúmque propter debilitatem retentiuæ in eis facultatis cõtinere nõ poſſunt.Quẽadmodũ enim in appetitionibus caninis & in quibuſdam lienteriis, vehementiſſimæ quidem appetentiæ obo-

riũtur, quæ multos cibos, eóſque affatim accipere cogũt. verùm nihil ferè ex acceptis retinetur:ſed in caninis quidem appetitionibus ob grauitatem reuomũtur:in lienteriis verò tum ob grauitatem,tum ob præſentem retentiuæ facultatis infirmitatem, infernè cruda excernuntur. Eodem modo etiam in renibus vehemẽtiſſima ſeroſi humoris appetentia contingit: propter debilitatem autem retentiuæ in eis potentiæ,eum ipſum humorem aceruatim in veſicam excernunt. Aretæus etiam hæc addit,Viſcera ipſis vri videntur, anxii ſunt ac animo dubii, & non longè pòſt moriuntur: igne amplius ardere ſe putãt, accedítque ſitis & mictio feſtina: ſed quanuis aliquando parumper vrinam retineant,intumeſcunt lumbi,teſtes,& coxæ.quòd ſi adhuc amplius mordens caliditas in viſceribus augeatur,ſuperior venter corrugatur, & venæ in ipſo eleuantur, vniuerſum habitum gracilem habent, & tabes totius corporis grauis accedit. Porrò alii ſunt qui non mingãt,neque ex eis aliâs potatũ tranſpirat: quare ob potus inſatietatem,& humoris inundationem, & veſicæ circumtenſionem,aceruatim vẽtre rumpuntur. Cæterùm humores vitioſi in ipſo renum corpore imbibiti, affectionem ipſam inducunt. Scopus igitur in curationibus nobis ſit,vt humorum acredinem deleamus, ſanguinémque ac cum eo permixtum ſeroſum humorem ad motũ tardiorem reddamus,& renum intemperiem reuocemus.

Archigenis. Itaque mox vbi occeperit malum, nondum ad perfectionẽ progreſſum, optimũ eſt cubiti ſecare venam & moderatè ſanguinem auferre. Vtendum etiã mediocriter vrinam cientibus,quæ vitiatum in renes imbibitum humorem repurgare poſſunt.Quòd ſi verò inueteratum ſit malum,neque venæ ſectio aſſumatur, neque quicquam quod vrinam cit exhibeatur. concidunt enim in inueteratis vires,& ex venæ inciſione totum corpus acrius redditur,& vrinam cientia in ipſis multiplicant malum.Maximum autem remedium huic affectioni, vt ſtatim potatum reuomatur. ſit autem perquàm frigidus ipſe potus. Reliqua item diæta cõuenit vti frigidiore: quare olera refrigerantia miniméque vrinam cientia in cibo proſunt.pro ſorbitione autem,ptiſanæ ſuccus frigidus probatur.Materia etiam ipſa ad exudationem diuertenda.Optima verò,inquit Aretæus, eſt in dolio facta euaporatio ad exudandum,eo modo vt caput extra dolium promineat, frigidúmque aerem attrahat, reliquum verò corpus omne calefiat. De cætero velut æſtuantem febrem (cauſon Græci appellãt) curare oportet, quò celerrimè ſitis extinguatur.polentæ itaque florẽ aceto & roſaceo ſubactum cataplaſmatis modo præcordiis imponito,vitis item folia tenera trita,aut vmbilici Veneris,aut portulacæ, aut ſeridis,& quæcunque alia conſimilia: præbibendum etiam ſanguinariæ ſuccum ex vino nigro aſſiduè præbeto. Symphyton item & palmarum cremorem baccarúmque myrti & pirorum. Vermes quoq; terrenos coctos ex aliquo prædictorum ſuccorum.Cibi exhibeãtur boni ſucci,mordacitate carentes,& qui acredinem obtundere poſſunt,velunt ſunt oua ſorbilia, & ſimilago, et alica ad ſorbitionis formam apparata, carnes porcinæ macræ probè coctæ. Vinum ſit rufum,craſſius, frigida amplius dilutũ ad ſalſuginoſorum humorum prolutionem qui ſitim inducunt. vinum enim corporis miſcellam ad dulcorẽ permutat. neque verò incommodè exhibetur eis caſeus recens compactus citra ſalem,& lac per ſilices aut ferrum ignitum ſciſſum,ſeroſo humore adempto. Porrò ſi prædicta auxilia fruſtra adhibeantur, affectióque ipſa augeſcat: non abſurdum fuerit etiam ſtuporem inducentibus vti, ita vt ſoporiferam antidotum ex papauerum capitibꝰ apparatã exhibeamus,aut aliquem ex dolores leuantibus paſtillis.infuſo etiam ſoporifero vtendum, velut eſt opium erui magnitudine cum pari modo caſtorei,aut etiam maiore.hæc in paſſo Cretico diſſoluantur: non,vt in colicis fieri ſolet,cum oleo rutaceo: refrigerare enim in his præſumimus.Infunditur etiam vtiliter oleum in quo vermes terreni ſunt decocti.Forinſecus autem retrò ad lumbos & ad pectinem illitiones & cataplaſmata refrigerantia adhibenda. qualia ſunt quæ ex lactuca,vmbilico Veneris,lẽticula paluſtri,perdicio,& ſimilibus apparantur.Cerata etiam his locis ex roſaceo adornata imponenda,aut ex chamæmelino,quibuſdam ex prædictis ſuccis admixtis. In quibus autẽ vehemẽter ſtupefacere ſenſum intendimus, etiam mãdragoræ ſuccum in cerata admiſcemus, foliorum item papaueris ſuccum,& ſimilia.Per interualla autẽ quædam,etiam antidoti ad lethalia venena deſtinatæ exhibeantur,& maximè theriace ex viperis conſtans Andromachi inuẽto,recẽs apparata,& ea quæ Eſdræ inſcribitur.

De renum cruentam vrinam excernentium debilitate, ex libris Rufi, Cap. II.

RΕnum porrò & alia affectio eſt, in qua tenue ſanguinis ſerum mingitur,quod ipſum itidem propter renum debilitatem contingit, quemadmodum in hepate fieri ſolere diximus,atque propter amplitudinem oſculorum ex vena caua vrinam ad renes excolantium. Quum enim ampliores meatus ſint,quiddam etiam ex ſanguine venæ laxatũ emittũt,aliáque itidem craſſa: adeo vt poſtquam ea quæ micta ſunt conſtiterint, ſubſidentia quædam in vaſe reperiantur,& ſupernè quædam σôcreta, marinum maximè pulmonem ſimilitudine referentia. Concocto igitur cibo & in venas diſtributo,qualia dicta ſunt mingũtur:recèns autem ingeſto & crudo adhuc cibo, pura & aquoſa,quæ nihil ſubſidẽs habẽt per lotiũ eiiciũtur. nihil verò dolitant,aut omnino parum, & eiecto lotio leuati melius habent. Extenuantur autem & emaciantur tẽporis progreſſu omnes, & magis adhuc ii qui plus ſanguinis mictu excernunt. A principio itaque conuenit his quies, & cibi adſtringentes,& vinum nigrum in potu. Ab iis quæ vrinam cient,& à coitu,omnino abſtinendum. In potu autem hæmoptoica pharmaca exhibenda, maximè verò ſanguinariæ ſuccus, & radicis ſymphyti decoctum, & tragacantha in vino nigro macerata. Siſtit verò ſanguinis ex renibus eruptiones ſtratiotæ aquis innatantis ſuccus potatus, & radicis magnæ crocodiliadis iuxta aquas naſcentis,quam Syri orophen appellant, decoctum, pæoniæ ſiue glycyſides grana fulua XII. ex vino. cornu ceruini vſti drachma ex vino, folia ſalicis trita cum vino, lyſimachii ſuccus,lapidis hæmatitæ drachma vna, ramentorum loti arboris cremor,radicis ſpinæ albæ decoctum, & ſimilia, quæ in ſermone de hæmoptoicis ſunt prædicta. Forinſecus autem renibus & lumbis imponuntur ea quæ ad muliebrem fluxum deſcribentur epithemata,itẽ quæ ad ſanguinis per ſputum reiectiones ſunt deſcripta: & quæcunque vnà cum eo quòd adſtringunt & reſiccant, etiam robur addere poſſunt:qualia ſunt rubi folia & glãdes & myrti ac quercus folia,itémque myrti baccæ, malicorium & balauſtia, & perdicii folia, & ſimilia,palmis paſſis excepta & impoſita. Poſt hæc habitus cibariis,lacte ac auicularum carnibus, ſuillis etiam ac macris reficiendus eſt,quò vniuerſum corpus ad priſtinas vires reducatur,& renes corroborati proprium obeant munus. Eſt autẽ proprium renũ munus, ſeroſum humorem à ſanguine ſecernere & excolare.

De iis qui per circuitum quendam ſanguinem mingunt, Archigenis, Cap. III.

QVidam per circuitus quoſdam ſanguinem è renibus excernũt,ſimili modo vt ex hæmorrhoidibus in ſede fieri conſueuit. & in principio quidem propterea quòd citra vllum aliquem dolorem excernitur, nihil intotum mali formidant ægri:vbi verò diuturnior fuerit affectio, & aliquando cohibeatur quod pro more excerni conſueuit, grauitatem inducit, aliorúmque peſſimorum morborum cauſa exiſtit,ſanguine nimirum ad alias particulas dilabente. articulares enim affectiones in aliquibus ex cohibitione accidunt,aut vertigines, aut deliria ex atra bile,& inſaniæ,aut oculorum cæcitates: qualia etiam mala hæmorrhoidibus cohibitis cõtingunt. vtplurimùm verò in malũ habitum corporis & hydropẽ delabẽdi aptitudo inde oboritur. Manifeſtum autem fit ſanguinem è renibus excerni,quòd ipſi ægri excreti ſanguinis tranſitum iuxta renum locum ſæpe ſenſu percipiunt,& maximè quum admixtus ſanguis reperitur. Contingit affectio hæc magis in ætate vigoris, præſertim iuuenibus qui licentius rebus venereis vtuntur. Quidam autem

ſanguinem ex renibus excernunt, propter venæ rupturã
in renibus factam . quemadmodum contingit iis qui gra
ue onus leuarunt, aut valde ſaltarunt, aut ex alto cecide-
runt,aut aliud quippiam tale violentum pertulerunt.Ali-
quando autem & ob acres ex ſupernis defluentes humo-
res, eroſio venarum cõtingit.Conãdum igitur ſtatim in
principio vt ſanguinis impetus cohibeatur,præſertim in
iis qui eum ſecundum circuitum excernunt. Si enim ab
exercitatione,vt dictũ eſt,excretio contingat, nõ tutò co
hibetur : itaque venæ ſectio in cubito cõmoda fuerit iis
qui per circuitũ ſanguinem excernunt,paulo ante circui-
tum adhibita. eis verò quibus ob ruptam venam proma
nat,ſtatim in principio. Cæterùm ſanguinis detractionẽ
partiri melius erit, vt paulatim eius reuulſio ac diuerſio
fiat.Loci autem circa renes ſpongiis poſca imbutis coope
riãtur,aut lanis ſuccidis cum roſaceo & aceto.Poſthæc &
emplaſtra imponenda cruentis vulneribus glutinandis
apta.Commodè etiam cucurbita adhibetur,præſertim ſi
ſuſpicio ſit inflammationem adeſſe in iis qui ob venæ ru
pturam ſanguinem mingunt. conueniunt item potiones
hæmoptoicis aptæ.Porrò vbi ſanguinis excretio ceſſaue-
rit, diæta vtendum eſt vnde non multus ſanguis gigna-
tur, maximè in iis qui per circuitum excreuerunt, & ſu-
pernæ corporis partes aſſiduè exercendæ. In iis verò qui
ob venam ruptam ſanguinem mingunt,ſi exulceratio in
locis relinquatur,ipſam poſt ſanguinis ſuppreſſionem,cu
rabimus per ea quæ in loco de exulceratione dicentur.

Emplaſtrum renale. Ceræ ſeſquiunciam,croci ſtate-
rem vnum,vitellorum ouorum numero duo,palmarum
numero decem,aceti & roſacei quantum ſatis eſt.

De calculoſis renibus,Archigenis & Philagrii, Cap.IIII.

Renum calculis homines prouectæ ætatis magis
quàm pueri apprehenduntur:quemadmodum veſi-
cæ calculis pueri frequentius quàm ætate prouecti.Cauſæ
autem generationis horum calculorum,aſſiduæ exiſtunt
cruditates,vnde materiæ incoctæ ac crudæ multitudo cõ
gregatur,& ardor circa renes & veſicam exoritur,qui hu-
mores adaſſans eos cogit , & in lapidem indurat, ad mo-
dum toforum qui in aquis reperiũtur, quæ in æreis præ-
ſertim balneorum vaſis coquũtur. Conſiſtunt autem lapi
des in renibus iuxta ventriculos ipſorum aut parui aut
maiores:& aliquando quidem pauciores, aliquando autẽ
plures:& magnitudine,& forma, & colore, & aſperitate,
& multitudine,inter ſe differentes.nigri enim & ſubalbi-
di & pallidi reperiũtur.Ex eorum numero rotundi & læ-
ues facilè excernuntur:non item qui alia quacunque for-
ma præditi ſunt. maximè tamen oblongi & aſperi diffi-
culter excernũtur. Accedit ægris loci dolor,tumore nuſ-
quam foris apparente,niſi inflammatio per lapillos pro-
ducatur.ſpina ægrè flecti poteſt,& totum corpus ad mo-
tum pigrum eſt.crura torpent, & maximè crus reni affe-
cto propinquum. Vrinæ circa obturationis principium
paucæ, aquoſæ minguntur : poſtea verò,perfecta earum
ſuppreſſio contingit , aluúſque nihil excernit, verùm
promptitudines multas ad egerendum facit. Excernitur
autem aliquando ſanguis propter violentiam calculo-
rum , præſertim aſperiorum. Cæterùm vbi lapis ex re-
nibus fuerit emotus,& ad veſicam delatus, vrinæ multæ
prodeunt arenoſam ſubſidentiam habentes, & aluus ſimi
liter largè egerit. ſenſum autem æger percipit, veluti
calculo à renibus ad veſicam tranſeunte.

Cura renum calculoſorum, Cap. v.

QVVM lapis in renibus fuerit obturatus,& vehemen
tiſſimos intulerit dolores, ſanguinis etiam multitu-
do periculum minitantis materias ad tenſione affectam
partem aduocat , ob acutos videlicet dolores. Vena igi-
tur cubiti propinquæ manus in corpore ex repletione af
fecto ſecanda eſt : verùm multo minus euacuandum eſt
quàm ipſa repletionis copia expoſtulat: neque enim futu
rum ſperamus vt omnino citò è renibus excidat lapis,præ
ſertim ſi magnus exiſtat.quare ſeruare oportet ſanguinem
in eam quæ cum tẽpore futura eſt in corpore expẽſam.
Itaque qui ſanguinis multitudinẽ cõgregarũt,eis venæ ſe

A ctio cõmoda exiſtit: qui verò vitioſo humore abũdãt,eis
purgatio apta eſt,quæ abundãti humori conueniens erit.
neque omittẽda hæc eſt,niſi aliud quippiam id fieri pro-
hibeat. Poſt ſanguinem euacuatum aut expurgatum hu-
morem, communis ad omnes calculoſos curatio quam
infrà ſubiecimus adhibenda . Doloribus igitur repentè
aut paulatim irruentibus, & per arenularum cum vrinis
excretionem auctis: deindéque aquoſis vrinis excretis,&
prædictis ſignis conſequentibus,ægri aluo per clyſterem
infundere oportet furfurum decoctum caricarúmque ac
B fœnigræci & ariſtolochiæ:& ſi quidem decenter euacuẽ-
tur,ſinere:ſi verò non, etiam bis aut tertiùm infundere,
atque id maximè,ſi venæ ſectæ aut purgationis auxiliũ ſit
relictũ.Cæterùm vbi ſufficienter excreuerit venter,quæ-
dam infundere oportet, quæ corpuſculorum circum la-
pidem ſitorum inflammationes lenire & laxare poſſunt:
id ipſum verò oleum anethinum facere poterit,adipe gal
linaceo recenti in eo eliquato,& maximè anſerino,& pha
ſiani,aut etiam butyro: quæ ſi non adſint,etiam fœnum-
græcum & althææ radicem oleo decocta infundemus.
C Inſeſſiones item in balneis aſſumendæ,ex decocto fœni-
græci,althææ,anethi,artemiſiæ,caricarum,& oleo. Maxi-
mè verò aſſumendæ ſunt inſeſsiones in balneis , & poſt
hoc ſtatim ægri in ſolium tepidius demittendi, atque id
aſsiduè facere non ab re eſt.Fomenta quoque locis admo
ta commodant ex furfuribus,præſertim in prædictis de-
coctionibus incoctis. Poſt fomenta conueniunt catapla-
ſmata ex farina tritici,cũ ſemine lini & fœnigræci, mel-
léque & oleo anethino aut gleucino, ita vt in decoquen-
do etiam althææ radicem contuſam & cribratam catapla-
D ſmati infarciamus : in fine autem cocturæ, terebinthina
quoque iniiciatur.Optimum etiam cataplaſma fit ex lupi-
norum farina in paſſo cocta , peucedani radice quamte-
nuiſsimè trita,& chamæmelo in puluerem redacto ad fa
rinam lupinorum admixtis . Bonum eſt & panem paſſo
decoctum circa lumbos & ventrem imponere. neque ta-
men abſurdum foret eadem cataplaſmata veſicæ ac pe-
ctini adhibere. Oportet autem coaceruatim alia ſuper a-
lia cataplaſmata adferre,priuſquam primum frigeſcat:aut
ſi id non libeat, calefactorio alio extrà contegere ne re-
E frigerentur:id quod commodè fieri poteſt per ſaccellos,
aut alia vaporatoria cataplaſmati impoſita. Multis enim
ad lapidis per vrinam eiectionem hæc ſola ſuffecerunt.
verùm tu etiam ea quæ vrinam cient præbibenda dato.
Vrinam autem multam ducit,mei athamantici,phu Põ-
tici,acori,graminis & nardi decoctum, calami aromati-
ci,ammii,dauci,oreoſelini,hyperici,roſmarini,aſari,radi
cis aſphodeli,radicis bryoniæ decoctum,coccus item tin
ctorius. Ex iis ſingula eiſque ſimilia,tum per ſe,tum inui-
cem permixta data,vrinam manifeſtè mouent.Craſſa au-
F tem lotia ducit,radicis cardui decoctum,radicis rubiæ fa
rina potata,radicis capparis cortex,& ſimilia.Exuſcitat au
tem facultates ad excretionem irritando,allium,camæda
phne,aſparagi vitis albæ, aſparagus, tertiũ ſquillæ deco-
ctum,primo ac ſecundo diffuſo.Deducunt autem ad re-
nes ea quæ calculos cõfringũt, peucedani radix,bryonia,
apium,radicula.Cæterùm lapides ipſos in renibus cõfrin
gunt ac atterunt,ſion, adiantũ, bdellium, viticis ſemen,
oxymyrſines radix,radicis lauri cortex,paliuri ſemen,tri-
buli decoctũ,ſarxiphagi,betonicæ,radicis graminis, da-
G maſonii radicis,ciceris iuſculũ , radix cyperi, lithoſper-
mon,tecolithon à liquefaciendo lapidem dictum, lappæ
quæ philanthropos & xanthiũ dicitur,ſemen,quod in ſpi-
noſis pilulis reperitur,& lithoſpermo aſſimilatur:aſpara-
gi paluſtris radices,vitrum cõbuſtum tritum, althææ ſe-
men & radix,rumicis domeſtici radix,pruni arboris gũ-
mi,ex ſpongiis marinis lapilli,vermes terreni cocti . ho-
rum ſingula partim decocta,partim tenuiſſimè trita,præ-
beto bibenda. Sunt & cõpoſita plurima lapidem frangẽ-
tia,ex quorum numero vtiliora in cura calculoſæ veſicæ
H ſubiungã.Porrò ea quæ vrinam cient ac lapidẽ frangunt,
tunc exhibere conuenit quum vehementes dolores re-
mittunt . trãſmoto enim lapide & ex ſede agitato,dolo-
res quieſcũt. Quòd ſi obfirmati ſint lapides,plurimus po-
tus vitãdus, itémq; ea quæ vrinã ducũt.fomentis autẽ &

cataplaſmatis ac inſeſſionibus membra relaxanda,& venter per infuſa ac inſeſſus euacuandus, ne vreteres meatus vrinam ex renibus ad veſicam tranſmittentes comprimātur. Poſt hæc autem doloribus aliquantulùm lenitis, etiā cucurbitæ vtiliter ipſis adhibentur,& præſertim preſſius affixæ, inflammatione videlicet id non impediente. Adeo enim coaceruatim tranſmouent ſæpe cucurbitæ ipſos lapides, vt repentè dolores ſupprimant, lapide nimirum in veſicæ amplitudinem tranſuecto:quapropter in principio ſupernè à rene cucurbitæ ſunt affigendæ,& ad inguina attrahendæ obliquè ſecundum meatuum qui vreteres appellantur,ſitum. Cæterùm ſi calidius ſit ægri corpus, ſitiſque vehementer infeſtet: ſit autem vniuerſum corpus iam per venæ ſectionem,aut purgationem,& efficaciſſimos clyſteres præeuacuatum,ac nulla ſuperfluitate abundet,ſi quidem conſueti fuerint ad frigidæ potum,& nullum ex viſceribus debile exiſtat,frigidam aquam frequēter & aceruatim ægro bibendam exhibuimus, & confeſtim corroboratis renibus, obturatū in ipſis lapidem expulerunt. In repletis autem corporibus, & abundantibus ſuperfluitatibus,& in iis qui viſcera debilia habent,vitare oportet frigidæ potum. Sæpe autem delati ex renibus in veſicam lapides, & præ magnitudine circa collū veſicæ detenti,in extremum periculum ægrum deducunt, tum propter dolorum acumen, tum quòd vrinam excernere non permittunt. Decubitus igitur formam in talibus moliri oportet,ita vt ſupini ſituentur,& longè altiores coxarum vertebras habeant: deinde multiformiter eos cōmouere,quò omnibus machinamentis adhibitis, lapidē ex ipſo veſicæ meatu excidere faciamus: pòſt verò ægros iubere vt alacriter vrinam eiiciant,& eiecto lotio ſinere. at verò vbi lapis non fuerit euacuatus,rurſus mouere,atq; hoc ipſum ſæpe repetere. Quòd ſi non euacuetur, catheter inſtrumentum prolectandæ vrinæ aptum immittatur,quod pro ægri ætate congruenter ſit moderatum:eóque humor educatur. pòſt verò per potiones lapidem in amplitudine veſicæ exiſtentem confringere valentes,lapis ipſe atteratur. Si verò ex veſica quidem excidat calculus,iuxta medium autem meatuum ipſius pudendi obfirmetur,& vulnerādo exulcerationis periculum inducat, decoctum quoddam ex prædictis vrinam ducentibus plurimum exhibendum eſt, iubendúſque æger vt multam vrinam congreget,eámque poſtea emingat ac diligenti' expellat. ita enim detractus lapis celeriter excidere conſueuit. Noui autem, inquit Philagrius, quendam in quo quidem aliâs lapis fuit progreſſus, non penitius autem quàm in ſummo pudendo fortiter obturatus, & parum abfuit quin homo periret, propter vrinæ ſuppreſſionem & maximum dolorem. Anguſta igitur volſella ipſum lapidem extrahere non potuimus: quare ſenſim & quietè agitauimus perquam tenui auriculario ſpecillo. quum verò neque hoc modo eum extrahere poſſemus, ſecare ſtatuimus, vulnuſculo ſupernè iuxta glandis magnitudinem incuſſo. infernè enim ſecare non expedit: quandoquidem ferè ſemper in fiſtulam proficit, ac poſt ea per ipſam fiſſuram vrina excernitur. Porrò vbi per vrinam prodierit lapis, lac aſininum melle modico mixtum præbeatur,& reliqua etiam diæta commodior,velùti ad vlcera fieri conſueuit,conſtituatur,ob vexationem videlicet in locis ex lapide factam. Inde verò præſeruare hominem oportet ne rurſus renes lapide infeſtentur.

Smegma Archigenis,ad veſicam & renes affectos vt arenam per lotium excernant, quo in balneis ſudans vtaris. Piperis,calcis viuæ,ſinapis,fæcis vini vſtæ, ſtaphidis ſylueſtris,nitri,adarces,pumicis,aluminis ſciſſi,ſulphuris viui,æqualibus partibus vtere,ex oleo præillitis locis.

Diæta præſeruans ne lapides renaſcantur, Cap. VI.

MAximi ad lapidis generationem præcauendā momenti,moderatus cibus & bonæ concoctiones exiſtunt:ſatietates enim & cruditates non ſolùm exaſperant morbum,ſed etiam quum non ſit generant:quare ægros admonere oportet, vt à cœna ſæpe vomant, & abſinthiū aſſiduè bibant,& per tempus certum conuenienti temperaturæ ipſorum purgatiuo pharmaco ſe per ventrē purgēt. Cibos autē deligant è quibus neque ſatietates neque cruditates contingant: vrinam etiam cientibus vtātur,paſtinacā indies edentes valde percoctā,& fœniculū,ſion,carduū,pulegiū,calaminthen.& ex marinis, herinaceos recentes, ſtrōbos, locuſtas, gammaros, & cancros fluuiatiles. atque hæc quidem quotidiana ſint. Per plures autem dies radicis eryngii decoctum bibant: ſimilitérque trixaginis,& dictamni,ac radicis tribuli, reliquáque pharmaca lapidem atterentia partim iam prædicta, partim dicenda. Oportet autem ipſam etiam aquam per omnem victum puriſſimam eſſe & percolatam : vinum item tenue,album,vrinam ciens, Exercitamentis verò vtendum eſt mediocribus, & fricationibus in balneis ex nitro aſſato,& fæce vini vſta,ac pumice. pſilothris itē aſſiduè vtantur,ac reliqua aſſeruante diæta,quæ in calculoſæ veſicæ loco dicetur.

Vnguentum renale, Oribaſii, Cap. VII.

CYprini lib. III. ceræ lib. II. terebinthinæ lib. I. vnguenti amaracini & laurini,cuiuſque lib. I. centaureæ,caſtorei,ſatyrii,myrrhæ,piperis, euphorbii,cuiuſque quadrantem,cyperi,pyrethri,pulegii,cuiuſque vnc. I. ſubige, & in fine etiam opobalſami trientem admiſce. quidā euphorbii ſeſquiunciam tantûm adiiciūt. Aliud malagma. Hoc exquiſitum eſt ad eos quibus renes aut veſica lapide laborant,inquit Archigenes:neque reperias aliud his affectionibus conuenientius. Picis liquidæ Italicas heminas II. & dimidiam,ceræ,reſinæ pinus,ſulphuris viui, cuiuſque ſeſquilibram,nitri ſeſquilibram, pyrethri ſeſcuncem, fæcis vini vſtæ lib. II. naſturtii Italicum ſextarium I. ſtaphidis ſylueſtris ſextarium vnum,galbani ſeſcuncem. Liqueſcibilibus liquefactis arida trita infarcito. Emplaſtrum renale:facit ad colicos & coxendices: eſt autem Aſclepiadæ.

Ceræ trientem,ſtyracis ſeſquiunciam,aloes ſeſquiūciā, croci,pyrethri,opopanacis,galbani,thuris, cuiuſque vnc. I. ammoniaci thymiamatis ſextantem,olei veteris trientem. Apparatum ac pro more ſubactum confidenter vſurpato,& miraberis,inquit Aſclepiades. aliquando verò olei tantùm ſextantem coniicimus.

Diæta eorum quibus renes è lapide laborant,reliqui verò totius corporis habitus gracilis eſt, Philagrii, Cap. VIII.

MAligna corporis conſtitutio eſt in qua renes quidem lapidem generant:vniuerſi verò corporis natura gracilis exiſtit. Etenim quum lapide laborantes pharmacis & victu indigeant attenuatoriis,hæc ipſa gracilibus corporibus maximè contraria exiſtunt. Noui enim quendā qui ob renum ex lapide affectionem huiuſmodi diæta vſus, proprios digitos ægrè mobiles, obtuſique ſenſus & veluti ſtrepentes ac exarefactos ſenſit. Medici autem ipſi familiares, refrigeratos digitos ipſius rati, & reſolutionē quam paralyſin *Græci* vocant,meditati pharmaca ex euphorbio & adarce adhibuerunt:quorum vſu affectio multo peior reddita eſt, & acceſſiones ſemper ad ſuperiores partes progreſſæ ſunt,vnáque vehementiſſimos dolores intulerunt. Pòſt verò,vbi æger me acceſſiſſet, inquit Philagrius, & quæ contigerant circa ipſum declaraſſet,auxilium meum implorabat. quare diætam ei inueni per quā citra omnem renum læſionem vniuerſam corporis ſiccitatem ſanauit. Ptiſanæ igitur ſuccum excogitaui, & ex piſcibus in petroſis aquis degentes, itémque maritimos, & quæcunque alia nihil viſcoſum habentia : ſimili modo & ex volucrum genere quæcunque conſimilem habent carnem, veluti ſunt perdices montanæ, attagenæ, ſturni, turdi, & merulæ, & deinceps columbæ in turribus habitantes,& paſſerculi itidem in turribus nidos ſtruentes ac habitantes: deinde etiam gallinæ in altioribus locis connutritæ. A lacte autem reliquorum quidem animalium abſtinere iuſſim',ſolo verò aſinino vti indulſimus: & vt compendio dicam,media inter ea quæ impinguant & attenuāt,eſſe oportet quæ his ciborum loco exhibētur.

De calculoſa veſica, Cap. IX.

GEnerantur etiam in veſica lapides,pueris frequentius quàm ætate prouectis. voraces enim pueri ſunt, & perpetui motus, & cibis vtcunque oblatis & nociuis vtūtur, & neque horā cibum capiendi ſeruant ordinatā:

quinetiam priuſquam prior aſſumptus cibus concoquatur, alium ingerunt:& quum vehementius à cibo moueātur, crudus & incoctus in venas cibus diſtribuitur. Mollia autem ſunt ipſorum corpora, & quæ facilè cedant, eiúſq; rei gratia obturationem circa renes non perferunt: quum verò craſſiſſima lotia in veſicæ amplitudinem perferantur, ibidē veluti vini fæx, & limus aquæ ſubſiſtunt, ac poſt ea ex loci caliditate deſiccata lapideſcunt. Cæterùm aquæ impuræ & multo limo refertæ, itémque duriores & vehementer frigidæ, lapidum generationem adiuuant. Lapides igitur in veſica obortos, in principio ſubiectis pharmacis ſubducere conabimur.

Pharmaca lapides veſicæ atterentia, itémque vrinam ducentia, Cap. x.

SVnt & pharmaca quæ lapides in veſica atterunt: porri ſemen, fœniculi ſylueſtris radix, artemiſia, chamæmelum, amaracus, althææ radix & ſemen, carpobalſamum, ſion quod circa aquas naſcitur, graminis radix, adiātum, phileterii radix, ſmyrnii ſemen, oxymyrſines radix & ſemen, rumicis radix, pæoniæ grana fulua comeſta, vmbilici Veneris radix, leucanthemum, lapides ſpongiarum, amomū, tecolithon, lithoſpermon, ſcolopendra herba, lapis q ab ægris per lotiū eiectus eſt, tritus ac potatus: lappæ herbæ quæ xāthiō & philāthropos dicitur, ſemē, vermes terreni recentes cocti triti cū vino, aut cōdito, aut alio quopiā potu ex vino & melle, propomatis nomine *Græcis* appellato: paliuri ſemē, amomū, quod ipſum & aquas lapidē gignētes depurgat, ſi cum ipſo amygdalæ amaræ gūmi coquatur: vitis lacryma, pruni arboris lacryma, hoc eſt gūmi, radiculæ radix cū panacis radice & capparis cortice, ſimiliter lapidē per vrinā eiicere facit: thuris granū cum vino mulſo, abrotoni ſemen cum piperis pari modo ex vino. Horum vnumquodque cum vino albo datur decoctum, aut ſiccum inſperſum, aut cum melle, aut cum quopiā ex vino & melle potu. Dāda etiam in potu ea quæ vrinam cient: eis quidē qui calidiore habitu præditi ſunt, cucumeris ſemen, apii, petroſelini, hyacinthi bulbi ſemē, violæ albæ ſemen, croci radix, & ſimilia quæ ad calculoſos renes ſunt prædicta: eis verò qui tēperiē corporis frigidiorē habēt, his calidiora præbeto: quale eſt meū, phu, acorus, carpobalſamū, iris, & ſimilia in renū affectionib⁹ prædicta. Oribaſii ad calculoſos renes & veſicā. Herbæ proſopidis quāſcordiāappellāt, & Romana lingua perſonatā: eſt autē folio lato, ſimilis ſymphyto: hui⁹ vnc.i. piperis dr.i. iridis vnc.i. tritā in vitro reponito. Datur inde cochlearii pleni mēſura cū hydromelite: datur autē quarto quoque die. Aliud Oribaſii. Corticis radicis verbaſci decoctum, largè per dies quinque bibendum ex ordine præbe, & interiectis decē diebus, rurſus per quinque præbe.

Communia remedia veſicæ & renum calculoſorum, Cap. xi.

ACetum mulſum aqua temperatum, omnibus è calculo ſiue renum ſiue veſicæ laborantibus, exhibendū eſt, qualicunque tādem temperie præditi ſint, & qualemcūque ſaguinē gignāt: acetū item ſquillinum. carduus etiam frequenter eis exhibendus eſt. Oportet autem radices eius recèns è terra extractas, ſi tempus ita ferat, aut aridas iuxta aliud anni tempus, in vino albo ſubſtantia tenui decoquere, & largius eam potionem offerre. craſſæ enim vrinæ copioſam multitudinem ducit, tū ex omnibus venis, tum ex calculoſis partibus detractam. Carduus igitur ſecundum totius ſubſtantiæ ſuæ proprietatem, & pro priuati temperamenti facultate, vim craſſos humores detrahendi habet. Oribaſii. Commodæ ſunt etiam calculoſis cicadæ aridæ tritæ potu, inſperſæ tum per ſe, tum cum nardi ſpica. congruenter autem miſcetur ad cicadas duas & dimidiam, nardi drach. i. Dato ex eis per dies nouem: primùm, cochlearium vnum, deinde ii. poſtea iii. deīde rurſus ii. & pòſt i. hoc modo progrediēdo donec nouē ex ordine potiones fiāt, i.ii.iii.ii.i.ii.iii.ii.i. De paſſerculo. Sunt & alia quæ aliā naturā habēt, & per hāc ipſam prædicta efficacia prædita ſunt, quali ſanè præſtat paſſer troglodytes appellatus. Eſt autē paſſerculus minimus iuxta ſepes & muros victū quæritās: éſtque hoc animalculū omnium auicularum minimum, ea excepta quæ regulus appellatur: ſimilis eſt autem regulo in multis, præterquam quòd in fronte auricolores pennas non habet. eſt etiam troglodytes paſſer regulo paulo maior & nigrior, caudámque ſemper ſubrectam & albo colore retrò interpunctam habet: magis item garrulus quàm regulus eſt, & ſanè iuxta ſummum alæ lineamentum cinerei amplius coloris. breues item volatus facit: naturalem autem vim omnino admiratione dignam habet. Itaque ſale conditus & crudus in cibo acceptus, morbum perfectè ſanat: & noui adeo quoſdam, ob eius vſum nunquam amplius ab affectione vexatos. Conditur autē optimè pēnis euulſis, atque inde largo ſale adobrutus, & poſtquam fuerit arefactus comeditur, & affectionem perfectè ſedat. Melius autem eſt etiam aliter ipſos edere, ſi plures contigerint: coctos nimirum, eius præſertim generis quod per hyemem vbique apparet. exhibetur autem & alio modo: Paſſerculus non deplumis in ollulam coniicitur: ac deinde operculo addito vritur, animaduerſione aſſidua habita ne fallaris quum in cinerem ſit redactus, & in aerem exhalans, per exuſtionem totus conſumatur. cōſueuit enim hoc contingere tum ipſi, tum aliis quæ vruntur: quapropter præſtat ollæ operculum non oblinire, vt per interualla quædam operculo adempto, vſtionis modum intueamur. Exhibendus eſt autē ſemel omnis vnius paſſerculi vſti cinis per ſe, aut modico phyllo & pipere admixto, quò ſaporis iucunditate ori commendetur. Vſtus itaque paſſerculus peregrè proficiſcentibus commodus eſt, licétque melle cocto exceptum in promptu habere. Melior autem mihi videtur condiendi modus, atque adhuc dictis præſtantior, ſiquis præeuulſis pennis viuum paſſerculum ſale adobruat, quod & ego facio, inquit Philagrius. Arbitror enim & ſanguinis naturam quiddam in ſe cōplecti quod minimè vulgariter proſit: cui amplius ſtercoris efficacia accedit, quam exuſtione debiliorem reddi planè credo. Proderit etiā eis qui abūdant, aſſatos edere integros, ita vt nihil ex eis præter pennas abiiciant. Atque hæc quidem ſunt quæ ſecundū proprietatem totius ſubſtantiæ efficacia exiſtunt. Cæterùm non minus generoſè etiam compoſitæ facultates, calculi affectionē in renibus & veſica deterūt. prius autē quàm ad eas progrediar, vnius ſimplicis pharmaci mentionem faciam valdè celebris, quod perfectam affectionis deſtructionem promittit, & quodammodo ad ea quæ ex proprietate totius ſubſtantiæ operationem faciunt, accedere videtur. habet autem hoc modo. Pharmacum ſimplex ad calculoſos, cui Marcianus teſtimonium præbet, medicus Apher. Leporis pellem in ollulam coniice, & in furnum demitte, atque vbi vſta fuerit vt probè conteri poſſit, acceptam tere, & ex ipſa cochlearium vnum cum vino ieiunis in ſolii calidæ aquæ inſcenſu præbe. Si verò velis experimentum pharmaci ipſius accipere, ex eo in vinum coniice, & in vinum item lapidem ex flumine acceptum iniice, & contectum per paucas horas ſine, & in grumos lapis diſſoluetur. Preſbyteri Indi pharmacum ad calculoſos, quod itidem externum lapidem in grumos reſoluere poſſe quidam aiunt, quemadmodum id quod præcedit. Acori, phu, hyperici, cuiuſque drachmas ſex, ſeminis porri drach. xii. ſpicæ nardi drach. x. caſiæ, lithoſpermi, cyperi, cuiuſque drach. xxv. excipe melle. datur magnitudine fabæ. Aliud, quod lapidem celerrimè per vrinam expellit. Alliorum vnguiculos ſiue nucleos ſeptem, piperis grana nouē, contere ſimul quamtenuiſſimè, & cum vino albo veteri adſtringente, pro vna vice in balneo bibendū præbe, vbi ad calidum eius locū fuerit ingreſſus. A dolore quidem hoc ægrum liberat. aliquando autem & lapidem poſt vnicā potionem exigit.

Oribaſii nephriticis. Acori, mei, phu, aſari, ſarxiphagi, piperis nigri, ſeminis rutæ, betonicæ, ſpicæ nardi, piperis albi, ſingulorū æquales partes accipe: & ex eis ſiccis cochlearium cum vino adſtringente aut aqua præbe.

Aliud. Oribaſii, ad affectionē renum, quod & ſomnum inducit. Aniſi, apii, petroſelini, ſpicæ nardi, piperis albi

nigri & longi,ſingulorum drach.x.cinnamomi drachm. VIII.myrrhæ dr.IIII.opii drach.IIII.caſtorei,ſiſonis,dauci, cuiuſque dr.II.ſeminis hyoſcyami ſeſquidrachmam, ſarxiphagi,rhei,betonicæ,caſiæ,cumini, ſeminis cucumeris decorticati,cuiuſque drach.I.excipe melle, & nucis Põticæ magnitudine præbe ex aqua calida. facit & ad vlcera. Aliud eiuſdem celebre. Piperis nigri albi longi, ſarxiphagi,betonicæ,petroſelini,aſari,nardi Celticæ,ſpicæ nardi,omniũ æquales partes miſce. Dato drach.I. cum condito calido temperatam.

De hircino ſanguine, Cap. XII.

SAnguis hircinus, tum ad nephriticos,tum ad calculoſos præſens remedium: nam & præexiſtentes lapides ſoluit,atque ita per lotium excerni eos facit,vt etiam alii amplius non gignantur: præterea & dolorem ſedat. Colligitur autem hircinus ſanguis hoc modo:Quum vua matureſcere cœperit,ollam nouam accipito,& infuſa in ipſá aqua,donec terreum depoſuerit, olla coquito: & accepto è grege hirco ætate matura,plus minus quatuor annorũ, eum mactato,eiúſque ſanguinem medium olla excipito, ita vt eum qui primùm effluxit,itémque poſtremum penitus relinquas:medium autem inſpiſſari ſinito,& in olla ſitum per acutam arundinem in multa fruſta diſſecato: indéque reticulo denſo,aut linteolo raro, aut cribro arctiore contectum ſub dio exponito,vt inſoletur & roſcidus fiat,cauendo ne imbre commadeſcat.porrò vbi exſiccatus fuerit,eum diligẽter terito & in pixide aſſeruato, & remittente malo,cochlearium plenum cum paſſo Cretico exhibeto. Cognominatur autem pharmacum hoc Theuchir,*hoc eſt manus* Dei. Huius & nos, inquit Philagrius,in breui tempore non aſpernandum periculum fecimus. Aliquando autem odoris commendandi gratia, parum folii,aut amomi, aut ſimilium admiſcemus. Ego,inquit, hoc pharmacum cum troglodytepaſſerculo permixtum, cuidam penitus nihil lotii eiicienti,poſt magnos dolores exhibui, & permagnum lapidem attritum ab eo expuli.

Antidotus Iuliani diaconi, cuius frequens periculum meo tempore fecit:calculos enim & in renibus & in veſica cõfringit,& paulatim per lotiũ expellit.facit ad comitiales probè:ducit menſes ob denſitatẽ,aut frigiditatẽ reſtrictos. Oſſiũ ceruinorũ vſtorum quadrantem,caſtorei, piperis albi,agarici,acori,ammii,caſiæ,amomi,ſarxiphagi,corticis capparis,radicis panacis, calaminthæ, coaguli leporini,ſerpylli,petroſelini,ſingulorũ vnc.I. mellis quãtum ſufficit. Datur nucis Ponticæ magnitudine, ad renũ affectionem & menſtrua purgamenta, cum vino mulſo: ad comitiales,cum frigida aqua:ad beſtias viſus eiectantes,cum vino. Antidotus ex hircino ſanguine. Componitur ex hircino ſanguine antidotus huiuſmodi. Siſonis ſcrupul.XII.ſpicæ nardi ſcrup.XII. piperis communis ſcrup.XII.piperis longi ſcrup.XII.cumini Æthiopici ſcrup. VI.petroſelini,dauci, rhei Pontici, croci, caroi, liguſtici, myrrhæ,acori, cuiuſque ſcrup.XII.ſanguinis hircini exſiccati veluti prædictũ eſt,ſcrupul. XXXVI. mellis deſpumati quantum ſatis eſt. Datur auellanæ nucis magnitudine,cõdito calido temperata. datur autem in balneo in calidi ſolii inſeſſu. Alia Archigenis:Celebre & clarum eſt, inquit, ad calculoſos & hoc quo vtor: Hac antidoto inquit,vſus eſt etiam Philotimus & Iuſtinus: Spicæ nardi dr.x. croci drach.VIII.myrrhæ drachm.v.caſtorei dr.IIII. & obolos totidẽ,caſiæ,floris iũci odorati,cinnamomi,cuiuſq; dr.IIII. (alii dr.I.tantùm habent)coſti dr.II.ſcordii, polii,cuiuſq; dr.III.aſari dr.& obol.IIII.mei dr.I.piperis albi & lõgi,dauci,petroſelini,opobalſami,roſarũ ſiccarum, ſing. dr.I. carpobalſami obol.IIII.quidã etiã ſanguinis anatis fœminæ drach.duas,& ſucci radicis dulcis drachm. II.addunt. Excipe melle deſpumato,& fabæ magnitudine præbe cum vini mulſi diluti cyathis duobus,aut aqua calida.hanc etiam Oribaſius commendat.

Antidoti variæ ad calculoſos, Cap. XIII.

ARchigenis. Spicæ nardi,ſeminis apii,dauci,cuiuſque drachmas quatuor,aluminis ſciſſi drachmam I. cinnamomi,caſiæ,floris iunci odorati, cuiuſque drach. I. croci obol.tres,myrrhæ tantundem. Trita cum vino œnãthite ſubige, & cum vino mulſo obolum vnum præbe. Præclarum,inquit,huius pharmaci experimentum feci, neque præſtantius aliud reperias,neque ad eiuſmodi affectionem deſtruendam, neque ad lapidis coactionem prohibendam,neque ad iam compacti attritionem,neq; ad defæcationem,neque ad eductionem & repurgationẽ limoſæ in vrinis fæcis:coadiuuãte præſertim diæta, quæ potiſſima præſeruatiuæ facultatis pars eſt exiſtimanda. Philagrii pharmacum ex damaſonio cõſtans,quod ſecũdi ordinis eſſe dicit: Damaſonii drach.x.ſeminis dauci drach.ſex,radicis dauci drach.ſex,radicis herbæ lanariæ, corticis radicis capparis,cinnamomi, cuiuſque drach.VI. caſiæ drach. VIII. betonicæ, piperis,cuiuſque dr.VIII.nardi Celticæ,iridis,acori,aſari, ſeminis fœniculi, petroſelini,cardamomi,ſpicæ nardi,cyperi,coſti,ſarxiphagi, ſeminis apii,myrrhæ,ſeſelis,radicis panacis, zingiberis, piperis albi,cuiuſque dr.IIII.lapidis Syrici maſculi drach.XVI. lapidis fœminæ dr. XVI. ſeminis ſmyrnii, lyncurii quod ſuccinum itémq; electrũ appellant,cuiuſque drach.XVI.ſeminis erucæ drach. XVI. mellis quantum ſufficit.datur nucis Ponticæ magnitudine cum radicis aſparagi paluſtris decocto,aut floris iunci odorati,aut radicis dulcis. datur à balneo. Aliud Philagrii,ex damaſonio pharmacũ, quod tertii ordinis eſſe ait in lapide atterendo. facit & ad renum affectiones. Damaſonii drach.XXIIII.ſeminis dauci,radicis herbæ lanariæ,corticis radicis capparis, caſiæ, nardi Celticæ,cuiuſque drach.VI.(alii drach. XVI. habent) iridis,mei,aſari,fœniculi,cardamomi,cyperi,petroſelini, coſti,ſeminis apii,myrrhæ, croci,cuiuſque drach.II. ſeſelis drach.IIII.radicis panacis drach.IIII. (quidam & zingiberis drach.IIII.& piperis item drach.IIII.addunt)mellis Attici quantum ſatis eſt.excipe & vtere quemadmodum prædictum eſt. Oribaſii,ex libris ad Euſtathium,antidotus Xenophili. Facit ad veſicam & renes calculoſos & exulceratos. atterit enim lapillos & vlcera ſanat. Caſiæ vnc. I.ſarxiphagi trientem,betonicæ,cyperi,petroſelini,coſti, tribuli,ſeminis viticis,lithoſpermi torrefacti,cuiuſque ſextantem,ſeminis apii ſeſquiunciam,phylli,ſpicæ nardi,aſari,dictamni,baccarum lauri,ſeminis ocymi.ſing.vnc.I. zingiberis drach.IIII.nucum pinearum,quas ſtrobilos *Græci* vocant,ſeſcuncem,mellis lib.II.in balneo exhibeto, aut ante balneum ex vino mulſo aut paſſo chryſatico,magnitudine fabæ. Andromachi antidotus ad calculoſos,quæ paulatim confringit & extrudit lapides, donec veſicam perpurget,& pellucidum lotium procedat: &,quod maximum eſt,ita perſanat vt nec in poſterum gignantur. Habet autem hoc modo: Seminis dauci,aniſi,ſeminis cucumeris decorticati,ſeminis apii,petroſelini,myrrhæ,cuiuſque ſeſquidrachmam,caſiæ,cinnamomi, nardi Celticæ, cuiuſque drach.I.trita aqua ſubigito,& ad paruorum lupinorum formam redigito:ieiunis autem quotidie per dies triginta cum aquæ cyathis tribus exhibeto. Cæterùm ad huius pharmaci apparatum, religioſè,inquit,accedẽdum eſt. In lignea enim pila,& piſtillo item ligneo hæc cõtundenda ſunt: oportétque amplius eum qui hæc cõtundat, neque annulum ferreum geſtare,neque calceamenta clauis ferreis tranſfixa.atque id vt myſterium habe. Aſclepiadæ ad calculoſos compoſitio: Carpobalſami,lapidis qui in ſpongiis reperitur, pulegii ſicci, ſeminis maluæ ſylueſtris ſicci,ſing.æquales partes cõtuſas & cribratas reponito,indéque cochl.I. cũ vini diluti cyathis III. præbeto. Alia cõpoſitio celebris. Electri ſiue ſuccini vnc.I.lapidũ q in ſpõgiis reperiũtur vnc.I. ſarxiphagi vnc. I. dantur ex ea ſcrup.II. quomodocũque velis. Pharmacũ ex cardamino liguo valde celebre:Spicæ nardi,piperis,hyſſopi,tecolithi,cuiuſq; vnc.I.piperis albi ſcr.XVIII.caſiæ ſcrup. IX. helenii ſiue inulæ ſcrup. v. ſcobis eboris ſcrup. XII. ligni cardamini ſcrup.XII.mellis quãtũ ſufficit. dantur ex eo obol.III.cũ cõdito aut aqua mulſa. Aliud laudatũ. Seminis braſſicæ drachmas ſex, cyperorum, petroſelini, electri,piperis,ſing.vnc.I.mellis quantũ ſatis eſt. datur nucis Ponticæ magnitudine cũ cõdito febre carẽtibus, aut cũ aqua mulſa. Aliud. Cucurbitam aridam exure, & cineris cochlearium I.vt velis,bibendum præbe: aut catapotia ex cinere formato ac exhibeto, & celerrimè per lotium calculum extrudet. Aliud, quod calidioribus

præcipuè conducit.Ex portulaca ſuccum exprimito,eúmque reſiccatum in catapotia redigito, & drachmam vnã exhibeto.ad miraculum vſque lapidem per vrinam expellit. Aliud. Cancros tres aut quinque aut ſeptẽ impari ſolùm numero,ſub teſta viuos exure,& contriti eorum cineris cochlearium vnum cum condito præbe:eóque calculoſos renes ſanabis. Aliud. Phu aqua feruefactũ bibẽdum præbe,omnéſque lapides educet. Quòd ſi Mithridatis compoſitione abundes,eam quæ ſcincos admixtos habet,vnà cum decocto præbe.experimento conſtat: vtere. Conditum Oribaſii: Vini ſextarios duodecim,mellis ſextarios duos,piperis ſeſquiunciam,ſarxiphagi, betonicæ,mei,phu,ſpicæ nardi, petroſelini, caſiæ, cuiuſque ſextantem. Aliud conditũ,ad veſicæ lapides accommodatum: Sarxiphagi,ſpicæ nardi,cuiuſque drachmas quatuor,piperis vnc.I.carpeſiæ,zingiberis,mei,aſari,caſiæ,ſiſonis,petroſelini,acori,dauci,ſingulorum drachmas quatuor,mellis ſextarium vnum, vini ſextarios quatuor aut quinque. Aliud renale: Spicæ nardi, phu, ſarxiphagi, betonicæ,aſari,lithoſpermi,petroſelini,cuiuſque vnciã I. coſti vnciæ dimidium.Ex hoc arido cochlearium vnum in conditum mitte,ídque æger hora ante prandium bibat.lapides atterit,& per vrinam expellit,neque amplius cogi lapidem permittit. Aliud Oribaſii conditum renale:facit enim ad inueteratos renum dolores, & ad difficultatem emittendi vrinam ex veſica.ad ſtrangulationẽ item ac vrinæ ſuppreſſionem,ad eorundem etiam membrorum frigiditatem. calloſas durities extrudit, lapides confringit,& ad alias affectiones eodem modo probè facit: Sarxiphagi drachmas duas,betonicæ drachmam vnam,petroſelini ſcrupulos ſex,ſpicæ nardi ſcrupulos tres, phylli ſcrupulos tres,rhei ſcrupulos tres, irionis ſcrupulos ſex,piperis ſcrupulos duodecim,mellis ſextarium vnum, vini boni ſextar.quatuor. Aliud pharmacum renale:

Zador,*id eſt zeduariæ*,galangæ,liguſtici,ſeſelis,cardamomi,piperis longi,piperis albi,cinnamomi,zingiberis,ſeminis ſmyrnii,caryophylli,phylli,ſtachyos, myrobalani, phu, coſti,ſcordii, ſilphii ſiue laſerpitii, rhei barbarici, pæoniæ:alii etiam arboris nucis viſcum,& paliuri ſemẽ, itémque ſarxiphagum ac caſiam addunt. ex his ſingulis ſtateres duos commiſceto. Datur cum condito aut vino vetere ad balneum ituris,& ſine balneo veſperi ſimilitérque mané. Abſinthaton renale valde bonum: Petroſelini vnciam vnam,ſarxiphagi ſcrupulos duodecim,betonicæ ſcrupulos duodecim,ſeminis irionis ſeſquiunciã, ſpicæ nardi ſcrupulos ſex,phylli ſcrupulos ſex,rhei Pontici ſcrupulos ſex,calami aromatici ſcrupulos quinque, dictamni ſcrupulos tres,mellis ſextarium vnum,vini ſextarios quinque.præbe mediocris poculi menſura ieiunis.

Pharmacum lapides in renibus atterens, adeo vt in vna die commoditatem ſuam oſtendat: Abrotoni drach. octo,croci drachmas octo,herbæ anthyllidis drach. XVI. foliorum rutæ viridium drach.XXXII. Probè contrita in paſtillos digerito, & ex eis drachmã I.cum aceto mulſo præbeto.Vtere ipſo,inquit, aſſiduè: mirum enim quanta vtilitate præſtet.

Cura eorum in quibus lapis atteri non poteſt, neque item per lotium excerni, Cap. XIIII.

QVòd ſi veſicæ lapides per lotium excerni nõ queãt, ſed in meatu ſint obturati, & vrinæ ſuppreſſionem inducãt:ægrum ſupinum decumbere,veluti dictum eſt, oportet,ita vt coxarum partes magis ſurſum vergant: indéque huc atque illuc multiformiter commouere,quò ex meatu excidat:pòſt verò,ita adhuc ſupinum & poſitu ſurſum vergentem mingere iubere.ſi verò neque ſic excernere poſſit,per catheterem inſtrumentum vrinam prolectare.Quòd ſi ob lapidis aſperitatẽ veſica incidatur, & ex hoc ſubcruẽta mingãt,aliquãdo verò purulẽta,& ſubmucida, illis ipſis,ſiue mingant ſiue nõ mingãt,plus quã aliis dolorũ adeſt. Cæterũ in potu exhibẽda ſũt eis pharmaca quæ lapidẽ atterere prædicãtur,& vlcera ipſa ſanãt. Quib[9] verò vlcera nondum ſunt oborta,lapides autem in veſica detinẽtur,hi pellucida & tenuia ac aquoſa mingũt:quin & arenam ſubſidentem vrinæ habent, & in lotii eiectione **A** dolores augeſcunt.Quòd ſi neque per hæc adhibita pharmaca,lapis in veſica atteri poſſit, ad ſectionem tranſeundum,quæ pro more infernè fiat:atque ita lapis ſubtrahatur & fiſſura quamdiligentiſſimè carne repleatur,cicatrix inducatur, ne fiſtula per ſucceſſum oboriatur.

Diæta poſt exectos lapides,aſſeruans ne alii renaſcantur,& de affligentis humoris cognitione ex lapidis colore, Cap. XV.

POſt exectum lapidem,& cicatricem vlceri obductam, diæta conſtituenda eſt,ne eos renaſci contingat. Con**B**iectura etiam facienda tum ex aliis tum execti lapidis colore,cuius humoris materia in corpore abundet, ex qua adeo lapides cogantur. Alii nanque ſubalbidi apparent, atque hi pituitoſiorẽ humorẽ oſtendunt: alii verò pallidi ſunt,& bilẽ abundare demonſtrant:alii autem coloris teſtacei ſunt,ob ſuperaſſatam videlicet à plurimo calore bilem:alii nigri,qui atræ bilis humorem exuperantem declarant. Omnes igitur quomodocunque calculoſi,à cœna aſſiduè vomãt, neq; quicquã feruẽs in cibo ſumãt quod renes & veſicam excalefacere poſſit.Cauere autem conuenit cibaria ſubſtãtiæ duræ, & quæ ægrè mãducatione at**C**teruntur: itémque ea quæ multam ſubſtantiam habent, plurimúmque ſimiliter nutriunt,& quæ aceruatim digeruntur antequam perfectè concoquantur:grauis item qualitatis,& quæ difficulter commutantur ac ſupernatant, & ægrè per aluum ſubeunt,ac inflant:item quæ meatus obſtruunt,aut aliâs diutius in corporibus inſident.Ex huiuſmodi enim cibis venter labore fatigatus, ipſos aut crudos aut ſemicoctos ad hepar & renes digerit, atque ita quod crudum cumulatim allatum eſt,ineptè prætérque naturam excolatur,& cum tumultu ad renes progreſſum, **D** ſtatim coactum inſpiſſatur ac reſtitat. Quare omne lac, præter aſininum,eis incommodum exiſtit:hoc enim, inquit Archigenes,& ſubſtantia tenuiſſimum eſt, & facultatis facillimè diſſoluentis.igitur mirabiliter articulorum tumores & nodos(quos ad calloſæ duritiei modum ex vitioſi lactis vſu,pueri ſuſtinere coguntur)læuigat & delet. vnde admonendum duxi,vt ipſum calculoſis aſſiduè heminæ mẽſura exhibeatur,poſt matutinas deambulationes:atque id aſſeruandi à lapidis generatione gratia, præ **E** omnibus aliis fiat.Potus aliâs ſit aqua calida,fontana, pura,defæcata,leuis: vinum autem tenue,vrinam ciens, nõ valde vetus. dulcia enim vina calculoſis ſunt nociua. Porrò,vt compendio dicam,omnis diæta in frigidiore temperatura præditis,exquiſitè attenuatoria ſit: in calidiorib[9] verò,inter attenuatoria & impinguantia media.Satietatẽ verò præ omnibus aliis vitare oportet, dulcium præſertim & ex caſeo conflatorum ciborum: vnde & cruditatẽ infeſtiſſimam eis cenſere oportet: in quam ſiquãdo incidant,impaſtos & abſque cibo manere decet.Frigora qui**F**dem magis quàm æſtus cauenda. in temperatis verò locis degant,in quibus anni tempora & horæ nimio feruore non infeſtent.Aſſumãtur etiam otioſæ deambulationes,& exercitia moderata: ſegnities enim & otium eis nocent.Cæterùm ventrem ſemper probè laxum habere oportet:hic enim ſi bene ſubierit, puriora lotia prodibunt. Vnguentis vtantur quæ locos defendere queant, ne facilè grauius oblædantur. Epithemata etiam cutem rubefacientia, itémque lancinantia,dropacéſque & ſinapiſmi adhibeantur.Malagma autem exquiſitum hoc eſt, **G** neque facilè reperias aliud,inquit Archigenes, ad huiuſmodi affectiones magis accommodatum: Picis liquidæ heminas duas & dimidiam,ceræ ſeſquilibram,reſinæ pinus ſeſquilibram,ſulphuris viui ſeſquilibram,ſtaphidis agreſtis beſſem,galbani ſeſcuncem. liqueſcibilia eliquantur,& inſperſis aridis tritis,ſimul optimè ſubacta & vnita imponuntur.Varoſa aſperitas ex hoc inducta,mucum plurimum ducit,&pruritum non malum facit, adeo etiam vt volupe ſit,ſi per reſolutionem refrigeretur.Quòd ſi aliquando leuis moleſtia inde oboriatur,cerato eam lenire **H** oportet per vnã diem, ac deinde rurſus eadem imponere.Conuenientiſſimum etiam renibus eſt, ſi ſuper ventris locum idem malagma imponatur.Sinapiſmi item calculoſis apti ſunt,& naturalium aquarum vſus. lauent autem non ſæpe,vngãtur autem frequenter.Curioſè autem tem-

poris opportunitas diſpicienda eſt,vt venam ſecemus, ſi
quidem ſanguis abundare videatur,aut vt purgationibus
conueniētibus vtamur in eis quibus vitioſi humores coa-
ceruantur.Bibant autem & ea quæ vrinam cient per in-
terualla quædam tum ſimplicia,tum compoſita præſcri-
pta:in huiuſmodi enim omnibus quicquid modicè reli-
ctum eſt, facilè ad debitam commutationem deuenit.
Aiūt autem quidam terram ex latere veteri tritam cum
vermibus terrenis, & pectini craſſius illitā, præparare vt
lapis in veſica aut renibus per lotium eiiciatur.

De renum inflammatione, Rufi, Cap. XVI.

OB plurimas cauſas renes inflammantur. nam & hu-
mores corrupti,& plagæ,& attritiones,& pharmaco-
rum potiones inflammationem generant,& præſertim e-
quitationes continuæ & vehementes. Accedit ægris
dolor pulſatilis retrò iuxta primum dorſi verticulum,pau
lulùm ſupra ſpurias coſtas. diſtendit autem dolor ſurſum
vſque ad hepar,præſertim dextro rene affecto, deorſum
verò vſque ad veſicam & pudendum,lumbóſque & coxē
dices,pectinem item ac femora. conſequitur etiam ſtu-
por propinqui cruris,& neque rectà erigi poſſunt, neque
pedibus ingredi,& ſiue ſternutatio, ſiue aliqua alia con-
cuſſio irruat,vehementi dolore lancinantur. frigent eorū
extrema,& magis ſuræ ac pedes. adeſt vrinæ emittendæ
difficultas,mingúntque aſſiduè ac laborioſè, in principio
quidem tenuia & aquoſa,in quibus nihil ſubſidet:inflam
matione verò in peius proficiente,rubicundiora:deinde
etiam craſſa & mucoſa, adſúntque febres vehementes.
Quòd ſi adhuc amplius inflāmatio augeſcat,hæc omnia
itidem fiunt vehementiora. his accedit nauſea, & ſtoma-
chi morſus,& vomitus bilis.Quidam autem ipſorum vſ-
que ad animi deliquium angūtur & exudant.Siſtitur ipſis
venter, adeo vt inflentur & aſſiduè ructus emittant. Se-
quitur faſtidium vehemens,& quibuſdam cōtinuæ fiunt
exacerbationes:quibuſdam verò per interualla. in vniuer
ſum autem,ventris egeſtio & vrinæ multa excretio dolo-
res ipſos præcedunt. Noui autem ego quendam qui poſt
vehementem vexationem animo linquebatur,multúm-
que exudabat:vbi autem reſtitutus ſibi animum recepiſ-
ſet,ſimul ab omnibus moleſtiis liber euaſit. Renes igitur
inflammatos, hoc modo curare oportet. Ægrum in le-
cto molliſſimo decumbere oportet, ac primo die à cibo
abſtinere,non tamen in multos dies inediam extendere.
vrinæ enim puriores & acriores per inediam redditæ, ve
hementiſſimos morſus infligunt.Itaque in principio ſor-
bitionibus tenuibus morſus lenientibus connutrire opor
tet,& aquæ calidæ potu.Aquam verò mulſam in princi-
pio non laudo, priuſquam concoctæ & conſumptæ fue-
rint inflammationes:neque item eorum quæ vrinā cient
vſum:oblædunt enim, mordaces humores inflammatis
partibus inducendo.neque etiam purgatiuum pharmacū
exhibendum,veluti quidam conſueuerunt.Per clyſterem
autem,maluæ decoctum,aut ſeminis lini & fœnigræci,
cum oleo infundendum,admixto etiam melle: aut ptiſa
næ ſuccus cum oleo & melle. Cæterùm copia non multa
infundatur, ne repleta inteſtina comprimant renes. Vbi
verò ſtercora prodierint, & inteſtinum fuerit euacuatū,
oleum adiiciatur anethinum aut gleucinum cum butyro,
eliquatis in his adipibus quibuſdam: anſerino videlicet
aut gallinaceo,aut medulla ceruina.Subeunte autem ven
tre,incumbentem lanam ex oleo calido aſſiduè rigare o-
portet:melius tamen fuerit,ſi anethum,ruta,althæa,& ar-
temiſia,oleo ſint incocta. Porrò ſi adhuc maiori acumine
renes affligantur,& vehementior exurgat dolor, venam
cubiti ſecare conuenit:ſanguinis detractione repetita. &
ſi poſt id auxilii,aliquid ex inflammatione relinquatur,ad
cataplaſmata procedendum, primùm quidem ex farina
in aqua mulſa cocta,aut ex ſemine lini, poſtea etiam ex
chamæpity,polio,abrotono,trixagine,aſaro,iunci odora-
ti flore admiſcendum.atque tū non amplius in aqua mul-
ſa cataplaſmata coquenda ſunt,ſed in paſſo.mixturæ autē
modus ſit, vt ad farinæ partes IIII.quorundā ex prædictis
pharmacis partes duæ commiſceantur. Bonum eſt & hoc
cataplaſma:Galbani,terebinthinæ,farinæ erui, cuiuſque
A drach.quinquaginta,iridis drach.quatuor,cerati ex gleu-
cino,aut amaracino,aut irino,aut cyprino,aut aliquo cōſi
mili oleo apparati libram vnam,farinæ triticeæ ſextantē,
paſſi Cretici quantum ſatis eſt. apparato, ac ſupra ilia ac
lumbos imponito.Facit idem ad veſicam inflammatam
ſi pectini imponatur.Quòd ſi per cataplaſmata dolor nō
lenietur,cucurbita lumbis ac iliis eſt adhibenda, & ſiſſu-
ris impactis plurimus ſanguis attrahendus, deinde ſpon-
giarum fotu vtendum,& in calidam aquam deſidēdum,
in qua calamus aromaticus,chamæmelum,flos iunci odo
B rati,ſemen lini,anethum,maluæ ſylueſtris radices ſint in-
cocta. Prius autem & veſica ingens,aqua & oleo ſemiple-
na,ipſis locis imponatur, fomentis etiam pinguioribus
admotis,póſtque etiam ceratis. quin & malagmata am-
plius imponenda.Cerata quidem conueniunt ex cyprino
aut irino apparata:malagmata autem odoratiſſima ſint,
qualia ſunt hepatica ex ſtyrace conflata.Cæterùm dolore
affligente,bibenda ſunt pharmaca quæ dolorem leuant:
eiuſmodi ſané: Capitis papaueris toſti oboli dimidium,
ſtyracis tantundem,thuris obolum vnum, ſeminis cucu-
C meris grana viginti,ſeminis apii quantum tribus digitis
comprehendi poteſt,opii ad erui magnitudinem. Hæc
omnia quamtenuiſſimè terito,ac cum aqua dulci permi
xta pro vice vna exhibeto:ſtatim enim quieſcet dolor,&
obdormiet æger. conferunt item conſimiles paſtilli do-
lorem leuantes. At verò vbi perfectè concoctæ fuerint in
flammationes,& quieuerint dolores,tunc etiam per vri-
nam cientia purgandum:veluti ſunt acorum,meon, phu,
petroſelinum,gramen,caſia,chamæpitys,polium. horum
vnumquodque ex aqua coquendum eſt, & cum vino &
D melle bibendum.Cibi autem poſt concoctas & conſum-
ptas inflammationes exhibendi ſunt,panis optimus, ma-
ximè clibanites:ex volucribus,montanæ:ex marinis,heri
nacei recentes:ex oleribus,fœniculum,apium,daucus, &
ſylueſtria omnia, & cucumis coctus. Hæc enim optimè
vrinam prolectāt:maximè verò id præſtāt paſtinacæ pro
bè percoctæ,& crithma,& ſcandix,& gingidia.A conco-
ctis inflammationibus,vrinæ his prodeunt multæ & craſ-
ſæ,& in quibus bonum eſt quod ſubſidet, atque hæ ipſæ
maximè iudicant ac ſecernunt morbum: aquoſæ autem
mictiones & puræ ac pellucentes,ægrè morbum ſecerni
E indicant.

De duritie renum, Cap. XVII.

QVæcunque durities circa renes oboriantur, dolores
quidem non amplius inferunt: ægris autem ex va-
cuo ventris loco veluti quippiam pendere videtur,& ſtu
por adeſt coxēdicum,& impotentia crurium, mingúnt-
que pauca,& reliquo corporis habitu,aqua inter cutem la
borantibus,maximè ſimiles exiſtunt. quidam etiam tem
poris progreſſu manifeſtè hydropem incurrunt,veluti e-
F tiam ab aliis viſceribus induratis contingit. Hos itaque
ceratis & malagmatis,itémque fricationibus ac pingui-
bus fomentis remollire oportet,& vrinā ducentia eis ex-
hibere: vētrem item ex althææ,fœnigræci, & caricarum
decocto ſubluere,melle & nitro ac oleo iiſdem adiectis.
Ad noctem item infuſa per clyſterem conueniunt,oleum
anethinum cum butyro & adipe anſerino.

De ſuppuratis renibus, Rufi, Cap. XVIII.

QVibuſcunque renum inflammationes ad puris per-
mutationem vertuntur, his omnes in renibus in-
G flammatis prædictæ acceſſiones extendentur,& febres cū
horrore irruent,atque id maximè circa veſperam.Iam ve
rò & tumor quodammodo circa ilia apparet, & vehemē-
tis caloris ſenſus ipſos circa renes affligit: mingúntq; ruf-
fa & pura. Vbi verò ſuppuratio fuerit perfecta, tunc &
febrium & dolorum acceſſiones minores contingent:
& grauitatis ſenſus magis circa affectum renem infeſtat:
tempore rupturæ magis exacerbantur, ad quā etiam hu-
morum excretio cum ipſis vrinis conſequitur, inuehun-
tur & ſordes quædam ex ſubſtantia renum elotæ. vtpluri-
H mùm enim ad veſicam ex renibus erumpēs pus defertur:
quod ſanè conducibile putandum eſt. aliquando autem
& ad inteſtina eruptio deuoluitur, & per ſedem pus eua-
cuatur. Quibuſdam verò neque in totum ſuppurata erū-
punt,ſed circa renes per multum tempus conſiſtunt, do-

nec cautere adhibito aut allo modo forinſecus apertionē
& eductionem moliaris. Igitur poſtquam abſceſſus ſigna
apparuerint,quamcelerrimè adiuuare oportet tum ſuppu
rationem,tum puris eruptionem.Qua in re ſpongiæ aqua
& oleo, itémque furfuribus imbutæ aſſiduè proderunt
fotus gratia admotæ. eundem vſum etiam cataplaſmata
præbent,ex farina ordeacea cum ficuum & althææ ex a-
qua mulſa decocto,aut ex Cretico paſſo. Bonū eſt & ipſas
ficus admiſcere tritas,& abſinthii comam contuſam, aut
chamelæam,aut irin,& bryoniam.addatur & terebinthi-
na,pix,manna thuris,thus ipſum,columbæ ſtercus, poliū,
& quæ ſimilia his exiſtunt:& ſimpliciter omnia adhibeā-
tur quæ in hepatis abſceſſu ſuprà approbauimus.In mali-
gnis & putreſcentibus humoribus,quos ex febrium acri-
monia cognoſces,etiam roſæ in cataplaſmata cōmiſcen-
dæ,& myrti baccæ, eruíque ac lentis farinæ . hæc enim
eíſque ſimilia,humorum putrefactionem ſiſtūt.Poſt hæc
emplaſtris vtendum quæ pus permutare poſſunt,quemad
modum in hepaticis eſt prædictum.Quòd ſi ruptura mo
retur,acriori infuſo aluus eſt ſubluenda,veluti veratri ni-
gri cremore:raphani item & alliorum ac cucumeris ſylue
ſtris radicis cremore.Macerare autem hæc in aqua maris
aut ſalſugine vel muria oportet,parúmque olei admiſce-
re,quò infuſa lubrica reddantur. Hæc ſanè per clyſterem
infundenda,iubēdíque ægri quò plurimo tempore apud
ſe detineant:conſueuerunt enim ſæpe ipſam ſuppuratio-
nem diſrumpere, vnà cum hoc quòd vētrem emollire ſo
lent.Si verò vehementiores ſunt dolores, ptiſanæ ſuccus
infundatur & lac recēs mulctum.inſeſſus quoque in aquā
& oleum apparetur.In potu leniora vrinam ducentia ex-
hibeantur,veluti cucumeris ſemē decorticatum ex aqua
mulſa,palmulis in ipſa incoctis.Danda etiā iris cum mel-
le deſpumato delingenda,aut ipſum mel in decoquendo
in paſtillum redactum.Remorantem item rupturam iu-
uat cuminum cum paſſo, ruta cum vino mulſo. Si verò
ex habitu corporis & doloribus languidioribus cōiecturā
facias ob craſſitiem pus ipſum non excerni, fœniculi de-
coctum in potu dato,& chamæpityos,pulegiíque & ori-
gani.Poſt rupturam autem,carunculæ paruæ oblongæ cū
vrina excernuntur: & ſi quidem maligna fuerint vlcera,
humores fœtidi liuidi & mucoſi:ſi verò benigna fuerint,
etiam pus ipſum album,& æquale, & leue, abſque odore
graui,& pacum reperietur.Lac itaq; cum melle poſt puris
eruptionem eis præbendum:& primùm quidem aſininū
aut equinum:ad vlcera enim repurganda conducit. quū
verò repurgatione amplius opus non habent, & morſus
fiunt obtuſiores,indigétque æger nutrimēto, tunc etiam
bubulū lac eis exhibēdum II.& III.heminarum menſura.
Amplius autem omne lac recèns mulctum calidum præ-
bēdum eſt,animali in domum vbi æger decumbit dedu
cto. hoc & aliorum internorum vlcerum optimum eſt
pharmacum, & graui puri maximè amicū,& corpus pro-
bè nutrit.Porrò ad vires refocillandas ac reſtituendas, æ-
grum decumbētem molliter fricare ſingulis diebus ma-
nè conuenit,& primùm bubulo lacte nutrire : poſtquam
verò concoxerit lac,ſorbitionem ex ptiſana apparatā præ-
bere,aut amylum,aut ſimilaginem lotam cum lacte co-
ctam.dandum & lac ouis permixtum,& iuſculum galli-
næ pingue.Ex oleribus conueniunt, malua, ſeris, rumex,
portulaca,aſparagus paluſtris,cucumis,lactuca,omnia co-
cta,neque quicquam crudum vorēt.hæc ſanè morſus ob-
tundunt. Cæterùm ſuccedentes repletiones vomitu eua-
cuare oportet. vt verò facilè vomāt,cucumeris ſemen tri
tum ex paſſo eis præbeatur:aut ptiſanæ ſuccus cum paſ-
ſo. oleo autem cyprino præſertim illinantur pennæ,qui-
bus item ad vomitum irritentur. Non ſolùm autē ad re-
pletiones vomitus laudo, verùm ſiquis omni menſe au-
denter vomat,fortè & renum vlcus,& quicquid inde ma
li accedere poſſit, diſſoluat. reliqua diæta eadem ſit cum
ea quæ poſtea ad veſicæ vlcera dicetur.Ex iis verò quæ v-
rinā ducūt,ſimpliciora iā ſæpe dicta itémque dicenda,ad
repurganda renum vlcera bibantur. Quum verò munda
fuerint vlcera, quod inde tibi palàm fiet,ſi neq; tectoriū
etiā vlceri obductum cum vrinis excretum appareat, ne-
que etiam pus excretum ſit fæculentum,ſed ſubalbum,&

A leue,& æquale & paucum:tunc ſanè pro emplaſtris mala-
gmata aſſumenda ſunt:id quod ex ſeminibus conſtat:itē
quod ex baccis lauri : & quod Apollophaniū inſcribitur:
& omnia quæ cutē rubefacere poſſunt, quale eſt id quod
ad calculi affectionem eſt præſcriptum. Pro iis verò quæ
vrinam cient, reſiccantia adhibeantur: quare cibus ipſe
adſtringens ſit, & pharmaca quæ corpora cogant. Confe-
rūt etiam dropaces,& ſinapiſmi, & naturalium aquarum
calidarum & frigidarum vſus. Porrò ad inueterata renū
vlcera,pharmaca ſunt aſſumenda quæ ad exulceratam ve
B ſicam deſcribentur.Atqui noſſe oportet omnem exulce
rationem,& veſicæ & renum, ægrè curabilem eſſe: præ-
ſertim quæ ex eroſione ſit oborta, adeóque paucos noui-
mus qui ab ea perfectè ſint liberati:ſi verò extrà ſuppura-
tio vertatur,inflammatio magis tumeſcit, & ad manum
& ad oculum magis euidenter expoſita eſt. His meritò
medici manum admoliuntur vbi maximè tumor attolli-
tur,curámque adhibent quæ ad communia & caua vlce-
ra requiritur.non ignorandum tamen ea in fiſtulam abi-
re ſolere:quare diligentiori omnino indigēt tractatione.

C De dyſuria,id eſt emittendi vrinādifficultate,
& ſtranguria,hoc eſt ſtillicidio vrinæ,
Cap. XIX.

DYſuria dicitur,quum meiere æger cupit,& cum vi v-
rinæ excernuntur, ſtrāguria autem appellatur, quum
paulatim & guttatim vrinæ deſtillāt,& aſſiduam ad min
gendum irritationem faciunt. Hæc autem contingunt
aut ob acrimoniam vrinæ,aut ob exulcerationem veſicæ,
aut ob veſicæ debilitatem.aliquando autem & affectis re-
nibus aut hepate,quum abſceſſus rumpitur,& pus per ve-
D ſicam excernitur, aſſiduam irritationem ad mictionem
propter acredinem ſuam inducit. ex intemperie etiam
quadam ægra veſica in propria læditur actione. Neceſſa-
rium igitur eſt ſcire cauſas quæ ſtranguriam & dyſuriam
præceſſerunt,atque ad ipſas remedia adornare. Si igitur
frigiditas has affectiones præceſſit, oleo rutaceo calido
pectinem fouere oportet, ægrúmq; in ſampſuchi aut ru-
tæ decoctū deſidere,ac imum ventrem cōtegere ac cale-
facere:aliquando & per ſedem oleum rutaceum calidum
infundere,& cibis vrinam cientibus vti quæ cōcalfacere
E poſſint.aromatum etiam decoctiones in potu exhibere.
poteſt etiam præberi in potu theriace cum paſſo aut vino
mulſo.Sin verò bilioſiores ſint vrinæ & mordacitas cir-
ca veſicam contingat,ac vrinæ ſtillicidium inducat: tum
ſanè exuperantem vitioſum humorem quamcelerrimè
purgare oportet,& cibis temperamentum inducentibus
vti,ita vt ab omnib9 acrib9 ac ſalſis abſtineamus. in potu
autem plurima aqua calida dulcis exhibenda,ægérque aſ
ſiduè ad mictionem cogendus: ſi enim acre recrementū
diutius in veſica moretur,partes ipſas corrodit & exulce-
rat.Conueniet igitur continuis fomentis vti, & amylum
F cum lacte decoctum, itémque cum palmarum decocto
abſorbēdum præbere. vinum autem dulcius præbeatur.
Optimum eſt & ipſum lac calidum potatum. Quòd ſi a-
crimonia adhuc augeatur, etiam per colem lac ipſum cū
amylo in veſicam iniiciatur,& paſtillus ex phyſſalide cō-
ſtans in potu ſumatur.Porrò ſi aliud membrum ſit affe-
ctum,& idipſum per veſicam expurgetur, manifeſtum eſt
illi priorem curam deberi, ita tamen vt neque veſicam
G negligamus.

De difficultate emittendi vrinam in febribus,
Cap. XX.

PHilumeni. Fit & in febrium malignarum principio
vrinæ emittendæ difficultas, vt & inde veſica affli-
gatur,& paulatim cum dolore vrinam emittat. neque ve-
rò ſola moleſtia hæc eſt,ſed & ſignum totius neruoſæ par
tis affectæ.Ad imum ventrem igitur & pectinem, ingui-
náque & coxendices,lana pura oleo dulci imbuta, in quo
ruta,anethum,aut oleum ſicyonium ſint decocta, impo-
H natur,lanæque amplius cuminum quamtenuiſſimè tritū
infarciatur:& ſi aluus eis ſit adſtricta,fœnigræci & maluæ
decoctiones infundantur. Inſeſſiones etiam aſſumantur
vſque ad vmbilicum & lumbos totos,ex artemiſiæ,fœni-
græci,rutæ,pulegii, & maximè ſampſuchi decocto, oleo
itidem admixto.Quòd ſi acceſſiones vrgeāt,etiam venæ

ſectio adhibenda eſt,& diæta exquiſita,quæ maxima parte ex ſorbitionibus conſtet. Vtimur itaque alica lota cū anetho in aqua mulſa deſpumata cocta,aut pane loto,aut ſorbilibus ouis. Poſt hæc & malua conuenit,friabilis cocta,& porrum capitatum in tribus aquis decoctum,& tenerrimi piſces. Poſt fomenta verò,cataplaſmata adhibeātur ex eadem materia apparata. Vrgentibus autem doloribus, cucurbitæ cum ſcarificatione ad imum ventrem affigantur. Ceratum verò ad has affectiones conuenientiſſimum hoc eſt: Maluæ ſylueſtris radices in oleo ſicyonio cum modica aqua concoquuntur,donec aridæ fiant. & ipſæ quidem abiiciuntur,oleum autem cum rutæ ſucco permiſcetur,vt quarta olei pars de ſucco rutæ addatur: hiſque amplius cera ſufficiens & parum caſtorei adiicitur. Cæterùm potus ita affectis commodus eſt cucumeris ſatiui ſemen,quod præmaceratum decorticatur: deinde tritum cochleariorū II. menſura ex aquæ cyathis tribus præbetur. lotium enim citra moleſtiam ducit, & dolores circum locos infeſtantes eueſtigio diſſoluit. A reliquis autem quæ vrinam cient,quandiu febres perſtiterint,in totum abſtinendum eſt. Moti enim ex febrili calore totius corporis humores,per ea quæ efficacius vrinam cient,ad veſicam prius afflictam deducuntur.

De iſchuria,hoc eſt,vrinæ ſuppreſſione, Cap. XXI.

ISchuriæ, *hoc eſt urinæ ſuppreſſæ* affectionem etiam ipſum nomē declarat: ægris enim in totum vrina ſupprimitur ac cohibetur. Atq; id aliquādo ob imbecillitatem contingit,veſica ea quæ in ipſa continentur arctè cōplecti ac exprimere non potente: aliquando autem & inferiore meatu à craſſis humoribus obturato, aut lapide obſtructo: quandoque autem ob inflammationem aut talem quempiam tumorem meatum anguſtum reddentem,& perfectè obturantem. Sanguis etiam in grumos concretus in veſica,ſuppreſſæ vrinæ cauſa exiſtit. pus itē craſſum per ipſam veſicam à renibus,aut hepate,aut alio quopiam inferiore membro excretum,vrinæ ſuppreſſionem operatur. Accedit & ſanis ſæpe vrinam ipſorum cohiberi,aut ob negotiorum importunitatem, aut in concionibus,aut foro iudiciario,aut ſomnis,ſi diutius continuerint mictionem. Afficitur enim in his comprehenſiua & vrinam obuoluens veſicæ vis, ex immodica videlicet repletione & tenſione: imò quantum amplitudo ipſius veſicæ expleta circumtenditur, tanto anguſtior ſeipſo fit meatus. Vrinā igitur ob inflammationē ſuppreſſam,venæ ſectione curabimus: fomentis item ac cataplaſmatis aliiſque remediis adhibitis, quæ iam ſæpe ad inflammata ſunt prædicta,& in ſequentibus deſcribentur. Si verò ſanguinis eruptio præ ceſſerit, coniectare oportet ſanguinis grumos ſuppreſſæ vrinæ cauſam eſſe. hi itaque diſſoluendi ſunt eo modo, qui de eruptione ſanguinis ex veſica,dicetur. Quòd ſi lapis ſit qui vrinam ſupprimat,& hunc ex loco excutere ac dimouere oportet, quemadmodum de calculoſis eſt prædictum. Si verò craſſi humores in cauſa ſint,fomentis & inſeſſionibus ac cataplaſmatis cura concredenda eſt: ab iis verò quæ vrinā cient,in totum abſtinendum,velut in loco de difficultate emittendi vrinam in febribus eſt relatum. Quibus verò citra inflammationem & eruptionem ſanguinis, aut aliam quandam ex prædictis cauſam,vrinæ excretio ſupprimitur,propter ægrum veſicæ ſenſum contigit id ſcilicet. quapropter irritando ſubmonere ac excitare eius actionem oportet, & per inſeſſus auxiliari, nitróque ad meatum admoto,aut nitri ſpuma, aut cimicibus contritis. Quòd ſi ita non procedat, ad catheterum vſum confugiendum,pérque hoc ipſum inſtrumētum immiſſum vrinæ prolectandæ. Vrinam ducentia nequaquam bibāt, ne multitudine eius veſica diſtendatur. In ſanis autem, quum, vt dictū eſt, ob negotiorū importunitatē lotiū diutius retentum veſicam debilem reddat, auxiliari oportet ipſi,ambabus manibus ſupra imum ventrem admotis,ac vrina lentè expreſſa. Ad vrinam ægrè prodeūtem: Cucurbitæ ſemen præmundatum aqua macerato. quum verò emollitum fuerit,ſufficienter aqua affuſa te-

A rito,percolato,ac ſuccum bibendum præbeto. vtere: experimento conſtat.

De ſcabioſa veſica, Cap. XXII.

QVibus veſica ſcabit,his pruritus tum imi ventris,tū pectinis ſuccedit,inque vrinis aſperæ & furfuraceæ ſubſidentiæ deferuntur: progrediente verò morbo,veſiſica exulceratur,acceſſionéſque ad vlcera præſcriptæ inducuntur. Noſſe igitur operæpretium eſt quòd non penitus curabile ſit malum. conandum tamen vt pro viribus leniatur. A mordacib⁹ igitur & quæ humores acriores ac
B ſalſiores reddunt,abſtinendum. Exhibenda autem vina dulcia,& lac,& gallinæ,aut hœdorum aut agnellorum carnium iuſcula,palmarúmque cremor: ſimilago item & amylum,ac ſorbitiones ex his apparatæ. piſces molles carne & omnes cocti: & ex oleribus quæcūque vrinam quidem ſubducunt,nihil verò mordax in ſe habent,velut eſt paſtinaca probè cocti: crithma,fœniculum,apiū, hippoſelinum,aſparagus, cucumis, & quæcunque eius generis exiſtunt: nam & vrinam agentibus,mitioribus tamen,veſicam ſuppurgare oportet: periculum enim eſt
C ne fortioribus exulceretur,quod omnino peius extat. Vrinam itaque commodè cient,ccāri,& pinnæ conchæ, & herinacei marini recētes,& herinacei terreſtris caro exiccata & drachmæ pondere potu accepta. neque minus cōmodæ cicadæ cenſendæ & vermes terreni tres ex paſſo potati. Non inconueniens item fœnigræci ſuccum cum melle ſorbere: idipſum enim & inteſtini morſus obtundit: & ſi ad veſicam procedat,ſcabiem eius mitigat. idem etiam tragacantha facit. Iucundus eſt item baccarum myrti cremor cū vino potatus,aut mali cotonei cremor,
D aut cuiuſcunque alterius adſtringētis fructus. Hæc autē, adſtringentia inquam,pruritus mitigant: affectionem verò non ſanāt. Diæta porrò optimi ſucci ſit,& per aliquot dies vomant. Sero autem lactis aluus ſubducatur. mediocribus etiam exercitiis moderatè vtātur. Aliud, quod confeſtim auxiliatur: Serpyllum cum cicere ſatis diu coquito,percolatúmque decoctum bibendum præbeto.

Oribaſii ad ægrè meientes: Amomi,cardamomi,floris iunci odorati,cuiuſque drach. ſex,coſti,caſtorei,myr
E rhæ,cuiuſque drach. tres,caſiæ drach. I. mellis quantum ſatis eſt,datur fabæ Ægyptiæ magnitudine cum vino tēperatum. Aliud eiuſdem: Petroſelini,baccarum myrti nigrarum,ſingulorum drach. XVI. ſeminis apii drach. XXXII. ammii drach. octo, nardi Celticæ drach. quatuor, myrrhæ drach. II. mellis quātum ſufficit,datur drachma vna ex aqua mulſa, aut vino diluto cyathorum trium menſura.

Simplicia remedia ad ſuppreſſam ac ægrè pro-
F deuntē vrinam,ſi aut eius multitudo aut craſſities in cauſa ſit, Cap. XXIII.

VRinam difficulter prodeuntem & ſuppreſſam,viſcera herinacei terreſtris ſanant exiccata ac ſuffita ægro vndiquaque contecto. oportet autem ipſa ſale condire ac exiccare. quin & in potu accepta ſicca trita quantū tribus digitis apprehendi poteſt ex vino multas vrinas cient: carnis item herinacei in ſole exiccati drach. I. ex vino datur,& vrinā multā citra moleſtiā educit. Aliud.

Aſelli qui & millepedæ ſub aquario ſtabulantes vaſe,
G egregiè difficultatem emittendi vrinam ſoluunt, ſi duo aut tres in modico garo coquantur,ipſúmque garum cū aquæ cyathis duobus bibatur. Aliud. Vermes terrenos tres aut quinque tritos ex vino mulſo aut aqua mulſa præbeto. citò enim vrinam ducunt. Foriſecus autem artemiſiæ folia cum myrrha trita pectini illini,itémque imo ventri,& lotium prodibit. Aliud. Perdicium herbam terito, & affuſo oleo feruefacito: atque ita veſicæ imponito. Eandem item herbam cum oleo coquito ipſáque proiecta lanam oleo imbuito ac imponito: aut pepo
H nis pulcherrimi pelliculam cum modica ipſius carne imo ventri imponito & colligato,& prodibit vrina. ſi verò arida ſit pellicula, ipſam in aqua macerato,& imponito,ac colligato. Inſeſſus etiā ex ſampſuchi maximè decocto apparentur,aut ſi id non adſit, ex decocto rutæ,artemiſiæ,& althææ.

De diſſoluta per paralyſin veſica, Cap. XXIIII.

EX iis qui paralyſi exolutam veſicam habent,alii quidem præter voluntatem vrinam emittunt, & quanto plus id eis contingit,eo minus periculo ſunt obnoxii:alii autem lotium non excernunt,ſed eo ſuppreſſo veſica & lumbi eis diſtenduntur,ſimiliterque pectẽ: femora autem tumefacta habent, & quum non eiiciant lotium, ſubiecta membra mortificantur, neque ita lõgè pòſt moriuntur. Quum igitur lædi cõtigerit neruos qui ex ſpinali medulla ad muſculum veſicæ collum claudentem deferuntur,exoluto muſculo,inuoluntaria vrinæ excretio cõtingit. Si verò proprii veſicæ nerui fuerint affecti,nerui autem muſculi qui ceruicem veſicæ complectuntur vires ſuas conſeruantes in actione ſua validi ſunt, vrina ipſa cohibetur. Cæterùm quum cuidam ob caſum ſpina in anteriorẽ partẽ eſſet luxata,& inflãmatio ſucceſſiſſet, tertia die vrinæ ſuppreſſio ei acceſſit: Curauimus autẽ ipſum,inquit Galenus, veluti cõtra inflammationem renitentes. Alius autem quum cecidiſſet, vertebris retrò inuerſis & luxatis,præter volũtatem vrina ab eo prodiit, citra tamen veſicæ dolorem. ex quo coniecturam fecimus neruum eſſe læſum muſculi eius qui veſicam claudit,& propterea medelam ſpinali medullæ adhibuimus affectis inquam vertebris. Iis igitur quibus citra caſum vrina ſupprimitur,hoc modo auxiliari oportet: Inſeſſus aſſidui in fœnigræci,ſeminis lini,althææ,rutæ,ac artemiſiæ decoctum cum oleo eis apparentur, & loci ex oleo calido rutaceo aut ſicyonio, aut gleucino ſæpe per diem & noctem,& maximè poſt inſeſſus irrigentur & perfundantur:cucurbitæ etiam locis affigendæ,& cataplaſmata imponenda ex cruda ordeacea farina, ex vinóque dulci & vino mulſo. In aluum autem per clyſterem infundatur centaureæ,& radicis cucumeris agreſtis decoctũ,addito oleo rutaceo & melle. Poſt ſublutam verò aluum, oleum rutaceum ſicyonio admixto infundendum,adiecto aliquando etiam modico caſtoreo. Vnguenta item & medicamẽta illitu laſſos neruos reficiẽtia(acopa *Græci* vocant,& ſuprà ad reſolutiones ſunt deſcripta)tum ſpinæ,tum imo ventri adhibenda. caſtoreum itémque theriace in potu propinanda. Modicus autem eis conuenit potus,& vomitus qui pituitam educunt. Poſt euacuationes,ſinapiſmi tum pectini tum lumbis commodi ſunt. à quibus, cerata quæ partes mitigent,& malagmata odora imponantur. Porrò vrinæ ſuppreſſionem quæ ob ſauciatam ſpinam,aut caſum,aut vertebræ luxationem, aut ob lethales acceſſionum concurſus ſuborta eſt, impoſſibile eſt curare: quare cautè remedia adhibere oportet. Cæterùm eos qui præter voluntatem vrinam emittunt, curare conuenit roborando per mordacia cataplaſmata, & malagmata,& per rubefacientia ex ſinapi apparata,& arenæ à ſole feruefactæ iniectione,aquíſque naturalibꝰ, primùm quidem calidis,poſtea etiam frigidis & maximè ſulphurulentis & bituminoſis. Exercendæ etiam ac perfricandæ partes,veluti in loco de reſolutione eſt prædictum. vrinam autem ducentia nequaquam exhibeantur. Diæta verò calidior & ſiccior ſit, niſi acriores ac mordaciores appareant vrinæ.

Ad eos qui ſe in ſomno permingunt, Cap. XXV.

AFfectio hæc pueris maximè contingit. ad eam Archigenes hæc deſcripſit. Pulmo hœdi moderatè aſſatus,& citra panem largè ad triduum in cibo acceptus, eos qui lectos commingunt,corrigit. Aliud. Leporis cerebellum ſiccum potatum ex vino,lectos permingentes ſanat. Aliud. Teſticulum leporis ſiccum in vinum radito,& bibendum dato. Quidam autem leporis cerebrum in veſicam porcinam coniectum & aſſatum, vnà cum veſica edendum præbent. etenim ipſa porcina veſica per ſe vſta, & in potu exhibita,iuuat. ſimili modo & ouilla veſica facit. cinerem itaque eius ex poſca præbeto. Aliud. Adipem anſerinum drachmæ pondere, cum coagulo leporino oboli pondere,& cum polenta ſubigito,& reclinatis in lectum præbeto. Aliud. Linguæ anſerinæ coctæ per triduum exhibitæ,affectionẽ ſanant.

A quidã aſſatas præbent. Aliud item Archigenis: Myrrhæ,calaminthæ,cuiuſque obolum vnum terito, & cum vino odoro ante cœnã bibẽda præbeto. Aliud eiuſdẽ.

Raphanidem marinam contuſam vrito,eiúſque cinerem totum bibendum præbeto. Aliud. Rutæ,præſertim ſylueſtris,ſemen torrefactum duarum drachmarum pondere bibendum præbe. Aliud. Caſtorei drach. i. in potu præbe. Quòd ſi acriores & mordaciores ſint vrinæ,lactucæ ſeminis drachmam vnam bibendam dato.

B Aliud. Galli guttur vſtum ac tritum cum aqua tepida ieiunis bibendum porrige. Aliud. Gnaphaliũ aut anthyllin herbas quibus pro tomento & ſtrato vſus eſt æger,eáſque perminxit,ſiccato,vrito,& cum potu exhibeto. Cæterùm in ſomno pudendum illinant ex cimolia cum perdicii ſucco. Circumligẽt etiam femora infra inguina,quatuor digitorum diſtantia, atque hoc per viticis virgas. Porrò vbi ſitierint,omnino amplius dormiãt: multus enim potus affectioni incommodus exiſtit. Atqui ſi diuturnum & inueteratum ſit malum, velut eos
C qui præter voluntatem ob reſolutionem veſicæ vrinam emittunt, curato. Differunt autem hi ab illis,in eo quòd his per ſomnum ſaltem hæc acceſſio contingit: illi verò quibus ob muſculi colli veſicæ reſolutionem hoc accidit,etiam dum vigilant,eodem modo afficiuntur.

De inflammatione veſicæ, Rufi, Cap. XXVI.

MOrborum qui circa veſicam oboriuntur,grauiſſimus & maximè mortalis,inflammatio exiſtit. Cõſequuntur autem ægros communia inflammationis ſi-
D gna. Febri acuta infeſtantur, & vigilant, & delirantes aliena loquuntur,& vomũt bilioſa pura, & lotium eiicere non poſſunt: durus fit pecten & pubes cum vehementi dolore,& egerendi appetentiæ,velut in teneſmo,fieri ſolent: quod verò egeritur tenue eſt, & ſubſidentiam non habet. aliquando & inflationes ſequuntur, & aluus adſtricta eſt, inteſtino recto ab inflãmatione veſicæ compreſſo. His itaque,ſi nihil aliud prohibeat, venam citra cunctationem in principio morbi ſecato, & pauco cibo aſſeruato,& aquæ potu: locos verò oleo in quo anethum ſemen lini,aliquando etiam ruta & althæa incocta ſint
E irrigato. In decoctũ item ſeminis lini & fœnigræci inſidere facito,odorato aliquo ſemine, veluti petroſelino, dauco,aniſo,ſimul incocto. admoneatúrque æger quò in aqua decocti deſidens mingat. veſica enim non ſatis robuſta eſt ad amplectendam & expellendam vrinam: igitur ipſum ægrum aut aliquem ex adſtantibus ſcitè & placidè pectinem premere oportet,neque id vltra modum,ne dolor inde intendatur. eſt autẽ inuentum Philumeni, qui hominem hoc modo à ſe tractatum vrinam eieciſſe teſtatur. Cæterùm primùm omniũ aluus leni in-
F fuſo ſubluatur, & poſt ſtercorum eductionem, oleum quo ſuprà ad irrigationem vſus es, in inteſtinum,ſolatii & leniẽdi doloris gratia,iniiciatur. Præſtat autem & papaueris caput ſimul cum oleo incoquere,& adipem anſerinum aut gallinaceum recentem in ipſo oleo eliquatũ ſimul infundere. Ego verò,inquit Rufus, vehementioribus exiſtentibus doloribus,opium magnitudine erui cũ modica myrrha & croco lanæ illitum,in podicem indidi,& ſtatim dolores quieuerunt,confeſtímque æger ob-
G dormiit. Poſt clyſterem & infuſa, inſeſſũſque & irrigationes, etiã cataplaſmatis vtẽdum ex cruda ordeacea farina,capitibus papaueris,& hyoſcyami foliis,ac modico mandragoræ ſucco adiectis. Fomenta autem fiant per aquam & oleũ in veſicis bubulis ſemiplenis admota: aut polentam calidam in ſacculis aut detritæ veſtis panniculis ligato,& pro fotu admoueto. Poſt cataplaſmata etiã cerata imponãtur,ex œſypo,& cera,& ſicyonio aut gleucino oleo cum caſtoreo apparata. Quòd ſi neque ſic mali tumultus ceſſet,cucurbitam affigemus locis vnà cum ſcarificatione. Cæterùm vbi euidens declinatio apparuerit,
H ad emplaſtra & malagmata tranſeundum eſt. Porrò catheteris immiſſionem ad inflammatam veſicam,in viro quidem non probo: etenim quum laborioſè immitti queat,dolores exacuit,& inflammationẽ auget. verùm mulieri ipſum adhibere nihil abſurdum: breuis enim in

ipſis vrinæ meatus exiſtit,& rectà ſitus,vt citra dolorem
hoc molimen admittant.Si verò vrinæ ſuppreſſæ pericu
lum vrgeat,neceſſariò ad catheteris vſum confugimus,
non quòd affectionis moleſtiam tollat, ſed vt vrgentem
vrinæ ſuppreſſionem corrigat,& à præcipiti periculo li-
beret.Poſt vrinæ prolectationem,rurſus ad eadem miti-
gatiua auxilia accedendum,vſquequo inflammatio ſol-
uatur aut ſuppuretur.Solet autem ſæpe repentè inflam-
matio ſolui,eryſipelate iuxta cutisſuperficiem oborto,&
permanente,neque rurſus intrò recurrente : imò & lotio
multo eiecto,ſæpe id eadem iudicatione liberum homi-
nem reliquit.nihilominus tamen etiamſi hæc appareãt,
iis remediis inſiſtere oportet, quandoquidem vtpluri-
mùm tenſione aliqua facta ac oborta,continuæ exacerba
tiones fiunt,& mali cõſtitutio diuturna. At verò vbi pe
riculoſæ acceſſiones ceſſarint,& morbi conſtitutio iam
fuerit inueterata,ad vnguenta quæ humores ex profun-
do euocant ac transferunt(metaſyncritica *Græci* appellãt)
& ad malagmata, trãſeundum eſt,quæ cutem rubefacere
poſſunt.

De ſanguinis ex veſica eruptione,& de grumis
eiuſdem, Cap. XXVII.

EST & alius acutus veſicæ morbus. rumpitur autem
vena in ipſa,& partim quidem ſanguinem foras mit
tit,partim verò intus condenſatur.Sanguine autem con-
denſato,& grumis coactis , æger animo linquitur & pal
leſcit,pulſuſque paruos,obſcuros,& denſos habet , mœ-
rore angitur,refrigeratur,ac virib⁹ deſtituitur. quũ verò
grumus aliquando in vrinarium meatum inciderit,is e-
tiam lotii excretionem ſupprimit.verùm omnino diffi-
cilioris curæ cenſenda eſt eruptio ex eroſione facta.Qua
re quamcelerrimè,velut etiam in aliis ſanguinis eruptio
nibus,auxilium ferre oportet, extremas partes conſtrin-
gendo,& pectinem ex ſpongiis poſca imbutis irrigando.
Quòd ſi inflammationem ſuſpectam habes , lanas ſucci-
das vino & roſaceo madidas imponito. Cæterùm prædi
ctum periculum, compendiariam curam facere conue-
nit,& nequaquam rem differre:& ſi quidem nihil pro-
hibeat,venam ſecare partita ſanguinis detractione, vt eo
modo ſæpe & paulatim ſanguis detractus reuellatur : æ-
gri verò in decumbendo ſurſum verſus collocentur, &
coxendicibus ipſorum leuandis & ſimul refrigerandis
ſpongiæ poſca imbutæ ſubdantur, aut pelles ſubſternã-
tur:ſummè autem proſunt vrgente malo cucurbitulæ i-
liis ac lumbis affixæ.Poſt irrigationes autem,cataplaſma
tis vtendum,ſanguinaria,rubo,plantagine,perdicio,ma-
li Punici floribus, lẽtiſci & myrti foliis.horum vnum-
quodque cum polentæ flore pro cataplaſmate imponẽ-
dum eſt,& frequẽter priuſquam tepeſcat,altero impoſi-
to,auferendum.Optimè etiam faciunt ex palmis, acacia
& hypociſthide ac alumine apparata cataplaſmata, &
quæ his ſimilia exiſtunt.Summè autem cinis linteoli v-
ſti auxiliatur,ſi palmis admiſceatur,aut alicui ex epithe
matis infarciatur. Spongia item pice liquida imbuta,v-
ſta & epithematis admixta,mirificè ſanguinis eruptio-
nes ſiſtit.Cæterùm detritæ veſtis panniculus vſtus,& ſpõ
gia vſta,nõ ſolùm forinſec⁹ locis appoſita,ſed & cũ plã-
taginis ,aut ſanguinariæ,aut herbæ ſideritidis ſucco veſi
cæ infuſa,maximopere auxiliantur.Oportet autem infu-
ſi fiſtulam aliâs catheteri ſimilem eſſe,verùm ex ſummo
vtriculum aut veſicam adaptatam habere. quandoque &
ſedi hæc infuſa proſunt . Inſeſſus autem conueniunt ex
conſimili materia conſtructi .nam & poſca & lentiſci de
coctum,itémque rubi & ſimilium eis conuenit . Danda
autem & in potu pharmaca eductioni ſanguinis apta tũ
ſimplicia tum compoſita,veluti ſunt rheon Ponticum
tenuiſſimè tritum,& loti arboris ſcobes & ramenta,præ-
ſertim corticis eiuſdem,& glycyſides,aut pæoniæ grana
rubra duodecim,terra Samia & Lemnia,ſphragis appel-
lata,hippuris,centaureæ magnæ radix,thuris cortex , &
ſimilia.Optimum verò & hoc eſt,quo Archigenes vſus
eſt. Ad ſanguinem mingentes , Archigenis. Alumi-
nis ſciſſilis drachmam vnam,gummi obolum vnum,tra
gacanthæ drachmas duas,in paſſo diluito, & in paſtillos
redigito,& ex eis obolos duos cum paſſo præbeto. Ad
A ſanguinis è veſica eruptionem, Aſclepiadæ: Balauſtii,
acaciæ,ſucci hypociſthidis,cuiuſque drach. quatuor , a-
luminis ſciſſi drachmas duas.in paſtillos cum aqua dige
rito,& obolos tres cum vini myrtitæ cyathis tribus exhi
beto.Porrò quibus ſanguis in veſica in grumos cogitur,
primùm tentandum eſt vt pharmacis diffundatur.Arte-
miſia igitur in potu præbenda eſt,& elichryſon, & Cyre
naicus ſuccus,aut laſer purum,aut conyza præſertim par
ua,abſinthium,raphani ſemen,rubi ſuccus,betæ ſuccus,
leporis coagulum aut hœdi , vnumquodque cum aceto
B mulſo.Ego autem,inquit Galenus,pharmacum eis præ-
bui bibendum quod lapidem confringit,ex aceto mul-
ſo:imò ipſum per ſe acetum mulſum exhibui,& quibuſ-
dam ipſorum grumi diſſoluti paulatim per lotium pro-
dierunt.Quòd ſi hoc modo nihil proficias, ſed vrina ſup
primatur,neceſſitatem inducet catheteris adhibendi,per
quem vbi vrinas eduxerimus,rurſus prædicta in potu ex
hibemus præſtantia ad grumorum coactorum diſſolu-
tionem:ſi verò neque grumi ſic diſſoluantur , intercape-
dinem inter anum & pudẽdum,perinæon *Græcis* dictam,
C infernè diſſecare oportet, quemadmodum in calculoſa
veſica eſt prædictum,& eductis grumis,de cætero velut
ad ſanguinis eruptionem,veſicæ opitulabimur.vbi verò
ſanguinis eruptio ceſſarit , velut alia vlcera curato . At
verò ſanguinis ex cole eruptiones,epithemata colem re-
frigerantia,& quoddam ex prædictis infuſum ſanant.

Quæ tubercula in veſica matureſcere oporteat,
Cap. XXVIII.

OPtimum quidem eſt in principio conari quò tuber
cula diſſoluantur,vt ne in pus permutentur.Si verò
D id citò fieri non poſſit,auxiliorum vſu ea mátura facere
oportet,quæ ſuprà renibus cataplaſmatis modo dixi im
ponenda,atque amplius adhuc naſturtio cum erui fari-
na & melle,& columbino ſtercore cum caricis impoſi-
to.Fomentis autem & aliis remediis vtendum , quem-
admodum iſtic eſt prædictum . Vtplurimùm verò cir-
ca veſicæ collum ſuppurantur . quapropter etiam vri-
næ ſtillicidium amplius inducunt. ſuppurantur & in
vicinis ſedi locis,& magis recrementi egeſtionem impe
diunt.Suppurãtur etiam circa pectinem vtrinque:verùm
E non difficile eſt ea coniectare,tum loci dolore tum gra-
uitate:atque ipſo adeò tactu . duriora enim & calidiora
ſunt corpora quæ ſuppurationem incurrent.Ex tubercu-
lis etiam quædam foras vertũtur ad ſedem,quædam quo
cunque cõtigerit defluxus.Periculoſa igitur & hæc ſunt
ac omnino lethalia:periculoſiora autem ſunt quæ intus
rumpuntur.

De veſicæ vlceribus, Rufi, Cap. XXIX.

SI veſica ſit exulcerata,aut propter abſceſſum , aut ob
tuberculum quod præceſſit,aut ex ruptura,aut ob flu
xionis eroſionem , aut ob aliam quamcunque cauſam,
F ægros dolor acutus veſicæ omni quidem tempore comi
tatur,maximè verò tempore mictionis & excretionis pu
ris.& ſi quidem ſordida fuerint vlcera, fæculenta ſimul
excernuntur & mucoſa,& quæ craſſam ſubſidentiam ad
modum farinæ habent:aliquando autem & pelliculæ te
nues ad modum foliorum & lamarum cum vrina excer-
nuntur.Si verò ſerpendo depaſcant vlcera, ſubcruẽta ex-
cernuntur & ſanioſa ac fœtentia.Ad hæc accedunt vrinæ
emittendæ difficultas,& pudendi arrectio ac petulãtia,
G & dolor non ſolùm quum vrinæ meatus fuerit affectus,
ſed & quum tale quippiam in profundo exiſtit. Cogno-
ſcetur autẽ num in profundo , ſiue iuxta vrinæ meatũ ſit
affectio,ex eo quòd,ſi in amplitudine ſua veſica ſit affe-
cta,dolor circa pubem cõſequatur:ſi verò iuxta collum
veſicæ vlcera conſiſtant , tempore mictionis tantùm,&
maximè vbi mingere inceperint ac ceſſauerint , dolor
ſentitur:atque id amplius contingit ſi vrinæ ſint acrio-
res.Omnes quidem igitur aſſiduè decumbunt, & neque
H erecti ſtare poſſunt,neque reclinati quieſcunt:ab indeſi-
nẽte dolore,febribus,vigiliis,& colliquatione perimũ-
tur:alii quidem citius,alii tardius . Dolores enim acuti
ſunt & vlcera iniucunda , partim quòd vrina aſſiduè ea
contingat,partim quòd vrina natura acris exiſtat:neque,
quamuis plurima excernatur, vniuerſa veſica euacuari
poſſit,

poſſit:ſed ſemper ex vrina quippiam in ipſa relinquitur,
quod continuè vlcera contingit: ſempérque veſica lotio
plena exiſtit.etenim quum multitudo eius euacuatur,ve
ſica contrahitur,& quod in ea relictum eſt quantũuis mo
dicum,id ipſum omnes eius partes contingit,& quantum
rurſus repletur,paulatim ſimul extenditur. Propter hoc
ipſum itaq;,& quòd neruoſa eſt,inſanabilia vtplurimùm
eius vlcera exiſtunt:periculoſiora autem ſunt quæ ex ero-
ſione orta ſunt,& modica ſpes eſt ea reſtaurandi. Attamẽ
quum ſæpe etiam præter expectationem quædam eue-
niant,cura eſt aggredienda, per quam ſi nihil aliud, cer-
tè acceſſorii dolores minuentur. Primùm igitur perſua-
dendus eſt æger vt decumbat, & in lecto quietem tole-
ret,idque maximè ſi febres ſimul adſint:deinde remedia
febribus intermittentibus adhibenda. Maximum verò
hîc fuerit lactis potus, neque ſcio an poſt vllum aliud re-
mediũ ſecundo ſaltem loco id ſit habẽdum:nam & aſpe
ritates lenit,& vlcerationes eluit,aliâſque affectionem ex
tergit.reliqua verò diæta frugi ſit & commoda,vt ne vri-
na acris fiens mordeat ac irritet vlcera. Per pharmaca e-
tiam conſolari ægrum oportet, quæ ſupernè pectinem
amplectantur:& ſi quidem cum inflammatione exulce-
ratio conſiſtat,cataplaſmata ex lini ſemine & fœnogræco
apta erunt,& reliqua quæ inflammationem ſoluere poſ-
ſunt:inſeſſiones item & fomenta ex oleo &per ſpongias.
quin & cerata imponẽda ex œſypo, butyro,adipe anſeri-
no,& ſtyrace apparata,& ceratum myrteum quod pro ce
ruſſa,Samiam terrã aut Lemniam, ſphragidem appella-
tam, aut minium ſinopicum, aut diphryges habet ad-
mixtũ. Quòd ſi loci violentius coarctentur,nardinũ qui-
dem ſit ceratum : maluæ autem radices probè in aqua
mulſa coctæ,deinde tritæ, in ceratum infarciantur, aut
cerata ex meliloto & fœnogræco ſimiliter adhibeantur,
aut quod tetrapharmacum, itémque quod enneapharma
cum inſcribitur:laxationem enim mali faciunt. verùm
his omnibus aliquid ſatis amplum de ſtyrace addẽdum.
Porrò ſi exulceratio paſcendo ſerpat, epithematis ſubad-
ſtringentibus vtendum eſt, atque his quidem calidis, vt
ob calorem quidem partes circumdolitantes leniendo
iuuent: ob poteſtatem autem ipſorum, nomen vicinos
locos apprehendere prohibeant. Sylua horum ſæpè iam
relata eſt, vtpote in palmis, vuis paſſis, gallis, malicorio,
alumine, acacia, hypociſthide,& ſimilibus ſita.ex his ſin-
gula aut palmis excipiuntur, aut cataplaſmatis ex lolia-
cea farina.decoctio autem ſit in poſca. Vtendum etiam
pharmaci per catheterem infuſione,ita vt in inflamma-
tis & exaſperatis, lac recèns mulctum infũdatur, aut ro-
ſaceum optimum recèns tepefactum. Si verò nihil ho-
rum adſit, aqua dulciſſima tepida aſſiduè infundenda,
mordacitatis tempore inſtante. in inteſtinum quoque
per ſedem ptiſanæ ſuccus infundendus eſt,& ſeminis lini
ſuccus, & cucumeris ſemen decorticatum tritum cum
lacte,roſaceo oleo ad ſingula inſtillato. Cæterùm vbi cly-
ſterem adhibere velis ei qui veſicam habeat affectam,
non ſupinum ipſum decumbere oportet : non enim per-
mittunt veſicæ infuſum intrà tranſire, vtpote induratæ
& graues factæ, & inteſtino incumbentes: verùm in ge-
nua pronum reclinare hominem oportet,atque ita infu-
ſum adhibere. in hac enim ſitus figura veſicæ ſecedunt,
& inteſtinum laxant, quò infuſum aſſumere poſſit. Fre-
quenter autem & in aquam calidam deſideant ægri,& in
decoctiones relaxantes:nam hæc mitigant dolores.At ve-
rò vbi vlcera iam paſcendo proſerpãt,per catheterem in-
iicienda ſunt quæ depaſtionem ſiſtere poſſunt.Multa au-
tem eius generis ſunt, ſed plurimis itémque nobis fami
liare eſt ex charta ſiccum pharmacum, quod cum roſa-
ceo infundere oportet.Facit & Muſæ paſtillus, cum paſſo
Cretico tepidus infuſus. Quòd ſi verò ſordida ſint vlcera,
pharmaca infundenda ſunt quæ repurgandi vim habent:
velut eſt Epigoni chlora ſiue viridis compoſitio: i-
tem quæ Iſis appellatur,multo roſaceo diluta, aut ea quæ
ex herbis conſtat, aut huiuſmodi quæpiam alia ſi verò
acrimonia cõſequatur & mordacitas,lac recèns mulctum
cum optimo amylo infundatur,aut pompholyx pluribus
aquis elota & exſiccata, atque deinde cum lacte diluta:

A aut collyrium aſter inſcriptum , aut quod cycnarium ap-
pellatur:aut paſtillus ex phyſſalide,aut panchreſtus à cõ-
moditate dictus, qui ſomnum inducit. Quum verò re-
purgata fuerint vlcera, adiuuare oportet quò ad cicatri-
cem perducantur, aque id per inſeſſus adſtringentes, &
eiuſdem facultatis epithemata. Emplaſtrum igitur ex
ouis commodè ſuperponitur,& ex hordeo vſto,& ex ca-
dmia, tripla eorum parte cum cerato myrteo aut roſa-
ceo contemperata. Si verò magis fluxione affectio in-
feſtetur,poſt repurgationem vlcerum,emplaſtro ex ſalici-
B bus,aut Iceſii, aut ex lolio vtendum eſt, donec intotum
ad cicatricem perducantur. Atqui noſſe operæpretium
eſt quòd in quibuſdam ob ſolidam cicatricem indu-
ctam,ſeminis meatus excæcantur, & vis generandi per-
ditur: ita vt appetentiam quidem habeant ad coeun-
dum, nihil autem intotum ſeminis emittant. atque
hæc affectio penitus incurabilis exiſtit. Cæterùm ſi ad
multum tempus exulceratio duret, quemadmodum in
pleriſque fieri conſueuit, tunc ſanè & exacerbationes &
interualla ſiue remiſſiones ægros apprehendunt.quare in
exacerbationibus quidem cataplaſmata, & fomenta &
C irrigamenta leniendi vim habentia adhibeantur. remiſ-
ſionis verò tempore,ductu ad deſtruendum malum apto
vtendum eſt. Pecten igitur iuxta membranæ peritonæi
appellatæ, locum per malagmatum ad hanc rem deſti-
natorum impoſitionem rubefiat: ſunt autem huius fa-
cultatis,id quod ex lauri baccis conſtat,& epithema viri-
de appellatum,& ſimilia:maximè verò quæ ad calculoſos
renes ſunt præſcripta. quin & ſinapiſmo vtendum: &
diæta viribus reparandis apta eſt conſtituenda. Quòd ſi
D non manſueſcant,& diutius durent affectionis diſpoſitio-
nes, cruſtas circa pectinem & peritonæon membranã
infligere oportet, aut per pharmaca, aut per ferrum, ſi-
neréque vt per multum tempus vlcera ſe per effluxionẽ
repurgent. Neque verò ineptè pharmaca dolorem le-
uantia in potu exhibueris, ſi vehementes inſtent dolo-
res.Et ſanè quidam iam papaueris ſuccum erui magnitu-
dine cum croco & myrrha lacte diſſolutis in podicem
indiderunt,aut cerato ex adipe anſerino apparato permi-
xtum & lana exceptum eodem modo intruſerunt,ſcimúſ
E que eos non vulgarem commoditatem inde conſequu-
tos.Aſſumantur etiam quæ per os exhibentur, ſi quidem
vrgeat vrinæ emittendæ difficultas: veluti eſt papaueris
albi toſti ſemen, quod drachmæ pondere tritum in tres
cyathos decocti floris iunci odorati, aut calami Indici,
aut radicis dulcis inſpergitur & exhibetur: his fortiora
ſunt,meon,phu,acorum,daucus. Plurimùm autem exul-
cerationis dolorem mitigat hoc: Semen cucumeris gra-
norum triginta,nuces pineas duodecim,amygdalas ama
ras decorticatas quinque,croci quantum ad colorandum
F ſatis eſt,quotidie ieiunus accipiat cum lacte recèns mul-
cto,aut paſſo protropo,aut vino,aut ſapa.quòd ſi lenius red
dere velis,pro nucibuspineis maluæ ſemen pari modo re
ctè conieceris. minore item moleſtia ab ægro procedet
vrina ſi tragacantha prædictis commiſceatur. Probè
autem exulcerationem iuuant verbenacæ rectæ folia
cum paſſo potata, in duobus cyathis diſſoluta, quò fa-
cilè potu accipi poſſint. Ad vrinæ difficultatem qui-
dem & ad ipſam exulcerationem pariter conueniunt,
papaueris albi ſemen, amylum, myrti baccæ nigræ, ſin-
G gulorum drachmæ quatuor, croci oui aſſati dimidium:
vnito & drachm.I.ex paſſo dato. Quòd ſi multum pus
efferatur, ferulæ vſtæ drachm.I. ex paſſo diluto exhibi-
ta, ipſum repurgat. Deinde autem ſingulis diebus cu-
cumeris ſemen decorticatum, & crocum, obolorum II.
pondere, & nuces pineas pityidas appellatas deſquama-
tas quinque, & aniſi obolos tres, ſimul trita cum vino
mulſo ex calida aqua temperato,exhibeto.Cyphi item &
cyphoeides ad hepatis vlcerationes præſcripta,in paucis
H adeò diebus veſicæ vlcera perſanare poſſunt. Ego autẽ,
inquit Archigenes,ad vetera vlcera hoc vſus ſum, neque
opus fuit mihi pharmaco magis variegato. Trixagi-
nis, chamæpityos,cuiuſque drachm. XXI.aſari drachm.
VII.piperis albi drach.VII.cinnamomi drach.I. quamte-
nuiſſimè terito, & vnita ſimul reponito. Ego, inquit, ex

eo cochlearia duo, cum paſſo diluto præbeo. Quum verò
morſus contingit vlceroſus, amyli cochleariis duobus, &
ſeminis cucumeris granis xv. adiectis, quod volui ſum aſ-
ſequutus. Suffecerint quidem igitur volentibus bona me-
thodo remediis vti, hæc à Rufo & Archigene præſcripta
pharmaca. Apponam tamen & alia conſimilia, itidem à
veteribus tradita. ſint autem præſcripta eorum quæ de-
ſcribentur quod ad vſum pertinet, exempla. Androma-
chi, ad vlcera renum & veſicæ. Seminis lini, ſeminis
papaueris albi, ſeminis cucumeris repurgati, tragacāthæ,
ſingulorum drach. II. amyli drach. IIII. cum aqua conteri-
to, & in paſtillos nucis Ponticæ magnitudine redigito, ex
eiſque drach. I. cum paſſo diluto dato. Aſclepiades au-
tem & Eras hoc modo apparant ad aſſiduos morſus, &
ſanguinis ex veſica eruptiones. Seminis lini torrefacti,
ſeminis cucumeris repurgati, ſeminis papaueris albi, tra-
gacāthæ, cuiuſque drach. VI. paſſi quantum ſatis eſt, appara
to, & Ponticæ nucis magnitudine cum paſſi diluti cya-
this II. præbeto. ad ſanguinis eruptiones, cum aqua da-
to. Oribaſii, ad veſicæ vlcera. Proſunt & his quidē quæ
ad renes affectos ſunt deſcripta: propriè autē in potu ac-
cepta: portulacæ ſuccus cum paſſo, graminis decoctū, lac,
vinum dulce, cupreſſi coma cum myrrha, erui magnitu-
dine. Ad veſicæ dolores: Seminis lini cochlearium I.
ex paſſo, ſeſamum, ſeminis hormini drach. I. oxyſchœni
ſemen, loti arboris bacca, ſeminis papaueris drach. I. cum
aqua mulſa, floris cotoneorum decoctum. Eiuſdem, ad
renum & veſicæ exulcerationem. Nucum pinearum he
minam Italicam, phyſſalidas numero x. nuces iuglandes
octo, (alii x. habent) croci drach. VIII. ſeminis rumicis dr.
VIII. opii drach. III. ſeminis cucumeris decorticati drach.
III. ſeminis apii drach. III. mellis cocti quantum ſatis eſt.
datur obolor .III. pondere. Aliud, Andromachi, ad veſi
cam exulceratā & vrinæ emittendæ difficultatem. Nu-
ces pineas xxx. amygdalas præmundatas vſtas VIII. carnes
palmarū xxxv. tragacanthæ drach. IIII. ſucci radicis dul-
cis drach. II. croci obol. I. myrrhæ tantundem, excipe paſ
ſo, ac vtere vt dictum eſt. Aliud, ad veſicæ vlcera & in-
flammationes. Nuces pineas xx. ſeminis cucumeris gra-
na xx. amyli obolos III. ſpicæ nardi drach. I. ſeminis apii
drach. II. Spica & apium in ſextario aquæ vno coquuntur:
deinde ad decoctum prædicta miſcentur. dantur cyathi
II. ad vehementes morſus, calefacti. Aliud. Amyli dr.
octo, baccarum myrti nigrarum maturarum carunculæ
drachmas VIII. ſeminis papaueris drach. XVI. paſſi protro-
pi quantū ſatis eſt, apparato, & nucis Ponticæ magnitudi-
ne ex paſſo dato. Paſtillus ex phyſſalidibus, vt tradit E-
ras. valet ad renum & veſicæ affectiones, etiamſi pus aut
ſanguis, aut corpuſcula mucoſa, aut fibris ſimilia, aut
craſſa, per vrinam exeant. Facit & ad ſcabioſas affectio-
nes, & ſtillicidium vrinæ, & vlcerationes ægrè cicatri-
cem recipientes. idem & bibitur & in veſicam iniicitur.

Granorum herbæ phyſſalidis numero xxv. ſunt autem
halicacabo ſimilia, paulo tamen maiora: amygdalarum
thaſiarum decorticatarum, croci, nucum pinearum to-
ſtarum, ſeminis rumicis hortenſis deſquamati, ſingulorū
drach. III. ſeminis cicutæ, opii, ſeminis fœniculi, cuiuſque
drach. III. ſeminis hyoſcyami albi, ſeminis apii cuiuſque
dr. ſex, ſeminis cucumeris ſatiui deſquamati drach. XII.
Excipe paſſo, drach. I. præbe febre carentibus, cum paſſi
diluti cyathis III. febricitantibus, cum aqua. cæterùm ſi
vehementes fuerint dolores, etiam ante ſomnum præbe.
per catheterem item iniice. Vtere autem vt efficaciſſi-
mo. quidam etiam nucis Ponticæ toſtæ drach. III. addunt.

Aliud ad omnem renum & veſicæ exulcerationem, o-
mnémque emittendi vrinam difficultatem, & calculi affe
ctionem. Portulacam exuccato, ſuccúmque reſiccato,
& in paſtillos redigito, drachmámque vnam cum aqua
calida potandam præbeto. Paſtillus ex tragematis ſiue
bellariis, ad renū & veſicæ exulcerationes. Vuarū paſſa
rū albarū mundatarum beſſem, nucum pinearum ſextan-
tem, ſeminis cucumeris decorticati, baccarum myrti ex-
acinatarum, amygdalarum amararum delibratarum aut
dulciū, amyli, palmarum pinguium, ſeminis apii, ſingul.
ſextantem, ſeminis papaueris albi drach. IIII. tragacāthæ,

A croci, radicis dulcis, cuiuſque drach. IIII. myrrhæ drach.
II. redige in paſtillos cum Cretico paſſo. Exhibe drachm.
I. cum paſſi cyathis II. Aliud, experimento conſtans, O-
lympii ſophiſtæ, ad exulceratam veſicam. Rhei Pontici
drach. IIII. ſeminis cucumeris decorticati drach. III. ſemi-
nis hyoſcyami drach. II. ſeminis maluæ drach. V. nucū pi-
nearum toſtarū drach. VI. ſeminis apii drach. I. amygda-
las amaras delibratas LXX. cum ſapa ſubige, & Ponticæ
nucis magnitudine præbe, cum paſſi diluti cyathis tri-
bus. Aſclepiadæ pharmacum accommodatum, ex cu-
B ius vſu multos renum affectione apprehenſos intotum li-
beratos ſcimus. oportet autem ad multos dies pharmaco
hoc vti. Sanat etiam veſicæ affectiones: datur & calculoſis.
remedio eſt & colicis. Habet autem hoc modo. Nucum
Pōticarum repurgatarum, amygdalarum amararum mū-
datarum, ſeminis cucumeris depurati, ſeminis caroi, ſing.
drach. III. ſeminis papaueris albi, aut ſi nō adſit, cicutæ dr.
VI. croci, ſeminis maluæ, opii, cuiuſq; dr. VI. ſeminis hyoſ-
cyami albi drach. XII. ſeminis apii drach. XII. excipe mel-
le cocto, & informa paſtillos, datóque obol. III. cum aquæ
C mulſæ cyathis tribus. Aliud, ad exulcerationes renum
& veſicæ. Damaſonii drach. II. palmarum drach. x. nu-
cum pinearum drach. VIII. ſeminis cucumeris drach. IIII.
aniſi drach. II. amygdalarum amararum drachm. II. croci
drach. I. dato obolos VII. ieiunis cum paſſo diluto. quòd ſi
damaſonium non adſit, eryngium conieci. Vtere etiam
Xenophili antidoto ad calculoſos, capite XIII. præſcripto,
& ſimilibus quæ ad exulceratā veſicam itémque renes va
lent, vnà cum hoc quòd arenulæ minguntur.

D

Diæta ex libris Archigenis, Cap. XXX.

VItet æger omnem delaſſationem, & longiorem ac ef
feruentem geſtationem, maximè verò quæ fit in e-
quo, vigiliáſque & omnē vehemētē concitationē: & è cō-
uerſo perpetuum otium, & balneorum aſſiduitatem. am-
plius autem & cruditates, & ſuprà quàm conuenit reple-
tiones, & nequid crudum in cibo accipiat, & neque quod
ægrè concoquitur, aut facilè corrumpitur, aut inflationes
parit, ſumat: maximè tamen vitet quæ facilè aceſcunt, &
quæ craſſi humoris ſunt, quæ vrinam cient, quæ ægrè ſe-
E cernuntur, quæ difficulter infernè excernuntur, & quæ
amplius ventrem perturbant. item omnia acria & feruē-
tia, & quæ accepta amplius adſtringunt, & magis reſiccāt,
& non nutriunt: & quæ ſtomacho inimica ſunt, & quæcū-
que bilem, aut pituitam præcipuè, gignere poſſunt. quare
& multus potus, & meracior potus, ac ieiunus potus, o-
mnes incommodi exiſtunt, & vice verſa longa ſitis, & ine
dia, & eduliorum varietates, & ſuperflua condimenta: o-
mne item nidoroſum & graueolens & putridum & cru-
dum, præſertim olus, incommodum. Hæc enim omnia tū
F renum tum veſicæ vlceribus inimica ſunt. atqui ſiquando
appetitui gratificari velimus, lactucæ cauliculos, aut ſerin,
cruda & cocta, minore offenſione ſumere poſſunt. A pla-
centis verò & aliis pinguibus abſtinere oportet, & à pleriſ
q; bellariis. vua paſſa enim non incōmoda eſt, & nuces
pineæ recētes duabus aquis maceratæ, & amygdalæ viri-
des quidē, maturæ tamē & probè mūdatæ, ſiccæ verò nō
vetuſtæ, ſed præmaceratæ & decorticatæ. licet & piſta-
cium ſumere, melius quidem viride, aut ſi id non adſit,
madefactum: minimè verò vetuſtum. Thebaica autem
G palma caryotus qui os non habet, ſiue id à natura, ſiue ar-
te ei contigit, acerbior eſt, & ſtomachi & renum & veſicæ
debilitati conuenit. Cæterùm genera quidem reliquorū
tandem deſcribantur: ſpeciatim autem panis ſit recens
clibanites decenter apparatus. Ex volucribus, montanæ &
teneram carnem habentes & non antiquæ. Ex pedeſtri-
b⁹, cōueniētiores ſunt hœdorū extremitates. Ex aquatili-
bus, ad renū & veſicæ vlcera magis cōgruūt, apua marina
minima aſſiduè comeſta. nō inepti ſunt etiam aſelli par-
ui, & qui gobii appellantur: extergunt item vlcera, gam-
H marus, locuſta, & aliquantulùm etiam ſquilla. cancer au-
tem fluuialis, velut remedium præbeatur, & echinus recēs
familiariter permittatur: ex conchis verò & peloridibus
parum quiddam varietatis gratia detur. Pro liquamine
autem, intinctus ac voluptatis gratia, acetum modicum,

& quamminimum gari albi & boni concedendum. Parcè autem vtendum eſt pipere & laſeris ſucco, naſturtióque & ſinapi. ab eruca verò intotum abſtinendum. nam & venerē excitat. coitus autē omnibus renū & veſicæ affectionibus infenſiſſimus eſt, & maximè ſenibus ac natura imbecillioribus. Omnia porrò quæ in cibo ſumūtur, mediocris multitudinis ſint, etiamſi vtilia eſſe ferantur. Aqua pluuia non corrupta omnino melior eſt: ex aliis verò quæ nullam omnino guſtanti qualitatem exhibet, exquiratur. A frigidæ potu intotum abſtinendum. frigidum enim vlceribus inimicum. Balnei verò rarus ſit vſus. quò verò aliquando appetentiæ gratificemur, & laſſitudinem refoueamus, permittatur. Cæterùm naturales aquas experiri nō inutile fuerit: aluminoſas videlicet, ſulphuruleutas & conſimiles, quales ſunt albulæ, & lactei temperamēti atque teporis. Frigida etiam lauare ac irritare, commodiſſimum eſt: ſupra naturam enim vlcerationes ægrè ſanabiles, tum externas tum internas, deſtruit. De albularum aquarum potu. Conferent itaque aquæ albulæ, ſi adſint, & conſimiles poſt matutinam deambulationem, trium heminarum menſura prima die potatæ: deinde vſque ad quinque & ſex heminas perueniendum. Ad hoc enim quòd inteſtinum eluunt, aer etiam ipſarum fuliginoſus, veſicam ad doloris ſenſum percipiendum hebetat, & humoribus ſegregatis, puriorem ac lucidiorem ſanguinis vaporem reddit. quin & ipſæ aquæ vlcera vtiliter repurgant, & cum voluptate infrà ſubeunt, atque adeo nihil ægro ſanando efficacius deprehēdere poſſis. hora autem calidior ad eas accipiendas apta eſt. Quòd ſi non adſit huiuſmodi aquarum qualitas, adſint autem aliæ nullam guſtui qualitatem exhibentes, ſed latè ſe ad guſtum diffundentes, hæ ipſæ reliquis meliores ſunt cenſendæ, & proximo ab eis loco bituminoſæ. Nitroſarum etiā, ſi adſint, & ſalſarum experimentum ſumere prodeſt: maiorem enim quàm credi poteſt, ſæpe ex his ſuccedentem vidi effectum. Intercapedine autem & diſtantia à balneo facta, aridarum rerum comeſtio primùm vtilis eſt, niſi ſitis ſimul adſit: tunc enim aqua calida modica ſitis extinguenda eſt, aut aliquo vino dulciore. adſit autem & œnanthites & myrtites vinum: nā ea poſt balnea & exercitia vtiliter ad vlcera delabuntur.

De veſicæ fluxione, & iis quæ capillorum forma exeunt cum vrina, Archigenis, Cap. XXXI.

FIT aliquando & fluxio circa veſicam, vt aliquando quidem mucoſa, & foliis ac lamis ſimilia, itémque craſſa excernantur, & aut crebrò aut poſt temporis morā lotia reddantur: aliquādo autem aquoſa & tenuia. Nouimus autem quoſdam etiam pilos per lotium eieciſſe, mo do inuicem perplexos, modò ſimplices, & aliquando valdè longos, aliquando breues, atque eos omnes à fluxione productos. hæc ſanè Archigenes. Galenus autem de hoc ita inquit, Capillis ſimilia etiam Hippocrates cum vrina prodiiſſe vidit, & nos ſanè vidimus quandoque palmi lōgitudine, quandoque etiam longiora aut breuiora. ex colore autem & compage, perſuaſus ſum ex craſſo & viſcoſo humore calfacto & reſiccato in venis eos coactos eſſe: quare quumprimùm vidiſſem, per vrinam cientia pharmaca medelam futuram ſperaui, atque ita ferè omnibus contigit. Cæterùm quibus hæc affectio accidit, nulla renalis mali acceſſione, neque antea neque poſtea ſunt vexati, poſtquam videlicet per vrinam ducentia pharmaca ſunt curati. Archigenes autem, Ad hæc, inquit, fluxiones ex locis remouere oportet, vniuerſíque corporis habitum, maximè verò circa renes & veſicam locos vendicare atque corroborare.

De priapiſmo & ſatyriaſi, Galeni, Cap. XXXII.

PRiapiſmus, tentigo eſt membri pudendi, & auctio in longum & ſpiſſum citra rei venereæ appetentiam, ex caliditate quadam acquiſititia cum inflammatione quadam & dolore locorum conſiſtens. Appellationem autē accepit priapiſmus à Priapo videlicet Satyro: tale enim à natura habentem pudendum homines fingunt & pingunt. Fit autem affectio aut ob dilatata venarum ac arteriarum in pudendo ora, aut flatu vaporoſo iuxta antroſum neruū, ipſum inquam pudendum, oborto. Mihi autē,

A inquit Galenus, propter vtrunque fieri videtur, ſæpius tamen ad dilatata venarum ora conſequi. Aliquando autē propter abſtinentiam à rebus venereis, quidam hac affectione apprehenduntur, atque hoc ipſum eis qui multo ſemine abundant, ſimúlque præter cōſuetudinem ſe abſtinent, euenit, quum non per frequens & multum exercitium, ſanguinis abundantiam diſcuſſerint. maximè verò hoc illis contingit qui rebus quidem venereis opus habent, in imaginationem autem ipſarum perueniunt per viſiones, quæ ipſos in rerum venerearum recordationem B impellere poſſunt. Cæterùm dolores eis contingunt quales tetanici habent, & ii qui reliquis membris diſtenduntur: inflatum enim & diſtentum pudendum, conuulſionis modo afficitur, & ex præcipiti hoc modo affecti pereunt, niſi confeſtim eis auxilium feratur. quum verò moriuntur, ventre inflātur & frigidū exudant. id quod & eis euenit qui aliis conuulſionis modis perimuntur. Propter dolores igitur & inflāmationes, venā ſecare ſtatim à principio cōuenit ab affectione prehenſis, & in inedia adſeruare vſque ad dies tres, irrigaréque pectinē & coxendices C vnà cū pudēdo, ex lanis ſuccidis vino & oleo imbutis: ſiti item premere, & aluum obturatam euacuare non acri nimium clyſteri, ne inflammationes exacerbentur. cibum autem exhibere frumentaceum paucum atque omnino nihil inflantem, & in aquæ potu continere. Quòd ſi diutius duret affectio, etiam cucurbitæ cum ſcarificatione affigendæ ſunt: & ſi amplius ſanguinis multitudo adiacere videatur, hirudines adhibendæ in ipſum locum: cataplaſmata verò imponēda ſunt ex cruda ordeacea farina. Optimum etiam fuerit aluum ſubmollire per betæ & maluæ D decoctum, pauco mercurialis ſucco admixto. Concharum item decoctum in potu exhibendum. ab efficacioribus autem purgantibus pharmacis intotum abſtinendum. Cauenda etiam quæ vrinæ ciendæ facultatem habent: vtendum autem cibis frumentacei generis qui leniter attenuare valent, citra manifeſtam calefactionem. Lumbis verò quæ euidenter refrigerant imponenda, velut eſt ſolanū, portulaca, hyoſcyamus & ſemperuiuū. Neceſſariò etiam coles & intercapedo inter anum & pudendum, ex aliquo leniter refrigerante illinitur, velut eſt ar- E genti ſpuma, cimolia & ceruſſa, ſi aceto aut poſca aut aqua ſint diluta. Optimè autem facit in ipſis ceratum ex roſaceo optimo apparatum, & frigida aqua ſæpe elutum, ſi tū pudendis tum lumbis imponatur. Porrò in latus decumbere ipſos, ex re eſt, & ſubſternere ea quæ ad ſeminis profluuium dicentur: in potu amplius præbere quæ ad illos deſcribentur. A ſpectaculis verò & narrationibus ac commemoratione eorum quæ ad venerem excitare queant, penitus ſunt arcendi.

De ſeminis profluuio, Galeni, Cap. XXXIII.

F PRofluuium ſeminis excretio eſt eius præter voluntatem, citra pudendi tentiginem. nomen autem habet ex eo quòd inuitis profluit ſemen. Fit autem affectio ipſa ob retentiuæ in vaſis ſeminariis facultatis imbecillitatē. Quemadmodum enim in iis qui ſecundum naturam integris viribus præſtant, ea quæ in nutrimentum cedunt retinentur, & excrementa excernuntur: ſic in iis qui præter naturam habent, recrementa aliquando ob expulſiuæ facultatis infirmitatem retinentur, & ob retentiuæ debilitatem excernuntur, aut etiam ob aliquam aliam affe- G ctionem quæ ſeminariorum vaſorum partes eodem modo quo expulſiua ſecūdum naturam facultas, mouet: veluti in comitialibus & aliis violentioribus conuulſionibus contingit, aliquando etiam in iis qui ex conuulſione moriuntur, vt videlicet ſemen eis excernatur. Profluuium igitur ſeminis, vaſorum ſeminariorū affectio eſt, non pudendi, quæ dolorem quidem non ita valde inferre ſolet, moleſtiam autem non vulgarem & pollutionem exhibet, ob aſſiduum & inuitis contingentem ſeminis flu- H xum. Oboritur autem aliquando etiam ex ſeminariorum vaſorum fluxione: quandoque etiam ſatyriaſi præcedente, profluuium ſeminis ſuccedit. contingit autem affectio maximè pubertatem tranſgreſſis citra decimumquartū annum: imò aliis item ætatibus. Eſt autem ſemen quod profluit, aquoſum, tenue, citra appetentiam coeundi, &

vtplurimùm quidẽ citra ſenſum,quãdoque verò cum voluptate quadam promanans.Corrumpitur affectis ſenſim vniuerſum corpus ac gracileſcit, præſertim circa lũbos. Conſequitur &debilitas multa,non ob multitudinem ſeminis profluentis ſed ob locorum proprietatem.Non ſolùm autem viris ſed & mulierculis hoc accidit: & in fœminis ſanè ægrè tollitur.Cæterùm cura,communis eſt cũ ea quæ in omni fluxione adhibetur. Primùm igitur in quiete,& pauco cibo,ac aquæ potu affectosaſſeruare oportet:deinde etiã lũbos & pubẽ cõtegere lanis vino & roſaceo,aut œnanthino, aut melino madefactis. neque verò ineptæ ſunt ſpongiæ poſca imbutæ.Sequentibus verò diebus cataplaſmatis ex palmis, malis,acacia, hypociſthide, œnanthe, rhoe rubro, & ſimilibus. Inſeſſibus item adſtringentibus vtendum eſt,ex lentiſci,rubi,myrti,& ſimilium,in vino auſtero ſiue mero ſiue diluto decocto.Cibis autem vtendum qui ægrè corrũpũtur,& difficulter permutantur,& reſiccandi vim habent.Dandum etiam cum potu ac cibis,viticis ac cannabis ſemẽ,præſertim toſtum. rutæ item ſemen ac folia,lactucæ ſem en & cauliculi, ac nymphææ radix.In potu verò quotidie pro communi aqua, aqua in qua ferrum ſæpe extinctum eſt præbeatur. Quidam verò corticẽ radicis halicacabi ex aqua eis bibendum præbuerũt. neque ineptum fuerit huius aliquãdo periculum facere. Antidotus etiam hæc magnæ celebritatis,tum ad hoc modo ſemen profundentes, tum ad aſſidua in ſomnis profluuia cõmodè exhibetur. Seminis ſalicis drach.VII.calaminthæ drachm. VI. ſeminis viticis albæ drach.V.rutæ drachm.IIII. ſeminis cicutæ drach. II. cum aqua in paſtillos digerito, & ex eis ad Ponticæ nucis magnitudinẽ cum poſcæ cyathis tribus præbeto. Omnẽ verò acrium rerum eſum,& multi vini potum, & olerum exhibitionem vitare oportet:diætam verò vniuerſam reſiccatoriam & adſtringentem conſtituere. Poſt prima autem mox tempora, ad vnctiones & exercitatricem diætam tranſeundum,per quam totum corpus,& præſertim affecta,ad ſanitatem perducantur.& plurimo quidem tẽpore circa vnctiones immorandum: paucies verò lauandum, ſi aut laſſitudini aut cruditati mederi velimus. Bonum fuerit etiam(ſi nihil prohibuerit)ad frigidæ lauationem defugere,quæ omnem morbum ex fluxione obortum depellere conſueuit:maximè ſi medicamentaria qualitate aqua prædita ſit, velut ſunt in albulis aquæ, quæ etiam in potu acceptæ eis ſummè proſunt. ſunt autem ſapore ſubſalſo,& tactu lactei teporis. Conuenit item per interualla quædam, illitionibus & epithematis & malagmatis vti, quæ rubefacere & emollire poſſint, atque ea quæ in profundo hærent ad ſuperficiem tranſferre.Decubitus porrò frequenter in latus fiat,calaminthæ foliis, & rutæ ac viticis ſubſtratis.Epithema autem in eis vſuuenit hocce. Capillum Veneris multum contundito & terito cum aceto,aut apii ſucco,aut ſeridis,aut pſyllii, eóque cochlearum carnes coctas excipito, & ſimul in linteolum infarta coxendicibus imponito. Vtendum verò & præſcripto ad priapiſmum cerato,& iis quæ paulo mox ad ſeminis in ſomno profluuia dicentur. Omnem autem de rebus venereis cogitationem excludere oportet.

De ſeminis in ſomnis profluuio, Philagrii, Cap. XXXIIII.

SEmen in ſomnis profundere dicuntur,quicunque dũ dormiunt, naturæ genitale ſemen emittunt: quod ipſum eis vtplurimùm ob vitiati humoris materiam, aut materiæ multitudinem,aut ob partium ſeminalium robur contingit.Iam verò quidam & ob animi mœſtitiam aut inediam,per ſomnos præter conſuetudinem ſemen excreuerunt:atque id materiæ acrimonia irritati,non ob partium ſeminalium robur,pertulerũt.Huiuſmodi ſanè, qui videlicet animo mœſti fuerunt aut inediam diutius pertulerunt,intotum ferè nulla imaginatione præcedente,citra ſenſum etiam in ſomnis profluit ſemen: reliquis autem non ſolùm cum pudendi intenſione, ſed etiam cũ quadam propoſita imaginatione quæ in ſomnis occurrit, inordinatè ſemen profunditur. Cæterùm peſſimus corporis habitus hic eſt, quum ſemen multum & calidum aliqui generãt,quod eos ad excretionem vrget,atque poſtquam per coitum eiecerint,exolutionem oris ventris patiuntur,& toto corpore exoluũtur,debiléſque fiunt & ſicci,& tenues,& pallidi.oculos etiam cauos habent hoc modo affecti. Quòd ſi à coitu venereo abſtineant,propterea quòd ita afficiantur,capite diſcruciantur: itémque ſtomacho,& æſtu faſtidióque anguntur,nihilque magnopere ex continentia iuuantur: contingit eis per ſomnum ſemen profundentibus conſimilia perpeti offendicula,qualia coeundo perpeſſi fuiſſent. Quidam verò ipſorum mordax & calidum ſemen percipiunt in excernendo, veluti ipſi confitentur.His igitur,inquit Galenus,conſulere oportet, quò à cibis ſemen gignentibus abſtineant: accipiant autem non ſolùm cibos,ſed & pharmaca quæ ſemen extinguant,veluti eſt viticis ſemen toſtum & perfrictum:folia item & flores venerem cohibere creduntur, non comeſta tantùm ſed & in potu ſumpta & ſubſtrata. Lentium verò decoctum etiam membri tentiginem remittere ac ſedare aiunt. Portulaca comeſta, & lactucæ ſemen potatum, & nymphææ radix & ſemen in cibo accepta, ſemen refrigerando extinguunt. Ruta verò comeſta calore ſuo ſemen coagulat & corrumpit. Calaminthen autem aſſiduè edentes, generandi potentia priuari dicuntur. id quod ſimiliter &violæ albæ ſemen, & hederæ cacumina nigra tria faciunt. Cæterùm aqua fabrorum ferrariorum in qua ferrum ſæpe extinctum eſt, aſſiduè potata, citra moleſtiam imminuit ſemen. Horum autem omnium ſylua vniuerſa,in ſecũdo huius tractationis præſcripta eſt ſermone. Compoſitis porrò ad ipſos vtor, tum iis quæ ad ſeminis profluuium ſunt præſcripta, tum hoc ipſo. Ammii grana VI.fœniculi tantundem,foliorũ rutæ parum quiddam cũ caricis pinguibus tribus, per menſem ſemel edito,aut quotieſcunque velis. Atqui aſſiduum eorum quæ vehementer refrigerant vſum, tum in iis quæ per os exhibentur tum in eis quæ forinſecus apponuntur,vitare oportet: veluti ſunt ea quæ ex papauere & mandragora apparantur vnguenta. Illitiones autem à balneo adhibeantur ex mediocriter refrigerantibus. ſũt autem hæc,oleum ex crudis oliuis expreſſum quod omphacinum appellatur:roſaceum,maximè quod ex omphacino eſt apparatum,& melinum. Componenda autẽ ſunt aliquando vnguenta compage craſſiora, ne videlicet facilè defluant.Compoſitio verò ipſorum eſt ex cera,& ſucco aliquo adſtringente aut refrigerante commiſſis hoc modo:Ceræ partem vnam cum quadruplici oleo liquefacito,deinde in mortario cum manibus ſufficienter emollito, & paulatim ex ſucco refrigerãte quantũ expedit inſtillato,vnito,ac vtitor.Succi verò ad hãc rẽ apti ſunt,ſuccus ſemperuiui,ſolani,vmbilici Veneris,pſyllii,& ſanguinariæ, tribuli, perdicii, nymphææ & portulacæ:verùm hæc ſuccum non emittit, niſi ad eam contuſam in pila, aliquis alius tenuis ſuccus affundatur,vuæ præſertim immaturæ & roſarum, qui ſanè in æſtate facilè parabiles ſunt: alii verò multi etiam aliis temporibus haberi poſſunt,veluti lactucæ, ſeridis, ſtratiotæque & lentium quæ in aquis naſcuntur. ſemen lini etiam in aqua coctum, ſuccum moderatè refrigerantem reddit: rhamni item foliorum ſuccus, & quæ his ſimiles exiſtunt. Optimum etiam cenſetur laminam plumbeam lumbis ſupponere, tum eorum qui in ſomno,tum qui aliâs ſemen profundunt:multùm enim refrigerare conſueuit.In iis verò qui plumbi duritiem ferre non poſſunt,conſulere oportet vt ex prædictis herbis quædam arefactæ ſubſternantur:quibus etiam viticis folia & modica ruta ac calaminthe commiſceantur,maximè verò ipſæ roſæ. proſunt enim hæc citra renum læſionem. Vehementes nanque refrigerationes eorum quæ in lumbis ſubduntur, renes iniuria afficiunt. Ipſum etiam ſtratum, pelliceum ſit & non valde molle.Decubitus porrò vtplurimùm in latus fiat,vitata forma decubitus ſupina,ne lumborum arteriæ inde ſupercalfiant.Atque hæc quidem communis eſt omnium quibus ſemen in ſomnis profluit,cura. Cæterùm eos qui prædictum vitioſum corporis habitum & conſtitutionẽ habent,de illis dico,quibus ex coitus vſu ſtomachus iniuria afficitur: illos, inquam, obſeruare oportet quando maximè ſeminis multitudo quæ excretionem expe-

tat, cōgregata appareat:& tunc ſanè in die quadā moderato ac boni ſucci cibo vſi,à cœna quum ad ſomnū vertūtur,coitu vtantur:ſequenti verò die quum ſufficiēter dormierint,& à ſomno ſurrexerint,linteolo corpus perfricēt, donec cutis quendam attrahat ruborem : deindéque olei confricatione & intritu moderatè vtantur , & aliquantulo temporis ſpatio interiecto,panem bene fermentatum, clibanitem , purum , modicum,ex vino diluto accipiant, atque hoc modo ad conſueta munia obeunda perueniant.Eo verò tempore quod inter olei intritum & panis exhibitionem intercedit , ſi locus adſit, in vicinia aptus, in eo pauliſper deambulent:ſi verò hyemis tempus inſtet,melius fuerit tandiu intus deambulare . Abſtineant autem à ſpectaculis & lectionibus quæ venereæ rei vſum in memoriam reuocare poſſunt. Et quotidie ſanè hoc modo affecti exerceantur his exercitiorum generibus quæ per ſupernas partes fiūt.At verò corroborationem ſtomachi ex eſu panis communem deſignamus in omni homine cui bilis efferueſcit,& qui ſtomachum exolutum habet.Quare & hi circa horam tertiam diei modicum panem ex vino cum calida aqua diluto madefactum accipiant,atque ita ad conſuetas operas prodeant.

De iis qui re venerea vti non poſſunt, Cap.xxxv.

QVI re venerea vti cupiunt,ignaua autem & impotētia mēbra habent,infernas corporis partes exerceāt, inguináque & femora his confricent , pipere videlicet, nitro & euphorbio cū oleo, vnguentiſque ex huiuſmodi rerum admixtione apparatis:exempla autem componēdi paulo pòſt dicemus .Dormiant in mollibus lectis, legántque quæ ad coitū cohortantur,lectionibus itē ac ſpectaculis eiuſmodi aſſideant. Cæterùm edulia & pharmaca ipſis conueniunt calefacientia & inflantia, veluti ſunt, cicer, fabæ, alica, porri, bulbi, paſtinacæ radix & ſemen moderatè,nuces pineæ,ari radix cocta,colocaſii radix cocta, itémque dracunculi,vrticæ ſemen, rapi ſemen, erucæ tum folia tum ſemen , maximè agreſtis : coſtus & piper cum vino mulſo,ſatyrium, ſeſamum, horminum, amygdalæ moderatè,aniſum polypodes & concharum genera omnia:perdicis itē oua ad coitum excitant , & teſticulus galli.Seminis verò multitudinem augent omnia bono ſucco prædita:teſtes vulpis ſicci triti cochlearii menſura potati innocuam & minimè vanam membri tentiginem faciunt: partes etiam renes ſcinci amplectentes ad tentiginem pudendorum excitandam bibuntur. Orchis, herba eſt quæ teſticuli appellationem habet, eius maior bulbus cum lacte potatus tentiginem ciet : minor verò cum aqua potatus tentiginem remittit. Cōpoſitum tentiginem ciens, & faciens ad languorem membrorum, ac reſolutionem. Sinapis,radicis panacis,ſeminis erucæ,cuiuſque drach.viii. ſeminis cardamomi drach.iiii.piperis grana xx. redigito in paſtillos cum erucæ ſucco, & dato drach.i.ieiunis cum vino veteri adſtringente. Aliud. Seminis hederæ nigræ, floris chamæmeli , ſeminis oxyſchœni,cuiuſque drach.iiii.ſeminis erucæ,piperis albi,ſinapis,cuiuſque drach.i. pyrethri drach.iiii.excipe melle, & ad ſtrigmentorum ſpiſſitudinem redige, præbe à balneo nucis Ponticæ magnitudine. Aliud. Pudendum cerui aridum vrito,& drach.i. cum vino meraciore præbe.experimento conſtat. Aliud,quo & ego vtor. Seminis hormini, ſeſami,piperis, ſeminis erucæ, ſinapis, nucū pinearum,caudæ ſcinci,ſatyrii, floris iunci odorati, ſtyracis,ſeminis porri,vuæ paſſæ, ſingulorum æquales partes, mellis quantum ſatis eſt:præbe drach.i. Aliud,quo etiam ipſe vtor. Salis communis torrefacti ſeſquiſextarium Italicum,hoc eſt vnc.xxxvi. ſeminis hormini ſcrupulos duodecim,ſpicæ nardi vnc.i. ſalis ſcinci vnciam vnam,caudæ ſcinci dr.iiii.ammii ſcrupulos duodecim, ſatyrii ſextantem, piperis vnc.i. ſeminis cardamomi vnc.i. ſeminis fœniculi vnc.i.myrrhæ vnc. i. ſeminis erucæ dr. vi.ſeminis verbenacæ ſupinæ aridi drach.tres,ſeminis ſāguinariæ ſicci drach.ii.nucum pinearum vnciam vnam, phyſſalidum drach.iiii. ſeminis hyperici drach.iiii.cōtūdito cribrato,& ad veſperam cochlearium quomodocun

A que velis exhibeto . Aliud vehementer efficax. Myrrhæ,piperis,ſpicæ nardi,tragacāthæ cuiuſque,dr.i. thuris ſeſquidrachmam, croci drach.i. ſtyracis, galbani, dauci, ſeminis hormini,cuiuſq; drach.ii.canchryos,ſeminis fœniculi,ſeminis lini,ſeminis vrticæ,ſeſelis,cumini Æthiopici,aniſi, ſeminis erucæ , cuiuſque drach. ſex, erui albi toſti drach.ſex, ſeminis apii drach.tres, ſeſami non loti drach.decem,amygdalas amaras delibratas quindecim, amygdalas dulces triginta,nuces pineas centum, bulbos crudos magnos ſex, mellis quantum ſufficit vt ad cerati B craſſitiem redigatur.præbe drach.i.ante cœnam,cum vino mulſo maximè,aut vino auſtero.Facit ad tentiginem, & ſuperabundantem rei venereæ vſum ciendum,in ſenibus præſertim & debilitatis.Facit & ad liberorū procreationem. Vnguentum efficaciſsimum. Olei vetuſtiſſimi lib.i. erucas in tithymalis repertas nonaginta ſex:erucas in æſtate dum in vigore eſt herba,áccipe, & in oleum cōiectas,ad ſolem per dies ſeptem expone, & poſtea oleo vtere:ani & pudendi intercapedine, itémque lumbis ex eo confricatis.Idem etiam pinus erucæ faciunt,& tentiC ginem vehementer cient. Oribaſii ſatyrica. Zingiberis,radicis ſatyrii ſuperioris,cuiuſque drach.octo, caudæ ſcinci,mei,aſari, petroſelini, cardamomi, ſeſelis, cuiuſque drach.quatuor,ſeminis erucæ drach.tres,cinamomi drach.tres.hormini,piperis, ſeminis vrticæ, cuiuſque drach.ii.floris iunci odorati drach.i. ſpicæ nardi drach i. ſanguinis hircini ſicci cochleariū plenum.datur drach.i. cum vino,imbecillioribus verò cum lacte. Oribaſii,ad pudendi languorem ac reſolutionem,præſertim ſenum.

Seminis erucæ drach. ii. cumini vnc. i. portulacæ D vnc.i.excipe melle,& manè ac veſperi cochlearium præbe. Porrò ad coitum concitat paſſer troglodytes appellatus,in cibo acceptus. Verùm iis qui frequentius & ſuprà quàm conuenit inde coeunt, vrinam capræ bibendā præbe. Oribaſii,tentiginem ciens. Piperis,petroſelini,nucum pinearum, ſcobis pudendi ceruini aridi, terebinthinæ,æquales omnium partes melle excipe , & cum vino bibendas præbe. Aliud,Oribaſii. Stellionem vſtum quamtenuiſſimè conterito, deinde oleum affundito,atque ex eo magnum dextri pedis digitum inungiE to,& coito:vbi verò à coitu ceſſare velis, digitum ipſum abluito. Aliud eiuſdem. Leporis coagulum,aut leonis adipem pudendo illinito: deinde tria piperis genera cum tragacāthæ ſucco teſticulis intercapedini inter anū & pudendum ac lumbis oblinito. Ex Rufi libris vnguētum efficax tentiginem ciens. Myrrhæ drach.i.ſulphuris viui drach.i.cnici interioris drach.i.pyrethri obolos duos, melanthii drach.ii.piperis grana triginta . grana cnidia depurata viginti,contundito,& cum drach.i.ſucci ſquillæ terito,ceræque vnciam vnam cū olei cicini beſſe F colliquato:mellis item quadrantem adiicito. vtitor. poſt coitum verò,cum linteolo loci diligenter extergantur. quidam verò hoc vnguento ſedem illinunt. Porrò Rufus etiam hæc addit: Facilè eſt, inquit, & hîc remediū reperire iis qui venere vti non poſſunt. Adoleſcens enim quiſpiam nos acceſſit, & ſe vehementer coitum appetere confeſſus eſt:verùm vbi commiſceretur,ſemen emittere non poſſe,ſed flatus plurimos ſibi per ſedem erūpere.In hoc itaque cōiecturam feci , vaſorum ſeminariorum ſiccitatem adeſſe : quod ipſum etiam adepta ſanitas G demonſtrauit.nam poſtquam humida & boni ſucci diæta eſſet vſus,ſemen emiſit. Alius item adoleſcēs domeſticus miniſter,confeſſus eſt ſe,quando cum muliere rem haberet,ſemen effundere non poſſe : quum verò dormiret,plurimum ei ſemen prodire. Viſum itaque mihi eſt, vaſa eius ſeminaria propter multam vnà cum frigiditate humiditatem,calfieri non poſſe:propterea quòd caliditas in coeundo ad corporis ſuperficiem diffunderetur : in ſomnis verò amplius calefieret , propterea quòd ſomni interna calefaciunt,& refrigerant exteriora . Quare hunc H ipſum infernas partes exercere iuſſi , atque id maximè per equitationem. Caſtoreum etiā bibendum præbui, & diætam omnem calidam & ſiccam conſtitui.

INDEX EORVM QVÆ IN QVARTO SERMONE Tetrabibli tertiæ Aetii habentur.

DE iſchiadicis ſiue coxendicum dolore, Cap.I.
De herba iberide, quæ & cardamine appellatur, eiúſque ſinapiſmo, Cap.I I.
De vſtione, Cap.I I I.
Cura affectionis exacerbatæ, Cap.I I I I.
Epithemata & malagmata ad iſchiadicos, Cap.V.
De podagra & arthritide ſiue articulorum morbo Cap.V I.
Cauſæ vniuerſales, Cap. V I I.
Quare in quibuſdam magnus fit morbus, in aliis verò paruus, Cap.V I I I.
Quare multo tempore aut pauco morbus duret, Cap.I X.
Quæ ſit incuruatorum articulorum cauſa, Cap.X.
Quæ cauſa generationis toforum in artubus, Cap.X I.
Quæ cauſa ſit cur inflammationes in podagricis non facilè ſuppurentur, Cap.X I I.
Quomodo ex inflammationibus & conſequētibus acceſſionibus ſiue ſymptomatis, affligens humor cognoſcatur, Cap.X I I I.
Sanguinei humoris influentis ſigna, Cap.X I I I I.
Bilioſi humoris ſigna, Cap.X V.
Pituitoſæ fluxionis ſigna, Cap.X V I.
Bilis atræ influentis ſigna, Cap.X V I I.
Seroſarum fluxionum ſigna, Cap.X V I I I.
De iis qui ex humorum complexu fluore infeſtantur, Cap.XIX.
Diæta & cura podagricos præſeruans, Cap. XX.
De olei & ſalis affrictu in podagricis, Cap.X X I.
Vniuerſalis methodus curationis podagricorum, Cap.X X I I.
Cura eorum qui ex ſanguinis copia ægrotāt, Cap.X X I I I.
Quòd eleuatas & incuruas venas, ex membris fluxione infeſtatis, velut in varicibus, auferre oporteat, Cap.X X I I I I.
De peruſtione in morbo articulari, Cap.X X V.
Cura in fluxibus ſanguineis poſt ſanguinem euacuatum, Cap.X X V I.
Cura eorum qui neque venæ ſectionem, neq; purgationem ſuſtinere poſſunt, Cap.X X V I I.
De iis qui ob bilis influxum ægrotant, Cap.X X V I I I.
Parabilia remedia ad inflammationes non valde feruentes, Cap.X X I X.
De ſtupefacientibus medicamentis Cap.X X X.
Vnguenta recalfactoria quæ poſt ſtupefactiuorum vſum adhibentur, Cap.X X X I.
Pharmaca & edulia eorum qui flauæ bilis influxu infeſtātur, Cap.X X X I I.
Cura eorum qui ob pituitæ influxum ægrotant, Cap.X X X I I I.
Cura eorum qui ex atræ bilis influxu ægrotant, Cap.X X X I I I I.
De iis qui ob tenuem & ſeroſum influxūm ægrotant, Cap.X X X V.
De fluxionum inter ſe complexu, Cap.X X X V I.
Cura affectionum ex ſanguinis & bilis complexu, Cap.X X X V I I.
Cura bilis ad pituitam permixtæ, Cap.X X X V I I I.
Cura humorum atræ bilis aliis permixtorū, Cap.X X X I X.
Cura durorum humorum qui poſt inflammationes relinquuntur, Cap.X L.
De tumorū crudorum & incoctilium cura, Cap.X L I.
Malagmata diuerſa, in quibus etiam Leucii malagma eſt, ad articulorum diſtortiones deſtinatum, Cap.X L I I.
Cerata podagrica, Cap.X L I I I.
Vnguēta & acopa diuerſa ad podagricos, articulorū dolores, iſchiadicos, membris exolutos, & trementes, Cap.X L I I I I.
Ad duritics in artubus inſtar toforum, Cap.X L V.
De medicamentis purgatiuis articulari morbo accommodatis, Cap.X L V I.
Antidoti podagricæ, Cap.X L V I I.
Qui podagrici lauandi ſint, & quomodo, Cap. X L V I I I.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICInæ, Tetrabibli, ſiue quaternionis tertii, Sermo quartus,

De iſchiadicis ſiue coxendicum dolore, déque podagra & articulari morbo quem Græci arthritidem appellant.

De Iſchiadis ſiue coxendicum dolore, Cap.I.

ARCHIGENIS. Iſchiadici, *hoc eſt ex coxēdicū dolore affecti*, propriè dicūtur quib⁹ dolor circa iuncturam quandam vertebrarū innititur. Antecedit autem & quaſi auſpicatur hoc malum, aliquādo quidem vicinorum muſculorum dolor, & maximè lūborum: aliquando verò ab ipſa iunctura initium fit affectionis. Iam verò quandoque etiam contingit vt vertebri dolore ferè ſublato, circa poplitē ſolùm afflictio hæreat: aliis autem iuxta talum: quibuſdam verò totum crus æqualiter dolore affligitur. multis item circa inguina dolor figitur, & tum ſanè veſica ipſa moleſtiam tranſſumēs vrinæ difficultatem inducit: & tunc maximè totum crus à coxendicibus vſque ad calcaneum dolorem perfert, & non ſolùm ſi ipſum crus moueatur, conuulſiones infert: verùm ſi etiam aliqua alia corporis pars agitetur. Generant autem hanc affectionem aſſiduæ cruditates, & immodicus rei venereæ vſus: aliquando etiam deambulationes concitatiores, & hæmorrhoides ſuppreſſæ, & vomēdi conſuetudo intermiſſa, & purgationes menſtruæ, aut etiam aliæ familiares excretiones impeditæ, & exercitiorum contemptus. Communis quidem igitur iſchiadicis, podagræ, & articulari morbo, exiſtit valida alicuius humoris vbertas, quæ affectum articulorum nexū occupat, quo impleto exporrecta neruoſa corpuſcula tenſione affliguntur, atque ex his oboritur dolor. Cæte-

A rùm ad affligentis humoris cognitionem, conferet diæta quæ præceſſit, & anni tempus, & aeris nos ambientis ſtatus, ætáſque & habitus, itémque color corporis: amplius autē & doloris ſpecimē, ſiue feruēs & pungēs, ſiue ſtupidū. Initiū igitur curationis fiat ab affligentis humoris euacuatione, & ſi quidē humoribus ex æquo redūdarit corpus, præ omnibus venæ ſectio aſſumatur: deinde etiam purgatio. poſtea verò ea quæ dicentur pharmaca opportunè & ordinatè adhibeantur, ita vt in manibus quidē & pedibus pharmacis fluxum repellentibus vtamur: circa coxendicū

B verò iūcturā id facere vitemus. Quum enim hic cōnexus in alto ſitus ſit, ſanguis ex vicinis & ambientibus venis ac muſculis ad ipſum impellitur: quare lenitiuis in principio opus eſt pharmacis ad coxēdicū dolorē, atq; ea neq; omnino refrigerēt, neque fortiter calfaciāt. Etenim quæ refrigerāt, ad cōnexū materias impellunt: quæ verò vehementer calfaciunt, aliā amplius materiā ex adiacentibus partibus attrahūt. A multitudine itaque ſanguinis coxēdicū dolorē obortum, venæ ſectio curat, ſi primùm cubiti

C venā ſecemus: deinde etiā eam quæ iuxta talos eſt, aut poplitem. In principio enim omniū inflammationum, diuulſoriam venæ ſectionem facere oportet, veluti ſi pes ſit inflāmatus, ex vena è directo loci affecti ſita ſanguinē extrahemus: in affectionib⁹ verò iā inueteratis, maximè quidē ex ipſis locis affectis extrahemus: aut ſi id fieri nō poſſit, ex vicinis. Poſt ſanguinis verò è cubito detractionem, à talo repetita ſectione auferre oportet: ſecāda eſt autē in-

terna vena iuxta talos ſita.viriliter enim imbecillis auxi-
liatur. Et ſcio, inquit Galenus, coxẽdicũ dolores in vna
die curatos per hãc ex cruribꝰ euacuationẽ,maximè ſi nõ
à frigiditate ſint oborti,ſed ex vaſorũ ſanguinis circa co-
xẽdicẽ repletione. In omni equidẽ coxẽdicũ affectione,
præcipuè tamen ea quæ humoribus ex æquo redundan-
tibus oboritur, ſiquis prius quàm corpus euacuet, acri-
bus pharmacis ad affectam particulam vtatur,ægerrimè
ſanabilem affectionem reddit, vtpote multitudine ibidẽ
inſolubiliter condenſata.ſupra reliqua enim inſpiſſatur
& viſcoſa redditur,& ob acrium pharmacorum calidita
tẽ & ſiccitatẽ,nõ diſſimile quippiã aſſationi perpetitur.
Ab euacuatione igitur totius corporis, vt quæ maxima
facultate ad huius affectionis curam præſtet,curandi ini
tium faciemus:& non ſolùm à cruribus, ſed & à cubito
primum ſanguinem extrahemus.Sunt & vomitus iſchia-
dicis commodi,atque adhuc amplius quàm per vẽtrem
euacuationes,nimirum retrahentes humores infrà repẽ-
tes.Eos igitur in principio affectionis facere à cibo expe
dit.inueterato verò malo,etiam à pharmacorum vomitũ
cientium acceptione, ita vt à mediocribus incipiamus.
Porrò quibus iam indiſſolubilis humorum coactio in
ipſo articulo à medicis per immodicũ acriũ pharmaco-
rũ vſum facta eſt,his cucurbita quãmaxima cũ ſcarifica-
tione locis affixa auxiliatur,& purgatio per infuſa effica
ciora. Qui igitur iam dicta præ oculis habuerint, etiam
præſcriptis à veteribus medicis pharmacis iuxta metho
dum poterunt vti.Itaque poſt venæ in cubito ſectionem
& à talo item ſanguinis detractionem,aut per purgati-
uum euacuationem,vbi videlicet aluus leniori clyſtere
iniecto excreuerit obturata,irrigare locos oportet, pri-
mùm quidem ex oleo rutaceo.poſtea verò etiam effica-
cior irrigatio adhibẽda quæ ſẽſim calfactet, & materias
ex alto ad ſuperficiem attrahere poſſit,qualis eſt quæ ex
cyprino,aceto, nitro,& canchry conſtat:ita vt octo qui-
dem cyathi olei cyprini, quatuor verò acris aceti, duo
autem nitri,& vnus canchryos coniiciantur,& donec ter
aut quater efferueant coquantur: pòſt verò,expreſſus &
in lanis ſuccidis exceptus ſuccus,ſuper affectos locos im-
ponatur:verùm quotidie renouare hanc irrigationem o-
portet,& tribus vicibus hoc fotu admoto,profectus ani
maduerſionem habeto.Multos enim,inquit Archigenes,
vidi qui nullo alio præſidio opus habuerunt.Ego verò,
inquit,poſt prædicta etiam ſimpliciorem clyſterem in-
fundo,& ſequenti die acriorem,atque haud ſcio an vllus
tam degener coxendicum dolor reperiatur, qui huic
præſidio non cedat:aut ſi aliquando ad primã adhibitio
nẽ nõ ceſſit, poſt alterũ eiꝰ vſum penitus exciſus eſt.Ap-
paratur autem acrior clyſter hoc modo: Mellis ſeſqui-
cyathum,olei tantundem,aquæ cyathos duos,nitri dra-
chmas octo,terebinthinæ drach.IIII.hæc vnita & calefa-
cta infundito,& podici fomentũ apponito, quò diutius
infuſum cõtineatur:nã ſic magis operatur: vtplurimùm
verò mucoſam humiditatẽ extrahere cõſueuit.aliquãdo
autẽ & ſanguinẽ,quando etiã maior cõmoditas reſultat.
Quòd ſi adhuc affectio ipſa perſiſtat, paucis diebꝰ inter-
poſitis(non tamen vt prioris præſidii vtilitatem demo-
liamur)rurſus clyſtere vtemur,pro ſimplici aqua, cẽtau-
reæ decocto ad prædicta affuſo, quò robuſtius pharma-
cum reddatur.Supra opinionem autem ipſis commodat
cucumeris ſylueſtris radix in tenues partes conciſa,dein-
de paululùm cocta,atque decocto eius cum ſolo melle
infuſo,citra omnem mordacitatem euacuat affligẽtem
humorem.Optimè etiam facit lupinorum amarorũ de-
coctum cum pari oleo infuſum. Sæpe enim, inquit Ar-
chigenes,hæc prædicta cura ad omnes iſchiadicos mihi
ſuffecit.Quòd ſi tamen affectio adhuc remoretur, cucur-
bita quammaxima,cum plurima flamma locis affigatur,
vulnuſculis etiam altioribus per ſcarificationem impa-
ctis.Cæterùm & reliquam curam referre operæpretium
exiſtimo, vt nota ſit ſiquando vſus eius neceſſariò expe-
tatur.In omni enim tempore plurima curationis princi-
pia cõſtituenda:hoc enim modo facilius affectio deſtrue
tur,ſi aſſiduè præſidiorum permutationes fiant. Itaque
vbi rurſus mederi cœperis, vomitibus vteris ſiue à cœna

A ſiue à raphani acceptione cõcitatis:deinde loci affecti &
totũ corpus in balneo per nitrũ extergatur: poſt balneũ
autẽ,loci ex vnguento per adarcem & euphorbiũ cõpo-
ſito illinantur. Deinde rurſus aliud medendi initium à
purgatione facies.Solitus autem fui,inquit,purgatiuum
ad iſchiadicos aſſumere huiuſmodi: Colocynthidas
quotquot velis accipito,& deraſa ac proiecta medulla,i-
pſas oleo optimo expleto,& totam noctem ſinito.dein-
de oleo per ſe effuſo,cum vacuo colocynthidis capite a-
quam vna & dimidia olei menſura commenſurato,ac in
B ollam fundito,atque cum ea ipſa communi aqua colo-
cynthidas ipſas donec flacceſcant coquito: & expreſſas
ipſas quidem abiicito,liquorem autem excolato,& affu-
ſo ad ipſum oleo feruefacito,ac panis ſiliginei cõtuſi ac
cribrati quantum ſatis erit inſpergito, manibúſque ſatis
diu emollito, ac pilulas ad nucis Ponticæ magnitudinẽ
formato,ex eiſque XXIIII.pilulas à balneo exhibeto. Si
verò fortius reddere pharmacum velis,ad hanc doſin,ve
ratri nigri corticis tenuiſſimè triti obolos tres, & ſcam-
moniæ ſcrupulũ vnũ,adiicito .Poſſum autem idem de
C hoc præſidio quod ſuprà de clyſteri dixi,referre, quòd
videlicet ſolum aliquando ſufficit etiã eam quæ per mul
tum tempus indurata eſt,coxendicum affectionem extir-
pare.licet itaque eo ſæpe vti:multitudine tamen eius im-
minuta.& ſanè moderatam eius multitudinem obſerua-
uimus numerum XVIII. pilularum.Eis verò qui pilulas
deuorare non poſſunt,colocynthidis cremorem exhibe-
to hoc modo. Colocynthidem quãmaximam perfora-
to,& eiecto ſemine,relicto autem eo quod inſtar tomen-
D ti ineſt,in totum colocynthidem ex vino dulci veteri ex-
pleto,& per totam noctem ſinito, & cum deſecto ex ea
operculo cooperito.manè verò excolatum per pannicu-
lum vinum & tepefactum, bibendum præbeto. Si verò
parua fuerit colocynthis, duas pro vna vino expleto,&
exhibeto.Quòd ſi efficaciorem reddere velis hunc cre-
morem,veratri nigri obolos tres adiicito, & ſcammo-
niæ ſeſquiobolum. Cæterùm per interualla quædã præ-
dicto clyſtere ex cucumeris videlicet ſylueſtris radice ap-
parato,etiam ad ipſos vtaris.

E De herba iberide quæ & cardamine appellatur, eiúſque ſinapiſmo, Cap. II.

QVòd ſi veſtigium quoddam affectionis relinqua-
tur,herbæ iberidis quæ & cardamine appellatur, ra
dix aſſumenda eſt:etenim odorem & ſaporem ac figurã
cardami,hoc eſt naſturtii,habet. Multa autem vbique na
ſcitur,maximè tamen circa vetera monumenta muróſ-
que & circa vias in incultis locis. folia autem habet na-
ſturtii,vere quidem virentia & naſturtio multo maiora:
lõgitudo verò caulis,cubiti parui eſt aut paulo amplior:
æſtate florem lacteum promit,& tunc ſanè efficaciſſima
F cenſetur.ſemen fert quamminimum,atque idipſum per
totum caulem enaſcitur. radix verò acerrimum habet
odorem,& maximè omnium naſturtio ſimilem. Hanc
æſtate maximè recentem effodito(arida enim vires amit
tit)& diligenter tundito: tunditur autem difficulter: &
axungia veteri modica excipito,ac iũcturæ coxæ & vni-
uerſo cruri imponito,adalligato, ac incumbere ſinito:
mulieribus quidem nõ infra duas horas, viris autem per
quatuor horarum ſpatiũ,ſi poſſibile ſit id perferre. ex-
citat tumores cum ardore & rubore, veluti ſinapiſmus
G facere ſolet. Pòſt verò in balneum inducito, nullo vn-
guento aut ſmegmate eis illito:vbi verò modicum exu-
dauerint,in ſolium ob feruorem mordacius deſidere iu-
beto,idque fortiter perferre cogito. morſum enim cum
ardore in principio inferre conſueuit: deinde educito.
ferme enim ſemper,quanuis ab aliis fuerint importati,
ſua ſponte pedibus ingredientes,exibunt. Verùm à bal-
neo ad oleum multum,paucum admodum vinum admi
ſceto,& conquaſſata illinito,ac humore cum aſpero pan
no deterſo,crus ipſum cum leuiſſimis lanis cooperito.
H Et ſanè conſueuit hoc ipſum præſidium nullo alio inde
auxilio opus habere.quòd ſi tamen aliquãdo veſtigium
affectionis relinquatur,vicenis horis ſiue diebus inter-
poſitis,rurſus eodem præſidio vtaris.Atque hic quidem
ſinapiſmi eſt modus. Cæterùm pharmacum ipſum plus

res quàm ſperare poſſis,in ſe complectitur commodita- A
tes,& cum minori acrimonia eius vſus perficitur. Hoc
autem vtendi modo etiam ad inueteratos capitis dolo-
res,omnéſque alios diuturnos dolores,quacunque tandē
corporis parte conſtiterint:ad affectiones item ægrè ſolu
biles & reſolutiones perſanandas,vti licebit. Ceratum
ad iſchiadicos, Archigenis. Porrò interiectis diebus
quibus ab exhibitione remediorum quieſcis, ceratum
locis imponatur huiuſcemodi: Opopanacis drachmas
octo in aceti cyathis duobus diſſoluito,deinde ceræ triē-
tem,cum beſſe olei cyprini liquefacito, refrigeratóque B
ac læuigato,& ad diſſolutum opopanaca conicito, vni-
to,ac vtitor.

De vſtione, Cap. III.

Veteres, inquit Archigenes,etiam vſtione in iſchia-
dicis vſi ſunt,tum per cauteres ferreos igni candefa
ctos, tum per ſtruthii & ariſtolochiæ radices coxæ iun-
ctura in altum peruſta,itémque cruri per interualla quæ
dam ,circa dolētes maximè locos,cautere admoto. Qui-
dam verò alii ad propinquæ cruri affecto manus locum
inter magnum digitum & indicem medium,circa infer C
num magni digiti ſiue pollicis articulũ,caprinum ſter-
cus feruens per forcipem imponunt, ſtercoráque variãt
ac permutant,donec ſenſus vſtionis ad locum affectum
perferatur.tunc enim ſufficientem vſtionem eſſe dicũt.
Dioſcorides autem hanc rem ita tradit:Caprinũ, inquit,
ſtercus feruefacito,& extenſo magno manus digito, ca-
uum locum circa inferni articuli eiuſdem digiti finem
notato : deinde locum ipſum ex oleo prælinito , & lana
conuoluta oleo imbuta ad cauum locum ſubſtrata , ſi-
gillatim caprinum feruefactum imponito, quouſque D
ſenſus per brachium ad affectam coxam procedat. Antyl
lus autem,Nos,inquit, etiam huiuſmodi vtendi modo
vtimur: Stercus caprinum ſiccũ feruefacimus,eóque vē-
trem magni digiti affecti pedis perurimus, paulo infra
vnguem vſque ad os ipſum vſtione penetrante.Hæc ipſa
vſtio extremas coxendicum affectiones,& quæ nulli alii
præſidio cedunt,diſſoluit.Cæterùm poſt vſtiones,porri
folia cum ſale trita,aut oliuas nigras cum ſeſamo illoto
tritas,aut nucum interiora trita,ad locum cruſtoſum im
ponito. eis verò qui molles carnes habēt,lac cum melle E
adhibeto.Tertio autem die ab vſtione,lenticulam coctã
cum melle,donec cruſtæ penitus excidant,cataplaſmatis
modo imponito: atque deinde ſuppuratorio ductu vti-
tor,vlceribus ad plures dies aſſeruatis ne cicatrix eis ob-
ducatur.Nouimus,inquit Archigenes,plurimos qui ex
prædictis vſtionibus opem ſenſerunt : verùm nobis, in-
quit,ad coxarum affectionis demolitionem prædicta re-
media ſuffecerunt,itémque malagmata quæ paulo pòſt
dicentur.appoſuimus autem De vſtione , ne videlicet e-
ius vſus ignoraretur. F

Cura affectionis exacerbatæ, Cap. IIII.

Archigenis.Tempore porrò exacerbationis,reliquæ
partes faſciis circumligandæ ſunt,& diligenti frica
tione contrectandæ:irrigationes item locos impinguã-
tes,& per vices mutatæ,ex oleo ſicyonio calido adhibeã
tur,& cũ lana conuoluta contegantur. Cataplaſmata au-
tem ex ſemine lini ac fœnigræci affectis partibus impo-
nantur:maximè verò quæ ex loliacea farina apparantur,
ac quædam calefacientia aſſumunt, & althææ radicem.
Mitigant etiam vehementes dolores,ex oleo fomen- G
ta,& ex milio fricto,itémque ſale in ſacculis calfacto.
Potiones ad iſchiadicos:Succꝰ Cyrenaicꝰ exacerbationes
diffundit,erui magnitudine potatus aut deuoratꝰ.Sũmè
facit & caſtorei drach. vna cum opopanacis obolis tri-
bus. Alia potio ad iſchiadicos: Farinæ erui,aniſi,fœni
culi,ſingulorum parem menſuram coniicito, tundito &
cribrato,obolóſque nouem in dimidia vini hemina da-
to.multa craſſa per vrinam ducit.vbi verò purum prodi-
re videris lotiũ,ne amplius præbeto. Alia. Centaureæ H
minoris ramulos contundito & cribrato,ac ieiunis co-
chlearium ex aqua calida ad horas tres aut plures dato.
Alia. Radicem rubiæ contundito & cribrato, ſimili-
térque præbeto.ſanguinem per vrinam educit:quotidie

A autem bibētem lauato. Auxiliatur item irionis ſemen
cum vino,& ſmyrnii ſemen eodem modo. Seminis na-
ſturtii drach.vnam cum vino, radicis capparis corticis
drach. vnam cum vino,radicis iridis tritæ drach.I. cum
paſſo,ruta ſylueſtris & domeſtica cum aniſi decocto,
ſymphyton in petris naſcens,cum vino mulſo decoctũ:
radicis althææ decoctum,aut centaureæ minoris,ammo
niaci thymiamatis drach.I.ex aqua mulſa:ſeminis hype-
rici drach.I.quod ipſum & ſtercora educit itémq; pitui-
tam,baccæ iuniperi ex vino,bitumen pro catapotio de-
B uoratum,carpobalſamum ex aqua mulſa.Cæterùm & po
tiones dolorem lenientes,itémque ſoporiferæ,vbi dolo-
res reſtiterint,commodè aſſumi poſſunt:maximè tamen
omnium antidotus quæ pæonia appellatur, in tertiode-
cimo Sermone deſcripta.Ego autem,inquit Archigenes,
etiam in exacerbationibus prædicto clyſtere vſus ſum,eo
videlicet qui ex terebinthina & nitro conſtat,& euiden-
tem permutationem feci. poteris autem & cucumeris ſyl
ueſtris decocto in exacerbationibꝰ vti. De reliqua diæ-
ta, Archigenis.Subiungemus autem ex ordine & paucis
C reliquam curam.Præ omnibus igitur adhortor vt con-
tentiones,& exquiſitæ negotiorum incommoditates eis
exhibeantur,non ſolùm à cibo accepto ſed etiam ſumē-
di cibi tempore,diæta vnctoria & impinguante conſtitu
ta,quò ſimiliter carnis incremento ſit conſultum. Nam
ſi hanc veluti neruorum operculum acquiſierint, tutum
ſimul ad omnē externã cauſam inuentũ habebimus,ſi-
múlque cōmodã exercitationem omni vnctoria diæta
potiorem apponemus. Vngantur autem ab expertis, &
gymnaſiis exerceantur. minimè enim moleſti labores
D fient cum perito præexercitatore: & manus ſanè exerci
tiis tritæ commodiores ſunt mollibus ad curationem.
At verò ſignificandum eſt etiam quòd iſchiadici ab aſſi
duis flexibus & deambulationibus, & moderato curſu
quamcommodiſſimè opem ferre poſſint. Præcedat ita-
que geſtatio in equo,deinde naturalium aquarum vſus,
primùm quidem calidarum,deinde etiam frigidarum.ſi
enim ad frigidæ lauationem aſſueſcant,ſola ſuffecerit ad
incolumitatem acquirendam. Cæterùm diæta,tempore
quidem exacerbationis ſorbilis ſit & modica : per inter-
E ualla verò ſolidior & reparandis viribus magis accōmo-
data,habeátque acrium eduliorum comeſtiones quaſdã
per aliquot dies adiunctas.Eorum autem ſyluam ſæpe iã
appoſuimus,vtpote quæ nihil viſcoſum,aut craſſi ſucci,
aut ægrè concoctile,aut quod difficulter digeritur, cō-
plectitur.Bonæ verò concoctioni imprimis conſulant,
non ſolùm damni quod ex cruditatibus prouenit ratio-
ne habita,ſed & incrementi carnis, qua præ omnibus i-
ſchiadici opus habent.Quin & qualitates eorum quæ æ-
grè,concoquuntur,fugiendæ,præſertim eorum quæ v-
F rinam ducunt.Aluum autem probè ſolutam habere expe
dit: premuntur enim & aggrauantur articuli vbi ipſa ſit
adſtricta.neque verò aſſiduè profluat venter, nam id im-
becilles reddit,& quod cum purgationis impetu à toto
corpore attractum eſt,idipſum vicinas partes replet.Cō-
tingit tamen etiam aliquãdo à periculoſa dyſenteria ob-
orta omnem coxarum mollitiem ac aptitudinem ad af-
fectionem corrigi & emendari. Præſtat etiam vomitus
per interualla ſiue à cibo accepto ſiue à raphanis.neque
latet nos quoſdã veratro ad iſchiadicos vſos eſſe. ſcimus
G item veratrũ efficaciter auxiliari : verùm nō ſuſpicamur
eius vſu opꝰ eſſe ad hãc affectionē vtpote quæ ab antè tra
dita cura extirpabitur. Cataplaſma iſchiadicum: Fa-
rinam lupinorum amarorum in aceto mulſo aut poſca
decoctam imponito. Aliud. Calaminthen præſertim
viridem,aut ſi haberi nequeat,cum poſca,locis imponi-
to.eſt enim præſidium præclarum. Aliud, facit ad ve-
hementes dolores: Papaueris capita in aqua mulſa de-
coquito,ipſiſque proiectis,farinã ordeaceam aquæ mul-
H ſæ incoquito ac imponito. Aliud. Capita papaueris vi-
ridia terito,& adſperſa polentæ farina in paſtillos redi-
gito, eáque in vmbra reſiccato. Vſu verò expetente,in
ſufficienti aceto diſſoluta ac calefacta imponito. A-
liud Aſclepiadæ,iſchiadicis,podagricis, & articulorum

A morbis eueſtigio auxiliatur. Fœnumgræcum in fictile vas coniectum & poſca ſufficiente affuſa, per integram noctem macerato: manè verò ad ignem appoſitum donec ſoluatur coquito: deinde in mortario tritum, & ſufficienti melle affuſo calefactum, & linteolo exceptum, ad affectos locos apponito, & faſciola adalligatum ſinito, idque per dies duos aut tres facito. Aliud. Radicis ſymphyti ſeſcuncem raſam & in tenues partes conciſam in pilam teſtaceam coniicito, & enixè terito, atque vbi contrita fuerit, mannæ quadrantem, & ouorum recentiũ crudorum candida tria vnà cum luteis adiicito, rurſum- B que enixè terito, & contritis lib. I. adipis ſuilli veteris probè ſubacti addito, vnito, ac linteolo excepta imponito. Eueſtigio dolores mitigat, & præſertim cum fluxione articulorum obortos. Aliud Aſclepiadæ: Fœnigræci mola triti, corticis radicis mandragoræ, mannæ, cuiuſque quadrantem, oua cruda recentia X. radicis maluæ lib. I. radicis ſymphyti libram vnã, carnis cochleæ terreſtris ſeſcuncem, vt prædictum eſt apparato diligenter, & ſublatum reponito. Vſus verò tempore, pharmaci partem vnam, adipis ſuilli veteris partes duas accipito. C

Epithemata & malagmata ad iſchiadicos, Cap. V.

Malagma, inquit Archigenes, quod valde multo experimento nobis conſtat, eſt ſubſcriptum. verùm cucurbitam prius ad dolentes locos affigere oportet: ipſum autem malagma aliquando inhærere conſueuit. quare expectabis eius vtilitatem: Colophoniæ librã vnam, baccarum lauri beſſem, ſeminis raphani trientem, corticis capparis libram vnam, picis aridæ libram vnã, D pyrethri libram vnam, ceræ libras duas & dimidiam, fœnigræci beſſem, iridis libram vnam, ſinapis beſſem, nitri libras duas. Nitrum cum aceti libris duabus terito: deinde reliqua arida inſpergito, ſimúlque terito, affuſiſque liquefactis, emollito, ac vtitor. Hoc quidem igitur malagma eiuſmodi eſt quod malum penitus extirpat, cutem rubefacit, & materias ex alto ad ſuperficiem educit: quo ſanè in principio nõ oportet vti. Verùm quod ſequitur, leuiſſimum eſt & multæ commoditatis, quóque citra formidinem conuenit vti: Ceræ triẽtem, ſtyracis ſeſqui- E unciam, ſatyrii ſeſquiunciam, aloe primariæ ſeſquiunciam, ammoniaci thymiamatis ſextantem, croci vnciam vnam, pyrethri vnc. I. opopanacis vnc. I. galbani vnc. I. thuris vnc. I. olei veteris lib. IIII. (aliquando autem ſextã tem ſolùm, in æſtate) apparato, & vtitor. Præter opinionem etiam facit ad iſchiadicos emplaſtrum pardalis appellatum, quod ad hydropicos inuenies deſcriptum.

Leæna emplaſtrum, malum penitus extirpans: Olei veteris libras duas, plumbaginis, ſalis communis, terebinthinæ, ſingulorum libram vnam, ſquamæ æris qua- F drantem, æruginis, herbæ lanariæ radicis, chamæleontis nigri radicis, ariſtolochiæ, ſinapis, ſingulorum ſextantẽ: aliquando etiam canchryos vnciam vnam, aut pro eo pyrethri tantundem. auxiliatur etiam capiti ad hemicraniã impoſitum. Heræ ad iſchiadicos. Hoc, inquit, vſus ſum ad Frontinum, ſtatim ab exacerbationibus impoſito: Ceræ drachmas centum, viſci drachmas ſedecim, terebinthinæ drachmas vigintiquinque, galbani, myrrhæ, iridis, cuiuſque drachmas ſex, cedriæ heminæ dimidium, olei cyprini heminæ dimidium. ceram, cedriam G cum cyprino oleo liquefacito: deinde reſinam & galbanum adiicito, & ablatis ab igne ſtatim viſcum addito, & vbi diſſolutum fuerit, irin inſpergito & vnito, & ad myrrham in mortario cum aceto tritam affundito. quidam etiam nitri drachmas duas adiecerunt. Aſclepiades autem ita inquit, Malagma quod iſchiadicis ſtatim poſt exacerbationum remiſſionem imponitur. facit ad oſſa contrita ac omnem neruorum per conſenſum affectionem, omnémque duritiem diſſoluit: facit item ad alias inflammationes, comprimit & committit malignas cica- H trices. prodeſt luxatis & colliſis, & ad omnes malignas mamillarum diſpoſitiones. eſt enim valde generoſum: Ceræ, terebinthinæ, viſci, galbani, myrrhæ, iridis ſiccæ, ſingulorum drachmas quadragintaocto, olei cyprini quantum ſufficit. Galbanum cum cera in mortario contuſum & emollitum cum cyprino liquefacimus, deinde ablatis ab igne viſcũ iniicimus, & vbi diſſolutũ fuerit, irin inſpergimus, & ad myrrham cum aceto in mortario tritam affundimus. Commodant etiam ipſis emplaſtra ex ſale: quale & hoc eſt: Salis drachmas centum, picis ſeſcũcem, olei libras quatuor, ceruſſæ libras duas. ſalem per ſe quãtenuiſſimè terito, ſimiliter & ceruſſam: deinde oleum ad ipſa in mortarium affundito, & poſtquam ſufficienter triueris, excepta vſquequo manus nõ inquinent coquito ad lentum valde ignem. deinde picẽ liquefactam & percolatam iniicito, ac rurſus ad compagem quæ manibus non adhæreat reducito, & vtitor.

Malagma ex ſilphio, iſchiadicis valde præclarũ. Ammii drachmas duodecim, ſilphii, ſeminis rutæ ſylueſtris, baccarum lauri repurgatarum, ſingulorum vnciam vnã, medullæ colocynthidis drachmas duas, nitri, abrotoni, cardamomi, cuiuſque drachmas quatuor, ceræ, adipis vitulini, ammoniaci thymiamatis, cuiuſque ſeſquiunciã. Arida liquefactis ab igne ablatis inſpergũtur, ſimúlque in mortarium ad ammoniacum cum aceto tritum infunduntur. Quidam verò ammoniacum cum cera liquefaciunt, & ad compagem manus non inquinantem redigunt. Aliud malagma quo Theodorus proprium patrem curauit, quum ob dolorem ſuſpicere non poſſet:

Ceræ, picis liquidæ, aluminis liquidi, æquales partes accipe: liqueſcibilia liquefacito, & ad alumen cum aceto tritum affundito, emollito, ac vtitor. Aſclepiadæ, ad iſchiadicos. facit & ad colicos: ſecuréque in exacerbationibus exhibetur. ſcabiem etiã quam pſoram *Græci* appellant, citra exulcerationem ſanat: Ceræ, picis liquidæ, picis aridæ, cuiuſque librã I. ſulphuris viui, aluminis ſciſſilis, nitri rubri, cuiuſque ſeſcũcem. Quæ eliquari poſſunt eliquato, aridáque quamtenuiſſimè trita paulatim adſpergito, ſimúlque in mortario poſca madefacto commiſceto, emollito, ac vtitor. quidam picem aridam & reſinam pinus, ac ceram per ſingulos dextantes ſumunt, oleique ſextantem addunt, ac reliqua veluti prædictum eſt. Iſchiadicum mirabile: Thuris, euphorbii, ammoniaci thymiamatis, pyrethri, picis, ceræ, ſingulorum quadrantem, reſinæ pinus aridæ ſeſcuncem, olei cyprini ſeſcuncem, fellis taurini quadrantem. thus, euphorbiũ, ammoniacum, vnumquodque per ſe quamtenuiſſimas in partes vnà cum felle terito: liqueſcibilia verò liquefacito, & pyrethrum inſpergito, eáque ad trita fundito, vnitóque, ac vtitor confidenter. experimento cõſtat. Melius autem apparatur ſi ammoniacum quamtenuiſſimè tritum liquefactis inſpergatur, atque eo eliquato thus tritum adiiciatur: euphorbiũ verò cum felle teratur. Vnguenta & acopa quæ neruorum laſſitudinem in iſchiadicis reficiunt. Ad coxẽdicum dolorem, pæoniæ radicem in oleo ad triduum contuſam accipito, & quarta die paululùm coctam illinito. Cæterùm præpurgandos eos ſcito, ex ſucci tithymali guttis quinque tantùm cum caricis acceptis, aut ex corticis tithymali cremore. Corticẽ autem ipſum contuſum & cribratum quatuor ſcrupulorum pondere in vino per integram noctem macerato: manè verò excolatum vinum præbeto. Aliud. Nycteridem herbam, quam vnguentum Helenes appellant, oleo decoquito, & per diẽ vnã in oleo manere ſinito, percoláque & illinito. Aliud, multo experimento conſtans.

Herinaceum terreſtrem viuum in oleum coniectum donec flacceſcat coquito: deinde eo extracto, farinæ adarces ſextantem oleo iniicito, & olei cyprini vnciam vnam. vtitor autẽ, illito ex eo loco. Cæterùm oleũ ipſum in quo herinaceus coquitur librarum duarum pondus eſto. Aliud iſchiadicum, quod iſotheon appellatur. facit & ad reſolutiones, & ad omnem neruorum per conſenſum affectionem: Caſtorei, opopanacis, euphorbii, œſypi liquidi, ammoniaci thymiamatis, galbani, terebinthinæ, ſingulorum ſextantem, medullæ ceruinæ triẽtem, ſtyracis vnciam vnam, olei ſtyracini trientem, olei irini ſeſcuncem, piperis vnciam vnam, ceræ libram vnã, olei ſicyonii libram vnam, olei veteris librã I. Ammoniacum, galbanum, opopanaca, cum vino terito: liqueſci-

bilia verò eliquato, &ab igne ablata reliquis affundito, ac probè vnito: ſtyracem verò in pila tundito ac paulatim ex pharmaco ei addito: vbi verò diſſolutus fuerit, cum reliquis vnito, ac vtitor. Acopon ad iſchiadicos efficaciſſimum eſt, quòd inter communia acopa poſt articularia remedia refertur, & Orcheſtæ inſcribitur. eo itaque confidenter vtitor. Vtere & ſimilibus acopis ac vnguentis quæ iſtic deſcribentur. Inſpergimen ad iſchiadicos in balneo. Inſpergimen iſchiadicum efficax: Farinam lupinorum in balneo inſpergito, & in exudatoria tabella proſtratum ſudare facito. Aliud. facit & ad inueteratas affectiones: Coſti, piperis albi, pyrethri, cuiuſque quadrantem, nitri vnciam vnam, fæcis vini vſtæ libram vnam, contuſa in balneo inſpergito.

Aliud. Coſti quadrantem, pyrethri quadrantem, nitri vnciam vnam, piperis albi, adarces, euphorbii, cuiuſque vnciam vnam, fæcis vini vſtæ libram vnam, ſampſuchi ſeſcuncem contundito, cribrato, ac in balneo vtitor. Heræ, ad iſchiadicos, inſpergimen lenitiuum doloris. Picis aridæ partes octo, ſulphuris partem vnam, terito ac miſceto, & præloto ægro, dum corpus adhuc calet, inſpergito, & cum charta contegito, atque donec ſua ſpōte decidat ſinito. nihil autem vetat ægrum lauare, charta adhuc inhærente. Alia inſperſio: Adarces, ſtaphidis agreſtis, canchryos, ſinapis, cardamomi, piperis, euphorbii, ſulphuris viui, cuiuſque vnciam vnam contundito & cribrato. ægro verò inducto, & in ſecunda balnei domo reclinato, pallio prius ad tabellam ſubſtrato, ad dolentem locum inſpergito, & contentè affricato: deinde in calidam deſidere facito, & prolutum educito ac extergito, rurſúſque inſperginem iniicito & affricato. poſtea verò dum adhuc calidum corpus habet, eiuſmodi malagma imponito: Cineris caulium braſſicæ vſtorum quadrantem & vnciæ dimidium, cineris lignorum ficulnorum agreſtium vſtorum tantundem, picis aridæ libram vnam. cineris lignorum vitis vſtorum quadrantē & vnciæ dimidium, ſulphuris viui quadrantem, axungiæ libram vnam. Liberabitur enim æger, atque id breui, ab omni dolore, vt incantationi ſimilis facultas videri poſſit.

De podagra & arthritide, ſiue articulorum morbo, Cap. VI.

Podagrica & arthritica affectio, eiuſdē ſpeciei inter ſe exiſtunt. Differt autem podagra ab arthritide non toto genere ſed affectis locis. In omnibus enim debilitas eſt articulorum diuturna cum fluxione. quæ quidem ſi in pedibus perficitur, podagra appellatur, ſi verò in aliquo coxarum vertebro, iſchias, *hoc eſt coxendicum morbus*, nominatur: ſi verò in multis corporis articulis innititur, arthritis ſiue morbus articularis vocatur. Cōtingit autem aliquando vt repentè irruat malum æqualiter per omnes articulos diſperſum: quod ipſum euenire conſueuit iis qui conſueta exercitia coaceruatim relinquūt & licentiore diæta vtuntur: vtplurimùm verò clanculū & paulatim fluxus irruere ſolet. alteri enim cuipiam magni digiti pedis articulum dolor inuaſit, aliis verò calcanei extremum, rurſúſque aliis cauum pedis, aut ex calciamenti aut ex conſimilis rei affrictu. Cæterùm initio à pedibus ſumpto, paulatim ad genua malū procedit, ad coxendicum item ac femorum iūcturas, deinde ad manus, ſingulis articulis particulatim affectis, quando ſanè propriè, veluti prædictum eſt, arthritis & articularis affectio appellatur. Qui verò extremè ab hac affectione aprehēduntur, his & ſpinæ vertebræ & coſtarum iuncturæ & genæ dolēt: aliquibus autem & iris ſiue corona pupillam oculi ambiens. neque eſt aliqua oſſium connexio quæ ab hac affectione ſit immunis.

Cauſæ vniuerſales, Cap. VII.

Generant autem affectionem cruditates coaceruatæ & ebrietates: atque his adhucamplius immoderatus rei venereæ vſus: iam verò & deambulationes concitatiores quàm pro more, & ſtationes diutius productæ, & familiares excretiones ſuppreſſæ, & conſuetorum exercitiorum intermiſſiones. Vtplurimùm verò aptitudines à parentibus in filios ac poſteros tranſferuntur. In vniuerſum verò amplius omnium crudorum humorum multitudo affectionis cauſa exiſtit. Quòd humorū multitudo affectionem inducit. Quandoquidem igitur humorū multitudo in corpus digeritur, hique ipſi ad pedes deferuntur, & in ipſis partes omnes diſtendunt, inflammationéſque & dolores inferunt, manifeſtiſſimum ſanè id exiſtit. Nam & tumore attolluntur affectæ partes, & venæ ſanguinis in ipſis apparent repletæ, & euacuatis ipſis, in naturalem habitum æger reducitur. verùm multitudo influens, non in omnibus æqualis exiſtit. Etenim alii ex caliditate ægrotant, alii ex frigiditate. atque exinde etiā refrigerando aut calefaciendo, aut reſiccando, opem ſentiunt. Quam ob cauſam mēbra fluore infeſtētur. Poſteaquam igitur humorum multitudo in corpore congeſta, hominem moleſtia afficit, vnumquodque quidem membrum quod primum affectionem percepit, affligentem humorem à ſe repellit: eum ipſum verò ſuſcipit aliquod ex vicinis membris ac ſubiectis. Itaque quum fortiora membra eum depellant, & imbecilliora ſuſcipiāt, id adeò citra intermiſſionem contingit, donec id quod propellitur, ad omnium debiliſſimum membrum peruenerit, & in ipſo permanſerit. Vna quidem igitur fluidarum affectionum generatio hæc eſt, membris videlicet fortioribus ſuperfluum demittentibus, ſuſcipientibus autem imbecillioribus. Cæterùm articuli ipſi ex aſſiduo motu debiliores redduntur.

Quare verò in quibuſdam magnus ſit morbus, in aliis verò paruus, Cap. VIII.

Magnitudo morborum ex fluxionibus obortorum, ad humorum influentium multitudinem conſequitur. Si enim plures humores fuerint, maior etiam affectio contingit: ſi pauciores, minor. cæterùm multorum recrementorum influxus, ob multas cauſas accidit. Etenim & copiam humorum multam eſſe oportet, & vias latas per quas feruntur, & partem quæ à fluxu infeſtatur raram, & facultatem in ipſa debilem: & membrorum eū delegantiū vires fortes, quò magna affectio fiat. Verùm ſi paruus futurus eſt morbus, prædictis contraria omnia concurrere oportet.

Quare multo tempore aut pauco morbus duret, Cap. IX.

Porrò vt multo tempore aut pauco morbus duret, etiam prædictæ ſunt cauſæ, tenacitáſque inſuper & craſſitudo humorum. Etenim ſanguis multus & craſſus, denſa pellicula concluſus, & à viribus debilibus ſegniter correctus, tempus auget & producit. qui verò contrario modo habet, minuit & breuius facit. Cæterùm & in aliis corporis affectionib⁹, ſiue in ſuperficie ſint, velut eryſipelata: ſiue ſub cuticula, vt herpetes: ſiue in carnoſis partibus, velut inflammationes, recrementa vtplurimùm feruntur: in podagricis autem & arthriticis appellatis, vſque ad iuncturas per altum repletio ex fluxione contingit, vnà cum hoc quòd nerui permadeſcunt & diſtenduntur, itémque ligamenta & pelliculæ, omniáque circumcirca ſita: atque ob id ſæpe vſque ad quadrageſimum diem morbus extenditur. Etenim quum etiam ceſſauerit fluxus, neque amplius ex ſupernis feratur, repletæ adhuc multo humore exiſtentes iuncturæ, eum ad circumſita membra delegant. At verò ſi tenuior ſit fluxus, celerrimè ægri ſanantur: niſi malè omnino curētur. Quòd ſi verò quis ex medicis veram methodum ignorantibus per reſoluentia ſemper omnes inflammationes curet, non in quadraginta tantùm dies ſed & in quadringentos, & in omnem reliquam ægri vitam inflāmationes extendet. A mala enim curatione, podagricis pleráque mala accidūt: maximè verò calli & artuum durities, & articulorum curuitates ac contractiones, propter medicorum ignorantiam fiunt, qui neque per venæ ſectionem aut purgationem euacuant, neque redundantem in vniuerſo corpore humorem quique ad iuncturas defertur, & proinde articulorum morbos producit, per ea quæ moderatè adſtringant repellunt. Quidam enim ex ipſis inflammationes immodicè reſoluunt, tum per aquæ & olei mixtionem, tum per cataplaſmata ex cruda ordeacea farina apparata, attrahúntque per catapla-

ſmatum caliditatem humorum copiam ex ſubiectis locis. Quin & ob hanc ipſam inductam laxitatem, affectas partes debiliores, & ad recrementorum ſuſceptionem aptiores reddunt.

Quæ ſit incuruatorum articulorum cauſa, Cap. X.

AT verò alii medici immodicè refrigerant, alii autem vehementer diſcutiunt. Ex quo ſanè neruoſas partes inſpiſſari contingit, incuruarique & diſtorqueri, ob redundantium videlicet humorum ſuſceptionem. Contingit item calloſas & calculoſas coactiones in ipſis emergere, & neruos ſpõtaneo motu ſe mouentes congelari: ligamenta item & neruos qui tendines appellantur, qui ſanè aptiſſimi ad perferendum cenſentur, propterea quòd ſubſtantia ipſorum denſa & ſolida exiſtat.

Quæ cauſa generationis toforum in artubus, Cap. XI.

GEneratio quidem igitur toforum ſiue callorum in artubus induratorum, materiam quidem habet craſſos humores: cauſam autem efficientem, qualitatem calidam & ſiccam. quemadmodum videre eſt & in tofis qui in æreis vaſis ex limoſæ aquæ incoctione generãtur. At verò pharmaca quæ valde refrigerant, ſi aſſiduè adhibeantur, non ſolùm craſſos humores congelant, ſed & tenues. quemadmodum vehementiſſimum frigus congelat aquam. Quæ verò aceruatim & immodicè diſcutiũt, id quidem quod tenue in ipſo fluxu eſt, euaneſcere faciunt: quod verò reliquum eſt, inſpiſſant & conglutinãt: atque id eo amplius, ſi ad hoc quòd diſcutiunt, etiam immoderatè calefactoriam habeant facultatem.

Quæ cauſa ſit cur inflammationes in podagricis non facilè ſuppurentur, Cap. XII.

CAuſa cur podagricæ inflammationes nõ facilè ſuppurentur, primùm quidem eſt affectarum partium ſubſtãtia, tum natura, tum pro more, ægrè permutabilis exiſtens. Ad hoc enim quòd natura duræ ſunt neruoſæ partes, etiam tolerandi cura anguntur ea quæ moleſtiam inferre poſſunt, præſertim tamẽ pedum & manuum extrema. Quin & carne nudatæ magis hæ ſũt partes minúſque calidæ & humectæ, & ob id etiam reliquis partibus frigidiores: imò & influentes in podagricis inflammationibus humores, corruptioni minus ſunt obnoxii, & pharmaca ſimiliter adhibita, inepta ſunt ad putrefactionẽ ac ſuppurationẽ. etenim alia ex eis refrigerant & repellunt, alia verò diſcutiunt, alia autem reſiccant. Contingit tamen aliquando in quibuſdam inflammationem aut ſuppurari aut erodi. Quum enim craſſus humor vehementer fuerit condenſatus, & deinde non ita vehemẽter ſed moderatè calefactus, neceſſe eſt ipſum ſuppurari. Acri verò & eroſiuo humore influente, eroſio contingit, quemadmodum & marcor in quibuſdam ſuccedit, irruente videlicet in membrum humore qui putrefacere poteſt. quanquam raro hæc in podagricis contingant.

Quomodo ex inflammationibus & conſequentibus acceſſionibus, ſiue ſymptomatis, affligẽs humor cognoſcatur, Cap. XIII.

QVomodo quidem vniuerſi corporis intemperiem cognoſcere & curare oporteat, iam antè in quarto Sermone eſt præſcriptum, huius videlicet tractationis. Quomodo verò quis inflammationes in partibus inflãmatis conſiſtentes cognoſcere poſſit, neceſſarium & hîc paucis referre. Apparet autem id ex eis quæ accidunt & conſequuntur: quæ ſi quidem frigida fuerint, frigefaciunt: calida verò calefaciunt: mixta, autem mixtas etiã ſignorum ſpecies inducunt. Quo verò manifeſtior fiat hic ſermo, quæ iam dixi repetam, ſingulatímque retractabo.

Sanguinei humoris influentis ſigna, Cap. XIIII.

HVmor ſanguineus, ſi multus fuerit, & circa ſummam caliditatem moderatus, repletionem efficit, & tumorem ingentem: non venarum modò ſed totius membri A affecti circa cutem: cúmque calidum quidem moderatè, vehementer autem rubentem. pulſus autem adeſt in alto inflammationis mediocris. Qui hoc modo ſunt affecti, neque refrigerantia, neque calfactoria valde præſidia adhiberi ſuſtinent, & aſſiduè ac cõtinuè exacerbãtur, quãdoquidem aſſiduè & æqualiter ſanguinis allatio contingit. quanquam & per circuitum, quidam irritatione vexẽtur, quum nõ continuè ſanguis defertur, & exacerbationũ acceſſiones omnino quotidie fiũt, verùm non ita durãt veluti hæ quæ ex pituita oboriuntur. Vrinæ verò eius qui ſanguine redundat fuluæ ſunt, & mediocri B craſſitudine præditæ, aliquando etiam ſubſidentiam albam, aut nubem, aut tale quiddam in medio pendens quaſi ſuſpẽſum habentes. quòd ſi magis ad pituitam declinet ſanguis, albiores & craſſiores: aliquando verò cõturbatæ reperientur vrinæ, & multum eſt quod in eis ſubſidet. Venæ autem in his ampliore ſanguine ſuſcepto replentur, & in tumorem attolluntur. Ætas verò ab adoleſcentia vſque ad ætatem vigoris, apta fiat ad multitudinem ſanguinis producendam. Edulia item boni ſucci & quæ maC ximè alunt: & exercitia moderata. Ex temporibus verò, ver, & regio temperata.

Bilioſi fluxus ſigna, Cap. XV.

QVòd ſi verò bilioſus ſit fluxus, color cutis inflammati loci, aliquando quidem flauior quàm ſecundum naturam apparebit: aliquando verò rubore cum flauo permixto, quando videlicet flaua bilis ſanguini eſt permixta. Caliditas autem vehementiſſima & feruentiſſima adeſt, quæ amplius refrigerantibus pharmacis gaudet. qui enim ita habent, vehementer à refriD gerantibus iuuantur medicamentis, ſiue actu ſiue potentia talia exiſtant. Exacerbationes verò his per tertiũ quẽque diem mouentur, & præcipites quidem irruunt, citius verò vigorem remittunt: per ventrem enim & per vrinam recrementa ſuperflua his euacuantur: per cutem etiam tranſpirant, vtpote quæ tenuium partium exiſtant. Lotia eorum ſubfulua ſunt & ſubflaua: quandoque etiã acria vt in mictione vrinarium arrodant meatum. Curæ autem ingentes, & iræ & vigiliæ, & illuuies multæ, & faE tigationes, & diæta omnis bilem gignens & attenuatoria, ex acribus videlicet & ſalſis eduliis, huius humoris influxum præcedunt. Ætas verò & temperies corporis, calida & ſicca ad eum apta eſt. Hora autem ſiue anni tempus, æſtiuum: conſimilis item regio.

Pituitæ fluxionis ſigna, Cap. XVI.

AT verò ſi pituitoſa ſit fluxio, ad digitorum appreſſionẽ cauus fit tumor, ſublaxus exiſtens & moderatus, & color dolentis mẽbri albus. Dolores verò aliquãdo quidem fortes, aliquando verò mediocres, & exacerF bationes quotidie paulatim irruunt & augentur, & per plures horas durãt, & breuem intercapedinem habent: imò neque vnquam integrè remittunt. Ætas autem hoc modo amplius afficitur ſenilis, & temperamentum humidum & frigidum, & conſimilis ambientis nos aeris ſtatus, & tempus hybernum. Aliquando autem & frigoris ſenſum in alto locorum affectorum ægri perceptant. Vita verò otioſa, & ſocordia, ad pituitoſi humoris generationem plurimùm conferunt. Edulia item refrigerantis & humectantis ac inſpiſſantis facultatis, & balnea à G cibo, vnde & vrinæ craſſiſſimæ ab eis prodeunt, & ſæpe conturbatæ reperiuntur. atque hæc quidem ſigna ſunt pituitæ natura frigidæ prædominantis: nam & hæc ipſa propriè pituita appellantur. Salſæ pituitæ ſigna: Cæterùm ſi ſalſæ pituitæ fuerit influxus, color membri affecti & tumor eodem modo habent veluti de pituita eſt prædictum: pruritus autem maximus & mordacitas infeſtat locos. Vrinæ verò tum his tum prædictis, aliquando quidem tenues & aquoſæ, aliquando verò craſſum in eis eſt quod ſubſidet, ſúntque conturbatæ.

Bilis atræ influentis ſigna, Cap. XVII.

H QVòd ſi ex atra bile ſit fluxus, qui ſanè potentia frigidus eſt & ſiccus, quod raro tamen contingit, frigoris ſenſus quãdoque affectis adeſt, & corpora in profundo, velut atterantur aut ſcalpantur afficiuntur. Colo-

res verò tumorum nigriores ſunt,& circuitus exacerba-
tionũ per quartã quamque diem redeunt,ſunt autem ex-
acerbationes tum magnitudine tum impetu mediocres.
Ætas verò quæ magis hunc fluxum generat, eſt vigore
inclinato & vergente: temperies autẽ frigida & ſicca.&
natura quidem ſuperfluitates pituitoſas generat:non au-
tem atræ bilis.Quæ verò ex degenerante & mutata cali-
ditate fit,flaua bile ſuperaſſata & nigram generante ob-
oritur.Præcedit porrò hunc fluxum diæta ex eduliis a-
tram bilem gignentibus,& laſſitudines immodicæ.Re-
gio autem ei apta eſt,frigida & ſicca. tempus, autumni:
& cõſimilis aeris ſtatus.Vrinæ verò vtplurimùm in prin-
cipio tenues eis ſunt & aquoſæ propter obturationes:
poſtea verò quàm ſecũdũ naturã atriores,& modicè craſ-
ſæ,& quod ſubſidet in eis,aliquando fuſcum eſt:aliquã-
do verò mixtum,ſubcruentum videlicet & fuſcum re-
peritur.

Seroſarum fluxionnm ſigna, Cap. XVIII.

SIN verò ſeroſa recrementa influant,dolores non ita
magnos inferunt, quemadmodum etiam neque flu-
xu infeſtatas partes in tumorem valde excitant: ſecundũ
ſpeciem verò conſimilia perficiunt, qualia humores ſo-
lent qui cum eis eiuſdem generis exiſtunt. Pituitoſo e-
nim ſanguine demanante,ſeroſa in ipſa pituita recremẽ
ta conſimiles quidem ſecundum ſpeciem dolores infe-
runt:ſecundum magnitudinem verò,multo minores.V-
bi verò alii humores defluxerint,conſimiles etiam illis
ſeroſæ ipſorum ſuperfluitates inferunt dolores.

De iis qui ex humorum complexu fluore infe- ſtantur, Cap. XIX.

NOſſe porrò operæpretium eſt quòd aliquando flu-
xus fluxui commiſcetur,aut calidus frigido, aut
viciſſim frigidus calido.& ſecundum vtriuſque horum
qualitatem exacerbationes fiunt, & continget quando-
que ægrum bis in die exacerbationum acceſſionem ſen-
tire.

Diæta & cura podagricos præſeruans, Cap. XX.

QValis quidem igitur diæta vnicuique prædictarum
temperierum conueniens ſit, iam antè prædictum
eſt in quarto huius tractationis Sermone: ſuperfluum ve
rò eſt eadem bis ſcribere.Cæterùm ad ea quæ iſtic relata
ſunt,vomitus in vniuerſum ferè omnibus qui podagri-
cam affectionem defugere volunt,commodi ſunt, præ-
terquam eis qui thoracem & caput quæ facilè læduntur
habẽt.Quibuſcunque igitur exercitiis,aut aliis quibuſ-
cunque motibus,recrementa in ventrem confluunt,his
vomitus ante cibum prodeſt. Qui verò ſanguinis copiã
aggregarunt aut humores pituitoſos, poſt acceptum ci-
bum vomant per aliquot dies.Venus verò omnes poda-
gricos extremè lædit,& præſertim ſi aſſiduè aut intem-
peſtiuè ea vtantur.Etenim voluptas per ſe neruoſorum
corporum robur & firmitatem diſſoluit,multo verò ma
gis,ſi cum vehemẽti motu perficiatur. & ob id membra
affecta longè imbecilliora fiunt,& promptè ac expeditè
confluentia recrementa ſuſcipiunt.Adhibetur tamen e-
ius vſus,aliquando propter conſuetudinem vitioſam ſe-
mine plurimùm irritante, quum videlicet multi & no-
xii fuerit humoris. generatur autẽ tale in naturis pro-
priè multiſeminis appellatis:& oportet ſanè, quò mole-
ſtiam eius vitemus,prohibere ne eius copia in ſemina-
riis vaſis generetur. Quomodo verò ſeminis generatio-
nem prohibere oporteat, iam prædictum eſt in eo qui
hunc præceſſit Sermone.

De olei & ſalis affrictu in podagricis, Cap. XXI.

OPeræpretium porrò eſt noſſe quòd omnes qui ſe, ne
in podagricam affectionem incidant, aſſeruare vo-
lũt,& præſertim eos qui humecta & frigida natura ſunt,
magnificè iuuant ſales cum oleo quamtenuiſſimè triti
& affricti,non quidem tempore inflammationis & dolo
ribus inſtantibus,ſed quum hæc remittunt:niſi vehemẽ
ter ſicca temperie ægri ſint præditi. Omnibus enim qui
hoc modo fricãtur,inſitus calor augetur,& quod præter
naturam eſt,diſcutitur,recrementáque conſumuntur, &

A affecta membra fiunt robuſtiora, ac aduerſus affectionẽ
firmantur,miniméque ei obnoxia redduntur:maximè ſi
diligenter ſingulis diebus manè & veſpere, vbi dolores
quemadmodum dictum eſt,remiſerint,per omnem vitã
hoc præſidio vtãtur.De quo ſanè auſim cõfidenter pro-
nuntiare,inquit Philagrius,quòd etiam ſolum ſufficiat
iis qui vel maximè circa diætam delinquunt,aut immo
dicè refrigerantur,aut ægrotant ex labore,aut re venerea
nimium ſunt vſi,aut quemcunque alium fortem exceſ-
ſum admiſerunt.quare omnino poſtquam inflammatio
B nes quieuerint & dolores,eo vtendum eſt.

Vniuerſalis methodus curationis podagri- corum, Cap. XXII.

ITaque prius dictis rurſus in memoriam reuocatis,pro-
nuntiamus & membrorum debilitatem & humorũ
copiam, primas cauſas omnium fluidarum affectionum
eſſe,præcipuè tamen podagræ & articularis morbi.Qua-
re duplex etiam ſanationis ſcopus nobis præfigetur: eua-
cuatio redundantis humoris,& corroboratio partium
debilitatarum.Euacuatio itaque fiat aut per venæ ſectio-
C nem,aut purgationem.Poſt vniuerſalem autem euacua-
tionem,calidi quidem fluxus refrigerationem amãt:fri
gidi verò calfactionem: humidi reſiccari, ſicci hume-
ctari gaudent.Et tenaces quidem ac viſcoſos diſcinden-
tibus & extergentibus curare conuenit: craſſos verò tum
eiſdem,tum quæ amplius attenuatoriam vim habent:a-
cres verò per ea quæ mordacitatem obtundere poſſunt.
Amplius autem ea quæ aſſiduè influunt, per repellentia
prohibenda ſunt,itémque per ea quæ reſiccant.Quæ ve-
rò per circuitum irritant,quum quidem influunt impe-
D dienda:quum verò non deferuntur,tũ ſanè ea quæ iam il
lata ſunt,euacuationem requirunt, ad quam itidem de-
bilitatarum partium corroboratio accedat.

Cura eorum qui ex ſanguinis copia ægro- tant, Cap. XXIII.

QVVM igitur ſanguinei humoris fuerit influxus,
& dolor mediocris qui neque calore ſuo neque fri
gore manifeſtè infeſtet,locus inflammatus pharmaco
quidem fortiter adſtringente,modicè autem reſiccante
illinatur.eiuſmodi autem eſt id quod ex acacia & vtro-
que veratro apparatur. Abſtineat autem æger ob omni
E cibo & motu,& vini etiam potu.Et ſi fluxionis impetus
non valde magnus fuerit,& pharmacum adhibitum cõ-
moditatem ſuam oſtẽderit,rurſus cum paſſo tenuis ſub-
ſtantiæ aut poſca largè dilutum quò ſtrigmentoſum red
datur,illinatur.Cæterùm neque aqua neque oleum pedi
bus adhibeatur,ſed &, ſi illitum abluere oporteat quò
videlicet aliud illinatur,poſca mediocriter tepefacta ab-
luatur,aut cum plantæ alicuius auſteræ decocto, vſque-
quo id quod influxit ſedetur. Cataplaſma ob id etiam
F imponendum ex malis maximè cotoneis, aut meſpilis,
ſorbis,cornis,hippuri,ſanguinaria, aut foliis quercus te
nerioribus,ſingulis pane permixtis & vino veteri mace-
ratis.Idem verò ipſum & per alia quædã eiuſdem mate-
riæ exiſtentia confieri poteſt: de quibus rurſus poſtea
ſermonem repetemus.Porrò ſi ſanguinis motus in vni-
uerſo corpore vehementer inualuerit, vtendum nihilo-
minus prædictis pharmacis,ne videlicet particula replea
tur,& dolores fortes ac diuturnos inducat. Euacuetur
autem id quod ex ſanguine redundat, quantum ſanè id
vires & affectio permittunt,& maximè ſi qui continetur
G ſanguis ſit bene temperatus,& homo ipſe ad ſanguineas
euacuationes ſit aſſuefactus. Cognoſces verò ſanguinis
impetum tum ex tumore præter naturam, tum ex dolo-
ris magnitudine & velocitate. proportionabiliter enim
tum ad copiam ſanguinis,tum ad allationis eius modũ,
impetus ipſe contingit. De ſectione venæ: Eos igitur
qui multo ſanguine abundant,neceſſariò ſecta vena for-
titer euacuabis,non ſolùm ſemel, ſed iterum atque ite-
rum & pluries,detractione paulatim repetita.Si enim ve
H næ ſectione omiſſa,repulſoriis pharmacis fueris confi-
ſus, magni mali autor eris.Ex ignobilibus enim mem-
bris ad principalia & vitæ neceſſaria ſanguis repulſus, de
inde in aliquod horum irruens, velut in hepar, aut ſe-
ptum tranſuerſum,aut thoracem,aut pulmonem, aut in
ipſum

ipſum denique cor pro morbo mortem inducit. Quapropter maximè neceſſaria eſt ſanguinis ac reliquorũ humorum in ſanguineis influxionibus euacuatio, præſertim in iis qui ſanguine redundant, itémque reliquis humorum recremẽtis, ac lautiore diæta vtuntur. In his enim antequã dolores oboriantur, venam ſecare oportet, bis in anno ſanguinẽ largè detrahendo, & purgare quoque eoſdẽ, ſi licet modò, per ſingulos menſes. Cæterùm in omnibus diei horis venã ſecare conuenit iis qui vehemẽtibus doloribus ſunt apprehenſi, adeo vt etiam ſiquis pranſus ſit, nihil veritus tamen, venam ſecare poſſit: atque id maximè ſi ex ventris locis cibus ad inteſtina fuerit dilapſus. Vbi verò in ventre adhuc cibus detineatur, euacuatione prius per vomitum facta, ita paulatim ſanguinem detrahes. Secanda eſt autem è directo cruris fluxione infeſtati vena: præſertim in brachio inferna, ita tamen vt obſeruemus in eius ſectione ſubiectam ipſi arteriam. ſi verò hæc non appareat, media: ita vt & in hac obſeruemus ſubiacentem neruum. Quòd ſi verò manus dextra dolore infeſtetur, venam in dextro crure ſecamus, iuxta talos aut poplitem, aut plantam pedis: poſt ſectam verò venam, ſi dolores adhuc perſeuerent, & fortis tenſio ſit in affecto membro, ſæpe in ipſo inflammato crure vena inciſa, & multo ſanguine detracto, hominem ab omni dolore liberaui. Memini itaque, inquit Philagrius, cuidam in quo humores æqualiter omnes, & multus imprimis ſanguis redundabat, bis ſanguinem ex ſecta vena detractum, in quo manifeſtè cognoui quantam vim habeat venæ è directo membri affecti ſecta. Quum enim dexter pes ei fluxione infeſtaretur, venæ dextræ manus inciſa, confeſtim à moleſtiis eſt liberatus: quúmque tribus interpoſitis diebus, alterum item crus fluxus infeſtaret, vena ſiniſtræ manus ſecta, ſimiliter à dolore liber euaſit. & quum inde pharmaco ex croco curaretur, perfectam ſanitatem recepit. Verùm hic, quemadmodum prædictum eſt, multo ſanguine redundaba & vniuerſum corporis habitum eiuſmodi habebat qui non facilè poſſet exolui. In iis verò qui contrariam huic corporis diſpoſitionem habent, parcè ſanguinem detrahere oportet.

Quòd eleuatas & incuruas venas ex membris fluxione infeſtatis, velut in varicibus auferre oporteat, Cap. XXIIII.

OPeræpretium eſt, inquit Rufus, etiam alios auxiliorum modos excogitare. Ego quidẽ igitur articulis pedum fluxu infeſtatis, laudo ſiquis venas quæ ex ſupernis in pedes deferuntur, excindat, veluti varicoſa in ſuris excindi ſolent. Etenim partes hæ, tempore præſertim inflammationum, apparent in tumorem eleuatæ, & venæ circũcirca rubẽt, & ſanguine repletæ conſpiciuntur, atq; qui ita affecti ſunt, magis à dolore vruntur, & frigidis gaudẽt. Si igitur quis venas veluti in varicibus excindat, multitudo ſanguinis non amplius influere & inflammationem facere, quemadmodum antea conſueuit, poteſt: atque id præſertim in ſanguinea podagra conducet. In aliis verò verò articulis, vtpote coxendicibus ac cubitibus & ſimilibus fluxu infeſtatis, venæ non valde apparent. Quòd ſi contrà contingat, etiam in his eas quæ altius eleuatæ ſunt excidere oportet.

De peruſtione in morbo articulari, Cap. XXV.

CRuſtas igitur inurere oportet, aliquas quidem paulo altius loco fluore infeſtato, aliquas verò propius: atq; id cauteriis facere præſtat: aut, ſi id æger ferre recuſet, cum medicamentis. longè autem præſtantior eſt cauteriorũ vſus. nam & citius & ſiccius perurunt. In vniuerſum verò pedibus ex fluxu infeſtatis, loci circa vtrunque talum forinſecus & intrinſecus inurendi ſunt, cauteriis iuxta magnas ibidem ſitas venas admotis, paulo altius ſupra talorum locum. Inurendus item locus inter magnum pedis digitũ & eum qui ei proximus eſt, medius, vbi ſanè venæ magis tumefactæ conſpiciuntur, præſertim ex eis maximæ: quibuſdã autẽ & articulos ipſos perurere expedit, quũ ſubmucidi valde conſpiciuntur, priuſquam durities ad modum toforum in eis generetur. Sciendum tamen, inquit Rufus, quòd in articulorũ ſubmucidorum peruſtione, vlcera ægrè curabilia oboriuntur: verùm vbi cicatri-

A ces coaluerint, maximum robur ipſis articulis præbẽt, vt non amplius ad ſuſcipiẽdum influentia recrementa ſint apti. & de iis quidẽ hactenus. Opportunũ autẽ & iam reliquã curam poſt ſanguinis euacuationẽ aptã deſcribere.

Cura in fluxibus ſanguineis poſt ſanguinem euacuatum, Cap. XXVI.

POſt ſanguinem euacuatum, affectam partim aceto veteri tenuium partium cum roſaceo rigare oportet, & præſertim ſi in alto hærere dolorum cauſa videatur. Etenim acetum propria ſua tenuitate vſq; in altum pro-
B greſſum, expeditam roſaceo viam exhibet, quod natura ſua dolores lenire poteſt. Cæterùm ſi in ſuperficie dolor conſiſtat, per vini & olei vſum magnopere iuueris: æſtate quidem tepidorum, hyeme verò calidorum. Deinde etiã cataplaſmatis vtendum quæ inflammationes lenire poſſunt, citra hoc quòd prouocent & prolectent fluxiones, talia autẽ ſunt, farinæ fœnigræci & hordei, fabarúmque & cicerum tritæ vino coctæ. poteſt etiam aqua modica affundi, vbi vinum nimis forte extet. Quin & paſſo ac modico roſaceo vnaquæque ex prædictis farinis cocta,
C dolorem mitigare conſueuit. Oportet autem cataplaſmata omnino ſemper calida eſſe: quod commodè fieri poteſt, ſi aſſiduè permutentur, & lana forinſecus contegantur. De pharmaco ex croco. Quum itaque prædictis præſidiis adhibitis vehementes compeſcuerimus dolores, parum quiddam de pharmaco ex croco admiſcebimus, & præſertim ad cataplaſma ex fabis apparatũ, ne videlicet coaceruatim tranſitus fiat. Deinde etiam amplius quid de pharmaco admiſcendum eſt. poſtremùm verò, pharmacum ipſum cum roſaceo diſſolutum, & ad
D bonam compagem redactum imponemus. diffluit enim celerrimè ſi liquidius fiat. Hoc itaque pharmaco ſæpe poſt euacuatum ſanguinem, doloribus valde imminutis, ſtatim vſus ſum, loco prius ex aceto roſaceo perfuſo: multam enim vtilitatem & breui oſtendit. quare ipſo aſſiduè ad podagricos vtimur, vtpote quod laude dignum experimentum nobis exhibuit, inquit Philagrius. in pluribus enim ſolum hoc ſuffecit ad perfectam curationem, ſemper quidem cum roſaceo diſſolutum, aliquando verò vino tenui & fuluo admixto, quãtum ſanè eius conquaſſan-
E do & excipiẽdo pharmaco ſatis fuit. cæterùm hoc ipſum in his faciendum eſt, quibus adhuc aliquid ex fluxione ad inflammatum locum defertur. Quandoque autem pro vino acetum addimus: maximè vbi tum quod infertur repellere volumus, tum diſcutere iam in loco contẽtum. paſſum etiam aliquando pro vino additum, mollibus corporibus profuit. Verumenimuero & ad paſtillum ex acaciis & veratris apparatum, adiectum hoc pharmacum, ſæpe quod influit prohibendo, & quod adeſt euacuando, & membrum confortando, non parum iuuit.
F Solum item poſt ſedatos dolores durius impoſitum, robur partibus addit, vt adſtricta & recrementorum influxui minimè obnoxia, ac breui fortia reddantur. Hoc quidem igitur medicamento variè & multiformiter vſi ſumus, multóſque iuuimus, tum inſtante dolore tum etiã eo ſedato. Habet enim repulſoriam vim, paucam quidem illam propter acetum & crocum. habet & concoctoriam & diſcuſſoriam ac moderatè reſiccantem, rurſus ob crocũ & galbani thuríſque & ammoniaci thymiamatis admixtionem. diſcuſſoria autem tum in iis ipſis ſita eſt facul-
G tas, tum in pice & aceto. meritò itaque podagricis inflammationibus conuenientiſſimum cenſetur. nam & fluxũ moderatè repellit, & calfaciendo ſenſim concoquit, & cõtentum diſcutit, & debilitatis membris firmitatem inducit. Compoſitio autem hoc modo habet: Galbani drachmas XXXII. thuris drachmas XXXII. croci drach. ſedecim, ammoniaci thymiamatis drachmas quadragintaocto, ceræ drachmas nonaginta octo, picis aridæ drachmas CCCCCLXXV. olei roſacei drachmas quadragintaocto, aceti albi acerrimi heminam vnam. ceram, pi-
H cem, roſaceum lento igne liquefacta excolato: galbanum autem & crocum, ammoniacum, thus, cum aceto terito, & ad liquefacta & ab igne ablata, in cacabum adiicito, vnitáque in mortariũ quod modicam aquam frigidam habet, diffundito, & ſufficienter emollita extrahito, ac

quemadmodum prædictum eſt vtitor. hoc quidem modo Philagrius apparare pharmacũ ipſum præcipit. Quidam verò poſt eum, etiam opii vnc. I. ad hanc compoſitionem adiecerunt, eóque ad vehementes dolores ſedandos vſi ſunt. Alii autem vſus tempore inſtante, parum quiddam opii addunt ad maximos cruciatus compeſcẽdos. Paſtillus ex acaciis & veratris. Porrò ex acacia & veratris pharmacum hocce eſt. Paſtillus podagricus admirabilis ad podagricos & morbum articularem, inflammationéſque & omnia pruriginoſa: in principio enim illitus manifeſtam vtilitatem exhibet, vt eadem etiã die lotus æger deambulet. vbi verò dolor in vigore eſt, incommodè adhibetur. Quidam enim in vigore affectionis eo vſus, confeſtim quidem ſibi inde iuuari viſus eſt: paulo verò pòſt, concalefacto & reſiccato loco, à maximis doloribus æger apprehenſus nos accerſiuit. quare quum acceſſiſſemus & didiciſſemus factum, cognouimus quòd membra in ſuperficie poſita, contuſionis modo affecta eſſent, tum ob inflammationem, tum ob exortam ex pharmaco adſtrictionem & diſtenſionem. diſtenſæ autem erant & in profundo ſitæ partes ex cuticulæ exterioris ad interna impulſu. Abluto igitur prius cũ aqua calida illito paſtillo, cataplaſma ei imponi iuſſi ex aqua mulſa dilutiore apparatum, & ex oleo modico dulciſſimo fariniſque fœnigræci & fabarum. atque hoc ipſum feci propter eam quæ ex ipſo pharmaco ei cõtigit oppilationémq; & conſtrictionẽ. Quũ verò dolores eueſtigio eſſẽt ſedati, à reſoluentibus diſceſſi: etenim cataplaſmata & irrigationes in fluidis diſpoſitionibus adhibitæ, incurabilẽ reddunt morbum. Verùm paſtilli ipſius compoſitio hoc modo habet: Acaciæ nigræ drachmas triginta duas, acaciæ flauæ tantundem, glutinis fabrilis pellucidi, aut (quod magis expedit) glutinis piſciũ drach. trigintaduas, ammoniaci thymiamatis drachmas ſedecim, glaucii dr. ſedecim, aloes drachmas ſedecim, thuris maſculi drachmas octo, veratri albi & nigri, cuiuſque drachm. octo. Aceto ſquillitico trita cogito in paſtillos. vſus verò tẽpore, eoſdem in aceto eodem liquefactos illinito, & exſiccari permittito, ægrúmque in balneũ demittito: & vbi inde redierit, ſimiliter vtitor. Totum paſtilli pondus drach. centum & ſexaginta octo eſt, hoc eſt vnciarum XXI. Hoc pharmacũ podagricis inflammationibus inchoãtibus cõuenit, & ſolum ſufficit, ſi non multitudo fluxus redundet: & multo amplius, ſi per plumbi ſuccum fuerit diſſolutum & liquefactum. Fit autem plumbi ſuccus hoc modo: In mortarium plumbeum ſuccum aliquem refrigerantem ſimul & adſtringentem iniicito, & cum piſtillo plumbeo in ſole donec craſſior reddatur terito, atque ita iniectum paſtillum & contritum illinito. Sit autem ſuccus ipſe plantaginis, aut oxylapathi, aut ſanguinariæ, aut vuæ acerbæ immaturæ, aut ſemperuiui, aut aliquarum cõſimilium herbarum, quæ & ipſæ commodæ ſunt in principiis inflammationum. Hoc ipſum itaque pharmacum ex plũbi ſucco, nõ ſolùm in principiis & progreſſu, ſed & in vigore mali aliquãdo cõmodum exiſtit. Et Philagrius quidem hoc modo de paſtilli vſu ſcripſit. Quidam verò paſtilli ex croco ad dyſenteriam deſcripti, atque huius ipſius pares partes, aceto aut plumbi ſucco terunt, & duabus ante balneum horis illiniunt, atque vbi lauerint à balneo rurſus ſimiliter illiniunt, & egregium teſtimonium huic vſui præbent. Diæta eorum qui ob ſanguineum fluxũ ægrotant. Inflammationes ex ſanguinis influxu obortas, quemadmodũ dictum eſt curare oportet. cæterùm cibos eis exhibere oportet qui minus nutriunt: quales ſunt olera, & ſpinoſæ plantæ: & ex volucribus, montanæ: ex piſcibus verò, qui in petroſis aquis degunt. Aluum verò facilè ſubeuntem habere oportet: & ſi quidem officio ſuo non ſua ſponte fungatur, ſimpliciori aliquo clyſtere ſeu infuſo eluatur.

Cura eorum qui neque venæ ſectionem, neque purgationem ſuſtinere poſſunt, Cap. XXVII.

Qvandoquidem verò quidam adeo formidoloſi ſunt & mollitie fracti, vt neque nomen venæ ſectionis aut purgationis audire ſuſtineant, non melius tantũ ſed & fortunatius eſt nullum talem contingere. Et tamen ſi ad curãdos eos cogamur, prædicere oportet diuturnos dolores eis affuturos, & vigilias, articulorúmque torturas & claudicationes: præſertim ſi craſſus & multus ſit ſanguinis influxus. Abſtinentia quidẽ igitur ciborum illi conſtituenda eſt, & clyſteres moderatè fortes iniiciendi, & pharmaca vmbilicaria imponẽda, epomphalia *Græcis* appellata, quæ ſanè vmbilico impoſita aluũ ducunt. Vtendum etiã iis quæ ſedi apponuntur, glandulis videlicet: veluti eſt cyclamini ſuccus, & elaterium, & ſimilia, quorũ in tertio Sermone feci mentionẽ. Vtendũ & poſt aluum exolutã vnguentis diſcuſſoriis & fricationibus eiuſdem generis, & omnibus quæ ſuperfluum euacuare poſſunt ex locis fluxu infeſtatis. Etenim repulſoria, ſi nõ prius vniuerſo corpore euacuato aſſumantur, periculum inducunt. Cataplaſmata igitur eis imponere oportet ex pane, fabaceáq; & fœnigræci ac cicerum farina, cum aqua mulſa aut adipe ſuillo non valde veteri. ſcarificationibus itẽ iuxta affectũ locum vtendũ. Irrigare autẽ aſſiduè oportet ex aqua & oleo, & aliquando cataplaſmata ex lixiuio apparare, quò per eroſam cutẽ, veluti per riuos malum euehatur. Huiuſmodi hominibus conueniunt itẽ ceratorũ formã habentia medicamenta, ex oleo ſicyonio, nitróque & cera apparata, quæ humorẽ ad locũ delatũ diſcutere poſſunt. Pharmacũ ex lixiuio & ſpuma nitri digerẽs ac exhauriens inſpiſſatos humores: eſt autem pharmacum ipſis cõmodiſſimum & facilè parabile. excitat bullas & cutem erodit. Spumæ nitri albæ quã acheleſiã appellant drachm. vigintiquinque, terebinthinæ drachm. trigintaſex, olei drach. CCCCLXXX. lixiuii ficulnei, hoc eſt, exuſtis lignis & aqua extinctis, loturæ eorũ percolatæ drachmas octoginta quatuor, ceræ drachmas CCXL. Oleum, ceram, terebinthinam, & lixiuium, hoc eſt aquam ipſam, vt prædixi coquito. & quum pars maxima aquæ fuerit conſumpta, ſpumam nitri prius tenuiſſimè tritam adiicito, vnito, ac vtitor. Huiuſmodi ſanè ſunt inflammationum podagricarum ex ſanguine curationes.

De iis qui ob bilis influxũ ægrotãt, Cap. XXVIII.

Qvòd ſi verò inflammationes ob bilioſum influxum fiant, tum & in his communis ſcopus euacuationis affligentis humoris exiſtit. fiãt autẽ euacuationes in principio, tum per vomitũ, tum per ventrẽ. Danda itaq; pharmaca bilem educentia, ex quorũ numero aliqua per vtrãque viam bilẽ exigunt, velut eſt thlaſpi: hoc enim acetabuli menſura potatum, & ſupernè & infernè purgat: atque tantum ſanè de eo ſemine ad ſummum datur. Conſtat autẽ quòd & purgatoria medicamẽta ex ſcammonia apparata, flauam exagitant & euacuant bilem. horum verò cõpoſitiones iam antè retulimus in tertio Sermone: faciemus tamen & in hoc Sermone quorundam mentionem, ſed paucorum, & paulo póſt. Purgare igitur eos oportet cõfidenter, & ſecundaria vice ſi res ita poſtularit: confeſtim enim in euacuationibus ſubſiſtunt & ſedãtur. Quòd ſi tamen neque hi purgari velint, neque ſuſtineãt ob quãcunque tandem cauſam: tum ſanè & his, quemadmodum dictum eſt, mederi conuenit per vmbilicariorum purgatiuorum impoſitionem, & per ea quæ ſedi ſubduntur. Per infuſum item aluus ipſorum eluatur. & cataplaſmata adhibeantur ex fabacea & hordeacea farina, adipe ſuillo recenti & inſulſo, tenuíque chamæmeli farina ac aqua. At verò hæc ipſa poſterius imponenda ſunt: in principio autem vſque ad vigorem ea quæ ex ſemperuiuo apparãtur, & roſis viridibus, perdicii herba, anchuſa, ſanguinaria, helxine, ſideritide, portulaca, rumice acuto, atriplice, ſolano, plantagine, hyoſcyamo, lenticula & ſtratiote paluſtribus, blito, lactuca, ſeride, malua ſatiua, ramentis cucurbitæ, vmbilico Veneris, flore violarum, mali Punici corio. Horum vnumquodque cum pane ex farina polentæ impoſitum, dolorem tollit: & maximè pſyllii ſemen aqua feruenti maceratum, &, poſtquam ſucculentum factum fuerit, pro cataplaſmate impoſitum. Vnguentum etiam ex plumbi ſucco ad ſanguineas influxiones præſcriptum his commodiſſimum exiſtit. commoda ſunt & mala cum pane trita impoſita, & quæ his ſunt ſimilia. Et cerata Hippiones & Ambroſiæ nomine inſignita, & quæcunque ex cera, chamæmelo, & roſaceo apparantur: adiicitur

autem ſuccus quiſpiam ex prædictis refrigerantibus,[& ouorum candidum,& aqua cum modico aceto,quorum compoſitiones paulo pòſt ſubnectemus.Optimum autem pharmacũ pro eis eſt ceratum ex roſaceo,betæ ſucco quã tum ſatis eſt adiecto. Vidi etiã quenda hac affectione occupatũ,qui immiſſis in frigidã aquã pedib⁹ & aliquãdiu in ea detẽtis,præclarã opem tulit. Aliũ itẽ vidi qui oſtreorũ carnibus cũ argenti ſpuma & viridibus hyoſcyami foliis,ac oleo veteri diligenter tritis vtebatur,& tum illinẽdo eas tum imponendo,probè reſtitutus ẽſt.Licebit autẽ per oſtreorum penuriã,carnibus concharum fluuialium vti. Atque hæcquidem conueniunt,ſi mediocris inflammatio & ardor adſit. nam ſi magna fuerit,ad eryſipelatorum modum curationem inſtituemus: cicutæ nimirum foliis & papaueris ac mandragoræ & hyoſcyami adhibitis:quibuſdámque medicamentis compoſitis ſtuporem inducentibus, quæ ex papaueris ſucco & ſimilibus conſtant.In horum tamen medicamentorum vſu, immodici caloris deletionem pro ſcopo habere oportet, quæ ſæpe in vna cõtingit hora:poſt quam ſtatim ſtupefactiuo ablato,cataplaſma ex fabacea farina adipéque & aqua imponatur. Etenim vbi ea quæ vehementer refrigerant diutius adhæſerint,ſtupórem ægrúmque ac languidum ſenſum corpori inducunt.Quapropter quum in feruentibus doloribus fuerimus ad ſtupefaciẽtium vſum coacti,poſtea refouebimus partes per ea quæ calefacere poſſunt.

Parabilia remedia ad inflammationes non valde feruentes, Cap. XXIX.

REliqua ex eorum numero quæ facilè parantur, quǽque doloribus non valde magnis proſunt,palmularũ glandulæ ſunt,& mali Medicæ ramuli : citrium autem ipſam appellant & aureum malum . quin & fructus ipſius medulla ſapore acris,pani aut pollini admixta in cataplaſmatis,commodiſſima eſt . quemadmodum etiam ſi oleo coquatur,& cera ſufficienti ad oleum adiecta,pedibus imponatur.Commodum eſt & ſymphyton per ſe pro cataplaſmate impoſitum,& cum pane aut cerato permixtũ. & malicorium aceto incoctum, aut aridum tritum cum pane ſubactum. his ergo vtaris.Optimum autem cataplaſma podagricum & hoc eſt: Cupreſſi virgulta teneriora, & pilulas in ollam coniecta,cum aqua marina donec flacceſcant coquito. deinde in mortarium culinarium tranſſumpta,ad cerati formam terendo redigito : & linteolo excepta,dolẽtibus locis imponito.Hoc cataplaſmate quotidie ante ſomnum vtitor , etiamſi non adſit dolor, per integrum annũ. nã perfectè ægrum ſanat.Mirificè etiam facit cupreſſi decoctum,ſi ex eo æger ſæpe perfundatur.

Aliud. Cypri,hoc eſt liguſtri folia viridia,trita in paſtillos digerito:vſus verò tempore,aceto dilutos illinito: Barbari autẽ Indi,arida ipſa folia contuſa & cribrata reponunt:vſu verò expetente,aqua feruenti ſubigũt, modico etiã aceto adſperſo,aut rhois culinarii decocto, atq; hoc modo inflammato loco imponunt, foliis ricini aut carpaſi ſuperſtratis:aut, ſi hæc haberi nequeant, braſſicæ. reperies autem manè cataplaſma aqua plenum. ſenſibilis enim diſcuſſio & exhauſtio cõtingit,adeò vt æger exuctionem ſenſu perceptet,& maximè iuxta vngues. vitiat tamen colorẽ,eum ad fuſcedinem corrumpẽs. quapropter aliqui cerato liquido vngues prælinunt. Aliud cataplaſma,quod eadem hora dolores ſedat. Cerebrum porci cum amylo & roſaceo tritum,& panniculo infartum imponito,& confeſtim liberabitur æger,vt deambulare poſ ſit.Optimè faciunt item maluæ aqua coctæ & tritæ impoſitæ:celerrimè enim dolores ſedant.

De ſtupefacientibus medicamentis, Cap. XXX.

COmpoſuerunt medici, quemadmodum prædictum eſt,ob excellẽtes dolores,aut etiam ob ægrorum mollitiem quos curare cogimur & neque minimũ dolorem tolerare poſſunt, medicamenta ſtupefacientia appellata. Hæc enim nequaquam affectiones ipſas in quibus dolores fiunt,curant:verùm ſtuporem & ſenſus hebetationem mẽbris inducendo,quietem quandam doloribus obducunt. quapropter ſi ad huiuſmodi pharmacorum vſum, aut ob excellentem dolorum magnitudinem,aut ob immodicam caliditatem eryſipelatis cõſimilem,cogamur:

A vtemur quidem modicè , quò feruor immodicus refrigeretur,aut ſenſus oblæſio deleatur. adhoc etiã animaduerſione habita diligenti, nequid poſt vehementis caloris & doloris extinctionem,ex ſtupefactiuo pharmaco in membro permaneat.Sunt autem medicamenta ſtupefactiua huiuſcemodi. Aſclepiadæ epithema dolorẽ leuãs, podagricis & articulari morbo commodum.vſus eius eſt in ipſis exacerbationibus & excellentibus feruoribus inflammationum:Opii drach.quatuor, croci drach.I. panis ſiliginei quantum ſatis eſt.vnumquodque per ſe lacte bu- B bulo maceratum terito , & vnita imponito.aut hæc ipſa cum lacte trita cerato roſaceo excipimus, & vtimur.

Aliud,quod confeſtim à doloribus liberat.oportet autem ante pharmaci impoſitionem ægrum lauare,atque ita exterſis locis ſtatim adhibere. Succi abſinthii trientẽ, croci trientem,ceræ tantundẽ, opii vnc.I. irini ſeſcuncẽ. opium & crocum in paſſo diluito, & affuſo cerato,vnito, ac vtitor. Aſclepiadæ paſtillus podagricus,dolorẽ leuans. vſus eius competit tempore exacerbationum. Aloes lib.I.centaureæ ſextãtem,thuris trientem,myrrhæ trientem,lapidis aſii,opii,ſucci mandragoræ, ſtyracis, alumi- C nis ſciſſi,cuiuſque ſextantem:excipe ac ſubige paſſo,& ad paſtillorum formam reducito . Vſu verò expetente, lacte diſſolutos cum pinnulis illinito,ſupra illitum locũ linteolo impoſito paſſo imbuto.

Vnguenta recalfactoria quæ poſt ſtupefactiuorum vſum adhibentur, Cap. XXXI.

QVVM itaque ſtupefactiuis vſque ad feruoris inflãmationum deletionem fuerimus vſi, pòſt calefacere mẽbra conuenit cataplaſmatis ex caſtoreo & thapſia cõ- D poſitis.ſi enim hoc non fecerimus, debilia & intemperata reddita membra perpetuo fluori obnoxia reddemus,& quæ in actionibus facilè offendentur. Quapropter vnam atque alteram vnguentorũ recalfactoriorum cõpoſitionẽ apponã.ex quarũ numero & hæc eſt:Succi thapſiæ drach. octo,piperis drach.XXIIII.adarces, canchryos, euphorbii recentis,cuiuſque drach. XXXII. (ſi verò recens euphorbium deſit,duplum eius ſume)ſtaphidis ſylueſtris drach. XII.pyrethri drach.XII.terebinthinæ drach.XVI.ceræ dr. XXIIII.olei cyprini lib.VI. Altera,eiuſdem vſus. Pyre- E thri,caſtorei,helenii,adarces,piperis,euphorbii,zingiberis,nitri,ceræ,ſing.drach.octo, irini quãtum ſufficit.Pro pauperibus autem ſatisfaciũt, allia,thymus,origanus,ſatureia,ſinapi,& ſimilia.

Pharmaca & edulia eorum qui flauæ bilis influxu infeſtãtur, Cap. XXXII.

EXhibẽda eſt autem & cyclaminus à flauæ bilis influxu infeſtatis:huius enim radix quamtenuiſſimè trita, cũ aqua mulſa aut paſſo pota,bilioſum humorem per ſudores excludit . dandæ autem ex ea drachmæ quatuor,cor- F poribus magnis & robuſtis: reliquis verò,pro virium tolerantia. Adiuuare verò oportet ſudorum excluſionem, corpus calefaciendo & fricando,ita tamen ne affectos locos cõtingamus.Præbenda quoque in potu ea quæ vrinã cient: talia enim bilem per lotium euacuare conſueuerunt:paſtillus item ex ſeminibus ſoporifer,& qui à triangulari forma trigonus appellatur, & cõſimiles,doloribus infeſtantibus commodè à flaua bile affectis exhibentur. Nam & ſomnus alti ſoporis inde oboritur,& fluxiones ab ipſis reſiccantur,atque id maximè ſi poſt corporis per pur- G gatiuum euacuationem exhibeantur.Edulia autẽ eis apta quæ refrigerant,non tamen humectant:humiditas enim auget fluxiones.Dandũ item eis lactucæ ſemẽ ob ſomnũ conciliandum, & papaueris ſemen tum in cibo tum in potu.Mala etiam & ſorba & meſpila præbenda,& quæcunque ad hoc quòd refrigerant,fluxus cohibent allationem. Cæterùm à vino omnino exacerbationis tempore abſtinendum eſt.intercapedine autem pura reddita,parum ex eo concedendum. Porrò inedia ab amara bile infeſtatos H extremè lædit: nam bilem acriorem reddit.

Cura eorum qui ob pituitæ influxum ægrotant,. Cap. XXXIII.

HOrum item curationem à pituitæ euacuatione principium ſumere oportet . Euacuatur autem humor pituitoſus per vomitus quidem, nihilominus tamen &

infernè per ventrem. Vtilis eſt autem in hac affectione per inferna purgatio,ſiue iuxta manus ſiue iuxta pedes hæreat morbus.& multo adhuc magis ſi iuxta omnes corporis articulos fluxus fuerit diſperſus:familiarior enim pituitæ via & minus periculoſa per inteſtina exiſtit. Si enim in ſuperiorem ventrem violenter adtracta non euacuetur,periculum inducit. quapropter tutius eſt vt ad infernam excretionem ducatur. euacuata enim, in vna die morbi vtcunque inueterati robur contundit:quare in podagra innatum ex pituitoſo humore fluxum, & mediocriter affligentem,& qui tum potẽtia tum actu calidis remediis delectatur,purgare oportet. Ante purgationẽ verò modicè adſtringentibus vtendum, atque id magis adeò circa initiũ fluxionum. Atqui ſi euacuatio per purgationes fieri non poſſit, quæ ſanè vel ſola ſæpe ſufficit ad affectionum fluidarum curationem : tum inedia & fame vtendum eſt ad plures dies.natura enim pituitoſi eam bene tolerare poſſunt.Vtendum etiam confricationibus diſcuſſoriis,ampliúſque efficacioribus infuſis, & pharmacis cientibus vrinam.Cæterùm quæ ratione nutrimenti præbentur edulia, natura ſicciora ſint,& minus nutriant, veluti eſt oryzæ ſuccus & bromi,qui inter frumentacea referuntur: nuces iuglandes paucæ, piſtaciáque & nux thaſia, & vuæ paſſæ, & capparis ex aceto mulſo. quandoque etiam parui piſciculi in petroſis aquis coaliti, & paſſerculi montani aſſati præbeantur. Vinum autem præbeatur quamminimum interualli tempore,tenue,fuluum & vetus. Cataplaſmata autem quæ frigidis fluxionibus cõueniunt,imponenda. in principio quidem terebinthi folia viridia & tenera cũ adipe ſuillo recẽti & roſaceo,modica cera adiecta. apta ſunt ipſis & cupreſſi folia & pilulæ vino cocta: & cyperi radices & rhamni folia.poſt principiũ verò,pituitoſis conuenit ex eruo &lolio ac fœnogræco cataplaſma. quemadmodum etiam ea quæ ex ciceribus conſtant,ariſtolochiæ radice trita admixta,centaureáque & gentiana,& pæonia, & bryoniæ radice ac fructu. ex amaraci itẽ coma & artemiſia,abrotonique foliis & adianto,vitice,lauro,pulegio,ſampſucho,mẽtha,braſſica,ſiſymbrio,ſerpyllo,filice,fœniculo,eruca,& reliquis quæ ſaporis acris,aut ſalſi,aut amari ſunt:& maximè ſi dolores citra ardorem ex refrigerationis ſenſu ſint oborti. Singula verò ex his cum pane & adipe recentia pro cataplaſmate imponito.quanquam nihil vetet vnũquodque per ſe adhibere. Optimum eſt etiam fomentũ ex paſſo mari mixto apparatũ. At verò quinquefolii radicum & malicorii æqualibus partibus decoctis perfudi ac foui, inquit Archigenes,circumdolentes partes.imò & tritis ipſis magis inflammata loca cataplaſmatis modo contexi, atque hoc ipſum multis,velut obluctans & reſiſtens remedium,dolores expulit: aliquibus autẽ, vt pharmacũ nulli inferius, ipſos mitigauit:rariſſimè verò citra commoditatem apparuit. Manſuetiſſimum verò & hoc eſt. Althææ folia cocta trita tum per ſe, tum cum polline, aut ordeacea farina, imponantur.ceratum item ex radice eius quæ hibiſcum appellatur,cocta in aqua mulſa trita.conſtet autẽ ceratum ex gleucino aut irino:imponatur verò iis qui tũ vehementer calida tum valde frigida auerſantur,mediocribus autem delectantur. Pharmacum porrò conueniens noui,inquit Philagrius,podagricis qui vnà cum doloribus frigoris ſenſu percelluntur,id quod ex laurino cõponitur. quum enim & alia eiuſdem generis ſint cum ipſo, tantam tamen commoditatem à nullo exhibitam ſcio.

Compoſitio autem hoc modo habet. Pharmacum ex oleo laurino. Ceræ,adipis ſuilli veteris,reſinæ pinus ſiccæ, terebinthinæ liquidæ,cuiuſque drach. XCVI. cyprini, laurini,œſypi,butyri,cuiuſque drach. XLVIII. galbani,medullæ ceruinæ,cuiuſque dr. XVI. Hoc quidem igitur medicamentum confeſtim à dolore liberat eos qui in dolore frigoris ſenſum perceptant. Admirandum etiam in his pharmacum eſt, quod ex croco conſtat & galbano, ſupráque ad ſanguineum influxum præſcriptum eſt, & in omni tempore adhibetur. Sunt autem& alia pharmaca his apta. quemadmodum ea quæ Myracopa appellantur, & quæ ex ipſis componuntur cerata. fiunt autem hæc commenſurata & proportionata cera ad vnguenta ipſa admixta. Pharmacum ex metallicis. Optimum verò & ipſis pharmacum eſt ex metallicis ad ſauciatos neruos à Galeno apparatum, cuius & nos admirabile periculum fecimus, inquit Philagrius. quum enim partium quamtenuiſſimarum ſit, ad profundum corpuſculorum progreditur,& attenuat,& diſcutit. Cõmodum igitur exiſtit in prædicta diſpoſitione, poſt ſedatos dolores admotum,aut quum mediocres exiſtunt : non ſolùm enim diſcutit vt dictum eſt, ſed & repellit. Compoſitio verò hæc eſt. Chalcitidis drach. VIII. miſyos drachm. XVI. ſquamæ æris drach. XXIIII. thuris drach. XXIIII. galbani drach. XII. colophoniæ drachm. XCVI. ceræ drachm. XCVI. olei drachmas CXXVIII. aceti acerrimi quantum ſatis eſt. Metallica cum aceto in ſole æſtiuo terito ad plures omnino horas:deinde thus adiicito,rurſúſque diu terito, & liqueſcibilibus liquefactis, refrigeratis, & eraſis admixtis, vnito ac vtitor. Pharmacum ex vino & oleo,Galeni.

Aliud pharmacum ex oleo & vino Galenicum, conueniens in declinationibus inflammationum, & poſt eaſdem omnibus podagricis. Spumæ argenti drach. XCVI. olei veteris drachm. CXCII. ad podagricos verò ſufficit ſi anniculum ſit oleum, vini veteris fului pellucidi atque leniter dulcis drachm. CXCII. Coquito ſimul ad cõpagem manus non inquinantem: hic enim eſt optimus eius apparatus. nam qui triplum olei accipit diutius coquitur,& magis reſiccans redditur. Porrò iis qui poſt dolores vehemens frigus percipiunt, aliud Galenicum pharmacum ex euphorbio ad ſauciatos neruos deſcriptum conducit. At verò adhuc pharmacum podagricis commodum, tum in inflammationum remiſſione, tum poſt eaſdem, exiſtit quod Ægyptium appellatur, & quod ex lanis ſuccidis vſtis apparatur. habetur autem inter multæ cõmoditatis emplaſtra in decimoquinto Sermone huius tractationis.

Cura eorum qui ex atræ bilis influxu ægrotant, Cap. XXXIIII.

Dicatur autem ex ordine & de atræ bilis influxionibus quæ & ipſæ omnino vniuerſali euacuatione præcedente opus habent,hoc eſt venæ ſectione aut purgatione. quando quidem igitur ad atram vergunt bilem, euacuatione per ea quæ ipſam repurgant: quando verò ad ſanguinem atra bile infectum declinant,per venæ ſectionẽ. Si verò ambo hæc ſimul per totum hominem redundarint,non vnum aliquod ex prædictis adhibere ſuffecerit, ſed præſecta vena:deinde depurgare cogimur.quod ipſũ & in aliis affectionibus duplici euacuatione indigentib' erit faciendum.Priuſquam igitur totum corpus euacuamus,atque in ipſo etiam euacuationis tempore (dico ſanè in principiis) repulſoriis & ſenſim ſimul calefacientibus vtendum eſt. poſt euacuationem verò,iis quæ ſenſim calefacere,& attenuare, & diſcutere poſſunt vtemur. Sunt autem repulſoria quidem ſimúlque leniter calefaciẽtia,terebinthi folia & cupreſſi,cyperi radices, & ſimilia. calfactoria autẽ ſimúlque attenuatoria & diſcuſſoria, bryoniæ radix & cyclamini,ſylueſtríſque cucumeris,& raphani,lauri item folia mollia,& paſtinacæ,& caucalidis,ſinapis,naſturtii,conyzæ,braſſicæ,iridíſque & ocymi & aliorum innumerorum folia. Admiſcenda autem ſunt hæc pani aut cuipiam ex prædictis iam ſæpe farinis, & adipi anſerino aut gallinaceo, butyróque & œſypo: atque id maximè in humectis & mollibus corporibus,quò leniora reddantur.Quin & poſt huiuſmodi pharmacorum impoſitionem, præſcripto ex croco pharmaco, & eo quod ex metallicis conſtat,vti conuenit: ampliúſque quod Machærioni inſcribitur, & quod Iſis appellatur, ſimilibúſq́;, quorum compoſitiones in XV. Sermone traditas reperies.Etenim huiuſmodi pharmaca relictum in membris humorem concoquunt, eundémque attenuant & diſcutiunt, ampliúſque membra debilitata corroborant.Commodiſſimum autem pharmacum per interualla exacerbationum dolore non infeſtante, ad atræ bilis fluxiones eſt Corax,quemadmodum etiam paſtilli,Andronius inquam, & Muſæ, & qui ex centaurea, itémque qui ex lanis ſuccidis apparatur, & conſimiles in decimoquarto Sermone deſcripti. illinuntur autem cum vino dulci.

Miſcentur etiã ad præſcriptum ex croco pharmacũ, & ad id quod ex metallicis conſtat, ita tamen vt parum quid ex paſtillis ad multã pharmaci partẽ cõmiſceamus, vt videlicet paſtilli duodecima pars ad vnã pharmaci partem addatur, hoc eſt ad pharmaci lib. 1. paſtilli vncia vna: aliquãdo autẽ minus. Quum enim euacuare & diſcutere voluerimus, minus de paſtillo adiicimus: corroborare autem & firmitatem addere, plus. Quòd ſi neque perfecta, neque abſque dolore ſint exacerbationum interualla, panem vino maceratũ & ſufficienter emollitum ad prædicta medicamenta per interualla admiſcere expedit. Præſtans autẽ eſt & in iis diſcuſſoria fricationum ſpecies vniuerſi corporis, præter affectas partes, tum per interualla, tum tempore exacerbationum, vehementius & diutius facta, & maximè ſi non fuerint præeuacuati.

De iis qui ob tenuem fluxum ægrotant,
Cap. XXXV.

SI ſeroſi ſint humores qui ad articulos influunt, nõ paruum ſignũ tenuitatis ipſorum eſt, quòd neque tumorẽ magnum habeant inflammationes, neque diutius durẽt, imò neque moleſtiam aliquam in motibus perpetiuntur ægri, poſtquam quieuerint inflammationes. Eorum igitur qui ob tenuem influxum ægrotant, remedium quod eadem die opem eis fert, purgatio eſt per ea quæ ſeroſos humores euacuare poſſunt, facta. Fluxiones autẽ quæ non ita validum dolorem inferunt, ſæpe in ſolo irrigationum fotu ſubſtiterunt, ex oleo videlicet roſaceo & vino dulci ſuppreſſæ, modica cera admixta, iiſdémque lanis ſuccidis exceptis: additur etiam aliquando nitri ſpuma. Quin & quod ex cote Naxia ex ferri affrictu deteritur, & in ea congregatur, illitum iuuit: & Selinuſia terra & Cretica, & Samius aſter, & Lemnia ſphragis appellata, vino & poſca, & aceto ac paſſo diluta, illita eodem modo profuerunt. At verò & caſeus recèns coactus impoſitus mediocres inflammationes etiam ſolus iuuat, & cum polẽta, aut farina præſertim ordeacea. Habet enim in ſe non modò quid repulſorium, ſed & diſcuſſorium, per quod & tenues fluxiones repellit, & humores in articulis euacuat. Lentiſci etiam ramuli teneri & fructus, ſimilitérque myrti & terebinthi, & pirorum, ac quercus, oleæ, punicæ, meſpilorum, ceraſi, pruni, rubi canini, & rubi: cuius etiam fructus & virgulta idem operantur: & vt ſimpliciter dicam, quæcunque res in fructibus, & foliis, & ſuccis, & radicibus aliquid amari, aut acris, aut ſalſi, aut nitroſi habent, ſimúlque cum amaritudinis & acoris omniúmque: prædictorum moderata qualitate non adeo excellenti, adſtringũt: hæ mediocres dolores ex fluxione obortos iuuant. ſuffecit autem vnà cum iis ad perfectam ſæpe curam fames ipſa, quemadmodum etiam clyſter omnibus ferè podagricis conuenire videtur, & maximè in quibus venter aſſiduè cohibetur. Ruta etiam viridis & paſtinaca viridis, vtiliter ipſis pro cataplaſmate imponuntur, maximè quibus venter cohibetur, ampliúſque quibus pungitiui ſunt dolores & inflantes. Admiſcere autem omnibus his expedit adipes, quandoque & polentas, & farinas quaſdã, quæ haberi poſſunt: mel item ac paſſum & roſaceũ, quò humecta & liquida conſeruemus. At verò ſi & fermentũ modicum hoc tempore admiſceas, nihil peccaris. Hoc igitur modo etiam plurima ex hortenſibus tibi cõmoda fuerint, ſi ipſa iuxta prædictas qualitates iudicaris, amaram nimirum & ſalſam, acidámque & adſtringentem atque acrem, quæ omnes ſint mediocres. Inuenies autem aliquando & dulcem qualitatem vnà cum his permixtam in eadem etiam planta. ea quoque quæ in mari naſcuntur, plerunque talia ſunt, vtpote quæ lactucæ appellantur. ſunt autem germina lata & oblõga ac viridiora, tenuia & ſubrugoſa, ac veluti conduplicata ad litora maris perfluctus eiecta. præſtãtiores autẽ fiunt cum poſca decoctæ. viridia item quæ in fuco ſiue alga tinctoria ad radices ſita ſunt. & ad hæc quæ in petris maris reperiuntur ſimilitudine fungorũ. reliquáque germina mollia commodant eodem modo. omnia enim huiuſmodi aptè cõmiſcentur adipibus ac farinis. Quin & torpedo tũ marina tum fluuialis, iuxta alium quendã modum, non in paruis ſolùm ſed in magnis quoque inflammationibus

A congruit. Naturali enim facultate quadam ſtuporem inducit, & dolores è corporibus tollit. quapropter ipſam viuentem aſſiduè admouere inflammatis locis oportet. Cocta item adhuc viua in oleo, deindéq; extracta, ac modica cera cum oleo eliquata, commodiſſimum pharmacum omnibus dolore afflictis podagricis redditur. Conſimili efficacia vermes terreni appellati præſtant, ſi in oleo coquantur, & cera poſtea in oleo liqueſcat.

De fluxionum inter ſe complexu,
Cap. XXXVI.

B QVVM itaque iam ſimplicium & immixtarum inter ſe fluxionum curatio ſit relata, nulla difficultas amplius eſt, etiam mixtarum curam inuenire. Satis enim manifeſtum eſt quòd ad humorum complexum, conſequenter etiam curationes oporteat mixtas eſſe. Cognitiones autem mixtarum fluxionum, ex prædictis ſimplicibus affectionibus ſunt ſumendæ.

Cura affectionum ex ſanguinis & bilis complexu, Cap. XXXVII.

SI igitur ſanguineæ & bilioſæ affectiones concurrãt, &
C propterea tumor magnus & ruber, & quodammodo flauus ac feruidus, membrum fluxione infeſtatum apprehendat, & dolores nunquam remittentes incumbant, & exacerbatio vehementer quidem alternis & tertio quoq; die fiat, benignior autẽ ſingulis diebus, omnino ſanè manifeſtum puto quòd medicationis initium à venæ ſectione primùm fiet, conſequente exinde bilioſi humoris purgatione. Satis conſtat autem quòd & euacuationum tempore repulſoriis vtemur: quæ videlicet frigidæ & adſtringentis ſunt facultatis. Et deinde primùm mitigatoriis &
D refrigerantibus quidem vtendum, non autem amplius adſtringentibus. adſtrictio enim tumorem inſpiſſat ac cogit, vt ægrè diſcuti & reſolui poſſit, ſi diutius ea vtamur. poſtremùm verò etiam iis quæ concoquere & diſcutere tumorem poſſint, vtendum eſt. In principio igitur, iuxta euacuationum inquam tempus, vtile pharmacum eiuſmodi affectionibus eſt ex acacia & veratris paſtillus in mortario plumbeo cum ſemperuiui, aut plantaginis, aut ſanguinariæ, aut ſenecionis, aut vmbilici Veneris, aut rumicis acuti, aut ſolani, aut vuæ acerbæ, aut hyoſcy-
E ami, aut lactucæ ſucco dilutus. Atqui iuxta augmenta & & vigores affectionum, etiam ea quæ ad ſanguineas affectiones dicta ſunt, in cataplaſmata admiſcere expedit, ſuccóſque item iam relatarum herbarum, & ipſas adeo herbas tritas. Poſtquam verò feruor inflammationis ceſſarit, concoquentibus cataplaſmatis & medicamentis vtemur: parte etiam affécta vulnuſculis impactis ſcarificata, præſertim ſi appareat tumefacta.

Cura bilis ad pituitam permixtæ, Cap. XXXVIII.

AT verò ſi pituitoſi humores bilioſis fluxionibus ad-
F miſceantur, ſi quidem vnio & permixtio ipſorum eodem tempore hominem infeſtet, miſcere etiam remedia oportet, eorúmq; multitudinem purgare per ea quæ bilem ſimul & pituitam educere poſſunt: forinſecus autem cataplaſmata imponenda pari aut impari modo, permixtis iis quæ pituitoſum & bilioſum euacuant fluxum. Et pari quidem modo vtraque cõiiciemus, quum affligẽtium humorum mixtura æqualis fuerit: impari verò, ſi alter humorum redundarit. Neque verò obliuioni tradendum quòd aliqua ipſorum in principio rectè adhibẽtur:
G aliqua verò iuxta mali progreſſum & vigorem: quædam verò eo remittente & circa declinationem.

Cura humorum atræ bilis aliis permixtorum,
Cap. XXXIX.

EAdem etiam methodo vteris, ſi atræ bilis fluxiones reliquis fuerint admixtæ, tum iuxta exacerbationum circuitus, tum iuxta continuitatem. Neque enim ſolùm ad affectionum complexus eſt reſpiciendum, ſed & nu[illegible] aſſiduè & citra remiſſionem, an iuxta circuitum infeſtent. Primùm quidem igitur & in illis euacua-
H tionibus conuenientibus vtendum eſt: deinde vbi quidẽ aſſiduè infeſtarint, cataplaſmatis dolores ſedantibus vti expedit. Vbi verò per circuitum moueantur, inſtantibus quidem doloribus, mitigatoria cura: per interualla verò. corroboratoria membrorum vtemur. Manifeſtum autem

quòd quæ magis feruent,maiori refrigeratione opus ha-
bent:quæ minus,minori.omnia tamē feruentia refrigera-
re oportet. Quæcũq; autē fluxiones pruriginoſæ fuerint,
obtũdentibus & diſcuſſoriis curabũtur: quæcunque verò
mordaces,obtũdētib⁹ ſolis. Et quæ in alto ſitæ ſunt,per ea
quæ tenuiũ partiũ exiſtũt:quæ verò in ſuperficie,per ſim
pliciora. Omnium autem horum ſyluam in fine ſecun-
di huius tractationis Sermonis præſcriptam habes.

Cura durorum tumorum qui poſt inflammationes
relinquuntur, Cap. XL.

DVri & reluctantes aliquando tumores poſt inflam-
mationes relinquuntur,qui ex craſſis humoribus ge
nerationem habēt,in corporibus præſertim durioribus,
& quæ ægrè per diſcuſſoria exoluuntur, & malè curatis.
huiuſmodi enim non curati ſtatim, ſeipſis peiores fiunt
ad vitæ actiones obeundas.Cæterùm huiuſcemodi tumo
res ſedant, pharmacum Machærionis & Piſcatoris,& Æ-
gyptium,& conſimilia.de quibus dicetur XV Sermone in
pharmacorum multæ commoditatis relatione : dicetur
autem & hîc vbi ex ordine de tumoribus qui ægrè con-
coquuntur tractabimus. Sunt etiam parabilia pharmaca
ad hanc affectionem, ſi ruri viuamus, ſatiuæ fici & ſylue-
ſtris quoque groſſi cocti, triti & impoſiti, tum ſoli, tum
cum quadam ex prædictis farina & adipe. Cyclamini i-
tem & cucumeris ſylueſtris radix, & althæa bis cocta, &
caricæ pingues, adianton, auena, vrtica, bryoniæ radix,
bulbi anethi,abrotoni,buphthalmi,iridis folia, itémque
marrubii, ita vt ſingula prædicta cum viſco, pice, & ſul-
phure viuo permiſceantur.

De tumorum crudorum & incoctilium cura,
Cap. XLI.

CRudi tumores ex materia albidiore ac lentiore cōgre
gātur,diúque durant,neque cōcoquuntur,neque diſ-
cuti poſſunt. Quandoque verò primis quidem diſcuſſis,
loci ſtatim fluxione infeſtantur,& inæquali magnitudine
ſemper permanent tumores,& in quibuſdam ſanè peni-
tus abſque dolore fiunt,in aliis verò dolore quodā com-
itante. Quando quidem igitur diuturnos videris tumo-
res citra dolorem,per diſcuſſoria curato, diligenti ani-
maduerſione habita nequid relinquatur induratũ, quod
incurabile aut ægrè valde curabile reddatur, & maximè
vbi calloſarum duritierum generationem videris in ar-
ticulis futuram.Si igitur citra dolorem videris crudos tu-
mores,emollientibus ad diſcuſſoria admixtis curato,ne-
quid penitus induratum relinquatur. Si verò cum dolore
contingant tumores,non modò diſcuſſoriis, ſed etiā quæ
vnà cum hoc quòd diſcutiunt,lenire poſſunt,expedit vti.
Manifeſtũ eſt autē quòd,ſi fluxus tenuis & modicus cum
doloribus quibuſdam deferatur, inde tumores poſt in-
flammationum remiſſiones oboriantur & infeſtent,atque
id maximè in iis euenit qui delicatius viuunt,aut frequē
ter lauantur, aut pluſquam oporteat inambulant,vel e-
tiam rebus venereis vtuntur.Oportet igitur in his ad tu-
mefacta imponere pharmacum ex ſalicibus, ita vt agglu-
tinari poſſit,apparatum:aut quod ex aſpidibus conſtat ad
ſtrumoſos deſtinatum,aut aliquod conſimile : præſertim
quum ſenſus ægris adeſt iuxta coxendicem aut femur,
tanquam aliquid ad inferiora deferatur.quúmque dicunt
ſe affici velut formicas repentes ſentiant, dolétque &
iam refrigeratur,iam caleſcit membrum. Quin & lauan
tes per ſmegmata ex adarce,alcyonio,& pipere,defricare
oportet. Adſtringentia igitur ſunt ſimúlque diſcuſſoria
pharmaca quibus neceſſariò vtimur ad crudos & dolen-
tes tumores, velut ſymphytō petræũ,terebinthi virgulta,
ſcolopendrium viride,cyperos,& ſimilia(de quibus ſæpe
dictum eſt)cum pane multo & roſaceo permixta,præſer-
tim in iis qui humido & albo corporis habitu ſunt præ-
diti. Ex compoſitis autem conuenit eis pharmacum ex
ſuccis, quod cum vino flauo & ſubadſtringenti eſt emol-
litum,& Galeni phœnicinum cum multo roſaceo lique-
factum,& locis liquidius impoſitum. Cæterùm in tumo-
ribus citra dolorem,conueniunt adiantum viride, folia
vrticæ, althææ,chamæmelum, vua paſſa pinguis, ſertula
Campana,meliſſophylō,lauer,citrii exterior cortex,& ſi-
milia.Ad quæ ſingula,cicerũ & lupinorum farinæ, & pa-
A nis, & olei veteris ac ſicyonii,& adipis ſuilli veteris tan-
tum admiſcendum eſt, vt mollis ad tactum compoſitio
reddatur,& morſum nullum ad membrum accedere per-
mittat.Ex compoſitis autem pharmacis conueniunt his,
id quod ex croco & galbano conſtat, & quod ex liqueſci-
bilibus apparatur ac mox referetur. & Machærionis &
Piſcatoris,cum cerato ex oleo ſicyonio aut aliquo con-
ſimili liquefacta. atque hæc quidem in mollioribus cor-
poribus adhibentur.In durioribus autem & quibus tumo
res non dolitant,conueniunt viticis folia, præſertim ari-
B da,& amaracum, amarātum, ari & ariſari radix,ſmyrniũ,
& althææ radix,elaphoboſcum, ericæ folia,fæniculi fo-
lia,filix, ſiſymbrium, ſcandix, erucæ folia & ſinapis viri-
dis. Compoſita autem conueniunt tum prædicta citra ce
rati admixtionem,tum Iſis & Aphrodite appellatæ, & a-
lia infinita iiſdem viribus prædita. Huiuſmodi autem
pharmaca vnà cum hoc quòd tumores exoluunt, etiam
fluxiones naturæ ſuæ aptitudine repellunt. quod ipſum
etiam probè faciunt cupreſſi pilulæ virides cum vino co
ctæ, prædictorum leguminum farinis & ſuillo adipe ad-
C mixtis. quandoque verò & lauri ramuli, & rubi folia, &
ſimilia admiſcentur.Efficaciora autem prædictis ſunt, &
agreſtioribus corporibus, ac tumoribus qui ægerrimè
concoquũtur conuenientiſſima,abrotonum, ammonia-
cum thymiama, anemonarum radices & haſtulæ regiæ,
bryoniæ radix,pulegium,dracunculi radix,bdellium,bu-
phthalmum, gentianæ radix, & myrobalanus. His au-
tem adhuc fortiora ſunt capparis folia, glaſtum, betoni-
ca, cyclamini radix, braſſicæ vſtæ cinis, ruta, panaces vi-
ride,peucedani radix,ſquilla,fici ſylueſtris fructus, trifo-
D lium aſphaltites, trixago, ſulphur, pix.Addatur autem ſin
gulis prædictis panis & adeps,aut prædictorum legumi-
num farinæ,quandoque etiam caricæ.In quibus omnibus
ſcopum tibi propoſitum habeas, vt citra partis affectæ
combuſtionem & afflictionem curam facias:quapropter
etiam neceſſaria eſt prædictarum farinarum, itémque a-
dipum admixtio. Tantum autem commiſcere ex eis o-
portet,quantum vehementem vniuſcuiuſque vim obtũ
dere volumus. Admiſcendus autem eſt non ſolùm adeps
ſuillus,ſed & caprinus,& vitulinus,& taurinus,ceruinus &
E anſerinus.medullæ item omnes admiſcendæ, habito na-
turæ curandi corporis reſpectu.Et cochleæ vnà cum teſtis
tritæ,& ſine alterius rei admixtione, & caprino ſtercore
cum aceto trito admixto impoſitæ, tumores laxos &
molles deſtruunt & adſtringunt,qui ſanè ex lentis & craſ
ſis humoribus oboriuntur. Porrò operæpretium duxi ad-
monere, diligenti animaduerſione opus eſſe ne clam
te indurata aliqua tumoris pars relinquatur. quod ſanè
vbi videris factum,iis quæ fortiter emollire poſſunt,vte-
ris,reſpectu ſimul ad habitum corporis habito. Ex ma-
F lagmatibus autem fortiſſimum eſt Lucio inſcriptum ad
articulos diſtortos.

Malagmata diuerſa,in quibus etiam Lucii malagma
eſt,ad articulorum diſtortiones deſtina-
tum, Cap. XLII.

MAlagma Lucii ad articulos diſtortos inſcriptũ. facit
ad thoracis affectiones & abſceſſus in profundo, ad
neruos contractos, & articulos ſtupore occupatos : Lati-
nè diſtortiones & Græcè ancylas appellam⁹.Facit opiſtho-
tonicis, & ad omnem neruorum per conſenſum affecti-
G onem. Ad neruorum item laſſitudinem,acopon egre-
gium eſt irino aut cyprino diſſolutum.Bdellii, adipis vi-
tulini,ammoniaci thymiamatis, iridis, cuiuſque ſextan-
tem,opopanacis,galbani,canchryos,thuris,ſtyracis,cuiuſ
que drach.VIII.piperis grana CLX. ceræ ſeſcuncem, tere-
binthinæ ſeſcuncem,fæcis vnguenti irini aut cyprini ſe-
xtantem & vnciæ dimidium, vini quantum ſufficit. am-
moniacum,opopanaca,thus,terito cum aceto,liqueſcibi-
lia verò liquefacito,& ab igne ablatis ſicca inſpergito:de-
inde etiam trita ipſis adiicito,& vnita in mortarium dif-
H fundito,ac fortiter emollito,extractíſque vtitor. Optimũ
eſt etiam eis ex pice Brutia Galenicum pharmacum,ad ra
bidi canis morſum deſcriptum.habet autem hoc modo.
Picis Brutiæ lib.I.opopanacis quadrantem, aceti acerri-
mi drachm. vnam, apparato quemadmodum de rabidi

canis morſu prædictum eſt Sermone ſexto. Aliud phar
macum ex liqueſcibilibus, Galenicum: quod conco-
quit ſimul & attenuat tumores.quo ſanè in mollib⁹ cor-
poribus vel ſolo vtendum:in durioribus verò admiſcē-
dum eſt ei id quod ex metallicis conſtat,ad ſauciatos ner
uos deſtinatum,ita vt mixtura vbilibet iuxta corporum
& affectionū naturā fiat.Habet autem hoc modo: O-
popanacis vnciam vnam,terebinthinæ Chiæ vnciam v-
nam,propolis teneræ quadrantem.Si verò propolis tene
ra non ſit,admiſcebis terebinthinæ triētem. quòd ſi ne-
que intotum propolis haberi poſſit,coniicito picis Bru-
tiæ ſeſcuncem. opopanaca in aceto albo contere. Hoc
pharmacum prædictos tumores concoquit, & humores
in alto ſitos attrahit,diſſecat,& repurgat.Cæterùm quod
ex metallicis conſtat,item Galenicum ad ſauciatos ner-
uos deſtinatum,hoc modo habet: Chalcitidis, miſyos,
æruginis vſtæ,cuiuſque drachmas octo,colophoniæ beſ
ſem,ſquamæ æris drach.vigintiquatuor, ceræ drachmas
xcvi.olei drach. cxxviii. reſinæ drachmas ſedecim,
galbani drach. duodecim,aceti quantum ſufficit.chalci-
tin,miſy,æruginem,æris ſquamam cum aceto in ſole æ-
ſtiuo contere ad plures horas, & liqueſcibilibus lique-
factis & affuſis, vni, emolli, ac vtere. Aliud Galeni-
cū,ad eos qui tenerum corpus habent & neruis ſaucii
ſunt,deſcriptum: Chalcitidis vſtæ, miſyos vſtæ, cuiuſ-
que drach.octo,ſquamæ æris drach.xxxii. thuris drach.
xxxii.ceræ drach.xcvi.olei drach.cxxviii.reſinæ dra-
chmas xvi.galbani drach.xii.aceti quod ſatis eſt: appa-
rato vt dictum eſt. His itaque pharmacis vtemur per
ſe,vbi dolores ex profundo diſſoluere velimus.miſcebi-
mus autem pharmacum ex liqueſcibilibus conſtans, v-
bi tumores fuerint obdurati. Malagma ad podagri-
cos & articulorum morbos valde generoſum. liberat
à tota affectione.vſus eius eſt per exacerbationum inter-
ualla: Ceræ lib.i.terebinthinæ lib.i. ſpumæ nitri ſeſcū-
cem,floris lapidis aſii ſeſcuncem,thuris ſeſcuncem,olei
cyprini libram vnam,lixiuii coactiliariorum,ſiue pilea-
riorum,quantum ſufficit.Arida contundito, cribrato,&
cum lixiuio ad liquidi cerati craſſitudinem terito, & li-
queſcibilia liquefacta tritis affundito,vnito,ac vtitor.

Aliud. Calcis viuæ,thuris, cuiuſque drachmas qua-
tuor,terebinthinæ drach. quatuor,ammoniaci thymia-
matis drachmas quatuor,ſpumæ nitri drachmas iiii. a-
dipis taurini drachmas octo, floris lapidis aſii drach.
ii.ceræ trientem,olei trientem. liqueſcibilia liquefaci-
to,& cum ſiccis vnito ac vtitor.valde præclarum eſt.Re-
ſorbet collectiones circa articulos congregatas, & à do-
loribus vindicat. Aliud, quod intotum ab omni affe-
ctione liberat: Seminis cicutæ, comæ centaureæ, iridis
Illyric,agarici,cardamomi,fœnigræci, corticis radicis
mandragoræ,ſingulorum ſextantem,terebinthinæ librā
vnam,olei veteris ſeſcuncem,vnguenti Syriaci,aut ſalca
appellati ſeſcuncem.terebinthinam cum oleo veteri mo
dicè coquito:deinde vnguentum addito, & ablatis ab i-
gne arida trita inſpergito & vnito,emollitáque in vas æ-
reum aut ſtanneum reponito,vaſe tamen prius ex vnguē
to malabathrino ſiue foliato illito.Hoc pharmacū craſ-
ſos & mucoſos humores trahit per obſcuros meatus.

Aliud ad eos qui à natiuitate articularem morbum cō-
traxerunt, vtpote quibus genua,humeri,cubiti,& reli-
qui articuli dolitant: Ceræ, colophoniæ, reſinæ pinus,
cuiuſque ſeſcuncem,terebinthinæ vnciam vnam, fœni-
græci ſicci contuſi & cribrati trientem, cyprini trientē
aut quantum ſatis.Eliquatis liqueſcentibus fœnumgræ-
cum inſperge,& vtere. Aliud ceratum ad articularem
morbum,pulchrum: Ceræ,adipis porcini,colophoniæ,
reſinæ pinus,cuiuſque libras duas,butyri libram vnam,
terebinthinæ librā vnam,galbani trientem,adipis tauri-
ni libras duas, œſypi libram vnam. liquefac, percola &
aſſerua. vſus verò tempore,vnguento nardino diſſolue,
aut etiam gleucino,& linteolo exceptum impone. A-
liud ad articulorum morbum & podagricos, vt præ ad-
miratione conſterneris. Ceræ drach.c.roſacei drach.cc.
foliorum ſideritis tenerorum drach. c. ſtyracis drach.
xx.thuris drach. octo,nitri drach.octo,mannæ drach. x.

A liquefacta cum reliquis tritis vnito, ac vtitor. Sunt au-
tem & alia quamplurima pharmaca quæ tumores tolle-
re poſſunt poſt inflammationes adhibita: maximè verò
omnium quod ex aſpidibus conſtat ad ſtrumas deſcri-
ptum,facit ad eos quibus laxi tumoris magnitudinem
detrahere volumus.Subuertit enim quamplurimùm tu-
mores laxos: itémque duros:eóſque ſimul diffundit. cō-
ſtringit autem & condenſat articulos præclarè omnino,
ſi quod ex ſalicibus conſtat,ei admiſceatur. Ego autem,
inquit Philagrius,penuria pharmacorum ex metallicis
B præſcriptorum,id quod ex ſalicibus apparatur admiſcui,
& maximopere profeci,articulis inde conſtrictis,denſa-
tiſque ac corroboratis: obfirmato videlicet fluxionum
humore prius euacuato.Licebit autem,ſiquis ruri viuat,
& prædictis pharmacis careat, ex adipe qui ad manum
ſit,& arida pice cum reſina pinus, aut etiam alia reſina
quæ haberi poſſit,pharmacum in cerati formam appara-
re,ipſique chalcanthi quantum vbilibet rectè habere vi-
debitur,admiſcere:ſalem item ac miſy,auripigmentum,
& ſimilia.Quin & viſcum & irin,ariſtolochias, pæoniā,
C peucedanum,gentianam,centauream, artemiſiam, thy-
mum,origanum,nitrum,nitri ſpumam,thus, myrrham,
ſtyracem,propolin,maſtichen,ac alia innumera his con-
ſimilia licebit reperire,indéque pharmaca tumores cō-
ſtringentia componere,quemadmodum nos fecimus nō
paucies,communibus ad podagricos & articulorū mor-
bos pharmacis inde apparatis. Philagrii pharmacum
ex nitro & oleo. Nitrum accipito friabile & nihil calcu
loſum in ſe habens, idque ipſum quātenuiſſimè terito,
olei tantum ad ipſum in mortarium affundens quò trita
D ſimul ad mellis craſſitudinem redigantur:atque vbi ſatis
diu contriueris,cacabo excepta ad lentum ignem non fu
mantem coquito aſſiduè agitando,donec ad bonam cō-
pagem reducantur,animaduerſione habita ne liquidius
pharmacum relinquatur.quod vbi contigerit, pharma-
cum penitus liquidum euadit,& neque in poſterum in-
ſpiſſatur,niſi multam aliam ſuſtineat coctionem, quæ
vim eius ſicciorem,& ob id affectis dolore membris in-
utilem reddit.Probare autem eius compagem tempore
E coctionis oportet,ad teſtam aridam ipſum deſtillando,
teſta non prius humectata,quemadmodum in aliis phar-
macis facere ſolemus. reſoluitur enim nitrum per aquæ
contactum.Sit autem oleum quod nitro affunditur,dul-
ciſſimum, tenuium partium, aut roſaceum, aut cha-
mæmelinum,aut anethinum,aut vetus,aut cicinum, aut
ſicyonium.Quandoque etiam chamæmeli humidæ ſiue
aridæ,aut iridis tenuiſſimè tritæ,aut ariſtolochiæ,aut a-
licuius conſimilis partem admiſcere prodeſt. Si quidem
autem repellere ſimul ac diſcutere velimus,aut etiam ca
F lidos dolores curare,cum roſaceo ipſum pharmacum co
quemus,aceto quandoque in coctione aut modico paſſo
affuſo.Si verò amplius diſcutere velimus, cū aliquo alio
oleo coquem⁹,admixtis etiam quibuſdam præſcriptorū
aridorum, iuxta habitū videlicet curandi corporis & cō
pagem ipſius tumoris.Hoc ſanè pharmacum dolores in
alto obortos,quamcelerrimè ſanat,atque id eo magis ſi
non bilioſum ſit neq; multū calidū quod influit.Neque
verò ſolùm podagricos dolores ex profeſſo iuuat,verūe-
tiam eos qui tales non ſunt, ſed ex fluxionibus congre-
G gati,& diſcuſſioni aliàs reſiſtentes.Vtimur itaque ipſo ſi
poſt ſedatas inflammationes dolores in alto permaneāt.

Pharmacum ex vrina bordonis,*hoc eſt muli* apparatum.
Attrahit quidem hoc, priore præſtantius: conuenit au-
tem magis craſſis aut crudis fluxionibus, præſertim ſi
cum chamæmelo viridi,vel ſola,vel cū adipe porcino re
centi,fuerint prius cataplaſmatis modo contectæ:cum a-
rida verò itidem eodem adipe admixto,ampliúſque fa-
rina fabacea,aqua & oleo ac modico paſſo adiectis.Quin
& ipſa anthemis, quæ & chamæmelon dicitur, valde ca-
H lidos dolores & inflammationes maximopere ex natura
ſua iuuat,ſtatim poſt vigorem adhibita. Etenim cutem
rarefacit,& attenuat moderatè,& bilioſos humores trā-
ſpirare facit,adeo vt huiuſmodi inflammationes etiam
ſola,nihil ex attenuatoriis & inciſoriis,veluti eſt artemi
ſia,& ariſtolochia,& calaminthe, & alia infinita, admi-

xtum habens,curet.Hoc itaque pharmacum ex argenti ſpuma & vrina apparatum,de quo ſanè ſermonem inſtitui,ſcio quoſdam circa totius affectionis vigorem, non modò iuxta particulares exacerbationes,aliquando verò & augmenti tempore, ad dolentes locos pro cataplaſmate impoſuiſſe,humoréſque forinſecus extraxiſſe, & tumores quidem maiores reddidiſſe: dolores tamen omnino ſedaſſe ac extirpaſſe. cæterùm odor ipſius intolerabilis eſt eis qui tenero olfactus ſenſu præditi ſunt. Compoſitio verò talis eſt. Vrinæ muli maſculi non caſtrati,ſextarios Italicos quatuor,ſpumæ argenti libras II. ſpumam argenti tenuiſſimè tritam in mortario habeto, eique vrinam affundito,ad ſolem videlicet æſtiuum expoſitæ paulatim vrinam inſtillato, & poſtquam ad mellis ſpiſſitudinem peruenerit,vrina ſcilicet conſumpta,olei vnc.XXIIII.addito, adipis porcini veteris vnc. XVI. & vſquequo non amplius inquinarit manus,coquito. vſus verò tempore,linteolo exceptum imponito. Oribaſius autem axungiæ libram vnam coniecit,& medullæ ceruinæ non ſalſæ beſſem,& mellis libras tres: reliqua verò eodem modo. Scribunt porrò quidam proprii muli vrinam accipiendam eſſe. reſiſtit enim & obluctatur morbo ex natura ſua hoc animal. Efficacius autem,aiũt,reddetur ſiquis dum coquitur ipſa,ſemel in cacabũ expuat, & ſemel in terram. atque hæc cum quibuſdam barbaris nominibus inuenire licet adſcripta, quæ ſanè curioſam penitus habent ſcripturam, atque ob id ſuperfluum & indecorum mihi viſum eſt,inquit Philagrius,ea adſcribere. Etenim citra eorum nominum incentionem ac nomenclaturam,ipſum pharmacum apparatũ, eodem modo efficax eſt, ſicut id quod cum nominibus præparatur. *Hippone Philagrii.* Hippone verò hoc modo apparatur: Anethi viridis vnc. XVI. ſquillæ recentis ſeſcuncem,olei omphacini ſeſcuncem ac vnciæ dimidium, aquæ ſextarios tres. anethum & ſquillam in aqua & oleo ad triduum macerato, deinde donec aqua conſumatur coquito,& percolato oleo ceræ nouæ lib. II. adiicito,medullæ ceruinæ lib. I. aut ſi hæc non adſit, adipis ceruini libram vnam. apparato,vtitor.

Cerata podagrica, Cap. XLIII.

CEratum ex ſucco ſenecionis valde pulchrum: Ceræ libram vnam,olei chamæmelini dodrantem,adipis porcini recentis ſeſcuncem,croci drachmas quatuor. crocum cum ſucco ſenecionis terito: liqueſcibilia autem liquefacito,percolato,& ſucci quantum expedit paulatim inſtillato,fortitérque agitato, atque vbi refrixerint, ad crocum tritum adiicito,& ſubacta vnito,ac vtitor. Ceratum dolorem leuãs,ad inflammationes in vigore conſtitutas. appellatur autem manus Aſclepiadæ. facit ad excellenter inflammata,eadem hora liberans citra dilationem: Succi haſtulæ regiæ cyathos quatuor, ſucci ſolani cyathos quatuor,ſucci buphthalmi cyathos IIII. ſucci perdicii cyath. IIII. ceræ,butyri recentis,axungiæ, medullæ vitulinæ,calcis viuæ,cuiuſque quadrantem, terræ cimoliæ drachmas duodecim, terræ Samiæ drachmas duodecim, ſandarachæ drach. XII. nitri bernicarii, ſpumæ nitri,cuiuſque drach. XII. fæcis vini vſtæ drach. XII. glutinis chartarum,hoc eſt pollinis cocti drach. XII. olei boni libras tres, appara & vtere. Aliud ad præſcripta item efficax: Ceræ,colophoniæ,adipis anſerini,ceruſſæ, cuiuſq; drachmas ſedecim,picis drachmas quatuor,ſucci braſſicæ cyathi dimidium,ſucci fœnigræci cyathi dimidium,ſucci ſeminis lini cyathi dimidium,ſucci ſtratiotæ cyathi dimidium,ſucci ſertulæ Cãpanæ cyathi dimidium,lactis bubuli cyathi dimidium, oua gallinarũ numero quatuor,olei libras duas. Ex his cerata duo facito,eáque vnà cum eis quæ Ægyptia inſcribuntur in prõptu habeto,quæ pauci adeò homines habent: apparato cõfidenter,nulliique reuelato,& plus quàm hominis nomen aſſequeris. Podagricum aliud ceratum approbatiſſimum. Facit ad inflammationes & dolores,etiam in principiis impoſitum celerrimè ſanat, & neruos areſactos emollit,adeò vt quidam ei hanc facultatem ineſſe non credant. diſſoluit & pedum nodoſos tumores condylomata *Græcis* appellata: Olei cicini libras duas,ſucci mandragoræ drach. XXXII. ſucci artemiſiæ drach. XXIIII. ſucci rumicis drach. XXIIII. reſinæ pinus drach. XLVIII. terebinthinæ drachmas XLVIII. adipis anſerini drachmas XLVIII. ſucci rubi drachmas ſedecim,butyri recentis drachmas XLVIII. lycii Indici drachmas vigintiquatuor, ſanguinis hircini ſicci drachmas ſedecim,lacrymæ hederæ drach. XXXII. galbani drach. XLVIII. opopanacis drach. XXXII. Lycium & ſanguinem hircinum & panacis ſuccum cum modico vino terito,& affuſis ſuccis, ſi quidem liquidi affuerint,aut ſiccis,ſi illi haberi nequeant, vnito. liqueſcibilia autem liquefacito,eíſque trita adiicito, & ad lentum ignem coquito,ſpathula aſſiduè agitando donec coquantur. Cæterùm ligna quæ ad coctionem eorũ ſuburuntur,arida vitis ſarmenta eſſe oportet. Ceratum podagricum ex bryonia. Egregiè facit ad omnes inflammationes & dolores articulorum. hac vſus & in vigore & in remiſſione, ſucceſſum & gloriã reperi. reperies enim inflammatas partes corrugatas & citra dolorem. frequenti experimento nobis cognitum eſt: nam multos eo ſeruauimus. Radicis cucumeris ſylueſtris drach. CCCCCLXVI. ſquillæ mundæ drach. CCCCLXXX. radicis haſtulæ regiæ drach. CXLIIII. olei raphani drach. CCCCCCXCVII. ceræ drachmas CXLIIII. galbani drachmas XLXVIII. Herbas omnes in aqua ſufficienti per triduum madefacito,ſingulis diebus bis ipſas ſenſim agitando. Deinde affuſo oleo, coquito donec oleum ſolum relinquatur, ad lentum omnino ignem. percolato deinde,& ceram ac galbanum in mortario diligenter trita & emollita addito. Quibus omnibus poſtremùm liquefactis, & ab igne ablatis,vtitor ad omnes doloris affectiones. hoc etiam ad viſcerum diuturnas inflammationes ſum vſus. Ceratum in multis approbatum, ad inflammationes pedum, diſcutiens citra dolorẽ. vtere eo in vigoribus, & magis in declinationibus: Olei anethini quincũcẽ,chamæmelini quincuncem,butyri quincuncem,adipis anſerini quadrantẽ, farinæ lupinorum ſextantem & dimidium vnciæ. Liquefacito,& agitando refrigerato,in mortariúmque infundito,terito,& ouorum quinque crocea ſingulatim adiicito: deinde & lupinorum farinam inſpergito, vnito, ac vtitor. Ceratum Iacobi Pſychriſtæ, ad feruentes pedũ inflammationes: Ceræ albæ ſeſcuncem, roſacei recentis vncias XV. ouorũ V. candida,aquæ ſeptuncem & vnciæ dimidium. ceratum ad prunas liquefacito, & diligenter agitando refrigerato: deinde in mortarium fundito, & adiectis ſingulatim ouorum cãdidis,terito, poſtremùm inſtillata ſenſim aqua,omnia ritè vnito,& noua olla ſufficiẽter prælota excipito,& infuſa aqua pura ſinito, quotidie aquam permutando.

Vnguenta,& acopa diuerſa ad podagricos, articulorum dolores, iſchiadicos,membris exolutos & tremẽtes, Cap. XLIIII.

VNguentum Aſclepiadæ. Facit podagricis, articulorum doloribus,& ad omnem neruorum per cõſenſum affectionem: Vini veteris ſextarios duos, lanarum ſuccidarum ex locis ſub alis lib. I. ſpumæ nitri libram I. lanas ſuccidas in vino per triduum madefacito, deinde expreſſo liquore,ſpumam nitri tenuiſſimè tritam iniicito,diſſoluitóque ac olei libras duas addito & conquaſſata in vitreum vas reponito,& vtitor,quotidie agitans & ex eo illinens locos affectos, à ſomno, & ante balneum & poſt balneum,& à cœna. Aliud vnguentum ex ſale: podagricos à tota affectione liberat. Salis ſordidi, hoc eſt ipſius terræ,libram vnam,aluminis ſciſſi libram I. fæcis vini veteris ſextarium vnum,floris lapidis aſii trientem. Arida ſigillatim vnumquodque per ſe diligenter terito,deinde etiam fæcem adiicito,ſimúlque terito,& ad trita demum olei veteris ſextarios duos affundito, conquaſſato,reponito ac vtitor. quidam etiam mellis lib. I. addunt. Aliud itidem, Aſclepiadæ: Thuris quadrantem,ammoniaci thymiamatis, zingiberis, piperis, ſalis ſordidi,floris lapidis aſii, aluminis ſciſſi, cuiuſque vnciam vnam,galbani vnciam vnam,opopanacis ſeſquiunciam,terebinthinæ quadrãtem,olei cyprini,laurini,ſampſuchini,& ceræ,ſingulorũ ſeſcuncem,aceti quantum ſatis eſt ad ea quæ diſſoluere oportet. vtere in frigidiorib⁹

Aliud optimum: Spumam nitri albam cum oleo veteri terito, cóque locos attricato, & miraberis. Aliud Aſclepiadæ: Vini veteris ſextarios tres, olei veteris ſextarios duos, virgultorum lauri libram vnam, foliorum tenerorum aut pilularum cupreſſi teneriorum libram vnam, ceræ libram vnam, galbani vnciam vnam, ſanguinis teſtudinis terreſtris ſatis largam copiam. herbas in aceto macerato, deinde coquito, & ad decoctum liquefacta reliqua addito ac vnito, & ſanguine teſtudinis recēti affuſo, cōquaſſato, & vtitor. Olei gleucini præparatio. Oleum gleucinum dolores & laſſitudines neruorū quammaximè ſedans. Habet enim vim calfactoriam relaxantem. facit ad affectiones vuluæ, & ad omnem neruorum per conſenſum affectionem. Facit ad rigores per circuitum repetentes, quotidianæ præſertim & quartanæ febris. omni enim acopo præſtantius eſt. Maximè autem facit ad eos qui tum retrò tū antè diſtēduntur, opiſthotonicos & emproſthotonicos *Græcis* appellatos, ſi calidum puris lanis exceptum locis imponatur. Compoſitio eius hoc modo habet. Olei omphacini primarii libras CCL. vini falerni veteris odorati ſextarios quinquaginta Italicos: muſti ex vua aminea, hoc eſt adſtringente alba ſextarios Italicos centum quinquaginta, olei lib. duodecim, aſpalathi libras quinque, ſpathæ vnguentariæ quam palmam elaten appellant, libras quinque, hedyſari, *hoc eſt ſeminis pelecini* ſeſquilibram, artemiſiæ libras duas & ſemiſſem, cyperi libras duas & ſemiſſem, piperis ſeſquilibram, muſci qui ſplanchnon & hypnon & bryon *Græcis* appellatur, libras duas & ſemiſſem, xylobalſami libras duas & ſemiſſem, aſari libras duas & ſemiſſem, caſiæ nigræ libras duas & ſemiſſem, carpobalſami, fœnigræci, cuiuſque libras duas & ſemiſſem, foliorum myrti aridorum dextantem, roſmarini ſiccæ libras quinque, calami aromatici libras quinque, iunci odorati floris lib. quinque, thuris libras quinque, crocomagmatis primarii libras quinque, nardi Celticæ lib. quinque, zingiberis libras tres (quidam verò libram vnam & quadrantē) ariſtolochiæ longæ libram vnam & quadrantem, ſtyracis pinguis libram vnam & quadrantem, caſiæ fuluæ libram vnam & quadrantem, ladani, ſeminis cardamomi, amomi, radicis panacis, meliloti, ſampſuchi, cuiuſque libram vnam & quadrantem, bdellii ſeſquilibram, croci libram vnam & beſſem, coſti libram vnam & beſſem, roſarum ſiccarum libram vnam & quadrantē, opobalſami vaſcula parua quinque, hoc eſt beſſem, hoc eſt heminæ tertias partes duas, vnguenti malabathrini libram vnā. Arida contundito, & rariore cribro excutito, omniáque vino veteri macerato. bdellium autem & ladanum præmacerata in pila terito, & ad arida prius macerata adiicito. Sit autem vas vnguētarium ſtanneum, quod diligenter opertum ad dies & noctes duas ſinito. deinde vuam flaccidam, ita vt nihil roris ei adhæreat, accipito, ac purè exprimito, & ex acinis excolato, ínque aliud vas ſtāno illuſtratum ipſum muſtum infundito. Sit autem magnum vas & capax, quò etiam ad ebullitionem muſti locus amplus ſuperſit. deinde omnia in veteri vino macerato. itémque oleum ipſum in muſtum iniicito, & ſpatha vnguentaria bis per diem agitato. verùm ſpatham diligenter detergere oportet, ne, quod adhæreat ei, acidū factum, pharmacum corrumpat. Cæterùm vas ipſum operculo & palliis pluribus ſupernè contegatur, & diligenter obligetur, ſupponatúrque vaſi circulus ex quacūque materia, qui ipſum ſuſtentet. Quum verò dies quindecim præterierint, amomum contuſum iniiciatur, rurſúmque vt dictum eſt agitetur. Triceſima autem die in diplomate coquito, atque vbi ter vel quater efferbuerint, ab igne ablatis ſtatim opobalſamum indito, agitatáque & probè contecta tepeſieri ſinito. Deinde totum oleum teſta excipito: fæcem autem, hoc eſt calida, per ſportulas primùm manibus, poſtea etiam prælo exprimito, & abiectis rebus inſtar fœni exiccatis, vnguentū per ſe curato: malabathrinum videlicet vnguentum in diplomate in aqua calida prætepefactum ei adiicito, cū ſpatha agitato, & probè vnito, & per biduum conſiſtere ſinito, ac mundis teſtulis excipito: indéque in vaſa vi-

A trea trāſſerens reponito. quidam etiam ammoniaci thymiamatis libram vnam & quadrantem adiiciunt. Acopon ex abiete apparatum: Abietis ſemen maximè maturum circa Septembrem eſt menſem. verùm quocunque anni tempore libuerit, ipſum ſemen oleo iniicere oportet: præſtat tamen, ſi prius contuſum iniicias, & per dies quadraginta ſinas. Nos autem, inquit Galenus, etiam ad tres & quatuor menſes permiſimus macerari: deinde liquore ſeminis expreſſo, ipſum quidē ſemen abiecimus, oleū verò per linteolū excolauimus. Sit autē oleum dulB ciſſimum, & ad libras olei vigintiquinque, ſeminis modius Italicus vnus iniiciatur. Itaque vbi oleum, vt dictū eſt, excolaueris ac ſemen ſegregaueris, ceræ libras quatuor, terebinthinæ Chiæ beſſem ei adiicito, & modicè quò vniantur calefacito, excipito, ac vtitor. Hoc pharmacum conuenientiſſimum eſt ad omnes ſpontaneas laſſitudines, itémque non ſpontaneas, & ad neruorum per cōſenſum affectiones. Eo vti conuenit ad eos qui iuxta carnem atque omnem corporis molem crudos humores congregarunt, ſiue concoctione ſiue diſcuſſione opus C habeant. Acopon ex populo nigra. Bonum eſt etiam acopon, quod ex populi nigræ floribus cōponitur. éſtque huiuſmodi. Ad florum populi nigræ iamiam prodeuntium modium vnum, olei dulciſſimi libræ viginti iniiciuntur. melius tamen fuerit, ſi flos moderatè contuſus oleo iniiciatur. exponatur autem ad ſolem, & ſingulis diebus agitetur, & in domum calidā deponatur: poſt menſes autem tres florem exprimito, ipſúmque adiicito. Oleum verò vt acrimoniam arcens, & leuiſſimum & diſcuſſorium aſſeruato: veluti id quod ex abietis ſemine D eſt apparatum. At verò & terebinthinæ ſeſcūcem iniicere licet, aut minus: aliquando item parum ceræ. quidā enim maximè liquidorum medicaminum vſu gaudent: quidam verò craſſiorum. Hæc autem pharmaca crudos iuxta carnem & cutem humores diſcutere poſſunt, præſertim non valde craſſos, neque viſcoſos. Quòd ſiquis confeſtim & neceſſitate moram omnem excludente apparare cogatur, ſemen ipſum in oleum coniicere oportet, & in diplomate coquere: infundere autem ad oleum in decoquendo tantum aquæ aut vini, quantum conſumi E poteſt, vt tamen quadruplum aut quintuplum oleum extet. Oleum ſampſuchinum. Sampſuchinum etiam oleum eodem modo apparatur. Conuenit autem tempore hyberno, & in regione frigida, & conſtitutione aeris frigida. poteſt & ad hoc ceræ & reſinæ quippiam addi, ſi corporibus ex eo illitis, diutius ipſum adhærere velis.

Acopon vnguentum Marciaton. Vnguentum Marciaton præclarum ad articulorum morbos & corporis languores ac reſolutiones: Styracis primarii flaui trientē, medullæ ceruinæ ſextantem, ceræ albiſſimæ quadrantē, maſtiches puræ quadrantem, terebinthinæ Chiæ vnciā F vnam, œſypi vnciam vnam, opobalſami vnciam vnam, olei omphacini, vnguenti nardini, cuiuſque ſeſcuncē. ſtyracem in pila contunde, opobalſamo paulatim inſtillato. deinde liqueſcibilia liquefacito & percolato, eíſque ſtyracem iniicito: quo liquefacto in mortarium omnia transferto, & piſtillo donec quamalbiſſimum fiat terito, ac vtitor. Vnguentum Orcheſtæ ſiue Saltatoris, dolores remittens ac relaxans, iſchiadicis ac arthriticis commoG dum, multo experimento cognitum. Hoc Saltator, quum gymnaſiorum conſuetudinem reliquiſſet, & in articularem morbum incidiſſet, vſus ſanatus eſt. cuius item periculum in multis aliis factum eſt. Habet autem hoc modo: Althææ, ſeminis lini, fœnigræci, rutæ, fabæ, ſingulorum libras duas. Hæc in aqua madefacta, & tertio die pòſt cocta, vt quamcraſſiſſimus eorum liquor fiat, percolato: & ſucci quidem excolati libras quatuor coniicito: olei verò veteris, medullæ ceruinæ, opobalſami, adipis anſerini, vnguenti nardini, ſingulorum libras duas, ceræ colophoniæ, & reſinæ pinus, ſingulorum libras tres, euH phorbii, opopanacis, terebinthinæ, ſingulorum libr. I. caſtorei ſeſcuncem addito, ac vtitor confidenter. Pentamœron, *hoc eſt quinquimembre* vnguentum: Styracis vnciam vnam, maſtiches ſextantem, ceræ albæ quadrātem, opobalſami trientem, vnguenti nardini quincuncem.

ceram cum nardino ſuper prunas liquefacito : ſtyracem verò cum opobalſamo terito, & ad ceratum vnà cũ maſtiche iniicito, liquefactáq; percolato ac in mortario diligẽter terito, donec quamalbiſſima fiăt. vtitor. Decamœron, *hoc eſt decumanum*, Oribaſii: Spicæ nardi, folii, euphorbii, piperis, coſti, adarces, ſingulorum vnciam vnã, maſtiches ſeſquiunciam, opobalſami quadrantem, ceræ ſeſcuncem, vnguenti nardini libram vnam. Alia varia vnguenta. Vnguentum ad morbum articularem, & omnem neruorum per conſenſum affectionem, approbatum: Styracis pinguis vnciam vnam, ladani pinguis vnciam vnam, maſtiches vnciam vnam, ceræ ſextantem, olei ſicyonii quadrantem, adipis anſerini libram vnam. vtitor. Aliud mirabile. Aſphodeli radicem in ſuperficie deraſam accipito, & contuſam cum oleo ſufficiente coquito, percolato, & ad oleũ modicũ ſtyracis cõiicito, quo eliquato ſycomori ſuccum addito, & vnitis vtitor. pedes autem ſi inde illeueris, confeſtim dolorem ſedabis. Aliud, per multam experientiam conſtans, celerrimè dolores mitigans: Adipis hircini recentis lib. duas, heliotropii tria grana habentis foliorum viridiũ libram vnam, ouorum aſſatorum lutea quinque, roſacei optimi trientem. vtere. Aliud. Olei dulcis ſextarios quinque, fœnigræci ſextarios quatuor, radicum althææ, maximè viridium, verbenacæ foliorum, ſingulorum faſciculum manipularem, galbani drachmas quatuor. fœnumgræcum mundatum & lotum, cum verbenaca & althæa ad biduum in aqua madefacito. tertia verò die infuſum oleum ad lentum ignem coquito, aſſiduéque agitato, ne fœnumgræcum adhæreſcat cacabo. poſtquam verò herbæ omnem liquorem emiſerint, eas extrahito ac oleum percolato: ſeorſim verò cum modica olei parte galbanum præmollitum liquefacito, percolato, & ad reliquum oleum adiicito. vtitor ſenſim & quãplurimùm inungendo. Facit ad omnem neruorum per conſenſum affectionem, & dolores à frigore obortos. Aliud ad idem. Medullæ è medio ſquillæ quadrantem, ſeminis cucumeris ſylueſtris quadrantem, fœnigræci repurgati ſextarium Italicum vnum, anethi viridis ſeſcuncem, ſampſuchi ſextarium Italicum vnum, baccarũ lauri ſextarium vnum, ſertulæ Campanæ libram vnam, ceræ libram vnam, bulborum cibariorum quadrantem, adipis porcini recõtis libras decem, vini veteris odorati ſextarios ſex. Omnia in vino ad triduum præmacerato, & deinde adipe liquefacto ad macerata infuſo, omnia ad vini conſumptionem coquito, exprimito, ac percolato: & reliquis abiectis, ceram ad adipem liquefacito ac admiſceto: atque hoc ipſo, vt præter opinionem præſtanti, vtitor.

Smegma podagricum: Ceræ ſeſcuncem, colophoniæ ſeſcuncem, ſucci ſeminis lini trientem, adipis anſerini ſextantem, terebinthinæ quadrantem & vnciæ dimidium, olei omphacini dextantem, ammoniaci thymiamatis vnciam vnam, thuris quadrãtem, lactis bubuli quadrantem & vnciæ dimidium, candida ouorum nouem. ammoniacum & thus, cum lacte & ſucco ſeminis lini terito: deinde candida ouorum adiicito: liqueſcibilia autẽ liquefacito & refrigerato, atque ad trita admiſceto, & pyxide lignea excipito. vtitor autem tum pro emplaſtro tum pro vnguento. Vnguẽtum Caſtini, ad podagricos & arthriticos. eo ſanauit quendam vniuerſo corpore languefactatũ & exolutum. vnicè tamen articulorum morbo prodeſt: Adipis leonini vnciam vnam, adipis vrſini libram vnam, adipis equini libram vnam, adipis vulpis libram vnam, caſtorei ſextantem, medullæ taurinæ ſeſcuncem, medullæ ceruinæ quadrãtem, adipis ſtruthocameli quadrantem, adipis phaſiani ſaginati quadrantem, euphorbii ſeſcuncem, opopanacis trientem, maſtiches lib. I. ſtyracis trientem, myrrhæ trientem, thuris ſeſcuncem, ammoniaci thymiamatis ſeſcuncem, heliotropii tria grana habentis vnciam vnam, pæoniæ ſextãtem, artemiſiæ vnciam vnam, phylli ſextantem, nardi Celticæ ſextantem, radicis althææ contuſæ & cribratæ vnciam I. rutæ viridis drachmas quatuor, radicis cucumeris ſylueſtris vnc. I. hippuris herbæ vnc. I. ariſtolochiæ drachmas quatuor, aloes libram vnam, ſanguinis dracunculi librã

A vnam, ceræ ſeſcuncem, colophoniæ ſeſcuncem, vnguenti nardini libras octo, olei ſuffumigabilis libram vnam, opobalſami ſeptuncem. Arida quamtenuiſſimè trita in mortarium ad ſtyracem cum opobalſamo & ruta tritum indito, vnito, ac vtitor ſeduló. Vnguentum ex hedera ad arthriticos, ac omnem muſculorum aut neruorũ per conſenſum affectionem. mirabiliter etiam iſchiadicis prodeſt: Fœnigræci libram vnam, baccarum lauri numero centum, pilularum cupreſſi numero XX. ſabinæ libram vnam, roſmarini lib. I. olei dulcis aut veteris lib. I. ceræ lib. I. reſinæ pinus lib. I. terebinthinæ ſeſcuncem, B ſucci hederæ trientem, aquæ ſextarios tres. Herbas in craſſiores partes contuſas ad triduum in aqua macerato: deinde adiecto oleo ſufficienter coquito, & percolato, liqueſcibiliáque liquefacta affundito : hederæ autem ſuccum cum aceto diluito. Refrigeratis deinde liquefactis, omnia in mortarium diffundito, & quamplurimùm diligenter terito, reponito, ac vtitor. Acopon ad moleſtias ex laboribus & fatigationibus obortas. facit & ad neruorum per conſenſum affectiones. vehementer com- C modum eſt. Hoc vtor, inquit Aſclepiades, ad fatigatos.

Sampſuchini ſextariũ vnum, roſmarini contuſi ſextariũ vnum, fœnigræci ſextar. I. cardamomi ſextarii dimidiũ, ſabinæ ſextarii dimidium, vini dulcis ſextar. VI. olei optimi ſextarios tres, ceræ lib. II. arida in vinum coniecta per triduum macerato, deinde affuſo oleo ad prunas aſſiduè agitando coquito, & quum ſæpe ebullierint, percolato, cerámque in eis eliquato, refrigerato, reponito, ac vtitor quandoque quidem immixto: aliquando verò cum quodam vnguento diluto & liquefacto. Aliud D arthriticum, Aſclepiadæ : pharmacũ proſperi ſucceſſus: Baſſo inſcribitur: quo vſus, quum antea multo tempore paralyticus fuiſſet, ab illa affectione liberatus conualuit.

Olei melini, olei cyprini, olei myrtei, cuiuſque trientem, olei veteris ſeſquilibram, ceræ libram vnã, terebinthinæ ſeſcuncem, galbani quadrantem, mannæ trientem, opopanacis ſextãtem, caſtorei ſextãtem, radicis bryoniæ trientem, æruginis ſextantem, ſpumæ nitri albæ trientẽ, piperis ſextantem, pyrethri ſextantem, euphorbii ſextan- E tem, adipis hœdini ſeſcuncem, aceti quantum ſatis eſt. bryoniam & pyrethrum cum aceto coquito & percolato, eóque decocto arida terito, & reliqua liquefacta eis infundito, ac vnito. vtitor aliquando immixto, aliquando liquefacto cum quopiam vnguento. Anthi viride acopon, ad podagricos & arthriticos multo experimento cognitum. vtere & ad iſchiadicos confidenter.

Phu ſeſquiunciam, mannæ ſeſquiunciam, œſypi ſeſquiunciam, ammoniaci thymiamatis ſextantem, aluminis ſciſſi drachmas quinque, æruginis drachmas quinque, F terebinthinæ quincuncem, ſpumæ nitri albæ trientem, opopanacis drachmas quinque, galbani drachmas duas, medullæ ceruinæ drach. V. olei cyprini triẽtem, olei melini triẽtem, ceræ quincuncem, mellis quincuncem, olei veteris lib. I. Æruginem, ammoniacum, alumen, mannã, opopanaca cum modico aceto tere, eiſque liquefacta affunde, ac vtere ad omnes cum oleo melino eliquato : in inueteratis verò affectionibus etiam adarces & euphorbii, cuiuſque vnciam vnam adde. Aliud eiuſdem: Opopanacis quadrãtem & drachmas quatuor, terebinthi- G næ drachmas quatuor, ammoniaci thymiamatis ſcrupulos XV. œſypi ſcrupulos. XVIII. æruginis ſcrupulos XVI. propolis ſcrup. XV. aluminis ſciſſi, ladani, ariſtolochiæ rotundæ, lacrymæ hederæ, ſingulorum ſcrupulos ſex, ſpumæ argenti ſcrupulos tres, ſalis ammoniaci ſcrupulos duos, camphoræ vnc. I. colophoniæ quadrantem, ceræ quadrantem, olei quadrãtem. vtere cum vnguento quopiam diſſoluto. Aliud acopon vnguentum ad paralyticos, in principio: Olei gleucini, cyprini, irini, laurini, ſingulorum libram vnam, ceræ trientem, terebinthinæ ſextantem, œſypi ſextantem, caſtorei vnciam vnam, euphorbii drachmas quatuor. ex hoc tum affectæ partes, tum eæ quæ facilè affectioni obnoxiæ fiunt illinuntur.

Aliud acopon ad coxendicum morbum inueteratum, diſtortiones & reſolutiones paralyticas. eſt autem, inquit Aſclepiades, valde efficax: Olei veteris libras duas, irini

ſeſcuncem,ſtyracini ſeſcuncem, baccarum lauri ſeſcuncem,terebinthinæ,euphorbii,ammoniaci thymiamatis, caſtorei,piperis,opopanacis,galbani,cuiuſque ſextantē, medullæ ceruinæ trientem,& drachmas quatuor, liqueſcibilia liquefacito, & ad arida affundito, vnito,ac vtitor, aliquando quidem immixto,quandoque verò cum roſaceo aut alio quopiā vnguento liquefacto. arida verò vino teruntur. Vnguentum ad opiſthotonicos, & quibus canino more os diſtorquetur,ex melle apparatū.

Olei irini,roſacei,gleucini,cyprini, cuiuſque ſeſcuncem,ceræ quadrantem, mellis vnciam vnam. Aliud ad eadem: Ceræ drachmas quinquaginta,terebinthinæ drachmas XXV. œſypi,medullæ ceruinæ, galbani, ammoniaci thymiamatis,ſpumæ nitri albæ,baccarum lauri aridarum,ſingulorum drachmas ſex, olei veteris ſextarios ſex,vini heminam vnam.vtitor. Vnguentum ad reſolutiones,valde pulchrum: Sphæritidis,*hoc eſt cupreſſi*,pilulas ferentis ſextantem,marrubii ſextantem, herbæ caucalidis quæ bulborum figuram habet, ſextātem, ſtercorum cameli vnciam vnam, ampeloprasi vnciam vnā, eryngii vnciam vnam,cyclamini vnciam vnam,bituminis vnciam vnam, peucedani drachmas quatuor, terræ ampelitidis vnciam vnam,ſeminis apii, cyperi, lapidis gagatæ,dictamni,cuiuſque vnciam vnam,ſulphuris drachmas quatuor,lactis aſinini ſextantem,vnguenti ſuſini quadrantem, medullæ cameli quadrantem, adipis aſinini vnciam vnam, pilorum ex cauda ſimiæ drach. IIII. olei veteris ſextantem,aceti dodrantem. Apparatum reponito:vſus verò tempore,cum vnguento aliquo diluto vtitor. Acopō Eræ Cappadocis,ad reſolutos,& in vniuerſum ad omnem dolorem muſculorum & neruorum.

Rutæ viridis,pulegii,cyperi,fœnigræci, mercurialis, marrubii,roſmarini,ariſtolochiæ,amygdalarum amararum repurgatarum, ſingulorum libram vnam, nitri ſextātem,iridis,terebinthinæ,baccarum lauri, radicis cucumeris ſylueſtris,ammoniaci thymiamatis, ſabinæ,cuiuſque libras duas,myrti viridis libras tres,foliorum lauri aridorum libras tres,veratri albi ſeſcuncem, ceræ lib. duas,bdellii libras quatuor, vini congios quatuor, olei congios tres. quæ contuſione opus habent,craſſas in partes contundito,ac modicam aquam, qua cōtuſa tantùm humectentur,affundito:deinde vinum & oleum adiicito, & per diem vnum ſinito :ſequenti verò frequenter agitando coquito ac percolato.poſtremùm ceram & terebinthinam addito,itémque bdellium in modico vino prius tritum. Acopon ex rubetis quod omnem affectionem tollit: Radicis cucumeris agreſtis viridis libras ſex,olei dulcis libras ſex,medullæ ceruinæ, terebinthinæ,ceræ,cuiuſque ſeſcuncem,ranas rubetas appellatas viuas numero ſex.rubetas traiecto per pedis plātam filo in oleum demiſſas,donec flacceſcāt coquimus: deinde extractis per plantas filo traiectis ranis, ſylueſtris cucumeris radicē viridē cōciſam iniicimus,atq; donec vires ſuas in oleū trāſmittat coquimus & excolamus : poſtremùm liquefacta, itidem percolata,ad oleū addimus, & in vitro reponimus.vtere manè & veſperi ad podagricos, arthriticos,iſchiadicos & reſolutos.Per huius vſum nouimus homines à podagra & chiragra toto corpore diſtortos, poſt lauacrum intantum conualuiſſe vt citra omnē offenſionem obambularent. Quandoque apparauimus, inquit Aſclepiades,hoc pharmacum additis ad hanc deſcriptionem ſampſuchi libra vna,vnguenti crocini libra vna,opobalſami quadrante,ſanguine teſtudinum numero decem. Aliud,ad podagram & articularem morbū mirabile.facit & ad diuturnum capitis dolorem, materiam ad ſuperficiem ducens, & ad frontem ac ſinciput.

Caniculam paruam probè ſaginatam viuam,& muſtelam viuam in olei ſextarios nouem, ac butyri libras tres coniicito,atque donec victa fiant animalia coquito : deinde in percolatum oleum calidum pedes aut manus per totam diem imponito. Galenus autem ait, Quidam vulpeculas & hyænas oleo incoquunt, eóque articulorum morbos curant. atque alii quidem ipſas viuas in maximum lebetem iniiciunt: alii verò mortuas, ac deinde vnà cū oleo quādiutiſſimè coquunt.Solia deinde ac vrnas ex oleo calido explēt.atque deinde arthriticos inſcēdere,ac multo tēpore in eo morari iubent. Porrò oleū hoc maximè diſcuſſorium redditur,adeo vt etiam ad ſuperficiem extrahat ea quæ in profundo corporum continentur. qua ex re magna commoditas conſequitur. Quin & herinacei terreſtres viui oleo incocti,ipſum diſcuſſoriū reddunt.Etenim oleum hoc dolores ſedat, tum affecti articulis in ipſum demiſſis,tum etiam iiſdem ex eo illitis. Alia vnguenta podagrica. Terram nigram, quæ præſertim in lenticula reperitur,aut etiam aliam nigram cum aceto terito,ac illinito.Sedat dolores & inflammationes etiam in iis qui multa prius experti nihil profecerunt. Aliud. Cypri folia viridia trita in paſtillos redigito.cóſque vſu expetente cum aceto terito, ac illinito.

Aliud. Croci vnciam vnam,ſalis vſti vnciam vnā, ſpumas nitri numero decem,oui luteum vnius,in ſpinæ decocto ad tertias redacto,terito. Aliud. Vitrum in aceto probè tritum confidenter illinito. Aliud. Alumē aceto tritum illinito. Aliud, quod ad genuum fluxionem ſolum profuit, multis antea fruſtra admotis. Marmor,hoc eſt cruſtulam non vſtam,contuſam, & cū roſaceo tritam illinito. Ego autem ſcobem & ramenta marmoris lota & reſiccata in promptu habui: vſu verò expetente,cum roſaceo trita adhibui. Aliud, valde bonum: Tecolithi,glaucii,myrrhæ, cuiuſque vnciam vnam,aloes drachmas quatuor,terito, ac ſiccum aſſeruato.Vſu verò exigēte,luteum oui & vinum auſterum admiſceto ac illinito:& ſi circumtēdat,cum ſolo vino adhibeto. Aliud. Aetiten lapidem cum ouo ac modico roſaceo illinito. Aliud. Vrticæ ſemen & hirūdinis nidum cum ſapa terito,ac illinito. Aliud mirabile, pro diuitibus: Mameram aqua macerato,deinde tritam illinito,& miraberis. Aliud,multa experientia cognitū, inueteratæ etiam affectioni accommodatum : Stercoris ciconiæ quadrantem,cum pari axungia tritum illinito. Vtere,inquit,neque cuipiā patefacito. multos enim ſeruauit. Aliud. Caninum ſtercus album cum aqua calida tritum, atque ita tepefactum, quamcraſiſſimè illinito,& folia oleris alicuius ſupra illitionem imponito.

Ad durities in artubus inſtar toforum,

Cap. XLV.

EST & hoc optimū pharmacum ad durities artuum in tofos coactas. ſunt præterea & alia quædam, maximè verò Galenicum,quod ex caſeo componitur : ac noſtrum itidem ex huiuſcemodi rebus apparatum, inquit Philagrius.Radicis peucedani drach. II. ammoniaci thymiamatis drach. II. myrrhæ drach. XXIIII. ariſtolochiæ drach. VI. pumicis drach. VI. caſtorei drach. IIII. lanarū ſuccidarum vſtarū drach. VIII. floris lapidis aſii drach. VI. ſi verò non adſit,ſalis ammoniaci vſti drach. VI. propolis teneræ drach. XVI. ſtercoris canini ſicci drach. VI. viſci drach. XVI. æruginis drach. ſedecim, ſquamæ æris drachmas ſedecim, atramenti ſutorii drachmas ſex, miſyos drachmas ſex,ceræ drachmas centum, reſinæ pinus drachmas centum quinquaginta, picis drachmas cētum quinquaginta,olei veteris quantum ſufficit, aceti quod ſatis eſt. Hoc quidem igitur noſtrum pharmacū ſpiſſitudine auctum,& imminutum ac liquefactū prout probè habere videbitur,iuxta curandorum corporum differentias,extrahit ac deiicit tofos in artubus coactos. Aliud Galenicum,quod omnibus ferè corporibus adhibitum congruit. eſt autem tale: Caſeus bubulus vetuſtiſſimus adeo vt ob acrimoniam edi non poſſit,cum porcinæ carnis inueteratæ ac ſalſæ decocto teritur,& probè emollitus ad durities artuum imponitur. Eſt & aliud ab eodem compoſitum : Pinguedinis pernæ porcinæ veteris libram vnam,caſei caprini vetuſtiſſimi librā vnam, adipis taurini libram vnam,apochymatis,hoc eſt reſinæ cum cera ex nauigiis deraſæ liquefactæ libram vnam, medullæ ceruinæ beſſem, hyſſopi quadrantem, cyprini ſeſcūcem,vini Ægyptii heminæ dimidium.Liqueſcibilia liquefacito, & reliqua admiſceto. Aliter apparatū emplaſtrum ex perna. Iuſculi pernæ veteris porcinæ libram vnam,œſypi trientem,ammoniaci thymiamatis libram vnam,medullæ ceruinæ ſeptuncem, adipis taurini

librام vnam, ceræ ſeſcūcem, apochymatis è nauibus deraſi ſeſquilibram, cyprini libram vnam, caſei caprini veteris libram vnam, opopanacis vnciam vnam. Aliud, ad tofos artuum: Granum cnidium deſquamatum internum cum myrrha & aceto terito ac illinito. vſque ad exceſſum mirabile eſt. Aliud ad durities artuum muliebrium, & eorum qui teneras carnes habent, experimento cognitum. Cadmiā quamtenuiſſimè tritam ac myrteo cerato exceptam imponito. Aliud. Spumam nitri cum oleo veteri & modico croco ac aceto tritam illinito. præſtat tamen ſi nitri ſpuma cum croco & aceto teratur, & cum cerato liquido illinatur. Aliud ad tofos pedum, quod contentum perrumpit & euacuat eadem ferme hora, ſanátque idem vt ne cicatrix quidem relinquatur. Mala mandragoræ accipito, ſeménque euacuato, ac tenuiſſimam ſquamam eis obductam detrahito, atq; carnem ipſam probè terito: & ceratum ex adipe ſuillo & cera factum affundito: vnito, ac vtitor. hæc tria pari pondere ſumuntur, aut adipis plus additur. Vtere, experimento conſtat. Aliud. Calcem viuam & nitrum, pari pōdere axungia excipito, ac imponito. Aliud Dioſcoridis. Ammoniacum cum pice arida ad ignem emollitum imponito. Aliud. Styracem cum ieiuni hominis ſaliua emollitum imponito, hoc eſt, manducando attritum adhibeto. Facit & ſeſamum non lotum tritum impoſitum.

De medicamentis purgatiuis ad articularem morbum accommodatis, Cap. XLVI.

QVVM plurima ſint & varia medicamēta purgantia à nobis in tertio huius tractationis Sermone tradita, inde ſanè repetere oportet quod cuique ſit accommodatum. propriè tamen in podagricis & morbo articulari hæc exhibentur. Vniuerſale ex hermodactylis, quo aſſiduè vtor. Hermodactyli ſicci recentis vnciam vnam, aniſi, cumini, piperis communis, croci, piperis longi, ſeminis cnici interni, cuiuſque ſcrup. duos, myrrhæ drachmā vnam, euphorbii recentis ſcrup. IIII. maſtiches ſcrupulos ſex, caſiæ ſcrupulum vnum, moſchi ſiliquam vnam. Dātur ex eo ſcrupuli quatuor cum aqua mulſa. confeſtim minuit dolores. Quando quidem autem huiuſcemodi medicamenta fortem euacuationem facere non poſſunt: & quod ex ipſis intus relinquitur condēſatum & reſiccatum tofos in artubus generare conſueuit, conuenit vſus tempore ad ſingulos exhibitionis modos ſcāmoniæ ſiliquas tres addere: in pituitoſis verò lathyridas numero V. & agarici ſcrupulum vnum. Si verò humoribus redūdet æger, poſt dolores ſublatos eum rurſus cum hiera aut alio forti purgatiuo, temperamento corporis apto, purgato. Aliud purgatiuum podagricum, ad dolore affectos præclarum. Caſiæ ſcrupulum vnum, euphorbii ſeſquiſcrupulum, iſii, hoc eſt chamæleōtis nigri ſcrupulos quatuor, radicis alypiadis, hoc eſt chamelææ, ſcrupul. quatuor, radicis pæoniæ ſcrupulos quatuor, aniſi, zingiberis, cumini, maſtiches, floris cnici, piperis, cuiuſque ſcrupulos octo, hermodactyli ſextantem. Dantur ex eo ſcrupuli quatuor, cum vino mulſo. Antidotus purgatoria ex betonica ſiniens febrem. Facit ſummè ad podagricos, ter in menſe data. facit ad elephanticos & hydropicos: maximè aqua ſubter cutem laborantes. eſt ex valde laudatis. Comæ abſinthii drachmas vigintiquatuor, betonicæ drachmas vigintiquatuor, ſeminis rutæ ſylueſtris drachmas ſedecim, centaureæ minoris drachmas ſedecim, caſiæ drachmas vigintiquatuor, corticis veratri nigri drachmas octo, contundito, cribrato, ac cochlearis vnius mēſura dato ex aqua calida, animaduerſione habita ne pharmacū vltra modum purget: eſt enim inexuperabile. Apud alios etiam laudatum reperi, ſi gentianæ & chamæpityos, ac ariſtolochiæ longæ, cuiúſque drach. octo addantur, chamædryos itē drachmæ vigintiquatuor. Omnia, inquit, hæc melle excipio: indéque ad ſummum cochlearium vnum exhibeo.

Antidoti podagricæ, Cap. XLVII.

PHarmaca quæ podagricis & morbo articulari correptis per os exhibentur, plurima quidem ſunt & varia ac diuerſa. Cognita itaque à me ipſorum multitudine, tum eo quod tetrapharmacum à quatuor rebus ipſum conſtituentibus appellatur, tum quod ex hyperico cōſtat, itémque quod ex gentiana paratur, & ſimilibus, quibus pro conſuetudine medici ad ſimpliciter podagricos vtuntur: ipſe ſanè proprium pharmacum compoſui, inquit Philagrius, quale iudicaui ſufficienter excalfacere poſſe, non tamen expers facultatis moderatè humectandi, & attenuandi craſſos ac viſcoſos humores, & quod præclarè omnino poteſt excretionum vias dilatare, vnà cum hoc quòd vim ſubducendæ alui & mouendæ vrinæ complectitur. quin & naturales actiones excitat, & tranſpirationem inſenſilem ac obſcuram procurat. Compoſitio autem hæc eſt: Radicis pæoniæ recentis drachmā vnam, croci Cilicii drachmas quatuor, rhei Pontici drach. quatuor, calaminthæ montanæ, comæ ſaluiæ, cacuminū ſtœchadis, ſeminis thlaſpeos, epithymi, centaureæ maioris radicis, cuiuſque drachmas quatuor, centaureæ minoris ſucci drachmas quatuor (ſuccum accipito quum in ſummo vigore herba eſt ac floribus prægnans) iridis Illyricæ, ſeminis rutæ ſylueſtris, piperis longi, ſeminis anethi, cuiuſque drachmas quatuor: liguſtici, ſeminis apii, petroſelini Macedonici, ſeſelis Maſſilienſis incorrupti, origani, cacuminum thymi, ſeminis trifolii bitumen olentis, ſeminis cardamomi medulla priuati, ſeminis dauci, piperis albi, cuiuſque drachmas tres, mei Athamantici drach. duas, aſari drachmas duas, ſpicæ nardi, adianti, caſiæ, polypodii, thuris albi, galbani puri, terebinthinæ Chiæ, bdellii Scythici nigri pinguis ac reſinoſi, ammoniaci thymiamatis, cuiuſque drachmas ſex: radicis ſymphyti recentis ſiccæ, ſabinæ, radicis rubiæ, helenii, agarici, herbæ ſcordii, ſeminis paliuri, ſarxiphagi, betonicæ, radicis cyclamini ſiccæ, ſeminis viticis toſti, cuiuſque drachmas octo: maſtiches Chiæ, radicis bryoniæ recentis ſiccæ, terræ Lemniæ quæ ſphragis appellatur, opobalſami, cuiuſque drachmas ſedecim, ſucci peucedani drach. ſedecim (qui ſi nō adſit, coniiciendæ ſagapeni drachmæ octo, & radicis peucedani recentis ſiccæ drachmæ ſedecim) paſtilli theriaci drachmæ ſedecim. (habeant autem paſtilli carnium partes duas, panis partem vnam: compoſitio autem ipſorum in Sermone de theriaca dicta eſt) Styracis, ſi quidē adſit, calamitæ: ſi verò non, flaui & pinguis drachmas vigintiquatuor: niger enim vt vitioſus reprobandus eſt. ariſtolochiæ rotundæ non rugoſæ & plenæ drachmas quinquaginta, oſſium ceruinorum aut bubulorum ex ſuris recentium, & vt probè conteri queant, vſtorum, drachmas quinquaginta, mellis Attici deſpumati quantum ſatis eſt quò ad bonam eclegmatis compagem pharmacum reducatur. Arida omnia contundito & cribrato: maſtichen autem & thus, vnumquodque per ſe ſenſim, ne in latas cruſtulas abeāt, terito & cribrato: deinde prædictum pōdus ex eis expēdito, & reliquis aridis tritis admiſceto. Bdellium autem & ammoniacum ac galbanum & peucedani ſuccum aut ſagapeni, in mortarium coniecta tundito: deinde ad ignem emollito, & poſtea cum modico melle liquefacito, & in pila optimè terito. Similiter autē & terebinthinam per ſe cum modico melle diſſolutam, ad reliqua in pilam cōiicito: ſtyracem verò in mortario conſtanter tundito. opobalſamo paulatim ad eum infuſo ac melle calido: deinde ſimiliter in pila terito. expedit etiam cum modico melle ſtyracem liquefacere ac deinde terere. Cæterùm vbi hæc ſufficienter fuerint vnita & diſſoluta, paulatim arida trita addito: melle itidem ſenſim affuſo. ad finem verò, centaureæ ſuccum per ſe cum opobalſamo terito, ac reliquis vnito. His verò omnibus probè commiſſis, mellis deſpumati tantum addatur quantum ſuffecerit ad pharmacum delingibile futurū, & quò per dulcorem ægro commendetur. Quare ſi guſtu pharmacum iudicaueris, nihil peccaris etiamſi piperis augeas modum. noui nanque ego ipſe quendam qui eo vſus plus ſibi de pipere admiſcere iuſſit. itaque admiſcui ſæpe tātum ex ipſo, poſt reliquorum omnium mixturam, quantum quiſque pro guſtus ſui modo expetiuit. Satis verò manifeſtum eſt quòd quando quidem præſeruare aliquē à podagrico malo velimus, tunc ſanè plurimum piperis iniicere non ab re eſt, & præſertim in hyeme, & ſi humores ex

res frigidi fuerint ac diuturni. Porrò centaureæ ſuccus, tempore veris quum in vigore herba eſt ac florem fert, ex ea viridi ac contuſa exprimitur. deinde percolatus, vſque ad mellis ſolidioris ſpiſſitudinem in ſole reſiccatur.

Cæterùm in compoſitione pharmaci, ſi is qui eo vſurus eſt, amaris delectetur, amplius quàm drachmas quatuor ex ſucco centaureæ admiſcere expedit, atque id maximè ſi diſtortiones diſſoluere velimus: ſi verò æger amara auerſetur, quatuor omnino ſucci drachmas iniicere oportet. Ex hac verò antidoto ad eclegmatis compagem redacta, ad ſummum cochlearium vnum exhibetur. Dupliciter inſuper pharmacum hoc apparatur. Vno quidem modo paſtillis theriacis vt dictum eſt admixtis, itémq; oſſibus vſtis: alio autẽ modo citra paſtillorum & oſſium admixtionem præparatur. Licet etiam (ſiquis velit) poſt ſufficientem mellis mixturam, mel ipſum in duas ex æquo partes diuidere, deinde ad vnam partem, dimidium præſcripti ponderis tum paſtillorum theriacorum, tum oſſium vſtorum infarcire. eſt autem dimidia pars paſtillorum theriacorum drachmarum octo: oſſium verò vſtorum dimidia pars eſt drachmarum vigintiquinque. Quandoquidem verò paſtillos theriacos impoſſibile eſt per ſe cõtundi, ſi non cum aliis aridis tũdantur, oportet eos quantum poſſibile eſt, in mortario tundere, ac modico vino veteri dulci madefacere. deinde in pila terere, ac cum largo melle diſſoluere, atque demum ad reliquam mixturam diligenter coaptare. Cæterùm quum humectare oportet & mollire, attenuaréque & craſſa diſſecare, repurgare item ac euacuare infartos humores, itémque vias dilatare, nihil ex paſtillis theriacis neque ex oſſium cinere admiſcere oportet. viperarum enim caro quamcelerrimè ad cutem ac ſuperficiem digeri ac diſtribui ſolet. Quapropter vbi recrementorum copia affuerit, & viæ fuerint obturatæ, minimè tutò viperarum caro exhibetur, ſed poſteaquam cõiectauerimus humores attenuatos eſſe, & dilatatas vias. Oſſiũ verò ſubſtantia facultatem habet conſumendi ac reſiccandi, adeò vt etiam ſola aſſiduè & opportunè exhibita inueteratum articularem morbum curet. Vt verò nequid ex humoribus reſiccetur ac lapideſcat, incurabiléq; aut ægrè medicabile reddatur, tempore præſeruationis eam minimè miſcebimus, ſed poſtea, ſi ita videbitur. conſumit enim & reſiccat humores in ipſis articulorum iũcturis relictos. Forinſecus etiam, quando diſcutere animus eſt, pharmacũ hoc oleo veteri aut ſicyonio dilutũ maximopere profuit: maximè ſi citra oſſiũ additionẽ eſt apparatum. tunc enim non modò diſcuſſoriam, ſed etiam coactoriã facultatem acquirit. quare eis qui non diſcuſſione ſolùm, ſed & exterarum corporis partium corroboratione opus habent, commodiſſimè hoc modo adhibetur. Hoc pharmaco ſi & arthriticis & podagricis medeberis, minimè pœnitueris. Hepaticos item ex obturatione affectos, itémque ſplenicos curabis, & à vipera morſos, & qui venenum hauſerũt, & comitiali morbo apprehenſos, ſi eo opportunè vtaris: quin & aliorum morborum per ipſum curationẽ fieri reperias ſufficientem, de quibus ſermonem producere minimè operæpretium exiſtimo. Theriaca item ex viperis, quæ Andromacho inſcripta eſt, de qua plurima tradidit Galenus, vtiliter exhibetur frigidioribus & magis humectis corporibus: forinſecus etiam cõmodè illinitur cum oleo veteri aut ſicyonio diſſoluta, vt dictum eſt. Sales quoque theriaci, & ex gentiana paſtillus, & qui ex hyperico conſtat, & ſimilia, iis qui ex multo & craſſo fluxu ægrotant, vtilia exiſtunt. Verum iis qui ex bilioſa fluxione afficiuntur, & (vt ſimpliciter dicã) omnibus calidiori temperamento præditis, hæc ipſa nocentiſſima ſunt, & quod ſuprà relatũ eſt noſtrum pharmacum. Ex horum enim pharmacorum potu, non ſolùm nihil opis ferunt ii qui calidiori temperatura præditi ſunt, ſed & reſolutionibus immedicabilibus apprehenduntur ſæpe, nimiùm reſiccati: & in vitioſos humores delabuntur qui eos erodunt, & in quibus aliquãdo peſſimè intereũt. Porrò in huiuſmodi pharmacorũ vſu etiam raritatem & denſitatẽ curandi corporis reſpicere oportet: ampliúſque & ætatẽ, & anni tẽpus, & regionẽ. Ad hæc itaque reſpectu

A habito, minꝰ aut plꝰ de eo dabis. neq; verò minus & ad magnitudinẽ & paruitatẽ corporis reſpiciẽdũ. De viperarũ eſu. Viperarũ eſus omnibus podagricis & arthriticis plurimũ cõmoditatis adfert, quẽadmodũ etiã anheloſis, & elephãtiaſi correptis. exigit enim per cutẽ omnia redũdãtia recrementa, ſiue calida ſiue frigida fuerint, quæ morbi ipſius ſunt cauſa. Oportet autem craſſa & viſcoſa ex ipſis prius attenuare ac euacuare: quod vbi factum eſt, reliqua facilè per viperarum eſum euacuantur: nimirum ad cutem delata atque excluſa. Quapropter etiam in ſole B ipſarum ferarum comeſtionem facere iubet, vtpote quòd inde iuuentur, atque vi caloris humorum delatio foras feratur: curandum tamen ne caput probè contegere ab æſtu negligamus. Oportet autem recẽns captas eſſe viperas, & iuſtæ magnitudinis, & non ex maritimis: tales enim ſiticuloſæ exiſtunt. Cæterùm ex vipera ipſa tum caput tum caudam amputare oportet, itémque interanea omnia abiicere, ac ex tribus aquis lauare. deinde cum aqua & anetho maximè viridi, & modi congruentis oleo coquere, & poſt ſufficientem coctionem congruenti ſale condire, ac viperam veluti anguillam comedendam C exhibere. Porrò quidam ex harum comeſtione plurimùm exudant, & pediculorum copiam generant. omnes tamen qui eas comederũt, maximè ſe alleuatos ſentiunt. Quapropter iis qui corpus recrementis exundans habent, etiam bis ac ter in anno exhibere conducit. bis quidem veris tempore: ſemel autem in autumno. Quòd ſi verò ſint quibus corpus per inſenſibilem & obſcuram tranſpirationem, aut etiã per ſudores naturales euacuetur, his omnino viperarum eſu interdicemus. periculoſa D enim fit huiuſmodi ipſarum comeſtio propter immodicam per cutem exhalationem. Dicemus autem ex ordine & de aliis antidotis. Antidotus ex quatuor rebus conſtans. Tetrapharmacum igitur ex quatuor rebus apparatum, & à quibuſdam Myſterium appellatum, ex gentiana componitur, & ariſtolochia, baccis lauri, & myrrha, æquali põdere cõiectis. datur autẽ ſingulis diebus ex ea cochlearii dimidiũ ex aqua calida ad præſeruationẽ. Prodeſt pituitoſis: bilioſos autẽ lædit. Antidotꝰ ex hyperico.

Antidotus ex hyperico, à quibuſdã hoc modo deſcripta E eſt. Antidotus ſanãs podagras, coxẽdicũ morbũ, & (vt in vniuerſum dicã) omnes iuncturarũ & articulorum morbis implicatos per annum potata. Firmat ſtomachum, & viſum acutiorem reddit, reliquóſque item ſenſus clariores & illuſtriores facit, euacuans leniter per vrinam. vnde etiam neque aliud vllum membrum offenſionem ſentit. Neque enim materiam ex affectis locis ad aliam corporis regionem depellit, quemadmodum epithemata forinſecus contrahentia & cohibentia facere ſolent: ſed cauſas morborum tum per veſicæ tum per alui locos ex- F pellit, atque vniuerſum corpus ſanius reddit. quare etiã comitiali correptis morbo auxiliatur in potu. Alios item à diuturnis & vehementer grauibus capitis doloribus liberauit, qui etiam de ſanitate ſua iam deſperauerant. Splenem verò & hepar in ſcirrhum indurata moderatur ac demulcet. Articularem autem morbum adeo efficaciter ſanat, vt etiam durities inſtar toforum in articulis quibuſdam per vim morbi coactas diſſoluat. Compoſitio autem hoc modo habet. Trixaginis dodrantem, centaureæ beſſem, ariſtolochiæ rotundæ ſeptuncem, radicis G gentianæ ſeſcuncem, comæ hyperici quincũcem, petroſelini trientem, mei athamantici quadrãtem, phu Pontici ſextantem, agarici ſextantem, mellis deſpumati lib. III. Hoc autem modo parato. Vnumquodque per ſe contundito & cribrato: deinde ponderata ſimul miſceto, ac rurſus cribrato quò accurata permixtio fiat. Deinde melli deſpumato admiſceto, ac paſtillos formato pondere drachmæ I. atque ex eis vnum pro vice exhibeto. Vſus eius eſt circa tertiam horam diei, vbi venter onus ſuum pro H conſuetudine depoſuit. pharmacum verò ipſum cũ aquæ calidæ ſeſquicyatho liquefacito. Oportet autẽ eũ qui bibit (ſi nihil prohibeat) deambulare, quò ex motu euntis, pharmacũ inferna contingat. Porrò pharmacũ hoc aliâs quidẽ præclarè efficax eſt, vtpote ex fortibus ſimplicibus compoſitum: amplius autem efficacius redditur per ari-

ſtolochiam quæ natura ſua articularibus morbis auxiliari ſolet, & duris corporibus imprimis prodeſt. Ex cancris autem pharmacum etiam mollibus corporibus conducit. Habet autem Antidoti ex cancris compoſitio hoc modo. Cancrorũ magnorũ viuorum vſtorũ in æreo vaſe trientem, gentianæ incorruptæ quincuncem, thuris integri & non ſecti albi vnc. I. datur inde cochlearium I. Ad cancrorum verò exuſtionem ligna vitis aduruntur.

Pharmacũ ex fluuialibus cancris vſtis. Deſcribã porrò & aliud pharmacum corporibus recrementis abundantibus & mollibus conducens: eſt autem id quod à rabido B cane morſis datur, cuius compoſitionem in Sermone de rabidi canis morſu tradidimus, huius, inquam, operis ſexto. Adieci autem ego, inquit Philagrius, ad huius pharmaci apparatum, etiam petroſelini drachm. VIII. vt plurimùm verò X. quò vrinæ ciendæ vim acquirat. & multos ſanè arthriticos iuuit, præſertim quibus tenerum & album corpus fuit, mediocris myſtri menſura ex eo data, aliquando ex aqua ſola, aliquando ex aqua mulſa. Quin & melle deſpumato ſæpe ipſum excepi, quò validum & citra tranſpirationem aſſeruarem. deinde verò veluti C prædictum eſt bibendum exhibui. Antidotus ex centaureis. Antidotus podagrica ex duobus centaureæ generibus, eſt ex vehementer laudatis & præter opinionẽ auxiliãtibus, quod ipſum experientia teſtatur. nam multos eius vſu ſeruatos noui. eſt enim adeò ſalutaris podagricis vt quoſdam per XV. annos podagra correptos, eius vſus ad iter pedibus faciendum præparauerit. eſt autem ſtomacho grata, aluo conferens, & vrinam ciens. Habet autem hoc modo: Centaureæ minoris comæ, centaureæ maioris radicis, trixaginis, gentianæ, ariſtolochiæ rotundæ, ſin D gulorum æquale pondus, puta lib. I. contundito & cribrato, & drach. I. præbeto per dies XL. ex aqua calida. In ſequẽtibus autem ex ordine anni diebus CCCXXV. drachmæ dimidium eodem modo præbe. Alia antidotus podagrica vſu cognita: Aniſi, cumini Æthiopici, piperis communis, piperis longi, ſeminis cnici interioris, cuiuſq; dr. II. euphorbii drach. IIII. maſtiches dr. VI. myrrhæ drach. IIII. moſchi ſiliquam vnam, caudæ ſcinci vnius extremũ, mellis quantum ſatis eſt. datur nucis auellanæ magnitudine ex aqua mulſa. Hac amicus quiſpiam vſus, bis in he E bdomade ex ipſa bibendum præbuit, & affectos locos ex viridi vnguento Antho inſcripto, cum roſaceo aut melino ſingulis diebus illeuit, multóſque ſeruauit. Antidotus podagrica experimento conſtans. accipitur per annũ. Anaſtaſii. Agarici vnc. I. rhei vnc. I. petroſelini ſextantẽ, phu ſeſquiunciã, gentianæ quadrantẽ, hyperici ſextantẽ & vnciæ dimidiũ, cẽtaureæ vnc. I. ariſtolochiæ longæ ſeſquiunciã, & rotundæ quadrantem & vnc. dimidiũ, chamædryos trientẽ & vnc. dimidiũ, cinnamomi vnc. I. folii F vnc. I. aloes primariæ vnc. I. mei ſextantẽ, aut ſpicæ nardi duplum. Alia antidotus podagrica experimento cognita. datur per annum. Doari Epiſcopi. Agarici vnc. I. rhei barbarici vnc. I. petroſelini ſextantem, phu ſeſquiunciam, gẽtianæ quadrantem, hyperici ſextantem & vnciæ dimidiũ, centaureæ trientem, mei ſextantẽ, aut ſpicæ nardi triẽtẽ.

Qui podagrici lauandi ſint, & quomodo, Cap. XLVIII.

MAnifeſtum quidem exiſtimo quòd poſt inflammationũ remiſſionẽ omnibus podagricis balneũ cõmodiſſimum exiſtit. quãdoque autem & in vigore vtili G ter adhibetur, ſi æger prurigine aut vigiliis vexetur, aut aliâs labore ſit fatigatus. Lauare autẽ oportet tẽpore remiſſionis, ita vt ſpõgias aceto & ſale permixtis madefactas, locis affectis circũponamus, vt à fluxione immunes permaneãt. Amplius autẽ linteis ſiccis & plurimo nitro totũ corpus perfricare, & vt aeri diutius immorẽtur iubere, & moderatè non ſolùm calidam ſed frigidam adhibere, & in ipſarum ſoliis deſidere. Vtile autem eſt balneum natura ſiccioribus, & gracilibus, & colore nigrioribus, & qui H à tumore intotũ ſunt liberati. In huiuſmodi enim affecta particula non intumeſcit adeò magno tumore excitato: verùm diſtrahi, velut à cane apprehenſas, in profundo ſi A tas corporis partes aiunt, & inopinabili tenſione diſtendi. & inhorreſcũt ſæpe, pellicula quæ os ambit à fluxione ſalſa aut acri & tenui valde ac erodẽte, vellicata. Hi à balneis opẽ ferũt. quapropter non ſemel tãtùm, ſed iterum atque iterũ eos lauare oportet, & in aere per omnia moderato, citra aliquam pinguedinem adhibitam, immorari. hoc enim modo magis euacuabũtur. Deinde oleo dulci cũ aqua conquaſſato illitos in aquam calidã demittere, & in eo aliquandiu morari præcipere: in frigidam verò minimè demittantur, niſi immodici caloris ſenſus infeſtet. Vt B plurimùm verò tepida aut lactei temperamẽti aqua profundatur in prima balnei domo. Si verò cũ tumore quodam non valde magno, poſt euacuationes ſuborto, aliqui dolore vexentur, conueniet in aere balnei reliquum corpus per ſicca lintea vſque ad rubefactionẽ perfricare. Vtẽdũ autem & exterſoriis ſmegmatis ex adarce, nitro, pipere, euphorbio, ſtaphide agreſti, æquali põdere cõiectis apparatis. Atque his quidem reliquũ corpus contentè defrictũ excitetur: pedes verò eorũ muria moderatè perfundẽdi ſunt, & in calida aqua nõ morãdũ: frigida verò ne C cõtingẽda quidẽ. Quòd ſi balneũ nõ adſit, eos qui ab acrioribꝰ fluxionibus vellicãtur, aqua dulciſſima calida perfuſos fouere oportet, & totũ corpus ex oleo chamæmelino in ieiunio illinire: alios verò tẽperamẽto nõ calidos, & q tamẽ tumorẽ habeãt poſt euacuationes relictũ, ſi balneũ non adſit, cucurbitulis admotis curabimus, initio à lumbis facto, ſurſum vſque ad ſcapulas progrediendo. fricabimus etiam per ſicca linteola & per exterſoria ſmegmata iam dicta. à talibus enim hi tum in balneo, tum citra balneũ opem ſentiũt: quale & hoc eſt ex profundo humo D res euocãs ac tranſferens, quod metaſyncriticon *Græci* vocant. Eo itaque in balneo vtantur, aut (ſi balneum non admittant) poſt exercitia ex eo defricentur: deinde ſpongiis extergatur id quod ex hac arida inſperſione corporibꝰ adhæret. Cõpoſitio eius hæc eſt: Nitri rubri lib. I. ſinapis ſicci lib. II. ſabinæ lib. II. veratri albi lib. I. ſulphuris viui lib. I.

Aliud Andreæ comitis. Nitri, veratri nigri, piperis, æqualibus partibus vtere. Præter opinionem autẽ eis conducit Siccũ Magnum ipſis affectis locis in balneo inſperſum. éſtque hoc: Recrementi ſiue ſcoriæ ferri, ſpumæ ni E tri albæ, cuiuſque æquales partes miſce, & odoris gratia parum folii & coſti adde. Siccum quod pſilothro podagricorum inſpergitur: Maſtiches, thuris, lapidis aſii, pumicis aſſati, alcyonii, ſtaphidis agreſtis, cimoliæ, veratri albi, ſampſuchi, ſpumæ argenti, amyli, caryophylli, ſpicæ nardi, cyperi, floris iũci odorati, bugloſſi, ſing. lib. I. auripigmenti vnc. X. ſandarachæ vnc. X. ſaponis quãtũ ſatis eſt. Prædicta omnia, excepto auripigmento, ſandaracha & ſapone, contundito, cribrato, & ſicca in promptu habeto. Vſus verò tẽpore, calcis viuæ vnc. X. in oryzæ aut ptiſanæ ſucco diſ F ſoluito, & auripigmenti vnc. I. ſandarachæ vnc. I. ſaponis dr. IIII. & prædicti Sicci cochl. II. magna. omnia quãtenuiſſimè trita inſpergito, ac vnito, eóque pedes aut etiam alios locos fluxione infeſtatos illinito. Cæterùm qui hoc ſicco inſpergimine vtuntur, hoc modo diætam ſuam inſtituant. Thoth hoc eſt ſeptembri, lac & edãt & bibant. Phaophi hoc eſt octobri, allia edãt. Athir hoc eſt nouembri, in totum non lauent. Coiac hoc eſt decembri, braſſicam ne edant. Tibi id eſt ianuario, manè meracum bibãt. Mechir id eſt februario, betam ne edant. Phamenoth hoc eſt G martio, dulcia tum in cibo tum in potu ſumãt. Pharmuthi id eſt aprili, raphanũ ne guſtẽt. Pachon id eſt maio, polypum ne edant. Pauni hoc eſt iunio, manè frigidã aquã ſumant. Epiphi hoc eſt iulio, à venereis abſtineant. Meſori id eſt auguſto, maluam ne edant. Siccum Maioriani: Aluminis ſciſſi ſextantem, pumicis vnc. I. terito, & in vitro reponito. Vſu verò expetente, vino adſtringente locos prælauato, & quodãmodo extergito, ac ſiccum ipſum inſpergito, teneriſque manibus affricato, & ſiccari ſinito. Rurſúſq; idem per diem octies facito, & toties ſimiliter, H ſi poſſibile ſit, in nocte: & videbis tumores quamcelerrimè diſcuſſos & reſolutos. Ego vtriuſque & aluminis & pumicis, æquale pondus conieci, & magis ſanè ſucceſſit.

INDEX EORVM QVÆ IN PRIMO SERMONE Tetrabibli quartæ Aetii habentur.

DE iis qui ab homine morſi ſunt, Cap.I.
De iis quos canis momordit, Cap.II.
Ad leonum, pantherarum, ac vrſorum morſus, Cap.III.
De ſuum morſu, Cap.IIII.
De iis qui à fele morſi ſunt, Cap.V.
De morſis à crocodilo, Cap.VI.
De beſtiis virus eiaculantibus,& primùm quibus artibus adhibitis ea tollantur, Cap. VII.
Illitiones præſeruatiuæ, Cap.VIII.
Quæ appoſita, venenata animalia occidãt, Cap.IX.
Communia remedia ad omnes venenum iaculantium ferarum plagas, Cap.X.
De veſpis & apibus, Cap.XI.
Ad ſtellionis morſum, Cap.XII.
Ad ſalamandræ morſum & lacertæ chalcidis, Cap.XIII.
De mure araneo, Cap.XIIII.
Ad ſcolopendræ plagam, Cap.XV.
Ad araneæ ictum, Cap.XVI.
De tetragnathis Cap.XVII.
De percuſſis à phalangio, Cap.XVIII.
De iis quos ſcorpio percuſſit, Cap.XIX.
De morſis ab aſpide, Cap. XX.
De viperæ maris & fœminæ morſu, Cap.XXI.
De dipſade, Cap.XXII.
De hæmorrho & hæmorrhoide, Cap.XXIII.
Præparatio ſanguinis teſtudinis marinæ, & vſus, Cap.XXIIII.
De ammodyte aut cenchria, Cap.XXV.
De ſepe, Cap. XXVI.
De cenchrite ſiue acontio, Cap.XXVII.
De ceraſte, Cap.XXVIII.
De dryino, Cap.XXIX.
De amphiſbæna & ſcytala, Cap.XXX.
De parea & ſpathiuro, Cap.XXXI.
De peliade & elape, Cap.XXXII.
De baſiliſco, Cap.XXXIII
De draconibus, Cap.XXXIIII.
De cherſydro, Cap.XXXV.
De rana rubeta, Cap.XXXVI.
De turture ſeu paſtinaca marina, Cap.XXXVII.
De muræna, Cap.XXXVIII.
De dracone marino, Cap.XXXIX.
De ſcorpio marino, Cap.XL.
De culicibus, Cap.XLI.
De muſcis, Cap.XLII.
Ad pulices, Cap.XLIII.
Ad cimices, Cap.XLIIII.
De venenis, Cap.XLV.
Methodus præſeruatiua nequis à venenoſo pharmaco lædatur, Cap.XLVI.
Quomodo cognoſcantur qui venenum ſumpſerunt, Cap.XLVII.
Communia remedia & cura omnis veneni, Cap. XLVIII.
Ad eos qui cantharidas hauſerunt, Cap.XLIX.
De bupreſti, Cap.L.
De eruca pini, Cap.LI.
De ſalamandra, Cap.LII.
De lepore marino. Cap.LIII.
De rana rubeta, Cap.LIIII.
De rana paluſtri, Cap.LV.
De hirudinibus, Cap.LVI.
De ephemero, Cap.LVII.
De dorycnio aut ſolano furioſo, Cap.LVIII.
De aconito, Cap.LIX.
De melle quod in Heraclea Ponti naſcitur, Cap.LX.
De coriandro, Cap.LXI.
De pſyllio, Cap.LXII.
De cicuta, Cap.LXIII.
De ſmilace, Cap.LXIIII.
De ſucco carpaſi, Cap.LXV.
De herba ſardonia, Cap.LXVI.
De hyoſcyamo, Cap.LXVII.
De mandragora, Cap.LXVIII.
De ſucco papaueris, Cap.LXIX.
De toxico, Cap.LXX.
De iis qui ixian hauſerunt, Cap.LXXI.
De chamæleonte, Cap.LXXII.
De fungis, Cap.LXXIII.
De ſanguine tauri, Cap.LXXIIII.
De lacte in grumos coacto, Cap.LXXV.
De gypſo, Cap.LXXVI.
De ceruſſa, Cap.LXXVII.
De argenti ſpuma, Cap.LXXVIII.
De argento viuo, Cap.LXXIX.
De calce, ſandaracha, & auripigmento, Cap. LXXX.
De thapſia, veratro, elaterio, & agarico, Cap.LXXXI.
De rutæ ſylueſtris & melanthii nocumentis, Cap.LXXXII.
De aceruato frigidæ aquæ potu, Cap.LXXXIII.
De ſtrangulatis, Cap. LXXXIIII.
De iis qui ex alto ceciderunt, Cap.LXXXV.
De præſeruantibus & præſagis animalibus, Cap.LXXXVI.
De theriaca ex viperis, Andromachi, Cap. LXXXVII.
Paſtillorum ſquilliticorum præparatio, Cap.LXXXVIII.
Hedychroi confectio, Cap.LXXXIX.
Paſtillorum theriacorum præparatio, Cap.XC.
De reliquis quæ in antidotum coniiciuntur, Cap.XCI.
Modus conficiendi, Cap.XCII.
Poſt quantum tempus ea ſit vtendum, Cap.XCIII.
Quanto tempore efficax ſit, Cap.XCIIII.
Modus probandi theriacen, Cap.XCV.
De exhibitionis menſura, & vtendi modo, & quibus conueniat morbis, Cap.XCVI.
Sales theriaci ex libris Marciani, cum quibus conſentit Galenus, Cap.XCVII.
Antidotus Mithridatica, Cap.XCVIII.
Confectio cypheos, Cap.XCIX.
De Antidoti Mithridaticæ vſu, Cap.C.
Antidotus Eſdræ aut Prophetæ doctoris, Cap.CI.
Antidotus pæonia, Cap.CII.
Antidotus aromatica optima, Galli, Cap.CIII.
Antidotus ex duobus piperis generibus, Cap.CIIII.
Antidotus Athanaſia, Cap.CV.
Oribaſii theriaca qua Marcus Imperator vſus eſt, Cap.CVI.
Oribaſii theriaca ex bryonia, Cap.CVII.
Antidotus Hadriani, Cap.CVIII.
Antidotus achariſtos, Cap.CIX.
Philagrii antidotus ex ſulphure viuo, Cap.CX.
Theriaca Democratis, Cap.CXI.
Antidotus Theodoretus ex anacardiis, Cap.CXII.
Theodoretus aliter apparata, Cap.CXIII.
Theodoretus per acetum mulſum apparata, Cap.CXIIII.
Picra ſiue amara per acetum mulſum apparata, Oribaſii, Cap.CXV.
Cyphi ex rebus XXXVI, Cap.CXVI.
Cyphi ex rebus XXVIII, Cap.CXVII.
Muſnaphii confectio, Cap.CXVIII.
Thymiama ſiue ſuffimentũ Berenices, Cap.CXIX.
De elephantiaſi, ex libris Archigenis, Cap.CXX.
Cura elephantiaſi affectorum, Cap.CXXI.
De iis qui caſtrantur, Cap.CXXII.
De viperarum eſu, & de pruritibus, Archigenis, Cap. CXXIII.

Illitiones ad tumentes corporis eminentias, Cap. c x x i i i i.
Diæta elephantiaſi correptorum, Cap. c x x v.
De pruritu, Archigenis, Cap. c x x v i.
Ad pruriginoſas papularum eruptiones, Cap. c x x v i i.
Ad puſtulas pſydracas Græcis appellatas, & ad papulas ex feruore aut ſudore obortas, Cap. c x x v i i i.
Oribaſii ad nigras cicatrices inalbandas, Cap. c x x i x.
Ad vlceroſas papularum eruptiones, tum in tibiis tum in toto crure obortas, Cap. c x x x.
Ad cicatrices nigras ex vlceribus relictas, Cap. c x x x i.
De vitiligine ſeu alpho, Cap. c x x x i i.
De leuce vitiligine altius inſidente, Galeni, Cap. cxxxiii.
De lepra, Archigenis. Cap. c x x x i i i i.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICINÆ, Tetrabibli, ſiue quaternionis quarti, Sermo primus, Per Ianum Cornarium medicum phyſicum, Latine conſcriptus.

De noxiorum animalium morſu, & de beſtiis virus eiaculantibus. Et de elephantiaſi, pruritu, ſcabie, alpho, lepra, leuce. Et de antidotis multæ vtilitatis.

De iis, qui ab homine morſi ſunt, Cap. I.

DE NOXIORVM animaliũ morſib' ſcribere auſpicantes, initium ab iis qui ab homine morſi ſunt faciemus, vt Archigenes inquit. In iis igitur quos homo momordit, loco ex oleo prælito, fœniculi radicẽ tritã cum melle cataplaſmatis modo vlceri imponito vſquequo repurgetur: deinde iis quæ explere poſſunt vtitor. Cuius generis & hocce eſt. Mellis, terebinthinæ, butyri, adipis anſerini, medullæ cerui aut (ſi non adſit) vituli, æqualibus partibus liquefactis vtitor. Si verò ſinus ſtatim in principio fiat, eum aqua mulſa diligenter eluito, & ſpongiam nouam Aphricanam melle cocto imbutam imponito, & ligamento quod ad fin' referetur obligato, ac tertio die ſoluito. Aut myrrham terebinthina exceptam, vt malagma imponito. Aut æs tritum melle cocto exceptum, veluti collyrium indito, & poſtquam repurgaris, conglutinato. vel oſſa vitulina ad albedinem vſta, & pice liquida ſiue cocto melle, aut vtriſq; ex æquo ſimul excepta, in ſinum indito. vel mannã aut ipſum adeò thus cũ myrrha terito, & cũ vino ac oleo imponito. Emplaſtra autẽ cruẽtis vulneribus deſtinata & agglutinatoria, eis cõueniũt. in expaſſis quidẽ & planis vlceribus, viride ex atractylide: in ſinibus verò cruentis, emplaſtrum Piſcatoris ex aceto apparatum, & Athena & Nigrum appellatum.

De iis quos canis momordit, Cap. II.

IN iis verò quos canis momordit, ſtatim acetum irrorato, & expaſſa palma morſum percutito. deinde nitrum cum aceto tritum ex alto ſupra morſum deſtillato, & ſpongiam nouam poſca aut aceto imbutam imponito, & ad tres dies obligato, ligamentóque supernè ex poſca aut aceto prout viſum fuerit madefacito. egregiè enim auxiliatur. Poſt hæc verò vt commune vlcus curato. aut perdicium herbam cum ſale tritam imponito, quotidie eam alterando donec excidat cruſta. deinde vbi ad cicatricem perducere volueris, ipſam per ſe tritam imponito. Quòd ſi magnus ſit morſus, quemadmodum à magnis canibus infligi ſolet, præſcripta in ſexto Sermone methodo curato, veluti eos qui à rabido cane ſunt ſauciati. Si verò cauus & anguſtus appareat morſus, in principio cum aceto, vt dictum eſt, irrorato. deinde nitrum itidem cum aceto tritũ ex alto ſuperſtillato, & anetho ſicco vſto morſum expleto, & linteolum conuolutum ex aceto madefactũ indito, & obligato: poſt triduum verò ſoluito, & reperies morſum repurgatum. idem facit & cuminum tritũ morſui inditum. Poſtquam verò vlcera fuerint repurgata, prædicto pharmaco vtere liquefacto ad hominis morſum relato. Si verò inflammatio ſuccedat, lenticulam cũ malicorio coctam & tritam imponito, aut rubi folia contrita. Aut panis medullam in betæ ſucco madefactã cum modico roſaceo pro cataplaſmate adhibeto. Ad vulnera verò iã ſuppurata, erui farinã cum melle ſubigito & morſum expleto. ſummè enim auxiliatur. Aut irin cum melle & linamentis indito, ac supernè lenticulam coctam tritam cum modico melle & roſaceo pauco imponito. Repurgatis verò iam ipſis, cum prædicto liquido pharmaco expleto, ac deinde iis quæ cicatricem inducere poſſunt,

A vtitor. Emplaſtra autẽ ad demorſos à cane vel vrſo aut ſimilibus animalibus, ſtatim à principio commodè adhibentur ex ſale & ceruſſa apparata. Etenim venenoſum humorem in morſibus ex dentibus relictum expurgant, & calloſam ex impactis dentibus concretionem explanant.

Ad leonũ, pantherarũ, ac vrſorũ morſus, Cap. III.

HOrum animalium conſimiles ſunt morſus: nam robuſta ſunt hæc & vnciũguia, implicántque quicquid cõtigerunt vnguibus penetrantia, & corpora ipſa dilaniant. Perſeuerando autem in manducatione, non ſolùm carnes B dilaniant, ſed & oſſa aliquando ad polentæ ſimilitudinẽ cõfringunt, indéque & vicini ſtimulis afficiuntur nerui. Satis verò manifeſtum eſt quòd corpora quæ in eiuſmodi ac tantas calamitates inciderunt, non effugiunt periculum abalienationis: nam etſi maneant, putrefactionẽ ſuſcipiunt, & vlcera ſerpẽtia inducũt. Huiuſmodi igitur vulnera cum aceto elota & circumraſa: ſolutis item corporibus ac oſſib' extractis, emplaſtris integere oportet, & poſt ſuppurationẽ partium dilaniatarum, repurgantibus linamentis curare, & cicatricem inducere, quẽadmodum in C cõmunibus vlceribus ſolemus. Emplaſtra autẽ his conuenientia ſunt, id quod ex ſalibus conſtat, & ſimilia: cuiuſmodi etiã hoc eſt. Aſclepiadæ pharmacum, ad cruenta vulnera accõmodatum, & ad interciſos neruos & ad vrſorum ac leonum morſus: Æruginis raſæ dr. VIII. aluminis rotundi dr. VIII. ſquamæ æris dr. XII. mãnæ, galbani, cuiuſq; dr. XII. ceræ vnc. XVI. reſinæ pinus aridæ vnc. XXXII. olei lib. I. arida & galbanũ aceto terito, & liqueſcibilia liquefacta affundito. Aliud emplaſtrũ Venatorũ appellatũ, admirabile. Radicis ſymphyti, comæ dictamni, iridis Illyri D cæ, atramenti Indici, aluminis ſciſſi, miſyos, ammoniaci thymiamatis, myrrhæ, cuiuſque ſextantem, ſalis Cappadocici quincuncẽ, æris vſti trientẽ, ariſtolochiæ rotũdæ, iridis aſtragalitidis, gallarum, roſarum ſiccarum, ſquamæ æris, ſingul. vnc. I. æruginis quadrantem, picis ſeſquilibrã, reſinæ pinus ſiccæ libras quatuor, olei trientem & dimidium vnciæ vnius. metallica in aceto terito. habeat autẽ & ceræ ſeſquilibram. Quòd ſi marcedo ſubſequatur & vlcus ſerpendo depaſcens, optimè facit ſubſcriptum viride E emplaſtrum, carnem arrodens. exeſt vſque ad os, & ſquamas eiicit, ac vlcus ſerpens compeſcit, & in vniuerſum vtile eſt ad omnia inueterata eiuſmodi actionis, & maximè in quibus veneni corruptio eſt, & corpora ſunt abalienata: quibus etiam immixtum pharmacum adhibere oportet, in aliis verò diſſolutum. Habet autem hoc modo: Spumæ argenti vnc. I. ſquamæ æris vnciã I. nitri, atramenti ſutorii, ſalis ammoniaci, æruginis, ſingul. ſextantem, cyperi quadrantem, olei ſeſcuncem, aceti ſquillitici quantum ſufficit. Arida aceto terito vt ſtrigmentitiam F ſpiſſitudinem acquirant, & liquefacta affundito & in vitro reponito, aceto acri affuſo, vt pharmaco ipſi innatet. Ad confectionem autem & præparationem, ſi acetũ ſquilliticum haberi non poſſit, ſquillam cum aceto coquito, ac vtitor.

De ſuum morſu, Cap. IIII.

QVandoquidem verò, & in venationibus à ſylueſtribus ſuibus læduntur quidam, operæpretium eſt & de his facere mentionem. Vulnera itaque ab ipſis incuſſa

grauia ſunt,propterea quòd non ſolùm profunda, ſed &
magna exiſtant:agglutinatorio autem medicationis du-
ctu ea curare impoſſibile eſt. nam vnà cum contuſione
labia vulnerum diſcindunt,imò & adurunt.mutuo enim
dentium inter ſe attritu,ac veluti ad cotem affrictu vtũ
tur,ad vindictã eorum qui eis obueniunt,currentes. Ad-
uſta itaque corpora cruſtam quandam iuxta vulnerum
labia inducunt. quare ſuppuratorium & non agglutinato
rium curationis modum in eis adhibere oportet.

De iis qui à fele morſi ſunt,
Cap. V.

OMnia ferè quæ ad canis morſum dicta ſunt, etiam à
fele morſis conducunt. propriè autem eis cõuenit,
mel,terebinthina,oleum roſaceum. ſimul eliquato ac vti
tor. Aut centauream tritam cum melle imponito. Aut
galli ſtercus liquidum cum adipe gallinaceo ſubigito, &
imponito.

De morſis à crocodilo,
Cap. VI.

PRimùm quidẽ eos quos crocodil⁹ momordit quam-
tutiſſimè cuſtodire oportet,in domo concluſos fene
ſtras non habente: etenim ob contrariam quandam affe-
ctionem,ferè intotum ſylueſtres maximè feles ad demor
ſos accedere conſueuerunt. Remedia autem his eadem
quæ ad morſos à cane ac ad reliquos relata ſunt,conue-
niunt. propriè autem humanum ſtercus & miſy ſimul tri
ta & impoſita,ad eos faciunt.Aut piſcium garum,aut car-
nium ſalſarum iuſculum morſui infunde, aut ſalẽ & myr
rham æquali pondere in acerrimo aceto quamtenuiſſi-
mè contere,& cerato excepta impone. Aliud. Sterco-
ris hyænæ drach.IIII.æruginis drachm.IX.adipis anſerini
drach.VI.galbani drach.vnã,ceræ drach.VIII. olei drach.
XII. æruginem & ſtercus aceto terito, & liquefacta affun
dito. quòd ſi hyænæ ſtercus non adſit,porcino vtitor. A-
pollonius autẽ inquit, Demorſos locos acri muria aut pi
ſcium garo perfuſos ac fotos,adipe crocodili eliquato il-
linito,& linamentis inditis obligato. aut carnium ſalſa-
rum pinguiores partes tuſas indito,aut melanthium cum
aceti fæce tritum imponito. hæc enim & vlcus ſerpens
compeſcunt,& morſus eueſtigio ab inflammatione vin
dicant.Poſthæc autem lenticulam coctam cum melle tri
tam cataplaſmatis modo adhibeto.Erui verò,farina cum
melle ſubacta, aut iride cum melle,morſum expleto. De
cætero verò vlcera renutrito,& per communia auxilia ad
cicatricem perducito.

De beſtiis virus eiaculantibus,& primùm qui-
bus artibus adhibitis venenata animalia
tollantur, Cap. VII.

DE venenatis animalibus ſcripturi, primùm præſidia
quædam indicabimus quibus ea tollantur & perimã
tur.Perimuntur itaque ex ſyluarum ac materierum exu-
ſtione, in quibus vitam degunt. Verùm in iis quæ intra
domos reperiuntur,feruentem aquam in eorum luſtra ac
latebras infundere expedit, & acidam muriam feruentẽ
per inſtrumẽtum fuſorium(ſiphona *Græci* vocant)immit-
tere.Veſpis verò oleum infundatur, & aſſiduus fumus i-
pſarum tẽtoriis ac habitaculis obfundatur. Quæ ſubſtra
ta,ab omni venenata beſtia præſeruent. Iuxta vias qui-
dem igitur & in domibus ab omni venenato animali præ
ſeruant ſubſtrata,abrotonum,conyza,dictamnum, vitex,
echion,calaminthe,ſolanum,haſtula regia, ſaluia, peuce-
danum, hypericum, polium, ſampſuchus, gentiana, ori-
ganus,ruta ſylueſtris, ſerpyllum,laurus,pulegium,cupreſ-
ſi aut cedri coma aut ramenta, cardamomum, lyſima-
chion, melanthium, bitumen. his addatur & gagates
lapis. Suffitiones præſeruantes, quæ incenſæ vapore
ſuo venenatas beſtias abigunt: Viticis folia, bitumen,ca
ſtoreum, melanthium, cornu ceruinum aut caprinum,
naſturtium, cardamomum, galbanum,propolis,peuceda
num,panax,opopanax,conyza, cupreſſi aut cedri ramen-
ta oleo imbuta,gagates lapis,ſagapenum,poliũ,cãchryos
radix, filix,baccæ lauri,& ſimilia graueolentia. Quum e-
nim venenata animalia omnia anguſtos habeant mea-
tus, quamcelerrimè replentur, & ab huiuſmodi odo-
ribus obturantur ac ſuffocantur. Refertur etiam de
A ſtercore crocodili quòd per infundibulum ſuffitum,
feras ipſas venenoſas ex latibulis ſuis exigat. Archi-
genes autem, Vngulæ caprarum & pili, inquit, ſuffitu
fugant beſtias venenoſas:procul enim per ipſorum odorẽ
relegãtur. Stratonis ſuffumigium. Galbani,radicis cã
chryos,cornu cerui,melanthii,cuiuſque vnc.I.omnia te-
rito,& in paſtillos cum aceto redigito,atque vbi vti velis,
oleo madefacito,ac incenſa per mediam pomum ſuffito,
aut in ipſum ferarũ latibulũ per infundibulũ vaporẽ im-
mittito. Aliud ſuffimentũ, ſcorpios deturbãs,& omne
B reptile ex ædibus exigẽs:Galbani,ſandarachæ,butyri,adi-
pis caprini, æquales omnium partes in pilulas redigito,
& vt dictum eſt ſuffito. probè facit & pyrethrum cum ſul
phure ſuffitum.Mirificè item Beronices ſuffimentum fa-
cit,quod in hoc ipſo Sermone deſcriptum eſt, vbi ipſum
cyphi etiam reperitur.

Illitiones præſeruatiuæ,
Cap. VIII.

ILlita autem ferarũ acceſſum prohibent eáſque fugãt,
althææ ſemen & acetum cum oleo,baccæ lauri & galba-
num oleo trita: panacis ſemen & flos & ſuccus cũ oleo:
C vehementer efficax eſt oleum in quo cedrina ligna viri-
dia incoquuntur.baccæ iuniperi cum oleo, conyza,peu-
cedanum, ſilphium, ſaluia, haſtula regia, abrotonum,
galbanum. horum vnumquodque excellenter facit ace-
to & oleo dilutum,aut ètiam quædam ex iis, aut omnia
mixta & illita. Aut caſtoreum cum medulla ceruina &
vnguento narciſsino illitum,vehementer efficax eſt. A-
pollonius autem inquit,Qui ex ſylueſtris rutæ ſucco ob-
linuntur,omnibus venenatis beſtiis manus admouent,&
D non mordentur. Dracunculi item ſucco manibus illitis,
qui viperam tenuerit non mordebitur. ſemen autem dra
cunculi aqua tritum & latibulis ferarum iniectum, ipſas
in terram fugat. probè facit & ſolani ſuccus illitus. In v-
niuerſum autem omnem feram cuiuſque earum adeps
illitus fugat.

Quæ appoſita,venenata animalia occidant,& de iis
quæ in edulia & potiones incidunt,
Cap. IX.

VEnenatas beſtias occidit galbanum cum ſpõdylio &
E oleo appoſitum.Cancri appoſiti ſcorpio,ipſum occi-
dunt. lychnis ſylueſtris ſcorpios fugat:quod item facit pa
ſtinacæ ſemen.Cæterùm & aquarum quas in potu accipi-
mus,animaduerſionem habere oportet. Non pauci enim
perierunt ex quibuſdam beſtiis in edulia & aquas dum co
quuntur collapſis. atque id maximè in peregrinationibus
euenire ſolet. quapropter tunc culinæ procul ab arbori-
bus extruendæ ſunt, propter feras in eis latibula haben-
tes. Quin & ſalamandræ quandoque & erucæ calefactæ
obſoniis incidunt. præcipuè itaque pinus & picea arbor
F fugiẽda:in his enim lethales ſunt erucæ.In obſonia quidẽ
igitur dum coquuntur,illabi conſueuerunt,ſerpens & ſala-
mandra,& erucæ:in vinum verò,viperæ.

Communia remedia ad omnes venenum
eiaculantium ferarum plagas,
Cap. X.

PEr prædicta quidem igitur præcauere oportet ne in
malignas beſtias incidamus. Si verò contingat ab a-
nimante quopiam venenum iaciente percuti, huiuſmo-
di remediis communiter vtemur. Si quidem leuior ſit
G plaga aut morſus, poſca calida eum proluemus: deinde
verò locum ipſum exugemus. verùm qui exucturus eſt,
prius os oleo colluat,ne inde lædatur,atq; ita ore ad mor-
ſum admoto, exugat & expuat venenum. cauere etiam
oportet,ne exulceratam aliquam internam oris partẽ ha-
beat exucturus.Poſt hæc verò cinis aceto ſubactus pro ca-
taplaſmate imponatur.maximè autem ad hanc rem con-
ducit, ex ficulneis lignis exuſtus, aut laurinis, aut lignis
vitis:qui ſi non adſint,eo qui haberi poteſt vtendum eſt,
diligẽtia ad hoc potiſſimùm adhibita vt inflammatio in
H loco excitetur,& materiæ ad morſum prouocẽtur. Quòd
ſi minus nobile ſit membrum, & vehementior mor-
ſus, cucurbitam cum plurima flamma ad morſum ad-
hibe, & vicinos locos circumcirca impactis vulnuſcu-
lis ſcarificato: attrahetur enim vnà cum ſanguinis &

flatus attractione ipſius beſtiæ venenum. Deinde à tepidæ largæ hauſtu vomere iube: & ſic deinceps pharmaca exhibe. Vigilans etiam æger aſſeruandus eſt, ac deſidens per totum curationis tempus, donec euidẽtem remiſſionem acceperint moleſtiæ concomitantes. Venter item adſtrictus citra dilationem per infuſum eluatur, & veſicæ quoque cura habeatur, quò citra impedimentum lotium excernat. Optimè autem auxiliantur, ſi ſtatim in principio poſt cucurbitas, plagæ imponantur animalia parua diſcerpta, & adhuc intus calentia: veluti ſunt gallinæ, hœdi, agni, porcelli. venenum enim exugunt, & dolores leniunt. Apta ſunt etiam his cataplaſmata dilaniantia, velut ſunt allia cum melle, cepæ cum ſale, ruta cum melle, ſilphium tritum inſperſum, laſer, piſcis ſalſus maximè vetuſtus, allium vſtum, plantago cum ſale, meliſſophyllon, virgulta fici cum melle, ſuillum recrementum aceto coctum, calaminthe, ſtercus caprinum cum aceto. Summè autem facit ad omnem beſtiæ venenatæ plagam, præterquam aſpidis, calx viua cum oleo & melle craſſitudine cerati impoſita. At verò & inurere morſus ipſos expedit, vſque ad cruſtæ productionem. aut ſinapi largum cum rumice acuto imponere: aut ſalem tritum liquida pice exceptum. Præter opinionem autem facit ex viperis theriace Andromachi emplaſtri modo impoſita. Emplaſtra verò ad omnem veneno ſi animalis ictum conueniunt, ex dictamno apparatum, omniáque quæ attrahendi vim habent: qualia ſunt & quæ ex ſale, & quæ ex chamæleontis radice conſtãt, & aphroditæ appellata. Egregiè autem hoc auxiliatur. Spumæ argenti lib. vnam, ceruſſæ lib. I. reſinæ pinus lib. vnam, olei veteris lib. tres, ceræ ſeſcuncem, ammoniaci thymiamatis trientem, galbani trientem. ceruſſam, argenti ſpumam, & oleum coquito donec non inquinent manus: deinde liquefacta adiicito, vnito, & vtitor repoſito ad omnem morſum, & ad abſceſſus, & tubercula mamillarum, panos, ſinus, fiſtulas, parotidas: ad miraculum enim vſque diſcutit ipſas. vtitor & ad carbunculos. Arcet vehementer inflammationem, & rarò citra magnam commoditatem & efficaciam adhibetur. Potiones communes. In potu autem citra dilationem in omni virulenti animalis morſu, theriace Andromachi præbeatur, aut Mithridatica, & conſimiles compoſitiones. Ex ſimplicibus verò, viticis ſemen cum vino tritum bibendum præbeto, rutæ ſylueſtris ſemen cum vino ſimiliter tritum dato, platani pilulas, polium, polemonii quod & philetærium appellatur, drachmã I. leporis coagulum aut cerui, allium, trixaginem, dictamnũ, ſaluiam, caſtoreum, ex vnoquoque drach. I. bryoniæ radicem drachmæ pondere, ſeminis trifolii bitumen olentis drach. I. Prodeſt & conyza & chamæpitys & ſcordium, cuiuſque drach. I. ex vino. auxiliantur autem omnino cancri fluuiales cocti aut aſſati comeſti. ranæ item elixæ & comeſtæ. Verùm ſiqui earum eſum auerſentur, ranas donec vietæ reddantur coquito, & iuſculum ipſum ignaris abſorbendum præbeto.

De veſpis & apibus, Cap. XI.

QVòd ſiquis ab apibus & veſpis illæſus permanere velit, eum maluæ folia cum oleo illita, & eruca ſiue bruchus cum oleo illitus aſſeruabunt. Quandoquidem verò quidam ab his clãculum percuſſi, ob dolorem perturbantur, putántque ſe à maligno animante petitos eſſe, neceſſarium exiſtimo prius oſtendere quæ ſigna ad horum plagas comitentur. Hos itaque qui ab apibus pungũtur, dolor ictus conſequitur, & rubor loci, cum tumore partium in ambitu ſitarum: ſtimulus autem omnino in percuſſo loco reperietur. Eadem etiam hos quos veſpa pupugit concomitantur, ſed intenſiora: verùm ſtimulum veſpa in percuſſo loco non relinquit. Auxiliũ autẽ vtrique ferunt, luto aut ſtercore bubulo eis illito cum poſca, aut maluæ foliis impoſitis cum poſca, aut cimolia cum malua & poſca, aut ſeſamo cum poſca. Naturaliter autem opitulatur veneranda & viuifica crucis imago in ſigillo ferreo exſculpta, & plagæ appreſſa. non enim permittit amplius inflammationem generari. In potu præterea ipſis foliorum lauri tenerorum drachmas duas, cum vino auſtero præbeto.

Ad ſtellionis morſum, Cap. XII.

QVI à ſtellione morſi ſunt, aſſiduè & contẽtè dolitãt, morſúſque locum liuidum habent. Iuuantur autem eueſtigio, ſi cæpe & allia cataplaſmatis modò eis imponãtur. Auxiliantur amplius eadem comeſta, vino meraco poſt eorum acceptionem abſorpto. Vtiliter etiam ſeſamum eis imponitur aut melanthium, aqua multa affatim affuſa.

Ad ſalamandræ morſum & lacertæ chalcidis, Cap. XIII.

QVos ſalamandra percuſſit, eos dolor vehemens & cruſtæ productio conſequitur. adhibeatur autem eis communis cura iam prædicta. Qui verò à lacerta chalcide appellata percuſſi ſunt, eos tumor pellucidus conſequitur, veluti nigriore in ambitu plagæ relucente. conſequitur autem & putrefactio. Curatio verò eadem illis accommodanda eſt, quæ ad muris aranei morſum referetur.

De mure araneo, Cap. XIIII.

MVS araneus colore quidem muſtellæ ſimilis eſt, magnitudine autem muri: vnde & mygales apud Græcos obtinuit nomen. os autem ſublongum habet, & exiguam caudam. dentes verò tenues, atque eos duplici ordine ſitos in vtraque maxilla, quò fit vt quatuor dentium ordines habeat. Qui igitur ab eo morſi ſunt, his vulnera manifeſta fiunt: quadrifido enim ordine vulnera conſpicientur. Et ſanguis quidem primùm purus promanat, paulo pòſt verò ſanioſus. animal enim ipſum putrefactione occidit. Conſueuerunt etiam bullæ inſurgere, quas ſiquis dirumpat, carnem ſubiacentem fæculentam videbit, & ſiſſuris diſparatam. inflatio autem ſequitur demorſos. Cæterùm hoc animal frequentius ad teſtes inſilire ſolet, eóſque verbere impetere, non hominis ſolùm ſed cuiuſque etiam bruti animantis. Auxilium autem ferunt quum ob putrefactionem periclitantur, poſt prædicta cõmunia remedia adhibita, ab huiuſcemodi rebus: Lauri foliorũ tenerorum drach. I. aut II. cum vino tritas bibendas præbeto. Conueniunt etiam ipſis omnia prædicta communia remedia in potu accepta ex vino dulci: in pecoribus verò & iumentis illa ipſa cum aqua trita naribus infunde. eſt enim ipſis præſens remediũ: vnde etiam hominibus ſimiliter in potu præbeto. Morſum porrò cũ cumino integito & allio, putamine extrinſeco non adiecto. eadem etiam cum oleo trita aſſiduè & diligenter locis circumſitis illinito. Si verò ruptæ fuerint bullæ & vlcera oborta, acida muria prolue, & ordeum vſtum tritum impone. verum non rumpentur, niſi prægnans fuerit mus araneus qui morſum inflixit. Quòd ſi exulcerẽtur, mali Punici dulcis corium coctum tritum impone, vlceráque ex eodem decocto, aut magis myrti decocto, perfuſa foue. Strato verò inquit, in muris aranei morſu locũ ſcarificato, ac ipſum murem araneum vſtum cum aceto cataplaſmatis vice imponito, aut ſinapi tritum itidem ex aceto. In potu verò panaca exhibeto, erucam, capparis corticem, gentianæ radicem, & verbenacam rectam tum cum vino bibendam præbe, tum pro cataplaſmate impone. maluæ item folia impone, & antidotos magnas bibendas exhibe.

Ad ſcolopendræ plagam, Cap. XV.

IIS qui à ſcolopendra icti ſunt, eadem remedia conueniunt quæ ad muris aranei morſum ſunt prædicta, & ſales cum liquida pice impoſiti: & cedria cum melle: & allium cum foliis fici, & cumino eruóque ac vino. In potu verò etiam ea commodãt, quæ à mure araneo morſis. amplius autem & abſinthium & mentha cum vino.

Ad araneæ ictum, Cap. XVI.

EST & araneæ genus quod ictu continentes dolores inducit: rubor verò circa præcordia, & vrinæ emittendæ difficultas ægros concomitatur: aliquando verò & ſuffocationes. Ab eo percuſſis, rutam ſylueſtrem, & viticis albæ ſemen aut folia bibenda præbe. Allium etiam largè edendum, ac vinum inſuper meracum abſorbendum exhibeto.

De tetragnathis, Cap. XVII.

TEtragnathus, ſpecies eſt phalangii ſubalbida, pedes ſcabros habens, & iuxta caput eminentias duas, v-

nam rectam, alteram latam, vt exiſtimes eum ora quidẽ habere duo, maxillas autem quatuor, & lineam per os æqualem. Iis qui ab eo percuſſi ſunt, cõmuniter quidem eadem accidunt quæ à ſcorpio percuſſis: propriè autem in ipſis plaga contentè dolet, & percuſſus locus ſubalbicãs eſt: tumor verò faciem & caput occupat, & percuſſæ partes vſque ad articulos gracileſcunt: cibum item ac alimẽtum non ſentiunt membra, & poſt adeptam ſanitatem vigiliæ intenſæ ſuccedunt. Opem autem ferunt ex calaminthæ potu aut trifolii, rutæ, panacis, polii, & iis quæ ad percuſſos a phalangio referentur.

De percuſſis à phalangio, Cap. XVIII.

PHalangiorum genera quidem plura ſunt: quæ verò apud eos qui de noxiis beſtiis ſcripſerunt referuntur, vtplurimùm ſex numero exiſtunt: vnum quidem ex eis rhagium, alterum lupus, tertium formicarium, quartum cranocolaptes, quintum ſclerocephalon, ſextum ſcoleciũ appellatum. Ac primum quidem rhagium, id eſt acineũ, figura rotũdum eſt, colore verò nigrum, acini vuæ nigræ ſimilitudine: vnde etiam appellationem accepit. Et os quidem iuxta medium ventrem habet: pedes verò ex vtraque parte quambreuiſſimos. Alterum verò lupus appellatum, muſcas perdit, eíſque paſcitur. ac corpus quidem habet latum ac volubile: partes verò circa circa collum ipſius inciſæ ſunt. amplius autem & os eius eminẽtias tres habet. Tertium autem, myrmecium, *hoc eſt formicarium*, dictum, formicæ maximæ aſſimilatur: colore eſt fuliginoſum, corpus verò eius velut aſtris quibuſdam inſignitum eſt, maximè circa dorſum. Quartum deinde cranocolaptes, ſublongum eſt & viride, ſtimulúmque iuxta collum habet, atque ſi in quẽ irruat, locos circa caput petit. Quintum ſclerocephalum dictum, caput habet ſaxeum & obduratum: lineamenta verò per omne corpus ſimilia animalibus illis quæ circumuolitant noctu lucernas. Sextum autem ſcoleciũ ſiue vermicarium appellatum, ſublongum eſt & ſubmaculoſum, maximè circa caput. Atque hæ quidem ſpecies phalangiorum enumerantur, quas ſanè obſeruareoportet. Quæ verò percuſſos ab eis concomitantur, communia ſunt iuxta magnitudinem & paruitatem diſcreta. Morſus porrò tenuis eſt vt vix conſpici poſſit: tumor autem liuidus, quibuſdam etiam rubicundus. frigiditas adeſt circa genua & lumbos ac ſcapulas, quãdoque verò totum corpus aggrauatur. amplius & dolor aſſiduus adeſt, tremor, pallor, vigiliæ: quibuſdam verò pudendi tentigo, & circa caput pruritus, aliquando etiam circa ſuras. oculi humecti & lacrymantes ac caui, & vẽter inæqualiter eleuatur. intumeſcit autem vniuerſum corpus faciéſque, & maximè circa linguam partes, vt impeditum habeant ſermonem. quibuſdam verò & vrinæ emittendæ difficultas adeſt cum pudendi tentigine & dolore. ſi verò minxerint, aquoſæ ipſorum ſunt vrinæ, quædam aranearum textis ſimilia in ſe habentes: & vomitus quoque conſimilis eſt: aliquando verò per lotium, & per ventrem talia excernuntur. Cæterùm in calidam aquam demiſſi, à dolore leuati ſibi videntur, pòſt verò contentè dolent pudendum: ſenioribus verò pudẽdum plurimùm laxatur, ac minimè intenditur. atque hæc quidem communiter ad omnium ictus ſequuntur. Si verò cranocolaptes aliquem percuſſerit, caput magis dolet, & vertigines conſequuntur, frigus continens, delirium, corporis iactatio, & ſtomachi puncturæ. Omnes autem à phalangiis percuſſi, aſſiduis balneis iuuantur. plaga etiam ipſa ex trifolii bituminoſi decocto cum oleo proluatur: totum verò corpus ex cerato liquidiſſimo pinguefiat. Iuuãtur etiã fomento ſpongiarum in calido aceto tinctarum, & ſæpe ad plagam adhibitarum. Cataplaſmata autem eis conueniunt, bulbi, ſanguinaria, porrum, furfures aceto cocti, ordeacea farina foliis lauri cum ea in vino aut melle incoctis, ruta, groſſi ficus, caprinũ ſtercus cum vino, ſampſuchus cum aceto, ſylueſtris ruta cum aceto, itémque cyperus. Aſclepiades autẽ hoc, inquit, vtere valde laudato: Seminis rutæ ſylueſtris, ſeminis erucæ, ſtaphidis ſylueſtris, canchryos, ſeminis viticis, pilularum aut foliorũ cupreſſi, æquales omniũ partes aceto terito, & melle exceptas imponito. idem & in potu acceptum auxiliatur. Aliud

A laudatum, quod ſimiliter & potatũ & impoſitum iuuat. Sulphuris viui drach. quatuor, galbani drach. quatuor, ſucci Cyrenaici drach. duas: aut, ſi nõ adſit, laſeris drachmas quatuor, amygdalarùm amararum repurgatarum drach. duas: in vino diluito, & melle excepta imponito. bibendum etiam, vt dictũ eſt, præbeto. Amplius verò & cupreſſi folia aut pilulas tritas cum vini & olei hemina vna à phalangio percuſſis dato. Aut aniſum, aut daucum, aut cuminum, aut melanthium, aut piper, aut agaricum, ſingula drachm. pondere præbeto. :aut ammii drach. duas,
B aut iridis drach. vnam, aut hyperici drach. vnam, aut trifolii bituminoſi quantũ tribus digitis apprehẽdi poteſt. Conueniunt etiã lauri baccæ, ſcorpiurõ, ſerpyllũ, ſilphiũ, calamintha, chamæpitys per ſe & cum ruta ac pipere: ſingula verò, ex vino. Aut mẽthæ faſciculum poſca meraciore coquito, & decocti cyathos duos præbeto. Idem & ſampſuchi, & radicis ſpinæ albæ decoctum, ac trixaginis & pulegii præſtat. lixiuium item & radicis hederæ ſuccus cum aceto. Vtere etiam ad eos remediis à ſcorpio percuſſorum, & ex viperis theriaca, & conſimili-
C bus. Aſclepiadæ, ad percuſſos à phalãgio. hac Chariton vtebatur, & per hominum conuentus oberrans, à phalangiis percuſſis auxilia promittebat. Seminis ſpõdylii ſicci, calaminthæ, æquale põdus ſimul terito, & ex vini cyathis duobus præbeto: atque id ſæpe per diem facito. Aliud eiuſdẽ. Succi Cyrenaici, ſeminis dauci, mẽthæ ſiccæ, ſpicæ nardi, ſingulorum æquale pondus coagmentato cum aceto, & drach. vnam cum poſcæ meracioris cyathis quatuor præbeto, & à potu ægrum in calidam aquã demittito. quòd ſi ſuccus Cyrenaicus non adſit, pro eo la-
D ſer purum coniicito. Aliud valde præclarum. Canchryos, ſeminis rutæ, piperis, myrrhæ, ſtaphidis agreſtis, ſingulorũ drach. vnã, radicis cyperi drach. vnã coagmẽtato, & drachmam vnam cum vini odorati cyathis quatuor, ac mellis cyatho vno exhibeto. Auxiliatur item eis allii eſus, balneum & vinum.

De iis quos ſcorpio percuſſit,

Cap. XIX.

E ASCORPIO percuſſos vehemẽtiſſimus plagæ dolor cõſequitur, frigiditáſque ac tenſio, & ſtupor, circáque plagam & totum corpus frigidus ſudor, & iis qui iuxta infernas partes percuſſi ſunt, inguina excitantur, ac intumeſcũt: qui verò circa ſupernas, locus ſub alis. & hæc quidem leuiter percuſſis adſunt. Validius autem ictis, ardor circa plagam adeſt, quemadmodum in ambuſtis, & verrucarum inſtar formicarum eruptio, circa labra & totũ corpus, vt grandine ſe impeti putent: facies diſtorquetur: ſordes circa oculos adſunt glutinoſæ, & lacrymæ viſcoſæ: duritiesarticulorum, anúſque procidit cum egerendi cu-
F piditate, ſpuma circa os eſt, & vomitus largus, ſingultus, cõuulſiones opiſthotonicis ſimiles. His igitur ſerpyllum, althææ radicem, & elaphoboſcum bibendum præbeto. Præter opinionem autem facit elaphoboſcus, tum viridis comeſta, tum ſicca potata. Paſtinacæ item ſylueſtris ſemen & nuces Põticæ: hæ enim in zona geſtatæ nõ permittunt aliquem à ſcorpio lædi. Aliud. Cochleam, hortulanam maximè, accipito: eámque vnà cum teſta tritam plagæ imponito, & confeſtim ſedabis dolorem. idẽ etiam vermes terreni facere dicuntur. Aliud. Can-
G crum fluuialem cum vino & laſere terito, ac bibendum dato. Aliud. Verbenacam rectam aut viridem pro cataplaſmate impone, aut ſiccam tritam bibendam præbe.

Aliud. Cumini, melanthii, ſeminis viticis, ſingulorum par pondus tere, ac drach. vnam inde ex vino exhibe. poteris etiam omnibus communibus auxiliis prædictis vti. Aliud. hoc & ad phalangii & ſcorpii ictum facit: Styracis drach. ſex, ſulphuris viui drach. ſex, pyrethri drach. quatuor, ſeminis rutæ ſylueſtris drach. tres, caſtorei drach. duas, ſeminis erucæ drach. duas, cum ſanguine, ma-
H rinæ maximè, teſtudinis, ſubige: aut, ſi nõ adſit, terreſtris: & nucis Põticæ magnitudine præbe cum poſca aut ex aceto. Alia antidotus, excellenter ad ſcorpii ictum conducens: qua etiam ad meipſum ægrè affectum vſus ſum, & ſeruatus. Habet autem hoc modo: Caſtorei, ſucci Cyrenaici, piperis, cuiuſque drachmas quatuor, coſti, ſpicæ

nardi,croci,ſucci centaureæ,cuiuſque drach.duas,mellis A
deſpumati quantum ſufficit. datur nucis Pōticæ magni-
tudine. Datur autem à ſcorpio ictis cum vino diluto: ab
aſpide morſis, cum aceto diluto. detrahendi vim habet,
adeò vt digeſtos etiam in membra veneni ſuccos eruat:
&ob id etiam ad vuluæ ſtrangulationem vtiliter cum hy
dromelite exhibetur. Aliud. Ariſtolochiæ lōgæ,me-
lanthii, radicis panacis, ſeminis rutæ ſylueſtris, æquales
omnium partes committe. dantur inde drach.duæ cum
vini meraci hemina vna. Optimè autem ad eos facit, ſi-
militérque ad phalangii morſum, antidotus ex quatuor B
rebus ad podagricos deſcripta: ex ariſtolochia videlicet,
gentiana,myrrha,& baccis lauri. dato etiam,ſi abundes,
ex theriaca. Ad plagam autē ſcorpionem ipſum qui per-
cuſſit,ſi inueniri queat, imponito. aut ſtellionem diſſe-
ctum plagæ adhibeto. Calaminthe etiam quæ iuxta a-
quas naſcitur,impoſita,confeſtim dolores remittit & tol-
lit. Allium quoque aut per ſe aut cum ſale tritum impo-
natur,aut ſylueſtris ruta, aut ſcorpiurus herba. Ego verò
ſylueſtris rutæ drach.vnam in aceto tero,& ceræ vnciam
vnam,reſinæ pinus quadrantem liquefacio,& parum olei C
affundo, vnio, ac impono. & eſt mirabile pharmacum.
Quin & ouillum ſtercus vino coctum & impoſitum, con
feſtim dolore liberat. Vtere item præſcriptis communi-
bus emplaſtris,& eo quod ex dictamno apparatur,& quæ
ex ſalibus,quæque ex chamæleonte conſtant.

De morſis ab aſpide, Cap. xx.

Aſpidum apud ferarū ſcriptores tres ſpecies reperiun
tur. Quædam enim ex eis terreſtres appellātur: quæ-
dam verò chelidoniæ,& circa fluuiorum ripas,præſertim D
Nili,latibula habent: aliæ verò ptyades nominātur. Ter-
reſtres quidem igitur,maiores ſunt, & quandoque vſque
ad quinque cubitorum longitudinem reperiuntur. maxi-
mè verò ptyades bicubitales ſunt. Chelidoniæ autem,cu
bito maiores reperiuntur, & colorem hirundini ſimilem
habent. ptyades verò cinereo ſunt colore viridique & ad
auri colorem declinante. terreſtres verò vtplurimùm &
ipſæ cinerei ſunt coloris: quanquam & ſubuirides repe-
riantur. Cæterùm acceſſiones & ſigna communia ſunt in
iis quos aſpides momorderunt. vulnera enim in demor- E
ſo loco,veluti ab acu puncta inueniuntur: bina quidem
ex maſculi morſu,ex fœmellæ verò quatuor,citra magnū
dolorem,à quibus nihil effluit,niſi violentum animal ſit
quod morſum inflixit. Conſequitur autem ſtupor, pallor
frontis,refrigeratio,aſſidui hiatus,palpebrarum nictatio-
nes,colli inclinatio, capitis grauitas, ſegnities, & colla-
pſio in ſomnum profundum: ad finem verò & conuul-
ſio. Mors autem in tribus ad ſummum horis ex terreſtris
morſu ſequitur: in chelidoniæ verò ictu præſētiſſima ad-
eſt. Porrò iis qui ab ptyade conſpuuntur, caligo oculo- F
rum ſuccedit, & cordis dolor, faciei tumor, ac auditus
corruptio. tardius autem mors conſequitur. Auxilium
autem ab aſpide morſi ferunt, & præſertim quos ptyas
momordit, ex acerrimi aceti potu: dandum autem eſt
quouſque aceti qualitatem circa dextram præcordiorum
partem perceptent: hepar enim in morſis ab aſpide pri-
mum aiunt ſenſu priuari. Cæterùm ad prænotionem an
victurus ſit percuſſus,centauream cum vino tritam bibē-
dam præbeto: ſi quidem enim euomet pharmacum,mo-
rietur: ſi non,viuet. Quò verò malignitas veneni diſtri- G
buti & in corpus digeſti probè euomatur, allia trita cum
zytho exhibeto,donec nauſeabundus reddatur. Aut opo-
panaca cum vino diluto dato,& confeſtim vomitionem
operabitur. Numius autem inquit, Origanum viridem
aut aridam pro ægri viribus cum vino dato. Poſt vomitū
antidotis theriacis vtendum & communibus remediis
prædictis. Vtiliter autem ad plagam imponuntur,poſt cu
curbitarum adhibitionem & ſcarificationem,centaurea
cum myrrha & modico opio. Rumex autem ſi catapla-
ſmatis modo imponatur, nihil lædetur. præter opinionē H
verò auxiliatur theriace tum plagæ impoſita tum potata.
Profunt autem & aſſiduæ exercitationes cum euulſioni-
b9 & plagis,& vniuerſi corporis motus,& aqua marina &
calida pro fomento aſperſa.

De viperæ maris & fœminæ morſu, Cap. xxi.

Vipera fœmina colore quidem eſt ſubflauo,multis in-
ſtar rotarum notis exornata, magnitudine cubitali,
longiſſima verò palmos tres æquat. caudam autem ha-
bet aceruatim in tenuitatem deſinentem, non paulatim
imminutam. éſtque omnino carne nuda cauda,& aſpera.
oculi verò ſubrubri, & caput latius, & anguſtius collum.
ventrem autem ſinuoſiorem habet, & ingreſſu ad ſum-
mum caudæ nititur: ſenſim verò inambulat. & quatuor ha
bet caninos dentes. Vipera verò mas,eiuſdem eſt coloris:
verùm caput anguſtius,& collum craſſius habet,& vniuer
ſum corpus tenuius,& quodammodo prolixius: greſſum
autem ſupernè circa ventrem firmat,& alacrius mouetur:
dentes autem caninos ſolùm duos habet. paulatim verò
cauda ei imminuta eſt,quemadmodum & reliquo ſerpen-
tium generi,non aceruatim velut in vipera fœmina dixi.
& per hoc ſanè à fœmina differt. Reperiuntur igitur in
iis quos vipera mas momordit, vulnera in plaga bina:
in his verò qui à fœmina demorſi ſunt, vulnera quatuor.
Primùm autem ex eis excernitur ſanguis, deinde ſanies
ſanguinolenta & oleoſa: adeſt tumor bilioſus, feruidus,
bulloſus,ſubruber,deinde liuidus & denigratus & proſer-
pens. Os adeſt exſiccatum,ardor,exolutio, & frigidi hor-
roris inſultus: aliquando & bilis vomitus,tormina,capitis
grauitas,vertigo, pallor, ſingultus, febris, ſpiritus & an-
helitus celer,color plumbeus,ſudor frigidus. Mors in ho-
ris ſeptem aut, vt longiſſimè abſit, tertia die, in his qui
non ſeruantur, & maximè iis qui à vipera fœmina ſunt
icti. Conuenit igitur priuſquam cruenta prodeant lo-
tia, allii plurimum edere, & vinum meracum mul-
tum bibere,ac vomere. Efficaciſſimum enim in eis re-
medium,eſt allii eſus ac meracior vini potio, inquit Ar-
chigenes: adeo vt ſiquis multū eius ſuſtineat vſum,itém-
que meri potum,nullo alio auxilio habeat opus. Dato au-
tem citra dilationem theriacen ex viperis bibendam,eā-
démque plagæ ſuperponito. Quin & ipſam viperam ex-
coriatam & coctam,capite ac cauda & interaneis viſceri-
bus omnibus reiectis,veluti anguillam edendam præ-
beto. caput autem amputatum diligenter per volſellam
teneto, & morſui imponito ea parte adhuc calente quæ
contigit collum: id enim extrahet venenum. aut quempiā
qui ore plagam exugat adhibeto, qui vt ſuprà dictum eſt
in communibus remediis, os prius habeat ex oleo collu-
tum. Aut gallinam diſſecato, & internè adhuc calentem
morſui imponito,atque hoc remedium frequēter ac aſſi
duè repetito. Scarificare autem per ambitum oportet de-
morſum locum,& cucurbitas admouere. Poſtea verò fra-
xini folia tundito & exuccato. & ſuccum quidem in potu
exhibeto: quod verò ab expreſſo ſucco reliquum eſt,ad
morſum imponito. eſt autem fraxinus arbor ex qua fra-
xinea appellata ligna cæduntur. eſt enim valde efficax ad
viperarum morſus hæc arbor. Meliſſophylli item folia
& ſuccus cum vino potatus & vulneri impoſitus, euidens
auxilium confert, etiamſi iam moriatur æger. aiunt au-
tem ſiquis melanthii drachmas quatuor edat,non mori-
turum. Similiter etiam melaphroditos herba efficax eſt.
& cancri fluuiales cum lacte triti & potati & plagæ adhi-
biti. magnificè etiam proſunt ranæ coctæ comeſtæ, & iu-
ſculum earum bibitum. Præſtat & naſturtium plurimū
edere,ac tritum quoque cum vino bibēdum exhibere. Fa
cit autem mirabiliter teſtudinis ſanguis exſiccatus cum
ſylueſtri cumino potatus. Vtendum etiam omnibus com
munibus remediis ſuprà relatis. ſuperuacaneum autē fue-
rit eadem ſæpe ſcribendo repetere. Maximè verò vtendū
eſt anchuſæ radice, & heliotropio cum vino. dandus &
hæmatites lapis. Auxiliantur & raphani largè in cibo ac-
cepti,deindéque vomitu reiecti. ſtatim verò à vomitu
theriace Andromachi exhibeatur. Poſt ſcarificationem
& gallinarum impoſitionem,plaga ex trifolii bituminoſi
decocto calido per multum tēpus proluatur ac foueatur.
nam ſi pauco id tempore facias,peius afficiuntur. Dein-
de porrum & panem cum ſale imponito, aut allium cum
aceto, aut cinerem ipſius exuſtum,aut fraxini cinerem,
aut alium quemuis cum aceto,aut haſtulæ regiæ folia,aut

ſycomori folia cum pane, aut lauri foliis teneris coctis & cum oleo tritis locos intege priuſquam claudantur, aut caprinum ſtercus imponito cum vino. Aſclepiadæ epithema,ad viperæ morſum:Sagapeni,piperis,laſeris,maximè Cyrenaici:opopanacis,cuiuſque vnciam vnam,galbani ſextantem, ſulphuris viui ſextantem. ſuccos aceto diſſoluito,& arida trita inſpergito, & ad emplaſtri formã redacta plagæ imponito: forinſecus autem foliis fici aut vrticæ contegito. Aliud. Centaureæ,ariſtolochiæ,radicis peucedani, æquales partes contundito, cribrato, & aceto ſubigito, adiectóque galbano,in emplaſtri formã reducito. Aliud. Canchryos, ſtaphidis ſylueſtris, ariſtolochiæ,radicis bryoniæ,ſingulorum partem vnam,opopanacis partes duas. aceto ſubige, & vtere vt dictũ eſt. Vtendum & prædictis communibus cataplaſmatis, & epithematis,maximè verò Andromachi theriaca. Aliud valde bonum: Cancrorum fluuialium carnes terito,& adiecta iride & calaminthe, rurſus ſufficienter terito, idémque rurſus modico ſale addito facito,& paſtillos informato,quibus in vmbra exſiccatis vtitor, in potu quidem ex aqua mulſa,aut vino:in cataplaſmata verò cum lacte diſſoluito.

De dipſade, Cap. XXII.

DIpſas à quibuſdam cauſus appellatur, éſtque viperæ ſpecies quæ in maritimis magis locis reperitur,magnitudine cubitali, ex craſſa in tenuem deſinens. notas autẽ habet per omne corpus fuluas & nigras: caput verò anguſtius.Sequitur autem ab ea morſos,præter ea quæ de vipera dicta ſunt,& ſitis intolerabilis planè, adeo vt etiã ſi multus eis potus exhibeatur,ſitis non ſedetur. & tamẽ neque per vrinas,neque per vomitum,neque per ſudores quicquam excernitur. Duobus igitur pereunt modis, aut ob multam ſitim exuſti,ſi potum non ſumant:aut ob multam expletionem diſtentus rumpitur venter, vel infernè circa inguina,vel circa imum ventrem,quemadmodum in hydropicis fieri conſueuit. Cæterùm & his veluti à vipera morſis auxiliamur: propriè autẽ in his potiones magis vrinam cientes exhibeantur. Aluus item per infuſum eluatur,& oleo cum decoctionibus exhibito ad vomitum cogantur.Ad plagæ verò locum,poſt exuctionem & ſcarificationem,& cucurbitularum affixionem,& diſſectas gallinas, calcem viuam cum oleo imponito, & emplaſtra attractoria & theriacen.

De hæmorrho & hæmorrhoide, Cap. XXIII.

ANimalia hæc colore quidem ſunt arenoſo, magnitudine autem tres palmos æquant,& in tenuem ac anguſta figura caudam paulatim deſinũt. ſunt autem igneo oculorum fulgore,rectáque & tardè proreptant. per corpus verò multis notis albis & nigris variegata ſunt,& aſperioribus ſquamis obſita, quapropter dum ſerpunt ſonus auditur. & fœmina quidem ventri incumbens per terrã reptat,& greſſum infernè circa caudam firmat: mas verò circa ventrem ingreſſu nititur, & collum in ſerpendo extendit. Conſequitur horum morſum color icti loci cruentus,mali coloris & nigricans: ex quo nihil in principio effluit, præterquam paucum quippiam aquoſum. Stomachi adeſt dolor,& ſpirandi difficultas. deinde ſanguis ex naribus profluit,&ex foraminibus ipſius morſus. Et quicquid eſt in toto corpore cicatricum, id rumpitur & ſanguinem profundit:atque hæc quidem in maris hæmorrhi morſu contingunt.A fœminæ verò hæmorrhoidis morſu, adhæc & anguli oculorum ſanguine manant, & gingiuæ dẽtium,& vnguium radices: &,vt ſimpliciter dicam, per omne corpus ſanguinem efferri contingit. dentes præterea excidunt & gingiuæ putreſiunt. Horum porrò curam facere oportet, primùm quidem ſanguinis eruptioni obluctando ac reſiſtendo per ea quæ aptè ſanguinem ſiſtere poſſunt:deinde cataplaſmata plagæ imponendo ex foliis vitis coctis tritis cum melle,& portulacæ foliis cum polenta.Antea verò quàm cruenta prodeat vrina,allium multum edant, & vinum multum dilutum bibant,& ad vomitum cogantur: deinde confeſtim theriace exhibeatur, & poſtea piſces multos,alliis tritis cum oleo tinctos,edant.Sumant item in cibo panem & vuam paſſam dulcem, & deinde vino diluto largè hauſto vomant. Plaga verò aqua frigida proluatur. veſica autem ſpongiis calidis foueatur.

Præparatio ſanguinis teſtudinis marinæ,& vſus, Cap. XXIIII.

TEſtudinem ſuper ligneum aut fictile vas ſupinam reclinato, eiúſque caput ſtatim amputato,& leuata ipſa ſanguinem ſuppoſito vaſe excipito, & congelatum deinde per harundinem in multas partes ſecato, atque operculi vice cribrum vaſi ſuperponito, & ad ſolem locato: ſiccatum verò reponito, ac vtitor ad viperæ morſum drachmis duabus exhibitis,ex poſcæ cyatho vno,ſequenti deinde die ſicci ſanguinis drach.quatuor cũ aceti cyathis duobus dato:& tertia deinceps ſanguinis drach. octo ex aceti cyathis tribus.

De ammodyte aut cenchria, Cap. XXV.

AMmodytes magnitudine quidem cubitalis eſt: maior enim non pingitur neque ſcribitur: colore verò arenoſus,per corpus autẽ maculis nigris inſignitur. caudam autem habet præduram ſupernè diſciſſam. A quibuſdam verò cenchrias,hoc eſt miliaris, ob caudæ inſtar milii duritiem appellatus eſt. Latiores autem maxillas quàm vipera habet,quùmque in multis aliàs ei ſimilis ſit, colore magis diſcerni poteſt. vipera enim ſubflaua eſt. Cæterùm ab ammodyte percuſſos feſtina vtplurimùm mors ſequitur. qui verò breui non pereunt, his ſanguis ex vulnere promanat,& vulnus intumeſcit.paulo pòſt autem ſanies effertur,ſequitúrque capitis grauitas,& animi deliquium: qui verò optimè diſpoſiti ſunt,in triduo intereunt. quanquam aliqui vſque ad ſeptimum diem durarint.celerius verò mors adeſt iis qui à fœmina ſauciantur.Auxilium porrò & hi ferunt,primùm quidem à communibus remediis,vtpote à cucurbitularum appoſitione cum ſcarificatione per ambitum vulneris locorum, & ſuperiorum partium conſtrictione,& ad ipſam plagam ſcalpelli admotione.Propriè autem eis auxiliatur mentha cũ aqua mulſa potata,caſtoreũ,caſia,& artemiſiæ ſuccus cum aqua. danda etiam in potu theriace: eadem quoque plagæ imponẽda.Vtendum & emplaſtris attractoriis: poſtea verò cataplaſmata, quæ ad nomas ſiue vlcera ſerpentia conducunt,imponenda.

De ſepe, Cap. XXVI.

SErpens qui ſeps appellatur, longitudine quidem duorum cubitorum reperitur,ex craſſo autem in tenuem abit,rectà verò ac tardè proſerpit: caput habet latum, os acutum: vniuerſum autem corpus multis albis notis reſperſum.Cæterùm iis qui ab eo percuſſi ſunt, ex vulneribus manifeſtus ſanguis excernitur:paulo pòſt verò ſanies graueolens, tumor & dolor languidus eſt:at affectæ partes putrefactæ dealbãtur,ac totum corpus vitiligini(quæ alphos appellatur)ſimili colore inficitur: defluunt capilli toto corpore: atque intra tres aut quatuor dies pereunt. Porrò opem & hi ſentiunt ex eiſdem rebus quæ in viperæ & ceraſtæ & ammodytæ morſu relatæ ſunt. Exhibenda eſt præterea portulaca multa in cibo, & vinum bibendum myrtites meracius. Conueniet item ſpongiam calido aceto imbutam morſui imponere,& ex butyro cum melle locum illinire:aut milium cum melle. aut paleas vnà cum terra eis adhærente exuſtas illinito.

De cenchrite ſiue acontia, Cap. XXVII.

CEnchrites ſerpens eſt magnitudine duorum cubitorum,figura autem craſſa in tenuem abeunte. colore viridi,maximè iuxta aluum,vt milium colore referat:vnde & cenchrias, hoc eſt miliaris appellatur. aiunt etiam hunc ſeipſo fortiorem fieri quum milium floret. Cæterùm vbi ſe ad lædendum parat,extendit ſeipſum,ac veluti iaculum vibratum corporibus inuolat, atque hoc modo verberat.Ab huius morſu omnia quæ de vipera dicta ſunt ſequuntur,atque etiam grauiora, adeò vt etiam putrefactiones & carnium defluxus conſequãtur,ac grauior item mors ſuccedat. Cæterùm remedia ſimiliter eadem quæ ad viperæ morſum his conducunt.

De ceraſte, Cap. XXVIII.

CEraſtes magnitudine cubitalis eſt, longiſſimus cubitorum eſt duorum:corpore verò arenoſus eſt, & iuxta

caudam deſquamatus. eminentias habet in capite duas cornuum ſimilitudine. partes verò circa ventrem ex ordine ſquamis obſitæ ſunt: quapropter in ſerpẽdo ſonum ſibilo ſimilem edit. per obliquum autem, non rectà proreptat. Cæterùm percuſſis ab eo, eleuatio ac tumor plagæ capitis claui ſimilitudine inſurgit, & ſanies profluit vini colore aut nigricans, & maximè per ambitum, velut in cruentatis ac ſugillatis aliâs fieri conſueuit. Reliqua item quæ in viperæ morſu dicta ſunt, etiam his ſuccedunt, cum intenſione vehementiori. vtplurimùm verò vſque ad nonum diem ſuperſunt. Remedia autem eadem quæ morſis à vipera conferunt.

De dryino, Cap. XXIX.

SErpentes dryini appellati abundãt magis iuxta Helleſpontum: latibula autem habent in quercuum radicibus. Eſt autem dryinus fœtidus: vnde & ſiquis eum non videat, fœtore loci cognoſcatur. Eſt autem cubitorum duorum longitudine, & obeſus, ac aſperrimis ſquamis circa vniuerſum corpus munitus. in his ipſis ſquamis muſcæ pennis æreis latibula ſua habere dicuntur, quæ tandẽ ipſos ſerpentes occidunt. Adeo autem malignæ ac nocentis naturæ eſt, vt ſiquis eum calcet modò, illius pedes excoriet, & tumorẽ ingentem circa crura inducat. & (quod magis mirum videri poteſt) aiunt etiam medici curantis ægrum manus excoriari. Si quis autem, inquiunt, animal ipſum occidat, omnia quæ odorat, ab eius fœtore corrupta putat. Porrò qui ab eo percutiuntur, his tumor inſurgit nigricans, dolor vehemens, nome, delirium, corporis ſiccitas, ſingultus, vomitus bilioſus aut omnino vomitus ſimplex, vrinæ ſuppreſſio, tremor, interceptio vocis, ſtupor, ſciſſura & mortificatio percuſſorum locorum. plurimi etiã intereunt. Porrò & hi ipſi quoque ex iis quæ de viperæ morſu dicta ſunt, opem ſentiunt: itémque ex communibus remediis iuxta conſequentium acceſſionum proportionem adhibitis.

De amphiſbæna & ſcytala, Cap. XXX.

ANimalia hæc inter ſe ſimilia ſunt: non enim ex craſſis in caudam tenuẽ abeunt, ſed æqualis craſſitudinis per totum exiſtunt, vt neque cognoſcant videntes ea, iuxta vtram partem caput aut cauda ſint ſita. Differt autem amphiſbæna à ſcytala, in eo quòd ex vtraque parte progrediatur: vnde & amphiſbæna *Græcis* eſt appellata: Galenus autem amphiſbænam animal biceps eſſe dicit. De hac beſtia ferunt quòd ſi fœmina vterum ferens ipſam tranſgrediatur, conceptum malè pariat ac abortiat. Cæterùm ab vtroque animãte demorſis, cõtingit morſum obſcurum eſſe, ac vix apparere, veluti ſunt muſcarum punctura: quapropter etiamſi mordeant, non enecant tamen: verùm inflammationes inducunt, veluti contingunt etiã ab apum ac veſparum ſtimulis. quare transferantur ad hos quoque quæ de illis ſunt relata: verùm facultate intenſiore. Aiunt autem ſcytalam Chalcidicam eiuſmodi acceſſiones ſequi, quales à vipera morſos. Vnde & iiſdem remediis ad eius morſum vtendum: &, vt compendiò dicam, ad omnẽ venenatæ feræ morſum, cuius ſpeciei hîc non reperis nomenclaturam, auxilia eadem quæ ad viperæ morſum conducunt.

De parea & ſpathiuro, Cap. XXXI.

PAreas ſerpens in Syriæ locis reperitur, colore autẽ alii quidem æs referunt, alii verò nigricant. Morſum autem etiamſi inflixerint, non enecãt: verùm quemadmodum amphiſbæna & ſcytala, ita & hic plaga ſua tantùm inflammationem inducit. quare ex iiſdem etiam curentur, & ex iis quæ de cherſydro referentur. Cæterùm ſpathiurus in locis iuxta Chalcidem magis inuenitur. Eſt autem animal ex craſſo in caudam abiens tenuem: latũ habens caput, ac mures comedens. Neque verò hic morſu enecat, ſed inflammationes tantùm inducit. quapropter ab eis percuſſi itidem conſimilibus remediis curentur.

De peliade & elape, Cap. XXXII.

SIgna quidem horum animalium apud veteres nõ ſunt deſcripta, vtpote quæ omnibus ſunt manifeſta. Contingit à peliade morſis dolor circa locum, & putrefactio, non periculoſa tamẽ, & vexatio ac obfuſcatio oculorum,

A ex veneni nimirùm ad ipſos diſtributione. Curantur autem ſucco ptiſanæ cum oleo in potu exhibito, & oxylapathi decocto, & ſimpliciorib[9] remediis ad ictericos deſcriptis. Oculi verò lotio pueri venerem nondum experti proluantur tum per ſe tum muria admixta. caput item ſimiliter ex eiſdem perfundatur. Poſt purgationẽ deinde corporis, opobalſamum cum melle illine, aut collyriũ aliquod viſum acuens quod meatus rarefacere poteſt. ſimul enim cum lacrymarum profuſione & venenum excernetur. Si verò dolor conſequatur oculorum, eum lenibus B collyriis mitigare oportet, quæ tamen non ſtupefactent. Elapis porrò morſum tormen voluuloſum conſequitur. Aliâs communibus auxiliis curantur. maximè verò his quæ tormina leniunt, & vrinam cient.

De baſiliſco, Cap. XXXIII.

HOcce animal magnitudine eſt palmorum trium, ſubflauum & capite acuto. in capite autem eminentias tres habet. Vim verò ſuper alia omnia reptilia maximam acquiſiuit, vt nulla ex eis queant vel ſibilum ſaltem ipſius ſuſtinere. quin & ſi quod ex reliquis animalibus C venenum iaculantibus ad cibum aut potum capiendum properet, & baſiliſci iuxta locũ præſentiam perſentiſcat, retrocedit, neceſſarii etiam ad vitam nutrimenti negligens. Cæterũ percuſſos ab eo totius corporis ardor comitatur, itémque liuor: defluunt capilli è corpore confeſtim, & in inſtãti omnino tempore mors ſequitur. Neque verò corpus ipſius mortui vllum aliquod animal carniuorum attingit: ſi verò fame coactum ipſum cõtingat, tum & ipſi ilico eodem loci mors inſtat. aiunt autẽ quòd conſpectus modò, & ſibilans auditus, eos qui ipſum audierũt, D tollat, ſimilitérque ab ipſo conſpectos. quare vanum & ſuperfluum duximus auxilia contra eum referre.

De draconibus, Cap. XXXIIII.

ANimal quidem hoc venenum non iacit: attractione autem & vi ſua enecat. Abundãt quidem igitur dracones in Æthiopia & Lycia: colore autem differũt: alii enim nigri ſunt, alii rufi, alii cinerei coloris: & rurſus alii quidem cubitorum quinque ſunt, alii verò decem. ſunt & qui ad triginta cubitos ſe extendant: quidam etiam E maiores narrantur. Squamis autem obſiti ſunt per totum corpus aſperrimis: magnos oculos habent, & ſupra oculos præeminentias quaſdam ſimilitudine pellium flexibiliũ ſuperciliorum. in mento autem excreſcentiam quandam habent quam barbam appellãt: maximè hiante ſunt oris rictu, lingua exerta, & dentibus magnis ſimilitudine ſylueſtrium ſuum, cum quibus etiam fracturas & colliſiones corporum inferunt. Quare curationes veluti ad mordentia animalia fiunt, nõ vt in iis quæ venenum iaciunt.

De cherſydro, Cap. XXXV.

F SErpens hic cherſydri appellationem inde habet, quòd in principio quidem in aquoſis degit locis, & hydrus appellatur ab ipſis aquis, *hoc eſt natrix*: poſtea verò ſiccos incolit locos, & ex compoſitione locorum, cherſydri, *id eſt natricis terreſtris* nomen inuenit. In terra itaque degens, cherſydrus appellatur, & tum ſanè ſeipſo ſæuior redditur. equidem in humectis locis ex humido victu exſatiatus, non purum venenum habet: quum verò terreſtris ſit, maximè merum & nocentius id acquirit. Cæterùm ſimilitudine eſt aſpidis terreſtris paruæ, præterquam quòd ceruicem G non ita latam habet. hoc enim inſigne ſolum aſpides præ his habent. Qui igitur ab his morſi ſunt, eis communiter eadem accedunt quæ in aliorum ſerpentiũ morſu: veluti eſt tumor, continuus dolor arſiuus, liuidus locus & fæculẽtus, vertigo oculorum, exolutio, vomitus bilioſi fœtidi. propriè autem motus totius corporis inordinatus, vt & per ventrem quædam inordinatè ferantur. mors autem intra tres dies. Porrò ex communibus remediis etiam hi opem ferunt, & ex theriacis antidotis. priuatim verò cupreſſi pilularum drach. vnam, & myrti baccarum H itidem drach. vnã terito, & cum melle roſaceo aut vino mulſo in potu exhibeto. Iuxta affectum autem locũ calcem viuam & ſimilia cum oleo imponito.

De rana rubeta, Cap. XXXVI.

RVbeta, ranæ ſpecies eſt quæ paluſtris vitæ conditionem in terreſtrem mutauit, vnde & rubeta appella-

tur.hac autem mutatione, ſimiliter vt cherſydrus, ægrè
cūrabilem afflictionem eis qui in eam inciderunt, indu-
cit: eſt enim animal magnitudine nihilo minus teſtu-
dine parua.exaſperat autem & vibrat terga dum ſpiritu
expletur, atque ob idipſum audentius euadit. Ad læden-
dum itaque & manifeſtè inſurgit, & ſaltibus interpoſitū
ſpatium contrahit:rarò quidem morſum infligēs,verùm
anhelitum conſueuit vehementer virulentum inducere,
adeo vt etiam ſi anhelitu contingat tantùm, eos qui pro-
pè ſunt lædat.Plura autem de hoc animante hiſtoriis re-
lata relinquimus,his tantùm quæ cognitu vtiliora iudica
uimus appoſitis.Cæterùm qui ab eis læſi ſunt, his omne
corpus intumeſcit,& diffinditur,ac citò omnino pereūt.
Porrò quæ opem auxiliarem his ferre poſſunt,ex vniuer-
ſalibus & communibus antidotis ac epithematis huc
transferātur,itémque & reliquis quæ ad curationem per-
tinere videbuntur.

De turture ſeu paſtinaca marina,
Cap. XXXVII.

QVI à marina paſtinaca percuſſi ſunt,his vulneris lo
cus manifeſtè apparet:ſequitur autē dolor pertinax,
& totius corporis ſtupor: acutum enim & firmum habet
aculeum, quo vehementiſſima vi in altum impulſo ner-
ui ſauciantur. quapropter in aliquibus mors derepente
totum conuellens corpus comitatur. Narrant quidam
ſiquis caudam paſtinacæ quæ ictum intulit,auferat, & in
arborem,maximè quercum,ſuſpendat ac figat,ipſam qui-
dem arborem areſcere,ægrum autē ſanari: atque id iuxta
contrariæ affectionis & remedii rationem contingere.
Cæterùm auxilium ferunt percuſſi ab ea, vbi ſtupor &
refrigeratio totius corporis cōſequatur, ex calidis illitio-
nibus & cōſimilibus cataplaſmatis.Propriè autem furfu-
res aceto cocti & pro cataplaſmate impoſiti,eis auxilian-
tur, & ipſum adeo acetum affuſum pro fotu valde pro-
deſt.Magis autem conueniunt eis attractoria, & quæ te-
nuium partium ſunt,ac calida:quò nimirum per attracto
riam facultatem venenum ex profundo attrahatur,& per
calorem frigiditas mitigetur,& quæ tenuiū ſunt partium
in altum proreptent.Ad hanc igitur rem in promptu ha-
bebis apta:Sulphur viuum vrina veteri rigatum, marru-
bium,lauri folia,echium,radicem panacis, ſaluiam,& ſi-
milia.at verò ſi his careas,fermentum acidum cum liqui
da pice emollitum imponito: mirabiliter enim auxilia-
tur.Cum his concordat emplaſtrum Piſcatoris, & ex bry-
onia paſtillus tum impoſitus tum ex vino calido diluto
potatus. eueſtigio autem vtilitatem ſuam demonſtrat:
deſcribetur autem in fine huius Sermonis. Dato item &
lauri decoctum, aut ſuccum Cyrenaicum erui quātitate,
cum myrrha,magnitudine fabæ, ac modico pipere: te-
rito,ac dato cum vino.aut ſilphium, aut laſer ex vino:aut
ſucci fici guttas quinque cum tribus ſerpylli granis bi-
bendas præbe.

De muræna, Cap. XXXVIII.

MOrſis à muræna eadem accidunt quæ morſis à vipe
ra:quapropter etiam ſimilia remedia eis adhiben-
da. dato autem & fici ſuccum cum ſerpyllo, vt prædi-
ctum eſt.

De dracone marino, Cap. XXXIX.

AD marini draconis plagam, locum percuſſum cum
plumbo fricato,ipſúmque draconem diſſectum pla-
gæ imponito.Serpyllum item tritum aut lenticulam co-
ctam pro cataplaſmate imponito.in potu verò abſinthiū
cum vino diluto præbeto,aut ſaluiam cum paſſo. Mirè e-
tiam his conducit ex bryonia & eruo paſtillus cum vino
potatus.

De ſcorpio marino, Cap. XL.

SCorpii marini plagam ſanat mullus diſſectus & impo
ſitus, ſulphur viuum cum aceto illitum: lauri baccæ
tres tritæ in potu acceptæ.

De culicibus, Cap. XLI.

QVandoquidem & hi hominum corpora lædunt, e-
tiam de ipſis pauca dicemus.Culices fugātur cedri-
norum lignorum ſcobe cum atramento ſutorio ſuffito. I-
dem faciunt cupreſſi pilulæ,aut coma aut ramenta, & vi-
ni fæx ſicca,& conyza, & bubulum ſtercus poſtquam cō-
A traxerit nigrorem.Aut melanthium vel abſinthium oleo
coctum illine,& culices non appropinquabunt.Aut me-
lanthium cum abſinthio, aut ceruſſam cum atramento
ſutorio in bubulo ſtercore ſuffito.

De muſcis, Cap. XLII.

MVſcas necat veratrum album tritum, lacti aut a-
quæ mulſæ inſperſum. Aliud. Semen hyoſcya-
mi,& veratrum nigrum,& argenti ſpuma ſimul trita, &
cum polenta irrigata & ſubacta, butyróque aut adipe ni-
doroſa facta,& in maſſas coacta, & muſcis expoſita, ipſas
B occidunt.

Ad pulices, Cap. XLIII.

PVlices necat rhododaphnes, aut cumini decoctum
reſperſum.Idem & aqua marina facit.

Ad cimices, Cap. XLIIII.

VT ne cimices gignantur, chamæleontis nigri deco-
ctum facit,ſi ex eo lectus proluatur. Deinde ſutoriū
atramentum cum felle tauri terito,ex eóque lectum illi-
nito.Aut etiam oleum per ſe,aut cum atramento ſutorio
inungito.

C De venenis, Cap. XLV.

EX animalibus exitioſa & lethaliter corrumpētia,ſunt
cantharis,bupreſtis,ſalamandra,eruca pinorum, rana
rubeta,lepus marinus,rana paluſtris muta,hirudines. Ex
ſeminibus autem,hyoſcyamum,coriandrum,cicuta, pſyl
lium. Ex ſuccis, papaueris ſuccus, opocarpaſum, ſuc-
cus thapſiæ,elaterium, ſuccus mandragoræ. Ex radici-
bus,thapſia,aconitum,ixias,veratrum nigrum,agaricum,
ephemeron. Ex oleribus autem,taxus, ſolanum furio-
ſum,herba ſardonia,papauer cornutum, ruta ſylueſtris.In
D his etiam fungorum genera connumerantur. Ex ani-
malibus verò,ſanguis tauri,mel Heraclea Ponti vrbe na-
tum,lac coagulatū. Ex metallicis,gypſum, ceruſſa,calx,
auripigmentum,ſandaracha,ſpuma argenti,argētum vi-
uum. Ex iis verò quæ nobis familiaria ſunt,vinū mul-
tum aceruatim à balneo potum: ſimiliter & aqua frigida
aceruatim à balneo aut curſu ingeſta.

Methodus præſeruatiua nequis à venenoſo phar-
maco lædatur, Cap. XLVI.

QVòd ſiquis venenum habeat ſuſpectum, præcauere
E omnino oportet,prima cura ad hoc adhibita vt cor
pus ita apparetur, quò læſioni ac veneni impreſſioni mi-
nimè obnoxium reddatur: quam ad rem bona cōcoctio
vel in primis conducit. Cibi autem ea gratia ſumendi
ſunt boni ſucci & magis carnoſi, animaduerſione habita
nequod obſonium conſuetum non referat colorem, aut
odorem,aut guſtum, aut qualitatem. multa enim venena
à prouidis & probè conſiderantibus facilè cognoſcūtur.
Qui igitur in potu aut cibo venenum ſuſpectum habet,
is ſignis certis quale ſit id deprehendat. Ex odore nanque
F & amaritudine potus & cibi,opium cognoſcatur. Ex co-
lore autem, ceruſſa, gypſum, calx. Ex iis verò quæ in ci-
bo & potu innatant,lac coagulatum,& recēs mactati tau-
ri ſanguis.Ex fœtore autem & qualitate ac odore,rana ru-
beta,& lepus marinus. Quin & reliqua ex aliis quibuſdā
ſignis noſcuntur, de quibus ſigillatim amplius dicetur.
Cæterùm præſeruātia ſunt,quæ ſiquis ieiunus præſumat,
& pòſt ſumere venenum contingat, minimè ab ipſo læ-
datur.ſúntque huiuſmodi:Calaminthe quotidie accepta,
ex natura ſua omni lethali pharmaco reſiſtit:& ſi in vene-
G ni ſuſpicione exhibeatur,deſtruit iam acceptā exitioſam
facultatem. Theodorus autē ita inquit, Antidotus quæ
incorrupta manens omnia venena vincit,hæc eſt: Nucū
iuglandum vnc.vnam, caricarum pinguium ſextantem,
ſeſami vnc.vnam,vnumquodque per ſe tundito: deinde
etiam ſimul piſtillo ex oleo optimo madefacto, & paſtil-
los nucis Ponticæ magnitudine formato,ex eíſque vnum
aut tres dato,& nō continget ipſum in vniuerſum vllum
aliquod lethale pharmacum. quidam etiam rutæ trien-
tem admiſcent. Strato autē, commune eſt, inquit, hoc
H præſidium ab omni exitioſo pharmaco præſeruans: Ru-
tæ folia viginti, nuces iuglandes duas, caricas duas, ſalis
grumum. hæc ieiuno præſumenda dato,& à nullo letha-
li pharmaco lædetur. Alia antidotus Aſclepiadæ, ad
exitialia venena, quæ antè data adſeruat:ſi verò ab acce-

pto veneno detur,ipſum cognobile facit. Baccarū iuniperi drachmas duas, terræ Lemniæ quæ ſphragis dicitur drachmas duas,contere & melle aut oleo excipe. Vſu verò expetente, ad nucis Ponticæ magnitudinem ex aquæ mulſæ cyathis duobus, à balneo bibendum præbe. Hoc quidem igitur pharmacum,ſi nulla lethalis adſit vis,ſumptum manet,neque per vomitum reiicitur: ſi verò quippiam lethale hauſtum ſit,nauſeam mouet, & vomere cogit,vt acceptum venenum vnà cum antidoto excernatur. Quidam dimidiam tantùm partem Lemniæ terræ, ex iuniperi baccis coniiciunt , & cum oleo omphacino ſubactis,ſimiliter vtuntur.

Quomodo cognoſcantur qui venenum ſumpſerunt,
Cap. XLVII.

COgnoſcere autem & diſcernere oportet eos qui tale quippiam ſumpſerunt, ex ſignis quæ coincidunt & conſequūtur. Vbi enim in aliquem placidæ & bene compoſitæ prius mentis,& bonæ itidē habitudinis,accedente etiam iuſta ciborum concoctione, ſtatim & derepente variæ acceſſiones irruant, præſertim ab accepto ſtatim cibo aut potu: veluti ſi accedat tuſſis, aut fœtida ſanguinis per os reiectio,aut moleſta & ægra lotii excretio, aut dolor in alto nitens,aut ardor iuuenilis & vehemens,aut ſenſus eroſionis , aut ſtuporis perculſio: punctura item , tremor,ſingultus,cūtractio,eruptio bullarum,liuor,tumor, coarctatio,quarundam partium putrefactio, vomitus fœtidus & plenus,manifeſta alicuius venenoſæ qualitatis apparitio & demonſtratio . Ex his omnibus ſiquid repentè ab accepto cibo ſano homini accidat ; veneno infectum eſſe hunc ipſum exiſtimandum eſt.

Communia remedia & cura omnis veneni,
Cap. XLVIII.

IN iis igitur qui ignari venenum ſumpſerūt, aut quibus circumtectum exhibitum eſt, communibus remediis eſt vtendum. Itaque vbi adhuc datum venenum in ventre eſt, & ob id morſum & nauſeam infert , aut etiam alias acceſſiones, eueſtigio ad vomitum infectus cogendus eſt,aut mox inde à veneno videlicet accepto,ſua ſponte , aut aqua & oleo tepidis in potu datis , aut butyro, (ſi oleū nō adſit) cum aqua calida dato. Licebit & maluæ decoctū exhibere cum oleo,aut fœnigræci,aut ſeminis lini,aut furfurū , aut ptiſanæ ſuccum , aut ſeminis vrticæ decoctum: vnumquodque ex his oleo admixto. A vomitu autē raphanos multos edendos dato , aut cum aqua tepida tritos abſorbendos: aut (ſi hæc non adſint) nitrū cum aqua præbeto, rurſúmq; vomere iubeto. Poſt ſufficientē verò vomitū, cōmunia remedia paulo mox dicēda, in potu exhibeto. dato etiam id quod ex iuniperi baccis & terra Lemnia eſt præſcriptum . Quòd ſi venenum antea ad inteſtina deſcenderit, & tormina circa vmbilicū induxerit, clyſtere efficaciſſimo aluū euacuare oportet, ex maluæ videlicet, althææ, fœnigræci, furfurū, centaureæ, ariſtolochiæ,& ſimilium decocto, melléque & nitro largo, itémque oleo admixto. In cibo verò exhibeatur raphanus, & ſalſamentum, alliáque & cepæ . at in potu , vinum recens mari mixtum. Si verò in veſicam impetum fecerit venenum, in aquam & oleum vtere deceſſu, ita vt in aqua ipſa fœnumgræcū, ac lini ſemen, malua ſyueſtris & ſatiua, ammiique ſemē ſint decocta. In potu etiā idē ammii ſemen præbendū, aut apiū, aut fœniculum, aut ſpicā nardi, & ſimilia odorata & ſimpliciora vrinā cientia . Si verò veſicā rodat venenū, cucumeris ſemē deſquamatum & tritum, cochlearii mēſura ex paſſo diluto præbeto. Similiter autem, & ſi ventrē vehementer exurat, idem ſemē dato , ab omni calidiorum rerū adhibitione abſtinēdo: & iis quæ ad cantharidē & bupreſtim referentur, vtendo. Cæterùm ad cutem iam delato veneno, irrigationem adhibeto, & illitionem ex oleo modico calido , in oleum item aut aquam & oleum in ſolio deſeſſum. Cibos autem facilè digeſtibiles & ſorbitiones cum melle exhibeto: piſcibus itē recentibus teneris , & volucribus facilè cōcoctilibus vtitor. In potu deinde vinū album & rufum, vetus & quamodoratiſſimum præbeto. Quòd ſi ad caput decurrat venenum, vt grauitas & ſopor conſequatur , primùm quidem aluus per infuſum ex fœnigræci, ſeminis lini, althææ & cu

A cumeris ſylueſtris, maximè radicis decocto, ſubducatur: deinde ſternutatorium ex ſtruthio & pipere adhibeatur, & cyclamini ſuccus, aut elaterii naribus infundatur: odoramenta item admoueantur, caſtoreum, & ſimilia cum aceto diluta. Præterea & præſeruantibus præſidiis vtendū eſt, eóque quod ex nucibus & caricis conſtat , & quod ex iuniperi baccis ac Lemnia ſphragide apparatur, & theriaca Andromachi ex viperis , & Mithridatis antidoto , & cōſimilibus. At verò, ſi compoſita nō adſint , parabilibus vtaris, & communiter ad omnia ferme venena deſtinatis. B communiter autem ad omnia lethalia venena facit irionis ſemen cum vino & oleo : Lemnia ſphragis cum vino: egregiè enim & quamcelerrimè vomitum procurat. Aut nuces iuglandes cum caricis & ruta edat, aut hæc ipſa decoquito , & decocto accepto vomat: aut ſeminis lini , aut maluæ, aut fœnigræci decoctum cum oleo ſumat. Porrò ad acceſſiones quæ cum frigore incidunt, abrotonum in aceto mulſo cum ſale dato . item irionis ſemen , eryngii radicem, ſpicæ Celticæ radicē, ſerpyllum, bryoniæ radicem, caſtoreum, porri ſuccum, laſer, ſagapenum, opopana C ca, ſuccum Cyrenaicum, rutæ ſylueſtris ſemē. Polii etiam ac ſcordii & betonicæ, cuiuſque drach. vnam, cum vino aut aceto mulſo.

Ad eos qui cantharidas hauſerunt,
Cap. XLIX.

QVI cantharidas acceperunt in corpus, his ſtatim virus earum in nares diſtribuitur odore picis . picis item aut cedriæ qualitas, linguæ inferri videtur . ſequitur autem & ſtomachi morſus, ventríſque ac renum, & maximè veſicæ. Quandoque & ſanguinis excretio per vrinam D & aluum fortes morſus concomitatur . vnde ſanè locus circa os ventris vehementer dolet , adeò vt ipſum pectoris os quod chondrum xiphoeidea à capitis gladii figura *Græci* appellāt , dolore affici putetur. Inflammatur autem & dextrum ilium: deinde vrinæ eiiciēdæ difficultas, imò & ſuppreſſio, conſequitur. Amplius autem & vis viſiua oculorum conſumitur, delirántque & à loco in locum iactantur . Cæterùm auxilium ſentiunt , ſi quamcelerrimè vinum dulce eis præbeatur , nucleis pineis recentibus aqua calida præ maceratis ac probè tritis ei admixtis, aut E cucumeris ſemine decorticato ſimiliter admixto . Lac etiam aſſiduè cum melle modico primùm exhibendum, poſtea & per ſe recèns mulctum. Aliquādo & adipem anſerinum aut gallinaceum liquefactum potui adfundito, aut terræ Samiæ drach. I. aut roſmarini drach. I. ex aqua mulſa dato . Danda etiam iura pinguia porcina, aut ouilla aut anſerina : carnes etiam agninæ, gallinarum, porcellorum recèns natorū pingues ac probè coctæ , & cerebella porcina. amplius autem de iure abſorbēdum præbeatur, donec affectus ad vomitum concitetur. Bibat inſuper vi F num dulce tepidum plurimum dilutū. vbi biberit autē, vnumquodque vomitu reiiciat, rurſúmque bibēs vomat, idémq; ſæpe repetitis vicibus faciat. Poſt vomitum verò lac recèns mulctum, aut ptiſanæ ſuccus, vel alicæ, aut oryzæ, aut maluæ, aut ſeminis lini ſuccus cum adipe anſerino vel gallinaceo per clyſterem infundatur. Quòd ſi exolutiones & morſus oboriantur, lac bubulum recèns mulctum aſſiduè bibendum & citò reuomendum exhibeto. aut vitis germina contuſa cum paſſo diluto dato. At verò contrariæ affectionis ratione, quantum nihil aliud, G his auxiliantur, cantharidum alæ & pedes cum paſſo potata, & ſcorpii radix trita ex paſſo potata : quæ itidem optimè ad bupreſtim facit. Dandum & ex viperarum theriaca parum quid, aut ex Mithridatis antidoto. Porrò vbi acceſſiones fuerint ſedatæ , farina hordeacea cum aqua mulſa ilio imponatur, & vniuerſo corpore ex oleo gleucino aut Cyprino illito , æger in balneum deducatur, & in ſolio diutius moretur. Cibis autem facilè concoctilibus , & acrimoniam lenientibus, multo tempore vtatur. vinis item dulcibus & lactis potu.

H De bupreſti, Cap. L.

BVpreſtis ſpecies quidē eſt cantharidis, verùm viroſi tum guſtus tū odoris. Ab eius autē hauſtu vehemēs ſtomachi & alui dolor cōſequitur. Intumeſcit itē os ventris, vētérq; ipſe ac totū corpus attollitur, quemadmodū

in hydro-

in hydropicis fieri conſueuit,& lotium cohibetur. Cæterùm eadem remedia quæ ad cantharidas dicta ſunt, etiã ad bupreſtis ſumptionem exhibetur. Propriè autem poſt vomitum à iuſculis pinguibus & paſſo concitatũ,& poſt euacuationes per clyſterem, ficus aridæ pingues in cibo conueniunt,& decoctum ipſarum in potu cum vino. Cõmodiſſimum autem tum his tum qui cantharidas acceperunt, eſt muliebre lac ex ipſis mamillis aſſiduè exuctum.

De eruca pini, Cap. LI.

ERuca pinus potata, ſtatim dolor circa os & palatũ oboritur, & linguæ inflammatio fortis, & ſtomachi alſuſque ac inteſtinorum afflictio vehemens, cum prurigi-noſo circa interna ſenſu: ardor item per totum corpus, & ſtomachi faſtidium. Cæterùm eadem his auxiliatur quæ ad cantharidas ſunt relata. propriè autem oleum melinũ pro ſimplici oleo exhibitum, & vomitu reiectum.

De ſalamandra, Cap. LII.

SAlamandra, animal ſimile eſt ſtellioni, aſperius & ſcabrum magis quàm lacerta venenata. Penetrat autem hoc animal per ignem ardentem, nihilque læditur, diſſecta & diſcedente ab ipſo flamma. ſi verò per tempus aliquod in igne immoretur, conſumpto frigido in eo humore, exuritur. Comitatur autem ſalamandræ acceptionem, inflammatio linguæ, mens impedita & turbata, tremórque cum ſtupore quodam & exolutione. Quædam etiam corporis partes per ambitum liueſcunt, adeò vt etiam decidãt ſæpius, putrefactæ. Primùm equidem maculæ albæ per corpus apparent, deinde rubræ, poſtea nigræ, cum putrefactione & defluuio capillorum. Danda verò & his quæ in cantharide ſunt relata, vt inde vomant. Propriè autem reſinam pinus cum melle tritam delingendam præbe: aut etiam galbanum cum melle, aut nuces pineas tritas cum chamæpityos decocto: aut vrticæ folia liliis incocta cum oleo. Præter opinionem autem eis auxiliatur ranarum iuſculum, ſi eryngii radices in eo coquantur.

De lepore marino, Cap. LIII.

LEpus marinus reperitur fermè in totum inter loligines, animal paruũ, viroſum odorem habens. Concomitatur autem eos qui eum in corpus ingeſſerunt, ſapor in ore ſimilis piſcibus viroſis: paulo verò pòſt aluum dolitãt, & color corporis ad arquati ſimilitudinẽ permutatur, deinde plũbeus redditur cum faciei tumore. Incedũtur autẽ pedis plantæ, & pudendum tumefactum cohibet vrinæ effuſionem: progrediente verò malo, etiam cærulei coloris lotium emingunt, quandoque etiam ſangui nolentum. deinde nauſeabundi factiillioſa vomunt ſanguine permixta, & piſcium loturam olentia. Exudãt item graueolentia, & omne piſcis genus auerſantur ac odio habent præter cancrum. His igitur lac aſininum recẽns mulctũ cum paſſo aſſiduè præbeatur, aut, ſi hoc non adſit, bubulum, aut maluæ decoctum: indéque confeſtim vomant: deinde radicis cyclamini tritæ drach. IIII. cũ vino diluto dẽtur. aut veratri nigri drach. vna, aut ſcãmoniæ ſcrupuli duo cum bubulo lacte aut aqua mulſa. aut mali Punici acini, vel cedrides, *hoc eſt cedri fructus*, triti ex vino. Aut picem liquidam, aut cedriam modicam cũ paſſo delingendam dato. Anſeris item ſanguinem adhuc calentem, cum paſſo bibendum præbeto. Edat & cancros aſſiduè: piſcem enim nullum admittit. ſignum porrò ſalutis iudicabis, ſi piſcem edere poſſit.

De rana rubeta, Cap. LIIII.

RANÆ rubetæ duæ ſunt ſpecies: altera quidem ſurda eſt: altera verò non. Surda autem exitioſa cenſetur: paſcitur autem in arundinibus, roris lictu viuens: ex ea ſanè venenum apparatur: quod qui acceperint, febris comitatur, extremæ partes incenduntur, frequentique anhelatione ac difficili ſpiratione anguntur. tumor autem ſequitur corporis cum pallore buxeo intenſo, fœtórque oris & ſingultus. quãdoque etiam ſeminis inuoluntariũ profluuium contingit. Cæterùm facilè opem reperiunt, ſi poſt aquæ & olei vomitum, vinum meracum multum ſumant, aut picem cum vino. Radicem etiam harundinum in quibus ranæ rubetæ paſcuntur, contuſam ex vino bibendam dato, aut cyperum ibidem enatam pondere drachmarũ II. ex vino. Aut marinæ teſtudinis ſanguinẽ cum

A leporis coagulo & cumino ex vino præbeto. Porrò dolium inſuper aut furnũ igne feruefacito, ignéque extracto laterem imponito, & ægrum immittit, multúmque ac diu exudare iubeto. Cogatur autem & ad continẽtem inambulationem, curſúmque ac exercitationem, propter cõtentũ in ipſis ſtuporem. vehementer enim efficax exercitatio in ipſis exiſtit. Quotidie etiam lauetur.

De rana paluſtri, Cap. LV.

QVI ranam paluſtrem acceperunt, appetitione priuãtur, ſequitúrque oris humectatio, nauſea, vomitus, &

B oris ſtomachi leuior morſus. Curantur autem vini multi potu cum omnibus quæ calfactoriã vim habent: velut eſt Cyrenaicus ſuccus, laſer, ſilphiũ, cuminũ, piper & ſimilia.

De hirudinibus, Cap. LVI.

HIrudines cum aqua deuoratæ, faucibus adhærent, aut iuxta quempiam ſtomachi locum, aut ipſi ori vẽtris. & primùm quidem ſenſim exugunt ſanguinem: expletæ autem, iis quæ deglutimus viam obſtruunt: ſuperexpletæ verò, etiam ſanguinem quem exuxerunt foras profundunt, vt imaginationem inducant tanquam ſan-

C guis ex internis locis reiectetur. Cæterùm qui affectis cõtingit exuctionis ſenſus, is ſignum ſit tibi hirudinem deglutitam eſſe. Excutit autem ipſas muria continuè & paulatim abſorpta, atque id eo magis, ſi acida muria ſit & laſer ei admiſceatur. idem facit & nix aceto diſſoluta & aſſiduè abſorpta. Gargarizet inſuper nitrum cũ aqua, aut aquam marinam, aut atramentum ſutorium cum aceto, aut ſinapi, aut hyſſopũ, aut origanum. Si verò infernè circa os ventris hirudo adhæreat, prædicta itidem omnia bibenda dato, præter ſutorium atramentũ. vtendum etiã

D iis quæ aluum ſoluere poſſunt, aut medicamento purgatiuo. cũ excrementis enim exire conſueuerunt. nos autẽ per allii multi eſum has eiiciẽtes, nullo ex prædictis opus habemus. Quæ poſtremũ gutturi affixæ ſunt, hoc modo excutere oportet: Ægrum in ſolium calida expletũ vſq; ad collum immitito, & frigidiſſimam aquam ore tenẽdam exhibeto, eámque frequenter permutato. egredietur enim inde hirudo frigidæ appetentia prolecta.

De ephemero, Cap. LVII.

QVI ephemerum, quod aliqui colchicum aut bul-

E bum ſylueſtrem appellant, in corpus adſumpſerunt, hos pruritus totius corporis concomitatur, non diſſimilis ei qui vrticæ aut ſquillæ irritamẽtis laceſſitus excitatur. circa ſtomachum inſuper acrimoniam ſentiunt, & vruntur cum multa grauitate. Inualeſcente autem malo, per aluum cruentum quiddam ramentoſam admixtionem habens effertur. His veluti ſalamandra accepta auxiliari oportet, per vomitus videlicet aſſiduos & infuſorum immiſſionem. Cæterùm antequam inuale-

F ſcat venenum, querci foliorum, aut glandium, aut malicorii decoctum cum vino præbeto, aut origanum cum lixiuio, aut vuas paſſas pingues tritas cum lacte exhibeto. Mirabiliter autem auxiliatur lac bubulum recẽns mulctum aſſiduè potatum, & in ore detentum, vt alio auxilio non ſit opus.

De dorycnio aut ſolano furioſo, Cap. LVIII.

DOrycnio ſiue ſolano (vt alii appellauerunt) furioſo potato, in guſtu veluti lactis quædam qualitas ſentitur, ſingultus adeſt continuus, humectatio linguæ & ſanguis aceruatim reiicitur, atque per aluum ramentoſa quædam

G feruntur, quemadmodum in dyſentericis fieri conſueuit. Antequam verò quid tale conſequatur, poſt vomitum & clyſterẽ, aqua mulſa, aut lac aſininum recẽns mulctũ aſſiduè potatũ auxiliatur, paſſum item tepidum cũ aniſo potatum & amygdalis amaris tribus: pectuſcula etiam gallinarum probè cocta, & omne conchyliorum genus crudũ & aſſatum in cibo acceptum, & locuſtæ & gammari, & iuſculum ipſorum in potu.

De aconito, Cap. LIX.

H AConitũ verò quod quidã irin ſylueſtrẽ appellãt, ſtatim dũ potatur, linguã edulcorat cum quadã adſtrictione. deinde paulo pòſt in lingua amareſcit, & cõſtrictio mandibularũ cõcomitatur, & oris ſtomachi morſus, & laterũ dolor, pectoriſq; grauitas ac præcordiorũ: materia enĩ quæpiã circa vmbilicũ innititur, & cũ multis flatibus cõ

ſequētibus corruptio contingit. grauatur item caput & tēpora cōtremiſcūt: oculi verò turbatiores fiūt & ſubcruēti, ac lacrymas profundūt. quòd ſi diutius perſeueret malū, etiā tremor ac cōcuſſio ac tumor totius corporis ſequitur. Cæterùm his poſt vomitus & infuſa, origani potu ſuccurrendum eſt, & rutæ, marrubii, abſinthii, erucæ, abrotoni, chamelææ ac trixaginis cum vino: aut coaguli ceruini, aut hœdi, aut leporis potu ex aceto. Aut ferri recrementum, aut ipſum ferrum, aut aurum ſiue argentum, aut lapidem molarem. omnia igne candefacta in vino extinguito, ipſúmque vinum calidum bibendum præbeto, aut lixiuium cum vino dato. Aut pullum gallinaceum tenerum & pinguiſſimum coquito & decoquendo eliquato, donec oſſa ſola relinquantur, & iuſculum per ſe vel cum vino bibendum exhibeto. facit & vitulinum pingue ius potatum & vomitu reiectum. Maximè verò propriè facit trixago potata, & caſtoreum, & iris ac ruta: quanquam aliqui à nullo horum ſe auxilium ſenſiſſe aſſerant.

De melle quod in Heraclea Ponti naſcitur, Cap. LX.

HOC mel, ſiue in potu ſiue in cibo acceptum, eaſdem afflictiones infert quas aconitum: in Heraclea enim Ponti vrbe aconitum gignitur, ex quo colligitur ibidem iſtud mellis genus. Conueniunt igitur eadem auxilia in aconito iam relàta, & magis vtiq; rutæ folia ex vino mulſo potata.

De coriandro, Cap. LXI.

COriandrum potum validam & aſperam vocem facit, & delirium furioſum non diſſimile illi quod ab ebrietate proficiſcitur, inducit, hoc accedente etiam quòd turpia dictu infecti loquantur, & per omne corpus odor coriandri trāſpiret. Auxiliatur autem eis vomitus ex oleo irino, & vinum meracum cum per ſe tum cum abſinthio potatum: oua item in vnū vaſculum euacuata cōquaſſata & tepefacta ex muriáque abſorpta. ius itidē pingue ſalſum tum anſerinum, tum gallinaceum. paſſum etiā & aniſum in vino acido ſiue vappa ſumptum.

De pſyllio, Cap. LXII.

PSyllion potatum totius corporis frigiditatē inducit, & ſtuporem cum exolutione & mœrore. auxiliantur autem iis eadem quæ coriandro hauſto.

De cicuta, Cap. LXIII.

CIcuta potata vertiginem & caliginem oculorum inducit, adeò vt neque minimum cernere poſſint: ſingultum inſuper ac mentis perculſionem & frigiditatem. ſequitur deinde ſuffocatio, & ſegnities ac liuor: poſtremū conuulſi, ſpiritu in reſpiratione ſuppreſſo, ſtrangulantur. In principio igitur per vomitum ex aqua & oleo cicutam excutere oportet: quod verò ad inteſtinum delapſum eſt, per euacuationem expurgetur. Deinde tanquam ad maximum remedium, ad paſſi meraci potum perueniendum, ita vt interuallis meraci potus, bubulum lac aut aſininum recèns mulctum, aut abſinthium cum pipere in potu exhibeamus: rutam item & caſtoreum ac mentham cum vino. aut amomi drach. I. aut ſtyracis drach. I. cum ſemine vrticæ ex vino. aut lauri folia, aut ſilphium, aut laſer, aut ſuccum Cyrenaicum, aut apii ſemen, aut iridis radicem, aut ſeſeli Maſſilienſe, omnia ex vino dulci, aut nitrum cum aqua larga. Totum præterea corpus calefacere conducit, & præſertim præcordia. ad vehementiorem item motum ac curſum æger cogatur.

De ſmilace ſeu taxo, Cap. LXIIII.

SMilax quæ & thymion, atque apud Romanos taxus appellatur, potata frigus totius corporis & ſuffocationē inducit, & celerem omnino mortem. Cæterùm remedia eadem quæ ad cicutæ hauſtum relata ſunt, eis auxiliātur.

De ſucco carpaſi, Cap. LXV.

CArpaſi ſuccus potatus ſoporem grauiorem inducit, & ſenſus hebetat abſque dolore. exudationem etiam facit, & repentinam ſuffocationem cum exitioſæ ſaniei reiectatione. Opem verò ſentiunt ex iis quibus curantur qui cicutam hauſerunt & toxicum, atque item ephemeron.

De herba ſardonia, Cap. LXVI.

HErba quæ ſardonia appellatur, & ranunculi ſpecies eſt, potata, furorem & conuulſiones inducit, maláſq;

A contrahit, vt riſus imaginem de ſe præbeat qui eam hauſit, à qua diſpoſitione etiam ſardonius riſus non admodū boni nominis adagio vulgò circumfertur. eſt enim acceſſio grauis omnino quæ falſi riſus prætextu præſentem & inſperatam mortem inducit. Cæterùm qui eam hauſerunt, poſt vomitum, aquæ mulſæ ac lactis potu iuuantur, fotúque ac irrigatione & pinguefactione totius corporis per calfactoria vnguenta. Immittēdi etiā ſunt in aquā & oleum calidum, inungendíque ac fricandi plurima poſt egreſſum ex ſolio perfrictione. in vniuerſum enim velut B ad conuulſionem, curam moliri oportet: caſtoreo item cum paſſo & per ſe in potu dato, & ſiqua ei conſimilia exiſtunt.

De hyoſcyamo, Cap. LXVII.

HYoſcyamus acceptus delirium quali ebrii obnoxii fiunt, inducit, & iactationem corporis cum diſtortione. his ſuccedit exolutio animi deliquio ſimilis, & oculorū rubor, pruritus, deinde tremor. ſúntque omnino deliri & putāt ſe flagris corpore cædi. Cæterùm facilè curātur aquæ mulſæ largo: & lactis potu, ſi haberi poſſit, aſinini: id C verò ſi nō adſit, caprinū aut bubulū exhibēdū. Facit autē & ad eos vinum ſalſum, & vrticæ ſemen, ſimiliter & folia cocta ex vino ſalſo. ſinapi præterea, & raphanus, naſturtium, cæpe, & allia eis conueniunt, vnumquodque ex vino ſalſo. At verò quieſcere eos conuenit vt vinum eo melius concoquatur. auxiliatur etiam eis muliebris lactis exuctio.

De mandragora, Cap. LXVIII.

MAndragoræ radicem nemo latēter exhibere poteſt. etenim trita quidem liquida grauem quendam & D nauſeabundum odorem exhibet, & guſtui etiam amarulenta eſt & iniucunda: certa itidem copia & menſura ad lædendum exhibetur: de cætero verò moleſtias quidem facit: interitum autem ſerius inducit. Cæterùm ex iis qui radicem hanc hauſerunt, alii quidem ſegnes & languidi triſtéſq; ac exoluti fiūt, & refrigerati in grauē veternoſum ſoporem delabuntur, & ſiquis eos excitet, vix audiunt, & excitati, citò rurſus recidūt. Alii verò calidi quidē minimè fiunt, verùm mēte perturbati, tardè in obliuioſum ſoporē incidunt. Cura itaque adhuc perturbatis adhibenda E eſt poſt vomitum, coriandri ſemine aut pulegio tenuiſſimè trito in potu cum aqua calida dato, aut iis quæ ventrē infernè exoluere poſſunt. Eis verò qui graui ſopore preſſi ſunt, poſt vomitum, origanum ex aqua frigida exhibendum eſt: valde enim inde iuuantur. Dandum etiam abſinthium in paſſo diluto. caput verò ex aceto roſaceo irrigandum eſt ægro aſſiduè excitato. Odoramenta etiam naribus admouēda, caſtoreum, ruta, pulegium cum aceto. Porrò mandragoræ mala perfectè matura, à quibuſdam comeduntur citra noxam, ſemine tamen reiecto: & F ſi plura quàm oporteat edātur, plus ſomni quàm iuxta naturā conuenit, inducunt: immatura verò & crudiora, & præſertim cum ſemine comeſta, maximum periculum inferunt. ſequitur ab eorum acceptione ardor circa ſuperficiem corporis. lingua verò & os exſiccantur vſque eo vt neque ſaliua hæ partes humectentur. hiant ſemper, ore citra intermiſſionem aerem attrahentes. & ſi non ſtatim auxilium feratur, conuulſi pereunt. At verò ſi remedia afferantur, facilè curabiles exiſtunt. aquam nanque cū theriaca ex viperis Andromachi potantes, ab omnibus G moleſtiis liberātur. Vehemēter autē iuuātur in aqua frigida natatione, maximè ſi aliquādiu in ipſa immorētur.

De ſucco papaueris, Cap. LXIX.

QVemadmodum de mandragoræ radice prædictum eſt, ita neque papaueris ſuccum quiſpiam latenter ſano homini exhibere poſſit, propter ſaporis proprietatem & amaritudinem ac graueolentiam odoris, & quòd certa copia ad interitum inferendum exhibeatur. Quando igitur aliqui voluntariè hoc pharmacum biberint, ſiue id manifeſtare noluerint, ſiue volentes dicere non poſſint, H per huiuſmodi acceſſiones cognoſcentur. Sequitur enim eos qui eum acceperunt, in ſomnum grauem collapſio, cum frigiditate & pruritu intenſo, vt aliquando ob ipſum excitentur, odórque opii per totum corpus effertur & exhalat. inferior maxilla laxatur, tumeſcunt labra, irruit

ſingultus,diſtorquetur naſus,adeſt pallor,liuor vnguium,
præcordiorum diuulſio,reſpiratio parua & frigida, & per
interualla fiſſuræ.ad finem etiam conuulſio.Auxiliatur au
tem his poſt vomitionem ex oleo, & acrioris clyſteris in-
fuſionē , acetum mulſum potatum,& acetum calidū per
ſe,& vinū vet9rufū meracū largū cū abſinthio & caſia,&
nitrū cū aqua: & origan9cū lixiuio, rutæ ſylueſtris ſemē,
piper & caſtoreū ex aceto mulſo, ſatureiæ & origani de-
coctum cum vino.Oportet autem & hos odoramentis ex
citare , & in calidū ſolium immittere & fouere ob pruri-
tum.poſt balneum autem pinguia iuſcula,& medulla cer
uina exhibenda.Manifeſtum autem quòd & his & omni
bus qui etiam aliud venenum ſumpſerunt,dari debeat the
riace,tum ante tum poſt vomitum.

De toxico, Cap.LXX.

TOxicum inde appellatum videtur, quòd barbari ſa-
gittas,quas toxeumata *Græci* vocant,ex eo illinirent.
Concomitatur autem eos qui toxicum biberunt,labio-
rum & linguæ inflammatio,furor adeò vehemens vt æ-
gri variis imaginationibus obuerſantibus coerceri non
poſſint:atque ob id adeo etiam ægrè curentur , & rarò a-
liquem ſeruari contingat. Vinculis igitur eos cōſtringe-
re oportet, & cogere ad paſſi cum roſaceo potum , & vo-
mitum per immiſſionem pinnularum. deinde iuſculum
pulli gallinacei pinguis abſorbēdum dato. Auxiliatur au
tem eis rapi ſemen potatum. magis propriè autem quin-
quefolii radix,& ſanguis hirci vel capræ,& cortex querci
nus cum lacte tritus,& mala cotonea comeſta, aut deco-
ctum ipſorum potatum,& pulegium potatum,amomúm
que & carpobalſamum ex vino. Quòd ſiquis periculum
effugiat, multo tamen tempore in lecto decumbet:ſtupi
dus autem & dubiæ ac vacillantis rationis per reliquum
vitæ tempus manebit.

De iis qui ixian hauſerunt. Cap.LXXI.

IXia quæ & vlophonon appellatur,potata ſaporē & odo
rē ocymo ſimilem habet.linguæ autem inflāmationē
fortem infert & furorem : recrementorum vias omnes
obſtruit murmuráque ac rugitus inteſtinorum cum ani-
mi deliquio inducit,quum tamen interim nihil excerna-
tur. Auxiliantur autem eis poſt largam vomitionem &
vētris per clyſterem ſubductionem,abſinthii cremor cū
vino multo aut aceto,aut aceto mulſo potatus,aut ſylue-
ſtris rutæ ſemen,aut ſilphii radix, aut tragorigani deco-
ctum cum aliquo ex prædictis,vel cum lacte. aut reſinæ
terebinthinæ & nardi & ſilphii cuiuſque obol. I. ex vino.
aut caſtorei & rutæ & terebinthinæ, ſingulorum drach.I

De chamæleonte, Cap.LXXII.

A Chamæleōtis potu,morſus ventris & linguæ tumor
cum rugitibus inteſtinorum ſequitur, facies diſtor-
quetur,& vomitus ſpumoſus,& tremores & concuſſiones
& totius corporis conuulſiones,ac vocis interceptio con-
comitantur.qui verò album chamæleontem hauſerū,te-
tiam ſtrangulantur.Cæterùm curantur ex iis quæ ad fun-
gos ſunt relata.Datur eis & thlaſpios & betæ ſuccus,& tri-
ticeæ ptiſanæ ſuccus ex paſſo,abſinthii cremor,& nitrum
cum aceto mulſo. vbi verò vomuerint,lac recēns mulctū
ſæpe exhibeto,& aluum cum lubricis infuſis eluito, vel-
ut eſt fœnigræci & althææ decoctum. Præcordiis etiam
fomenta ac calfactoria adhibeto.

De fungis, Cap. LXXIII.

FVngorum aliqui genere,aliqui copia noxii ſunt.infe-
runt autem ſuffocationes ſtrangulationibus non abſi-
miles.quibus confeſtim priuſquam penitus vincantur,au
xiliari oportet,per raphani aut rutæ foliorum largā com-
eſtionem. Dandum & nitrum bibendum ex poſca tepi
da aut aceto mulſo, ita vt his liquoribus hyſſopum , ori-
ganum,thymúmque ſint incocta, atque inde ad vomitū
cogantur.mirabiliter autem iuuantur lixiuii ex ſarmēto-
rum cinere excolati potu:atque eo amplius ſi ex piraſtri
ligno lixiuium ſit factum, aceto ac nitro ad cinerem
eius adiecto.ſylueſtria verò pira, aut arboris ipſorum,pi-
raſtri videlicet folia,cum fungis cocta,ſtrangulandi vim
ex eis tollunt,inſupérque ab eorum acceptione comeſta,
auxiliātur.Bibitur & commodè ariſtolochiæ drach.I.aut
A abſinthii ex vino,meliſſophyllon cum nitro , radix pana
cis cum vino.naſturtium item viride edat,aut ſemen bi-
bat.Cæterùm Philagrius,Gallinaceum ſtercus album,in-
quit,tritum exhibemus ex poſca aut aceto mulſo:huius e-
nim manifeſtum habemus experimentum quòd ad fun-
gorum ſtrangulationes auxilietur . oportet autem & acri
infuſo aluum euacuare.Quando verò quidam fungi à fe-
ris venenum iaculantibus arroſi aut infecti , aut etiam in
locis vbi eiuſmodi beſtiæ latibula ſua habent,enati, non
modò ſuffocationem inducunt, ſed & inteſtina exulce-
B rant,abſinthii & ficuum decoctum largè in potu exhibē-
dum eſt,& origanum cum melle , indéque vomendum:
deinde verò theriacen bibat,& in calidam aquam demit
tatur.

De ſanguine tauri, Cap. LXXIIII.

SAnguis tauri recēns mactati potatus,in aluo in gru-
mos cogitur,ægrámque ſpirationem inducit ac ſuffo
cationem:comprimit etiam os ventris, & continuas con
uulſiones infert.Inuenitur autem horum lingua rubra,&
gingiuæ corroſæ,& ſanguinis grumi inter dentes . In his
C itaque vomitum vitamus : etenim grumi in ore ventris
coadunati,vomitum impediunt : damus autem eis quæ-
cunque grumos diſſoluere poſſunt.groſſos igitur ex fico,
maximè ſylueſtri,ſucci plenos cum poſca & nitro dato,
aut fici ſúccū eodem modo,aut lixiuiū ex cinere ligno-
rum fici,aut ramulos fici tritos cum nitro & poſca præ-
beto.at verò ſylueſtris fici fructus etiam ſiccus comeſtus,
eueſtigio grumos diſſoluit.Datur & ſilphii radix vtiliter
ex aceto,& amarātum,& braſſicæ ſemen,& conyzæ folia
cum pipere & lixiuio.Aluus autem pinguibus & lubri-
D cis infuſis eluatur.

De lacte in grumos coacto, Cap. LXXV.

LAC coagulatum aut multum & aceruatim hauſtū,
ſuffocationem aliquando infert in grumos coactum.
Auxiliatur autem his coagulum omne, maximè verò le-
porinum ex aceto potatum. etenim coagulum recenti la
cti iniectum,ipſum cogit & inſpiſſat, id verò quod iam
coactum eſt,ex natura ſua diſſoluit.Datur eis & calamin-
thæ viridis ſuccus,aut folia arida trita,& iuniperi baccæ .
item ea quæ ad ſanguinem in grumos dēſatum ſunt præ-
E dicta.Vomitum verò etiam in his recuſamus,neque quic
quam omnino ſalſum exhibemus.

De gypſo, Cap. LXXVI.

GYpſum potatum in lapidem induratur ac ſtrangula-
tionem inducit: quapropter eadem auxilia quæ ad
fungos relata ſunt huc tranſferre oportet, ita tamen vt in
his pro oleo,maluæ,aut fœnigræci,aut ficuum decoctum
exhibeamus,aut oleum cum aqua mulſa.his item eadem
decocta, per clyſteres infundenda.

De ceruſſa, Cap. LXXVII.

F CEruſſa ob colorem ſuum latere non poteſt:accepta e-
nim palatum inalbat,linguámque ac gingiuas,in qui
bus etiam pars aliqua ceruſſæ reperietur.Infert autem ſin
gultus & tuſſes, linguǽque ac faucium ariditatem:frige-
ſcunt corporis extrema cum delirio & mentis perculſio-
ne,& difficili motu ſiue torpore . His porrò aqua mulſa
exhibenda eſt,aut ficuum & maluæ decoctum,aut lac ca-
lidum, aut ſeſamum tritum ex paſſo, aut lixiuium ex ci-
nere ſarmentitio,aut oleum irinum . omnibus enim o-
leum largè admiſcere oportet : ab vnoquoque verò vo-
G mant.facit & ſcammonia cum aqua mulſa potata.

De argenti ſpuma, Cap. LXXVIII.

ARgēti ſpuma potata grauitatem ſtomachi inducit,
aluique ac inteſtinorum,cum torminibus voluulo-
ſis intenſis, quæ circa vmbilicum maximè innituntur.
Lotium ſupprimitur,corpus intumeſcit,liueſcit ac plum
bi colorem induit,& articuli incenduntur ac ardent . ad
finem verò & ſuffocatio ſequitur. Confert igitur poſt vo-
mitum à decoctionibus lubricis factum,hormini ſemē,
& myrrhæ oboli tres ex vino,aut abſinthium,aut apii ſe-
H men,aut hyſſopum,aut piper , & columbinum ſtercus cū
vino & oleo,aut cum vino mulſo & oleo . Si verò nimiū
proflua ſit aluus,lauacra calida , & carnes ſuillæ pingues
aſſatæ conueniunt , & aquæ potus , & oleum ſimiliter in
potu.

De argento viuo, Cap. LXXIX.

ARgentum viuum hydrargyros *Græcis* appellatũ potatum eadem infertquæ argenti ſpuma conſimilẽ etiam curamexpoſtulat. Auxiliatur autem imprimis lac aſininum recẽns mulctum potatum ac vomitu reiectum.

De calce,ſandaracha,& auripigmento,
Cap. LXXX.

CAlx,ſandaracha,& auripigmentum potata dolorem ventris & inteſtinorum cum vehementi morſu inducunt. Iuuantur autem ſucci maluæ potu, aut ſeminis lini, aut oryzæ,aut alicæ pinguibus iuſculis potatis,aquáque mulſa & lacte calido,ſi ea aſſiduo vomitu reiectent.

De thapſia,veratro,elaterio,& agarico,
Cap. LXXXI.

EX iis quæ homini ob commoditatem in vſu veniunt, aliquando verò pericula inducunt, eſt thapſia, veratrum album & nigrum,elaterium,agaricum.Quandoque enim & hæc ſuffocationem inferunt,& purgationem vltra quàm oportet: agaricum verò in quibuſdam per aluũ non ſubductum,tremorem & reſolutionem produxit.Suffocationibus igitur,veluti in fungis dictũ eſt, nos opponemus , aut velut de albo veratro relatũ eſt in tertio Sermone.Purgationes autem vltra modum factas,per ea quæ cohibere poſſunt ſedabimus,& per ea itidem quæ firmitatem corpori addũt,de quibusſimiliter in tertio Sermone eſt prædictum.

De rutæ ſylueſtris & melanthii nocumentis,
Cap. LXXXII.

LVbricorum & acrimoniam hebetantium decoctorũ potu cum largo oleo opus habent,qui ea hauſerunt.

De aceruato frigidæ aquæ potu, Cap. LXXXIII.

FRigida aqua aceruatim pota,aut etiam vinum meracum,aut paſſum,à balneo maximè,aut curſu,aut concitatioribus exercitamentis,morſus & dolores inducunt. verùm in his ſtatim venam ſecare oportet, & per clyſterem euacuare.

De ſtrangulatis, Cap. LXXXIIII.

STrangulatis, adhuc tamen inſpirantibus & aerem attrahentibus,ſternutatorium naribus admotum auxiliatur,& venæ in cubito ſectio.Piper autem ex aceto ſiue poſca bibendum dato, & ad vomitum cogito. coarctatis deinde colli locis,aquam & oleum calidum adhibeto,aut anethinum calidum,aut adipem anſerinum.lanis inſuper mollibus collum amplectendum eſt ac fouendum.

De iis qui ex alto ceciderunt, Cap. LXXXV.

EX alto præcipitatis eueſtigio auxiliantur vitis ſarmẽta aquæ incocta, ſi aqua in potu ſumatur : quòd ſi æger potam aquam non ferat,ſed vomitu reiiciat, morietur. Si verò is qui cecidit,ſanguinem expuit, & venarum ruptura ſit ſuſpecta,ſarmenta ipſa vrito,& aqua reſtinguito,ipſámque aquam percolatam bibendam dato,quò inde ſanguinis grumi diſſoluantur. at verò ſarmentis non præſentibus,cinerem quencunque pelluito, & lixiuio inde vtitor.

De præſeruantibus & præſagis animalibus,
Cap. LXXXVI.

QVando verò & præſeruatiua quædam ac præſaga animalia deſcripta ſunt veteribus, quæ iuxta contrariæ affectionis rationem venena produnt, ex his etiam magis probata eligemus,atque hîc apponemus,quò vniuerſus ſermo huius tractationis perfectior fiat. Piſo itaq; in libro De animalibus,ait perdicem qui domi noſtræ cõnutritur,vociferari ac clamare,circumplicaréque,ac lacerare cortem in qua perdices connutriuntur,vbi cognouerit medicamentum quodpiam intra ædes parari aut aliud venenũ.Menelbus autem, Aquila(inquit)intra ædes connutrita,inſilit,& arcet eos qui talia moliuntur.Simonides verò pauonem tradit cognito apparato medicamẽto,ad locum prodire & clamare, ſéque expandere & medicamẽtum ex vaſis diſpergere,aut etiam effodere ſi quidem ſit ſub terram defoſſum.Ariſtodemus porrò ichneumonem domi nutritum medicamenta ſub terram defoſſa præſagire ſcribit. Pherecydes autem narrat pſittacum marem obſeruare & arguere ac nominatim deferre eos qui talia faciunt,aut in domum important.Cæterùm A poſt ſcripta venena, etiam antidotos multi vſus & commoditatis,experimentóque cognitas,ex ordine ſubnectemus.

De theriaca ex viperis, Andromachi,
Cap. LXXXVII.

ORdiemur autem à theriaca Andromachi ex viperis, cuius admiratione ductus Galenus hæc de ea ſcribit: Quum multa diſcordia ſit circa theriaces deſcriptiones, nos Andromachi deſcriptione vt longè optima vtimur, quæ etiam in regum vſus apparatur . ſit autem apparatus B eius hoc modo.Primùm quidem ſquilliticos paſtillos apparare oportet,propterea quòd reſiccatione per multos dies opus habent.apparantur autem hoc modo.

Paſtillorum ſquilliticorum præparatio,
Cap. LXXXVIII.

SQuillã, accipere oportet recentem,probè coaltam,ruſam & non valde magnam , eámque non (vt quidam faciunt)luto,ſed fermento mundo integere,& in cacabos in quibus panes aſſãtur inditam in furnum vt aſſetur immittere.Deinde extractam per ambitum purgare & acce C ptis internis partibus tenerioribus eas ipſas probè terere, & farinæ eruinæ ex eruo rufo recenti factæ, duas tertias ſquillæ partes inſpergere,ita vt erui quidẽ libræ ſint duæ, ſquillæ verò tres: quanquam aliquando ex æquo ambo commiſceantur. Hæc ipſa, inquam, vnire ac committere oportet, indéque paruos orbiculos formare,roſaceo oleo in his conformãdis adhibito.deinde in vmbra reſiccare, atque bis per ſingulos dies verſare.

Hedychroi confectio, Cap. LXXXIX.

ARi,aſari,amaraci, aſpalathi,opobalſami, floris iunci odorati,calami aromatici,phu Pontici , ſingulorum D drachm. decem,xylobalſami,cinnamomi,coſti,cuiuſque drach.XII. myrrhæ troglodyticæ,folii,ſpicæ nardi,croci, caſiæ,cuiuſque drach.xxx.amomi drachm.VII. maſtiches drach.v.vini veteris odorati dulcis quantum ſatis eſt.Arida contundito & cribrato: crocum verò cum vino in pila diligenter terito:deinde myrrha & maſtiche adiectis ac probè tritis,opobalſamum adiicito, ac arida inſpergito,ſimúlque commiſſis omnibus paſtillos tenuiores formato,vino in his conformandis adhibito : ipſos deinde E paſtillos in vmbra refrigerato, ſinguliſque dieb⁹ verſato.

Paſtillorum theriacorum præparatio,
Cap. XC.

CÆterùm paſtillos theriacos hoc modo apparato: Viperas fœminas accipito,non quocunque tempore captas,ſed deſinẽte vere,nondum verò inchoata æſtate.ſi verò ver diutius hybernum ſit, iuxta æſtatis principium, nõ ita diu poſt vergiliarum ortum.Quæcunque enim viperæ prægnantes ſiunt, eas vitare oportet,neque ad confectionem paſtillorum adhibere.magis enim exaſperatæ F ſeipſis redduntur prægnantes.Ipſas igitur accipito quum in latibulis ſuis deliteſcere ceſſant, & de cætero in locos ſub diuo egrediuntur,& non adeo malignum habent venenũ.intus enim deliteſcẽtia animalia, & calẽtis aeris vi minimè per cutis meatus reſoluta, nocentiorem & magis exitioſam veneni vim in ſe coaceruant.Sunt autem animalia ipſa ſubflaua, ingentia & agilia : oculos ſubrubros habent,collum anguſtum,& latius caput, & caudam aceruatim in tenuitatem abeuntem ac carne penitus nudam, ventrem autem ſinuoſiorem habent,& greſſum cir G ca caudæ ſummum firmant,caudam ipſam non circumuoluentia,ſed magis contorquentia,& lentius inambulãtia. His enim ſignis fœmina à mare dignoſcitur,inſupérque quòd quatuor habet caninos dentes,quum mas tantùm duos habeat,& anguſtius caput, ac craſſius collum, & totum corpus tenuius,caudámque paulatim in tenuem deſinentem, non aceruatim vt fœmina, neque omnino carne nudatam.Cauere enim oportet ne mares viperas in antidoti confectionem aſſumamus.Neque verò minus e H tiam reliqua ſerpentium genera viperæ ſimilia vitanda ſunt.Similis eſt autem viperæ,maximè quidẽ ammodytes,imò & hæmorrhus, & cenchrias,& ſeps.Quos omnes ex prædictis in eorum tractatu ſignis dignoſcere oportet , & præcipuè ex colore. flauo enim & ſub fuluo colore vipera eſt : alia verò genera arenoſi ſunt

coloris aut fuſca,aut nigricantia.verùm nõ oportet etiã prædicta de vnoquoque ſigna alia negligere.Has ſanè viperas prædicto tempore eadẽ die aut præcedẽte omnino captas accipito.ac primùm quidem ipſarum capita ac caudas amputato,in tantũ ſanè quantũ videris in eis carne nudatum. At verò non amputationis tantùm reſpectum habere oportet,ſed & num ſtatim exanguia & immobilia ac omnino mortua animalia appareant : talia enim vt inutilia ad antidoti compoſitionem,cenſenda.Si verò prædictis partibus amputatis, motum quendam videris in reliquo corpore ſuperſtitem,& animalia ipſa cruorẽ aliquandiu in ſe conſeruent,hæc ipſa vt optima in antidoti confectionem ſunt admiſcenda. Poſt hoc verò ipſorum pellem totam diligenter excoriato, adipéque ac omnibus pectori inſitis,vt inutilibus reiectis,carnes ipſas ex duabus aut tribus aquis lauato,poſteáque in ollam puram iniicito,& congruentem aquæ mẽſuram affundito, ac anethi viridis faſciculum addito, ſubiectíſque lignis vitis coquito.Quòd ſi efferueat olla,(ſolet enim aſſiduè in decoquendo aqua ebullire & ex olla effundi) quotieſcunque hoc ipſum contigerit,frigidam aquam irrorato.Modum autem decoctionis ſufficientem iudicabis, vbi carnes à ſpinis diſceſſiſſe videbis, penitúſque ſeparatas, vt nequid ex ipſis ſpinis inhærens carnibus te fallat. Ad manum deinde peluim appoſitam habere oportet mũdam, & ex iuſculo cocturæ aliquid continentem,atque in eam ipſam depuratas carnes iniicere.facilè enim reſiccantur: & proinde difficulter conteri poſſunt. At verò vbi carnes ipſas puras feceris, ac manibus diligenter expreſſeris,eas põderato,& in pilam culinariam aſperiorem coniicito, ac fortiter aliquandiu terito, paulatímque iuſculum inſtillato. Vbi autem quamtenuiſſimè fuerint tritæ, panis puriſſimi recentis aridi,non ex veteri farina apparati,contuſi & cribrati quartam carnium partem addito:aliquãdo autem quintam ſolùm:& rurſus paulatim iuſculi quod ſatis eſt,affundito, ac in conterendo quamdiligentiſſimè vnito:atque ita paſtillos mediocres tenues formato,modico opobalſamo in his formandis adhibito. eóſque deinde in vmbra ſiccato in domus ſuperiore cœnaculo ad meridiem, aut omnino ad ſeptentrionem ſito. Verſare autem ipſos aſſiduè oportet quò æqualiter reſiccentur,& ne aliqua pars diutius humecta permanens, putrefactioni obnoxia fiat & periclitetur. Poſtquam verò ſicciores fuerint facti,eos opobalſamo optimo oblinito, & in vitreo vaſe aſſeruato:ac quicquid puluerulenti & albi ex eis per ſitum productum eſt,poſt dies aliquot linteo extergito. perforantur enim ſi idipſum eis diutius adhæreſcat.

De reliquis quæ in antidotum coniiciuntur, Cap.xci.

CÆterùm ſimplicia pharmaca quæ cum tribus antea præparatis paſtillis in antidoti confectionem coniiciuntur,hæc ſunt: Paſtillorum ſquilliticorum dr. xlviii. paſtillorum theriacorum drach.xxiiii. maſſæ hedychroi drach.xxiiii.piperis nigri drach.xxiiii.opii Thebaici recentis drach.xxiiii. roſarum ſiccarum repurgatarum dr. xii.ſcordii Cretici,ſeminis buniadis agreſtis,cuiuſque dr. xii. iridis Illyricæ nõ corroſæ drach.xii.agarici Põtici albi drach. xii. cinnamomi drachm. xii.aut caſiæ duplũ: ſucci glycyrrhizæ ſicci drach.xii.opobalſami optimi dr. xii.myrrhæ troglodyticæ dr. vi. croci Cilicii drach. vi. zingiberis non perforati drach.vi. rhei Pontici recentis, drach.vi.radicis quinquefolii dr.vi.calaminthæ mõtanæ drach.vi.comæ marrubii in vigore conſiſtentis drachm. vi.cacuminum & foliorum ſtœchadis drach.vi. petroſelini Macedonici drach.vi.coſti recentis drach. vi. piperis albi drach. vi. aut nigri loco eius drach.ix. piperis longi non corroſi drach.vi.dictamni Cretici drachm.vi.thuris maſculi integri & in partes nõ comminuti dr.vi.floris iũci odorati drach.vi.terebinthinæ Chiæ drach.vi.caſiæ fiſtulæ drach.vi.ſpicæ nardi drach.vi.radicis gentianæ dr. iiii.comæ polii drach. iiii. ſtyracis calamitæ drach. iiii. ſeſelis Maſſilienſis incorrupti drachm. iiii. ſeminis thlaſpios drachm.iiii. ſeminis ammii drach. iiii.comæ chamædryos drachmas iiii.chamæpityos drachmas iiii.ſucci hypociſthidis ſicci drach.iiii. foliorum malabathri. dr. iiii.ſpicæ Celticæ drach.iiii. aniſi Helladici, dr.iiii.mei athamantici drach.iiii.ſeminis fœniculi drach. iiii. Lemniæ terræ quæ ſphragis appellatur drach.iiii . chalcitidis ſemiaſſatæ drach.iiii.amomi racemi drach.iiii. radicis acori drach.iiii.phu Pontici drach.iiii.carpobalſami drach.iiii.hyperici in vigore conſiſtentis drach. iiii.acaciæ liquidæ drach.iiii. gummi vermiculati drach. iiii. cardamomi drach.iiii.dauci Cretici drach.ii.galbani puri drach.ii.opopanacis drach.ii. ſagapeni Perſici drach. ii.bituminis Iudaici dr.ii. comæ centaureæ minoris dr. ii.caſtorei drach.ii.ariſtolochiæ tenuis drach.ii. vini veteris dulcis quantum ſufficit, mellis Attici deſpumati libras x.aut quod ſatis eſt.

Modus conficiendi. Cap. xcii.

APparatur autem antidotus hoc modo:Sex drachmas caſiæ, & alias etiam xxiiii. quæ cinnamomi loco ſunt coniectæ,per ſe tundito ac cribrato. deinde crocum primum in pilam coniectum cum vino probè terito: atq; vbi quamtenuiſſimus factus fuerit,ei cribratam caſiam addito,ac rurſus infuſo vino terito. vbi verò caſia ſufficienter fuerit trita,Lemniam terram cum vino modico, in alia parua pila per ſe terito, & aſphaltum ſiue bitumen ſimiliter diſſolutum ad crocum & caſiam iniicito,ac rurſus aliquandiu terito.Reliqua verò omnia herbacei generis cum tribus paſtillis & cum caſtoreo tundito,& per tenuiſſimum cribrum excutito. ſucculenta autem omnia, acaciam inquam,myrrham , opium,thus, hypociſthidis ſuccum,& glycyrrhizam,opopanaca,ſagapenum , galbanum & gummi contuſa,in competenti vini menſura vna die antè macerato . Styracem verò in pilam magnam ac amplam coniectum cum opobalſamo terito, & priuatim vnito.deinde & præmacerata ſucculenta in pilã iniicito ac probè terito,atque(ſi opus fuerit)vinum paulatim affundito.poſtquam autem & hæc ſufficienter fuerint trita,ſtyracem antea tritum,& caſiam,& crocum,& quæ cũ eis ſunt,adiicito, & diligenter vnito. Chalcitidis deinde bonæ ſeſcuncem aut amplius in ollulam paruam nouam ampli oris iniicito,& ſupra carbones ardentes imponito, ac chalcitidem aſſiduè cum pura rudicula agitato. Quum verò liquefieri cœperit,& lutoſam ſubſidentiam acquiſierit,ſtatim ab igne auferto,poſitáque in terram ollula,quò vniatur diligenter agitato,coagmentatámque pauliſper ſinito.Deinde ablato & abiecto eo quod in ſuperficie ſiccius & rufum apparet,ex medio quod viridius eſt & molle apparet accipito,ac quatuor drachmas ponderato, eáſque in mediam pilam iniicito, in qua reliqua prius trita habes,cum modicóque vino in vno aliquo pilæ loco diſſolutas,cum reliquis committito,ac modico addito melle deſpumato vnito.Poſtquam verò chalcitis ad reliqua trita fuerit admixta,omniáque nigrum acceperint colorem,tunc addito etiam terebinthinam cũ modico melle prius diſſolutam. Qua deinde admixta, arida etiam contuſa & cribrata adiicito, & reliquũ item mellis paulatim admiſceto.poſtea cum magno piſtillo omnibus quamdiligentiſſimè vnitis,antidotũ ipſam in mortariũ tranſfundito, & piſtillis ligneis ex grauiſſimo ligno & politiſſimo fabrefactis,eam ad ſolem expoſitam in mortario tundito.deinde probè contectam ſinito,& rurſus poſt triduũ aut quatriduum ad horas tres tũdito,atque id donec quadraginta tranſierint dies facito:deinde vaſis vitreis modico melle deſpumato prius imbutis excipito.neq; verò vaſa valde expleto,ſed locũ quẽdam quò trãſpirare pharmacum poſſit relinquito, probéque contectum ac obligatum aſſeruato.Hæc quidem igitur omnia ad pharmaci virtutem ac conſeruationem ſunt deſcripta . Vt autem nigrum fiat,non ſcio quomodo in conſuetudinem venerit,& ſanè quiſquis hunc colorem in eius apparatu non aſſequitur,is irridetur.modus verò aſſequendi omnibus promptu eſt. Noſſe tamen operæpretium eſt ex colore pharmaci vim ipſius minimè permutari. Quòd verò circa colorem pharmaci offendamus & delinquamus, ob chalcitidem eſt plus iuſto vſtam. ſi enim parum ſuperuratur,rubicundiorem antidoti colorem reddit:

ſi verò amplius, non rubicundiorem ſed à naturali parũ immutatum facit colorem. Per menſem porrò antidotũ ipſam viſitare oportet, & rudicula munda agitare, ne id quod in ſuperficie eſt & quod vaſi contiguum adhæret, exareſcat. Cæterùm tempore ad concoctionem non modico opus habet, quò matura vſui antidotus fiat, & iuſtè concoquatur. vtplurimùm verò per duodecim menſiũ tempus coadunatur & concoquitur.

Poſt quantum tempus ea ſit vtendum, Cap. XCIII.

QVI verò ipſa magis vigente & validiore vti volunt, etiam poſt vnum menſem ea vtuntur, præſertim ad eos qui à venenatis beſtiis demorſi ſũt, & à venenoſis pharmacis infecti. hi enim quum grauiore malo vrgeantur, potentiore etiam ab antidoto auxilio opus habent.

Quanto tempore efficax ſit, Cap. XCIIII.

EST autem pharmacum validum, inquit Galenus, vſque ad XXX annũ, in his affectionibus in quibus non tãta eſt nocentis cauſa. Quòd ſi verò per tẽpus ſiccior fiat antidotus, eã in mortariũ coniectã & piſtillo tritã optimo melle deſpumato affuſo, rurſus vnire ac excipere oportet: atq; id quotieſcũque aridior facta fuerit, faciẽdũ eſt.

Modus probandi theriacen, Cap. XCV.

MVlti igitur ipſius potentiæ probandæ ac cognoſcendæ gratia, aliquod purgatiuum pharmacum prius exhibent: deinde ab eius acceptione antidotum bibendã præbent, atque hoc modo eius iudicationem per comparationem quandam faciunt. Si enim valida & vigore efficax fuerit, purgationẽ fieri minimè permittit, ſua vi exuperans pharmaci purgatiui facultatem. Si verò æquè purgetur homo veluti ſi antidotum non accepiſſet, manifeſtum fit eam inualidam & exilem eſſe, vt quæ retinere nõ potuit purgatiui medicamenti fluxum. Quidam verò papaueris ſuccum duorum ſcrupulorum pondere aqua diſſoluunt, eúmque cani aut gallinæ vel columbæ bibendũ præbent. deinde etiam confeſtim antidotum diſſoluunt, ex eáque nucis Ponticæ magnitudinem ori animalis infundunt, neque quicquam mali inde comitatur.

De exhibitionis menſura, & vtendi modo, & in quibus conueniat morbis, Cap. XCVI.

CÆterùm facultatis eius menſura non eadem in omnibus hominibus exiſtit: ſicut neque liquor idem eſt, in quo diſſolutam ipſam exhibemus. In venenatis nanq; pharmacis, aut venenum iaculantis animalis plaga, nucis Põticæ magnitudine in vini cyathis tribus diſſolutã bibẽdã præbemus. in aliis autẽ affectionibus tũ mẽſura tũ liquore diuerſimodè vtimur: ſecundum affectionum enim diuerſitatem, etiam pharmacorum quantitatem competenter metimur, & conuenientem ſimiliter liquorem eligimus. Non enim ſolùm ad beſtiarum morſus & venena à natura ſua auxiliatur, ſed & ad alias magnas affectiones auxiliare pharmacum per vſus experientiam à nobis inuentum eſt. Capitis igitur dolores diuturnos & vertigines ſanat: auditum grauem & viſum obtuſum potu ſedat. quandoque & guſtus organum debilitatum emẽdat, & comitiali morbo auxiliari conſueuit. Auxiliatur & ſuſpirioſis & qui orthopnoici dicuntur, ex aqua mulſa potata, diſſecans & attenuans ac facilè eductiles reddens coactos & viſcoſos humores. commodat veteri ac recenti tuſſi, & quibus pectoris aut laterum partes dolent, magnitudine fabæ: febre carentibus ex vino mulſo, febricitantibus, ex aqua mulſa. Conuenit & ſanguinem per ſputum reiicientibus, ſiue ex pectore, ſiue è pulmone eductio fiat: ſi quidem recens ſit elatio, cum poſca: inueterato autem malo, ex aquæ cyathis tribus. præſtiterit autem aquam ipſam radicis ſymphyti decoctum eſſe. datur autẽ fabæ Ægyptiæ magnitudo ad noctẽ & mané. Sæpe verò & ſtomachi vitia curauit, & faſtidiũ eius, ciborúmque inappetentiam in eorũ deſyderiũ & appetentiã ſuauiter cõmutauit. quin & ventriculi difficilem concoctionem & imbecillitatem corrigit, ſimilitérque & ſtomacho inflatos, & inteſtinis tortos, aut colum dolentes placat. Aliquando autem & cholericæ affectioni præclarè auxiliatur, corporis miſcellam corroborans, & pleraſque cohibens fluxiones.

Maxima verò eius efficacia in iis qui ex oris ſtomachi morſu animo linquuntur, cardiacos *Græci* appellant, apparet. præ multis enim & aſſiduis ſudoribus corpore diffluente, & viribus exoluto, quum ex vini potu ſæpè nihil opis ſentiant, antidotus ipſa potu ſudores ſiſtit, & vires concidentes velut erigit ac fortiores reddit. Lũbricorũ etiã omne genus mirabiliter ex inteſtinis exigit. & hepaticas omnéſque inueteratas affectiones ſæpe curat. Arquatum item morbum ex aliqua hepatis affectione obortum, ſtrenuè ſanat. Quandoque & induratos lienes liquefacit, ſordibus eorum & ſuperflua ſubſtantia paulatim conſumptis. atque hoc cum aceto mulſo data præſtabilius facit. Deterit & lapides renum, omnéque terrenum & ſordidum ex illis repurgat, cum decocto petroſelini. difficilẽ item mictionem veſicæ compeſcit: & in ipſa vlcerationes quãdoq; perſanat. Laudatur & ob id quòd omnem inſultum diuturni rigoris & algorem tollat, biliſque vomitũ, acceſſionis exacerbationum tempore aliquẽdo concomitantem ſedet. Maximè verò quartanis conducit ſiquis ea ingenioſè vtatur. Ego igitur (inquit Galenus) multos quartanarios hoc ductu vſus facillimè liberaui. primùm quidem eos per vomitum à cœna euacuaui: deinde ſequenti die manè abſinthii cremorem exhibui, atque ita duabus horis ante acceſſionem antidotum ipſam dedi: & mirabiliter adeo ſæpe ſucceſſiſſe noui, vt confeſtim nulla acceſſione qui accepiſſet impeteretur. verùm vtendi tempus non in principio morbi eſt, ſed quum perfecta concoctio in vrinis apparet. etenim ſi in principio morborum ſiue ipſa ſiue aliud pharmacum præbeatur, congeminat morbum. Datur & hydropicis cum ſiſari decocto & ſimilibus: & eam præſertim quæ aqua inter cutem & *Græcis* leucophlegmatias appellatur, generoſè iuuare cõſueuit per totũ corpus digeſta & diſtributa, atque vndiquaq; ex carnibus exprimẽs humorẽ. Quapropter etiã iis qui malo corporis habitu præditi ſunt, optimum pharmacum exiſtit. & elephantiaſin ſæpe curare ſolet, corruptionem corporis fieri prohibens: & rigore neruorum conuulſis plurimùm auxiliatur: & membrorum reſolutiones in potu accepta ſæpe perſanauit. Credita eſt & fœminis menſtruas purgationes ciere, & immortuos fœtus eiicere, quos natura propter debilitatem expellere non poteſt. Dãda itaque eis ex paſſo aut aqua mulſa magnitudine fabæ: ruta tamẽ aut dictamno in prædictis liquoribus decoctis. Podagra etiam affectis & articulorũ omnium fluxione infeſtatis opitulatur, maximè quum augmenti tempus præterierit, & ſtatus acuminis inſtiterit. doloribus enim ſedatis per ea quæ eos mitigare poſſunt, antidotum in potu præbere oportet. illatos enim fluores conſumit, & alios inferri impedit. maximè autem profuerit ſi ſani adhuc ipſam accipiant. ſuperfluos enim humores expandit & totam corporis miſcellam permutat. Multi igitur in principio podagræ per aſſiduum eius potum perfectè ab affectione ſunt liberati. Admirari porrò ſubit antidotum, quum ipſam non modò corpori medentem videmus, ſed ipſum animum ſæpe ab affectibus malè diſpoſitũ, iuuare potentem: ex atra bile enim obortos animi affectus ipſa ſedat. Etenim aſſiduè exhibitũ pharmacum ex venis & vicinis partibus atrã bilem velut exhaurit & conſumit: quemadmodum etiam ex ferarum ictu illatum venenum. Quin & aquæ formidinem peſſimum morbum quo à cane morſi laborant, ſæpe tollere conſueuit, atque ita mirificè tantorum malorum concurſum impugnat. Cognita eſt prætereа nobis antidotus vt quæ in peſtilentibus conſtitutionibus peſte apprehenſis vnicè auxiliari poteſt. Eos verò q eã præbiberint, peſtilẽti affectione apprehẽdi prohibet. Ipſa enim velut tẽperamẽtũ quoddã, & ſanã conſtitutionẽ corporibus inducit, redundantes humores conſumendo, & refrigeratas partes concalefaciendo, inſuper & innatam facultatem corroborans, ad naturales actiones probè obeundas. Cæterùm in peregrinãdo maximè conſulo vt ea vtaris quum frigido exiſtente aere per hyemẽ iter facis. eſt enim veluti bonum viſcerum indumentum, quod plurimam caliditatem ipſis exhibere poteſt. De Mithridate ſanè magno illo belli duce referunt, quòd theriacen quidem nõ

biberit: neque enim adhuc in vſu erat: verùm ex alterius antidoti,quæ poſtea Mithridatica ab illo appellata eſt, vſu,ita corpus apparauerit vt nulla veneni vi lædi poſſet: & quum etiam lethale pharmacum accepiſſet, mori non poſſet. quum etiam ab hoſtibus vinceretur,ſeipſum interficere vrgebatur,quando plurimo veneni hauſtu mortem ſibi cõſciſcere nequiuiſſet: quapropter vocato quopiam ex amicis,ei iugulum præbuit. Quare vides multæ mixturæ pharmaca multã etiã vim habere, quò corpora ex eorũ vſu corroborata, nullis veneni affectionibus,vel rarò & difficulter admodum, obnoxia reddantur. atque hac facultate vel in primis theriacen præditam eſſe conſtat. Porrò tempus exhibitionis commodum eſt quum probè concoxerit,ipſam accepturus, neque ciborum copia ſit oneratus. Bibat autem ieiunus,quò ſufficiens temporis interuallum ſuperſit ad ipſius pharmaci concoctionem. Anni præterea tempus ſimúlque regionem inſpicito,in quibus ipſum es exhibiturus. Æſtate enim neque in totum dabis. quapropter etiam eis qui in ætate vigoris ſunt,& plurimum habent naturalem calorem,neque multum neque ſæpe pharmacum ipſum exhibere moneo: quemadmodum contrà eis qui iam vrgente & adfecta ætate ſunt,tum plurimum,tum ſæpe cum aqua: quanquã potius conſulam vt cum vino accipiatur. In pueris verò, pharmaci exhibitionem omnino vitare oportet: maior eſt enim pharmaci facultas quàm vires eorum tolerare poſſunt,& corpus ſanè facilè diſſoluit,&inſitum ſpiritum citò extinguit: quemadmodum & lucernæ flammam oleum ipſum,ſi ignem ſuperet,facilè extinguit. Atque ego verè id narrare poſſum,inquit Galenus, puerum quẽdam ab intempeſtiuo antidoti vſu exolutum eſſe. omnem nãque ipſius habitum pharmacũ ipſum diſſoluit,& ventrem fluore commouit, atque ita noctu puer expirauit. Quòd ſi aliquando calidiorem regionem inhabites,vitare oportet antidoti vſum,ſufficiente tibi illius loci aeris calore: vnde neque hominibus qui ſub primo ſolis ortu habitantes calidiſſimi ſunt, & multum habent illius regionis calorem,antidotum theriacen conuenire puto.

Sales theriaci ex libris Marciani,cum quibus cõſentit Galenus, Cap. XCVII.

SAles ex viperis hoc modo apparantur. faciunt autem & ipſi ad omnia prædicta moderatè, per aſſiduum vſum commoditatem exhibentes: quãquam ſint qui eorũ auxiliarẽ potentiã penitus negẽt, per exuſtionẽ diſſipari affirmãtes ferarũ facultatẽ. Ego verò dicere auſim,eandẽ quidẽ potentiã cum theriaca ſales non habere,non tamẽ eorum vim per ignẽ perire, quum multa ſint quæ per ignis familiaritatem meliora reddita conſpiciantur,velut eſt aurum, & calx, & ſimilia. Viperæ enim integræ vſtæ,intenſiorem & malignam vim per exuſtionem deponunt: temperamentum autem auxiliare & ſymmetriam ab igne ſumunt. Propriè autem in affectionibus cutis curandis,ſales commendantur, cuius generis ſunt,leuce,lepra,impetigo agreſtis,elephantiaſis,alphos, ſcabies agreſtis,& raritas ac defluuium capillorum. huiuſmodi enim cutis vitia confeſtim delent, & acria recrementa ſubter cutem redundãtia optimè diſcutiunt. Pleriſque enim ex eorum eſu ſudor prolicitur, atque ita per exudationem corrupta ſubſtantia euacuatur,adeò vt quidam in principio pediculos excluſerint, intra quatuordecim ad ſummum dies: poſt hos enim nullus in corpore pedunculus apparet. quidam verò pro pediculis ſputa pituitoſa reiectant,à ſalium reiectione initium facientes: deinde paulo pòſt,etiam ſputa repurgata ſiſtuntur. Licet autem tum in prandio tum in cœna eis vti, cum quibuſcunque edulijs eos accipere velis, neque vltrà ad eorũ acceptionem prouocare oportet: tanta enim ipſis inſita ſuauitas eſt,vt magis voluptatis gratia eos confectos quis dicere poſſit. licet igitur vſque ad tria cochlearia per diẽ ex eis ſumere,maximè ſi cibus prius in ventre ſit probè concoctus. Qui enim eos accipiunt,concoquunt melius & cibi appetentiores fiunt. floridius etiam corpus habent,& ſenſus omnes vegetiores. Suffuſiones igitur incipientes & nondum congelatas: egregiè diſſoluunt,neque planè quis ſuffuſionem incurrat qui eos quotidie accipiat. purgatio-

A nes item lunares propter obturationem aliquam aut ſanguinis coactionem ſuppreſſas cient. iidem etiam largum & impetuoſum menſium defluxum ſiſtunt. Quiſquis autem eos præſumpſerit, omnes venenorum & virus iaculantium beſtiarum inſidias euincet: neque etiam quum infectus fuerit,&poſtea ſtatim ſales acceperit,periculum incurret: maximè ſi corporis ſui temperamentum per horum ſalium vſum multo tempore apparârit ac veluti cõdierit,quemadmodum Mithridatem feciſſe dixi. Præſtat & peſtilenti conſtitutione inſtãte,ad auxiliare hoc & ma-
B li depulſorium pharmacum confugere: præſertim ſi ei myricæ herbam admiſcueris. Morborũ præterea omniũ medici ſales exiſtunt,maximè tamen eorum qui in renibus conſiſtunt: lapides enim in eis atterunt,& planè marcidos renes reſtituunt. vertigini verò & dolori capitis inueterato, morbóque comitiali,nulla alia conſimilis medela exhiberi queat, ſiquis eos per integrum annum ex ordine largè ſumat. Noui & arquatos diuturnos,& ſplenicos ac colicos, qui frequenter in hanc affectionẽ inciderunt, per eos ſanatos. hydropem etiam,maximè ſubter cutem,
C per eorum vſum reſiccaui, & ingẽtem famem (bulimon *Græci* dicunt) diſſolui. Vt quis etiam per frigidum aerem iter faciens minus frigore lædatur, comeſti faciunt: rigores autem per circuitum repetentes diuturnos cohibent,& tuſſes humectas reſiccant: Tabidos verò iam mirabiliter ad bonam corporis habitudinem reduxerunt, paulatim edulijs adſperſi: exolutos autem à languore perfectè reuiuiſcere faciunt. ſcio nanque plurimos membris penitus reſolutos per ipſos ſanatos. Ad podagram demũ maximè incipientẽ, & omnino ad omnes articulari mor-
D bo affectos,vnicum hoc edulium conſtructum eſſe videtur. Adhortor igitur eos qui à podagra liberati ſunt,vt eis continuè vtantur. Quidam verò viperas totas extendunt & ſiccant,poſteáque terunt ac eas in potu cõtra morbum articulorum exhibent. Cæterùm vix ſatis dignis verbis aſſequi queas,quantum diuturnas quartanas & deliria ex atra bile oborta dilatent & remorẽtur,ſi ante acceſſiones & in interuallis quoque ſumantur. Enecant item omne lumbricorum genus. optimum eſt etiam per ipſos,maximè craſſiores dentes confricare. non enim albiores tan-
E tùm eos reddunt,ſed neque dens poſtea laxior factus mouebitur,neque erodetur,neque ſtuporem incurret. Extrahunt etiam per caput recrementorum copiam, ac caput purgant, & oculos leuiores reddunt. Apparantur autem hoc modo: Viperas accipere oportet magnas, eiuſmodi qualem prædiximus ſpecie eodémque tempore captas, numero quatuor,nõ vltra biduum poſtquam captæ ſunt adſeruatas: ſed ſi fieri poteſt, eadem qua captæ ſunt die, eaſdem in ollam figulinam puram magnam conijcere oportet,ſtatimque ſupra ipſas pro ſale ammoniaco,ſalem
F communem lotum & exſiccatum inijcere. præſtiterit quidem ammoniacum ſalem eſſe, ſi verò haberi non poſſit,communis & albi Italici modij dimidium hoc eſt libras viginti,inijcito: atque id non in meridie facito ſed manè. tunc enim rigẽtes adhuc beſtiæ ad motũ tardiores ſunt. Quòd ſi phagi etiam arboris ramulo viperas cædas,ad motum ipſas tardiores reddes, & mirabilem eis ſoporem induces. eſt autẽ phagus ſpecies quercus. Quum igitur velut dictum eſt,viperas ſalibus grauaris & oppreſſeris, paſtillos inſuper ad ſales adijce hoc modo appara-
G tos: Radicis gentianæ ſeſquilibram, ariſtolochiæ rotũdæ ſeſquilibram,comæ centaureæ minoris lib. duas,ſeminis cardamomi libras duas, marrubij, ſcordij, apij, chamædryos, ſeminis rutæ hortenſis,ſingulorum libram vnam. Hæc omnia in craſſas partes contundito, & cum Attico melle ſubacta in quinque aut ſeptem paſtillos latiores, quò probè exuri queant,reducito. Hos equidem paſtillos eo quo dixi modo præparatos habens, ad ſales viperis viuis iniectos imponito. Deinde ſquillas electas,magnitudine ſua manum explẽtes, recẽtes quinque in tenues par-
H tes diſſectas paſtillis ſuperindito, aliúmque dimidium modium Italicum hoc eſt viginti libras alias ſalis, ſupra ſquillã & paſtillos inijcito, & deinde ollam operculo tria foramina habente obturato, eámque forinſecus totam luto figulino,vt ſi rũpatur nihil pereat, oblinito. indéque

ſenſim igni adhibeto, paulatimque circumlitum lutum torreto, deinde aucta flamma per ficulneorum aut vitis lignorum ollæ ſubiectorum exuſtionem, vaporem inde per foramina elatū obſeruato. primùm enim fumus multus caliginoſus & turbatus valdè exiens apparebit, ſignificationem perhibens quòd ignis iam feras ipſas contingit, quo tempore diligenter cauere iubeo ne quid ex illo fumo per (reſpiratione) haurias, aere nimirum per ferarū exhalationem infecto. deinde vbi ceſſauerit vapor, & flāmam quandā exilē per foramina conſpexeris egredientem, tunc ſanè quamoptimè aſſatas putato, atque ita olla ab igne ablata, pérque diem ac noctem refrigerata, vſta per apertam ollam eximito, & cum ſubſcriptis tundito. ſunt autem hæc: Seminis rutæ ſylueſtris dodrantem, hyſſopi dodrantem, nardi Celticæ ſeſcuncē, ſtachyos ſeſcuncem (eſt autem marrubio ſimilis non tamen ſpinoſa planta ſeu frutex) ſeminis fœniculi montani ſeſcuncem, petroſelini Macedonici trientem, comæ origani dodrantem, ſeminis hormini toſti dodrantem, racemi amomi quadrantem, cacuminum thymi dodrantem. Foliorum malabathri trientem, carnium iuniperorum baccarum lib. duas, ſeminis coriandri ſeſcuncem, piperis longi libras duas, radicis ſilphii vncias ſeptendecim, zingiberis non corroſi lib. II. ſeminis ſatyrii quadrantem: quidam verò radicis ſatyrii coniiciunt ſeſcuncem: pulegii montani ſeſcuncem, ſeminis menthæ ſeſcuncem, aut (ſi haberi non poſſit) herbæ ſiccæ ſeſcuncem, tordylii & caſiæ, cuiuſque quadrantem, ſeſelis Maſſilienſis ſeſcuncem, cinnamomi vnciam vnam. Maximopere autem conandum eſt vt craſſiora, veluti ſunt lignoſa omnia, contundendo attenuentur, neque quicquam ex eis reiiciatur. Tuſa autem, per an guſtiſſimum cribrum excutito, bis & ter per eadem cribella excutiendo, quò quamoptimè vniantur: atque ita omnia in vitreis vaſculis reponito, neque ſtatim vtitor, ſed poſt quadrageſimum tandem diem. Inueteratum enim pharmacum maiorem commoditatem de ſe præbet, maximè ſi extra omnem humiditatem ipſum ſiccum adſeruaris. cæterùm colore non valde nigreſcit. Ego verò, inquit Galenus, beſtias ipſas non exuro, ſed paſtillos ex eis, quorum confectionem in theriaca docui, reliquis quæ cum beſtiis vruntur admiſceo & ſimul exuro, quò eam quam in ſe habent amaritudinem per exuſtionem abiiciant. tantam autem paſtillorum menſuram adiicio, quantam coniectura aſſequi poſſum quatuor numero viperas habere, & ſanè ſales verè optimi euaſerunt, vtpote qui neque ex vſtione cinereum retulerint ſaporem, neq; nigrum colorem, ſed & ob qualitatem vſui gratiſſimi ſint facti, & qui vim qua eos propriè præſtare prædicaui, efficaciorem haberent. Efficiunt autem quatuor viperæ magnæ, paſtillorum ſiccorū ſextātem & vnciæ dimidiū. atque hic quidem eſt totius confectionis ſalium theriacorum modus. Oportet autem medicum variè ipſis vti: vtpote ſi ſanguinem ſpuentibus ſales hos exhibiturus ſit, radicis ſymphyti contuſæ & cribratæ ſextam partem ad ſalis modum addet. veluti ſi quinque cochleariis pharmaci vnam ſymphyti addat. In phthiſicis autem ſiue tabefactis & pectore ſuppuratis, iridis tenuiſſimè tritæ aut dictamni ſextam partem ſalis ponderi adiiciet. Hepaticis verò chamæpityn, ſpleniticis cyclamini radicem, aut capparis corticem, aut piperis addet ſextā partem. Quòd ſi ad podagricos apparare velis, dimidiū præſcripti ponderis ſatyrii auferto, vitādo ne rabioſas & membra exoluentes in ipſis excites voluptates. Cæterùm in renibus lapides quammaximè atterunt ſales, ſi carpobalſamum aut lithoſperma appellatum habuerint admixtum. Si verò vim contra venena intenſiorem facere velis, in ſalium confectione ſcordium & marrubium duplicabis, inſupérque anatum ſanguinem ſiccum adiicies. Eis verò qui à rabido cane morſi ſunt, amplius conferent, ſi pæoniæ radicem addas aut cancros exuſtos. Opiſthotonicis autem qui retrò neruis conuelluntur, maximè profuerint, ſi caſtorei & opopanacis parum habeant admixtum, in eis ſanè qui id tolerare poſſunt. Viſum porrò exacuit malabathri folium duplato pondere in confectione additum. Concoctionem verò ciborum iuuant, ſi caſiæ & coſti eis

A ſufficiens modus addatur. ad inflationes autem cuminū adiicito. Vrinam amplius ciet dauci ſemen additum. quartanas verò amplius ſoluunt ſi verbenacā rectam, & eupatorium, & ſuccum Cyrenaicum, aut ipſum laſer aſſumant. verùm (vt ſummatim dicam) omne quod commodum & habile noueris affecto membro, idipſum ad ſales, ſiue in ipſorum confectione, ſiue exhibitionis modo admiſceto. Quin & amariores ſcio ſales apparatos. ex iis enim quæ cum viperis vruntur, ariſtolochiam, & ſcordium, & cardamomum, & dimidium centaureæ detraho,
B eadémque poſtea cum reliquis quæ tunduntur, miſceo, imò & ſtœchadis parem ſcordii menſuram addo: atque ita guſtu amariores ſales euaſerunt, & in vſu ſanè ad multa mihi commodiores ſunt experti. Porrò cauendum eſt ne eos prægnantibus & ab vbere lactatibus exhibeamus: & ne pueris ac temperamento calidioribus, & præſertim tempore æſtiuo & regione calida, & qui acuta & ſicca febre laborant, eos quoquo modo præbeamus.

Antidotus Mithridatica, Cap. XCVIII.

HÆC, vt Antipater & Cleopater tradunt, iſta capit:
C Myrrhæ drachmas octo obolos quatuor, ſpicæ nardi tantundem, croci drachmas ſeptem obolos tres, opii drach. quatuor obolos duos & dimidium, ſtyracis drach. quinque, caſtorei drach. ſex obol. vnū, cinnamomi drach. ſeptendecim, polii drach. quinque, ſcordii drach. ſeptendecim, zingiberis tantundem, coſti drach. ſedecim, piperis albi drach. quinque obol. vnum, piperis longi drach. ſedecim, ſeſelis incorrupti drach. quinque obolos duos, petroſelini drach. quatuordecim, ſeminis dauci drach. ſedecim, caſiæ drach. quindecim, thuris drach. ſedecim, ſuc
D ci hypociſthidis drach. VI. & ſeſquiobolum, nardi Celticæ drach. quatuor, ſeminis fœniculi drach. quatuor, folii malabathri drach. quatuor, acori incorrupti, phu, ſagapeni, carpobalſami, hyperici, iridis Illyricæ, acaciæ, gummi, ſeminis cardamomi citra medullam, ſeminis pelecini, ſingulorum drach. duas, Lemniæ ſphragidis, confectionis cypheos, partiū ſcinci iuxta renes ſitarum, ſingulorū drach. II. ſeminis thlaſpios drach. XVI. gētianæ drach. IIII. aniſi drach. III. roſarum ſiccarum mundarum drach. V.
E mei drach. quatuor, florum iunci odorati drach. ſex, opopanacis drach. ſex, galbani drach. ſex obol. tres, opobalſami drach. ſex obol. tres, ariſtolochiæ drach. vnam, hyſſopi drach. tres, marrubii drach. vnam, chamæpityos drach. tres, roſmarini drach. quinque, terebinthinæ Chiæ drach. ſex obol. tres, mellis Attici deſpumati quantum ſufficit. Vinum ne addas, ſed prædiſſolutis melle calido ſuccis, indéque tritis ac adiecta terebinthina, inſpergito ſicca contuſa & anguſtiſſimo cribro excuſſa: vnitóque, & reponito omnia. Datur drachmæ pōdere, aut ad ſummum ſiliquæ
F vigintiquatuor ex ea exhibentur.

Confectio cypheos, Cap. XCIX.

CÆterùm cypheos quæ in antidotum coniicitur, deſcriptio hæc eſt: Vuæ paſſæ tenuis ac pinguiſſimæ detracta pellicula & vinaceis, hoc eſt ipſius carnis, drach. vigintiquatuor, terebinthinæ vſtæ drach. vigintiquatuor, myrrhæ dr. duodecim, cinnamomi drachm. quatuor, floris iunci odorati drach. quatuordecim, croci drach. vnā, bdellii drach. ſex, onychos hoc eſt vnguis aromatici drachmam vnam, aſpalathi drach. duas & dimidiam, ſpicæ
G nardi drach. tres, caſiæ drach. tres. cyperi drach. tres & dimidiam, baccarum iuniperi magnarum drach. tres & dimidiam, calami aromatici drach. nouem, mellis quātum ſatis eſt, vini odorati parum. Myrrham, bdellium, & terebinthinam vſtam contere cum vino vt mellis craſſitudinem induant: deinde vuam paſſam per ſe probè tritam adiice, ſimúlque tritis mellis ſufficientem modum infunde, ac reliqua inſperge, paſtilliſque inde formatis vtere. Vritur autem terebinthina hoc modo: Terebinthinam coniice in ollam, & triplum aut etiam amplius aquæ in-
H funde, & ad ignem adhibe, nihilque omnino mouendo coque. vbi verò conſumpta fuerit aqua, & terebinthina attenuata ac inualida reddita, vt digitis confringi poſſit, eam tolle, atque in antidoti confectione aſſume. Si verò inſumpta aqua adhuc mollior appareat terebinthina, aliam aquam ſuperfunde, rurſúſque ad ignem adhibe,

donec friabilis reddatur. Datur autem cyphi ipſum & per ſe commodè iis qui hepar, aut pulmonem, aut renes, aut aliquod aliud viſcus exulceratum vel obturatum habent.

De antidoti Mithridaticæ vſu,

Cap. c.

DAtur itaque ad ſummum ex præſcripta antidoto Mithridatica nucis, Pōticæ magnitudo: eis verò qui ad integram ætatem peruenerunt Græcæ fabæ. augetur autem & minuitur hæc magnitudo in mediis ætatibus. Atque iis quidem qui febre carent, ex vino danda eſt, aut vino mulſo, aut condito, ſi quidem hepar habeant obturatum: febricitantibus verò, ex aqua aut aqua mulſa. Facit enim ad antiquas ſtomachi fluxiones, itémque thoracis, & ad omnes inueteratas in profundo corporis exulcerationes aut abſceſſus, facit ad tabidos, & ad ventris inflationes. & cœliacis medetur. Emēdat & reducit obtuſum appetitum, & bonum colorem corpori addit. Frangit lapides, ſanat vrinæ difficultatem & atram bilem congregari vetat: fœtus immortuos expellit, & ad alias item affectiones conueniens eſt. Acuit viſum eorum qui eam accipiunt. plurimam autem (præſertim præſumpta) vim habet, quòd non permittat quempiam à lethali veneno lædi: qua gratia etiam à Mithridate compoſita eſt & appellata.

Antidotus Eſdræ aut prophetæ doctoris,

Cap. c i.

AMomi ſcrup. duodecim, floris iunci odorati drach. nouem, pyrethri drach. ſex, croci ſcrup. trigintaſex, cinnamomi ſcrup. ſex aut caſiæ duplū, myrrhæ troglodyticæ ſcrup. duodecim, ſtyracis calamitæ ſcrup. x v i i i. petroſelini ſcrup. tres, ſeminis dauci ſcrup. tres, tragacanthæ ſcrup. ſex, ſucci hypociſthidis ſcrup. i x. iridis Illyricæ incorroſæ ſcrup. quindecim, ſeminis fœniculi ſcrup. ſex, bdellii ſcrup. nouem, thuris drach. vnā, ſulphuris viui ſcrup. ſex, ſeminis hyoſcyami albi ſcrup. vigintiſeptē, caſiæ ſcrup. nouem, ſeminis papaueris ſcrup. triginta, ſpicæ nardi ſcrup. duodecim, ſeminis rutæ ſcrup. tres, ſeminis ocymi ſcrup. tres, rhois culinarii ſcrup. quinquagintaquinque, ſeminis anethi ſcrup. ſex, aſari drach. vnam, ſeminis cardamomi reiecta medulla ſcrup. ſex, opii ſcrup. vigintiſeptem, euphorbii ſcrup. ſex, piperis ſcrupulos triginta, roſarum ſiccarum ſcrup. nouem, folii ſcrup. duodecim, opobalſami ſcrupulos vigintiquatuor, ventris mergi ſcrupulos ſex, laccæ ſcrup. duodecim, lycii Indici ſcrupul. duodecim, caryophylli ſcrup. duodecim, ſtercoris reperti in aluo mergi ſcrup. ſex, rhei Pontici ſcrup. duodecim, mei athamātici ſcrup. ſex, floris nerii ſcrup. quatuor & dimidium, terræ cimoliæ ſcrup. duodecim, ſucci artemiſiæ ſcrup. viginti, foliorum ſeridis ſcrup. nouem, ſpicæ Celticæ ſcrup. duodecim, roſarum rhododaphnes ſcrup. ſex (alii etiam caſtorei ſcrup. duodecim: verùm tu caſtorei ſcrup. tres coniicito) coſti ſcrup. duodecim, gentianæ ſcrup. duodecim, confectionis hedychroi ſcrup. nouem, aniſi ſcrup. ſex, ſiſonis ſcrup. octodecim, ammoniaci thymiamatis ſcrup. duodecim, quandoque & foliorum citri ſcrup. duodecim, vini veteris odorati quantum ſatis eſt, mellis deſpumati primarii lib. quinque vel ſex. Apparatur autem hoc modo: Arida omnia cum croco & caſtoreo ac hedychroo tundito, & per anguſtiſſimum cribrū excutito: opium verò, myrrham, hypociſthidē, bdelliū, lycium, ammoniacum in vino macerato. tragacantham autem per ſe macerato. Sequenti deinde die roſas rhododaphnes & ſerin terito ac vnito, & tragacāthæ ſimiliter probè tritæ reliqua trita adiicito, & cum ſucco artemiſiæ vnito. mel quoque deſpumatum & tepefactum ſæpe inſtillato ne tragacantha exareſcat: deinde & arida tuſa inſpergito, ſufficientérque vnita probè contegito: in ſequentibus verò diebus ſeptem aut nouem, in ſole terito, & vaſis vitreis excipito. neque tamen vaſa expleto, ſed locum reſpirationi reliquum facito. Vſus eius eſt ad venenum iaculantium animalium plagas. datur autem fabæ magnitudine ex vini cyathis duobus manè & ante ſomnū eodem modo. illinitur & plagæ, eámque à periculo vindicat. Eis verò qui lethale venenum hauſerunt, poſt vomitus & ante, nucis Ponticæ magnitudine datur, manè &

A ad ſomnum cum vino. præſumpta etiam, veneno vim lædendi adimit. Ad capitis porrò dolorem eam in ſapa dilutam fronti illinito. dato & ad ſomnū phaſioli magnitudine, modica aqua & ſapa diſſolutam. Furioſis verò ante ſomnum datur fabæ magnitudine ex ſapa diluta: diſſoluitur etiam cum ſapa, & toti fronti & inter ſupercilia illinitur: per omnem item foris naſum ante ſomnum: maximè enim ſomnum inducit. Cæterùm ad oculorum inueteratas fluxiones ſapa liquefactam ad frontem vſque ad ſupercilia illinito. Ad molares dentes eroſos, itémque
B ad dentium dolores, cum ſapa liquefactam & calefactam ore detinendam præbe, & confeſtim quieſcet dolor. Ad tuſſim verò diuturnam & ſpirandi difficultatem ac orthopnœam, datur nucis Ponticæ magnitudine, non febricitantibus, cum aqua frigida: febricitātibus, cum aqua mulſa. datur autem ex ordine per dies ſeptem ante ſomnum. Ad tabidos verò ſubcruenta expuentes & eos qui abſceſſum internum habent, fabæ magnitudine dato cum ſapa modica frigida aqua diluta. Dato autē ad plures dies manè & ante ſomnum, & ſanabitur affectio quantumuis
C ſit diuturna. vtere igitur, neque eam contemnito. Porrò ad diuturnos ſtomachi dolores ex frigiditate obortos, cum ſapæ cyathis tribus magnitudinem fabæ dato ante ſomnum: ſi verò febricitent, cum aqua mulſa. Ad ſingultum verò ob repletionem aut frigiditatem, datur fabæ magnitudine ex aqua mulſa ante ſomnum: ad hepatis obturationes, fabæ magnitudine cum condito: ad durities verò cum aqua mulſa: ad ſplenicos ex aceto aut acetomulſo: arquato infectis ex vino mulſo, hydropicis ex aceto mulſo aut vino mulſo. illinito etiam cum antidoto
D tumefactas partes, & tumorem reſiccabit. E lapide laborantibus datur cum ſapa: ad vrinæ difficultatem cum apii decocto, aut petroſelini, aut aliquo conſimili. Ad profluuium ventris & cœliacis & dyſenteriæ, maximè incipienti, nucis Ponticæ magnitudine dato, manè & ad ſomnum ex vino: in febrientibus ex poſca diluta confidenter vtitor. Ad podagrā fabæ magnitudine præbeto cum aqua mulſa. eliquatam etiam cum ſapa affectis locis illinito. Et ſiquidem principium fuerit affectionis, liberabitur ac euadet: ſi verò diuturnum fuerit malum, magno-
E pere iuuabitur. Ad coxendices affectos & reliquos articulos corporis fluxione infeſtatos, eam cum vnguento aliquo, gleucino puta, aut irino, aut ſicyonio eliquato, ac articulis illinito. Ad elephātiaſin, in principio præſertim, imò & iis qui iam malo oppreſſi ſunt, nucis Ponticæ magnitudine ex aqua mulſa bis per diem dato, eliquatam etiam cum vino toti corpori per nouem ex ordine dies in ſole illinito. diſcedit enim paulatim à corpore cutis, & veluti ſquamulæ decidunt, & tota concretio & corporis miſcella renouatur. Ad ægrè parientes mulierculas ipſam
F per ſe ad imum ventrem illinito, & facilè partus prodibit. Ad vlcera poſtremùm maligna & diuturna in cutis ſuperficie oborta, veſtis detritæ panniculo exceptam imponito.

Antidotus pæonia, Cap. c i i.

ANtidotus pæonia, verè pæonium pharmacum multo vſu iudicatum & approbatum. Amomi ſcrup. octodecim, croci ſcrup. quadraginta, radicis pæoniæ ſcrupul. duodecim, ſeminis pæoniæ ſcrup. duodecim, piperis albi ſcrup. nouem, piperis communis ſcrup. duodecim.
G phylli ſcrup. nouem, euphorbii ſcrup. nouem, ſpicæ nardi vnciam vnam, rhei Pontici ſcrupulos duodecim, coſti ſcrup. duodecim, petroſelini ſcrup. x l i i. opii ſcrup. quindecim, ſeminis hyoſcyami albi ſcrupulos duodecim, (alii ſcrupulos octodecim habent) ſtyracis primarii ſcrupulos nouem, myrrhæ troglodyticæ ſcrupul. duodecim, caſiæ vnciam vnā, pyrethri ſcrupulos duodecim, thuris ſcrupulos octodecim, caſtorei ſcrupulos ſex, calaminthæ ſcrupulos nouem, mellis deſpumati quod ſatis eſt, itémq; vini. Opium, myrrham, thus, cum vino terito: ſtyracem verò
H cum modico melle liquefactum ſimiliter probè terito, atque eis vnito: adiectiſque aridis tritis melle excipito, ac vtitor. Dantur ex ea ſiliquæ tres, cum aqua calida ieiunis, frequenter etiam ante ſomnum prout res vrget. Facit autem ad deſtillationes è capite, & tuſſes, puriſque reiecta-

tiones,tabidos,peripneumonicos,pleuriticos. præter opinionē enim thoracē extra periculū ſiſtit,tū quod à deſtillationibus tū quod ab vlcerationibus imminet,etiāſi ſanguinē reiectēt. Ad anginā verò vino mulſo diluta vtere aſſiduè gargarizādo,pinnuláq; etiā cū melle illini. Ad colicos autē & ex renum lapide affectos, excellēter efficax exiſtit. In exacerbationibus enim colicorum febre carentium exhibita, eueſtigio dolores ſedat: ſi verò febriant, remiſſiones febriles obſeruato:atque ita exhibeto. Frangit enim calculos,& ab vrinæ difficultate liberat,ea præſertim quæ ex craſſis humoribus & propter obturationem eſt oborta. Infunditur etiam,& maximè in ipſis colicis,vehementiſſimis vrgentibus doloribus,cum oleo rutaceo:& ſtatim à periculo liberat. Longas autem febres, maximè quotidianam & quartanam facilè ſoluit duabus ante acceſſionem horis data. quin & ægros ad reficienda corpora optimè paratos fecit. Datur autem non in principio morborum,ſed quum perfecta concoctio apparuerit in vrinis. Cæterùm ad peſtilentes & populariter graſſantes morbos ex vitiato aere obortos in corporibus,ſūmè auxiliatur,& in principio ſanè data peſtilentem prohibuit ſæpe diſpoſitionem. præſeruat etiam in dyſenteriis & torminibus inteſtinorum. Inducit & ſomnos dolori minimè obnoxios,neque ſoporem ac ſtuporem infert veluti reliqua ad leuandos dolores apparata: verùm ſomnum tandiu detinet,quouſque pharmacum penetrarit, & cauſas dolorum diſſoluerit. Et ſanè multi ex ægris à ſomno ſurrexerunt adeo concoquendi facultate præſtantes, vt obliti ſint an vnquā aliquid à principio doluerint. Plura autem his & vltra promiſſa, ei confidere potes. At verò ſi viſceris alicuius inflammatio adſit, cauere oportet ne exhibeamus eam priuſquam inflammatio laxetur. Quòd ſi tamen periculum maximum inſtet,id ipſum præfatus ac præteſtatus dato, quò ſucceſſuræ curationi per ipſam æger adſeruetur,eáque tandem victoriam obtineat morbi.

Antidotus aromatica optima, Galli,
Cap. CIII.

FAcit ad omnes, maximè tamen inueteratas circa os ventris atque ipſum adeo ventrem,affectiones, & ad hepaticos. eſt ſtomacho vehementer grata & efficax. Cinnamomi drach. vnam,aut caſiæ duplum,amomi dextantem,ſpicæ nardi trientem, folii trientem, myrrhæ troglodyticæ drachmam vnam,caſiæ beſſem,croci vnciam vnam, floris iunci odorati vnciam vnam, coſti vnciam vnam,piperis ſeſcuncem, mellis Attici deſpumati quantum ſatis eſt. Ego autem,inquit,cinnamomi modum cōduplico,meliórque antidotus redditur. Datur nucis Ponticæ magnitudine cum vino aut vino mulſo, aut etiam cum aqua mulſa,ſi adſit febris.

Antidotus ex duobus piperis generibus,
Cap. CIIII.

ANtidotus ex duobus piperis generibus quemadmodum eam deſcribit Archigenes, leuans dolorem, finiens febrem,reſiccans & concoquens. facit ad colicos. Hanc etiam Crito apparauit hoc modo: Croci drach. ſex, caſiæ drach. tres, cinnamomi drach. duas, coſti drachm. quatuor,ſtyracis drach. octo,piperis longi drach. quatuor, piperis albi drach. quatuor,galbani drach. quatuor, myrrhæ drachmas quatuor, (quidam verò decem ſumunt) opii drach. tres, caſtorei drach. quinque. Succulenta cum vino vetere terito, reliqua verò contundito & cribrato ac tritis adſpergito,& mellis deſpumati quantum ſufficit adiicito, vnitóque ac adſeruato. datur quibuſdam magnitudine fabæ, aliis magnitudine erui. colicis verò à cibo præbeto cum vini auſteri cyatho vno:in affectionibus autem circa hepar & veſicam ex paſſo dato: tabidis & pectore ſuppuratis fluxionéque infeſtatis ex aqua mulſa. Vtitor & ad quartanas & ad alios diuturnos & per circuitum repetentes rigores, duabus ante acceſſionem horis.

Antidotus Athanaſia, Cap. CV.

ATHanaſia, vt nunc apparatur: eſt autem Ægyptiorum inuentum. Croci,ſpicæ nardi,folii malabathri, coſti, fœnigræci,glycyrrhizæ,radicis eupatorii, petroſelini,ſty-

A racis,caſiæ,opii,ſing. æquales partes,mellis quod ſatis eſt. Datur ad ſummum nucis auellanæ magnitudine,hepaticis quidem,ſi non febriant,cum vino mulſo: febrientibus verò,cum aqua mulſa. datur ad dies ex ordine ſeptē. In angina cum melle delingēdam dato: in affectionibus pulmonis & pleuriticis cum aqua mulſa. Stomachicis,& qui non concoquunt cibum, cum poſca: in fluxionibus verò ſtomachi ac alui in catapotia informatā dato: quibus deglutitis aquam frigidam præbe bibendam. Ad exulceratam veſicam & vuluam cum tepida aqua: in morbo
B arquato,hydrope,& renum morbo cum vino mulſo exhibeto. Ad febres diuturnas per circuitum redeuntes, ſummè auxiliatur ante acceſſionem accepta. iis qui diuturna oculorum fluxione laborant,ad noctem dato, & frontem ex ea illinito. Hæmoptoicis & dyſentericis ex poſca ante ſomnum exhibeto.

Oribaſii theriaca,qua Marcus Imperator vſus eſt,quæ ante & poſt infectionem ſumitur,
Cap. CVI.

TRifolii bitumen olentis ſeminis,rutæ ſylueſtris,fari-
C næ erui rufi,ariſtolochiæ rotūdæ, æquales omnium partes in paſtillos redige,& ex eis drach. vnam cum vino & oleo præbe. Alia confectio valde bona. Farinæ erui rufi drach. quadragintaocto,aniſi, ſeminis fœniculi, ammii,ſeminis apii,ſing. drach. octo,mei drach. quatuor, ſeminis trifolii,opopanacis,ſerpylli,cuiuſque drach. quatuor,cum vino redige in paſtillos, & cum vino ter præbe bibendos.

Oribaſii theriaca ex bryonia,
Cap. CVII.

D THeriaca ex bryonia ad venenatorum animalium morſus & veneni hauſtum, ad morſos à vipera,& à ſcorpio percuſſos: Radicis bryoniæ,opopanacis,iridis,roſmarini,opii, myrrhæ, ſing. drach. quatuor, ariſtolochiæ drach. quinque, thuris drach. ſex, ſeminis rutæ ſylueſtris drach. ſex, cumini drach. ſedecim, (alii tres tantùm drachmas habent) farinæ erui drach. ſedecim, (alii quatuor habent) cum vino paſtillos informato, atque ter cum vino præbeto. Philonis antidotus ad colicos præſcripta eſt: Iſotheos antidotus ad tuſſim relata eſt.

Antidotus Hadriani, Cap. CVIII.

E PIperis drach. viginti, ſeminis hyoſcyami albi drach. viginti,opii drach. decem,croci drach. quinque, ſpicæ nardi,euphorbii, amomi, pyrethri, cyperi, cardamomi,folii,rutæ ſiccæ,caſiæ,caſtorei,ſeminis dauci,myrrhæ, petroſelini,cuiuſq; drach. I. roſarū ſiccarū ſeſquidrach. ſeminis apii ſeſquidrach. zingiberis drach. II. opobalſami drach. II. mellis quantum ſatis eſt. Datur ad ſummū nucis Ponticæ magnitudine: minimum verò fabæ Ægyptiæ modo. Facit ad colicos ante ſomnum data ex aqua cali-
F da: ſtomachicis,& qui reuomunt cibum, ex poſca, in vrinæ ſtillicidio ex aqua calida: hæmoptoicis ex poſca: dyſētericis eam in catapotia redigito,& ab eorum deglutitione modicam poſcam abſorbendam præbeto. Tabidis ad noctem cum hydromelite dato: aridè verò tuſſientibus cum melle delingendam exhibeto: morſis à phalangiis & viperis cum vino mulſo. Educit & menſes cum vino mulſo accepta in quo pulegium,aut calaminthe,aut ruta ſint incocta. colicis cum aqua mulſa datur.

Antidotus achariſtos, cui digna gratia referri non
G poteſt, Cap. CIX.

CAſiæ,myrrhæ,piperis albi,piperis nigri,caſtorei,galbani,ſtyracis,croci,coſti,opii,ſpicæ nardi,ſingul. par pondus. mellis quantum ſatis eſt. datur magnitudine fabæ. Facit ad omnia diuturni temporis purulenta in thorace,& ad hepaticos,cum aqua mulſa, & ad colicos eodem modo: ad ſplenicos cum aceto mulſo. Reperias autem ipſam & ad alias plurimas affectiones approbatam.

Philagrii antidotus ex ſulphure viuo,
Cap. CX.

H FEbrem finit. Hac, inquit Philagrius, omnino vtor ad diuturnos per circuitum repetentes rigores: Sulphuris viui, ſeminis hyoſcyami albi, ſeminis cardamomi citra medullam,ſtyracis,opii,myrrhæ,cuiuſque drachm. octo,coſti drach. decem,rutæ drach. decem, croci drach.

tres,caſiæ drach.vndecim,piperis drach. duodecim.exci pe melle Attico deſpumato. Dato hora vna ante impetū exacerbationis ex poſca dilutiore calida,& poſt modicū interſtitium dormire iubeto.ſomnum enim inducit,atque omnes diuturnos febrium inſultus ſoluit. Verùm nō conuenit eam prius exhibere quàm bona concoctio manifeſtiſſimè ex vrinis deprehendatur.Bene proſpicere etiam oportet quò is qui accepturus eſt,redundantibus excrementis non ſit onuſtus,& maximè ſi febres quotidianæ exiſtant.Datur ad ſummum , quum adhuc in vigore eſt pharmacum,nucis Ponticæ magnitudine.

Theriaca Democratis, Cap. CXI.

MEdetur hæc morſibus animantium virus iaculantium,viperarum,ceraſtæ,aſpidum , natricum terreſtrium plagis,& paruarum beſtiarum punctis,itémque veſparum:& marinæ turturis ſiue paſtinacæ ac draconis ictibus , phalangiorum item & ſcorpionum. Apparatur hoc modo:Iridis Illyricæ,zingiberis,opopanacis,opii,herbæ roſmarini,myrrhæ troglodyticæ, ſeminis trifolii bitumen olentis,cuiuſque drach.octo , ariſtolochiæ drach. vndecim,ſeminis rutæ ſylueſtris drach.duodecim, radicis bryoniæ aridæ albiſſimæ drach. ſedecim, ſerpylli,caſtorei,radicis eryngii,ſeminis apii,cumini Æthiopici recentis,cuiuſque drach.ſex,(alii drach.duodecim habent) farinæ erui rufi,drach.vigintiquatuor.Omnia hæc contūdito & cribrato:opopanaca verò cum vino diſſoluito, eique arida inſpergito,& in paſtillos reducito,& ex eis drachmam vnam cum vino veteri meraco bibendam præbeto. ſtatim enim vt potatur commoditatem ſuam oſtēdit.facit ad coli aut ventris inflationes ex aqua ter potata. facit & ad eos qui intrinſecus aliqua parte dolent citra manifeſtam cauſam.

Antidotus theodoretos ex anacardiis, Cap. CXII.

ANtidotus theodoretos, *hoc eſt diuinum munus*,ad totū hominem vtilis eſt.facit ad vertiginem & omnes capitis affectiones,omniáque pectoris vitia emendat: maximè verò ſuſpirioſis,orthopnoicis,tabidis,pleuriticis,hepaticis,ſplenicis,& quibus exaceſcit in ventre cibus, & omnibus diuturnis circa ſtomachum & ventrem affectionibus prodeſt.His item qui ex longis morbis ſe ægrè reficere poſſunt,& qui decolores ſunt, & quib⁹corpus in arquati colorem mutatur,& quibus aqua ſubter cutem effundi incipit,renum etiam affectionibus,& eis qui aſſiduo coli dolore affliguntur,auxiliatur:omnémque habitum corporis corroborat. Quin & febribus inordinatè veteraſcētibus , atque etiam per certum circuitū redeūtibus, ante acceſſionem data prodeſt . Mirabiliter vtilis eſt mulierculis quæ purgationis menſtruæ ſtillicidio ac ſtrangulatu vexantur,& quæ ab vtero ſuffocantur . ſoluit etiam ventrem citra moleſtiam. educit enim ea quæ iā longo tempore inteſtinis inhæſerunt.&(vt ſemel dicam) eſt diuinum donū . huius enim vſu in omnibus ſenties ſucceſſum. Quòd ſiquis,vere & autumno præſertim , ſemel aut bis ea vtatur,neque circa diætam magnopere delinquat,nullis morbis obnoxius fiet.non ſolùm enim præſentes affectiones ſedat, ſed quas etiam futuras timemus impedit. habet autem hoc modo:Croci,caſiæ, phylli,ſpicæ nardi,mei,agarici,rhei Pontici, floris iunci odorati, acori,epithymi,piperis,ſarxiphagi,iridis Illyricæ,caryophylli,carpobalſami,myrobalani interni,cuiuſque ſcrup. nouem,anacardiorum ſcrup.decem,aloes ſcrup.XXVI. mellis deſpumati lib.III. Datur ad ſummum drach . quatuor pōdere ex aqua mulſa,aut vino,aut vino mulſo , ſecundum quod cuique affectioni commodum fore putas.Cæterùm ſi ſcāmoniæ ſcrup.IX. aſſumpſerit,præter opinionē flauā bilē purgat:ſi verò epithymi ſcrup.IX. acceperit & ſcāmoniæ ſcrupuli dimidium,atrā bilē expurgat. id quod multo adhuc efficacius præſtat, ſi pro epithymo veratri nigri corticis drachmam vnam aſſumat. In pituitoſis porrò vtiliter ad eius exhibitionem colocynthidis medulla tuſa & tenuiſſimè cribrata admiſcetur.

Theodoretos aliter apparata, Cap. CXIII.

ALoes drach. LX.& ſiliquas LX.agarici drach. XXIIII. croci drach.ſex,rhei Pontici drach. ſex,aſari drach.

A IIII.coſti drach.octo,acori drach.ſex , cinnamomi drach. ſex,xylobalſami drach.quatuor, ſpicæ nardi drach . tres, caſiæ drach.ſex,mei drach. duas,chamædryos drach.IIII. maſtiches drach. ſex, piperis albi drach. quatuor, mellis deſpumati quantum ſufficit. dantur ex ea ad ſummum drach.quatuor,ad emolliendum ventrem . Quòd ſi quotidie ea vt antidoto vti velis in aliqua ex prædictis affectionibus,nucis Ponticæ aut ampliori magnitudine præbebis.Quidam verò & piperis nigri,& albi, & longi,ſingulorum drach.duas addunt.item amomi,floris iunci o-
B dorati,zingiberis,cuiuſque drach.duas. gentianæ inſuper drach.duas aliqui adiiciunt.

Theodoretos per acetum mulſum apparata, Cap. CXIIII.

FAcit hæc magis ad omnes capitis affectiones, & deliria ex atra bile oborta,itémque inſaniam.facit ſtomachicis & colicis, hepaticis, atque amplius adhuc ſpleni- cis & hydropicis . Habet compoſitio hoc modo : Spicæ nardi,folii,croci,mei, caſiæ, epithymi, floris iunci odorati,rhei Pōtici , myrobalani,caryophylli,cuiuſq; drach.
C quatuor, aloes ſextantem , carpobalſami ſcrup. ſedecim, zingiberis ſcrup. ſedecim, maſtiches ſcrup. quatuor, iridis trientem,anacardiorum ſcrup.quatuor,agarici ſcrup. octo,corticis radicis fœniculi libr.vnam , aceti acerrimi ſeſquiſextarium,mellis ſeſquiſextarium . Corticem prælotum,in aceto per triduum macerato . deinde vt dimidium relinquatur coquito , percolato, & ad acetum mel adiicito,ruſúſque ad mellis ſpiſſitudinem coquito , atq; vbi tepuerit,ad arida tenuiſſimè trita in mortarium addito,& diligenter vnito,reponito,ac vtitor velut in prio-
D ribus dictum eſt.

Picra ſiue amara per acetum mulſum apparata, Oribaſii, Cap. CXV.

FAcit ad ſtomachicos,colicos,vuluæ ſtrangulatus,hydropicos. Corticis radicis fœniculi libras tres, aceti acerrimi libras ſex. radices aceto ad tertias coquito , & percolato,aceto mellis libras quatuor adiicito,& ad mellis ſpiſſitudinem coquendo redigito,refrigerato,& paulatim ad ſubſcripta tenuiſſimè trita in mortarium addi-
E to. ſunt autem hæc:Aloes beſſem,iridis ſextantem , maſtiches vnciam vnam,zingiberis,caſiæ,nardi Celticæ,helenii,ſing.vnciam vnam,piperis drach.quatuor,mei vnc. vnam,aut ſi non adſit, nihil impedit . Datur cochlearii menſura cum aquæ mulſæ cyamis quatuor. (eſt id poculi genus,& Ægyptio vocabulo ciborium appellatur.) Ab acceptione etiam,aquæ calidæ cyamos duos abſorbeant.

Cyphi ex rebus trigintaſex, Cap. CXVI.

THuris ſeſcuncem, ſtyracis pinguis libr.vnam , myrrhæ trientem,folii quadrantem , coſti trientem , amomi quadrantem,ſpicæ nardi quadrantem, caſiæ qua-
F drantem,ſabinæ,cardamomi, ammoniaci thymiamatis, iridis,carpobalſami, ſing.ſextantem, nardi Celticæ,helenii,hypni,floris iunci odorati,aſpalathi, cuiuſque vnciā vnam, maſtiches quadrantem, ladani quadrantem, baccarum iuniperi magnarum & paruarum,bdellii,ſingulorum ſextātem,ſeſelis vnciam vnam,cyperi vnciam vnam, croci trientem,ſeminis cupreſſi vnciam vnam,(alii drachmam vnam habent) calami aromatici drachmas quatuor,roſas virides numero quingentas, terebinthinæ depuratæ ſeſcunciam,caricarum pinguium ſeſcuncem,pal-
G marum pinguium quadrantem, carunculæ vuarum paſſarum quadrantem,nucum pinearum quadrantem , ſucci haſtulæ regiæ vnciam vnam,mellis ſeſquilibram,vini odorati quantum ſatis eſt.Arida contuſa & cribrata cum liquidis excipito,palmis,caricis, vuis paſſis prius in mortario tuſis.deinde maſtichen tritam eis addito, & bdelliū, ac pineas nuces roſáſque, & thus, vnumquodque per ſe tritum.poſtea etiam ſtyracem adiicito, & ladanum,per ſe in mortario contuſa : deinde terebinthinā & mel adfundito,& arida infarcito.Ego verò thus, bdellium,myrrhā
H & ladanum cum vino tero , atque ita ad tuſa in mortariū coniicio, & paſtillis inde formatis vtor . Facit ad capitis dolorem fronti illitum cum aceto, ſimiliter & ad oculorum lippitudinem cum vino : ad hepatis & renum exulcerationes cum paſſo , ad obturationes eorundem, cum

vino mulſo. Tuſſiētibus, tabidis, orthopnoicis, cum aqua mulſa. ſtomachicis, ſplenicis, iſchiadicis, cum aceto mulſo. Ad tormina, lunaticos & morbum comitialem, cum aqua calida. datur drachmæ pondere.

Cyphi ex rebus vigintiocto, Cap. CXVII.

ASpalathi, bdellii, helenii, ladani, ſtyracis, myrrhæ, cuiuſque drachmas ſeptem, baccarum iuniperi magnarum quinquaginta, paruarum itidem quinquaginta, ſucci haſtulæ regiæ trientem, ſabinæ trientem, croci ſextantem, coſti ſextātem, cardamomi quincuncem, cyperorum quincuncem, ſeminis cupreſſi quadrantem, nardi Celticæ dextantem, (alii etiam caſiæ habent ſextantem) ſphagni ſiue hypni quincūcem, amomi ſextantem, ſpicæ nardi ſextantem, roſarum ſiccarū quadrantem, floris iunci odorati ſextantem, nucum pinearum quadrantem, foliorum malabathri quadrantem, caricarum libras duas, vuarum paſſarum pinguium ſextantem, terebinthinæ Chiæ libram vnam, palmularum pinguium carunculæ lib. vnam, mellis libr. quinque, vini ſextarios duos. Apparato & vtitor vt dictum eſt. etenim quæ ex huiuſmodi rebus apparantur, ad prædicta optimè faciunt.

Maſnaphii confectio, Cap. CXVIII.

CRoci quadrantem, ſtyracis vnc. triginta, ladani vnc. XXIIII. galbani quadrantem, caryophylli ſeſcuncem, roſarum ſiccarū vnc. XII. ſertulæ Campanæ vnc. XVIII. hypni (canabicula id parua eſt ex arbore quæ Damaſcenea dicitur, itémque ea quæ Rhodacinea appellatur exorta) beſſem, malabathri ſeſcuncem, arnabo vnc. XII. coſti, vnguium aromaticorum, caſiæ, zacathii, ſingulorum ſeſcuncem, aſari quadrantem, carpobalſami vnc. XXIIII. pilularū cupreſſi quadrātem, foliorum lauri quadrantem, cachula quod canchryō eſt, vnc. I. amomi vnc. XII. ſpicæ nardi, gummi, cuiuſque ſeſcuncem, vini libr. VI. contere & ad formam quancunque velis redige.

Thymiama ſiue ſuffimentum Berenices, Cap. CXIX.

SEminis viticis, melanthii, cornu cerui, ſampſuchi, baccarum lauri, abſinthii, ſulphuris viui, bituminis Iudaici, ſaluiæ, radicis cyclamini, artemiſiæ, origani, rutæ ſylueſtris, cumini, caſtorei, lapidis gagatæ, aniſi, conyzæ, roſmarini, buccinorum vſtorum, reſinæ, ſing. vnc. I. cedriæ ſextantem, picis zacynthiæ pinguis lib. I. quidam etiam radicis pæoniæ vnc. I. ſed nos eam non admittimus. Omnia contuſa & cribrata, cedria, reſina, ac pice excipito, in paſtillóſque redigito, ac vtitor. Facit ad anginam potatum, & ſuffitum ita vt hiante ore æger vaporem hauriat. Ad omnem verò vigiliarum ſpeciem vino liquefactum fronti illinito, atque ipſi forinſecus naſo: quin & intrinſecus nares ſublinito, & ſuper prunas proiectum ſuffito, & ſomnum ægro conciliabit. Facit & ad ozænas ſordidum & fœtidum narium vlcus, ipſis naribus ex eo illitis cum aceto. Fugat animalia venenata muſcáſque & culices ſuffitu. & (vt quidam tradunt) etiam immundos ſpiritus arcet. Porrò de pharmacis dolorem leuātibus ſcriptum eſt in præcedentibus Quaternionibus, ſermonis noni Cap. XXXII. & octaui Cap. LV.

De Elephantiaſi, ex lib. Archigenis, Cap. CXX.

ELephantiaſis à quibuſdam leontiaſis, ab aliis ſatyriaſis appellatur. Elephantiaſis quidem à magnitudine & diuturnitate affectionis nomē accepit, imò & propter cutis aſperitatem quæ in quibuſdam ſuccedere conſueuit: leontiaſis autem appellatur, quum frons ægrorum cum quodam tumore laxior redditur, ad ſimilitudinē pellis flexilis ſuperciliorum leonis: ſatyriaſis verò dicitur propterea quòd malæ faciei iiſdem cum rubore attolluntur, & muſculis maxillaribus veluti conuulſionem patientibus, mentum ipſum dilatatur, quemadmodum etiam ridentibus euenire ſolet, ſimilitudine quadam ad picturas ſatyrorum: quin & alacritas vehemens ad coitum ipſis adeſt, quemadmodum & de ſatyris fertur. Eſt autem grauis morbus, & propè ex eorum numero qui incurabiles exiſtunt: & grauis quidem eſt ipſi ægro, intolerabilis autē conſpicientibus, vtpote qui ipſum omnino auerſantur, adeo vt & plerique ex neceſſariis & domeſticis, ægri i-

A pſius conuerſationem deuitent. etenim ſuſpicionem de ſe præbet malum tanquam ſit contagioſum. Atque ego ſanè malum eſſe affirmo cum ipſis conuerſari: inquinatur enim aer quem inſpirando adtrahimus, ex vlcerū fœtore & ex vitiata ſpiritus exhalatione. Cæterùm affectio ipſa non ſolùm ob id grauis eſt quòd indiſſolubilem ferè habeat ſtructuram & apparatum, ſed quòd principia generationis eius fermè ſint ignota. quum enim circa ſuperficiem iam veſtigia eius apparent, tunc non gignitur ſed perficitur, intus à viſceribus initio facto, & progreſſu
B vſque ad cutem dilatato: quare non abſimile eſt tumentes eminentias etiam in internis oboriri. Apprehenduntur autem hac affectione viri magis quàm fœminæ: atque inter illos magis qui craſſum & viſcoſum ac atra bile redundantem ſanguinem habent, & qui pituitam multam ſalſam aut acidam gignunt: amplius verò & qui victu craſſo & ægrè concoctili vtuntur, & qui in otio degunt: non minus verò iis & qui multis exercitiis inordinatè vtuntur, & per hoc ſanguinem inſpiſſant: itémque ii qui cibos aſſiduè in ventre corrumpunt: quod verò ad æ-
C tatem attinet, pueri & iuuenes, maximè quo tempore pubeſcere incipiunt. Regio verò huius mali inductrix eſt, tum quæ valde calida eſt, tum quæ vehementer frigida eſt. Et altera quidem ob id quòd ſanguinem adaſſet: altera, quòd frigore ſuo eundem congelet, & perſpirationes prohibeat, ac inſitum calorem ſuffocet. Conſequitur eos qui obnoxii futuri ſunt malo, ſegnities, ſpiratio tarda, ſpirandi difficultas, motus difficilis, aſſidua conſtrictio alui, vrinarum veluti ſunt iumentorum lotia excretio, reſpiratio grauis & fœtida, ructus continui, qui etiam ipſis ægris
D aliquid moleſtiæ addunt, appetitus non obtuſi quidem neque inflammati, impetus in venerem intenſus. Iam verò vbi ad cutem progreſſum fuerit malū, malæ primùm craſſiores fiunt & mentum: deinde rubeſcunt, non florido ſed liuido rubore. Et ſub lingua venulæ varicoſæ fiunt ac nigreſcunt: quod ſignum eſt etiam viſcera ipſa in ſimili conſtitutione eſſe, eiuſmodi planè qualis in porcis quibuſdam circa interna videtur, quæ grandinis nomine inſignitur. Quandoque verò & per omne corpus eminentiæ apparent, & præſertim iuxta ſummam frontem ac
E mētum. Corpus præterea ipſorum magnum eſſe videtur, & cuiuſdam intolerabilis grauitatis ſenſus eis adeſt: vnde neque potu neque cibo admodum ſuauiter delectantur. Puſillanimes fiunt ad omnia, neque præ vitæ amore vitam relinquere & cōtemnere poſſunt, neque affectionem ipſam generoſo animo perferre: verùm veluti ſeipſos condemnantes ſe occultant, & notos homines vitant. Quidam porrò ex eis, ad modum eorum qui ſuffocantur aut ſtrangulantur, maximè circa ſomnos, afficiuntur. Quemadmodum igitur perfectè à malo eiúſque diuturnitate
F victis fruſtra manum admouemus, ita & abſtinere ab iis qui iam affectione corripi & tentari videntur, planè deſperantium hominum eſt & malignorum. Humanum enim & plenum beneuolentiæ ſignum eſt, in extremis etiam malis vſque ad experimentum procedere, ad difficultatem affectionis compeſcendam.

Cura elephantiaſi affectorum, Cap. CXXI.

QVum igitur quædam ex prædictis ſigna affectionis apparuerint, citra dilationem ſanguis auferatur par-
G ticulatim ex vtroque cubito. reuiuiſcit enim inde aliquo modo inſitus calor, vt ſenſibiliter corpus ipſum alleuetur. habendus tamen eſt modus in euacuādo: in multo enim inutili & vitiato ſanguine, parū quiddā genuini ſanguinis ineſt. Poſt ſanguinis autē detractionē, paucis dieb⁹ interpoſitis aluus infernè ſubducatur. & primùm quidē colocynthidis pulte vtendum eſt, ex qua catapotia XVIII. nucum Ponticarum magnitudine exhibeātur. eius autem apparatus prædictus eſt in coxendicum morbi tractatu. Sequēti deinde die duodecim catapotia præbeantur: ſi
H verò ea accipere recuſarit, per hieram noſtram purgato. mirabiliter autem eis conducit per menſem ſemel data.

Poſt dies autem aliquot, ſero lactis ſciſſi vtendum, ex eóque non minus tribus heminis, neque vltra quinque accipiendum. ſit autem lac aſininum, ſi haberi poteſt, ex quo

ex quo ſerum ipſum ſumitur. Admiſcendum eſt etiam i-
pſi veratrũ trium obolorum pondere,& ſcammoniæ ſcru
pulus I. ita vt hæc ipſa cum modico ſero ieiunis præbea
mus,atque deinde ipſum ſerum paulatim per ſe exhibea-
mus. hac enim purgatione frequenter vtendum eſſe cẽ-
ſeo. Omnino nanque conandum eſt vt omnem corporis
miſcellam ab affectione occupatam liquefaciamus,aliám
que quandam veluti ex integro regeneremus. Idipſum
verò fiet ſi per interualla opportunè purgationes adhibeã
tur,& cibi apponantur qui facilè concoqui, & per corpus
diſtribui poſſint. Poſt quorum acceptionem vomitus à ci
bo fiãt,deinde etiam à raphanis à ieiunis:poſtea ad vera-
trum perueniendũ: ac primùm quidem decoctum vera-
tri exhibendum eſt: deinde & bulbos ipſius contuſos, &
ad finem virgas optimas ex eo præbebimus. id verò
quomodo fieri debeat,iam antea diligẽtiſſimè traditum
eſt in tertio huius tractationis Sermone. poſt hæc autem
virium refocillatrice diæta vtendũ. Ad os vẽtris & vtrin
que ad viſcera cucurbita inanis affigatur. Et primo quidẽ
circuitu auxiliorum hoc modo perfecto, rurſus ad prin-
cipium reflectendum eſt. Et venæ quidem ſectio vitetur:
ab hiera verò principium purgandi ſumatur, & reliqua
conſequenter facienda velut prædictum eſt,ter & quater
in anno eodem ductu repetito. Maligna enim & difficul-
ter cedens affectio eſt: quapropter plurima cura opus eſt
ne in peius euadat

De iis qui caſtrantur. Cap. CXXII.

NOuimus quoſdam audaciores qui ſibiipſis teſtes fer
ro reſecarunt:caſtratis enim non in peius malum i-
pſum procedet. Neque enim temere reperias,inquit Ar-
chigenes,vllum aliquem caſtratum elephantiaſi laboran
tem, neque item facilè mulierem: quare etiam quidam
ex cõfidẽtioribus medicis, manum admouerũt, & quot-
quot ſanè ex eis ex ſectione periculũ euaſerunt, per conſe-
quẽtis curationis vſum perfectè ab hac maligna affectione
liberati ſunt. Noui etiã quendã qui valde correptus eſſe
exiſtimabatur, à tali quopiam pharmaco curatum: A-
ceti optimi,& cedriæ,ſingul. cyamum I. ſucci braſſicæ cy
amum I. commiſceto,& ieiunis manè præbeto. deinde
ad veſperam ordeaceum panem modicũ exhibeto cum
quopiam volucrium leuiorum, & per ſolum hoc, maxi-
mum curationis ſperato ſucceſſum. Vtere autem ipſo per
annum,ſemel in hebdomade ex eo præbens:quandoque
tamen bis: quanquam ad vſum eius aſſuefactis etiam ri-
gidius procedendum ſit,nimirum ad duplam pharmaci
menſuram. Quum verò & ad comitialem morbum præ-
clarè faciat, eo ſanè & ad ipſum vtor, & præ omnibꝰ aliis
eius profectum laudo. Facit & braſſicæ decoctum quoti-
die potatum,quum ex cedria pharmacum non datur. Mul
ti etiam ſideritin herbam laudant. datur autem folio-
rum eius aridorum drachma vna,ex vino auſtero. Noui
& trifolium herbam bitumen olentem probè huc facien
tem. datur autem & ipſa drachmæ pondere trita ex vi-
ni cyatho vno,aceti vno,mellis vno. Eboris etiam & cor-
nu ceruini ramenta cochlearii menſura ſæpe ad prædi-
ctam menſuram admiſcentur. nam & per ſeipſum vnum-
quodque eorum potatum vtiliſſimum exiſtit. In regione
Indorum elephantiaſi affectos, aſſiduè per ſedem eluere
per vrinæ aſininæ infuſionem heminæ menſura calefa-
ctæ conſueuerunt. Crocodilum item terreſtrem accipiũt,
eiúſque extremas partes amputant, ac interiora proie-
ctant. deinde fermento obuolutum aſſant: deinde abla-
to fermẽto,& ſcabritie eius deraſa, carnis ipſius drach. I.
quotidie bibendam præbent. & magnum ſanè teſtimo-
nium de hoc remedio præbent. Præclarè autem ſuccus
Cyrenaicus facit, erui magnitudine deuoratus. ſimul e-
nim vt acceptus eſt,per omne corpus diffuſus vehitur. A-
ſelli item ſub aquario vaſe ſtabulantes, qui & millepedæ
appellantur, quinq; aut ſex numero cũ hydromelitis cy-
athis III. triti potati præter opinionem tum his tum ſuſpi
rioſis,& omnibus ſuffocatione apprehenſis auxiliantur.
Multæ commoditatis eſt & ſquillæ ſemen trium obolorũ
pondere in cyatho mellis ſemicocti delinctum. aſperam
enim arteriam à pituita repurgat, & coarctationem via-
rum vocis probè dilatat. Similiter autem & paſtillorum

A ſquilliticorũ, qui in theriaces confectionem coniiciun-
tur,drach. I. exhibetur cũ vino auſtero meraco trita. ex
calida autem datur. Theriaca porrò ex viperis Androma-
chi cõpendium totius medicationis exiſtit, ſi poſt pur-
gationes,per modica interualla præbeatur.

De viperarum eſu,& de pruritibus,Archigenis,
Cap. CXXIII.

MIrabile elephantiaſis remedium,viperarum eſus exi-
ſtit:eas verò hoc modo apparatas edere oportet. pri-
mùm quidem amputato capite & cauda, & detracta pel-
B le,exemptíſque interioribus viſceribus omnibus,caro a-
qua pura bis ac ter lota,in olla inſtar anguillarum coqui-
tur,aqua quidem ſufficiente affuſa, & oleo modico cum
anetho & porro. poſt ſufficientem deinde cocturam,iu-
ſculum moderato ſale cõdiatur,atque ita ægro in ſole de-
ſidenti exhibeatur:capite tamen probè velato. Neque ve
rò ſemel tantùm aut bis viperas edere ſatis eſt, ſed ſæpe
id fiat,quum extra periculum ſit,& inſuper commodita-
tem adferat. Sint autem viperæ recèns captæ,& ex hume-
ctioribus locis accipiantur. nam quæ iuxta mare degũt,
C vehementer ſiticuloſæ exiſtunt. Vtimur & ad ipſos ſali-
bus theriacis eos quotidie pro liquamentis ad intinctus
exhibentes vnà cum obſoniis. ſúntque tum ſapore, tum
odore gratiſſimi. Quin & ex betonica antidotus ad poda-
gricos præſcripta vtiliter purgans, etiã his commodè ex-
hibetur. Et vt in vniuerſum dicam, propter inſidentes
ipſis ſuffocationes, etiam ea quæ orthopnoicis præben-
tur,his vtilia ſunt,vtpote quæ craſſos humores non mo-
dò in thorace, ſed & in toto corpore contentos ſecant
& diducunt. At verò ob id quòd ferinus eſt humor, ea
D quæ lumbricos enecant & expellũt etiam his danda ſunt.
Forinſecus porrò cuti pſilothrum aſſiduè per modica in-
terualla in balneo adhibendum eſt, oculis probè commu
nitis nequid ex pſilothro in ipſos dilapſum eos lædat.
Commodè item facies ipſa ex eo illinitur, vtpote quæ
maximè ab affectione ſit correpta. multo etiam tempore
in eius vſu perſeuerandum eſt, donec cutis ipſa rubefiat,
non tamen exulceretur. quapropter ex ptiſanæ ſucco pſi-
lothrum apparetur. Vrſinus autem maximè aut vulpinus
adeps, vel ſi hi haberi non poſſint, taurinus cum ſarmen-
E titio cinere emollitus, & cum lixiuio coctus,probè atte-
nuat eminentes tumores. hoc enim modo etiam ſapo
præparatur,quem in vſum conuertere oportet ſi vrſinus
aut vulpinus adeps non adſit. Bona eſt & portulaca cum
aceto trita, & ſemperuiuum minus quod Romani ille-
cebram vocant, & Mercurialis decoctum tum per ſe,
tum cum aridis quibuſdam mixtum, & fici ſylueſtris fo
lia arida & contuſa & cribrata cum aceto illita,& in bal-
neo affricta. optimè facit & decoctum ipſorum. & be-
tæ & ocymo cum aceto tritis aut coactis dignam lau-
F dem tribues ſi per eorum attritum fueris deterſus. My-
robalanus item cum aceto præſtat: probè auxiliatur &
alumen cum ſale, & ſandaracha æquis partibus in vino &
oleo,maximè lentiſcino, aut ſi non adſit, roſaceo tritis.
Aridum quoque inſpergimen ad alphos ſiue vitiliginem
à nobis compoſitum,liberaliter extergit & repurgat. Eſt
autem hoc. Alcyoniũ,nitrum,ſulphur viuum,myrti folia
& fici agreſtis folia ſicca, ſingula pari mẽſura contũdito,
& cribrato: deinde cum aceto trita oblinito,& in balneo
affricato. Cõuenit & alcyoniũ aſſatum cum aceto tritum
G & affrictum:teſtæ item oſtreorum omnium vſtæ & cum
pari melle ac modico aceto tritæ. Et aceti fæce arida
vſta cum ſulphure trita in exudatorio loco commodè
vteris. Amygdalino autem oleo inũgito, atque hoc mo-
do corpus forinſecus illinito. Oribaſii ſmegma ad ele-
phantiaſin. Pumicis,teſtæ ſepiæ, nitri aſſati, gallæ,ci-
moliæ,cuiuſque ſextantem, gummi vnciam vnam, ari-
da affrica. Aliud optimum ſmegma. Nitri aſſati,pu-
micis vſti,teſtæ ſæpiæ vſtæ,gallæ, cimoliæ, cuiuſque ſe-
xtãtem,gummi vnc. I. arido vtere in balneo aut lauacro,
H & aqua marina ablue. Aliud efficax. Spumæ nitri
albæ drachmas viginti,cimoliæ drach. XII. melãthii dr.
II. radicis bryoniæ drach. II. alcyonii drachm. VI. ſulphu-
ris viui drach. IIII. radicis chamæleontis albi ſiccæ drach.
quatuor, trita in balneo inſpergito & affricato. Aliud

ſmegma. Ad omnem corporis pruritum & humoris atræ bilis fluxionem celebre. Veratri albi vnc.I. veratri nigri vnc.I.baccarum lauri ſextantem,ceruſſæ,pumicis vſti, teſtarum ſepiæ vſtarum, pompholygis,rutæ viridis,ſing. trientem,ſulphuris viui beſſem,ſpumæ nitri albæ beſſem, mellis beſſem, aloes quæ in vtriculis afferri ſolet, beſſem,aceti quantum ſatis. vtere in balneo. Remedium ad pſoras, Archigenis. Magni nominis eſt,& ad elephãtiaſi laborantes,id quod ad pſoram feram à nobis priuatim eſt apparatum. Idipſum hoc modo habet: Rumicis ſatiui,& rumicum acutorum radicũ faſciculos manipulares duos in aceto coquito. deinde in mortario tuſis, ac poſtea etiam in pila tritis,acetum paulatim inſtillato id ipſum in quo decoctæ ſunt radices,aut etiam aliud. atque deinde hæc ipſis infarcito. Nitri drach. XLVIII. ſulphuris viui drach.XXV.thuris drach.XV.Omnia ad ſtrigmẽti craſſitiem reducta vnito, ac æſtate quidẽ ad ſolẽ ſæpe illinito:hyeme verò in balneo donec exudarint. Apparatur autem à nobis pharmacum ad elephantiaſin ſummè congruum huiuſcemodi. Rumicis ſatiui & rumicis acuti radicum faſciculos manipulares duos in aceto coquito, tundito,ac terito,vt prædictum eſt. deinde hæc quamtenuiſſimè trita eis infarcito: Alcyonii lib.I.ſulphuris viui lib.I.ſpumæ nitri beſſem,teſtarum cochlearum vſtarum trientem,radicis chamæleontis nigri ſextantem. Omnia ſimul conteruntur,donec ad ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem redigantur:& illinuntur æſtate quidem ad ſolem ſæpe:hyeme verò in balneo,donec exudent.

Illitiones ad tumentes corporis eminentias, Cap.CXXIIII.

ILlinantur autem tumores in cute efferati & inflammati,ex glaucii ſucco, aut polii aut lycii, aut hypociſthidis, aut aloes, & ſimilibus ſuccis, aut alicæ vel erui farina cum plantaginis, aut polygoni, aut perdicii, aut portulacæ,aut braſſicæ ſucco diluta.Quòd ſi cataplaſmatis opus habeant loci inflammati, cum alica cruda polygoni aut plantaginis, aut marrubii ſucco admixto,cõtegantur. Poſtquam verò inflammationes mitigatæ & laxatæ remiſerint,herbæ ſerapiadis triteſticularis viridis folia tenera aut ſemina probè terito, & ægrum ad ſolem calidum locatum,ad horas duas defricato, atque vbi prodierit ſudor, vinum meracum vetus odoratum bibendum præbeto, rurſúſque herbam ipſam affricato. deinde ipſum in aqua marina abluito, & hoc quotidie per dies aliquot facito, & reperies ad ſanitatem conſequendam ſucceſſum. Optima eſt & hæc illitio Critonis. Ad tumentes eminentias, & ad faciei pruritus, ac principium elephantiaſis. Gummi albi, ſpumæ nitri, thuris, ſulphuris viui,ſingulorum par pondus in aceto diſſoluito,& ex probè penitus contritis paſtillos formato, eóſque in vmbra reſiccato. vſus verò tempore poſtulante, aceto dilutos illinito. Vbi autem exaruerint, ſubſcripta confectione defricato: eſt autem hæc. Saponis libram vnam, ammoniaci thymiamatis libram vnam, thuris quadrantem, ſpumæ nitri albæ quadrantem, maſtiches quadrantem. Ammoniacum cum aqua prius tritum,& ſapone ei adiecto,in figulino vaſe coquito, duob⁹ ſextariis aquæ affuſis:atque,vbi diſſolutus fuerit, thus, maſtichen, ſpumam nitri, vnumquodque per ſe tenuiſſimè tritum & vnitum adiicito. deinde in mortarium tranſlata & diligenter tuſa,in vitreum vas reponito,ac vtitor. Optimè faciunt & hæc ad tumores non inflammatos illita: Ammoniacum thymiama ex aceto, aut marrubii ſuccus & thus eodem modo, & verbenaca recta, & fel capræ aut hirci, & flos æris cum melle, & caninum ſtercus cum aqua, & aloe cum thure ex aceto mulſo potata & illita. Vtiliter illinitur & dictamni ſuccus melle cocto & cedria permixtus, & ſulphur viuum cum liquida pice, aut ſeſamum, aut amygdalæ amaræ,aut chamæleontis nigri radix ſimiliter cum liquida pice, & alcyonium cum cedria. Efficaciſſima verò eſt cedria cũ phocæ adipe aut etiam vrſino illita,ita vt ſimul eliquatis ſulphur viuum infarciatur. Valde efficax & hoc eſt,ſi alumen liquidũ linteolo illigatum & vſtum,deinde cum aceto acerrimo,&

A braſſicæ,aut ocymi ſucco tritum, illiniri præceperis. Aliud. Thuris, aluminis ſciſſi, cuiuſque ſextantem, ſulphuris viui,ramentorum plumbi, cuiuſque quantum ſatis eſt,vnito,& leuiter illinito, eminentiis ex pumice præfricatis. Aliud. Ammoniacum thymiama, & ſulphur viuum, & columbæ ſtercus,& vitrum tenuiſſimè tritum,in aqua,aut vino, aut aceto terito, & prout commodum æſtimaueris illinito. Aliud valde efficax. Cedriæ ſeſquilibram,aceti lib.II.foliorum cupreſſi lib.I.folia tuſa ad biduum in aceto macerato: deinde excolato B aceto,cypariſſum probè terito, eíque cedriam adiicito ac vnito.& cum vulturis pennis,ægro in ſole locato,illinito.

Aliud. Efficaciſſima eſt & hæc illitio. Auripigmenti drach.ſex,thuris drachm.octo,coſti drachmas duas,calcis drachm.quatuor,baccarum lauri ſextantem, cedriæ drachmas IIII. omnia teruntur,& cum foliorum populi albæ arboris decocto in coquendo inſpiſſato illinuntur.

Aliud,ad faciei eminentes tumores præcipuè conducens.

Maſtiches vnc.I.myrrhæ drach.IIII.ſulphuris viui drachmas IIII.olei omphacini quantum ſufficit,vtere. Mira- C biliter autem prodeſt ad faciei tumentes eminentias, ex Mileſia herba remedium. Tunduntur autem folia herbæ viridia cum axungia veteri,& imponuntur. Et rubefiunt ſanè inde plurimùm partes quibus impoſita ſunt: contrahuntur autem facilè,pane impoſito,aut cerato ex oleo amygdalino, rurſúſque in naturalem ſuum colorem reſtituuntur. Poſtquam verò exæquatæ fuerint eminentiæ,illitionem talem parato: Thuris vnc.I.gũmi albi vnc.I.cimoliæ trientem. vino veteri aut aceto trita illini.

Emplaſtrum, quod & ipſum ad maiores & liuentes emi- D nentias facit,inquit Archigenes. Terebinthinæ drach. X.radicis ariſtolochiæ drach.IIII.radicis capparis, veratri albi,ſulphuris viui,lapidis pyritæ,cuiuſq; dr.II.thuris dr.I. terebinthinã liquefacito,& ab igne ablatæ reliqua tenuiſſimè trita infarcito. Optimè facit & Andronis paſtillus & Muſæ paſtillus ſimiliter illitus vterque. Maiores porrò tumores etiã emplaſtro aliquo diſcuſſorio cõtegantur. Efficaciter eis auxiliatur emplaſtrũ ex aſellis ad meliceridas vlcera mellei humoris & ſtrumas deſcriptum. Magis propriè autem hoc conuenit: Olei cicini lib.I. ſpumæ argen- E ti drachm.C.picis crudæ heminam I. ad lentum ignem aſſiduè agitando coquito:atque vbi coacta fuerint, ab igne ablatis chamæleontis nigri radicem tenuiſſimè tritam drachm. X. pondere inſpergito,& ex tithymali ſucco parum. Aliud. Ceram & viſcum cum modico myrteo oleo liquefacito,& diphrygis triti quod ſatis eſt inſpergito,ac vtitor. Aliud. Radicis panacis dr.IIII.nitri dr.V.calcis dr.I.ceræ drachm.II. adipis vrſini ſextantem. liquefacta aridis affundito, & miſceto. Cæterùm nigras eminentias aut valde liuidas, cum ſcalpello leuibus vul- F nuſculis impactis incidito:deinde ſplenio cruentis vulneribus deſtinato,& quod inflãmationem arcere poteſt, integito. eius generis eſt emplaſtrum Barbarum appellatũ. aut ſalem tenuiſſimè tritum oleo ſubactum,& lanis ſuccidis exceptum imponito:& poſtea radicem maluæ teneram cataplaſmatis vice adhibeto. aut cerato ex diphryge cicatricem inducente vtitor. Audẽdũ autẽ in fortioribus corporibus, præſertim vbi prius corpori robur addideris,etiam excoriatorium ad impetiginem ferã deſcriptum illinire,citra tamen cantharidum admixtionẽ G apparatum.quod vbi factum fuerit,& bullæ eruperint,eas viridi Epigoni emplaſtro quod Iſis à quibuſdam appellatur integito, & per balneas curato, & tunc lac potandum præbeto. Vlcerationes autem obortas,cerato ex diphryge cicatricem obducente, aut melino cerato ex vino apparato,ſanabis. facit idẽ & ex pompholyge ceratũ,& quod ex cadmia apparatum appellatur. Quòd ſi curationem difficulter accipiant, velut chironia vlcera tractato: ſi verò paſcẽdo proſerpant vlcera, Corace paſtillo ex aceto mulſo apparato vtitor, aut paſtillo Andronis. Aliud ad H vitiliginem quæ leuce dicitur,& ad pſoras. Calx in vino aut roſaceo fermentata cum aqua illinitur,& poſt hoc ceratum roſaceum adhibetur. Aliud celebre ad elephãtiaſin. Atramenti ſutorii partes IIII.aluminis ſciſſi madefacti partes ſex, luto fuſco ſubigito, & ægro nudato

acpræſoto,corpus eius illinito. deinde lauato, ac rurſus A
eodem modo foueto,illinito,ac abluito. quod vbi ter fe
ceris,cutem roſaceo inungito, ægrúmque per totam no-
ctem contegito,& reperies ſanum. Aliud ad elephanti
aſi affectos,carcinomata,podagrā,articularem morbum,
ſtrumas, condylomata & cōuulſiones neruorum. Vul-
turis cerebrum vnà cum capitis oſſiculis & reliquis carni
bus capitis accipito,& in vino dulci coquito,atque exco-
lata quidem illa proiicito:cum iuſculo verò ipſo,euphor-
bii,croci,atramenti Indici,piperis albi,caſtorei,myrrhæ,
cuiuſque ſextātem coquito,& foliorum rubi, ſeminis ſa- B
tyrii , cuiuſque quadrantem , picis quadrantem , ſucci
mandragoræ , cedriæ , cuiuſque vnciam vnam , fel tau-
ri aut capræ integrum,vermes ex lignis putreſcentibus &
marcidis numero III. addito.hæc ſanè omnia in vini dul
cis ſextariis nouē ſimul coquito. hoc iuramento adſtri-
ctus accepi,ne cuipiam reuelarē . Hic apparatus ad illitio-
nem,in nouem dies ſufficit, & eminentias ipſas exterit.
cæterùm cum penna vulturis etiam illinatur. Aliud ad
elephantiaſin, abſceſſus,condylomata, ſtrumas,eminen-
tias corporis,tubercula,pingue quiddā in ſe collectū ha-
bētia,*Græcis* inde ſteatomata appellata,vnguium abſceſſus C
paronychias vocatos,& gutturis tumores qui bronchoce
læ appellātur:ad omnes item malignas eminentias qua-
cunque corporis parte,multo experimento cognitum.
Vulturem viuum accipito,eúmque in vini dulcis aut ſa-
pæ ſextariis nouem aut ſex ſuffocato. aut vulturinū gallū
eodem modo tractato, & à veſpera vſque ad matutinum
ad vitis ligna coquito.Cæterùm ægrum tenui victu con-
nutrito,ſæpe etiam inediam perferre iubeto, & per ſub-
ſcriptum purgatiuum medicamentum purgato , pérque D
dies ſeptem ex marina aqua lauato. Poſtquam verò vul-
tur coctus fuerit ac excolatus , oſſa ipſius contrita cum
ægri ſudore , præſertim qui à ſole prolectus eſt , cani e-
denda proiicito:maſſas verò ſeptem inde formatas cani
dato. Vulturem autem ipſum per triduum à veſpere vſ-
que ad matutinum tempus, ne ab aurora conſpiciatur,
coquito,atque id ſimiliter tertia die facito,probéque cō
tectum omni die manè in domo tenebricoſa reponito.
Atque vbi tandē ita percoctum ac excolatum habueris,
ad iuſculum in nocte,minimè verò in die,ſequētia addi- E
to:Salis foſſilis,algæ ſiue fuci marini in petris condenſa
ti trientem,(alii vnciam vnam habent)galbani,opopana
cis, cuiuſque ſextātem,colophoniæ, picis, cuiuſque qua-
drantem,euphorbii,caſtorei,ſanguinis capræ,cuiuſq; tri-
entem,ammoniaci thymiamatis,myrrhæ glutinis aceto
diſſoluti,picis liquidæ,ſingulorum ſeſcuncem,rutæ ſylue
ſtris ramulos ſeptem,catanancæ herbæ ſcrupulos tres, a-
mianti ſcrup.I.polypathii herbæ quæ per contrariam af-
fectionem luna deſinente auxiliatur, lapidis gagatæ, ce-
driæ,ſing.quadrantem,bituminis Iudaici ſextarium vnū, F
artemiſiæ herbæ, chamæleōtis herbæ,cuiuſque ſextantē.
Hæc omnia cū iuſculo vt dictum eſt apparato, probè tri
ta committito & vnito.Cæterùm vulturem primùm vnà
cum pennis vſque ad pedes excoriato,atque ita in ſapam
coniectum ſuffocato. Pellem autem ipſam cum pennis
myrrha conditam,& in fumum ſuſpenſam exſiccari ſini-
to:pedes verò in oleo coquito,& cum oleo podagricos,
per vulturis etiam pennam,illinito.Neruos verò ad pedes
podagrici pro amuleto appendito , & ab affectione eum
liberabis, Porrò purgatiuum cuius mentionem feci,hoc-
ce eſt : Aloes vnciæ dimidium,gari, aceti,parem menſu G
ram:vnito,& octauam ſextarii partem bibendam præbe
to. Ad condylomata in facie elephantiaſi affectorum.
Thus cum vino auſtero tritum pinnulis illinito. Illi-
tio alia optima ad elephantiaſi laborantes.facit & ad pru
ritus. Gummi,gallarum,ſingulorum drachmas decem,
pumicis drachmas viginti contundito & cribrato, ac vti-
tor vt optimo. Aliud etiam ad lepram. Veratri nigri,
gummi,cuiuſque quadrantem, ſpumæ ptiſanæ quantum
ſufficit, coniice in ollam,& coque donec ſucculenta fiāt, H
ac tritis vtere.

Diæta elephantiaſi correptorum,
Cap. cxxv.

DIæta elephanticorum talis ſit:A ſomno membra eo-
rum plurimùm & leniter manibus contrectentur.
deinde aluus conſueta recrementa deponat , & poſt-
hæc ipſe æger ſub diuo aut in porticu deambulet , mol-
libus calceamentis ſubligatis , conficiátque deambulan-
do vſque ad ſtadia triginta . Deinde cataplaſma ei im-
ponatur primùm ex pane,aut faba cocta, aut ptiſana, aut
aliquo conſimili illinatur:verùm ad vnumquodque præ-
dictorum citrii acidi ſuccus admiſceatur,ſi haberi poſſit:
aut ſi deſit,peponum aqua. & poſt modicum interſtitiū
aqua pura largè abluatur. Poſtea cerato roſaceo liquidio-
re facies ſupernè leuiter illinatur. Deinde vbi geſtationis
genere aliquo fuerit vectus,rurſus deambulet cōcitatiore
greſſu.Poſtea verò potione aliqua ex prædictis accepta
quotidiano alicui & cōſueto muneri vacet . Circa quartā
autem horam cōcitatiore gymnaſio exerceatur,& deter-
ſo ſudore,vrſino aut vulpino adipe illinatur:qui ſi non ad
ſint,caprinus,aut taurinus,aut equinus, aut aliquis ex vo-
lucrum genere,aut butyrum recens ſumatur . Deinde cū
fœnigræci aut ptiſanæ ſucco, qui parum ammoniaci cū
aceto liquefacti admixtum habeat,perfundatur,atque ita
lauacro quodam præſcripto vtatur. nociuum eſt enim af-
fectioni ſiquis nō lauet. Per interualla autem pſilothro,
vt dictū eſt,defricetur: & quodā ex prædictis ſmegmate
quotidie expurgetur.Commoda ſunt etiam arida fomē-
ta,& poſt ſufficientem ex dictorum vſu exudationem, na
tationes in mari, aut in ſulphurulentis & aluminoſis a-
quis,non extremè frigidis , quales ſunt aquæ, Albulæ in
Italia vocatæ. quòd ſi tales non adſint , frigidæ lauacro
aſſiduè vtatur,raróque balneum petat, niſi pſilothri gra-
tia,aut aliqua altera vrgente neceſſitate cogatur . Si verò
quis ad frigidæ lauacrum cunctantior ſit, eum in balnei
aere plurima aqua frigida perfundi commodius erit.
Præſtat item ſolium ex decocto aliquo eorum quæ ad-
ſtringūt apparare:plantaginis præſertim,aut rumicis,aut
perdicii . quanquam efficacius omnino cenſeatur betæ
decoctum,cui ſanè & ex aceto parum eſt affundendum.
Extergatur etiam(veluti prædictum eſt) in balneis cum
quopiam prædictorum ſmegmatū, & cum myrobalano
aſſiduè ex aceto.Quibus deinde ablutis,ad acrimoniæ &
mordacitatis curationem oleo lentiſcino cum aceto &
vino auſtero conquaſſato, aut ex oleo myrteo & pari vi-
no conquaſſatis illinatur. Licet tamen aliquando parum
ammoniaci , aut alumen rotundum in vino conterere.
optimum eſt & butyrum recèns illitum.Poſt lotionem &
exterſionem per tenera linteola, ad horæ dimidiū quie-
ſcat:deinde aqua tepida hauſta ſpontè vomat:aut ſi id fa-
cere nequeat, per immiſſionem digitorum . Poſtea mo-
dico interuallo temporis interpoſito, vinum abſinthites
aut origanites bibat,nō infra heminæ menſuram, & pau
lo pòſt cibus ei apponatur. A vino in poſterum omnino
abſtineat,paſſóque & vino mulſo, ab omníque cibo dif-
ficulter concoctili: & maximè à frigidæ potu . Cæterùm
cibi,tēpore purgationum,qui facilè ſecerni queāt,ſumā-
tur.Panis hordeaceus,aut triticeus recens calidus.Ex ole-
ribus,beta, & porrū capitatum duabus aquis edulcatum:
lactucáque & capparis ex aceto mulſo.Ex mari verò heri-
nacei recentes, oſtrea, pelorides, pectunculi, tellinæ cum
beta coctæ,& ſalſamentum vetus ex aceto mulſo. Vbi ve-
rò poſt purgationes refocillare , & vires reſtaurare veli-
mus,acria auferenda ſunt,præter condimenta,quorum vt
vrinam cientium vſus commodus eſt. Exhibendus eſt au
tem panis optimè præparatus, oua ſorbilia, alica lota, &
lac cum melle:omnia tamen cum pane.Ex oleribus, mal-
ua,rumex,ſiſarum,lactuca,ſeris,fœniculum,ficus coctæ:à
quorum acceptione parum aquæ calidæ bibat,in qua de-
cocta ſint quæ vrinam moderatè cient. De cætero
verò abſtineat vt ne potet vſque ad cœnam . Bis enim
cibum capere præſtat quàm ſemel ſe explere: nam (vt di-
xi) etiam prandium ipſum ſimpliciſſimè paretur: cœ-
nam magis variā concedo . In cœnam etiam duæ tertiæ
panis partes reſeruentur . Præbeatur item in ea piſcis
molli carne,non graueolens, coctus, ſimplici iuſculo ap-
paratus:& ex auiculis montanis extremæ partes & vētres

ex pedeſtribus, hœdorum carnes, & leporinæ & dorcadum. Pro condimento & embammate ad intinctus, acetum ſquilliticum, & ſales ſquillitici commodi ſunt. Ex leguminibus, ptiſana vtiliſſima cenſetur. danda tamen & per interualla oryza, porro in cocturam eius addito. Ex fructibus conueniunt, ficus electæ, vua arefacta, pirum coctum in aqua mulſa, ſimiliter & cotonea: vnumquodque certo pro coniectura modo. à reliquis fructibus omnino abſtineant. Ex dulciariis mellitis, placentam dato ex amygdalis modicè toſtis, & paucis pineis nucleis, & cnici ſemine contuſo & cribrato, ac modico pipere apparatam. Ex bellariis, parum ex caricis aridis concedito, & vuas paſſas pingues, amygdala toſta, piſtacia, & terebinthos toſtos, & cicer toſtum, cnico cum eis torrefacto & muria adſtillata. In potu, aqua calida eis omnino conuenientior eſt. ſed viribus reſtaurandis vinum album & tenue, ac non valde vetus in cœna poſt cibos detur: quamminimum tamen potent, in ſitis tantùm expletionem. Reliquæ potiones ex vino & melle confectæ, propomata *Græcè* peculiariter appellatæ, vitandæ. Acetum autē mulſum non incommodè exhibetur tum ieiunis tum inter cibos, ſi ſtomachus tolerare poſſit. Somnus porrò diurnus nociuus elephanticis eſt: nocturnus autem aptiſſimus. Poſt longum à cœna interſtitium, deambulatio lenta ac ſenſim facta commoda eſt, quò cibi eo melius deſcendant. matutinarum verò exercitationum ſint ſtudioſi. Coitus affectioni infeſtiſſimus eſt. etenim non reperias vllum aliquem temere, qui exectus ab elephantiaſi apprehendatur, neque etiam facilè mulierem. fortè ob id quòd vtili ac bono humore ſeminis emiſſio prodeat, aut quòd largior generatio ipſius in ſeminariis locis ob materiæ ſpiſſitudinem contingat. multo itaque ſemine elephantiaſi correpti abundant. Nō tamē abſurdū fuerit puerorū gignendorū gratia per rariora interualla coire: neq; enim intotum contagioſæ ſucceſſiones ipſius affectionis in omnibus fiunt. præſertim ſiquis optimè diſpoſitus, ad venerem incitetur. Quòd ſi ſuccedat curatio, etiā ad quotidiana vitæ munia obeunda demittantur, & longis peregrinationibus ſanitati vberius conſulant: ſi verò nō ſuccedat, procul à mari & vrbibus ſegregentur.

De pruritu, Archigenis, Cap. CXXVI.

IN omnibus pruritibus, venæ ſectione vtendū eſt: ſi iuuenes ſint, & multo ſanguine redundent qui ex eo laborant, & nihil aliud impediat eam admittere. particulatim autem & paulatim eum detrahere oportet, & quādoque ſequenti die ſectione repetita rurſus auferre. deinde reſtauratis viribus, per purgatiuum pharmacū aluus ſubducatur. Lauandi ſunt omnino quidem ieiuni, quandoque tamen vbi parum quiddam cibi acceperint. à concoctione autem ſecundario lauentur: ægrè enim humectari poteſt malum. Radenda etiam pilis obſita, & cum maluæ ſylueſtris aut ſatiuæ, aut betæ, aut fœnigræci, aut ſeſami, aut furfurum decocto repurgāda. Totum verò corpus ex farina fabacea, aut lupinorum, aut myrobalani conſpergatur. Quòd ſi diutius duret affectio, fomenta quidem & lotiones ex ſaluiæ, myricæ, mercurialis, origani, pulegii, baccarum lauri, radicum cucumeris agreſtis decocto adhibeantur: ex lixiuio item & muria acida. Corpus verò nitro tenuiſſimè trito conſpergatur, vini fæce vſta & arida adiecta. aut cū hac miſtura: Spumæ nitri albæ, ſulphuris viui, alcyonii vſti, ſingulorum æquales partes committe & inſperge. ſi verò intenſiorem vim eius facere velis, etiam veratrum album adde, eáque ſimul citra pinguium admixtionem corpori inſperge. Aliud bonum & mitius. Spumæ nitri libram vnam, thuris libram vnam, cimoliæ ſeſcuncem. Aliud. Atramenti ſutorii, thuris, ſulphuris viui, nitri, æquales ſingulorum partes in vino terito, & in prima balnei domo illinito: deinde lauato, & cum vino & oleo inungito: Aliud, ad pruritum totius corporis. Plumbaginis, ſpumæ argenti, nitri, cimoliæ, iridis, chamæleontis nigri radicis, pumicis, aluminis, ſulphuris viui, ſampſuchi, lapidis ſpecularis vſti, omnium æquales partes committito, ac vtitor in balneo. Aliud ſmegma ad pruritus. Nitri libram vnam, pumicis vſti libram vnā, ſpumæ nitri ſeſcuncem, oſtreorum vſtorum quadrantem, baccarum lauri, coſti, nardi Celticæ, ſingulorum ſextātem, cyperi vnc. I. folii malabathri quantum voles, odoris conciliandi gratia: contuſis & cribratis vtere in balneo. Aliud, faciens & ad pſoras.

Sulphuris, nitri, ſpumæ argenti, pumicis vſti, cumini, omnium parem modum ſume, & vtere. Inungendi ſunt & aceto ac oleo in quibus ſtaphis ſylueſtris ſit contrita, pulegii item ac thuris æquis partibus cum oleo & vino tritis. Frequentius verò cum cimolia in vino madefacta eos expurga, aut cochleas terreſtres vſtas & tritas cū melle adfrica. Optimum autem eſt & hoc in balneo: Mellis partes duas, aluminis liquidi partem vnam, coquito ad permutationem aliquantulam, ac vtitor primùm in ſole, deinde in prima balnei domo: atque vbi parum humectati fuerint, thus cum ſulphure viuo, & nitri, & gummi æquali pondere trita arida corporibus eorum inſpergito. Critonis, ad pruritum vehementiorem. Foliorum lauri viridium faſciculum, ſalis pinguis cyamum I. aceti ſextarium vnum, olei lib. III. Omnia ſimul coquito, atque vbi bis aut ter efferbuerint, ab igne auferto, & frigefieri ſinito: deinde oleum ſegregatum inungito. Aliud, ad ægrè tolerabiles pruritus. Fæcis vini vſtæ, nitri aſſati, cimoliæ, cuiuſque lib. I. ſtaphidis ſylueſtris quincūcem, iridis trientē, aceti ſextar. IIII. olei lētiſcini ſextar. II. arida cōtuſa & cribrata humidis excipito. Vſus eius eſt in ſole aut balneo. Aliud, Critonis. Radicis rumicis, fœnigræci, gūmi, ſing. drach. XII. ſulphuris viui, aluminis liquidi, cuiuſque drach. IIII. myrobalani, cimoliæ, fæcis vini vſtæ, cuiuſque drachm. ſedecim, aceti ſextarios duos, olei ſextarium vnum, committito, ac vtere vt dictum eſt. Efficax eſt & id quod ex rumicis radicibus ad elephantiaſin eſt præſcriptum. Probè facit etiam ad omnē pruritum, inquit, oleum in quo rhododaphne incocta ſit, illitum. Aliud, ad intolerabilem pruritum, & qui domari non poteſt. Cæterùm quum neque venæ ſectio, neque defricatio aliqua quicquam profuiſſet, quidam ex huius remedii vſu malum exuperarūt. Teſtudo terreſtris viua in oleo coquitur, & ex oleo corpus inungitur. Sedant & pruritus valde egregiè, mori folia arida trita affricta, & portulaca trita per ſe, & perdicium, & apium cum ſulphure viuo & ſale. Quum verò caliditas multa affuerit cum pruritu, ptiſanæ ſuccus commodiſſimus eſt, tum per ſe tum modico aceto admixto. Quòd ſi vehementer vrgeat afflictio, quædam ex prædictis ſmegmatis ad ptiſanæ ſuccum admiſceto. Vitādæ autem ſunt inſolationes, præſertim in æſtiuo ſole. Aqua autem marina, maximè frigida, conuenientiſſima eſt pruritui. quare tentandum eſt vt æger bis & ter in die probè perfrictus in ea natet: bis quidem ante prandium, ſemel verò circa veſperam. Diæta boni ſucci & ventri commoda eligatur. & ſi aluus adſtricta ſit, catapotia ex aloe ſex numero in erui magnitudinē formata poſt cœnam præbe. Abſtineat æger ab omni acrium ciborum eſu, & ab omni ſalſo edulio, & à cunctis oleribus crudis. Ad ſcabioſos pruritus. Cæterùm ad pruritus ſcabie perplexos, lac ſciſſum aſſiduè adhibitū cōmodum eſt, & ſmegmata omnia prædicta vtiliter adhibētur. Priuatim autem hæc: Myrrham cum aceto & oleo tritam illinendā præbe donec exudent: ſinapi item & myrobalanum cum aceto & oleo eodem modo. Aliud. Spumæ nitri, alcyonii vſti, ſulphuris, ſing. æquales partes tritas & linteolo exceptas in oleo madefacito, & deinde ex arido accipito, locóſque donec erodātur defricato, atq; ita aqua abluito. Aliud.

Ammoniaci ſalis, nitri aſſati, ſulphuris viui, ſing. vnciam vnam, myrti aridæ ſextantem. vtere ſicco. Aliud celebre. Farina cicerum cum caprini ſtercoris pari modo vtitor. Aliud ad pſoras, pruritus, vitiligines, & impetigines. Bituminis, ſulphuris viui, thuris, buccinorum vſtorum, æquales partes cum aceto & melle tritas adhibe. Optimè facit & pulegium cum mannæ puluiſculo ex oleo & vino illitum. Vnguentum ad pſoras. Hederæ folia tenerrima & modicum ſalem cum vino & oleo trita illinito. Aliud. Oleum amygdalinum vinúmque

ac butyrum conquaſſata illinito. Aliud. Aloes,ceruſſæ, ſpumæ argenti,ſyrici, plumbaginis, glaucii, recrementi argenti,ſaponis Conſtantini,ſingulorũ æquales partes;aceti & roſacei quantum ſatis eſt.vtere in balneo. Aliud valde celebre. Nuces rancidas quindecim,ſulphuris viui quadrantem,gari Pontici quãtum vſui fuerit. tritis vtere in balneo. Aliud. Perdicium herbam cum ſale & ſulphure affricato. Aliud experimento conſtans. Nuces rancidas quinquaginta,ſalis manus plenæ menſuram, ſulphuris viui vnc.I.tritis vtere in balneo,ad defricationem oleo non adhibito: itque vbi exudarit,ægrum in ſolium calida expletum demittito.indéq; egreſſũ,rurſus defricato, & ſtatim rurſus in ſoliũ demittito. Aliud præſens remediũ. Panis aridi,nucũ iuglandiũ rancidarũ,æquales partes,ſulphuris viui,paulo pl⁹ quàm pro panis mẽſura:optimè terito,vino auſtero affuſo,donec ad ſtrigmẽtorũ ſpiſſitudinẽ redigãtur,& abſque oleo in balneo affricanda præbeto. Aliud. Saponis Gallici,nitri,pumicis, ſulphuris viui,perdicii herbæ, cuiuſq; vnc.I.adipis porcini recentis vnc.XVIII.carpobalſami drach.IIII.vtere in balneo. Vnguentum optimum ad pſoras. Picis ſeſcuncem,ceræ quadrantem & vnc.dimidium,ſpumæ nitri ſextãtem,ſulphuris viui ſextantem, olei myrtei quod ſatis eſt vt ad ſtrigmenti ſolidioris craſſitudinem redigatur. vtere in balneo. Aliud. Pyrethri drach.IIII.herbæ lanariæ dr.IIII.fœnigræci dr.VIII.cõtuſa & cribrata reponito. vſu verò expetente quantũ tribus digitis apprehendi poteſt accipito,& cum aceto acerrimo conquaſſato: deinde roſaceo ſufficienti addito,vnà cum ſmegmatis illinito. Aliud. Aluminis ſciſſilis,ſpumæ nitri,ſulphuris viui,cuiuſque ſextãt. ſtaphidis ſylueſtris ſeſcuncẽ. aceto & roſaceo diluta illinito. Aliud ad inueteratas pſoras.

Atramẽtũ ſutorium cum lacte & roſaceo tritum illini. quidam verò cum adipe ſuillo vtuntur. Aliud. Chalcitidis,miſyos,æquale pondus. tritis cum vino & roſaceo vtitor. Aliud. Nitrum aſſatum, ſulphur viuum,alumen vſtum, æquis partibus cum oleo circumlinito. Facit & cẽtaurea arida trita affricta,ſimiliter & chamæpitys.

Aliud. Raphani ſuccum cũ ouo in balneo diligenter illinito,& in paucis diebus curabit ægrum. idem & rapi ſuccus cum ouo probè facit. Aliud ad pſoras. Spumæ argenti trientem,oua integra quinque,aceti lib.V.& dimidiam,olei myrtei ſextarium vnum:trita illini. Aliud ad pſoras ſanie fluentes & fœtidas. Mali Punicæ ramulos teneriores aut folia tuſa terito,aqua aut poſca, prout melius iudicaueris,affuſa illine aſſiduè, & miraberis. Aliud ad pſoras ægrè curabiles, & principium elephantiaſis. Serapiadis triteſticularis manus plenæ menſurã,radicis althææ tantũdẽ, hyoſcyami viridis tantundẽ,myrti viridis tãtundẽ, ſquillã vnã mediocris magnitudinis,aut paruas II. olei ſextar. tres,aceti ſextarios tres,ſpumæ argenti dodrantem, ceruſſæ trientem, croci ſeſquiunciam, candidum ouorum decem.Spumam argenti, ceruſſam, & crocum cum aceto terito: herbas verò cum oleo & reliquo aceto coquito, percolato, ac tritis affundito,& candida ouorum addito, vnito, vtitor. Ego verò & perdiciadem herbam adieci,& in magnis affectionibus etiam chamæleontem & roſmarinum herbam. Aliud ad pſoras,quo vſus ſum in elephantiaſis principio. Nitri,aluminis,ſulphuris viui,ceræ,cuiuſque ſextantem,picis trientem,olei in quo rhododaphnæ coctæ ſint,libr.I. Cæterùm ego ſulphuris viui ſeſcũcem cõieci,& pro arida pice liquidã indidi:& corpore ex his illito,vſque ad miraculum profeci. Verùm vbi iã ad cicatricẽ perducta eſſent vlcera,ſulphuris ſextantẽ,& picem aridam inieci. Ceratum ad pſoras, valde celebre. Colophoniæ vnc.I. ceræ vnc.I. emplaſtri ex ſuccis ſeſquiunciam, myrti quadrãtem. Vſu expetẽte, ſi quidem pſoræ fuerint aſperiores, ipſum vt habet adhibe: in exulceratis verò,roſaceo liquefacito, ac vtitor. Aliud quo in exulceratis pſoris per omnia vtimur. Ceræ ſextantem, picis aridæ ſextantem, emplaſtri ex ſuccis quadrantem, roſacei trientem:liquefacito,ac vtitor veluti eo quod præter opinionem auxilietur. Cæterùm ſi diuturna ſit affectio, ſubſcriptis vteris. Epithema præclarum.facit & ad vlcera cicatricem difficulter recipientia. Æruginis vnciam vnam, atramenti ſutorii vnciam vnam,ceræ vnciam vnam,adipis porcini recentis ſextantem: liquefacta aridis committito & imponito, ac poſt triduum ſoluito:facta verò exulceratione, velut igne ambuſta curato. Aliud epithema. Sandarachæ vnciam vnam,ammoniaci vnciam vnam,terito, & terebinthina excipito vt emplaſtri accipiant formam,& præfricto loco,pellicula excepta,imponito,ac poſt dies quinque ſoluito. Vbi verò tectorium vlceri fuerit inductum, eodem pharmaco donec tectorium excidat,vtitor. Ad exulceratam autẽ cutem,iis quæ ambuſtis conueniunt vtendũ eſt: &maximè emplaſtro ex ordeo apparato.Porrò vbi in callum induruerit affectio, magiſque fuerit exacerbata, ſequentibus vtendum erit. Epithema ad pſoras in callum obduratas,& ad leproſas diſpoſitiones: pharmacum proſperè accõmodatum:nam &callos coercet,& ex profundo extirpat,& vlcerationes ad cicatricem perducit. ſolum enim ea quæ præter naturam accreuerunt corpora contingit. Farinæ lupinorum tenuiſſimè tritorum(ſylueſtrium quidem malim ſi adſint:aut ſatiuorum, ſi illi haberi non poſſint)vnc.XIII.farinæ loliaceæ ſeptũcem,nitri rubri ſeſcuncem, picis liquidæ Italicum ſextarium vnum, aceti acerrimi Italicum ſextarium vnum, terebinthinæ beſſem. picem cum aceto coquito, & vbi vnita fuerint, terebinthinã adiicito,& ab igne ablata aliquomodo frigefieri ſinito, & inſperſis ac infartis farinis aſſiduè agitato:deinde ad ignẽ lẽtiſſimũ admotũ coquito,indeſinenterque agitato donec pharmacum à teſta in qua coquitur incipit ſeparari. quo facto,ipſum in mortarium tranſlatũ & probè tritum reponito.vſu verò exigente, præfricto ex nitro loco, linteolo exceptum nouo & denſo imponito, ac poſt tertium diem ſoluito,& alia noua ſplenia concinnata imponito,atque id vſque ad perfectam ſanationem facito. Oportet autem non modò hoc epithema, verùm etiam alia quæ ex aceto & pice cruda apparantur,in loco ſub diuo apparare. facilè enim dehiſcunt & diſparantur. Heraclides in æreo vaſe coquendum eſſe admonet,& terebinthinam poſtremam coniiciendam. Oribaſii,ad vlceratas & feruidas in ſuris eruptiones. In balneis quidẽ myrobalanum & ſulphur cum liquido cerato leuiter illinito:poſtquam verò frigidæ aquæ ſolium inſcenderit, ex oleo myrteo cum vino inungito,aut ex roſaceo aut lentiſcino eodem modo. potes & lentiſcino citra vinum vti.

Ad pſoram,Magiſtriani,valde neceſſarium. Rhododaphnes ramulos in oleo coquito.deinde nuces rancidas & ſulphur viuum in mortario terito, infuſóque ad ea oleo ſimúlq; trito,locos in ſole illinito, & poſt horã lauato, & ſanabis. Aliud præter opinionem ad pſoras faciens: Ceruſſæ,ſpumæ argenti,ſulphuris viui,ceræ,ſing. ſextantem,oua numero duo.Oua recentia in aceto per tres dies ac noctes macerato,deinde vnà cum putaminibus trita, reliquis probè tritis aridis admiſceto,& ceram cum roſacei lib.II.& dimidia liquefactam cum eis committito,ac vtitor in balneo pro vnguento. Aliud ex ochra ad pſoras commodum: Spumæ argenti trientem,ceruſſæ vnciam I.ochræ ſextantẽ,cadmiæ vnciam vnam,ceræ trientem, olei myrtei lib.II.arida cum vino terito, & liquefacta affundito,ac vtitor.

Ad pruriginoſas papularum eruptiones, Cap. CXXVII.

DIphryges cum aceto illinito,& mori radicem ex aceto,plumbaginem,rubiginem ferri, miſy, cyclamini radicem,omnia ex aceto: alumen omne melle coctum,rutam cum ſale & oleo,ceruſſam & argenti ſpumam ex aceto,rutam cum cerato myrteo quadrupla parte. Aliud ad pſoras, humentes lichenes, pinguéſque & tumentes ac multo humore manantes, mirabile. Cadmiam vino & oleo tritam illinito. Ad omnẽ pſoram vlceratam cũ pruritu aut dolore, & ad vlcera capitis manantia, eryſipelata,& herpetas. Plumbi vſti,cadmiæ,plumbaginis, cuiuſque vnc.I.ſcoriæ argenti quæ & helcyſma,ſeſquiunciã, ſpumæ argenti ſeſquiunciã,vini & olei omphacini aut roſacei quantum ſufficit: vtere ad omne vlcus aut papulam in toto corpore.præter opinionem enim facit,præſertim in infantibus. Aliud ad pſoram aſperiorẽ & tubercula

optimum. Cadmiæ,ceruſſæ, ſulphuris viui, maſtiches, cuiuſque vnc. I. ceræ quincuncem, roſacei dextantem. vtere,locos ex eo integẽdo. In balneo autem ex pharmaco vnc. I. & ſapone ſeſquiũciã miſceto, ac illinẽda dato.

Ad puſtulas pſydracas Græcis appellatas,& ad papulas ex feruore aut ſudore obortas,

Cap. CXXVIII.

FIunt in toto corpore puſtulæ,dolorem inducentes citra ſaniei collectionem.Eas eczemata , ab ebulliente feruore,*Græci* vulgò appellant.In his plumbago conuenit cum vino aut lentiſcino oleo trita,aut ceruſſa cum vino & oleo myrteo,aut minium ſinopicum cum adipe ſuillo recenti,aut miſy aſſatum cum vino & roſaceo. Ad exulceratas puſtulas., Vbi verò exulceratæ fuerint puſtulæ, ſubſcriptis vtendum erit:Scoriam plumbi,& ſpumam argenti,pari pondere vino & oleo myrteo excepta illine. Aliud. Malicorii,ſpumæ argenti, atramenti ſutorii,ſingulorũ æquas partes cum vino & roſaceo illine. Aliud. Baccarum myrti nigrarũ,malicorii, atramenti ſutorii, ſpumæ argẽti lotæ,ſing.æquale põdus cũ oleo myrteo illinito. Smegma,ad puſtularũ eruptiones.Farinæ fabarũ, ptiſanæ mola tritæ,radicis polygoni contuſæ & cribratæ, terræ cimoliæ toſtæ, ſingulorum drach.II.ſpumæ nitri albæ drach.I.thuris tenuiſſimè triti tantundem. vſus eius in balneo eſt. Ex eo autem quãtum ſufficere putaueris accipito,ac cũ oui cãdido ſubigito: deinde corpus ex eo circũlitũ exſudare ſinito: à balneo autẽ ex roſaceo aut myrteo corpus illinito. Aliud ſmegma. Cimoliæ drach. II.farinæ erui drachm.II,quod ex myrobalano contuſa & expreſſa reliquum eſt,tantundem,iridis tuſæ drach.II.nitri dr. II. myrti ſiccæ tuſæ dr.dimidiũ: tritis vtere vt dictum eſt. Aliud. Radicis hyoſcyami contuſæ drach. I.farinæ lupinorum drach.I.cimoliæ drach.dimidium,iridis drach.III.& dimidiam:tritis vtere vt dictum eſt.

Oribaſii, ad nigras cicatrices inalbandas,

Cap. CXXIX.

SPumæ argenti,menthæ,thuris,æquales omnium partes,cum melle vtitor. Aliud. Stercoris crocodili dr. X.thuris drach.I.ceruſſæ drach.II.aut ex aqua aut cum cerato cyprino mixta illinuntur. Aliud. Columbinum ſtercus ex aqua illinito,ipſúmque citò abluito ne exulcerationem inducat. Aliud. Cimoliæ,ſtercoris columbini,ſaponis,thuris,ſingul.pares partes cum aceto illinito. Aliud. Hirundinis ſtercus ex aqua illinito. Aliud. Saponis,ſtercoris canini albi,ceræ,olei inalbati,æquales omnium partes committe ac vtere. Aliud. Nitri,ammoniaci thymiamatis,myrrhæ,ſulphuris viui, ſingul.æquas portiones in aceto albo terito, aut vino & aqua trita modicè illinito,ne exulceratio ſuccedat. De impetigine, præſcriptum eſt Sermone octauo. De herpete, & ſimilibus,in Sermone quartodecimo. De verrucis,tum quæ myrmeciæ,à formicis:tum quæ thymi,à ſimilitudine cacuminum thymi, appellantur,item in decimoquarto Sermone ſcribetur. Ad papulas autem infantium,in quarto Sermone tractata ſunt remedia

Ad vlceroſas papularum eruptiones,tum in tibiis tum in toto crure obortas,

Cap. CXXX.

IN balneo ex myrobalano & ſulphure cerato liquido exceptis leuiter illinantur, & in aquam leniter calidam demittantur:poſtquam verò frigidæ aquæ ſolium inſcenderint,loci ex myrteo oleo cum vino,aut roſaceo,aut lentiſcino cum vino inungantur. lentiſcino etiam per ſe vtendum.Probè faciũt ad eas & mali Punici putamina vino cocta & trita, ac cerato modico liquidiore ex myrteo aut roſaceo oleo apparato excepta & illita. Facit & myrſinatum dictum pharmacum,&emplaſtrum ex ordeo cum largo roſaceo aut myrteo dilutum & illitum. Aliud. Valde commodum & hoc eſt,quod in adoleſcẽtulo quopiam ſumus experti,qui pſoram multam inueteratam iã, ac aſperrimam circum crura habebat,quǽque à genubus vſque ad pedum digitos procedebat. Semen lini cum aqua contuſum quamcraſſiſſimè illinito, & aſſiduè tanquam vehementer approbato vtitor. Aliud valde efficax, in quodam qui aſperrimam pſoram circum crura habebat,cõgnitum, in quo adeo affectio ipſa inualuerat, v elephanticorum corporibus non abſimilis eſſet: qui ſanè in paucis diebus ſanatus eſt. Sulphur viuum quamtenuiſſimè tritum,amurca & oleo exceptum, in balneo ad defricationem exhibeto,&poſt balneũ ex eodẽ illinatur.

Ad cicatrices nigras ex vlceribus relictas,

Cap. CXXXI.

QVãdoquidem verò in profundorum vlcerum curationibus cicatrices nigræ cõflantur,etiã de his dicere operæpretium fuerit.Differunt autem cicatrices à vitiligine nigra, quæ alphos appellatur, in hoc quòd læue corpus habent. vitiligo enim tum aſpectui tum tactui aſpera ſubiacet. Ad nigras itaque cicatrices ſubſcriptis vtendum eſt:Plumbi vſti,ſpumæ argenti,æquales partes cum vino tritas,& in cerati craſſitiem redactas,reponito. vbi verò vſus expetit,vino & roſaceo liquefactas, & ad pinguis emplaſtri ſpiſſitudinem deductas illinito. Aliud. Sulphuris viui,& myrobalani, æquas partes cum aqua illine,aut terebinthina exceptas,& veſtis detritæ panniculo infartas impone. Aliud. Myrobalani vnc.I. ſtercoris columbini vnciam.I.melanthii ſextantem,tritis vtere pro ſmegmate.poteris & cum aceto illinire. Aliud. Myrobalanum,ſulphur viuum,alcyonium,cum aqua ad ſtrigmentorum ſpiſſitudinem redacta illinito. Aliud. Buccinorum vſtorum ſextantem,thuris vnciam vnam, illine cum aceto. Oribaſii,ad cicatrices nigras. Radicis cucumeris ſylueſtris viridis drach. duodecim, adipis ſuilli recentis drach.quindecim,aluminis ſciſſi drachm. duas, ſulphuris viui, nitri,cuiuſque drachmas duas. Aliud. Spumæ argenti,ceruſſæ,æquales partes lotas terito,& cum oui cãdido illinito. Smegma cicatrices inalbans. Cimoliæ,ſtercoris columbini,ſaponis,thuris,æquales omnium partes cũ aceto affricato, & rurſus ex eodẽ illinito. Aliud. Veratri albi dr.II.thuris dr.II.ſpumæ nitri drachm.vnam,cimoliæ drach.I.vtere cum aceto. Aliud. Bryoniæ radicem conciſam,in oleo donec ſucculenta reddatur coquito,& oleum ipſum aſſiduè illinito. Aliud. Erucæ ſemen cum felle bubulo, aut alio quod haberi poſſit, illinito. Aliud. Spumæ argenti ſextantem,ſulphuris viui vnciam vnam,erucæ ſucco trita illini : vbi verò exaruerint, laua: à balneo verò ex ſola argenti ſpuma cum erucæ ſucco illine. Aliud. Talum ouillum vſtũ cum vino terito ac illinito. Paſtillus ad cicatrices nigras in quacunque corporis parte. Cornu ceruini vſti,buccinorum vſtorum, ſpumæ argenti, ceruſſæ, thuris,alcyonii vſti,ſingulorum vnciam I.piperis ſeſquiunciam, ſulphuris viui ſeſquiunciam, gummi vnciam vnam,cum vino paſtillos quemadmodum noſti formato. Alius paſtillus,per experientiam concolores cicatrices faciens. Lapidis pyritæ,comæ abſinthii,lupinorum amarorum,pompholygis,cimoliæ,ſtercoris columbini,myrobalani,melanthii,æquales ſingulorum partes in paſtillos cum aceto cogito, ſimiliterque vtitor. Ad cubitorum & coxendicum nigredines ex cinctura obortas. Alcyoniũ vſtum,ſiquidem tenera cute præditus ſit,cum aqua:ſi verò duriorem cutem habeat,cum aceto ſtatim à balneo illinito. Smegma idémque illitio,ad nigras in toto corpore cicatrices:Farinæ fabarum Italicam chœnicem vnã, baccarum lauri drach.VIII.veratri albi drach. VIII. myrobalani drach.IIII.ſpumæ nitri drach.IIII. contuſa reponito:vſu verò exigente,cum aqua illinito.vtere & pro ſmegmate in balneo. Aliud. Farinæ erui, ſpumæ nitri albæ,radicis bryoniæ,alcyonii aſperi,myrobalani,ſingulorum æquales partes committito,ac vtitor vt dictum eſt.

De vitiligine ſeu alpho, Cap. CXXXII.

VItiliginum,quæ alphi *Græcis* dicuntur,generatio,eiuſdem ſpeciei eſt cum leuce & lepra,non tamen omnino in profundo caro in eis affecta eſt,ſed ſumma tantùm cutis,& velut ſquamulæ quædam vitiligines ipſæ affixæ inhærent,albæ quidem ex pituita,nigræ verò ex atræ bilis humore obortæ.Dictus eſt autem *Græcis* alphos, ex eo quòd colorem cutis immutet: immutare enim apud veteres,ἀλφαίνειν dicebatur. Ad albas igitur vitiligines & nigras communiter faciunt,folia fici,ſulphur viuum,alumen, æqualibus partibus cum aceto illita : quare eis vt

præſtātiſſimis,vtaris. Aliud,ad vtraq;. Calcē aqua mul-
toties lotā in æſtiuo ſole deſiccato:vſus verò tēpore cū a-
qua liquefactam dilutiorem illinito. Ad nigras vitiligi
nes. Ad nigras verò vitiligines priuatim ſubſcriptis v-
tendū eſt:Veratri nigri,terræ Cimoliæ,æquales partes a-
ceto aut aqua dilutas, & ad ſtrigmētitiam ſpiſſitudinem
redactas in ſole illinito,præfricto antea loco. Aliud.
Radicis narciſſi,ſeminis vrticæ,cuiuſque ſextantem,nitri
rubri vnciam vnam cum aceto illine. Aliud. Veratri
nigri, nitri, æquis partibus ex aceto vtere. Aliud. Co-
chleas terreſtres vſtas & cum melle tritas, poſt modicum
temporis interuallum affricato. Ad inueteratas nigras
vitiligines,& ſuperficie iam in callum indurata, ſubſcri-
ptis vtendum eſt: Radicis chamæleontis nigri dodran
tem,ſulphuris viui ſextantem,ſpumæ nitri vnc.vnam.V-
tere in aceto diſſolutis,illinendo ad ſolem. Aliud. Al
cyonii ſextantem, nitri ſextantem, ſtaphidis ſylueſtris vn
ciam I.ſulphuris viui vnciam vnam.hæc arida adſeruato,
primúmque pſilothro vtitor,& interiecta vna die corpus
in balneo humectum ex aridis conſpergito , & ſudorem
ab eo excludet. Aliud. Alcyonii vſti,ſpumæ nitri,ſul-
phuris viui,veratri nigri , ſingulorum æquas partes cum
aceto illinito,& cum eodem etiam in balneo defricando
repurgato. Aliud odoratum efficaciſſimum. Veratri
nigri drach.octo,iridis,ſpumæ nitri,coſti, cuiuſq; drach.
quatuor,cum aceto illinito, & in balneo citra pinguitudi
nis admixtionem affricato. Optimè facit & adhæc id
quod ad albas vitiligines apparatur adiaptotō(ex eo quòd
citra opem non dilabatur)inſcriptum. Smegma ad ni-
gras vitiligines. Radicem cucumeris ſylueſtris contu-
ſam & cribratam affricandam exhibeto. Aliud. Fo-
liorum fici in vmbra deſiccatorum drach.ſex, ſimilagi-
nis drach.quatuor,nitri drach.octo, alcyonii drach.octo.
contuſa,cribrata reponito. Ante vſum autem,ad ſolē exu
dare affectū oportet:deinde inſpergere, & ſinere exſicca-
ri:deinde citra olei admixtionem defricare.Hoc in quin
que diebus vitiligines curat. Aliud. Melanthii, vera-
tri albi,coſti,ſingulorum drach.quatuor,nitri drach.duo-
decim. Vtere in balneo citra pinguium admixtionem.
Manifeſtum eſt autem(etiamſi nullus dicam) quòd prius
ex hiera Galeni corpora purgare oporteat,aut ex colocyn
thide & aloe catapotiis: deinde verò ſubſcriptis vti. Bul-
bos cum aceto tritos illinito. poteris item purgatiuis ex
veratro nigro & epithymo vti. Ad vitiligines albas. Hos
itidem prius cum Galeni hiera purgare oportet, aut per
catapotia ex colocynthide & aloe formata,deinde ſequē-
tibus vti.Dracunculi radicem,aut ari radicem,cum fari-
na ordeacea ex aceto illinito. Aliud. Bulbos tritos cū
aceto illinito. Aliud. Althææ ſemen cum aceto tri-
tum illinito. Aliud. Bryoniæ radicem cōciſam cum
oleo decoquito, donec oleum inde ſucculentum redda-
tur,& aſſiduè illinito. Aliud. Baccarum lauri, cimo-
liæ,nitri,æqualibus partibus vtere cum aceto. illine autē
ad ſolem,& poſt paruum interſtitium aqua ablue. A-
liud. Fœnigræci trientem, ſpumæ nitri ſextantem, al-
cyonii vſti vnc.vnam, cum aceto illinito. eodem etiam
pro ſmegmate in balneo vtitor. Aliud valde efficax.
Alcyonii vſti,ſulphuris viui,veratri albi, ſpumæ nitri,æ-
qualibus partibus in balneo ad defricandum vtere: cum
aceto item in ſole illine. Aliud adiaptoton (quòd citra
opem non dilabatur)appellatum. Radicis chamæleon-
tis albi drach. octo,alcyonii vſti, ſulphuris viui,atramen-
ti ſutorii,ſpumæ nitri,cardamomi,pyrethri, foliorum fi-
ci ſylueſtris,aluminis liquidi,pulueris calcis viuæ, qui pa
rietibus adhæret domus in qua calx repoſita eſt, ſingul.
drach.quatuor tere,& in ſole cum aceto illine,ægro prius
in balneo ex eo defricto. facit & ad vitiligines nigras.
Aliud ad nigras ac albas vitiligines celeberrimum. Myr
rhæ,ſulphuris viui, ſpumæ nitri,veratri albi, cuiuſque ſe-
xtantem,alcyonii vſti ſeſcuncem. Vtere confidenter pro
ſmegmate in balneo:& in ſole item cum aceto illinito.

De leuce vitiligine altius inſidente, Galeni,
Cap. CXXXIII.

PItuitoſus & lentus ac viſcoſus ſanguis, & affectorum
locorum debilitas, cauſæ ſunt ob quas leuce genera-
A tur. Quum enim ex pituitoſo ſimúlque viſcoſo ſanguine,
caro per multum tempus connutritur,facillimè leuce o-
mnis per profundum ipſius pituitoſa oboritur,neque po-
teſt amplius delatum ad locum nutrimentum ad propriā
naturam in rubedinem tranſmutare. Accedit his quòd &
ipſe qui ad locum influit ſanguis, pituitoſus veluti præ-
dictum eſt exiſtit.Qualem igitur locuſta , aut cancer flu-
uialis, & ferè omnia exanguia oſtrea ex natura ſua carnē
habent: talem habent & ex tranſmutatione ac in aliam
ſpeciem degeneratione, ii qui leucis corripiuntur: ete-
B nim hanc carnis affectionem ita appellant ab albo colore
nomine accepto. Quum enim in pilo obſitis locis leuce
oboritur,pilo locos ipſos non denudat, ſed canos omni-
no facit: ſi verò loci piloſi glabri & pilis nudi reddantur,
incurabilis leuce cenſetur. Ad leucas igitur ſubſcriptis
remediis vtendum eſt: Fici ſylueſtris nigræ virgultorum
libram vnam, rutæ ſeſcuncem, miſyos vnc. vnam, calcis
viuæ vnc.vnam,aceti acerrimi quantum ſatis eſt. conte-
re obnixè,& paſtillos informa, eóſque in vmbra reſicca.
Vſu verò exigente illine in ſole, loco prius confricto: &,
C ſi bullæ oboriantur,eas acicula penetrato,& ceratum im-
ponito. Aliud. Fici nigræ virgulta in aceto macera-
to, & quamtenuiſſimè terito,eiſque ſpumæ nitri,ſulphu-
ris viui,fructus myricæ, ſingulorum æquales partes ad-
miſceto,& locum cum nitro prius defricato, indéque in
ſole illinito,diligenter obſeruans ne vlceratio ex eis cō-
ſequatur. Aliud. Fici nigræ folia viridia in aceto ma-
cerato:ſit autem aceti tantum vt ea ſuperet & penitus cō-
tegat. deinde contuſa & trita cum ſufficiente calce viua
miſceto,& locis prius exterſis in ſole illinito, vſquequo
D lētigini ſimilem imaginem ipſa leuce induat, atque de-
inde fici ſuccum recentem ſupra iſtam illitionem indu-
cito,ipſámque leucem ſolam aliquandiu confricato,& ne
vicinas partes exulceres obſeruato. egregiè enim auxilia-
tur. Aliud,ad leucem diuinum donum: facit & ad le-
pram. Sandaracham terito,eique nucum iuglandium vi-
ridem teſtam adiicito, ac adfuſo aceto, rurſus ſimul
probè terito,& loco prius deterſo, in ſole illinito. quòd
ſi acre ægro appareat,paucum panem admiſceto, & aſſi-
duè lauato. Aliud, ex cuius vſu ſæpicule laudem ade-
E ptus ſum. citra exulcerationem medetur. Vſus ſum eo in
muliercula quadam quæ in fronte leucem habebat, &
valde egregiè vires ſuas declarauit. Seminis cardamo-
mi ſeſcunciam, atramenti ſutorii ſextantem, ſulphuris
viui drach. quatuor, aluminis rotundi & ſciſſi, cuiuſque
drach.quatuor,cum aceto diligenter terito,locóque ex ni
tro & aceto præfricto,in ſole illinito. in quibuſdam ſanè
bullam quotieſcunque illinitur producit: qua ſublata le-
pram item tollit. Aliud, ad leucas & lepras. Nucum
iuglandium immaturarum & adhuc acerbarum exterio-
F rem corticem viridem detrahito, & fici nigræ ſylueſtris
ramulos amputato,& ad hæc ſpumam argenti coniicito,
ac cum aceto coquito, terito, & ad vnguenti formam re-
ducito,ídque ipſum in ſole illinito.in decoquendo etiam
hordei grana ſeptem addito. hinc enim ſufficientis de-
coctionis ſignū habebis,vbi videlicet hordei grana cocta
videris. Aliud,Archelai. Veratri nigri,radicis bryoniæ,
radicis chamæleontis nigri, ſulphuris viui, atramenti ſu-
torii,miſyos,alcyonii,foliorū fici nigræ ſylueſtris, ſing.
æquales partes cōtuſas per anguſtiſſimum cribrum excu-
G tito,deinde in mortarium coniicito, & aceto affuſo dili-
genter terito,atque vbi ad liquidiſſimi cerati ſpiſſitudi-
nem fuerint redacta, in pyxidem plumbeam recondito.
Vſu autem expetente,loco prius cum nitro perfricto, ad
ſolem liquidius pharmacum illinito. ſummè etiam ad le
pras conducit. Ad leucas quantumuis craſſæ exiſtant:
Adarces,canchryos,ſulphuris viui,æquales partes: vnum-
quodque per ſe priuatim contundito & cribrato, deinde
ſimul cum aceto ad multos dies ſufficiēter in ſole terito,
& loco prius confricto, non aceruatim illinito ſed dilu-
H tius, obſeruans etiam in principio ne cutis exulceretur.
In progreſſu verò temporis. parum quid ex veratro, tan-
tundémque ex gallis, ad trita prædicta admiſceto. A-
liud. Olus eſt in Syria folia habens ſeridis anguſto fo-
lio præditæ. vocatur autem lepidium, & cum lacte con-

ditum,ſeruatur: cum radice verò eius lanæ tinguntur, & nigrum induunt colorem.Hoc ipſum olus tritum & impoſitum,cutem liuidam reddit & attollit,vt excoriatæ ſimilis videatur.Eſt autem radix eius alba, craſſitudine digitali: ex qua in ſole ſiccata corticem detrahere oportet, & per diem vnum in acerrimo aceto macerare: deinde manè probè & conſtanter terere,affuſóque aceto ſufficiẽti ad ſtrigmẽtitiam craſſitudinem redigere,atque ita repoſitum adſeruare. Vbi verò vſus exegerit,locum nitro defrictum pauliſper tranſpirare ſinito, atque ita pharmacum ipſum ad calentiſſimum ſolem illinito,& quodammodo adfricato.deinde acetum paulatim ad illitum inſtillato.Quum verò æger vellicationem ac morſum perceperit,eum ad tolerãtiam inhortator.bullæ nanque ſuccedent,quas acicula penetratas excoriare oportet. Vbi itaque excoriatæ fuerint, ſi quidem affectus locus excoriatus concolor appareat, ipſum vt ſecundum naturam habentem & reſtitutum ſinito: ſi verò non, rurſus ad duos & tres dies idem pharmacum illinito, donec omnino perfectè videris locum ipſum ſanatum. Aliquibus verò ex hac curatione bullæ non erumpunt, verùm locus ipſe excoriatur. hos itaque velut igne ambuſta curare oportet. Aliud. Floris mali Punici drach.octo, ſpumæ nitri drach.quinque,alcyonii drach.tres, ſulphuris viui drachmas duas.vtere cum aceto.Eſt item Siccum optimum ad leucas, & inſpergitur poſtquam exciderint cruſtæ ex acribus pharmacis obortæ. Cæterùm ad cicatricem obducendam,& cicatrices reliquo corpori concolores reddendas,aceto excipe,& loco probè præfricto illine. vbi verò bullæ emerſerint,pharmacum ipſum cum melle cataplaſmatis modo impone. efficacius autem fit,ſi pro ſulphure veratrum nigrum coniiciatur. Smegmatis porrò ad leucen itémque lepram plurimis ex præſcriptis illitionibus vti oportet.Præclariſſimè autem ad ipſos Siccum magnum facit,quod Indum inſcriptũ eſt, quo etiam ad elephantiaſin,& omnem cutis ſcabriciem:ad articularem item morbum,& membrorum reſolutiones,& ad hydropicos vti conuenit: Salis ammoniaci,ſalis communis,ſalis Cappadocici, ſalis amari,nitri aſſati, farinæ fabaceæ, pumicis vſti,ſpumæ nitri, ſingulorum trientem, veratri albi,veratri nigri,radicis ſtruthii,radicis bryoniæ, cyperorum,aluminis liquidi,aluminis ſciſſi,floris iunci odorati,gummi, iridis, lapidis ſpecularis vſti, teſtarũ ſæpiæ, ſeminis lini,coſti,baccarum lauri,farinæ lupinorum,pulegii,thuris,ſeminis viticis,ſingulorum ſextãtem, oſtreorum vſtorum,radicis dracũculi,fæcis vini vſtæ,pyrethri, radicis chamæleontis nigri, ſulphuris viui, ſtaphidis ſylueſtris,ſinapis,radicis pæoniæ,ſampſuchi, ſpicæ nardi,comæ marrubii,fœnigræci,grani cnidii,phylli, ſingul.vnc. vnam,radicis cucumeris ſylueſtris,cimoliæ,gallarum, ſingulorum ſcrup.ſedecim.

De lepra,Archigenis, Cap. CXXXIIII.

EX craſſo ac viſcoſo, & magis atræ bilis humore,lepra generatur.Differt autem lepra,à leuce & alpho vitiliginis ſpeciebus,in eo quòd lepra aſpera eſt ad cõtactum, & pruritum locorum inducit. cutis enim ſola eſt quæ affecta eſt.vnde & excoriata cute,caro ſubiecta ſana reperitur.in leuce verò,velut dictum eſt,ſubiecta cuti caro tota per profundum tranſmutata eſt,ad albidiorem colorẽ & ſuperficies affecti loci læuiſſima eſt, & confricta citius rubeſcit, præſertim in iis qui facilè curantur. at verò alphos in ſuperficie hæret, & velut ſquamæ cuti affixus eſt. Cæterùm à ſcabie differt lepra, quòd in ſcabie quidem furfuracea quædam cuti inhærentia apparent: in le- A pra verò quædam velut magnorum piſciũ ſquamæ. Differt autem lepra ab impetigine ſylueſtri, eo quòd impetigo orbiculatius ſemper ad vicinos locos proſerpit: lepra verò non ita eodem modo. Ad leprã igitur faciunt plurima ex iis quæ præſcripta ſunt ad leucem: peculiariter autem talia: Glutinis,ſaluiæ,lacrymæ oleæ ſylueſtris, ſing.drach.octo,corticis radicis capparis,gummi,ſingul. drach.ſedecim. Vtere cum aceto illinens præfrictis in ſole. Aliud. Cardamomi, atramenti ſutorii, aluminis rotundi,radicis chamæleontis nigri,nitri aſſati,farinæ lo- B lii,ſingulorum æquales partes. loco ex nitro præparato, medicamẽtũ hoc in ſole impone. Aliud. Atramẽti ſutorii drach.II.ſulphuris viui drach.II. cardamomi drach. IIII.farinæ lolii dr.VIII.foliorũ fici drachm.VIII.carnis caricarũ pinguiũ drach.octo.aceto trita impone,& alternis ſolue,ac rurſus lotis impone. Aliud. Veratri nigri, ſulphuris viui,radicis bryoniæ.nitri,bituminis,foliorum fici,miſyos,alcyonii vſti,radicis chamæleontis nigri, atramenti ſutorii,ſingulorum æquales partes. vtere cum aceto ad præfrictos in ſole. Aliud ad lepram experimento C cognitum.tollit eam per dies quinque: Æruginis drach. quatuor,reſinæ pinus liquidæ drach.tres, thuris recentis drach.duas. Arida cum aceto terito, & adiecta reſina liquata præfrictis imponito,& alternis ſoluito: & reperies lepram ſplenio adhærentem. deinde vero loco per poſcã deterſo ac confricto,vt cruentus fiat,rurſus impone. At ſi exulceratio facta fuerit, per muriam & lenticulam cum melle depurga. & poſtea per ceratum ad ambuſta paratũ: curationem perfice. Aliud ad lepras, ipſas excorians: Radicis chamæleontis nigri partem vnam, ſucci thapſiæ D partem vnam,ventrium cantharidum, ſulphuris, æquales ſingulorum partes pice liquida excipe, & loco illine, vbi prius ipſum probè confricueris. poſtquam verò bullæ ac puſtulæ excitatæ fuerint,lenticulam cum melle impone. Archigenis ad lepram,Magiſtriani. Arietis nigri adipem accipito,& locum ex eo aſſiduè inungito: & in paucis omnino diebus citra exulcerationem eam tollit. Aliud. Seminis raphani drach.quatuor, ſandarachæ drach.ſedecim,lupinorum aridorum decorticatorũ, ſulphuris viui,ſing.drach.ſedecim,gallarum omphacinarum,veratri nigri,gummi,ſing.drach octo.Aceto excipe E & præfricto ex fici nigræ foliis loco, illine in ſole. cum eodem item in balneo citra olei admixtionem ſicco,per dies nouem defricato. Critonis, ad lepram, veluti Oribaſius tradit: Farinæ lolii chœnicem Italicam vnam,cardamomi drach.quatuor, ſpumæ nitri drach. quatuor, atramenti ſutorii drach. octo, radices haſtulæ regiæ medias IIII.terito omnia & miſceto.Vſu verò expetẽte,quantum ſatis videbitur accipito,acetóque acerrimo coquito, & vbi ad cerati ſpiſſitudinem redegeris, craſſius illinito, F loco tamen prius ex nitro cõfricto:ſupernè verò linteolũ obligato,idque tertio quoque die ſoluito,frigidáque abluito,ac rurſus illinito. Aliud,vt Oribaſius tradit. citra exulcerationem perſanat: Radicis rumicis ſylueſtris drachmas vigintiquatuor,gummi drach.duodecim, ſulphuris viui drach.ſex,myrrhæ drach.quatuor, gallarũ drach. quatuor.Rumicis radices in aceto ad tertias decoquito, eiſque tritis reliqua admiſceto, ac ſimul terito: ad finem verò etiam gummi addito. Vſus autem tempore loco prius ex nitro confricto,illinito: ſequenti verò die lauato G ac ſimiliter curato. Vtere eo & ad impetigines ac pſoras aſperas ac ſcabras. Oribaſii,ad leproſos. Succi radicis haſtulæ regiæ ſeſcũcem,ſulphuris viui drach.quatuor, mannæ drach.decem,nitri drach.octo.illine cum aceto.

INDEX EORVM QVÆ IN SECVNDO SERMONE Tetrabibli quartæ Aetii habentur.

De affectionibus ſedis, Cap.I.
De inflammationibus ſedis, Cap.II.
De fiſſuris ſedis,& de tuberculis, Cap.III.
De thymis in ſede ac reliquo corpore naſcentibus,ſycoſique ac verrucis formicariis appellatis, item de clauis, Cap.IIII.
De hæmorrhoidibus ſedis, Cap.V.
De hæmorrhoidum chirurgia, Cap.VI.
Ad anum aut ſedem procidentem, Cap.VII.
De prolabentis ſedis peruſtione, Cap.VIII.
De abſceſſibus ſedis, Cap.IX.
De vlceribus ſedis proſerpentibus ac depaſcentibus, Cap.X.
De fiſtulis ani, Cap.XI.
Ad intertrigines inter femora ex itinere obortas, Cap.XII.
De thymis in pudendis, Cap.XIII.
De rimis in pudendis, Cap.XIIII.
Medicamenta ad rimas ac reliqua pudendorum vlcera, Cap.XV.
Ad inflammationes pudendorum, Cap.XVI.
Ad nomas in pudendis, Cap.XVII.
Ad carbunculos pudendorum, Cap.XVIII.
Ad interna in meatu vrinæ vlcera, Cap.XIX.
Ad ſcabioſum ac pruriginoſum ſcrotum, Cap.XX.
De teſtium ac ſcroti inflammatione, Cap.XXI.
De hernia aquoſa, Cap.XXII.
De hernia inteſtinorum, Cap.XXIII.
De hernia inguinis, Cap.XXIIII.
De emplaſtrorum præparatione ac coctura, & quæ in ea coniiciuntur, Cap.XXV.
De cruentorum vulnerum curatione, Cap.XXVI.
De ſauciatis neruis, Cap.XXVII.
Curatio neruorum denudatorum ac vulneratorum in vlceribus, Cap.XXVIII.
De neruorum contuſione, Cap.XXIX.
De glandularum inguinis inflammatione, Cap.XXX.
De quacunque inflammatione, Cap.XXXI.
De abſceſſibus Cap.XXXII.
De cauis vlceribus non malignis: & ratio curandorum vlcerum, Cap.XXXIII.
Medicamenta quæ per linamenta induntur,& ad ſuppurandum, repurgandum ac incarnandum, Cap.XXXIIII.
De ſiccis repurgantibus ac incarnantibus, cephalicis appellatis, Cap.XXXV.
De vlceribus in quibus caro ſuperexcreſcit,& quæ depreſſione opus habent,& de medicamentis ſiccantibus, Cap.XXXVI.
De vlceribus non malignis cicatrice indigentibus, Cap.XXXVII.
Sicca,vlceribus non malignis cicatricem inducentia, Cap.XXXVIII.
Emplaſtra quæ non maligna vlcera cicatrice includunt, Cap.XXXIX.
De malignis & ægrè recipientibus cicatricem vlceribus, Cap.XL.
Simplicia medicamenta quæ citra mordacitatem reficcant vlcera maligna, Cap.XLI.
De vſu relatorum medicamentorum, Cap.XLII.
De ligamenti & curationis ratione, Cap.XLIII.
De emplaſtrorum compoſitione ad maligna vlcera, Cap.XLIIII.
De vlceribus quæ poſt obductam cicatricem rurſus rumpuntur, Cap.XLV.
Ad extremitatum vlcera, Cap.XLVI.
Ad callos extremarum partium, Cap.XLVII.
Ad vermes in vlceribus, Cap.XLVIII.
Ad nomas & putredines vlcerum, Cap.XLIX.
Sicca cruſtam inducentia, inter quæ etiam paſtilli multi vſus, Cap.L.
De ſanguinis eruptione,& quæ cruſtam inurunt, Cap.LI.
Exedentia & vrentia medicamenta, Cap.LII.
De ſinibus, Cap.LIII.
De ſinibus attritam cutẽ habentibus, Cap.LIIII.
De fiſtulis, Cap.LV.
De gangræna & ſphacelo, Cap.LVI.
De canceratis tumoribus, Cap.LVII.
De carbunculis, Cap.LVIII.
De eryſipelate,hoc eſt igne ſacro, Cap.LIX.
De herpete, Cap.LX.
Ad epinyctidas,hoc eſt puſtulas noctu erumpentes, Cap.LXI.
De termintho, Cap.LXII.
De papulis ſiue puſtulis, Cap.LXIII.
Ad ambuſta ab igne, Cap.LXIIII.
Ad flagellatos, Cap.LXV.
Ad deſquamata, Cap.LXVI.
Ad intertrigines, Cap.LXVII.
Ad contuſa & ſugillata, Cap.LXVIII.
De ruptione, Cap.LXIX.
De vulſione, Cap.LXX.
Ad luxatos articulos, Cap.LXXI.
Ad laxos articulos, Cap.LXXII.
Ad perniones, Cap.LXXIII.
Ad digitorum pterygia ſiue reduuias, Cap.LXXIIII.
Ad paronychias,id eſt vnguium abſceſſus, Cap.LXXV.
Ad contuſos vngues, Cap.LXXVI.
Ad ſubcruentos vngues, Cap.LXXVII.
Ad motos vngues, Cap.LXXVIII.
Ad ſcabros ac leproſos vngues, Cap.LXXIX.
Ad reparandos vngues, Cap.LXXX.
De anulis digitis impactis, Cap.LXXXI.
Ad clauos, Cap.LXXXII.
Ad plantarum rimas, Cap.LXXXIII.
De crurum ac reliquarum partium varicibus, Cap.LXXXIIII.
De brachiorum ac crurũ dracunculis, Cap.LXXXV.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICINæ, Tetrabibli, ſiue quaternionis quarti, Sermo ſecundus.

De ſedis, pudendorum ac ſcroti affectionibus, & de ſimplicibus medicamentis quæ in emplaſtra coniiciuntur. Et de cruentis vulneribus & inflammationibus, abſceſſibúſque, ac vlceribus veteribus.

De affectionibus ſedis, ex Galeno, Caput I.

AFFECTIONES circa ſedem ob multas cauſas difficulter curantur. Nam & valde tenero ſenſu prædita pars eſt: ſæpe verò dictum eſt, tales partes facilè ab acrioribus ac auſterioribus medicamentis irritari: & ipſe ſuperfluitatũ alimẽti trãſitus, tum per ſe mordax eſt, tũ ob id maximè quòd ſimul cum ipſis pertranſit bilis, & aliquando quidam ſeroſi humores. Et adhæc accedit, quòd neque præfinitum eſt medicis certum tempus ad medicamenta imponenda: ſed aliquando etiam tempore non conuenienti, ægri ad recrementorum excretionem progrediuntur. Quin & humiditas ac caliditas locorum, ſiccantibus ſimúlque frigefacientibus opus habens, non parum efficit vt vlcera ægrè curabilia fiant. Mordent enim adſtringentia: locus autem ferre non poteſt morſum, quum ſubtili ſenſu præditus exiſtat. Quapropter conueniunt ipſis medicamenta quæ adſtringũt citra aſperitatem: qualia maximè ſunt ex metallicis, ea quæ neque acria, neque acerba valde ſunt. hæc enim lota, citra mordacitatem faciunt id quo opus eſt. Horum igitur in ſumma memores, materiam experimento cognitam conſequenter ſcriptam habete.

De inflammationibus ſedis, Cap. II.

AD inflammationes ani, ſiue ex fiſſuris, ſiue ex tuberculis, ſiue ex vlcere fuerint. Palmarum paſſarum ſextantem, panis ſiliginei vnc. vnam, croci drach. duas. palmas & micas panis ſapa præmaceratas terito ac illinito. quum autem inflammatio ceſſauerit, imminuto pane, palmulas & crocum auge, donec curetur. curata verò inflammatione, vtere ſicco hoc ad vlcus: Ceruſſæ & ſyrici pares portiones ſiccas tritas inſperge. facit hoc etiam ad tubercula condylomata appellata. Medicamentum optimum ad ſedem: curat fiſſuras, & tubercula conſumit, & dolorem confeſtim eximit. ſanat etiam vlcera depaſcentia, ac maligna, & ægrè cicatricem accipientia. deprimit præminentia, & replet caua. facit etiam ad tibiarum vlcera, & ea quæ dulcia appellantur ſanat. Maſtiches, ceruſſæ, ſpumæ argenti, ſucci hyoſcyami, ſing. vnciam vnã, olei myrtei aut lentiſcini, quò ſtrigmentoſum pharmacũ fiat. Quòd ſi etiam amplius quid de hyoſcyami ſucco cõieceris, prodeſt. reponitur in plumbea pyxide. Medicamenum ad ſedem, Oribaſii: Olei myrtei lib. vnam, ceruſſæ trientem, thuris ſextãtem. Ceruſſam cum oleo myrteo ad mellis compagem coctam, ad thus in mortario tritum affunde, & vnitis vtere. Phicotyche Oribaſii emplaſtrum probatum: Thuris drach. decẽ, myrrhæ drach. ſeptem, opii drach. quatuor, butyri drach. quatuor, aluminis ſciſſi drach. vnam, cadmiæ vſtæ ac lotæ, pompholygis vtriuſque drach. ſex, ceræ Tyrrhenicæ drach. quatuor, vitellorum ouorum aſſatorum, numero quatuor, adipis anſerini drach. ſedecim, roſacei drach. ſedecim, medullæ ceruinæ drach. quatuordecim, ceruſſæ drach. quatuordecim, plũbi vſti & loti drach. VIII. lapidis hæmatitæ drach. vnam, œſypi drach. quatuor & dimidiam. arida teruntur cum vino. Ambroſia emplaſtrum Oribaſii. Ceræ, mellis, roſacei, ſpumæ argenti, ceruſſæ, adipis caprini, butyri recentis, ſingulorum quadrantem, thuris vnciam vnam. Aliud emplaſtrum ſedis, dolorem mitigans ac adimens. Spumæ argenti, ceruſſæ, ceræ, ſing. vnc. vnam, roſacei ſeſcuncem, croci drach. quatuor, medullæ ceruinæ drach. quatuor, amyli drach. quatuor, meliloti vnc. vnam, terebinthinæ drach. duas. aliquando & ouorum aſſatorum vitellos duos aut tres. Spuma argenti & ceruſſa lotæ ac ſiccatæ miſcentur, deinde teruntur paſſo cum meliloto, croco & amylo. Emplaſtrum ſedis ex cerebellis, Andreæ: Adipis anſerini curati, ceræ, thuris, medullæ ceruì, floris roſarum, pompholygis lotæ, cadmiæ teneræ lotæ, plumbi vſti loti, ſingulorum drach. quatuor, ceruſſæ drach. octo, cerebellorum gruum drach. duas, opii ſeſquidrachmã, œſypi drach. quinque, ſucci intybi cochleariũ vnum, roſacei ſeſcuncem. præpara, & vtere velut dictum eſt. Ad inflammationem ignis ſacri in ſede. Emplaſtri ex ſuccis lib. vnam, panis ſiliginei libram vnam, croci vnciam vnam, opii drach. quatuor, roſacei libr. duas. Crocus & opium paſſo macerantur, panis verò in aqua, & ad ipſa trita affunduntur liquida. facit etiam ad podagras, in calida intemperie ac fluxione bilioſa, ad eminentias protuberantes. De rumicis agreſtis radice humida adhuc, corticem detrahe, & ipſam radicem parum contuſam vt ex proprio ſucco madeſcat, ſtatim eminentiæ ipſi affrica poſt factam alui exonerationem, nimirum vbi aqua ablueris, & linteo deterſeris humiditatem. hoc decreſcẽte luna fiat. Aliud optimum ad omnem ſedis inflammationem. Malicorii ſeſquiunciam, meliloti vnciam vnam, fœnigræci cyathos duos, vini dulcis veteris heminas quinque. coquito ad tertias, & abiectis herbis, terito in vino ceruſſæ lotæ ſextantem, pompholygis lotæ vnc. vnam, thuris trientem, plumbi vſti vnciam vnam: & liquefacito ceræ Tyrrhenicæ ſextantem, olei myrtei quadrantem, roſacei quadrãtem, butyri recentis inſulſi ſextãtem, œſypi vnc. vnam, medullæ ceruinæ vnciam vnam, adipis anſerini trientem: hæc liquefacta frigefacta ac eraſa, ad trita adiicito, & intybi ſuccum paulatim adſtillato, & probè vnitis vtitor. Aliud Andromachi, quo vtor, inquit. Roſarum viridium drach. ſeptem, capitum papaueris drach. quatuor, oua cruda integra duo, butyri recentis, œſypi, malicorii læuiſſimè triti, ſing. drach. ſedecim, mellis dodrantem, roſacei aut myrtei ſeſcuncem, ceræ beſſem. Aliud, quo vtor, ait. Ceruſſæ drach. quinque, ſpumæ argenti lotæ drach. quinque, thuris drach. ſex, aluminis drach. tres, croci obolos tres, vini & roſacei quantum ſatis eſt.

De fiſſuris ſedis & de tuberculis, Cap. III.

TVberculum quod condyloma appellatur, in ſede fit, ruga aliqua corporum in ano reduplicatorum inſurgente, ac præter naturam intumeſcente. Quum enim ſinuoſus ſit anus, rugas coagmentatas habet. vbi verò amplius intumuerit ruga, tũc ſanè fit condyloma. & aliquando quidem citra inflammationem fit, & molle eſt: quandoque verò cum inflammatione, & durum eſt ac doloroſum. At verò fiſſuræ ac rimæ in ſede fiunt, quandoque in adſtrictiori parte, ſiue muſculo adſtringente: quandoque verò in ano: & aliquando ex influentium acrimonia conſiſtunt: aliquando autem propter condylomatum inflammationem ac diſtentionem, partes circumſitæ rupturam ſuſtinent. Curationes autem primùm quidẽ fiunt per medicamenta. dilata verò curatione, dum & indurantur & calloſæ fiunt affectiones, chirurgiam adhibere oportet, ita vt in condylomatis quidem æger commodè locetur, & ipſum condyloma volſella diſtentum funditus excidatur: in fiſſuris autem, vt calloſa rimæ labia deradantur, quò ſupina ac recẽs vlceratio fiat ad facilem curationem. Poſt chirurgiam conſequens curatio primùm eſt ſuppuratoria, deinde repurgatoria, poſtea ad cicatricem perducens. Quæ verò in principio adhibentur ipſis auxilia, talia ſunt. Ad condylomata pharmacum, quod contrahit ac cõſumit ipſa: Miſy aſſatum terebinthina liquida excipe, vt emplaſtri compagem habeat, & adhibito prius per aquam fomento impone. vtere velut admirando. Aliud. Teſtas ouorum vſtas ac tritas lauato, &

ſiccatas inſpergito. Aliud Lucii. Ad inflammationes ſedis & rimas, ac condylomata. facit etiam ad rimas pudendorum inflammatas: Ceruſſæ quincuncem, ſpumæ argenti lotæ ſextantem & vnciæ dimidium, recrementi plumbi loti, aluminis ſciſſi, thuris, ſingulorum ſextãtem. Hæc cum vinò albo veteri trita, ad ceratum myrteum ac roſaceum admiſceto, ac vtitor. Facit ad ſordida vlcera ſedis, maximè verò circa coronam glandis & præputium conſiſtentia, quæ neque linamentis repurgãtur, & à medicamentis ad depaſcentia vlcera deſtinatis exacerbantur. In ſumma verò perfuſiones in condylomatis adſtringentes eſſe oportet, & medicamenta ipſorũ adſtrictione quadam participare debent. Aliud ad rimas in ſede inflammatas, & ad condylomata. Cadmiæ teneræ ter vſtæ ac lotæ, ceruſſæ lotæ, ſpumæ argenti lotæ, ſingulorum ſextantem, ceræ quadrantem, ouorum duorum aſſatorũ vitellos, ſapæ cyathum vnum, roſacei cyathũ vnum. vtere. eſt valde commodum etiam ad antiquata. Ad rimas inflammatas, morſúſque ac feruores, quo ego ſemper vſus, nullo alio opus habui. Collyria aſteris aut thuris, aut aliquod conſimile, ſucco hyoſcyami & ſapa diluito, & roſaceo ſufficienti addito quò ſtrigmẽtoſum pharmacum fiat, ex hoc anum aſſiduè illinere iubeto. Et primùm quidem dolores ſedat: celerrimè verò etiam vlcera ſanat. Potes & ſpecies collyrii accipere, & cum hyoſcyami ſucco terere, ac paſtillos efformare: & vſus tempore cum ſapa ac roſaceo diluere. Aliud Andromachi, quo vtor, inquit, ad rimas ſedis & condylomata inflammata. Lapidis hæmatitæ, ammoniaci thymiamatis, thuris, aluminis rotũdi, ſingulorum drach. XII. (in alio exemplari, ſextantem) gallarum, croci, ſingulorum drach. vnam, terebinthinæ drach. quatuor, ceræ Tyrrhenicæ drach. duodecim, roſacei drach. decem. vtere ad ſedem quidem cum roſaceo: ad vterum verò cùm vnguento Salca appellato. Aliud ad condylomata & rimas, quo melius non eſt. Aluminis ſciſſi drach. tres, croci drach. quatuor, ceruſſæ drach. duas, opobalſami drach. vnam, thuris drach. quatuor, aloes drach. vnam, œſypi drach. octo, ceræ drach. octo, liquabilia liquefacito, & ad arida trita affundito, ac vnitis vtitor. Ad rimas in ano ac pudendis. Reſinam pinus ſiccam cum roſaceo terito, donec ſtrigmentoſa fiat, & oui aſſati vitellum admiſceto ac illinito. Ad rimas ſedis, inflammationéſque ac condylomata, puluis ſiccus mitigans ac eximens dolorem. Rhoidarii, ſyrici, ceruſſæ, ſpumæ argenti, æquales portiones ſiccas inſperge. Aliud. Foliorum hederæ ſiccorum cinerem cum vino & roſaceo in pila plumbea tere, ac vtere. Aliud. Cineris raſuræ linteorum vſtæ, & amyli, æquales partes tere, & foliorum oleæ viridium ſuccum miſce, ac illine. Aliud Maiæ ſiue obſtetricis ad fiſſuras & condylomata. Gallæ drach. octo, plumbaginis drach. octo, myrrhæ drach. quatuor, ceruſſæ drach. quatuor, tritis vtere. prodeſt ad omnia. Paſtillus Aretæ Andromachi, pharmacum accõmodatum ad rimas & condylomata, in maximis doloribus citò liberat. Stybii, acaciæ, plumbi vſti & loti, ſingulorum drach. ſedecim, cineris ſiue ſpodii pompholygis lotæ, drach octo: fructus ericæ, aluminis ſciſſilis, thuris, atramenti ſutorii, myrrhæ, opii, ſingulorum drach. octo, Vino terito velut collyrium, & excipe ac forma in paſtillos, quos vſus tempore paſſo diluito. Paſtillus ad ſedẽ & omnia ani vlcera, rimas ac condylomata: Pompholygis lotæ, terræ Samiæ, amyli, terræ Lemniæ, aloes vſtæ ac lotæ, thuris, ſãdycis, plumbi vſti & loti, radicis ſymphyti, centaureæ, ſingulorum ſextantem, croci, ſquamæ æris, opii, tragacanthæ, ſingulorum ſeſquiunciam. Excipe vino, & vtere vt voles. Paſtillus ex ſolano halicacabo, velut Heras prodit, qui ad rimas parari ſolet in ſede ac pudendo, & ad vlcera, cõdylomata, ad verrucas thymos ac formicarias appellatas, & ad omnem eminentiam. facit & ad puſtulas nocturnas, papulas, reduuias circa vngues & ignem ſacrum, & ad aures purulentas, & labiorum ac plantarum fiſſuras. Spumæ argenti drachmas vigintiquatuor, ceruſſæ drachmas duodecim, corticis radicis halicacabi ſicci drachmas octo, atramenti ſutorii drachmas quatuor. Terito velut collyrium cum aqua, & forma paſtillos, ac vtere, ad valde inflammata cum lacte muliebri, ad ea quæ cicatrice opus habẽt cũ vino. Andromachus autem hunc paſtillum ſic præparat: Ceruſſæ libram vnam, ſpumæ argenti, corticis halicacabi, atramenti ſutorii, rubricæ ſinopidis, ſingulorum ſextãtem (in alio exemplari ſeſcuncem) terito cum aceto, ac formato paſtillos.

Medicamentũ cicatricem inducens vlceribus in ſede. Cadmiæ vſtæ & vino extinctæ ſextantem, ceruſſæ lotæ vnciam vnam, plumbi vſti ac loti vnciam vnam, ceræ vnciam vnam, olei myrtei libram vnam. Sicca cum vino terito ad dies ſufficientes, & ceratum liquefactum adiicito, ac vtitor vnitis. Aliud ſiccum, ad rimas præputii ac ſedis, inducit cicatricem: Cadmiæ, ceruſſæ, thuris, æquales partes. facit & ad alia vlcera mirabiliter. Aliud cicatricem inducens: Cadmiæ ter vſtæ ac lotæ, plumbi vſti ac loti, diphrygis, ſingulorum vnciam vnam. Vino trita excipe, cerato habente ceræ quincuncem, terebinthinæ drachmas quatuordecim, olei myrtei quincuncem: & vnita ac in maſſam coacta ſeruato. Vſus verò tempore, de pharmaco ſextantem, ceræ trientem, olei myrtei quantum ſatis eſt accipe. Aliud ſiccum, rimas ac vlcera ad cicatricem perducens: Seminis ſpinæ Ægyptiæ ſextantem, maſtiches vnciam vnam. Singula ſeorſim trita miſcentur, & poſt ſedatas inflammationes inſperſa cicatricem inducunt. Aliud. Lapidis Phrygii ter vſti ac vino extincti, cadmiæ vſtæ lotæ, ceruſſæ lotæ, aloes, thuris, ſingulorum drachmas quatuor, ſquamæ æris lotæ drachmas duas, diphrygis drachmas duas, diligenter tere: ac vtere. Aliud. Fructus ericæ, gallarum, thuris, acaciæ, pares portiones ſiccas inſperge.

De thymis in ſede ac reliquo corpore naſcentibus, ſycoſique ac verrucis formicariis, itém que clauis, Cap. III.

Thymi appellationis originatio tranſſumpta eſt à cacuminibus eiuſdem nominis herbæ in montibus naſcentis. Thymi enim in corpore tuberculoſæ ſunt eminentiæ, aſperæ, ſubrubræ, oblongæ, præter naturam auctæ, ſanguinem effundentes dum auferuntur, amplius quàm pro apparente magnitudine. Abundat autem hæc affectio circa ſedem & pudenda ac media femora. quandoque etiam in facie cõſiſtit. Et quidam ſanè parui ſunt, & vocantur thymi: aliqui verò magnitudine excedunt, & appellantur ficus: & aliqui manſueti ſunt: aliqui verò maligni. Manſueti igitur thymi, carunculæ ſunt paruæ quidem, verùm inæquales, obſcuris eminentiis exaſperatæ, albicantis coloris, aut ſubrubræ, & doloris expertes. Maligni verò thymi, duriores ſunt & aſperiores ac maiores, fæculenti ac liuidi coloris, doloroſique ac punctorium dolorem inducentes, & exacerbantur maximè ad manuum contactum & medicamentorum adhibitionem. Sunt autem omnes manſueti facilè curabiles: maligni verò incurabiles. Curantur autem aliquando hi, non locali exectione, ſed cum ablatione totius partis in qua ſunt. Ad thymos. Saluiam herbam ſiccam tuſam cum pinguibus caricis præbe edendam, & diſparebunt. Verùm in pecoribus ordeum rori exponito, & eandem herbam inſpergito, & edere ſinito, ac miraberis. Ad eminentias. Soleas veteramentarias humidas vrito ac terito, & vino præimbutas imponito. Aliud. Serpentis exuuium tritum carne caricarum reiectis granis excipito, & emplaſtri modo imponito: ſi verò intra ſedem fuerint, glandulam inde facito, ſubdito, ac miraberis. Aliud. Caninum ſtercus album vſtum ac tritum, & vino madefactum imponito. Cæterùm verrucá, acrochordon *Græcis* dicta, tuberculoſa eſt eminentia. Nomen verò inde habet, quòd ſimilis eſt vertice ſuo reſectæ chordæ iuxta extremitatem. At verruca formicaria, tuberculoſa ac calloſa eſt eminentia, nigricantis coloris, fundamentum latum habens, & ad cutem reſidens, ad contactum dolorem exhibens eiuſmodi qualis à morſu formicæ animalis contingit: vnde etiam nomen habet. Verùm in ablatione ſanguinem fundit, non pro ap-

parentis magnitudinis ratione. Clauus autem calloſa eſt eminentia,capiti claui aſſimilis. frequens autem eſt circa manuum extremitates,& circa calcaneum.Appellant porrò etiam in facie orientes magnas eminentias,ficus:à magnitudine impoſita appellatione. Proinde conandum eſt vt per pharmaca,tum manſuetos, tum malignos thymos curemus, ita vt manſuetis quidem, ea quæ conſumere ac contrahere poſſunt adhibeamus: malignis autem,ea quæ ad cancerata vlcera deſcribentur, præſertim in mammis ac vtero. At vbi victa fuerint pharmaca,& curatio protrahatur, thymos quidem qui ſunt in muſculo ani adſtrictorio, volſella attractos radicitus excindere oportet, & ſiccum medicamentum ſanguinem ſiſtens inſpergere,quale eſt quod flauum appellatur: & poſt chirurgiam,pharmaca reſiccantia adhibere donec perfectè curentur. nam vnctuoſa curatio affectionem refricat. Si verò in partibus magis expoſitis fuerint thymi,poſt exectionem quum magni fuerint ac multi, vſtionem adhibere expedit ad ſanguinem ſiſtendum, & regenerationem in poſterum prohibẽdam. Adhibita igitur vſtione, curatio decernatur communis ad peruſta: primùm videlicet ea quæ cruſtas amouere poteſt:deinde repurgatoria: poſtea reſiccatoria. Cruſtas autẽ remouere poſſunt in talibus,lac & mel per linamenta adhibita. Quòd ſi ſcalpello ſolùm exciſi fuerint thymi, poſt exciſionem ſiccum ſanguinem ſiſtens adhibeatur,& reliquus curationis ductus reſiccans,velut dictum eſt. Pharmaca cõſumentia ac reſiccantia thymos, & verrucas formicarias atque acrochordonas. Medicamenta quæ conſumunt ac reſiccant thymos,ſunt ea quæ communiter curant etiam reliquas verrucas:quale eſt hoc quod facit ad thymos in ſede ac pudendo,aut in alio corporis loco obortos. Aluminis ſciſſi,atramenti ſutorii vſti, glutinis, ſingulorum vnciam vnam,ſquamæ æris ſextantem.Trita glutine excipito cum aceto prædiſſoluto, illinito. Ad thymos in ſede,& dura ac noninflammata condylomata, & ficus. Squamæ æris drachmam vnam, ſandarachæ drachmam vnam, auripigmenti drachmam vnam, aluminis ſciſſi drachmas duas.Terito per ſe ſingula, & cum roſaceo, & ad ſtrigmentitiã craſſitudinem redacta largè illinito, & raſuram linteoli imponito, atque bis ſingulis diebus curato. at verò in aliis corporis partibus aceto diluta illinito. Mirabiliter autem contrahit ac deprimit thymos in ſede ac condylomata,& inflammata lenit, paſtillus ſuperiore capite deſcriptus,Arete appellatus. Heraclidæ Tarentini ad verrucas formicarias inueteratas: Sulphuris viui,ſandarachæ, atramenti ſutorii, ſingulorum æquales partes,terito cum aceto,& paſtillos formato. & vſus tempore aceto dilutos illine. Nos autem appoſuimus his etiam elaterium pari portione, & ad formicarias atque acutas verrucas mirabiliter profuit: verùm in formicariis primùm ſcalpello circumſcalpere oportet, atque ſic pharmacum illinere. Oribaſii ad formicarias verrucas & acrochordones: Chalcitidis drachmas ſex, ſandarachæ drachmas quatuor,cadmiæ drachmas decem, cum aceto aſſiduè illine donec exciderint. Aliud melinum ſiccum, geminæ mixturæ, Heliocaes, *hoc eſt ſole uſtum* appellatum: Calcis viuæ partes duas, auripigmenti partem vnam. auripigmentum aqua prius terito,& calcem adiicito,& in vaſe aqua repleto ſiccari ſinito.Hoc vbi tertiò feceris, in vas fictile procul ab omni humiditate deponito. facit ad verrucas formicarias,& inſtar chordæ apicis acutas, pterygia, callos, nomas,& epulidas. Aliud. Auripigmenti drachmas octo, ſandarachæ drachmas ſex,elaterii drachmas octo, ſulphuris viui drachmas ſex, radicis chamæleontis nigri drachmas quatuor.Aceto diluta cogito in paſtillos,& vtere cum aceto. Verùm in formicaria verruca baſim prius circumſcalpe,velut dictum eſt. Aliud pharmacum accommodatum. hoc vſus ſanaui thymos malignos: Elaterii drachmas octo,auripigmenti tantundem, ſulphuris viui drachmas ſex,glutinis piſcium drachmas quatuor, trita excipe glutino aceto prædiſſoluto.Et vtere in aliis quidem locis cum aceto diſſolutis: ad ſedem verò cum roſaceo. Quomodo verò

A gluten piſcium diſſoluere oporteat, dictum eſt in capite De ſanguinem ſpuentibus,in paſtillo qui gluten piſcium recipit,Sermone octauo. Ad thymos valde malignos poſt exectionem & vſtionem exorientes. verrucas item formicarias,& inſtar apicis chordæ acutas. Paſtillus Paſionis: Squamæ æris drachmas duodecim, æris vſti drachmas octo,ſalis ammoniaci drachmas octo,aluminis rotundi drachmas octo,thuris drachmas ſedecim. Omnia terito excepto thure,ad multos dies aceto affuſo in ſole. Deinde thus adiice,ac rurſus probè tere, & paſtillos efforma, B eóſque aſſiduè cum aceto illine, donec penitus exciderint: ad eos verò qui in ſede ſunt,cum paſſo diluito. Cæterùm ficus ablatos,& thymos ac condylomata curat, & rurſus generari non ſinit, & iam extantes præclarè tollit,cinis lignorum vitis cum aceto illitus,& cinis ex vinaceis vſtis cum aceto.

De hæmorrhoidibus ſedis,

Cap. v.

HÆmorrhois appellationis originationem habet à ſanguinis fluxu. eſt autem velut dilatatio localis in C ſede facta, vaſis quibuſdam iſtic apertis, & progreſſu temporis calloſioribus factis. Hæmorrhoidum verò aliæ ſunt cæcæ,aliæ apertæ. cæcæ ſunt quæ omni tempore inflatæ ſunt,& nihil excernunt: apertæ verò ſunt quæ per tempora ſanguinem effundunt. Hæc affectio malorum plurimorum cauſa hominibus exiſtit. nam & deformitatem,& miſeram vitam hæmorrhoides inducunt: multos verò etiam vita priuant.Et deformitatem quidem, propter coloris totius corporis vitiationem, ex euacuatione ſuccedentem:miſeram verò vitam, propter corpo- D ris debilitatem. Quandoque autem & de vita periclitantur ſic affecti,quum ob excedentem euacuationem perfrigeratum hepar, aquam inter cutem operatur. Conuenit igitur recta diæta ac venæ ſectione præmiſſa,hæmorrhoidum extirpationem moliri, & nullam penitus relinquere,quemadmodum quibuſdam viſum fuit. poſſibile eſt enim incolumes euadere, optimúmque curationis finem aſſequi, poſt hœmorrhoidum extirpationem, eos qui opportuno tempore venæ ſectione & conuenienti diæta ſemper vtantur,quemadmodum Hippocrati pla- E cet. Inquit enim, Hæmorrhoidas ſananti inueteratas ſi non adſeruetur,periculum eſt hydropem aut tabem ſuccedere.Non enim(velut quidam opinantur) dixit, ſi non vna fuerit ſeruata hæmorrhois ad ſanguinis excretionem:ſed dixit,Si non adſeruetur, hoc eſt ſi non conuenienti diæta vtatur.Quòd autem ſic velit Hippocrates, ipſa aphoriſmi diſtinctio oſtendit: ait enim hic vir,Hæmorrhoidas inueteratas ſananti. eſt autem ſanatio perfecta liberatio,& legitima curatio. Quare iuxta Hippocratem non oportet aliquam hæmorrhoidem relinquere, F ſed omnes excindere, & poſt perfectam ipſarum curationem per conuenientem, velut dictum eſt,diætam ad naturalem ſtatum corpus curatum reducere, incideréque cubiti venam tempore opportuno, quò videlicet coaceruatus in corpore ſanguis euacuetur.

De hæmorrhoidum chirurgia,

Cap. VI.

ÆGrum itaque præparare oportet per modici cibi vſum,& aquæ potum,& vtplurimùm etiam per clyſteris infuſum,tum prolectandi ſtercoris gratia, tum vt ſe- G des irritata promptior ad euerſionem fiat. Deinde adhibeatur chirurgia, quemadmodum in tractatu De chirurgia oſtenſum eſt, ita vt ſingulæ hæmorrhoides vncino diſtendantur,& baſis prius circumſcalpatur, & per vncinum obtorqueantur.Deinde paruo interſtitio facto obligentur,& reſecentur.ipſa enim obtortio adſtrictioni correſpondens,vaſa contrahit vt conſidant,quò poſt exciſionem ſedes minus ſanguinis effundat. Quapropter oportet vnamquanque hæmorrhoidem hamulo diſtẽdere: deinde fundamentum circumſcalpere, poſtea per hamu- H lum obtorquere, & porrigere hamum tenendum miniſtro. poſtea verò etiam in aliis idem faciendum eſt.Poſtquam verò omnes hamulis diſtendimus, circumſcalptas funiculis obligabimus,& miniſtro tenendas dabimus.Et

tunc

tunc primùm diſtẽtam primã excidimus, & reliquas cõſequenter ex ordine tollimus. Poſt exectionem verò, ficcum ſanguinem ſiſtẽs apponimus, & ſpongiam lino obligatam adhibemus, & fili principium foris relinquimus. Poſtea decernimus conſequentem curationem, per linamentorum immiſſionem, ſpongiarum appoſitionẽ, obligationem ſedi conuenientem. curatio verò poſtea communis eſt. Securior itaque & compendiaria curatio hæmorrhoidum eſt ipſa chirurgia. Quandoquidem verò quidam melius eſſe putant aſſiduè purgari per hæmorrhoidas, velut mulieres: quidam verò, ob timiditatem, per medicamenta potius aliquas ex his aut omnes tolli cupiunt, conſequenter ſubiungemus auxilia ad has conuenientia. Extractoria hæmorrhoidum. Quãdoquidem pleræque hæmorrhoides opus habẽt extractione, ad faciliorem medicamentorum impoſitionem, neceſſarium eſt & talia pharmaca deſcribere: Cyclamini ſuccus illitus, & hæmorrhoidas irritat, & non ſinit ipſas contrahi in chirurgia, & ſedem extrahit ac euertit. Magni pharmacum accommodatum ad hæmorrhoidas extrahendas: Piperis ac nitri, vtriuſque pares partes terito, & ſedi adhibeto.

Aliud. Succum cyclamini cum pari mellis menſura ad compagem mellis coquito, probè facit. Aliud. Hoc vix prolabentes hæmorrhoidas extrahit. Succi cẽtaurii drach.II. aluminis liquidi drach. II. miſyos drach.I. ſtaphidis agreſtis drachm.I. excipe melle & illine ſedem. aut lanam pharmaco imbutam in ſedem inde. Quum autem promptitudinem induxerit, & ſedes prolapſa fuerit, & hæmorrhoides apparuerint, imponito ea quæ ad hæmorrhoidum curationem deſcribentur. Quæ aperiant hæmorrhoidas. Aperiunt autem has, in iis quibus ſanguinem per ipſas excerni volumus, amaracinum vnguentum illitum, perdicii herbæ folia viridia aſſiduè affricta, mercurialis trita & velut glans immiſſa, fel bubulum per lanæ tomentum inditum. Siſtentia ſanguinis hæmorrhoidum fluxum. Sanguinem qui ex hæmorrhoidib⁹ nimiùm euacuatur, ſiſtũt, aloe impoſita, ſquama ferri, plumbum vſtum cum poſca. Aliud ſanguinẽ ſiſtens confeſtim. Acaciæ fuluæ drach.IIII. plumbaginis drach.IIII. tragacanthæ drach.II. Singula ſeorſim terito & miſceto, & aqua ſubacta craſſius imponito: ſi verò penitiores fuerint, in maſſam coacta indito. Aliud delẽs hæmorrhoidas & omnem ſanguinis eruptionem: Mororum crudiſſimorum ficcorum ſeſquiunciam, chalcitidis ſeſquiunciam, lapidis molaris trientem, pennarum corui ſcrup.XXI. Extremitates pennarum torreto ac terito. deinde omnia vino ſubacta ad ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem redigito. & in hæmorrhoidibus quidem indito: in extrinſecis verò ſanguinis eruptionibus illinito, ac obligato. Aſclepiadæ prolutio hæmorrhoidum: Spinæ Ægyptiæ quincuncem, foliorum ſalicis, artemiſiæ, ſideritidis herbæ, ſingul. trientem, in quatuor aquæ ſextariis coquito ad dimidias. & herbas quidem abiicito: ad aquam verò decocti ſiccum hoc admiſceto. Melanteriæ à clauis drach.X. aluminis rotũdi drach.VIII. ſpumæ argenti drach. IIII. gallarum drach.III. miſyos drach.II. ſoreos drachm.II. Siccũ in decocto diluito, & cũ eo ſepties in die perfundito, atque hoc per triduũ facito. Si verò reliquiæ quædam hæmorrhoidum reſtiterint, eas quarta die acu cõpungito. Et ſi quidem ſenſerint, aut cruentatæ fuerint, decoctũ illud ſimiliter prodeſt: de ſicco verò dimidiã partem miſce. Prolutione verò facta, ipſum ſiccũ pharmacũ adhibe, vt exactè vrantur: propter inflammationẽ autẽ, forinſecus pane impone. hoc citò vrit. ex cataplaſmate verò intra ſeptimum diem excidunt cruſtæ. Mirabiliter quoque hæmorrhoidas hoc tollit: Cicutæ ſiccæ drach.II. ſucci hyoſcyami drach.IIII. aluminis drach.II. æris vſti drach.II. rubricæ drach.I. cerato roſaceo excipe & impone. Faciunt & mali Punici acidi cortices ſicci cũ aceto impoſiti: ſi verò penitiores fuerint, velut glandem ſuppoſititiam indito.

Aliud valde præclarum. Sandarachæ drachmas VIII. auripigmenti drach.VIII. cum lixiuio diluta impone, ægro antea probè collocato. mortificatur enim hæmorrhois, & decidit in ſemihora reficcata, & à fundamẽto deuoluta. Verùm circũ hæmorrhoides ceratũ illinitur: & ſit

A hoc in ſole, aut apud ignẽ. debet enim homo in eodem ſitu permanere donec pharmacum abluatur. Aliud ad hæmorrhoidas, quod ſedat etiã inflãmationes ani: & illæ mortificatæ reſiccantur velut vuæ paſſæ, & decidunt in ſeptẽ diebus citra exulceratiõnẽ. Cæterùm ad condylomata ac fiſtulas cõfert, eâque curat hoc: Fæcis vini ſiccæ vſtæ quadrantẽ, miſyos ſextantẽ, aut pro miſy, ſoreos ſextãtem. vtere velut optimo. fæx autẽ occulitur in prunas, & vritur donec albeſcat. Aliud. Stercus aſini ſiccũ accipito, & ex eo ollulam paruã impleto, & mannæ thuris

B drach. octo, & tithymali ſicci manipulũ vnum addito, & accenſo ſtercore bubulo, ad carbonum ſpeciem exurito, eâque trita imponito donec excidant. ſeptima enim die citra inflammatiõnẽ mortificatæ decidunt. Aliud mirabiliter excindens hæmorrhoidas. Chalcitidis vſtæ, miſyos vſti, atramẽti ſutorii vſti, diphrygis, ſoreos, ſingulorum drach.IIII. ſquamæ æris vſtæ drach.II. vtere ipſo ſicco, & inſtar teſtæ induratæ excident. Eſt hoc præclarũ, & omnem carnis eminentiã contrahit. Aliud Hippo-

C cratis ad hæmorrhoidas admirãdum. Gallarũ ſextantem, myrrhæ ſextantem, aluminis ſciſſi quadrantem, melanteriæ quadrantem, cõtundito, cribrato, terito, ac vtere ſicco. Ego verò in penuria melãteriæ, ſori adieci. & fecit mirabiliter: nam intra paucos dies citra mordacitatem ac vlcerationem hæmorrhoidas diſſipat. verùm vino præeluere oportet, atque ſic inſpergere.

Ad anum aut ſedem procidentem, Cap. VII.

D Nos per muriã aut marinam aquã prius anum fouere ſolemus prolapſum, & ſæpe nullo alio auxilio opus habuimus. Aliquãdo verò ſalem tritũ inſpergimus, ægro cõmodè ad hoc collocato, & ſufficiẽs tẽpus expectamus, donec deſtillantes humiditates extrà proceſſerint. Deinde abluta prolapſa recti inteſtini parte, illitionibus adſtringẽtibus vtimur, nimirum acacia, aut hypociſthide cum vino. Deinde anum retrudimus, & ſequenti die inſeſſionẽ paramus, aut infuſum adſtrictoriã vim habens: quale eſt vinum nigrũ auſterum, in quo decocta eſt myrtus, aut oleæ folia, aut malicoriũ. Cæterùm in pueris ad-

E ſtringentiũ vſum remittere oportet, & mitiora adhibere. Si verò res vrgeat, etiã lumbis adſtringentia imponemus cataplaſmata ex palmulis ac mal s cotoneis & ſimilibus. item ſedi ſimilia adhibebimus. Victus autẽ ſit boni ſucci, & lactis potus decernatur. & pultes ex lacte parentur, qualis eſt oryza cũ lacte cocta, & ſimilia. vinum detur aquoſius. Pharmaca verò huic affectioni cõmoda ſunt eiuſmodi: Gallam coquito, & cum læuigata anum integito, & ſi quidem fortiore auxilio opus habes, in vino cocturã facito: ſin leniore, in aqua. Aliud. Corticis pinus drach.

F octo, pilularum cupreſſi drach.II. plumbaginis drach.II. prælauato cum vino adſtringente & acerbo, & ſicca trita inſpergito. Aliud. Recrementi plumbi drach. octo, thuris drach.II. prælue, & trita inſperge. Aliud. Balauſtiorum drach.I. malicorii drach.II. ſeminis hyoſcyami drach. octo, ceruſſæ drach. octo, myrrhæ drach.II. plũbi loti drach.II. prælue & inſperge. Aliud noſtrum ad procidentem anum: Fructus ericæ, gallarum, acaciæ, ceruſſæ, ſucci hypociſthidis, corticis pini, myrrhæ, thuris, æquales partes ſiccas inſperge, vbi vino auſtero ſedem

G prius laueris. Aliud. Lẽtis vſtæ, panis vſti, farinæ erui, æquales partes imponito cum aceto & ſapa. Aliud. Sedem vino prælauato, & picem aridam tritam inſpergito, aut ollulas vſtas tritas. Aliud. Cupreſſi decocto perfundito, & ſtercus caninum ſiccum inſpergito: picem verò ſiccam, bitumen, & cyperum ſuffito. Aliud. Coriandri ſemen, & laſer, trita cum vino illinito. & torpedinem viuam aſſiduè apponito, & contrahet. Aliud. Bitumen & gallam æquis portionibus tritis ſiccis ſedi inſpergito. valde præclarum hoc eſt.

H
De prolabentis ſedis peruſtione, Leonidæ, Cap. VIII.

Qvum fluxus ægrè curabilis apparuerit, & diæta nihil profecerit, neque medicamẽta cõtulerint, ſtructura mali iã inueterata, ad vſtionẽ peruenire oportet. Quum enĩ alia inteſtina inter partes prĩcipales cõnumerẽtur, ex-

terna extremitas inteſtini recti principalis non eſt: ſed & dum vritur & ſecatur, nullum periculum inducit, velut ipſa experientia teſtatur. Inurere autem conuenit per cauteria nucleoformia externam ſedis partem extremam, ex moderatis interuallis. ſufficiens eſt enim vſtio ad fluxionem ſuperandam. cicatrix autem ſolida ſuccedens, anum in ambitu conſtringit. poſt vſtionem verò, lac cum melle vnito, & linamenta ex eo imbuta indito, ac obligato. poſtquam verò elapſæ fuerint cruſtæ, lentem cum melle imponito. Repurgatis autem vlceribus, vtere emplaſtro ex ordeo, aut aliis cicatricem inducentibus, ſuprà ad ſedis affectiones præſcriptis.

De abſceſſibus ſedis, Leonidæ, Cap. IX.

INflammatione prægreſſa aliquando circa anum abſceſſus oritur. Quod vbi contingit, plura corpuſcula putreſcunt propter locorum humiditatem ac largam caliditatem. vnde neceſſarium eſt in chirurgia ablatione vti, & propterea facilè in fiſtulam tranſire. Proinde in ſimplicioribus quidem abſceſſibus facilis eſt curatio: verùm in magnis affectionibus, ano orbiculatim amputato, plerunque dum cicatrix inducitur, podicis meatus cõſtringitur, & obturatio contingit. Quapropter conducit inter curandum, primis curationis temporibus linamentum parare, idque in tetrapharmaco, aut alio quodam ad curationem commodo, diſſoluto intinctum indere in ſedem: tempore verò inducendæ cicatricis, canalem ſtanneum rotundum ſedis meatui conuenientem immittere, qui foris quidem ſit amplus, verùm appoſita parte in profundo ſita rotũdus ac leuis, habeátque in medio foramẽ per quod flatus reddi poſſunt. Illinatur autẽ canalis ex medicamẽto cicatricem inducẽte, aut Samia terra cũ vino, aut ceruſſa. forinſecus autem ſplenium aut lana incumbat, & commoda obligatio fiat. At verò canalis ipſe vſque ad perfectam curationem inditus ſinatur.

De vlceribus ſedis proſerpentibus ac depaſcentibus, Cap. X.

FIunt aliquando in ſede vlcera proſerpentia & depaſcẽtia. Si quidem igitur nome depaſcens in adſtrictorio muſculo fiat, conari oportet vt per ſedulam medicationem ad nomas pertinentem affectio curetur. Nam interiores ani partes, ipſe inquam adſtrictorius muſculus, neruoſus quum ſit, neque vſtionem neque ſectionem ſuſtinet. exciſo enim muſculo illo, conuulſio ſequitur, & nimirum etiam carunculæ imminutio ac detrimentum: id quod inde nobis cognoſcere datur, quòd etiã ſæpe nõ adhibita chirurgia, ab ipſo depaſcente vlcere muſculus ille cõſumitur, & carunculæ decrementũ (rhœada *Græci* vocant) conſequitur. Vtendum igitur eſt auxiliis ad nomas deſcriptis, ita vt myrtorum ac malicorii & rubi decocto, ac ſimilibus aſſiduè irrigemus, & primùm quidem corporibus à natura alienis cruſtam inuramus, per Fauſtinũ appellatum paſtillum aut conſimiles: deinde vtamur eo qui ex vſta charta conſtat. poſtea Iſidem emplaſtrum cũ multo roſaceo diſſolutum per linamenta indamus, & ſic reliqua deinceps conſequentia faciamus. Cæterùm phagedænico vlcere proſerpendo exedente in ano exiſtente, audere aliquid oportet, & aliena à ſanis excindere: deinde vſtionem adhibere. quum enim carnoſus ſit podex, tales chirurgias facilè ſuſtinet. Poſt chirurgiam autem conſequenter curatio, velut aliorum vlcerum facienda. Si verò vſtio adhibita fuerit, curare conuenit velut in prolabente ſede dictum eſt.

De fiſtulis ani, Leonidæ, Cap. XI.

QVandoquidem ex mala vlcerum curatione, & præcipuè circa ſedem, ſæpe fiſtula ſuccedit, conſequenter etiam de his dicendum eſt. Proinde ægro in ſella, aut alio quodam plano loco collocato, artifex à dextris magis ipſius ægri deſidens chirurgiam perficiat. Conuenit autem ſpecillum accipere, & caput eius in medium fiſtulæ immittere, ipſúmque propellere quouſque per inanẽ meatum progreditur. deinde medium ſiniſtræ manus digitum in ſedem immittens, per ipſum ſpecilli caput arripiat, poſtea reflectens ſpecillum, & ambas fiſtulæ extremitates inter ſe adæquatas ſiniſtra manu diſtendat, atque ſic omnia corpuſcula calloſa per ambitum exſcindat, vnico contactu, ſi id fieri poteſt. Si verò poſt ſectionem apparuerit callus adhuc inſidens, circumſcalpatur. manifeſtus autẽ eſt callus, quum ſit ſubalbidus ac renitens. Si verò etiam rugæ propinquæ apparuerint, volſella extentæ reſecentur ad vlcerum explanationem, & facilem deinceps curationem. Poſt chirurgiam manna thuris ſectionem implebimus, & linamentis additis conuenienter deligabimus, & conſequenter communi aliorum vlcerum curatione vtemur. Cæterùm in iis qui ob mollitiem aut timiditatem rogant nos vt per medicamenta curentur, primùm conari oportet vt per pharmaca reſiccantia ac fiſtulas claudentia curemus. Quæ ſi nihil effecerint, ad ea quæ calloſa corpuſcula erodere ac conſumere poſſunt, tranſeundum eſt, quæ fiſtularia collyria appellantur: quorum præparationes in vniuerſali De fiſtulis tractatu paulo pòſt in hoc ſermone dicemus. At verò medicamẽta quæ fiſtularum reſiccationem promittunt, ſunt emplaſtrum ex ſpuma argẽti & aceto ac oleo paratum, & emplaſtrum ſine cera, & fuluum Galeni, & harmonii, & ex ſalicibus, & ex lolio conſtans & conſimilia. Facit & hoc ad fiſtulas incipientes in ſede, rimáſque ac condylomata: Pæoniæ radicis vſtæ quadrantem, bituminis Iudaici ſextantem, ſulphuris viui vnciam vnam, ceræ ſextantẽ, olei myrtei quantũ ſatis eſt.

Aliud. Mala cotonea ad cinerẽ exurito, ac trita supernè ad oſculum fiſtulæ imponito, & linamẽto indito, emplaſtrũ ex vino & oleo aut ſimile quoddã adhibeto, ac deligato, & alternis diebus ſoluito. Paſtillus ad fiſtulas ſedis.

Chalcitidis vſtæ dr. VIII. æris vſti dr. IIII. cadmiæ dr. IIII. Creticæ terræ dr. IIII. põpholygis dr. III. lycii dr. III. aloes dr. II. croci dr. II. gũmi dr. XVI. terito cũ ſucco ſenecionis aut ſerapiadis tres teſticulos habentis, & formato paſtillos. & vtitor ſiccis, & cum aceto & cum cerato. Vtere etiam ad vniuerſales fiſtulas deſcribendis.

Ad intertrigines inter femora ex itinere obortas, Cap. XII.

CHalcitis cũ aqua trita ac illita prodeſt. Et plũbago cũ aceto aut vino. Et ſpuma argenti per ſe, & cũ myrto ſicca trita. Aut alumẽ in teſta vſtum tritũ inſperge. Aut fici folia vſta ac trita cũ oleo illine. Aut roſarũ capita vnà cũ flore trita inſperge. Aliud quo vtor, valde efficax: Plũbaginis dr. VIII. gallarũ dr. IIII. aluminis dr. I. myrrhæ dr. II. ſiccũ hoc inſperge: aliquando verò cũ oleo myrteo illine. Ego verò vino ſemper prius lauo, & ſiccũ inſpergo. Aliud. facit & ad papulas feruidas in femoribus ac ſub alis ex ſudoribus obortas præſertim in corpulẽtis hominib⁹. Syrici vnc. I. fuei tinctorii vnciam I. teſtæ ex clibano antiquo ſextantẽ, prælauato & inſpergito. probè quidem facit, verùm lintea inficit. facit & ad ambuſta cum cerato.

De thymis in pudendis, Leonidæ, Cap. XIII.

HVius affectionis proprietatem in loco De thymis in ſede diximus. fiunt autẽ & hîc thymi, aut in ſola glãde, aut in cole, aut in præputio: aliquando verò in omnibus relatis locis. Antea verò dictum eſt quòd mãſueti facilè curãtur: maligni difficulter, & per affectæ partis ablationem ſanantur. Quomodo autẽ cognoſcere oporteat & manſuetos & malignos, etiam relatum eſt. Si quidẽ igitur mãſueti fuerint thymi ac parui, per volſellam diſtenti excindantur, & aliquo ſanguinem ſiſtente ac cruſtam inducente illinãtur, quale eſt ſiccũ flauum appellatum, quò per cruſtam ſimile quiddam vſtioni efficiamus. Quum verò multi fuerint & magni, tunc poſt exciſionem vſtio adhibeatur ad ſanguinem ſiſtendum, & affectos locos ad aliũ ſtatũ tranſmutandos, & thymorũ regenerationẽ prohibendã. Cum autẽ totum præputiũ, thymis fuerit refertũ, tum iuxta internam, tum circa externam partem difficile erit conſeruare. Itaque neceſſarium erit, quantum eius fieri poteſt, ad cutis præputii ſectionem progredi. Quum igitur vſtio poſt exciſionẽ adhibetur, curatio decernatur ad peruſta, relata in tractatu de prolabente ſede. Exciſis autẽ thymis, & poſt exciſionem ſicco cruſtam inurente adhibito: poſt cruſtæ diſceſſum reliqua curatio reſiccatoria fiat. vnctuoſa enim pharmaca affectionẽ refricant. Cæterùm in iis qui chirurgiam reiiciunt, vtendum eſt talibus medicamentis. Medicamentum reſiccãs thymos, xeraphium appellatũ. Chalcitidis crudæ ſeſquiunciam, mi-

ſyos crudi ſeſquiunciam, ſquamæ æris ſextantē, aluminis ſciſſi vnc.I. Locū cū vino prius lauato, & ſiccū inſpergito.

Aliud. Gallam & alumen trita inſpergito, & exareſcent. vtere etiam ſi in alio corporis loco thymi fiunt.

Aliud egregiè tollens thymos & carnem excreſcentem in pudendis. Origanum & rutæ radicem, paribus partibus vrito terito ac inſpergito. vtere hoc velut optimo.

De rimis in pudendis, Leonidæ, Cap. XIIII.

RImæ ac fiſſuræ in præputii ſummitate fiunt, quando anguſta ea exiſtens violenter reducitur. Ruptis autem corporibus, inflammationes ſuccedunt & dolores intenti. In principiis igitur, omnis rima dum recens eſt, cruentatur: antiqua verò calloſa fit, & rurſus quum violenter diſparatur, rupta rurſus cruentatur. proinde ad curā feſtinare oportet. Vbi verò antiquatæ fuerint, & calloſæ factæ curationem diſtulerint, nihil proficientibus medicamentis, confert cutem abducere & calloſa rimarum labia ſupino ſcalpro, quantum eius fieri poteſt; ſuperficiaria ſectione diducere. Reſupinatæ enim & recentes factæ rimæ ac fiſſuræ, celerrimè ſanantur.

Medicamenta ad rimas & reliqua pudendorum vlcera, Cap. XV.

RImas medicamentis curare conandum eſt antea citra chirurgiam, & vtendum eſt pleriſque ad rimas ſedis præſcriptis, & præſertim eo quod Lucio inſcribitur. facit enim & ad rimas in præputio, & ad vlcera ſordida, & præcipuè quum detrahi ac reduci non poteſt. iniicitur autem cum oleo & vino per clyſteriolum. Mirabiliter autē facit ad rimas in præputio & recentes & inueteratas, vrina quæ inter mingendum intra præputium ac glandem obiter ſuſcipitur, & celerrimè ſanat, vt ne opus quidem ſit alio auxilio. Aliud ad rimas præputii. Reſinam frictam cum roſaceo terito donec ſtrigmentitiam compagē accipiat, & admixto oui aſſati vitello vtere. Aliud ad rimas & reliqua vlcera. Colocynthidem ſiccam vrito ac terito, & cum roſarum flore vtere. idem facit & anethum vſtum. Aliud. Ad præputii rimas, & glandis vlcera. repurgat & cicatricem inducit. Lapidis Phrygii ter vſti & extincti, primùm butyro aut roſaceo, deinde melle, poſtea vino, ſextantem, florum roſarum vnc.I. malicorii vnc.I. vtere. Aliud. Ad rimas præputii & ani, & pudendi muliebris. Ceruſſæ, plumbaginis, gallarum, myrrhæ, æqualibus partibus vtere ſiccis, aut cum vino & oleo.

Aliud, rimas & vlcera ad cicatricem perducens, & acrimonias obtundens. Cadmiæ teneræ ter vſtæ ſextantē, roſarum recentium detractis vnguibus ſeſcuncem. Cadmiā tundito ac cribrato, & cū roſis terito donec exareſcat, & ſicca inſpergito, vbi prælaueris cum vino. Aliud ad pudenda & ſedem. Lapidis Phrygii ter vſti ac extincti velut dictum eſt, ceruſſæ lotæ, cadmiæ, thuris, aloes, ſingul. vnc.I. ſquamæ æris drach.II. diphrygis dr.IIII. vtere ſicco. Aliud ſiccum, ad pudendorum rimas & vlcera ſpontanea. Aloes vnc.I. florum roſarum ſextantem. vtere confidenter. Aliud ad eadem. Aloē ſolam tritā inſpergito. ſi verò adſtrinxerint, cadmiam ter vſtam admiſceto. mirabiliter efficax eſt. Aliud. Paſtillū ex halicacabo lacte dilutum exhibeto. habetur eius præparatio capite tertio, vbi De fiſſuris & tuberculis ſedis tractatur. Verùm in iis qui præputium reducere non poſſunt, lacte eundem diluito, & tepidum per clyſteriolum iniicito. Aliud. Ad ſpontaneas puſtulas in pudendis, & maximè in iis qui præputium reducere non poſſunt. Glaucium cum vino terito, & vbi prælaueris per fiſtulam pus attrahentem, tepidum iniicito. Aliud lene incarnans & cicatricem inducens. Amylum per ſe tritum inſpergito. Aliud. Colophoniam tritam ſolam inſpergito. Aliud. Colophoniā, thus, amylū, paribus portionibus inſpergito. Aliud. Aloes primariæ, ceruſſæ, roſarū ſiccarū, æqualib9 partib9 tritis vtere. Aliud. Collyriū ex thure tritum ſiccū inſperge, aut cum vino dilutum per linamenta indito, aut cum lacte iniicito. facit & quod Aſter appellatur, & quod Cleoni inſcribitur, & ſimilia. Oribaſii ad præputii ac ani rimas. inducit cicatricem. Cadmiæ lotæ, ceruſſæ, thuris, æqualibus portionibus. vtere: facit & ad alia vlcera mirabiliter.

Ad inflammationes pudendorum, Cap. XVI.

INflammata pudenda, roſarū & meliloti decocto perfundito: aut betæ folia ſiue ſemen tritū, in aqua feruefacito, & calido perfundito. facit ad eos qui præputium retrahere non poſſunt. Cataplaſma verò adhibe ex pane cū palmulis ſapa præmaceratis, cum modico roſaceo. aut malicorium in vino coctum ac tritum cum pane ac modico roſaceo pro cataplaſmate impone.

Ad nomas in pudendis, Cap. XVII.

SI vlcus depaſcens, (nomen *Græci* vocant) aut eroſio fiat, laxa forinſecus apparet pars erodenda. Et ſi circumprematur, humorem tenuem ſubcruentum excernit: deinde fæculentum. Conuenit itaque perfuſionibus adſtringentibus in his vti, ex decocto myrti, ruborum, oleæ ſylueſtris, roſarum, malicorii, plantaginis, polygoni. Pharmaca verò ad nomas commoda ſunt, paſtillus corax, id eſt coruus inſcriptus. habet autem ſic: Gallarum ſextātem, ſquamæ æris ſeſquiunciam, chalcitidis crudæ vnc.I. thuris vnc.I. terito in aceto ad ſufficientes dies, & ad finē mellis quincuncem addito. & ex olei myrtei lib.I. ac ſemiſſe, adipis taurini recentis beſſe, ceræ triente, terebinthinæ vnc.I. ceratum effice, & in linamentis vtere, & per fiſtulā puris attractoriam iniice per roſaceum diſſolutum. & supernè ſpongiam ex vino expreſſam impone, aut ceratū habens malicorium aut gallas. Aliud ex charta vſta.

Chartæ vſtæ ſeſquiunciam, ſquamæ æris ſeſquianciā, auripigmenti drach.VI. ſulphuris viui drach.VI. plumbi vſti drach.III. inſperge ſiccū, aut melle & roſaceo dilutū per linamēta inde. Si verò præputiū reducere nō poteſt, plurimo roſaceo dilutum & modico melle addito, iniice.

Aliud ſiccū, quod ſanauit quoſdā iam ſecandos. Chartæ vſtæ ſextantem, gallarum ſextantem. vtere ſicco.

Ad carbunculos pudendorum, Cap. XVIII.

SPumæ argenti drach. quatuor, ceruſſæ drach.II. thuris drach.I. trita inſperge, & raſuras linteorum impone. Aliud. Adipem caprinum cum vuis paſſis tritum impone velut cataplaſma. Hoc ſuppurat, & dolorem eximit, poſtea eundē adipem cum pice liquida vnitū imponito. Aliud. Pilulas ſtercoris caprini vſtas cū melle imponito.

Ad interna in meatu vrinæ vlcera, Cap. XIX.

LYcii drach.II. myrrhæ drach.II. atramēti ſutorii dr.I. chalcitidis drach.I. omnia ſimul trita cū paſſi hemina vna, & vini veteris odorati cyatho vno, coquito donec vniantur, & reponito in plumbo. vſus verò tēpore roſaceo diluta iniice. facit & ad vlcera inter anum & teſtes. Ego autem Cygnaria collyria cum lacte diluta per clyſteriolum iniicio, & bonum teſtimonium ipſis præbeo.

Ad ſcabioſum ſcrotum & pruriginoſum, Cap. XX.

COntingit etiam circa ſcrotum aſſiduè ſcabies & pruritus, ex influxu humorum acrium vlcerantium cutem. Et vbi quidem plures fuerint & acriores allati humores, cutem ipſam exulcerant: ſi verò pauciores ac craſſiores, ſquamas generant, & pruritum inducunt. Curatio horum fit per cōgruam victus rationem, & per medicamenta: aliquando verò & rarò, per chirurgiam. Itaque ab acrium eſu abſtinendum eſt, & præſertim ab oleribus mali ſucci. quæ verò exhibentur, bono ſucco prædita ſint. qualis eſt lactis potus aſſiduus, ptiſana, alica, gallinarū oua, porcellorū extremitates & ventriculi. vinum tenue dilutius & album. Ex localibus auxiliis, præſertim vbi ſquamæ vlceri adhærēt, & dolor adeſt, cōuenit cataplaſma ex fabæ lomento. nā & dolorem mitigat, & vlcera repurgat. fit autē ex faba Ægyptia lomentum. Idem facit ſeſamū crudum, & erui farina melle ſubacta & impoſita. Repurgatione verò vlcerum facta, pruritúque lenito, ad cicatricem inducendam pergemus. Probè autem facit in his partibus, miſy cum ſulphure viuo tritum, & cerato myrteo exceptum. Conducit & plumbi recrementū, & ſpuma argenti cum myrteo cerato. & emplaſtrum ex cadmia, & emplaſtrū ex hordeo. Præclarè auxiliatur etiā ſcroto in ſuperficie tumefacto, terra cimolia cū aqua diluta ac illita, quā illitā exareſcere ſines, & aqua tepida loco abluto, myrtū ſiccā tritam modica myrrha addita inſperges: inducta verò cicatrice, nullâq; moleſtia nec pruritu vexāte, curatio tranſacta eſt. At ſi ſcabie ſanata, pruritus

reſtat,aut augetur,aut ſcrotum humore deſtillat. Nitrum A
cum ſtaphide agreſti & alumine liquido,roſaceo & aceto
dilutum, in balneo illinire iubemus: & à balneo oui can-
didum cum melle imponere.Si verò vehemens & intole-
rabilis eſt ſcroti pruritus,fæx aceti ſicca cum vino made-
facta adhibetur,eodem modo velut præcedens medica-
mētum:illito etiam poſtea oui albumine.Quòd ſi adhuc
amplius vim eius augere voles,vſtam fæcem accipies. I-
dem præſtat alumen cum melle probè coctum,& reliqua
quæ ad pruritus retulimus.

De teſtiū ac ſcroti inflāmatione,Leonidæ, Cap.xxi. B

QVandoque teſtes ſoli per ſe inflammantur, quando-
que teſtibus nihil affectis,ſcrotū inflammatum eſt:
aliquando verò teſtes vnà cum ſcroto inflammantur.Sic-
ut autem in aliis corporis partibus, ita etiā in his,vel ex
humorum influxu,vel ictu,vel colliſione,inflammatio cō
tingit.Proinde ſolo teſticulo inflammato,ſcrotum colo-
rem naturalem habet: ipſe verò teſtis tumidior,duriórq;
ac amplior tactui occurrit: adeſt dolor pulſatiuus vſque
ad renes pertingens. At ſi ſcrotum inflammatum eſt, tu-
mor rubicundus in ſuperficie eſt, renitens ad tactum ac C
dolens. Vtriſque verò inflāmatis,teſtibus videlicet & ſcro
to,ex ſignorum augmento magnitudinem inflammati-
onis iudicabimus. Proinde cibi parſimonia,& aquæ potu
per totum curationis tempus vtendum eſt.Et ſi inflamma
tio vehemēs fuerit,præſertim in iuuene ſanguinem mul
tum habente,vena cubiti ſecanda eſt,ſi id fieri poteſt: ſin
minus,tali.nam & hanc ſecare prodeſt,vbi ſanguis nō fu-
erit multus.At pro localibus auxiliis,ſi teſtes ſunt inflam-
mati,& maximè vbi nerui à quibus pendent,ſimul affecti
fuerint: lanam oleo communi aut anethino imbutam ad D
hibebimus ac deligabimus. probè facit & verbenaca re-
cta in oleo cocta modico vino addito,& ſcroto impoſita,
atque lana ſuperilligata.Cataplaſmatis verò ad inflamma-
tiones ſoluendas idoneis vtemur: è quorum numero ad-
mirandum eſt, ad teſtium præſertim inflammationem,
cataplaſma ex faba Ægyptia. decorticatur autem faba
cocta,& cum modico melle trita illinitur. Præſtat etiam
ad teſtium ac ſcroti inflammationes,cataplaſma ex puro
pane,quo ego aſſiduè vtor,quandoque cum oleo & aqua,
quandoque cum mulſa. Egregiè facit etiam id quod ex E
vuis paſſis cum cumino torrefacto ac trito,modico mel-
le addito paratur. prodeſt & aſphodeli radix cum polēta
in vino cocta. & lini ſemen in aqua mulſa coctum. & ſe-
necio cum polenta. & cupreſſi folia per ſe, vel cum panis
mica. Ceratum ad teſtium inflammationes efficax: Ce-
ræ,reſinæ pinus, olei anethini & narciſſini, ſingulorū de-
xtantem,cumini ſeſcuncem,fimi aſinini pilas tres.fimum
arefactum terito,& cribrato,& cumino admiſceto,dein-
de cum cerato liquefacto cōmittito ac imponito. & lanā
narciſſino aut roſaceo oleo imbutam ſuperilligato.Con- F
fert etiam emplaſtrum ex ſuccis roſaceo dilutum.Duran-
te verò inflammatione, aqua marina calida affundenda
eſt,& cerata adhibenda inflammationes diſcutientia:qua-
lia ſunt ad mamillas inflammatas deſcripta.Quòd ſi non
ſoluatur inflammatio, ſed tranſmutetur, ſuppurationem
cum cataplaſmatis adiuuare oportet.perfectóque iā abſ-
ceſſu,chirurgia adhibenda eſt, & communi curatione v-
tēdum:ſi verò nome depaſcens acceſſerit,eadem curatio
ne etiam vtendum erit quam ſuperius ad ſedis nomas tra
didimus. Oribaſii ad teſtium tumores laxos,ac inflam- G
mationes. Olei lib.i.(alii habent dextantem)plumbagi
nis,cumini paſſ larum ſine vinaceis,farinæ fabarū,ſing.
trientem,ceræ ſextantem.plumbaginem cum oleo ad cō
pagem coquito,deinde cerā cum colophoniæ dr.vi.adii-
cito & ad perfrigerata paſſulas ac farinā admiſceto,ac v-
titor. Aliquādo tamen farinam ad liquefacta iniicito,in-
quit,poſtquam feruor ipſorum quieuit. Aliud eiuſdem.

Vuarum paſſarum ſine vinaceis drach.xxv. cumini a-
cetabulum i.reſinæ pinus quadrantem, mellis quod ſatis
eſt.Sanguinis porrò euacuatio efficaciſſimum auxilium H
eſt ad teſtes inflammatos,inquit Oribaſius. Cæterùm ad
teſtium duritias, cucumeris ſylueſtris radicem terito ac
cribrato, & in aqua mulſa coctam cum loliacea farina
imponito.Aut lilii radicem vino coctam,&modico mel
le ſubactam imponito.

De hernia aquoſa, Leonidæ, Cap. xxii.

HErnia aquoſa,quādoque ex occulta,quādoque ex ma
nifeſta cauſa contingit.Ex occulta quidem,quum a-
quoſus humor circa partes corpuſculorum quæ ſcrotum
contexunt ac implicant,ſanguini admixtus collectus fue
rit:ex manifeſta verò,quum ex plaga colliſis aut fractis va
ſis,ſanguis affluens ad aquoſam ſubſtantiam tranſmuta-
tur. Vbi igitur ſpontè conſtiterit aquoſus humor colle-
ctus,ſubflauus aut ſubpallidus is inuenitur:vbi verò ex pla
ga,cruentam ac fæculentam materiam reperies. Humor
autem vel intra rubicundam teſticuli pelliculam conſi-
ſtit,vel extra ipſam,inter eam & pelliculas adiacentes:vel
in propria pellicula velut veſica quadam continetur: at-
que hoc genus herniam in tunica ſuperagnata vocamus.
Aliquando verò duplex hernia oboritur, quum collectio
& in rubicunda tunica,& in ſuperagnata conſiſtit. Si qui-
dem igitur in pellicula rubicūda humor collectus fuerit,
tumor vnius coloris apparet ſine dolore, in principio dū
adhuc parua eſt collectio,ad contactum cedēs: poſtea ve
rò aucta collectione, teſticulus humore vndique circun-
datus occultatur. At tumor in ambitu extentus ac reni-
tens ad tactum, herniæ carnoſæ ſuſpicionem imperitis
exhibet.poſſunt tamen tactu diſcerni.nam hernia carno-
ſa,omnino renititur: ſed aquoſa, digitis cedit. Si verò in
ſuperagnata tunica humor colligatur,tumor ipſe ſiue ma
gnus ſiue paruus fuerit,omnino circumſcribetur. At ſi ſi-
mul quoque in rubicunda tunica collectus fuerit,duo tu-
mores deprehēdētur,alter in ſuperagnata, alter in rubicū
da pellicula. quòd ſi extra rubicundam pelliculam colle-
ctio fiat,teſticulus tactui occurrit. Cæterùm ab hernia a-
quoſa differt hernia inteſtinorum.quoniam in aquoſa tu-
mor eiuſdem penitus magnitudinis, ſemper & in quoli-
bet corporis ſitu perſiſtit.neque enim humores, velut in-
teſtina transferuntur. Inguen præterea in hernia aquoſa
ſecundum naturā ſe habet, qua nota vel maximè aquoſa
ab omenti hernia diſtinguitur. Nam in hernia omenti,
ſemper in ſcroto omentum perſiſtit, neque vnquam trāſ
fertur: id quod etiam in aquoſa contingit: verùm in o-
menti hernia, inguen rarefactum deprehenditur. Tutiſ-
ſima itaque curatio herniarum,chirurgia & vſtione perfi-
citur, ſi peritus artifex contingat. Poteſt tamen etiam
medicamento ſcrotum inuri, & conſumpto humore ac
cicatrice inducta firmari. Ad hunc vſum efficax hoc eſt:

Radicis braſſicæ vſtæ cinerem,cum adipe ſuillo inue-
terato liquefacto ad emplaſtri formam adigito,& impo-
ſitū alligato,ægrúmque quieſcere ſinito,& poſtridie ſolu-
to medicamento fomentum adhibeto,& rurſus apponito,
ídque tamdiu repetito,donec vſtio peracta fuerit. Empla
ſtrum autem anguſtum & oblongum eſſe oportet:neque
plus quàm cōuenit,locus inuratur:ita vt in magnis tumo-
ribus quatuor digitorum longitudinem & pollicis latitu
dinem habeat: in paruis duorum digitorum longitudinē
& auricularis digiti latitudinem exæquet. At verò vbi tu
nica per vſtionem detecta eſt,ſcalpello eam diduces,exclu
ſóque humore fiſtulare collyrium fiſſuræ indes, quò vici-
næ partes erodantur.deinde ſuppurante medicamento v-
teris:poſtea dilapſa cruſta, repurgatoria vlcerum per lina
menta immittes: poſtremò ad adſtringētia progredieris,
quale eſt emplaſtrum Barbarum appellatum. Poteris e-
tiam pro braſſicæ radice,medicamēta erodentia, ſeptica
Græcis appellata,adhibere: de quibus ſequenti ſermone
agetur. Poſt humoris excluſionem,ne rurſus collectio fiat,
huiuſmodi malagmatis vteris: Ceræ ſeſquilibram, picis
dodrantem,ammoniaci thymiamatis lib.i.&dodrantem,
aluminis liquidi ſeſquiunciam aut ſextantem. Aliud
Aſclepiadæ, ad herniam aquoſam accōmodatum, quod
peracta eroſione & humoris excluſione adhibitum per-
ſanat,& omnem duritiam reſoluit: Picis aridæ lib.iiii.ce-
ræ, terebinthinæ,ammoniaci thymiamatis,galbani,thu-
ris,ſingulorum lib.i.aceti ſextarios iii.olei cyprini quantū
ſatis eſt. Picem tritam cum aceti ſeſquiſextario coquito:
deinde ammoniacum cum modico aceto tritum adiici-
to,& parum feruere ſinito . poſtea ceram iniicito eáque
liquefacta galbanū ac thus aceto trita admiſceto, omniáq;

vnita & ab igne ablata ad reſiduum aceti in mortarium mittito, & cyprino adſtillato probè ſubigito, ac vtitor. Præclarè facit etiam emplaſtrum ex loliis, quod Sermone decimoquinto inter Nigra habetur. Sunt etiam medicamenta quæ citra vſtionem ac eroſionem, humoris diſcuſſionem promittunt: quale eſt hoc quod habet, Spumæ argenti drachm. vi. ſalis foſſitii, atramenti ſutorii, ſingulorum drachm. x. ceruſſæ drachm. xiiii. terebinthinæ drachm. x i. olei libram vnam. Spumam argenti, ceruſſam, ſal, cum oleo donec non inquinent coquito. deinde atramentum ſutorium cum aceto tritum addito, cauendo ne efferueſcat: atque vbi parum ebullierit, terebinthinam addito, & ab igne ablata in mortario ſubigito, & repoſitis vtitor. Aliud ad quæcunque ſine ſcalpro curare volueris. Ceræ, ſpumæ nitri, rubricæ ſinopidis, nitri, ſingulorum ſextantem, terebinthinæ, mānæ thuris, maſtiches, ſingulorum drachmas xviii. olei heminam vnā, aquæ marinæ ſiue muriæ ſeſcuncem. arida cum muria diluito & liquefacta admiſceto, ac vnitis vtitor. Aliud. Naſturtii drachm. xxx. nitri drachm. x. fimi columbini drach. ſex, galbani, terebinthinæ, ſingulorū drach. xx. liquefacta cum aridis committito, ac vtitor confidenter. Confert & pſittacium inſcriptum, quod Sermone decimoquinto inter emplaſtra mollientia ac diſcutientia habetur. Hoc ego ad hernias aquoſas vſus ſum, & primùm tumorem emolliuit & valde compeſcuit, & poſt paucos dies exudantibus teſticulis plurimam aquam extraxit. Aliud ad herniam aquoſam, valde efficax. Carnium vuarum paſſarū, ammii, terebinthinæ, ſingulorum drach. viii. nitri rubri dr. x. mellis optimi ſextantem. arida ſeorſim terito ac cribrato: inde vuas paſſas probè contuſas admiſceto ac vnito, deinde mel cum terebinthina modicè coctum addito, & ad emplaſtri formā redigito, & linteo excepta adhibeto, ac lata faſciola deligato, ægrúmq; quieſcere iubeto, & à balneo ac vehementi motu abſtinere. Solues autem hoc alternis diebus, & ſpongia locum fouebis, ac rurſus impones. vtere etiam emplaſtris diſcuſſoriis ac reſiccātibus ad hydropicos ſuprà deſcriptis, & præcipuè eo quod Veſtæ nomine inſcribitur.

De hernia inteſtinorum, ex eodem, Cap. xxiii.

HErnia inteſtinorum, eſt inteſtini aliquando ad inguē, aliquando ad ſcrotum delapſus. qui multarum moleſtiarum author eſt. Nam & deformitatē & miſeram vitam, & mortis periculum inducit, quando inteſtina duris recrementis diſtenta, ad ſcrotum delata condenſantur. Inde enim tormina voluuloſa, ac ſæpe inflammationes ſuccedunt, ex quibus pernicies cōſequitur. Generatur hoc malum aut peritonæo membrana aluum ac inteſtina amplectente nimiùm extenta, aut eadem rupta. Si ab extenſione fiat, primùm quidem laxitas ad inguen procumbit & ſumma ventri incumbens pars conuellitur, ſimúlque pili pubis reuulſi conſpiciuntur: verùm poſtea tumore aucto, ſcrotum violatur ac intumeſcit. Si verò rupta fuerit peritonæi membrana quæ ad inguen pertingit, inteſtinū per rupturam delatum rubicundæ tunicæ innititur, & hæc tandem temporis mora oppreſſa, etiam ipſa inferius prolabitur. Quòd ſi plaga adeo violenta contigerit, vt ſimul & peritonæi membrana & rubicunda tunica rumpātur, tunc inteſtina repentè nudo teſticulo occurrentia ad ſcrotum præcipitantur. Cæterùm noſſe expedit, inteſtinorum herniam qualiſcunque fuerit, ſemper aquoſa eſſe deteriorem. Quæ verò propter extēſionem peritonæi membranæ fit inteſtinorum hernia, difficilius ſanatur quàm quæ propter eiuſdem rupturam. Et ſanè inteſtinorum hernia extremè mala, ſola chirurgia curari poteſt, eáque graui ac periculoſa.

De hernia inguinis, Cap. xxiiii

INguinis hernia propter peritonæi mēbranæ extenſionem facta, in principio adſtringentibus appoſitis, aliquando curari poteſt. tutior tamen eſt vſtio ſi peritus artifex contingat. Nunc autem quo pacto hoc malum medicamentis adhibitis ac ligamentis ſiſtamus, vt ne in peius procedat, oſtendemus, & ſimul quomodo ſuccedentibus accidentibus ſit occurrendum. Proinde delapſo ad ſcrotum inteſtino, & voluuloſis torminibus diuexātibus,

A ſtatim conabimur, decliui locato ægro, diductis cruribus
inteſtina ſenſim ad inguen reducere, ac reducta commo-
dis ligamentis retinere. At ſi partes ſcroto vicinæ vehe-
mentibus doloribus vnà cum inflammatione vexentur,
tormina item ac flatus adſint, tamdiu differenda eſt re-
ductio donec quieuerint. Et interim partes vicinas alter-
nis diebus, primùm lana ſuccida oleo ac vino imbuta:
deinde etiam illitionibus rigabimus, & dolentes partes
circumſcarificabimus. neglectæ enim ſæpe mortifican-
B tur. Declinante malo emplaſtra adhibebimus, quale eſt
Mnaſeæ inſcriptum, & alia huiuſmodi. Et vt ne recidat
æger, aſſeruādi gratia, perpetuis ligamentis vtatur. Pre-
ſbyteri emplaſtrū ad herniam inguinis. Thuris, myrrhæ,
glaucii, opopanacis, ſarcocollæ, tragacāthæ, gummi, glu
tinis taurini, glutinis piſcium, cinnabaris quo fabri fer-
rarii vtuntur, carnis cochlearum terreſtrium, ſingulorum
ſeſcuncē, fæcis vini adſtringentis veteris quantum ſatis
eſt. Gluten vtrunque & quæ macerari poſſunt, in vini fæ-
ce macerato, atque aridis tritis admiſceto, & ad emplaſtri
C formā reducito, imponito, alligato, & quieſcere iubeto, ac
ſeptima die ſoluito. Ad inteſtina prolapſa. Symphyti
lib. vnam, mannæ thuris quadrantē, candidi ouorū recen
tium vnà cum vitello, numero ſex. Symphyton tritū ac
cribratum in fictile vas coniicimus, eique thuris mānam
ſiue pollinem vnà cum ouis ſubactum addimus: deinde
ſuillo adipe veteri adiecto ad emplaſtri formam redigi-
mus, atque hoc inteſtino prius reducto adhibemus, & li-
gamento alligamus. Aliud. Folia & teneras cupreſſi
pilulas impone & alliga. & ſi ſicca fuerint, in vino prius
D coque. Hoc auxilium, inquit Galenus, omnibus corpori-
bus nimio humore flaccidis confert: reſiccat enim & cor-
roborat. Decimo autem die id exoluere ac renouare o-
portet, ita vt ter repetatur, & puer interim per triginta
hos dies in lecto decumbat, & cupreſſi decoctum bi-
bat. Aliud celebre. Aloes, malicorii in vino nigro
cocti, ſucci hypociſthidis, thuris, glutinis fabrilis, ſin-
gulorum æquales portiones. Gluten in paſſo donec diſ-
ſoluatur coquito, ac probè terito, & reliqua minutiſſimè
trita admiſceto, ac vtitor velut iā ſæpe dictū eſt. Aliud.
E Balauſtiorum ſeſcūcem, thuris, aloes, rhois coriarii, gluti-
nis fabrilis, coralliorū, ſingulorum quadrantē, malicorii,
gallarū, ſingulorū lib. i. Gallas & malicoriū in vino nigro
è vinaceis expreſſo coquito, & poſtea in mortario terito,
& ad trita reliqua cū polygoni ſucco diſſoluta addito, &
omnia melle cocto excipito, ac vtitor velut dictum eſt.

Emplaſtrum datum cuidam adoleſcenti ob herniæ in-
teſtinalis turpitudinem ſummè anxio, ex quo ſanatus eſt:
Reſinæ ſiccæ, ammoniaci thymiamatis, bituminis, ſul-
phuris viui, æquales portiones. liquabilia liquato, eiſque
F ab igne ablatis ſulphur adiicito, & in mortario ad empla-
ſtri formam redigito, adhibeto, ac alligato. Oportet autē
ſplenium in quo adhibetur calfactum apponere, neque
frequenter amouere, ſed ſinere donec ſpontè decidat.
quidam pro ammoniaco picem, quidam alcyonium in-
iiciunt. Aliud. Terebinthinæ ſeſquiunciam, ceræ, thu-
ris, myrrhæ, glutinis piſcium, carnis cochlearum, ſingu-
lorum vnc. i. Gluten per triduum aceto maceratur: deinde
in mortario teritur, & ad prunas eliquatur, rurſúſque teri-
tur, & ad ipſum reliqua trita admiſcētur. Vtere præterea
G Iſide inſcripto emplaſtro, quod ſermone xv. inter empla-
ſtra multi vſus habetur. Aliud Theodori, admirandū ad
herniam inteſtinorū, quod nos experti ſumus, & cū mul-
torum admiratione ſanauimus. curat magnas & diutur-
nas affectiones. Chartam in aqua frigida ad triduū ma-
defacito, & vbi humorē velut ſpongia imbiberit, ex ea pi
lam facito, quā reducto prius inteſtino, inguini adhibeto
ac alligato, neque ante tertium diem exoluito. tertio e-
nim die miraberis de efficacia ipſius. At verò ægro mini-
mè indicabis quid ſit id medicaminis, ſed chartam vel
H pāniculo inuolues, vel atro colore tinges. neque verò tu
vilitatē rei deſpicias. Aliud, inteſtinorū hernias aggluti
nans. Chryſocollæ, glutinis piſcium, lapidis gagatæ, rhois
coriarii, acaciæ, ſymphyti, carnis cochlearū, ſing. ſeſquiun
ciam, ammoniaci thymiamatis, lapidis pyritæ, lapi-
dis magnetis, aluminis ſciſſilis, thuris, ſulphuris viui,

Alcyonii,picis Brutiæ,nitri,ſingulorum vnc.I.Gluten piſcium in vino nigro auſtero macerato,poſtea in pila terito,& ad prunas cum eodem vino eliquato,& rurſus terito,& ad ipſum reliqua trita admiſceto quò ſolidum emplaſtrum fiat,quod inguini adhibebis ac deligabis,ægróque quieſcere iuſſo,ſeptima die ſolues. Verùm ante adhibitionem locum alicuius valde adſtringentis decocto rigato.Sunt qui prædicta myrteo cerato excipiunt.Ego vero acaciam,thus,ammoniacum,ſeorſim in vino macero ac tero,atque ad gluten piſcium rectè præparatum admiſceo. deinde cochlearum carnibus tritis adiectis,itémq; reliquis tritis,ad emplaſtri cõpagem redigo,quod craſſiſſimè inguini impono,& charta impoſita deligo. Aliud, Oribaſii. Picis liquidæ,terebinthinæ ſiccæ,ſing.lib.I.viſci ſeſcuncem,propolis trientem. quidam etiam colophoniæ ſextantem, galbani ſextantem.Pici & colophoniæ liquatis, terebinthinam, deinde galbanum & propolin in mortario prius trita admiſceto:ſtatimque vbi ab igne ſuſtuleris,viſcum adiicito, & rudicula agitato donec frigeſcat.Facit ad ſtrumas, meliceridas,vlcera, & inflammatos ſub alis tumores,& ad abſceſſus colli. repurgat & agglutinat.[1]aiunt porrò aetiten lapidẽ geſtatũ vt inguẽ contingat,prohibere ne inteſtinũ aſſiduè delabatur. Idẽ etiã tritus,rectè medicamẽtis quæ imponũtur admiſcetur.

De emplaſtrorum præparatione ac coctura, & quæ in ipſa coniiciuntur, Galeni, Cap. xxv.

EMplaſtrorum compoſitionis,multæ ac variæ particulares differentiæ ſunt.Quædam enim ipſorum ad cruenta vulnera commoda ſunt,itémq; vulnera agglutinãt, atque fracturis conueniunt: aliqua maturant,aliqua diſcutiunt,aliqua attrahunt:aliqua ſinus explent,alia reſiccant, alia cicatricem inducunt, alia leniunt, alia pinguia ſunt: quorum omnium varietates varia ſimplicium medicamentorum natura diſtinguit.Quapropter prius ſimpliciũ vires cognoſcere oportet.ita enim etiam compoſitorum facultates & cauſas propter quas inter ſe differunt,dignoſcemus,vt non ſolùm ſingulorum naturas intelligamus, ſed componẽdi quoque artẽ ediſcamus:quò,ſi forte liber in quo pharmacorum compoſitiones quibus vtimur ſcriptas habemus, intercidat,ipſi conſimilia deperditis componere poſſimus.Graue enim fuit idquod duobus medicis mihi notis contigit. quorum alter ob huiuſmodi ſcriptorum amiſſionem mœrore contabuit, alter verò medicandi artem deſiuit.Adeſt autem exercitatis,ad hoc quòd pharmaca componere poſſunt, etiam iudicandi facultas de iis quæ priores medici deſcripſerũt,vt & iis quæ ab illis ſcripta ſunt, commodè vti poſſis, & iis quæ ipſe iuxta rectam methodum compoſuiſti. præſtat tamen iis quæ longo experimento probata ſunt vti, quàm noua vſurpare. Sed velut dixi,neceſſitas aliquando nos cogit in peregrinationibus,vt noua quædam& experimento non cognita vſurpemus. At verò ſi omnibus præter naturam affectionibus ſimplici medicina mederi poſſemus, compoſitis non opus haberemus.frequenter enim ad certum quendam modum corpus calfacere volentes,nullum ſimplex quod id facere poſſit reperimus. Nam medicamentum curandæ affectioni correſpõdere oportet. Quin & aliqua ſimplicia citra alterius miſturam in vſum deduci non poſſunt: velut quando medicamentum meatus obducens adhibere volumus,nullum ſimplex ad hanc rẽ idoneum habemus.Neque enim bitumẽ,neque cera, neque reſina, neque pix, neque propolis, nec ladanum, nec ærugo, nec ceruſſa, nec argenti ſpuma, nec alia metallica, talia ſunt.Ideóque qui primò medicamenta emplaſtica & meatus obducentia excogitauerunt, cum oleo metallica coxerunt,& liquabilia eliquarunt: deinde herbas ſiccas tritas admiſcuerunt. Contrà in aliquibus affectionibus, vnico quidem ſimplici medicamento opus habemus:ſed alia quædam illi miſcemus,vel ad virium ipſius vehementiam obtundendam, vel ad ſaporis aſperitatem mitigandam, velut quum ad purgantia medicamenta quicquam admiſcemus ex iis quæ ſtomacho grata ſunt: & ad dolorem ſedantia,quædam vim ipſorum lenientia, velut caſtoreum & cætera huiuſmodi, ad opium & mandragoram.Tunc autem maxima cõponẽdi pharmaca neceſſitas eſt,quum morbus contrarias facultates inter ſe requirit,velut repellentes ſimul & extergentes,aut inſpiſſantes & ſimul attenuantes, quale eſt quod ex papaueris capitibus ac melle paratur. papauer enim tenues deſtillationes à capite inſpiſſat: mel autem humores ad pectus iam delapſos, reiectu faciles facit.Neceſſario præterea componuntur medicamenta, vt idem medicamentum habere poſſimus ad plures morbos congruum,velut ad virus eiaculantium beſtiarum ictus,& ad venenoſas potiones. De Antidotis ergo & epithematis ſatis ſuprà tractatum eſt. Cæterùm eorum quæ in emplaſtra iniiciuntur, quædam terrea ſunt,veluti metallica,& lapidum ac terræ ſpecies, fæcéſque ac cineres & teſtæ: quædam oleoſa,quædam lacrymæ,quædam liquores,quædam ſucci,quædam liquabilia,quædam ſemina, quædam herbæ,quædam radices. & rurſus quædam qualitatis expertia,quædam acria,quædam adſtringentia, quædam calfacientia,quædam extерſoria,quædam maturantia,aliqua diffundẽtia,aliqua mollientia,aliqua diſcuſſoria,& innumeræ aliæ differẽtiæ reperiuntur. Spuma igitur argenti exſiccat,extergit,calefacit,ac refrigerat moderatè, ad omnia æqualiter efficax. hæc aliquando in oleo ſolo, aliquando aqua aut vino,aut aceto admixto coquitur.Primò autem ſeorſim exactiſſimè terẽda eſt,deinde rurſus cum oleo ad ſtrigmentitiam compagem redigenda, atque ita aſſiduè agitata ad lentũ ignem coquenda. Intumeſcit primùm ac bullas emittit, quum autem ſufficienti cocturæ propinqua fuerit,colorẽ fæcis induit.Menſuram verò cocturæ iuſtam recipit,quũ tumor cõtractus fuerit neque amplius inquinat. Similes ſpumæ argenti vires plumbago habet, ad frigiditatem tantùm magis progreſſa,nec pariter extergens.Eodem etiam modo coquitur,niſi quòd in eius coctura non ſolùm quæritur vt ne inquinet,ſed vt colorem quoque ex igneo rubore ad fuluum ac valde floridum tranſmutet. Æs vſtum,adſtrictionis & acrimoniæ particeps eſt, contrahit, cicatricem inducit, & ab inflammatione tutatur. Quum autem coquitur,non ſtatim in principio immittitur, ſed emplaſtro iam ſemicocto. Menſuram cocturæ, niſi valde modicum iniiciatur,color indicat,vt videlicet exuberet & fuluum emplaſtrum faciat. Squama æris carnem erodit,adſtringit,& validius glutinat quàm æs,ſed minus diſcutit.Coquitur ſicut æs,& eodem tempore iniicitur,eandémque cocturæ rationem habet. Niſi enim colореius exuberauerit,& fuluum emplaſtrum effecerit, nondum ad iuſtam cocturam peruenit. Squama verò ferri,præſertim ſtomomatis,ampliori adſtrictione participat: quapropter ad malefica vlcera illi præfertur. eodem autem tempore iniicitur, & rutilum colorem inducit. Diphryges mixtas vires habet, adſtrictoriam cum acrimonia. quare ad putrida ac maligna vlcera vtilis eſt. Et hoc medio cocturæ tempore iniicitur, bullítque donec color eius exuberet, neque amplius inquinet. Chalcitis adſtrictione ſimul ac acrimonia participat,contrahit,attenuat,diſcutit,aperit, amplius ſuperioribus adſtringit, ac minus mollit.vſta verò tenuior euadit, & adſtrictionem perdit. Coquitur ſicut æs, citius tamen liquefit. Menſura cocturæ eſt, vt rubicundius ac punicei coloris emplaſtrũ faciat. Miſy ſimiles chalcitidi vires habet,tenuiorum tamen partium eſt,& ideo magis attenuat,diſcutit & aperit:ſed minus mollit ac adſtringit. Ad finẽ verò cocturæ iniicitur,neque vllam menſuram exhibet. Sori quoq; ſimiles chalcitidi vires habet, niſi quòd magis terreum ac craſſum eſt,atque ideo magis adſtringit. Iniicitur & ipſum medio cocturæ tempore: & tardius liqueſcit, & niſi quid prohibuerit,atrũ colorem reddit. Flos æris tenuior eſt ære vſto & ſquama æris:participat nonnihil abſterſoria vi, ideóque attenuat & agglutinat. coquitur velut de ære diximus. Atramentum ſutorium ex mixtis facultatibus conſtat. valde enim adſtringit,neque ingeneroſè calefacit. præ omnibus itaque humidas carnes ſiccare, omnémque humiditatem cõſumere cogeréque ac adſtringere poteſt.iniicitur medio cocturæ tempore,& liuidiorem emplaſtri colorem facit.imò niſi alia obſtiterint, atrum eius colorem faciet. Auripigmentum & ſandara-

cha ambo vrendi facultatem habent.Magis igitur prædi-
ctis diſcutiunt,& vſta tenuioris eſſentiæ ſunt.iniiciuntur
autem ad cocturæ finem. Plumbum vſtum, ex iis quæ
citra eroſionem ſiccant, efficaciſſimum eſt ad maligna
chironiáque ac canceroſa vlcera, habétque per ſe,& cum
aliis mixtum,facultatem inducendi cicatricem.iniicitur
medio cocturæ tempore. Ceruſſa meatus obducit, &
moderatè frigida eſt: cocta verò ſiccior ſeipſa euadit.
Hæc in emplaſtra alba ad finem cocturæ iniicitur: ſic e-
nim colorem conſeruat,& magis inalbat: in nigra verò,
aut melina,ſtatim in principio inditur. Ærugo æris a-
crimoniæ particeps eſt, diſcutiendi incidendíque ac cō-
ſumendi omnem carnem vim habet:plurimo autem ce-
rato admixta exterget ac cicatricem inducit. hæc in em-
plaſtra viridia poſt cocturam iniicitur. In quibuſdam ve-
rò ne iniicitur quidem in ollam, ſed cum aceto in mor-
tario teritur,& reliqua ad ipſam affunduntur. in melina
verò emplaſtra medio cocturæ tempore inditur. at in ea
quæ geminam faciem ac colorem præſeferunt, ſtatim à
principio iniicitur. dum enim coquitur ærugo, primùm
melina,deinde bicolor,poſtremùm fulua efficitur. Alu-
men omne vehementiſſimam habet adſtringendi facul
tatem reſiccatoriam & agglutinatoriam. omnium autē
tenuiſſimum eſt ſciſſile.Iniicitur plerunque poſt cocturā:
neque peculiarem cocturæ menſuram habet. color eius
plerunque ad viriditatem mutatur. Rubrica adſtringit,
reſiccat, agglutinat, iniicitur in fine cocturæ. Cadmia
exterſoriā vim habet,caliditate & adſtrictione tempera-
ta.vſta lota ſine eroſione exterget ac reſiccat. Pōpholyx
quoque leniſſimum pharmacum eſt,& malignis ac vlce-
roſis vlceribus congruum.iniiciuntur ambo in cocturæ
principio. Sal mixtā facultatem habet extergendi ac ad
ſtringendi: magis tamen adſtringit, & valde reſiccat.Ni-
trum autem extergendi incidendique ac exſiccandi vim
habet.In attractoriis emplaſtris ſal ipſi miſceri ſolet. &
ambo medio cocturæ tempore induntur. Sulphur omne
attractoriam vim habet,calidǽque ac tenuis eſſentiæ eſt.
iniicitur in fine cocturæ.nigrefacit enim emplaſtra. Atq;
hæc quidem metallica ſunt que in emplaſtra iniiciuntur.
Terræ verò in ipſa induntur, Samia, Eretria, Cimolia,am
pelitis & Lemnia. Ex lapidibus autē Phrygius, Aſius,py-
rites,hæmatites,magnes,achates,iaſpis,gagates, cos. ho-
rum vires ſuperius expoſuimus. Iniicitur & pumex,exter
gendi attenuādíque ac diſcutiendi vim habens. Teſtæ,
præterea conchyliorum vſtæ ac crudæ,tāquam attenuan
tes, extergentes, ac diſcutientes, & reſiccantes, ad ſinus
glutinandos admiſcentur.idem præſtāt & fictilium teſtæ
exterſoriæ etiam ipſæ ac reſiccantis facultatis. Iniicitur
item calx tanquam præclarè reſiccans, & ad cicatricem
perducens. Cinis verò, præſertim ſarmentorum, ſinus
agglutinat, callóſq; exterit ac reſiccat. Hæc omnia terrea
in fine cocturæ iniiciūtur. At verò in pinguia emplaſtra
oleum recipientia,oleum ſtatim à principio cum metal-
licis iniicere oportet.Si verò cum reſina quadam, aut pi-
ce liquida emplaſtrum paretur, & oleum ſtatim ab ini-
tio inieceris, incohærens faciet medicamentum. Qua-
propter vt compages fiat, reſinas liquidas primùm inde-
re oportet, deinde in fine oleum ſuperaddere, atque ita
rurſus ad bonam cōpagem coquere. Reliquæ pingue-
dines,& præſertim adipes recentes tenerrimi, medio co-
cturæ tēpore iniiciuntur. Ex vnguentis,irinum quidem
cocturam ſuſtinet:cyprinum verò & roſaceum, minus fe
runt:cætera omnino non tolerant. quapropter hæc in fi-
ne cocturæ iniicies. Cera porrò calefacit & moderatè
mollit,minúſque glutinat vulnera cruenta.Nunquam co-
quitur per ſe,ita enim vreretur:neque cum reſina aut pice
liquida,ita enim incompacta maneret:ſed iniicitur ad o-
leum purum,vel aliud cum metallicis coctum,aut ad re-
ſinam vel picem præcoctam. Reſina omnis multo ma
gis quàm cera calefacit,diſcutit,mollit,extrahit & aperit,
ac cruenta vulnera glutinat. Et arida quidem reſina poſt
ceram iniicitur:liquida verò ſeorſim præ cæteris omni-
bus coquitur, niſi admodum fuerit modica. Pix vires
omnes reſinæ habet,ſed validiores. iniicitur præ aliis o-
mnibus.Menſura cocturæ liquidæ, eſt vt cogatur: ſiccæ

A verò,præſertim ſi cum aceto coquitur, vt non amplius
bullas emittat,neq; intumeſcat. Bitumē cruēta vulnera
glutinat, & præclarè calfacit ac reſiccat, & ſinus implet.
coquitur ſtatim ab initio iniectū. Verùm nō minutè tri
tum id iniicere oportet, habet enim aſperitates ficuum
granis ſimiles: quare craſſius contundendum eſt, & in a-
ceto coquendum citra agitationem, donec non amplius
bullas emittit. agitatum enim in grumos cogitur. At ſi
abſque aceto coquendum eſt, oleo ſimul additum facilè
liqueſcit. Propolis calfacit, diſcutit, maturat, extergit
B & attrahit. hanc præmollire oportet,atque ita coquere ab
igne ablatis iniectam: nullam enim ampliorem cocturā
tolerat. Ammoniacum mollit, diſcutit, calfacit,putre-
dinem educit,attrahit. iniicitur medio cocturæ tempo-
re.Et ſi quidem conteri ac cribrari poteſt, leuiſſimum in-
ſperges:ſin minus,cum liquore quopiam læuigatum im-
mittes: cum aceto quidem aut vino, ſi ad cruenta vulne-
nera emplaſtrum paratur: ſi verò ad fiſtulas aut ſtrumas,
penitus cum aceto: ſi verò molle fuerit emplaſtrum,qua
lia ſunt quæ ad ſedem parantur, cum aqua, ita vt ad reli-
C qua refrigerata infundas,vt ne efferueſcant, ac rurſus co-
quas. Opopanax magis calfacit quàm ammoniacum,
diſcutit & reſiccat. iniicitur peracta coctura, qua penitus
modica opus habet. & hunc aceto aut vino prius terere
oportet. Galbanum valde calefacit, concoquit ac diſcu
tit. cocturam autem penitus non tolerat.Itaque ablato ab
igne medicamento,probè mollitum iniicere oportet:aut
cum aceto vel vino ad ſtrigmentitiam compagem dilu-
tum reliquis admiſcere. Sagapenum vires habet galba
no ſimiles,magis tamen diſcutit & attenuat. Iniicitur in
D fine aceto aut vino prius tritum,ita vt cum ablato ab igne
emplaſtro emolliatur. Bdellium calfacit, diſcutit, at-
trahit,mollit. iniicitur tritum poſt peractam cocturam
Si verò pingue fuerit,ac teri non poſſit, in mortario tu-
ſum cum emplaſtro emolliatur. Thus parum calfacit,
præclarè maturat, modicè attrahit, & ſinus glutinat.
Pollen eius,ſimiles vires habet, magis tamen adſtringit.
quare medicamentis ad cruenta vulnera commodè mi-
ſcetur.iniicitur vtrunque in fine cocturæ. Myrrha cal-
facit,concoquit,attenuat,diſcutit & exſiccat,facit ad vul-
E nera cruenta iniicitur in fine cocturæ cum aliquo liquo-
re qui emplaſtris miſcetur, contrita. Aloe ex variis fa-
cultatibus conſtat. adſtringit enim,calfacit,attenuat,diſ-
cutit,ſinus glutinat ac reſiccat: additur poſt omnem co-
cturā. Succus papaueris ſtrenuè perfrigerat,dolores ac
inflammationes mitigat,& cruenta vulnera glutinat. Hic
pridie in aqua modica maceratur, & in mortario teritur,
atque ſic emplaſtrum ad ipſum diffunditur. Thapſia ca
lefacit & rubificat cutem. iniicitur poſtrema liquore
quodam trita. At verò nulla herba,aut radix,aut ſemen,
F cocturam tolerat:celerrimè enim torrefiunt. Teruntur i-
gitur ac manent in mortario,& liquefacta reliqua ad ipſa
diffunduntur. Aliquando tamen herbas aut radices præ-
maceratas,in oleo coquimus,& expreſſas abiicimus,& o-
leum ad medicamenta aſſumimus.

De cruentorum vulnerum curatione, Galeni, Cap. XXVI.

PArua & ſuperficiaria vulnera, natura ſua ſponte,nul-
lius medicamenti indiga ſanare ſolet: labia ſolùm à
nobis contrahantur,& ligamento circundentur,ne pilus,
G aut arena,aut tale quid illabatur: & vlcus penitus coale-
ſcet. At ſi amplum fuerit vulnus, vt labia contrahi non
poſſint,& ſanies congregetur,aut vrgeat dolor, tale vul-
nus ſola labiorum contractione agglutinari non poteſt,
ſed per medicamenta reſiccantia collectam ſaniem conſu
mere,& affluentem prohibere oportet:talia verò ſunt ag-
glutinatoria pharmaca inflammationem arcentia. Si ve-
rò vulnus profundius fuerit, & in ſuperficie anguſtius,
ſcalpello incidatur,vt æqualis amplitudo fiat,& inſinua-
ti humores non putreſcant,neque vicinas partes corrum-
H pant.proinde qui cruenta vulnera glutinare voluerit,hæc
cōſideret, & præ omnibus grumos diligēter ex vulnere
educat. quantulacunq; enim eorū pars in cauitate relicta
in pus conuertitur, & carnes ſubinde putrefacit. Educe-
mus autem grumos,ſpongiarum mollium aſſiduo fotu,

atque hæ non in omnibus ex aceto exprimantur: ſed ſi vulnera ſine eruptione ſanguinis fuerint, aqua ſolùm foueantur: ita enim carnem nihil offendemus, quam adſtringens acetum impedit ne citò coaleſcat. At verò profundiora vulnera penitiores & difficulter extirpabiles grumos in ſe habentia, aceto rigabimus, quod ex ſpongia vſque ad fundum ipſorum exprimemus. Acetum enim ad diſſoluendos grumos efficax eſt, per adſtrictoriam facultatem aperta vaſa occludens, allationémque ſanguinis cohibens: quibus omnibus à principio intentum eſſe cõuenit: etiamſi aliàs acetum obturando corpora, tardiorem facit vulneris vnionem. Cæterùm ſi in capite vulnus fuerit, ſuprà relata membrana caluariam ambiens conſideranda eſt, an illæſa aut ſimul pertuſa ſit: ſi enim illæſa permanſerit, labia ſuturis protinus contrahes, & agglutinatoriis vteris: ſi verò perforatam aut cõtuſam repereris, ad tutiorem curationem membranam diſſecabis, & os diligenter derades, linamentáque conuulſa indes, & forinſecus ſplenium inflammationem arcens impones, & ſupra id lanam ſuccidam ſeu ſpongiam molliſſimam, vino aut aceto imbutam ac expreſſam, ſine oleo adhibebis, præcipuè ſi ſanguinis eruptio præceſſit: poſtea faſciolam lineam aceto rigatam ac expreſſam obligabis, vinculi capite in vulneris loco ſtatuto, quemadmodum in artuum fracturis fieri ſolet. Studio verò habendum eſt vt ligatura ſurſum vergat. verùm conſtrictionem eius moderatam eſſe conuenit. nam vehementior, dolorem excitat: laxior, inutilis eſt. Poſt tertiam diem vulnus fractura carens ſpõgiis foueatur, deinde linamenta medicamento ſuppuratorio illita indantur, & reliqua ſuppuratoria curatio adhibeatur. poſtea ad repurgandum ac incarnandum progreſſus fiat, quemadmodum paulo pòſt de vlceribus indicabitur. Porrò quoniam rupta caluariæ membrana, vbi vulnus negligitur, inflammatio conſequitur, ſi in principio inflammationis voceris, protinus ſecare vulnus conare, & membranam diducere, atque os caluæ deradere. vulnere enim diducto, inflammatio antequam excãdeſcat, ſupprimitur. Facta diſſectione linamenta indes, & ad ea retinenda linteum vino & oleo imbutum, aut ſplenium inflammationem arcens, forinſecus impones, & ſupra hoc lanam vino & oleo imbutam adhibebis: & deinde ad ſuppuratorium ductum te conuertes. ſi verò inflammationem vehementem nactus fueris, deraſis capillis locũ aqua moderatè calida rigabis, & medicamenta adhibebis inflammationem ſedantia. Inflammatione verò ſedata, membrana caluã ambiens ſuppuratur, & vicinæ partes abſceſſum patiuntur. quapropter expedit vt diſſecetur velut dictum eſt, & pus excernatur, ac caluariæ os deradatur, & poſtea communis vlcerum curatio fiat. Si verò fractura in capite aut alio loco vnà cũ vulnere fuerit, emplaſtrum ad fracturas accommodatum imponatur. De eo verò partem quadrangularem reſecare oportet quo loco vulnus exiſtit, aliúdque paruum ſplenium vulneri imponere quale diximus. Atque hoc paruum ſplenium quotidie tollendum eſt, & vlcus curãdum, ac deligandũ. Cæterùm agglutinatoria medicamenta Sermone xv. ſcripta habentur.

De ſauciatis neruis, Galeni, Cap. XXVII.

NEruus vulneratus aut punctus, dolorem & inflammationem vehementiſſimam habet, propter ſenſus ſubtilitatem. Quapropter cutis vulnus inagglutinatum ſeruare oportet, quò per ipſum ſanioſi humores effluant: vbi verò vulneris os latius fuerit, conari vt reſiccantibus medicamentis labia ipſius cõmittantur ac vniantur. At ſi per acum, aut paxillum, aut tale quiddam, vulnus inflictũ fuerit, & in altum progreſſum, id ſaltem ſtudio habendũ eſt ne inflammatio ſequatur. Eſſétque longè tutius vt cutis circa vulneris oſculum diſſecaretur, quò commodius in altum procederent vires medicamentorum. At verò ſi vires validæ fuerint, & nihil impedierit, vniuerſum corpus per venæ ſectionẽ euacuetur. Seruãdáque eſt in euacuando locorum affinitas, vt dextra manu ſauciata, dexter malleolus ſiue talus: ſiniſtra, ſiniſter incidatur: & vice verſa dextro crure vulnerato ſubalaris vena, dextræ manus: ſiniſtro ſiniſtræ, (rectitudine ſeruata) ſecetur: ſi verò ſubalaris nõ apparuerit, mediam ſecabimus. Quòd ſi corpus vitioſis humoribus repletum fuerit, purgatione per idoneum pharmacũ vtemur. Cæterùm aqua calida quæ reliquis inflammationibus commodiſſima eſt, his infeſtiſſima exiſtit. ab humectantibus enim & calfacientibus putrefactio inducitur. præſtat igitur neruos ſauciatos oleo moderatè calido tenuíque ac nihil adſtringente rigare: tale autem eſt dulciſſimum, quod melius longè fuerit ſi annos duos aut tres habuerit. Nerui enim ſauciati curatio, medicamentis opus habet quæ tepidam caliditatem habent, valde verò ſiccant, atque hoc citra moleſtiã & quæ ſubſtantia tenuiſſima prædita ſunt. Huiuſmodi enim ſola ſine partium diſtẽtione ac mordacitate, ſaniem ex alto euocare poſſunt. Quapropter oleo in quo anethũ & ruta decocta ſunt calido perfundimus. ſæpe etiam ceratum ex euphorbio, aut emplaſtrum Anicetũ, aut quoddam ex iis quæ ad vulneratos neruos deſcribentur, modico oleo liquatum adhibemus. Deinde emplaſtro aliquo ex prædictis impoſito, lanam oleo calido imbutam extrinſecus illigamus, & per ſingulos dies bis aut ter ſoluimus: & ſi longiores fuerint noctes, noctu quoque, præſertim vbi mordacitas vulnus irritet. Quòd ſi neque mordacitas, neque dolor percipiatur, bis tantùm in die, & circa veſperam ſemel ſoluemus: & præterea alas ac collum oleo calido largè rigabimus. Si verò neruus in crure ſauciatus fuerit, inguina ac totam ſpinam & collum, oleo itẽ calido vbertim perfundimus. At verò ſi neruorum vulnera à principio malè fuerint curata, maxima inflammatio ac putrefactio ſequi ſolet. Itaque farinam hordeaceã, aut fabarum, aut erui, in lixiuio cum aceto mulſo coctã imponere oportet. eſt enim hoc cataplaſma efficax ad ea quæ iam putreſcũt. Si verò vehemens inflammatio cum maximo dolore infeſtauerit, farinam erui aut fabarum cum optima ſapa, modico aceto addito coctam imponito, calido oleo prius affuſo. Ceratum verò ex euphorbio ad neruos vulneratos, cuius paulo antè mentionem fecimus, hoc modo præparatur: Ceræ, terebinthinæ, olei, ſingulorum trientem, euphorbii recentis ſextantem, aut biennalis quadrantem, aut prorſus antiqui triẽtem. & ſi terebinthina defuerit, colophoniam pro ea accipito. Longè verò præſtantius euadet medicamentum, ſi propolin pinguem ac recentem acceperit, vt ſit terebinthinæ quadrans, propolis triens, ceræ vnc. vna, olei triens, euphorbii ſextans. Deficiente verò euphorbio, ſulphur aut caſtoreum, aut conſimile quiddam calidum ac tenuium partium admiſcebis. Quòd ſi omnino ab exacta & media pharmacorum ad ſauciatos neruos compage aberrãdum ſit, præſtat ad molliorem compagem declinare, etiamſi ita parum inquinet. Optimum præterea ad eũdem vſum pharmacum eſt ex Brutia pice & opopanace, quod etiam ad morſus canis rabidi facit, præcipuè ſi corpora contigerint robuſtiora. Nam in tenerioribus per ceratum ex oleo aliquo diſcuſſorio vires eius mitigare potes, quale eſt irinum, aut amaracinum, aut opobalſamum, aut oleum vetus. Egregiè facit & Anicetum, quod ſermone XV. inter emollientia medicamenta habetur. Quin & ex metallicis conſtans pharmacum, efficax eſt ad neruorum punctiones. Habet id hoc modo: Chalcitidis crudæ drach. octo, miſyos crudi drach. ſedecim, ſquamæ æris drach. vigintiquatuor, ceræ drach. nonagintaſex, olei dulcis aut veteris, æſtate quidem drach. centumocto, hyeme verò centumviginti, thuris drach. vigintiquatuor, terebinthinæ drach. ſedecim, galbani drach. duodecim, aceti acerrimi & antiqui quantum ſatis eſt. Metallica ad ſolem æſtiuum pluribus diebus terito, indéque addito thure rurſus conterito, & quæ liquari poſſunt liquata affundito ac ſubigito. Hoc medicamentum vulneri appoſitum inflammationem arcet, velut ſæpe experti ſumus. Admirandum præterea ad ſauciatos neruos medicamentum eſt quod è ſenecione paratur, & habet, Senecionis ſucci vnc. vigintiquatuor, olei antiqui, olei cyprini, olei dulcis, apochymatis ſiue picis è nauibus eraſæ, ſingulorum trientem, galbani, æruginis, ſingulorum drach. quatuor, terebinthinæ drach. ſex, adipis veteris drach. vndecim, ceræ

drach.octo,reſinæ pinus ſiccæ drach.ſex. ſuccum cum oleis coquito donec propemodũ conſumatur. Æruginẽ verò cum modico ſucco terito, & quæ liquari poſſunt liquato ac excolato,iniectáque terebinthina cum decoctis vnito,poſtremúmque omnia ad æruginem tritam affundito ac ſubigito: facit ad maximas muſculorum in vulneribus inflammationes: & duritias ac recentes puerorũ ſtrumas diſſoluit.Porrò qui ſauciatos neruos habent, vrgente neceſſitate, poſt ſeptimam, vel vbi dolor penitus quieuit,lauari poſſunt. Verùm lauãdis medicamẽta vulneri indimus,& forinſecus multiplicia lintea oleo imbuta imponimus,& faſciã ex linteo obligamus. deinde ægro in ſolium deſcenſuro,ligamenta multo oleo rigamus. & poſt balneum remotis omnibus quæ applicata fuerant, præſcriptam curationem adhibemus. At ſi vulnus in manu fuerit,admoneatur æger ne id calidæ ſiue frigidæ lauacro humectet. Oribaſii ad priuatos ſauciatorũ neruorum abſceſſus.(priuatos autem vocat,quãdo in proximis puncturæ locis abſceſſus parui & multi per certa interualla oriũtur.) Ceræ,colophoniæ,butyri,ſingulorum libram vnam,picis ſiccæ,mellis,ſingulorum ſeſcuncem,æruginis quadrantem,aceti quantum ſatis eſt ad æruginem conterendam ac diſſoluendam.

Curatio neruorum denudatorum ac vulneratorum in vlceribus, Cap. XXVIII.

QVòd ſi neruus non fuerit punctus,ſed manifeſta diſſectione inciſus,ita vt etiam cutis præpoſita ſit diſſecta,& appareat nudus neruus, ſecundum rectitudinem & non tranſuerſim diſſectus:relata ex euphorbio aut metallicis medicamenta,minimè adhibenda ſunt.Abſtinendum etiam ab emplaſtro Aniceto,& cæteris tãta acrimonia præditis. nudus enim neruus vehementem ipſorum vim non feret. Proinde calcem aſſumes lotam plurimo roſaceo dilutam. fit autem calx in diebus canicularibus ad ſolem aqua dulciſſima ſæpe elota ac reſiccata. Bonum eſt & ex pompholyge medicamentum plurimo ac optimo roſaceo dilutum.pompholygem autem itidem lauare velut calcem oportet. ſed & cera in huiuſmodi pharmaca recipienda,lauanda eſt.Per omnem enim denudati nerui curationem, reſiccare citra mordacitatem intendimus:quare nihil acre vulneri admouendum eſt.ſubtiliſſimo enim ſenſu præditus eſt neruus,& temperamento frigidus,ac principaliſſimo principio cohærens ac coniunctus. ſed nec oleo tale vlcus rigandum eſt: ſordidũ enim inde euadit. verùm lana molli ſpecillo obuoluta, ſanies detergenda:& ne arida lana vulnus contingat,ſapa imbui poteſt,& ea expreſſa vulnus detergi. præterea medicamenta quæ adhibentur, tepida eſſe oportet: quæ enim frigida apponuntur,conuulſionem inducunt. Ad neruos quoque denudatos emplaſtrum AEgyptium efficaciſſimum eſt,quod è ſuccida lana paratur, & fuluum Piſcatoris:ambo roſaceo diluta & linamẽtis indita.Omniũ autem præſtantiſſimum eſt & nulli comparandum,emplaſtrum Iſis appellatum,optimo roſaceo diſſolutum, & cum linamento tepidum vlceri inditum. Sedat enim dolores & ſordida vlcera citò repurgat,incarnat, & ad cicatricem perducit. At vbi linamenta vlceri immiſeris, forinſecus emplaſtrum è ſenecione,ſi haberi poteſt:ſin minus, Anicetum adhibebis. Cæterùm ſi vulnus nerui trãſuerſum fuerit,maximum conuulſionis periculum imminet,inflammatione à diſſectis fibris ad integras tranſeunte. Quòd ſi integræ fibræ conuulſæ fuerint, eadem curatio & his,& vlceri adhibetur. parcius tamen hinc ægro ſanguis auferendus eſt, & diæta tenuis conſtituenda, & quies imperanda,& ſtratum molliſſimum parãdum.plurimum item oleum calidum inguinibus, ſpinæ, axillæ, collo,ac capiti affundendum eſt.Atque hæc curatio communis ad omnia neruorum vulnera eſt.

De neruorum contuſione, Cap. XXIX.

COntuſo neruo,ſi cutis ſimul contuſa fuerit,& vlceratio fiat,farinam fabaceam cum aceto mulſo,aut erui farinã cum ſapa & modico aceto impones: ambæ enim ſunt efficaces.Quòd ſi cum contuſione dolor adſit,picem liquidam ad fabaceæ farinæ cataplaſma addes, & ſimul cocta calida adhibebis. Si verò maiori reſiccatione opus

A habueris,parem menſuram farinæ erui admiſcebis,itẽm que iridem Illyricam,ſi adhuc fortius reſiccare volueris. Vniuerſi verò corporis curatio eadem eſt cum ea quam paulo antè præſcripſimus.At ſi neruus fuerit contuſus citra manifeſtam cutis contuſionem,oleo calido diſcuſſorio,anethino aut rutaceo locus aſſiduè perfundatur,& lana oleo imbuta adhibeatur. reliqua verò curatio prædictis ſimilis fiat.Porrò ſi totus neruus fuerit diſſectus, nullum quidem periculum imminet: verùm pars mutila fit, præſertim ſi diſſectus neruus magnus fuerit. curatio ve-
B rò eadem velut ad vlcera adhibetur.

De glandularum inguinis inflammatione, Galeni, Cap. XXX.

QVVM glandulæ inguinis vniuerſo corpore pleno, citra aliam manifeſtam cauſam, inflammatæ intumuerint,humores circa glandulas conſtipantur.Proinde, niſi quid prohibeat,cubiti venam ſecabimus, tantúmq; ſanguinis auferemus quantum plenitudo oſtenderit. Loco verò inflammato,& ante ſectionem venæ & in ipſo ſectionis tempore,adſtringentia ac repellentia medicamẽ-
C ta apponemus.Verùm poſtea euacuato corpore, diſcutiẽtibus ea quæ affluxerunt vtemur. At ſi vlcus in crure fuerit,& per conſenſum glandulas inguinis afflixerit, quemadmodum in digitorum pedis offenſa fieri ſolet,glandulam inflammari incipientem, ſtatim à principio lana oleo calido imbuta mitigabimus, non adiecto ſale velut aliqui faciunt. ſal enim tenuiores humores confertim diſcutiens,reliquum calloſum,ægrè curabile, & ſæpe immedicabile relinquit.Poſtquam autem inflammationis feruor quieuit, mitigatoria relinquemus, & diſcuſſoriis
D vtemur,quæ ad cerati compagem redactæ glandulis imponi debent.nam quæ duriora fuerint,eas partes diſtendunt,& rurſus inflammationes irritant. Atque hoc equidem modo glandulæ tractentur:ipſum verò crus ſtatim à principio calfaciendum ac humectandum eſt,ita vt vlceri inflammationis cauſæ cataplaſma mitigatorium, aut ceratum aliquod ad ſedis affectiones paratum imponas, totúmque membrum lana oleo calido imbuta foueas, & ægro quietem imperes. Sedato autem vlcere, plerunque etiam glandulæ doloris exortes fiunt. Egregiè verò glan-
E dulis confert pſyllium aqua calida madefactum, & panniculo aut braſſicæ folio exceptum & impoſitum: item ceratum ex butyro paratum,& quod oſtrea vſta recipit. Confert & diſcuſſorium emplaſtrum, Dionyſias appellatum, & quòd è buccinis præparatur, quorum omnium præparationes Sermone xv. habentur: vbi etiam ceratum è pſyllio eſt,aut emplaſtrum,ſi ita appellare malueris.

De quacunque inflammatione, Eiuſdem, Cap. XXXI.

OMnis inflammatio,ob ſanguinis affluxum,vel à ma-
F nifeſta,vel ab occulta cauſa generatur. A manifeſta, quando ab offenſo pede glandulæ inflammantur: ab occulta, quando aliqua parte delegante, aut toto corpore tranſmittente,& affecta parte ob debilitatem recipiente, humorum copia affluxerit,velut ſuprà de podagra oſtenſum eſt.Sæpe verò etiam pars quæ inflammatur,ob morboſam aliquam & præter naturam caliditatem, materiã ad ſe trahit.Erit itaque inflammationis principium, quũ primùm pars ſanguinea materia repletur: augmẽtum verò,quando affluxus aliunde ceſſat, & qui in parte conti-
G netur putreſcere incipit.Atque eo tempore caloris præter naturam incrementum, & humorum diffuſio, & partis diſtentio,longè maior eſt quàm antea fuit: vbi verò iam pus conflatur, maximíque dolores adſunt, inflammatio in vigore eſt. Declinationem autem dicimus,quum allapſus humor diſcutitur, & tumor ac diſtẽtio minuitur, & dolores mitigantur. Inchoante itaque inflãmatione, victus ratio moderanda eſt, cibúſque contrahendus, & aquæ potus imperãdus. Et ſi inflammationis magnitudo ſanguinis detractionem poſtulat,& ætas ac corporis habi-
H tus,& anni tempus non obſtat, præſertim in hominibus ſanguine abundantibus, poſt præſtitutam victus rationẽ venam ſecabimus, tantúmque euacuabimus quantum plenitudo & inflammationis magnitudo, & ægri vires indicauerint. Verùm in principio,& ante venæ ſectionẽ,

& ipſo ſectionis tempore, inflammatæ parti cataplaſmata repellētia adhibebimus: in augmēto verò, ex diſcuſſoriis aliqua ad repellentia admiſcebimus. At in vigore dum vehementiſſimi ſunt dolores, mitigatoria applicabimus, velut in declinatione ea ſolùm quæ diſcuſſoriam vim habent. Inchoantes itaque inflammationes repellunt, glaucium, perdicium, ſtratiotes in aquis naſcens, plantago, polygonum & ſimilia. Mitigant autem, & dolori in vigore inflammationis commoda ſunt, malua per ſe, & cum modico pane ac roſaceo impoſita. præſtat & melilotum in paſſo coctum & cum pane impoſitum. Idem præſtant palmulæ in paſſo coctæ, & cum pane ac roſaceo ſubactæ impoſitæ. In declinatione verò agreſtis malua pollet, & vuæ paſſæ vinaceis exemptis, cum pane ac modico melle. itē ordei farina cum melle aut oleo adhibita. Quòd ſi locus affectus nimia materia turgeat, non mox ad chirurgiam prorumpere oportet, velut quidam faciunt, ſed conari vt materia collecta, per pharmaca diſcuſſoria digeratur: quale eſt quod è buccinis vſtis conſtat, Ariobarzanium appellatum, aut Oribaſii fuluum, aut quod Dionyſias appellatur è miſy paratū, & reliqua eius generis, quæ Sermone decimoquinto habentur. At ſi reſiduum ex inflāmatione calloſum factum fuerit, vehementioribus medicamentis vtendum erit, ita vt ſingulis diebus bis quantum ea proficiant inſpectemus.

De abſceſſibus, Cap. XXXII.

SI inflammationes producantur, & ad ſuppurationem conuertantur, adiuuare oportet vt quamcelerrimè tranſmutentur: proinde partem affectam althææ ac ficuū decocto rigabimus, & farinam ordei aut panem cum aqua & oleo imponemus. Quòd ſi ægrè ſuppuretur inflammatio, hordeum aut panem in pinguium caricarum & althææ decocto coctum imponemus. At ſi adhuc diutius perſtiterit, fimum columbinum, & nitrum, & terebinthinam adiiciemus: peracta verò tranſmutatione in pus, locus aperiatur qua parte maximè eminet. ibi enim tenuiſſima eſt cutis. Et ſi pars aliqua ſuppurati loci putrida videbitur, ea neceſſariò reſcindenda eſt. Reſectio autem ad myrtei folii formam fiat, lōga videlicet & anguſta. quod ſanè in axillis ac inguinum abſceſſibus faciendum eſt. In capite verò & huiuſmodi locis, ſimplici ſectione vtemur, qua facta thuris pollinem tenuiſſimum vlceris cauitati inſpergemus, & linamenta conuulſa indemus. At verò vbi duæ aut tres ſectiones factæ fuerint, limniſcos immittere oportet, & poſtea linamentis conuulſis vlcus replere. Ad tutandum verò locum ſimplex linteolum vino & oleo imbutum obligauimus. Tertia inde die ad ſuppuratorium curationis ductum conuertemur, per tetrapharmacum & ſimilia roſaceo diluta. Si verò poſt indita linamenta circumſitæ partes adhuc fuerint inflammatæ, cataplaſmata adhibebimus: & ſi nihil amplius vrgeat, ſplenium ſedandis inflammationibus aptum imponemus. Cæterùm ſuppuratione facta, repurgantibus vtēdum eſt, ex quorū numero præſtat emplaſtrum Ægyptium, quod recipit terebinthinæ liquidæ & mellis, ac roſacei portiones æquales ſimul liquatas. Sed in robuſtioribus corporibus, ac impurioribus vlceribus, terebinthinæ ac mellis par menſura abſque oleo liquatur, & mirificè repurgat. Verùm ad vlcera quæ difficulter repurgantur, confert Ægyptium quod coctum appellatur, colore fuluum, cum ærugine raſa ac melle coctum, donec fuluum colorē ſuſceperit. Sūt & alia huic ſimilia, quæ ad fiſtulas paulo pòſt referentur. Repurgatis vlceribus, ad incarnantia tranſeundum eſt, quæ paulo inferius ad caua vlcera deſcribemus: facta verò incarnatione, rhodio emplaſtro aut pſaro committantur: & vbi explanata fuerint, ad cicatricem perducantur per ſicca medicamenta quæ referentur ad ea quæ cicatrice opus habent. Suppuratorium abſceſſuum, experimento conſtans. Maluæ agreſtis tritæ ac coctæ, farinæ tritici, ſtercoris ſuilli, æquales partes in ſapa coquito ac imponito, & celerrimè ſuppuratio continget. Philoſophi. Ad omnes inflammationes diſcutiendas. facit priuatim ad mamillas & glandulas inflammatas. Adipis ſuilli ſeſcūcem, albumina ouorum duorum, mel ad ouorum menſuram, nitri ſextantem, farinæ polentæ quantū ſatis eſt. Adipi liquefacto oua admiſceto & mel, deinde nitrum, poſtremùm etiam polentæ farinam quantum ad emplaſtri compagem ſatis erit. Sunt qui ita præparent: Accipiunt oua vnà cum vitellis vndecim numero, farinæ polentæ libram vnam, adipis ſuilli libram vnam, mellis quantum ſufficere putant. Nam diſcutere volentes, vberius: ſedare intendentes, parcius admiſcent. quidam etiā nitrum addunt. Sed quod nitrum habet, magis diſcutit: quod nō habet, magis ſedat. Vtere prætérea eo quod ex pſyllii ſucco paratur. Ruptorium abſceſſuum. Nitrū & ammoniacum aceto ſubacta impone, quandiu locum perrumpi volueris. quidam pro ammoniaco thus adiiciunt. Abſceſſus autem etiam permutatos diſcutiunt, Ariobarzanium ex buccinis conſtans, & quod Dionyſias appellatur, ambo in ſequēti Sermone deſcripta. At quod ad Oribaſium refertur, ſic habet: Lapidis pyritæ drach. duodecim, ammoniaci thymiamatis tantundem, farinæ fabarum drach. ſex terito ac cribrato, & reſina excipito. ſitque reſina, ſi haberi poteſt, terebinthina: ſin minus, liquida, quò emplaſtri forma fiat. Hoc vel diſcutiet, vel dirumpet, euacuabit, ad cicatricem perducet, & ſanabit. nec verò diutius antea præparandum eſt hoc pharmacum: citò enim exareſcit. In decimoquinto Sermone etiam aliud diſcuſſorium, & aliqua ruptoria reperies. Oribaſii Ægyptium repurgans: Mellis deſpumati lib. vnam, aceti lib. duas, ſquamæ æris vnciam vnam, æruginis drach. quatuor. acetum & mel ad mellis compagem coquito, deinde reliqua admiſceto. Aliud eiuſdem, vlcera ſordida probè repurgans. Amurcæ coctæ, mellis deſpumati, aluminis Phorimi appellati, æquales portiones. Aliud ad abſceſſus, diſcutiens aut rumpens, & ſine dolore euacuās.

Spumæ argenti, ceruſſæ, ammoniaci, ſingulorum lib. vnam, olei quantum ſatis eſt, reſinæ pinus, propolis, opopanacis, ſingulorum ſeſcuncem, caſtorei trientem, galbani, myrrhæ, thuris, ſingulorum ſextantem, aceti quantum ſufficit. ſpumam argenti & ceruſſam cum aceto coquito, & terenda cum aceto terito, & quæ liquari poſſunt liquefacito, & ad cocta admiſceto, & tritis adiicito, refrigerato ac ſubigito.

De cauis vlceribus non malignis. Et ratio curandorum vlcerum, Galeni,

Cap. XXXIII.

CAuum vlcus humidum ac ſordidū eſt, & ideo pharmacis moderatè ſiccantibus ac extergentibus opus habet. Sæpe verò à nobis dictū eſt, non omni naturæ eadem medicamenta conuenire, ſed debiliori molliorique molliora, validiori validiora eſſe adhibenda. neq; enim tolerat debilis natura potentiora. proinde quanto humidius fuerit corpus in quo eſt vlcus, tanto minus reſiccantes medicinas poſtulat. Quare duobus vlceribus æquali humiditate præditis, alterum quod in ſicciori temperatura eſt, maiorem reſiccationem poſtulat: alterum quod in humidiore eſt, minore reſiccatione opus habet, quanto hæc natura alia humidior exiſtit. Carnem enim quæ ad vlceris nutritionem diſtribuitur, reliquo corpori ſimilem eſſe oportet. Vbi igitur priſtina caro ſiccior eſt, ibi noua quoque ſuperueniens ſiccior fieri debet. Meritò ergo reſiccanda eſt, & quanto prior ſiccior fuerit, tanto ampliorem ſiccandi facultatem medicamentum habere debet. & vice verſa, tanto minus reſiccantia medicamenta conueniunt, quanto minus ſicca prior fuerit caro. Thuris itaque qualitas ad humani corporis naturam comparata, cum temperatis & mediis naturis conſentit: humidiores autem paulo amplius reſiccat, quemadmodum ſanè etiam extremè ſiccis aliquanto humidius exiſtit. Si igitur diligenter obſeruaris, comperies thus in humidioribus quidem naturis carnem producere: in ſiccioribus autem minimè, ſed potius ſuppurare. Thus ergo ſicut moderatè calidum eſt, ita ex omnibus incarnantibus appellatis minimè ſiccat. At hordeacea & fabacea farina magis ſiccat quàm thus, & nulla caliditate participat. Ariſtolochia verò & panax omnibus amplius in ſuo genere reſiccant, & calidioris ſunt naturæ. Medium verò inter hæc obtinēt farina erui & iris. Et huiuſmodi omnia in primo ordine reſiccantium ac extergentium locantur, & minoris ac

maioris diſcrimine tantùm inter ſe differunt, & quòd a-
lia vires quibus excellũt ſimplices habent, alia compoſi-
tas. In libro verò De ſimplicibus medicamentis oſtendi-
m̃us, pompholygem vſtam & lotam & cætera huiuſmo-
di, velut cadmiam & oſtreorum teſtas, ex eorum eſſe or-
dine quæ ſine mordacitate ſiccãt & incarnant. Præterea
ad vlcera caua incarnanda, emplaſtrum viride conducit,
quale eſt quod Iſis appellatur, multo roſaceo dilutum.
Qui ergo recta via medicandi procedet, vbi ægri naturã
cõſiderauit, ſtatim dignoſcit quo medicamẽto vlcus indi
get. Quũ autẽ medicamẽtũ incarnãs adhibuerit, & nihil
profecerit, ſic quodãmodo ad aliud trãſire oportet. Nã ſi
ampliores ſordes fuerint, & humidius vlcus, noſſe debet
quòd medicamentum minus quàm oportuit reſiccauit:
quàpropter mellis admixtione vires eius intendet. Si ve-
rò purum & humiditatis exors vlcus cõpererit, plus quàm
debuit reſiccauit: quare oleum admiſcebit, & ceratum li-
quidum adhibebit. Atque in his ſumma diligentia vten-
dum eſt: cõtingit enim aliquando vt à fortiore medica-
mento vlceris caro colliquetur, & ſordidum ac humidũ
appareat vlcus, velut ea quæ minus quàm oportuit ſunt
reſiccata. Verùm hoc à peritis facilè dignoſcitur: vlcus e-
nim eliquatum, cauius ſeipſo efficitur, & labia protube-
rantia habet. rubet item, & inflammationem habet, & æ-
ger ſæpe manifeſtè mordacitatem percipit. alterum autẽ
vlcus quod minus reſiccatum eſt, tale nihil conſequens
habet.

Medicamenta quæ per linamenta induntur, ad ſuppu-
randum, repurgandum ac incarnandum,
Cap. XXXIIII.

SVnt & alia multa ad repurgandum idonea, velut lens,
iris, marrubium, (ſingula cum melle cocta) herinacei
marini teſta vſta, narciſſi radix cum roſaceo & melle. Ba-
ſilicum verò tetrapharmacum, & quod ad Azaniten re-
fertur, & Macedonicum, ſingula liquefacta ſuppurandi
vim habent, & omnia Sermone decimoquinto deſcribẽ
tur. Sed & hoc mirificè ſuppurat, omnem quoque duri-
tiem citra dolorẽ emollit, & incarnat, & cauis vlceribus
eximiè prodeſt: Ceræ, terebinthinæ, medullæ ceruinæ,
adipis vitulini anſerini bubuli, butyri recentis, mellis At-
tici, olei roſacei, myrrhæ, ſingulorum drach. octo. myrrha
cum melle trita ad prunas coquitur, & reliqua liquata af-
funtur ac vniuntur. Aliud Ægyptium, ad vlcera repur
ganda mirandum. Mel cum pari terebinthinæ menſu
ra aut roſaceo, aut (ſi neruoſæ fuerint partes affectæ) buty
ro ad prunas colliquamus. Verùm in robuſtioribus cor-
poribus, & ſordidioribus vlceribus, terebinthinam cum
melle adhibemus. Vtere etiam eo quod ex melle, aceto,
& liliorum ſucco cõſtat, quod Galenus valde approbauit,
cuius præparationem & vtendi modum, in ſimplicium
Sermone, capite De liliis, habes. His omnibus efficacius
eſt quod aliqui Ægyptium vocant, ſic habens: Ærugi-
nis drach. quatuor, ſquamæ æris vnc. vnam, aceti trientẽ,
mellis dodrantem. Arida cum aceto terito, & adiecto
melle ad prunas ad fuluum colorem coquito. Aliud au
reum vocatum, antiqua & recentia vulnera repurgans &
incarnans: Salis communis, ceruſſæ, atramenti ſutorii,
ſpumæ nitri albæ, ſingulorum quadrantem, ariſtolochiæ
longæ & rotũdæ, aluminis ſciſſi, ſingulorum vnc. vnam.
Arida cum aceto trita, ceræ ſextante & olei dodrante ex-
cipito: deinde vſu expetente cum plurimo roſaceo ad o-
lei ſpiſſitudinem diluito, & admiraberis. Idem capitis
quoque oſſibus denudatis per linamenta inditur. Aliud
caua vlcera replens. Adipis vitulini recentis, ceræ, tere-
binthinæ, ſing. drach. IIII. roſacei drach. XVI. para, & vtere.
Aliud Archigenis, Nutrix appellatum, ad cauitates ex-
plendas: Roſacei, terebinthinæ, mellis, ſing. ſextantẽ,
ceruſſæ, butyri, ſing. vnc. vnam para, & vtere. quidam &
thuris vnc. vnam addunt. Aliud ad caua & pura vlcera
explenda, experimento conſtans. Roſacei trientem, ce-
ræ ſextantẽ, terebinthinæ, butyri, mellis, ſingulorum vnc.
vnam. Omnibus ad calidum cinerem colliquatis ac ſi-
mul vnitis ad linamenta tingenda vtere. ſi verò ſordida
fuerint vlcera, repurgatis antea, velut dictum eſt, adhibe-
to. Aliud. Ceruſſæ, ſpumæ argenti, pares portiones vi-

A no odorato & oleo excipe, & per linamenta vſque ad ci-
catricem inductam inde. Aliud, ad ſordida, cicatricem
non recipientia, malignáque ac calloſa vlcera. Marrubii
ſuccum optimo melle exceptum inde. Aliud ſiccum,
maligna & profundiſſima vlcera explens: Farinæ erui
drach. triginta, iridis drach. viginti, ſpumæ argẽti drach.
quindecim, ariſtolochiæ longæ tantundem, mannæ thu-
ris, terræ Samiæ, ſingulorum drach. decem, ſquamæ æris,
cadmiæ, ſing. drach. quindecim. hoc in ſordidis largè, in
puris parciſſimè linamentis illinito. Exæquatis verò vlce-
B ribus, & iam cicatrice indigentibus, aridum ſpecilli nu-
cleo inſperſum vlceri indito, & poſtea linamentum vino
imbuto immittito.

De ſiccis repurgantibus ac incarnantibus, cephalicis
appellatis, Galeni, Cap. XXXV.

SIcca medicamenta quæ cephalica, *hoc eſt capitalia* appel
lantur, omnibus quidẽ totius corporis, maximè tamẽ
capitis vlceribus incarnandis conueniunt, præſertim vbi
oſſa in quacũq; parte fuerint denudata. nã ad oſſa denu-
data, pinguiũ & eorum quæ ad tingenda linamenta pa-
C rãtur, vſum vitamus, & ſiccis tãtùm vtimur. Quin & citra
oſſium denudationẽ, pinguia non ita frequẽter in vlce-
rum curatione adhibemus. Sunt autem ſicca cephalica
huiuſcemodi. Aſclepiadis ſiccum cephalicum ad Xeno
cratem relatum, quo fiſtulas ſanabat: Erui farinæ trien-
tem, iridis Illyricæ ſextantem, ariſtolochiæ tenuis, ſqua-
mæ æris, mannæ thuris, ſingulorum vnc. vnam. miſce, ac
vtere. Quidam etiam radicis panaceæ vnc. vnã adiiciunt,
& ex melle cocto oblongum quaſi collyrium faciunt,
quod in fiſtulam immittunt, & poſtea ſiccum inſpergunt.
D Aliud ſiccum: Erui drach. viginti, ariſtolochiæ tenuis
drach. decẽ, ſquamæ æris, radicis vitis albæ, ſingulorum
drach. quinque. Vtere, ad repurgandum, cum melle: ad re-
plendum, ſicco inſperſo. Aliud ſiccum optimum, tunicu
las vlcerum relictas conſumens, callos reſcindens, ſordida
vlcera purgans, caua replens: Squamæ æris, reſinæ pinus,
ſingulorum drach. duodecim, pumicis vſti & vino extin
cti, iridis, ariſtolochiæ tenuis, ſilphii, ſingulorum drach.
octo, thuris drachm. quatuor. miſce, ac vtere ſicco, vel
cum melle. Aliud ſiccum omne profundum vlcus in-
E carnans. Farinæ erui drach. viginti, thuris drach. octo-
decim, fuci tinctorii, amyli, ſingulorum drach. octo: mi-
ſce, & vtere. Aliud ad capitis vlcera replenda. Amyli,
alicæ, thuris, lapidis ſpecularis trãſlucidi vſti, ſingulorum
vnciam vnam. Aliud. Colophonia ſeorſim trita vl-
cus repleto, & citò ſanabitur. Aliud. Colophoniæ, a-
myli, thuris, ceruſſæ, æquales portiones para, & vtere ſic-
cis. Aliud admirandum Seueri, ad oſſa, præcipuè capi-
tis, denudata, deraſo oſſi inſperſum: celerrimè enim incar
nat. Pollinis tritici, colophoniæ tenuiſſimè tritæ, pares
F portiones præpara, ac vtere, & linamento indito, eius re-
tinendi gratia emplaſtrum quoddam molle cicatricem
inducens impone. Aliud ad vlcera contrahenda: Mi-
ſyos drach. quatuor, gallarum, chalcitidis, atramenti ſuto-
rii, aluminis ſciſſi, ſquamæ æris, ſingulorum vnciam v-
nam. para, & vtere.

De vlceribus in quibus caro ſuperexcreſcit, & quæ
depreſſione opus habent, & de medica-
mentis ſiccantibus, Galeni,
Cap. XXXVI.

G CArnem in vlceribus ſuperexcreſcentem conſumunt
medicamenta fortiter ſiccantia: qualis eſt flos aſiæ pe
træ, & teſtacea omnia vſta, & vterque herinaceus cum to-
to corpore exuſtus, & diphryges inſperſum, & æris flos.
verùm ærugo omnia robore ſuo vincit. Siccum Her-
culis: Squamæ æris, miſyos, chalcitidis vſtæ, atramenti ſu
torii, aluminis ſciſſi, æquas portiones præpara, & vtere.
Aliud Rhodium appellatum, refertur ad Heram. ſiſtit i-
tem ſanguinem. Gallarum drachm. nouem, ſquamæ æris
drach. quinque, atramenti ſutorii drach. tres, aluminis ſciſ
H ſi drach. duas. gallas ex dimidio vſtas vino auſtero extin-
guito, & reliquis tritis admiſceto. Quidam atramenti ſuto
rii drach. quinque, ſquamæ drach. tres coniiciunt, & gal-
las omnes comburunt. Rhodium, inquit Heras, ad ſangui
nem ſiſtẽdum efficax eſt. Facit & ad ſacros ignes, & vlcera

proſerpendo depaſcentia, ac nimio humore marceſcentia contrahit ac cicatrice includit. Quidam hoc modo Rhodium conficiunt,& valde laudant. Chalcitidis crudæ,miſyos crudi,ſing.drach.decem,ſquamæ ferri drach. ſedecim, gallarum drach.octo. Siccum Pſarum appellatum.Hoc largè inſperſum contrahit ac deprimit: parcè adhibitum,ad cicatricem ducit. Chalcitidis crudæ lib. vnam,miſyos crudi ſeſcuncem,atramēti ſutorii lib.vnā, æris vſti ſeſcuncem,ſquamæ æris ſeſcuncem , præpara,& vtere. Aliud vtiliſſimum, deprimendi vim habens. Squamæ æris drach.quatuor,æruginis drach. vnam. Aliud. Squamæ æris,calcis viuæ, mannæ thuris, æquales partes præpara,& vtere.Facit ad vlcera maligna,& carnes fungis ſimiles cum melle repurgat,& cum cerato replet. Aliud. Miſyos drach . quatuor, chalcitidis drach. duas, gallarum drach. quatuor,atramenti ſutorii,aluminis ſciſſi,ſquamæ æris, ſingulorum drach.duas, terito & aperto vlcere cum ſpecillo inſpergito. Vtere etiam ad maximas carnis ſuperexcreſcētias, iis quæ ad ſedis thymos deſcripta ſunt. Aliud. Lanæ ſuccidæ vſtæ ac tritæ inſperſæ, carnes marcidas ac flaccidas conſumūt. Idem faciunt balauſtia vbertim inſperſa.

De vlceribus non malignis cicatrice indigentibus, Galeni, Cap. XXXVII.

IN vlceribus quæ cicatrice opus habent ,caro quidem innato operimento munitur, ſed cutis enaſci non poteſt. quapropter in ſumma carnis ſuperficie ſimile quiddam cuti efficiendum eſt. Quoniam verò cutis carne ſiccior eſt ac denſior,ſi carnem ſiccabimus &adſtringemus, cuti perſimilem faciemus . Neq; verò ſatis eſt hoc docere quòd reſiccantia & adſtringentia adhibere oportet: nā & quæ cruenta vulnera agglutinant, ſiccantia ſunt & adſtringentia: verùm in glutinandis vulneribus id tantùm quod influit reſiccare conamur , quò pars affecta ſuperfluitatibus careat:in cicatricibus verò inducendis, nō ſolùm influentem,verumetiam contentum in carnibus humorem conſumere oportet. Itaque medicamētum quod cicatricem inducit , longè ſiccius eſſe oportet eo quod glutinat,quò non ſolùm ſuperfluum conſumat, ſed naturalem quoque humorem attingat. Hanc itaque rem præſtant,galla omphacitis,malicorium, ſpinæ Ægyptiæ fructus, & quæ citra mordacitatem vehementer adſtringūt, qualis eſt myrtus. Teſtæ etiam & cadmia, & plumbum, ſingula vſta & lota,citra mordacitatem ſiccant, & ad cicatricem perducunt: ſed his valentiora ſunt,chalcitis,miſy, alumen ſciſſum. & his adhuc potentius eſt æs vſtum . Omnium autem potentiſſima eſt ſquama æris, quæ vſta lene medicamentum efficitur ad antiqua vlcera cicatrice includenda. Illitio tetanica, ab extendendo ac explanando appellata,conſumens ac deprimens. Adipis ſuilli,ceræ,ſing.vnc.I.terebinthinæ ſemiunciam,nitri vnc.I. fellis taurini ſemiunciā,reſinæ vnc.I. Omnia ſimul decocta ac excolata vbi tepuerint, manibus ſubige ac vtere. quidam adiiciunt atramenti ſutorii drach.v.& medicamēto ab igne remoto aceti &ſaponis,ſing.vnc.I.adiiciūt, ita vt hæc prius in alio vaſe ſimul ſint contrita ac diſſoluta.Obſeruandum eſt ne pharmacum hoc in bulliendo efferueſcat:& aſſiduè agitādū donec ad cōpagē perueniat.

Sicca vlceribus non malignis cicatricem inducentia, Cap. XXXVIII.

SIccum quod cicatricem inducit : Oſtreorum vſtorū drach.XII.mannæ thuris drach.VI. cadmiæ drach. IIII. præpara,& vtere. Aliud. Spumæ argenti, ceruſſæ,ſing. drach.VIII.recrementi plumbi, myrti ſiccæ , gallarū omphacitidum,ſing.drach.IIII.para,& vtere. Aliud ſiccum cicatricem inducens. Cadmiæ, ceruſſæ,mannæ thuris, amyli, æquales partes vnito,ac vtitor. Aliud admirandum. Ceruſſæ ſextātem,amyli vnc.I.ſpumæ argēti,thuris,roſacei,ſing.ſextantem,vnito,ac vtitor.incarnat enim & ad cicatricem ducit. Aliud.Hoc etiā diuturna ad cicatricem perducit: Corticis pinus drach.VI.cornu ceruí vſti drach.IIII.ceruſſæ drach.IIII.æruginis drach.II. cadmiæ drach. VIII.mānæ thuris dr. VI. præpara,& vtere. Aliud. Ariſtolochiæ drach.VI.corticis pinus,pumicis vſti & vino extincti, colophoniæ,ſing.drachm. IIII. iridis drachm.duas.vnito ac vtere ad incarnandum & cicatricē inducendā. Aliud. Pumicis vſti & vino extincti drach.VIII. mannæ thuris, ſquamæ æris, ſing. drach.IIII. præpara,& vtere. Aliud mirabile. Aluminis ſciſſi drach. IIII.in aqua diſſoluito , & in eo diluto linteolum tenue vetus ac detritum,purum tingito,& in ſole ſiccato,atque hoc vſus tempore conciſum vlceri indito. Verùm ad ſedis vlcera & diuturna alia,alumen in vino diſſolues,& ſimiliter facies:ad aurium verò affectus , lanam pro linteo accipies. Aliud. Plantaginem cum radicibus ſiccam terito & cribrato,ac vtere confidenter. Aliud. Ceruſſæ drach. VIII. gallarum, myrti, recrementi plumbi,ſing. drach.IIII.para,& vtere. Aliud. Oſtrea vſta,ceruſſam, cadmiam,mannā thuris,paribus portionibus vnito,ac vtitor. Aliud ſiccum , ad caua & maligna vlcera replenda.expertus loquor. Farinæ erui drach. x. iridis drach. xx.ſpumæ argenti drach.xv.mannæ thuris drach. xv. terræ Samiæ drach. x. ſquamæ æris, ariſtolochiæ tenuis, cadmiæ,ſing.drach.v.præpara,& ad ſordida vlcera largè,ad pura parcè adhibe , & hapſum lanæ è vino expreſſum ſuperimpone.Hoc & chironia vlcera appellata ad cicatricē ducit. Aliud,quod etiā callos exterit. Chalcitidis crudæ,ſpumæ argenti,ladani,ſing.drach.x.bituminis drach. VIII.ceræ drach.II.olei myrtei lib.I.vini heminam I. Vſu expetente ſplenium ex eo imponito, & linamenta eo tincta indito. Aliud Andromachi: Spumæ argenti drach. XXXII.atramenti ſutorii drach.VIII. aluminis ſciſſi drach. XII.ceræ drach.c.ſquamæ æris drach.VIII.bituminis, ladani,ſing.drach.XXXII.olei myrtei lib.I. & quadrantem, vini veteris adſtringentis quantum ſatis:vtere velut prædicto. Aliud. Bituminis,ladani,ſing.drach.VIII.ſquamæ æris,myrti,ſpumæ argenti,ſing.drach. IIII. ceræ drachm. XXIIII. olei myrtei drach. xxx. & ſi hyems fuerit,drach. XXXVI.Vini quod ſatis eſt,præpara,&vtere velut dictū eſt.

Emplaſtra quæ non maligna vlcera cicatrice includunt, Cap. XXXIX.

EMplaſtrum è Cadmia præparatum , roſaceo dilutum, repurgat vlcera, incarnátque,& cicatrices concolores cuti efficit:pernionibus item,fiſſuris,& ani affectionibus medetur.habet autem hoc modo: Chalcitidis vſtæ lib. II.cadmiæ vſtæ & vino extinctæ lib.I.ceræ trientem,terebinthinæ libr.II. olei myrtei libr .III. chalcitidem & cadmiam cum vino ſufficiēti diluito ac cōterito,& reliqua liquata admiſceto,ac vtitor. Aliud. Cadmiæ,chalcitidis vſtæ,ſing.drach.xxv.ceræ drach.XLVIII.terebinthinæ drach.XXIIII.olei myrtei lib.I.vini quod ſatis eſt,præpara,& vtere. Aliud ad cicatrices inducendas efficaciſſimum.Facit & ad igne ambuſta mirificé : Ceruſſæ,ſpumæ argenti,ordei vſti,ſing.vnc.I.ceræ quadrantem,roſacei aut myrtei olei beſſem. ceruſſam & argenti ſpumam cum vino terito:ceram verò cum oleo liquefacito, & ad medicamentum ab igne ablatum, hordeum vſtum tritū ac cribratum iniicito atque vnito:& omnia frigefacta in mortarium coniecta ſubigito,ac vtitor. Aliud è ladano, vlcera antiqua ad cicatricem perducens. Spumæ argenti drach.c.picis drach.L.ladani drachm.xxv.æruginis dr. VIII.æris vſti drach.VIII.ſquamæ æris drach.II. olei myrtei lib.VI. Argenti ſpumam cum oleo coquito , & medio cocturæ tempore,æruginem, ſquamam, & æs adiicito,& coquito donec non amplius inquinent . & poſtea picem liquefactam ac excolatam coctis admiſceto.His verò vnitis & amplius non inquinantibus, ac ab igne amotis, depoſito iam feruore,ladanum cum vino tritum addito,& perfrigerata in mortarium coniecta probè ſubigito,& ad maligna vlcera ac fiſtulas vtitor. Aliud. Cadmiæ, chalcitidis,ſingulorum trientem,ceræ,colophoniæ, olei myrtei,ſing.vnc.I.vini quantum ſatis eſt. Aliud. Æris vſti & crudi,ſingul.ſextantem,cadmiæ ſeſcuncē, chalcitidis vſtæ ſeſquilibram,ceræ lib.I.olei myrtei lib.II.vini quod ſatis eſt. Aliud emplaſtrum candidum , ad cicatricem perducens experimento conſtans,faciens ad tenera corpora,velut ſunt mulierum, eunuchorum ac puerorum. conuenit etiam vlceribus ſpontaneis. Spumæ argenti libram vnam & trientem, ceruſſæ libram vnam, ceræ lib.I.& trientē,thuris & mannæ eius,ſing.quincūcē,

terebin

terebinthinæ vnc.I.aquæ lib.I. olei myrtei lib.II. ceruſſē & argenti ſpumam in aqua coquito, & conſumpta aqua ac medicamento non amplius inquinãte,cerã primùm, deinde reſinam addito,& ablato ab igne pharmaco thus ac mannam ſiue pollinem eius admiſceto.

De malignis & ægrè recipientibus cicatricem vlceribus. Cap. XL.

QVemadmodum antea diximus, duplex ſcopus propoſitus eſt in curatione partium quibus nullus deprauatus habitus ineſt:alter repellẽdi quod influit,alter diſcutiẽdi quod in affecta parte impactũ eſt.atque hæc à cõtrariis qualitatibus fiunt:nam quæcunque adſtringunt,repellere poſſunt quod influit:quæ verò attrahunt, diſcutiunt id quod in affecto loco continetur. Adſtringentia itaque exaſperant,& ob id dolorem inducunt: attrahentia verò & diſcutiẽtia quum acria ſint,loca vlcerata mordẽt.Quare contingit vt ex iis quæ exaſperant & mordent, ſuperflua humiditas ad affectas partes illabatur,quam inflammatio & eroſio vlceris conſequuntur. Cæterùm eius meminiſſe oportet,quod ſæpe à nobis dictum eſt,quòd corpora plena ſanguine,aut vitioſis humorib⁹ referta,& mollia ac ſubtili ſenſu prædita,ex mordacitate facilè inflammantur.Mulieres autẽ &pueri &eunuchi, itémque viri colore albidi & mulieroſam vitã degẽtes, inter molles naturas numerãtur:proinde quãtũ ei⁹ fieri poteſt medicamẽtorũ materia perueſtigãda eſt quæ citra mordacitatem ac dolorem vlcus reſiccet, quam ſanè nunquam inueniet medicus, niſi quid ſingula medicamenta adhibita peregerint, rectè expenderit. Itaque conſiderabit quantum humiditatis primum pharmacum ab vlcere deſiccauit, aut ſi ſordidum eſt,quantum ſordium deterſit,idque tertiùm ac quartùm experietur, donec purum ac ſiccum vlcus apparuerit. quod vbi deprehendet, ad aliud medicamentum, eiuſdem quidem generis cum priore, ſed debilius, ſe conuertet: fortiora enim repurgatis iam vlceribus morſum ac dolorem inferunt, & influxiones ac inflammationes pariunt: talia igitur corpora exactè euacuare,& à ſuperfluitatibus aſſeruare oportet. Aliis itaque ſanguis ſi redundet, detrahendus eſt: aliis purgatio vitioſi humoris & ſimul venæ ſectio conuenit: quibuſdam varicem excidere ex vlcere oportet: aliquibus iecur aut ſplenem curandum aſſumimus.Neque verò malignis crurium aut ſurarum vlceribus ea curatio debetur, ſed manuum quoque ac reliquarum corporis partium. nam cuidam adoleſcenti diuturnum vlcus ad radicem manus habenti,venam ad vlcus ſupernè allatam excidi,atque intra paucos dies hominem ſanaui qui per quinquennium ea affectione laborauerat. Sunt quibus loca vlceri vicina ſcarificare oportet: quibuſdam verò labia vlceris calloſa circumcidere.Si verò nihil ex his fecerimus,humiditatis ac ſordium quantitatem conſiderabimus,& inde ad cõgruum medicamentũ tranſibimus,ita vt diligenter expẽdamus quæ ſiccandi quidem vim habent,non autem extergendi:& quæ contrà extergent,non autem fortiter ſiccant.ſúntque in hoc etiam qualitatis ſingulorum gradus expendendi. Medicamentum cicatricem inducens: Plumbi vſti ſeſcuncem,cadmiæ trientẽ,æris ſextantẽ,colophoniæ,olei myrtei,ſing.lib.II.vini veteris odorati quãtũ ſatis eſt. Aliud. Cadmiæ,ceruſſæ,ſing.trientẽ,ceræ, olei myrtei, ſing.ſeſcuncẽ. Aliud. Cadmiæ,ſpumæ argenti,ceruſſæ,ſing.vnc.I.ceræ trientẽ,roſacei ſeſcuncem. Aliud è ladano. Squamæ æris vnc.I.bituminis,terebinthinæ ſing.drach.IIII.ceræ,ladani,ſing.quadrantem, olei myrtei quadrantem: at ſi hyems fuerit,amplius de oleo accipies.Ceram cũ oleo & bitumine liquefacito, & terebinthinam adiicito,deinde omnia ad ſquamam ac ladanum prius trita admiſceto.

Simplicia medicamenta quæ citra mordacitatem reſiccant vlcera maligna, Cap. XLI.

SImplicia porrò medicamenta ſine mordacitate & manifeſta exaſperatione reſiccantia vlcera,hæc ſunt:Lẽnia terra ſigillum appellata,moderatè reſiccat. Cadmia item ſub caniculæ æſtu cum vino trita ac ſiccata:vbi verò vlcera valde ſunt maligna,ex aceto terenda eſt. Vtranque ſuperat chalcitis vſta, & velut cadmia trita ac reſiccata, nã cruda adeo efficax eſt vt etiam cruſtas inurat.Huic ſimilis eſt ærugo vſta:nõ vſta enim ſicut & chalcitis nimis efficax eſt,niſi quòd chalcitis ſimul adſtringit. Atramẽtum ſutoriũ inter omnia metalla ſummè reſiccat.Chalcitidi ſimilia ſunt miſy & ſory,maioris tantũ ac minoris ratione differentia.Stibiũ magis quàm ſory ſiccat & adſtringit.Diphryges cõmodè ſiccat: ſed aliquantulum mordax eſt. Omnia aluminis genera exactè ſiccandi vim habent, vehementérque adſtringunt: quapropter alumen ſolum per ſe ad huiuſmodi vſus adhibetur. Chryſocolla naturalis & artificialis eandem vim habent.Plumbum vſtum ſori ac ſtibio præſtat. Plumbi recrementum, & ſquama ferri,præſertim ſtomomatis,plurimũ ſiccant. Æris ſquama præter reſiccandi vim,etiam exterget: quare vlcera præ omnibus repurgat.Omnia tamẽ metalla prius lauare oportet, deinde vlceribus admouere:ita enim mirificè ſiccare citra mordacitatẽ poſſunt.Siccant etiã buccinorũ, purpurarũ,oſtreorúmque teſtæ vſtæ ac lotæ.Item tranſlucidus lapis ſpecularis,mollia corpora citra mordacitatem ſiccat.Idem facit nitrum vſtum, & quod in æneis lebetibus balneorum adhæreſcens ex aquæ coctura reperitur: æquè enim ſiccat & adſtringit. Præterea gallæ & malicorium vſta ac arida trita adhibita, malignis & ægrè recipientibus cicatricẽ vlceribus cõmodiſſima ſunt. Quin & capparis cortex tritus & ſiccus inſperſus, maligno ac putrido vlceri cõmodus eſt.Polium item tenuè ſiccãdi vim habet,& caries lignorum, vnà cum exterſoria facultate. Item peucedani & paſtinacæ,præſertim agreſtis,radix & folia.ſcordiũ quoque ac centaurea, & alia huiuſcemodi, vel priuatim per ſe vel ſimul compoſita.

De vſu relatorum medicamentorum, Cap. XLII.

NEceſſariò verò talia vlcera vitioſo humore referta, ſordidiſſima exiſtunt. quare vbi aliquod ex relatis ſimplex aut cõpoſitum ſiccum adhibituri ſumus,linteolo prius molli,puro ac ſicco vlcus extergemus, deinde medicamento cauitatem explemus,& extrinſecus ſplenium ad vlcerum labia attenuanda imponimus. Et linteolo ſupra ſplenium impoſito ac ligato,ſpongiam ex frigida aut vino expreſſam adhibemus, conamúrque vt per totum tempus ſpongia frigida permaneat:quod facilè cõtinget, ſi aſſiduè illi frigida inſtilletur, citra vinculi linteoli ſiue faſciæ obligatæ ſolutionem.

De ligamenti & curationis ratione, Cap. XLIII.

LIgamentum vlceri conuenit quod ad fracturas vſurpamus. Quòd ſi vnum tantùm fuerit ligamentum, principio ipſius ad ſuperiorẽ vlceris partẽ locato obligabimus, ſiue ſura, ſiue genu, ſiue talus, ſiue cubitus. fuerit pars ipſa affecta. At ſi duobus ligamentis vti malueris, velut in fracturis fieri ſolet,primum ab vlcere ad ſuperiorem regionẽ ducatur: ſecundum verò,initiũ ſumat ab vlcere,& prius infrà obligetur,& poſtea ſurſum deſinat, & ad eundẽ terminũ cum primo ducatur: nam ad alia cõmoda etiã hoc accedet,quòd vlcera ob rotũditatẽ coaleſcere nequeuntia oblõga reddẽtur. Solutio autẽ nõ quotidie ſed alternis fiat:& à ſolutione aqua vlceri ne aſpergatur, ſed cum molli puro ac ſicco linteolo ſanies detergatur.Quòd ſi partes vlceri vicinæ inflãmatæ appareant, ſplenio latiore facto liquidũ medicamẽtum illines, quale eſt phœnicinum emplaſtrũ aut aliquod ſimile:ita vt hoc diſſoluas vino adſtringente,ſitque oleum quod adiicitur, melinũ aut myrteũ.At ſi durities circa vicinas vlceri partes apparuerit, emplaſtrũ phœnicinum oleo antiquo aut cicino diſſolues.Tutiúſq; fuerit ſuperiori regioni aliquod repellendi vi præditũ adhibere,præſertim in crurũ vlceribus,& iis quæ eminentem varicem habent.Vena verò quæ amplior fuerit,& atræ bilis ſanguinem habuerit,excidenda eſt velut diximus. Aliquando tamen eiuſmodi vena exciſa, vlcus quidem protinus coaleſcit ac ſanum euadit: ſed qua parte vena reciſa eſt, nouum malignum ſuccedit, quod cicatricem reſpuit. Præſtat igitur in talibus vires ægri perpendere,& à venæ ſectione auſpicari, deinde pharmaco atræ bilis ac pituitæ humorem educente purgare: nam & pituita aliquando ad huiuſmodi

varices confluit:atque tunc varicoſam venam reſecare, multáque ſanguinis copia hinc educta varicis ſectionem prius curare:quæ vbi exactè coaluit,tunc demum maligni vlceris curationem aggredi eo quē retulimus modo. Aluus porrò lactis ſero in quo cnicus coctus eſt, aceti mulſi modica mēſura addita,aſſiduè emollienda eſt. Dabis autem ex eo,ab hemina vna vſque ad quinque mēſurā augens,ſic tamen vt æger per multos antea dies aquā biberit. Optimum item eſt & lac recèns mulctum per ſe, vel cum aqua calida aut modico paſſo,ante cibum ſumptum. nam & humores contemperat,&vētrem eluit.Cōfert etiā aloes dr.I. per interualla deuorata. Balnea verò minimè dulcia,ſed ſulphurea potius & bituminoſa adhibenda ſunt. Quòd ſi æger illotus manere non poſſit citra totius corporis læſionem, lauandus eſt vlcere nequaquā denudato.Poſtremùm ab omnibus eduliis ac potibus acribus & ægrè concoctilibus,ac vitioſos humores generantibus penitus abſtinere oportet.

De emplaſtrorum compoſitione ad maligna vlcera, Cap. XLIIII.

QVandoquidem in malignis vlceribus quæ difficulter cicatricem recipiunt,is ſcopus nobis propoſitus eſt vt medicamento non mordaci reſiccemus: & oleum ac aqua maximè omnium humectant, ab vtriſque penitus cauere oportet,ipſáque neq; per ſe adhibere,neque cū relatis ſiccis permiſcere. Cera igitur recens pinguis & in ſole ſubacta ac mollita,idonea eſt ad ſicca medicamenta excipienda.Quòd ſi caloris ex ſole copia non detur, cerā prope ignem molliemus,vel in feruentem aquam iniicie mus:neq; enim illi omnino admiſcetur aqua.at verò proportio miſcendi,huiuſmodi eſt,vt ſi moderatum pharmacum eſſe volueris, metallicorum quartā partem ceræ miſceas: ſi validius,tertiā. Neque verò parua varietas eſt pro corporum ratione, ánne molliores aut duriores habeant carnes. quare fieri non poteſt vt omnibus idem medicamentum conueniat:itaque his conſideratis,vbi ſimpliciū facultates cognoueris, facilè iudicare poteris vniuſcuiuſque compoſiti medicamenti facultatem, prout ab antiquis ſunt deſcripta.Emplaſtrum admirandum è ſori,cicatricem inducens, deploratis vlceribus opitulans quæ à multis fruſtra fuerunt tentata,cui fidendum eſt velut multo experimento cognito. Soreos drach. XXIIII.gallarum drach. XXXII.aluminis ſciſſi,calcis viuæ,malicorii,ſingul. drach.XVI.thuris drach.XXXII.ceræ drach.CXX.adipis vitulini drach. CLX.olei antiqui lib.I.& ſi vitulinus adeps nō affuerit,porcinus antiquus ſine ſale admiſceatur:nam taurinus calidior eſt. arida terito & cribrato: deinde liquata ab igne remota admiſceto:& omnibus probè vnitis, alumen,thus,ſory,calcem,cum vino adſtringente trita adiicito,ac vtitor.Ego,inquit Galenus,dum hoc medicamētum præpararem,oleum & adipem quadraginta annorū adieci, & ſemper mihi præter ſpem ſucceſſit ad maligna ac diuturna vlcera.ſunt autē talia vlcera,à quibus pars affecta in deprauatum habitum perducta adeo eſt,vt etiāſi probè coctus ſit ſanguis qui ad ipſam alimēti gratia affertur,ipſum trāſmutet ac corrūpat: & ſi vitioſus ſit humor qui affluit, ab ipſo ſolo erodatur,etiāſi pars ipſa minimè eſſet affecta. Aliud ſplenium optimum. Plumbi vſti & loti trientem,cadmiæ ſeſquiunc.æris vſti vnc.I.thuris ſeſquiunc.aluminis ſciſſi vnc. I. æruginis ſextant. ceræ ſeſcuncem,olei myrtei lib.I. Aliud Galeni ad maligna & chironia. Ceræ,picis,bituminis,ſing.lib I.mannæ thuris,ceruſſæ,æruginis,ſingulorum ſeſcuncem, malicorii, gallarum,ſpinæ Ægyptiæ fructus,iridis, ariſtolochiæ rōtundæ,atramenti ſutorii ,ſingulorum vnc.I. ariſtolochiæ lōgæ,æris vſti,ſing.ſextantē. Olei antiqui aut cicini lib.I. arida in aceto pluribus diebus terito,& liquabilia liquata affundito,ac vtitor. Aliud Oribaſii,ad efferata vlcera deprimenda ac contrahenda. Ochra Attica vſta trita ſicca, vtiliter adhibetur.Ego verò,inquit,etiā Cypria vſus ſum. Idem facit &chamæleontis nigri radix,& malicorium vſtum. & ſupernè hapſus lanæ vino imbutus illigatur. Aliud Galeni fuluum. Spumæ argēti lib.III.olei cicini aut antiqui lib.III.aceti acerrimi lib.II.ſquamæ æris,chalcitidis,æruginis, ſingul.ſextantem. Spumam argenti cum o-

A leo coquito,medióque cocturæ tempore metallica ad æſtiuum ſolem multis diebus cum aceto trita adiicito,tam diúque ad ignem ſinito donec non inquinarint. quū autem metallica adiicis,lebes ab igne tollatur, ne efferueſcāt & ſuperfundantur. Sed & ſpumam argēti cū aceto & oleo decoquere licet. & medio cocturæ tempore metallica addere,& ſimul ſinere vt ebulliant donec non amplius inquinent.Hoc pharmacum fiſtulas glutinat,&labia vlcerum calloſa reſiccans vnit ac committit , ita vt non amplius diſparentur ſiquis recta diæta vtatur. diuturna
B inſuper vlcera & cicatricem reſpuentia,chironia appellata,per ſe adhibitum,nullo antea puris eueſtigio apparente maturat & ſuppurat:at non quotidie, ſed alternis hoc ſoluendum eſt.quòd ſi ſtomomatis ferri ſquamam addideris, longè præſtantius pharmacum euadet. Ego dum hoc præparabam,aliquando etiam diphrygis vnc.I.adieci,aliquando chryſocollæ ſextantem,ſæpe etiam vtrunq; admiſcui. atque ita præparatum magna vulnera glutinat. hactenus Galenus. Nūc verò hoc modo cōficitur: Spumæ argenti lib.III.olei antiqui libr.VI. aceti libr.II. æruginis,
C ſquamæ æris,chalcitidis,ſing.quadrantem,coquito ſicut dictum eſt.Quidā diphrygis vnc.I.addūt,aſſerúntque efficaciſſimè ſtrumas diſcutere. Aliud Galeni, ad chironia vlcera in mollibus corporibus. Ceræ lib.I.ceruſſæ beſſē,roſacei lib.I.ſalis ammoniaci triētē, ſquamæ æris ſextātē, thuris, aluminis,æruginis,malicorii,calcis viuæ,ſing. vnc.I.quæ liquari poſſunt,liquata ac refrigefacta ad ſicca cū vino trita miſceto. Aliud ad maligna & ſerpendo depaſcentia vlcera,præſertim tibiarū. Spumæ argenti,maſtiches,adipis caprini,roſacei,ſing. ſeſcūcē,ouorū vitellos
D V. argenti ſpumā cum roſaceo & adipe coquito: deinde maſtichen adiicito,& ad frigefacta ouorū vitellos admiſceto. Aliud ad maligna tibiarū vlcera experimento cognitum. Lupinos aridos vſtos tritos largè inſpergito, & hapſum lanæ ex vino expreſſum ſuperligato. Hoc expurgat,incarnat,& ad cicatricem perducit.

De vlceribus quæ poſt obductam cicatricem rurſus rumpuntur, Cap. XLV.

QVædam vlcera poſt receptā cicatricē non multo tēpore interpoſito inflammantur ac refringuntur. Nā
E quum ſubſtratum os malè ſit affectum,vicina quidem caro cicatricem recipit,& exactè ſana apparet:verùm poſtea ſanie paulatim ex corrupto in alto oſſe affluente putreſcit, & oborta inflāmatione cicatrix rūpitur. Quæ igitur horum curatio inſtituenda eſt?nimirum vt hactenus exſiccemus quatenus ſquama affecti oſſis excidat.facilè verò excident oſſium ſquamæ ſi papaueris ſylueſtris & fici folia cum vino & polenta impoſueris: aut hyoſcyami & atramenti ſutorii pares portiones adhibueris. ſed & peucedani radix trita citiſſimè oſſium ſquamas diſparat. Vtere
F etiā ſiccis capitalibus ſuprà deſcriptis:præſertim eo quod ſilphiū recipit. Aliud ſiccū,ad chironia & cicatricē reſpuentia vlcera mirificū: Squamæ æris,thuris,ſingulorum ſextantem,aluminis,ſalis ammoniaci,ſing.trientem,malicorii,ceruſſæ,ſing.vnc.I.vtere ſicco:vel ſi malueris,cum cerato. Aliud. Pumicis multifori ſeſcuncem, ſulphuris viui vnc.I terito & cribrato,ac vtitor. facit & pumex per ſe aridus tritus inſperſus. Aliud ad cicatricem inducendā diuturnis tibiarum ac totius corporis vlceribus:Calcis viuæ ac lotæ in aqua & ſiccatæ,vnc.I.Cimoliæ
G tantundē,ceræ,terebinthinæ liquidæ, ſing.ſextantem, olei myrtei aut roſacei quadrantem.poteris & oſtreorū vſtorum tritorum vnc.I.addere.Ad ſicca in mortario cum vino trita quæ liquari poſſunt liquata admiſceto ac vnito.Hoc,itémque reliqua omnia relata, & præcipuè quod è ſory fit,chironiis ac malignis vlceribus medētur. Eiſdē quoque priuatim cōmodant,capparis radix trita inſperſa, centaurea minor,ſcordium,caries lignorum veterū,paſtinacæ radix,peucedani radix, malicorium, oleum in quo ſquillæ bulbus coctus eſt,abſque linamentis cum penna
H illitum.malicorium in vino coctum & roſaceo cerato exceptū:omnium verò efficaciſſima eſt theriaca Andromachi è viperis roſaceo modico diluta, & emplaſtri modo appoſita. Aliud. Sandaracham tenuiſſimè tritam vrſino adipe exceptā imponito: aut ammoniacā ſalē eodē

modo præparatum,vel per ſe adhibeto.

Ad extremitatum vlcera, Cap. XLVI.

MYrti baccas cum vino coctas impone:vel peucedani radicem tritam: vel lignorum veterum cariem inſperge:aut braſſicæ vel ſabinæ folia cum fœnigræci farina & aceto ſubacta impone:aut ſideritidem melle exceptam adhibe: aut oleum in quo ſquilla cocta eſt abſque linamentis cum penna illine: ita enim ne muſca quidem vlceri appropinquabit.

Ad callos extremarum partium, Cap. XLVII.

BRaſſicæ folia cum melle terito, & cerato ex ſinopica rubrica præparato , excipito, & adhibeto. Aliud. Clibani antiqui teſtam cum vino auſtero terito , & cum cerato ex ouis facto,aut cum medicamento ex pompholyge ad ſedis affectiones parato,adhibeto.

Ad vermes in vlceribus, Cap. XLVIII.

VErmes in vlceribus generatos enecant,plantago ſicca,ligni ficulni cinis, calaminthæ ſuccus aſſiduè inſtillatus.Ceruſſæ (inquit Theodorus)& polii pares portiones cum pice liquida adhibe . quidam pro ceruſſa abſinthium ſcribunt. Aliud. Linamentum ex ſaliua hominis ieiuni illitum adhibeto . hoc etiam aurium vermes necat,& cicatrices concolores facit.

Ad nomas & putredines vlcerum,
Cap. XLIX.

NOmæ,hoc eſt proſerpendo depaſcentia ac putrida vlcera appellātur, quæ vicinas partes erodunt & putrefaciunt.Et ſanè vehementiſſimis medicamentis opus habent ,& ſæpiſſime vſtiones requirunt. Siccum optimum, faciens ad nomas, putredines, polypos , verrucas thymos & formicarias appellatas,hæmorrhoidas,citra omnem mordacitatem. Miſyos crudi,chalcitidis crudæ, ſingul. drach.VIII.ochræ drach.III. ſandarachæ drachm. IIII.chalcis viuæ drach.II.ſquamæ æris, aluminis,ſingul. drach.II.diphrygis drach.IIII.vnito ac vtitor.

Sicca cruſtam inducentia,inter quæ etiam paſtilli
multi vſus, Cap. L.

MElinum cruſtas inducēs & callos exterēs, inſperſum, ſiue cū ſpecilli nucleo adhibitū, & leuiter ſaltē vlceris ſuperficiei inductū vt inde coloretur modò,vlcera cōmittit ac ſanat quæ ægrè curantur. Chalcitidis crudæ dr. VIII.cadmiæ drach.III. ieiuni hominis ſaliua excipito ac ſubigito,& in mortario operta mali cydonii colorem aſſumere ſinito,& cum piſtillo leuiter trita in vmbra aſſiccato . alii tamen aliter præparant,& à colore quem acquirit,fuſcum appellant.Sumūt enim chalcitidis drach. XII. cadmiæ drach.VIII. & ad caniculæ æſtum cum aceto terunt,atque ita in vmbra ſiccant. Aliud ſiccum,quod item ad ſolis feruorem paratur,& melinū colorē habet. Calcis viuæ ſextantē,auripigmenti vnc.I.auripigmētū cū aqua terito,& calcē addito,ac ſimul probè conterito:deinde in mortariū aqua plenum coniicito vt ſubſideant,& vbi ſubſederint,priore aqua diffuſa,nouā affūdito,ac diu verſato,& rurſus ſubſidere ſinito.quo facto rurſus priore aqua diffuſa,nouā affundito, atque idem tertiò repetito. poſtremū vaſe aqua repleto ſinito, ac ſingulis diebus verſato donec areſiat, & conſumpta aqua aliā affundito. atque hoc per dies XL.ſub caniculæ æſtu facito: & tandem pharmacū ſiccatum in fictili vaſe in ſuperiore parte domus nō humida ſeruato. Hoc citra mordacitatem cruſtas inducit &valde deprimit.Facit & ad gingiuas putridas,& epulidū eminentias deprimit.dentes inalbat.Poteſt quoque in mortario ſubactum in fictile tranſferri,atque inſolari. Vtere Fauſtini quoque paſtillo ac reliquis eiuſmodi ad dyſenteriam deſcriptis. Aliud ad totius corporis putredines & nomas. Calcis viuæ,chalcitidis,ſingulorū drachm.II.auripigmenti drach.I.Hoc ad reduuias digitorum,& ad putredines adhibetur, partibus putridis ex eo inſperſis. Facit & ad carbunculos ſplenio reſinato exceptum. confert fiſtulis melle exceptum cocto, & velut collyrium inditum. Oribaſii ad pudendorum nomas,præſertim meliceridas dictas. Gallarum , floris mali Punici ſatiui itémque ſylueſtris , ariſtolochiæ rotundæ, ſquamæ æris, chalcitidis crudæ, ſingul. drachm. VIII.atramenti ſutorii drach.VII.aluminis ſciſſi drach.IIII.

A malicorii drach. I.adhibetur pudendo cum melle,quēadmodum id quod ex charta præparatur.Facit ad nomas valde profundas : ſicut etiam paſtillus Andronis. Cæterùm medicamentum ex charta hoc eſt: Squamæ æris, chartæ vſtæ, ſingulorum drachmas XXIIII.auripigmenti,ſulphuris viui,ſingul.drach.XII.(vel vt alii habēt XIIII.) plumbi vſti drach. quatuor:(alii drach. ſex) charta primū teritur,deinde metallica læuiſſimè trita admiſcentur. Facit ad oris ac totius corporis putredines , ad humidiores quidem,ſiccum inſperſum:ad ſicciores,roſaceo imbu B tum.Additur aliquando & mellis modicū: ego verò plūbi drach.ſex adiicio. Siccum ad antiquas nomas,& ad gingiuas cruentas. deprimit etiam carnem excreſcētem. Chalcitidis vſtæ drach.XL.miſyos drach.XXX. æris vſti drach.X.atramenti ſutorii drach.VIII. ſandarachæ drach. quinque,auripigmenti drach.II.vnito ac vtitor. Aliud experimento cōſtans. Rhois culinarii drach.X. ſquamæ æris,aloes,foliorū oleaſtri ſiccorū,ſing.drach.octo,chalcitidis drach.V.auripigmēti, ſandarachæ,aluminis ſciſſi, ſalis toſti,ſing.drach.IIII. malicorii ſicci drach. ſex, chry- C ſocollæ factitiæ drach. IIII. ruſci ſicci drach. VIII. trita vnito,ac vtitor. Aliud ad nomas & putredines,Oribaſii. Salis foſſilis drach.II. aluminis in fictili vſti vnc.I. ſquamæ æris,pumicis vſti,ſing. vnc.I. Aliud eiuſdem. Auripigmēti,ſquamæ æris,miſyos, chalcitidis,portiones æquas præpara,& vtere. Aliud Paſiphilum vocatum. Atramenti ſutorii,ſandarachæ,miſyos, chalcitidis pares portiones cōmittito. Siccum aureum appellatum. Aufert oſſa,reprimit influxiones,fiſtularum callos exterit,& contrahit ſinus.in fiſtularū autē & ſinuum cōcauitates per D ſpecillum lana obuolutum inditur . Melanteriæ à vetuſtis clauis deraſæ drach.V.malicorii drach.XXV. aluminis ſciſſi drach.III. atramenti ſutorii,miſyos,chalcitidis,æris vſti,ſing.drach.octo,ſquamæ æris drach.XVI.gallarū drachmas XV.aceti quātum ſatis eſt.Oportet autē aceto in vas æneum cōiecto clauos quotidie agitare,& deinde acetū excolare.lōgè verò præſtat quod in fundo reſidet. Aliud ſiccum. Ad nomas,defluxus,gingiuas,columnellas & pudenda. Ochræ ſeſquilibrā,croci lib.I.putaminū ouorū E vſtorum ſeſcuncem,gallarū ſeſcuncem: tritis vtere. gallæ autē ſint omphacitides. Paſtillus ad nomas commodus. Sabinæ,myrrhæ,ſing.drach.III. ſoreos, miſyos Cyprii,atramēti ſutorii,thuris,aloes,ſing.drach.II. terito cū vino,& formato paſtillos. Paſtillus ad nomas & putredines:quo vtor,inquit Oribaſius.appellatur Aſclepius ſiue Æſculapius,& Cyriacus,*hoc eſt dominicus*.Gallarū drach. octo,florū mali Punici,ariſtolochiæ rotundæ, chalcitidis crudæ,cadmiæ,ſing.drach .ſex,iridis, ſquamæ æris, ſing. drach.quatuor,miſyos crudi,atramenti ſutorii , aluminis F ſciſſi,thuris,nitri,ſing.drach.III. Terito cū aceto ad dies ſufficientes,& paſtillos XX.formato: eóſque vſus tempore aceto mulſo diſſolutos cerato excipito, hoc modo vtens:

Accipe paſtillorum trientem,ceræ quadrantem, olei myrtei ſeſcuncem, galbani trientem : & paſtillis aceto diſſolutis ac tritis liquata admiſceto. Atque hoc quidem modo præparantur ad ignem ſacrum, panos & condylomata: ad ozænas verò,carbunculos, & carnis excreſcētias, paſtilli ſicci inſpergūtur, vel aceto mulſo triti ac diſſoluti. Paſtillus Corax,*id eſt coruus* appellatus. Ad pu G tridorū vlcerū,præſertim pudendorū,nomas. Gallarū ſextātē,ſquamæ æris ſeſquiunciā, chalcitidis crudæ, thuris, ſingulorū quadrantē,ceræ trientē,terebinthinæ vnc.I.adipis taurini beſſem,olei myrtei dextantē.Arida cum aceto in ſole ad ſufficientes dies terito,& mellis ſeſcuncem adiicito,deinde cerato exceptis vtitor.Hic paſtillus citra admixtionem per ſe adhibitus, omnibus nomis, præſertim ſiccioribus,confert,& vbi nerui ſunt denudati .Cū æquali verò cerati portione,ſordida vlcera exterget:cū vberiore cerato cicatricem inducit.Ego(inquit Aſclepiades) ſic præparaui: Squamæ lib.I.gallarum,adipis taurini,ſing. H dodrantē,chalcitidis,thuris, ſingulorū ſeſcuncē,cū aceto velut collyria tero,& paſtillos formo.Poſtea verò ex paſtillis drach.XXII.aceto tero, & mellis drach.X .addo, & cerato quod habet olei myrtei , adipis taurini,ſingulorum dodrantē,ceræ ſextātem,terebinthinæ trientē excipio.

Paſtillus è croco. Myrrhæ, malicorii, æruginis, alumi-
nis ſciſſi,ſingul. ſextantem, croci vnc.i. aloes,ſquamæ æ-
ris,thuris,ſingul.vnc.i.ſulphuris viui drach.iiii.mellis li-
bram i. cum vino adſtringente terito. Facit ad nomas,
putredines oris,& cuiuſcunq; loci.dentes motos firmat,
vlcera marcida & flaccida repurgat & adſtrĩgit: purulẽtas
aures,ſinus,fiſtulas,& carbunculos curat, ſquamas oſſium
reſoluit & incarnat. eſt enim valde cõmodus ad oſſa car
ne veſtienda. Confert etiam dyſentericis, & adhibetur
vel aridus,vel hoc modo coctus: Mellis lib.iii.aceti lib.
i.paſtilli ſextans,ſimul ebulliant ad mellis compagem: ſi
verò partibus molli ſenſu præditis adhibendus eſt, vino
tantùm diluitur. Paſtillus ex plantis inſcriptus: Mali-
corii, foliorum myrti ſiccorum,teſtarum nucum iuglan
dium ſiccarum,fructus ſpinæ, ſingul.drachm.viii. galla-
rum drachm.iiii.ſalis foſſilis drach. viii. omnia tundun
tur,& cribrata aceto ſubiguntur,& in vas fictile mittun-
tur,ac aſſantur.deinde cum aceto teruntur, & adiiciũtur
myrrhæ drach.iiii.thuris drach. ii. & formantur paſtilli.
vſus horum eſt cum aceto. Paſtillus ex lanis ſuccidis
quem Leonidas valde laudat: Lanæ ſuccidæ vſtæ,ramẽ
torum plumbi,ſquamæ æris,bituminis,ſingul.drachm.x.
aluminis ſciſſi & rotundi, gallarum, malicorii, miſyos,
thuris,chalcitidis,ſingulorum drachm.v. myrrhæ drach.
ii.amurcæ ſeſquiheminam, terito cum aceto,& formato
paſtillos,ac vtitor. Paſtillus Bithynus. Ad nomas, fiſtu-
las,reduuias digitorum.carnem excreſcentem citra mor-
dacitatem deprimit: cum cerato autem facit ad ignem
ſacrum & alia huiuſmodi. Malicorii,gallarum,ariſtolo
chiæ,chalcitidis,cadmiæ, ſing. drach. vi. iridis, ſquamæ
æris,ſing.drach.iiii.miſyos,atramenti ſutorii, aluminis
ſciſſi,ſingul.drach.iii.nitri,thuris,ſingul.dr. ii. ſub canis
æſtu cum aceto terito,& paſtillos formato. Paſtillus Pa
ſionis. Squamæ æris drach.xii.æris vſti,ſalis ammoni
aci,aluminis,æruginis,thuris,ſing.drach.viii. Æruginẽ
cum ære, ſquama & alumine ſub ſole terito, & ad probè
trita thus addito,ſimúlque terito,ac paſtillos formato. v-
ſus ex aceto. Polyidæ ſphragis ſiue ſigillum vt habet A-
ſclepiades. Aluminis ſciſſi drach.iii.thuris dr. iiii. myr-
rhæ,aloes,fellis taurini,ſingul.dr.viii. floris mali Punici
ſatiui drach.xii.atramenti ſutorii drach.iii. excipe vino
dulci,& vtere. Sigillum Coracinum. Facit ad tonſilla-
rũ inflãmationes,luxatã columnellã & gingiuas humore
flaccidas. facit & ad nomas & affectiones ſedis. Ariſto-
lochiæ rotundæ,florum mali Punici ſatiui, chalcitidis to
ſtæ,thuris,myrrhæ, atramenti ſutorii, crocomagmatis,
aloes,fellis taurini,æquales portiones paſſo excipe velut
dictum eſt. Paſtillus Andronius. Ad vlcera fluida,inflã
matas columnellas,tõſillarum fluxiones, extrinſecus ſub
mentum illitus.Facit & ad pterygia oculorum, & glãdula-
rum circa inguina inflãmationes incipientes, & ad ru-
ptos inteſtinorum abſceſſus: callóſque fiſtularum exterit.
Florum mali Punici ſatiui drach. x.gallarum, ariſtolo-
chiæ ſingul.drach. viii.aluminis ſciſſi, atramenti ſutorii,
ſingulorum drach.iiii. (alii ii.tantùm habent)myrrhæ,a-
loes,thuris,croci,ſingulor.dr. i. ſingula ſeorſim primùm,
deinde ſimul terito,& in paſtillos redigito.Infunditur per
clyſterem prout vires tolerarint, ad ruptos inteſtinorum
abſceſſus, ſi febris adſit, cum aquæ cyathis viii. ſi non,
cum vino. Paſtillus Antonii Muſæ. Aluminis ſciſſi,
aloes,myrrhæ,florum mali Punici ſatiui,ſingul.drach.vi.
atramenti ſutorii drachm.iii.croci,crocomagmatis,ſingu
lorum drach.iii.Terito è vino mulſo ex paſſo confecto,&
paſtillos formato,quos in vmbra exſiccabis. Heras quidẽ
& nos ita præparamus: Aſclepiades autem hunc ad Ari-
ſtarchum Tharſenſem refert: & cætera quidem ſimili mo
do componit: verùm atramenti ſutorii drachm. vi. acci-
pit,& cum vino falerno paſtillos formare iubet. Facit ad
vlcera recentia ac vetera,putrida,marcida,efferata,phage
dænica,ac fiſtuloſa,& quæ priuatim ceria appellantur. ad
ozænas diluitur cum vino. ad ſuppuratas aures cum
ſapa & modico aceto. ad condylomata item cum ſapa.
ad vlcera genarum carbunculoſa ac maligna,cum ſapa.
ad carnis excreſcentias in naribus,ore,extremitatibus o-
mnibus, vulua,pudendis: omnem eminentiam compe-

A ſcit, & digitorum reduuias tollit, vlcera caua replet, ſi-
nus & fiſtulas melle dilutus ac cum lixiuio inſtillatus glu
tinat.idẽ ad oris vitia gargarizatur. quod ſi ſemel in mẽ-
ſe fiat,neque dentes dolebunt, neque aliquid incõmodi
ori accidet.Facit & ad teſtium ſacrum ignem,& articulo
rum inflammationes illitus. & ad hæc omnia vtitur eo
Aſclepiades.Quòd ſi mollire diſcuteréque volueris, qua-
druplũ ammoniaci miſcebis,& cum aceto ad mellis ſpiſ-
ſitudinem conteres,illinéſque & alligabis. Si verò em-
B plaſtri formam malueris,quadruplum terebinthinæ ad-
miſcebis,adiecto etiam oleo ſi durius pharmacum appa
rebit.mollit enim & cicatricem inducit ac glutinat. Idẽ
paſtillus ſplenicis, hepaticis, ac dyſentericis confert, &
viſcerum vlcera ſanat,& incipienti tabi auxiliatur. Dan-
tur ex eo oboli tres cum familiari in ſingulis affectioni-
bus potione.Per aliquot autẽ dies ducit vrinas loturæ car
nis ſimiles.itaque ab eius vſu deſiſtendũ non eſt ante ſani
tatẽ reſtitutam.Vino quoque mulſo & mali Punici dulcis
ſucco dilut⁹, & cũ pẽna illitus, anginis medetur. verùm
C interim dũ illinitur nauſeã excitat,& vomitũ prouocat.
Cæterùm crocomagma quod in paſtillũ recipitur, & quo
ad capitis dolores vtimur,ita præparatur: Croci dr.c.myr
rhæ troglodyticæ,roſarũ recẽtiũ reſectis vnguibus,amy-
li recentis,ſingulorum drach.c l.cũ vino ad collyrii for-
mam terito,& paſtillos formato.Porrò paſtillus ex ſolano
halicacabo,ſuperius ad fiſſuras ac tubercula ſedis, deſcri-
ptus eſt.

De ſanguinis eruptione,& quæ cruſtam inurant,
Rufi, Cap. l i.

D QVandoquidem pleraque ex iis quæ ad ſanguinis eru
ptionem adhibemus ad nomas quoque vſurpari ſo-
lẽt, annectemus etiam de ſanguinis eruptione tractatio-
nem:ex ea enim præſens aliquãdo periculũ incurrimus,
exhibétque ea res imperitis negotium turbationémque
ac formidinem,vt ne medico quidem parua ſolicitudo
impendeat.Primùm itaque noſſe oportet,arterias ad ſan-
guinis eruptionem magis quàm venas paratas eſſe.Perpe
tuò enim pulſant amplioréſque meatus ac ſolidiores tuni
cas habent,vt non facilè cedant.Sanguis quoque in ipſis
E contentus,tenuior eſt & plurimo ſpiritu abundat.Quin &
aliquando obducta cicatrice cutis, & arteriæ fiſſura non
obturata,ſanguis ſub cutem exilit,& efficitur tumor, quẽ
aneuriſma hoc eſt arteriæ dilatationem *Græci* appellant,
Ab arteria igitur aut à vena ſanguis manat, vel oſculis i-
pſarum apertis,vel tunica diuiſa,vel per tranſudationem,
vt ita dicam. Porrò tunica diuiditur, vel ex vulnere,
vel ex contuſione, vel ruptione, vel eroſione. Oſcu-
la verò aperiuntur, aut ob multitudinem confertim ad
oſculum vaſis prorumpentem, aut propter acrem qua-
F litatem extrinſecus allabentem,aut propter vaſis imbecil
litatẽ. Trãſudatio verò aut perſultatio fit,tunica quidem
rarefacta,ſanguine verò attenuato. poteſt tamẽ aliquãdo
etiam fieri paruarum venularum oſculis apertis. Si ergo
ex vulnere,aut contuſione,aut caſu,aut clamore,ruptio cõ
tigit, cauſa iam præteriit. ſi verò ex multitudine, fieri
poteſt vt adhuc nunc etiam vas amplius rumpatur,quum
efficiens cauſa adhuc maneat.In huiuſmodi itaque affe-
ctione multitudo quamcitiſſimè euacuanda eſt: deinde
ſanguis ſiſtendus,poſtremò vlcus curandum. In quibus
G verò iã ceſſauit cauſa efficiẽs,protin⁹ ſanguis ſiſtẽdus eſt,
& deinceps vlcus curandum. At quo modo ſanguinem ſi-
ſtemus? nimirum vt ruptum adſtringamus ac obturem⁹,
& ſanguinem aliò diuertamus. Obturabuntur autem la-
bia,vel digitis noſtris,ſi in ſuperficie vlcus fuerit: vel per
deligationem, & per refrigerantium ac adſtringentium
pharmacorum adhibitionem.Nonnũquam & grumis cõ
creti ſanguinis vaſis oſcula occluduntur. Cæterùm ex iis
quæ imponuntur,aliqua adſtringunt,aliqua meatus obdu
cunt,aliqua cruſtas inurunt.Quæ itaque meatus obſtruũt
ad ſanguinis eruptionem adhibita, citò occludunt: quæ
H verò cruſtam inurũt, cruſta excidente vlcus cauũ faciũt,
& ſæpiſſimè excidẽtibus cruſtis, ſanguinis eruptio cura-
tu difficillima ſequitur.quapropter eiuſmodi medicamẽ
tis non niſi cogẽte neceſſitate vtemur, veluti ſi à putrida
eroſione ſanguis erũpat. tũc enim omni putrido exciſo,

tutius eſt vel cauteriis mali radicem exurere,vel cruſtam inurentia adhibere,præſertim in pudendorũ ac ſedis affectionibus. Nam tales partes ob redundantem humiditatem, & acrium recrementorũ tranſitum facillimè putreſcunt.Proinde in eligendis medicamentis quæ cruſtã inducunt,non tantùm caliditatẽ ſed etiam adſtrictionẽ cõſiderabimus:talia verò ſunt,miſy,chalcitis, atramentũ ſutorium.Quæ enim ex calce viua & auripigmento fiunt, vehementiora quidem his ſunt,ſed cruſtæ inde inductæ citò excidunt,eo quòd nulla adeſt ipſis adſtrictoria facultas: quæ verò ab adſtringentibus inducuntur cruſtæ,diutius in corporibus perſiſtunt. quæ res non modicã cõmoditatem affert: priuſquam enim excidant, peruenit incarnatio,vt caro mediis partibus innata,tanquam operculum quoddam vaſis fiat. Et hac de cauſa non feſtinandũ eſt(velut multi faciunt)ad cruſtarum ablationem,vbi eruptionis ſanguinis periculum imminet: ſed in his tantùm affectionibus in quibus ob putredinẽ cauteriũ adhibere coacti fuimus. Vocatur autẽ huiuſmodi affectio Nome, quoniã ab affectis partibus proſerpens, partes ſecundum naturam ſe habentes depaſcitur, & ſemper aliquã ipſarũ vlterius inuadit.Medicus itaque his cõſiliis inſtructus,ad ſanguinis eruptiones curandas accedet,pro locorũ natura & venarum magnitudine remedia adhibendo.Et ſtatim quidem digitis oſculum vlceris vaſis apprehendat,leniter innitens ac citra dolorem comprimens. ſimul enim & ſanguinem ſiſtet,& grumũ vulneri infiget. Quòd ſi vas vnde ſanguis manat,in profundo etiã ſitum fuerit, exactius ſanè hinc & ſitum ipſius,& magnitudinem didicerit,& vtrum vena ſit an arteria cognoſcet. Poſtea verò immiſſo vncino extendat,ac moderatè ipſum obtorqueat.ſi verò neq; ſic ſanguis ſiſtatur,ſi quidẽ vena fuerit,conãdũ eſt vt citra vinculũ ſanguinẽ ſupprimat per aliquod ſanguinẽ ſiſtens medicamentũ.Optima autẽ ex his ſunt quæ meatus obſtruunt,cõpoſita ex reſina fricta,& farinæ tritici polline,ac gypſo,& aliis huius generis. Si verò arteria fuerit, ex duobus alterũ faciens,aut vinculũ circundans, aut totum vas præcidens ac diſſecans, ſanguinem ſiſtes. Cogimur tamen aliquando etiam magnis venis vinculum obligare, atque etiam aliquando totas ipſas diſſecare, tranſuerſas videlicet: quæ neceſſitas incumbet in iis quæ rectæ ex alto ſurſum feruntur, & præſertim per anguſtiam aliquam aut principales partes. Sic enim vtraque pars vtrinque retrahitur,& ab incumbẽtibus corporibus vulnus tegitur & occultatur.His autem peractis,incarnãdum vulnus eſt priuſquam vinculum vaſis excidat. Niſi enim producta caro circumſitum diſſectæ arteriæ locũ præmuniuerit, ſed vacuus locus inuentus fuerit,affectio ſequetur quam aneuriſma appellant. Quapropter in his potius ſuadeo vt ſanguinem ſiſtentibus,quæ meatus obſtruunt,vtaris,quàm iis quæ cruſtam inurunt. citius enim ac tutius poſt illa vulnus incarnatur. Optimum itaque omnium quæ ego noui medicamentorum, quo etiam ad ſanguinis è cerebri membranis eruptionem tutius vtemur hoc eſt.Thuris partes II.aloes partem I.cum oui cãdido ad mellis compagem ſubige,& molliſſimis leporis pilis excepta,vaſi ac toti vlceri vbertim impone,& forinſecus faſcia ex linteo deliga, ita vt primas quatuor aut quinque eius obuolutiones ſuper ipſum vas quod ſanguinẽ fundit facias,& hinc ad radicem eius procedas: deinde alternis diebus ſoluas:& ſi quidem adhuc tutò adhæſerit vlceri,medicamẽtum rurſus aliud ipſi circũfundas, & linamentũ prius ex pilis leporis cõſtans velut prius madefacias,ac rurſus velut antea deliges.Si verò prius linamentũ ſua ſponte exciderit,ſenſim per digitum vaſis radicem comprimas:& hoc quidem leniter adimas,aliud autẽ apponas. Atque eo curationis ductu vteris donec vas carne impletũ fuerit,ægro in multa quiete ſeruato. At verò hoc medicamento variè vtimur aliquando duplũ thuris ad aloen addentes, aliquando ambo æquali pondere miſcẽtes.Sed & mannam quãdoque pro thure admiſcui, vt quæ vehementius adſtringat.Illud porrò cõſtat,in durioribus corporibus ea quæ magis adſtringũt,& plus aloes habẽt,adhibẽda eſſe:in mollib⁹,ea quæ plus thuris habẽt. Sed & ad ſanguinis è cerebri mẽbranis eruptionem,& ad

A vulnera in collo vſq; ad ipſas iugulares venas,medicamẽto vtimur quod plurimũ thuris recipit. in his enim ſanguinẽ citra vinculũ ſiſtit. Et quãuis multa ſint quæ meat⁹ obſtruũt medicamẽta,nullũ tamẽ æquè incarnat. Optimè etiã obſtruũt meatus pharmaca ex pice torrefacta, & colophonia,& puluere molẽdini parietibus adhærẽte, & gũmi,& tragacãtha ac ſimilibus:quandoque etiam ex gypſo præparata. & ſymphyti quoque radix ad hanc præſtãtiſſima eſt. Maximè conuenit vt medicus pharmaca ſanguini ſiſtendo idonea apud ſe præparata habeat, quò ſin-
B gulis opportunè opem ferat. tale eſt ſiccum Philagrii ad ſanguinem ſiſtendum ex aloe & thure paratum. Primùm autem digitis diſſectæ partes cõmittantur ac cõprimantur donec cohæreant.tunc enim impactum medicamẽtum ſanguinis impetũ cohibet: qui amplius adhuc ſupprimetur, ſi leporis pilos molles ſub ventre repertos ad impactum medicamentũ apponemus, & ex eodem ſicco ſuperinſpergemus. atque hoc ita ſinendum eſt,donec caro excreuerit velut operculum ſectioni obducta. Confert ad idem Rhodiũ ſuprà inter deprimentia ac cõtrahentia
C relatum.Cæterùm quædã ex ſanguinem ſiſtẽtibus (velut diximus)cruſtã inducunt, quædã cum ſiccitate adſtringunt,quædã explent & glutinãt, quorũ aliqua magis parabilia referemus,quò ad ſingulas cauſas peculiare medicamẽtum in prõptu habeatur. Ex iis igitur quæ cruſtam inurunt, citra mordacitatẽ & efficaciter ſanguinẽ ſiſtit hoc: Sandarachæ,auripigmenti,chalcitidis,calcis,ſing. drach.IIII. hoc Ammonius chirurgus vtebatur. Eo verò adhuc efficacius eſt quod habet, Chalcitidis drach.octo, atramenti ſutorii drach.decem,calcis viuæ drach.VI.æris
D vſti drach.VI.miſyos,diphrygis,ſing.drach.V. Aliud celebre. Aluminis ſciſſi, atramenti ſutorii, gallarum,ſing. drach.VI.miſyos drach.octo,ſoreos drach.IIII. hoc optimè facit & ad nomas. Aliud ex Eretria terra. Terræ Eretriæ aut Cimoliæ,drach.octo,ſquamæ æris,aluminis ſciſſi,reſinæ aridæ,thuris,myrrhæ,ſing. drach.octo, aceti quantum ſatis eſt. terito in ſole ad cõpagem, & paſtillos formato. Aliud. Spongiã nouam liquida pice imbutã bitumine trito inſperſo,in olla exurito: deinde eius ſextãtẽ accipito,chalcitidis,miſyos,ſing.vnc.I. At ſi mitius
E facere volueris,accipe ſpõgiæ ita vſtæ ſextantem,plumbi vſti & loti vnc.I. ſtibii vnc.I. hoc cruſtã nõ inducit. Aliud cõfeſtim ſiſtens ſanguinis eruptionem. Chalcitidis drach.VIII.thuris ſiue mannæ eius drach.XVI. reſinæ aridæ,gypſi recentis,ſing.drach.VIII.Cætera trita ac cribrata in pyxide ærea ſeruato:gypſum verò quo tẽpore medicamento miſcendũ eſt,recẽs terito,& admiſceto. Aliud ſanguinẽ ſiſtẽs,citra cruſtæ inuſtionem: Miſyos,ſucci polygoni ſicci,ſing.drach.XIII. aluminis ſciſſi drach.XXI. aridum aceto rigatum ſpongia excipe, & vlceri appoſi-
F tum deliga. Aliud Oribaſii,facit ad pudendorum & totius corporis nomas: callos etiam exterit, & ſtrumas ſanat. Minii cum oleo roſaceo ſubacti, ſulphuris viui,auripigmenti,ſandarachæ,calcis viuæ, æquas portiones vnito,ac vtitor. Aliud. Optimum ad ſanguinis eruptiones,Galeni. Gypſum & tritici pollinem oui cãdido excipe, & cum leporis pilis impone. Aliud. Reſinam pinus probè tritam vel per ſe,vel cum thuris polline adhibe.Qui ergo plura medicamẽta expetit, multa in ſimplicium medicamẽtorum libris, & in tractatione de ſin-
G gularum partium morbis inueniet. ſed & quæ nunc recenſui ſufficere poſſunt.Omnia enim alia ex iiſdem præparantur,& non longè viribus inter ſe differunt.quædam fortiora,quædam debiliora ſunt,vt cuique congruũ eligi poſſit. Etenim quũ eunuchus quidam in ſummitate manus vlcus haberet, idque malignum euaderet, & circumcirca eroderet, & ſanguis ex ipſo manaret, medicamentum ex thure & aloe appoſui albumine oui exceptum, & hoc magis auxit ſanguinis eruptionem. Detracta itaque aloe, thus ipſum per ſe cũ ouo impoſui, & neque ſic ſan-
H guis ſiſti potuit.Cognoui autẽ quòd ex multa ſenſus ſubtilitate hoc pateretur:quapropter linamenta poſca dilutiſſima imbuta indidi,iuſſique tandẽ aſſiduè ſuper linamẽta inſtillare,atq; ita ſtatim ſanguinis eruptionẽ ſuppreſſi, neque ab eodem medicamẽto vſq; ad exactã incarnationẽ.

deſtiti. Aliud ad arteriam diſſectam. Sal commune, & equi aut aſini fimum ſiccum, pari portione cum lixiuio quercini cineris ſubactum impone. Aliud. Porrum cum aceto tuſum impone. Aliud. Cochleas cũ domibus ſuis, tum paruas tum magnas, vſtas tritas impone.

Exedentia & vrentia medicamenta, Cap. LII.

ERodentia & vſtoria medicamenta, ad columellas adhibemus aſſiduè deſtillantes ac laxatas, & ad calloſas carnis excreſcẽtias, vlceráque cãcerata & ſtrumas quas erodere volumus: item ad coxendicum & articularẽ morbum, affectiones ſplenis, pro cauterio: præterea ad formicarias verrucas, clauos, ficoſos tumores, & alia huiuſcemodi. Præcipua verò ipſorum vis eſt ad carbunculoſa & maligna vlcera. adhibita enim nomas compeſcunt, & cruſtas exterunt. Eroſiuum citra mordacitatem: Squamæ æris drach. IIII. ſandarachæ drach. II. veratri nigri, auripigmenti, ſing. drach. I. præſtantius hoc euadet, ſi pro auripigmento aluminis ſciſſi par pondus adieceris. Aliud.

Squamæ æris, ſandarachæ, auripigmenti, veratri nigri, ſeminis vrticæ toſti, æquales portiones cum roſaceo terito, ac vtitor. Aliud citra omnem mordacitatem cruſtas in altum inducens: Squamæ æris, ſandarachæ, ſingul. drach. III. veratri nigri drachm. I. ad humida vlcera vtere ſicco: ad reliqua cum roſaceo. Oribaſii eroſiuum efficaciſſimũ quo vtor: Seminis vrticæ, ſquamæ æris rubræ, ſandarachæ, par pondus cum roſaceo terito, ac vtitor. Aliud. Sandarachæ, aluminis ſciſſi, ſingul. drachm. IIII. ſquamæ æris drach. II. auripigmenti drach. I. Et ſi quidem nome eſt quæ adſtringi debet, ſiccum adhibeto: ſi verò ſtruma aut canceratus tumor curandus eſt, roſaceo excipe, & quotidie bis impone. Ceratũ vſtorium quo ad lippitudines vtimur, temporibus adhibito donec rubefiant. facit & ad coxendices: ſtatim enim ſedat dolorem. Cantharidum, atramenti ſutorii, ſucci thapſiæ, allii, ſingulorũ vnc. I. ceræ trientem, olei quincuncẽ. Aridis ex aceto tritis liquabilia liquata admiſceto. & vbi locus rubicundus factus fuerit, illinito ea quæ ad ambuſta ab igne præparãtur. Aliud cauterium è viſco: Calcis viuæ, fæcis vini vſtæ, ſing. drach. IIII. viſci drach. II. nitri dr. vnã. Mitius hoc fiet, ſi calcis drach. III. ſolùm acceperis, & ſaponis quantum ſatis eſt. at ſi deſit ſapo, lixiuii lib. I. ad tertias coquito, atque hoc modo præparato: Arida læuiſſimè trita, viſco ad ignem liquato excipies, & rudicula agitabis. deinde ad frigefacta lixiuiũ paulatim inſtillabis, & emollies vt medicamentum ſtrigmentitia ſpiſſitudine liquidius euadat. quod in plũbea pyxide ſolidiore ſeruabis, & ſi reſiccetur, lixiuium ſubinde inſtillabis. Hoc ad menti impetigines ad ſemihoræ ſpatium illinito, & poſtea loco per ſpongiam foto, albumen oui, aut emplaſtrum ex plumbagine aut ordeo, paratum imponito. Hoc aliqui etiam ad coxendices, & ſplenis affectiones, ac articularem morbum vtuntur, hoc modo applicantes: Linteolo cuidã detrito medicamentum aliquod glutinoſum illinunt, & hoc rotundis foraminibus pertuſum adhibent, foramina vertentes eò vbi inuſtionem facere volunt: atque iſtic medicamentum vſtorium vbertim imponunt, quò videlicet pars requiſita tantùm inuratur. tum braſſicæ aut betæ folia ſuperimponunt, & decem aut pluribus horis ſinunt: & ablato poſtea medicamento, ad mitigatoria tranſeunt quæ ad ambuſta parantur. Eroſiuum incomparabile: Veratri nigri drachm. III. ſquamæ æris rubræ drachmas XII. ſandarachæ, auripigmenti, ſingulorum drachm. II. atramenti ſutorii drach. IIII. ventrium cantharidum drach. XII. omnia lixiuio excipito. Cauterium ad columellas, Demoſthenis: Calcis viuæ drach. IIII. fæcis vini vſtæ drachmas II. (ſit autem fæx nõ vetuſta, ſed duorum mẽſium) nitri toſti drach. II. minii drachm. I. Cum lixiuio ad mellis liquidioris ſpiſſitudinem terito, & bis aut ter ebullire ſinito donec cogatur. deinde in plumbeam pyxidem recondito ne exareſcat, & ea gratia ſubinde lixiuium inſtillato. Facit ad verrucas cum alias, tum formicarias appellatas: reduuias digitorum, clauos pedum ac manuum, callos, cicatrices eminentes, & carbunculos. At verò poſt columellæ vſtionem, oleum gargarizandum & in ore tenẽdum exhibeto. Tertia die tranſacta, ex aqua mulſa, aut lacte cum melle os eluatur, donec excidat cruſta. eodẽ modo etiam anthero, ſiue florido, aut Phrygio medicamento vteris. In aliis verò corporis partibus ad locum inuſtũ repurgandum, aluminis liquidi, amurcæ, mellis cocti, æquales portiones miſce & adhibe. Et poſt repurgata vlcera, mitigatoriis medicamentis vtere.

De ſinibus, Galeni, Cap. LIII.

OMnia ſinuoſa vlcera modò aqua mulſa, modò vino, modò vino mulſo, modò aceto mulſo eluimus. ad extergendam enim ſaniem, aqua mulſa præſtat: ad repurgandum verò & roborandum, vinum mulſum confert: ad glutinationem, vinum: ad cruentum ac graueolentem humorem, acetum mulſum. At in diuturnis affectionibus incarnatione opus habentibus, medicamenta meatus obſtruentia plurimo roſaceo diluta, per fiſtulam in directum perforatam cui veſica alligata eſt, infundemus. In quem vſum probè facit Machærionis emplaſtrũ, & quod Iſis, & quod Harmonia appellatur, & pleraque nigra. Sed & hoc quod ſubiiciemus probè facit. primũ enim ſinus repurgat, deinde incarnat, poſtea glutinat. Corticem caprifici à teneris ramulis detractum in oleo coquito, & oleo excolato ceræ quantũ ſatis eſt admiſceto, vt liquidũ & infuſile fiat medicamentum. De quo quantum ſatis eſſe videbitur, tepidum in ſinum infundes, & parato ex eodem ſolidiore cerato, ipſum impones ac deligabis. Potes & forinſecus imponere emplaſtrũ Barbarum, & quæ ex pice ac bitumine præparantur, & quod ex ſalicibus conficitur, & quod è vino mulſo, & quod ex ſpuma argẽti, & Harmonia, & emplaſtrũ Piſcatoris, & melinũ Paſionis. Ad eos tamen qui vicinas partes teneriores habent, magis cõueniũt emplaſtra ex ſale parata. Supra emplaſtra verò ſpõgia aceto mulſo, aut poſca, aut vino imbuta imponatur. Deligatio verò à fundo ſinus incipiat, & ad oſculum vlceris deſinat. Et linteorum obuolutiones citra dolorẽ quidem fundum ſinus adſtringant, ſed inde paulatim remittantur, ac laxius ad oſculum vlceris connectantur: ita vt emplaſtrum quod forinſecus ſinui adhibitum eſt, iuxta oſculum forcipe præcidatur, quò ſanies excerni poſſit, & aliud paruum reciſi loco imponatur ex eodẽ medicamẽto. ſit autem laxius propter eandem ſaniei excretionem, & alternis diebus auferatur, relicto illo totum ſinum ambiente. deinde vbi ſinum agglutinatum cognouerimus, ad cicatricem inducentia pergemus. An autem probè glutinatus ſit ſinus in profundo, ex pure effluente cognoſcemus, ſi modicum effluxerit & cõcoctum: & ſi in ipſo ſinu neque dolor, neque tumor percipiatur, ſed contractus fuerit locus, ſiccúſq; ac doloris expers. Illitio ad ſinus antiquos. Gallas omphacitidas ad duas horas oleo macerato, & in fictile ſiue æneum lebetem coniectas cum oleo coquito ad prunas donec nigreſcant & velut torrefiant. deinde ex oleo eximito, ac frigefactarum vnc. I. accipito, & aluminis ſciſſi, aloes, ſing. vnc. I. addito, & radicum althææ ſiccarum, artemiſiæ vnicaulis ſiccæ, ſampſuchi, ſingulorum ſextantem adiicito, & ſingula ſeorſim terito, ac cribrato, & poſtea miſta ſimul ſeruato, & vſu expetente, oui luteo excepta illinito. At verò in ipſo vlceris oſculo paruum emplaſtrum impones ex paſtillo qui ad Iudæum refertur. Idem medicamentum facit ad fiſtulas, herniam aquoſam, & podagram.

De ſinibus attritam cutem habentibus, eiuſdem, Cap. LIIII.

INflammationibus ad abſceſſum mutatis, ſi ſerius inciſio fiat, contingit aliquando vt cutis ſinui incumbens, tenuis velut detritum veſtimentum reddatur, & propterea huiuſmodi vlcera detrita appellantur, quæ difficulter coaleſcunt ac glutinantur: & præſertim ſiquis compage ſiccum medicamentum imponat. Ab his enim magis adhuc cutis deteretur, & exareſcet velut pelles attritæ. Ad ea igitur glutinanda vtendum eſt medicamento compage quidem liquido, facultate verò ſicco: quale eſt phœnicinum emplaſtrum Galeni, quod nos ad huiuſmodi affectiones præſtare cognouimus, ſi ita paratum fuerit vt neque valde durum ſit, neque adhuc inquinare deſiuerit: ita

enim præparatum & cruenta vulnera glutinat, & omnibus vlceribus cicatricem inducit. Ad ſinus autem detritos efficaciſſimum eſt, quod tenerum eſt & compagem mollem habet,& cum oleo veteri ac vino moderatè antiquo reſolutum eſt. nam ſicut duritiam ad hos vſus improbamus, ita mollitiem nimis fluidam reiicimus. liquidum enim calido corpori incumbens diffluit, & linteolum ſiccum relinquit, quod non ſolùm nihil prodeſt ſed etiam glutinandæ cuti obeſt. Sed & mel moderatè coctum ad hanc ſinuum affectionem mirificè cõducit: cui myrrham,vel aloen,vel thus probè trita,ſeorſim ſingula, vel ſimul omnia inſpergere prodeſt. præferam ſi linteolo illitum mel liquidius appareat. Expertus ſum & centaurium tenue mirandum pharmacum ad hos vſus: deinde ſymphytum, & plantaginis folia cum radicibus ſiccata. Conuenit & rumicis radix, oleaſtri folia, verbenaca ſupina cum radicibus, vitis alba, iris, dictamnum, ſaluia, polium, ſabina, cupreſſi folia, ſalicis ſuccus: & in teneris carnibus erui farina. Quæ omnia prius tundenda ac cribranda ſunt. & ex eis tunc melli admiſcendum eſt quum coctum ab igne aufertur, ita vt probè cum eis agitatũ mel, donec tepidum fiat, imponatur linteo inductum.

De fiſtulis, Cap. LV.

QVandoquidem ſinus malè curati in fiſtulas mutari ſolent, de his quoque ex ordine dicendum eſt. Appellantur autẽ fiſtulæ per tranſlationẽ à fiſtulis arundinũ aut ex alia materia confectis. Nam in ipſis cauitas quædam eſt arundinum cauitatibus ſimilis, & ſinus calloſus ineſt qui citra chirurgiam aut fortius pharmacum reſcindi non poteſt. Fiſtulis itaque obliquis ſub cutem extenſis, ſpecilli nucleum immittimus, & eleuata cute totam longitudinem vna ſectione incidimus. deinde callos velut fiſtularum cauſas, ſi in ſuperficie fuerint, ſpecillo deradimus: ſin in profundum penetrauerint, ſcalpello reſcindimus. Niſi enim reſcindantur, neque caro produci, neque vlcus coaleſcere poterit. At ſi fiſtula non fuerit obliqua, ſed decliuis & ad profundum vergens, fiſtulæ ambitum reſecamus, tantum de carne circumſita auferentes, quò calli commodè reſecari poſſint. Si verò fiſtula in os deſinat, ab oſſe denudato ſquamam deradimus. Cæterùm fiſtulæ in os deſinentes, ampliores quidem nucleo ſpecilli immiſſo ex renitentia deprehenduntur: in anguſtioribus verò apice ſpecilli pertentamus, & durum ac oſſeum corpus occurrens contingimus ac ſonum quẽdam percipimus, velut aſſis ære percuſſi, qua arte non ſolùm fiſtulam oſſi contiguam eſſe, ſed etiam an corruptum aut illæſum ſit dignoſcimus. Inducto enim vndiquaque ſpecillo, ſi tanquam à læui corpore ipſum ſemper lapſare percipimus, os incorruptum eſt: ſi verò ſpecillum aliquibus partibus inhæſerit, inæqualitates ac aſperitates ſubeſſe indicium eſt, & ex eo os corruptum eſſe coniectamus. At in fiſtulis quæ ampliſſima habent oſcula, ſæpe viſu os deprehendimus, vt coniectura non ſit opus. Si verò obliquæ fuerint, flexúmque aliquem vel plures habuerint, vt ſpecilli apex progredi non poſſit, virgulam plumbeam aut ſtanneam parabimus, qua iter pertentemus. quum enim flexilis valde ſit, ad fiſtulæ figuram facilè ſe accommodabit. Si verò propter nimiam obliquitatem fiſtula nihil tale admiſerit, ex humoris allati natura fiſtulæ terminum cognoſcemus. Quòd ſi fiſtula neruum attigerit, ex dolore indicabitur. punctionis enim ſenſum exhibebit, aut ſtuporis: deinde motus qui ab illo neruo perfici ſolet, deterior apparebit. Sed & in ſpecilli contactu moleſtus ſenſus perceptus, indicationem faciet: humor autem inde allatus tenuior eſt, ſimilis ei qui ab oſſibus defluit, non quidem oleoſus aut pinguis, ſed ſanioſus & glutinoſus. Eadem verò accidentia concomitantur fiſtulas ad muſculos penetrantes. In iis autẽ quæ carnes tantùm penetrant, craſſiorem ac humectiorem ſaniem reperies. Quæ verò venas occupant, eadem accidẽtia habẽt quæ ad neruos ſunt relata, ſed imbecilliora, dolores item ac puncturas. verùm nullus motus impedietur. idem verò etiã de his dicendum eſt quæ ad arteriã pertingũt. At verò ſi fiſtula locũ erodente vena ſuberit, plurimus ac craſſus ſanguis effunditur: ſi verò arteria, tenuis &

A flauus cũ multo ſpiritu ac ſtridore exilit. Atque hactenus de fiſtularum ſignis ac differẽtiis, deinceps autẽ de medicamẽtis ad eaſdem cõferentibus tractandũ eſt. Poſt calloſarũ igitur partiũ reſectionẽ, carnoſis quidem partibus ſuppurãdi ductum adhibebimus, & deſquamata oſſa ſiccare conabimur. Baſilicũ itaque emplaſtrũ & reliqua huiuſmodi inter ſuppurantia medicamenta habẽtur: ſicut etiã quæ capitalia appellantur deſiccãdi vim habent. linamenta quoque melle illita cõmodè induntur. Ad fi-
B ſtulas verò inchoantes nec adeo profundas, quarũ chirurgiã ægri penitus recuſant, medicamẽta callos exterentia adhibebimus. deinde remoto callo, curatione reliquis vlceribus cõmuni vtemur. Collyriũ fiſtulare, ab antiquis fiſtulis callos exterens: Atramenti ſutorii, miſyos, chalcitidis crudæ, æruginis, aluminis ſciſſilis, rubricæ ſinopicæ, gummi, æquales portiones aceto accipito. Quòd ſi pro gummi, thus adieceris, & duodecuplũ mellis admiſcueris, calloſos ſinus repurgat. at ſi vni eiuſdem parti octuplum mellis adieceris, incarnat & ad cicatricem per-
C ducit. Aliud, faciens ad fiſtulas antiquas: Miſyos, atramenti ſutorii, aluminis ſciſſi, ammoniaci thymiamatis, æquales portiones excipe aceto. Aliud ſiccum, callos fiſtularũ exterens: Cadmiæ, chalcitidis crudæ, ſandarachæ, gummi, ſing. quadrantem, æris vſti, miſyos crudi, ſing. ſeſquiunc. Aliud xyraphium, *hoc eſt callos deradens*: ad capitis ac menti ficoſas papulas faciens. Miſyos, chalcitidis crudæ, ſing. drach. II. aluminis ſciſſi drachm. I. præpara, & eloto prius loco, medicamentum vbertim inſperge, & poſtridie rurſus eloto loco, & calli ramento ſpongia
D deterſo, nouum medicamentum adhibeto, tamdiu hoc repetens donec totus callus fuerit deraſus. & cauendum interim eſt ne olei cõtactu pars curãda inquinetur. Quòd ſi ita viſum fuerit, poteris ammoniaci thymiamatis drachmam vnam aceto reſolutam ad ſeptem huius medicamenti drachmas admiſcere, & collyria efformare. Aliud collyrium fiſtulare: Chalcitidis crudæ, miſyos crudi, æruginis, ſoreos, atramenti ſutorii, ammoniaci thymiamatis, æquales portiones aceto excipito. Aliud Philoſophi: Braſſicæ radicem, cucurbitam ſiccatam, os canini ca-
E pitis, cerui cornu, ſimul exurito, & ad cinerem ipſorum, origanum & ſtercus gallinaceum, vtrũque ſiccum ac tritum, admiſceto, & arida ſeruato. Vſu verò expetente, fiſtulæ oſculum vino humectato, & ſiccum largè inſpergito, & linteolo impoſito deligato. hoc abſceſſus rumpit, & ſanat fiſtulas chirurgia nondum attactas. Aliud eiuſdem.

Conchas cum teſtis exuſtas & tritas adhibe: vel carnes cochlearum cum myrrha, thure & aloe, in fiſtulam inde, externíſque impone. Aliud fiſtulas mirificè reſiccans. facit & ad ſeminis fluxum, capitis deſtillationem, aures cõ-
F tuſas ac dyſenterias. Conſumit omnem humiditatem. idẽ pubi & lumbis impoſitum, muliebrem fluxum & hæmorrhoidas ſiſtit. Cochlearum carnes cum domibus ſuis, bulbum paruum, bitumen, aloen, thus cum aceto terito, ac vtitor. Aliud ad fiſtulas optimum. Polygoni folia à ieiuno commanſa apponito, & vuas paſſas vnà cum vinaceis tritas ſuperligato. & ne contempſeris medicamenti vilitatem. Aliud ſiccum Magiſtriani, fiſtulas incarnans: Chamæleontis nigri radicem, corticem pinus, thus maſculum, ariſtolochiam longam, ſingula paribus
G portionibus terito, & fiſtulæ aqua mulſa elotæ ſicca inſpergito. Aliud. Aloes ſextantem, radicis anchuſæ vnciã vnam. replet & incarnat. Aliud. Squillam in olla vſtã ac tritam indito. Aliud præſentaneum, quod Hercules appellatur. idem etiam ægilopas radicitus tollit. Pridie verò papyrus in fiſtulam indatur: deinde collyrium ad fiſtulæ ſiue papyri menſuram immittatur, & per triduum ſinatur, & in quarta fiſtulam prorſus ſanatam comperies: Cadmiæ oſtracitidis drachmas ſex, æris vſti dra-
H chmas quinque, miſyos toſti drachmas nouem, chalcitidis crudæ drachmas octo, cantharidas numero ſeptem, libanotidis ſiccæ drach. I. hermodactyli radicem integrã, gummi drach. X. excipe aceto & collyria formato. ſunt qui atramenti ſutorii & æruginis, ſingulorum drach. ſex adiiciunt. Aliud ad fiſtulas vſque ad os pertingentes: Squamæ æris, æruginis, ammoniaci thymiamatis, ſingu-

lorum æquas partes aceto ſubige,& paſtillos efforma. Vſu
expetente quantum ſatis eſt accipito,& ad ignem emol-
lito,& collyria formato fiſtulæ æqualia, eáque indito.

Aliud Oribaſii, ad fiſtulas & vibices, à Dionyſio acce-
ptum. Foliorũ lepidii herbæ in vmbra ſiccatorum, floris
cnici, mellis deſpumati, terebinthinæ, æquales portiones.
Arida cũ aceto terito,& adiecto modico roſaceo, omnia
ſimul ad emplaſtri formam ſubigito: poſtea fiſtulæ ex a-
ceto præfrictæ, lepidii folia ſicca trita inſpergito,& ſple-
nium ex medicamento illitum ſuperimponito. Aliud
experimento conſtans: Radicum liliorum vſtorum cine
re fiſtulam expleto,& callus exteretur, quo ſublato ſmila-
cem herbam arundinibus ſe implicantem, flore candido,
foliis hortenſi phaſelo ſimilibus, accipito, eámque ſiccã
vſtam tritam fiſtulæ indito,& incarnabitur. Aliud.
Oleaſtri radicem vſtam terito,& ſiccam fiſtulæ vino cali-
do auſtero elotæ inſpergito,& callus excidet. Aliud fi-
ſtulas incarnans: Lapidem tranſlucidum ſpecularem ap-
pellatum vrito, ac tritum fiſtulæ inſpergito. Cæterùm poſt
vſum eorum quæ callos exterunt, collyriis repurgantibus
vtendum eſt ex ærugine & melle cocto. Medicamentum
ſinus repurgans & incarnans: Myrrhæ, croci, ariſtolochiæ,
rubricæ ſinopicæ, ſingulorum vnciam vnam, fel taurinũ
integrum, mellis quadrantem. Fel cum melle coquito, de-
inde reliqua tenuiſſimè trita admiſceto, & rurſus coqui-
to,& collyria formato. Aliud. Muſcii herbæ, quam &
dorcadiadem vocant, miſyos torrefacti, ſingulorum dra-
chmas octo, ſalis communis, aluminis ſciſſi, æruginis, ſin-
gulorum drachmas duas, chalcitidis drachmas decem, ni
tri, terebinthinæ, ſingulorum drachmas quatuor, mellis
libras tres, aceti libram vnam. Quæ teri poſſunt terito, &
omnia melle excepta coquito,& collyria formato, quæ in
ſinus ac cauitates indes. Emplaſtrum Oribaſii ad ſinus &
fiſtulas, è cedria præparatum. diſcutit enim ſtrumas,& ad
elephantiaſis tumores prodeſt: Ceræ, picis ſiccæ, ſingulo-
rum libram vnam, colophoniæ beſſem, cedriæ ſeſcun-
cem, propolis trientem, vel (vt alii habent) ſeſcuncem. re-
liqua omnia donec non inquinent coquito: deinde pro-
polin adiicito, vnito, ac vtitor. Aliud. Picis, ceræ, ſin
gulorum libram vnam, colophoniæ, cedriæ, ſingulorum
ſeſcuncem, coquito ſimul donec non amplius inquinẽt,
& propolis ſeſcuncem adiicito,& ſublatis ab igne, thuris,
aloes,& aliquando myrrhæ, ſingulorum vnciam vnã ad-
miſceto. Emplaſtrum Magus vel Hephæſtias nuncupatũ.
glutinat ſinus & fiſtulas,& alia huiuſmodi: Spumæ argẽ-
ti libram vnam, ſcoriæ argenti quæ helcyſma *Græcis* ap-
pellatur, libras duas, teſtæ clibani antiqui, ceræ, ſingulorũ
libras tres, olei libras ſex, ſucci coriandri ſextar. vnum, ſi-
mul coquito donec non amplius inquinẽt: deinde ceram
adiicito, vnito, ac vtitor. idem hydropicis confert. Quidã
ceræ nihil, quidam quadrantem ſaltem iniiciunt: alii ve-
rò ita præparant: Teſtæ fictilium libras duas, plumbagi-
nis libras duas, olei ſextarium vnum. ſed hoc modo com-
pagẽ nõ acquirit. Commodũ eſt fiſtulis etiam nigrum è
lolio præparatum,& reliqua eius generis. tutò etiam ad-
hibetur quod ex argenti ſpuma paratur,& quod ex aceto
& oleo. vtrunque in proximo Sermone habetur. Commo
dat quoque fuluum Galeni quod ad maligna vlcera pau-
lo antè deſcriptum eſt.

De gangræna & ſphacelo, Galeni, Cap. LVI.

Gangrænam appellant quãdo ob inflammationis ma
gnitudinem, mortificatio partis imminet. & niſi ce-
lerrimè ſuccurratur, pars ita affecta facilè mortificatur, &
malum ad contiguas partes proſerpens ſingulis perniciẽ
impertit. At vbi iam pars mortificata penitus ſenſum ami
ſit, non amplius gangræna ſed ſphacelus, *id eſt caries*, ma-
lum appellatur. Accidit autẽ hæc affectio etiam oſſibus,
quum circumſita caro vitioſos humores generãs, per hos
illa perrigauerit ac putrefecerit. Proinde partem mortifi-
catam celerrimè reſecare oportet, quatenus contingit vi-
cinam ſanam, ita vt nihil prorſus putridi ac carioſi relin-
quatur. deinde locum inurere,& poſtea ſeſamum cũ mel-
le, vel ſiccum capitale item cum melle adhibere: deinde
panem exterius, vel farinam ordeaceã aqua & oleo ſub-
actam imponere. Sed & iris & panacis radix, & ariſtolo-
A chia, ac eruum cruſtas tollunt, ſingula cum melle. Itẽ Ma-
chærionis emplaſtrum & iſis, cum roſaceo & melle dilu-
ta. Vbi verò cruſtæ exciderint, curationẽ reliquis vlceri-
bus communem adhibeto. Cæterùm priuſquã pars mor-
tificatur,& affectio adhuc gãgræna appellatur, ſanguinẽ
in loco affecto impactum, quantum eius fieri poteſt, plu-
rimum euacuabimus: propter quem ſanè mortificatio cõ-
tingit, quum arteriæ ob locorum anguſtiam diſtendi nõ
poſſint: atque ſic reliquo perſpirationẽ exhibebimus. aut
B igitur ſi vena magna fuerit in loco affecto, hac diſſecta
corruptum ſanguinem euacuare oportet,& ſæpe velut va-
ricem volſella correptum excindere: aut totam cutem af-
fectæ partis profundis ſectionibus diuidere, aut vulnuſcu
lis altioribus incuſſis ſcarificare,& ſanguinem effluere ſi-
nere,& poſtea imponere pharmacum ad putreſcentia cõ-
modum: Talia verò ſunt, farina erui aut lolii cum aceto
mulſo: vel ſi hæ non ſunt, fabacea. Quarũ vires quũ inten-
dere volumus ſalem adiicimus, aut aliquem paſtillum
læuiſſimè tritum ad nomas ſuprà deſcriptum: qualis eſt
C Andronis, Paſionis, & Muſæ, & noſter Aſclepius appel-
latus, quibus omnibus pro ægroti corporis habitu vte
ris. ruſticana enim & duriora natura, fortioribus medica
mentis opus habent: molliora, debilioribus. Proſunt etiã
gangrænis nuces veteres, farina lolii cum raphano & ſale,
& aliquando aceto. Vuæ paſſæ demptis vinaceis cum ra-
phani cortice, vrticæ folia, raphani ſemen cũ aceto: quæ
etiam cruſtas tollunt. item lupinorum amarorum deco-
ctum affuſum. Aliud ad gangrænas: Sordes matulæ ad-
hærentes illinito.& poſtea vrina abluito. nonnulli cedriã
D ſordibus admiſcent. Aliud. Plurimas lactucas exem-
ptis fibris cum loliacea farina imponito. aliqui iridis fa-
rinam accipiunt. Aliud. Hoc & vitiligines & alia hu-
iuſmodi ſanat,& inflammationes mitigat. Herbam cata-
nancen vrito, eiúſque drach. octo cum gummi drach.
ſedecim cum aceto terito & imponito. Aliud. Æru-
ginem, rubricam, alumen ſciſſile, paribus portionibus ex
aceto trita adhibeto.

De canceratis tumoribus, eiuſdem, Cap. LVII.

E Cancerati tumores ex atra bile craſſiore efferuente ge
nerãtur: quæ ſi etiam acrior fuerit, vlceratos tumores
efficit. Quapropter huiuſmodi tumores inflammationi-
bus acriores ſunt, citra tantam caliditatem, habéntque ve
nas plenas & circumcirca extentas, ad ſimilitudinem pe
dum cancri animantis. Quandoquidem verò è profundo
inutilis ſanguinis multitudo attrahitur, ideo varicoſæ
reddũtur venæ,& inſanabilis morbus efficitur, quum ob
nimiam craſſitudinem, humor neque repelli, neque diſ-
cuti, neque per totius corporis purgationem leuari poſ-
F ſit.& leniora quidem medicamenta adhibita contemnit:
ab acrioribus autem irritatur. Fieri tamen poteſt vt inci
pientes cancros, priuſquam in affecta parte confirmen-
tur, augeri prohibeamus, atræ bilis humore euacuato. Pri
mùm itaque mitioribus ad hoc vtemur, quale eſt epithy
mum cum ſero lactis: deinde Hiera Rufi, quæ veratrum
pro virium robore admixtum habet. At ſolani ſuccus fo-
rinſecus illitus, vlceratum cancrum mirificè mitigat. Ex
eo autem linteolum molle duplicatum madefactum im-
ponendum eſt,& ſupra ipſum quoque lana tenera impo-
nenda eodem ſucco imbuta, ſed & ipſe ſuccus aſſiduè his
G ſuperfundendus eſt, vt ne hæc exareſcant. vtendum eſt
& medicamento è pompholyge ad cancros vlceratos. Sed
& hoc quod ſubiungam, ad cancerata ac maligna puden-
dorum, ſcroti, ſedis, mamillarúmque affectiones,& ad a-
ni ac muliebriũ locorum rimas & tubercula efficax eſt.
Oleum roſaceum & hyoſcyami, aut ſolani, aut ſemperui-
uæ, aut vmbilici veneris, aut pſyllii, aut vuæ acerbæ ſuccũ
in plumbeo mortario cum plumbeo piſtillo ad ſtrigmẽ-
titiam compagem terito. confert & cancri vſti cinis cum
H cadmia lota inſperſus, vel cum cerato adhibitus. idem e-
tiam gangrænis conducit. Aliud. Irionis ſemen cum
melle ad emplaſtri formam terendo redactum adhibeto,
& maligna vlcera in quacunque corporis parte citò ad ci
catricem perducet. idẽ facit & malicorium vſtum tritũ
inſperſum. Aliud ad cancerata & maligna: Teſtudi-

nem terreſtrem donec inalbeſcat vitro,& cinerem ad alia cum butyro, ad cancros verò vlceratos cum oleo dulci ad emplaſtri formã ſubactum,ſplenio illinito ac imponito: repurgat enim,conſtringit,& ad cicatricem perducit, & prohibet ne malum reuertatur. Adhibetur idem vtiliter & gangrænis. Nec incommoda Theriace Andromachi cum modico roſaceo diluta. Æger porrò ptiſanæ ſucco vberrimè alatur,& lactis ſero: & ex oleribus malua, atriplice,blito,& cucurbita: piſcibus verò petroſis: & volucribus omnibus præterquam paluſtribus.

De carbunculis, ex eodem,
Cap. LVIII.

CArbunculi à ſanguine atrabiliario efferuente, & ad partem aliquam irruente generantur.& ſunt ſanè vlcera cruſtoſa,plerunque à puſtula incipientia, aliquando etiam citra hanc. Pruritus certè in principio in parte affecta adeſt, deinde modò vna puſtula, modò plures tenues velut milii grana inſurgunt, quibus ruptis ſimiliter cruſtoſum vlcus ſuccedit. Quòd ſi etiam citra puſtulas cutis excoriatur, ſemper tamen cruſtoſum apparet vlcus, velut ea quæ à cauteriis fiunt,cruſta iam cinereũ,iam nigrum colorem habente,& fundo adhærente, & velut clauo affixa,comitante etiam noma depaſcente. At reliqua caro circumſita vehementer inflammatur, & nigra fit ac ſplendida inſtar bituminis & picis. talis autem eſt exquiſitè atra bilis. Febris autem ægrotos longè vehementior quàm igne ſacro correptos inuadit. At verò carbunculi qui iuxta carnem conſiſtunt,citò abolentur. qui verò in membranis aut neruis fiunt,diutius permanent, & ſubiectos locos per conſenſum afficiunt. nam qui caput occupant,ad collum,aut ceruicẽ, aut pectus, aut brachia, aut ſub alas conſenſum diſtribuunt. qui verò pudenda inuadunt, crura & inguina ſimul afficiunt. Aliquæ verò partes etiam ad ſuppurationem veniunt, quæ videlicet magis expoſitæ ſunt iniuriæ. Dolores inſuper accedunt longè maiores quàm pro paruitatis ratione. Sæpe etiam in repurgando vlcere,membrana aut neruus putrefactus medullæ ſpeciem præſe ferens eximitur. Carbunculum igitur vbi primùm eruperit,ſtatim curare oportet, ſanguine vſque ad animi deliquium euacuato. Niſi enim venæ ſectionem quid prohibeat, à nullo auxilio maius emolumentum conſequitur. Poſt ſectam venam non inconueniens eſt locum ſcarificare, vulnuſculis profundioribus impactis, ob humoris craſſitudinem. Deinde aluus eluenda eſt, tenuiſſimáque victus ratio cum quiete & tranquillitate imperanda. Ad locum verò nihil vehementer repellens aut refrigerans adhibendum eſt. hinc enim maius diſpendium quàm compendium ſequetur. Non tamen affluxus negligendus eſt, ſed medicamenta adhibenda quæ cum moderata repulſione etiam diſcutiunt. Tale autem eſt ex plantagine & lẽticula cocta cataplaſma cui addita eſt panis clibano cocti, neque nimis puri neq; ſordidi medulla. In ipſo verò carbunculi ambitu emplaſtra imponantur ad ambuſta deſcripta. Super ipſum verò vlcus fortiora pharmaca imponemus,quale eſt Andronis, aut Paſionis,aut Polyidæ paſtillus, & reliqui huiuſmodi ad nomas parati, cum paſſo ad mellis compagem diluti. Carbunculorum autem cruſtas mirificè eximunt, & fluxionem ad locum ſiſtunt, Verbenacæ rectæ folia cum adipe trita & appoſita. idem faciunt & cupreſſi folia ac tenera germina, & pilulæ teneræ cum polenta. Aliud. Gallinaceum ſtercus ſiccum cum axungia ſubactum ipſi ſolùm carbunculo imponito,& bene ſperato. Aliud. Nitri & rutæ pares portiones cum aceto adhibeto. Aliud. Fimi columbini,& ſeminis lini, æquales portiones cum melle imponito. Aliud. Silphium, rutam & nitrum, æquis portionibus cum melle ſoli carbunculo imponito. Sæpe etiam erodentia aliqua ſuprà deſcripta vlceri imponimus,& per linamenta indimus. In ambitu verò carbunculi,lenticulam coctam circumponimus. Aliud ad carbunculos mirabile. Liliorum radicem recentem & humidam ad emplaſtri formam tritam imponito, & braſſicæ folium ne exareſcat ſuperimponito, & admiraberis. Circumſcarificat enim & cruſtas eximit, repurgat, replet, ad cicatricem perducit, vt ne veſtigium

A quidem eius appareat. Aliud Oribaſii, minimè contemnendum: Saponis partem vnam, axungiæ tantundem,ſalis, cineris ſarmentorum vitis, aut lignorum fici, ſing. dimidiam partem,præpara & adhibe, & forinſecus panem illine. Aliud ſiccum,ad carbunculos & nomas. Chalcitidis crudæ,miſyos crudi, atramenti ſutorii, æris vſti,æquales portiones ſub ſole in aceto terito donec ſiccentur,& vtere ſicco. miſy verò non vtatur ſed tantùm torreatur. Siccum Oribaſii, ad carbunculos, nomas, gangrænas,vlcera antiqua,& chironia, & ad ſtrumas ac

B podagras: Spumæ argenti lib. vnam,olei antiqui ſeſquilibram,auripigmenti vnc. vnam. ſpumam argenti cum oleo coquito donec non inquinet, & ablatis ab igne auripigmẽtum adiicito,ac rurſus coquito donec nigreſcat. Deinde manibus refrigeratum ſubigito,& vtitor ad ſtrumas quidem tali quale eſt: ad alia verò,cum oleo diluto, quò linamentis illini poſſit. Aliud Maſſilienſis, quod ſuæ ciuitati compoſuit,quum in ipſa carbunculi ſæuirẽt, & multos occiderẽt. Bouis armentarii fimum ſiccum ac tritum ſeruato: vſu verò expetente, aqua madefactum ſo-

C li carbunculo imponito: & linteum aqua humectum,aut cataplaſma è lenticula ſuperponito. Aliud. Chryſocollæ,nitri toſti,lapidis aſii,auripigmenti, ſandarachæ, miſyos torrefacti, chalcitidis, aluminis ſciſſi, diphrygis, ſing. drach. quatuor, terito & in æreo vaſe ſeruato. Vſus verò tempore,cum ſpecilli nucleo in ipſum carbunculi vlcus indito,& viride ſubſcriptum ſuperimponito. Emplaſtrum viride. Thuris,æruginis,ſing. drach. vnam,ſquamæ æris,aluminis ſciſſi, ſalis ammoniaci,ſing. obol. quatuor,ceræ drach. octo,reſinæ pinus ſiccæ drach. ſedecim,

D olei libram vnam. arida ad ſolem in aceto terito, & reliqua liquata adiicito,ac vtitor. Aliud Aſclepiadæ: Nitri torrefacti,ſucci Cyrenenſis,ſing. drachm. tres, laſeris drach. quatuor,S. ceræ colophoniæ,olei,ſing. ſeſquiunciã, præpara & adhibe. Carbunculi humorẽ reſiccat,& circũſitas partes ſcarificat. His autẽ ſcarificatis,vtere hoc quod mox deſcribam: nam poſt ſcarificationem carbunculos à vicinis partibus radicitus euellit. Mali Punici acidi recentis ac maturi corticem,exemptis interioribus,in aceto coquito, & flaccidum factum tritũ & ſuper linteolum

E ad emplaſtri formam extenſum adhibeto, aſſiduéque acetum ſuperſtillato ne exareſcat. Idem etiam in paſtillos formari poteſt,& in vmbra ſiccari, qui deinde vſu expetente aceto diluti adhibentur. hoc ego frequenter in principio vſus ſanitatem reſtitui. Cæterùm pudendorum carbunculos eodem modo curabis, quem in oculorum carbunculis retulimus. Confert & mel admixta ſapa coctum,& cum ſpecilli nucleo ſæpe præputio impoſitũ.

Aliud Oribaſii ad carbunculos: Chalcitidis,atramenti ſutorii,ſing. drach. octo,ſpumæ nitri drach. vnam. cum

F aqua tere & vtere. Probè facit & ouillum ſtercus torrefactum cum melle. Aliud. Ad carbunculos, nomas,putredines oris,ſuppuratas aures,& digitorum reduuias. Aluminis ſciſſi drach. octo,chalcitidis drach. ſex, ſandarachæ drach. tres,malicorii, miſyos,atramenti ſutorii,nitri, omphacii ſicci,ſing. drach. duas. præpara, & vtere arido vel cum melle, & lenticulam coctam cum pane ſuperimpone.

De eryſipelate,hoc eſt igne ſacro, Galeni,
Cap. LIX.

G FLaua bilis tenuior & acrior facta, vnà cum ſanguine ad aliquam corporis partem irruens, eryſipelas efficit, quod aut exulceratur,aut ſine vlcere exiſtit. Si itaque ſanguis dominium habuerit,inflammatio ad eryſipelatis naturam vergens exoritur: ſi contrà bilis dominatur,eryſipelas ad inflammationem tendens appellatur. quòd ſi neuter humor exceſſerit,affectio inter eryſipelas & inflãmationem media vocatur. At verò eryſipelatis tumor feruentior ac flauior quàm inflammationis percipitur: non tamen dolorem,neque pulſum,neque preſſionem,neq́ue

H tenſionem inflammationi æqualem inducit. ſæpe enim per cutem tantùm diffunditur, carnem nulla iniuria afficiens. atque hoc eſt quod exactè eryſipelas nominatur. Grauiora verò ſunt eryſipelata circa caput: quare niſi efficacibus auxiliis opem feramus, partes tonſillarum per

consenſum afficiunt,inflammántque ac ſuffocant.Ea igi-
tur venæ ſectione curabimus ſi ſanguis redundarit: ſin bi
lis, per medicamentum bilem flauam expurgans. vte-
mur & infuſis efficacioribus. & quod influit repellemus,
& feruorem refrigerabimus per ea quæ humectāt ſimúl-
que frigefaciunt. ſit autem terminus refrigerandi, mu-
tatio coloris. At verò id quod non exactè eryſipelas eſt,
ſed quodammodo ad inflammationis naturam vergit, li-
uidam cutem facit ſi plus æquo refrigeretur. Et niſi me-
dicus deſtiterit à refrigerando,etiam denigrabit,præſer-
tim ſi ſenile fuerit corpus quod curatur,ita vt eryſipelata
ſic refrigerata, ne diſcuſſoriis quidem medicamentis
diſcuti poſſint, ſed induratum quendam tumorem in
parte relinquāt. proinde præſtat ab humectantibus ac re-
frigerantibus ad diſcuſſoria progredi,poſtquam mutatus
fuerit color, antequam niger aut liuidus appareat.Sunt au
tem humectantia ac refrigerantia citra manifeſtam ad-
ſtrictionem, eryſipelatis commoda, ſolanum, ſemperui-
uum,portulaca, vmbilicus veneris, pſyllium, lenticula pa
luſtris,hyoſcyamus,& glaucium:& cerata ex frigida aqua
præparata.Cera enim cum oleo optimo, præſertim roſa-
ceo vel omphacino, liquatur, & ceratum liquidum fit,
quod frigefactum in mortario aqua frigida paulatim in-
ſtillata quantum imbibere poteſt,cum piſtillo teritur. ſit
autem oleum duplum aut quadruplum ceræ reſpectu. Si
verò tenuis & albi ac pellucidi aceti modicum affuderis,
medicamentum refrigeratorium magis efficies.poteſt &
ſuccus aliquis herbarū relatarum admiſceri : paſtilli quo-
que ad eryſipelata præparati,non affectis modò partibus
ſed ſanis quoque vicinis adhibendi ſunt,& aſſiduè permu
tandi:citiſſimè enim reſiccantur ac vires amittunt.prio-
ribus itaque per ſpōgias ex tepida aqua expreſſas elotis,re
centes adhibeantur. Paſtillus Andromachi.quo vtor(in-
quit)ad eryſipelata:Spumæ argenti libras duas,ceruſſæ li
bram vnam,opii,ſulphuris viui,croci, ſing.quadrantem,
excipe paſſo, & vtere cum paſſo. Oribaſius autē Paſtillus,
inquit,ad eryſipelata admirandus ita præparatur:Spumæ
argenti,ceruſſæ,croci,ſulphuris viui,opii,ſing. quadran-
tem paſſo excipito. Alius. Acaciæ drach. octo, mi-
ſyos drach.quatuor,thuris drach.quatuor, opii drach. II.
præpara,& vtere velut dictum eſt: ad ignes autem ſacros
aceto dilue. quidam etiam aloes drach.duas adiiciunt.
Cæterùm ad eryſipelata,faciei præſertim, hirundinis ni-
dum tritum ac cribratum melle excipito, & cum penna
illinito. citò enim diſcuties. At ſedata inflammatione,
priuſquam pars liueſcat,diſcuſſoria adhibenda ſunt, & a-
qua calida affundenda,itémque marina ac muria. cata-
plaſmatis etiam eædem admiſceantur. Confert & braſſi-
ca per ſe,vel cum polenta adhibita. aut mandragoræ ra-
dix cum pane & aceto. aut terra figularis cum coriandri
ſucco. aut ceratum roſaceum paulo antè deſcriptū cum
calce.Quòd ſi liuor aut durities partem affectam præoc-
cuparit, ſcarificatio profundior fiat, & marina aqua aut
muria affundatur:deinde verò cataplaſmata adhibeātur.

De Herpete, ex eodem, Cap. LX.

SI flaua bilis citra alterius humoris mixturam ſecreta
iuxta partem aliquam conſtiterit, Herpes appellatur af
fectio. Si quidem igitur craſſa fuerit compage, & magis
acris,omnem cutem vſque ad ſubiectam carnem exulce-
rat,& vocatur Herpes exedens: ſi vero tenuior fuerit, &
minus acris, ſuperficiem ſolùm velut inurit. atque hæc
ſpecies generis appellationem tulit,ſimpliciterque ac ci-
tra appoſitionem, Herpes vocatur:eſt enim adhuc tertia
herpetis ſpecies quæ miliaris appellatur, eo quòd pu-
ſtulas paruas & multas in ſuperficie cutis excitat, milio
ſimiles. Oritur autem etiam ipſa à bile: verùm minus
acri & calida quàm priores. Alii verò hunc pituitæ
ad bilem flauam admixtione fieri putant: proinde her-
petem curabimus rectè, ſi præuacuato vniuerſo corpore,
localia deinde medicamenta adhibuerimus. Qui verò
cuti ſolidandæ ſtatim à principio intentus eſt, hanc qui-
dem ſanabit: verùm humorem affluentem non prohi-
bebit, ſed ſemper prioribus vlceribus ſolidatis, conti-
gua cutis rurſus velut prior in ſuperficie erodetur. Itaque
in herpetibus erodentibus, ſero lactis cum ſcammonia

A exhibito, totum corpus euacuabimus : in miliaribus
verò, pharmacum exhibebimus quod bilem ſimul ac pi-
tuitam educit. At verò partibus affectis,non eadem quæ
eryſipelatis adhibentur.tametſi enim refrigeratione vel
ut eryſipelata opus habent, non tamen item humecta-
tione indigent.His itaque medicamenta refrigerantia ac
ſimul reſiccantia cum adſtrictione conueniunt, ita vt e-
rodentibus quidē,& in ſuperficie hærentibus, mitiſſima
adhibeamus:miliaribus verò magis diſcuſſoria.Quare ne-
que lactucam, neque ſemperuiuum, neque quicquam a-
B liud refrigerans ac humectans adhibebimus: ſed in prin-
cipio facta purgatione,pampinos vitis,rubique aut poly-
goni,aut plantaginis folia imponemus: poſtea verò his e-
tiam lenticulam,& mel,& polentâm miſcebimus.Illitio-
nes verò ad herpetas commodæ ſunt, acacia cum aceto,
plantaginis ſuccus,glaucium paſſo dilutum. Ad puſtulo-
ſum verò herpetem,plumbi recrementum è vino auſte-
ro tritum illinitur, & folia betæ in vino cocta imponun-
tur. Aliud. Olei myrtei ſeſcuncem,recrementi plum
bi trientem,ceræ trientem. recrementum dilue cum vi-
C no,& liquata cera excipe, & illine. Aliud ad herpetas
vehementer erodentes:Lanæ ſuccidæ mollis tædæ obuo
lutæ & vſtæ drach.tres, malicorii è Punico malo dulci,
ſpumæ argenti,ſing.drach.ſex,ceræ, adipis caprini, ſing.
ſeſquiunciam,olei myrtei trientem aut quincūcem,præ-
para,& vtere. ad herpetem verò ſub cute extantem,plum
bi recrementum cum ſucco polygoni tritum illine.
Aliud ad herpetas: Lanæ mollis ſuccidæ tædæ obuolutæ
& vſtæ drach.duodecim,S.recrementi plumbi ſeſquiun-
ciam,ceræ drach.vigintiquinque,adipis caprini depura-
D ti & frigida loti drach.vigintiquinque,olei myrtei quin-
cuncem,præpara & vtere. Aliud. Ad herpetas puſtu-
láſque ſuperficiarias inſigne medicamentum. Cornu ca-
prinum cum aceto tritum illinito. cornu verò vrendum
ſuper flamma detineto,exurgentéſque bullas excutito,&
poſtea in mortario terito. Idē præſtat etiam cornu ouillū
& præcipuè arietinum. poteſt idem cinis etiam cerato
excipi. Paſtillus ad herpetas: Terræ Cimoliæ, rubri-
cæ ſinopicæ,ſing.drach.tres,miſyos torrefacti, aluminis
rotundi,corticis thuris, ſing.drach.ſex,terito ex aqua, &
E formato paſtillos: Vtere verò cum aceto aut vino myr-
teo. Alius paſtillus. Miſyos drachm. octo, ſalis foſſilis
drach.quatuor,gummi drach.duas,terito cum vino & for
mato paſtillos, & vtitor cum vino. Alius. Aluminis
ſciſſi,atramenti ſutorii,ſalis foſſitii,ſing.drach.duas, exci
pe aceto & vtere cum paſſo. Alius præclarus. Alumi-
nis rotundi,chalcitidis,melanteriæ,ſoreos,ſing. drachm.
duas,miſyos,malicorii,acaciæ, ſing. drach. quatuor, cal-
cis viuæ drachm.ſedecim, aceti ſextarium vnum. tere &
forma paſtillos,& vtere cum aqua. Ego verò his omnibus
F fortioribus,& Andronio ac Muſæ paſtillo,& reliquis hu-
iuſmodi ad affectiones diuturnas vtor. Quum enim for-
tiſſimi ſint,valde reſiccant. quapropter in principio le-
nioribus vtēdum eſt. Eſt & hoc medicamentum ad diu-
turnas affectiones mirabile:Nitri,chalcitidis, atramēti ſu
torii, miſyos, calcis,acaciæ, partes æquales aceto excipe,
& vtere cum aqua.Ceratum ad herpetas excoriatos: Ce-
ruſſæ,ſpumæ argenti, radicis anchuſæ vſtæ,ſing.drachm.
duas,pollinis thuris,aluminis ſciſſi,ſing.drach.vnam, ce-
ræ drach.ſedecim, adipis vituli drach.centum, olei ſeſ-
G cuncem,ouorum candidum duorum. arida cum vino
tere & liquatis reliquis admiſce. Aliud ad excoriatos
herpetas. Ceruſſæ,ſpumæ argenti,radicis anchuſæ crema
tæ,ſing.drach.quatuor, aluminis ſciſſi, miſyos torrefacti,
ſingulorum drach.vnam, reſinæ pinus drachm. ſex, ceræ
trientem,olei myrtei libram vnam & trientem, vini he-
minam vnam.Arida cum vino tere donec fuerit cōſum-
ptum,deinde cum liquatis committe,& paratum medica
mentum linteolo inductum adhibe. Conuenit quoque
emplaſtrum ex hordeo,oleo dilutum,ad eoſdem herpe-
H tas.foueatur item ac rigetur locus aſſiduè per ſpongiam
ex vino,vel ſi id non liceat,ex aqua expreſſam. & humi-
ditas tenui linteo extergatur,& poſtea relata medicamen
ta adhibeantur.Neque interim ſquamæ ab vlceribus de-
trahantur donec ſpontè excidant aut diſcedant: neque

ſplenium durum imponatur. Si verò depaſcendo proſerpentia fuerint vlcera, cataplaſma ex lenticula cum melle adhibeto. At ſi pura & nuda fuerint, & nome ſedata, ſpumam argenti aut plumbaginem, cum vino tritam impone.

Ad epinyctidas, hoc eſt puſtulas noctu erumpentes, Cap. LXI.

EPinyctides, vlcuſcula ſunt ſpontè erumpentia, puſtuloſa, ſubrubra, quibus ruptis ſanies ſubcruenta effluit. Hæc interdiu non valde infeſtant: noctu verò maiorem dolorem excitant quàm pro vlceris magnitudine. His itaque medentur braſſicæ, vel ſolani, vel hyoſcyami, vel rhamni folia, cum melle impoſita, & plantago trita, & centaurium viride, & vua paſſa cum ruta, & cucumeris ſatiui folia cum aqua, & ſeſamum cum aceto tritum. Egregiè facit & calx cum oleo ad mellis compagem ſubacta, impoſita, & laſer cum aqua. deſiccat enim abſque mordacitate. Aut ſulphuris viui, & ſpumæ argenti pares portiones, cum aceto & oleo myrteo ad ſtrigmentitiam formã tritas adhibe. Ego verò, inquit Oribaſius, oleum non admitto, & pro aceto potius cum vino tero. Lenticula item cocta & emplaſtrum ex polline tritici, vtiliter imponitur. poſtquam verò epinyctis excoriata fuerit, emplaſtris liquidis vtere, & caue ne acria, & acida, ac ſalſa adhibeas. Vitanda ſunt item fomenta, balnea, & ſol.

De termintho, Cap. LXII.

TErminthus tuberculi ſpecies eſt. Incumbit autem ipſius puſtula nigra ſupernè ac infernè, qua rupta infernè deſquamato ſimilis apparet: hoc autem diſſecto, pus inuenitur. At verò curatio huius, ſimilis medelæ puſtularum nocturnarum iam relatæ.

De papulis ſiue puſtulis, Cap. LXIII.

PApulæ quibuſdam exoriuntur ſimiles his quæ à feruida aqua ambuſtis emergunt, non tamen multum dolorem inducentes. Quibus ruptis ſubflaui humoris copia paulatim effluit, ad biduum aliquando ac triduum durans. Hæ fœminis quibus menſtrua defecerunt, aut aliâs non rectè profluunt, ſæpe in cruribus oriri ſolent: infantibus verò aliquando in toto corpore. verùm viris rariſſimè accidunt. Quomodo verò infantium vlcera curare oporteat, iam antea ſermone quarto oſtenſum eſt: in fœminis autem, menſes opportunè ciere oportet: virorum verò corpora congruo medicamento purgare: vtriſque verò alimenta aluum emollientia exhibebimus, & vrinas proliciemus, acriáque ac ſalſa prohibebimus. Ipſas autem puſtulas acu perforare oportet, & humorem excludere, & emplaſtrum è tritici polline adhibere. Euacuato verò humore, & non amplius effluente, id quod ex hordeo præparatur, apponendum eſt.

Ad ambuſta ab igne, Cap. LXIIII.

COrpora ab igne aut feruida aqua ambuſta, moderatè extergentibus pharmacis opus habent, citra manifeſtam calfactionem aut refrigerationem. Protinus itaque ad puſtularum bullas prohibendas, terra quæcunque occurrerit, modò læuis ſit, in teneris carnibus cum aqua, in durioribus cum poſca illinatur: præſtat tamen terra Cimolia, ſi haberi poteſt. Ouum item crudum molli lana exceptum, refrigerat & ſiccat citra mordacitatem, & thus cum aqua tritum, & betæ folia contuſa & cocta ac cum vino impoſita: & alumen omne cum aqua & oui candido. Facit & hoc mirificé: Æruginis & ſpumæ argẽti pares portiones cum vino & oleo tritas, cum pinna illine: à manuum enim contactu prorſus abſtinere oportet, & tenue linteolum ſuperimponere. quòd ſi bullæ emerſerint, eas in principio ne rumpas: ſi verò durauerint, rumpe & ceratum impone. Poteſt autẽ paſtillus præparari ac in hunc vſum ſeruari: Aluminis drachmas quatuor, thuris drach. II. cum aqua terito, & paſtillos formato, ac vtitor cum poſca. Aliud. Cimoliæ ſextantẽ, corticis thuris, miſyos vſti, ſing. drach. ſex, rubricæ drach. III. cum aqua formato paſtillos, & vtere cum poſca. Cæterùm cunctari non oportet, ſed ſtatim terram quæcunque ad manum fuerit cum aqua illinere, eámque poſtea tepida poſca abluere, & quæ relata ſunt adhibere. Porrò ad ambuſta iam puſtuloſa, rhoem & polentam aceto trita impone: aut fel porci coctum. Aut hyoſcyami viridis ſuccum aſſiduè illine, & bullæ marceſcent. Ex foliis quoque hyoſcyami viridibus paſtillos forma, & in vmbra exſicca, & in hyemem reſerua, quos vſu expetente aqua dilue. aut calcem viuam cerato liquido exceptam, & linteo inductam impone. aut myrrham vino tritam adhibe. Excoriatis verò & vlceratis, betæ folia in vino cocta ac trita illine: aut ad ceratum roſaceum liquidum, betæ ſuccum paulatim inſtilla, quantum imbibere poteſt. ſint autem olei partes tres, ceræ vna, ſucci quantum ſatis eſt: vtere, & miraberis. Aliud, fimum columbinum panniculo lineo illigatum exurito, cinerémque cum vino tritum, aut cerato exceptum adhibeto. Aliud. Lupinorum madefactorum & coctorum, quales quotidie comeduntur, cortices in mortario tritos, vnciæ pondere accipito, & cum ceræ ſextante, ac olei quincunce colliquatis commiſceto, ac vtitor. Sed & hoc ambuſta citò ad cicatricem perducit: Ceruſſæ, ſpumæ argenti, hordei vſti ac triti, ſing. vnc. vnam, ceræ quadrantem, roſacei aut myrtei dodrantem. hordeum ad ceratum liquidum admiſce, & poſtea ſpumam argenti ac ceruſſam in mortario cum vino tritas adiice.

Ad flagellatos, Cap. LXV.

PEllem ouillam recèns detractam & adhuc calentem flagellatis circunda, omninóque intra vnius diei ac noctis ſpatium ſanabit. cõfert & braſſicæ ſuccus affuſus. Eſt & hæc irrigatio inflammationi arcendæ commodiſſima: Olei partes tres, aceti partẽ vnam, ſurculorum anethi faſciculum vnum. acetum & oleum aſſiduè per anethi faſciculum agitata coquuntur, ad aceti conſumptionem. deinde adiicitur cera, quanta ſatis eſt ad ſtrigmentitiam compagem. poteſt autem ex hàc irrigatione etiam ſolidius ceratum præparari. Sed & Sphærium ad irrigationem efficax eſt, & reliqua quæ ſequenti Sermone habentur emplaſtra, diluta velut ibi oſtẽdimus. At verò aurigæ ad ictus flagrorum vtuntur calce trita cum ouis crudis ſoluta, adiecto roſaceo cerato. Accipiũt autem calcis quadrantem, ceræ quadrantem, roſacei ſextantem, oua cruda tria. hoc medicamentum illinunt, & aſſiduè renouant. Ad vibices verò flagellorum facit hoc: Ceræ, terebinthinæ, ſpumæ argẽti, butyri, thuris, mellis, æquales portiones, loco prius ſoto impone, & quotidie permuta. Aliud. Calcis viuæ lotæ, ſucci ſolani, olei roſacei, pares portiones committe, illine, & linteolum ſuperimpone.

Ad deſquamata, Cap. LXVI.

DEſquamata appellantur quando ex lapſu aut violenta aliqua offenſa, cutis auulſa eſt. Hæc ab inflammatione tutãtur: Rhus ruber cum melle illitus, ſideritidis folia trita, ſtratiotes herba in aquis naſcens cum aceto. Vtere, & cerato ad intertrigines ſubſcripto, & cæteris huiuſmodi.

Ad intertrigines, Cap. LXVII.

INtertrigines ex calceamentorum attritu obortæ, dum dolorem excitant, pulmone ſuillo aut agnino calido appoſito mitigantur, & ab inflatione aſſeruantur. item calceamento veteri vſto trito inſperſo: aut ſuccida lana: aut mali Punici ſatiui flore, ſingulis vſtis tritis inſperſis: aut acacia cum aceto illita. Iis verò qui teneras carnes habent, emplaſtrum ex hordeo ad ambuſta deſcriptum, & alia huiuſmodi adhibeto. Sed & ad papularũ eruptiones, intertriginéſque ac ambuſta, efficaciſſimum eſt hoc: Recrementi plumbi quadrantem, ceræ trientem, adipis ſuilli recentis vnc. vnam, olei myrtei lib. vnam. ad cicatricem verò inducendam abſque adipe præpara. Vtere etiam emplaſtro è pſyllii ſucco, quod ſequenti Sermone habetur, ex ſpuma argenti, ceruſſa, & amylo paratum.

Ad contuſa & ſugillata, Cap. LXVIII.

CArne ab aliquo graui illapſo contuſa, & paruis in ea venulis diſparatis, ſanguis per perſultationẽ profunditur, qui ſub cute collectus ſugillationem appellatam efficit. Scopus igitur eſt curationis vt ſanguis ſub cute contentus diſcutiatur, & hoc citò antequam locus nigreſcat. In principio autem aliquid ex adſtringentibus ad diſcuſſoria admiſcendum eſt, quemadmodum Sermone octauo ad faciei ſugillationes docuimus. Tunicæ enim venarum

contuſæ, opus habent vt denſẽtur ac firmentur ne noua materia attracta ad locum allabatur:poſtea verò ſolis diſcuſſoriis vtemur.Sed & in principio ſcarificamus ſugillata,atque ſic reliquam curationẽ facimus. Optimè autem facit ad contuſa,citrii mali pars interna cum oleo illita. Aut linteum oleo cicino imbutum imponito, & miraberis.

De ruptione, Cap. LXIX.

RVptio non in fibroſis,ſed carnoſis muſculorum partibus ſoluta continuitas exiſtit, nunquam citra ſanguinis effuſionẽ contingens.Quæ à ſinu differt, eo quòd nullum oſculum ad humorum effluxum velut ſinus habet:proinde & in hac diſcuſſoriis vtemur,ad ea quæ in rupto corpore continentur diſcutienda. Ad hoc autem idonea ſunt medicamenta laſſitudinem eximentia, Acopa *Græcis* appellata. Tale autem eſt quod ex populo nigra paratur, itémque quod ex abiete ac reliqua huiuſcemodi. Omnino verò vbi in profundioribus partibus ruptiones fuerint,acriora ac magis incidentia pharmaca adhibere oportet. atque ea de cauſa cucurbitæ quoque adhiberi debent.Si quidem igitur ſtatim totus ſanguis effuſus,fuerit diſcuſſus,facilè caro diducta coaleſcit: ſi verò diutius perſeuerauerit,& ſordes ſubnutrita fuerit, ruptio de cætero coaleſcere non poteſt: labia ſolùm inter ſe componuntur,vt ex leui occaſione facilè diſparentur,& intermedius locus humore quodam repleatur, fiátque quodammodo aſſiduè ſanguinis effuſio,ſimilis ei quæ ab initio cõtigit.

De vulſione, Cap. LXX.

VVlſio fit fibris quibuſdam diſtractis, quæ in membranis ac muſculis continentur. & ſola mitigatione opus habet, vt doloris exors maneat. Neque enim fieri poteſt vt huiuſmodi fibræ glutinentur,quum è ſinuum genere ſint,velut etiam ruptiones. Eſt & huius affectionis ſimilis velut ruptionum prædictarum curatio, ex diſcuſſoriis & citra moleſtiam ſiccantibus conſtans. Verùm ad ruptiones ac vulſiones in profundo factas, in pectore videlicet aut inteſtinis, ariſtolochia rotunda vtiliter potatur,&,ſi quicquam aliud,commoda exiſtit.Similiter etiam centaureæ magnæ radix & ſuccus. item rheon, coſtus,bdellium,ſingula cum aceto mulſo pota.

Ad luxatos articulos, Cap. LXXI.

LVxationes ex lubrica præſertim emotione factas,mitigat lana ſuccida,aut ſpongia noua aceto & oleo imbuta ac impoſita, ita vt quies imperetur, & deligationes fiant ad oſſium fracturas fieri ſolitæ.Facit etiam ad eaſdẽ bulbus coctus cum melle,aut cerato liquido exceptus, & folia viticis,& ſal ac nitrum aſſatum cum cerato,aut ſymphytum cum cerato,& vrticæ folia cum ſale, & heliotropium ſcorpiurum appellatum, & cinis ſarmẽtorum cum axungia veteri.Sed nihil præſtantius eſt quàm emplaſtrũ quoddam apponere ex iis quæ ad oſſium fracturas parantur,ſi eius copia detur.

Ad laxos articulos, Cap. LXXII.

LAxos articulos contrahit ac firmat acaciæ ſuccus aqua dilutus ac affuſus.& ſpinæ Ægyptiæ fructus:rubi item ac myrti, & malicorii, ac foliorũ quercus decoctũ, & myrteum ac lentiſcinum oleum aſſiduè illitum.& malicorium coctum & cerato myrteo exceptum, aut per ſe vino coctum tritum ac impoſitum.

Ad perniones, Cap. LXXIII.

A Pernionibus præſeruat ſal cum melle tritum,manibus ac pedibus aſſiduè inde perfrictis. Aliud, non modò præſeruans,ſed genitos etiam perniones curans: Citriorum magnorum internam partem acidam,reiectis ſeminibus,diligenter terito, & cum adipe ſuillo vetuſto ad cerati compagem redigito,& ad hyemis initium quotidie illinẽs ex eo digitos,vtitor. Aliud Oribaſii: Sulphur viuum cum melle cocto imponito. Aliud. facit etiam ad omnes feruidas eruptiones: Myrrhæ trientem, aluminis liquidi ſextantem,aceti quantum ſatis eſt,præpara,& pernionibus non vlceratis, ac pruriginoſis feruidis eruptionibus imponito. Aliud. Succi vuæ acerbæ lib. vnam,thuris drach. tres,ceræ drach. ſedecim, coquito ſimul ad ſucci ferme conſumptionem: deinde in mortario ſubige,ac vtere. Aliud, valde inſigne ad reliquas quoque inflammationes commodum: Ceruſſæ, ſpumæ argenti,aluminis liquidi,ſing.lib. vnam, myrrhæ, thuris,ſingulorum quadrantem,ouorum aſſatorum vitellos ſedecim,adipis ſuilli veteris lib. vnam. arida cum aceto terito in quo malicorium decoctum eſt, & vbi ſtrigmentitiam compagem habuerint, adipem adiicito, ac ſimul probè ſubigito,& in plumbeo vaſe ſeruato: vſu verò poſtulante,roſaceo aut myrteo oleo diluito ac illinito.

Aliud. Hyoſcyami ſuccus aſſiduè illitus, eodem die inflammationem ac dolorem ſedat. Aliud. Allium in oleo torreto,eóque abiecto, & cera ad oleum addita, ceratum facito ac imponito. probè facit etiam amurca illita, & rhus coriarius. Cæterùm irrigationes circum perniones conueniunt: Radicis cyclamini decoctum,item rhois coriarii,betæ,ac lupinorum amarorum,marina aqua calida per ſe. verùm rapi decoctum reliquis omnibus præſtat. Aliud, ad vlceratos perniones efficaciſſimum: Ceratum roſaceum in magno rapo ad ollæ ſimilitudinem excauato,ad feruentem cinerem liquefacito:& adhibeto.Idem ceratum etiam in raphani radice liquefieri poteſt.faciunt & cancri fluuiatiles vſti,melle aut cerato excepti. Aliud. Vmbilicum Veneris & malicorium in vino coquito,& cerato roſaceo excipito. Aliud. Rutæ,medullæ taurinæ, roſacei, æquas portiones vnito. hoc etiam ad vlcera antiqua facit, & articulorum oſſa denudata. Aliud,perniones imminentes arcens: Atramẽti ſutorii,florũ mali Punici ſatiui,ſing. drach. IIII. aluminis ſciſſi drach. III. myrrhæ,thuris,ſing. drach. duas, ceræ drach. quatuor,adipis ſuilli drach. octo, olei myrtei quantum ſatis eſt. Aliud. Aluminis ſciſſi drach. decem,ſpumæ argenti drach. quatuor, myrrhæ drach. vnã, ouorum albumina duo. vino & oleo myrteo excipe, ac vtere. Aliud. Aluminis rotundi drach. quatuor, calcis viuæ drach. duas,ceræ vnciam vnam,roſacei aut myrtei olei trientem:præpara,ac vtere. idem & ad attritus facit. Aliud. Spumæ argenti drachm. decem, ceruſſæ drachmas tres, ceræ drachmas duodecim, adipis ſuilli recentis drach. viginti, ouorum aſſatorum vitellos duos, pollinis thuris drach. vnam. ſpumam argenti, ceruſſam, & oua cum aceto terito,deinde ceratum adiicito,ac præparatum ſeruato: vſus auetm tempore cum roſaceo dilutum adhibeto. Aliud,perniones ad cicatricem ducens. confert etiam ad papularum eruptiones, excoriatas intertrigines, & deſquamata: Ceræ,adipis ſuilli,ſingulorũ drachmas octo,ſpumæ argenti, corticis pinus, ſingulorũ drach. ſedecim,mannæ thuris drach. octo, roſacei quantum ſatis eſt. quidam plumbaginem pro argenti ſpuma ſumunt. Oribaſii hexapharmacum. Ad perniones vlceratos:Olei omphacini,taurini adipis,ſucci hyoſcyami, ſing. lib. vnam, ſpumæ argenti ſeſcuncem, colophoniæ trientem,mellis ſeſcuncem.

Ad digitorum pterygia ſiue reduuias,
Cap. LXXIIII.

FErruginem cum aceto illine: aut aluminis, ſandarachæ,calcis viuæ,diphrygis,æquales portiones impone, & linteolũ vino imbutũ ac mollẽ ſpõgiã ſuperimpone. Aliud. Squamæ æris, malicorii, caricarum leniter aſſatarum, æquales partes melle excipe, & loco prius ex ſpiſſamentorum adſtringentium decocto rigato impone, & quod de pterygio exareſcit depurga. Aliud citò reſiccans ac curans: Soreos vſti,thuris,ſing. drach. II. æruginis raſæ drachm. I. cum melle tere, & ſuper ipſum pterygium impone. facit & ad reliqua horum locorum vlcera maligna,nigredines & putredines. Oribaſii Zopyrios ad pterygia: Aluminis rotundi acetabulum in fictili exurito,& ad tritum aceti cyathum hoc eſt ſextãtem, admiſceto,&mellis quadrantem,& hæc ſimul pterygiis imponito. Aliud bonum. Cimoliæ toſtæ drach. octo,pumicis vſti drach. quatuor, æris vſti,gallarum, ſing. drach. II. præpara,& vtere. Aliud ad pterygia putrefacta,& vlcera pudendorum: Thuris drachm. quatuor, ſquamæ æris drachmas duas,æruginis raſæ drachmas quatuor, mellis quadrantem,terito ad ſolem donec flaueſcant, & loco ex vino prærigato impone,&linteolum ex aqua expreſſum, ac ſpongiam ſuperimpone. ex huius vſu magnum ſucceſſum

ceſſum habui. Aliud. Hoc per triduum citra mordacitatem ſanat. Caricarum pinguium toſtarum, vt probè teri poſſint, drachmas duas, miſyos Cyprii drachmas duas, ſquamæ æris drach. duas, mellis quantum ſatis eſt, præpara & vtere, ac miraberis. Fgo verò ſquamam æris per ſe tritam adhibui, & linteolum è vino expreſſum ſuperimpoſui. Oribaſii ad pterygia. Gallarum, auripigmẽti, atramenti ſutorii, æquales portiones vnito, ac vtitor. Aliud. Æruginis drach. IIII. mannæ ſiue pollinis thuris, ſulphuris viui, ſing. drach. II. Vtere etiã paſtillo Muſæ velut admirando, linteúmque è vino expreſſum ſuperimpone. Aliud ad pterygia experimento conſtans. Gallam nõ perforatam cum carie ligni quercini tritam inſperge.

Ad paronychias, id eſt vnguium abſceſſus, Cap. LXXV.

AD paronychias incipientes priuſquam ſuppurentur, ſiue in manuum ſiue pedum digitis fuerint, lanam ex aqua frigida imbutam imponito, aut per linteolũ ex aqua expreſſum aſſiduè refrigerato. Aliud. Thus & gallam cum melle trita, ſimul aut ſeorſim imponito. Aliud. Folia myrti trita inſpergito, aut ceratũ myrteum imponito. aut ſordes aurium aſſiduè illinito, & ſanabis. At ſi fuerint inflammatæ, panem aqua madefactum cum roſaceo adhibeto. Aliud. Oliuæ folia tenera imponito. Aliud. Cadmiam tritam inſpergito. oportet autem carnem vndiquaq; ab vngue diſparare, linamentis conuulſis è linteo interpoſitis, & probè adhibita medicamenta alligare. poteſt etiam ſpodium ſimili modo inſpergi. Aliud ad paronychias exulceratas. Æruginis, ſpumæ argenti, ſing. drach. IIII. ſarcocollæ drachmã I. terito & largè inſpergito. aut farinam erui adhibeto. Carnem item eodem modo velut dictum eſt diſparato, & linteum ex vino expreſſum, itémque ſpongiam vino imbutam ſuperimponito. hoc ego ſæpe vti ſoleo. Aliud quo vtor. Nitri, ſquamæ æris, pumicis vſti, ſingul. vnc. I. cimoliæ quadrantem. omnia cum aceto & modico melle terito, & paſtillos formato: vſus autem tempore aqua diluito, & adhibeto linteo exceptum. Vtor etiam paſtillo inſigni, quã iridem vocant, cum vino diluto, qui ſic præparatur. Aluminis liquidi dr. C. croci, myrrhæ, ſing. dr. VIII. (quidã etiã aloes dr. VIII. adiiciũt.) Subigito ac formato paſtillos, ac vtitor cũ vino, & linteũ ex vino ſuperliga. prodeſt & Muſæ paſtillus, ac reliqui eius generis. At verò depaſcẽdo iã proſerpẽtes ſiſtes, auripigmẽto vſto trito vbertim inſperſo, & linteo è vino expreſſo ſuperimpoſito. Ego verò ſandaracham & auripigmẽtum, æquis portionibus ſimul trita adhibeo. & ſi cicatricem inducere oportet, eadẽ terebinthina liquida excipio ac adhibeo. Quòd ſi ſuppuratæ fuerint paronychiæ, primùm ipſas perforabis, & humorem exprimes, & deinde lenticulam cũ melle impones. Aut roſas virides, aut ſiccas aqua madefactas tritas adhibebis.

Ad contuſos vngues, Cap. LXXVI.

MYrti & mali Punicæ folia tenera impone. Aut felle tauri euacuato, in ipſam fellis veſicam vnguem indito, ac ſinito donec perfectè ſanentur. Aliud. Sal foſſile cũ aqua & oleo tritũ illinito. eſt enim efficaciſſimũ.

Ad ſubcruentos vngues, Cap. LXXVII.

PIcẽ ſiccam liquefacito, & cum farina mixtã apponito. præſtat tamẽ ſubcruẽtatũ vnguem in medio perforare, ac cruorem ſubterlapſum exprimere. ſi enim perſtiterit, putreſcet, & vlceris difficulter curabilis cauſam exhibebit.

Ad motos vngues, Cap. LXXVIII.

VNgues ex aliqua offenſa motos, & pungitiuo dolore affectos, caricæ cum melle tritæ mitigant. Quòd ſi dimidium vnguis exciderit, nitrum aut ſalem cum pari fellis vitulini menſura miſce, adhibe, & ſanabis.

Ad ſcabros & leproſos vngues, Cap. LXXIX.

ADipem ouillum emollitum, & ſuper linteum extenſum adhibeto, ac tertia die ſoluito, & ſi mollem vnguem repereris, deradito: & eundem rurſus imponito, & tertia die ſolutum ſimiliter deradito. atque hoc tandiu facito donec integra ſanitas accedat. Aliud. Thus tritũ adipe ouillo excipe, ac vtere velut dictum eſt. Aliud valde bonum: Alumen ſciſſum anſerino adipe excipe, ac vtere velut dictum eſt. Aliud, ex cuius vſu ſucceſſum ſentio: Maſtichen Chiam in aquam feruentem coniectam ac emollitam, vngui impone, ac obliga, & tertia die ſolue, & deraſo vngue rurſus impone. atque hoc facito vſque ad perfectam reſtitutionem. Aliud. Hordei farinã cũ pice ad emplaſtri formã coquito ac imponito velut dictum eſt. Aliud. Gummi drachmas ſex, lacrymæ oleaſtri drachmas quatuor, atramenti ſutorii drachmas tres. gummi & lacrymam aceto diluito, & adiecto atramento ſutorio in olla ad prunas ad compagem coquito, & deraſis vnguibus apponito & alligato, ac tertia die ſoluito, & vngue deraſo rurſus imponito, ídque tandiu facito donec vnguis excidat. Aliud. Auripigmentum colore aureo, & ſandarachã æquis portionibus probè terito, terebinthina ad emplaſtri formam excipito, & imponito, vbi prius per vnum atque alterum diem, farinam ordeaceam cum aceto & ſylueſtris cucumeris radice tritã adhibueris. Tertia verò die ſimiliter ſoluito, ac tandiu repetito donec vnguis excidat. cauendum eſt autem ne locus oleo attingatur. Aliud. Sandarachæ, auripigmenti, chalcitidis, myrrhæ, thuris, ſing. drach. II. farinæ lolii drachmas ſex, terebinthina excipito & adhibeto. Aliud, auferens vngues citra exulcerationem: Bituminis drach. II. ſulphuris viui, ſandarachæ, auripigmenti, ſing. drach. I. Excipe terebinthina & vtere, ac per ſeptimum diem ſolue, deraſóque vngue, rurſus nouũ impone, atque vbi vnguis exciderit, ceratum myrteum cui aliquid eiuſdẽ medicamenti admixtum eſt applica. Aliud. Calcem viuam cum oleo, aut maſtichẽ cum opobalſamo imponito. Poſtquam autem morbus occalluit, & præſcripta medicamenta nihil proficiunt, excoriatoria nunc referẽda ſtatim adhibeantur. Excoriatorium leproſi vnguis, callos, verrucas, & clauos auferens. Cantharidas numero XV. ſulphuris viui, chalcitidis, ſingulorum drach. I. allii depurgati nucleos nouem. omnia probè trita terebinthina excipito. Vſus autem tẽpore partes vngui vicinas miti aliquo medicamento munito, & excoriatorium hoc pelliculæ veſicæ bubulæ illitum adhibeto, & poſtridie ſoluito, bulláſque exortas rumpito, & ſi ſubiacẽtibus locis ſordes inhæſerint, panem cum aqua mulſa aut lenticulam cum melle illinito: & deinde vlcera repurgata, cerato ex anſerino adipe, thuréque ex cerato parato, curato. Aliud excoriatorium: Naſturtii, ſinapis, ſulphuris viui, nigellæ, cantharidum, atramenti ſutorii, æquales portiones ex aceto probè tritas terebinthina excipito, & velut diximus vtitor. Aliud Oribaſii, leproſos vngues exterens: Propolis, ceræ, bituminis, ſing. drach. II. ſulphuris viui drach. I. præpara: & oleo, ne inquinetur. vſu autem expetente, calefactum vnguibus imponitur. Aliud eiuſdem. Atramentum ſutorium & ſulphur viuum ſufficiente viſco excipe, & corio inductum adhibe. Aliud. Picem liquidã, cerã, colophoniã, ammoniacũ thymiama æqualiter miſceto ac imponito. Aliud. Ceræ, colophoniæ, terebinthinæ, ſulphuris viui, ſtaphidis agreſtis, nitri, ſing. drach. II. ſandarachæ, cãtharidũ, ſing. dr. I. cedriæ quãtũ ſatis eſt.

Ad reparandos vngues, Cap. LXXX.

MYrrhæ drach. octo, aluminis ſciſſi drach. IIII. panis hordeacei ſicci drach. I. excipe melle, & impone.

Aliud ad vngues ægrè orientes: Betæ agreſtis ſemen cum aceto tritum imponito. Aliud. Polium cum adipe vitulino & terebinthina tritum adhibeto.

De anulis digitis impactis, Cap. LXXXI.

ANuli aliquando digitis impinguntur, quum circulus ipſorum anguſtior, violenter illorum partibus craſſioribus fuerit adactus, atque hoc tum maximè cõtingit, quum homo cibo ac potu diſtentus, prona ac pendula manu ſopitus decubuerit. Ita enim manuum extremitates longè magis intumeſcunt, quàm ſi erigantur. Aqua igitur & oleo, aut maluæ decocto, manus largè perfundatur: nam parca perfuſio tumorem magis auget. deinde anulus leuiter verſatus detrahatur. Quòd ſi perfuſio nihil effecerit: filum craſſius contortum accipito, & alterum eius caput ſub anulum ponito, & reliquum totum digito laxè circumligato, & poſtea caput fili anulo

ſuppoſitum ſurſum trahito:filo enim attracto, anulus de-
orſum procedet. Quòd ſi neque ſucceſſerit, ſpecilli par-
tem latiorem ſub anulum ſubmittito, & anulum vtrin-
que prope ſigillum per ſpatham incidito, & filo lineo v-
trinque circumdato anulum attrahito. & conſequẽter
lanam vino & oleo imbutam mitigandi gratia adhibeto.

Ad clauos, Cap. LXXXII.

CLauus,rotundum eſt tuberculum album, claui capiti
ſimile,plerunque in calcaneis ac plantis pedum ena-
ſcens,& in gradiendo dolorem inducens ad durioris ali-
cuius rei occurſum. ſed & in ſummis manuum digitis ſæ
piſſime oriri ſolet.Huius itaque tollendi gratia ſectionem
& vſtionem recuſamus, quoniã hæ partes neruoſæ ſunt,
ac ſubtili ſenſu præditæ. Vtimur autem vſtoriis medica-
mentis huiuſmodi:Cantharidum pectuſcula xv. ſulphu-
ris viui,chalcitidis crudæ,ammii,ſing.obol.III.ſing. ſeor-
ſim terito,& pice liquida ſiue terebinthina ad emplaſtri
formam excipito,atque vtitor hoc modo: Caput claui &
circumſitum eius ambitum deradito,& ſplenium inflam-
mationi arcendæ idoneum,glutinoſum, in medio exci-
ſum, quantum claui totius ambitus patet, adhibeto, &
tunc ſplenium ex relato medicamento, ſuper ipſum cla-
uum, ad glutinoſi ſplenii cæſuram imponito, & forinſe-
cus charta integito, ac rurſus aliud linteolum cuſtodiæ
gratia ſuperligato,atque ita per biduum aut triduum, æ-
grũ quietũ dimittito,idémque ſæpe repetito, donec cla-
uus à ſubiecta carne prorſus diſceſſerit.Clauo verò ſubla-
to,deraditur planta, & rurſus adhibetur emplaſtrum do-
nec vlcus fuerit explanatum. Aliud. Deraſo prius ac
repurgato loco,ſicut diximus,ſuccum Cyrenaicum:vel ſi
is deſit,laſer cum nitro ficus pinguiſſimæ carne vel tere-
binthina excipito ac imponito. Aliud. Lupinos cru-
dos vſtos melle excipe, & circumraſo ac depurgato cla-
uo impone. aut gallinaceum ſtercus vſtum melle exce-
ptum. aut nigellam cum aceto tritam,eodem modo ad-
hibe. Aliud. Clauum circum circa repurgato, & ſuc-
cum Cyrenaicum probè tritum, aut laſer vbertim adhi-
beto: & deinde ſplenium è melle eodémque ſucco illitũ
apponito. hoc etiam ad ſtrumas facit. Aliud. Repur-
gato clauo fabam freſam,aut lomentum fabaceum aceto
coctum apponito.idem ad cicatricem perducit. Aliud.
Clauo repurgato atramentum ſutorium læuiſſimè tri-
tum inſpergito,& linteo alligato. Aliud, clauos è ma-
nibus ac pedibus tollens. Fimum columbinum in acer
rimo aceto ad cerati compagem coquito, & clauo repur-
gato imponito. & per biduum aut triduum funditus tol-
let. Aut circumraſo ac repurgato clauo, ex erodentibus
medicamentis ſuprà relatis aliquod adhibeto. Aliud,
clauos digitorum citra moleſtiam auferens. Maſtichen
nigram Ægyptiam in aceto coquito, atque ita calidam
adhibeto,

Ad plantarum rimas, Cap. LXXXIII.

IN plantis quoque rimæ oriuntur, gradientes magis in-
feſtantes.Planta igitur aſſiduè ſcalpi debet,& hæc me-
dicamẽta adhiberi: Picem liquidam admixta cera,ita vt
ceræ pars vna ſit,picis verò liquidæ duæ,illinito Aliud.
Squillæ medullam in oleo coquito,&cum terebinthina
tritam imponito: aut etiam abiecta ſquilla, terebinthi-
nam in oleo liquato,ac vtitor. Aliud. Cancrorum flu
uiatilium vſtorum cinerem cum melle ſubactum impo-
ne,vel oleo diſſolutum rimis præſcalptis inſtilla. Aliud.
Malicorium aceto coctum per dies quinque im-
ponito,indéque purgatis calcem cum oleo,adhibeto.
Aliud. Cornu caprini vſti cinerem liquida pice aut te-
rebinthina excipito,ac vtitor. Aliud. Amurcæ in æ-
neo vaſe ad mellis compagem coctæ cyathum vnum,ace
ti cyathum vnum,ſquamæ æris,pollinis thuris,ſing.dra-
chmas II.lanæ ſuccidæ teneræ manipulum vnum. lanam
tædæ obuolutam vrito, ac reliquis aridis admiſceto: a-
murcam verò cum aceto ad mellis compagem coquito,
& illis adiicito. vtere hoc ad vulnera quidem cum vino
diſſoluto:ad plantarum verò ac pudẽdorum affectiones
cum paſſo. Aliud,ad pedum rimas:Porcinum adipem
ſale inueteratum calidum aſſiduè inſtilla. Aliud. Spu
mam argenti,colophoniam,mel,oleum,æquis portioni-

A bus præparato. hoc etiam ad reliqua caua vlcera facit.
Aliud ad pedum rimas, quod labiorum quoque duri-
tiam emollit. Ceruſſæ drach.II.ſpumæ argenti drachm.
x. myrrhæ drach.I.ouorum candida duo. vino odorato
paulatim inſtillato terito,ac vtitor. mihi verò etiam oleũ
adiiciendum videtur,vt pinguis compages fiat. Et valde
probo commune illud quod è melle paratur,& mellis,ce
ræ,olei,ſpumæ argenti,æquales portiones recipit. Nam
hoc ad omnes pedum ac manuum exulcerationes facit,
ſiue in vola,ſiue intra digitos fuerint,& præſertim ſi pro-
B pe vngues extiterint. Ad calcaneorum præterea intertri-
gines ex calceamentorum attritu obortas,& ad attritus
ex longo decubitu factos, quales ſæpe in cubitis ac coxis
viſuntur eorum qui diutino morbo laborauerunt:hoc me
dicamento ſæpe proſperè vſus ſum. neque enim ſimile
habetur,præſertim ad os ſacrum & femora & longo de-
cubitu attrita,ac vlcera. Aliud floridum ad rimas.
Calcis viuæ drachmas decem,ceruſſæ drachmas viginti,
ceræ drachmas triginta, adipis ſuilli recentis ſeptun-
cem,colophoniæ dodrantem,ſucci ſeminis lini cyathum
C vnum,olei dulcis quincuncem. ceruſſam & calcem cum
ſucco terito, & ad ceratum frigefactum admiſceto, &
loco prius purgato adhibeto. hoc præ omnibus tene-
ram plantam efficit: ad reliqua verò vlcera ob fœto-
rem improbatur. Aliud. Amurcæ,mellis deſpumati,
ſing. drach.II. aluminis phorimi drach.I. hoc etiam gin-
giuas purgat ac firmat.

De crurum ac reliquarum partium varicibus, Cap. LXXXIIII.

VArices appellantur venæ dilatatæ, quæ aliquando
D circa teſtes, aliquando circa crura ampliantur. ſed
qui in teſtibus fiunt,chirurgiam difficulter admittũt:qui
verò alibi conſiſtunt, hoc modo curari ſolent: Primùm
ſimplex ſectio fit cutis vaſi adiacentis,deinde vas ab am-
bientibus corpuſculis ſeparatum cæco vncino attrahitur,
ac lineo funiculo ſupernè deligatur,& non aliter quàm in
venæ ſectione fieri ſolet,vas inciditur,& euacuato ſangui
ne quantum opus eſſe videtur, ſuperior pars conſtringi-
tur,& poſtea totum quod ampliatum fuerat amputatur.
Peracto opere,ſectio polline thuris impletur,& ſplenio ac
E linteo impoſito deligatur. Æger autẽ quieſcere iubetur,
ſeruato accliui partis ſitu, ne ſi decliuis iaceat, humores
ad ipſam confluant. Poſtea curationis ductus ad puris ge
nerationem dirigitur,& reliqua cura vlceribus commu-
nis adhibetur.atque hæc compendiaria at ſecura curatio
eſt.Quidam verò vſtionem malunt,& per lati digiti ſpa-
tium cauteria vaſis adhibent. & vbi cruſta exciderit, vl-
cúſque incarnatum ac cicatrix inducta fuerit, locum ro-
borant. Alii varices incipientes talibus medicamentis
prohibere conantur. Emplaſtrum citra moleſtiam reſic
F cans, etiamſi vlcera manantia in ipſo varice fuerint:
Bituminis Iudaici ſeſquilibrã, olei vetuſtiſſimi beſſem,
terebinthinæ liquidæ ſeptuncem, ſulphuris viui trientẽ.
bitumen ad cicerum magnitudinem craſſius contu-
ſum,in oleo donec liqueſcat coquito, deinde adiecta te-
rebinthina ſimul coquito donec nõ amplius inquinẽt,&
ſublato ab igne medicamento ſulphur tritum inſpergito,
atque ſimul omnia in mortarium frigida aqua plenum
iniicito,& probè ſubactis vtitor.

De brachiorum ac crurum dracunculis, Leonidæ, Cap. LXXXV.

G QVI appellantur dracunculi,lumbricis ſimiles ſunt,
& aliquando magni, aliquando parui reperiuntur:
frequentius quidem in cruribus, quandoque verò & in
muſculoſis brachiorum partibus conſiſtentes. Naſcuntur
autem hi in Æthiopia ac India in pueris præcipuè,éſtque
ipſorum generatio non diſſimilis lumbricis latis ventris.
Sub cute enim mouentur nihil moleſtiæ afferentes, ve-
rùm temporis progreſſu circa dracunculi extremitatem
locus ſuppuratur,& cutis aperitur,ac dracunculi caput ex-
H eritur.Quòd ſi dracunculus attrahatur,vehementem do-
lorem inducit, præſertim ſi nimia tractus violentia
fuerit ruptus. Nam quod relinquitur, moleſtiſſimos
dolores infert: proinde vt ne recurrat animal, vali-
do filo brachium conſtringere oportet, & quotidie hoc

moliri, vt dracunculus paulatim progrediens conſtrictione quidem includatur, nequaquam autem abrumpatur. Locus itē aqua mulſa, & oleo in quo abſinthiū aut abrotonū coctū eſt, aut alio quodā ex iis quæ ad alui lumbricos deſcripſim⁹, irrigādus eſt. omnia tamē acria vitāda, propter periculū inflāmationis. Cataplaſmata quoque laxatoria ac ſuppuratoria è farinis cū aqua mulſa & oleo præparata adhibeātur. Quòd ſi dracūculus ſpontè progrediēs facilè extrahi poterit, nihil amplius faciendum eſt: ſin ad A ſuppurationem vertetur, à cataplaſmatis, & aquæ mulſæ ac olei rigatione non eſt diſcedendum. Nos verò emplaſtrum è baccis lauri, poſt cataplaſmatum ablationem, imponere ſolemus. Facta verò ſuppuratione, cutis per longitudinem diſſecetur, & dracunculus denudatus auferatur, & cutis linamentis inditis diſparetur, & reliqua curatio ſuppuratoria adhibeatur, ita vt animali ſuppurato & extracto, vlcus incarnetur, & ad cicatricem perducatur.

INDEX EORVM QVÆ IN TERTIO SERMONE Tetrabibli quartæ Aetii habentur.

DE tumoribus laxis, Cap. I.
De inflatione, Cap. II.
De tumoribus induratis, Cap. III.
Tendinum ac ligamentorum induratorum curatio, Cap. IIII.
De ſtrumis, Cap. V.
De brōchocela, hoc eſt gutturis tumore, Cap. VI.
De pultacei ac mellei humoris tumoribus, Cap. VII.
De ſteatomatibus, hoc eſt tumoribus adipoſis, Cap. VIII.
De ganglio, Cap. IX.
De vaſorum dilatatione, Cap. X.
De ceriis hoc eſt fauis, Cap. XI.
Emplaſtra ad cruenta vulnera glutinanda, & ad multos vſus commoda, Cap. XII.
Emplaſtra cephalica, & ad fracturas, & ad multa, commoda: & de iuſto eorum vſu, Cap. XIII.
Emplaſtra emollientia ac diſcuſſoria, ad multa commoda, Cap. XIIII.
De emplaſtro ex aſpidibus Cap. XV.
De emplaſtro aniceto, Cap. XVI.
Emplaſtra ruptoria, Cap. XVII.
Emplaſtra diſcuſſoria & attractoria Cap. XVIII.
Emplaſtrum Nechepſonis è cupreſſo, Cap. XIX.
Apochymatis præparatio, Cap. XX.
Cerata vtiliſſima Cap. XXI.
Heptapharmacum laxans, ſuppurans, incarnās, Cap. XXII.
Enneapharmacum, Hori Mendeſii, Cap. XXIII.
Emplaſtrum Philoſophi, Cap. XXIIII.
Œſypi præparatio, Cap. XXV.
Emplaſtrum Manus appellatum, Cap. XXVI.
Emplaſtrum Bromium appellatum, Cap. XXVII.
Emplaſtrum ex ouis, Cap. XXVIII.
Parhygrum Galeni, Cap. XXIX.
Emplaſtrum ex ouis, Oribaſii, Cap. XXX.
Parhygrum, Oribaſii, Cap. XXXI.
Emplaſtrum roſaceum inſcriptum Cap. XXXII.
Emplaſtrum phycotyche appellatum Cap. XXXIII.
Emplaſtrum ſphærium appellatum, Cap. XXXIIII.
Emplaſtrum pentatheton, Cap. XXXV.
Emplaſtrum ex ochra, Cap. XXXVI.
Emplaſtrum telamonium, Cap. XXXVII.
Pilarium ex recremento argenti, Cap. XXXVIII.
Emplaſtum ex pompholyge Cap. XXXIX.
Emplaſtrum rutaceum, Cap. XL.
Ceratum è perdicio, Cap. XLI.
Ceratum è ſucco betæ Cap. XLII.
Ceratum ex ſandyce, homo appellatū, Cap. XLIII.
Emplaſtrum ex alliis, Cap. XLIIII.
Emplaſtrum è ſquilla, Cap. XLV.
Emplaſtrum ex pompholyge, Heræ Cappadocis, Cap. XLVI.
Emplaſtrum nigrū, eſſentia appellatū, Cap. XLVII.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDIcinæ, Tetrabibli, ſiue quaternionis quarti Sermo tertius.

De tumoribus laxis, itémque duris: & de ſtrumis, & emplaſtrorum multi vſus compoſitione.

De tumoribus laxis, Cap. I.

QVEMADMODVM ab influxu bilioſo eryſipelas, *hoc eſt ignis ſacer*, ita à pituitoſo tumor laxus, quem œdema *Græci* vocant, generatur. Eſt autem tumor hic citra dolorem, flatuoſum ſpiritum cōtinens, velut à vaporoſo humore prognatus. Solent etiam aliter tumores laxi fieri, circa pedes præcipuè, in hydrope, ac tabe, & malo corporis habitu: qui ſi digitis premantur, cauus locus fit. & hi in quibuſdam etiam faciem occupant. Verùm hi tumores acceſſio ſunt aliarum B affectionum, & nullam propriam ac præcipuam curam requirunt. ſufficit enim ipſis frictio, aliquando per acetum ac oleum roſaceum permixta, aliquando per oleū & ſalem. poteſt etiam ſal ad acetum oleo roſaceo permixtū adiici. At ſi ob pituitoſi humoris influxum in parte aliqua laxus tumor conſiſtit, ſpongia poſca imbuta ac impoſita, & leui adſtrictione alligata, quæ ex infernis partibus initium ſumat, & in ſupernis deſinat, affectionē quādoque ſedauit. Oportet autem ſpongiam eſſe nouam: ſi verò talis non adſit, expurgāda eſt nitro vel ſpuma nitri, C & lixiuio. Quòd ſi neque ſic tumor deprimatur, parum aluminis ad poſcam adiicies. Aptum eſt & Tarſicum ellyA chnium, aut aliud molliſſimum, eodem humore imbutum ac impoſitum. Confert & glaucium, & collyrium ex eo paratum. ſordes item lucernarum aqua mulſa dilutæ vtiliter adhibentur. Cæterùm diuturnos tumores laxos oleo præillitos, & ſpongia noua ex lixiuio ſuperimpoſita, violentius conſtrictos ſanabis. Diſcutit item ac compeſcit laxos tumores terra omnis illita, & præſertim quæ in lentibus reperitur, ad ſalem adhibita, velut Sermone ſecundo retulimus. item iſatis hortenſis ac ſatiua.

De inflatione, Cap. II.

FLatuoſus ſpiritus aliquando ſub cute, aliquando ſub pelliculis oſſa aut muſculos ambientibus colligitur, & inflationem parit: aliquando etiam circa viſcera vētrémque ac inteſtina coaceruatur. Si itaque viſcera inflata fuerint, ſatis conſtat ex vitioſo victu malum eſſe obortum: in muſculis autem contingit præcedente plerunque contuſione. Súntque huiuſmodi muſculorum affectiones curatu difficiles, quoniam in omnes ferme muſculi partes flatuoſus ſpiritus diſpergitur, conſtringitúrque ac intercluditur ab ambientibus pelliculis, & plurimis aliis corpuſculis vſque ad cutem prætenſis. Ad vētris ergo ac inteſtinorū & viſcerū inflationes, oleū tenue efficax eſt, in quo ruta aut cyminū, aut apii ſemen, & alia attenuātia ac

calefacientia coctum eſt, ſi aut irrigetur, aut per clyſterē
infundatur. Magna etiam cucurbita circa vmbilicum abſ
que ſcarificatione appoſita, tam citò hominem à mole-
ſtia liberat, vt admirabilis ſit ea celeritas, & incantationi
ſimilis. At verò muſculis ex contuſione inflatis, ex calido
rum & acrium vſu partes exacerbantur, & auctis inde in-
flammationibus, muſculi magis læduntur, ac dolores in-
tenduntur. Mixtas itaque facultates habere oportet ea quæ
inflatis muſculis adhibentur, præſertim ſi contuſio fuerit
aliquantulum inflammata. quapropter in principio mi-
tigatoria augenda ſunt: in declinatione verò diſcuſſoria.
Neque repentè ab alteris ad altera tranſeundum eſt: ſed
paulatim mitigatoriis detractis, diſcuſſoria augebimus.
Mitigatoria verò in huiuſmodi affectionibus ſunt, ſapa, &
œſypus, modico oleo adiecto: diſcuſſoria autem, acetum,
nitrum, ſpuma nitri, & lixiuium. Et in principio quidem
ſolam ſapam cum modico oleo, & aliquādo vino adhibe
mus, vt ne omnino repellēdi vi careat, & hæc omnia lana
ſuccida excepta: quæ ſi nō adſit, œſypū reliquis quacūq;
lana exceptis admiſcemus. præ omnibus verò curandum
eſt vt hæc calida permaneant, neque ſinantur donec frige
fiant. forinſecus itaque calida lana adhibeatur, & vbi ca-
lorem eius æger amplius non percipit, noua ſtatim appli-
cetur. Mitigato autem ægroto, acetum aut nitrum admi-
ſcebimus: copia ipſorum paulatim aucta. At verò negle-
ctas & antiquatas inflationes primùm lixiuio fouebimus:
deinde emplaſtrum quoddam molliēs ac diſcutiens im-
ponemus, quale eſt hoc: Strigmenta ferueſacta excolato,
vt pura fiant, & rurſus in ollam mittito, & calcem viuam
velut farinam tritam infarcito, vt lutoſa compages medi
camenti euadat, & vtitor. Hoc verò adhuc efficacius eſt
pharmacum ex ſycomoris compoſitum.

De tumoribus induratis, Cap. III.

INdurati tumores laxis opponuntur. Laxorum enim no
ta eſt vt appreſſis digitis cedant, & cauus locus fiat: du-
rorū verò tumor pertinax eſt, & ad tactum renitens, & ad
ſenſus difficultatem inclinat, vt tādem hi loci in quibus
eſt, ſenſus exortes fiant, & ad oſſis duritiam perueniant, &
nullam omnino curationem admittant. ſed & pili in ipſis
oriri ſoliti, minimè nutriuntur, & exactè glabri fiunt. Du-
ri itaque tumores aliquando ſtatim ab initio conſiſtunt
ac augentur, aliquando verò à medicis inducuntur qui
inflammationes ac eryſipelata vehementer perfrigerarūt
ac adſtrinxerunt, quum tamen tranſacto principio diſcuſ-
ſoria adhiberi debeant. At verò qui ex eryſipelatis fiunt,
cutis duritiam ſaltem præ ſe ferunt: qui verò ex inflam-
mationibus ſuccedunt, ſubiectas etiam carnes inuadunt,
tanto profundius quanto inflammationes eryſipelatis
ſunt profundiores. Inchoantibus ergo duritiis, & debilem
aliquem ſenſum adhuc habentibus, medicamenta emol-
lientia adhibebimus, quæ ſimul moderatè etiam diſcu-
tiunt: & talia ſanè ſunt quæ & molliendi ac diffundendi
vim habent. Nam quæ vehementer diſcutiunt, & ſine
mollitione ſtatim euacuant, manifeſtè quidem tumo-
rem imminuunt, reliquias verò affectionis incurabiles ef
ficiunt. Diſcuſſis enim tenuioribus humoribus, quod exa
ctè terreum ac ſolidum eſt, pertinaciter reſtitat. quapro-
pter in hunc vſum medicamenta adhibenda ſunt, quæ
molliendi ſimúlque diſcutiendi vires habent. Primùm i-
gitur mollientibus vtemur, deinde ad diſcuſſoria proce-
demus, eáque mollientibus paulatim miſcebimus. Conſi-
derandus tamen eſt & curandi corporis habitus, & affe-
ctionis ſtatus quantum proceſſerit. Hæc verò ſi rectè con
ſideraueris, coniecturalem quidem, non tamen penitus
arte carentem, peritiam acquires: prima enim die ſtatim
mollientia adhibebis, altera deinde aut tertia tranſacta,
facilè intelliges an augere aut remittere medicamenti
vim oporteat. Præſtat autē tū ad hos vſus, tū ad reliquos,
ſi rectam curationem peragere velimus, oppoſita medica
menta, validiſſima videlicet ac mitiſſima, præparata ad-
ſeruare, quò pro affectionum diuerſitate diuerſæ mixtu-
ræ fieri poſſint. Ad duros itaque tumores molliendos ca-
prinus bubulúſque adeps commodus eſt. At ſicut tauri-
nus ac hircinus validiores ſunt, ita hœdinus ac vitulinus

A imbecilliores, & ſuillus debiliſſimus. Sed his omnibus
præſtant ad diſcutiendum, non autē molliendum, leoni-
nus, pantherinus, hyænǽque ac anſeris. gallinaceus autem
inter ſuillum ac anſerinum medius eſt. At inter medullas
prima eſt ceruina, deinde vitulina. Cæterùm reſinæ odo-
ris non acris, his medicamētis admixtæ viſcoſitatem ex-
hibent, nec tamen molliendi vim auferunt. Commodiſ-
ſima verò omnium reſinarū eſt terebinthina quæ Chia
appellatur, & laricis reſina, liquoris compage nihil ab illa
B differens. deinceps verò pinea & abietina. Verùm ſiccio
res, qualis eſt reſina pinꝰ arida, phyſema priuatim appel-
lata, nimium ſiccant, & propterea ad emollientium me-
dicamentorum compoſitionem inutiles ſunt: ſed terebin
thina ac laricina eligendæ. Pix quoque Brutia quum eiuſ
dem facultatis ſit, in eoſdem vſus recipi poteſt, ſed aridio
rem reprobamus, ſicut etiam bitumen. Habet & maſtiche
Chia vim emolliēdi: Ægyptia verò maſtiche nigra, emol
lit quidem, ſed magis ſiccat ac diſcutit. Thus inſuper non
expers eſt facultatis molliendi, itémque fœnigræci ſemē:
C hoc enim coctum mollire poteſt. quanquam thus quoque
in mollitoriis medicamentis paululum eſt coquendum.
Eiuſdem ordinis ſunt & balneorū ſtrigmenta, butyrū, al-
thææ decoctū. media verò inter lenia & validiſſima, pro-
polis eſt. Validiſſima autem appello, ammoniacum thy-
miama, bdellium, præſertim Scythicum reſinoſum, &
colore nigricans: ſtyracem, maximè pallidum qui calami-
tes vocatur, flauum item ac pinguem. Galbanum enim &
opopanax ſuprā vim diſcuſſoriam, etiam molliūt: verùm
galbanum molliendo, opopanax diſcutiendo præſtat. At-
D que huiuſmodi ſanè mollientium medicamentorum ma
teria eſt. Tu verò libros adeptus medicamentarios, ſingu-
lorum compoſitorum vires ex ſimplicibus expendes, quò
varias pro maioris ac minoris ratione ipſorum differen-
tias cognoſcas, & corporum ſimul ac affectionum differē
tias conſideres, atque ita fortia fortibus, & mitia debili-
bus adhibeas. Inter curandum autem affecta pars oleo ca-
lido foueatur, & glutinoſa medicamenta appoſita ante-
quam ſpontè decidant, ne remoueantur: imò etiamſi lauā
dus ſit æger, omnino permittenda ſunt. A balneis tamen
E medicatis abſtinentiam conſulo, præſertim quæ alumi-
nis, aut ſulphuris, aut æris qualitatem admixtam habent:
hæc enim huiuſmodi affectibꝰ aduerſantur. Et hæc profe
ctò ſufficere poſſent ingenioſis & in artis operibꝰ aliquāte
nꝰ exercitatis viris. verùm quū nō omnes tales ſint, medi-
camenta quoq; vſu & experimentis cognita explicare o-
portet, initio ſumpto ab iis quæ ſummā molliendi vim
obtinent, & paruis etiam inflammationibus commoda
ſunt, quæ aliqua duritia participant. Horum autem ſimpli
ciſſimūm eſt parhygrum appellatum, ex ceræ, butyri, &
F colophoniæ æquis portionibus cōſtans. deinde quod Mna
ſeæ inſcribitur, & reliqua eiuſmodi. item helladicum mol
litorium, & quod ex perna præparatur, & quod Lucio in-
ſcribitur ad anchilopas, & reliqua quæ paulo inferius in
hoc Sermone habentur.

Tendinum ac ligamentorum induratorum curatio, Cap. IIII.

TVmorum equidem induratorum emollitio ac diſcuſ
ſio prædictis medicamentis perficitur, quæ emollien
tia appellantur. Quum verò partes quædam natura rario-
G res, quædam denſiores ſint, conſequens eſt vt ſingula pro
priis medicamentis priuatim opus habeant. Quapropter
ad tendines ac ligamenta præſtabilius eſſe iudico, vt mol
lientibus medicamentis aliquid adiungatur quod inci-
dendi vires habeat, inter quæ præcipuum eſt acetum. Af-
fecta itaque parte commodis medicamentis præmolli-
ta, huiuſmodi fomentum ſæpe habuit ſucceſſum: Acer-
rimo aceto ignitum lapidem pyritem (ſi haberi poteſt)
aut molarem ex quo molas faciunt, reſtinguo. Deinde ad
excipiendum ſubſtrati lapidis calidum vaporem ab a-
ſperſo aceto emergentem, ligamentum ſiue tendinem
H induratum adhibere iubeo ac commouere. hinc enim
mirificè opem ſentit. Et poſtea rurſus medicamentum
mollitorium impono, & paucis interpoſitis diebus idem
fomentum rurſus repeto. Sæpe enim in hac ligamenti aut

tendinis admotione ac commotione, ita ab eleuato va-
pore duritia reſoluta eſt vt res incãtationi ſimilis videre
tur. In principio tamen affectam partem non aqua, ſed o-
leo plurimo quotidie largè perfundo. accipio autem o-
leum dulciſſimum adſtrictione penitus carens, in quo in
terdũ fœnumgræcũ, & althææ ac cucumeris ſylueſtris ra-
dicem, vel alicuius conſimilis coquo. Vtor præterea aceto
etiã ad alias partes, quæ iãdiu medicamẽta alia expertæ
ſunt. ſcio enim eſſe quædam medicamenta ex aceto para
ta, quæ poſt mollientium vſum per integrũ diem impo-
nere ſoleo: deinde rurſus mollientia adhibere, & paucis
interpoſitis diebus rurſus ex aceto præparata imponere.
vis enim aceti per interualla locis iam præmollitis admo
ta, craſſos & viſcoſos humores incidit ac diſſoluit, & hinc
tales affectiones nõ leuiter iuuat. Verùm ſiquis adeò for
titer diſcutientibus plus æquo vſus fuerit, præſertim in
principio, tenuiores quidem humores diſcutiet: reſiduũ
verò ad lapideam naturã mutatum, loco impactum perſi-
ſtet, ſupra hoc quòd nimius etiam eorum pharmacorum
vſus, neruorum eſſentiam lædit. Quapropter neque fre-
quenter, neque ab initio, neque duobus conſequenter die
bus, medicamentis cum aceto præparatis, ad ligamento-
rum ac tendinum duritias vtendum eſt. Lienis tamẽ par-
tibus duratis, tutus & commodus ipſorũ vſus eſt. & multi
ſanè indurato lienis tumori ammoniacum thymiama cũ
aceto ſubactum adhibẽt, & hoc ſolum ſæpe ad ſplenis in-
durati curationem ſufficit. Ego verò etiam carnoſarũ par-
tium muſculis induratis, inter mollientia medicamenta,
ammoniacum cum aceto adhibere ſoleo, & ſummam e-
ius commoditatem deprehendo. At hoc etiam hîc vna
tantùm aut altera die adhibendum eſt, & deinde ad mol
lientia reuertendum: & pluribus diebus interiectis rurſus
ad medicamentum ex aceto tranſeundum, ſiue ammoni-
acum id ſit, ſiue aliud quoddã emolliens cum aceto præ-
paratum. Molliens autem eſſe oportet, quod cum aceto
paratur: ſiccantia enim primùm quidem prodeſſe viden
tur, ſed reſiduum poſtea incurabile efficiunt. Proinde in-
ter emollientia frequenter hoc cataplaſmate vti ſoleo: Al
thææ radicem tritam ac anguſtiſſimo cribro excretam, a-
dipe excipio ac appono. eſt enim medicamentum ad hu
iuſmodi affectiones efficax. ſit autẽ adeps anſerinꝰ, ſi ha-
beri poterit: ſin minus, gallinaceus. at ſi hic quoque de-
fuerit, ſuillo vtemur. Sed & maluæ agreſtis vbique naſcen
tis folia aliquo relato adipe ſubacta vtiliter apponuntur:
quæ ſi moderatè fuerint cocta, crudis erunt præſtantiora.
talia enim pharmaca locis iam præmollitis adhibita, citra
mordacitatem ac tutò diſcutiunt.

De ſtrumis, Leonidæ, Cap. v.

STrumas appellant *Græci* chœradas, à porcis, in quorũ
gutture adenoſi quidam tumores reperiuntur ſtrumis
ſimiles. alii à multiplici partu porcorum nomen deſum-
ptum putant. Sunt autem ſtrumæ carnes ſubcandidæ, fa-
cilè augeſcentes, in membrana contentæ, & in ſumma,
glandulæ induratæ, quæ in collo, ſub alis ac inguinibus
oriuntur, vbi glandulæ vaſis ſubſtratæ ſunt. Aliquando e-
tiam, ſed tamen rarò, ex carne eorundem locorum fiunt,
quæ affinitate quadam ad ſtrumarum naturam vertitur,
& materiæ acceſſione augetur. Differunt ſtrumæ inter ſe,
magnitudine, natura, loco, ortu, multitudine, & vaſorum
complicatione. Magnitudine, quia aliæ paruæ, aliæ me-
diæ, aliæ magnæ, aliæ ingentes ſunt. Natura, quoniam ali-
quæ manſuetæ, aliquæ malignæ comperiuntur. manſue-
tæ, citra inflãmationem, citra dolorem, moderatam duri-
tiã habẽt: neque enim molles ſunt velut tubercula adipo
ſa ſteatomata appellata, neq; duræ ſicut tumores indura-
ti, ſed mediam quandam tactus proprietatem habent, &
tumorem circumſcriptum rotundum ac æqualem: mali-
gnæ verò ſtrumæ, inflãmationes ac dolores pulſantes in-
ducunt, & tumorem inæqualem præ ſe ferunt, in quo va-
ſa prominent, & ad manuum contactum ac medica-
mentorum impoſitionem efferantur. Loco autem diffe-
runt, quoniam quædam in anteriore colli parte, quædam
ab altera ipſius parte, quædam ab vtraque oriuntur: quæ-

A dã itẽ ſtatim ſub cute ſuperficiẽ habent, quædã circa ma-
gna ac nobilia vaſa penitus inſident. Ortu, quòd quædã
velut eleuatæ, quædam inſertæ oriuntur. & eleuatæ qui-
dem facilè huc & illuc mouentur: inſertæ verò ad conta-
ctum renituntur. Multitudine, quia & vna & plures gene
rantur. Vaſorum complicatione: quædam enim venas ac
arterias implicatas habent, quædam omnino non habẽt.

Paruæ igitur ſtrumæ facilius curãtur quàm magnæ, &
manſuetæ citius quàm inflammatæ. at verò malignæ in-
curabiles ſunt. Quũ enim omnes huiuſmodi ſtrumæ can
B ceratæ ac vaſis refertæ ſint, ſi eas per chirurgiam aggre-
diaris, ſanguinis eruptionis periculũ imminet, ſupra hoc
quòd penitus inſidentes reſcindi nõ poſſunt. Vaſa enim
nobilia, venas videlicet iugulares & arterias carotidas ap
pellatas, maligna ſtruma velut radices habet. Verùm pro
loci ratione ſuperficiariæ, facilius curantur quàm profun
dæ. deinde & quæ in collo oriũtur facilius curãtur quàm
reliquæ. vocales tamen neruos in his diligẽter vitare o-
portet: multi enim ſtrumas circa aſperam arteriam ſecan-
tes, vocalibus neruis ſimul reciſis, hominem de cætero
C voce priuarũt. nã ſupra nerui reciſionẽ, vocalia inſtrumẽ-
ta denudata, & inter curãdũ perfrigerata, vocis actionem
amiſerunt. Pro multitudine verò, certum eſt vnam faci-
lius quàm plures curari poſſe: ſicut quantum ad ortũ atti
net, lõgè citius curantur eleuatæ quàm inſertæ. Optima
porrò ac compendioſiſſima ſanabilium ſtrumarum cura-
tio fit per chirurgiã. Ægrum igitur proſtratum decumbe
re oportet. ſedens enim facilè animi deliquium incurret.
Poſtquam igitur decubuerit, cruribus inter ſe cõpoſitis,
caput à miniſtro detineatur. deinde cutis tumori incum
D bẽs recta vel obliqua ſectione incidatur. ſectio enim trãſ
uerſa collo incommoda eſt, quum vaſa & nerui rectà por
rigantur. Neque vno impetu tota cutis craſſitudo diſſece
tur. nihil enim violentè fieri debet. Et in paruis quidẽ tu-
moribus ſimplex ſectio fiat: in maioribus autem ad myr
tei folii figuram cutem reſcindes, tum vaſa paulatim de-
nudata ſepones, quæ quum naturali carne ſint candidio-
ra, facilè diſcernes: poſtea ſectionis labia hamulis diſten-
des, & pelliculas de ſtruma tum manu, tum ſcalpello de-
trahes. Quòd ſi inſerta fuerit, attentè res peragẽda eſt, ne
E per incuriam, ſanguinis eruptio fiat, atque ea gratia vnum
tantùm ſectionis labium hamulis diſtendatur, & ita ſen-
ſim à connexis corporibus per ſcalpellum ſeparetur. Et
vbi ex vna parte cõnexa fuerint diſparata, in altera idem
fiat. deinde tota baſis diligenter, propter neruos & vaſa
ſubſtrata reſecetur. At in ſtrumis circa alas ac inguina or-
tis, ſectio trãſuerſa fit ob cutis reduplicationẽ. peracto o-
pere, ſi ſanguis erumpat, medicamenta ſanguinem ſiſten-
tia ſuprà relata adhibeantur: ſin minus, ſectio thuris pol-
line expleatur, & linamenta indantur, & lana vino imbu-
F ta adalligetur. poſtridie permiſſis ligamentis, locus vino
& oleo perfundatur, & hoc vſque ad tertiam aut quartam
diem fiat. Deinde ſoluatur, & ſuppuratio procuretur: & cu
ratio reliquis vlceribus communis fiat. Ad repurgandum
autem & incarnandum, ac cicatricem inducendam, the-
riaca efficaciſſima eſt. Cæterùm inchoantes ſtrumas tum
in pueris, tum his qui chirurgiam non admittunt, medi-
camentis diſſoluere ac diſcutere conabimur. & ſanè cura-
tio ipſarum ſimilis eſt ei quã ad induratos tumores pau-
lo antè retulimus. primùm enim mollire, poſtea diſcute-
G re oportet. Emplaſtrum ad ſtrumas. Strigmenta à palæ-
ſtræ parietibus deraſa ac probè ſubacta, ſuper linteolo ex-
tendito ac imponito. Aliud. Laſer, aut calcem viuam
cerato cyprino aut irino exceptam imponito. Aliud.
Sulphuris & galbani æquales portiones reſina excipito.
aut clibani teſtam cum aceto terito, & velut ceratum ef-
ficito: aut corticem radicis mandragoræ cyprino aut iri-
no cerato excipito. hoc equidem efficaciſſimum eſt.

Aliud, ſtrumas erodens: Sandaracham cum adipe
caprino aut bubulo, aut calcẽ cũ eodẽ imponito: aut na-
H ſturtiũ cũ cerato. Aliud. Succũ Cyrenaicũ, aut, ſi haberi
nõ poteſt, laſer cũ melle Attico ad cerati cõpagẽ illinito.

Aliud, rumpens ſtrumas. Pumex cum aceto tritus,
ſtrumas rũpit ac deſiccat. Aliud. Semen naſturtii & lo-

mentum aqua ſubigito,& quotidie bis imponito.& poſt eruptionem eodem vſque ad exactam ſanitatem vtitor.

Aliud. Vrticæ ſemẽ cũ vino tritũ,rumpit,repurgat,incarnat,& cicatricem inducit. Aliud. Groſſos,præſertim caprifici,cũ axũgia imponito. omnẽ enim tumorem diſcutiũt. Aliud. Recrementũ ferri cũ oleo,aut bdelliũ cum melle,linteolo inducito,ac adhibeto: & quinq; diebus tranſactis ſoluito, & ſpongiis locum foueto, cauens ne oleo inquinetur. oportet autem bdellium ad prunas cum melle ſubactũ optimè diſtendi,atque ita applicari. Aliud. Pſyllii lomenti, ſeminis vrticæ pares portiones pice liquida excipe,ac vtere. Aliud. Oſtreorum teſtas vſtas ac minutiſſimè tritas inſpergito, loco prius vino ex ore conſputo. atque hoc frequenter facito. Emplaſtra etiam adhibeantur, quæ paulo inferius deſcribentur. At quod ex achate lapide præparatur,ad ſuppurandum,rumpendum,perſanandum,commodiſſimum eſt.item quod pardalis appellatur,ſuperius ad hydropicos relatum. Strumis inſuper laborantes viperarum eſu magnopere iuuantur,quemadmodum de elephanticis diximus.item ſi laſer quotidie ieiuni ciceris magnitudine vorauerint. Aluum etiam facilè ſolubilem habere oportet, & tenui victu vti, vomitúmque frequenter ciere, & pituitam per os detrahere,ac caput reſiccare.Cataplaſmata quoque ſincipiti adhibenda ſunt quæ mediocres puſtulas excitare poſſunt,velut eſt capparis radix cum polenta,ac reliqua huiuſmodi.Smegmatis item ac puluillis eiuſdem facultatis vtendum eſt.

De bronchocela,hoc eſt gutturis tumore, Cap. VI.

BRõchocele appellatur tumor in gutture oriẽs: omnis enim tumor apud antiquos cele nũcupatur.nomen igitur cõmune eſt,ſed ſpecies tumorũ differunt.Quidã enim meliceris à melleo humore,quidam adipoſus,quidã pultaceus,quidam canceratus appellatur. Aliquando etiã propter localẽ vaſorũ dilatationẽ oritur, quomodo frequentiſſimè ex partu contingit, quum in vehementiſſimis doloribus puerpera ſpiritum violenter detinuerit.conſtátque vaſorum huius loci dilatationem incurabilem eſſe,quemadmodum etiam tumorem in ſcirrhum induratum, malignúmque ac magnitudine ingentem. Verùm reliqui omnes chirurgiæ ac medicamentis cedẽtes facilè ſanãtur. Chirurgia verò præſenti tumori cõueniens fit, ſiue meliceris, ſiue adipoſus,ſiue pultaceus tumor fuerit. At verò quæ gutturis tumores diſcutiũt,ſunt, bdellium cum melle tritum,calx cum axungia,laſer cum ſulphure,lixiuium cum melle,ſtercus caninum cum aceto. Aliud. Calcem viuam, ammoniacum, bdellium, teſtam clibani vſtam,æruginem, ſulphur viuum, paribus portionibus cum aceto terito,& axungia aut terebinthina excipito ac imponito. Aliud Adamãtii. Gallarum vnc.I.lapidis pyritæ drach.III.pyrethri drach.II. nitri dr. I.ſilphii ſeſquidrach.ſandarachæ drachm.II.terebinthinæ drach.II.ceræ,picis,ſing.drach.tres,axũgiæ veteris drach. duas,aluminis liquidi vnc.I. arida è vino ac ſapa terito, & liquabilia liquefacta admiſceto,ac vtitor. Aliud. Spumæ argenti,æris vſti,ſing. drach.VIII. olei antiqui dr. C.reſinæ pinus drach.XL.galbani,ammoniaci thymiamatis,ſing.vnciam vnam, aluminis ſciſſilis, mannæ thuris, ſing.drach.IIII.oleum cum ſpuma argenti coquito,& medio cocturæ tempore æs tritum inſpergito,& bullire ſinito donec non amplius inquinent.deinde liquabilia liquata adiicito,& ab igne ſublatis pollinem thuris ac alumen admiſceto,ac vtitor. Aliud. Silphii,ſimilaginis,ſing. drach.VIII.calcis viuæ drach. XVI. ſandarachæ drach. XII. mellis quantum ſatis eſt.præpara,ac vtere. Ad laxatos autẽ tumores qui ſub mento oriuntur, iridem Illyricam cum aqua tritam adiecta modica rubrica, ter ſingulis diebus illinito: eſt enim medicamentum inſigne.

De pultacei ac mellei humoris tumoribus, Leonidæ, Cap. VII.

ATheroma eſt tumor concolor,citra dolorem,in tunica neruoſa,humorem pulticulæ ſimilẽ quæ ex farina cocta fit,& athera *Græcis* appellatur,continens. Aliquan

A do autem vnà cum pultaceo humore, lapidoſa quædam
duráque corpuſcula, & alia tanquam ſulphuris ramenta
reperiuntur: aliquando velut manſa gallinarum oſſicula.
inuenimus etiam aliquando velut pilos craſſiſſimo humori complicatos.Philoxenus autẽ dicit,ſe aliquando reperiſſe animalia in humore culicibus aut muſcis paruis
ſimilia.Eſt autem atheromatis tumor ſpecie & figura oblongus ſublatúſque,& ad compreſſionem digitorum, ob
humoris craſſitudinem, tardè cedens, & amotis digitis
tardè reuertens. Meliceris autem eſt pellicula neruoſa,te-
B nui humore inſtar mellis referta,ſimiliter citra dolorem
conſiſtens, differens ab atheromate figura & humoris
eſſentia. nam & figura rotundior eſt,& humoris eſſentia
tenuior.& huius tumor magis extenditur, & ad digitorum compreſſionem celerius cedit,& amotis digitis pari
celeritate reuertitur. Cæterùm pro chirurgiæ ratione nihil refert,ſiue pultaceus,ſiue melleus,ſiue fæculentus humor,aut cuiuſcunque eſſentiæ,fuerit contentus. Vnus enim ſcopus propoſitus eſt,vt tunica ſiue pellicula humorem continens auferatur.Sed id conſiderandum eſt quòd
C tumores quidam ſunt eleuati,& ad motum ac contactum
expoſiti faciléque curabiles: quidam contrà inſerti, & ad
motum non expoſiti,& in chirurgiæ aggreſſione ſummã
diligentiam expetentes, propter imminentes ſanguinis
eruptiones ac neruorum puncturas.Plerique enim chirurgi ob imperitiam,etiam neruos ſubſtratos cum huiuſmodi tumoribus recidunt.Chirurgiam itaque aggreſſuri,ægrum in ſella locabimus.& ſi paruus fuerit tumor,ſimplicem ſectionem faciemus,velut in ſtrumis diximus: ſi verò maior,ad myrtei folii figuram pro tumoris ratione cu-
D tem incumbentem reſcindemus.Sed neque hîc vno impetu tota ſectio fiat, ne pellicula humorem continens diſſecetur,& humor euacuetur. ſi enim euacuatus fuerit, &
tumor conciderit, tunica difficulter excoriari ac curari
poterit.Summa itaque diligentia pellicula paulatim excorianda eſt, nihílque de ipſa circa baſin relinquendum
ne malum regeneretur.Poſt ablatam pelliculam, labia ſectionis committimus,& ſi plus æquo laxa fuerint,redundantem cutem reſecamus,deinde ſuturis labia connectimus.Illud porrò animaduerſione dignum eſt,vt ſi in ca-
E pite huiuſmodi tumor fuerit, poſt ablatam pelliculam,
membranam os ambientem ſecemus, & caluariam diligenter deradamus. Peracto opere, in paruis tumoribus,
quum paruam ſectionẽ fecerimus,nulla difficultas imminet,& ſtatim poſt ſuturam ſplenium glutinatorium inflãmationibus arcendis idoneum adhibemus. qui verò adhuc cruenti ſunt,& glutinari non poſſunt,in his ex maioribus interuallis ſuturas fieri oportet,vt oblonga ſectionis
figura fiat: deinde linamenta indere, & puris generationi
ſtudere,quemadmodum ſuperius de abſceſſibus docui-
F mus.At verò ad eos qui chirurgiã recuſant, medicamentis tumorem diſcutientibus vtemur. Emplaſtrum ad meliceridas. Paſſarum vuarum vinaceis ademptis lib.I.cumini leuiſſimè ſecti ſeſcuncẽ, nitri quadrantẽ. omnia ſimul in mortario ſubacta adhibeto ac adalligato. At ſi tenſiones ex conſtrictione remittere oportet,cerato excipito, ex oleo ſicyonio & pauca maſticha præparato. Aliud
ad meliceridas,& ceria, id eſt *fauos* appellatos tumores,
cõmodum: Squamam æris & pollinem paribus portionibus ad malagmatis formam ſubigito ac adhibeto. A-
G liud, ad meliceridas & ſteatomata. Ceræ,terebinthinæ,
ſquamæ æris,ſing.ſextantem,ſulphuris viui,nitri, ſingul.
vnciam vnam,radicum ſiccarum cannabis ſylueſtris drachmas trigintaquinque,&,ſi defuerint, ariſtolochiæ tantundem: olei antiqui libram vnam. Radices per triduum
aqua madefactas & cõtuſas in oleo coquito donec torrefiant: deinde ipſis abiectis,cætera quæ liquari debent liquata admiſceto,& arida ex aceto trita adiicito,ac vtitor.

Aliud diſcuſſorium ad meliceridas. Salis ammoniaci,ſpumæ argenti ceruſſæ,ſing.libram vnam, ceræ, tere-
H binthinæ,galbani,opopanacis, ſing. vnciã vnã,rubricæ ſinopicæ ſeſcuncem,aceti heminam,olei antiqui libras III.
ſpumã argenti,ceruſſam, & ſal læuiſſimè trita in oleo coquito,deinde rubricã aceto tritã adiicito,& liquabilia liquata affundito,omnibúſq; ſimul ſubactis ac perfrigeratis

opopanacem ac galbanum aceto diſſoluta admiſceto,ac
vtitor. Aliud ex aſellis paratum ad ſtrumas & melice-
ridas: quod etiam cicatricem inducit. Aſellos ſub hy-
driis ſtabulantes ducentos, oſtreorum vſtorum drachm.
quatuor,rubricæ ſinopicæ drach. octo, terebinthinæ lib.
vnam.oſtrea & rubricam primùm ſeorſim,deinde ſimul
terito, & tum aſellos adhuc viuos adiicito,ac ſimul te-
rito,& poſtea cum terebinthina ad calidum cinerem len-
tè coquito, donec non amplius inquinet: ſublatúmque
ab igne medicamentum in mortario ſubigito,ac adhibe
to, & quinta die exſoluito. poteſt tamen locus ſubinde
prolui ac rigari aceto.

De ſteatomatibus,hoc eſt tumoribus adipoſis,
Cap. VIII.

STeatoma eſt tumor præter naturam,adipem in ſe con-
tinens, malè concolor, & tactu lenis, & in principio
quidem puſillus,ſed temporis progreſſu ampliatur.plera-
que verò ſteatomata baſin habent ampliorem, ratóque
contingit vt baſis anguſtior, & apex amplior reperiatur.
Differt à ſtruma,tactus mollitudine.qua nota etiam à me
liceride & atheromate diſcernitur.Curatur & hic per chi
rurgiam,ſectione pro tumoris magnitudine fiente, ſim-
plici,aut ad myrtei folii ſimilitudinem: atque hîc liberè
cutem incidimus.Non enim ſicut in atheromate ac me-
liceride tunicæ ſectionem formidamus. Nam pinguedo
adipoſa etiam ſi ſecetur non effluet: verùm illud negli-
gendum non eſt(quod in ſtrumis quoque prædiximus) ſi
ſteatoma eleuatum fuerit,in circuitu & ſubter excoriari
oportere:in circuitu per ſcalpellum, ſubter verò digitis.
inſertum verò in ambitu & ſubter incidendum eſſe.Per-
acto opere,vulneris labia ſuturis conſtringãtur,vt melius
glutinentur. aut linamenta profunda indantur,&curatio
ad puris generationem adhibeatur.At verò ſi ſteatoma-
ta apicem amplum, & baſin anguſtam habuerint, omiſ-
ſis ſuperuacuis,tota à baſi reſcindemus. hic enim chirur-
giæ modus expeditiſſimus eſt, & vlcus paruum ac planũ
fiet,& curatio compendio tranſigetur. Cæterùm ſteato-
mata diſcutiuntur,floribus buphthalmi cera & oleo anti-
quo exceptis.Idem facit & cyclamini radix axungia ve-
teri excepta.poſſunt & emplaſtra ad meliceridas præſcri-
pta adhiberi, præſertim quod ex ſulphure & nitro para-
tur,& ſimilia inferius referenda.

De ganglio, Philagrii, Cap. IX.

GAnglium eſt nerui nodoſa coactio ac tumor,ex pla-
ga aut labore obortus, ratóque ſpontè proueniens,
manuum iuncturas ac talos frequentius occupans: rarius
cubitum & caput. fit & in aliis partibus..Quantum ad no
tas attinet, tumor eſt inæqualis,paruus, dum comprimi-
tur ſtupidum ſenſum exhibens. differtque à meliceride
& atheromate tumoris inæqualitate & reniſu, & quòd nõ
orbiculatim velut illa tranſfertur, ſed dextrorſum ſolùm
ac ſiniſtrorſum pro nerui ſitu flectitur. Cæterùm à gan-
gliorum chirurgia abſtinemus, præſertim ſi in manibus
fuerint ac pedibus, & medicamentis tantùm curamus.
Ad hanc rem ammoniacum iuxta ignem ad emplaſtri
compagem emollitũ imponitur, & lamina plumbea tu-
mori æqualis ſuperponitur,& ne hinc & inde labet,arctis
vinculis media conſtringitur. Tranſactis aliquot diebus
vbi ganglium fuerit emollitum, nulla rei mentione ad
ægrum facta,ſtatim dum adhuc calet locus, vincula tolli-
mus,& pollicem dextræ manus ganglio immittimus, ac
reliquos quatuor digitos ipſi parti iniectos comprimi-
mus,& ganglium confeſtim diſſoluitur.Vtere etiam mol
litoriis emplaſtris,præſertim eo quod ex pſyllio,pice,ma
ſticha nigra, ſtercore columbino,& malua ſylueſtri præ-
paratur. vtere & Lucii malagmatis ad contractos articu-
los deſcriptis. Cõmodum eſt etiam hoc: Ceruſſæ,olei
antiqui,reſinæ pinus,ſingulorum lib. vnam, ceræ ſextan-
tem,ammoniaci thymiamatis,galbani, ſingulorum vnc.
vnam. Ceruſſam cum oleo coquito donec non amplius
inquinet:deinde ammoniacum tritum,poſtea reſinam &
ceram:poſtremùm galbanum præmollitum adiicito. a-
lii reſinæ quincun cem,ceræ autem trientem coniiciunt.

De vaſorum dilatatione, Cap. X.

A VAſorum dilatatio, quam aneuriſma *Græci* vocant,in
qualibet corporis parte fit,ſed in gutture frequẽtius,
vbi tumorem branchocelam appellatum producit.Acci-
dit ſæpiſſimè mulieribus in partu, propter violentam ſpi
ritus detentionem:ſed & in capite circa arteriarum locos,
& in reliquo corpore vbi arteriæ vulnerantur: ſicut quan
do imperiti medici venam cubiti ſecturi, ſimul ſubiectã
arteriam diſſecant. Oritur autem omnino vaſorum dila-
tatio,aut dum ſanguis &ſpiritus ex arteriis perſultant,aut
dum oſcula ipſarum aperiuntur,aut dum rumpuntur. ſan
B guis autem & ſpiritus paulatim excreti ſub cute colligun
tur. Notæ aneuriſmatis ſunt, tumor paruus aut magnus,
concolor,citra dolorem,ad tactum mollis, ſpongioſam la
xitatem præ ſe ferens: & ita ad digitorum compreſſionẽ
cedens vt propemodum euaneſcere videatur: verùm a-
motis digitis citiſſimè reuertẽs, id quod in menti aneu-
riſmate & reliquis quæ ſine vulnere fiunt, præcipuè vide-
re datur. At vbi arteriæ vulnus præceſſit, & deinde coale-
ſcente cute vaſorum dilatatio acceſſit,tumor non ſimili-
ter mollis occurrit.Sãguis enim copioſior ſpiritu eſt, qui
C in grumos coit, & tumorem extendit. atque hæ quidem
ſunt notæ.Quantum verò ad curationem attinet,ſciendũ
deplorata eſſe aneuriſmata apud chirurgos, quæ gutturi
ac capiti accidunt.Simul enim cũ aneuriſmatis ſectione,
abundantiſſima ſanguinis eruptio contingit, cum qua
etiam vitalis ſpiritus ſimul erumpit,vt homo ſæpe in me
dicorum manibus deficiat. At verò quod in cubiti caui-
tate fit aneuriſma,hoc modo per chirurgiã aggredimur.
Primùm arteriam supernè ab ala ad cubitum per inter-
nam brachii partem delatam ſignamus:deinde in eadem
D interna brachii parte ſimplicem ſectionem,tribus aut qua
tuor digitis infra alam, per longitudinem facimus, vbi
maximè ad tactum arteria occurrit, atque ea paulatim
denudata,deinceps incumbentia corpuſcula ſenſim exco
riamus ac ſeparamus,& ipſam arteriam cæco vncino at-
tractã duobus fili vinculis probè adſtringimus,mediám-
que inter duo vincula diſſecamus, & ſectionem polline
thuris explemus,ac linamentis inditis congruas deliga-
tiones adhibemus.Poſtea verò tumorem in cubiti caui-
tate ſiue flexura ſecuri ſecamus, nihil amplius verentes
E ſanguinis eruptionem.Tunc grumis euacuatis, arteriam
vnde ſanguis prodiit perquirimus, & repertam vncino
attractam ſicut priorem conſtringimus ac diſſecamus,
rurſúſque thuris polline ſectione expleta,puris generatio-
nem procuramus. Cæterùm ad gutturis aneuriſmata, em
plaſtrum è cupreſſo inferius inter diſcuſſoria medicamẽ
ta deſcribendum commodè adhibetur.

De ceriis,hoc eſt fauis, Cap. XI.

CErium tumor eſt vlceratus,incumbẽtem cutem per-
rodens,ita vt ex foraminibus melleus humor excer-
F natur:quapropter tum ob foraminum figuram, tum pro-
pter excreti humoris ſpeciem, cerium, *hoc eſt fauus* appel-
latur.frequenter autem in muſculoſis locis,in articulis,&
plantis pedum oritur.ſæpe etiam ſextam colli vertebram
occupat,& aliquando etiam coſtas inuadit. Si verò in ca-
pite generatur,primùm reliquis partibus, deinde caluæ
etiam putredinem tranſmittit.Proinde in principio ſub-
ſcriptis medicamentis curationem tentabimus. Quibus
ſuperatis,partes corruptas,præſertim in capite,reſecare o-
portet, deinde membrana caluam ambiente diſſecta,
G os caluæ deradere, tum ferreis cauteriis labia ſectionis
exurere, ita vt caluam ne attingamus, id quod etiam in
aliis diuturnis affectionibus fieri debet. Poſtea medica-
menta ad nomas deſcripta adhibenda ſunt: quale eſt ſic-
cum ex charta vſta præparatũ, & paſtillus è lana ſuccida,
ac reliqua huiuſmodi. Lenticulam quoque coctam, cum
malicorio aut oliuæ foliis imponemus.Sedata autem no
ma,curatio reliquis vlceribus communis fiat. At verò in-
cipientibus fauis commoda hæc ſunt:Sulphur & ordei fa
rinam aqua mulſa coctam imponito. aut adipis ſuilli,te-
H rebinthinæ,& mellis pares portiones ad congruam com-
pagem coctas adhibeto.At vbi aperti fuerint,ſulphure vi-
uo cum pice liquida vtitor. aut erui farinam cum melle
impone. aut ſquamæ æris,pollinis thuris, paſſarum vua-
rum,pares portiones ſimul tritas adhibe. Ad ampliores

autem fauos,ficus probè tritas apponito.Ego verò lenticu
lam coctam, cum malicorio ac melle ſubactā,imponere
ſoleo, & ſi inflammatio adſit, modicum panis adiicio.
Sedata verò inflammatione, malagma Helladicum, aut
emplaſtrum melinū Serapionis, aut Paſionis, aut Venus
appellatum adhibeo. Molliora autem adhibenda medi-
camenta eſſe oportet,propter moleſtias ex duris oborien
tes.ſi itaque durius fuerit,cum oleo emolliendum erit.

Emplaſtra ad cruenta vulnera glutinanda,& ad
multos vſus commoda,
Cap. XII.

ATractylis,quam aliqui androſæmon vocant, herba
eſt aculeata,humorem ſanguineum reddens, ſi folia
eius comprimantur. Hanc radicitus euulſam & in vmbra
ſiccatam terito,& anguſtiſſimo cribro excernito,& de ea
accipito trientem: colophoniæ ſeſquilibram, olei dulcis
trientem:æruginis ſextātem,ceræ beſſem. oleum,ceram
& colophoniam liquefacito & excolato:deinde æruginē,
& poſtea herbam tritam ac cribratā adiicito, tum omnia
ſimul in frigidam aquam coniecta manibus ſubigito, &
in eadem frigida per totam noctem ſinito, ac deinceps
ad cruenta vulnera in quacunque corporis parte reponito
ſiue in infātibus,ſiue in adultis fuerint. Facit & ad vlcera
antiqua, ſectiones, ictus, ſugillata, & ex frigore dolores.
Exterit cruſtas,& cætera quæ in vlceribus difficulter re-
purgātur. lepras item ac vitiligines curat. Etenim femur
cuiuſdam enſe diſſectum ita vt vulnus vſque ad inguen
penitiſſimè progrederetur,quum per quatuor menſes æ-
ger decubuiſſet, neque glutinationis initium appareret,
hoc ego medicamento agglutinaui. Tibiam præterea
alterius à poplite vſque ad talum vulneratam,inflamma-
tione prius mitigata, cum cataplaſmate ex lomēto paſſo,
vino mulſo & roſaceo,intra paucos dies perſanaui. Ego
verò,inquit Philagrius,cum Iſide emplaſtro antiquos ſi-
nus, non inflammatos, & repurgatos,ac vino mulſo elo-
tos,ad vires videlicet exſiccandas, feliciter curaui. Illud
verò conſtat,fiſtularum ſinuúmque ligamenta à ſuperio-
ribus partibus ad inferiores moderata conſtrictione du-
cenda eſſe, quò humores in cauitatibus deliteſcentes ad
oſculum vlceris exprimantur. Viride Andromachi he-
catontodrachmon vocatū: Ammoniaci thymiamatis
drach.octo,ſquamæ æris drach.duodecim, pollinis thu-
ris drach.ſedecim,reſinæ pinus drach. duodecim, adipis
vitulini drach.quatuordecim,terebinthinæ drach. octo,
ceræ drach.triginta,olei drach.octo, aceti quantum ſatis
eſt.Hoc magna vulnera glutinat,ſordida vlcera exterget,
craſſáque ipſorum labia deterit,ſinus contrahit, diſcuſſo
riam ac repulſoriam vim habet: & cum cerato linamen-
tis illitum ac inditū caua vlcera incarnat. Viride quod
Iſis appellatur, à quibuſdam Hermoni ſacerdoti inſcri-
ptum.Hoc ad multos vſus commodat,& ad omnia vulne
ra,præcipuè capitis vnà cum oſſibus diſſectis.Sanat enim
citra deſtructionem ac perforationem. facit etiā ad pun-
cturas,aculeos infixos,hominum ac canum morſus. ad
viperæ item ac ſcorpionis,draconiſque marini,ac paſtina
cæ venena.& ad artuum fracturas cum vulnere. citius e-
nim ac ſecurius callum obducit. Facit ad fiſtulas omnes
recentes,& antiquos ipſarum receſſus,ſinus, tubercula,pa
rotidas, mammarúmque ac alarum abſceſſus, aut vt ne
fiant,aut vt facti curentur, commodum ſaniei effluxum
nobis procurantibus.idem ſtrumas aufert cum tunicis ce
lerrimè ſuppurans.Fronti verò impoſitum fluxiones ocu-
lorum ſiſtit.Liuores delet, gangrænas obliterat, putredi-
nes repurgat. & in ſumma efficax eſt medicamentum ad
omnia: Ceræ drach.centum, colophoniæ drach.ducen-
tas,(alii cētum)ſquamæ æris rubri,æruginis raſæ, ariſto-
lochiæ rotundæ,thuris,ſalis ammoniaci,ammoniaci thy
miamatis,æris vſti,ſingulorum drach. octo, aluminis v-
ſti drach.ſex,aloes,myrrhæ,galbani, ſingulorum drach.
duodecim, olei antiqui lib. vnam vel ſeſcuncem, aceti
quantum ſatis eſt. atque hoc quidem emplaſtrum ab-
ſolutè Iſis appellatur. Verùm Iſis quæ Epigono inſcribi-
tur,etiam radicis dracunculi drach.octo,recipit: qua Ga-
lenus ſe vti dicit. Sola enim dracunculi radix per ſe tuſa
ac probè trita ad puluilli formam, maligna vlcera curat.

A Metallica igitur cum aceto in mortario terito, & deinde
reliqua trita ac cribrata adiicito, & liquabilia liquata ad
ipſa in mortarium affundito, ſubigito ac vnito, & vtitor
aliquando puro,aliquando mixto ac diſſoluto. Ad vlcera
enim ſordida adhibetur medicamenti pars vna, cerati
verò roſacei liquidi partes duæ. Verùm ad ea quæ modi-
ca exterſione opus habent, medicamenti pars vna, cerati
partibus tribus admiſcetur. Emplaſtrum Machærionis
celebre,& ad multa cōmodum.Cōgruit ad relata omnia.
ſed & recentia vulnera glutinat, & ab inflammatione tu
B tatur,& præſertim quæ contuſa ſunt. Facit & ad canis ra-
bidi morſum ſpatioſiore loco impoſitum, & aſſiduè per-
mutatum.facit ad omnem nomen ac vlcera depaſcentia,
& ad aurium ac pudendorum vlcera. in oſſibus autem
denudatis carnem auget. competit & narium vlceribus.
diluitur autem roſaceo. Ariſtolochiæ rotundæ, galbani,
æruginis raſæ,opopanacis,iridis Illyricæ,ammoniaci thy
miamatis,myrrhæ,ſingulorū drach.octo, terebinthinæ,
ceræ,olei omphacini,ſingulorum ſeptuncem & vnciæ di
midium.Olei dimidium cum ærugine terito, & reliquū
C cum cera ac terebinthina coquito: opopanacem autem
cum aceto diſſoluito & ſimul ſubigito omnia,ac vnito.

Emplaſtrū cephalicum ex herbis, ſine perforatione.
Squamas diſparat,& oſſa corrupta educit. verùm oſſibus
præraſis adhibere oportet. Idem ad recentia vulnera fa-
cit,& nomas linamentis inditum repurgat: cum roſaceo
verò cerato replet, vna eius parte ad duas cerati admixta.
facit & ad carcinomata ac putrida vlcera. exterit lepras,
furunculos diſſoluit,ſtrumas ſuppurat & expurgat.conue
nit podagricis, & tophaceas ipſorum duritias diſſoluit.
D Anagallidis cæruleum florem habentis, papaueris corni-
culati,foliorum tenerorum hyoſcyami,marrubii viridis,
ſingulorum drach. quinquagintaſex, ſquamæ æris rubri
drach.vigintiquinque,mannæ thuris drach.viginti,reſi-
næ pinus ſiccæ drach.ſedecim,aloes drach.ſex, aluminis
ſciſſi & rotundi, ammoniaci thymiamatis, ſalis ammo-
niaci,ſingulorum drach.quatuor,ceræ drach. centùm,o-
lei veteris heminas duas ſiue vncias vigintiquatuor, ace-
ti quantum ſatis eſt.Herbarum folia in pila leuiter tundi-
to vt ſuccus non exprimatur:deinde in mortarium con-
E iecta minutiſſimè terito. Et in alio mortario, ſquamam,
pollinem thuris,reſinam pinus,alumen, aloen, ſalem, &
ammoniacum thymiama, ad ſolem ad ſtrigmentitiam
ſpiſſitudinē cum aceto terito, & admixtis herbis omnia
ſimul terito. Liquabilia deinde liquata frigefactáque ac
eraſa adiicito,ſubigitóque ſimul,ac vtitor. Emplaſtrum
Heſtia, id eſt *Veſta* appellatum, quod etiam ex *Græci* no-
minis ἑςία literarum calculo,drach. DXVI.inſcribitur,&
ad Nechepſonem regem refertur.Conducit ad omne vul
nerum genus. ad neruorum puncturas per ſe ſufficit. o-
F mnem oculorum deſtillationem pro glutinamento appo
ſitum reprimit.Venenum virus eiaculantium beſtiarum
exugit,ita vt emplaſtro adhærens comperiatur. nomas
item & fiſtulas ac vlcera maligna repurgat & ad cicatricē
perducit. narium ozænas ſanat cum aceto.facit &ad ſtru
mas, & tumores induratos. aut enim diſcutit ipſos, aut
rumpit,vt admireris. varices ſanat,ſagittas & aculeos ex-
trahit. Spumæ argenti,ceræ,ſingulorū drach.ſeptuagin
taquatuor, terebinthinæ drach. ſedecim, ariſtolochiæ,
propolis, galbani, ſingulorum drachm.viginti, æruginis
G drach.decem,gallarum, radicis chamæleontis nigri, ſin-
gulorum drach.vigintiquatuor, olei ſextar. quatuor, adi-
pis vitulini drach.quadragintaocto,aceti drachm.viginti
quatuor,ſucci braſſicæ drach.octo,ſerapiadis triteſticula-
ris drach.ſedecim,ſucci medullæ arūdinum drach. duo-
decim. oleum,ſpumam argenti,& adipem ſimul coquito
donec probè vniantur: deinde ceram, reſinam,galbanū.
propolin prius cum modica cera in mortario tuſam ad-
iicito, & ab igne ablatis,ariſtolochiam, gallam, radicem
chamæleontis addito: æruginem verò cum ſuccis & ace
H to tritam,reliquis,vbi iam tepuerint, poſtremùm admi-
ſceto, omniáque ſimul in mortarium coniecta ſubigito,
ac manibus emollito. & vtere tanquam admirando. A-
liud,ad cruenta vulnera glutinanda, Purpura inſcriptum:
Spumæ argenti,olei dulcis, ſingulorum libras duas,picis,

ceræ,colophoniæ,ſingulorum vnc.ſedecim, radicis ſymphyti minutiſſimè tritæ ac cribratæ ſextantem , ſanguinis draconis ſextātem,aquæ marinæ vnc. viginti.oleum, ſpumam argenti, & aquam marinam ſimul coquito, donec non amplius inquinent: deinde liquabilia liquefacta adiicito,& ab igne ablatis draconis ſanguinē ac ſymphytum addito,& perfrigerata manibus ſubigito, ac in maſſas efformato.Cæterùm ſanguis draconis in India ex herba dracūculo appellata colligitur. Phœnicinum Galeni: Spumæ argenti læuiſſimè tritæ libras tres ,adipis ſuilli inſulſi antiqui libras duas , olei antiquiſſimi libras tres, chalcitidis crudæ trientem. Spumam argenti tritam ac cribratam , rurſus cum chalcitide in mortario exquiſitiſſimè conteres: deinde oleum in ſole admiſcebis, vt liquidum medicamentum permaneat. tum adipem exemptis fibris in mortario tuſum, quò facilè liqueſcat,ad ignem liquefacito , & excolato donec puriſſimus euadat: atque eius ita præparati lib. duas in mortario diligenter cum cæteris permiſceto. Deinde omnia ſimul in cacabum tranſfuſa coquito,ac palmæ ligno agitato. ſufficiet autem tibi ramus vnus magnus, vt craſſiore eius parte ad agitationem ſpathulæ vice vtaris. Adhærentes autem craſſæ eius parti ramulos vtrinque exortos reſecabis,& corticem detrahes, & in tenues partes conciſos in medicamentū coniicies, vt ibi ſuccus ipſorum excoquatur.Hæc verò ſegmenta palmæ, tum demum iniicies vbi medicamentum cerato ſimilem compagem habuerit.Si enim à principio inieceris , ſuccus per decoctionē conſumetur,quem ob vim adſtrictoriam permanere volumus.Sed & ipſius ſpathæ qua pharmacum verſatur pars infima in coctura areſacta,reſiccanda ac abiiciēda eſt, ac reſidua vtendum,atque hoc ſæpe faciendum eſt, vbi fuerint reſiccata. Vbi verò pharmacum non amplius inquinarit,priuſquam exareſcat ab igne tollatur , & exemptis omnibus rami ſegmentis agitetur donec frigeſiat.Deinde in mortarium tranſlatum , ac manibus ſubactum , in maſſam redigatur.Hoc ad cruēta vulnera,& vlcera ægrè cicatricem accipientia vtimur , & oleo dilutum in ſinus fundimus. Conuenit partibus omnibus inflammatis & podagris,quo tempore dolores non vehementer vrgent, & irrigationibus ac fomentis mitigantibus opus eſt. facit ad inguinum tumores, tubercula, ambuſta , perniones,contuſa,fracta,& omnes fluidas affectiones. At verò ſi chalcitidis ſeſcuncem inieceris, longè efficacius fiet ad ampla vulnera glutinanda,& ad cicatricem inducēdam. ſed non ita inflammatis conueniet. In diſſoluendo verò pharmaco hanc proportionem ſeruabis, vt medicamentum paululum olei quantitatem excedat,præſertim æſtatis tempore, vt ſit medicamenti quidem dextans,olei verò dodrans. Emplaſtrum duplicis coloris: Æris vſti quadrantem,aluminis ſciſſi vnc.vnam,colophoniæ,adipis ſuilli recentis,ceræ,ſingulorum lib.vnam,aceti quantum ſatis eſt. Emplaſtrum ex aqua & oleo : Spumæ argēti,olei ſynceri,aquæ puræ, ſingulorum libras duas. argenti ſpumam cum oleo & aqua in mortario exquiſitiſſimè terito, deinde ad prunas aſſiduè verſata coquito, donec non amplius inquinent. Hoc moderatè refrigerat, & ideo partibus vlceratis nihil influere ſinit, & quod iam influxit,repellit.Deſiccat etiam ac diſcutit & vlcera ad cicatricem perducit.Vtimur eo ad mulierum , infantium, eunuchorum,ac cætera corpora quæ molles ac albas carnes habent.Efficitur autem adeo glutinoſum vt ne ablutum quidem detergi poſſit.Sed vlceribus cicatrice includendis præcipuè commodum eſt , vt adhibitum multis diebus adhæreat. cuius facultatis eſt & parhygrum appellatum,& reliqua huiuſmodi. Emplaſtrum ex vino & oleo: Spumæ argenti lib. vnam, vini & olei, ſingulorum lib.tres.Spumam argenti in mortario ſub caniculæ ardore per dies quindecim,cum vino antiquo dulci terito,tantum vini inſtillando quantum exſiccari poteſt, & poſt prædictos dies oleum ac vinum affundito,& coquito ſimul aſſiduè agitando,donec non amplius inquinent, & vtitor.Hoc ego medicamentum oleo dilutum ad vlceratas affectiones adhibui,& ſinus glutinaui. & femur diu induratum perſanaui,& optimum etiam ad vulnera cru-

A enta cognoui . ad ſinus verò & duritias,ſolidū prout habet impoſui. Emplaſtrum ex aceto & oleo. Spumæ argenti libr.vnam,olei antiquiſſimi libras tres, aceti albi acerrimi libras tres.ad lentum ignem aſſiduo verſatu coquito,obſeruans ne in grumos coeant: & per integrum diem ebullire ſinito,donec nigreſcat ac ſplendeat medicamentum. Enitendum eſt autem vt reuera non inquinet. facilè enim imperitis imponit . nam in frigidam aquam diffuſum,duriſſimum ſtatim euadit: ſed poſtea digitis diutius ſubactum remolleſcit, languétque ac rurſus B inquinat. proinde non prius ab igne remouebis , donec compertum habueris non amplius inquinaturum. Habet hoc ſummas exſiccandi vires, & ideo cruenta vulnera glutinat. vlcera curatu difficilia,& fiſtulas incipientes ſanat.Ego enim cum eo fiſtulam pueri à parotide exortam ſanaui,quæ ſemeſtris exiſtens vſque ad mandibulæ articulationem progreſſa fuerat.Sed & mulieres & adoleſcentulos eodem curaui & induratos muſculos emolliui. Tribus autem diebus tranſactis,ſoluere hoc oportet , & nouum adhibere,idque rurſus poſt triduum exoluere.

C Emplaſtrum Galeni fuluum, Harmonia appellatum.ſuprà ad maligna vlcera deſcripſimus. Emplaſtrum fuluum Piſcatoris. Ad cruenta vulnera,ſinus glutinat,inflammationes ſedat,duritias ac ſtrumas diſcutit,plurimo roſaceo dilutum caua vlcera replet,ſordida extergit,& ad cicatricem perducit: Spumæ argenti ſeſquilibram, ceræ libras duas,galbani,œſypi,terebinthinæ, propolis , pollinis thuris,rubricæ,ſingulorum ſextantem, olei libr.duas, aceti lib.tres.Spumam argenti ad æſtiuum ſolem cum aceto terito, quantum imbibere poteſt.deinde oleo ac re- D liquo aceto affuſis,ſimul coquito donec non amplius inquinent.tū liquabilia liquata & excolata iniicito,& poſtea ab igne ablatis pollinem thuris ,rubricam, ac galbanum ex aceto tritum adiicito, omniáque ſimul ſubigito. & demum frigefacta ac eraſa manibus mollito ,ac vtitor. Hoc ad ſinus glutinandos efficaciſſimum eſt, ita vt ſpongia ex vino expreſſa ſuperimponatur. Aliud fuluum Piſcatoris.facit ad cruenta vulnera &conciſos neruos.itē ad antiqua ægrè recipientia cicatricem , ac fluida vlcera: probè etiam emollit, præſertim duritias circa mammas E exortas. vtimur eo & ad hominum & canum morſus. Egregiè facit & ad paſtinacarum marinarum, & draconū, & aliorum horrēdorum piſcium plagas. Et in ſumma eſt cōpoſitio admiranda: Spumæ argenti,ceræ, ſingulorum drach.centum,terebinthinæ,mannæ thuris, galbani, rubricæ ſinopicæ,ſingulorum drach.octo, olei libras duas, præpara ſicut diximus, abſque tamen aceto. Aliud Piſcatoris celebre:Spumæ argenti,ceræ,ſingulorum drach. centum,terebinthinæ,myrrhæ,minii ſinopici, æruginis raſæ,ſquamæ æris, ſingulorum drach. octo, ariſtolochiæ F drach.octo,thuris drachmas xxv. diphrygis drach. ſex, ammoniaci thymiamatis, galbani , ſingulorum drachm. duodecim,olei libras duas. Aliud Tyrium. Ad ampla vulnera & quadrupedum morſus. furunculos diſcutit aut rumpit,humorem ex cruſtis inductis extrahit,& ad cicatricem ducit, fronti impoſitum oculorum fluxiones reprimit.Hoc poſt cocturam, purpuræ Tyriæ colorem habet,atque hinc appellationem traxit: Spumæ argenti libras quinque, æris vſti, ſquamæ æris, æruginis, galbani, ſingulorum trientem, ceræ libras duas, reſinæ pinus pin- G guis lib.tres,olei libras ſex. Spumam argenti & oleum in mortario ſimul probè trita,in ollam coniecta coquito, & aſſiduè verſato donec mellis compagem acquirant. deinde adiecta ærugine & ſquama,ebullire ſinito, & poſtea æs vſtum addito , & ſimul coquito donec bonus color euadat,& non amplius inquinent:tunc ceram ac reſinam excolata adiicito,ac rurſus coquito donec non inquinent,& poſtremùm ab igne ablatis galbanum admiſceto, manibúſque probè ſubigito ac vtitor. Emplaſtrum ex ane- H mona: Colophoniæ drach. ſeptuagintaquatuor, reſinæ pinus liquidæ,ceræ,ſingulorum trientem,olei dodrantē, florum anemones recentium, exempto nigro quod in eis reperitur,& reciſis vnguibus,beſſem.Colophoniam cum oleo ad lignorum pini ignem coquito,& tædacea ſpathula vſque ad ſolidam compagem agitato : deinde reſinam

ádiicito, ac rurſus coquito donec non amplius inquinẽt, & poſtea ceram addito, qua liquefacta medicamentum ab igne tollito, & ad flores in mortario tritos diffundito, manibúſque oleo illitis ſubigito: eſt enim glutinoſum. aquam autem vitare oportet. Facit ad cruenta vulnera, & carnes contuſas, ad maligna antiqua exuberantia ac ægrè cicatricem admittentia vlcera. ad venenum eiaculantium beſtiarum ictus. ad tumidos, inflammatos, dolentes ac ægrè mobiles articulos. ad ſtrumas, fiſtulas, gãglia, ſteatomata, furunculos, ſinus, nomas, abſceſſus tum aliarum partium, tum maximè thoracis. ad eruptionem ſanguinis narium, ſpleniũ ex eodem, ſtomacho imponitur. poteſt & ad frontem imponi. Et in ſumma, mollit, diſcutit, contrahit, ſiccat, ac dolorem mitigat. Quòd ſi cum aceto præparare malueris hoc medicamentum, ita facito: flores anemones reciſis vnguibus purgatos, & ad ſolem ſiccatos, in vitreo vaſe ſeruato, & eorum poſtea beſſem ſumito, & aceti albi acerrimi heminas Atticas tres affundito, ac per diem ac noctẽ macerato, deinde manibus ſubigito, paulatímque omnem ſuccum exprimito. & colophoniæ lucidiſſimæ drach. quadragintaduas, reſinæ pinus liquidæ, ceræ, olei, ſingulorum trientem, ſucci anemones heminas Atticas duas & dimidiam accipito. & colophoniam cum oleo ad tædæ lignorum ignẽ lentum coquito, tædaceáque ſpathula aſſiduè agitato donec ſolidius pharmacum euaſerit. Deinde reſinam paulatim adiicito, ne ebulliens extra ollam redundet, & rurſus bullire ſinito: & vbi iam planè ſolidum videris, ceram addito, eáque liquata medicamentum ab igne ablatum ſpathula verſato, atque vbi iam deferbuit, ſuccum paulatim inſtillato, diligenter obſeruando ne efferueſcat. facilè enim ebullit, vt periculum ſit ne ſuperfundatur. poſtquam autem ita paulatim admixtus fuerit, varium purpureum ac ſuauem colorem pharmaco affricat. Omni igitur ſucco iniecto ac vnito, medicamentum in mortarium transferatur, atque frigefactum manibus ſubigatur donec totus ſuccus ſecedat. Hoc ad eadem commodum eſt, ad quæ illud prius recentium florum pharmacum cõducit: niſi quòd leuius eſt ac magis temperatum, & ad canum morſus, ac venenatorum ictus commodum. Idem roſaceo dilutum ad ani ac pudendorum vlcera conducit, vbi remiſſiore medicamento opus habent.

Emplaſtra cephalica, & ad fracturas, & ad multa commoda, & de iuſto eorum vſu, Cap. XIII.

Cephalica, *hoc eſt capitalia*, emplaſtra dici ſolent quæ vulneribus capitis adhibita, vim penetrandi in altum habent, ſquamáſque ac ramenta oſſium diſparata, non ſolùm in capite ſed etiam reliquo corpore educunt ac extrahunt. Itaque acrimoniam quandam ipſis inſitam eſſe oportet, per quam ex profundo extrahũt ad ſuperficiem externam, non ſolùm oſſa ſed multo magis craſſum viſcoſum, aut omnino vitioſum humorem. Quæ verò ad fracturas fiunt, exterſoriam ac diſcuſſoriam vim habent. Quidam verò etiam adſtringentia ipſis admiſcuerunt, vt quod ad affectas partes effluit repellatur, & exterſoriorũ vis vſque ad profũdum deducatur. Verùm hoc noſſe expedit, quòd ſi adſtringentia non ad lanuginem minutiſſimam trita fuerint, atque hoc cum aceto, damnum magis quàm vtilitatem afferent, ſi attractoriis fuerint admixta. Sed & hoc ſcire oportet quòd inter emplaſtra ad fracturas præſtantiora ſunt quæ capitalia inſcribuntur: & propterea cum cerato, præſertim roſaceo, incarnare ſolent, linamentis excepta ac indita. Eiuſdem porrò generis cum cephalicis eſt Iſis quoque ſuperius deſcriptum emplaſtrũ, & quod Machærioni inſcribitur, & barbarum Heræ Cappadocis, quod aliqui Aphrum appellant, hoc: Emplaſtrum nigrum, ad inſigniores præſertim capitis diſſectiones, fiſtulas, ſinus, fracturas citra inflammationem glutinandas, ad neruos, cartilagines, ac oſſa conciſa. Facit & ad vlcera profunda, ſinúſque magnos glutinat. Adhibetur etiam commodè abſceſſibus diſſectis ad ſaniei eductionem. Splenicis etiam ac hepaticis conducit. & eſt ad cruenta efficaciſſimum vulnera. Ad ſanguinem reiicientes duobus coriis inducitur, quorum alterum pectori ac co-

A ſtis imponitur, alterum dorſo. ſanguinem enim ſupra opinionem ſiſtit. Facit & ad hominum ac canum morſus. & omnino inflammationes arcet: Ceræ, picis, bituminis, reſinæ pinus, ſingulorum lib. vnam, mannæ thuris ſeſcũcem, ceruſſæ, atramenti ſutorii, ſingulorum trientem, opopanacis ſextantem, olei, aceti, ſingulorum libr. vnam. Ceram, bitumen, oleum, acetum, modico ex eo relicto, omnia ſimul in ollam nouam indito, ac liquefacito. deinde picem & reſinam probè contuſa adiicito, & omnibus ſemicoctis, & ab igne remotis ac excolatis, atramen- B tum ſutorium modico aceto reſiduo tritum inſpergito, & ne efferueſcat caueto, atque iterum leniter coquito ac verſato. Vbi verò non amplius inquinat pharmacum, opopanacem reſiduo aceto maceratum ac diſſolutum affundito. & poſtea ceruſſam ac mannam probè trita inſpergito, & paululum tepefacito vt vniantur, cauens ne opopanax aut manna comburatur. atque ita medicamentum in mortarium diffundito, ac frigefieri ſinito, emollito, reponito, ac vtitor. hoc omnia vulneraria medicamẽta ſuperat, velut experimento conſtat. Eſt autem hyeme C per ſeptem dies, æſtate per quinque, aut re ita vrgente per tres exoluendum. Nigrum inſigne ad multa commodum Panalethes appellatum: Olei dulcis dodrantem, bituminis, ceræ, reſinæ pinus ſiccæ, picis, ſingulorum librã vnam, ſpumæ argenti, ceruſſæ, æruginis, ſingulorum drachmas decem, ammoniaci thymiamatis, thuris, aloes, myrrhæ, ſingulorum drach. octo, opii, ſucci malorum mandragoræ, ſingulorum drach. ſex, aluminis ſciſſi, atramenti ſutorii, chalcitidis, croci, ſingulorum drach. quatuor, aceti quantum ſatis eſt. Omnia à ſpuma argenti vſq; D ad crocum, probè ad ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem terito, deinde oleum, & bitumen ad fabarum magnitudinẽ contuſum, & ceram ſimul liquefacito, eiſque liquatis picem ac reſinam adiicito. & hæc liquata ac excolata rurſus coquito, & trita adiicito, ſubigito, ac vtitor. facit hoc ad vulnera recentia, ad enſium, ſagittarum ac lancearum puncturas, ad fracturas item, ad contuſiones, ſiue cum vulnere, ſiue ſine vulnere fuerint. vtere & ad neruos vulneratos, ad canũ, luporum, vrſorũ, leonũ, aprorũ morſus. facit & ad venenum eiaculãtium, & præſertim viperarum, E ictus, loco prius ſcarificato, & inde medicamento impoſito. Idem apponitur ad abſceſſus ſimplici ſectione diductos, & ſanie excluſa, vulnera ac vlcera repurgat. & quoſdam vertebris ac talis ſauciatos perſanauit. Ego verò manum alicuius enſe inter vlnam & radium vulneratam eo curaui. confert & ad ſcrotum conciſum, & ad hepatis ac ſplenis inflammationes ex febribus obortas. Duobus item coriis illitum, vt alterum pectori, alterum dorſo imponatur, ſanguinis reiectionem ſiſtit. Ad inflammationes autem irrigationis vice adhiberi poteſt, ita vt acci- F piatur de eo quadrãs, ceræ verò & reſinæ frictæ ac picis, ſingulorum ſextans, & olei libra vna. hæc liquentur ac colentur: & cum medicamento, ac farinæ ordeaceæ quadrante cum aceto trito imponantur. ſic etiam flagellatis conducit. Ægyptium Andromachi celebre, ad ſinus maximos glutinandos, ad oſſa carne nudata ac conciſa, ad detortos ac luxatos articulos, ad abſceſſus, ad hominum, quadrupedum ac reptilium beſtiarum morſus. fronti impoſitum, oculorum fluxiones ſiſtit. maximas ac profundiſſimas enſium cæſuras triduo ſanat. Eximiam G diſcutiendi vim habet, vt etiam pus, niſi valde multum fuerit, ſine cutis perforatione diſcutiat. Membra quomodocunque indurata emollit, & maligna vlcera ad cicatricem perducit: Ceræ, ſpumæ argenti, ſingulorum drach. centum quadragintaquatuor, ammoniaci thymiamatis drach. ſexagintaduas, terebinthinæ drach. trigintaduas, lanæ ſuccidæ vſtæ drach. octodecim, ariſtolochiæ, thuris, ſquamæ æris, ſingulorum drach. octo, ſquamæ ferri ſtomomatis drach. octo, myrrhæ drach. tres, opopanacis drachmas duas, olei cicini aut ſicyonii vel antiqui libr. tres. H Spumam argenti cum oleo ad compagem coquito. deinde addita ſquama, rurſus bullire ſinito donec non inquinet. Tunc ceram primùm, deinde ammoniacum tritum adiicito, & his liquatis terebinthinam addito. & ab igne ablatis, thus tritum, & lanæ cinerem, inſpergito. & frige-

factum pharmacum manibus ſubigito, ac vtitor aliquando puro, aliquando diluto. Panacea emplaſtrum, quod aliqui Trium fratrum vocant: Heras hygieıan, *id eſt ſanitatem* appellat. Facit ad nomas & omnia vlcera maligna. coercet enim nomas, neque cruſtam inducens, neq; circumſita corpora indurans, ſed omne corruptum rumpēs ac tabefaciens, vt nihil differat ab vuis paſſis humectis. Sanguinis fluxum ſupprimit tum alibi tum ex hæmorrhoidibus erumpētem. ſed & ipſas hæmorrhoidas tabefacit ac conſumit, præterea fiſtulas ſanat, & carbunculos, & ægilopas, & vlcera chironia appellata: & in ſumma totum ægrè curabilium ac diuturnorum genus: priuatim verò ad mammarum duritias, earundémque cancros ac nomas conducit. facit & ad hydropicos ſplenicóſque & articulorum affectiones. Et ad vteri quidem affectiones oleo Cyprino dilutum ac liquatum iniicitur: externis autem præſtat vt eſt imponere, velut ſingula alia. Omni verò vlceri impoſitum, etiamſi ferum fuerit, ſtatim ipſum mitius efficit, & dolores itidem ac vigilias mitigat. At verò roſaceo dilutū, ſinus magnos & fiſtulas glutinat, prius elotos: recentes autem ſinus aqua mulſa eluere oportet: deinde exteriùs medicamentum adhibere, & debitam ligationem facere. ad fauos etiā inflammatos efficaciſſimum eſt. Verùm Damocrates etiā ad canis rabioſi morſum, & venenum eiaculantium beſtiarum ictus iam liueſcentes ac denigratos, & ad medicatas ſagittas facere afferit: Spumæ argenti, bituminis Iudaici, terræ ampelitidis, ſingulorum drach. ducentas, thuris, propolis, ſingulorum drach. quinquaginta, aloes, polii, centaurii, galbani, aluminis ſciſſi, ſingulorum drach. vigintiquinque. chalcitidis vſtæ drach. ſedecim, chamæpityos, ſymphyti, radicis chamæleontis nigri, marrubii, helenii, ariſtolochiæ, ſingulorum drach. ſedecim, gallarum myrrhæ, iridis, ſingulorum drach. duodecim, terebinthinæ drachm. vigintiquinque, mellis Attici vnc. vigintiquinque, olei noui lib. octo. Spumam argenti, terram ampelitidem, bitumen contuſum, ad lentum ignem coquito, aſſiduéque verſato: citiſſimè enim exuritur. & ad ſtrigmenti ſpiſſitudinem redactis chalcitidem inſpergito, bulliréque finito. deinde alumen adiicito ac rurſus coquito, donec non amplius inquinet. in alio verò vaſe galbanum, propolin, & terebinthinam cum melle liquefacta habeto, & medicamento ab igne amoto, hæc admiſceto, & his probè vnitis arida trita adiicito, omniáque ſimul ſubigito, & in vaſe pelle cooperto reponito, ac vtitor tanquā admirando. Poteris etiam Archigenis nigro emplaſtro vti, quod inter orthopnoica medicamenta Sermone octauo habetur. Nigrum Iceſii. Ad omne vlcus recens ac vetus. ad contuſa, luxata, fracta, ad inflammationem & omnem dolorem. ſtatim enim à dolore liberat. Facit ad canum ac hominum morſus, ad furunculos & duritias, præſertim mammarum: ad tubercula ſedis, ad hydropem, & quæ diſcuti oportet. eſt enim attractorium ac glutinatorium. Vlcera maligna, ſtrumas, parotidas, perniones, panos, clauos, nigredines, impetigines, fiſtulas, & hæmorrhoidas inflammatas ſanat, aculeos & infixa extrahit. facit & ad venenatorum ictus, & quadrupedum morſus: Spumæ argenti, bituminis, terræ ampelitidis, ſingulorum drach. ducentas, propolis, ceræ, ſingulorum drach. quinquaginta, terebinthinæ, galbani, aluminis ſciſſi, ſingulorum drachmas vigintiquinque, chalcitidis drach. octo, myrrhæ, iridis, gallarum, ſing. drach. duodecim, mellis libras tres, olei omphacini recentis libras octo, coquitur velut panacea, & ſpathula tædacea aſſiduè agitatur, ne ſubſideat: facillimè enim comburitur. Nigrum Aſclepiadæ. Ad oſſium fracturas optimum. Hoc vſus ſum ad oſſium fracturas, in quibus oſſa diſparata velut innatabant, quæ quum cæteri auferenda iudicarent, ita præter opinionem detinuit vt inſtar calli coaluerint. Spumæ argenti drach. ducentas quinquaginta, bituminis drach. ducentas, ceræ, picis, ſing. drach. cētum, reſinæ pinus drach. quinquaginta, aluminis liquidi, propolis, ſing. drach. triginta, ammoniaci thymiamatis drach. vigintiquatuor, æruginis drachm. decem, olei drach. quadragintaquinque. Spumam argenti cum oleo coquito, donec non inquinet. deinde ceram

A & bitumen priuatim liquato, & picem adiicito, & omnia colata ad ſpumam argenti admiſceto: poſtea ammoniacum tritum addito, & rurſus ad bonam compagem coquito. deinde propolin ac reſinam pinus adiicito, & ab igne ablatis alumen & æruginem minutiſſimè trita admiſceto: poſtremùm medicamentum in aquam aceto permixtam diffundito, manibus ſubigito, ac vtitor. Emplaſtrum Athena inſcriptum: Cadmiæ drachm. viginti, æris vſti, malicorii, gallarum, ariſtolochiæ longæ ac rotundæ, ſalis ammoniaci, ſquamæ æris, nitri, aluminis ſciſ-
B ſi, aluminis rotundi, iridis, miſyos, atramenti ſutorii, chalcitidis, æruginis, aloes, myrrhæ, thuris, ammoniaci thymiamatis, galbani, ſing. drach. triginta, ceræ, picis, ſing. drach. centum, (vel vt alii habent, ducentas) colophoniæ drach. quadringentas, olei ſeſcuncem. Hoc quidem modo apud Oribaſium habetur: Aſclepiades autem habet aloes drach. duodecim, myrrhæ drach. duodecim, & ammoniaci thymiamatis drach. ſedecim. Arida ad ſolem æſtiuum ſufficientibus diebus terito & ad ea poſtea liquabilia liquefacta adiicito, ac vnito. facit ad ſinus, & maxi-
C ma capitis vulnera. citra inflammationem glutinat. Cerato liquido dilutum per linamenta inditur, ad punctos ac vulneratos neruos, ad muſculos conciſos, ad capitis vlcera, ad fiſtulas & vlcerum cuniculoſos receſſus. oſſa corrupta citra perforationem educit. facit ad nomas, putredines, canceratas affectiones, inguinum, alarum, ac colli nigredines, & ad vlcera ægrè recipientia cicatricem. & omnino vires ſiccandi habet, quas laudes Aſclepiades ipſi adſcripſit. Nigrum ex ſalicibus, celebre & ad multa commodum. facit ad cruenta vulnera, ad reſolutos arti-
D culos, ad fiſtulas. madore flaccidas carnes conſtringit, eryſipelata & alias affectiones citra oſſium fracturam obortas ſanat, pectori ac dorſo adhibitum ſanguinis reiectionem, tabidóſque ac pectore ſuppuratos, curat: Miſyos, chalcitidis, æruginis, ceruſſæ, gallarum, aluminis ſciſſi & rotundi, melanteriæ, ſing. ſeſcuncem, malicorii ſeſcuncē, atramenti ſutorii ſeſcuncem, ceræ, reſinæ pinus, picis, bituminis, foliorum ſalicis viridium, olei, ſing. libr. duas, olei roſacei trientem, aceti ſextarii dimidium vel quantum ſatis eſt. folia ſalicis cum aceto ad tertias decoquito:
E deinde foliis contritis ac humore expreſſo, primùm æruginem, ceruſſam & melanteriā læuiſſimè trita, & deinde etiam reliqua trita admiſceto, & poſtremùm liquabilia liquata affundito, frigefacito, ſubigito, eradito, ac vtitor. Aliud è ſalicibus à Critone ad Herodotum relatum: Melanteriæ, gallarum, aluminis ſciſſi & rotundi, ſingulorum ſeſcuncem, ceræ, bituminis, picis ſiccæ, reſinæ pinus, foliorum ſalicis, ſing. libr. duas, olei lib. duas, aceti ſextarii dimidium, præpara velut dictum eſt. Aliud è ſucco ſalicis, ex Oribaſio. hoc Magnus, inquit, inuenit ad deſtilla-
F tiones: Salicis folia viridia ad ſolem terito, poſtea in ollam nouam cum ſufficiente vino mittito, & appoſito operculo ad lentum ignem coquito, & excolato, adiectíſque foliis expreſſis ſuccum adſeruato, poſtea verò ſumito colophoniæ vnc. vigintiquatuor, olei ſextantem, ſucci libram vnam. & colophoniam percolatam cum oleo, ad lentum ignem coquito donec in aquam diffuſa & manibus ſubacta non amplius inquinet. Deinde ceræ vnc. vigintiquatuor admiſceto, eáque liquata, olláque ab igne amota, ſuccum ſalicis adiicito: vinum videlicet in quo
G folia cocta ſunt, paulatim inſtillando vt ne efferueſcat, & rurſus ad mitiſſimum ignem decoquito donec medicamentum reſederit. & deinde in mortarium tranſfuſum eodem ſucco infuſo, manibus diligentiſſimè ſubigito.

Emplaſtrum Cyzicenum appellatum. facit ad recentia ac vetera vulnera & vlcera cuniculoſa. duritias præſertim mammarum diffundit, attrahit, repurgat, replet, glutinat, cicatricem inducit. facit & ad canceratas duritias ac fiſtulas, & vbi ſcalpellum admoueri nō poteſt, velut in collo, collyrium ex hoc medicamento inditur. Idem minantes
H fieri abſceſſus mitigat, tubercula diffundit, ganglia, & collectiones fatigat ac rumpit. ſagittas, & oſſa, & aculeos, & infixa extrahit, cruſtas citra moleſtiam exterit. verùm in vlceribus cuniculoſis magnis ſpleniis vtendum eſt. Diſcutit etiam ſtrumas, & ad veſicæ affectiones egregiè facit,

pectini impoſitum ſanguinis eruptionem, (vel vt alii ha-
bēt, hæmorrhoidas ſupprimit) thoraci & dorſo adhibi-
tum tabidis confert: Thuris, myrrhæ, croci, iridis, bdel-
lii, atramenti ſutorii, propolis, aloes, chalcitidis, miſyos
crudi, aluminis ſciſſi & rotundi, radicis panacis, malico-
rii, ammoniaci thymiamatis, viſci, opopanacis, æruginis,
acaciæ, florum roſarum, ſing. drach. octo, æris vſti drach.
vigintiquatuor, (alii pro ære, ſquamæ æris tantundem
adiiciunt) ariſtolochiæ, gallarum, ſing. drach. ſedecim, te-
rebinthinæ drachm. centum quadragintaquatuor, ceræ
vnc. trigintaduas, adipis vitulini vnc. trigintaduas, aceti
aut vini antiqui ſextarium. Si itaque pharmacum acre &
diſcuſſorium habere malueris, acetum eligito: ſin adſtrin
gens ac repulſorium, vinum accipito. Arida & quæ ad
ſuccorum naturam accedunt, cum vino aut aceto teri-
to. deinde ad ceram cum adipe liquatam ac excolatam
terebinthinam adiicito, ſimûlque ad compagem coqui-
to. poſtea propolin ac viſcum addito, & ſpathula verſato,
& ad hæc diſſoluta, arida antea trita paulatim adiicito, ac
fortiter agitato. & poſtremùm in mortarium tranſlata
manibus ſubigito ac vnito. Ego verò neque acetum,
neque vinum adhibeo, ſed arida omnia ſolùm contero
& adiicio. nam ſi vinum aut acetum aut aqua admixta
fuerit, ad compagem non peruenit. Emplaſtrum Mo-
ſchionis. Ad vulnera recentia ac conciſos neruos, & diſſe-
ctiones cum contuſione. facit & ad fracturas cum vulne-
re. nam & vulnera ſanat, & oſſibus callum obducit, cum
debita deligatione impoſitum. facit & ad inchoantem
hydropem, & teſtes contuſos. arefacit etiam eminētias
ſedis. curat rimas butyro dilutum, & gutturis tumores
ſanat: diſſoluit omnem duritiem. facit ad articulos luxa-
tos ac diſtortos. calloſas manuum ac pedum eminentias
quas clauos appellamus, aufert citra exulcerationem. Et
eſt omnino pharmacum ad multa commodum. præpa-
ratur ſic: Spumæ argenti, picis ſiccæ, adipis vitulini, ſin-
gulorum vnc. viginti, terebinthinæ, mannæ thuris, ſing.
dextantem, ceræ quincuncem, æruginis, opopanacis, gal-
bani, ſingulorum vnciam vnam, picis liquidæ ſelibram,
aceti, ſucci ſycomororū, olei cicini vel ſicyonii vel anti-
qui, ſingulorum heminam vnam, id eſt libram vnam.
Spumā argenti cum oleo coquito, & vbi ebullierit adipē
adiicito, & aſſiduè agitato, & vbi cōpagē acceperint, cerā
picē ac reſinā adiicito, & coquito donec non amplius in-
quinent. deinde ſuccū ſycomororū, & picē liquidā ſeor-
ſim cocta, & ad cōpagē redacta admiſceto, & galbanum,
ac æruginem, & mannam thuris inſpergito. poſtremùm
opopanacem aceto diſſolutum addito: & ad ignē admo-
ta rurſus coquito donec non amplius inquinent. Atque
ita præparatum medicamentum in vinum transferto, &
per triduum ſinito: poſtea verò manibus emollito, ac vti
tor. Oportet autem poſt impoſitum medicamentum, fa-
ſciam vino imbutam exprimere, & circundare. Cæterùm
quod ſtatim ſubiiciam, ſuccum ſycomororum non ha-
bet. eſt autem medicamentum ad oſſiūm fracturas com-
modum. ad cruenta vulnera, ad ſinus glutinādos, & præ-
ſertim capiti aptum: Spumæ argenti, adipis taurini, pi-
cis ſiccæ, ſingulorum vnc. viginti, (vel vt alii habent ſe-
decim) olei cicini aut ſicyonii aut antiqui dextantem,
pollinis thuris, terebinthinæ, ſing. beſſem, ceræ trientem,
opopanacis, æruginis, galbani, ſing. vnc. vnam, viſci ſe-
ſcuncem. Spumam argenti cum oleo & adipe ad bonam
compagem coquito. deinde ceram, picem, ac reſinam
adiicito, & mox ab igne tollito. atque vbi paululum fri-
gefacta fuerint, reliqua cum aceto trita paulatim adiici-
to, ne efferueſcant, & rurſus ad prunas admota ſenſim co-
quito, donec non amplius inquinēt. & demum manibus
emollito, ac vtitor. Emplaſtrum inſigne, ingentes ſinus
ac fiſtulas ſanans, aculeos & ſagittas extrahens, inflamma
tiones ac duritias diſſoluens. coxendicum item ac re-
num affectionibus commodum eſt: Spumæ argenti de-
xtantem, olei vnc. quindecim, picis ſiccæ, colophoniæ,
ſing. vnc. ſedecim, adipis taurini tantundem, miſyos, iri-
dis, calcis viuæ, ſing. quadrantem, atramenti ſutorii ſe-
ſquiunciam. Spumam argenti cum oleo ad bonam com
pagem coquito. deinde liquabilibus liquatis & excolatis

A adiectis, rurſus paulatim coquito donec non inquinent.
& poſtea paululum frigefacta ad reliqua in mortario
cum aceto trita admiſceto. Emplaſtrum theriaca appel
latum, ex cētaureo, quod laudat Oribaſius. Facit ad neruo
rum ac muſculorum vulnera & puncturas. ad ferarum &
canis rabioſi morſus. Glutinat ſinus antiquos, & ad cicatri
cem perducit. præcipuè verò ad reptilium ictus facit. ge-
nuum vlcera fluida & ægrè curabilia ſanat. Spumæ argen
ti ſeſcuncem, olei antiqui trientem, reſinæ pinus ſiccæ
drach. XXXII. ammoniaci thymiamatis, propolis, thuris,
B ſing. drach. XII. ceruſſæ drach. VIII. æruginis, ſquamæ æris,
galbani, ariſtolochiæ rotūdæ, cētaurii, ſing. drach. III. thu
ris, aloes, iridis, gallarum, chalcitidis, ſing. drach. IIII. Spu-
mam argenti cum oleo ad moderatam compagem co-
quito. deinde ſquamam, æruginem, ceruſſam, & chalciti-
dem adiicito, & vbi non amplius inquinant, propolin, am
moniacum ac galbanum in mortario prius diſſoluta ad-
dito. & ab igne ablatis ac aliquantulum frigefactis, reli-
qua arida minutiſſimè trita admiſceto, & iam planè fri-
gefacta manibus emollito. Aliud ex dictamno, cuius
C admiranda vis eſt ad neruos, muſculos, ac cartilagines
conciſas. vlcera quoque antiqua ac ægrè curabilia ſanat,
oſſa corrupta, aculeos, & infixa extrahit. habet vim diſcuſ
ſoriam, facit ad capitis dolores, reprimit oculorum flu-
xiones. eſt & malagma pleuriticis commodum & hepa-
ticis, cum emplaſtro ex ſiccis parato. facit ad omnium ve
nenum eiaculantium reptilium plagas: Spumæ argenti
drach. centum, colophoniæ drach. quinquaginta, ceræ dra
chmas vigintiquinque, ammoniaci thymiamatis, ariſto-
lochiæ, ſing. drach. ſedecim, mannæ thuris, galbani, ſing.
D drach. duodecim, æris vſti, æruginis, dictamni, aloes, pro-
polis, ſing. drachm. octo, diphrygis, ſquamæ æris, radicis
gentianæ, ſing. drach. ſex, olei antiqui lib. duas. Heras au-
tem dictamni & ariſtolochiæ, ſing. drach. decem conii-
cit: ammoniaci verò ſolùm drach. ſedecim. in reliquis
conſentit. Hoc præparatur velut emplaſtrum Piſcatoris,
aut Tyrium, quæ ſuprà retulimus. Verùm eius meminiſſe
conuenit, herbas nonniſi ablato ab igne pharmaco, minu
tiſſimè tritas immittendas eſſe. Sed & Damocrates in cæ-
teris ſimilis, dictamni drach. decem, diphrygis verò octo
E recipit, & ad mammarum, colli ac ſpinæ vlcera conue-
nire aſſerit quantumuis fuerint diuturna.

Emplaſtra emollientia ac diſcuſſoria, ad multa commoda, Cap. XIIII.

EMplaſtrum Nigrum Aſclepiadis, Achillæ inſcriptū.
mammarum duritias, & teſtium inflammationes
diſcutit. Hoc medicamētum diſcuſſoria vi omnibus aliis
præſtat, & ad multa cōmodum eſt. Locus autē prius abluē-
dus eſt. deinde medicamētum adhibēdum: Spumæ ar-
genti lib. ſex, picis Brutiæ lib. IIII. bituminis, reſinæ pinus
F ſiccæ, ſing. lib. VI. terræ ampelitidis lib. II. ceræ lib. IIII. thu
ris ſeſquil. aluminis ſciſſi, aloes, myrrhæ, ſing. trientē, olei
omphacini antiquiſſimi lib. VIII. ſucci ſerapiadis lib. VI. a-
ceti quantū ſatis eſt. præpara velut panaceā. Nigrū è lo
lio, Heræ. Facit ad fiſtulas, alarúmq; ac inguinū abſceſſus, vt
nihil abſcindere opus ſit per chirurgiā, ſed tātùm perfo-
ratione facta ac ſanie excluſa, medicamētū imponere. Il-
linendū eſt autē duobus coriis, altero iuxta alterū locato,
neq; humor de ſpleniis detergēdus eſt. imbibitur enim &
fortius fit medicamētū. Picis lib. II. reſinæ pinus ſiccæ do-
G drantē, ceræ Tyrrhenicæ, ceræ Ponticæ, ſing. quadrātem,
olei antiqui quincuncē. liquabilibus liquatis ac excolatis
loliaceam farinam inſpergito, & bitumē in aceti triente
dilutum affundito, omniáque ſimul in mortario ſubigi-
to manibus frigida humectatis. ſit autē bituminis ſeſqui-
uncia, farinæ loliaceæ vnc. XIIII. Facit ad malignas mam-
marum duritias, parotidas ac perniones. Emplaſtrum
Eſſentia appellatum. deſiccandi vim & mitigandi dolo-
res præ omnibus habet. facit ad ſanguinis reiectationem,
ad articulorum ac coſtarum duritias, & gangrænas, ſinus,
H ſtrumas, vlcera chironia, fiſtulas, ægilopas. ſpicula extra-
hit, hydropicos intra ſeptimū diē curat. hepati ac ſpleni
magnopere conducit pluribus diebus impoſitum, ſplenē
penitus conſumit. facit ad podagricos, & coxendicum af-
fectiones: Spumæ argēti drach. XX. ceruſſæ, æruginis, ſing.
drach.

drach.xx.ſquamæ æris,thuris,ſing.vnc.i. bituminis beſſem,reſinæ pinus dextantem & vnciæ dimidiũ,ceræ vncias xvi.picis vnc.xxxii. (in alio exemplari habetur,ammoniaci thymiamatis drach.vi.galbani drach.vi) ſpumã argenti & ceruſſam ad bonam cõpagem coquito. Aliqui etiam bitumen in principio cum his iniiciunt,vtunturque eo vbi magis ſiccare propoſuerunt: deinde reliqua ex ordine imponito,velut ſæpe diximus. at ſi plus iuſto coxeris,duritias non mollit. Emplaſtrum Ebrietas vocatum. Vim habet diſcutiendi ac rarefaciendi,duritias inflammatas diffundit,facit ad oſſium fracturas, ad vulnera cruenta,conuulſa,rupta,vulſiones,coxendices,calculos. Ad omnes capitis affectiones vtiliter adhibetur,aliquando fronti & temporibus, aliquando vertici deraſis pilis impoſitum. Spumæ argenti dodrantem,olei antiqui ſeſcũcem,olei roſacei, ceræ,ſing.ſextantem,adipis taurini, terebinthinæ,thuris,ſing.trientem,picis dodrantem,galbani,opopanacis,æruginis,ſing.quincuncem,aceti ſextarium i.præpara velut ſæpe dictum eſt. Emplaſtrum ex ſuccis. Vulnera neruorum ab inflãmatione tutatur,& ſectiones glutinat,vlcera inflammata & muſculos vulneratos,citra aliud cataplaſma aut fomentum ſanat. facit ad podagricos quocũque tempore adhibitum. Ad vteri inflammationes, veteres ac recentes in peſſis ſiue talorum formis ſubditur.Roſaceo aut myrteo oleo dilutum caua vlcera replet,citóque perſanat. & in ſumma, omnia reliqua cataplaſmata ac medicamenta exterius adhiberi vlceribꝰ ſolita,ſuperuacua ſunt,hoc præſente.Duritias quoque mollit ac diſcutit,cæteris ad hũc vſum commodis admixtum.Spumæ argenti libr.vi. olei recentis æſtate quidem lib.vii.hyeme verò lib.ix.ſucci lib.iiii.oleum cum ſucco ad prunas coquito,& vbi feruere & bullas emittere deſierint,ſpumam argenti iniicito,& ad lentum ignem donec non amplius inquinent coquito,& vbi flauum ac bonum colorem acceperit, nondum autem fuluum attigerit,ab igne tollito, frigefacito, manibus ſubigito ac in maſſam cogito.Vſu verò expetente,ſumuntur medicamenti partes duæ,olei & ceræ,ſingul.pars vna,aut plus,prout res poſtularit.Succus porrò ita præparatur:Aquæ ſextarii xx.accipiuntur,radicis althææ recentis lib.iii.ſeminis lini,fœnigræci,ſing.ſextarii dimidium.Radices lotas & contuſas aqua madefacito,& poſtridie fœnumgræcum purgatum & lotum adiicito,ac madefieri ſinito,& tertia die ſemen lini ſimiliter lotum addito.& quarta die ad bonam ſpiſſitudinem coquito,& percolatum ſuccum ad medicamenti præparationẽ accipito.Ego verò,inquit Oribaſius, duodecim aquæ ſextariis althææ libr. iiii. fœnigræci ac lini ſeminis, ſing. ſextarium iniicio. Aliud emplaſtrum è ſuccis, Oribaſii. Spumæ argenti,olei,ſingul.lib.ii. ceræ beſſem,fœnigræci,ſeminis lini,radicum althææ,ptiſanæ, ſing.æquales portiones prius madefactas coquito donec craſſiſſimus ſuccus euadat.Et huius excolati lib. ii. poſtea coquito velut dictum eſt. Emplaſtrum ex ptiſana .Fœnigræci,ſeminis lini,ptiſanæ,ſing.vnc.i.meliloti,radicis althææ,ſing.ſextantem.Hæc probè mundata ac lota per biduum in aqua madefacito ac coquito donec ſuccum reddiderint.& eius excolati lib.ii.ſumito,& olei antiqui lib. iii.ac ſimul coquito donec oleum ſolum reſtiterit,& huic poſtea taurini adipis ſeſcuncem admiſceto, colophoniæ tantundem,galbani vnc.i.ceræ lib.i.Hoc,vnguento quopiam diſſolutum, etiam laxandi vim habet. Emplaſtrum ex pſyllio. Spumæ argenti libras. iiii. olei dulcis lib.vii.ceræ lib.i.reſinæ pinus lib.vii.ſucci pſyllii lib. iii. Succum verò ita parabis.pſyllii quadrantem in aquæ ſextariis quinque madefacies:deinde coques,& excolatum ſuccum rurſus cum oleo & ſpuma argẽti ad bonã compagẽ decoques,& liquabilia liquata adiicies.Hoc ad omnes induratas inflammationes vtiliter adhibetur. Aliud è pſyllio ſimplicius,inflammationibus,intertriginibus, papularum eruptionibus,tuberculis ac podagris cõmodũ. Spumæ argenti,ceruſſæ,ſing.ſextantem,ceræ ſeſcuncem, olei roſacei lib.i.ſucci pſyllii lib.iii.præpara & vtere crudo. non enim coquitur. Aliud è pſyllio ſimplicius. Ad inflãmationes podagricas,in ipſa præſertim exacerbatione cõmodũ.Pſyllii triẽtẽ in duobus aquæ ſextar.madefa

A cito ac coquito,& excolato ſuccũ, eique ceræ ſeſcuncẽ,olei lib.i.admiſceto. Emplaſtrum ex ſerapiade,ad tubercula,papulas,& intertrigines: Spumæ argenti lib. i. olei lib.ii.ſucci ſerapiadis triteſticularis lib.iii. ſpumam argẽti cum oleo & ſucco ad bonam compagem decoque,ac vtere. Pſittacium.Foliorum hyoſcyami viridium,colophoniæ,ceræ,adipis porcini,ſing.ſeſcuncem.ad folia trita affundito liquefacta,ac vtitor.Emplaſtrum ex althæa, Polletis. Corticem radicis althææ herba vigente in pila contundito,deinde in æneum aut fictile vas trãſlatum

B vino albo veteri odorato ac adſtringẽte reſpergito,vt ſolùm humectetur: deinde tegito, ac per triduum ſinito. quarta die rurſus in pila tundito, & ſuccum fortiter exprimito. & accipito colophoniæ vnc.xxiiii.ceræ trientẽ, olei,æruginis,ſing.ſextantem, ſucci heminas Atticas ii. præparatur autem hoc modo:Colophoniam oleo liquatã ac colatam,ad lentum lignorum pini ignem coquito, & tædacea ſpathula agitato donec in aquam inſtillata ſolidior euadat:deinde ceram adiicito,eáque liquefacta ollã ab igne tollito,& vbi frigefacta fuerint,ſuccum paulatim

C affundito,ac caueto ne efferueſcat.facilè enim ebullit vt ſupereffundatur. Poſtquam autem conſtiterit,rurſus igni adhibeto,& vbi incaluerint,æruginem iniicito,& ablata ab igne frigefacito,ac manibus ſubigito,vt probè vniãtur. facit hoc ad noua & antiqua vlcera,ad ferarum ac canum morſus. Virus enim ab vlcere extrahit, panos & ſtrumas aut diſcutit,aut ſuppurat,aut rumpit,aut materiã ad ſuperficiem euocat, velut in ſugillatis, ac in vaporem diffundit.Sedat dolores,ſcabiem ac ſcabros vngues, leprámque ac vitiligines exterit:nec ſoluẽdum eſt in his

D ante ſeptimũ diẽ. Aculeos & infixa extrahit, podagricas inflammationes in ipſa exacerbatione mitigat, tumores articulorum ac ganglia diſſoluit,fauos ac ficus curat, hydrocephalam infantium aquoſam capitis affectionem ſanat.Splenis duritiam mollit,cancros non vlceratos lenit, imminentémque eroſionem compeſcit,peſſo exceptum ac ſubditum menſes ducit, pectini impoſitum calculos pellit, vrinæ difficultatem corrigit. aluum ſuppreſſam laxat.roſaceo dilutum plantarum rimas ſanat, vlcera teſtium ac pudẽdorũ repurgat & incarnat.Et ſi abſque æru

E gine præparetur, ſerpentia vlcera ſiſtit. oſſium fracturis prodeſt irrigationis vice adhibitum. dolores enim ſedat. Fit etiã ex floribus althææ roſaceis ſimilibus efficaciſſimum pharmacũ hoc modo: Flores illi reſectis vnguibus tunduntur,& ad puluillum rediguntur. & eius ſumuntur partes duodecim,colophoniæ partes xxxvi. ceræ partes ſex,olei partes duæ. omnia ſimul velut dixi præparata manibus probè ſubigito,ac vtitor.priore commodius eſt, & dolores amplius mitigat. Emplaſtrum ex ſemine lini, Polletis.Facit ad pectoris affectiones.neruoſarum partiũ

F inflammationes diſcutit,ac dolorem mitigat. facit & ad exacerbationes podagricas, & contractos articulos relaxat. Seminis lini partes duas, farinæ hordeaceæ partes tres,colophoniæ partes quatuor,ceræ partes quatuor, reſinæ pinus liquidæ,vel cupreſſi,ſi haberi poteſt,partes ii. ſeminis thlaſpios partem i florum chamæmeli,pilularum cupreſſi clauſarum,ſing.partem i.olei partes duas. ceram & colophoniam cum oleo ad prunas liquefacito, & aſſiduè verſato,& ab igne ablatis cupreſſi pilulas tritas & cribratas adiicito,ac caueto ne efferueſcãt.deinde farinam,

G ſemen lini,reſinam liquidam addito, & rurſus ad ignem adhibeto, & paulatim donec vniantur coquito, poſtea procul ab igne chamæmelum & thlaſpin inſpergito. Et tandem medicamentum in mortarium frigida ſemiplenum coniectũ diligenter manibus ſubigito. Emplaſtrũ elephantinum.De elephantino,Polles libro ſecundo. Id ego,inquit,prius inueneram,ſed poſtea longo vſu ductus immutaui,& quum facilius meliúſque ac fortius cognouerim,in hunc ſecundum librum retuli: Dorycnii ſiue ſolani veſicarii dextantem,radicis mandragoræ beſſem,

H radicis panacis ſeſcuncem,colophoniæ ſextantem,reſinæ pinus liquidæ trientem,opopanacis ſextantẽ,ceræ, terebinthinæ,ſing.lib.i.bdellii vnc.xx.aceti lib.i. vel ampliꝰ. quidam etiam potamogitonis vncias viginti adiiciunt: verùm deſcriptio nõ habet. Aliud elephãtinũ.facit ad

contractos articulos,mollit ac diſcutit,podagricorum calloſas concretiones, & in oſſium fracturis inductos callos diſſoluit.panos,ſtrumas,& quamlibet duritiam emollit. Quòd ſi experiri libuerit,eboris aut cornu ſegmentum ex eo illinito, & ad dies triginta aut quadraginta alligatum ſinito, & deinde ſoluito. & non reperis eboris aut cornu naturam,ſed aliud quid quod cõmodè flecti poſſit. paratur autem ſic:Corticis radicis dorycnii aut ſolani veſicarii virentis ſiue in vmbra ſiccati,corticis radicis mandragoræ,ſingul.beſſem,radicis panacis ſeſcuncem, opopanacis beſſem,potamogitonis viridis,bdellii,reſinæ pinus liquidæ,ſing.vnc.xx.terebinthinæ,lib.i.ceræ ſextantem,aceti albi beſſem. Mandragoræ ac ſolani cortices virentes quidem in pila tundito, & poſtea in mortario terito: ſiccos verò cum panacis radice terito ac cribrato: ſimiliter etiam bdellium terito,ac potamogitonem omniáque ſimul in mortario mixta terito, aceto paulatim inſtillato. & liquefactis quæ liquari debent, excolatíſque ac ad probam compagem coctis,& ad trita admixtis, medicamentum frigefactum manibus ſubigito, & in fictili vaſe aceto affuſo ſeruato,&,ne tranſpiret,probè cooperito. Emplaſtrũ ex herba ſacra ſiue verbenaca,Polletis. Verbenacæ rectæ in vigore cum radice euulſæ ac exſiccatæ, tuſæque ac cribratæ ſeſcuncem, colophoniæ libr. ii. ceræ trientem,olei ſextantem.Liquabilia liquefacito,colato,&ad bonam compagem coquito,& adiecta verbenaca ſubigito,ac vtitor.facit ad omnem capitis dolorem, ad hemicraniam,ad oculorum fluxiones,ad dentium dolores extrà adhibitum. ad ſcorpionum ictus. ad neruoſarũ partiũ inflammationes,& omnino impoſitum partes à fluxione tutatur. Emplaſtrum Geranium, Polletis.Facit ad laxatos ac craſſos neruos reſolutionis periculum expectantes. ad omnes fluxiones, tumidóſque ac inflammatos articulos,ad ganglia,ſteatomata, atheromata,ſtrumas,panos,& quæcunque molliri, attenuari, rumpi, ac extergi debent.

Ramenta ſtatuæ æreæ ex aſſidua olei illitione ſordidæ ac æruginoſæ libras ii. ceræ libras duas,ſandycis,ſandarachæ,terebinthinæ,ſingulorum libram vnam.Quòd ſi ſtatuæ ramenta ſicciora fuerint,terebinthinæ libras duas accipito,& cum his omnibus gruis pennas vnito, hoc modo. Gruis pennas omnes in ollam nouam coniicito ac operito, argilláque oblinito,& in fornacem mittito.Eámq; vbi totam exterius ignitam videris,extrahito, ac frigefieri ſinito.Ea deinde aperta pennas vſtas eximito,ac terito,& longo tempore antea paratas aſſeruato, medicamentum poſtea ſic præparato:Ceræ ac reſinæ liquatis ac excolatis,ſandycem & ſandaracham minutiſſimè tritas adiicito,& verſato donec omnia fuerint probè mixta, & poſtea ab igne ablatis pennarum cinerem admiſceto, ac ſimul ſubigito:frigefacto autem aliquatenus medicamento,ſtatuæ æruginem cum modico aceto tritam adiicito, atque in mortario probè vnito, ſubigito, ac vtitor.Emplaſtrum ex bugloſſo,Polletis. Bugloſſum herbam cum radice euulſam,& in vmbra ſiccatam terito ac cribrato,& ſumito eius partes quatuor:colophoniæ,reſinæ pinus liquidæ, ceræ, ſingulorum partes octo,olei partes quinque. Colophoniam cum oleo ad lẽtum ignem coquito,ac ſpathula agitato: vbi verò durior apparuerit, reſinam liquidã adiicito,ac rurſus coquito donec non amplius inquinet, & poſtea ceram adiicito. At vbi ab igne amoueris, cribratam herbam addito, & medicamentum in mortarium aqua ſemiplenum infundito,ac manibus ſubigito. Facit ad omnes inflammationes, ſtrumas, parotidas, panos, plagas, colliſiones. ad antiqua & maligna vlcera, ad vulneratos neruos, ſinus, nomas, fiſtulas. Repurgat, mollit, contrahit, attenuat, & quædam diſcutit, quædam rumpit, replet, & ad cicatricem perducit. Dolores vlcerum veterum ac recentium ſtatim ſedat,& liuida abolet. Ego verò in bugloſſæ defectu nycteridem herbam ab aliquibus vnguentum Helenes appellatã,ad coxendicum affectiones adhibui,& bene ſucceſſit. Emplaſtrum ex achate lapide,Polletis. Lapides achates appellatos, leoninæ pelli colore ſimiles,in fornacẽ fabrilẽ mittito,& aggeſtis carbonibus valde ſufflato,& vbi ignitos lapides videris, forcipe extrahito, refrigeratóſque terito ac arctiſſimo

A cribro excutito. deinde accipito colophoniæ drachmas quadragintaocto, reſinæ pinus, ceræ, ſingulorum beſſem,olei trientem,achatum lapidum vſtorum quincuncem. Colophoniam cum oleo liquatam coquito donec non amplius inquinet. deinde ceram ac reſinam prius liquata & excolata adiicito, & his vnitis lapidum cinerem addito, ac rurſus ad moderatam compagem coquito: poſtea medicamentum in frigidam aquam miſſum frigefieri ſinito, & manibus ſubactum in maſſam cogito. Vtere hoc ad ſcorpionum, viperarum, & venenum eia-
B culantium beſtiarũ ictus.facit ad tumores ægrè concoctiles ac ſanabiles:ad induratos tumores,ad liuida.velocem ſuppurandi vim habet.Strumas aut diſcutit aut cõcoquit & rumpit. erit autem efficacius ad ſtrumas,ſi capparis folia viridia,aut corticem eiuſdem probè tritum ad emplaſtrum calefactũ remollitum admiſcueris. Emplaſtrum parhygrum. Facit ad inflammationes ad duritiam quandam inclinantes. Adipis porcini à fibris depurati vnc. quadragintaquatuor,ceræ vncias vigintiquatuor, ſpumæ argenti,ceruſſæ, ſingulorum ſeſcuncem. liquida cum a-
C ridis permiſceto. Manebit quidem hoc pharmacum aliquandiu liquidius, ſed poſtea ad bonam cõpagem perueniet. Emplaſtrum è buccinis.Hoc Xenocrates malleoli abſceſſum ſuppuratum iam diſcuſſit. Inflammationes autem induratas, præſertim parotidas, priuſquam in pus tranſmutentur,mirificè diſſoluit. Spumæ argenti drachmas cc. ceræ drachmas lii. olei antiqui libras tres, ceruſſæ drachmas viii.terebinthinæ drachmas lii. buccinorum vſtorum drachmas x.thuris drachmas xix. aquæ ſextarium.Spumam argenti & ceruſſam minutiſſimè tri-
D ta rurſus cum aqua terito,& iterum cum oleo,& ex mortario in ollam tranſlata lento igne coquito, aſſiduéque verſato ne ſubſideant:deinde ceram,& mox thus ac terebinthinam adiicito,& ad bonam compagem, non tamẽ multam duritiam,coquito.Poſtremùm cinerem buccinorum,addito,& paululum feruere ſinito, & medicamentũ ab igne tollito,& in mortarium aqua humectum effundito,& diu manibus ſubigito vt glutinoſum euadat: nam tẽporis progreſſu durius propter buccina efficitur. Emplaſtrum Dionyſia appellatum.Inflammationes & abſceſ-
E ſus,mãmarum præſertim,diſcutit:omnem enim tumorẽ per cæcos meatus diffundit. ſed & duritias ac parotidas diſſoluit: Ceræ,terebinthinæ, ſpumæ nitri, olei antiqui, ſing.ſeſcũcẽ,miſyos crudi vnc.i.aquæ coactiliariorũ quãtum ſufficit. ſpumã nitri & miſy cum aqua terito,& cum oleo coquito:deinde ceram, mox terebinthinam adiicito,& ebullire ſinito donec non amplius inquinent, non tamen nimis ſolida euadant:& ſublatum ab igne medicamentum in mortarium aqua humectum diffundito,
F manibus ſubigito,ac vtitor.Hæc Dionyſia inter attractoria emplaſtra rectè deſcripta habetur,eáque vtaris velut iſtic deſcripta eſt. Emplaſtrum è ſapone, diſcuſſorium præcipuum ad furunculos. Adipis porcini, picis, ceræ, ſaponis nigri,æquales portiones liquatas excolato,ac vtitor. diſcutit etiam hydropas. Aliud ad furunculos, parotidas & panos.Olei antiqui,ceræ,ſaponis, nitri, lixiuii, æquales portiones. ceram cum oleo liquefacito,nitrũ verò cum lixiuio in mortario terito,&deinde ſaponẽ ſimul cõterito,& in ollã cõiecta paulatim coquito ad moderatã cõpagem,& vtitor. Emplaſtrũ ex heliotropio. Facit
G ad percuſſa, colliſa, luxata, vulſa, rupta,ſtilorum ac ſimilium rerum puncturas, ad dolores in profundo. Neruos ab ictu aut frigore craſſefactos, aut aliter affectos curat, firmat & dolore liberat.Vlceribus antiquis,& vulneribus recentibus confert.Aduerſus medicatas ſagittas loco affecto imponitur. Ad digitos contuſos, etiamſi oſſiculum colliſum ſit, ab inflammatione tutatur, & dolorem eximit. Maturat,ſuppurat,diſcutit, contrahit, glutinat, repurgat,incarnat,cauitates replet,& ad cicatricem perducit.Heliotropium herbam tria grana habentem, in autu-
H mno totam cum radice euulſam & in vmbra ſiccatam terito ac cribrato,& eius accipito trientẽ:Colophoniæ ſplẽdidiſſimæ vnc.xlviii.reſinæ pinus aut cupreſſi liquidæ beſſem,ceræ beſſem,olei trientẽ. reſinã,oleũ,cerã ſimul liquefacito:deinde herba adiecta ad lentũ ignẽ coquito,

& tædacea ſpathula agitato donec bonam compagẽ ac-
quiſierit medicamentum,& in frigidam diffuſum ſubi-
gito,ac vtitor.Strumas &duritias ſuppurat,rumpit,ſiccat,
incarnat,ad cicatricem ducit,& dolorem ſedat. Empla-
ſtrum Mnaſeæ,ſecundi mollientium ordinis. Spumæ ar
genti,adipis porcini,olei,æquales partes ſimul decoque
donec non amplius inquinent,& ſi fortius medicamentũ
efficere volueris,adipẽ & oleum vtrunque vetus accipi-
to:vetuſtiora enim efficacius reddunt medicamentum.
Quòd ſi magis emolliens eſſe volueris,oleum minues, &
adipem augebis: ſi verò magis diſcuſſorium,adipi detra
he, & oleo adde. Quidam cum oleo & adipe, radicis al-
thææ contuſæ ſeſquilibram coquunt donec torrefiat,eá-
que abiecta in oleo ac adipe colatis ſpumam argenti co-
quunt ſicut diximus. atque ſic quidem Galenus.Mnaſeas
autem ſic.Spumæ argenti,ceræ,paſſi,colophoniæ,olei,a-
xungiæ,ſing.lib.I.oleum & ſpumam argenti coquito do-
nec non inquinent,& ceram,colophoniam,axungiam,li-
quatas & excolatas adiicito,ac rurſus ad bonam compagẽ
coquito: deinde paſſum affundito, ac fortiter agitato. &
ſublatum ab igne pharmacum ſub canis æſtu inſolato, &
quotidie cum ſpathula verſato, donec ad debitam ſoli-
ditatem perueniat. Emplaſtrum helladicum mollito-
rium. Ammoniaci thymiamatis, ſpumæ argenti, ce-
ruſſæ,olei antiqui,reſinæ pinus,ceræ,ſing.lib.I. thuris ſe-
ſcuncem,galbani ſextantem,caſtorei lib.II.propolis,opo-
panacis,ſing.lib.I.aceti quantum ſatis eſt.Oleum,ſpumam
argenti & ceruſſam ſimul coquito,& medio cocturæ tem
pore ammoniacum tritum adiicito, & ebullire ſinito do
nec non amplius inquinent,deinde liquabilibus additis
ac probè admixtis, thus & caſtoreum minutiſſimè trita
addito.& poſtremùm opopanacem aceto diſſolutum af-
fundito,& perfrigeratum pharmacum manibus ſubigito,
ac vtitor.Diſcutit abſceſſus etiam in pus tranſmutatos.
Aliud,emolliens ac diſcutiens abſceſſus: Spumæ argen-
ti ſeſcuncem,ceruſſæ ſeſquiunciam,ceræ trientem, am-
moniaci thymiamatis ſextantem,galbani, myrrhæ, thu-
ris,ſing.trientem,olei lib.I.oleum,ſpumam argenti & ce-
ruſſam coquito donec non amplius inquinet,deinde am
moniacum,mox ceram & thus ac galbanum adiicito, &
ab igne ablatis myrrham addito, ſubigito,ac vtitor. A-
liud. diſcutiens abſceſſus, & iam ruptos expurgans ac ſa-
nans.facit & ad capitis lendes. Colophoniæ ſeſcuncem,
ammoniaci thymiamatis ſextantem,maſtiches vnc.I.ce-
ræ vnc.I.galbani ſcrup.IIII.opopanacis ſcrup.III.æruginis
ſcrup.III.reſinæ pinus lignoſæ,olei, ſing. trientem. A-
liud è tritici polline.facit ad abſceſſus & furũculos,ad her
niam aquoſam & inteſtinorum,poſt chirurgiam inflam-
mationibus ſedatis: Ceræ,pollinis tritici,reſinæ liquidæ,
ſingul.ſeſcuncem,ammoniaci thymiamatis quadrantem,
olei trientem, aceti aut vini quantum ſatis eſt.Pollinem
pridie in aceto aut vino ſubiges. ſequenti die liquatis iis
quæ liquari debent,fermentatum pollinem probè ſuba-
ctum in mortario admiſcebis, & vteris. Aliud è fer-
mento. Saponis,ſandarachæ, ſingul. ſextantem, fœni-
græci vnciam I.reſinæ pinus libr.I.colophoniæ,ceræ,ſin-
gul.ſeſcuncem,fermenti ſeſcuncem. Fermentum aqua di
lutum cum liquabilibus liquefactis miſcebis, & terenda
trita adiicies,omniáque ſimul ſubiges,ac vteris. hoc diſ-
cutiendi ac rũpendi vim habet. Aliud è maſticha.
Colophoniæ libram.I.ceræ ſeſcuncem, ammoniaci thy-
miamatis trientem,maſtiches,galbani,terebinthinæ, ſin
gul.ſextantem,omnia liquefacito ac excolato, & in frigi-
dam coniecta emollito, ac vtitor. Aliud trium ſpecie-
rum appellatum.Ceram,colophoniam,terebinthinam li
quidam,paribus portionibus ſimul liquefacito, & in fri-
gidam mittito,ſubigito,ac vtitor. hoc ſicut etiam quod
proximè præcedit,oſſa capitis denudata incarnat, & ſqua
mas citra moleſtiam diſparat, & ſolum abſque alterius
vſu ad cicatricem perducit. Quòd ſi maſtichen pari por-
tione adiicias, ad oſſium fracturas admirandum eua-
det. Emplaſtrum Iudæi. Colophoniæ libram vnam,
maſtiches vnc.I.olei trientem.omnia ſimul liquefacta in
frigidã mittito,& poſt ruptos abſceſſus vtitor,ita vt nihil
reſeces,neq; linamentũ indas,ſed ſolùm medicamẽto ca

A uitatẽ expleas.Ex eodẽ etiã emplaſtrũ adhibeto.citiſſimè
repurgat, ac præ cæteris incarnat.Poſtquam autem vlcus
explanatum fuerit,ad cicatricem inducendam alio me-
dicamẽto opus eſt.nã hoc ſuperuacuã carnem efficeret.
Emplaſtrum reipublicæ præſidis. Reſinæ quæ in vaſcu-
lis ac lagunculis ligneis affertur, excolatæ lib.I.ceræ qua-
drantẽ,maſtiches tantundem, olei à Martyreo vel aliun-
de allati ſeſquiunciam.oleum cum reſina liquefacito,cẽ-
taureique viridis ſi haberi poteſt:ſin minus,arido faſcicu
B lo agitato,& his excolatis reliqua admiſceto, ac manibus
ſubigito.Quidã centaurei ſicci vnc.I.adiiciunt. Inter li-
quandum verò & dum agitas, hæc verba inſuſurrato:
Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob,huic pharmaco
vires largiatur.Hoc ſinus & fiſtulas glutinat,ægilopas ſic-
cat. & ſi cẽtaureum receperit, duritias ac ſtrumas incho-
antes emollit. Emplaſtrum mutum appellatum. Am-
moniaci thymiamatis, galbani, opopanacis, ſingulorum
vnc.I.maſtiches,ceræ,colophoniæ,ſing.ſeſcuncem,aquæ
marinæ quantum ſatis eſt. Aliud. Hoc ad oſſium fra-
C cturas,inflammationibus ſedatis,facit. optimè cicatricẽ
inducit: Colophoniæ,reſinæ pinus,ſing.lib.I. ceræ ſeſcũ-
cem. omnia in ollam feruidæ aquæ miſſa liquato ac ex-
colato, deinde in frigidam tranſfuſa emollito, & in maſ-
ſam cogito,ac vtitor. Aliud mirificè molliens. fa-
cit ad ſtomachi duritiem ac frigidos affectus. Colopho-
niæ puræ ſextantem,ceræ albæ trientem,maſtiches puræ
vnc.I.olei cyathum.I.omnia ſimul liquata ad probam cõ
pagem coquito. Emplaſtrum Pyxis inſcriptum. con-
fert ad omnes inflammationes, præſertim pedum:egre-
D giè enim emollit.Ceræ,colophoniæ,ſingulorum ſeſcun-
cem,ſucci ſeminis lini trientem, adipis porcini ſextãtẽ,
terebinthinæ quadrantem & vnciæ dimidium,olei om-
phacini dextantem,ammoniaci thymiamatis vnc.I. thu-
ris quadrantem, lactis bubuli trientem & vnciæ dimi-
dium,ouorum candida nouem. Ammoniacum & thus
cum lacte,ſucco, & ouis terito, & reliquis liquefactis ad-
miſceto. Aliud è melle.mollit ac diſcutit. Spumæ argẽ
ti,olei,ſingulorũ libras duas,colophoniæ,ceræ, axungiæ,
mellis,ſingulorũ vnc.viginti,ſpumã argenti cũ oleo & a-
E xungia coquito donec non amplius inquinent: deinde re
liqua liquata adiicito, & ab igne ablatis mel affundito, &
frigefactũ medicamentũ manibus emollito. Melinũ
Serapionis vulnerarium ad multa commodum. Omnes
duritias diſſoluit, abſceſſus diſcutit, humores per occul-
tos meatus diffundit. Sinus glutinat, ſpicula,oſſa corru-
pta & aculeos extrahit. Roſaceo dilutum caua vlcera re-
plet.ſedat etiam inflammata. Hoc præceptor Lucius vte-
batur,atque ipſum dupliciter præparabat,modò glutino-
ſum,modò ſolidius efficiens: collyria enim ex ſolidiore
F formabat,& filum innectebat, & ſic ad vſum parata ha-
bebat,ac in ſinus fiſtuloſos indebat,filo foras propenden-
te ad commodiorem extractionem. quæ enim ſine filo
induntur,quum duriora ſint ſæpe frangũtur,& priuatim
abſceſſus efficiunt. Spumæ argenti drach.centũquatuor,
colophoniæ drach.ſexagintaquatuor,ceræ drach.quadra
gintaocto, ammoniaci thymiamatis drach. vigintiqua-
tuor,æruginis,myrrhæ, galbani, ſingul.drach.xx.olei,æ-
ſtate vncias xv.hyeme octodecim.ſpumam argenti cum
oleo ad lentum ignem coquito, & ab igne ablatis ærugi-
G nem iniicito,ac ne efferueſcat caueto, & rurſus coquito
donec non inquinent,& ad cotonei mali colorem perue
niant:deinde ceram ac reſinã liquefactas ac excolatas ad-
dito,& vbi parũ ebullierint, ammoniacũ læuiſſimè tritũ
& aqua aut aceto dilutum admiſceto, & mox galbanum
tritum addito,& tandem ab igne amotis myrrham in-
ſpergito. Melinum Paſionis Athanaſia inſcriptum.
Ad veteres ſinus, etiamſi vſque ad vacua perforati fue-
rint.idem puerorum ſtrumas recentes diſcutit. Facit &
ad articulos diſtortos ac lancinatos, ſicut Heras & Gale-
nus teſtantur: Spumæ argenti,reſinæ pinus ſiceæ,ſingul.
H drach.c.ceræ drach.xII.S. olei, vini veteris odorati ad-
ſtringentis,ſing.heminæ dimidium. ſpumã argenti cum
vino ad ſolem æſtiuum pluribus diebus terito donec fue
rit exſiccata,& poſtea cum oleo ad lentum ignẽ coquito
donec nõ ampli⁹ inquinet.Poſtea cerã ac reſinã adiicito,

præparato, ac vtitor. Emplaſtrum Venus appellatum,
ad multa cõmodum.Omnem duritiam diſſoluit,ſtrumas
diſcutit,ſpicula & aculeos extrahit.Ad venenum eiaculã
tiũ beſtiarum morſus mirificè cõmodũ Fiſtulas & ſinus
glutinat.Podagricis per exacerbationũ interualla vtiliter
imponitur,& coxendici diuturnæ medetur.Spumæ argẽ
ti vnc.xxv.ammoniaci thymiamatis dextãt.colophoniæ
vnc.xvi.æruginis,galbani ſing.ſextantem,bdellii,opopa-
nacis,ſing.quadrantẽ,myrrhæ,ariſtolochiæ,ſing.vnc.i.o-
lei antiqui lib.ii. Oleum cum ſpuma argenti coquito, &
in medio coƈturæ tempore æruginem adiicito,& donec
non inquinent bullire finito, deinde colopohoniam li-
quatam & excolatam addito,& ab igne ablatis, ariſtolo-
chiam ac myrrham aceto trita,cum galbano,bdellio ac o-
popanace admiſceto,& in mortarium tranſfuſa ſubigito,
vnito,ac vtitor. Aliud emplaſtrum Venus appellatum.
Facit ad eadem velut præcedẽs,& eſt ad podagras per ex-
acerbationum interualla valde inſigne.Olei antiqui libr.
tres,ſpumæ argenti libr.ii.ammoniaci thymiamatis lib.
vnã,ceræ vnc.xxii.colophoniæ dodrantem,galbani,æru-
ginis,ſing.quadrantem,reſinæ pinus vnc. xvi. myrrhæ
trientem,præpara velut diƈtum eſt. Emplaſtrũ panacea,
emolliens ac diſcuſſorium. Ceræ beſſem, colophoniæ,
terebinthinæ,ſing.lib.i.ammoniaci thymiamatis ſeſcun
cem,galbani,opopanacis,pollinis thuris,olei,ſingulorum
vnc.i.vini quantum ſatis eſt. Emplaſtrum è rumice, ad
multa commodum.abſceſſus diſcutit ac rumpit, ſtrumas
emollit. Ceræ,reſinæ,adipis porcini, foliorum rumicis
viridium probè cõtuſorum,ſpumæ nitri,ammoniaci thy
miamatis,ſing.lib.i.præpara, & vſus tempore cum oleo
antiquo molli,ac vtere. Emplaſtrum è perna. Omnẽ
duritiam,ſtrumas,ganglia,meliceridas, & reliqua huiuſ-
modi diſſoluit,ſinus glutinat. facit ad furunculos,abſceſ-
ſus,neruorum per conſenſum affeƈtiones. confert pleuri-
ticis,coxendicúmque ac articulorum affeƈtionibus.Pin-
guedinis ſuillæ è perna antiquiſſima, ſpumæ argẽti,ſing.
libr.iii.reſinæ pinus lib.i.ammoniaci thymiamatis qua-
drantem,galbani,thuris, euphorbii, ſing.vnc.i. pingue-
do verò de perna ſic paranda eſt: Pernam ſuis antiquam
in olla fiƈtili cum aqua,præſertim marina,coquito,&eius
iuſculi excolati ac refrigerati pinguedinem concretam,
tum ſuperſtantem,tum ſubſidentem accipito,& expurga-
tam ad medicamenti præparationem aſſeruato.Cum hac
itaque liquata ſpumã argenti ad lentum ignem coquito,
donec non amplius inquinet,deinde ammoniacum adii-
cito tritum,& poſtea reſinã excolatã,& thus minutiſſimè
tritũ:his verò vnitis galbanũ præmollitũ addito, & ſub-
lato ab igne medicamento euphorbium admiſceto, ac
vtitor. Emplaſtrũ è perna,Galeni. Calloſas inſtar topho-
rũ concretiones diſſoluit. Pinguedinis pernæ ſuillæ præ-
paratæ velut diƈtum eſt,lib.i.ammoniaci thymiamatis,
caſei bubuli aut caprini vetuſtiſſimi, adipis taurini, apo-
chymatis hoc eſt reſinæ,cũ cera ex nauigiis deraſæ,ſing.li-
brã i.medullæ ceruinæ beſſem,œſypi quadrantem, opo-
panacis vnc.i.olei cyprini ſeſcuncẽ,vini quãtum ſatis eſt.
cætera liquato ac excolato: caſeum verò cum vino terito
ac liquefaƈtis adiicito,præparato,& in mortario manibus
emollito. Emplaſtrum mollitorium Lucii præceptoris,
ad diſtortos articulos inſcriptum. Facit ad abſceſſus pro-
fundos,neruos,& articulos contraƈtos. prodeſt opiſtho-
tonicis,neruorum per cõſenſum affeƈtionibus. eximit laſ
ſitudinem oleo cyprino aut irino,aut laurino dilutum.I-
tem ad duritias diuturnas ac ægrè curabiles. Bdellii,adi-
pis vitulini,ammoniaci thymiamatis,iridis Illyricæ,ſin-
gul.drach.xvi.opopanacis drach.l.galbani,canchryos,ſty
racis,thuris,ſing.drach.viii.piperis grana clx.ceræ, tere
binthinæ,ſing.ſeſcuncem,olei irini æſtate quidem ſextã-
tem,hyeme verò quadrantem,vini quantum ſatis eſt.Ce
ram cum oleo liquefacito,& ammoniacum,bdellium,ac
thus trita admiſceto.& ſi thus ægrè teri poſſit,vino made
faƈtum conteratur:& his omnibus probè vnitis terebin-
thinam ac ſtyracem addito, deinde ab igne ablatis, iri-
dem,cãchry,& piper minutiſſimè trita adiicito,& poſtre
mùm opopanacem vino diſſolutum affundito,& probè
ſubigito.Hoc medicamentum ſupremi ordinis eſt emol-

A lientium:nec facilè reperias quod magis induratas partes
molliat,ac duritiã diſcutiat. Emplaſtrũ è pſyllio, experi
mẽto cõſtãs. Strumas reſiccat ac diſcutit, furunculos diſ-
ſoluit,inguinũ ac alarũ abſceſſus etiã in pus trãſmutatos
diſcutit,ſinus glutinat,ganglia diffundit,clauos in mani-
bus ac pedibus exterit, carbũculos ſanat, vitiligines emẽ
dat.Radicis althææ tritæ cribratæ vnc.i.pſyllii triti cribra
ti ſextantem,ſtercoris columbini minutiſſimè triti, axun
giæ veteris purgatæ,ſing.quadrantem, picis ſiccæ libr. i.
maſtiches nigræ Æthiopicæ quadrantem, aut ſi haberi
B non poteſt,Chiæ tantundem.quæ liquari poſſunt liquato.
& ab igne amotis arida admiſceto,& frigefaƈtum medi
camentum probè manibus ſubigito,atque vſus tempore
chartæ aut corio inducito. Mollitorium ex ruta. Articu
los manuum contraƈtos mirificè emollit.Ceræ trientem,
terebinthinæ ſextantem,galbani,opopanacis,œſypi,caſto
rei,ſing.vnc.i.euphorbii trientem,rutæ ſextantem.Liqua
bilia liquefacito,& euphorbium,caſtoreum, ſingula ſeor
ſim trita cum opopanace ac rutæ foliis in mortario con-
tritis, ſimul ſubigito,& ad liquefaƈta admiſceto. Aliud
C emolliens. Strumas,parotidas,furunculos, panos ac me-
liceridas diſſoluit. Ladani mollis,bdellii Scythici reſino
ſi, propolis recentis ac mollis, ammoniaci thymiamatis,
terebinthinæ, æquales portiones præpara,& vtere. A-
liud molliens ac diſcutiens. Facit ad ſtrumas,parotidas,
meliceridas, itémque atheromata. vtimur eo etiam ad
vaſorum dilatationem.Spumæ argenti drach.c.colopho-
niæ,adipis caprini,ſing.drach. lxxx. ceræ,rubricæ, viſci,
ſingulorum drachm.xl.lapidis pyritæ drachm.xvi. picis
drachm. xxiiii. calcis viuæ marmoraceæ drachm. xxxii.
D galbani,ammoniaci thymiamatis, bdellii, ſingulorũ dr.
xvi.ceruſſæ,aloes,myrrhæ,bituminis,mannæ thuris,di-
ƈtamni,ſingulorum drachm.xii.olei antiqui lib. iii. ſpu-
mam argenti,oleum,ceruſſam,adipem, ſimul ad bonam
compagem coquito:deinde ammoniacum & bdellium
trita adiicito,& his liquatis primùm viſcum, deinde lapi
dem pyritẽ, ac calcẽ, & cætera ſicca trita addito,& omnia
vnita, frigefaƈta,manibus ſubigito,ac vtitor. Aliud abſ
ceſſus ac ſtrumas diſcutiens. Candidum canis fimum
terebinthina excipe,ac vtere. Aliud. Sedat inflamma
E ta,ſtrumas,hernias carnoſas,& omnem duritiam emollit.
Caricarum pinguium,nitri toſti,ſeminis naſturtii,ſingu-
lorum æquales partes cum melle emplaſtri forma excipi-
to,ac emollito. Emplaſtrum è bugloſſo. duritias diſſol-
uit. Bugloſſi beſſem,ſpumæ argenti quadrantem,ammo
niaci thymiamatis ſextantem,adipis porcini ſeſcuncem,
olei antiqui tantũdem. Emplaſtrum Perſarum è lapi-
dibus,Tyrrhenicum & Pampathes appellatũ. Veſicæ &
renum calculos confringit impoſitum. Callos in mani-
bus ac pedibus diſſoluit:citra moleſtiam enim eos ſuppu
F rat, & eſt poſt ſeptimam tandem diem exſoluendum: i-
dem etiã in ſteatomatis,ſtrumis,gutturis tumore,gãgliis,
& ſimilibus facit. Ad ægilopas & fiſtulas antiquas, præ-
ſertim ſedis,ſub alis,inguinũ ac mãmarũ,velut myſteriũ
diuinum habetur.in his autem quinta exoluendum eſt,
& callus fiſtulæ deraſus apparebit,nec deſiſtendum eſt ab
eius vſu,donec callus penitus fuerit exciſus.Facit & ad vl
cera maligna,& ad vngues manuũ ac pedũ motos, vt à
Deo miſſum putes. Ad herniam aquoſam,hydropẽ,ſple-
nis tumorẽ,corio pro tumoris magnitudine induƈtũ im-
G ponitur.In hydrope ſanè anterius ab alis vſque ad inguina:
poſterius à ceruice vſque ad lumbos. omnem enim aquã
videbis diuino quodã myſterio efferri, eóque vteris do-
nec res melius habere videbitur.Ad anheloſos inſuper ac
ereƈta ceruice ſpirãtes,tabidos & deploratos intus delite-
ſcẽtes abſceſſus,pilulas cũ modico melle ex eius paſtillis
feci, eáſq; viris,mulieribus,pueris,ſenibus exhibui,& de-
ploratos reuiuiſcere vidi. Idẽ & in peſtilẽtibus cõſtitutio
nibus feci,& plures à peſte liberaui. Verùm deſino plures
alias eiuſdẽ vires recenſere,ne tantùm Dei munus aliquis
H fabulã putet:Spumæ argẽti lib.i.ceræ vnc.xvii.ammoni-
aci thymiamatis quadrantẽ & ſemunciam, propolis vnc.
xvi.S. galbani ſeſquiunciam,ſquamæ æris vnciam vnam,
lapidis Phrygii vncias xviii.reſinæ pinus ſiccæ libram i.
diphrygis ſextantem & ſcrup.xviii.æris vſti vnc. i. thuris

ſextantẽ & obol.IIII.radicis ariſtolochiæ rotũdæ vnc.XL. & ſcrup.XVI.lapidis magnetis viuẽtis ac trahẽtis vnc.I. aloes ſextantẽ & ſemunciã,dictamni quadrantẽ,cinnabaris cõmunis ſcrup.XVIII.adipis ſtruthiocameli lib.II. lapidis pyritæ ſextantem,lapidis vitæ Scythici ſcrup.XVIII.lapidis hæmatitæ vnc.I.cadmiæ vſtæ trientem,gentianæ,ariſtolochiæ longæ,lapidis parciaci, aut pro eo gagatæ, ſingul. vnc.I.betonicæ, radicis chamæleontis nigri, ſing. vnc. I. (in alio exemplari,ſcrup.XVIII)æruginis vnc.I.olei antiqui lib.I.(in alio lib.II)floris ſalis,aceti ſquillitici,ſing.quantũ ſatis eſt.Spumam argenti & lapides omnes primùm ſeorſim,deinde ſimul tritos,ad ſalis florem admiſceto, & ad fæcis compagem ſimul conterito. deinde æruginem & æs trita adiicito,poſtea thus,aloem,ammoniacum,ſingula ſeorſim trita addito,& mox galbanum, & ſemper florem ſalis addendo conterito. poſtremùm herbas minutiſſimè tritas ac cribratas immittito, & rurſus flore ſalis addito conterito ac ſubigito, & cũ aceto ſquillitico paſtillos & maſſas formato. quæ verò liquari debent,priuatim liquefacta ſeruato,& vbi medicamentũ in vſum aſſumere voles, admiſceto. Cæterùm locus cui adhibendum eſt medicamentum, oleo ne inquinetur. Aliud ſtrumas diſcutiẽs. Spumæ argenti lib.I.olei antiqui ſeſquilibrã, auripigmenti vnc.I. ſpumam argenti cum oleo coquito donec non amplius inquinet:deinde auripigmentũ prius cum olei ſextante tritum adiicito.vtere confidenter,& ne contempſeris vilitatem. Aliud ad ſtrumas. Spumæ argenti ſeſcuncem, æruginis ferri ſextantem, ammoniaci thymiamatis, olei antiqui,ſingulorum beſſem.Spumam argenti,æruginem,& ammoniacum,ſingula ſeorſim trita coquito,ita vt æruginem & ſpumã argenti cũ oleo primùm coquas,& ad ſemicocta ammoniacũ adiicias,ſináſque ebullire donec nõ amplius inquinẽt. Aliud è ſale, Damocratis.omnem duritiã diſcutit. Salis triti, ceruſſæ, ſingul.lib.I.galbani,propolis, ariſtolochiæ, ſingulorũ ſextantem,olei veteris libras duas.&ſi craſſius fuerit pharmacum,aliã adhuc olei libram adiicito. Ceruſſam & ſal cum oleo coquito donec non inquinet. Deinde galbanũ & propolin,poſtremùm ariſtolochiã, ſingula trita addito ac præparato. Aliud eiuſdem. Diſcutit ſtrumas, omnẽ frigidum humorem abſorbet, hepatis ac ſplenis aquoſas affectiones ſanat,vrinã prolectat,coxẽdices veteres curat. Ceræ,reſinæ pinus,colophoniæ,ſing.lib.I.calcis viuæ,aluminis ſciſſi,auripigmẽti ,ſing.vnc.I.Liquabilia cũ modico oleo liquato ac excolato,deinde ad arida cũ modico aceto trita admiſceto,ac vtitor.Poſſe hoc diuturnas viſcerũ duritias diſſoluere conſtat,ita vt multã humiditatẽ extrahat. ciet quoque menſes diu ſuppreſſos. Ego verò ablata calce,duplum aluminis adiicio,& medicamentum lõgè præſtãtius cõperio:neque enim puſtulas excitat. Emplaſtrũ Philagrii diſcuſſoriũ. Curat gutturis tumores, & duritias diſcutit.Spumæ argenti dr.L.reſinæ pinus dr.XL. olei antiqui drachmas LXXX. æris vſti, ammoniaci thymiamatis,ſing.drach.VIII.aluminis ſciſſi, mannæ thuris, ſing.dr.IIII.ceræ dr.L.Spumã argẽti cũ oleo coquito, & ad ſemicocta æs adiicito,& bullire ſinito donec non amplius inquinẽt:deinde ammoniacum tritũ addito,eóque liquato reſinã & cerã liquatas ac excolatas affundito, ac rurſus ad cõpagem non inquinantẽ coquito,ac mox galbanum præmollitũ addito,& ab igne ablatis,thuris mannã inſpergito,& vnito,& frigefactum medicamentũ manibus ſubigito. Emplaſtrũ diſcuſſorium abſceſſuum admirandũ.nulla enim ratione abſceſſus facta,pus craſſiſſimũ in emplaſtro inuenitur:ídque detergẽdũ eſt,ac medicamentũ reparatũ rurſus imponẽdũ.Colophoniæ lib.I.ceræ ſeſquilibrã,olei hyeme cyathũ I.æſtate verò dimidiũ, nitri berenicarii fului aut albi & friabilis ſeſcuncem.Cætera liquefacito ac excolato, nitrũ verò minutiſſimè tritum inſpergito,& probè verſato,perfrigeratáque manib9 emollito,& in maſſam cogito. Obſeruandum eſt ne medicamentum in aquam tranſfundamus: aliâs enim nitrũ abolebitur. Aliud. Picis ſiccæ, ceræ nouæ, ſing.lib. II.olei lib.IIII.ad lentum ignẽ coquito,ſubigito,ac vtitor. Facit ad abſceſſus,ſtrumas,fiſtulas, & alia huiuſmodi.

A Aliud Oribaſii. Ad ſtrumas & alarum ac inguinum & colli tumores duros: Papaueris corniculati folia cum axungia & propoli pingui terito,& imponito. Aliud ad ſtrumas & omnem duritiam. Verbenacæ rectæ foliorum viridium drachmas. XLII. hyoſcyami viridis drachmas CXLIIII.adipis porcini,reſinæ pinus ſiccæ drachm. XLVI.picis drach.XXIIII.Liquabilia liquata ac excolata cũ herbis tritis committito. Aliud è rumice. Foliorum rumicis, perdicii, ſenecionis,reſinæ pinus,ſing.dr. XLVIII. foliorum hyoſcyami,axungiæ antiquæ,ſing.drach.XCVI. B galbani drach.octo. liquabilia liquefacito ac cum herbis committito. Aliud è rumice, ad ſtrumam & omnem duritiã,ad alarum ac inguinum abſceſſus,ad vlcera maligna & fiſtulas,ad vteri ſtrangulatus.Facit & ad ſplenem induratum. Allii nucleos XV.ceræ drach.XCVI. olei drachmas XCVI.nitri Alexandrini drach.XLVIII.æris vſti, terebinthinæ,ſingulorum drach. vigintiquatuor, thuris drachmas octo, foliorum rumicis in olla vel charta ſub recenti cinere reſiccatorum drach. XLVIII. Liquida cum aridis tritis committito,& in mortariis ſubigito:alia verò in oleo fricto terantur. C Aliud è ſcolopendrio,Philoſophi. diſcutit abſceſſus,furunculos,& ad multa commodat: Colophoniæ libras duas,ceræ,axungiæ recentis, ſingulorum libram vnam,reſinæ pinus beſſem,olei ſeſcuncem,ſcolopendrii ſextãtem, vini antiqui ſextarios duos, pollinis tritici vncias quatuordecim. tritici pollinem cũ vino coquito, deinde liquida affundito ac vnito, & poſtremùm ſcolopendrium addito,ac vtitor. Quòd ſi oleũ reprobas,pro eo axungiæ ſeſcuncem accipito,& magis emolliet. at ſi oleum acceperit,magis diſcutiet.

D

De emplaſtro ex aſpidibus, Cap. XV.

EMplaſtrum ex aſpidibus, ſtrumas & alias duritias diſcutit. Facit & ad podagras per exacerbationum interualla adhibitum: Terebinthinæ, lapidis aſii, bituminis, ſingulorum drach. CCCLX. ſpumæ nitri, adipis vitulini, ceræ,baccarum lauri, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum drach. CCCXL. lapidis pyritæ,calcis viuæ,ſing.drach. CXX.cineris aſpidum viuarum vſtarum drach. CXL. olei antiqui libras duas.oleum & ceram primùm, deinde bitumen tritum liquefacito, & ad hæc adipem, mox am- E moniacum,& terebinthinam adiicito. & his ab igne ablatis calcem & lapidem aſium admiſceto, deinde baccas lauri & nitri ſpumam. poſtremùm autem aſpidum cinerem frigefacto medicamento inſpergito,vt ne pereat, omniáque ſimul ſubige,ac vtere.Cæterùm ad aſpidum exuſtionem,ollam totam forinſecus argilla craſſius oblinito,& ad ſolem ſiccato.& iniectis aſpidibus ollam operito,& probè munito,duobus aut trib9 foraminib9 relictis ex quibus cognoſcas vbi vapor purus exhalet. Hoc emplaſtrum oleo gleucino dilutum & illitum articulorum F affectiones ac coxendicum reſolutiones curat:& cum laurino oleo illitum vitiligines albas exterit.

De emplaſtro aniceto, Critonis, Cap. XVI.

EMplaſtrum anicetum, id eſt *inſuperabile* appellatum, in multo nobis vſu eſt. Attrahit,rumpit,expurgat,glutinat,pus per ſplenium educit. Collyrium ex eo in ſinus inditur.Diffundit duritias,& contractis neruis opitulatur impoſitum citra irrigationem,vt ne perfrigerentur. Vnguenti vicem explet diſſolutum velut vnguẽtum ad laſ- G ſitudines eximendas paratum:ſedat enim laſſitudines in principiis morborum,& ex obſcura cauſa obortas. Eſt & extremarum partium mollitorium, in magnis ſpleniis impoſitum.Glutinat etiam cruenta vulnera, poſt ſuturam aut hamulos impoſitos, ita vt linteũ complicatum ſolo aceto imbutũ ſplenio ſuperponatur,æſtate frigido:hyeme calido.Facit & ad plantarum offenſas putredinéſque ac digitorum affectiones,& ad fracturas cum vulnerib9, & neque incarnante,neque cicatricem inducente alio vtendum eſt, ſed ipſi ſoli fidendum .facit etiam ad ho- H minum,canum ac ferarum morſus. Maxima verò eius promiſſio eſt quòd non ſinat fieri abſceſſus occultos in colo & membrana aluũ ac inteſtina ambiente,ſi ſanè nõ fuerint ſuppurati:aut ſi fuerint facti, quòd eos attenuet,

libram vnam,colophoniæ dextantem,auripigmenti,galbani,opopanacis,myrrhæ,halcyonii,ſing.vnc.vnam,adarcæ ſextantem,floris ſalis,miſyos, ſingul. ſeſquiunciam,atramenti ſutorii,aluminis ſciſſi,ſing. ſextantem & ſcrup. ſex,aluminis rotundi,aluminis liquidi, ſing. vnc. vnam & ſcrup.tres, ſulphuris viui ſextantem & ſcrup.ſex, nitri drach. octodecim, ſalis communis drach. quadragintaduas,terebinthinæ quadrantem,olei lib.vnam, aquæ marinæ libram vnam & ſextantem.Colophoniam cum oleo diſſoluito, deinde cerã, mox terebinthinam adiicito,& ſimul ebullire ſinito,& ab igne ablata & arida prius ſeorſim, & poſtea ſimul cum aqua marina trita admiſceto, ſubigito, ac vtitor. At verò vbi ſuperficiem ignitam, & locũ ruptum videris,infrà ſcriptum emplaſtrum adhibeto: Spumæ argenti,plumbaginis,ſing.libram vnam, picis ſiccæ,galbani,chalcitidis crudæ,æruginis,ſquamæ æris rubri,mannæ thuris,ſing.drach.vigintiduas,ſalis aſſati,viſci,ſingulorum drach.ſeptuagintaduas,olei lib.duas. Spumam argenti,plumbaginem,chalcitidem, ſquamam cum oleo coquito donec non inquinent & ad compagẽ redacta fuerint: deinde liquabilia admiſceto, ſimulque paulatim bullire ſinito.poſtea viſcum adiicito, & demũ arida addito, ac frigefactum medicamentum manibus ſubigito,ac vtitor vſque ad ſanationem.

Emplaſtrum Nechepſonis,è cupreſſo, Cap. XIX.

FAcit ad ſtrumas,tumorem gutturis, parotidas, omnẽ duritiam,& totum laxorum tumorum genus.Cupreſſi folia virentia in vigore minutiſſimè terito vino inſperſo quod à vinaceis poſt primi vini collectionẽ exprimitur efficitque ſolidi ſtrigmenti craſſitudinem,ac locis affectis imponito: omnem enim tumorem diſcutit. & ſi ſtrumis impoſueris,tertia die ſoluito,ſtrumáſque contractas & vicinas ac incumbentes partes deſquamatas comperies.eas itaque digitis exprimito ac diſſoluito, & medicamentum rurſus adhibeto,ac tertia die rurſus ſoluito, iterùmque validiſſimè exprimito,& tertiò medicamentum adhibeto, ac ſimiliter exoluito. intra ſeptem enim aut ſummum nouem dies ſtrumæ abolebuntur. Vtere hoc auxilio velut admirando,& tanquam naturalẽ quandam proprietatem habente aduerſus hanc affectionem. Nam ſi aliquid admiſcere, aut aliquo modo ipſum permutare volueris,magis officies quàm proficies.Facit &ad gutturis tumorem extra fauces prominentem.& eſt eodẽ penitus modo adhibendum cum digitorum preſſione, velut diximus:contrahit enim ac diſcutit,ſiccátque ac tumorem extirpat,& vaſa materiam ad affectum locum afferentia conſtringit.Confidenter igitur eo vtaris:promiſſionibus enim noſtris experimentum teſtimonium dabit.Emplaſtrum è cappari, Oribaſii: Plumbaginis, olei antiqui,ſing.libr.duas,ſalis communis libr. vnam, ceræ ſeſcuncem,reſinæ pinus trientem,ſquamæ æris,corticum radicis capparis, ſingulorum quadrantem, ariſtolochiæ rotundæ ſextantem,propolis tantundem, galbani vnc.vnam.Squamam & plumbaginem tuſas ac cribratas,& ſal primùm ſeorſim, deinde ſimul cum his tritum, cum oleo in mortario probè ſubigito,& in ollam coniecta coquito donec non amplius inquinent.deinde ceram, reſinam, propolin, liquatas ac excolatas, & mox galbanum adiicito,& ablatis ab igne ariſtolochiã ac cortices capparis tritas inſpergito,vnito, frigefacito, emollito, ac vtitor.facit ad duritias, coxendicum affectiones, hemicranias, ac hydrocephalam in pueris aquoſam capitis affectionem:abraſis enim capillis capiti impoſitum,humorem exugit.Glutinat etiam ſinus.Aliqui etiam ſine cera præparant. Emplaſtrum ex agarico, occultos abſceſſus & omnem humiditatem reſorbens: Ceræ, colophoniæ, picis,ſpumæ nitri,thuris,agarici, ſing.lib.vnam,terebinthinæ, viſci quercini, ſingulorum ſeſcuncem, medullæ ceruinæ trientem, œſypi quadrantem,grani cnidii, pyrethri,galbani,ſing.ſextantem. Liquabilia liquato & excolato,&ab igne remotis viſcum adiicito,eóque liquefacto arida admiſceto,ſubigito,ac vtitor.

Apochymatis præparatio, Oribaſii, Cap. XX.

A PIcis lib.vnam,picis liquidæ,ceræ,ſing. trientem,reſinæ pinus ſeſcuncem.Omnia liquata & excolata in peluim aquæ marinæ ſiue communis plenam mittito,& manibus velut paſtillum ſubigito, ac vtitor. Emplaſtrum eiuſdem,ad colliſa mitigãda,irrigationis vicem ſupplẽs. Spumæ argenti libr.duas, ſtrigmentorum balnei excolatorum lib.ſeptem, aquæ marinæ è pelago hauſtæ ſextarios duos,colophoniæ vnc.ſedecim,ceræ ſextantem,ſquamæ æris quincuncem. Spumam argenti, ſquamam, ſtrigmenta,aquam marinam ſimul coquito, & arundinibus B virentibus agitato donec non amplius inquinent.deinde ceram ac reſinam adiicito, & rurſus ad bonam compagem coquito,& irrigationis loco vtitor. ego verò etiam olei lib.duas adiicio.Verùm inter emollientia emplaſtra Oribaſii,hac ſerie reperitur:Strigmentorum lib.tres, S. aquæ marinæ, olei antiqui, ſpumæ argenti, colophoniæ, ſing.lib.duas,ceræ lib.vnam,æris vſti, ammoniaci thymiamatis,ſing.ſextãtem.facit, inquit, ad duritias,& præparatur velut dictum eſt.

Cerata vtiliſſima, Cap. XXI.

C BAſilicum tetrapharmacum. Ceræ,colophoniæ,picis, adipis taurini, æquales portiones. Macedonicum. Ceræ,colophoniæ, picis, adipis taurini, thuris, æquales portiones. liquabilibus liquatis &ab igne amotis, thus inſpergito ac infarcito. Macedonicum Azanitæ, ad multa commodum & inſigne:Picis ſiccæ vnciam vnam, ceræ quadrantem, adipis ſuilli antiqui & expurgati ſeſcuncem,adipis taurini,œſypi, ſingulorum quadrantem, reſinæ pinus ſiue piceæ quincuncem. liquefacito ac vtitor.Facit ad omnia maligna,ad gangrænas, fiſtulas,vulne D ra recentia,ambuſta,perfrigefacta, velut acopon laſſitudini eximendæ deſtinatum. eſt & peſſus mollitorius. conuenit etiam ad veteri vlcera, panos, parotidas. & vbi caua fuerint vlcera,maiori eius copia vtendum eſt: vbi verò propè cicatrix inducta fuerit,pauciore. aduerſatur huic pharmaco oleum:quare hoc vitabis. Maximè autem facit in his quibus plaga circa neruos aut muſculos eſt.

Heptapharmacum laxans,ſuppurans, incarnans, Cap. XXII.

E CEruſſæ beſſem, ſpumæ argenti trientem, ceræ, picis, colophoniæ, adipis taurini, thuris, ſingulorum ſextantem. liquabilia liquata cum aridis vnito, atque vſus tempore,medicamenti quidem ac ceræ, ſing. vnc.vnam, olei verò roſacei trientem accipito,ac vtitor. Quòd ſi laxandi vim intendere volueris, oleum, irinum aut ſicyonium,aut gleucinum ſit,& maiore copia, ſumatur.

Enneapharmacum, Hori Mendeſii, Cap. XXIII.

F HOc ſuppurat & laxat,præcipuè neruis per conſenſum affectis.Ex eodem fit & peſſus ſiue peſſarium ad ſedis affectiones commodum.Adipis anſerini,vitulini,butyri, medullæ ceruinæ, ceræ, terebinthinæ, olei roſacei, cicini,mellis,ſingulorum portiones æquas liquefacito,vnito,ac vtitor.

Emplaſtrum Philoſophi, Cap. XXIIII.

FAcit ad calcitratus,vulneráque tumida. rumpit, pus educit,cicatricem inducit. Hyoſcyami, perdicii, & ſideritidis folia recentia, æquis portionibus conterito, & panem ſiligineum tuſum ac cribratum, vnius herbæ por G tione adiicito,omnia ſimul cum axungia ſubigito, & ad emplaſtri formam redigito, & vtitor velut admirando.

Œſypi præparatio, Cap. XXV.

HVius quidem optimam præparationem in ſecundo libro deſcripſimus: ex lanis enim ſuccidis paratur. verùm vbi illud haberi non poteſt, accipe hoc quod ita parari ſolet: Meliloti trientem, cardamomi, hyſſopi herbæ, ſingulorum ſextantem, lanæ ſuccidæ ex alis ouium ſumptæ trientem,colophoniæ,ceræ, reſinæ pinus,ſingul. dextantem,olei dulcis libr.duas, aquæ ſextarios tres.me- H lilotum,cardamomum,lanã,&hyſſopum, per triduũ aqua macerato,deinde ad tertias coquito,& excolato.Poſtea liquabilia liquato ac excolato, & ſuccum ac oleum admiſceto, & omnia ſimul ad ſucci cõſumptionem ebullire ſinito.

Emplaſtrum Manus appellatum,
Cap. XXVI.

HOC emplaſtrum à quinque rerum ſpeciebus quas recipit, Manus appellatur: Colophoniæ lib.quinque, ceræ lib.quatuor, reſinæ pinus libr.tres, adipis taurini lib. duas, butyri lib.vnam liquefacito, ac vtitor.

Emplaſtrum Bromium appellatum,
Cap. XXVII.

FŒnigræci, ſeminis lini, ſucci althææ, ſing. lib.vnam, ſimul ad ſucci conſumptionem coquito. & colophoniæ, reſinæ pinus, ſing.quadrantem, ceræ ſeſcuncem, galbani trientem, liquefacito, & admiſceto, ac vtitor. Aliud optimum: Seminis lini, althææ, fœnigræci, ſing. trientem, in duobus aquæ ſextariis macerato, & de expreſſo ſucco ſumito lib.vnam, ceræ lib.vnam, reſinæ pinus, colophoniæ, ſingularum ſeſcuncem, galbani ſextantem, opopanacis vnc.I.præpara, & vtere.

Emplaſtrum ex ouis, Cap. XXVIII.

SPumæ argenti, ceruſſæ, ſingularum trientem, cadmiæ ſextantem, ceræ libram vnam, roſacei libras duas, ouorum candida decem, metallica cum aqua ac vino terito, deinde cum ouorum candidis ſubigito, & liquabilibus liquatis admiſceto, vnito, ac vtitor.

Parhygrum Galeni, Cap. XXIX.

SPumæ argenti, ceruſſæ, ſingul. libr.vnam, olei puriſſimi, aquæ, ſingul. libr.duas. Ego verò, inquit, ſæpe olei quidem lib.vnam, adipis verò anſerini ſeſcuncem admiſceo, aut ſi is deſit, gallinacei, aut hoc quoque deficiente, ſuillum recentem accipio. Omnia ſimul ad prunas fumū non edentes citra ſolidam compagem coquuntur, & in coctura fine aliquando etiam amyli ſeſcuncem adiicio. Si itaque adipem receperit hoc medicamentum, maiorem mitigandi vim acquirit, & dolores ex vulnere inflammato obortos ſedat. Sed ad cicatricem inducendam inutile eſt. at verò aquam addere frigiditatem, ſatis conſtat.

Emplaſtrum ex ouis, Oribaſii,
Cap. XXX.

CEræ vnc.I.ſpumæ argenti, ceruſſæ, amyli, ſing. ſextantem, oua numero IIII.roſacei lib.vnam, oua in præparatione poſtremùm addantur.

Parhygrum Oribaſii, Cap. XXXI.

FAcit hoc ad ſpontanea vlcera in corporibus delicatis. Adipis ſuilli recentis deuncem, ceræ ſeſcuncem, ceruſſæ, ſpumæ argenti, ſing.vnc. quindecim. liquida cum aridis committito. facit & ad vlcera ſerpentia. & cum roſaceo dilutum vuluarum ac ſedis affectionibus medetur, & malignas faciei puſtulas curat.

Emplaſtrum roſaceum inſcriptum,
Cap. XXXII.

HOc mammarum duritias diſcutit, & eſt ad ſedis affectiones efficaciſſimum, ſi cum roſaceo aut myrteo oleo diluatur: Spumæ argenti, ceruſſæ, adipis ſuilli recentis, ſingul. ſeſcuncem, olei veteris ſeſquilibram, myrrhæ drach.IIII.ouorum crudorum vitellos duos. Reliquis ad bonam compagem coctis ac frigefactis, oua cum vino albo trita admiſceto, & vtitor hoc medicamento aliquando ſyncero, aliquando diluto.

Emplaſtrum phycotyche appellatum,
Cap. XXXIII.

AD omnia vlcera & præcipuè in ſede commodum eſt hoc emplaſtrum: Croci vnc.vnam, ceruſſæ, ſpumæ argenti, medullæ ceruinæ, adipis anſerini, ceræ, ſingulorum ſeſcuncem, roſacei vncias trigintaſex, ouorum candida triginta, vini quantum ſatis eſt.

Emplaſtrum Sphærion appellatum,
Cap. XXXIIII.

HOC irrigationis vicem ſupplet. facit ad deſquamata, excoriata, intertrigines, ambuſta, ad flagellatos, ad tibias colliſas: Spumæ argenti, ceruſſæ, calcis viuæ, ſingularum quadrantem, ceræ ſeſquiunciam, nitri vnc.vnam, olei roſacei vnc.vnam. aridis minutiſſimè tritis liquida admiſceto, & ſphæria, *hoc eſt pilulas* formato. Vſu verò expetente olei ſeſcuncem, roſacei quadrantem, ceræ ſextantem, ad prunas liquefacito, & medicamenti ſextātem adiicito, ſpathuláque agitato, & vbi frigefactum fuerit

A medicamentum, cum aquæ dodrante contundito.

Emplaſtrum pentatheton, Cap. XXXV.

CEræ, picis, colophoniæ, adipis taurini, calcis viuæ, æquales portiones. liquabilia liquato, & calcem adiicito. Vſus autem tempore olei ſeſcuncem, ceræ ſextantem, olei ſicyonii quadrantem, liquefacito velut proximè dictum eſt, & medicamenti ſextantem adiicito. Facit ad vibices flagellorum, ad cutem excoriatam, & ad colliſa, ac cætera huiuſmodi.

Emplaſtrum ex ochra, Cap. XXXVI.

B EAſdem cum prædictis vires habet etiam hoc: Ochræ libras duas, cretæ, ceræ, ſingul.lib.vnam, colophoniæ, picis, reſinæ pinus, ſing.lib.vnam, ſpumæ argenti, terebinthinæ, ſing.beſſem, olei lib.duas, arida cum vino terito, & liquabilia liquata admiſceto, & in maſſas efformato. vſu verò poſtulante, ceræ lib.vnam, olei veteris lib.tres, liquefacito & excolato, & medicamēti lib.vnam admiſceto, & vino adſtillato contundito.

Emplaſtrum telamonium, Cap. XXXVII.

HOC carbunculis medetur. dilutum ſinus ſiccat, & cicatricem inducit: C Spumæ argenti, calcis viuæ, ceræ, reſinæ pinus, ſingularum dodrantem, ceruſſæ vncias viginti quinque, olei ſeſquilibram. Spumam argenti cum oleo ad compagem coquito: deinde ceram ac reſinam adiicito. poſtea calcem & ceruſſam minutiſſimè trita admiſceto, ac vtitor. Et ad carbunculos quidem linteo inductum imponitur: ad reliqua verò, roſaceo aut myrteo oleo ad ſtrigmentitiam compagem dilutum adhibetur.

Pilarium ex recremento argenti,
Cap. XXXVIII.

D REcrementi argenti ſeſcuncem, ceræ, adipis taurini, ſing.quincuncem, colophoniæ trientem, picis, olei, ſing.ſextantem. argenti recrementum vino aut fœnigræci ſucco teritur. Quòd ſi non poſſit haberi argenti recrementum, plumbaginem pro eo accipimus. facit ad deſquamata ac excoriata, & his ſimilia.

Emplaſtrum ex pompholyge,
Cap. XXXIX.

HOC longo vſu conſtat eunuchorum, mulierum, puerorum, ac aliorum mollium corporum vlceribus cōuenire, E ad cicatricem citra dolorem inducendam, & ad cancerata vlcera tutò adhibetur: Ceruſſæ, ſpumæ argenti, pompholygis, ſing.ſextantem, cadmiæ trientem, medullæ ceruinæ quadrātem, ceræ, olei roſacei, ſing.lib.vnam, olei myrtei ſeſcuncem. Metallica trita ac cribrata, & cum vino ſubacta, liquabilibus liquatis admiſceto, ac vtitor.

Aliud Archigenis & Oribaſii: Pompholygis, ceruſſæ, ſpumæ argenti, ſing.vnc.I. ladani ſextantem, acaciæ trientem, ceræ quadrantem, olei myrtei beſſem, ouorum aſſatorum vitellos IX. vini quod ſatis eſt. Aliud Oribaſii. F Spumæ argēti, ceruſſæ, ſing.ſextātem, pompholygis vnc. I. croci vnc.I. ceræ vnc.I. adipis anſerini quadrantem, ouorum aſſatorum vitellos IIII. roſacei vini quod ſatis eſt.

Emplaſtrum rutaceum, Cap. XL.

HOC ad fiſtulas ſcabras facit: Cadmiæ, ſpumæ argenti, recrementi argēti, ſulphuris viui, ſing ſextātem, aluminis ſciſſi, rutæ viridis, ſing.vnc.I. ceræ beſſem, olei myrtei lib.II. vini quantum ſatis eſt.

Ceratum è perdicio, Cap. XLI.

FAcit ad ſinus: Foliorum perdicii lib.II. ceræ, colophoniæ, G olei, ſing.lib.I. Herbam exactiſſimè terito, & liquida admiſceto, & in mortario vnito. Hoc in aliquibus ob nimiam vim repellendi, vicinos locos inflammat, & materiam eò colligit. quod vbi contigerit, ad locum quidem inflammatum, idem medicamentum imponito: verùm ad ſinus oſculum emplaſtrum è lolio, aut quod Venus inſcribitur, aut quoddam attractorium adhibeto.

Ceratum è ſucco betæ, Cap. XLII.

FAcit ad vulnera inflammata, ad achoras capitis vlcuſcula, & ad ambuſta: Ceræ, libram vnam, olei ſeſqui- H libram, liquato ac excolato, & ab igne ablatis, betæ ſuccum quantum imbibere poſſunt affundito, & in mortario ſubigito. præſtat autem paulatim ſuccum cerato inſtillare. Aliud è ſucco plantaginis, ad inflammationes & ſinus: Ceræ libram vnam, olei libras duas, S. ſucci plan-

taginis quantum ſatis eſt. Ceratum liquefactum & in frigidam aquam diffuſum, aqua ſæpe permutata probè lauatur, & poſtea in mortario piſtillo tunditur, ac ſubinde plantaginis ſuccus paulatim inſtillatur, quantum eis imbibi poteſt. Ceratum myrteum. Ad oculorum inflammationem, & cicatricem inducendam, ad intertrigines ac ſcabioſas affectiones commodum: Ceræ libram vnam, olei myrtei libras duas, plumbi vſti ſeſcuncem, ceruſſæ, ſpumæ argenti, ſyrici, ſingulorum vnc. vnam, vini quantum ſatis eſt ad conterendum. Melinum cicatrices inducens: Chalcitidis crudæ ſeſcuncem, cadmiæ quadrantem, ceræ lib. I. olei myrtei libr. I. vini quod ſatis eſt.

Ceratum ex ſandyce, Homo appellatum, Cap. XLIII.

HOC vlcera diuturna ac maligna, & in tibiis oborta, ſolum per ſe adhibitum ad cicatricem perducit: Sandycis lib. I. olei dulcis lib. II. coquito donec non amplius inquinent, & vtere confidenter.

Emplaſtrum ex alliis, Cap. XLIIII.

HOC vim attractoriam habet. facit ad omnem duritiam, abſceſſus, furunculos, ſtrumas, inguinum tumores, fiſtulas, impetigines humidas, mammas induratas: Ceræ lib. II. colophoniæ ſeſcuncem, medullæ ceruinæ tantundem, nitri albi beſſem, allia viginti, olei libras quatuor. Allia depurgata in oleo coquito donec torrefiãt. deinde ad oleum excolatum liquabilia adiicito, & poſtea nitrum tritum adiicito, ac vtitor. Nos verò ita præparamus: Ceræ, colophoniæ, olei, ſingulorum quincuncem, nitri ſeſcuncem, medullæ ceruinæ ſextãtem, alliorum nucleos triginta, præpara, & vtere, præſertim ad fiſtulas: humorem enim attrahit, quem quotidie crebrò detergere oportet. Hoc ſolum citra alterius opem extrahit, incarnat, & cicatricem inducit. Aliud Oribaſii, ad puſtulas, intertrigines, ambuſta ab igne, perniones non exulceratos, ad bullas nondum apertas, ad cutis tibiarum excoriationem, ad vlcera antiqua & proſerpentia ſub cute. Recrementi plumbi trientem aut quadrantem ad ceratum admiſceto quod habet ceræ beſſem aut dextantem, adipis ſuilli recentis, olei myrtei, ſing. ſextantem aut quadrantem. Quòd ſi cicatrix inducenda eſt, abſque adipe præparetur.

Emplaſtrum è ſquilla, Aſclepiadæ, Cap. XLV.

HOC ad fiſtulas, ſinus, nomas & putredines facit. Vlcerum eminentias contrahit, ad fiſtulas anguſta oſcula habentes collyrium ex eo formatum inditur. Si verò lata ac ampla fuerint oſcula, roſaceo dilutum adhibetur, eloto prius ſinu ſiue fiſtula cum poſca aut vino mulſo iniectum, locúſque emplaſtro munitur ac deligatur: hoc enim modo incarnat, ac replet fiſtuloſa capitis vlcera. Cõuenit & nomis, ſi membrana non fuerit denudata. Idem ſyncerum ad capitis fracturas adhibetur, & ad anheloſos ac orthopnoicos amplis ſpleniis inductum pectori imponitur: conuenitque omnino vbi ad ſuperficiem materias attrahere volumus. Squillæ repurgatæ quincũcem, ſquamæ æris, iridis, ſing. quadrantem, myrrhæ drach. octodecim, ammoniaci thymiamatis drach. duodecim, galbani, picis liquidæ, ſtyracis, æruginis, reſinæ pinus ſiccæ, ariſtolochiæ, ſing. ſeſcuncem, ceræ vnc. viginti, terebinthi- A næ triẽtem, olei veteris lib. duas, aceti acerrimi ſextarios nouem, aut quod ſatis eſt. Squillã ad ſolem æſtiuum tundito, & acetum paulatim inſtillato, quantum ſatis ad exactè terendam. In alio autem mortario ſquamam æris & æruginem cum aceto diutiſſimè terito, & arida trita ac cribrata adiicito. Poſtea ammoniacum, ſtyracem, myrrham, galbanum addito, & inſtillato aceto ſimul probè conterito, deinde liquabilia liquefacta, iride ac ariſtolochia inſperſis frigefacito, & ad reliqua admiſceto, ſubigito ac vtitor: ad fiſtulas quidem & oſſa corrupta, collyria B ex eo formata indens: verùm ad vlcera repurganda ſumito, medicamenti trientem, ceræ ſextantem, roſacei quadrantem, & pro repurgationis ratione aliquid de medicamento detrahito, & cerato adiicito donec cicatrix inducatur, ita vt poſtremùm quum iam abſoluenda eſt cicatrix, medicamenti vnc. vnam, olei roſacei aut myrtei dodrantem, & ceræ trientem commiſceas.

Emplaſtrum è pompholyge, Heræ Cappadocis, Cap. XLVI.

HOC ad ſedandos dolores ac inflammationes facit, C præcipuè ad vlcera maligna ac cancerata, antiquáque ac cicatricem non recipientia. facit & ad ambuſta ab igne. roſaceo aut myrteo oleo dilutum, cicatricem inducit: & butyro dilutum, incarnat. at cum roſaceo, ad omnes ſedis affectiones cõmodum eſt. Cadmiæ botryitidis lotæ drach. octo, pompholygis lotæ drach. ſeptem, plumbi vſti & loti drach. nouem, thuris drach. quatuor, ceruſſæ lotæ drach. nouem, ſpumæ argenti lotæ drach. octo, ceræ albæ drach. centum, terebinthinæ Chiæ drach. ſeptem, olei myrtei drach. centum ſeptuaginta. Arida tri- D ta & cribrata, in mortario plumbeo cum piſtillo plũbeo, cum vini ſextariis quatuor terito. cæterùm in vino hoc, infrà ſcripta polentæ modo contuſa, per diem ac noctem præmaduiſſe oportet: Iridis, meliloti, ariſtolochiæ, capitulorum papaueris, ſeminis hyoſcyami albi, ſing. drach. octo. cum hoc itaque vino excolato, metallica ſicut diximus ſunt conterenda vſque ad mellis compagem, & deinde oleum myrteum adiiciendũ, quò illitionis ſpiſſitudo fiat. Poſtea verò omnia in ollam nouam coniecta lento igne ad emplaſtri formam, & terebinthina adiecta, E medicamentum ab igne tollito, ac frigefacito, ſubigito, & vtitor.

Emplaſtrum nigrum, Eſſentia appellatum, Cap. XLVII.

FAcit hoc ad duritias, ad articulos, & coſtas fractas. ganglia, ſtrumas, & tumores diſſoluit. Tibiarum vlcera, chironia, & fiſtulas curat. facit ad morſus ferarum. Aquæ inter cutem molem delet. Clauos ſanat, aculeos extrahit. Splenicis, podagricis, hepaticis prodeſt: Spumæ argenti, ceruſſæ, æruginis raſæ, ſing. quadrantem, ſquamæ æris ſe- F xtantem, thuris maſculi ſextantem & ſemunciam, bituminis Iudaici beſſem, terebinthinæ quadrantem, ceræ flauæ, picis aridæ, ſing. lib. III. olei antiqui lib. I. lapidis gagatæ, lapidis aſii, aluminis ſciſſi, magnetis viui, myrobalanorum, ſing. quadrantem. ſpumam argenti, ceruſſam, ſquamam, æruginem, bitumen, & thus, omniáque arida tũdito, & in mortario aceto paulatim inſtillato, ac ad ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem terito. deinde ceram, picem, oleum, ac reliqua liquabilia liquata admiſceto, vnito, ac vtitor.

Tetrabibli quartæ Aetii habentur.

DE vteri ſitu,magnitudine,ac forma, Cap. I.
Quæ intra prægnantis vterũ naſcuntur, Cap. II.
De ſecundæ generatione, Cap. III.
Menſtruæ mulierum purgationis ratio, Cap. IIII.
Notæ futuræ virginum purgationis, Cap. V.
Quando ſemen appareat, & conceptus tempus adueniat, Cap. VI.
Fœcundarum mulierum dignotio, Cap. VII.
Quomodo cognoſcantur quæ conceperunt, Cap. VIII.
Notæ fœtus maſculi ac fœminæ, Cap. IX.
De pica, Cap. X.
De tumoribus pedum in prægnãtibus, Cap. XI.
Cura prægnantibus adhibenda, Cap. XII.
Notæ partus ſecundum naturã futuri, Cap. XIII.
Parientibus facienda, Cap. XIIII.
Cura circa ægrè parientes adhibẽda. Cap. XV.
Quomodo opẽ ferre oportet iis quæ non tutò cõcipiunt, Cap. XVI.
Peſſi ſterilitatem inducentes, Cap. XVII.
Fœtum corrumpentia, Cap. XVIII.
Signa futurum abortum præcedentia, Cap. XIX.
Quomodo abrupti fœtus eiectioni opitulemur, Cap. XX.
De iis quæ bimeſtres aut trimeſtres fœtus abortiunt, Cap. XXI.
Pariendi difficultatis cauſæ Cap. XXII.
De fœtus extractione ac exectione, Cap. XXIII.
De ſecundæ eductione, Cap. XXIIII.
Cura poſt fœtus exectionem, Cap. XXV.
Cauſæ ſterilitatis,itémque curatio in viro ac muliere. Notæ item conceptionis, Cap. XXVI.
Frigidioris vteri ſigna, ac curatio, Cap. XXVII.
Calidioris vteri ſigna,ac curatio, Cap. XXVIII.
Humidioris vteri curatio, Cap. XXIX.
Siccioris curatio, Cap. XXX.
Diuerſarũ affectionum ob quas mulieres non concipiũt curatio, Cap. XXXI.
Potiones,peſſi,& ſuffitus ad conceptionem, Cap. XXXII.
De lactis defectu, Cap. XXXIII.
Ne lac in mammis coeat in grumos, Cap. XXXIIII.
De coagulato in mammis lacte, & iiſdem turgentibus ob lactis redundantiam, Cap. XXXV.
De vitiato lacte mammas lædente, Cap. XXXVI.
Ad mammas inflammatas, Cap. XXXVII.
Ad induratas mammarum inflammationes, Cap. XXXVIII.
De mammarum abſceſſu, Cap. XXXIX.
De mammarum fiſtulis, Cap. XL.
De mammarum nomis, Cap. XLI.
De exedentibus mãmarum vlceribus, Cap. XLII.
De cancris mammarum, Cap. XLIII.
Qui cancri curatu faciles,& qui difficiles, Cap. XLIIII.
Cancri chirurgia, Cap. XLV.
Cancri curatio poſt amputationem & inuſtionem, Cap. XLVI.
Cancrorum curatio citra chirurgiam, Cap. XLVII.
Canceratorum tumorum non vlceratorum curatio, Cap. XLVIII.
Cancri vlcerati curatio, Cap. XLIX.
De mammis induratis, Cap. L.
De menſtruis ſuppreſſis, Cap. LI.
Mulieribus quæ non purgantur accidentia, Cap. LII.
Curatio earum quæ ob nimiam caliditatem non purgantur, Cap. LIII.
Frigidæ temperaturæ dignotio ac curatio, Cap. LIIII.
Peſſi menſes educentes, Cap. LV.
Curatio earum quæ præ pinguedine non concipiunt, Cap. LVI.
Curatio earum quæ ob plenitudinem non purgantur, Cap. LVII.
Curatio earum quæ ob maciem non purgantur, Cap. LVIII.
Curatio earum quæ ob vitioſos humores non purgãtur, Cap. LIX.
Curatio earum quibus ſanguis ad nares vel ſedem defertur, Cap. LX.
Curatio earum quæ ob nimium otium non purgantur, Cap. LXI.
Curatio earum quæ ob aliquam vteri affectionem non purgantur, Cap. LXII.
De menſium ſtillicidio, Cap. LXIII.
De nimia menſium purgatione, Cap. LXIIII.
De fluxu muliebri, Cap. LXV.
Curatio rubri vteri fluxus, Cap. LXVI.
Albi fluxus curatio, Cap. LXVII.
De vteri ſtrangulatione, Cap. LXVIII.
Peſſi ad vteri ſtrangulationem idonei, Cap. LXIX.
Vnctiones ad vteri ſuffocationem, Cap. LXX.
Varia auxilia ad vteri ſtrangulationẽ, Cap. LXXI.
De ſeminis fluxu, Cap. LXXII.
De vteri debilitate, Cap. LXXIII.
De furore vterino, Cap. LXXIIII.
De vteri reſolutione, Cap. LXXV.
De vteri prolapſu, Cap. LXXVI.
De reclinatione,auerſione,ac recurſu vteri, Cap. LXXVII.
De vteri inflammatione, Cap. LXXVIII.
De vteri hydrope, Cap. LXXIX.
De mola vteri, Cap. LXXX.
De tumore vteri laxo, Cap. LXXXI.
De ſatyriaſi, Cap. LXXXII.
De vteri inflammatione, Cap. LXXXIII.
De vtero in ſcirrhi tumorẽ indurato, Cap. LXXXIIII.
De vteri abſceſſu, Cap. LXXXV.
Abſceſſus oris chirurgia, Cap. LXXXVI.
Abſceſſus vteri inter inteſtina & peritonæon membranã rupti curatio, Cap. LXXXVII.
De vteri exulceratione, Cap. LXXXVIII.
Vlcerum vteri carbunculoſorum curatio, Cap. LXXXIX.
Ad ſordida vteri vlcera, Cap. XC.
Ad humorem à muliebri pudendo profluentem, Cap. XCI.
Ad vteri nomas, Cap. XCII.
Quæ ad cicatricem ducunt, Cap. XCIII.
De cancris vteri, Cap. XCIIII.
De vteri obturatione, Cap. XCV.
De vtero non perforato, Cap. XCVI.
De hæmorrhoidibus vteri, Cap. XCVII.
De calculo vteri, Cap. XCVIII.
De calculo veſicæ muliebris, Cap. XCIX.
De hernia aquoſa mulierum, Cap. C.
De hernia inguinis mulierum, Cap. CI.
De hernia varicoſa, Cap. CII.
De nymphæ ſectione, Cap. CIII.
De cauda, Cap. CIIII.
De thymis, & verrucis tum aliis, tum formicariis vteri, Cap. CV.
De condylomatis, Cap. CVI.
De rimis ac fiſſuris vteri, Cap. CVII.
De tuberculis vteri miliaceis, Cap. CVIII.
De ſcabris vteri puſtulis, Cap. CIX.
De alarum pudendi muliebris abſceſſu, Cap. CX.
Ad vmbilicum prolapſum Cap. CXI.
Ad rugas ventris, rimáſque ac nigredines à partu exortas, Cap. CXII.
Præparationes vnguentorum ſiccorum, moſchatorum. Item conditorum, & œnanthiariorum ac ſuffumigio-

taginis quantum ſatis eſt. Ceratum liquefactum & in frigidam aquam diffuſum, aqua ſæpe permutata probè lauatur, & poſtea in mortario piſtillo tunditur, ac ſubinde plantaginis ſuccus paulatim inſtillatur, quantum eis imbibi poteſt. Ceratum myrteum. Ad oculorum inflammationem, & cicatricem inducendam, ad intertrigines ac ſcabioſas affectiones commodum: Ceræ libram vnam, olei myrtei libras duas, plumbi vſti ſeſcuncem, ceruſſæ, ſpumæ argenti, ſyrici, ſingulorum vnc. vnam, vini quantum ſatis eſt ad conterendum. Melinum cicatrices inducens: Chalcitidis crudæ ſeſcuncem, cadmiæ quadrantem, ceræ lib. I. olei myrtei libr. I. vini quod ſatis eſt.

Ceratum ex ſandyce, Homo appellatum, Cap. XLIII.

HOC vlcera diuturna ac maligna, & in tibiis oborta, ſolum per ſe adhibitum ad cicatricem perducit: Sandycis lib. I. olei dulcis lib. II. coquito donec non amplius inquinent, & vtere confidenter.

Emplaſtrum ex alliis, Cap. XLIIII.

HOC vim attractoriam habet. facit ad omnem duritiam, abſceſſus, furunculos, ſtrumas, inguinum tumores, fiſtulas, impetigines humidas, mammas induratas: Ceræ lib. II. colophoniæ ſeſcuncem, medullæ ceruinæ tantundem, nitri albi beſſem, allia viginti, olei libras quatuor. Allia depurgata in oleo coquito donec torrefiãt. deinde ad oleum excolatum liquabilia adiicito, & poſtea nitrum tritum adiicito, ac vtitor. Nos verò ita præparamus: Ceræ, colophoniæ, olei, ſingulorum quincuncem, nitri ſeſcuncem, medullæ ceruinæ ſextãtem, alliorum nucleos triginta, præpara, & vtere, præſertim ad fiſtulas: humorem enim attrahit, quem quotidie crebrò detergere oportet. Hoc ſolum citra alterius opem extrahit, incarnat, & cicatricem inducit. Aliud Oribaſii, ad puſtulas, intertrigines, ambuſta ab igne, perniones non exulceratos, ad bullas nondum apertas, ad cutis tibiarum excoriationem, ad vlcera antiqua & proſerpentia ſub cute. Recrementi plumbi trientem aut quadrantem ad ceratum admiſceto quod habet ceræ beſſem aut dextantem, adipis ſuilli recentis, olei myrtei, ſing. ſextantem aut quadrantem. Quòd ſi cicatrix inducenda eſt, abſque adipe præparetur.

Emplaſtrum è ſquilla, Aſclepiadæ, Cap. XLV.

HOC ad fiſtulas, ſinus, nomas & putredines facit. Vlcerum eminentias contrahit, ad fiſtulas anguſta oſcula habentes collyrium ex eo formatum inditur. Si verò lata ac ampla fuerint oſcula, roſaceo dilutum adhibetur, eloto prius ſinu ſiue fiſtula cum poſca aut vino mulſo iniectum, locúſque emplaſtro munitur ac deligatur: hoc enim modo incarnat, ac replet fiſtuloſa capitis vlcera. Cõuenit & nomis, ſi membrana non fuerit denudata. Idem ſyncerum ad capitis fracturas adhibetur, & ad anheloſos ac orthopnoicos amplis ſpleniis inductum pectori imponitur: conuenítque omnino vbi ad ſuperficiem materias attrahere volumus. Squillæ repurgatæ quincũcem, ſquamæ æris, iridis, ſing. quadrantem, myrrhæ drach. octodecim, ammoniaci thymiamatis drach. duodecim, galbani, picis liquidæ, ſtyracis, æruginis, reſinæ pinus ſiccæ, ariſtolochiæ, ſing. ſeſcuncem, ceræ vnc. viginti, terebinthinæ triẽtem, olei veteris lib. duas, aceti acerrimi ſextarios nouem, aut quod ſatis eſt. Squillã ad ſolem æſtiuum tundito, & acetum paulatim inſtillato, quantum ſatis ad exactè terendam. In alio autem mortario ſquamam æris & æruginem cum aceto diutiſſimè terito, & arida trita ac cribrata adiicito. Poſtea ammoniacum, ſtyracem, myrrham, galbanum addito, & inſtillato aceto ſimul probè conterito, deinde liquabilia liquefacta, iride ac ariſtolochia inſperſis frigefacito, & ad reliqua admiſceto, ſubigito ac vtitor: ad fiſtulas quidem & oſſa corrupta, collyria ex eo formata indens: verùm ad vlcera repurganda ſumito, medicamenti trientem, ceræ ſextantem, roſacei quadrantem, & pro repurgationis ratione aliquid de medicamento detrahito, & cerato adiicito donec cicatrix inducatur, ita vt poſtremùm quum iam abſoluenda eſt cicatrix, medicamenti vnc. vnam, olei roſacei aut myrtei dodrantem, & ceræ trientem commiſceas.

Emplaſtrum è pompholyge, Heræ Cappadocis, Cap. XLVI.

HOC ad ſedandos dolores ac inflammationes facit, præcipuè ad vlcera maligna ac cancerata, antiquáque ac cicatricem non recipientia. facit & ad ambuſta ab igne. roſaceo aut myrteo oleo dilutum, cicatricem inducit: & butyro dilutum, incarnat. at cum roſaceo, ad omnes ſedis affectiones cõmodum eſt. Cadmiæ botryitidis lotæ drach. octo, pompholygis lotæ drach. ſeptem, plumbi vſti & loti drach. nouem, thuris drach. quatuor, ceruſſæ lotæ drach. nouem, ſpumæ argenti lotæ drach. octo, ceræ albæ drach. centum, terebinthinæ Chiæ drach. ſeptem, olei myrtei drach. centum ſeptuaginta. Arida trita & cribrata, in mortario plumbeo cum piſtillo plũbeo, cum vini ſextariis quatuor terito. cæterùm in vino hoc, infrà ſcripta polentæ modo contuſa, per diem ac noctem præmaduiſſe oportet: Iridis, meliloti, ariſtolochiæ, capitulorum papaueris, ſeminis hyoſcyami albi, ſing. drach. octo. cum hoc itaque vino excolato, metallica ſicut diximus ſunt conterenda vſque ad mellis compagem, & deinde oleum myrteum adiiciendũ, quò illitionis ſpiſſitudo fiat. Poſtea verò omnia in ollam nouam coniecta lento igne ad emplaſtri formam, & terebinthina adiecta, medicamentum ab igne tollito, ac frigefacito, ſubigito, & vtitor.

Emplaſtrum nigrum, Eſſentia appellatum, Cap. XLVII.

FAcit hoc ad duritias, ad articulos, & coſtas fractas. ganglia, ſtrumas, & tumores diſſoluit. Tibiarum vlcera, chironia, & fiſtulas curat. facit ad morſus ferarum. Aquæ inter cutem molem delet. Clauos ſanat, aculeos extrahit. Splenicis, podagricis, hepaticis prodeſt: Spumæ argenti, ceruſſæ, æruginis raſæ, ſing. quadrantem, ſquamæ æris ſextantem, thuris maſculi ſextantem & ſemunciam, bituminis Iudaici beſſem, terebinthinæ quadrantem, ceræ flauæ, picis aridæ, ſing. lib. III. olei antiqui lib. I. lapidis gagatæ, lapidis aſii, aluminis ſciſſi, magnetis viui, myrobalanorum, ſing. quadrantem. ſpumam argenti, ceruſſam, ſquamam, æruginem, bitumen, & thus, omniáque arida tũdito, & in mortario aceto paulatim inſtillato, ac ad ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem terito. deinde ceram, picem, oleum, ac reliqua liquabilia liquata admiſceto, vnito, ac vtitor.

INDEX EORVM QVÆ IN QVARTO SERMONE Tetrabibli quartæ Aetii habentur.

De vteri ſitu,magnitudine,ac forma, Cap. I.
Quæ intra prægnantis vterū naſcuntur, Cap. II.
De ſecundæ generatione, Cap. III.
Menſtruæ mulierum purgationis ratio, Cap. IIII.
Notæ futuræ virginum purgationis, Cap. V.
Quando ſemen appareat, & conceptus tempus adueniat, Cap. VI.
Fœcundarum mulierum dignotio, Cap. VII.
Quomodo cognoſcantur quæ conceperunt, Cap. VIII.
Notæ fœtus maſculi ac fœminæ, Cap. IX.
De pica, Cap. X.
De tumoribus pedum in prægnātibus, Cap. XI.
Cura prægnantibus adhibenda, Cap. XII.
Notæ partus ſecundum naturā futuri, Cap. XIII.
Parientibus facienda, Cap. XIIII.
Cura circa ægrè parientes adhibēda. Cap. XV.
Quomodo opē ferre oportet iis quæ non tutò cōcipiunt, Cap. XVI.
Peſſi ſterilitatem inducentes, Cap. XVII.
Fœtum corrumpentia, Cap. XVIII.
Signa futurum abortum præcedentia, Cap. XIX.
Quomodo abrupti fœtus eiectioni opitulemur, Cap. XX.
De iis quæ bimeſtres aut trimeſtres fœtus abortiunt, Cap. XXI.
Pariendi difficultatis cauſæ Cap. XXII.
De fœtus extractione ac exectione, Cap. XXIII.
De ſecundæ eductione, Cap. XXIIII.
Cura poſt fœtus exectionem, Cap. XXV.
Cauſæ ſterilitatis,itémque curatio in viro ac muliere. Notæ item conceptionis, Cap. XXVI.
Frigidioris vteri ſigna, ac curatio, Cap. XXVII.
Calidioris vteri ſigna,ac curatio, Cap. XXVIII.
Humidioris vteri curatio, Cap. XXIX.
Siccioris curatio, Cap. XXX.
Diuerſarū affectionum ob quas mulieres non concipiūt curatio, Cap. XXXI.
Potiones,peſſi,& ſuffitus ad conceptionem, Cap. XXXII.
De lactis defectu, Cap. XXXIII.
Ne lac in mammis coeat in grumos, Cap. XXXIIII.
De coagulato in mammis lacte, & iiſdem turgentibus ob lactis redundantiam, Cap. XXXV.
De vitiato lacte mammas lædente, Cap. XXXVI.
Ad mammas inflammatas, Cap. XXXVII.
Ad induratas mammarum inflammationes, Cap. XXXVIII.
De mammarum abſceſſu, Cap. XXXIX.
De mammarum fiſtulis, Cap. XL.
De mammarum nomis, Cap. XLI.
De exedentibus māmarum vlceribus, Cap. XLII.
De cancris mammarum, Cap. XLIII.
Qui cancri curatu faciles,& qui difficiles, Cap. XLIIII.
Cancri chirurgia, Cap. XLV.
Cancri curatio poſt amputationem & inuſtionem, Cap. XLVI.
Cancrorum curatio citra chirurgiam, Cap. XLVII.
Canceratorum tumorum non vlceratorum curatio, Cap. XLVIII.
Cancri vlcerati curatio, Cap. XLIX.
De mammis induratis, Cap. L.
De menſtruis ſuppreſſis, Cap. LI.
Mulieribus quæ non purgantur accidentia, Cap. LII.
Curatio earum quæ ob nimiam caliditatem non purgantur, Cap. LIII.
Frigidæ temperaturæ dignotio ac curatio, Cap. LIIII.
Peſſi menſes educentes, Cap. LV.
Curatio earum quæ præ pinguedine non concipiunt, Cap. LVI.
Curatio earum quæ ob plenitudinem non purgantur, Cap. LVII.
Curatio earum quæ ob maciem non purgantur, Cap. LVIII.
Curatio earum quæ ob vitioſos humores non purgātur, Cap. LIX.
Curatio earum quibus ſanguis ad nares vel ſedem defertur, Cap. LX.
Curatio earum quæ ob nimium otium non purgantur, Cap. LXI.
Curatio earum quæ ob aliquam vteri affectionem non purgantur, Cap. LXII.
De menſium ſtillicidio, Cap. LXIII.
De nimia menſium purgatione, Cap. LXIIII.
De fluxu muliebri, Cap. LXV.
Curatio rubri vteri fluxus, Cap. LXVI.
Albi fluxus curatio, Cap. LXVII.
De vteri ſtrangulatione, Cap. LXVIII.
Peſſi ad vteri ſtrangulationem idonei, Cap. LXIX.
Vnctiones ad vteri ſuffocationem, Cap. LXX.
Varia auxilia ad vteri ſtrangulationē, Cap. LXXI.
De ſeminis fluxu, Cap. LXXII.
De vteri debilitate, Cap. LXXIII.
De furore vterino, Cap. LXXIIII.
De vteri reſolutione, Cap. LXXV.
De vteri prolapſu, Cap. LXXVI.
De reclinatione,auerſione,ac recurſu vteri, Cap. LXXVII.
De vteri inflammatione, Cap. LXXVIII.
De vteri hydrope, Cap. LXXIX.
De mola vteri, Cap. LXXX.
De tumore vteri laxo, Cap. LXXXI.
De ſatyriaſi, Cap. LXXXII.
De vteri inflammatione, Cap. LXXXIII.
De vtero in ſcirrhi tumorē indurato, Cap. LXXXIIII.
De vteri abſceſſu, Cap. LXXXV.
Abſceſſus oris chirurgia, Cap. LXXXVI.
Abſceſſus vteri inter inteſtina & peritonæon membranā rupti curatio, Cap. LXXXVII.
De vteri exulceratione, Cap. LXXXVIII.
Vlcerum vteri carbunculoſorum curatio, Cap. LXXXIX.
Ad ſordida vteri vlcera, Cap. XC.
Ad humorem à muliebri pudendo profluentem, Cap. XCI.
Ad vteri nomas, Cap. XCII.
Quæ ad cicatricem ducunt, Cap. XCIII.
De cancris vteri, Cap. XCIIII.
De vteri obturatione, Cap. XCV.
De vtero non perforato, Cap. XCVI.
De hæmorrhoidibus vteri, Cap. XCVII.
De calculo vteri, Cap. XCVIII.
De calculo veſicæ muliebris, Cap. XCIX.
De hernia aquoſa mulierum, Cap. C.
De hernia inguinis mulierum, Cap. CI.
De hernia varicoſa, Cap. CII.
De nymphæ ſectione, Cap. CIII.
De cauda, Cap. CIIII.
De thymis, & verrucis tum aliis, tum formicariis vteri, Cap. CV.
De condylomatis, Cap. CVI.
De rimis ac fiſſuris vteri, Cap. CVII.
De tuberculis vteri miliaceis, Cap. CVIII.
De ſcabris vteri puſtulis, Cap. CIX.
De alarum pudendi muliebris abſceſſu, Cap. CX.
Ad vmbilicum prolapſum Cap. CXI.
Ad rugas ventris, rimáſque ac nigredines à partu exortas, Cap. CXII.
Præparationes vnguentorum ſiccorum,moſchatorum, Item conditorum, & œnanthiariorum ac ſuffumigio-

rum variorum, Cap. cxiii.
Olei ſalca præparatio precioſa, Cap. cxiiii.
Olei ſiue vnguenti foliati, ac ſpicati præparatio, Cap. cxv.
Œnanthariorum præparationes, Cap. c xvi.
Abſinthati ſiue rhodabſinthati præparatio ſalubris, Cap. c xvii.

Conditi purgatorii præparatio, Cap. c xviii.
Rhodomeli præparatio, Cap. c xix.
Muſtati præparatio, Cap. c xx.
Gari præparatio pro abſtemiis, Cap. c xxi.
Suffumigii moſchati præparatio, Cap. c xxii.
Myrrhatio ad cadaueris conſeruationem, Cap. cxxiii.

AETII MEDICI GRAECI CONTRACTAE MEDICINÆ, Tetrabibli, ſiue quaternionis quarti Sermo quartus.

De conceptus ac partus ratione, & de affectionibus muliebribus, vteri præſertim & mammarum. Item de vnguentorum pretioſorum, & potionum ac ſuffimigiorum præparatione.

De vteri ſitu, magnitudine, ac forma, Cap. I.

VTERVS *Græcis* Metra, *hoc eſt matrix* appellatur, quòd ex ipſo omnia animantia, velut à matre oriantur. Vocatur eiſdem hyſtera, quòd poſterior ſitu ſit omnibus viſceribus. Situs eſt enim vterus intra peritonæon membranam aluum & inteſtina omnia circumcirca amplectentem, inter veſicam ac rectum inteſtinum. Atque huic quidem ferme toti incũbit: veſicam verò iuxta vmbilicum, vbi fundum habet, vtplurimùm ſupereminet. Iuxta partem autem ad pudendum tendentem ipſa veſica vterum excedit collo. Magnitudo eius non in omnibus eadem eſt. multo enim minor eſt vterus eius quæ prægnans non eſt: maior autem prægnantis. eius verò quæ nunquam prægnans fuit, longè adhuc minor vterus exiſtit. & iuxta ætatem minimus eſt iis quæ ad venerem experiẽdam tempus nondum attigerunt. nam & aliâs ſemper minor eſt iis quæ venere non vtuntur. Longitudo itaque in moderatè ſe habentibus mulieribus, à fundo circa vmbilicum, vſque ad pudendum, eſt plerunque vndecim digitorum. latitudine verò ad vtrunque latus per cornua ſua extenditur. Quantum verò ad figuram attinet, totum quidem reliquum corpus, & maximè fundum, veſicæ ſimile eſt. In quãtum verò exortus papillares ad lumbos nutantes habet ab vtroque fundi latere productos, veſicæ ſimilis non eſt. appellantur autem hi exortus cornua, & primùm ſurſum vergunt, poſtea deorſum tendunt, & paulatim anguſtiores fiunt, vt poſtremæ partes venis ſimiles ſint. Hæ itaque anguſtæ cornuum partes, ſinuoſis flexibus ad teſtes inſeruntur, qui à lateribus vteri ſiti ſunt, ſinguli ab vtraque fundi parte prope cornua: & per hos ſinuoſos cornuum flexus in congreſſu viri vterus ſemen à teſtibus attrahit. Sunt autem teſtes mulierum parui, neque ſicut in viris rotundi & oblongi, ac tenera carne præditi, ſed lati ac glanduloſi & pelliculoſi. Appendet porrò vterus veſicæ & inteſtino recto, per fibroſa quædam interſtitia. Appendet & oſſi ſacro, per robuſta quædam ligamenta neruoſa ac muſculoſa. Sunt & ligamenta ac appendices quæ in ipſum vterum inſeruntur, partim quidem texentia & perplicantia ipſum vteri corpus, quorum non exigua pars ſunt nerui à ſpinali medulla orientes: partim verò incrementi ac nutrimenti ipſius vteri, itémque fœtus gratia facta, velut ſunt arteriæ & venæ. A vena enim caua quæ per ſpinam à gibba hepatis parte fertur, & ab arteria magna quæ illi incumbens ſimul defertur, duæ venæ & duæ arteriæ exoriuntur, vtrinque ſanè vena & arteria: atque hæc quatuor vaſa ad vterum delata, antequam in ipſum inſeruntur, ramulos ad teſtes extendunt, & poſtea in ipſum vteri corpus deferuntur, ipſúmque intertexunt, & per ea mẽſtruus ſanguis in vterum deriuatur. Sunt autem & aliæ venæ ac arteriæ vtrinque vtero inſertæ, partim ad teſtes, partim ad ceruicem tendentes. At verò ipſum vteri corpus ex duabus tunicis conſtat, & externa quidem neruoſior eſt, interna verò venoſior. & externa quidem ſimplex & vna eſt: interna verò duplex, vt ſi excoriare volueris, duo tibi vteri eſſe videantur, ſub vna & eadem tunica ſiti. Cæte-

A rùm collum vteri muſculoſum, ex dura ac cartilaginoſa carne factum eſt, & ſemper durius ſeipſo euadit, & progreſſu temporis cartilaginoſum, adeò vt quæ ſæpius pepererunt, aut iam aniculæ ſunt, his multùm durum ac cartilaginoſum collum ſit, vt gutturi ſummo ſimile exiſtat. Eſt & in collo vteri foramen, per quod & menſes deferuntur, & mulier maſculi ſemen ſuſcipit, exitq; per ipſum etiã fœtus: incredibile enim dictu eſt quantum hîc meatus pro tempore amplitudinem euariat. Nam reliquo tempore toto ſpecilli extremam, aut paulò craſſius quiddam B ſuſcipit: prægnãte verò muliere ita clauditur, vt nihil ſuſcipere poſſit. At vbi fœtus ab vtero exoluitur, dolores partus ipſum quamplurimùm extendunt, & quod mirum auditu eſt, animal totum per ipſum tranſit. Finit autem collum ac deſinit in muliebrem ſinum ſiue pudendum. Longitudo porrò pudendi in mulieribus ætate perfectis, ſex ferè digitorum menſura eſt. in partu tamen & concubitu breuius efficitur, collo nimirum vteri ſe extendẽte. Eſt & puellari ætate pudendum delicatius ac mollius: in aniculis verò & iis quæ ſæpius pepererunt calloſius euaC dit, & cartilagini ſimile: ex crebro enim congreſſus attritu, & partium exeuntium colliſione calleſcit. Sed & menſium delatione indureſcit, nõ aliter quàm ob plurimum & acrem humorem influentem vlcera calloſa ac fiſtuloſa fiunt. At verò imminente menſium tempore, vterus craſſeſcit ac intumeſcit, aliàs tenuior ac contractior exiſtens. Craſſior item eſt in iis quæ ſæpius pepererunt: tenuior autem in iis quæ nondum prægnantes fuerunt. Idem etiã primis à conceptu diebus craſſeſcit: vbi verò fœtus adoleuit, ac iam pariendi tempus adeſt, tenuiſſimus euadit. D Attenuatur autem velut veſicæ flatu repletæ ſolent, craſſitudine in longitudinem abeunte. Atque hactenus de ſitu, figura, ac magnitudine vteri dictum ſit.

Quæ intra prægnantis vterum naſcuntur, Cap. II.

IMprægnationis tempore primùm ſecunda vtero adnaſcens, & totum fœtum ambiens generatur: deinde aliæ duæ pelliculæ, altera farciminalis à farciminis ſimilitudine appellata, eminentibus fœtus partibus duplicata incumbens: altera agnina à teneritudine vocata, quæ totum E fœtum ambit ac complectitur.

De ſecundæ generatione, Cap. III.

SEcunda hoc modo generatur: Singula venarum ac arteriarum oſcula, quæ intra vterum perueniunt, in extremitatibus ſuis nodoſas quaſdam eminentias hæmorrhoidibus ani ſimiles habent, quas aliqui cotyledonas, *hoc eſt acetabula* appellant. Atque hæ in mulieribus ſunt minores, quàm quæ in vaccis, capris, ac ceruis, atque aliis talibus animalibus reperiuntur. Sed & in brutis flaccidiores ac F mucoſiores ſunt, figura cotyledoni herbæ, *id eſt, umbilico Veneris* ſimiles. Tales igitur eminentiæ in vteri ſinu vbi mulier conceptura eſt, aperiuntur. Contingit autem hoc tempus, incipientibus fluere menſtruis purgationibus, aut deſinentibus. Et quanquam etiam reliquo toto purgationis tempore apertæ ſint, tamen non concipit mulier. non enim poteſt ſemen in vtero manere, quum influentis ſanguinis multitudine eluatur. Quando verò

ceſſant

ceſſant menſes,& quum incipiunt,aperta ſunt vaſa,& purgatio lunaris neque multa, neque coaceruatim effunditur,vt ſemen ob vteri aſperitatem facilè adhæreat, & ab allabentis ſanguinis paucitate abundè alatur. Priuſquam enim fluere cœperint menſes, mulier non conceperit, quòd & ſemen careat alimento, & vnde adhærere poſſit non habeat: læuis enim tunc vterus eſt ob vaſorum concluſionem, vt inde ſemen tãquam color à læui pariete elabatur. Nam qui parietes illituri ſunt, eos primùm exaſperant,deinde colores inducunt.Proinde ſemen viri iniectum,& in vtero detentum, acetabulis dextri vel ſiniſtri ſinus impingitur, contrahítque ſeipſum vterus,ac ſemen vndique complectitur. Secundæ itaque generatio ab oſculis in vterum apertis initium ſumit, ita vt ab vnoquoque oſculo vas generetur, ab oſculo arteriæ,arteria:à venæ oſculo,vena.atque hæc vaſa diſtinguit ac connectit membrana: & hoc modo ſecunda generatur. At verò hæc vaſa per ſecundam diſperſa rurſus inter ſe coeunt,& in duos veluti ſtipites deſinunt, bináſque venas ac binas arterias perficiunt, quæ ad ipſum fœtum ſe ingerunt circa vmbilicum. Nihil enim aliud eſt vmbilicus quàm quatuor hæc vaſa,in medio ſui ὐραχὸν, *hoc eſt lotii ductorem* appellatum habentia. Hic verò eſt principium pelliculæ farciminalis,perforatúſque eſt ad fundum veſicæ ipſius fœtus,vt per ipſum lotium fœtus excernatur, & in pellicula farciminali colligatur. Tum verò ex duabus venis vna tantùm efficitur, quæ per vmbilicum delata,ſimæ parti hepatis ipſius fœtus inſeritur, venáque caua appellatur. & per hanc ad fœtus alimentum ſanguis ab vtero deriuatur. Poſtquam enim hepar ipſius fœtus ſanguinem allatum ſuſcepit, in omnes corporis partes diſtribuit. Similiter etiam duæ arteriæ in vnam coaleſcunt,quæ circa veſicam firmatur, & magnæ arteriæ inſeritur,quæ ſpinæ eiuſdem fœtus adhæret. Et per hanc vitalis ſpiritus ex vteri arteriis ad fœtum diſtribuitur. Porrò partus tempore inſtante, quum magnus perfectúſque infans vterum vndiquaque diſtenderit, ſecunda pro infantis mole anguſta efficitur,neque iam ſanguis ab vtero allatus alimentum ſufficiens exhibet. Quapropter concitatus infans exilit,& ambientes pelliculas dirumpit. atque ita arcana quadam ratione vteri oſtium aperitur, ac fœtus progreditur. Et hæc quidem de fœtus generatione breuiter, & quàm lucidiſſimè id fieri potuit explicauimus. At ſi quis diligentius ſpeculari hæc voluerit,capram aut vaccam, vel ceruam diſſecare poterit,oſſa pubis remouendo, & cutem aptè reſecando: & vteri cum vicinis partibus vnionem apertè videbit.

Menſtruæ mulierum purgationis ratio, Cap. IIII.

Circa quartumdecimum annum menſes in fœminis apparere incipiunt, quo tempore & pubeſcunt, & mammæ ipſis intumeſcunt. Non tamen omnibus eodem tempore, eadémque menſura, & per totidem dies prodeunt. ſed pleriſque plus minus duarum heminarum menſura,quatuor dierum ſpatio,interpoſitis vigintiduobus diebus,aut ſummum triginta, ſingulis menſibus deferuntur. nec ante triceſimumquintum,nec ſerius quàm quinquageſimo anno deſinunt. rariſſimè enim ad ſexageſimum annum menſtruæ purgationes perueniunt. Citiſſimè verò in pinguibus corporibus deficiunt. Cæterùm ſanguinis qui profluit copia,paulatim vſque ad ætatis vigorem augeſcit. deinde aliquandiu æqualitatem ſeruans,paululum penitus creſcit aut minuitur. at vbi ad finem tendit,paulatim rurſus minuitur, donec in totum deſinat. Vt autem ordinem ſeruent aut excedant, & vt multitudine vel paucitate delinquant,in ætate ſitum eſt, ac anni tempore,itémque victus ratione, & peculiaribus mulierum ſtudiis. Huc faciunt & ciborum qualitates, & morbi accedentes.

Notæ futuræ virginum purgationis, Cap. V.

Virginibus futuram purgationem præſagiunt mammarum pruritus,lumborum,pectinis, & capitis dolor, bilis aut pituitæ vomitus. Quum hæc circa deci-

A mumquartum annum apparuerint,medicum coniectare oportet quomodo purgationem maturet, & per leuiores decoctiones ſanguinis delationem adiuuet.

Quando ſemen appareat,& conceptus tempus adueniat, Cap. VI.

Semen quoque circa decimumquartum annum, & pleriſque in ipſo pubertatis tempore apparet. verùm ad generationem aptum efficitur anno plerunque decimooctauo aut viceſimo. Et ſtatim ſanè vbi ſemen comparuerit,coeundi deſiderio flagrare incipiunt.

B

Fœcundarum mulierum dignotio, Sorani, Cap. VII.

A Decimoquinto ætatis anno,ferè vſque ad quadrageſimum, mulieres ad concipiendum idoneæ ſunt, quæ neque viragines, neque corporis habitu denſo aut duro præditæ ſunt, neque contrà humecto ac languido, neque alui fluxione aſſidua laborant: ſed & recta ratione ac læta mente funguntur,& lumbos habent latos,& ventrem amplum, & quibus menſes non impediuntur, & quæ vteri affectionibus nõ infeſtãtur. Cæterùm
C conceptura ſit an nõ,mulier,hoc modo deprehẽdi aiunt:Infernas partes veſtimentis contectas reſina ſuffiunt, ita vt intra pudendum vapor recipiatur: & ſi quidem odor per corpus ad os & nares transſeat,fœcunditatis ſignum iudicant:ſin minus,ſterilitatis. Allia item decorticata, & lanæ inuoluta, mulier dormiendi tempore ſibiipſi velut peſſum ſiue tali formam ſubdat. & ex odore an ad os peruenerit aut non, fœcunditatem aut ſterilitatẽ iudicet.

Quomodo cognoſcantur quæ conceperunt, Cap. VIII.

D Mulierem concepiſſe argumento primùm eſt, ſi ab obſtetrice interrogata reſpondeat ſe poſt concubitum,viri ſemen non effudiſſe, & in ipſo coitus opere horrorem quendam percepiſſe, & moderato dolore circa pudendum ac vmbilicum vexari. & ad hæc ſi pudendi ſinus & os arida ſint: & vteri oſculum non durum, nec inflammatum,ſed interius ac exterius occluſum fuerit & aliquantulum ſurſum progreſſum. Et ſi veneris appetentia languerit, & menſes conſueto tempore non apparuerint. Si venæ pectoris virere,& mammæ intumeſcere in-
E ceperint,& progreſſu temporis lac habuerint. ſi cauitates oculorum ſubpallidæ fiant. ſi nigræ maculæ in facie & aliquibus lentigines oriantur. ſi colli pars anterior calidior, ceruix verò frigidior appareat. ſi circa ſecundum menſem præter conſuetudinem ſalſa aut acida appetat. Quibuſdã etiã os nimio humore madeſcit, & ad agendũ torpor adeſt, & aſpectus languidus ac planè effœminatus efficitur,&color ad albedinẽ ac pallorẽ mutatur,prægreſſo plerunque rubore,ſi fœminæ viriliores fuerint. Circa conſueta item purgationis menſtruæ tempora aggrauan-
F tur prægnantes,& mammæ intumeſcunt,lumbi difficulter mouentur, veſica rubens ac ignitum lotium cum dolore excernit, & ſuppreſſorum menſium calor ſinum ac ceruicem vteri accendit.

Notæ fœtus maſculi ac fœminæ, Cap. IX.

Hippocrates & alii quidam maris notam eſſe dixerũt, ſi prægnans ſit bene colorata,& ad motum facilis,& ſi dextra mamma amplior,& præſertim papilla, ſit. contrà verò pallidus color, ſiniſtráque mamma ac papilla tu-
G midior,fœmellæ indicium eſt. Sed & in maſculi conceptu dextræ partis vaſa, venæ ac arteriæ magis intumeſcunt,præſertim ſub lingua. at in fœmellæ cõceptu contrarium apparet. Aiunt etiam papillas in fœminæ conceptu deorſum nutare,in maſculi verò,ſurſum tendere: ſed & lac prægnantis aquæ inſtillatum, ſi fœtus fœmella ſit, diuelli ac detrahi:ſi verò maſculus, in ſuperficie perſiſtere. Certiſſimum verò miniméque fallax maſculi fœtus ſignum eſt,ſi prægnans dextræ manus pulſum validiorẽ, velociorem,maiorémque ac duriorem habuerit: & vice
H verſa, in fœmella.

De pica, Galeni, Cap. X.

Circa ſecundum menſem affectio quædam prægnantibus accidit,quæ à pica auicula nomen accepit. Alii

tamen ab hederæ ſimilitudine, quæ cittos *Græcis* vocatur, hanc affectionem cittam *Græcis* appellatam eſſe ſentiunt. nam ſicut illa variis plantis, prout occurrunt, ſe implicare ſolet: ita mulieres ex pica laborantes, varia edulia appetunt,atque ea contraria, quæ tum voluptatem tum inſuauitatem guſtanti exhibent. Accidit autem ferè circa quadrageſimum diem à conceptu. & eſt ſtomachi languor cũ nauſea & auerſatione ciborum, bilis ac pituitæ vomitum inducens. conſequuntur aſſiduè exputitiones oris, ventris morſus, ac anxietates. Atque hæc omnia ob humoris,ſanguinei præſertim,redũdantiã fiunt. qui enim per vteri vaſa ſingulis menſibus excerni ſolebat,à fœtu ſuppreſſus, ſurſum vergit, & ſtomachum præcipuè,velut ſubtiliore ſenſu præditum infeſtat:pro varietate autem vitioſi humoris, varia ac peregrina edulia appetunt,quædam ſalſa,aliquæ acida, aliquæ terram, aut teſtas,aut extinctos carbones.& ſæpe vſque ad quartum menſem hæc affectio durat. In principio enim modicus ſanguis ad fœtus alimoniam diſtribuitur.poſtea verò creſcente fœtu plus alimenti attrahitur. Itaque tum demum vitioſo humore partim per vomitum euacuato, partim ad vterum alendi fœtus gratia delato, relata accidentia remittunt. In quibus igitur multus ſanguis collectus videtur,his modicus cibus competit,& exercitia mulieribus conuenientia, quæ redundantem diſcutere poſſunt.proſunt & fatigationes ac peregrinationes. Quæ verò citra laborem viuere conſueuerunt,hæ prægnantes ægrè ferunt repentinos aut laborioſiores motus. Quarum verò ſtomachus ab acri acidóve aut ſalſo humore mordetur,hæ ad excitandum vomitum tepidam aquam com modè bibent,vt humor affligens reuomatur. Abſtineant autem à dulcibus obſoniis:& vinum fuluum,odoratum, antiquum,& ſubadſtringens bibant.Sit autem potus moderatus, ne alimenta ventriculo innatent. confert etiam ante cibum oliuas muria conditas cum pane molli exhibere. aut quinque vel ſeptem amygdalas amaras. aut polentam ſucco cotoneorum aut Punicorum malorum reſperſam. aut ſeridem ſiue intubum. aut aſparagum paluſtrem,aut ſiſarum.Ex auibus deligendæ ſunt, quæ neque pingues neque viroſæ ſunt. Conueniunt etiam pedes ac roſtra & ventriculi porcorum,& herinacei marini recentes.Poſt cibum verò,vuæ paſſæ, mala Punica ac pira exhibeantur.ſint tamen omnia quantitate moderata. At quæ cibos auerſantur,obſoniorum varietate ac iucunditate illectentur.Eis autem quæ terram comedunt,nihil ita prodeſt velut amylum recens pro terra oblatum. Cæterùm medicamenta contra picam commoda ſunt, portulacæ cremor,& ipſa in cibo ſumpta, cucumeris ſemen decorticatum,& ex aqua potum.Polygoni decoctum potum:ſimiliter etiam anethi. & rhei Pontici ac ſpicæ nardi cremor.item intubi ſuccus,vel ipſa herba cruda aut cocta,aſſiduè comeſta. At ſi craſſius eſt quod euomunt,& ob viſcoſitatem difficulter excernitur, ſalſamenta & raphanos ex aceto mulſo edant, omni ſtudio adhibito vt infeſtus humor citra moleſtiam ac conuulſionem educatur. Forinſecus autem adhibita,languido ſtomacho conferunt hæc,œnanthe,balauſtium, roſæ, cityni, myrtus, ſmyrnii coma,fœniculi ſemen,cum vino cataplaſmatis modo adhibita: addita etiam galla, aut cumino, aut abſinthio. Palmularum item carnes vino coctas aut maceratas, tritas pro emplaſtro imponere prodeſt. aut mala cotonea cũ poſca trita,roſaceo vel nardino cerato excepta, addito croco. Aut lanã ſuccidã, aut linteolũ vino & oleo,aut aceto & oleo, vel roſaceo & aceto,aut nardino & vino imbuito,& ſtomacho adhibeto. morſus enim & ſtomachi pũcturas mitigãt.Præterea calidã aquã,nõ tamẽ feruidã, aſſiduè abſorbere,& ſenſim aſſiduè obambulare, & præcordia molli lana integere,fouere ac inungere, & ante cibum infernas partes pro viribus exercere. hæc omnia ad ſanitatem aſſequendam mirificè faciunt.

De tumoribus pedum in prægnantibus,
Cap. XI.

PEdum tumores in prægnantibus, roſaceo & aceto, & ſale aliquando addito,perfricato. Prodeſt & terram

A Cimoliam cum aceto illinere, aut alumen ſciſſum cum vino.Bonum eſt & citriorum malorum decocto pedes lauare. Et anthyllin aceto maceratam obligare,& braſſicæ folia per latum diſtenta imponere ac obligare.

Cura prægnantibus adhibenda, Aſpaſiæ,
Cap. XII.

PRægnantes quæ recèns conceperunt, à timore,triſtitia, ac omni forti mentis perturbatione aſſeruandæ ſunt.Prohibendæ etiam geſtationes in curribus, & vio-
B lenta exercitia, ac ſpiritus detenſiones, & coxendicum ictus.Neque verò permittendum eſt vt graue onus eleuet, aut ſaltet,aut duris ſellis inſideat.Sed nec acria edulia nec flatuoſa,nec clyſteres acutos,nec cibi aut potus inopiã aut ſuperfluitatem concedemus.Sanguinis etiam effluxio ſiue è naribus,ſiue ab hæmorrhoidibus, aut alio quocunq; loco,prægnantibus periculum inducit. Quapropter alimentis vtẽdum eſt moderatis, & ſtomacho commodis, lecticæ geſtatione, leni deambulatione, molli frictione, & lanificii exercitio. At circa octauum menſem qui o-
C mnium moleſtiſſimus eſt, alimentũ contrahẽdum eſt,& motus vehementiores præſcribendi.Et ſi aluus ſuppreſſa fuerit,ob inteſtini recti anguſtias ab vtero illatas, edulia exhibeantur ventri ſubducendo apta, velut eſt ptiſanæ ſuccus,rumex coctus,malua,lactuca.Cæterùm menſe nono relaxandi corporis gratia, balneo frequenter vtẽdum eſt,& omni modo proſpiciẽdum vt paritura futuros partus dolores fortiter ferre poſſit.

Notæ partus ſecundum naturam futuri,
Cap. XIII.

D PArituris,pectinis ac ſuperioris ventris grauitas,pudẽdique ardor adeſt. Et vterus ad pudendum procumbit,vt obſtetrici facile ſit per contactum tentare. Os quoque vteri diſparatum ac dilatatum eſt, & ad tactum leue ac humectum percipitur. Partu autem inſtante, ſuperior venter contrahitur, & inguina ac pubes intumeſcunt, & aſſidua mingendi cupiditas adeſt. Deinde plurimus humor prodit, pleriſque etiam ſanguis tenuioribus ſecũdæ vaſis ruptis.

E Parientibus facienda, Cap. XIIII.

QVÆ præparare oportet,& quomodo ſecundum naturam parientibus conſulendum ſit, ſuperuacuum fuerit ſcripto prodere, quum ex longo vſu nõ modò obſtetrices,ſed reliquæ quoque mulieres iſta ſciant. De hoc tamen velut neceſſario admonebimus, quòd parientes ſpiritum detinere oportet,& ad inferiores partes propulſare,non velut imperitæ aliquæ faciunt, in gutture congregare.Inde enim pleriſque gutturis tumor, & vaſorum eius loci dilatatio contingit, quæ affectio penitus incu-
F rabilis exiſtit.

Cura circa ægrè parientes adhibenda, Aſpaſiæ,
Cap. XV.

QVVM partus difficultas inſtat, & loci præcluſi manent,prægnans in balneum ducatur, & in calidæ labrum deſideat,ſæpéque perfundatur.Vtatúrque inſeſſionibus ac illitionibus lubricitatem inducentibus: quale eſt oleum tepidum,ouorum candida tuſa, maluæ, fœnigræci,ſeminis lini decoctum. Aut cerato liquido ex oleo cyprino præparato loci ac inguina illinantur.Sed & hirun-
G dinum nidus oleo diſſolutus, & lumbis iuxta ſpinam affuſus,partum accelerat. Ferunt etiam tithymali maioris radicem linteo illigatam,femori vtiliter alligari,& ſimiliter ſtyracem,coryandrum viride,polygoni radicem, alcyonium, cucumeris ſyluestris ſemen: atque hæc omnia ſtatim à partu amouenda eſſe. Cæterùm ſi poſt partum ſecunda non ſequatur,violenter ne extrahatur, ſed ſternutatio excitetur,& ſpiritus detineatur, & os ac nares obturentur. Et ſi adhuc remanſerit, extractio fiat velut poſtea docebimus.

H Quomodo opem ferre oportet eis quæ non tutò concipiunt, Cap. XVI.

QVædã mulieres etiãſi cõcipiãt,in partu tamẽ pericli tãtur,ſiue ob vteri paruitatẽ, vt ob id fœtũ perficere

nõ poſſit, ſiue ob colli eiuſdem anguſtiam, ſiue quòd tu-
berculum aut tale quiddam in eiuſdem oſtio exortũ eſt
quod partum impedit. Atque hæ ſanè optimè fecerint, ſi
à partu omnino cauerint: at ſi conceperint, ſatius eſt fœ-
tum corrũpere quàm excidere. Quare ex ordine de cor-
rumpentibus fœtum, & de inducentibus ſterilitatem age-
mus. Quod enim ſterilitatem inducit, differt ab eo quod
fœtum corrumpit. illud enim conceptum fieri prohibet:
hoc factum corrumpit & expellit. Proinde vt ne mulier
concipiat, primùm caueat ne temporibus conceptui ido
neis cum viro coeat, incipientibus videlicet aut deſinen-
tibus menſibus. In ipſo verò concubitus tempore, quum
vir ſemen eiecturus eſt, ſpiritum detineat, ne in vteri ca-
uitatem ſemen feratur, ſtatimque exurgat ac genibus in-
nixa ſternutamenta cieat, & pudendum probè detergeat.
Ad prohibendum etiam conceptum, os vteri cum melle
illinere oportet, aut cum opobalſamo, aut cedria per ſe,
vel cum ceruſſa. item cum cerato myrteo liquido ceruſſa
admixta: aut alumine liquido: aut galbano cum vino. Ta
lia enim frigida, meatus obducentia ac adſtringẽtia, an-
te coitum os vteri claudunt, & ſemen in eius cauitatem
penetrare non ſinunt. Calida verò proritantia, non ſolùm
viri ſemen ab vtero pellunt, ſed reliquos etiam eius humo
res attrahunt ac exugunt. Sed & ea quæ ſequuntur, conce-
ptionem prohibent ac ſterilitatem inducunt.

Peſſi ſterilitatem inducentes, Cap. XVII.

CORticum pinus, rhois coriarii, ſingulorũ æquales por-
tiones cum vino è vinaceis expreſſo terito, & in lana
ante concubitum adhibeto. & hoc ablato, poſt duas horas
mulier cum viro coeat. Aliud. Malicoriũ recens cum
aqua tritum ſubdito. Aliud. Malicorii partes duas, gal
larum partem vnam terito, & glandulas paruas efforma-
to, eáſque vbi menſes deſiuerint ſubdito. Aliud. Galla-
rum drach. III. myrrhæ drach. II. cum vino velut erui gra-
na efformato, & in vmbra ſiccato, atque ante coitum pro
peſſis ſubdito. Aliud. Caricarũ carnes cum vino ſub-
actas adhibeto. Aliud. Florum mali Punici ſatiui dr.
II. gallarum tantũdem, abſinthii drach. I. cum cedria vel-
ut ordei grana formato, & duobus diebus à ſedatis men
ſibus ſubdito, totóque die ſumantur, & his amotis tandẽ
venere mulier vtatur. hoc non fallit, & longo vſu cognitũ
eſt. Potio ad idem. Succus Cyrenaicus ciceris magni-
tudine cũ duobus vini diluti cyathis potus, cõceptũ pro-
hibet, & menſes ducit. Aliud. Succi Cyrenaici, foliorũ
rutæ, opopanacis, æquales portiones terito & cera obdu-
cito, & fabæ magnitudinem exhibeto, deinde vinum di
lutum propinato. & hoc menſes prolectat. Aliud. A-
loes drach. I. ſeminis violarum albarum obolos III. myr-
rhæ drach. III. piperis grana II. Hæc in tres partes diuidi-
to, & tribus vicibus exhibeto, ſtatim vbi mẽſes ceſſarint.
Quin & fabrorum aqua in qua ferrum extinguunt, aſſi-
duè pota, maximè ſtatim vbi menſes ceſſarint, ſterilitatẽ
inducit. idem facit & populi albæ drachma, ex aqua ſin-
gulis menſibus ſemel pota. Aliud. Muſtellæ hepar ſi-
niſtro pedi alligetur. aut teſtes eiuſdem animalis circa vm
bilicum geſtentur. Aliud. Adeps ſiue pinguedo vul
uæ leænæ in vaſe eburneo geſtetur. eſt hoc efficaciſſimũ.
Aliud. Ceruſſa cum oleo velut peſſus ſubdatur. A-
liud. Florum mali Punici ſatiui, malicorii, gallarum, ſuc
ci vuæ acerbæ, ſing. drach. II. abſinthii dr. I. cedria excipe,
& velut ordei grana efforma. & mulieri quæ per biduum
à viro ſecubuit ſubde. Aliud. Poſtquam mulier à viro
ſecubuit, tot hederæ grana nigra è vino propinato, quot
diebus fœminam concipere nolueris. Aliud. Hyoſ-
cyami ſemen antequam in terram exciderit, ab ipſa her-
ba decerpito, & cum lacte aſinino terito, & modica myr-
rha, ac hederæ nigro grano aut corymbo admixto, lepo-
ris aut muli aut cerui corio inuolutum, geſtandum exhi-
beto. obſeruandũ eſt autẽ ne hoc amuletũ terrã cõtingat:
aut fabrorũ aquã frigidã ieiunæ propinato: aut ſalicis de-
coctũ cũ melle, propter eximẽdã amaritudinẽ potandũ
dato. Ferunt etiã, dentẽ infanti elapſum, ſi terrã nõ attige
rit, in anulo à muliere efficaciter geſtari. itẽ lũbricũ lapi-
dicinæ pro amuleto efficaciter appẽdi. Aliud. Hyoſcya-
A mi ſemẽ cũ equæ pullum alentis lacte ſubactum, & cerui-
no corio illigatum, ſiniſtro brachio appendito, & ne ter-
ram contingat caueto. Aliud. Coriandri ſemẽ toto an
no potum, ſterilitatem inducit. Aliud. Vir aliquo ad-
ſtringenti illinatur, quale eſt alumen, malicorium, galla
ex aceto trita, & ante coitum muria abluat, & non gene-
rabit. Omnia porrò medicamenta ſpleni conferentia, ma
xima ex parte conceptionem impediunt. Idem faciunt
& mulorum caſtratorum teſtes vſti, & cum ſalicis deco-
B cto poti.

Fœtum corrumpentia, ex Aſpaſia, Cap. XVIII.

SI mulier ad gignendum fœtum inepta, per negligen-
tiam conceperit, primùm vſque ad trigeſimum diem
contraria fiant iis quæ ſuprà de cura prægnantibus adhi-
benda diximus, ita vt vehementiſſimis motibus vti iu-
beatur, & vt ſaliat, ac grauiſſima onera leuet. & vt deco-
ctionibus vrinã ac menſes prolectãtibus atq; aluũ ſubdu-
cẽtibus aſſiduè vtatur, & acrioribus infuſis ventrẽ eluat.
C In balneo item ſuperiorem ventrem, pubem, ac lumbos
quotidie defricet, & in aquæ tepidæ labro diu moretur,
inſeſſũſque paret ex fœnigræci, althææque ac artemiſiæ
decocto, & cum oleo antiquo per ſe, vel cum rutæ ſucco
ac melle perfundatur: & ſi adhuc perſtiterit conceptus,
præcordia & lumbos ex lupinorum farina taurino felle
ſubacta integat, & epithemata huiuſmodi imponat: Cy-
clamini, elaterii, artemiſiæ, ſing. drach. V. abſinthii, grani
cnidii, ſing. drach. X. nitri drach. octo, radicis cucumeris
D ſylueſtris drach. V. opopanacis drach. X. lupinorum ama-
rorũ, radicis chelidonii, ſeminis aut radicis violæ albæ,
ſing. drach. ſex, olei cyprini quantum ſatis eſt ad empla-
ſtri formam. Hoc poſt perfuſionem cum artemiſiæ deco-
cto, ſuperiori ventri imponere oportet: deinde caricas cũ
nitro aut ſimile quiddã in pudẽdi ſinũ ſubdere, aut cũ o-
leo trita illinere. Hoc autẽ ſimplex inſigne eſt: Cupreſſi fo
lia cocta trita, poſt balneũ cubitũ itura ventri imponat, &
tota nocte ſinat, & ſupina iaceat. Præſtat & collyrium ex
opopanace ſubdere, & allii cortices ac pilos muliebres ſuf
fire. Quòd ſi hæc nihil profecerint, ad validiora auxilia
E pergendũ erit, neque tamen temere hoc faciendum eſt.
Omnis enim fœtus corruptio periculoſa eſt, præſertim in
muliere robuſta, vterùmque duriorem ac denſiorem ha-
bente. Quare diligenti animaduerſione opus eſt. & ſecun
dus maximè ac quartus menſis vitãdus: eſt enim in vtro-
que naturalis quædã difficultas ac mora. & impares mẽ-
ſes aptiores ſunt ad aggreſſionem ac firmitatem. Vnicũ
itaque tertii menſis tempus deligendum eſt: neque enim
prius, neque poſterius conueniet. Mulier autem à qua
fœtus expellendus eſt, per aliquot dies antea tenuiſſi-
mo victu, & aſſiduis balneis ac peſſis emollientibus ſub-
F ditis vtatur, & à vino abſtineat: deinde vena ſecetur, &
ſanguis copioſè detrahatur. Sanguis enim à muliere præ-
gnãte euacuatus, abortum facit, inquit Hippocrates. Tum
poſt biduum aut triduum, vbi interim à cœna euomue-
rit, foliorum Mercurialis fœminæ decoctum, cum oleo
& garo conditum ieiuna abſorbeat: aut agaricum cum a-
qua mulſa bibat: aut ſeminis violæ albæ drach. I. aut arte-
miſiæ, aut dictamni, aut gentianæ, aut caſtorei, ſing. dr. I.
aut ammoniacũ thymiama, aut myrrhã, aut lauri baccas
G cum aqua mulſa, aut cacumina thymi, aut fel tauri conge
latũ nucis auellanæ magnitudine ex vino odorato dilu-
tum bibat. hæc enim omnia etiam mortuos fœtus expel-
lunt. Atque hæc quidem conceptum fœtum corrumpũt.
ſi tamen nõ profecerint, oportet ante potiones & epithe-
mata quæ adhibentur, ſternutamenta ciere cum iis quæ
ad hoc efficaciſſima habentur. Peſſus corrumpens fœ-
tum: Iridis, galbani, grani cnidii, terebinthinæ, ſing. dr. I.
cum ſuſino cyprino ac roſaceo oleo æquis portionibus
efformato, & mulieri prius lotæ ſubdito, ac per totam no
ctem ſinito. Manè verò in fœnigræci & artemiſiæ deco-
H cto ſedeat, & ſi non ſucceſſerit, idem rurſus poſt balneum
fiat. Alius. Seminis violæ albæ, nitri, abſinthii, myr-
rhæ, pares portiones cum vino ſubactas in lana ſubdito.
Alius. Foliorum rutæ, baccarum lauri, myrrhæ, ſin-
gulorum drach. II. cum vino ſubacta ſubdito. Collyriũ

citra moleſtiam trimeſtrem fœtum expellens: Seminis naſturtii,ſeminis violæ albæ,myrrhæ,abſinthii,ſing.dr.1. cum aqua efformato,& mulieri prius lotæ ſubdito, & interim pulegii decoctum bibendum dato. Aliud inſigne. Abrotonum quantū voles in aqua ad totius aquæ conſumptionem coquito & exprimito, cúmque liquorē exceptum lana ſubdendum exhibeto. vtere etiam auxiliis ac epithematis,quæ ad retentos menſes deſcribemus.Tradunt etiam ſtercus columbinum ſuffitum,fœtum expellere.& cucumeris ſylueſtris grana ſpontè excidentia,panno excepta antequam terram attingant,adalligata magnā vim habere ad fœtum corrumpendum.

Signa futurum abortum præcedentia,
Cap. XIX.

FVturum abortum aquoſa primùm euacuatio, deinde ſanioſa aut cruenta,& velut carnium lotura præcedit. Vbi verò planè exolutio aduenerit,purus ſanguis,deinde grumi,ac demum fœtus ipſe formatus aut informis egreditur.pleriſque etiam lumborum ac coxarū grauitas adeſt, & ſuperioris ventris, capitíſque ac oculorum dolor, ſtomachi morſus,extremarum partium frigiditas,animi deliquium, horror febrilis:quædam etiam conuulſiones retrorſum,& velut à comitiali morbo habent. Atque hæc præcipuè accidunt iis quæ ex medicamentorum violentia abortum procurarunt.Nam in iis quæ citra medicamēta abortum faciunt,præcedit,velut Hippocrates teſtatur, mammarum gracilitas præter rationem oborta, femorū frigiditas & grauitas, etiam lumbos occupans. At verò ex abortu minus læduntur quæ ſaniores ſunt, & aluum natura laxiorem ac vteri partes humidiores habent,& quæ frequenter magnos infantes ſine moleſtia pepererunt,& ætate prouectiores, paucúmque ſanguinem habētes, & non pingues.

Quomodo abrupti fœtus eiectioni opitulemur,
Cap. XX.

SI fœtus abruptus fuerit, & in vteri collo detinetur, oleo cyprino, terebinthina admixta totum corpus, & præcipuè partes vtero vicinæ perfundantur. Eodem etiā eiecto iam fœtu loci aſſiduè rigentur, & ſi ſic non ſuccedat,mulier aromatum decocto inſideat,ac ſternutamenta adhibeat.& ex reſina ſicca,bitumine,propoli,& cancris fluuialibus ac galbano ſuffitus fiat.Hæc & alia huiuſcemodi facienda ſunt, ſi inflammatio non obſtiterit: nam ea præſente,intra inſeſſus laxandi ac mitigandi vires habentes nos continebimus. at ſi fœtus detinetur ex eo quòd vterus citra inflammationem concluſus eſt, papyrum & ſpongias aridas,primùm tenuiores,deinde craſſiores,inſtar peſſi ſubdemus.& extrema opopanace,vel panacis radice,cum melle ac terebinthina trita,illinemus.Porrò eiecto fœtu,ſi ſecunda non fuerit ſequuta,violenter extrahenda non eſt. ſed neque vmbilicus incidendus,& ſecunda relinquenda eſt: ſtrangulatus enim & certa pernicies ex hoc conſequeretur. Verùm ſi res diutius protrahatur, vmbilicus inciſus femori mulieris alligetur,&ſummum ſtudium adhibeatur vt ſecunda eximatur,quemadmodū inferius de fœus exectione referemus.

De eis quæ bimeſtres aut trimeſtres fœtus abortiunt, Cap. XXI.

QVæcunque moderatè corpus habētes, bimeſtres aut trimeſtres abortus faciūt citra manifeſtam cauſam, his acetabula ſiue cotyledones muco plena ſunt, & non poſſunt præ grauitate fœtum continere,ſed abrumpitur, inquit Hippocrates. Has igitur curare oportet per medicamenta pituitam ducentia totū corpus euacuando: qui enim ante totius corporis purgationem, & ante prohibitum humorum influxum,ſtatim à principio locos euacuare nititur, ſimile facit velut ſiquis perennem putei aquā exhaurire velit dum interim in exhauſtæ locum aſſiduè riuuli ſcaturiunt. Toto vero corpore euacuato,tandem cū iis quæ pituitam ducunt etiam vterum purgabimus. quales ſunt peſſi ex colocynthide præparati, qui cōtra ſterilitatem ex humorum redundantia contingentem inferius deſcribentur. Optima autem elotio purgatoria pituitam ex vtero educens ſic fit: Colocynthidem magnā supernè incidito,& ſeminibus eiectis ac dimiſſa medulla oleum

A irinum infundito, & cum deſecta particula colocynthidem operito, & per diem ac noctem madeſcere ſinito. deinde feruenti cinere coquito, ac oleum excolato, & hoc tepidum in vuluā iniicito.hoc multas ſteriles,fœcūdas fecit,educta ex alto pituita,quæ cōceptum impediebat. Victus autem ratio adhibēda eſt calefaciēs ac ſiccās. moderata item exercitia ac frictiones,& omnis perfrigeratio vitāda. At verò eis quæ ob naturalem facultatis retentiuæ debilitatem abortum faciunt, herinacei terreſtris pellis vſta,ex aqua aut vino pota, ex naturali quadā B proprietate auxiliatur.idem facit & pudendi oſculo illita. Idem poteſt & marinus herinaceus,ac conchæ vſtæ.Item myrti baccæ cum vino,aut oleo lentiſcino ſiue ſuſino illitæ. Rubi quoque ac myrti & ſimilium decoctis loci vtiliter irrigantur. Aetites etiam lapis circa ventrem geſtatus,& prægnantes,& fœtus conſeruat,nec ſinit vterū flacceſcere. Idem facit tritici granum intra panem repertū, ſiniſtro brachio alligatum. Sardonius quoque lapis prodeſt ſuperiori ventri appenſus donec dolores partus inſtant, & tunc ablatus. Lapis item in vulua, aut corde, aut C inteſtinis ceruarū repertus,pro amuleto geſtetur. eſt enim ad retinēdos fœtus efficaciſſimus. Iiſdē viribus præditus eſt lapis qui trūco arboris pro cunei more impingi ſolet.

Pariendi difficultatis cauſæ,
Cap. XXII.

PAriendi difficultas variis de cauſis contingit: aut enim eo quòd puerpera animo aut corpore,aut vtriſq; ſimul imbecilla eſt, aut ob vteri paruitatem, aut propter meatus anguſtiam. Quæcūque autē propter ætatem ſtaturæ breuioris ſunt,hæ ferè vterum reliquis corporis partiD bus correſpondentem habent. Poteſt & difficultas pariendi contingere aut ob ceruicis vteri obliquitatem: aut ob carnem eidem ceruici vel oſculo eius adnatam: aut ob eiuſdem loci inflammationem,vel abſceſſum,vel duritiā: aut quòd tunicam ambientem ſolidiorem fœtus perrūpere non poteſt: aut quòd humor in vtero collectus ante debitū tēpus excretus eſt,& iuxta partus tēpus ſine humore ac ſicci manēt loci,quādo maximè opus eſt hoc humore,vt qui facilē trāſitū fœtui exhibeat: aut quòd puerpera veſicæ calculo laborat,qui dum vteri collum comprimit, E difficultatem pariendi inducit: aut ob prægnantis carnoſitatem ſiue pinguitudinem. Sed & oſſa pubis nimiùm cōſerta,pariendi difficultatem faciūt, dum in partu dilatari non poſſunt.neque enim velut in viris, ita in mulieribus oſſa pubis alternatim conſeruntur,ſed forti copula cōnectuntur. Contingit item pariendi difficultas ob nimiā lumborum cauitatem vterum comprimentem: aut ob excrementorum copiam,in inteſtino recto aut veſica detētam. Aliquæ etiam prouecta ætate debilitatæ, ægrè pariunt. Aliæ quòd primùm parere incipiunt, anguntur, & F propter imperitiam corpus aptè præparare ignorant, aut quòd per ætatem nondum viriles ſunt,nec vires vigoris adeptæ ſunt, ſed adhuc puellæ pueriliter agunt. Difficilis præterea fit partus quum fœtus totus, aut pars, magnitudine excellit: ſæpe enim caput, vel thorax, vel venter, plus æquo augeſcit: aut quum debilior eſt fœtus, & ſaltibus ac motibus ſuis matrem adiuuare non poteſt: aut quum biceps eſt aut tripes: aut quum gemini prodeunt, & repentè vterque ſimul collo vteri illabitur: aut quum fœtus interiit,& parturienti nihil auxilii præbet, aut quū G mortuus intumeſcit,& præter naturam iacet: ſitus enim prodeuntis fœtus naturalis eſt,vt rectà in caput,manibus ad vtrunque femur extentis prodeat: præter naturam verò caput in dextrā vel ſiniſtrā vteri partes declinat: aut altera aut vtraq; manus exeritur,& crura intus inter ſe diducuntur. Reliquis tamen figuris minus ſuſpecta eſt ea quæ in pedes contingit,præcipuè ſi manibus ſuper vtroque femore extentis prodeat. Fœtus verò qui altero pede prodeunt altero intus detento,aut duplicati alicui vuluæ parti innituntur,directione indigent: ſicut & qui manus exH paſſas habent. Cæterùm qui obliqui prodeunt,minus improbandi ſunt,& hoc tripliciter contingere poteſt: aut enim in alterutrum latus,aut in ventrem prodeunt.ſed tutius eſt in latus progredi: ita enim obſtetricis manui loc⁹ datur,vt in caput aut pedes naſcētem dirigat. At qui du-

plicati prodeunt,in peſſimā figuram illapſi ſunt,maximè
ſi in coxarum vertebras deferantur. Tripliciter autem du
plicari ſolent: nam vel capite & cruribus, vel ventre, vel
coxarum vertebris,oſculo vteri incumbunt. verùm præ-
ſtat ventrem incumbere,eo enim à nobis diſſecto,& inte
raneis exemptis,conſidente corpuſculo,facilis eſt figuræ
tranſmutatio.Difficilis itē fit partus, ſi ſecūda aut propter
craſſitudinē non abrūpitur,aut propter tenuitatē antequā
oportet diuellitur.Porrò ab externis cauſis pariendi diffi
cultas oboritur,velut ſi anni tempus frigidum & hyema-
le meatus conſtrinxerit,aut calidum & æſtiuum exolue-
rit.Hæc omnia de muliere ægrè pariente medicum per-
cūctari ex obſtetrice oportet,nec temere ad chirurgiā pro
gredi. neq; verò obſtetrici permittēdū eſt vt vterū diutiꝰ
dilaniet.ſi ergo ob lūborū cauitatē pariēdi difficultas cō
tigerit, puerpera in ſella, prona flexis genibus collocetur,
vt vulua delabens ceruicē rectà extendat. eodē modo ſi-
ſtantur etiā pingues ac carnoſæ. Si verò propter aliquam
anguſtiam,aut ſtuporem,aut coarctationē, opē ferre opor
tet laxationi per inſeſſus calidos, & ſuffitiones, ita vt e-
tiā aer domus calefiat, & per infuſiones oleorum tum
actu tum potentia calidorum, itémque per illitiones ac
cataplaſmata eiuſdem generis. Adhibenda quoque ſunt
laxamenta à balneis, ſi non febris aut aliud quid prohi-
buerit,& ex geſtatione lecticæ in loco calidiore. quidam
etiam concuſſiones fortes in his adhibuerunt. At verò eā
quæ ob exolutionem imbecilla eſt ad partum, corrobora
re oportet condenſantibus ac maximè conſtringentibus,
& firmitatem inducētibus: qualia ſunt reſperſiones ac in-
ſeſſiones ex myrto aut pampinis vitis,aut malis Punicis,
aut roſis. & odoramenta cum aceto, & vnguenta ex vino
& oleo roſaceo frigidis. Si verò propter figurā præter na-
turā ipſius fœtus, partus difficultas adeſt, ad naturalē ſitū
reducēdus eſt quātum eius fieri poteſt. & ſi pedē aut ma-
nū protruſit,ne attrahatur per membrū:magis enim im-
pingitur, aut luxatur,aut etiam abrumpitur. Verùm per
digitos humero aut coxæ fœtus admotos, promiſſa pars
ad conuenientem locum introducatur. Si verò vnà cum
coarctatione,totius fœtus figura mala fuerit, prius ab o-
ſculo vteri in ſublime eleuetur, & poſtea rurſus ad oſculū
rectà dirigatur, fiántque omnia placidè, leniter, ac citra
compreſſionem, oleo aſſiduè locis affuſo: hoc enim ex ſa
lute tum fœtus tum parientis fuerit,& vterus ita quoque
illæſus manet. At ſi vteri oſculum clauſum permanſerit,
pinguibus medicamentis emolliatur ac relaxetur. Quòd
ſi verò calculus affuerit,eum extra veſicæ collum per ca-
theterem propellemus.& ſi veſica lotio plena fuerit, eo-
dem catheteris inſtrumento lotium educemus. ſi verò
inteſtinum rectum excrementis plenum fuerit, per cly-
ſterem eluemus. At ſi ob inflammationem, abſceſſum,
vlcus,tumorem laxum,aut duritiam,aut ſimile quiddam
mulier parere nequeat,ſingulis pro affectionum ratione
ſuccurremus. Si verò ob carnem collo vteri adnatam, aut
ob tunicam aliquam innatam ſolidiorem, parturiendi
difficultas eueniat,velut in nō perforatis mulieribus ac-
cidit,quicquid impedimēto fuerit,reſecetur.& ſi ſolidior
fuerit membrana fœtum ambiens quàm vt abrumpi poſ
ſit,diſcindatur. Quibus verò humor in tunicis contentus
ante debitum tempus effluxit,ita vt loci ſint reſiccati,eis
albumina ouorum cum maluæ aut fœnigræci decocto
excolato, aut cum ptiſanæ cremore tepido infundantur.
At ſi vteri paruitas in cauſa fuerit, loca pinguedine ali-
qua inungantur, ac foueātur, & os vteri digitis dilatetur,
& fœtus violenter extrahatur. ſi verò non ſucceſſerit,diſ
ſecetur. quod tum maximè faciendum eſt, vbi fœtus fu-
erit magnus aut mortuus. mortuum autem cognoſce-
mus,ex eo quòd ad tactum frigidus occurrit, & motu ca-
ret. At ſi gemini aut tergemini fuerint, ac collum vteri
obſederint,reliqui ad fundum vteri repellantur, & is qui
magis paratus videbitur,prius educatur. Si verò ob capi-
tis,aut thoracis,aut ventris magnitudinem,partus diffi-
cilis fiat,omnino neceſſarium eſt fœtum ſecare. Porrò
tempus collocandi puerperam in ſellam, eſt quum vteri
oſculo aperto,digitis occurrerit ac prominuerit id quod
prærumpi ſolet.

A

De fœtus extractione ac exectione, Philumeni, Cap. XXIII.

MEdicum ante exectionis aggreſſionē ſpectare opor-
tet,reſoluta ſitne mulier aut nō,& an ſeruari poſſit,
vel ſit deplorata. & ſeruari quidem potentem aggredie-
tur:deploratam verò relinquet. Quæ igitur lethaliter af-
fectæ ſunt,lethargico ſopore premuntur, & reſolutæ ſunt,
ac difficulter reuocari poſſunt & ad maximas inclama-
tiones reuocatæ,debiliter reſpondentes rurſus deferūtur
in ſoporem. Quædam etiam per conuulſionem contrahū
B tur,aut neruis tremulæ fiunt. & pulſus fortiter tumidus:
verùm obſcurus ac debilis deprehenditur. at verò ſeruā
dæ,nihil tale patiuntur. Mulier itaque ſupina in lecto de-
cumbat capite decliui,eleuatis cruribus, teneatúrque v-
trinq; à peritis ac robuſtis mulieribus. Ac primùm duæ
aut tres buccellæ panis vino imbutæ offerātur ad arcēdū
animi deliquium.& in ipſo opere aſſiduè facies vino re-
ſpergatur. Chirurgus autem difficultatis cauſam per in-
ſtrumentum pudendum diducens conſpicatus,thymúſ-
ne ſit, an calloſa eminentia,aut aliquid ex iis quæ retuli-
C mus:quicquid id fuerit volſella arreptum ſcalpro ampu-
tabit,velut poſtea docebimus.Si verò tunica,vteri os ob-
ſtruxerit,eam quoque reſecabit,ſicut inferius de nō per-
foratis mulieribus trademus.Si verò pelliculæ fœtū am-
bientis ſoliditas obſtiterit, eam volſella extentam cultro
aculeato incidemus.& inciſam digitis dilatabimus, & lo
cum idoneum ad fœtus egreſſionem parabimus. At ſi ca
put fœtus locū obſtruxerit,in pedes vertatur, atq; ita edu
catur. Quòd ſi ita impactum fuerit vt nullo modo retru-
di poſſit,vncinus attractorius oculo,aut ori aut mēto in-
D figatur,& ita infans extrahatur,hoc modo vt inſtrumen-
tum tractorium in dextra manu teneatur: vncinus verò
ipſius digitis occultatus per ſiniſtram manum leniter co-
introducatur,& in aliquo ex dictis locis figatur. & dein-
de alterum inſtrumentum ex altera parte oppoſitum ſi-
militer immittatur ac infigatur,vt æqualis & ad neutram
partem declinans attractio fiat,eáque tutior,ne fortè vnū
inſtrumentum in attrahendo elabatur, ac fœtum dimit-
tat. Atque ita æqualiter non ſolùm in directum ſed e-
tiam ad obliqua trahatur,& digitus pinguedine aliqua il-
E litus,intra vteri os,& impactum corpus immittatur,& cir
cumcirca ducatur. Dimidio autem fœtu extracto, attra-
ctorium inſtrumentum ad ſuperiores partes transferatur
ac infigatur. At verò ſi caput vel natura vel hydrocepha-
la affectione aquoſa,magis tumidum impactū fuerit,ſcal
pro incidendum eſt,atque ita euacuatum ac contractum
extrahendum. Quòd ſi neque ſic prodierit,caluam contū
dere oportet,& oſſa digitis eximere:ſi verò oſſa eminue-
rint,per forcipem dentarium aut oſſarium auferre,ac tū
F demum inſtrumentum attractorium infigere,ac fœtum
extrahere. At ſi capite progreſſo, circa thoracem coarcta-
tio fiat, itidem ſcalpro loci circa clauiculas diſſecentur
vſque ad vacua,vt humore euacuato,moles thoracis con-
cidat. Si verò minus vēter inflatus fuerit,mortuo fœtu aut
hydropico exiſtente, eadem methodo vtentes ventrem
diſſecabimus,ac inteſtina eximemus: ſi verò manus pro-
tenſa fuerit,ab humero reſecetur. oportet autē linteo ob-
uolutū vt ne elabatur,aliquātulū extrahere,quò ſic hume
ri articulus exeratur,& tunc diductis pudendi labiis reſe-
G ctionē facere,& poſtea ſiniſtrā manū immittere,ac caput
dirigere,& ita fœtum educere. idē faciendū eſt etiā vbi
ambæ manus fuerint protēſæ. ſimiliter etiā pedes protē-
ſos reliquo corpore nō cōſequēte,ab inguinibus reſecare
oportet. At ſi duplicatus fœtus occurrerit,& dirigi nō po-
terit,ſi caput magis expoſitum fuerit,oſſa eius contere-
mus cute non diſſecta: deinde alicui eius parti attracto-
rium inſtrumentum infigemus,ac attrahemus, & cruri-
bus directis educemus. Sed ſi crura magis expoſita fue-
rint,coxæ articulum reſecabimus, & ita coxas tranſgre-
diemur vt caput fiat contritioni facilè paratum. Si verò
H duplicatio pertinacior fuerit pedibus magis expoſitis,ca-
put circa coarticulationem ad vertebram amputetur,de-
inde tranſgreſſo thorace pedes attrahantur. Si verò reli-
quis partibus ablatis, caput recurrens detineatur, ſiniſtra
manus oleo illita in vteri profunditatem immittatur, &

caput requiratur, & per digitos ad vteri os deuoluatur,& vnum aut duo attractoria inſtrumenta infigantur. Cæterùm loci ad infigendum inſtrumētum idonei, in capite, ſunt oculi,aurium meatus, os, menti pars inferna:in thorace,axillæ,clauiculæ,præcordia,pectus, vertebrarum articuli,iugulum:in cruribus,oſſa pubis,fœmineum pudendum.At verò ſi oſculum vteri ob inflammationem fuerit concluſum,nihil violenter agendum eſt, ſed infuſionibus pinguibus largè vtendum, inſeſſionibúſque ac irrigationibus & cataplaſmatis, quò inflammatione aliquatenus ſedata,& oſculo dilatato,fœtus velut dictum eſt educatur.Vbi verò integram fœtus ſectionem fecerimus,omnes eius partes componantur, diligentérque obſeruemus ne aliqua deſit,aut interius clàm nobis relinquatur, deinde ſecunda protinus educatur.

De ſecundæ eductione, Philumeni, Cap. XXIIII.

SI ſecunda, quæ etiam loculus appellatur:& ſecūda quidem dicitur,quòd velut ſecundum domicilium ac receptaculum ſit ab vtero, & velut fœtus indumentum. ſi ſecunda,inquam, detinetur, interdum vteri os clauſum, interdum apertum reperitur,& aliquando inflammatum, aliquando citra inflammationem. & modò vteri fundo coniuncta ſecūda reperitur,modò ſeiuncta.Si ergo os vuluæ apertum, & ſecunda ſeiuncta reperitur,circa aliquam vteri partem inſtar pilæ conuoluta, facillima eſt eductio. Siniſtram enim manum calidam &pinguefactam in profundum immittere oportet,& arreptam ſecūdam extrahere. Si verò vteri fundo connexa fuerit,ſimiliter quidē manum immittemus,verùm apprehenſam ſecundam nō ſtatim rectà attrahemus, propter prolapſus vuluæ timorem,ſed ſenſim nulla violentia adhibita,primùm in obliquum placidè ducemus, hac & illac obuertentes: deinde aliquanto validius attrahemus. ſic enim obedit & à concretione exoluitur.At ſi vteri os clauſum fuerit,perfuſionibus pinguibus vtemur,& per ſiniſtræ manus digitos leniter aperire, ac paulatim dilatare conabimur. & ſi non ſucceſſerit,ſuperiorem ventrem ex cruda ordeacea farina aqua calida ac oleo ſubacta integere oportet,rurſúſque locos perfundere,pinguiáque fomenta adhibere.& ſi vires non fuerint debiles,etiam ſternutatoriis vtendum eſt ex caſtoreo ac pipere præparatis,& potionibus menſes cientibus,de quibus poſtea agemus. atque hæc omnia prima ac ſecunda die facienda ſunt.Suffitibus inſuper vtemur per aromata ex olla,qualia ſunt caſia,nardus,iunci odorati flos, artemiſia, iris, ſabina,dictamnum,pulegium, & huiuſmodi:ita vt olla ſellæ ſupponatur,cui mulier inſideat vndique veſtimentis contecta. Poſtea verò tentabimus: & ſi vteri oſculum apertum inuenerimus, manum immittemus:&,ſicut dictum eſt,ſecundam educere conabimur. Si verò neque ſic educta fuerit, perturbari non oportet:intra paucos enim dies putrefacta, & in ſaniē diſſoluta excidet. Quandoquidem verò ob graueolentiam caput replet & obturat, ac ſtomachum ſubuertit, odoramenta aſſiduè ſuffiantur conuenientia. & ad hunc vſum probata ſunt,cardamomū,caricæ,bdellium,ſabina, thus, ſtyrax, lapis gagates,onyx aromaticus,ladanum. Eiſdem quoque caſtorei ac pulegii,ſing.drach.I.ex aqua mulſa bibēda detur.Conueniunt etiam leniora menſes ducentia, artemiſiæ decoctum,& baccarum lauri,cum vino mulſo. Peſſi etiam ſubditi ad hoc faciunt,myrrha & cyclaminus vnguento excepta. Facit item ouis & capræ ſecunda, arefacta,trita,è vino pota,aut cum vnguento ſubdita,aut pro amuleto geſtata. Alius peſſus. Carnium vuarum paſſarum,cumini,reſinæ terebinthinæ, ſpumæ nitri, ſingul. drach.x.excipe melle,ac ſubde.Idem poſſunt & inſeſſiones in artemiſiæ,baccarum lauri, anethi ac chamæmeli decoctis.

Cura poſt fœtus exectionem. Aſpaſia, Cap. XXV.

POſtquā ſecunda ſiue ſtatim ab educto fœtu,ſiue poſtea educta fuerit, neque quicquam ſuperuacuum in vtero relictum,crura componantur vt partes diſtractæ cōueniant.& ſi loci ſatis purgati videbuntur,maluæ aut fœnigræci decocto eluantur, & oleo calido perfundantur. eodémque lumbi ac pubes perfundantur, mollique lana oleo calido imbuta integantur. & alimenta ſorbilia offerantur,& aquæ potus vitetur. At ſi purgationes non ſuffecerint, inſeſſiones ex fœnigræci, artemiſiæ,althææ, pulegii decoctis adhibebimus.Pulegii itē ac fœnigræci decoctum propinabimus. Si verò purgationes nimiùm proceſſerint, irrigationes moderatè adſtringentes, ac inſeſſiones conſimiles adhibeantur, & venter longa faſcia vinciatur, & cibi adſtringentes offerantur: ſi verò inflammatio ſuperuenerit, inflammationi ſuccurrendum eſt.& ſi copioſa ſanguinis eruptio,etiam ipſi medendum eſt cum iis quæ poſtea referemus. ſi nihil horum acciderit,vteri collum ac oſculum,& pudendum,pinguitudine aliqua inungantur ac foueantur.

Cauſæ ſterilitatis,itémque curatio in viro ac muliere: notæ item conceptionis, Cap. XXVI.

STerilitas,aut viri,aut mulieris,aut vtriuſque ratione cōtingit.& ex viro quidem eſt,quum ſemen eius vel feruidum & velut torrefactum,vel frigidum,tenue,aquoſum languidúmque fuerit,quale eſt decrepitorum:vel craſſius quàm oportet emittitur.aut quū viri ſemiſpadones ſunt, & penem breuiſſimum habent, vt ſemen in vuluæ profunditatem eiaculari non poſſint. quod etiam aliquando ob nimiam obeſitatem contingit:tales enim præ nimia aqualiculi mole,ſemen ad vteri receſſus non eiaculantur.

At verò mulier non concipit,ſi vterū habet vel calidū & igneū,vel frigidum & humidum, vel ſqualidū ac ſiccum, vel carnoſum & pinguem, vel excarnem ac gracilem,aut debilem,aut anguſtum, aut breuem. aut quòd vaſa eius clauſa ſunt & obſtructa,aut per cicatricem inductam excæcata.aut quòd membranæ oſculum vteri obturantes,nullum foramen relinquunt.aut quòd vteri ceruix obliqua eſt. aut quòd oſculum nimis anguſtum vel amplum. aut quòd alia aliqua affectio ex inferius recenſendis vuluam impedit.Sed & inuiti coitus inanes ac ſteriles ſunt. amor enim genituram conciliat,& propterea fœminæ amētes crebrò pariunt. Ætas etiam vel iunior vel prouectior,conceptionem impedit:quapropter primùm pubeſcentes à venere prohibendæ ſunt, ita vt vir quidē trigeſimum annum, mulier verò decimumoctauum attingat.maximè verò inepta mulieris forma,ſterilitatis occaſio eſt.fœcunda enim mulier habere debet proceritatem corporis moderatam, lumbos & ſuperiorem ventrem latos,nates eminentes,pectus anguſtum, mammas amplas. tales enim mulieres,fœcundæ:his autem oppoſitæ, ſteriliores ſunt.Poteſt & præter enumeratas cauſas,aliqua magis recondita eſſe. verùm tot ferme ſunt quæ noſcuntur.

Viri itaque qui ob deprauatam victus rationem ſemen corrumpunt,ad magis compoſitum & ſalubriorem victū conuerſi, ſeminis fœcunditatem acquirunt. At qui alienis fœminis delectati,propriis vxoribus non conueniūt, ſeruata temperantia generabunt. Qui verò ſeminis profluuio laborant,curati fœcundi fiunt. At qui genituræ meatus occæcatos habent,velut quidam quibus calculi execti ſunt,eos pro deploratis habebimus. Sed neque ſemiſpadones ac nimis anguſtis meatibus præditi, ſemen excernūt. At verò vbi vir & mulier bene ſe habent,neque ætas,neque corporis habitus,neque aliqua vteri affectio obſtat, tali victus ratione vtemur,vt neque nimio labore,tū virum,tum mulierem defatigemus, neque prorſus otioſos eſſe ſinamus. hoc enim ſuperfluitatibus corpus replet: illud ſanguinem ſiccat,& purgationes conſumit. Balneis vtantur neque aſſiduis, neque copioſis. Cibos ac potus concoctu faciles,& quos venter ſuperare poteſt, ſumant. Hoc verò velut maximum negligendum non eſt, vt nec vir nec mulier pinguem habitum acquirant. Tales enim inepti ſunt ad pueros gignendos: nam neque pudenda inter ſe adaptare poſſunt,& viri parum ſeminis emittunt, & mulieribus menſes pauci feruntur,quum maxima alimenti pars in pinguedinem tranſeat. cæterùm quomodo pingues ſe gerere debeant, Sermone quarto de carniū ſubuerſione diximus.Conuenit & cibos ac potus venerē ſtimulantes ac ſemen generātes aſſumere:atque tales ſunt qui calfaciunt & inflant. Vinum igitur aquæ præferendum eſt.& ex oleribus prodeſt horminum, eruca, & irio,

ac ſimilia. A ruta verò menthâque ac calamintha penitus abſtinendum eſt: mentha enim ſemen quidem multum, ſed debile ac languidum gignit: ruta verò corrumpit. Illud autem obſeruandum eſt, lunari purgatione appetēte, opportuniſſimum concipiendi tempus eſſe. Tunc ergo mulieri ex vberiore alimento aliquid detrahendum eſt, & cibus moderatus, attenuans, ac boni ſucci exhibendus. Omnibus tamen alimentis admiſcenda ſunt quæ purgationes irritare poſſunt, velut ſunt olera odorata & acria, ſcandix, crethmon, fœniculum, gingidium, apium, ſmyrnium, aſparagus paluſtris, & ſimilia: ſpes eſt enim probè purgatam priuſquam vterus refrigeretur, concepturam eſſe. Quòd ſi à cōcubitu conceptionis notæ apparuerint, ſpes rata erit. Conceptionis notæ ſunt, ſi vteri os clauditur ac ſiccum eſt, & à pudendo recedit: imò peritiores fœminæ poſt ſemen immiſſum, vterum moueri percipiunt: mouetur enim ad genituræ complexum. Quibuſdā præcordia exiliunt: aliis oris ventris dolor ac exolutio cum voluptate quadam accidit. Eſt & hoc non exiguum indicium, ſi mulier vrinæ ſtillicidio vexatur, quod præcipuè patiuntur quæ primùm concipiunt, & quæ menſtruas purgationes integrè non exegerunt. quanquam idem etiam aliis vſque ad ſeptimum diem aliquatenus accidit. Poſt ſeptimum autem, obſcura quædam picæ ſigna oboriuntur, acidorum ac ſalſorum deſiderium, vertigines, pallor, ſomni longiores. eodem etiam tempore menſes citra moleſtiam detinentur. Mas autem vehementius ac velocius in dextera parte magis mouetur: fœmella debilius & tardius, atque in ſiniſtra. Atque hactenus de præſeruatione dictum ſit. Nunc quomodo ſingulæ affectiones conceptionem impedientes curandæ ſint, dicetur.

Frigidioris vteri curatio, Cap. XXVII.

SI mulier ob vteri frigiditatem non cōcipit, exercitiis omnique fomentorum genere caloremreuocet: neque incommodum fuerit, caſtoreum, cuminum, aniſum, pulegium, & alia huiuſmodi bibere, & ſingulis piper admiſcere. Vtilius tamen hoc medicamento purgabitur: Epithymi, euphorbii, piperis, dauci, petroſelini, ſingulorum æquales portiones bibat: ſit autem totū, drach. II. Hoc & aluum ducit, & vuluam calefacit, vt multis prius non purgatis hinc menſes eruperint. Quòd ſi purgatio per inferna non ſuffecerit, vomitus quoque prouocetur origani aut thymi decocto ante & poſt cibum, omni ſtudio adhibito vt pituita euacuetur. à vomitu verò caſtoreum & prædicta ſemina bibat. Vteri verò fomenta fiunt per ſuffitus & vapores, arundine ollæ operculo perforato inſerta, ita vt vapor intra pudendum excipiatur. fiunt etiam per affuſiones aquæ calidæ, in qua decocta eſt artemiſia, ſaluia, ruta, cuminum, pulegium, cyperus, acorum. poſſūt & hæc ſingula pectini imponi cataplaſmatis modo. confert & polyarchium epithema, & quod Amythaoni inſcribitur, & reliqua huiuſmodi. Pecten item ac coxæ irino & amaracino ac cyprino oleo perfricentur. Et peſſus ex myrrha, ruta, galbano, & caſtoreo paratus, vuluæ ſubdatur. Poſſunt etiam aliquando validiora admiſceri, velut eſt piper, ſal, fel bubulum. validum eſt elaterium, ſed minimè moleſtum. Fiant quoque ex aqua mulſa, aut marina per ſe, vel aceto admixto fomenta. Prædicta tamen medicamenta molli lana excepta adhibeantur, vt ne corpus mordeant, & exulcerationem faciant. neque difficile eſt ipſorum quantitatem metiri: pro affectionum enim magnitudine ac diuturnitate, medicamenta ſunt augenda aut minuenda. mora item longioris aut breuioris temporis trahenda in ipſorum vſu. Cæterùm vterorum frigiditatem ex mēſibus ſuppreſſis coniectamus: neque enim præ nimia craſſitudine commodè deferuntur. Sed & ſtupidus ſenſus circa pectinem, lumbos, ac crura percipitur. aliquæ etiam penitus crurum impotentes ſunt. Quòd ſi prorſus perfrigeratæ fuerint, ne venerem quidem appetunt, & vteri oſculum contractum habent. Atque hæc de vteri frigiditate ſufficiunt.

Calidioris vteri ſigna, & curatio, Cap. XXVIII.

VTerorum caliditas ex reliqui corporis caliditate cōiectatur, & ex menſium paucitate cum dolore pro- A deuntium, ita vt pudenda mulieris exulcerent. Sed & quæ prodeunt nigriora ſunt, & ob nimiam punctură nullum ordinem ſeruant. Sequitur etiam ad hanc temperaturam inſignis ſalacitas, & totius corporis ſiccitas. His itaq; conueniunt humectantia ac frigefacientia: qualia ſunt ex oleribus quidem lactucæ, maluæ, blitum, cucumis, cucurbita, pepo, atriplex, & portulaca. item alii conſimiles cibi. Vinum verò tenue ſit, & album, ac aquoſius. Somnus autem longior. & aquarum dulcium balnea. Ad veſicam verò, & ſummum ventrem ac lumbos, frigefacientia adhi- B bēda ſunt, velut eſt ſolani aut vmbilici Veneris ſuccus roſaceo admixto lana exceptus. idem & in pudendum commodè ſubditur. Mercurialis item lumbis ac pectini impoſita, vtero calidiori prodeſt. Spuma quoque argenti & ceruſſa cum aqua trita. Horum autem omnium quātitatem rectè metieris, ſi ſemper ſingula multùm poſſe arbitratus, perfrigerationis exceſſum caueris.

Humidioris vteri curatio, Cap. XXIX.

QVÆ ob vteri humiditatem non concipiunt, eas C ſicciore diæta vti conuenit, multùmque exerceri ac fricari, & euacuationis ac auerſionis gratia, aliquādo poſt cibum, aliquando ieiunas vomere, & moderato cibi vſu reſiccari, & carnes aſſatas potius vigentium ætate animalium, ac piſces duriores comedere, & vinum potens meracum quidem, ſed parcius bibere. Sicca etiam fomenta crebrò, balnea verò rarò adhibenda ſunt. Cæterùm qui ſtatim à principio reſiccantia ac adſtringentia vtero adhibent, non parum lædunt: cohibita enim materia, ad principales partes decurrit. verùm vbi totum corpus pur- D gatum fuerit, tutius deinde vtero adſtringentia corroborantia adhibentur: quale eſt lentiſci decoctum, & myrti, ac roſarum, & rubi tenerorum virgultorum, & polygoni fœminæ decoctum: mas enim gramini magis ſimilis eſt, flore puniceo, foliis rutæ ſimilibus, ſemine intra folia puſillo. Poterit tamen etiam huius decoctum ieiunæ commodè in potum dari. Ad nimiam quoque vteri humiditatem, huiuſmodi potiones conueniunt: Myrti baccas, aut malicorium Punici dulcis, cum vino terito ac exhibeto. aut auellanas nuces vſtas cum vino tritas propinato. Hoc E autem epithemate vtendum eſt: Pſyllium tuſum, & palmularum carne cum aqua mulſa trita exceptum apponito. aut mala cotonea ſimiliter palmulis excepta adhibeto.

Siccioris vteri curatio, Cap. XXX.

MVlieri quæ ob vteri ſiccitatem non concipit, humidiora alimēta exhibenda ſunt, & reliqua victus ratio humidior conſtituenda: toto enim corpore humectato, vterus quoque eadem qualitate participabit.

Diuerſarum affectionum ob quas mulieres non F concipiunt, curatio, Cap. XXXI.

SI propter humorum craſſitudinem mulier non concipit, humorem conſiderare oportet, & mordentem ſero lactis purgare, heminis quinque paulatim exhibitis. cibos item boni ſucci offerre, & vomitum per interualla ciere. Pituitoſos autem & aquoſos humores, laboribus & exudationibus ac vomitibus crebris euacuare oportet. Quandoquidem verò etiam flatus in vtero exiſtentes, conceptionem impediunt, & flatus ab imperfecta concoctione fiunt, primùm quidem parcior cibus exhiben- G dus eſt, deinde danda quæ flatus expellunt, velut eſt ruta, cuminum, anethum, ac reliqua familiaria ſemina, & pleraque aromata: quæ etiam ſubdi poſſunt, præſertim ruta cum melle ac modico nitro: poſſunt ex iiſdem etiam fomenta parari. & cataplaſmata ac cerata, ad pubem imponenda. A leguminibus autem & eduliis dulcibus ac flatuoſis omnibus, abſtinendum eſt. Si verò concluſi fuerint vteri, odoratis perfuſionibꝰ, & mollitoriis ex adipe anſerino paratis aperiendi ſunt. A mollioribus tamē inſeſſionibus ac perfuſionibus incipiendum eſt, ex malua, ſemi- H ne lini, ac fœnograco, & oleo, & aliquando melle paratis. deinde ad validiora tranſeundum, artemiſiam, conyzam, calaminthā, pulegium, amaracum & chamæmelum. Atque his adiiciendum eſt irinum ac cyprinum oleum, ac mel: myrrha verò troglodytica, terebinthina, nitrum,

caſia, caricarum carnes, vnguentum amaracinum,& hu-
iuſmodi ſubdantur. At vero iis quæ ob vteri os nimiùm
hians non concipiunt, conueniunt victus, & fomenta, ac
medicamenta ſicciora ac adſtringentia. Talia ſunt galla-
rum decoctum, cytini, lentiſcus, rubi radix, myrtus,& e-
iuſmodi. Vteros verò diſtortos mollientibus fomentis
dirigere ac corrigere oportet, (fomēta enim ad hoc ma-
ximè faciunt) & peſſos mollitorios ſubdere. quin & ſpe-
cillo & digito correctio eorum facienda eſt. Maximè ve-
rò pulegii & artemiſiæ decoctum, & caſtoreum è poſca
potum, vtero diſtorto conferunt, & tota curatio ad vteri
declinationem poſtea referēda. At ſi per aliquorum phar
macorum adhibitionem, quæ conceptionem prohibent,
mulier non concipiat, eius pharmaci facultas conſidere-
tur, nunquid humoris attractione ſemen eluerit, aut fla-
tuum multitudine idem eiecerit, aut per adſtrictionem
os vteri obturauerit, ac ſeminis acceſſum interceperit. Et
deinde ſingulis affectionibus ſuccurratur, perfuſionibus
ac inſeſſionibus cōgruis. hæ verò maximè vtiles fuerint,
ſi oſculum & acetabula vteri fuerint adſtricta. Pinguia
etiam cuncta ac fomenta adhibenda ſunt,& quæ humidi-
tates attrahere poſſunt. Cæterùm medicamenta ſterilita-
tem inducentia, quum vaſa vteri excæcent, incurabilem
plerunque affectionem faciunt. & tamen non ſtatim o-
mnes vires adimunt: quædam enim potiones cæcitatem
curabilem inducunt, cui ſi protinus ſubuenias, mederi
poſſis. Quemadmodum enim lethalia venena vomitu,
aut clyſtere, aut medicamento congruo exoluuntur, tem-
poris verò progreſſu nullo modo corrigi poſſunt: ſic &
quæ validam ſterilitatem inducunt, aliquando depellere
datur, ſi ſtatim opē feras: ſi verò diutius perſeuerauerint,
incurabilia euadunt. Porrò vlcera & inflammationes v-
teri quomodo curare oporteat: item carnis excreſcentias,
thymóſque ac tunicas auferre, ſingula ſuis locis ex ordine
dicentur. ſuperuacuum eſt enim eadem ſæpe dicere. At
verò ſi nulla re infeſta, nec in vtero, nec in reliquo corpo-
re apparente, incertum fuerit cur mulier non concipiat,
aſinino lacte ipſam purgabimus, cibiſque boni ſucci ale-
mus,& fomentis ſuffitionibúſque odoratis,& peſſis ſub-
ditis, vteri os aperientibus, & ſanguinem attrahentibus
vtemur, venerémque per duos aut tres menſes pro-
hibebimus.

Potiones, peſſi, & ſuffitus ad conceptionem, Cap. XXXII.

MErcurialis cum caſtoreo, item abſinthium, tribus
aut quatuor diebus conſueto menſium tempore in
potu exhibeto. Eſt & hæc potio ad conceptum efficax:
Salis ammoniaci drach. duas, ſaluiæ, cumini, ſing. drach.
vnam, omnia ſimul per triduum menſtruis deſinentibus
cum vino præbeto. Alia. Nigellæ, ſalis ammoniaci,
ſing. drach. vnā, cyperi drach. ſex, ſimul terito, & in qua-
tuor partes diuidito, & vnam ſingulis diebus cum vino
bibendam dato, menſtruis deſinentibus, & poſtea cum
viro congrediatur. Sed & virum ſtrenuam operam naua-
re oportet, interímque à venere abſtinuiſſe, & boni ſucci
cibis nutritum eſſe. Peſſi verò ſubſcripti conueniunt,
præſertim ſi ex humorum mucoſitate infœcūdæ fuerint,
poteríſque ex his congruum ſingulis affectionibus medi
camentum eligere. Peſſus Aſclepiadæ, vtero purgan-
do idoneus: Cyperi, nitri, aluminis ſciſſi, myrrhæ, thuris,
croci, ſpumæ nitri, mellis, æquales portiones cum modi-
co pipere tritas melle excipe, & peſſum inde tenui linteo
aut lana pura inuolutum ac roſaceo imbutum, mulieri
prius elotæ ſubde. Vtere etiam elotione purgatoria admi
randa, ſuprà ad bimeſtrem aut trimeſtrem fœtum abor-
tientes deſcripta, ex colocynthide & oleo irino. Alius
peſſus purgatorius: Succi cyclamini, medullæ colocyn-
thidis, nitri rubri, mercurialis, ſing. drachmas quatuor,
myrrhæ drach. duas. omnia ſeminis lini decocto excipe,
& vtere poſt menſes purgatos velut dictum eſt. Alius:
Medullæ colocynthidis, myrrhæ, nitri, cumini Æthiopi-
ci, ſing. vnciam vnam, excipe carne caricarum, & vtere
poſt menſtruam purgationem. Alius: Aniſi, cardamo-
mi, nitri, ariſtolochiæ, pulegii, fœnigræci, carnis carica-
rum pinguium, ſing. drachmas duas, arida terito & cri-
A brato. carnes autem caricarum paſſo ſubigito, eiſque ari-
da excipito,& in cornea pyxide ſeruato. Deinde vſu expe
tente columbini oui magnitudine accipito,& irino oleo
madefactum ad vteri oſculum ſubdito. huiuſmodi peſſi
mucoſos humores educunt. Sufficiente verò purgatione
facta, inſeſſiones adhibeantur. At verò quoniam non ea
ſolùm quæ vterum purgant conceptioni conferunt, ſed
alia etiam medicamenta ad parandam fœcunditatem
deſcripta ſunt, ea itidem iuxta veterum traditionē ſub-
iungemus. Peſſus ad conceptionem idoneus: Coagu
B li leporis partes duas, aluminis ſciſſi partem vnam. melle
excipito,& peſſum formato, ac vtitor vbi prius vterus per
prædicta fuerit purgatus. Alius. Seminis ſatyrii, mel-
lis, ſing. ſeſcuncem: in peſſum efformato. aut veſicam fel-
lis dorcadis aut hirci euacuato,& ex viſcoſo intus reperto
peſſum formato, & paululum ante congreſſum ſubdito,
aut penem ex eo illinito. aut purpuram veram hircino
felle imbutam, mulieris vmbilico per ſeptem dies impo
nito,& deinde creſcente luna viro congrediatur. Alius.
Dorcadis, hœdi, leporis coagulum,& fel, cum ſanguine &
C adipe agnino,& medulla ceruina, poſt purgationē ſub-
dito. nardini etiam ac roſacei olei aliquid addito. A-
lius, quo Aſclepiades in nobilibus fœminis vtebatur:
Myrrhæ drachm. quatuor, iridis, ſtercoris leporis, ſingul.
drach. duas, cum aqua in collyria efformato ac ſubdito
menſibus deſinentibus. & poſtea cum viro miſceatur.
Alius. Aluminis ſciſſi, rhois rubri, ſing. drachmas duas,
myrrhæ drach. vnam, croci obolos duos, terito ac melle
excipito. Vſu autem poſtulante, medicamenti gallæ par-
uæ quantitatem accipito, & hoc molli lana exceptum ac
D roſaceo imbutum, poſt mēſium declinationem ſubdito,
& per triduum ſinito donec purgatio fuerit peracta. Ter
tia verò die mulier lauet,& locis roſaceo illitis cum viro
concumbat. Aliud. Leonis, aut vrſi, aut hyænæ, aut
taurini fellis veſicam euacuato, & in ipſam olei roſacei,
nardini, irini, mellis, æquales portiones indito, omniáque
ſimul ad calidum cinerem vnita ſeruato, ac vtitor poſt
menſium purgationem ante concubitum. Alius. Fel
piſcis per ſe vel cum melle ſubdatur. Aut verbenacæ re-
ctæ ſuccus cum butyro, deſinēte lunari purgatione, ſuppo
E natur. Alius leniſſimus: Radicis althææ purgatæ ac lo-
tæ quadrantem contundito, & in olei ſextario torreto.
deinde abiectis radicibus, adipis coturnicis ſeſcuncem,
ceræ ſextantem admiſceto. ego verò trientem ceræ ad-
miſceo,& ſimiliter in peſſo ſubdo. Amuletum natura-
le. Oſſa quæ in corde cerui reperiuntur, ſiniſtro bra-
chio adalligata, arcana quadā naturæ vi conceptionem
iuuare creduntur. Suffumigium ad conceptionem effi
cax. Bitumen, pilos leporis, rutam aridam ſimul terito,
& cum cera præmollita in paſtillos formato,& ſuper ſter-
F core bubulo ſuffito. Aliud obſtetricis. Sandaracham
tritam cum cupreſſi ramentis, ſufficienti cera in paſtillos
cogito, eóſque ſuper bubulo ſtercore ſtatim poſt mēſium
purgationem quatuor diebus ſuffito. Aliud eiuſdem.
Caprini cornu ramenta oleo conſperſa peractis menſibus
ſuffito,& locis adhuc calentibus mulier cum viro con-
grediatur. Ad mares generandos. Si vir dextro pede
faſcia cādida vincto cum muliere coeat, marem (vt ferūt)
generabit: ſi verò ſiniſtrum pedem colorata faſcia ligarit,
fœmellam. Tradunt etiam ſatyrii ac ſerapiadis radicē
G ſolidiorem, ſalaces facere,& maſculis generādis prodeſſe:
flaccidiorem verò contrarium efficere.

De lactis defectu, Cap. XXXIII.

HÆC affectio infantibus magis quàm mulieribus
grauis eſt. Quapropter Sermone quarto vbi de pue-
ris tractauimus, conuenientem curationem tradidimus.
facit autem naturaliter lapis galactites pro amuleto adal-
ligatus,& aqua diſſolutus ac potatus.

Ne lac in mammis coeat in grumos, H Cap. XXXIIII.

VT ne lac in mammis puerperarum in grumos coeat,
ab adultis ac peritis mulieribus leniter exugatur, &
mammæ cyprino oleo, cum ouo & croco illinantur. Aut
fœnigræci ſuccum, aut cumini decoctum cum modico
croco oblinito. Aliud. Ceræ vnciam vnam, portula-

cæ ſeſquiunciā, cum oleo ſeſamino illine, ac vtere velut probato. Lac etiam inſtar caſei coagulari in mammis prohibet cera alba in pilulas redacta, & quotidie magnitudine trium erui granorum exhibita. Cæterùm Soranus mammas aſſiduè dolentes, neque à mulieribus, neque ab infantibus exugi oportere affirmat, & ſuctione plus materiæ attrahi aſſerit. Probè etiam facit terra Cimolia cum aceto aut aqua, & oleo roſaceo impoſita. & candidi marmoris aut candidorum lapidum ramenta ſimiliter adhibita. At ſi amplior fuerit plenitudo, & ob id mulier grauetur ac doleat, lentes aqua marina aut muria coquito, & cum decocto quidem mammas abluito, ipſas autem lentes contuſas imponito. confert item apium & mentham, & fel, bubulum præſertim, illinere aut imponere. Aliud. Fucum tinctorium terito, & cerato excipito, & adhibeto, ac ſingulis diebus bis permutato. ſit autem fuci triens, ceræ quadrans, olei myrtei dextans. Aliud. Pollinis thuris drach. decem, ceræ dextantem, pumicis vnc. viginti, olei roſacei vnc. viginti. vtere eodem modo. Aliud. Lapidis aſii, ceræ, ſing. ſextantem, olei roſacei aut cicini beſſem, præpara, ac vtere bis in die permutādo. lac enim abolet, & inflammationes ſedat. Quòd ſi aſius lapis defuerit, pyrites ſuccedat pro ipſo. Præſtat & aqua marina, aut muria aſſiduè fouere.

De coagulato in mammis lacte, & iiſdem turgentibus ob lactis redundantiam,
Cap. XXXV.

AD hæc vitia in principio leniter reprimentibus vtendum eſt, velut eſt ſpongia pura poſca imbuta, & palmulæ cum pane & poſca tritæ: deinde vincire ac moderatè conſtringere oportet. Quòd ſi lac reſtinguere malueris, alumen & pſyllium cum aceto & coriandri ſucco: aut lapidem pyriten cum roſaceo & aceto adhibeto. Ad coagulationem verò lactis priuatim furfures in aceto coctos cum rutæ decocto imponito, quum primùm lac gignere incipiunt. Idem facit mentha polentæ admixta, & iuglās cum ruta ac melle: & ricini folia trita, & cuminum priuatim, vel cum polenta, & capita papaueris cocta cum melle: & crocus cum lacte: & muriæ fomentum: & apium viride impoſitum, quod etiam grumos lactis diſſoluit. Vtendum & ceratis ad grumos deſcriptis.

De vitiato lacte mammas lædente,
Cap. XXXVI.

LAC vitiatum aliquando mammarum vaſa exulcerat. Quemadmodum itaque in reliquis partibus vitiati humores peculiares deſtillationes efficiunt: ſalſa enim lacryma oculum mordet, & acres excrementitiæ ſuperfluitates inteſtina erodunt: ita & lac in mammis vitiatum, ſcabiem, panos & papularum eruptiones producit: vlcera ergo hic enata, ſimili modo iiſdémque remediis quibus cætera totius corporis vlcera curantur. Ipſi tamen lactis vitiationi primùm ſuccurrendum eſt. Cuius improbos colores, ſubalbidum, nigricantem, flauum, ſubfuluum, aut viridem, hac arte deprehendemus: Tenuia ac candidiſſima linteorum fruſta eo lacte imbuta in vmbra ſiccabimus, & in his poſtea quātum lac à natiuo colore diſceſſit ſpeculabimur. At verò viroſúmne ſit, aut aliâs fœtidū, ex olfactu cognoſcemus, ſicut ſalſedinem, amaritudinem, acorem, inſipiditatem, guſtu dignoſcimus: tenuitatem verò ac craſſitiem, lubricitatem item ac lentorem, ex vngue probabimus. ſi enim gutta eius vngui inſtillata non decurret, nec velut mel aut gluten adhærebit, lac bonum eſſe iudicamus. Aliqui pilo probitatem lactis experiūtur. nam ſi pilus lacte madēs ſuſpendatur, & lac delabitur, aut vni parti guttula adhæret, lac reprobandum eſt: ſi verò totum pilum circumſidet, optimum eſſe confitentur. Alii lac per coagulum concretum digitis exprimunt: deinde ſeri ac caſei menſuras expendunt. Poſtquā igitur cuiuſq; lactis vitium cognouerimus, recta victus ratione id corrigemus, purgationéſque prorſus recuſabimus, præſertim ſi nutrices ſemper eo vitio laborare nouerimus, quandiu lactauerint. Priuatim itaque eas quæ ſalſo humore abundant, balneis & vini diluti potione curamus. Deinde copiam lactis vino mulſo & aceto mulſo reuocamus, & in cibo exhibemus lac ex aliis animalibus probatiſſimum,

A quod forma & ſimilitudine humani lactis ſpeciem refert. Eſt autem omnino rectæ diætæ eo amplius innitendum, quòd ſcimus hoc vitium ſolo alimento bono non difficulter curari poſſe. Neque negligenda eſt hæc curandi ratio. ſæpe enim infantes eiuſmodi lacte corrupti ad vltimam perniciem deueniunt. Ad panos & ſcabiem mammarum, myrrham cum oleo ſampſuchino tritam velut maximum remedium illinito. Ad coercendas autē virginum ac reliquarum mammas, æruginem ferri cum oleo omphacino aut vino ſubactam adhibeto. aut cicu- B tæ ſemen cum foliis tritum illinito.

Ad mammas inflammatas, Philumeni,
Cap. XXXVII.

SEſamum tritum butyro admixto moderatè tepefactū quotidie bis imponito. At ſi inflāmatio perſeuerauerit, medullæ panis aqua madefactæ ac tritæ partes duas, perdicii herbæ ſeorſim tuſæ partem vnam, cerati liquidi partem vnam & dimidiam ſimul ſubigito, & bis in die adhibeto. Idem etiam poſt eruptionem abſceſſus vſque ad perfectam ſanitatem conuenit. Vtere etiam hoc velut C probatiſſimo: Foliorum hyoſcyami recentium, ceræ, colophoniæ, adipis porcini recētis, olei, æquales portiones. liquabilia liquefacito, & foliis tritis admiſceto. Pharmacum Iuniadæ, ad omnes inflammationes, præſertim mammarum: Olei antiqui libras tres, ceræ quadrantem, colophoniæ, adipis ſuilli, ſing. ſeſquilibram, ſpumæ argēti lib. I. pollinis tritici, ſeminis lini, ceruſſæ, ſing. ſeſcuncem, thuris ſeſquiunciam. Aliud eiuſdem: Spumæ argenti, ceruſſæ, ſing. drach. ſex, thuris ſeſquiunciam, ceræ, colophoniæ, ſing. ſeſcuncem, adipis gallinacei lib. I. polli- D nis ordeacei ſeſquiunciam, ſucci ſeminis lini dextantem, olei communis trientem. ſpumam argenti, ceruſſam, & thus cum modico ſucco terito, deinde cum reſiduo ſucco pollinem ordeaceum ſubigito, & ita per duas aut tres horas ſinito: poſtea omnia admiſceto, & cerato excipito. Aliud ad inflammationes plurimùm prurientes, ac rubicundas: Ceruſſæ, ſpumæ argenti, mellis, butyri, ceræ, adipis gallinacei, ſing. ſeſcuncem, thuris ſextantem, roſacei vnc. vnam. ſpumam argenti & ceruſſam cum roſaceo coquito, & reliquo liquefacta adiicito, & vnitis mel addito, E & ab igne amotis thus admiſceto, ac vtitor. Aliud ad inflāmationes, quo vtor. Tenerorū ſolani foliorū quātū ſatis eſſe videbitur, coquito ac terito, & mellis ſeſcuncem admiſceto. poſtea verò emplaſtri pathygri, ceræ, ſing. ſeſcuncem accipito, olei vnc. I. omniáque ſimul trita reliquis admiſceto, & loco prius eloto apponito. Hoc mammarum inflammationes per exudationes plurimas diſcutit. Vtere & medicamento ex ſeride ad ſedis affectiones præparato, & aliis huiuſmodi. Facit hoc & ad igneas mām marum inflammationes: Ceræ, colophoniæ, olei, ſingul. F lib. vnam, foliorum papaueris cornuti quadrantem. liquata foliis tritis admiſceto. Tradūt & leporis coagulum cum aqua tritum ac illitum, omnibus tumoribus mammarum & affectionibus ob lactis redundantiam obortis prodeſſe. Ad profundas mammarum duritias. Spondylium herbam, & aſphodeli radices vino coctas imponito: aut terræ inteſtina, cum malis cotoneis: aut cancros fluuiatiles cum ouo adhibeto. hoc & lac extinguit.

Ad induratas māmarum inflāmationes, Philumeni, Cap. XXXVIII.

G SEmen lini, aut fœnigræci, aceto mulſo coctum imponito: aut ſeſamum illotum modicè toſtum cum melle terito, & calidum apponito: aut ſtercus caninum terebinthina exceptum adhibeto. Aliud optimum. Spumæ argenti libras duas, ſtrigmentorum balnei in quo viri ſolùm lauantur libras quatuor, colophoniæ, ceræ, ſing. beſſem, ſquamæ æris ſextantem & ſemunciam, aquæ marinæ aut muriæ lib. I. ſquamam aqua marina ſufficientibus diebus terito, & adiecta argenti ſpuma ac ſtrigmentis, ad probam compagem coquito, deinde ceram & colophoH niam liquefactas adiicito, & ablatum ab igne medicamentum frigefacito, manibus ſubigito, ac vtitor. Inter coquendum autem cum arundinis radice verſato donec non amplius inquinat. Facit & ad colliſa, fracta, vlcera antiqua, condylomata, oleo dilutum & adhibitum. Vtere

etiam emplaſtro Dionyſia, ſuperiori Sermone deſcripto, quod habet terebinthinam,mannam thuris,ſpumam nitri,oleum antiquum,ceram,ſingula ponderibus iſtic adſcriptis. nec minus conuenit Piſcatorium.

De mammarum abſceſſu, Cap. XXXIX.

INflammatione & duritia perſeuerantibus,& ad abſceſſum progredientibus,ſpe diſcutiendi ſublata,maturantibus auxiliabimur. Nos tamen mammarum inflammationes iam in pus tranſmutatas, per Dionyſiam emplaſtrum ſuprà relatum frequenter diſcuſſimus: totus enim humor ab ipſo per occultos meatus tranſpirat, & durities euaneſcit.Probè facit & fuluum Piſcatoris, citra acetum paratum,& nigrũ Aſclepiadæ. quæ omnia ſi parum profecerint, chirurgia opus erit. Reliquæ igitur mãmæ partes tutò incidũtur,ſi putrida corpora reperiuntur. verùm locus circa papillã lunari ſectione exactè incidendus eſt, vt per ſectionem quidem abſceſſus profunditas denudetur, ſed papilla conſeruetur, in maribus quidem formæ gratia,in fœminis verò præter formam, vt ne lactandi facultas intercipiatur. Peracta chirurgia linamenta ſectioni indantur,& omni modo obſeruetur ne plaga linamentis nimiùm obturetur: huic enim ſæpe fiſtula inducitur.Poſtea tertia die ſuppurationi ſtudendum eſt,deinde iis quæ repurgare poſſunt, poſtea reſiccantibus ac glutinantibus.Bene autem facit ad hæc emplaſtrum fuluum Piſcatoris, citra acetum paratum: et fuluum Galeni ad maligna vlcera ſuprà præſcriptum. Eſt autem his ſpongia ex vino expreſſa ſuperponenda. Prodeſt etiam Nigrum è lolio præparatum. euacuat enim & glutinat. Magiſtriani ad mammarum abſceſſus. Inteſtina terræ cum polenta terito & imponito.

De mammarum fiſtulis, Leonidæ, Cap. XL.

ALiquando rupto abſceſſu ſi mamma non fuerit rectè curata,fiſtula cõſequitur: & ſanè fiſtulæ iſtic obortæ plerunque in carnem deſinunt, rariſſimè ad os, niſi diutius durauerint. Has itaque congruis primùm medicamentis curare conabimur,quale eſt quod ex lolio præparatur.Sed & hoc emplaſtrũ peculiariter prodeſt, quod & in mãmarum abſceſſibus atque omni tuberculorum genere,pus per occultos meatus educit,& propè incidendos abſceſſus diſcutit,& foris impoſitum fiſtulas efficaciſſimè deſiccat.papillam tamen ſemper ab eo medicamento adſeruare oportet:Spumæ argenti,olei,ſing.lib.vnam, aquæ ſeſcuncem,ammoniaci thymiamatis,pyrethri,ſingulorum ſeſcuncem,reſinæ pinus trientem, colophoniæ vnciam vnam. ſpumam argenti, oleum, & aquam ſimul ad prunas coquito donec non amplius inquinent.deinde ammoniacum cribratum inſpergito, eóque ſoluto reſinas adiicito, & ablato ab igne pharmaco pyrethrum addito,ſubigito,ac emollito,& imponito, lana ſicca ſuperpoſita,ita vt papillam velut diximus non contingat. At ſi perſeuerauerit fiſtula, nucleo ſpecilli attollatur ac incidatur,quatenus in profũdum ſpecillum fuerit progreſſum: & quicquid duri ac calloſi ineſt amputetur. Et facta inciſione emplaſtrum adhibeatur repurgans,deinde reſiccãs, & ad cicatricem perducens.

De mammarum nomis, Cap. XLI.

NOmæ mammarum perfuſionibus ac cataplaſmatis curãtur ad reliquas nomas deſcriptis.verùm ad muliebrium mammarum ac pudendorum nomas ac putredines,& alia huiuſmodi facit hoc medicamẽtum: Rhois coriarii lib.I. pilularum cupreſſi recentium tantundem, gallæ omphacitidis ſeſquilibram,vini auſteri lib.viginti. Hæc ſolida per triduũ macerato, deinde cum vino ad dimidias coquito, & cupreſſi ramo verſato.poſtea ad horã quieſcere ſinito ac deinde excolato& rurſus ad mellis cõpagem coquito. Atque ita paratum pharmacum in vaſe vitreo ſeruato.vſu verò expetente, ſi exterſione opus fuerit,melli admiſceto:ſi verò vim obducendi meatus augere volueris,lac adiicito.

De exedentibus mammarum vlceribus, Cap. XLII.

PHagedænicum & exedens vlcus à cancerato differt, eo quòd circumſitas partes non ita duras, neque ve- A nas varicoſas habet, neque ita ad fundum perreptat. Sed & omnis phagedæna medicamentis cedit.maligna verò & efferata vlcera,medicamentis magis exacerbantur. Ad exedentia itaque vlcera compendiariam curam adhibere oporteret,calloſorum videlicet labiorum exciſionem,ita vt eadem labia ignitis cauteriis inurantur. nam ſic & ſanguinis eruptionem coercebimus, & tutiorem medicationem peragemus. Poſtea verò medicamenta ad mammarum putrefactiones commoda adhibeantur, infrà ad cancros deſcripta.

B De cancris mammarum, Archigenis & Leonidæ, Cap. XLIII.

CAncerati tumores circa mammas frequentiſſimè generantur,& mulieres magis quàm viros inuadunt, & ex illis eas quæ amplas ac carnoſas mammas habent. Veteres autem vlcus canceratum,malignum ac ferum appellabant, & cancerati ſanè appellatio à cancro animante tranſſumpta eſt. ſunt enim ea animantia aſpera & dura,& ſiquid forcipibus ſuis ceperint, haud facilè auelluntur. His itaque canceratus tumor ſimilis eſt. nam & promi- C net,& ad tactum renititur,& difficulter tractabilis eſt.Maleficum autem & ferum vlcus, à feris ac malignis animalibus cognominatur. eſt enim proteruum, & curatione efferatur,& manuum tractatione exacerbatur. Duæ verò ſunt ſupremæ cancrorum differentiæ: quidam enim ſine vlcere,quidam cum vlcere cõſiſtũt. Qui ſine vlcere ſunt, ab omnibus ferme veteribus occulti appellantur. Philoxenus tamen cancrum occultum priuatim nominauit, qui in vtero ac inteſtinis eſſet.Cancro itaque non vlcerato in mãma exiſtente, tumor apparet ingens, ad tactum D renitens,inæqualis, inſtar feræ ſæuus,penitiſſimè pertinaciter inſertus, radices longè latéque extendens, & venis circumſitus velut illigatus, quas circumcirca varicoſas habet,colore cinericius ad ruborem vergens, & aliquando ſubliuidus,& videntibus quidem mollis apparet:tangentibus autem duriſſimus eſt, vt viſui hac parte non ſit credendum: dolorem autem inducit pungentem latè ſe extendentem,vt ſæpe per conſenſum, glandularum malignas inflammationes ſub alis excitet. Pertingunt etiam dolores vſque ad clauiculam & ſcapulas. At verò exulce- E ratus cancer aſſiduè erodit, & ad profundum perfodit, nec ſiſti poteſt, & ſaniem emittit omni ferarum veneno deteriorem, copia & odore abominabilem. adſunt & huic dolores pungentes. Atque hic præcipuè medicamẽtis ac manuum tractatione exacerbatur.

Qui cancri curatu faciles,& qui difficiles, Cap. XLIIII.

CAncros in pectore obortos omnino deploratos eſſe ſcito,quemadmodum & eos qui in capite, collo,humeris,ſub alis,& in inguinibus generantur: ſunt enim & F hi incurabiles. Nam præterquam quòd perfectè tolli non poſſunt, ſanguinis eruptionis timor incumbit, ne ex ea æger inter manus pereat. Eos verò qui papillæ ſummitatem occupãt,affectæ partis amputatione facilè curaueris.

Cancri chirurgia, Leonidæ, Cap. XLV.

EGO quidem in cancris in pectore obortis chirurgia vti ſoleo,quæ ſic fit: Ægram ſupinam decumbere facio, deinde ſupra cancrum partem mammæ ſanam incido,& inciſam cauteriis inuro donec cruſta inducta ſanguinis eruptio ſiſtatur.Mox iterum incido, & profũdum G mammæ diſſeco,ac rurſus partes inciſas vro, ſæpéque idem repeto,& ſecans, & ſiſtendi ſanguinis gratia inurẽs. Ita enim ſanguinis eruptionis periculum euitatur: poſt amputationem verò integrè peractam, rurſus partes omnes ad reſiccationem vſque inuro. Et primæ quidem inuſtiones ſiſtendi ſanguinis gratia fiunt: poſtremæ verò ad omnes morbi reliquias abolendas.Sæpè verò etiam citra inuſtionem opus perfeci, vbi induratus tumor cancri generationem minãs in mamma fuit: tali enim affectioni amputatio vſque ad ſanam partem ſufficit, quum H nullum hic periculum eruptionis ſanguinis immineat.

Cancri curatio poſt amputationem & inuſtionem, Cap. XLVI.

POſt amputationem ſi inuſtio facta non eſt,linamenta vlceri indemus, deinde ſuppurationi ſtudebimus, &

deinceps ad reliquam curationem reſiccatoriam progrediemur. Si verò poſt chirurgiam locos inuſſerimus, aliquando ſolo cataplaſmate ex plantagine, aut polygono, aut ſeſamo trito vtimur: aliquando etiam panis medullam alicui ex prædictis admiſcemus, & ſupra cataplaſma linteum aqua madefactum adhibemus. Citra dolorem verò cruſtas aufert lac melli admixtum ac illitum. Continendæ autem ſunt ægrotæ in domo calida: omnis enim frigiditas ipſis infeſta eſt, præcipuè quo tempore vlcera repurgantur. tunc enim maximè conuulſionis periculum imminet. Secunda verò aut tertia die exoluto medicamento, tepida aqua locum perfundimus, & lenticulam coctam cum modico melle imponimus, (mellis enim vim exacerbandi formidamus) deinde foliis vitis aut lactucæ foris impoſitis deligamentum adhibemus. Neque ab horũ vſu diſcedimus donec cruſtæ exciderint: poſtea linamenta indimus, atque in his tum acria tum pinguia medicamenta vitamus. vtraque enim malum renouant. Quapropter ſoleo muliebri aut aſinino lacti roſaceũ admiſcere, & ex eo madefacta linamenta indere, & pro linamenti conſeruatione linteum lene ac ſimplex eodem lacte imbutum forinſecus obligare. nam plurium linteorum onus graue eſt in hac affectione. Et ſuppurationis quidem tempore, roſarum amplius ſit: dum verò repurgamus, lac excellere debet. Quòd ſi res vrgeat, melilotũ cum roſaceo, & aqua, aut lacte muliebri cataplaſmati exterius adhibendo admiſceatur. cerata enim & nimis elaborata cataplaſmata, huiuſmodi affectionibus ſunt aduerſa. At ſi arido aliquo opus fuerit, ſpodium pompholygis probè lotum ac ſiccatum, aut cadmiam ter vſtam & roſaceo extinctam, & poſtea probè lotam ac reſiccatam inſpergito. Toto verò curationis tempore à vino & cibis ægrè concoctilibus, & frigidæ potu abſtinendum eſt. At dum vlcus ad cicatricem ducitur, diligenter ſtudebimus vt totius corporis firmus reddatur habitus, & vt bono ſucco impleatur, id quod bonis alimentis, exercitiis, geſtationibus, ac reliquis eiuſmodi corpus reficientibus facere oportet.

Cancrorum curatio citra chirurgiam, Cap. XLVII.

PRimùm, velut ſæpe diximus, ante cuiuſque maligni vlceris curationem, totum corpus curare oportet, deinde localia auxilia adhibere. Aluus itaque conuenientibus alimentis, & aloe, vel picra ex aloe præparato pharmaco ſoluatur, & quæ venenis reſiſtunt, aſſiduè exhibeantur, velut eſt therjaca, Mithridaticum antidotum, & quod ex ſanguinibus conſtat. Ex ſimplicioribus autem, anſeris aut anatis recèns iugulatæ ſanguis calidus in potu detur. Aut trifolii bitumen olentis cochleare vnum, aut duo, cum aquæ cyathis tribus: aut ſeminis rutæ vncia vna, aut pulegii veteris drach. I. cum maluæ decocto. Prodeſt etiam cancrorum fluuiatilium decoctum cum lacte aſinino per dies quinque exhibitum, ita vt per totidẽ dies etiam ipſi cancri comedantur: talis enim periodus ſepteno circuitu peracta, mammarum cancros placidiſſimos efficit, vt deinceps per ſimplicium epithematum vſum priſtina ſanitas reſtituatur.

Canceratorum tumorum non vlceratorum curatio, Cap. XLVIII.

TVmoribus canceratis non vlceratis panem cum modico ſymphyto imponito, exigua quantitate, vt ne grauet. In exacerbationibus autem roſas, melilotum, ſemẽ papaueris, omnia cum paſſo paululum trita coquito. & cum vitellis ouorum ſubacta imponito: aut althææ folia cocta per ſe, vel pani admixta, imponito. Eſt & hoc in exacerbationibus efficax: Plantaginis, capitum papaueris vnà cum ſeminibus pſyllii, æquales portiones accipito, & reliqua quidem terito ac cribrato. Pſyllium verò paſſo Cretico maceratum, cum palmulis pinguibus ſubactum aridis admiſceto, & parum adipis anſerini adiicito. hoc medicamentum ſecurè adhibetur calefactum. Si verò frigidum potius malum poſtulauerit, omnia prædicta palmularum carne & modico pane madefacto excipito, ac frigida imponito. Prodeſt & irionis ſemen cum œſypo & aqua mulſa calidum impoſitum. Fraxini item arboris folia mollia, aqua cocta, & trita, per ſe calida impoſita, mali-

A gnorum vlcerum dolores mitigant, & aſſiduus ipſorum vſus mirificè ipſa diſcutiet. Ego verò eorũdem foliorum decocto huiuſmodi locos fouere ſoleo. Arbor ipſa ſterilis eſt, & ad materiam idonea. Poſtea verò cataplaſma è plantagine rurſus imponatur. Item Iceſii emplaſtrum, aut Nigrum panacea inſcriptum ad contactum molliſſimum, aut aliud quoddam huiuſmodi adhibeatur, niſi obſtiterit vlcus.

Cancri vlcerati curatio, Cap. XLIX.

VLceratis cancris leniſſima epithemata imponantur, B quorum velut fundamentum, inquit Archigenes, hoc eſt: Spumæ argenti, adipis porcini recentis, ceræ albæ, ſing. libram vnam, olei boni vncias ſedecim, vitellos ouorum aſſatorum duodecim. Spumam argenti cum poſca terito, deinde olei parum affundito, & vitellos admiſceto: adipem verò exẽptis in mortario terito, & cum cera liquefacito ac excolato. & his frigefactis reſiduum olei paulatim affũdito, & omnia ſimul in mortario probè ſubigito, poſtremùmque reliqua trita admiſceto. Hoc medicamentum vſus tempore roſaceo diſſoluito, & molli C lana excepto pro linamento vtitor. Et ſi dolor aberit ab vlcere, etiam iridis, myrrhæ, ariſtolochiæ, ſing. drach. tres adiicito. idem etiam non vlceratis cancris adhibitum vtile comperies. Aliud. Vlceratis cancris blandè hoc medetur, & non vlceratos egregiè mitigat: Ceræ Tyrrhenicæ, terebinthinæ, adipis taurini, medullæ ceruí, aut vituli recentis, olei cicini & roſacei recentis, adipis anſerini recentis, mellis optimi, thuris, diphrygis, ſingul. partem vnam, œſypi triplum. ſine thure tamen mitius eſt, & vlceribus commodius: verùm cum thure magis diſcutit, ac D maturat. & non vlceratis magis commodat. Et ſi abſque thure præparabis, diphryges cum vino teres: ſi cum thure, vtrunque, diphryges videlicet ac thus aridum, liquatis reliquis adiicies, & deinde addito melle ſecurè adhibebis. Aliud, Theodori ad maligna: Spodii cyprii loti & reſiccati, plumbi vſti & loti, ſucci roſarum, ſing. drachmas quatuor, præpara, & vtere cum roſaceo. hoc quidem magis mitigatorium eſt. At verò ſi multa & depaſcẽs putrefactio fuerit, vltrà quàm credas efficax eſt hoc ad totum malum extirpandum: Rhois coriarii ſextarios duode- E cim, pilularum cupreſſi libram vnam, gallarum omphacitidum, caſiæ, ſing. ſeſcuncem. Omnia ſimul contuſa in vini Adriani, id eſt adſtringentis, odorati & antiqui ſextariis viginti, per triduũ macerato, & deinde ad tertias coquito, ac cupreſſi ſpathula verſato: poſteáque omnibus probè expreſſis ac reiectis, ſuccum rurſus ad mellis compagem coquito, ac vitreo vaſe ſeruato. Hoc medicamento ad nomas ſyncero vtendum eſt, modico vino aliquando addito, ſi craſſius viſum fuerit: verùm ſi affectio in muliebri pudendo fuerit, exactè diluendum eſt. Sed & a- F ſinino aut muliebri lacte dilutum mitigatorium eſt, & reliquas item nomas citra inflammationem curat. Aures diu purulentas, gingiuáſque madore flaccidas reſiccat. Vlcera curatu difficilia, & ægrè cicatricem admittentia ſanat, ſi moderatè adhibeatur, ac pro ratione diluatur. quomodo enim ipſi mitia reſtiterint, cui fera & agreſtia cedunt? Cæterùm hoc animaduerſione dignum eſt, vt ne vlcera ad cicatricem perducantur priuſquam omnis duritia fuerit reſoluta, modò linamentis maturantibus, modò ſpleniis adhibitis, quale eſt Iceſii melinum, aut Sera- G pionis, aut panacea. Ego verò declinationis tempore vſus ſum theriaca, lacte & roſaceo diluta, & in molli lana vlceri indita. eandem etiam ex paſſo bibendam præbeo. Ad huiuſmodi enim affectiones efficaciſſima eſt, ſicut quoque reliqua antidota ad reptilium ictus & venenoſas potiones parata. His itaque confidenter vtere, ac irriſores contemne qui mali naturam minimè intelligunt.

De mammis induratis, Leonidæ, Cap. L.

IN aliis equidem corporis partibus prius oſtendimus, H induratum tumorem ſine dolore eſſe. at in mammis non ex affectionis natura, ſed detractæ papillæ grauitate dolorem inducit. Si itaque tota mamma indurata fuerit, atque ita ſcirrhi tumor induratus thoraci annexus, vt citra periculum à ſanis partibus amputari non poſſit, chir-

urgiam nequaquam attentabimus. ſi verò ſummitas mammæ ſolùm indurata fuerit, aut vltra dimidium affectio non occuparit, ſummitas amputanda eſt citra inuſtionem. neque enim in ſcirrhi tumore indurato, velut in cancro, ſanguinis eruptionem vereri oportet. Poſt amputationem verò linamenta indemus, & reliquam vlcerum curationem adhibebimus.

De menſtruis ſuppreſſis, Rufi & Aſpaſiæ, Cap. LI.

MVlieres aliquas menſtrua purgatione omnino carere, vel naturale eſt vel præter naturã. Naturale eſt ſi mulier nulla inde moleſtia vel totius corporis, vel vteri afficitur. Proinde quantum ad ætatem attinet, infra decimumquartum annum, aut vltra quinquageſimum purgationes menſtruæ non fiunt. Sed & ſteriles, & prægnantes, cantrices item ac ſaltatrices naturaliter non purgantur. Quicquid enim in eis ſuperfluum eſt, nimia exercitii vehemẽtia conſumit. Et in ſumma, mulieres calidioris temperaturæ, & fortibus exercitiis vtentes, & agreſtes, parum purgantur. Quando igitur mulier plus iuſto calida fuerit, ſiue ob naturalẽ temperaturam, ſiue ob exercitiorum exceſſum, menſtruis purgationibus carebit. Ex multo enim calore corpora ſicca euadunt, & cãlida temperatura cibos optimè concoquens, nihil ſuperflui in toto corpore relinquit. Eſt autem talis mulier omnino virilis, coloris fuſci, corporis probè cõpacti, neruis robuſtis, venoſa, lumbos & nates ampliores habens, pectore ac humeris latioribus, mammis ſolidis, voce graui, fortior item ac hirſutior. talis enim aut omnino non, aut modicè purgatur. Aliquando verò etiam menſes vel ob nimiam pinguedinem, vel ob gracilitatem ſupprimi ſolent. Pingues enim magis exangues reliquis ſunt, minimáſque venulas habent, & ſanguis qui in ipſis eſt pauciſſimus, ferè in pinguedinem tranſit. Atque huius rei ex eo indicium eſt, quòd tales minimè omnium concipiunt. & ſi aliquando conceperint, fœtus graciles ac valde imbecilles pariunt. Quomodo ergo purgabuntur, quæ neque ſanguinem, neque venas amplas habent? At verò graciliores ob diuturnam aliquam ægritudinem attenuatæ, nihil penitus ſuperflui ſanguinis habent. Siſtuntur præterea menſes eis quibus ſanguis craſſus aut viſcoſus eſt, & quibus ad alios locos defertur, velut per nares aut ſedẽ. Quin & ex thorace ſanguinem reiectantibus, & quibus ex venæ ſectione multus ſanguis euacuatus eſt, menſes ſupprimuntur. Sed & reliqua excretionum genera ſæpe faciunt vt menſes intercipiantur: velut eſt multus ſudor, aſſidui vomitus, alui profluuia, ſaniei copia alicubi prodiẽs, puſtularum omne genus per cutem erumpens. Siſtunt item menſes morbi acuti ac magni, & alimenta vel infra vel ſupra modum ingeſta. modicum enim alimẽtum ſtatim tranſpirat: multum verò meatus obturat, & excretionem intercipit. Ad hos itaque ſcopos etiam curãdi ratio dirigenda eſt. Quæ enim ob plenitudinem non purgantur, venæ ſectione curantur. Cibi porrò craſſi ac pituitoſi purgationibus aduerſantur: verùm acres ſanguinem fluidum efficiunt. Quapropter vina craſſa & noua, aquas frigidas & crudas, labores nimios, otium item ſubleſtum vitare oportet. atque hæc victus ratio ad totum corpus pertinet. Quantũ verò ad ipſum vterum, concluſiones, ceruicis eiuſdem diſtortiones, durities, inflammationes, macies, reſolutiones, perfrigerationes, diſtentiones, atque aliæ huiuſmodi affectiones conſiderandæ ſunt. Et inſuper attendendum an aliquid vteri os obturans, ſanguinis exitum impediat. Calloſitates enim iſtic exortæ, aut carnis excreſcẽtiæ, aut pinguedinis copia, ſæpe purgationem prohibent. Aliquibus etiam ſtatim à principio pellicula quædam circa collum aut oſculum vteri adnaſcitur, quemadmodum iis accidit quæ imperforatæ appellantur. Et tales curari non poſſunt, niſi pellicula illa locum obturans perforetur aut reſecetur. Aliquibus etiam vlcerum cicatrices, oſcula vaſorum in vtero excæcarunt, quæ penitus incurabiles ſunt. Quibuſdam poſt abortum, vteri os exulceratur, ac deinceps ad cicatricem perducitur, atque ſic obturatio ſuperuenit, quæ tum alias vuluæ tranſpirationes impedit, tum ſanguinis excretionem prohibet. Quin & curæ aſſiduæ, & immodicus timor, ac mœror ingens, menſes ſupprimunt.

Mulieribus quæ non purgantur accidentia, Cap. LII.

MVlieribus quæ non purgantur conſueto more, ſanguinis reiectationis ac ſyderationis periculum imminet. nam ſuppreſſis menſibus, moleſta accidentia conſequuntur: totius corporis grauitas, nauſeæ, faſtidia, horridi quidam diſcurſus, velut in eis quæ conceperunt: non tamen ita ſicut eis quæ conceperunt, vteri oſculum clauditur: illis enim occluſio adeſt cum quadam duritia. Dolores inſuper circa lumbos, femora, collum, ſinciput, & oculorum radices, adſunt. Febres item aſſiduè concomitantur, & vrinæ nigræ ſunt cum rubicundo quodam ſeroſo ac ſanioſo humore. difficultatem item ac ſtillicidiũ vrinæ patiuntur. Et quædam in melancholicum atræ bilis morbum, aut inſaniam delabuntur. Cutis ſuperficiem dolent, & inflammationes ac ignes ſacros diuerſimodè ſuſtinent.

Curatio earum quæ ob nimiam caliditatem non purgantur, Cap. LIII.

PRæſtaret equidem ad integram ſanitatis cõſeruationem, victus rationem præſcribere, à qua mulieris corpus ita reſiccaretur vt menſtrua purgatione non haberet opus. verùm hoc conceptioni penitus aduerſaretur: non enim concipiunt quæ non purgantur. Proinde cõceptus gratia, & eo quòd omnes ferè mulieres temere victitant, purgationes ſunt neceſſariæ. & propterea curationem conſcribere conuenit, per quam menſes ſuppreſſi euocantur. Calidiores itaque mulieres & quæ plurimùm exercẽtur, quammaximè humectare oportet aquarum dulciũ dulcium balneis, vberiore humidioréque cibo ac potu. quales ſunt ptiſanæ ac alicæ ſorbitiones, & quæ ex lacte præparantur. Et ex oleribus, lactuca, cucurbita, & eiuſmodi. E carnibus, agni, hœdi, & porcelli recentes, cicures præſertim & fœmellæ. E piſcibus, qui teneras carnes habent. Ex auibus, teneriores. Ex fructibus, ficus recentes, vuæ maturæ, pepones, cucumeres. E potibus, vinum tenue, albũ, dilutum, non vetus.

Frigidæ temperaturæ dignotio ac curatio, Cap. LIIII.

FRigidioris temperaturæ fœminas, tum ex iis quæ dicta ſunt cognoſcemus, tum quòd ſomnolentiores & ad motum pigriores ſunt, & coloris albi ſiue plumbei, venis ſubnigricantibus, vrina aquoſa. pituitam etiam aſſiduè excreant, & aliquando pituitoſos humores euomunt. Harum itaque curationem oppoſitam eſſe oportet ei quam ad calidiores retulimus. Plurimos enim labores imperabimus, & edulia calidiora exhibebimus. vinum item fuluum, odoratum, vetus, ac minimè dulce. confert etiam vinum aqua marina dilutum. Medicamenta verò eligenda ſunt quæ calore ſuo ſanguinẽ diſſoluunt, velut eſt thymi, pulegii, calaminthes, dictamni, abrotoni, iridis radicum aſphodeli, corticum radicis mori, mercurialis, caſiæ, carpeſii, floris iũci odorati, ſpicæ nardi ac Celticæ, acori, mei, phu, ſabinæ, aſari, ac ſimilium decoctum. Hæc enim ſingula in vino albo veteri coquuntur, & vinum ipſum merum excolatum calidum à balneo ieiunis bibendum datur. Atque ita menſes cientur iis quæ frigidam tẽperaturam habent. Probè facit & ſuccus Cyrenaicus erui quantitate potus: aut opopanacis vncia vna: aut ſagapeni tantundem: aut myrrha magnitudine fabæ: aut caſtorei drach. vna: aut nigella pota & ſublita. Idem poſſunt etiam ſeminum nobis familiarium decocta, velut cumini, fœniculi, petroſelini, laueris, dauci, ammii, cicerum. Eſt & hoc efficaciſſimum atque acerrimum: Pulegii, artemiſiæ, rutæ, ſaluiæ, anethi, ſingulorum manipulum vnum, piperis grana viginti, aquæ ſextarios duos. piper contuſum & herbis admixtum, per noctem aqua maceratur. Manè verò ad dimidias coquitur, & ad excolatum mellis quantum ſatis eſt adiicitur, indéque cyathi duo ieiunæ exhibentur. ipſa verò ſenſim inambulare iubeatur, & lectica geſtetur. Tempora autem ad talia medicamenta accipienda commoda ſunt, alterum appropinquante iam purgationis tempore: alterum vt poſt vnctionem

ctionem fomentáque ac balneum ſtatim bibat, ita vt in calidum adhuc & ſolutum corpus illabens medicamentum, vires ſuas efficacius declaret. At verò ſiquis omnia auxilia in hunc vſum commoda recenſere velit, ei multo otio opus fuerit. ſufficere tamen poſſunt relata. Si verò nullum ex his menſes euocauerit, alius modus potentior exquiretur. Ego etenim quum hæc medicaměta fruſtra adhibuiſſem, mulierem ſolutiuum pharmacū bibere iuſſi: atque eâ accepto euphorbio cum petroſelino, per aluum purgata, deinde menſtruorum excretio ſucceſſit. Quòd ſi redundans humor atræ bilis magis fuerit, epithymi drach. quinque exhibeto, cum aceti mulſi diluti hemina, pauco ſale adiecto. fæce enim ſanguinis educta, pars ſubtilior deinceps facilius ſequetur. Pleriſque etiam vomitus profuit. Vomant autē accepto prius thymi aut origani, aut hyſſopi decocto. deinde poſt vomitum, centaurii aut abſinthii cremorem potent. Quin & peſſis ſubditiciis vterus irritandus eſt: vt per victum quidem ſanguis calidus ac tenuis reddatur: per peſſos verò excretio prouocetur. Fortiores tamen euitabimus, quales ſunt qui ex elaterio, cātharidibus, cyclamino, felle bubulo, & vera tro fiūt. Periculū enim eſt ne ex huiuſmodi medicaměto rū vehemētia, inflāmationes, vlcera ac febres exoriātur.

Peſſi menſes educentes,
Cap. LV.

Mitiora proinde in peſſis adhibere oportet, velut eſt ruta, baccæ lauri, artemiſia, conyza tenuia folia habens, pulegium, mercurialis. hæc ſingula cum oleo irino ſubdantur. Quòd ſi validioribus opus erit, myrrhæ drach. vnam, aluminis ſciſſilis drach. duas cum vino terito, & roſaceo admixto ſubdito. Aut terebinthinam cum myrrha, melle, & croco efformato. Hoc autem validius eſt pelecini ſemen cum myrrha & melle: aut bdellium, vel galbanum, vel ſtyrax cum abſinthio & lupinorum decocto: aut caricas pingues granulis exemptis, cum thure & nitro, ſingulis fabæ magnitudine, ſubdito. Vterus item calido quodam oleo ſiue vnguento perfundatur, velut eſt ſuſinum, cyprinum, irinum, ſampſuchinum, laurinum, amaracinum, narciſſinum. Aſſidui etiam ſuffitus per ſtyracem galbanum ac thus fiant. probè facit etiam lapis gagates. Suffumigium probatiſſimum: Radicis ariſtolochiæ, radicis aſphodeli, reſinæ ſiccæ, ſandarachæ, atractylidis agreſtis, ſtercoris vulturis, bdellii, ſabinæ, cardamomi, artemiſiæ, ſing. drach. vnam, oſſium piſcium ſalſorū minutiſſimè tritorum drach. tres, nigellæ, ſtyracis, ſingul. drach. quatuor. paſtillos cum aqua formato, & vſus tempore ſuper bubulo ſtercore, bis in die manè ac veſperi ſuffito. Præcipuè verò odoratis fomentis vterum fouebimus, amaraco videlicet, ſerpyllo, pulegio, calamintha, cypero, iride, chamæmelo, coſto, aniſo, ac ſimilibus in aqua coctis. Sit autem fomenti vſus talis: Olla operculo perforato operiatur, arundóque foramini inferatur, & vndique oblinatur: & mulier ſedens excepta intra pudendum arundine fotum admittat. Alius verò fomenti modus eſt vt mulier in aliquo ex relatis decocto vſque ad vmbilicum inſideat, & deinde calida aqua dulci abluatur, & poſtea peſſos prædictos ſubdat. Peſſus optimus, menſes educens: Carpobalſami, caryophyllorum, olei amaracini aut ſuſini, ſingulorum drachmas octo, paſſarum vuarum pinguium exemptis vinaceis libram vnam, carnes palmularum duodecim, ſalis cōmunis drachmas ſedecim, mellis cochlearia tria, efforma, ac vtere poſt balneum aut fomentum. Cataplaſmata inſuper adhibebimus ex cruda ordeacea farina, artemiſia, amaraco, iride, aut alio quodam ex relatis admixto. Liquor autem cataplaſmati admiſcendus, ſit vinum odoratum, mel, amaracinum irinum anethinum oleum. Poſtea lanam quoque oleo aliquo ex prædictis imbutam ſuperponemus. Bonum eſt etiam, bdelliū cum ſtyrace ac thure tritum, cum vino ac vnguento quodam relato, imo ventri ac lumbis illinere. Epithema ad ſanguinem menſtruum euocandum: Elaterii, myrrhæ, galbani, farinæ ordeaceæ, ſing. drach. quatuor, foliorum rutæ recentium drach. duas, fellis taurini quantum ſatis eſt. reliquis omnibus minutiſſimè tritis & vnitis fel admi-

A ſceto, & lumbis ac imo ventri imponito. Ducit hoc menſes, & ſedis hæmorrhoidas prouocat. Vtere etiam aliis epithematis Sermone tertio conſcriptis. Philoſophi ad menſes educendos. Cancrum fluuiatilem in vinum coniectum ſuffocato. deinde vinum id meracum calefacito ac totum bibendum dato, & vbi ſatis ſanguinis purgatum videbitur, cancrum ſuffocatum comedēdum dato. Glans ſubdititia menſes educens. facit ad vteri ſtrangulatus diuturnos: Fellis taurini, ſucci abſinthii, & comæ eiuſdem, radicis ſtruthii, myrrhæ, ſingulorum drachmas quatuor, caſtorei, opobalſami, ſingulorum drach. vnam, ſucci cyclamini drach. decem. Omnia artemiſiæ ſucco excipito, & glandes paruas ſubdititias formato. Probè facit & fæx vini antiqui apii ſucco excepta ac ſubdita. aut lilii radix toſta ſubdita. aut nigella, aut ſeſamū, aut rutæ ſemē & fœnumgræcum butyro ac melle exceptum ac ſubditum. Peſſus eadem die plerunque ſanguinem ducens. Folia artemiſiæ & nitrum pari portione oleo irino aut roſaceo excipito, & poſt balneum ſubdito.

Curatio earum quæ præ pinguedine non concipiunt, Cap. LVI.

Pinguiores mulieres victu attenuante curabimus. Dictum eſt autem in ſecundo ac quarto Sermone de his alimentorum facultatibus, & quomodo macies ſit reparanda. Non tamen interim fomenta & potiones prætermittantur: ſi enim materia infrà declinabit, haud ægrè euacuabitur, & corpus gracilius reddetur. Et quanquam purgatio per inferiorem aluum non ſit valde tuta, vt quæ corpus tabefaciat, mulieri tamen ita habenti hæc quoque adhibenda eſt. ſæpe enim ſola purgantis medicamenti potio ad menſes educendos ſufficit. Ex purgatoriis itaq; acerrima & pinguibus maximè idonea ſunt, granum cnidium, ſcammonia, & cortex radicis tithymali myrſinitæ. Singulis autem petroſelinum, aut daucum, aut aniſum, aut apium, iucunditatis gratia & ad ſanguinem attenuandum, admiſcere oportet. Peſſos quoque validiores his adhibebimus, velut pulpam colocynthidis, nigellam, myrrham, ſimul cum vino dulci trita ac ſubdita: aut nitrum cum cyclamino, felle bubulo ac melle: aut caricarum carnes cum nitro, melle & ruta. Fomenta item ac epithemata ad frigidiores temperaturas relata huc transferantur.

Curatio earum quæ ob plenitudinem non purgantur, Cap. LVII.

QVÆ propter plenitudinem non purgantur, congruo menſtruorum tempore magis grauantur: dolores circa lumbos ac imum ventrem percipiunt, flatúque replentur, ad quem diſtentiones ac horrores totius corporis conſequuntur. ſed præcipuè inſigni venarum tumore dignoſcuntur. Atque hæ quidem copioſa ſanguinis miſſione ſanantur. cubiti itaque ac tali venas ſecare oportet: deinde euacuato ſanguine cætera facere ſuprà relata, potiones videlicet ac fomenta adhibere. Poſtquam autem menſes fluere inceperint, mulieri quies imperanda eſt, & in lecto eadem detinenda. Ac prima die à balneis ac cibis abſtinendum: proxima verò, ptiſanæ ſuccus cum aceto præparatus in cibo exhibeatur. deinde olera ad hunc vſum idonea. Tertia autem die lauanda eſt, & conſueta victus ratio repetenda.

Curatio earum quæ ob maciem non purgantur, Cap. LVIII.

QVæcunque ob maciem gracilitatémque non purgantur, ſiue id ex morbo, ſiue alia ratione contigerit, eas primùm reficere oportet, & corporis carnem congruo exercitio, moderatóque labore ac vberioribus exercitiis reparare: vbi enim carnoſæ factæ fuerint, maxima ſpes eſt menſes ſpontè erupturos eſſe. At ſi hoc non contigerit, potionibus ac peſſis prouocentur.

Curatio earum quæ ob vitiatos humores non purgantur, Cap. LIX.

Bilioſos ac pituitoſos humores, & quicunque alii ſanguini admixti menſium purgationem impediunt, totius habitus vitiatione cognoſcemus, ac reliquis notis ſæpe à nobis relatis, & aliquando ex iis quæ circa vterum cōtingere ſolent. Pauci enim mēſes qui deferūtur,

ſi bilioſi fuerint, vuluam mordent ac rodunt, & coloris ſunt abundè fului: ſi verò pituitoſi, ſegnius prodeunt, craſſi ſunt, albique ac ſubfrigidi, & ſtuporem inducunt. Quum igitur huiuſmodi ſigna apparuerint, præſtantiſſimum eſt totum corpus congruis medicamentis purgare: deinde muliebres locos colluere ac fouere. Cibos autem dulces ac boni ſucci exhibere, & in potu vinum mulſum dare. Exhibeatur etiam lac aſininum cum melle. Et aqua in qua pulegium ebulliit cum vino dulci propinetur. hæc & mẽſes prouocat, & nullam ſuperfluitatem in ſanguine relinquit. Cibis inſuper ac potibus ſemper odoratum aliquid admiſceatur. Ex oleribus crethmum, gingidium & daucum, ſingula ad flacciditatem cocta, & fœniculum eligemus. Neque interim peſſi negligantur, qui quales eſſe debeant partim relatum eſt, partim proximè dicetur. Si enim bilioſa ducere volueris, elaterium cum carica pingui, aut cyclaminum cum vino ſubdes. Pituitam verò ſubdita trahunt, folia anemones, iris cum melle, loliacea farina lolio prius paululùm toſto cum modico pipere & melle, colocynthis cum carica. aquoſitatem autẽ euocat porrum cum melle. Poſt peſſos verò mulier in aqua deſideat, & vnguento roſaceo aut cerato, aut adipe gallinaceo vteri os inungat.

Curatio earum quibus ſanguis ad nares vel ſedem defertur, Cap. LX.

IN his à quacunque parte fluxerit ſanguis, reprimendus eſt, & ad vterum congruis auxiliis reuocandus, ne fortè inde propulſus ad principalem ac nobilem aliquã partem vertatur. itaque & ſudoribus, & vomitu, & aliis excretionibus corpus euacuetur. Verùm hoc ſciendum eſt, non multùm malè affici eas quæ ob tales cauſas non purgantur: ſicut neque quæ ob maciem, aut laborum exceſſum. concipere tamen nequeunt, quum vteri purgationes defecerunt.

Curatio earum quæ ob nimium otium non purgantur, Cap. LXI.

CErtum eſt eas quæ ob nimium otium non purgantur, laboribus deſtinandas eſſe. Labores autem mulieribus congruentes, deambulationes ſunt, & geſtationes aliquanto vehementiores. De cætero verò velut frigidæ ac pituitoſæ curentur: & omnino contraria, iuxta Hippocratem, dentur iis quæ ſanguinis delationem impediunt. & ſi ex aqua frigida cruda pota ſit offenſa, aliam optimam perquiremus, quam vino albo ac tenui permiſcebimus. Cibos item pro frigidis calidos, pro craſſis attenuantes, pro ſiccis humidos exhibebimus, & reliqua iuxta rationem.

Curatio earum quæ ob aliquam vteri affectionem non purgantur, Cap. LXII.

SI corpus bene ſe habuerit, victúſque ratio purgationi congrua fuerit, & tamen mulier non purgatur, conſiderãdum eſt an vterus aliqua affectione laboret. id quod ſi fuerit, nullum medicamentum omnino adhibeatur, neque aliqua potio menſes ducens detur, vt ne attracto ad vterum ſanguine, dum loci laxari non poſſunt, dolores moleſti velut in partu ingruant. Primùm itaque affectio curetur quæ ſuppreſſorum menſium cauſa eſt: deinde ſanguis prouocetur. Quomodò verò vteri affectiones curandæ ſint, poſtea ex ordine referemus.

De menſium ſtillicidio, Cap. LXIII.

MEnſium ſtillicidium vocatur, quum grauiſſimo dolore intimas partes vexante, ſanguis ſtillatim prodit. Aliqui enim morbi vteri, affectionibus veſicæ ſimiles ſunt. nam & in illa aliquando vrina ſupprimitur, aliquando ſtillatim prodit, & quandoque difficulter mingitur. Quinque verò ſunt ſtillicidii cauſæ ſpecie diuerſæ: meatuum anguſtia diuerſimodè contingens, virium debilitas, ſanguinis multitudo, ſanguis pituitoſus, & ſanguis fæculentus. His ſingulis quoties impedimento fuerint ſuccurrendum eſt, ita vt multitudinem euacuemus, craſſitudinem attenuemus, vires firmemus, & meatus dilatemus. Anguſtiæ tamẽ cauſam inquirere oportet, eámque auferre. cauſis enim ſublatis libera purgatio conſequitur. Quomodo verò ſingulis cauſis occurrendum ſit, partim de menſtruis ſuppreſſis diximus, partim deinceps referetur, vbi de vteri morbis agemus: nunc autem explicare inſtituimus quomodo graues dolores lenire oportet. Exacerbatione itaque inſtante, mulier in domicilio locetur moderatè tepido, non tamen obſcuro, & manuum ac pedum extremitates faſciis deligentur, neque vllus peſſus irritatorius interim adhibeatur. Aquæ potus vitetur, & omnino ab acribus potionibus ac cibis præcipuè flatuoſis abſtinendum eſt. Imus autem venter & femora variis calefactoriis foueantur, ita vt aliquando lana ſuccida vino & roſaceo calido imbuta imponatur, aliquando veſica oleo calido ſemiplena adhibeatur, aliquando vaſa vaporatoria lenticulata admoueantur. Quòd ſi dolor perſtiterit, & vires ferre potuerint, cubiti vena ſecetur, & ſãguis pro virium ratione auferatur, & deinde rurſus eadem fomenta repetantur. Et ſi neque ſic ſucceſſerit, cataplaſma è ſemine lini, pane, & aqua mulſa paratum adhibebimus, cui aliquando terebinthinam liquatam admiſcebimus. Vtemur & inſeſſionibus ex althææ, ſeminis lini, fœnigræci, anethi, rutæ, ac artemiſiæ decoctis: & ſpongiis ex iiſdem expreſſis pudendum fouebimus. Rutam item tritam ac melle exceptam & panno lineo inductam pubi ac pectini imponemus. aliquando eodem cataplaſmate etiam pudendum integemus. Prodeſt & per vterifuſoriũ inſtrumentum, infrà ſcriptum liquorem infundere: Rutam & fœnumgræcum in oleo coquito, & ad hoc excolatum, butyri, terebinthinæ, œſypi, quantum ad cerati liquidioris formam ſatis eſt admiſceto. idem etiam in ſedem ad trium vel quatuor cyathorum mẽſuram iniici poteſt.

Aliud conſimile infuſum: Œſypi drach. quatuor, cerebella anſerum duorum, adipis anſerini, phaſiani, gallinacei, ſing. vnciam vnam, ceræ quadrantem. miſce, ac vtere velut priore. Peſſi præterea Libanus & Enneapharmacus ac aliis conſimiles ſubdantur, qui inferius ad vteri inflammationes & induratos tumores deſcribentur. Adhibenda ſunt & epithemata, primùm tetrapharmacum, bromium, & quod ex ſuccis conſtat: deinde polyarchium, & quod ex meliloto, & quod ex ſeminibus paratur, prout vſus poſtulauerit. Si verò adhuc malum non quieuerit, ſed aut per certos circuitus, aut incerto ordine vexauerit, ad validiora pergendum eſt auxilia. & cucurbitæ pectini ac inguinibus apponẽdæ: primùm quidem tres aut quatuor citra ſcarificationem: deinde ſi affectio durauerit, etiam ſcarificabimus, & moderatam ſanguinis quantitatem euacuabimus. Conferunt & hirudines poſt cucurbitas admotæ, nihil minus quàm cucurbitæ attrahentes. deinde epithemata ac dropaces adhibeantur & cutim rubificantia, & loci molliter aſſiduè cum oleo ac ſale confricentur. Exercitium præterea temperatum imperabimus, ac geſtationem deambulationi præferemus. Poſtremùm balnea naturalia adhibebimus, & marina aqua frigida iugiter abluemus.

De nimia menſium purgatione, Cap. LXIIII.

NImiæ menſium purgationes mulieribus fiunt, aliquando ſanguine copioſiore & per plures dies prodeunte, id quod rarius & in vehementioribus motibus fieri ſolet. aliquando poſt partum, plurimo ſanguine fœtum inſequente. ſæpe verò poſt abortus contingunt, & repentinum quandoque periculum inducunt. Primùm itaque conſideranda eſt erumpentis ſanguinis multitudo, & delationis modus. amplioribus enim vaſis ruptis aut apertis, magna ſanguinis copia confertim profluit: à minoribus verò, vice verſa. ab eroſione verò paulatim & cum maximo dolore prodit. Sequitur autem ad redundantes ſanguinis eruptiones decoloratio, ac coloris vitiatio, aliquando cum febre, quandoque citra febrem, appetitus proſtratus, difficilis concoctio. Sæpe etiam pedum ac totius corporis tumores, & omnia quæ ad nimium hæmorrhoidum fluxum conſequi diximus. Artus ergo & extremas partes primùm conſtringere oportet, ab alis & inguinibus exordio facto: & poſcam non frigidam ſed tepidam propinare, & eadem poſca locos perfundere, & multam lanam vino & oleo roſaceo aut melino aut myrteo imbutam imponere. Nam ſpongiæ ex poſca expreſſæ vterum ac veſicam perfrigerant, & damnũ amplius quàm cõmoditatem afferũt. imperandũ eſt autem

vnius aut alterius diei ieiunium. Quòd ſi tolerare nequeant, panis micas è poſca exhibebimus, aut alicam lotam, aut oryzam ex poſca, aut ouum ſorbile molle frigefactum. dabimus item in potu balauſtium ex poſca, aut hypociſthidis aut acaciæ ſuccum. aut lycium aut terram Samiam ſtellam appellatam, aut vuæ acerbæ ſuccum ſiccum. Prodeſt & ſeſamum poſca macerare, atque ita mollefactum edendum præbere. poteſt idem etiam conteri, ac in potu dari. Exhibebimus & rhei Pontici decoctum, aut idem tritum potioni inſpergemus. aut loti ramenta, & eorundem decoctum. aut corallorum drach. II. aut pæoniæ grana rubra XII. At verò ſpongia noua liquida pice imbuta, & in olla exuſta, cum aceto aut poſca ſubdita, mirificè auxiliatur: nam & iis quæ in vterum ſubiiciuntur ac induntur, vti debemus. Noui, inquit Galenus, per quatuor aliquando dies ſanguinem ab vtero manaſſe, & ad nullum auxilium ceſſiſſe, & tandem à nobis plantaginis ſucco ſuppreſſum eſſe. quantitas autem eius iniiciendi, ſit cyathi menſura. Hoc itaque optimum eſt medicamentũ ad ſanguinis eruptionem ex eroſione obortam, cui aliquando fortius aliquod admiſcere ſoleo, aliàs aliud, pro affectionis reſpectu. Si igitur vas vnde ſanguis profluit magnum & amplum fuerit, auſteris medicamentis opus fuerit, balauſtio, acacia, hypociſthide, ſucco vuæ acerbæ, gallis, malicorio, & ſimilibus: ſi verò paruum, (id quod facilè cognoſcemus ex modico ſanguine citra dolorem prodeunte) cõferent, aloe, manna thuris, cortex pinus, terra Lemnia ſigillata, ſpinæ Ægyptiæ fructus, crocus, lapis hæmatites, & reliqua huiuſmodi cum ſucco plantaginis, aut vino nigro auſtero, aut ſenecionis ſucco ſubdita & iniecta. at ſi ab eroſione ſanguis profluxerit, plerũque velut diximus non confertim, ſed modicus ac paulatim defertur. Et propterea Andronis, aut Paſionis, aut Polyidæ, aut Muſæ paſtillo, aut eo qui ex charta paratur, vtendum eſt. Omnes enim tales quum nomen ſiſtant, eroſionem curãt, ac ſanguinis eruptionem reprimunt. ſunt autem quodam liquore ex relatis diluendi. Peſſi verò ad ſanguinis ab vtero eruptionem faciunt huiuſmodi: Aluminis ſciſſi, acaciæ, medullæ gallarum, pollinis thuris, ſing. drachm. vnam: hæc plantaginis ſucco teruntur, & vitelli ouorum aſſatorum quatuor ipſis admiſcentur. Vſus autem tẽpore peſſo lanæ excipiantur, qui roſaceo tinctus ſubditur. ſúntque peſſi omnes penitus vſque ad vteri os immittendi. Eſt autem peſſus lana carpta ac conuoluta ad digiti figuram, qua medicamenta excipiuntur. Alius. Medullæ gallarum, & thuris pares portiones aqua ſubactas ſubdito, aut è polygono trito peſſum formato. ipſas præterea in hoc decocto aſſiduè inſidere iubeto: Capitulorum iunci acuti, foliorum myrti, roſarum, rhamni, virgultorũ rubi, æquales portiones in aqua coquito pro inſeſſu. Alius peſſus. Cytinorum, foliorum cupreſſi, oleæ, rubi, ſingul. æquas partes efformato. Forinſecus autẽ impoſita proſunt epithemata ac cataplaſmata ex palmulis ac malis cotoneis, quæ adſumũt balauſtium, acaciam, hypociſthidem, alumen, & ſimilia. Conferunt & emplaſtra glutinatoria, quale eſt fuluũ Galeni, & Iceſii, & quod è ſalicibus paratur: & Harmonia, & Pallas ſiue Athena inſcriptum, ſi lumbis ac pectini imponantur. Tauri item glutinum aceto maceratur donec diſſoluatur, deinde validο panniculo inductum lumbis agglutinatur, & efficaciter prodeſt. Sed & cucurbitæ leues ac magnæ ad mammas vtiliſſimè affiguntur.

De fluxu muliebri, Archigenis, Cap. LXV.

FLuxus muliebris eſt vteri deſtillatio diuturna, à menſtrui ſanguinis eruptione differens, eo quòd in illa ſyncerus ſanguis prodit: hic verò fluxus corruptus apparet, & aliquando ruber eſt, velut ſanguinis ſanies: aliquando albus, velut ptiſanæ ſuccus, à pituitoſo videlicet ſanguine. interdum pallidus, vbi bilis amara redundarit: interdum aquoſus, à ſeroſorum humorum ſuperfluitate. Qui itaque exquiſitè colorem præſefert aliquem, is redundantem humorem facilè indicat. Si verò obſcurum colorem habet, cauſam ita perſcrutabimur: Linteum eo inquinatum arefactum ſimplici aqua eluemus, & inde à maculæ colore redundantis humoris notionem capiemus. Hic verò fluxus plerunque citra dolorem prodit: aliquando tamen vtero exulcerato etiam cum dolore promanat. Si itaque aliqua pars doluerit, & humor profluens planè cruentus fuerit, partis alicuius in vtero ruptionem aut eroſionem indicat, id quod maximè in collo vteri contingere ſolet, & poteſt hoc digiti immiſſione percipi. Inferre verò ſolet hic fluxus debilitatem, coloris vitiationem, appetitus ſubuerſionem, inenarrabilem triſtitiam, pedum tumorem. & in aliquibus perpetua deſtillatio perſeuerat: in aliquibus per interualla quædam redit. & ætate quidẽ vigentes, rubra ferè fluxio infeſtat: declinãte verò ætate, alba. Et vtraque ſanè fluxio ſi ſuæ ætati acciderit, facilè curatur: ſi alienæ, difficulter. In omni verò defluxu os aperitur ipſius vteri, & velut relaxatur. quibuſdam etiam vterus ipſe procidit, vt vſque ad muliebre pudendum progrediatur.

Curatio rubri vteri fluxus, Cap. LXVI.

MVlieri rubro fluxu vexatæ primùm ſanguinem euacuabimus per venæ ſectionem. hæc enim non ſolùm materiam ad vterum confluentem diuertit, ſed detentionem etiam ac cõſtrictionem efficit. multa enim ſequerentur incommoda, ſi ſanguinis vel cuiuſque defluxus lationem localibus auxiliis reprimeremus. Nam aliquæ inde in hydropem, aliquæ in neruorum affectiones, aut oris ventris, aut capitis vexationes collapſæ ſunt. Proinde ſi nihil obſtiterit, hoc eſt ſi nõ valde magna fuerint obſtacula, ſanguis mittatur: præſertim ſi ætas venæ ſectionem non prohibet. & ſanè paulo antè dictum eſt, iuniores ferè rubro fluxu vexari. Detractio verò ſãguinis velut in iis qui ſanguinem reiiciũt partiatur, vt paulatim reuulſio fiat. Et dilata venæ cubiti ſectione, à fronte, aut naribus, aut ſcapulis ſanguinem auferemus. At verò lumbis ac femoribus detrita ac mollia lintea imponantur, frigidis ſuccis imbuta. Locetur autẽ mulier coxis accliuibus, cruráque extendat ac inter ſe complicet ad vteri partes contrahendas. Quòd ſi copioſè ſanguis feratur, coxæ, pecten & lumbi ſpongiis poſca madefactis integantur. Si verò modicè deſtillet, lana ſuccida vino & roſaceo imbuta adhibeatur, & extremæ partes deligentur: atque hæc non ſolùm in principio fiant, ſed etiam poſt circuitus ante exacerbationem, & in ipſa exacerbatione. Vtatur ægra etiam inſeſſionibus ex myrti, rubi, malicorii & ſimilium decoctis, in quibus ſæpe aceto affuſo vſque ad vmbilicũ immergatur. Adhibeat & infuſiones adſtringẽtes ac moderatè frigefacientes, velut eſt plantaginis ſuccus, polygoni, ſtratiotæ, malorum cotoneorum, ac meſpilorum. Sed & ſideritidis herbæ aut parthenii ſuccus eximiè confert: hæc autem ſingula cum roſaceo aut myrteo oleo infundantur. Vinum item dulce in mali Punici cortice calfactum, vtiliſſimè tepidum infunditur. Efficaciſſimè verò fluxum compeſcit ſpongiæ pice liquida imbutæ ac vſtæ cinis ſubditus, itémque leporis pili vſti. Solemus & linteum alumine madefactum ac reſiccatum ſimiliter adhibere. Aſininum autem lac, ſi eius copia fuerit, præſertim aſinæ per paſcua pratorum nutritæ, omnibus ſuccis præſtat, vbi fluxus cum dolore defertur. confert & ſtercoris eiuſdem aſinæ ſuccus, & alicæ aut ptiſanæ ſuccus: & roſaceum vel per ſe vel cum lacte infuſum. Cæterùm peſſi ad rubrum fluxum iidem faciunt qui ad ſanguinis eruptiones ſunt relati. ſunt autem in aliquo ex prædictis ſuccis madefaciendi. Facit & lycium, acacia, hypociſthidis ſuccus, ſingula lacte bubulo aut ſapa diluta. aut galla cum thure & roſaceo. aut ſpodium pompholygis cum roſis & paſſo. aut oui teſta vſta cum myrto ſicca & paſſo. aut cinerem ſarmentorum linteolo illigatum & aliquo prædicto ſucco tinctum ſubdito. aut ſenecionẽ herbam tritã ſubdito, & bibẽdam dato. Galla item vſta, & modò vino, modò aceto extincta, ac in peſſum efformata ſubiicitur. Ablatis autẽ his, pedes adſtringentibus decoctis moderatè frigidis aut tepidis abluantur. & ex relatis ſuccis aliquis vtero infundatur. In debilioribus tamen ac delicatioribus fœminis mitiora adhibebimus. Aliquibus enim occulti vteri meatus à vehemẽtioribus medicamẽtis adeo conſtringũtur, vt vlcus aut duritia oboriatur, & cõcipiẽdi

facultas tollatur. Ventri quoque ac lumbis refrigerantia
ac adſtringentia adhibeantur, velut eſt portulaca, perdi-
cium, ſolanum, hyoſcyamus per ſe & cum polenta acetó-
que ac palmulis: aut ordeacea farina cum palmulis, ma-
lis cotoneis, ac meſpilis. Cerata item ex iiſdem præpa-
rata pectini ac lumbis imponantur. Conferunt & cucur-
bitæ dorſo & ſub alis affixæ. & quæcunque potiones
ſanguinem reiectantibus congruunt, his quoque com-
modæ ſunt: velut eſt ex ſimplicibus rheon Ponticum,
terra Samia, terra ſiue aſter appellata, terra Lemnia ſigil-
lum vocata, cum plantaginis aut polygoni ſucco, & re-
liqua tum ſimplicia tum compoſita, ſuo loco relata. Sit
porrò & vniuerſa victus ratio aſtrictoria, quæ aliquatenus
craſſefaciat, & potus aqua. quòd ſi vires collabantur, vi-
num craſſius exhibeatur. At ſi fluxus multitudo repri-
matur, paucus autem adhuc feratur, pro refrigerantibus
ac adſtringentibus, media inter hæc adhibeantur, vt ne
fluxu repentè ſuppreſſo, inflammatio aliqua oboriatur.
Vtendum eſt & emplaſtris ad cruenta vulnera idoneis,
velut eſt quod è ſalice paratur, & quod Iceſium appella-
tur, & alia huiuſmodi.

Albi fluxus curatio, Cap. LXVII.

SI fluxus albus, aut ſeroſus, aut ſanioſus, aut liuidus infe-
ſtat, in principio quidem reſiſtendum non eſt vt alie-
na à corpore excernantur. poſt principium verò oleo ſu-
ſino totum corpus largè illinatur. Geſtationes autem &
vocis exercitationes, frictiones item ac deambulatio-
nes, non in hac ſolùm fluxus ſpecie, ſed etiam in aliis
conueniunt. Ipſis verò locis moderatè adſtringentia ad-
hibeantur, quæ ſimul extergendi vires habent. Et ſanies
profluens aſſiduè calida aqua eluatur, & lana detergeatur,
ne ab humore tranſeunte vlcus excitetur. Roſaceum
item aut myrteum, aut melinum oleum illinatur. Aqua
etiam pura nihil adſtringens habens admixtum, in prin-
cipio præſertim, adhibeatur ob influentis humoris acri-
moniam. & ob eandem cauſam etiam alicæ ac oryzæ
ſuccus infundatur. Facit & fœnigræci decoctum pluri-
mo oleo ſuſino admixto. ſuſinum enim oleum tum huic
tum aliis ſuccis vtiliter admiſcetur. Atque hi quidem
ſucci efficaciores erunt, ſiquid acaciæ, aut hypociſthidis,
aut de aliquo quopiam ad rubrum fluxum relato, fuerit
admixtum. Poſſumus etiam pro ſuſino oleo lentiſcinum
aut œnanthinum adhibere. Stercus inſuper caprinum
cum myrrha, thure & aloe, roſaceo & aceto addito com-
modè ſubditur, ita vt his ablatis loci vino nigro auſtero
abluantur. Vbi verò quæ profluunt fœtida ſunt, poſt rela-
torum vſum tetrapharmacum roſaceo dilutum adhibe-
bimus, & per certa interualla viciſſim, tum prædicta auxi
lia, tum tetrapharmacum applicabimus. Si verò fluxus
ſordidus fuerit, & dolorem intulerit, vitellos ouorum aſſa
tos cum modico croco & roſaceo ſubdemus. aut ma-
lum cotoneum aſſatum eodem modo. Et lenticulæ
decoctum cum plantaginis ſucco infundemus. At ſi quæ
profluunt, ſordida quidem fuerint & fæci ſimilia, dolo-
rem tamen non intulerint, infuſa ad dyſenteriam idonea
immittemus. Vbi autem loci purgati fuerint, adſtringen
tibus elotionibus confidenter vtemur. Locis verò indu-
ratis, aſininum lac cum roſaceo aut ſuſino oleo infunde-
mus, & in peſſo ſubdemus. & ſi aſininum defuerit, capri-
num ſuccedat. Lac verò præſtat quod ab animali per pra
ta paſcente emulgetur. Aliquandò etiam amylum ad craſ
ſitudinem comparandam lacti admiſcemus. Peſſi inſu-
per iidem, cataplaſmatáque ac emplaſtra eadem quæ ad
rubrum fluxum retulimus, huc transferantur. Præcipuam
verò fiduciam in recta victus ratione habere oportet: nec
quantitatis ſolùm, ſed etiam qualitatis eduliorum ratio
habenda eſt. ſitque alimenti materia talis quæ & craſſefa-
ciat ac vires corroboret, quales ſunt ſorbitiones è tritico
ac lacte paratæ, non aquoſæ ac dilutæ; ſed probè compa-
ctæ, quæ pro occaſione etiam ex paſſo Cretico parentur.
Carnes verò eligendæ ſunt ſiccandi vi præditæ, velut a-
ues montanæ & ferarum animantium. Cæterùm vbi flu-
xus ceſſauerit, à veloci deābulatione, à multis pectinum
ac lumborum frictionibus, ab acrium eſu, à calfacienti-
bus, à flatuoſis, & ab eis quæ vrinam prolectant, diu abſti-

A nendum eſt, & balneis rarò vtendum, neque venter mo-
uendus eſt, neq; ſpiritus retinēdus. hæc enim omnia ma-
lum reuocant. Partes autem ſuperiores ſenſim ac leniter
exerceantur, ac perfricentur inſeſſiones fiāt in aqua non
adeò frigida. E peſſis autem ſubdititiis elaboratiores ac
medicamentoſi vitentur. Verùm poſt inſeſſiones roſa-
ceum lana exceptum ſubdatur, & in ipſo curationis tem-
pore, ægrotæ bibant ea quæ ad ſanguinis per ſputum reie
ctionē retulimus. Faciunt & pæoniæ grana pallida quin-
decim aſſiduè pota. aut corallorum drachma vna è vi-
B no nigro. aut vinacea trita cum vino. aut leporis ſiue
hœdi coagulum erui magnitudine in poſca dilutum. aut
corticis loti arboris decoctum. Aliud Aſpaſiæ, ad mu-
lieres quæ ſinum pudendi valde humectum habent, vt
ex eo non concipiant: Gallas per octo dies aqua macera-
to, deinde lanam puram ac mollem in aqua illa ſiue cre-
more gallarum tingito, & non exprimito, ſed ſiccari ſini-
to, & lanam ita ſubdendam dato. Ex hoc mulier velut vir-
go reddetur. & hoc ſæpe repetat. Aliud. Semen ru-
micis acuti cum pauca aqua ſubigito. aut ſi viride fuerit,
C per ſe terito, & ſubdendum exhibeto, & fiet pudendum
velut virginis adſtrictum.

De vteri ſtrangulatione, Cap. LXVIII.

VTeri ſtrangulatio ab vtero quidem infernè oritur: ve-
rùm ſupernæ partes, & principales præſertim, per cō-
ſenſum afficiuntur. nam ad cor per arterias, ad cerebrum
per ſpinæ membranas ac neruos, ad hepar per venas affe-
ctio tranſit, videtúrque vterus velut ad ſupernas partes a-
ſcendiſſe. Conſequitur affectas, accedente exacerbatione,
mentis languor, pigritia ad agendum, debilitas crurum,
D pallor faciei, triſtis aſpectus. Inſtante verò ſtrangulatione,
ſopor grauis ac profundus, mentis ac ſenſuum apprehen
ſio, cum vocis interceptione. Pulſus autem parui ac debi-
les fiunt, & aliquando penitus intercipiuntur. quibuſdam
autem neque reſpiratio ſenſibilis permanet. Aliquæ verò
aliis actionibus integris manētibus, magnam reſpiratio-
nem ex hac affectione habent. Et hinc manifeſtum eſt
quòd non circa cor & ſtomachum compreſſio, aut mor-
ſus, aut perfrigeratio, à partis aſcenſu fit, ſed circa partes
reſpirationis & pulmonem hoc contingit. Quapropter
E neque animi deliquium his vehemēs eſt, quum cor affe-
ctionis exors permanſerit. Neque enim fieri poteſt vt ani
mi deliquium citra cordis conſenſum ingruat. Cæterùm
affectionis differentiæ, pro cauſæ efficientis differentia
ac magnitudine ſunt. Et ſanè quidam experiri volētes an
aliqua adhuc ſuperſit reſpiratio, lanam carptam naribus
admouent, atque inde ex lanæ motu colligunt an aliqua
inſpiratio aut expiratio reſtet. Alii poculum aqua plenum
ad os ventris ponunt, & conſiderant an aliquo motu aqua
agitetur. Et profectò vtrique ignorant, aliquando ſubla-
F ta penitus oris ac narium reſpiratione, ſupereſſe adhuc
eam quæ in toto corpore ab arteriis perficitur. id quod e-
tiam in reptilibus venenatis contingere videmus. Hæc e-
nim per totam hyemem mortuis ſimillima in cauernis
latitant, per arterias tantùm totius corporis reſpirantia.
Sic etiam in vteri ſtrangulatione fieri poteſt, vt toto
corpore frigefacto, oris ac narium reſpiratio intercidat,
ſuperſit autem ea quæ ab arteriis fit. ſed & oris ac narium
reſpiratio adeò parua eſſe poteſt vt ſenſum lateat. Pro-
fundiſſimo itaque ſopore corripiuntur huiuſmodi mu-
G lieres, voce, ſenſu, ac motu interceptis. Stomachi etiam
dolore vexantur, & ſaliuam vomunt, ſi in ſtomacho aut
capite humiditas ſita eſt. Deinde verò exolutis cau-
ſis, corpus firmari incipit, & malæ rubeſcunt, & oculi
poſt multam grauitatem attolluntur. & vbi iam ma-
lum ægram relicturum eſt, humiditas quædam ex lo-
cis muliebribus excurrens tactu percipitur, & inteſtina
murmurant, & ipſe vterus paulatim laxatur. Atque ſic
exurgens ægra intellectum ac ſenſum recipit. Accidit
hæc affectio omni quidem tempore, ſed hyeme præci-
H puè ac autumno, iunioribus præſertim, ſalacibus ac ſteri-
libus, maximè ſi per medicamēta ſteriles fuerint. Oritur
autē vel vtero perfrigerato dum menſes prodeūt, vel pro-
pter abortū, vel ſāguinis eruptione ab vtero, ab aliquo re-
pētè ſuppreſſa. Atq; hic morbus vbi inuadere aſſueuerit,

comitialis modo diuturnus & per circuitum repetens efficitur:& tutus quidem apparet, ſingulis tamen acceſſionibus præceps periculum affert, vt nō eadem ſolùm die, ſed intra paucas horas interimat. Et pulſus quidem primùm denſiores fiunt & inordinatè mouentur, deinde etiam penitus intercipiuntur, & exigua quædam humiditas cutis ſuperficiem irrorat. Similiter & reſpiratio primùm obſcuratur, poſtea penitus intercidit. Eſt autem hic morbus flatuoſa perfrigeratio, non inflammatio, velut Soranus putat. Semen enim in vtero paulatim coaceruatum, aut alia quædam materia inſita ac putrefacta, perfrigeratur, & ad cerebrum ac cor frigiditatem tranſmittit, atque hæ partes principales frigefactæ relata accidentia inferunt. Et ego ſanè mulierem vidi in hunc morbum collapſam, dum ab obſtetrice laxantia ac odorata auxilia adhiberentur, & pudendi ſinus digitis penitius confricaretur, tum ex auxiliorum admotorum caliditate, tum ex digitorum contrectatione, ſe contraxiſſe cū dolore quodam voluptate permixto: deinde excreto multo craſſo viſcoſóque ſemine, protinus à moleſtiis ac afflictionibus liberatam eſſe. Neque mirum videri debet vel ex minima humorum mole tanta accidentia conſequi. ſi enim pauciſſima veneni quantitas, & tam exiguum virus reptilium per anguſtiſſimum foramen eiectum, mala longè ſæuiora inducit, non abſurdum dictu eſt, ſemen corruptum aut menſtruum ſanguinem ſuppreſſum ac detentum talia inuehere accidentia. Sed & ex canum rabie facilè huius rei coniectura eſt. tanta enim inde humorum fit alteratio, vt ſi eorum canum ſaliua ſolùm corpus humanum contigerit, confeſtim rabiem inducat. At verò ſcire operæpretium eſt, hunc morbum non ſolùm ob vteri aſcenſum fieri, vitioſo humore vbi diximus in eo collecto, ſed ſæpe etiam ex ventris repletione vtero affectionem tranſmitti: & aliquando hepatis aut ſplenis cauſa, vaſa ex quibus vterus dependet, retrahi. Quum ergo vterus ex ſeipſo laborat, pro ſeminis vel menſtrui ſanguinis coaceruati quantitate ac qualitate, alia aliàs accidentia conſequentur. Si enim cauſa efficiens frigefaciendi vires habuerit, ita vniuerſum corpus perfrigerabitur vt reſpirationis ac pulſuum ſenſus penitus aboleatur. Si verò humores affligentes craſſi aut acres fuerint, conuulſio ſubſequetur, quemadmodum atræ bilis humores animi triſtitia comitatur. At animi deliquia, exacerbationum vehementia, & maxima perfrigeratio, & oris ventris afflictio, inducit. Ægra itaque ceruice ac ſcapulis acclinius collocetur, femoribus ac inguinibus decliuibus, & in ipſis exacerbationibus extremæ partes deligentur, & pedes ac crura fricentur. Naribus autem odorata admoueantur, velut eſt galbanum, aut caſtoreum, aut ſagapenum, ſingula ex aceto trita ac naribus illita. aut acetum acerrimum, in quo pulegium, calaminthe, thymus, origanum, conyza tenuis, & alia huiuſmodi acria decocta ſunt, calefactum naribus adhibeatur. Hæc enim craſſos vapores cerebri incidere & attenuare poſſunt, ac ſimul frigiditatem depellere, & inſpirata thoracem ac pulmonem expurgant, & ſtomachum corroborant. Excitentur etiam ſternutationes caſtoreo, pipere, ſtruthio, naribus per ſpecillum admoto. Os autem ægræ aperiatur, ac medius digitus ad vomitum proliciendum intromittatur. Nares item caſtoreo, bitumine, galbano, ſulphure ſuffiantur, ac funiculo lucernario recèns extincto, aut pennis vſtis, aut ſoleis antiquis, aut cæparum, aut alliorum corticibus, aut capillis ipſius propriis exuſtis, aut cornu caprino incenſo, aut pice ad prunas liqueſcente, cedriáque ac veratro, aut pane recèns incenſo, & ſimilibus. Quidam etiam matulam vrinariam inueteratam, & pannos ſulphuratos incenſos naribus admouent. Sinapi item tritum cum aceto, & gagates lapis aqua tinctus & incenſus, ac oleo extinctus, naribus adhibeatur. aut rutam viridem manibus contritam ſuffito. Vterum verò infernè per pudendum odoratis ſuffito, ſtorace videlicet ac ſandalis, & aloe ac ſimilibus. Illinantur etiam lintra pudendum ea quæ laxandi, calfaciendi, ac flatus diſſoluendi vires habent, qualis eſt peſſus enneapharmacus appellatus, & cæteri eiuſmodi

A ad vteri duritias inferius deſcripti, amaracino, gleucino, irino, cyprino, aut capniſto oleo diluti: adiecta etiam rutæ aut cumini portione. Atque hæc digitis excepta obſtetrix vſque ad vteri os immittet, ac leniter ac diu confricabit, vt hinc irritatus craſſus humor qui in vtero hæret, prouocetur ac calefactus excernatur. In ipſum quoque vterum per vterifuſorium clyſterem, amaracinum aut gleucinum aut foliatum vnguentum iniiciatur. Et in ſedem glandes indantur, ex ruta, cumino, nitro & mel- B le cum aliquo ex relatis vnguentis & butyro præparatæ. Eſt & cucurbita primùm inguinibus ac femoribus, deinde vtrinque circa vmbilicum, cum plurima flamma citra ſcarificationem affigenda. Et ſuper hæc omnia, mulier magnis vociferationibus excitetur ac vocetur. Inſeſſiones quoque parentur in decoctis baccarum ac foliorum lauri, pulegii, calaminthes, marrubii, artemiſiæ, conyzæ, ſabinæ, centaureæ, dictamni, ſampſuchi, fœnigræci, althææ, chamæmeli, ariſtolochiæ, iridis, ſerpylli. Inſeſſionum verò tempore, cerebri cura non re- C linquatur, ſed roſaceo & aceto caput irrigetur, & in aceto priùs ſerpyllum, ſpondylium, ruta, baccæ lauri, interdum & caſtoreum coquatur. & naribus prædicta odoramenta aſſiduè adhibeantur, præſertim caſtoreum cum aceto. Præcordia item faſciis vinciantur, & diſtentis manibus os vteri comprimatur. at vbi exacerbatio inſtat, ægra ad vomitum cogatur: omnes enim vomitu leuantur, ſed præcipuè quæ cibo grauantur. Tertia verò die cucurbitæ cum ſcarificatione pectini ac lumbis affigantur, deinde loci ſcarificati ſale conſpergantur. Et v- D bi ab huiuſmodi auxiliis diſceſſerimus, ad caſtorei potionem tranſibimus, quod aſſiduè potum ſæpe penitus ab hoc morbo liberat. dandum eſt quotidie drachmæ pondere, aliquando cum aqua mulſa, aliquando cum artemiſiæ decocto: bituminis quoque ſcrupulus vtiliter ei admiſcetur. Nec parum iiſdem confert acetum ſquillinum aſſiduè potum. atque hæc curatio in morbi exacerbationibus adhibetur: vbi verò diuturnus factus fuerit, plerunque à venæ ſectione initium faciamus, præſertim ſi menſtruæ purgationes fuerint detentæ. E Deinde ad alui euacuationem progredimur. ac hiera quidem ex colocynthide omnium efficaciſſima eſt: mulieribus tamen & vteri affectionibus magis conuenit hiera ex aloe picra, *hoc eſt amara* appellata, quæ habet aloes drachmas centum, aſari, croci, cinnamomi, maſtiches, ſpicæ nardi, xylobalſami, ſingulorum drachmas ſex. Hoc medicamentum aridum ſeruari debet. vſus verò tempore ad integram alui ductionem, drachmas quatuor. ex eo cum aquæ mulſæ cyathis ſex propinentur. At ſi partitam purgationem maluerimus, drach. duas tan- F tùm ex tribus aquæ mulſæ cyathis exhibebimus. ita enim ſtomachum firmat, vires reparat, ac morbum depellit. Neque poſt adeptam ſanitatem medicamenti vſus ſtatim deferendus eſt, ſed quantitas ſolùm paulatim imminuenda. Peracta euacuatione, cucurbitæ inanes quidem, ſed cum plurima flamma affigendæ ſunt, & violenter detrahendæ. Aliquando etiam ſcarificatio fit, & ſcarificati loci ſale conſperguntur: deinde cum cyprino cerato ad cicatricem perducuntur. Deinde emplaſtrum ſiue epithema emolliens pectini adhibeatur, quod è ſeminibus G præparatur, ſuprà inter ſplenis auxilia deſcriptum, primùm cum cerato dilutum, poſtea cerato paulatim detracto, ipſum ſolum per ſe imponatur, donec puſtulæ velut vari in cutis ſuperficie excitentur: quæ poſtquam emplaſtro albo, aut alio quopiam ad ambuſta deſtinato fuerint ſanatæ, iam locus eſt ſinapiſmis & dropaciſmis acopiſque appellatis, ex euphorbio, pyrethro, adarce ac pipere paratis. Multùm verò conferet ad medicamenta, etiam recta viuendi ratio, per deambulationes matutinas, geſtationéſque in curru, vel naui, vel iumēto. A motu verò geſtationis prodeſt vociferatio, & lectio clara, modulata ac con- H cinna: item vnctio, frictio, & exercitatio per congrua interualla repetita. Balneum autem rarò, & nonniſi ſordis detergendæ gratia adhibeatur, & tamen bis aut ter per totam curationem ad morbum expellendum admitti poteſt. Poſtremum verò confugium eſt ad balnea

naturalia,tum calida tum frigida. Recuperata tandem ſa
nitate mulier non omnino negligatur,ſed præſeruationis
gratia per certa interualla,ſuſpectis præſertim tempori-
bus,inſeſſiones ſuprà relatæ adhibeantur, & ſaluiæ, pule-
gii,mercurialis,fœnigræci decoctis,loci eluantur.& peſſi
calefacientes & emollientes poſt elotiones ſubdantur.
Philoſophus verò inquit,Ad mulierem ex vteri ſtrangu-
latu collapſam,plurimis remediis fruſtra tentatis,duos ſta
minum glomos in oleum anethinum feruens conieci-
mus:& alterum probè expreſſum calidiſſimum loco ad-
hibuimus,& antequam frigefieret,alterum pro eo ſubie-
cimus,hócque viciſſim tandiu repetiuimus donec mu-
lier citra dolorem exurgeret. Sed & ceratum ex araneis
interdum vmbilico impoſuimus. Aliud ad vteri ſtran
gulatus ac dolores: Teſtudinis terreſtris hepar tritum, in
peſſo ſubdito.

Peſſi ad vteri ſtrangulationem idonei,
Cap. LXIX.

PEſſi ad ſtrangulatum vteri idonei tales ſunt: Adipis
anſerini ſeſcuncem,maſtiches,adipis phaſiani, ſtyra-
racis,ſingul.quadrantem,ceræ quadrantem,vnguenti nar
dini,ſpicæ nardi,croci,ſing.vnc.vnam. crocus cum vino
odorato veteri teratur,ſitque vinum adſtrictionis omnis
exors. Alius. Ceræ ſeſcūcem,ammoniaci,maſtiches,
ſing.vnciam vnam,opobalſami,olei irini, ſing. quadran-
tem. Alius. Styracis ſextantem, ceræ albæ dodrantē,
caſiæ,ſpicæ nardi,amomi,croci,maſtiches, ſing. drach.I.
adipis porcini,terebinthinæ, ſing. ſeſcuncem, thuris ſe-
ſquiunciam,adipis anſeris & phaſiani,ſing. quadrantem,
opobalſami,olei liliorum,amaracini,cyprini, nardini, i-
rini,ſing.vnc.I. Quòd ſi validiorem facere malueris,car-
damomi drachm.quatuor adiice,& ſeminis rutæ tantun-
dem.Oportet autem,aeris conſtitutionis reſpectu, ea quæ
calefaciunt detrahere vel addere.

Vnctiones ad vteri ſuffocationem, Philagrii,
Cap. LXX.

VNctiones poſt balnea præſeruationis gratia tales ad-
hibeantur: Olei dulcis lib. vnam, ſeminis viticis,
rutæ, contuſorum ſingul. quadrantem, caſiæ tritæ qua-
drantem.omnia ſimul miſceto,& ſub canis æſtu per dies
quadraginta inſolato. Quòd ſi pro temporis anni, aut re-
gionis,aut temperaturæ calidioris,ſiue frigidioris ratio-
ne,vnctionis vim intendere vel minuere volueris, addi-
to ac detrahito ex medicamentis quantum ex re eſſe iu-
dicaueris:aut ſi vnctio præparata non fuerit,irino vnguē-
to rutam,aut caſiam, aut amomum, aut quicquam ex iis
quæ ſuprà dicta ſunt admiſceto, ac vtitor. poſſunt & ci-
tra balneum hæ vnctiones pectini ac lumbis illini.Effica
ciores autem euadent, ſi adarcen vſtum vel crudum, aut
pyrethrum,aut piper tritum,aut oleum laurinum, aut ci-
cinum,& reliqua eiuſmodi addideris, ita vt vnctio craſ-
ſior fiat. Alia vnctio ad eandem vteri ſtrangulationem:
Terebinthinæ,olei laurini,ſing.ſeſcuncem,olei irini,ane
thini,ſing.lib. vnam, ſeminis cannabis, adarcæ, ſing. ſe-
xtantem,piperis,ſaluiæ,calaminthæ,ſing.vnciam vnam.
pyrethri ſextātē, nigellæ,caſiæ,ſing.vnc.I.Arida tenuiſſi-
mè trita liquabilibus liquatis admiſceto, vnito, ac adſer-
uato.vſus autem tēpore aliquo oleo calido diluito,pecti-
nique ac lumbis illinito. Suffumigium vteri: Stercoris
canini albi & ſabinæ æquales portiones ſuffito, & ſi tor-
tiones ſucceſſerint, morbi vexationes quieſcent.

Varia auxilia ad vteri ſtrangulationem,
Philagrii, Cap. LXXI.

MVlieres ad vteri ſtrangulatum procliues,Dioſpoliti
co pharmaco aſſiduè vti debent, & eo quod ex tri-
bus piperis generibus conſtat, & quod ex calamintha ap-
pellationem habet.Singulis autem admiſcenda ſunt quæ
ſemen minuunt ac abolent,qualia ſunt viticis,rutæ, can-
nabis ſemina, nymphææ radix, ac reliqua huiuſmodi
quæ in venereorum tractatu retulimus.caſtorei quoque
drach.vnam aſſiduè potent, modico aniſo adiecto.At ve
rò ſi prægnantibus reſpiratio intercepta fuerit,foris qui-
dem ad corporis temperiem emendandam, auxilia adhi
benda ſunt:verùm potiones, & quæ in vterum fundun-
tur aut ſubduntur,penitus vitare oportet, ſicut etiam cly-
A ſteres & ſanguinis miſſionem. ex omnibus enim his ab-
ortus periculum imminet.Cæterùm meminiſſe oportet,
vt eis quæ neque contractionem, neque declinationem
vteri patiuntur,pro humiditatis aut ſiccitatis ratione me
dicamenta idonea exhibeantur,& validiora:ſicut eis quæ
rarum ac molle corpus habent,imbecilliora:& rurſus op-
poſitis,fortiora:itidémque iunioribus,ſimpliciora: ætate
prouectioribus,efficaciora.& his quidem quæ totius cor
poris diſtentionem à flatu ventoſo percipiunt, flatus le-
uantia exhibenda ſunt: quæ verò grauitatem perceptant,
B incidentia ac attenuātia: eis autem quæ humorum acri-
monia vexantur, laxantia ac pinguia. At ſi declinatio,
aut contractio,aut inflammatio circa vterum fuerit, o-
mnia imbecilliora offerantur: fortiora enim morbum
exacerbant,& ſeminis excretionem prohibent: & contrà
quæ pro curandi corporis ratione moderata ſunt, tum i-
pſi affectioni medentur, tum ſeminis excretionem ad-
iuuant.

De ſeminis fluxu, Sorani, Cap. LXXII.

MVlieres non aliter quā viri è ſeminis fluxu laborant.
C Eſt autem hæc affectio,ſeminis citra concitationem
ac tenſionem veneream profluuium, ad quod vteri laxa-
tio ac debilitas,& totius corporis tabefactio conſequitur.
A toto enim corpore materia paulatim ad vterū cōfluit,
atque iſtic modicè velut in oculis lacryma mutatur.& ſæ-
pe contingit vt affectio hæc diuturna fiat. Quaproter re-
centem adhuc reprimere ac ſedare conabimur per ea
quæ ſenſim adſtringunt,velut eſt roſa,myrtus,rubus,len-
tiſcus,& huiuſmodi. Pectinique ac inguinibus acaciam,
hypocyſthidē, & ſimilia cum vino auſtero imponemus.
D Cerata item ac cataplaſmata è palmulis,malis cotoneis,ac
myrti baccis adhibebimus. Laminam quoque plum-
beam latam ac tenuem lumbis alligare oportet, & ſtratū
non ſit delicatum,ſed potius aſperum.Vomitus à ieiunis
quidem fiat,à cibo tamen admitti quoque poteſt. Præ-
terea partes ſupernæ exerceantur ac diu confricentur. &
cauendum ne affectæ partes inungantur aut calefiant. In
potu detur ſolani radix arefacta,aut viticis, aut rutæ, aut
cannabis ſemen ex aqua,ſingula drachmæ pondere. Ci-
bi vitandi ſunt exoluti ac ſorbiles,& ad ſeminis genera-
E tionem ac venerem excitandum idonei. Veſcatur autem
ſolidioribus eduliis, & auiculis aſſatis vtatur, ac vinum
fuluum bibat.& omnia vitet quæ ad venerem irritare
poſſunt,ita vt neque picturas, neque ſigna formoſa ſpe-
ctet,neque de concubitu verba faciat: ſed tetrica viuen-
di ratione,lectionibúſque ac colloquiis ſeueris vtatur.
Perſeuerante verò affectione, exercitia, ſudorum prole-
ctationes,frictiones & frigida balnea adhibeantur, & ro-
ſaceum aſſiduè pectini ac lumbis illinatur. Si verò ali-
quando ob acriorem conſtitutionem ac qualitatem irri-
F tans,ac quodammodo mordens ſenſum,ſemen ipſis pro-
dit,contrariis cibis ac potibus vtatur, balneis item ac la-
ctis potu,& fructibus,& aquæ potu,ac ſimilibus.Tranſfe-
rantur etiam huc quæ ad ſeminis profluuium in viris, &
ad ſeminis in ſomno effuſionem ſuprà relata ſunt.

De vteri debilitate, Sorani, Cap. LXXIII.

QVemadmodum aliæ corporis partes, ita etiam vte-
rus aliquando debilitatur.Conſequitur ad hanc affe
ctionem faſtidium veneris, flatus ventoſi excernuntur,
menſes exuberant,& ſingulis menſibus bis aut ter inor-
G dinatè deferuntur, nigri & aquoſi.Neque ſemen viri inie
ctum diutius detinetur ſed à concubitu defluit,aliquibus
ſtatim,quibuſdam poſt aliquos dies. Quædam abortum
faciunt,aliquæ non abortientes gracilem ac imbecillem
fœtum generant. Menſtruorum verò tempore, pectinis,
lumborum ac crurum grauitas adeſt, & ſtomachus malè
habet,& hinc vaporibus ad caput eleuatis aliquando de-
liria ſuccedūt, ſimiléſque ſunt harum vexationes eis quæ
ab vtero ſtrangulantur. quandoque etiam velut atra bile
perciti deſipiunt, ac furore aguntur. Oritur hoc malū
H ex aſſiduo partu ac vteri diſtentione, præſertim vbi fœ-
tus inſignis fuerit magnitudinis. Curatio ea facienda
eſt, per ea quæ firmandi ac debiles partes corroborandi
vires habent.Inſeſſiones itaque adſtringentes ad tactum
tepidæ,& vteri elotiones conueniunt.& roſaceum oleum

tepidum,aut narciſſinum, aut melinum, aut ſuſinum, & huiuſmodi,pectini ac lumbis illinatur.Et mulier per congruos motus aſſiduè exerceatur, & alimẽtis vtatur paucis quidem, ſed quæ cum leui quadam adſtrictione, carnis copiam generant. Vinum autem fuluum adſtringens parciſſimè potet.eſt enim ſitis huic affectioni commoda. Omnem verò lactis eſum,& obſonia è caſeo parata vitare oportet.vniuerſas item purgationes atque alui ductiones recuſare.

De furore vterino, Eiuſdem,
Cap. LXXIIII.

FVror vterinus eſt vteri intemperies, ad affectionis conſenſum cerebrum trahens,ad quam rabioſum delirium conſequitur. Differt ab vteri ſtrangulatione, primùm cauſa. neque enim hic vterus ſurſum tractus principalem aliquam partem ad affectionis conſenſum ducit, aut compreſſione,aut morſu, aut vapore: ſed eodem loco permanens per medullam ſpinalem aut alias ſibi inſertas propagines, vitioſam qualitatem(quancunque tandem)ad cerebrum mittit. Deinde etiam ſignis ab vteri ſtrangulatione differt. Ægrotæ enim minimè in hac ſicut in illa affectione mutæ ac ſine ſenſu decumbunt,ſed potius garrulæ,iracundæ ac inquietæ fiunt. Differt etiam à furore non per conſenſum,ſed primariò cerebrum impetente.harum enim amentia tota in venere verſatur,& nihil aliud imaginantur aut loquuntur quàm de coitu,pruriénſque pudendum habent, eiúſque attactu mirum in modum delectantur. Accidit hæc affectio temperatura calidis,ætate vigentibus,virginibúſque ac caſtitatem ſeruantibus,& quæ optimis edulijs veſcuntur, & in delicijs ac animi voluptate verſantur, præcipuè ſi aliàs libidini ac veneri aſſuetæ fuerint. Nihil enim aliud eſt hæc affectio quàm ardor & feruor vteri ad cerebrum & totum corpus diſtributus. Proinde quæ ſuprà ad calidam vteri intemperiem relata ſunt vtero adhibenda, huc tranſferantur. Irrigationes autem capitis, & alia auxilia furori congrua, Sermone ſexto retulimus. Peculiariter autem huc facit paſtillus Trigonus,cum æquis portionibus crocomagmatis ac cypheos aromatici. Facit & hydroroſati potus.& hoc medicamentum: Smyrnii, croci, ſpicæ nardi,ſing. vnciam vnam,excipe diacodio aut hydroroſato, & drach. duarũ pondus ieiunis exhibe cum coriãdri decocto. quòd ſi ob corrupti ſeminis redundantiam affectio contigerit,nitrum & cardamomum cerato excipito, ac pudendis ſubdito. ſaliuæ enim ſimile quid elicitur,& affectio ſedatur.Ruta verò cum caſtoreo in myrteo cerato ſuppoſita,genituram ſiue ſemen contrahit, & furorem mitigat. Sed & diacodium aceto aut ſolani ſucco admixto ſubditum ardorem extinguit.

De vteri reſolutione, Eiuſdem,
Cap. LXXV.

VTerus ſæpe etiam ob alias cauſas, ſed maximè propter frequentes abortus reſoluitur. Conſequitur veneris odium,oris vteri frigefactio, eiuſdémque plenus, pinguis & velut infartus habitus, ceruicis item laxitas ac ſtupiditas. ſæpe etiam menſes ſupprimuntur, aut ægrè prodeunt. In congreſſu viri vel nihil omnino ſeminis in vterum immittitur,vel iniectum velut ex inanimato loco ſtatim effluit. aliquando etiam vrina & ſtercus importunè prodit. Curatio autem ſimilis eſt ei quàm de menſtruorum ſtillicidio diximus.Facit & aſſiduus caſtorei potus, & peſſorum calefacientium, elotionúmque ac vnctionum adhibitio.

De vteri prolapſu, Eiuſdem,
Cap. LXXVI.

PRolabi vterum dicimus,quum ita euertitur vt foras promineat. neque enim totus à ſuis appendicibus exolutus,velut imperiti putant,excidit. nam ſi ita procideret,reſtitui non poſſet.Quod autem procidit,ſtruthiocameli ouo ſimile eſt,iuxta maioris ac minoris differentiam,prout violenta euerſio contigit. Sunt autem prolapſus cauſæ multæ. Ab alto enim delapſa mulier & in coxas delata,diruptis pelliculis ac ligamẽtis quæ vterũ continẽt ac vicinis partibus cõnectunt, hoc malo corripitur. corripitur & ob violentam ſecundæ extractionem, quod A præcipuè in abortibus contingit. Præterea inartificioſa fœtus extractio,aut nimia ſpiritus detentio,aut immenſi oneris eleuatio,aut plaga, vteri prolapſum inducit. Sæpe etiam ob humoris plurimi ac lenti defluxum, & ob partuum frequentiam, appendices ex quibus vterus dependet,laxantur ac ſoluuntur.Quin & ob vehementes animi affectus,velut ſi liberorum amiſſio,aut hoſtium incurſus nuntietur, aut ob periculoſam nauigationem, aut eiuſmodi quandam cauſam,mulieres toto corpore exolui ſolent,ita vt vterus ſimul prolabatur. Aliquando etiam ci- B tra vllam eiuſmodi cauſam partes debilitantur, vt propter pelliculatum ac muſculorum vterum ſuſtinentium reſolutionem,hæc affectio contingat,quod inclinata ætate maximè fieri ſolet. In principio itaque plurimus ſanguis erumpit,deinde conſequitur dolor præcordiorum, lumborum,imi ventris,ac pudendorum,& periculum eſt ne perfrigeratis locis conuulſio inferatur. Vbi verò temporis progreſſu affectio inualeſcit,& loci calloſi facti fuerint,neque conuulſionis periculum imminet, neque dolor infeſtat. Quum ergo adhuc recens eſt affectio,conari C oportet vt vulua ipſa contrahatur.In principio enim facile dirigitur, & rectè locata permanet, præcipuè in vigoris ætate. nam in ætate prouectioribus contrahitur quidem, ſed ex leui occaſione rurſus prolabitur. Si itaque durum ſtercus in recto inteſtino eſſe ſuſpicaberis, per clyſterem euacuabis.Similitérque ſi in veſica lotium collectum fuerit,per fiſtulam veſicæ adaptatam euocabis. Contingit enim plerunque vt illarum ſuperfluitatum detentione, vterus inter vtrunque,rectum inquam inteſtinum ac veſicam ſitus,comprimatur ac coarctetur, & impediatur ne D repelli,& ad proprium ſitum reduci poſſit. His autem peractis ægram ſupinam collocabimus, coxis altioribus, reflexis poplitibus,ac cruribus diſparatis. Deinde prolapſam vteri partem oleo tepido,aut butyro,vel betæ, maluæ,althææ,fœnigræci, ſeminis lini, aut ſimilium decocto fouebimus: & lanam conuolutam figura ac craſſitudine muliebri pudendo correſpondentem accipiemus, eámq; linteolo inuoluemus,& acaciæ aut hypocyſthidis ſucco vino diluto intingemus, ac vtero apponemus,& citra violentiam totum quod prolapſum eſt reprimemus, E donec tota moles intra ſinum recipiatur. Poſtea lanam in pudendum ſubdemus,& alium lanæ hapſum vino adſtringente imbutum ſuperponemus, atque totum pectinem ſpongiis ex poſca expreſſis integemus, & mulierem reclinabimus crura extenſa ac coaptata habentem, ita vt alterum alteri incumbat. tutius tamen fuerit per faſciam ad genua vſque conſtringere. Aliqui vterum recèns prolapſum cucurbitæ domeſticæ ac betæ decocto,cum vrina graueolenti, aut acri aceto, aut re aliqua fœtida proluunt. At verò ſi prolapſus vterus, temporis progreſſu in- F tumuerit,plurimóque humore refertus fuerit,vt præ tumore reduci non poſſit, betarum decocto ipſum rigamus,deinde acetum affundimus, & ſalem tenuiſſimum inſpergimus, & poſtea ſedato tumore, eodem decocto perfuſum retrudimus. deinde cucurbitas vmbilico & vtrique lateri cum plurima flamma affigimus, & odorata aſſiduè naribus admouemus. Tertia verò die lana adhuc intra pudendi ſinum exiſtente,mulier in vino nigro auſtero aliquatenus tepefacto, aut in myrti, lentiſci, rubi, ac malicorii decocto inſideat.Et poſt inſeſſionem rurſus ſu- G pina coxis altioribus locetur,& ſublata ex pudendo priore lana, alia rurſus eodem medicamento imbuta ſubdatur.Cataplaſmata verò forinſecus imponantur ad imum ventrem, ex palmulis,polenta, lenticula ac malicorio, cum aceto mulſo. atque hæc rurſus tertia die fiant, vſque ad perfectam curationem. Porrò vteri crebrò prolabentes poſca abluantur, in eadémque mulier diutius inſideat. deinde omnia relata fiant. Sæpe verò ob locorum ſenſus ſubtilitatem,reiecto aceto terram nigram quam in lentibus reperimus aqua diluimus, & ex ea partem affectam plurimùm fouemus,ac poſtea eadem medendi for- H ma vtimur. At verò ſi vterus ob humorum lentorem difficulter repellitur,vini fæcem vſtam, aut nitrum lixiuio permixtũ obliumus, & cum decocto aliquo adſtringente, aut cum prædicta terra aqua diluta fouemus:

deinde plumbi cremorem oleo myrteo aut melino ad-
mixto,parti prolapſæ illinemus ac in ſinum pudendi re-
trudemus.Loci inſuper interni,ægra vndiquaque circũ-
tecta,rebus fœtidis ſuffiantur . naribus autem odoratiſſi-
ma quæque admoueantur:& cibi boni ſucci, & vina odo
rata tenuia offerantur. Ferunt torpedinis corium recens
detractum , parti prolapſæ obuolutum , ipſam repellere.
atque idem poſſe paſtinacæ marinæ aculeum cum hyoſ-
cyami ſucco illitum. Illud autem obſeruandum eſt ne al-
uus nimiùm ſubducatur . exoluuntur enim laxantúrque
vicinæ partes,& vterus recidit. Si verò pars prolapſa tem
poris progreſſu per negligentiam computruerit,& ex aſ-
ſidua vrinæ irrigatione & adhærentibus ſordibus exulce
rata fuerit , auferatur citra vllius periculi formidinem.
Narrant enim totum vterum putrefactum aliquando ab-
latum eſſe,& mulierem nihilominus ſuperuixiſſe.

De reclinatione,auerſione ac recurſu vteri,
Aſpaſiæ, Cap. LXXVII.

SVppreſſis menſibus neceſſe eſt venas & arterias ad v-
terum tendentes repleri. Nam ſanguis vſque ad vaſo-
rum oſcula accurrit quidem, verùm intra vterum prodi-
re non poteſt,aut eo quòd nimia craſſitudine oſculis im-
pingitur, & grumoſus fit:aut quòd ipſa oſcula clauſa ſunt,
& tranſitum impediunt, ita vt venæ humore refertæ ex-
tendantur,& vicinos vteri appendices humectent, quorũ
extenſione vterus retrahitur. Si itaque ex vtraque parte
æqualis retractio fiat,reclinatio,aut reuulſio ſiue recurſus
vteri æqualis contingit: ſi verò in alteram partem maior
retractio fiat, alterum è viſceribus his in cauſa eſt , ſplen
videlicet aut hepar, quorum venæ ſuperfluo ſanguine
extentæ à ſuis partibus vterum retrahunt:hepaticæ venæ
è dextris, ſplenicæ è ſiniſtris, prout alteræ magis fuerint
repletæ.In vtram verò partem vterus declinauerit,digito-
rum admotione , & ſignis inſequentibus cognoſcemus.
Si enim in obliquum declinauerit, propinqui femoris
diſtentio,dolor,perfrigeratio, impedimentum,& torpor
indicio erit. aliquando verò etiam eiuſdem arefactio, &
ad innitendum ac ambulandum impotentia conſequi-
tur.Si verò retrò aut infrà inclinat, torpor ac difficilis v-
triuſque cruris motus ſequitur. ſæpe etiam motus peni-
tus intercipitur,& ingens vexat dolor. Aluus etiam ſup
primitur,neque clyſterem admittit, niſi genibus innita-
tur ægra.Flatus item retinentur,& dolores inter ſedendũ
acuuntur, præſertim ſi verſus anum reclinatio contige-
rit.At ſi ad pubem vergit, imus venter ac pecten exten-
ditur, & dolores ibidem percipiuntur, aliquando etiam
vrina ſupprimitur. Quomodocũque igitur vterus retra-
ctus ac inclinatus fuerit, eodem modo velut inflamma-
tiones in exacerbationibus curare oportet. In remiſſio-
nibus autem & declinationibus, magis emollientibus v-
tendum eſt:perſeuerante verò affectione, eis quæ ex alto
attrahere, & corporis habitum mutare poſſunt. At
verò auerſionem verſus anum ita curabimus: Primùm
obſtetrici imperabimus,vt digito in anum immiſſo vte
rum propellat. deinde glandem ano ſubdat quatuor digi
torum longitudine,ex galbano & cera paratam,cuius ex-
tremitati filum extractionis gratia ſit annexum. Aut ca-
ſtoreum aqua dilutum & lana exceptum ſimiliter ſubda-
tur: aut bitumen aridum,aut pix liquida. Poſtridie ve-
rò irinum aut ſuſinum oleum tepidum, in vterum & in-
teſtina infundatur. Et loci aromatum , aut marrubii , aut
conyzæ decocto foueantur, & ex eodem vterus eluatur.
poſtea ceratum roſaceum adhibeatur. Si verò in obliquũ
retractio inclinat, primùm eadem fomẽta adhibeantur:
deinde obſtetrix ſpecillo cum digito ſubimmiſſo , vteri
collum dirigat. ægra verò in contrarium parti affectæ la-
tús,aut ſupina,decumbat. Peſſis inſuper mollientibus ape
rientibúſque vtemur,& ex prædictis oleis aliquod infun
demus,& pectini lanam vino & roſaceo imbutam , aut
ſuccum ſeminis lini cerato exceptum imponemus.Et ca
ſtoreum cum aniſo, aut cumino, aut nigella, aut pæoniæ
radice,aut ſmyrnii,aut dauci ſemine,aut ariſtolochia, aut
gentiana,aut helenio,ex aceto mulſo propinabimus . Ea-
dem etiam repentinos vteri dolores faciunt, non ſingula
ſolùm per ſe,ſed etiam ſimul coniuncta.Mulier autẽ accli

A ui capite decumbat, & ſi compoſitus rectè vterus rurſùs
retrahatur,fœtida ſtatim naribus admoueãtur, & ſternu-
tationes prouocentur . & ſi vrina ſupprimatur,fiſtula ve-
ſicæ ad hoc deſtinata proliciatur . & ſi ab his exacerbatio
fuerit exoluta,quieſcendum eſt. Cæterùm pro afflictio-
nis magnitudine,ſi ægram adoleſcentem & ſanguineam
nacti fuerimus,conſiderabimus an cubiti vena ſit ſecãda.
deinde menſes prouocantia propinabimus , & peſſis mi-
tioribus vtemur.

De vteri inflatione, Cap. LXXVIII.

B VTerus aliquando ex partu perfrigeratus flatu imple-
tur,oſculo ipſius concluſo , aut grumo ſanguinis in
ipſo impacto. Flatus autem ipſe quandoque in vteri ca
uitate concluditur,quandoque in corporis ipſius vteri an
guſtiis continetur. Conſequitur pectinis ac imi ventris
tumor,velut in hydrope tympanite,cum dolore pungiti-
uo, perpungente vſque ad ſeptum tranſuerſum & ſtoma-
chum,& nihilominus vtrinque in lateribus extento,& ſæ
pe ad alterum, ſæpe ad vtrunque inguen ſe extendente.
Vmbilicum item lumbóſque ac pectinẽ idem infeſtat,
C & caput quoque per conſenſum afficit . quandoque verò
flatus per muliebre pudendum erumpit, vt ægrè id perci
piant . Si itaque flatus in vteri cauitate fuerit concluſus,
ſtrepitus ac ſonitus quidam in corporis flexu auditur,
qualis in inteſtinis contingit quæ torminibus vexantur.
& ad digitorum pulſationem ſonus tympani redditur. Si
verò intra vteri anguſtias continetur, dolores vehemen-
tiores ac curatu difficiliores infeſtant . Huiuſmodi au-
tem affectiones fame,ac olei dulcis calidi irrigatione, in
quo ruta & anethum decocta ſunt,curantur. Et niſi ætas,
D regio,& anni tempus obſtiterint , vena ſecetur . Inſeſſio-
néſque in rutæ,pulegii,calaminthes,marrubii, thymi,ar-
temiſiæ,althææ,ac caricarum decoctis fiãt . & corpus per
hierã Rufi & Archigenis ex colocynthide euacuetur . In
exacerbationibus autem vulua his colluatur quæ laxandi
ac flatus diſcutiendi vires habent, quale eſt oleum gleuci
num, & peſſus eiuſdem facultatis plurimo oleo dilutus,
& per vterifuſorium clyſterem immiſſus. Cataplaſmata
etiam leuia ex caricis,hyſſopo, ruta ac nitro imponantur.
At verò ſi flatus ob impactos grumos fuerit concluſus,
E poſtquam ægra in aliqua ex relatis inſeſſionibus diutius
conſedit, obſtetrix digitum illitum in pudendi ſinum
immittat,& grumum ſenſim diſſoluat, ac educat . Perſe-
uerante verò inflatione, in exacerbatione efficaciora ad-
hibeantur,interpoſitóque temporis ſpatio,illitionibus ca
lidioribus,crurúmque ac affectorum locorum frictioni-
bus vtemur. Et lumbis ac pectini dropacem adhibebi-
mus . aut rubefactorium è ſinapi & caricis . aut farinam
ordeaceam cum caricis, ruta, hyſſopo , & melle coctam.
aut epithema ex ſeminibus,aut ex baccis lauri. aut polyar
F chium cerato cyprino exceptum , aut poſtea etiam per ſe
ſolum. Peſſi quoque eiuſdem facultatis ſubdantur , ex
terebinthina,galbano,iride, ruta, & œſypo . & qui ex pu-
legii,nitri, mellis, fellis taurini, æquis portionibus para-
tur.Maximè autem conuenit hic : Caricarum pinguium
probè contuſarum vt granula non percipiãtur drachmã
vnam, cumini drachmas duas , ſpumæ nitri albæ drach.
vnam.Verùm ad acrimoniam obtundendã,peſſum hunc
in lac prius immergere oportet . Cucurbitæ quoque affi-
gantur,& violenter detrahantur. aliquando etiam ſcarifi-
G catio fiat. Vtẽdúmque eſt omnibus quæ ex alto attrahere
materiam poſſunt,& balnearum naturaliũ aquis primùm
calidis, deinde frigidis vt corpus ad tolerandam frigidi-
tatem ſenſim alliciatur,& affectæ partes paulatim firmen
tur. Alimenta quoque attenuantia ac flatus diſcutientia
exhibeantur. & medicamentũ dioſpoliticum , ac ex cala-
mintha conſtans aliquando exhibeatur . At verò auxilia
amplius medicata,& aromatum ſuffitus, tanquam capiti
noxios reprobamus.ſed & epithemata aſtringentia, qua-
lia ſunt quæ ex palmulis ac malis cotoneis parantur, & ſi-
H milia,ad hanc affectionem inepta ſunt.

De vteri hydrope, Cap. LXXIX.

QVVM mẽſes longo tẽpore fuerint ſuppreſſi,& im-
prægnatio impedita,ſæpe humoris copia in vterum
confluit, & aliquando corpuſcula quædam veſicæ fellis

ſimillima in ipſo generantur, in quibus humor colligitur. Sequitur affectionem hanc tumor circa imum ventrem amplus, laxus, flatuoſus, & murmura velut in inteſtinis, in ambulando grauitas, & ſpirandi difficultas, alui recrementa graueolentia ſunt, & menſes ac conceptus impediuntur, & quæ prodeunt nullo ordine ſeruato deferuntur. Vbi verò violēter excernuntur, ruptis aliquādo paruis illis corpuſculis, quæ veſicis ſimilia diximus, viſcoſa quædam ac aquoſa erumpunt. In quibus itaque humorem in vtero collectum ex propriis ſignis cognoueris, decubitu quieto, mox vomitu ac validis elotionibus vtendum eſt. Proinde corticis radicis tithymali myrtei ſicci drach. duas per ſe vel cum radicis panaceæ obolo propinabis. & in vterum infundes quæ mucoſos humores attrahunt, qualia ſunt, grani cnidii grana decem cum oleo irino & modico melle. aut veratri nigri drachmas duas, cum irino aut cyprino aut narciſſino oleo, cum modico melle per vteriſuſorium clyſterem infundito. Verùm ante has elotiones cardamomum cum ſale, aceto mulſo, thymo, pulegio, calamintha, aut ſimili quopiam bibēdum dabimus: deinde humorum copia per aluum excreta, prædictæ elotiones infundantur. Aut peſſi eiuſdem facultatis ſubdantur. & poſtea ſinus pudendi aqua marina proluatur, primùm ſola, deinde addito aceto, & aliquo ex prædictis in ipſa cocto. Elotione peracta ac locis probè deterſis, pudendo ac femoribus oleum cyprinum illinatur. Medicamenta verò iiſdem cōuenientia hæc ſunt: Pulegii drach. vnam, cum modico pipere, aut gentianæ vel origani drachmas duas cum ſemine dauci vel ſmyrnii, cum vino mulſo aut aqua mulſa in potu dentur. Salis præterea communis loco alimentis inſpergatur hoc: Hyſſopi trientem, pulegii quadrantem, origani, cumini, ſingulorum ſextantem, ſeminis ammii, ſpicæ nardi, ſing. vnc. vnam, ſalis toſti quadrantem. trita miſce ac vtere. Sed & pudendi ſinus reſina, myrrha, & amomo ſuffiatur. Peſſis autem huiuſmodi vtendum eſt: Nitri, colocynthidis, ſing. quadrantem. melle excipe, & peſſum inde paratum oleo cyprino tinctum ſubde. Alius. Cumini & nitri æquales portiones melle excipe. poteſt & violæ albæ ſemen addi. Alius. Colocynthidis quadrantem, ſalis vnciā vnam, pinguium caricarum carne excipe, vt ſit iuglandis magnitudo, & inde peſſum paratum ſubde. humorem enim fœtidum attrahit, ac mirificè prodeſt. Idem ſedi inditus ſtercoris & humorum ac flatuum copiam elicit, & vterum leuat. Alius. Comæ abſinthii, ammoniaci thymiamatis, ſing. drachmam vnam, æris vſti, nitri, ſing. drach. tres, melle excepta ſubdito. Hoc autem placidiſſimè & citra omnem dolorem attrahit: Cicutæ ſemen, ariſtolochiam, cuminum, ſalem, carne caricarum excipe, & ſubde. Cæterùm ad aquæ receptacula, eas videlicet veſicas quas in vtero generari diximus, fomentis vtemur ex aromatibus quæ menſes eliciunt, & peſſis ſanguinem trahentibus. Ex quorum numero hic eſt: Cneori, quod eſt grani cnidii radix, aut illo non præſente, chămelææ, elaterii, caſiæ, ſing. drach. quatuor, aluminis ſciſſi, miſyos, ſandarachæ, myrrhæ, coſti, croci, ſingulorū drach. tres, melle excipito, atque aluo pridie euacuata per clyſterē, peſſum inde paratum ſubdito, integrámque diem ac noctem ſinito. ſi ſemel parum eduxerit, rurſus ſubdito: ſi verò mordacitatē induxerit, centaurii decocto tepido ſinus pudendi foueatur ac eluatur. & mitigandi gratia peſſus mollitorius ſubdatur. aut cicutæ ſemen cum ariſtolochia, cumino, ſale ac caricis (velut paulo antè diximus) ſubiiciatur. Mitiſſimum verò omnium ad huiuſmodi pelliceas & aqua refertas veſicas, eſt mercurialis maſculæ ſemē cum modica myrrha, ſale ac melle, lana exceptum, & multis diebus ſubditum. Poſt harum autem eductionem, exercitiis, ſudoris prouocatione, & validis totius corporis, & præcipuè imi ventris frictionibus vtendum eſt.

De mola vteri, Cap. LXXX.

QVÆ mola appellatur, tumor eſt vteri induratus, aliquando prægreſſa inflammatione ſuccedens, aliquando poſt locale vlcus, cui caro ſuperexcreuit. à motus autem difficultate & grauitate, molæ nomen accepit.

A Conſequitur hunc tumorem detractio partium ſuperincumbentium, gracilitas, coloris vitiatio & appetitus proſtratus. Et primùm ſanè conceptus ſuſpicionem de ſe præbet. nam & menſes ſupprimūtur, & mammæ intumeſcunt, & ſtomachus ſubuertitur, & lumbi grauantur, ventérque attollitur. Verùm temporis progreſſu diſcernitur. molam enim dolor pūctionis ſenſum inferens ſubſequitur, nec in ea motus vllus, velut in vtero, conceptu percipitur. Quin & poſtea toto corpore imminuto, ac ventre ampliato, hydropis imaginem præſefert. diſcernitur tamen
B ab illo per tumoris duritiam, & quòd tumor hic ad digitorum appreſſionem ac pulſationem non cedit, neque tympani ſonum velut in hydrope edit. & quòd neq; ad manus contactum vlla fluctuatio percipitur: aliquando tamen temporis progreſſu hepar perfrigeratur, & hydrops ſuperuenit. Quidam verò tradunt in quibuſdā mulieribus carunculas ad iuglandis nucis magnitudinem per pudendum excretas eſſe, aliquando ſingulis mēſibus, aliquando bimeſtres aut trimeſtres. Hanc affectionem alii velut incurabilem penitus reliquerunt. alii incipien-
C tem tantùm, curari poſſe confidunt: negligenda tamen nō eſt, ſed omnia quæ conuenire videbuntur facienda. Cataplaſmata igitur laxandi viribus prædita, fomenta, elotiones mitigatorias, peſſos mollitorios ad duritias infrà deſcriptos, inſeſſiones eiuſdem facultatis, & cerata ex althæa & oleo cyprino parata adhibebimus. & malagma ex ſuccis, & quod Mnaſeæ inſcribitur imponemus. Deinde cucurbitas cum ſcarificatione apponemus, & alimenta boni ſucci offeremus. atque hæc quidem in ipſis exacerbationibus adhibere oportet. In interuallis autem corpus
D reficiendum eſt per ea quæ id præſtant, geſtationem videlicet, deambulationem, balnea, & cibos conuenientes, ac vini potum. Partibus item affectis dropaces adhibebimus, & nitro ac ſale inſperſis eaſdem inſolabimus. & per medicamentum ex ſinapi ac caricis rubificabimus. Epithematis inſuper mollitoriis ex ſeminibus, ex baccis lauri, & polyarchio, ac ſimilibus vtemur. Suffitum etiam vaporis aquæ marinæ aut muriæ adhibebimus, aut decocti foliorum ac baccarum lauri, pulegii, thymi, hyſſopi, ſaluiæ, marrubii, artemiſiæ, centaureæ, dictamni, ſcordii, po-
E lii. Olla autem operculo perforato arundine inſerta ſellæ ſupponatur, atque inde per arundinem vapor intra pudendum recipiatur. Peſſi item ſubdantur ex œſypo, butyro, adipe anſerino, medulla, aut cerebro ceruino, melle, caricis pinguibus, vuis paſſis, cum oleo antiquo cyprino, irino, ſampſuchino, amaracino, ſuſino. Perſeuerante verò malo, acrium eduliorum eſus aſſumatur, & innatationes aquarum calidarum, & aquæ marinæ. & ab acceptis raphanis vomendum. Peſſos tamen & inſeſſiones a-
F criores vitare oportet, ne loci ex aſſiduo eorum vſu exulcerentur. His autem tranſactis ſæpe plurima atri ac grumoſi ſanguinis copia repentè excernitur, & affectio diſſoluitur. Philoſophus verò, Detētis, inquit, vxoris amici cuiuſdam menſibus, arbitrabar primùm ipſam concepiſſe. poſtea aucto amplius tumore, hydropem ſuſpectum habui, quia totum corpus ac pedes tumeſcere videbam. At vbi tandem id affectionis genus eſſe deprehendi, quod alii laterem, alii molam vocant, rutam & anethum in vino veteri fuluo odorato coxi, & abiectis herbis, vinum calidum bibendum dedi, & ferme aquæ loco ex-
G hibui, ſtatímque mulier excreta ſanguinis copia ſalutem adepta eſt.

De tumore vteri laxo, Sorani, Cap. LXXXI.

VTeri tumor laxus, pallidus ac albus eſt, ad tactum mollis & digitorum compreſſioni cedens, ſéque rurſus paulatim attollens, & cutis ventris manu apprehenſa facilè attrahitur. Loci itaque oleo communi calido aut irino, aut cyprino rigentur, & peſſi ſubdantur, ac reliqua auxilia adhibeantur quæ ſuprà de vteri inflatione
H retulimus.

De ſatyriaſi, Eiuſdem, Cap. LXXXII.

MVlieribus quoque ſatyriaſis & tentigo accidit, qualem viris fieri ſuprà retulimus. Cōſequitur ad hāc, pudendorum ingens pruritus cum dolore, ita vt mulier

locis aſſiduè manus admoueat atque ideo intolerabili A
veneris deſiderio contabeſcit, & ſalſi humoris effluentis
acrimoniam ac mordacitatem percipit, & loci vtero vi-
cini inflammantur. Illud verò ardens coeundi deſideriū
ſæuiorem reddit affectionem. quum enim partes affectæ
diſtentæ ſint,& ſemen excerni non poſſit,quoniam mea-
tus per inflammationem obturantur, maior materiæ co
pia fruſtra ad locum attrahitur. Statim igitur à princi-
pio vena ipſis ſecanda eſt, & alimentum contrahendum,
& pubi ac lumbis illinenda quæ leniter refrigerāt ac con
trahunt. Caput aceto & roſaceo irrigetur, & in potu aqua
tepida exhibeatur. Cibi verò ſint ſorbiles, omnis prorſus
flatus ac venereæ concitationis exortes. Duobus verò à
venæ ſectione diebus cucurbitæ cum ſcarificatione affi-
gantur. Reliqua verò curatio eadem ſit cum ea quam ad
inflammationem vteri mox referemus.

De vteri inflammatione, Philumeni, Cap. LXXXIII.

VTeri inflammatio ob multas cauſas contingit. nam
& ex plaga,& menſium ſuppreſſione, & abortu, vl-
ceratione,nimio coitu,ſellæ durioris inſeſſu,longa ac in-
tenta ambulatione, frigiditatéque ac flatuoſitate obori-
tur. Indicant hanc,muliebrium locorum,pubis, imi ven-
tris,ac lumborum dolores ardentes. Et ſi digitus in os v-
teri ſubmittatur,occurrit ad contactum durum,clauſum,
feruens ac retractum,præſertim ſi in ipſo aut in collo fue
rit inflammatio. nam vbi cauitas aut fundum vteri in-
flammatur, imi ventris dolor oſtendit, vt ne contactum
quidem foris admittat. Et plerunque vterus ad inflāma-
tum locum retrahitur, atque ob hanc cauſam os & col-
lum eius auertitur. Differt autem ab ea quam ſuprà vteri
retractionem appellauimus, quia in inflammatione fe-
bris eſt acuta, & ardor intenſus. Si verò poſterior ipſius
pars inflammata fuerit,dolor circa ſpinam magis hæret,
& compreſſo inteſtino recto ſtercora detinentur. Ante-
riore autem parte inflammata,vrinæ difficultas aut ſtilli-
cidium cōſequitur ex compreſſa veſica, præſertim ſi do-
lor pectinem affligit. At vbi obliquos laterum locos in-
flammatio occuparit,inguina diſtenduntur,& crura gra-
uantur ac ægrè mouentur. Inualeſcente verò inflamma-
tione,febres accedunt, dolor capitis, ſtomachi afflictio E
per conſenſum,imi ventris tumor, ardor, diſtenſio,gra-
uitas coxarum, lumborum, præcordiorum, inguinum,
femorum, horrores diſcurrentes ac pungentes,pedū tor-
por,genuum perfrigeratio, extremarum partium exuda
tio,pulſus parui ac denſi,animi deliquium, exolutio. In
augmento verò etiam ſingultus,dolor tendinis,colli,ma-
xillarum,ſincipitis,oculorum,præſertim in fundo. vrinà-
que ac ſtercorum recrementa ſupprimuntur. Et inflam-
matione adhuc magis aucta,febres augeſcunt, delirant,
dentibus frendunt. In principio itaque curationem ag- F
greſſi, ægrotam in domicilio obſcuro & moderatè tepi-
do collocabimus, quietem imperantes, & omni crurum
motu interdicentes. deinde artus manuum cōtrectatio-
ne demulcebimus, & pedum ac manuum iuncturas fo-
uebimus, irrigabimúſque ac lana pura integemus: al-
uum autem eluemus,& molli infuſo euacuabimus. In
potum verò & ad oris collutionem aquam calidam & pti
ſanæ ſuccum dabimus. At ſi vehementior inflammatio
fuerit,& neque ætas, neque habitus, neque anni tempus
obſtiterit,neque inflammatio poſt abortum,aut nimiam G
ſanguinis euacuationē ſuperuenerit, cubiti vena ſecetur,
& ſanguis pro virium ratione detrahatur. licétque in ſe-
cunda die venam incidere, in tertia verò detractionem
repetere. Deinde alica ex aqua mulſa, aut pane loto, aut
ouo ſorbili, ægra alternis alatur. omnibus his moderatè
exhibitis,feruente inflammatione lana ſuccida vino & o-
leo, aut aceto & roſaceo imbuta, imo ventri ac pubi im-
ponatur. aut palmulæ vino coctæ, aut mala cydonia in
poſca cocta, cerato melino aut roſaceo admixta. Cata-
plaſma verò imponatur ſic paratum: Melilotum in paſ- H
ſo coquito ac terito, & vitellos ouorum aſſatorū addito,
& cum roſaceo,aut melino,aut crocino imponito, aut pal
mulas vino diluto ferueſactas,cum polentæ farina,& ali-
quo ex prædictis vnguentis terito,ac imponito. Cæte-

A rùm ad inflammationes eryſipelatas igneo ardore cogno
biles, vtendum eſt cataplaſmatis ex polenta, & intubo,
perdicio,vmbilico Veneris,ſedo,polygono,pampinis vi-
tis,portulaca,plantagine, & ſimilibus præparatis, & lana
aliquo harum herbarum ſucco, cum roſaceo aut melino
oleo imbuta,in pudendum ſubdatur. Quòd ſi catapla-
ſmatum onus loci non tolerēt, aqua roſaceo admixto ex
modicis interuallis affundatur. In exacerbationis declina
tione totum corpus inungatur,& ægra in aqua tepida vſ-
que ad lumbos inſidere iubeatur. deinde peſſi ſubdantur
B ex aliquo vnguento leniter aſtringente parati,roſaceo vi-
delicet,melino,lentiſcino,ac œnanthino, adiectis ouorū
vitellis crudis ſiue aſſatis & croco. poteſt & ex prædictis
ſuccis aliquis admiſceri. caput præterea roſaceo cum mo
dico aceto irrigetur. Mitigata verò inflammatione, mu-
lier in aqua oleo admixto inſideat,& peſſos ex narciſſino
aut ſuſino vnguento paratos ſubdat.& lanam oleo calido
imbutam pectini ac lumbis adhibeat. Interdum & cucur
bitæ lumbis affigantur, & tumore magno exiſtēte etiam
ſcarificatio fiat. Poſtquam autem inflammatio decli-
C nare inceperit, ad ea deueniemus quæ laxare ac diſcute-
re poſſunt. Proinde in fœnigræci,althææ, ſeminis lini:
interdum etiam pulegii,marrubii,ſaluiæ, artemiſiæ de-
coctis ægra inſideat. Et ad imum ventrem ac pubem, fa-
rinam ordeaceam cum fœnogræco & lini ſemine in aqua
mulſa coctam imponat. aut caricarum decoctum adhi-
beat. Quæ verò cataplaſmatum grauitatem ac calorem
ferre non poſſunt, in aqua tepida inſideant, & roſa-
ceo locos illinant,ac peſſos ſubdant moderatè refrigeran-
tes,ex adipe gallinaceo, roſaceo, ac vino præparatos. At
D eis quæ calorem ferunt, ceratum nardinum adhibeatur,
& infuſiones iniiciantur,ac peſſi ſubdantur ex œſypo,bu-
tyro,medulla ceruina,adipe anſerino,vnguento ſuſino,&
cera Tyrrhenica. Vbi verò curatio proceſſerit, tenuis vi-
ctus & ciborum parſimonia tollatur, & manifeſta iam fa
cta declinatione balneum ac vinum concedi poſſunt, &
cibi reficientes exhiberi: malagmatáque adhiberi, velut
eſt quod ex meliloto paratur,& quod ad Mnaſeā, & quod
ad Serapionem refertur. Peſſi porrò ad ſedandos inflam-
mationum dolores vteri tales ſunt: Fœnumgræcum ma-
E defacito,& prima ac ſecunda aqua diffuſa,cum tertia pu-
ra ac dulci coquito ac excolato, & ad decoctum,adipem
anſerinum vel gallinaceum recentem addito, & ad pru-
nas liquari ſinito: & vbi frigefacta fuerint,concretum a-
dipem tollito ac ſeruato, atque vſus tempore ſpathula in
manu ſubactum peſſo excipito ac ſubdito. Alius dolo-
res ſedans: Papaueris capita paſſo coquito,& flaccida fa-
cta exprimito, & ad decoctum excolatum medullam cer
uinam liquatam admiſceto, ac vtitor: ſi ceruina medulla
defuerit, vitulinam accipito. Alius. Fœnigræci ari-
F di triti ac cribrati drach. quatuor, in paſſo Cretico aut ſa-
pa coquito.& terebinthinæ,adipis anſeris, ſing. drachm.
quatuor,roſacei ſeſquiunciam accipito,& omnia ſimul li
quefacito, & fœnigræci decocto admixta peſſo excipito
ac ſubdenda dato. Alius peſſus ſoporifer, dolorem mi-
tigans,& omnem duritiam molliens: Tria papaueris ca
pita magnitudine mediocria in quatuor paſſi cyathis
per biduum macerato: deinde coquito donec capita flac-
ceſcant,& paſſum ad tertias redigatur. poſtea expreſſis &
reiectis capitibus paſſum excolato, & galbani, myrrhæ
G troglodyticæ,thuris,opii, ſing. ſeſquidrach. caſiæ drach.
tres accipito,& ſing. ſeorſim primùm, deinde ſimul pro-
bè terito, & capitulorum papaueris decoctum paulatim
adſtillato donec omnia ad mellis compagem redigātur:
tum œſypi,medullæ ceruinæ,adipis anſerini, ſing. drach.
quatuor,omnia ſimul colliquata admiſceto ac adſeruato.
vſus autem tempore medicamentum hoc roſaceo dilu-
tum peſſo excipe ac ſubde. Omnem enim dolorem & ve-
hementes inflammationes ſtatim mitigat, vteri ſtrangu-
lationi medetur, duritias mollit,& ſomnum conciliat.
H Alius peſſus ſomnum inducēs, valēs ad inflammationes.
Muſci quem etiam hypnon dicunt,in aqua ferueſacti,ex-
preſſi ac triti, panis aqua mulſa macerati ac contuſi, em-
plaſtri baſilici,emplaſtri ex ſuccis, vnguenti nardini,adi-
pis gallinacei, æquales portiones liquefacito, ac vtitor.

facit ad vrinarium meatum ac vterum inflammatum, & ad vteri declinationes. Ego verò pro pane fermentum puriſſimum non omnino acidum ſine ſale in aqua mulſa macero,ac vtor. Peſſus,Aureus appellatus. Ad inflammationes & vteri retractiones ſiue declinationes: Ouorum aſſatorum vitellos ſex, medullæ ceruinæ drachmas quatuor,croci drach.duas, œſypi drach. duas, ceræ albæ, terebinthinæ, adipis anſerini, ſingul. drachmam vnam. crocum cum modico vino dulci terito, & oua trita adiicito,& liquabilia liquefacta admiſceto ac adſeruato. Vſus autem tempore medicamentum oleo nardino dilutum peſſo excipito,ac ſubdito. Alius peſſus: Ceræ Tyrrhenicæ drach.vigintiquatuor,adipis anſerini, porcini, terebinthinæ,ſing.drach.ſex,decocti capitum papaueris drachmas quatuor,roſacei quantum ſatis eſt:aut irini,ſi calfactione ac diſcuſſione opus eſt. Alius. Adipis anſerini trientem,cerati roſacei aut ſuſini ſextantem, vitellorum ouorum aſſatorum,croci,ſingul. vnciam vnam, myrrhæ drachmas quatuor,opii obolos duos,aut pro opio,capitũ papaueris decoctum. Alius. Ceræ Tyrrhenicæ,medullæ ceruinæ,ſing.drach.centum, adipis anſerini, terebinthinæ,ſingulorum trientem,croci obol. quatuor, opii obolos duos,oui aſſati vitellum vnum,olei ſuſini, aut telini ex fœnogræco parati, quantum ſatis eſt. Peſſus,Enneapharmacus appellatus, ad inflammationes. Adipem anſerinum & bubulum, ceram albam,terebinthinam,butyrum,medullam ceruinam,mel,oleum roſaceum & cicinum. omnia recentia æquis portionibus liquefacito.

Peſſus ad feruentiores inflammationes. Emplaſtrum ex ſuccis cum roſaceo liquatum ſucco plantaginis admiſceto,& peſſum formato. ſi verò plantago defuerit, ſenecionis aut intubi ſuccum accipito. At ſi plurimùm excanduerit,& ad eryſipelatis naturam tenderit inflammatio,ſolani folia tenera cum lacte mulieris trita ſupponito. Alius peſſus ad inflammationes: Lilii flores tritos cerato roſaceo liquido excipito, & medullam ceruinam ac adipem anſerinum adiicito. Alius. Ex ſemine lini, fœnogræco & althæa ſuccum craſſiſſimum parato, & crocum illi admiſceto, deinde adipem anſerinum liquefactum addito,vnito,ac vtitor. Cæterùm butyrum,medulla,& adeps,omnia recentia ad peſſos deligenda ſunt. antiqua enim dum liquantur nidoroſa fiunt,ac calidiora euadunt,& inflammationes exacuunt. At verò nec in diſtentionibus, neque in inflammationibus vteri, menſes prouocãdi ſunt: loci enim magis diſtenduntur, & quum ob inflammationem concluſi ſint, ſanguinis tranſitum impediunt. Quin & tetrapharmacum ad vteri inflammationes commodè ſubditur, aut infunditur roſaceo dilutum. At ſi inflammationi vlcus coniunctum fuerit, ceratum roſaceum ex cera alba cum tertia adipis anſerini parte præparatum,albumine oui quãtum eius capere poteſt admixto,infundito. Sedata demum inflammatione, menſes prouocentur.

De vtero in ſcirrhi tumorem indurato,
Sorani, Cap. LXXXIIII.

INduratur vterus aliquando derepente, nullo præindicio facto, plerunque verò inflammatione prægreſſa, quæ neque ſoluta eſt,neque in abſceſſum tranſmutata. Eſt autem huius indurationis in ſcirrhi tumorem ſpecies, ea duritia quæ in vteri ceruice vtplurimùm conſiſtit:& tumorem quidem ſimiliter habet, ſed minus renitentẽ, & cum moderato dolore. At verò vbi in ſcirrhum induratus tumor vteri fundum occupat,tumor vehemens & tactui renitens occurrit,cum grauitate ac ægro motu, non ſolùm crurum,ſed totius corporis: & ſegnities ad omnes vitæ functiones. Quòd ſi non recto ductu tractentur, conſequitur vitiatus corporis habitus, decolor,& ad ſimilitudinem hydropis. Duritiæ itaque circa os & collum vteri conſiſtentes,facilè curantur:circa fundum verò,difficulter. In principio itaque ſi nihil obſtiterit, neque ætas aut vires prohibuerint,ſanguinis mediocrem copiam à cubiti vena ſecta detrahemus, aut per hieram Archigenis purgabimus. Inſeſſionibúſque vtemur ex fœnigræci, ſeminis lini,pulegii,artemiſiæ,foliorum ſambuci,radicis & foliorum cucumeris ſylueſtris decoctis. Et aromatum

A vapore fomẽta faciemus. & vterum oleo ſuſino, narciſſino,irino, gleucino,adipe anſerino, gallinaceo, ſuillo recẽti,aliquo vnguento admixto. itẽ lacte bubulo aut caprino cũ adipe anſerino colluemus. Cataplaſma quoq; imo ventri apponemus è caricis, hyſſopo, nitro & abſinthio.& cucurbitas cum ſcarificatione affigemus. Malagmate item polyarchio vtemur,& eo quod è ſeminibus conſtat, & quod ex baccis lauri paratur, de quibus paulo pòſt agemus. Peſſi verò mitigatorii & aperientes ſubdantur. Facit & is quem infrà ad vteri condylomata deſcri-

B bemus,è lycio ac œſypo paratus, & quem ſuprà retulimus è tribus papaueris capitibus conſtans. Cui ſimilis eſt hic: Duo papaueris capita paſſo per triduum macerato, deinde ad tertias coquito,& expreſſis capitibus ad decoctum excolatum adiicito galbani drach. vnam,caſiæ,ſucci mandragoræ, ſing. drach.tres, myrrhæ, thuris,ſingul. drach.vnam,& poſtea medullæ ceruinæ,œſypi, adipis anſerini,ſingulorum ſimul liquefactorum drach. tres admiſceto,ac in plumbeo vaſe ſeruato. Vſu verò poſtulante ex hoc medicamento oliuæ magnitudine roſaceo diluito,

C & bis aut ter quotidie tepidũ ſubdito. Bene facit & tetrapharmacum,heptapharmacum, enneapharmacum,emplaſtrum Azanitæ,& emplaſtrum ex ſuccis: omnia oleo ſuſino aut cyprino diluta. Peſſus, Libanus appellatus, mollitorius: Ceræ albæ quadrantem,olei nardini, gleucini,ſuſini,medullæ ceruinæ,adipis anſerini,ſing.ſextantem,œſypi,butyri,nitri,ſingulorum drach. quatuor. aliqui oui aſſati vitellum addunt. Alius peſſus, Titianus vocatus: Ceræ ſeſcuncem,colophoniæ ſeſquiunciam,adipis taurini trientem, picis, terebinthinæ, ſingulorum

D quadrãtem,medullæ ceruinæ,ammoniaci thymiamatis, ſing. vnciam vnam. ammoniacum aqua diſſoluatur. Alius peſſus mollitorius: Ceræ albæ, vnguenti nardini, ſingulorum quadrantem,olei irini,gleucini,cyprini,adipis vrſi,pinguedinis porci,ſingul.ſextantem, butyri,medullæ ceruinæ,œſypi,terebinthinæ, ſing. trientem. Alius peſſus ad duritias: Ceræ albæ,terebinthinæ, medullæ ceruinæ, adipis gallinacei, anſerini, butyri, vnguenti nardini,ſuſini,myrrhæ,æquales portiones excipe melle, ac vtere. ſi ſuſinum oleum ſiue vnguentum non fuerit ad

E manum,telinum pro ipſo ſuccedat. Peſſus, Aureus vocatus,mollitorius: Ceræ trientem,medullæ ceruinæ,adipis anſerini,ſing.vnc.vnam, œſypi drach. quatuor, croci drach.vnam,myrrhæ,galbani,ſing.drach.vnam, olei ſuſini quantum ſatis eſt. Alius, ad omnes diuturnas vteri affectiones: Myrrhæ drach.vnam,bdellii drachm. duas, ſpicæ nardi,croci,ſing. drach.tres,caſiæ,ladani, ſing. drachmas duas, meliloti drach. octo, carnium palmularum decem,vini dulcis cyathum,olei ſuſini, roſacei, cyprini, ſing. trientem. Aridis cum vino dulci tritis olea admiſce-

F to,& molli igne coctis vtitor. Ad imum verò ventrem epithemata velut diximus imponantur, polyarchium, è ſeminibus, è baccis lauri,ex meliloto. Bene facit ad duritias ac vteri inflationes & hoc: Reſinæ pinus libr.tres, ceræ vnc.xx. apochymatis,fermenti acidi, ſing.lib. I. galbani quadrantem,ammoniaci thymiamatis,opopanacis, ſing. ſext. muriæ acerrimæ quãtum ſatis eſt. Opopanacẽ & ammoniacum cum muria coquito,& fermentum adiicito ac aliquatenus diſſoluito. deinde liquabilia liquata admiſceto,& ſpathula donec frigeſiant agitato,& in mor-

G tarium tranſlata probè ſubigito,ac vtitor. Aliud epithema è micis panis,laxandi ac diffundendi vim habens, faciens ad omnes duritias quocunque loco fuerint, & inflammationes duriores diſcutiens: Radicis althææ, carnium palmularum quæ Nicolai appellãtur,ſing.lib.duas, fœnigræci,ſeminis lini,ſing.lib.vnam, chamæmeli,meliloti,ſing. ſeſcuncem, vini antiqui adſtringentis ſextar. octo,ſpumæ argenti,ceruſſæ,colophoniæ,ſing.lib. duas, ceræ,terebinthinæ,ſing.lib. vnam, olei antiqui lib. quinque,panis ſiliginei ſicci contuſi ac cribrati libr. quinque.

H Herbæ in vino maceratæ coquantur, & ſuccus exprimatur,& in hoc ſucco panis madeſcat. Poſtridie verò ſpuma argenti & ceruſſa conteruntur, & oleo affuſo coquuntur donec non amplius inquinent.& ad hæc liquabilia liquata adiiciuntur. & ſublato ab igne medicamento panis

præmadefactus commollitur, ac paulatim reliquis admiſcetur, & per ſpathulam agitando vnitur. Hoc itaque modo ad duritias ſtomachi, alui profluuium, ac dyſenteriæ principium præparari ſolet: ad quas omnes affectiones ſecurè adhibetur. Verùm ad vteri ac cæterorum locorum duritias, viſceribus exceptis, ad prædicta hæc addimus: Æruginis, floris ſalis, thuris, ſing. ſeſcuncem, iridis, ariſtolochiæ, ſing. quadrãtem, terebinthinæ lib. vnam. & terebinthina quidem reliquis liquabilibus admiſcetur: arida verò trita ac cribrata inſperguntur, medicamento ab igne ablato. & poſtremùm panis madefactus adiicitur, & omnia probè per ſpathulã agitata vniuntur: frigefacta verò in mortario, primũ piſtillo, deinde manib⁹ ſubigũtur.

Peſſus ad vteri duritias: Ceræ, reſinæ pinus, picis, terebinthinæ, butyri, olei roſacei, irini, nardini, mellis, ſing. libr. i. nitri ſextantẽ & ſemiunciã. Alius peſſus, molliẽdo efficax: Ceræ, olei ſuſini, roſacei, adipis anſerini, ſing. libr. vnam, iridis, terebinthinæ, adipis leonini, vrſini, ſingulorum ſeſcuncem, medullæ ceruinæ trientem. habet hic peſſus ex toto libras ſex, & trientem. Peſſus ex Archigenis ſcriptis. Facit ad duritiam, debilitatem, maciémque vteri præ omnibus quos ego noui efficaciſſimè, & ad omnes ferme vteri affectiones, & ad neruos affectos cõmodiſſimus eſt: & eſt acopon quoque inſigne: Olei irini, ſuſini, cyprini, ceræ, ſingulorum libram vnam, mellis Attici quincuncem, vnguenti foliati, nardini, ſingulorum trientem, adipis anſerini quadrantem, medullæ ceruinæ, œſypi, ſingulorum ſextantem, terebinthinæ ſeſquiunciã. œſypũ & medullam cum melle ſubigito: deinde ceram cum oleis liquefacito, & poſtea terebinthinam & adipẽ, & conſequenter pretioſa vnguẽta nardinum ac foliatum addito. & in mortarium tranſlata, probè vnito. Hoc ſi vſq; ad exactam curationem vteris, magnam laudem conſequeris. Sed & poſt adeptã ſanitatẽ aliquanto tẽpore poſtea maioris ſecuritatis gratia adhiberi poteſt. Ego verò etiam pro malagmate forinſecus impono, & ad prædicta admiſceo thuris, ceræ, ammoniaci thymiamatis, myrrhæ, floris iunci odorati, ſing. drach. octo, picis drach. ſedecim, galbani, opopanacis, ſingul. drach. tres. thus, galbanum, opopanacem, vino odorato adſtringente terito, & ad œſypum & medullam ac mel adiicito, & omnia ſimul rurſus terito. deinde ceram cum pretioſis vnguentis liquato, & ammoniacum tritum reſinámque ac reliqua admiſceto. & ablato ab igne medicamento ac frigefacto, myrrham & florem iunci odorati inſpergito, vnito, ac vtitor. Epithema Oribaſii è baccis lauri. facit ad duritias: Ceræ, reſinæ pinus, picis, nitri, baccarum lauri, adipis taurini, ammoniaci thymiamatis, æquales portiones. ammoniacum & nitrum & baccas lauri, ſing. ſeorſim terito ac cribrato, & reliquis liquatis admiſceto. Ego verò, inquit Oribaſius, dimidium nitri accipio.

De vteri abſceſſu, Archigenis, Cap. LXXXV.

ABſceſſus in vtero velut in cæteris corporis partibus præcedente inflammatione generatur. Primùm igitur inflammationis notæ apparebunt, deinde circa puris generationem dolores augentur, febréſque cum horrore, plerunque ad veſperam ingruunt, tumor attollitur, dolor punctorius adeſt, aliquando vrina, aliquando ſtercoris recrementa ſupprimuntur: aut vtraque ſimul. dolor autem localis affectum locum indicabit. Proinde ſi diſcuti non poteſt, citius ſuppurationi auxilium ferendum eſt. Itaque ſemen lini, fœnumgræcum, farinã ordei, caricas coctas, althææ radicem, terebinthinam, in cataplaſmate imponemus. aliquando etiam columbinum ſtercus cum oleo & melle adhibebimus. Hæc autem cataplaſmata imo vẽtri ac lumbis imponantur. & pudendi ſinus per ſpongiam aſſiduè foueatur, & vapores per arundinem operculo ollæ perforato inſertam intra pudendum recipiantur. Inſeſſionéſque frequentes fiant, decoctis in aqua iis quæ attractoriam vim habent, velut eſt pulegium, marrubiũ, laurus, ſaluia, artemiſia, dictamnus, centaurea. Quòd ſi dolor vehementius infeſtauerit, papaueris capita in aqua coquantur, & contuſa cataplaſmatis admiſceantur. Caricæ item crudæ in mortario cum reſina pinus, terebinthina ac modico nitro tritæ imponantur. peſſis autem vtemur ex terebinthina, myrrha, œſypo ac butyro paratis. Verùm optimus ad vteri abſceſſus ſic præparatur: Carnis caricarum pinguium, adipis anſerini, olei irini, ſing. drachmas duas, terebinthinæ drach. vnam, rutæ drach. tres, myrrhæ, iridis, nitri, ſing. obol. duos. poſſunt etiam pro caricis vuæ paſſæ admiſceri. Excipiuntur lana in peſſum, qui oleo irino aut cyprino tepido tinctus ſubditur. Eſt & ad hunc vſum efficaciſſima compoſitio cyphoídes appellata, & ſuprà ad hepatis abſceſſum deſcripta: itémque enneapharmacum ad duritias paratum: & malagma polyarchium, & alia huiuſmodi, oleo ſuſino aut telino imbuta, & peſſo in vterum ſubdita. Imus item venter ac pecten aſſiduè prædictis decoctis foueatur. At verò rupto abſceſſu, ſi pus ad veſicam fuerit delatum, & cum vrina excernitur, lactis potu vtendum eſt, & cucumeris ſemen propinandum. & cataplaſmata prædicta adhibenda, ceratáque emollientia ac odorata. Si verò ad inteſtinum rectum progreditur, & cum ſtercore vel per ſe egeritur, lentium & malicorii decoctum per clyſterem infundemus: ſi verò in pudendi ſinum erumpit, & purum eſt pus, roſaceum aut tetrapharmacum cum butyro recenti ac roſaceo infundatur. & loci roſarum aut lentium decocto, aut ptiſanæ ſucco eluantur. Sin tenuis & fœtida deſtillat ſanies, velut à noma & vlcere depaſcente, magis adſtringens ſit quod infunditur, velut eſt baccarum myrti, palmularum, lentium, & malicorii decoctum. Quòd ſi poſt humorum excretionem inflammatio perſeuerauerit, perſeuerandum quoque eſt in cataplaſmatis & inſeſſionibus ſuprà relatis. At ſi inæqualia fuerint quæ prodeunt, fomẽta & inſeſſiones ex aqua mulſa fiant, in qua abſinthium, marrubium, eruum, centaurium, aut lentes ſunt decoctæ. Loci verò ptiſanæ ſucco eluantur, addito melle & roſaceo: vteri verò os & anus cerato roſaceo aut butyro inungatur, cui ſpodii, aut ſtibii, aut plumbaginis, aut ſpumæ argenti aliquid, cum muliebri lacte ſit admixtum. facit & plumbi ſuccus. Si verò profluens humor fœtidiſſimus fuerit, vino mulſo pudendi ſinus eluatur, & in eo vſque ad exactam curationem perſeuerandum eſt.

Abſceſſus oris vteri chirurgia, Cap. LXXXVI.

SI circa oſculum vteri abſceſſus conſtiterit, vt ſub chirurgiam duci poſſit, non promptè ad ſectionem feſtinandum eſt, ſed perfecta affectione, & inflammatione plurimùm aucta, & partibus puri incumbentibus attenuatis. Atque tum mulier locetur in ſella ſupina, vt crura habeat ad ventrem contracta, & femora inter ſe diſparata. Et cubiti ipſius poplitibus ſubiiciantur, & idoneis vinculis ad ceruicem religentur. & hoc ad claram lucem fiat: aſſideátque à dextris chirurgus, & per dioptrã inſtrumentum, pro ætate commodum, ad pudendi diductionẽ ſpeculetur, & per ſpecillum ſinus muliebris profunditatem dimetiatur, vt ne maior dioptræ tibia vterum comprimat. & ſi reperta fuerit tibia eius ſinu maior, lanæ conuolutæ labiis ſiue alis pudendi imponantur, vt in ipſis dioptra firmetur. Oportet autem tibiam immittere, cochlea ad ſupernam partem vergente, & dioptram quidem à chirurgo teneri, cochleam verò per miniſtrum circumuerti, vt diductis tibiæ plicis ſinus diſtendatur. Poſtquam autem occurrerit abſceſſus ad tactũ lenis & tenuis, apex eius ſcalpello vel acicula diſſecetur, & excreto pure limniſcus linamentum tenerrimum roſaceo tinctum in ſectionem indatur, aut potius extra ſectionem in muliebrem ſinum citra impulſionem. Extra verò pudendi labia ad pectinem & lumbos lanæ ſuccidæ aut puræ oleo imbutæ imponantur. tertia deinde die ægra in aqua & oleo calidis inſideat, aut in maluæ decocto. Et deterſionẽ facta, limniſcus tetrapharmaco per ſe aut cum melle illitus, in ſectionis fiſſuram leniter indatur. ſit autem tetrapharmacum butyro aut roſaceo dilutum. cataplaſmata autem forinſecus imponantur donec abſceſſus ab inflãmatione liberi ac puri fiant. Si verò difficulter repurgentur, per auricularem clyſterem iridis decocto eluantur. & per emplaſtrum ex cadmia, aut ex ladano paratum, aut id quod ex ordeo vſto conſtat, ſingulis roſaceo dilutis, ad cicatricem

catricem perducantur. Quòd ſi intra vteri os abſceſſus fuerit, chirurgiam reprobamus, & curationem paulo antè relatam adhibemus.

Abſceſſus vteri inter inteſtina & peritonæon membranam rupti curatio, Cap. LXXXVII.

ERuptionem inter inteſtina & peritonæon membranam aluum ac inteſtina ambientem, indicat tumor circa illas partes magis hærens. Si verò intra vterum rumpitur abſceſſus, dolor quieſcit, & os vteri ad tactum lenius occurrit. Eruptio itaque ad ſuperficiem tendens adiuuanda eſt, & cutis poſtquam ſatis fuerit attenuata, ſpecillo in ſummo apice diſſecanda, qua parte effluxũ cõmodiorem fore ſperamus. At ſi ſanguinis eruptionis tumor eſt, pro ſpecillo ſiue ſcalpello cauterium eminentiori loco adhibebimus, & ita pus educemus. plurimùm enim ad totam curationem cauterium confert. Poſt excretũ autẽ & probè expreſſum humorem, ægra collocetur vt reſiduũ commodè excerni poſſit, & ſectio aqua mulſa eluatur, & poſtea bis quotidie ac ſemel in nocte ſpongiis foueatur. interdum & in aqua calida ægra inſideat, & vterus oleo cyprino calido eluatur. Reliqua verò curatio cæteris vlceribus ſimilis fiat. Alimenta autem exhibeantur boni ſucci & quæ non facilè difflantur, velut eſt lac cum amylo, alica, oryza, pedes porcini in alica aut priſana ad flacciditatem cocti, auiculæ & piſces boni ſucci. & niſi febris obſtiterit, vinum etiam dulce antiquum concedemus. Balnea autem & alimenta quæ exulcerationes exacerbãt, vitentur.

De vteri exulceratione, Archigenis, Cap. LXXXVIII.

VLceratur vterus ſæpe ex fluxione erodente, aut ab acribus medicamentis, aut ex abſceſſibus ruptis, aut ob partus difficultatem, aut fœtus extractionẽ, aut eiuſdem corruptionem. Ægrotæ verò in affecta parte dolorẽ punctorium perceptant, & ex interuallis fœtidi ac ſanioſi humores ab vlcere ſordido prodeunt, & conſequuntur etiam alia vtero affecto peculiaria accidentia, velut eſt capitis ac præſertim ſincipitis dolor: ligamentorum item ac radicis oculorum dolor, qui ad manus vſque ac digitos ſe extendit, & reliqua ſuprà de inflammatione relata. Vlcus itaque expoſitum, per dioptræ vſum deprehenditur: in profundo verò reconditũ, humores qui excernuntur indicant. Non autẽ aliter huiuſmodi vlcera curantur quàm inſeſſionibus, irrigationibus, cataplaſmatiſque ac peſſis ſuprà relatis. Priuatim tamen commodum eſt hoc medicamentum: Crocus optimus cum muliebri lacte teritur, & cerato excipitur, & cera Tyrrhenica, & roſaceo aut ſuſino oleo, cum anſerino adipe parato, & in peſſo ſubditur. Hoc autẽ adhuc efficacius eſt, & ad dolores magis congruum, quod ſequitur: Papaueris capita decem in paſſo diluto per triduũ macerantur, deinde donec flaccida fiant coquuntur, & poſtea expreſſa teruntur, cum ſeminis aut foliorum roſarum drach. quinque, croci drach. III. admixto etiam inter terendum ipſo decocto. deinde ceratum ex ceræ ſextãte, & roſacei aut narciſſini olei ſextante ad ea affunditur, & medicamentum in ſtannea pyxide ſeruatur: vſu verò expetente, roſaceo aut narciſſino oleo dilutum, & in peſſum exceptum ſubditur. Facit & peſſus ſuprà relatus, ex croco, roſaceo, adipe anſerino & medulla ceruina paratus. talia enim dolores mitigant, & vlcera ſanant. Philoſophi medicamentum, ad mulieris pudendum exulceratum, & ob acrium humorum influxum pruriginoſum: Plumbaginis ſextantem, glauci vnc. I. cum ſucco hyoſcyami terito, & olei myrtei aut roſacei quantum ſatis eſt admiſceto, vteréque vel manu illinens, vel in paſſo ſubdens.

Vlcerum vteri carbunculoſorum curatio, Cap. LXXXIX.

CArbunculoſis vteri vlceribus priuatim proſunt lentes, & oleæ folia, ſine melle: lupini in vino auſtero cocti: inſeſſiones in eorundem lupinorum decocto.

Ad ſordida vteri vlcera, Cap. XC.

AD ſordida vteri vlcera emplaſtro Ægyptio vtendum eſt, citra æruginem præparato. omnia enim mordacia, quemadmodum & cruſtas inducẽtia, vtero aduerſa ſunt. Vtemur etiam eo quod ex melle, terebinthina, roſaceo aut ſuſino oleo & butyro conſtat: quibus aliqui etiam crocum addunt. Ad vlcera repurganda efficax eſt & iris Illyrica cum melle impoſita: & ariſtolochiæ decoctum per ſe, vel cum melle infuſum. Peſſus optimus ad ſordida vlcera repurgãda: Terebinthinæ drach. quatuor, adipis anſerini drach. VII. myrrhæ drach. I. croci drach. tres, medullæ bubulæ, œſypi, ſing. drach. II. mellis, olei cyprini aut irini, ſing. drach. XVI. thuris, radicis panaceæ, iridis, ſing. drach. duas, cyperi drach. IIII.

Ad humorem à muliebri pudendo profluentem, Cap. XCI.

ORdei vſti, amyli, thuris, ſingul. vnc. vnam, aluminis ſciſſi drach. quatuor: minutiſſimè terito ac cribrato, & aſinino lacte diluito, ac in pudendi ſinum per vteriſuſorium clyſterem infundito. Quòd ſi vlcus dolorem intulerit, tale medicamẽtum adhibeatur: Roſarum ſiccarum tritarum, capitum papaueris paululum torrefactorum, ſing. drach. tres, croci, ſtyracis, ſing. drach. duas, farinæ fœnigræci, œnãthes, ſing. drach. quatuor, thuris drach. duas. omnia cũ paſſo Cretico ac oleo roſaceo paulatim affuſis ad mellis compagem conterendo redigito, & in peſſum excepta calida ſubdito.

Ad vteri nomas, Aſpaſiæ, Cap. XCII.

NOmæ verò & vlcera depaſcentia ac efferata, equino aut aſinino lacte recèns mulcto eluãtur. & in vtriuſque penuria, quodcunque haberi poteſt recens, coctum accipiatur. Duabus autem lactis heminis, mellis hemina dimidia addenda eſt, & quatuor iridis drachmæ inſpergendæ, & tale infuſum calidum ſæpe ſingulis diebus infundendum. Idem facit aqua mulſa in qua abſinthium, aut calamus aromaticus, aut leucanthemum vel chamæmelum, aut buphthalmum decoctum eſt & vbi quod infuſum eſt, excretum fuerit, loci protinus maluæ decocto eluantur. deinde peſſus ſubdatur ex farinæ erui, iridis, ſing. drach. duabus, cum melle ſubactis, & peſſo exceptis. Alius peſſus. Melilotum in vino aquæ marinæ experte coctum terito, & melle admixto ſubdito. Alius, farinã lentium cum melle ſubdito. Alius. Oleæ folia cum vino trita, & melle admixto ſubdito. Alius. Vuarum paſſarum carnes tritas cum melle ſubdito. Alius. Hederæ aureum florem habentis folia in vino cocta cum melle indito. Aſclepiadæ medicamentum in puluilli forma, ad vteri nomas præcipuum: Lupinos amaros tritos ac cribratos ſeruato, & vſus tempore ſine vllo liquore ſubdito, vel melli admiſceto. Alius peſſus optimus. Hederæ aureum florem habentis faſciculum, in vmbra paululum ſiccatum in vas fictile coniicito, idque vndiq; oblinito, ac torreto, & eo cinere vtitor. Alius ad humida vlcera: Ariſtolochiæ longæ tritæ drach. VI. rubricæ ſinopicæ hepatis colorem referentis drach. VIII. miſce, & cum melle ad cerati craſſitudinem redige, & panniculo attrito excepta deliga, & ſub prunis exure. & vbi optimè aſſata fuerint, tere ac vtere. aut panniculum deligatum in ollam mitte, ac probè opertam & oblitam in ignẽm pone, donec medicamentũ ad carbonis ſpeciem fuerit exuſtum, & deinde tritum ſerua. Vſu verò expetente, ad nomas ſubde, & breui contrahentur. Hoc vſque ad inductã cicatricem idoneum eſt. Alius. Seminis tamaricis partem vnam, nitri rubri tantundem, terito ac cribrato, & ſimul mixtis aridis vtitor, aut roſaceũ admiſceto. Vbi verò nomæ fuerint cohibitæ, adhibeantur ea quæ paulo antè ad vlcera repurganda relata ſunt.

Quæ ad cicatricem ducunt, Aſclepiadæ. Cap. XCIII.

POſtquam vlcera fuerint repurgata, vtendum eſt iis quæ ad cicatricem perducunt, primùm mitioribus, poſtea efficacioribus. Ceratum cicatricem inducens: Ceræ albæ quadrantem, roſacei optimi dodrantem, ad prunas liquefacito, & quadantenus refrigerato. deinde in mortarium coniicito, ac lacte muliebri aut aſinino aut caprino recèns mulcto affuſo, cum piſtillo ſubigito donec totum inalbeſcat. deinde diffuſo priore lacte, nouum infundito ac rurſus ſubigito, & croci drachm. vnam admiſceto. Quòd ſi magis mitigatorium facere volueris, roſacei olei ſeptũcẽ, adipis anſerini & medullæ eiuſdem,

ſing.vnc.vnam accipito.potes & pro roſaceo,melinũ aut ſuſinum admiſcere. Medicamentum ex ordeo ad vteri vlcera: Ordei vſti ac triti,ſpumæ argenti lotæ, ceruſſæ lotæ,ſing. libram vnam,adipis anſerini lib.quatuor,adipis capræ recentis lib. tres,olei myrtei lib.duas, mellis deſpumati beſſem,terebinthinæ quadrãtem ſiue triẽtem. hoc etiam ad ardores & vlcera pudendorum facit.Nec minus vtendum eſt iis quæ ad ſedis affectiones,ex pompholyge & plumbo vſto præparãtur:itémque eo quod ex cadmia, & quod ex ladano præparatur, ſingulis myrteo aut roſaceo oleo dilutis.

De cancris vteri, Archigenis, Cap. xciiii.

CAnceratorum vteri tumorum aliqui vlcerati ſunt,aliqui non vlcerati: quemadmodum de mammis ſuprà diximus. Itaque in non exulceratis tumor circa os vteri reperitur durus,ad tactum renitens, inæqualis, eminens, colore fæculentus,ruber aut ſubliuidus, vehementes dolores inducẽs circa inguina,ſummum ventrem,pectinẽ, ac lumbos:qui ad manuũ contactum & medicamentorũ varietatem exacerbatur. Si verò vlceratus eſt cancer,ſupra dolores duritiáſque ac tumorem,vlcera corroſa & inæqualia videtur,plerunque ſordida, eminentia, albicantia: quæ verò pura putantur,fæculenta,liuida,rubicunda, & cruenta apparent. Excernitur autem ab ipſis ſanies tenuis,aquoſa,nigra,aut fulua graueolens. aliquando & ſanguis defertur, & alia ſigna adſunt ſuprà de vteri inflammatione relata. Proinde affectio quidem hæc incurabilis eſt,velut etiam Hippocrates pronuntiauit: mitigari tamẽ ac leniri poteſt inſeſſionib⁹ in fœnigræci ac maluæ decocto,& cataplaſmatis ſimilibus.In exacerbationibus autẽ valde mitigat malua,aut althæa in aqua mulſa ad flacciditatem cocta,& cum modico roſaceo trita ac impoſita. & cataplaſma è caricis, meliloto, ac ruta paratum. & quod ex palmulis paratur in paſſo coctis,ouorum vitellis ac polenta admixtis.aut papaueris capita trita & cribrata, cum polygoni aut intubi aut coriandri ſucco. aut ſolani folia tenera cum lacte muliebri impoſita.aut ſolanum cerato roſaceo exceptum,frigida aqua paulatim cerato inſtillata.aut maluæ folia cum lacte muliebri trita,& roſaceo cerato excepta. atque hæc omnia in dolorum vexationibus ſunt adhibenda.Poſtea verò ceratum imponatur ex roſaceo,aut myrteo, aut melino, aut œnanthino cum palmulis in paſſo coctis.Facit & cataplaſma ex ouis, & quod ex ordeo paratur:quibus etiam ad ambuſta vtimur.Peculiariter autem conuenit id quod ex fæce vaſorum æreorum in quibus aqua coquitur,paratur. hæc enim fæx aſſata teritur minutiſſimè,& cerato roſaceo excipitur. & hæc quidem forinſecus.Intrinſecus autem mitigat locos, vbi vlcerati fuerint,lac muliebre aut aſininum infuſum,& plãtaginis ſuccus tepidus:ſi verò cruentati fuerint, polygoni ſuccus cum modico thure. Idem faciunt etiam peſſi ex croco,& lacte muliebri, ſuccóq; papaueris ac œſypo præparati.Omnibus autem præſtat etiam ad ſedis affectiones hoc:Spumæ argenti lotæ ſeſcuncem,thuris maſculi,œſypi,adipis porcini recentis,butyri recentis,ceræ Tyrrhenicæ,ſing.ſextantem,roſacei trientem. Seruatur hoc medicamentum pyxide plumbea, & arefactum roſaceo diluitur.Ego verò, inquit Archigenes, ſpumam argenti cum ſeridis ſucci hemina diluo,& vbi mellis ſpiſſitudinem habet,liquatis aliis admiſceo.vtere etiam medicamentis ad ſedis affectiones præſcriptis.Optimum eſt & id quod ſuprà ad mammarum nomas deſcripſimus, ex vino, rhoe coriario,pilulis cupreſſi ac galla præparatum,quod muliebri aut aſinino lacte dilutum adhibetur.Philoſophi medicamentum ad cancros vteri:Cancros fluuiatiles tres aut quinque,impari numero,ſub prunis exurito, & cum oleo cyprino tritos per pennam illinito.

De vteri obturatione, Cap. xcv.

OBturatio circa os aut collum vteri ſit, aut propter vlcerationem prægreſſam, aut ob inflammationẽ induratam,per quam loci adeò anguſti fiunt vt ſemen non amplius admittant, vel admiſſum non retineant.ob calloſam enim duritiam vterus contrahi non poteſt.Aliquando ſemen admiſſum,& intra anguſtiſſimũ os cõtentum, A fœtus cauſa eſt. verùm hæc conceptio prægnanti mortis cauſam inducit, quum ob nimias locorum anguſtias fœtus prodire non poſſit.Inſeſſiones itaque ex oleo & aqua & fœnigræci decocto adhibeantur,& per cerata ac peſſos emollientes ex œſypo, terebinthina, ac nitro præparatos laxentur. At verò ſi loci ad tactum molles fuerint, ſpongiam ſiccam funiculo appenſo intra locorum anguſtias dilatandi gratia indemus.& ſi ea exciderit,aliam craſſiorem immittemus. Et ea de cauſa plures ac diuerſas ſpongias ſiccas paratas habere oportet, & poſtea tale medicamentum B ſpongiæ illinemus:Sandarachæ,aluminis ſciſſi, ſing.drach.vnam, auripigmenti drach.tres, omnia ſimul contrita melle excipito,& ſpõgiæ indendæ illinito.Quòd ſi ſublata ſpongia locus non ſatis apertus videbitur, inflammatióque oborta fuerit,ſubiectum medicamentum ſpongiæ illinatur:Iridis drach II.adipis anſerini, terebinthinæ,thuris, olei irini, ceræ, ſing. drach. II. Iridem primúm,deinde thus minutiſſimè terito ac cribrato,& terebinthinam,adipem, ceram, cum oleo liquato,ac omnia ſimul vnito.Vbi verò inflammatio quieuerit, & locus C apertus fuerit, ceratum ex oleo roſaceo & adipe anſerino paratum,ſpongiæ illinatur,in quo vſque ad inductam cicatricem perſiſtendum eſt,vt locus paulatim cõſolidetur.

De vtero non perforato, Cap. xcvi.

QVædam à natiuitate vterum non perforatũ habent, & hoc trifariam contingit. Quibuſdam enim in ipſius pudendi alis ſiue labiis, membrana aut caro obturans enaſcitur:aliis in ipſo pudendi ſinu idem contingit: aliis circa ipſum vteri oſculum eadem obturatio fit. Quibus itaque in pudendi labiis membrana excreuit, eas D curaturi ſupinas pro more reflexis ac diductis cruribus locabimus,& operientem membranam ſpecillo diſſecabimus, donec figura pudendi ad naturalem dimenſionem deueniat, poſtea linamentis conuulſis ſectionem replebimus ac deligabimus,& curationem ſuppuratoriam per cataplaſmata aliquot diebus adhibebimus. deinde linamentis cerato roſaceo liquido imbutis vtemur. At ſi poſt ſectionem,pudẽdi alas carnoſis partibus propinquis vnitas eſſe ſenſerimus,vtrinque excoriabimus,& per linamẽta dilatabimus,eodémque curationis modo vtemur. E Mulier verò ſupina,puluinar intra femora habẽs,vſque ad cicatricẽ inductã permaneat. ſi verò pudendi quidẽ figura externa aperta eſt, in ſinu verò caro innata locũ obſtruit vt anguſtum foramen relinquatur,muliere eodem modo collocata,ſtilum in vteri ceruicem maioris tutelæ gratia immittemus,ne per errorem altiorem ſectionem faciamus:atque ita infra ſignatum per ſtilum locum diſſecabimus,per ſpecillum latum, donec ſinus ſecũdum naturam habere videatur:deinde labia diſſectæ carnis per volſellã diſtenta ad quadrangularem figuram circuncidemus. & F erectam mulierem diductis cruribus ſtatuemus,vt humor in vtero collectus commodè profluat.Quod vbi ſufficiẽter factum fuerit, ægram ad priorem decubitus formam reducemus, & linamentum vino & oleo imbutum in ſectionem indemus: habeat autem hoc filum alligatum, quo facilè extrahi poſſit:& loco probè deligato quietem imperabimus. Sequentibus verò diebus locus cum aqua mulſa eluatur,& pharmacum ſuppuratorium linamento intorto illitum indatur.& vbi cicatrix inducenda eſt, canalis ex ſtanno indatur ac alligetur, donec locus fuerit G conſolidatus.Quòd ſi partes rurſus inter ſe coiuerint, ac rurſus vteri os claudatur,ſpongiam ſiccam indito donec callus fuerit obductus.Si verò membrana ipſum vteri os obſtruxerit, muliere in eodem ſitu locata, dioptra immiſſa ſinus dilatetur,& membrana per volſellam arrepta ac extenta intorqueatur vt tota ſimul colligatur, & lato ſpecillo amputetur,& medicamentum ſiccum floridum inſpergatur,& linamentum tortum alligato filo indatur, & eadem curatio fiat. Quòd ſiquid de membrana relictum fuerit, florido aut pſaro appellato medicamento H conſumatur. Repurgatis autem locis, hoc pharmaco linamenta tingito: Ceræ, terebinthinæ, adipis anſerini, ſingulorum drach. duas,iridis,thuris, ſingulorum drach. I.croci drach.tres,olei irini drach.xvi.Iridem,crocum,& thus cum paſſo terito, & liquabilia liquata admiſceto.

Dioptra verò aſſiduè immittenda eſt, ac cauendum ne caro ſuperexcreſcat, quæ tali medicamento reprimatur: Squamæ æris, æruginis, corticis thuris, ſing. drach. duas, terito, vnito, ac vtitor. Aut æruginem & ſquamam cum plūbi ſucco ſubige & adhibe. Sed nec ſpōgiæ ſiccæ vſus omittatur, donec labiis callus obducatur. Stanneus item canalis immittatur.

De hæmorrhoidibus vteri, Aſpaſiæ,
Cap. xcvii.

HÆmorrhoides quandoque in oſculo vteri, quandoque in collo, & aliquando in ipſo vtero, & aliquando, licet rarò, in pudendo contingunt. Atque hæ etiam tactu melius, tamen per dioptram, deprehenduntur, & eadem accidentia inducunt, quæ reliquæ in ſede ortæ inducere ſolent. & præterea ſterilitatem ac lumborum grauitatē tempore purgationis inducunt. Varicoſas itaque ac malignas dimittere oportet: reliquæ verò non aliter curentur quàm quæ in ſede ſunt, duris quidem ac modicum ſanguinem fundentibus, neque vaſis annexis ſtatim amputatis: eis verò quæ multum ſanguinis emittunt, circa fundum circumcirca ſcarificatis, & volſella eleuatis, ac funiculo conſtrictis, & poſtea paulatim reſectis. atque hoc facto floridum medicamentum ſiccū inſpergatur. At verò ſi citra chirurgiam malueris hæmorrhoidas reſiccare ac excæcare, huiuſmodi ſicca apponito: Spodium & roſas ſiccas terito & inſpergito: aut acaciam vino auſtero tritam: aut terram Lemniam ſigillum appellatā, cum aceto illinito. Aliud. Stibii beſſem, roſarū ſiccarum, pollinis thuris, ſing. ſextantē, cytinorū vnc. i. Aliud. Balauſtiorum torrefactorū ſeſcuncē, malicorii quadrantē, florū roſarum, ſpodii, ſing. drach. ii. Aliud ad hæmorrhoidas efficacius: Succi mandragoræ, aluminis rotundi, acaciæ, ſing. drach. duas, cum vino terito, & in paſtillos efformato, eóſque vino dilutos illinito. Aliud. Succi cicutæ, ſucci hyoſcyami, aluminis ſciſſi, rubricæ ſinopicæ, ſing. drach. duas, ſandycis drach. i. cū vino terito & excipito. & vſus tempore vino item diluito. Aliud. Diphrygis drach. ſex, ceruſſæ, ſpumæ argenti, plumbi vſti & loti, ſucci hypociſthidis, ſing. drach. tres. excipe ſucco cicutæ, & cum vino adhibe. Vtere etiam medicamentis ad hæmorrhoidas ſedis relatis, & præſertim eo quod Hippocrati inſcribitur. & potiones exhibeto ad ſāguinis reiectionē deſcriptas. inſeſſiones quoque in decoctis adſtringentibus adhibeto.

De calculo vteri, Cap. xcviii.

CAlculi aliquādo tofacei in ipſo vtero generātur. quos ſi extrahere volueris, aluū prius per clyſterē ſtercoris eductoriū euacuato. deinde fœnigræci ac maluæ decocto roſaceo admixto, vterū eluito, & muliere ſupina diſparatis cruribus locata duos lōgiores ſiniſtræ manus digitos in ani foramē immittito, dextra verò ſuperiorē ventrem cōprimito, calculúmq; extrorſum cogito ac propellito, ſimul per digitos in anū miſſos deducēs ac extrahēs. At verò tofaceā ſubſtantiā extrà in vteri collo, aut oſculo agnatā, muliere ritè locata, & locis per dioptrā dilatatis, ſcalpello reſecare oportet, & florido medicamento ſicco inſperſo curare.

De calculo veſicæ muliebris, Cap. xcix.

IN veſica muliebri rarò oriuntur calculi: latiorē enim & rectiorē vrinæ meatū habēt: atq; huius extractionē, ſi fortè innatus fuerit, ita facias: Mulier ſupina coxis decliuibus ac cruribus reclinatis locetur. quo facto duos lōgiores ſiniſtræ manus digitos in pudēdū mittito. Dextra verò veſicā ſupernè cōprimito, & calculū verſus veſicæ collum expellito, & vt extra muſculū veſicæ collum adſtringentē prodeat cogito, & tunc paululū ſupra pudēdi alas, quo loco calculus occurrit, ſectionē facito, & per calculariū forcipē extrahito. poſtea verò ſectionē manna thuris repleto, & lanā purā oleo calido imbutā ventri ac lumbis imponito ac deligato, & quotidie bis aut ter, & nocte ſemel exoluito, & oleo calido perfundito. tertia die aridis medicamentis lenibus & incarnātibus vſq; ad perfectam incarnationē vulnus explemus, & per emplaſtrū ex aceto & oleo paratū cicatricē inducimus. Optimè autem huiuſmodi locos & omne cauū vlcus incarnat hoc: Mānæ thu-

A ris ſextantē, colophoniæ minutiſſimè tritæ vnc. i. ex hoc arido totam vulneris cauitatem expleto.

De hernia aquoſa mulierum, Aſpaſiæ,
Cap. c.

HErnia aquoſa circa pudēdi alas cōſiſtit, inflationi ſimilis, debili ac molli tumore. & aliquādo alterā tantùm, quandoq; vtrāq; partē occupat, ad contactū fluctuationis apparentiā quandā exhibēs. Primùm itaq; diſcuſſoria adhibeantur, ſuprà ad hernias in viris aquoſas relata, præſertim in virginibus. At ſi parum ſucceſſerit, muliere
B ritè locata ſectionem rectā tumori congruam faciemus: diſſecta autē cute, ſubiectas tunicas paulatim excoriato, & volſella arreptas diſtendito, & membranam humorem continētem diſſecato. Excreto humore ſectionem membranæ ad myrtei folii figuram facito, & labiis ſectionis duabus aut tribus ſuturis adductis ſuppurantia medicamenta adhibeto. Vtere & olei irrigatione, ac reliqua curatione, ad aquoſas virorum hernias ſuprà tradita.

De hernia inguinis mulierum,
Cap. ci.

C FIunt & mulieribus herniæ inguinis, circa dextrum maximè pudendi ſinum. prominet his tumor durus immurmurans ac premens, præcipuè vbi mulieres crura dilatauerint, aut ſupinæ decubuerint: & has quoque congruis deligamentis ac medicamentis curare oportet, velut dictum eſt in hernia virorum inteſtinali ac inguinali. At ſi hæc parum profecerint, ad chirurgiam veniendum eſt. Mulier itaque ſupina decliuibus cruribus locetur, & repulſo inteſtino locus circa inguen, obliquè ſecetur, & tunicæ cuti ſubiectæ ſenſim excorientur, atque ita laxata
D peritonæi membranæ pars attrahatur ac extendatur, & inteſtinum diligenter repellatur, & quod ſuperfluum eſt de peritonæo deligetur ac conſuatur, & tunc quod ſupra ſuturam extat ſuperuacuum reſecetur. deinde labia ſectionis cutis duabus aut tribus ſuturis adducantur, & linamenta indantur, lanáque ſuccida vino & oleo imbuta imponatur, & deligamēta congrua fiant: poſtea medicamenta ſuppurantia & repurgandi ac incarnandi vim habentia. Irrigationes item ac cataplaſmata adhibeantur donec inflammatio quieſcat, & inde ad cicatricem indu-
E centia progreſſus fiat.

De hernia varicoſa, Aſpaſiæ,
Cap. cii.

HErnia quoque ſiue ramex varicoſus in pudendi alis naſci ſolet: & eſt venarum ampliatio, ſimilis varicibus in cruribus fieri ſolitis. proinde in huius curatione ſectionem rectā in ſuperficie pro vaſis figura facias, deinde tunicas vaſi adhærentes ſenſim excoriato, & denudatū vas cæca volſella eleuato, & duobus vinculis altero ſupernè, altero infernè deligato. deinde venam ſecato, velut in
F venæ ſectione ad ſanguinē auferendū fieri ſolet, & detracto ſanguine, medium vaſis inter duo vincula ſuperuacuum amputato. atque hoc ſanè omnibus vaſis in varicū formam tranſgreſſis commune eſt. deinde linamentis ſectioni inditis, ſpongiam aceto aut poſca imbutam adhibeto. & deinceps ad puris generationem, ac reliquam velut vlceris curationem progreditor.

De nymphæ ſectione, Cap. ciii.

NYmpha, ſubſtantia quædam eſt muſculoſa, ſupra alarum pudendi cōmiſſuram ſita quo loco vrinarius
G eſt meatus. Hæc in aliquibus mulieribus ad tantam magnitudinem augetur, vt deformitatem ac pudorem inducat. quin & à veſtimentorum contactu aſſiduo arrigitur, & ad venerem ac coitum prouitat. Quapropter Ægyptiis viſum eſt vt antequam exuberet, amputetur, tunc præcipuè quum nubiles virgines ſunt elocandæ. Amputandi verò modum hunc tradunt: Virgini in ſella locatæ retrò aſſideat adoleſcens robuſtus, qui brachia ſua poplitibus virginis ſubiiciat, cruráque eius ac totum corpus regat. & tum chirurgus ante ipſam ſtans, forcipe am-
H pliori nympham corripiat, & per ſiniſtram manū diſtendat: per dextrā verò prope forcipis dentes reſecet. Menſuram autem reſectionis eandem quam in columellæ ſectione ſeruare oportet, vt ne funditus ipſam reſecemus, ſed ſuperuacua tantùm pars amputetur. Proinde prope

dentes forcipis nympham reſecandam eſſe diximus: quoniam quum pelliculoſa ſit, plurimùm extenditur, & niſi quis diligenter obſeruet, facilè vltrà quàm oportet amputationem faciet, atque hinc carunculæ decrementum, *rhœada Græci uocant*, conſequitur. Peracta chirurgia, ſpongia ex vino adſtringente aut aqua frigida expreſſa vulnus detergeatur, & manna thuris inſpergatur, & linamentum poſca madefactum indatur, & ſpongia ex poſca expreſſa ſuperdeligetur. Poſt ſeptimam verò, cadmiam minutiſſimè tritam per ſe aut cum roſarum floribus inſperge: aut ſiccum ex lapide Phrygio paratum, & ad pudendorum fiſſuras deſcriptum, aut cinerem oſſium palmularum inſperge.

De cauda, Cap. CIIII.

IN quibuſdam mulieribus carnoſa quædam ſubſtantia ab vteri oſculo exoritur, & muliebre pudẽdum replet: aliquando etiam extrà progreditur inſtar caudæ, vnde etiam nomen habet. Mulier itaque velut in nymphæ amputatione dictum eſt locetur, & prominens carũcula forcipe extẽdatur, & tota ex baſi reſecetur: poſt chirurgiam curatio velut in nympha peragatur.

De thymis, & verrucis tum aliis tum formicariis vteri, Philumeni, Cap. CV.

THymus, aut in alis pudendi, aut in ipſo pudendo, aut in vteri oſculo aut collo generatur. Et eſt aſpera quædam eminentia thymi cacumini ſimilis, in quibuſdam mitis, in aliis maligna, rubra, cruenta, præcipuè poſt concubitum aut deambulationes, & ſanè moro maturo aſſimilatur, viſúque deprehenditur, aliquando ſine vlla arte, aliquando dioptra immiſſa, oblata. Huiuſmodi igitur eminentias in principio curabimus, quemadmodum de reliquis thymis ac verrucis diximus. verùm vbi diutius perſeuerant, chirurgiam adhibemus. Muliere itaque rectè locata, eminentiam volſelia extentam, totam funditus reſecamus: deinde curationem cruentis vulneribus aptam facimus. thymos autem in abdito recõditos, quũ chirurgiæ ſubiici non poſſint, medicamẽtis curabimus, ſuprà ad totius corporis thymos & verrucas formicarias relatis. Ad verrucas autem formicarias pudendorũ ſummè confert hoc: Capræ iugulatæ recèns oculos compungito, & humorem inde profluentem aſſiduè illinito, & intra ſex dierum ſpatium formicariæ verrucæ extirpabuntur. Sed & bubulum ſtercus calidum illitum, formicarias in muliebri natura verrucas ſanat. Aliud, quod ego in vxore mea expertus ſum, & ipſas radicitus tollit: Origani feſtucam ad lucernam accendito, & formicariæ verrucæ admoueto, vt non inde incendatur ſed fumum ſolùm ſuſcipiat. & hoc ter ſingulis diebus facito. Aliud ad pudendi ac ſedis thymos: Soleas veteramentarias, & cucurbitam ſiccam exurito ſigillatim, & minutiſſimè trita paribus portionibus permiſceto, & locis vino prius elotis inſpergito. experientia hoc cognitum eſt. Cæterùm malignorum thymorum ſectionem, ob eruptionis ſanguinis periculum reprobare oportet: non malignos autem tutò reſecamus. neque enim hic ſanguinis eruptionis timor eſt. Cauendum tamen eſt ne vterus à ſcalpri acie lædatur, quod facile vitare eſt ſi thymus diſtentus prope volſellæ dẽtes amputetur, ſicut in nymphæ ſectione diximus. Reſectione verò facta, ad deſiccandos locos pharmacum quoddam ſanguinem ſiſtens adhibebimus. humectatio enim cauſa eſt vt thymi regenerentur, ſicut etiam pinguium medicamentorum vſus: proinde per totam curationem, laxantia ac pinguia ſunt fugienda. Poſt chirurgiam protinus galla trita aut alumen ſciſſum, cũ pari thuris pondere admoueantur: deinde medicamento florido, ex ſtomomate ferri aut roſarum flore, & cytinis ſiccis parato vtemur. Nam hæc contrahunt & quadãtenus repurgant, & vlcera ad cicatricem ducunt.

De condylomatis, Aſpaſiæ, Cap. CVI.

COndyloma, eſt rugoſa eminentia. Rugæ enim circa os vteri exiſtentes dum inflammantur, attolluntur & indurantur, tumorémque ac craſſitudinem quandam in locis efficiunt. præcipuè verò dum menſes prodeunt, & poſt partus, attolluntur, & per tactum facilè cognoſcuntur. Ad has igitur fomenta adſtringentia, & eiuſdem facultatis peſſi ſubdantur, quæ omnia ſuprà ad ſedis condylomata ſunt relata. facit & peſſus è malicorio & butyro præparatus, & qui ex lycio Indico ac œſypo paratur.

De rimis ac fiſſuris vteri, Cap. CVII.

RImæ circa os vteri ex violentis partibus ob magnitudinem capitis infantis fiunt. Sed & ex acrium humorum influxu locos rumpente ac corrodente fieri ſolẽt. & primùm quidem latent, dolore à partu adhuc recente: poſtea verò paulatim ad ſenſum perueniunt. Nam & ad manuum contactum, & in coitu dolores excitantur, quãdo ſanè ex affrictu cruentantur: deprehenduntur autem dilatato ſinu: fiſſuræ enim circa vteri oſculum per ambitum viſuntur. In harum itaque curatione chirurgiam & omnia mordacia pharmaca reprobare oportet: talia enim inflammationes ac conuulſiones inducunt: & inſeſſionibus ſimplicioribus ac peſſis vti, & medicamentis ad ſedis rimas deſcriptis, præcipuè eo quod ex pompholyge, ſtibio, & plumbo vſto paratur. Quòd ſi calloſæ fuerint, medicamento ex charta vſta vtendum eſt plurimo roſaceo diluto. callos enim exterit, & vlcera repurgat. ſi verò nimiam eius acrimoniam non ferunt, iridem Illyricam terebinthina exceptam inde. Poſtquam autem cicatrix vlceribus inducta eſt, conuenit id quod ex cadmia conſtat, aut quoddam ſedi deſtinatum, velut eſt quod ex ſpuma argenti lota præparatur, paulo antè ad cancros vteri à nobis relatũ: aut hoc quod ad rimas ſedis, & muliebrium locorum condylomata præparatur: Stybii, acaciæ, ſingul. drach. ſex, paſſo excipe, ac vtere. Sæpe & hoc vtimur: Aloes, opii, ſing. drachm. ſedecim, ſtibii drach. ſex, myrrhæ drach. quatuor, thuris, æruginis, ſing. drach. duas, vino excipe, & vtere cum paſſo. Aliud citò conferens: Stibii, acaciæ, plumbi vſti & loti. ſing. drach. XVI. ſpodii põpholygis lotæ drach. octo, fructus ericæ, aluminis ſciſſi, atramẽti ſutorii, thuris, myrrhæ, opii, ſing. drach. VIII. cũ vino terito velut collyriũ, ac paſtillos formato, & cum paſſo dilutis vtitor. Aliud ad omnes pudẽdorum muliebriũ ac ſedis affectiones. ſiſtit etiã hæmorrhoidas: Spumæ argenti lotæ, ceruſſæ lotæ, plũbi vſti & loti, ſing. drach. XXV. ſtibii loti drach. IX. põpholygis lotæ drach. octo, cadmiæ lotæ drach. V. Hæc omnia primùm ſeorſim, deinde ſimul terito, & vini ac olei myrtei, ſing. lib. I. paulatim adſtillato ac probè terito, & vnita in plũbea pyxide ſeruato, & velut optimo medicamento vtitor. Nos verò, inquit Archigenes, ceræ Tyrrhenicæ lib. vnam, & adipis anſerini tantundem adiicimus. quidam etiam plumbaginis drachmas viginti addunt.

De tuberculis vteri miliaribus, Cap. CVIII.

ALiquando in collo aut oſculo vteri, aut in ipſo pudendo, miliares quædam eminentiæ enaſcuntur, ad tactum quidem occurrentes, verùm certius ad dioptram patentes. ſoléntque ex coitus affrictu, tum menſes tum conceptionem impedire. In his aluus primùm purganda eſt: deinde linteolo locus detergendus, & glans ex carne caricarum pinguium ac alumine ſciſſo ſubdenda. aut peſſus ex alumine & felle: aut medicamenta ad concoquenda ac diſcutienda tubercula cõmoda illinenda. Elotiones quoque ex aqua mulſa, & aliquo aromatum decocto adhibeantur.

De ſcabris vteri puſtulis, Cap. CIX.

IN pudendo & vteri oſculo ſcabræ puſtulæ oriri ſolent, furfuraceas ſquamas reiicientes, pruritúmque inducentes, & calidæ aquæ affuſione gaudentes. In his aluus aſinino lacte purgetur. vomitus à cœna fiat. in balneo exudatio fiat, & in calidam inſeſſus. & loci vino calido cum nitro eluantur, & poſt vinum aqua calida infundatur. & lycium Indicum, aut amurca, aut butyrum cum ſulphure, aut ceratum myrteum cum ſpuma argenti: aut alumen rotundum cum melle: aut malicoriũ cum myrrha & melle illinatur. Squamas autem & furfures exterit, cyclamini radix cum melle illita. cæterùm in cibis omnia acria, ſalſa, & acida cauenda ſunt.

De alarũ pudendi muliebris abſceſſu, Cap. CX.

SI in muliebris pudendi alis ſiue labiis abſceſſus ortus fuerit, & verſus ſedem declinauerit, ſectionem eius vitare oportet. Nam ex eorum locorum ſectione,

quum rugoſi ſint, facilè fiſtula generatur. Si verò ſurſum ad vrinarium meatum vergit, tutò ſecare licet.)

Ad vmbilicum prolapſum, Cap. cxi.

AMmoniacum thymiama cum modico cumino ex vino tritum apponito ac deligato. aut buphthalmũ cum ſucco mori tritum imponito. Aliud. Bituminis drachmas duodecim, carnium caricarum pinguium tantundem, primùm ſeorſim deindè ſimul trita imponito.

Ad rugas ventris, rimáſque ac nigredines à partu exortas, Cap. cxii.

ADiantum, & ſpumam nitri albam exactiſſimè trita inſpergito, & venter non corrugabitur. hoc & in balneo & extra balneum vtendum eſt. Aliud. Narciſſi bulbos cortice detracto concidito, & in vmbra ſiccato, & de his ſumito drachmas octo: radicis ſtruthii contuſæ, farinæ ptiſanæ, farinæ fabarum, maximè Ægyptiarum, ſingulorum drachmas decem, radicis bryoniæ, radicis ari, radicis cucumeris ſylueſtris, coſti, ſingulorum trientem, terito & cribrato, ac ventri per erui farinam deterſo inſpergito, & rurſus affricando detergito. Nam & rugas & rimas generari non ſinit, & genitas tollit. maculas etiam ac nigredines in quauis corporis ſuperficie exterit. In puerperis igitur ventrem oleo antea probè cõfricato, & poſtea chartam medicamento conſperſam adhibeto, & faſcia deligato, ac poſt quartum diem exoluito. deinde totùm corpus in balneo detergito, & omnes nigredines ac rugas abolebis. Aliud, ad ventres à partu nigrefactos: Oſtreorum vſtorum partem vnam, farinæ fabarũ, maximè Ægyptiarum, partes duas miſce, ac vtere in balneo. Aliud. Nigellæ, nitri, æquas portiones ad ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem cum aqua terito. Aliud. Squillæ vſtæ drach. octo, cornu cerui vſti, aluminis ſciſſi, ſalis Cappadocici, myrrhæ ſtactes, nigellæ, ſingulorum drach. duas, farinæ ordei drach. quatuordecim. Vſus tempore melle excipito, & panniculo detrito infartum ventri adhibeto, & per dies ſeptem ſinito, octaua verò abluito, ac rurſus apponito, & totidem diebus ſinito. Smegma faciei ac reliqui corporis: Granorum ricini, bulborum narciſſi decorticatorum ac reſiccatorum, ſing. drachmas octo, ſimilaginis drach. quatuor, thuris drach. ii. ouorum albumina duo, miſce, ac vtere. Smegma aliud efficax: Floris iunci odorati, iridis, ſing. drach. duas maſtiches drach. vnam, terito, & ptiſanæ ſucco excipito, ac paſtillos formato, quos vſus tẽpore aqua dilutos illinito, & per interuallum frigida abluito. Aliud ſmegma, ad corporis rugas, Rufi: Caricarum pinguium, radicis bryoniæ, farinæ erui, teſtarum ſepiæ vſtarum, ſingulorum æquales portiones. Terenda terito, & ad caricas in mortario contuſas admiſceto. hoc in balneo vtendum eſt. Aliud. Vitem albam farinæ erui admiſceto, ac vtitor.

Smegma, ad defricãdas nigredines multo vſu cognitũ. Thuris ſeſquiunciam, ceruſſæ lotæ, ſpumæ argenti lotæ, amyli, ſcobis marmoris Prœconeſii, maſtiches, ſpumæ nitri albæ, teſtarum ſepiæ, ſing. vnciam vnam, ſaponis Gallici vnc. duodecim, ouorum albumina decem, omnia ſapone excipe, & vtere in quacunque corporis parte. Smegma admirandum. cutis ſuperficiem exterit & illuſtrat: Farinæ fœnigræci, amyli, tragacanthæ, ſing. trientem, terræ Samiæ quæ ſtella vocatur, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum quadrantem, maſtiches, medullæ ceruinæ recentis, ſing. trientem. tragacantham lacte macerato, & reliqua minutiſſimè trita admiſceto, ac paſtillos formato, eóſque in vmbra exſiccato. Vtere etiam ſmegmatis Sermone octauo relatis, vbi habentur etiam ea quæ ad alarum ac oris fœtorem conferunt.

Præparationes vnguentorum ſiccorum, moſchatorũ. Item conditorum, œnanthariorũ, ac ſuffumigiorum variorum, Cap. cxiii.

XEromyrum, *hoc eſt unguentum ſiccum*, Beredrias appellatum. Arnabo, amomi, ſpicæ nardi, ſing. quadrantem, folii malabathri, ſtyracis, ſingulorum quadrantem, croci, caryophyllorum, ſing. ſeſquiunciam, opobalſami ſeſcuncem, roſarum viridium vnc. vigintiquinque, miſce. Xeromyrum moſchatum: Folii malabathri, caſiæ, croci,
A ſtyracis, arnabonis, amomi, ſpicæ nardi, ſingulorum ſeſquiunciam, caryophyllorum drachm. quatuor, moſchi ſcrup. tres, opobalſami vnc. vnam, olei Indici aut ſimilis, quadrantem, roſarum ſiccarum ſextantem, aut viridium trientem. Compoſitio Arabica. Maſuaphii, caryophyllorum, coſti, ſingulorum ſextantem, ſpicæ, folii, roſarum, ſingulorum ſcrup. duodecim, amomi, ſtyracis, ſingulorum vnc. vnam, gummi ſextantem. arida terito ac cribrato: gummi verò madefacito, & ad ſtyracem in mortario tritum arida admiſceto, & cum gummi pilulas ro-
B tundas ad ciceris madidi magnitudinem formato, eáſq; acu perforato, ac filum traiicito, & arefactas de collo ſuſpendendas præbeto. Xeromyron roſatum. Roſarum aridarum lib. vnam, coſti, folii, caryophyllorum, hypni, caſſami odorati, vnguium aromaticorum, ſtyracis, ſingulorum ſextantem. Aliud. Folii, roſarum ſiccarum, amomi, coſti, caryophyllorum, ſpicæ nardi, arnabo, croci, ſingulorum vnc. vnam, hypni, ſtyracis, opobalſami, ſing. drachmas tres. Aliud. Roſarum libras tres, hypni libr. vnam, ſtyracis flaui & pinguis, vnguium aroma-
C ticorum, ſingulorum vnc. vnam. Xeromyron leucophyllon appellatum. cuius vſús ad collum & axillas eſt. Terræ Samiæ libram vnam, ſtyracis, folii, opobalſami, ſing. ſextantem. Styracem cum opobalſamo ſubigito, folium verò terito ac cribrato. & ad omnia ſimul in mortario probè permixta, ſucci roſarum quantum ſatis eſt adiicito, ac vtitor. Hygromyron, *hoc eſt liquidum unguentum*, quo mulieres ad aures vtuntur. Folii, ſpicæ nardi, maſuaphii, maſtiches, caryophyllorum, ſingulorum vnciam vnam, ſcrup. duodecim, ſtyracis pinguis, opobalſami, ſing.
D ſextantem, croci ſcrup. ſex, moſchi ſcrup. vnum, olei ſalca electi trientem.

Olei ſalca præparatio pretioſa, Cap. cxiiii.

OLei omphacini ſextar. viginti, iridis Illyricæ libr. vnam, amomi ſeſcuncem, aſpalathi, hypni, ſing. lib. vnam, caſſami aromatici libr. duas, caryophyllorum, folii, carpobalſami, ſing. lib. vnam, xylocaſiæ quincuncem, caſiæ trientem, coſti, ſtyracis pinguis, croci, ſing. vnciam vnam, myrrhæ, arnabo, ſingulorum quadrantem, ſpicæ nar-
E di trientem. omnia in aqua coquito. Modus autem præparandi habetur Sermone primo, vbi etiam aliam olei ſalca deſcriptionem, & vnguenti nardini præparationem habes. Hygromyri præparatio: Olei ſalca lib. duas, opobalſami lib. vnam, ſpicæ nardi, folii, ſingulorũ trientem, carpobalſami, arnabo, amomi, ambræ, ligni aloes, ſingul. ſextantem, maſtiches, moſchi, ſing. ſcrup. ſex: quòd ſi caphuræ copia fuerit, ſextantem ex ea addito. hoc ad axillas vtuntur, & in aures cum auriculario ſpecillo indunt.

Leucophylli ſiue xeromyri albi præparatio: Lapidis
F ſpecularis lib. i. folii, ſpicæ nardi, caryophyllorum, ſing. ſcrup. ſex, ſuccini ſcrup. xii. moſchi ſiliquas ſex.

Olei ſiue vnguenti foliati ac ſpicati præparatio, Cap. cxv.

OPobalſami lib. vnam, ſtyracis, amomi, ſing. quadrantem, caſiæ trientem, lilia viginti, ſimul terito, ac vtitor: & ſi craſſius fuerit, cum oleo ſalca diluito. Alia foliati deſcriptio: Ceræ libr. vnam, nardini olei Cyziceni, lib. tres, picis Brutiæ quincuncem, ladani vnc. vnam, ſtyracis pinguis quadrantem, coſti, caſiæ, ſing. ſextantem, car-
G damomi, folii, ſingulorum vnciam vnam, ſpicæ nardi ſemunciam, croci, vini Aminæi, ſing. vnc. vnam, opobalſami quadrantem. Foliati præparatio ex Oribaſio: Caſiæ ſeſcuncem, folii quadrantem, amomi, ladani, ſingulorum vnciam vnam, piperis grana quadraginta, myrrhæ troglodyticæ vnc. vnam, vnguenti nardini lib. vnam. Arida terito & tenuiſſimo cribro excutito. deinde nardinũ addito, ac rurſus probè terito: & vt nigrius reddatur medicamentum, iuglandium cortices vſtos ac tritos admiſceto, & opobalſami cochlearia tria inſtillato, ac vtitor. fa-
H cit etiam eximiè ad reſolutiones. Spicati præparatio: Amomi ſextantem, myrrhæ troglodyticæ, coſti, ſingul. vnc. vnam, folii, caſiæ, vnguenti foliati aut ſalca, ſingulorum quadrantem, ſpicæ nardi vnciam vnam, ſpicæ Celticæ trientem, vnguenti nardini ſeſcuncem, ceræ albæ

quantum ſatis eſt: & vt compages liquidior fiat, opobalſa
mi quadrantem addito.

Œnanthariorum præparationes, Cap. cxvi.

COſti ſextantem,caſiæ,carpobalſami,ſpicæ nardi,ſing.
vnc.vnam,amomi quincuncem,nardi Celticæ trien
tem,vnguenti ſpicati & foliati,aut ſalca,ſing.quadrãtem,
ceræ albæ quantum ſatis eſt: & vt compages liquidior e-
uadat,opobalſami quadrantem admiſceto. Alia œnan-
tharii deſcriptio: Coſti ſextantem, caſiæ, carpobalſami,
maſuaphii,myrrhæ,ſing.vnc.vnam,amomi quincũcem,
ſpicæ nardi, ſtyracis, ſing. trientem , caryophyllorum ſe-
ſquiunciam,opobalſami ſeſcuncem,lilia quadraginta,vi-
ni adſtringentis odorati ſextar.duodecim,ſalis Cappado
cici ſextantem. Folia liliorum,croco ipſorum ac vngui-
bus demptis,probè detergito, & in ſindone pura inuolu-
ta per diem ac noctem in vmbra ſiccato donec marce-
ſcant. deinde ad myrrham in mortario cum vino ſuba-
ctam arida trita admiſceto,& pariter cum vino ſubigito.
Et his poſtea ſtyracem in minutiſſimas partes contuſum
addito,& omnia opobalſamo affuſo vnito. deinde lilia
quoque admiſceto,& omnia in vitreum vas tranſfuſa con
cutito,& vino poſtea in idem vas infuſo rurſus cõcutito,
& vas ipſum moſcho aut hypno diligenter obturato,de-
ligato,luto oblinito, & per dies quadraginta inſolato.

Abſinthati ſiue rhodabſinthati præparatio ſalu-
bris, Cap. cxvii.

SPicæ nardi ſcrup.duos, folii, amomi, ſingul. ſcrup.v-
num,maſtiches ſcrup. tres, roſarum ſiccarum ſcrupul.
ſex,mellis ſextarium vnum , vini ſextar. quatuor, aut (vt
alii habent)quinque . quidam pro amomo coſtum adii-
ciunt. Aliud. Roſarum, reſectis vnguibus & in ſin-
done per diem ac noctem reſiccatarum,lib.vnam,mellis
optimi ſextarium vnum , vini antiqui ſextarios ſex.Ro-
ſas in vino ad dies quindecim macerato, & quotidie vas
ipſum ad ſolem exponito . deinde vino excolato , ſpicæ
nardi ſcrup.duos,& folii aut caſiæ ſcrup. vnum admiſce-
to. ſint autem hæc prius cum vino trita. Poſtea verò mel
adiicito, vnito, ac vtitor. Aliud roſatum. Roſarum,
exemptis vnguibus,in vmbra ſiccatarum libram vnam,
vini antiqui ac ſplendidi ſextar.quinque, mellis ſextar.v-
num.Roſas in vino per diem ac noctem macerato.dein-
de ad vinum excolatum , mel adiicito , & poſt triduum
exhibeto. quidam maſtiches ſcrup.ſex addunt : & ita al-
uum mollit.

Conditi purgatorii præparatio, Cap. cxviii.

HOC condito ad pituitoſos hyemis tempore vteris:
Mellis ſextarium vnum, vini ſextarios quinque, pi-
peris grana quadragintaſex, ſtyracis calamitæ ſcrup. tres.
ſtyracem ad prunas cum modico melle diluito, deinde
in mortario cum pipere probè terito,& mel paulatim ad-
ſtillato,ac poſtea vinum admiſceto.Eius verò meminiſſe
operæpretium eſt,quòd mel niſi valde purum fuerit,non
permittit vt potio ex ipſo præparata deſideat ac pura &
clara fiat . Proinde deſpumandum eſt mel ac purum fa-
ciendum:ſi enim deſpumatum fuerit, potio eadem die
deſidebit ac pura euadet. Alia abſinthati præparatio:
Spicæ nardi ſcrupulos quinque,croci ſiliquas tres , abſin-
thii drach.vnam,maſtiches ſcrup.vii. mellis ſextar. qua-
tuor,vini ſextar.xxiiii. Alia conditi præparatio: Pipe-
ris ſcrupulos ſex,ſpicæ nardi ſcrup. vnum, croci,ſi libue-
rit,ſiliquam vnam,vini ſextar. quinque, mellis ſextar. v-
num. Maſtichati ac cuminati præparatio: Cumini
ſcrup.duodecim, maſtiches ſeſquiunciam , vini ſextar.v.
mellis ſextar.vnum. Aniſati præparatio : Aniſi ſcrup.
octo,ſpicæ nardi ſcrup.ſeptem,vini ſextar.quinque, mel-
lis ſextarium vnum. Citrati præparatio : Corticis citri
electi,vel foliorum eiuſdem beſſem, vini ſextarios octo,
mellis ſextar.vnum. corticem aut folia in vino per dies
ſeptem macerato,deinde vino excolato mel admiſceto.
Apiati præparatio : Seminis apii ſcrup. xii. ſeminis ru-
tæ ſcrup.ſex, mellis ſextar. i. vini ſextar.iiii. aut v. pro ab-
ſtemiis vini loco aquam accipito.

Rhodomeli præparatio, Cap. cxix.

SVcci malorum cotoneorum , dempto cortice & gra-
nis ſiue medulla,expreſſi ſext. duos, ſucci roſarum ſe-
A xtar.vnũ, aquæ ad tertias decoctæ ſextar. quatuor,mellis
ſeſquiſextarium . Succum malorum ſuo tempore expri-
mitò ac excolatò , eique mel admiſceto , & ad roſarum
tempus ſeruato: in vere autem cum aqua ad tertias deco-
cta & roſarum ſucco aſſeruatum,cum melle malorum
ſuccum vnito,ac vtitor.

Muſtati præparatio, Cap. cxx.

SImilaginis ſextar.xvi.olei omphacini ſextar.v.piperis
quincuncem, folii malabathri, caryophyllorum,ſing.
vnc.i.muſti dulciſſimi ſext. iii. mellis lib. duas, ex his o-
B mnibus velut placentulæ paruæ efformantur.

Gari præparatio pro abſtemiis, Cap. cxxi.

AQuæ ſextar.xxxi.ſalis ſextar. ii. cicerum nigrorũ ſic-
corum ſextar.iiii.amanitarum lib . ii.caricas i.præ-
parato,excolato,ac ſeruato.

Suffumigii moſchati præparatio, Cap. cxxii.

ROſarum viridium lib.ſex, mellis Attici excolati lib.
tres & quadrantem,folii ſeſcũcem, amomi triẽtem,
caryophyllorum ſextantem , ſpicæ nardi trientem , coſti
beſſem , vnguium aromaticorum vnc. i. carpobalſami
C trientem,aſari ſextantẽ,aloes vnc.i. calami Indici ſeſcun
cem,nuces Indicas tres, ſandalorum ſcrup.ſedecim, am-
bræ vnc.i.ſtyracis pinguis lib.tres. quidam pro ſtyrace,la
dani pinguis & ſtactes myrrhæ.ſing.lib. vnam, aut (vt a-
lii habent)dextantem accipiunt: croci vnciã i. maſtiches
quadrantem,moſchi ſcrup.quatuor.Ad arida trita ac cri-
brata,ladanum,ſtyracem,ſtacten myrrhã, & mel in mor-
tario admiſceto: deinde ambram liquefactam adiicito.
poſtea moſchum aqua calida diſſoluito , & partem eius
addito, & partem ad paſtillorum efformationem ſerua-
D to:deinde manibus omnia probè ſubigito , ac cum mo-
ſcho efformato. Suffumigium regium: Styracis cala-
mitæ lib.i.ligni aloes ſeſcuncem , ambræ vnc.i. moſchi
ſcrup.quatuor.quidam ita præparant:Styracis calamitæ li
bram i.ligni aloes trientem,ambræ vnc. i.moſchi ſcrup.
quatuor:& addunt ſucci roſarum quantum ſatis eſt. Suf
fumigium moſchatum Theopompi: Styracis pinguis
dextantem,caryophyllorum,coſti,roſarum ſiccarum, fo-
lii,maſtiches,ſing.vnc.i.moſchi ſiliquas iiii.Ego verò,in-
quit, moſchi ſcrupulos tres, & balſami quantum ſatis eſt
E adiicio. Aliud ſuffumigium moſchatum: Folii,coſti,
roſarum ſiccarum, hypni, ſpicæ nardi, ſing.vnc.i. croci,
vnguium aromaticorũ, caryophyllorum, amomi, caſiæ,
ſing.ſcr.xii.carpobalſami, bdellii, ſing.ſcrup.xii. ſtyracis
ſcrup.xx.moſchi ſcrup.tres.rhodomelitis, *hoc eſt mellis roſa
cei* quantum ſatis eſt. Suffumigium moſchatum in ec-
cleſia vſurpatum: Coſti lib.iii.& dimidiam,caryophyl-
lorum lib.ix.folii ſeſquilib. ſpicæ nardi tantundem, caſ-
ſami vnc.xiiii.ſtyracis liquidi lib.xvi.aſpri lib.tres , croci
dextantem,moſchi,ambræ,ſing.ſextantem. Cæterùm
F princeps orientis ſic præparat : Coſti quadrantem,ſpicæ
nardi vnc.i.folii vnc.i.caryophyllorum ſeſquiunciã, caſ-
ſami ſemunciam, aſpri ſextantem , ſtyracis liquidi electi
quincuncem,croci ſcrup. ii. moſchi, ambræ, ſing. ſcrup.
ii. Suffumigium bonum roſarum: Foliorum roſarum
aridorum,coſti, maſtiches, ſing. ſeſcuncem, ſpicæ nardi,
amomi,opobalſami,ſing.ſeſquiunc.croci, myrrhæ, ſing.
vnc.i.ſtyracis ſextantem , vini odorati antiqui,& mellis,
quantum ſatis eſt. Suffumigii vnguentarii præparatio:
Coſti ſeſquilib.helenii,roſarum ſiccarũ, nigellæ,ſing.lib.
G i.carpobalſami,aſpalathi,ſing.lib.ii. myrrhæ ſeſquilibrã,
tari,*hoc eſt ligni aloes*,ladani,ſing.lib.iiii.amomi lib.vnam,
maſtiches beſſem, ligni caryophyllorum ſeſcuncem, fo-
liorum ſcylmatis,hypni,ſingul.lib. xii. myrrhæ ſtactes li-
bras v.bdellii lib.ii.vnguium aromaticorum, croci,ſing.
trientem. Suffumigium vnguentarium inſigne: Coſti
ſeſquilib.caſſami lib. i. ligni caryophyllorum , foliorum
ſcylmatis,ſpicæ nardi,ſing.ſeſcuncem,corticis aſpalathi,
roſarum ſiccarum,ſing.quadrantẽ,maſtiches Chiæ,bdel-
lii,ſing.ſextãtem,ladani lib.tres,ſtactes nigræ lib.ſex, cro
H ci ſcrup.ſex.Ego verò,inquit,pro ſtacte nigra, albæ lib. ii.
& ſtyracis lib iiii.admiſceo. Suffumigium valde ama-
bile: Coſti vnc.xix.caryophyllorum trientem,ladani lib.
i.ſpicæ nardi,folii,ſing.ſeſcuncem, ſtyracis libr. iii. aſpri
vnc.xvi.croci ſeſcuncẽ,moſchi beſſem,mellis quincuncẽ.

A Suffumigium dominæ Romulæ: Styracis calamitæ libras duas,coſti,ſtactes albæ,ſing.ſeſcuncem,caryophyllorum,tari,ſing.ſextantem, ſpicæ nardi ſextantem & ſemunciam,croci trientem,ambræ drach. quatuor,ſuccini vnciam vnam, moſchi ſcrupulos quatuor vel quantum accipere volueris. Suffumigium roſatum Embularchi: Caſiæ,myrrhæ,bdellii,arnabo,calami Indici,ſuccini,carpobalſami,ladani pinguis,hypni,folii, ſing.quadrantem, caryophyllorum, vnguium aromaticorum magnorum, maſtiches, ſing.trientem , croci ſextantem , ſpicæ nardi, opobalſami,ſing.ſeſcuncem, roſarum ſiccarum , ſtyracis, B ſingul.lib.vnam,roſarum viridium lib.duas,vini odorati veteris,& mellis Attici,ſing.quantum ſatis eſt. Suffumigium Pamphili epiſcopi: Folii,caryophyllorum,hypni, ladani pinguis,ſing.ſextantem & ſemunciam,calami Indici,ſpicæ nardi, vnguium aromaticorum magnorum, bdellii,carpobalſami,croci,caſiæ,ſing.quadrãtem,amomi,maſtiches,ſing.quincuncem, coſti ſeſcuncem, arnabo tantundem,ſuccini vnciam vnam , opobalſami quadrantem, ſtyracis pinguis libras tres , roſarum viridium reſectis vnguibus libras ſex , vini mulſi quantum ſatis eſt. ſit autem mel electum, & vinum antiquum odoratum, ex quibus vinum mulſum parari debet.

Myrrhatio ad cadaueris conſeruationem,
Cap. CXXIII.

ALoes,myrrhæ,gummi,ſing.libram vnam, ſarcocollæ libras duas,acaciæ ſeſquilibram,thuris ſeſcuncem, opobalſami quadrantem.

PONDERA IN AETIO VSVRPATA.

Libra	habet	vncias XII.
Deunx		vncias XI.
Dextans		vncias X.
Dodrans		vncias IX.
Bes		vncias VIII.
Septunx		vncias VII.
Seſcunx		vncias VI.
Quincunx		vncias V.
Triens		vncias IIII.
Quadrans		vncias III.
Sextans		vncias II.
Vncia		drachmas VIII.
Semuncia vel ſemiſſis		drachmas IIII.

Reliqua pondera ac menſuræ iuxta Pauli traditionem vſurpata ſunt.

PHILARETI MEDICI DE pulſuum ſcientia libellus,

Albano Torino Vitodurenſi interprete.

CLARISSIMO DOMINO IOACHIMO SCHILLERO AB HERderen, inſigni, cum ratione tum experimentis, medicinæ doctori,

ALBANVS TORINVS S.

MVLTIFARIIS ſanè (quemadmodum, etiamſi nullus admoneam, probius noſti) indicibus ſolertes medici corporis valetudinem ægritudinúmque genera ſcitè venantur, Ioachime doctiſſime. Inter quos equidem duas (nam omnes referre longum) per Apollinem, fidas earum rerum exploratrices, nec adeo fallaces nuntias numero: exquiſitam de cordis & arteriarum percuſſibus doctrinam, & exactam retrimenti veſicæ cognitionem. Quæ vtraque ad naturarum diſcrimen, & morborum ſpecies noſcendas vtiliſſima & neceſſaria ſunt. Quibus niſi medici ad prætentandum iter ſcipionis modo iugiter vtantur, periculum eſt ne hallucinantes, perinde atque oculis capti, vndique impingant. Quod, vt eſt medicis turpiſſimum, ita eſt languentibus nihil damnoſius: quoniam illi fruſtrati, cum rubore ingenti turpiſſimè interdum ædibus eiiciuntur: hi verò, ſi non efferuntur, dolores tamen immenſos ſubeunt. Percuſſus quippe, arteriarum præcipuè, caloris & algoris vim in ſpiritibus: lotia verò, humorum quātitatem & qualitatem, ſicuti alui retrimenta, ventris concoctiones cruditatéſque, detegunt. Pulſuum porrò diſciplinam Philaretus hic noſter, perluſtratis pluribus ac diuerſis medicinæ authoribus, quam alii vix multis voluminibus complexi ſunt, in ἐπιτομὴν redegit: vbique quod erat exquiſitiſſimum & rei maximè neceſſariū, apis more decerpens, adeo feliciter vt ſpes ſit pium lectorem artiſque medicæ tyronem, in hoc argumenti genere haud ita multum deſideraturum. Galenus quippe medicorum κορυφαῖος ferme, adamuſſim quidem, ſed pluribus libris quàm pleriſque liceat euoluere, & argutius quàm poſſit à quouis intelligi (quum per ſe ſit difficilis de pulſibus tractatio) ſcripſit. De vrinarum verò ſcientia Theophilus omnium primus exactius diſputare cœpit, & omnibus breuiter, quaſi penicillo, ſuis (vt aiunt) coloribus graphicè expreſſit. Nam qui ante ipſum floruerunt, de vrinis negligenter abſque omni ordine confuſum quoddam & profundum chaos tradiderunt, quemadmodum ipſe in operis præfatione admonuit. Quantum autem Actuarius, qui palmā in eodem ſcribendi genere meruit, Theophilo debeat, liquidiſſimè conſtabit ei qui vtriuſque monumenta ſedulò euoluerit. Sunt præterea inter huius noſtræ ſcholæ profeſſores, oculati (ſi diis placet) vrinarū ſpectatores, ſed potiſſimè triobolares quidam circumforanei lotiarii, qui doctrinam de vrinis tutiorem & promptiorem eſſe aſſerant, quòd ea ſub aſpectum omnia ponat, quàm de pulſibus ſcientiam, quæ rem omnem tactui commiſit: quaſi facilius ſit viſu quàm tactu iudicare. Ipſe de percuſſibus diſciplinam vt certiorem multo, ita & difficiliorem iudico: requirit enim ſyncerum intellectum, manus tenerrimi ſenſus, & attentionem acutiſſimam, quæ, miſſa manu in carpum, motuum & quietum interualla, & ſpatiorum tempora, craſſitudinéſque interuenientes, & cætera quæ ad eam rem ſpectant, amuſſatim metiantur. Vnde certiores corporis & ægritudinis notæ, quàm ex ſolius retrimenti veſicæ contemplatione eliciuntur. Semper equidem extremam eſſe dementiam putaui, totam hominis habitudinem, omniáque morborum genera velle è lotio coniectari, poſthabita, quæ prior eſſe debet, quæ de pulſibus tractat ſciētia. Sed (vt ſummatim expediam) qui vtranque diſciplinam de pulſu & lotio calluerit, eum ad exploranda morbi indicia & præuidentiam, vel nihil vel perparum certè fugerit, quemadmodum illum qui hac in qua hodie ſola vulgus medicorum ſe exercet ſcientia citra alterius quæ in primis diſcenda erat, vtitur, infiniti errores comitantur. Proinde hoſce in iuuentutis vſum vtroſque libellos Latina oratione in publicum edere viſum eſt, vnde quæ ad vtriuſque rem ſpectant, compendio hauriant: & tuæ humanitati eam lucubratiunculam (cuius ipſe fuiſti ὡς ἐργοδιώκτης) nuncupare, vtpote pulſus explorandi & vrinas contemplandi peritiſſimo. Vale ex animo chariſſime Schillere, nulláque ſit tibi dies μητρυιά, ἀλλὰ μητέρες πᾶσαι. Baſileæ Idibus Martiis, anno XXXIII.

PHILARETI MEDICI DE PVLSVVM SCIENtia commentariolus perutilis & neceſſarius,

Albano Torino Vitodurenſi interprete.

QVI hactenus de pulſuum ſcientia poſteris prodiderunt, ii magna ex parte vel mancis tractatibus, vel exactè quidem exornatóque ſcribēdi artificio, ſed prolixioribus certè logois rē ipſam explicauerunt. Nos verò contrà, ſi non euigilata orationis concinnitate, ſumma tamen fide & diligentia, miráq; breuitate (quo memoriæ quæ docemus, haud difficulter inhæreant) quæcunque de pulſibus ſcire fuerit neceſſarium, in compendium redigere, & earum rerum florem tanquam per capita cōſcribere ſuſcepimus. Quocirca vbi in quinque partes quaſiq; hypotheſes omnem quæ ad perfectam pulſuum notitiam attinet tractationē diſpeſcerimus: verbi gratia, in percuſſus finitionem, vtilitatis eius commemorationem, arteriæ deſcriptionem, eiuſdem vocabuli etymon & cauſam, & ipſius denique inſtrumenti (hoc eſt metæ ſpiritus) originationem: primùm (diuina annuente virgula) eam partem quæ de finiA tione percuſſus eſt, aggrediamur.

De percuſſus finitione, Caput I.

QVO dilucidius intelligantur ea quæ de pulſuū ſcientia hoc compendiolo explicare decreuimus, confeſtim ab exordio, quid ſit pulſus definiendum eſt. Σφυγμὸς *id eſt percuſſus*, cordis motus & arteriarū eſt, qui ſecundum συστολὴν & διαστολὴν, *id eſt diſparationem & contractionem*, ad refrigerandum inſitum feruorem, & diſcutiendum propulſandúmque excrementa fumida, editur. ſiue (vt veteres Græcorum medici quidam definiunt) σφυγμός, ἐστι διαστολὴ B καὶ συστολὴ ἀδιαίρετος ἀρτηρίας καὶ καρδίας, *hoc eſt, percuſſus, eſt intenſio & remiſſio indiuiſibilis arteriæ & cordis.* Eſt autem διαστολὴ arteriæ ſublatio, dilatatióque: συστολὴ verò, arteriæ ſubmiſſio & contractio.

De vſu percuſſuum arteriarum, Cap. II.

FRuctus verò & opportunitas percuſſuum, duplex eſt: refrigerium ſcilicet natiui caloris per immiſſum

ſpiritum,eiuſdémque per emiſſum hunc purgatio,ſuperfluitate ſcilicet ad fumi naturam proximè accedēte profligata. In diaſtole enim, *hoc eſt ſublatione,* arteriæ ſubſtantia quædam attrahitur. Explicata nanque arteria,refrigerans aer ingreditur qui refocillat vitalem firmitudinem,vnde & animalis ſpiritus oboritur.In ſyſtole, *id eſt compreſſione,*conuenientibus ad centrum extremis arteriæ, id quod ex humorum deuſtione in toto corpore tanquā fumoſum excrementum contractum eſt, eliminatur & excernitur.

Quid arteria,quid vena, Cap. III.

ARteria eſt corpus in longum porrectum, teres inſtar canalis,ac ſinuoſum,duabus tunicis(*quæ χιτῶνες appellantur*)contextum,ex corde propagatum & in ſingula corporis membra diſtributim diffuſum,aeris & ſpiritus naturalis abundantioris receptaculum, mixti cum pauculo admodum ſanguine.Ineſt enim arteriis agitandi facultas per diſparationem & contractionem,quo inde cordis fumida euaporatio comparetur, & partibus cæteris ſpiritus infundatur.Vena verò ſpiritus vaſculo ſimilis,ſanguinis eſt receptaculum cum exiguo naturali ſpiritu confuſi.

De etymologia arteriæ, Cap. IIII.

ARτηρία ſecundum etymologicos appellata eſt παρὰ τὸ τὸν ἀέρα τηρεῖν, *quod eſt, ſi ad uerbum interpreteris, ab eo quòd ſeruet aerem ac ſpiritum naturalem uitalémue.* Aeris nāque ac ſpiritus(ceu diximus iam pridem) cōceptaculum eſt, in quo abundantior ſpiritus, ſanguinis verò multò minus conſiſtit.

Arteriarum,venarúmque origo fontéſve,
Cap. V.

ARteriarum,à læua cordis fibra,quæ aorta appellatur,bipartito ramo oriri certum eſt: quorum alter quidem per cætera viſcera interna deorſum verſus duplici propagine in dextram & ſiniſtram ad coxendices vſque & pedes,digitóſque pedum deſcendit:alter verò ſurſum verſus porrigitur,& itidem ſciſſa in duos riuos propagine mox ad dextram & ſiniſtram per brachia in palmas ac caput tendit:& is qui ad caput protenditur, conſtituit arterias ad interuallum aurium, quas παρωτίδας nominant.Qui verò dextram ſiniſtrámque intrinſecus perreptat,per alas ad brachia,& flexum brachii cubitóſue, ad extimos vſque palmarum digitos peruenit. Cæterùm in hoc commentariolo tam compendioſo animus eſt ad præſens, ictuum agitationem, & dignotiones eorum,& cauſas denique ſtrictim ſummatímque conſcribere,& poſteris tradere.

De percuſſuum mutationibus,
Cap. VI.

TRifariam in animalis corpore pulſus mutari ſolet generatim (multiplicia enim ſunt ſpeciatim mutationis genera.)Prima nanque ipſorum mutatio ex cauſa naturali fit:ſecunda non naturalis quidem, ſed nondum præter naturam:tertia præter naturam exiſtit:quemadmodum & ex marium & fœminarum ætatibus, præterea & cæteris id genus coniugatis, mutationem ſubit. Mortalium quippe genus(quod vel cæco perſpicuum eſt)in mares diſpeſcitur & fœminas. atque illorum ſanè,alii temperatura calidiore,alii verò frigidioris temperamenti exiſtunt.Et illi quidem graciliores natura, & macilentiores: hi verò obeſiores magiſque corpulenti ſiue carnoſi ſunt. Atque in vniuerſum maribus ſemper lege naturæ plus inſiti tum caloris tum roboris quàm mulieribus inditū eſſe,res ipſa declarat & clamitat. Viri igitur,pulſus magna ex parte non iniuria citatiores,maiores,longéque vehementiores edunt. Fœminæ verò(vt frigidioris naturæ)tardiores,exiliores,& non parum languidiores arteriarum ictus habent. In vtriſque verò,puta maribus ac fœminis,pro temperamenti tenore plus minus intento, percuſſus quoque arteriarum plus minúſve intenduntur.

Calidiores enimuero natura,percuſſum vſque maiorem,citatiorem, & vehementiorem edunt: quoniam in calore ſemper promptior agilitas, & motus lōgè citatior. Frigidiores contrà,minorem, lentiorem & non adeò vehementem: ſiquidem in frigido perpetim quædam (vt ſic dixerim) eſt tarditas, ægerrimáque mobilitas. V-

A triſque porrò,viris inquam & mulieribus,alius atque alius eſt(vt videtur)corporis habitus: verbi cauſa, macilentus & corpulentus. In macilētis gracilioribúſve,percuſſus eduntur maiores,longè rariores, & haud multo vehemētiores:corpulenti verò,minores,crebriores, & lāguidiores arteriarum percuſſus edunt. hoc itaque modo percuſſus naturâ mutantur. Reſpicienda quoque in pulſuum exacta dignotione, & ſolicitius etiam obſeruanda ſunt coniugata circunſtātiæ: verbi cauſa,loci, tempora,anni, ætates,& conſtitutiones particulares. De anni itaque horis,ſuper quibus præ cæteris differere inſtitui,ad hunc ſe
B modum habet. Anni tempora quatuor in partes à veteribus diſtributa ſunt,ver ſcilicet,æſtatem, autumnum,& hyemem.Quorum duo vtique,ver nempe & autumnus, boni temperamenti:cætera duo,prauæ temperaturæ exiſtunt. Veris itaque & autumni tempeſtate,cordis & arteriarum motus, propter temporum qualitatis temperiē, magni peruehementéſque, ſi ad reliqua tempora conferas,non immeritò eduntur: celeritate verò & frequentia mediocres,idque ſemper iuxta ætatum proportionem.

C Per æſtatem verò citatiores eduntur percuſſus & crebriores,idque ſemper pro vnaquaque ætate neceſſitatem inducente,propter ambientis nos extrorſum aeris calidū ſtatum. Per hyemis verò tempus,animantia percuſſus habent lentos ac raros,propter aeris nos ambientis frigidum ſtatum,& quæ inde conciliatur ſtricturam. Atque hunc in modum pulſus pro temporum ratione differunt.

Iuxta regiones itidem,pro vniuſcuiuſque loci temperamento,arteriarum percuſſus mutantur. Calidior ſiquidem regio maiores & citatiores arteriarum percuſſus,
D ceu æſtas,efficit:frigidior cōtrà,minores & lentiores,tāquam hyemalibus horis, pulſus reddit: temperata verò regio,perinde atque ver, magnos & vehementes arteriarum ictus edit. atque ita quidem iuxta regiones variant. Alii porrò aeris nos ambientis ſtatus, haud aliter atque anni tempora,pulſus variant. Feruidi quidem, feruidis anni temporibus:gelidi, gelidis:medii,mediis, proportione reſpondēt. & ad hunc quidem modum aeris qualitates pulſus commutant. Iam opportunum fuerit de ætatum quoque pulſuum mutationibus verba face-
E re. Si ætates aliquo inter ſe diſcrimine diſſidēt,inter percuſſus quoque earum nonnihil variati diſcriminis intercedere conſueuit. Puerorum nanque,& recèns in lucē editorum infantū pulſus citatior eſt:crebrior item & languidus:iuxta magnitudinem verò,& vehementiam medius. citatior autem eius ætatis pulſus fit, quoniam in ea ætate calor naturalis in ſubſtantia abundat. crebrior,eo quòd caliditas in pueris iuxta quantitatem redundat. languidus, propter ſubimbecillam eorum quaſique langueſcentem adhuc virium potentiam. Senum verò arteria-
F rum percuſſus è diuerſo lentiores & multo rariores,ſi cōferas ad pueros, exiſtunt:idque ob eius ætatis vires iam exhauſtas & imbecilles: & quòd annis contraxerunt frigus. Ii verò qui intra hos cōſiſtunt,hoc eſt florente ætate(*Græci ἀκμαστικοὺς uocant*) pulſus maximos & vehementiſſimos edunt,propterea quòd viribus longè valentioribus quàm vel pueri vel ſenio cōfecti,præditi ſunt. Cōpari modo & hominum temperamenta & percuſſus arteriarum,temporum conſtitutionibus qualitatibúſque mutantur.Ambiēs etenim nos quicunque ſtatus &(quemad-
G modum demonſtratum eſt) continens,in ſuam temperaturam tranſfert contentum. Ad hunc igitur modum pulſus pro ætatum ratione ſe habent. Vterum porrò geſtantes fœminæ,percuſſus paruos,crebros,&citatos edūt. paruos quidem, quòd vires à conceptu nonnihil moleſtatæ deiiciūtur: crebros & citatos,propter angorem quo in ventre habentes tentantur, & propter fœtum conceptum. In partu verò,maiores, crebriores citatioréſque redduntur pulſus. cætera iuxta naturam ſeruantur:ita cōceptus & partus, pulſuum immutationem faciunt. So-
H mni quoque, etſi naturales, arteriarum tamen motiones immutant.Inter ſomnum etenim percuſſus ſemper minores & languidiores fiunt:idque ex euidēti cauſa, quòd videlicet naturalis calor, extimis corporis partibus relictis,intimius penetrat, & altum tanquam centrum petit.

Qui expergiſcuntur à ſomno,percuſſus à principio magnos quidem & vehementes, citatóſque & crebros parúmque turbulentos edunt: haud verò diu pòſt, mediocres,& iuſtam ſymmetriam obtinentes. Temperaturæ præterea corporis aſcititiæ & acquiſitæ,naturalium more pro re nata pulſuum immutationem conſtituunt. Nec aliter ſanè & habitudines corporis acquiſitæ, perinde atque naturales habitus, percuſſus immutant. Nam tenuis & macilentus,ſi carnoſus fiat ſiue corpulentus,percuſſum naturæ corpulentis obeſiſve perſimilem edit: ſi cõtrà corpulentus gracilitatem contrahat, puta quum vel naturaliter corporis robur afficitur,vel ſecundum ſubſtantiam alicuius principis partis, vel alia neſcio qua occaſione eam moleſtante, percuſſum eundem habet quem is qui natura talis eſt. Hactenus de pulſibus ſecũdum naturam.

De percuſſibus non naturalibus, Cap. VII.

OPportunum nunc fuerit de aliis quoque pulſuum mutationibus ex cauſis nõ naturalibus vocatis, proficiſcentibus.verbi cauſa,exercitiis,balneis,eduliis,multi vini,& aquæ itidem plurimæ potu,paucis differere. Exercitationes igitur moderatæ, percuſſus reddunt magnos,citatos,vehementes & crebros: immoderatæ & ſupra languentis vires ſuſceptæ, exiguos, & languidos pulſus concitant. Balneis calidis efficiũtur percuſſus magni citati,crebri,& vehementes: gelidis, exigui, lenti, rari & languidi. Cibaria copioſa reddunt percuſſus inæquales & inordinatos:moderata,pulſus concitant magnos, vehementes,citatos & crebros.inedia,minus quàm moderata edulia,pulſum variat. Vini potus iuxta ciborum rationẽ percuſſum euariat: aqua itidem perinde atque edulia inæquales,& inordinatos percuſſus concitat. Cætera cuncta eatenus percuſſum arteriarum euariant, quatenus alunt, vel calfaciunt vel refrigerant. Hunc in modum in cauſis non naturalibus vocatis motuum arteriarum, mutationes fiunt. Percuſſuum ex cauſis præter naturam mutationes,haud aliter atque prædictorum euariationes conſiderandæ ſunt. vocantur autem cauſæ ſiue res præter naturam, morbus & ſymptoma,& immoderata omnia. Breuiter enim ſcire oportet quòd naturalium cauſarum quælibet,& earum quæ non naturales dicuntur, ſi immoderatè fiunt, ſecundum quantitatem exceſſus in id quod præter naturam eſt,tranſit.

Quæ contemplanda ſint in pulſuum obſeruatione & notitia, Cap. VIII.

QVoties igitur laborantem quem antea nunquam oculis vſurpaſti, & proinde albus an ater (vt aiunt) ſit ignoras,primùm inuiſis, immittiſq; manum in carpum, principio ſexum accuratius ſolicitiúſque tecum reputa, máſne ſit an mulier. ſi mas,conſidera maris curioſè percuſſum: ſin mulier, muliebrem arteriarum motum. Mox ægrotantis quoque naturam perpende pariter & ætatem: deinde tempus anni & regionem: factáque omnium diligentiſſima collatione, conijce cuiuſmodinã fuerit neceſſario in proſpera valetudine arteriarum percuſſus.tum vtique adamuſſim facilè deprehendes mutationis percuſſus præter naturam factæ quantitatem.

De pulſuum generibus, Cap. IX.

HAbentur autem percuſſuum genera decẽ, quorum primum genus ſecundum quantitatem diaſtoles in omnem dimenſionem conſiderare expedit. Sunt autem totius corporis arteriæ dimenſiones tres:in longum ſcilicet,altum,& latum. Haud abſurdè igitur quicunque trina diſtinctione pariter ſecundum longitudinem,latitudinẽ, & altitudinem modum excedit,magnus appellatur. Dicunt itaque in finitione, magnum pulſum eſſe qui triplici dimenſione ſimiliter fit inſigniter auctus.

Alterum genus percuſſuum, ſecundum quantitatem motus arteriæ in diaſtole & ſyſtole, *id eſt diſparatione & contractione* conſideratur. Habentur autem nonnullæ huius generis pulſus diuerſitates: quoniam eſt & ſiccatus & lentus,& mediocris.Eſt verò citatus, qui arteria momento dilatata quatitur:lentus qui longo temporis ſpatio modica intercapedine mouetur: mediocris, qui medium ad vnguem obtinet. Tertium verò percuſſuum genus,ſe- A cundum robur virtutis editur, idque triplici differentia. nam eſt aut vehemens, aut languidus, aut medius. Crebritas nanque ſiue frequentia, quoties magnitudinem accipit,pulſum vehementem ac validum reddit. Quum enim virtus maximè regnat, pulſus vehementior efficitur,atque è diuerſo.Eſt autem pulſus vehemens, quando tangentis manus validè repellitur: languidus qui inualidè imbecillum ictum edit: mediocris verò qui mediam ſeruat proportionem ad vtrunque qui naturalis dicitur.

Quartum percuſſuum genus eſt, quod in conſtitutione B organi,nempe arteriæ, verſatur.Sunt verò huius quoque generis differentiæ tres.nam inſtrumento rigidiore quàm natura exigat, pulſus redditur durus, ſiue aſper:eodem autem molliore, à mollitie nomen ſortitur pulſus, & vocitatur mollis:medium inter duritiam & mollitiem quodammodo obtinente, moderatus ſeu mediocris efficitur. Percuſſuum genus in ordine quintum,ſecundũ quietis quantitatem perpenditur.in quo creber præcipuè & rarus conſiderandus eſt.Punctum enim temporis quietis,crebrum: longius verò tempus intercalatum,rarum C pulſum efficit. Secundum æqualitatem & inæqualitatem,ſextum cenſetur in ordine percuſſuum genus. Obſeruatur autem id cum in vno tum in pluribus percuſſibus, quod ſyſtematicon vocatur.in vno quidem,ceu in caprizante: in pluribus verò conſiſtens, vocatur inæqualitas. Cæterùm in vnaquaque inæqualitate inordinationem fieri oportet,quemadmodum in omnibus, quoniam arteriæ ictus vel decidit vel intercidit. id quod ſolet viribus aliqua ex cauſa deiectis accidere. Septimum genus percuſſuum ſecundum plenam ordinationem inordina- D tionémque efficitur. Inciſo nanque inæquali, percuſſus æqualis fit:inæqualis verò, ſecundum periodos inordinatas. contemplatur autem cum in vno arteriarum motu, tum in pluribus. Secundum plenum ac vacuũ, hoc eſt pro arteriæ figura & repletionis quantitate, octauum genus pulſuum conſideratur: ſingula nanque vaſcula vel plena vel vacua cenſentur. Eſt igitur plenus qui arteriam oſtendit ſolidiorem, vndoſámque eius in humore compreſſionem: vacuus verò qui arteriæ excitationem bullientem facit,ita vt ſub digito inanitatem fateatur.

E Nonum genus percuſſuum per rhythmum fit,in quo temporis proportiones ad tempus metiuntur. è quare pulſus deficientes & intercidentes deprehenduntur. Eſt verò deficiens pulſus,inquit Galenus, in quo nõ ad binos modò, ſed ternos pluréſue percuſſus immobilis perſiſtit arteria:intercidens autem,quum poſt duos ictus,peculiari ordine motio fit,vnde media intercidit percuſſio.

Quoniam autem calor qui in corde continetur,per vniuerſum arteriæ corpus diffunditur, inibique euidẽtius apparet: decimum quoque percuſſuum genus prædictis F annumerant,in quo vtique per tactum materiæ quæ ſubeſt corpori,qualitas perpenditur:verbi cauſa, malè temperata & mordax. Conſideratur igitur in pulſuum generibus,quantitas,motio longitudinis,virtus, qualitas,motus ſpiſſitudinis,æqualitas,ordinatio, plenitudo, concordia rhythmúſue,& calor. Deinceps memorandum nobis videtur quænam ſint percuſſuum cauſæ & differentiæ.

De cauſis & differẽtiis pulſuum, Cap. X.

ENumeratis iam decem percuſſuum generibus,cauſas eorundem aliquas cum differentiis ſuis, tribus G (quod aiunt)verbis deinceps perſtringemus. Nam ſiquis exactam harum rerum notitiam haurire deſideret,is ſedecim de pulſuum negotio volumina exarata non ignoret, quæ conſulenda arbitror.Nos verò breuitatis ſtudioſi,cũ delectu modum ſeruãtes, ſummam rei certè neceſſariæ in arctum redigere,& tanquam per capita differentias aliquot cauſáſque pulſuũ recenſere inſtituimus. Feriunt humani corporis arteriæ,ad tẽperati caloris cum in corde tum in cæteris partibus corporis tutelam. Saltus & percuſſus hoc dirimuntur diſcrimine, quòd ſaltus propter H incidentem ſpiritum toto corpore editur: percuſſus verò per functiones ſpiritalis potentiæ in ſolis arteriis concitatur. Percuſſus magnus à vehemente hoc diſſidet, quòd magnus,arteria in longum,latum & profundum dilatata,tribus dimenſionibus perpenditur: vehemẽs verò

A motu,(valde nanque ferit)proinde virium robur portendit. Diſſidium inter percuſſum crebrum,& citatum,in continuo cōſiſtit atque diſcreto. creber enim,arteria non niſi momento quieſcente quaſi continuus eſt: citatus verò,quum arteria modico tempore dilatata fiat, diſcretus: perinde atq; ſiquis ocyſſimè volet ac ſubſiſtat. Percuſſus rarus & tardus hoc diſſidio dirimuntur, quòd rarus longiore quietis ſpatio interpoſito, imbecillitatis index eſt(ex infirmiore nanque robore proficiſcitur, & proinde plus ancipitis habet diſcriminis)lentus verò ex ſolo caloris defectu naſci ſolet. rarus autem vires maximè deie-

B ctas ſignificat. Percuſſuum ſecundum diaſtolen *hæc eſt dilatationem* arteriæ, octo ſunt diſſidentes ſpecies: puta magnitudo,paruitas,vehemētia, remiſſio,celeritas, tarditas, duritia, & mollities. Indicium pulſus in duobus, ſenſu videlicet & intellectu, ſitum eſt. ſenſus enim præſentia iudicat: intellectus verò præterita & futura.

Pulſuum arteriarum effectrices cauſſæ tres ſunt: virtus nempe quæ corpus mouet ſpiritus ſemitæ: & vtilitas propter quam mouetur, & inſtrumentum obtemperans.

C Pulſus arteriarum primum & omnium maximè vim caliditatis, frigiditatiſque in ſpiritibus indicant. Perpenditur pulſus cum moderatus tum immoderatus,quadrifariam:iuxta nempe magnitudinem, celeritatem,vehementiam & ſecundum crebritatem. Differunt inter ſe pulſus inæqualis & inordinatus, quoniam inæqualis in vno percuſſu fit,& (ceu demonſtratum eſt pridem) in pluribus quoque conſiſtit: vel enim in vna modò diſparatione,vel in plurimis congregatis. nūcupatur verò eadem inæqualitas conſiſtens,in multitudine pulſuum conſiderata.Inordinatus autem pulſus fit ſecundū rhythmō.

D veluti ſi tres magnas percuſſiones & vnam exiguam,comitantur duæ ingentes. Eſt autem rhythmus ordo & lex temporum,in quibus ſpirituum canales inſurgūt & con-

A cidunt. Pulſus deficiens & intercidens nonnullo ſanè dirimuntur inter ſe diſcrimine,eo quòd deficiens ex maiore virium imbecillitate oritur,& in eo interdum omni motione amiſſa, immobilis permanet arteria & maius detrimentum indicat, extremum nēpe potentiæ lapſum: intercidens verò pugnante & reſiſtente, corporis viribus ſeipſas excitantibus ſua ſponte ad repellēdum contraria, & minus detrimentū arguūt. Pulſus σπασμώδης & κλονώδης quoque inter ſe differunt, quia ille vaſculum ſpiritus ad fidis tentæ inſtar extendit: hic verò dextrorſum

B ſiniſtrorſúmque tranſfertur. Percuſſus fluctuantes fiūt ex abundanti humore contento, ſemitam ſpiritus diducēte,perindéque in aqua inter cutem, *quam ὑπὸ σάρκα cognominant.* Percuſſus qui à bis feriendo,δίκροτος,*id eſt bis pulſans* vocatur,& δορκαδίζων, *hoc eſt caprizans*, hoc inter ſe differunt,quòd hic inſurgendo & extollēdo, ſed aliquantulum interciſus:deinde citatus differentes motus efficit, ceu caprea, *à Græcis δορκὰς appellata*, quæ ſaliens hæret pedibus ſublimis in aere,& alterum ſubitum longè citatiorem ſaltum perpetrat. Editur autem ıs pulſus viribus hu-

C mani corporis angore preſſis, & moleſta quapiam cauſa oneratis.Dicrotus verò bis quidem vna percuſſione pulſat,ſed impari celeritate:incipiens enim,citatior:deſinens verò,tardior eſt.Fit autem talis propter duritiem inſtrumenti feriente, & iterum violenter reuerberante ſpiritu ſecundum ictum abſoluit,quemadmodum in incudibus mallei percuſſionem reciprocant. Percuſſus σκωληκίζων *id eſt uermicularis*,à formicante(*qui Græcè μυρμηκίζων uocatur*) eo diſtat, quòd vermicularis quidem quandoque conuertitur demutatúrque in melius,& amplius eius patet inæ-

D qualitas:formicans verò,virtute deiecta &prorſum intermortua editus, interitum prænuntiat. Atque hæc quidem in præſentia de ſimplici cordis & arteriarum motu pauciſſimis perſtrinxiſſe ſufficiat.

THEO-

THEOPHILI MEDICI DE exacta retrimentorũ veſicæ cognitione libellus,

Albano Torino Vitodurenſi interprete.

PRISCOS aliquot multos circa medicinæ ſtudia mirè vigilantes, & citra controuerſiam doctiſſimos, de vrinarum differentiis negotium aggreſſos eſſe liquidiſſimè conſtat: quorum omnium A & Ω Hippocrates Cous, cuius monimentis ſacroſanctis præcipuè inſudamus, princeps extitit. Poſt hunc Galenus vniuerſo orbi terrarum author ſuſpiciendus, eandem diſputationem ad retrimenta veſicæ ſpectantem, ſcribendi prouinciam ſuſcepit. Ab hoc Magnus medicus ϲοφιϲὴϲ, *id eſt uir ſapiens*, de vrinarum proprietate dignoſcenda, præcepta poſteris reliquit ſpecioſa. Quos ſanè, ob multas res ad mortaliũ vtilitatem inuentas, egregiis ſummiſque laudibus certatim extollere (ne deos facere dicam) cõuenit: etſi neminem ex his rem totam vt par fuit, attigiſſe, ſed inchoatam modò & mancam de vrinis diſputationem reliquiſſe (multis ſcitu neceſſariis præteritis) compertum ſit. Hippocrates nanque Cous circa has res inuigilans, parua quædam, certè ſpecioſa quaſique florem huius negotii, paſſim obiter modò attigit: neque vrinarum genera, neque ſpecies, neque differentias, neque cauſas, neque iudicium ac præuidentias diſpoſitionum futurarum præter naturam, vel ſanorum corporum, vel ancipitum ægrimoniarum, neque alia multa quæ numeris omnibus exacta diſputatio poſcere videtur, adamuſſim abſoluit. Compari modo & Galeno quoque Pergamenſi, in eo quem περὶ κρίϲεωϲ inſcripſit libello, vbi res quæ ad vrinæ diſciplinam ſpectant carptim tractat, neſcio quónam pacto paruæ curæ fuit de hac re non curioſius ſolicitiúſque diſputare. Bonam nanque negotii portionem, vel omnino intactam, vel inchoatam ſaltem, vel parum denique enucleatam de vrinis, ſiue genus ſiue ſpecies ſiue differentias conſideres, diſciplinam reliquit. Poſt hos deinde longo temporis tractu Magnus medicus atque philoſophus, ratione quidem ſed ſine periculis vſu (quæ mater artium exiſtit) obſeruatis, ſcientiam de vrinis poſteris tradere aggreſſus eſt. haud abſurda ſanè diſtributione de lotiis diſciplinam auſpicãs, de eorum differentiis & ſpeciebus plus quiddam aliis ſcripſiſſe videtur: de præuidentiis verò & auguriis præſagiiſque (τὰ προγνωϲτικὰ *Græci uocant*) quæ ex vrinis ſumuntur, pluribus omiſſis, claudam & ipſus quoque de lotiis artem tradidit: adeò quidem vt ad perfectam earum rerum cognitionem, à poſteris medicæ rei ſtudioſis ſectatoribus millia deſiderẽtur, & ſeſe extricare non potentes, abſolutiorem eius rei ſcientiam indagare cogantur. Neque id, mea quidem ſententia, temerè, quoniam ex ea naſutus quiſque ac ſolers medicus rectè diiudicare, & pr[?]uidere, quaſique diuinare, & ex euidentibus res abditas abſtruſáſque coniectura quadam aſſequi ad vnguem poteſt. ſiquidem exacta vrinarũ cognitio ſcitáque inſpectio, abditas quaſque & affectas corporis ſedes, tanquã in tabula, exhibet & tẽperamentum & diſpoſitionẽ vniuſcuiuſque, naturaliſne ſit, an non naturalis quidẽ, ſed nondũ contra naturã, an præter naturã deniq;. Naturæ etenim ſuæ aptitudine accuratus vrinarũ & ſolers intuitus, tã certus quã Apollinis (vt ſic dixerim) oraculũ, eſt nuntius eius quæ in iecinore exiſtit virtutis effectiuæ ſanguinis, aliquo modo libera ſua functione præpeditæ. Quocirca neutiquã (meo quidẽ iudicio) abſurdũ fuerit neq; importunũ, etiã ſi ipſius laborẽ pro virili meo reddẽdi diſputationẽ exactã omnibus numeris de vrinis ſuſcepturus, quẽadmodum in arduis rebus fieri ſolenne eſt, numẽ implorauero. Inuoco itaque Chriſtũ Dominum noſtrũ, verũ & vnicũ opitulatorẽ cũctarúmque rerũ liberaliſſimũ largitorẽ, vt ope ſua ductúq; ſuo dignetur adeſſe conatibus noſtris, quò hæc noſtra lucubratio dignitatem exactiſſimæ de vrina diſputationis aſſequi & indipiſci poſſit. quamobrẽ vt prõptius voti reddamur cõpotes, ea ratione agam⁹. Primũ omniũ à lotii definitione ſumemus exordiũ: poſt hæc de generatione vrinæ: mox in quẽ locũ excernatur, & vbi fiat eius liquoris ſequeſtratio, docebimus. Ab his poſtremò ad eruẽdam vrinarum abſolutã doctrinã in genera, ac ſpecies & differentias, diſputationem (diuino ſuffragante auxilio) diſtribuemus.

De definitione nominis lotii, Cap. I.

LOtium eſt ſanguinis aliorúmque humorũ colatura æſtúſve, vel vt alii quidã vocauere, ſerea quædã redũdantia, quã nõnulli dilutã & aqueã indigitant. neque deſunt, qui lotiũ ſaniẽ ſãguinis eſſe cõtendãt. Verùm de nomine nolim equidẽ in præſens vllã mouere cõtrouerſiã.

De generatione lotii, Cap. II.

SImam iocinoris partẽ vena ϲτελεχιαία *à Græcis, ramalis uerò Romanis uulgò* appellata, diſperſim perreptat. quæ ſortita eſt virtutẽ effectiuã ſanguinis à cõditrice natura: vbi inter apparatum ſanguinis, ſerũ eius, hoc eſt lotiũ, quoq; generatur. Eſt verò ortus eius huiuſmodi: Vbi iã in hepate vis ſanguinis effectiua ſuo munere probè functa chylum ſuſceptum in ſanguinẽ alterauerit, facta eius humoris cõmotione turbáve, quicquid illic ſubtile & facile tranſiens fuerit (eſt autẽ id flauæ bilis quædã ſuperfluitas innata) id omne ſurſum (quia leue) petẽs, in ſublime eleuatum à folliculo flauæ bilis χοληδόχῳ *à Græcis* vocato (qui ad gibbũ iecoris iacet) per propinquum meatũ excipitur, & ad aliquã nimirum vtilitatẽ attrahitur. ſiquid verò ſubeſt terreſtris & fæculẽti humoris, id ipſum liẽ qui e regione adiacet, per ſuum meaculũ exugit, naturalibus quibuſdã tractionibus ſingulis id quod peculiare exiſtit emulgentibus: tertiũ porrò, ac qui dilutus ſeroſus humor eſt, cũ ſanguine nõdum ſequeſtratus, relinquitur: hunc renes tandẽ per venã *Græcè* κοίλην *Latinè cauam* appellatã, attrahunt, & in vrinã cõparant. Quæſierit autẽ hìc haud abſurdè quiſpiã, nũquid quẽadmodum choledochus *hoc eſt bilioſa ueſicula*, bileum humorẽ, & lien atrã bilẽ ſanguinis περιττώματα, *i. ſuperflua*, ex ſimis iocinoris partibus per ſuos meatus emulgunt: ita & renes quoque lũbive huic viſceri adiacẽtes, dilutũ humorẽ & aqueũ ſuperfluum attrahendo ex eodẽ loco, ſuſcipiãt. Reſpõdemus, humorẽ hunc nõ ocyus à ſãguine ſequeſtrari, ſed magnæ opportunitatis cauſa, ad maius videlicet opus indiſcretum, à natura ſeruari. Ramalis nãque vena, ſanguinis, vt diximus, effectrix in ſimo iocinoris loco ſita, venæ cauæ appellatæ exti huius cõuexo adiacẽti, per teretes & ſtaminoſos quoſpiã anguſtóſque meaculos ſuggerit. Quũ igitur & ratione & ſenſu cõpertum ſit ſanguinẽ craſſioris eſſe ſubſtantiæ, atque ad penetrandũ venulas præpeditas anguſtioréſque vias, ſine impedimẽto ineptum, opus habuit comite ſeroſa redundãtia facilè trãſeunte. In hoc itaque natura ſagax, iſtum liquorẽ indiſcretum obtinuit, vt tenuitate ſerei ſuperflui, facilè cum ipſa ſanguis in κοίλην, *hoc eſt ſinuatam ac concauam* venam dilaberetur. Vbi verò eadem ſuperfluitas in ramum venæ cauæ quæ ſpinæ dorſi incũbit, & à ſummo deorſum progreditur, in renúmq; oppoſito in duplicem propaginẽ ſcinditur in Λ Græcæ literæ figurã (quarũ altera ad renem dextrum, altera ad læuum fertur, per quos meatus à grandiore & cõcaua vena aquoſum ſuperfluum in ſinus renum deriuatur) fuerit intruſa, excipiẽtes ipſam renes, bella metamorphoſi in lotii ſubſtantiam tranſmutant: & per vrinæ vias *quas Græci* ἐυρητῆραϲ *dicunt*, in veſicã quæ lotii receptaculũ eſt, & ab eadem gente κύϲτη vocatur inſtillare cõpellunt. Ac ſi ſanguen ſyncerum & ad vnguẽ abſolutum fuerit (quod per exactum cõcoctionis officiũ contingit) neceſſum eſt & recrementum eius etiam eſſe huiuſmodi. Sin ſanguinis effectiua virtus à ſua functione

per occaſionem quampiā præpedita, fruſtretur, id genus ſeroſa ſuperfluitas euadit, quam *Græci* οὖρον, *Romani urinam ac lotium* appellant. Cuius etiā rei gratia interdum lotia te nuiſſima candidáque apparent, interdum verò cum albo colore craſſa: crudiore euadēte ſanguine & imperfecto, effectrice facultate ſanguinis iacente, & cōcoctione facta veluti crudiore. Vbi autē ſāguineus humor plus ſatis torreſit ac feruet, conſimilē quoque ſuperfluitatem efficit. Proinde ex illiuſmodi cauſarum generibus lotiorum etiam ſpecies in alias atque alias identidem conſtitutiones faciéſque commutantur. Ante omnia igitur cuiuſmodi eſſe oporteat lotium naturale, quod ſanguinis ad vnguē facti comes eſt, diſſerere inſtituimus: inculpatúmque principio lotium, quod naturæ leges nullo exceſſu ſuperat, neque vel latum vnguem deficit, & ob id naturale vocatur, definitione explicabimus. Inde cognoſcetur facilè excedēs vel deficiēs neutiquam ſanum, ſed illegitimum & præter naturam eſſe. Eſt itaque naturalis vrinæ definitio eiuſmodi.

Notæ & finitio vrinæ ſecundum naturam & optimæ, Cap. III.

LOtium ergo ſecundum naturā optimum eſt, cōditionibus omnibus, quas ſapiētiſſimus Hippocrates deſiderat, præditum. Definit autē is pulcherrimè illud, præſagiorum ſecundo, quum inquit, Τὸ δὲ οὖρον ἄριστον ὅτι ὅταν εἴη λευκή τε ἡ ὑπόστασις καὶ λείη καὶ ὁμαλὴ ἐπὶ πάντα τὸν χρόνον. *hoc eſt, Vrina illa inculpabilis eſt in qua reſidet candidum, læue, & æquale per omne tempus.* Liquet autē definitionē numeris ſuis tum demū cōſtare, ſi cōſequatur cum ſubſtātia mediocri & colore decenti, & cōtenta ſuum locum obtinēt, ad hunc ſcilicet modum: Lotium præcellēs & omnium optimum eſt ſubſtātia mediocri ſedimento (*quam ὑπόστασιν Græci nuncupant*) cādido, & læui, & æquabili, colore rutilum & ſubigneū, (*ſiue fuluū ſubfuluúmque dicere mauis*) quod aliquantulum flaueſcat ob fulgorē, idq; per lōgum morbi decurſum obtinebit. Galeno quoque in hiſce ſtudiis vehemēti teſte, vrina colore ſubrutilo ſubfuluóve, & ſubflauo, hoc eſt remiſſæ rubedinis, (ſi reliquæ bonitatis conditiones nō deſint) ceu inculpabilis probatur. Sed Magnus ſophiſtes ac medicus colorē fuluum ignitúmve, & ſubfuluum ſubrutilúmve optimum eſſe cōtendit. Nos verò optimum id ducimus lotium quod inter vtrunque medium locum & cōtemperantiā obtinet. Quodcunque verò ſecundum aliquot horum quatuor plus æquo exuperat, vel ſi quicquā iſtorum defecerit, vel ab hisquomodocunque immutatur, id non naturale ſed illegitimum appellamus. Cæterùm ſuper coloribus & ſedimentis nō eſt narrādi locus, ſed non multo pòſt de iiſdē ſermonem faciemus. De ſubſtantia verò in præſens diſſeremus.

De differentiis ſubſtantiarum ipſius vrinæ, Cap. IIII.

OPportunum eſſe puto hîc de fluorum profuſionúmve differentiis diſputare: eo quòd quæuis vrina, ſua eſſentia profuſio exiſtit aut conſtitutio. Subſtantia nāque vrinæ aliud nihil quàm humiditas eſt, quā pleriſq; circa has res ſapientiſſimis medicæ artis profeſſoribus, profuſionē humorémq; corporis nuncupare viſum eſt, quoniā quicquid in viſceribus aliiſve partibus effunditur in eadē ab oculato ſpectatur: verbi cauſa, biles & ſanguis. Sunt autē eiuſmodi cōſtitutionis ſubſtātiæq; principes differētiæ nimirum duæ, tenuitas & craſſitudo: & ex vtriſque conſtās mediocritas & tēperata cōſiſtentia. Temperatæ autē & mediocris cōſtitutionis lotium ſecundum naturā exiſtens, nō diſpeſcitur: quod verò tenuatur, ſcinditur bifariā. Vel enim ſubtili ſubſtātia meiitur, & ſubtilis perſiſtit: aut mingitur quidem ſubtile, ſed inde turbeſcit, lutulentúmq; redditur, & craſſeſcit. Verùm illud quàm hoc (quoniā extremè incoquibile) exactius cōcoctionis officiū præfert. Turbidum verò effectum & incraſſatum, cōcoctionis initium portendit. Eodē modo craſſeſcentiū duæ ſunt ſpecies: Aut enim micta craſſa exiſtit vrina, & indiſcreta, vt à principio erat, ita manet: vel meiitur quidem craſſior: craſſitudine verò tota infunditur ſiſtendo *cōcedente, ſubtilis efficitur. Ac prima quidē quum ſpectatur, vehementē humorū perturbationē in corpore, & firmitu

A dinē vacillare: altera verò turbulentiā quidem eiuſmodi diſpeſci, ſed virtutis ſanguei humoris effectricis coquēdi officiū reſuſcitari, clarè ſignificat. Copulemus itaq; cum colore ſubſtantiā, & definiamus quæ ex iiſdē ipſis tēperamenti corporis notæ, cum in hominibus ſecundum naturā, tum quomodolibet præter naturā habētibus. Quoniā autē cādidus color reliquos colores, albis (quod aiūt) equis dignitate præcedit, & ſubtilis ſubſtātiarum cæteras anteit, cū cōſtitutione qualitates collocabimus, tanquā ſub vnū iugū primitus ſubtilis eſſētia & cādidi coloris vrinā.
B ac dicamus quot modis albus & tenuis calor intelligatur.

De iudiciis è ſubtili & candido lotio, vel tenuis ſubſtantiæ & albi coloris, Cap. V.

LOtium igitur ſubtilis eſſentiæ albique coloris, plurima portēdit. Nā ſi in mortalibus nulla præter naturā affectione conſtitutis extrema cum tenuitate & candore lotium appareat, prælargā ingurgitationē meri, cum prolixis eduliis pariter præter modum coniunctā oſtēdit, & præcipuè quum vinum fuerit exile & leue. Lotium huius generis à pueris mictum, vt improbum vituperādum
C eſt, dicēte diuino Hippocrate, ἐν τοῖσι παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα κάκιστα, *hoc eſt in pueris lotium tenue & dilutum deterrimū eſt.* Nō diſſimilis ſubſtātiæ & coloris vrina ſpectatur in ſenectute per naturā accidēte, & in appellata à claris prudētibúſque medicis, ſenectute ab ægritudine diuturna, & præ ſe fert vniuerſalē imbecillitatē virium. Lotium præterea tenue albúmq;, quod ampliore copia & cōfertim profluxit (eā affectionē quæ *Græcis* διαβήτης nuncupatur, *Latini per circuitionem, Exuperans urinæ profluuiū appellant*: ſapiētum quidā pæoniæ artis artificum matellæ inter cutē vocitarunt.
D & præſtātes quidā medici, lotii διάρροιαν, nōnulli verò celebertimi à ſiti quā parit extra modum, διψακόν) portēdit hominis cōtra naturā affecti calidæ diſtēperantiæ renum ægritudinē, quorum vehementiſſimo attractu neceſſum eſt eiuſmodi vrinarum vim prouenire, & ſine tinctura percurrere, ſiue trāſire. nā hoc eſt διαβαίνειν, vnde διαβήτης deducitur. Lotium tenue inſuper & cādidum, cōfertim emictū in febribus quotidianis amphemeriníſve, remiſſionē morbi ab huiuſmodi humore ſignificat. Similem quoq; vrinā, albā puta & tenuem, eſt cernere in iocinoris
E intemperie cōtra naturā frigidi. Quin etiā eaſdē ſubſtantias efficere cōperiuntur præfarctæ & occluſæ meatuum obſtructiones, quas *Græci* ἐμφράξεις nominant. itidem in renum morbo qui νεφρῖτις *Græcè* vocatur, & in quartanarum febrium principio. Spectatur etiam tenuis & candidæ ſubſtantiæ lotium in aqua inter cutem, propter abundantem humorum cauſam, euadere. Lotium porrò tenue & album in vitiis & ægrimoniis colli, capitis item & humerorum, σκοτοδινίαν, *hoc eſt uertiginē, &* λειποθυμίαν, *quod eſt animi deliquium*, ſignificat. *Vbi notandum eſt quod Græcis* σημαίνειν,
F *portendere cum futurum tum præteritum declarat: uerbi gratia, apud Hippocratem in hoc oraculo,* Ἱδρὼς πολὺς ἐξ ὕπνου ἄνευ τινὸς αἰτίης ἑτέρης γινόμενος, τῷ σώματι σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ χρέεται· ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντι τοῦτο γίνηται, σημαίνει ὅτι κενώσιος δεῖται τὰ σώματα: *quod eſt, Sudor multus ſub ſomno citra euidentem aliam occaſionem promanans, corpus nimio cibo uti præ ſe fert. quòd ſi, quum cibum quis non ſumpſerit, hoc fiat, euacuanda eſſe corpora docet.* Lotium tenuis & albæ eſſētiæ in febribus ancipitibus ſuperueniens, quietē indicat morbúmque deficere. Lotium eiuſdē cum coloris tum eſſentiæ circa re-
G miſſionem ac terminum grauiſſimarum febrium, morbi diſceſſionē, & quaſi tranſmigrationē futurā in eas partes quæ renibus ſubiacēt. Lotium ſubtile cum colore cādido, in ea febre cui ab ingēti ardore nomē inditum eſt καῦσος, ſi apparuerit, amentiā φρενῖτιδάve inſinuat. quoniā καῦσοι, *i. feruidæ febres*, ex vi magna flauæ bilis originē trahūt quæ ſi vrinā colore ſuo nō tingit, argumētum eſt clariſſimum bilei humoris abundantiā aſcēdiſſe, & capitis arcē cōprehendiſſe. Qui ſi in priore capitis cerebríve parte inflammationē (*quam Græci* φλεγμονὴν *uocant*) cōfecerit, po-
H tiſſimè in ea membrana *quæ Græcè* μῆνιγξ appellatur, vel phrenitin vel παραφροσύνην, *hoc eſt delirium* excitat. Quòd ſi autem ex occaſione quapiam: verbi cauſa, ſanguinis narium profluuio, ex amplo ſudore capitis, vrina cum albore tenuatur, mali decrementum, quietémque pro

A foribus eſſe indicio eſt.Nam ſi ſub eiuſmodi vrinæ con-
ſtitutione phrenitis diuturna ſui ſimilis eſſe pergit, æger
ille breui ſuperis concedet ab oris. Opportunum nunc &
operæpretium, puto, fuerit, vt de colorum differentiis
quæ vrinas tingunt,compendioſè diſputemus. Et breui-
ter numerum earum & qualitates,& cuiuſmodi cum fluo-
re ſubſtantiáve poſſint componi, ſi non omnes, bonam
ſaltem partem perſtringemus. Lotiorum alia ſunt can-
dida,alia ſpicea,alia aurea,alia crocea, alia rubea, alia vi-
nea,alia paſſea,alia veneta,alia liuida,alia nigra.neq; in hiſ
B ce omnes colorum ſpecies ſitæ ſunt: verùm in horum
mediis & ſubmediis, perinde ac complures eſſent hinc
colorum ſpecies introductæ. Intra quas primùm locum
tenet candida. cuius latitudo in varias ſpecies diffundi-
tur:quoniam intentionem & remiſſionem albedinis ac-
cipiunt. Sunt candidorum enim lotiorum, alia cryſtal-
lea,alia niuea, alia inſtar calcis, alia veluti aqua limpida
ac pura. Glacies enim cryſtallúſve & nix & calx & aqua,
alborem quidem præ ſe ferunt, ſed non ſupremam albe-
dinem nacta ſunt. A ſumma nanque albedine remiſſus
C color exiſtit lacteus, ita vocatus quòd ſimilis eſt lacti,qui
bonitate præſtat aqueum & cryſtalleum: deinde albedo
glauci ab hoc tantum receſſit(ſequitur enim lacteũ glau-
cus)quantum *χαροπὸς,hoc eſt rauus & blandus* color, remiſit
alborem glauci. Nam glaucum exiſtit inſtar cornu atte-
nuati perſpicuum, ſiue tranſparens modo ceratoeidis, id
eſt cornea(vt vulgò appellant)tunicæ.Rauum autẽ(quod
χαροπὸν medicorum ſcholæ appellant) ſimile eſt velleri-
bus ſubalbicantibus cameli, vel vngui lapillo ita nuncu-
pato, qui onychites & à quibuſdam onychinus vocatur.

D Hæc itaque colorum genera,qualitate ſecundum inten
ſionem & remiſſionem (ceu diximus) in lotio candido
conſpiciuntur,& concoctionis functionem iacere ſignifi
cant. Vbi verò candida tincturam aliquam bilis, lotia
capiunt, haud paruo à cruditate ſecedentia, in prima ra-
tione ſubſpiceæ cernuntur,ita quidem vt ſpeciem perſi-
milem bili infuſæ liquori claro, (puta aquæ mediocri-
ter decoctæ) vel apozematis ſemicrudæ carnis imaginem
præferant.Deinde ſi coquendi virtus ſuo munere ad tem
pus fungi proſequatur, tincturam magis intendens,lotiũ
E ſpicei coloris exhibet, (quem & palearem vulgò nuncu-
pant)ſignificans bilem probius decoctam dilutum lotiũ
ſuſcepiſſe,& tinctura inde intenſiore imbutum. Quam v-
tranque vrinæ ſpeciem hac comparatione dilucidius ac-
cipe:Si malicorii liquoris,vel cytini decocti,vel id genus
ſpicei humoris alicuius(nolo enim de ſuccis perſimilibus
contendere)expreſſi parum ſucco alicui limpido,vt aquæ
inieceris,colorem ſubſpiceum reddes: ſin amplius ex eo-
dem addideris, colorem ſpiceum induces: quorum alter
ab altero nomenclaturam ſortitur.Poſtquam inde conco
F ctio proceſſerit,tum tinctura liberalius colorabit ſpiceũ,
atque ſubrufa ſiue ſubaurea(quæ omnium temperatiſſi-
ma ſunt)lotia gignuntur, auro Celtico non vſquequaque
puto perſimilia. Huicce ſuccedit lotium aureum, fuluũ
appellatum ac igneum,ſonoro potius,puróque puto auro
ſimile.Poſt hæc ſubcrocei coloris lotium ſequitur, quod
cartamum,*quem Græci κνίκον dicunt*,refert, qui colore infe-
rior croco eſt.deinde exactè croceum, quod nihil differ-
re à vero croco videtur. Succedunt memoratis *ὑπέρυθρα
hoc eſt ſubrubea & ἐρυθρὰ,id eſt rubei coloris* lotia.Quorum illa
G ſanguinẽ dilutum repræſentant, veluti ex candido colore
accedente fulgore,cuiuſmodi infectores flammeum nun
cupant, qui lapidi Armenio ſimilis color eſt: & à Galeno
ſanè phœnicos, *id eſt palmeus*, vocatur, eo quòd palmu-
lis permaturis ſimilis ſit,qui dactyli dicuntur. Atque ad-
hunc modum alii atque alii, dempto vel addito colore
fiunt. Rubeum verò ſimilem cogitaueris puro ſanguini
& ſincero:excedens nãque aut deficiens, non ſanum ſed
illegitimum eſſe reputa. Vineum porrò lotium poſt me-
morata collocatur: quod nomen accepit à vino,quàm ru
H brum eſt,nigriore,etiam apud Græcos. οἶνοψ enim vinum
nigrius huic genti appellatur,(quòd ea vrina nigri vini fa
ciem præferre * ſignificat)etiã Homero,apud quem non
ſemel legitur ἐπ' οἴνοπα πόντον. vel colore purpurei ſangui
nis,& inſtar iocinoris. Proinde id extũ ſæpius,vinúmque

A vineum inſpicere expedit, atq; inde eiuſmodi vrinæ co-
lorẽ conſiderare. Venetus porrò vel cæruleus color, tan-
quam tabidus ſanguis exiſtit ex bili flaua,ſeu valde adu-
ſta,& inſtar gari,& lotii regio morbo(quem & arquatum
dicunt)implicitorum,ſimilis.Cæterùm(vt ſummatim di
cam)de Veneto colore ita habet: Venetus (Galeni libro
de ſymptomatum differẽtiis quarto, definitio) color eſt,
vbi candor ſplendori iunctus, non ita parum in atrum
degenerat. Fit enim is quando purum album & nigrum
æqua ratione confunduntur: verbi cauſa, ſi ceruſſa cum
B pice æquis ponderibus permiſceatur.Fuſcus verò phœni
cos,idem ait,color, ex albo nigróque commixtis gigni-
tur.velut ficuum atrarum quum exaruerunt. Viridis præ-
terea color,*quem χλωρὸν Græci, Latini porracinum & praſinum
quandoque uocant*,plures ſpecies habet,quoniam alius eſt,vt
qui in foliis braſſicæ: alius, vt qui in foliis graminis: a-
lius,vt in foliis violæ herbæ: alius, vt qui in ſmaragdo,
qui margarodes vocatur & ſmargarodes:quæ ſingula co-
lore ſunt viridi ſecundum intenſionem & remiſſionem,
ita quidẽ vt inde ob exceſſum caloris appellationẽ ſum-
C pſerint,& à caliditate proueniunt cuncta viridia.Liuidus
præterea vrinæ color,phoſnio obſcurior eſt, quem ſiquis
plumbi colorẽ dixerit,rem acu tetigerit. Is certè tantum
verſus nigrum inclinauit quantum à colore cæruleo re-
ceſſit. cuiuſmodi ſunt coloris vibices luridæ ex verberi-
bus corpori citra vulnus inflictæ, & exploſu flaceſcẽtes.
generatur autem hic cum ex frigore tum ex plaga. Quin
& quandoque non tam algoris quàm ardoris indicium
eſt. ſi viride ſuccedit, calorem: ſin pallidum, frigidita-
tem portẽdit. Niger poſtremò color nemini(vt arbitror)
D non euidens eſt:nam reliquos anteit, neque veluti cæteri
quoque latitudine vacat, quoniam more aliorum inten-
ditur & remittitur. Oportet autem virum huic rei indul-
gentem memoratos colores perpendere: & in numerato
omnes habere, quoniam ex his non pauca cum indicia
tum præuidentiæ ſumuntur.Quin etiam colores propriis
nominibus carentes, etſi definiti non ſint,ſecundum in-
tenſionem & remiſſionem, collatione ad memoratos fa
cta,conſiderandi ſunt.Atq; ita quidẽ de omnibus colori-
bus hactenus ſufficienter ex veteribus philoſophis ac me
E dicis dictũ ac definitum exiſtimari poteſt. Verumtamen
hinc colorũ qui explicati ſunt ſyzygiã cum craſſa & tenui
ſubſtãtia, & quæ inde ſumi debẽt indicia & ſignificatio-
nes cũ in valetudine ſecũda, tum etiã aduerſa, explicabi-
mus. Quum verò de coloribus verba facientes candidi
differẽtias recẽſuerimus, lacteum quoq; & glaucũ & rauũ
non tanquã colorum quempiã incõiugatum ſilẽtio præ-
teribimus quin cum ſubtili ſubſtãtia copulemus,& quod
pariter portẽdat liquidò indicabimus. Lotium tenue,
lacteũ & cãdidum,intra febriũ exordia ſuperueniẽs,per-
F nicioſum, eo quòd febris & ægritudinis diuturnitatẽ e-
uidẽter declarat: in vigore verò & remittente morbo, ſi
multũ eiuſmodi lotiũ appareat,malũ finẽ haud ita obſcu
rè portẽdit. Tenuis eſſentiæ cum cãdido & lacteo colo
re lotiũ,ſummã cruditatẽ ſignificare, veteres medici viri
ſapiẽtes,vno ore omnes docuerũt.Colores verò etiã cæte
ri quicunq; albedini propius accedunt, coquẽdi virtutẽ
pariter iacere,& naturalis caloris imbecillitatẽ arguunt.
calidi enim eſt, vrinã coloratiorẽ reddere. Haud etenim
ab inſito naturalique calore,colores inficiũtur,& proinde
G tenuis color cruditatẽ exprimit. Concoctricẽ facultatẽ
munus ſuũ aggredi docet vrina tenuis, ſpicea & ſubſpi-
cea. Calor nãque naturalis adhuc imbecillior exiſtẽs quã
vt poſſit ſubſtantiã vrinæ cõtumacius renitentẽ & craſſã
facere.Colorẽ autẽ non adeo contumacẽ,ſed procliuiorẽ
facilè intra cõcoctionis primũ aggreſſum alterat. Sub-
tilis eſſentia ſubaureus aureúſq; vrinæ color(quẽ alii ſub-
rutilum vocant) ſuperioribus eſt præſtantior ac melior.
Indicat autem inſitum corporis calorem ad ſe rediiſſe,vi-
réſque ſuas recuperaſſe,quoniam vrinam non parum co-
H loratiorem reddit: tenuis autem permanet eo quòd
nondum tantum habet virium vt contumacem reni-
tentem ſubſtantiam momento in craſſam permutet,
& ob id quoque vrinam crudam appellamus. Quan-
do eiuſmodi lotium in aqua inter cutem ſuperuenit,

ſonticum habetur & periculoſum: veluti quum dilutum & aqueum, planè ſalutare. Eſt præterea lotium cum tenui eſſentia ſubcroceum & croceum, (*Græci ὑπόξανθον & ξανθὸν dicunt, hoc eſt flauum & ſubflauum*) quæ ſubſtantia, cruditatem: coloribus verò, non naturæ modò exceſſum, verùm materiæ quoque penuriam oſtendunt. Nam quum adoleſcentum quiſpiam cibis defraudatus, inedia laborat, & naturæ & ætatis ratione lotia flaua & ſubflaua conſpiciuntur, propterea quòd caloris plurimum habent innati, qui tum intimius præter naturam abundans, bilis nimietatem parit, quoniam ardore immodico haud difficulter alteratur in bilem ſanguis, præſertim quum in tempore æſtiuo diuturnior perennat inedia, in quo frequenter innumeræ febres ferme corripiunt. atque inde quidem lotia ſubflauo flauóque colore tinguntur. Ex vigiliis præterea, ſolicitudinibuſque & laboribus flauæ rubeæve vrinæ redduntur. Sic vtique de tenuis ſubſtantiæ lotii complexu, & quibus cum coloribus iungi poſſit, ſufficiēter dictum eſſe exiſtimo: reſtat, vt de iiſdē in hūc modum perſpicuitatis gratia tranſigam & ob oculos tanquam in tabula ponam. Tenue lotium poteſt eſſe cum colore candido. Tenuis vrina exiſtit quandoque cum colore lacteo. Tenuis vrina glauco cum colore nonnunquam conſpicitur. Tenuis vrina colore interdum eſt rauo. Eiuſdem eſſentiæ lotium ſubflauum, & vt paucis dicam, Tenue lotiū flauum. Tenue lotium ſpiceū. Tenue lotium ſubſpiceum. Tenue lotium ſubfuluum. Tenue lotium fuluum.

De lotii coloribus cum craſſa ſubſtantia, & eius indiciis, Cap. VI.

QVandoquidem tenuis eſſentiæ lotii, quibus cum coloribus poſſit cōnecti, ſatis ſupérque (vt videtur) hactenus mentionem fecimus, iudiciáque eiuſdem curioſius explicauimus, opportunum nunc videtur de craſſa quoque ſubſtantia, quæ cum quibus coloribus queat infici, tranſigere ac perſequi. Vrina craſſa & candida plurimum crudi humoris in vaſis redundare oſtendit, & multiplicem pituitam: verbi gratia, vitream, ſalſam, & omnis qualitatis expertē. Id genus lotii, craſſum ſubſtantia, multum quantitate, candidum colore, in morbis ancipitibus abſceſſus articulorum diſcutit, non tam prius his languētibus quàm iis qui vtcunque iam malo tenentur, & qui in magna vi craſſorum humorum inueterauerunt.

Craſſa porrò vrinæ ſubſtantia cum lacteo colore non rarò conſpicitur: quæ ſi in decremento finéve morbi ſuperuenerit, calculum nunc veſicæ, tunc renum oſtendit.

Lotium craſſum colore χαροπὸν, *quem blandum quidam interpretantur ſiue cæruleum*, ſi neutiquam perturbatur, complures id genus humores corpus occupaſſe, & languorem pernicioſum vndique perfuſum, ſignificat. Quū verò lotium turbulentum (quale iumentorum eſt) redditur, capitis dolorem vel adeſſe vel aduenturum breui, oſtendit. Quū autem id conſpicitur, ſi turbulentum iam quoquomodo ſit, & reſiſtens igni admotum clareſcat: (bullæ enim in ſumma ſuperficie lotio calfacto natant) vel vrina quoquo modo perturbata fuerit, aut deuoluitur extrinſecus, calorem, bulláſque in ſumma cute fore ſignificat. Alioqui eiuſmodi craſſum lotium fruſtuloſum, non multum, ſi cum febre ſpectatur, non bonum, ſed multitudo veniens ex his, tenue * prodeſt, & febris diſceſſionem declarat. Poſt haſce vrinas ſubrubea quoque cum craſſa ſubſtantia ſæpe conſpicitur, & ſi ſedimentum fuerit eiuſmodi, morbum diuturniorem quidem, ſed à periculo immunem & non incurabilem oſtendit. Lotium cum craſſa ſubſtantia, rubeum quoque interdum cernitur. portendit autem ſanguinis magnam vim in corpore dominari, veluti in febre continua, & in ancipitibus cunctis. Huiuſmodi verò lotium ſi paulatim exit, ſonticum eſt, nunquam etenim non periculum denuntiat. Compari etiam modo & id genus lotium, ſi in eiuſmodi febribus turbulentum reddatur, cum ſurditate & dolore capitis, colli item & iliorum (*quæ ὑποχόνδρια Græci dicunt*) laborantem regio morbo corripi ante diem ſeptimum demonſtrat. Craſſa pariter & *οἰνωπὴ, i. uini faciem habens ad atrum tendentis*, vrina, ſi in febris æſtuoſæ (*Græci καῦσον appellant*) capitis doloribus emingitur, vel decretorium iam exiſtere, vel pro foribus id eſſe inſinuat. Lotium præterea cum craſſitudine ſæpius veneto colore exiſtit. Si id à conualeſcentibus meiitur, meatuum angorem præ ſe ferunt, vel hominem ſtrenuè plurimùm cucurriſſe, & malorum liberationem. Si in ſenibus huiuſmodi lotium effluat, idque tempore multo, vrinæ veſicam ex prauis humoribus à naturali conſtitutione permutari plerunque, & liberationem vtplurimùm portendit. Si in fine morbi humoris calculoſi (*quem Græci morbum λιθίασιν uocant*) tale reddatur lotium, permutari, & vrinæ ſtrangulationem ſtillicidiúmque (*eadem gens στραγγουρίαν nuncupat*) imminere arguit. Lotium ſubſtantia craſſum & colore viride in febre non vacātibus morbis, auruginem vel oſtendit præſentem vel minatur. Lotium cum lurido colore craſſum in febribus non reſidens, mente captum ſignificat. Neque tamen id ſolùm ſed quiddam etiam aliud: in febre nanque cauſo eiuſmodi lotium profluēs, ſtanguriam futuram declarat. Iungitur itidem cum lotii craſſitudine nigredo, & id atram bilem expurgari docet, veluti in decremento febris quartanæ, & liberatione ſolutionéque bilis atræ. fiunt etiam tales quandoque vrinæ ex algore, & ſanguinei humoris toſtura. Ex eiuſmodi ſanè cauſis dū incraſſeſcit ſubſtantia, eiuſmodi colores cum craſſitudine eſſentiæ gigni manifeſtat. Scire autem oportet quòd vera ratione tres habentur atri lotii ſpecies craſſiores. Quòd craſſior quàm natura ferat lotii ſubſtantia, hinc liquidiſſimè conſtat. Nam dum febris quartana ſoluitur, & atra bilis per lotium prodit, id ipſum craſſius reddi & nigrius certum eſt. Itidem quoque quādo morbus quiſpiam melancholicus diſcutitur, & reliqua vrina excernitur melācholiæ cauſa. Cæterùm quum atrebilarius humor terreus & craſſus & ater ſit, vrinas quoque craſſas & nigras efficit. Pari quoque modo ex toſtura ſanguinis, nigrior vrina (vt demonſtratum eſt) apparet, ſubſtantiámque parem facit, quoniam materiā quam ex humoribus in vaſculis, (hoc eſt receptaculis ſanguinis toſtura haurit, colliquefactionis ratione frigus indēſat, & craſſū reddit. Portendit autem eiuſmodi lotium in febre conuulſionem ex ariditate toſturáve. Neque id tantùm indicat: ſed in febribus valde ancipitibus ita emanās cum capitis & colli & dorſi ſudore, & ſpiritus difficultate, pernicioſum eſt, ratione deuſtionis: quin & aſthma non rarò portēdit. Significat præterea in febribus acutis id genus lotium cum graui odore & fœtido adueniens, interitum, ſi non veſica laboret. Eſt verò quando huiuſmodi vrina ſalutaris eſt, nempe in affectionibus quæ originem ab humore nigro traxerunt: quartanam enim febrim celerrimè terminat. Quemadmodū igitur de ſubtilis eſſentiæ lotio, & quibus id cum coloribus poſſit imbui ac cōiungi, paucis perſtrinximus, & iudicia ac ſignificationes eorum, & cauſas ad hæc recenſuimus, & veluti ante conſpectum, claritatis gratia, in deſcriptione quadam ſerie poſuimus: ita & quæcunque de craſſa vrinæ ſubſtantia ſcitu & memoratu digna videtur, & quæ quos colores accipiat, & ſignificationes, & cauſas eorundem, accuratè enarrauimus & diſcuſſimus. Reliquum eſt vt per hanc deſcriptionem quam ſupponam lectori tanquam ex ſpeculo appareat. Craſſum ſubſtantiæ lotium eſſe poteſt candidum. Craſſæ ſubſtantiæ lotium eſt interdum lacteum. Craſſum ſubſtantia lotium eſt quandoque rauum. Craſſum lotium breuiter ſubrubrum. Craſſum lotium colore viridi. Craſſum lotium lurido colore. Craſſum lotium, nigrum. Craſſum lotium, Venetum aut cæruleum.

De mediocri vrinæ ſubſtantia, & quibus coloribus poſſit imbui, Cap. VII.

SVbſtantia itaque lotii tenui craſſáque abſoluta, reſtat vt nunc de moderata quoque eſſentia curioſius diſputemus, & quibus colorari poſſit coloribus recenſeamus. nam ea ſola eſt ſecundum naturam ſubſtantia. Cum hac itaque Galenus libro quem περὶ κρίσεως *hoc eſt de indiciatorio*, inſcripſit, colorem ſubfuluum, ſubrutilum, ſubrubeúmque conſiſtere aſſerit: Magnus verò Sophiſta, fuluum & ſubfuluum, aut ſi vocare mauis rutilum ac ſubrutilum. Nos verò tantæ authoritatis viros erroris

inſimulare palā, aut reprehēdere, religione prohibemur. A quæ tamen ab vtriſque horum ſilentio ſunt prætcrita, haud negligenter reſarciemus, & congruam mixtionem cum medioeri ſubſtātia cōfundemus, dicemúſque quòd cū media vrinæ eſſentia cūcti colores copulātur, (omiſſis ſubfuluo & ſubrubeo) in medio habentes fuluum. Sunt itaque mediocris ſubſtantiæ colores, ſubrubeus, fuluus & rubicundus. Sed vt id liquidius clareſcat, non parergon fortaſſe fuerit per ſeriem amplius hæc in huiuſmodi deſcriptione aperuiſſe. Moderatum lotium ſubrubeum. Moderatum lotium fuluum. Moderatum lotium rubicundum.

De eo quod reſidet in lotio *à Græcis ὑπόστασις, à Romanis ſedimentum appellatum,* Cap. VIII.

VBI verò oratio de iis quæ hactenus memorauimus neutiquam (vt videtur) abſurdè & ſufficienter facta eſt, & habita eſt haud negligens ordinis in his deſcribendi ratio, & formula quadam liquidè cuncta ob oculos huius diſciplinæ ſtudioſis poſuimus: nunc ea contenta quæ in fundum matulæ deſcendunt, *quæ Græci ὑπόστασις, hoc eſt ſubiecta, ἀπὸ τοῦ ὑφίστασθαι, hoc eſt ſubiici,* vocauere, explicemus, docētes quæ frugi ſit hypoſtaſis, & quæ ab hac præter naturam intenſionem remiſſionémve præ ſe ferat, ſignificatáque aperiemus, quæ ſontica diſcrimen portendant ſedimina, & quæ minus periculi, quæ ſalubritatem ſignificent cum in ægris tum in ſanis corporibus, & quæcunque præſagia inde ſumi poſſunt: hypoſtaſinq; & ſubſtantiæ colorúmque mixtionem ceu terminum perfectū annotabimus. Ad quæ aperiēda, veri ſummi optimique Dei fauor adſit, nequid quod ad rem faciat, prætermittamus. Sumamus itaque exordiū ab hypoſtaſis (ſic enim vtendum eſt poſitis nominibus) inculpatilis expoſitione. Euidentius tamen & cæteris omnibus eruditius de ea Hippocrates ſapientiſſimus medicorúmque omnium princeps diſſeruit: de qua vt nihil detrahemus, ita ne tantillum quidem adiiciemus. quoniā appoſitio detractióque præter naturam ſunt. Facit igitur diuus ac ſapientiſſimus Hippocrates verba de ea quæ præter naturam non eſt hypoſtaſi. Lotiū itaque ſecundum naturam, hoc eſt inculpatile, eſt in quo id quod ad fundū matulæ conceſſerit, cādidum & læue & æquabile per tēpus concoctū morbive decurſum exiſtit. Et ſanè ſapiēs ille vir, breuitatis amator & ſummus artifex, hunc in modū ex cōtento definitionem contexit, præteriens eſſentiam, colorem, tanquam particularia. Nos verò in præſens quæ omiſſa & intacta ab eo ſunt, ita ſarcire conamur, vt quotquot in hunc commentariolum inciderint, miro perfundātur gaudio. plerique enim diffinitionem mancam audientes, tanquā parum ſapientem, ſummum authorem iudicant. Quocirca diffinitio numeris omnibus abſoluta lotii ſecundum naturam eſt huiuſmodi: Lotium optimum eſt & inculpabile in quo contentum matulæ fundum petens, (*à Græcis ὑπόστασις, à Romanis ſedimen & ſubiectum appellatum*) colore album, læue præterea & æquabile per vniuerſum morbi tēpus reſidet: ſubſtātiæ verò nō diffugit moderationē, colorē fuluū & ſubfuluū cum perexigua rubedine cōiunctum præferens. Quoniam autem diffinitio hunc in modum abſoluitur, conſequens eſt in lotio quatuor hæc conſiderare, ſedimentum, colorem, eſſentiam, & tempus. Cæterùm cuiuſmodi ſingula in ſingulis eſſe conueniat, ordine explicabimus. Hypoſtaſis itaque naturalis colore alba eſt, & inferiorem quidem, ſed inculpabilem locum occupat, hoc eſt, matulæ fundum attingit, neque ſeparatur multum ab eo: læuis præterea & continua, & æquabilis, pluſculos ita dies permanens. nam id verè eſt æquale per tempus ſeruatum. Siquæ igitur hypoſtaſis vnā aut alteram ex quatuor hiſce conditionibus non habuerit, vel in diuerſum conuertatur, hanc minimè naturalem cenſeto. Cæterùm perinde atque iam pridem formulam aut compoſitionem ſubſtantiarum colorúmque concinnauimus, ita & hic quoque cuncta, quæ obſeruanda ſunt, cum hypoſtaſi componere conabimur. Fiat autem poſtremo quod in hypoſtaſi perpendendum venit, æquabilis videlicet metamorphoſis in contrarium, reliquis immutatis perſiſtentibus, vltimum etiam inæquale. Sedimentum album, continuum & inæquale, concoquendi virtutem deiectā ſignificat. Interdū enim vſqueadeo debilitatur ea, vt ſatis nōvaleat cōcoquere natura, ſed crudū quidpiam relinquit, propterea quòd non perpetua fiat ſingulis diebus concoctio, ſed nunc quidem decocta, nunc verò cruda hypoſtaſis. Rurſum fiat & continui transformatio, ita quidem vt vtraque hæc in vnum conuertātur, adeò vt hypoſtaſis ſit neque continua neque æquabilis.

Candidum ſedimentum diſcretum, ampliorem cruditatem præfert, & in coctrice facultate deficientibus B duobus. neque enim æquabilitas tantùm, ſed & læuitas quoque amiſſa eſt: adeò vt hypoſtaſis præterquam quòd inæqualis videtur, diuulſa quoque cōſpiciatur. Cæterùm continuam hypoſtaſin flatuoſi ſpiritus interſecant & diuellunt, craſſitudinis indigi, & æqualitatem diſrumpentes. Hiſce itaque rationibus cætera ſubiecti portio vtriſque his crudior quàm ex vno horum, neceſſariò conficitur. Mutemus verò denuò quod conceſſum principio eſt.

Eſt præterea lotium, non leuem ſed diſſectam & æquabilem habens conſtitutionem. Cuius ſortis lotium C perniciosum cenſeo, quoniam multos ſpiritus quibus nequit natura euaporationis tantum conciliare vt digerantur, declarat. Porrò lotium nonnunquam diuulſum redditur & inæquabile, & ſuperiore ſalubrius eſt, eo quòd non perpetim in dies diſpergatur veluti æquabile, ſed interdum tamen diſſipetur, interdum verò minimè, atque ob id quidem minus eſſe flatus qui continuitatem diuellat ac diſtrahat. Id ipſum in arteriarum deficientis percuſſus exemplo declarabimus. Nam ſi is multis diebus eundem tenorem mordicus obſeruarit, magis ſonticum eſt D quàm ſi diebus ſingulis alteretur. hoc enim erit inæquale. Præſtat itaque (quod horrendum auditu videtur) lotiorū hypoſtaſin eſſe diuulſam & inæqualem, quàm non continuam & æquabilem.

De enæorematis quod eſt ſublationibus, & primitus quid continuum enæorema ſignificet, Cap. IX.

EA igitur contenta quæ in matulæ fundum deſcendunt, (hypoſtaſes dicuntur) ea candido colore eſſe expedit. Si eadem proprium locum prætermiſerint, & ad E medium totius matulæ conceſſerint, appellantur *Græcè ἐναιώρημα, hoc eſt ſublimia, ſiue dicas ſublationes, ἀπὸ τοῦ ἐναιωρεῖν, id eſt ab elatione pendendóue,* quaſi æquo ſpatio ab vtriſque extremis ſecederent. Eſt verò & ipſum quoque enæorema continuum & æquabile. Illud enim ſubcrudiuſculum adhuc non potuit à natura exactè concoqui, vt ad infernum locum ſecederet. Hoc concoctum quidem ſed flatulenti cuiuſpiam ſpiritus participatione incidentis contentum in medium matulæ locum effertur.

De nubibus quæ natant in vrina & primitus candidæ nubis, continuæ & æqualis notiones, F Cap. X.

QVæcunque autem contenta ad ſummam vſque vrinæ ſuperficiem peruenerunt, *νεφέλη hoc eſt nubes,* vocauere, qui circa haſce res prudentes fuerunt: ſumpta tranſlatione à nubibus, quòd quemadmodum nubes à terra ſummè ſecedunt, ita & hæc contenta à fundo matulæ, quod illi terræ proportioni reſpondere putauerunt, in ſummam vrinæ ſuperficiem, vltra mediam regionem ex multo ſpiritu impulſa, aſcendunt, & eodem in loco hæ G rent. Cæterùm nubes albo colore & ſpumoſa, ſupremam lotii ſedem in febribus ancipitibus intercurſans, bileum humorem portendit. Si in ſynocha febri album lotium nubes ſpumoſas habeat, valde exitioſum: illa enim (*quæ ὑποχόνδρια dicuntur*) dextra doloribus affici notat. Si in cauſo, *hoc eſt in febre ardente,* lotium nubes atræ occupant, in quartanam febrem tranſire declarat. Sin verò neque flatus neque ſpiritus infernum matulæ locum fundúmque petit, exactum coquendi officium ſecundum naturam abſolui denuntiat. Vocatúrque (ceu dictum eſt) ὑποστάσεις, H qua infernam habitudinem ſignificant. Cæterùm quæcunque de hypoſtaſi, item & de enæoremate memorata ſunt, eadem & de nube dicta putato. Vocantur autem hæc omnia communi & generali nomine *παρυφιστάμενα, hoc eſt contenta,* & ſolo ſitu diffident. Liquet igitur cur de

hoc loco non fuſius ac amplius quàm ſignificata ſeu notiones tradam. Alteratur autem albus color quandoque ex hypoſtaſi in nigrum. Nigredo contentorum, ſemper quidẽ mala, ſed in nebula minus prauum. In enæoremate grãdius malum, in hypoſtaſi peſſimum eſt indicium.

Compari quoque modo de contentis habet candidis. nam ſi candida, diſiecta, & æquabilis fuerit habitudo inferna, (quod ſedimentum eſt) non malum: ſi nubes candida, melius: ſi enæorema ſit candidum, euidẽtius & præſentius bonum. Hippocrates quoque infit, Nubeculæ in lotio ſuſpenſæ, albæ quidẽ bonæ: nigræ verò, malæ ſunt. Atque ex his ſanè ſatis dictum eſſe de trium contẽtorum ſitu exiſtimari poteſt. Quoniam autem de tempore, ſubſtantia, locóque determinauimus, non fuerit parergõ, imò operæpretium, de coloribus deinceps per ſeriem tranſigere. Exiſtit verò ceu diximus naturalis ſedimenti color, candidus: non naturalis, niger, vel liuidus, vel ſpiceus vel ſubfuluus, vel rubeus, vel viridis. Hypoſtaſis proinde ſubrubea, à ſanguine diluto (velu i ſuprà docuimus) originem trahit, & cruditatem quidem portendit, verùm non lethalem. Rubea verò hypoſtaſis à ſincero ſanguine proficiſcitur, & exactum ſignificat concoctionis officium: quæ vbi moderata fuerit (hoc eſt, neque abundãs, neque deficiens & indiga) omni diſcrimine vacat. Quocirca quũ hypoſtaſis ſubrubea, materiæ familiaris ſit, nihil infert periculi. Materia autem, qui aqueus ſanguis eſt, proxima ſanguini exiſtit, atque ob id amica corpori: quare non multùm obeſſe poteſt (vt diximus) homini. Cæterùm quòd cruditatem quandam indicat, tempus ob id concoctionis expectandum eſt. Quod ſanè, vt res clamitat, humorum tempus ſuccedit, quoniam ii ante ſanguinem gignuntur: verbi cauſa, pituita & liquor: poſt ſanguinem verò, bilis vtraque. Sinceri verò ſanguinis generatio in medio vtrorumque exiſtit. Quoties itaque ſubrubeũ eſt lotium, colorem hunc ſumi à diluto ſanguine oſtenditur. Dilutum verò ſanguen & aqueum, ſemper ante ſincerum ſanguen naſcitur, atque ob id cruditatem & coquendi munus mãcum aut debile declarat. natura enim ſanguine inchoato, vrinam aqueo colore inficit. Liquet igitur (quod diximus) ſanguinem eſſe illum ſubcrudum & incoctum. Tempore itaque natura opus habet ad ſanguen dilutum coquendum. Rubea verò hypoſtaſis iudicatorium diem fore ſeptimo portendit. Nam ſi quarto die ſupremo loco nubeculam habuerit lotium rubeam, vnà cum cæteris concoctionis indiciis, perſpicuum eſt die ſeptimo morbum iudicari. vnde Hippocrates, Quibus ſeptima iudicatur, his nubeculam habet quarta die rubeam, & alia ex ratione. Hactenus igitur de ſubrubri coloris rubeique ſignificatione ſatis ſit. Sedimentum lotii coloris luridi, caloris virtutiſque extinctionem ſignificat. Præterea in febribus ancipitibus liuida vrinæ hypoſtaſis ſuperuenientis diei periculum denuntiat. Viride lotii ſedimentum, feruorem immẽſum, & cacohecticam ægrimoniam portendit. Sedimentum ſubnigrum, ab abſoluto nigrore nonnihil deficiat. Prædicit autem id, ſi plurimùm ad medium locum tendit, & enæorematis nomen accipit, in febre feruente (quam *καῦσον* dicunt) dementiam, & omne genus ſanguinis fluores, comitante magna ex parte iudicio, *quæ κρίσις Græcè uocatur*, non citra rigorem ſudorémque. Vrinæ hypoſtaſis atra, vt plurifariam, ita & diuerſam ſignificationem habet. Eſt etenim quando algoris, & eſt quando ardoris indicium eſt. de qua re in hunc breuiter modum diſputabimus. Quòd ſi ſedimentum, quod ſubiectum eſt, de quo hîc agimus, nigrum anteceſſit, liuidum fuerit, & nigredinem acceperit, frigiditatem ſubeſſe ſignificat. ſin autem hypoſtaſis viridis præceſſerit, & ater eius contenti color ſequutus ſit, dubio procul ex calore id factum ducito. Candidus color perpetuò inculpatæ ὑποστάσεως indicium eſſe creditur. Vbi ſciendum eſt quòd color non raro imponit artifici quantumuis ſolerti. quum videlicet crudus humor in habitudine quæ hypoſtaſis eſt, inferna, albus conſpicitur, & boni ſediminis ſpeciem præfert, quum nõ ſit, tum candore decipitur artifex, bonam hypoſtaſin iudicãs. Cæterùm id odore à naſuto pulchrè deprehenditur: graueolentem enim odorem, ac fœtidum emittit. Quin & lumbi vlceribus impetiti, veſica item & iecur, vel alia quædã pars, dum per lotium expurgatur, purulentum quippiam eiiciunt: affirmante idipſum Hippocrate, libro ſentẽtiarum quarto: Siquis ſanguinem, inquit, vel pus minxerit, vel lumbi vel renes vel veſica vlcerata ſunt. Et rurſum. Quibus in vrinaria fiſtula, *quæ οὐρήθρα uocatur*, tubercula gignuntur, ſi ſuppurent & prorumpant, mali ſolutio fit.

Neque latere quempiam poteſt, quòd per eundem vrinarium meatum interdum ſanies emingitur. Cæterùm crudus ille humor ex inæquabilitate eſſentiæ hypoſtaſεως diiudicari poteſt, quoniam crudi humoris ſedimentum ſemper diſiectum cernitur, & ſabuloſum eſt. Horum verò ideo facta eſt mentio ne medico color imponat, ſed admonitus is ſtudeat verã hypoſtaſin à ſanie crudóque humore diſcernere: memineritque, ſi quiſpiam ſanguinem aut pus mingat aut ſquamas, malúſque & grauis odor inſit, vel lumborum vel renum vel veſicæ exulcerationem ſignificare: & ſi arenoſa in lotio ſubſiſtant, idque diutulè, veſicam aut renes calculo laborare. Quatuor igitur hactenus hypoſtaſis differentias, colorem, regionem, ſubſtantiam & tempus, compendioſè explicauimus. Reliquum eſt vt eadem, quatuor partibus ſubſcripta formula ante oculos ad hunc modum ponamus. Candidum lotii ſedimentum, continuum & æquabile. Candidum lotii ſedimentum, continuum & inæquabile. Candidum lotii ſedimentum, diſiectum & æquabile. Candidum lotii ſedimentum, diuulſum & inæquabile. Iſtæ igitur ſunt quatuor ſedimenti in formula tanquam in tabula propoſitæ ſpecies. Cæterùm vt altitudo corporis vrinæ trifariam diſpeſcitur, in fundum ſcilicet, ſuperficiem, & vtrarumque extremitatum medium, ita & contẽtorum *quæ Græcè παρυφιστάμενα dicuntur*, quoque tres locos eſſe docuimus, eáque contenta quæ ad imam regionem matulæ conceſſerunt, diximus ὑποστάσεις vocari: quæ verò ad totius altitudinis ab vtriſque pari ſpatio peruenerunt mediũ, ἐναιωρήματα: quæ autẽ ad ſupremã vſq; regionem cõceſſerunt, νεφέλην appellari. Singularũ adhæc rationes ob quas videlicet eiuſmodi regiones occupãt, & quid portẽdãt quidq; indicẽt. & vt eius quæ ad matulæ fundũ conceſſit deſcriptionẽ, & differentias deniq; retulimus, ita & ſublimiorum quoq; (*Græcis ἐναιωρήματα* vocatas) diſſidẽtes ſpecies hac formula tãquam ex ſpeculo patefactas elucere volumus. Enæorema, *hoc eſt ſublatio*, candidum cõtinuum & æquabile. Enæorema candidum continuum & inæquale. Enæorema candidum diſiectum & æquabile. Enæorema candidum diſiectum & inæquabile.

Hæ ſunt ergo enæorematis ſpeciales differentiæ, quas hîc tanquam in tabula propoſuimus. Procedenti verò ſermone iudicia & præuidentias vniuſcuiuſque differentiæ exponemus. Nunc verò & tertiæ quoque contentorum ſpeciei, quæ ad ſupremam lotii regionem peruenit, & nubecula vocatur ſeu nebula, differentias proſequemur, quidque portendant ſingulæ, ſilentio non prætereuntes. Eſt autem eius deſcriptio talis. Nubecula candida, continua, æqualis. Nubecula candida, continua, inæqualis.

Nubecula candida, diuulſa, æqualis. Nubecula candida diuulſa inæqualis. Trium itaque παρυφισταμένων differentias breui quidem ſed abſoluto ſermone enumerauimus, & formulis quaſi deſcripſimus. nunc de cæteris ad hanc diſciplinam neceſſariis tranſigamus. Tria ſunt quæ hominis corpuſculum conſtituunt, ſpiritus videlicet, humores & ſolidæ partes. Humida autem ex quibus humanum corpus conſtat, humores ſunt, & eorũdem ἐνεπτώματα. Cæterùm ſuper iis quæ putrefactis humoribus iniunguntur, nihil quod referre oporteat, relictum eſſe autumo. Quocirca inpræſentiarum vt de vrinis exactam diſputationem reddamus, quæcunque ex ſolidis partibus per vrinas effluunt, ſingula perſtringemus. Enimuerò potiores quædam earum partium, nonnunquam eliquantur & olei ſubſtãtiam induunt, vel aliam id genus ideam æmulantur. Quum igitur adeps & caro ſolidarum partiũ liquidiora & molliora exiſtant, adipem quidem in primis vt omnium ſolidarum partium molliſſimam, & ad ſoluendum præ cæteris multo magis idoneum, mox

etiam carnem reſoluit. Adipem itaque liquefactum ca-
lor præter naturam in olei eſſentiam permutat. Quia ve-
rò eiuſdem non ſtatim quanta quanta eſt, fit cumulatim
colliquefactio, verùm initium quoddam reſolutionis,
incrementum item, & temporum ſummum vigorem ha
bet, non fuerit fortaſſe parergon clariorem eius cogni-
tionem facere. Lotii oleacei trinæ ſunt ſpecies, quarum
quælibet proprio nomine gaudet. Siquidem in principio
quum olei colorē præferunt quidem, ſed nondum exactè
eo colore tincta ſunt lotia, ea præſentatur ſpecies quæ o-
leicolora dicitur, quū exiguum pinguis liquefactum eſt.
In augmēto verò ſpectatur oleapparēs, quòd olei faciem
præ ſe ferat, quum liquefactio iam maius ſpatium occu-
pauit. Vbi verò adeps pinguéve iam exactè colliquatum
fuerit, lotia colorē oleaceum exhibēt, vocātúrque huiuſ-
modi vrinæ oleaceæ. Proinde olei colorē repræſentātes
vrinæ, dilutæ & quaſi aqueæ, colliquationíſque pinguedi
nis principium declarant. Quæ verò incremento tēporis
olei inſtar apparent, exactiorem habent olei ad vrinam
cōmixtionem. Oleaceæ verò vocatæ quæ in ſummo, ma-
nente ægritudine, conſpiciūtur, & colore & ſubſtātia o-
leum referunt. Lotium in febre oleaceum nigro tinctum,
incenſionem & adulterinam caliditatem ex conuulſio-
ne, interitúmque oſtēdit. Atque vt ſummatim expediam,
memoratæ vrinæ, quandoque liquefactum pingue totius
corporis, quandoque renum tantummodo, ſignificant.
Nam ſi paulatim huiuſmodi color proceſſerit, ita vt mul
to tempore eiuſmodi oleacei colores confirmentur, fe-
bris per vniuerſum corpus diffuſa: ſin breui & cumula-
tim iidē conſpiciantur, ſolorum renum affectio demon-
ſtratur. cuius vtique rei euidens argumentum eſt, vehe-
mens præſentis ſtatus caliditas. Illo nāque modo calor in
toto corpore ſentitur: hoc verò, in renibus ſolis excita-
tur. In confeſſo enim eſt, quòd pinguedo in multas partes
diffunditur. vel enim lumbos inuoluit & totos quaſi o-
perit: vel in cunctas corporis partes diffunditur. Ea verò
quæ circa renes eſt lumbóſve, pinguedine colliquata, &
per lotium exeunte, magis cumulatim prorumpit quàm
id quod in vniuerſo corpore exiſtit pingue. quoniam illa
haud longè ab vrinariis meatibus: hoc verò ab his emi-
nus conſiſtat. Hippocrates verò Cous id nauiter & ſcitè
perpēdit, quum in libro ſententiarum ita prodidit: Quo-
rumcūque lotio pingue multum & coactum ſedimētum
ineſt, iis renum mala & grauia fore portēdit. indicium ſa-
tis præclarum, pingue lumborum colliquefieri. Atque ali
bi: Lotium in febre feruida ſedimētum pingue habēs, in-
teritum demōſtrat: quòd ſi abſque febre in ſenibus eiuſ-
modi cōpareat, παράλυσιν, *hoc eſt membri cuiuſpiam ſolutio-
nem*. Atque hoc pacto quiſque memorata cōſiderans, vri-
nas oleaceas ex colliquatione pinguis factas iudicare ſatis
valuerit. proinde de his receptui canētes, par eſt vt de re-
liquis quæ æquè ad hanc diſciplinā facient, diſputemus.
Depaſto iam corporis pingui, reliqua quoque caro eli-
queſcit, & erui inſtar globoſa excernuntur in lotio ſedimē
ta, atque duo ſignificāt. aut enim renum aut totius corpo
ris languorē: ſi cōcoctum fuerit lotium, & eruoſæ ſint hy-
poſtaſes, morbum renum: ſin incoctum, totius corporis
malū portēditur. Proinde quū ſolidæ ac rigidæ corporis
partes cōtineāt in ſeipſis lōgum, latū & altum, quæcūque
euidētiora fruſtula ab hiſce cum latitudine & lōgitudine
(nam nō adeò euidentē habēt altitudinē) abſciſſa diſſul-
tant, aut ſuperficie tenus abraduntur, & laminarum (*quæ
Græcis πέταλα dicūtur*) inſtar in lotio cōſpiciūtur, veſicæ vi
tium ſignificant, atque inde nomenclaturā ſortiuntur πε-
ταλώδης, *id eſt lamineæ*, quòd πετάλοις, *hoc eſt laminis*, quæ ex
tritico friato excoriātur, ſimiles videantur. Cæterùm iu-
xta præfatā rationē ex lumbis quoque eiuſmodi lamina-
rum ſpecies abſcinduntur. Nam ſiquis laboret febre & lo
tium lamineam ſortiatur eſſentiam, vniuerſum affici cor
pus cōiectare oportet. Quæ ab hectica febre non incēdi-
tur, ſi febris nō adſit, veſicæ ſolius malum ſubeſſe putato.
Ablacerātur & exeūt huiuſmodi quoq; hypoſtaſes nō tā
ſi vrina fuerit cōcocta q̄ incōcocta. Quòd ſi cruda fuerit,
vniuerſi corporis malū præmonſtrat: ſin cum inculpabili
cōcoctione, ſolius veſicæ malū adeſſe ſignificat. Vbi ve-

A rò febris depaſto pingui altius corporis receptacula corri
puerit, & ſolidiora attigerit corpora, euidentiora quidē &
craſſiora, ſed anguſtiora quàm ſint lamineæ hypoſtaſes, in
vrina abſciſſa fruſtula πιτυρώδεα, *hoc eſt furfurea*, excernun
tur: vnde & hypoſtaſes appellātur furfureæ, quòd videan-
tur ſimiles furfuri bene moliti tritici. Ac eiuſmodi ſanè
hypoſtaſes, itidē vt præfatæ, & ſolius veſicæ ægritudinē,
& vniuerſi corporis malū oſtēdunt. nā ſi febris affuerit,
totius corporis eſt malum: ſin minus, veſicæ ſolius. At, ſi
lotium fuerit incoctū, morbus totius eſt corporis: ſin cru-
B dum, ſolius receptaculi vrinæ. Cui ſentētiæ cōcinit Hip-
pocrates: Quibus, inquiēs, in lotio craſſo furfuracea quæ-
dā ſimul eminguntur, his veſica ſcabie laborat. Quum
autē febris per tria corporis interualla cōprehenderit, per
longitudinē, latitudinem ac craſſitudinem, euadunt ta-
les furfurum craſſiorum hypoſtaſes, appellātúrque κριμνώ-
δεις & ἀδρομερέστεραι. Vbi nolim te latere κριμνώδεας appel-
lari ὑποστάσεις, à craſſiuſcula quadā farina quā κρίμνον *Græci*
vocāt, *Latini ſimilam*: ἀδρομερέστεραι autē, quòd ſectiones fru
mēti, quum molitur, volitātes, ἀδρομερῆ priſca *Græcorū* lin-
C gua vocabantur. Sunt verò nihil aliud quàm ex malè mol
lito tritico ordeóve cribrati furfures, non tenues ſed craſ
ſiores & pleniores. Cæterùm κριμνώδεα huiuſmodi, dupli-
cem ſignificationē prætēdunt, vel ſolidorum corporum
vehemētē ac validā attritionē colliquefactionémq;, vel
ſummā toſturā ſanguinis. at ſi cādido colore fuerit ſedi-
mētum, ſolidorum eſt corporum lāguor: ſin rubeo colore
infectū, ſanguinis. cuius vtique rei locuples teſtis eſt Hip-
pocrates Aphoriſm. 7. Quibuſcunque, inquit, febricitāti-
bus nō leuiter lotium bilioſum, ſedimina veluti farina
D craſſior, nō bonū. Itémque, In febribus longis vrina cum
ſedimento ſimilagineo, & aliis ſalubribus indiciis con-
currētibus, morbi diſceſſionē pronuntiat. Itē in febribus
enæorema ſimilaceum, longā ægritudinē fore ſignificat.
Sed hactenus de craſſioris eſſentiæ ſediminibus quæ in
lotiis apparent, ſatis dictum arbitror. Nunc par eſſe vide-
tur, iudicia etiā vrinarū ſedimine priuatarum declarare.

De lotiorū hypoſtaſi carētium, iudicio,
Cap. XI.

Hypoſtaſi priuata vrina, tenuiſſimæ eſſentiæ & percā
E dido colore, obſtructionē vaſorum nō cōtemnendā
vel ingēs frigus, & cōcoctricis potentiæ indecentē debi-
litatē, præſagit. & ſi lotium in his modeſtum ſit, & hæc e-
runt mediocria. Atqui hypoſtaſi ſpoliatum lotiū, ſpiceo
colore ſubſpiceóque, minorē meatuum obturationē de-
clarat: cæterùm ſimilē cruditatē. Nam cōcoctionis excre-
mēta cōtenta nō præeunte cōcoctione nō incōcocta eſſe
non poſſunt. Aureo autē colore & croceo citra ſedimen
lotium, oppilationē quidē nō paruo exiliorē præferunt:
ſed cruditatē obſeruāt, veluti adulterinus calor expugnaſ
F ſet naturalē. Quin & cruciatus vehemētes iſtiuſmodi lo-
tia cōſtituunt, & exercitationes acres, defectionéſque ma-
teriæ, oblongas vigilias, & ſegnitiē denique naturæ. Vlte
rioribus tincta coloribus lotia, ipſis coloribus ſuccorum
dominantium cum qualitatem tum proprietatem de-
monſtrant. de quibus ſuprà ſatis dictum eſt.

De iudicio vrinarum ab odore tetro, Cap. XII.

A Grauiter olente lotio non vna tātùm notio ſumēda
eſt: ſiquidē à graueolētia vrinarum eſt cōiectare pu-
tredinē alicuius partis interioris. Grauiter olens vrina &
G vellicans, humorum putredinē ſignificat. lotium tetri o-
doris, mordax & vrēs, tabē denuntiat. Et rurſus in febri-
bus lotium dilutum & albicās & copioſum cum cādidis
enæorematis tetro odore, mentis vacillationē alienatio-
némve (*quam* παρακοπὴν *Græci uocant*) ceſſaturā indicat. Et a-
liter: Lotium in febribus ancipitibus craſſum, atrū & gra
ueolens, veſica nō lāguente, interitum demōſtrat. Vel lo-
tium tetrum odorē emittens, colliquefactionē & putrefa
ctionē naturæque extinctionē portēdit. atque ita quidē
à fœtida vrina coniectādum. Satis nunc ſuper talibus vri-
H nis dictum autumo. de complexu deinceps tranſigamus.

De complexu hypoſtaſeos colorum & ſubſtantiæ,
Cap. XIII.

Qvandoquidem ſuperius tenuis & craſſæ eſſentiæ lo-
tia cū coloribus haud inſcitè, vt reor, cōpoſuimus:

Nunc de complexu ſubſtantiæ(quem & fluorem dicunt) & hypoſtaſis,quæ cum quibus coloribus cõuenire queãt, & quidnam horum vnumquodque præſagiat,verba facere inſtituimus. Vbi ſciendum eſt quòd vbi hypoſtaſis fuerit ſubſtantia craſſa, ex confeſſo concoctionem exactam oſtendit,vel immenſam craſſiorum incoctorúmque humorum affluentiam . Cæterùm huiuſmodi ſedimentum cum tenui vrinæ ſubſtantia conciliari non poteſt. Copulemus itaque vno ſub iugo eſſentiam craſſiorem cum æquali ſedimine,& cum colore rubeo & ſubrubeo.in complexum nanque hi,cruditatem præ ſe ferentes,conuenire nequeunt. Auſpicabimur itaque à colore ſubrubeo complexum contexere,quia hoc ab diluto ſanguine , illud ab abſoluto ſanguine proficiſcitur. Scito autem quòd colores nonnulli ſubſtantiæ profuſionis coniuncti ſedimenti quidem,ſed imperfecti conſpectantur. Quum ſubrufo igitur colori craſſa ſubſtantia,quemadmodum diximus, coniungitur,morbi longitudinem præſagit.Quòd ſi cum ſubrufo colore lotii , ſubrufum ſedimentum non diſiectum & æquabile copulatur, et ſi craſſa fuerit vrinæ ſubſtantia pariter & craſſa hypoſtaſis rufa , & idem portendit, & affluentiam ſanguinis oſtẽdit. Meiitur & huiuſ-
A modi complexus ſedimen craſſum,atrum cum lotii ſubſtantia craſſa & atra.Et non tam eſſentia quàm ſedimine ipſo ingentem vim ſanguinis ſignificat. Fit nonnunquam in lotio talis complexus,qui nõ tam eſſentia quàm ſedimine ipſo toſturam ſignificat.Pari etiam modo ſubſtantiæ ſediminique colores appoſiti coniuncti idem declarant,ſiue ſecundum redundantiam ſiue defectionem, citra tamen vtrorumque cum eſſentiæ tum hypoſtaſis mediocritatem: modò colores præter naturam non ſint, ſed naturales,verbi cauſa,fuluus & ſubfuluus:quibus quũ
B huiuſmodi lotium tingitur,exactam cõcoctionem , non tam eſſentia quàm ſedimento coloribúſque, præſagit.

Quòd ſi lotium croceo apparuerit colore & ſublatio atra ſit,nulla ſpes ſalutis affulget,ſed interitus demõſtratur. Si lotium fuerit roſaceum, (quod redundantem bilem albam ſignificat)ac in medio nigra contineatur nubecula, interitum ſignificat:At ſi nigra non ſit ſed aliter,ſcito toſtam eſſe bilem in vniuerſo corpore . Sed oratio ſuper vrinarum cognitione doctrináque ſatis habita,& per genera,ſpecies,ac differentias ſcitè admodum facta diſtri-
C butione,hoc in loco gradum ſiſtat.

ACTVARII ZACHARIAE FILII DE SPIRItu animali libri duo: prior De actionibus & affectibus ſpiritus animalis, poſterior De ſpiritus animalis nutritione: AD IOSEPHVM RACENDYTAM.

Iulio Alexandrino Tridentino interprete.

ACTVARII in librum ſuum De actionibus & affectibus ſpiritus animalis, præfatio.

QVVM aſſidua tua nuper philoſophandi conſuetudine circunfuſas intellectui noſtro tenebras diſcuſſeris, coegeriſque ad nos ipſos redire, ac perſpicere ſpiritum ineſſe nobis diuinum atque intellectualem, qui in animali hoc & intelligibili ſpiritu elucens, functiones noſtras perficiat: commentariúmque tibi præterea exhibendum cenſueris de ſpiritu animali noſtro, quò purior is arte adiutus perduret: tum de victus ratione qualem huic adhibere conueniat: iniquè ſanè facturus ſum niſi tuæ in hoc voluntati morem geſſero, librúmque in tui gratiã hunc, quo pro conſilio vtare, exarem: quò ſcire promptius poſſis quanam victus in hoc ratione vti debeas, corporique vnà ſanitatem, ac ſpiritui huiuſmodi animali intelligẽdi vim ſinceram illam elargiaris: propterea quòd præ cæteris curam te in hoc vnum contuliſſe video omnẽ, mens vt tibi, dum theoremata contemplatur, inſtrumento nimirum vſa idoneo, animæ deinceps facultates illuſtret: vnde ſanè beatum te eſſe arbitrère, ſpiritus huiuſce quiete ac conſtitutione. Atque hoc tibi à me muneris perſolutum iamdiu oportuit, pro iis quibus nobis vſui ſis artis bonis. Conueniens denique eſſe viſum eſt obtemperare iam, optimáque & abſolutiſſima artis theoremata aggredi, tibique vnà tali tantóque amico, patríque optimo, gratificari. Nam quòd medicorũ theorematum finis ſit ſpiritus, qui in nobis eſt, animalis contemplatio, quo planè ſpiritu rationalis animæ facultates illuſtrantur: itémque initium is & veluti fundamentum ſtatuatur iis hominibus qui in mundo ipſo intelligibili verſantur, tu quidem exactè ſanè noſti, nóſque (vt ſcis) ſatis de his nuper philoſophati ſumus. Quòd verò quibuſdã quaſi ſcalarum gradibus aſſimilentur philoſophicæ ſpeculationes, quæ quidem menti aſcenſum à vilioribus ad digniora præſtent, interim tamen mutuo inuicem auxilio egeant, hinc facilè colligas. Etenim mens, quæque circa ipſam verſantur animæ actiones, in quæcunque facultates ſuas tranſmiſerint, perſpicua illa ſuſcipiendiſque formis idonea permanere cupiunt. Hæc porro nunquam quidẽ conuenientem ſibi ex arte rationem integrã ſeruarint, quæ penes temperamentũ qualitatémque ſpectatur, ac quantitatẽ: niſi mens prius ipſa diligẽter perſpiciens, cõmodũ victus rationis medicamẽtorúmque vſum inueniat, in iis quidem in quibus operæpretiũ ſit ita fieri: quandoquidẽ in omnibus id non euenit. Quæ quũ ita habeant (id quod lõgè ſanè ipſe quàm nos melius dictis confirmaris) ſatius fuerit, repetito hinc ſermone, declarare prius quæcũque ſcire eum conueniat qui fortè in librũ hunc inciderit: ne falli contingat rationũ ignorãtia, quibus hominis œconomia diſpenſatur. Siquidem veriſimile eſt fore vt ad aliorũ quoque manus perueniat liber is: quibus non eo quo tu in philoſophia habitu præditis videri nõ omnino inepta poſſint etiã hæc quæ ante propoſitã materiã dicẽda ſunt.

Quum igitur eorum quæ ſecundum naturam perficiuntur, nullum neque temere, neque vt ſors tulit fiat, maneátque hoc firmiter maximum atque incõcuſſum axioma: iniquum ſanè fuerit, eorũ quæ fiunt erroneam ac minimè opportunam originem cauſari, eo quòd veras, quibus illa conſtant, rationes ignoremus: quum æquius ſit ab iis quæ comperta habemus, ad incomperta tranſire, horúmque ita vnà inquiſitionem moliri. Hoc

A enim pacto etiam eorum quæ alioqui nos fugiunt, plurima ſeſe manifeſtarint menti diligenter iſta ac ſollicitè tractanti. Natura enim hæc, & ſimilitudine, quæ ſecundũ ipſam ſunt, nouit: excellentia autem, quæ poſt ipſam: participatione verò, & alteratione, & affinitate, quæ ſupra ipſam. Porro quòd non omnibus innatum hoc ſit, vt ea intelligant, cauſa in eo fuerit, quòd inde auerſi circa materiam hærentes inhiamus. Itaque ne, producto in longum ſermone, inſtitutum videar trãſiliiſſe, propoſiti noſtri initium à reipſa ſumemus quæ in

B quæſtione verſatur, ſi paucula prius quædam de anima dixero, ſic nimirum orationis ipſius ratione exigente.

DEMONSTRATIO EX PARTICVLARIBVS animalium irrationalium proprietatibus, quòd diuina quædam nobis inſit ſubſtantia. CAP. I.

HOminem ex contrariis conſtare in vnum coeuntibus, anima videlicet & corpore, & tibi ipſi ante alios clarum ex demonſtratiua methodo factum eſt, & multis præterea ex ipſa quam de ſenſu ſumunt fide:

C id quod, qui in ſenſum reſpiciat, nõ ſanè minus ex defunctorum quoque corporibus deprehendat, quæ, quũ melius ſemper quiddam recedit, puta anima ipſa, demortua viſantur. Cæterùm hoc quum in animantibus quoque reliquis appareat, nondum ſanè diſcrimen inter nos & ratione carentia animalia ſtatuerit manifeſtũ. Ratione verò manifeſtũ facilè ſit quid inter irrationalẽ rationalémque animã interſit. Animaliũ enim vnumquodque ratione carentium præcipua quædam innata obtinet, quæ ipſum conſtituant: híſque ipſis,

D priuſquã videri poſſit edoctum, nulla præeũte formula vtitur: neque quomodo ad hoc deuenerit intelligere interim valens, neque verò quo pacto ad aliud ſe conferat inſtitutum ſciens, ſed iiſdem ſemper vnumquodque vtitur. Etenim apis eaſdem vbique adhibet extruendis aluearibus figuras: quum tamen interim liceret diuerſa etiam figurarum ratione præſtare ſecuritatem: eodémque ſemper artificio vtitur: neque illa vnquam vt ab opere ſuo ceſſet, perfeceris: neque verò ſi feceris, aliud illam opus aggredi animaduertes. Quin

E ſi eam animal iam factam à parentibus ſegreges, idque quum nondum mellis faciundi œconomiam didicerit, vnde id & quomodo conſtet, iámque dimiſſam liberè euolare ſinas, eadem hæc quæ progenitrix præſtabit, nec ſanè operis quicquam omittet: propterea quòd nõ antea initiata à parentibus ſit: nec, ſi vel plurimum laboret, maius vnquam quicquam quàm reliquæ præſtiterit. Formicæ tritici granorúmque reliquorum aceruis gaudent, quæ æſtatis maximè tempore colligunt, hyeme verò nunquam foras prodeunt: nulláque his, vt

F apibus, florũ cura, aut roris tenuis: quin in eadem ſemper ſibíque propria incumbunt: neque eas in aluearibus hyemare vnquam videas, neque (vt mures ſolent domeſtici) in tectis, aut parietũ cauernis: ſed vnaquæque ſubterranea ſibi habitacula parat, futurámque cæli temperiem conſtãter vſque expectat. Araneus texit retia, vnde illi victus ſuppetat: quem ſi vel arctiſſimo incluſeris foramini, nunquam tam otioſum reddes vt non & filamenta producat, & inſidias culicibus tendat ſaltitantibus, aut muſcis, aut inſectorum animalium ali

G cui, quorúmque captura facilis ſit. Aliáque aliis, ſibi autem propriis interim ſtudiis delectantur. Siquidem leo venatum maximè exit, ac cætera rugitu territat: neque hunc tam vnquam cicurem reddideris quin dimiſſum idem ſemper factitare videas. Lepores contrà vniuerſam perpetuo vitam formidoloſam ducunt.

Canibus autem amor magis quidā in dominos ineſt: A
aliſque itē alia inſita viſitur quaſi prærogatiua quædam. Et(quod in totum dicen[d]um ſit) nullum reperias animaliū quod non aliis conditione quadam præſtet, omnia autem à ſe inuicem exuperantur. Quo ſanè fit vt non ſolùm hac de cauſa ſemiperfectum dici animalium vnumquodque poſſit reliquorum ſua in ſpecie, verumetiam multo magis ſi conceſſerimus paruam ea quandam obtinere particulam ac veluti tranſfluxū rationalis partis noſtræ: nempe artifice ita opificii i-
pſius ratione diſpenſante, quò videlicet ex apparente B
hac ſocietate ad affine ſibi conuertantur animalia rationis expertia, meliori autem & ſuperiori concedant, faciléque in ſeruitutem redigantur. Quemadmodum ſanè & nobis, quibus ipſis intellectualis ſubſtãtia concredita eſt, attributum fuit vt ad mentē noſipſos tantùm dirigamus, atque extollamus ſanctam illam ſupra mentem atque ſubſtantiam. Quòd ſi errore in hoc collabamur, quū nos inde decidimus, tum verò bruta reptiliáque iiſdem à nobis ſpatiis diſtant. Id quod mani-
feſtum maximè fit ex conuerſione iterum ad Deum C
noſtra. Iam tum enim effera venenatáque animalia obediunt, trahuntúrque in ſeruitutem, & cicura redduntur iis qui penes dignitatem intellectualem illam nobis conceſſam ipſi vitam ducūt. Atque hæc ſatius quidem fuerat ex te perquirere, circa intellectus opera maximè verſato, quique alia huic omnia poſteriora ſemper duxeris: nobis autem, quoniam perſuaſum eſt hæc ita ſe habere, multum ſanè exiſtimandum eſt eſſe inter hominē brutáque animalia interſtitii, ſicuti pla-
nè poſterius quoque confirmabimus. D

QVOD ANIMALIVM RELIQVORVM NVLlum animalis alterius prærogatiuam fert, homo autem cunctorum ſibi vendicat prærogatiuas, harumque meliorem quàm illa vſum nouit, rationem ad hæc adhibens & intelligentiam.

CAP. II.

QVòd ſi quemadmodū innata quadam proprietate alia aliis prudentia præſtant, ita pluribus quoque modis aliis cum genere humano communicarent, non ineptè ſanè quis affirmaret, hominem ean-
dem cum brutis aut(quod proximum eſt)non diſſimi- E
lem certè animam ſortiri. Nunc tam deteriore animalia rationis expertia quàm rationalia conditione ſunt, vt animaliū irrationaliū nullū, quālibet arte quauis aut vi coactū, alterius vnquam opus peragat: ſed ad eundem ſemper modum prudentiora opus edunt quod ſibi proprium ſit: quo modo ſanè minus quoque prudentia, ſuum. ac collatione quidem inuicē iſta demonſtrantur. Cæterùm intra proprios vnumquodque limites moréſque perpetuò conſiſtit: homo verò, quippe
quū animal ſit rationale, multóque meliore ac nobilio- F
re opificio conſtet, tanto magis cætera exuperat animalia ratione carentia, quanto hæc (ne quid maius dicam) plantas vincunt. Ac planè quemadmodum in ignobiliſſimo quoque animali inſpicias, licet plantarū œconomiam omnem, nutricationem ſcilicet, & augmentum, & fructificationem, breuiter quodcunque plantarum proprium eſt: contrà autem in his nullius ineſſe videas animalis aut ſenſum, aut motum, nedum mores & officia: eodem modo quantum natura homo
cæteris animantibus præſtet perpendas. Ac primùm G
inter homines alius alio prudētior apparet, & idoneus magis: horum autem vnuſquiſque artes ſubinde complures mutat ac mores, modiſque euariat infinitis. Neque temere quicquam inuenias eorum quibus cætera animantia præſtāt, aut moribus, aut vitæ ratione, quod non in hominibus quoque ſpectetur, ratione ex ſimilibus ſimilia ſemper inueſtigante: ac tanto magis excellere videntur noſtra, quoties ad vnam quandam cum aliis imitationem ſe conferūt, quanto magis hæc
cum conſideratione fiunt quæ ratione nititur. Quòd H
ſi ſingula quoque horum examinare libet, ſic quoque potiſſimum notes quantū ab his homines diſtent. Hîc enim & brutorum ferociam notes, & timiditatem, ibi vitæ communicātiam, ac ſolitudinem: ſicuti temperātiam in aliis, aut intemperantiam, ſcientiáſque, ac cæli mutationes, atque artes medicas: breuiter quodcūque in hominum vita ſpectatur vile, aut gratioſum. Adhæc homo non ſolùm vt apes mel recondit, ſed diuerſos etiam liquores ſuccóſque ad vſus diſpenſationem reponit, frugúmque formicarum more horrea cōſtituit, tum penui immittit quæcunque humanæ vitæ prodeſſe ratione ac rerum experientia comperta ſunt. Porro aucupes piſcatoréſque araneis melius retia contexere nouerunt, ſicuti medici ipſi ſalutaria parare medicamenta, lethaliáque: horúmque ſimul omnium rationē hi reddere poſſunt: at rationis expertia animalia nec ſatis quomodo iis quibus vtuntur, vtantur, nouere, nec ad alia trāſire valent. Quo ſanè mirari in primis ſubit, quonam tandem pacto, aut quibus demum perſuaſi argumentis nonnulli partem animæ noſtræ intellectualem ad irrationalia vſque animalia detruſerunt: quum ne ſpirituum quidem omnium peſſimi ſic ſe propriè habere exiſtimentur vt ad brutorum ſe conferant corpora, qui nihilominus ad homines quotidie tendunt. Sed quòd maximo inter ſe diſcrimine diſcrepent rationalia iuxtà ac rationis expertia animalia, fruſtra ſanè quis narratione longiore probare contendat, quum vel ſenſu perſpicuum id eſſe poſſit.

QVOD ANIMA NOSTRA DIVINVM ATQVE intellectuale ex propriis actionibus colligat.

CAP. III.

QVòd verò brutorum ſpiritus ille cum corporibus vnà abeat, nullatenus perſtans, noſter autem is immortalis diuinúſque habendus ſit, vel hinc perſpiciamus licet, quoties noſtrum hunc brutorum illi conferentes, conſultantem inuenimus, diiudicantem, ratiocinantem, ſuadentem, diſſuadentem, nunc hoc, nunc illo modo, ac plurima & mirifica ex inſomniis quieſcente ſemper corpore explanātem. Et quid quæſo attinet de inſomniis mentionem facere, quum iis quoque quibus repurgatus animalis ſpiritus, vitáque omnis ad rerum contemplationem conuerſa fuerit, omnia in aperto ſint, quæ alioqui natura ſua ſenſui ſe noſtro ſubſtrahere ſolent? Etenim quales tandem humores, aut ſpirituum effluxiones, aut irrationales facultates tam vnquam expeditè, nunc quidem exiguo admodum horæ momento, orbis vniuerſi peragratione, mundana opera perſpexerint, nunc autem relictis poſt ſe his, & ad diuina magis acceſſione, rerum, etiam quæ nondum ſunt, euentus pronuntiarint? An hæc animalium rationaliū videlicet prærogatiua eſt? Propterea autem quòd non ad hæc conuerſi viuamus, ambiguitas ſuboritur num diuinū id nobis & immortale inſit. Iā primùm enim, niſi talē nos quoque obtineremus ſubſtantiam, nunquam quidē ſciremus diuinā in mundo & intelligibilē ſubſtantiā eſſe. Naturæ enim affinitate ſenſibiliū iuxtà & intelligibiliū vnūquodque cognoſcimus. Atque hoc quidē pacto, quod in nobis diuinum atque intellectuale eſt, ex actionibus, quas hoc ipſum edit, deprehēditur. Sed & cōplura alia & quidē dilucidiora ſemper ad hoc afferre licet argumēta ratiocinātibus, idque ſi rationalē animā dictorū ſemper ſuppoſitū ſtatuamus. Neque enim propoſitū nobis nūc eſt de hac tractare, ſermonis tamē vicinia quadā in iſta quoque excurrimus. Porro ex pluribus quoque aliis colligi ſyllogiſmo poteſt, ſimplicē eſſe per ſéque mobilē rationalē hanc atque intellectualē ſpiritū. Immortalis autē quòd præterea ſit, cū ex iis ipſis quæ circa nos verſantur, colligitur, tū ex iis quæ ſenſui patēt. Etenim ſi (ſecundū Hippocratē quoque ipſum) vnum eſſet homo, minimè ſanè doleret: (vnde enim pateretur nō haberet) ſpiritus intellectualis & incorporeus quomodo quæſo interitū ſubeat? cui quidē nihil ſit quod paſſionem inferat? Quòd ſi quod rationale nobis ineſt, diuinum, immortaléque eſt, noſtra autē corpora hæc perpetuò fluxa ſunt atque obſtupida, illud diſquirendum, quibuſnam prius corporibus aſſocietur anima, tum per quæ ſuis ipſa facultatibus corpora illuminet. Hoc enim perſpecto, facile fuerit, artis quoque ipſius beneficio, quæ prius huic ipſi communicant, meliora reddere. Quemadmodum enim praua victus ratio ſegnio-

res nos, ac mente retuſa, eodem ſanè modo quæ accōmoda ſit, perſpicaciores, ádque intelligendum aptiores facit. Hócque ipſum, etiam antequam victus rationis ſcopū aggrediatur, per ſe poteſt vnuſquiſque diſquirēs cognoſcere, quoties ſeipſo quis actionibus quibuſlibet obeundis nunc ſegnē magis factū eſſe intelligit, nunc prōptum. Cæterùm ſimplex eſſe quod diuinū innatū nobis eſt, ac facultatum multarū, terminíſque circunſcriptum propriis, informéque, & incorporeum, ex illius ipſius actionibus diſcere licet. Quòd autem actiones ſuas edat, ſpiritu noſtro veluti inſtrumento quodam vſum, id fortaſſe in narrationis quoque proceſſu manifeſtum fiet.

ANIMAM NVMERO VNAM, AC SVBSTANtia ſimplicem, facultate multiplicem videri.

CAP. IIII.

ANima igitur, vna quum ſit (ſicuti dictum eſt) ac ſubſtantia ſimplex, ſuis autem ipſa facultatibus multiplex ac diuerſa, corpori huic noſtro additur. Quum enim inter huius facultates aliæ diuinæ magis & puræ ſint, aliæ, ſi cum his conferantur, abiectiores, quǽque opus ſuum in corpore demum abſoluant, vt ſeſe ſpiritui huic noſtro addat, aptam eſſe per haſce poſteriores vires rectè ſanè affirmarimus. Nec iam mihi hoc loco fidem adhibere noli, quum abundè poſſim etiam ex iis quæ ad manus habemus, ſenſuique ſeſe offerunt, argumenta colligere. Vnum certè atque alterum allatum exemplū, minimè quidem cōtendendi cupidis ad fidē ſatiſfecerint, animā ſimplex quiddam ac multarū facultatum eſſe. Ergo in ſimplicibus medicamentis quibuſdam, quæ duabus tribúſve qualitatibus prædita ſunt, nulla harum alii officit, neque ſecundum ſenſum, neque verò ſecundum facultatem: ſed cuiuſcunque tandem harum familiaris fuerit pars affecta, huius ipſa vſum perſentit, proprietate nimirum quadā, qualitate illarum actiua efficaciter in contrariis partiū affectibus agente. Siquis enim aloen deuorarit, animaduertet is humores ventriculi os infeſtantes perpurgari, facultate ſcilicet illius abſterſoria: huius item euaporatu aut illitu diſcutiuntur quæ pupillæ tenebras offundunt: rurſus deforis impoſita, adſtringendi vi robur addiderit ventriculi ori reſoluto: ſicuti ſanè lumbricos quoque interfeceris, ſi vmbilicū & abdomen inunxeris. Atque hæc ita diiudicātur, dum facultas illius vnaquæque in partium contrariis affectibus opus præſtat. Porro capparis facultate alia ventriculum confirmare creditur, atque alia humores hūc ipſum occupantes abſtergere: aliáque item diſſecare, ac viſcera infarctu liberare: multáque præterea alia id genus inuenias, quæ commixtas multorum vſuum facultates obtineant. Quòd ſi igitur ſimplicia ita medicamenta facultatibus prædita ſunt, facilè (propè dixerim) cōfectibilibus ac diſſentientibus, diuerſúmque inde in nobis opus in affectibus contrariis edūt: cur non quæſo diuina atque intellectualis ſubſtantia conuenientia ſibi perfecerit pro facultatibus quas obtinet?

DE PROPRIIS FACVLTATVM ANIMAE Actionibus.

CAP. V.

AC mens quidem parum omnino aut nihil per ſe cum ſpiritu noſtro commercii habet. Hæc enim quum intellectualis rationaliſque animæ noſtræ princeps ſit & in primis ſincera facultas, maximè excurſu ad ſimilia gaudet, vnde ſibi intelligibilia omnia concipiat: quo planè tempore maximè eam auerſam eſſe contingit à facultatibus quæ penes ſenſum ſpectātur: quū ſenſui noſtro (quo vno in primis pecudum more viuimus) ſita maximè ex oppoſito ſit illius actio. Quæ ſanè, vt nihil interim illi maius concedamus quàm quòd dignitate & efficacia excellit quibuſcum commercium init, ſic quoque multo iis quæ ſēſui ſubiecta ſunt, præſtiterit. Denique hæc in facultates inferiores, quǽque poſt ipſam ſunt inſtrumenta, quæ quidem perpolita fuerint, & nitida, multa ex iis quæ aſpectu potiora ſunt, tranſmittit, ad ipſum vſque ſenſum. Quatenus autem rudia illa eſſe contingit, eatenus cogitationes quoque inde profectæ, rudi ac prorſus erronea forma accipiun-

A tur. Intelligentia autem menti dignitate proxima, per quēdam quaſi gradum à mēte in facultates quæ deinceps ſunt, effingens ſpectacula traducit, quantitate ac colore carentia. Hæc autem opinio excipiens animæ facultas ambigua quædam (quippe quæ ex cogitationibus ſtabilibus, & inſtabilibus imaginationibus formata ſit) imaginationi tradit. Atque hæc mens quædam quum ſit (quemadmodum ſanè & dicitur) paſſioni obnoxia, colores, & formas, & figuras, & qualitates, & ſitus, aliáque id genus, vnaquæque affectis rebus addit. B Ac plurimis ſanè eorum qui ſe contemplationi totos tradiderant, reſoluta mente contigiſſe audio indignū quidpiam prorſus propoſito ſuo, temporiſque fruſtra iacturam feciſſe. ſiquidem violenta omnino pars hæc eſt, ac contrà quàm animæ actiones affecta. Quantum enim difficile factu menti eſt, vt cogitationem in iſta deducat, ſenſuique ſubiiciat: tātum ſanè haud promptū eſt imaginationi, vt ſe paſſionibus ſubtrahat quaſcunque ſenſus adfert. Videtur enim imaginatio ſenſuum, quædam tāquam quies ac veluti promptuarium C eſſe in vita. Ac brutis quidem hoc ipſum pro parte eſt omnium principaliſſima: nobis cōtrà principium hoc eſt à ſenſu animalium facultatum. Verumenimuero quoniam ſenſum nobis affectum videmus, interdum vnum quendam, interdum omnes, pluréſve, nec ſanè minus contingit vt & imaginandi quandoque vis, & ratiocinandi, & memorādi patiatur, age, illud quoque inquiramus, quomodo iſta patiātur, quibúſque de cauſis, tum cuiuſnam victus rationis adminiculo, minimè obnoxius quis reddatur huiuſmodi affectibus, vt (quod D polliciti ſumus) ad finem ita demum ſuum deducatur narratio. Ergo animam minimè pati poſſe, paſſionum autem noſtrarum participem fieri ob ſpiritum qui nobis ineſt, animalem, quo illa quaſi vehiculo quodam vtitur, pérque hunc ipſum ſuas eam perficere actiones, partim iam demonſtratum eſt, partim dicendum reſtat. Quòd autē in mediocribus huius ipſius alterationibus & tranſmutationibus fiat interdum vt non ſpernenda quædam ſymptomata corpora inſequantur, hoc quoque in ſermonis progreſſu oſtenderimus.

E DE DISPENSATIONE NVTRIMENTI, VBI & de differentia ſpirituum, qui tum in ventriculo generantur, tum iocinore, tum corde, tum cerebro: ac quemadmodum his ipſis facultates animales tanquam vehiculis vtantur.

CAP. VI.

QVúmque ſpiritus is animalis finis ſit (quēadmodum ſanè nō ineptè quis dixerit) œconomiæ quæ nobis ineſt, neque huius vnquam interquieſcat afflatus & difflatus, operæpretium fuerit cōſiderare vndenam generationem ſortiatur, tum quomodo ſincērus F ſeruetur. Et quoniam propoſiti quidem noſtri principium is ſummáque ac veluti caput habetur, non parum autem conferre exiſtimandus ſit de reliquis etiam ſpiritibus tractatus, quum præſertim abſolutior ita narratio alioqui inſtituatur: aperiendum ſanè oratione de humoribus quoque fuerit, qui prima cenſentur elementa in nobis, déque ſpiritibus qui ex his generantur, atque ante omnia de nutrimenti diſtributione, ſpirituúmque qui ex ea prodeunt: ne fortè, ſiqua parte manca narratio inueniatur, claudicare ita pollicitationem noſtram contingat. G Ergo præmanſo cibo, ínque ventriculum ad concoquendum delato, ſi quidem is ſucci boni, faciliſque concoctu, miniméque flatuoſus ſit, ac bene ſe ventriculus habeat: nullíſque humoribus infarctus fuerit, tempeſtiua ſanè ita concoctio redditur, nihílque prorſus, aut pauxillulum certè quid ſpiritus ſuprà infráve erumpit. Exhalatio autem inde vaporoſa quædam in caput reſiliens, huius ſquallorem madefactu temperat, ac meatus deobſtruit, adpulſu quodam leni, ſenſuúmque contentionem rela- H xat, & vigiliis ſoporoſam quietem conciliat: atque ita demū ceſſat, diſpēſato, vnde emittebatur, alimēto per ventrem, ac remiſſo. Quòd ſi probi quidē fuerint cibi, contingat autem ventriculum, aut temperatura aliqua mala, aut humorum quorundā infarctu laborare, & imperfecta euadet cōcoctio, vaporéſque inde reſiliētes,

aut craſſi caliginoſique erunt, aut fumidi & fuligino- A
ſi, qui poſſint facilè omnes temporis mora craſſum tur
bidumque reddere ſpiritum qui nobis ineſt. Quòd ſi
cibi praui malique ſucci quũ ſint, qualitates præterea
alienas referant, cococtáque nonnunquam difficiles
fuerint, ſic quoque accident non diſſimilia iis quæ iam
memorauimus. Ita quũ partim qualitate, partim quan-
titate nocumentum inferant alimenta, inſtrumenta
autem ipſa aut intemperamento afficiantur, aut tena-
ci humorum obſtructione, ex vaporibus inde reſultan
tibus alterationes gignuntur huiuſmodi in ſpiritu hoc, B
mediocres quidem, quum aberratum mediocriter fue
rit, inſignes autem, quum inſigniter. Verùm quum di-
geſto in humores elementares ipſos nutrimento, vi-
ſcera quæque exceptos ſuccos vi ſua innata exquiſitius
cõfectos aſſimilarint, ex alteratis ita cõfectiſque pe-
tunt quidẽ caput vapores, ſed qui tamen perturbare il-
lud nõ cõſueuerint, niſi valde exuperarint. Optimus ta-
men omniũ ſuccus, qui ipſe ſpirituũ noſtrorum princi
pium eſt ac materia, in iecur tendẽs, viſcerique aſſimi
latus primùm ſpiritũ hunc naturalem progenerat, quo C
pars etiam animæ noſtræ concupiſcibilis declaratur:
hoc enim quaſi inſtrumento quodam animalis eius fa
cultas vtitur ad concupiſcendum, citráque rationem
appetendum. Hæc autem ita ſe habere argumento id
fuerit, quòd affecto hoc viſcere, humoréque eius in cor
ruptelam abeunte, & cibos auerſari, & cuncta faſtidire
videmur, à veneriſque vſu alieni, pronique in iram &
amarulentiam ſumus, affectúſque id genus, prout ſpi-
ritus qualitas aliqua exuperarit qui vitiatus in ea fue-
rit. Nam ob ventriculi conſenſum, redundantes vitia- D
ti humores minus omnino noxii ſunt, poſſiſque hos mi
nore negotio ſuperare. ſic autem alimenti defectum
ſentit deſtitutum corpus: propterea quòd viſceri huic
functio concredita eſt quæ ſtirpium propria habetur.
Huius ipſius ſpiritu animæ facultas moderatrix conue
nientia ſuggerit. Porro quòd videatur in ventriculo
progigni ſpiritus quidam diuerſus ab aliis, quo parti-
culatim etiam in iis quæ appetimus, ſenſus varios con
cipimus, quoties nunc huius, nunc illius, interdum etiã
praui, ſicuti boni interdum cibi appetentiam retine- E
mus, manifeſtum ſanè fuerit, quum quotidie ita affici
videamur, ac nunc quidẽ ſimilia appetere pro humo-
rum exhuberantia: interdum autem exhuberantias
contraria, corrigendæ nimirum nimietati. Atque is
quidem ſpiritus frigidus humidúſque (ſi cum iis con-
feratur qui deinceps habentur) eſt, cibariáque particu
latim appetendi facultatis vehiculum quoddam. Hanc
porro ipſam excipit iocinoris facultas generalior quæ
ſit capáxque magis, ac principium appetitus maioris
& concupiſcentiæ. Nec ſanè mirum: ſiquidem vna nu- F
mero quum ſit anima noſtra, varias interim actiones
edat: quum pro apta inſtrumentorum natura multarũ
hæc eſſe virium cenſeatur, corporique vniuerſo accom
moda proprietatibus quibuſdam. Atque de his tradi-
tum in hunc modũ ſit. neque enim progredi vlterius li
cet, quódque polliciti ſumus tranſilire. Spiritus igitur
animalis is ſicuti tenuior multo ac purior, calidiórque
reperitur eo qui in ventriculo inter alimẽti cõcoctio-
nem generatur: ſic ſanè eo qui deinceps eſt, lõgè hume
ctior eſt, videtúrque multum infra illius tenuitatẽ ac G
calorem ſubſiſtere. Etenim quum poſt diſtributionem
in gibbas iecoris partes, ſanguis ſecundum venam di-
ducatur quam κοίλην appellant: huius planè ipſius
pars inferiora petere videtur, pars rectà ad cor tẽdere,
quæ per dextrũ cordis ventriculum in ſiniſtrum per-
meet, exactiúſque inibi cõfecta, per arterias ſuperius
inferiúſque tẽdat, ſpiritúmque ita progignat, quẽ vita-
lem appellãt: qui in corpus vniuerſum à corde, nõ ſecus
atque à fõte quodã procedit, quod fabricatũ à natura
vitæ inſtrumentũ fuit. Neque enim par fuerat, vt natu- H
ra rerum harum formatrix, inſtrumentum cõſtitueret
naturale, quo animalia locum ſubinde mutantia aleren
tur, augerentúrque, niſi vitæ prius inſtituiſſet. Nam ſi
ob loci mutationem principali animæ parte eguerunt,
quæ dignitate alias antecellat, longè adhuc magis ad-

ditam hanc oportuit vitalem. Viuentiũ enim nonnul-
la loci mutandi facultatem non habent: at eorum quæ
locum mutant, nullum non vitæ quoque factum parti-
ceps fuit. Quòd ſi quis materialem præterea cauſam
conſideret, inueniet is vitali longè facilius eſſe quàm
naturali, vt in animalis principaliſque ſpiritus ideam
tranſeat: ſic vt vſus ipſius, ita cogente neceſſitate, poſt
naturalem vitalis exiſtat: poſtremò autem ſic quoque
animalis gignatur. Cæterùm quemadmodũ ſumpto à
ventriculo initio ſpiritus tenuior in proceſſu fit, non i-
ta calidior quoque ſemper euadit: ſed ad cor quidem
vſque ipſum, ſicuti tenuitas, ita & calor procedendo
promouet: multũ tamen interim humidi demitur ſem
per. Deinceps autẽ ab hoc caloris quidem multũ remit
tit ſpiritus, tenuitate autẽ proficit, humiditate iã quo-
que defectus. Arteriis enim, veniſque ſurſum latis, &
in minima vaſa diductis, hinc demum plexus reticula-
ris fit, inferius per tenuem membranam ſic vocatam,
cerebri corpus ipſum intercipiens. Hinc porro enutri-
to cerebro animalis denique ſpiritus generatur in i-
pſius finibus, cui iam animæ noſtræ actiones commiſ-
ſæ ſunt, quum inſtrumentum factum ſit dignitate pri-
mum, ac tenuitate affine. Verùm quũ de parte omniũ
maximè cẽtemplatiua inſtitutus nobis ſermo ſit, diu-
tius quoque contemplemur oportet, nequid nos teme
re fugiat quod dicendum ſit: hoc enim pacto, integrã
narrationem reddidimus, numeriſque ſuis digeſtam.

DE CEREBRI FORMATIONE, DEQVE ANImalis ſpiritus diſcrimine, qui in cerebro cernitur.

CAP. VII.

SPiritus itaque animalis hic, quum in cerebro perfi-
ciatur ipſo, non ſanè pauca admiratione inde digna
proueniunt, de quibus addubitare libeat. Quandoqui-
dem in viſceribus aliis in quibus vitalis naturaliſque
ſpiritus perficitur, in quãcunque corporis partem diſ-
ſtributi hi fuerint, functiones ſemper eaſdem ſpectare
licet, aut, ſi aberrare paululum contingat, exiguum id,
nec ſanè notatu dignũ habetur. At hic aliter ſe habet.
hîc enim aliæ viſuntur actiones, aliæ ibi, atque alibi a-
liæ: & (vt ſummatim dicam) vnus idémque viſceris hu-
ius ſpiritus, actiones diſpenſat varias ac multiformes:
vt hîc iam dubitandum veniat, num ſecundum viſce-
ris partium ipſarum differentias, hîc quoque diuerſus
factus ſimilis ſibi nõ perſtet ſpiritus, an verò idem per
petuò quum ſit, alius videatur ſecundum ſubſtantia-
les viſceris differentias, atque eneruationes, enatáſque
appendices: an verum eſſe pateat quod ſecũdo loco di
ximus. Etenim quum cerebri inſtrumentum huiuſmo-
di loco circunſcriptum anguſto, in antica quidem par
te in duos diuiſum ſit ſinus, retro autem pars huius a-
lia ſpectetur, quam cerebellum vocarunt: ſitque quod
in ſinuum medio eſt perforatum, ne inhiberi ſpiritus
poſſit, quocunque tandem hunc impetus egerit, ſubter
que duram membranam ante duos memoratos iam ſi-
nus, vacua caluaria reperiatur anterius, ſic vt hàc quo-
que animalis ſpiritus effluere queat: minimè profectò
ſentiẽdum aliter eſt quàm quòd tenuis pellucidúſque
quum ſit ſpiritus is, in quaſcunque cerebri partes in-
cubuerit, alteratus transformetur, polyporum more:
niſi tamen ridicula ſit comparatio. Porro quòd viſcus
hoc non ſanè exactè admodum ſimilare ſit, vel ratio-
ne diſcas, etiãſi ſenſum hoc penè effugiat. Id quod ex
iis quoque quæ ab hoc ipſo oriuntur, deprehendamus
licet: ſiquidem anterior huius pars molliores propagi-
nes habet, ſicuti ſanè poſterior validiores. Nam tamet-
ſi iſta, ſic exigente rerum vſu ipſo, ita fiant, materialis
nihilominus cauſa prius ea ſubeſt. Nerui enim qui re-
trò propagantur, & mouere ſatis poſſunt, & traducere,
& circũferre, & quicquid edendũ ſit violenti, præſta-
re: qui verò ante, ſenſui atque alterationi facti ac-
commodi magis ſunt. Itaque quum ab exortibus ipſis
non vſquequaque ſibi ſimile videatur, ſpiritus autem
viſceris partes omnes permeet, non ineptè ſanè exi-
ſtimabimus, ſpiritum ipſum, vtpote tenuem tranſmu-
tatúque facilem, ſecundum diuerſas partium immu-
tationes, hîc quidem alias, alibi verò alias actiones

edere. Ac quemadmodum in feneſtris lucem admit- A
tentibus, quibus addita ſpecularia vitrea ſint diuer-
ſorum colorum, radios videmus lucem inde per hæc
deferentes, colorum qui in vitro floridi viſuntur,
qualitatem ſeruare, quum ipſi interim eiuſdem ſe-
cum ſpeciei, nullóque infecti colore perſtent: ad eun-
dem modum hic quoque conſiderandum eſt. Quum
enim cerebrum ad inſtrumenta ſenſoria cuncta ner-
uorum propagines ſenſilium tranſmittat, nec ex eo-
dem vniuerſi prodeunt loco, ac ſpecie præterea inui-
cem diſſident, ſuntque exortus, pro inſtrumentorum, B
quæ ſuſceptura hos erant, proportione facti, alibi qui-
dem craſſiores, tenuiores alibi: neruis interim inde ex-
orientibus, hic denſis magis apparentibus raríſve, ibi
autem mollioribus, aut contrà durioribus factis, quo-
modo ſanè alii quoque meatus habentur dilucidiores,
alii obſcuriores, prout quiſque ad actionem vnam-
quanque obeundam propriè ſe magis habere exiſti-
matur. Videtur enim ſpiritus is ſecundum diuerſas ho
rum conſtitutiones immutatus, varios quoque appre-
hendendi modos edere. C

DE SPIRITVS ANIMALIS FVNCTIONE IN OCULIS, & reliquis ſenſoriis. CAP. VIII.

SIc igitur per tenuem membranam ſubter anterio-
res cerebri ſinus exorti nerui in oculos tendunt, ap
prehenſiſque ita humoribus tranſlucidis, quòd tunica
inde contexatur, quam à retis cuiuſdam ſimilitudine,
ἀμφιβληστροειδῆ vocant, ſenſus inibi alteratio fit per ſpi-
ritum lucidum. nam quòd hæc ſecundum ſubſtantiam
alterentur, non ſanè rectè quis affirmarit. Quòd igitur
aer patitur à ſole illuminatus, tale quiddam corpora D
quoque hæc tranſlucida patiuntur à ſpiritu noſtro lu-
minoſo. Itaque actu tranſlucido oculo ſenſibilique,
poſtquam ſpiritus agendi initium ceperit in rem pati
natam proprietate, ambientem iam aerem quoque i-
pſum immutat, ſecundum lucem hanc, quæ foris eſt ad
bene longum interuallum: non ſecus atque euenire vi-
demus in aquarũ guttis, quæ quum deciderint, percul
ſis à ſe aquis per interualla aliquot, commotionẽ præ-
bent quandã. Iam enim ſplendidus ab extrinſeco lumi
ne factus, exigua quadã indiget commotione, ſic vt E
hunc ipſum ſpiritus quoque noſter is lucidus, ſatis poſ
ſe videatur immutare, actu iam tranſlucidũ: imbecillus
enim quum ſit adminiculo eget deforis aduenientẽ. In
animantibus tamen nonnullis rationis expertibus, vſ-
queadeo ſpiritus is noſtrum antecellit, vt huius bene-
ficio ad certum vſque ſpatium noctu ferre proſpectum
valeant, vnde ſplendor etiam emicet quidam diligen-
tius inſpicientibus, oculis nimirum ipſis, ac proximo
aere ob vehementem ſpiritus impetum illuſtratis, id
quod perſæpe in diuerſis animãtibus notauimus. Quũ F
igitur quaſi in corpus vnum quoddã tranſlucidũ coa-
luerint oculus ambienſque vnà aer illuminatus, ſenſi-
lis facultas per corpora actu tranſlucida veluti deue-
cta, primũ quidẽ affinia ſibi ſentit, quod genus ſunt co
lores: deinde eodem modo magnitudines quoque, eo
quòd cum magnitudine vnà colores ſpectẽtur. Atque
oculi quidem ipſi quum intentione ſola trãſlucidi fiãt
ob ſpiritum in eos decumbentem lucidum, aerémque
apprehendãt extraneũ actu iam trãſlucidum, duóque
ita cõmiſceantur lumina, quæ mutuò inter ſe potentiã G
cõmunicent, iámque velut vnum trãſlucidum, ſenſilé-
que corpus fiat, ſenſibilia ita vndique manifeſta viſio-
ni euadunt. Nam quòd coni ab oculis procedentes,
temporis momento ad cæli vſque ipſius conuexa per-
ueniant, aut quòd ſenſibilium ipſorum ſpecies ad ſen-
ſum vſque accedãt, minimè conſentaneum rationi eſt.
Verùm ſermo de his (quem quidem tractare hoc loco
non conuenit) finem ita ſortiatur.

QVO PACTO A SENSV IN IMAGINATIONEM tranſcendunt ſenſibilia, déque imaginationis H actionibus. CAP. IX.

ETenim quòd ſenſibilis, luminoſúſque ſpiritus in
oculos per neruos quoſdam perforatus à cerebro
exortos feratur, ſitque is prima viſus cauſa: & ſpiritus
ductus ipſi oſtendunt, quos ſpectare ex anatome li-
ceat, & clarum alioqui ſit, quum angulum vtrunque A
comprimimus, tum ſicuti repentè interdum percuſſi
oculi fuerint, quibus ſplendeſcentia, ac veluti ſcintil-
lãtia quædam obuerſari videantur: ex eóque præterea
quòd oculorũ altero occluſo, alterius pupilla dilatetur:
quod iis qui ſuffuſione laborant euenire non ſolet, vt
quibus alienum corpus ſpiritui opponatur. Itaque ſi
ſpiritus oculis ineſſe demonſtretur luminoſus, auri-
bus autem aereus (fuerit enim operæpretium etiam
de reliquis ſenſibus pertractare): ſicuti linguæ hume-
B ctus ſuccoſúſque, guſtus verò auditúſque in medio
ſitus odorandi ſpiritus, factus quaſi vaporóſus ſit, ſi-
cuti tangendi, terreus: miremur ſanè quonam pacto v-
nus idémque ſpiritus quum ſit, diuerſa tamen ſpecten-
tur ſenſibilium ſpirituum diſcrimina, pro ſenſoriorum
proportione. Anne hoc quoque ſapientiſſimi opificis
noſtri operũ nulli ſecundũ, ſenſoria inſtrumẽta adden
tis ſenſibilibus, quæ his proportione reſpõdeant? Vt e-
nim facilius quæ foris ſunt ſentiremus, ſpiritu nobis
opus fuerat, quippe quo nihil in nobis nec tenuius,
C nec alteratu facilius ſit: quò verò affinia ſenſibilia pro-
pria ſibi redderet, atque apprehẽderet, ſẽſoria propor
tione ſenſibilibus quæ reſpõderent, inſtituit. Ac in ocu
lis quidẽ luminoſum hoc eſſe iuſſit. ſic enim futurum
meritò erat, vt ſenſu colores perciperet, ac magnitudi-
nes per luminis extranei medium: in aereũ autẽ, ſpiri-
tum auditus noſtri ſenſilẽ transformãs, immiſit, quem-
admodum ſanè in ſucculentiã, cui guſtatilium qualita
tum tributa diſtinctio eſt: inter vtrunque verò horum
odoratus inſtituit ſenſorium, quo ſentire vapores poſ
D ſet: ſicuti ſanè tactus quoque ipſius ſenſorium terreum
fecit, vt ſenſu craſſiora corpulentioráque perciperet.
quod ſapiens ille Empedocles verſibus his innuit,

Tellure aſpicimus tellurem, vndíſque videmus
Vndas, æthra æthram ſpectamus, & ignibus ignem.

Nec ſanè admiratione quenquam capi velim, quonã
pacto vnus idémque ſpiritus ductibus diuerſis prodiẽs,
diuerſa quoque ſentiat alteratus. Nam quòd alteratus
ſit, ac ſpeciei qualitatem quandã ſortitus ad id in quo
ſenſũ exerceat, cauſa eſt pars ea cui immutatus, factus
E affinis eſt. Alii enim cerebri exortus aliis affines ma-
gis molliorẽſque ſunt. Denique deriuatus à cerebro
ſpiritus, quum idem ſit atque in primo progreſſu erat,
videtur tamen alius alio ſincerior. Cæterùm quomodo
is inter primum effluxum, facilè deinde particulatim
qualitatibus immutetur, vel ex plãtis ipſis diſcas licet,
in quibus, quum ſuccus idem radicibus excipiatur, di-
uerſus tamen is colore, ac qualitate ſpectatur, in ramis,
foliis, floribus ipſis, fructibúſque, qui deinceps his ha-
bentur. Quòd ſi quis longo hæc tempore fieri dicat, il-
F la autem breui, conſideret is quantum ſit inter ſpiri-
tum ſuccóſque ipſos interſtitii.

DE ACTIONIBVS MEMORATRICIS PARTIS. CAP. X.

SEnſum porro ſenſorii cuiuſque inſtrumenti com-
mune eſſe promptuarium, inque hunc ex ſenſoriis
cuncta recipi, ſic quoque manifeſtum ſit: licet nihilo-
minus hinc etiam colligere vnum eſſe eundémque ſen
ſilis facultatis noſtræ ſpiritum, quo planè ſenſilis ani-
mæ noſtræ facultas conquieſcat: propter quam partici
G pationis ratione ſpiritus is, vt ſenſilis diceretur, ſorti-
tus eſt: vt qui de ſuis theſauris minimè valeat faculta-
tem huiuſmodi proferre, cuncta autem ab anima per
hunc in corpus deriuentur. Atque horum quidem quæ
extrà ſunt, vnaquæque ſenſu ad primum ſenſile tradu-
cta, proportione diiudicantur quomodo ſe habeant pe
nes colorem, quãtitatem, ſonitum, vocem, rhythmum,
odoratum, guſtatiles qualitates, caliditatem, humidita
tem, qualitatéſque oppoſitas, duritiem videlicet ac
molliciem, & reliquas quæ ſub ſenſum cadunt. Minimè
H autem ad ſenſum tantùm hæc progreſſa ſubſiſtunt, aut
in imaginationem ſolùm vſque tendunt (hoc enim eo-
rum eſt, quæ vitam ducant abſque ratione, vtpote qui-
bus œconomiæ totius caput videatur eſſe imaginatio):
ſed longius etiam procedit homo: quum enim ratio-
nem perfectam habeat, hac & ratiocinatur, & com-

prehẽſa interius ſenſibilia explicat. Et quoniam naturæ ſuæ proprietate minimè aptus natus eſt ſenſus primus, vt & eorum quæ prius ſenſit formulas retineat, & alia ſuper hæc ſenſu perficiat (corporea enim quum ſit facultas huiuſmodi, tanti non eſt vt in plura diſpeſcere poſſit), ſenſationũ formulas excipiẽs imaginatio, quaſi ab animæ rationali parte excitata, inquirit pertractátque, nunc quidem ea quorum formulas à ſenſu accepit: rurſus autem ea ſimiliter quæ ipſa notauit, magis his quàm facultates aliæ vſa ad quodcunq; opinata fuerit formandum. Tantum enim ineſt erroris ac veſaniæ imaginationi, vt quæcunque naturæ conceſſa non ſunt vt efficiãtur, ipſa ſibi liberè prorſus fingat. Et quidem in turpiſſima nos hæc errata citò coniiceret, niſi ratio quaſi ſpeculatrix quædam, inſanos huiuſce impetus acriter obiurgãs, velut è ſpecula quadã nimietatem cohiberet. Atque hæc relictis iam rudioribus his, & ſenſibilibus coercita, in alium tranſit rerum apparatum: & implumium adhuc paſſerculorum more alas explicat, impetúque fertur à terra quidem euolãdi, aera autem tranſcendendi, ſed erroribus acta, fruſtra laborat: ratio tamen quorundam quæ futura huic ex vſu ſint, prius ſimulacra in memoria repoſita collocat. Hæc porro quaſi promptuarium quoddã intactum, eorum quæ ab imaginatione & ſenſu per rationem ſuſcepit, formulas conſeruans, nunquam quicquam niſi affecta remittit: & nunc quidem quæcunque ab ea exegeris, promptè largitur, ſi inquiras, nunc ipſa non longo poſt tempore ſecum reminiſcens, explicat: bonos in hoc promos imitata, qui interdum quæ domini petierint exhibent ad manum, interdum inueſtigantes, ab aliiſque in alia deuenientes, tandem quod quærebant, inueniunt: & hæc quidem ita ſe habent.

DE RELIQVIS FACVLTATIS ANIMALIS actionibus. CAP. XI.

QVoniam verò longius quoque progredi ſermone neceſſe habemus, opus ſanè fuerit, repetitum prius hunc ipſum ita explicaſſe. Mens igitur ac ſenſus quum facultatum animæ rationalium termini ſint extremi, facultates quæ in medio ſunt, liberas ſinũt quocunque tandem velint inclinare: vnumquodque autem ſuarum alia partium facit quũ illa vicerit. Neque enim dignitati hîc tantùm tribuitur quantum potentiæ atque impetus vehementiæ: quemadmodum in trutina fit multarum lãcium, vt quæ magis degrauat lanx leuiores ſemper attrahat, nullo diſcrimine, factæne ex nobiliori metallo lances ſint, aut ignobiliori. Sicuti igitur ſumpto à ſenſibus initio, imaginatio velut alarum explicatu, ſeſe ad ſublimia erigit, ſed non ſine qualitatibus ſuas ipſa edit actiones: ſic mens quoque quum à ſeipſa ad intelligentiam res tranſmittit, nulla nec magnitudine, nec qualitate, nec ſpecie: eo quòd hæc intelligentia explicet, & inueſtigatione excutiat, hac aliquid irrepit quod ipſa non ceperat, per quæ intellectum eſt ſimplici ipſam intelligentiæ notione intellectualia non attingere. Quemadmodum enim ſenſus, ſimplici aggreſſu ſenſibilia attingens, horum ſpecies in imaginatione reponit: hæc autem ipſa iis iam quæ ſenſu percepit, pro arbitrio quæ vult addit, demitque, ob potentiæ exuperantiam, réſque interdum quæ nullæ ſunt, ſibiipſa fingit: ad eundem modum intelligentia ex propria mentis illuminatione, contraria prorſus quàm quæ imaginationis eſt ad ſenſum ratione, quæ intellecta ſunt nõ ſine quaſi quadam ſpecie ſuſcipit: mutuatis autem quaſi ſimulacris quibuſdam ab imaginatione, veluti vmbratili delineatione, mentis in ea ſpectacula conſtituit. Ambarum porro in medio ſuccedere diximus partem animæ opinatricem, quæ pro arbitrio natura ſua poſſit ad quæcunque velit, annuere, contrariis inter ſe facultatis vtriuſque afflatibus immutata. Interdum enim indiciis ab intelligentia deductis ſubſcribit, rectéque & ſecundum rationem opinari dicitur: interdum autem in imaginationem & ſenſum vergens, horum vna erroribus traducta, rapitur. Cæterùm ſermo de his, vt quæ tractari hoc loco non poſtulent, hoc iam fine claudatur, ſatis alioqui rerum affinitate explicatus. Deinceps verò operæpretium fuerit de horum ipſorum paſſionibus tradere: hoc enim propoſiti noſtri inſtituto accõmodum maximè fuerit.

DE AFFECTVVM DIFFERENTIA, QVI IN viſu conſiſtunt, ac ſenſoriis reliquis. CAP. XII.

SEnſili itaque animæ facultate, animali (ſicuti oſtendimus) ſpiritui adiuncta, ſpiritu autem ipſo per propria ſibi organa ſenſibiles res apprehendente, conſentaneum eſt vt aut organum primum vnde ſpiritus initio fertur, affectu aliquo laboret, aut immutatus ſpiritus ipſe ſit, & ſymmetriam exceſſerit, aut inſtrumentorum aliquod quod à primo principio ducitur, intemperatura aliqua laboret, humoríſve alicuius occurſu. Ipſo quinetiam interdum ſenſorio affecto, nihilo ſecius ſentiendi vis deperditur. Et in oculis quidem (hinc enim ſumamus initium) quum aut temperatura mala aliqua vitiatur cerebrum, ea in parte vnde exorti ex cerebro nerui in oculos deriuantur, aut humor in eos aliquis defluit, viſu deſtituitur ſic affectus. Oculis autem ipſis patientibus, quoties ob ictum aut tuberculum aliquod noxam contrahunt, ſi quidem intus oculi humores laborent, tunicæve, non ſanè minus fuerit hoc diſcrimen primo illo: (quod neceſſariò tamen non ſequitur, tunica patiente, quam adhæreſcentem vocant, præſertim ſi à pupilla procul conſtiterit affectus). Quum autem ſubſtantia peregrina aliqua tunicam ſubintrat corneam, aut illi quædam quaſi membrana oboritur, Suffuſio affectus prior appellatur, & curationem admittit tardiorem: alter verò, Vnguis, qui minore negotio ſanatur. Atque hæc quidem nocumentum viſui inferunt, inſtrumenti oblæſione. Nonnulla autem conſenſus lege conſtant, ſicuti in fuliginoſi excrementi exhalatione ab ore vẽtriculi. Videntur nonnullis ante oculos occurſare quædam quæ culicem, aut capillamenta repræſentẽt, aut muſcas, aut tale aliquid: eo nimirũ quòd excremẽta hæc ſpiritui ſeſe opponãt luminoſo: atque hæc quũ maiora minoráque euadant, ac bene valẽte vẽtriculo ceſſent, cõſortii fieri ratione diiudicamus. Sanè tu quoque iſta probè noſti, qui quidẽ affectu hoc correptus fueris, videríſque ante oculos talia quædã obuerſari: ac primùm quidẽ verebare ne ſuffuſio hoc eſſet (propterea quòd ſymptomatis nõ diſſimilibus affectus quoque is aduentare ſoleat:) ego autem ſolabar tẽ, partim quòd multum iam abiiſſet temporis, quum breui affectus ille fiat, partim quòd interdũ melius, deterius interdũ te haberes. Cæterùm colores ante oculos viſuntur, palleſcentes quidem & ſufflaui in iis qui regio laborant, quales planè affectus ipſe exhibet, vt in quo trãſfuſa per corneã tunicã bilis ſit: ſubrubri autẽ, in iis qui hypoſphagma ex quocunque tandem ictu patiuntur, ſanguinis nimirum effluxu: ſplẽdeſcentia autẽ ante oculos apparent, quum ſanguis ad nares impetu turget: quod magna ex parte viſitur in ſanguinis è naribus profluuio: ſicuti ſanè diuerſæ etiam colorum ſpecies oculis ſeſe offerũt, quum ad eos bilis recurrit, quòd hanc ipſam vomitu interdum euacuatum iri ſignificet. Verùm tractatus de his ad aliud fortaſſe negotium attineat, quum præſertim propoſitum nobis nunc non ſit de affectibus omnibus tractare.

DE DIGNOTIONE, ET CVRATIONE AFFEctuum qui in reliquis ſenſoriis conſiſtunt. CAP. XIII.

NOn ſecus atque oculi, auditus quoque afficitur, quum aut cerebri pars ea, neruúſve auditorius intẽperatura aliqua laborat, aut externa aliqua materia ſpiritus animalis progreſſum impedierit, quæ quidem plurimum conſueuerint auditum exſurdare. Solet autem auditus perturbari humore etiam aliquo aut purè in meatu conſiſtente auditorio, aut quum foris aliquid influxerit, aut tuberculi additamento. Hæc porro repurgata atque educta, ſanitatem loco reſtituunt. Nec minus vaporibus interdum flatulentis, ac craſſioribus è ventriculo reliquiſque viſceribus diuerſis de cauſis reſilientibus, conſiſtere in auribus tinnitus ſolẽt: qui ipſi curatione vẽtriculo in primis reliquiſque

viſceribus adhibita tollantur:ſit etiam aliquando vt ob
inſtrumenti ſenſorii exactam vim exiles quidam tinni
tus infeſtent aures, non illos quidem vt cauſa procreet
notatu digna, ſed quòd exquiſita ſentiendi vis negle-
ctiſſimum quenque ſonitum percipiat : hos porro me-
dici quum tolli aliter non poſſint, dimouent, ſentiendi
vi nimia repreſſa medicamentis accommodis, ſicuti
fortaſſe pòſt dicemus. Odoratus autem inſtrumenti
affectus primi numerãtur quicũque ob cerebrum ner-
uóſque ibidem fiunt, eodémque modo in lingua. Pecu-
liares autẽ ſunt, quum ibi quidẽ humores infarciuntur
graueolẽtes, ſic vt inde odor quoque huiuſmodi capia
tur: hîc autẽ qualitatibus non diſſimilibus quas lingua
ſentiat, obſidẽt linguã humores. Affectus hi aut in ſen-
ſoriis conſiſtere ipſis alicubi ſolent, aut quũ alias ſedes
occuparint, conſenſus lege, nõ minus his moleſtiæ ad-
ferre cõſueuerunt. Intemperaturã autem omnem com
muni ratione, nõ ſolùm id præſtare vt corruptè ſentiãt
ſenſoria, ſed etiam vt nullatenus ſentiãt, præſertim ſi
intẽperaturæ vis ingruat, quæ ſenſorii proprietati ad-
uerſetur, vel hinc apertum redditur. ſiquidem humidi-
tati magis quàm ſiccitati obnoxius auditus eſt : contrà
ſiccitas maximè infeſtare linguam ſolet, non ſic autem
humiditas : aliáque aliis magis minúſque qualitatibus
vitiantur: in vniuerſum autem omnia omnium exceſſu.
Tactus autem affectus (de hoc enim dicendum reſtat)
priuatim quidem torpores ſunt, ſentiendíque tum dif-
ficultas tum priuatio, ob quaſdam neruorum intem-
peraturas, aut humorum defluxus, quòd ſpiritui ita
ſenſili viæ intercludantur. Per totum autem pati tactus
non poteſt niſi communis quoque vnà ſenſus patia-
tur. Hoc autem ſublato, quiſnã tangendi quæſo ſenſus
fuerit? Opprimi verò ſenſus communis ſolet, aut pro-
pter frigiditatis humiditatiſve exceſſum, aut ob humo
res non diſſimiles quoſdam illuc confluentes, ſic vt
ſpiritus iam progreſſum intercipiant. Quòd ſi conſen-
ſus quoque ratione talia quædam accidant, ob exhala-
tionis alienigenæ recurſum, minore hæc negotio tol-
luntur remediis adhibitis. Nec ſanè mirum hoc videri
debet : ſiquidem placidioribus his ac quotidianis va-
poribus caput petentibus, ſenſúſque contentionem
laxantibus, iámque humectam reddentibus, ſine ſenſu
ac motu iacent animalia, affectu hoc naturali, ſomno
ſcilicet correpta. Sed de ſenſoriis inſtrumentis nar-
rationem, vt quam breuiter attingere voluerimus, ſa-
tis ſit ad hunc modum explicaſſe. Deinceps conſen-
taneum fuerit repetito ſermone, de horum quoque
dignotionibus tractare. Et quoniam vel ob ineptam
miniméque proportione reſpondentem formationem,
& elementarem humorum intemperaturam, vel ob
culpatam victus rationem, humorúmque dominium,
permulta accidunt circa principalem actionem erra-
ta, eorum qui ob naturalem ita formationem labo-
rant, non eſt ſanè artis noſtræ vitia corrigere. qui verò
prima elementorum temperatura praua conſtant,
horum aliquis aſſiduo longuóque remediorum vſu
ægrè reſtitui poſſit. Sæpius autem artem diligenter tra
ctantibus occurrunt quæcunque ab intemperatura
proueniunt aduentitia, humorúmque exceſſu. De his
igitur nos quoque tractemus oportet, diſputemúſque,
quot qualibúſque modis conſentaneum ſit actiones
animales noſtras noxam ſentire. Hinc nanque facilior
& dignotio cõtinget & curatio. Sed quoniam hæ cum
animali vnà ſpiritu immutari videntur, de hoc dicen-
dum prius. Itaque cerebrum quum in ſuis ipſius fini-
bus ſpiritum huiuſmodi progeneret, indéque hunc
veluti è fonte quodam in ſenſoria reliquúmque cor-
pus diſtribuat, ſiquidem inſigniter patiatur, fieri in-
terdum poteſt, vt ſenſoria deperdantur, affectu ſcili-
cet conſiſtente qua parte neruorum è ſenſoriis propa-
gines incipiunt. Accidit porro affectus aut ob humo-
rem aliquem illuc confluentem, aut ſimplicem intem-
peraturam: nec minus interdum contingit, vt ob pri-
marii partium aliarum affectus conſortium, talia fiant.
Ac communis quidẽ ſenſus affectus numerantur, mor
bi attoniti, comitiales, comata, catalepſes, quæ magis

A minúſque nos infeſtent. Quòd ſi materiæ alienæ influ-
xu iſta accidant, quæ ſpiritus exitum occupet, ſæuiori
hinc morbo remedia quoque adhibenda valentiora,
incidendo, attenuãdo, deobturãdo, purgãdo, reuellen-
do, deriuando, ſicuti ſanè poſtulare videatur affectus,
humorúmque exceſſus. Et in ſenſu quidem communi
hæc conſiſtunt: inter ſentiendi autem inſtrumẽta par-
ticularia oculus afficitur, quum non pro eo ac conſue-
uit videt: ſed aut lippitudine, aut obſcuritate, aut per-
turbatione corripitur, aut quaſi per tenebras viſum
B profert, aut obuerſari ſibi putat quaſi muſcas quaſdam
culicéſve, aut capillamenta : vel etiam quum patiente
cerebro ad oculos vſque affectus tranſeunt, aut quum
in his ſolùm ſuboritur. Et ſi quidem primò cerebrum
patiatur, victus ratio perpendenda eſt, reuocandáque
hæc ad melius vniuerſa, priúſque iis adhibenda reme-
dia, quibus videlicet prius affectus inoleuerit, partim
couenienti victus ratione, partim etiam accommodò
medicamentorum vſu. Ac lippitudines, quæ quidem
humorum exuperantiam indicant, auertendæ deri-
C uandæque ſunt medicamentis quæ per nares purgant,
(Græci ἔῤῥινα vocant), & alioqui exſiccandæ victus ra-
tione quæ ex vſu ſit. Obſcuritas autem ab exhalationi-
bus ſit craſſioribus ſicuti tenebricoſa, coloréſque varios
referentia ab humoribus vellicantibus. Affectus verò
prior victu indiget modicè calido, puróque, ac mini-
mè flatuoſo alimento: atque ita ventriculi ori robur
indere oportet. Humores autem mordicus vellican-
tes, medicamentis purgantur conuenientibus, victú-
que mutationem accipiunt qui ad contemperamen-
D tum ducat. Quæ verò ante oculos obuerſantur culi-
cum aut capillamentorum ſpecie, ſi futuram ſuffuſio-
nem coarguant, priuſquam hæc conſiſtant, medica-
mentis diſcutiuntur corpus totum purgantibus, maxi-
méque caput. Mitiora habentur quæcunque ex recre-
mentis procreantur fuliginoſis, ſurſum ad viſorios
meatus actis. Amolimur autem hæc quoque alimento-
rum vſu ſucci boni, concoctúque facilium, purgan-
túrque catapotiis ex aloe: quemadmodum ſanè de me-
dicamentis ad hæc facientibus, quum propoſitum o-
E mne abſoluerimus, explicabimus. Cruentis autem iam
oculis, phlegmonéque tentari cœptis, valdéque mor-
dacem ſenſum lacrymarum effluuio capientibus,
ſanguinis detractione ſubueniendum, agendáque vi-
ctus ratio per contraria humorum exuberantiæ, ſi-
quidem in his contraria contrariorum remedia ſunt.
Peculiares autem auditus affectus ſunt, tinitus, & ſur-
ditas. Ac ſurditas quidẽ accidit ob primi ſenſibilis ner-
ui cerebríque inibi ſedis intemperiem aliquam, humo-
ríſve alicuius infeſtationem, aut humoris conſiſtẽtiam
F in auditorio meatu, aut alienæ cuiuſdam ſubſtãtiæ in-
farctum. Et primi quidem affectus ægrè admodum re-
mediis tolli poſſe videntur: minore autem negotio ſe-
cundi, nempe diſcuſſo quod infeſtabat. Sonitus autem
conſiſtunt quidẽ etiam propter immodicos infarctus,
alienóſque humores : nec ſanè minus, quoties vapores
infernè ſurſum verſus attollũtur, qui craſſiores quum
ſint ac caliginoſi, exitúque impedito, afferunt ſenſorio
inſtrumento moleſtiam. Humores porro flatus hoſce
gignentes, partim repurgans, partim contẽperans diſ-
G cuſſeris, eodémque modo flatus inibi cõſiſtẽtes. Quòd
ſi in ipſo quoque iam auditu obfirmentur, medicamen
tis localibus vtare, præſertim verò infeſtantium humo
rum diſſectione, attenuatione, & repurgatione. Nec
nos ſanè lateat vapores interdum acriores quoſdã cir-
ca auditũ ſurſum actos, nõ quidẽ ex materia notatu di
gna, vehementius tamẽ cõſueſſe ægrũ infeſtare. quum
nanque tenues mordacéſque ſatis ſint, ſenſilẽ neruum
vellicatu maximè irritare videntur, quos quum non ex
facili ſit ratione alia ſanaſſe, interdum ſanamus medi-
H camentorũ quæ ſenſum obtundant vſu, (Græci ναρκωτι-
κὰ vocant) exactum nimis ſenſum retundentes. Affe-
ctus autem, quibus nec bene, nec malè odora ſentimus,
ad facultatem pertinent odorandi. Hæc interdum, vt
& ſenſoria reliqua, propter cerebri intemperiem ali-
quã, ſpiritúſque ſenſorii infarctũ, deperditur : maximè

verò,ac tantùm non quotidie videmus, vaporum foris A
aduenientium ſenſum amitti, in diſtillationibus, mu-
core,& grauedine,meatus ipſos percolatorios(quos ex
argumento Græci ἠθμοειδεῖς appellant)obturantibus:ſi-
cuti rurſus qui ſic affecti ſunt, poſtquam humores hu-
iuſmodi putruerint, odoris mali ſenſum inſpiratu acci
piunt.Nec minus quum humorum corruptela vētricu-
lus laborauit, ſenſus accidit odoris,qui piſces,aut cœ-
num,aut rem referat peregrinā.Illa porro medicamen
tis diſcutiuntur quæ per nares purgent,odorémque bo
num reddant, quemadmodum ſuis fortaſſe locis dice- B
tur.Quæ verò aliunde ſenſum illuc immittunt, ſi per-
purgentur,ſenſum quoque vnà ſui auferūt. Lingua au-
tem rarenter admodum ipſa per ſe ſic afficiatur, vt
qualitates extraneas ſentiat : ſemper autem humorum
vnà qui ventriculi os occupāt, perſentiſcit qualitates,
quò tunica quæ iſtam obueſtit, ad ventriculum vſque
deferatur:ſic fit vt amari,ſalſi, acidi, acerbi,dulciſque
præterea ſenſum percipiat:fit aliquādo tamen vt qua-
litatem alienam, prorſuſque indicibilem ſentiat, pro
humorum nimirum qualitate qui ad ventriculi os de- C
cubuerint:ſuntque his remedio medicamenta quæ ex-
tenuent,diſſecent,abſtergant,repurgent,prout humo-
rum vnuſquiſque indicauerit.ita enim ſurſum quoque
ferri exhalationes deſierint, quæ caput infeſtare in-
terdum ſolent. Nonnullis enim totum in conſenſum
trahitur,dimidia aliis pars,aliis ſinciput, aut tempora,
quæ amoueantur ceſſéntque prorſus humorum con-
temperamento ac repurgatu. Omnibus verò alimenta
exhibenda ſucci probi.Cæterùm torpores,& ſentiendi
difficultates potiſſimum ob refrigerationem acci- D
dunt, neruorúmque ſenſilium obſtructos meatus. A-
moliemur hæc,refrigerata quidem excalfaciendo,hu-
moréſque extenuando,tum meatus deobturantibus ac
rarefacientibus medicamentis laxando : hoc enim lo-
co commoda in primis habetur attenuans victus ra-
tio. Et quoniam diſputatum de affectuum dignotio-
ne, cum eorum qui in ſenſu communi, tum verò qui
priuatim in inſtrumentis ſenſoriis conſiſtunt, iis qui-
dem qui ſermonis breuitatem admittunt,ſatis eſt. Re-
ſtat deinceps diſſeramus de differentiis partium facul E
tatúmque animæ,quæ ineſſe nobis videntur:tum quo-
modo non in omnibus eædem apparent,ſed ad ſingu-
los quoſque(propè dixerim)homines euariantur:ſic e-
nim melior narrationis digeſtio inſtituetur.

QVOMODO DIVERSA APPETIMVS, TVM quî fiat vt apud omnes actionum animæ earundem vſus non idem conſtet. CAP. XIIII.

IGitur quemadmodum circumambiens nos aer v-
nus idémque quum ſit, ſiquidem propria eius note-
tur qualitas, priuatim tamen differentias multas ad- F
mittit, frigidior, calidior, humidior, ſiccior,tenebro-
ſus etiam factus, lucidúſque, ac corruptior, aut quic-
quid tale ſit. Atque ipſe interim quum iſta patiatur,
aer nihilominus vocatur, quæque aeris ſunt facit,po-
teſtate licet non æqua: ad eundem planè modū de ſan
guine quoque noſtro exiſtimandum, mutationes non
diſſimiles ſuſcipiente.Neque enim ſolùm quum ſecun
dum primam naturalémque formationem, frigidior
moderato ſanguis,aut calidior,aut craſſior,aut tenuior
fuerit,in talem quoque cōuertere alimenta quæ defo- G
ris adueniunt,deproperat alteratrix aſſimilatrixque fa
cultas : verumetiam cibis gaudere illis potiſſimū ſole-
mus,voluptatémque inde capere,qui accommodi ma-
gis videntur ad talem in nobis ſanguinem progignen
dum, niſi ſiquando appetitus nequam aliquis natiuū
noſtrum rectúmque rerum congruentium appetitum
deuictum obſcuret. Quòd ſi tot ſanguinis differentiæ
numerantur,quæ temperamenti omnes ſymmetriā ex-
cedunt,remittuntur autem hæ atque intenduntur æta-
te:anni tempore,victus ratione, humorúmque redun- H
dantia:quúmque hunc immutet locorum etiam diuer-
ſitas morúmque,aliáque præterea ſexcenta : quamob-
rem quæſo non, & quidem rectè, contendat aliquis,
non ſolùm minimè eundem omnibus ineſſe ſanguinē,
ſed nec duobus quidem ſubinde hominibus? quando-

A quidem ne vni quidem eidémque numero homini i-
dem ſemper perſtet,variis admodum de cauſis immu-
tatus. Si itaque hæc ita habent, longéque adhuc plures
mutationes atq; alterationes in corde ſuſcipit ſanguis,
veniſque,& arteriis, inque viſcere ipſo, ad quod vlti-
mò defertur:(etenim veriſimile ſit, viſcera ipſa non æ-
qua omnia temperie conſtare,ſed intemperaturæ om-
nino alicui⁹ exceſſu aut defectu euariare):nec ſanè mi-
nus formationis quoque ratio ad hæc facit, ſatiſq; hæc
omnia temperamentum immutare atque alterare va-
B lent, cur non iure affirmet quiſpiam pro huius ipſius
immutationis modo temperamentóque, ac qualitate,
ſpiritus quoque inde procreatos immutari? quos pla-
nè ſpiritus,quaſi inſtrumēta quædā,aut(ſi mauis)vehi-
cula,facultates animæ,actionéſve veluti conſcendētes,
infinitam morum varietatem,variáſque cognitionum
ſpecies exhibent hominibus. Atque vnius eiuſdémque
ſpirit⁹ ſufflatio,variis ac multiiugis partibus,rhythmiſ
que differentibus compoſita, ſecūdum harum quoque
ſeriem, ſuſcipiendique ſpiritus propenſionem, diuer-
C ſos diſcordéſque inter ſe partium quaſi concentus e-
dit. Vbi ſanè opus ſit muſicæ huiuſmodi perito, qui no
uerit fidibus,quibus cantum claudicare, aut ſibi inui-
cem repugnare contingat,tonum proportione reſpon
dentē inducere:nec ſinat inſtrumento vſque adeo ad-
mirabili præfectam mentem concentibus vti diſſonis,
nullóque rhythmo. Quoniam verò cantilenæ aliæ qui-
dem voluptatē alliciūt,aliæ iram bellúmque ſuſcitant,
ſuntque nihilominus præterea quædā,quæ præſtent vt
ad ſeipſam anima noſtra reuertatur,placidámque hanc
D attentione & manſuetam reddant:par eſt vt hæc ſpiri-
tu qui nobis ineſt, efficiant, qui in iecore,corde, cere-
bróque ipſo procreatur. Porro de eo qui in iecore ac
corde generatur ſpiritu, breuiter tractaſſe ſufficiat,
quum tertii in primis nobis vſus conſtet. Cæterùm ſer
monis cōſortio,operæpretiū ſit, mētionē quoq; de his
facere,quò videlicet alii quoque nō ignorēt iſta, ſicui
huiuſmodi cognitio curæ fuerit:quum ipſa alioqui di-
gna ſatis ſit,quæ per ſe tractetur contemplatio,nec mi
nus interim faciat ad corporeæ ſanitatis dignotiones.

E DE ACTIONIBVS NATVRALIS SPIRITVS. CAP. XV.

QVum igitur ſpiritus huiuſmodi naturalis, primò
quidem in iecore,deinde in venis quoque o-
mnibus perficiatur, hoc voluptatem ſentimus,natura-
léſque nobis appetitus perſequimur,quippe qui inſtru
mētū ſit naturalis animæ noſtræ facultatis:hoc & nutri
mur,ſimiliáq; nobis procreamus primo,tametſi reliqui
quoq; ſpiritus opus ſuū cōmunicēt: ſic naturales quo-
que facultates fiunt. Breuiter quæcunque inuenientur
F ſecundum ſtirpium entelechiam perfectè conſumma-
ta,eadem videre eſt in iecinoris quoque facultate nu-
meris ſuis abſoluta. Et quoniam ſpiritus qui in iecore
perficitur, diuerſo (ſicuti dictum eſt) temperamento
conſtat,ac qualitate,propter cauſas quas iam antea re-
tulimus:veriſimile certè ſit,ſanguinem quoque noſtrū
vnà ita immutari, aliúmq; alio magis appetitu hoc il-
lóve duci,& hunc quidem ex rebus his voluptatem ca-
pere,illum verò ex aliis:ſicuti ſanè alium in quemcun-
que tandem appetitum alio propēſum magis eſſe.Hinc
G porro etiam quæ deforis adueniunt, primis elementa-
ribúſq; cauſis,ac materialibus,aſſimilatione addita,di-
uerſas induūt colorū ac ſpecierū differentias. Quòd ſi
præterea iecinoris diuerſitatē cōſideres per tēperamē
ta & formationes,venarúmq; latitudinē atq; anguſtiā,
multorū,quæ appetētiæ & nutricationi indulget,atque
iis quæ ſtirpiū peculiaria habentur, cauſam in natura-
lem ſpiritū hūc reiicias : maximè autē quòd naturales
in hoc animæ noſtræ facultates hoc ipſo op⁹ exerceāt.
Et ſiquidē is ad tēperiei ſymmetriam deducatur victus
H ratione,validus eſſe videtur,& qui ſe ſpiritibus aliis op
ponat,præſertim ſi hi quoque non ſanè recta victus ra-
tione,naturalique tēperamento regātur. Quòd ſi ſpiri-
tus is morbis quibuſdā, victúſque ac tēperamenti ex-
ceſſu,& qualicunque tandē errato, nequaquam vt de-
cet ac par eſt generatur:animæ in eo facultas,hoc ipſo

quaſi vehiculo ignobili quodam turpique vſa,actiones quoque per hunc impefectas ſegnéſque edit. Atque huius in te vigor roburque flaccuit,qui virtute te exerceas,cibique paucitate,ac ratiocinandi vi ſobria, floridum iecinoris ſpiritum euanidum reddas, vitámque corpori immerſam ducere minimè inſtitueris. Quibus verò ſtudium circa hunc eſt,iis calens humectáque victus ratio conuenit : quando vt in ſtirpibus quoque is florẽs vigeat, hæ magis quàm cæteræ qualitates in cauſa ſint. Verùm de his ſermo ſatis (vti diximus) tractatus,conferat ſe iam ad ſpiritum qui deinceps eſt.

DE ACTIONIBVS SPIRITVS VITALIS. CAP. XVI.

VEna itaque caua diducta,inque dextrum cordis ſinum ingreſſa,ſanguinémque ibi per tenuia quædã foramina eructante,ſiniſter inde hunc ventriculus excipit,tenuiorem quidem iam foraminum percolatu factum,multo tamen magis ob continuam motionem,viſcerîſque calorem. Semel igitur quum temperamentũ ſuum egreſſus ſit, ac bene calidus iam factus, tenuiórque,nec vt antea humectus ſit,ſpiritum quoque qualis prior erat procreare deſiit. Ac quemadmodum ob cauſas quas prius recenſuimus,ſanguinis diſcrimina enarrabamus,ſic hîc quoq; inſpicere licet,vt diuerſo omnes conſtent viſceris huius temperamẽto, ac compoſitione diuerſa, neque eaſdem id expleat ſemper concoctiones,ſed alibi vincat,alibi ſuperetur. Quòd ſi non pauciores hic quoque differentiæ viſuntur quàm quæ in reliquis viſceribus ſũt,quî fieri quæſo poteſt,vt hinc progenitus ſpiritus vitalis vnus idémque in omnibus reperiatur? quum neque iiſdem vtantur omnes cordis commotionibus, neque ad eũdem omnes modum aut iraſcantur,aut timeãt, ſed prout qualitatem nactus fuerit ſpiritus is ad propenſionem , in affectus commotus animum perturbantes , ac rationis expertes , opúſque per animæ facultatem peragens , cui huius ipſius arbitrium permiſſum ſit. Quemadmodum igitur in iecore naturales appetitus ac facultates conſiſtere diximus, ad eundem hîc quoque modum de his intelligendum facultatibus, quæcunque videlicet animalium propriæ habentur, ac ratione carent,& in brutis apparent. Spiritu igitur vigente huiuſmodi, nec valente ratione impetum huius reprimere, iræ ac formidines fiunt præter rationem,animique perturbationes variæ, ſicuti ſanè mœror etiã,& triſtitia,& lætitia,& alacritas:idque nulla deforis adueniente re quæ ſic hominem afficere poſſit,ac ſolo demum ſpiritu ipſo ita ad hæc parato. Nec ſanè aliquis,dum opificii rationem ignorat, hæc vt incerta reiecerit,ſi prius hoc ipſum perpenderit,quòd ſcilicet animabus noſtris rationalibus multas atque eximias facultates quum indiderit rerum opifex ſummus, harum vnaquæque opus peragere creditur, pro inſtrumenti ſui robore ac potentia. Quòd ſi quis non iniquè ſe facere exiſtimat , dum affectibus ſeducitur rationis expertibus, argumento, quòd naturales hi neceſſitates inſequantur,is ineptè ita arbitrari deſinat,ad hunc modum edoctus. Etenim quicunque ſe ad impetus rationis expertes tranſfert, culpa ſanè vacaret niſi quæ ſuperius præeſt ratio , ad hæc quidem faciẽda nos hortaretur,illa contrà dehortaretur.Nunc quum hæc res noſtras pro eo ac decet regere natura ſoleat, ſiquidẽ huic ipſi principatũ permittamus, nihil planè incõmodi acciderit : aliis verò dum principatum concedimus , pro turpiſſimo mancipio circunferimus mentem,appetitus irrationalis titillatione decepti. Cæterùm conſueuêre diutinæ animi circa vnumquodque tandem appetibile conſuetudines , illuc naturalem omnem neceſſitatem trahere: non diſſimili planè euentu atque ſiquis aluum ſubducentium medicamentorum,aut ſudorem elicentium abuſu, hoc ipſum præſtet vti materia vniuerſa eò confluat: ídque etiamſi medicamentorum aliquando huiuſmodi ſtudium poſtea ablegarit : vſqueadeo quidem,vt niſi quis contraria adhibeat remedia,non ſit facilè ſanitatem recuperaturus. Atque hoc,vt in tranſcurſu dictum,nunc quidem omittatur : fuerit autem ſatius hæc quoque aliquando pertractaſſe, atque abſoluiſſe.

A Neque illud neſciamus oportet,temperamentum ſcilicet hoc quoque loco exhibẽdum,quod viſceri proportione reſpondeat , ſiquis huius facultates conſeruatas cupit , ſicuti planè contrariis quoque has ipſas amolimur. Quum enim cæteris calidius ſit viſcus hoc atque etiam ſiccius , talem quoque libenter admiſerit victus inſtitutionem , quemadmodum contrariis flacceſcens languerit, ſpiritúmque vnà ſuum immutatum ſenſerit. Quibus autem indiciis natiua cuiuſque temperatura dignoſcatur , etiam aliunde diſcas licet: nam ſiquis hæc quoque oratione explicet , prolixitatem is operi addi-
B derit. Quoniam verò ſatis de his quoque dictum eſt, differendum iam de maximo omnium humani opificii ſcopo, nẽpe animali & principali ſpiritu , vt in quo ingentia quædam atque mirifica appareant,diſpenſationis quæ in homine fit,myſteria.

DE ACTIONIBVS ANIMALIS SPIRITVS, deque intelligendi in hoc diſcrimine CAP. XVII.

QVum itaque cerebrum ſanguine alatur in venis ar-
C teriiſque contẽto , communibuſque huius ac particularibus proprietatibus differentias multimodas indat , ſicuti ratione manifeſtas , ita ſubterfugientes ſenſum , par eſt exiſtimemus ſpiritum quoque hinc progenitum infinitas ſecundum ſe differentias proferre in patenti ſanitatis actionúmque campo. Etenim hinc ſciendi diſcrimina emergunt , ingeniique ſagacitas, & acumen , tum memorandi ac reminiſcendi vis, & imaginationum functiones ſuſcipiendis formulis idoneæ, ac quæcunque operari homines quotidie videntur circa animalem hunc rerum ordinem. Quemadmodum
D igitur in ſpiritibus his deforis mundaniſque,differentias videre eſt plurimas , ídque quum horum vnica ſit materia:(quippe horum alios calidos magis eſſe dicimus , frigidos alios , ſicuti humidiores alios , aut ſicciores , & tenuiores , & craſſiores) :tum verò ſingulæ qualitates hæ latè patent,quæ diutius quoque ſi in corporibus noſtris moram trahãt,aliquid notatu dignum efficiunt: ad eundem planè modum conſiderare oportet de ſpiritu hoc animali. Denique ſpiritus is noſter quum multitudine exuperarit , animæ edit functiones
E qualeſcunque tandem, perdurantes magis:quum verò tenuitate pollet, acutas, tum quæ quocunque impetus nos egerit penetrent:ſicuti idem craſſior factus,ſegniores retuſioréſque motus ſuos oſtendit. Ac caliditas quidem ſi mediocris adſit, excitare hunc & veluti ſtimulum huic addere ſolet : eadem autem intentior fortaſſe præſtiterit,vt acrius quidem is cõmoueatur, loco tamen minus cõſiſtere hunc ſinit,facítque vt huc illuc fluctuet caloris vehementia. Frigiditas autẽ, ſiquidem
F modicè hîc exuperet , firmiores obeundis negotiis ac cõſtantes facit,non perinde autẽ acutos:intentior autẽ, torpidos,& ad quæcũq; animũ applicarint munia, obdormiſcẽtes.Humiditas quæ quidem moderata ſit,facilem formarum ſuſceptionem reddit , ſicuti fluxam & euaneſcentẽ,intentior. Id quod de vehementiori quoque ſiccitate dicẽdum ſit , nam temperata ſpiritum ita facilè mobilẽ efficit ac leuem.Quæcunque verò in qualitatum tot complexu & latitudine viſuntur,lõgũ ſanè fuerit ſermone recenſere. Ac notas quidem ſingularũ
G cerebri qualitatum redundantium poſſis aliundè etiam addiſcere: differentias autem quæ in intellectu apparent ob dictarum qualitatum compoſitionem, ex relatis iam coniicias licet: atque ita conuenienti victus ratione defectum emendes ac contemperes. Oportet tamen vnumquenque qui circa hæc ſtudioſè verſatur, perpenſa prius naturali cerebri ſymmetria quæ illi inſit,ita demum ad hanc victus rationem adaptare , non ignorantem ſimilibus temperaturas foueri, ſicuti contrariis torqueri. Neque verò illud nos lateat , natura-
H lia cerebri emiſſaria adaperta ſẽper ſeruãda eſſe , quãdo non leuiter ſpiritus progreſſũ impediũt,quæ perpurgari operæpretium fuerat: quod non minus præſtandũ in reliquis corporis vniuerſi excretionib⁹,quũ eæ quoque infeſtare ſpiritum conſueuerint exhalatione.Quibus verò iſta medicamẽtis iuuari ſoleant , in orationis

progreſſu dicetur. Nūc ad particulares animæ facultates, harúmque affectus reuertamur.

DE SENSVS AFFECTIBVS. CAP. XVIII.

ITaque ſede affecta in qua opus peragit communis ſenſus, aut omnino intercipiuntur ſenſoria inſtrumēta, aut erratum in eis contingit, idque vel propter humores quoſdam illuc confluentes, vel ob tranſmiſſos vapores. Quam ſanè infeſtantium ita moleſtiam ſi quidem purgatione diſcutere liceat, reſtituitur ſenſus. Porro ſicuti ſenſus intercipitur humorum vaporúmque infeſtantium multitudine ac qualitate, ita ſentiendi difficultates accidunt, quum quæ noxam inferunt, mediocria fuerint. Cæterùm debes ad hunc modum, poſtquā infeſtantem humorem coniectura conſequutus fueris ex ſymptomatum concurſu, ac præcedenti victus ratione, & ætate, & anni tempore, & omnino temperatura, quæ euaporatu feruntur aut defluxu reprimere, eadémque contrariis ad contemperamentum ducere, ſicuti quoque repurgare, quū id res poſtulare videatur, vti poſtea dicemus. Ac ſenſus quidem is ſi continuè afficiatur, non ſanè facilè ferre noxam ſolet: vt qui veluti corporea quædā animæ facultas ſit, maximúmque cum corpore commercium obtineat, prorſus vt nec facilè affectu correptus reſtituatur, nec ſi reſtituitur, ſæpius id ferre poſſit: éſtque de hoc antea quoque tractatū. Qui verò deinceps ab hoc ſūt, quippe qui nō ſanè multū corporea craſſitie participēt, infeſtantia facilius quàm hic, ferūt, ſic vt nec facilè ita aboleatur animans, præſertim quum quod infeſtat ſola notetur intemperie.

DE AFFECTVVM DIGNOTIONE, AC CVRAtione, qui in imaginandi, memorandi, ac ratiocinandi vi conſiſtunt. CAP. XIX.

IMaginatricis igitur facultatis affectus, qui quidem iam inualuerit dominetúrque, fit quum qui ſic affecti fuerint, quæ ſæpenumero viderint non agnoſcunt: hic ſcilicet affectus iam dominium exercet, vixque his aliquando perſuaſeris, vt conſueta ſibi viſa agnoſcant. Primordiales autem affectionis occaſiones ſunt, quum facultas huiuſmodi morbo alioqui tentata, opus peragit, ægréque poteſt ſenſa informare, ſomniorúmq; viſa diſſona apparent, ac tumultuaria alienáque, necnon cō ſuetis diſſentanea. Atque hæc ſpiritu fiunt coinquinato, aut à temperatura aliqua mala, aut humoris alicuius corrupti euaporatione. Humorum porro exuberātiam etiam aliunde diſcas: victus verò ratio qualis adhiberi debeat, in ſermonis proceſſu tractabitur. Imaginationi opponitur memoria, quæ promptuarium ſit formarum, quas ipſa ab imaginatione ſumpſit. Patitur hæc quoque, aut quum temperatura mala aliqua afficitur, aut humore decumbente. Ac correpta quidem inſigniter parte hac, obliuionem incurrimus quorū antea cognitionem retinebamus, affectúſque huiuſce modicos modica quoque ſequuntur ſymptomata. Quòd ſi quem negociorum vndique moles obruat, deinde non facilè is quæ oporteat memoretur, nimiam animi ſollicitudinem in cauſa eſſe exiſtima: quum nūquam non validiori facultatis animalis actioni loco cedat imbecillior: quemadmodum ſanè in rebus quoque ſenſibilibus his contingere videmus, vbi anteuertens allectamentum aliquod, quum ſenſum ad ſe traduxerit, non ſinit vt aliò is feratur: & affecta quidem memoria, ſine affectu ſeruari imaginatio poteſt: ſicuti planè oblæſa imaginatione, ſuam ipſius adhuc actionem conſeruarit memorādi vis. Quū verò intermedius harū locus affectionem ſenſerit, in quo ratiocinatricis facultatis noſtræ ſedem eſſe autumant, non itidem ille quoque affectus conſortium euaſerint. Etenim ratiocinandi vi alias quæ deinceps ſunt facultates dirigēte, ſpeculatoris ducíſque cuiuſdam more, quum illæſa hæc permanet, hac ipſa externíſque aliis cæterarum affectus dignoſcimus: quum verò affecta ea fuerit, memoria vnà atque imaginatio abolētur. vbi enim conſilii totius præſes patiatur, quomodo tandem cenſes affectum iri miniſtros qui illi parent dictóque audientes ſunt? Quorum ſi vnus aliquis tantum patiatur, par eſt conſilii præſidem incolumem aliorum vti poteſtate poſſe. Atque hæc (vti diximus) noxam ex humoribus ſentire conſueuerunt, vaporibúsve qui hinc reſiliunt, quorum planè contemperaménto debemus & repurgatione ſecuritatem ita ægrotis præſtare.

DE CAVSIS AFFECTIONVM, QVAE IN PARte animæ opinatrice, & intellectiua conſiſtunt. CAP. XX.

DE facultate animæ opinatrice, tum qua intelligimus, eſt quod addubitetur, quonam tandem pacto fiat vt hæ quoque patiantur, quum neque ſedem his propriā ratio vllam deſtinet, neque vero materiæ participatum. Etenim imaginatrix vis locum ſortita eſt anteriorem, oppoſitum autem memoratrix, ſicuti ſanè medium vtriuſque vis animæ ratiocinatrix: opinionis autem & intellectionis ſedem ignoramus. Anne manifeſtū illud eſt, animā facultatibus aliis vti, opúſque his peragere quum per ſe ipſa ſit, aliis quum corpori communicet? Quum igitur hæc ſenſus imaginationíſque actiones relegit, ſi citra nocumentum omne ſpiritus ſit cui additur, nullum facit timoris in homine indicium: quum verò colore euariare hunc contigerit, aut refrigerari, aut ſiccari, aut alio quouis modo immutari, ipſa quidem nondum per ſe patitur: iam antea verò ſenſoriis denunciat quorum ſibi opinionem ceperit per exempla. Nam ſiqua ipſa fortè ſuſcepit quorum initium è ſenſu ducatur, facit vt ſeſe hæc ipſa pati credat ægrotus. Nam ſiccitate quidem redundante, quaſi è teſta factus aliquis ſit, timet rei durioris occurſum, ne collidatur: interdum ſit vt aquam quis vitet in humoris iā ignoratione, ob vehementem ſpiritus ſiccitatem: quēadmodum in iis qui aquam fugitant videre eſt: in humiditatis verò exundatione pontes ac foſſas tranſire timor eſt, quū nihil alioqui ſubſit mali: frigiditatis porro eſt, omnes auerſari, & hominum congreſſumvitare, ſicuti caliditatis quæ mordicus vellicet, cum impetu exilire, nullóque conſiſtere loco. Quatenus autem qualitates hæ ex humoribus conſtant deterioribus & corruptela maiore infectis, eatenus ſpiritus quoque peius afficitur, ac facultas animæ ſecundum hunc opinatrix, facit vt abſurda magis animo verſemus. Quòd ſi quis prauè diiudicat, nullatenus is tamen malè ſe opinari exiſtimat. Etenim opinio ſumptis propoſitionibus falſis quibuſdam ex affectibus qui in corpore conſiſtunt, errorem ita opinanti inducit. Ac vix aliquando tamē errores huiuſmodi dignouerit aliquis ſapientiæ eximiæ beneficio: quemadmodum philoſopho accidit, quem dixiſſe ferunt, Quid commune cani cum balneo? quū ſyllogiſmo hoc ex veriſimilibus colligeret, ac morbum fugaſſet quo aqua metuitur, poſt calidi balnei vſum capiti adhibitum, & reliquo corpori. Tu ipſe quoque noſti, vt nuper ad minimam quanque occaſionem animo conturbabare, triſtiſque ac minimè affabilis videbare, contrà atque anteacto tempore fueras: reique huius cauſam inueſtigabas: inciſa autem ob affectum qui tūc vrgebat, vena, inſpectáque ſanguinis corruptione, iam cauſam tenere te credebas, rémque nobis communicaſti: vbi ſcis non pauca nos ſuper hac re diſſeruiſſe. Opinórque hoc fuiſſe quod te in primis mouerit ad me impellendum, vt tibi commentarium hunc conſcriberem, ob vulgatum nimirum enuntiatum illud, quòd ſcilicet cum corporis vnà temperaturis, animi quoque mores immutentur: non ille quidem, vt ſecundum ſui ſubſtantiam alteretur, ſed quòd per huius potius facultates quas in corpus exercet, qualis ſit noſtra humorum conſtitutio dignoſcatur. Quòd ſi quum duo quædam in diuerſa trahant, mens videlicet & temperamentum, quocunque inclinauimus, illuc reliquum quoque trahitur, non ob id temperamenti tollitur ratio: par eſt enim vt temporis tractu temperamentum immutetur habitu meliore coactum: ſicuti rurſus cōtraria quoque eueniunt, quum in contraria inclinarimus. Porro cōſultius fuerit, narrationem de moribus, quòd quum corporis vna temperatura immutentur, vt quæ hoc loco minimè tractari poſtulet, alii conſiderationi reſeruaſſe: priuatim autem aliquando fortaſſe dicemus de

anima eiúſque moribus, atque actionibus,& commu- A
nicatione cum rerum ordine ſenſibili iuxtà ac intelli-
gibili. Vti verò nunc ſe res habet, quum alio ſcopum
intenderimus, ſanè huic quoque rei ſtylum conceda-
mus. Verũenimuero quum ſermo ad propoſitũ iã ſibi
finem peruenerit, iuſtáque hunc menſura circunſcri-
pſerimus,& quantum viſum ſatis ſit ad contemplatio-
nem, logicámque cõſiderationem, diuerſati in hoc ſi-
mus,hoc iã fine concludatur. Sequenti verò volumine
trademus quæcunque ad victus pertinent rationem,
& medicamentorum vſum,quò ſcilicet his ita præeun- B
tibus deductus, & ſanitatis conſerues integritatem, &
animalis ſpiritus dilucidior ſplendidiórque reddatur,
poſſiſque, quum repræſentata huiuſce ſimulacra quæ
ex mẽte ducũtur, puriora exceperis,ad nos vſque trãſ-
ferre viſiones meliores:vt ſicuti bonorum aliorum,ita
contemplationis quoque tuæ participes euadamus: fa-
xitque Deus vt eius voluntate in melius iſta agantur.
Nobis autem illud in votis ſit,vt pro deſiderio tuo tã-
dem aliquando otium ad huiuſmodi cõtemplationem
conferre valeamus,quando vt nunc quidem res habẽt, C
multo magis inclinare in diuerſa videtur animæ facul-
tates.Diuini verò ſpiritus afflatu futurum facilè ſpero,
vt materialis,humique ſerpens animus noſter tranſfor
metur, ménſque ad ſublimia ſeſe erigat, téque ipſum
ſequatur quaſi manu deducta.

ACTVARII ZACHARIAE

filii de ſpiritus animalis nutritione liber, D

Ad eundem Ioſephum Racendytam.

Præfatio.

QVEMADMODVM in vitæ noſtræ actio
nibus,cogitãtes facimus vt mente prius
conuenientia ratiocinemur, horúmque
rationes ac cauſas ſcrutemur, deinde
trãſcriptis ita imaginationi ſimulacris,
operi aliquãdo tãdem accingimur (ne-
que enim fieri aliter poteſt vt rite promoueat quod ag E
greſſi fuerimus),nõ diſſimili planè ratione hoc quoque
loco faciendum nobis eſt. Quum enim ſermo via ac ra
tione præſenti materiæ accommodis, inuenerit quonã
medio anima corporibus adaptatur,tum quomodo per
hoc actiones nobis ſuas immittat, ac quibus præterea
erratis minimè exquiſitæ functiones reddantur, reli-
quum ſanè fuerit conſiderare,quænã adhibenda ſit vi-
ctus ratio, tum quibuſnam medicamentis locorum af-
fectus diſcutere poſſimus.hoc enim pacto progredien- F
te propoſito, finis ita inſtituto operi imponetur con-
gruus. Et quoniã(ſicuti retro etiam dictũ eſt) ſpiritum
noſtrum pro concoctione,humorúmque exceſſu immu
tari docuimus,diſſerendum quanam ratione & conco-
ctiones debitæ fiant, & humorum exuperantia corriga
tur. Sic enim cum ſpiritus claritate vnà inuehetur vni-
uerſi quoque corporis ſanitas.

DE CONCOCTIONIS AFFECTIBVS. CAP. I.

POrro concoctionem auferunt tum quæcunque ven-
triculum quantitate degrauant, tum ſiqua qualita- G
te redundarint,tum alimenti ipſius proprietas,aut quũ
ventriculi corpus alieni humores obſederint, aut cõſue
tæ exercitationes intermiſſæ, aut interceptæ excretio-
nes fuerint, aut quum alteratrici facultati tale aliquid
ſeſe oppoſuerit. Ac quæ quantitate noxam adferunt,
cauſam apertam ſanè obtinent: quippe concoquendi à
ſe alimenti quantitate facilè vincitur concoquens ca-
lor. Curatur autem ad minoris quantitatis alimẽtum
recurſu,ac modicè calidis fomẽtis, rebúſque defectum
virium robur recolligentibus. Quæ verò qualitate no H
cumentum inferunt,ea ſunt quæ vehementer aut refri-
gerant,excalfaciúntve, aut alio quouis modo moleſtiã
afferunt ventriculo. naturalis enim concoctio, caloris
ac humoris mediocritate perficitur.Quòd ſi qualitates
hæ aut excedant, aut remittantur, non ab re ab errare
hîc quoque concoctionem contingit.

DE DIGNOTIONE HVMORVM IN VENTRICV-
lo redundantium. CAP. II.

AC naturalis quidem ventriculi temperatura vna-
quæque familiari gaudet victus ratione,contrariis
autem torquetur.Mala autem temperatura,ſi afficiatur
ventriculus,ſanitati reſtituitur cõtrariorum vſu.Quòd
ſi cibi in ventriculo diutius ac ſolito longius morã tra-
xerint, húncque degrauent, acidíque ructus quidam
adſint, aut qui ex quacunque tandẽ qualitate alia ſim-
plicem ciborum qualitatem repræſentent, frigiditatẽ
dominari dicimus. Sed ſi vertigo perturbet, ſputique
multitudo velut efferueſcat, cum humiditate hanc eſſe
definimus. Lingua autem ſi areat,potúſque deſideriũ
adſit vnà cum corporis totius ſquallore, ſiccitas ita ſu-
perauerit: hócque pacto contrariis intemperaturam a-
moliemur. Calore autem vigente,fit quandoque vt ſi-
tis vnà inuadat, præſertim ſi affectui ſiccitas addatur:
caloris autem ſenſus circa viſceris locum percipitur,ru
ctúſque ſurſum plurimum bene calidi, ac nidorulenti
ferũtur,corpúſque aridum eſt, ac perfrigerationis de-
ſiderium adeſt. Ac ſimpliciores quidem qualitates ſim
plicia quoque ſequũtur ſymptomata, ſicuti complica-
tas complicata. Quod verò ad alimenta attinet, ita di-
ſtinguendum,ſi quæ aſſumuntur frigida vel calida val
de fuerint, aut concoctu difficilia, aut quæ ventriculũ
malè habeant, non ſanè minus quàm quæ prius retuli-
mus, à conſueta concoctione deiiciunt ventriculum.
Concoctioni quidem rebellia ſunt quæcunque neruoſa
fibroſáve fuerint:intérque piſces,cetacea:prætérq; hæc
durata, & emaciata,& ſalſamentorum plurima, & ole-
rum quæcunque capitatis radicibus conſtant:breuiter,
quæ terrea ſunt,ac tangi contumacia. Quòd ſi quando
contingat vt probè iſta conficiantur,non propterea im
mutatam horum ita naturam credimus,ſed ob ſuperã-
tem ipſorum qualitatem contemperamentum potius
quoddam cum ventriculo factum. Solent autem tem-
peramenti ſymmetriæ melius ſemper reſpondere con-
coctiones. Quæ verò, vti ventriculo inimica, minimè
concoqui diximus, de iis,eo quòd ventriculum reſol-
uant,ita pronunciamus: quod genus ſunt, quæcunque
quum pinguia oleoſáque natura ſint, relaxant: quibus
ex aduerſo habentur adſtringentia,quæque ventriculi
os obfirmant & corroborant. Etenim facilè aberraue-
rit concoctio, minimè in ſeipſum contracto vẽtriculo,
contentúmque alimentum compreſſu fouente. Hæc
porro(ſicuti diximus) quum ventriculi robur huiuſmo
di diſſoluant, faciunt vt is neutiquã cõcoquere valeat.
Aliter autem humores qui ventriculũ occuparunt,cõ-
coctioni aduerſantur, eo videlicet quòd vẽtriculus nul
lius rei interpoſitu aſſumpta alimẽta minimè attingat.
Quãto enim magis huiuſce cõtactũ effugerint aſſũpta,
tãto ſanè magis horũ quoque cõcoctionem vitiari par
eſt. Quòd ſi inſidentes præterea humores praui valde
fuerint, maior quoque videbitur inde cruditas, quæq;
vnà inuadunt ſymptomata. Porro agnoſces ita affe
ctos ex vẽtriculi viſcerúmque reliquorũ grauitate:nec
minus interdum coniecturã facies ex qualitatibus quæ
linguæ repræſentãtur.Cuius generis ſũt acores,acerbi-
tates,ſalſilagines, & amarores, ſaporéſque inæqualiter
ingrati,ructúſque non diſſimiles,qui videlicet piſcium
corruptelam referant,cœníque aliquid ac fœtoris:tum
abhorrentes qualitatum ſenſus in homine,oríſque ven
triculi demorſus, & puncturæ,& grauitates, aliáque id
genus ſymptomata, quæ humorum ita redundantiam
oſtendant. Quæ verò hinc capitis quoque grauitas ma
nifeſtetur,& vertigo,& vigiliæ, & ſomni pluſquam par
ſit, ac tinnitus in capite, auribúſque potiſſimum, tum
vertigines tenebricoſæ, ſomníque turbulenti ac ſopo-
roſi,inſomniáque abſurda, longum ſanè fuerit ſermo-
ne recenſuiſſe: illud tantùm affirmamus, redundantes
ex his humores ſignificari. Ac vertigines quidem
qualitatéſque acidæ, & ſitis priuatio, ſomníque ſo-
poroſi,& capitis grauitas,ac ſonoroſi tinnitus,appeten
tiæque interdũ abhorrẽtes à ratione, notæ ſunt pituito
ſi humoris exuberãtis.Salſus autẽ ſapor, qui ipſe quo-
que pituitoſus eſſe cẽſetur,affecta qualitate ſua lingua,

præſtat vt qui hoc tenentur, ſiti corripiātur: qui etiam ex intempeſtiuo potu non ſanè prioribus noxæ minus contrahunt. Acerbi autem cuiuſdam in lingua perceptio, corporíſque vniuerſi ariditas, ſomnique inquieti, ac inſomnia terrifica, mœrórque, & metus, & triſtitia, ex nulla digna ſatis cauſa, atræ potius bilis notæ ſunt: ſicuti ſanè flauam ſubeſſe indicant morſus vellicatúſque, oríſque ventriculi dolor, & amaritudines, ac tenebroſæ vertigines, vigiliǽque adhæc, & acuti circū caput auréſque ſonitus. Neque id verò ignorandum, coeuntibus ſcilicet his, eorum quoque vnà coire ſymptomata: licet autem ex ſimplicioribus de compoſitis quoque conicias. Quòd ſi hi in abſurdas præterea temperaturas ac qualitates & corruptelas ſexcentas degenerent, quot tandem qualéſque cenſes ſymptomatum inde ideas exiſtere poſſe? vſqueèo vt ſpiritus quoque animalis ipſe confuſior, ita perturbetur (miſſos enim facio reliquos nunc ſpiritus, præſertim quum ipſi vnà etiā immutentur), ſolidáque animæ iudicia affectionéſque corruptè denunciet: non diſſimili planè modo atque quempiam auribus affectum, & quæcunque iuſſerit dominus obaudientem, multa fugiunt, aliáque hic pro aliis exequitur, vt qui ſentiendi inſtrumentum malè affectum circunferat. Cæterùm humores hoſce, poſtquam ventriculum ita occupaſſe cognoueris, curabis eo modo quem procedente narratione trademus: ſin vltrà etiam progrediantur ii, & ad viſcera vſque ipſa tē dant, inibique firmentur, deterior ſanè euadet affectus, præſertim ſi craſſiores terreíque magis humores fuerint qui ſic detinentur. Hinc nāque incipit affectus, ex argumento hypochōdriacus appellatus, auram ſurſum tranſmittere, ac vehementiore grauioréque animum mœrore afficere, obſidente nimirum viſcera grauitate. Hinc porro ſomni etiam tumultuoſi accidunt, efferáque inſomnia, ex atra ſcilicet bile veluti meditabunda. Medeberis autem via ac ratione poſterius explicandis.

DE AFFECTIBVS SANGVINIS. CAP. III.

SAnguis porro ſi quidem multudine nocumētum inferat, torpidos & ſōniculoſos facit, cibúmque ac potum auerſantes, & qui ſudorem aliquando præter rationem emittant: atque libenter hi cibos admittunt alimenti pauci. Quibus ſanè ſanguinem detrahere præſtiterit, quo rurſus nutriri corpus incipiat, quando nimietas omnis naturæ inimicetur. Quòd ſi in corruptelam is abierit, aut computruerit ob calorem aliquem extraneum, vel ſucci praui alimenta, ſi quidem modicè id patiatur, mediocres quoque reddit inæqualitates quaſdam. Quam planè ob rem quod praui ineſt euacuare oportet, alimentíſque vires reſumere ſucco bono præditis: ſin in aliam degenerauerit ſpeciem, qualitatémque propriam exceſſerit, affectus illos creat, quibus humorum ex ſanguine immutatorum redundantia correpti, affici ſolent. Sanguine enim in alienum iam humorem conuerſo, inde quoque exoriens ſpiritus inficitur, atræque ita bilis affectus conſiſtunt, ſicuti in mediocri mutatione leuiores, ita in vehementi deteriores. Sunt porro hi, metus, animi deſpōſio, triſtitia, delirium, grauitas, torpor, reſolutio, animi impetus ſine ratione, quúmque repentè quis exilit, formido, ſermonum actionúmque inconſtantia, ipſarúmque interdum corporis partium veluti cōuulſio: in ſumma, quicquid parti animæ noſtræ cognitrici principíque ingratum moleſtúmque, hoc ſeſe pacto inter initia detegit. Ac quæ conſortii quidem lege conſiſtunt, leuiora ſunt, & præeunte fiunt viſcerum grauitate. Quique linguam diuexant ſapores, & qualitates variæ, ne hunc quidē vſqueadeo infeſtare affectus ſolent, vt qui facilè intendātur atque remittātur, obuia etiam quauis victus ratione. Quibus verò cerebrum primario affectu patitur, iis aut vniuerſus ſanguis in melancholicum degenerauit, aut in reticulari cerebri plexu qualitate eiuſmodi ſuſcepta, affectus id genus conſiſtunt. hinc enim & cerebrū nutritur, & talem inde quoque ſpiritum gigni veriſimile fit. Quum itaque habitū affectus induerit, difficillimè ſanatur: ac ſi quidē melācholicus humor ſanguinis immutatione conſtiterit, genera melancholiæ crearit, multo tamen leuiora quàm ſi ab exquiſita atra bile orirentur. Quòd ſi melācholicus humor ortum ducat ex flaua bile commutata, furibundæ ita atque immanes deſipiſcentiæ fiunt. Fit enim vt quum flauæ bilis mordacitas etiamnum ſuperet in melancholico iam creato humore, ſenſúmque irritet atque exſtimulet, affectus afferat difficiles, & qui coerceri non poſſint. Si verò immutatus valde non fuerit ſanguis in atram bilem, cōſiſtere ita inſaniæ potius ſolent, fiúntque hoc pacto cum riſu plurimum deſipiſcentiæ: qui ſanè affectus ſanguinis detractione, atque efficaci purgantium medicamentorum vi, victúſque ratione accommoda ſedantur: poſtquam longo temporis tractu fructum ex artis adminiculis perceperint. De quibus ſi nunc particulatim diſſerere velimus, longum id ſanè fuerit, ſimúlque pollicitationem noſtram tranſgrediatur (neque enim propoſitum nobis nunc eſt vt de affectibus omnibus tractemus, horúmque curationibus): cui rei ſatis eſſe poſſint ea quoque quæ diximus. Porro qui animum relatis adhibuerit, poſſit is ex iam dictis nondum etiam dictorum coniecturam facere. Deinceps verò addendum narrationi fuerit de qualitatum diſcrimine, atque alimentorum facultate, adhæc de exercitationibus, reliquáque victus ratione: tum quæcunque medicamentorum rationem obtinent, ſiue quòd qualitates noſtras immutent alteréntve, ſiue quòd corporis noſtri humores deobſtruāt ac repurgent, aut compactos craſſóſque reddant. Exhibita enim in hunc modum oratio fuerit, propoſiti ſui finem aſſecuta.

DE DIFFERENTIIS QVALITATVM ET FACVLTATVM QVÆ ILLIS INSVNT. CAP. IIII.

SEdenim tractandum prius de qualitatibus quæ in alimentis apparēt ac medicamentis, quanā vnaquæque facultate ſit natura prædita: deinceps verò priuatim de vnoquoque alimēto & medicamento dicendū, ac reliqua victus ratione, prout progredientibus oratio ordinem ipſa digeſſerit. Inter qualitates igitur aliæ ſimplices ineſſe videntur particularibus alimentorum ac medicamētorum facultatibus, aliæ verò compoſitæ: atque aliæ quidem intenſæ, remiſſæ aliæ: aliǽque in idem cum qualitate vnà effectrice contemperatæ tendunt, aliæ in oppoſita: ſic diſcuſſis particulatim qualitatibus, multa ſanè harum faſtigia inſpicias. Ergo qualitatum alia dulcis habetur, alia pinguis, alia acida, alia adſtringens, alia ſalſilaginoſa, deincépſque ab hac, amara, & poſtremò acris: ſuntq; hæ quæ generatim ſenſui noſtro repræſententur qualitates: quòd ſi aliæ quædam extiterint quæ huiuſmodi eſſe non videantur, cōmuni nihilo minus ratione cū illis eæ continentur. Nā aquoſæ dulcedines communi dulcium ratione cenſentur. Oleoſæ verò qualitates pinguibus adnumerantur, quemadmodum planè adſtringente qualitate auſteræ acerbǽque ſpecies cōtinentur, maioris minoríſque ratione diſcrimen ſortitæ. Præter enumeratas iam qualitates aquea quoque & frumentacea habentur, nûllam quidē manifeſtā ſenſui qualitatem repræſentātes, ſed quæ familiares tamen nobis eſſe videantur magna ex parte, ac in maximo latitudinis cāpo ſpectētur. Vinoſā verò dixerit aliquis qualitatū diuerſimodè coeūtiū miſturā eſſe, quæ differētias admittat innumeras, & modò in hāc, modò in illā qualitatē inclinet. Ac frumentaceā quidē eſſe dicimus quæ in ſeminib⁹ viſitur cerealibus, ac leguminibus, aliiſq; id genus: aqueā verò, qualē olera herbǽque referūt, fructúſque, & radices quædā, quæ nihil ſenſum immutet: qualitatē porro hāc noſtræ quæ ſymmetria conſtat ac temperatura æqua, collatā, frigidam eſſe dicimus, inſigni latitudine ſpectandam. Alia verò ab hac, quam dulciaqueam nomines, tanto magis à frigiditate receſſiſſe videri poteſt ſimplicis aquæ qualitatis, quāto plus eā dulcedinis adeptā cēſueris: hæc verò quoq; tēperamēti æqualis collatione, frigida quadātenus eſſe cenſetur. Vtræque quidem iuſto humidiores ſunt: at quæ exquiſitè dulcis fuerit, temperamento cōſtat moderato: quo verò intētior fuerit, ſicuti caliditatē acquirit quandā ſupra moderatā, ita humiditatis nonnihil ex moderato deperdit. Pinguia oleoſáque ipſa

quoque temperata ac naturæ amica quum ſint, faculta A
te præterea pollent contenta relaxandi remittendique:
videntur autem aliquatenus dulcibus præſtare, ſiquidẽ
concoctio in his exquiſitior euadat:vtraque autem in-
ueterata multum quidem adipiſcũtur caloris, & humo
ris amittunt. Quæque exactè fuerint dulcia, temporis
progreſſu amaritudinem contrahunt,in oppoſitã qua-
litatem degenerantia, quãdo vt dulcedinis vlterius in-
tentionem ſuſcipiant non habeant:pinguia autẽ in ni-
doroſa abeunt:& neſcio quomodo rectè appellem per-
ceptum ex his ſenſum,quoniam nondum is proprio vo B
cabulo ſignificetur.Non diſſimiliter afficiũtur quæ ex-
trinſecus igni multo elixa fuerint, & quæ cum calore
innato diutius moram traxerunt,præſertim ſi in acrio-
rem is vergit.Acida verò qualitas inter frigidas quum
partium tenuium ſit, vt incidat quidem ac modicè ex-
tenuet,habet:non minus autẽ exſiccare conſueuit.Au-
ſtera modicè adſtringunt, cõpingúntque materiam,&
incraſſant, ac laxa corroborare ſolent, quum partibus
iam conſtent craſſioribus, refrigeréntque atque exſic-
cent. Horũ porro qualitate intentiore acerba apparent C
quæ potius craſſiorum partiũ ſunt,& vehementius ex-
ſiccant: ſalſa verò quæ dulcibus calidiora ſunt,pingui-
búſque non multo ſicciora, tenuium apparent quodã-
tenus partium,ac attenuãtia, humiditatum exuſta ple-
nitudine:adaucta verò,amara,quaſi ſalſa euadunt, quæ
& ipſa calida ſunt,& ſicca, vincentiáque ſalſa abſtergẽ
di facultate. Sicuti rurſus acria omnium maximè cali-
da iuxtà ac ſicca habẽtur: partium verò tenuium,quæ-
que ſe ad profundum facilè intrudant, tum verò inci-
dant,attenuent,deobſtruant,adurant. Verumenimue- D
ro cõmunis de qualitatibus ſimplicibus ſermo ad hunc
modum terminetur. Habet autem facile qui velit ex
ſimplicioribus his etiã cõpoſita dignoſcere: ſunt enim
profectò ſexcenta huiuſmodi quæ contrarias inter ſe
ac diſcriminatas qualitates obtineant: quæ ſiquis accu
ratius conſiderarit,poſſit is opportuno horum vſu con
trario etiam modo affectis mederi.Id quod perſpiciens
ars omnium optima,qualitatum complexus, & tempe-
ramenta imitatur artificio,ſecundum ea quæ in herbis,
fructibus,reliquiſque ſimplicioribus corporibus appa- E
rent,quo affectus ſanet varios complicatóſque.

DE FRVMENTACEIS ALIMENTIS, AC LE-
guminibus, horúmque differentia. CAP. V.

ATtamen frumentacea,tum quæ ſimplicis alimen-
ti facultate continentur, minimè pro qualitatum
modo conſideranda veniunt, niſi tale quoque aliquid
in his appareat: ſed concoctione vnumquodque, & e-
lixatione,& craſſitie,& tenuitate probatur.Quibuſdam
enim elixationis modus ac cõdimenti deeſt, ſic vt in-
grata ob id duráque ei qui nutriri debeat,ſeſe offerant, F
tempúſque exigant vt conficiantur longius.Ex anima-
libus alia quum maiore conſtent corporis mole, durio
ra & terrea magis ſunt,alia non itidem:quin ipſa quo-
que inuicem boni habitus,ætatiſque ratione differunt,
victúſque ad hæc ratione & exercitationibus. Proban-
túrque omnia hæc temperamenti proprietate,ſic vt nõ
omnibus eadem conferre videãtur: quin potius alia a-
liis quadrent magis, tẽperaturæ & exercitationis pro-
portione reſpondentia, vſqueeo vt niſi quis particula-
tim horum differentias nouerit, ac temperaturas qui- G
bus aptari poſſunt, fruſtra ſanè is victus rationem inſti
tuendam aggrediatur. Itaque (ne hac quoque ex parte
claudicet ſermo) de his trademus congrua. Fortaſſe e-
nim aliis quoque qui in iſta inciderint, vſui fuerit opus
hoc. Illud certè conqueri de nobis non debes, ſi quan-
tum ad præſentem inſtituti noſtri partem pertinet,de
carnibus quoque,orationis affinitate ducti, dicemus:
quippe qui diu iam ab eiuſmodi alimentis abſtineas,
ob perſonæ quam geris dignitatem. Fortè nanque via
hac & ratione aliis quoque ſuggeres quæ futura illis ex H
vſu ſint: dum quidem illius ſemper rationem habes,vt
victus pro vitæ honeſtate animíque virtute inſtituatur
quibuſcum conſuetudo tibi intercedit: minimè tamen
interim detrectes, quæcunque hominum ſanitatẽ iu-
uatura videantur,decernere. Quamobrem hac quoque

in parte narrationem hanc noſtram non intempeſtiuã
exiſtimes oportet. Quoniam verò alimenta plurima eſ-
ſe ac varia ſolent, longè verò adhuc plura videntur
præparationis diuerſitate,vndenam quæſo initium ma
gis ſumere expediet? aut vnde melius? Melius autem fue
rit,ex communibus magis,& quibus omnes(propè di-
xerim) mortales vtantur. Triticum igitur (hoc enim
maximè humano generi commune eſt alimentum)vnũ
idémque ſpecie quum ſit, facultate non idem ſemper
videtur,quando aliud fuluum,denſumve, aut vtrũque
videatur: aliud contrà album & exile,aut rugoſum,aut
confarctum. Vnde non ſanè paucas differentias colli-
gas. Quod nanque fuluum magis fuerit, calidius eſſe
exiſtimatur:(ſcilicet illud non neſcire debemus, in iis
quæ ſpecie eadẽ continentur,calidiora videri quæ ful-
ua magis ſint)quod dẽſum fuerit, elaboratu difficilius
eſt,ac multum præſtat alimẽti: ſicuti ſanè corrugatum
tenuéque,ob facultatis propriæ vitium tale euadit. At-
que iis quidem qui ſe exercent præſtat ſolidioribus ve
ſci,vt qui per habitum vehemẽtius ſemper difflentur:
ideóque ſolidius nutrimentum requirant.Quibus verò
alia ab exercitata ærumnoſáque vita inſtituta victus
ratio eſt,leuius conuenit,quódque nihil in ſui matura-
tione aberrauerit. quod enim tale fuerit, imbecillum
eſt,atque imperfectum.Præſtat autem vt neque extra-
nei odoris alicuius particeps ſit,qualẽ contingere huic
veriſimile eſt ex cellarum repoſitu: neque verò alieni
ſeminis miſtura notetur.Quoniam autem triticum eli-
gendum tibi magis eſt quod leue ſit,æquè id in omni-
bus ſupponendum.iis enim qui magis exercentur, craſ
ſius maioriſque alimẽti exhibendum: leuius verò mi-
núſque enutriẽs, iis qui otioſam vitam degunt. Reſtat
vt particulatim quoque quæ de hoc traduntur, audias.
Virens etiamnum ſiquis modicè aſſumat, modicã quo
que inde noxam perſentiet: quum enim humidius ad-
huc ſit,minimè viſceribus adhæreſcit,ſed aluum ſubit,
nullo illato damno: largiore autem vſu noxiũ eſt,quip
pe quod elaborationem poſtulet maiorem. Modicè eli-
xo ſiquis vtatur aſſiduè,maximos is incurrerit affectus,
vitam quidem nactus minimè ærumnoſam.Plurimum
enim fit vt quum crudum inelaboratúmque ſit, viſce-
ribus hæreat: vnde in reliquum corpus,quaſi inſuauis
fons quidam,deriuata humorum cruditas,non medio-
criter affectu hoc correptum infeſtet.Longè commen-
datius habetur, ſi repurgatum exactéque elixum vſui
adhibeatur:quale fere paratum ex oleo & adipe come-
dimus.Moliti verò accuratè tritici pars quædam eſt te-
nuiſſima,quæ farinæ pollẽ dicitur, Græcè πασπάλη: pars
alia craſſiſſima, quam furfuraceam nominant: vtriuſ-
que verò in medio farina eſt,quam ſic vocant, & ſimi
lago,pollenta ipſa ſicuti ſolidior,ita purior. Ac ex pu-
riore quidem & nitidiore farinæ totius parte panis cõ
ficitur,quem à ſiligine ſiligineum vocant,ex ſimilagi-
ne verò ſimilagineus,ſicuti furfuraceus,Græcis πιτυρί-
ας dictus,detracta puriore parte:συγκομιστὸς autem(id eſt
confuſaneus)appellatur,cui demptũ furfuraceũ tantũ-
modo fuerit.Omnes porro aut cum ſale vnà ac fermen
to præparantur, aut ſine his: itémque aut in furno cli-
banóve coquuntur, aut cinere: quorum hos, ἰπνίτας &
κριβανίτας appellant(quaſi furnaceos dicas,& teſtuace-
os):illos autem ἐγκρυφίας (id eſt ſubcineritios)quòd in-
ter coquendum cinere obducantur. Commendatiores
ſunt,ſi præparatio ſpectetur, quibus ſal & fermentum
additur:ſi coctura, furnacei ac teſtuacei. Quum enim
minimè cinere vitientur,& huiuſmodi ſorditie, multo
magis probantur. Sal verò & fermentum conducere in
primis ſolent, eo quòd quicquid ineſt recremẽtitii ab-
ſumant,ſimúlque concoctionem quandã addant, qua-
ſique confectionem elegantiorem ſubactis farinis. Nã
quæ nullo nec ſale nec fermento parãtur,quũ vires re-
quirãt vt cõcoquãtur valẽtiores, corpúſq; vnà quod exer
citationi deditum ſit, tibi ea vitanda ſunt, qui omnem
viuẽdi rationẽ cõmutaris. Panis igitur omniũ maximè
cõmẽdatur ſiligineus,vt qui valẽtiſſimè nutriat:ſecũdũ
hũc cõfuſaneus habetur: horũ verò in cõfinio ſimilagi
neus locatur:omniũ deterrimus furfuraceus,qui quidẽ

pauciſſimũ alimentũ corpori præſtet, ac feſtinãter per A
aluum deſcendat,faciléque in melancholicum humo-
rem conuertatur.Siligineus vti ex parte conſtat tritici
repurgatiore,ſic etiam alimẽtum elargitur corpori pu-
riſſimum: ſimilagineus, vt qui compactior ſit, etiamſi
ſanguinem is quoque procreet ſincerum, certè elabo-
rari diutius poſtulat,vt conficiatur: vtriuſque medius,
(qui cõfuſaneus dicitur) ad vſus cõmoditatem,minuſ-
que præterea noxius, vtpote qui neque concoctu dif-
ficilis ſit,vt ſimilagineus,neque verò vt ſiligineus,mul
tum exhibeat alimenti,ac meatus obducat.Illud quo- B
que ſciendum,magis minúſque decoctos panes,pro co
cturæ fruſtratione viribus quoque ſuis deſtitui : idem
etiam in reliquis eduliis omnibus quæ decoqui poſtu-
lent, ſubintelligendum fuerit. Quæ verò ex farina, a-
qua,oleóque ſubacta,in ſartagine decocta parãtur,mul
tum quidem alimentum,idque ſolidius,præſtant,ven-
triculum autem requirunt perquam robuſtum:corpo-
ribúſque iſta magis conueniunt athleticis,quòd humo
rem in aliis facilè progenerent crudiorem. Habes ad
hunc modum ſermonem à nobis explicatum de triti- C
co,præparatiſque ex hoc ipſo. A tritico hordeum nu-
meratur:vt enim neſcio quis dixit, Poſt panem eſt bo-
na maza. Minus igitur hoc nutrit, at magis abſtergit,
frigidiúſque natura habetur, & quod frumentaceis a-
liis fructibus præſtet: ac præparatus inde cremor mul-
ti ſanè vſus,cum ſanis, (ſi quidẽ hi temperamẽto acrio
re fuerint) tum verò febricitantibus,quos quidem re-
frigeret atque humectet. Tu ipſe æſtatis tempore hoc
vtare perpurgato,ac ſtudioſè decocto, quo modo pulti
culam quoque præparamus. Quòd ſi huic cremorem D
præterea ex amygdalis adiectum curaueris,edulium i-
ta ſanè paraueris melius,leuéque,ac ſucci probi,tũ con
fici facile,atque attenuandi abſtergendique vi prædi-
tum,& modis omnibus vtile. Hordeum probandum
quod albidum ſit ac bene habitum,nec odore aliquo vi
tiatum. *Zea* inter leuia & ipſa edulia eſt,perpurgata,
ac pultis in morem decocta:at neque ſanguinem gene
rare conſueuit bene ſincerum,neque ſatis enutrire,ſed
nec roboris tandem aliquid corporibus addit. Hac ta-
men aliquando quoque vtare,quum edulii vſus vene- E
rit leuioris. Milium,quum ſicuti *zea* exiguum præſtet
alimentum,hoc nomine vincit quòd plus neſcio quid
ſtabilitatis exhibet,ac flatulentiam parit:cuius te vſum
abdicare velim,niſi quum meliorũ penuria vrgeat. Fa-
bæ,vt quæ ſanguinem creent craſſum, flatúmque non
diſſimilem,relegãtor etiam à te in victus ratione: licet
abſtergendi alioqui atque enutriẽdi præditæ eſſe facul
tate videantur. Quòd ſi harum quandoque vſus tibi in
gruat neceſſarius,præfertur ex his pulmẽtum, vt quod F
& abſtergat magis , & flatulentiæ plurimum inter co-
quẽdum remiſerit. Quòd ſi ſemina præterea aliqua ad-
miſceas flatũ diſcutientia (Græci ἄφυσα appellãt) mel-
liſque aliquid ad hæc,ſic plurimum ſanè inde noxæ diſ
cuſſeris. Deteriores his phaſeli ſunt,qui calidi iam de-
putentur ac terreſtres, cerebrique (vt creditur) ſpiritũ
conturbent,ſomnúmque inquietum reddant. Cicer a-
limentum præſtat corpori validius quidem,idque mo-
dicè purum,alioqui flatuoſum,& quod valentiorẽ ven-
triculum poſtulet. Iuſculum tamen ex hoc præfertur, G
quòd & abſtergat,& vrinam cieat, quãdoquidẽ quali-
tate id ſalſilaginoſa quadã participet : quãobrem hoc
potius quàm illius ſubſtantia admittenda. Oryza edu-
lium eſt modicè calidum ac ſiccum, & alibile , & mea-
tus obducens:temporis autem interuallo ſumpta, nihil
ſanè moleſtiæ corpori attulerit. Inter legumina peſſi-
mum omnium edulium lens habetur,vnde craſſus,ter-
reſtris,& atrabilarius ſanguis gignatur: ventrem ſiſtit,
bis terve aut pluries etiam feruefacta, abiectóque iure:
quando minimè ad hunc modum paratam,aluum ſub- H
ducere magis affirmant. Sanè ab hac quoque abſtinen
dum cenſeo, vt nocentiſſima, & agreſtibus accommo-
da magis. Iam ſermonem ad alia reuocemus, qui diu
ſatis diuerſatus ſit in narratione frumentaceorum ac
leguminum: poſſis autem ex dictis etiam nondum tra-
ctata dignoſcere. In omnibus potiora cenſentur viri-
dia,vtpote quæ leuem etiamnum humiditatem retine-
ant. Poſtquam enim hanc quoque temporis tractu a-
miſerint,craſſiora euadunt, terreáque magis. Ac quẽ-
admodum areſcentibus ſuccoſa præferuntur,ſic crudis
elixa,& incoctis decocta. Et quoniam tenuioris vitæ ti-
bi ingreſſo inſtitutum , ea edulia curantur quæ è terra
prodeunt ſponte ipſa ſua, faciléque parabilia ac ſimpli
cia ſunt,poſt tractatũ de leguminibus, de oleribus quo
que dicamus,arboreiſque fructibus,atque autũnalibus:
poſt hæc de animalibus quoque,horúmque vſu.

DE OLERIBVS, ET AVTVMNALIBVS FRVCTI-
bus,horúmque diſcrimine. CAP. VI.

IAm illud hoc loco ſcire expedit,olera omnia tenuem
aquoſúmque ſanguinem progignere ſolere: ſi quidẽ
cum craſſioris eſculenti ſanguine conferatur:aliúdque
ab alio differre pro qualitate,ſuccique bonitate, atque
excellenti aliqua proprietate. Ac braſſica quidem vt in
olerum cenſu tractata,edulium eſt modicè calidũ, ſic-
cũ autem magis: feruefacta hæc, nec abiecto humore,
emollit aluum:eandem adſtringit,quater aut eo etiam
plus proiecto liquore, atque ita deuorata. Quod mini-
mè mirũ videri debet, quũ huius ſuccus abſterſoria fa-
cultate polleat , ſubſtantia autẽ eius adſtringens ſit. A-
trabilarium humorem hæc plus iuſto parit : quapro-
pter huius quoque vſus,niſi vrgente fame, reiiciendus
tibi. Beta braſſicam bonitate longè antecellit: neque
enim melancholicum humorem procreat, quod braſſi
ca facit:ex humore præterea,quem inſitum hæc habet,
nitroſo,aluũ ſubducit: olus hoc quoque calidũ modicè
habetur. Betæ autẽ radices ſubrubræ rubræque valen-
tius nutriunt,ſanguinémque gignunt longè quàm folia
craſſiorem:illud inſuper obtinent,quòd flatum pariũt,
quum facilè alioqui per aluum deſcendant:ideóque hæ
quoque ad vſum aliquãdo adhibendæ. Frigidæ humi-
dæque naturæ olera ſunt portulaca,& atriplex, tempe-
ramẽto atque anni tempori calidioribus accommoda:
ſanguinem gignunt tenuem, aquoſúmque: corporibus
frigidioribus aduerſantur. Inter edulia frigida intybus
quoque cenſetur:facit ad calidas temperaturas. Sangui
nem is quoque gignit tenuem, ſed lõgè quàm atriplex
faciat deteriorẽ. Olus vẽtriculo alioqui aptum, & quod
iecur corroboret ob adſtringendi vim , qua præditum
modicè eſt. Lactuca frigidior multo humidiórque eſt,
ſed quæ tenuem tamen ac bene nitidum ſanguinẽ ge-
neret,ſi probè concoquatur,facilémque ſomnum con-
ciliet,perfrigerato atque humecto cerebro. Sed neque
hac tamen abuti conueniet, quòd cerebrum immodi-
cè humectum frigidúmque reddat: atque ideo huius i-
pſius actionum contentionem relaxet. Radicula agre-
ſtis quidem,acris,& ob id medicamentoſa eſt , vt quæ
humores in ventriculo viſceribúſque contentos diſſe-
cet atque attenuet:edulium eſt concoctioni rebelle ſa-
tis. Omnibus modis placidior habetur cui olitoris cu-
ra acceſſerit,ſic vt neque altera illa vti neceſſe iam ha-
beamus:quippe quæ(acrium reliquorum more) ſangui
nem exaſſet , acrémque reddat : niſi quis tamen hac i-
pſa pro medicamento vtatur. Apium,& fœniculum, &
id genus alia, calidæ ſunt ac ſiccæ naturæ, vrinam verò
cient , & infarctu liberant , alioqui concoqui difficilia:
quapropter his quoque vt medicamẽtis vtendum quũ
vſus exigit. Porrum cepis alioqui probabilius,ſi deco-
ctum edatur:multum enim ſucci mali acriſque remit-
tit elixatione : concoqui tamen quadamtenus contu-
max hoc quoque eſſe cẽſetur, ob fibroſum quod illi in-
eſt, etiamſi humores in thorace contentos,faciles reie-
ctatu reddat ob innatum lentorem: lotium hoc medio-
criter mouet. Cucumeres porro crudi quid aliud quæ-
ſo fuerint quàm quod eſſe dicuntur? crudum enim hi
humorem procreant, ſuntque bene frigidi iuxtà atque
humidi,& elaboratu difficiles. Pepones autẽ,vt qui ma
turitatem adepti ſint,longè meliores:ſolent nihilomi-
nus hi quoque,quũ aut non probè concocti fuerint,aut
nõ facilè per aluũ deſcẽderint,quoſcũque in vẽtriculo
humores nacti ſint,his ſeſe addere,eóſq; in corruptelã
vnà trahere: quũ non magno negotio aluum ſubeãt ob
detergẽdi facultatẽ. Plerunq; infeſtantiũ quoque non-

nulla ſecum extrahunt:ſanguinem tamē hi quoque tenuem aquoſumque generant, etiam probè concocti. Cucurbita ſi cruda eſtur, in medio eſt peponum ac cucumerum:decocta melior euadit, frigidæ humidæque temperaturæ alimentum præſtat : huiuſque plurimum vſus vt medicamenti conſtat, aliàs inutilis ac minimū alimenti exhibere putatur, humorémque gignere aquoſum,præſertim quum frigidum nacta fuerit vētriculum. Amanitæ, fungi,& tubera,vt quæ frigidæ humidæque naturæ ſint,ſuccúmque generent craſſum crudúmque, calido ſiccóque temperamento conueniunt. B Inter olera omnium maximè commendantur aſparagi.nam quum ventriculo minimè graues inter concoquendum ſint, ac modicè calidi, & partibus conſtent tenuibus,ſanguinem aſſiduè gignunt purgatiorem: iidem,ſiquod aliud vnquam edulium,lotium cient.Quā ſanè ob rem, non verno tantùm tempore (quo in primis vigent)his velim vtare,ſed ad reliquum etiam anni tempus conditura repoſitos ſerues,qui planè & nutriant, & defæcatum ſanguinem largiantur: nec ſanè minus viſcera quoque infarctu liberent,horúmque vnà humores attenuent. Atque de his hactenus: deinceps de fructibus dicendum. Ceraſa frigida humidáque ſunt,quorū alia dulcia molliáque,dura alia habētur,& quæ adſtringant magis. Deligenda priora illa,vt quæ melius concoquantur, faciliúſque aluum ſubeant. ſecunda magis faciunt ad ventriculum,qui in bilem agitur: quippe quæ nec facilè omnino corrumpantur,& ventriculum adſtrictoria facultate corroborent: immodico tamen horum vſu, niſi vnà in corruptelam ab inſitis humoribus trahantur, aquoſus humor procreatur. Ex pomis bonitate cætera vincūt quæ Regia appellātur,quæ ipſa quoque frigida ſint:cordi verò amica cenſentur,ideo quòd vapores cor impetentes fuliginoſos fumidóſque repellant,nec ſanè minus ſurſum in caput delatos. Denique noxā quoque ex vino in capite contractam ſedant: neruos quidem tentant, ac memorandi vim retundere creduntur, potiſſimum quæ natura acida fuerint: nempe frigida hæc ſatis ſunt, & ſubſtātiæ tenuitate ſeſe iam ad profundum addūt.Probantur ex his magis quæ in hyemem repoſita ſeruantur dulcia. Maturitatem enim temporis mora adepta pleniorem,congruo quoque vſu aptiora reddūtur,nec ſanè facilè corrūpuntur. Perſica poma atque Armeniaca frigido ipſa quoque atque humido temperamēto conſtant: probè concocta tenuem humidúmque ſanguinem generant. Solent porro hæc quoque,niſi facilè aluum ſubierint,in corruptelam abire,& cum humoribus vnà immutari, quoſcunque tandem offenderint. Quamobrem quibus ægrè per aluum deſcendant,conſuluerim ego iis omnino vt ne ea quidem attingant,ni ſi quis temperamenti proprietate corpus affirmet libēter alimenta huiuſmodi admittere. His pruna commendantur magis,ſi quidem facilè per aluum deiiciantur.Solent enim nonnullis hæc quoque corrumpi,non ſtatim per aluum reiecta. Punica vt inter autumnales fructus alimento leui conſtant, ſanguinémque perpetuò gignunt tenuem,ſuntque ventriculo amica,& quæ mordaces ſuccos aboleant:quapropter horum quoque opportunus tibi vſus conſtet, quum videlicet in corpore exuperare calor videatur,aut anni tempus tale vrgeat:alioqui ſuperuacaneum fuerit, quæ pro medicamenti ratione ſumuntur, his vt eſculentis vti, præſertim quum contraria temperamentum ſuggerat quàm rationis expers appetitus ac conſuetudo poſtulet. Cotonea ex autumnalibus fructibus.inter edulia adſtringentia connumerantur, quæque aluum ſupprimant.Solent hæc nonnullis ante cibum ſumpta aluum potius coercere, ſicuti à cibo, emollire. Quod minimè mirum ſit, quandoquidem ventriculi os adſtringendi facultate comprimentia,alimoniam vi protrudant:quemadmodum ſanè in vtre quoque ac veſica idē manibus præſtamus,facilè que contenta educimus: præſertim ſi repleta quidem vaſa fuerint, vehementius autem ſuperiores partes cōprimimus. Inter hoſce fructus maximè omniū adſtringunt ſorba,corna,& meſpila,quorū vſus maximus ſit vt medicamentorum:& quòd ventriculo alioqui vtilia ſint adſtringendi vi. Alimenti autem vice ſumpta, ſanguinem exhibent minimè commendandum: tum verò adſtrictæ plus æquo aluo nocumentum capiti reliquóque corpori inferunt. Ficus atque vuæ in ciborum cenſu autumnales fructus omnes vincunt, vtque & ſanguinem progignant cæteris laudatiorem,& corpus alant: etiamſi flatuoſæ alioqui eſſe cenſeantur, carnémque corpori ſubminiſtrent flaccidiorem, viſceribus in ſcirrhum duratis, & infarctu laborantibus aduerſæ. Præſtant eo nomine ficus quòd renum arenulas repurgent:vtræque aluum ſubducunt, ſicuti eandem nuclei conſtipant, veteraſcentes multum humiditatis recrementitiæ amittūt. Iuglandes.i. caſtaneæ,inter arboreos fructus refrigerāt & exſiccāt, ac modicè adſtringunt:flatum interim egregiè pariūt. Sanè exploratū eſt has quoque alere: elixatu flatuoſæ facultatis plurimùm remittūt, alioqui in meatibus hæſitātes,ægréque concoctibiles. Nuces vulgares,ſcilicet hæ quas Regias vocāt, calidæ quidē cēſentur & ſiccæ, C ſed caput pertētant ſiquis aſſiduè vtatur, & ventriculo infeſtæ ſunt,ac difficilè cōcoquuntur:cum ficubus vnà commanſæ probantur magis,quòd per aluū citius vnà deiiciantur. Nuces quas Ponticas appellant,hoc eſt auellanæ,quo nomine adſtringūt,poſſint ſanè ventriculo idoneæ cēſeri, ſed quæ nihilo tamen ſecius cōcoqui cōtumaces ſint, ob confertiorē ſubſtantiā, qua præditæ viſuntur, quódque aluum magis ideo adſtringant. Has amygdalæ bonitate ſuperāt,potiſſimū verò expreſſus inde cremor,oleúmque. Hoc nanque cōpertum eſt, D fauces aſperámque arteriā leniri, humoréſque in thorace contentos proiectu faciles reddi. Ex earum autem cremore elixato ſorbitiuncula paratur optima, quæ & alat,& diſſecet,& renibus opituletur, & viſcera thoracémque perpurget, nō perinde tamen ventriculo accōmoda ſit. Amygdalæ ſi integræ deuorentur, concoctu difficiles euadūt: optimum paraueris edulium ſi harū cremorē ſuccreto decoctóque ordeo immiſcueris, aut alicui tali,amylóque in primis. Hoc enim omnibus præ ſtat,vt quod leuiſſimum ſit,& concoctu facile, ac boni E ſucci,ſanguinémque progignat nitidum & tenuem. Ac ſermoni quidem huiuſmodi ſatis à nobis hactenus productо(qui quidē orationis breuitatē ſectemur)hic ſinē faciamus. Deinceps verò de reliquis quoque alimentis tractemus. Quòd ſi narrationis affinitate mentionem quoque de his fecerimus quorum à te vſus reſpuitur, condonabis nobis hoc, ſi in aliorum quoque gratiam hæc tradantur.

DE ANIMALIBVS TERRESTRIBVS, AQVATILIBUS, VOLATILIBUS: HORÚMQUE DIFFERENTIIS. F

CAP. VII.

ANimalium, quorum ſpecies multæ habentur, alia terreſtria ſunt,alia quæ volatu fidant, aquatilia alia. Horum ſingula in maiora minoráque faſtigia,pro ſpeciei diuerſitate, diducuntur. Atque horum rurſus vnumquodque ætatis differentia diſcriminatur,vt alia iuuenilia ætate,alia vigentia,ſeniòve confecta videantur: præterea cicura alia ac domeſtica ſunt, alia ſylueſtria: itémque alia exercentur magis,alia minus. Quæ itaque terreſtria ac pedeſtria vocantur (etenim repetendum ab initio fuerit) calida ſemper plus iuſto ſunt, G & quæ valenter nutriant,ſanguinémque gignant craſſiuſculum,& athleticis corporibus conueniant magis. Volatilia atque aerea, leuiora quidem multo ſunt, & quæ non vſqueadeo alant, quadamtenus autem ſicciora & fibroſiora ſunt, ſanguinémque gignunt tenuiorē: ex his ipſis quæcunque in aquis degunt humectiora habentur & carnoſiora. Aquatilia communi quidem ratione longè relatis iam humidiora ſunt ac frigidiora non parum verò inter ſe differunt: quandoquidem H aliud ſit piſcium genus,aliud mollium,aliud teſtaceorum, aliud cruſtatorum. Atque inter piſces alii cetacei ſunt & pelagii, alii littorales & ſaxatiles. Atque ex his qui corporis conſtāt mole maiore,alimentū corporib[9] præſtāt liberalius craſſiúſque,ſicuti minores parcius puriúſque,præſertim ſi ex ſaxatilibus fuerint. Nec

ſanè differentiarũ minus ex eorum quoque paſtu cõtẽpleris. Quum enim in vniuerſum laudatiores ſemper habeantur marini iis qui in aquis dulcibus degũt, non ſanè pauciores hinc quoque differentias colligas: nam qui in alto ſẽper diuerſantur, feriuntúrque aſſiduè fluctibus, & fatigantur melius, & cibis veſcuntur repurgatioribus, prorſúſque inter piſces carnem obtinent nitidam ac ſolidam: quo fit vt aliis magis nutriant ſanguinémque progignant craſſum. Qui verò cibum capiunt in fluminum oſtiis, locíſque paluſtribus ac limoſis, aut vbi cloacæ deſinunt, guſtatu pingues quidẽ ſentiuntur, nec ingrati, valde tamen praui ſunt, vt qui ſalubris nihil contineant. Saxatiles, qui in aquis degunt puris, carne meliore quoque præditi ſunt, vt & haud grauatè concoquantur, & ſanguinem generẽt tenuem purúmque. Mollia omnia, quod ad ſucci bonitatem attinet, piſcibus multis præferuntur. ſanguinem enim gignũt tenuẽ, & nitidũ: neruis tamẽ multis conſtant: qua gratia & pertinacius cæteris concoquuntur, & frigidiora cẽſentur, nempe exanguia. Piſcium molliúmque in confinio cruſtata conſiſtunt: quum verò facilius quàm mollia conficiantur, ſanguinem præterea gignant puriorẽ ac tenuiorẽ, minor ineſt teſtatis vſus, vt quæ nihil defatigatione exerceãtur: quã planè ob rẽ nõnulli his pectines præferũt, vtpote qui inter reliqua teſtata ſoli diuagẽtur, locúmq; mutẽt. Sãguinẽ teſtata exhibẽt tenuẽ & aquoſũ: alioqui cõfici etiã rebellia, & quæ haud facilè aluũ ſubeant. Deliguntur à multis piſces quibus ſquamis oſſibúſve obducta cutis ſit: quibus ego porro fidẽ adhibeo, quòd hoſce diſſimilibus ſiccos magis eſſe exiſtimẽ. Nã quod inter humida ſiccũ reperitur, cõmoderatũ cenſeri omnino debet: ſicuti ſanè etiã quod inter ſicca humidum fuerit: cuiuſmodi ex auibus, gallinaceum genus eſt, & phaſianorũ, híſque etiam magis anates, atque anſeres, quǽque in aquis degunt omnia. Et quoniam terreſtria ſubſtantia cõſtare terrea diximus, multóque ſanguine ac ſucco, corporíque alimoniã exhibere non diſſimilem, deligenda ex is quæ teneriore ætate ſunt, minoréque corporis mole quàm pro ſpeciei differentia, nec quæ exercitatione multa agitentur. Nã quæ paulo magis inertia ſunt, humectiora hæc & excrementitia habentur: ſicuti quæ diutius exercẽtur, ſicciora & leuiora: fugiendus verò in omnibus exceſſus. Quin artuũ quoque ipſorum alimoniam ſicciorem, minúſque recrementitiam exhibent extimæ partes quàm intimæ, minores quàm maiores, pro naturalis videlicet formationis ratione. Probatur porro horum vnumquodque etiam à genere carnis. quanto nãque animalium caro ab albedine degenerat, tanto magis ſucci boni vſum deperdit. Cõmuni verò omnium ratione ex iis quæ ſpeciei eiuſdem ſint, quæ tenera adhuc ætate ſunt, alimentum præbent humidius, ætate autem conſiſtentia, calidius ſicciúſque: vtriſque deteriora, quæ iam conſenuere, quòd humorem adaugeant atrabilarium & excrementitium: idque quo maiore corporis mole conſtiterint, fuerintque exercitatiora. Illud quoque operæpretium ſit non ignoraſſe, agreſtia ſcilicet domeſticis calidiora ſiccioráque eſſe. quæ tamen ſi congruo omnia vſu exhibeantur (pro conuenienti nimirum temperamenti ratione) nihil incommodare exiſtimentur. Habes iam tractatum de alimentis ſatis tibi explicatum. rerum enim diſtributione hac continẽtur particulatim differentiæ omnes: ſic vt minimè neceſſum ſit particulares tibi horum ſpecies recẽſere, homini philoſopho, & qui facilè poſſis iſta inueſtigare. Nunc reliquũ eſt vt de vino cæteríſque humidis quibus vtimur, differamus, nequid orationi deſit.

DE VINO, AQVA, LACTE, OVIS, MELLE, OLEO, ſapa, aceto, vuæ immaturæ ſucco, Punicis malis, & ſale: déque eorum differentiis. CAP. VIII.

Ergo vinum (de hoc enim dicendum prius, propterea quòd plurimus quoque huius vſus ſit) hoc quidem craſſum eſt, illud verò tenue: hoc auſterum, illud dulce: atque inter hæc aliud album, aliud fuluum, aliud rubens. Horum porro in confinio ſtatutas differentias ſponte omitto. neque enim neceſſe nũc habemus orationis minutias eiuſmodi perſequi. Itẽ aliud polyphorum eſt, quod multum aquæ vt diluatur admittit, aliud oligophorum, quod minus. Craſſa magis alibilia ſunt, ac craſſiorẽ ſanguinem gignunt: in cauſa ſunt vt viſcera obſtruãtur: contrà ſe habẽt tenuia, vtpote quæ & vrinam eliciant, & ſanguinem generent tenuẽ. Accommodatiora ventriculo quæ auſtera ſunt, minus tamen alunt: è diuerſo ſe habent dulcia. Sed & alba, minus calida cæteris. Priores enim calefaciendi partes obtinẽt fulua, ſecundas rubentia: in omnium vltimis locantur aquoſa, quæ pauculum aquæ vt diluantur poſtulant: oligophora vocant. minus hæc caput tentant. Atque iis quidem qui ſeſe bene habitos eſſe ſtudent, vina generoſa ac bene colorata conueniunt magis: tibi verò cui ſimplex tantùm ſanitas curæ ſit, ſpiritúſque animalis, videri poſſit ſatis etiam oliphogorum facturum, quòd & album ſit, & tenue: niſi ſiquando frigefactus neceſſariò ad calidiorũ vſum confugias. Aqua vtẽdum quæ nec qualitate aliqua prædita, nec reſes ſit: cuiuſmodi ſtagnantium aquarum eſt, earum præſertim quæ paluſtribus nec ventis peruiis locis reſident. Laudabilior fontanæ aquæ vſus eſt, aut quæ ex puteis aſſiduè agitatis hauritur. Secũda ab his commendatio fluuialium, niſi in has quoque cloacæ deriuent, quæ vrbium aut regionis alioqui alicuius ſordes eluant. Fugiendus in primis earum vſus quæ inſigniter frigidæ fuerint, quǽque niuibus eliquatis defluunt, tum quibus, veluti præſegmina, minutulæ harenulæ quædã innatent, limoſique aliquid ſubſidat, quǽque non procul à ſponte naſcentibus calidis fluunt. Inculpatiſſima omnium aqua quæ citò tum frigeſcit tum incaleſcit, nec guſtu aut odoratu qualitatẽ aliquam repræſentet. Lac porro ipſum quum ex ſubſtantiis diuerſis cõfletur, ſeroſa videlicet, butyroſa, & caſeoſa, adhibendum ſemper ad vſus ſerũ, vt medicamentum ſolummodo: vtpote quod frigidum iam ſit, & aluum emolliat, nec quicquam nutriat, & abſtergat. Butyrum quum calidum ſit ac minimè euidenter humidum, ventriculo aduerſatur: probè tamẽ concoctum ſanguinem gignit, facilè in bilem abit, habitudinem nactum calidiorem. Caſeoſa pars terreſtris eſt, & quæ meatus infarciat, atque ægrè conficiatur: præſertim ſi in viſcera incidat obturata, & alioqui anguſtiora. In totum verò lac alibile eſt, boníque ſucci: caput tentat, iis quidem quibus facilè id repletur: quibus caſei modo cogitur, iis viſcera obſtruit. Deligendum lac maximè caprinum, vt quod ouillo tenuius ſit & bubulo: caſeus verò qui & recens ſit & ſalis pauxillum admixtum habeat: aliorum verò vſus reſpuendus, propterea quòd & difficilè concoquantur, & ventriculo aduerſentur, & obſtruant, & ſanguinem procreent craſſum. Ouis vtendum gallinarum in primis domeſticarum, deinde ab his, phaſianorum, poſtremò anatum, atque anſerum. Præcipua oui pars luteum eius eſt, vnde alimentum corpori ſubminiſtretur liberale purúmque: nam alia & concoctu peruicax eſt, & vt elaboretur diutius exigit. Porro ex his quæ de animãtibis diximus, licet de horum quoque ipſorum ouis coniectare. Piſcium oua longè minore tum calfaciendi tũ nutriendi facultate prædita ſunt: quanto nanque auiũ carnes piſcium carnibus præſtant, tanto ſanè magis piſcium oua ſuperantur ab iis quæ auium ſunt. Quæ ſale ſiccantur, ægrè conficiuntur, ac ſanguinem corruptela inficiũt. Id quod de ſalſamento omni dictum intelligi volo: quandoquidem ſalſamentum omne putreſcentẽ corruptúmque ſanguinem reddat, quod vitandum præ omnibus fuerit. Mellis vſus ſenibus cõuenit, ac temperamento frigidis, & hyemis tempore: incommodum hoc bilioſis, atque æſtate ſumptũ. Quum enim calidũ id ſit & ſiccum, ac pro guſtatili quam obtinet qualitate familiare, in iis qui tãto moderato frigidiores ſunt, quanto id calidius, conflato ita exceſſus vtriuſque complexu, moderato temperamento par eſt ſanguinem inde generari. Coeunte verò in idem gemino temperamento, mellis videlicet, eiúſque qui aſſumit quod in melle ineſt dulce, in bilem vertatur neceſſe eſt: ſcilicet idem hîc perpeſſum quod foris ignis potentia plus iu-

ſto decoctum patitur. Sunt qui detracta huic ſpuma, A
atque ita retuſa in primis eius acrimonia, minus id ca-
lidũ reddant:id ſi tu quoque facias,eduliiſque hoc nõ-
nullis præterea admiſceas, niſi calor obſtiterit aliquis,
qui incõmodum minetur,probatiſſimo ita medicamẽ-
to vtare,quod præterquã quòd alat,leniter etiam ven-
trem purget. Oleum verò quum calidum modicè,hu-
midúmque ſit, ob pinguetudinem eſſe infeſtum vẽtri-
culo ſolet:quod cõmune ſit oleoſæ pinguiſque qualita-
tis vitium. Quo fit, vti modicè opſoniis additũ,non ſa-
nè manifeſto noxam ſuam detegat: ſupra modum ve- B
rò ſi adhibeatur, quum natura innatare conſueuerit,
facultatem ventriculi contentricem reſtinguit. Quod
ex lini ſemine fit,vtpote quod nec calidum adeo gluti-
noſumve ac craſſarum partium ſit, cum minore nego-
cio aluum ſubit:tum ventriculum minus infeſtare cre-
ditur. Vtrunque bonitate vincit amygdalinum, quip-
pe quod & partibus conſtet natura tenuioribus, & mi-
nus ventriculo incommodet,tum verò diſſecet, contẽ-
tóſque in thorace humores facilè eliciat, ac fauces præ
terea leuiget. Sapa inter opſoniorum additamenta C
(Græci προσοψήματα vocant) ipſa quoque cenſetur. hæc
ſicuti calefaciendi vi inferior melle eſt,ita valẽtius nu-
trit, ventrem modicè ſubducit, viſcerum obſtructioni
minimè idonea. Acetum niſi quis frigiditate laboret,
vtiliter eſculentis inditur. Id enim quum frigidum ſit,
ſiccúmque, ac tenuiſſimarum partium, & diſſecantiſ-
ſimum, confarctos ventriculo viſceribúſque humores
incidit,atque attenuat,& abſtergit: ſique prius craſſarũ
partium cibus aliquis ingeratur, attenuatur is, & inſi-
gni aceti vi veluti elaboratur. Omphacium & acido- D
rum punicorum ſuccus,commodè vt medicamenta ex-
hibentur,nam aliâs neceſſarius eorum vſus non fuerit.
Siquidem omphaciũ tametſi ventriculo conferat,qua-
tenus tamen partibus cõſtat craſſis,frigidúmque eſt, ac
vẽtrem ſupprimit,non omnibus ex vſu eſſe videri poſ-
ſit.Acidorum porro punicorum ſuccus quum tenuis ſa
tis ſit, flauæque bili repugnet, ſanguinique in primis
feruido,ac iocinori æſtuanti,non ſanè ventriculo inte-
rim cõmodus ſatis habetur. Huius abuſus aluũ quoque
ſupprimit, ideo quòd acidæ qualitati, adſtringẽtis nõ- E
nihil immixtum obtineat. Sal inter opſoniorum addi-
tamenta calida ſiccáque reponitur,quæque modicè ap
petentiam excitent: facit ad humorum, ſiquid redun-
dãt, exſuctionem & reſiccationẽ: conſultius tamen fue
rit,frequentiorem huius vſum vitaſſe,quòd & ſiccato-
ria alioqui facultate præditus ſit,& ſitim augeat,& ſan-
guinem corrumpat: ſiquidem ex hoc ſi condimentum
tãtũ quæratur cibis,gratúſque his inde ſapor cõcilietur,
paululũ quid noxæ inferat:at nimius eiuſdẽ vſus officit.

DE CIBORVM QVANTITATE, CAP. IX. F

PОrro aſſumendi cibi vniuſcuiuſque modus is eſto,
quo nondum ſatietas ceperit. Sic enim exuperans
natiuus calor,cibos qui in ventriculo continentur, cõ-
fecerit. Præſtat autem alimentorum quoque vires ob-
ſeruaſſe, vt ſi ex iis fuerint quæ valentius & plus nutri-
unt, multo ante expletam appetentiam abſiſtamus: ſin-
eorum quæ parum ac leuiter alunt, liceat plura ingur-
gitare:ſiquidem hæc diutius cõcoqui poſtulant,illa fa-
cilè aluum ſubeunt. De potu coniectura facienda, pro
ſumpti alimenti humiditate,ac ſiccitate. G

BIS NE EADEM DIE ASSVMENDVS CIBVS, nécne, CAP. X.

QVoniam verò quæris ex me,num ad ſanitatis tute-
lam ſpiritúſque animalis perſiſtentiam præſtet ſe-
mel quotidie,an bis potius cibum capere: ego ſatius eſ
ſe crediderim, vt diſtributo in tria cibo omni meridie
portionibus duabus veſcaris, reliqua ſub noctem. nam
& aſſiduam ita cerebrum humectationem ſentit, & fa-
cilior conciliatur ſomnus, & longius ſpiritus perdurat
irrigatu iugi fotus, nec facilè ita igneſcere continget H
ob ieiunium,neque refrigerari: ſiquidem vtrunque e-
ueniat temporis ac temperamentorum diuerſitate.
Quòd ſi inualuerit conſuetudo,nec velis bis rei eidem
vacare,poſſis cõſuetudinẽ ſeruare,quæ naturales facul-
tates in habitũ iã induerit, vt citra detrimẽtũ aliquod
ex tãto tẽporis interuallo opus peragãt: præterea autẽ,
vt nõ durabilior ita ſpirit⁹ ſit,certè nitidior euadet, quẽ
admodũ ſanè poſteri⁹ docebim⁹ in orationis repetione.

DE SOMNO, EXERCITATIONE, AC BALNEO, CAP. XI.

SOmni à cibo corpus vniuerſum humectum reddũt,
huiúſque penitiſſimas quaſque partes irrorare cre-
dũtur,facultatéſque noſtras exſuſcitare,ac ſenſoria in-
nouata redintegrare,naturalémque vnà ſpiritum,vita-
lémque,& animalem,ac veluti denuo corpus totum re-
ficere. Ante cibum exſiccandi vim præſtant, corporíſ-
q; noſtri madorẽ omnẽ depaſcũtur,interi⁹ ſe agẽte ca-
lore. Nihil enim aliud eſt ſõnus q̃ ſẽſuũ detẽtio ſuauior
quædã caloriſq; ad interna reuocatio:iſq; ſi alimẽtũ ꝙ
ſatis ſit appoſitũ ſibi offenderit, conficit hoc, inque v-
niuerſum corpus diſtribuit,idémque præſtat,crudiores
aliquos atque inconcoctos humores nactus: ſic porro
fit,vt ad hunc modum ſomni cibum præcedentes com
mendentur,nullo verò reperto hi alimento familiares
naturaléſque humores inuadunt, hóſque ipſos abſu-
munt.Denique opus fuerit eum qui dormiturus ſit,ca
lori fomenti ſemper aliquid plus minúſve addidiſſe,ni
ſi factum ab eo paucis antea horis idem fuerit: id quod
inſtitutæ tibi victus rationi commodius ſit,vt confecto
iam cibo,vaporoſóque quod ineſt ac flatuoſo diſcuſſo,
repurgatiore ita demum digeſtione madeſcat cere-
brum:ne quando quum ſiccius hoc eſſe cenſeris, dece-
ptus vnà cum cibis ſomno te committas:hoc enim pa-
cto humidius ipſum iuſto reddideris. Ac ſomnus qui-
dẽ,æquè ac vigiliæ ipſæ,ſi moderatus ſit probatur, cor-
porique vniuerſo commodat, pro vniuſcuiuſque habi-
tudine,víctúſque ratione adhibitus:ſicuti certum eſt e-
undem exceſſu aut defectu nocumentum inferre. Inter
reliquam victus rationem probatur exercitatio quo-
que, qua & naturalis calor refocilletur, & excremẽto-
rum reliquiæ,aut per halitum digerantur, aut inferius
protrudantur: atque iis quidem qui valentioris alimẽ-
ti cibum ſumpſerunt,exercitatione vti conuenit vehe-
mentiore ac contentiore deambulatione,venatu,palæ-
ſtra,curſu,diſco,pila parua:ſummatim quodcunque tã-
dem exercitationis genus exiſtimetur reſpirationem
vehementiorem concitare poſſe, ac calorem adauge-
re, & tenui quodam ſudore humectam cutim perſun-
dere,his ipſis accommodum. Tibi verò qui tenui ita vi-
ctus ratione vtare,ſatis ſit etiam breuior deambulatio,
præſertim ſi ante cibum ineatur: ac mane quidem bre-
uior ea & tardior eſto vergente anni tempore ad cali-
dum: contentior autem & diuturnior hyeme. Illud per-
petuò obſeruandum,vt tantiſper ſe quis exerceat,dum
nondum laſſitudinem exercitatione contrahat, quam
ſi ſuboriri perſentiſcat,deſiſtere conuenit. Exercita-
tio à cibo aut alimentum præripit, aut huius ipſius per
corpus digeſtionẽ imperfectam reddit, aut calore ad-
aucto venæ arteriæque ad extimam corporis ſuperfi-
ciem impetu ante concoctionis abſolutæ tempus,ali-
mentum arripiũt, crudiorúmque ita humorum in cor-
pore copiam penitius colligunt: quæ ſanè omnia ingẽ-
tium morborum primordia fiunt. Balneorum verò v-
ſus nulli ſecundus, quippe quibus ſolidiores corporis
partes humeſcant,ac meatus reſerentur:infarctúque hi
omni attenuati liberentur. Horum certè tibi potiſſimũ
admittendus vſus, præque alia victus ratione, qui cor-
pus geſtes recrementis vacãs ſubaridúmque, ſic à te ie-
iunii conſuetudine confectum & frugalitate. Nam qui
corpore conſtant carnoſiore, aut collectorum humo-
rum multum circunferunt, noxam potius contraxerint
intempeſtiuo horum vſu:quibus tamen ipſis ſi euacuẽ-
tur prius, iã impertiri hac iuuamẽtũ ſuũ queãt, vtpote
quæ meatus irrigẽt atque expediãt, ſatíſque per halitũ
digerãt:in iis verò qui repletione laborant, antequã ꝙ
ſatis ſit per halitũ digerãt, interius cõſtitutos humores
reſoluunt atque accẽdunt, & adhuc deliteſcentes con-
turbãt & excalfaciũt. Spõte verò naſcentibus quæ calfa
ciẽdi vi prædita ſunt,vt vtare nunquã ſanè cõſuluerim,
vt quæ ſiccatoria maximè vi polleãt. Quum enim nitrũ
hæc atque alumen, & atramentum ſutorium referant,

humorem exhauriunt potius quàm reponant. Hortandi ſunt vt ad ea ſe conferant qui malo corporis habitu ac turgidiore tument, quibúſque periculum eſt ne in aquam intercutem incidant, quibus ſiccatoria victus ratio conferat: ſanis verò hominibus iis præcipuè, qui paululum modò ſicco calidóque temperamento conſtant, valde damnanda. Verùm ſermoni huiuſmodi finem faciamus, ſatis iam explicato, iis quidẽ qui ex paucis doctrinæ multũ colligere valeant.

DE IIS QVI ERRORE ALIQVO MORBIS TENtantur, horúmque victus ratione, CAP. XII.

QVoniam verò nonnulli reperiuntur, qui ob neceſſitatem ingruentem, aut appetitus intemperãtiam, aut temporum mutationem, aut errata aliqua, diuerſiſque de cauſis non diuerſimodè prorſus affecti, imprudentes valetudinem ſincerã amittunt, dum diſtillatione aliqua corripiuntur, aut intemperatura, aut cruditate, aut obſtructione, prætérque rationem exinanitione, aut repletione: ſanè his quoque oratione noſtra ſubueniendum, ne recti ignorantia contingat hoſce incolumitatem prorſus deperdere, ſeſéque ita negotiis difficilioribus implicare. Eos igitur quos ſimplex intemperies infeſtat, fugere in primis conuenit primitiuas cauſas, híſque deinde contrariorum vſu ſuccurrẽdum. Ac quum calor ſuperarit, demendum de vino eduliiſque craſſioribus, quietíque potiſſimum vacandum ac vitæ parſimoniæ: vincente verò frigiditate, contrariis vtendum. Exſiccati victus ratione reficiendi ſunt humecta: ſicuti è diuerſo humidioribꝰ contraria via præſtruẽda. Cæterùm de iis quæ pro alimentis cedunt, ſuperius diximus: ſiquis verò etiam medicamenti vſus fuerit, poſterius explicabimus. Temporis verò tractu quum ob errata nonnulla humores aliqui inualuerint, ſic quoque contraria adhibenda victus ratio, affectibus ingruentibus, ſed & nihilo ſecius ea adminiſtranda quæ mox dicentur. Ac bilis quidem ſi exuperet flaua, impetúque hæc ſurſum feratur, tentanda vomitio, ſi promptior ea fuerit: eadem catapotiis ex aloe euacuanda, dummodo nulla febris infeſtet, quum inueteratior ac putrefacta ventriculum infarcit, imóque huius fundo adhæreſcit. Quòd ſi nimium exæſtuet, iámque febrem accendat, ac ſolam victus rationem reſpuat: ſatius tunc fuerit refrigerantibus vti atque humectantibus, confectúmque ex violis zulapium, aut aceto, aut punici mali ſucco, aut roſis, ſaccharúmque vnà quod vocant, epotaſſe: tenacius verò inſidentem præſtat purgatoriis medicaminibus educere. Quum pituita infeſtarit, antidotis vtendũ calidioribus vomitúque, ſiquidem ſummatim hæc innatet, necnon catapotiis quæ dicentur modicè pituitam detrahentibus. Sanguine verò moleſtiã inferẽte, quidnam tandẽ præferri quæſo poterit ſanguinis miſſioni? Cæterùm bilis redundantis indicia ſunt, capitis interdũ dolor, oríſque amaritudo, vertigo, ſitis, potus deſiderium, cibi verò faſtidium. Contraria ſunt quæ pituitã indicent, adéſtque interdũ capitis etiam grauitas, quẽadmodũ ſanè ſuperius de his explicatum fuſius à nobis eſt: atque hæc ipſe planè per te, etiã ſi nulli tractemus, poſſis ingenioſis dignotionibus colligere. Laſſitudinis ſenſus cuiuſdam in corpore, pedibus præſertim, ſubortus, ídque quum nihil ſe defatigauerit corpus, humorũ aliquem turgere indicio eſt: fueritque tũc operæpretiũ alimentorum copiæ ſubtrahere, huiúſque etiã qualitatem immutare, ſi opus ſit, purgandúmque vnà corpus, ſuperãtis humoris exinanitione. Si ex cruditate moleſtia ſentiatur, fiátque id ob ciborum quantitatem, minuenda quoque horum quantitas: ſin idem ob qualitatem eueniat, ad aliud ciborum genus deueniendum: ſicuti ſanè defectas ob frigiditatem vires reſumere calidioribus conuenit. Diſtillationem verò medicamentis quæ per nares materiam eliciunt, Græci ἔῤῥινα vocant, deriuare: & quæ iam antea decubuerunt, modicè calidis educendíque vi præditis medicamentis euocare. Tũ verò febri iã correptis minuendus omnibus ſanguis, niſi quid obſtiterit aliud, & tenuis victꝰ ratio iniũgẽda. Sed ad aliud iã opus hæc pertinẽt. Cæterùm vt ex iis quoque quæ excernuntur coniicere valeas, de his vti res poſtulare videtur, mentionem faciemus.

DE CONSIDERATIONE EX VRINIS, CAP. XIII.

VRina in homine temperamenti vndequaque moderati optima, quæ ſubrufi ſufflauíve coloris ſit, ſubſidénſque album, lene & æquale appareat, ad hâncque veluti amuſſim quandam poſitã directæ probãtur vrinæ, quaſcunque in humanæ ſpeciei latitudine ſpectamus. Ipſe porro cum tua ipſius vrina, quũ melius te habere cognoueris, ſi reliquas perpenderis, minimũ aberraueris in iudicando. Humorum cruditatem indicãt vrinæ ſubſtantia tenues: quandoque verò etiã propter obſtructiones tales apparent, quòd quaſi percolentur. Ita craſſiores, vti naturam humorum iam concoctionẽ aggreſſam fuiſſe, ſic nondum eos confeciſſe oſtendunt, hóſque ideo etiamnum turgere. Præſtat vt poſtquam redditæ fuerint, perturbentur ſtatim, potius quàm aliquandiu fluidæ perſtent. Colores in his qui ad albedinem tendunt, innati caloris defectum monſtrãt: ideóque humorum imperfectam concoctionem, ac quo magis vrinæ à colorum ſymmetria euariarint, eo ſanè magis à ſanitate diſtant, quæ temperamentum ſequitur proportione reſpondens. Quæcunque colore magis infectæ viſuntur, pro ſuperiorũ proportione ad calidius vergunt. Duci ex coloribus quoque euidẽs ſatis ſignificatio poteſt, humorum maximè vigentium: ſiquidem rufæ vrinæ ſubrubeæque & rubeæ, ſanguinei humoris redundãtiam indicant: flauæ verò eiuſdemmodi quoque bilem. Si ſubſidens præterea coloratũ viſatur, quali infectum hoc colore fuerit, talem quoque in venis humorem vigere exiſtimare debemus: aſperius idem ac diſſipatius diſſolutionem ex alieno flatu ſignificat. Frigida porro ea cenſenda ſint, an calida, id verò ex vrinæ totius contẽplatione dignoſcitur. Inæqualia ſi fuerint, erratum aliquod in victus ratione admiſſum, aut erraticarum febrium aliqua, diſcordem ita inæqualitatem effecerit. Sciẽdum præterea quoſdam, crudis in vrinas decumbentibus humoribus, poſtquã reſediſſent hi, inter ſubſidẽtia eos deputaſſe. verùm iſtud intereſt, quòd hi temporis mora concocti, in ſublime ſe attollunt, ac poſtremò euaneſcunt. Quæ verò ſecundun naturã medium locum ſuſpenſa occupant, aut ſublimia petunt (nubeculas appellant), notæ ſunt facultatis quæ nondũ ſatis humores cõfecerit. ſubſidentia verò ſecuritatem, venarúmque ſalubritatem pollicentur. Vrinæ ipſæ coloribus deterioribus infectæ, iuxtà ac cõtenta, eum exuperare humorem ſignificant, cuius colorationem præ ſe tulerint. Diſputatum porro à nobis diligẽtius de his eſt priuatim libris ſeptem, vbi vrinarum differentias, dignotiones, cauſas, itémque prænotiones ex his tradidimus. Ipſe verò potes ex iis quæ iam breuiter attigimus, ſanitatis immutationes agnoſcere. Deinceps verò de alui quoque excrementis paucula quædam narranda ſunt, quò abſolutior ita ſermo euadat.

DE DIGNOTIONE EXCREMENTORVM ALVI, CAP. XIIII.

OPtima ſunt alui excremẽta, quæ mollia, læuia, ſubrufa, aut ſubflaua ſpectãtur: tum quæ proportione reſpondent iis quæ ingeruntur: quatenus autẽ limites hos exceſſerint, immutatum vnà temperamentum deſignant, aut corporis vniuerſi, aut ventriculi ipſius, atque inteſtinorum. Ac quum frigus quidem inualuerit, ad albidius tendunt excrementa & humidius: ſicut quum calor vigeat, in rufum magis flauúmque: eadem ſi copia non reſpondeant, aut exercitatione nimia difflantur, aut in vrinas deriuantur: quorum ſi neutrum acciderit, indicio eſt contineri intus excrementum, quod glande ſuppoſita, aut clyſtere iniecto educere expediat. quòd ſi quæ excernũtur plura appareãt quàm pro aſſũpti cibi proportione, aut ceſſatũ eſſe à cõſuetis exercitationibus indicãt, aut diſtributionẽ in corpꝰ imperfectã reddi, aut humoris alicuius demorſu infeſtari vẽtriculũ atq; inteſtina. Ac quũ cõſueti quidẽ colores apparuerint, nõ ſanè ingens malũ portenditur: maiores

A morbos cōarguūt multicolora,cruēta, ramentoſa,aut ſi
cum dolore, aut teneſmo excernantur. verùm alterius
hæc ſunt operis. Illud in euacuatione omni conſideran
dum,quòd ſi qualia purgari expediat, purgentur,con-
fert , ac bene ferunt,ſin minus , contrarium euenit : id
quod certum in primis indicium habeatur,tam in eua-
cuationibus quæ ſpōte proueniūt , quàm quæ arte fiūt.
Reliquum eſt vt de pulſibus pauca quædā tradamus.

DE DIGNOTIONE EX PVLSIBVS, CAP. XV.

ITaque adaucto calore , ſic vt immutare cor poſſit,
pulſus maiores mediocribus euadunt: qui ſi vlterius
B intēdatur,citatiores fiunt.quòd ſi nec magnitudo poſ-
ſit,nec velocitas multitudinem caloris vincere,iam fre
quentia quoque acceſſerit. Etenim pulſus eleuatione,
aut quū arteriæ corpus exterius mouetur (id enim me-
dici διαστολὴν vocāt), ambientis aeris aliquid intrò rapi-
tur,quo vitalis ſpiritus refrigeretur , alatúrque: con-
trario verò motu (συστολὴν appellāt, id eſt ſubmiſſionem)
quicquid ineſt fuliginoſi caloris , vitalique ſpiritui in-
utile,excernitur. Ipſe certè, collato eleuationis inter ſe
C & ſubmiſſionis tempore , poſſis ſyllogiſmo colligere,
calórne vincat , an fuliginoſa eiuſmodi fumidáque re-
crementa: vnde ſanè queas, ſiquidem arteriarum mo-
tum aſſequare,multa etiam eorum quæ deliteſcant,di-
gnoſcere atque exactè prænoſcere. Sciendum nihilomi
nus non eadem proportione qua intendi cœperant,re-
mitti ſolere pulſus,opprimente frigore: nam tardiores
primò fiunt,deinde rariores,poſtremò inualeſcēte iam
frigore etiam minores.Inter differentias ſpeciéſque pul
ſuum omnes , præferuntur qui vehementiores fuerint:
D ſoli quippe hi digitorum compreſſum repellunt , con-
tráque nituntur,& præ omnibus cordis vitaliſque vnà
ſpiritus robur validū in primis eſſe declarant : contra-
rium lāguidiores indicant:qui maiores licet ſint,vehe-
mentē tamē cōtactum refugiunt,vitaliſque roboris im
becillitatē notant:ſicuti ſanè inæquales ob degrauantē
plenitudinē fiunt, partiúmque principaliū obſtructio-
nes inſignes. Deterioris notæ ſunt deficientes, præſer-
tim ſi quies motus vnius tempus exceſſerit : iam enim
cor à motu ſuo deſiſtere ſignificant, aut ob redundan-
E tem humorum plenitudinem, aut ob paulo pòſt futurā
internecionē. Duri pulſus ſemper quidem illi pulſuum
magnitudinē imminuunt,dum attollitur arteria: fiunt
autem vel ob ſiccitatem,vel ob frigiditatem,vel phle-
gmonen partium potiſſimum neruoſarum : ſicuti mol-
les ob eiuſdemmodi habitudinem tales euadunt,ſudo-
ríſque interdum aduentum, qui ipſi etiam fluctibundè
ferantur : verùm hæc à nobis iam antea in opere alio
tractata ſunt , vbi etiam de morbis particularibus bre-
F uiter diſſeruimus. Quum enim cubiculi regii cuſtos ad
Hyperboreos Scythas legatus mitteretur , poſtularétq;
à nobis is, vti cōmentariū ſibi exhiberemus, quo mor-
bos diiudicare ſic ſatis poſſet , horúmque ipſorū noti-
tiam aſſequi,tum cognitis curationem adhibere: non-
dum planè opus totum abſolueramus, quum perflante
Noto diſceſſit ille,legationem iam qua fungebatur,in-
greſſus: nos verò inchoatum opus ſemiperfectum reli-
quimus. Ne igitur illius amicitiam nō illibatam ſerua-
remus,gratiámque reponeremus integram,nondum id
cuiquam exhibuimus,quum nec ſuprema alioqui impo
G ſita adhuc illi manus ſit. Poſtquam autem redierit ille,
fueritque à nobis opus abſolutum,Deo fauente , ita ſa-
nè & gratiam illi retulerimus, tibíque operis exemplar
exhibere non grauabimur: id quod nōnihil ad omnem
medendi methodum conducere tibi poſſe videbitur.
Quod enim huic operi deeſt, traditum tibi explicatius
à nobis eſt : poſſis tamen ipſe ex iam dictis & præſentē
ſanitatem tueri, & periclitantem iam reuocare. hoc e-
nim loco,eam in primis artis partem tractamus. Reſtat
H vt de naturalibus excretionibus dicamus,& nocumen-
tis quæ harum ſuppreſſionem inſequuntur.

DE PROFVSIONE, AC SVPPRESSIONE NA-
turalium conſuetarúmque excretionū, CAP. XVI.

SVdores ſi æſtatis tēpore , aut præcedente labore ali-
quo fiant, nihil ſanè mali aut incommodi portende-
rint, quin non parum quoque iidem contulerint : nulla
verò euidēti cauſa facti, oppletas eſſe venas coarguūt:
quamobrem aut ſanguinem mittere expediat,aut par-
cius eſſe. Idem contingit à morbo ſeſe reficientibus ci-
borum aſſumptione nimia. Atque his plurimum ſu-
dores erumpunt , quo tempore alimonia concoquitur:
ſicuti iis qui ex ſanguinis redundantia noxam ſentiūt,
poſtquam confecta iam ea fuerit: ſubtrahendus nihi-
lominus vtriſque cibus. Nonnullis idem euenit ob ni-
miam cutis rarefactionem, quibus ſi copioſior is fera-
tur,periculum imminet animi defectus. Permittendū
ſanè his,vt & maiore ciborum copia vtātur,iiſque quæ
calefaciendi vi præditæ ſint:tum verò extimam corpo-
ris ſuperficiem refrigerent & condenſent: quibus verò
ob deſtillationem aliquam pectus , vniuerſuſque tho-
rax grauatur,bene cum his agitur ſi neque febri corri-
piantur , neque circa coſtarum aliquam , aut mamillas,
aut pectus conſiſtat dolor. Siquidem hæc cum morbis
iam cenſentur ipſis,maioréque egent victus ratione,ac
ſermone prolixiore,quàm vt præſenti inſtituto conue-
niat. Modicè ſi degrauetur thorax humoris illuc dela-
ti pondere , aut tuſſis irritet , dulcium , tepidiorúmque
vſus conuenit : quæque humores fluxione decumben-
tes reiectu promptos parare conſueuerint. Niſi enim
hoc ſibi pacto conſulat ægrotus,iam & humor qui de-
fluxit loco ſe obfirmarit , & dolorem concitarit, aliúd-
que deterius quiddam conciliarit. Illud nunquam non
prouidendū,vt ex alto decumbentes humores in nares
deriuemus.ſic enim thoracē illæſum ſeruaueris,aliò eo
quod infeſtabat,delato. Aluum adſtrictā comitātur ca-
pitis grauitas,vertigo,oris amaritudo, cibi tum ingra-
titudo tum faſtidiū. Diſcutitur moleſtia ſi clyſteris v-
ſum ſentiat aluus,proſpiciēdum certè, vt ne ea ſuppri-
matur. Nonnulli reperiūtur quibus temporis interual-
lo quodam longè plura ſolito ſponte deiiciat aluus,íd-
que ſtatis quibuſdā temporibus , ſimúlque infeſtantiū
ita multa detrahuntur,ac melius degunt:quidam pluri-
mis variiſque ſupernè redditis, multis ſeſe imminenti-
bus malis liberarunt vomitione: quæ niſi de more pro-
cedāt,poſtquā iam in conſuetudinē ita verterit natura,
multi inde ac difficiles morbi oriri ſolent. Illud omni-
no præſtandum vt cōſuetis excretionibus ceſſantibus,
artis his adminiculo ſubueniamus. Quod idem facien-
dum in iis quibus ferri per nares aut hæmorrhoidas ſan
guis conſueuit. Sic enim coercito præter rationem ſan
guine,aut cōſuetos meatus adaperire expediet,aut ve-
narum ſcarificatu redundātiā eius exinanire : niſi ſi ob
exercitationes quādoque multas cōſumpta ſuperflui-
tate,aut ob cibi ſubtractionem imminuta, nō admodū
vrgeat eiuſmodi neceſſitas. Sanè quemadmodum quæ
immodicè ac pluſquam par eſt, euacuantur, corpus in-
firmum frigidúmque reddunt, naturaléſque facultates
retundunt:ad eundē modū ſi quæ purgari oportuerat,
ſupprimantur,mentē degrauāt,infarciúntque ac cōtur-
bāt,doloréſque alios ex aliis & morbos coaceruant,vi-
réſque omnes tēporis tractu lāguidiores reddūt. atque
de his hactenus. Quoniā verò de victus ratione , priua-
tímque de cibis tradidimus , quos ad vſum admittere,
& quos repudiare conueniat , ínque his omnibus artis
partē quæ ſanitatē tuetur,tibi ita explicuimus,quò præ
eunte hac & proſpera valetudine frui,& imminētes re-
pellere morbos poſſes. Videtúrque in vniuerſum victus
ratio huiuſmodi in ſpiritus omnes æqua omnium di-
ſtributione vſum ſuum diſpenſare. Tibi verò propoſitū
id in primis ſit , vt animalis ſpiritus incolumis perſtet
atque eluceat. In id iam narrationem omnem confere-
mus,ac conuenientia trademus,repetito ita ſermone.

QVOMODO SPIRITVS VNVSQVISQVE EX
propria methodo adaugeatur,præſertim verò ani-
malis, CAP. XVII.

QVum itaque ſpiritus inter ſe diuerſos quatuor
ratione inuenerimus , ac primus quidem ſit qui
ineſſe ventriculo videtur , frigidúſque is atque hu-
midus appareat.(frigidum appello , non qui refri-
gerandi facultate polleat , ſed altero qui poſt eum
habetur , calidus minus ſit : quomodo ſanè ſiquem
ex his ſiccum pronuntiauero , id à me humidiorum

collatione dictū intelligi volo: ſiquidē cōmuni omniū A ratione ſpiritus naturalis vnuſquiſq; , ex quo animātia fouētur,calidus humidúſque natura cenſetur):ergo ſpiritui huic qui in ventriculo cōſiſtit, quū appetendi vis inſideat, quo is ſeipſo purior euaſerit,ſimile veri ſit, vt ſēſus quoq; de ſuo exhibeat potiores: ſicuti quo magis à mediocritate receſſerit, eo infirmiores quoque vires ſuas præſtet: profectò videre eſt facultatē hāc ſiccitate ac calore magis affici quàm cōtrariis qualitatibꝰ.Quū verò huic ipſi ſuccedat facultas quæ iocinore continetur,quámque naturalē nuncupamus,hǽcque ipſa nitatur B facultate qua alimur, augemur, ſimile nobis generamus,& cōcupiſcimus,calida humidáque natura præditus eſt huius ipſius ſpiritus. Ac victus ſanè ratio quæ qualitates has ſpectet, id præſtat vt iocinoris facultas nouata inſtauretur ac vigeat:quod genꝰ ſomni ſūt prolixiores,ac balnea, animíq; tū hilaritas, tū relaxamētū in vita,exercitationes pauciſſimæ,alimētáque,quæ modicè excalfaciendi humectādíq; facultate prædita ſint. Quū verò vitalis atque iraſcibilis facultas corde cōtineatur,ſpiritúq; hæc opus ſuū exerceat,qui lōgè q̄ ioci C noris calidior ſit, idémque ſiccus, quāto qualitates hæ repertæ intentiores fuerint intra naturales ipſarū limites,tanto ſanè validiores eædē actiones ſuas ediderint: ſic fit vt exercitationis cōtētione, equitatione, pugna, venationibus excitetur,victúſque ratione quæ ad calidius ſicciúſque declinet. Vtrāuis igitur harū facultatū deficiētē iā refouere ſtudueris,accōmoda victꝰ ratione liberaliter vſꝰ,luculētiorē hāc ipſá præ te tuleris. Verūenimuero miſſa hæc faciamꝰ quæ minimè tibi curæ eſſe ſcio,niſi quatenus eorū neglectus valetudini tuæ aduer D ſatur. Nunc de eo dicemus quod tibi ex animo ſit,adiiciemúſque ſermoni quod par fuerit. Et quoniā(ſicut dictū prius quoque à nobis fuit)ſpiritus qui cerebro cōtinetur,multo infra vitalis ſpiritus caliditatem ſubſtitit, iámque hoc ipſo eſſe etiam ſiccior videtur,ſic vt vndique colligēti ſiccior reliquis ſpiritus is ac frigidior appareat: quænā,quæſo,cōueniētior huic victus ratio deputabitur quàm quæ modicè refrigeret atque exſiccet? Iis certè qui ſimpliciter ita ſpiritus huiuſce incolumitati ſtudēt,prior illa ac cōmunis,quā iā abſoluimus,ac- E cōmoda fuerit victus ratio: vtpote qua cerebri ſpiritus durabilior quidē lōgè gignatur,minimè tamen vſqueadeo ſincerus atque imperturbatus. Ipſe verò pauculis quibuſdā in victus ratione hac immutatis(ſicuti monebimus),feliciꝰ quod cupis aſſequare: æquè ſanè ac muſicis vſu venire videmus, quibus vna alteráve fidicula ſi relaxetur, aut intendatur, aliis interim loco ſuo nō dimotis,diuerſus omnino quidā à priore cōcentus reſultet. Ergo quēadmodū animorū exhilarationes,& relaxamēta,ſomníque,ſpiritum naturalē noſtrū humidiorē F reddunt, vitalē verò cordis ſpiritum calidiorē efficiūt iræ ac exercitatio cōtētior:atque aliter tamē ſpiritus hi ciborum aſſumptione immutantur,humidiores calidioréſve facti : ad eundem planè modum quæ refrigerant atque exſiccant, ab extrinſecæ victus rationis formula deſumpta, aliter cerebrū ipſum affecerint, atque aliter vigiliæ, operúmque aſſiduitas, & perſeuerantes animi circa intelligibilia cogitationes. Hoc enim pacto motu plurimo actus, perſpicacior tenuiórque ac ſplēdeſcentior,actionéque continua ſiccior calidiórque euadit.I- G taque ſemel quū rectà tetēderit,in melius proficit,dominiúmque in reliquos exercet. Profectò videas,quicunq; ſobrietati ſe addixerūt,operámq; eiuſmodi profitentur,eos alimentorum copiam & craſſitiem abdicare,plurimúmque abſtinentiæ confidere, ne horum vſu ſpiritus is craſſeſcat, néve, ſi liberaliore ita victu ſpiritus reliqui euicerint,naturalis præſertim,qui facultate vtraque ac qualitate animali repugnet, in ſeruitutē ab his tractus redigatur animalis ſpiritus. Quemadmodū igitur ſobrii aquæ vſu efficiuntur, quòd minor ita per H corpus digeſtio fiat,cibi autem paucitas materiam non ſuppeditat naturali ſpiritui quæ ſatis ſit,ac vigiliæ diuturniores iam inde ab initio craſſiores exhalationes cohibēt, vnde perpetuò nitidior corporibus euacuatis animalis ſpiritus repræſētetur:ſic eodē aquæ potu craſ-

A ſior ſpiritus is & tenebricoſus redditur,ob terreum fere euaporatum.Ieiuniis verò inflammatur,fitque in irā propēſior, vigiliis exſiccatur,miniméque ſuſcipiendis rerum formis idoneus efficitur, quum familiarem ſibi victus rationem ſpiritus indepti non fuerint. Ne igitur contraria victus ratione diſtraharis,ac deteriorum delectu meliora reiicias,cōmentariúſque is detrimenti tibi alicuius anſam exhibeat,additis his quoque orationi,abſolutū ita ſermonē reddemus. Quum diu iā & abſtinentia à cibo lōga, & rerum meliorum cōtemplatio- B ne animalem ſpiritum cōtabefeceris, non debes iā,aut ieiuniis crebris corpus emaciare, aut aquæ potu:ſiquidē in anteacta vita, natiuo tibi cerebri calore aquæ vſu quodammodo contemperato, proſperiore quoque valetudine es vſus. nūc verò facta ad frigidius inclinatione, reſarciendum quod deeſt mediocri vini vſu. Cibis verò frigida in primis facultate præditis non ſanè vtendum: ſiquando verò frigiditas amplius etiamnum inualuerit, Andromachi quoque theriacæ cōuenienter vſui adhibebitur: quippe quæ antidotus ſit,extenuandi C facultate,medicáque vi prædita,qua per halitum digerat,facultatéſque noſtras exſuſcitet. Quoniā verò ciborum paucitate ſquallorem corpori contraxiſti, nec facilè eſt aliam ingredi victus rationem, quum tibi iā hæc in habitudinem abierit,balneis vti expediet, quibus & corpus vniuerſum madeſcat,& difflētur quæ ad profundum corporis acta,purgari poſtulant, & facultates naturales defectæ reuocentur. Cæterùm quemadmodum animalē hunc ſpiritū ſtatuiſti tibi,quo ſcopum omnem ſtudioſè dirigeres: ſic par ſanè fuerit vt nec alios cōtē- D ptui habeas. Nam & in morbis cōſortii legē experiuntur inuicē,& ſanitatē mutuā ſentiunt. Quapropter felicius tibi ceſſerint omnia,ac melius ſtabiliētur,ſi quū cōmunis puríq; victus rationē in primis habueris, parua quadā in hunc propēſione,ſpiritui etiā huic aliquid cōdones: pro huius ipſius contemperamenti proprietate, multóq; plus iuuamēti ex melioris victus ratione hac & reperta à nobis methodo ſuſcipiet habitus, quē ex philoſophia ſumpſiſti, tuus, placitorúmq; diſquiſitio probatorū,ac ſtudium quod in veritatē ſemper cōtuliſti.

E Cæterùm orationi iā huiuſmodi finē imponamus,quæ explicata ſatis ſit,iis quidē qui ſermonis breuitatē cōſectātur: nec ſanè minus qui medicorū theorematū principia nota habeāt,fuerintq; philoſophiæ ſacris initiati. A te interim veniā petimus, ô diuini ſacríque ordinis vir, ſi minus fortè ex toto deſideriū tuū expleat cōmētarius is. Scis enim diſciplinas multifidas huiuſmodi haud facilè paucis poſſe verſibus cōprehēdi, ſic vt ſeruata ad plenū methodo ſua tradātur. Etenim ſi quū veterū illorum libros lecturi explicamus qui ſapiētia cæte- F ros antecelluere,nōnulla interdū deeſſe videmus, quæ dixiſſe præſtabat, nihil ſanè mirum ſi huic quoque operi plurima certè (ne omnia dicā) defuerint eorum quæ tradita oportuit: iis tamen qui mentem certè commotam non habeāt (nedum iis qui eodem quo tu in philoſophia habitu præditi ſint), iſta quoque ſatis eſſe videri poſſint,ex iis quæ tradidimus,ad ea quorum nullā oratione mentionem fecimus, veluti manu quadam deductis. Quod in ſcientiis etiam aliis vſu venire videmus: vbi qui rem dignoſcere ſciuerint, iactis diſcipli- G narum principiis,reliqua etiam quæ à principiis habentur,facilè comprehendunt. Verùm vrge quæſo propoſitum, & nunc quidem votis nos confirmatos iuua, & ad meliora traducito: nunc verò colloquiis ſanis mentem noſtram repurgato, conſiliiſque nos grauibus ad ea hortare quæ deceant. Neque enim habeo cui magis quàm tibi obtemperem, qui & velis optima, & philoſopheris, nouerímque te placitis inhærere veris philoſophiæ,noſtríque vnà curam gerere. Quòd ſi ea præbebitur temporum occaſio vt mutua frui conſuetudine H diutius poſſimus, multa à nobis quæſitum iri ſperauerim ad philoſophiam opportuna, & ad rerum cognitionis profectum ſuppeditatura. Quod Deus faxit vt ad hæc aliquando tandem annuere poſſimus, rerúmque ordini intelligibilium inhiare, bonorúmque inde fructum percipere : videréque ea ac pati quæ nunc mens

illecebroſi alle&ametĩ ſeductione velut ebria, ſummo quodam attactu, ſic ratione tenus percipit: in te verò mens, vt quæ exquiſitè contempletur, non redit ad blãditias haſce & illecebras. Quòd ſi vnà ita purè nitidéque philoſophemur, dabitur fortaſſe, quorum nunc rationes ignoram⁹, exquiſitius ea introſpicere. Quod quũ tributum nobis à natura ſit, ſic fit vt primas magis cauſas amplexemur: vnde ſi ſemel à contẽplationibus illis collapſi decidamus, arduus videatur ad ea regreſſus: lõgéque à facultate quæ eò retrahat ſummotus. Quòd ſi quando quæ cõtemplatione aſſequutus es, dignabere nobis quoque impertiri, trãſmiſſis ita in nos pulcherrimis mẽtis tuæ viſis, cum hoc te maximè dignũ feceris, tũ verò mẽtis cõmunicationẽ natura ineſſe omnib⁹ oſtenderis. & ſi inde nos ſummoueat rerũ meliorũ inſcitia, ſimul illud quoq; fortè præſtiteris, vt pars animæ intellectualis noſtræ, quæ iã fere extĩcta elãguit, reſtituta exſuſcitetur, à te'q; ita perſuaſi ad meliora nitamur.

AMPLISSIMO PROFESSORVM MEDICINAE APVD PARISIORVM *Lutetiam collegio, Iacobus Gopylus S.*

*Q*VVM *Actuarij libros de urinis, ab Ambroſio Leone Nolano in Latinum ſermonem conuerſos, ad tria exemplaria Græca recenſuiſſem, multáque comperiſſem malè è Græcis conuerſa, tantam obſcuritatem afferre ut à paucis intelligerentur: locos omnes in quibus interpres auctoris ſenſum non expoſuit, uel exemplaris quod ſequebatur, uitio falſus eſt, emendaui ſimpliciter, & ſine ulla exornatione, quòd res ad explicandum difficiles ſint, & ὁμοειδεῖς, nec tam αἰ ἐπιπρογεγράφθαι poſſunt quàm uidentur. Id tamen perfeciſſe D. Iacobi Hollerij medici doctiſſimi, qui multis huius auctoris locis magnam lucem attulit, opera mihi uideor, ut magno cum fructu hi commentarij legi poſſint: ſine quibus ἡ περὶ διαγνώσεως πραγματεία abſoluta eſſe non poteſt. In quo mihi ipſe non aſſentiar, niſi planè idem probetis: ueſtro enim iudicio ſtare uolo. Valete.*

ANNOTATIO CAPITVM EORVM QVAE IN LIBRO DE DIFFEtiis vrinarum continentur.

Quòd cognitio de vrinis, vtilis ſit, Caput I.
Quòd nemo antiquorum vſque ad noſtra tempora, de vrinis exactè tractauerit, Cap. 2.
Quòd tria ſint ſtatuta, & prima principia humani corporis, Cap. 3.
De apparatu ſanguinis atque reliquorum humorum in quo de vrinæ generatione, Cap. 4.
De ſuperfluitatibus, quæ in vnaquaque concoctione ſequeſtrantur, Cap. 5.
Aduerſus eos qui opinantur inutilem eſſe conſiderationem quæ fit ab vrinis, Cap. 6.
Quòd nihilè ſignificantibus paſſiones, ſufficiens ſit ad vniuerſam conſiderationem de paſſionibus, Cap. 7.
De differentiis colorum qui in corpore vrinæ videntur, Cap. 8.
De differentiis ſubſtantiarum ipſius vrinæ, Cap. 9.
Aduerſus eos qui opinati ſunt, cauſam qua craſſeſcunt vrinæ, eſſe à frigore foris aſſiſtente, Cap. 10.
De differentiis colorum earum rerum quæ in vrinis continentur, Cap. 11.
De differentiis ſubſtãtiæ contentorũ in vrinis, Cap. 12.
De differentiis locorum contentorũ in vrinis, Cap. 13.
De læuitate & oppoſitis cõtentorũ in vrinis, Cap. 14.
De hypoſtaſi orobea, furfurea, laminea, atq; ſimilacea, Cap. 15.
De differentiis eorum quæ complicantur in contentis vrinarum, Cap. 16.
De differẽtiis eorũ quæ natãt in ſuperficie vrinæ, C. 17.
De bullarũ differẽtiis, & de diffinitione coronæ, C. 18.
De differẽtiis coronarum corporis vrinæ, quæ ſunt alterius generis. Cap. 19
De variatione colorum & ſubſtãtiarũ vrinarũ Cap. 20.
De varietatibus cõtentorum & ordine, & inordinatione vniuſcuiuſque eorum, Cap. 21.

ACTVARII DE DIFFERENTIIS VRINARVM LIBER.

Ab Ambroſio Leone Nolano Latinus factus, ad Græcorum autem exemplarium fidem à Iacobo Gopylo recognitus.

Præfatio.

QVVM magno olim ſtudio in iis verſarer quæ gratiam & delectationẽ tantiſper adferunt dum leguntur, dignum aliquid alacritate atq; egregia illa mea voluntate poſteris relinquere in animo habebã. Verùm quum aliis diſciplinis eruditus, in rebus tamen inanibus operã ponerem, deſerendum hoc ſtudium putaui, in eámque commentationem mihi incumbendũ duxi, quæ (ſiqua in me ſcribendi facultas eſſet) vtilitatem aliquam cæteris adferret. Siquidem qui argumenta hæc inania tractant, magnam dicendi vim, qua perſuadeant, cum venuſtate cõiunctam adferant oportet, qua nos eatenus indigemus vt ſermone res ipſas oſtendere poſſimus. Siquis autem optima argumenta tractanda ſuſceperit, etſi elegantis orationis ornatus ei defuerit, perſuaſurum tamen eis qui vtilitatem audierint quam ſermone pollicitus fuerit, puto: atque ita eos damnum quod ex incompta oratione erit, toleranter laturos. Quæ quum conſiderarem, neglecto orationis ornatu, dicendi genus quod ſimplex ratio poſtulat, amplexus ſum. Ita enim ſimplicibus & orationis artificio minimè eruditis vtilitatem me allaturũ putaui. Quum igitur multiplex variúmque ſit ſcribẽdi argumentum, aliíque alia dicant & ſuadeant: nullũ tamẽ maiore omnium approbatione quàm quod de humani corporis natura eſt, tractãdũ ſuſcepim⁹. Etenim ſiqui neq; de corpore, neq; de anima quicquã ſcripſerint, ſic probantur vt magnã hominũ vitæ vtilitatẽ attuliſſe videãtur: multo magis laudandi ſunt qui ea literis mãdarũt, quibus humani corporis natura cõprehenditur. Quare quũ hæc ita ſe habeant, lubẽtius in his verſabor quæ vtilitatẽ aliquã allatura ſunt, quàm in iis quæ delectationem aliquã tantiſper allatura ſunt dum audiuntur. Varia igitur quum ſit humani corporis conſideratio (alia enim de elementis, alia de fœtus formatione, alia de corporum inciſione tractatio eſt), tractationi quæ de morbis eſt, quum & ipſa varia & multiplex ſit, quatenus ad eorũ cognitionẽ pertinet inſiſtã.

QVOD TRACTATIO DE VRINIS VTILIS SIT, CAP. I.

QVum multæ res ſunt ex quibus morbos quibus affi cimur cognoſcere poſſimus, tũ quæ de vrinis tractatio eſt, ad morborũ cognitionẽ multũ cõfert. Quæ vna res me impulit vt hãc tractationẽ aggrederer, præſertim quũ viderẽ rem hanc à nullo adhuc tractatã, ſimul & quã magno ea vſui eſſe poſſit. Igitur quũ omnis de vrinis diſputatio à nobis in quatuor partes diuiſa ſit, in differentiam, iudiciũ, cauſam, & præuidentiam, differentias primùm (adiuuante Deo) attingam.

QVOD NEMO ANTIQVORVM NOBIS COGNItorum perfectè hanc rem tractarit, CAP. II.

QVandoquidem autem viri harum rerum periti, qui nos anteceſſerũt, parũ accuratè de his, neſcio quomodo ſcripſere. (Sapientiſſimus enim Hippocr. quũ pauca quædam ſparſim de vrinis dixiſſet, imperfectã tractationẽ reliquit. Galenus quoque huius rei maximè & ipſe intelligens, hãc medicinæ partem parum accuratè tractaſſe videtur. Eatenus enim hanc attigit quatenus

vtique par erat ipſum perſuadere multitudini,vrinarũ A
cõſiderationem humanis corporibus vtilem eſſe: quod
reliquum eſt neglexit. Quin & magnus Alexander &
Theophilus,ac alii quidam qui in hanc rem diligenti-
us quàm alii incubuiſſe videntur, hanc tractationem
imperfectam reliquerunt, vt qui ab ipſa velut experi-
entia orſi, neque differentias, neque cauſas,neque alia
quibus tractatio abſoluitur,poſuerint):quum, inquam,
medicam artem tum Hippocratis & Galeni monumen
tis, tum aliorum virorum qui poſt hos multa inuene-
runt,illuſtriſſimam atque excultiſſimam viderem:eam
verò partem quæ de vrinis veluti claudã, & aliquo qui B
eam attolleret indigentem, hunc laborem mihi iniun-
xi,diſputationémque hanc (Dei immortalis verborum
ſuppeditatoris ope fretus)aggreſſus ſum. Si igitur à no
bis pro artis dignitate tractata ſit, gratia Deo agatur
omnis ſapientiæ nobis authori:quòd ſi quod cõtẽdeba
mus conſequuti non ſumus,nemo ob id nos reprehen-
dat,vt qui ꝙ volebamus & cõtẽdebamus nõ obtinueri-
mus.humanũ enim eſt ab eo quod decet aberrare.Quin
potius iudicio præditus veniam det, & quæ haud rectè C
dicta ſunt,expungat,in eorúmque locum meliora ſub-
ſtituat.Vt enim nemo non laudauerit eorum egregiam
voluntatem qui quomodo libet de republica bene me-
reri ſtudent,ita malos bonóque publico inuidenteis ha
bere eos oportet,qui animi alacritatem eorum crimi-
nantur qui meliora ſequuntur. atque id quidem me à
crimine vindicauerit,quòd amicorum, qui me eò per-
traxerunt,precibus paruerim. Quum autem ars me-
dica quo loco vrinas tractat,manca ſit, futurúmque ſit
vt ob multorum reprehenſionem omnino negligatur, D
de vrinis tractationem aggredi maximè rationi con-
ſentaneum mihi viſum eſt. Sic igitur ſermonem no-
ſtrum auſpicemur.

QVOD TRIA SVNT PRIMA PRINCIPIA EX
quibus humanum corpus conſtituitur, CAP. III.

QVum tria ſint quæ vitam humanam conſtituant,
ſcilicet cor,hepar,& cerebrum,córque primas ha-
beat partes: vt quod ſit velut theſaurus naturalis calo-
ris ac vitalis roboris, & affectus ex quacunque cauſa tũ
ipſi accidentes, arteriarum perpetuo motu indicet, tũ E
qui in reliquis corporis partibus fiunt, quæ cum eo ve-
luti principe communionem habent: hepar verò ſe-
cundæ dignitatis ſit, ac caloris cordi inſiti magis par-
ticeps ſit quàm aliæ corporis partes, idque per venam
cauam appellatam, quæ omnium venarum principium
eſt, ſicque ei faciendi ſanguinis vis ab opifice natura
cõmiſſa: tertium autem cerebrum ſit, ſenſum motúm-
que,ac actionem ἡγεμονικὴν corpori ſuppeditans:com-
municéntque inter ſe, ac conſortii lege patiantur: quũ F
vna ſit in omnibus confluxio & conſpiratio, nos de vi
hepati inſita dicere propoſuimus.Siquidem hepar vim
ſanguinis efficiendi à natura habet: vrina verò ſangui-
nis colatura eſt. Sed vt ſermo clarior ſit, de ſanguinis
apparatu prius diſputare par eſt,deinde de vrina,vt ſer
mo ſerie quadam procedat.

DE APPARATV SANGVINIS, ET RELIQVO-
rũ humorũ.In quo,de vrinæ generatione, CAP. IIII.

CIbo igitur in ventriculo alterato & concocto, quũ
meſaraicæ venæ, quæ originem ab hepate habent,
per ramalem vocatam venam, vẽtriculum ipſum & in- G
teſtina exſuxerint,& veluti emulſerint quòd purius eſt,
cibum in chylum mutatum,tanquam per colum trahen
tes, ipſum ad cauã hepatis partem traiiciunt, virtutiq;
ſanguinis effectrici tradunt. Hic igitur,ſi nihil impedi-
mẽto fuerit,dum in ſanguinem alteratur, quicquid te-
nue ac acrius in eo fuerit,id omne veſica bilem excipi-
ens,ad gibbum hepatis collocata attrahit, pauco admo
dum exactam illã ſecretionem ad aliquam vtilitatem
effugiente: ſiquid autem terreſtris & melancholici hu-
moris genitũ ſit in ſanguine, idipſum lien qui è regio- H
ne adiacet, attrahit, naturalibus quibuſdam tractioni-
bus,vnoquoque id quod proprium eſt attrahente.Ter-
tium verò,qui ſeroſus humor eſt,relinquitur: verumta
men non etiam in hoc loco humor is vacuatur, ſed ad
maiorem vſum ſeruatur à natura: quandoquidem tam

A ratione quàm ſenſu compertum eſt, ſanguinem craſſio
rem eſſe, ac ineptum ad penetrãdas venas paruas: hũc
verò humorem ſeroſum,& facilè tranſeuntem eſſe,tum
ob id natura indiſcretum ipſum ſeruauit,tum etiã quòd
ipſa erat à concauis hepatis partibus ad conuexas chy-
mum traiectura, & venæ cauæ coniunctura, ducẽte ſe-
roſo humore.Quæ deinde cõiunctos humores parũ al-
terauit in venæ cauæ ramo,qui à figura lãbda Græcæ li-
teræ,lambda vocatur: conceſſit renibus vt traherent &
ſecernerent ſeorſum humorem. Quantum verò ſangui
nis reſtitit, id per venam labdeam atque amplam cor-
B dis,cæteris quæ deinceps ſunt venis diuiſum diſtribuit.
Sanguis verò qui hinc ad profundiora loca concedens,
cogitur in alterationem carnis,non priorem quam ha-
bebat rubedinem ſeruans, ſed à quarta vocata con-
coctione decidens in diminutam albedinem: quando-
quidem eiuſmodi concoctio ad valde remiſſam rube-
dinem,qui ſanguinis color eſt,ac in eam quæ carnis eſt
tranſmutat. In hac enim & reliquis partibus ſimilari-
bus finis nutritionis eſt.Et quãtum cõgruens atque pu-
C rum illic eſt ingenitum, idrori perſimile ſit indicibili
naturæ diſpenſatione. Quoniam verò illic etiã ſuper-
flua congeri ab exacta illa concoctione neceſſe eſt, hæc
ſi ſubtilia & magis aeria ſint, oportet vt ita diſſoluta
per occultã ſpirationẽ,abeãt,ſenſum ipſum latẽtia.Sed
quoniã aliquid nos fugit,id ſermoni adiiciendum eſt.

DE EXCREMENTIS QVAE IN VNAQVAQVE
concoctione excernuntur, CAP. V.

QVatuor ſunt(vt arbitror) concoctiones generales,
quæ in diuerſis locis corporis fiunt: prima in ven-
D tre,ſecunda in ramali vena meſaraicíſve,& in caua par
te hepatis,quemadmodum tertia in gibba hepatis par-
te ac venis quæ hinc proficiſcuntur.Vltima in extremis
corporis partibus:& in illis fit appoſitio quædam & cõ
pago atque aſſimilatio. Harum cõcoctionũ primæ ex-
crementa ſunt quæ vomuntur, atque per ventrem de-
ſcendunt: ſecundæ verò humores ſunt alterius ſpeciei:
tertiæ ſunt vrina, & quæ vrinæ ſubſiſtentia continen-
tur:in vltima & quarta ſuperfluunt tam ea quæ laten-
ter per ſpirationem abeunt, quum ſubtilia ſint, quàm
E quæ craſſiora quum ſint in ſuperficie,velut effloreſcũt.
Quũ igitur omnes cõcoctiones hæ proprium munus o-
beant,tunc vrinæ congruum colorem atque conſiſten-
tiã oſtendunt, & contenta proprium locum habentia,
& læuia,& æquabilia conſpiciuntur.Vrina enim(inquit
Hippocr.)optima eſt illa, quæ albam & læuem & æqua-
bilem hypoſtaſin habet. item alii quidam perficiendo
definitionem dixêre, Vrina optima eſt, quæ ſit homi-
nis ſecundum omnia temperati, ac magnitudine reſpõ
F dente ei quod bibitum eſt,colore ſubaureo vel ſubcro-
ceo:hypoſtaſi verò alba, læui & æquabili. Nanque per
quaſcunque cõcoctiones contigerit ſanguinem aber-
rare ab eo quod decet, vrina etiã manifeſtè trãſmuta-
tur:atq; per quas cauſas trãſmutata ſit, indicat inueni-
re. ſiquidem humoris qui in venis eſt, per totum cor-
pus concedentis excrementa,apparent in matellis. De-
center hæc certò oſtendere poſſunt quomodo peccatũ
eſt in concoctionibus,veluti clarè res apparet in abſceſ
ſibus.Nãque ſi album,& læue,& parũ vel nihil olens flu
xerit pus, neque quicquam diuerſi generis continue-
G rit, demonſtrat bonam vlceris fieri concoctionẽ: ſi ve-
rò quicquam horum defecerit, indicat concoctionem
peccaſſe:ita vt hinc liceat conîectare,vel malignũ red-
ditũ eſſe vlcus,vel retardari,vel nigreſcere, vel aliquid
maius vel minus pati, ad proportionẽ peccati quod in
cõcoctione fuit.Ita in vrinis videre eſt:nãque quãtita-
tes vrinarum ſi minus ſeruauerint proportionẽ,& con-
ſiſtentiæ non ſeruauerint mediocritatem:colores verò
ſi ſuſceperint tincturæ intentionem vel remiſſionẽ: con
tenta autẽ neque cõſiſtentiã,neque colorem, neque lo
H cum, neque læuitatem & æquabilitatẽ ſeruauerint,de-
center ſignificauerint effugiſſe naturæ ſtatum,& mode
rationem ipſam, atque noxam aliquam tum aliquã fa-
ctam eſſe in corpore. Siquidem magnas intemperatu-
ras ſimilariũ & organicarũ partiũ, & obſtructiones, &
intẽſos humores,cõcoctionéſq;,& cruditates,atq; reli-

quas quaſque non contemnendas paſſiones, vrinæ ipſæ demonſtrant illi qui inuentis methodis vſus fuerit.

ADVERSVS EOS QVI OPINANTVR INVTILEM eſſe conſiderationem vrinarum, CAP. VI.

QVoniam quidam tractationem de vrinis vt rem inutilem aſpernantur, contendúntque obnixè nihil conferre vel ad iudicium, vel ad præuidentiam, ouium, vel equorum, vel canum, vel aliorum animalium, vrinis imperitos decipiẽtes, nos aduerſus eos hæc paucula vbi dixerimus, reliqua deinceps explicanda aggrediemur. Quum igitur vrinam eſſe colaturam ſanguinis dictum ſit à viris harum rerum peritis, & quæ memorata ſunt animalia ſáguinea natura ſint, quid miri erit, ſi & vrinæ horum animalium ad vrinas hominum mutuam quandam rationem habuerint? Ea certè ratione vrinæ hominum & animaliũ illorũ inter ſe differre poterunt, quòd non eandẽ cõcoctionẽ in omnibus fieri cõtingat: ſiquidem neque alimenta, neque exercitia, neque genuinæ vires & temperaturæ omnibus eædem ſunt. Neque mirari id oportet in iis animalibus quæ ſpecie differunt: quum vel maximè animalium eorũdem ſpecie, atque ſanorum vrinæ multo differentes inſpiciantur, ob differentias temperaturæ, & alimentorum, & ætatũ, & conſuetudinum, & locorum, & eorum omnium quæ aliud alterare ſolent. Nam interdum vrinæ quæ in quibuſdam ſanis cernuntur, in aliis ægrotantibus eædem ſpectantur. Senum quoque vrinæ ſi in pueris inſpiciantur, demonſtrãt eos minus rectè habere: & quæ puerorum ſunt, in ſenibus ſi inſpiciantur, oſtendunt in eis ſanitatẽ perturbatam eſſe. Quinetiam in ægrotantibus multas differentias videris, ſecundum morborum qui contingunt differentias. Itaque interdum contingit animalium irrationalium vrinis, ſimiles eſſe vrinas malè ſanorum hominum: quemadmodum ait Hippocr. de conturbatis vrinis hominũ, quæ ſimiles ſunt vrinis iumentorũ. At verò ipſe aliquãdo decreui de vrinis quæ vidẽtur in animalibus nobis cõſueſcẽtibus, tractare, ne à verſutis hominib⁹ nobis imponatur. Sed quũ intẽpeſtiuum cenſerẽ cum his ludere, qui ſtulta in naturã loquũtur (otio enim abuti iure is dici poſſit, qui inde artẽ laudare conetur, præſertim quũ intelligat cõtingere, vt brutorũ vrinæ cum hominum vrinis ſpecie, in quibuſdam affectibus conueniãt): quum, inquam, intempeſtiuum hunc ſermonem ſuperuacaneum eſſe ducerem, & ea quæ ſatis eſſe debent, antè oſtendiſſem, his qui in re ſeria & graui ludunt, ab eis abſtinui. reliqua nunc oratione perſequi tempeſtiuum fuerit.

QVOD NIHIL E SIGNIFICANTIBVS PASSIOnes, ſufficiens ſit ad vniuerſam conſiderationem de paſſionibus, CAP. VII.

CVpiẽti vel exquiſitè dignoſcere, vel prædicere morbos qui accidunt, non ſolùm opus eſt cognoſcere vrinarũ differentias, vbi etiam ipſæ vrinæ ſolæ ſatis eſſe videntur, ad infeſtantes morbos conſiderandos, verumetiam pulſus ipſos tangere, atque deiectiones ſpectare, & motionem reſpirationis, & poſituram faciei, & corporis totius decubitũ, atque linguæ prolationem: vt horũ vnoquoq; propriũ munus ſuppeditãte, nõ etiã ex iſtimatis ipſis qui mutuis afficiantur affectibus, reddi poſſit certum iudicium, & præuidentia certa. Pulſus enim primùm vim caliditatis & frigiditatis indicant: vrinæ verò demonſtrant quantitatem, & qualitatem humorum: deiectiones oſtendunt ventris concoctiones, & cruditates: ſermonis enim pronuntiatio teſtatur actionem virtutis rationalis. Qualitates inſuper decubitus totius corporis, ac faciei affectus, alia quædam tibi demonſtrant, veluti ex aliis libris cognoſcere eſt: quãdoquidem neque pulſus ipſi omnes morbos, neque deiectiones, neque vrinæ, neque alia quæ inuẽta ſunt ad faciendũ iudicium de morbis qui nos affligunt, detegũt: ſed horum alia aliis promptiora ad cognoſcendas ægritudines. Et quantum ad vniuerſalem paſſionum conſiderationem faciendam, cõtemplatio de vrinis creditur eſſe poſt pulſus: quãtum etiam poſt ſpiritus, humorũ ſubſtantia per omnia trãſit: tutior tamẽ & prõptior

A diſciplina de vrinis, quàm quæ de pulſibus eſt, extitit.
nam quæ de vrinis diſciplina eſt, omnia ſub oculos exponit: illa verò rem omnem tactui cõmittit. Et fortè facilius eſt viſu quàm tactu iudicare, & prorſus exactam cognitionem capere: quare prõptius vrinarum doctrina diiudicabuntur paſſiones. At verò diiudicaturo paſſiones per pulſuum tactus, opus eſt puro intellectu, atque manus optimo ſenſu, & attenſione ſumma: vt diligenter metiri valeat motionum ſpacia, atque quietum & ſpaciorum tempora, & intercedentes ſpiſſitudines,
B & quæcunque de pulſibus diſciplina pertractat. Quæ
quidem etſi exacta ſint, & ſuſcepta ad iudicãdas ægritudines, tamen difficilia ad comprehendendum ſunt. Verumtamen illum qui vtramque cognitionẽ de pulſu & vrina calluerit, aut nihil, aut perparum fugerit, quod & ad iudicium & præuidentiam conducit: ſicuti & qui altera deſtitutus, in multos errores incidit, non minus conferente diſciplina de vrina ad indicandas ægritudines, quàm diſciplina de pulſibus. Sed tamen hæc eo pacto iacta ſint. Nunc verò quum propoſuiſſemus de vri-
C narum differentiis diſputare, primùm de differentiis
colorũ facta diſputatione, deinde de reliquis dicemus, veluti quæcunque in vrinis inſpiciuntur. Quot igitur ſpecies colorum in vrinis ſigillatim appareant, non facilè eſt docere, quòd plurimi colores ob quaſdã humorum miſtiones atque concoctiones inſpiciuntur. Licet tamen ex his principales ſpecies ratione definire, vt à quibuſdam definitis ſignis etiam cæteros colores coniectare, qui definiti ratione hactenus non ſunt, defectu nominum propriorum.

D DE DIFFERENTIIS COLORVM QVI IN CORpore vrinæ videntur, CAP. VIII.

VRinarũ aliæ ſunt albæ, aliæ ſpiceæ, aliæ aureæ, aliæ croceæ, aliæ rubeæ, aliæ vineæ, aliæ paſſeæ, aliæ venetæ, aliæ nigræ. Nec in hiſce omnes ſpecies colorum abſolutæ ſunt, ſed etiam in horũ mediis & ſubmediis, tanquam hinc plures eſſent collectæ colorum ſpecies. Albarum verò vrinarũ aliæ ſunt cryſtalleæ, aliæ niueæ, aliæ vt aqua pura: & hæ ipſæ ſunt ſũmæ albedinis. Quoniam verò colorum genera capiunt intenſionem & re-
E miſſionem, quæ memorata ſunt, albedinis intenſæ ha-
bentur. Poſt hæc referamus quot ſint albedinis remiſſæ. nanque à ſumma albedine remiſſus color extitit lacteus: ita vocatus, quòd ſimilis ſit lacti, qui melior eſt aqueo, & cryſtalleo, ſed tanto interuallo à glauco (qui ſecundum lacteum eſt) relinquitur, quanto charopus à glauci albedine diſcedit. Nam glaucus color eſt veluti cornu pellucidũ: charopus verò, qui ſimilis eſt pilis ſubalbidis cameli, vel vngui lapillo ſic appellato. At verò poſtquã aliquã tincturã vrinæ capiunt, lõgè à crudita-
F te diſcedẽtes, primùm ſubſpiceæ exiſtunt, deinde ſpi-
ceæ, ita vt aliæ videantur ſimiles bili quæ mediocriter feruerit infuſa humori, aliæ verò ei quæ multum feruerit. Quòd ſi cupieris aliã cõparationem, illa hæc eſt: puta humorẽ corticis, & cici mali punici decocti. Neq; contendã de ſuccis perquã ſimilibus, & de nomine ſpicei coloris, quod ob conſuetudinẽ neminẽ fugit. Igitur ſi parũ eiuſmodi ſpicei humoris expreſſi inieceris ſucco alicui claro, ſubſpiceũ colorẽ: & ſi plus addideris ex eodẽ, effeceris colorẽ ſpiceũ, quorum alter ab altero ca-
G pit appellationẽ. Porro quũ cõcoctio proceſſerit, tũ tin-
ctura plus colorabit ſpiceũ: atq; ſuffuluæ, ſiue ſubaureæ dicas, vrinæ (quas mediocres & tẽperatas eſſe inter omnes ratione cõpertũ eſt) gignũtur, quæque nõ vſquequaq; ſimiles ſũt puro auro. Poſt haſce vrina eſt aurea, ſiue fulua vocata, quæ poti⁹ obrizo ac puro auro ſimilis eſt. Diſcere poteris id ipſũ ſi verſat⁹ fueris in cõclaui, vbi diuitũ pecuniæ reponũtur, ſi tibi aurũ purũ nõ fuerit. Subcrocea verò vrina poſt haſce collocatur, quæ colore ſimilis eſt cartamo. Nouerũt ꝙ plurimi florẽ her-
H bæ hui⁹ vocati cartami, qui colore ĩferior eſt flore croci:
quãobrẽ hinc oportet æſtimare colorẽ ſubcroceũ. Quæ vrina verò eſt exactè crocea, hæc nihilo differre videtur à croco Coryceo: quum omnes croci aliorum locorũ differãt præſtantia coloris à croco Coryceo. Verũtamẽ ne nominis peregrinitate fallaris, opinatus crocum

Coryceum valde differre colore à reliquis crocis, ego A
loco huius tibi propono crocum qui ab Atho importa-
tur, cuius colore duce tu procedas. Verũ nec te oportet
animum intendere coloribus qui apparẽt in cartamo,
& croco: non enim parũ aberraueris (ſubrubei enim &
rubei illorũ colores ſunt), ſed intẽdas coloribus illorũ,
quũ illorũ flores fuerint ex aqua triti. Sequũtur haſce
vrinæ ſubrubeæ atq; rubeæ: quib⁹ ſatis fuerint ad rei hu
ius oſtẽſionẽ colores qui apparẽt in cartamo & croco,
vt dictũ eſt. Id etiã diſcas ſi ſubrubeũ colorẽ eſſe ſimi-
lẽ intellexeris Armenio bolo & Lẽnio ſigillo: rubeum B.
verò & puniceũ ſimilẽ cogitaueris illis pomis quæ ru-
beũ colorem præ ſe ferunt, veluti ceraſis, malis, & aliis
id genus quæ leuitate corticis, & maturitate, coloribus
differre videntur. Vrina vinea memoratis ſuccidit,
quæ nomen id accepit à vino quàm rubrum eſt nigrio
re, colorémque hepatis habet. Quamobrem oportet eũ
qui ſæpe viderit hepar animalis irrationalis, ſi non ho-
minis, & ſæpe vinũ huius coloris biberit, inde vineũ co
lorẽ æſtimare. Memini ſæpenumero eiuſmodi vinũ in
foro vidiſſe à mercatoribus conuectum, quod adeo e- C
rat vineo colore perfuſum, vt cados etiam quibus ve-
ctum fuerat, proprio colore infeciſſet. Quinetiam pa-
rum eiuſmodi vini plurimæ aquæ miſtum, etiam rubi-
cundo colore ſpectatur. Paſſeus verò color eſt, qui ex
intenſione vini conſtat, maximè ſimilis paſſo, quod
& hepſema dicitur: fit autem (quandoquidem & ſunt
qui hoc ignorant) ex muſto decocto vſque ad tertiam
partem. Addit quoque & orationis claritati ceraſi fru-
ctus color, qui ad nigredinem inclinat. Iam verò vbi
de paſſeo colore nouiſti exactè, nũc reliquos diſce. Ve- D
netus vel cæruleus dicas, color omnibus (vt arbitror) no
tus eſt, qui ex puro albo atque nigro æqua ratione per-
mixtis, gignitur. Et ſi idipſum etiam ſenſu velis noſ-
ſe, ceruſſam, vel albiſſimam calcem, vel aliquid aliud
ſimile, atramento, vel pici, vel bitumini, aliiſque ſin-
ceris nigris ſi miſcueris æquis ponderibus, venetum
colorem eo modo productum videris. Verũtamen de
viridi colore vbi primùm hoc modo diſputarimus, &
de oleaceo, & liuido, deinde de nigris dicemus. Vi-
ridium igitur colorum alius eſt, vt qui in foliis braſſi- E
cæ, alius, vt qui in foliis graminis, ærugine & ſmara-
gdo, ita vt ex his acceperint appellationem. Diſce-
re ergo oportet colores hos è rerum illarũ coloribus,
illos hiſce conferendo. At verò oleacearum hoc mo-
do genere communi appellatarum vrinarum, alia appa
rentiam habet olei, alia eſt olei coloris, alia oleacea eſt,
quæ generi cognominis eſt. De colore verò primæ ſpe-
ciei harum trium ambigitur, an aqueus, an oleaceus ſit,
ob tenuitatem coloris tingentis humorem: in ſecunda F
verò ſpecie color olei euidens, vrinæ colorẽ intendens.
Oleaceam verò vrinam, quæ tertia eſt ſpecies, ratio de-
finiuit, quòd colori olei ſimilis ſit: ſed tamẽ hæ ſpecies
non ſunt craſſæ ſubſtantiæ, & coloris intenſi, ſed potius
ſunt ſubſtantiæ ſubtilis. Quæ verò ſunt intenſi coloris,
illæ potius congruunt cũ ſpeciebus quæ ſub genere vi-
ridium collocantur. Quoniam verò ſufficiẽter dictum
eſt de differentiis viridium & oleacearum vrinarum,
conſequẽs eſt dicamús de liuidis & nigris vrinis appa-
rentibus. Liuidum igitur colorem eſſe plumbi colorem G
ſiquis dixerit, magnam claritatem rei attulerit: quare
& ex hoc illum conijcere oportet. Verũtamen tantum
ad nigrum accedit, quantum à colore veneto recedit.
Quamobrem ſi dupli rationẽ nigrum ad album in mi-
ſtione habebit, hinc exactè cognoſci poſſunt, quæ ſint
liuida. atque ita eiuſmodi liuida ſe habent. Nigros verò
colores nemo (vt arbitror) ignorat, qui cunctis euiden-
tes ſunt. Harum igitur rerum ſtudio deditum, oportet
commemoratos colores apud ſe expendere, eóſque in
animi tabellis depingere, vt qui per eos multa diiudi- H
caturus atq; præcogniturus ſit. Cogitare inſuper eum
oportet, an colores qui definiti non ſunt propter nomi
nũ propriorũ paupertatẽ, ſupra dictos colores remiſſos
& dilutos, an intenſos & ſaturos habeant. Itaque ſiquis
deſcriptos à nobis colores rectè nouerit, facilè eos qui
ab eis deciderũt noſſe poterit. Quare nõ eſt quod diuti⁹

tractationi de colorum differentiis inſiſtamus. Fũdan-
tibus enim diſciplinæ partem, ſi explicata ſint ea quæ
decent artem, hæc ſatis ſunt. Et ſæpe ſi quiſquam non
omnes colligens, dixerit colores qui poſſunt conſtitui,
illi tamen qui collecti ſunt ſatis eſſe poſſunt ad diſcipli
næ vſuram eis. Eo itaque pacto finẽ ſortiatur oratio
quæ eſt de differentiis colorum vrinarũ. Verumtamẽ
hîc confert diſputare de differentiis ſubſtantiarũ, quæ
ſunt corporis vrinæ.

DE DIFFERENTIIS SVBSTANTIARVM I-
pſius vrinæ. CAP. IX.

VRinæ in matulis emictæ, omnes fere ſubtiles appa
rent, quum calidæ adhuc ſunt. Calor enim natura-
lis eatenus præſtans, non ſinit vt flumẽ ipſum quod v-
rinæ corpus eſt, cogatur atq; craſſeſcat propter aliquã
cauſam. Verumtamen calore eo abeunte, aliquæ vri-
næ velociter, aliquæ tardè craſſeſcũt: quemadmodum
aliquæ craſſæ emeiuntur, aliquæ contrà vt mictæ ſunt,
ita manent. Craſſeſcentiũ verò aliquæ tenuãtur, aliquæ
indiſcretæ, vt à principio erãt, manent. Quinetiam hu-
iuſmodi craſſeſcentiũ, aliæ perquam mediocriter craſ-
ſeſcunt turbidis ſimiles, aliæ magis craſſeſcũt, aliæ plu
rimum. Oportet etiam differentias quæ in hiſce ſecun-
dum magis & minus ſunt, intelligere. Quæ verò tenuan
tur, aliæ quòd craſſius continebant, id in fundum ma-
tulæ colligunt: ſed ipſæ etiam craſſæ reſtant, aut turbi-
dæ, aut temperatæ, & tenues remanent, craſſitudine to-
ta in fundum concedente. Quamobrem oportet diligẽ
ter etiam ediſcere differentias harum quæ non parum
conferent diſputationibus quæ de iudicio & præuiden
tia habebuntur. Eodem modo oportet diſcere differen
tias vrinarũ tenuium, tãquam nõ omnes eadem tenui-
tate conſiſterent, ſed earum alias valde tenues eſſe, ni-
hilq; differẽtes ab aqua tenuiſſima: alias ab hui⁹ ſubſtã-
tia diſceſſiſſe: quinetiã alias tenuiores eſſe, alias decli-
nare ad mediocrẽ cõſiſtentiã. Atque ex his ſufficiẽter
dictũ eſſe de differẽtiis ſubſtantiarũ exiſtimari poteſt.

ADVERSVS EOS QVI OPINATI SVNT CAV-
ſã qua craſſeſcunt vrinæ, eſſe à frigore foris aſſiſtẽte.
CAP. X.

SEd quoniam non defuerunt imperiti iudicandi de
vrinis, qui vrinas ipſas non proprietate quadam diſ-
poſitionum eis contingentium, ſed externo frigore ac-
cidente craſſeſcere putauerint: idque fieri credunt ma-
ximè vbi viderint mictas vrinas tenues paulo pòſt craſ
ſeſcere, idcirco aduerſus eos conuertenda oratio eſt, &
quomodo ipſi decipiantur, demonſtrandũ. Aiunt ſece-
dente calore ab vrinis, frigidum vincẽs quod foris eſt,
ipſas craſſas facere. At verò id tantùm abeſt à veritate,
vt ab iis quæ quotidie cernũtur, cognoſcere ſit eorum
ignorãtiam; videlicet quum ſemper vrinæ obiectæ ex-
terno aeri frigido, non ſemper craſſeſcãt. Adhæc veri-
ſimile eſt aliquando vrinas craſſeſcere, quum ſcilicet
ambiẽs aer fuerit perquam frigidus: at ſi vrinæ ſub dio
etiã pernoctauerint, fortaſſe gelaſcent potius ꝙ craſſe-
ſcent. Adde quòd ſi vrinæ ad occurrens frigus ſemper
craſſeſcerent, ob caliditatẽ ambientis aeris tenuari poſ-
ſent: ſed tamen videre licet hyeme vrinas tenuiſſimas
manere, nec vnquam ab externa frigiditate ſuperari,
& æſtate craſſiſſimas, calido nihil diſſoluente. Quid e-
tiam dicent oculati vrinarum ſpectatores, vbi hodie
viderint vrinam tenuem, cras autem caſſeſcere, eodem
aere nos ambiente vtriuſque diei conſtituto? At ve-
rò quonam pacto poterunt præuidere quidnam ſibi
velit ea mutatio, & quas ob cauſas fieri contingat? mi-
hi videntur multum delirare, excidentes à veritate.
Quibus autem ſignis in vrinis nouerint multitudinem
humorum, aut eorum craſſitudinem, aut concoctionis
principium, non potentes in totum definire vrinarum
craſſitudinem? Præter hæc eorum rationem ſtabilire
conati ſunt, matulam in aqua calida ponentes, eámque
ad breue aliquod tempus calido occurrentem, oſten-
dunt tenuem factam, nequeuntes intelligere, quòd ca-
lidum artificiale non minus quàm naturale vrinas diſ-
ſoluere poſſit, ſi aliquid craſſitudinis habeant. ſed ne
hoc quidem ſatis eſt eis ad defẽſionẽ. Quòd ſi duæ ma-

tulæ in eodē aere poſitæ ſint, altera craſſeſcat,altera ita A
vt erat appareat, quiſnam huius reddere aliquā ratio-
nem poterit, niſi eam quam nos ſuo in loco reddituri
ſumus? Siquidem ſi aeris ambientis frigiditatem cau-
ſam faciant,vereor ne decipi conuincantur,altera ma-
tula tenui manēte. Verùm quum magnam eorum rudi-
tatem quod à nobis dictū eſt ſatis redarguat, ad ea quæ
cōſequuntur pergamus. Quum igitur demonſtratum
ſit,quòd vrinarum aliæ craſſæ ſint,aliæ tenues,aliæ me-
diocres,diuiſerimúſque eas vt decebat,nunc operæpre
tium erit vt de differentiis eorū quæ in vrinis inſiſtūt, B
diſputemus.

DE DIFFERENTIIS COLORVM EARVM RErum quæ in vrinis continentur. CAP. XI.

VRinarum quæ ſecundum naturam ſunt,contenta ſi
alba,& læuia,& æquabilia fuerint, atque ſubſtantia
mediocri,& ad fundum matulæ conceſſerint,tunc ter-
tia concoctio ſecundum naturam perfecta eſt. Verum-
tamen ſi cōtenta ea exceſſerint, vel defecerint ab eiuſ-
modi indiciis quæ ſecundum naturam ſunt, etiam ſa-
nitas deprauata eſſe demonſtratur. Dicendum ergo pri C
mùm de coloribus quos in hiſce eſſe contingit: deinde
de reliquis congruente oratione tractandū. Igitur con
tentorum alia ſunt colore mediocri,quæ ſecundum na
turam ſubalbida eſſe volunt: alia decidētia ab hac ipſa
mediocritate,quorum alia ſunt intenſa albedine, alia
verò ſubſpicea atq; ſpicea, alia verò procedētia magis
colorantur,adeo vt videantur bilea,atque orobea, etiā
ſubrubea,& rubea,& cruenta,& vmbrida,& veneta,at-
que nigra.Hi ipſi & huiuſmodi ſunt colores contento-
rum in vrinis.Sed tamen ex hiſce oportet conſiderare D
de aliis coloribus qui nunc dicti non ſunt,quemadmo-
dum in capite De differentiis colorum corporis vrinæ,
diſputauimus.Sed de differentiis colorum contentorū
quambreuiſſime fieri potuit ſic dictum eſt, nūc de eo-
rum ſubſtantia dicemus.


DE DIFFERENTIIS SVBSTANTIAE CONTENtorum in vrinis, CAP. XII.

MEdiocritas ſubſtantiæ cōtentorum in vrinis, qua-
lis ſit,experientia docuit. Sed vt ratione quoque
definita ſit,hoc pacto dicimus de ſubſtantia mediocri E
contentorum.Contenta quæ mediocri ſunt ſubſtantia,
craſſiora ſunt ipſo humore toto vrinæ: ob hanc etiam
rationem manifeſtum viſui extitit, nec ita habet vt ſic
viſio tranſeat per ipſum contentum,vt tranſit per hu-
morem vrinæ. At verò quia de mediocri ſubſtātia hu-
moris vrinarum ſuperius orationē audiuiſti, licet iam
tibi(tanquam facto principio à certo ſigno)poſſe & te-
nuia & craſſa contenta cognoſcere, quanuis decentia
explicentur à nobis hoc pacto.Tenuium contentorum
quæ magis conſentiunt cum colore corporis vrinæ, ea F
minus apparent quàm quæ magis diſcrepant à colore
corporis vrinæ.quare oportet etiam hoc pacto ratione
definire.Nam horum ipſorum quædam parum decidē-
re à mediocritate,quædam magis, quæ ſanè non facilè
quiſpiam videat: quædam verò plurimum decidunt,
quæ vix etiamſi radium ſolis per matulam traieceris,
videre poteris.Contentorum autem quæ verſus craſſi-
tudinem à mediocritate vergunt,quædam paruo craſ-
ſiora videntur,ita vt non facilè viſus ea penetret, quæ-
dam magis vergunt, ita vt viſus in ipſis terminetur:ra- G
tione verò putatur plus etiā craſſitudinis ineſſe. Quæ-
dam etiam plurimum vergunt, vt nihilominus quàm
viſus,ratio ipſa terminetur.non enim poſſibile eſt craſ-
ſitudinem maiorem reperire illa quæ in contentis eſt
quæ ſubſtantia ſimilia ſunt puri. Scire autem oportet
hæc nos*dicere ea ratione qua diceretur de omnibus
contentis, ſiue hæc fuerint tertiæ concoctionis, veluti
ſuperfluitates, ſiue humorum crudorum ſegmēta, ſiue
pus,ſiue internorum vaſorum fruſtula.Iudicia nanque
de ipſis(concedente Deo) ſuis in locis referemus.nunc H
verò quæ deinceps ſequuntur,per ſeriem dicamus.

DE DIFFERENTIIS LOCORVM CONTENTOrum in vrinis. CAP. XIII.

ALtitudine igitur corporis vrinæ trifariam diuiſa,vt
in fundum & imam regionem matulæ,ſuperficiem
A ſupremámve regionem,vtrarúmque harum extremita
tum medium, ea contenta quæ in fundum matulæ de-
ſcendunt,hypoſtaſes(hoc eſt ſubiecta)vocauêre qui ha
rum rerum periti fuerunt, à verbo ὑφίστασθαι,videlicet,
præpoſitione Sub ſignificante infernam habitudinem:
quæ verò conceſſerunt ad medium totius altitudinis,
appellauerunt ἐναιωρήματα(hoc eſt, ſublationes) vel di-
cas ſublimia,arbitror deriuantes ab elatione,tanquam
æquo ſpatio ſecederent ab vtriſque extremis. Quæ ve-
rò peruenerunt vſque ad ſuperficiem,vocauêre nubes,
B tanquam à terra ſummè ſecederent, putantes fundum
matulæ proportione reſpondere ipſi terræ, quoniā ad
ipſum fundum grauia deſcendunt. Communi & gene-
rali nomine hæc omnia παρυφιστάμενα (hoc eſt contenta)
dicta ſunt,eo quòd in qualibet altitudinis parte corpo
ris vrinæ inſiſtant & contineantur. Atque eo pacto de
loco contentorum iam pridē medici diſputarunt, tan-
quam principia ponerent eorum quæ in arte medica
ſunt thorematum.Sed tamen licet quoque diuidere ſer
monem hoc pacto: quæ diuiſio multum conferet & ad
C iudicia & præuidentias.Igitur hypoſtaſium (vti autem
oportet hoc modo poſitis nominibus)aliæ occupauêre
locum inculpabilem,quum neque totæ tangant fundū
matulæ,neque abiungantur ab eo: aliæ verò quæ pro-
prium & inculpabilem reliquerunt, quæ quoque diui-
duntur ratione. Nāque earum aliæ totæ hærent fundo,
aliæ minus, ac pluſquam eis conueniat,abiunguntur,
veluti ſibi definitum locum defugere conantes.Enæo-
remata verò quæ exactè medium locum totius conſe-
cuta ſunt, hæc exactam rationem enæorematum ade-
D pta ſunt, quæ verò ſiue inferius, ſiue ſuperius quàm
medium eſt,manſerint,hæc quoque ſublimia appellata
ſunt abuſu nominationis.nam ab vtriſque extremis ſe-
ceſſerunt. Plurimum verò hæc ita definita tractationi
quæ de vrinis eſt, conferre reperiuntur. Quamobrem
oportet vt putemus tria eſſe ſublimium loca. Nubium
autem aliæ parum ab eo abſunt vt ſuperficiē attingant,
aliæ in ipſa ſuperficie natant. Quoniam verò nubes hæ
tertio loco indiguerunt (nanque non licuerat ſuperius
concedere, deficiente humore & corpore vrinæ),tan-
E quam neceſſitas cogeret reſpondere eregione fundo
matulæ,præ viribus ſibi agnatæ ſunt: perinde ac quum
experirentur medium ipſarum, & ſuperficiei locū de-
lere,ita exactè vbi terminauerint humoris altitudinē,
hæſere ſuperficiei vrinæ, vt polypi lapidibus exactè(vt
aiunt)adhærent. Quoniam igitur demonſtratum eſt,
tres locos generaliſſimos contentorum eſſe, quorum
ſingulos in ternos nos diuiſimus,accidit vt omnes ſint
nouē,quos bene cognoſcere diſcentes oportet:nanque

F



Formula locorum in quibus ſunt contenta vrinarum.

magnopere vtiles ſunt. Verumtamen vt clarius cernere poſſis id quod dictum eſt,omnem rationem de locis contentorum per hoc exemplum ante oculos pono. Intellige altitudinem vndecim digitorum, vel cubitorum,vel paſſuum,vel cuiuſuis menſuræ, & puta eorum quatuor eſſe in loco capiente hypoſtaſes. Vnum in confinio hypoſtaſium & ſublimium, ita vt ſit poſt finem hypoſtaſium,& ante principium ſublimium. Similiter alterum in fine enæorematum,& principio nubium. Itē duos alios in loco nubium,vt locus mediocris nubium ſit vltimus,ac vndecimus digitus: qui verò ſubditus ei eſt,& veluti ab vltimo deciderit,ſit decimus. At qui plurimum ſubierit, atque in fundo vice verſa ſe habet erga vltimum,is ſit primus. Locorum verò hypoſtaſium exactè proprios locos habētium,tertius digitus ſit. Sed ſupernarum hypoſtaſium locus ſit quartus digitus,inferius medio ſubſidentium ſit ſecundus. Quinetiam in enæorematibus, qui vſquæquaque medius eſt,is ſit ſeptimus digitus:ſicuti eorum quæ multum ſe attollunt, ſit octauus, inferiorum ſit ſextus. Nanque quintum & nonum digitum non occuparunt vnquam contenta. Sunt enim termini potius quàm loca contentorum in vrinis. Vbi verò oratio de locis contentorum ſufficienter facta eſt,eo pacto maneat: quam vnuſquiſque etiam à formula hîc deſcripta diſcere poterit. nunc reliqua explicemus.

DE LAEVITATE ET OPPOSITIS CONTENTORUM IN VRINIS, CAP. XIIII.

CONTENTA vrinarum quæ ſecundum naturam ſe habent,præter alias proprietates, definitum eſt læuia eſſe. Primùm dicendum eſt qualia ſint eiuſmodi læuia: deinde quæ ſint hiſce oppoſita. Læuia igitur contenta ſunt quæ continua ſibi ſunt & coacta, tanquam vnum & continuum corpus, cuius partes non videantur eſſe veluti rugis inter ſe coniunctæ & conſtrictæ, neque à ſe inuicem diuiſæ. hoc modo ſe habet ſecundum naturam læue contentum. Eorum verò quæ non eo modo ſe habent,alia eam continuitatē vſqueadeo intenſam habent,vt viſcida euaſerint:alia verò continuitatem diuulſam habent,ita vt reddita ſint aſpera. Atque viſcidorum contentorum,alia modicè ita affecta ſunt, adeo vt commota matula, illa quodammodo diſſoluantur. alia magis affecta,adeo vt valde commota matula,ipſa modicè diſſoluantur:alia inſuper vſqueadeo viſcida & tenacia,vt etiam ſiquid commoueatur, non facilè diſſoluantur,quum iam ἐγκόλλα, id eſt inſtar collæ & glutinis tenacia,facta ſint. Contra verò,aſperorum contentorum alia ita modicè affecta ſunt,vt viſus capiat partes eorū iam diſcretas:alia magis affecta,vt viſus etiam magis capiat profunditatem & latitudinem corporis vrinæ:alia verò plurimum,vt viſus capiat omnem profunditatem & latitudinem,atque longitudinem magis capiat,perinde ac eſſet in fruſta inciſa. Hoc itaque pacto ſe habet oratio de læuitate, tenacitate, & aſperitate contentorum. Oportet autem ſtudentem hæc diſcere,quoniam operam nauatam in hiſce capiendis, non parum iis quæ ſequuntur conferre ſentiet.

DE HYPOSTASI OROBEA, FVRFVREA, LAMINEA,ATQUE SIMILACEA, CAP. XV.

POſt hæc decet dicere de hypoſtaſi orobea,furfurea, laminea, ac ſimilacea. Nanque eiuſmodi contenta appellare hypoſtaſes congruit, quæ ſemper fundum matulæ petunt. Siquidem contenta innatantia,participantia eiuſmodi ſpecierum, non ab eadem cauſa ſunt, ita vt ne eaſdem etiam paſſiones ſignificauerint. At verò vbi prius de illis memoratis tractarimus,deinde de eorū ſimilibus dicemus. Igitur hypoſtaſes orobeæ, etſi ab ipſo nomine euidentes ſint, nos tamen etiam declarabimus earum rationem. Nam vnuſquiſque nouit orobum inter legumina eſſe (vt qui in pleriſque locis ſeri conſueuit)rubeum & ipſum forma exiſtentem. Quum igitur contenta vrinarum his ſimilia videris,tunc oculis ſpectaueris hypoſtaſes orobeas. nunc enim oratione ſola res tibi depingo. Sed tamen hypoſtaſes hæ nihilominus globoſæ veluti orobi ſunt, ita vt hoc pacto intelligere poteris certò qua ratione ſe habeant. Furfureæ verò hypoſtaſes ſunt quæ videntur ſimiles furfuri bene moliti tritici. Hæ ſanè longitudinem definitam habent,vt verè furfures manifeſtò appareant. Quare licet diſcere ab euidentibus ſpeciebus ſic appellatis, ita vt non oporteat ſermonem de hac re longius protrahere,vt qui ſufficiat ex ipſo ſic impoſito nomine. Lamineæ verò hypoſtaſes notæ ſunt rationi: ipſæ quidē ſunt ſimiles laminis, ſed non per longitudinem (hac enim potius videntur diſſimiles),ſed ſimiles ſunt ſpecie. Laminas verò nouimus appellatas eſſe, quæ & longitudinem,& latitudinem habent,non etiam euidētem profunditatem. Eodem modo appellata ſunt quædam inſtrumenta à mulieribus inuenta ad lanificia. Quinetiā lapis quidam eſt eodem nomine vocatus Petalites,hoc eſt lamineus, qui conciſus eſſe videtur in eiuſmodi laminas. Quamobrem ex hiſce conſiderare oportet de laminea hypoſtaſi. Sed reliquum iam eſt vt dicamus de hypoſtaſi quæ accepit nomen à ſimila. Similas omnes nouimus vocatas eſſe quæ ex malè molito frumento, ordeóve videntur furfures. Quæ nāque furfuribus ſunt pleniora, hæ ſimilæ vocantur, non vt furfures, ſed vt tripliciter ſpaciatæ:& ob haſce vocantur ſimilaceæ hypoſtaſes. Reſtat iam etiam docere de complicatis contentis, & diuerſarum ſpecierum, quæ diſſimilaria dici poſſint.

DE DIFFERENTIIS EORVM QVAE COMPLICANTUR IN CONTENTIS VRINARUM, CAP. XVI.

INterdum hæc ipſa varia apparent. Nam aliquando veluti ſimilæ quædam deſcendunt cum contentis:aliquando veluti furfures,& veluti laminea atque orobea. Eſt aliquando videre quædam cum contentis, vt capillos longos palmo, ac minus, & magis. Quinetiam aliquando videre eſt ramenta quædam ſubrubea breuiſſima, atque hæc omnia nunc pauciora, nunc plura ſpectari ſolent. At verò quidnam vnumquodque horū ipſorū ſibi velit, in locis propriis explicabimus: ſicuti & eorum cauſas in iis qui de cauſis libris reddemus.

DE DIFFERENTIIS EORVM QVAE INNATANT IN CHYMATE, CAP. XVII.

NVnc operæpretium eſt vt dicamus de iis quæ innatant in ſuperficie vrinæ. Innatant igitur in ſuperficie vrinæ bullæ,quæ etiam lampæ, hoc eſt ſpumæ quæ in ſuperficie vini inſident,appellantur: innatant quoque liquamenta quædam. Verumtamen prius diſputabimus de innatantibus liquamentis,deinde de innatantibus bullis. Apparent itaque in vrinis aliquando innatantia quædam veluti araneæ,quales ſunt maximè continuæ,atque velamini ſubtili ſimiles, non quales ſunt illæ quæ non omnino ſunt continuatæ:ſed quum maiores circuli feruntur circa minores, quos rectæ lineæ & obliquæ ſecant,ortæ à centro,& ad extrema peruenientes. Interdum etiam feruntur in ſuperficie vrinæ pūcta olei,nunc pauca,nunc plura, nunc tenuia, nunc craſſa: veluti in pingui iure refrigerato innatare vidētur,quæ res à multis appellata eſt ſpuma. Verumtamen hæc ipſa euidentia erunt alio in loco, ita vt de his plura nunc dicere non oporteat. Quinetiam interdum atque circa coronam feruntur quædam veluti laceramenta veſtis, & veluti pilis contexta, quæ à Græcis ῥάκια & τριχία vocantur:eadem ſunt longè minora iis quæ prædicta ſunt atque pleniora. Oportet etiam hæc ipſa prænoſſe diſcētem:nanque paulo inferius in locis opportunis, reipſa nobis obuiam faciente,de eis latius diſputabitur. Nunc verò de bullarum differentiis dicamus,veluti in initio ſtatuimus.

DE BVLLARVM DIFFERENTIIS, ET DEFINITIONE CORONÆ, CAP. XVIII.

BVllarum aliæ perquam magnæ ſolent eſſe, aliæ perquam paruæ, aliæ mediocres. Item aliæ per omnem ſuperficiem vrinæ eunt, aliæ per ſolam coronam, vel per totam coronam, vel per aliquam eius partem, vel plures partes diſperſas,vel per coronam,& mediam vrinæ ſuperficiem, vel per alteram ſolam medietatem ſuperficiei,aut inordinato ac alio modo & complicato, tam per ſuperficiem quàm per coronā innatant. Quinetiam earum quæ per coronam eunt, aliæ ſingulæ, aliæ

binæ ſunt, aliæ ternæ, aliæ alió maiori numero conſi-
ſtunt:atque aut omnes propè pari magnitudine ſunt,
aut minores,quæ ad medium cōcedunt. Eodem modo
ſe habent in ipſa altitudine matulæ. Nanque bullæ aut
ſingulæ,aut binæ,aut ternæ,aut alio modo ſociatæ ſūt.
Sed quoniam duo nos latent minus exquiſitè ſermonē
tractata,ea claritatis cauſa nūc adiiciam. Vnum igitur
eorum quæ prætermiſimus, eſt de bullis: ſiquidem vi-
deri poterunt cuiquā quæ dicta ſunt intelligenda eſſe
de innatantibus bullis quæ ſimul fiūt cum vrina,quum
emeiitur. At idipſum putare non licet: ſed intelligēda
ſunt de eis quæ remanent poſtquam quieta fuerit vri-
na,atque omni ex parte refrigerata. Nam bullæ eiuſ-
modi quieſcentis & refrigeratæ vrinæ nequicquam à
continente afficiuntur:atque eo quòd nihil afficiuntur
ab aere,indicant generationem eſſe à præſtantiore cau
ſa. Nam quæ paulo pòſt quàm intumuerunt, diſſoluun-
tur,debiliores habent cauſas, ac perquam facilè ſolutæ
abeunt. Quare conſiderare oportet de bullis iis quæ
multo tempore immorātur, & cauſas harum & iudicia
diſcere oportet. Alterum verò eorum quæ nos præ-
teribant,eſt deſcriptio coronæ: ſiquidem multos tur-
bare poterit, audientes coronam quandam in vrinis
apparere,minúſque eam comprehēdere ob ſcopi igno
rantiam. Coronam ergo dicimus lineam adumbratam,
quæ circuncurrit per ambitum ſuperficiei vrinæ. Si v-
tique matulæ fuerint rotundæ, etiam circulo circun-
ſcribunt vrinarū ſuperficies. Sed hæ ſuperficies ad ex-
tremitates deſcriptæ,ſi matulæ rotundæ fuerint,decen
ter vocari poſſunt coronæ,ob figuræ proprietatem. Sin
fortaſſe matulæ fuerint quadrāgulæ, aut multangulæ,
tum bullæ quæ per extremitates vrinæ cucurrerint,nō
etiam par eſt vt in corona currere dicantur,quum abla
ta ſit figura rotunditatis. quanuis vnuſquiſque dicere
poſſit,bullas harum & illarum matularum eaſdem eſſe
ratione iudiciorū & cauſarum. Hoc itaque pacto ſe ha-
bent differentiæ bullarum,in quibus exerceri oportet,
quòd non mediocriter collaturæ ſint iis quæ deinceps
dicentur. nunc reliqua tranſigamus.

DE DIFFERENTIIS CORONARVM CORPO-
ris vrinæ,quæ ſunt alterius coloris, CAP. XIX.

MVltæ coronæ aliæ commodiores quàm quæ ſupe
rius dictæ ſunt apparent,circumeuntes ſuperficiē
matulæ: quæ non innatant in humore vt innatant bul-
læ, ſed potius ſunt circunferentiæ humoris corporiſve
vrinæ. Siquidē quum vrinæ humor aliquo quouis tin-
gatur colore,cum coronæ circunſiſtunt affectæ diuer-
ſo colore vel albo,vel flammeo,vel bileo,vel viridi,vel
nigro,vel aliquo alio. At verò hæc ipſa iis qui attentè
ſpectant, facilè apparēt. ſed non aliter quàm præſentia
eſſent malè videntibus,quemadmodum in ſtellis crini
tis obſcurè apparentibus accidere ſolet. Nanque crines
earum obſcurarum facilius parum videntibus, quàm
viſum intendentibus, apparent, quum viſu infixo vel
potius à multo colore & luce attracto obſcurentur. At-
que hæc de coronis dicta ſint, quæ conferent in locis
opportunis:nunc verò dicamus ea quæ ſequūtur. Nan-
que videbatur mihi nunc complicationes, quas eſſe
contingit è coloribus, & ſubſtantia & contentis, huic
ſermoni addere: ſed quòd prætetquam quòd res mul-
tiplex & varia eſſet, difficulter etiam percurri poſſet,
atque adeo ſine vlla neceſſitate protēderetur, præter-
miſi,quum non admodum neceſſe eſſet me ſic ſcriben
tem complicare: ſiquidem in præſente diſputatione
explicamus vrinarū differētias: tractationes verò quæ
ſequuntur,continebunt iudicia,cauſas,atque præuidē-
tias. Qui ergo in his fuerit verſatus, is perquam facilè
poterit componere tam cum coloribus ſubſtantias,
quàm cum coloribus & ſubſtantiis contenta etiam dif
ferentia colore,ſubſtantia,loco,læuitate,æquabilitate,
atque differentiis hiſce oppoſitis. Quinetiam idem fa-
cilè poterit diiudicare, quænam componi poſſint,&
quæ non poſſint. itaque conſulo his qui rei huius ſtu-
dioſi ſunt,vt in his verſentur,vt quæ non leue momen
tum ad perfectam cognitionem collatura ſint. Siquis
enim antè didicerit quas ob cauſas ſint colores, chy-

A mata,adhæc conſiſtentiæ,& alia,& nouerit quid vnum
quodque ſibi velit, facilè quidem ea complicauerit.
Et vbi promptè complicauerit, ita exactè & iudicia
eorum & cauſas reddiderit. Sed hactenus de hiſce ſa-
tis dictum eſt.

DE VARIATIONE COLORVM ET SVBSTAN-
tiarum vrinarum, CAP. XX.

POſt hæc conſiderandum eſt de variatione ſubſtan-
tiarum & colorum quæ in vrinis apparent, atque
præter hæc etiam contentorum:quinetiam de differen
B tiis temporum. Nanque vrinarum colores,aut in eodē,
vt ſe habent,manent ſemper,aut tranſmutantur,aut in
peiores colores mutantur, aut in meliores. Et alterutro
modo mutando,aut proueniunt ad extremos colores,
aut manēt alicubi firmati,vel paulo vlterius procedūt.
Quoniam verò decens eſt vt ad magnas alterationes
colorum commutentur etiam cōtenta, inſpicere opor
tet quænā fiant in hiſce varietates tam colorum quàm
ſubſtantiarum,& læuitatis,atque ſpaciorum loci. Dein-
de confert etiam conſiderare, an hæ mutationes fiant
C longiore,an breuiore tempore. non enim parum con-
ducet obſeruare tempora mutationum. Quin & inter-
dum etiam ſubſtantiæ ſolent ſimul mutari, neque ſem
per ita afficiuntur,quum maiore motione in eis quàm
in coloribus mutandis opus ſit. In quibus conferens e-
rit non modò diſcere mutationes, ſed etiam tempora
earum diſquirere,ac diligenter animaduertere, an ve-
locius,an tardius ſuccedant. non minimum enim hæc
ad præcognitionem atque iudicia collatura ſunt. Quin
& illud ſcire conuenit,quòd varietatum aliæ ſint ordi-
D natæ,aliæ ordinem nullum ſeruent. Oportet enim hæc
ſpectare & conſiderare. In ſequentibus enim videbis,
vt ex hiſce bene conſideratis multa adiumenta proue-
nerint ad iudicandum & præuidendum. Animaduertas
quoque. nam interdum videris varietates ordinatas pe
iores eſſe iis quæ ordinem non ſeruant, quæ explica-
buntur ſuis locis; hic nanque nobis ſolùm propoſitum
eſt de differentiis vrinarum diſputare. Et vt oratio cla
rior reddatur,hoc pacto per exempla tranſigimus. Co-
lorum variamenta fiunt tum quum de colore in colo-
E rem tranſmutatio fiat. Si enim vrina nunc apparuerit
alba,craſtina verò aurea,& conſequenti die alia:vel cō
trà,nunc quidem ſubrubea,craſtina verò aurea, atque
poſthac pallida vel alba: atque etiam hoc modo nunc
quidē ſit ſubrubra, deinde viridis, vel cærulea, vel ni-
gra: vel illo modo,nūc quidem ſubrubea, deinde rufa,
& charopa,adhæc lactea,aut aliquo modo aliter, velu-
ti tu complicaueris: (cōtingit enim rem nunc hoc,nūc
illo modo apparere, vt victa, vel vincens fuerit virtus
vitalis. Nanque differentiæ concoctionum, ſiue prauè,
F ſiue bene fiant,in vrinarum mutationibus ſpectantur):
multas quoque videris in conſiſtentiis varietates,ſi a-
nimaduerteris ea quæ fiunt. Siquidem interdum vrinæ
ſemper craſſæ ſunt,nullámque ſequeſtrationem haben
tes. Interdum verò in eis ſubſidit ad fundum matulæ
id quod craſſius eſt,reliqua vrina craſſa etiā remanen-
te:interdum omnis craſſities ad fundum concedit. Vi-
dere quoq; eſt vt craſſum quaſi recurſu quodā ipſum
chyma conturbat magis aut minus. Eadem quinetiam
in tenuibus vrinis fieri cōtingit, tam ſi multum quàm
G ſi parū tenues fuerint. At verò ſi vel cū prauo,vel cum
bono colore fuerint conſiſtentiæ, ita vt haſce cum co-
loribus componas, plures (vt arbitror) varietates ex eis
effeceris. Omnes quoque varietates, aut cum ordine
fiunt,aut abſque ordine. Siquidem ſi vſque ad tempus
quoddam quædam ſubſtantia cum quodam colore ſit
complicata,poſthac verò ſiue ſubſtantia, ſiue color,ſi-
ue vtrunque alteretur,deinde iterum, vt primò erant
fiant,idque per plures reditus erit, varietas cenſeretur
cum ordine fuiſſe. Contra verò abſque ordine videbi-
H tur, quum vt fortuna dederit, ita mutatio colorum &
ſubſtantiarum ſucceſſerit,hoc eſt in inordinatis redi-
tibus & temporibus. Verumtamen (vt apertius res in-
telligatur) vtimur eiuſmodi exemplo. Si igitur duobus
deinceps diebus eædem vrinæ apparuerint, tertia verò
fiat alteratio,quarta & quinta die vrinæ ſimiles fuerint,

iis quæ in prima & ſecunda, atque ſexta commutatio fiat ſimilis ei quæ in tertia, idque in pluribus dierum eiuſmodi reditibus prouenerit, varietas ordinata vocari poteſt. Quòd ſi acciderit, vt duobus deinceps diebus eædem appaŗuerint vrinæ, tertia verò die tranſmutentur, quarta alterentur, quinta etiam diuerſæ à prædictis ſpectentur, neque per aliquos reditus eædem fiant anteactis, ſed exierint, vt ſors dederit, & abſque ſerie, tum varietas eiuſmodi appellari poteſt inordinata. Diſcere in hiſce licet & cauſas,& iudicia, & præuidentiã, tum quum de his diſputationem fecerimus.

DE VARIETATIBVS CONTENTORVM, ET ordine,& inordinatione vniuſcuiuſque eorum, CAP. XXI.

EÆdem accidere poſſunt inordinationes & varietates in ipſis contentis, quippe quæ interdum concedunt ad matulæ fundum, interdum pendentia vidẽtur, atque aliquando attolli vſque ad ſuperficiem chymatis. Quinetiam interdum læuia ſunt, interdum diſſipata, vt interdum alba, interdum in alios colores mutata: & aliquando tenuia effecta ex craſſis, aliquando craſſa ex tenuibus. Nihilo quoque minus interdum ex ſuperiore decidunt ad inferna, interdum ex inferiore ad ſuperna feruntur. Idque cum diuerſis coloribus, & ſubſtantiis, in quibus multas reperire poteris varietates, ſi rem ipſam expenderis. Nobis enim ſatis ſunt quæ dicta ſunt, etſi indagatio ſubminiſtrare poſſit maiorem

A longitudinem orationis de hiſce rebus, quoniam nobis minus facilè eſt recenſere ſingulas vrinas. Nobis igitur facilè non fuit ſingulas vrinas cõponere, tum propter ſermonis prolixitatem, tum quia in his verſaturo reliqua ex iam dictis intelligere licet, & oratio iuſtã prolixitatem habere videatur iis qui breuitati ſtudent. Ob hæc finem imponentes eiuſmodi orationi, quæ modum menſurámque decẽtem nacta eſſe exiſtimetur, ab hiſce ad ea quæ de iudiciis vrinarum habentur, diſputationem transferimus. Congruum enim eſt vt is qui B ad artis huius myſteria capeſcenda contendit, primùm vrinarum differentias noſcat, vt rectè edoctus ſit quot & qui in vrinis colores appareant, atque cum quibus ſubſtantiis ſoleant inſpectari: deinde iudicia diſcere ſuper præhabitis vrinarum differentiis. Qui enim eo pacto inſtructi fuerint, iis perquam facilè erit dignoſcere quæ ſint curanda, & de quibus deſperãdum ſit. Atque præter hæc alia diſputatio ſuccedit, quæ de cauſis vrinarũ habetur: eſt inſuper liber de præceptione, veluti iudicatione aperiente præuiden C tias. Itanque qui diligenter iudicauerit vrinas, is infallax præſcius euadet. Quorum vnumquodque (Deo concedente) ſuis in locis explicabitur. Nos tamen hoc in loco finem facientes diſputationi de differẽtiis vrinarum, veluti ab alio principio aggreſſi, ſermonem qui poſt hunc eſt, tractemus.

ANNOTATIO CAPITVM QVÆ IN LIBRO priore De iudiciis vrinarum habentur.

De differentia matularum, & quæ ex matulis ſit aptiſſima, Caput I.
De loco congruo ad ſpectandas vrinas, Caput II.
De tẽpore proprio ſpectandarum vrinarũ, Cap. III.
De iudicio vrinæ in omnibus mediocris, Cap. IIII.
De iudiciis vrinarum ſecundum ſexum & ætatem. Caput V.
De iudiciis vrinarum quæ fiunt in ſimplicibus intemperaturis, Caput VI.
De iudiciis vrinarum ſecundum exercitia & ocia, Caput VII.
De iudiciis vrinarum per anni tempora & regiones, Caput VIII.
De iudiciis vrinarum, quæ fiunt à ſomno atque vigiliis, Caput IX.
De vrinis inediæ atque famis, Caput X.
De iudiciis à paruitate & magnitudine humoris vrinæ, Caput XI.
De iudiciis albarum vrinarum, Caput XII.
De iudiciis vrinarum ſubſpicearum & ſpicearum, Caput XIII.
De iudiciis aureæ & croceæ vrinæ, Caput XIIII.
De iudiciis ſubrubeæ & rubeæ vrinæ, Caput XV.
De iudicio vineæ vrinæ, Caput XVI.
De iudicio paſſei coloris vrinæ, Caput XVII.
De iudiciis viridium vrinarum, Caput XVIII.
De iudiciis vrinarum oleacearum, Caput XIX.
De iudiciis venetarum & liuidarum, & nigrarum vrinarum, Caput XX.

ACTVARII DE IVDICIIS vrinarum libri II.

Ab Ambroſio Leone Nolano in Latinum ſermonem uerſi, & à Iacobo Gopylo ad fidem exemplarium Græcorum recogniti.

ACTVARII in ſuum priorem librum De iudiciis vrinarum, Præfatio.

QVVM corporis affectus, quicunque hi D tandem fuerint, ex vrinarum ſignificatione nemo noſſe poſſit niſi qui earum differentias prius ſciuerit, nos ſuperiori libro differentias vrinarum tractauimus, omnémque rationẽ & methodum huius rei abſoluimus: ſupereſt vt nunc de vrinarum cognitione agamus, quod in arte medica vtiliſſimũ eſſe cõperitur. Siquidem ſi medicus non facilè poterit conuenientem victus rationem præſcribere, vel medicari, vel aliam aliquam curationem adhibere corporibus E quouis morbo laborãtib⁹, niſi ſtatim iudicauerit quænam ſit ægritudo quæ corpus corripuit, arbitror non parum collaturas huic methodos quæ de cognitione traduntur, arte inuentas. Aliæ ergo methodi cognitoriæ aliis morbis magis conueniunt: communis autẽ & ad omnes propemodum pertinet vrinarũ cognitio. Opportunè & rectè dicere quiſpiam ea poteſt, quæ cõcoctioni & cruditati quæ fiunt in primis venis, accidunt, adhæc quæ tertiæ concoctioni: præterea quæ renibus, veſicæ, & vrinæ meatibus. Is porro dicet humorum incrementa, atque imminutiones, atque obſtructiones principalium meatuum, & quæcunque in hiſce fieri contingat: de quibus tractandum eſt in ſequentibus. Sed iam primùm hic dicendum eſt de matula, & loco, & tempore, in quibus confert conſiderare vrinas. Deinde de propriis rebus ſubdendum.

DE DIFFERENTIA MATVLARVM, ET QVAE ex matulis ſit aptiſſima, CAP. I.

MAtulæ igitur comparentur ex vitro tenui, atque albo, vt colores exactè appareant. Nanque aliquæ ſunt, quæ ſubuirideſcunt: quamobrem non exactè pellucidæ manere queunt. Candorem enim coloris ſequitur perluciditas. Virideſcentes igitur non ſolum coloribus aliquid auferunt, ſed etiam ſubſtãtiam vrinarum minuunt: quinetiam in eis, neque contenta exactè videntur: priores illæ itaque præferendæ ſunt. Figuræ verò matularum differẽtes habentur, à quibus etiam accidit quodammodo iudicium lædi. Nanque in matulis valde patentibus, vrina, præſertim ſi fuerit quantitatis mediocris, diſtributa per amplitudinem ſolam, parum ſpacii quod ſecundum longitudinem eſt occupabit, nec licebit cognoſcere, quem locum profunditatis contenta occupauerint, quum pauca admodum vrina ſit. Aberrare ſimiliter licet in matulis extranearum figurarum, veluti ſunt arctæ, atque prolixæ, vt quæ nunc ſolẽt effici, veluti ſunt quoque quæ infernã partẽ ſanè quàm latam, planámque habent: ipſæ verò colliguntur, vt à fundo aſſurgant. Quæ verò fundum habent non planum, ſed deorſum verſus extumentem, ita vt fundus in conum propè videatur colligi, hæ quidem, vbi oportuerit, ad mouendas vrinas, eáſque multas capiẽdas opportunæ cenſentur (nanque vaſa capaciora ad id vtilia eſſent): ſed vt ſeruentur vrinæ vt decet, videntur minus quàm cæteræ matulæ conferentes, quæ figura ſimiles ſunt vitreis cyathis quibus ad bibendum vtimur. Quãobrẽ ſi opus ſit diſcere matularũ figuras maximè congruentes, quæ ſimiles ſunt vaſis vitreis ex quibus bibimus, videbuntur vtiliſſimæ. Veruntamen non oportet matulas cingi cingulis vitreis quæ eas obſcurẽt, neque habere fundum ad multam vrinam continendam, ſed ſint, quoad fieri poteſt, ſimplices ac læues, atq; aliquãto maiores quàm cyathi quibus ad bibendum vti conſueuimus, vt quantitas vrinarum, quæ perfectè ſuſcipienda eſt, cõtineri poſſit. Et de figura matularum hæc ſatis: vt verò vrina inſpicienda ſit, hoc pacto monſtramus.

DE LOCO CONGRVO AD SPECTANDAS VRINAS, CAP. II.

QVoniam loca vmbroſa non parum de coloribus auferũt, eos in obſcurum tranſmutantia, luci da autem & ſole illuſtrata loca colores multo remiſſiores propter multam perſpicuitatem reddunt, oportet hoc cauere, atque obſcurationes quas vtraque illa loca inducunt, fugere. Auferũt enim colorum eſſentiam, ita vt vrinæ exactè conſiderari non poſſint: quærendúſque locus medius eſt inter hæc, qui colores nullo pacto lædere poſſit. Si igitur contenta manifeſtè tranſpareant, ſatis nobis fuerit: quòd ſi cubi loca ſint valde obſcura, & nõ lucida, tunc trãſferre vrinas oportet prope ipſum ſolem, vt in loco ſublucido latentia tranſpareant.

DE TEMPORE PROPRIO SPECTANDARVM vrinarum, CAP. III.

OPeræprecium maximè videri poterit, ſi tempus illud definiatur quo quiſquam, vt maximè decet, vrinas inſpicere valeat. Idcirco ea de re ita dicendum eſt, vt de ea quæ nobis maximè vtilis viſa ſit. Vrinæ igitur in matulis factæ, ſi adhuc ſubcalidæ tactu fuerint, vt ſolùm exhibent colores exactè ſpectari, ita in eis minus exactè ſpectantur contenta, ſubſtãtiæ, atque etiam bullæ. Nanque bullarum aut omnes, aut aliquæ vnà cum exſpirante vrinæ calore abeunt, aut manent cum refrigeratâ vrina: contenta verò ſtatim facta vrina non facilè apparent. Vbi verò illa refrigerata fuerit, ea hora conſpectantur, ſed tempore quodammodo mẽſurato. Nanque principiò ſubapparent nubeculæ quæ aut manent, aut pedetentim ad medium matulæ concedunt, veluti poſtremò ad fundum deſcendunt. Conſiſtentiæ verò quæ mediocritatem ſeruant, cum coloribus conſpectantur: quæ verò ad craſſitudinẽ vergunt, hæ poſtquam ſtatuta ſunt contenta, demonſtrantur, tardius etiam, quæ ex his rurſus ſubſident. tales enim vrinas exquiſitè ſpectare priuſquam refrigeratæ fuerint, non o-

A portet. Quinetiam non oportet has vrinas commoueri vehementer, priuſquam omnia videris, ne multa in eis tranſponantur. Bullæ nanque & rumpuntur & tranſportantur: contenta quoque concuſſa vi, diffugiunt propria loca, quemadmodum omnium craſſorum, commotione facta, confunditur quæ facta erat veluti ſtabilitas. Et hæc ipſa de tempore quo exactè vrinas ſpectari opus eſt, cognoſcere decet diligentem artis medicæ inueſtigatorem, quæ fortaſſe ſatis dicta eſſe videri poſſunt. Nunc opportunũ eſt, vt incipiamus docere diſci-
B plinam de iudiciis vrinarum, hinc auſpicio facto.

DE IVDICIO VRINAE SECVNDVM OMNIA mediocris, CAP. IIII.

QVum ex quadam veluti amuſſi & regula mediocri & temperata, & ſecundum naturam vrina, liceat affectus cognoſcere, decens eſſe videtur, vt prius de vrina ſecundum naturam, & quæ mediocris eſt, diſputetur: deinde de iis quæ aliquo pacto diſſimiles ſunt mediocri. Veruntamen quoniam non omnibus hominibus eædem ſunt corporis temperaturæ, & ætates, ne-
C que exercitia eadem, neque cibi iidem, neque eædem regiones, & anni tempora, neque cætera alia eadẽ ſunt, quæ ſuapte natura corpus humanum alterare poſſunt: arbitror ſermonem abſoluta methodo traditum iri, ſi de ſingulis horum diſputem, idque paulo inferius poſtulãte reipſa. Nunc verò illud potius opportunum eſt, vt hominem omni ex parte temperatum primò ſtatuamus: deinde ad eum referamus vrinam ſecundum naturam ſe habentẽ. Cognoſcenti enim vt vrina ſecundum naturam ſe habeat in homine omni ex parte tempera-
D to, veluti hinc initio capto, licebit cognoſcere omnes caſus & declinationes à temperamento. Quamobrem & iudicia in his perquam facilè patebũt, veluti tractãdo apertè demonſtrabitur. Vt enim regula & amuſſis, quum adhibentur, oſtendunt vt ligna curua, & obliqua atque diſtorta ſint, ita vrina quæ omni ex parte mediocris eſt, demõſtrat eam quæ vel magis, vel minus à mediocritate ipſa declinauerit. Eſto igitur homo exactè ſanus, & vigens, ætate, & temperatura corporis mediocris, qui veſcatur cibis boni nutrimenti, & temperatis,
E exerceat ſe neque diminutè, neque præter modum, ſitque in regione & anni tẽpore tẽperatis: & (vt ſummatim loquamur) in omnibus eius rebus ſit mediocritas, medio & diuiſione carens: huius viri vrina eſſe vult cõlore ſubaurea, vel ſubcrocea, ſubſtantia mediocris, atq; proportione reſpõdens ei quod bibitũ eſt, in qua nulla innatet bulla, neque tuberculum aliquod ſubſideat, nõ inhæreat matulæ hypoſtaſis alba, læuis, æquabilis: omniáque ſint ſibi ſimilia, neque quicquam cum hiſce complicetur ex eis quæ ſolent inferri ſimilia capillis & ra-
F mentis, & eiuſmodi generis. Hæc vrina optima eſt, & ſecundum omnia mediocris atque ſana. Quæ verò aliquo modo ab hac defecerit, hoc ipſo ab optima & pura ſanitate decidiſſe intelligatur. Nec ignoramus ſanitatis ipſius magnam eſſe latitudinem, atque aliqua eorum quæ rectè reiecta ſunt à regula vrinarum, in vrinis eorũ qui ſimpliciter ſani ſunt, apparere poſſe. Veruntamen ſcire oportet orationem præſentem non eſſe de ſanitate quæ latitudinem habere putatur, ſed de ſanitate ea quæ pura & inculpabilis eſt. Hac enim veluti depicta,
G certiſſimè noueris, quanto quis ab ea receſſerit. Quum itaque demonſtratum ſit, quænam ſit vrina eorum qui temperati atque omni ex parte mediocres habentur, decẽs erit, ſi nos veluti à quodã ſigno certiſſimo (quod in omnibus eſt mediocritas) profecti, paſſim diſceſſerimus: vt iudicare per ſigni diſtantias valeamus, quo pacto ægritudines ſeſe habeant: atque dignoſcere decenter, in quibus labor ſuſcipiendus ſit.

DE IVDICIIS VRINARVM SECVNDVM SExum, & ætatem, CAP. V.

H PRimùm de vrinis ſecundum ætatem, & ſexum, & naturales quaſdam intemperaturas, & exercitia, & anni tempora, & regiones, & cibos, dicemus. Deinde de vrinis ægritudinum generalium quæ vnicuique accidere ſolent, diſputabimus, ſi prius definiuerimus, quid velint & ſignificent colores, conſiſtentiæ, cõtenta, & quæ

in eis ſpectantur. Temperati igitur viri & florentis ætatis A vrina eſt ſubaurea & ſubflaua, & hypoſtaſin & conſiſtentiã mediocrem habet. Senũ verò ſubtilis & alba, atque paucam hypoſtaſin habens, quæ ad cruditatem inclinat. Paruorum verò puerorum vrinæ vt parum recedunt à ſubaureis, & ſubflauis, ita ſubſtantia parum ſuperant iuuenum vrinas, & hypoſtaſin cumulatam congregatámque continent. Et quo pueri fiunt natu maiores, eo colores vrinarum eorum erunt intenſiores, hypoſtaſis verò quantitas videbitur minor. Quum verò pueri ad vigorem iuuentæ vadunt, B tum colores vrinarum ceſſant procedere pluſquam ad ſubaureum, hypoſtaſis verò in mediocri quãtitate apparet. At verò quantum ætas à floreſcente declinat, tantum etiam vrinæ ab eiuſmodi colore recedunt, verſus album euntes, atque hypoſtaſis eo minor & obſcurior apparet. Atque ætatũ tales vrinæ (vt vno verbo dicam) apparent. Mulierum verò vigentis iuuentæ, atque temperatarum vrinæ nõ multum recedunt à colore ſubaureo & ſubflauo, quum declinent verſus album quarum ſubſtantiæ ſunt ſubtenues: verùm hypoſtaſin congregatam magis videntur C habere quàm virorum vrinæ. Differentias itaque ipſarum, in iis quæ de ætatum differẽtiis, certò diſcere eſt, per ea quæ proximè dicta ſunt.

DE IVDICIIS VRINARVM QVAE FIVNT IN ſimplicibus intemperaturis, CAP. VI.

ADhæc operæpretium eſt docere, quæ accidant ob naturales & vt ſunt morbi intemperaturas. Nãque quum ſint duæ paſſiuæ qualitates, itẽ aliæ duæ actiuæ, humiditas & ſiccitas, quum ſint paſſiuæ, ſi exceſſerint ſolæ, parum: caliditas & frigiditas multum alterare poſ D ſunt. At verò vt humiditas excedens obtundit vrinæ naturalem colorem, ita quantitatem auget: exaſperabitur & huius ſuperficies: hypoſtaſis verò arctior & crudior apparebit. Siccitas verò minuit vrinæ humorem atque contenta. Et colores mediocres pelluciditatem quandam maiorem & ſplendorem habent: hypoſtaſis verò, quanquam cætera mediocris eſt, tamen neſcio quomodo cõſiſtentia craſſiore eſt. Caliditas verò paulo excedens modum, vrinam ſubauream, atque ſubflauam reddit: E ſed aucta vbi fuerit, eam efficit auream, atque flauam, & vrinæ ſubſtantia conſtat, vt mediocris, & ſplendor mediocris in ea eſt. Hypoſtaſis etiã mediocris eſt habita cõparatione ad quantitatẽ vrinæ, veruntamen recedit ab albedine conſueta. Frigiditas quinetiam facit vrinas vergere ad album colorem, atque recedere à mediocri cõſiſtentia: ſed aucta frigiditate, aut vrina tenuior, aut craſſa redditur. Si vel ſubtilis fuerit, vel non pura, hypoſtaſis erit aut obſcura & pauca: aut multa, ſed varia & incocta. Atque hæ ſunt vrinarum ideæ ſecundum ſimplices intemperaturas. F Tu verò ea quæ tradidimus ſequens, ab hiſce facilè intellexeris, quæ vrinæ ex complicatis intemperaturis fiunt & apparent.

DE IVDICIIS VRINARVM SECVNDVM EXercitia, & ocia, CAP. VII.

QValiſnã vrina profluat ab iis qui multa exercitia, atque ſupra quàm vires ferant, ſe exercent: item qualis ab iis qui in ocio degunt, & ſedentariã vitam ducunt, nunc tempus eſt referre. Siquidẽ qui plus quàm par eſt, laborant ac ſe exercent iis vrina ſubflaua, G atque etiam ad flauum colorem accedens apparet. Hypoſtaſis quoque his parua atque tenuis ſubſidet, cuius quoque colorem contingit alterari. Quinetiam in vrina eiuſmodi hominum interdum innatare apparet liquamen quoddam, præſertim quum homo vehementer ſe fatigauerit, etſi aliquando aliqua alia cauſa conſentiat: ſed tamen vbi id viſum fuerit, ſuſpicandum eſt cauſam aliquam ægritudinis adeſſe. Sed nobis non eſt propoſitum de hiſce vrinis nunc differere. Eorum verò qui in ocio & quiete vitam agunt, vrinæ ad albedinem H vergere ſpectãtur, in quibus hypoſtaſis & maior & craſſior & aſperior ſubſidet. Atque de his ſufficienter ſic dictum fuerit.

DE IVDICIIS VRINARVM PER ANNI TEMpora, & regiones, CAP. VIII.

DE vrinis quæ per mutationes ſecundum anni tempora & regiones apparent in hominibus, ſic cõuenit dicere. Vere igitur, quãtum tempus proceſſerit verſus calidum, tantum colores vrinarum à ſubſpiceo, ac ſpiceo recedentes, procedunt verſus colorẽ ſubaureum & ſubcroceum. Quinetiam abeunte inæqualitate ſubſtantiarum, accedit ad id quod eſt ſecundum naturam ipſa & æqualitatis cõmenſuratio. Hypoſtaſis quoque tẽporis huius ex craſſiore incipit mutari in tenuem, atq; procedit verſus tenuitatis mediocritatẽ. Adhæc quantitas humoris maior tunc apparet, quàm quæ ex proportione ſunt. Veruntamen quum æſtas incipit, atque frigus exactum eſt, vrinæ apparẽt ſubaureæ, atque ſubflauæ: conſiſtentia verò, mediocris. Hypoſtaſis verò tenuior mediocri apparere incipit, ſed alba, & læuis, & æquabilis. Procedente autem æſtate, ac ad ſummum accedente, quantitas humoris minor ex proportione ſpectatur: at hypoſtaſis à naturali albedine recedens, verſus ſubſpiceum colorem concedit, éſtque multo minor ac tenuior. Sed tenuitas in vrina fulget cum ſplendore quodam, & ipſa quoque inclinat erga croceum atque aureũ. At verò vbi autumnus acceſſit, tum colores reuertuntur ad mediocritatem, ſed ſplendor & tenuitas adhuc remanent. Hypoſtaſis obſcura eſt adhuc & parua, ſed alba, læuis, & æquabilis. Procedente verò autumno, ad mediocritatem, ſecundum omnia, redit vrina. Quum verò ſol fuerit circa ſolſtitium hyemale, tunc quantitas vrinæ ex proportione redditur. Color verò vergit verſus album, & hypoſtaſis maior eſt, cætera autem mediocris. Procedente verò hyeme, conſiſtentia vrinæ varia ſpectatur, color etiam albus: quantitas verò humoris maior ex proportione rei ebibitæ: at verò contenta huius, & maiora ſunt, & incocta. Vbi verò æquinoctium vernale adeſt, tum hæc diſſeparantur, atque coguntur redire ad mediocritatem. Atque hinc diſcere licet quales vrinæ per anni tempora appareant. Vrinæ autem ſecundum regiones, proportione reſpõdent iis quæ fiunt ſecundum anni tempora. Atque oportet virum prudentem, dum ſimilia comparat, ex iis quæ dicta ſunt circa anni tempora coniectare, & quæ fiunt in locis diuerſis, illa proportione reddere ipſis anni temporibus. Cibi quinetiam & ratio viuendi calidior, vel frigidior, vel ſiccior, vel humidior producit tales vrinas, quales gignunt memoratæ intemperaturæ. Et cibi concoctu faciles, bonique ſucci, tales vrinas pariunt, quales generantur in temperatis, vt cõcoctu difficiles, & mali ſucci alimenta gignunt vrinas colore varias, & tenues, & quarum contenta ſunt prorſus extranea. Sed minora & diuerſæ ſubſtantiæ contenta apparent in vrinis concoctu difficilium ciborum: maiora verò ac in totum ſibi diſſimilia in vrinis alimentorum mali ſucci. Et hoc pacto poteris ex hiſce iudicare de vrinis quæ apparent per ætates, & ſexus, & intẽperaturas, & regiones, & tempora anni, atque viuendi rationem.

DE IVDICIIS VRINARVM QVAE FIVNT A ſomno, atque vigiliis, CAP. IX.

EOrum qui dormiuerunt per paſſiones, non per naturam, vrina ad album colorem vergit, cuius conſiſtentia eſt ſubtenuis & craſſa: contenta verò plura apparẽt, ſed cruda. Qui verò ſecundum naturam ſomnolenti ſunt & dormierunt, vrina minus alba eſt: quippe quæ ſpicea ſpectatur, cuius conſiſtentia vergit ad mediocritatem: quinetiam cõtenta ſunt maiora, atq; bene cõcocta. Eorũ verò qui vigilarũt non ſecundũ naturã, vrina minimo mutatur. Sed qui vigilarũt ob aliquẽ affectũ à quacunque cauſa ſit, circa principiũ etiã minimo mutatur in ſubſtãtia, & colore, & contentis: procedente verò tẽpore diſſipantur, atq; deficiunt contenta. Vrinæ quoque humor tenuis fit, atque paulatim concedens ad tenuiorem: color verò aut ad album, & aqueũ vergit, aut ad aureum, & croceum, & oleaceum, & nigrum, ſecundum cauſæ mutantis proprietatem. Adhæc eorum qui multum comederunt, neque concoxerunt comeſa, vrina eſt ſubtilis, & alba, & interdũ abſque hypoſtaſi. Diurnantium verò cum cruditate comeſorum vrina eſt varia in conſiſtentia, & in contentis.

DE VRINIS INEDIAE ATQVE FAMIS, CAP. X.

IEiunantium vrina flammea, atque crocea, & tenuis apparet,atque minorem hypoſtaſin continet. Qui fame verò premuntur,horum vrina eſt tenuis, & alba, & hypoſtaſi priuata,& cum quodam ſplendore occurrit. Ac de hiſce hoc pacto ſe habeat oratio. Poſt hæc fas eſſe videtur, vt de quantitate humoris vrinæ, atque colore ſigillatim dicamus,& de ſubſtantia,& contentis,& iis quæ in ſuperficie vrinæ innatant:vt vnoquoque explicato,& quos affectus præſertim vnumquodque eorum conſequatur,judicia certa ab iis fiant,qui hiſce rebus operam nauant.

DE IVDICIIS A PARVITATE, ET MAGNItudine humoris vrinæ, CAP. XI.

PRimùm diſputandum de paruitate,& magnitudine humoris vrinæ,deinde de affectibus qui hiſce accidunt.Siquidẽ eorum qui perfectè ſani ſunt,vrinæ quãtitas proportionem quandam ſeruat eorum quæ bibita ſunt. Nanque alterationem aliquam factam eſſe in iis quæ intrinſecus ſunt,ſignificat vrina maior,aut minor, ſiue longè ſuperarit proportionem ebibiti, ſiue longè receſſerit ab ea.Decens eſt de modo quãtitatis humoris diſputare.Nanq; vrina ſi maior viſa ſit exiiſſe in ſanis corporibus, ſignificat multũ bibitũ eſſe, præſertim ſi vinum fuerit exile, cuius vrinæ color ad album trãſmutatur, atque conſiſtentia ad tenue:cõtenta verò tenuia & varia non etiam læuia. Nam inſiſtentibus quoque crudis humoribus,vbi cocti fuerint, perualida manente natura, copioſa & ſubtenuis excernitur vrina,atque prædictis minus alba,ſed in hac meliora apparent contenta. Multa quinetiam vrina ſpectatur in iis qui pauca excernunt ob naturalem quendam ventris affectum,quæ colore mediocri eſt,atque maiorem & craſſiorem hypoſtaſin cõtinet. Item multa vrina ſolet mingi ob medicinas vrinatorias, quæ colorem naturalem melius quã prædicta ſeruabit. Hypoſtaſis verò eſt ſubtilior(ita vt obſcuretur,) ſed ſplendor quidã in humore eius fulgebit. Atque hæc dicta ſint de his qui mediocriter ſani ſunt:in ægrotantibus verò hoc pacto vrina habet. Multa vrina prouenit in paſſione quæ ab accidente ſitibũda,à celeritate euacuationis diabetes, & fluxus vrinæ appellata eſt.Eadem alba eſt, & tenuis, ac hypoſtaſi priuata. Illud autem ſcire oportet, interdum in ægritudinum terminationibus multitudinem profluere vrinæ albioris & tenuioris, atque mediocrẽ habẽtis hypoſtaſin, præſertim quum præceſſerit vrina craſſior, & globulentior. Et qui hydrope morbo capti ſunt,iis vrina maior quàm mediocris fieri ſolet, atque aquea quæ crudam & inæqualem hypoſtaſin habet. Quòd ſi vrina multa exierit,ac flammea,& ſubcrocea, vel ſimili aliquo colore tincta, hanc damnare oportet, præſertim ſi cum non bonis contentis profluxerit : ſin verò fuerit vineo,vel paſſeo colore,atq; ſic multa proceſſerit,præſertim nulla concoctione præeunte, peior adhuc eſt,& mortificationem quãdam & colliquationem oſtendit vniuerſæ corporis ſtructuræ. Atque hæc dicta ſint de vrinis quantitatis mediocritatem ſuperãtibus.Vrina verò proportione minor quàm mediocris effluens,per horum contraria prouenit. Nanque diæta ſiccior paucam vrinam facit,ſed ſubcroceã: atque minorem hypoſtaſin,&craſſiorem quodammodo mediocri continentem.Item glutinoſa & obſtruentia, tam alimenta quàm pharmaca,gignunt paucam vrinam:ſed hypoſtaſin etiam paucam,& tenuem. Quinetiã quum multa fit ventris euacuatio, tum minor proportione exit vrina,atque ad tenuitatem inclinat, & hypoſtaſin perobſcuram,& tenuem, & non læuem continet. Aliquando etiam ob craſſitiem vel multitudinem crudorum humorum,pauca,tenuis,alba,ſine hypoſtaſi, & aliquando craſſa,quæ crudiores habeat hypoſtáſes & non læues. Adhæc pauca vrina producitur ob febris vehementiam, & color ſignificat tibi febris quantitatem. Parua quoque vrina deſcendere videtur ob aliquã vaſorum vrinalium affectum,veluti ſunt locorum horum dolores,atque ipſa in ipſis vrinis contenta, de quibus inferius latius diſputabitur. Nunc verò de vnoquoque colorum decentia referemus.Iudicia itaque de coloribus,quum multiplicia ſint, quippe quòd non omnes colores propriis nominibus definiti ſint,ſed ſolùm generaliores:medii verò & ſubmedii colores,& ſimpliciter ſpeciales,ſint propriarum appellationum expertes, difficile eſſe videtur ſingulos enunciare, & vix ratione comprehendi poteſt.Veruntamen qui ingenio pollens ac natura diligens fuerit,nec paruam harum rerum habuerit peritiam, is perquã facilè ex iis quæ dicta ſunt, poterit cætera non dicta complere.

DE IVDICIIS ALBARVM VRINARVM, CAP. XII.

ALbi vrinarum colores (incipiendum enim eſt ab albis:album enim eſt corporum ſimplicium, quod eo demonſtratur,quòd nullo colore alio infecti ſint)diuiduntur in plures ſpecies per differentiã magis & minus.ſed quæ & quot ſint,in iis quæ de differentiis vrinarum, apertè dictum eſt. Quamobrem non opus eſt producere orationem ſuper eis quæ illic ſufficiẽter habita ſunt.Sed addamus nunc oportet, quid ſignificent colores albi quum apparent.Demonſtratũ iam eſt quæ ſit vrina omni ex parte mediocris ſecundum colorem, & conſiſtentiam,& contenta,& quemadmodum ſolertém medicum à ſigno aliquo certo incipientem,receſſu ab his,morbos æſtimare oportet. Cõcoctione igitur humorum corporis rectè facta, color decens ſplendet in humore vrinæ: imperfecta verò coctione,ſpiceus,& albus color,& qui inter hoſce ſubmedii ſunt,apparent. Veruntamen definiendo modos,quibus vrinam albam apparere cõtingat,clarius reddemus vnicuiq; id quod decet.Alba igitur vrina in iis qui ſani ſunt, ſemel apparens,ſignificat multam vini potionem, præſertim vini exilis:& iudicii huius fidem faciet ipſa vrinæ magnitudo.Quòd ſi quantitate ſit mediocris,& hypoſtaſin proportionalem contineat,indicat frigidam quandam intemperaturam hepatis.Et ſi hypoſtaſis ſit multum obſcura & occulta,ipſa verò vrina multum alba, demonſtrat ſenectutem vel ſecũdum naturam, vel ex morbo. Quinetiam alba vrina in hydropicis prouenit, quæ videtur continere hypoſtaſin diuerſam atque crudam. Nihilo quoque minus in iis qui patiuntur obſtructionem aliquam in viſceribus internis atque renibus,exit vrina alba atque tenuis. Quæ in febribus acutis vrina alba exit,eiuſmodi apparet,vt humor qui ipſam tingebat aliò tranſmiſſus ſit. Eadem verò mediocris, vel copioſior quàm par eſt,interdum habet contenta diſperſa & tenuia, interdum veluti ſemen humanum, atque refugiens fundum matulæ, interdum prorſus deficiunt cõtenta.Nihilominus etiam quum humor tingens vehementer inclinat in ventrem, vrinæ albæ ab abſentia humoris tingentis fiunt : quod diſcere licet ab iis quæ egeruntur. Quemadmodum etiã contrà interdum accidit,nimirum tinctas vrinas apparere ex egeſtionibus albis. Sæpenumero enim humores vbi impetum eiuſmodi aliquem fecerint, inclinationem capere conſueuerunt.Et ſi licet omnia vno verbo complecti, hoc pacto dicẽdum eſt. Vrinæ albæ fiunt aut à craſſitudine & multitudine crudorum humorum,aut ab obſtructione meatuum,aut à potus magnitudine,aut ab incoctione, aut etiam ab auerſione humoris tingentis, atque à frigiditate naturali,& quæ à morbo eſt: & hæ quidem valde albæ ſunt,atque cum tenui conſiſtentia exeũt. Quæ verò cum ægritudine fiunt, minus albæ prædictis ſunt, ſed indicant multum humorem crudum vigere in corporibus.Atque albus vrinæ color hæc ſignificat:quo verò intenſior eſt,eo peior exiſtimandus eſt ratione habita ad ſanitatem.

DE IVDICIIS VRINARVM SVBSPICEARVM & ſpicearum, CAP. XIII.

VRina quæ ſubſpicea & ſpicea apparet, indicat minorem incoctionem quàm quæ ſuperius memoratæ ſunt,veluti naturam aggredi concoctionem ſignificans. Sed tamẽ ipſa videtur cruda, cõparatione habita ad mediocrem vrinam : tantúmque diſtat hæc à ſanis, quo plus albedinis habet. Alba enim præterquã quod à

mediocri conſiſtentia recedit,colorem conuenientem A
etiam non habet.illa verò parum diſtat, parúmque deficit in colore,& conſiſtentia:vt quum hæc poſt albam apparet ſignificat concoctionem excitari: ſed oſtendit innatam caliditatem à mediocritate magis recedere verſus minus.Quibus ita ſe habentibus,non facilè ſubſtiterit aliquod concoctum ex contentis. Quum enim vrinæ ſubſtantia incocta fuerit, incocta eſſe contenta oportet:& ſpicea vrina hoc pacto manca eſt in colore mediocri,& ſecundum naturam.Quum verò vrina magis tingitur,capitque ſubſtantiam mediocrem,tunc ap B
paret ſubaurea,& ſubcrocea: qui colores ſunt perfectæ concoctionis,ſignificantes toti corpori ſanitatem certam ineſſe. Verùm nihil fortè oberit, ſi dixerimus vtroſque conſentire cum mediocribus vrinis ac naturalibus.Siquidem iis qui placida ſint natura, potius apparet vrina ſubaurea: qui verò multam bilem gignunt, iis apparet ſubcrocea: quemadmodum in melancholicis & phlegmaticis videtur mediocris vrina inclinare verſus album. Sed de coloribus mediocribus nunc mihi non eſt tranſigendum: quippe quod prius diſputa- C
tum eſt in capite de canone vrinarum, non ſolùm de mediocri,& ſecundum naturam colore, ſed etiam de ſubſtantia & contentis mediocribus. Quare reliquum eſt dicere de coloribus qui poſt hoſce ſtatuti ſunt,recedúntque à mediocritate,qua aliquam affectionem corporis ſignificant.

DE IVDICIIS AVREAE, ET CROCEAE VRINÆ, CAP. XIIII.

AVrea & crocea vltra prædictas apparens vrina,intenſionem quandam præter naturam caliditatis o- D
ſtendit.ea verò ſi ſubtenuis, aut mediocri craſſior eſt, hypoſtaſi caret,aut perpauca, & obſcura contenta habere videtur.Quinetiam aurea ſignificat intenſionem caliditatis potius per materiæ quantitatem quàm per defectum materiæ.Crocea verò, contrario modo ſe habet.nanque aurea apparet ob multorum ciborũ,& medicinarum acutarum ſumptionẽ, ôbque ebullitionem ſanguinis ab ira. Item ob intẽperaturam quãdam vergentem ad calidum in viſceribus:accidit quoque ob affectum quẽdam ſimilem. Crocea verò apparet ob mœ E
rorem,ob curam,ob vigilias,ob ſolis æſtum,ob laborẽ, atque ob alia, quæ vt rubeam & tenuem bilem aggerunt in corpore, ita naturalis humiditatis defectum quendam efficiunt.

DE IVDICIIS SVBRVBEAE, AC RVBEAE VRINÆ, CAP. XV.

POſt haſce inſpicitur vrina ſubrubea, ſed craſſa frequentius,interdum etiam tenuis apparens. Sed rubea potius oſtendit tincturam bilis rubeæ. nam cõperta eſt ratione & experientia eiuſmodi bilis ſpecies: de F
qua dicetur proprio in loco. Quinetiam ſerea ſanguinis ſuperfluitas, quæ magis apparet in febribus vehementibus, quǽque ob humoris affinitatem in debilibus hominibus (niſi aliqua impediens cauſa reddita ſit) etiam apparet, in qua vehementior quoque febris ſolet accendi.Eiuſmodi rubrum ratione cognitum eſt, & ab eiſdem memoratis, bili rubea, & ſero ſanguinis, nos docuit,vt ipſum ſit in ſubrubeo humore, accepitque vtraque illa tantum intenſa eſſe, quanto rubor extitit manifeſtior.Illius quoque meminiſſe opus eſt.Nã- G
que vena ſciſſa aliqua ex iis quæ circa vaſa vrinæ, vel vlterius ſunt,ſanguinéque miſto cum vrinis, eiuſmodi ſpectatur vrina.Sed coniudicandum id eſt tum à locali dolore,tum ab antecedente cauſa: & procedente ſic tempore vulnus ſaniem facit,vnde ſanie iam cum vrina currente certius fit iudicium,atque fides ſuper vrina cum ſanie.Similiter accidit, vt vaſa colantia ſeream ſanguinis ſuperfluitatem, cum paſſa fuerint maiorem raritatem ob aliquam cauſam, nec hactenus ſciſſa ſint: tunc ſecernitur ſanguis qui cum vrina miſcetur.Quin- H
etiam hoc pacto cognita venit laxitas quædam renum. Nanque hanc ſequitur maior vrinæ excretio, atque in homine apparet maior debilitas:quæ eo certius laxitatem eam indicant, quo minus habeantur ſigna venæ diſciſſæ.Adhæc ſubrubeus & rubeꝰ color mediocre malum ſignificãt, etſi ab eiuſmodi rubeo humore geniti ſint(ſiquidem is humor peculiaris magis extitit ipſi homini):idem quoque nõ valde prauus extitiſſe probatur nobis arguentibus id à proprietate colorum.

DE IVDICIO VINEI COLORIS VRINAE, CAP. XVI.

TAntum in peius inclinat vineus color, quantũ diſceſſit à ſubrubeo rubeus. Significat enim bonum humorem aſſari, atque mutari vel in flauam vel in nigram bilem,quarum vtraque peiores paſſiones cæteris gignit.Quòd ſi cum eo colore vrinæ aliquid bonæ hypoſtaſis appareat,tunc malũ hoc mediocre erit,& ſpes eſt naturam breui victuram:ſin verò mala fuerint contenta,aut nihil omnino cõtentorum apparuerit,vrináque videatur vt nubes craſſa pauco lumine ſolis ſuffuſa,hoc eſt mixta ex tenebricoſo, & lumine pauco, omnino prauus eſt color,ac multo virtutis robore indiget ad recuperationem faciendam.Adhæc interdum in ſanis hominibus qui multa elaborarunt,aut longum iter fecerũt,eiuſmodi vrina vinea ſpectatur: ſed tum etiam aliqua bona ſigna cum ea concurrunt.

DE IVDICIO PASSEI COLORIS VRINAE, CAP. XVII.

PAſſeus color qualis aſpectu ſit antea docuimus in iis quæ de differentiis vrinarum. quidnam autem ſibi velit,nunc opportunum eſt docere. Eiuſmodi igitur vrinam dicimus oſtendere,multum recedere à mediocritate, multóque virtutis robore ad optimam mutationem indigere.Quinetiam quemadmodum vineus color ſignificabat humorẽ ſanguineum aſſari,ita nunc paſſeus indicat bileum aduri. Quamobrem eiuſmodi vrina permanens, veriſimiliter inſuper oſtendit morbum arquatum adeſſe.Quòd ſi in alio appareat,ſiue ſignificet hunc incompotem viuendi eſſe morbo dominante,ſiue victoriam naturæ redeuntis, videlicet cum ſignis concoctionis, diſcere eſt diligentius in eis quæ de præuidentia,quæ poſt libros de cauſis vrinarum,fauente deo,ſcribemus.

DE IVDICIO VIRIDIVM VRINARVM, CAP. XVIII.

VIridis vrinæ color tam malus eſt quàm tempore longo, fortunáque ſecunda, atque virtutis robore indiget,vt ad bonum reducatur: quinetiam promptus eſt ad inferendum malum ægrotanti. Eſt enim deceptor, præſertim ſi excitatus fuerit,ac multum deſtiterit à colore ſano. Nanque oſtendit humorem bileum tantum præſtitiſſe humoribus cæteris, quantum is color à cæterorũ coloribus in malignitate diſſenſit.Quòd ſi eiuſmodi humor magis aſſatus fuerit, niger color generabitur.Sed quidnam ſibi velit is niger color, paulo inferius aperietur,vbi de nigro colore differemus.Nũc verò reliquos colores attingamus. veruntamen quia ſimilitudo quædam eſt inter colorem oleaceum atque viridem, par eſt, vt hoc in loco de vrina oleacea diſputetur.

DE IVDICIO VRINARVM OLEACEARVM, CAP. XIX.

VRinæ oleaceæ in tres ſpecies diuiduntur, quarum vnaquæque proprium inuenit nomen. Nanque alia appellata eſt oleapparens,alia oleicolora, tertia verò generis appellatione facta differẽtia, dicta eſt oleacea.Sed harum ſpecierum qualibet,quáſnam etiam differentias euidentes habeat, dictum eſt in tractatione de vrinarum differentiis. iudicia verò apponere nunc opportunum eſt. Quàm autem vrinæ eiuſmodi præter naturã caliditatis ſigna ſint,ipſi colores fidem faciunt. Intenſiones verò malorum huiuſmodi colorum, oſtendunt tibi differentias caliditatis præter naturam,atque inde ſpecies ratione diſcernere, & iudicia volentibus reddere oportet. Ergo pingui liquefacto, quum ipſum incenderit adulterina caliditas, non modò in principio & augmento, verumetiam in vigore morbi, vrinæ eiuſmodi aſpiciuntur: ſiquidem in principio oleicolora præſentantur. Nondum enim exactè eo colore tinctæ ſunt vrinæ, vbi etiam paucum pinguis liquefactum ſit. At in augmento ſpectatur oleapparẽs, quum lique-

factio iam maius ſpatium habuerit. Sed vbi exactè pingue colliquatum ſit, tum vrinæ colorem oleaceum præ ſe ferunt. Hoc enim indicatur paſſio eſſe in ſummo, ob in totum colliquefactionem factam eſſe pinguis. Sed illud meminiſſe oportet, nempe quòd memoratæ vrinæ interdum ſignum ſunt liquefacti pinguis vniuerſi corporis, interdum renum ipſorum ſolorum. Atqui idipſum ratione diſtinguendum eſt, atque iudicium in ipſis exquiſitum reddendum, ne quiſquam aberret, deceptus à paſſionibus ſimiliter ſignificatis. Ergo ſi paulatim eiuſmodi color proceſſerit, ita vt multo tempore confirmentur eiuſmodi oleacei colores, ſignum eſt febris per totum corpus diffuſæ: ſin verò breui atque cumulatim iidem appareant, paſſio renum ſolorum demonſtratur adeſſe. Quibus inſuper fidem faciet vehementia caliditatis præſentis. Nam hoc modo caliditas in renibus ſolis excitatur: illo verò in toto corpore ardere ſentitur. Atque hoc pacto vnuſquiſq; ſecutus memorata præcepta, vrinas oleaceas iudicare poterit. Sed iam par eſt diſputare de reliquis coloribus.

DE IVDICIIS VENETARVM, ET LIVIDArum, atque nigrarum vrinarum, CAP. XX.

VRinarum veneta, & liuida, atque nigra eodẽ colore tinguntur, quæ intenſione, remiſſionéq; tingentis humoris nactæ ſunt diuerſos colores, atque nomina diuerſa: ita vt ob idipſum ſignificare reperiantur diuerſas quaſdam ægritudines. Veruntamen veneta eo citerior eſt liuida in malignitate, quo nigra liuida eadem extitit vberior. Niger color autem non ſiuit colorẽ eſſe peiorem ipſo, adeo vt ianua Ditis hoc colore etiã ſignificetur. Prætere a ſunt colores quibus nouiſſimè hi qui dicti ſunt, poſſunt accidere, dè quibus paulo inferius dicetur. Venetus color, vel tincturam mediocrem melancholici humoris ſuſcipiens, vel frigus vehemẽtius, vel mortificationem quandam nactus, ſic apparet. Liuidus verò color, eodem modo generatus in vrina ſpectatur, interdum verò indicat plagas atque verbera incuſſa homini. At verò veneta vrina, quæ ſubtenuis apparet, generatur per ſuperficiem fuſi melancholici humoris: quæ verò verſus craſſitudinem vergit, hæc fit ob multam frigiditatem. At quæ per mortificationem virtutis veneta eſt, hæc non habuit prius aliquam concoctionis ſignificationem, ſed à prauis coloribus ad peiores trãſmutata eſt. Eiſdem rationibus iudicaueris liuidam vrinam ſignificantem ſimilia dictis. Quæ verò liuida apparet ob plagas & verbera, eam vibices ac notæ corporis tibi ſignificabunt, aliáque ſigna quæ comperire poteris. Quinetiam vrina ſummè nigra, interdũ ſignũ eſt caliditatis ad extremũ profectæ, præſertim vbi viridis vrina præceſſerit, aut aliqua ei proxima: interdum ſignificat extremam frigiditatem. Et cognoueris hæc ita ſe habere hac ratione: nimirum quum liuida & veneta has præceſſerunt. Quoniam verò qualitas quæcũque ea ſit quæ ad extremum peruenit, ſolet diſſoluere ſubiectum, non potens tolerare immodeſtiam qualitatis: ſiquidem ſubiectum à mediocritate cõſiſtit: quod diſcere eſt tum ex aliis tum præſertim ex actione corruptionum quæ ſingulis diebus fieri ſpectantur. Veruntamen ne omni ex parte videamur demõſtrare vrinarum colores nigros prauos eſſe, idipſum ratione definiendum eſt. Quandoquidem cõpertum eſt nigras vrinas homini ſalutares eſſe in morbis præcedẽtibus, quæ originẽ ab humore nigro traxerunt: tam enim ſpecies melancholiarũ quàm quartana febris intermittens, vrina nigra apparente, celerrimè ſoluuntur. Neque quoque nouum fuerit, ſi melancholico & ſplenetico viro poſt datum pharmacum abſterſiuum & diureticum, eiuſmodi nigra vrina exierit, præſertim ſi alia etiam cauſa adiuuans adeſſe viſa fuerit. Veruntamen quem aliquando caſum eiuſmodi ipſe vidi in ſeruo meo, non pigebit ipſum enarrare: qui fortaſſe quoq; aliquo pacto conferet diſputationi præhabitæ, atque res auditu non ingrata eſt. Acceſſi ad quendam curatione indigẽtem, ſecutúſque me eſt ſeruus meus, ea pharmaca deferens quæ collatura exiſtimauerã ægroto. Atque inibi manu capiẽs pharmacũ (erat enim trochiſcus amarus), miſcui cum eo tantum oxymellis quantum ſatis eſſe putaui, atque infudi de feruẽte aqua, vt liquidius & facilius ad bibendum eſſet pharmacum, idque ægroto præbui. Ille verò calicem labris admouens, poſtquam ſenſit medicamenti inſuauitatem, atqueadeo amarus ipſe factus, & cætera ſuperbus & moroſus, quique ad medicamenta capienda non facilè medico obſequeretur: volui etiam ipſe ludere, atque redarguere abominationẽ medicinæ, quæ ingenita ei erat ab animæ mollicie. Itaque vbi dixiſſem moleſti nihil tolerare debere virum quẽquam niſi ad vtilitatem cõparandam, dedi ſeruo pharmacum ad bibendum, dixique id non mediocriter collaturum eſſe corpori. Seruus acceptum calicem, manúque labris appoſitum, euacuatũ oſtẽdit, vbi ſanè quamlibenter ebibiſſet medicamentum: quo facto illinc diſceſſimus. Ipſe profectus ſum quò decreueram: ſeruum verò miſi ad amicum quendam ob rem aliquam neceſſariam, iuſſiq; vt celerrimè reuerteretur. Erat iter eò (vt arbitror) triginta ſtadiorum: obedientem reperi, atque celeriter reuerſum. Sed vbi ad meiẽdum coactus eſſet, ei viſum eſt nigrum meiere: mihique retulit idipſum malum, atque cauſam neſciens, magnopere contriſtatus eſt. Iuſſi itaque vt poſtera die in matula oſtenderet vrinam: ſic itaque egit, etiam euentũ diſcere expectãs, verebaturque ne fortè ignorata cauſa, repentè moreretur. Ego quoque inſpecta vrina nigra, primò miratus ſum, oblitus pharmaci quod nuper dederã, neq; quartanam in eo affuiſſe conſiderans, neque melãcholiam: ſolummodo tamen videbam temperaturam eius vergentem ad quendã purum humorem nigrum. Sed hanc ſolam non credidi fuiſſe cauſam facti, nulla altera reddita cauſa. Poſtquam verò recordatus fui medicinam quam exhibuerã, intellexi rem, atque riſi: iuſſique puerum confidere, ita vt ei nihil mali expectandum eſſet. Vrina autem plurimùm tincta erat nigrore: quoniam (vt puto) nõ ſæpius vſus fuerat ea medicina. Poſtera verò die vrina apparuit veneta: & die quæ hanc ſequuta eſt, mutata eſt ita vrina, vt ad eam quæ ſecundum naturam eſt, conceſſiſſe ſpectaretur. Fortaſſe à principio nõ fuiſſet tincta vrina tam facilè ab ebibito pharmaco, niſi etiã labor maximopere adiuuiſſet, quòd ita facile medicamentum diſtributum fuiſſet, & vigẽtem materiam atque abundantem attraxiſſet. Horum ergo vniuſcuiuſque meminiſſe oportet, atque accidentia cõſiderare, ſiue à pharmacis oriantur, præſertim quæ humores eiuſmodi commouent, ſiue à cibis & potibus ſimili colore affectis. Veruntamen hæc ipſa in corporibus ſanis contingentia, aut parum aut nihil mali ſignificant: in ægrotantibus verò longo tempore maximè ab humoribus malancholicis ſalutaria, & ægritudines ſoluentia exiſtunt. Sed in iis qui febribus acutis laborant, ſemper praua ſunt, atque fere mortis nuncia. Quum itaque demonſtratum ſit, quænam ſit vrina omni ex parte optima, & quæ hãc ipſam maximè ſequatur: atque poſt hæc quidnam ſibi velit vnuſquiſque è coloribus vrinarum, reliquum eſſe videtur vt de conſiſtentia vrinarum, déque contentis diſputetur, definiendo ratione vniuſcuiuſque iudicia, & quid eorum vnumquodque velit explicare. Sed tamen vbi decentem modum diſputandi fecimus, neque par eſt diſputationem ipſam differre, ne vertiginem legentibus afferamus, ſic eam hîc ſiſtemus, vt quæ ſufficiẽter omnium ſupradictarum vrinarum cognitiones & iudicia tradiderit. Sed ad aliã quæ ſequitur diſputationem tranſeamus, re ipſa nos eo pacto vocãte. Donum quinetiam Dei putari poterit, ſi id cui magno ſtudio incumbimus, perfecerimus. Nanque & nobis qui nihil ab eo quod rectum eſt aberrauimus, nihil erit quòd vitio verti poſſit: hi verò qui hanc diſciplinam amplexati fuerint, ſine errore de his vniuerſalibus iudicabunt, tanquam pugno concluſas cauſas tenentes. Neque arbitror quicquam melius contingere poſſe quàm ſuper malè affecto corpore verum iudicium, quod decet omni ope experiri, vt diligenter exerceamus.

ANNOTATIO EORVM QVÆ SINGVLIS CAPITIBVS libri poſterioris De iudiciis vrinarum continentur.

De iudicio ſubſtantiarum urinæ, Caput I.
De iudicijs ſuper quantitate contentorum, Caput II.
De iudicio ſuper ſubſtantia contentorum, Caput III.
De iudicijs ſuper albis contentis, Caput IIII.
De iudicijs ſubſpiceorum & ſpiceorum contentorum, Caput V.
De iudicio contentorum bilioſorum, Caput VI.
De iudicijs contentorum uenetorum, liuidorum, & nigrorum, Caput VII.
De iudicio contentorum ſubrubeorum, Caput VIII.
De iudicio contentorum cruentorum, Caput IX.
De iudicijs orobeæ, furfureæ, lamineæ, ſimilaceæ hypoſtaſis, Caput X.
De iudicijs contentorum mediocriter miſtorum, Caput XI.
De iudicijs ſuper contentorum læuitate, & contrarijs eius, Caput XII.
De iudicijs ſecundum loca contentorum in urinis, Caput XIII.
De iudicijs bullarum urinæ, Caput XIIII.
De iudicijs coronarum diuerſorum colorum, Caput XV.
De iudicijs eorum quæ innatant in urinæ humore, Caput XVI.
De iudicio urinarum ab odore malo, Caput XVII.
De iudicijs urinarum hypoſtaſi priuatarum, Caput XVIII.
Quòd fieri non poſſit ut particularia concipiantur tanquam in infinitum excuntia, Caput XIX.
Quòd non facilè febres ephemeræ ab hiſce iudicentur, Caput XX.
De iudicijs tertianæ puræ, & non puræ febris, Caput XXI.
De iudicijs quartanæ puræ, & non puræ febris, Caput XXII.
De iudicijs febrium amphemerinarum, Caput XXIII.
De iudicijs urinarum in febribus cõtinuis à putredine, Cap. XXIIII.
De iudicijs urinarum, quæ fiunt ob aliquod membrórum principalium affectum, Caput XXV.
Quòd uolẽtem exactè de urinis conſiderare, oportεat præter alia etiam probè callere diſciplinam de pulſibus, Caput XXVI.

ACTVARII DE IVDICIIS VRInarum, liber poſterior.

Præfatio.

DISCIPLINA atque ratio morbos cognoſcendi, & arti medicæ maximè vtilis ab his olim magno ſtudio culta eſt, qui in eas res diuerſis in locis inuentas incubuerunt: verùm quum ad id abſoluendum tractatione vrinarum indigerent, neque quiſquam tamen eam aggrederetur, iam ipſi eam attigimus, ita tamen vt ſuperiore illo non abſoluerimus, ob id altero hoc ipſo libro indigemus, vt omnis recta ratio quæ de iudiciis eſt, reddatur. Si igitur videantur ſuper hiſce diſputationẽ protrahere, id non incongruum videri poterit iis qui promptiores ſunt ad accuſandum, præſertim ſi res neceſſarias & ſufficientes demonſtrauerit oratio. Quandoquidem & qui diſcunt, ii facilius hinc nouerint, ſermone ad hanc methodum ſufficiẽte, explicato, eos qui curare morbos aggrediuntur cõfidenter eos curare aggredi debere quos cognouerint victum iri: eos verò non attingendos quos natura ſuperiores fore viderint. Siquis igitur velit in ſingulis diſputationibus docere quemadmodum polleat in arte medica iudicatio, hic videbitur feciſſe quidẽ commodum indoctis, qui ſemel indocti eſſe conuicti ſunt, doctis verò recordationis nõ inutilis munus etiam paraſſe. At verò laboris plenum hæc iterum dicere ratus, non inutile verò in memoriam reuocaſſe, quãti ſit momenti ipſa exquiſita cognitio, & quantum polleat in arte iudicatio, non minus virtutis auxiliũ verbis, quàm magnæ promptitudini ſtudentium affert. Sed hæc ipſa relinquamus, quum de eis orationem protrahere non multum opportunum habeatur. Nos verò vbi in ſuperiore libro diximus de vrina quæ omni ex parte ſecundum naturam eſt, & de quantitate humoris eius, atque de coloribus, reliquum eſſe videtur docere in hoc libro de conſiſtentia ipſius humoris, atque de cõtentis, déque iis quæ in contentis videntur: quinetiam de bullis, & aliis quæ in ſuperficie vrinæ innatant, demúmque ſiquid aliud circa vrinam exquiratur.

DE IVDICIO SVBSTANTIARVM VRINAE, CAP. I.

QVum præceſſerit quæ in venis fit decens concoctio, tum mediocris apparet vrinæ conſiſtẽtia, quãtúmque illa receſſerit ab eo quod decet, tantũ quoque ſubſtantia decidere à mediocritate ſpectatur. Nam quum cruditas præfuerit in venis, tum conſiſtẽtiæ diuerſæ producuntur. At verò quia quæ adeſt cruditas, fit aut ob debilitatem naturalis caloris malè affecti ab aliqua intẽperatura, aut ob aliquẽ humoris exceſſum obtundentẽ caliditatem naturalem, quæ conſiſtentiæ ob primã cruditatẽ præſentantur, hæ ſanè quamtenues apparent. A In quo ſi diligenter animaduerteris, multas inſpexeris differentias ſecundum gradum non exquiſitæ concoctionis. Quæ verò fiunt ob aliquorum humorum exceſſum conſiſtentiæ, craſſiores apparent, ita vt proportione reſpondeãt errorib⁹ factis in coctione. Quinetiam eaſdem cõſiſtentias efficere comperiuntur meatuum obſtructiones, atque eorundem deoppilationes. Nam in illis veluti arctata materia continentur craſſæ partes, quamobrem apparent tenues vrinæ. In reſeratis obſtructionibus verò craſſæ ſpectantur vrinæ, veluti B natura expellente per meatuum amplitudinem, non ſolùm concoctas ſuperfluitates, verumetiam eas quæ non bene concoctæ ſunt. Neque ſuperuacaneum videri poterit ſi hæc diſtinctius referantur. Siquidem quæ vrina ab inedia profluit tenuis, hæc ipſa ſubcrocea ſpectatur, atque aut minima, aut nulla cõtenta habet. Quemadmodum ob diuturnam magnámque euacuationem, vel vẽtris, vel ſanguinis, vel etiam vrinæ, veluti in Diabete, vrinam tenuem eſt videre, atque albam, ac probè abſque hypoſtaſi. Similis etiam vrina ſpectatur in ap- C pellata ſenectute ab ægritudine, & in ſenectute per naturam accedente. Vrina verò craſſa, aut abundantiam humoris ſignificat, aut corporis ſuperficiei denſationem ob frigus factam, aut concoctionis principium: veluti in quibuſdam ægritudinibus fieri ſolet, videlicet quum in eis vrina tenuis præceſſiſſet: verùm aliæ colore definiuntur, aliæ facili mutatione, aliæ contentorum craſſitudine. Contingit autem concurrentibus vel duabus, vel tribus, vel pluribus cauſis naturã oſtendere vrinas cómplicatas: de quarum compoſitione nũc D nobis propoſitum nõ eſt diſputare, ſed de ſimplicibus. Illud enim plurimum orationem protraheret, atque ad inquirendum perdifficile eſſe videtur. Hoc verò nihilominus eſt promptum quàm facile, atque ſtudentibus non paucas occaſiones præbens, vt poſſint iudicare rectè de vrinis quæ cõplicatæ appareant. Atque ita ſatis tradidiſſe ea quæ ad vrinarum conſiſtentiæ cognitionẽ pertinent, videmur, quũ quæ præcipua ſint diximus, vt qui perſpicaci ingenio & intelligẽtes fuerint, ex his reliqua æſtimare poſſint, ſi modò à nobis aliqua præ- E termiſſa ſint. Nanque protrahere orationem, tanquam magna reprehenſione dignum ſentiens, fugiendum eſſe decreui.

DE IVDICIIS SVPER QVANTITATE CONtentorum, CAP. II.

NVnc decẽs eſt cõſiderare contentorum tractationem aggredi. Atque primò dicendum de eorum varietate in quantitate eorũ. Deinde de colore & ſubſtãtia, atque de læuitate & æqualitate, atq; ſiquid aliud

in eis appareat. Contenta igitur in vrinis aut maiora eſſe contingit, aut minora, aut vſquequaque mediocri quantitate. Quum itaque mediocria extiterint, decenter quædã afferri poteſt iudicatio. Sin verò fuerint quãtitate maiore quàm par eſt, mediocria verò ſecundũ alia, tum ſigna erunt hominem multo cibo vti. Quum multi cibi capti facilè concoquantur à robuſta caliditate naturali, & vita in otio ſine exercitatione tranſigitur: hæc ſimpliciter ſignificant hominem vti cibis qui pinguefacere ſolent. Eſt interdum non parua quædam cohibitio difflationis, quæ in vniuerſo corpore fit, atque reuerſio reliquorum naturalium excrementorum, non tranſitio facilis, atque tam magna proiiciuntur contenta vt à contrario minora prouenire cõtingit, quemadmodum à mediocritate mediocria contenta fieri ſolent. Tenuia verò contenta, ſiue maiora quàm deceat, ſiue minora, ſiue etiam mediocri quantitate fuerint: ſic intelligere oportet, quòd aliquando humoris crudi ſanè quamſubtiliati ſignum ſint, quod hinc cognoſces. Nanque ſi modicè commoueris matulam, ipſa contenta facilè attolluntur, atque læuitas diſſimilis redditur.

DE IVDICIO SVPER SVBSTANTIA CONTENTORUM, CAP. III.

INterdum debilitata ob frigiditatem tertia cõcoctio vſqueadeo eſt, vt contenta non valeant perduci ad mediocrem ſubſtantiam, ad quam multo difficilius, quàm res priores, quarum ipſa cõtenta ſunt ſuperfluitates, producuntur. Differunt autem hæc à rebus prioribus, quòd contenta non citò promoueantur ad mediocritatem, tempore & virtutis robore indigentia. Diuerſa quinetiam quantitas, quæ in ipſis contentis eſt, præſentat menſuras humorum, qui intrinſecus tractantur. Craſſa itaque apparentia contenta, ſi non malè olent, & perlæuia fuerint, non etiam ſanies erunt, ſed erunt humorum crudorum quorundam in venis manentium amputatio, ita vt ratione habita quantitatis & craſſitudinis, humorem vigentem teſtentur. Eſt quoque videre aliquando contenta multum excedere mediocritatẽ, quum in morborũ criſibus natura excernit ſuperfluitates quæ ſunt in venis, ita vt confertim & abundè euacuetur materia, ita vt timorem non paruum incutiãt ignorantib⁹ facti huius cauſam. Sed tamẽ hac ratione diſtingui poſſunt: nempe ſi mala non ſint, malúmque colorem non habeant, & poſt vigorem morbi appareant. Nanque eiuſmodi cõtenta in principio aut augmento febris apparentia, vt ſuſpecta habere oportet præſertim ſi cum malis coloribus producantur. Sed hoc reponendum eſt in libris de præuidẽtiis: in illis enim de hoc ipſo plenius (annuente Deo) diſputabimus. At verò addendum eſt orationi illi quod de genere humorũ crudorũ habetur: differt tamen à prædictis, quòd viſcidum ſit & mucoſum id de quo agitur. Quinetiam interdũ accidit vt eiuſmodi mucoſa detẽta in vaſis vrinariis, homini dolorem non paruum afferant: ea autem puri ſimilia dixeris: ſed differunt ab eo, quòd nec malè oleant, & quòd multũ ſint viſcida. Pus verò quãdam quoque viſcoſitatẽ habẽs, diſtat à viſcoſitate quæ in humore crudo memorato ineſt. Cognoſcitur etiam pus, eo quòd præceſſit in loco dolor: quódque contigit ſanguinem mingi: atque pus poſitum ſuper carbonibus grauiter olet. Sic itaque quæ iudicia ſint ferenda ſuper contentis maioribus, aut minoribus temperato, ſiue craſſitudinem, ſiue tenuitatem habeant, ſiue mediocritatem aliquam ſeruent ab hiſce quæ dicta ſunt, diſcere oportet virum prudentem ac ratione diſquirentem. Sed poſthac diſputãdum eſt de coloribus qui in contentis apparere ſolẽt. Colores verò qui contẽta decent, nemo dixerit eſſe vehementer albos, aut ſubſpiceos: ſiquidem ab vtriſque horum recedentes, mediocritatem quæ inter hoſce eſt nanciſcuntur.

DE IVDICIIS SVPER ALBIS CONTENTIS, CAP. IIII.

QVum contenta fuerint vehemẽter alba, tum aut humoris alicuius phlegmatici ramenta ſunt aut pus ſummè concoctum, quod ab aliquo interno mẽbro

A affecto ſecretũ eſt. Et diſtinxeris hæc ſignis iis quibus prædiximus ſaniem atque humores diſtingui. Nanque dicta dicere, vt ſuperuacaneum putantes, refugimus: neque minus vt abſurdum reprehendimus, quum quiſpiam vult dicere decentia, illa prætermittit.

DE IVDICIIS SVBSPICEORVM ET SPICEORUM CONTENTORUM, CAP. V.

ADhæc contenta ſubſpicea atque ſpicea minus bona quoque ſunt, vt quæ exciderint à colore qui ſecundum naturã eſt. Veruntamen quiſpiam tolerare po-

B terit hæc tanquam mediocria, videlicet à mediocri bile colorata, quæ in profundo corporis merſa eſt.

DE IVDICIO CONTENTORVM BILIOSORUM, CAP. VI.

BIlioſa contenta etiam mala habentur: quippe quæ exauctam eſſe bilem rubeam in concoctione tertia ſignificant. Quemadmodum etiam peiora ſunt contenta nigricantia, ſuperata iam virtute à turma prauorum humorum. Niſi enim virtus optimè (vt arbitror) ſe haberet, non etiam colores eiuſmodi extraneos ſuſcipe-

C ret obſeſſa à corrupta materia.

DE IVDICIIS CONTENTORVM VENETORUM, LIUIDORUM, & NIGRORUM, CAP. VII.

HIſce prædictis peiora videntur eſſe contenta, quæ vel veneta, vel liuida, vel nigra apparuerint. Tanto enim cenſentur ſuperaſſe naturæ vim, quanto deteriora fuerint. Verũtamen quiſquã poterit cõtenta ſimilia facere rebus ciuilibus hoc pacto. Ponat vrbem eſſe naturalẽ habitationẽ diffuſam per totum corpus: item po-

D nat vrbanum exercitũ omnes actiones virtutis: item leges & ordinem ponat eſſe concoctiones, quæ ſecũdum rationem fiunt. Quoniam verò vrbis quoq; pars eſt definita in mœnia externa atq; anteportalia, pars in mœnia interna atq; propugnacula, tertia verò ac vltima veluti in ipſam arcẽ: oportet volentẽ diſcere ea quæ ſecundum naturã fiunt, cõparare ipſam cum hac imagine. Igitur mediocres incoctiones dicere poterit quiſquam eſſe legum trãſgreſſiones. Nã ſi modicæ fuerint, parum læditur ipſa cõmunitas: ſi verò proceſſerint, tũ infertur

E ſeditio. Quòd ſi etiam magis auctæ fuerint, tum ciuitas omnino euertetur. Hic in extremis & diuturnis cruditatibus interdum ob longũ tempus ſubeunt periculum laborãtes. Quæcũque verò ob imbecillitatẽ cuſtodum ab hoſtibus in vrbem inferuntur, hæc oſtendunt praui humores collecti in corpore, atq; in profũditatem iam recepti. Nam quũ ſuperauerint, atque ſuper arce fortiores erunt, quid aliud potius quàm euerſionẽ euenire vrbi putauerit quiſquã, omni iam corruẽte virtute? Secundũ hæc igitur quiſquã poſuerit cõtenta nigra, ſigna eſ-

F ſe hoſtium incũbentium muris, atq; in loca vrbis eo fortiora profectorũ, quo magis verſus fundum matulæ cõtenta cõceſſerint. Hoc itaq; pacto ex hac imagine conſideraueris ea quæ in natura noſtra cõtingunt. Sed inſtitutus ſermo repetendus eſt, atque de reliquis contentorum coloribus ita dicendum eſt.

DE IVDICIO CONTENTORVM SVBRVBEORUM, CAP. VIII.

COntenta ſubrubea atque rubea cruditatem quandã in tertia concoctione ob rubeæ bilis exceſſum de-

G monſtrant. Putantur tamen mediocria, & fortaſſe ſine periculo eſſe. Nam alia memorata contenta, non minus quantitate quàm qualitate nocentia ſunt: hæc verò ſola quantitate ſolent virtutem ipſam offendere. quibus ſublatis virtus perquam facilè ad ſeipſam reuertitur.

DE IVDICIO CONTENTORVM CRVENTORUM, CAP. IX.

PRæter hæc apparent contenta veluti cruore ſuffuſa, quæ peiora vſquequaq; ſunt rubeis contentis: ſed meliora quàm liuida, atque nigra. Nanque ſignificant

H non elaboratum omnino eſſe ſanguineum humorem. Quòd ſi ob multitudinem virtute infirma id fiat, tolerabile fortaſſe hoc videbitur, & homo id ferre poterit. indiget tamen tempore non paruo ad recuperandã ſanitatem. Quòd ſi per virtutis ipſius debilitatem per ſe accidentem id apparuerit, tum hoc eſt malum extre-

mum accuſans virtutẽ defatigari in ſua actione, atque diſſoluere eos humores qui conſueuêre maximè vtiles eſſe animali. Quæ diſtinctè noſſe poteris, ſi cõſiderauẽris præcedentes concoctiones, atque habitum, & ætatem ægrotãtis, & anni tempus, & regionem, & victum, & præſentem rerum abundantiam. Hæc enim conſueuerunt nihilominus aliis conferre ad facienda iudicia, ita vt par ſit volentem certa ferre iudicia, eniti meditari hæc ipſa.

DE IVDICIIS OROBEAE, FVRFVREAE, LAMINEAE, ſimilaceæ hypoſtaſis, CAP. X.

Nvnc verò decens eſt diſputare de orobea, & furfurea, & laminea, atque ſimilacea hypoſtaſi, quidnã vnaquæque earum ſignificet. Nam quales ſpecie ſint, in iis quæ de differentiis vrinarum dictum eſt. Nunc iudicia de eis apponemus, vbi hoc pacto nos antè diſputationem direxerimus. Orobea igitur hypoſtaſis in vrinis tum apparet, vbi pingui iam conſumpto, caro inceperit conſumi. Neque ignorare oportet, quòd interdum hãc paſſionem ſolorum renum indicat orobea hypoſtaſis: quod diſtinguendum eſt, ne parum expertis imponatur. Ergo in iis qui toto corpore febriũt, ſignificat orobea hypoſtaſis totius corporis liquefactionẽ: qui verò non febre affliguntur, renes ſoli hãc affectionem patiuntur. Definitur inſuper id à concoctione. nanque cruditas totius corporis conſumptionem eſſe, concoctio verò ſimul conſpectata, renum ſolorum ſignificat. Altera praua hypoſtaſis eſt furfurea, ſic vocata, quæ peior eſt prædicta, non tamen tam mala quàm laminea. apparet hæc, quum febris in profundis vaſis infixa eſt. Illius meminiſſe oportet: nanque interdum eſt ſignum ſolius veſicæ patientis. Sed diſtinguitur hoc etiam concoctione, & cruditate, ac febre, & febris abſentia: veluti de orobea iamdudum dictum eſt. Lamineam verò hypoſtaſin tum gigni intelligendum eſt, quum febris procedens partes corporis ſolidas attigerit. Sed quæ dicta ſunt de furfurea hypoſtaſi, ea intelligenda ſunt hoc in loco. Aut enim totius corporis paſſio exiſtimatur, ſi & febris & cruditas aderit, aut ſolius veſicæ, tum quum in homine non eſt febris, & in vrina demonſtratur decoctio. Peſſima eſt ſimilacea, tantum has prauitate ſuperans, quantum ipſa mortificationi propinqua eſt. Nanque febris præueniens etiam vſque ad concisionem partium amplarum, ſimilaceam eiuſmodi hypoſtaſin reddidit. Veruntamen hîc eſt diſtinguẽda ſimilacea hypoſtaſis ab aſſato ſanguine. Nanque ſi contenta fuerint alba, tum ſignum eſt ſimilaceam eſſe: ſin verò ſint rubea, ſignum eſt ſanguinis aſſati. Oportet autem prudentem circa hæc ipſa timendo diligenter cõſiderare quæ dicta ſunt, atque eo pacto & dicere & facere id quod conuenit. Itẽ & bis, & ter, ac ſæpius (ſi dederit occaſio) idem diſcutere, ſiquo pacto primus ingreſſus id min⁹ cõceſſerit, præcogitare quod infallibile eſt. Nã ſiquis primo impetu atq; ingreſſu iudicare & facere ſtudẽs, à veritate aberrarit, riſus eũ cõſequetur, ægrotaréque fortaſſe iudicabitur, & ignorantiæ condemnabitur. Qui verò bene meditatus, atque diligentius res expenderit, hunc ſequitur gloria dicendi veritatem, ita vt ei ægroti pareant. Quæ etſi curſim, ſufficienter tamẽ dicta eſſe arbitramur.

DE IVDICIIS CONTENTORVM MEDIOCRITER miſtorum, CAP. XI.

NOn latere nos oportet, interdum humores quoſdã ad ipſum matulæ fundum decumbentes iam ſubtiliatos & diſiunctos à craſſo ſpiritu: aſſatos verò atque conſiſtentes oſtendere ſimilitudinem quandam dictarum hypoſtaſium. Sed haſce dignoſcere facilè poteris, partim eo quòd præceſſit multa craſſitudo hypoſtaſium, partim eo quòd hæ ſtatim tempore commotæ attollũtur, atque volant, & diſſipãtur. Prædictæ verò prauæ hypoſtaſes ſemper acquirũt multitudinem & craſſitudinem, atque plurimũ ſeruant matulæ fundũ, nullo pacto diſſidentes. Sed de prædictis ſatis eſt hoc pacto dictum. Conſequens autem eſt dicere de hypoſtaſi bona commiſta cum prauis quibuſdam, ac incoctis fruſtis humorum quorũcunque. Siquidẽ interdum accidit, vt ramenta quædam conſpiciãtur cum contentis, quæ aut verſus colorem aureum vergunt, aut verſus album, aut propinquum. Quæ ſi multa fuerint, ſemicoctam materiam eſſe indicant, illum verò humorem in profunditate corporis abundare, atque cõcremari: cuius ramenta ſimul cum contentis natãtia, ſi parua ſint, modeſtiórem eiuſmodi humoris malitiã demonſtrãt, atque hæc à malis cibis produci. Sed tamen eregione ſibi reſpondent res, ratione magnitudinis, hoc modo. Nãque quo maiora fuerint ramẽta, eo minorem eſſe cremationem humorum in venis oſtendunt, quo minora caliditatem maiorem. Ob quam cauſam autem id fieri neceſſe ſit, nos inferius aperiemus: nam in præſenti propoſuimus ſolummodo de iudiciis dicere. Interdum quinetiam in cõtentis veluti capilli ſubalbi palmo longi, & minores & maiores inſpiciuntur, qui quum videntur indicãt renum quandam paſſionem. Quum conſpectãtur in contẽtis plura, ac diuerſi generis corpora, fuerintq; à qualibet cauſa diſperſa in ſinum ipſum vrinæ, tum certum eſt dolores in corpore diſperſos corripere hominem: quemadmodum nos aliquãdo vidimus illa in muliere quadã, quæ ſpontanea laſſitudine vlceroſa ægrotabat, atque in altera quæ diutius ægrotauerat partium compoſitione. Sed prioris vrina plura & aſperiora eiuſmodi corpuſcula iniecta in cõtentis cõtinebat, atque probè ſimilia furfuri pererrantia in toto humore vrinæ, qui humor quoque aureus erat: alterius verò vrina erat ſubtenuis atque alba, ita vt parum recederet tam ſubſtantia quàm colore ab ea quæ ſecundum naturam eſt. Corpuſcula verò iniecta contentis videbantur minora, & tenuiora prædictis. Quarum etiam illa quæ patiebatur ſpontaneam laſſitudinem, regimine viuẽdi à nobis inſtituto curata eſt. Altera perſuaſa eſt à me, iuſſum pharmacum bibere profuturum eius paſſioni. Veruntamen metu retardata accipere diſtulit: nondum enim nomen pharmaci audierat, neq; biberat. erat enim mulier cætera moribus agreſtibus educata. Ipſe verò eam relinquens diſceſſi, & quidnam ei euenerit ignoro. Veruntamen hæc ipſa relata ſunt nobis, non vt ſermo hiſtoriis decentior ſit, ſed vt vos animaduertatis quantum conferre conſueuit diligens vrinarum conſideratio. Illud interim conſulere vellem vobis, qui tam delicatè operã datis diſciplinæ de vrinis & ante ipſam incũbitis cognoſcẽdis rebus, quas quotidie fieri in ægrotãtibus contingit, vt hæc quæ diximus cõſideretis non parum medicæ arti conferre potentia. Sed quaſnam ob cauſas illa fiant, docebimus (Deo fauente) in iis libris qui de cauſis vrinarum inſcribũtur. Et hæc ſatis ſint de contentis quæ apparent eſſe complicata.

DE IVDICIIS SVPER CONTENTORVM LAEuitate, & contrariis eius, CAP. XII.

DE contentorum læuitate iam par eſt docere. Contenta igitur ſi omnia continua & læuia manſerint, ſignificant noui nihil in homine productum eſſe. Sin verò fuerint aſpera atq; veluti diſperſa, nõ parua quædam perturbatio ſignificatur generata eſſe in profunditate corporis ab aliquo adulterino (hoc eſt, ex calido & humido compoſito) & violento ſpiritu, qui dimouẽdo ita materiam diſſeparauit ſua ipſius vehementia, vt hinc acciderit quod iam dictum eſt. Quòd ſi contingat aliquod valde crudum eſſe complicatum cum contentis, indicat id pulſum eſſe violentia ſpiritus ad terminos corporis, atque ob anguſtiam locorũ in quibus eſt inculcata ea craſſa materia, eſſe non paruũ doloris ſenſum. Atque vt diſſimilaria complicantur cum contentis ſubſiſtẽtibus, ita quoque doloris ſenſus extiterit. Et quo magis rurſus materia diſtributa eſt in ſinum humoris vrinæ, eo in pluribus corporis partibus noueris doloris ſenſum adeſſe. Diſces autem horum affectuum cauſas diligentius in libris de cauſis vrinarum. Quinetiã vt cõtenta eo pacto aſperata, atq; inter ſe diſtantia ſunt, ita quoque in eis diuerſa iudicia habueris. Quemadmodum ſi hæſerint ſibi atque conſtricta ſint, indicãt craſſitudinẽ materiæ impenetrabilẽ, teſtãte id qualitate viſcoſitatis. Ita vt in quo loco humoris vrinæ hæc diutius mãſerint, oſtendãt in illo corporis loco paſſio-

nem diuturnam eſſe, eo magis ſi hæc multum viſcida A fuerint, ab ipſa materia habuerint id quòd difficulter mutari poſſint. Sed de læuitate, & contrariis eius, ratio ab intelligente poterit iudicari.

DE IVDICIIS SECVNDVM LOCA CONTENTORVM in vrinis, CAP. XIII.

NVnc dicemus de locis contentorum, definiendo quæcunque ab eis cognoſcere licet homini ſcientiæ vrinarum initiato. Quum igitur contentorum ea quæ ad fundum matulæ cōcedunt, appellata ſint hypoſtaſes: ea verò quæ vſque ad matulæ medium eleuātur, B vocata ſint ſublimia: nubes verò dicantur quæ ad ipſam vrinæ ſuperficiē perueniunt: in iis quæ de vrinarum differentiis ſcripta ſunt, exactius de hiſce dictum eſt. Quamobrem non opus eſt vt orationem illam etiā in hiſce protendamus: ſed nunc decet aperire quæcunque in vnoquoq; vrinarum loco referuntur. Igitur hypoſtaſis quæ ad fundū ſedere videtur, ſi fuerit bona & moderata, nihil noui ſignificat: ſin verò fuerit cruda atque diuerſa ſpecie, ſignificat prauitatem naturæ. Diuerſa verò partium poſitione, C oſtendit ſegnitiem ipſius minus aſſurgentis aduerſus rebellionem humorum nocentium, ita vt opus ſit hîc & tempore, & robore. Animaduertendum quoque eſt ne hypoſtaſis hæreat, inhærens fundo matulæ. Itē eſt hypoſtaſis tenuis. Hæc enim eſt quæ in libro de differentiis vrinarū dicta eſt obtinuiſſe tertiū locum hypoſtaſiū, quæ nō mediocrem læſionem adeſſe capiti ſignificat, habens rationē nubium inter hypoſtaſes. Quæ verò ſublimes ſunt, loci quidem differentia malæ ſunt, cætera verò bonæ ſunt, & ſubſidētibus moderatiores: atque his ſola loci differētia, D vt bonæ ſint, deeſſe videtur, vt quæ à ſpiritu quodam adulterino leuiores redditæ ſint. Ex his verò quæ nubium rationē obtinent quæ bonæ ſunt, omnino quatenus nubes ſunt, non parum receſſerunt verſus diſtantiam à loco qui ſecundum naturā: quamobrem multo quoq; indigent tēpore: quæ verò prauæ ſunt, eo moderatiores videntur reliquis, quo abſceſſerunt à loco, qui ſecundum naturam eſt, quique debetur hypoſtaſibus ſecundum naturā. Cōmuni nāque ratione hac ipſa hæc intelligere oportet. Itaque bona contenta oportet à ſu- E perioribus locis verſus inferiores deſcēdendo accedere: ab inferioribus verò reuerti, contrarium eſt. Praua verò melius eſt à fundo abſiſtant quàm ad ipſum concedant. Et hoc pacto contenta quæ inuehūtur in vrinā ſecundum diuerſa loca humoris vrinæ iudicari poterunt. Quinetiā plurimum confert diligēter cōſiderare contentorum differentias. Nāque vbi contenta quæ ſecundum naturā ſe habēt, fuerint ad ſuperficiem vrinæ à multo ſpiritu euecta, cognoſcere poteris in capite prauam ac non paruam affectionem adeſſe. Quemadmo- F dum quoque in ſublimibus affectionem noueris adeſſe per partes corporis eādem proportionē habentes, ita vt quod eſt in vrinis vniuerſum interuallum, corporis interuallo proportione reſpondeat. Adulterina verò & præter naturalia contenta ſi conceſſerint verſus fundum peiora demonſtrant accidentia. Quāobrem diligenter cognoſcere differētias confert. Interdū enim humores cōcocti, & ad vrinæ ſuperficiem cōcedentes, inexpertis medicis apparentiā bonorum contentorum attulerunt: qui ſuper concoctis illiuſmodi contentis G fundantes vaticinia ſua, plurimum à propoſito aberrare comperti ſunt. Veruntamen hoc potius ad munus præuidēdi attinet: idcirco par eſt vt id illuc differamus, atque veluti ab alio capite incipientes, dicamus.

DE IVDICIIS BVLLARVM VRINAE, CAP. XIIII.

QVum in vrinis conſpiciantur ſæpenumero innatare bullæ quædā, quæ differunt colore, magnitudine, ac numero, veluti quoque in eis quæ dicta ſunt de differentiis vrinarū, de hiſce diligentius explicatum H eſt: nunc nobis demonſtranda ſunt iudicia, quæ ſuper hiſce habere opinamur, vt veluti per concordiā procedentis orationis, ſubiunctio quædā conſonās redderetur. Siquidem bullæ ipſæ cum differentiis quibuſdā colorum cōſueuerunt cōparere. Nāque & cum ſubalbis, & ſpiceis, & aureis, & ſubrubeis maximè cōſpectæ ſunt coloribus. Non enim cum nimium albis vnquā, neque cum rubeis coloribus alterius cōplicari poſſunt, quum ſpiritus hi gigni non poſſint vbi eſt vincentium qualitatum exuperantia. Bullæ enim ſigna ſunt ſpiritus adulterini, quemadmodum in iis quæ de cauſis vrinarum diligentius declarabimus. Oportet hæc ipſa cognoſcere quæ non parum conferentia ſunt habendis iudiciis ſuper bullis. Bullæ igitur quæ in corona ſola, integra ſerie circunſiſtunt, ſi contigerit vt colore humoris vrinæ tinctæ ſint, ſignificant ibi maiorem capiti affectionem adeſſe, atque dolorem non mediocrem: quæ verò ſparſim in corona manent, hæ à debiliore cauſa generantur, atque ſimiliter ſignificant debiliorem dolorem. Veruntamē hæ eo maiores dolores capiti adeſſe oſtendunt, quo intenſius cum aureo colore inſpiciuntur. Nāque nunciant magnam nocentis ſpiritus ſæuitiam. Bullæ verò albæ, vel vicinæ albis, conſiſtentes in coronæ ambitu, paruum aut nullum dolorem adeſſe capiti demonſtrant, atque eo magis quum colore albo fuerint. Quòd ſi tum fuerit vrina tenuis, habueritque contenta non omnino concocta, indicant caloris naturalis imbecillitatem: ſin verò craſſa fuerit vrina, tum ſpiritus germanus prorſus eſt humoris eius vrinæ. In vrina verò tenui & abſque hypoſtaſi, potius indicant renum obſtructionē. Itaque ſuper bullis quæ in corona ſola manent, eiuſmodi iudicia quiſquā habere poterit. At verò quia interdum bullæ circa mediam ſuperficiem vrinæ colliguntur, præter coronam, operæpretium eſt etiā de illis ſic iudicium facere. Siquidē quæ in corona circumeūt, ſignificant dolorificam quandam affectionem in capite adeſſe. Nunc concedentes ad ipſum medium, oſtendunt remiſſionem quandam affectionis dolorificæ, tanquam cauſa doloris retrocedat. Quinetiam aliæ bullæ inæqualiter diffuſæ per vrinæ ſuperficiem, nihil tale ſignificant, ſed ſolùm arguunt multā naturæ debilitatē, maximè quo minor fuerit obſtructio, & crudorū humorum plenitudo. Quæ verò alia rectè dici poſſunt, illa tibi abſoluet oratio quæ de cauſis. Quas ob cauſas autem ipſæ bullæ conſiſtant, atque cur non cum omnibus coloribus appareant, in iis quæ de cauſis vrinarum, explicabimus. Verūtamen illud hoc in loco ſubiungēdū eſt, nimirum quòd ſæpenumero apparentes, antea tamen non viſæ bullæ ſatis fuerunt ad oſtendendum ſignum bonum cōcoctionis. Natura itaque concoctionem aggrediente, quinetiam in iis qui ſeminis fluxu laborant, bullæ frequentiores in vrinis apparent per coronā. Interdum etiam quædam corpora quam paruiſſima cum bullis inferuntur, quæ vt capilli craſſa ſunt: non etiam in longum protracta, ſed vſqueadeo, vt quiſquam arbitretur in dictis bullis eſſe diametrum, & paulo minora & maiora, ſiue ipſius ſeminis quis dicat eſſe veluti ſegmenta, aut etiam renum colliquamenta. Sed oratio ſuper hiſce ſatis habita, hoc in loco gradum ſiſtat.

DE IVDICIIS CORONARVM DIVERSORVM colorum, CAP. XV.

QVoniam meminimus orationis de corona, etiam hæc veluti adinuenta illi adiungenda eſſe putamus. Siquidem perſæpe colores apparent in corona matulæ, declinantes à toto colore, qui in humore vrinæ eſt. Nam aliquando tranſmutantur ad benignos, etiam ſi cæteri boni non ſint, hæc amplecti vt bona ſigna oportet: aliquando verò mutantur in peiores quàm ſint humoris colores, quos auerſari oportet, præſertim ſi cōceſſerint in multo peiores. Nā in aureis vrinis, & rubeis & vineis, & aliis id genus, ſi alba fuerit corona, aut albæ ſimilis, ſignificat bonum in vrinis eſſe, tāquam natura inceperit dominari. Sed ſi viridis, & cærulea, & deterior corona fuerit, contrarium & malū adeſſe coniectare oportet, nempe quòd praui humores dominari nitantur. Hoc itaque pacto licebit à coloribus coronæ manifeſtè indicantibus cognoſcere quæ ſint tam medicis quàm ægrotantibus conuenientia, vt hi rectè curentur, illorum verò certa iudicia fiant.

DE IVDICIIS EORVM, QVAE INNATANT in vrinæ humore, CAP. XVI.

QVoniam aliqua diuerſæ ſubſtantiæ innatant vrinis, quæ ſimilia ſunt araneis,atq; punctis velut ex oleo iniectis , etiã hæc par eſt ſigna eſſe putare alicuius colliquationis , aut renum ſolorum, aut totius corporis. Veruntamen ſi parumper apparuerint , & ſe item reſoluerint,nihil graue adeſſe ſignificant. Quòd ſi perſeuerauerint,tanquã principium colliquationis oſtenderint,exhorrere oportet.

DE IVDICIO VRINARVM AB ODORE MALO, CAP. XVII.

AT quia etiam ab odore malo vrinarum eſt coniectare putredinem aliquam interioris membri tam maiorem quàm minorem, operæpretium eſt de his iudicium facere. Igitur ſi puris quicquam in vrinis affuerit,euidẽs eſt cauſa : quòd ſi id nõ aderit, ac mediocria videantur concoctionis ſigna , alicuius particulæ mortificatio ſignificatur. Quemadmodũ ſi praua in vrinis fuerint ſigna , mortificatio perueniſſe in toto corpore exiſtimatur:atque hoc pacto ex odore ratiocinari licet. Quoniam igitur de omnibus quæ communiter in vrinis continentur dictum eſt , atque in his declarata pro viribus ſunt iudicia , decens eſſe videtur etiam iudicia declarare vrinarum hypoſtaſi priuatarum , quæ maximè vtilia ſunt diſciplinæ de vrinis.

DE IVDICIIS VRINARVM HYPOSTASI PRIuatarum, CAP. XVIII.

VRinarum hypoſtaſi priuatarum aliæ perquam tenues apparent,aliæ non vehementer tenues : quædam autem mediocritatem ſuperantes , mediocribus ſpiſſiores videntur:non tamen craſſæ appellandæ ſunt hæ quæ mediæ ſũt inter mediocres & mediocriter craſſas. Quoniam autem omnes non iiſdem coloribus colorantur:aliæ enim ſunt vehemẽter, aliæ mediocriter albæ,aliæ ſpiceæ,& aliæ croceæ, atque aliæ aliter:(non enim opus eſt omnia explanare , quæ aliis in locis ſæpe dicta ſũt)ob id oportet volentẽ de hiſce dicere,hinc incipere. Igitur quũ tenuiſſima vrina,atq; vehemẽter alba,& hypoſtaſi priuata prouenerit,aut non contemnendam obſtructionẽ vaſorũ, aut immoderatã frigiditatẽ atque cruditatem demõſtrat. Quòd ſi vrina fuerit mediocris,etiam hæc erunt mediocria. Sed tamen licet ſpicea & ſubſpicea minorem obſtructionẽ ſignificent, nõ tamen etiam minorem cruditatem. Nãque non præeunte concoctione, non etiam contenta poterunt eſſe cocta,quæ ſunt excrementa factæ concoctionis. Vrina verò aurea & crocea oſtẽdunt minorem obſtructionem: ſed cruditatem continent, tanquam naturalem caliditatem expugnaſſet adulterina caliditas. Quinetiã eiuſmodi vrinæ hypoſtaſi priuatæ prouenire poſſunt ob ingentes dolores,ac immenſa exercitia,atque nihilominus ob materiæ defectum. Quæ verò vrinæ vlterioribus coloribus quàm qui dicti ſunt, tinguntur, vt rubea , & paſſea,& alio quouis modo , hæ per ipſos colores oſtendunt dominantium humorum qualitatem atque proprietatem. Atque dictum eſt de colorum proprietate libro ſuperiore. Quatenus verò hæ vrinæ ſunt hypoſtaſi priuatæ, non euidenter poſſunt oſtendere obſtructionem , vt euidentiſſimè indicent aliquam putredinem atque cruditatẽ in genere venarum. Interdum etiam inflammatio aliqua magna in membris principalibus conſiſtens,eiuſmodi vrinas proiecit: idque non immeritò, eo quòd illuc contracta eſt materia ab adulterina caliditate attrahente illam tanquam cucurbitula. Sed hoc ſpectat ad libros de cauſis vrinarum : qua prore par eſt potius,vt eouſque ſeruetur ad dicendum. Nunc verò quæ deinceps ſunt ſequendo dicamus. Siquidem vrinæ abſq; hypoſtaſi ſemper (vt nouimus) prauæ fuêre,eo quòd longè ab eo recedunt , quod ſecundum naturam eſt. Sed tantum inter ſe differunt in prauitate, quantum etiam colores inter ſe differentes fuerint. Quòd ſi colores & ſubſtantiæ parum abfuerint à mediocritate,contenta verò non appareant in eis,reprobandæ ſunt,tanquam ſegnitiem naturæ quandã arguentes,etſi veluti oſtenſuræ ſint hypoſtaſin paulo pòſt aduenire. Nanque quum virtus parum ex aliquo ſuorum operum exciderit , etiam facilis reparatio ſequetur. Quinetiam apparere poſſunt abſque hypoſtaſi,& ob dolorem ingentem,& ob longas vigilias. Vtrauis enim harum affectionum facit eo , vt eouſque virtutem diſſoluat,vt vrinis auferantur contenta. Nam etiam earundem vtrauis vbi magna fuerit (vt dictum eſt),& à quauis cauſa genita,ſi diu manſerit,per ſe poterit virtutem extinguere, quare & ſigna concoctionis auferre. Nam etſi horum ipſorum alterum alterius eſſe ſymptoma contingit,non tamen cauſa defectus contentorum eſt horum accidentium cauſa , ſed defectus contentorum adeſt propter ipſa accidentia . Igitur etiam illud oportet inueniendó ſubiungere. At quaſnam ob cauſas hæc fiant, abſoluet diſputatio de cauſis vrinarum : ita vt tum redditis cauſis , non poſſint latere iudicia vrinarum hypoſtaſi priuatarum. Quinetiam homini volenti iudicare , opus eſt quadam propria inclinatione ad ſolertiam,ſagacitatem,& coniecturam infallibilem. Siquidem neque vrinarum ſubſtantiæ , neque colores, neque contenta , neque ea quæ circa hæc ſunt , terminari poſſunt definita aliqua quantitate. Materiæ enim ſemper motæ & diffluentis nemo vnquam poſuerit menſuram ſtabilem atque certam. Hoc enim fieri contingit ſolummodo in iis ſubſtantiis quæ ante oculos eodem modo manent. Sed naturæ opera in motis corporibus definitionibus & notis veluti exprimuntur. Opus itaque eſt re quadam ſtabili ac ſimul cum tranſmutationibus vadente,cui quiſpiam innixus,ſenſibus certò diſcernere mẽſuras alterationum atque motionum poſſit. Mentis itaq; puræ munus eſt inuenire , vt decet, tam menſuram tranſmutationum in iis rebus quæ non ſemper eodem modo ſe habent , quàm differẽtias ipſis adiicere,& rationes illarum inſuper diiudicare. Quamobrem ſiquis fortaſſis nactus fuerit eiuſmodi quandam vrbanitatem naturæ,is ſanè quamfacilè , & per hæc poterit,& promptè ea quæ relicta ſunt , inueniendo adiungere,quæ vniuerſalibus determinationibus cõprehenſa ſunt:relicta verò particularibus ſcripturis. Veruntamen etſi hæc ipſa nihil pertinent ad propoſitum ſcopum de iudiciis , non idcirco omnino ſunt à ſermone diſſona. Nos verò poſtquam addiderimus etiam diſputationi de vrinis , quæ contingere poſſunt quibuſdam ægritudinibus,finem faciemus diſputationi de vrinarum iudiciis : (nam hoc ſolum deeſt ad perficiendum tractatum de iudiciis.) præſertim quum ſermonis prolixitatem,vt rem calumniæ maximè opportunam , fugiamus. Vrinæ autem ſupra dictæ non parua cauſa fuerint his quæ complicatè expendũtur. Veruntamen ante hæc ſcire oportet, nos de ſimplicibus coloribus diſputationem facere:(nam in hiſce ſolummodo nominibus abundamus propriis atque notis) demonſtrantes qui humores cum quibus coloribus ſimul appareãt. Nõ facile autem fuit enumerare compoſitos humores in coloribus apparẽtes, propterea quòd propriis nominibus carebamus: quin & id non admodum ad comprehendendũ facile fuerit vobis qui harum rerũ ſtudioſi eſtis,præſertim quum hæc coloribus quarundã ſpecierum aſſimilentur,& explanatione non ſatis exacta exprimãtur. Adde infinitã & cognitu difficilem miſtionẽ eſſe è diuerſis humorum quantitatibus. Quamobrem quum demonſtrata ſint genera colorum,& vt vnuſquiſque habeat hæc definitionibꝰ quibuſdam,atque ſimilitudinibus rerum notarum cõparata, decens eſt vt prudens etiam coniectet colores ipſos à diuerſis humoribus coeũtibus,atque diſquirat,quoad fieri poterit,quæ eſſe poſſint miſtiones in ipſis coloribus.

QVOD FIERI NON POSSIT VT PARTICVLAria concipiantur tanquam in infinitum exeuntia, CAP. XIX.

PVtamus tempus nullum ſatis eſſe ad exactè capiendas deſcribendáſque complicationes rerum variarum,quæ ſingulis diebus in vrinis inſpiciuntur. Siquis enim colores prædictos ac eorum intenſiones, & remiſſiones , atque ea quæ ex eorũ inter ſe mixtione æqualiter , vel inæqualiter fiunt , ſi inquam vel ratione, vel proportione & ſimilitudine,vel quocunque alio modo contingat: quinetiã congregationes conſiſtentiarum,

quas contingit vrinarum eſſe cum vnaquaque prædictarum miſtionũ,quæ fere infinitæ ſunt,inſuper & concurſus vtrarumque prædictarum,quæ ſigillatim fiunt cum contentis quæ apparere contingit in illis, ſi quiſquam compoſuerit, is(vt arbitror)cumulos rerum quãplurimarum, atque propè infinitos effecerit. In quo prætermitto dicere,ſi quiſquam etiam eniteretur proferre complicamenta,quæ fieri contingit in differẽtiis ætatum,& temperaturarũ, & generum,quum fiunt per vnum,& duo,& tria ex eis,& aliquo alio modo,quinetiam annorum , & ciborum , & exercitiorum , & anni B temporum,& regionum , & ſomnorum , & vigiliarum & qualiumcunque imbecillitatum.Nanque fortaſſe vniuſcuiuſque intellectus in vertiginem incidet,qui horum particularia in vnum miſcuerit.Neq;(vt arbitror) is ſatis temporis habebit ad complendam deliberationem: atque plura effugient ipſum indigentem tempore,ita vt etiam ipſum infinitum manere oporteat infinitum. Veruntamen quomodo erga hæc ipſa extitit præſumptio virtutis rationalis,quæ ſcitè prius fecit cõtemplationẽ,atque vniuerſalibus conceptionibus colligens C quæcunque ad illam attinerent,exactam methodum in omnibus ipſi arti peperit,vnde tam differẽtias quàm præuidentias quæ in ipſa ſunt, diligenter explicauit. Quamobrem etiam ab hiſce coniectare licet ea quæ nondum dicẽdo in lucem deducta ſunt.Re itaque ita ſe habente,conſideranda etiam hoc in loco ſunt illa quæ diſputationi propoſitæ deerant,vt finem propoſiti vbi indepta ſint,nos tractatum de cauſis vrinarum (Deo concedente) aggrediamur.

QVOD NON FACILE FEBRES EPHEMERAE D ab hiſce iudicentur, CAP. XX.

FEbrium ephemerarum,quæ ab ira,& triſtitia,& labore,& vigiliis, & curis,& æſtu, & frigore,& inædia,& cruditate generantur,atque reliquarum quæ ſecũdum ſpeciem reperiuntur , paruam quandam differentiam in vrinis videre poterit quiſquam , ſi modò alius morbus non inciderit,aut alicuius humoris putredo ſimul fuerit. Siquidem alterato ſolo ſpiritu, eiuſmodi febrium ephemerarum ſpecies producuntur. Vrinas verò demonſtratum eſt,potius indicia facere accidentiũ E circa humores in venis manentes. Veriſimile eſt non inſigniter in his febribus vrinas alterari , niſi in colore. Is enim facilè afficitur , neque in hoc magna ſit alteratio priuſquam ſentiantur atque alterentur humores in venis à qualicunque velis febrium ephemarum. At hæ priuſquam alterent, ſoluuntur, maximè ſi nactæ fuerint conuenientem diætam.Quòd verò in colore vrinæ alteratæ remanſerunt.id minimum eſt,atque ſubſtantiam fere mediocrem ſeruauère: contenta quoque habentia decentem proportionem. Atque de febribus F ephemeris hæc opinamur. Febres verò in putredine humorum accenſas diſcere eſt mox in ſequẽte oratione.Veruntamen quòd earum aliæ ſint deficientes, aliæ continuæ,prius de intermittentibus , deinde de continuis dicemus.

DE IVDICIIS TERTIANAE PVRAE, ET NON puræ febris, CAP. XXI.

TErtianæ puræ febris quum ſit , vrinæ ſpectantur aureæ & croceæ , ac conſiſtentiam mediocri craſſiorem habentes. Atque primis diebus eius nullum G ſignum concoctionis ſubſiſtendo continetur. Tempore verò procedente ſigna concoctionis apparent,atque alia ad mediocritatem ipſam concedere ſecũdum rationem.Tertianæ verò impuræ vrinarum color multo differens ſpectatur,vergens ad id quod bilioſius eſt. Conſiſtentia etiam craſſior quàm exacta eſt, videtur: atque in eius vrinis plura ſigna cruditatis circa contenta cernuntur.Hoc itaque pacto & puræ, & impuræ tertianæ vrinarum ſpecies oſtendere ſe ſolent.

DE IVDICIIS QVARTANAE PVRAE, ET NON H puræ febris, CAP. XXII.

QVartanæ(quæ à liene trahit originem)vrina tenuis eſt atque alba , & hypoſtaſi priuata ſpectatur in principio.Tempore verò procedẽte, præſertim diebus remiſſionis,apparet in ea hypoſtaſis cumulata,etſi vrinam ipſam interdum turbidam apparere contingit. Ea verò die quæ afflictionem habet, etiam tenuis & alba vrina inſpicitur:hypoſtaſis verò quodammodo obſcura,ſiquidem concoctionem morbus accipiat.Quum verò purè ad concoctionem peruenerint materiæ morbi, etiam vrinæ puriores ſpectantur , concedentes ad id quod ſecundum naturam eſt,atque pleraque accidẽtia ſuapte natura diſſoluuntur.Quinetiam interdum in vrinis apparente nigro humore, illa quæ laborem afferebant deſinendo minuũtur. Quartanæ verò profectæ ab hepate inflammato, aut caliditate alia quodammodo affecto,vrina perrubea eſt,ita vt ſandaracham referat:atq; craſſior mediocri apparet, hypoſtaſin vt quantitate moderatã,ita diſſimilem continens.Interdum tamen vrina in totũ craſſa ſpectatur atque rubea, ita vt humorum implicatio atque dominium extiterit.Vrinæ itaque quartanarum eiuſmodi apparere conſueuerunt.

DE IVDICIIS FEBRIVM QVOTIDIANARVM, CAP. XXIII.

QVotidiana febris quum adeſt, vrina tenuis eſt,& alba,ac veluti aquea , & hypoſtaſi priuata in principio:quemadmodum in quartana dictum eſt.Sed quum proceſſerit , fit craſſa , atque hypoſtaſin cumulatam & craſſam oſtẽdit,quæ eſt ſoboles quædam cruditatis humorum.Quinetiam tempore progrediẽte, cõcoctionis quoque ſigna obſcurè apparẽt, quum etiam paſſio fuerit profecta ad infebricitationem. Nanque febrium eiuſmodi intermittentium tunc coniectamus ſolutionẽ breui futuram eſſe, quum ſigna concoctionis alicuius apparuerint.Veruntamen quotidianis celeritate præſtitit tertiana febris deficiens.Tota enim huius potentia nõ excedere poteſt vnam atque alterã hebdomada, niſi tertiana non pura eſſet.Et quantum concoctio protenditur,tãtum ſignificat ſolutionẽ non adhuc adeſſe.

DE IVDICIIS VRINARVM IN FEBRIBVS continuis à putredine, CAP. XXIIII.

COntinuarum febrium à putredine primùm vrinæ colores alterantur vergendo verſus aureum , & rubeum,& vineum,& paſſeum,atque ſimiles , vt humorũ qualitas & quantitas fuerit. Vrinæ quoque huius conſiſtentia inæqualis eſt,& potius inclinat verſus craſſiorem,interdum etiam erga tenuiſſimam. Quũmque colores apparent vel albi vel diuerſi , contenta in principio non apparent concocta,ſed vel inæqualia vel diuerſa.Procedente verò ægritudine, ſiquidem facilia omnia ſunt,& concoctionis apparent ſigna .Non ignorare id etiam oportet:nãque interdum poſt febris vigorem, contenta,cumulata,& craſſa ſubſidere ſpectãtur, quum putredo quæ in venis erat,illuc impetum ceperit,atque ea quidem recipere oportet,vt quæ ſalutem in propinquo eſſe ſignificent,ſed ea auerſari conuenit,ſi in principiis appareãt:opus eſt enim tunc tempore,& virtutis robore ad concoquendum. Mala cẽſetur vrina eorum niſi procedente ægritudine contenta appareant,& reliqua apparentia meliora fuerint.Fortaſſis enim eo modo creſcente ægritudine, ac in vrinis malis ſignis apparentibus , mors præripuerit ægrum in ipſo augmento. Veruntamen hoc ſpectans ad partem præuidendi,oportet vt eò vſque differatur. Reliquum eſt , vt de vrinis modis diuerſis alteratis diſputetur.

DE IVDICIIS VRINARVM QVAE FIVNT OB aliquod mẽbrorum principaliũ affectũ, CAP. XXV.

QVum igitur inflãmatio,& eryſipelas, & alius quiſpiã ſimilis affectus calidus fuerit in aliqua partiũ, vrinæ inſigniter alterantur,& tãtùm inter ſe diſtãt,quãtum mẽbra inter ſe differũt & dignitate & vicinitate primi callidi. Hepate igitur & pulmone patientibus aliquem eiuſmodi æſtum ab aliquo humore , vrina ſpectatur perquam rubea,atque ſanguinea, & vinea ſecundum quantitatem & qualitatem caliditatis. Ægri verò quum eiuſmodi affectus patiuntur in cerebro , aut membrana ſuccingente , aut in ventre , tum eorum vrinæ minus alterantur. Patientium verò memoratas affectiones in liene , vrinæ color prauus apparet à nigredine humoris qui in eo abundat, ſi modò humor hìc capiat impetũ excũdi per vrinas:ſed horũ fe-

bris minor eſt, quàm quæuis patientium in prædictis A
membris. Vterus verò & renes,& veſica,& colon,& po
dex patientia vrinam alterant, ſed minus quàm quum
cerebrum & membrana ſuccingens eiſdem capiantur
paſſionibus. Verũtamen in omnibus hiſce cõtenta tam
ſignificant naturæ potentiã,atque imbecillitatẽ,quàm
manifeſtiora loca affecta:quorum aliqua dicta ſunt,a-
liqua quoque dicentur.Membrorum verò quæ extrin-
ſecus ſunt & longè diſtãtia à caloris fonte, eiuſmodi af
fectus patientium vrina mediocriter,ac non etiam ma
nifeſtè alteratur,& concoctionis ſigna potius oſtendit, B
quum nulla febris putrida ab illis membris accẽdatur,
cuius febris ſigna paulo ſuperius reddidimus. Contrà
verò quæcunque membra acceperunt principium mor
bi ab aliquo influente frigido humore, ſiue cerebrum
ſit,ſiue hepar, ſiue pulmo, ſiue membrana ſuccingens,
ſiue venter, ſiue particula alia, horum membrorũ illa
quæ longius à fonte caloris ſepoſita ſunt, magis alte-
rantur,atque frigiditatis & cruditatis humoris vrinas
oſtendunt.Minus rurſus quæ abundarunt caliditate ob
venarum amplitudinem,atque caloris propinquitatẽ: C
vel enim omnino non recipiũt,aut ſi ſuſceperint,mode
ſtã tranſmutationem factam oſtendunt in vrinis. Pra-
uiorem nempe vrinam illa mẽbra patientia oſtendũt,
quæ vel loco, vel naturali quadam temperatura longè
à caloris fonte ſepoſita eſſe contigit. Veruntamen de
hiſce conuenientius in libris De vrinarum præuidẽtia,
definietur. Quoniã verò temperaturam ſimplicium in
auctarum ſpecies vrinæ didiciſti,ſciuiſti quoque adin-
uenire humorum exuperantium ſpecies in vrinis,faci-
lè adinuenire poteris vrinas in ægritudinibus homi- D
nem corripientibus, vt de his rectum iudicium facias.
Non enim nobis licet enunciare ſingula quæ in parti-
cularibus ægritudinibus videntur, tum quòd ora-
tionis longitudinem fugimus,tum ſufficientem metho
dum præcepta ad iudicandum tradiderimus. Quamob-
rem facilè quoque videbitur viro ſtudioſo qui multum
illũ ſermonem collegerit, & qui antè legerit libros De
differentiis & cauſis morborum, de ſingulis vrinis ap-
parentibus iudicare. Siquidem ſi quiſquam diligenter
hæc viderit,nouerítque à quibus humoribus vnuſquiſ- E
que morbus non contemnendus generetur, atque in
prõptu habuerit ea quæ hîc tradita ſũt præcepta,is per-
quam facilè ratiocinans adinuenire poteſt, quæ in qui-
bus ægritudinibus vrinæ apparere debeant. Nanque
alia diſcet facillimè, veluti quæcũque in genere vena-
rum conſiſtunt. Quæ verò vltra venas fuerint, ea etſi
fortaſſe difficilius comprehenderit, non tamen quæ
habiliora fuerint,fugient virum exactè conſiderãtem.
Quæcunque enim ſpiritu ſolo alterato,aut neruoſo ge-
nere patiente fiunt,hæc non facilè eſt comprehendere
per conſiderationem vrinarũ, niſi venarum genus ſu-
ſcipiat ſenſum membri, quod prædicatur ſubiiſſe paſ-
ſiones:hinc enim paſſiones fiunt manifeſtè in vrinis.

QVOD VOLENTEM EXACTE DE VRINIS conſiderare, oporteat præter alia etiam probè callere diſciplinam de pulſibus, CAP. XXVI.

TVtius fortaſſe de vrinis cognoſcere videtur is qui
peritus eſt diſcernẽdi pulſuum motiones. Arteriæ
nanque(vt nouimus)neruoſam tunicam habent, atque
ſpiritum implentem eas continent. Quamobrem ipſæ
primùm cognitionem præbent ſcientibus tangendo
pulſum, alterationem aliquam factam eſſe in ſpiritu,
atque neruoſo genere. Vrinæ verò illa melius oſtendũt
quæ in humoribus & cõcoctionibus ſunt, & cõtingunt.
Quòd ſi vera fateri decet,ſtudenti rectè iudicare,opus
eſt vtraque prædicta cognitione. Quẽadmodum enim
ruentem domum renouare feſtinanti opus eſt vtraque
manu:nanque duarum altera deficiente, non tutum e-
rit diſponere ea quæ oportet: ita quoque medicam ar-
tem indipiſci volenti vtraque diſciplina præter alias
opus eſt. Veruntamẽ de vrinarum iudiciis diſputatio
ita explicata,bona quidem eſt exercentibus,vtilis verò
ægrotis corporibus qua veritatem attigerit, & diligẽti
ſtudio comparãda ab his qui mentẽ habent, iudicatur.
Nobis autem, vbi reddidimus orationi decentem mo-
dum,par eſt hoc in loco ſiſtere curſum eius,ne garruli-
tatis accuſemur,& vt morſus quos quiſquam accuſan-
do cogitauerit orationi noſtræ infigere,illud nunc au-
diens compeſcat. At verò quum alia quæ putantur ma-
nifeſta ex dictis eſſe, relinquantur:alia etiam dicentur
in libris præuidentiarum, eo quòd illic magis cogrue-
re exiſtimantur. Partes enim huius diſciplinæ inter ſe
communicant. Quamobrem non mirandum eſt, ſi ali-
quid videatur relictum eſſe quod potius cõuenire cum
illis nobis viſum eſt. Adhæc etſi aliquid in diſputatio-
ne prætermiſſum eſſe videatur,veniam det quiſquis af
fectum humanum criminando obiectat,qui accidere
ſolet pleriſque, qui ſingulis diebus literis incumbunt.
Atque hæc hoc pacto ſe habeãt. Par eſſe quoque vide-
tur,vt cauſas eorum quæ dicta ſunt, in libros qui hoſce
ſequuntur,referamus. Quæ fortaſſe etſi parum confer-
re ipſi arti videãtur, tamen tutam cognitionem eſſe de
iudiciis in prædictis inſtitutionibus cõſtruere poterũt.
Redditis enim cauſis credere quiſquam magis duce-
tur iis quæ dicta ſunt. Atque oratio de iudiciis vrina-
rum vbi iam ſufficienter habita ſit, relinquatur, atque
ſequatur ea quæ de cauſis,ita poſtulãte nexu totius cõ
poſitionis. Deus verò largiatur,vt illa tractando defi-
niamus quæ veritatis fidem facere valeant.

ANNOTATIO CAPITVM EORVM QVÆ SINGVLA capita libri prioris De cauſis vrinarum complectuntur.

De cauſa permanſionis animalium, Caput I.
De cauſa generationis contentorũ in vrinis, Cap. II.
De cauſis cruditatum,quæ ſolent accidere, Cap. III.
De cauſis quantitatis vrinæ, Cap. IIII.
De cauſis vrinarum albarum, Caput V.
Aduerſus eos qui vrinas vſquequaque à ſanguine colorari defendunt, Caput VI.
De cauſis ſubſpiceorum & ſpiceorum contentorum, Caput VII.
De cauſa aurearum & crocearũ vrinarum, Cap. VIII.
De cauſa ſubrubearũ ac rubearũ vrinarum, Caput IX.
De cauſa vrinæ vineæ, Caput X.
De cauſa vrinarum paſſearum, Caput XI.
De cauſis vrinarum viridium, Caput XII.
De cauſis vrinarum venetarum & liuidarum, Caput XIII.
De cauſa ſubſtantiarum vrinarum, Caput XIIII.
De cauſa contentorum alborum, Caput XV.
De cauſa ſubſpiceorum,& ſpiceorum, ac bilioſorũ contentorum in vrinis, Caput XVI.
De cauſa contentorum ſubrubeorum,& rubeorum,atque cruentorum, Caput XVII.
De cauſa contentorum fuſcorum, & liuidorum, atque nigrorum, Caput XVIII.
De cauſa quantitatis ac ſubſtantiæ contentorum, Caput XIX.
De cauſis hypoſtaſeωn orobearum,furfurearum, laminearum,& ſimilacearum, Caput XX.
De cauſa contentorum miſtorum vel diſſimilarium, Caput XXI.

ACTVARII DE CAVSIS vrinarum libri II.

Ab Ambroſio Leone Nolano in Latinum ſermionem uerſi, & à Iacobo Gopylo ad fidem exemplarium Græcorum recogniti.

ACTVARII in ſuum priorem librum De cauſis vrinarum, Præfatio.

QVI inſtituit ſcribere de aliqua quæſtione, huic non ſolùm par eſt res neceſſarias literis tradere, verumetiam omnia quæ inſtitutioni vtilia eſſe creduntur. Hoc enim pacto omnia cõplectens oratio perfecta exiſtimatur. Eam ob rem & diſputatio de cauſis vrinarum ſubnectenda nunc eſt. Quandoquidem qui in medica arte multa experiendo ſunt exercitati, ac nulla ratione vtuntur, iis ſatis eſſe poterit ſola tractatio de iudiciis: qui verò amant elegantiorem artẽ philoſophia reddere, nihilque ſine cauſa ſcire volunt, iis neceſſarium eſt, vt apparetur tractatio de cauſis vrinarũ. Nanque qui exactè ſciuerit ſcrutari cauſas affectuum, is facilius iudicata comprehenderit, atque quæ relicta ſunt, ſubiungere valuerit. Contrà verò qui ignorauerit diſputationem de cauſis, non etiam certò cognouerit iudicia quæ fiunt de vrinis. Quamobrem fas eſſe videtur, vt tractatio de cauſis vrinarũ ſubiũgatur, vt omni ex parte & exactè & perfectè ſe habẽs oratio videatur ſufficiẽs omnibꝰ iis qui rebꝰ hiſce operã nauãt. Quãobrẽ quũ propoſitũ ſit dicere de cauſis vrinarũ quomodocũque apparẽtiũ, operæpretiũ erit collocare in ipſo ingreſſu diſputationis orationẽ de cauſis cõcoctionis, veluti ſuapte natura id poſtulent.

DE CAVSIS PERMANSIONIS ANIMALIVM, CAP. I.

HVmana natura dum enitur ſeruare hominis manẽtiam, per eas quæ in ſpeciebus rerũ fiũt ſucceſſiones, quæ aguntur per mutuas generationes, eſſẽtque opus manentia quoque particularium, ne ſimul interiret quod generaretur, adinuenit nutrimentorum inſtitutionem, atque hiſce ſtabiliuit vitam particularium, prius ædificatis nutritionis vaſis pluribus atque variis, quibus indidit potẽtiam vitalem. Humida igitur & ſicca atque ſpiritus quum diuidant ſubſtantiã ipſam corporis, atque in ipſis fundata ſit vita: tractatio de nutritione quæ per ſpiritum fit, ad alias diſputationes pertinebit. Ea verò quæ ſuper ſicco & humido nutrimento eſt, par eſt vt iam aperiatur, quæ magnoperè collatura eſt diſciplinæ de vrinis.

DE CAVSA GENERATIONIS CONTENTOrum in vrinis, CAP. II.

CIbum primum præmanſum, atque præparatum ita vt promptus ſit ad concoctionem recipiendam, ipſum atque potum venter excipit, qui corrugatus alterat hæc genuino calore, modò nihil impedimẽti interceſſerit. Vbi verò nutrimentũ hoc ſuccificauit, id quod tenuius ac purius in eo fuerit, per venas ab hepate ortas exugitur, & velut exuccatur ad meliorem hac ipſa quandam tranſmutationem. Nanque primam reuera tranſmutationem nutrimentum, vbi in ventre ſuſceperit, vltra hanc alteram capit in venis mediis, & hepate, quæ melior eſt priore, ſed minor tertia quæ poſt ipſam eſt. Veruntamen vbi in ventre ſufficienter (vt dictum eſt) nutrimentum cõcoctum eſt, & quod inutile eſt per inteſtina ſecretum fuerit, quod autem vtile eſt diſtributũ fuerit, id virtus quæ in hepate & venis eſt excipiẽs, ipſa per ſe, ſi ſana fuerit, alterat atque tranſmutat in rubedinem ſanguinis, atque illic in cauis locis fit ſanguinis diſcretio, neque permittitur longius temere procedere, ne minus purum nutrimentum traditum corpori, carnem malam produceret, illic in gibbo hepatis appoſuit veſiculam bilicipẽ: atque effecit, vt quod eſſet ſubtilius atque acrius ſanguine, id ad eam veſiculam per pertinentem meatum concederet: quantum verò eſſet terreſtre & craſſum, id lien ad ſe attraheret. Atque eo pacto diſcreto humore terreſtri ac flaua bile, relictum ſeroſum humorem non etiam hactenus permiſſum eſt ſeparari, quum eo modo manere viſum ſit etiam renibus adiacentibus. Veruntamen per venæ truncũ, perque cauitatem hepatis traiectus ſeroſus ille humor etiã vſque ad gibbum, atque præſentatus venæ, quæ Caua nuncupatur, idque vt ſanguis traiiceretur. Anguſtia enim meatuum magna ineſt in medio hepate per ſciſſuram venæ Cauæ, cuius ſciſſuræ figura vocata eſt lambdea à Græca litera (hoc eſt bicruris) ſeparatus ad renes illinc latus. Veruntamen quantum ſanguinis remanſit, id profectum ad cor nactúmque alterationem meliorẽ quàm habebat, inde procedens, per venas diſtribuitur corporis ſingulis partibus veluti irrorans corporis ariditatem. Ergo primæ cõcoctionis quæ in ventre fit, excrementa ſunt tam quæ expuuntur quàm quæ per inteſtina eiiciuntur. Concoctionis verò quæ in cauis hepatis fit, ſuperfluitates demonſtrantur, tam vtraque bilis quàm vrina. Remanet igitur dicendum de tertia cõcoctione, quæ in venarum genere perficitur. Nanque hac facta demonſtratione, habebitur ſufficiens apparatus ad ea quæ dicenda ſunt de cauſis eorum, quæ in vrinis inſpiciuntur. Tertiæ igitur concoctionis propria ratione excrementa ſunt tam contenta, quæ in vrinis apparent, quibus ſunt tenuiores ſudores, & quæ per cutim inſenſibiliter trãſpirant. Ergo quod peccatum fuerit in huiuſmodi tertia concoctione, id omne demonſtrabunt ipſa contenta. Atque qui ſciuerit ob quã cauſam hæc ipſa tranſmutentur, is demonſtrauerit iudicia veluti certiſſima eſſe. Veruntamen de iudiciis dictum eſt, decens eſt vt nunc de cauſis dicamus, ita vniuerſo ſermone procedente. Quum igitur de cauſis contenti antè diſputatum ſit, reliqua attingamus ſerie quadam decenti procedentes. Igitur vt accidere ſolet in abſceſſibus, atque quibuſuis vlceribus, ita res habet in vrinis. Nam ſi virtus naturalis concoctrix vicerit, perparum, aut nihil malè olet pus, atque album, & læue, & ſimilare omni ex parte eſſe contingit. Si verò non vicerit naturali virtute, contraria hiſce ſpectantur, aſperum, diſſimilare, & coloribus differens, grauiter etiam olens, atque prorſus à ſanis diuerſum. Simile quiddam ſpectare licet in contentis. Nanque quod in venis alteratum nõ eſt in ſanguinem, id in ſpeciem ſimilem puri tranſmutatur, vincente concoctrice virtute. Quantum verò hæc ipſa non vincens aberrauerit, tantum etiam contenta ſpectantur mutari in ſpecies malas. Atque hæc vt dictum eſt, ſe habent: in ſequentibus verò oratio repetenda eſt.

DE CAVSIS CRVDITATVM QVAE SOLENT accidere, CAP. III.

CRuditates in ventre contingere ſolent ob quãdam intemperaturam accidentem ei. Fieri etiam interdum poſſunt ob aliquam paſſionem inſtrumenti, veluti ob craſſitudinem, vel multitudinem, vel tenacitatem, vel aliquam qualitatem alienam ipſorum humorum, aut ob aliquam cibi proprietatem. Sed cruditates in hepate fiunt tam ob has ipſas cauſas quàm ob debilitatem virtutis concoctricis. Per eaſdem ac ſimiles cauſas quoque actio tertiæ concoctionis aberrare reperitur. Atque hæ cauſæ ſunt (vt omnia vno verbo complectar) per quas vnaquæque concoctio à ſuo opere aberrarit. Illud verò par eſt non ignorare: nãque ſiue colores exceſſerint mediocritatem, ſiue receſſerint ab ea, crudos habendos eſſe generali nomine cruditatis dicere oportet. Quonam modo vtrique dicti ſunt crudi, non huius

diſputationis eſt docere,ſiue obſcura fuerit propter aliquam frigiditatem genuina caliditas, ſiue abundarit ob aliquam adulterinam caliditatem. Flatuum enim & aquæ inter cutẽ arthritidiſque & ſimilium à cruditate factorum affectuum propter frigiditatem aliquam vel adulterinam quandam caliditatem, vincentem naturalem,atque ſuauem,vt vrinæ rectè crudæ dici poſſunt, vt quæ mediocritatem non retineant. Quum citra & vltra mediocrem, & ſecundum naturam, vrinam non eſt reperire meliorem vrina mediocri, & quæ ſecundũ naturam: quæ verò vel exceſſerint, vel receſſerint à mediocritate,appellandæ ſunt crudæ. Tu verò vel aliud nomen indideris,vt rem definias: non enim ego differentiã fecerim inter nomina, modò non aberraris à ſcopo. Hoc itaque pacto ſatis haberi poteſt ex iis quæ dicta ſunt, cognitio de cruditate & cauſis, vnde proficiſcatur, præſertim ſi ſecundum naturam concoctio fiat à mediocritate caliditatis & frigiditatis,atque ſecundũ naturam ſe habentium. At verò poſthac primò dicendum eſt de quantitate vrinæ,quam ob cauſam plus minúſve quàm mediocris procurrat. Deinde de aliis deinceps, veluti expoſita ſunt in iis quæ de differentiis, & iudiciis.

DE CAVSIS QVANTITATIS VRINAE, CAP. IIII.

VRina tum profluit multa,quum homo vſus fuerit cibis multis præſertim humidis,atque potu largiore,maximè ſi vinum aquoſum eſſe contigiſſet. Demonſtratum autem eſt aliis in locis, vt cibi boni, ſed humidiores,maximè omnium & nutriunt & diffluunt: vinũ verò potius quàm cætera nutrit, atque citius diſpergitur. Quamobrem par eſt,vt vinum abundè bibitum, etiam abundè mingatur,quemadmodum ad idipſum aqueum vinum maximè habile reperitur. Similiter ſe habent ea quæ quum tenuia ſunt,facilè minguntur. Cauſas verò horum reddendi nunc tempus non eſt,partim quia ab aliis de hiſce ſatis diſputatũ eſſe nouerim ſuis in locis, partim quia præſens tractatio idipſum minus poſtulat. Ergo decens eſt, vt vrinæ appareant maiores, & tenuiores, atque decoloratiores. Nanque quantum hoc ipſum prouenit potius ob rationem quantitatis: albedo verò & tenuitas à cruditatis imbecillitate proficiſcitur,quæ non eo peruenire potuit,vt vinceret quãtitatem, quod mediocre eſt exuperantem. Nanque ſi præſtitiſſet,genuiſſet illi & colorem & ſubſtãtiam mediocrẽ,atque aliqua cõtenta decentia indidiſſet. Quòd ſi vrina maior quàm quod bibitum eſt, profluxerit, tũ quum crudi humores concocti fuerint, ob hanc ipſam cauſam eueniſſe probatur. Nanque concoctionem ſequitur nutritio, & ante hanc diſtributio. Decet autem vt concoctæ materiæ ſuperfluitates humidæ excernantur. Optimo iure itaque in humoribus crudis iam concoctis vrina multa apparet. Quinetiã vbi humores crudi concoctique nutrire & humectare corpus poſſunt, non opus eſt bibitione,aut pauca quæ cõſuetudine potius fieri ſolet, quæ quoque per vim quandam fit. Quũ verò huiuſmodi excrementa indigeant excerni,his ſeruiũt renes & vaſa diuretica: quod videre eſt in iis quæ quotidie in hominibus ægrotis, atque parum ſanis corporibus fiunt. Sed tamen ab hiſce multis vrinis differunt vrinæ multæ,quæ apparẽt ratione criſis in febriẽtibus:qua non ſolùm excrementa per renes excernuntur, quæ fiunt crudis humoribus concoctis, verumetiã per eoſdem excernitur omnis differẽtia humorũ morbos efficientium. Adhæc diuretica pharmaca efficiunt vt multa vrina profluat, partim naturali partium ſubtilitate, partim caliditate. Omnia enim fere diuretica ſunt huiuſmodi naturæ. Verùm caliditate facilius mouẽt vrinæ multitudinem:partium verò ſubtilitate procedentia humoris cruditatem ſcindunt ac diuidunt,atque proprietate pharmacorum efficiunt,vt per vrinam potius excernantur. In paſſione quoque quæ Diabetes appellatur, intemperatura quædam inauctæ caliditatis circa renes cauſa eſt. Hæc enim ita affecta, renes attractabundos ſeroſæ ſubſtantiæ effecit: hi verò ab hepate, venarúmque omni genere æqua tractatione citò attrahunt,legem naturæ membris nullam ſeruantes. At verò quoniam ob hanc rationem accidit egeſtas, atque naturalis humiditas defertur à tanto humiditatum raptu, ſitis nõ mediocris homini ſuboritur. Nec minores ſunt potus quàm ſitis,& vrinarum excretiones, renibus ſecundum proportionem attrahentibus ad ſe humiditates. Quamobrem multæ fuerunt vrinæ,neque hiſce minores potus:vbi verò nulla fuerit mora,& temperatura bona,neque inibi adeſſe poterit concoctio. Præter hæc quibus natura venter ſiccus eſt,ab iis vẽtris ſiccitas effecit vrinas multas profluere. Excrementa enim quæ excerni volunt, vbi venter multitudinem euacuare nõ poterit præ morbo,qui natura ei acciderat,ad vias vrinæ facto momento feruntur. Illud quoque addendum eſt,quod maximè fieri ſolet tam in colliquatione totius corporis habitudinis quàm in mortificatione contentricis virtutis. Quandoquidem vbi defatigata natura eſt ob peſſimum aliquem morbum,virtus humorum contentrix,tanquam abiiceret,illos diſſoluit. Ipſi quidẽ excernuntur feſtinantes ad exitum: ſed quomodo momentum exeundi capiant, non licet ſimiliter cognoſcere. Nanque interdum per ſudorem abundantem viſi ſunt profluere, interdum per ventrem, interdum per vrinam multam,de qua nũc habetur oratio. Sed rationes quibus multæ vrinæ, quomodocunque exeant hæ ſunt,reddita cauſa ſufficiente vnicuique earum. Poſthac dicendum eſt de pauca vrina, quámnã ob cauſam parua profluat. Dictum eſt in iis quæ de iudiciis vrinarum,quot modis pauca veniat vrina: dicetur etiam hîc memoriæ reficiendæ cauſa, vt ſingulis proprias cauſas reddamus. Vrina igitur pauca mingitur à ſiccitate ciborum,paucitate potus, item ab exercitio vehementi,atque à cæteris quæ corpus deſiccare conſueuerunt. Scimus autem, vt cibis ſiccioribus excretio quæ per ventrem fit,potius apta ſit:tum verò caliditas roborata cõſumẽs,humiditatem corporis deſiccat. Par eſt in iis vt pauca vrina ſpectetur,quum non ſatis humiditatis ad irrigandum vniuerſum corpus; & attenuantia illa veluti minuant ipſius quantitatem. Pauca quinetiam ſpectatur vrina ob pharmaca & cibos glutinoſos obſtruentes meatus. Hoc enim caſu neque diſtributio fit nutrimẽtorũ,neque quæ diſtributa ſunt, facilè ſecerni poſſunt. Quare accidit vt non ratione defectus, ſed ob quandã obſtructionem,vrinæ paucæ appareant. Simile accidit ob humorum craſſitudinem,atque tenacitatem:qui nihilominus quàm glutinoſi cibi & medicamenta, cohibent exitus opportunos,ita vt intrinſecus accidit humiditatem abũdare:foras verò profluere minorem quàm deceat. Quòd ſi pauca vrina appareat ob multam euacuationem ventris, manifeſtas cauſas oſtendet. Non etiam mancas, quum iam ſubductio ventris multa fieri videatur,& multitudo ſuperfluitate cœpiſſe momentũ fluẽdi per illas partes. Etenim naturæ opus eſt euacuare totam ſuperfluitatem per conſuetos meatus. Sin fortè alter altero meatus euacuando exceſſerit, per alterũ minor quantitas euacuatur. Adde,paucam etiam vrinã profluere ob vehemẽtiam febris, & ſi æger biberit plus quàm conſuetum eſt,& nihil abſurdum eſt,febrem vehementem humiditatem omnem ſuperfluam cõſumere, quandiu ſi diuturnior fuerit, adipẽ & ſolida ipſa interdum attingit. Vrina item pauca apparet,vel ob renũ ſolorum, aut reliquorum vaſorum vrinatoriorum affectum,vel ob facultatis expultricis totius imbecillitatẽ: cuius cauſa euidens eſt,nempe vel aliqua intemperies, vel affectus aliquis inſtrumentalis. Sed qui librũ de cauſis morborum legerit, is illic edoctus cognouerit hæc exactius. Hoc itaque pacto de vrinarum quantitatis cauſis,diſputatio ſatis quum ſit,hîc ſiſtatur. Reliquum eſſe videtur referre cauſas colorum, atque poſt haſce conſiſtentiarum,deinde contentorum: vt omnium reddita ratione,& horũ explicatis cauſis,facilè vnuſquiſq; credere poſſit memoratis iudiciis,atque prõptiſſimè & dicere & efficere ea quæ decet in eiuſmodi rebus. Qui enim rationem eorum quæ fiunt ignorauerit, hũc puto non facilè poſſe credere iudiciis: neque ſi crediderit, poſſe reſiſtere, vbi commotus à rationibus diuerſis

fuerit. Hoc itaque pacto cauſæ quæ viſæ ſunt genuinæ, putantur & prædicantur eſſe ſcientiæ de vrinis. Similiter aggredi diſputationem de cauſis colorum operæpretium eſt.

DE CAVSIS VRINARVM ALBARVM, CAP. V.

VBi de albarum vrinarum cauſis primò dixerimus, quemadmodum in iis quæ de differentiis & iudiciis vrinarum diſputauimus, ita quoque de cauſis aliorum colorum tractabimus, ordine illorum hic quoque ſeruato. Igitur (ſicuti ratione demonſtratum eſt) quum exacta & mediocris in hepatis ſima parte facta fuerit concoctio atque diſcretio, ita vt terreſtris humor perfectè diſtributus ſit lieni, quòd humor is non facilè habeat reſtaurationem: ſeroſus verò humor ſequatur vnà cum ſanguine ob vtilitatē quam illic diximus: bilis verò rubeæ pars maxima, atque propemodum tota collecta appareat in veſicula fellis: nanque eius pars quædā cum ſanguine remanet, tum vt ipſum ſubtilem efficiat, ac facilem ad diſtributionem faciendam, tum etiam vt adiuuet ſerum ad facilem diductionem ſanguinis. Nanque mordaci qualitate qua pollet, irritando vim excretricem ſimul cum vrina exit, quum apparuerit inutilis tertiæ concoctioni. Mixta autem colorem mediocrem dat chymati, vt ſenſus & ratio nouit. Nempe colores vrinarum eoúſque participant ſanguinis apparentiam, quouſque ſplendor humorem radians pulchrè facit. Id autem eſſe ſanguinis munus creditur iis qui rectè iudicare nouerunt. Atque hæc ſint dicta de temperata vrina. Quoniam autem veriſimile eſt huiuſmodi flauā bilem abundare & deficere, atque aquoſiorem & coloratam eſſe: tales erunt vrinarum colores ſecundum eorū differētias, quales cauſæ fuerint. In albis igitur coloribus, maximè cryſtallo & aquæ ſimilibus, aliquis ſummā cruditatem ex frigiditate naturæ ortam, aut maximam obſtructionem vaſorum præſertim vrinas ſecernentiū, aut bilis tingentis ad alias partes traductionem, agnoſcere aliquis poſſit. Vrinā verò quæ albedinē remiſſam oſtendit, præſertim quæ vergit ad glaucum, & charopū colorem, non facilè dixerit propter flauæ bilis ad alias partes traductionem, ſed potius ob debilitatem virtutis alterantis, & concoquentis humores fieri, nemo prudentium inficias ire poterit.

ADVERSVS EOS QVI VRINAS VSQVEQVAque à ſanguine colorari defendunt, CAP. VI.

QVoniam quidā ſunt qui arbitrantur vrinas à ſanguine colorari, aduerſus eos pauca quædam ſcribere decreuimus, vt eorum errorem tollamus. Scimus igitur ſano manente corpore, præſertim ſi humores in mediocritate conſiſtant, naturam nunquam excernere aliquem ex humoribus, qui alere corpus cōſueuerunt, quum eiuſmodi nutrimenti ſemper indiga ſit. Quinetiam ſi natura tot machinetur pro nutritione animalis, atque ſemper deſit à completa, non parum abſurdum eſſe videtur, ſanguinem vnà cum vrinis excerni. Adde, ſanguine rubeo cum vrina ſubalbida confluente, oportere vrinam apparere ſubrubeam ſecundum naturam. At hoc à ſanitate tantum recedit quantum rubeum appareat. Quinetiam quidnam prohiberet ſanguine ſemper abundante, vt non etiam ſemper vrinæ eiuſmodi ſpectarentur, quales ſecundū naturam eſſe ratione demonſtratum eſt? Præter hæc non etiam id conſentit cū eiuſmodi viris. Nāque rebus augentibus bilem in corpore, vrinæ multæ bilioſæ generantur: oportebat enim magis colorari à ſanguine aucto. At hoc longè aliter ſucceſſit quàm viri illi opinati ſunt. Quinetiam qui eiuſmodi multùm bilioſas vrinas mingunt, etiam multā bilem & euomere & egerere ſolēt. Atque qui animaduertere voluerit, is perſuadebitur eſſe alias vrinas mediocres, ac hiſce vicinas, quæ à rubea bili, non à ſanguine colorantur. An autem aliqua vrina vel à ſanguine, vel à bili nigra coloretur, paulò inferius demonſtrabitur. Vbi ergo iam nouiſti quis humor maximè vrinas coloret, didiciſtique propter quam cauſam colorem eis non imponat, eas vtique albas relinquēns: perquam facilè hinc cognoueris in cæteris vrinis colorationes, cōprehenſa methodo de coloribus. In quo quum contingat te dubitare: (id autem quòd manifeſtum atque explicatum eſt omnibus in locis, tutius eſt ad capeſſendā diſciplinam), non etiam nos ſiuerimus te vexari ab aliqua occaſione, vnumquenque è coloribus, qui iampridem aliis in locis demonſtrati ſunt, oſtendēdo, quā ob cauſam eo pacto vrinas colorēt. Accidere enim poteſt, vt ſi non didiceris, multa ignores. Igitur vltra vrinas albas apparēt ſubſpiceæ atque ſpiceæ: quæ iam vim ſenſerunt virtutis alteratricis & concoctricis. Quandoquidem (vt ſæpe dictum eſt) vbi bilioſus humor non adeptus ſit concoctionem decentem, tum vrinas albas apparere, atque principium colorationis eſſe ſubpallidū & pallidum: decenter quiſquam in hiſce poterit exiſtimare concoctionis principium ſumpſiſſe cibum qui ad nutriendum aſſumptus eſt, atque colorem inſitum iam excitari apparere, mediocritérque materiā dominari: ita vt ſi non in totum, mediocriter ſaltem natura attigērit concoctionem. Nanque vbi bilis flaua ſufficienter concocta eſt; ipſa à ſui nominis proprietate iudicium facit cuiuſnam coloris ſit. Veruntamen ſi intentionem ſuſceperit, tum apparebit rubea, & violacea, & cærulea, & braſſicea, & ſubnigra, ita vt iamiam ad nigram bilē tranſitura videatur. Quemadmodū contrà quum abeſt à colore qui ſecundum naturam apparet, color ſubcroceus ſuccedit, atque ſubaureus, & ſpiceus, & ſubſpiceus, atque qui hoc deterior eſt. Quum igitur hæc ita habeant, par eſt vt hoc pacto introducatur oratio. Vbi mediocris, atque, vt decet, concoctio fit, tum flaua, atque rufa bilis generatur: & vrinæ apparent ſubflauæ atque ſubrufæ, colore bilis remiſſo ob miſtionem ſeroſæ humiditatis, cuius color albus eſt. Quamobrem ſi dictum fuerit colores eiuſmodi eſſe vrinarum mediocriū, qui miſtiones ſunt è flauo atque albo colore, non erit oratio ab eo quod decet aberrans.

DE CAVSIS SVBPALLIDORVM ET PALLIdorum contentorum, CAP. VII.

COntenta ſubpallida (nam hoc pacto de his quoque dicendum eſt) deteriorem indicabunt tincturam, quæ fieri ſolet à bili, quæ concoctione diminuta eſt. In quo ſi quiſquam conſiderans eiuſmodi ſubpallidos colores, perparum à veritate aberraturum illum putamus, ſi eiſdem rationibus in cæteris coloribus vtatur. Nanque pallidos colores in vrinis apparentes, dicere poterit eſſe immiſtiones ſubflaui atque albi coloris, qui ſeroſæ ſubſtantiæ eſt: veluti ſubpallidus color generatur è miſtione pallidi, atque ſero ipſarum vrinarum, idque quum in concoctione quodammodo fuerit peccatum: & de pallido colore vrinarum eiuſmodi ratio reddi poteſt. Nunc verò de reliquis coloribus dicamus, vt vniuſcuiuſque cauſæ reddantur. Veruntamen, vt noſti, dictum eſt quæ ſint vrinæ mediocres, & quam ob cauſam ſint ſubrufæ, & ſubflauæ: poſthac de vrinis rufis atque flauis apparentibus referamus.

DE CAVSA RVFARVM ET FLAVARVM VRInarum, CAP. VIII.

TAles colores vrinarum faciunt vnumquenque exiſtimare humorem ipſum bilioſum, aut quātitate, aut qualitate intenſū, proceſſiſſe eò, vt & coloratior atque acrior eſſet. Siquidem quum vltra flauum & rufū bilis color proceſſerit, vrinæ manifeſtò apparēt ratione miſtionis colorum diuerſorum.

DE CAVSA SVBRVBEARVM AC RVBEARVM vrinarum, CAP. IX.

VRina ſubrubea & rubea producitur aut à miſtione rubeæ bilis, aut à ſanguinis ſanie, quæ impetu quodam eò fertur. Bilem autem rubeam interdum apparere, ex medicis audire licet. Ego verò ſæpenumero vidi bilem eiuſmodi, veluti in quodam, pauliſper antequam febriret. Tum enim venter egeſſit ſubrubea excrementa, & vrina ſimilem colorem referebat. At verò non oportet orationem producere in iis rebus quæ euidentes ſunt. Illud potius referre cōuenit, quæ vrina appareat: vbi exauctus fuerit ſanguis ſanioſus. Vbi igitur abundauerit ſanguis, non etiam facilè ab eius naturali ſpiritu ventilatur. Nam quum arctata ſint veluti eius vaſa à multitudine, tum ſanies quædam ingeneratur

in ipſo ſanguine. Quemadmodũ in corporibus, quæ nullo modo ventilantur, atque humiditatem quandã participantia iam in putredinem vergunt, pus quoddã generatur, quod à grammaticis appellatur ἰχώρ, hoc eſt putreſcẽtium corporum pus: vulgò verò dicitur ὁμίχλη, hoc eſt caligo. Hæc ipſa ſunt ſigna mutationis, quæ ab aliqua cauſa inducta eſt, ſed ſignificantia id quod nondum putrefactionem accepit. Ergo in ſubrubeis vrinis apparet ſanguini acceſſiſſe ſaniem quandam, qualis eſt ὁμίχλη, quæ ſingulis dieb⁹ ſpectatur in corporibus humidioribus, ſed excernitur à virtute excretrice eã appellãte. Sanies enim ea, quum rubeo colore ſit (eſt enim veluti ſanguis corruptus), fueritque vnita cum ſeroſo humore, illius colorem alterando mutat in ſuum. Veruntamen abeſſe à perfecta rubedine ſpectatur: aqueſcit enim ita vt eadẽ ſubſtantia eſſe videatur, qua eſt humor ipſe ſeroſus. Quinetiam nec latere illud oportet. Nam etſi quadam ex parte ſeroſus humor tingat vrinam, id tamen obfuſcatur in miſtione, tam ab excedẽtis ſaniei ſubſtantia quàm à colore: atque hoc pacto ſubrubeæ vrinæ cauſæ reddi poſſunt. Rubea verò vrina gignitur, aut ob nimiam multitudinem bilis rubeæ, aut ob ſaniẽ multam ſanguinis quæ impetu fertur cum vrinis. Hæc enim multitudine excedentia parum apparere ſinunt miſtionem ſeroſi coloris. Quinetiam quum exactè rubea ſit vrina, & coccinea, demonſtrat ſanguinem ab aliqua parte profluxiſſe: aut quum rupta eſt aliqua earũ venarum quæ ad vaſa vrinaria ſunt, aut quum tranſcolantibus vrinam renũ vaſis hiatus quidam & nimia raritas eſt. Quare accidit vt ab hiſce non parum ſubſtantiæ ſanguinis ipſius profluat, afficiátque ſuopte colore vrinas. Sed ſermo ſuper ſãguine miſto aliis in locis clarior habebitur, qui in hoc loco ſuperuacane⁹ eſt. Nãq; de vrinis, non de mictu ſanguinis diſputare nunc propoſitum eſt nobis, cuius oratio dimittatur. Poſthac verò dicẽdum de colore vineo vocato, atque de aliis qui deinceps ſequuntur.

DE CAVSA VRINAE VINEAE, CAP. X.

QVinã ſit color vineus appellatus, in iis quæ de differentiis vrinarum explicauimus: quídque ſignificet, docuimus vbi de iudiciis actum eſt. Nũc verò ſubiungenda eſt oratio de cauſis, ob quas hic color produci ſoleat in vrinis. Igitur in iis qui multum cucurrerunt atque laborarunt, accidit, vt vrina eiuſmodi coloris appareat ob ſanguinis aſſationem. Nanque vbi aſſiduus, & vehemens motus ſanguinem calefecerit, atque plus iuſto inflammauerit, reſudaréque in vrinariis meatibus effecerit, tum collectione vtrorumque color vineus productus apparet. Neque cuiquam id mirum ſit, vbi etiam globuli ſanguinis in cutim per ſudorem diſtributi, quum & à labore & ſolis æſtu interdũ homo corripiatur. Ego quinimo in quodam iuuene id ipſum memini me vidiſſe. Nanque ipſe amicique complures ſub Canis ortũ ab vrbe profecti, venimus ad nũdinas quaſdam oraturi ſanctum qui illic maximopere à cũctis venerabatur, atque illic diſtẽti ſumus ſpectando multa ob ornatum viſu digna. Neque tertia diei hora elapſa erat tum quũ eò perueneramus. Atque poſt vota facta Deo pauliſper etiam immorati ſumus. Iámque meridies aderat quum redire cogitauimus. Ergo ſole aduſti, ad crepuſculum domum peruenimus, maximo per eam diem labore tolerato. Nam partim quia nemo noſtrûm conſueuerat fatigari longa via & æſtu, partim etiam quòd vnuſquiſque erat molli corpore, vehemens æſtus nos corripuit. Veruntamen ipſo ſtatim tempore nocumento illo ſolutus ſum: vnus verò ex eis qui nobiſcum venerant, qui etiam molliori cõſtabat corpore, quódque ex facili afficiebatur, erátque ipſe quoque homo liber, vt præ ſe ferebat, nocumẽtum ob viam & æſtum ſuſcepit. Nam poſtera dies demonſtrauit vt ipſe ab itinere eo offenſus eſſet: venter enim eum ſtimulauit. Quare acceſſit ad chytropodam, atque ſubnigrum humorem excreuit. Quẽ vbi aſpexit, iuſſit abſportari, ac veniens ad me paſſionẽ enarrauit, rogauítque quidnã ſibi vellet eiuſmodi excrementorum mutatio. Igitur ipſum quum nouiſſem conſuetum eſſe ſecare venam, atque multo iam exacto tempore non vſum eſſe eo more, item eſſe calidum hominem, atque ad patiendum habilem, addens quoque heſternum iter: tum certò cognoui eum ſudauiſſe, atque ſanguine per ſuperficies internas venarum aſſato, ac deinde attracto ad ventrem, directóque ad egerendum, ac tandem excreto per ſedem apparuiſſe eiuſmodi excrementorum genus. Quamobrem hinc ratiocinatus de vineis vrinis, ſubiunxi etiam hoc in loco, vt generentur ab eiſdem cauſis, in quo oportet ſtudioſum fidem adhibere rationi. Et eæ ipſæ in ſanis corporibus & dicuntur & apparent. In iis verò qui à febribus vehementibus corripiuntur, vrina demonſtrat ſaniem ſanguine abundare, atque putreſcere quoque, & vri: & & hac ratione mutari in ſpeciem bilis flauæ, atque diffugiſſe ideas exactas colorum vtriuſque humoris, vſqueadeo vt nihil proprii remanſerit: vineum verò colorem ita vocatum, produxiſſe colorẽ ſanguinis tranſmutati in bilem. Atque ratio de colore vineo hoc pacto redditur.

DE CAVSA VRINARVM PAOSEARVM, CAP. XI.

PAſſeus quoque color longius à mediocritate manet, atque maiorem alterationẽ adeptus eſt. Siquidem à bili flaua mediocri ratione generata, mediocris vrina proficiſcitur. Quantum verò illa ab eo quod decens eſt, exceſſerit, tantũ quoque vrina mutari demonſtratur. Flaua bilis nimirũ eiuſmodi exaſſata, atque veluti violacea effecta, adeo vt paruo quodã momento indigeat ad tranſeundum ad ideam humoris melancholici, vbi penetrauerit venarum ſubſtantiam, paſſeũ colorem in vrinis oſtendit.

DE CAVSIS VRINARVM VIRIDIVM, CAP. XII.

VRinarum viridium ita vocatarum quæcunque ob liquefactionẽ pinguis generantur, hæ clariores, atque ad oleaceum colorem vergentes producuntur. Fiunt autem eiuſmodi vrinæ à miſtione pinguis colliquati, quod in oleaceum colorem mutatum eſt à circũueniente febre. Quæ verò ad nigredinem magis inclinãt, hæ adumbrata viriditate fulgent: ſed multitudinẽ violaceæ, atque cæruleæ ſic appellatæ bilis oſtendunt. Hæ enim quæ multum virides ſũt, parua quadam mutatione indigent, vt ad nigræ bilis ſpeciem tranſeãt. Ab hiſce nanque nigri colores generantur. Atque viridis color (vt dictum eſt) fit ob exceſſum prauiſſimæ bilis exauctæ quãtitate & qualitate, atque ad aliud bilis genus iam adductæ.

DÉ CAVSIS VRINARVM VENETARVM ET liuidarum, CAP. XIII.

VRina veneta atque liuida, item etiã nigra, & à frigiditate & ab humore nigro generantur, differentiáque qua mutuò differũt, oſtẽdũt quãtitatẽ & qualitatẽ humorum eiuſmodi vrinas tingentium. Similitudine verò ſpeciei arguunt vnitatem illorum. Vnius enim ſpeciei caloris communicant. Neque paruam differentiam inter ſe habent in intenſione & remiſſione coloris. Quinetiam neque ſemper ab eiſdẽ cauſis omnes productæ ſunt, ſed veluti diuerſo modo. Quandoquidẽ veneta ob caliditatem non fit eiuſmodi, neque liuida quoque, ſed interdum ob frigiditatem, interdum ob nigrum humorem. Sed liuida ſuperauit venetam, quia fit ob plagas, interdum & lora incuſſa homini. Niger verò vrinæ color, & ob frigiditatẽ valde exauctam, & exceſſum caliditatis, & ob influxũ humoris nigri, atque ob extremam mortificationẽ. Quæ (ni fallor) etſi in iis quæ de iudiciis tranſacta ſunt, nunc tamen ſubiunxerimus cauſas quæ eis congruere exiſtimantur. Igitur liuida ob plagas fit, oſtẽdit magnam ſanguinis mortificationem factã eſſe. Plagis enim diſtrahentibus, atque mortificantibus ſanguinem: ſanguis verò mortificatus ſubnigreſcere conſueuit, qui ſerò tandem à virtute excretrice per ventrem pulſus, ſimul & per vrinaria vaſa oſtẽdit huiuſmodi vrinas, atque etiam excrementa. Interdum verò impetum exeundi capiens per alterũ meatuum, alterum prætermiſit. Quod hac ratione capitur: nanque quæ vrina nequiuit demonſtrare, hæc venter

excernens oſtendit: veluti contrà, quæ venter non po- A
tuit excernere, hæc ipſa demonſtrarunt vrinæ. Vt ipſe
interdum ſpectaui vrinam albam atque tenuem, excre
menta verò perquam bilioſa vidi. Quemadmodum a-
liàs alba excernente ventre, non paucam bilem adeſſe
corpori vrina ſignificauit. Veruntamen quum hoc i-
pſum munus ſit iudiciariæ facultatis, in illa relinquan-
tur explicanda. Nunc verò quæ deinceps ſunt ſequen-
do dicamus. Veneta igitur & liuida & nigra, denunti-
ant bilem nigram à qua tinguntur, teſtantúrque frigi-
ditatem non aliter quàm caliditatem, præſertim in vri B
nis nigris. Frigiditate autem ſolere nigreſcere humo-
res, quemadmodũ immodica caliditate, diſcere eſt ex
his. Frigiditas enim contrahendo ſpiſſat corpus, veluti
aſſiduè videre licet in nubibus. Eæ enim quantum ſpiſ-
ſitudinis admiſerint, eo nigriores ſpectantur pellucen-
tia abeunte ob ſpiſſitudinem. Quinetiam nihilo ſecius
ob mortificationem profectam è frigiditate ſolet ni-
greſcere vrina: is enim color proprius eſt mortuis cor-
poribus. Quoniam vita opponi dicitur morti, o-
mnino etiam propria viuentium, opponentur mor- C
tuorum propriis. Atqui ſi ſubalbida, atque ſubru-
fa ſanis reddantur, quænam reddi poſſint magis pro-
pria iam mortificatis quàm nigra, quæ ſortita ſunt co-
lorem hunc omnium extremum? Caliditas quinetiam
ſolet nigrefacere vrinam exaſſando, & adurendo mate-
riam contentam in venis: quemadmodum etiã in car-
bonibus extinctis apparet. Hi enim ab ignis caliditate
nigreſiunt, ſuſcipientes illam in humiditate, quæ in eis
ineſt. Singulis etiã diebus ſpectare potes homines, quo-
rum extremæ partes liuidæ atque nigræ effectæ ſunt ab D
exceſſu frigiditatis. Quin & vlcera quædã praua, etiam
Anthraces appellata, quæ vergunt ad nigrum colorem
ob immodeſtiam caliditatis. Ego nimirum memini vi-
diſſe vrinam nigram, quum frequens eſſem in loco vbi
medici verſantur. Venit quidam matulã ferens, in qua
vrina veneta & ſubtenuis ſpectabatur. Veruntamen is
vbi vrinam feciſſet, nequiuit venire erectus, ſed venit
valde incuruatus: nam ſenſerat circa renes vehemẽtes
dolores. Retulit quoque priuſquam inciſa ei fuiſſet ve
na, mediocriter doluiſſe ex renibus, atque ſatis ſangui- E
nis fluxiſſe. Poſtea verò dolores vehementer exauctos,
ita vt praue affecerint hominem. Erat autẽ tum hyber-
num tempus, atque fortuna quadam pluſquam dece-
bat frigidum. Igitur hæc videns & audiens, conſideraui
immodicam quandam frigiditatem in cauſa eſſe, dixi-
que opus eſſe vt calidioribus vteretur. Vos autem de-
cet eiuſmodi res cõtemplari, atque diſcere eniti, quòd
frigiditatis exceſſus ſæpenumero vrinas eiuſmodi re-
præſentet. Sed oratio de cauſis colorum, tum quia ſatis F
(vt arbitror) tractata eſt, hic finiatur: tum etiam quia a-
liæ quæſtiones in hiſce quæ de cauſis vrinarum diſpu-
tantur, pertractandæ, orationem ad ſe trahunt. Reddi-
tio igitur cauſarum in iis quæ particularia ſunt, longa,
(vt arbitror) oratione indigebit: neque eam valde certã
adipiſcetur, ob id quòd particularia nulla menſura, nu-
meróque nullo definita eſſe compertum eſt. Quinetiã
iis qui vniuerſalibus quibuſdam definitionibus, quoad
fieri poteſt, determinauerũt generalia, atque reddidère
illorum cauſas, ſuperuacaneum eſſe videtur, ſi iterũ in-
terrogauerint particularia quæ in vniuerſalibus defini G
tionibus comprehenduntur. Præter hæc conuenit vt fa
cta diſputatione de cõſiſtẽtia vrinarũ, reddãtur cauſæ,
quæ illarũ eſſe exiſtimãtur. Quũ igitur duæ ſint qualita
tes actiuæ, & effectiuæ, duæ itẽ paſſiuæ, ac harũ quæli-
bet ſit aut dominãs, aut victa, omnis cõcoctio, & crudi-
tas gignitur in quibꝰ ſpecies cõſiſtẽtiarũ cõſiſtũt. Coco
ctio enim (vt ait Philoſophꝰ) eſt perfectio à calido, na-
turali, & genuino facta ex paſſiuis oppoſitis. Hæc autẽ
ſũt propria in vnaquaq; materia. Quũ enim ipſa conco H
cta fuerit, tũ perfecta eſt, & extitit, atq; principiũ perfe
ctionis à caliditate naturali iactum eſt. Quanuis etiam
ab aliquo externo auxilium ad perficiendũ præſtetur.
Finis verò ad propriam aliquam atque definitam ſpe-
ciem tranſigitur. Cruditas autem accidit ob horum i-
pſorũ contraria, ſcilicet quia materia non regitur à ca-
lore naturali, aut ob eius prauitatem, aut exceſſum, aut
ob aliquam intemperaturam, quæ occupauit naturalẽ
caliditatem. Atque (vt de hac re ſummatim dicam) con
coctio eſt à caliditate naturali cuiuſuis materiæ in ſpe-
ciem definitam, propriam concoquenti mutatio. Nan-
que quum materia fuerit mediocris, eique naturalis ca
liditas fuerit dominata, tũm concoctio fit ſecundum i-
pſius rationem. Atque excrementorum excretiones
capiunt ſubſtantiam ſecundum proportionem expeti-
tam.

DE CAVSA CONSISTENTIARVM, CAP. XIIII.

VRinæ conſiſtentia mediocris apparens, etiam con-
coctionem exactè factam oſtendit. Atque quãtum
illa à mediocritate diſtiterit, tantum quoque cõcoctio-
nem à perfectione aberrauiſſe, atque quouis modo exci
diſſe demonſtrat. Quoniam verò vrinæ tenues atque
craſſæ, & quæcunque mediocrem ſubſtantiam effugiſſe
videntur, vt diuerſam aliquã ſubſtantiam adeptæ ſunt,
ita arguunt naturæ ipſius incoctionem: decẽs eſſe pro-
batur vt cauſæ earum reddantur, vt congruere putatur.
Igitur quia naturalis calor dominãdo, cibo & potui at-
que humoribus internis, ſuapte natura cõcoctiones, vt
decet, effecit: ſin verò acciderit aberrare aliquo pacto,
cruditas in hiſce aderit, vt iam dictũ eſt. Atque tenues
vrinæ apparentes demonſtrant caliditatem naturalem
excidiſſe ab eo quod conuenit: aut quia ſuperata eſt ab
aliqua potente frigiditate, aut quia extranea & corru-
ptrix caliditas aliqua occaſione præcedens, occupat ca
liditatem naturalem, ita vt hæc obſcuretur, atque ab a-
ctione propria prohibeatur. Id autẽ ita ſe habere videre
licet in cibis qui elixãtur: nãque minꝰ elixãtur ab igne
illa quæ cõtigit elixari ſub ſole vehemẽter radiãte, quã
quæ i vmbroſo & ſole minꝰ illuſtrato loco. Veluti quoq;
quæ contigit ſub aere maximè frigido elixari, minus e-
lixantur quàm quæ in aere tepido elixãtur. Illic enim ſo
lis calor calorem ignis attrahens, hic verò vehemen-
tis frigoris vis caliditati ignis repugnans, efficiũt vt mi
nus in iis coquenda elixentur, quàm quæ nõ in eiuſmo
di locis elixantur, tanquam nihil impedimento eſſe cõ-
tingat. Quamobrem hinc accidit vt opſonia minus co-
cta ſint. Quinetiã qui ſub diuo æſtuante aut frigido eli-
xantur, ea incocta ſunt eo tempore, quo cocta ſunt ea,
quæ in vmbroſa & calidiore domo elixantur. Idem etiã
diſcere licet in lucernis. Nãque vbi lucernæ minori mã
iorem admoueris, tum minor ab exceſſu maioris lan-
gueſcet, ſi non etiam extinguatur. Atque hic ſola quan
titate variata lumina idipſum patiuntur, illic verò etiã
differentia qualitatis, quæ in eodem eſt genere. Quam-
obrem oportet virum prudẽtem intelligere compoſi-
tionem ex vtriſque differentiis, idque quærere pari ra-
tione iis quæ fiunt in erroribus concoctionis. Nam quã
tum cõcoctrix & alteratrix vis ab aliqua qualitatum a-
ctiuarum prædictarum paſſa fuerit, tantum conſiſten-
tiæ mediocritatem effugerint verſus tenuiorem conſi-
ſtẽtiam. Idque maximè accidere videtur, vbi intempe-
raturæ ſimplices fuerint intenſiores. Vbi verò vis con-
coctrix non per ſe patiatur, aut ab aliqua intemperatu-
ra, ſed ab aliquo exceſſu materiæ, tũc potius vrinæ craſ-
ſiores apparebunt. Decet quinetiam, vt ſi tractu tempo
ris naturalis calor langueſcat, aut contrà materia ipſa
excreſcat, vrinæ diuerſæ & craſſæ ſpectentur. Et quum
natura concoquere aggrediatur materiam, quam non-
dum omnem perdomuerit, vrinam de tenui in craſſam
mutari oſtendit. Quin quum vel à frigiditate dominã-
te, vel ab externa caliditate impeditam, minus aſſequa-
tur vt faciat officium ſuum, quatenus ipſa ſuperare non
potens aggreditur cõcoctionem, vrina tenuis profluit,
atque naturalis caliditatis magna debilitas adeſſe de-
mõſtratur. Adhæc quum natura cœperit materiæ domi
nari, ipſam habilem ad terminandum efficiens, quate-
nus minuit illius malitiam, ac materiæ reliquum exci-
tatur atque craſſeſcit, mediocre quoddam capiens mo
mentum eundi ad bonum, tum concoctionis principiũ
indicatur. Nãque quum à principio vrinæ apparuerint
tenues, idque non ob aliquam nudam intemperaturã,

A nunquam ad mediocritatē fieri poterit mutatio, ſi prius in eis non ingenita fuerit craſſitudo. Illæ enim vrinæ,veluti & experientia & ratio demonſtrauit,arguunt magnam virtutis debilitatem,atqueeo potius quo cum coloribus peioribus inſpectantur. Craſſæ verò indicant pugnam quandam naturæ,atque certamen veluti nitētis, vt dominetur materiæ: atque iamiam fortè dominantis, ſi nō apparuerint in vrinis ſubſtantiæ vehemēter craſſæ.Hic enim par eſt, à materia tanta ſubactā naturam ſuccubuiſſe.At verò quòd poſſunt quidam opponendo dicere, Nāque ſi tenuia extremæ cruditatis ſūt, B mediocria verò optimæ concoctionis,oportebat ſubtenuia, ſed non craſſa apparere ſigna naturæ incumbentis concoctioni.Quibus reſpondendum eſt vt decet,atque explicandæ ſunt quæ exiſtimantur eſſe ipſarum vrinæ ſubſtantiarum. Igitur quum hominum qui à morbis correpti ſunt,alii ob intemperaturam ſimplicem aliquam auctam patiuntur,alii ob abundantiam alicuius materiæ qui ob intemperaturā ægrorant, vt dictum iā eſt,ab iis potius tenues vrinæ profluunt.Qui verò ob aliquam materiam plus iuſto auctam dolent,ab iis in initiis C ægritudinum frequentius vrinæ tenues minguntur,quæ procedente tempore craſſeſcunt. Interdum etiā ab initio vniuſcuiuſque craſſæ inſpiciūtur . De quarum vnaquaque referendum eſt quod decet.Igitur eorum qui ob nudam quamcunque intēperaturam ægrotant, vrinæ perquam tenues apparent, minus verò tenues ſpectantur pugnante etiam natura : ſicuti mediocres proueniunt quum dominata fuerit. Nanque horū ipſorum primum accidit ob extremam naturæ ſolutionem nequeuntis aſſurgere eo, vt officium ſuum efficeret, D ita vt vrinæ materia prorſus inelaborata relinquatur: alterum verò ob paruam ipſius reſtaurationē, quia iam aggreditur : tertium quoque ob dominatum nullo aliunde impediente. Teſtabuntur hanc rationem etiam colorum mutationes. Atque ob eiuſmodi cauſas apparent vrinæ tenues , & ſubtenues eorum qui ab aliqua nuda intemperatura correpti fuerint.In eis verò qui minus ſanè habent ob aliquos humores qui exceſſerunt,etiam diutius vrinæ apparent,nondum aggrediēte natura, perinde acſi adhuc eſſet morbus crudus. E Atque quantum vrina fuerit tenuis , tantum cruditas adeſſe exiſtimatur. Quum igitur tanta fuerit materiæ cruditas, nihil ea ratione paratur ad excretionem , virtute retentrice materiam ipſam quoque continente , atque virtute naturali pro viribus nitente concoctionem imponere.Ergo quum hoc ita habeat,atque neque natura queat concoquere materiam , neque cibus ac potus foris ſuppeditati, menſuris concoctionis expenduntur. naturali virtute intenta ad maiora,fit vt ob hoc tenuis F vrina,non craſſa ob illud appareat.Veruntamen vbi natura vincit materiam,tum cruda concoquuntur:præſertim ſi per ventrem ac vrinam ſecedere debeant,tum vrinæ demonſtrantur habere craſſitudinem non mediocrem.Conuulſa nanque materia ſuperflua,ad exitū dominante quodammodo concoctrice virtute,etiam vrinæ demonſtrantur craſſæ.Quare plerique ab hoc ſigno coniectantes excrementorum impetum eūdi deorſum, auſi ſunt prædicere futuras eſſe ventris excretiones nō paucas. Sed quum id ipſum ſit pars facultatis prognoſticæ, par eſt vt ſeruetur quouſque illuc ventū ſit. Nos G verò ab iis quæ ſunt nobis euidentia,ſubiunxerimus etiam hoc ad propoſitæ rei confirmationē. Nanque cōſueuēre in ſuperficie huius corporis tumores quidā varii generari. Quorum alii nonnunquam quicquam puris,aut puri ſimilem humiditatem cōtinent,ita vt quoties ipſos diſcideris, carnem inueneris extraneam. Alii verò attrahentes ad ſe cunctam materiam, tractu temporis concoquunt,atque alterant in puris ſpeciem.Deinde ſiue caſu, ſiue arte ſuperfluitatem puris euacuauerint, H ad id quod ſecundum naturam eſt,reuertūtur.Sed tum tumores hoſce ſi in initio diſcideris,quoniā morbus adhuc crudus eſt,nihil humiditatis hauſeris , præter ſanguinem natura congruentem membris. Sed ſi in initio concoctionis eos ſecueris,inſpexeris pus ſubcruentum. At ſi in ipſa vehementia ſeruaueris tumorē integrum, ac deinde iam protracta cōcoctione diuiſeris, aſpexeris pus ſincerum atque concoctum fluere. Hæc ſunt conferenda à te cum vrinis,ô vir optime. Nam in illis crudo etiam manente morbo,nihil in vrinis cæteriſque excretionibus emittitur , ſed paruum quoddam eiicitur,morbo incipiente inualeſcere. Quum verò vehementia iam affuerit, concoctio tum perfecta materiæ gignitur,ac vrinæ craſſitudinem capiunt,materia deorſum verſus deſcendente. Vrinæ enim craſſæ ſemper fuēre ſigna humorum quorumcunque aliquo pacto implentiū ventrem,& inteſtina,atque hepatis partes cauas. Veruntamen quando hæc ſignificēt ventris excretionem,& quando non ſignificent,explicabitur in iis quæ de præuidētia. Et(vt omnia vno verbo dicam) ſic habeto , vrinæ tenuiſſimæ extremam quandam debilitatem naturæ, atque cruditatem arguunt,ob defectū caloris natiui.Craſſæ verò factæ,atque eiuſmodi manētes vel etiā cōſtitutæ, oſtēdūt primò calorē genuinū concoctioni incumbere, deinde dominari quodammodo. Veruntamen nondum eo perueniſſe vt integrè concoxerit, ſiue à quantitate vel qualitate humorum, ſiue à propria laxitate langueſcentem & obſcuratum.At verò quoniam dictum eſt vrinas tenues apparere ob obſtructionem, referendæ etiam in iis quæ tenuitatis cauſæ exiſtimantur.Ergo quum vel circa renes,atque reliqua vaſa vrinaria,vel circa aliquas particulas potentes coercere,vt vrinæ mediocres exeant,obſtructio aliqua non parua gignitur ab aliqua affectione,tum vrina per anguſtias,veluti per defæcatorium colata perquam tenuis exit. Neque mirum videri poterit,quod ſpectare eſt in iis quæ ſingulis diebus factitantur. Quidam enim quum vinum limoſum & craſſum ſentiunt , illud defæcatorio ſæpenumero colant , atque decenter attenuant colaturis auferendo craſſitudinem, ita vt pellucidiſſimum vinum efficiāt. Simile fieri in vrinis colligere oportet. Quamobrem vbi acciderit,vt ob aliquam obſtructionem vrina tenuis appareat,tum quis cauſari potius debuerit meatus obſtructos eſſe quàm virtutis concoctricis debilitatē.Sed de concoctione & incoctione atque materiæ cruditate ſufficiēs iam facta diſputatio hoc pacto maneat.Atque ab hiſce diſcat vnuſquiſque hiſce ſtudiis incumbens , quòd vrinarum ſubſtantiarum aliæ ſequuntur cōcoctiones humorum, aliæ incoctiones , aliæ quoq; cruditates. Mox verò par eſt diſputare de cauſis contentorum in vrinis.

DE CAVSA CONTENTORVM ALBORVM, CAP. XV.

QVemadmodum concoctionis & incoctionis quæ in vētre,& cauis hepatis,atque vicinis inſignibuſque vaſis fit , conſiſtentiæ vrinarum potiſſimum ſigna extitēre:ita quoque concoctionis, quæ in genere venarū perficitur, putare oportet contenta ſigna eſſe.Quāobrem dicendum eſt primo de hiſce , atque de coloribus,qui vnà cum contentis apparent , atque quæ cauſa exiſtimetur eorum eſſe. Deinde de ſubſtantiis contentorum,atque locali trāſmutatione,déque reliquis quæcunque in eis ſuſpiciuntur. Contenta igitur mediocriter alba & læuia & æquabilia teſtantur ſanam virtutem eſſe in tertia concoctione. Nanque ſicuti in ſanguine perfectè concocto colamentum apparet ſubrufum, atque ſubflauum,cui opus fuit humore colorante, ita oportet conſiderare quoque in ipſa concoctione,quæ in genere venarum agitur.Siquidem ſanguis nondū perfectus generatur cibo ſuccificato in ventre diſtributo, atque in hepatis concauitatibus alterato: ſed vbi idem purè alteratus ac perfectus fuerit in genere venarum. Atque ratione compertum eſt, hic atque in concoctione quæ in venis,excrementum ac inutilem ſubſtantiam vrinam eſſe: illic verò & in concoctione quæ in vētre & inteſtinis , ſuperfluitatem eſſe excrementa , ac vtraque ſigna eſſe. Quin & vt pus à mediocri concoctione hoc conſequitur vt exquiſitè album ſit,ita ratione compertum eſt,ſanguinem ad album colorem vergi, quum de colore ſuo tranſmutatur legibus naturæ alteratus atque tranſuerſus.Fidem etiam faciunt humores , tum lac,tū ſemen: quippe quæ de ſanguine mutantur in album co-

lorem. Ergo & cōtenta in vrinis ſimilem rationem ſeruantia, ſigna ſunt ſanæ concoctionis. Demonſtratum enim eſt, hæc ipſa excrementa eſſe ſanguinis exactè concocti in venis. Quod enim non mutatum eſt in meliorem mutationem atque alterationem, id in hanc ſpeciem, vt mutatum ſit, mutatur à virtute naturali vincēte. Ob hæc igitur contenta, alba rectè eſſe videntur & appellantur. Veruntamen non intenſam habent albedinem, eo quòd neque modo puris mutātur. Si enim ſubſtantiam puris ſuſcepiſſent, etiam eiuſmodi ratio redderetur colori ſecundum naturā. Quæ verò intendūtur in albedinē, hæc potius ſoboles humorū pituitoſorum eſſe probantur, aut ſanguinis imperfecti mutati in ſimilitudinem puris à potentia virtutis alteratricis.

DE CAVSIS SVBPALLIDORVM ET PALLIDOrum, ac bilioſorum contentorum in vrinis, CAP. XV

IN quibuſcunque vrinarum contentis ſubpallidus & pallidus atque bilioſus color apparuerit, in iis ob eiuſmodi cauſam inſpectari oportet. Quando aliquis eiuſmodi humor abundauerit, aut quum ſanguis ipſe corrumpitur in bilioſam & alienam qualitatem, aut quum multa fit ciborum ſumptio, maximè qualitatem eam gignētium, aut quum eiuſmodi humores intrinſecus excreuerint, aut quū alia quæuis ſimilis affectio & victus ratio habita fuerit, quæ efficere ſoleat paria prædictis: non autem facilè potuerit natura expellere omnem ſpeciem humorum eiuſmodi, aut tempore longo laborans, aut à multitudine victa: fit vt eiuſmodi humor bilioſus in tertia concoctione redundet. Idémque miſtus ſanguini, atque redundans in genere venarum, atque quoad fieri potuit, inde abiectus per cōtenta in vrinis, præſtantem in venis humorū qualitatem oſtendit. Nāque à rebus excretis expēduntur quæ præſumpta ſunt. Itaque naturæ inſpectorem oportet, per omnes colores, conſiſtentias, & cōtenta diſcurrentem, & ſigillatim expendentem quæ in his ſunt, ac analogias & proportiones exponentem, ſic pronuntiare. atque ita quiſpiam faciens, parum ab eo quod rectum eſt aberrarit.

DE CAVSIS CONTENTORVM SVBRVBEOrum & rubeorum, atque cruentorum, CAP. XVII.

DE ſubrubeis rubeiſque, atque cruentis contentis ea referre ſatis fuerit, quæ quum definita non ſint, ab ipſo ſenſu diſcere licet. Nanque vbi humor ſanguineus fuerit promotus ad concoctionē meliorem, quod tāquam non aſſumendum viſum eſſet, non adeptum fuerit permutationem ſecundum naturam quòd vinci nō poſſit, aut ob multitudinem excedentem mediocritatē, aut quia virtus contentrix quæ illic eſt, debilitata eſt vſqueadeo, vt etiam optimos humores abire ſinat, tū cōtenta eiuſmodi producuntur. Quandoquidem ſi virtus illic ſuperior fuerit, perquam facilè omnia alterarentur, atque mutarentur. Sicuti contrà ſi quicquam illa paſſa fuerit, etiam contenta ſpectatur auerſa ab eo quod ſanum eſt.

DE CAVSIS CONTENTORVM FVSCORVM, & liuidorum, atque nigrorum, CAP. XVIII.

FVſca in vrinis contenta, & liuida, & nigra inſpectantur, aut ob mortificationem vitalis virtutis. (nam in hanc ſpeciem mutatur mortificatus humor), aut ob humorem nigrum qui illuc ab aliquo loco cucurrit, vel illic genitus eſt, deinde vt in vrinis ſubſideret profluxit: aut ob ſanguinē mutatum mortificatúmque, atque cū vrinis commixtum. Quandoquidem vbi cum ſanguine ſimul diſtribuitur humor is melācholicus, eo quòd excretrix virtus debilis eſt, etiam vſque ad tertiam concoctionem ibit. Inde verò expulſus à reſidua etiam animali virtute, idem miſtus cum contentis, ipſa colorat: ita vt ſi mediocris fuerit, reddet fuſcos atq; liuidos colores: nigros verò efficiet, ſi qualitate & multitudine excesserit. Atque hoc pacto melancholicus humor redundat, & pro eiuſmodi cauſa extrà ductus apparet. Quinetiam accidit, vt interdum contenta videantur nigra, quum ſanguis exiſtit melancholicus, aut eo quòd à cibo eiuſmodi ſuccū gignente fit, aut quòd bilis, aut ſanguis in eiuſmodi humorē tempore mutatus ſit, aut ob

A aliam quamcunque cauſam. Nanque ratione & vſu idipſum comprehenſum eſt. Aſſumitur enim à natura omnis ſanguis qui purus eſt, in tertia cōcoctione: qui verò mutatus fuerit in bilem nigram, hic ſeparatur à virtute excretrice. Sed tamē id orationi huic addatur. Nā vbi ſanguis mortificatus atque verſus fuerit in colorē nigrum, aut ob tormenta & ſcuticas homini incuſſas, aut ob virtutis remiſſionem ac mortificationem, tum hunc ipſum natura tāquam ſuperfluum illinc deriuat: atque tum vrina eiuſmodi excretis contentis abundat. B At oratio de cauſis colorum, quos in contentis eſſe cōtingit, hoc pacto finiatur, dictis à nobis quæ ſint neceſſaria. De quantitate verò contentorum docere iam par eſſe videtur: deinde de cæteris iis quæ ſuper ipſis quæruntur.

DE CAVSIS QVANTITATIS AC SVBSTANtiæ contentorum, CAP. XIX.

MVlta contenta vrinarum, vt multum nutrimentū corpori diſtribui, ita robur quoddam alteratrici virtuti adeſſe ſignificāt. Quum enim materia deerit, ac C naturæ robur affuerit, non tum efficit abundantem nutritionem. Quòd ſi ſemper materiam agglutinarit, atque aſſimilarit, ſemper quoque eiuſmodi conſumptionem ſequetur excrementorum multitudo non parua. Non enim par eſſe compertum eſt, vt in quacunque diſtributione nutrimenti quæ corpori fit, non etiā excrementum aliquod ſeparetur. Quamobrem quum multū alimenti natura elaborārit, multa quoque excrementa adeſſe neceſſe eſt. In quo nec illud ignorare oportet: nanque alteratrice concoctricéque virtute ipſa ab alia D quauis cauſa obſcurata, plurima excrementa feruntur: veruntamen hæc ad craſſitudinem vergunt, dum concoctionem exactam effugiunt. De quibus paulo inferius, vbi de contentorum conſiſtentia tractabimus. Nunc verò de paucitate contentorum dicendum eſt. Atque hæc pauca contenta explicatū eſt quòd ob inediā & exercitia, atque obſtructiones, & concoctiones tardas generātur. Ergo virtute nutritiua potēte, & materia abūdante, huius meliora aſſumuntur, peiora verò expellūtur, quæ excrementa ſunt, etſi hæc etiam aſſumantur. E Quando verò conueniens & pura nutritio ex toto defecerit, etiam contenta in vrinis ratione eadem quantitate minuuntur. In iis verò qui multum ſeſe exercent, etſi nutrimentum multum adſit, contenta tamen minora in vrinis apparent, eo quòd in eiuſmodi corporibus excrementa conficiuntur & tenuantur, atque per occultas tranſpirationes abeunt, ita vt paucum quiddam relinquatur arctatum in exitu, atque cum vrina deſcendens: neque mirum eſſe poterit, ſi contenta pauca ſpectētur, meatibus obſtructis, atque craſſo per anguſtias, F quas fecit ſola ſubtilia trāſire ſinente. Atque hoc in loco oratio de quantitate cōtentorū ſiſtat curſum. Poſthac dicendū eſt de conſiſtentia, hoc eſt quā ob cauſam tenuia vel craſſa contenta ſpectentur. Hoc enim pacto reddita vbi fuerit ratio, ſeruatus erit ordo vt propoſitum erat. Igitur contenta tenuia quum pura fuerint, ac non facilè aſſurgentia, quū matula commota ſit, ſignificat magnam quandam debilitatem naturæ in tertia concoctione adeſſe. Si enim hæc firma eſſet, fortaſſe gigneret in ea concoctione mediocrem ſubſtantiam. At G verò nunc quemadmodum circa primam & ſecundam concoctionem peccari contingit: (illic enim tenuia & ſubhumida fiunt excremēta, hic verò albæ atque aqueæ vrinæ) ita in tertia cōcoctione peccari ſolet. Contenta enim tenuia ac indefinita, minúſque domita à calore genuino manent. Quinetiam quæ apparent tenuia ob crudum humorem tenuatum, veluti in iis quæ de iudiciis vrinarum ſcripta ſunt ſuperius diximus, ea ab roborata iam genuina caliditate fiunt, attenuante ac diſſipante omnem craſſitudinem materiæ, quæ venis inhæſit ob humorum cruditatem. Similia hiſce ſingulis diebus H in his quæ in aere fiunt demōſtrantur. Quādoquidem in illis ſolis calore eminente, omnis craſſitudo corporis nubium attenuatur, atque in aerem conuerſa diſſipatur, vt eodem calore ſuperato coguntur nubes, atque craſſeſcunt. Adhæc ob multam conſtrictionem ni-

greſcunt, ita vt horridum etiam inſultum terrenis minitentur. Hoc item exemplum ſatis eſſe poterit in craſſis contentis vrinarum oſtendendis. Nanque genuino calore debilitato, non etiam facilè hinc humores & domari & attenuari poſſunt. Nanque caloris ipſius in humoribus proprium eſt tenues & veluti indefinitos humores cogere, & definitos reddere cōcoctione: crudos verò & craſſos attenuare & concoquere: atque craſſitudinem accidit in contentis inſpectari. Quæcunque enim eorum quæ ad nutriendum aſſumuntur, non euicta concoctione ob aliquam impedientem cauſam, eadem aut tenuia apparent, aut craſſitudinē habētia ſunt, vtraque diffugientia mediocritatem cōcoctionis. Quæ verò contenta videntur craſſitudinem habere natura, ratione criſis excrementa expellente, id ob virtutis excretricis robur potius fit, quæ mala & inutilia expellit, quum præſertim illuc impetu ferantur. Quinetiam cōtenta quæ videntur eſſe craſſa ob eiectionem puris, oratio quæ de iudiciis acta eſt, docuit: cauſam verò reddet oratio de concoctione. Quandoquidem quæ exactè concocta eſſe apparent, ea mediocrem ſecundum genus conſiſtentiam capiunt: quæ verò aberrauerint ab exacta concoctione, illa demonſtrantur aut tenuiora, aut craſſiora. Hinc etiam cenſendum de pus efficientibus. Nāque pus mediocre eſſe videtur, quod genitum eſt concoctione vincente, idémque craſſius quibuſuis contentis ſpectatur, tenuius verò ſanguine ſpiſſo. Sed de pure rationem aliis in locis diſcere poteris: quare hîc relinquatur, vbi non adeo opportunum eſt vt tractetur. Nos verò quum de ſubſtantia contentorum quæ in vrinis apparent, diſputarimus, decet vt etiam de hypoſtaſi orobea, furfurea, laminea, atque ſimilacea doceamus.

DE CAVSIS HYPOSTASIVM OROBEARVM, furfurearū, laminearū, & ſimilacearū, CAP. XX.

QVa ſpecie ſint eiuſmodi hypoſtaſes, dictum eſt in tractatu de differentiis vrinarum, & quid ſibi velint in iis quæ de iudiciis ſcriptum eſt. Nunc verò ipſarum cauſas explicemus, atque orationem abſoluamus. Igitur quum febris ad carnem vſque proceſſerit, ita vt eam & iungat & liquefaciat, iam antea conſumpto pingui, tum in fundo matulæ ſubſidet quantum de ſubſtātia carnis depaſtum eſt. Nō enim in eo fundo ſublimatur, neque errat eiuſmodi cōbuſtum ita facilè: quemadmodū fieri ſolet in contentis quæ ſpecie ſimilia ſunt huic, ſed ſemper fundo hæret, naturali quadam grauitate iacēs. Atque quòd hoc pacto febris peruenit ad partem corporis informem atque craſſam, etiā hypoſtaſin eiuſmodi reddidit. Quinetiā in hypoſtaſi furfurea quædam figura ſeruatur contentis, à qua etiam nomen deductum eſt. Nanque poſtquam vis febris attigit duras corporis partes, eiuſmodi furfures apparent, veluti fruſtula quædam abſtracta à corpore præ duricie renitente. Siquidem eorum quæ ab igne ſoluuntur, alia liquefaciendo ſoluuntur, alia frangendo & ſcindendo, veluti ea quæ obtinuerunt ſubſtantiam duram ac rigidā. Atque quò corpora duriora fuerint, eo fruſta maiora euadunt: quippe quòd ignis impetu primo reſiſtunt, deinde cedentia vincuntur magis quàm quæ humidā ſubſtantiam ſortita ſunt. Quemadmodum ſingulis diebus videre licet in ſingulis rigidis atque lapidibus. Diſſultant enim non parua fruſta ab hiſce quum aduruntur: quæ verò ſoluuntur liquefactione, hæc comparatur ſeuo, & ceræ, atque ſimilibus. Quamobrem & adeps & caro hiſce ſimilis eſt. Ob hanc rationem quo febris magis attigerit ſolidiora corpora, eo maiora & euidentiora fruſtula abſciſſa videbūtur. Idem etiam diſcere licet ab hypoſtaſi laminea & ſimilacea, quæ ſunt fruſtula partium ſolidarum à febre hectica incenſarum. Atqui quēadmodum à mediocri & naturali calore fingitur, atque perficitur vnaquæque harū, ita ab extraneo calore, ac immodica febre diſſipatur diſſoluitúrque, & conſumptionis corporum febris eſt cauſa penetrans vſque ad profunditatem: ſed quòd appareant fruſtulorū ſpecies quædā diuerſæ, à liquefacta materia ſuborta eſt differentia. Quamobrem habes etiam rationem hypoſtaſis furfureæ, & lamineæ, atque ſimilaceæ ſufficientē iis qui ſufficienti pollent ingenio. Veruntamen non ignorare oportet interdum humorum crudorum ſpiſſatorum effigiem quandam apparere, vergentem ad ſpecies ſimiles prædictarum hypoſtaſium. Quemadmodum accidere ſolet in iis quæ coquuntur in ſartagine. Hæc enim dū aſſantur, arctantur, atque quo magis vſtulantur, eo peiora rediguntur. Similia his conſiderare oportet, & hoc pacto ſe habere in vrinis, atque coniectandum, quo maiora fuerint fruſtula, eo imminentiorem febrem eſſe. Quinetiam interdum in cōtentis vrinarum eorū, quos abſque febre contingit eſſe, eiuſmodi ſoboles malè elaborati alicuius humoris apparent, quæ tractu temporis declinant atque diſſoluūtur, ac veluti capilli interdum in vrinis ſpectantur. Quorum iudicia ſuo in loco declarauimus.

DE CAVSIS CONTENTORVM MISTORVM VEL diſſimilarium, CAP. XXI.

NVnc verò pareſt vt cauſas contentorum diſſimilarium ſubiungamus, fortaſſe non inutiles iis qui hiſce ſtudiis operam nauāt. Siquidem vbi humores aliqui relinquantur per aliquos meatus, neque fuerint diſſoluti aut attenuati, neque quoque citò per vrinas expulſi, ſed tractu tē poris in meatibus mora fecerint, ſpiſſitudinem, oſſiſque naturam ſuſceperint, ab aliqua calidicate in eiuſmodi ſpecies trāſmutantur: ita vt neque oſſa perfectè ſint, neque humores exactè cōſiſtant, ſed potius ſunt humores ad oſſis naturam vergentes. Reliqui igitur quæ ſimilia ſunt ramentis atque furfuribus, & quodcunque aliud dicere volueris ſimilitudinem faciens, poſſent conſiſtere etiā per reliquas corporis partes. Quæ verò ſimilia ſunt capillis, in iis vaſis quæ à renibus ad veſicam deſcendunt, generantur. Atque quanta eſt longitudo vaſorum internorum, tanta generatur humoris ſpiſſitudo & aſſatio, atque illa veluti capilli ſimiliter extenduntur. Proinde quum ſæpius hæc ſpectauerim in aliquorum vrinis, nequicquam aberraui à iudicio & præuidentia, dicens illos malè habere ex renibus. Et illi veluti conuicti cōfeſſi ſunt paſſionem, atque confidentes, curationem mihi crediderunt. Sed tamen hoc ſpectat ad aliā diſputationis partē. Nos verò quoniam propoſuimus reddere cauſas vniuſcuiuſque eorū quæ apparēt in vrinis, ſic hactenus fecimus. Nam in vnoquoque colorum cauſas aſſignauimus, & quæ ſunt in conſiſtentia, item quæ in cōtentorū coloribus, & quātitate, & conſiſtentiis. Verùm quòd oratio videtur habuiſſe modum decētem, hoc in loco eam terminemus, ne videamur legentibus præter modum protuliſſe ſermonem. Quandoquidem paucis verbis ſiquis velit ſententias multas claudere, id tam breuitatis quàm ſtudii frugalis munus eſſe probabitur. Volentis verò dicta repetere atque egredi vſque ad contrapoſitiones & inanes cōtentiones, fortaſſe hominis ingenioſi putabitur: ſed minus congruerit viris ſtudioſis, atque paucis ſenſus multos componere nitentibus. Sec de his hoc in loco ſatis, de quibus aliàs plura. Nobis verò quantum relictum eſt, in altero libro etiam oratione non ſuperante modum ſcripſimus. Quòd ſi tandem quicquam videatur prætermiſſum eſſe, idipſum ego puto præceptis vniuerſalibus contineri. Sin verò, quod contingere ſolet hominibus, aliquis quicquam adinuenerit, ne quiſquam accuſet paſſionem humanam, ſed potius illius inuētum addatur hiſce dictis, vt plenior ſit eiuſmodi inſtitutio. Nanque hoc pacto tractatio per gradus multos vbi acceperit incrementum, tendet eo vt perfecta conſiſtat, atque ſtudioſis aderit non ignobilis inſtitutio.

ANNOTATIO EORVM QVÆ SINGVLA CAPITA libri poſterioris De cauſis vrinarum complectuntur.

De cauſis contentorum læuium, & aſperorum, atque glutinoſorum, Caput I.
De cauſa generationis ſpirituum extraneorum, Cap. II.
De cauſa generationis bullarum apparentium in urinis, Caput III.
De cauſa diuerſorum locorum quos occupant contenta, Caput IIII.
De cauſis diuerſorum colorum ipſarum coronarum in ſuperficie urinæ manentium, Cap. V.
De cauſis priuationis contentorum in urinis, Cap. VI.
De cauſis urinarum per genera & ætates, Cap. VII.
De cauſis urinarũ quæ à ſimplicibus intemperaturis profluunt, Caput VIII.
De cauſis urinarum eorum qui ſe plus iuſto exercent, atque ſegniter uiuunt, Cap. IX.
De cauſis urinarum uariatarum ab anni temporibus & à regionibus, Cap. X.
De cauſis urinarum profectarum à nutrimentis bonis & malis, Caput XI.
De cauſis urinarum ſomnolentorum & inſomnium, Cap. XII.
De cauſis urinarum profluentium ab iis qui uel ob ſatietatem, uel famem non coxerunt, Cap. XIII.
De cauſis urinarum per genera ægritudinum, Cap. XIIII.
De cauſis urinarum profluentium in utriſque tertianis, Cap. XV.
De cauſis urinarum quartanarum, Caput XVI.
De cauſis urinarum in febribus amphemerinis profluentium, Caput XVII.
De cauſis urinarum profluentium in continuis febribus, Caput XVIII.
De cauſis urinarum profluentium in calida affectione membrorum principalium affectorum, Cap. XIX.
De cauſis urinarum, quum principalia membra affecta ſint affectione frigida, Cap. XX.

ACTVARII DE CAVSIS VRINARVM liber poſterior.

Præfatio.

A QVOD accidere ſolet rerum ſpectandarum amantibus, vbi aliquam perpulchram domum intrauerint.(non enim neceſſarias partes ſolùmodo diſquirere volunt, fundamẽta, fornices, colũnas ſuffundatas, atque tectũ, & alia eiuſmodi, verumetiam ſiquid domo adiectum ſit pulchritudinis excellentis varietate figurarum & picturarum præſtantia, atque pellucedine incruſtationis): id quoque mi B hi accidet, non ſolùm inſudanti iis rebus quæ arti neceſſariæ ſunt, ſed etiam circa eas exercenti, quæ pulchritudinem dictis nihilominus quòd tutum fundamentũ præſtare poſſent. Proinde volumine altero opus fuit, quò tota mens de cauſis vrinarum explicaretur, idque vt oratio quæ habita eſt ſuper vnoquoque iudicio, decentem cauſam accepiſſe videretur. Veruntamen contemplatio de vrinarum cauſis, à veteribus philoſophis perculta eſt, non aliter quàm ſi in philoſophia res vna eſſet ad tractandũ propoſita. Nũc verò neſcio quibuſ- C nam è medicis nobis æqualibus placere videatur, quũ antiquam illam philoſophiæ veneratione perdiderint, vixque iis quæ de differentiis vrinarum atque iudiciis ſcripta ſunt, incumbant. Quamobrẽ tempore non paruo diſtuli proferre cauſas à me inuentas ſuper vrinis, quæque diu prætermiſſæ, manſêre negligẽtia eorũ qui artem medicam exercuerunt. Verùm vbi ad me redii, cenſens ſi imperfectam diſputationem reliquiſſem, ſegnitiæ cuiuſdam exiſtimari: ſin verò ſcripſiſſem quæ decet, ſtudii cuiuſdam non ignobilis opus extare: aggreſ- D ſus ſum diſputationem de cauſis, putans noſtram hanc præceptionẽ plurimum eſſe collaturam, iis præſertim qui philoſophiæ ſtudiis delectantur. Ergo per hæc rectè exiſtimatum eſt, ſi diſputatio de cauſis vrinarum ſubiungeretur, cuius partem explicauimus, párſque ad tractandum nobis relicta eſt. Opus autem eſſe videtur omni, quæ alterius eſt, cauſa: atque in reliquis differentiis vrinarũ, ſuas cauſas reddere, ſimul vt nobis oratio procedat facilior, ſimul vt iis qui aliorum diſputationẽ taxare nitũtur, præcludatur ingreſſus accuſationis. Quia E igitur etſi colorum & ſubſtantiarum cauſas iam reddiderimus, atque præter haſce etiam eas quæ ſunt contẽtorum, non tamen explicatæ ſunt cauſæ omnium eorũ quæ ſuper hiſce antea dicta erant. Sunt enim reliqua quæcunque ſpectant ad læuitatem, & inæqualitatem, ac loci poſitionem ipſorum contentorũ: item quæ ad bullas attinent, atque ſiquod aliud natet in vrinarũ ſuperficie. Decebit nunc me prætactas ſuper hiſce cauſas reddere: deinde dicere de ſequentibus, veluti ratio procedens inſtruxerit.

A DE CAVSIS CONTENTORVM LAEVIVM, ET aſperorum, atque glutinoſorum, CAP. I.

QVoniam in contentis quæ mediocria ſunt, in aliis etiam læuitas præſens demonſtrat concoctionem ſecundum naturam, eadem ſiquo pacto immutata fuerit, oſtendet concoctionis defectum. Quòd ſi non læuitas fuerit, ſed quam aſperitatem nomine oppoſito appellauerimus, ea ſignificabit defectúm quendam concoctionis naturalis diſſimilari, quadam ſubſtantia intercidente contentorum continuitatem, tanquam hu- B ius contraria. Glutinoſum verò quiſquam hoc dixerit modo, ſubſtantiam percraſſam atque tenacem: ob quã etiã contenta quũ denſari contigerit, mutuò coeunt. Eiuſmodi enim humorum corruptio mutuò glutinat partes veluti diſtantes, non aliter quàm ſuccus quidã aut coagulum. Et ab eiuſmodi idea quiſquam poterit ratiocinari ſuper glutinoſis contentis. Nunc verò dicendum eſt de aſpero, & quodnam ſit illud quod eius continuitatem diuidat: ſiquidem fortaſſe hinc alia ratio apparuerit non ignobilis. Nanque in concoctionibus per- C fectis nihil eſt non domitum. Humores enim domiti, atque ſufficienter concocti eſſe demonſtrantur ab iis quæ excernuntur. Spiritus verò diuerſi & extranei, ne principium quidem conſiſtentiæ capiunt, emoti à calore naturali. Manifeſtum eſſe videtur vt concoctione deficiente in aliquo horum, tam humores incocti producuntur quàm ſpiritus propriam ſubſtantiam accepiſſe ſpectantur. Sed de cruditate & incoctione humorum ratio tractata eſt in libro ſuperiore. At verò hoc in loco conuenire videtur, reddere rationem de ſpiritu D extraneo dominante, vt in omni tractatione abſolutus ſermo, in hoc etiam à nemine reprehendi poſſit. Igitur quod fieri ſolet in conſpectu noſtro, atque euidenter in elementis:(nanque aeris tranquillitas generari tam in frigore vehementi quàm in ardente calore ſpectatur): id etiam fit in corporibus noſtris. Nanque maximis frigoribus vbi correpta fuerint, & calor omnino debilitatus fuerit, tum denſitas quædã à frigiditate cõtrahitur. Neque tum quoque ſpiritus excitantur, qui vt excitentur, modica caliditate indigent: veluti cõtrà ma E gno æſtu, atque aliis vrentibus febribus, combuſta tota ſpirituũ materia. Quinetia in remiſſa caliditate tanquã pugnante natura, atque nitẽte frigidos humores diſſoluere atque concoquere, ſpiritus complures ingenerantur, quantitate & conſiſtentia differentes. Nanque aliqui eorum pauca egent mutatione & concoctione, alii verò fere omnem concoctionem effugientes etiam vincere videntur. Quod etiam diſcere eſt in alterationibus conſtitutionis aeris, quas circa nos ſingulis diebus fieri cernimus. Frigore enim valido antecedẽte, atque pluuiis & niuibus vſquequaque præ-

ſtantibus, ſpiritus nullos apparere neceſſe eſt. Nec vnde ergo extante principio motionis ſpirituum, etiã dẽſitas quædam corripit materiam ſpiritus progignentẽ. Veruntamen vbi naturalis calor illuxerit, atque cœperit præſtare materiæ, tum denſitatis ſoliditas ſoluitur. Atque ſpiritus capere ſubſtantiam ſolent, vt quantitas ſubiectæ materiæ, atque ſinus patitur: deinde per omne diſcurrunt. Quinetiam quum fuerint modici, à caliditate multum præſtante concocti quieſcunt. Et ſi fuerint multi, atque ſupra quàm ſit caliditatis potẽtia, parum, vti decet, expelluntur: ſed in ſe contracti atque conſtricti ab ignis qualitate aliena, afferunt alium humiditatis globum, qui maiore apparatu ad diſſoluendũ eget. Atque eo pacto à ſingulis mutationibus gignuntur differentes conſtitutiones aeris. Quamobrẽ quam rationem hoc ipſum ambiens omne, atque ſolaris caliditas erga elementa nos continentia, habet, eandem caliditas genuina cordis erga ſubſtantias humorum diuerſorum qui in nobis ſunt, obtinere defenditur.

DE CAVSA GENERATIONIS SPIRITVVM extraneorum, CAP. II.

VErùm quum ex concoctione ſecũdum naturam, atque conueniente, genuini ac naturales, ex deficiente verò extranei atque triſtifici ſpiritus generantur, cõtinuitatem contentorum ſoluentes: hi ipſi extranei atque corrumpentes eſſe certè exiſtimãtur: atque hac ratione ſolutio continuitatis contentorum rectè arguere poteſt concoctionis imperfectionem aliquam. Sed tamẽ eo maior euaſerit ſolutio, quo ſpiritus euaſerit præſtantior. Quemadmodum igitur in nubibus diſciſſis ſpiritus motionem ſignificamus, ita in cõtentis laceratis, ſpiritum extraneum diſcindentem arguimus.

DE CAVSA GENERATIONIS BVLLARVM Apparentium in vrinis, CAP. III.

QVum tam diſſoluta & ſublimata cõtenta quàm quædam in vrinis innatantes bullæ fiant ob extraneum ſpiritum, conuenire videtur vt ſuper hiſce cauſæ referantur. Illius igitur meminiſſe oportet, ſpirituũ nõ ſemper eandem eſſe quantitatẽ neque qualitatẽ eandẽ. Nanque alii ſunt multi, alii pauci, vt alii tenuiores, alii craſſiores, atque alii calidi, alii frigidi, quos etiã cõiũgere par eſt: quorum coniunctorum, alii erunt multi & craſſi & frigidi, alii multi & craſſi & calidi, vt alii pauci & craſſi & frigidi, alii pauci & craſſi & calidi. Quinetiã ſi diuiſionem facere velis, diuiſeris multos atque paucos, menſura & limite ipſi impoſito, tam craſſos quàm tenues, atque poſt hoſce ſubiunxeris calidos atque frigidos, quamplurimas differentias coniunctionum adinueneris: vt ab hac ratione ductus, cognoſcere poteris cauſas tam contentorum proprium locum minus ſeruantium, quàm differentiarum quæ ſunt in ipſis bullis. Ergo ſpiritus craſſiores potius in bullis apparent incluſi, tenuiores verò magis diſperſis contentis congruunt. Quemadmodum eorum quantitates quadrant magis cum quantitate bullarum, atque cum receſſu, quæ faciunt contenta recedendo à fundo: atque etiam cum ipſorum cõtentorum diſſipationibus, quum magis diſperguntur. Qualitates verò ipſorum ſpirituum argui poſſunt à qualitatibus quæ in coloribus arguuntur. Veruntamen repetenda ſunt hæc, vt quoad fieri poteſt clarior euadat oratio hoc pacto.

DE CAVSA DIVERSORVM LOCORVM QVOS occupant contenta, CAP. IIII.

NVtrimentorum corpus intrantium, quædam concoctione prima domita ſunt, atque ſiquid ſpiritus ipſis affuerit, id alteratum à naturali caliditate diſſipatur. Alia verò ſunt quibus etiam ſecunda concoctione opus eſt, vt & domẽtur, & ſpiritum diſſipent. Inſuper alia quædam ſunt quæ magis inſitum ſpiritum continẽtia, tertia quoque concoctione indigent: veluti ſunt illa quæ humorem prorſus crudum ac propè corruptiuum gignunt. Hoc itaque pacto conſiderare oportet ſuper humoribus, qui & in vẽtre, & in venis, atque in locis vlterioribus habentur. Quamobrem vbi circa primam concoctionem genitus ſit ſpiritus, is quærit exitum, & errabundus vnà cum vrinis excernitur. Si fuerit tenuis & quantitate mediocri, ſubſtantia ipſius producta à minimo principio, bullas quaſdã inflat ſuper vrinæ ſuperficie, atque ſimul ob refrigerationem vrinæ diſſipatus, bullas diſrũpit. Quòd ſi ſpiritus craſſior & maior cum vrina excernatur, atque humiditatem moueat, & conuertat dum ad id aptus ſit, tum bullæ generantur in matula, quæ non ſtatim diſſoluuntur, quòd ſpiritus craſſitudine ſua vt nõ euaporatur ita cõſtringitur. Atque eiuſmodi bullæ potius ſigna ſunt ſpirituum generatorum in ventre. At verò ſpiritus qui in ſecunda concoctione apparent ſuperare concoctionem, contenta à fundo attollunt aliqua ratione, quemadmodum diſſipant ea quæ ad profunditatem corporis conceſſerunt, ſecundum exuperantiæ rationem. Atque eiuſmodi ſpiritus frequentiſſimè in morbis calidis apparere ſolent, atque idcirco potius per profunda tranſeũt: quinetiam in crudis & incoctis humoribus, ſi contenta apparuerint concocta, multis ſpiritibus generatis attolluntur, multo calore diſſoluente multam materiam cõpactã, quæ generare potuit multos ſpiritus. Sed vbi naturalis & concoctrix caliditas perſtiterit, illa verò cruda & incocta materia domita fuerit, tum contenta incipiunt deſcendere ſpiritibus diminutis, atque demum euaporatis ſubſidere ad matulæ fundum. Illud quinetiam non erit auditu dictúve mirabile, vt à locis contẽtorum in vrinis ſignificentur quodammodo corporis affecta loca. Siquidem facta proportione altitudinis totius vrinæ cum altitudine humani corporis, tum partes vrinæ ad quas contenta conceſſerint, proprium locum effugientia, ſignificant loca corporis ipſis reſpondentia, morbo affecta eſſe, idque meritó. Spiritus enim is extraneus atque corruptiuus, quo fuerit præſtantior & fortior, eo lõgius materiam expellit verſus ſublimes partes matulæ, à fundo incipiens, quum oporteat materiam deſcendere atque excerni, ſi à nullo ſpiritu pulſa eſſet. Quemadmodum in diſſolutionibus contentorum ſecundum latitudinem vinæ, videmus dolores errare ſecundum latitudinem corporis, veluti dictum eſt in iis quæ de iudiciis vrinarum tractata ſunt. Spiritu enim materiam expellente, præſertim ſi ipſa aſpera fuerit & incocta, & vbi mota fuerit & errauerit in totũ corpus, grauitas ob multitudinem inducitur carnibus: dolor verò fit à motione ſpiritus, atque à qualitate aliena materiæ inductæ. Sicuti in bullis quæ ſignificant dolores capitis, aut renum, & præter defluxum in pulmonẽ. Etſi alio in loco de ſubſtantia ſpiritus dictum ſit, quænam poſitio ipſorum contentorum pepererit iudicia, præſens verò oratio cauſas aſſignabit. Igitur vnumquodque prædictorum ab aliquo quod diſſimile eſt naturali ſpiritu generari, res ipſæ (vt puto) demonſtrabũt, quum diebus ſingulis aliqua motione præternaturales ſpiritus generentur, ſiue quum ferueant ſubiectæ materiæ, ſiue alio modo moueantur. Cui orationi fidem faciunt tam aquæ feruentes, atque idcirco bullas facientes, quàm frigidæ aliunde motæ. Bullæ ergo veluti corona circumeuntes vrinæ ſuperficiem, ſi fuerint paruæ, atque inter ſe cõpactæ, à ſpiritu craſſiore ac non facilè difflabili generantur. Quatenus ergo bullæ conceſſerunt vſque ad vrinæ ſuperficiẽ, ſimili ratione demonſtrãt ſpiritus in corpore aſcẽdiſſe vſque ad caput. Quatenus verò in eis adeſt craſſitudo & glutinũ, vt non ſinat bullas maiores fieri & ſublimiores, indicant ſpiritum etiam eſſe materialem, neque facilè difflabilẽ. Bullæ enim quanto magis ſublimantur, ac intenduntur in ſuperficiem, eo potius ſpiritus digeſtus abſceſſiſſe à materia ſignificatur. Et dolores obſcurari dicimus, eo potius quo magis frigiditas aderit in ſpiritu. Non enim facilè frigidi ſpiritus conſueuerunt mouere dolores. Verũtamẽ diffluente materia quæ ſpiritus excitauit, quòd iam concocta ſit, bullæ collectæ innatãt circa mediam ſuperficiem vrinæ, atque etiam corona bullarũ innatat, neque quicquam doloris etiã ſignificans, quũ iã materia euaporata deſcẽderit. Etſi maximè reditus fiat ad pulmonis loca, tunc materia deſcendens cõuoluta cum ſpiritu qui in pulmone eſt, magis etiam inflatur. Quatenus verò expellitur, ſuperante iam natura excernitur:

demonſtratur verò à bullis, quæ circa medium innatãt. Quinetiam eadem motione circa renes & veſicam facta, contingente ab aliqua locorum anguſtia, ſpiritus ingenerantur, & bullæ excitantur. Non minore quoque motione circa vaſa ſeminaria facta, generantur ſpiritus, atque tranſmittuntur ad vaſa vrinaria. Atque miſti cum vrina, ſpectantur in illa emicta excitaſſe bullas dẽſiſſimas. Quinetiã interdũ apparẽt hoc pacto atque vẽluti capilli, aut veluti ſeminis ipſius ſplẽdores, aut veluti renum calefactorum colliquamina. Adhæc quò bullæ fuerint minores & denſiores, atque circa ſolam coronam circumcurrerint, plures & potentiores, & craſſiores ſpiritus demonſtrantur, tanquam adhuc hærerent materiæ: quò verò magis contraria his quæ dictæ ſunt, producuntur, eò ſpirituum imbecillitas atque digeſtio promptius iudicantur. Hoc itaque pacto diſputatio ſuper ſpiritu habita finiatur. Nanque vir ſtudio incumbens vt decet, conſiderando poterit ab hiſce dictis reliqua & adinuenire, & orationi adiungere.

DE CAVSIS DIVERSORVM COLORVM IPSArum coronarum in ſuperficie vrinæ manentium,

CAP. V.

POſt hæc dicendum eſt de coloribus diuerſis, qui in corona ipſa ſpectantur. Igitur quum totius humoris vrinæ, qui è ſubſtantiis diuerſarum ſpecierum compoſitus eſt, partes craſſiores concedere verſus fundum velint, neceſſe eſt vt partes tenuiores innatent. Aliis autẽ in locis demonſtratum eſt, tenuiora eſſe paſſibiliora, & vt ab aliqua cauſa facilius alterantur, ita promptius manifeſta fieri. Quamobrem ſi humores nocentes fuerint pari virtute, & pari menſura vrinas tinxerint, nulla corona euidens ſpectari poterit. Sed tamen ſi virtus vincens, aut victa manſerit, etiam coronæ colores hoc vel illo modo apparere neceſſe eſt; quum videlicet vrinæ commodè poſſint coronam præſentare.

DE CAVSIS PRIVATIONIS CONTENTORVM in vrinis,

CAP. VI.

QVoniam vrinarum aliquæ non habentes contenta oſtendunt magnum defectum concoctionis, & inſignes harum cauſæ ſunt: operæpretium eſt etiam ſuper hiſce cauſas reddere, non parum conferentes volentibus rectè iudicare. Vrinæ igitur quæ abſque contentis apparent ob extremam incoctionẽ, hoc eſt quòd materia incocta eſt, abſque contentis producuntur. Cõteſtantur idem tam colores quàm vrinarum conſiſtentiæ: quandoquidem demonſtratum eſt, contenta eſſe excrementa quædam tertiæ concoctionis. Si hæc minus inſpiciantur, oſtendent concoctionem illam defeciſſe. Nanque vbi fit concoctio, etiam excretio alicuius ſuperfluitatis agitur. Non enim cõtingit facta concoctione excrementum excerni: ſed vbi concoctio minus conata fuerit, non etiam in ipſa concoctione ſuperfluitas ſpectatur. Obſtructio quinetiam exiſtimanda, colãs exactè vrinã, decens eſt vt detineat contenta, quæ craſſiora eſſe humiditate vrinæ contingit, habita proportione ipſa, quum humiditas tum tenuior quàm par eſt proueniat. Quinetiã in inediis atque ciborum defectibus, quum natura deſtituta ſit humore alituro, deficiũt vrinæ contenta. Siquidem nutritione non præcedente, non etiam in illis excrementum expectari poteſt. Proinde in inſignibus euacuationibus ventris diutiniſque, vrinæ hypoſtaſi priuatæ cernũtur: aut quòd cõtenta impetũ exeũdi illac ceperint, aut quòd ob euacuationẽ imbecillitas quædam accidat virtuti cõcoctrici: inſuper & ob multã materiæ corruptionẽ, à qua nihil ſumere naturã veriſimile eſt. Nãque vbi materia habilis eſt, etiã inibi nutritio fit, atque præter hæc excrementi alicuius ſequeſtratio, vt dictum eſt. Vbi autẽ egeſtas ſit, ac materia deerit, aut quia nõ adeſt, aut quia etſi adſit, prorſus corrupta aut alterata eſt, neque nutriti animal, neq; ſuperflui quicquã quod à nutritione reiectũ eſt, excerni poteſt. Quinetiã nihilominus vrinæ abſque cõtentis apparent ob collectionẽ totius materiæ factã, aut ab inflãmatione, aut aliqua alia affectione. Nã ob multã caliditatẽ attrahũtur excremẽta, tãquã humoribus meliorib9 deficerẽt. Nãque vbi cõtigerit immẽſam caliditatẽ abũ-

A dare, eò plures humores attrahũtur, atq; excremẽta etiã cõtrahuntur. Quod diſcere licet ab iis cucurbitis, quæ ſingulis dieb9 à medicis vſurpari ſolẽt. Nãque hæ cũ mediocri quadã flãma hærẽtes alicui parti corporis, ad ſe attrahunt tam vicinas quàm remotas materias, quũ aliqua ſint quæ ſortita ſunt quoddã munus ita attrahẽdo, vt ingenerata caliditas attrahit. Si igitur cucurbita hæ rẽs tot poteſt mouere, multo plura arbitror poſſe inflãmationẽ, atque eryſipelas, aut aliquã ſimilẽ affectionẽ, ad ſe, vt decet, attrahere. Alio quoq; caſu vrinæ apparẽt

B abſque cõtentis, vt natura expellente aliquò excremẽta, ob imbecillitatẽ ingenitã mẽbri à cõgerie multitudinis. Extitit enim etiã hoc ipſum ratione quadam mẽbri debilitati, vt ad ipſum omne inutile expelleretur. Nã vbi infirmũ mẽbrum nequiuit manu tenere permanẽtẽ virtutẽ excretricẽ, illato materiæ cumulo grauatũ, nõ ſolùm nõ repellit materiã influentiũ, ſed etiã ſuperinfluẽtiũ ſuſcipit, ob defatigatã (vt videtur) virtutẽ expultricẽ. Sed oratio de vrinis hypoſtaſi priuatis ſufficiẽter (vt arbitror) tractata nũc finiatur: oportet enim ſeruare ne

C diſputationes protrahãtur. Veruntamen nos, tanquã alio initio inciperemus, dicamus quas ob cauſas profluant vrinæ variæ diuerſis ætatibus, & tẽporibus, & regionibus & diætis, atque moribus quibuſdã diuerſis: etſi de hiſce in iis quæ de iudiciis ſcripta ſũt; diſputatũ ſit. Nãque hoc modo vbi tractatũ fuerit, diſputationẽ de cauſis vrinarũ; optatũ finẽ adeptã eſſe arbitramur: atq; vt & poſitiones in priorib9 libris factæ, hoc pacto redditis cauſis certã fidẽ ceperint. Et ne captioſa oratio aliqua, & captu difficilis videatur, ſubiũgemus capita illa quæ

D definita ſũt in iis quæ de iudiciis, vt ſuper illis cauſas explicantes, mutuã fidem inter illa ſtudẽtibus faceremus.

DE CAVSIS VRINARVM PER GENERA ET AEtates,

CAP. VII.

VIrorum temperatorũ vrinæ ſunt ſubrufæ, atque ſubflauæ, atque mediocres in conſiſtentia & cõtẽtis. Cuius rei reddita eſt cauſa ſigillatim libro ſuperiore à me definito. Veruntamen licebit mihi repetenti hac in parte orationem illam breuibus, aliqua dicere. Nanque vbi demonſtratum eſt in mediocribus concoctionibus

E ſanguinis etiam bilem reddi mediocri colore, ſiue flaua, ſiue rufa ſit; decens eſt vt ab eo illinc diſtributo humore flauo, atque miſtione facta cũ ſerea humiditate, vrinæ ſubrufæ & ſubflauæ producantur, atque congruentes conſiſtentiæ in concoctionibus perfectis: quarum alba, & læuia, & æquabilia, atque ad fundum concedentia ſunt contenta, etiam alterationem conuenientem in tertia concoctione arguentia. Virorum autem florenti ætate, atque tẽperatorum, vrinæ quales ſint iam antea dictum eſt. Atque ſuper eis redditæ ſunt cauſæ, quarum

F nunc etiam meminimus, vt locus poſtulat. Conueniens eſſet etiam reliqua quæ in iis quæ de iudiciis dicta ſunt, repetere, vt redditarũ cauſarum, à nobis perfecta procedat oratio. Igitur ſenum vrinæ ad album vergentes apparent, ſubtenues, atque effugientes mediocritatem ſubſtantiæ, quarũ contenta pauca, & veluti cruda ſunt. Puerorum verò valde iuuenum vrinæ, colore parũ inferiores ſunt ſubflauis & ſubrufis, ſed propè ſuperãt ſubſtantiam vrinarum virorum ætate florenti, ac contenta plura poſſident. Hic ſermo (vt arbitror) in iis quæ de iu-

G diciis factus eſt, cauſas verò hiſce rationibus diſcere oportet. Ergo quum ſenum ætas quantum proceſſerit, tantum verſus frigidum declinat, par eſt vt vrinæ & albæ & tenues reddãtur, tũ genuina caliditate marceſcẽte, tũm concoctione diminuta, obſcuratáq; ab eminẽtia frigiditatis. Proinde decens eſt nutritione diminuta, vt contenta minora ſpectentur, proportione reſpondentia aſſumptioni nutritiuarum humiditatum: quoniã ſenes impotentiores reperiuntur, tũm quia diſtributio perdita, tũ quia concoctio multum debilitata eſt, eorum vri-

H narum contenta, & minora, & veluti incocta inſpiciuntur. Puerorum verò quũ naturalis & genuinus calor extiterit multus, atque vnà cum multa humiditate naturali, vrinarum colores fuêre remiſſiores quàm quæ in iuuenibus proueniunt, multa humiditate madeſcentes. Quatenus verò abundat genuina caliditas, meliorẽ cõ-

ſiſtentiam accidit profluere quàm quæ in florente æta A te generatur. Caliditas enim genuina maior meliores concoctiones efficit. Caliditas enim iuuenum florentis ætatis etiam maior quum ſit qualitate quàm quãtitate (iam enim verſus acutum cõceſſit), etiam colores quos diximus præſentauit. Puerorum verò caliditas potius quantitate præſtans, circa ſubſtantiam humorum producendam excelluit. In quo minimè mirum ſit, ſi horũ multa contenta ſpectẽtur in vrinis, ſi multa humorum elaboratio facta ſit. Adde, pueros multum comedere ſolere: quamobrem accidit hinc multa excremẽta gene- B rari. Non pauca etiam eſſe contingit ob nutricis facultatis actionem, quæ neceſſitate membrorum requirentium fit. Nanque calori opus eſt materia, tum ad nutriendum, tum etiam ad membrorum incrementum. Et idcirco plura contenta ſpectantur in pueris quàm ſenibus & iuuenibus. Sed diſputatio ſuper ætatibus iam ſufficiẽter explicata, hîc finiatur: atque de reliquis poſthac dicamus. Mulierum igitur iuuenum vrinæ, etſi in omnibus mediocres, mancæ tamen ſunt, colore ſubruſo atque ſubflauo. Quinetiam pellucidiore quodammo C do ſubſtantia ſpectantur: plura quoque contenta quàm vrinæ virorũ habent. Huiuſcemodi iudiciis vrinæ mulierum probãtur: ſed cauſæ ſi ſubiunctæ fuerint, firmauerint iudicia. Genus itaque muliebre domeſticum eſt, ac paucis exercitiis vtens, atque remiſſam habens naturalem caliditatem, habita comparatione ad caliditatem maſculorum, efficit concoctiones debiles: poſſidet autem naturalem ignem languidum. Hæc ipſa ſubalbidas vrinas pariunt, atque ſubtenues, non perfectam cõ coctionem & æqualem ei quæ in maribus fit capiẽtes: D plura verò contenta duabus de cauſis (vt arbitror) obtinentes. Nanque tum exceſſu naturalis humiditatis, tũ abundantia excrementorum quæ oriuntur à debili cõcoctione, plura quoque cõtenta in vrinis apparere neceſſe eſt. Quamobrem ab hiſce quiſquam ſi conſiderauerit orationem quæ de iudiciis habita eſt, ſummè veram eſſe ſuſceperit.

DE CAVSIS VRINARVM QVAE A SIMPLIcibus intemperaturis profluunt, CAP. VIII.

DE vrinarum mutationibus quæ proueniũt à ſimpli- E cibus intemperaturis intenſis, hoc pacto dicẽdum eſſe conuenit. Nanque caliditas parum excedens mediocritatem, ſubruſas & ſubflauas etiam gignit vrinas: ſed plus exaucta, ruſas & flauas: quæ mediocritatem ſubſtantiarum tranſgrediuntur, & ſplendor quidam ipſis adeſt: contenta verò mediocria, ſed albedinẽ quam ſecundum naturam ipſis ineſſe diximus, diffugiẽtia. Cõ traria hiſce producit figiditas: nanque quantum frigiditas intenditur, tantundem albeſcunt vrinæ, atque à mediocri ſubſtantia recedunt quodammodo. Quinetiã F aſperiorem ſuperficiem, & contenta minora & cruda conceperunt: interdum verò vniuerſæ craſſeſcunt atq; conturbantur. Humiditas quinetiam obtundit naturalem vrinarum colorem in aqueum vergẽtem, atque in ſuperficie earum adeſt aſperitas: contenta & plura & crudiora ſpectantur. Atque hoc pacto in ſubſtantia ſe habere vrinas oportet. Siccitas quinimo diminuit vrinis tam humorum quàm contentorum quantitatem: pellucidum affert & ſplendorem, atque color hiſce adeſt, qualis eſt naturalis, & ſubſtantia mediocris, modò G defectus nutritiuæ humiditatis non affuerit. Acriores fiunt vrinæ exaucta caliditatis qualitate: vrinæ eiuſmodi ſe habent, quæ ab intemperaturis producuntur. At verò nunc ſubdamus cauſas iudiciis fidem facientes, hoc pacto. Igitur caliditate intenſa (vt dictum eſt) mutantur vrinarum colores. Ergo decens eſt, vt etiam in iis qui capiuntur ab intemperatura calida: ſiquidem, ſi modeſta fuerit caliditas, vrinæ ſpectantur ſubruſæ ac ſubflauæ. Eadem verò exaucta, ruſæ ac flauæ profluunt. Nam vbi ingenerata caliditas efficit bilem acriorem, H atque humiditas ablata eandem purificando minuit, tales colores in vrinis apparere neceſſe eſt. Dictum quinetiam eſt, caliditatis præſtantia fieri mediocres concoctiones, vt inde vrinarum conſiſtentiæ moderatæ appareant: par eſt vt eadem abundante, nondum tamen diſſoluente corporis valetudinem, vrinæ habeant conſiſtentiam ſupra mediocritatem. Neque mirũ cuiquam ſit, ſi vrinæ ſuperficies ſplendeſcat ob intenſam qualitatem humoris colorantis. Nanque exaucta acrimonia, & humiditatem aſperantem conſumente, ſplendor conſpectatur. Præter hæc contenta cæteris in rebus mediocria quum ſint, non abs re fuerit, ſi ea ob intemperaturam à caliditate adauctam, perdiderint aliquid albedinis, quum tinctura quædam ab exuperantia bilis diſtributa, coloret ipſa contenta. In iis autem qui à frigida intemperatura corripiuntur, quo magis verſus frigidius proceſſerit, eo albiores colores præſentantur in vrinis. Quum enim demonſtratum ſit quòd bilis flaua mediocres vrinas colorans, ſit à mediocritate & exquiſita concoctione, optimo iure, ſi non exquiſita fuerit concoctio ob aliquem frigidum affectũ, bilis flaua proprium & genuinum colorẽ non habebit, ſed recipiet vel pallidum vel ſubpallidum, pro modo erroris qui in concoctione fuerit. Quamobrem congruere videtur, vt ob miſtionem ſeroſæ humiditatis, appareant diuerſi colores vergentes ad album, ratione receſſus à perfecta concoctione. Proinde vrinæ humor concedit verſus tenuiorem conſiſtentiam, quum non facilè à genuina caliditate dometur atque concoquatur. Quin ob eandem rationem vrinæ ſuperficies aſpera ſpectatur, quòd humor qui ſplendorem eum præbebat, dum coqueretur, concoctione fruſtratus ſit. Minora tamen & cruda contenta harum vrinarum ſunt. Nanque diminuto calore, etiam diſtributio minor erit: minora verò decet eſſe etiam ea quæ à minore humorum aſſumptione proficiſcuntur. Item in concoctionibus quæ ob imbecillitatem caloris prauæ ac debiles euaſerunt, & contenta crudiora ſpectantur. Neque mirum ſi conturbentur & craſſeſcant, vbi cruditas vincit ob imbecillitatem coquentis & alterantis caliditatis. Nam vbi caliditas naturalis præſtiterit materiæ, tum ea quæ tenuia ſunt craſſeſcunt concocta. Quæ verò alia ratione craſſa erãt, hæc tenuantur atque diſſeparantur: quas ambas conſiſtentiæ ſpecies per diuerſas cauſas potuit introducere intẽperatura frigiditatis: tenuia enim potius per puram ipſius intemperaturam, craſſa verò per cruditatem quæ humoribus acceſſit. Humiditas quinimo argui poterit à quantitate excrementorum: confirmauerit etiam obſcuritas diſtributi coloris. Nam quum concoctio euadit imperfecta ob humiditatis exceſſum, & mediocris conſiſtentia non eſt, tum ſubtenues ſpectantur, & colores deſtituuntur, eo quòd miſtio fuit cum multo ſeroſo humore. Neque quoque mirum ſit ſi multa & cruda ſpectentur contenta: nanque ab humorum humiditate facilis producitur diſtributio, quare par eſt vt multa elaboratio adſit. Accidit autem quum humidum quod diſtribuitur multum ſit, non perfectam humorum elaborationem fieri. Proinde ſit vt contenta tũ multa tum cruda præſentẽtur. At verò in ſicca intemperatura quæ corpori accidit, vrinarum humiditates paucæ profluũt, ob paucitatem humiditatis: colores verò ſunt quales qui ſecundum naturam in iuuenibus & exercitatis hominibus apparent. Quòd ſi illa intenderetur etiam hæc ipſa increſcerent: & conſiſtentiæ redduntur ſimiles ſanis & mediocribus, interdum tamen intenduntur. Colores verò eiuſmodi manent, humore colorante nihil patiẽte: & ſi ille increuerit, colores quoque increſcere videbuntur. Veruntamen quemadmodum in humiditatis exceſſibus non facilè præſtat concoctrix facultas, ſic nunc in ſiccis intẽperaturis facillimè præſtans, non modò efficit mediocrem conſiſtentiam, ſed etiam interdum quandam craſſitudinem infert. Splendor verò quidam & læuitas illuſtrant ſuperficiem vrinæ ob vigorem colorantis humoris. Contenta quinetiam pauca ſunt, quum pauca ſit quæ diſtribuitur humiditas. Eadem ſunt mediocri ſubſtantia, atque exactè cõcocta, quòd facilè domita ſunt à caliditate cõcoquẽte. Atque oratio de cauſis vrinarũ in iis vrinis quæ ab intemperaturis ſimplicibus profluunt, hoc pacto tractata ſit. Id autẽ nos latere non debet, hæc dicta eſſe de qualitate vna hominis intemperati, cæteris (quoad fieri

poteſt)mediocribus manentibus. Quum autem diſputatio definiuit cauſas intemperaturarum ſimpliciũ,licebit viro ingenioſo adinuenire ex hiſce qualitates cõplicatas ac intenſas. Adhæc in iis quæ de iudiciis dictum eſt, eorũ qui mediocriter ſe exercẽt, mediocres vrinas profluere: veluti quoque in iuuenibus & exercẽtibus ſe dictum eſt. Eorum verò qui vltrà quàm par eſt laborarint, ſéq; exercuerint, vrinas etiã erga rufum flauúmq; colorem vergere, atque earum cõtenta pauca eſſe & tenuia, etiam in colore alterata: quinetiam interdum colliquamina quædã in hiſce innatãt. Segnẽ verò ac ſedẽtariã vitam traducentiũ, & vrinæ ad album vergunt, & contenta plura & cruda ſpectãtur. Igitur vrinarum eorum qui modeſtè ſe exercent, cauſæ in ſuperioribus explicatæ ſunt, vbi diſputatum eſt de homine vſquequaque mediocri & inaffecto. Sed nunc ſubdere reſtat cauſas vrinarum eorum qui immodicè ſe exercent: deinde ſimiliter eas, quæ vrinarũ ſunt illorum qui in ſegnitie atque ocio vitam terunt.

DE CAVSIS VRINARVM EORVM QVI SE PLVS iuſto exercent ac ſegniter viuunt, CAP. IX.

QVum maior quàm par eſt ſit calidi motio, accenſa ab exercitiis externis plus iuſto exauctis, tum bilioſus humor augetur, combuſtus ab accedente caliditate. Quinetiàm per eiuſmodi accenſionem vrinarum colores ad rufum & flauum attolluntur. Diminuta ergo ſeroſa humiditate quæ temperabat, atque bilioſi humoris adaucta qualitate, neceſſe eſt cõtenta & pauca & tenuia ſpectari. Quum autem membra ab exceſſu caliditatis attenuentur, & digerantur, difflata vel ſudore vel inſenſibili tranſpiratione: rarefacta ob exercitia pelle, decens eſt vt exauctis eiuſmodi exercitiis, aliqua colliquamina in vrinis appareãt innatãtia, profecta vel à renib⁹, vel fortaſſe ab aliis quibuſdã partibus corporis, tũ multa cũ motu caliditate aliquo pingui colliquefacto. In iis verò qui ocioſam & inertem vitam viuunt, vrinæ recedũt à mediocritate coloris, vergẽtes ad album, ob paucitatem calidi motionẽ habentis, ac in ſeipſum inclinantis, atque vacatione motionis marceſcẽtis. Siquidẽ veluti in rogis euenire ſolet, vbi ligna ſufficiẽter congeſta fuerint, ſi quiſquã extrinſecus motus factus ſit, facilius accẽditur atque cõburitur materia: & ſi quicquã proiectũ in rogũ fuerit, ſtatim ab igne deuoratur. Vbi verò nulla foris adhibita fuerit motio, tum magna difficultate diſtributa materia vritur, atque metus oritur nõ paruus, ne ignis extinguatur à multa diuerſáque ſuperimpoſita materia. Nõ aliter accidere ſolet ocioſis & exercitatis hominibus. Eã ob rem ad album inclinat color vrinarum illorũ qui ſegnem & quiètam vitã ducunt: cõtenta verò earum & multa & crudiora ſpectãtur. Nãque quieta vita facilè diſtributio fieri poteſt atq; alteratio, ſed cõcoctionẽ facit caliditatis præſtantia. At quia demõſtratum eſt, quòd caliditas non mota tractu tẽporis marceſcere ſoleat, decẽter in viris ocioſioribus accidit plura ſpectari cõtenta, atque crudiora fruſtrata perfecta cõcoctione. Atque hac in parte terminetur oratio de cauſis vrinarũ ſe exercẽtiũ atq; ocioſorũ. Poſthac verò trãſeundũ eſt ad cauſas aſſignandas vrinarum à temporibus anni atque regionibus alteratarum.

DE CAVSIS VRINARVM VARIATARVM AB anni temporibus, & à regionibus, CAP. X.

INeunte vere vrinarum colores albi ſunt & ſubflaui, etſi interdũ craſſeſcant: quantitas verò humoris earum maior profluit habita ratione ad comeſa. Contenta quoque & plura & craſſiora ſpectantur: ſed procedẽte tempore verſus calidum, colores aſcendunt ad mediocritatem, eodem modo contenta. Æſtate verò ineũte vrinæ ſubflauæ & ſubrufæ, contenta verò tenuiora exeunt. Sed æſtate vigente vrinarum fluores pauciores ſunt habita ratione ad comeſa, ſed vergẽtes ad flauum atque rufum. Quarum conſiſtentiæ ſunt pauco recedẽtes à temperato, etſi quidam ſplendor in eis refulſerit: contenta quoque & tenuia, & minora, atque colorata ſupra albedinem ſunt. Declinante verò æſtate, atque autumno ineunte, remittuntur colores tã fluoris quàm

A contentorum, ſed tenuia etiam manent. Procedente verò ad frigidius, etiam colores mediocres redduntur. In hyemali autem ſolſtitio vrinæ ſunt quantitate mediocres, ſed ſubalbidæ, contenta plura, conſiſtentiæ verò mediocres. Vigente verò hyeme color vrinæ albus eſt, cõſiſtentiæ verò inæquales: nã interdum craſſæ, interdũ tenues ſpectantur. Quãtitas fluoris maior quàm mediocris: contenta verò & plura & cruda frequentius inſpiciuntur, quæ differentiis temporum anni alteratæ eiuſmodi vrinæ (vt paucis omnia dicam) videntur. Reli-
B quum eſt cauſas harum repertas docere. Nam hoc pacto facta diſputatione, facilius erit reddere cauſas ſuper regionibus, quæ ratione reſpondent ipſis anni temporibus. Sed repetenda ſunt prædicta, ac ſuper vnoquoque eorũ reddenda eſt cauſa. Ineunte igitur vere, atque ſole verſus nos reuertente, tum quum Vergiliæ intempeſta nocte ſpectantur, vrinarum colores etiam ſunt albi & ſubpallidi, & conſiſtentiæ inæquales, ſed quantitate maiores, contentáque & maiora & cruda. Quandoquidẽ frigoris adhuc dominantis ambitu vin-
C citur naturalis calor: quare defectus concoctionis accidunt tam in colore quàm in conſiſtentia. Quia verò alimenta plura ſunt, multorum verò comeſorum plura ſunt excrementa atque contenta vrinarum, ex hiſce etiam plura & cruda ſpectari neceſſe eſt, non vt par eſt domitis humoribus. Adhæc maiores vrinæ profluũt ab humiditate humorum in corpore per totam hyemem collecta. Hyeme enim vbi multi cibi aſſumpti fuerint, atque longiores trahentur ſomni, aderítque aeris qualitas frigida & humida, decens eſt humorum crudorum
D non paruam congeriem cumulari. Quinetiam hyeme etiam manente, ſpiſſatur eiuſmodi materia, ac paulo fortè plures quàm mediocritas poſtulat, profluunt. Sed vbi ver illuxerit, & conſtitutio humida fuerit, iámque humores melius concocti ac ſoluti, tum vrinæ maiores quàm aſſumpta comeſa deceat, minguntur. At verò tẽpore procedente, túmque quum Suculæ orientales apparuerint, & colores, & conſiſtentiæ, non modò contenta ad mediocritatem cõcedunt. Siquidem dum aer nos ambiens extiterit temperatus, omnia quoque quæ pro-
E pter hanc præcedentem conſtitutionem alterata erant, ad mediocritatem reducuntur. Quando verò aeris nos ambientis temperatura non admodum frigida fuerit, vt genuinam caliditatem lædere poſſit, nec adeo calida vt digerere valeat caliditatem quæ in nobis eſt, tum naturales vires actiones noſtras excitant ad mediocritatem, & id quod ſecũdum naturam eſt, modò nihil extrinſecus impedimento adſtiterit. At verò quum orientalis Orion exoriri cœperit, iámque æſtiuũ ſolſtitiũ ad-
F erit, tum vrinæ apparent ſubflauæ atque ſubrufæ, & cõtenta mediocribus tenuiora, idque decenter. Calore enim liberè in toto corpore diffuſo, atque dominante præſenti materiæ, concoctionéque facta vt decet, etiam vrinæ profluere probantur, mediocrem colorem habentes, ſed tenuiores, nec aliter ſe habent contenta in eis: horum plures partes tenuantur, atque digeruntur ab aeris caliditate. Vigente verò æſtu, túmque quum Procyon orientalis exoritur, vrinæ quãtitate minores profluũt, habita ratione ad ea quæ diſtributa ſũt. Quinetiam attolluntur ad colorẽ flauũ & rufum, & ea-
G rum cõſiſtentiæ ſunt tenuiores temperatis: item contẽta & pauca, & tenuia, atque quodammodo coloratam albedinem oſtendentia. Siquidem aeris calore qui nos ambit, vigente atque attrahente ad ſe noſtrũ hunc naturalem ignem, eundémque in qualitate intẽdente, maiores fiunt ac frequentiores bibitiones: minores verò excretiones quàm bibita poſtulãt, partim diſſoluta materia in ſudores, partim digeſta per occultas euaporationes: quinetiam adaucta bili ab aere æſtuante, etiam colores memorati ſpectantur. At calore naturali dige-
H ſto, concoctiones ſecundum naturam diminutæ proueniunt. Idcirco vrinarum conſiſtentia tenuior gignitur, cõtenta quoque colorantur ab abundantia bilis, ſed minora & tenuiora ſpectantur, quòd digeratur & tenuetur materia, atque concoctiones debiliores fiant. Plura itaque ex his quæ dicta ſunt, accidunt ob calorẽ

naturalem extrinſecus expugnatum. Ineunte autem autumno, quúmque Arcturus exoritur, remittuntur colores tam chymatis ipſius quàm contentorum in eo, cōcedendo ad mediocritatem, ſed remanēt tenuia, & pellucida, & pauca. Siquidem calore vehementer diminuto, etiam colores qui ob illum vehementer excreuerāt, incipiunt ſubduci, quouſque deſinere videatur caliditas. Quinetiam ob aeris præſtantem ſiccitatem, & minora, & pellucida, tam chyma quàm contenta in eo ſpectantur. Procedente verò tempore, atque tum cum Vergiliæ orientales occidunt, tam colores quàm contenta mediocria ſunt: quòd concoctiones meliores fiant, vbi nimia difflatio acta ſit caliditatis aeris compreſſæ. Nāque frigidis ventis ſuperflantibus, caliditas naturalis reſumit vires, atque temperamentum omnibus concoctionibus affert. Quum autem hybernū ſolſtitium adierit, Capráque oriētalis occidat, tum colores à mediocritate recedunt, atque conſiſtentiæ tenuantur: contēta verò multiplicantur, fortaſſe etiam mediocria ſeruātur. Quandoquidem aere frigidiore redacto, vnà quoq; alteratur quodāmodo interna caliditas, atque increſcit humor pituitoſus, ita vt oporteat humorem colorantē qui in nobis eſt, debilitatum obſcurari. Quia verò ciborum ſumptiones ampliores fiunt, & concoctiones ſunt validiores, eo quòd tum calor roboratur, ac ſomni longiores accedūt adiuuantes ipſas concoctiones, fit vt cōtenta plura ſpectentur. Vigente verò hyeme, atque tum quum Fauonius ſpirare inceperit, vrinarū humor maior eſt, habita ratione ad comeſorum quantitatem, atque albæ inſpiciuntur, & inclinant ad conſiſtentiarum intemperaturas: cōtenta verò in hiſce plura exiſtūt, atque crudiora ſunt. Quandoquidem frigore aeris eouſque exaucto, vt etiam noceat genuinæ caliditati, bilioſóque tum prorſus tabeſcente humore, albas profluere vrinas compertum eſt, ſed differentes conſiſtentiis. Nā aut erunt tenues, eo quòd non adeptæ ſint perfectā cōcoctionem, quod accidit ob præſtantiam frigiditatis aeris: aut craſſæ & conturbatæ ob humorem qui crudus vocatur, per propriū tēpus vigentem. Quoniā autē genuina caliditas non poteſt domare, & concoquere multa comeſa, & frigus proprietatem habet cogere materias, ob id contenta plura apparent profecta à multa elaboratione nutritionis. Cruda verò & craſſiora interdum videntur, aut præ frigiditate tabefaciente genuinum calorē, aut præ materia in diſtributionem ſumpta longè maiore quàm virtus valeat per caliditatē perficere. Hæ igitur ſunt cauſæ vrinarum mutatarū per ſingula tempora anni, quæ reddi poſſunt ab iis qui ſtudiis harum rerū delectantur. Ac vnuſquiſque ab hiſce ſumpto principio conſiderationis, poterit quoque reddere cauſas quæſitas ſuper regionibus. Cauſæ verò vrinarum in ratione victus commutata, rationem habebūt ſimilem illis quæ explicatæ ſunt de intemperaturis.

DE CAVSIS VRINARVM PROFECTARVM A nutrimentis bonis & malis, CAP. XI.

NOn mirum cuiquam eſſe debebit ſi è nutrimentis boni ſucci, & ad coquendum facilibus faciles cōcoctiones vrinarum appareant, atque ſincera contenta. Siquidem quū calor naturalis facilè alteret quæ ad coquendum facilia ſunt, & expeditè nutritio fiat in boni ſucci alimentis, promptiſſimè omnia perficiuntur, atq; omnia quæ in vrinis videntur, hæc mediocria inſpiciūtur, quēadmodum contrariū accidit in cibis mali ſucci, & ad coquendū difficilibus, ægrè cōcoctiones fiunt: corrupta autē & varia contenta ſpectantur, virtute concoctrice non ſuſcipiente humores ad alendū ineptos, ſed illos reſpuente, ſiquando fortaſſe exhiberētur. Fiunt enim incoctiones præter cætera, quia cibi ad coquendū inepti ſunt: aut enim virtus concoctrix lædi ſolet à qualitate ciborū, aut ab eorum quantitate exuperante. Nāque multa, ac virtutem exuperantia, non facilè domari poſſunt à naturali caliditate: quæ verò praua ſunt qualitate, ea non aliqua ratione admittuntur, virtute tractrice familiaria nutrimēta ſolūmodo attrahente. Et ſiqua fortuna illa fuerint admiſſa, eadē ab expultrice virtute excernūtur. Admitti illa poſſūt ob virtutis aliquā læſionē ab aliqua affectione. Atque de hiſce hactenus.

DE CAVSIS VRINARVM SOMNOLENTOrum, & inſomnium, CAP. XII.

SOmnolentorum vrinæ enarratæ ſunt, quæ colorē ad album vergentē habent, ſed cōſiſtentia ſunt vel mediocriter tenui vel craſſa: contentis autem pluribus atque crudis abundant. Inſomnium hominum verò præſertim malè ſanorum vrinæ dictæ ſunt eiuſmodi: nāque ſunt tenues & verſicolores, interdum albæ apparentes, interdum rufæ, & flauæ, ac oleaceæ, & nigræ, ſed in cōtētis ſunt magis alienæ. Nāque aut ipſa cōtenta deficiūt, aut præſentia ſi fuerint illa, ſublimia ſūt & aſpera, & coloribus malis ſpectātur: quæ dicta ſunt in iis quæ de iudiciis ſcripta ſunt. Nunc verò cauſæ hoc ordine ſubiūgendæ. Siquidē nouimus ſomnū ſecundū naturā, & hominis ſani, fieri ob humiditatē ſuauē, atque mediocrē caliditatem naturalē, hominis verò aliter affecti ſomnū accidere ob humiditatē multā, præſertim pituitoſam, atque ob cibos & medicamina frigida. Sed vigilias nouimus euenire maxima ex parte ob ſiccitatē, interdum etiā ob caliditates multas. Quū igitur hoc vel illo modo affectis hominibus, & ſomni & vigiliæ fiant, decente ratione etiam vrinæ eiuſmodi profluunt. Demōſtratum enim eſt, vt ad album vergētes vrinæ, cōcoctionē defeciſſe demonſtrent: ac nihilominus hiſce incoctionē demonſtrāt cōſiſtentiæ vrinarū, declinātes à mediocritate, atque præter hæc etiam cōtenta cruda atque multa. Igitur vbi eiuſmodi cruditates fuerint mediocres, ſenſibilē læſionē nō afferunt patiētibus, ſed faciunt vt dormire amēt. Nāque ſuccis crudis paulatim calefactis atq; ſolutis, multi vapores humidi aſſurgūt, cerebrū verò ex illis multa nutritione fruitur. Quoniā verò nō facilè hiſce humores deficiūt, nō etiā vapores ab illis orti defecerint. Quāobrē accidit eo pacto abundè madere cerebrū, atque ſomnos plurimos gignere. Arbitramur enim ſomnū generari, vbi nutrimētū bonū diſtributū in cerebro cōcoquitur, dúmque ipſum cōcoquitur, & ſenſus animales intus colligūtur, virtute maiore coercēte minorū actiones. Poſtquā verò cōtigerit vt aſſumptū nutrimentū cōcoctū ſit, ſoluuntur eo nexu ſēſus, atq; hoc pacto animalibus vigiliæ repetūtur. Sed tractatio de ſomno ab aliis ſufficiēter explicata, nūc relinquatur à nobis, atq; procedēdum in incœpto. Ergo ſōnolētorum vrinæ ob eiuſmodi cauſas fiunt: inſōnium verò cōtrariæ, ob cōtrarias cauſas (vt arbitror): quādoquidē quæ deſiccare cōſueuêre, hæc ſuapte natura vigilias introducūt. Quāobrē flaua bilis eo modo attenuata, & in cerebrū diſtributa, nō ſolùm nō ingerit ei nutrimētū madefaciēs, verumetiā aufert id quod adeſt, ita vt inde homo vigilet. Nāq; eiuſmodi colores potius eſſe proprios flauæ bilis demōſtratum eſt. At verò quòd cōtēta ſint ſigna cōcoctionis dictum eſt. Cōcoctio verò nō tam facilè fit, ſi aut aliqua intēperatura exceſſerit, aut vſquequaq; euigilauerit homo: decēs eſt vt cōtētorum ſpectetur inæqualitas, atque cōfuſio maxima. Vrinæ verò albiſſimæ atque tenuiſſimæ profluunt, aut ob bilis aſcēſum ad ipſum cerebrū, & ita manētes ſignificāt vigilias à bile eſſe in cerebro, aut ob inſaniæ ſpeciē: nāque maxima ex parte vrinæ eiuſmodi inſanientium ſunt. Quinetiam vrinæ oleaceæ atque nigræ frequētius mortē minantes, nihil mirum fortaſſe ſi inſomniē afferāt & inſaniā. Has cauſas ſuper hiſce habere poteris, etiā aliis in locis dictas, ita vt fugiendum ſit dicta repetere adeo importunè; procedendum verò poſthac vt reliqua explicentur.

DE CAVSIS VRINARVM PROFLVENTIVM AB iis qui vel ob ſatietatem vel famem nō cōcoxerunt, CAP. XIII.

EOrum qui multum comederunt & non concoxerūt, vrinæ albæ, tenues, ac hypoſtaſi priuatæ ſpectantur: atque perſeuerantium in cruditate vrinæ fiunt, ſubſtantia & contentis extraneæ. Contrà verò eorum qui inedia laborarunt, primùm flauæ, & rufæ, & tenues, & priuatæ contentis vrinæ ſpectantur. Fame verò preſſorum albæ, tenuéſque, ac hypoſtaſi priuatæ proueniunt, atque ad prauos quoſdam colores tranſmutantur. Sed ſuper hiſce (quoad fieri poteſt) reddendæ ſunt cauſæ indigen

tibus & eas requirentibus, quæ non contemnendæ vi-
deri poterunt diligentibus rationum exquiſitoribus. I-
gitur quum concoctio fieri ſoleat vbi cibi fuerint do-
miti, cruditas verò vbi cibi multum exceſſerint menſu-
ram, quemadmodum vbi cruda minus exceſſerint me-
diocritatem: decens eſt vt hac ratione, dum homo ſe
multis cibis onerauerit, error à perfecta concoctione
contingat. Nanque aut nihil, aut parum natura videtur
elaborauiſſe cibos: quum neque colorem, neque ſubſtã
tiam mediocrem effecerit, atque abſtulerit contenta,
tanto receſſu à concoctione. Veruntamen in quibus mi
nus iuſto deciderit, tractu tẽporis verò onerata indu-
citur, vt ſuſtineat errores, eiuſmodi virtus ſemiperfe-
ctas actiones producit. Similiter dicendum de impran-
ſis: quandoquidem ſemper naturali calori comeſis o-
pus eſt, vt & ſeipſum confirmet, & partes corporis nu-
triantur, vbi ſufficiens collecta materia fuerit, tum quæ
decet fieri fiunt. Vbi verò illa defecerit, tum in ſeipſum
conuertitur, ac ſiquam eſſe humiditatem contigerit, il-
lam abſumit: qua ablata ipſe acrior redditur, & flaua bi
lis proficit qualitate eius calida & ſicca inaucta. Proin-
de vrinæ proueniunt ſecundum illam calidi affectionẽ:
minora verò contenta ſpectantur, vbi deerint homini
alimenta: quæ quum concocta ſunt & nutriunt, mittũt
hæc ſigna nutritionis. Veruntamen poſtquam calor,
quoad fieri poteſt, ſurrexerit, atque intrinſecus indigue
rit nutrimento, ſtatim ipſe contabeſcit. Ipſo verò calo-
re tabeſcente, etiam corporis habitudo ſtatim parata
eſt concedere verſus frigidum & album & prauũ: de-
inde etiam ad peius vergentes colores, & coloribus mu
tuò ſe habentes ſubſtantias reddit. At verò de huiuſ-
modi rebus quum ſatis dictum ſit (vt arbitror) diſputa-
tio terminetur. Neque vos latere velim, qui ita medio-
crem menſuram multæ diſputationi habẽdæ ſuper hi-
ſce rebus feci, vt etiam opus eſſet ſuper reliquis aliam
tractationem facere, atque illos implicari circa infini-
ta, qui dum via breuiore quod ſtudent aſſequi, capere
cupiant, in aliquas alias diſputationes ſecedentes, ſei-
pſos in longas tractationes intrudunt. Quamobrem de-
cere videtur vt ab hiſce tanquam ab alio initio aggreſ
ſi, referamus cauſas inuentas ſuper reliquis quæſtioni-
bus. Nanque hoc pacto à nobis facilius & diſtinctè ex-
plicabitur propoſitum, atque ſtudioſis promptius lice-
bit verbis paucis præcepta multa diſcere.

DE CAVSIS VRINARVM PER GENERA AE-
gritudinum, CAP. XIIII.

DIcendum eſt hac in parte de vrinis apparentibus
in ſingulis ægritudinũ generibus, atque earũ cauſæ
reddendæ. Siquidem hoc pacto decentem per ſingula
capita compoſitionem ſuſcipiet diſputatio, atque finis
decens toti orationi ſtatuetur. Igitur dictum eſt in tra-
ctatibus de iudiciis vrinarum, in febribus ephemeris
puris, nulla cauſa alia præſente, videre quiſquam pote-
rit vrinas non inſigniter mutatas. Nanque ſiquo modo
contingeret mutari, perparum atque occultè mutaren-
tur. Febribus enim ephemeris generatis ob alterationẽ
ſolius ſpiritus ad calidius intẽſi, par eſt vt ne in vrinis
etiam manifeſta ſpectetur alteratio. A paruis enim oc-
caſionibus parua momenta, à magnis magna proueni-
unt. Quum itaque vrina demonſtret humorum altera-
tionem, ephemeræ verò febres oriãtur è mutationibus
ſpiritus, vt dictum eſt, ad calidius intenſi: decens eſt, vt
aut nullo pacto, aut perparum alterentur ephemerarũ
vrinæ. Nanque priuſquam humorum materia ſentiat al
terationem naturali ſpiritui accedẽtem, illi ſoluuntur,
vbi ſortiti ſint rationem victus conuenientem. Sed ta-
men in febribus ephemeris, quum parua quædam mu-
tatio fiat, etiam paruæ ſpectantur in vrinis mutationes.
Quòd ſiqua fortè aderit in corpore materia corrupta,
vſqueadeo vt parua mutatione indigeat ad inflamman
dum, facilè inflammatur & comburitur, atque excita-
bit febres putridas. Vrinæ verò apparebunt, quales in
putredine humorum prouenire febres ſolent, de quib[9]
mox dicemus. Febrium ergo in putridis humoribus fa
ctarum, quæ fuerint intermittẽtes, hæ vrinas alias, quæ
verò fuerint continuæ, hæ vrinas alteras eiiciunt, & ſe-
A cundum differentiam putrefactorum humorum, atque
continuitatem, & intermiſſionem in eis. Dicendum ita-
que prius nobis eſt de febribus quæ deficiunt, earũ cau-
ſas reddentibus: deinde de reliquis, veluti ratio proce-
dens monſtrauerit.

DE CAVSIS VRINARVM PROFLVENTIVM IN
vtriſque tertianis, CAP. XV.

PVrarum tertianarum vrinæ verſus flauum & rufum
(vt dictum eſt) colorem attolluntur: ſubſtantia verò
earũ oſtẽditur mediocritate craſſior. Ac in primis die-
B bus nihil contenti eiicitur: tẽpore procedente tã com
tenta ſpectãtur quàm colores ad mediocritatẽ, & ad id
quod ſecundum naturam, concedunt, atque ægritudi-
nis ſolutio breui aduentura ſperatur ab ipſis cõcoctio-
nibus præmonſtrata. Eiuſmodi ſunt iudicia tertianarũ
putridarũ deficiẽtiũ ab vrinis facta. Nũc par eſt vt ſub-
damus earũ cauſas. Igitur bilis flaua vbi exaucta ſit per
aliquã cauſam illius generatricẽ, & extra venas aberra-
uerit, tũ febres vocatæ tertianæ generantur, atque defi
ciẽtes ſiunt, quippe quũ in venis bilis multa non ſit. Ve
C næ autẽ ipſæ etſi participes fiãt eiuſmodi humoris, tum
ob vicinitatẽ, tũ ob humoris ipſius abundãtiã; nõ ita ta
mẽ vt cũ eo etiã ſãguinis dulcedo miſceatur: hac enim
ratione cõtinuæ febres hæ eſſent. Quoniã igitur extra
vaſa ſepoſitus eſt eiuſmodi bilioſus humor, putrefactus
eſt quodãmodo: idcirco demõſtrabit tã putredinẽ quã
intermiſſiones quas paſſim facit. Coloratur autẽ vrinæ
ratione bilis iniectæ. Veruntamẽ quòd bilioſum hunc
humorẽ non bene corruptum eſſe in febribus tertianis
demõſtratũ eſt, idcirco colores, quales diximus, inſpi-
D ciũtur: atq; à multitudine & moderata bilis craſſitudi-
ne, quæ per vrinã ſeparantur, euenit vt vrinæ ſubſtãtiã
craſſior quàm mediocris eſt, ſpectetur. Abſunt autẽ cõ
tẽta in primis diebus ratione cruditatis, atque cuiuſdã
obſtructionis: nanque quòd nõdũ natura potuit doma-
re materiã, neq; cõcoctionibus vſquequaque incubuit:
quãobrẽ neque contenta ſpectantur, quæ ſigna ſunt cõ
coctionis. At verò vbi natura ſe collegerit, atque robo-
rata fuerit, expulſæq; ſint ſuperfluitates, retẽtis iis quæ
vtilia ſunt, rectéque & cũ ordine tractata ſint ea quæ ad
E humorẽ affluentẽ ſpectãt: tũ cõcoctionis apparẽt ſigna,
hoc eſt cõtenta. Quinetiã ad mediocritatẽ tã colores q̃
ſubſtãtiæ concedunt. Sed oratio de vrinis profluẽtibus
in tertianis puris, hæc ipſa eſt breuibus explicata. No-
tharum verò tertianarum vrinæ aureum colorem exce-
dunt, ita vt ad vineum etiam colorem attollantur: ſub-
ſtantia verò ſunt craſſiore quàm quæ in tertiana pura
ſpectatur: contenta verò harum vrinarum vel pauca &
praua ſunt, vel nullo modo apparent. Rectè igitur quiſ
piam dixerit impuram tertianam magnitudine & qua-
litate bilis ſuperaſſe tertianam puram, ita vt longio-
F re tempore ad concoquendum opus ſit. Siquidem eiuſ
modi vrinæ (vt etiam ſuperius dictum eſt in iis quæ de
iudiciis & cauſis colorum ſcripta ſunt) proueniunt à ma
iore & deteriore bili. Neque mirum ſit ſi maiore tem-
pore ad concoquendum opus ſit: nãque multa vbi fue-
rit materia putrefacta, maiore tempore ad concoquen-
dum potente virtute indigens eſt. Sed tamen fortaſſe
de hac re in diſputationibus de præuidentiis memora-
tũ fuerit. Nunc verò ad aliud caput tranſeat oratio, quæ
perquam ſatis in hiſce immorata eſt.

G DE CAVSIS VRINARVM QVARTANARVM,
CAP. XVI.

QVartanarum quæ potius originẽ à liene traxerunt,
primis diebus vrinæ ſunt albæ atq; ſubſtãtia tenui.
Tẽpore verò procedẽte, præſertim dieb[9] quietis, ſpectã
tur contenta earum cumulata atque cruda, ac interdũ
totum ipſum chyma turbidum apparet. Diebus verò af
flictionem habentibus, adhuc etiã tenues ſe oſtendũt,
& cõtenta mediocria atque tenuia, quum erga ſolutiõ-
nem paſſio vergat. Interdum etiam nigræ vrinæ ſpectã
H tur, quæ indicant ſolutionem paſſionis quæ corpus oc-
cuparat. Febres præterea quæ quarta quaque die paro-
xyſmum habent, euidentiam habent memoratæ febris
quartanæ, ſed multo citius deficiunt, eo quòd potius ge
nerantur à calida hepatis intemperatura. Harum vrinæ

ſubrubeæ atque rubeæ, taléſque qualis ſandaracha ſpe A
ctantur:quarum conſiſtentia primum tenuis eſt,inter-
dum etiam craſſeſcunt: cōtenta verò non abſque flauo
colore oſtenduntur. Sed tamen aliquando accidit, vt
earum vrinarum contenta aliena videantur,ſicuti etiā
colores ipſius chymatis.Demonſtratum eſt autem aliis
in locis,quòd quartana febris deficiens à victu frigido
& ſicco,qui humorem melancholicum peperit,genera-
tur.Ergo quotieſcunque eiuſmodi humor exauctus fue
rit, atque circa lienē firmatus, tum quarto quoque die
paroxiſmum habet,ac vrinas albas & tenues eiicit.Nā- B
que eiuſmodi humor quum craſſus ſit , atq; idcirco ob-
ſtruens:item quum frigidus ſit,hac ratione calorem ge
nuinum lædens, prauæ concoctiones fiunt,ac tenues,&
albæ vrinæ ſpectantur:ſed nihilominus ob importunita
tem frigiditatis humoris , quàm ob coopertura quæ
ſit in meatibus.Nanque humor exauctus obſtruens præ
craſſitudine,ſed præterea ratione puræ frigiditatis quū
ſit tenuis,tenuiores vrinas progredi efficit. Quinetiam
tempore procedente humoris tempore tenuati , mate-
ria facilis ad tranſeūdum redditur vaſis vrinariis, & hy C
poſtaſis cumulata ſpectatur, aut per totum conturban-
tur vrinæ.Veruntamen vrinæ craſſæ, & contenta earum
apparent ob tenuatos humores, albidi verò colores vi-
dentur ob humoris frigiditatem,quæ concoctionem ve
luti cogens non ſinit mediocrem conſiſtentiam vrinis
largiri.Neque mirum eſſe debet, ſi diffluentibus nigris
vrinis,ſolutionem quartanæ coniectemus.Humor enim
melancholicus veluti principium atque radix extitit i-
pſius quartanæ:qui dum excernitur , oſtēdit hominem
ægritudine liberari. Neque vſquam viſum eſt , ſicuius D
ſtirpis radix fuerit abſciſſa, vel ſupra terram erradicata
manſerit, non etiam ea quæ poſt ipſam radicem veluti
poſt principium orta ſunt,mortua quum ſint,c orrum-
pantur atque tabeſcāt.Quartana verò quæ recta ratio-
ne vocatur notha,eo quòd hepar malè affectum ſit,il-
liuſmodi vrinas tranſfundit. Quandoquidem ipſum vi
ſcus calidum eſt , vel aliter nimium concalfactum per
defluxum quendam calidioris materiæ,ſimul calefacit
omne venarū genus,ſanguis verò feruet: ſed bilis præ-
miſſa afficit ita corpus , vt contingat ob hæc vt vrinæ E
mutentur in eiuſmodi coloris ſpeciem. Quinetiam in-
terdum accidit, vt earum contenta extranea videantur
ob obſtructiones,& intempeſtiuas diætas,aut ob humo
rem qui tingit concarceratum,aut tranſmiſſum ad alias
corporis partes. Præter hæc ſi pulſum tangere oporte-
at,minus exactè ab eo conieceris hanc deficientem fe-
brem eſſe,ita vt continuam potius eſſe quiſquam dixe-
rit quarto quoque die affligentem. Quoniam verò,etſi
rationibus credendum ſit, interdum opus eſt vt acquie F
ſcamus nominum conſuetudini potentiori,ſimpliciter
hanc quoque quartanam appellemus,quum hoc ipſum
videatur virorum compluribus.

DE CAVSIS VRINARVM IN FEBRIBVS QVO-
tidianis profluentium, CAP. XVII.

QVotidianæ febris vrinæ albæ,& tenues,atque aquo
ſæ ſunt primùm : tempore verò procedente craſſe-
ſcunt,& cumulatas hypoſtaſes oſtēdūt, humore iam cō
cocto.Atque huiuſmodi febris (vt dictū eſt)producitur
à frigidis & humidis cibis,atque victu gignente humo-
res illis ſimiles.Quamobrē ob hæc omnia crudum hoc G
pacto , & pituitoſum exauctum humorem dicere poſſi-
mus lædere genuinam caliditatem exceſſu frigiditatis,
atque claudere meatus:quare tenues & albæ & ſine hy
poſtaſi vrinæ ſpectantur.Contrà verò(vt dictum eſt)na
turali calore dominante,& alteratio, & concoctio,atq;
nutritio fit. Sed hoc decidēte à proprio munere, etiam
vrinæ aberrare ab eo quod par eſt ſpectantur. Verunta
men confirmata genuina caliditate attenuatur quod
multum erat craſſum,atque ſequeſtrantur excrementa
cruditatis. Sed oratio de febribus intermittētibus, quū H
reddiderit ſufficientes rationes vt cauſæ caperentur,
hoc in loco terminetur.Poſthac verò referamus cauſas
vrinarum febrium coniunctarum & continuarum,atq;
earum quæ generantur ab aliqua immenſa caliditate,
deinde earum quæ fiunt ab aliqua frigiditate , vt ſuper
hiſce capiens cauſam oratio poſſit eo pacto terminari.

DE CAVSIS VRINARVM PROFLVENTIVM
in continuis febribus, CAP. XVIII.

FEbrium continentiū atque continuarum vrinæ ver
ſus deteriora cōcedunt, contenta quoque praua ſpe
ctantur,atque varia,pro qualitate humorum exceden-
tium. Nanque febres putridæ aut à pura bili putrefacta
generātur,aut à ſanguine,aut à pituita,aut à bili nigra,
aut ab omnibus miſtis, veluti fiunt à duobus aut tribus
humoribus differentibus complicatis. Sed tamē febriū
ortarum è ſimplicibus humoribus facilè quiſquā & iu-
dicia & cauſas cōcipere poterit,atque illas reddere. Cō
plicatarum verò difficilis eſt exacta cognitio:& illa mu
tua complicatio proprio nomine vacauit.Poſthac me-
morauerimus ſimplices febres tanquam captu faciles:
de quibus ſuperius in tractatibus de iudiciis eas decla-
rando diximus. Complicationes verò,eo quòd nominū
propriorum appellatione vacauêre,ſinamus,vt qui hi-
ſce ſtudiis indulgent,opinando diſcant.Igitur febrium
à corrupto ſanguine orientium,vrinæ ſubrubeæ, & ru-
beæ, atque vineæ profluunt,paulóque pòſt craſſeſcunt,
& ſimiliter contenta proueniunt:veruntamen quum in
hiſce febribus ſanguinis incrementum adeſſe videatur
in venis:vbi verò incremētum mediocritatem & quod
decet exceſſerit , aliqua etiam corruptio ſequatur par
eſt , eo quòd ob multitudinem domari non poſſit ſan-
guineus humor huiuſmodi:cuius quantum inutile atq;
ſuperfluum eſt , in vrinis ſequeſtratur, atque eiuſmodi
colores præſentat. Quinetiam eiuſmodi vrinæ conſue-
uerunt citius quàm cæteræ craſſeſcere, ob proprietatē
humoris præſentis : ſiquidem humor hiſce pauco quo-
dam momento indiget,vt conſequatur concoctionem.
Quòd autem virtus concoctrix ſuperatur à multitudi-
ne, arguunt contenta quæ non ſuſceperunt colorem ſe-
cundum naturam.Bili verò præſente,atque putrente in
genere venarum,vrinæ flauæ & rubeæ interdum appa-
rent:frequentius verò ſpectātur paſſeæ,& virides,& ni-
græ. Atque in hiſce ſi contenta affuerint, apparent bi-
lioſa,& valde praua.Siquidē vbi eiuſmodi humor præ-
ſtiterit, etiam vicinitate corruperit ſanguinem , atque
multitudine & qualitate detruſerit virtutem , inditúſ-
que humoribus nutrientibus, oſtendit contenta diffici
lia, atque praua chymata.In febre verò continua ob pu
trefactam pituitā,vrinæ apparent ſubalbidæ atque craſ
ſæ , veluti glaucæ & charopæ. Nanque colore arguunt
qualitatem humoris tingentis, & contenta earum ſunt
crudiora ob humoris malam ad coquendum habilita-
tem,aut ipſo ob multitudinem præſtante genuinæ vir-
tuti,aut ipſa virtute per ſe patiente, & quæ à paucis hu
moribus facilè defatigatur. Melācholicus verò humor
ſiquando putruerit, ac diſcurrerit corpus,febrē effece-
rit , quæ degeneris eſt,ob exauctum humorem in hu-
more pituitoſo. Huius vrinæ fortaſſe albæ & tenues pri
mùm profluunt. Sed quum ipſe humor vnà deſcendit,
veluti ad exitum veniret~~, tum~~ vrinæ apparent venetæ
atque nigræ.Quarum priores illo modo apparent ob o-
perturam quam facit humor,ac ob eius momentū ſur-
ſum verſus : poſteriores verò ob reſeratam obſtructio-
nem meatuum, atque momentū humoris deorſum ver
ſus:& hæc raro apparent.Scire autē oportet,nobis pro-
poſitum eſſe diſputare de iis quæ plurimum apparent,
non de iis quæ raro contingunt.

DE CAVSIS VRINARVM PROFLVENTIVM IN
calida affectione membrorum principaliū affecto-
rum, CAP. XIX.

DE vrinis profluentibus ab iis qui inflammationem
& eryſipelas in principalibus partibus internis pa-
tiūtur , dictum eſt abundè in iis quæ de iudiciis vrina-
rum:nūc verò reddendæ ſunt cauſæ.Siquidem hæc quo
fuerint viciniora fonti caliditatis , eo magis ob vicini-
tatem & ob principatū vrinæ tinguntur,eo quòd prin-
cipales partes maximè patiuntur. Sed tamen primùm
tenues ſpectantur,atque abſque contentis:niſi quòd a-
liquando propter collectam materiam ab attrahēte ca-
liditate præter naturam concoquantur, & quòd natura
ſemper vertatur circa ea quæ vrgent. Neque par eſt vt

ipſa obliuiſcatur prauorum gubernatorum, quum ipſa A facilè ſentiat alienum dolorem, & ob eum patiatur: idque fit quia materia excedit, aut quia virtus ipſa ante certamen laborat. Vbi verò concocta fuerit inflammatio, vrinæ craſſeſcunt, atque remittuntur de intenſo colore, & cumulatas atque corruptas hypoſtaſes habent, quum illinc ſecreta ſint excrementa. Sed interdum accidit, vt etiam pus mictum ſubſideat, quod de affecto membro profluxit.

DE CAVSIS VRINARVM, QVVM PRINCIPALIA membra affecta ſint affectione frigida, CAP. XX. B

QVum principalia membra ſint affecta frigiditate, tum vrinæ ſpectantur albæ & tenues, vt dictum eſt, atque frequentius abſque contentis: interdum verò etiam craſſæ cum contentis crudis & pituitoſis. Et quum albedinis latitudo multa eſſe contempletur ſecundum menſuram frigiditatis, etiam vrinæ albæ tranſmittuntur. Nanque vbi corporis pars affecta ſit pauca aut multa frigiditate, ſecundum frigiditatis quantitatem vrinæ proueniũt. Nam quum frigiditas exceſſerit, ac peruenerit vſque ad cor, quatit vehementer cordis ipſius C robur, atque calorem debiliorem efficit. Et quantum ipſe lãguerit, hoc erit imbecillior eius actio propria, debiliores verò concoctiones fiunt. Concoctione verò debili, vrinæ eiuſmodi profluunt. Atque hæc in iis quæ de iudiciis vrinarum ſcripſimus, dicta ſunt: quamobrem non opus eſt orationem producere. Quoniam verò tota oratio de cauſis hoc modo ſufficienter habita eſt, etiam deſinat ad vlteriora procedere, etſi multa alia inducant, vt adderetur oratio. Quamobrem niſi lex aliqua breuitatis nos cogeret, adiungeremus orationi priori opus aliud de cauſis iudiciorum, oſtendentes magnũ illud quod in contemplatiua arte eſt. Sed tamen integram præſcriptionem in omnibus habuerit diſputatio, ſi poſt tractatus de cauſis, ſubdiderimus eos qui de præuidentiis docent, quique vtiles arti ſunt, & veluti vaticinatores motionum naturæ eos reddunt, qui enixè hiſce rebus operam nauant. Sed ſi, vt fert animus, pars huius diſputationis ſucceſſerit, donum Dei ſolius exiſtimandum ſit, gloriam calumniæ non patentem paries iis qui illo impartiti fuerint: ægrotantibus verò vtilitatem non paruam. Quamobrem diſputatio de cauſis vrinarum finem capiat, atque iam incipiamus tractare de præuidentiis vrinarum.

ANNOTATIO EORVM QVÆ SINGVLA CAPITA libri prioris De præuidentiis ex vrinis continent.

Quòd poſt pulſus, vrinæ aptantur ad præuidendum, Caput I.
De præuidentia ex vrinis albis, Caput II.
De præuidentia ex vrinis ſubſpiceis atque ſpiceis, Caput III.
De præuidentia ex vrinis ſubaureis & ſubcroceis, Caput IIII.
De præuidentia ab vrinis aureis & croceis, Caput V.
De præuidentia ex vrinis ſubrubeis & rubeis, Cap. VI.
De præuidentia ab vrinis vineis, Caput VII.
De præuidentia è paſſeis vrinis. Caput VIII.
De præuidentia ex vrinis viridibus, Caput IX.
De præuidentia ex vrinis venetis, & liuidis, & nigris, Caput X.
De præuidentia è ſubſtantia fluoréve vrinarum, Caput XI.
Quòd quanto magis vrina coloratur, eo plus præſentis tenuitatis ſummoueatur imaginatione, Cap. XII.
Quòd quanto magis craſſeſcunt vrinæ, eò plus coloris ſũ mmoueant, qui inerat priuſquã illæ craſſeſcerent, Caput XIII.
De præuidentia ex craſſa vrinarum ſubſtantia, Caput XIIII.
De præuidentia ex contentis diſſimilaribus, Cap. XV.
De præuidentia ex bullis, Caput XVI.
De præuidentia ex coloribus diuerſis ipſius coronæ, & malè olente vrina, & colliquaminibus. Cap. XVII.

ACTVARII DE PRÆVIDENTIIS ex vrinis libri II.

Ab Ambroſio Leone Nolano in Latinum ſermonem uerſi, & à Iacobo Gopylo ad fidem exemplarium Græcorum recogniti.

ACTVARII in priorem ſuum librum De præuidentiis ex vrinis, Præfatio.

VIDETVR quibuſdam, qui prõpti ſunt ad criminãdam præuidentiam, non fieri poſſe quenquam præſcire quæ euentura ſunt in iis rebus quæ ſeſe ſecũdum naturam ſequuntur. Siquidem ad hoc dicendum nihil aliud eos cõpulit quàm D ignoratio eorum quæ ſecundum naturam fiunt, & ſtudium bonis diſciplinis obtrectandi. Quamobrem timorem etiam non paruum afferebat iis qui recta ratione ſciendi præſcientiam haberent, contumacia eorum qui promptiores ſunt ad carpẽdas præuidentias. Quandoquidem figuras quaſdam aſtrorum atque vires diſquirentes, item congreſſus, & in domo dominos, atque alia quæcunque in aſtris adeſſe dicuntur atque ſcribuntur, horúmque alterationes quaſdam circa elementa futuras præuidentes contemplatione ſcientiæ, vitant prom E ptitudinem multorum ad criminãdum, putántque melius eſſe vt taceãt. Sunt enim qui eiuſmodi ſtudia præſtigiis atque conſuetudinibus dæmoniorum magis tribuunt: vnde ignorantiam naturalium alterationum, quam habent, cõuincunt. Quinetiam qui ſomniſpiciis, atque quibuſdam principiis ſimilibus iis quæ ſecũdum naturam ſunt, præuident quæ futura ſint eorum quæ ad nos ſpectant, ii latere ſtudẽt, eò quòd id hominum multitudinem lateat. Veruntamen hoc pacto in ambiguo eſt, res pulchras tractatu temporis tabeſcendo deleri. Sed eiuſmodi viri nimirum admirationi eſſent potius ſapientibus quàm ab eis taxarentur, quòd rerum quæ ſecundum naturam fiunt, ſpectatores eſſe probantur. Sed de hiſce oratio ad alios magis ſpectat, quibus opus optabile eſt perſequi hæc ipſa. Nobis verò medicam artem perſequentibus, atque ſtudentibus per ipſam capere præuidentias circa humana corpora, munus hoc ipſum potius quàm illorum alicui congruit. Quæcunque igitur præſcire fas eſt arti medicæ incumbentibus, vt perfectam præuidentiam faciant, hæc libri omnes præcedentes docent. Oportet enim præuidere ſtudentem, vt ſciat tum humores elementares, tum naturales ſpiritus, temperaturáſque, & alterationes, & mutationes vniuſcuiuſque, & principatus membrorum, & eorum primas rationes. Itẽ quæ membra ſimul patiãtur, & quæ contraria paſſione laborent, & quæcunque alia inuenta ſunt, & tradita iis qui volunt diſcere naturales

corporis motiones.Nãque qui in hiſce prius fuerit me- A
ditatus,is & facilius iudicauerit,& promptius præuide-
rit,ſequendo naturales motiones humorum.

QVOD POST PVLSVS, VRINAE APTANTVR ad præuidendum, CAP. I.

FAcultates multæ ab iis qui ſapientia excelluerũt in-
uentæ ſunt tam ad præuidendum quàm ad iudican-
dum mutationes quæ in corporibus humanis fiunt,
quarum principatum habuiſſe videtur de pulſibus di-
ſciplina. Ab ea enim in illis qui poſſident ipſam exactè,
plures præuidentiæ ſuboriuntur. Nãque quum ſpiritus B
primus ſenſit, & alteratus eſt mutationibus corporis:
ſpiritus verò potius quàm ſanguinis conceptacula ſint
arteriæ: decens eſt vt præuidentiæ à pulſibus factæ ſint
firmiores. Quia verò humores poſt ſpiritus ſunt ſecun-
di,hi quum alterati fuerint,exhibent in vrinis ſignum,
ſignificantes per eas puriorem ipſorum alterationem:
vrina enim humorum coloratura extitit. Alteratis ita-
que vrinis ob humorum aliquas mutationes, facultas
ſufficiens præuidendi facta eſt rationi. At verò quia,vt
dictum etiam ſuperius eſt, præuidentia communicat C
cum iudiciis,ſi cuiuſquã eorum quæ illic enarrata ſunt,
hoc in loco meminerimus, vt exactior euadat diſputa-
tio,nemo quæſo nos accuſet garrulitatis,ſicubi id acci-
derit,imò totum præferat ſuperfluo. Quandoquidem
eiuſdem diſputationis repetitio afferre poteſt(vt arbi-
tror) aliquid ſic perfectum vt in eo nullus error ſit. Si-
quis verò diffugerit vti oratione antea dicta, ne ſermo
ſermonem communem efficiat,is multa perdere pote-
rit quæ eſſent referenda. Sed hoc potius propoſitæ ora-
tioni errorem non paruum pariet. Illud verò quiſquam D
probauerit magis eſſe munus recordationis, & cõgrui-
tatis dicendorum quàm alicuius importunitatis:veluti
arbitrantur ii qui ad maledicendum ſunt promptio-
res. Nos verò quemadmodũ in aliis factitauimus, prius
exponendo colores & ſubſtantias, deinde contenta, &
quæ ſuper hiſce ſpectantur: ita nunc agamus, capitum
ordinem eundem meliorem eſſe quàm eorum pertur-
bationem exiſtimãtes. Sed tamen cum vnoquoque eo-
rum quæ dicenda ſunt, cõmiſcetur obliquitas, nihilo-
minus ob ipſius quàm illorum referendam præui- E
dentiam. Et ita faciamus, hinc (fauente Deo) initium
auſpicantes.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS ALBIS, CAP. II.

QVoniam demonſtratum eſt vrinas albas in com-
plures ſpecies diuiſas eſſe, veluti in libris De
differentiis vrinarum dictum eſt, opus eſſet vt de hiſce
conſiderantes diuidant eas,atque ſuper eis pro viribus
præuidentiam faciãt. Vrinæ igitur albæ colore,cryſtal-
leæ verò & aqueæ ſpecie, ſemper tenues ſi manſerint, F
illa ſignificãt quæ in libris De iudiciis dicta ſunt. Nunc
oportet hæc ſubdere:nanque quum vrinæ rufæ,aut ru-
beæ,aut vineæ,aut aliquo colore tinctæ præceſſerint in
febre vehemente, ſi in eiuſmodi albos colores mutatæ
erint vrinæ,atque adhuc febris manſerit vehementior,
neque aliquod inſigne ſignum criſis aderit, decenter
noſſe poteris futurã eſſe phrenitin: atque eo peiorem,
quo præmonſtrati colores fuerint peiores. Nec omnino
mentitus fueris, ſi rurſus tinctis vrinis pronuntiaueris
phrenitin ſolutam eſſe. Siquidem vrinæ illæ demon- G
ſtrant bilem quæ chyma tingit,attolli ad caput,ad quæ
perſeuerans,additionem afferre poterit paſſioni mor-
tem. Vrinæ verò ſi iterum coloratæ fuerint,arguũt ſol-
ui paſſionem membri promouentis primũ ſenſum,cõ-
uerſa rurſus bile verſus infernas partes corporis. Vri-
næ verò eiuſmodi cum craſſa ſubſtantia,cúmque globu
lentis contentis, ſi præceſſerint in debilibus febribus,
multitudinem verò atque colorem album mutauerint
poſt morbi vigorem, præuidetur quòd nondum febris
ſoluta ſit. Nanque natura quum vicerit materiam, con H
coxeritque ac aſſumpſerit quantum vtile ineſſe videa-
tur,ſuperfluum & inutile per vrinas expellit, quũ exi-
ſtimetur nõ op9 eſſe vt id retineatur. In paſſione quin-
etiã Diabete, ſi neque coloratum vrinæ corpus, neque
conſtans & minutum ſit:oſtendit fluorem vrinæ in ma-
tula ad malum procedere. Nãque natura antea fatiga-
ta timorem non paruum affert,ne æger vitæ damnum
patiatur. Nec ignorare oportet eiuſmodi vrinarum co-
lores in ſenibus ſignificare modica quædam mala:iuue-
nibus verò & vigentibus deteriora, eo magis ſi conten-
ta nulla ſpectentur, etſi quæ ſpectentur ſint praua mi-
núſque conuenientia: nanque in ſumma cruditate,&
frigiditate,atque longa quadam debilitate,atque præ-
ter hæc in immodicis obſtructionibus apparere ſolent.
Et quum vrinæ redierint ad mediocritatem,parum af-
fliguntur corpora,& quæ antea lædebãtur, faciliúſque
virtus reuocatur reſumens proprias vires. Quòd ſi in
eiſdem ſpeciebus manſerint, inferent capitis difficiles
pulſus,& obtenebrationes,& vertigines,& morbum co-
mitialem, ciborum faſtidia, & prauorũ eduliorum in-
terdum cupiditatem,& caninos appetitus, artuum do-
lores aderint, & neruorum motiones difficiles, renum
& capitis diuerſæ paſſiones, & inteſtini coli triſtes ſen-
ſus,& tabida ex ægritudine ſenectus. Talia præuideris
vbi tenueris differentias vrinarum albarum,quæ dictæ
ſunt in iis quæ de iudiciis ſcripta ſunt, & prælegeris li-
brum Galeni De accidentibus. Nanque memoratarum
paſſionum aliæ ſequntur incoctionem continuam po-
tius,aliæ frigiditatem ingenitam ab aliqua cauſa, aliæ
obſtructionem aut humorum tranſpoſitionem. Verũ-
tamen præter hæc oportet eum qui ſtudet vera ſuffra-
gia ferre præuidendi,cõſiderare ætates, & temperatu-
ras,& cõſuetudines,& ſexus,& tempora anni, & inter-
dum victus anteactos. Nanque hæc ipſa dimetienti,at-
que mente cogitãti,vrinam ſecundum naturam, atque
eam quam in matula cernit, comparanti, facilè appa-
ruerit quantum vrina præſens ab ea quæ ſecundum na-
turam eſt,aberrauerit. Atque prompta præuidentia ſu-
per vrina præſente reddita erit, modò præconſiderata
fuerit ægri partium facilitas ſentiendi & patiendi. Res
enim hæ maximè conferre ſolent ad prædicanda futu-
ra,quum non omnes in eiſdem paſſionibus eodem mo-
do ſentiant. Quamobrem in eiuſmodi intenſis albis, e-
iuſmodi quiſquam præuidentias reddere poterit,ſi be-
ne iudicare didicerit. In iis autem vrinis quæ remiſſè
ſunt albæ,vt lactea, glauca,& charopa, atque id genus
cæteris,has quas dicã ſignificationes præuiderit. Nam
in initiis & incrementis febrium eiuſmodi colores vri-
narum ſunt mali,præſertim quo vehementiores ſunt fe-
bres. Apparet enim in hiſce multitudo materiæ putre-
factæ augeri:in febrium verò declinatione apparentes
ſignificant ſalutem, eo potius ſi multitudo vrinarum
exierit. Illud enim arguit aut multitudinem crudita-
tis humorum cumulari, aut tingentem humorem ver-
gere ad alias corporis partes. Hoc verò arguit declina-
tionem febris,præſertim quum vrinæ quæ præceſſerũt,
fuerint magis rufæ: excretio verò excrementorũ con-
firmetur ab expultrice virtute. Hæc igitur conſiderans
ob ea quæ in principio apparent, præuideris ægritudi-
nis malignitatem,atque tempore multo ad concoquen-
dum indigere eiuſmodi cruditatem dixeris. Quia verò
in eiuſmodi vrinis magnitudo febris nondum manife-
ſta eſſe ſtatuitur,alioqui ſiue maligna febris quidẽ exi-
ſtimata eſſet,opus eſt vt tangens pulſum conſideret &
magnitudinem febrium,& virtutis firmitatem. Conte-
ſtantia etiã fuerint excrementa,& faciei colores,atque
alia accidentia quæ referuntur & apparent. Vbi igitur
ab aliis ſignis magnitudinem febris didiceris,cognoue-
riſque naturalis virtutis firmitatem, atque conſidera-
ueris menſuram cruditatis, oportet vt hac in parte tei-
pſum diligentiorem oſtendas,ita vt ſingulis conſidera-
tè & exactè menſuram ſtatuas. Atque ſi plura ſigna cru-
ditatis aderint, multiſque diebus ea augeri videantur,
febríſque magnitudo conſtiterit, contrà verò firmitas
virtutis minor, atque debilis comprehendatur: par eſt
vt natura hoc caſu fatigata ſuccumbat, atque ſolutio-
nem malorum mortem eſſe præuideas, eáque die qua
coniectaueris virtutem feſſam defecturam. Quòd ſi il-
la etiã ſe habuerint(vt dictum eſt), virtutis verò firmi-
tas præſtiterit, ſpes eſt ægrotantem tractu temporis ſu-
perfuturum cauſis affligentibus, ſi tuta viuẽdi ratione

vſus fuerit. Multa verò accidentia praua interueniunt. A Quòd ſi illa fuerint minora, corporis verò naturalis firmitas melior, ſuperſtes erit homo, praua autẽ accidentia mediocriter adſunt. Ergò in febrientibus hominibus, & eiuſmodi vrinas mingentibus, ſitis minor erit quàm quæ ratione febris expectatur: & vrinæ maiores, & ventris ſiccitas, capitis grauitas, & dolores alieni, & vertigines, & ventris dolores. Interdum patientis huius vẽter excernit bilioſa. At verò à tempore mutationum vrinarum proſpexeris febris ſolutionem, quemadmodum à concoctionibus qualitates criſium. Verũtamen B in vrinis remiſſè albis, quæ à febrientibus profluunt, eiuſmodi præuidentia reddi poteſt. In omnibus autem ſanis ſi eiuſmodi vrinæ apparuerint, mediocrem à frigiditate offenſam arguũt. Sed prædicere in hiſce quoque oportet, quaſnam paſſiones & accidentia ob modeſtiores frigiditates aduenisse opinat⁹ ſis: præterea illud quoque præſcire fas eſt. Nanque accidentia quæ modò orationi ſubiunximus, non vt ex neceſſitate ſequentia eſſe dicimus, neque rarò apparere, neque omnia, neque plura, neque minora, ſed vt contingentia cum eiuſmodi C ægritudinibus ſemper apparere, aut omnia, aut plura, aut minora, & vt fert paſſionum magnitudo & tolerantia, & ſentiendi facilitas hominis patientis. Oportet autem prorſus vt is qui eiuſmodi res conſiderauerit, & ſolers, & peritus, & doctus ſit.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS SVBSPICEIS atque ſpiceis, CAP. III.

SVbpallida & pallida vrina in febribus non ſpectatur. Et ſi contigerit vt cum hiſce vrinis adſint febres, hæ imbecilles ac facilè ſolubiles ephemeræ quædam eſſe D poſſunt. Sed ſi ardentiores febres præceſſerint, vrinæq; eiuſmodi pòſt apparuerint, ſignificãt febrem ſolui, atque corporis habitudinem iam concedere ad frigidiorem qualitatem, quæ alteratione orta, à decente diæta corrigitur atque confirmatur. Hinc ſequuntur vrinæ quæ mediocres apparẽt, de quibus mox par eſt dicere.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS SVBAVREIS & ſubcroceis, CAP. IIII.

VRinis ſubrufis & ſubflauis neſcio an quicquam magis ſanitatem poſſit ſignificare in iuuenibus atque E adoleſcentibus corporibus. Veruntamen in ſenibus atque mulieribus, quorum ob frigidam quandam intemperaturam, quæ eis natura accidit, vrinæ ſunt ſubpallidæ, atque in iis quorum vrinæ ad albiores vergẽtes apparent ob quandam rationem: veluti de hiſce abundè in locis aliis diximus, ſi memoratæ vrinæ profluxerint, ſignificant eorum habitudinem verſam eſſe ad qualitatem acriorem, idque ob aſſiduas quaſdã comeſſationes rerum acrium, aut ob exercitia modum excedẽtia. Siquidem diætæ caliditatem quandam inferentes, in F cauſa fuêre, vt in iis hominibus vrinæ eiuſmodi generentur. Sed quum hæc mediocria ſint, mediocres quoque offenſas pariũt, quæ facilius etiam corrigi poſſunt.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS AVREIS & croceis, CAP. V.

RVfæ flauæque vrinæ ob maiores occaſiones apparent in ſenibus & mulieribus, atque cæteris id genus: ob minores verò ſpectantur in iuuenibus ætate florenti. Quamobrem eiuſmodi vrinæ apparent in iis qui longè recedunt ab illis qui ſecundum naturam & tem- G peraturam has vrinas faciunt, arguunt cauſas præcedentes maiores fuiſſe, atque eos febre correptos eſſe, bĩli iam flaua per totum corpus diffuſa. Ergo quot cauſas caloris ab opportuna coniectura indeptus fueris, prænuntiaueris illas effeciſſe argumentum in bili, præſertim ſi præſciueris diætam, & omnẽ meientis educationem. Contulerint etiam rationi tuæ accidentia, quæ oriuntur à bili diſperſa corpori. Quandoquidem vertigines ſolent apparere bili affectis, & dolores capitis, ac amaror oris, ciborúmque faſtidium, atque ſitis non par H tia. Quinetiam iuuenes florentis ætatis, atque calidioris temperaturæ vrinas eiuſmodi meientes, dixeris decenter etiam ipſos, ob ſimiles diætas & exercitia nimia, perueniſſe ad eiuſmodi meiendarum vrinarum conditionem. Quinetiam ſi minores quàm quæ dictæ ſunt, fuerint occaſiones earum vrinarum, proferre poteris etiam imbecilliora accidentia, atque illos longiore tẽpore indigere ad ſoluendam paſſionem: minore verò hos qui ſecundum naturam in vrinis memoratos colores adiectos habent. Sed hîc quoque de ſubrubeis & rubeis coloribus vrinarum dicere conuenit.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS SVBRVbeis & rubeis, CAP. VI.

TAm in adoleſcentibus quàm iuuenibus florentis ætatis, ſi apparuerint eiuſmodi vrinæ, proprietate humoris tingentis, arguunt non nimium auctam læſionem eſſe. In ſenibus verò, atque iis qui iampridem naturalẽ caliditatem minuerunt, quum apparuerint, peſſimæ ſunt, atque quamplurimo tempore indigere ægrum ſignificãt ad reuertendum ad naturalem conditionem. In quo non paruus metus eſt, ne præ afflictata vitali virtute ſolutio paſſionis ſit mors. In adoleſcentibus verò & iuuenibus ætate vigẽtibus eiuſmodi vrinarum colores ſi apparuerint, oſtendunt ſanguineum humorẽ exauctum eſſe, veluti in iis quæ de iudiciis vrinarum prædiximus. Tu verò poteris præuidentiam certam facere hac ratione, vt ſi æger vſus fuerit diæta, quæ generare potuerit huiuſmodi humorem, aut conſueta ſanguinis natura, vel arte vacuatio cohibita ſit. Senibus autem rarò vrinæ ita tinctæ apparent, quibus naturalis virtus etiam valida eſt, atque exercitia & diæta conueniens. Veruntamen hiſce opus eſt tempore longiore ad recuperandam ſanitatem. Quinetiam accidens, quod non frequentiſſimè eis euenit, aut mortem aut longã ægritudinẽ parit. Nanq; in his debilis eſt virtus contẽtrix & expultrix, vſqueadeo vt etiã nequeat familiarẽ humorem continere, ſed potius ita languet vt ipſum dimittat. Siquidem colores hi ratione augmenti eiuſmodi humoris valde breues ſunt & obſcuri in ſenibus, etſi ratione magnitudinis febris colores huiuſmodi appareant tantum quantũ febris magnitudo præſtiterit. Nanque ratione receſſus à colore naturali, magnitudo febris comprehenditur: ratione verò caſus extranei ab ætate, malignitas febris arguitur: ratione quoque debilitatis naturalis virtutis periculum ſpectatur. Quoniam verò ab incremento bilis rubeæ interdum eiuſmodi vrinæ apparent, decenter conſideraueris hanc exauctam eſſe per ea quæ ipſam bilem gignunt. Quæ iuuenibus vigẽtibus maximè inſpicitur, ſed deteriora efficit accidentia quàm quæ ab incremento ſanguinis oriuntur, atque eò deteriora, quò acrior & leuior humor hîc extiterit: ſed modeſtior quàm bilis flaua ſtatuitur. Illic enim ſitis perquam modeſta eſt, atque ſomni non multum perturbati: hîc verò contrà, atque eo plus quo bilioſus humor vergens ad ſiccitatem cum acrimonia ſuperauit ſanguineum humorem. Quinetiam coctione & cruditate fiunt quædam criſes: tarditate verò & craſſitudine motionũ & mutationum, tempus longitudinis inuenitur. Nãque veloci motione ægritudinis cum firmitate genuinæ virtutis, faciles mutationes ad melius fiunt, & celeres ſolutiones ægritudinum ſequuntur: pigris verò ægritudinis motionibus etiam tempus maius extenditur. Oportet autem in omnibus virtutis firmitatem adeſſe, ne virtute præfatigata ad peius vergat ægritudo. Quanuis igitur poſt principii latitudinem, atque poſt augmentum, ad prauum & bilioſius colores concedant, oportet tamen cauere atque metuere ne prorſus naturalis calor ſuffocetur ab aliena hac ipſa & corruptrice caliditate. Quòd ſi contrà colores ad id quod ſecundum naturam reuertantur, etiam concoctiones in vrinis appareant, fas eſt nos approbare naturæ operam, atque ægrotos confidere oportet.

DE PRAEVIDENTIA EX VINEIS VRINIS, CAP. VII.

VInei vrinarum colores peiores eſſe videntur ſubrubeis atque rubeis. Sanguine verò bileſcente potius oriri ſolent eiuſmodi colores. Nanque quum ſanguis ab aliqua cauſa alteratur ad mediocrem ſpeciem bilis, tum eiuſmodi colores ſpectantur. Quamobrem minimè mirum ſit, ſiquando bili eo pacto excedente, ſitis non modica exoriatur, ſomni perturbati, ſiccitas

oris, febris acumina, deliria, tuſſis cum dolore hepatis: quæ mutationibus colorum iudicantur ſi praua ſint, an etiam ſalutaria. Per ſingulas verò concoctiones iudicamus celeritatem ſolutionis. Sed de hiſce aliàs erit exactior diſputatio: nunc dicamus de paſſeo ita vocato colore.

DE PRAEVIDENTIA EX PASSEIS VRINIS, CAP. VIII.

VRinæ paſſeæ cum multitudine, & craſſitudine, corruptionéque in hepate cumulatæ bilis ſpectantur, à qua arquatos maximè fieri nouimus. Quãobrem non aberraueris, eiuſmodi vrinis ſpectatis, ſi pronunciaueris auruginem aduenturam homini. Veruntamẽ quum nondum inflammata eſt materia (quoniam inflammationem præuenit materiæ excretio), paruæ quædam & immanifeſtæ febres ſuboriuntur, atque ſitis perquam modica, quibus accidentibus plerique decipiuntur. Atque quũ plenioribus ſeſe cibis aluiſſent, combuſſerunt materiæ magnam partem, ac excitarunt febrem vehemẽtiſſimam, item corporis iactatus, & vigilias, & ſitim immenſam induxerunt. Ipſe verò in quodam familiari aliquando ſimilia accidentia vidi, quæ nunc opportunè referam. Erat hyems quum viſus eſt à me familiaris meus: qui quum magna iniuria affectus eſſet à quodã, ſurrexerat diluculo, atque circa regiam frequentabat, quærens ſolutionem iniuriarum inuenire. Atque hoc pacto agens, multos dies inedia preſſus eſt: & ſiquando eum oporteret coactum ſumere cibum, comedebat frequẽtius acria, & ſale macerata. Suſtinuit autem corpus eiuſmodi ciborum oblationes ſufficienter ob aeris conditionem, ſed vt decebat eum cauſam agere aduerſus hoſtes, ita ſecum angebatur, tanquam vereretur ne magno damno afficeretur. Quibus ex cauſis cœpit malè dormire. Item ei corpus erat ſiccum, ac parum ſolebat dormire. In more quoque erat vti prauis alimentis, vt licebat vnicuique coniicere. Erat enim homo parcus, ita vt timeret ne conſumeret paruam veſtem atque peculiolam. Hæc itaque omnia humorem illum bilioſum accumulauêre, atque per vrinam euacuabatur. Quia verò forte quadam euenit vt ipſe vrinam ſpectauerit exeuntem cum colore non naturali, atque paruam quandam malam affectionem ſentiebat, rem omnem mihi narrauit, petiitque facti cauſam. Ego verò arbitratus ſum eiuſmodi vrinam non ex tempore ab eo profluxiſſe, videns ipſum adhuc ſanum eſſe: vrinam verò illam videram in ægritudinibus peſſimis apparuiſſe: ille dixit ſe in matula vrinam poſtea oſtenſurum. Ego verò diſceſſi: at ipſe iterum ad cõſueta tractanda rediit, in quibus toto die ſine cibo verſatus eſt, quum verò de nocte rediiſſet, paucúmque cibum ſumpſiſſet, iacuit. Poſtera ſummo mane detulit mihi matulam cum vrina paſſea, & qualis eſt arquatorum: ipſe putabat etiam febre carere: prædixi niſi caueret, caſurum eſſe in auruginem. Ipſe primo die cauens quietus manſit, pedetentim increſcente paſſione: poſtera eum vidi, neque quicquam mali patientem. Non enim ſitis aliqua exiſtimãda ſuborta ei erat, neque febris ſenſibilis, neq; aliquod ſignũ apparebat ex iis quæ in ægrotantibus videntur. Atque nos reliquit, dicens nihil nos ſcire: atque cibum craſſiorem ſumpſit, & vinum infirmum bibit: & nondum nox erat quum humor ille commotus eſt, & percaluit, atque conturbatio non parua hominem corripuit, nóſque tum intelligens rectè iudicaſſe, accerſiuit, atque ſalutem nobis credidit. Ego verò illum verbis (vt viſum eſt) caſtigaui, vt medicis iubentibus fidem haberet. Atque quum intelligerem humorem eiuſmodi bilioſum non adeo inflãmatum eſſe, iuſſi vt caueret à cibis craſſioribus atque vino, vteretúrque victu tenuiore: monuíque ipſum ſanum fore ſi præſcriptum victum ſeruaret. Iam cutis corporis atque oculorum album arquatũ ſpectabatur, & homine à morbo liberato, victúque non admodum tenui vſo, prædixi humorem vacuatum iri ſine dolore, præſertim ſi neque cibi, neque ambiens aer ad illius incenſionem hominem irritent. Nãque quum eiuſmodi bilis ſit craſſa, vix quidem accenditur: ſed vbi accenſa fuerit, non facilè poteſt extingui. Sed de hiſce ſatis, deinceps ad alia eundum, ac de coloribus oleaceis diſputandum.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS VIRIDIBVS, CAP. IX.

VIridium colorum omnis varietas veluti in duobus generibus ſpectatur, altero oleaceorum, altero viridium, eodem nomine cum genere vocatorum, veluti in iis quæ de differentiis vrinarum dictum eſt. Oleaceæ autem quæ ob colliquationem pinguis generãtur, hecticam febrem adeſſe arguunt: veluti in iis quæ de iudiciis vrinarum explicatum eſt. Quæ verò ob malignitatem ægritudinis virides apparent, hæ non in minore prauitate quàm quæ oleaceæ ſunt, conſtituuntur. Sed confert hac in parte animaduertere. nanque ſi memorati colores oleacei, paulatim retrocedentes, ad naturales vergant, prædicendum tum eſt ſolutionem fieri accidentium corpus ambientium. Quòd ſi etiam febre valetudinem lædente peiores vrinæ profluere videantur, decet prædicere periculum imminens, atque cautè conuerſari cum ægro periclitanti: idque ne occaſionem reprehendendi des iis qui ad maledicendum ſunt promptiores, acſi negligenter ad curandam ægritudinem ingreſſus eſſes. Nam quum malũ proceſſerit, etiam contenta peiora ſpectantur, quemadmodum paulo inferius dicetur, vbi diſputarimus de præuidentia ex contentis. Quinetiam eo tutiorem feceris prænuntiationẽ, quo magis intellexeris per omnes concoctiones errores naturæ. Duorum porro colorum viridium, quos ratio nouit, neſcio vter peior ſit: quúmque vterque alterum ſuperare contendat, neſcio vtrum promptius ægrotantem tollat. Quantum ergo bilis ſuperans alios humores vicerit, demõſtrant vrinarum colores. Videre autem poteris, atque prædicere, vbi didiceris accidentia. Nanque inſania & aſſidua & intermittens corripit ægrotãtes, vomitus item atque excretio bilis interdum puræ, æruginoſæ atque aduſtæ, ſitis aſſidua, & æſtus, lingua aduſta, atque hypochõdria ſubcontracta. Hæc atq; alia id genus ſunt accidentia viridis bilis. Sed ſi virtus robuſta fuerit, & colores remittantur, atque mutentur ad bonos, ſpes eſt hominem ſuperfuturum eſſe, atque confidendum eſt. Sin verò nihil ex hiſce aderit, & vrina eiuſmodi perſeuerauerit, metus non paruus eſt, ne ob ſpaſmum à ſiccitate & æſtu accidẽtem ægroto, ſomnus quidem ex quo excitari nõ poſſit, hominem capiat. Eo igitur pacto per ſingulas mutationes, & concoctiones, & cruditates, prænuntiationes ducere oportet eum qui exquiſitè rem conſiderat.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS VENETIS, liuidis, & nigris, CAP. X.

VEnetæ vrinarum, & liuidæ, atque nigræ, quæ vltra prædictas ſunt, frequentius ab humore melancholico colorantur. Nihilo tamen minus ob alias etiã cauſas eiuſmodi vrinæ ſpectantur, quemadmodum etiam in iis quæ de iudiciis vrinarum, dictum eſt. Nunc ſubiungamus quod conferat ad præuidentiam, quod relictum eſt in diſputatione de iudiciis. Igitur quæcunque vrinæ eiuſmodi ſpectantur, vel albis, vel aliis ſimilibus coloribus præcedentibus, præſertim ſi vel melancholia, vel febris quartana præceſſerit, atque præter hæc lien fuerit tumefactus, plenus humore huiuſmodi, hæ ipſæ euacuatæ teſtantur ſolutionem memoratarum paſſionum: quare oportet confidenter prænuntiare. Nanque ſi paſſiones hæ ſoleant ob humorem melancholicum excreſcere, prorſus diſſolui eas neceſſe eſt, euacuato humore augente. Quamobrem paulatim procedentes ad id quod ſecundum naturam eſt, tolluntur. Quinetiam quum vrinæ virides ac liuidæ præceſſerint, decens eſt tanquam delaſſatam medelam cedere. Ad extremam enim prauitatem tum euectæ ſunt paſſiones, ſi earum aliæ à caliditate, aliæ item æqua ratione à frigiditate generẽtur. Hæ enim qualitates quum ad ſummum terminum excreuerint, ſoluere conſueuerunt compaginẽ corporis, virtute naturali minus ſuſtinente incommoderationem. Adhæc in febribus mediocribus ſi fortè eiuſmodi vrinæ apparuerint diebus non criticis, fuerítque valida virtus, mortem minantur. Neque ideirco

vincentur ægri, ſi duo bona cum vno ſigno prauo pugnarint. Quòd ſi febris fuerit acuta, tum mors expectanda eſt, maximè ſi iudiciaria dies fuerit indicans. Sed de iudiciariis diebus aliis in locis dictum eſt à ſapiente Galeno. Licet tamen nobis hoc pacto inter diſputandum de eis dicere, quantum videtur excuſitoria diſciplinæ de vrinis. Nanque nitentibus exquiſitoria diſcere, ars tradita à Galeno cōferet. Quoniam verò de præuidentiis in coloribus vrinarum cōtemplatis, à nobis dictum eſt, par eſſe videtur vt hac in parte oratio de eis terminetur. Poſthac verò aggrediamur diſputationem de ſubſtantiis vrinarum, veluti etiam in aliis libris inſtruximus. Deinde de contentis, atque cæteris quæ in hiſce ſpectantur. A B

DE PRAEVIDENTIA ET CONSISTENTIA vrinarum, CAP. XI.

QVum in vrinis conſiſtentiæ tam multæ & variæ conſiderentur: quarum plures vt quæ intermediæ ſunt, nominibus propriis vacarūt, de quibus diligētius in iis quæ de differentiis vrinarum ſcripta ſunt, determinatum eſt: nunc conueniens eſt vt etiam ſuper eis præuidentiam aperiamus, quæ nihilominus quàm quæ dicta ſunt, cōferens erit tractationi de vrinis. Quæcunque igitur vrinarum conſiſtentiæ mediocriter concretæ ſunt, facilēque ſolui poſſunt, concedentes ad mediocritatem, etiam modo quodam virtutem confirmari ſignificant hac ratione. Quantum verò ſeceſſerint verſus immodeſtiam, declinantes à mediocritate, tantum deiectam eſſe virtutem oſtendunt, atque humorum in corpore manentium ſubſtantiam tam quantitate quàm qualitate diſtare ab eo quod ſecundum naturā eſt. Veruntamen immorandum eſt hac in parte, atque declarandæ ſunt ſingulæ quæ ſpectantur vrinarum conſiſtentiæ. Tenues ergo ſubſtantiæ quam ob cauſam appareant, & quid ſibi velint, in libris ſuperioribus explicatum eſt: nunc reliqua ſubiungentur. Nanque tenues cōſiſtentiæ quæ in eodem manentes perſeuerant, arguūt paſſionum quæ corpus occupant accidentia tum manere tum etiam fortaſſe increſcere, tanquam nondum erigente ſe natura ad occurrendū humoribus affligentibus. Siquidem conuenit vt accidentia increſcant, paſſione quæ corripuit inſtāte, atque naturali virtute paulatim ceſſante: quandoquidem in primis diebus ſi valida firmitate reſiſtere ipſa virtus videatur, aut parum ſe erigere, quātum tunc par eſt, reliquo tempore inferior reddita cedit. Quamobrem colores in vrinis tenuibus peiores apparebunt, atque manifeſtiores erunt cruditates. Hæc tu igitur vbi conſideraueris, prænunciaueris, aut naturam multo tempore indigere ad ſanandum, modò tum etiam virtus firma ſit, aut ipſa nequeunte tanto tempore pugnam tolerare, vt victrix euadat, ægrum ſubire vitæ damnum. Quòd ſi immodicæ tenuitates remiſſionem fecerint, atque accidentia diminuantur, virtúſque, tanquam re firmata, procedendo concoctionem inducet. Quamobrem hæc intelligens, decet vt ægrotis ſalutem prænuncies. Neque ignorare oportet colores commiſtos, quòd tenuitatis præſentis aliquid phātaſiæ aufertur, quatenus colores mixti fuerint cum conſiſtentia, quemadmodum multus color aufert craſſitudinem. Veruntamen decens eſt vt poſthac de hiſce diſputetur, præſertim ſi hæc quoque cōferant ad capeſcendam diſciplinam. Quare vt par eſt, deinceps conſiderandum eſt. C D E F G

QVOD QVANTO MAGIS VRINA COLORAtur, eo plus præſentis tenuitatis ſummouetur imaginatione, CAP. XII.

TAntum ſummouent tenues ſubſtantias vrinarum imaginatione cæteri colores, quantum ipſi ab albo receſſerint: quum dictū ſit id tenue eſſe in vrinis quod eſt maximè pellucidum: color autem albus maximè aeræ ſubſtantiæ particeps eſſe voluit. Decenter itaque vtriuſque coeuntibus in corpore tranſlucidiſſimo matulæ, facilius viſus per omnia tranſit, nihil reſiſtēte corpore tranſlucido. Nāque viſus tum eſt actu viſus, quum firmatur ſuper corpore trāſlucidum terminante. Nanque in tenuibus & aereis neutiquam firmatur, quum H vndequaque tenuia ſunt & trāſlucida. Conueniens eſt etiam in vrinis, ſimili ratione habita, vt tenues cum albo colore, potius quàm cum alio colore penetret viſus: veluti viſus magis impeditur in corpore minus pellucido, vt difficilius pertranſit, quēadmodum facilius pertranſit in albis: ita vt ex hiſce liceat inferre, illis minus tenuia eſſe hæc in quibus tempore maiore viſus per colores immoratur. Quinetiam tantum inter ſe colores differre ſummouenda tenuitate per phantaſiam, quantum cæteri colores recedūt ab albo. Atque compertum iam eſſe videtur idipſum vrinis iis quæ quum cōſiſtentia ſint tenues, colore verò nigræ, difficilius ſpectantur in matulis. Quandoquidem hæ nigræ fere tota perſpicuitate priuatæ ſunt: tum contrarietate quam habet cum maximè albis, & perſpicuis, tum participatione potiore naturæ terreſtris: atque decens eſſe vt quæ à perſpicuitate verſus oppoſitas deciderint, hæ decidāt menſura ſimili, qua nigra paſſim recedunt ab albis.

QVOD QVANTO MAGIS CRASSESCVNT vrinæ, eo plus coloris ſummoueant, qui inerat priuſquam illæ craſſeſcerent, CAP. XIII.

AT verò ſuper iis quæ craſſitudine ſummouent colores, eiuſmodi ratio haberi poterit. Siquidem corpora perſpicua eiuſdem ſubſtantiæ, quo magis ad tenuitatem acceſſerint, eo tranſlucidiora efficiuntur. Nāque quæ tranſlucidiora ſunt, hæc puriores & proprios colores præſentant: viſuſque eo facilius tranſit per tenuiora quo facilius ſuſtinet colores qui in ipſo recepti ſunt. Decens itaque eſt vt colores ſummoueantur, tum ab ingenita craſſitudine, tum etiam quòd viſus in ſuperficie rerum craſſarum requieſcens, non pertranſit. Adhæc quum læuitas multa differat ab aſperitate ſuſcipiēdo viſum, craſſa verò magis ſimilia ſint aſperis corporibus, decens eſt vt craſſitudo auferat colorem in iis, quemadmodum mare vento criſpatum ratione aſperitatis aufert colorem qui aderat. Quinetiam idem diſcere eſt in lapidibus adeptis ſuperficiem quandā. Nāque vbi arte & complanati & læuigati fuerint, eorum colores euidentiores ſpectantur quàm qui adhuc aſperi manent. Sed de hiſce ſatis hactenus dictum eſſe arbitror. Poſthac explicanda ratio eſt ſuper iis quæ putantur in vrinarum craſſa ſubſtantia, vbi de tenuibus ſufficienter tractatum ſit.

DE PRAEVIDENTIA EX CRASSA VRINArum ſubſtantia, CAP. XIIII.

CRaſſæ vrinæ ſi in febre ſpectantur, vbi tenues & tranſlucidæ præfuerant, procedēte ægritudine, demonſtrandum prædicendúmque eſt, quòd ſtatim declinatio futura ſit. Nanque hoc caſu videtur natura ſuperaſſe materiam, atque tum incipere illam concoquere, ita vt excretiones ventris fieri potuerint, coacta & concocta materia: eóq; melius & tutius quo citius vel plus craſſitudinis inerit, vel vniuerſæ materiæ excretio fiat. Conuenit itaque vt poſthac, paulatim ablata craſſitudine tanquam concocta, & minuta materia quæ affligebat, accidentia diſſoluantur, naturalibus excretionibus exauctis, atque vrinæ ad proprium colorem reuertantur. Quòd ſi vnà cum acceſſione febris vrinæ craſſæ ſpectentur, quæ neque proceſſu temporis deſinant craſſeſcere, neque ſi deſiuerint, attenuentur, ſed ſemper aut craſſitudini addant, aut ſi non addiderint, non etiā tenuentur, neque ad meliores colores mutentur: diſcere licet tum adeſſe virtutis infirmitatem, atque coniectare multitudinem non paruam humorum, ita vt metus nō paruus ſit, ne fatigata iam natura ſuarum actionum obliuiſcatur. Quo quid eſſe poteſt peius corpori eius actione conſtante? Veluti non iam pridem in adoleſcente vidimus. Is enim corporis firmitate & magnitudine præſtabat, ſed plurimis atque variis vtebatur, ſine vlla viuendi ratione, eſcis. Quinetiam adoleſcens interdum corripiebatur à febre continua, atque incidendo in ventris fluxus, liberabatur. ſed tandem captus à febre acceſſa à magna putredine, me vocauit, mihique curam eius credidit. Erat dies tertia qua ad eū acceſſitus ſum, veni, & æger non mediocriter ſe habebat: tetigi pulſum, nouique non paruam febrem à putredine humorum ge

nitam eſſe. Deinde matulam vidi multam craſſitudinẽ A
continẽtem, vſqueadeo vt maiorem non potuiſſet ha-
bere,cuius color eratuarius & alienus. Non enim vide-
batur albus , neque rubeus, neque niger, neque rufus:
atque omnibus his coloribus ita apparentibus, nihil ta
men exactè ſecretum & definitum proprio loco erat,
neque valde miſta , ſed mediocri miſtura erant. Hanc
itaque alienam ſpeciem intuitus vehementer admira
tus ſum , atque viſus ſum intelligere magnam humorũ
corruptionem,niſi verius quidam intuitus eam vrinam
ab homine obortam dixiſſet eſſe humorum reſolutio- B
nem quandam in elementa. Quinetiam præter hæc a-
derant excretiones ventris immodicæ grauitérque o-
lentes humorum corruptorum,qui iam ceperant impe
tum fluendi per infernas partes:atque quædam diſſolu
tio totius corporis eius aderat ob vehementiam febris,
& magnitudinem euacuationis virtute deiecta. Nãque
bilis pura,& veluti aquea profluebat multa , & aſſidua
ſurrectione excedẽs mediocritatem. Ea itaque die hoc
pacto malè ſe habuit : poſtea verò etiam vrinæ excre-
tionem continuit: tum quia totus impetus materiæ in C
ventrẽ conceſſerat,tum quia febris vehementia exſic-
catus fuerat muſculus circa veſicæ colum,qui continet
ne vrina intempeſtiuè efflueret.At verò vſqueadeo re-
miſſa eſt virtus eius concoctrix à magno momento ma
teriæ fluentis deorſum , vt iam mortificata videretur.
Quinetiam è naribus aliqua fruſtra ſanguinis mortifi-
cati effluxêre,atque per fauces expulſa ſunt. Quod vbi
medicus quidam ex iis qui frequẽtabant, vidit, venam
incidit quum nihil opus eſſet , arbitratus ſanguinẽ ex-
pelli debere ob multitudinem. Quoniam verò quarta D
dies iam erat ab ea qua vrinam continuit , veſica verò
extumuit à multa collecta vrina,nec viam ad exitum ha
bente,& dies iam ſexta erat,atque ſpaſmus immodicus
corripuit ægrotum : atque eo modo facilius proſtrata
reliqua virtute,ſuccubuit æger accidẽtibus. Et hoc iam
relatum nobis eſt , quòd non valde decere videbatur,
craſſitudine vrinarum orationem attrahẽte. Quoniam
autem decens eſt vt aliqui noſſe cupiant hanc alteram
hiſtoriam,eam ſubiunxeris prædictis ob vrinas ſimiles
enarrandam.Nanque vbi ea non à propoſito diſcrepet, E
ſi non etiam referretur, poſſet ſtudiis hiſce incumben-
tem mediocri afficere triſtitia . Venit igitur quidam à
pagis ad nos matulã ferens, vrinam ſanè quàm craſſam
atque varia continentem,ac probè qualis ea quæ iuue-
nis paulo antè dicti fuerat.Solùm enim ab illa diſcrepa
bat,quòd nõ videbatur rufa:& ſi liceat exemplo ratio-
nem oſtendere, nebulis ſimilis erat,quæ nõ vſquequa-
que auerſæ ſoli,neque illuſtratæ,craſſæque ſuapte natu
ra manentes verſicolores ſpectantur.Is ergo qui matu-
lam habebat,aquam intercutem patiebatur , atque tu- F
midus erat,retulitque iampridem ſe grauiter ægrotaſ-
ſe, atque ægritudine ſolutum incidiſſe in eam paſſio-
nem.Mihi viſum eſt hominem, quum debilis eſſet cõ-
coctrix virtus,victu abuſum eſſe: ita vt eam ob rem in-
ciderit in eam ægritudinem,multitudine crudorum hu
morum in corpore cumulata. Atque tum abiit edoctus
quo victus modo vti deberet.Neq; deinde audiui quid
actũ ſit ab eo,vt qui ad me poſtea nõ redierit.Quinetiã
tu qui his rebus incumbis,intelligens vehementer craſ
ſas vrinas adeo prauas eſſe,etiam haſce,vt par eſt, præ- G
nuntiationes ſuper eis facito, ſpectans naturalem virtu
tem, atque mutationes ſubſtantiarum & colorum vri-
næ.Et ſi fuerint tenuatæ,& meliores colores ſuſcipien-
tes,expectandam eſſe affligẽtium remiſſionem , ac de-
clarandum illa abitura.Sin verò ad contraria conceſſe-
rint,dicendum mala ſucceſſura eſſe , atque auertenda
eſſe:ea enim tum arguunt magnã virtutis debilitatem,
tum magnam repletionem malorum humorum.Sed de
ſubſtantiis vrinarum oratio hîc terminetur , vbi de eis
ſufficienter dictum ſit, præſertim quum prudentibus H
mediocria,verbo duntaxat veritatem attingentia, mul
ta porrigãt momenta ad ægritudinum præuidentiam.
poſt hac verò decens eſſe videtur vt de contentis dica-
mus,ſic præſtituto ordine orationis poſtulante.

DE PRAEVIDENTIA EX CONTENTIS DIS- ſimilaribus, CAP. XV.

A QVòd contenta quæ ſunt alba,læuia, atque æquabi-
lia per omne tempus apparentia,tutam conditio-
nem,atque ſanitatem ſignificent , Hippocrates primus
docuit , tum experientia etiam cum ratione edocuit.
Quantúmque hæc minuuntur, tantum eſt imminuta ſa
nitas,pro modo receſſus ab eo quod ſecundum naturã
eſt. Quinetiam cætera ſecundum naturam & ornatum
habentibus contentis,proprium verò locũ non haben-
tibus,quantum à fundo matulæ diſtulerint ſurſum ver
B ſus concedentia , eo plus eſſe ſpiritus attollentis ac le-
uem reddentis ſubſtantiam,oſtendunt:arguúntque illa
loca corporis malè ſana eſſe, ad quæ contenta contigit
concedere,habita ratione humani locorum corporis &
matulæ.Atque in eodem loco perſeuerantia maius no-
cumentum cum debilitate virtutis ſignificant:quæ ſi in
eo loco pauco tempore manſerint, modicum momen-
tum oſtẽdunt.Tale autem ipſe quoque memini me vi-
diſſe in quadam muliere,quæ à quodam Syro pharma-
cum purgatorium datum bibit. Quoniam illud fuit a-
C crius intra paucum tẽpus purgauit quæ oportebat , ſed
acrimonia procedens etiam inteſtina tetigit.Ergo ſan-
guinolenta excrementa ferebantur,ac dolores & in ſu-
periore ventre, & inteſtinis ſequebantur . Id vbi vidit
medicus, atque alii qui ægrotanti præſtò erant , ſiſtere
conati ſunt ſanguinolenta illa , & multum ſiſtentibus
vſi ſunt. Mulier verò ita affecta tunc viſa eſt ſana eſſe,
ſed tamen paucos poſt dies , circa hypochondria ſenſit
pondus atque dolorem. Atque præter hæc , faſtidium
cibi mediocre,ac ſitis aderant, vrina interdum turbu-
D lenta & craſſa erat,& externo igne contenta extenuata
habebant medium locum humoris.Interdum non etiã
erat vrina craſſa & turbida,atque nihilominus conten-
ta in eius medio loco ſpectabantur. Ego igitur hæc vi-
dens, cõſiderabam à pharmaco iampridem ei dato nõ
mediocrem materiam attractam fuiſſe à profundiori-
bus partibus corporis,atque illic conceptam eſſe ob a-
buſum medicaminum adſtringentium: atque cibos aſ-
ſumptos cum eiuſmodi adſtringentium generibus in-
duxiſſe obſtructionem arbitratus ſum:atque dicẽs eam
E oportere vti clyſteribus & glãdibus, videbam me rectè
conſideraſſe,& ita fieri vt ægrota liberaretur quodam-
modo à ſuis doloribus. Veruntamen quum hæc ipſa re-
media non poſſent vſquequaque illam ſanare , idcirco
ſubdidi, opus eſſe vt maiore purgatione quàm quæ ex
clyſtere eſt, vteretur.Neutiquam perſuaſi (non enim pa
rum metuebat ab eis quæ pridem acciderãt , videbámque ipſam non defecturam , quòd multum experta eſ-
ſet),neque mihi ea proponenti aſſentire voluit,à memo
rato timore adhuc diſtenta. Vbi verò pauco poſt tem-
F pore lapſa eſſet in peiora, accerſiuit virum quẽdam in-
ter doctos artis medicæ celebrem,qui precibus eius pa
rens profectus eſt , arbitratúſque eſt ægrotantem inci-
diſſe in paſſionem hypochondriacam,quæ paſſio non
adhuc erat(vt mihi viſum eſt),veriſimile tamen erat fu
turam : ſed ille paulo pòſt purgatiuum medicamen bi-
bere perſuaſit , dixitque non alio modo illam liberari
poſſe à paſſionibus eam occupantibus , niſi crediderit
documẽto eorũ qui rectè iudicare ægritudines ſciunt.
Quia verò paruum momentum interdum maxima po-
G teſt(nam nos quoque laudauimus viri illius ſententiã),
perſuaſa eſt ægrotans, atque pharmacum mediocriter
purgans ebibit,ſtatímque liberata fuit.Hoc pacto con-
tentorum conuerſatio facta à fundo matulæ ad alia lo-
ca,oſtendit proportione quadam partes malè ſanas cor
poris.Nanque excrementa ſani corporis natura deor-
ſum feruntur vt expellantur, ſi fortè ad loca contraria
expellantur,illic aggerari conſueuêre,atque tractu tem
poris patientem affligere.Quinetiam quæ ſublimantur
adúſque medium vrinæ humorem, potius materiã tetĩ
H giſſe hypochõdria,& viſcera,atque etiã pectus arguũt.
At verò quæ vt nubes innatant , demonſtrãt materiam
paſſionem eſſe in capite. Præter hæc addam alterã hi-
ſtoriam,vt magis quæ dicta ſunt,clarè ſpectẽtur. Qui-
dam familiaris meus iacebat febriens, ac vrinarũ con-
tenta prorſus ſublimata primò ſpectabantur,ac deinde

nubila erant: æger verò cœpit delirare, atque abſque A
ſenſu iacens naturales neceſſitates impleuit. Vndeci-
ma die contentà in ſuperficie vrinæ innatauerunt alba,
& ſubtenacia, atque qualia dicta ſunt in libro de diffe-
rentiis vrinarum, qua contraria ſunt aſperis: videban-
tur enim craſſiora eis quæ ſecundum naturam ſunt, at-
que veluti diceres, ſpermatica. Die ſequenti hàc, atque
altera (vt arbitror), nihil contentorum in vrinis vi-
ſum eſt. Paulo pòſt remiſſa eſt hominis inſania, om-
niáque cœperũt melius habere quæ paſſus fuerat. Non-
dum exactè ad priſtinam valetudinem reuerſus erat, B
quum parotides vtrinque ſubortæ ſunt: quæ vbi matu-
ratæ & apertæ fuerunt, curatæ ſunt. Videbantur igitur
illa contenta ſemper ſubnubilantia ſignificare incli-
nationem materiæ ad illa loca. Hæc ergo decet vos, qui
hiſce rebus ſtudetis diſcere, atque proferre vultis de-
centia. Atque hæc contenta alba, & non permixta cor-
pori diuerſi generis, ſolo loco differẽtia, eiuſmodi par-
tes langueſcere ſignificare ſolent. Quòd ſi aliqua diuer
ſi generis corpora cum eis immiſta fuerint, ſignificant
à colore humorem: ſi verò eiuſmodi contenta omnino C
fuerint diuiſa, atq; occupauerint chymatis latitudinẽ,
etiam proportione in ægro paſſionum ſenſus excitan-
tur ad eiuſmodi partes, expulſa materia à notho ſpiri-
tu. De quibus rebus dictum eſt in iis quæ de iudiciis
vrinarum. Prauo colore quinetiam contenta eo peio-
res affectus corporis enunciãt, quo magis conceſſerint
ad fundum matulæ: veluti concedunt eo contenta ſe-
cundum naturam. Enæoremata enim nigra, ſi deſcen-
derint ad fundum, arguunt ægritudinem perueniſſe ad
ſupremam prauitatem. Eadem quo magis ſubnubilan- D
tur, eo potius ægrum ſupereſſe poſſe oſtendunt, confir-
mata naturali virtute. Siquidem illa demonſtant natu-
ram veluti victam cedere, hæc verò quodammodo re-
pugnando propellere: quòd contentis his accidens, mo
do contrario ſe habet contentis ſecundum naturam:
contenta verò bilioſa, & ſanguinea, & rubea, vt ratio-
nem mediam tenent inter ſana & ea quæ maximè pra-
ua ſunt, ita mediocritatem obtinuerunt in criſi, hæc e-
nim indigent longiore tempore ad concoquendum.
Quamobrem oportet vt conſideretur virtus ægri, atq; E
ad eam ratione habita proferatur præuidentia. Sed de
contentis cumulatis, & plus matulæ poſſidentibus, atq;
craſſitudine differentibus à mediocritate, hoc pacto li-
cet diligenter diſcere. In initiis atque augmentis ægri-
tudinum apparentia, præſertim ſi febris fuerit non con
temnenda, arguunt humorum copiam quæ indiget ad
concoquendum firmitate virtutis, & tempore, & fortu
na bona, vt arbitror. Quamobrem coniecturam fece-
ris ab hiſce, anguſtias meatuum eſſe circa pectus, velu-
ti à multitudine humorum ſeptum tranſuerſum arcta- F
retur. In vigore verò ſummo febris atque declinatione,
contenta illa ſalutaria & bona ſunt, quum febris impe-
tum ceperit in ea. Diſputatio autem de hypoſtaſi oro-
bea, & furfurea, & laminea, & ſimilacea ſuperius, atque
quantum expediebat in iis quæ de iudiciis vrinarum,
tractata eſt. Hac verò in parte illud eſt ſubdẽdum de i-
pſis. Nanque ſi eiuſmodi cõtenta plura fluxerint, atque
in peiora proceſſerint, fas eſt pronũtiare mala eſſe, at-
que naturam laſſatam deficere, quòd illa corporis ha-
bitum & compagem corrumpant. Contra verò ſi pauca G
apparuerint, atque ad minus mala aſſiduè vergãt, pro-
nuntiandum ſalutem ægri aduentare, atque ſperãdum
eſſe. Habes iam (vt arbitror) diſputationem ſuper con-
tentis ſatis explicatam, iis qui breuitatem orationis a-
mant, iíſque qui quamplurima mediocri oratione di-
ſcere cupiunt. Poſthac ad reliqua tranſeamus. Quum i-
gitur notum ſit, ratio quæ ſuper bullis eſt, quãtum con-
ferat ad iudicãdas vrinas, veluti de hiſce illic diximus:
nunc quoque ſubiungamus quantum ſatis eſſe videa-
tur ad præuidendum. H

DE PRAEVIDENTIA EX BVLLIS,
CAP. XVI.

BVllæ apparere in vrinis ſanorum innatantes, præ-
ſertim ſi maiores, & diffuſæ abſque ordine inſpiciã-
tur. In iis verò qui febre laborant, quæ nondum antea
viſæ erant, ſolutionem propè febris ſignificant. Nãque
vbi apparuerint, ſatis ſunt vt perſuadeat febris præter-
iiſſe vigorem, atque declinare: ſuntque veluti obſcura
quædam ſigna concoctionis, atque tum exiſtimantur
nuncia contentorum concoctorum. Interdum pro bul-
lis non apparentibus ſufficiunt craſſæ ſpumulæ, veluti
in vino apparere ſolent innatantes. At verò ſi bullæ vnà
cum febre apparuerint atque proceſſerint, dolores non
modicos capitis arguunt, ſed etiam periculoſos, maxi-
mè ſi cum tenui ſubſtantia vrinæ veluti corona innata-
uerint: cum craſſa ſubſtantia verò tanquam cum mode
ſtiore, bullæ quoque moderatiores apparent, & mode-
ratiora ſignificant. Quòd verò illic dictum eſt ſignum
eſſe fluxionis in pulmonem, quum in præcedente capi-
tis dolore viſum ſit, hoc pacto ſe habet. Nam poſtquã
æſtas acceſſerit (tunc enim potius quàm aliàs accidere
ſolet vt homo efficiatur calidior, ſitis eum capit, atque
plura quàm par eſt, pocula ebibũtur), tunc inquam ca-
put deſiccatum attraxit humiditatem multam, atque
repletum eſt ea, paulóque pòſt dolorẽ illum atque pon
dus mediocre paſſum eſt. Attracta humiditate plus
quàm deceat (vt dictũ eſt), eo quòd capitis ſubſtãtia ef
fecta eſt calida, nequit tantam humiditatem conco-
quere, caput ipſum non dominans humiditati, à qua
dolores generantur. Veruntamen vbi caput grauatum
eſt, tum humiditatis pars aſſumitur, pars ſoluitur, eáq;
delata deorſum, & ſubtilitate ſua defluens in pulmo-
nem excitauit tuſſes, atque paruum quoddam in ven-
trẽ ſuffluens, tantundem conturbauit. Atque in ſanis &
ægris eiuſmodi apparẽtes vrinæ, ſimilia ſignificare poſ-
ſunt. Veruntamen in ægris, vel multæ potionis alicuius
oblatio, vel ſiccitas orta à dolore, atque aliæ cæteræ cau
ſæ differentes ſunt munere hoc ipſo faciẽdæ præuiden
tiæ. Bullæ quinetiam quæ dolorem capitis ſignificabãt,
ſi breui diſſoluantur, ſignificant dolores quoque dimi-
nui. Quæ verò vſquequaq; ſunt & maiores, atque abſq;
ordine diffuſæ per matulam, arguunt dolores qui præ-
ceſſerunt, diſſolui. Quia verò bullarum ſignificantium
dolorem capitis, aliæ ſunt per totam coronam, quæ e-
tiam ſignificant totius capitis dolorem, aliæ per dimi-
diam coronam, quæ medietatis capitis dolorẽ arguunt,
atque reliquæ proportione: reliquum idipſum diſcen-
dum eſt ex hiſce quæ dicta ſunt.

DE PRAEVIDENTIA EX COLORIBVS DI-
uerſis ipſius coronæ, & malè olente vrina, & colliqua
minibus, CAP. XVII.

SVper coloribus diuerſis, qui in corona ſpectãtur, hoc
pacto opinari oportet. Nanque colores coronæ, ſi pe
iores fuerint quàm qui ſunt reliquæ ſubſtantiæ vrinæ,
referre oportet malos eſſe, atque eo magis quo peiores
apparuerint. Quòd ſi meliores fuerint, fas eſt proferre
illos eſſe in principio dominii naturæ. Illinc enim velu
ti à principio natura inciperet vel ſuperare vel ſupera-
ri, licet per iudicia è coloribus coronæ habita vt decet,
ſcire ſalutẽ & mortem. Veruntamẽ ipſæ coronæ, quum
non multum concolores ſunt reliquo vrinæ fluori, ne-
que apparẽt, tũ à colore totius eſt ratiocinandũ. Quan
do verò colore differunt coronæ, tum ſunt manifeſtæ
ſapiẽtibus. Inde verò coniectandæ ſunt motiones cor-
poris. Atque de coloribus coronæ dictum eſt ſuperius
etiam in iis quæ de iudiciis. Quamobrẽ etiam id quod
nunc dictum eſt, ſi additum ſit illi, fortaſſe ſatis eſſe vi-
debitur iis qui ex breuibus ratiocinando capiunt plura.
At verò nunc recordati ſiquid prætermiſſum fuerit,
clauſerimus hac in parte librum primum de præuiden
tia. Igitur vrina malè olens, cum prauo chymate & cõ-
tentis profluens, arguit omnem corporis habitudinem
mortificatam eſſe, ita vt opinandum ſit mortem vicinã
eſſe. Alio modo ſi ſe vrina habuerit, pronunciandũ cõ-
ferre, maximè ſi pus ſubſiderit. Ille enim malus odor ſi-
gnificat plagam alicuius internæ partis corporis. Et ſi
procedente tempore minor fuerit odor & pus, fortaſſe
naturam præſtare coniectare poteris: ſi verò contraria
fuerit, pronuntiandum mortem futuram. Quinetiam ſi
colliquamina continua innatantia, & veluti aranea ap-
paruerint, malum eſt, atque proferendum eſt, vel re-

nes læſos eſſe,vel corpus non ali,colliquatione præſente. Atque hæc in parte hac finiantur. Quoniam verò decentem menſuram fecimus huic libro, hoc in loco diſputatione terminamus, vbi percurrimus quæ in coloribus,& ſubſtantiis,& contentis,& quæ in hiſce ſpectātur,& in coronis,& bullis, & odoribus, atque colliquaminibus innatantibus ad præuidentiam conferre ſolēt. Quæcunque verò reliqua ſunt, liber ſequens continebit. Nanque fortè in illo omne munus diſciplinæ huius terminarimus. Illic etiam referenda ſunt, & quæ decentia,& quæ relicta ſunt. Quanuis accidat nos, quum homines ſimus,etiam aberrare, etſi in aliis multas cauſas inuenerimus: ignoſcat nobis prudentior, minimè ſpectando id quod ſummum eſt in arte, ſed potius addat quodcunque contemplatus præter hæc adinuenerit in ægris & ſanis,tractationis vtilitatem ſpectans.

ANNOTATIO EORVM QVÆ SINGVLA CAPITA libri poſterioris De præuidentiis ex vrinis continent.

De præuidentia ex urinis hypoſtaſi priuatis, Caput I.
De præuidentia ex urinis febrium deficientium, Caput II.
De præuidentia ex urinis continuarum febrium, Caput III.
De præuidentia ex urinis profluentibus in unaquaque cordis affectio ne, Caput IIII.
De præuidentia ex urinis facta alteratione in pulmone, Caput V.
De præuidentia ex urinis ab hepatis affectibus, Caput VI.
De præuidentia ex urinis ab affectibus cerebri, Caput VII.
De præuidentia ex urinis ab affectibus uentris, Caput VIII.
De præuidentia ex urinis profluentibus à coſtarum paſſione uera & non uera, Caput IX.
De præuidentia ex urinis ab affectis renibus & ueſica, Caput X.
De præuidentia ex urinis ab affectis colo & inteſtinis, Caput XI.
De præuidentia ex urinis ab affectis utero & podice, Caput XII.
De præuidentia ex urinis ab affectibus extremitatum membrorum, Caput XIII.
De præuidentia ex urinis ſuper ægritudine,an uelocius,an tardius ſoluatur, Caput XIIII.
Breuis repetitio capitum totius diſputationis, Caput XV.
Quonam pacto ad eiuſmodi diſciplinæ genus promotus ſit auctor, Caput XVI.

ACTVARII DE PRÆVIDENTIIS ex vrinis, liber poſterior.

Præfatio.

EXERCITATIONEM ſtudiúmq; præuidentiæ olim Hippocrates vir ſapientiſſimus adeo magna cura amplexus eſt,vt etiā prognoſtica ſcripta reliquerit. Atque poſt Hippocratē, tractata eſt ars à Galeno Pergameno vſqueadeo,vt ſi quiſquam alius ſecutus eos fuerit (etſi aliquid ipſi etiam prætermiſerint),is multū huic rei prouiderit. Nāque abſque ratione ſi quiſquam curationem aliquam fecerit, id fortunæ potius quàm artis opus eſſe probatur. Sed ſiquis ratione ægritudinibus curādis operam dederit,prædixeritque tam præſentia quàm quæ antea euenerunt, atque ea etiam quæ ventura ſunt, cenſebitur id eſſe artis munus omni veneratione colendum. Quinetiam non paruam perſuadendi gratiam, atque auctoritatem exercentibus affert ipſa præuidendi facul tas. Ægroti enim audientes ab his ea quæ patiuntur, antequam ipſi reuelarint, promptiſſimè ſalutē eorum his medicis credunt. Atque medici eiuſmodi cum tuto fundamēto,atque percurrente ratione,& dicūt, & tractant ea quæ oportet. Quinetiam fama bona per ora multorum vagatur præuidentiæ in ægrotis, quæ iis qui exercuerunt ſe præbet vt digni fide habeantur. Quum igitur multa ſint è quibus quiſquam exercendo parat præuidentiam,nihilominus quàm alia extitit præuidētia ex vrinis. Non enim in hac qui ſe exercuit (vt arbitror)etiam tantillo aberrauerit à præuidentia quæ agenda ſit ſuper omnibus paſſionibus humano corpori accidētibus. Igitur vbi in libro ſuperiore pertractauimus omnia quæ videbantur conſentanea eſſe ſuper coloribus,& ſubſtantiis, & contentis, atque aliis quibuſdam, nunc prōptè reliqua diſputando ſubiunxerimus. Quoniam verò vrinæ hypoſtaſi priuatæ plurimum conferre poſſunt ad præuidentiam faciendam,de eis primùm dicemus,deinde de cæteris tractabimus, veluti ſunt ea quæ in differētiis febriū dici ſolēt, atq; in membris internis affectis. Atq; præter hæc etiā quæcunque diebus decretoriis,& non decretoriis vrinæ poſſint oſtēdere.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS HYPOSTAſi priuatis, CAP. I.

ETſi inter vrinas illæ quæ hypoſtaſi carent ſint malæ, vt par eſt, non paruam tamen differentiam ſortitæ ſunt. Siquidem in acutis febribus circa initia & augmēta ſi non apparuerint contenta, ſignificatur non parua virtutis debilitas. Nanque ad tantam imbecillitatem ipſa peruenit,vt ob vehemētiam cauſarum affligentiū, neceſſariarum actionum oblita ſit. In quo quid aliud quiſquam dicere poterit quàm ægritudinem non peruenturam aduſque ſummum vigorem, defatigata natura? Atque hiſce in febribus multæ vigiliæ fiunt,immodicæ tumultuationes,ſemiinſaniæ,anxietudines, atque hiſce peiora,ægritudine minante mortem. Quòd ſi febres mediocres fuerint, atque in initiis, & augmentis eiuſmodi vrinæ apparuerint,euenit vt ſimilia accidentia ſpectentur,ſed eo moderatiora quo & virtus ſit firmior,& febres mitiores extiterint. Siquidem par eſt vt aliquando virtus ſe reuocet, vbi non adeo oppugnata fuerit à cauſis ægritudinem inferentibus,atque concoctionibus indulgeat,atque contenta præſentet, quæ alicuius cōcoctionis ſigna ſunt. Accidit quinimo interdum quum vrinæ tenues,ac hypoſtaſi priuatæ ſint, febriſque fuerit mitior,ſi aliæ quædam cōcauſæ aderint, vt abſceſſus generetur in aliqua parte corporis, in qua ſe febris cumulatè collegerit. Concauſæ verò eſſe poſſunt hyberna aeris qualitas, iniudicabilis conditio, & motio erratica & incerta ægritudinis, atque ægri virtus mediocriter debilis. In initiis itaque & augmentis ægritudinum, ſi vrinæ hypoſtaſi priuatæ apparuerint, hæc ipſa prædicere poteris. In declinatione verò ægritudinis,ſi eiuſmodi vrinæ ſpectatæ fuerint, nō multum dānare eas oportet. Nanque id quod ſtudebamus ſummo ſtudio factum eſt,ſcilicet naturam ſupereſſe debilitati. In vigore verò & declinatione ægritudinis,ſi illæ vrinæ apparuerint, videri poterit id non eſſe alienum: ſi natura veluti iam ſuperaſſet,prius reuocat ſe,deinde agit quæ ſua ſunt,nutritiones parās corpori, oſtēdénſque in vrinis contenta. Siquidem eo tempore quo ſe colligit atque refocillat,parua quædā attrahit, ne deficiens valeat munera prædicta præſtare. Atque vbi collecta fuerit, attrahit maiorem materiam nutrituram, atque tum manifeſta contēta exponit. Res(vt arbitror)

ſimilis illi eſt quæ iis viris accidit, qui quum feris ma- A
gnis certauerunt.hi nempe vt vincerent, magnos labo
res ſubiuêre. Vbi verò vicerunt, primùm cunctis poſt-
habitis reuocāt vires quæ laborauerunt, ac deinde ſua
ſtu ia perſequuntur.Quinetiā interdū(veluti paulo an
tè dictum eſt)bullævbi apparuerint,ſatis ſunt pro cōten
tis quæ nōdum prius apparuerunt.Atque ob cruditates
& obſtructiones accidere ſolet, vt vrinæ ſine hypoſtaſi
profluāt in corporibus ſanis.Veruntamen ſi paruo tem
pore hæ i ſpiciātur,poterit reſiſtere homo ſanus : ſed
ſi malum id protraxerit tempus,perquā facilè ab ægri- B
tudine corripi poteſt. Tu verò prōptè præuidere pote-
ris,vbi ſciuiſti quænā ægritudines in quibus affectioni-
bus maximè prouenire ſoleant,nihilominus cōtempla-
tis & ætate,& diæta,& aeris qualitate, atq; cæteris quæ
in vrinis inſunt,quemadmodum ſuperius diximus,quà
ad præuidentiam earum ægritudinum intendātur. Sed
ratio quæ ſuper vrinis hypoſtaſi carentibus,quàm fieri
poſſit breuis,eiuſmodi reddi poteſt. Poſthac decens eſt
vt de præuidentiis,quæ à prænotis vrinis in diuerſis fe
brium generibus proficiſcuntur,dicamus. C

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS FEBRIVM
deficientium, CAP. II.

FEbrium intermittentium,tertianæ inquam,quarta-
næ,& quotidianæ,quæ ab obſtructione & cruditate,
atque etiam multitudine humorum ipſas accendentiū
generantur,initiis frequentiſſimè vrinæ abſque hypo-
ſtaſi proueniunt,quemadmodum etiā ſuperius dictum
à nobis eſt.Ab hiſce itaque ſumpta cōiectura præuide-
re poteris longitudinis tempus: ſiquidem vbi nondum
genuina caliditas cōncoxit aliquam materiam, & parò D
xyſmi & febres in iis fiunt, tanquam pugnaret adhuc
natura vt cōcoquat humores affligentes,& eos excer-
nat. Ergo par eſt vt quantiſper vrinæ non participes
concoctionis fuerint, tantiſper paroxyſmi corripiant
ægrum,atque eum affligant. Sed vbi concoctionis etiā
paruum ſignum dignoſcitur, ſpes eſt hominem ſuper-
futurum ægritudini, atque virtutem vſquequaque ſu-
peraturam ægritudinis cauſas. Nanque etſi in ſingulis
paroxyſmis virtus tam paruum quiddam alteret & cō-
coquat vt non ſentiatur, non idcirco exiſtimanda eſt E
ſuperauiſſe morbum cuius multa materia, & cruda, &
inhærens eſſe probatur. Vbi verò eo virtus peruenerit
vt vicerit affligentem humorem, tum contenta quæ
cōcoctionis ſunt ſigna, in vrinis manifeſta ſpectantur,
atque teſtantur naturam concoxiſſe,atque expuliſſe o-
mne excrementum,quod non hactenus expellere qui-
uerat. Veruntamē inter febres intermittentes hoc ex-
cellit tertiana febris, quòd nubes ſola in vrinis huius
inſpecta,ſatis fuit ad ſignificandam ſolutionem ægritu
dinis.Humoris enim tenuis ac qui facilè digeratur,faci F
les ſunt concoctiones, & obſtructionum apertiones.
Et vbi facilè natura incumbit, inibi accidētia facillimè
diſſoluuntur.Quamobrem oportet te prudentē ob hæc
ipſa, ex temporibus cruditatis coniectare tarditatem
remiſſionis,atque ab initio concoctionis præuidere ce-
leritatem criſis & iudicii. Sed de eiuſmodi diebus etſi
diſputatum ſit à Galeno in iis quæ de criſi tractauit,for
taſſe tamen etiā nobis hac in parte licuerit dicere me-
diocriter de eis,quantum videatur cōuenire tractatio-
ni de vrinis.Poſthac igitur vbi primò determinarimus G
de vrinis quæ apparent in febribus continuis, quātum
ratione noſtra exiſtimatur ſufficere ad faciendam præ-
uidentiam,deinde de reliquis dicemus.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS CONTINVA-
rum febrium, CAP. III.

FEbres continuæ ab humorum putrefactione genitæ
quæ qualéſque ſint,vel ſimplices,vel complicatæ,ſi-
gnificant ab inductis coloribus. Quantitatem verò pu-
trefactionis, atque qualitatem humorum arguunt tum
ſubſtantiæ vrinarum,tum contenta,de quibus diligen- H
tius diſputatum eſt.Nunc illa ſubdēda ſunt quæ videā-
tur ſufficere ad præuidentiam faciēdam, ita vt hinc in-
choandum ſit.Dum igitur facilè concoquuntur vrinæ,
atque paruo tempore, ad id quod ſecundum naturam
eſt,feſtinant,exiſtimamus celerem motionem eſſe, at-

A que firmam virtutem. Sin verò vrinæ nōn citius, ſed
tempore potius longo concoquantur, ſi malæ fuerint,
& diſtantes à mediocritate, oſtendunt celerem motio-
nem ægritudinis, ſed virtutis infirmitatem non par-
uam. Quamobrem hîc ſuboritur metus magnus, nè
priuſquam hæ perueniant ad cōcoctionem, virtus de-
fatigetur.Quòd ſi mediocriter malæ ſint vrinæ, tempo
re verò tendant ad mediocritatem, arguunt intelligi
debere virtutem non firmam eſſe, atque oſtendunt æ-
gritudinis motionem pedetentim fieri. Sin verò vrinæ
B celerrimè alterentur, nec multum deſtiterint à medio-
critate, ſignificant virtutis firmitatem, nōn tamen æ-
gritudinis malitiam.Sed tamen oratio ſuper ægritudi-
nis qualitate & affectione hinc videri poterit.Nā opor-
tet vrinarum mutationes diligenter obſeruare, atque
intelligere à quibus ad quas tranſmutentur, atque an
in vrinis ignauia,& malitia ægritudinis appareat: nan-
que ſi contrà ſe habuerint,illa ſubdola & praua eſſe ſi-
gnificantur.Quinetiam præter hæc par eſt conſiderare
tempus mutationum,atque ex hiſce coniectare poteris
C futuras criſes, ſiue tardiores, ſiue celeriores extiterint,
de quibus paulo inferius diſputabitur. Nunc verò tan-
quam alio initio incepto dicamus de accidentibus v-
nicuique principalium membrorum. Quando igitur
vel aliqua inſignis intemperatura corripuerit aliquod
è membris principalibus, aut humor defluxerit ad ali-
quod eorum non mediocriter affligens, ob hoc ipſum
alterantur vrinæ,ac eo magis quo maiores venas & ar-
terias habet membrum quod paſſum eſt,quoniam eiuſ-
modi venoſa vaſa facilius ſenſerunt alterationem in
D corde factam. Non enim quolibet ex membris princi-
pibus malè affecto ipſum manet immutabile,ſed quum
ad aliqua membra peruenerit alteratio, ipſum etiam
mutatur vel calidius, vel frigidius redditum. Deinde
tractu temporis eo pacto cæteris membris affectis, eui
dentiores tā pulſus quàm vrinæ apparent, ſuntque ima
gines illius affectionis quæ intrinſecus eſt. Sed oratio
de pulſibus pulcherrimè & ſubtiliſſimè à Galeno viro
ſapientiſſimo tractata eſt,vnde volētibus diſcere licet.
Nunc verò nos ſubiungamus quæcunque vtilia diſcipli
E næ fore putamus.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS PROFLVEN-
tibus in vnaquaque cordis affectione,
CAP. IIII.

QVum demōſtratum ſit cor eſſe ob caliditatem in-
temperatum,tum vrinæ alterantur, atque acriores
& tenuiores redduntur. Atque quum iam ignis ipſum
depaſcitur, tum mediocres in initio ſpectātur colliqua
tiones:paſſione verò procedēte,etiā vrinæ apparent o-
leapparētes,& oleicoloræ atque oleaceæ. Quòd ſi eiuſ-
F modi alienus ignis depaſcens adipem,attigerit carnem
atque ſolida mēbra,tum illæ hypoſtaſes inſpectabūtur,
quas in hecticis & tabidis febribus conſiſtere diximus.
Nā ratione cōpertum eſt illas eſſe orobeas,furfureas,la
mineas,& ſimilaceas. Frigidā autem intemperaturā ſi
cor patiatur,mediocriter alterantur vrinæ inclinantes
ad albiores,atque contenta eis aderunt cruda, & quan-
titate mediocria:nāque colores alterātur mediocriter,
ſi nondum compatiatur hepar. Contenta verò medio-
cria & cruda erunt,quum iam calor naturalis (qui alte-
G rare & coquere creditur)lāgueſcat à frigiditate quæ ac-
ceſſit.Iámque ſi intēdatur ipſa frigiditas in corde etiā
lāgueſcet naturalis & genuina caliditas. Albæ præterea
vrinæ & tenues erunt,atque hypoſtaſi priuatæ. Sed ea
mala qualitas ſi valde exceſſerit, tum cōtenta earū red
dentur liuida & nigra. Atque fortaſſe vrinæ omni ex
parte nigræ ſpectabuntur, quum aut melancholicus hu
mor illuc profundatur ob extremam debilitatem ge-
nuinæ virtutis,aut frigiditas induxerit tum mortifica-
tionem,tum nigrores,qui ſunt mortificationis colores:
H nanque contingit etiam alterutrum eorum fieri.Hóc e-
nim eueniet ob extremam infirmitatem virtutis excre
tricis,quum illuc confluxerit nigra bilis,tumq; homini
accidunt timores,& triſtitiæ, & oris ſonitus immodici.
Illud verò eueniet quum frigiditas multum fuerit ex-
aucta, tum efficit vrinas nigras, præſertim quū auerſus

fuerit color vrinam illuſtrans. quod diſcere licet in nubibus quæ quotidie apparēt. Hæ enim quum rarefactæ mediocriter fuerint, tū illuſtratæ proprios colores oſtendūt, quæ nimis ſpiſſatæ, & craſſeſcētes nigricare ſpectantur. Nam vrinæ prius fiunt vmbrilucæ, exaucta deinde aſperitate procedente tēpore nigreſcunt. Atque hoc pacto affecto corde, eiuſmodi vrinæ proueniunt.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS FACTA alteratione in pulmone, CAP. V.

QVoniam pulmo poſt cor promptius alteratur, etiā vrinas afficit, quacūque intemperatura ipſe fuerit affectus, de hac re prius diſputarimus, deinde de reliquis. Si igitur affectus ſit pulmo calida intemperatura, vrinæ mutabūtur ab iis quæ ſecundū naturā, ad rufum vergentes. Et ſi creuerit caliditas, etiā in vrinis colores excreſcere videbuntur, atque fieri rubeæ, ac vineæ. Cuius etiā rei argumenta ſunt ab iis quæ extrinſecus, veluti eſt mala ſpiratio, & ſitis, & linguæ ſiccitas, & nigritia. Frigiditate verò ſi affectus ſit pulmo, reſpirationes primò erūt tardiores, poſterius etiā pauciores: & abſq; ſiti ægroti erunt, ac aerem quem inſpirāt, frigidum ſentiunt, atque paruas tuſſes excitant. Eorum vrinæ vergunt ad album, non tamen vehementer: nanque pulmo membrum calidum eſt. Et quum parum alterauerit vrinas ad album, tum arguit magnam in eo factam eſſe refrigerationem.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS AB HEpatis affectibus, CAP. VI.

SI hepar à calida intemperatura fuerit affectū, producet vrinas rufas & ſubrubeas. Sed intēperatura eiuſmodi exaucta, vrinæ apparebunt valde vineæ & paſſeæ: atque tuſſes magis moleſtabunt, atque ſites, ſi gibbæ partes hepatis inflammatione laborauerint. Quemadmodum vomitus potius excitabuntur, ſi ſimæ eius partes malè fuerint affectæ: intemperatura verò mediocriter frigida, ſi hepar laborauerit, vrinæ profluēt pallidæ & ſubpallidæ: exaucta verò ſi frigiditas fuerit, vrinæ apparebunt albæ. Sed interdum in eis ſpectare eſt craſſitudinem cum albedine.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS AB AFFEctibus cerebri, CAP. VII.

CErebro mediocriter affecto, vrinæ proueniunt rufæ atque ad ſubflauas inclinantes, maiore verò caliditate producta, ita vt inflammationem adeſſe exiſtimetur, vrinæ ſpectantur vineæ atque ſubſanguineæ: contrariæ hiſce prouenerint ſi frigiditate affectum fuerit.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS AB AFFEctibus ventris, CAP. VIII.

VEntris & ſtomachi, qui ob calidam intemperaturā ceciderunt, mutationes per vrinas minus oſtendūtur. Nanque frigida intemperatura quum correpti ſint, tum vrinæ ita albæ gignuntur, vt eſt frigiditatis menſura. Calidiore verò intemperatura affecti, rufas & flauas vrinas profundūt, in quibus adeſſe ſolēt ſtomachi dolores, quæ καρδιαλγίαι appellantur à Græcis. Item ſitis & bilis interdum tenuis atque croceæ, vomitus, & ſatietas, & oris amaror, atque capitis dolores quidam modici. Quemadmodum in affectione mediocriter frigida laborantes ſunt appetentes, atque ſiti carentes: ſed frigida affectione exaucta, redduntur vertiginoſi, atque ſe regere nequeunt, veluti animo linquūtur, atq; tremorem cordis ſentiūt, cibum potúmq; faſtidiētes. Hæc igitur ipſa potius in intēperaturis puris dicta ſunt. Quòd ſi materia quoque aliqua coiuerit cum omnibus hiſce dictis, has vrinas reddet. Nāque quum vrinæ exiuerint, craſſeſcent, atque contenta in eis cumulatiora ſpectantur, & ægritudines in affectibus eiuſmodi diuturniores fiunt, quum humorum concoctionibus diſſoluatur ægritudo. Sed hæc quidem concoctiones & incoctiones, atque mutationes vrinarum manifeſtare poſſunt: nos verò ad cætera tranſeamus.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS PROFLVENtibus à coſtarū paſſione vera & nō vera, CAP. IX.

PLeuritidis vrinæ in initiis ſubrubeæ ſunt, deinde procedentes rubeſcunt, atque vineæ fiunt, & craſſeſcunt, atque mutationibus oſtendunt quæ ſint euentura. Humore verò frigido ſeptum tranſuerſum moleſtante, atque perquam modicum dolorem mouente, minimámque ſpirandi facultatem, eo quia pectus aggrauatum eſt ab eo, vrinæ albæ & tenues, item conturbatæ & craſſæ proueniunt. Splen porro à quacunque intemperatura corripiatur, etiam in ea vrinarum colores oſtendunt. atque facilius à frigidis corripitur homo, atque hi oſtendunt: tardius verò à calidis, ac non etiam multum hi oſtendunt.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS AB AFFEctis renibus & veſica, CAP. X.

REnibus & veſica affectis, ſimiles vrinæ prouenient. Dictum eſt etiam de hiſce in iis quæ de iudiciis vrinarum, diligentius, atque de cæteris quæ eis accidere conſueuerunt, ab illis dictis diſcere oportet. Quoniā verò ea membra fuerūt vrinarum vaſa, facilius quū quicquam ipſis acciderit, demōſtrauerint, in prōptu habentes modum demōſtrationis. Nā cætera membra ſolummodo, quum vehementer propria affectione alterauerint vrinas, nullū aliud ſignū euidens oſtēdunt. Quamobrem quum aliqua debilis paſſio ipſis aduenerit, non etiā promptè in vrinis illa ſpectatur. Hæc verò quoniam cæteris fuerunt poſteriora, ſerum collectum recipiunt, atque paſſiones proprias, etiamſi mediocres fuerint: interdum demonſtrant, id tanquam mercedem, ipſa potius quàm cætera membra recipientes, pro miniſterio quod naturæ præſtant.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS AB AFFEctis colo & inteſtinis, CAP. XI.

COlo atque inteſtinis inflammatione laborantibus non etiam vrinæ colorabuntur ſecundum illa quæ magis naturalem calorem habēt. Sed frigida intēperatura quum eiuſmodi partes corripiantur, & eiuſmodi humor influxerit in ipſas, tum vrinæ ſpectabūtur albæ & aqueæ. Atque ſiqua fuerit obſtructio in colo, tum vrinæ erunt hypoſtaſi priuatæ: in inteſtinis verò ſi acciderit obſtructio, vrinæ erunt craſſæ frequentius atque lacti ſimiles. atque paſſione procedente, excretiones erunt plures atque crudiores. At nūc reliquum eſt vt de vtero dicatur.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS AB AFFEctis vtero & podice, CAP. XII.

VTerus, qui vt membrum eſt principale, ita maximè alterat totum corpus, qua corripitur ab aliqua intēperatura. Ergo vrinæ eo modo accidit, vt ſint ſimiles tractu tēporis iis quæ ab intemperaturis aliorū mēbrorum nō adeo principaliū eueniunt. Sed vbi in hiſce mēbris genitū ſit pus ab aliqua cauſa, quod ſit ſanè quàm mediocre, id nō erit euidēs in vrinis. Sed ſi fuerit excedens, tum colligetur in veſica pus, atq; apparebit hærēs fundo matulæ, quod manifeſtū erit & à ſpecie, & ab odore. Atq; priuſquā loquatur ægra, tu dixeris eam affectionem: diiudicaueris verò, vt nō ſit veſicæ pus, cōmouendo facilè vrinā, atq; intelligendo nunquā indoluiſſe veſicā. Quinetiā quum mēſes abſque ratione retineātur, vno iam mēſe præterito, apparent vnà cum cōtentis ramenta rubea innatare. Atq; procedente retētione, etiam ramenta eiuſmodi plura ſpectantur, atque vrinæ color ad ſubrubeum atque etiā ad rubeum tendit. Veruntamen vt orationi gratia aliqua afferatur, atque fides dictis nō parua fiat, hanc ſubiunxero hiſtoriā, quæ incumbentibus hiſce ſtudiis erit perquā vtilis. Mulier quædam diues atque mollis, tres aut quatuor filios pepererat, quorum tres fere infantes mortui erant, ſolùm vnum audiebat mater. Atque quodā tempore præterito, ipſáque ambigēte dum videret ſpem omnem ſuam in ſolo vno filio, qui repente tolli poſſet, fluctuare. Verebatur enim ne ſi puer moreretur, cogeretur alienis bona ſua tradere. Nāq; (vt dictū eſt) vbi amiſerat alios, quærebat modū quo alterum filiū pareret, atq; ſpē ſeruaret. Ergo (vt mos eſt mulierib⁹) deſideriū aperuit, atque ſolutionem quærebat. Quidā dixēre hanc ſolutionem, ſi menſium aliqua fieret natura vel arte retentio (nanque ipſi menſes plus iuſto profluebant), cōciperet. quod perſuaſa, rei operam dedit, ac vehementer reten-

ti ſunt menſes,vnde conceptus ſpes magna eam tenuit. A At verò ſecundus menſis erat,mulierque modicè cōturbabatur.Nāque cumulato ſanguine mēſtruo per vterū; neque locus exeundi habebatur:accidentia, vt videbatur,poterant eſſe ſigna conceptus. Nāque in initiis conceptuum ſimilia accidere ſolent. At tertius aderat menſis,&paſſiones proceſſerāt. Vbi verò etiam quartus aduenit mēſis,túmque quum grauidis mulieribus, ſiquid præfuiſſet moleſtiæ,illud ſedatur: ipſi verò magis venter intumuit,atque accidētia peiora ſentiebantur. Igitur circa quintum menſem audiui vt mulier correptà B eſſet ab ea paſſione:erat enim mihi vna ex maximè familiaribus. Quamobrem ad eam acceſſi, atque intrans vidi ipſam ſupinā iacentē in lecto,& ſalute acta rogaui, vt haberet,ac tetigi pulſum.Illa verò ſubtili ac pertenui voce reſpōdit. Pulſus erāt pertenues atq; diuerſi,atque virtus genuina propè victa. Cutis veluti cortex maligranati, & color eius vergebat ad icterū,& omnia quæ circa faciem ſunt,multum attenuata,atque manus,& humeros ſatis hærentes pectori habebat. Sed venter magnopere extuberabat. Quoniam verò oportebat etiam C vrinam ſpectare,ea quidem erat tenuis, atque mihi viſa eſt mediocriter ſubſanguinea. Contenta verò in ea ſubſidebant ad matulæ fundum valde rubentia , atque veluti ſimilacea. Atque tunc mihi non poterat facilè cognoſci paſſio,quæ nō multum trita eſt breuiariis libris medicorum, eo præſertim quòd nemo ex iis medicis qui illuc frequentabant,paſſionem intelligeret,ſed putarent omnes aquam intercutem eſſe. Quoniam verò paulo pòſt legi de paſſionibus mulierū , doctúſque ſum quàm graue eſſet retinere menſtruum ſanguinem, au- D diuerámque mulieri hunc retentum eſſe,deinde hac ratione ſuper eius vrina ratiocinatus ſum, illam rectā ratione illiuſmodi profluxiſſe. Nam partim ob manifeſtiſſimam collectionem ſanguinis in vtero,tumore effecto eiuſmodi,partim ob vicinitatem veſicæ ſanguine commiſto cum vrina , factum erat vt vrinæ colorarentur, ſed ob aſſationem ſanguinis apparuerint contenta ſimilacea atque rubea. Hoc pacto ab immodica menſtruorū retētione,præſertim ſi natura antea multa profluxiſſet, vrina alteratur,atque tractu temporis cōmutatur. Cæ- E terùm vt omnem hiſtoriam finiamus,reliqua ſubiūgamus. Sextus menſis aderat, quum in ilibus exterioribus factus eſt abſceſſus, atque mollitus eſt tempore procedēte. Vbi verò ſeptimus menſis aduenerat,prorſus mollitum eſt medicorum emplaſtris, atque deinde apertū eſt,ac reliquo tempore defluxit ab eo ſanguineum pus, ſed venter abinde euacuabatur:quāobrem magna ſpes ſalutis & viro eius oborta eſt, & medicis illuc frequentātibus:quod nō ita ſucceſſit , ſed paulo pòſt euacuatio ſimul omniū ſpem perdidit. F Nam(vt arbitror) quatuor dies poſt tumoris aperturā , venter euacuatus eſt re omni affligente,atque commiſſus eſt,mulier verò veluti inanimis redacta , abſque reluctatione aliqua vitam efflauit. Hæc eſt hiſtoria, & ita ſe habuit. Tu verò diligēter hinc audiuiſti,vt ratione vicinitatis participatus ſit color vrinis ob ſanguinem collectum in vtero , vtq; mediocri collecto ſanguine,contenta ſola perparum alterētur . Sin verò collectus exceſſerit,etiā alteratio erit maior:ſin autem vſqueadeo excreuerit,vt etiam venter extumeſcat, etiam colores mutantur vrinæ , atque pri- G mò in ſubrubeum tranſeunt,deinde in rubeum , atque ſubſanguineū:contrà verò tum aſperiora ſpectātur. Similia hiſce accidunt,quum podex inflammatione diutius intumuerit,atque hæmorrhois abſque ratione retenta ſit,maximè ſi pridē multo tēpore ſanguinē profundere ſoleret,fueritque homo multi ſanguinis,atque per aliū locum euacuauerit ſanguinē ſuperingenitum. Nanque tantùm hæmorrhoidis retētio diſtat à retētionibus quæ in vtero,quātum ea quæ ſecundum paſſionē ſunt,ab iis quæ ſecundū naturā habentur,ceciderūt. H illa enim tractu temporis confirmata,nititur reuerti ad naturam. Excretionis verò ab vtero factæ ſecūdum naturam retentio,maiorem alterationem in corpore & vrinis efficere poteſt. Quāobrem quales vrinas retētio mēſtruorum vnius aut duorū menſiū effecerit, tales quoque hæmorrhois retenta,reddet per multo plura tēpora. Eadem ratione ſiquid aliud fuerit præter natura in vtero,hoc infuſum in vrinis ſignificationem quandam paſſionis parat iis qui hiſce rebus diligenter operam nauant. Sed de hiſce ſatis: poſthac dicendum eſt de reliquis,ſiqua modo aliquo relicta ſint.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS AB AFFECTIbus extremitatum membrorum, CAP. XIII.

QVum manus ac pedes affecti fuerint, vel ab intemperatura multū frigida,vel frigido humore,aut ab intēperatura calida , vel materia calida quæ defluxit,ſi cæterum corpus ſimul etiā ægrotauerit , tum in vrinis affectiones eædē efficientes euidēter apparebūt. Quāobrem quātum qualitas & quātitas humorū ægrorum intēdatur , tātum etiā vrinæ trāſmutatæ diſtabūt ab eis quæ ſecundū naturā. Quòd ſi cæterū corpus per ſe ſanum fuerit,atque cauſa aliqua affligēs influxerit ad extremas corporis partes,ita vt hæ malè habeāt, non etiā mediocriter alteratæ apparebunt vrinæ . Sin verò illa cauſa abundātius fluxerit, etiā vrinæ tum mediocriter ſpectabūtur alteratæ,quū vix paſſio adusque cor peruenire videatur. Quinetiā differētiæ colorū & cōtentorū arguunt qualitatem & quantitatem humorum,& concoctio & cruditas tam morem ægritudinis quàm virtutis firmitatem oſtendunt , veluti ſpatium temporis demonſtrāt celeres & tardæ vrinarū mutationes. Operæpretiū eſt præter ea id etiā non ignorare,vt non paruas differētias habeāt inter ſe corporis partes. Nāq; alio modo alterabit calefactus pes , & alio veſica calefacta: itē alio modo vterus,alio renes, & alio lien,alio tunica ſuccingens,quemadmodū illo modo caput , hoc modo hepar,aut pulmo. Nanq; hæc magis participarūt colorem,aut naturali proprietate,& in propriis conceptaculis,aut vicinitate primi calidi , aut ſenſus magnitudine. Oportet enim ſcientē proprietates,& vires vniuſcuiuſque membri,etiam ſingulorum menſurā propriā habere,tam quum mediocris caliditas exaucta fuerit,quàm quum ob exceſſum corruperit ſubiectum:veluti contrà quum qualitas fuerit modicè & immodicè infrigidans. Nanque membra calidiora facilè à cauſis calidis alterātur & conuincuntur, difficilius verò à frigidis mouentur:quemadmodum frigida membra tardius à calidis, celerius à frigidis afficiuntur. Siquidē eorum quæ ſunt viciniora qualitati naturali tēperatura & proprietate, vnumquodque facilius alteratur. Veruntamen vt manifeſtius rem capias,hinc veluti exemplo diſcere licet. Hepate mediocriter caliditate affecto, accidit vt vrinæ rufæ atque flauæ proueniant. Sed ſi eiuſmodi vrinæ in colo ægro fuerint apparentes , maiores dolores ineſſe arguent, atque vnuſquiſque arbitrari poterit, membrū prorſus inflāmatione laborare. Quòd ſi pes aut manus patiatur , atque vrinas eiuſmodi profuderit, dixeris ægrotantem dirumpi dolore atque vri. Nam quantum diſtiterint membra à primo calido,eo maiore etiam caliditate alterantur:eadem ratione res ſe habet in frigiditate. Nanque hepate correpto ab intēperatura aliqua frigida,vrinæ ſubalbidæ ſpectantur: altero aliquo membro remotiore refrigerato , non ita facilè etiam vrinæ mutantur. Ergo etiam principalia membra ſi ab aliqua fuerint paſſione correpta,facilius vrinas alterabunt,ratione principatus: remotiora verò , vel ſi peiori morbo affecta fuerint , mediocriter vrinam alterabunt , atque tardè. Quamobrem hinc ratiocinandum eſt,eo peiores affectiones eſſe in eiſdem vrinis , quo membra affecta vnde profluunt,magis diſtiterint poſitione & proprietate à principio. Atque oportet virum prudētem eo pacto animaduertendo,in vrinis diſquirere proprietates mēbrorum,atque affectiones eorum per ea quæ in vrinis ſpectātur,ratione cognoſcere atq; prædicere. Poteſt nimirum plurimū conferre huic propoſito diligens inſpectio differentiarū partium neruoſarū & venoſarū. Præter hæc quæcunque propria quatuor temporibus anni, & ætatibus, & temperaturis , & conſtitutionibus morborum apparuerint,hæc mitiora exiſtimare oportet quàm quæ aliena eſſe cōtingit. Itē quæcūq; facilius concoquūtur & tranſmutantur, hæc demōſtrant natu-

ram firmam eſſe, atque humores concoqui & alterari A
celerrimè. Quæ verò vel temporis tractu mutantur, vel
mutata in peiora proceſſerint, illa reprobare oportet,
atque putare animal paruo momento indigere ad inte
ritum incurrendum. Veruntamen vt hiſtoriam hac in
parte referā diſputationi cōuenientē, ad alia cōuertar.
Senex quidā familiaris meus in febrem incidit, atque
malè habebat: quod vbi audiui (vndecima tū erat dies),
ad eum viſendum iuiterat vicinus atque vir probus. In-
ueni illum ſupinū iacentem, atque ſubtuſſientem, ſpu-
táque craſſa cum ſonitu excreantem: ſordéſque illi cir- B
ca oculos non parua hærebat. Sed ſputa non nimiū ma-
la erant, niſi quòd procedentia etiam in ventrē deſcen
debant, eúmque emolliuerāt pluſquàm par erat. Pulſus
eius erāt hominis vehemēter febriētis: cætera verò erāt
obſcuri. Vrinæ ſubrubeæ, atque deinde rubeæ apparue-
runt. Sextadecima parū mutatæ ſunt vrinæ circa mode
ratius. Iterum effectæ ſunt craſſæ, & rubeæ, & ſubſangui
neæ circa contenta. Venter etſi multa excreuiſſet, nihil
tamen adiuuit. Adhæc per ventrē vnà cum excremētis
mediocris quantitas ſanguinis euacuata eſt, ita vt ob C
hæc viſus ſit homo emori. Et ego non amplius acceſſi,
neceſſitate quadā ad alia me cogēte, ſed audiui tribus
poſt diebus hominē mortuū eſſe. Videbatur igitur ille
maiorē febrem quàm quæ ſenē deceat, habuiſſe, idque
hyberno tempore. Nā quum eiuſmodi res accidit, cōſue
uit non mediocriter conquatere virtutem naturalē, ita
vt tractu temporis cadat. Quinetiā ab aſſidua ſiti febris
vehementia arguebatur: tuſſis non parū hominē mo-
leſtabat. Quòd verò nō videbatur natura facilè vince-
re materiā, demonſtrabāt per tot dies cruditates vrina- D
rum. Nāque opus erat multo longiore tempore, ſi ſigna
ſalutis præceſſiſſent, vt hinc profecta ad ea quæ ſecun-
dum naturā conceſſiſſent. Hoc enim quod ſecūdum na
turam habet, tantùm temporis longitudinem require-
bat. Quamobrem procedente tempore, peiores ſubſtan
tiæ, & contenta vrinarum ſpectabantur. Quid igitur
quiſquam aliud ab hiſce putauerit, quàm futuram eſſe
mortem, paſſim cadente virtute? Hoc pacto oportet vi-
rum mente præſtātem vaticinādo præuidere futura, at-
que mutationes vrinarum ad bonum, hilariter accipere E
atque prænuntiare: contrà verò execrari momenta ad
malum inclinantia. Quinetiam mutationes longiore
tempore factas arguere ægritudinis tempus multum
protrahi, & quæ matutino potius fiunt mutationes, has
oſtendere breuiori tempore ægritudinem terminatum
iri. Ergo ſi prima die vrinæ concoctæ apparuerint, tertia
vel quarta ægritudinē ſolutum iri proferas: quòd ſi ſe-
cunda vel tertia concoctæ fuerint, ægritudinis ſolutio-
nem peruenire vſque ad ſeptimā. Quòd ſi quarta dies
etiam incoctā vrinam oſtenderit, non etiam ſi quicquā F
fiat, ipſa hebdomada criſin morbo poſuerit. Nanque
criſes quæ in hebdomada fiunt, quarta potius antea a-
perit atque oſtendit, præmittens parua quædam conco
ctionis ſigna. Quemadmodum contrà in malum muta-
ta, ſi valde praua ſigna præmiſerit, mortem in ipſa heb
domada inferet. Sicuti quoq; vndecimæ octaua eſt in-
dex, & vndecima decimæquartæ, atque alia alius, veluti
in libris de criſi ſapiēs Galenus tractauit. Atq; tēporum
productiones hac ratione conſiderando adinueneris,
quum in ternarium & quaternarium omne tempus G
ægritudinis dimenſus fueris. Secundum quam ratio-
nem etiam principium ſecundum latitudinem dictum
dimetimur.

DE PRAEVIDENTIA EX VRINIS SVPER AE-
gritudine, an veloci⁹, an tardi⁹ ſoluatur, CAP. XIIII.

IN morbis acutè motis, euenit interdum vt aliquid
anticipet, contrà verò vt aliquid minuatur in iis quæ
mouentur tardius, ſiue euaſuri, ſiue morituri ſint homi
nes in ægritudinibus ipſis. Siquidem, vt exemplo vta-
mur, ſi quarta die appareat cōcoctionis exactæ ſignum H
in morbo peracutè moto, iam nondum plena ea quæ
incepit hebdomada, ſequetur criſis, ſi contigerit, ma-
teria ob celeritatem præſultante. Sin verò ægritudo mo
ueatur ſegnius, tum vix etiam perfecta hebdomada cri
ſis reddetur, vſqueadeo vt opus ſit etiam media octaua

A ad criſin faciendam. Contrà verò, ſigno nobili prauo
die indice inſpecto, in ægritudine acutè mota, ſexta die
præripietur homo, quemadmodum octaua, ſi ægritudo
ſegnius moueatur. Sed de criſi diſputatio, & dierum
productionis numerus ab hiſce poterit comprehendi.
Licet tamen exactius ſcire ſtudenti, ac exercere, qui le-
gerit librum illum qui de criſi à Galeno cōpoſitus eſt.
Præter hæc illud non ignorare oportet: nanque tempo
re vehementiæ ægritudinis, vrina quam fecerit ægro-
tans, multo peior apparet quàm quæ fiunt horis remiſ-
B ſionis, idque optimo iure. Nanque tum vrina ea appa-
ret, quum caliditas quæ cōcoquit, incūbit aliis. Nā etſi
in iis appareat aliquid incoctū, hoc tamē eſt ſignū incli
nationis caliditatis naturalis ad alia. Quum enim erga
maiora atque affligentia vehementer vires omnes col
ligendo intēdat & habeat natura, tùm neque facilè nu-
trit, neque alterat, neque concoquit, ſed interpoſita in-
ter duo mala eſt, tanquā vtrunque eorum ſubitura: pu-
tatur enim neutrā actionem perfectam exequi. Nāque
ſi quum ob vnam operam fuerit afflictata, neutiquam
C facilè conuenientia expedire quiuerit: longè maiores
errores commiſerit, vbi diſtenta multis actionibus, a-
gere quicquam fuerit aggreſſa. Quando autem humo-
res vicerit, ita vt concoctionē in ipſis fecerit, tū melio-
res colores & ſubſtātias vrinarum oſtendet quàm quas
in paroxyſmis apparere contigit: tunc etiam proiiciun-
tur contenta ſecundum rationem cōcoctionis. Quòd ſi
natura aggrediens, & irritata nihil eorū quæ debet per-
fecerit, & vrinæ ſimiles in paroxyſmis, & in remiſſioni-
bus videantur, ſignificatur natura nondū materiā vin-
D cere. atque hac ratione oportet conſiderare ea quæ ſi-
mul quoque feruntur. Nāque ſi motiones morbi fuerint
celeres, natura verò concoctionē nullā oſtenderit, atq;
hoc pacto procedatur, metus non paruus adeſſe debet,
ne defatigata virtus propriā actionē amittat. quo quid
poteſt eſſe deterius, quum mors his inhæreat? Quāob-
rem prænuntiādum id eſt cōſideranti diligenter ſimul
omnia quæ ad ægrum pertinēt. Si verò ægritudinis mo
tiones fuerint tardiores, modeſtiores quodammodo fe
rentur paroxyſmi, confidendum eſſe nuntiaueris, acſi
E tractu temporis ægritudinem ſolutum iri cenſeas, mo-
dò virtus ſit firma. Nanque etſi lateat naturam in ini-
tiis colluctatam eſſe, appareátque nō hactenus materiā
vincere, etiam cruditates non contemnendæ ſpectan-
tur. Sed iam incœpto tempore videtur concoquere: at-
que paſſim materiæ præſtare, etiam æger facilius paro-
xyſmos tolerat, atque concoctionis ſigna cernūtur. Sed
tractatio de præuidentia ex vrinis (vt arbitror) adepto
hac in parte fine, in eadem etiam omnem diſputationē
de vrinis concludit: non enim amplius ſermonem ex-
F tendere, neque circa eadem eodem modo conuolui at-
que verſari operæpretium eſſe probatur.

BREVIS REPETITIO CAPITVM TOTIVS
diſputationis, CAP. XV.

QVum hactenus tractatum de differētiis vrinarum,
atque de iudiciis exegerimus, ac præter hoſce a-
lios de cauſis vrinarum, veluti nunc demum eos qui de
præuidentiis, viſum nobis eſt nihil relictum eſſe, quòd
referre oporteat. Nam in vnaquaque diſputationis par
te tractata ſunt quæcunque ſpectāt ad colores, & cōſi-
G ſtentias, & quantitates chymatis, & contenta, & quæ in
contentis eſſe dicuntur & apparent, qua mutātur ſecun
dum colorem, & ſubſtantiā, & quantitatē, & læuitatem,
& aſperitatem, & poſitionem in ſpatio ipſo chymatis,
& quæcunque ſuper bullis dicta ſunt, & odore, & colli-
quamine innatante. Quinetiam ſubiūctæ ſunt diſputa-
tionibus prædictis, quæcunque membrorū ſympathiæ,
& primarii affectus ſunt, & intēperaturæ, & actiones, &
cruditates, & genera, & ſpecies febrium, & longitudi-
nes, & breuitates ægritudinum, & quæ ſpectant ad mor
H tem & vitam. Quorum alia euidenter ſunt expoſita, a-
lia prætermiſſa, quòd dum hæc ſunt comprehenſa, ex
illis inuenta diſcuntur. Præter hæc & quæcunque li-
cet ſcire illi qui librum hunc exercuerit. Iam iuſtum
eſt (vt etiam viſum eſt) vt hac in parte omnē orationem
ſuper hiſce terminemus, petentes id ab his qui ſcipta

hæc lecturi ſunt,ne prompti ſint in maledicendo, noſ- A que ab omni culpa vindicent. Quòd ſi reminiſceremur eorum quæ in initio facultatis huius dicta ſunt,ſubden dum etiam hoc ipſum orationis curriculo eſſe videtur.

QVONAM PACTO AD EIVSMODI DISCIplinæ genus promotus ſit auctor, CAP. XVI.

IAmpridem philoſophiæ parti naturali operam dederam,eámque pro viribus eram adeptus, quum etiã cupiditas quædam me ſubiuit medicæ artis capeſcendæ. Aggreſſus itaque ſum cõtemplatiuam eius partem, atque in ea omnem operam,vt par erat,cõtriui. Quin- B etiam animaduertens hinc medicæ artis partem curatoriã,quæ hominibus amica eſt, hinc partem quæ cum philoſophia conſentit, exhorruiſſem illa inſudatione quæ curandis ægris corporibus aſſidua delegatur, niſi ſuccurriſſet magna ratione perueſtigandas eſſe ægrorum paſſiones, ita vt in illa exercitatione videbatur mihi abſtinendum eſſe à valida quadam motione in iis rebus quarum antea nullam vlla ratione contemplatus eſſem. Itaque vehemẽter hiſce ſtudiis inhæſi,atque pro viribus incubui,multis rationibus adhibitis, vt ſignifi- C cationibus paſſiones comprehẽderem. Putabam enim curationem, in qua nulla eſſet adhibita contemplatio, tutam nullo pacto fore:eam verò in qua certa ratio dominaretur, cum tutam tum faciliorem exiſtere. Veruntamẽ quum tractu temporis eo pacto procederem, etiam aliquid ſubiungere ipſi arti meditatus ſum, vt id in arte ipſa eſſet cauſa cognitionis, etſi cernerẽ omnia rationum conamina medicam artem adiuuantia,plena eſſe ingenii & diſciplinæ,maximè illa quæ glorioſus ſapientia & arte Galenus introduxit. Dum ſcientiam de D vrinis quærerem, vt meipſum exercerem, reperi pauca quædam de ipſis neſcio quo pacto ſparſim ſcripta ab iis qui artis eiuſmodi fuerunt exploratores. Ipſe verò inſpectis ſingularibus vrinis tã in hominibus ſanis quàm ægris,perpauca principia collegi:atque illa animaduertendo,& ratione indagãdo, breui eo perueni,vt vniuſcuiuſque cauſas indagatas reddidiſſem, vſqueadeo vt poſſem ab vrinarum ſignificatione abſolutè diiudicare. At verò vbi tractu temporis animaduerti illas inuentiones ſanè quàm veras eſſe, cognoui cauſas certas il- E lorum effectuum adinueniſſe, & reliquorum, tanquam à quibuſdam optimè habitis principiis, profectus ſum ad iudicia & præuidentias ferendas. In quo non parum contulit ſociata diſciplina de pulſibus, atque reliquiæ quædam, quæ ſcriptis traditæ ſunt ab antiquis viris. Vnde viſus ſum aliquid arti medicæ ſubiunxiſſe,vt dictum eſt. Nanque hac ipſa parte maximè mancam eſſe medicam artem inueniens,ſummo ſtudio eam perficere aggreſſus ſum,ac incœptum,concedente Deo, ad finem perduxi. Et ſi noſtra hæc diſputatio videatur ali- F quo modo conferre ſanis & ægris hominibus,tanquam veritatis ſequax,Deo omnium bonorum largitori gratiæ ſummæ habendæ ſunt. Nos verò nefas eſt, vt quiſquam accuſet nomine ignorantiæ. Quòd ſi etiam quicquam errarimus (nam errare perquam facilè cõtingit), ipſe idem inuentor noſtrum errorem deleat atque oſtendat,& veritatem demonſtret,quandoquidem vehementer amarem,ſi dum circa res graues tractando viſus ſim aberraſſe, fortaſſe quoq; gratias actas feremus, ſi (dum res maximas primus prænouerim ac tractarim) diſputatio aliquo in loco claudicans, vt videretur dare maledicis anſam me carpendi, caſtigaretur,ac reciperet rectitudinem conuenientem ad cognitionem capeſſendam. Adhæc tractatio de omnibus ſigillatim nõ ſolùm nobis exiſtimata eſt difficilis, verumetiam aliis quibuſuis viſa eſt non facilis. Neque eo quòd vnum totum quod artis eſt,collegimus,illud vtile nobis eſt(pluribus enim indigemus, vt totum hoc ipſum tractemus, præſertim quæ nos auditores etiam cupimus vt conſequamur, idque reſpuentes prorſus ipſum totum artis): ſed quoniam quæ vniuerſalia ſunt, paucis verbis & rationibus continẽtur, atque faciliora ſunt ad capiendũ, promptioráque ad pronuntiãdum,vtilia ſunt. Quúmque oporteat diuidendo explorare, vſque ad quædam liberè procedere poteſt oratio. Nã vbi ad maximè propria particulariáque peruentum fuerit,tum ad vlteriora prohibetur progreſſio. Particularia enim diſtributa ſunt infinitudinis natura, & ratio deficeret ſi hinc ad vlteriora procedere aggrederetur, veluti compertum eſt. Quamobrem quæcunque referri poterant per eiuſmodi vniuerſalia ſuper humore vrinæ, & contentis, ac cæteris,nos diximus,inque cunctis(vt arbitramur) veritatem oſtendere magnopere enixi. In quo ſi quicquã dignarum rationum videatur apertè prætermiſſum, hoc ipſum potentia quadam in dictis (vt puto) continetur. Quoniam verò tractatio hæc noſtra expoſita eſt viris prudentibus,fortaſſe etiam ipſi exercendo, ab hiſce ſingularia facillimè cognouerint, & quæcũque complicari poſſunt & non poſſunt. Quinetiam facillimè ex hiſce tanquam manudicti, promptiores fieri poterunt reddendo in complicatis tam iudicia quàm præuidentias. Nãque nobis viſum eſt negotium potius ſuperfluũ iterum eãdem rationem repetentibus, dum complicaremus quæ complicari poſſent,atque ſuper hiſce rationes redderemus. Illud autem intelligendum eſt,eiuſmodi noſtram præſentem diſputationem veluti primitias quaſdam eſſe in arte: exercentibus verò ipſam licebit ab eius auxilio plurimum adiuuari. Sed conſpectanti artis medicæ partem hominibus amicam, atque deſideranti introducere ea quæ videntur hominibus collatura, licebit frui bonis ex arte, atque introducere, ſi quid aliud videatur deficere. Maximè autem cõferentia ſunt,quæ ad præuidentiam faciunt,& curam accidẽtium corpori humano ægro. Illorum autem qui verum omnium ſcientiarum ſibiipſis parare nitũtur,moleſtéque ferunt ſicubi quicquã quiſquã vitæ humanæ vtilitatis attulerit,altiſſimos linguæ ſtupores fugiẽdos eſſe. In quo potius adinueniendum eſſet medicamen affectum qualitate contraria eiuſmodi morbis, vt rectè caueremus ne linguæ aliorum in periculo eſſent ſubeũdi ægritudines tam prauas. Veruntamen fortaſſe præſentaneum atque pertinaciſſimum medicamen videri poterit aduerſus hunc morbum hoc ipſum, in Deo ingenua confidentia, erga homines cum quibus conſuetudinem habemus conſtantiæ mediocritas, atque verborum rationúmque noſtrarum exacta quædam conſideratio.

ACTVARII MEDICVS, SIVE DE methodo medendi, libri VI.

Cor. Henrico Mathiſio Brugenſi Medico interprete.

ACTVARII in ſuum De methodo medendi librum primum, Præfatio. A

QVONIAM ad Hyperboreos Scythas, ita diuino ſapiente ac optimo Imperatore iubente, legatus pro gente noſtra profecturus, noſtram tibi operam deeſſe minimè debere arbitrabaris, ſed aliquid noſtræ quoq; artis cõgredi, quò ſiquid fortè è re nata valetudini infeſtũ occurreret, ex exiguo libello, quod ex vſu eſſet ſumere, ſuccurreréque ei poſ- B ſes: arduũ ſanè, artẽ maximã ac præſtãtiſſimã adeo facilè breuibuſq; verſib⁹ veluti ex tẽpore perſcribere, videbatur: nõ ſecus quàm ſiquis omnẽ omniũ hominũ vitã victúſve rationẽ paucis admodũ verbis apud ignotos explicare conaretur. Quapropter mihi eiuſmodi tractatione multo maximè ſuperſedendũ eſſe iudicabã, ne, dũ artem ampliſſimã in anguſtum libellũ cõtrahere concluderéque nitor, iniuriã ei non leuem facerem. Atque idcirco (vt tu quoque amicorũ optime meminiſti) commentationem hanc etſi ſæpenumero rogatus reieci, ab C eáque penitus abſtinuiſſem, niſi vetus hominum idémque ſcitum adeo dictum in mentem veniẽs, aliud perſuaſiſſet, nempe amicitiæ neceſſariò cõcedendum eſſe, atque, etiamſi artis interim dignitas eleuetur, interpellationibus id largiendum potiſſimum, ſi commodi nõnihil interpellantes inde ſenſuros eſſe iudices. Opus igitur aggrediendum, ac ceu pignoris loco tibi tranſmittendum eſſe cenſui, vt ſi (quod votis omnibus eſt expetendum) te nobis æquè ac diſcedens rectè valens reſtitues, vnus id commẽtarius ſit ſinceræ amicitiæ noſtræ D monumentũ: ſin aduerſi quippiã, vt ſunt humana, continget, ex his noſtris præceptis opẽ tibi petere, ac propulſare id queas. Verùm quid in hoc tam vario multiplicíque argumento, quod rectum ſit adferas? eſt enim ſummè potius verendum, ne dũ ea quæ neceſſaria ſunt explicare cõtendo, & quædãm prout cõpendii ratio cogit, prætereo, in dubias te perplexáſque ambages coniiciã: aut dum alia obſcurè, nec ſatis apertè trado, eiuſdẽ mali auctor fiam. Quas ob res rurſus pedẽ referre ac ſilere ſatius eſſe ducebã, prorſúſque quieuiſſem, niſi oc- E currens quædã cogitatiuncula ad ſcribendum, nec iam amplius in tractatione cunctandum incitaſſet. Nam ex multa noſtra conſuetudine, non illiberaliter mihi artis theoremata viſus es percepiſſe: adhæc meminiſti quàm ſæpe fuerim vt artis ſacris initiareris adhortat⁹, adeo ingenuè eam es amplexus: demum eorum quæ in arte præclara ſunt, de quibus ſæpe inter nos egimus, nõ es vſquequaque oblitus: hæc inquam omnia in mentem reuocata, animum deſpondere non permiſerunt, neque ægrè ferre ſiquid ex artis dignitate non pertra- F ctetur. Conieci enim in mẽte tua longè antea eius præcepta repoſita eſſe, vt ex non exiguo inde principio, & quæ explicanda ſunt aſſequi poſſis. Quare hoc iam nodo diſſoluto, reliquum eſt, vt ad noſtrum inſtitutum (Deo auſpice) accedamus.

QVAE MEDICO SINT PRAEGNOSCENDA AD medicinam factitandam, CAP. I.

QVum is qui morbos ad perniciem & mortem ducentes, ab iis qui in ſalutem ſanitatémque finiunt, diſtinguere cupit, quænam ſint ſalutaria, quǽque mi- G nus ſigna, item quæ ſit animalis ſecundum naturam facultas, ac demum coctionis indicia, nouiſſe debeat: (his enim vt decet cognitis, qui iis ſtudioſius inuigilauerit, & conſulere & rectè agere poterit) æquum erit, vt vnumquodque horum explicemus, deinde quæ patentibus iam vitiis, medicamenta & epithemata admoliri, & qui victus accõmodari oporteat, doceamus. ita nanque progrediẽte oratione, inſtitutum noſtrum ad propoſitum vmbilicum perducetur. Qui igitur ea in omnibus hominum corporibus dignoſcere velit, naturales eorum functiones ſanǽne ſint annon, perſpectas habere debet: nanque eas intuitus, ſiquando in ſtatum præter naturam labantur, quantum à ſano abſunt, inuenire poterit. Verùm quia fieri nequit, vt eæ ſigillatim enarrentur, quempiam, quem ceu normam ſpectare, & ad quem reliquorum omnium ſanitates expendere ac dirigere oporteat, neceſſe erit proponere. Erit autem norma ea ipſa, quæ in functionibus noſtris, quum ſecũdum naturam habemus, relucet. Functiones porro, tum ob aliam atque aliã facultatem, tum ob errorem, quinetiã ob hunc illúmve partium ſimilarium & officialium ſitum temperiémque, qualéſnam ſint apparent. eſt quippe latus ſanitatis cãpus, quæ ſigillatim ad vniuſcuiuſq; conſtitutionem expenditur. Verùm quum non pauca ſint priuata temperamenta, vnúmque optimum & commoderatum eſſe exiſtimetur: antea particulatim eſt de iis agendum, vt ita functiones, quæ ſecundum naturam ſunt, & quæ minimè, tradamus.

DE TEMPERAMENTORVM VNIVERSIM AC ſigillatim in corporibus differentia, CAP. II.

ITaque quum alia primo ac ſummo loco calida, frigida, ſicca, & humentia eſſe dicantur, quippe quæ qualitatis, ob quam eiuſmodi apparẽt, ſummum nacta ſint abſceſſum: alia verò ſecundariò ac remiſſè, vt quæ primorum ſimpliciúmque corporum participatione talia ſint: illa elementa atque horum principia iure optimo nuncupari queant, & de iis agendi hîc non eſt admodũ accõmodatus locus. Verùm quia de primis elemẽtis inſtituta eſt tractatio, & compoſita ſunt reliqua corpora, tã animata quàm animæ expertia, ea aut vtriſque qualitatibus intenduntur, aut rurſus eaſdem retuſas obtinẽt, vel tertiò alteram, quæcunque tãdem illa ſit, intenſam natura poſſident, & altera à ſummo interdum ordine abſcedit. Quoniam ergo fieri non poterat, vt quæ ex illis conflantur, æquis menſuris temperarentur, (eſſent enim quæ ex ſimilibus æqualibúſque coagmentantur, forma moribúſque ſimilia) quæ ex primis hoc quòd ſint ſorte adepta ſunt, in ſexcẽtas formarum ac temperaturarum differentias perquã ſapienter fuerunt diſtracta: adeo vt vix duo aut animalia, aut plantæ, aliúdve cõpoſitum quoduis, eiuſdẽ eſſe naturæ aut qualitatis conſpiciatur: quin ſemper temperatura cõpoſitióque diuerſa formã euariet, aut formarum diuerſitas ſimilem temperaturã ac compoſitionẽ aſſiduè veluti in ſua vota pelliciat pertrahátque. Quapropter quũ hæc ita ſe habeant, atque quæ ex primis illis elementis ſunt coactà, tum tẽperamento, tum primorũ corporum additamẽto inter ſe mutuò diſſidẽtia, in ſexcẽtas formas diſſecta fuerint, age aliquid etiã particulatim de tẽperamentis diſſeramus, prout ex iis à quib⁹ ſenſim promouemur, ac quaſi ducti progredimur, & diſtantioribus, de eo quod maximè ſpectãdum eſt, compertum habemus. Primo itaque ſummóque abſceſſu calidũ ignem eſſe cenſemus: quòd nihil eorum quæ ſenſui noſtro ſubiiciuntur, æquè ac illé abſumẽtem igneámque vim obtineat. Porro quæ in corporibus his apud nos compoſitis, plus illius participare conſpicimus, quanuis ſi cum primis conferantur, ſecundã caloris claſſem teneant: tamen ea quoad ſenſum noſtrum, quem nimirum iam exoluunt, ſummo primóque ordine calida nuncupamus: eiuſmodi eſt in plantis allium, ſinapi, euphorbium, pyrethrum, ac ſiquod aliud qualitatis ſenſum labefactat: in animalibus verò quæ ignea ſunt, & validiores cibos conficiunt, atque animoſa indomitáque ſunt, puta leo, pardalis, & volucriũ pleræque. Primũ verò frigidũ in elemẽtis eſt aqua, in plantis papauer, & lactucæ, & cicuta, in animalibus piſces, & in eo genere magis quæ mollia

quæque ſunt teſtacea ac cruſtacea. Sic aquam quoque A
primò hum dam putamus, etſi alii aliter ſentiāt. Atriplicem item,& lactucam,& cucumerem,ſecundo ordine,& primorum participatione,humidas in plantis:atque in animalibus,piſces cōplures,cochleas, & quæ vocātur terræ inteſtina, iudicamus.Siccū denique primò, meritò quiſpiā ignē eſſe aſſeret:& in plātis piper, cicutā, ac ſiquæ validè exſiccare exiſtimātur:in animalibus autē,canes,lepores,quæque inſecta ſunt: atq; hæc ſi inter ſe,aut cum cōmoderato ſuo cōparātur,calida vel frigida,aut humida vel ſicca appellātur,ſed illic intenſæ, B
hic verò remiſſæ.At verò omnia ex quatuor natura cōſtāt:alia enim eſt inſectorū ſiccitas,ſi cum terræ inteſtinis cōferātur,alia canis aut equi:ſic alia eſt piſciū humiditas,ſi cum accipitrū vulturūmq; humiditate cōparetur.Cæterùm quāuis cūcta ſe mutuò participēt, vtpote ex qualitatibus cōmunibus cōpacta, attamen propriis quodq; tēperaturæ terminis præfinitur, atq; alia quidē ſi cum aliis cōferātur,talia aut talia eſſe cēſentur.Verū omnia in id quod præ cunctis cōmoderatum eſt reſpiciunt.nā cūcta aut participatione eorū quæ participāt, C
aut cōparatione cum iis ad quæ expendūtur, talia nuncupātur,& participatione primas perſonas ſpectantia: collatione verò eas quæ primas inſequuntur,in temperamenti ratione aut deficere aut excellere videntur. Porro omnium maximè commoderatum exquirētib⁹, eſt homo, qui inter diuerſarum ſpecierum compoſita, temperamenti commoderati quaſi regula quædam cenſetur.Atqui homo hic,quod quidem ad temperamentum pertinet, multifariam quoque ſecatur, & quo ad cognitionem varius eſt,vtpote qui ad alterutrū oppoſi- D
torum poſituum ac temperamentorum latus,leui momento propendeat nutētque.

DE HOMINIS TEMPERAMENTO,

CAP. III.

ITaque qualis eſt inter animalia homo, talē mihi inter homines eum qui eſt temperamento cōmoderatus,animo concipe.Nā quēadmodum in animalibus eiuſdem generis,ob ætatem,temperamentū, viuēdi rationē,& exercitia, aliud alio calidius & frigidius, ſicci⁹ & humidius eſſe aſſerimus,etſi intra ſuos terminos tē- E
periem cōtempleris:ita alius ab alio dum frigidior,calidior,humidior,ſiccior nuncupatur,tēperamento diſſidet,nō ſecus quàm ſi cum eo qui eſt vndiquaq; cōmoderatus,cōparatus candidior aut nigrior,vel carnoſior graciliórve,aut maior & minor eſſe videtur. Et quamuis ratione potius ac mēte quàm ſenſu hominem omni ex parte cōmoderatū cōplectamur,attamen nos in eum quaſi collimātes,cæteros tales aut tales eſſe aſſeueram⁹. Proinde homine planè cōmoderato, ceu norma conſtituto,eos qui ab hoc commoderato temperamento, ad F
alterutrum latus declināt,intemperatos, qualitatéſque quas habent,intemperies appellamus.Quum ergo vna temperata eſſe conſideretur,media videlicet,& quæ in neutram partem propendet, qui ab hac cōmoderatione receſſerunt, calidiores aut frigidiores, humidiores vel ſicciores nuncupantur.Latum nihilominus ſatis eſt eius ſpatium. nam in calidioribus tēperato,aut humidioribus,& his oppoſitis, alius alium natura exuperat: aut vna ſola qualitate commoderatum excellens,in reliqua ac quæ in eadem ſerie aduerſatur, cōmoderatus: G
aut vtriſque à commoderatione dilapſus, adeo vt quatuor ſint ſimplices intemperies,frigiditas caliditas,ſiccitas & humiditas:& quatuor cōplicatæ, caliditas cum ſiccitate aut humiditate,& frigiditas cum earū vtraq;, ac præter has nona,quæ cōmoderata & tēperata,(Græcis σύμμετρος ϗ εὔκρατος nominatur). Prout itaque homo ob cauſas quæ materiam formámque in prima coagmentatione ſuppeditant, temperaturā coaleſcit:ita ſanè pro ætatis victúſque cōmutatione, eam tum incremento, tum decremēto permutat atque euariat, & in- H
terdum ad cōtrariā detorquet.Porro neque hoc latère debet, quòd homo aut æquali atque in omnibus membris ſimili temperie cōſtat, aut alia ſui parte temperatus,& alia intēperatus eſt,& alia contrariā obtinet temperiem,prout hæc illā exuperat. Siquidem alius frigidum fortè nactus caput, reliquo toto corpore calidus eſt,alii cerebrum humet,& ventre,exempli gratia, ſicceſſit:ſic hac parte frigidus,alia calidus erit. Atq; ſingula ſuis functionibus,pro receſſus modo, ſecernuntur. Patefaciunt autem ſe exuperātiæ quum morbo corripiuntur, quòd ab cōtrariis opem, & à ſimilibus noxam ſentiant:ſic quoque quæ ab ortus primordio cū formatione conatæ ſunt intēperies,ſimilibus augentur,& cōtrariis emendantur. Atque quod ad temperamentorum tractationem pertinet, quòd huius documenti principia antea didiceris,hæc ſatis ſit noniſſe.

DE HOMINIS FVNCTIONIBVS, QVAE SEcundum naturam ſint,& quæ ſecus,

CAP. IIII.

POrro iā tempus eſt,ex quibus tēperamentis quæ fūctiones prodeāt, expendere. Siquidē aliæ aliis ſunt magis aptæ, & naturalibus quibuſdā temperamentis familiares magis. Quare ſi iā quaſi in tabella,cōmoderati hominis naturales actiones depingātur,licebit inde eorū quoque qui intēperati ſunt aut toto corpore, aut aliqua eius parte,functiones intēperiei proportione reſpondentes cōiectare. non enim cōmentationis breuitas,vt omnes ſigillatim excutiamus, patitur. Proinde mente mihi cōcipe hominē temperie victuque moderatum,moderatè temperatā regionem incolentem, ætate florentem:huic ſi nihil externum infeſtat,appetentiæ,& naturales omnes actiones probæ erunt, ſomni, & inter dormiendum decubitus boni,concoctiones item, & quæ eas inſequuntur excretiones rectè fient: quinetiam ſinceræ erunt ſenſuum inſtrumentorum functiones,& præ cæteris,quæ magis generis locū tenent,principes,& denique volūtariæ,quæque ab electione pedēt motiones,integræ erunt. Qui diſſimiles huic nacti ſunt temperies,ſimiles quoque habent affectus,ac tanto deteriores,quanto ab hoc, corporum, ætatum, locorum, & victuum,ac anni temporum temperies magis diſtāt. Atque appetētiæ abſurdæ, prauæque naturalium facultatum functiones,tumultuoſi,nec ſibi conſtātes,neque ſtabiles ſomni, cubādi rationes inſuetæ,coctionum errata,varii excretorum colores & conſiſtentiæ, ſpiritus animalis non ſatis firmæ actiones: hæc omnia aut impactam alicui membro intēperiem, vt ob eam talis ſit affectus, taliſque actio,aut breui impendere corpori noxam dēnuntiant,pro ratione nimirum detrimenti functionis totum gubernantis naturæ.His(veluti antea docuimus)temperamēta,anni tempora, regiones, ætates, victus ratio,& quæ extrinſecus occurſant, quibus ſigillatim recenſendis nunc non eſt locus,& opitulantur, & aduerſantur.Illud tantùm in præſentia ſcire licet,quòd quicquid vnicuique ſecundum naturam euenit, in illo etiam delinquet.Cæterùm primùm dicendum videtur quibus indiciis affligentes morbi diſcernantur, deinde ipſi quoque morbi explicandi,ac quæ viuendi formula ac diæta ipſis accommodata ſit.nam ſi hac ſerie connectatur tractatio, quidnam ſit ipſorum quodque melius ſecuriúſque diſcemus.

DE PRAECIPVIS HOMINIS FVNCTIONIBVS,

CAP. V.

QVum tres ſint in corpore magni momenti facultates,nempe vitalis,& calor inſitus, adhæc princeps ſentiénſque & mouens,& demum nutriens, alterans,& augēs, ſingulæ ſuam adeptæ ſunt ſedem. Harum prima cor arteriámque obtinet,per quæ tanquā canales quoſdā,innatus vitaliſque calor in vniuerſum animalis corpus deducitur:altera ab hac tenet cerebrum, ſpinalem medullam,neruóſque qui inde exoriuntur, ac per quos principes actiones,ſenſúſque omnis ac motio voluntaria obitur.Tertia atque harum vltima ineſt iecinori ac venis,per quas ſanguificatio ac nutritio perficitur.

DE NATVRALIBVS FACVLTATIBVS,

CAP. VI.

ATque hæ in vniuerſum, & reliquæ partes inſtrumētales ac diſſimilares, præterea ſimilares quoq;, naturalibus facultatibus gubernantur, attractrice inquā, retentrice,alteratrice, & excretrice.Vnumquodque enim ſimplex primúmq; mēbrum, ab eo quod diſtribu-

tum eſt alimento, ſibi familiare attrahens, retinet primùm, deinde alterat, quódq; ex eiuſmodi nutrimento ſibi accõmodatũ eſt ac idoneũ apponit: quòd verò alienum eſt veluti repudiatũ excernit: atq; ita quod appoſitũ fuit antea iã agglutinatur, ac progreſſu tẽporis aſſimilatur, ceditque in mẽbri propriũ tum augmẽtũ tum nutrimentũ. Verùm quum tot ſint nos gubernãtes facultates, quot putas ab iis cõmitti errores prout ipſarũ quæque delinquit? Quum modo perperã ſuo fungitur officio, ingruente intẽperie quapiã: modo ob qualitatẽ humorum auctã, aut immoderatã quantitatem defatigetur: vel quum prima ipſarũ facultas, è qua hæ pẽdent, ob vitium aliquod naturale, caſumve qui vitari nequit, agere iam deſiſtat. Atque hæc (vt diximus) ſunt omnibus membris vitia functionéſque cõmunes, ſolùm patientium locorum præſtantia ac nobilitate inter ſe diſtinctæ.

DE VNIVSCVIVSQVE PARTIS INSTRVmentalis peculiaribus affectibus, CAP. VII.

PEculiaria vniuſcuiuſque ſunt, cordis primùm, frigora & calores, quæ primario vitio illi cõtingunt, tum qui ob aliorum membrorum antea laborantium affectum quempiam, habitus affectionéſque accedunt: cuiuſmodi ſunt animi deiectiones, motus ratione carentes, palpitationes, ſyncopæ, & quodcunque primùm eo refertur. Cerebri verò & ſpinalis medullæ, & neruorum qui inde progignuntur vitia ſunt, nihil aut ægrè ſentire, delirium, morbus comitialis, melancholia, phrenitis, lethargus, vigilia, detẽtio, ſopor, (illa Græcis κατάληψις, hic κῶμα nuncupatur,) nihil aut difficulter moueri, conuulſio, tumor, neruorum diſtenſio, eorundémque reſolutio, ac ſiquid eſt eiuſmodi. Iecinoris porro & venarum quæ ex eo exoriuntur, ſunt coctionis & ſanguificationis quæ tum in ipſo, tum venoſo genere obeũtur, fruſtratæ actiones, quæ varia morborum genera procreant, ſic cibi qui prima ſua coctione fruſtrantur, variique qui circa illos committũtur errores, morborum ſpecies inferunt, qui facilè numerari nequeunt. Horum autem quiſque ſuis ſignis deprehenditur.

QVOMODO VNVSQVISQVE MEMBRORVM officialium affectus diſcernatur, CAP. VIII.

VItia quæ in cerebro, ſpinali medulla, neruíſq; inde propagatis inſident, commercia actionéſque tum ſenſuum, tum motuum patefaciunt: ſic cordis affectus, vitalibus facultatibus (quas ζωώδεις appellant) ac pulſuũ differentiis diſtinguntur. Iecur item venoſúmque genus infeſtantia, ea quæ per vrinas deferuntur denunciant. Quæ verò vomitu aut aluo ducuntur, ea quæ & os ventriculi, & ipſum adeo ventriculum ac inteſtina adhærentia malè habent, indicare ſolent. Eodem pacto quæ thoracem affligunt, iis quæ tuſſi redduntur, necnõ reſpirationis generibus innoteſcũt. Veruntamen ſcire licet vnumquodque membrum quocũque tandem vitio inficiatur, & potiſſimũ ſi inſignis fuerit affectio, ſedéſque laborãs princeps, vnà ſecum quodque aut loco aut præſtantia proximum alterans & cõmutans, in perniciem rapit. nã quum conſpirabilia cuncta ſint & compatiẽtia, à ſe mutuò afficiuntur & mutãtur. Verùm quũ ſingula ſibi propriis (vt diximus) patefiant indiciis, & alia præterea ſint, quæ vbi increuerunt vitia, atteſtẽtur: vbi primùm de peculiaribus cuiuſque notis egerimus, de affectu quoque quem conſenſus excitat, vt nequa in noſtra hac commentatione confuſio oboriatur, pertractabimus.

DE PVLSVVM EXAMINE EORVMQVE Agnitione, CAP. IX.

QVare quum omnium præſtantiſſima, maximéque ad vitam tuendã neceſſaria ſit quæ è corde promanat facultas, non iniuria de ea primùm diſſerendum nobis eſſe videtur, quò vitalis roboris modos, qui plurimũ tum ad dignotionẽ, tum ad inhærentiũ vitiorũ prænotionẽ cõferent, ſcire poſſimus. Dehinc de reliquis quoque agemus. Itaq; quũ pulſus motio primũ cordis affectus, deinde eũ qui à partibus hinc inde collocatis ad ipſum pertingunt, prodat, antea in hoc ſtudendũ eſt, vt pulſuũ motus, atq; ita poſt hos eorũ diſcrimina agnoſcere diſcamus. Quũ ergo nihil aliud ſit pulſus natura, niſi arteriæ dilatatio contractióque, & quæ intercedit quies media: quúmq; dilatatio (ita διαστολὴν vocamus) ſit motus ab internis foras, quo externus aer attrahatur, & inſitũ calorẽ nutriat refrigerétque: cõtractio verò (quæ συστολὴ nuncupatur) motus ab externis intro, vt fuliginoſa, quǽq; ſuperuacanea ſunt vitalis ſpiritus excremẽta propellãtur: diligenter hæ motiones tibi ſunt inſpectãdæ, & earũ velocitates, itẽ interuallorum diſcrimina, ipſorúmque tẽpora, præterea pulſationũ vehemẽtiæ, & arteriæ cõſiſtẽtia, inſuper quies quæ inter cõtractionis terminum & dilatationis principiũ interuenit, ac ipſius tempora, quantúmque hæc inter ſe mutuò diſtãt, inuenienda. Hinc nanque omnia haud difficulter patebunt. Quòd ſi nihil externum aut internum moleſtiam facit, nec quicquam nota dignæ alterationis pulſui adferre poteſt, commoderatum cum in magnitudine & vehementia, vt non facilè tactui cedat, nec durus ſit, atque in ſubſequentibus motibus æqualem reperies.

Si aliquid fuerit quod infeſtat, ipſe quoque eueſtigio immutabitur. Aucto nanque calore, niſi arteriæ durities renitatur, primùm pulſus in magnitudinem excreſcit: deinde ſi nec in ea quidem vſus acquieuerit, additur magnitudini celeritas. Quòd ſi ob caloris abundantiam, etiamnum præterea aliud deſiderauerit, prædictis accedit, potiſſimum ſiqua adfuerit arteriæ durities, ob quam magnitudo vſui non ſatiſfaciat. Quòd ſi frigus increuerit, contrà efficit: ac primùm rarus eſſe incipit, deinde tardus, ac poſtremò fit paruus. Porro ſiccitas aut humiditas ſi moram traxerint, illa duram, hæc humidam madidámque arteriæ tunicã efficit: verùm actionis qualitatibus complicatæ, conſimiles quoque pulſus facient.

Quòd ſi ſubſequentes pulſus, æquabili motu cieantur, nihil præterea noui denũtiatur: ſin alter motus paulo plus minúſve tẽporis intermiſerit, vt ceſſationis tempus duobus inſequentibus motibus ſit æquale, nunquã quenquam ſeruatum iri conſpicies, præcipuè ſi æger ætate vigeat. Senes nanque interdum fortaſſis euadant, quòd innatus eorum calor ob paucitatem omnia languidiuſculè ſua munia præſtet. Quòd ſi inter ſubſequentes æqualéſque motiones nonnulli interciderint, multo ſunt mitiores, quòd ad malitiam ſpectat, atque intermittentibus meliores habendi ſunt. Nam etſi aliquem vſus defectum ſuppleri denotẽt, nihilominus facultatis robur præ ſe ferunt. Porro quo pulſus ablatio, (ἀσφυξίαν Græci nuncupant) intermittẽtibus eſt deterior, eo his inferiores, ſi malitiã conſideres, ſunt intercidentes. Denique qui ex multis pulſuum generibus variam inæqualitatem efficiunt pro ipſorum exceſſu, ita à commoderato abſceſſiſſe connotant. Verùm ne nimium obſcura noſtra reddatur oratio, vbi vnumquẽq; pulſum finierimus, tibi cordis facultatem quænã inde colligitur, caloris item incrementum ac decrementum, & ſiqua in prĩcipuis partib⁹ obſtructio inflãmatióque viget, & quòd humorum coctiones ac multitudo præpollere exiſtimantur, demonſtrabimus. Proinde quum nihil aliud ſit pulſus (velut dictum fuit) quàm arteriarũ motus, is quo ab internis foras cietur, dilatatio, & quo ab externis intro fertur, contractio nũcupatur. Vſus autem dilatationis eſt, vt ad caloris portionem externus aer ob eius cõtemperationem attrahatur: cõtractionis verò, vt fuliginoſa fumidáq; excrementa protrudãtur. Si vſus plurimum vrget, magnus primùm, deinde velox quoque pulſus efficitur, & magnitudo quidem dilatationis in tres pulſuum dimenſiones, nempe longitudinem, altitudinem & latitudinem excreſcit: celeritas verò vbi adeſt, dilatatio ab externis intro, & contractio ab internis extra, exiguo temporis interuallo remeant: contrà accidit vbi paruus eſt & tardus. Nam paruitas appellatur, vbi à commoderato tribus dimenſionibus recedit: & tarditas, quãdo poſt lõgum tẽporis ſpatium arteriæ motus reſtituitur. Durum porro eum qui inter pulſandum, tactum veluti comprimit, nuncupamus: & mollẽ, qui ceu humidus & leuis tactui occurrit. Vehemens autẽ eſt, qui cum placido tactu, iniectis digitis

obnititur:contrà languidus dicitur, qui tangentibus digitis facilè cedit. A Sic quoque denſum eum qui frequentibus motibus,& rarum,qui lõgo pòſt tempore cietur, vocamus. Cæterùm eũ qui duobus aut tribus pluribúſve pulſuum ſpeciebus conſtat, inæqualẽ nominamus: eiuſmodi porro inæqualitas interdum in vno pulſu, & aliquãdo in pluribꝰ cõſiſtit.In vno pulſu inæqualitas nũcupatur, quãdo quatuor immiſſis digitis pulſum apprehẽdimus,& vnoquoque digito variè eum moueri perſentimus. Interdum pulſum alio motu cieri duo digiti, alio reliqui duo ſentiunt:& rurſus alius vno,atque alius B reliquis tribus ſentitur. Adhæc aliâs in ſimplici impræmeditatáque digitorũ impoſitione,arteriã his tardius, illis velocius, & illis denſius, his rarius moueri ſentias: ſic nonnullis magis, aliis minus dilatari, vt aliquibus hæc,verbi gratia,pars durior, & quibuſdam alia mollior perſentitur. Atque hæc in vna totius arteriæ corporis dilatatione,aut cum ordine, aut citra ordinem fieri videntur. Nam ſi inſequentes motiones eodem modo ciẽtur,ordo appellari poterit: ſin alio atque alio modo ferũtur,inordinatio & ἀταξία appellabitur. Porro quẽ- C admodũ hæc in vnico pulſu fit inæqualitas, ita & in accumulata inæqualitate(quam συστηματικὴν appellant)fieri differentia conſpicitur: nam nonnunquam maior aut minor apparet, aliquãdo velocius aut tardius ferri,aut aliter cieri videtur,prout in ſpeciebus pulſuum ordinẽ quendam ſeruauerit,aut citra ordinem moueatur. Vehemẽs pulſus, roboris caloris innati,vitaliſque facultatis inſeparabile eſt indicium, ſecundus poſt hunc velox eſt,at magnus non perpetuò. Qui his ſunt contrarii, langorem imbecillitatémque vitalis firmitudinis con- D notant. Itaque hinc intelligas, ſi inæquales ſunt pulſus, quid portendant: nam vbi magni,aut vehementes, aut veloces præualuerint,facultatem vitalem etiamnũ validam eſſe:ſin contrà tardi,parui,& languidi,exolutam dicito:atque ita coniectare licebit quiſnam morbi euẽtus ſit expectandus. Porro quòd præſtãtiorum partium obſtructiones faciant pulſus inæquales, excretiones illarum quæ eiuſmodi reſtituunt (ſiquidem facultas ſuperior euaſerit), ſatis declarant. At verò ordo inordinationi præſtat, potiſſimum ſi meliores pulſus ſunt ſu- E periores: ſin ſuccumbunt, inordinatio quàm ordo potior eſt. Nam ordo naturæ in illo pulſus genere motam quandam ac durationem ſignificat, eo quòd humor peccans in parte, quæcunque tandem illa ſit, impactus fixúſque hæreat: at inordinatio infeſtantium humorum, errorem facultatiſque pugnam indicat, atque idcirco præſtat facultatem non admittere pulſus deteriores:ſi nanque admiſiſſe videbitur,neceſſe eſt ægrum perire. Cæterùm duri pulſus, quũ corporis arteriæ ſint peculiares,interdum ſiccitatem externã, aliquando in- F ternam comitãtur, velut in hecticis ac maraſmaticis febribus, & potiſſimum neruoſarum partium inflammationibus,ac febribus ſqualidis,& vehementibus naturæ pugnis vſuuenit. Et quemadmodum dilatationis celeritas ac magnitudo vſum arguit,ita idẽ in contractione eſt inſpectandum: nam ſi hæc in magnitudinem ac celeritatem increuerit,ſuum vſum denuntiat, nempe putrium humorum copiam, atque ex eis fuliginoſorũ excremẽtorum collectionem. Diſcernes autem,an alia aliqua ſit in dilatatione magnitudinis celeritatiſq; cauſa, G nécne, ſi motus,atque in motibus dilatationis tẽpora, cum temporibus quæ in contractionis quietibus apparent,comparaueris. Hinc ergo occaſiones,humorum coctiones & cruditates, quǽque ex his iudicia ſint expectãda,ſcire poteris. Atque in acceſſionum ſignificationibus(quas ἐπισημασίας Græci nuncupant)contractiones in magnitudinem ac celeritatem potius quàm dilatationes excreſcunt:quòd quæ in contractionibus agit facultas expultrix vrgeat,quò nimirum id quod fuliginoſum inutiléque in imo corpore fouetur,protrudat pro- H pellátque:qua de re minores quoque tardioréſque pulſus hîc in dilatationibus reperiuntur, quòd nondũ vſus accelerare cogatur. Verùm vbi fumidum fuliginoſúmque excrementum difflatum fuerit, & inſitus ac naturalis calor eſt ſuccenſus,vrgente iam vſu,dilatatio ſuccisa,ac quaſi mutilata contractionis celeritate, magnitudinem velocitatémque aſciſcit. Quinetiam iudicia quæ eo tempore ſuccedere ſolent, ſecuriora ſunt: attamen ſi quæ tunc fieri incipiunt, & contractio plus temporis quàm dilatatio occupare videtur,imperfecta eſſe, ac vtplurimum in morbis recidiuas minari ſolẽt,quòd ſemicocta quædam materia etiamnum intus ſuccendatur. Quòd ſiquando vndoſum,& vermiculantem,& formicantem,& conuulſorium,& vibratum, & bis pulſantem,& caprizantem pulſum nominare audiueris,horũ quoque cauſas ac dignotiones hinc perdiſce. Vndoſus ergo ab humida mollique arteria oritur, vnà cum facultate mediocriter fatiſcẽte: reperitur autem in humidis pituitoſiſque affectibus,puta lethargo, febribus quotidianis, intercutis aquæ ea ſpecie quam ἀνὰ σάρκα appellant,maximè ſi ea ab inflammatione, aut viſceris alicuius ſcirrho ortum non duxerit. Quòd ſi maiorem firmitudinem, & præterea altitudinem arteriæ habuerint,iamiam adfore ſudores prænuntiant: idque præcipuè ſi coctionis notas præiuiſſe conſpexeris. Porro dictus eſt vndoſus,(& Græcis κυματώδης)quòd quaſdã vndarum circumſcriptiones in cõtractionibus efficiat:ſic & vermiculãs,(ſiue σκωληκίζων vocatur)propterea quòd contractiones veluti vndoſas,breuiores moliatur, motúmque vermiculi cuiuſdã imitetur: hic ex arteriæ mollicie,facultatiſque ſatis inſigni imbecillitate progignitur. Accidit autem in copioſis euacuationibus, ſanguinis aluique profluuiis,choleris,hæmorrhoidibus, fluxu muliebri nominato,prauis ſudoribus,quin & iis quibus ob nimium humorem pulmo computruit,niſi adſit inflammatio quæ arteriam induret. Appellant autem formicantem,quòd eum ex animalis paruitate denſitatéq;,ac quæ adeſſe videtur celeritate, talẽ cõiiciãt. Cæterùm quo vndoſo vermiculãs,eo eſt vermiculãte formicãs deterior,vt qui extremã vitalis roboris infirmitatẽ cõnotet. Cõulſiuꝰ verò (ſiue σπασμώδης qui vocatur)pulſus,intẽſis ſẽſimq; motis fidibꝰ ſimilis eſt,quòd arteriæ ad ſuos fines quaſi cõuellãtur. Euenit in vitiis neruos diſtẽdẽtibus, neruearúmq; partiũ inflãmationibꝰ: eſt hic quoque durus, ac ob duritiem haudquaquam magnus, verùm celer & denſus, præcipuè quantum vſus poſtulat. Porro vibratus (vel κλονώδης),quem etiam turbulẽtũ quidam nominant, fieri ſolet quando valida eſt facultas,& vſus vrget. Cæterùm non cedit ob duritiem arteria, atque vſus aut caloris abundantiam ſequitur,vel quòd ſpiritus animalis abſumitur,augetur. Non parent facilè inſtrumẽta vbi obſtructiones, & compreſſiones, aut durities præceſſerunt: atque durities fit quũ inſtrumenta inflãmantur,vel indurantur, hoc eſt ſcirrho infeſtantur,aut intenduntur. Bis autẽ pulſans(quẽ δίκροτον appellant)cum impetu quodam concitatur, breuiúſque mouetur, deinde ſubſtitit, atque ita demum reliquum motionis abſoluit. ita enim in vna dilatatione pulſari debet tactus, vt vibratus nihil eo amplius habeat, niſi quòd palpitent membra & vndique concutiantur. Veruntamen caprizans,etſi quum bis feriente hoc habeat cõmune,quòd bis pulſet,attamen haudquaquã ab eadẽ efficitur cauſa, quòd in eo neque ſit inſtrumentorum durities, neque intemperies aliqua fatiget: verùm fit, quum facultas,quod quidem in ſe eſt, ſuum tuetur robur,ſed arteria ob copiam, aut compreſſionem,aut inſtrumentorum obſtructionem à motu inhibetur: tunc enim quies dilatationẽ intercipit. Quare vires ſuas colligens, ſecundum ictum multo efficit vehementiorem, ceu ſaltus caprarum imitata, quæ ſimul atque à motu quieuiſſe videntur, denuo longè vehementiori ſaltu quàm antea ſubſiliunt. Cæterùm decurtati (μειουροὺς Græci vocant)qui vel ex ipſo nomine cognoſci poſſunt,quo propius ad ſuum terminũ accedunt, minores viſuntur: quòd videlicet facultas arterias æquali robore dilatare amplius nequeat, vt inde vires facultatis aut intemperie quapiam, aut infeſtantium humorum multitudine obrutas eſſe deprehendas. Porro id perpetuò meminiſſe oportet,pulſum ſemper vehementem eſſe,quum robur vitale validum eſt: langor contrà, facultatis imbecillitatem arguit: nam quæ extrinſecus facultatem gra-

uant intercipiúntque, ea tum in ſingulis pulſibus, tum
in inæqualitatibus vocatis accumulatis, quo minus ve-
hemens pulſus ſe prodat, nón ita multum interpellare
poſſunt: etſi in omnibus motibus eũdem tenere tenorẽ
haudquaquam videatur, niſi ſiquãdo facultas ob mul
titudinem, craſſitiem, inſignémve obſtructionem, affe-
ctum excipiens, imbecilla iam euaſerit, totúmque pul-
ſum in langorem commutauerit. Tunc enim, ceu fati-
ſcente facultate, nihil aliud quàm mors eſt expectanda.
Siquidem pulſus vehementia, validæ facultatis ſignum
eſt inſeparabile. Atque langor ſemper malus eſt, vt cõ-
trà vehementia nunquam non bona: langorem excipit
tarditas, & hanc paruitas, quibus poſtrema ſuccedit ra-
ritas: hæ ſi plurimum increſcunt, minus bonæ ſunt. Mi-
nus quoque quàm vehementia commendantur, vbi in-
crementum ceperint, primùm celeritas, deinde magni-
tudo, niſi cum morboſo humore coniuncta fuerit. Cæ-
terùm ne quò in dignotione pulſuúmque examine, ob
ætates, temperamenta, cõſuetudinem aliquam, aliáque
quæ ſecundum naturam occurrere poſſunt, impingas,
ex his etiam ea quæ in pulſuum conſideratione vſui
fore puto, tibi annectam. Scire licet mares fœminis
multo maiorẽ & vehementiorem, nonnihilque tardio-
rem, ac ſatis rarum pulſum obtinere, ſi victus ratio vni-
cuique ſexui accõmodata ac opportuna ſeruetur: nam
quum viri magis ſe exerceant, ſintque præterea natura
calidiores, atque idcirco robuſtiores, æquum eſt, vt ob
vſum pulſus in magnitudinẽ, & ob robur in vehemẽti-
am excreſcant. Fœminis verò quum frigidiores ſint, &
domi alioqui deſideant, vſum par eſt exolutum eſſe, &
roboris tenorem laxatum eſſe, vt ob id à vehemẽtia &
magnitudine dilabantur. Verùm quoniam pluſquã v-
ſus poſtulat, magnitudini eorum deeſſe videtur, celeri-
tas denſitáſque ſubſtituitur. Porro eorum qui natura
ſunt calidiores, maiores, velociores, multóque denſio-
res pulſus eſſe reperies, non tamen longè vehemen-
tiores: nam ſi illa augerentur, vſum quempiam ac vrgẽ-
tem vehementiam haberent, neque veriſimile eſſet a-
deo increuiſſe, vt vnà cum calore facultas quoque ad-
aucta non eſſet, ſed ex humoribus temperamentiſque
commoderatis conſtaret. Cæterùm gracilibus longè ma
ior, & tardior multo, ſed paulo vehementior eſt pulſus.
Nam quum carnis moles arteriam non obſepiat, ipſa in
magnitudinem ſe attollit, manifeſtiórque tactui occur
rit. Quúmque vſus hic acquieſcat, aliquid de eius den-
ſitate aufertur: verùm eo pulſus videtur eſſe vehemen-
tior, quo arteria tactui magis nuda obiicitur. Ita pueri
& adoleſcentis pulſus celerrimus eſt, ſenis verò eo tar-
dior, reliquæ ætates mediæ intercedũt. Verùm ſenex à
puero in raritate magis quàm celeritate diſſidet. Quod
verò ad vehementiam ac magnitudinem attinet, maxi
mus eſt præ cæteris ætatibus florentium pulſus, quo ſe-
num languidior eſt, & puerorum, medium inter eos lo-
cum obtinet. Cæterùm quoniam cauſæ ob quas pulſus
alteratur, explicatæ ſunt, noſtíque quid de hominũ æ-
tatibus ſit iudicandum, æquum eſt vt hinc coniecturam
faciens, cauſas quoque ipſorum inuenias. Porro quod
ad anni tempora ſpectat, vere pulſus maximi ſunt & ve
hementiſſimi, ſed celeritate ac denſitate moderati: ta-
les ſunt & autumno medio. Vbi iam appetit æſtas, lan-
guidi, & celeres, & denſi euadunt: at autumno progre-
diente, omnia, magnitudo, vehemẽtia, celeritas, denſi-
tas imminuuntur, adeo vt hyeme accedente, in parui-
tatem, langorem, tarditatem, & raritatem ſint commu-
tati. Verùm quoniam quo pacto anni quoque tempora
temperamentorum mutationibus nos alterent nouiſti,
te pulſuum etiam cauſas pro earum ratione inueſtiga-
re decet, quum antea quid pulſus mutare poſſit, ſatis
explicauerimus. Quare inde ſumpta occaſione, ipſe tuã
mentem non ingrato exercitio excolas. Sunt & ſo-
mni, ſiquid aliud, ſecundum naturam, commutántque
etiam hi pulſus, atque initio quidem minores, langui-
diores, & rariores fiunt, quandoquidem calor intro ab-
ſcedit, & facultas grauatur, natiuúſque calor ciborum
copia marceſcere videtur: verùm temporis progreſſu
tarditatem raritatémque intendunt, potiſſimum quum
A cibus confectus eſt: & poſtremò maiores vehementio-
réſque euadunt. Nam quòd iam animal ſit nutritum, &
calor cibum elaborarit, vires quidem facultas ſumpſit,
& calor vtcunque auctus eſt: ſed quòd vſus non ita mul
tum premat, quódque etiamnum contractio ad interio
ra magis feſtinet, quò ex confecto alimento ſuperflua
propellat, tarditas raritáſque dilatationis increuiſſe vi-
detur: attamen temporis ſpatio, ſomni ad langorẽ pul-
ſus iterum conuertunt: idque non iniuria: nam quoniã
diuturnius ad interna caloris profugium, cordis robur
B ſuffocare conſueuit, nõ eſt à ratione alienum, vt quum
quiſpiam ſomnum protraxerit, diutiúſque quàm dece-
bat dormierit, cordis quoque vis exoluatur. Verùm eo-
rum qui expergiſcuntur à ſomno, ſtatim magni, vehe-
mentes, celeres, denſi, & cum robore quodam coniun-
cti ſunt pulſus: at paulo pòſt commoderati euadunt. Nã
in repentinis mutationibus æquum eſt ita vſuuenire, vt
quum multus intus calor ſit accenſus, multúſque dum
cibus, ſpiritúſque vaſa permeat, vapor collectus, quos
in violentis ac confertis motibus facilè explodi non i-
C gnoramus: quúmque his omnibus de cauſis calor auge-
atur, & facultas confirmetur, eiuſmodi, dum excitamur
& expergiſcimur, pulſus fiunt, taléſque nonnihil perdu-
rant, ac poſtea ad commoderationem quandam, & ſta-
tum natiuũ redeunt. Exercitia quandiu moderata ſunt,
magnos, vehementes, celeres, & denſos pulſus excitãt:
at ſi modum exceſſerint, vt multa ſint ſupráque labo-
rantis vires, paruos, languidos, celeres, & ſummè den-
ſos efficiunt. Siquidẽ ob illa quum ſpiritus abſumitur,
ac calor increſcit, magni ſunt & celeres, habéntq; quũ
D facultas excitetur, cum vehementia denſitatem: hæc ve
rò, ob plurimam caloris diſſipationẽ, facultatíſque ex-
ſolutionẽ, pulſus paruos languidóſque procreant. Por-
ro balnea, calida ſi fuerint commoderata, magnos, cele-
les, denſos, & paulo vehementiores: ſin autem immode
rata, paruos, languidos, ac nonnihil veloces, denſóſque
gignunt: at ſi hîc non quieuerint, exigui, languidi, tardi
& rari fiunt. Frigida verò extemplo exiguos, languidio
res, tardos & raros: verùm poſtea ſtuporem frigúſque
inferentia, paruos, exiguos, & tardos: at excalfacta ac ro
E borantia, magnos, vehementes, ſed celeritate vehemen
tiáque commoderatos generant. Cæterùm cibi multi,
adeo vt facultati oneri ſint, inæquales inordinatóſque
pulſus: commoderati, magnos, vehementes, veloces &
denſos, pauciores quàm vt ſint nutriendo ſatis, commo
deratis ſimiles pulſus progignunt: verùm breuior eſt
mutatio, ac minore tempore perficitur. Vinum verò,
quod ad alia pertinet, nõ ſecus quàm cibi pulſus immu
tat: verùm hoc differt, quòd eueſtigiò nutriat, ipſúmq;
antè nutricatione quàm cibi defungatur: adhæc celeri-
F tatem magnitudinémque potius quàm vehementiam
& denſitatem adauget: nam propemodum quo cibus
moderatus pulſibus vehementiores ac perdurantiores
vires præbet, eo vinum in magnitudinem magis illos
attollit. In voluptate magnus eſt, rarus, tardúſque pul-
ſus, non tamen excellit vehementia. Calor enim in vni-
uerſum corpus diffunditur, motúſque eius foras præua
let, quemadmodum mœrentibus intro: mœroris porro
paruus, tardus, rarúſque eſt pulſus. Quòd ſi motus eſt
recens vehemẽnſque, velox eſt, inordinatus, inæqualiſ-
G que: ſin vetuſtus eſt, erit qualis in mœrore. Dolor vehe-
mens in partibus præcipuis ſi incipit, maiorẽ, vehemẽ-
tiorem, velociorem, denſiorémque pulſum efficit: au-
ctus verò ita vt robori vitali incommodet, minorẽ, lan-
guidiorem, celerem ac denſum excitat. Quòd ſi faculta
tem labefactet, in lãguorem, paruitatem, celeritatíſque
falſam quandam ſpeciem, atque immodicam denſitatẽ
commutatur. Porro omni inflãmationi communis eſt
veluti ſerrinus, vt alia arteriæ pars dilatari, alia verò mi
nimè videatur, quòd videlicet arteria durior eſſe appa-
H reat: habet hinc etiam vibrati quippiam, & velox den-
ſúſque eſt, non tamen ſemper magnus. Quum incipit,
maior eſt naturali, & vehementior, & velocior, ac den-
ſior: at vbi iam increuit, omnia quoque hæc adaugen-
tur, & durior palam ac vibratus magis eſt. Vbi verò vi-
get, durior quidem & vibratior eſt, non tamen denſior

& velox. Quòd ſi diutius perdurauerit, ac iam plurimũ A induerauerit,vt ſcirrhum referat,præter prædictos,gracilitas denſitáſque accedit. Taliſque pulſus eſt,quũ inflammatio totum animal prehẽdit,ob magnitudinem, partiſque quam obſidet præſtantiam. Cæterùm prædictorum quiſque intenditur remittitúrque,iuxta inflammationis magnitudinem,atque ipſius inflammatæ partis naturam:nanque partes magis neruuеæ,duriores minoréſque,ac ſerrinos potius excitãt pulſus, cõtrà quàm venoſæ arterioſǽque , in quibus tamen maior eſt qui eſt in arterioſo magis genere, faciléq; inæqualis & inordinatus efficitur . Itaque iam liquidò conſtare poteſt B quiſnam ſit pulſus, quum iecur,aut lien, vel renes,& veſica,aut colum , & ventriculus inflammatione laborat: item quis ſit pleuriticorum,aut peripneumonicorum,& omnium in vniuerſum partium inflammatarum quas febris cõmitatur. Quinetiam partes magis ſenſatæ,pulſus ob dolorem commutant : quæ verò minus habent ſenſus,pro ſolius affectus ratione pulſum variant. Cæterùm quoniam iam methodum de pulſibus quambreuiſſimè fieri potuit explicauim⁹, (poteris enim quæ deſũt, C quæ tua eſt ingenii perſpicacitas , pro eo quem in hac ſpeculatione paraſti, habitu , ex iam dictis contueri ac ſubſtituere) opportunum erit , vt tractationem de vrinis, quæ non leuem adferet vtilitatem, aggrediamur.

DE IIS QVAE AB VRINIS SIGNIFICANTVR, CAP. X.

QVoniam demonſtratum fuit iecur eſſe ſanguificationis inſtrumentum , ex quo ceu fonte venoſum genus,non ſecus quàm canales quidam,per totum animal ſanguinem partitur,deſertque, adhæc quum vrina D ſit ſanguinis colamẽ, iure optimo illius coctiones & cruditates,defectum & exceſſum, intemperies & humorũ exuberantias, putredines & corruptiones , ac quicquid in iecinore venoſóque genere ſuboriri poteſt, inde deprehendas:ſic & illa quæ aliquid cum eo commune habent,ex illa innoteſcunt. Nam quẽadmodum arteriarum motus,cordis affectus primò,deinde aliorum mẽbrorũ,à quibus etiam cor afficitur,indicant:(haudquaquã enim arteriæ mutarentur,niſi cor antea fuiſſet immutatum)ita vrinæ quoque,iecinoris,venarúmque af- E fectus,ac eorum coctiones primùm ſignificant : verùm ob communionem ac conſenſum plurima aliarum partium inſtrumentalium vitia aperiunt , priuatim tamen iecinoris affectus indicant , de quo primo loco diſſerendum eſt.

DE IECINORIS AFFECTIBVS, CAP. XI.

PRima,aliíſque communia vitia iecinoris ſunt,intẽperies ab irruentibus humoribus, meatuum obſtructio,inflatio, inflammatio, & cum inflammatione per- F quam noxius ſcirrhus:peculiaria verò ſunt,arquatus,& ſiquid aliud circa veſicam felleam infeſtat,quemadmodum fluxus hepaticus quã ἡπατῖτιν, & vulgò δυσεντερίαν ἡπατικήν vocant,adhæc Diabetes qui εἰς οὖρα διάρροια quoque(quaſi dicas profluuiũ per vrinas)nuncupatur, quãuis hoc vitium renibus cum iecinore commune ſit. Iecinoris item refrigeratio imbecilliorem ſanguificationem efficit,vnde habitus turgidi, prauique (nempe καχεκτικοὶ)oriuntur. Præterea calor immodicus febres gignit,bilémq; eius exurit:quæ ſi ſurſum deorſúmve fertur,facilius æger liberatur,neque vllum in poſterũ im- G pendet periculum: ſin in venas profluat, atque ad cutẽ vſque diffundatur,arquatus iam hoc vitium (& Græcis ἴκτερος) nuncupatur. Diiudicatur autẽ ac diſcernitur ex coctione præeunte:nanque ſi præceſſerit coctio,vtplurimum ratione iudicii ea eueniunt : ſin minus, aut humor ſua copia opprimens grauánſque præpollet, aut bilis effuſio imbecillitatem facultatis retentricis denuntiat. Quare ſiquidẽ adhuc facultas naturalis fuerit valida , ſpes eſt ægrum ab affectu iri liberatum : ſin autem hæc quoque fuerit imbecillis,quidnam aliud quàm de- H terrima quæquæ expectare oportet?Attamẽ nonnullis, ſiquando eiuſmodi humor,ab eo ſpectantem victus rationem , nimium increuerit , citra manifeſtam febrim arquatus oboritur. Verùm eum opportuna victus ratio facilè ac citra periculum emendat. Verumenimuero ſi iecur inflammatio exercuerit,& vitium conuexam eius partem occupauerit , ſiccas fere excitat tuſſiculas , calórque copioſior, ac interdũ dolor perſentitur: at ſi ſimam eius portionem inflammatio prehenderit, vomitus potius cietur , quo pituitæ quippiam cum bile primùm,deinde notatu etiam digna educitur.Sunt hi multo minus quàm illi ſiticuloſi. Verùm ſi inflammatio in ſcirrhum degenerauerit,exigua ſalutis ſpes eſt, etſi ſtatim mors non ſuccedat:ſiquidem vbi iam iecur ſcirrhũ cõtraxit,vt valetudinẽ recipiat, lõgè omniũ naturæ difficillimũ eſt. Cæterùm vt à parte adeo præſtanti qũũ laborat,probã fiat ſãguificatio,fieri nequit:quare relinquitur,vt quum aqueus imperfectúſque ſanguis gignatur,ab eiuſmodi etiam diſtributo corpus nutriatur:quo fit vt aquæ intercutis id genus (quod ἀνὰ σάρκα nominant) excitetur , in quo ſanguis hic prauus aqueúſque diducitur quidem in corpus,at non agglutinatur.Quare ab eiuſmodi cauſa ineuitabilem aquam intercutem potius procreari arbitrandum eſt. Fiunt præterea nõ ignobiles iecinoris obſtructiones ab humoribus eò cõfluentibus, meatúſque ob præcedentem ſiccitatem cõniuẽt. Vnde primùm cibus parcius quàm par eſt impertitur:verùm poſtea magnæ obſtructiones in ſcirrhoſum affectum viſcus coniiciunt. Porro ſimilibus vitiis lien quoque implicatur,ſed minus quàm ſuperiora onerant offẽdúntque laborantẽ, faciliúſque qui in eiuſmodi inciderint affectus,euadũt.Cæterùm ſi eius noxæ plurimum creuerint, tunc iecur quod eregione illi opponitur, fit damni particeps , temporiſque ſpatio ad ipſum etiam iecur periculum peruenit.Porro qualem in hepate creari arquatum diximus , talis etiã affecto liene oboritur, vbi eius humor in totum corpus diffunditur,verùm nigriore colore inficitur, caréτque hic affectus proprio nomine. Qui hoc arquato corripiuntur , nonnulli in ſubpallidum, alii in viridem, quidam in liuidum aut nigriuſculum colorem mutantur,pro humoris peccantis natura aut cõditione , & quiuis alii ab arquatis eſſẽ videntur. Ac ſi variis lienoſis mentem adhibueris, rem ita ſe habere , vt narratur , comperies. Verùm de his hactenus: quare ad id quod antea inſtitueramus reuertamur.

DE ALIMENTI DISPENSATIONE IN IECINOre & vrina commoderata, CAP. XII.

QVum iam iecur per venas quæ ad ventrem inteſtináque exporriguntur, quicquid in iis ſucci, bonique eſt attraxit , & veluti exuxit:altera rurſus in eius cauis fit ſecretio,ac id quod leuius eſt & ceu florem, veſica quæ iecinoris gibbæ parti adhæret, quã felleam, (ſiue vt Græci dicunt, χοληδόχον) nominant,attrahit:quod verò fæculentum magis eſt,& ægrè exitum inuenire poteſt,liẽ ad ſe allicit colligitque. Reliquum demũ,quod purum iam eſt, & ad nutrimẽtum idoneum, etiamnum cum ſeroſo hoc humore coniunctum, per caua iecinoris ad eius gibba defertur , ſeróque hoc vtitur , vt ceu viã ſibi ſternat, quãdoquidem ſanguis quòd ſatis craſſus ſtagnánſque ſit , alia ratione per anguſtos vixque permeabiles meatus ac venas penetrare poſſe minimè videtur. Verùm vbi iam ad gibba peruenit, cauámque venam nactus,in ea quæ à Λ literæ ſimilitudine λαμβδοειδὴς dicta eſt,quǽque haud ita procul abeſt,fuerit diductus,& renes ſerum ad ſe traxerint : alia eius portio deorſum,vt inferiores partes alat,alia ad cor diffunditur, indéque veluti ex altero fonte ad reliquas corporis tũ partes tum membra emanat. Non eſt igitur à ratione alienum quod ex humore qui cum ſanguine diutius eſt conuerſatus ac commoratus, plurima reſciſcere liceat, non ſecus quàm ſi ex loco qui nobis cordi eſt , nuncius minimè mendax emitteretur. Quòd ſi etiam alter qui diutius quàm ille fuerit cunctatus,adueniat,poſt ipſam ſcilicet inſequẽtem ſanguinis mutationem, quam ſubſidentiã(Græci ὑπόστασιν)in vrinis appellare cõſueuimus, pauca admodum eorum quæ ad concoctionem pertinent, illum quidem qui diligentius noſtra hæc ſcripta euoluerit,latere poterũt. Quare à commoderata vrina, ceu regula quapiam,noſtri inſtituti curſum tenẽtes, ita ad eam quæ à commoderata longius abeſt,& naturalis

A eſt, progrediamur. Vrina igitur in homine vndiquaque commoderato præſtantiſſima, eſt ſubflaua, aut ſub rufa, conſiſtentia commoderata, quæ potus quantitati proportione reſpondet, cuique ſubſidentia alba, læuis, & æqualis eſt: hæc nobis contemplationis de vrinis norma proponatur. Cæterùm quoniam hæc definitio de quantitate, colore, conſiſtentiâ, & contentis agit, de horum vnoquoque latius etiam differendum eſt, ac primùm de coloribus.

B DE COLORIBVS IN VRINIS AC DIGNOTIONE quæ inde habetur, CAP. XIII.

QVũ vrinæ ob humores, humorúmq; cõplicationes, & differẽtes cõcoctiones multis variiſque colorib⁹ inficiantur, vnũ perpetuò eſt memoria tenẽdũ, ꝙ quæ propi⁹ ad naturalẽ acceſſerint, illæ quoq; ſecuriores ſint, quippe quæ ſalubres nõ ſolùm colores, verumetiã cõſiſtentiam, & contenta moderata comitantur. Nam ſi alioqui multum ab iis deſciuerint, ſolis fides coloribus non eſt adhibenda. Quæ à commoderato ad retuſum C remiſſúmque colorem abeunt, hæ pallidæ aut ſubpallidæ erunt, charopæque, & candidæ, ceu aqueæ ac lacteæ. Atque hæ pro maioris minoriſque ratione, errorẽ in cõctione denotant: nam pallidæ à concoctione minus abeſſe indicant: ſubpallidæ magis, & poſt eas charopæ. at candidæ, & velut aqueæ, naturam humorum cõcoctioni manus propemodum non eſſe admolitam ſignificant. Fiunt autem hæ, quum frigus, aut ob temperamentum, aut victum, vel ætatem, frigidúmve morbum præualuerit. Nonnunquã tamẽ in phrenitide pernicioſa, & morbo peſtifero, ac non contemnendis obſtructionibus, v- D rinæ quibuſdam candidæ apparent. Atque in aliis inficiens humor veluti ſupra natare, aliæ ceu percolatæ viſũtur, quas à crudioribus humoribus putribus ac nõdum ſecretis conflari cenſemus. Quæ diligentius animaduertenda ſunt, ne perinde tibi ac vulgo imponant, anſámque errandi præbeant. Porro vrinæ quæ à commoderato ad candorẽ recedũt, eiuſmodi ſunt, taléſque habent cauſas: quæ verò pluſculum tinguntur, primùm rufæ erũt & flauæ, deinde ſubrubræ & rubræ, poſtea vinoſæ & cæruleæ, adhæc virides & liuidæ, atque ita de- E mum nigræ. Et rufæ flauæque euadunt, ob mediocrem aliquam febrem, qualis eſt diaria, ob laſſitudinem, vigiliam, victum calidiorem, & quodcunque animo concipere potes, quod calorẽ mediocriter augere valet: ſubrubræ verò & rubræ, quidnam aliud quàm aut calorem iam eſſe, aut paulo pòſt fore, ob ſanguinis nondũ probè confecti multitudinem indicauerint? hinc ſanè ſynochas febres occaſiones ſibi arripere aſſerunt. Atqui vinoſæ, cæruleæ, & virides, ſanguinem iam ad aliud prauitatis humorum genus degeneraſſe commonſtrant: F quinetiam bilioſos putres humores vigere, qui multiformes ſunt, pallidi, flaui, glaſtei, præterea quidã & æruginoſi, porracei, rubri, ac nigri. Cæterùm nigri colores cæteris ſunt deteriores, frigúſque ingens, ſi liuidæ præceſſerunt vrinæ, ſignificant: nigreſcunt nihilominus etiam vrinæ ob maximum calorem, quum humores ſuperaſſantur: verùm hæ ab illis diſcernuntur, quòd has vinoſæ, cæruleæ, & virides præire ſolent. Quare quum ad ſummũ fere prauitatis peruenerunt, plerunque mortem portendũt. Siquidem eos ſolos qui diuturnis quar G tanis aut melancholia correpti eſſent, in quibus nimirũ noxius humor iudicii ratione excerneretur, cum eiuſmodi vrinis ſeruatos eſſe memini, & virides, prauæ cuiuſdam corruptæque bilis exaſſationem innuunt. Denique quæ oleagino colore inficiuntur, oleique ſpeciem præ ſe ferunt, oleoſæque ſunt, vtplurimum in hecticarũ febrium principiis, quum iam pinguedo colliqueſcit, exiſtere ſolent. E quibus quæ olei colorem imaginémque referunt, pinguedinis iam incipientis liquari, notæ H ſunt: oleoſæ verò, eã liquatam eſſe indicant. Atque hæc de coloribus dixiſſe, prout breuibus perſtringi potuerunt, ſufficiat: ſequitur vt de fuſionis conſiſtentia agamus.

DE DIGNOTIONE EX VRINARVM CONSIſtentiis, CAP. XIIII.

A QVemadmodum antea in aliis medium quoddã inter extrema collocauimus, ita hic quoque moderata conſiſtentia præponenda eſt: nanque admodum tenues fugiendæ ſunt, vt quæ ſummam cruditatem connotent, & valde craſſas, æquè malas arbitrari oportet: nam illæ naturam ob qualitatem aliquam ſimplicem pluſculum auctam, aut humorum quorundam quantitatem, concoctionẽ non eſſe aggreſſam indicant: hæ verò idipſum ob quantitatem potius quàm qualitatem euenire nunciant, atque idcirco ſplendent illæ, & perquàm pel- B lucẽt: at hæ perturbatæ ſunt turbidæque. Cæterùm qui cum conſiſtentiis cõſpiciuntur colores, humores, & maliciam ipſorum quanta ſit edocebunt: nam minus malæ ſunt tenues cõſiſtentiæ, ſi colores propius ad ſubrufum & ſubflauum acceſſerint, ſic ex craſſioribus meliores illæ quæ tenuibus ſuccedunt, atque ex his quæ citò ſequeſtrantur ſubſidéntque præferendæ ſunt: nam quæ ab initio craſſæ ſunt, nec ſegregantur, peiores cenſentur, vtpote quæ plenitudinem, facultatiſque concoctricis imbecillitatem arguant. Et plurimum tenues conſiſtẽ- C tiæ, conſentientibus interim coloribus, immodicam frigiditatem ſiccitatémque, & magnas obſtructiones, aut viſcerum ex intemperie quapiam debilitatem, vtplurimum ſignificat. Indicant nihilo ſecius & calorem cum ſiccitate, ſi ei colores vnà cum conſiſtẽtiis permixti atteſtentur: atque idcirco vigiliæ potius & tenebricoſæ vertigines (quos σκοτοδίνας vocant), ciborum faſtidia, & ſites, ac eiuſmodi quidam caſus inſequuntur. Porro crudæ, turbulentæ, craſſæque vrinæ, humores, quos colores oſtentant, vigere ſignificant: atque vtplurimum hìc æ- D gros ſiti minimè infeſtari cernas. Verùm quũ plurimi vapores ob multitudinem ab humoribus attollantur, capitis grauitates doloréſque comitantur. Quinetiã hi non ſecus quàm illi cibos faſtidiunt, etſi non iiſdem de cauſis: nam quum illic ſiccitas dominetur, opus eſt vt ipſa perinde ac cibus ſiccus humectetur: at hìc poteſt humoribus qui præſentes & ad manum ſunt, perfrui. Cæterùm de fuſionis conſiſtentia breuitati ſtudẽtibus hactenus ſatis ſit: reliquum eſt, vt iam de contentis dicamus.

E DE DIGNOTIONE EX CONTENTIS VRINArum, CAP. XV.

QVoniam candidum, læue, æqualéque ſedimentum ſanum, ac ſecũdũ naturam eſſe aſſeruimus: non iniuria quæ talia non ſunt, pro bonis minimè ſunt habenda: atq; eo ad deterius prolapſa quo magis ab eo quod ſecundum naturam cõmoderatúmque eſt, receſſerunt, quòd in colore, conſiſtentia, ſitu, æqualitate & læuitate conſiſtere ſolet. Verùm de ſubſidentium coloribus tractatio idem nos docebit quod etiam in fuſionibus de- F monſtrari aſſeuerabamus: ac tanto hos deteriores eſſe putato, quàm ii qui in fuſionibus viſuntur, quanto colores qui ſunt in ſedimentis ſecundum naturam, candidi magis conſpiciũtur. Cæterùm haud decet penitus ignorare, crudos quoſdam lentóſque, & qui ægrè incidi poſſunt humores, interdum in vrinis ſubſidere, & falſam quandam probi ſedimenti imaginem præbere. Verùm hi & alia ratione diiudicantur, & maximè quòd paulatim concoquantur & diſſoluãtur. At verò pallida ac rufa ſedimina, bilioſum quempiam humorẽ ſanguini ad- G miſtum eſſe indicant: ſubrubra verò ac rubra, necnõ liuida, nigráque, quales etiam fuſionum proponebã colores, humorem ſanguineum vigere inſinuãt. Verumenimuero quæ eruum referunt (ὀροβοειδεῖς Græcis appellatæ) ſubſidentiæ, & furfureæ, & lamineæ, ac ſimilaceæ, carnium ſolidarúmque partium colliquationem oſtendũt. Quòd ſi vniuerſum corpus febres obſederint, totũ corpus liquari ſignificant: verùm ſi febris aliqua hectica defuerit, ſolos renes, ac veſicam malè affici commõſtrant: atque quum hi affectus incipiunt, ſubſidentiæ e- H rui ſimiles apparẽt, vbi iam increuerũt furfureæ: quòd ſi in deterius prolabantur, ac iam ſolida attingant, lamineæ, ſimilaceæque fiunt, quæ nimirum maiora craſſioráque fruſta habent: hæ ſanè peſſima ſemper ægrotantibus minitãtur. Itaque in vniuerſũ ſcire licet, craſſas ſubſidentias facultatem concoctricem nondũ præ-

pollere portendere,ſiue hoc ob propriam ipſorum imbecillitatem, ſiue craſſitiem,humorúmve multitudinẽ eueniat: tenues verò dominantis iam facultatis notas eſſe. Sed nec illud latêre decet, quòd iã matulæ fundus propria ſit ſedimenti naturalis ſedes: ſi ad loca media ſupernáque magis abeat, ſublimamenta quædam (quæ ἐναιωρήματα vocant), ac nubeculas (quas νεφέλας appellant), efficit,ſpiritu aliquo calidiori ea propellente, ac ſurſum protrudente. Proinde non ab re quiſpiam exiſtimauerit caput aggrauari, & feriri: quòd ſpiritus id veluti commiſceat, & humores qui viſcera exagitant, pro poſituræ ſubſidentiæ portione;ſurſum impellat. Verùm vbi cauſæ infeſtantes fuerint diſſipatæ,ipſæ quoq; ad ſua ſecundum naturam loca reuertuntur. Cæterùm quæ ex crudis alieniſque humoribus conflatur ſubſidẽtia,(appelletur enim hæc quoque cõmuni nomine ſubſidentia,vt Græcis ὑποστάσεις)naturalibus,aut iis quæ his propinquæ ſunt,ſubſidentiis loco opponitur. Siquidem quum fundum perinde ac priores & quæ ſecundũ naturã ſe habent,occupat,magnam concoctricis alteratricíſque facultatis debilitatem denũtiat. Quòd ſi media ſublimioráque matulæ petit,naturam concoctioni manum admolitam eſſe cẽſere oportet: eóque magis quo ceu nebula ſublimior fertur:ſiquidem paulo pòſt,ſi animum aduerteris, album tenuéque ſedimentum in fundo conſidere conſpicies. Itaque ex omnibus modos cõctionúmque diſcrimina,quæ in coloribus fuſionis,videlicet quæ in conſiſtentiis, quinetiam quæ in ipſis ſedimẽtis conſpiciuntur, ratiocinatione colligere decet. Quare ſi teipſum gnauiter exercueris, vt ex eiuſmodi coctionum humorúmque differentias inuenias, plurimum tibi ea methodus prodeſſe poterit, quò ex ſingulorum horum decrementis incrementiſque,concoctricis facultatis actione accuratè perſpecta, de præſẽtibus ac futuris iudiciũ minimè temerarium feras. Cæterùm tractatio de vrinis hactenus ſufficiat: nam ſi maiorem ac diligentius examinatam cognitionem deſideras,poteris opus noſtrum quod priuatim in ſeptem libros diſtinximus, euoluere, omnémque de vrinis contemplationem perdiſcere,non parum ad ægritudinum notitiã inde vtilitatis reportaturus: illic nanque vrinarum differentias ac dignotiones ſigillatim exquiſitè explicatas conſpicies, cauſáſque & prænotiones additas reperies. Nam hîc,vt cõpendii ratio poſtulat,ſuccisa tractatione, principia tantũ ac argumenti capita proponũtur:quòd vel hæc prudẽtiſſimo viro & tibi adſimili ſatis eſſe perſuadeamus. Verùm quãdoquidem ad ipſum cerebrum delati ſumus,age de eius functionibus,ac affectionibus quæ neceſſaria ſunt tradamus:quò vbique oratio noſtra abſoluta integráque ſit ac ſecura, quanuis alioqui compendium diſtinctæ tractationi noceat.

DE CEREBRI DORSIQVE MEDVLLAE AFFEctibus, CAP. XVI.

CErebrũ itaque quum origo fónſque ſit ſenſus ac motus, neruorum proceſſus motionéſque non paucas progignit,& nunc oculis,nũc faciei vniuerſæ ac linguæ motum aut ſenſum præbere videtur. Verùm quia fieri nõ poterat,vt nerui adeo affectibus expoſiti, & quamlongiſſimè progreſſuri, citra tutum aliquem comitatũ, à cerebro dimitterentur, motum ſenſúmque traditurí: dorſi medullam,eiuſdem qua cerebrum naturæ,produxit,quæ colli,ſpinæ,ac reliquorũ perreptans vertebras, ſtatis quibuſdam interuallis, neruorum emittit coniugationes quaſdã, quæ ſenſum motúmque mẽbris ſubiectis miniſtrant. Quare quum ſingulis mẽbris,qui motum & ſenſum tribuant,dati ſint nerui,(per eos nanque ſpiritus animalis, qui ortum initiúmque à cerebro ducit,tranſmittitur),ſi nihil iis obſtiterit,membra ſuis ſecundum naturã motibus ſenſibúſque rite ac probè funguntur. Verùm ſiquid aut ab intemperie qualibet, aut mutilatione diſſectionéve, vel infarctis humoribus nerui ſenſerint vitii,membra quæ ſubſequuntur, motu ſenſúque, aut eorũ altero(quidã enim nerui ſenſũ,alii motum ſuppeditant)ſtatim priuantur. Quinetiam eorũ de cauſa, membra conuulſionibus tremoribúſque tentantur, quippe nerui ob plenitudinem, ictum, & ſiccitatem,in ſua principia contrahuntur,tamen ſi ob ſiccitatem aut ictum conuelluntur,grauiori malo implicãtur: tremunt verò membra, quoties nerui hoc quod nacti ſunt ob facultatis imbecillitatem,aut quòd ſpiritus paucior affluat, vel neruus ipſe affectus ſit; vt facultatem à cerebro eo proficiſcentem,integrè deferre nequeat,cõtinere non poſſunt. Quapropter ſiquando manus,aut cruris,vel cuiuſpiam ex minoribus partibus ſenſum motúmve oblæſum eſſe conſpexeris, eos neruos qui patiẽtibus partibus ſenſum motúmque ſubminiſtrabant,offenſos eſſe arbitrator: ſic ſiquæ conuelluntur, aut tremunt, id facultati partim victæ,partim vincẽti alternis vicibus tribuito:quòd nimirum grauia ratione naturali deorſum abeant,ſed his facultas attollens renitatur,atque ita cum æquis fere viribus,& oppugnantia & reluctantia decertant,tremor vitium oboritur. Cæterùm ſcire licet,quòd cuiuſmodi vitia affectis neruis oboriri ſolent,eadem fere dorſalis medulla parit: quippe quæ alterum ſit poſt cerebrum neruorum principium: nãque iis conuulſis diſtenſiones(qui τέτανοι appellantur) oboriuntur. Et ſi in neutram partem conuulſio magis propendet, ſed erecti, ac ſtatuarum inſtar nuſquam inflectuntur ægri, id vitii genus peculiari nomine τέτανος(& nobis neruorum diſtenſio)nuncupatur. At ſi in pectus magis conuelluntur, ἐμπροσθότονος: quemadmodum ſi in dorſum & ſcapulas cõuulſio inclinat, ὀπισθότονος affectus denominari ſolet. Atque eorum omnium cauſæ, dorſi medullæ ictus, & refrigerationes, ac eiuſmodi quidam humores confluentes cenſentur. Adhæc qui eo vitio correpti ſunt eandem perpetuò figuram conuulſi retinent,& os aperire, aut aliqua ratione moueri nequeũt: quare hæc omnia non immeritò ad neruorum vitia referas. Quòd ſi cerebrum primaria affectione laborauerit,& vitium totum corpus obſederit,hæc atque huiuſmodi alia argumenta ac indicia proponẽtur. Quinetiã ob conſortium cerebrum affici deprehenditur,ſi nimirum æger, quæ qui mente ſibi conſtant, non loquitur, aut lingua præpeditur, vel reliqua ſenſus inſtrumenta flacceſcunt, ſed melius quoque, ſi delirat & furit,ſi vix & tardè ad interrogata reſpondet, ſi veternus prehendit,& oculi conniuent, ſi in ſomnis pluſquam par eſt vigilat,ſi repẽtè perinde ac ſi formidoloſi quippiam inuaderet, contrahitur, ſi denique nullius meminit, ſed præter rem abſurda loquitur. Hæc nanque atque id genus alia vbi ſuperuenerint, cerebrum malè affici ſignificant. Et quanuis eorum quædam ſuæ conſtitutionis initium aliunde habeant, attamen hæc tanquam ob conſenſum laborante cerebro, ſe produnt. Porro frigidi humidive ſucci,aut eiuſmodi quædam intemperies, vel vtrunque,ſtultitiam(μώρωσιν Græci nominant)carũ, lethargum, ſoporem ac ſomnum pigrum excitare ſolent. Quòd ſi præterea ii humores computruerint, illis languida quædam febris coniungitur. Verùm vigilia immoderata,& phrenitis, à calore vel ſiccitate,aut etiã earum qualitatum vtraque,vel nuda quapiam intẽperie,aut ſuccis eiuſmodi vaporibúſve,ortum ducũt:nam quædam partis humorem abſumunt, atque idcirco iis quos commemorauimus, ſpiritus ad motum aptior eſt, quædam contrà irrigant humectántque, quare eum ad motũ ſegniorẽ reddunt. Porro furor(qui μανία dicitur), ac melancholia,fere ſemper citra febrim oboriri ſolẽt: & ſanguis aſſatus primus eſt ipſorum fomes: poſt hæc verò,bilis atra. Quòd ſi hæc atra bilis è flaua fuerit conflata,ferinum formidoloſúmque furorem efficit,qui laborantem vel à carnibus propriis minimè abſtinere cõpellit. At morbus comitialis, quem humor pituitoſus, qui qua ſpiritus egreditur,infarcitur ac decumbit, aut melancholicus procreat,totius corporis conuulſionem infert,aut in acceſſione ſẽſu priuat: verùm ſimulatque ſymptomata conquierũt, nihil noxii aut moleſti ægris inde obtigiſſe exiſtimatur. Oritur hic quum cerebrum primùm afficitur,nempe vbi inſueti quidam humores, craſſioréſque vapores, qui ſpiritus exitum obſepiunt, obſtántque quominus facultas ſenſum miniſtrans, foras prodeat: hincque ex humorum ſpirituſque certamine ac lucta conuulſiones inſequuntur, & ſpuma quæ

A nihil aliud eſt quàm ſpiritus humorúmque miſcella, ore profũditur: quòd videlicet obſtructio præcipuas partes fatiget. Fit nihilo ſecius & alter comitialis morbus, commercii lege, quem praui à ventriculo corruptique humores & vapores exhalantes progignũt. Eſt præterea aliud quoque ſacri morbi genus, quod à membri alicuius aura quæ perinde ac venenatorũ virus, frigida corruptáque ad caput, vbi iam antea pernicioſus ſuccus collectus eſt, aſcẽdit, committitur. Cæterùm adeo hoc à ſuperioribus differt, vt noxii illius halitus qui motu ſuo ſur-
B ſum cietur, ſenſum quendam percipiant ægri, quòd nimirum vitium cerebrũ primaria affectione ante huiuſmodi ſenſum occupauerit. Qui verò ob ventriculi conſortiũ id morbi genus pati conſueuerunt, veluti in meditullio cõſiſtũt: quòd neque penitus ſenſu deſtituãtur, neq; vt hi poſtremi affectus motũ adeo proptè perſentiant. Atque hæ ſunt morbi ſacri comitialiſque ſpecies. At verò ἐνθαστικῶν, (quaſi numine obſeſſos & diuinaculos dixeris), affectus, melancholicæ eſſe ſpecies cenſeri poteſt. Hi nanque à maiori aliqua vi afflari videntur,
C & modò non futura prædicere, ceu nituntur vates quidam. Alii ea quæ nihil formidoloſi oſtentant, expaueſcunt, & temere conuelluntur: animum itẽ deſpondent, ac hominum commercia fugitãt: ægritudo verò aut in riſum, aut in feritatem deſinit: horum affectuum ille μανία (& furor nobis) hic μελαγχολία nuncupatur. Eius quoque generis fuerit, quæ λυκανθρωπία, ceu homines lupinam quandam naturam induerint, appellatur: qui hac detinentur, nocte intempeſta hac illácque circumcurſitant, atque in monumentis ſolitudinibúſque ober-
D rant, luporum in morem: verùm interdiu reuertuntur, & ad ſeſe redeunt, ac domi reſident. His pedes cturáq; cruenta ſunt, quòd in lapides & ſpinas impingant, oculi linguáque ſqualent, ſiti enecantur, & debiliter intuẽtur. Nolim dicere quid aliis vſuueniat, quorum hi mortem perpetuò expaueſcunt, illi contrà expetunt: ſic nõnulli vulgi cœtus deuitant, & quantum poſſunt ſilentiũ ſibi maximum indicunt: quidam rurſus, niſi cum aliis conuerſentur ac exhilarentur, tumultuantur, & admirabundi obſtupent. Atque horum omnium cauſa eſt,
E infeſtantis humoris tum quãtitas tum qualitas: adhæc locus, quem dum propius accedit, animæ ibidem actionem proritat atque excitat. Porro qui (incubo noſtris) & ἐφιάλτης Græcis dicitur, vitium quod in ſomnis prehendit, ſua quidem natura non admodum prauum eſt, verùm magna quædam mala portendit. Siquidem morbi comitialis, melancholiæque ſpecies, morbum itẽ attonitum, atque ea non procul abeſſe, ſi frequens incubus inuadit, ſignificat. Vocatur autem Græcis ἐφιάλτης, quòd quiſpiam ægris inſultare videatur (vt nobis ab in-
F cubando incubo). nam qui eiuſmodi malo corripiũtur, ceu quendam incumbentem ac ſtrangulantem perſentiunt, neque membrum vllum ſuum dimouere queunt. Fugere verò eum, ſi digiti velut in aceruum contrahãtur, aſſerunt. Hic continuas cruditates inſequitur, & corruptorum vitioſorumque humorum, qui in ventriculo coguntur, fit comes. Quare etiam huic inter cætera, ne cruditates faciat, proſpiciendum. Atque vitium quod à tenebris Græci σκοτωματικὸν (noſtri vertiginem) nominant, & ipſum caput tentat, nec vortices rotáſve ægros
G intueri permittit, quippe quòd viſus vnà cõmoueatur, oculiſque tenebræ idcirco offundantur. Quinetiam ſi ipſi vehementius commouentur, eadem perpetiuntur. Mali cauſa ſunt vapores vel humores, qui exhalantes, anteriores cerebri ventriculos petunt, & ſpiritum qui inde prorumpit, interturbant ac concutiunt. Cæterùm quòd pro quatuor humorum diuerſitate, diuerſi quoque animales affectus procreentur, vel ex iis humoribus qui ſigillatim redundant & præpollent, liquidò cõſtat. Nam quemadmodum ſanguis ob quandam ſui mu-
H tationem ac ſitum quem in cerebro nactus fuerit, peculiari ratione furorem conſtituit, & atra bilis melancholias, ac flaua phrenitin creat: ita coma ſiue ſoporem, & ſtultitiam, lethargum item, ac ſenſus difficultatẽ, quædam pituitoſæ ſubſtantiæ collectio, & regurgitatio progignit. Attamen humores vtplurimum inter ſe permiſcẽtur, ſuóſque in miſtionibus exceſſus per ſymptomata propria produnt. Verùm eapropter ignorandum nõ eſt, quinam humores cæteris præpollent, vbi ſemel eorum proprietatem, ac ſua cuiuſque indicia & notas perſpexeris. Quin & id nouiſſe decet, memoriam aboleri, vbi poſtremus cerebri vẽtriculus eſt affectus, ídque ſiue intemperies quædam, ſiue humor eò confluens, eius actionem labefactauerit. Imaginatio verò deperit, ſi qui in anterioribus eſt ventriculus patiatur: vt ſi medius cerebri ſinus offenditur, ratiocinatio potius collabat. Atqui huius offenſam illæ vtplurimum inſequuntur: ſed ſi alter illorum afficitur, vt ratiocinatio quoque noxam ſentiat non eſt neceſſe. Inſuper nec illud latêre debet, quòd quum præcipuæ principéſque partes patiuntur, illæ etiam quæ inde pendent, præcipuè ſi loci vicinia adſit, conſentiunt, non tamen neceſſum eſt, vt ſi ignobiliores noxã ſentiant, ea nobiliores quoque pertẽtet, nanque quum illic mediocre vitium infeſtat, id ea quæ loci vicinitate coniuncta ſunt, etiam inficit: at hic opus eſt vt in affectis partibus, multum noxæ increſcat, quò principaliores à vicinis ſuis vitientur. Cæterùm de cerebri & dorſi medullæ vitiis tractationi finis imponatur, vt prorſum progrediamur.

DE PVLMONIS THORACISQVE AFFECTIBVS, CAP. XVII.

AT verò quoniam poſt prima principia, alia rurſus exiſtunt, quæ ſi dignitatem ſpectes, cedere, attamẽ nihilo quàm illa minus vitam tueri ſolent, pulmo inquam & thorax, adhæc venter, & quæ infra ventrem ſunt, vt de his quoque quantũ res exigit, pertractemus, æquum eſt. Itaque thorax quæ inter guttur ac ſeptum tranſuerſum, pectus, dorſum, ac vtrinque latera intercedunt, complectitur: & à neruis qui per collum demittũtur, ſuum obtinet motum, quo & pulmo & ſuccingens tunica, necnon intercoſtales muſculi, & quicquid intra eius terminos cõcluditur, vnà cientur. Aer porro in inſpirationibus per fauces aſperámque arteriam, refrigeraturus ac nutriturus ſuſcitaturúſque cordis ignem, ingreditur: in expirationibus verò, quicquid fuliginoſum fumidúmque indidem reperitur, excernitur. Qua de re quum thorax bene valet, vndiquaque cõmoderata eſt reſpiratio: etſi effatu dignam ſentit alterationem, ipſa quoque quamociſſimè commutatur: atque ſi calor increuerit, maximæ celerrimǽque fiunt reſpirationes: ſin frigus copioſum præceſſerit, contrà ſe habent: ſic vbi pars quæpiam vehementius indoluerit, par eſt vt reſpirationes paruæ denſæq; fiant: magnæ verò & raræ, quum interdum delirium vrget: atque hæ alterationes communi ſanè ratione quum vniuerſum corpus afficitur, eueniunt. Cæterùm quum thorax multis variiſque affectibus corripiatur, tum alia ratione, tũ maximè reſpirationibus, idque certius, eius vitia deprehẽduntur. Atque reſpiratio abolita aut deprauata (quod in morbo attonito, & ſemiperculſis, hoc eſt ἡμιπληξίαις, atque vteri præfocationibus vſuuenire ſolet) primorum neruorum, quæ motum thoraci largiuntur, ſunt vitia: reſpirationis verò difficultatem partes quæ circa thoracem malè afficiuntur, pariunt. Nam quum humor quiſpiam qui ſpiritus vias obſepiat, influit, eius difficultatem infert: aut quando pars aliqua thoracis inflammatione tẽtatur, aut indureſcit, & ſcirrhum contrahit, tunc continuæ denſæque reſpirationes efficiũtur, quales in membranæ thoracem interſepientis, & ſepti trãſuerſi, ac ſuccingentis coſtas membranæ inflammationibus, & ſcirrhis, ac reliquis doloribus quacunque tandem de cauſa excitatis, fieri videmus: nam quum ſatis dilatari ob impediẽs vitium, nequeat, vſúſque vrgeat, id quòd deeſt, continuis & paruis dilatationibus ſuppletur. Eiuſmodi in paruis quoque euenire diximus, vbi frequẽtia, ſiquãdo vſus inſtat, adaugetur. Cæterùm quibus pulmo per ſe offendi ſolet, ſunt venarum ſuarum ruptiones, arteriarum ſuppurationes & tabes, quæ quòd humor indidem collectus exitum vi quærat, tuſſes ſtimulãtes inuehũt: ſed quòd ſpiritus iter interdum ab eo infarciatur, ſpiritus quædam difficultas ſuccedit. Atque cùm ita propria noxa moleſtat, quòd perpetuo motu agitetur,

perquam exigüa ſpes eſt ſalutis. Si quidem omni cũ vlcere inflammationi quamcunque tandem partem obſederit, motus aduerſatur: ſed & alioqui pars hæc ſua A natura ægrè expurgari poteſt: quo fit vt priuſquam id quod noxium eſt educatur, ſerpens vlcus cohærentes partes erodat abſumátque: quũ copioſiori morboſóq; calori ſit peculiare, vt adiacentia quæque putrilagine vitiet. At ſi aliunde confluens humor ſpiritus vias obſéderit, ſpiritus quidẽ difficultas eum comitatur, qui obſtructionis magnitudini proportione reſpondeat: verùm non ſemper inde pulmonis eſſentia offendi cõſue- B uit. Quare ſi à capite fluxio duxerit originem, & cumulata pituitoſáque fuerit, eas quæ peculiari quodam nomine nuncupantur, δυσπνοίας (id eſt reſpirationis difficultates) efficit: quæ ſi intendantur, in ὀρθόπνοιαν migrat vitium, quod quia nonniſi recta ceruice ſpiritus trahi poteſt, à figura ſibi nomẽ inuenit: atque hîc ſpiritus difficultas ſatis inſignis eſt, quòd lenta quædam pituita in pulmonis vaſa confertim irruat. Sed æquè quoque difficilis trahitur ſpiritus, ſi calidiores fluxiones à capite deferantur, velut in pulmonis inflammatione, quam περι- C πνευμονίαν (& noſtri quidam pulmoniam nominant) vſuuenire conſueuit, vbi nonnunquam in gutture, & gurgulione, ac glandulis linguæ adhærẽtibus (ἀντιάδας Græci appellant), primùm humor firmatur, & nõnunquam affectus anginoſos excitat, licet poſtea in pulmonẽ decumbat. Atque hi perrarò euadunt, quòd morbi acumẽ concoctionis tempus anteuertat. Cæterùm æquè atque hæc praua malignáq; eſt altera pulmoniæ ſpecies, quãdo intercoſtalibus muſculis, & tranſuerſo ſepto, ac ſuccingente membrana, inflammatione, abſceſſúque obſeſ- D ſis, derepente totus fluxus in pulmonem ingruit. Nanque pulmo, debilitata iam facultate, veluti nouo facto principio noxam excipiens, non amplius id quod infeſtat propulſare poteſt: ſiquidem iam antea æger ob expuitionẽ eſt defatigatus: quocirca etiam paucos in grauibus adeo affectibus necem effugere conſpicies. Porrò quoniã & inflammationes, & ſcirrhi, & dolores quiuis partium ad thoracem ſpectantium ob antecedentes aliquas cauſas excitati, eum quantum vſus poſtulat, dilatari non patiuntur, reliquum eſt vt quod opus eſt E denſitate ſufficiatur, atque idcirco homo difficilem ſpiritum ducere videtur: nanque tum doloris ſenſus, tum ſiquis tumor & ſcirrhus fuerit impedimẽto, obſtat quominus thorax amplius attollatur. Qua de re eiuſmodi omnes magis minúſque difficulter reſpirare, pro mouẽtium muſculorum vicinitate, ac offenſæ magnitudine comperies, niſi locus affectus longius abſit, & maiorib[9] quidem inſpirationibus indicetur: verùm alioqui hominem non fatiget. Atqui omnium difficulter ſpirãtium, ſiue ob paruas cõtinuáſque quaſdam inſpirationes, ſi- F ue ob maximas, adhæc dolorem & vim ſentientium, vt amplius externum aerem facilè admittere nequeãt, (ſiquidem communi nomine hæc omnia iam ſunt difficilis reſpirationis genera nuncupanda:) vnicũ ſanè maximum eſt remedium, nempe vt à continentibus fouẽtibúſque cauſis promptè liberentur: alioqui vt ab impedenti vllus periculo elabatur fieri haud poteſt: natura enim in ſpiritus difficultate tempus trahi non cõcedit, quòd cordis gratia, pulmone, ſiquo alio, opus habeat maximé: ſiquidem quòd cordi proximus ſit, ſuos leui G momento affectus cum eo cõmunicat. Abſoluitur porrò æger euadítque, ſi inflammationes ilico concoquãtur, & humores facilè tuſſi educantur, qui & ipſi ſuo colore ac conſiſtentia naturæ, in ſanitatem nutum & propenſionem denuntiant. Neque hæc omnino negligere oportet, quòd ad vitiorum thoracem obſidentium dignotionem, plurimum conferant. Atque ab iis qui priuatim difficulter ſpirantes, quique ἀναφορικοὶ Græcis, (hoc eſt ægrè extuſſientes) nominantur, ſpumoſa, & humecta, & lenta, ac demum craſſa expuũtur: quæ ſanè ce- H lerem ſolutionem, pro tuſſis expuitioniſque facilitate, promittunt. Quòd ſi tardè ac nonniſi poſt cõtinuas tuſſes ægrè educantur, aut craſſitiem, vel lentorẽ, aut copiam cruditatémve humoris, aut naturæ infirmitatem ſignificant, idque omni quod tuſſi effertur commune eſſe putato. Nec te lateat velim, eos ſolos dypnoicos anaphoricóſque ſuperſtites euadere, quos aluus mollior aut vrinæ cumulata excretio à morbo vindicauit: quũ nimirum humor repẽtè eò procumbit. Porrò quùm in pleuritide, pulmonia, tabe, & reliquarum thoracis partium abſceſſibus, ſordes tuſſi facilè redditur, ſalutare ſere ſecurúmque eſt: at ſi in vſqueadeo potentibus affectibus aluus turbatur, vtplurimum periculo res vacare non ſolet: nam quia ex continua alui excretione facultas languida exoluitur, humor tardius & vix tuſſi trahitur: prius enim quam ſupernè exeat, in pulmonis caua delabitur, neque quod præ imbecillitate æger ſuccumbat, tuſſi amplius educi poteſt, vt iam periculum immineat, ne inſpirationis viæ inde occludantur, ac cordis ignis ſuffocetur, quippe ſputa non facilè ſuccedunt, nec etiamnum ſunt concocta. Sputa in pleuritide ac peripneumonia, quæ ex coctione conſiſtentiam quandã acquiſiuerunt, ea ſubalbida & ſubcruenta eſſe videntur: At porracea, nigra & lẽta, his ſunt contraria, & ſi difficulter redduntur, ac ſerò tandẽ in morbo exiſtunt cũ virium robore, longitudinem, ſed cum imbecillitate, vt plurimum mortem denotãt. Verùm deterius eſt tuſſim non accedere, aut ægrum nihil effatu dignum expuere: hæc nanque omnia morbi malignitatis, facultatiſque infirmitatis ſunt indicia. Cæterùm iis qui ſanguinem ſolùm tuſſi educunt, nulla adeſt ſpiritus difficultas, niſi quando in ipſius vias ſanguis confluxerit, idque vena arteriáve quapiam, quacunque tandem de cauſa rupta: hæ nanque propter caſum, aut ictum, vel violentam validámque vocem, ſiue eroſionem ac oſculorum apertionem, cruorem fundunt. Atque reliquorum quidem manifeſtæ ſunt cauſæ: verùm eroſio ob acrem erodentémque eò confluentem humorem, qui in teneris particulis commoratus ſuam malitiam cum vicinis cõmunicat, euenit: oſcula autem venarum, arteriarúmve ob retentricis facultatis imbecillitatem, vt veriſimile eſt, aperiũtur: ſed & ob tenues, acréſque fluxiones ſtimulãtes, & demum ob copiam vim facientem, reſerantur. Et quæ tenuia, flaua & ſpumea ſunt, arteriam potius: quæ verò purpurea & craſſiuſcula, venam ruptam eſſe connotant. Adhæc ſanguinis quantitas, vaſis magnitudinẽ denuntiat. Atque quæ colorata admodum perſpicuáq; ſunt, ſublimiores thoracis locos: quæ verò nigricant, & liuida ſunt, ab imo trahi ſignificant. Sic quæ à pulmone reddũtur, ſpumea fere apparẽt: at quæ aliæ partes reiiciunt, non item. Porro omnibus quæ è thorace educuntur, commune eſt quòd tuſſi redduntur: quemadmodũ vomitus ſymptoma eſt eorum quæ per gulam ducuntur. Locum autem affectum dignoſces, aut ex thoracis grauitate, aut dolore qui in maioribus reſpirationibus in patiente loco perſentitur: at proprium maximè in nõdum ruptis abſceſſibus eſt, quòd in illud latus, cui abſceſſus inſidet, æger facilius decumbat quàm in aduerſum & oppoſitũ, propterea quòd in oppoſitum cubanti quiddam veluti pendeat & grauet, ac reſpirationem confundat. Hi porro diſrupti aut ſurſum vel deorſum prorumpunt: idque aut cum tunicis eos ambientibus, (quod ſanè etiam ſecurius eſt, non enim illic denuo iidẽ cõſiſtunt,) aut ſimulatque humor eductus eſt, poſtremæ membranæ quoque diſſolutæ prodeunt: nam non exiguus eſt metus ſi non egrediuntur, ne abſceſſus iterum confletur, veluti liquore aliquo reliquo, qui paulo pòſt futuri abſceſſus ſit cauſa. Humor autem qui diffractis iis emanat, principiò leuis eſſe, & cum cruore in coctione conſiſtentiam, atque vtplurimum eandem ſpeciem habere, nec grauiter olere, faciléque educi, & æger melius morbum tolerare debet: nam qui eiuſmodi non eſt, & longitudinem, & malignitatem morbi ſignificat.

AFFECTVVM QVI VENTREM TENTANT DIgnotio, CAP. XVIII.

VBi de ſpiritus inſtrumentis quæ conſentanea ſunt explicauimus, nunc ad ea quæ alimentũ excipiunt eſt tranſeundum, ac quomodo & à quibus cauſis afficiuntur, quidque quæ inde vel per aluum ſubeũt, vel per vomitum redduntur, indicant, exponendum: ita enim

progrediente ſermone, ſi cibus ventriculũ non aggra-
uauerit, nec qualitate momorderit, alterraueritque, at-
que ſi ipſa ventriculi ac ventris ſubſtantia & facultas
bene valuerit, leuiter concoctio fertur, nec vlli vel exi-
gui & doloris expertes fiũt ructus, atque inteſtina poſt
vẽtriculi cõcoctionẽ alimẽtum excipientia, nihilq; in-
de oneris ſentiẽtia (vbi quicquid ibi humidi eſt ſibi aſ-
ſumpſerũt) interuallo quod ſatis eſt interiecto, ſuperua
caneũ leui negotio citráque dolorẽ explodũt, læue, mol
le, & ſatis pallidum, vel ſaltem ſubflauũ, niſi ab alimen-
ti tinctura, alio colore inficiatur. Attamen quæ euacuã-
tur, cũ cibo conuenientiã quandã in qualitate ac quã-
titate ſeruare debent, quippe ſi aſſumpta quãtitate aut
qualitate à commòderato receſſerint, aut intẽperies ali
qua tentauerit, vel humor quiſpiã alienus infarctus, ali-
mẽti inſtrumenta labefactauerit ac vitiauerit, multi va
riiq; affectus exoriũtur. Et cibus potúſq; ſui copia one-
rãtes, aut vomitus, aut alui profluuii cauſa eſſe aſſolent,
vel ſi vomitu lotióve nõ reddũtur, tardã coctionem ac
cruditatẽ procreãt. Quòd ſi in qualitate multũ à cómo
derato abceſſerint, ſi quidem quæ excedit calor fuerit,
morſus ſtomachũ inteſtináque pungens, dolor capitis,
& ructus nidoroſus inſuauiſque oboritur: ſin frigus vin
cit, flatus excitatur, & ructus eſt acidus, aut alius qui ci
bi qualitatẽ indicet, & circa vmbilicũ inteſtina torquẽ
tur, στρόφον Græci nominãt, & fluctuatio vexat. Atq; hæc
vomitu aut fæcũ deiectione, & pauco ſimul ac puro ci-
bo ſedãtur: porro intemperies ſimili cibo nõ iniuria ir
ritatur, vt cõtrario leuatur. Nec quicquã fortaſſis à ra-
tione alienũ accidit, ſi quæ ſimilia ſunt, ſe mutuò auge-
re queũt, & ex quãmaximè contrariis cõmoderatũ cóſi
citur & tẽperatur: quãdo ſenſus, qui ratione potior eſt,
nos doceat: quòd ſiquis calida ſiccáque qualitate altere
tur, calidis ſicciſque maximè afficitur, & humida ac fri-
gida poſtulat, quæ intẽperiẽ vtpote cõtraria cõpeſcere
poſſunt. Atque huiuſmodi excedẽs quæpiã qualitas gi-
gnit. Quòd ſiqua fuerit humorum ibi corruptela, quid
nõ mali moleſtare æquũ eſt? quippe ſi frigidi, lenti, cru
dique inhæſerint vẽtriculo, tarda difficiliſque coctio,
vertigo itidem, acidus ructus, & abſurda appetẽtia in-
ſequitur. Hi vtplurimum nõ ſitiunt, niſi nitroſus ſalſúſ-
que humor infeſtarit: tũc enim ſiti ſatis moleſta enecã
tur: ſi verò bilioſus putriſque eſt humor qui offendit,
ecquod nõ inſuauitatis genus, vt par eſt, ægri experiũ-
tur? nonulli enim amarorẽ incuſant, aliis iniucũditatis
quippiam, quod verbis explicare non valent: quibuſdã
fœtida piſcoſáque qualitas, & aliis alia perſentitur, at-
que omnes moroſos reddere, ægróſque turbare ſolent,
adeo ob humorum putredinem corruptelámque ſibii-
pſi diſplicent. Nec mirum, ſi quibus ingrati putréſque
eiuſmodi ſucci ventriculo ac ejus ori inſident, cibum
reſpuant, & potum magis expetant: quippe inſuauium
humorum illuuies, neruorum è cerebro ad famem pro-
liciendam ad os ventriculi pertingentium ſenſum ob-
tundit, ſiccitáſque ipſorũ eius os premit, & ad vitii ſen
ſum excitat. Qui iis affectibus corripiuntur, abſtergen-
tibus incidentibúſque medicamentis, vomitibus, & ac-
cõmodatis purgationibus in priſtinam valetudinẽ reſti
tuuntur. Verùm quoniã veriſimile eſt nõnullos aſſiduis
vomitibus, vẽtris profluuiis, choleris, teneſmis, dyſente
riis, lienteriis, torminibus, ventris fluctuationibus, coli
doloribus, ac id genus reliquis corripi, age de his quo-
que aliquid, quod præſẽs locus exigit, atque ita iis quæ
per aluum ſecedunt, diſſeramus.

DE DIGNOTIONE EORVM QVAE VOMITV reiectantur, CAP. XIX.

Atqui hoc ſemper in omnibus antea nouiſſe decet,
conſuetudini primum eſſe animum adhibendum,
deinde de iis quæ excernuntur pronuntiandum: ſiqui-
dẽ nõnullis qui naturæ quibuſdam excretionibus ſunt
aſſueti, ea quæ vomitu eiiciuntur, quæve aluus reddat,
lõgè deterrima eſſe videẽtur, atque vſqueadeo praua, vt
ſi id ignoraueris, multum ab eo quod verum eſt aber-
res: ſin cognoueris, rectius diiudices diſcernáſque. Pro-
inde ſi cibus potúſque commoderatus aſſumitur, & vo
mitus illum inſequitur, vẽtriculus aut propter inſolẽtẽ

A frigidi intus vel foris infeſtãtis occurſum, refrixiſſe, aut
ab acri mordacique ei impacta bile incaluiſſe, aut irrita-
tus eſſe creditur. Atque ea vel vnà cum eſculentis euo-
metur tota, vel quod reliquum eſt, exiguum ſuæ quali-
tatis ſenſum præbebit, vt æger amaritudinem quãdam
ſentiat. Quòd ſi ob frigus vomitus ſuperuenerit, cibus
vel ſolus vel cum exigua pituita expelletur, neque alia
vlla effatu digna noxa inſequetur: niſi, ſi cum vẽtre in-
teſtiniſque offenſa communicatur, alui fluxus, qui ſolà
vtique copia moleſtus eſſe poteſt, proruperit. Ac de eo
B fortaſſis pòſt loquemur, nunc de iis quæ vomitu eiici-
untur deinceps agamus. Qui igitur nulla vim inferente
externa cauſa euomunt, aut humores quoſpiam qualita
tis expertes, pituitoſos, aut acidos, vel dulces, aut ſalſos
expellunt, eóſque vel cum amara qualitate permiſtos,
ſiue ſui copia grauantes, atque idcirco vomitu reiectos:
ſiue quòd bilis quædam deliteſcens eos ſtimulet, quæ &
ipſa interdum vnà poſtremo loco redditur: quare per-
cõtari quoq; oportet, num amaritudinẽ vllã in iis quæ
vomitu reddiderint, perſenſerint. Et qui ſolã bilem edu
C cunt, pallidã, aut flauã, aut porraceã, vel æruginoſam e-
iiciunt, eámque vel purã & ſincerã, aut inter ſe mutuò,
aut cum pituita cõmiſtam, atque aut craſſam & grumo-
ſam, vel tenuẽ & leuẽ, & aut leuis tolerantia, quum an-
tea grauiter æger ferret, ſuccedit, aut ægrius tolerat, &
animi deiectio deliquiúmque comitãtur. Leuius quidẽ
fert, ſi cõuenientia educta fuerint: contrà verò, ſi quacũ
que tandem ex occaſione infra modum ſubſtiterint, ve
lut ſuis locis aperiemus. Bilis porro color quo longius
ab ea quæ ſecundum naturam eſt, pallida inquam ac fla
D ua, receſſerit, eo deterior eſt, ac ſæpenumero inde gra-
uius ferre ſolet. Ex ea autem quæ euomitur, optima eſt
quæ pituitæ permiſcetur, poſt hãc quæ liquidior eſt, gru
moſa minimum, confert. Omnes vtique ſi coctio præ-
ceſſerit, & naturæ robur non defuerit, quanuis inter ſe
prauitate diſtent, attamen ad finem bonum cõtendunt.
Quòd ſi coctionis notæ antea non apparuerint, his cõ-
traria ſunt expectãda, potiſſimum ſi vitalis vis non re-
ſponderit, quod reliquis quoque excretionibus com-
mune habendum eſt. Neque eas quãtitate metiri opor-
E tet, ſed ſi qualia & quomodo purgari decet, purgen-
tur: inde enim longè certior dignotio petetur. Porro de
atra bile quæ euomitur, nihil habeo quod aſſeram, quip
pe quæ ſemper peſſima vomentibus portẽdat. Diſcer-
netur autem ea, ſi in cinerem proiecta ebullierit, perin-
de ac in acri aceto euenire ſolet: & ſi ægrum interroga-
bis, is ſe acrem admodum & acerbũ humorem qui ex-
pellitur ſentire affirmabit. Quod idcirco diximus vt ex
his eum dignoſcas, & ne humorum ſimilitudo tibi faci-
lè imponat: nanque æruginoſa glaſteáque bilis, vbi diu-
F turniorem moram traxerit ac computruerit, eiuſmodi
quidem colore interdum inſignitur, ſed amarum ſem-
per ſui ſenſum efficit. Cæterùm ſanguis epotus, vbi in
ventriculum deſcenderit, & diutius ibi permanſerit, ni
ger euadit, at ex qualitate agnoſcitur. At verò quo-
niam in ſanguinis mentionem incidimus, eius quoque
tractationem ſubnectamus: quippe ſanguis aut purus,
aut iam denigratus, deinde aut ob caſum, ictum, aliám-
ve antecedentem cauſam, aut prout quidem apparet,
caſu & fortuitò, vomendo expellitur. Atque in externis
G quæ conſpicua ſunt non eſt multum ſtudii ponendum:
verùm quia quæ intus latent, fere ignorantur, fieri
quoque poſſet, vt an auxilium admittant, neſciatur.
Proinde ſi quum aut multitudine ſua grauat, & exi-
tum quærit, aut venarum iecinoriſque retinens facul-
tas languet, ac ventriculi tractrix validius ob inopiam
quampiam contrà nitendo, agit, in eum ſanguis fuerit
tranſlatus: vbi ſemel eiuſmodi, ob diuerſarum partium
facultatis, tũ robur tum imbecillitatẽ, fluẽdi occaſionẽ
nactus eſt, iam tempore in cõſuetudinẽ vitium migrat,
H atque ob eam ſanguinẽ quoque nonnulli vomitũ red-
dunt, maximè in ieiunio diuturniori. Aliis vaſa rum-
puntur, ac ob eroſionem, aut multitudinem præuiam,
vel ictum caſúmve aperiuntur, ac quæ ex ſummo cor-
pore excernuntur, coloris ſunt expertia, quæ verò ex
imo reiiciuntur, iam nigreſcunt. Atque hactenus de

vomitibus. Reliquum eſt vt de iis quæ per vẽtrem ſecedunt, pertractemus.

DE DIGNOTIONE EORVM QVAE ALVO DEIICIUNTUR, CAP. XX.

QVum igitur cibus plus iuſto ingeritur, neque cõctione euincitur, albicantia liquidáque confertim ſecedunt, & nõnunquam alui profluuii genera ſuccedunt. Atque ex his quædam qualia ab initio extiterunt, perdurant: alia verò in alium commutantur colorẽ, ac aut in meliorem, & cõcocta, aut in flauum, & liquida bilioſáque excernũtur: neque quicquã adhuc eſt incõmodi. Etenim interdum, ſi quando facultas expultrix turget, properátque infeſtantes humores deponere, reperta alui profluuii occaſione, vnà cũ crudis quod noxium eſt explodit. Quapropter diligẽter eſt hîc animaduertẽdum, ne dum incõſideratius profluuii vim coercere niteris, clanculum humoris qui excerni debebat impetum inſcius cõpeſcas. Sed nec illud eſt ignorandum, quòd aliquando ea in choleram cõmigrãt, & modò ſurſum deorſúmque, modò deorſum tantùm prorumpũt. Atque quæ deiiciuntur, aquea bilioſáque, (ὑδατόχολα Græcis) & nominantur, & apparent: quæ ſi copioſiora fluxerint, neque remediis obſtiteris, infirmitatem, animi deiectionem, atque etiã ſyncopen, ac refrigerationẽ gignunt. Iã quæ excernũtur ſubalbida, & lactea, nec cohærentia, haud paruã cõcoctricis alteratricíſque facultatis, ob nimiã refrigerationẽ, imbecillitatẽ cõnotant: vt quæ fulua & flaua deiiciũtur à bilioſo exuperãte humore, ob immodicum calorem perpetuò procreantur. Cæterùm interdum nõnullis albã, magíſque cõſiſtentia, ac ceu canum ſtercora redduntur, ſed non confertim, neque frequenter, quod in alui profluuiis quoque cõtingit: atque ea meatum qui bilem in ventriculum exonerat, potius obſtructum eſſe ſignificãt. Quapropter vrinas ii plerunque bilioſas reddunt, quòd eo copioſior bilis diuertat, quæ etiã ſupernè vomitu reiici ſolet: attamen vtplurimũ hæc arquatis ſuperueniunt, quòd humor qui colore ſuo ea inficit, ad cutem feratur. Adhæc flauæ, & rufæ, & ceu rubræ deiectiones, à flaua rubráq; bile colore imbuuntur, vt quæ æruginoſæ ſunt & porraceæ, quæque caulium imaginẽ referunt, ab huius generibus humoris procreantur. At nigræ interdũ ex aſſato excretóque ſanguine apparent, nonnunquam à peri mente bile excernuntur. Atqui ſubinde variis quoque inter ſe cõmiſtis coloribus imbuũtur, quæ iã dictis etiã ſunt peiores, quòd humores plurimum vigere denuntient. Porro omnes hi humores quos enumerauimus, ſi facilè & citra dolorem, atque in die iudicatorio coctione præeunte excernuntur, & æger leuior aliquãto inde fiat, omnino ſalubres eſſe cenſentur: ſin cõtrariis de cauſis eueniant, cõtrà quoque de iis ſentiendum eſt: nanque eas animi defectus & deiectio, ſenſus item priuatio & delirium, necnon proiectatio, & quãdoque mors repentina comitatur. Cæterùm huic ſermoni annectendi ſunt, & qui à ventriculi aliqua intemperie enaſcuntur affectus, (quos Græci κοιλιακὰ πάθη appellãt): nam vbi refrixit incaluítve vehemẽtius, vel ſqualet & humet, atque in habitum iam intemperies abiuit, hæ affectiones quæ ab ipſo cœliacæ vocantur, exoriuntur. Qui iis corripiuntur, ſitire & exigua febricula tentari, ac flaua rufáque deiicere, atque frigidorum appoſitu iuuari cernes: alios rurſus tardè concoquere, atque vtplurimum nihil ſitire, & cruda aluum reddere videbis: ſic qui ob humiditatem nimiam laborant, anguntur, & liquida ſubpallidáque excernunt, qui verò ex ſiccitate malè habẽt, iis parum ídque colliquatũ ſecedit: hi plus ſitiunt, & ægrius curantur, ac magis cõficiuntur liquãtúrque, quòd naturalis corporis humiditas exhauriatur. Vomitus ventríſque fluxus eos malè habent, & eorum quæ deiiciũtur malitia offendit: ſed maximè excretorum quantitas nocet, quia quum pluſquam par eſt euacuatur, vnà cũ excretionibus calor exhalat, exſiccatúrque corpus, ac ob copioſiorem euacuationem, iam ali deſinit. Deſidẽdi verò frequẽs deſideriũ, quod τεινεσμὸν vocant, & alui difficultas, & quæ vulgò nũncupatur hepatica, tũ dyſenteria, tũ liẽteria, nõ magis quantitate quàm malitia interficiunt: nã quũ bilis perquã acris ac æſtuans fuerit, & inteſtina affectibus excipiẽdis opportuna, ipſa inter egrediendum deglubit ac abradit. Atq; ſi vitiũ eſt in inteſtino recto, τεινεσμὸς appellatur, eo quòd loc[9] affectus τείνεται (id eſt extenditur) atque ad excernendum vi cogitur. Nihil in cõtinua violẽtáque hac excretione quòd ſit alicuius momẽti deiicitur, præter mucoſa quædam, ſubcruẽta, liquida, lentáque, & quæ ægrè auelli queũt. Quare ob aſſurgẽdi potius aſſiduũ laborẽ, quódq; diſtẽdatur & vehementius ſollicitetur quàm ob deiectionũ copiã, ægri vires exoluũtur. Quòd ſicubi mordax hic humor in inteſtinis hæſerit, radit, ac ad deiiciendũ ſtimulat, ac Græcis δυσεντερία, (noſtris fere alui difficultas, & quibuſdã tormina) nominari ſolet. Locũ autẽ patiẽtẽ dolor qui nunquã ab ægro diſcedit, indicat: nã ſi eum infra vmbilicum perſentit, affectus craſſa inteſtina occupare putatur: ſin ſuprà vrget, tenuia obſidet. Proinde ſi bilis quæ egeritur apprimè praua nõ ſit, cuiuſmodi eſt porracea & æruginoſa: nam quæ à nigra cœpit alui difficultas, exitialis eſt, neque febris vehemens, aut corpus ſit putribus humoribus refertum, nihil magnopere eſt metuendum, maximè ſi infra vmbilicum affectus affligit: ſin verò peiora fuerint quæ dominantur, non leuis eſt metus ne homo occumbat. Atque vbi vitiũ eſt in recto inteſtino, alimẽti excrementa & affecti loci abraſiones, ſeorſum quæque ſecedunt. At vbi in altioribus locis offenſa eſt, cibi ſuperflua & affectus ramenta vniuntur, idque eo magis quo à ſublimioribus reiiciuntur. Atqui quũ iã fæcum color & conſiſtentia ad id quod ſecundum naturam eſt accidit, dolores quoque leuantur, & quæ à vulnere prodeunt, meliora & pauciora ſunt, quippe quæ maiori interpoſito tẽpore egeruntur: quare tunc curantem, tanquam periculum ſit euaſurus, meliora de ægro expectare oportet. Contraria verò in deterius ægritudinẽ prolapſam eſſe ſignificant: & quum mediocris eſt affectus, pauca ramenta & leuiter cruenta ac mucoſa egeruntur: remittunt ſe dolores, & maiori temporis interuallo aſſurgunt: quòd ſi augetur, ſanguineæ vtplurimum ſunt egeſtiones. At ſi magis adhuc malum increſcit, & vlcus iam depaſcere cœpit, primùm ſanguis confertim defluit, deinde carnea ramenta, & eo maiora quo ſunt deteriora, & graueolentia ac tantũ nõ nigricantia decedunt: prauum demum præ cæteris habetur, ſi cibũ æger faſtidit. Hac ratione, ſitne malignus annon morbus, diiudicatur. At læuitas inteſtinorum, (quam λειεντερίαν appellant), fere ex diuturniori alui aut profluuio aut difficultate per commutationem & decidentiam enaſcitur, tantóque eſt grauior quatenus facultati iam antea debilitatæ ſuperuenit. Vitium ex ipſo ſanè nomine patefit, quòd læuia & quaſi lubrica facta ſint inteſtina, vt ne ad breue quoddam temporis ſpatium cibum retinere queãt: tale quoque propè accidit, quale iis quibus ventriculi ſubuerſio euenire ſolet, qui quòd ea quæ aſſumpſerunt tolerare nequeunt, denuo reiiciũt: his ſi acidus ructus acceſſerit, ſpei nõnihil ſubeſt, retentricem concoquẽtémque facultatem ad ſe redire, & fere aſſumptis concoctionem admoliri. Quum autem ſanguis reiicitur, in id animum aduertere oportet, num ſuprà an infrà decedat: illud enim ſemper, hoc non ſemper malum eſt: ſiquidẽ nõnullis, vbi eius copia nimium aucta fuerit, interdum infrà per inteſtina, aliis etiã per ora venarum, (quas αἱμοῤῥοΐδας nuncupant) profluit. Verùm ille qui ab altioribus locis emanat, & aliquãdiu in corpore eſt moratus, nigrior eſt: hic verò purus, ſincerus, & qualis ex iam cæſis hoſtiis profluit. Nam qui à iecinore decidit, alius eſt ab his, & carnium recẽs mactatarũ eluuiei adſimilis. Atq; ille ceu ſuperfluus & nimius, affatim effluens, & paucis ſurgendi laboribus, ob onere febríque nonnunquã hominem liberat: at qui præ iecoris imbecillitate & calore excernitur, opinionem imperitioribus ac ſimplicioribus adfert, quaſi is qui laborat, alui difficultate infeſtetur, quum tamen res ita ſe habeat minimè. Nam hîc neque dolor inteſtinorum cruciat, nec continua aſſurgẽdi moleſtia, & deſidendi deſiderium adeſt, quin nec paulatim quidẽ excernitur: nam ſiquis eſſet aut dolor, aut grauitas, fere

cauſam inquirens iecur potius cauſari poſſis: quare illi remedia eſſent applicãda, ac facilè ſi opportuno auxilio ſuccurritur, euadunt. Verumenimuero qui per ora venarum exit, ægros à multis ægritudinibus impendentibus vindicat: nam qui illac moderatè fuerit purgatus, furore, melancholia, pulmonia, lateris dolore, tabe, ac oſculorum venarum apertione haudquaquam corripitur. At vbi hæmorrhoides temporis longinquitate familiares factæ fuerint, ſi rurſus ſupprimantur, præter quàm quòd ab iis quos recenſui, affectibus non liberãt, primùm onus, pigritiámque, deinde vertiginem tenebricoſam, etiam hebetudinem ac ciborum faſtidium pariunt. Atque ita viſcera attolluntur ac grauantur, & interdum inflammatio aut ſcirrhus, & hydropicæ quædam affectiones, ac vertigines oriuntur. Quòd ſi is qui olim ex more per ora venarũ (quas αἱμορροΐδας nuncupant) excernebatur, ad inferna delàbitur, pedum ex ſanguine dolores excitat. Quòd ſi ad cutem feratur, multæ variæque puſtulæ (quas ἐξανθήματα Græci nominant) erumpunt. At ſi per aſſuetos meatus immodicè feratur, cruditates malóſq; habit⁹, ac aquã intercutẽ progignit, vbi iã iecur, & vniuerſum corpus fuerit refrigeratum. Porro iis qui ſolita exercitia omiſerunt, aut pleniore victu vti cœperunt quàm antea, vel quibus cõſuetæ, è nare aut vtero, ceu in mulieribus, excretiones ſupprimũtur, aut quibus mos erat venã tũdere aliáve quãpiã ratione ſanguinem vacuare, & conſuetudinem mutarunt, vt iã quia corpus vniuerſum peruadat, copia imbecillitáſque adſit, iis inquam primùm hæmorrhoides oboriuntur. Verùm cõtrà quàm hi omnes quos enumerauimus, afficiuntur qui doloribus laxioris inteſtini, (quod κῶλον vocant), aut tenuioris morbo, (εἰλεὸς, & noſtris quibuſdã cõuoluulus nominatur,) laborãt, aut quas torſiones, στρόφους appellant, & fames ingens torquet.

Fames ingẽs, quã βούλιμον nuncupãt (hic enim affectus magnã famẽ ſignificat) vẽtriculi malũ eſt, quo qui laborat, penitus cibũ auerſatur. Porro quũ praui humores facultatẽ famẽ ſentiẽtẽ offenderint, aut aliqua ſimplex intẽperies increuerit, veluti ſi acidi acerbique os vẽtriculi irritauerint, à ratione alienæ ac caninæ appetentiæ enaſcuntur: nõ ſecus quàm quum in aliis abſurdi ſucci in ore ventriculi coaceruãtur, diuerſorum generum ac ineptorũ appetẽtias excitãt: vt qui eo malo affecti ſunt, ne à cœno quidem, carbonibus, & teſtis abſtineant. Id quod liquere tibi poteſt, vel ab vtero gerentium vitio, (quod κίσσαν Græci, noſtri malaciã vocitãt). Atq; has qui dẽ abſurdas ac à ratione abhorrentes appetentias, conuenientium medicamentorum vſu quiſpiã fortaſſe curauerit: at omnium (vt ſic dicã) ciborum, quibus animal coaleſcit, faſtidio, quòd iam emortua ſit ſentiens facultas, vix aliquis probè mederi perſanaréve poterit. Verùm quænam iis accommodata ſunt, poſtea fortè ſubnectemus, nunc inſtitutum agamus.

DE DIGNOTIONE SVPPRESSAE ALVI AFfectuúmque qui eam comitantur, CAP. XXI.

Itaque aluus inhibetur, quòd excrementa aliò deriuent ac commigrent. His autem vrinæ cõpioſiores, & ſudores ſuccedunt, & occulta perſpiratione pluſculũ digeritur: atque his nihil incommodi, ſi aliunde ſuperflua explodũtur, euenit, modò ea ad familiaria ſibi loca denuo reuertantur. At verò quibus aluus ſupprimitur, neque excrementa aliis meatibus egeruntur, hi variis doloribus cruciãtur, & ægrè tolerãt. Nam aut quòd quicquid in prioribus fæcibus erat humidi, exhalauit, ipſæque obduruerunt, ac quum lenta viſcoſáque pituita inteſtinis obductæ ſunt, naturalis egreſſus prohibetur: aut quòd inteſtina inflammatione tentantur, aut ob ictum, aut quòd humores quidam confluxerunt, vt ea ex re paulatim expultrix eorum facultas langueat, ſecedere non poſſunt. Quocirca cibos renuunt, & dolores inteſtina affligunt, & ructus mediocres accedunt qui ægrum principio modicè leuent. Verùm quũ malum inueteraſcit, inferna refrigerari, ac ſuperna magis incaleſcere incipiunt, quòd nimirum calor in ſeſe contrahatur, atque ita deinde fœtidum ac inſuaue quippiam eructat, quo non æquè leuetur. Ac primum humores cibique vomitũ reiiciuntur, neque tantillũ ſpiritus infernè dilabitur. At dehinc, ceu malorum colophon eſt ſtercus ore redditum: quo tempore mors nullo pacto vitari poſſe cenſetur. Morbus εἰλεὸς (Græcis, & noſtris conuoluulus) nuncupatur, quòd inteſtinorum anfractus εἰλοῦνται, (hoc eſt conuoluuntur), ob cauſas quas iam recenſuimus. Porro inteſtini laxioris (quod ſupra κῶλον nominari diximus) dolores, inflationes, & torſiones, illas, ἐμπνευματώσεις, has, vt dixi, στρόφους Græci appellant, ob præcedẽtem obſtructionem: quin & ob frigidorum humidorúmque eduliorũ nimiũ vſum creantur. Nam vbi frigidus victus plurimum pituitæ congeſſit, id inteſtina excipiunt, & potiſſimum laxum, quòd naturalis eius ſedes formatióque ei rei ſit opportuna, quúmque copia ſua oneret, & qualitate infeſtet, neque facilè quòd lentore prohibeatur, exitum inueniat, inteſtinum laxum tendit, atque doloribus hominem circumcingit. Ac ſuprà humores & nonnunquam cibus vomitu expelluntur, infernè verò nihil facilè deiicitur. Quòd ſi clyſmate aut aliquo alio medicamento, quod confertim pituitam detrahere poteſt, ægro ſuccurritur, dolor mitigatur. Verùm ſi noxia pituita non ſeceſſerit, ſed aut in coxendicem, vel in veſicam procubuerit, iſchiadicos fieri, ægróque alios lotium reddere videmus. Porro ſi infeſtantes hi humores ad crura pedéſve delabuntur, pro ſua qualitate pedes afficiunt, ac ſimul atque paratam ſibi ita viam ſtrauerint, in conſuetudinem iam affectus abit, ac facilè quauis de cauſa ægri patiũtur. At qui ꝙ propter humores in corpore relictos qui nulla neque arte, nec meliori fortuna diſſipari excernique queunt, ſed in manus & pedes deferuntur, inde ægri podagra chiragráque corripiantur, id quidem tam à ſimplicibus quàm complicatis iis humoribus fieri conſpicimus. Verumenimuero præ cæteris omnium maximè podagras & arthritidas committit, qui ex continuis cruditatibus humor crudus coaceruari conſueuit. Nam quum aſſiduè peccetur, & crudis etiamnum cibis alii inſuper ingerantur, crudus colligitur ſuccus: ac quum neque vomitus caſu aut arte expellat, neque vẽter egerat, nõnunquã in laxiori inteſtino impactus, eos qui inde κωλικοὶ appellantur, dolores excitat: interdum ad coxendicẽ delatus, iſchiadicos, ita enim à coxẽdice (quod Græci ἰσχίον vocant) affectu nominantur, efficit: aliquando in veſicam irruẽs, vrinæ difficultatis fit cauſa. Quòd ſi nuſquã horũ locorum firmetur, ſed in manus pedéſq; diſpergatur, chiragras & podagras, itémque arthritidas generat. Atque hi tũ alii qui intus relinquuntur humores, ex victu præeunte, ægri tẽperamento, ætate, adhæc coloribus, qui in artubus effloreſcunt, diiudicantur: rubent enim artus quum à ſanguinis decubitu dolore cõflictantur, pallent autẽ potius ſi flaua bilis infeſtat, at ſi atra offendit, magis ſubliuido colore inficiuntur, quẽadmodum ſi pituita moleſta eſt, leui albedine notantur. Porro in cõplicatis humoribus, colores quoque ſibi mutuò permiſcẽtur, colorúmque imagines illis proportione reſpondere conſpiciuntur. Cæterùm tenuiores calidioréſque promptius, craſſiores verò difficilius difflantur: omnes tamẽ allata ope melius diſcutiuntur. Illud præterea nouiſſe licet, quod vbi in ventre inteſtiniſque copioſa pituita confertim fuerit cõgeſta, atque à calore quouis modicè incaluerit, craſſi, caliginoſi, & qui ægrè exitum inueniãt, ſpiritus enaſcuntur: qui dum in inteſtinorum anfractibus coarctantur, torſiones, & inflationes, niſi opẽ feras, excitãt. Hi poſtmodũ tẽporis lõginquitate, locũ qui inter peritonæũ & inteſtina intercedit, occupãt, ac hydropẽ eũ, qui ꝙ quum ægri abdomẽ pulſatur, tympani in morẽ intumeſcat, τυμπανίας dicitur, generãt. Atq; his notis affectus qui ex vẽtris & inteſtinorũ ſuppreſſione gignuntur, diſcernes. Quoniã autẽ & tineæ (ita ἀσκαρίδας voco), & tenues lũbrici (quos ἕλμινθας Græci nuncupant), & qui lati vocantur, inteſtina atque aluum occupant: vbi pauca de iis quoque verba fecerimus, ad ea quæ reliqua ſunt, ſermonẽ cõuertemus. Itaque vt in iis quæ foris apparent, quum à mediocri calore humor quiſpiam computruit, muſcæ, vermes, atque id genus inſectorum plurimũ generari cer-

nimus,ita & in aluo & inteſtinis fieri animo concipe. Ac lumbrici qui in recto inteſtino gignuntur, & nunquam ſurſum progrediuntur, parui ac tenues quique ægrum ſtimulent & titillent, reperiuntur, (his Græci ἀσκαρίδες nomen indiderunt). Reliqui,quas communi nomine ipſi ἕλμινθας,(nos,iam vt dixi,tineas & lumbricos vocamus),non vnum ac eundem tenent locum,ſed inteſtina aluúmque obambulant, & per os nonnunquam aſcendentes reiiciuntur. Eorum verò alii maiores,alii minores,& alii ſubalbi,alii ſubrubri ſunt: nonnunquam item priuſquã in animal probè efformati fuerint, atque à ſe inuicem ſeiuncti, non ſecus quàm tenuium funiculorũ quidam globi excernuntur. Quòd autem in humorum qui inteſtinis aluóque cõtinentur, putredine emergũt, atque vtplurimum cum febre infeſtant, nemini non liquere arbitror. Adhæc quòd grauia & formidoloſa ſymptomata inferunt,etiamſi quæ ex ſymptomatis euenire ſolent,fere non inſequantur,vel hoc quoque perſpicuũ eſt:nam neruorum conuulſio,ſingultus,animi defectus, proiectatio, ſenſus priuatio,vomitus, oculorũ cauitas, & mediocris oris hiatus,atque id genus alia,aut omnia, aut nonnulla iis qui clanculum lumbricos & tineas educant,oboriuntur. Ex his deteriores ſunt quæ leuiter rubent,& quæ inter morborum initia apparent. Vtræque enim putredinis materiam vnde ortæ ſunt denuntiant: nam ſubalbæ quæ ſunt, ex iugi ciborum cruditate gigni viſuntur:reliquæ verò ex alimento quod in ſanguinem non eſt probè conuerſum, quódque iam putrilaginem contraxit, ac ex reliquis nonnullis eduliis percalidis prócreantur, atqui quæ ex validiori putri materia coagmentantur,viribus quoque anteire vidẽtur. Quòd verò ſemper quæ ante ſtatum præfixúmque iudicium prorumpunt,aut multitudine ſua oneri ſunt,aut facultatis retinentis imbecillitatem connotant,nos etiam pòſt manifeſtius explicabimus. Porro tinea vna lata in inteſtinis gignitur, quũ lentus & leuiter calidus humor internæ inteſtinorũ ſuperficiei illinitur,qui à calore quopiã in animal formatur. Hæc quãdoque in plura inteſtina porrigitur, interdum etiam per tota permeat, onus tumorémque quẽpiam ventri concilians,& quicquid in ventriculum edulii immittitur,prõptè abſorbens. Quare qui illam fouent & nutriunt, haud facilè ferunt ieiuniũ,& cucurbitæ ſeminibus ſimilia aluo egeruntur: atque hoc eſt latæ tineæ in aluo genitæ inſeparabile indicium. Porro ea nõnunquam in aceruum ceu globus cõtracta, perpetua quadã continuitate cohærens excernitur: interdum in cubitales & maiores minoréſque portiones diſſecatur. Atque hæc adeo moleſta fera ſi ſemel tota fuerit eiecta, haudquaquam ſanè denuo in poſterum gignatur:reliquæ verò,quæ plures ſunt,propemodum & in omnibus & perpetuò generantur,tanto prauitate lata tinea inferiores, quãto tenues (quas ἀσκαρίδας vocari diximus) his antecellunt. Sed huic tractationi ita ſumma manus imponatur.

DE MORBORVM QVI PARTES GENITALES tum marium tum fœminarum tentant, dignotione, CAP. XXII.

Reliquum iã eſt vt de partibus naturalibus agamus, & quot affectionibus corripi ſolent,explicemus:ac primùm de iis quæ maribus fœminiſque cõmunes ſunt, deinde de cuiuſque propriis loquẽdum. Itaque ſanguis, pus,ſtrigmenta, & calculi per vaſa vrinatoria feruntur, vrinæ itẽ difficultas,eiúſque ſuppreſſio, & quod vocant profluuium in matulam accidunt. Ac ſanguis quidem promanat, quum venæ renibus adhærentes dirũpuntur aut eroduntur,vel earum oſcula reſerantur,aut exſudant, διίδρωσιν appellant, nonnunquam ab ipſa quoque veſica,eiúſque collo cruor profluit. Hæc autem diſtinguent affecti loci dolor & grauitas,quinetiam ſanguinis qualitas quantitáſque,ceu in morbis thoracis antea expoſuimus. Pus verò effunditur, quum iiſdem in locis abſceſſus vel tuberculum fuerit enatum, aut ictus quauis de cauſa illatus: nam quòd abſceſſus alibi collectus per vrinam expurgetur, accidit quidem,verùm rarius: atq; hi in renib⁹ aut veſica dolorẽ nullũ ſentiunt, niſi ſi aliena quædã materia eò cõfluxerit,neq; hoc ſẽper. Adhæc,qui antea parte aliqua dolore infeſtabãtur, ea non amplius dolẽt,quòd qui eũ creabat humor,iã ſit exploſus. Calculi porro in renib⁹ primùm,vel veſica, coagmẽtãtur,quòd ſatis multa ſtrigmentorum vis ibi accumuletur:nã quũ tophus ex quibuſdã humoribus conflatus & à calore exaſſatus eſt,ſempérq; cõfluẽtes arenulæ adhærẽt,ac lẽtis quibuſdã ſuccis agglutinãtur, quæ colliguntur lapideã induunt cõſiſtentiã. Lapis è renibus exitum quærens,colici quidẽ doloris ſpeciẽ præ ſe fert:verùm diſtinguitur,quòd ille non perinde atque hic abdomen cingat,ſed ad pubẽ ipſámque veſicã, & interdũ ad teſtes vſque dolor pertineat. Adhæc ſtrigmenta ibi in matula ſubſident, & aliquando lotiũ non expeditè redditur,nec aluus ſupprimitur, & quũ excernit,dolor inde non lenitur,& demũ in veſicã delapſus lapis,omnes moleſtiæ mitiores leuioréſque efficiũtur. Quare ſiquod egreditur,rectũ iter ac liberum nactũ fuerit,ægrũ multis doloribus vindicat:at ſicubi in veſica ſubſtiterit ipſe tẽporis ſpatio increſcit,& in veſicæ ceruicẽ velut operculum incubãs, vrinæ difficultates & ſuppreſſiones excitat:eſt quãdo etiã, dum huc illúcque per veſicã vagatur,loca eius abradat, & ſi angularis fuerit ict⁹,infligat, vt iam cruor púſque vnà cũ lotio reddatur. Atq; eo pacto renũ morbos & inflãmationes(νεφρίτιδες vocãtur) ab vrinæ difficultatibus quas lapides creãt dignoſces. Nõnunquam quum craſſi lentique humores in veſicã decumbunt,ac eius collum, per quod ceu canalem lotium eiicitur,obſepiunt, vrinæ difficultates prioribus conſimiles generantur:verùm diſtinguntur, quòd nullæ adſint calculi notæ,quódque in matulæ infeſtantis humoris fruſtula quæpiam puri ſimilia, ſed dolore diſſidẽtia ſubſidere cõſpiciantur. Atque hæc ſunt maribus fœminiſque communia mala, vt & illud quod profluuium in matulam vocant, quódque ob renum iecinoriſque antecedentem calorem accedit. Nãque renes à venis & iecinore ſerum attrahentes, id in veſicam depellunt: iecur verò à vẽtriculo,& hic foris potum deſiderat:quare ſitis illis oboritur. Tenues admodũ & albæ ac copioſæ vrinæ profluũt: nã quũ frequẽter & paulatim meiitur,alterius effectus nota eſt, & retẽtricis renũ facultatis imbecillitatẽ poti⁹ indicat. Porro ſeminis profluuiũ (quæ γονόρροια dicitur), coliſq; totius intẽſio (πριαπισμὸν Græci appellãt),& eius reſolutio, peculiaria ſunt mariũ vitia. Et in ſeminis quidẽ profluuio,neq; coles intẽditur, neque æger eadẽ qua ſanus afficitur voluptate,ſed perinde acſi ſuperfluũ quiddã excerneretur, ſenſu priuatur. Quòd ſi morb⁹ morã traxerit,neceſſe eſt vt æger in colliquationem collabatur ac pereat:quòd pinguior humoris portio eiiciatur,ac vitalis ſpiritus nõ parũ vnà effluat. Cauſa autẽ eius eſt,aut ſeminalium vaſorũ fluxus facilitas,aut impotentia, aut quòd ob enatam intẽperiẽ ſemen cõtinere nequeant, aut quòd humor quiſpiam mordax ibi abundãs ſtimulet. πριαπισμὸς verò eſt permanens conſtánſque colis extenſio,ſumpſitque nomen à Priapo quopiam, apud Græcos pro deo habito, qui quòd eſſet incõtinentiſſimus, in tabulis arrecto pene depingebatur. Corripit autem hic affectus quum calidus craſſúſque ſpiritus in colem decumbit, qui vbi nõ facilè egredi permittitur, penem vi extendit. Hi exiguũ vel nihil ſeminis eiaculantur, ſentiunt tamen,quòd ſpiritus vnà excludatur: & leuari quidem ægri ita quadãtenus videntur: verùm denuo eodem malo corripiuntur,donec intenſionis cauſa fuerit ſublata. Coles reſoluitur, aut quòd nerui illi⁹ aliqua intẽperie debilitẽtur, aut quòd ſpiritus eò cõfluẽs deficiat,vel meat⁹ eius obſtruãtur,diſſecẽtúrve. Sũt præterea æquè mariũ morbi, inteſtinorũ aut õmẽti in ſcrotũ prouolutio, vt & aqua quæ ibidẽ colligitur, Græci ἐντεροκήλην, καὶ ἐπιπλοκήλην, καὶ ὑδροκήλην, (noſtri inteſtinorum & omenti, & aqueum ramicem nominant): quorum deterrimus eſt inteſtinorum, minus malus omenti, & facillimus curatu eſt aqueus. Accidit autem ramex inteſtinorum, quum diſciſſo peritonæo inteſtina procidũt, atq; ita in ſcrotum deuoluuntur: idque ſiquis ex alto ſe præcipitẽ dederit, aut obnoxius ſaltauerit, aut cõtẽta magis voce proclamauerit, aut pondus aliquod à terra attollere conatus

fuerit,vel concitatius cũcurrerit,aut eiuſmodi quædam A
priores notæ morbum patefaciunt. Eadem quoque de
cauſa omentum prolabitur,quum laxato peritonæo de-
orſum proruit. Aqueus denique ramex nihil aliud eſt ni
ſi humores quidam lẽti craſſique qui in tunicam quam
à putaminis vt videtur forma ἐλυτροειδῆ nominant aut
in ſcrotum procumbentes, ramicis imaginem exhibẽt.
Atqui hi ſunt virorum peculiares affectus. Verùm plu-
res ſunt fœminarum morbi,quòd vteri vitiis obiiciun-
tur:ac primùm perinde ac reliquæ omnes corporis par-
tes,intemperiebus tentatur: nã à quacunque id fiat cau B
ſa,incaleſcit,refrigeratur,exſiccatur,&humectatur.Præ
terea venæ matricis ampliores redduntur,quòd purga-
tiones vel ſupprimãtur,vel immodicè profluãt. Suppri
muntur autẽ quum meatus obſtruuntur,vel præcludũ-
tur,aut cõniuent:quinetiã quum vterus in latus torque
tur, aut immodicus medicamentorum cohibẽtium vſus
præceſſit,aut ſanguis aliò fluxũ auertit:inſuper & in lõ-
gis morbis,& inediis,ac pluribus exercitiis,atque etiam
ob inflammationis lentorẽ idem euenit:conniuet por-
ro præcluditúrque vterus quũ nimia ſiccitate ſqualet. C
Cæterùm copioſiores purgationes erumpere ſolent,ob
ſanguinis copiam, aut medicamentorum venarum ora
reſerantium vſum,vel quòd familiares conſuetǽque a-
liæ excretiones inhibentur,aut mordaces humores ſti-
mulant,vel ſolitæ exercitationes ceſſant. Anticipant au
tem vel ſolito magis poſtponunt,quum vterus laborat,
aut eundem dierum numerum circuitus non obſeruãt,
& quæ immoderatius purgantur, pluſculum temporis
purgatio accelerat: quæ verò minus,tardior eſt. Demũ
ſanguis menſtruus aut ſincerus emanat,aut linioſis pi- D
tuitoſiſque quibuſdam humoribus admiſcetur. Proin-
de in ſuppreſſionibus poſt alterum iam elapſum men-
ſem,põdus toti corpori oboritur,quòd renes,ilia,ac fœ-
mora capútque cõprimat. At vbi quatuor menſes præ-
terierunt, ea omnia augentur, aluúſque quinetiã intu-
meſcit, & aquæ intercutis ſpeciẽ præbet, & quinto ſex-
tóque menſe magis malum inualeſcit. Quòd ſi quæ ſup
preſſa fuerunt proruperint,omnia leuiora reddũtur mi
tioráque: ſin minus,ſed cum alieno calore inueterauer-
rint,ſuppurabũt,& matrix aliqua iliorũ parte in mucro E
nẽ faſtigiatur, atq; inde quæ affligebãt quibuſdã erum
punt,atque vtplurimũ vnà cũ morbo anima emittitur.
Etenim facultas iã antea debilitata, cumulatã euacua-
tionẽ, & præcipuæ faciliſq; ſenſus partis ſuppurationẽ,
prõptè perferre nequit. Hæ cibũ faſtidiunt,& febres er
rantes ac exiguæ, & inſuauis expirationis ſenſus obori-
tur,ſuperna graciliora fiunt, coloréſque arquatis ſimi-
les redduntur,ac vrinæ rubent,& magis contenta,quip
pe quòd in matrice ſuperfluum erat, in veſica ceu per-
colatur. Quæ verò immoderatius expurgantur,iis pri- F
mùm ſtomachus exoluitur, quòd vnà cum ſanguine ca
lor euaneſcat,deinde in malum habitũ incidunt, & va-
ria tum colore tum cõſiſtentia excernunt. Hic quoque
qui ruber albúſque dicitur fluor,cõſiſtit, quorum quiſ-
que exuperantem in corpore humorem indicat,ac in-
terdum varia ac bilioſa excernuntur. Quòd ſi morbus
longius progreditur,principio graciles ac decolores e-
uadunt, dehinc refrigerato iam iecinore intumeſcunt.
Quin & immoderatis vacuationibus aqua intercutem
ſuccedit, quòd prout apparet,ſimilia iis accidãt,tam in G
familiarium egeſtionum retẽtionibus quàm vacuatio-
nibus quæ modum excedũt:etſi variæ ſint comitãtium
ſymptomatum efficiẽtes cauſæ. Præterea inflammatio,
ſcirrhus, eryſipelas, ictus, & abſceſſus, non ſecus quàm
alias partes, vterum quoque affligunt, ac tantum inter
ſe diſſident,quãtum ſenſu & principalitate pars differt:
hǽcque doloribus, & digitorum cõtactu,atque iis quæ
inde effluunt dignoſcuntur. Verumenimuero mola,
quæ alius eſt ab iis quos recenſuimus affectus,alia quo-
que ratione dignoſcitur: eſt enim hic tumor quidam H
carneus,vterum implens,vtplurimum quidem conſiſtẽ
di initium à ſemine minimè prolifico ſumens, attamen
nonnunquam ſua quoque natura vulua eiuſmodi vitiis
implicatur. Augetur porro perinde acſi fœtus inclu-
deretur:& quòd conſuetus ſanguis ibi abſumitur, nihil
quicquam emanat: adhæc temporis progreſſu incremẽ
tum tumórque ventri accedit, & ſimpliciores deceptæ
ſe vterum gerere arbitrantur: nam quòd vterus imple-
tur,vanam quandam imaginem exhibet,ceu prægnans
ſit. Quapropter ſi fortè onere oppreſſus vterus diſrum-
pitur,& mola prolabitur, ab errore ſimul ac affectu vin
dicantur: ſin autem nouem menſes prætergrediuntur,
error quidem detegitur, verùm à morbo non abſoluun
tur. Atqui id digitorum contactu diſcernitur,quippe os
vteri non eo pacto quo prægnantibus affectum eſſe re-
peries,ſed aut inflammatione aut ſcirrho tentari,aut in
latus detorqueri. Ac motus qui adeſſe videtur, nun-
quam dum quieſcunt ſentitur, ſed in quancunque par-
tem quæ ita laborat inflectitur, in illam plenus quoque
vterus corruit:quod ſanè in iis quæ reuera grauidæ ſũt,
haudquaquã contingit: ſed & venter non eſt tactu le-
uis,ac laborantes implacidæ ſunt,& plurimum inſuaui-
tatis perſentiunt. Cæterùm vterus foras procidit ob re-
num ictum,& ex alto præcipitiis,aut quòd inter parien
dum nimio nixu fœtum expellere conantur, aut quum
muſculi à quibus vterus depẽdet,diffringuntur, vel ner
ui laxantur. Atque hæc fœminarum vtero euenire vidẽ
tur. Porro in conſpicuis pudendi partibus aquoſi rami
ces innaſcuntur, quum craſſi lentíque humores eo de-
cũbunt. Cæterùm vterus ſtrangulatur plerunque ſteri-
libus,attamẽ & viduis:& mali cauſa eſt genitura mulie-
bris,aut quòd meatus ſeminalis præcluditur. Proinde
hæc genitura quum copia ſua onerat, & temporis ſpa-
tio,quem obtinebat calorem exhalat,propemodum ve
nenatam temperiem contrahit. Quare vbi ad excretio-
nẽ motu cietur,& ea fruſtratur, retro remeat ac ſurſum
repit,ac vterus vnà cõuellitur,& in viſcera ingruit. Itaq;
ſi rectà ad cor ſuo impetu fertur, & lethales ſuos vapo-
res eò trãſmittit,refrigerat id,ac reſpirationem pluribꝰ
horis intercipit,& pulſu ſpoliat, aut eũ deprauat: ſin au
tẽ ad iecur aut ventriculum aut lienẽ prorepit,lõgè mo
deratiora prioribꝰ comitãtur accidẽtia,pro partis prin-
cipatum obtinentis ratione, ac eius cum corde vicinia:
quoniam ex iis quæ cõſenſui peculiaria ſunt,loca quo-
que quæ vterus impetu ſuo affecerit, deprehenduntur:
ſiquidẽ viſcera ea attolluntur, ponderéque premũtur,
ac homo ægrè ſpiritum ducit. Sedãtur autem hæc, ſi vte
rus deorſum deductus in priſtinã ſuã ſedẽ reuertitur,&
murmurillꝰ quiſpiã præcedit. Quinetiã in coxas,aut ilia,
in podicem item ac veſicam delabitur,quæ pondere op
preſſa, ac à muniis ſuis præpedita, locum quem vterus
occupat, innuunt: claudæ enim inde efficiuntur, aluúſ-
que ſupprimitur:atque ob hũc nimirum vteri inceſſum
vrina difficulter & guttatim redditur. Eorum quodque
lenitur quũ iam ad propria loca vterus receſſit. Habes
de partibus genitalibus tractationem ſatis,iis quidem
qui breues eſſe ſtudent, ſupérque explicatam.

DE SVDORIBVS ET EXANTHEMATIS, QVAE in cute effloreſcunt, CAP. XXIII.

CÆterùm quia ſuprà de iis quæ excernuntur, quan-
tum res poſtulat expoſuimus,relictus eſt autem ſer-
mo de ſudore, operæpretium fuerit eius quoque memi
niſſe,atque in eo præſentem librum,vtpote iuſtam ma-
gnitudinẽ adeptũ,concludere. Itaque in nullis qui cor-
pore bene valent, ſudorẽ vnquã prorũpere conſpicies,
ſed ſi modicè quis exerceatur, aut rarefiat, aut copia
vim inferat,vel anni tempus vrgeat, vtplurimum tunc
ſudores proliciuntur. Atque hi qui in ſanis etiamnum
profluunt,nihil peregrinũ denuntiãt: verùm qui in fe-
brientibus, aut qualicunque parte corporis onus ſuſti-
nentibus, nõnunquã emanãt, materiæ impetum eò ver
gere ſignificant. Porro omnis ſudor bonus eſt ſi coctio
præcedit:ſin minus,malus habendus. Frigidi & glutino
ſi,quíque toto corpore non effunduntur, nec turmatim
& velut in grumum globati,ſed exiguorum milii grano
rum inſtar erumpunt,aut morbum non leuant, ſed po-
tius exacerbant:morbi longitudinem,partium dolores,
obſtructiones,copiã, cruditatẽ, atque interdum mortẽ
cõnotãt:nam frigidi, cum acuta quidem febre, mortẽ,
cum mitiore verò,morbi longitudinẽ indicant. Adhæc
glutinoſi, cruditatem, humorúmque lentorem, ve qui

aliqua corporis parte tantùm effluunt, eam morbo vr- A geri nuntiant. Qui verò ſpecie milium referunt, meatuum anguſtiam, facultatiſque expultricis inertiam oſtendunt. At qui morbum exacuunt & exacerbãt, haud mediocrem vigentis humoris multitudinem notant. Et quemadmodum qui fluere prohibentur, plurimum nocere conſuerunt, ſic ſi cumulatius eruperint, primùm vires exoluunt, natiuúmque calorem digerunt & diſſipãt: deinde vbi creuerunt, ſyncopen adeo, & refrigerationem, vt ex ipſis vtique pulſibus eorum cuiuis diſcere promptum eſt, inferunt: ac tenuiora quidem excremen- B ta in ſudores abſumpta, ita cutem egrediuntur: verùm craſſiora, atque idcirco difficilè exitum inuenientia, videntur ibi in cute ſubſiſtere, & ita paulatim diſcuti: inde enim prurigines, & ſcabioſi affectus: necnon multa variáque exãthemata & papulæ exoriuntur. Siquidem aliis, veluti ſi ab vrtica aut culicibus eſſent demorſi, in cute quædam effloreſcunt, quæ modò permanent, modò reuertuntur, ac craſſitiem, aut copiã, aut expultricis facultatis imbecillitatem commonſtrant. Nonnullis verò rubræ aut purpureæ, vel etiã nigræ emergũt, quales C ex pulicum cimicúmque morſibus quotidie nobis apparent: atque hæ haudquaquam promptè redeunt, vtpote quæ ex tenuiori pauciorique materia enaſcantur. Cæterùm ex rubris deteriores ſunt purpureæ, & omnium peſſimæ, nigræ: quippe quæ mortem plerunque denuntiant. Quòd ſi fuerint commixtæ, earum naturam ex abundante humore, atque alia naturalium facultatũ cõſtitutione coniicies. Aliquibus & quales ſudores, ἱδρῶα, (& noſtris ſudamina) inde nuncupantur, erumpunt, nec quicquam mali portendunt, ſed è materia ad cutem ru- D ente gignuntur. Producit ea ſalſus & mordacis qualitatis particeps humor, ac pungunt ſenſúmque vellicant & diſcuti deſiderant varios pruritus excitantia. Horum quædam, quum ſcalpuntur, ſanguine manant: alia ſubcãdidum vel leuiter pallidum humorem expuunt, vt inde vigentem ſuccum colligere liceat: quoniã illæ ſalſæ pituitæ, hic verò bilis flauæ, & primus, acrioris ſanguinis potius nota eſſe videtur. Nonnulla demum in ſcabioſos affectus commigrant, & exulcerationes exanthematis ſuccedunt: quippe ingentiores, quique maiorem proritandi vim obtinẽt, quòd craſſior & quæ difficilius meatus permeat earum ſit materia, pruritus excitãt. Atque hîc de ſudoribus & exanthematis ſermoni finis imponatur. Verùm quoniam auſter iam ſpirat, & tempus eſt tibi abire, faxit Deus vt felix terra marique proficiſcaris, nec aduerſi quicquam contingat, & lætum nuntium referas. Nos verò quoniam in iuſtam molem excreuit liber, hîc finem facere eſt æquũ: atque vbi redieris (ſiquidem diuina benignitate ſuperſtites erimus) reliquũ argumẽti abſolutum, in præmium benè obitæ legationis, exoptatique aduentus perſoluemus. Quare in præſentia aliò ſtudium conuertamus: haudquaquam tamẽ illos amicos imitantes, qui eos quibuſcum amicitiã inierunt, præſentes tantùm obſeruant, & coram nihilnon promptè pollicentur: verùm ſimulatque continuas conſuetudines neceſſitas quædam diremit, ſtatim amicitiæ fœdera diſſimulant violántque, & eius ius atque honeſtum è memoria deturbant. At nos perinde ac iam antea tuo ære tibi obſtricti, reliquũ quoque pollicitationis conficiemus.

ACTVARII DE METHODO MEdendi liber II.

Præfatio.

QVONIAM, quum felicibus auibus ad eam ob quam mittebaris, legationem nauigaturus flante auſtro è portu ſolueres, nondum promiſſis plenè ſatiſfactum erat, nos quidem ab incœpto deſtiteramus, quòd eam tibi gratiam repoſitam vellemus, & aduentante iam vere, tuum è peregrinatione reditum auidè expectaremus. Metuebam enim E (vt verum fatear) ne quem tibi deſponderam libellum, ad vmbilicum perductus, clãculum nobis elaberetur, & ſecundus, ſiquid inde cõmodi vtilitatiſve accedere poſſit, eo perfruereris. Nã quum amicus noſter ſingularis, & pater ſapientiſſimus, quique rerum ſenſilium illecebris nõ delinitur, ac philoſophiæ dignitatem ex ratione virtuteque viuens, tuetur, quantum ei qui ad intellectualem ornatum excurrit, licet mihi, ter honorandum caput (intelligis, ni fallor, me de præſtãtiſſimo Ioſepho loqui) efflagitaret, vt ei libellũ de viuendi formula ſpiritui animali accommodata, ederem: promptè libẽter- F que párui, & quantum ſpoponderam ſatiſdedi: ſi nullã aliam ob cauſam, vel ob eam ſaltem, vt nihil tergiuerſatus id amicitiæ concederem. Verùm quum in ea tractatione, huius quoque ad te libelli mentionem fieri oporteret, ipſéque vt deſcriberetur exigeret, haudquaquam eadem iam facilitate ei iſthuc cõceſſi, quòd tibi primũ eam gratiam veluti reconderem & ſeponerem. Attamẽ id quidem illi ſum pollicitus, me vbi reuerſus eſſes, & librum integrum & abſolutum à nobis accepiſſes, illi G quoque exemplar accommodaturum. Tribuit enim nobis plurimum, neſcio qua de cauſa, num amicitiæ neceſſitudinique obtemperans, an quòd in nobis aliquid ſe dignum inuenturũ eſſe cõfidat: cupitque hunc quoque librum noſtræ erga illum beneuolentiæ nõ eſſe expertem: ſed & hunc præter iam diuulgatum habere cõtendit ac nititur, vt quum ipſe amicitiam medicámque facultatem colat obſeruétque, hic noſtræ qua illum cõplectimur, inuiolatæ amicitiæ ſit monimentum. Proinde quum tu ſuauiſſimus nobis amicus redieris, & nos, prout polliciti ſumus, reliquum libri primo iam apponimus, & illi promiſſum exoluere cupimus, quòd non minus illius amor, vt quamociſſimè poterimus edatur, perſuadeat. Atque ab amicitia ſincera abſit omnis inuidiæ liuor, quum intelligas quòd quò citius librũ tranſmiſerimus, illi item aliquid gratiæ referemus. Sed quod ego de te qui præſtantioribus obtemperas, animo concipio, id ipſe reipſa præſtas, quin potius te in primis melioribus cedere, ac apprimè virtutem philoſophiámque excolere, teſtari poſſum: vt nihil mihi metuendum ſit, ne tu, quem iam olim egregiè perſpectum habeo: aliter atque ego, ſentias. Cæterùm hæc ioco potius quàm ſeriò, vt noſti, huic loco inſerui, quare iam tempus eſt vt propoſitum argumentum aggrediamur. Et quoniam in ſuperiori libro de temperamentis, & naturalibus facultatibus, adhæc de inſtrumentaliũ præcipuarúmque partium affectibus quod congruum erat pertractauimus, necnon de pulſibus, & vrinis cæteriſque quæ per excretiones reiici conſpiciuntur: reliquũ eſt vt in præſenti de febribus atque morbis qui ſumma corporis cute hærent, deinde qua curandi ratione ac via tollantur, agamus, ita enim tractationis nexus optimè cohærebit. Ac quæ ex prædictarum præcipuarum partium inflammatione, aut intemperie quapiam ſupra modum aucta, febres ſuccenduntur, cauſa omnis in illas eſt conferenda, quòd nimirum adeo excalfecerint, vt ad cor vſque calorem tranſmiſerint, atque idcirco febrem excitarint. Nunc verò de vniuerſalibus potius febribus loquendum eſt, vt omnium cauſæ diſcriminaque tibi innoteſcant.

DE AGNITIONE FEBRIVM, CAPI. A
QVum ergo nihil aliud ſit febris niſi ob anteceden
tes cauſas, externi caloris incrementum, multa
variáque particularium febrium genera oboriuntur.
Aliæ enim diariæ,(Græcis ἐφήμεροι πυρετοί):aliæ continuæ
& continentes,(illas συνεχεῖς, has συνόχους Græci nomi-
nãt):nonnullæ intermittentes,& aliquæ quòd in habi-
tum iam tranſierunt,ἑκτικοὶ appellantur. Et diariæ qui-
dem ex ſolo ſpiritu plus ſatis excalfacto: continuæ ve-
rò ex putribus quibuſdam humoribus,vt hecticæ,quòd
in habitum cordis febrium vitium abierit,committun- B
tur. Harum omnium maximè moderatæ ſunt quæ dia-
riæ nominantur, quippe quæ è mediocri quadã occaſio
ne enaſcuntur: quædam enim ex ambientis frigore aut,
calore:aliæ rurſus ex ira aut dolore, aut cura, quemad-
modum nonnullæ ex cruditate, vel laſſitudine, vel alio
quopiam eiuſmodi gignuntur. Vocantur autem dia-
riæ, quòd vno fere die deſinant: ſunt tamen ipſarum
quædam, quæ in quartum vſque extenduntur. Atque
hæ oriuntur quum corpus non eſt impurum. Quòd ſi
cacochymia quæpiam, aut alia incendio apta materia C
latuerit,ea ceu originem, diariæ calorem nacta, affe-
ctum in febrem quæ ex putredine conflatur, commu-
tabit,nec amplius iam vt diaria, ſed vt febris ex putre-
dine finietur. Neque id mirãdũ eſt, quando etiã diariæ
nonnullæ in hecticas,velut poſtea pluribus docebimus,
delabuntur. Ac diarias febres facilè diſcernes,facilli-
méque curabis: verùm quas putredo genuit, non ita
promptè,eas tamen procedente oratione dignoſcere e-
tiam diſces. Proinde diariæ complures cauſas habent
euidẽtes, frigore nimirum, vel calore,aut dolore,iráve D
aut laſſitudine, atque id genus reliquis antecedẽtibus.
Vrinæ in his vtplurimum non carent coctionis indi-
ciis. Pulſus celeriter dilatantur,nec præpropere intro
mouentur:differunt tamen inter ſe,pro antecedentium
cauſarum diſcrimine: quarum principia ſi non ignora-
ueris, modos quoque quibus alterari conſueuerunt in-
iecta manu diiudicare commodè poteris: adhæc ægri
in tolerando leuitas, ſolutionis in diariis celeritatem
tibi ob oculos proponet. Cæterùm febres quæ ex pu-
tredine fiunt, aliæ continuæ & continentes,reliquæ in- E
termittentes vocantur, atque illarum quædam eũdem
ſeruant tenorem,vigorémque,(ὁμοτόνους καὶ ἀκμαστικοὺς πυ-
ρετοὺς Græci nuncupant,) quòd vna eadémque ſit febris
vis,aliæ ἐπακμαστικοὶ dicuntur, vtpote quæ vnà cum fe-
bris robore vſque ad ſolutionem progrediantur: non-
nullæ παρακμαστικοὶ nominãtur, quarum vſquedum de-
ſinunt vigor paulatim ſe remittit. Porro continentes
(Græci, vt dixi συνόχους) peculiari nomine appellamus,
quæ ex ſanguinis nimio feruore accenduntur. Conti-
nuas verò,Græcis συνεχεῖς nominatas, eas potius dicim⁹ F
quas humorum variorum putredo committit. Ex inter-
mittentibus autem aliæ quotidie, quædam tertio, aliæ
quarto quoque die reuertuntur,vt & nonnullæ tardius
quinto aut ſeptimo redire ferũtur:ſunt quoque quæ in-
ordinatis acceſſionibus repetant,quas illi πλανῆται,(nos
vagas atque erroneas nominare ſolemus.) Quæ ſingulis
diebus accedunt, quotidianæ appellantur, atque ex pi-
tuita quæ extra venas putruit,cõflantur. In iis vrina cir
ca initia cruda eſt,ſubcãdida aut perturbata: pulſúſque
contractionis velocitate,materiam quæ ſuccenditur in
dicat. Horror ergo eas primùm prehẽdit, pulſúſque in- G
æqualitas ac tenuitas:deinde ſuccenditur febris,& de-
cem & octo horis,aut paulo plus minúſve per acceſſio-
nem occupat, nec vllo plerunque cum iudicio ſenſibili
deſiſtit. Quarum autem acceſſio tertio quoque die acce
dit,eæ ex flaua bile,quæ & ipſa extra venas vagatur,cõ-
ſiſtunt. Hæ quum rigore vtplurimum inuadunt,dehinc
febris vſque ad horas fere duodecim extenditur, licet
nonnunquam plus minúſve perduret, pro humoris vi-
delicet craſſitie ac copia, & virium ægri robore, cutiſq; H
perſpiratu facili. Nullæ hîc in vrinis coctiones ſub initia
apparẽt, & colore flauæ rufæve viſũtur, ſúntque illæ ca
lidiores, quæ liberaliori tinctura inficiuntur. Quædã ea
rum ſudore deſiſtunt,aliæ bilis flauæ vomitu,ac eius per
aluũ egeſtione,& ſanguine è nare erumpente deſinunt.

Pulſus in harum inuaſionibus nõ ſentiuntur,vt in quo-
tidianis parui ac inæquales. Atqui quæ poſt quartũ exa
cerbãtur,& quartanæ nuncupãtur,ex ſucco melãcholi-
co coſtituuntur. In his extrema primùm refrigerãtur:
deinde ita febris viginti horas perdurat. Vrinæ tenues
ſunt & albæ,quæ poſtea perturbẽtur,& pulſus,qualis in
diariis. Cæterùm febris vnaquæque,ex anni tẽpore,lo-
co,adhæc tẽperamento, viuẽdi ratione, ætate,atq; illis
quæ ſingulos humores augere ſolent,diſcernitur:nã ſi-
quis ex his comitãtibúſq; ſymptomatis eas rite cõiicit,
exiguũ(ni fallor)aut nihil quod ad exquiſitã dignotio-
nẽ pertinet,eum latebit. Atque hæ ſunt ſimpliciũ inter-
mittentiũ febriũ notæ. Verùm ignorare nõ licet,nõnul
las ipſarum aut ſibiipſis,aut aliis permixtas, multa inter
mittentiũ febrium diſcrimina gignere:nam quæ tertio
quoque die accedunt, duplicatæ falſam quandã quoti-
dianæ imaginẽ præbẽt, quòd iã ſingulis diebus repetãt:
ſed ab iis qui rectè iudicare nouerũt,ex acceſſionũ ſpe-
cie,& comitantibus ſymptomatis arguuntur:nã qui re-
ctum poteſt de ſimplici tertiana iudiciũ ferre, is facilè
duplicẽ quoq; diſcernet. Quæ poſt quartũ reuertuntur,
ſi duplicãtur,duob⁹ cõtinẽtibus diebus redeunt,vnóq;
intermittũt:quẽadmodũ rurſus,ſi fortè fortuna quarta
na increuerit, tripléxque è ſimplici euaſerit, quotidia-
narũ more ſingulis dieb⁹ acceſſiones infert. Verùm ha-
rũ ſingulæ,eũ qui accuratè ſimplicẽ diiudicare nouit,ſi
ue duplices,ſiue triplices fiãt,latêre nõ poterunt. Quòd
ſi interdum quintanas,& ſextanas,& ſeptimanas,aliáſ-
que eiuſmodi,& præterea vagas nominari audiueris,ne
has quidẽ,ceu fieri nequeãt, nullas eſſe arbitrare: nam
quũ quatuor in nobis humores reperiãtur, ipſorũ quiſ
que vbi immutatus eſt,multas variáſque ſuccorũ corru
ptorum ſpecies generat: quare pro corrupti quoque hu
moris quouis dominio,etiã acceſſiones repetunt. Porro
vagæ & errãtes,è turgẽti quidẽ materia naſcuntur, ſed
quæ inordinato atque alii nõdum cõfecto alio accumu
lato cibo cõpeſcũtur ſimul & increſcunt. Cæterùm quẽ-
admodum duplicatæ ſecũ febrium differẽtias cõſtitue-
bãt:ita & quum inter ſe permiſcẽtur,alia febrium gene
ra oriuntur: nã quotidiana modò cũ tertiana modò cũ
quartana miſcetur, adeo vt tres fiãt inter ſe cõſiſtentes
cõiugationes,& vnaquæque pro humoris in corpore re
dundãtis natura, ſibi peculiarẽ parit acceſſionẽ. Atque
hæc ad febres interpolãtes ſpectãt. Sed alia præterea eſt
cõtinuarum & interpolãtium cõplicatio: nã nõnullæ ex
iis quæ cõtinuis acceſſionib⁹ vrgẽt,aut quotidie,quãdo
videlicet pituita in venis corrupta cõputruit, aut poſt
tertium,quum venæ bilioſo humore abundãt,aut quar
to quoq; die, quũ atrabilaris humor in venis infeſtat,
cũ prædictis intermittẽtib⁹ cõplicatæ, alias febriũ dif-
ferẽtias cõſtituunt: nã modò quæ quotidiana acceſſio-
ne cõtinua eſt,cum quotidiana intermittẽte, aliâs quũ
ea quæ poſt tertium interpellat, quã etiã ſemitertianã,
(Græci ἡμιτριταῖον)priuatim appellãt:& demum cum ea
quæ quarto die intermittit,implicatur. Sic & cũ ea quæ
poſt tertium exacerbatur cõtinua, interdũ quotidiana,
aliquando tertiana, nõnunquã quartana & intermittẽ-
tes cõmiſcẽtur:eodẽ modo & cõtinua,quæ quarto quo-
que die acceſſiones obtinet,cum tribus his intermittẽ-
tibus permiſcetur:quarũ ſi ſingulares ſimplicéſq; agno
ueris, in cõplicatis quoq; diſcernẽdis haudquaquã ab-
errabis. Sed quia ĩterdũ καύσους, & ἠπιάλους,ac λειπυρίας au
dire cõtinget, harũ etiã cauſas & diſcrimina cognoſci-
to. καῦσος(quã noſtri ardentẽ vocãt)è bile nimis efferue
ſcente eſt, quando & è ſanguine feruido originem tra-
hit,ac vehementiſſimo calore vrget,& omnium facilli-
mè ad id quod res tulerit propendet, quòd tantũ ardo-
rem natura non ferat: nam aut iudiciis cauſas moleſtas
abigit,aut in tanto alieni caloris impetu natura defati-
ſcit: ἠπίαλοι verò ſunt dictæ,quòd ἠπίως ἀλεαίνει,(hoc eſt
blãdè mitéque tepefaciũt): non enim febrem vehemẽ-
tem accendunt: habent quidem horrorem euidentem,
ſed febris ſuccedens horrori proportione haudqua-
quam reſpondet: interdum vterque ſimul, & calor
& horror perſentitur. Frigidi & lenti ſucci modi-
cè putres, hunc morbum faciunt. Denique λειπυρίας,

ſatis magno horrore inuadit, verùm euidẽs calor ei nũ A
ſuccedit,velut ex ipſo quoq; nomine patere poteſt : nã
λείπεται πυρὸς,(hoc eſt igne,quod eſt calore deficit):nã op
pido quàm frigidus ſuccus ſũma cute innatãs, in acceſ-
ſionum ſignificationibus ab excretrice facultate pro-
pellitur:quare horror comitatur,verùm calor nullus ac
cedit, quòd ne putredo quidem ei ſucco , qui ſatis ægrè
corrumpi ſua natura poteſt,aduenerit. Atque hæc ſunt
febrium quæ intermittunt, & quæ ſecus , genera. Su-
pereſt etiamnum aliud febris genus,quod ἑκτικούς,nomi
nant,omnium deterrimum, quódque propemodum cu B
rationem reſpuit. Vocant autem ἑκτικούς,quòd eæ in ha-
bitum cordis recipiantur: nam quum affectio (ita nunc
διάθεσιν interpretor)quædam afficiẽtis quum affecto ſit
familiaritas ac conſuetudo , quæ haud difficulter com-
mutari poteſt : & habitus , quod eſt ἕξις , ſit conſtans &
quæ ægrè elui poteſt affectio: nõ iniuria febres quæ cor
afficiunt , eius calorem per affectionem immutaſſe di-
centur:quæ verò effecerunt vt calorem in habitum ad-
mitteret,ἑκτικοὶ peritioribus appellabuntur. Gignun-
tur hæ aliquando quòd diariis ſuccedant,vbi nimirum C
vehementiori ira exarſimus , vel mœrore curáque iugi
intabeſcimus: eas ſiquis principiis obſtet, curare facil-
limum eſt. Verùm quæ ob partium præcipuarum in-
flammationes , & ſcirrhos,& tabem , ac reliqua magni
momenti vitia committuntur,omnium ſunt longè peſ-
ſimæ, quòd natura duobus grauiſſimis malis reluctari,
propulſaréque nequeat. Naſcuntur quoque haud ſegni
us ex inueteratis malignísque febribus , quum cor iam
ob præeuntẽ facultatis exolutionem vitium excipit.In-
ter has deterioris ſunt notæ quas ἑκτικοὺς & μαρασμώδεις D
nominant Græci, in quibus vitalis vis emarcuit conta-
buitque , à quibus ægri vt euadant fieri non poſſe puta-
tur. Itaque in omnibus hecticis febribus calor in toto
corpore ſuccenſus eſt , verùm etſi nunquã intermittat,
eum tamen fere æger minimè ſentit. At verò vbi cibum
aſſumpſit, aut excitatus alicui ſtudio obnixius incũbit,
ſe calidiorem fieri animaduertit: quod quum nonnihil
difficilius ſuſtinuerit,denuo in priſtinum ſtatum redit.
Pulſus iis parui ſemper ſunt & dẽſi, atque vtplurimum
duri. Vrinas reddũt quales in hecticis enumerauimus, E
proportione generi morbi exceſſuique reſpondentes.
Quòd ſi malum progreditur,oculi cauãtur,collabuntur
tẽpora, frõs mirum in modum aret,palpebræ tardè at-
tolluntur,oculi ſordibus opplentur,& tabe defluxioni-
búſque tentantur : & tandem in ipſo hominum cœtu,
aut aliis quibuſdam vitæ muniis nõ ſecus quàm qui a-
nimo linquunt,emoriuntur . Porro illud quoque omni
um poſtremum ignorari haud decet,quòd iis qui hecti
ca febre corripiuntur,variè interdum eæ quas putredo
facit, implicãtur. Verùm ſigna cuiuſque febriũ ſpecies F
dirimunt : quæ quũ iã antea ſint explicata,fruſtra nunc
iterũ huic ſermoni inſererentur , vtique quòd breuitas
quã in hac tractatione ſectamur, hoc nõ ſuadeat. Qua-
re ſermonem de febribus hactenus ſatis ſit produxiſſe:
reſtat vt quæ neceſſaria ſupereſſe videntur , quantum
compendium exigit,annectamus.Et quoniam complu-
res morbi iudiciis finiuntur,cõſequens erit, vt poſtquã
affectus qui alicuius momenti ſunt, & febres recenſui-
mus,de iudiciis quæ tuta ſunt, & quæ non, déque in iis
iudicantium dierum potentia , diſſeramus, G

DE IVDICIORVM AGNITIONE, CAP. II.

ITaque quum iudicium, quã κρίσιν vocant, nihil aliud
ſit niſi expellentis facultatis , quò infeſtantia explo-
dat, excitatio , iudicia quæ præcedenti coctioni ſucce-
dunt, in indicibúſque diebus eueniunt,moleſtiarum re
miſſionem iis qui iudicantur adferunt: quæ verò ſecus,
recidiuã,aut difficiliorem tolerantiã,vel morbi lõgitu-
dinem,vel,quod omnium deterrimum eſt,mortem in-
ferũt.Iudicantur ergo ægri aut vomitu,vel alui egeſtio
nibus,aut vrinis,vel tinearũ deiectionib⁹,aut ſudorib⁹, H
aut ſanguinis eruptionibus è naribus,aluo, hæmorrhoi
dibus, quẽadmodum etiã ex vtero, velut fœminis vſu-
uenit. Adhæc in nõnullis & abſceſſus ſub ipſis auribus,
(παρωτίδας appellant,)& reliqui humorum decubitus,iu
dicii vim obtinuerunt: ſputa item quæ tuſſi redduntur,
& ſomni nõnunquam moderati, qui antea deerãt, quũ
acceſſerunt,ægrum à languoris impetu leuarunt.Cæte-
rùm non omnia omnibus ſunt familiaria, ſed pro ægri-
tudinis ſpecie,& ægri habitu,anni item tempeſtate,cõ-
ſuetudine,ac ætate,oboriuntur: nã aliquibus vnum aut
duo, aliis plura quoque,ſed omnia conuenienter acci-
dunt,iis quidem quibus tuta ſalus promittitur. Qua-
propter ne quemadmodum qui in tenebris degunt,te-
mere hæc proferre videamur, age diſtinctionis lumine
orationem dirigamus , ac ſigillatim de iudiciis loqua-
mur,quò iis quæ cuique peculiaria ſunt, & quæ potiſſi-
mũ inſequitur affectio , cognitis,ita de cõplicatis quo-
que ſententiam feras,faciliſque tota tibi iudicii tracta-
tio euadat.Igitur quæ vomitu aut ſoluta aluo iudicãtur,
primùm indicant materiam quæ febrim fecit ad ipſas
vſque venas non pertigiſſe:ſed in aluo ac inteſtinis pu-
trem accenſámque ſubſiſtere, & inde vſque ad cor alie
num calorem tranſmittere, qui temporis ſpatio ſubli-
miora petens,& homini negocium faceſſat, & naturalis
vitaliſque caloris facultatem ſuo imperio turbet.Dein-
de hîc onera,punctiones,& vrinæ magis alterãtur.Ve-
rùm ſimulatque quæ in nobis eſt ſeruatrix facultas ſe e-
mancipauerit,ſuique iuris fuerit,& incocta coxerit,at-
que ex coctis iam conueniẽtia ſibi ſumpſerit, quicquid
ſuperfluum inutiléque fuerit deorſum ſurſumque pro
vicinia ac materiæ momento & propenſione,ceu exper
recta protrudit.Nam ſi antea coctionis nullæ extiterint
notæ,vires ægri potius non præpollere, nec eas materiã
turgentẽ ſuperare poſſe exiſtimabitur:quod quia quaſi
defatigatos eſſe ſignificet,lõgè peſſimum habetur , niſi
mordens quæpiã qualitas antè opportunam coctionem
irritans,ab infeſtantibus humoribus vindicare nitatur.
Sed an ſic iudicãdus ſit prænoſces,ſi affligẽtes humores
ibi magis vigere morbi genus denuntiabit : & ſi facilè
vomit,aut aluus ægro prõptè ſoluitur,neq; aliorũ iudi-
ciorũ notæ, quas poſtea docebimus,adſunt.Porro pri-
uatim per vomitũ iudiciũ expectatur,quũ viſcera velu-
ti cõuelli,& inferius labrum moueri, ac vertigine corri
pi,& tenebricoſa quædã oculis obuolitare,& flaua palli
dáque ac varia cerni vidẽtur: hæc enim atque eiuſmodi
alia,ſi antea apparuerint,iudiciũ per vomitũ portẽdũt:
ſic per aluũ, onera vẽtris inteſtinorúmq; murmura, itẽ
& punctiones inteſtina permeantes nuntiãt iudicandũ.
Sanguinis verò profluuii iudicia corripiunt primùm,
quum eiuſmodi humor vigere cõſpicitur,idque ex an-
ni tẽpore,& viuendi ratione,adhæc ætate,cõſuetudine,
& demũ ex ægri pulſibus,vrináque cõiectamus. Ac quũ
per nares fluxurus eſt, viſcera conuelli,velut in vomitũ
diximus,videntur,& ſplendores oculis obuerſantur.Et
ſi dextrũ viſcus attollitur, nare dextra poti⁹ ſanguis flu
et:ſin ſiniſtrum,leua. Per hæmorrhoidas autẽ ſanguis
erumpet,ſi renes põdus ſentiunt,ipſáque venarum ora
inflãmatione tentãtur,& quaſi titillata mordentur: ma
ximè ſi iis æger aſſuetus eſt,nec alia ſigna præcedunt,ac
materia turget. Verùm in menſtruis purgationibus,tũ
ex ſimilibus,tum ex ipſo dierum circuitu,quid expectã
dum ſit,dignoſces.Sunt autem iis ſubrubræ & rubræ,ac
veluti cruentæ fere vrinæ,quòd ſanguis eò confluat,ac
moderatè ſuo colore inficiat. Sudores verò ſuccedunt,
quum quæ ex tertia coctione ſuperſunt, abundant exu-
perántque : quare & in vrinis hîc antea cõferta coctáq;
ſedimenta,quæ ſublimius ferantur, apparent: & vndo-
ſus eſt pulſus, ac ſi manum in ſinum immiſeris , inſpe-
xeríſque, vaporoſus quidã ſenſus occurret, quòd vide-
licet id quod tenuius eſt prius diffletur. Vultum bo-
nus color decorat,idque potius ſi ſanguis per nares prò
fluxurus eſt: deinde & in iudiciis quæ fiũt per ſudores.
Si tamen ſeroſus in venis humor exceſſerit ac putrue-
rit,febrémque inde excitarit,craſſæ & turbatæ vtpluri-
mum ſunt vrinæ:ſed quum iam ad iudicium impetu fer
tur natura, tenues & copioſæ feruntur , attamen longè
ſupra eius quod bibitur menſuram : atque hoc iudiciũ
per vrinas vocatur. At quum crudus eſt humor & anni
tẽpus obſtat , ac propellens facultas id quod ſuperfluũ
eſt protrudit , ſi affligens humor ad caput conuerti-
tur & foras erumpit, ſub auribus abſceſſus enaſcuntur,

quos παρωτίδας vocari diximus:quin & eryſipelata,atq; in collo extuberationes, è bilioſis aliíſve corruptis ſuccis generantur:ſin humor deorſum delabitur, fiunt qui vocātur decubitus,(Græci ἀποσκήμματα dicunt):quòd ſi noxius humor intro conuertitur,abſceſſus,quos ἀποστήματα vocant,oriuntur:qui ſanè omnes alio rurſus vt cō coquātur excernātúrq;,opus habent iudicio. Atque qui foras prodeūt meliores ſūt, faciliúſque iis ſubuenitur: at qui intro recurrunt ,peiores quum ſint, maiori diligentia & fortuna proſpera indigent. Nam niſi infernè per vrinas aut aluum decedētes,aut,vt in thorace quæritur,tuſſi educti, diſrumpantur, ſunt quidem tempore ſecundi,attamen prioribus affectibus nōnunquam deteriores cēſentur. Fit autē in his quoque iudiciū,quum rumpuntur,& ſputa facilè educuntur. Quin & ſomni in phrenitide ſimilibúſque morbis,interdum accedentes, ſatis fuerunt, vt non leue eſſe iudicium exiſtimaretur. Proinde in vnoquoque morbo diligenter ſpectandum eſt,quis humor eum faciat, & quò vergat, & quod cuique iudicium ſit accommodatius, atque ita demum de iudiciis coniecturam facere:alii enim ſudoribus,alii aluo moliendæ ſunt aptiores:alii ſanguinis proflluuiis capiuntur, pro ætatis,anni,temporis,& victus,cōſuetudinis item, & cæterorum quæ antè propoſuimus ratione. Quòd ſi humores fuerint cōplicati, & huc illúcque ſuo impetu ruant, non eſt à ratione alienum vt varia quoque iudicia fiāt:quæ pro ingenii tui ſagacitate,ex morbi ſpecie motúque coniectans, citra difficultatem aſſequêris. Quocirca in omnibus iis qui iudicandi ſunt,tria hæc antea ſunt examinanda,ægri vires, turgentium humorum cōcoctio,& an ea quæ in iudiciis exiſtunt,quātitati qualitatique humorum,qui vigere videntur,proportione reſpondeant: nam quum vires defeſſæ ſunt, omnia peiora ſunt reputāda: deinde ſi iudicia apparentia coctio non præceſſit,impotentiam,ob quam natura euincere nequit,aut humorum copiam adeſſe,& ob id, atque eius generis alia malignus eſſe morbus cenſetur. Vnde aut dolores,aut animi deliquium,vel ſenſus priuatio, aut delirium, vel eorundem recidiua, & in ſumma nihil non deterrimum coniectura eſt expectādum. Sed & hoc peſſimum eſt,ſi alia aliorum loco,& quantitate minora feruntur: nam hæc & id genus alia ſunt notæ deterioris. Itaque ad ægrum ingredienti, priuſquam alia aut ipſum tāgas,eius forma tibi decubitúſque cōſiderādus eſt, adhæc reſpirandi facilitas,& an ſtertat,vel anxius ſit,aut deliret,aut aliud pro alio reſpondeat, vel tuſſiat, nihilque effatu dignū reiiciat, vel aliud aliquid adſit,obſeruādum,antequā vel eum vel reliquos interrogaueris. Dehinc percōtādum eſt quidlaboret, eáque omnia cum illis quæ tu priuſquam ipſe narraret,collegeras,conferre oportet. Poſthæc contrectanti pulſum vitale robur, & num ipſe cū iis quæ narrātur apparéntque cōſentiat,explorandum. Præterea ſi vrinæ,aut excretiones, aut ſputa adſunt, ea inſpicere quoque decet: atque eorum coctionē,aut cruditatem, aliámve quāpiā conſiſtentiam vel malignitatem ſpectantem, de dierū qui ab initio accubitus elapſi ſunt,numero ſciſcitari, & an aliqua extiterint iudicia quærere: atque ita demum omnia ſimul comparantem,victus rationem præſcribere,&reliqua quæ ad dignotionem morbíque prænotionem ſpectant,pronuntiare oportet. Nam ſi hac ratione ac via inceſſeris, parum aut nihil à verò & ſecuro aberrabis. Verùm quò certius euidētiúſque obuios morbos dignoſcas,ſigna quæ malum bonúmve promittant, eorúmque diſcrimina,quibus inter ſe maioris minoríſque ratione diſſident,annectam. Sic enim diſtincta tractatione, omnia facilia & procliuia eſſe videbuntur.

DE SIGNIS, CAP. III.

Decubitus igitur omniū optimus eſt, aut in dextra, aut ſiniſtra:alii,niſi ex conſuetudine familiares fuerint,ſunt deteriores:nam ſupinum cubare, imbecillitatem potius,& pronum,dolorem in ventre & inteſtinis, aut delirium notare putandum eſt. Membrorum verò iactatio,& anxietas,niſi iudicium expectetur,ſunt prioribus peiora. Delabi ad pedes,eóſque citra multum calorem ſtragulis eductos proferre, deterius eſt: nam ægri imbecillitatem,vitiúmque exolutionem connotat. Adhæc & ea quæ in vultu apparent inſpectanda ſunt. Nam oculi caui,tempora collapſa,naſus acutus,frons perquā arida, non rectè audire aut cernere, aurium fibræ contractæ, ſi oculi inuitò illacrymant, lingua ægrè voluitur & titubat, ſi mente eſt alienata, ſi ſopor aut vigilia affligit, ſi oculi cruenti ſunt & inſtabiles ac palpitant, aut eodē loco immobiles cōſiſtunt, & ſi cōniuentes palpebras nō omnino cōmittunt,ſed alba apparent,neque id ob copioſiorē alui fluxum cōtigit,ſi gemunt,quū tamen nullus dolor conſpicuus ſit,& ſi acutius & cum clāgore loquuntur,& ſupercilium conuulſum eſt aut laxū, & ſi hianti ore dormiunt, & dentibus ſtrident, & præcordia in tumorem ſublata & dura, quæ digitorum cōtrectationem non facilè ferant,habent,. Hæc enim & eiuſmodi alia ægrotantibus peſſima promittunt:potiſſimum ſi talia,eo quòd iudicium expectetur,aut ob proximum quempiam commiſſum errorem,qui interdum omnium eiuſmodi prauorum ſignorum malitiam eleuat,niſi fuerit maximus,haudquaquam extiterint. Cæterùm hæc quanuis ſint mala,inter ſe tamen malignitate diſcrepant:æquum enim eſt, vt vnum peſſimū multis minus malis plus poſſit, atque vnum aut duo bona, multorum malorum vim infringant. Nouiſti autē probè,quænam malorum collatione praua ſint habenda,nā ſomnus moderatus,decubitus aſſuetus,pulſus moderatus,aut qui ad eū proximus accedit, neque vllā inæqualitatem,aut duritiem,aut interceptionem,aliúdve quippiam mali habet, & ſiquid à pluribus bonis euincitur: vrinæ itē cum cōcoctionis notis,& egeſtio ſimilis,ſpiritúſque facilitas præcipuè in affectibus thoracis, & quæ ad cerebrum pertinent, haud perperam emota: hæc & huiuſmodi multū in ægris viribus pollere ſolent. Quare quum antecedit coctio, & æger facilè morbi impetū ſuſtinet,ac derepente horror ingruit, & febris ingens, & delirium nonnunquā,ac animi deliquium iactatióq;, & æger variis modis grauiter fert morbum,non eſt magnopere metuendum: non enim ea tam ſunt malignitatis indicia, quàm morbi paulo pòſt iudicii aduenturi. quippe quòd facultas infeſtantes humores peſſumdedit,iiſque conuenientem coctionem admolita eſt,quicquid inutile eſt ſecernit ac ſegregat. Quocirca ſudore, & ſanguinis profluuio,vomitu,& alui euacuatione,atq; eiuſmodi aliis,natura nō ita multo pòſt ægro ſanitatem reſtituet. Atque hæc in perfectis iudiciis accidunt,quæ & in indicibus antea ſignificantur: nam ſiquid ipſa in prædictis iudiciis magni momēti eſt factura,id ante iudicii diē in indice prius quaſi præludens,nuntiat: quare aut exigui ſudores,aut ſanguinis è nare ſtillæ, aut parū cocti ſputi educitur,atque aut puſillum,aut maius quippiam antè apparet: & niſi fortè quòd materia turgeat,aut ægri vires validæ ſint,præeuntes ſignificationes iudicium anteuertat, non aliter quàm in aliis per contraria pedetentim id quod noxium eſt,crebris iudiciorum circuitibus coquitur expellitúrque. At quibus natura ad affligētium expulſionem non excitatur,multáque eſt grauantium humorum cruditas,& vitale robur lāguet, quid niſi peſſima opperiri oportet? Complures nanque prauæ notæ comitantur, & ſiquid fortè in ea morbi conſtitutione excernitur, maior retinentis facultatis imbecillitas ac impotentia ſequitur, & quæ ſic expellūtur,perquā cruda prauáque cōſpiciuntur. Quocirca quum quæ ſint coctionis & quæ cruditatis ſigna tibi ſint perſpecta, & quomodo facultas noſtra naturalis cognoſcatur, adhæc quæ ſint prauæ, & quæ minus notæ: opus eſt vt ſigillatim ea expēdēs, ita de euētu pronūties. Atque in ventriculo, aluo,& quæ illi adhærēt inteſtinis laborantibus,primùm quæ vomitu expelluntur, & quæ ventre ſecedunt, ſunt ſpectanda, deinde & aliunde ſigna corradenda. In thoracis & pulmonis vitiis reſpirationem,& quæ ſputo educuntur,eorúmque coctiones inſpicere oportet: poſt hæc, ex aliis quoque coniecturā facere. Sic quæ cerebrum tentant,conſentientes partes, ſomni,& vigilia,ſi modum exceſſerint,ſenſus item difficultas,iſque abolitus, & ſiquid eſt aliud quod eius affectum prodat, denuntiant. Eorum porro qui in venis

vigent humores,ex vrinis primæ accerſuntur notæ.Nã A
ſi primùm ex familiaribus & propriis cuiuſque patien-
tis loci indiciis iudicium feceris, atque ita ad cõſenſus
cum reliquis partibus acceſſeris:ſed ante omnia vitalis
tenoris modos,perinde acſi omnis affectus inde perfi-
ciatur,indéque ſpes aut deſperatio ſumatur, tanquam
à iudice quopiam qui de vitali robore,ceu vincente aut
victo,ſentẽtiam ferat,ſpectaueris : parum aut nihil eo-
rum quæ ad vrgentium affectionum, quem finem exi-
túmque ſint habituræ, prænotionem dignotionémve
attinet,te præteribit. Proinde quoniam tractationem B
de iudiciis ſequitur de diebus iudicatoriis, age etiã de
iis breuibus,quod neceſſariũ eſt,agamus: quò ne in hac
quidem parte inſtitutum claudicet.

DE DIERVM IVDICATORIORVM DIGNOTIONE, CAP. IIII.

QVòd igitur certis ſtatiſque quibuſdam diebus, iudi
cia,neque iiſdem omnia fieri ſoleãt: deinde quòd
non æquis omnes dies iudicatorii viribus polleant, ne-
mini non,quòd ita ſenſus quotidie doceat, eſt perſpi-
cuum:verùm quibus de cauſis ita fiat, nunc explicabi- C
mus,iis maximè rationibus inducti, quæ de mutuis cor
porum cæleſtium cum noſtris cõuenientiis, ac conſenſi
bus ferũtur, quódque naturalibus ſuis perpetuiſque la-
tionibus,ac ſuis inter ſe mutuò configurationibus, atq;
iis quæ cuique ſunt peculiaria, plurimum aerem hunc
terram ambientem,& corpora eum incolentia afficiãt,
ac alterent,iuxta eas rationes, quibus à primordio re-
rum opifex ratio hæc cõcinnauit. Aliud enim alio ma-
gis,ac variis mutationibus alterare ſolet: omnia tamẽ,
quum diuinæ ſint prouidentiæ inſtrumenta,pro ſua ſi- D
bi inſita facultate alterant atque euariant, & iuxta ra-
tiones quas iis ſemel largitus eſt Deus,cũcta noſtra cor-
pora contemperant commutántque. Cæterùm ſuas in
nos actiones,quæ quidem ſenſibus patent, euidentio-
res ſol & luna exercent. Siquidem ſol anni tempora,
quæque in iis occurrunt omnia effingit.nunc enim fri-
goris fit cauſa,& noſtra corpora condenſat: quare im-
bres,& niuem,& reliqua quæ in aere gignuntur,coge-
re videtur:atque idcirco in animalibus & plantis natu-
ralis prolificúſque calor interna petit, quo oſcula clau- E
dantur,& interni ſucci conficiãtur,ac paulo pòſt ad nu-
tricationem idoneos reddat. Modò ad nos reuertens,
coactum in aere gelu diffundit,& meatus antea frigore
obſtipatos reſerans, plãtarum germina pullulare facit,
atque ad ſe concretum humorem,qui antea ob viuifici
caloris in intima receſſum, germinationẽ impediebat,
attrahit. Quin & noſtrum omnem in imo ſibi familiari
cognatóque deliteſcẽtem loco calorem, ad cutem pro-
licit:atque ob eiuſmodi eius impetum, ex inſidente e-
tiamnum materia,multa variáque circa totius corporis F
ſummam cutem iam effloreſcunt.quippe exanthemata
papulæque,ac ſudamina,atque adeo ſudores ſoliti erũ-
punt.Vbi verò ſolis æſtus iam vehementius vrget,ſucci
noſtri præ feruore bulliunt, omniáque iam enumerata
inualeſcunt,adhæc ſqualor ſtagnantis huius aeris hu-
morem exhaurit,fructus fugaces,& æſtiui (ita iã ὡραίοις
interpretamur)tempeſtiuè maturãtur,quòd partim ſu-
peruacaneus humor maturitate coquatur,partim abſu-
matur. At quum iam à noſtra habitatione recedere, ac
Septentrionem petere incipit,ſqualida & etiãnum ex- G
calfacta noſtra reſtant corpora: atque anni frigidiore
tempore remeante, auſtróque accedente, quòd frigus
increſcat; meatus noſtri occluduntur, caloríſque reli-
quias,impetu quo foras ferebatur prærepto,recondũt.
Plantis quoque ſimilia eueniunt: nam folia ob id de-
fluunt,ceu aridæ euaſerint, eo quòd plurimum humo-
ris ſui euanuerit. Quare in poſterum in ſe contrahun-
tur, & quod ex facultate naturali reliquum eſt, iterum
reficiunt refocillántque ac exſuſcitãt:atque alium rur-
ſus ſibi terræ humorem reponunt,nouúmque inſequen H
tis anni operiuntur teporem. Porro iampridem tum a-
nimalium tum plantarum eſſentia marcore contabuiſ-
ſet, niſi demirandas has anni tempeſtatum mutatio-
nes ſol eſſet molitus. nunc verò quum alia aliis præpa-
ret & diſpẽſet,rerum ortus interitúſque opifici ceu in-
ſtrumentum eſt effectus. Cæterùm nolo ſigillatim eius
actiones recenſere, quandoquidem hoc noſtrum iam
non eſt inſtitutum:eſt enim terra maréque eius faculta
te refertum:adeo ſol in omnibus quæ mutantur corpo-
ribus,mirandum eſt opifici inſtrumentum. Adhæc luna
ſuis incrementis decrementiſque tempeſtatum viciſſi-
tudines imitatur.Nam à coitu vſque dum dimidiata eſt,
veris tempus repræſentat: inde vſque ad plenilunium,
æſtatis ſtatum præ ſe fert:hinc rurſus quum dimidiata
apparet,autumnum refert, vt extrema ſua ſeptimana
hyemis tempeſtatem exprimit.Et quanuis ea omnium
ſenſibus liquidò nõ patẽt,nõ tamẽ hãc rationẽ euertũt:
eſt enim vtique aliquod Lunæ robur, velut omnibus
iam ſenſibus conſtat, vt ſolis vim infringere hebetaré-
que queat, potiſſimum ſi luminaria aduerſãtia ſibi an-
ni tempora effecerint.Attamen in imbecillioribus atq;
ad patiendum aptioribus corporibus,in quibus exiguũ
accedens momentum plurimum pollet, quæ inde profi
ciſcuntur alterationes promptius ſenſu percipiuntur.
Atque hæc breui adeo temporis ſpatio ſigniferum cir-
culum, ζωδιακὸν appellant, perambulans(nam quatuor
fere dierum ſeptimanæ, minus parte quapiam, à ſua in
eundem locum reſtitutione,dinumerantur), tempeſta-
tes deſcribit,& multa admiratione digna,in noſtris his
mutabilibúſque coporibus ſuo circuitu afficiens, exci-
tat. Siquidem quòd reliquis propius ad terrã accedat,
& magnas in ſuis incremẽtis decrementíſque ſuſtineat
mutationes,promptè noſtra quoque corpora vnà mu-
tantur. Verùm quomodo tum hæc tum reliqua tam in-
errantia quàm errãtia ſidera, ſuis viribus & circuitibus
apparitionibúſq; ac occultationibus ob naturales quaſ-
dam rationes,quas Opifex illis tribuit,in inſtabilia flu-
xáque hæc corpora agãt, id alium requirit locũ, aliám-
que poſtulat contemplationem, quòd non ſit propoſi-
tum hæc in præſentia oratione explicare. Quare quum
de diebus iudicatoriis verba facere antea in animo ha
beremus,de iis agamus,ab ipſis vtique lunæ circuitibus
arrepta anſa. Quum itaque lunæ corpus quatuor maxi-
mas accipiat mutationes, vtpote quas per ſeptimanas
ſingulas metiamur, deficiente exigua quadam portio-
ne,& vnaquæque ſeptimana quadrangulare latus com-
plectatur, æquum eſt tum eiuſmodi figurationem,
tum numerum ſeptenarium,qui in ea maximè dinume
ratur,viribus quibuſdã pollere. Siquidem ſolem quoq;
in hac configuratione, temporũ mutationes facere cer
nimus. Quapropter ſi tantùm quadratus ſiderum aſpe-
ctus valet, & ſeptem dies, exigua quadam portiuncula
deſiderata, in vno latere numerantur, numerum hunc
ſeptenarium plurimum in corporibus his mutationi-
bus obnoxiis par eſt valere, potiſſimũ ſi maximis qui-
buſdam motibus liberentur,& velut in lance appendan
tur.tunc enim quæ illinc accedunt momenta, quamma
ximè immutare ſolent. Verùm quia in iis quæ generan-
tur, motu agitatorum euentus quinam futuri ſint, vt-
plurimum in principio ignoramus: ſed vbi iam dimi-
dium temporis pertranſiit,haud pauca euentus indicia
antè prorumpũt:(inuenimus quippe medietatem cum
cauſis euentuum affinitate quadam conſentire, vt ea
propter multo antea eorum quæ motu cientur euentus
quadamtenus pronuntientur, ac quaſi præconis voce
proclamẽtur.)ſeptimanarum medietates proximè poſt
ſeptimanas viribus pollebunt,interdum perfectè ac ſua
vi iudicantes,interdum ſubſecutura ſeptimanarum iu-
dicia denuntiantes. Nõ ita ſanè iudicia per ſeptimanas
occurrunt, ſed perfecta ſemper ſunt,niſi exiguæ quæ-
piã perfecti iudicii reliquiæ, qualibet de cauſa in pro-
ximum iudicatorium diem ſeruentur. Quãobrem quar
tum primum aut iudicare, aut inſequentis ſeptimi indi
cem eſſe:deinde poſt eum, ſeptimum perfectè iudicare
aſſerimus.atque ita vndecimum, & poſt eum decimũ-
quartum: adhæc decimumſeptimum, atque inde vice-
ſimum,& poſt eum viceſimumquartum:poſtremum ve
rò ſeptimum & viceſimum eſſe dicimus, quarto ſepti-
mum ſemper excipiente. Verùm quia & tu & alii qui-
dam ambigere poſſent,quomodo primas ſeptimanas&
quaterniones diebus integris, reliquas verò imperfe-

ctis dinumeramus,hoc quoque non abre diſſoluemus, A
necui inconſideratius dies iudicatorios recenſere vi-
deamur. Itaque quòd ſeptimus, decimusquartus,vice-
ſimus, & viceſimusſeptimus, quotidie iudicare depre-
hendatur,vel ex ipſis ægris planè diſcere licet.at quòd
nonnũquam viceſimus quoque primus iudicet, ne hoc
quidem eos qui diligentius animum aduertunt, latet,
&cauſa in proximè antecedentem refertur.Nam quia,
veluti diximus, ſeptem ac viginti diebus,& quadã diei
portione ,tempus quo luna ad eum ex quo abiit locum
redit concluditur, paululum ei deeſt vt integræ perfe- B
ctæque ſingulæ ſeptimanæ numerari poſſint. Quare
quum quatuor ſeptimanis numerum partimur, in pri-
ma, quia parum eſt quod deficit, nihil neq; de quarto
neque de ſeptimo demitur.atque in ſecunda,quãquam
iam plus deeſt quàm in prima , minus tamen quàm vt
integer dies auferri poſſit, non ſecus quàm primã eam
dimetimur.At tertia ſeptimana quæ in viceſimum ter-
minatur , quòd manifeſtus iam ſit defectus, mutilatur:
& non amplius decimusoctauus,ſed qui præcedit, eius
quartus recẽſetur,quòd principium habeat decimum- C
quartum,quoniã eius quoque euidentior ſit quàm an-
tecedentis defectus.Denique quia tertia ſeptimana pri
mi & viceſimi particulam quampiam ſumit, idcirco i-
pſe quoque fide aliquando iudicare creditur. Poſt has
iudicant triceſimusprimus, deinde triceſimusquartus,
& poſtea quadrageſimus, qui ſecundus eſt vicenarius.
nam iudicia periodica quæ à viceſimo vſque ad quadra
geſimum fiunt,ſunt qualia à primo in viceſimum. Atq;
acutorum morborum iudicia ad quadrageſimum vſq;
vt longiſſimè porriguntur, poſt quem longi appellari D
incipiunt, nec amplius per ſeptimanas, ſed per viceſi-
manas,& quadrageſimanas iudicantur. nam poſt qua-
drageſimum,ſexageſimus,deinde octogeſimus, poſtea
centeſimus viceſimus, dehinc centeſimus octogeſimus
eſt iudicatorius. Vel enim ii in cuiuſque anni temporis
mutationibus ſoluuntur,vel quum locum mutant, aut
quod poſtremum eſt , quum in oppoſitas tempeſtates
decidunt, vel quum ad idem, quo cœperunt, tẽpus re-
dierunt. Qui hæc effugiunt,in commutatione ætatis iu
dicãtur:at qui eas quoque exuperant, medelã non ad- E
mittunt , quòd iam ſalus quæ à tempeſtatum tempo-
rúmque mutatione ægro promittebatur , ſit deſperata.
Cæterùm quia nonnullos dies qui interdum iudicant,
ſuprà dedita opera præteriuimus,ne in aliquo defeciſſe
videamur, illorum etiam ratio reddenda eſt. Proinde
tertius & quintus,adhæc ſextus & nonus,præter prædi-
ctos iudicare conſpiciuntur : tertius quidem & quintus
ſeptimanæ per quadrangulare latus numeratæ minimè
appropinquantes : ille quaternarii perfectè iudicantis
facultate inferioris , & primùm conſentientis functio- F
nes ab humoribus vindicantes anticipans,hic excipiẽs,
poteſtate vterque ob viciniam veluti arrogata iudicat.
quare eiuſmodi iudicia , quæ vtplurimum finis bonus
comitatur,minimè mala eſſe cenſemus.Quòd ſi id fieri
dixerimus,quia tertio etiam die lumen lunare iam illu-
minat, & intra quintum ſexangulare latus cõſpicitur,
quæ, vt demonſtratum fuit, vires non contemnendas
obtinent , probabilius vtique erit prædictos dies iudi-
care . Sed qui eos inſequitur ſextus, omniũ quos noui-
mus in iudicando peſſimus eſt, quippe qui omnium po G
tentiſſimum diẽ ſuo impetu præuertit. nam ſi quater-
niones,quia cum ſeptimanis affinitate quadam conſen
tiunt, vim iudicandi habere diximus , profectò ſepti-
manæ erunt potentiſſimæ. Quare quum materia pro-
ruit ante iudicium, quòd in ſeptimo cum vniuerſo co-
gnatione quadam cõſentit: iure iudicia quæ in ſextum
incidunt,praua malignàque erunt,neque perfectè iudi
cabunt.Proinde in ſexto ſemper aut morbi longitudo,
vel mors,aut recidiua ſuccedit: atque in ipſis iudiciis
ſenſus abolentur,& deliria,animique deliquia,nullúm- H
que non deterrimum ſymptoma oboritur.Porro inter-
dum quæ ita praua expectanda ſunt , non ſecus quàm
ea quæ in ſeptimo eueniũt, quartus prænuntiat.Nonus
autẽ qui poſt eos iudicat, quia latus triangulare ſeruat,
ob id fidam potius in iudicando vim habere cenſebi-
tur,quòd ea figura ægro mutationem adferre ſatis ſuf-
ficientem valeat: atqui vim configurationum callent,
qui in mathematica ſcientia verſati ſunt. Cæterùm nõ
eſt mirandum quare plures reperiantur in prima ſepti
mana quàm in ſubſequentibus dies iudicãtes : nam qui
intra hanc iudicãtur, iis vtplurimum humores turgẽt,
viréſque validæ ſunt:ea verò quæ in vniuerſum vltrà
progrediuntur ab impetus vehementia receſſerunt.
Porro morbi longè acutiſſimi,in quarto,aut quod pro-
ximum eſt,in ſeptimo iudicantur : qui ſimpliciter ſunt
acuti,in decimoquarto,vel viceſimo:qui verò quadra-
geſimum attingunt,prout cum iis qui poſtea iudican-
tur,conferuntur,acuti nominantur.Cæterùm omnes hi
euidentibus excretionibus iudicantur , nam ſi ita non
ſoluuntur,denuo repetũtur:vt & ii quorum iudicia in iu-
dicantibus diebus non eueniunt.Verùm quum quæ iu-
dicantur non fiunt ex ratione , non eſt præpropere &
præcipitanter nutriendum : ſed perfecti iudicii tempus
coniectare oportet , atque ita viuendi formulam eua-
riare.Iam qui intra viceſimum non iudicare cenſentur,
ſunt,primus,ſecundus,octauus,decimus, duodecimus,
decimustertius, decimusquintus, decimusſextus,deci-
musoctauus,& decimusnonus. Hi enim aut penitus nõ
iudicãt, aut ſiquid iudicare vidẽtur, id non ſua natura,
ſed à præeuntibus aut ſubſequentibus iudicatoriis ob-
tinent,à quibus quum momentum quodpiã accipiant,
imperitioribus quandoque iudicare, quum tamen nun
quam ex ſe iudicent,creduntur.Sed de diebus iudican-
tibus,prout breuibus perſtringi poteſt,hactenus.Cæte-
rùm eum qui dierum vires obſeruat , humorũ quoque
coctionem,& ægri viriũ robur:adhæc ſymptomata co-
mitãtia aſſidẽtiáq;, necnõ morbi motionẽ,atq; ex mo-
tione eius præſagia adaptare decet.nam ſi in primo aut
ſecundo coctionis notæ exiſtunt, quum acutè mouetur
morbus,& æger validus eſt , in quarto morbi iudicium
ſperare oportet. Quum verò non admodum acutus eſt
morbi motus, nec vires cedunt , iudicium in ſeptimo
adfore putandum.Quòd ſi in tertio aut quarto coctio-
nis indicia ſe produnt , cum validis viribus in ſeptimo,
cum mediocribus in vndecimo, & decimoquarto iudi-
cium expectandum. Atque ita hæc animo tecum antea
volutans,& victus modum inuenies , & num æger eua-
det,an vi morbi ſuccumbet,non ignorabis: nam ſi ſin-
gula ea probè diſcernere didiceris , quod ex his omnib⁹
cõficitur præſagiũ patebit. Atque his ſatis,(iis quidem
qui breuitati ſtudent , & ex mediocribus maiora colli-
gũt,) iam explicatis,ita finis imponatur.Cæterùm quo-
niam antea de internis vitiis, quibus nimirum inſtru-
mentales ſimilaréſque partes detinentur , pertractaui-
mus:atque ſermo in ſumma extimáque cute deſiit,quũ
ſudoris ac quorundam exanthematum meminimus, ſu
pereſt vt ceu aliã rurſus ingreſſi viam , de reliquis quæ
videlicet ſumma corporis cute hærent, agamus, atque
ita ipſam curandi viam rationémque capeſſamus. Et
quoniam iis quæ in corporis ſuperficie enaſcuntur,mor
borum qui ſenſuum inſtrumenta vrgent, tractatio co-
hæret, (nihil enim antea de iis propoſuimus , quòd in
hunc locum eos reſeruaremus),ne illam quidem à no-
bis ſilentio ius fáſve ſit præteriri. Et vt caput omni-
bus corporis partibus incumbit atque eminet , ita &
de iis quæ in eo gignuntur,& ſub obtutum cadunt,pri-
mùm meminiſſe decet. Nam de iis qui in interna eius
parte,& præterea in reliquis membris latent, ac poſtre
mò de affectibus qui toti corpori communes ſunt , di-
ctum fuit antea.

DE AFFECTIONVM CVTIS CAPITIS AGNItione. CAP. V.

CApitis itaque vitia ſunt,porrigo, caluitiũ, ophiaſis,
& alopecia:ſed diſtant,quòd ex diuerſis inter ſe cau
ſis oriantur. Nam porrigo(,ſiue quam πιτυρίασιν Græci
vocant),eſt praui humoris qui ſurſum fertur,& per ca-
pitis cutem diſcutitur,ſoboles. Vitium cuius facilè in-
noteſcit : caput enim ſcalpentibus ſquamulæ & veluti
furfures quidam tenues,vnde etiam nomen Græcis in-
uenit, decidunt . Vtilius autem eſt eum reſolui quàm
intus coerceri : ſiquidẽ hoc obſtat quominus materia

liam partem vertatur:hoc facilem oculis aut denti-
; vel auribus aut locis auriũ proximis noxam creat.
uitiũ verò & glabrities,quam φαλάκρωσιν nominant,
nit interdum tum ob humorem redundantem,tum
ſiccitatem nimiam. Etenim ipſe quoq; noſti,neque
paludibus, neque in arenoſis exaridiſque locis her-
enaſci.Quare eius rei cauſas etiam huic adapta,vel
ius vnica ſolutione, vtrunque ſi controuerſum erit,
ime.Igitur neque humida eſſentia plurimum exce-
is ea quæ non ita multo pòſt ſunt generãda, produ-
e & nutrire,neque inualeſcens terræ ſiccitas,ea quæ
reſcere debent, augere poteſt: ſed vtraque opus eſt
nmoderata.ſi quidem humore alimentum, iis quæ
riuntur,adhæret & apponitur:ſiccitas verò conſtan
n ſoliditatémque addit,ac ne ea quæ aluntur prom
diffluãt,efficit.Sic hìc quoque,quum nimio humo-
pilorum radices madent, effluũt,quòd ſiccitas, quæ
norem cogat, deſideretur, neque aliæ ſuccreſcant.
rſus vbi ſiccitas præpollet, neque habent vnde pro-
apentes alãtur augeantúrque, neque quũ excidunt,
enaſcũtur,quòd vaporoſus humor deſit:vt taceam,
od ob ſiccitatem meatus ſubſident præcludũtúrque.
òd ſi alius humor varius & corruptus fuerit, qui pi-
im radices erodat, eáſque inæqualiter amputet, a-
s (quas ὀφίασιν,& ἀλωπεκίαν Græci nuncupant)efficit.
vitium quidem ex re ipſa ὀφίασις, iure ita vocatur,
od ſerpentis (quem ὄφιν appellant) conuolutionum
ar,per capitis cutem ſerpat:ἀλωπεκία verò nuncupa
,quòd aſſiduè vulpes(ἀλώπεκες Græcè nominatæ,)eo
i genere infeſtentur. Noxios porro humores, tum
vniuerſalibus continentibúſque cauſis,tum vel ma-
è ex coloris,loci,vnde pili defluũt, ſpecie colliges.
ineriam interdum pili enaſcentes, pro humorum
nplicatorum cõmixtorúmque varietate, diſſimiles
iique ſunt.Atque de his hactenus.Oriuntur præter-
n capite vlcuſcula quædam exigua, denſa, & rubra,
illis papillis adſimilia, à quibus ſanies emanat te-
s. Et qui vocatur ἀχὼρ, (noſtri manantia vlcera vo-
t,)tenuibus admodum foraminibus quæ ſaniem len
euomant,cutem pertũdit. Adhæc & quod vocatur
ον,& hìc & aliis locis exiſtit, quod maioribus qui-
dam foraminibus quæ melleum humorem conti-
nt,conſtat:eo autem nomine appellatur, quòd api-
rum fauis ſit ſimile.Dehinc à fici ſimilitudine σῦκα,
ſtri ficus nuncupãt),eruptiones quaſdam rotundas,
roſas,ſubduras,& rubentes, quas dolor comitatur,
ue aliis quoque locis enaſcũtur.Hæc ac eiuſmodi a-
ex craſſis lentiſque corruptis humoribus gigni aut
oto corpore, aut in ſolo capite, pro exuberantium
norum loco,conſpiciuntur.Et de his hactenus, iam
enſuum inſtrumentis loquendum.

AVRIVM AFFECTIBVS, CAP. VI.

Vemadmodum igitur auditus fit per neruum qui
ad aurem pertingit,ſentiẽdi vi præditum, auriſque
itatem, ac aerem ei inſitum: ita quum mediocres
ioréſve ea læſiones experiuntur,ſurditas,auditus dif
ltas, ſonitus, atque id genus reliqua oboriuntur.
inde qui primas affectuum cauſas reperire nouit,is
quoque quæ ſuccedunt facilè inueniet.Communes
o primique morbi ſunt,intemperies quæcunque hu
rum quorumlibet affluxus, continuitatis diuiſio, &
obſtructione,aut præcluſione,vel neruorũ deferen-
m ſectione, ſpirituum ſentientium interceptio. Se-
di verò poſt eos (qui non ſecus quàm priores, aliis
oque ſunt generales)ſunt, inflammatio, abſceſſus,&
tructio.Peculiares demum (vt dictum eſt) ſunt ſur-
as,grauis auditus,& ſonitus. Et de cõmunibus qui-
n ac generalibus priuatim verba faciemus. Verùm
ditas fit,vel quum ea cerebri pars, vnde nerui audi-
i propagantur,vel ipſe enatus neruus primario affe
,idque vel ob intemperiem quandam,vel humores
fluentes,laborat.Sonitus verò & tinnitus, vel ex hu
ribus qui ibi colliguntur,& in ſpiritus ſoluũtur, vel
ritibus,qui ex ſubiectis humoribus exhalant,oritur.
nnũquam etiam ſpiritus perquam tenues & exigui,
ſenſus acrimoniam auditum infeſtant. Atque qui

A inferne aſcendunt,quòd plures pauciorés que interdum
expirentur,non eodem perpetuo modo affligunt. nam
qui mordaces ſunt cibis retunduntur:qui contrà craſſi,
& caliginoſi,ſi victus ratione non ſedãtur, quum cibus
in corpus diducitur, tum ipſi quoq; magis infeſti ſunt.
Qui verò circa auditum coagmentantur, eodem fere
loco ſubſiſtunt, & leuiores grauioréſque fiunt, pro ci-
borum, qui ingeruntur, natura ac proprietate. Ex his
qui craſſiuſculi caliginoſique ſunt, ſonitus magis ſtre-
B pentes & bombis ſimiles: qui autem tenuiores & acu-
tiores,pungentes & acutos magis excitant. Omnes ex
vniuerſa,ſingularique corporis temperie, victu & æta-
te,velut ſuprà quoque docuimus, diiudicantur. Atqui
dolor quũ ſit omnibus corporis partibus ex æquo com
munis,non æquum eſt vt huic de auditus affectibus ſer
moni inſeratur. Quare hoc ſat erit monuiſſe, èo vehe-
mentiùs hoc loco validiúſque excruciare, quo cere-
bro propior eſt, & nudos promptéque ſentientes ner-
uos obſidet.Cuius indicium eſt,quòd ægri, ſi dolor in-
C ualeſcit,contineri nequeant, & deliria ob cerebri con-
ſenſum inſequantur.

DE OCVLORVM VITIIS, CAP. VII.

IAm oculi affectuum, eaſdem quas aurium primas
eſſe putato cauſas.Nam nerui à cerebro progredien
tes,ſpiritúſque ſplendidus qui per eos defertur, ſunt
primæ viſus cauſæ:iidem quum ex intemperie, aut ob-
ſtructione,vel continui ſolutione laborant, quominus,
aut prauè videamus in cauſa ſunt: quinetiam cum eâ
parte cerebrum primario affectu tentatur. Atqui quæ
in viſus inſtrumentis cõſiſtunt vitia,iam explicabimus.
D Sunt autem,perturbatio,lippitudo,inflammatio,& de-
fluxionis impetus, (qui ἐπιφορὰ Græcis dicitur) atque
hæc cæteris videntur eſſe moderatiora: reliqua & pe-
iora ſunt,& longiori opus habent tempore, vt ſanitas
recipiatur.Eſt autem perturbatio,(quam ταράξιν vocant
Græci),quum oculus ex compreſſione,aut attritu, aut
fumo in fumo,vel id genus alio offendente conturba-
tus conſpicitur.Lippitudo(quæ ὀφθαλμία vocatur) ma-
ius malum eſt,hæc vel ceu popularis morbus cenſetur,
aut ob ſenſorii imbecillitatem, aut materiæ impetuo-
E ſiorem affluxum inuadit.quare vitium quoque cum iis
qui leui de cauſa afficiuntur, quaſi contagio commu-
nicari videtur,perquam tenuis acriſque fluxio eſt mali
cauſa. Oculi iis fere conturbantur, & ſubcruenti appa-
rẽt. Inflammatio verò tum ob externum aliquẽ ictum,
tum acrem fluxum occupat:differtque ab ea quam pri-
uatim fluxionem,& Græci ῥεῦμα nuncupant: quòd flu-
xio ex variis humoribus, inflammatio verò ex ſolis cà-
lidioribus naſcatur. Oculi inflammati perpetuò ſunt
cruenti, & initio tenuem mordacémque lacrymam ef-
F fundunt,deinde quum iam affectus concoqui cœpit,cõ
gitur incraſſatúrque,& ſordes copioſiores inſidẽt. Por
ro fluxionis tot ſunt genera quot ſunt fluentes humo-
res,eorúmque inter ſe complexus. nam aut ſolus ſan-
guis,aut bilis,vel pituita,atque ex his vel acris aut ſal-
ſa,aut quæuis alia fluit, aut fluxio ex variis complica-
tiſque humoribus oboritur:quo fit vt his cruenti, illis
pallidi,& aliis alii ſint oculi.& nonnullis plures, aliqui-
bus pauciores eunt lacrymæ, & alii eas mordaces, alii
G frigidas experiuntur,& demum ea quæ profluunt, aliis
craſſiora,aliis tenuia ſunt magis.Omnia porro hæc, aut
capite alii cuipiam parti conſentiente, aut quòd hos af
fectus,ipſi tanquam oculi excipiant, exoriuntur. Tur-
gentium autem humorum indicia,ex vniuerſo habitu,
anni tempore,victu,& ætate petẽtur: tum nihilominus
ex comitantibus ſymptomatis, ac cauſis conſimilibus
deprehendentur. Quare per omnia diiudicante metho
do percurrens,ſingula optimè diſcernes: ac vbi ex ma-
ioribus pluribúſque malum dignoueris,de eo pronun-
H tiabis. Atque hæc ſunt principia, primáque oculorum
vitia. Cæterùm χήμωσις nominatur quando à vehemen
ti inflammatione vtraque palpebra euertitur,vt vix o-
culus integi poſſit:& album oculi nigro ſublimius eua-
dit,& nigri multam partem occupat. Ὑπόσφαγμα verò
ex ictu ortum ducit:in hac venulæ quæ ad tunicam ad-
natã pertinent,rumpuntur, & cruentus inflãmatuſque

oculus cernitur. Porro tumores molliores οἰδήματα no- A
minantur,& inflationes quæ ἐμφυσήματα vocant: diſſi-
dent,quod illi ex ictu fiant,& circa palpebras inſident:
inflationes verò à ſolo craſſo ſpiritu in palpebris con-
flantur, ſuntque tumores quidam molliuſculi, quales
οἰδηματώδης Græci nuncupant. Diſtat & ψωροφθαλμία à
ξηροφθαλμία(illa à ſcabie, hæc ab ariditate nomē habet)
nam ſcabioſa illa lippitudo, eſt pruriginoſus palpebræ
ſenſus, quem ſalſa pituita, mordens ac pruritum infe-
rens excitat. In ξηροφθαλμία verò, quæ arida lippitudo
nonnullis appellatur,oculus citra humoris effluxum,æ- B
grè &cum dolore mouetur. ἐκτρόπιον,(quam euerſionem
fortè dixerimus),propter carnis excreſcentiam,aut pal
pebræ non rectè curatæ cicatricem fit. nam quū palpe-
bræ affectæ extrema ad ſe conuellant, faciunt vt non
probè coaleſcant,nec committātur. αἰγίλωψ,(quam no-
ſtri quidā fiſtulam lacrymalium angulorum appellant)
eſt abſceſſus quidam qui inter maiorem oculi angulum
& naſum rumpitur: ſed priuſquam diſrumpitur, ἀγχί-
λωψ nuncupatur. hic neglectus, poſtquam iam ruptus
eſt,in fiſtulam dehiſcit,atque ad ipſum vſque os progre C
ditur,difficiliúſque curatur. Aſperitudo,ita τράχωμα ap
pello,eſt internæ palpebrarum regionis aſperitas. Hāc,
ſi increſcit adeo vt inciſuras quaſdā habere videatur,
σύκωσιν à fici ſimilitudine Græci(noſtri quidam ficoſam
palpebram)nominant. Quum verò inueterata fuerit,vt
occalleſcat, callus, & Græcè τύλος dicitur. Ab iis diſcre-
pat grādo,quod χαλάζιον vocāt,quæ eſt humoris cuiuſ-
dam ocioſi in palpebra collectio. Quod porro vocant
hordeolum,& κριθὴ Græci,latere te nō poterit, quòd
abſceſſus ſit oblongus,in palpebræ cilio obueniens. Cæ D
terùm quòd palpebræ pediculis infeſtentur, vel affe-
ctus qui pediculatio dicitur, & φθειρίασις, ſuo nomine
indicat:hi illis qui oculorum acumine præſtant,viuere
mouerique conſpiciuntur. Glabrities verò quam μαδά-
ρωσιν aut μίλφωσιν nominant,eſt palpebræ pilorum deflu
uium, ob humorem quempiam partes omnes perua-
dentem,vel in toto corpore, aut in capite tantùm, vel
denique in ſolis oculis collectum. vnumquodque au-
tem ex propriis inſequentibus ſignis dignoſcetur. At-
qui πτίλωσις, quæ eſt palpebrarum craſſities calloſa, ru- E
bicunda,ex craſſiuſculis & plus ſatis corruptis humori-
bus genita, interdum ciliorum pilos vitiat, qui tamen,
curato malo, denuo renaſcuntur. τρίχωσις (quam pilo-
rum inuerſionem nomines licet, aut vt alii, pilare ma-
lum)moleſtus eſt affectus. Nam nonnulli ciliorum pili,
non vt reliqui extra,ſed intrò conuertuntur,atque aſſi-
duè oculum ferientes, ac idcirco turbantes, negotium
faceſſunt:ſublati tamen euulſique, à moleſtia liberant.
Ἐγκανθὶς & ῥοιάς, duo ſunt ſibi inuicem aduerſi, vnum
eundémque locum occupantes affectus. nam quum ma F
ioris ad naſum anguli caruncula ſupra iuſtum modum
excreuit, vitium ἐγκανθὶς: quum verò imminuitur & e-
marcet, ῥοιάς nuncupatur. ſingulis propria curandi ra-
tione ſubuenitur. Porro ex vlceribus oculi,quod in cor
nea tunica oritur,cauum,anguſtum, ac purum, βοθρίον
& foſſula nominatur. quod autem latius eſt, ſed minus
altum, κοίλωμα,& cauitatem appellant. ἄργεμον autem vo
camus,quod in iridis circulo, aliquid etiam eius quod
circumcirca ambit,comprehendens, naſcitur, ſic vt in
exteriore iridis parte,rubicundum, in interna verò al- G
bum appareat. Inuſtio(ita ἐπίκαυμα nūc voco) vlcus ſor
didum impurum,cruſtoſúmque eſt,quo expurgato,ſæ-
penumero oculi humores effluūt. Quibus verò auxiliis
erit his medendū,poſtea explicabitur. πρόπτωσις autem,
eſt vueæ tunicæ procidentia,quæ eroſa,ruptáve cornea
tunicula contingit. Hæc prout maior minórque cerni-
tur,varia quoque nomina accipit, quæ ſingula ab ea re
cui ſimilia fuerint,denominantur. nam ſi exigua adhuc
fuerit,vt muſcæ capitulo ſit ſimilis, μυοκέφαλον: ſin pluſ-
culum ſuccreuerit,vt vuæ acinum referat, σταφύλωμα, & H
nobis vuatio dicitur: at ſi plurimum prolabitur, vt vl-
tra palpebras proſiliiſſe videatur, μῆλον quod eſt malū,
nominant: quòd ſi quid etiam ex eo callum duxerit,
clauus & ἧλος nuncupatur. Verùm cornea aliquādo pu
rulenta cernitur,idque nunc in alto,nunc in ſuperficie,

A vt pus figura vnguem repræſentet. hinc eſt, quod ma
quoque ὄνυχα,hoc eſt vnguem nominent. Cicatrices
tem oculorum ſuperficiarias, nonnulli οὐλάς tantù
hoc eſt cicatrices. alii νεφέλιον, hoc eſt nubeculam &
buginem tenuem appellant: ſi altius deſcenderint, λε
κώματα, id eſt albugines craſſas nuncupant. recipiu
ſuam quæque curationem. Oculorum præterea vitiis
tiam πτερύγιον,quaſi alulā dixeris, (plerique hoc vng
appellant,) connumeratur: eſt autem neruoſa adna
tunicæ eminentia,quæ ex angulo maiori orta,ad cor
B nam vſque peruenit: quòd ſi pterygium ſupra modu
augetur,pupillam operit,& viſionem intercipit. At v
rò carbunculi ἀνθρακώσεις dictæ,& cancri,deterrimi ſu
oculorum affectus. quippe corneæ tunicæ καρκίνωμα,
eſt cancer,dolorem laborantibus infert,qui ad temp
ra vſque extenditur,potiſſimum ſi ægri commoueātu
Quum eo vitio detinentur, nihil appetunt, & ab ac
bus quibuſcunque irritantur: malum ob vehementia
inſanabile videtur,eſt tamen ei per ea quæ mitigante
facultatem obtinet,ſuccurrendum. Porro quum pup
C la colore nihil euariat,ſed multo quàm naturæ comp
tat,latior fit,interdum ægro viſionem omnino præ
pit,interdū plurimum adimit, vt omnia quæ viſui o
currant,maiora,quum tamen ſint minora,eſſe videa
tur. Vitium μυδρίασις Græcis appellatur, atque ab h
more ſuperfluo excrementitióque eo confluente o
tur. φθίσις autem(hoc eſt tabes ſiue imminutio)pupil
quoque malum eſt,quum anguſtior,ac obſcurior,ru
ſiórque efficitur. ea quæ cernuntur hic minora omn
apparent: accidit quòd præ ſiccitate magis denſetu
D Cæterùm differt φθίσις ab ἀτροφία,quòd φθίσις,anguſti
rem reddat pupillam, ἀτροφία verò humiliorem,min
rémque totum efficiat oculū. Porro νυκτάλωπας ἐαρινο
hoc eſt nuſcitioſos vernos appellant qui interdiu ce
nunt,ſed ſole occiduo hebetius, noctu verò nihil vidē
Vitium gignitur ex tenuiorum humorū colluuie,qua
interdiu quidem luminis copia euincit, ſed noctu v
ſioni tenebras offundit. Iam γλαύκωμα & ὑπόχυμα (i
lud glaucedinem,hoc ſuffuſionē,ſi libet, dixeris) qu
dam vnum idémque vitium eſſe dixerunt:alii qui re
E accuratius expendunt, rectius inter ſe diſtinxerunt:
γλαύκωμα,glacialis humoris vitium, quum ab humid
tate qualibet in glaucum colorem mutatur: ὑπόχυμ
verò,humoris cuiuſdam affuſionem,qui inter cornea
tunicam & humorem glacialem concreſcit eſſe aſſerū
Varii autem ſunt humores, variéque congelaſcere vi
dentur:& eorum genera cōplura curationem,ſed glau
cedines penitus nullam, admittunt: quippe quòd gla
cialis eſſentia, ab aliena humiditate planè ſit alterat
At ἀμαύρωσις(quàm obſcurationem dixeris) eſt viſioni
F impedimentum, quum citra manifeſtum oculi vitium
omnino nihil cernitur: quemadmodum & ἀμβλυωπία
(quam hebetudinem,ſi placet,voces)eſt in vidēdo ob
ſcuritas,quæ manifeſtam quidem habet cauſam,ſed o
culis non deprehenditur. Nam quum neque oculorum
tunicæ,neque humores alterati apparent,vtique quòc
ob ſpiritum viſorium,qui aut exiguus, aut prorſus no
tranſmittitur,vitiū exiſtat, liquidò conſtat. idque ve
propter præcedentem præcluſionem, aut nerui lume
deferentis obſtructionem,vel cerebri quoque ea part
G contractam noxam quæ omnia ſpiritus lationem ſati
inhibere queunt: vt oculi iam lucernis aſſimiles ſint ii
qui cæteroqui plenæ & idoneæ ſunt, ſed lumine, quod
illuminet,orbātur. Porro στραβισμός(quam oculi diſtor-
tionem quidam vocant)ætate prouectioribus quando-
que ob muſculorum oculos mouentium conuulſiuam
retractationem aduenit:maximè tamen infantibus ac-
cidit. Nam quum perquā teneri ſint, ſi à latere lucerna
quæpiam accenſa appenditur, aut lucis alioqui ſplen-
dor irradiat,qui ad ſe oculos pertrahat, atque hoc aſſi-
H duè fit,temporis progreſſu(quòd mouentes muſculi e-
tiamnum tenelli ſint,) oculus diſtortionis affectū con-
trahit,quòd alter muſculorum cedat,& alter conuella-
tur,prout hunc aut illum pati contigerit. Verùm quum
hoc pacto oculi non diſtorquentur, ſed ab ortu ſtrabi
naſcuntur,id efformantis naturæ vitio adſcribi debet.

ἐκπιεσμὸς verò (quam expreſſionem dicũt) familiare eſt A
oculo vitium, quod conferta craſſáque fluxio excitat,
illúmque ſua ſede emouet, vt exertus in poſterum appa
reat: ei ſuccurrendum erit prout priuatim poſtea doce-
bitur. Denique de μυωπία hòc dicendum ſubit, quòd ii
μυωπίαι (quos luſcioſos Latini nominant) dicuntur, qui-
bus hoc à generatione datum eſt, vt quæ cominus ſunt,
facilè: quæ verò eminus diſſita ſunt, haudquaquam vi-
ſu aſſequantur. Eiuſmodi affectus ob ſpiritus innatam
imbecillitatem emendari nequit: nam quum exiguus
imbecilliſque ſpiritus confluat, ad multum loci inter- B
uallum pertingere nõ poteſt. Habes oculorum affectus,
quantum quidem breuitatis ſtudioſis licet, ſatis expli-
catos: & ſiquid deſideretur quum abũdè quæ vitia in-
feſtare ſolent, & qua ratione dignoſci poſſint expoſue-
rimus, ex iis quoque id innoteſcet.

DE OLFACTVS NARIVMQVE AFFECTIBVS, CAP. VIII.

ODoratus communes cum aliis ſenſoriis ſunt affe-
ctiones quæ tum propter affectã eam cerebri par-
tem, qua ſentiẽs neruus exoritur, tum propter neruum C
ſpiritúmque illac tranſmiſſum accidunt: peculiares ve-
rò ſunt polypus & ὄζαινα. Polypus, eſt meatuum, qui à
colatu ἠθμοειδεῖς (quaſi dixeris colatorios) vocantur, ob-
ſtructio, propter carnis excreſcentiam, quæ ea parte ita
inhæret vt ægrè detrahi poſſit. Enaſcũtur enim frequẽ-
tes germinationes, quæ inſtar polyporum, naſi meati-
bus circumcirca adfixæ adhærent: quibus inſpiratio ex-
piratióque prohibetur, & ſiquid supernè pituitæ aut
muci defluit, haud facilè obſtante polypo delabi po-
teſt. ὄζαινα verò, nomine ſuo, quod à fœtido odore ſibi D
ſumpſit, ſe patefacit, fit quum putres corruptique hu-
mores circa meatus colatorios coaceruantur, ſuúmque
vitium vicinis partibus impertiunt, & confluentes a-
lios ſuo odore inficiũt. quippe omni quidem tempore,
ſed præcipuè in maximis expirationibus ſpiritum odo-
ribus inde exhalantibus infectum ægri odorãtur. Præ-
terea quum mucoſi humores eò ingruunt, nec facilè
exeunt, inſpiratio quoque quandoque offenditur, ni-
hilque notatu dignum egreditur. Id vitium quotidie
oboriri conſpicitur, licet vulgo imponat, perinde ac ſi E
polypus potius ſit quàm ozæna: potiſſimum ſi ex me-
diocri putredine humores odorem contraxerint. Ve-
rùm tu facilè ex ſymptomatum diſcrimine vtrunque
diſcernes, quòd in polypo humores nonniſi temporis
tractu coagmentẽtur, nec facilè eluantur: in ozæna ve-
rò vel leuibus cedant remediis, mediocréſque omnino
appareant. Sunt quibus ſanguis ob vaſorum reſeratio-
nem hac profluere conſpicitur, qui etiam communis
aliis partibus eſt affectus, etſi hoc loco potiſſimum ac-
cedat. Verùm de immoderato omnis ſanguinis fluxu, F
illic vbi curandi rationẽ inſtituemus, pertractabimus.
Quare inde petenda erunt, quibus immodicum ſangui
nis profluuium ſiſti debeat: & nunc ad cætera progre-
diendum eſt.

DE VITIIS FACIEI, CAP. IX.

PRimùm meminiſſe oportet eorum affectuum qui-
bus facies tentatur. Sugillata ergo & liuores, illa ὑ-
πώπια, hos πελιώματα appellant, ex ictu quopiam iuxta
oculos accidunt, atque illa, vt quæ ſummæ cuti inſidẽt,
facilè digeruntur curantúrque: hi verò qui altius de- G
ſcendunt, maiori tempore diligentiáque opus habent.
Sunt autem affuſiones quædam ſanguinis qui ictus vio
lentia à vaſis erumpit. Porro ἔφηλις & lentigines, quas
φακοὺς appellant, ſunt colores quidam qui in facie diuer
ſi à reliqua eius cute exiſtunt, oriuntúrque ex humore
qui ſummam cutem inficit. Ac humoris quidem ſpe-
ciem colores oſtendunt: non tamen neceſſe eſt, vt hu-
mor tandiu ibi vigeat quandiu hæc in facie conſpician
tur. Siquidem fieri interdum poteſt vt humor qui ea
genuit, euanuerit, & ipſa veluti reliquiæ quædam haud H
ſecus, quæ probè diſcuti nequiuerunt, etiamnum ibi
appareant. At verò vari, (ἰόνθους Græci nominant) qui di-
uerſi ſunt à prædictis, tumores exigui quidam ſunt &
duri, qui vbi in ſuppurationem abierunt, euaneſcũt: vt-
plurimum iis qui barbam nutriunt, quibúſque conſue-
tum eſt ſanguinis è nare profluuium, citráque rationẽ A
id inhibetur, enaſcuntur: quinetiam fœminis fere, quæ
aut vterũ gerunt, aut rite purgatæ non ſunt, obueniunt.
Porro rugæ & nigredines, quæ faciei oboriuntur, quod
ad formam ſpectat, fœminis aliquid venuſtatis, maxi-
mè iuuenculis detrahere ſolent: verùm aliud nihil no-
cumenti accedit. Attamen vbi de curatione verba fa-
ciemus, aliquid de his quoque dicetur, ne earum quæ
formæ ornatuíque ſedulò ſtudent, offenſam incur-
ramus.

DE DIGNOTIONE AFFECTVVM QVI OS infeſtant, B CAP. X.

QVoniam quæ os affligunt, ſub obtutum quoque ca
dunt, de eius affectibus mentionem æquum etiam
eſt hîc fieri. Sunt igitur παρυλὶς & ἐπουλὶς gingiuarum
vitia: quorum παρυλὶς gingiuarum eſt abſceſſus, ἐπουλὶς
verò inflammatio earũdem iuxta dentes molares, ceu
nimia quædam carnis excreſcentia eminens, quæ in-
terdum febrium exiguarum eſt cauſa. Vtraque facilè
remediis cedit: non enim ex cauſis magni momenti gi-
C gnitur. Dentium porro affectus, tum ex nuda quapiam
intemperie, tum ex humoribus eò irruentibus gignun
tur. Excitãtur in dẽtibus non mediocres dolores, quòd
nerui effatu digni eorum alueolis inſerantur. Si frigida
eſt quæ infeſtat intẽperies, dolor moderatior, ceu den-
tium quidam ſtupor, comitatur, atque ab occurrenti-
bus frigidis læduntur. Coniicies autem id ex reliquis
notis, quæ ex temperamento nimirum, ætatéque, anni
item tempore, & victu ſumũtur: ſin calida intemperies
premit, maiores acutioréſque ſentiuntur dolores: ac
D particularium cauſarum dignotio, ipſam affligentem
intemperiem patefaciet. Humiditas porro & ſiccitas, i-
pſæ quidẽ per ſe parum aut nihil moleſtæ ſunt, verùm
cum actiuis qualitatibus coniunctæ maximè vexant.
Cæterùm quum humores quidam in dentes procum-
bunt, pro eorum copia ac qualitate, ſymptomata quo-
que excitantur. Nam calidiores, ad agendum efficacio-
res ſunt dicendi: qui verò quantitate corrumpunt, pro
ſui copia etiam ægritudinis tempus denuntiant. Quòd
ſi in dentium radicibus firmẽtur, tum vehementiorem
E dolorem inferunt, tum è ſua ſede eos excutiũt: vt non-
nunquam cæteris altiores, & aliquando dimoueri quo-
que ſentiantur. Atque hi digeſtis diſſipatiſque nocen-
tibus humoribus ſedantur. Cæterùm qui in buccas, re-
liquámque faciem tranſfunduntur, dolores mitiores fa
ciunt, & tumores exurgentes, eorúmque colores, tum
quantitatem tum qualitatem decumbentis humoris pa
tefacient. Quare hæc ita diiudicabis. Illud tamen non
eſt ignorãdum, quòd quum erodentes quidam putréſ-
que humores, dentium eſſentiam inuaſerint, eos con-
F fringũt ac erodunt. Atque de his hactenus. Linguam
verò torquẽt affectus, quorum alter in inferna eius par
te, & præcipuè pueris erumpit, rana, (vel vt Græci βά-
τραχος) dictus: alter eius eſſentiã occupat, nec proprium
obtinet nomen, ſed magnitudine ſua innoteſcit. Siqui-
dem ob ingruentem quempiam humorem nonnullis
ſtatim mirum in modum excreſcit, & ægrè reſtituitur,
neque ſuis muniis lingua promptè fungi poteſt: emen-
datur tamẽ, ſi opportunis remediis ſubuenias. Quæ ve-
rò ex antecedente febri patitur, cum alio atque alio co
G lore inficitur, & rumpitur, ſqualétque, nec expeditè mo
uetur, ea ſunt continentium febrium ſymptomata. Por
ro in palato multa variáque erumpũt exanthemata, ſed
quæ proprio omni careant nomine. Tamen vlcera, quæ
quum locum infeſtant, & ἄφθαι peculiariter Græcis ap-
pellantur, infantibus maximè contingunt: atque eorum
quæ ſunt ſubalba, cæteris ſunt moderatiora: deteriora
verò, rubicunda, vt quæ nigra ſunt, omnium deterrima
habenda. Atque hi affectus in oculorum obtutum ve-
niunt, & haud difficulter cernuntur, meliúſque curan-
H tur: at qui inſequuntur, & difficilius apparent, & tardio
rem opem admittunt. Cæterùm & de gurgulionis vitiis
hîc agendum. Hic quum varios ſentiat defluxus, varias
quoque formas variáque nomina, pro alia atque alia
affectus ſpecie recipit. nam κιονὶς, & columella appella-
tur, quum ex fluxione aliqua leuiter inflãmatus, æquali

craſſitudine viſui occurrit. σαφυλὴ verò & vua, quum A
maior eſt fluxio,& inflammatio ingentior, atque aci-
no vuæ aſſimilatur. Sic ſanè etiam ἱμάντωσις (quam ne-
ſcio an corrigiationē auſim dicere) nominatur, quum
gracilis alioqui eſt, ſed ſolito adeo fit lōgior, vt linguā
contingat: appellationem verò à corrigiarum ſimilitu-
dine obtinuit. Atque his variis nominibus dotatus fuit,
quòd varias quoque affectionum ſpecies repræſentet.
Huic gutturi faucibúſque inſeruientes muſculi adhæ-
rent, qui alia atque alia quoque experiuntur vitia, vbi
iis humores, maximéque calidiores, qui fere etiam in- B
flammationem efficiunt, inſident. Quare ſi interni gut
turis muſculi inflammatione conflictentur, affectus
συνάγχη Græcis dicitur: ſin externi, παρασυνάγχη. Sic
quum interni faucium muſculi inflammantur, κυνάγχη,
quum externi earundem, παρακυνάγχη vocatur, nomi-
ne ἀπὸ τῶν κυνῶν (hoc eſt à canibus) qui ei affectui plus cæ
teris obnoxii ſunt, deducto. (Latini vnica anginæ dictio-
ne omnes eas ſpecies exprimūt.) Qui ita laborāt, non-
niſi recta ceruice & cum difficultate ſpirāt, tenſioném-
que ſentiunt: adhæc facies rubet, óſque eorum reſeratū C
vtplurimum hiat, nec deglutire queunt, acſi vim ſibi fe
cerint, per nares quod deuorandum erat recurrens, eii-
citur. Quòd ſi eum locum diutius inflammatio prehen
dit, hominem interficit: ſin in vicinum pulmonem flu-
xio migrat, pulmonia interimit. Siquidem vt duos ma-
ximos peſſimóſque euadat morbos, longè omnium eſt
difficillimum, & bona faueat fortuna neceſſe eſt: ſemel
tamen nobis quidam mortem effugiſſe viſus eſt, quum
cæteri omnes perierint. Atq; ii præ cæteris maximè ſer-
uantur, quorum collum in tumores attollitur, aut exan D
themata in eo oboriūtur. Cæterùm affectuum os infe-
ſtantium continuitas, ſermonem noſtrum ad eo infe-
riores deduxit, de quibus quum ſatis ſuperiori libro
fuerit pertractatum, iam tempus eſt vt ad reliquas ex-
ternas affectiones accedamus, ac de iis quæ neceſſaria
ſunt doceamus. Quare de maximo ac deterrimo om-
nium eorum qui in ſumma corporis cute exiſtunt pri-
mo loco dicendum: deinde de reliquis qui priuatim
apparent. ita enim recto ordine procedente oratione,
legentibus quoque ſingula particulatim magis erunt E
ad manum.

DE RELIQVIS EXTERNIS CORPORIS AFfectibus, CAP. XI.

ITaque qui Græcis ἐλέφας (& noſtris elephantia) dici-
tur, totiúſque corporis cancer eſt, vniuerſam depaſcit
carnem, ægrúmque eo redigit vt curationem non reci-
piat. Hic à nigra bile ſuum ducit cōſtitutionis initium:
quæ ſi ex ſanguine corrupto, atque in melancholicum
commutato fuerit genita, rubicundum minúſque ma-
lignum elephantem efficit: ſin ex flaua mutata melan- F
cholicus ſuccus fuerit enatus, peſſimū ac corrodentem,
quique omnia ignis inſtar populetur, conſpicies. Affe-
ctum, ſuperciliorum mentique pilorū defluuia, antece-
dūt, & tumores in facie extuberātes, oculiq; alio & alio
colore notantur, ac vox exaſperatur: venæ item ſub lin-
gua turgidæ, & quum antea eiuſmodi non eſſent, nigræ
efficiuntur. At temporis tractu, omnia ea increſcunt, &
exanthemata quæpiam, quæ difficulter ſanantur, exi-
ſtunt, à quibus poſtea humor erūpit. Omnem hic me-
dicamentorum vim ac facultatem, tanquam nihil con- G
ferentem reſpuit. Minus poſt elephantem mala eſt λέ-
πρα, cui ſcabies, & huic impetigines ſuccedunt: ſed le-
pra altius deſcendit, & orbicularia exanthemata facit,
& carnis quaſdam colliquationes, ac λεπίδας (hoc eſt
ſquamulas) remittit, vnde etiam nomē adepta eſt. Non
ita profundè ſcabies (quæ ψώρα Græcis dicitur) penetrat,
& variis figuris inſignitur, nec furfuracea corpuſcula
reiicit. Lepram melancholicus ſuccus cōmittit: ſed ſca-
biem varii humores, eorúmque variæ miſcellæ conſti-
tuūt. Communis vtrique eſt cutis aſperitas & pruritus. H
Si verò tenues acréſque & ſeroſæ humiditates aliis craſ
ſioribus ſuccis permiſcentur, impetigines (quas Græci
λειχῆνας nominant) ſuboriuntur, quæ celerrimè in ſca-
biem ac lepram neglectæ commigrant. Cæterùm reli-
quos pruritus, qui ob acriorem ſalſúmve humorem, cu
tem vitiant, ex ætate, temperamento, & victus ratione
diſtingues. Procliuius ii quibus iuuenes, atque ætate vi-
gentes afficiuntur, curātur: nam qui ſenibus aduenīunt,
difficulter remedia admittūt, quòd neque valida medi
camenta, quibus ſenes minimè indigent, declināte iam
facultate, proſint: nec fluxio promptè, propterea quòd
meatus iam duriores euaſerunt, & conniueant præclu-
dātúrque, diſcutiatur. Porro ex omnibus, aut nihil dum
ſcalpuntur, aut humiditas quæpiam colore & conſiſten
tia varia, promanat. atque inde, haud ſecus quàm ex
prædictis, humorem dignoſces prædominātem. Cæte-
rùm λεῦκαι (quas vitiligines quidam vocant) eandem ad
ἀλφοὺς rationem obtinent quam lepra ad ſcabiem. Nam
vitiligines vtplurimum altius deſcendunt, pilóſque in-
de eiuſmodi emittunt: at alphi in ſuperficie hærent, li-
cet ipſi quoque nonnunquam altius radices agentes pe
nitius recedant, vt eò loco pili eandem coloris ſpeciem
referentes, exiſtant. Periclitamur autem an vitiligo al-
tius peruadat, ſi modicè acu pertundatur, ita vt vltra cu
tem non penetret. Nā ſi ſanguis effluxerit, affectus eſt
ſanabilis: ſin lacteus humor prodierit, non eſt medica-
bilis, quòd iam caro quam occupat, aliam formam in-
duerit. Nonnulli locum pannis aſperis perfricant, ac ſi
rubeſcere conſpexerint, bene ſperant: ſin eundem tunc
colorem retinet, animum ceu à curatione abhorreat,
deſpondent. Adhæc deteriores ſunt quo plura corpo-
ris loca obſederint: & diuturniori tempore quàm aliæ
quæ eiuſmodi non ſunt, perdurant. Porro alphi vtpluri
mum vitiliginibus ſunt natura moderatiores, ac medi-
camentis mediocribus magis profligantur, at vbi tem-
pus traxerint iiſdem quibus vitiligines curantur, vtpo-
te quæ iam harum vitium induerint. Præterea ex his a-
lii ſunt albi, alii nigri, dominantémque humorem ſuo
colore indicant. Cæterùm quæ ςίγματα Græcis dicūtur,
ſpecie nigris alphis ſimilia, quæ ab ictu & contuſione
quapiam originē ducunt, aliam poſtulant curationem.
Quæ verò priuatim papulæ (& Græcis ἐξανθήματα nomi
nantur) à craſſis humoribus cuti vtplurimum impactis,
vbi denſa eſt ſumma cuticula, cōflantur, ſiue eiuſmodi
humores in toto corpore, ſiue in cute tantùm redun-
dent. quod ex affectus vehementia, ex excretis, priori-
que victu diiudicatur: ac pro diſcriminis ratione conue
niens curatio accommodatur. ἐπινυκτίδες vocatæ ſunt
vlcuſcula quæ ſponte ſua florum more erumpunt, pu-
ſtularum figura, ſubrubra, quibus diſruptis ſanies ſub-
cruenta emanat: hæc noctu magis quàm interdiu infe-
ſtant, vnde etiam ſuum nomen acceperunt. μυρμηκία ve
rò & ἀκροχορδὼν (illam formicam, hanc verrucam pen-
ſilem noſtri vocant) vtraque cutis eſt exigua extubera-
tio, calloſa, & magna ex parte teres. Sed formica latiori
baſi ſedet, & ſiquis conſtrinxerit, mordentis formicæ
ſenſum inducit: verruca autem penſilis, anguſtiorem
obtinet baſin, vt ſummæ chordæ ſimilis pendere videa
tur. γάγγλιον eſt nerui collectio ſeu concretio, ex ictu aut
laſſitudine proueniens, in manibus pedibúſque, quòd
plures & conſpicui nerui eò inferātur, magíſque quàm
aliæ partes exerceantur, oritur potiſſimum. Atque hæc
mediocria ſunt, & mediocres cauſas habent, nihilque
aut parum offendunt doléntve. Quæ verò ex confluen-
te humore gignuntur, ac locos coarctant, ea magis tor-
quent, membríſque ſuam eripiunt functionem. Verùm
quia multi ſunt qui fluxione ſua infeſtant humores, at-
que interdum complicātur, age ſigillatim eorum quo-
que noxas doceamus, vt ſingula diſcernere poſſis.

DE TVMORIBVS PRAETER NATVRAM, ET vlceribus, CAP. XII.

ITaque quum ſanguis bonus craſſitie moderatus, in
aliquam partem affatim influit, ibique ob ſuam co-
piam impingitur, fit ea quæ propriè φλεγμονὴ (& inflam
matio) nūcupatur: ac ruborem feruorémque cum quo-
dam tumore in laborante parte procreat. Quum verò
bilis flaua ita partem afficit, enaſcitur quod ita appel-
latur ἐρυσίπελας, (Latini ignem ſacrum dixerūt): hoc non
ita rubrum eſt vt prius, nihilo tamē minus inflammat,
& ſubpallet. Quòd ſi iam dicti humores permiſcentur
& cōponuntur, affectus inde enatus cōpoſito quoque

nomine effertur. Quapropter ſi ſanguis redundat, φλεγμονὴ ἐρυσιπελατώδης: ſin bilis ſuperat, ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες nuncupatur. Porro οἴδημα (noſtri mollem & laxum tumorem appellant) tumor eſt albus, doloris expers, ex pituita collectus: quemadmodum ἐμφύσημα (hoc eſt inflatio) ex frigido craſſiorique ſpiritu conflatur, faciles tangenti cognitu ſunt. Nam œdemata quum neque ferueant, neque doleant, nec colore aliquo alterata variẽt, leui negotio cedunt: inflationes verò, quòd ſpiritus cutem intendat, renituntur. Hæ in tympania hydrope magis ſunt conſpicuæ: quippe abdomen in ea, quòd à craſſo ſpiritu cutis plurimum extendatur, tympani in morem pulſatum reſonat. Atqui inflammationibus pleriſque, iis vtique quæ non promptè ſuppurantur, aliáve aliqua ratione diſcutiuntur, procliue eſt vt in gangrænã & ſiderationem tranſeãt. Appellamus autem γάγγραιναν, alicuius partis ob inflammationis qua conflictatur, magnitudinem, mortificationem, non quæ iam confirmata ſit, ſed quæ etiãnum fiat: nam quum iam pars emortua eſt, ſideratio, & σφάκελος Græcis, affectus nominatur, qui eſt gangrænæ terminus. Corripit hic affectus etiam oſſa, quum nimirum caro iis circundata ſaniem generat, quæ ita ea imbuat vt putredinem contrahant. Atque hæc adeo grauia mala, partes in quas illabuntur corrumpunt. Cæterùm bilis quæ conſiſtentia craſſa eſt & acrior, cutem ad ſubiectam vſque carnem exulcerat, vocatúrque affectus ἕρπης: ſi verò tenuis, & minus acris calidáque fuerit, exiguas puſtulas in ſumma cute milio ſimiles excitat, ob eámque ſimilitudinem Græcis κεγχρίας ἕρπης (hoc eſt miliaris herpes) nuncupatur. nonnulli hunc ex pituitæ admiſtione fieri afferunt. Dictus eſt autem ἕρπης, eo quòd videatur ἕρπειν (quod eſt ſerpere per cutem ſummam) modò hanc eius partem, modò proximam occupans, quòd ſemper priore laborante perſanata, propinqua eius vitium excipiat: non ſecus quàm ignis qui proxima quæque depaſcitur, vbi ea quæ prius accenſa erant, deficiente iam idonea materia, prius quoque extinguuntur. Porro βουβὼν, & tuberculum, ſiue φῦμα, ac φύγεθλον (quod panum quidã etiam vocant) glandularum ſunt affectus: & tuberculum dicitur glandulæ inflammatio: βουβὼν verò, eiuſdem eſt ad ſuppurationem properans inflammatio, & inflammatũ ſiue phlegmonῶdes eius eryſipelas, φύγεθλον vocitatur. De furunculo autem, quem δοθιῆνα appellant, hoc dicere licet, quòd tumor ſit abſceſſum referens, qui ex craſſis humoribus ortus, in carnoſis potiſſimum partibus conſiſtit: benignus quidem, ſi in cute tantùm coagmentatur: at malignus, quando altius actis radicibus, in ſuperficiem erumpit. Dignoſces id tum viſu tum tactu, locum circunquaque furunculum contrectans. Iam τέρμινθον, tuberculi genus eſſe aiunt, cui puſtula nigra ſuprà infráque adiaceat, qua rupta, ea quæ ſubiacent abraſa apparent: hoc diſſecto pus reperitur. Alii inquiunt τέρμινθον ſiue terebinthum, eſſe eminentiam cutis, rotundam, melancholicam, terebinthi fructui adſimilem. Cæterùm ſi ſanguis melancholicus magis euaſerit, & ferùens cuipiam parti incubuerit, ἄνθρακες (hoc eſt carbunculi) exoriri ſolent, quæ cruſtacea ſunt vlcera, magnáq; ex parte ab puſtula ambuſtis non diſſimili, & quãdoque citra eam incipiunt. Pars initio omnino prurit, deinde vna interdum puſtula, nonnunquam etiam plures milii inſtar exiguæ erumpunt: quibus diſruptis, cruſtaceum vlcus ſuccedit: cuiuſmodi cãdentibus ferramentis excitatur, quum cruſta nunc cineritia, nunc colore nigra, ita vt inferiori carni adhæreat, & ſerpens quodammodo ceu clauus affigatur. Caro circumpoſita vehementer inflammata, nigráque colore efficitur, non ſecus quàm bitumen pixve reſplendens. eiuſmodi autem eſt bilis exquiſitè atra, à qua qui generantur, nigri carbunculi appellantur. Verùm qui carni tantùm inſident, breui ſpatio circunſcribuntur: qui verò in membranis, aut neruis naſcuntur, longo tempore durant, & ſubiecta loca in affectionis conſenſum pertrahunt, adeo vt inflammatio quæ eryſipelatis naturam ſapiat, in iis excitetur: non pauci ad ſuppurationem abeunt, & plurimos etiam febres comitãtur. Oboriuntur demum & ex populatim

A graſſante cauſa quapiam carbunculi. Proinde ita eos dignoſces, &, velut poſtea docebimus, curabis. Cãcer porro in pluribus corporis partibus oriri poteſt. ſiquidem in oculis & vtero, atque aliis corporis particulis quãplurimis, & præcipuè in fœminarum mãmis prouenit: vtpote quæ natura laxæ ſunt, & materiam craſſiſſimam facilè excipiunt. Ex nigra nanque bile quum efferbuit, cancri contrahuntur: cui ſi acrius quippiam, quódque corrodendi vim obtineat fuerit admiſtum, cãcros cum vlceratione procreat. Colore hi atriores ſunt quàm re-
B liquæ inflammationes, minúſque callidi: venæ in ambitu implentur, & intenduntur inſtar pedũ animalis cancri, vnde etiam nomen huic vitio inditum. Quidam verò non hinc, ſed nomen ſortitum eſſe aiunt quòd ægrè à partibus quas occupauit, cancri in morem, auellatur. Hoc malum ob eiuſmodi humorem non perſaneſcit, quòd neque repelli, neque diſcuti poſſit, neque totius corporis purgationibus cedat: ſed mitiora ſemper medicamenta appoſita negligat, & à vehementioribus irritetur. Incohãtes tamen, purgationibus quominus vl-
C terius progrediantur, impediri queunt, præcipuè ſi humor affecto loco nondum fuerit impactus: nam dum adhuc oberrat, aliò deriuari poteſt. Cæterùm quum caro à graui aliquo corpore illapſo contunditur, exiléſque in ea venæ diſcindũtur, ſanguis per ſubſultum (hoc eſt κατ᾽ ἀναπήδησιν) profunditur: qui cum ſub cute colligitur, ἐκχύμωμα appellatum (quaſi exuccationem dixeris) inducit. Hoc cute haudquaquam diuiſa, ceu tumor tactui promptè cedens, & magna ex parte doloris expers, apparet. Ecchymomatis ſpecies ſunt, ὑποσφάγματα quæ vo-
D cãtur, adhæc ſanguinis ex ictu aliquo ad vngues procurſus. Ruptiones prorſus quũ ecchymoſi, aut in ſũma cute, aut in profundo proueniũt. Quare ſi ſtatim vniuerſũ ecchymoma fuerit per halitum diſcuſſum, promptius caro diſſidens coaleſcit: ſin vetuſtum euaſerit, ſortémque ſubtus aluerit, ruptio in poſterum committi vnirique nequit. Nam etſi labia ſibi mutuò committantur, tamen leuis quæpiam incidens occaſio facilè ea dirimit, vt ſpatium inter ipſa medium alieno aduẽtitióque humore impleatur, & continuum quodammodo ecchy-
E moma, primo ex ſanguine conflato perſimile, gignatur. Porro σπάσμα (quod conuulſum appellãt) diſtractis diuulſiſque fibris quibuſdam cõtingit: eæ ſemel diuulſæ, conglutinari nequeunt: quare ſola auxiliorum mitigatione, quoad dolor ſopiatur, opus habent. Iam exquiſitus ſcirrhus, tumor eſt præter naturã, durus & ſenſus expers, ab exquiſito receſſit, qui mediocriter ſentit. Atqui qui ſenſu caret, iam ſanari nõ poteſt: ſiquidem qui impoſita medicamenta non perſentit, ecquæ nam inde auxilii ſpes ſpectari poteſt? quum qui ſentiunt eatenus
F ſpem faciant quatenus etiam ſenſus ſint participes. Oriuntur omnes è tenaci craſſóque humore, ita induratis membris infixo vt ægrè euelli poſſit. Gignuntur principio nonnunquam ſua ſponte, quum eiuſmodi aliquis humor parti cuipiam impactus inſederit: ſæpe tamen medici ob inſcitiam eius auctores fiunt, quum inflammationes & eryſipelata præter modũ refrigerauerint & aſtrinxerint. Strumæ quas χοιράδας vocant, glandulæ ſunt ſcirrho induratæ, quibus collum, axillæ, & inguina potiſſimum tentantur. Communi ſcirrhorum curatio-
G ni ſubiiciuntur. Dictæ porro ſunt χοιράδες, quòd ſcrophæ eo malo infeſtari ſoleant, vt fertur, vel quòd prolificæ videantur: ab vnico quippe tumore etiã aliæ quandoque enaſcuntur. Quidam iis manuum operam admoliuntur, veluti poſtea docebimus: non enim nunc inſtitutum eſt, curãdi rationes, iis quibus vitia diſtinguuntur, inſerere. At verò στεάτωμα, & ἀθέρωμα, ac μελικηρὶς, ſuas ſibi appellationes quodque ſortitum eſt, ab humorum qui in tumoribus continentur ſimilitudine. Eſt enim eorum quoddam στέατι (quod eſt ſebo), aliud μέλιτι (id
H eſt melli), & tertiũ ἀθέρᾳ (hoc eſt pulti) adſimile. Vnum quodque autem ex re quam tactus intus contineri iudicat, deprehenditur: nam quæ craſſior eſt, ea tactui quoque magis obnititur. Eſt præter hæc quod κηρίον (Græci, noſtri fauum nominare ſolent), qui humor eſt in cute multis riuulis perforatus, è quibus melleus humor pro-

fluit, nomenclaturámque ex ſimilitudine reperit. Iam A
ex vlceribus (nam de his quoque poſtremo loco eſt a-
gendum,)quædam ſunt plana, quædā caua, alia in qui-
bus caro ſupra modum excreſcit, nonnulla tenuem ſa-
niem effundunt,rurſus alia pus conſiſtentia commode
ratum obtinent,& quædam in ambitu nonnihil rubent,
& leuiter inflammantur, nonnulla laxiorem tumorem
habēt, alia autem carnem humidam mollémque valde,
alia aſperiorem potiſſimum circa labra gignunt : deni-
que alia certo loco impacta,nigreſcere,emortuáque,&
nonnulla vicinum quoque locum depaſcere viſuntur. B
Plana & rubra , quǽque proximè ad rubedinem acce-
dunt,quòd quæ ſuccreſcit caro reliquæ aſſimiletur,poſt
paulo ſanitatem pollicentur : ſin verò ſordida caro eſt,
& perquam humida, minimè fidēdum eſt,verùm eam
(vt dicemus)demere,enitique vt probam educamus o-
portet.quod etiam in cauo vlcere faciendum, quemad
modum poſtea priuatim explicabimus. In quibus caro
nimis excreſcit, ea detrahi debet. Porrò quæ tenuem
ſaniem euomunt,cruditatem notant, & nonniſi multo
pòſt tempore in priſtinum ſtatum reſtituenda.Quibus C
moderatum eſt & craſſum pus, ea meliora ſunt, maxi-
mè ſi nihil grauis odoris expirant. Quæ verò in ambitu
rubent,aut membrum laſſatum eſſe, aut ægrum calidio
ribus cibis vti,aut,quod poſtremum eſt,medicamentis
plus ſatis calidis irritata eſſe denuntiant. Sic quæ laxo
humore exurgunt, malo habitu corripiuntur.Demum
nigreſcūt, & emoriuntur, & depaſcunt, aut ob magni-
tudinem copiámve , quæ eò illapſa à facultate , ab alia
quapiam ægritudine debilitata, euinci nequit : quippe
eos paulo pòſt morituros iudicamus ſiquod exiguum
vlcus habēt,atque id emoritur.Nam quum ea pars ma-
gis quàm cæteræ laboret,ſufficientē demonſtrationem
adfuturi euentus prænotionem præbet. Atque ita iam
ſermoni de vlceribus finē imponamus, librúmque hūc,
quòd ſuum habeat magnitudinis modū, pro ea qua vſi
ſumus breuitate,hìc concludamus. Reſtat vt ad curan-
di rationem accedamus, ita nanque pollicitis vndique
ſatiſfaciemus. Quòd ſi diligentius libellum excutiens,
aliquid quod explicatū eſſe oportebat,deſiderari com-
pereris,id aut breuitatem ſuſtuliſſe, aut ex iis quæ pro-
poſuimus, haud difficulter intelligi poſſe arbitrator.
Interdum tamen (fateor) quædā quæ doceri debebant,
in obliuionis gurgite deliteſcunt:quod id nobis quoti-
die vſuueniat. Verùm ſiquid prætermiſſum eſt, id mi-
rum videri non debet: quin potius qui adeo breuibus
paucíſque verbis,omnis propemodum morbi agnitio-
nem cauſáſque ſimus complexi, id ſummopere eſt de-
mirandum. Faxit iam Deus,vt tu libello vti fruique, &
nos quæ neceſſaria ſunt docere poſſimus.

ACTVARII DE METHODO ME-
dendi liber III.

Præfatio.

QVVM omnis doctrina,ratióque docen-
di ad finem quempiam , quem ſibi pro-
ponit,contendat,ac finis,iis quæ præūt,
facultate dignitatéque prior eſſe videa- D
tur:haud iniuria,ratio viáque, quæ ſigil
latim curationem affectuum docet, po-
tiorem dignitatis locum tenere cenſeri poſſet : verùm
(quia ea rectè & methodicè vti nō licet, niſi qui curare
velit quo pacto ſinguli affectus dignoſcantur exqui-
ſitè nouerit) ,antea ſe in iis diiudicandis oportet exer-
cere, atque ita ex methodo curationē inſtituere. Qua-
re quum in duobus ſuperioribus libris vitiorum agni-
tionem,quibus & vniuerſim & particulatim corpus affi
citur,addita vniuſcuiuſque cauſa.(non enim tractatio- E
nem in multas portiunculas, minutis diſſecandam eſſe
iudicauimus,)breuiter perſtrinximus : nunc curandi ra
tionem tradere, prout tutiſſimè & ſuccinctiſſimè fieri
poterit,in animo habemus : non ignari quàm diſtincta
tractandi ratio ſuccinctæ breuitati aduerſetur : nanque
illa prolixis verbis obitur:hæc verò multa quoque quæ
neceſſaria ſunt,præſcindit. Proinde ſiquādo quàm pol
liciti ſumus,erimus prolixiores, id neceſſitati cuipiam,
quæ vt tuta perſpicuáque ſit tractatio, longius ſermo-
ne protrahi cogit,tribuito: ſin cōtrà aliquid deſiderari F
vīdebitur, id pollicitæ breuitati adſcribito. Attamen
methodus, quæ omnia pertranſit, ſatis ſupérque ea
quæ neceſſaria magis, atque ad vſum aptiora ſunt,ſup-
peditare poterit.Cæterùm quia in medendi methodis,
alia vniuerſali oratione, alia ſigillatim morbis imper-
tita,comprehenditur:atque eas quædam præcedūt, ci-
tra quæ curatio rite inſtitui nequit, quǽque multorum
morborum præſidiis adaptantur:de iis vtique primùm
eſt pertractandum,ac deinde reliqua addenda,vt à me-
thodo ordinéque ſermo orſus, nullam in hac commen- G
tatione pariat confuſionem. Quapropter,quum in mor
bis compluribus venam ſecemus, & in aliis glandibus
ac clyſmatis vtamur, quúmque rurſus nonnulli purga-
tionibus aut vomitibus,ſudorémve prolicientibus me-
dicamentis,alii cucurbitulis ſiccis, aut etiam cum ſca-
rificationibus, aliqui hirudinibus, vt alii arteriæ ſe-
ctione, quidam item iis quæ in nares induntur, ἐῤῥινά
vocantur,aut rubificantibus,aut dropaciſmis, vel bal-
neis,aut frictionibus exercitiiſve, aut aliis id genus o-
pus habeant:ſi eorum vſus,tempora ac commoda ſigil
latim expoſuerimus,fiet vt iis commodè atque oppor-
tunè vtaris. Proinde quum omnis propemodum hæc
methodus in plenitudine & vacuatione atque altera-
tione verſetur, vacuatione repletis, & repletione eo-
rum quæ cōuenientia ſunt vacuatis ſuccurrimus: quo-
modo ſanè alteratione,ea quæ aliqua intemperie infe-
ſtant,idque ſiue refrigerantes & calefacientes,ſiue ſic-
cantes & humectantes,curamus. Ac de reliquis quidem
poſtea loquemur, in præſentia verò de iis quæ reple-
tionem ſpectant, verba faciamus.Eſt autem nihil aliud
repletio(ſiue πλήρωσις Græcè)niſi humorum qui cauita-
tibus quibuſdam continētur, plenitudo multitudóque.
Atque bilis,aut pituita quæpiam, cibúſve inconcoctus,
in ſtomacho ventriculóque,πληθώραν(hoc eſt plenitudi
nem)efficiūt:in inteſtinis verò,tum illa iam dicta, tum
ſtercorum abundantes fæces,ſic in veſica, humor quiſ-
piam crudus, lotiúmque:in viſcerum cauis, aduentitii
corrupti humores exuberantes, ſunt plenitudinis cau-
ſa:perinde atque in venoſo genere,ſanguis aut quanti-
tate aut qualitate excedens, offendit. Itaque de venæ
ſectione primùm agendum : ac quibus, & quando, &
qua corporis parte eam moliri decet,docendum,vt in-
de ad reliqua accedamus.

DE VENAE SECTIONE, CAP. I.

VEnam ergo tundere oportet, in plenitudine, & ca-
lidorum humorum putredine:in anni tempore, ve
re potiſſimum,ſecundo loco,autumno,in ætatibus,à pu
beſcentibus vſque ad declinationem,in habitibus cali-
dioribus, in regionibus temperie commoderatis, in
contrariis venæ ſectio ceu aliena eſt fugienda. Nam ſi
ſanguis vacuatur,quū neque copia,neque humoris exu
perat caliditas,refrigeratio,cruditas, malúſque habitus
ſuccedit. Æſtate verò periculum eſt de ſyncope, præci-
puè ſi regionis temperies calida viguerit, ægrique ha-
bitus in halitū promptè digeritur. At quum frigus præ-
ualet,è ſanguinis inanitione, corpus anni tempori par
eſt conſentire. Adhæc ſimul quoque diſpiciendum
eſt an bene aut ſecus æger ſanguinis vacuationem to-

leret. Venã quoque ſecanda eſt quibus conſuetæ excre A
tiones ſuppreſſæ fuerint,& æſtate febrem expectant:vt
contrà à ſanguinis miſſione ſuperſedendum quibus fa-
miliares excretiones immodicè nimis ferũtur:quóſque
affectus ſicciores affligunt,& ventriculi os imbecillum
eſt,aluúſque liquidiora egerit. Quòd ſi quando cõtra-
ria in eodem cõcurrerint, & quædam eius adminiſtra-
tionem ſuadeant,& alia dehortentur,quænam præpol-
leant eſt ſpectandum, atque illis opem ferentia admo-
liendum , ita tamen vt ne dehortantia quidem negli-
gantur:ſed illis quoque in quantitate aliquid eſt indul B
gendum,ac ſecuritatis gratia gratificandum:nam in va
lidioribus ac magnis auxiliis , ſi aliquid de vacuatione
remittitur, ſecuritas ægro conciliatur. Porro non eæ-
dem perpetuò ſunt tundendæ venæ,ſed pro infeſtantiũ
vitiorum ratione,aliis aliæ : dum partim reuellere,par-
tim materiam deriuare,prout occaſio vſúſque poſtulat
ſtudemus. Ac reuulſione quidem vtendum eſt quum
multitudo infeſtãs eſt effatu digna,párſque cui affectus
impendet, princeps ac præcipua eſt. Deriuatione verò
opus eſt quãdo ex propinquo loco auferre nõ licet. Sic C
per rectitudinẽ,(quod Græci dicũt καὶ ἴξιν) vacuãdum;
quum calidiores humores in locum aliquẽ antea fue-
rint impacti.Scire nanque licet non ſolùm quum purus
abundat ſanguis,venã ſecandam eſſe,verumetiã quum
cæteri quoque humores bilioſi ceroſive , aut eiuſmodi
alii vnà cum ſanguine exuperauerint.Nam illic,quia id
quod infeſtat,vacuatur, ſanguinis miſſio conferre viſa
fuit: hic verò communi vacuationis ratione conducit.
Siquidem ſanguinis detractio quamlibet tam in venis
quàm toto corpore plenitudinẽ imminuere ſolet. Atq; D
ita cõmodè vena ſecatur niſi aliud quippiã eius vſum
impediat. Venas porro tundimus,alias ob aliã affectam
partem: ſed quoniã magna ex parte quæ cubitum præ-
tergrediuntur incidimus,de iis primùm, deinde de re-
liquis agendum. Itaque quæ in cubito conſpicitur,re-
ctà ab humero deſcendit , atque idcirco humeralẽ eam
nominarunt : ibique diſciſſa nonnihil deſcendit quam
mediam nuncupamus.Sunt tamen quibus hãc cum hu-
meraria connecti non placet,ſed ab alio principio pro-
duci videtur: alii humerariam ibi deficere opinantur. E
Poſt has alia vtraque humilior permeat, quã aliæ plu-
res minoréſque excipiunt,ſub ipſum iam cubitum per-
reptãtes. Verùm quia non omnibus omnes eodem mo-
do apparent,ſed aliquibus omnes,quibus nimirũ veno
ſum genus , iecúrque antè id naturali tẽperie ac effor-
matione calidius ſaniúſque fuit conformatum:nonnul
lis autem cõplures,quemadmodum aliis paucæ, vel ob
naturalem quendã in prima efformatione errorẽ, aut
vaſorum anguſtiam,vel quòd profundum magis petãt,
vel carnis copia occultentur, conſpiciuntur : nos de iis F
tanquam omnes obtutui occurrant, loquemur : tuum
autem erit, loco quo non apparent propinquiores , ſi-
quando neceſſitas vrget, ſecare. Proinde humeraria
tundenda eſt(nam de hac primo loco tractãdum,quòd
cæteris ſit ſublimior) in iis affectibus in quibus caput,
aut in tota eius circunſcriptione, aut aliqua eius parte,
puta oculo aut auribus, laborat. Eam verò quæ inde
conſpicuè deriuatur, in parotidibus,& faciei, collique
morbis ſecabis: quæ ſi non apparet, ad humerariam re-
dibis,vt ad mediam,& hanc(ſi media non conſpicitur) G
in thoracis coſtarúmque vitiis.His demum inferiorem
ſecare opórtet,quum ilia,renes,& partes genitales ma-
lè habent,quòd reliquarum ſit humillima. Cæterùm in
his venis cautè obſeruandum eſt, vt in ipſis ſectionem
moliaris:quòd non mediocria,ſi aberraueris, inde con
tingant mala.Siquidem humerariæ muſculi caput ſub-
iicitur,quam niſi ſecurè cautéque incideris , ſed ſecans
ferrum in muſculum adegeris, dolores inflammatio-
némque excitabis,ac aliquod membro inferes impedi-
mentum.Iam ei quæ inde propagatur,neruus ſubditur: H
qui ne pungatur metus eſt, ſi minus circunſpecta fiat
ſectio neruorum. Porro puncturæ, velut antea quoque
docuimus, conuulſionem, & ſi negliguntur , mortem
inferunt: quòd ſi tranſuerſi amputantur, membrum
in quod inſeruntur , motus ſenſúſve vſu ſpoliatur. At-
tamen aliquando , ſiquando conuulſionem, aut ea e-
tiam deterius quippiam homini metuimus,totius ner-
ui præſectionem eligimus , ſatius eſſe rati cùm homi-
nis vita membri motum eſſe oblæſum , quàm ſi mem-
brum incolume aſſeruare ſtuderemus , mortem repen-
tinam creare.Sub ea quæ has inſequitur,arteria percur
rit, quæ quum diuiditur, nihilò leuius accedit pericu-
lum,ex ſanguinis effræni profluuio,quòd ſpiritus ei in-
ſitus,motúſque præcludi vas ac conniuere non patian-
tur,ſed ſemper prærumpant , oſculúmque reſerant, vt
ſanguis qui in arteria continetur,erumpat. Atque huic
ſuccurres , velut pòſt de ea pertractantes docebimus:
nunc autẽ ideo eius meminimus , quò cautè qui mini-
ſtrant, ſectionem moliantur. Non eſt tamen ignoran-
dum,non eodem ſemper modo omnibus neruos arte-
riáſque venis ſubiici, ſed plurimis illa nonnihil ad la-
tus declinant,licet compluribus vnà permeent, venæ-
que illis inſideant. Et quoniam nonnunquam qui in-
conſideratius venam vulnerauit,ſectio rectà in neruum
arteriámque fuit adacta,atque vnà cum vena, illa quo-
que diſſecuit, eam ob rem te illius admonitum volui-
mus,quò miniſtri leuius , ac in ſuperficie magis ſectio-
nem aggrediantur. Ita ergo cubiti venas incidens , æ-
gris opem feres.Cæterùm deſinunt hæ in prona manus
parte,& humeraria rectà ad pollicem defertur, reliquæ
verò ad partes carpi humiliores. Quare ſi humeraria
in cubito non apparet , eam quæ eſt ad pollicem , ſeca-
mus, quemadmodum in lienis iecinoriſve affectibus;
vbi opus eſt ſanguinis vacuatione,eam quæ ad annula-
rem digitum propagatur, atque ad minimum magis
accedit, incidimus, atque ita laboranti opitulamur. ſic
in anginoſis, & gurgulionis , & glandularũ linguæ ad-
hærentium inflammatione affectibus,eas quæ ſunt ſub
lingua pertundimus, & quo loco malè affecto propio-
res ſecuerimus,eo citius auxiliamur. Nonnulli in inue-
teratis dentium morbis,quando ſuperiores ex æquo a-
cris humoris affluxus infeſtat, venas intra labia & gin-
giuas inciderunt,ſectis item iis quæ ſunt in magno ocu
li angulo,mali impetum fregerunt. Eædem faciei papu
lis,(quas ἐξανθήματα vocari diximus,) potiſſimum in ſe-
cundis opem ferunt.Ita & frontis ſecta vena in vetuſtis
occipitis malis profluit. Sunt qui venas colli incidunt,
veriſimiléque eſt eas iuuare , quum ſanguis copioſior
ad caput confluit , atque idcirco veluti inflammatio-
nem in cerebro concitat,aut ſenſus veluti detinet,κάτο-
χω nominant : veruntamen plures eas deuitant, quòd
ſanguinis fluxus ægrè compeſci inhiberique poſſit. at-
tamen neceſſitas nihil non vtile efficit, atque eas ob
cauſas,has quoque pertundimus.Porro in pedibus ſan
guinem mittimus, communi quidem ratione, vt hu-
mores qui ſurſum ad partes præcipuas vergunt, retra-
hamus reuellamúſque:verùm priuatim in fœminis qui-
bus menſes ſupprimuntur,aut minus quàm neceſſe eſt
purgantur,aut conſimilis aliquis affectus ſanguinis va-
cuationem vrget.quare hîc internas magis ſecare con-
uenit,ſed in coxẽdicis renúmque dolore,quem ſangui-
nis progignit copia,externas ſecuiſſe præſtat. Quòd ſi
inflammatio quæpiam genitales partes occupat,in fœ-
minis iuxtà ac maribus , quum reuellere eſt animus, &
ne humores ad affectas partes pertrahantur proſpicere,
vtilius è cubito ſanguinem ducimus: ſed ſi temporis
longinquitate humores iam ſunt impacti , ſatius vide-
bitur à pedibus ſanguinem detrahere.Nam dum adhuc
oberrant humores, & incerta ſede vagantur, reuellere
melius eſt : at vbi iam ſedem fixerunt, & loco cuipiam
infixi hærent , ex propinquiori parte euacuare eſt
vtilius.

DE ARTERIAE SECTIONE, CAP. II.

PORRO arteriam ſecare, interdũ conferre videtur,ve-
rùm plurimum negotii exhibet. Siquidẽ ſanguinis
fluxus qui ægerrimè ſiſti poſſit, & arteriæ dilatationes
(quas ἀνευρύσματα Græci nominant) hinc oboriri ſolent.
ſiquidem quum arteria perpetuo motu agitetur,motus
ſui perennitate, ſectioni obduci cicatricem non pati-
tur. Attamen quum longè tenuiorem , ac nihilominus
calidum contineat ſanguinem & ſpiritum , ſimulatque

plurimum increuerit, calore tenuitatéque omnia peruadit, iámq; morboſus affectus, caput præcipuè, capitique proxima quæque ferit tentátque. Nam ob non exiguos & leues vſus, plurimus copioſúſque eò confluit, & flammeus igneúſve factus, quòd à copioſiore calore ſpiritus eius accendatur, venas acutiſſimè vibrat & concutit, ex quo vehementes capitis dentiúmque dolores, & maximæ lippitudines, & defluxionum ac deſtillationum magna pars generatur. Atque aliquãdo dolor tantùm caput amplectitur, quandoque in parte aliqua firmatur. quare vbi doloris vicerit vehementia, metus eſt ne ſanguinis eruptio eum creauerit. Proinde aut tranſuerſim eas præſcidimus, laqueis antea interceptas & fibulis euulſas: aut cauteriis continuitatẽ diuidimus, idque aut cãdentibus ferramẽtis, aut medicamẽto quod adſimilem vrendi vim obtineat. Atque ſi dẽtes ob eas quas paulo antè recẽſuimus cauſas indoluerint, eas quæ ſub aurẽ ferũtur, ſecamus, aut adurimus, & tactu prius ſub auriculæ fibrã pulſare deprehendimus. Oculis verò malè habẽtibus, eas quæ in tẽporibus potiſſimum quæ oculos adire videntur: ſiquæ in toto capite dolorẽ genuerunt, eas iuxta coronã ſupra muſculos tẽporales adurimus, nequem ex neruis motui volũtario inſeruientibus, oblædamus: & ad os vſque cauteriũ demittimus, vt omnes diſſecemus. Atque inde opem ſẽtire ægri videntur, quibus caput dolet, vt & illi quorum oculos vetuſta defluxio infeſtauit. Cæterùm præſtat in omnibus, ſectionibus cauteria præferre, quòd ita minor ſanguinis copia erũpat. nam quum cruſta nõ aliter quàm vinculũ ei incũbat, minor formido eſt ne ſanguis proruat: quippe quòd tũ ſolũmodo metũ incutiat quũ decidit. Nã quum priuſquã arteria probè cicatrice coaluerit, cruſta delabitur, interdũ ſanguinis eruptionis ſit cauſa, quã prõptius reprimere licet, quum maior eius portio cicatricẽ cõtraxit. At enim maiorum arteriarum ſectiones vſtionéſve ſunt fugiendæ, vtpote quæ difficillimè coercentur. Atque eo tempore, à copia cibi potúſque, præcipuè calidioris, à vociferationibus, item venere, omníque vehementiori motu eſt abſtinendum. Nam quauis leui ex occaſione arteriæ diſrumpuntur, metúſque eſt ne quandoque earum fluxus ſiſti nequeãt. Itaque hæc, ſi rectè victus inſtituitur, cõferunt plurimum: ſin æger aut medicus in aliquo quod factum oportuit, deliquerit, priori dolore nonnunquam deterius periculum creatur. Sed de arteriis hactenus.

DE HIRVDINVM ET SCARIFICATIONIS vſu, CAP. III.

ADmouemus hirudines eo loco cui ſanguinem corruptum putrémque ſubeſſe putamus, hæ nanque eam partẽ cui applicitæ fuerint, morſu inuadentes, moderatius ſanguinem qui eſt in ambitu, cucurbitularum inſtar, exugunt: ſunt tamen continua aqua dulci aſſeruandæ. Nam quum aſſiduè in cœno limóque degãt, planè ſunt impuræ: & quum nondũ in aqua dulci ſunt verſatæ, imbecillius lẽtiúſque ſua obeunt munera. Demittimus autẽ eas per fiſtulas ex quauis materia confectas, aut arũdinem, ad loca, quæ accuratius obſeruamus, nec vicinas partes attingi volumus. Deſinunt porro ſugere, aut ſaturæ, aut ſale adhibito. In affectibus cutaneis qui ſuperficiarii maximè ſunt, ſatis ſanguinis profluere ſinimus, ſi ex alto id quod noxium eſt attrahere per morſus cupimus, cucurbitulas affigimus. Vtimur iis in vetuſtis papulis, & humoribus calidioribus alicui loco impactis, aut aliunde confluentibus, vel ex ictu quopiam collectis. Eas propemodum cuilibet corporis parti iniicimus, & ſi opportunè adhibentur, ægri leuantur. Nam quum cucurbitulam figere, aut venã ſecare, aut ſcalpello cutem incidere non licet, hæ impoſitæ proſunt: quippe in omnibus mẽbris applicãtur, in quauis capitis parte, & facie, renibus item, & ipſo interdũ inteſtino recto, quum iãpridem ora venarũ fuerint occæcata, atq; eapropter negotium faceſſant. Cæterùm in quibus hirudinibus vti nõ licet, vel quòd æger recuſet, aut quòd locus eiuſmodi animalia non educet, vel quòd anni tempus non patiatur: iis ſcarificationes ſubſtituimus, quæ multo quidem moderatius quàm hirudines vacuant, attamen eas quoque opitulari putandum eſt. Veruntamen non omnibus ea loca, quibus hirudines admoueri poſſe diximus, ſcalpello cõcidere licet: ſed per quæ inſignes ſuperficiariæ venæ, nerui, tendines, aut arteriæ non feruntur. Cauendum enim hîc eſt, ne dum vehementius ſcalpellum adigimus, imprudẽtes prædictarũ partium continuitatem ſoluamus. Potiſſimus autem ſcarificationum vſus eſt in auribus & malleolis, quibus tamen cucurbitulas quoque aptamus. Vtimur nihilominus & in multis aliis partibus.

DE CVCVRBITVLIS, CAP. IIII.

EX iis quæ celerrimam opem adferunt, cucurbitulæ quoque eſſe videntur, ſi opportunè admoueantur: nanque noxios humores, qui in profundo latent, violentius retrahunt, & facilè educunt. Quare cutem antea ſcalpello conſcindimus ea parte ex qua ſanguinis aliquid detrahere vacuaréque nitimur. At vbi reuellere tantummodo, & ſpiritum craſſiorem fluctuantem exhaurire diſcuteréque cupimus, eas citra ſcarificationẽ imponimus. Sic quum ſtomachus reſupinatur, ventriculo impoſitæ, cum violento ſuo impetu reuellunt, & in priſtinam valetudinem reſtituunt: atque inteſtinis ventrique aptatæ, craſſiores infeſtantes flatus in halitum diſſipare valent. Quinetiam ſi mammis applicantur, vetuſtam vteri ſanguinis profuſionem ſiſtunt: quemadmodum quum viſceribus imponũtur, ſanguinẽ qui copioſius è nare fluit, reprimunt, modò viſceri quod è directo nari vnde it ſanguis, ſubditur, inhæſerint. Ac ita cucurbitula vi retrahit digeritque. Cæterùm ſcire licet eum qui hac vti volet, haudquaquam loco corporive quod vndiquaq; plenitudine oneratur, aptare debere: ne pluſquam vacuetur materiæ indidem aceruetur, atque ita ægro noxæ auctor fiat: ſed vt conuenit, antea eſt euacuandum, atque ita demum cucurbitulæ ſunt adhibendæ. ſiquidem qui cautè de rebus diiudicat, facit vt rectè curatio ſuccedat.

DE GLANDIBVS ET CLYSMATIS, CAP. V.

GLandibus & clyſmatis vtimur quum ſtercora educere volumus: & glandibus quidem ea quæ in inteſtino recto continentur explodimus, clyſteribus verò ea quæ in ſuperioribus remanẽt, eiicimus. Verùm non modo ſtercus infuſis euacuamus, ſed etiam ſiquid infeſtantis pituitæ inteſtinis adhæret, id quoque cedit, & egeritur. Adhæc ſi caliginoſus quiſpiã ſpiritus qui exitũ nõ inueniat, oberrat, & negocium faceſſit, etiã is enematis expellitur. Quinetiam clyſma remotiſſimis opitulatur obſtructionibus. Nã quod retinetur, & loci continuitate progrediens moleſtat, ſi vt deorſum feratur & foras pellatur, impetũ nactũ fuerit, leuat, & quod prius pondere grauabatur, melius ſe habet. Verumenimuero in omnibus conſuetudinis ratio eſt habenda: ſiquidem alii duobus tribúſve, aut etiã pluribus interpoſitis diebus nihil deiiciunt: nõnulli niſi ſemel aut bis deſideãt, caput vẽtrémque grauari ſibi videntur. Quare pro ratione, dum bene valeret, cõſuetudinis, etiam in morbo clyſmata infundere oportet, paulo tamẽ ſolito frequentius, niſi quid obſtet quod continuum materiæ ad inferna impetum diſſuadeat: cuiuſmodi ſunt retentricis inteſtinorũ facultatis infirmitas, aut quum purgatio partium thoracis per ſuperna vrget. Nanque purgationes ab eiuſmodi impetus vi retrahuntur, & ſeditiones excitant, ab externis auxiliis euictæ, hinc anxietas, inquietudo, & varia ægro oboritur triſtitia. Atque idcirco aluo ſuppreſſa & obſtructa, admodum inidonei ſunt vomitus, quòd ſecum materiam ad ſuperna pertrahant: at ſi immodicè egerit, valde ſunt accommodati, quòd naturæ concilient propenſionem & impetum contrarium. Sic aluus ſoluta & liquida, vomitui ſubuenire creditur. Quòd ſi ambo ægrum infeſtauerint, conſiderandum eſt, ac proſpiciendum ne æger in ſyncopen incidat, quòd in duabus immoderatis vacuationibus, vires reſiſtendo ſatis non ſint: ſed vbi omnia ſunt mediocria, ſuſtinentur, nec dolor fatigat. Componuntur porro ablutiones tum ex acrioribus ſuccis, tum ex molliter lenientibus: vtriſque enim opus eſt, vt illis fa-

cultas excernens irritetur,& his emolliātur ; ſiquæ ſint A
fæces duræ quæ exitum veluti operculentur.tāto autem
eas valentiores & acriores cōficimus,quāto ea quæ affli
gunt vi indigent vehementiore, ægrotique ſenſus ob-
tuſior ac hebetior eſt.Cæterùm in abraſionibus vulne-
ribúſque inteſtinorum,clyſmata non ad vacuādum, ſed
ad humores mordentes contemperandum,vulneribúſ-
que cicatricem inducendam , infundimus , atque ad
eum vſum componimus. quare ea contraria penitus fa
cultate conſtare ſolent,vt expleant,adſtringāt,& refri-
gerent pluſculum.In vſu quoque ſunt conſimiles glan- B
des in eiuſmodi affectibus.

DE IIS QVAE NARIBVS INDVNTVR, ET gargariſmis, CAP. VI.

QVum mucoſi pituitoſique ſucci caput infeſtant,ea
quæ naribus imponuntur ἔῤῥινα (Græci,noſtri qui-
dam naſalia nuncupant) & gargarizationes ad vſum
vocamus.atque illa ex puluiſculis , & ſuccis quibuſdam
acrioribus vt attenuemus,& infarctam materiam auel-
lamus,& ſternutamenta cieamus ; conficimus:hæ verò
ex acribus & dulcibus quibuſdam admixtis,ne guſtum C
plurimum offendamus,cōponuntur:quibus gargarizan
tes,per palatum humores educimus, & ægros à maiora
interdum minitantibus vitiis vindicamus. Verùm vni-
uerſam medicamentorum purgātium facultatem,quo-
modo videlicet in nos agant, & quando, ac quæ maxi-
mè vſui ſit, atque in quibus ægritudinibus aſſumenda,
hinc diſcere licet.

DE PVRGANTIVM MEDICAMENTORVM vſu, CAP. VII.

ITaque purgantia medicamenta,(quæ καθαρτικὰ Græ- D
cis nominātur) communi quidem generis ratione ex
cenſu ſunt eorùm quæ perniciem creāt (δηλητήρια,& no
ſtri venenoſa,& mortifera appellāt.) Verùm ab iis quæ
magna ſunt corrūpendi vi prædita,diſſident,quòd hæc
eadem quantitate,non perinde ac corrumpentia interi
mant.nā quum ſunt mediocria, proſunt:quum verò in-
terdū copioſius aſſumuntur, quātitate perdunt. Cæte-
rùm ex iis quæ intrò adhibentur,alia,ſimplices ſunt ci-
bi,ceu panis,caro,& piſces,atque id genus cætera:quæ-
dam ſunt cibus & medicamenta, velut lactuca & attri- E
plex,intubus item,ac ptiſſanæ ſuccus: nōnulla ſimplicia
ſunt medicamēta,vt piper,carum,roſæ,violæ,& ſiquid
eſt eiuſmodi: aliqua corrumpēdi quodāmodo vim ob-
tinent,qualis eſt cicuta,& nerium, ac cætera talia:quæ
tamen ſi commodè commiſcētur,ſalutaria quadamte-
nus eſſe videntur,vt humores corporis contemperare,
& noxios vacuare poſſint.Nanque quum ex frequenti-
bus peccatis quibus in victu delinquitur, antecedenti-
bus,multi variique humores in vētriculo & inteſtinis,
adhæc in viſceribus totóque venoſo genere coaceruen F
tur : præterea quum ad ipſam vſque profundā carnem,
excrementitius alienúſque humor quandoque ſe inge-
rat,ac in ſexcentos ideo affectus,qui ita malè habēt in-
cidant:operæpretium vtique fuerit nouiſſe quomodo,
& quando,ac quibus eos purgare oporteat, ne dum in-
conſideratius medicamenta propinamus, periculum
pro medela creemus.Proinde in omnibus ſpectare de-
cet ecquis ſit qui offendit humor , & quā corporis par-
tem obfirmatus occupet , atque nunquid vniuerſum
corpus eo non abundet . Dignoſces autem id ex parte G
quæ pondere premitur , aut dolet,aut alio aliquo affe-
ctu laborat , vtens ea in re præceptore , ægri ſenſu , &
tuo,quod ex deprauata patiētis locis functione ſumes,
iudicio. Sed nec paucæ dignotionis occaſiones priori-
bus libris explicatæ fuerunt, in quibus ſi teipſum exer-
cueris , non magnopere aliorum , quòd inde ſatis no-
xios infeſtantéſque humores diſcernere poteris, indi-
gebis.Porro vbi tum ſpeciem, tum peccantis humoris
copiam didiceris , coctúſne is ſit an crudus inſpicien-
dum eſt : quod ex iis quoque quæ olim tibi fuerūt tra- H
dita,cognoſcere licebit. Quòd ſi etiamnum crudus fue
rit,congruis medicamentis quæ poſtea docebimus, co-
ctionem moliri oportet : ſin autem iam coctus eſt , &
exitum ſollicitat,perpendendum eſt,ſurſumne an deor
ſum vergat,atque illac educendus. Cæterùm non tan-
tùm vt humores coquantur enitendum eſt, verùm e-
tiam ex Hippocratis præcepto,partes per quas euacuan
di ſunt fluidæ fieri debent:quò purgationes melior fa-
ciliórque inſequatur tolerātia:ſiquidem interdum, vbi
obſtaculum quodpiam occurrit, medicamenti facultas
in finem vſque repellitur retunditúrque. Adhæc anni
tempus expendere decet:nā frigus ingens & vehemens
humores cogit,atq; purgationi inhabiles reddit, quòd
ægrè ſequantur . Multus quoque æſtus, quòd occultæ
perſpirationis digeſtioniſque ſit cauſa ; facit vt purga-
tiones minus ſint tutæ , niſi vehementer purgatio vr-
geat,ægrique vires ſint integræ. Licebit autem & arte
corpori cōmoderatas tempeſtates parare. Sed & cōſue
tudo plurimum in hac re iuuare quibit : quidam enim
purgationibus ſunt aſſueti,aliis ſemel biſve in anno al-
uus ſponte ſua erumpens, temporis longinquitate col-
lectam noxam explodit. Quòd ſi quæ excerni ſolent re-
tinentur,ac ea de re homo ægrotat, iam purgationi lo-
cus eſt, vt procraſtinantis naturæ vices ſuppleamus.Cæ
terùm quibus materia turgere videtur , & ſyncopen,
aut fluxum immodicum , aliúdve aliquod ſymptoma
prauum metuimus : ii perquam mediocribus medica-
mentis ſunt purgandi,ferè autem iis quæ contemperan
di vim obtinent(κατακεραστικὰ Græci nominant) eſt vten
dum,quò contrariis contraria compeſcamus , & corri-
gamus.Atqui quoniam,qui,quibus anni temporibus,&
quibus ætatibus,victúſque rationibus,& temperamen-
tis humores augentur , didiciſti , nunc quibus ipſorum
ſinguli purgentur,audi.

DE MEDIOCRITER ET ACRITER PVRGANtibus medicamentis, CAP. VIII.

VErùm quia quædam ipſorum mediocriter admo-
dum,neque ex altò ducere,& quædam contrà pur-
gare videntur , primùm de mediocriter purgantibus,
deinde de acrioribus eſt agendum. Nec te fugiat medi
camentum quodque,proprium ſibi humorem trahere,
licet nonnunquā ab eius quod vacuatur impetu vnà cū
eo etiā alius quiſpiā , qui in corpore redundare reperi-
tur,educatur:cuius te admonitum volui, ne ſi fortè me
dicamento quod bilem ducit , exhibito , alium cum eo
præterea humorē egredi cōſpexeris,te medicamēti pol
licitatione deceptum eſſe arbitreris.Sunt & ex iis quæ-
dam quæ facultatis proprietate,duos tréſve purgāt hu-
mores.Proinde omnia hæc diligenter ſunt inſpicienda,
atque ita vtendum. Aloe ergo,maſtiche,agaricum,te-
rebinthina, ſtyrax, mercurialis, parthenium, & ſiquod
eſt eiuſmodi aliud,ſūt ex iis quæ mediocriter , velut po
ſtea dilucidius docebimus,purgāt.Atque eorùm alia bi
lem ori vētriculi innatātem,alia pituitā quæ in vētrem
inteſtináque prouoluitur,vt & quædā ſuccum melācho
licum purgāt. Porro inter acerrima recenſentur,tithy
malus,ſcāmonia,peplium,colocynthis,veratrum,elate-
rium,& id genus reliqua. Hæc humores qui in profun-
do inhærent,expellunt, ægróſque à maximis affectibus
liberant. Cæterùm quum omnia vim habeant noſtras
facultates corrumpendi, attenuantibus & incidentibus
odoratíſque ac roborantibus & contemperātibus me-
dicamentis permiſceri debent, quò ipſorum immode-
rantia coerceatur,ægérque libenter iis vtatur.Iam verò
quum mediocriter mouemur , ad agendum efficaciora
redduntur:quum autem quieſcimus & dormimus, im-
becilliora.Nam quoniam ipſorum robur augetur, quia
noſtram facultatem exuperant, (ita enim ſibi proprios
euellere extraheréque humores queunt,) patet, quòd
quum in ſomno aut quiete facultas noſtra robuſtior
fiat,haudquaquam facilè medicamentis contrà niten-
tibus & principatum tenentibus cedit. Quocirca ne o-
doratis quidem tunc, vtpote facultatem refocillanti-
bus ac recreantibus eſt vtendum : niſi nimia , maiórve
quàm par eſt imbecillitas , aut animi vrgēs deliquium
ſuaſerit. Adhæc, nihilo ſecius eſt obſeruandum , ſitne
æger ad vomitū procliuis,nécne : deinde nū ob humo-
res quoſdam, qui in ore ventriculi redundent,vel pecu
liarem huius partis infirmitatē , aut quòd ſpecies quaſ-
dam auerſetur ac reſpuat,vomere ſoleat. Nam ſi vomit
prōptè, ꝙ humores illic coaceruentur, per ea quæ mo-

dicè vomitum cieant,euacuandi exſiccandique ſunt,ac A
poſtea os ventriculi roborandum,& inde medicamen-
tum catharticum propinãdum.Sin autem vomitus faci
lis eſt ob ſtomachi debilitatem,ſiquidem cauſa euidens
fuerit,puta intemperies quæpiam,victu medicamentiſ-
que cauſa infeſtãs amputãda eſt,atque ita vt decet oris
ventriculi robur confirmandum. Veruntamen interim
cauere oportet ne medicamenta ceu tyrãnidem exer-
centia,infirmis partibus adhibeamus. Cæterùm iis qui
ob inſuauitatẽ quampiã, medicamentum renuũt & re-
ſpuunt , dulcibus & odoratis ipſum quò ori gratius ſit, B
præparãdum erit:illúdq; admiſcebimus , vt ſenſum la-
teat,quod maximè ægris eſt familiare ac cõſuetum.Ac
ſiccioribus potiſſimũ ore vẽtriculi, & ægrè vomẽtibus,
humidũ liquidúmque medicamentum eſt exhibẽdum:
qui verò cõtrà ſe habent,quod ex paruis globulis,(quæ
Græci καταπότια, noſtri pilulas appellãt)conficitur,dan-
dum.Æquum eſt autem hoc quoque alii ceu ſub pulue
rum cupediarúmque forma,facilius aptiúſque medica-
mentum deuorari. Omnia ergo prius ſunt examinãda,
atque ita quæ cõuenientia ſunt eligere ac præferre de- C
cet,ita tamen vt in omnibus medicamẽti facultati con-
ſulatur. Et quemadmodum à venæ ſectione arcendos
eſſe cenſemus pueros impuberes,& eos qui iã conſenue
runt, ac vterum gerentes, niſi maior vrgeat neceſſitas:
ita in purgatoriis quoque eſt agendum , niſi ex eorum
numero fuerint quæ aluum ſubducãt, aut fæces explo-
dant,illa ὑπήλατα,hæc ἐκκοπρωτικὰ Græci nominãt,iiſ-
que nõniſi inſtãte neceſſitate eſt vtendũ. Verùm quia
quo pacto turgẽtium humorum tum ſpecies tum con-
coctiones probè cognoſcere licet,didiciſti, adiectúmq; D
iam eſt ſermoni, quibus & quando eſt medicamentis
vtendum: reliquum nunc eſſet vt de iis quæ ſequuntur
pertractaremus.ſed quia illud quoq; nos præteriit,quũ
tamẽ explicatum oportuit,dictis eſt annectendũ: nẽpe
quòd etſi eadem in corpore materia turgeat, nihilomi
nus non omnibus idem eſt virium robur:quare nec eo-
dem quidem modo tolerãt purgãtia medicamenta:ſed
quidam facilè ſuſtinent vacuationes,aliorum vires an-
tè exoluuntur, neque confertam ferre vacuationem va
lent. Proinde illis ſemel aut bis exhibenda ſunt medi- E
camenta,hi paulatim ſunt vacuandi.Atque in omnibus
eorum in purgando facilitatem antè expendere opor-
tet,ne temere ac inconſideratè iis qui promptè purgan
tur valida:iis verò qui ægrè,debilia præbeamus.illa nã-
que iis quibus exhibita fuerint, ſuperpurgationes mini
tantur.Atque hæc agitantia ac commouentia , tantùm
eos qui antea quieſcebant humores, interdum ad par-
tes principales tranſmittunt , atque deteriorum affe-
ctionum anſam præbent.ſed horum ſatis.

DE VICTV VALETVDINEM CONFIRMANTE, CAP. IX. F

QVoniam oratione temporis ſpatio collectam pra-
uitatem ægris detraximuus,age nunc conuenienti
victus ratione,ſalubribúſque præceptis vires eorum re-
focillemus,ac qua victus ratione valetudinẽ cõfirmare
reciperéq; queant,doceamus. Verũ quia cauſæ aliæ ſunt
externæ,aliæ ex nobis delinquẽtibus naſcuntur, dicen-
dum primùm eſt de exterioribus , atque ita ad eas quæ
à nobis ortum ducunt,tranſeundum.Itaque foris ſæpe-
numero frigus & æſtus,triſtitia & met⁹, animi deiectio G
& cura,atque alia eiuſmodi ob enatas calamitates inſe
ſtant.At verò his animi perturbationibus, ſi intẽperies
aliquas nõ inſequuntur, haud facilè medici medentur,
niſi verbis potius placidis,quæ animum mœrore imbu-
tum demulceant,mitigent ac recreent. Atqui nobis de
hac re priuatim conſcriptus eſt liber,qui in quocunque
infortunio , accommodatam conſolationem (vt mihi
quidem videtur) reperire doceat: vnde tu quoque qua
ratione aduerſa fortuna oppreſſos,ac mœrore ſe confi-
ciẽtes,ſolari oporteat, & quam ob cauſam potiſſimum H
dolere deceat,ſi fortè in libellum incideris,ediſces. Cæ
terùm quum frigus æſtúſque homines, atque eos præ-
cipuè qui negligentiorem ſui curam gerunt, oppu-
gnant , de iis ,vt par eſt , neceſſaria proponenda ſunt.
Quum ergo repẽtinum frigus corpori, cui meatus ſunt
A aperti,accedit, refrigeratio comitatur, ac occulti cutis
meatus cõdenſantur ſtipãtúrque. Hinc conſuetus per-
ſpiratus inhibetur,tuſſis & deſtillatio,et ſi caput eadem
ratione refrigeretur, grauedo, & pituita,ac mucus ob-
oriuntur : carnis item ingens dolor,ac intenſio , quòd
corpus ceu gelu concreſcat, prehendit. Quòd ſi impu-
rum fuerit corpus , & alioqui pluſculum per latentem
perſpiratũ difflari aſſueuerit,primùm leuiter incaleſcit,
deinde febri corripitur , atque hîc iam maiori opus eſt
ſubſidio.Sed hæc in proximũ librum aſſeruamus : nunc
B de iis quæ mediocriter ob ea quæ foris intúſque occur
ſant,affligunt,loquendum, ac quo pacto iis proſpicere
oporteat,docendum,quò hîc tractatus ſit quædam ceu
tuendæ valetudini accõmodata victus ratio. Atqui de
his antea quoque vbi de ſpiritu animali ageremus, di-
ctum fuit : nã ſecũdus liber totum propemodum quod
ad tutandam valetudinem pertinet, negotium comple
xus eſt,eáque inde licet huc aduocare. Verùm ne dum
te ad ea quæ ibi fuerunt explicata , ablegamus,ad ino-
piam victus rationis redigamus,huic etiã libro quæ ne-
C ceſſaria ſunt impartiemur,vt ſi fortè illa non adſint,hîc
quæ vſus poſtulat habeas,& ei inde quæ te ſcire conue
nit edoctus,acquieſcas.Itaque hoc perpetuò meminiſſe
oportet,quòd certum indicium , & tutum frigidorum
& calidorum,ſiccorum & humidorum, nimiorũ & pau
corum,leuium & grauium, iuuantium & nocentium,iu
dicium ad ſenſum noſtrum defertur : niſi contraria &
quæ nõ debebat , ob affectum à ratione alienum ac ab-
ſurdum,expetat:quod quidẽ eſt lõgè rariſſimũ. Proin-
de quum in extima cutis ſuperficie frigus ſentis , noxæ
D quæ inde impendet,occurrendum eſt,& pluribus indu
mentis corpori facilis perſpiratio conſeruanda: at ſi fri
gus anteuertit,& meatus, vt minus iam corpus perſpi-
ret,obſerauit,iiſdem rurſus ad vſum comparatis opitu-
laberis.Nam etſi calor ad cutem prorumpens duplica-
tus ſenſum ſui in condenſata cute producat , attamen
copioſiore amictu meatibus reſeratis, nimius calor eua
neſcet ac diſcutietur,iſque cui corpus adſtrictum ſtipa-
túmque eſt,melius deget. Et vt copioſiora indumenta
prodeſſe ſolent,ita & tepor arte accerſitus, prout tẽpo-
E ris occaſio tulerit,cõferet. Porro ex externo calore la-
borãtibus cõtraria opem ferent:ſed ſi interior calor ſi-
mul quoque increuit,& febrem quampiã ſuccendit,ex-
terna nõ ſunt admodũ refrigeranda, nec æger omni co
natu dẽſandus, vt ad portionẽ dominãtis qualitatis re-
frigerãtia & humectantia introducantur. Inter ea verò
quibus nos noſtra opera ægritudinis auctores eua-
dimus,ſunt cibus, potúſque intempeſtiuus , & qui inor
dinato victu vtẽtibus , ſua quãtitate & qualitate nocet.
Adhæc æquè obeſſe ſolent exercitia & balnea immode
F rata,ac quodcunque aliud vires excedit. Quippe cibus
ſua copia onerans,etiã ſi boni fuerit ſucci , cruditatem,
alui profluuium,& vomitum generare ſolet:parcior ve
rò quàm neceſſitas exigit,cauſa eſt cur corpus non ala-
tur,& imbecillum fiat, nec amplius cum priſtina facili-
tate ſolita obeat munera, quòd corpus inane reddatur,
neq; ſpiritui ſufficiẽs ſuppeditet alimentũ.Quòd ſi quæ
offeruntur,qualitate fuerint aliena,id cacochymiæ ge-
nus aceruatur quod qualitates præpollẽtes patefaciũt.
Iam verò is qui cibi pondere grauatur , eueſtigiò illius
G noxas perſentit : at quæ ex mali ſucci cibis gignuntur,
nonniſi tempore emergunt. Quare ſiquis cibum praui
ſucci quem aſſumpſit, facilè ſuſtinet, non ob id illius of
fenſam probè declinaſſe putãdum eſt , ſed expectãdum
nocumenti indicium quod ſe longo poſt tempore pro-
det. nam aut putridæ ſuccedent febres, aut ad cutem
procurrente vitio , ſcabies & tubercula , & pruriginoſi
affectus , aut ſiquid eſt aliud eiuſmodi procreabitur.
Quapropter non modò , an quæ offeruntur quantitate
commoderata ſint, verumetiã an qualitate mediocria,
H ne in poſterum eius noxa patefiat,eſt ſpectandum , niſi
qua adſit occaſio,quæ cibũ requirat medicamentoſum:
tunc enim eo vti præſtat, prõptiúſque ab offenſa vindi
catur æger. Cæterùm eiuſmodi qui prauum facultate
ſuccum generat , & medicamenti vim obtinet, vſus ra-
tione ab alimentis corpori familiaribus diſtat. nã quic-

quid in ſanis, ac temperie commoderatis, nec externo A quopiam excellente egentibus, cognata elementorum commoderatione caret,id omne communi ratione, in eorum quæ prauo ſucco cenſentur,claſſem reponimus. Quod verò facultatis ſuæ exceſſu, id quod in temperamēto aut facultate noſtra deficit,ſubſtituit & æquat, id cibum medicamentoſum nuncupamus. Quare in intempeſtiuo eius vſu periculum eſt ne idem & praui ſucci,& cibi medicamētoſi nomine cēſeatur. Verū ſi diſtinguere volemus,medicamentoſos,vtpote minus malos, cacochymis & praui ſucci eduliis præferemus. Cæterùm B de ſingulorū horū facultate,& alii,& nos priuatim,qui nā boni malive ſucci ſint docebimus:quare nūc de balneis,ſōno,& exercitiis, quātū res poſtulat, apponamus.

DE BALNEORVM VSV, CAP. X.

Balnea pro vſus ratione refrigerare & calfacere, adhæc ſiccare & humectare creduntur. Quæ ſponte enaſcuntur, quippe quæ magna ex parte medicamenti rationem obtinēt, (nam quædam ſulphur, alia nitrum, nōnulla atramentum ſutorium,aut ſimilem quampiam qualitatem ſapiunt,) ſemper exſiccant calfaciúntque. C Quare iis qui aqua intercute laborāt,aut malo ſunt habitu (καχεκτικοὺς vocāt Græci), & in ſumma quos humor quiſpiam excrementitius moleſtat,conferre cenſentur. Quæ verò à nobis conficiuntur, & plerunque potari queunt,nec vlla qualitate inſigniuntur, (hæc enim eſt aquæ perfectio): ſi moderata exhibentur, meatus aperiunt,& quicquid in iis eſt ſordis eluunt ac detergent. adhæc quæ indurata ſunt emolliunt, cruda cōcoquunt, ac aliquid illis adiiciunt humiditatis, & demum perſpirabile ac fluxile vniuerſū efficiūt corpus. Quòd ſi pluſ- D culum intendantur,demunt aliquid humiditatis, quia amplius diſcutiunt,& addunt calori. Quare ſiquis ſtudioſius obnixiúſque iis vſus fuerit, adeo multum caloris vnà cum euaporatione exhauritur,& humoris exhalat,vt in poſterum corpus frigidū ſiccúmque relinquatur: vſqueadeo propter intēpeſtiuum vſum variè nos afficiunt. Porro cauendum eſt ne dum aluus copioſius excernit quàm opus eſt, aut præter modū ſupprimitur, balneo vtamur. Nā illic quum corpus humectetur, partéſque irrigētur,inteſtina fluidiora redduntur, ac plus E egeri cōſpicitur:hic verò quum aluus ſiſtitur, vapores caput petere, ídq; replere ac grauare, & vertigines,tumultúſq; excitare ſolet. Quin ſiqua parte ſanguis fluit, is balneorum vſu magis fluxilis euadit. Ac quemadmodum in aliis rebus moderatus vſus immoderato anteferendus videtur, ita ſe quoque habet balneorum ratio: quippe haudquaquā præpropere iis vti oportet, potiſſimum ſi ex cōtinua cruditate qui lauatur humores coaceruauerit,aut paulo antè cibis ſe expleuerit. ſiquidem cibi nondum cocti,humoréſque crudi accumulati,calo F ris ad cutem impetu,vnà & ipſi properāt: quo fit vt inde in poſterum,quòd craſſiores facilè ſimul egredi nequeant,obſtructiones ſuccedant. Adhæc in vehemētioribus frigoribus, & anni tempore æſtiuo æquè ſunt fugienda. Nam hyeme diſſoluti qui antea quieſcebāt humores, dum inter digerendum à contrario anni temporis impetu, in incautos validius irruit inuaditq; frigus, in neceſſariam aliquā partem impelluntur,ac morbum ibi creātes grauiter hominē offendūt. Æſtate verò media,quum iam ardor viget,& calor ad externa propen- G ſius fertur,balnei vſus reliquum quod eſt caloris diſſipat,ac internas ita facultates debiliores efficit. Quòd ſi locus,ætáſque hominis conſenſerint, multò iam impenſius ſunt vitanda. ſiquidem conueniente opportunúmque balneorum vſum maximè auxiliari eſt perſuaſum. at contrà obeſſe,prout alieno tempore, quúmque minimè cōuenit,vti cōtigerit. Porro de frigidis lauacris hoc eſt ſermoni annectendum,ea inſuetis, ceu plus lædētia quàm iuuantia,eſſe fugienda: præcipuè ſi occaſio non ſuaſerit,iſque qui vti volet,gracilis & ſubfrigidus fue- H rit. Nanque in eiuſmodi frigus prōptius ad profundiora penetrat,ac ſuccos quodammodo cogit, neruóſque ad motionem ineptiores reddit,vt taceam quòd interdum in affectus his deteriores, qui temerè frigida ſe abluunt,incidant. At verò aſſuetis,quum plurimum poſſit conſuetudo,ac leges naturæ fere euincat,atque abroget,vt pro libito vtantur eſt cōcedendum:quanuis non ſit conſultum nec tutum vt omnes inconſideratius ſe cōſuetudini committant. Nōnunquam enim duæ tréſve contrariæ conſpirantes cauſæ, poteſtate conſuetudinem ſpoliarunt, & ſola conſuetudine fretum, maioribus periculis obiecerunt.

DE EXERCITIORVM VSV, CAP. XI.

De exercitationibus hoc dicere licet,non eaſdem omnibus, ſed aliis alias congruere videri. nam qui exercitiis magis aſſueti ſunt, ac laborioſam degunt vitam,iis vehementius conuenit exerceri: qui verò ocioſam mollémque perſequūtur,iis leuiores & remiſſiores exercitationes ſunt aptiores. Quum ergo plura ſint exercitiorum genera, quiſque ſibi quod ſuæ vitæ inſtituto eſt accommodatum eligat. Proinde lucta,curſus concitatior,diſcus,& quod parua pila obitur, ex eorū ſunt numero quæ valentiora ſunt: deambulatio autem & equitatio,ac quodcunque mediocriter corpus commouet,ex iis ſunt quæ leuiſſima habentur. Cæterùm ne ignorato exercitiorum ſcopo, quando & quibus corporibus iis ſit vtendum, ambigas, iam repetito breuiter ſermone,id omne explicabo. Ac primū nihil aliud videtur eſſe exercitatio quàm natiui inſitique caloris accenſio, quo noxios ſuccos alios attenuare, alios propellere poſſit. Nam quia cibi non pauci accuratā non aſſequuntur coctionem,atque aliqui meatus occludunt, vt inde natiuus calor non parū lāgueat & marceſcat,ideo exercitia fuēre excogitata,quò motione ſolita concitatiore,reſpiratio denſior euadat, & natiuus noſter calor nacta occaſione exſuſcitetur, ac motu vehemētiori,nō ſecus quàm per fabrorum folles ſolet, ſuccendatur,ſemicoctique humores nonnihil concoquantur. Quinetiā à violentiori ſpiritus impetu recluſis meatibus,quæ antea iis inhærebant, difflantur ac digeruntur: quò fit vt qui exercetur,increſcēte calore leuior ac perſpirabilior fieri cernatur. Itaque pro ſua quiſque viuendi ratione exerceatur. Modus verò exercitationis, ac finis ſit, vt qui exercetur,laſſitudinem non ſentiat,rubicūdus fiat, reſpiratio ſatis alteretur, ac ſudores iam promanent. Nam ſiquis vlterius progreditur, laſſitudo, atque ita ſiccitas quædam,& neruorum dolor accedit, natiuúſq; calor haud mediocriter exhalat. Porro exercitatione vti debemus,quum neque valde ſumus repleti, neq; admodum exinaniti,neque multas eáſque frequētes cruditates coaceruauimus. Nam primùm interdum rupturas, & fibrarum auulſiones (σπάσματα appellant Græci) & laſſitudines gignit: alterum, naturalium virium robur promptè exoluit: & tertium copiam crudi humoris in profundum detrudit. Quòd ſi paulatim & quaſi ex additamēto ſenſim creſcente exerceamur,plus opis adferre omnibus eſt perſuaſum. nam quemadmodum repētina inanitio aut repletio,periculo non vacat: ita repentè vehemētius diutiúſque exerceri, periculoſum habetur. Quare oportet à mediocribus magis inchoantem ad validiores exercitationes tranſire: ita enim natiuus calor ſenſim cōfirmatus ac corroboratus,facilè quodcūque noxiū reperit,euincit. Cæterùm vitāda ſunt exercitia,& maximè vehemētiora,iis qui calido admodum ſunt tēperamento, iiſque quibus vitale robur ceu exolutū lāguet,potiſſimū ſi anni tēpus ad calidum magis vergit: iis item qui vitā vrbanā ocioſámque ſequuntur. Nā his,vtpote minimè aſſuetis, exigua ſola deambulatio ſufficiet, reliquæ exercitationes nec vtiles, nec neceſſariæ ſunt. Iam verò & ſudoris qui poſt exercitia erumpit,præcipuè ſi anni tempus frigidius fuerit, ratio eſt habēda. nam quum refrigeratur, ac inde cutis eius qui ſe exercuit, condenſatur, exercitatio ægritudinis anſam præbet. Proinde eo tēpore balnea adire præſtat, ac quam ſpiritus,inter exercendum, impetus adapertis probè meatibus ad cutem protulit, ſordem eluere. ita nanque quæ infeſtant attenuātur, atque ad ſuperficiem protruduntur,ac viciſſim humiditas quædā quæ corpus humectet, intromittitur. Quòd ſi balneorum non adfuerit cōmoditas, ſaltem ſudorē cuti innatantē linteis extergere: ac ne horror refrigeratióque ob anni tēporis.

dominium prehendat, veſtes commutare, eáſque nouas induere conuenit. hoc nanque facile tutúmque, nec aliquo pacto eſt deſpiciendum. Atque exercitiis ita vteris,& tu,& quiſquis ex medicæ artis legum præſcripto vitam ſuam inſtituit. Et quoniam de exercitiorum ac balneorum, & antea de purgantium ac reliquorum medicamentorum vſu, ob aliquod in victu antea commiſſum peccatum egimus: age victus rationem quæ ad cibos pertinet, quambreuiſſimè licet proponamus: quò quiſque ad has normas vitam ſuam dirigens, & valetudinem incolumem tueatur,& de purgãtibus ac reliquis medicamentis minorem curam habeat.

DE ALIMENTIS, ET VICTV INSTITVENDO, CAP. XII.

NOn eadem ergo omnibus vtilis eſſe videtur victus ratio, quòd non omnibus idem ſit tẽperamentum, nec vita, habitúſque, vel ſiquod eſt aliud quod victum ac diætam immutare poteſt. Verùm in mille ſpecies, ob temperamenti quo totum ac viſcera noſtra contemperantur, exceſſus, hominum temperies victúſque diſtracta ſunt: huc accedunt quæ extrinſecus ob cõſuetudinẽ occurrunt. His æquipollẽt vicémque repẽdunt alimenti familiaris multiformes varietates, quòd aliud aliis prodeſſe, aut ab eo abhorrere conſpiciatur. Hic enim illo, ille hoc victus genere delectatur, ac vnuſquiſq; id quod ſibi vtile eſt, ex ſenſu atq; tolerãtiæ facilitate æſtimat: rationes verò, experimentum quod circa ea habetur, quódq; ex ſenſu (principio ſanè nihil errãte) oritur, aperit ac oſtẽdit. Atque tractationẽ quidẽ de alimentis, poteris ex aliis quoque qui ea explicauerunt, diſcere: attamen & nos priuatim ea docebimus, illo quo de tẽperamẽtis antea cõpendio tractauimus. Proinde quæ nũc declarare animus ſit, æquum eſt proponere, quo nulla in re libellus hic deficere videatur. Itaque ex alimẽtis (de his enim primo loco eſt agendũ) alia ſunt boni ſucci, alia mali. Bono ſucco conſtare dicimus (εὔχυμα Græci nominant) quæ purum generandi ſanguinẽ vim obtinent: malo verò (κακόχυμα dicunt) quæ melancholicum humorem, aut flauam bilem gignunt. Sic crudi ſucci (ὠμόχυμα Græcè vocantur,) ea eſſe aſſerimus quæ ſua natura pituitoſum crudúmque ſuccũ creare ſolent. Adhæc ex cibis, alios cõcoctu faciles, alios difficiles: & hos vẽtriculo idoneos, alios illi ineptos & noxios vocamus: nonnulli item aluum ſiſtere, & quidam ſoluere, atque alii aliis præditi eſſe facultatibus functionibúſque, quæ naturalibus rationibus innituntur, cenſentur. Omnes autem cibi prout ad commoderatum atque vndiquaque temperatum corpus comparantur, ita eiuſmodi iudicantur. Quare ſiquando in cenſu ciborum audis concoctu aliquem facilem aut difficilem eſſe, aut vim habere aluum irritandi, ſupprimendíve, atque interdum rem ac euentum haudquaquã orationi reſpondere cõſpexeris, nolim id artis ignorationi tribuas, ſed eius quod oblatum fuit mutationi, qua aut in toto corpore, aut viſcere quopiam à cõmoderato euariat. nam exiguæ nonnunquam in corpore factæ mutationes, frequenter alias atque alias naturales actiones producunt. Nec ſolùm ob naturalem aliquam, aut ex errore natam intemperiem, functiones in nobis commutant: verùm exuperans quoque ac redundans eiuſmodi humor, idem præſtare poteſt. Quinetiã anni tẽpus, ætas, & vitæ quod ſequimur ſtudiũ, non ſecus quàm illa corpus noſtrum immutare, illique alium adferre ſtatum putantur. Quocirca ne tibi errare contingat, cautio ſit, quum modò hos cibos prõptè hominem coquere, modò illos ac illos aluum ducere, hos aliud efficere conſpicies: ſed receſſum, quo à commoderatione euariauit, inſpicere oportet, atque ita cibum qui cum excedenti naturali intemperie, eandem, cum morboſa verò aduerſam tenet ſeriem, ſeligere. Nanque contraria contrariis perimuntur,& ſalutaris rationẽ retinent: ſimilia verò ſimilibus cõfirmantur: atque ita iuxta temperamẽta eorum quæ offeruntur, varia videntur eſſe alimenta. Et ſiquid habent ad agendum, aut quolibet modo à nobis patiendum, peculiare quod verbis exprimi nequit, id antea experimento deprehenditur: licet ratio interdum eius cauſas adinueniat. Iam verò in omnibus cibis non eadem quantitas, neque ſemper omnibus cõuenit: ſiquidem nõ exiguum in ætate & temperamento, necnõ cõformatione diſcrimen eſſe videtur, neque omnibus par eſt eãdem copiã congruere. Nam adoleſcentibus & ætate florentibus plus eſt dandum, quandoquidẽ illi, quòd nutriantur & cum ætate increſcant, pluribus opus habent: hos verò, quòd caloris vi polleant, magiſque exerceantur, æquũ eſt non pauciori illis indigere alimento. At quorum ætas iam declinat, atque ad ſenium nutat, prout à vigore recedunt, ita copiæ ſubtrahendum eſt, quò ea quæ exhibentur, facilius cõficiantur: quippe niſi ita victus rationem inſtituãt, quòd calor haudquaquam concoquere valeat, crebræ cruditates ſubſequentur,& ſeneſcentes in grauiſſimas noxas incident. Porro dictũ fuit, neque ſemper, quoniã hyeme plus cibi eſt aſſumendum, deinde vere, æſtate autem mediocriter, animum ad robur caloris adhibentibus. hyeme enim calor intrò concedit,& cibos conficiendi vim habere creditur: at æſtate vnà quum anni temporis exceſſu per halitum digeritur. Verùm nihilominus naturales quoq; excretiones ſunt inſpiciendæ: nàm ſi non eunt pro conſuetudine, de alimentorum quantitate demere pro portione quoq; decet. Sed & illud æquè cõſiderare oportet, quòd ad multã videlicet nutritionem paucámve ſpectare videtur: nam quæ carnoſa ſunt, potiſſimum ſi à grandioribus animalibus ſumuntur, plus cæteris nos nutrire perſuaſum eſt: ſecundo autem loco quæ iuniora,& magnitudine ſunt minora. Deinde minus his nutrimenti ſuppeditant quæ ſanguinis ſunt expertia: atque ex his quæ inter plantas recenſentur, quæ ſanè quum quod ad nutrimenti facultatem ſpectat, non paruo inter ſe diſcrimine diſſideant, longè ſunt viuentibus & quæ loco mouentur inferiora. Proinde quum corpus plus deſiderat alimenti, copioſius nutrientibus vtẽdum eſt: at cum pauciori opus habet, ea quæ parcius alũt ſufficiẽt. Quòd ſi quibus appetentia impenſius gliſcit, quòd ventriculi calor ea quæ oblata fuerunt abſumat, ſed reliquum corpus non admodum nutriri poſtulat: his, niſi aliud quippiam obſtiterit, ea quæ paucum præbent alimentum, & moram trahunt, ſunt exhibẽda. Adhæc expẽdere quoque cõuenit quomodo cui victus præſcribitur, exercetur: nam qui pluribus ac vehementioribus exercitationibus ſe obiiciunt, iis cibi quoque valentioris materiæ ſunt idonei magis: at qui vitam ignauam tranſigunt, iis quæ parcè alunt ſatis eſſe videntur. Denique nec illud quidem eſt negligendum, an aluus promptè ſecedat, aut alioqui homo facilè in halitum diſſipetur: etenim hæc quoque vt efficaciores cibos exhibeamus, efficiũt. Porro quemadmodum quãtitas cibi qualitáſq; in ſingulis corporibus quæ victu reguntur, ita & quando intẽpeſtiuum ſit eum exhibere, obſeruare oportet. Nam vbi præceſſit coctio, denuo prandere conceditur: at ſiquis in coctione contigit error, ne in cruditate cibum capiamus eſt cauendum. Nam quum paulatim ita crudi accumulentur ſucci, vt ii ſurſum deorſúmve ſua ſpõte erumpant, bona opus eſt fortuna, raróque id fieri ſolet: ſed maxima ex parte euenit vt humores in vẽtre aut viſceribus firmentur,& vertigines,& inſuauitates, ac tortiones,& omne id quod quum de dignoſcendis affectibus ageremus, propoſuimus, gignitur. Quòd ſi ad membra confluunt, eò facultate ceu propellente, affectus quos fluxiones faciunt, creantur: inter quos reponuntur podagræ,& arthritides, & quodcunque ex eiuſmodi affectu conflari ſolet. Proinde eum qui victus rationi animum accuratè aduertit, neque ſemel, neque bis nutriri ſimpliciter eſt permittendum: ſed coctione probè perfecta, ne ſi bis quidem nutriatur, noxa aliqua ſubſequetur: verùm periculum ei qui non rectè cõcoquit, impendet, vel ſi incautè ſemel nutriatur, hic leuibus puriſque cibis potius, & iis qui temperamento ac qualitati magis ſunt familiares, vtatur. Nam ignorari non oportet, quòd quum multi ſint cibi boni ſucci ac concoctu faciles, alii aliis ex quadam proprietate familiaritatéque magis oblectantur. Proinde neque omnibus iidem ſunt offerendi, vt ne tantillum quidem varient. nanque

appetentia nonnunquam adæquare ſolet eos qui paulum quippiam deficiũt, melioribus, quòd cum oblectamento excipiat: atque id haud citra rationem euenire conſueuit. Attamen aliquando admodum conuenienti ratione, iis quæ corpori familiaria ſunt nutriri cum delectatione licet. Nã quum varia in cibis reperiãtur temperamenta, ea æquum eſt nos potius præferre quæ cum qualitate, qua aut nos toti, aut ventriculus ſolus temperatur, conſentiant. Eſt tamen quãdo, ſi ventriculo ſuccus aliquis innatat, qui appetẽtiam naturalem decipiat, ſimilia accidere ſoleant: quæ quomodo ſint dignoſcenda, iampridem ex nobis didiciſti. nam hîc ſolùm nouiſſe decet, quo pacto & qui cibi ſint eligendi, ac quo tempore exhibendi, veluti iam antea explicauimus. Cæterùm quia inter cibos, & præcipuè quos ex fructibus æſtiuis, ὀπώρας Græci nuncupant, atque oleribus ſumimus, quædam exiſtunt qualitates, quæ non parum noſtras facultates commutare conſpiciuntur: ne illæ quidem ſunt per negligentiam contemptui habendæ. Atque particulares vſus, ex libro de alimentorum facultate percipere potes: vniuerſales verò rationes qualitatũ quibus cibi inſigniuntur, in libello de victu ſpiritus animalis expoſuimus: vnde quæ ad præſentem commentationem faciunt, mutuare licet. Porro fieri nequit vt omnes exquiſitã ſectentur victus rationem, ſed quòd vel à ſodalibus vis inferatur, aut edulia quæpiam alliciant exciténtque appetentiam, aut fames maior inuitet, repente quibus non decuit, aut iis quæ qualitate quãtitatéve, aut vtroque offendunt, repleri contingit: quare ſpectãdum eſt qua ratione ſuccurrere poſſimus.

DE VICTV IN VOMITV ET ALVI PROfluuio, ob nimiam repletionem, CAP. XIII.

ITaque ſi antegrediens aut alui profluuium, aut vomitus, id quod pondere ſuo infeſtabat, exonerauit, quieſcendum eſt, & nec ſtatim nutrire, nec quantum appetit dare, ſed conſuetum quoque cibi ſumendi tempus vim ſibi inferentem tranſmittere oportet, ac ſerò tandem exiguum panis vino tepido madentis aſſumere, atque ita inſequenti quoque die manere conuenit: deinde vires cibis boni ſucci concoctúque facilibus, ſed multo infra commoderatam quantitatem, vſquequo iam confirmatæ, copioſiores facilè conficere ac euincere queãt, refocillare oportet. Quòd ſi quemadmodum qui per decliuem locum decurrere volunt, nonnunquã loci ſitu primum mouentis impetum iuuante, inuiti excurrunt, ita aluus quoque egerat, periculúmq; immineat ne ſpiritus vitalis vnà diſſipetur, iam vino vetuſto ac conuenientibus antidotis facultatem recreantibus, & præcipuè Andromachi theriace, maiori cum diligentia eſt ſuccurrendum. Sunt præterea calida, ac vẽtriculi ventriſque robur iuuantia epithemata imponenda, veluti priuatim poſteà docebimus. Vbi malum mitius factum eſt, ſenſim facultas eſt reficiẽda. Cæterùm nõnullis cibi cruditas præbuit occaſionẽ vt acrior quiſpiã impactus humor, anteáque quieſcẽs, commoueretur, commiſceretúrque. Atque hîc quomodo victus inſtitui debeat, obſeruandum: nam aliâs, vbi in nutritionis vaſis præceſſit refrigeratio, candida & aquea ſecedunt, atq; æger fomentis quibuſdam adhibitis, vires recepit: aliâs rufa & flaua ac mordentia egeruntur. Quæ quũ conſpicis, non eſt inconſideratius calefacientibus nec reprimentibus vtendum: ſed ſi mediocria redduntur, naturæ adminiſtrationi acquieſcere: ſin iam plus iuſto exit, iis quæ nutritionis vaſa adſtringũt, vires refocillare roboraréque oportet: in omnibus nanque hæ ſemper conſeruandæ ſunt. Siquidem qui vacuantur, quidam maximos etiã motus facilè ſuſtinent, aliis vel ex leui motione periculum creatur, ne ſyncope corripiantur, præcipuè ſi anni tempus aſſentitur. Atque hac ratione ii qui antea quæ infeſtabant excreuerunt, ſunt nutriendi.

DE VICTV EORVM QVIBVS STOMACHVS pondere grauatur aut mordetur, CAP. XIIII.

QVibus autem onerantia aut mordentia ventriculo inhærent, primùm percunctanti quot qualéſque fuerunt ingeſti cibi, num copia an qualitate affligãt, inquirendum eſt. Et ſi quidem quantitate potius nocere

A videntur, enitendum eſt vt quæ recenter fuerunt aſſumpta, vomitu denuo expellantur, maximè ſi dolore os ventriculi conflictetur, ſed ſi à cibo ſatis multum temporis fuerit elapſum, clyſteribus potius aluus irritanda eſt, & tepidis epithematis mitigandum. Sin autẽ excedens quædam qualitas infeſtat, puta refrigeratio, & inde dolor excrucians, ex fungorum eo genere quos ἀμανῖται vocant Græci, aut lactucarum, & cruſtaceorum, teſtaceorúmque ac mollium nimio quorundam eſu, vel calor, quòd allium & cæpe, ſalſamẽtáque & id genus a- B lia copioſius fuerint ingeſta (id enim quibuſdam vſu venit), conandum vt ii quoque illa euomant, & inde contrariis medicamentis eſt ſubueniendum, illis quidẽ vinis, iiſque antidotis quæ ea diſcutere liquidò cõſtat: his verò frigidæ potione, atque aliis eduliis refrigerãtibus. Eſt quando exiguus quiſpiam mordax humor ori ventriculo impactus, acerbiſſimos dolores ægro concitat, nec facilè contrariis remediis cedit, quòd plerunque cum humore crudo altius infixus, in ventriculi profundo hæreat. Huius præſtantiſſimum eſt quod noui auxi- C lium, quod ex ſeminibus quæ in halitum digerere attenuaréque, & iis quæ ſenſum acriorem ac multum retundere poſſunt, conficitur: paſtillus nimirum, qui è ſeminibus vocatur, aliáque complura quæ eadem compoſitionis ratione quæ ſtomachicis coliciſque doloribus æquè opitulari videntur.

DE VICTV EORVM QVIBVS VISCERA, AVT caput vel pedes ex repletione onerantur, CAP. XV.

POrro quia in repletionibus interdũ vaſa grauantur, D & extenduntur, interdum pondus ad pedes delabitur, nonnunquã ad caput proruit, & aliquibus ipſa quoque viſcera infarcit, age de iis etiam quæ conſentanea ſunt doceamus. Quum ergo quod ſuperfluũ eſt ad pedes cõuertitur, laſſitudines tendentes, & vlceroſæ ſpontaneæ, quas ſanè morbũ denũtiare ipſe teſtatur Hippocrates, oboriuntur, niſi ſcilicet accommodata victus ratione coerceantur. Tu verò cognita exuberãtis humoris, tum quantitate, tum qualitate, cibo pauco, ac, ſi expedit, ſanguinis vacuatione: adhæc cõcoctu facili boni- E que ſucci alimẽto, ea quæ illabuntur cõpeſce: quòd ſi calor quiſpiã ſubeſt, à vino calidioribúſque omnibus eſt abſtinendũ. Vbi iam laſſitudo moleſtãs leuata eſt, excremẽtitiúſque humor cõcoctus, æger in balneum demittendus, quo ſiquid in cute reliquum eſt, tenuetur, & in halitum diffletur, ac leuius in poſterum degat. Si verò ad caput excrementi impetus ſe conuertit, non iam vt prior, ſed multo tenuius hic eſt nutriendus, aluúſque glandibus & enematis mollienda, ac niſi aliud quippiã impedierit, ſanguinis quod ſatis fuerit detra- F hẽdum, nec priuſquã ſymptomata planè ſedẽtur, quicquam alere aut aliter mouere eſt tentandum, verùm in tenui victu ac quiete continere oportet. Vbi autem ab iis quæ affligebant, liber euaſit, tum minus calidis cibis eſt reficiendus. Iã verò ſi in viſcera noxii humores illabuntur, de nutrimenti quantitate eſt quippiam auferendum, & tenuantibus, incidentibus, & reſerantibus eſt vtendum medicamentis, & aluus clyſmatis, & fæces deiicientibus ducenda. Hac quoque victus ratione alendi ſunt quibus ex plenitudine humores alii aliò oberrant: G & contrariis ſemper eſt certandum, vbi ob contraria ſymptomata in contraria inciderunt ægri.

DE VICTV EORVM QVIBVS EX LASSITVdine, mœrore, ſollicitudine, vacuatione, vt fit, vigilia, exercitatione, aut alia de cauſa cutis exaruit, induruítque. CAP. XVI.

QVi negotiorum vndis immerſi, pluribus diebus parum cibi ſumpſerũt, aut inter exercendũ nimiũ laborauerunt: adhæc qui vigilarũt, & venere abuſi ſunt, quibúſque vacuationibus plurimũ humiditatis exhau- H ſtum eſt, & qui quapiã ita cogente neceſſitate, pluſquã par eſt ſunt defatigati, atque idcirco cutis caróque obduruit, & ſqualet, quòd humor ſpiritúſque in halitũ ſit digeſtus: eos quieti & ſomno tradere conuenit, & boni ſucci coctúque promptis cibis, & vino quod non admodum caput feriat, nutrire. Poſthæc viribus ita recreatis,

membra exſiccata balneis humectare decet: verùm iis diutius non eſt immorandum, ſed caput reliquúmque corpus leuiter eſt perfundendum, & inde in ſolium deſcendere, ac ita egredi oportet, frictionibus vnctionibúſque omiſſis, quòd pluſculum humiditatis exhauriant. Atque eo victus genere hi quoque ſunt regendi. Cæterùm quandoquidem quæ ſit alimētorum balneorúmque facultas, & quid exercitia, ac venæ ſectio, clyſteréſque & purgationes pollent, nouiſti: deinde corporis temperamenta, quámque aeris qui pro tempore & loco immutatur, qualitas cum iis habet familiaritatē & differentiam, ſcire potes: adhæc humorum coctiones & cruditates diſtinguere, vitaléque robur & patientes locos dignoſcere didiciſti: iuxta rationes tibi explicatas, vnicuique ægroto quæ neceſſaria ſunt tribuere, ac grauiſſimas quaſque & nihil non periculoſum minitantes ægritudines propulſare licebit. Atque hæc erit eorum qui nondum in febrem inciderunt diæta. Verùm quia homines febriunt, nec vnum eſt febrium genus, neque eoſdem omnes obtinent mores, nec ætas, annique tempus, & locus omnibus eſt idē: hæc atque eiuſmodi prius expendentem, victus quoque rationem proportione variare, magis minúſque refrigerantem nutriētémque oportet. Quinetiam ſiquæ fuerit particula affecta, nec illam quidem, potiſſimum ſi ob eius inflammationem febris fuerit accenſa, negligere oportet.

DE RATIONE VICTVS FEBRIENTIVM, CAP. XVII.

QVoniam febrium aliæ ſunt (vt diximus) diariæ, quæ ex mœrore, aut iracundia, vel cruditate, laſſitudinéve, aut vigilia, vel alicuius partis inflammatione gignuntur: quædam verò in plures dies porriguntur, atque earum nonnullæ ſunt continuæ, & aliquæ intermittentes, & continuarum hæ ex ſanguinis feruore copiáque, quemadmodum continentes (quas συνόχους vocāt), conflantur: aliæ ex eius reliquorúmque humorum putredine creantur, vt nonnullæ ſunt quarum calor in habitum abiit: diarias ſanè quæ vt longiſſimæ interdum quartum diem attingunt, ac magna ex parte eodem ſoluuntur, vbi primo atque altero die iam declinare cœperūt, haudquaquam amplius ſuſpectas habemus, ſed hominem boni ſucci, nec admodum craſſo cibo nutritū ablegamꝰ, ac cauſa inſpecta, ei aliquid quoque medelæ adaptamus, quod cum victu permiſcemus. Nā ſi ex refrigeratione diaria originē ſumpſit, ægrum, vt par eſt, calidis fouemus: ſin ſolis ardor eam genuit, refrigeramus: quòd ſi cruditas peperit, cibo modico, eóque ſtomacho aptiori ac concoctu faciliori vtimur. Noxam item ex laſſitudine contractam, quiete ac moderatis quibuſdam fomentis auerruncamus: eam verò quam vigilia creauit, ſomno ſedamus: at quam mœror excitauit, ſolando compeſcimus. ſic diariis quas inguinum tumores (βουβῶνας dicunt Græci), aut vulnera ictúſve commiſerunt, iis quæ inflammationes leniunt, & medicamentis mitigandi vi præditis, ac dolorem ſedantibus eſt opitulādum. Verùm ne ignorata ciborum facultate, iis tempeſtiuè, & vt decet vti non poſſis, nunc paucis, prout maximè dabitur, eos potiſſimum qui febricitantibus, & à febribus iam liberatis conueniunt, proponam. Ac ſigillatim quenque, quò facultatem eius perſpectam habere poſſis, explicabo. Atqui in quam acutiſſimis ægritudinibus & principiis vniuerſi morbi, ægrum citra cibum potúmque prorſus continere ſtudemus: illic, ne naturā, vtpote à maximis affectibus oppugnatam, duobus vacuare permittamus, & hîc, quia ab antea ingeſto vniuerſo cibo etiamnum repletum ægrum denuo alio onerare inutile iudicamus: quod non genus cibi, ſed priuatio potius iure vocari poſſit. Prima porro cibi oblatio dicetur ſiquis modicū aquæ, cui ſaccharis quippiam admixtum fuerit, propinabit: eo nanque loco antiquorum mulſæ, vt noſti, vtimur, quòd non ita vt hæc cōſpicuo calefaciat. Poſt id tenuis cibus nūcupabitur amygdalarum expreſſarum ſuccus, & ptiſſanæ cremor, & ſiquis malo punico, aut cotoneo, vel appio commanducato, ſuccum tantùm deglutierit. Inde ſequuntur integri fructus æſtiui deuorati, & hor-

A deum decorticatum atque accuratè excoctum, & ex o-
leribus portulaca & atriplex, & ſiquod euidenter non
excalfacit, ac ciceris cocti cremor. His verò plenior ci-
bus eſt, panis purus, & piſces ſaxatiles, atque ex iis ma-
gis qui duriori ſunt carne. Poſt hos collocat pulli galli-
nacei & agni extrema. Cæteri cibi validi iam ſunt, at-
que exquiſitè ſanis præcipuè accommodati. Porro ex
prædictis cibis vinum maximè calfacit, eóque impen-
ſius, quo fuerit coloratius. Nā quæ aquoſa ſunt, & parū
dilui ſuſtinent (ὀλιγοφόρα nominant Græci) ſunt ignaua:
B quæ ſanè cum eo quē poſtremo loco recenſuimus, cibo
æquiparari poſſint. Verùm quia ex enumeratis cibis, a-
lii ad ſucci bonitatē magis, alii minus declinare viden-
tur, morbi corporáque erunt ſpectanda: nam ſi copio-
ſiorē adeſſe cacochymiā ſignificabunt, probioris ſucci
alimentis erunt reficienda: ſin morbus qualitate cali-
dus magis erit, reliqui cibi ſunt præponendi. Sedenim
quoniā explicatæ ſunt alimentorum facultates, quot
qualéſq; ægris ſatis eſſe cēſentur, ea etiānum, quæ qui-
bus morbis magis congruere putātur, ſunt ſubdiuiden-
C da. Quare vbi quæ morbis ſuperſunt, vires expoſueri-
mus, de accommodato eorum ſingulis cibo loquemur:
vt in vnoquoque ea quæ debent exequi, valeas.

DE VICTV FEBRIVM CONTINVARVM, CAP. XVIII.

ITaque ii qui febre continua corripiuntur, alii morbis
qui acutiſſimè mouentur, conflictantur, alii iis qui
tardiori motu cientur, ac in plures dies protenduntur.
Qui acuti admodum ſunt, ad quartum vſque pertin-
gunt: qualis eſt angina, & pulmonis inflāmatio (quam
D περιπνευμονίαν appellant), ac febres vehementes, quos in
inedia potius tenere oportet, aut modicum tantùm a-
quæ concedere. Qui minus ſunt acuti vſque ad ſepti-
mum perueniunt, cuiuſmodi ſunt febres ardentes, &
pleuritis acutior: in quibꝰ hordei decorticati coctique,
& amygdalarum cremorem ægros aſſumere permittere
licet. Simpliciter acuti dicuntur qui decimumquartum
diem attingunt, quos iiſdem etiam nutrire oportet: &
ſi vltrà progrediuntur, poterit aliquid ex iis qui ordine
ſuccedunt exhiberi. Attamen qui ad viceſimum aut vi-
E ceſimumſeptimum accedunt, ita minimè cibabimus,
ſed cibos poſt illos facultate valentiores, præbebimus.
In omnibus enim virium modus, & noxii humoris co-
pia inſpicienda primùm eſt, & coctionis ſigna, ac mor-
bi acumen, vt addentibus vel dementibus nobis vi-
ctus illis proportione reſpondeat. Nam ſi acutè mo-
uetur morbus, coctióque apparet, & vires ſic ſatis
validæ, vt ſpes ſit ilico ſolutum iri, æger pleniori ci-
bo non eſt onerandus, verùm modicè ac pro portio-
ne roboris morbi nutrientem, futurum iudicium ope-
F riri oportet: quod vbi aduenit, ac fide, &, vt decet, iudi-
cauit, iam vires ſunt reficiendæ, ad validiores cibos pau
latim tranſeuntibus, non autem eueſtigio, ne iis ægrum
aggrauans, alterius morbi auctor euadas. Sin autem æ-
gritudo tardè mouetur, necdum coctionis indicia exi-
ſtunt, neque magnopere cum tenui victu vſque ad per-
fectum iudicium ſufficere poſſe conſtat, paulo valentio
ri cibo viribus eſt ſuccurrendum. ſiquidem in morbis
omnibus in quibus vires dominantur, quæ praua ma-
lignáque ſunt euincere haud ſolent. Porro iamdu-
G dum didiciſti, quomodo virium menſura exploratur,
& humorum coctiones cognoſcuntur, & morbi motio-
nes diſcernuntur: quare tibi ceu hæc omnia edocto, ſe-
dulóque præmeditanti, pro portione ciborum familia-
rium genera illis reſpondentia erunt præſcribenda.
Atque hac ratione victus eſt imperandus, niſi recens
aliquod infeſtās ſymptoma obſtiterit. Nam ſi quoddā
repentinum alui profluuium, aut ſanguinis fluxus, vel
perpetuus ſudor vires defatigauerit, vt periculum ſit
ne iam æger in ſyncopē labatur, eum pro ſymptomatis
H portione reficere oportet: & ſi pulſus fuerit exiguꝰ aut
ablatus, aut æger etiā refrixerit, vinū ac reliqua calida
ſunt exhibenda: quippe hæc ſymptomata totum victus
modū ad ſe trahunt. Porro acceſſionum ſignificationes
ſi apparuerint, hîc non ſecus quàm in intermittētibus,
obſeruare decet: adhæc iudicia, ſiqua fore ſuſpicamur,

animaduertenda ſunt,nec quicquam dãdum: ſed vires, decertãtes iam, ac ceu excitatas opem aliquã ægro ferre nitentes, ab omni externo pondere liberas ſinere oportet:vbi iam eius tempus cõſpicuo præteriit, eas defeſſas recreare conuenit ,ita tamen vt neque alimentorum vim,nec quantitatem ante perfectum iudicium augeamus:quod vbi adeſt manifeſtum,intrepidè iam nutrire poſſumus. Verùm vbi morbus citra rationem leuatur,neque incõſideratè alere, nec ita vt antea tenuiter victum inſtituere:ſed nonnihil cibi quantitati adiicere,ac vires reuocantem reficientémque, morbi recidiuã expectare decet : vtique ſi antea neque vacuatione fueris opitulatus,nec validum ſatis victum præbueris:nam ſi prius liberalius nutriuiſti,ac,ſi opus fuit,purgaſti,fortaſſis ab altera morbi inuaſione liberaueris.Nã quemadmodum ex ingenti ſuccenſo igne, vbi flamma emarcuit ac contabuit , quædam in cinere ſcintillæ relinquuntur , quæ ſi denuo nutrimentum nactæ fuerint, magnum rurſus excitant incẽdium:verùm ſiquis eas arte exemerit,is quominus ſecundò accendãtur,impedit: ita ſanè iis quoque qui non ex ratione iudicantur vſu venit. Nec ignorari oportet,quando & quibus cibis ſit vtendum: quinetiam dies quibus morbus exacerbatur: hic cauere oportet ne aduentante ſignificationum tempore,cibus aliquis in ventriculo reperiatur: ita nanque morbus viget magis, ac malignior euadit. Adhæc vena tundenda eſt,ſanguiſque quando,& quantum , & vnde oportet,ceu iam antea docuimus,pro plenitudinis portione,ac febris modo,eſt extrahendus. Præterea aluus antea enematis iniectis abluẽda eſt:expedit enim in omnibus febribus vt aluus ſecedat maximè niſi æger puris aliquid eduxerit, velut in pleuritide ac peripneumonia & tabe contingit:tunc etenim non eſt laudabile vt pluſculum egerat:nam eo deterius iſthuc cenſetur quo plus excreuerit,veluti priuatim capite de lateris inflammatione dicemus. Inſuper refrigerantibus potionibus, æſtus magnitudo minuẽda eſt, cuiuſmodi ſunt quæ ex violis,ex floribus nymphææ parantur,præcipuè ſi calor caput obſidet,ægérque inſomnis degat:ſic ſi in ore ventriculi aut viſceribus cæteris,mordicatior quiſpiam humor obfirmatus hæret,quæ ex aceto & ſacchare, quæ item ex acidorum malorum punicorum ſucco potio conficitur,eſt accommodata. Atque alia aliis magis conueniunt,quemadmodum de iis ſigillatim poſtea agemus. Cæterùm ei qui ciborum facultates nouit , & morborũ diſcrimina dignoſcit,eſſe obſcurum nequit qui quibus congruant. Oportet tamen febrientibus ſemper exhibere quæ refrigerando proportione reſpondent:neque minus,inutile eſt enim: neque pluſquam par eſt refrigerare,nocet etenim:ſed in animo habere,num os ventriculi promptè à frigidis , neruíve,aut alia quæpiam pars lædatur:quinetiam num thorax aduentitii cuiuſpiã humoris pondere oneretur , & an pus ſanguinémve æger reiiciat:tunc enim frigida ſunt fugiẽda,& maximè quæ tactu talia perſentiuntur. Nam veriſimile eſt quoddam quod potentia ſit frigidum , etiam febris magnitudini poſſe auxiliari,præcipuè niſi manifeſta quæpiam offendens qualitas fuerit coniuncta. Quod tactu egelidũ ſentitur,iis partibus quæ frigidis non indigent,quodãmodo innoxium,nec moleſtiam inferre videri poſſit. Cæterùm quia ſolo decocti hordei cremore par eſt ægros minimè acquieſcere , ſed nimio febris incendio ardentes, aliis quoque refrigerantibus quibuſdam indigere, danda eſt,niſi aliqua,vt dictum fuit,cauſa præpedierit, etſi anni tempus largietur,lactuca,& potiſſimũ ſi ſqualidi vigiléſque fuerint : præterea crudi cucumeres ſunt concedendi,atque ex iis magis qui teneri ſunt & copioſo ſemine abũdant. Nam exterior pars quæ aſperiuſcula eſt , crudum ſuccum gignit : quinetiam punica dulcia acidis admiſta, niſi aliud obſtiterit , ac mala dulcia & vuas exhibebimus quæ vinoſæ non ſunt: his enim vtimur quum temporis ſpatio multam ſuam humiditatem exuerint,ac calor earum nimius in halitum abierit. Intubum quoque domeſticum, (quod σέρις Græcis dicitur,)ſiquod aliud, vtique in calidioribus iecinoris affectibus idoneum eſt:quum alioqui id olus ſit ſtomacho

A gratum : nonnulli vel ſolius ſucci eius vſu plus profuerunt : quòd refrigerando ac meatus infarctu liberando ſatis ſit. Verumenimuero non omnia omnibus ſunt exhibenda , ſed qui alui profluuio tentantur, & os ventriculi imbecillum eſt, aſſiduéque vomunt, danda quæ nonnihil adſtringunt. At ea quibus aluus eſt adſtricta, & aliquid,quodcunque tandem illud ſit,è thorace educunt,vitanda ſunt:& iis dulciuſcula potius conueniunt, quòd lentorem quendãm obtineãt. Acida verò quibus impacti ſunt humores, ceu incidẽdi vim habentia,ſunt B præbenda:vt & iis quibus aluus ſupprimitur, modò natura ſunt biliosi:nã in iis qui non ſunt eiuſmodi,eà ſupprimendi vim habere videntur. Atque hac ratione qui continua febri conflictantur,ſunt nutriendi:ſecus verò quibus febris intermittit : quoniam neque eodem modo incendit , neque intermittentes ſibi mutuò ſunt ſimiles.

DE VICTV FEBRIVM INTERMITTENTIVM, & primùm de tertiana, CAP. XIX.

TErtianæ itaq;, ſiue ſimplex, ſiue duplex fuerit, quũ C vehementer mouetur,ægríque vires robuſtæ ſunt, ptiſſanæ cremor pro victu conuenit:potiſſimũ ſi copioſæ in acceſſionibus euacuationes vires non exoluerint, vt idcirco cibo opus ſit valentiori. Verùm ſi mediocri motu cietur, atque ad decimumquartum duratura putatur,oleribus & ſaxatilibus piſcibus eſt vtendũ, iis præcipuè diebus quibus febris intermittit. Aluus quoque ſi ſua ſponte non ſecedit, clyſmatis eſt excitanda , & niſi quid impedierit, ſanguis eſt detrahendus. Etenim in omnibus propemodum febribus ſãguinem mittere, D niſi adſit quod interpellet,præſtat:nã quum is poſt ſpiritum primum feruorem excipiat, & totum corpus afficiat, ſi eius quippiã effluxerit , multum caloris vnà detrahitur. Et quanquam à flaua nonnũquàm bile febris per totum corpus diducitur , attamen hic , quippe qui promptè ſuccẽditur,ei materiam ſubminiſtrat : ac quũ vniuerſum permeet corpus , vniuerſum quoque calfacit:quare ſiquid eius euacuatur,multa quoq; febris portio vnà difflatur. Nam ſi ex latentibus & materiæ expertibus perſpirationibus febrientes opem ſentire eſt perE ſuáſum,febrémque adſtricta ac denſata cute vehementius accẽdi cõſtat:annon, quæſo,multo melius ægri degent, ſi humoris qui eã in vniuerſum corpus diſtribuit, ſenſibilis fiet euacuatio? Quare quum neque ætas, nec anni tempus,neque alia quæpiam obſtat vacuatio, nec mulier vterum geſtat,in omnibus febribus quum vires patiuntur,ad venæ ſectionem eſt profugiendum, ac bis térve pro febris magnitudine ſanguis detrahendus,atque interdum quum multus ardénſque ſanguis ægrum aggrauat,ad animi vſque deliquiũ vacuandus:adeo feF brientibus vtilis eſt ſanguinis miſſio. Cæterùm nec aluus quidem eſt negligenda , ſed glandibus clyſteribúſque eſt irritanda , atque eius cura habenda ne ſupprímatur:febre iam leuiori facta,modicè quoque purgantibus refrigerantia ac humectantia médicamenta permiſcentem , quò purgantia quæ magna ex parte calida ſunt, & turbandi vim obtinẽt,minus offendant,vacuare oportet. Ea tamen in morborum incrementis fugiẽda ſunt,& maximè ſi materia ſurſum vergit,& cruditas adeſſe videtur. Quòd ſi materia turget, ea,habita prius G ægri virium ratione, eſt vacuanda. Porro altera poſt eã quæ de purgantibus pertractat , methodus eſt , diæta, quæ medicamentis contemperantibus vtitur : nam in quibus ob aliquem interturbantem ſcopum confertas vacuationes moliri formidamus,iis temperantia medicamenta ſufficimus,partim coquentes, partim refrigerantes,aut detergentes,vel exobſtruẽtes , vel omnia ſimul iuxta humores ægrum lædentes,ceu priuatim pòſt explicabitur,molientes. Itaque tertiana ſimplex & duplex,eo quo dictũ fuit modo, eſt curanda. Si verò non H ſecundum rationem ſoluitur , aut decimumquartũ diẽ tranſit, atque ita in eam obeat quæ ſpuria nuncupatur, hæc quoque purgãtibus eſt , tenuatis prius humoribus, & meatibus obſtructione vindicatis,cõfodienda ac perimenda. Victúſq; eò ſpectet,vt ſit boni ſucci,& ſubfrigidus : nã quæ impenſè frigida ſunt,materiam cogere,

ac meatus fere obſtruere ſolēt: & calida,eum qui antea A
delitesſcebat,calorem excitant ac euocant. Atque hoc
propè pacto victus ratio & curatio in tertiana exquiſita
& ſpuria ſe habet.

DE CVRA QVOTIDIANAE ET QVARTANAE, CAP. XX.

QVotidianam quæ à pituita ortum duxit,neque venæ ſectione, niſi aliud vrget, nec refrigerantibus
medicamentis compeſcere oportet: ſed aluum adſtri-
ctam glādibus & clyſmatis inanire præſtat. Victum bo-
ni ſucci nec craſſum æger ſumat. Permiſcēda autem ci- B
bo ſunt quæ incidere,tenuare,& meatus obſtructioni-
bus afferere poſſunt, non tamen admodum calida eſſe
creduntur. Vino potandus eſt tenuiori, & paucifero,in
morbi quidem principio: at vbi iam tenuior humor diſ
ſipatus eſt,etiam rufiore, ac,ſi licet,tota victus ratio in
calidiorem migret. Tunc paſtilli quoque qui amarus
nuncupatur,vſus probatur, & ſiquid aliud hîc opē ferre
cenſetur. Sed de iis priuatim ſuo loco dicetur:ſiquidem
medicamenta methodis admiſcere,nec ea ceu exempli
loco inſerere, eorum eſt qui nullum in tractando ordi- C
nem obſeruant. Porro eodem victu quartana laboran-
tes ſunt continendi, niſi quòd humor qui hîc infeſtat,
craſſior ſit ac terreſtrior,atque hic idcirco calidioribus
quodammodo ac incidentibus magis opus habeat: cu-
iuſmodi ſunt quæ ex reliquis acribus conficiuntur. Cæ-
terùm in omnibus acceſſionum ſignificationibus,ne a-
liquis in ventriculo ſit cibus qui mali pondus ingemi-
net,ſtudendum eſt: nam quum natura tempore acceſ-
ſionis,ad propellēdum ea quæ affligunt exurgat, ſiquis
intempeſtiuè nutriens illi obſtiterit,dubio procul quo- D
minus validè noxios humores adoriatur præpedit. Ve-
rùm quia humorum ſpecies quæ variarum acceſſionū
ſunt cauſa, ac ciborū medicamētorúmque, & reliquo-
rum quæ ad diætā pertinent diſcrimina,prout alia antè
explicata fuerunt,& alia poſtea docebuntur,non igno-
ras:iam ægri vires, & anni temporis dominium, adhæc
locum,ætatem, & conſuetudinem inſpicere: atque ita
ex omnibus commoderatam, atque in eadem ægritudi
nis ſerie collocatam cibi quantitatem qualitatémque
colligere & coniectare oportet. Nanque ipſam perquā E
exquiſitam diſtinctámque rationem,in corporibus quæ
ita temere mouentur, haud quiſquam vnquam, (quòd
ſenſum noſtrum artémque ea lateat) aſſequatur. Atqui
ad id quod fieri debet quamproximè accedere,eorum
eſt qui omnia accuratè ac diligenter expendunt. Porro
ex iam dictis,in complicatis quoque intermittentibus
febribus,medicamenta,cibum, & reliquam vniuerſam
diætam coniectura conſequi, eáque proportione inter
ſe commiſcere licet: nam qui literarum ſyllabas probè
colligere didicit, is & verſus totos, & integras paginas F
perlegere valet. Quare in ſimplicioribꝰ & facilibus ex-
erceri primùm oportet,deinde ad cōplicata properare.

DE FEBRE HECTICA, CAP. XXI.

IAm ordine eæ febrium ſpecies ſuccedunt, quæ hecti-
cæ ſunt,quas,quòd ſolidas partes attigerūt, omnémque vitalem humorem epotarunt, ac in marcorem cō- A
iecerunt,haud facilè eſt curare: attamen præuenientē
antequam ſolida occupent,ſubuenire conandum eſt. I-
taque eiuſmodi ægri perquā tenui victus ratione, quo-
modo eos qui continua febre conflictabantur,habeba-
mus,non ſunt curandi, quoniam nullum hîc iudicium
expectatur, neque putrium humorum materia ſubeſt,
ſed nec pleno quidem victu opus eſt, quòd is concoqui
nequit,atque inſuper febris inde increſcat. Quare me-
dius ceu optimus eſt præferendus,qui modicè refrige- B
ret,cibúſque boni ſucci ac concoctu facilis dandus, cu-
iuſmodi ſunt piſces qui in ſaxis ſtabulantur,puta galei,
& gobii, & id genus alii, quíque ex minoribus duriori
ſunt carne, quales ſunt ſcorpii, philomelæ, aut friabili,
quali mullus conſtare videtur. Ex carnibus verò dome-
ſticarum gallinarum pulli,& quadrupedum pedunculi.
Quòd ſi vires conuelluntur, vinum quoque tenue, al-
bum,& quod parum dilui poſtulat,eſt exhibendum. Cæ-
terùm familiaris ac accommodata iis potio fuerit, quæ
ex fructibus æſtiuis,& floribus refrigerantibus cum ſac
chare paratur,quemadmodum libro de medicamento- C
rum compoſitione docebimus. Balnea porro iis ſunt i-
donea,quæ corporis ſqualorem humectent: verùm te-
pida eſſe decet,nec vllam recipere qualitatē. Nec tem-
pus in iis trahere conuenit, ſed vbi modicè fuerint im-
morati,egredi,ne quod ex natiuo humore ſupereſt eua
neſcat & exhalet:egreſſo ſorbitio quæpiam refrigerans
dabitur. Non eſt veſtium copia excalfaciendus æger,ne
copioſius diffletur, poſthæc conuenienti cibo reficien-
dus. Quòd ſi ſolium exeuntem,melino,aut roſaceo,aut
omphacino ſaltem oleo inūxeris, & meatus præcludes, D
& ne maior fiat difflatio prohibebis,ac antea ex irriga-
tione inductā humiditatem intrò cōpeſces, atque hoc
quoque pacto opē homini tuliſſe videberis. Sōnus con-
ciliandus eſt à cibo, ac quærenda animi oblectamenta,
& relaxationes,ac quodcunque tandem cum refrigera-
tione humectare putatur. Denique hecticas refrigera-
tiones,quæ & ipſæ plerunque non carent ſiccitate,& ve
luti ex morbo ſenium eſſe videntur, contrariis curare
oportet, calfacientia & humectantia dantes, ídque bo- E
ni ſucci & coctu facilibꝰ cibis, exercitationibus medio-
cribus,& vinis odoratis ac ſubfuluis,atque in ſumma o-
mnibus calefacientibus, ſed non exſiccantibus procu-
rantes. Atque,vt vno verbo complectar, in omni habitu
affectionéque morboſa,contrariis eſt pugnandum:hoc
interim examinantibus,qua proportione ac interuallo,
corpora quæ nutriuntur,quǽque offeruntur medicamē
ta,à commoderata temperie abſcedunt. Habes & qua
victus norma febricitantes corriguntur. Et quoniam
victus qui affectui totum corpus occupanti compe- F
tit, explicatus eſt: ſupereſt iam vt ea quæ ſigillatim
in affectibus tam internis quàm externis, accom-
modantur, in ſequentibus proponamus. Quare
quum liber ſuam habeat magnitudinis molem,hîc iam
claudatur.

Præfatio.

TEſtudinis caro (vt eſt in prouerbio) aut
deuoranda eſt,aut non guſtanda.Equidẽ
nonnihil prouerbium intorquens, dixe-
rim,varis multiplicibúſq; pollicitationi-
b⁹ aut nõ eſſe admouendas manus,aut ſi
manus admoliaris, eas neceſſariò quoq;
eſſe abſoluendas. Nã neque vrbs, niſi vndiquaque pro
bè mœnibus fuerit munita, ciues qui ſe illius cuſtodiæ
commiſerunt, tutari poterit: neque artis aut ſcientiæ,
quæcunque illa fuerit, methodus, lectorem ſua præce-
pta omni ex parte edocebit,niſi omnem eius diuiſionẽ
percurrerit. Quare quoniam artis medicæ propoſitam
methodum, nondum, quanuis tribus iam confectis li-
bris,vniuerſam ſumus complexi, idque cõciſe eius do-
cumentis, atque ita vt imperitioribus haudquaquam
competent, explicatis: in præſentia quartum prædictis
annectimus, quo hoc totum inſtituti argumentum cõ-
prehendamus.Atque duobus primis libris,de cauſis ac
dignotióne affectuũ, tum vniuerſi corporis,tum ſingu
larũ eius partium egimus: in ſequenti verò, qui totius
tractationis fuit tertius,rationem curandi morbos in to
to corpore oborientes,& potiſſimum omnẽ febris ſpe-
ciem,expoſuimus: nunc propoſitum eſt à capite, tan-
quam ab arce exorſos,ad omnes affectus quibus ſingu-
læ corporis partes, tam internæ quàm externæ tentan-
tur, ſigillatim progredi, ac conueniẽtes & methodicas
vnicuique curationes proponere. Attamen haudqua-
quàm vniuerſa medicamentorum accommodata com-
poſitio hìc edetur, quòd ita neceſſe eſſet orationis me-
diocritatem tranſilire. Denique iis qui in hunc librum
incident, quòd ſatis ſit in methodis occaſiones compo
nendi præbuiſſe,ſuperuacaneum eſſe videbatur,omnia
quæ opem ferre poſſunt medicamenta, in vnum libel-
lum congerere.Quapropter ſigillatim potius de ſimpli
cium miſtorúmque medicaminum compoſitione con-
ſcribendum eſſe duximus, ac qua ratione ea diiudicare
oporteat, & quibus,& quæ oblata ſedulò prodeſſe cen-
ſentur,indicandum: non enim omnia quæ iiſdem affe-
ctibus auxilium fronte pollicentur, ex æquo conducũt:
ſatis enim ſupérque eſt,ſi non obſunt.Quod vſu venire
videtur,tum ob ægrorum ſenſus acrimoniam aut diffi-
cultatem,tum variam eorum temperiem,tum vim me-
dicamentorum vegetam aut vietam ac caducam; eo-
rumdémve quantitatem, aut anni tempus,aut conſue-
tudinem,atque ipſorum denique affectionem ac diſpo-
ſitionem. Hæc nanque atque eiuſmodi alia, haud me-
diocriter in ſuis promiſſis medicamenta vacillare va-
riaréque efficiunt. Attamen qui iuxta propoſitas me-
thodos omnia diſcernere accuratè didicerit,is quæ qui
bus anteferenda quoque ſint nouerit. Itaque iam me-
dicamentorum rationes, quæ vnaquæque curatio po-
ſtulat, trademus:poſtea eodem denuo ſingulatim expli
caturi.Cæterùm quia vitia quæ intus conſiſtunt, vehe-
mentius affligere ſolent,eáque impenſius medicamen-
torum deſiderãt præſidia, antea de internis quibus ca-
put cæteráque viſcera tentantur,agendũ eſt:deinde ad
ea quæ in externa cutis ſuperficie hærent, trãſeundum.

DE CAPITIS DOLORE, CAP. I.

ITaque caput, aut primario affectu cerebrũ cerebró-
ve propinquas partes,puta tunicas & mẽbranas(quas
μήνιγγας appellant) aut aliam quampiam eiuſmodi obſi-
dente,laborat:vel intemperie aliqua,ant exuperante hu
more infeſtatur.Si ſimplex qualitas affligit,conſentien
tia ſymptomata illam patefaciẽt,ſin eſt compoſita,hæc
quoque componentur. Atque quum calor interturbat,
ſenſus eum iudicabit, quòd caput haudquaquam mul-
ta indumenta ferat, contrà quàm accidit, ſi frigus no-
cuit: atque illi à quouis interno externóve calore offen
duntur ac exacerbãtur: hi verò quibus caput perfrixit,
inde iuuantur.Porro ſiccitatis ſymptoma eſt vigilia, &

A ſi dormire cupiuerint, vigilant, vt quibus ſomnus non
accedit: humiditatis autẽ, ſomni ſoporoſi,quique haud
facilè excutiuntur. Quòd ſi conſimiles aliqui humores
negotium faceſſunt,calidi excedentes quidem,inflam-
mationem, ignémque ſacrum gignũt:mediocres verò,
pondus, acutóſque dolores procreant, & faciem rubo-
re, & oculos pallore cruoréve, pro vigentis ſcilicet hu-
moris colore ſuffundunt. Frigidi porro, onus potius
quàm dolores conciliant, ac facie turgidulos & ex palli
do albicantes efficiunt,potiſſimum ſi humiditas fuerit
B coniuncta. Quòd ſi ſicci fuerint, facies ſqualet, & vigi-
lia, ac tumultuoſæ quædam imaginationes, non ſine a-
nimi deiectione vrgẽt, præcipuè ſi humor fuerit melan
cholicus:cui ſi flaua bilis connectitur, amaritudine aut
feritate non carebit. Atque hac ratione,ceu antea do-
cuimus,affectus qui ex intemperie aliqua aut conſimili
humore quopiam conflantur,dignoſces.Et quoniam ſu
prà ſatis eã rem explicauimus,nunc quomodo curatio-
nem obire decet, dicetur: ſi hoc prius fueris præmoni-
tus,conſimilibus vitiis ob conſenſum & conſortium cũ
C ore ventriculi,reliquiſque viſceribus cerebrum tentari;
quòd ſimilium humorum indidem impactorum exha-
lationes excipiat.Proinde primùm anni tempus, regio,
ægri ætas,victus item, conſuetudo,& quæ ſunt propin-
quiora, ipſa nimirũ comitantia ſymptomata, atque ex-
cretiones ſunt expendẽdæ: deinde ita ex omnibus præ-
pollẽtem intemperiem, ſi ea ſola infeſtãt,ac humorem
vigentem, ſicubi is dominari videbitur, ratiocinatione
colligere. Demũ affectu probè,vt nihil iam hæſites,co-
gnito,eius curationem aggredi,& contrariis dominan-
D tem humorem compeſcere oportet. Itaque ſi nuda eſt
intemperies quæ moleſtat, mediocria quoque auxilia
adhibentur: nam ſi calor eſt,cibus refrigerans, & aquæ
potio,& roſaceum violaceúmve oleum foris illitũ pro-
deſt, niſi anni tempus aut aliud quippiam hunc ſcopũ
interuerterit:noſtri porrò refrigerantem cibum euincẽ
ti calori proportione adaptare, vt eorum diſcrimina di
ſtinguere,ac ſua quenque menſura metiri poſſis. Sin fri
gus affligit intrò,niſi quid obſtiterit,calidiores cibi ex-
hibẽdi,quibus piper,cinnamomum,zinziber, & ſiquod
E eſt aliud quod calfacere putatur, fuerit admixtum: &
odoratis magis ac vinis fuluis,ſi nihil præpedit,eſt vtẽ-
dum:foris autem ea quæ refrigerationi excedenti pro-
portione ſatiſfaciant,ſunt inungenda:& ſi quidem me-
diocris fuerit, chamæmelino & anethino ad caput vten
dum eſt: ſin eſt intenſior,euphorbii & caſtorii aliquid,
niſi quid eorum vſum excluſerit,admiſcebitur: etenim
interdum quum aliæ pares aliis indigeãt, ob ſuam quã
nactæ ſunt intemperiem, fit vt aliæ quæpiam obſtent;
quæ ob ſuas curationem exigentibus aduerſantes intẽ-
F peries,ab eiuſmodi medicamentis exagitantur: ſiquidẽ
nonnulli, quibus frigidum eſt caput, calidum ſortiti
ſunt iecur, alii contrá. Ac quidam ob iecinoris intem-
periem frigido egentes,eius vſu,quòd os ventris frigi-
da laboret intemperie,offenduntur. Quare in eiuſmodi
maximopere eſt animaduertendum, ne dum alteri ſuc-
currimus, reliquæ noxam creemus: atque imperitiori-
bus ponderũ præfectis ſimiles eſſe videamur,qui quum
inconſideratè ea lancibus imponunt, hæ modò in hoc,
modò in illud latus propendent ac commutant. Quam-
G obrem cauere oportet, vt commoderationem aſſiduè
obſeruemus, & reliquorum membrorum offenſam de-
uitemus. Adhæc, externis inunctionibus ac epithema-
tis ob partes quaſpiam renitẽtes ſecurius ſuccurrimus.
Quòd ſi offendit ſiccitas humectans cibus accommo-
datus eſt, & caput egelida potabili aqua fouendum, ac
pinguedine oleóque ſalis experte inungendum, & ſo-
mnus quiéſque concilianda. Sin humida intemperies
dominari videtur,contrariis pugnandum eſt. Atque eã
ratione his intemperiebus medeberis: ac conſimili re-
H liquis membris opem feres, ſemper contrariis contra-
ria exhibens:attamen non èueſtigiò ſemper & repentè,

ſed ex additamento ſenſim creſcente, & paulatim: ne
quando partem prius cogas ac condenſes, atque inde
alterius noxæ auctor fias. Quòd ſi interdum ea quæ re-
ctè diiudicaſti, auxiliis non promptè cedunt, non idcir-
co ad alia, prioribus reiectis, eſt tranſeundum, ſed iiſdẽ
& adſimilibus tum victui tum medicamentis eſt inſiſtẽ
dum, tanquam per ea curationẽ ſis conſequuturus. At-
que ita capitis ex intemperie vitia emendabis.

DE RELIQVIS CEREBRI ET NERVORVM AF-
fectibus, CAP. II.

PORRO inflammationes, ignes ſacri, ſiderationes, &
phrenitides, quæ ob calidiores eò confluentes hu-
mores oboriuntur, maiora auxilia exigunt, quippe quæ
extremum minitantur periculum. Aut ergo ea bilis fla
ua ſincera, aut ſanguis nimius & perquam efferueſcẽs,
aut vtrunque excitauit. Atque exuberantes humores
quot qualéſque natura ſint, & qui quos morbos procre
ent, ex iis quæ iam duobus primis libris expoſuimus ſci
re potes: quare nunc de eorum victu, ac curandi ratio-
ne eſt tractandũ. Omnes igitur qui eiuſmodi malis cõ-
flictantur, inſtar eorum qui exquiſitè febriunt, tenui vi
ctu ſunt gubernandi. Didiciſti autem ex ſuperiori libro,
quis victus febricitantibus conueniat, vt eadem in præ
ſentia non ſint repetenda. Cæterùm ſi plenitudo adeſſe
videbitur, viréſque ægri valẽt, abluta nimirum infuſis
aluo, ſi non facilè ſecedit, ſanguini quod ſatis eſt demẽ-
dum, idque è pedibus potiſſimum, quo materia reuella
tur. Quòd ſi vires è longinquo auxilia ſuſtinere neque-
unt, venæ in cubito quæ peculiari quadam ratione ſub-
ueniunt, erunt tundendæ, vt ſatis eat ſanguinis. At ſi cõ
fertas vacuationes æger non fert, bis terque & ſæpius
idipſum tentantes, ſi commodum videbitur, detrahere
oportet: quò id quod offẽdit, ſimul & onerat, continuis
vacuationibus educatur, & vires earum interpolatione
reficiantur. Quin nec ex auribus, aut nare, ac fronte, ma
ximè ſi in occipite onus premit, & etiamnum, antea re-
uulſa vel deriuata infeſtante materia, offenſa remanet,
educere verẽdum eſt. Cæterùm vbi ea ſatis vacuata eſſe
videbitur, iam refrigerantes humectantéſque inunctio
nes capiti adhibeto (quale eſt ὀξυῤῥόδινον), quod aceto &
roſaceo cõſtat: cõmiſcetur enim roſaceo acetum, quòd
ſit refrigerans ac tenuium partium medicamentum, &
facilè penetrans, ac quaſi deducẽs, ſiquæ illi craſſarum
partiũ, atque ob id ſola, ſua natura haud promptè per-
meantia, fuerint admixta. Tu porro cui alia refrigeran-
tia medicamenta ſunt perſpecta, facilè eiuſmodi quoſ-
dam illitus compones. Cæterùm non ſolùm ex comitã-
tibus ſymptomatis, qualis quantáque ſit caput torquẽs
caliditas, verumetiam propria eius naturalis tẽperies,
atque ad patiendum habilitas eſt conſideranda. Anni
item tempus, regionem & ætatem, velut antea docui-
mus, inſpicere oportet, atque ita demum medicamenta
commiſcere, potionéſque reperire ac componere quæ
refrigerent, & promptè in corpus diſtribuantur, qualis
eſt quæ ex nymphæa paratur. Atqui vbi ſymptomata aſ
ſidentia ſe remiſerunt, bono animo eſſe oportet: ac fe-
bre iam finiente, ægrum conuenienti victu reficere: ve-
rùm vino plus cæteris eſt abſtinendum, quòd facilè ca-
put petat, ac promptè, ſiquid vitii adhuc reliquum eſt,
accendat. Si malum eiuſmodi medendi ratione non le-
uatur, neceſſe eſt vt deteriora inſequantur: quorum di-
ſcrimina quum iamdudũ didiceris, non eſt opus ea hîc
denuo repetere, atque inde futurum ægro euentum po
teris præſagire. Quòd ſi capitis tẽperamentũ eſt frigidi
us, illa ſymptomata ſequũtur quæ iã antea tradidimus,
victúſque ratio calfaciens illi competit, per ea quæ ad-
hibentur calida, tum cibos, tum medicamenta, necnon
inunctiones foris tales dãdæ cum oleo, cui pyrethrum,
aut caſtorium, vel euphorbium, aut eiuſmodi aliquid
quod ſatis calfacere conſtat, ſit admixtum: quòd verò
contraria ſint vitanda, id nemini non liquet. Atque hu-
miditates hæc quoque exſiccare conſueuerunt: fortaſſis
quòd ipſorum plurimis ſiccis quoque eſſe contigit. Sic
paucus potus, vigilia, & maiores exercitationes idem
præſtant. Quemadmodum cerebri ſqualores, frigidæ
fotus, & requies, ac ſomnus longior, & vinum quod ca-

A put non admodum tentat, ac demum omnis humidior
victus, humectat. Si frigida cum humiditate capiti ne-
gotium faceſſunt, quum mediocria, ac quadamtenus e-
domita ſunt, raucedo, grauedóque oboritur, ſimulatque
iam noxius humor effluere incipit: caput verò pondere
vrgetur, & ſonitus perſtreperi ac ſonori infeſtant, frons
& cerebri membranæ cum dolore diſtenduntur, quan-
diu humor non euacuatur. Hos parciori cibo & victu ad
moderatè calidum ſiccúmque declinãte curabis, ac me-
dicamentis quæ in nares iniiciũtur, mucos in meatibus
B (qui à colando ἠθμοειδεῖς Græcis, & noſtris colatorii vo
cantur) impactos educes. Sunt autem eiuſmodi medio-
cria quæ ex melle & betæ ſucco, atque id genus aliis cõ
ficiuntur: vehementiora verò quæ piper, euphorbium,
veratrum album, cucumeris agreſtis ſuccum, atque id
genus alia quæ inhærentes humores explodere queunt,
recipiunt. Verùm horum quoque compoſitio priuatim
tradetur. Cæterùm ſi humores prædicti ita cerebrum
obſederit, vt carus, ſopor, veternus, & morbus comitia-
lis prehendat, validioribus iam auxiliis, maiorique cu-
C ra opus habent. Quare vniuerſus in cibo victus calidior
ſit, niſi quæpiam ex humorum putredine lenta ſegniſ-
que febricula coniungatur, parum cibi ſumere, eúmque
probè concoquere expedit. Quinetiam enemate aluus
bis térve eluenda eſt, quò facilè eat, nihilque inhæreat
quod ad caput euaporans, malum augeat. Poſt hæc ſi
quæpiam acceſſit febris, & anni tempus, ætáſque permit
tit, nec aliud quippiam diſſuadet, exiguum etiam ſan-
guinis eſt detrahendum, quò expeditus eius in vaſis ſit
excurſus. Dehinc quum humores vigentes, prout fieri
D poteſt, attenuati, ac ſolitis medicamẽtis quæ ſigillatim
poſtea tradentur, fuerint concocti, tentanda eſt per ſol-
uentia, à mediocribus orſis, vacuatio, vt humores fiant
ad fluxum habiliores, atque ita demum in validioribus
ſubſiſtendum & deſinendum, veluti de his quoque age
mus. Porro ſi herbæ tenuium partium, cuiuſmodi eſt ſa
tureia, puleium, nepeta, & cætera id genus ferbuerint in
aceto, earúmque halitus naribus excipiatur: humores
ſatis incidere, meatúſque reſerare exiſtimantur. In ca-
put verò, vbi vſus poſtulat, danda rubificãtia (quos σινα-
E πισμοὺς nominãt), medicamẽtáque ſatis ſiccantia, quæ ex
nitro parantur. Iam verò melancholicorum affectuum
ſpecies omnes propemodum eodem victus genere tra-
ctãtur. Nam cibus boni ſucci coctúque procliuis, & odo
rata quæque quæ caput non repleãt neque feriant, ad-
hæc animi oblectamenta, mediocris inambulatio, rela-
xatio, & quodcunque gratum volupéque eſt, coueni-
unt. Si furor præualet, ſanguinis miſſio magis expedire
videtur: ſin atra bilis (μελαγχολίαν vocant) purgantia ei
ſunt præferenda medicamenta. Cæterùm non eſt igno-
F norandum, quòd ſibi communione quadam mutuo cõ-
ſentiant, & ſibi inuicem furor ac melancholia permi-
ſceãtur: atque idcirco ſanguinis humorúmque vacua-
tione opus habent: ſed vt hæ commiſcentur, ſic ſanè &
atræ bilis ſpecies quum inclinant, vt aut ſegniores aut
acriores ſint, quemadmodum antea monuimus, pituito
ſum bilioſúmve humorem melancholico immixtum eſ
ſe denuntiant. Quæ vbi iis quæ iamdudum doctus es, di
gnoueris, pro anni, temporis, ætatis, temperamenti, vi-
ctus antecedentis, ac ægri virium portione, tum venæ
G ſectione, tum medicamentorum contemperatione vtẽ-
ris, veluti priuatim de purgãtibus explicabitur. His por
ro, tum Logadii Memphitæ, tũ Galeni ſacra vocata an-
tidotus, perquam commoda eſt, ac velociſſimè opitula-
tur, ſi maior eius copia eáque vigẽtior exhibeatur: pau-
latim verò vitiũ abſumit, ſi mediocrior paretur, & par-
ua portio præbeatur. Quin nec à potabilis aquæ balneis,
quæ humectant ea quæ ab humoris ſiccitate exaruerũt,
obduruerúntque, & meatus recludunt, ac noxia diſcu-
tiunt, eſt abſtinendum. Cæterùm quæ propter conſorti-
H um eueniunt, leuantur & tolluntur, ſi primario affectu
laborantibus partibus, eas vacuando, roborando, ac vn-
decunque victu, vt priſtinam natiuámque recipiant va-
letudinem curando, ſubuenerimus. Porro tremor, ner-
uorum conuulſio, eorúmque diſtẽſio ac reſolutio, nec-
non ſenſuum inſtrumentorum labefactatæ functiones,

ex cerebro & dorſi medulla, neruíſq; inde exortis proueniunt, idque vel ex intemperie quapiam, vel ex aliquo impacto humore. Quæ vbi diſtinxeris, noueris quo que quo tempore purgandum, ac quando foris inungẽdum, & quibus quótve medicamentis potius vtendum erit. Atqui ex eiuſmodi vitiis illa quæ ſiccitas committit, tardiorem difficilioremque opem admittunt: quòd earum partium quibus inſident, natiuus humor ſit exhauſtus, vt non amplius oblata humiditas agglutinari queat. Enitendum tamen eſt, vt iuxta methodum iam propoſitam, membra quæ exaruerunt, irrigentur & humeant. Si humiditas quædam excrementitia, aut ſuccus quiſpiam ſymptomata procreat, haud difficile eſt redundantia euacuanti, & diſcutientia, emollientiáque, quale eſt irinũ, & quod ex muſto (γλεύκινον appellatur), atque eiuſmodi alia exhibenti, opitulari. Diſces autem etiam hæc quum de ſimplicibus miſtíſque medicamẽtis loquemur.

DE AFFECTVVM CORDIS CVRATIONE, CAP. III.

COr ſanè paucioribus quàm prædicta, nõ tamẽ quod ad malitiam pertinet, inferioribus vitiis obnoxium eſſe ſolet: nam febres & refrigerationes, quæ ab habitu hecticæ vocãtur, adhæc ſyncope & palpitatio ſunt ipſius cordis morbi: ſic mœror præter rationem, ira, animi deiectio, metus, quæ malitia quidem ſunt ſecunda, tamen corde conſentiente potius adueniunt. Atque hecticas refrigerationes aut calores, eo quo antè dictum fuit modo, quum de febrium victu tractaremus, profligare conabere: in ſyncope verò, vires refocillando vino, calidioribúſque medicamentis animum reſtitues. Quòd ſi is defecerit, quia nimis multa per luxum, ac incontinentiam fuerint ingurgitata, (hoc enim ſubinde vſu venit), ea educẽda ſunt. Si ſudor copioſior eius defectum attulit, cutis ſumma, vt calor intus cõtineatur, adſtringenda, refrigerandáque eſt: ac quod in his eſt magis moderatum, eſt indumentorum detractio & ſpiritus flabellatio, ac frigidiorum ædium habitatio. Hoc autem validius eſt, ex hydrelæo frigido fotus, & myrtei, roſaceíve illitus: atque hæc & eiuſmodi alia, meatus occludere, ac occultum perſpiratũ, quo calor diſſipatur, compeſcere ſatis valent. Quòd ſi immoderatus alui fluxus, aut vomitus ſyncopẽ minatur, adſtringentibus calfacientibúſque ventriculi os, ipſéque venter, ac inteſtina ſunt fouenda, quò immodicum profluuium coerceatur, atque vnà ne calor diſſipetur, prohibeatur: præſtant hoc œnãthe, iuncus odoratus, & aromata quæ quũ adſtrictione conſpicuò calfaciunt, iuncus quadratus, item & cupreſſi ſemen, ſi in vino decocta imponantur, aliáque ſimili facultate prædita. Cæterùm omnium præſtãtiſſimum eſt auxilium, vinum vetuſtius exhibitũ, & Andromachi antidotus theriace, ac ſiquid aliud eodẽ modo calfacere creditur. Atque ita in ſyncopẽ incidentibus ſuccurres. Porro mœror abſque ratione, ira, animi deiectio, metus, & palpitatio ex humoribus bilioſis melancholicíſque ad cor euaporantibus, oboriri ſolent. Victum hîc ægro, qui excedentibus humoribus, quos ex comitantibus ſymptomatis, materia redundante, temperamẽto, ac victu coniectura colliges, proportione reſpondeat, imperabis. Iam metus, animi abiectio, & mœror, ſunt melancholici humoris ſoboles: ira verò & ſtupor (quẽ ἔκπληξιν appellant) à bile flaua gignuntur. quare amaritudo oris magna ex parte, ac interdũ capitis grauitas dolórque ſuccedit. Odorata cordis robur recreantia ac confirmantia, vtrique conferunt. Denique quancunque in partem humor, & reliquus ægri affectus inclinat, ibi cũ odoratis refrigerãtia aut calfacientia ſunt opponenda, vt humoris vis contemperetur, ac tumultus morſúſque eius retundatur. Quòd ſi humores ſunt commiſti, medicamenta quoque proportione erunt miſcenda. Sin autẽ vigent, & plures ſunt quàm vires, purgandi vi præditis vacuator. Sed hæc particulatim explicabimus: nunc enim ſolam methodum delineamus ac deſcribimus. Porro palpitatio, quam plerunque ſanguinis nimiꝰ feruor, copiáque gignit, venæ ſectione ocyſſimè ſoluitur: quãdo nimirum ex eius feruore origo eſt:

A nam vapores quoque qui ſurſum exhalant, eam quandoque procreant. ſed cauſæ ſuis differentiis diſtinguũtur: nam in illa quã ſanguis generat, pulſus eſt inæqualis: at quam vapores excitant, nullam par eſt adeſſe inæqualitatem. Cæterùm quia alia quoque ratione ſanguinis multitudinem, humorúmque abundantiã potes cognoſcere, vbi prius ratiocinatione quinam exuperent, confeceris, venæ ſectione, aut exuberãtis humoris purgatione, vel ſaltem, quod ſecundum eſt, præpollentium qualitatum per contraria medicamenta contẽperatio- B ne, humoribus qualitatibúſque ſuam commoderationem reſtitues. Ita quippe infeſtantes cauſas coniectans, ſecurè victus formulam propones. Attamen id in omnibus ſcire licet, quòd quò medicamentorum quæ exhibentur temperies vergit, eò reliquus quoque omnis victus inclinare debet. Nã ſi quis rectè diiudicauerit, hunc morbum ad ſui curationem frigidis, exempli gratia, aut calidis indigere, & medicamentis reliquus cibus victuſque non reſponderit, quî quæſo morbum, ſi cibus medicamento fortè aduerſatur, propulſabis? Quare ſi fri- C gida conferunt, eò etiam reliquum alimentum deflectito, ceu antea quoque didiciſti: ſin calida expediunt, cibus etiam cõſentiat. Quòd ſi quædam fuerint partes quæ tactu frigida non ferunt, ea quæ conducunt frigida calfacito, atque ita admoueto: & ſiue intubus fuerit domeſtica, ſiue lactuca, eam coquito. Quòd ſi ita victũ proportione alternaueris ac euariaueris, haud vnquam quominus optimè cures, fruſtraberis.

DE PVLMONIS ET CAETERIS THORACIS VITIIS, CAP. IIII.

D POrro iam æquũ eſt vt de reliquis loquamur. Et quoniam pulmo cor complectitur, & hunc thorax continet, de his primùm verba facere præſtat, ac deinde ad vaſa nutritionis accedere. Itaque dominanti intemperiei, cõtrariis prorſus medeberis: humores verò noxios, ſi quibus conuenit ſuſtuleris atque eduxeris, profligabis. Quum igitur confertus inſpiratus aer tuſſim concitat, frigidam quampiam intemperiem negotium faceſſere dicimus: quæ nonnunquam ſi reſpiratio aliquãdiu continetur, emendatur: nam quia viſcus ita incaleſcit, E intemperies plerunque ſedatur. Quòd ſi hoc ſolùm non ſuffecerit, reliquus victus paulo calidior id quod deficit ſuppleto. Verùm calidæ intemperiei nota eſt, ſi æger frigida appetit, & potiſſimũ aerẽ quẽ inſpirat, adhæc ſi eũ cõfertim attrahere cupit, atque ita leuius degit. Et quẽadmodum ſitis & lingua ſquálida ſiccitatis indiciũ eſt, ita humiditatem notat, ſi tuſſiculæ exiles, quòd tenuis quædam humiditas aduentitia aſpergatur, & ducto ſpiritui occurrat, ſtimulant: hi nihil memoratu dignum expuunt, & à ſicciori cibo opem ſentiunt. Quòd ſi F quidam fuerint humores ſimilibus qualitatibus prædi ti, ſi frigidi ſunt humidi, ſupernè defluunt, & difficilem, ac nonniſi erecta ceruice eductam reſpirationem generant. Hinc deſtillationes quoque ac raucedines ortum ducunt, & quæcunque ad thoracem confluentia, eũ aggrauant. Ac raucedinem nimia humiditas faucibus imbuta gignit: quare lenientia, ac mediocriter abſtergentia ſunt accommodatiſſima: nam humores, qui ibi ſunt obſtáculo, eiuſmodi medicamentis diſcutiuntur: ſed de iis poſtea priuatim trademus. Verùm difficilis, & quæ G recta ceruice trahitur reſpiratio, à conferto humore oritur. Quare quum ea inde impenſius præpediatur, enitendum eſt vt humorum confluxus præripiatur. Quinetiam capiti opitulari decet, ne facile eiuſmodi humoribus repleatur, eóſque promptè ad thoracem demittat. Itaque foris frictione & calidiori illitu, qui ad ſiccitatem etiã magis nutet, caput incaleſcat: adhæc humor medicamentis quæ naribus inferuntur, reuellendus eſt. Poſtremò, ſi hæc non proſunt, vertex inurendus eſt. Intus exhibendæ ſunt antidoti quæ calfaciant exſiccént- H que modicè, eáque omnia quæ tenues fluxiones coire, ac vt educantur aptiores faciunt: cuiuſmodi eſt, quæ ex pæonia conficitur, & Andromachi & Philonis, & aliæ quæpiam, de quibus in ſequenti libro agemus. Verùm ſi humores ad thoracem pulmonémque profluxerunt, ii medicamentis quæ attenuandi, incidendi, mediocri-

A ter calfaciendi,educendi,& concoquendi vi pollent,o-
mni conatu ſunt expellendi:talia ſunt quæ ex vrticæ ſe-
mine,ſcilla,ſtyrace, & dulcis radiculæ ſucco, atque eiuſ
modi aliis paramus.Hæc enim atque id genus,ſi rite de
centérque conficiantur incidunt,humoréſque qui tho-
raci inſiguntur,educunt,ac ægrum exonerant. Quòd ſi
vetuſteſcente vitio,quæ ægrè ducuntur, ad ventrē me-
dicamentis quibuſdam purgātibus, ad aluum aut ad v-
rinam deriuabis,vtilius feceris, ægrúmque non parum
leuaueris. Huic enim ſoli ex omnibus pulmonis thora-
B cíſque affectibus, medicamentis aluum ſoluentibus,ac
vrinam cientibus ſuccurritur : quippe reliqui omnes,ſi
ita arte aut natura tractentur, in deterius prolabuntur:
quare ſudores quoque iis auxiliantur.Attamen vniuer-
ſus victus eò ſpectet, vt parum cibi potúſque ſumat: ac
quicquid pituitoſum & crudum ſuccum gignit, ablege
tur.Animalia agreſtia,& omne quod manifeſtò ſiccare
cenſetur,præferuntur: ſed ſicca & adſtringentia impro
bantur.Vinum detur ſubfuluum,& modicè dulce.Inam
bulatio mediocris ante cibū non eſt inutilis, & ſomnus
C moderatus, ſed qui non ſtatim à cibo accerſatur : nam
is cerebrum humectat,quod ilico pulmoni ſuam humi-
ditatem impertit.Atque hac ratione eos qui difficulter
reſpirant, & ægrè ex pectore reiiciunt (quos ἀναφορικοὺς
vocant Græci)curabis:quos nimirū pituita exercet,quæ
pulmonis cauernulas obſidet.Cæterùm inflammatio,&
ignis ſacer,quæ in pulmone,& ſepto tranſuerſo, & muſ
culis coſtas interſepientibus oboriuntur,peius hominē
afficiunt,ac celerius auxilium poſtulant: nam quū par-
tes adeo neceſſariæ,adeóque cordi vicinæ,à tam ingen
D ti calore infeſtantur, repentina pericula, niſi eueſtigiò
ægro ſuccurratur, ſuccedunt. Primùm itaque omnium
vena ſecanda eſt,& bis térque, ſi cōſultum iudicabitur,
& nihil erit quod hanc actionem neceſſariò impediat,
ſanguis detrahendus: præterea ſi aluus non ſecedit,glā
des ſolas ſubdere, eámque irritare oportet. Quòd ſi
dolor in latere obfirmetur,atque ad clauiculā & hume-
rum pertineat vitium,id à loco patiente (πλευρῖτις Græ-
cis nominatur)venam in cubito ſecare conuenit,& ſan
guinem ſi opus fuerit,iterato detrahere:ne dum inflam
E matio,atque dolor quem ipſa excitat, copioſiorē attra-
hunt materiam ,maximus ſimul & ægrè curabilis abſceſ
ſus oboriatur:quippe maiores affectus,difficiliorē ſem-
per curationē admittūt. Vbi ſatis ſanguinis fluxiſſe tibi
videbitur,tunc loco ſuccurrendum erit,exterius quidē
concoquentibus ac emollientibus, cuiuſmodi ſunt quæ
adipe anſerino, & gallinaceo, vel id genus alio, & oleo
conſtant. Interius autem iis quæ ex oleo amygdalino,
& quod vocatur ſacchare, ac reliquis quæ leniunt,prō-
ptéque humores educunt,componuntur. Cæterùm hæc
F pinguia & dulcia eſſe debent, ita tamen vt neque mani
feſtò excalfaciant, neque refrigerent,& magna ex par-
te morſu careant: à reliquis verò alia qualitate notatis
medicamentis abſtinere oportet.Quæ offerūtur omnia
tactu ſint calida:nam quæ nō ſunt talia, & ſi alioqui ex-
pedire videantur, attamen ſua in contactu frigiditate,
ea quæ educi expuíque poſtulant,quaſi conſtipant.Iam
victus cunctis quum acutè admodum ægritudo moue-
tur,ſit extremè tenuis: quòd ſi ad plures dies extenſum
iri metus ſit, & hordei decorticati atque accuratè exco
G cti & amygdalarum cremore, adhæc fructibus æſtiuis
dulcibus, & qui nullam acredinem nec adſtrictionem
habeant,erit vtendū:ſed omnia egelida exhibeto. Sym
ptomata quæ inſequuntur, ſunt lateris dolor, ſpiritus
difficultas,febris (atque hæc inflammationis magnitu-
dini proportione reſpondent) tuſſiculæ ſtimulantes, &
faciei rubor. Porro in melius aut deterius morbum in-
clinare arbitramur,prout in hanc illámve partem ſym-
ptomata comitantia propendere conſpicimus : nam ſi
virium robur obnititur,& in iis quæ expuuntur, coctio
H apparet,febríſque & reſpirationis difficultas remittun-
tur,meliora : contrà vbi aliter ſe habent eſt expectan-
dum.Olim autem in vniuerſum quæ ad iudicia attinēt,
didiciſti: quare inde occaſiones corrade,atque ita quæ
de pleuriticis coniectaris,pronuncia. Cæterùm ſi inflā-
matione ſacróque igne pulmo & reliqua viſcera tentan
tur,haudquaquam idem vndiquaque victus,qui pleuri
ticis accommodatur, cōuenit, ſed communes omnibus
ſunt,tum venæ ſectio tum tenuis victus. Verùm in late
ris dolore,peculiaria ſunt dulcia,pinguia, & tactu tepi-
da,quò humor promptius expellatur : nam quū hic in-
flammatio in abſceſſum migrat,& pus colligitur, eſt vt
eiiciatur habenda cura, ne in pulmonis cauis accumu-
latum, eáque obſepiens, ac ſpiritus iter intercludēs, æ-
gro ſuffocationis periculum creet.At illic quum inflam
matio non ſuppuret,& ignis ſacer vrgeat,non minus fa
cultate quàm tactu frigidis eſt pugnandum:quò ea quæ
feruēt,extinguantur,& quæ confluunt,repellantur.At-
que eapropter non modò his contenti ſumus,verùm in
terdum quoque maiora auxilia aduocamus, ac quò in-
flammatio feruens ſedetur, foris refrigerantia quæpiā
ex roſaceo & aceto, aut roſarum ſtillatitio liquore, aut
ſemperuiui ſolaníque ſucco, vel eiuſmodi aliud impo-
nimus. Verùm quia quòd vas diſruptum, aut eroſum,
vel eius etiam oſculum adapertum ſit, ſanguis nōnun-
quam per pulmonem reiicitur : eius quoque cauſæ ſunt
expendendæ, & iis conueniens adaptanda curatio. At-
que quum ſanguis tuſſi reiectatur, communis omnibus
eſt curandi ratio,nempe ſanguinem extemplò vacuare,
niſi aliud quippiam aduerſatur : ídque ſi neceſſe viſum
fuerit,iterare, quò id quod eò proruit, aliò deriuetur,
nec multitudine vaſa oppreſſa ruptionē intentēt.Quòd
cæteris auxiliis vtilius eſt magíſque neceſſariū, ne pars
affecta inflammatione tentetur,& ſuppuret,atque æger
idcirco difficilius curetur. Victus ſi febris adeſt, erit is
qui febrientibus confert:ſin ea abeſt,is qui conualeſcē
tibus competit. Omnes à vino,niſi aliud impedit, acrí-
que quouis edulio ſunt continendi, atque in omnibus
ſit modus quiſpiam.Quòd ſi ob copiam vaſorum oſcil-
la reſerantur, ex pedibus primùm ſanguis eſt detrahen
dus,vt effatu dignior ſit euacuatio & reuulſio: deinde è
cubito quoque, ſi opus fuerit,demendus. Adſtringēti-
bus præterea ac citra morſum ſiccantibus eſt vtendum,
vt rupto vaſi cicatrix obducatur.Vitanda eſt contentio
omnis, vociferatio, omníſque motus cōcitatior:hæc e-
nim,atque eiuſmodi alia,ictus & rupturas laceſſunt: ci-
bi paucum ſuppeditent nutrimentum. Si violenta ali-
qua de cauſa vas diſruptum eſt,etiam tunc ſanguis mit
tendus eſt,ne pondere grauatum intendatur,ac diffici-
lius cicatricē admittat:poſtea medicamenta,quæ quo-
niam ſanguinem ſiſtendi vim habent,(αἱμοστατικὰ appel
lātur),danda, qualia ſunt quæ ex ſuccis herbæ ſanguina
lis,(quam Græci πολύγονον vocant),plantaginis,& hypo-
ciſtidis,ſigillo item Lemnio ac ſpodio,atque eiuſmodi,
quæ cicatricem inducere, ac citra morſum ſiccare per-
ſuaſum eſt,cōficiuntur.Qui verò ob eroſionem ſanguis
è pulmone redditur, principio modicus eſſe videtur: at
temporis progreſſu,interdū,ſi negligitur,ægros in gra-
uiorem affectum quàm ſuperiora coniicit : nam à capi-
te,aut aliis quibuſdam vicinis partibus,humor erodens
corrumpénſque in pulmonem illabens, atque in adeo
teneris partibus immorans, viſceríque ſuam malitiam
impertiens, ſua mordaci erodentíque facultate ea qui-
bus inhæret, putrefacit ac erodit, indéque vlcus, quod
quaſi paſcendo ſerpit,in pulmone progignitur.Sangui-
nem tuſſicula ſtimulans,quæ nihil quod memoratu di-
gnum ſit educit,præcedit,atque inſuauitas quæpiā ob-
oritur:dehinc aut paucus, aut multus,proportione par-
tis quæ corroditur, aut vaſis adiacentis, ſanguis erum-
pit,educitúrque.Itaque antea, ac priuſquā ſanguis pro-
rumpat, initium vnde fluxiones in pulmonem decum-
bunt,contrahere ac coercere oportet: ſimul verò atque
fluere cœpit, educere & tenuare enitendum eſt, atque
omni conatu abſumere. Quòd ſi quis prædominans in
toto corpore erodens bilioſus, nitroſúſve humor, aut
ſanguis corruptus reperietur,eum quoque medicamē-
tis contemperare ac purgare decet, & cibis boni ſucci,
leuibúſque vires refocillare.Iā verò ſiqua corporis par-
te vas antea fuerit eroſum,& ſanguis ea de cauſa reiici-
tur, (quod ex eo quòd nulla magni momenti externa
cauſa anteceſſit,& ægri conſtitutione,ac victu præeun-
te cognoſces), primùm hîc quoque venæ ſectio accer-

ſenda eſt, atque ita reliqua iam dicta curandi ratione æger,citra confertas purgationes,continendus eſt:deinde mediocriter lenientibus medicamentis ea quæ ſine morſu exſiccant & adſtringũt, miſceto, quò vulnus cicatrice coeat. Cæterùm hoc deterius erit,ſi febris corripit: inde enim vlcus increſcere,ac vicina quæque depopulari incipit:ac pus iam prorumpit, & progrediens affectus,ægrum in tabem detrudit, vnde febris hectica emergit: ex quo iam malo, adeo graui & ægrè curabili, vix aliquem euadere conſpicias. Eſt tamẽ omni ſtudio incumbendum,vt leuibus & boni ſucci eduliis vires reficias,vulnuſque ſupernè educentibus & leniẽtibus medicamentis,quæ ſiccantibus citra morſum non careant detergas:de quibus ſigillatim tradetur. Verumenimuero quoniam alia quoque thoracis parte, abſceſſus qui pulmonis eſſentiam non attingant, proueniunt, de iis etiam quæ neceſſaria ſunt proponantur. Proinde quia, ceu antea docuimus,vitia quæ indidem conſiſtunt,tuſſi vtplurimum purgantur,(ràrò enim per vrinam aut aluum rectam curationem inueniunt,aut ea parte explodũtur,licet hoc quãdoque eueniat), idcircò iſthæc ſemper tuſſi,vt expellantur,idque lenientibus,& extergentibus, incidentibuſque, ac educentibus moliri oportet.In iis autem tunc detergentia excedent,quando nimirum pus craſſum multum,ac vetuſtum fuerit: rurſus incidentia excellent,quum quæ educuntur lenta glutinoſáque ſunt:vt ſi vaſorum fuerit aſperitudo,lenientia conferant. Eſt etiam quando laborantia loca omnibus indigeant. Quare opus eſt vt cuncta ſymptomata,temperamentum, & ægri affectum,diſpoſitionémque percurras,atque ita demum proportione medicamenta cõ miſceas. Nam etſi in poſterum quæ mediocria ſunt, & commiſta eiuſmodi vitiis opitulari ſolent,tradentur,tamen ſiquæ quibus potiſſimum conferant, aut quæ addenda vel demenda potius ſunt,vt ægro opem feras, diſcernere nequis,fruſtra id volumen, ceu nihil vtilitatis reportaturus,adibis:ſed ſi in hoc ſtudueris,vt ſimplicia compoſitáque, & quam quodque facultatem obtineat, pernoſcas, deinde morborum propria,& eorum diſcrimina,adhæc ægri temperamẽtum ac vires calleas,haud difficile erit ea inter ſe componere, ac ſingulis conueniẽtia accommodare. Itaque quum cuipiam abſceſſum in thorace enatum conſpiciemus,quem maximæ reſpirationes, & tuſſes,quæ plerunque hominem laceſſunt, prodent: & locum quem obſidet, tum pondus tum dolor,ſiquis concomitabitur,veluti antea explicuimus, indicabunt: primùm iis quæ tenuant, incidunt, & cum hoc modicè leniunt, eſt vtendum,quò membrana quæ pus amplectitur,attenuetur: vbi verò ea diſrupta eſt, & pus iam erumpit, quò celerius promptiúſque id educatur, detergentia ſunt potiora: quale eſt quod ex marrubio,vtpote ſatis attenuans, & quod ex eruo quod deterget magis,conſtat:atque alia quæ ex ſubſequẽti de medicamentis volumine,congruere videbuntur. Qũum iã pus reiici deſiit,quæ ſine morſu ſiccant illis erunt admiſcenda,ſimul ne inde pulmo humeſcat, ac putredinem quampiam contrahat: ſimul ne locus affectus ſua natura ſiccior, in poſterum ab eo de more confluente materia leui negotio inficiatur. Atq; hoc pacto puri & ſanguini,quæ in pulmone thoracéque coguntur,ac per tuſſim eiiciũtur,medeberis. Verùm quia quum thorax ex vulnere,caſúve afficitur,vt venulæ quæpiam diſrumpũtur,aut ſuccum ſuum effundant, ἐκχύμωμα hoc Græcis vocatur, ſanguis quoque tuſſi redditur: de eo etiã hoc aſſerere licet, quòd venæ ſectionẽ poſtulat,eámque ſecundò ac tertiò, vt ſymptomatis proportione reſpondeat:ac ne effuſus ſanguis coactus in pus commigret,& difficiliorem ſui curationem faciat, tepida emolliẽtiáque ſunt adhibenda medicamenta. Adhæc mediocriter nutrire, & niſi febris acceſſerit,vini quoque tenuis aliquid,leuato iam malo,præbere, atque ita lauare decet: quòd ſemper vitia quæ thoraci adueniunt, iis quæ pulmo experitur ſint longè minus periculoſa, & mediocria magis.

DE STOMACHI AFFECTIBVS, CAP. V.

A POſthæc de affectibus qui ſtomachum,vẽtrem,& inteſtina tentant,eſt nunc tractandum,quin potius de eorum victu:antea enim qua ratione morbi qui vnamquãque nutritionis partem obſident, dignoſcantur,tradidimus. Proinde tibi,ceu qui laborantes partes agnoſcas,in præſentia curandi rationem explicabimus. Atque illud in primis nõ ignoraſſe decet,primùm omniũ explorandam eſſe quodnam fuerit membri quod expẽditur,quum homo bene valeret,temperamentum: atq; vtrum ſua natura ad calidiorem qualitatem, quàm quæ B commoderata eſt, an ad frigidiorem, aut ad ſicciorem & humidiorem,vel commoderatam inclinaret. Præterea num reliqua viſcera eadem cõſtent temperie, an aliqua alia excellant, & an magis eius quod expenditur temperiei aduerſentur,an minus,& num omnia,an nõnulla, denique ſintne ea loco facultatéque viciniora, necne:nam vbi hæc atque eiuſmodi alia examinaueris, erunt tibi pro portione medicamenta componenda, cũ ratióque ſuccedet. Itaque ſi fortè tibi curandus proponetur,cui os ventriculi calida intemperie tentatur,inſpi C ciendum eſt num ad calidius id abſceſſit,quàm quũ integra eſſet valetudine, & an adiacentia viſcera ſint multo quàm decet, & commoderato calidiora: nam ſi ita id eſſe temperatum reperеris, intrepidè frigidis vtêris, ac celerius, quum nullum eſt membrum quod temperamento obnititur,opem ægro feres. Sin quod curatur frigidius erat tẽperato, iámque aliqua de cauſa calidius effectum eſt, haudquaquam æquè ſecurè eſt refrigerandũ, ſed à moderatè refrigerantibus ordiri, atque inde ſi ex vſu eſt,ad frigidiora progredi oportet. Quòd D ſi adiacentia viſcera minus quoque ſunt quàm commoderatum calida, multo magis multus frigidorum vſus ſuſpectus vitandúſque eſt:non enim ea tantùm,cui medemur,pars ſtudium noſtrum poſtulat, verumetiam illæ quæ vicinæ ſunt,ne impenſiori cura, quã adhibemus ei quæ curatur,offendantur,poſtulant. Contrà verò agẽdum eſt in iis quarum contraria eſt conſtitutio. Proinde ſi frigida intemperies infeſtat,nulláque alia eſt pars cuius contraria intẽperies eſt obſtaculo, vino fuluo vetuſtóque vtendum eſt,& piper,zinziber,ac ſiquod aliud E eiuſmodi euidenter calfacit, dandum, vt vniuerſus victus ſit calidior. Vtile eſt & antidotos præbere quæ calfacere poſſunt,quáſque priuatim poſtea explicabimus. Videntur præterea etiam exercitationes, quòd natiuũ calorem exſuſcitẽt,nonnihil prodeſſe. Atqui quum intemperies ad calidius deflectit,potio ſit aqua,niſi aliud præpedierit:tunc enim tenui, aquoſo, & paucifero vino vtimur. Offerantur & piſces qui in ſaxis ſtabulantur elixi,frigidi ex aceto,ac potiſſimum animalium trunculi,quinetiam olera, lactuca, & intubus ſatiua, & ſiquod F ex alimẽtis ad frigidum tendit: ſi verò humiditas præualet,parcior potus,& agreſtia potius animalia, eáque aſſa magis quàm elixa conueniunt. Vehementius quoque exercendum eſt, vt calor roboratus excremẽtitios humores abſumat. Poſtremò quibus os ventriculi ſiccius eſt, elixa edulia & exiguo ſale condita aptiora ſunt: potus item copioſior,& olera,ac mediocris tantùm inambulatio, animíque plerunque remiſſio, ne motu incitatiori humor exhalet. Atque quum intemperies ſunt nudæ,hac victus ratione ægri inſtituendi ſunt:ſed ſi humor quiſpiam exuperat,eum quoque demoliri oportet. G Proinde ſi bilis amara affligit, victus ſit frigidiuſculus, ceu in calida dictum etiam eſt intemperie,ſed addenda ſunt detergẽtia,ac bilem explodentia: ſi quidem fuerit vetuſta,& imo ventriculi fundo incidens, eam catapotiis ex aloe detergemus:ſin verò recens fuerit, & quodammodo efferueſcens, refrigerantibus & humectantibus, ac quadãtenus attenuantibus, obſtructionéſque tollentibus contemperanda eſt: cuiuſmodi ſunt quæ ex violis & aceto,& ſemine cucumeris,& portulaca,atque H eiuſmodi, ſacchare conficimus,ceu de his quoque dicemus. Si multa eſt bilis, quæ iam ægrum onerat, vbi antea tentauerimus, ac meatus infarctũ liberauerimus, aliquid quod flauam bilem validè purget prædictis eſt admiſcendum, quò citius à noxa liberetur. Deinde vires refici debent leuibus boníque ſucci eduliis. Quòd

ſi redundantes humores frigidi ſunt & crudi, communis quidem victus calidior ſit, ſed medicamenta exhibeantur quæ tenuent, incidant, & meatus repurgent: talia ſunt quæ aromatis, & radicibus, ſeminibuſque calidis cōſtant: quæ ſigillatim recēſendi nūc mihi locus eſſe minimè videtur. Atqui ſi alioqui corruptelam ſentiunt, aut putruerunt humores, ſimplici calido frigidóve victu vtendum non eſt, verùm hunc quoque pro qualitatum dominio variare conuenit. Nam quòd putruerint, mediocris caloris ſenſus accedit: quòd verò magna ex parte ſint pituitoſi, frigoris ſunt participes: præterea quòd craſſi ſint, ac ægrè ſecentur, calida incidentiáque medicamenta exigunt. Quocirca pro euincente qualitate, & medicamenta, & reliquū vniuerſum victum contemperare oportet, ſed ita vt ſemper extremas qualitates deuitemus. Si vigentes humores ſunt inter ſe commiſti, ex bile videlicet & pituita, victū ſimul & medicamenta quæ adhibentur, vtranque qualitatem obtinere neceſſe eſt, vt tamen magis indulgeamus illis quibus aduerſus præpollentem humorem pugnamus. Hos haudquaquam hortabimur vt balneis, aut exercitationibus acrioribus vtantur, priuſquam attenuatis humoribus, & infarctu meatibus vindicatis: demum, ſi vſus flagitauerit, purgantibus quoque medicamētis eos eiecerimus, ac deinde vires recreauerimus. Verùm quia nonnulli facta ex ſola ſiti coniectura, ſæpenumero noxam loco opis adferunt, quòd ſitis cauſam ſemper in bilem referant: ſcire de hoc quoque licet, quòd quum pituita ſalſa nōnunquam in ventriculo cogitur, quæ tenuem linguæ humiditatem, corrupta vaporum qualitate abſumat, ſitis quidem ſenſus linguā vrget: verùm qui ibi continetur ſtagnans humor, turget, & educi potius deſiderat. Quo fit vt dum multi, quibus appetentia rationis expers imponit, bibunt, humorem augeant, & nihilo ſecus paulo pòſt rurſum ſitiant: quòd potione qua ſitim extinguere ſe poſſe perſuadent, ea increſcat. Quare enitendū eſt iis, ſiquibus aliis, vt potu abſtineāt, ſitimque ſuſtineant: nam ſi nonnihil obnititur, æger ſitire deſinit, & ſi amplius reſiſtit, minus etiam in poſterum ſiti vexatur, quòd humor ita deficiat ac ſicceſcat. Cæterùm iis quibus in ventriculi ore humor aliquis co aceruatur, vt vomitum moueant ſtudendum eſt: ita nāque promptius æger extricatur. Quòd ſi ſua ſponte humor is non ceſſerit, medicamentis ſuprà infráve explodendus eſt, inde nimirum quò ſua natura repit, vbi tamen eum antea concoxeris, tenuaris, ac meatus repurgaris: nam niſi humores ad eum ſtatum reduxeris, exhibito medicamento plus offenderis, quòd obſiſtētes cōmoueris ita, non autem expuleris: ipſi nanque, niſi antea tenuati, ac conuenientibus fuerint medicamētis cō cocti, haudquaquam promptè ſequuntur. Atque intemperies nudas, humoréſque in ore ventriculi, aut in ventre redundantes, eiuſmodi victus curationiſque ratione tractabis: quibus verò medicamentis ſit vtendum, in ſequenti volumine tradetur. De vomitu verò id in præſentia dicere ſubit, non quòd æger vomat, ſed quid vomitu reiiciat, & quomodo ac quando cōtueri oportet. Proinde ſi os ventriculi refrigeratum cibos non complectitur, nec continet, aut fouet coquitque, exiguum quantitate, & qualitate calidum, tum cibi tum potionis dandum eſt: adhæc medicamenta quæ ex aromatis conſtent, exhibenda, foriſque emplaſtra quæ calfaciant imponenda, quin & exercitatione mediocri, quæ calorem ſuccendat, eſt opus. Nec edulia alia ſunt offerenda, aut prioribus accumulāda, antequam illa probè fuerint excocta: atque à cibo eſt quieſcendum, & ita progredi decet, nihil nimis aut onerantibus, aut refrigerantibus. Quòd ſi quiſpiam fuerit humor mordax qui vomitum laceſſat, is omni conatu contrariis medicamētis eſt contemperandus, ac mollibus quibuſdam, & quæ vires minimè conuellant, expurgandus, vt interim aliqua quæ os ventriculi firment, commiſceantur. Vino vtendum eſt aquoſo, cibiſque leuiter refrigerantibus. nimius enim frigidorum vſus prorſus inutilis eſt: quippe quibus ob continuum vomitum vitale robur debilitatur, promptè à frigidorum abuſu euincitur. Verùm quia nonnulli ſtatis certiſque quibuſdam, aut etiam incertis temporum circuitibus, varios humores, aliqui ſanguinē quoque vomitu extundunt, de his etiam neceſſaria ſunt tradenda. Proinde qui humores euomere cōſueuerunt, id illis ob meatus quoſdam obcæcatos & occluſos vſu venire ſolet: idque quòd inferior exitus ob intemperiem, aut carnis quampiam excreſcētiam, vel naturalem interdum efformationem coarctatus ſit: qua de re quum qui iam exuberant humores in anguſtum cogantur locum, per ſuperiorem ventrem egrediuntur, eóſque ſimulatque viam illam ſibi fecerint familiarem, haud facilè eſt aliò deducere. Atque quibus ex naturæ conformatione meatus, quò bilem deorſum ducit occluſus eſt, nulla ratione quantumuis nitaris, curare licet, quòd locus laborans ob obtutum non cadit, vt manus aliquam admittat operam, nec medicamēta applicari ei poſſint. At quæ ob vteri aliquod vitium, eiuſmodi vomitu humores reiiciunt, omni conatu curandæ ſunt, priuſquam conſuetudo habitui naturali præualuerit, & curam difficiliorem effecerit. Quare ex iis quæ vomitu expelluntur, ſpecies copiáque humoris ſpectāda eſt: quinetiam an dolor quiſpiam ante vomitum, locum aliquem, puta dextra aut ſiniſtra præcordia, vel ipſum ſolum ventriculi os obfirmatus obſidet, animaduertendum. Fit enim nonnunquam vt quum lienis meatus, qui humorē melācholicum excipit, eúmque dimittit, fuerit obſtructus: is humor ſurſum ferri cogatur, qui colore ſuo, & qualitate ſeipſum prodit: eſt enim niger, & acerbus acidúſque. Idem flauæ pallidæque bili accidit, ſi veſica quæ ab excipienda bile, χοληδόχος, (& fellea noſtris nominatur) patitur. Quæ verò porracea eſt & æruginoſa, in ore ſæpius ventriculi gigni cōſpicitur, illácque reiicitur, ſi rectà deorſum illi non patet exitus, ac facilius illi affectui quàm reliquis medemur. Porro hi omnes humores amari ſunt, tantóque magis, quanto minus aliis commiſcentur. Omnes igitur eiuſmodi ſtatim ab initio, vbi antea tenuantibus, incidentibuſque, tamē non admodum vehementibus, ſed moderatis præparauerimus, medicamentis non efficacibus neque validis ſunt purgandi. Progreſſu verò tēporis, ea quò meatus dilatentur, ſunt intendenda, vt curationem inſtar terebrorum fabriliū inſtituas: ea nanque cuſpides acutas, quò promptè adigātur, habent: poſtea in latum ſemper magis magiſque aſſurgunt, vt maiora fiant foramina. Sic vbi incidentibus magis magiſque vſus fueris, & meatus quodammodo iam patent, non diſſimili ratione à mitioribus purgantibus exorſus, ad validiora progredieris: ita nanque ſenſim procedens, prauam conſuetudinem immutabis, eámque in priſtinum ac naturalem habitum reſtitues. Verùm quia interdū frigidi acidique humores redundant, & nonnunquam bilioſi, ac quandoque omnes ſimul vigent, medicamenta quoque, vt ad frigidum aut calidū proportione inclinent, erunt cōmiſcenda: atque ita deinde omnis reliquus adornādus victus, vt nihil ſit quod non humorum exceſſum atque immoderantiam emendet, coerceátque. Cæterùm in omnibus, vires ob inſequentia ſymptomata laborantes reficere decet: iis nanque defatigatis ac ſuccumbentibus, nulla amplius auxilia ſufficere meritò creduntur. Atque hac via eos qui varios alienóſque humores euomere cōſueuerunt, curabis. Quòd ſi ſanguis vomitu redditur, id omniū eſt deterrimum: quare antea in id ſtudendum, vt eum venæ ſectione, ſi vires ægri conſtant, deriuemus: deinde medicamentis accommodatis, cuiuſmodi ſunt quæ cōſueto nomine ſanguinem ſiſtentia, (& Græcis αἱμοστατικὰ vocantur), partes imbecillas roboremus & denſemus. Adhæc ventriculus diu ieiunus inaniſque minimè relinquatur, ſed aſſiduè cibus leuis, & qui ſuo lentore adhærens obſtruat, mediocritérque adſtringat, detur: ita nāque meatibus paulatim infarctis, ac paulatim fluxione repreſſa, eáque detractionibus ſenſim aliò auocata, praua conſuetudo amputatur: quippe cuncta ſi opē admolimur, in melius: vt cōtrà, ſi negligimus, in peius pro labuntur. Atque de his hactenus.

DE VENTRIS ET INTESTINORVM VITIIS, CAP. VI.

A VBi aluus ob ſupprimētia, (quæ ἐφεκτικὰ nominantur),& vrinam mouētia ſiſtitur,iis ſublatis, exiguis quibuſdam auxiliis priſtinam ſuam functionem recipit: erunt autem ea, clyſteres cibique qui aluum molliunt. Quòd ſi ex vulnere in inteſtinis inflāmatio præceſſerit,hæc difficilius curationē admittit: tentāda tamē eſt per ea quæ emolliunt,& vulneribus indūtur,ἔμμοτα nomināt,vtique ſi craſſiora inteſtina fuerint affecta:ea nāque interdū curātur, quū interim tenuia omnē curādi rationem reſpuāt. Quòd ſi alicuius momēti obſtructio
B incidit, aut humores quidā in inteſtina fuerint illapſi, vbi cauſæ præceſſerunt, aſſiduis clyſteribus aluus eſt emollienda,qui primùm mollientia, vt inflammatio remittatur,accipere debent,cuiuſmodi ſunt qui oleo chamæmelino & lilino, & pinguitudinibus, quales ſunt anſerinæ, gallinaceæ, & ſuillæ,atque herbis molliendi vi præditis probè ſedulóque excoctis, cōſtant: ea enim omnia inflammationes coquunt,intēſa laxāt,ac ægri dolorem mitigant. Deinde leuato iam affectu, acrioribus quoque eſt vtendum, quò irritata inteſtina,eas quæ iā
C obduruerūt,fæces dimittat,& ſiquis crudus pituitoſúſque humor fuerit admixtus, vnà explodatur. Poſthæc patefacto iam itinere, supernè etiā modicè purgatoriis aluum ducere oportet.Cibus ſint gallinaceorū & piſcium ſaxatilium, & ciceris iuſcula: atque ab omni duro, quódque ægrè confici poteſt,edulio,abſtineatur. Vinū detur aquoſum & egelidum. Sed ſi ob humorum & potiſſimum calidiorum influxum,inteſtina inflammatione tentantur,à venæ ſectione ordiri, & in iam enumeratis clyſmatis deſinere cōuenit. Victus ratio ſit qualis ſu
D perioribus præſcripta eſt,niſi quòd in id propēdere debeat,vt mediocriter refrigeret,& parcius nutriat. Quæ per os dantur medicamenta, ſint tenuium partium, & incidendi molliendique vim obtineant: quibus ea quæ ſtomachum iuuant(ἀστόμαχα vocantur)adiicientur,quò ipſe confirmatus, haud facilè ab eiuſmodi deſidendi neceſſitate ſubuertatur:hæc autem ſubſequenti volumine tradentur. Porro fluctuationes & inflationes, affectus quidem ſunt mediocres, attamen & ipſi negotium ægris exhibent: mitiores autem redduntur,tum enema-
E tis iniectis,tū ſiccis ex milio aut furfure fomētis.Quòd ſi his infeſtans ſpiritus non cedit,ſiccam quoque cucurbitulam loco dolenti affigimus.Præterea vſui ſunt antidota,quæ ex ſeminibus quæ flatum diſcutiūt, (ἄφυσα appellant Græci) conficiuntur. Iuuantur etiam ilico victu modicè calido,& parco ac cōtracto.Balnea item,& moderata inambulatio non inutilis cenſetur. Quum laxius inteſtinum,(quod κῶλον appellatur) dolet, plurimæ moleſtiæ comitantur. Ac primùm incipiente morbo, ægrū cibo penitus interdicere oportet, & ſola ſimplici ſorbi-
F tione, qualis eſt quæ ex cicere, piſcibúſque ſaxatilibus, cui olei quippiam tenuium partium,& aniſum, fœniculum, anethum, atque eiuſmodi alia admixta ſint parantur. Infuſis adhæc ex mercuriali herba & beta, centaurio item & cucumere agreſti,atque oleo chamæmelino anethinóque, & cæteris id genus,aluus eſt ſollicitanda. Antidoti quoque aſſumendæ quæ colicæ nuncupantur. Vbi dolor mitior euaſit,catapotiis ex colocynthide, ex aloe, & aliis quæ ægro conferre exiſtimabis, vtendum. Vbi iam malum leuatur,ius pulli gallinacei exhibeatur,
G & balneum æger adeat. Quòd ſi ad coxam aut veſicam infeſtans humor commigrat,hìc vrinæ difficultatem, illic coxendicis dolorem,(quem ἰσχιάδα à loco nominant Græci) generat. Ac de vrinæ difficultate poſtea agemus, nunc de coxendice tractemus. Coxendicis dolor acriora infuſa deſiderat, item emplaſtra quæ calfaciant,humoréſque diſſipent, & purgantia, quæ eiuſmodi expellant: victus ad calidum inclinet: in balneum aſſiduè introducatur æger,vt humores exhalent. Quòd ſi ceu à parte validiore, rectà ad pedes humor
H detruditur,aut ad manus diſpergitur,pedum manuúmque dolores,(quos ποδάγρας & χειράγρας nominant), committunt.Proinde quis ſit qui affligit humor,adhæc ſimpléxne ſit an commiſtus,expendere decet. Principio cibum potúmque ſubtrahere, & aluū ſi opus ſit abluere, atque dolentem locum ceratis ex oleis & adipibus illinere oportet. Vbi iam inualeſcit affectus,balneum ingredi conuenit. Et quoniam materia eò propendens,facilè confluit, ipſa eſt antea reprimenda, ac retro compellenda accommodato victu: ac humorem magis vrgentem conuenienti medicamento purgare, & opportuno victu corrigere,corpúſque abundè exercere & lauare decet. Vitare omnē cruditatē, eduliúmque quod prauum ſuccum generat,oportet: vt ſemper à mēſa exurgat antequam ſe ſaturum eſſe ſentiat:ita nanque prōptè aſſumptos cibos euincet concoctio, & æger fluxiones quas cruditates gignunt, declinabit. Poſterius autem ea quæ locis dolentibus illita iuuant,& quibus humores purgare debemus, explicabuntur: quare nunc ad ea quæ per aluum ſecedunt, accedamus. Ea quæ aluus reddit, aut ob copiam, aut quòd varia multiformiáque ſunt,praua cenſētur.Ob copiam quidem,quando plura quàm quæ oblatis proportione reſpondēt,excernuntur: quod aut propter medicamentoſā qualitatē ingeſtorum, aut ob internum affectum accidit. Si ob qualitatem medicamentoſam,promptè, modò æger ab eiuſmodi abſtineat,& conuenientem cibum aſſumat,curatur: quum verò ob internum affectum copioſiora ſecedunt,id aut quòd animal ali deſinat,aut quòd humor quiſpiam laceſſat,euenit. Corpus porro non alitur, & in ἀτροφίαν incidit, ob ſiccitatem,aut præcluſionē, aut obſtructionem meatuum,vnde alimentum in corpus diducitur. Itaque illis primùm eſt adhibenda cura, ea quam propoſuimus curandi ratione: nempe partim irrigantibus & humectantibus,partim attenuantibus,& cōgrua medicamentorum cōpoſitione meatus repurgantibus. Sic laceſſentes atque mordentes humores,iis quæ contēperandi vim obtinent, retundere oportet. Noſti porro,id antea edoctus,qua victus formula id præſtandum ſit: verùm quia vbi natura aſſueuit aliquò fluxionem trāſmittere,haudquaquā ſua ſponte retinet ſe,haud aliter quàm qui per decliuem quempiā locum decurrūt, interdū vel inuiti,primo impetu loci ſitum iuuāte,proſſum progrediuntur: hìc quoque in omnibus affectibus quos fluxiones generant, aliò earum impetus detorquere oportet: vt interim non obliuiſcamur, relaxatis ex diutina influxione locis, robur addere,eáque cōmiſtis quibuſdam medicamentis confirmare. Etenim ſi in vētrem, exempli gratia, inteſtináque humorum fluxio illabitur,eam omnino per vrinam abducere deriuaréque oportet:quare iis quæ vrinam pellunt vtendum erit. Verùm quia ex continua fluxione antea relaxata loca firmare decet, vnà cū vrinā mouētibus adſtringētia, quæ ea quib⁹ admouētur cōtrahere & robur adiicere eſt perſuaſum,ſunt admiſcenda. Et quoniā qui fluūt humores, modò acriores ſunt,modò lēti ac ſubfrigidi,pro eorum exceſſu medicamētorū quæ exhibentur,facultates quoque ac qualitates cōmiſcere decet, illiſque has viciſſim opponere,quò per eiuſmodi frigidorū calidorúmve cōplexū,id quod deficit ſupplere queamus.Ita nāque medicamētis ex aduerſo morbum oppugnantibus,id quod cōmoderatū eſt, & ſalutare,& elementorū miſtioni reſpondens,comparabitur. Cæterùm non tantùm medicamenta ea ratione ſunt permiſcenda, ſed victus quoque ſi vſus flagitat, ita euariandus eſt, epithematáque adſtringentia,quæ vnà refrigerent aut calefaciant, pro præualentium affectuū portione,ſuperimponenda. Verùm quia cum affectibus quos fluxiones committūt, & potiſſimum iis qui ex acrioribus humoribus oriuntur, vulnera quæ inteſtina depaſcant,ob humorū eroſionē, cōnectuntur, & malum ingeminatur,quòd ſemper humor noxius cōfluat, ſempérque affectus iam vulnerati inteſtini increſcat: primùm victu ac medicamentis noxii humoris qualitatē cōtēperabis,deinde aliò vetuſteſcentem auocare conaberis: ac laboranti loco, tum foris,tum intus robur per ea quæ adſtringere ac refrigerare poſſunt conciliabis. Porro quoniā quæ exhibentur, nōniſi temporis ſpatio ad affectū locum deferuntur, ac plurimū ſuæ facultatis,quòd cum multis antea aliis cōuerſentur,extinguatur: adhæc quæ foris dantur, ob id quòd multa alia membra permeent, haud promptè opē ferāt:ſatius eſt ea clyſteribus abluere,quibus adſtrin

gentia,ſuóque lentore adhærẽtia,& quæ ſanguinis cur ſui occurrere cenſentur, fuerint permixta: quò ex omnibus cicatrix partibus antea ſauciatis ac vulneratis inducatur. Quin ſiquid ita ſuaſerit,ne ab acrioribus quidem ac validioribus eſt abſtinendum: cuiuſmodi ſunt quæ paſtillum Andronis,aut Polydæ ſigillum accipiũt; ac cũ liquore aliquo conuenienti infundũtur. Sint autẽ omnia modicè tepida, ne ſuo cõtactu offendant. Quòd ſi vitium cum febre cõſtiterit,circa principia, quũ adhuc humores vigent,tenuis victus ex vſu eſt. Verùm tẽporis progreſſu,vbi iam aluus ſatis liquida fluxit,ac febris quieuit,ad pleniorem victum eſt tranſeundum,nõ tamen perinde atque illis qui ſimpliciter febriunt, victus eſt proponẽd⁹,ſed aliquid hîc & copiæ & qualitati eſt adiiciẽdũ. Nã quòd cũ euacuationibus ſimul quoq; naturalis calor exhalauit,vitaléque robur exolutum eſt, enitendum eſt vt vires victu craſſiore reficiantur. Si verò cum iis quæ excernuntur cruenta quæpiam ramenta exeunt, eduliis ac fructibus quæ lẽtore ſuo infarciãt adſtringántque,eſt vtendum. Cibi rationem obtinebit ferculum quod ex amygdalarum cremore ac amylo conficitur. Quòd ſi cũ ſucco rhois culinarii paretur,in præpollente affectu validius erit ferculum. Æquè confert & portulaca,ſi abiecta ſæpius aqua excoquatur. Ita enim ſiſtit,ſi cum aceti,aut vuarum immaturarũ acidorúmve punicorum aut ſimilium ſucco exhibeatur. His ſuccedit commodus quoque cibus inclinata iam febre,milium aſſũm,quod cum cremore rhois culinarii paratur, & oryza frixa. Poſthæc ſequuntur animalium extrema, quæ ex aceto & adſtringente eiuſmodi offeruntur. A vino prorſus arcendi ſunt ægri, niſi ob immodicam vacuationem,caloriſque diſſipationem,metus ingruat ne animus deficiat. Vtendum autem eſt potionis vice iis quæ ex ſucco cotoneorum, aut myrtorum, aut roſarum conficiuntur. Atque tu qui reliqua ſupprimentia medicamenta calles,talibus affectibus idoneas potiones cõponere poteris: ac nos quoque de iis in ſequenti volumine tractabimus. Clyſteres ex ſtillatitio roſarum liquore,& hordei cremore, cui antea ſuccus rhois opſoniorum fuerit commiſtus, infundentur, quò ſordes eluantur, & mordax acrimonia retundatur. Dehinc iis ſigillum Lemnium,bolum Armeniacum, & ſanguinem qui vocatur draconis,amylum, & ceruſſam, & quodcũque iuxta vitii exceſſum competere duces, admiſcebis. Succũ item plantaginis,ac ſanguinalis herbæ,vt omniũ præſidio ac ope inteſtinis vulneratis man⁹ minimè fruſtra admoliaris. Sorba præterea,& meſpila,myrti item, & oxyacanthæ fructus,punica acida,& mala adſtringentia,pyra,& quodcunque eſt eiuſmodi edulium, inteſtinorum difficultati opportunum habetur medicamentum. Iam verò horum,ac prædictarum herbarum,& ſiquod aliud adſtringere ſuaptè natura ſolet,ſucci vnà cũ farina cocti,vel per ſe abdomini impoſiti,inteſtinis robur quodpiam addere ſolent. Iuuant & cocti, ſi vti datur,aſparagi,quum ſucco alicui adſtringenti intinguntur, quòd eorum ope fluxionem quodammodo ad vrinã auertimus: eſt quippe hoc quoque ex iis quæ nequaquam neglectui haberi debẽt. Quare integrum erit tibi per explicatam methodum,quid præſtet expendere,atque id factitãdo exequi. Cæterùm quia tineſmi ex mordacibus ſalſiſque humoribus inteſtino recto impactis oriuntur, nũ ii in toto corpore abundent,expendemus, ac mediocriter purgantibus educentes, ægrum ab aſſidua aſſurgendi moleſtia liberabimus. Adhæc tum diſcutientibus, tum modicè adſtringentibus laborantem ſedem fouẽtes,nihilo ſecius ægro opem tulerimus. Eodem modo, quibus ob fluxionem quampiam in venas quæ ad anum pertingunt,(αἱμοῤῥοΐδας quòd ſæpe ſanguinem fundant, vocant Græci) illabentem,eæ intenduntur,ac dolent, partim diſcutientes, partim repellentes, fouemus. His nonnunquam ex intima cubiti vena ſanguinem detrahimus,quando nimirum ex ſanguinis copia aut naturæ conſuetudine,id prouenire arbitramur: nã ſiquando exuberantẽ ſanguinem vacuare ſolitæ,ſupprimuntur, intumeſcunt, ac inflammantur,rectúmque interdum inteſtinum euertunt. Quare primùm, ceu diximus,venæ in cubito ſectione is reuellendus eſt: deinde diſcutientibus, adſtringentibúſque medicamentis, patientis loci dolor mitigandus. Quòd ſi obfirmata fluxio neque reuulſionibus cedit, nec epithematis lenitur, metúſque eſt ne temporis ſpatio in abſceſſum abeat, hominémque in aliud morbi genus deducat, hirudines cæcis hæmorrhoidibus admouendæ. Vbi enim ita ſufficiẽs ierit ſanguis, æger melius deget. Poſtquam iam pars in abſceſſum diſceſſit, curatio quæ vulneribus, impoſitis linamentis,accommodatur,(ἔμμοτον vocãt), adhibenda eſt,aduocata antea manuum opera, ſi ſuapte vi abſceſſus non diſrumpitur, & medicamentis morſus expertibus eum extergemus, carnémque alemus, & loco laboranti cicatricem inducemus: quorum omnium materia ſigillatim conſcribetur. Quòd ſi ex acri erodentéque quopiam illapſo humore fiſtula oboritur, principio huic per exſiccantia citra morſum, cicatricem addere ſtudendum eſt. Quòd ſi vitium medicamentis non ceſſerit, ſpecillo demiſſo, & altitudine antea explorata, ferramentum quodpiam leue & flexile per fiſtulam impellemus, deinde eo viciſſim per rectum inteſtinum educto,ac podice quaſi extracto, carnem quæ inter fiſtulam & internam recti inteſtini ſuperficiem intercedit,incidimus,vt vnus eorum quæ deſcendunt pateat exitus. Si multum inter fiſtulam & rectum inteſtinum carnis interponitur, aut quum fiſtula pertentatur,perquam altè peruenire videtur,ſecandum minimè eſt. Nam dum ſectio incautius obitur, interdũ ſimul quoque muſculos inteſtinum rectum cõſtringentes præſcindimus,nequitque in poſterum æger delabẽtem fæcẽ cõtinere: ſed inuitus,quòd claudentes inteſtinum rectũ muſculi ſint affecti,egerere cogitur. Quũ verò fiſtula in altum penetrat, ſi eam apprehẽdere neque diſſecare facilè licet, ne tentanda quidem eſt manus opera. Attamẽ vbi manus fuerimus admoliti, eadẽ qua in aliis curatione vti oportet, linamentis plagæ inditis (ne ſua ſponte cicatrice obducta coeat,eandémque denuo fiſtulã efficiat,)eius oſcula diducentes, & dilatãtes. Sed enim laborãtis partis affectuũ cõmunione, imprudentes ab ordine diuertimus, & ad particularia magiſque mediocria eius vitia prius peruenim⁹,quàm ea quæ ſunt maioris momenti omnia explicuimus. Quare redeundum eſt,ac ea quæ deſunt proponẽda. Itaque quũ dolor inteſtinorum, ac ramenta cruenta,biliſque variæ ſpecies apparent, inteſtinorum difficultatem denuntiant. Atque de iis quantum neceſſe eſt,diximus. Verùm quum dolor abeſt, neque adeo continuum deſidendi eſt deſiderium,ac tineſmus qui mediocriter vacuet,ſed confertim aliquid lotioni nuper mactatæ carnis adſimile effluit,& iecur intumeſcit,aut grauitas dolórve comitatur: quidã id δυσεντερίαν ἡπατικὴν,(noſtri quoq; à iecinore fluxum hepaticũ) dixerunt. Victus ſuperiori ſimilis conuenit,nempe is qui adſtringẽtibus & infarcientibus,refrigerãtibúſque medicamentis & cibis conſtat. Verùm hoc intereſt,quòd neque clyſmatis, aut fomentis (nihil enim inteſtina mali ſentiunt),neque vrinã ciẽtibus,quòd pars quæ primùm illa excipit,ſit affecta,æger opus habeat. Sed ſatius eſt quæ refrigerent & adſtringant foris iecinori ſuperimponere: ita nanque recepto priſtino robore,quod propter infirmitatem amiſerat,ſubſiſtet & ſupprimetur. Siquid mordax aut irritans infeſtant,id victu lenietur & contemperabitur. Cæterùm quia ſermo nos ad iecur deduxit, de eius quoq; ac lienis vitiis,& de vniuerſo eorum victu,quantùm opus eſt, iam pertractare licet,vt in iis etiã corporis quædam ſequela ſeruetur.

DE IECINORIS LIENISQVE AFFECTIBVS, CAP. VII.

Itaque quum calor vrget, quò contemperatio inſequatur,& nimius calor tẽperiẽ inueniat, frigida ſunt accõmodata. Quare in cibum intubus domeſtica,cucumis crudus,lactuca,& animaliũ extrema dabuntur, eáque præſtabit aceto cõdire: ex piſcibus verò ſaxatiles, raiæ,paſſeres,cruſtacea,& mollia omnia ſũt idonea. Vino aut penitus abſtinendum eſt, aut tenui, albo,& aquoſo vtendũ. Sanguini præterea, ſi res exigit,demere,

ac medicamenta conſimilia exhibere conuenit, nempe quæ ex intubo erratico,& portulacæ,cucumeriſque ſemine, & quod vocatur ſantalo conſtant. Adhæc quæ ex violis,roſis,nymphæa,& ſiquid eſt aliud quod refrigerare cenſetur,conficiuntur:de quibus nos poſtea priuatim dilucidius verba faciemus. Contrariis verò certabimus, ſi in prædictis partibus perfrictionem quampiam adeſſe iudicabimus. Nam fercula ad calidius declinabunt, & vinum vetus ac fuluum exhibebimus, antidotóſque quæ ex aromatis flatumque diſcutientibus parantur ſeminibus.Balneum expedit moderatum,exercitatióque quæ ſatis ſit, ſed concitatior eſſe debet,vt calor natiuus accendatur.Quòd ſi hæ partes fuerint inflammatæ aut refrigeratæ, victus & medicamenta quæ cõueniunt erunt intendenda. Verùm quo pacto eiuſmodi membrorum inflammatio, ac potiſſimum iecinoris, ſit tractanda,diligenter animum aduertere oportet.Nã quum eiuſmodi quædã incidit ſuſpicio,primùm bis térve ſanguinis quod ſatis eſt ſi æger admittit, detrahe,& vẽtrem ablue, & tenui victu vtere:deinde epithematis, quæ ſuper laborãte loco dãtur,refrigerãtibus cõmiſcẽda ſunt quæ adſtringãt,& modicè emolliãt,diſcutiãtque:qualia ex ſucco ſeperuiui,& ſolani,roſiſque & earũ ſtillatitio liquore,itẽ roſaceo & melino oleo concinnamus, nonnunquã abſinthium quoque oleo incoquẽtes imponimus: vtroque enim opus eſt. Nã ſi emollientia ſola & cõcoquentia adhibentur,iecinoris robur relaxãt, & parti imbecillitatem quampiam inferunt, metúſque eſt ne ſyncope ſuccedat: & refrigerãtia ſola, humorem ſiquis in membro continetur, cogunt,atque euaneſcẽte & intabeſcẽte calore durities inſequitur,(quã σκίῤῥον appellant),præcipuè ſi ſanguinis redundantia antea nõ fuerit euacuata. Porro vbi membrum hoc ſcirrhum cõtraxit,haud propè curationem admittit,& nõ ita multo pòſt,tum alii affectus,tum mors accedit. Atqui ſunt quidem longè moderatiores qui à liene oboriuntur,attamen hi quoque temporis ſpatio ad ſummam malitiã progrediuntur. Deteriores multo ſunt,velociúſque periculum,qui ab indurato iecinore gignuntur.procreãt. Hinc nanque macies illa extrema,(quam ἀτροφίαν vocãt) ac peſſimum aquæ intercutis genus proueniunt. Nam viſcus pro natiuo rubore functiones ſuas non obeat, alimentum ægrè in corpus diducitur, & quod diſtribui debet, haud rite in ſanguinem commutatur: quo fit vt aquoſus ſit ſanguis,nec adhærere poſſit. Quúmque non agglutinatur, huc & illuc diffluit & infunditur, cutémque intendit, ac tumorem aqueum turgentémque cõmittit. Scirrhus itaque iecinoris deterrimus eſt,cui malitia eſt ſecundus,lienis, qui & ipſe iecinori, ſi negligitur, ſuum impertit vitium,& in conſenſum trahit, ac in cõſimilem iam dictæ conſtitutionem deducit. Quapropter ſimulatque iecur aut lienem alicui induratum eſſe conſpexerimus, exterius emollientia & concoquentia adhibere oportet,quò ſcirrhꝰ mollior fiat,&relaxetur. Verùm neque nimis calidis eſt opus, neque rurſus frigidis,maximè in iecinore,ſed cum manifeſta ſiccitate cõmoderatis, quibus adſtringẽtia ſunt cõmiſcenda, ne ab emollientibus membri robur infirmetur ac exoluatur. Sint autem quæ ſuper liene dãtur,vehementiora, & magis calefaciãt emolliãntque, ac minus adſtringãt, quòd id membrum eiuſmodi toleret & ſuſtineat. Adhæc attenuantibus,infarctu vindicantibus,& vrinã mouentibus vtendum eſt,quò meatus mediocriter pateãt,& ſcirrhi reliquiæ expellãtur.Sint autẽ & hic quæ lieni admouentur valentiora calidioráque:quæ verò iecinori applicãtur,commoderata ac remiſſa: vtriſque tamen etiam cõcoquentia commiſceantur,vt ſcirrhus emolliatur. Victus detur tenuans, cum non euidenti calore, & boni ſucci,quique nihil craſſi gignat: ſunt nanque hîc edulia quæ craſſum ſuccum creant & meatus infarciunt fugiẽda.Vinum ſit tenue & aquoſum.Aſparagi item,capparis,apiũ,fœniculum,& ciceris iuſculum conueniunt,piſces quoque ſaxatiles,& pulli gallinacei accommodantur.Balneum denique commoderatum, & quod qualitate non exſiccet,haud eſt inutile. Atqui quemadmodum ex inflammatione antecedẽte, quam ſcirrhus in-

A ſequitur, aqueæ quædam affuſiones oriuntur: ita ſi frigiditas præceſſit,frigidique humores exuberãt,& meatus infarciuntur, malus habitus,ac deinde, ſi æger neglectius habetur, aquæ intercutes ſuccedunt. Quare vniuerſa victus ratio ad caliditatem ſpectet,vimque habeat tenuandi. Medicamenta quoque eodẽ modo ſunt paranda, quibus vrinã mouentia, quò collectus humor illac etiam excernatur,permiſceantur.Exercitationes & balnea conueniunt. Siquis fuerit in viſceribus tumor, quæ calefaciant, molliant, & in halitum diſſipent, ſunt B inungenda, vt ex omnibus in victu ſecuritas tibi paretur. Atque hac ratione priuſquam aqua intercus fuerit omnino collecta,victus eſt inſtituendus.Vbi iam affectus conſtitit,vrinam ducentibus vtendum eſt,potiſſimum valentioribus, niſi ex inflammatione aut ſcirrho vitii fuerit origo: tunc enim clementiora ſunt præponenda. Iis adhæc quæ aluum ducunt, & aquam detrahunt ſenſim æger eſt vacuandus,ne ex confertis vacuationibus virtus fatigetur, & tamen paulatim laborans leuetur. Vtendum nihilo ſecius & inunctionibus in ab- C domine quæ diſcutiant & exſiccent. Nonnihil malleolos ſcalpello incidentes,humorem paulatim effluere ſinunt: eſt enim ſummopere animaduertendum ne affatim excernatur. Nam quum confertis vacuationibus ſpiritus viciſſim attrahatur, quò nihil ſit vacui, ſiquid eſt ſpiritus vitalis,ſimul cum vacuitate attrahitur,quò fit vt derepente animi deliquium mórſque ſuperueniat. Quare tum in hydropico morbo, tum maximis abſceſſibus,ſemper repentinas & cumulatas euacuationes vitare oportet,quòd maxima ex parte mortem inferãt: D victus ſit ſiccior: quare & animalia agreſtia præferuntur, & aſſa elixis. Vinum ſit vetuſtum & meracius, niſi & ſcirrhus & iecinoris inflammatio commiſerit. Potio ſit exigua, conueniunt balnea ſponte nata, quæ nitrum & atramentum ſutorium & ſulphur ſapiant. Atque hoc victu eæ hydropis ſpecies, quas ἀσκίτας & ἀνασάρκας appellant Græci, curantur. Verùm tympaniæ præter reliquum victum,cibo,potioni,& inunctionibus ſemina quæ flatum diſcutiunt,ſunt permiſcenda: quòd E vtplurimum craſſus caliginoſúſque ſit ſpiritus qui infeſtet. At verò quia ob immodicas euacuationes,ceu in venarum ſedis fluxu inueterato, & profluuio muliebri,atque vetuſteſcente affectu cœliaco: adhæc propter ſuppreſſas ſolitas excretiones, veluti in vetuſtis hæmorrhoidibus retentis, menſtruiſque mulierũ purgationibus cohibitis, ne in hydropen incidant periclitantur homines,quòd ex immoderata vacuatione iecur refrigeretur, & ſanguis aqueam naturam contrahat, atque idcirco vtpote diſſimilaris nõ agglutinetur,ſed temere innatans,aqueas affuſiones conſtituat: ob adſtri- F ctiones verò coaceruetur,& calor extinguatur,propterea quòd ſpiritus vitalis loci anguſtia coarctatus nõ aſpiret,atque ideo iecur ſuffocetur, cæteráque eiuſmodi patiatur,ac imbecillum fiat,& aqueum in poſterum ſanguinẽ gignat,primæ cauſæ expedendæ ſunt.Atque retẽtiones quidem,puta in hæmorrhoidibus ora vaſorũ reſerantibus atque irritantibus medicamentis diſſoluere conuenit.In menſtruis verò,ſi quidem ſimpliciter ſiſtũtur,hic quoque reſerantibus opus eſt: ſin ſcirrhus quiſpiam,ſiue inflãmatio,ſiue in latus conuerſio,ceu ex ſic- G citate præcluſio, ea ſupprimit, primùm cauſæ mollientibus,humectãtibus,ac laxantibus, quemadmodũ denuo poſtea docebimus,ſunt tollendæ:deinde vaſorũ ora patefaciendi & trahendi vi præditis vtendum:ſi quidẽ cõſuetis vacuationibus reuocatis,æger in ſanitatem priſtinã reſtituitur. Expedit tamẽ vt iis ex pedibus ſãguis dematur,& hirudines admoueantur,atque ſcalpello cutis incidatur,quò vaſa onere leuetur,locáque quæ curãtur, leuiora iã facta facilè medicamentis concedant.Edulia porro hic quoque quæ parũ alant,bonúmque generent H ſuccum, quibus attenuantia vrináſque mouentia fuerint admixta,ſunt offerẽda. In morbi principio, balnea exercitiáque non accommodantur: at vbi ſanguis ſemel iteratóque miſſus fuerit,humoréſque conuenienti medicamento fuerint repurgati,mediocris exercitatio balneúmque conuenit. Nam dum corpus adhuc

repletum eſt, ſpiritúſque in arctum cogitur, confertis A
non eſt motibus corpus concutiendum, quòd humores
ſta exagitētur,& calor naturalis ſuffocetur,neque quic
quam effatu dignum diſcutiatur. Cæterùm ſi ob immo
dicos fluxus hydropes inſequuntur,vaſa relaxata paten
tiáque claudentibus & denſantibus ſunt contrahenda.
Vires cibis boni ſucci coctúque facilibus,& qui ſatis nu
triant reficiantur: vinum ſit vetus. Dentur & antidoti
quæ calfaciant & reprimant,ceu priuatim de omnibus
tradetur. Balnea & exercitia ſint mediocria prorſus,vt
hæc calorem exſuſcitare,illa meatus reſerare,atque ali- B
quid excrementitiæ humiditatis diſcutere valeant. Ex-
hibenda ſunt & quæ vrinam cieant, & modicè aquam
ducant, & paulatim vires recreent. Atque hac ratione
hydropis ſpecies tum dignoſces, tum curabis. Porro
quemadmodum ob lienis iecinoriſque imbecillitatem
aqueæ affuſiones conflantur, ita ab iiſdem viſceribus,
ob alias tamen cauſas, à iecinore quidem arquatus ob-
oritur,à liene verò qui gignitur,nomine caret. Atque
arquatus à bile quæ è veſica fellea regurgitat diffundi-
túrque,prouenit:alter verò ab humore qui in liene co- C
gitur, procreatur. Proinde iis qui arquato corripiun-
tur, ſi quidem febris adeſt, tenuem victum imperare,
puta intubum tum ſatiuam tum erraticam:aluum ene-
mate eluere, & niſi aliud obſtat, ſanguinem modicum
educere conuenit.Deinde vbi deſiit febris,victu medio
criter tenuante, boníque ſucci,& parcè nutrienti vires
refocillare decet. Quin & medicamenta quæ vrinam
moueant,nec euidenter calfaciant,parare,atque ea di-
luculo ieiuno exhibere. Vinum ſit aqueum:vbi meatus
ſunt repurgati,& obſtructionibus vindicati,medicamē D
tis bilem purgantibus,veluti poſtea dicemus,expurgā-
di.Interdicantur balnea & exercitationes antequam o-
mnino æger valetudinem receperit. Simul verò atque
interna fuerint repurgata,ſiquid quod nōdum planè ſit
diſcuſſum,pallidi ad ſuperficiem defertur,id balneis,&
ſudorem mouentibus eſt euacuandum. Cæterùm ſi lien
eodem vitio afficiatur, idem quoque victus competit,
ſed qui hoc tantùm à ſuperiori diſtet, vt eo minus ſit
frigidus,tenuādíque magis vi ſit præditus, quo pars eſt
frigidior, & craſſiori ſucco alitur. Quare quum calor E
in hoc viſcere perſentitur,tenui modicéque refrigeran
te victu eſt opus:cui ſi calor leuetur, non eſt diutius im
morandum.Facilè nanque humores indidem infarciun
tur, coeúntque, quo fit vt vrinam mouentia & tenuan-
tia accommodentur, deinde purgans, quale res poſtu-
lat,aduocetur. Venam non expedit ſecare niſi aliud
admodum vrgere conſpicitur: balnea & exercitia ſint
moderata niſi febris dehortetur: potus ſit vinum,te-
nue quidem,ſed non valde aqueum. Atque hac ratione
arquato,& ei qui è liene natus,nomine caret, medebe- F
ris. Porro Diabetes, iecinoris renúmque eſt affectus,
qui nihil aliud eſt quàm profluuium quoddam per v-
rinam. Quare vt in alui profluuio fluxionem per vri-
nam cientia deriuamus, & aluum reprimētibus ipſam
ſiſtimus:ita hîc viceuerſa eſt inſtituenda curatio, & ſuo
lentore infarcientibus, adſtringentibúſque,& refrige-
rantibus fluxum cohibere, ac modicè emollientibus vē
trem laxare decet. Quapropter amylum,oryza, ſimila-
go, & id genus alia illinentia ac emplaſtica, quæ citra
manifeſtum calorem craſſum ſuccum gignunt, condu- G
cere cenſentur,niſi febris adſit,& omnia quæ tenuibus
partibus conſtant ac vrinam mouent, auerruncanda.
Sed nec balnea,nec exercitationes ſunt opportuna.Nō
alienum eſt quæ refrigerent iecinori renibúſque ſuper-
imponere,vt deſinente febre,ſimul quoque humidita-
tū attractio deficiat. Qui ob renū debilitatē aſſiduè me
iunt,hi ſi emplaſtris roborātibus iuuantur, & parci bi-
bunt,atque aqueū humidúmque victum deuitāt, vale-
tudinem recipiunt. Cæterùm quia ad renes vſque ora-
tione peruenimus,age victum vitiorum quibus vaſa v- H
rinaria infeſtantur,quantum res exigit,tradamus.

DE VITIIS QVIBVS VRINARIA VASA, PARtéſque naturales tentantur, CAP. VIII.

CRuor ergo,& pus,& humor quiſpiam lentus,ramē-
táque & calculi,varia ratione, prout variis quoque
A de cauſis renes veſicáve laborant,meiendo redduntur.
Quare quum cruorem à renibus aut veſica, ex iis notis
quæ id diſcernere docēt,ire ſuſpicabimur: ſi quidem id
ob multitudinem, & rarefactionem, ac imbecillitatem
renum euenire coniectabimus, venas nephriticas, quæ
per cubitum feruntur, ſecabimus, ac ſecundò ſangui-
ni dememus, quo ſatis vacuemus, copiámque minu-
amus,ac ſanguinis fluxum inde retrahamus. Loco de-
inde laborāti ea medicamenta quæ robur addunt,qui-
bus nihil quod apertè iam calefaciat admiſtum ſit,im-
B ponemus. Dabimus tamen ea quoque quæ ſuo lentore
meatus infarciunt & adſtringunt, commiſcentes quæ-
piam quæ mediocriter vrinam mouēt,vt videlicet hæc
emplaſticis illis ac adſtringentibus viā ſternāt: ſiquidē
vrinā mouentia ſola hoc caſu, quòd magna ex parte ſti
mulent,non ſunt accōmodata. Quòd ſi vena aliqua fue
rit diſrupta, deterius quidem eſt malum, attamen ean-
dem exigit curandi rationem.Hîc ea quæ ſanguinē ſiſtē
tia nūcupātur,ſunt permiſcēda,& paulatim ſāguini de-
trahendum,nēpe vt eā ob rem venā ſecemus, quò ſan-
C guinis curſus reuellatur.Vita in otio & quiete eſt tradu
cenda,vt ab omni motu valētiori, omnique re acri ceu
mordente ac irritante,abſtineatur.Balnea ſint pauca &
rata,vt ea quæ indurata ſunt,ſi ita vſus poſtulat, tantū-
modo humectentur. Quæ rarefaciunt, & ora venarum
aperiunt, ſunt inutilia, miniméque ſanguinis profluuio
idonea.Quòd ſi pus promanauerit,non iam amplius vē
nam tundimus, atque ab omni re mordente abſtine-
mus,iíſque vtimur quæ mitigandi vim obtinent,ac mo
dicè detergent, nec cum morſu exſiccant: cuiuſmodi
D ſunt quæ gummi & tragacanthā,cucumerū item ſemē,
amylum,ac cætera id genus accipiunt.Vbi iā pus fuerit
expurgatum,ea quæ magis exſiccāt,& citra morſum re-
ſtringunt,quò vulnus cicatricem induat,aduocamus.Si
arenulæ ſolæ vrgent,quæ in matula ſubſident, humoris
eas gignentis ſpeciem ex colore agnoſcemus, eúmque
exuberantem victu cōuenienti,& ſi res flagitat,purga-
tione emendabimus ac compeſcemus. Verùm ſatius eſt
ſanguinem mittere,quò vaſa pondere exonerentur.V-
ſui erunt quæ modicè tenuant,meatus infarctu liberāt,
E & vrinam proliciunt:qua de re aſparagi,ciceris iuſculū,
& caricæ conferre putātur. Exercitatio ac balneum ſint
admodum exigua:vino vtendum aquoſo,albo,& tenui.
Vitanda omnia quæ manifeſtò calefaciunt, vt & vehe-
mentior exercitatio: inde nāque quòd humores nimiū
aſſantur,eiuſmodi ramenta cōflantur:quæ temporis ſpa
tio coeuntia, ac admiſto lento quopiam humore com-
pacta, in tofos ac calculos abeunt, & aut renes vrgent,
aut in veſicam delabuntur.His ea quæ vrinam mouendi
incidendique vi pollent,magis conueniunt,quorum co
F pioſa materia in libro de ſimplicibus medicamentis
proponitur, indéque quæ vſui ſunt corradere licet: ſed
& nos ſeorſum de iis agemus. Reliquus vniuerſus victus
ſit boni ſucci,& attenuans. Balneis vtendum eſt, qui-
bus meatus fiant ad fluxum habiliores.Quòd ſi lapides
angulares fuerint, vt loca vulnerent, & ſanguis pro-
fluat,aut pus emanet, victus ac medicamenta miſta eſſe
debent. Eſt autem hoc admodum malum, quòd alte-
rum reliquo contraria poſtulet:attamen enitēdum eſt,
vt aliquid opis adferamus, & vtriuſque curam habea-
G mus, ita tamen vt eius quod magis vrget potiores ſint
partes. Cæterùm non eſt ignorandum, nonnunquam
in interna penis parte exiguum tuberculum oboriri,
quod dum diſrumpitur, ſanguinem aut exiguum pu-
ris effundit: quare quidam arbitrantur ex profundo eā
prodire,citráque rationem metuere cœperunt: verùm
res ex penis dolore deprehenditur.Venæ autem ſectio-
ne ſola, victúque frigidiuſculo ægrum à moleſtia vin-
dicauimus. Quòd ſi vitium moram traxerit, & vulnus
altius peruenerit,enemata morſus expertia,qualibus in
H lippitudine vtimur,infundimus.Balneo ac omni mor-
denti,euidentérque calefaciente,tum cibo, tum potio-
ne abſtinemus: ita nanque promptius æger valetudi-
nem recipit. Porro de vrinæ ſtillicidio tantùm in præ-
ſentia dixerim, quòd quū acris quiſpiam mordénſque
humor illabens,muſculum collum veſicæ conſtringen-

tem ad excretionem laceſſit,conſiderandum eſt num is corpus totum inficit,an eo tantùm loco defigitur: nam ſi in toto redũdat,idoneis medicamentis eſt vacuãdus: ſin minꝰ,ſolo victu,refrigerãtibúſq; medicamẽtis mordentia ſunt contemperanda. Cæterùm ſi lenti craſſique humores immerſi fuerint, & qui haud facilè extricantur,fucus quidam fit ægris,perinde quaſi calculus infeſtet,tum quòd dolor ſit vehemens, tum quòd lotiũ vtplurimum guttatim reddatur. Quare victum attenuãtẽ poſtulant, & reliqua medicamenta quæ tenuare, meatúſque infarctu liberare queunt,vbi antea humorem,ſi exuberare videbitur, medicamento quod pituitam ducit purgauerimus. Balneis liberaliter vtendum, quæ tenſa relaxent,humorémque tenuent,& digerant. Atque de his hactenus. Nam ſiquid in hac commentatione deſideratur,potes ex iis quæ docuimus,arrepta occaſione, conficere, & medicamenta neceſſaria concinnare. Verùm quia vaſa vrinaria eadem ſunt generantia, rationque curandi, prout per ea lotium profluit, vitia ſunt explicata: nunc iis prout ſunt genitalia, quod opus eſt annectere oportet. Ac primùm ea quæ maribus ſunt peculiaria, deinde quæ fœminis propria ſunt tradentur. Proinde quale vitium ſit priapiſmus,& qua ratione dignoſcatur, quámque ob cauſam oboriatur,dictum fuit antea: nũc quo pacto ei medendum ſit, eſt quoque docendum, Si igitur rationi curandi id muneris incumbit, vt affectuum cauſæ è medio tollantur, quũ ſpiritus calidus ſit qui penem arrigat, hanc continentem cauſam, iis quæ flatum diſcutiunt, exſiccant,ac refrigerant, coercere decet: idque tum per ea quæ eduntur, tum quæ bibuntur medicamenta eſt procurandum. Cibus itẽ qui ſingulis diebus offertur,eò ſpectet. Sunt qui tenues dodrantales, paulóve maiores laminas plumbeas parãt, ac renibus admouẽt,ægróque ita opem adferunt. Vitetur vel ad aſpectum vſque fœminarum cõmercium,ac narrationes amatoriæ, & quicquid anſam pruriendi & inflãmãdi præbet. Potus ſit aqua,cibus lactucæ,coriãdrũ, & ruta. Lectus ægro ex vitice ſternatur in quo decumbat. Vigilet,nec balneum ingrediatur, ſed exercitatio ſit vehementior, & niſi aliud obſtat, in frigidam ſe demittat,ac deſideat. Quibus penis reſoluitur,ii contrariam poſtulant curationem, potiſſimũ ſi id ob ictum antecedentem non aduenit,nanque id curatu difficile eſt, præcipuè ſiquod ſeminarium vas, aut neruus extendẽs fuerit præciſus,alioqui próptè curatur. Atque in vniuerſum victus ad caliditatem humiditatémque vergat:priuatim verò quæ flatuoſa ſunt cõferunt:cuiuſmodi ſunt cicer,& nux iuglans,& quæcunque in libris de ſimplicibus medicamentis, venerem concitantia,(ἀφροδισιαστικὰ Græci)dicunt,nuncupantur. Verùm ignorari haud decet, ſanguinem interdũ aut pituitã vaſa ſeminaria obſtipare,atque idcirco genituræ ac ſpiritui trãſitũ haud facilem eſſe, quemadmodum perquam obeſis pinguedo meatum obſtruere ſolet. Verùm illa venæ ſectione, purgatione, & acrioribus clyſmatis ſedantur:hæc verò, victu tenuante, inter quem matutina ieiunis obambulatio,ſalſamenta,acres acidíque tum cibi tum potiones reponũtur:vigilia itẽ cibúſque parcior,& magna ex parte is qui parum nutriat: hæc enim atque eiuſmodi alia gracilitatem ſatis conciliant. Condimentum ciborum optimum eſt ſinapi, cui acetum ſálque ſit adiectum, & alia quæ iuxta hanc formulam cõficies, modò in omnibus ægri temperamentũ tibi ob oculos ponas:nã ſiquibus viſcus eſt natura calidum,id totum victum ſubuertit. Verùm tibi alia ad eam rem non deerit materia, ex qua iuxta methodũ medicamẽta commiſceas, quæ nihil obſiſtentibus temperie viſceribus, quòd ad vniuerſam ſpectat victus rationem,noceant. Seminis profluuium,(quod γονόῤῥοιαν dicũt),& ipſum poſcit vt renibus imponãtur emplaſtra,quæ robur addãt,& minimè calefaciant. Conuenit adhæc reliqua victus ratio quæ ad ſiccitatem declinet,ſed non ſit calidior,verùm frigida. Inſuper nutriendus æger eſt,viréſque modicè reficiendæ: nanque ob continuam excretionem languet corpus & imbecillũ eſt. Quies apta eſt,& balnea quæ humectẽt tãtùm alioqui nõ ſũt idonea. Animalia agreſtia, quæ refrigerantibus èxſiccantibúſque condiantur,ſunt accõmodata,& vinum pauculum tenuéque. Cæterùm adipoſum aqueúmque ramicem, partim copioſo mollientium digerentiúmque emplaſtrorum vſu diſcutimus:partim ſcroto,ac ſi res exigit, tunica erythroide ſecta,humorem euacuamus, ac deinde curatione quæ vulneribus cõpetit,ægro medemur. Ramicem verò quo inteſtina omentúmve prouoluitur, quidam ſolis epithematis foris impoſitis curare nituntur,ac interdum,quum malum leuius eſt,ſuccedit: verùm complures manuum operam acceſſunt. Verumenimuero quòd graue malum ſit & pleriſque ſubinde periculum creet,nõ ſecus quàm quibus calculus exciditur, quamplurimi pro ambigua ancipitíque valetudine,deformiorem, ſed ſecuram vitam degere malunt. Quare nos quoque in hac rei incertitudine, volenti & ſecare & ſecari concedemus, ac ad reliqua progrediemur. Fœminæ peculiaribus vteri vitiis mares exuperant: atque ei intemperies, obſtructio, inflammatio, abſceſſus quiſpiam, fluxus item muliebris, & vteri præfocatio ,ac mola incidens, varias curationes exigit. Quorum cauſas ac agnitiones aliunde colliges,hîc verò curandi ratio proponetur. Ea autem erit vt contrariis pugnetur, tum victu in vniuerſo corpore, ſi eadem erit totius & vteri intemperies, tum in parte affecta. Nanque peſſis & fomentis tam aridis quàm humidis,alia atque alia commiſcentes medicamenta, intemperiebus opitulamur. Nam calidis mediocriter refrigerantia applicamus, & frigidis calida,quemadmodum ſiccis humida, & humidis ſicca admolimur. Non eſt tamen ignorandum, quòd vterus quum neruea ſit pars,acríſque ſenſus, ac ſemper calori aſſueta, ſimpliciter frigida, præcipuè ſi tactu talia fuerint,non tolerat, ſed promptè conuellitur ac dolet: qua de re,ſiquando calido corripitur affectu,haudquaquam impenſè frigida, ſed egelida omnia ſunt admouenda, ſiue ea infundantur,ſiue fotu, aut inceſſu aptè adhiberi poſſint. Verùm quia immodica vacuatio,& obſtructio, vitiorum vteri cauſa continens magis eſſe ſolet, obſtructionem quam præcluſio ſiccitáſque genuit,humectantibus,pinguedinem obducentibus,ac vaſa reſerantibus curabimus. Cuiuſmodi ſunt,quæ ex oleis ſale expertibus & adipibus commiſtis,quibus herbæ quædam modicè acres additæ ſint, conficiuntur: vt pinguetudinibus atque emollientibus iam humectata vaſa pateant. Quòd ſi inflammatio aut ſcirrhus naturalem excretionem fuerint remorata, iis quoque per medicamenta eſt occurrendum. Atque inflammationi quidem medeberis,ſi emollientibus ac concoquentibus,quibus aliquid frigidorum inflammatione etiamnum turgente admiſcueris, pugnabis. Quòd ſi ea remittit & diſcutitur, iiſdem eſt inſiſtendum: ſin ad abſceſſum properat,augenda ſunt concoquentia & emollientia, atque à frigidis abſtinendum. Vbi iam abſceſſus diſruptus eſt, & pus promanat, mollientibus concoquentibuſque ea quæ mediocriter detergent admiſcere conuenit,ac clyſmatis peſſiſque eiuſmodi ſordentem vterum repurgare. Demum abſceſſu purgato,quum pus ire deſiit,locus affectus per ſiccantia ſine morſu,ac modicè adſtringentia,cicatrice obducendus eſt. Porro horum materias ex libro de ſimplicium medicamentorum facultate:at qua ratione vniri ſibique mutuò commiſceri debent, ex libello de medicamentorum compoſitione petes. Verùm ſi inflammatio in ſcirrhum abit, quæ in duritiem occaluerunt, iis quæ magis concoquunt & emolliunt relaxare nitendum eſt, nimirum ſi emollientibus adipibus & oleis,liquores quoque concreti valentiores admiſcebuntur:qualis eſt galbanum,bdellium,& eiuſmodi. Cæterùm molam vtero innatantem, vbi validioribus reſeratibus matricis os patefecerimus, attrahentibus depellere conabimur,vt eã mulier quaſi pariens deponat,diſcátque præpropere parere,ac impoſturã qua detinetur agnoſcere. Scire tamen licet,omnibus attrahendi,oráque vaſorũ reſerãdi vi præditis, mordacem erodẽtémque vtplurimum facultatem ineſſe: quare ſiquis temere iis fuerit abuſus, vicinum locum exedere ac erodere, atque priuſquam qui præſens eſt curari deſierit

alium affectum oboriri. Quocirca validioribus iis non modò emollientia ac leniẽtia ſunt permiſcenda, verùm peſſos quoque molli linteo obductos nonnullis quæ mitigent atque humectent extrinſecus inungimus: ſed foris linum propendeat, ne ſi peſſus vacua ſubierit, nos imperitiæ cõuincat, & ægrè moleſtiam adferat. Atque hac ratione menſtrua ſuppreſſa reuocabis, inflammationes lenies, & ea quæ offendunt, euacuabis. Contrariis verò immodicos eorum fluxus ſiſtes, ac coercebis: hìc enim curſus tum albus tum ruber oboritur: idque aut ob turgentium humorum, primùm eò prorumpentium copiam, aut ob mordacem quempiam humorem eò illapſum ac ſtimulantem. Porro vbi natura ſemel aſſueuit, ad ea loca quæ redundantia moleſtantiáque excernere ſolent, tranſmittere: illuc veluti à materiæ exuperantis impetu coacta, & quæ non decet, & quando non conuenit detrudit: quo fit vt ex alba, pallida, turgiduláq; fiat ægrotans, & inualeſcente malo, in animi deliquiũ incidat, ac repẽtina morte nonnũquam intereat. Quare ægram nactus ab initio, dum nõdum affectus præualuit, & vires etiamnum renituntur, ſi ſanguis abundare videtur, ſenſim è cubito eum detrahes, vt fluxus reuellatur: deinde aluus per ea quæ ſubiiciuntur, vacuanda eſt, acſi vires ſuſtinent, validioribus quoque catharticis nimius ac ſtimulans humor purgandus, quo tum cauſa morboſa extrudatur, tum humor ad proxima deflectat ac deriuetur. Adhæc ad ea quæ ſupprimendi vim habẽt accedẽdum, & potiones ac epithemata, clyſteres item, & peſſos, inſeſſúſque quæ eandem facultatem obtineãt, paranda. Copioſa autẽ horum materia in libris de ſimplicibus miſtíſque medicamentis recenſetur, vnde quæ vſui eſſe poſſunt deligere licet. Eſt tamen cucurbitula ſub mamillis defixa, quòd fluxiones retrahit, præſtantiſſimum auxilium, eóque ſolo nonnullas ſubinde curaui. Circuncidatur in cibo & potione quicquid ſua natura mordax eſt & ſtimulat, omníſque motus vehementior, ac balneorum vſus: hæc enim atque eiuſmodi alia, ſolitas excretiones reuocare ſolent. Cæterùm in primis eſt vitalis facultatis habenda cura, eáque vt par eſt, reficienda: nam ſi hæc non fauet, fruſtra morbis manum admolimur. Atque hac ratione ac via muliebris fluxus eſt tractandus. Porro procidẽtia vteri, recurſus, & in latus conuerſio, alia ſunt à prædictis vitia. Atque quũ vulua procidit, ea ſurſum retorquenda eſt, & ligamentis datis aptè vincienda, ac pars vt roboretur adſtringentibus fouenda. Quinetiam renibus adſtringentia, ac roborantia imponens, ægram complicatis pedibus ſupinã ita collocabis, vt pedes reliquo corpore ſint ſublimiores, atque ita plures dies, quouſque ad ſe vulua redeat, dimittes. Quum verò ad iecur aut lienem, ad ſeptum item tranſuerſũ, & ad cor rectà recurrit, vteri facit præfocationem, tãto deteriora inferens ſymptomata, quãto ad partes præſtantiores eã regredi contingit. Et quoniam ſterilibus ac viduis id vitium potiſſimum oboritur, prima ac ſuauiſſima iis curatio erit, ſi cum viro cõgrediãtur: ſed ſi hoc facere, hortãte ita pudicitia ac cõtinentia, renuunt, ſubſequẽti victus ratione, vt par eſt, vtantur. Atque omnis in ſumma earum victus ad calidum inclinet: quare balneum & moderata obambulatio conferre cenſetur. Priuatim verò odorati calidique peſſi ſubiiciuntur, & eiuſmodi inſeſſibus vtatur, naribus verò fœtida ſubdantur. Quòd ſi moderatè purgabis, opitulaberis: verùm ſemper id animo proſpicias, ne menſtrua ſubſiſtant: ita nanque vteri ſuffocationem, vitium graue, & quod aliquando periculum adfert, propulſabis. Quòd ſi vulua ad ilia aut ad podicem conuertitur, aut in veſicam prolabitur, obſtetrix digito eam dirigat, & odoratis peſſis retrahat: ſolet enim hoc membrũ odoratis vbi imponuntur cedere ac inſequi: fœtida verò & graueolẽtia fugere ac auerſari. Quare etiam quũ procidit, ſuffitu cuiuſpiam quod grauiter olet, eam in ſuam ſedem reuerti cogimus. Studendum ergo eſt, vt cum viro concumbant & pariant: ita ſi quidem ſymptomata citius leuantur: quòd ſi non perſuadentur, ea qua dictum eſt curatione vtendum, quòd hæc poſt viri coitum proximo loco ſuccurrere poſſint. Atque his ita finis imponatur: quæ etſi ſunt mediocria, attamen iis qui recto iudicio pollẽt, ſatis ad curãdi methodũ cõferent. Ac tractationẽ de internis affectibꝰ, quæq; iis cõpetit, medẽdi rationẽ iã explicatã habes: nunc inſtat vt de exterioribus agamus. Quare quẽadmodũ, quomodo ii diſcerni queunt, à capite exorſi, per reliqua omnia membra ſermone percurrimus, ita & nunc faciemus.

DE EXTERNIS CAPITIS VITIIS, CAP. IX.

PRoinde quũ pili defluũt, ſiquidẽ ab raritate id prouenit, moderatè adſtringẽtibꝰ ſimul & modicè calefaciẽtibꝰ meatus ſunt roborãdi: cuiuſmodi eſt quod vino, & ladano, & iunci odorati flore, & calamo aromatico, atque id genus aliis cõſtat. Sin ob erodentẽ humorẽ delabuntur, ſi totũ corpus eo abundare videbitur, euacuãdus eſt, ac victu cõtẽperãdus: ſin autẽ ſolũ caput obſidet, iis quæ in nares induntur, gargarizationibúſq; eſt euocãdꝰ. Deinde caput abradatur, nitrúmq; inducatur, poſtea adipibus tenuiũ partiũ, atq; id genus medicamẽtis illinatur, ita nãque prõptè ac ſecurè pili repullabunt. Quòd ſi cauſa fuerit ſiccitas, calidis dulcibus aquis mediocriter fouemus, capútque pinguedine ac adipe ſalis experte, oleóque aliquo quod ſit tenuiũ partium oblinimus, ſatiſque iuuare ſolemus: ſi ea intenditur, meatus cõſtringuntur, & cõniuent præcluduntúrque, nec amplius pilos enaſci ſinunt. Quare promptius ophiaſin, & alopeciã, ac caluitiũ curaueris: nã illud malũ ſiccitas vtplurimũ procreat, hoc verò humores qui corrupti capitis cutẽ vrgẽt, cõmittunt. Verùm quia iã antea tradidimus, quo pacto iis quibus ob humorẽ vitiatum capitis pili defluunt, victus ſit præſcribendus, inde quæ ad alopeciæ, ophiaſiſque ab humoribus excrementitiis genitæ curationẽ pertinent, oportet aſſumere. Si eæ valẽtiora medicamẽta poſtulabũt, liber de medicamẽtis iſthæc quæ neceſſaria ſunt ſuppeditabit. Inde & quæ ad puſtulas illas, (quas ἐξανθήματα vocari diximus) valent, ſunt petenda. Quibus faui, ac manãtia capitis vlcera, & ſycomata, & porrigo annectãtur, atque eorũ ſpecies dignotionéſque iam antea edoctus, paulo pòſt etiam medicamenta diſces: nam nunc vt ea quæ de aurium vitiis dictu neceſſaria ſunt doceamus tempus eſt.

DE AVRIVM AFFECTIBVS, CAP. X.

VBi ergo quæ intemperies exuperet cognoueris, cõtrariis eſt obſtandum. Et ſi quidem calor infeſtat, vena, niſi aliud impedit, humeraria eſt ſecãda, deinde roſaceũ guttatim immittẽdũ. Præcidatur dehinc omne acre eduliũ, & vinum ſit aqueum: ſin frigus torquet, cõtrariis eſt certandum. Aeris frigidi commerciũ vitari, totúſque victus ad caliditatem propendere debet: adhæc anethinum, & rutaceum, aut ex calidioribus aliud, ſi res ita exigit, auribus inſtillari. Si humores acres ac biliosi affligunt, tũc oxyrhodinum, cui terræ inteſtina incocta fuerint, opitulari creditur: ac humor ſi in toto corpore redundare videtur, purgãdus eſt. Vinum vitari & balneum, omnéque calidum edulium oportet. Quòd ſi frigidi humores offendunt, oleum rhaphaninum ac amygdalinum amarum, præcipuè ſi vetuſtum eſt, inſtillatum prodeſt: his nitrum non inutiliter commiſcetur. Balneum & reliquus victus ſit calidus. Atque hæc omnia præſcribuntur, niſi qua alia maioris momẽti cauſa prohibuerit. Nã ſi quæ ſunt quæ aduerſantur, ſemper quænã ſint quæ magis vrgeant, inſpicere oportet, illiſque maiorẽ curationis portionẽ tribuere. Si inflammatio quæpiã aut abſceſſus infeſtat, his victus imperandus erit qui febrientibus accommodatur, nempe tenuis, & qui nihil fere nutriat: nam quòd ſenſoriũ hoc cerebro ſit propinquum, faciliſque ſenſus, vel parui lapſus, magni eſſe vidẽtur. Proinde dabitur ptiſſanæ cremor, & aqua, ægérque in quiete cõtinebitur. Atque inflammationi pinguedines recentes, morſúſque expertes admouebuntur. Iam ſi inflammatio ad abſceſſum progreditur, púſque apparet: quod purulentũ eſt, emollientibus ac modicè attrahentibus, detergentibúſque repurgabimus. Verùm quia nonnulli ſui negligentiores, temporis ſpatio pus vetuſtum educunt, quòd haud prõptè ſiccetur, locúſq; magna ex parte grauiter olet, exſiccantia tum medicamẽta ſunt exhibenda: cuiuſmo-

di eſt quod recremento ferri,& aceto paratur : nanque hoc vlcera ſordida validè ſiccare, potiſſimum ea quæ in auribus conſiſtunt,ſolet. Scire nanque licet,partium alias eſſe ſicciores, quæ ſiccioribus quoque delectantur medicamentis,eáque maximè auxiliantur:quaſdam contrà humidiores,iiſque humidiora medicamenta cõpetere. Verùm non ſolùm hoc in corporis partibus,ſed in ſexibus quoque vſu venit:nam quum fœminæ,& pueri,atque ſpadones humidiores ſint,iiſdem partibus minus exſiccantia medicamenta applicamus. Ætate verò vigẽtibus maribus,iiſque maximè qui exercẽtur,magis B ſiccantia, magiſque valida conueniunt : & ſi ruſticus quiſpiam curatur , aut qui fodiendo victum quæritat, validioribus etiamnum opus eſt:debẽnt nanque medicamenta proportionem quampiam ac ſimilitudinem cum eorum quibus offeruntur temperamentis ſeruare. Porro ſonitus & ſurditas,quæ variis de cauſis proueniunt, variam quoque diligentiam ac curam requirunt. Ac ſurditas quæ ab ortu & ob primam conformationẽ conflatur, omnino curabilis non eſt, ſiue id proueniat, quòd ſentiẽtes nerui obcæcati clauſique ſunt,vt à cere- C bro per eos ſpiritus deferri nequeat: ſiue quòd cerebrũ ea parte,aut ab intemperie,aut humorum confluxu laboret. Hæc & prouectiore ætate nonnunquam contingunt,quæ ab artis opera interdum opem admittunt. Itaque hìc antea , ſi vſus exigit , totum corpus purgabis, deinde capiti per gargariſmos , aut ea quæ naribus attrahuntur,aut cucurbitulis,prout opportunum eſſe iudicaueris,proſpicies: poſthæc aurium meatibus accommodata, nempe tenuantia ac lædentes humores incidẽtia meatúſque reſerãtia inſtillabis,ac demum quicquid D noxiæ cauſæ aduerſabitur : ita nanque ſublato eo quod lædebat, auris priſtinam ſuam peculiarémque functionem recepiſſe videbitur. Porro quũ ſonitus in auribus excitantur,tum ob conſenſum aliarum partium quæ primùm tententur, tum ob primarium affectum,expẽdendum ſtatim eſt qua ex cauſa coagmentantur. Atque ſi ſtomachus mali auctor erit,ei potius iuxtà iam antè explicatas rationes,opitulari decet:nanque perempta cauſa,vnà quoque aurium ſonitus tollitur. Quare, ſiquem acriorẽ humorem ori ventriculi impactum eſſe conie- E cerimus,acriores quoque qui inde exhalãt ſpiritus eſſe aſſeremus,qui dum ad aures feruntur, reſonent. Itaque partim contemperantes,partim humorẽ purgãdo educentes,ægrum ſanitati reſtituemus,eiúſque valetudinẽ confirmabimus. Quòd ſiquis crudus humor per os vẽtriculi oberrans, craſſiores perſtrepentéſque flatus expirat:hìc calidioribus tum eduliis,tum antidotis contemperatus concoctúſque,ac deinde accommodatis catapotiis expurgatus : haudquaquã amplius auribus ſpiritus qui meatibus obſtrepent,ſubminiſtrabit.His expediunt F balnea, & victus qui probiorẽ commoderatiorémque ſuccum generat.Siquis fortè in meatu auditorio acrior aut frigidior ſit collectus humor, qui diſſolutus eiuſmodi ſpiritus emittat, reliquúmque totum corpus plenitudine abundet,primùm totum purgandum,deinde conuenientibus medicamentis etiam loco ſuccurrendum. Quòd ſi aliter viſum fuerit,ſolis laborantibus partibus medicamenta ſunt exhibenda.Dicemus autẽ de omnibus priuatim ſuo loco,in præſentia enim ſolam curandi rationem perſequimur. G

DE AFFECTIBVS OCVLI. CAP. XI.

CÆterùm in oculorum vitiis, quæ multa ſunt & varia, quæque acris ſenſus partes occupant , exquiſitus victus accommodatus eſt. Itaque quum lippitudo, & inflammatio,calidiórque fluxio,& chemoſis offẽdit, aut ictus quiſpiam illatus eſt , primùm à venæ ſectione ordiri cõuenit,niſi aliud obſtiterit,ac bis térve ſanguini ſecta cũbiti vena,& maximè humeraria demẽdũ eſt:ita tamen vt in omni vacuatione,tũ redundantis humoris copiã,tũ morbi vehementiã,& ægri victũ cõiectemur. H A vino omníque edulio calido abſtinendũ:& ſi vſus ita exigit,purgationibus vtendum. Ad oculos verò dabimus collyria idonea , cuiuſmodi eſt quod ex roſis album & cinereum cõficitur,& lacte muliebri aut oui albumine exceptũ illinitur. Porro tumores laxos ab ictu,

A poſca fouemus,illiſque recentem caſeum cataplaſmatis more imponimus:adhæc vua paſſa acinis repurgata vnà cum poſca opitulari cenſetur : valet hæc & ad inflationes. Pſorophthalmiæ autẽ ita à ſcabie dictæ decoctum ciceris cõuenit, quo admiſta poſca & roſis eã fouemus: opportuna ſunt & quæ exſiccare,ac ſumma cute in palpebris hærentẽ ſuccum coercere poſſunt.Cæterùm palpebræ inuerſio,(quam ἐκτρόπιον appellant Græci),& caro excreſcens gignit, aut manus opera, aut carnem detrahenti medicamine curatur, coercetúrque. Ægilopi B verò,priuſquam in fiſtulã abiens vlcus ad os vſque pertingat,ſubuenire decet. Cõuenit ei vitio glauciũ & crocus,ſi cũ ſucco parietariæ imponãtur,& aſſiduè permutentur: valet & halica in aceto incocta , probéque trita, non modò in principio,verumetiam quum ſuppurauit, diſruptus ad os vſque peruadit:ea nanque ſi vtêris,non ægilopas tantùm,ſed anchilopas quoque iuuabis.Quin & ruta ſatiua,cum protoſtacto læuigata,& cocta,ac impoſita , admodum præclarè ægilopas emendat : quippe principio mordẽs ad os vſque penetrat , ſed poſtea ne- C quaquam,& quod mirari ſubit,ne cicatricem quidẽ deformẽ obducit. Idẽ præſtant & cochleæ cum teſtis læuiſſimè tritæ,ac impoſitæ,cui interdũ etiã aloes aliquid ac myrrhæ cõmiſcetur , priuſquã ægilops in ſuppurationẽ cõmigrauit,ac poſtquã apertus iam eſt ,etiã probè exſiccat. Aſpritudinẽ verò & ficationem,ac callum quæ eadem genere quũ ſint,ſolo tẽpore ac viribus inter ſe diſtant,collyria, quod ex vino, & quod ex duobus lapidibus ac hæmatite lapide eluto conſtat,perſanant:nã mirum in modũ palpebrã abſtergunt. Adhæc facit & har- D matiũ cũ pauxillo cycnario, & quod ex croco cõcinnatur. Quod etiã pruriginoſæ palpebrarũ ſcabiei,quũ nõdũ vlcus cõtraxit, cõuenit, ſi euerſæ palpebræ illinatur. Quòd ſi callus durus adhuc non obtemperat, euertẽtes palpebrã,cũ pumice , aut ſepiæ teſta, vel foliis ficulneis abrademus. Porro grandinẽ ammoniaco,quod cũ aceto ſimul & galbano læuigaueris,illine:opus enim habet emollientibus , & quæ cum partiũ tenuitate diſcutiant. Quòd verò hordeolum nominatur, muſcæ capite abiecto, ac reliquo eius corpore contrito curabimus. Sunt E qui hordei diluto fouentes, opem ferunt, hordeo hordeum pellentes. Pediculatione autẽ infeſtãte, primùm pediculi detrahẽdi ſũt, deĩde aqua marina tepida eluere palpebras expedit,poſtea medicamentum cilio imponere , quòd aluminis ſciſſilis partes duas , & vuæ taminiæ partem accipit. Vtraque enim exquiſitè leuia ſunt ſua natura. In palpebrarum glabritie, (quam μαδάρωσιν & μίλφωσιν vocant Græci), ea quæ à condecorandis palpebris καλλιβλέφαρα nominãtur, conueniunt. Sunt autẽ ea,ſtibium aſſum,plumbum vſtum, palmularum nuclei vſti,cadmia , chalcitis,atque eiuſmodi alia. Ptiloſi ſuc- F currunt muſcerdæ vſtæ,cũ melle leuigatæ ac illitæ. Superciliorum defluuium emẽdatur, ſi oleo aut pinguedine anſerina digitos inunctos plumbo affricueris ,atque ita illeueris. Leuẽ quoque nigredinẽ inducunt nuces auellanæ crematæ,vnà cũ caprino aut vrſino adipe.In pilari malo,(quam τριχίασιν appellant),euulſis ferientibus pungẽtibúſque pilis, locũ ranæ ſanguine illine, aut albi chamæleõtis cinere , aut cimicũ ſanguine, aut vnà cum gummi ſucco fumariæ,ac tellinarum cinere,vel ricini è G cane cruore. Diffractos verò pilos agglutinant bitumẽ, maſtiche,reſina colophonia,gummi, & cochlearũ gluten. Ad carunculæ circa maiorẽ oculi angulum nimias excreſcentias, ἐγκανθίδας vocitant,valẽt eadem quæ ad euerſiones palpebrarum accommodantur:item quæ liquant,& exedunt,σηπτικὰ nominant Græci.Contraria ad ῥοιάδας adaptantur,cuiuſmodi ſunt quæ ex croco,glaucio,& aloe parantur.Cæterùm vlceribus quæ inflammatione oboriuntur,concoquentia & mitigantia vnà cum iis quæ vlceribus peculiaria ſunt,medẽtur: ſunt autem, H collyrium Libanium,& quod cycnus vocatur, & pilarium, & aſter, & quæ ex amylo & terra aſtére, & ceruſſa conformantur. Omnium porro maximè dolorem ſopit quod Nilamon vocatur: verùm eius vſui longiori tempore haud eſt immorandum, quòd ſtupefaciendi vi præditum ſit. Optimum eſt & quod ex decoctis

paratur,nihil habens ſtupefactorii.Quòd ſi vlcus fuerit A
cum fluxione, aliquid ex iis collyris quæ fluxioni aduer
ſantur admiſcebimus, quale eſt quod ex hydra fit,&
Chiacũ,& fuluus cygnus,& quæ repellendi abſque mor
ſu facultatem obtinent. Verùm ſi vlcera fuerint ſordi-
da,mulſa mediocriter aquoſa, & fœnigræci decocto v-
temur,tùm ſeparatim,tũ cum prædictis collyriis. Quòd
ſi acriora ſunt vlcera, Seueriano, & quod ex ſucco fœ-
nigræci conficitur:ſin minus ſunt acria,iis quæ ex myr-
rha & nardino parantur,vti conuenit. Vbi ſcitè fuerint
expurgata, cleon cicatricem inducere ſolet,eámque e- B
iuſdem cum cute proxima coloris. In vueæ procidẽtia,
ſiquidem exigua adhuc fuerit, vt muſcæ capitis formã
præ ſe ferat,(μυοκέφαλον appellant Græci),ea competũt
quæ reprimendi & conſtipandi vim habent, nẽpe Chi-
um,& fuſcum,& nardinum,& Cheodotium, & quod ex
cornu conficitur,& ſupra oculum citra offenſam,ſpon-
giam quam poſca aut vino adſtringenti, vel roſarũ de-
cocto imbueris,vel ſplenium iniicies. Præſtantiſſimum
eſt & ad vuæ procidentiam, & ad omnia vlcera, quod
Olympiacum vel Olympus nominatur, cum ſucco oleæ C
& ſanguinalis herbæ. Eadem valent & ad id vitiũ quod
μῆλον vocant, & ad vuationem, priuſquam exalbe-
ſcant:nam ſi albent aut callum contraxerunt,curari ne-
queunt.In ſugillatis autem, (ὑπωπίοις vocant Græci),cu-
rationis ſcopus eſt,vt aut pus per modicè digerentia di
ſcutiatur,qualis eſt mulſa,& ſuccus fœnigræci,& colly-
ria quæ inde parantur,& Libanium,& quod thure con-
ſtat: aut diſrumpantur,& validioribus repurgentur, cu
iuſmodi ſunt quæ ex myrrha fiunt,& hygidium. Ad ſu-
gillata citra exulcerationem, etiam hoc liquido colly- D
rio, quod accipit atramenti ſutorii, croci, ſingulorum
drachmas octo,myrrhæ drachmas quatuor,mellis librã,
vti licet. Puſtula, quam φλύκταινας & φλυκτίδα appellãt,
eandem quam ὑπώπιοι curationem admittit. Albugines
tenues quidem, (quæ νεφέλιο nuncupãtur), quaſi nube-
culas dixeris, anemonæ ſuccus detergit: idem minoris
cẽtaurii ſuccus cum melle præſtat. Vetuſtiores verò ce
dri pix tenuat, & æs ſolùm aqua collyrii in morem læui
gatum: omniáque ea collyria quæ abſtergendi vi pol-
lent,cuiuſmodi ſunt, quod ex cornu ceruino cõficitur, E
& rhinarium,& hecatombe,atque id genus alia.Craſſas
verò,(quas λευκώματα appellitant),nitrum cũ oleo ve-
tuſto diligẽter læuigatum,& illitum deterget, ac ſepiæ
teſta vſta,& cum melle in læuorem redacta:adhæc ſalẽ
Cappadocicum aqua diſſolue, ac eo collyria quæ ad al-
bugines craſſas accommodantur tempera,atque inſtil-
la.De vnguibus,(quæ πτερύγια dicuntur),hoc tantùm aſ
ſerere licet, quòd magni & inueterati manus ſola ope-
ra ſanantur: recentioribus verò ea quæ abſtergendi vi
prædita ſunt opem ferunt,quale eſt æs vſtum,& atramẽ F
tum ſutorium cum felle ſuillo, ac fel caprinũ vnà cum
melle. Carbunculi & cancri ſunt longè omnium cura-
tu difficillimi:quare eiuſmodi tenui ac temperato cibo
ſunt nutriendi, præſcindendúmque quicquid euiden-
ter calefacit, & ſuccum malum generat.Infundẽda ſunt
collyria tenella,quale eſt ſpodiacum,Seuerianum,& cõ
ſimilia. Cura præterea habenda eſt vt totum corpus ſit
commoderatum, & ſi vſus exigit,ſanguis mittendus,&
aluus ducenda. Abſtinere oportet ab omni vehementi
motu,à balneo,& vẽti fumíve,aut alterius quod lædere G
poſſit,occurſum vitare.Pupillæ dilatationis(quæ μυδρί-
ασις vocatur) curatio hoc modo eſt tentanda: primùm
in cubito vena tundenda, aut cathartico purgandum,
vel etiã vtrunque, ſi ita conſultũ videbitur, eſt facien-
dum. Quòd ſi hæc agere non licet, ſaltem in maioribus
angulis venas ſecare oportet:deinde cucurbitulam occi
piti adfigere, & faciẽ oculóſque aqua marina aſperge-
re ac fouere,& ſi ea defuerit,muria aut poſca. Medica-
menta verò adhibenda ſunt quæ puſtulis accommodã-
tur.Porro tabes & imminutio pupillæ, quæ vitia quum H
ſint mydriaſi contraria, contrariam quoque poſtulant
curationẽ. Quare eiuſmodi morbo correptos exerceri
decet,& diligenter caput,faciem & oculos fricare,& a-
qua faciem aſpergere, quinetiam capiti vnguentum a-
liquod calfaciens eſt illinendum, ac oculi acriori quo-

piam medicamẽto inungendi, quale eſt hoc quod ſub-
nectam,quod conſtat ammoniaci drachma, crocoma-
gmatis drachmis quatuor,croci drachmis duabus, flo-
ris æris drachma: aqua ea læuigata ſubige & vtere. At
verò noctu cæcutientes, (quos νυκτάλωπας dicunt), hoc
pacto curabis:ſanguis ſecta in cubito & maioribus angu
lis oculi vena detrahendus eſt, & cathartico purgandũ:
poſthæc ea quæ commanducata ſaliuam proliciunt,aut
ſternutamentum cient,præbenda. Aut melle oculos il-
linire oportet,ac imperare vt conniueant,& oculi com
primantur,quò humores in loco contineantur: vel alu-
minis Ægyptii vſti partes duas, & ſalis foſſilis partem
in læuorem redige cum melle,& inunge: vel iecur hir-
cinum comede, & dùm coquitur vaporem oculis exci-
pe. Eodem quoque modo in ſuffuſione ſanguinem ex
cubito mittere conuenit, purgare, & vacuationibus ex
centãurii & cucumeris amari decocto aſſiduè aluum ſol
uere. Oportet & cucurbitulas occipiti, cute antea ſcal-
pello conciſa, admouere, aquam bibere, & victu exte-
nuante vti. Conferet & apophlegmatiſmus ſuper ocu-
los:primùm mel & oleum cum fœniculi ſucco dandum:
mox etiam hoc,quod accipit,ſagapeni drachmas duas,
ſucci Cyrenaici, ellebori albi, ſingulorũ drachmas ſex,
mellis heminas octo. Quin & fœniculi decocto fouere
vtile eſt. Hebetudo porro & obſcuratio,quæ ab incerta
cauſa oboriuntur, in vniuerſum eam curationem poſtu
lant quæ ſuffuſis congruit: verùm ſpeciatim quadrat
ſanguinis ex maioribus angulis vacuatio,hirudinũ cir-
ca tempora affixio,& infernarum partium frixio.Tem-
poris verò progreſſu, etiam ſternutationes mouendæ
ſunt,& ante cibum vomitibus vtendum,ac inunctioni-
bus:primùm quidẽ ex mellis & olei æquis partibus, de-
inde etiam eo quod ſubſcribitur,quódque conſtat cro-
ci obolis duobus,fellis hyænæ drachma, piperis granis
octogintaquinque, ſucci fœniculi drachmis tredecim,
ammoniaci drachma,mellis ſextaris quatuor. Antequã
id inungatur,oculos ſpongia calida marina aqua imbu-
ta prius fouebis. Oculi expreſſioni ſuccurrendum venæ
ſectione in cubito,purgatione,& cucurbitula in occipi-
te: adhibenda quoque ſunt quæ reprimere cogeréque
queunt. Confuſiones ex ictu, ſanguine nuper interfecti
turturis, aut colũbæ oculos opplentes curabimus. Poſt-
hæc lanã vino & roſaceo intinctam imponere ac alliga
re oportet. Atque hac ratione oculorum affectibus mé
deberis. Subiiciemus autẽ poſtea & alia quæ oculis ac-
commodantur medicamenta. Nunc ad vitia quæ nares
infeſtant tranſeundum.

DE AFFECTIBVS NARIVM, CAP. XII.

QVum olfaciens facultas ſuo nõ fungitur munere,
ſiquidem id ob intemperiem aliquam, quæ illam
partẽ,vbi odorans ſenſus enaſcitur,obſidet, aut ob hu-
morem quempiam eo loco collectum,prouenit,diffici-
lis eſt curatio:attamen enitendum eſt,vt humectantes,
exſiccantes,refrigerantes,& calfacientes, nempe con-
trariis intemperiem amolientes, vaporibus item & vn-
guentis,& errhinis ac conuenientibus catharticis noxã
conceptam propulſemus. Sed ſi ob confluentes excre-
mẽtitios humores ad eos meatus,qui à colãdo Græcis
ἠθμοειδεῖς nuncupantur, facultas olfatrix aboletur,eos
medicamentis quæ naribus imponũtur,& vnguẽtis, ac
præterea iis quæ ſternutamẽta mouent, extenuare, edu
ceréque conuenit. Et ſternutatoria tenuium ſint partiũ,
ac calida, cuiuſmodi eſt caſtorium,elleborus albus, eu-
phorbium, & ſimilia: hæc enim incidunt, extenuant,&
ſenſorium irritant. Sed vbi ſtimulatum eſt, & nimium
ſternuere incipimus, eius moleſtiam affuſo quod ſatis
eſt vnguento,ſedamus: tale eſt roſaceum & nardinum,
& eiuſcemodi quæ ſuo lentore adhærent,& partem cõ-
firmant. Atque hoc pacto facultatem odorantem ob-
ſtructione vindicabis. Polypum verò medicamentis
excreſcentia detrahentibus propellemus: quemadmo-
dum ozænam iis quæ ſternutationes proliciendo,& gar
garizatu caput purgant, niſi totũ corpus catharticũ de
ſideret. Sanguinẽ quoque detrahemus,aut ſecta vena in
cubito,aut ex ipſa etiam,ſi licet,nare. Medicamẽtis vte
mur odoratis,& purgantibus ſordem,ac demũ adſtrin-

gentibus,vt locus cicatrice coeat. Si ſanguis immodicè è nare profluit, circa initia eius impetus, cubiti ſecta vena,reuellendus eſt: deinde iis vtimur, quæ ad ſanguinis fluxus accommodantur, & cucurbitulas viſceribus, quæ eregione rectà fluenti nari reſpondẽt,applicamus. Atque hæc hactenus:nam medicamẽta pòſt trademus.

DE AFFECTIBVS FACIEI, CAP. XIII.

FAciei nigredinem emendamus per ea quæ modicè detergent,qualis eſt ptiſſana, aphronitrum, amygdalæ amaræ,& id genus reliqua : & quãuis iſthæc non admodum medicos deceat, attamen ea quoque loco opportuno explicabimus, ne effloreſcens nigredo formæ ſtudioſas offendat. Quæ verò ἔφηλις dicitur, item lentigo,eidem ſubiiciuntur curationi quam recipit nigredo:hæc tamen magis extergentibus, ac diſcutientibus opus habent,cuiuſmodi eſt aſſum aphronitrum,& farina erui.Porro ſugillata & liuores,magis diſcutientibus curantur:quemadmodum & vari emollientibus,detergentibus & diſcutientibus,vnde & oxymel & amaræ amygdalæ conducunt.Cæterùm in libro de medicamentorum compoſitione,quæ vnicuique vitio opitulari exiſtimantur,trademus. nunc enim ſolam curandi rationem proponimus : & iam de internis oris vitiis dicamus.

DE INTERIORIBVS ORIS VITIIS, CAP. XIIII.

ΠΑρουλὶς vbi primùm emerſerit, reprimentibus & diſcutientibus cohibita diſſipatur: ſimulatque autem ſuppurauit,primùm modicè detergentibus,dehinc exſiccantibus abſque morſu cicatricem contrahit. ἐπουλὶς verò quæ magna ex parte non ſuppuratur, reprimentibus coercetur.Dentes dealbare,caueréque ne gingiuæ cruorem fundant, & ſiquis fuerit humorum impetus,eum compeſcere,decorum quidem eſt, & medico dignum:verùm dolẽtibus & quaſſatis atque eroſis mederi, ſiquid aliud, hoc quoque iuuat. Atque dolor aut ab intemperie, aut ab humore quopiam decumbente exſiccatur.Intemperies,ac fluxionem creãtes humores, ex anni tempore,ætate, temperamento, victu,& doloris ſpecie deprehendimus,& curationem, clyſmatis, & pulueribus refrigerantibus, aut calefacientibus, aut alio pacto,prout affectui congruit,alterãtibus molimur. Venæ quoque ſectione, & gargarizatu noxium humorem euacuamus:quinetiam eundem medicamentis naribus inditis reuellimus.Iã quaſſatos dẽtes adſtringentibus & ſtabilientibus confirmamus.Eroſos educto excedente humore qui plerunque calidus eſt,curamus. Euacuamus autem vel totum corpus, aut caput tantùm, idq; vel errhinis,vel gargarizationibus. Cæterùm haud decet ignorari,quòd quum oſſa & nerui qui in ea inſeruntur, ſua natura ſint frigida, etiam ſi calida infeſtet intẽperies,haudquaquã tamen frigidorum nimius eſſe debet,ne intẽperies in contrariã cõmigret.Quod in aliis etiã omnibus partibus eſt obſeruandũ, quod facilè à medicamentis natiuæ intemperiei ſimilibus,ſi incautius exhibentur,offendantur. Inter vitia quibus os tentatur,ranula quoque cenſetur, & ſub lingua enaſcitur. Hîc in teneris puellis, reprimentibus ſuperuacaneam carnem coercemus primùm,eámque detrahimus,deinde cicatricem inducimus, aut ſolis illis prioribus perfricamus:tale eſt miſy, & ærugo raſilis. Verùm in perfecta ætate venam antea ſub lingua ſecamus, quò ſanguinis qui ſatis eſt effluens, vitium medicamento obediens efficiamus. Ad ſerpentia vlcuſcula (quas ἄφθας vocant) & puſtulas(ἐξανθήματα dictas) quæ varia in palato oboriuntur,in pueris ea quæ ex melle,& roſis ſuccóque mali punici, iride item ac thure & ſimilibus cõcinnantur, damus.In pubeſcentibus verò ac prouectiori ætate, antea venam tundimus in cubito humerariam, atque interdum ſectis venis ſub lingua, increſcente malo, ſanguinem mittimus:deinde ſtomaticis appellatis medicamentis vtimur, extergentes ac repurgantes ea quæ iam efflorere cœperunt, & reprimentes ea quæ fluxum minabãtur : ea enim eſt ſtomaticorum ratio ac methodus.

Tonſillæ (quæ παρίσθμια nominantur & ἀντιάδες) qui ſunt glandularum tumores & inflammationes,quæque gurgulionem infeſtant vitia, ſi quidem ex fluxione frigida naſcuntur,melius curantur,ac ſolo moderatè calido victu emendantur:ita tamen ſi capiti per tegmina & medicamenta vt facilè perſpiret,proſpexeris : nam frigus, ſiquod aliud,fluxionem excitat.Quòd ſi aluum ſua ſponte non probè egerentem duxeris, & cibo potuique ademeris,atque adeo gargarizatu mediocri, qui modicè calfacere, ac affluentem humorem deriuare poteſt, vſus fueris, plurimum ægro opitulaberis. Quæ autem ſint medicamenta ei rei accommodata, orationis progreſſu diſces. Sin autem calidus eſt qui defluit humor, tum quoque ventrem abluere præſtat, poſthæc venam ſecare,& tenuem victum, potiſſimum ſi febricula quæpiam adfuerit,imperare. Dabimus & influẽtem humorem reprimentia,atque laborantes partes lenientia,gargarizanda:ita nanque humore partim repreſſo, partim deriuato aut diſſipato, æger melius ſuſtinebit. Quòd ſi quis collectus fuerit abſceſſus, eum ſi ſua ſponte non ſoluitur,incidere conabimur, in hoc vnum accuratè animum aduertentes ne ſcalpellum ſupra modum adigatur,aut vena maxima ſecetur.Aperto abſceſſu omnis moleſtia leuatur: nam interdum abſceſſus per ſe quoq; leuiter ægrum offendens,maximam præbet periculi occaſionem,vtpote qui cibi potioniſque,ac nonnunquam ſpiritus ingreſſum præcludat,& aut fame,aut ſiti,vel laquei inſtar hominem interimit. Angina, (quam κυνάγχην & συνάγχην Græci nũncupant), & qui in faucibus gutturéque oboriuntur affectus, acutiſſimi ſimul & difficillimi habentur. Quare extremè tenui victu vtendum,ventérque eluendus eſt:deinde humerariæ venæ ſecandæ, ac ſi res ita poſtulat, iteratò ſanguinẽ detrahere, & poſtea venas ſub lingua tundere conuenit. Gargarizatu ex diamoron, aut iis quæ ex moris rubi, (βάτινα Græcis dicuntur,) cum cremore furfurum fiunt, vtẽdum.Si malum inualeſcit, colliq́ue vertebræ ab inflammationis magnitudine quaſi conuelluntur, cucurbitula vertebræ, quæ ex aduerſo laboranti opponitur, eſt iniicienda, locúſque ſcalpello concidendus, vt ſatis ſanguinis eat:ita nanque retracto qui influebat humore,æger melius ſe habet.Atque hæc conueniunt priuſquam inflammationis magnitudo ad ſummum peruenerit. nam vbi tumor præter naturam, ceu operculum integit, & laquei inſtar ſpiritus, cibique itineri iniicitur, diem æger obit extremum. Quòd ſi inde migrans fluxio ad pulmonem tendit,Græcis περιπνευμονία, (& nobis pulmonia dicitur,) affectus,& ineuitabilis ita quoq; mors impendet: quòd iam antea vires langueãt, & tempore pulmonia egeat quo fluxionem coquat, eámque explodat, nec poſſint adeo defatigatæ vires ſubſequi. Quin etiamſi angina nõ præceſſerit,pulmonia primùm oborta, quòd deterrimus acutiſſimúſque ſit affectus, haud facilè curatur. Verùm pulmonis inflammatio, cæteráque quæ tum pulmonem tum thoracem infeſtant vitia,& qua ratione iis ſuccurratur, iam antea fuere explicata. Sed quia à capite exorſi eius affectus recenſuimus,age eos qui toti corpori incidunt exponamus. Ac primùm maximum & infeſtiſſimum malum proponamus,deinde ea quæ malitia proxima ſunt explicemus.

DE AFFECTIBVS QVI VNIVERSVM CORPUS TORQUENT, CAP. XV.

PRoinde elephantia,qui quaſi totius corporis cancer eſt, maximam & variam curam poſtulat: nam ſi ob vniuerſi ſanguinis corruptelam enata eſt, plurimo ſtudio diligentiáque opus habet, vt is qui corruptus eſt, expurgetur,& qui reliquus eſt,alteretur: is demum qui gignitur,omni conatu melior parandus eſt.Si verò elephas,quòd flaua bilis in melancholicũ humorem conuerſa ſit,committitur, maiorẽ eo adhuc ſollicitudinem deſiderat, quo is qui ab hac cauſa generatur eſt deterior. Quum itaque ſanguis melancholicam, craſſam ac terream induit naturam, principio ſemel atque iterum detrahi debet, dehinc ad purgationem per elleborum eſt accedendum. Ac primo loco venæ pedis tundendæ ſunt,poſt eas recreatis viribus è cubito ſanguis mittendus,dehinc venæ ſub lingua, & narium, & frontis incidendæ. nanque ex omnibus partibus ſanguinis quod

ſufficit demendum eſt, quò ſingulæ exonerentur ac leuentur. Verùm roboris vitalis curã ſemper habere decet, ne viribus deficientibus in diſcrimine, tum æger tum medicus ambiguus hæreat. Quare cibis boni ſucci & mediocriter nutrientibus vti, atque à ſuillis, bubuliſque, & leporinis ac ceruinis abſtinere oportet. Vitandi & piſces, & aues quæ in paludibus degunt, & cetacea, ac legumina, &(vt vno verbo complectar) omnia quæ prauum craſſúmque ſuccum generãt. Exhibere autem expedit pullos gallinaceos, & phaſianos, ſi licet, & columbinos pullos, & piſces ſaxatiles, ac aſparagos, & quæ ex amylo, amygdalarúmque cremore concinnãtur fercula, atque(vt vnico verbo abſoluam) quæ leuia ſunt, & boni ſucci. Venus interdicenda, quòd in coitu id quod pinguiuſculum eſt euacuetur, & quòd deterius eſt relinquatur, atque eam ob rem magis noceat. Balnea eouſque laudantur vt inhærentes cuti ſordes expurgent, & aliquid corrupti humoris digerant, ac ea quæ indurata ſunt humectent: attamen ea quoque ſint ex aqua potabili, quæ nullam manifeſtam qualitatem ſapiat: niſi membra ob vlceroſam humiditatẽ admodũ ſordeant, vt idcircò ſalſuginem requirant, qua vlcera irrigata ſicceſcant. Exercitatio intrà obambulationem conſiſtat. nam iis quibus diſcutere non licet, humores mouere, ac permiſcere non expedit. Catharticis quæ conducere arbitraberis, vtendum: & ſiqua naturalis conſuetáque excretio ſuppreſſa eſt, ea vt inde natura exoneretur ac confirmetur, eſt prouocanda. Quòd ſiquis acrior humor emarceſcens & contabeſcẽs melancholicum genuit, eodem in alimento victu vti conuenit, iiſque potius quæ probiorem ſuccum creant. Non ita ſanguini demendum eſt, ſed purgantibus medicamentis certandum, cuiuſmodi eſt ſacra Galeni, cui ea purgantium quantitas fuerit admixta, quæ præpollenti humori proportione aduerſatur. Vinũ omnibus exhibeatur aqueum & tenue. Parandæ quoque ſunt potiones quæ humores contemperare cenſentur. harum materia in libris de ſimplicium medicamentorum facultate perſcribitur. Vlcera verò ſordida, iis quæ cicatricem obducunt & exſiccant aut detergent, curabis, prout ex vſu laborantis partis eſſe iudicabis, de quibus quando de vlceribus pertractabimus, poſtea agemus. Porro quia de elephantia ſatis multa verba fecimus, iis quidem qui ex paucis multa metiri queunt, deinceps de lepra, ſcabie, & impetigine, atq; id genus aliis, quod neceſſarium eſt tradamus. Proinde inter totius corporis vitia deterrimum eſt ceu diximus, elephas, & ſecundum locum lepra obtinet, deinde ſcabies, cui impetigo ſuccedit. Omnia ex melancholico ſucco, & reliqua cacochymia enaſcuntur. Quare in omnibus eiuſmodi cibis boni ſucci corpus nutrire expedit: deinde ſanguinem quoque educere, niſi aliud obſtat: poſthæc exuberãtem humorem, vbi antea eum extenuaris & concoxeris, ac exhibitis potionibus meatus obſtructione liberaueris, medicamentis purgantibus expellere, ac demum ad præſidia quæ loco affecto accommodantur, accedere: ac inunctionibus exſiccantibus, & diſcutientibus ſummæ cuti inhærentes humores digerere ac euacuare. Balnea proſunt, ea maximè quæ ſua ſponte prorumpunt, & nitrum ac ſulphur, & eiuſmodi aliam qualitatem recipiunt, quæ abundè exſiccare & diſſipare creduntur: ſed & iis quæ noſtra opera conduntur & calent, quibúſque aſſiduè vtimur, æger abluatur: poſt quæ ſi conueniens aliquod medicamentum inunxeris, magis auxiliaberis: quippe ii qui medicamentoſa qualitate opus non habent, hinc nihil noxæ ſentiunt: ii verò qui illa indigent, à medicamento opem inueniunt. Iam ſenibus ſi pruritus accidãt, eadem curationis ratione medeberis, quos alioqui ægrè elui poſſe non ignoramus, quòd cutis eorum non admodum rara ſit, ſed ſenio rugoſa, ſtrigoſáq; ac dura euaſerit, nec validioribus medicamẽtis, quibus opus eſt, (leuiora enim non facilè prodeſſe poſſunt) vires tuſſicere valeant. Vitiligo alba (quæ λεύκη dicitur,) & è pituita lenta ac glutinoſa in ſumma cute impacta oritur, iis quæ pituitam euellũt, curatur. Atque vbi corpus, vt decet, eſt purgatum, ad præſidia localia veniendum: verùm quia eiuſmodi ſua natura ſunt actiora, aliquid eorum quæ mitigare poſſunt admiſceri oportet, ne alia pro aliis curare cogamur. Ἀλφοὶ, qui minus ſuapte natura praui ſunt, temporis progreſſu ſi non ſuccurritur, æquè ac vitiligo alba, ægrè inſtaurantur. Quare hos ex colore humorem diſtinguentes, antea idoneo medicamento purgare conuenit: dehinc foris quoque inunctiones quas poſtulant dare. Cæterùm ſcire licet, non omnes, etiamſi eiuſmodi vitia efflореſcant, iam dicta medicamenta requirere. Veriſimile nanque eſt nonnullorum corpora eiuſmodi humore non redũdare: ſed qui mediocris antea genitus fuit, ad cutis ſuperficiem proruere, atque ceu corpus eo ſcateat, fucum facere: atqui iis promptè externæ inunctiones opitulantur, ac nonnunquam à vi facultatis naturalis euicti cedunt. Quin & alii purgatoria medicamenta quibúſdam de cauſis nõ ferunt. Quo fit vt vbi nihil eſt impedimento, humórque turgere videtur, ea purgantia ſint accerſenda: at ſi aliquid obſtat quod iſthæc arceat, ſolo tenui victu acquieſcemus: & exterius medicamenta, prout cutis tactui cedit, & tenella eſt, accommodata vnicuique miſcebimus. Quandoquidem pueri, & muliercùlæ, & quicunque vmbratilem vitam tranſigit, moderatiora poſtulant, quòd valida cutem promptè exulcerent: verùm foſſores, & qui exercitiis ſunt aſſueti, vix vel à valentioribus opem ſentiunt. Porro στίγματα, vbi prius nitro fuere perfricta, diſcutientibus & tenuium partium medicamentis eiiciuntur. Dicemus autem in ſequentibus quæ cuique conueniant. Pituitæ eruptiones, (quæ ἐξανθήματα appellantur,) ac ex craſſis difficilibúſque diſſipatu, & in cute impactis humoribus enaſcuntur, ſi quidem totum corpus iis ſcatere exiſtimaueris, id antea erit expurgãdum, deinde per cutem humores diſſipãdi. Si verò noxius humor in ſola cute infixus hærere videbitur, is per fomenta & calefactoria erit diſcutiendus, præcipuè quum exanthemata erunt craſſa. Siquidem eiuſmodi à frigidis, ſatiſque craſſis humoribus gignuntur. Quemadmodum quæ anguſta ſunt, & ſublimia propendent, feruentem humorem arguunt. Cæterùm ἐπινυκτίδες, & puſtulæ bullis ſimiles, & ambuſta, (quæ κατακαύματα vocant,) ac φλυζέματα, (quod eſt feruentes puſtulæ,) ſimiles fere inter ſe ſunt affectus, quos externæ internæve cauſæ procreant, quare conſimilem quoque victus rationem exigunt: quorũ ſigillatim medicamenta poſtea trademus. Verùm eo totus victus ſit frigidior oportet, quo ipſi calidius irritãtes vniuerſum efficiunt corpus: cæteroqui haud parui eſt negotii victum euariare. Formica, & quam penſilem vocãt verrucam, quæ duriores ſunt, magiſque terreſtres, quippe quas humor terreus & lẽtus generat, validiora quoque requirunt medicamina: quare nõnulli elateriũ cum ſale illis applicant, alii groſſos cum aceto, quidam eiuſcemodi alia, veluti pòſt docebimus.

DE TVMORIBVS PRAETER NATVRAM, CAP. XVI.

Inflammatio (quod omnibus corporis partibus eſt cõmune vitium) ſemper expurgantia deſiderat. Ea ab efferueſcentis ſanguinis copia, quæ ea parte magis exũberat, vbi inflãmatio oboritur, prouenit. Quẽadmodũ & ignis ſacer propter bilem quæ in partem quampiam magis decumbit, committitur. Vtrunque malũ, victum exigit frigidum & tenuem, maximè ſi fuerint alicuius momenti, & aut in præcipuis, vel propè præſtantes partes conſtiterint. Sanguini ſatis demendum, atque id bis terve ſi res poſtulat, faciendum, & in inflammatione potius quàm igne ſacro: attamen ne in hoc quidem negligenda eſt ſanguinis miſſio. Poſthæc quæ repellendi vim obtinent, præcipuè ſi artus inflammatione tentantur, ſunt imponenda. Nã ſi aut hæc, aut ignis ſacer iuxta principatum obtinentes partes conſederint, non debet eſſe nimius repellentium vſus, ne fluxio retro remeans, atque intrò detruſa, aliquam ex præſtantioribus oneret lædátque, ac periculum proximum creet: nam etſi ea aliquando requirantur, tamen tantiſper tantum eſt indulgendum, dum quæ feruent ſolummodo leniantur, alioqui vitãda ſunt. Vbi iam inflammatio, ignìſque

ſacer extincta ſunt, refrigerantibus reprimentibúſque quiddam quod diſcutiat, admiſcere oportet, hæcque magis progrediēte tempore augere, & illa imminuere, vt antea collectum humorem abundè diſſipare queāt. Scire tamen licet, niſi inflammationes enatæ ſcitè curentur, eas in gangrænam ac ſiderationem commigrare, quæ maiorem quoque curam poſtulant, quòd pars promptè emoriatur, & æger periculum adeat. Quare vbi inflammatio in gangrænam abiit, pars in ambitu emortua ſcalpello concidēda eſt, vt ſatis ſanguinis eat, ipſúmque quod iam mortuum eſt excindēdum: deinde medicamenta, quæ quominus ſerpat inhibeāt, iniicienda: ita enim euacuato eo qui corruptus erat ſanguine, detractáq; carne emortua, æger melius ſe habebit. Porrò herpeti exterius quoq; opitulari licet: verùm ſi immoderata materia, puta bilis copioſior eū genuit, medicamentis catharticis eſt expurganda: aliter enim herpes externis epithematis non obtemperat. Poſtquam is qui abundabat humor medicamento purgante eſt eiectus, nonnunquam citra aliorum quæ extrinſecus adhibentur, opem, laborantes partes curantur, quòd natura mediocres affectus promptè explodat. Cæterùm bubō, tuberculum, panus, & furunculus, tumores quum ſint qui abſceſſum ſapiant, emollientibus, concoquentibus, & diſcutientibus profligantur. Siqua ſubeſt plenitudo, à venæ ſectione ſatius eſt ordiri, & vinum modicè bibere. Inter feruentes affectus carbunculus quoque recenſetur, vt nomen etiam indicat, & ab aſſidua ſanguinis miſſione auxiliū inuenit: nam ſiquod aliud vitium, hoc ſanguinis detractione indiget. Poſthæc ſupra locum topica præſidia imponenda, & modicè nutriendū, atque vinum & quicquid craſſum ſuccum generat aliquandiu circuncidendum. Vbi iam cruſta decidit, vires reficere oportet: tradentur autem & medicamenta quæ ad carbunculos dantur. Deterrimum vitiū cancer, neque purgantibus, neque foris impoſitis medicamentis facilè cedit: quippe valida quæ ſunt quum applicantur, irritant: mollia verò & lāguida reſpuit. Quare ne aggredienda quidem eſt eius curatio. Attamen æquum eſt vt eiuſmodi quoque vitiis aliquid imponatur, & ab imbecillioribus paulatim ad validiora progredi, vſquedum viribus æquipollentia medicamenta reperimus, decet. Cæterùm in primis melancholicus humor purgantibus extrudendus eſt. Cui ſiquis acris humor fuerit complicatus, nec is quidem deſpici debet, ſed purgatoriis aliquid quod hunc quoque euellat, admiſcendum eſt. Sanguis item, ſi vſus poſtulat, detrahendus, victúſque vniuerſus ad probum ſuccum ſpectet: id nanque ſi feceris, aliquid fortè ægro ſubſidii adferre exiſtimaberis. Quin potius illi opitulari videberis, ſi priuſquam cancer loco conſiſtit, curationē tentes: nam interea dū humor oberrat, nec adhuc obfirmatus hæret, facilè eſt eum purgantibus educere. Cæterùm vt ignis ſacer à bile, & inflammatio à ſanguine conflatur; ita tumor laxus (quod οἴδημα vocant;) ab humore pituitoſo progignitur. Eſt quidem is in aqua inter cutem & malo habitu ſymptoma, iiſque ſublatis, & ipſe profligatur: accidit nihilominus quibuſdā etiam in artubus, aut facie, aut modicè calefacientibus diſcutiētibúſque coercetur. Animum hîc etiam ad victum aduertere oportet, vt calidior ſit, vitandúſque eſt omnis copioſior, & aquæ potus, necnon olera omnia. Quòd ſi ſpiritus craſſus cutem intēdit, oboritur inflatio, quæ fomentis ſiccis ac difflantibus aboleri ſolet. Incipientem affectum, flatum diſcutientibus, & medicamentis quæ poſtea proponemus, eruere oportet: nempe iis quæ cutem rarefacere, & craſſum caliginoſúmque ſpiritum extenuare valent. Ad artuum verò luxationes ac contuſiones valet ſuccida lana, aut ſpongia aceto cui oleum admiſtum ſit imbuta & impoſita. Quum caro colliſa eſt, & ſanguis per ſubſultionē profluit, & percolat, diſcutientibus vtemur. Porro effuſiones, (quas ἐκχυμώματα appellant) initio ſcalpello incidentes, ita poſtea reliquam curationem moliemur. Ad inueteratas autem radicula cataplaſmatis in morem agglutinata accommodatur: ſed vbi rodere cœperit offerenda eſt. Succus quoque eius

A cum mica panis imponitur: quæ omnia in inſequētem librum reponimus. Scire licet ruptiones omnino cum effuſionibus oboriri, atque à moderatè calidis medicamentis inſtaurari: at ſi altius corpus peruaderint, acriora, magiſque incidentia exhibemus. Nec inutilis eſt hîc cucurbitulæ vſus: nā ſi è veſtigiò tota effugio euocatur, caro dehiſcens promptè coaleſcit: ſin verò vetuſta euaſerit, & ſordes ſuccreuerit, ruptio in poſterum conglutinari coiréque non poſſe videtur: nam labia tantùm ſibi inuicem admouentur, ita vt quæuis occaſio facilè ea B dirimat, quòd ſpatium medium ſanie repleatur: & continua quodāmodo effuſio & ecchymoma gignatur, ſimilis illi quæ initio ex ſanguine conſtabat. Ariſtolochia igitur rotunda ruptionibus & conuulſionibus eſt accommodata, quomodo & maioris centaurii radix, eiúſque ſuccus, rheum, coſtus, & bdellium cum oxymelite potum. Scirrhus exquiſitus qui ſenſu iam caret, & medicamenta renuit, incurabilis eſt, ſed nec alter qui mediocrem habet ſenſum, facilis curatu eſt. Curantur itaque diſcutientibus ſimul & emollientibus, qua- C les ſunt medullæ & adipes maximè animalium agreſtium, adhæc ammoniacum, bdellium, & ſtyrax: atque hæc in totius corporis ſcirrhis applicantur. Verùm ſi tendines aut ligamenta afficiuntur, ignitus pyrites aut molaris lapis eſt acerrimo aceto reſtringendus, & vapor inde exhalans laborante loco excipiendus eſt: ac poſt id emolliens iterum eſt adhibendum, idque alternis vicibus agendum, donec ſcirrhus planè euanuerit. Strumæ eidem cui ſcirrhus ſubiiciuntur curationi, priuatim tamen lupinorum amarorum farinam in oxyme- D lite decoctam cataplaſmatis modo induces; aut bubulum fimum aceto incoctum: hoc humores etiam omnes induratos diſcutit: dicemus autem de his quoque infrà.

In ſteatomatis & atheromatis, ac mellifauis conſilium eſt id quod continetur diſcutere, aut medicamentis exedere, vel excindere. Mellifauio, (ita iam μελικηρίδας interpretamur,) triplici hoc conſilio ac ſcopo ſubuenimus, quippe quod tenuiorem humorem obtinet. At atheromati duplici ratione opitulamur: nam & ſectione auferre, & medicamēto exeſſe licet: ſed ſteatoma quod E neque exedi neque difflari poteſt, ſola manus opera curatur. Porrò ad fauum tenella fici folia, aut cucumeris ſatiui radix, vtraque cum melle impoſita valent, atque in ſumma, cuncta quæ detergere, ſuperuacaneúmque humorem exhaurire ſolent, prodeſſe cenſentur. Cæterùm articulorum contractiones, (quas ἀγκύλας, & ἀγκυλώσεις nominant Græci,) ob humorem impactum, aut nerui affectum quempiam in artubus oboriuntur: & laxante, mollientique vi præditis curari poſtulant, quorum materiam in ſequentibus trademus. Thymos, qui ita F per tranſlationem à thymorum corymbis appellantur; quique σῦκα & συκάμινα etiam Græcis (& Latinis fici nominantur) calx, auripigmentum, veratrum, vitrum, piper, æquis portionibus læuigata, & tithymali liquore ſubacta, atque aſſiduè impoſita, delere eſt perſuaſum: atque (vt vno verbo dicā) omnia quæ exedendi detrahendique vim obtinent, ſunt idonea. Qui nuncupantur dracunculi (& δρακόντια Græcis) in regionibus ſupra Ægyptum potiſſimum proueniunt, ſunt animalia, quæ in muſculoſis partibus, puta brachiis, femoribus, & ſu- G ris. Atque in puerulis in lateribus etiam ceu lumbrici gignuntur & mouentur: vbi inueterauerint, locus liueſcit, & ſuppuratur. Hi ei rationi curandi, quæ putreſcentibus & tineas obtinentibus partibus competit, ſubiiciuntur. Atque hæc ac eiuſcemodi varia ſunt vitia, quibus ſingulæ corporis partes infeſtantur: ſatíſque iis quidem qui breues eſſe laborant, de ſingulis eſt pertractatum. Verùm quia omnibus partibus commune eſt vlcus quod variam induit figuram (nam aut cauū eſt, aut læue, aut nimis quàm excreſcit, aut carnem depa- H ſcit, vel alia quadam forma conſpicitur) vbi poſtremo loco eius quoque medēdi rationem expoſuerimus, extremam huic noſtræ de curandi methodo commentationi manum imponemus. Proinde quia ſimplex vlcus eſt partis cuiuſpiam diuiſio, ſi quis quæ diſſident, vinculo in ambitu iniecto, contraxerit, quæ diducta ſunt citra

aliam operam coibunt: potiſſimum ſi ſatis ſanguinis fu A
derit,ægréque excrementis vacet, neque prauis ſuccis
abundet.Præterea agglutinant vlcera, quercus,& ſali-
cis,& braſſicæ folia cataplaſmatis modo inducta: plan-
tago item & papyrus, quæ in poſca aut vino maduerit,
circunquaque impoſita. Recentia verò committunt
pinus piceæque folia, & equiſetum, etiamſi nerui
fuerint diſſecti. Ea quando initio inflammata ſunt,
nec ſuppurarunt,concoquũt, & ad ſuppurationem per-
ducunt, ſimplicia, aquæ puræ fotus, farina tritici, an-
thalica, vel panis, aut gluten quo ad libros vtimur, B
cum terebinthina cataplaſmatis more illita, cera item,
crocus,thus,pix,adeps ſuillus, butyrum, reſina, galba-
num,myrrha maſtiche: compoſita verò quæ ex iis mi-
ſcentur,& quæ poſtea trademus. Cauum vlcus, vt defi
ciens caro ſuppleatur, exigit: materiam ei præſtat ſan-
guis commoderatus ac probus. Verùm quia eius excre-
menti quod euacuatur, tenuior pars vlcus humidius
efficit,craſſior verò adhæret, & ſordes fit, idcirco me-
dicamenta quæ modicè ſiccant & detergent opus ha-
bet: eiuſcemodi ſunt, farina hordeacea, iris, ariſtolo- C
chia, thus, cadmia. Quòd ſi dum hæc moliris, ſordes
apparet, & vlcus humidius redditur, ſcire licet medi-
camentum minus quàm res poſtulat, exſiccare: quare
mellis admixtione erit intendendum: ſin purum ari-
dúmque reperitur, pluſquam par eſt exſiccat, & oleo
addito remitti debet, ac ceratum adhiberi. Accidit
quoque vt quum medicamentum potentius eſt, ali-
quid carnis liquetur, ac ſordidum humidúmque ita vl-
cus conſpiciatur:ſed id dum colliqueſcit, cauum magis
redditur, labia tument, & rubet, ac inflammationem D
quampiam præ ſe fert,ægérque mordetur. Quare quæ-
dam quæ mitigandi vim poſſident erunt commiſcen-
da,quò partes quæ inflammatione tentantur, lenian-
tur.Sordida autem vlcera,ſiue caua fuerint, ſiue plana,
ſcitè repurgant ariſtolochia cum melle, terebinthus
cum roſacei melliſque æquis portionibus (aut roſaceo
butyrum ſubſtituatur),iris,oliuæ colymbades, catapla-
ſmatis modo impoſitæ.Iis quæ nimis quàm ſordent, &
paſcendo ſerpunt marrubium cum melle conuenit. Et
quæ ſuperexcreſcunt, per validè exſiccantia caro de- E
trahitur, qualis eſt ſquama æris & oſtrea omnia vſta, &
ſory,& flos æris,ſaléſque cremati. Ad nomas verò & pu
trilagines valet vini, & aceti, & aquæ marinæ, necnon
decocti malicorii, ſylueſtris punici florum, baccarum
myrti,lenticulæque fotus. Cataplaſmata quoque ex fa-
rina erui, & alumine, in eundem vſum conformantur.
idem præſtant aſbeſtos lapis, chalcitis, cucurbitæ ſiccæ
crematæ cinis,& anethi vſti,aut peucedani radix arida.
Ea quæ cicatricem obduci deſiderant exſiccantes, car-
némque adſtringentes curamus: ad eum vſum idonea F
ſunt galla,malicoria, myrti folia, myrrha, argenti ſpu-
ma,& oſtrea cremata. Quando cutis quæ vlceribus ad-
iacet, longiori temporis ſpatio cum ſubiecto corpore
non coaleſcit,ſinum,(& Græci κόλπον)eiuſmodi affectum
nominant. Secandus igitur eſt,vt infrà effluat, niſi vl-
cus decliue deorſum vergit:dehinc ea adhibenda, quæ
glutinandi facultatem habent. Dignoſces autem an ſi-
nus altior pars coaluerit, ſi ſanies pauca & concocta,
aut omnino nulla emanat: præterea ſi eodem in ſinu
neque dolor quiſpiam,neque tumor ſentitur,ſed locus G
ſubſedit, ac aridus eſt, doloriſque expers. Quòd ſi pus
quoque probè concoctum exiguum in vlceris oſculo
conſpexeris, bene ſperato. Fiſtula ſinus eſt calloſus, ex
abſceſſibus plerunque oriens, ſumpta per tranſlatio-
nem appellatione à paſſim ita vocatis fiſtulis. Quare ſi
ad os vſque peruenit, fieri nequit vt ſine manus opera
curetur,niſi temporis ſpatio ſquama ſua ſponte aut os
abſceſſerit. At ſi eò non pertingit, medicamentis cal-
lum demollientibus & agglutinantibus curabitur. Ve-
ratrum igitur nigrum impoſitum, duorum triúmve
dierum ſpatio callum elidit,& amurca cocta offuſáque,
& ſory crudum aut vſtum cum pauxillo vino bene dilu-
to, aut elaterium terebinthina exceptum in collyrium
efforma ac impone. Feſtucas verò & paxillos educunt,
vtraque anagallis, ariſtolochia rotunda, ammoniacum
cum melle, & arundinis radix, ipſa quoque cum melle.
Porro quia nerui vulnerati, ob nimium ſenſum inflam
mationem dolorémque excitant, & febres conuulſio-
néſque accedunt, atque interdum deliria quoque ob
eam quam cum cerebro obtinent continuitatem,obo-
riuntur,huiuſcemodi curandi rationem requirunt: ca-
uendum eſt ne cutis coeat, vt per eam ſanies proma-
net: ac medicamentis reſerantibus & aperientibus vti
decet,quale eſt quod ex euphorbio conficitur, nulli ſe-
cundum, quódque ad canis rabidi morſum impoſitum
valet:quoniam eiuſmodi morſus patere debent,quò id
quod à veneno vitiatum eſt effluat.Nam ſi præpropere
affectus cicatricem contrahit, virus interceptum ad
præſtantes vſque partes procurrit, atque in furorem,
ac malum quod ab aquæ formidine ὑδροφοβικὸν appel-
lant, hominem coniicit. Verùm de eo ac reliquis ve-
nenatis, in ſequentibus, vbi & quæ medicamenta po-
ſtulant,trademus. Quod verò nunc propoſitum eſt me-
dicamentum, accipit aceti ſextarium, picis liquidæ li-
bram,opopanacis vncias tres:hoc impoſitum ictus cō-
niuere non permittit. Verùm quorſum pertinet medi-
camētorum compoſitiones ita diſcerpere, quum liceat
eas in vnum volumen concludere, atque inde ex vſu
quem fronte inſcriptum præ ſe gerunt, quæ vnicuique
affectui conueniant, colligere, ac citra dubitationem
intrepidè adhibere,quum iam quatuor ſuperioribus li-
bris ſatis explicatum ſit, quibus notis diſcerni, & qua
quiſque ratione curari debet. Quare in iis vnuſquiſque
ſe exerceat,ingeniúmque acuat:ſiquidem cognita me-
thodo, integrum erit ei quidem qui ſedulò mentem
adhibuerit,intelligere quodnam medicamentum ex iis
quæ explicabuntur, priuatim congruat, eidémque aut
addere,aut detrahere, prout methodus hortabitur. Nā
qui ſcopum ſibi propoſitum percepit,is quoque an hoc
medicamentum huic morbo huius hominis competit,
nouerit, atque an intendendum ſit vel ſecundum to-
tam ſuam qualitatem, vel ſecundum aliquam eius ſpe-
ciem, non ignorabit: ſiquidem non omnibus eodem
modo, eadem medicamenta, iiſdem morbis exhibere
decet, quòd temperamentum, conſuetudo, ætas, anni
tempus, & vniuſcuiuſque ſenſus, ea haud parum inter
ſe diſcrepare faciant. Cæterùm hæc antea quoque mo-
nuimus:atque ex iis quæ tum explicata fuêre,tum dein-
ceps tradentur, vnuſquiſque quod res exigit ratiocina-
tione conſequi poterit. Quare quum hic liber ſuam ſit
nactus molem, æquum eſt vt ei iam finem imponamus.

ACTVARII DE METHODO MEDENDI LIBER V.

DE MEDICAMENTORVM COMPOSITORVM formis, CAP. I.

ABSOLVTIS quatuor libris, eum iam
tibi anneƈtimus qui toti⁹ operis quin-
tus eſt, & medicamentorum compoſi-
tionem compleƈtitur: in quo tamen
quo paƈto ea decoqui, terive, aut alia
ratione parari debent, haudquaquam
explicabitur, quippe quum id breuem admodum ora-
tionem efflagitet: (licet vbi res ita poſtulabit, neque id
genus à nobis negligetur) ſed quẽadmodum in ſingu-
lis ægritudinibus componenda commiſcendáque ſunt,
atque ex quibus quótve ſimplicibus conſtrui oportet,
trademus: quinetiam ſiqua ex iis ad plures vſus accom
modantur, quibus potiſſimum affeƈtibus opitulentur,
proponemus: hoc enim modo vel ex ipſis, quas fronte
gerent, pollicitationibus, vulgus quoque ea reƈtè appli
care poterit. At qui dignoſcere, atque ex medendi ra-
tione iudicare ea valebit, hic non modò tutò ipſis vte-
tur, verùm eorum quoque exemplo alia comminiſci ac
condere poterit, ceu in duobus tribúſve medicamẽtis,
perinde ac formula quapiam, viam ac rationem poſtea
oſtendemus. Itaque quædam compoſitorum medica-
mentorum, de veterum commentariis decerpra, alia à
nobis iuxta medicorum artem edita, huic libello inſe-
rentur: quæ tamen ſingula nonniſi vbi experientia fue-
rint comprobata, erunt huic rei ſuum ſtudium impen-
dentibus, deligenda. Verùm quia ab vniuerſalioribus
vitiis ad particulariora & mediocriora noſtra proceſ-
ſit traƈtatio, age in compoſitis medicamentis eadem
ratione ac via inſiſtamus. Cæterùm ignorare minimè
decet quòd ex iis quæ ingeruntur, alia trita ſolùm, ac in
læuorem redaƈta exhibemus: alia liquore quopiam ido
neo ſubigimus, & vel plana fingentes in circuli figuram
efformamus, quæ τροχίσκους (Græci, nos paſtillos) nuncu-
pamus: vel in exiguos globulos cogimus, & à deglutien
do καταπότια (illi, nos fere pilulas appellamus): aut aqua
decoquentes ad tertias, & collantes, eum tantùm li-
quorem iam medicamentoſum vſurpamus: aut cum al-
tero quopiam, puta vino, melle, ſapa, vel eiuſmodi alio
coniunƈta propinamus: aut quod proportione iis re-
ſpondet, (σάκχαρ nuncupatum,) vel mel, prout expedire
arbitramur, denuo cum medicamento, quouſque con-
creuerit ac cõſtiterit, coquimus: & σιεράπιον, vel ζουλάπιον,
(nos verò hodie fere ſyrupum vel iulepum barbara vo-
ce nominamus.) Quin & alia cõficimus quæ in pila te-
rimus, & melle ſubigimus, (quæ ἀντιδότους, nóſque antido
ta vocamus,) perinde ac fruƈtus temporarios quoſdam
coquimus, vel crudos etiam læuigatos, atque melle do
nec planè coierint excoƈtos, in bellariorũ, (quæ τραγήματα
Græci dicunt,) formam redigimus. Eorum verò quæ ex-
terius admouentur, quædam ſunt vnguenta, ſúntque
quæ illita tantùm opem ferre feruntur: alia ſunt empla
ſtra, quæ linteis expanſa, vel tenuibus pellibus induƈta,
imponuntur: alia appellantur ἐπιθέματα, quæ nequaquã
proprio lentore, ſed externis faſciis conſtriƈta adhærẽt:
alia ſunt velut trituræ, quæ pulueres (& ξηρία Græcis) di-
cuntur. Sunt & quæ ceu collyria efformamus, eáque li-
quore quopiã diluimus, atque ad cotem terimus, pro-
fluentique humore vtimur, quemadmodum in ocula-
riis medicamentis facere conſueuimus. Atque hæc, &
id genus alia ſenſibus deprehenduntur. Porro tibi, vt
qui hæc nouiſti componere, & formas, figurámque va-
riare & contemperare, ac intendere remittereque me-
dicamenta, pro ægrotantium affeƈtione, licebit.

DE POTIONIBVS FEBRICITANTIVM, EOrúmque affeƈtuum qui febres comitantur, CAP. II.

SImpliciſſimum igitur inter potiones febrientium eſt
medicamentum, (inde enim eſt exordiẽdum,) quod
ex ſacchare & aqua coquentes paramus: ſecundum ve-
rò locum tenet, quod ex violarum ſucco & ſacchare
A quoque conficimus: hoc thoracis vitiis ob ſuum lento-
rem opitulatur, atque alioqui bilis acrimoniam obtun-
dit. At quod ex nymphææ floribus & ſacchare miſce-
tur, vehementioribus febribus magis accommodatur,
quin & dolores quos bilis creat, capitíſq; feruores re-
tundit: quemadmodum quod ſolo conſtat aceto, capi-
tis ex calore natam moleſtiam lenit, flauámque bilem
demolitur, capit aceti libram, & ſaccharis libras duas.
Eſt & aliud oxoſacchar è radicibus valens aduerſus adu
ſtos humores, quod ventriculum repurgat, iecur robo-
B rat, & calculo laborantibus prodeſt: ratio eius compo-
nendi hæc eſt. Corticis radicum apii, fœniculi, & intubi
ſatiui, ſingulorum ſextantem terito, atque in aceti li-
bras tres cõieƈtas donec binæ libræ ſuperſint, coquito.
itaque noƈtem ac diem ſinito, deinde vbi ſubegeris, ac
ſordẽ deterſeris, binas ſaccharis libras adiicito, ac vſq;
ad mediocre craſſamentum coquito. Aliud oxoſacchar
ex cotoneis, corpus refrigerat, confirmat ventriculum,
appetentiam excitat, & cor iecúrque æſtate exhilarat.
Accepit ſucci cotoneorum libram, aceti ſelibram, ſac-
C charis libras duas, coquitur vſquedum ſpiceſſit. Aliud
ex roſis ventriculum refrigerat, ſimul & roborat, vapo-
res ad cerebrum exhalantes compeſcit, & calori iecino
ris opitulatur. Aliud è ſantalis valet aduerſus iecino-
ris calorem, & ſitim ſedat. Aliud è malis dulcibus & a-
cidis ventriculum & iecur firmat, vomitum diſcutit, &
appetentiam inuitat. Aliud ex Damaſcenis, quod ad
ventrem exonerandum confert, & bilis ſanguiniſque
feruorem demolitur. Aliud è ziziphis ad ardentem fe-
brem, purgat & ſanguinem, & tuſſi, ac ex calore deſtil-
D latiohi ſuccurit. Aliud ex vuis acerbis, aduerſus flauam
bilem, & iecinoris calorem pollet: ventriculum firmat,
ſitim ſedat, vomitum compeſcit, & aluum ſolutam ſup-
primit, febri item ex ſanguinis putredine natæ auxilia-
tur. Accipit ſucci vuæ acerbæ libram, ſaccharis libras
duas. Atque de his haƈtenus. Tu porro qui reliquorum
ſimplicium medicamentorum facultatem non igno-
ras, poteris ab huiuſmodi via ac ratione adiutus, ſimpli
cia & vnius generis ac varia medicamenta compone-
re. Non enim ſolùm hæc atque eiuſmodi alia medica-
E menta in febrientium gratiam paramus, verumetiam
ex permultis ſimplicibus ſpeciebus varia cõdimus, quæ
quum componuntur, partim vnum eundémque ſpeƈtãt
ſcopũ, partim ob varia ſymptomata, variè & ipſa com-
miſcentur. Nam ſi laborantẽ tãtùm refrigerare, exem-
pli gratia, cupimus, violas, & laƈtucæ ſemina, ac nym-
phææ flores, aliáque id genus permiſcemus, quæ cum
ſacchare donec ſpiſſitudinem quampiam acquiſierint,
coquimus, ídque quum frigida propinamus. Quòd ſi
calidam putrémque materiam ad vrinas deducere vo-
F lumus, iis intubi ſatiui, vel erratici radicem, & aſpara-
gorum coliculos, & cucumerum ſemina, necnon ſolani
fruƈtum, atque alia eiuſmodi admiſcemus. Quemadmo
dum ſi ventrem molire fuerit animus, pruna, & præci-
puè Damaſcena adiicimus, atque quippiam fere nigræ
nominatæ caſiæ. Eſt autem fruƈtus eius fiſtuloſus & ob-
longus, nigrum intus humorem cõcretum geſtans, qui
haudquaquam vna continuitate coaluit, ſed ex inter-
uallo tenuibus lignoſiſque membranulis dirimitur, ha
bens ad ſpeciei propagationem grana quædam ſemi-
G nalia, ſilique illi quæ nobis innotuit, adſimilia. Hoc me-
dicamentum, ſi vel ſolum exhibetur, bilem retorridam
citra moleſtiam expurgare poteſt. Quare iis qui ob im
perfeƈtam ætatem, aut aliam quãuis occaſionem, medi-
camenta purgantia non ferunt, hoc intrepidè damus, &
ſatis placidéque purgamus. Porro tu alia quoque quæ
ventrem mediocriter emolliunt, prædiƈto medicamen
to adiicere poteris: cuiuſmodi eſt integra portulaca, a-
triplex, mercurialis, & malua: horum enim cuiuſque fer
uefaƈti cremorem, quem reddunt, aluum molire noui-
H mus. Denique ſi ſacchar decoxerimus, ac nonnulla ex
iam diƈtis commiſcuerimus, medicamẽtum quod ven-

trem emolliat refrigerétque,conficimus. At verò ſi al- A
uum quæ immoderatius fertur, ſiſtere & aliàs corpus
refrigerare tentemus,ſuprà dictis refrigerantibus,& ro
ſas,& myrti bacchas,ſi opus ſit,& rhoem culinarium,&
eius generis alia adiicimus. In quibus tamen vetuſtum
eſſe ventris fluxum, ac humorem etiamnum turgere
non neſcimus,ea quæ vrinam cient,adſtringẽtibus, re-
frigerantibúſque commiſcemus: quò nimirum proflu-
uium aliò auocatum deriuemus. Nam niſi hac via con-
fluentem fluxionem tractemus, & per adſtringentium
ſupprimentiúmque vim exitus ei præcludatur, ventris B
ſanè ac pedum tumores quoſpiam procreabit:atque his
ita medemur.Simili modo ſi febrientes frequenter bi-
lem euomunt, & iam vomitus modum excedit, paulo
antè cõmemoratis refrigerantibus vuæ acerbæ ſuccum,
& portulacæ ſemen,quæ bilioſis vomitionibus opem fe
runt,admiſcemus. Iecinori verò quod ob intemperiem
feruorémque laborat,oxyacanthæ ſuccum,baccáſve re-
frigerantibus commiſcentes,ſuccurrimus: adhæc ſanta
lo quod vocant,intubíque ſemine, ac ſucco,& quæcun
que refrigerant ſimul & mediocriter adſtringũt:hæc e- C
nim quum refrigerant, tum iecinoris vires recreant.
Quòd ſi quando ventris fluxio inteſtina vellicet, vul-
núſque infligat, ita vt inteſtinorum difficultas oboria-
tur, & ſanguinem ferri videas, cum refrigerantibus &
adſtringẽtibus ea quoque quæ ſanguinem ſiſtunt con-
iungito:qualia ſunt hypocyſtidis,plantaginis,& ſangui
nalis herbæ ſuccus,ſuccinũ item, lapis corallius, & hæ-
matites,Lemnium ſigillum,& qui draconis ſanguis ap-
pellatur,& quodcunque tandem medicamentum in in-
teſtinorum difficultatibus aſſumi non ignoras. Eadem D
in ſanguinis quoque reiectionibus auxilio eſſe putan-
tur. Cæterùm quum iam pus educitur, & tuſſis laceſſit,
adſtringẽtia demenda ſunt,& ſolis ſanguinem cohiben
tibus,& modicè refrigerantibus,ſi homo incaleſcit, vti
conuenit: hic verò emollientia, concoquentia, quæque
lentore quodam non carent,abundare debent:eiuſmo-
di ſunt violæ,cucumerum ſemina,ſeminis cotoneorum
pſilliíque ſuccus,althææ & maluæ ſemen, dulcis radicu
la,& adiantum: concoquunt enim,& pus eductu facilè
reddunt. Quòd ſi lentum glutinoſúmque fuerit,marru- E
bio & hyſſopo commixto, diſſecantes attenuantéſque
auxiliamur. Quemadmodum ſi per vrinaria vaſa ſan-
guis profluit,vnà cum adſtringentibus,ſanguinémque
inhibentibus,quædam quæ modicè vrinam cõmouent,
miſcere oportet, non quò eam cieamus, ſed vt per vri-
nam pellentia iis quæ ſanguinem ſiſtunt, viam ſterna-
mus:nam alioqui periculum foret ne ita dilacerato vul
nere humor quiſpiam eò conflueret. Verumenimuero
vbi præter inhærentem calorem obſtructione quapiam
viſcera etiam corripi ſuſpicabimur, inibi cum iis quæ F
modicè refrigerent,quædam quoque quæ humores te-
nuent, & meatus infarctu vindicent, commiſcebimus:
& ſi cum duritia & mole quapiam obſtruentes viſcera
affectus adſint, ea quæ emolliunt & concoquunt, aſſu-
mere conuenit. Erunt porro ex refrigerantium nume-
ro,violæ, intubum ſatiuum & erraticum, portulacæ ſe-
men,& conſimilia: ex attenuantium verò, & infarctus
expedientium, ac humores ad vrinam detrudentium
claſſe,ſunt radix fœniculi,apii,& anethi,horúmque ſe-
mina,adhæc aniſum & carum. Quum autem inſignis ca G
lor nõ adeſt, ſimul aſſumere oportet & petroſelini ſe-
mẽ,acorum,capparis radicem,triſſaginem, cẽtaurium,
& id genus alia:hæc enim magis concoquere, & mea-
tus reſerare cenſentur. Simulatque meatus modicè re-
cluſeris,conuenit althææ & maluæ ſemen,eupatorium,
bugloſſum,buphthalmũ, & præ cæteris chamæmelum,
item ſertula Campana,dulcis radicula, atque eiuſmodi
alia quæ cũ ſacchare paramus, pro ratione caloris qui
magis aut minus ſuccenditur. Verùm quum frigus ma
gis præualet,præſtat cum melle aut vino potiones con- H
cinnare.Atqui omnia ea hìc deuitanda ſunt quæ inſi-
gniter refrigerant.Si ſtomachus ventérque frigoris vi-
tio laborat,prodeſt piper,zingiber,& agalochum,cala-
mus item aromaticus,cinnamomum,& reliqua odora-
menta:adhæc ſemina eorum quæ flatus diſcutiũt, qua-
A lia ſunt,fœniculi,anethi, cuminum præterea, & ſeſeli,
libyſticum,carum,& eiuſmodi,multóque magis ſi ſpi-
ritu venter inflatus, diſtenditur. Porro viſceribus à
crudorum humorum copia grauatis,aut in molẽ ſubla-
tis,& iam induratis, aſſumenda ſunt quæ potẽtius in-
farctus extricant, cuiuſmodi eſt triſſago, & aiuga,cen-
taurium,& amygdalæ amaræ,acorũ & iris, enula Cam-
pana,& polium,calcifraga,ac reliqua eiuſmodi:inſuper
meum & hypericum,phu, ſtœchas & parthenium.Hæc
enim atque id genus alia obſtructis viſceribus ſatis opi
B tulari creduntur: quinetiam incipientibus aquæ inter
cutem affuſionibus,& habitui malo auxilio ſunt.

DE ANTIDOTIS ET IIS QVAE INTVS aſſumuntur, CAP. III.

CÆterùm ne vnà cum remediis in huiuſcemodi po-
tionibus copioſior humor introducatur,imbecillio
ráque videantur medicamenta, antidoti ex herbis,ſuc-
cis,lacrymis, ſeminibus, radicibúſque cõpoſitis, & ac-
curatè læuigatis,ac cum melle in vnitatem coactis, ex-
cogitatæ fuerunt:quibus magna ex parte, ex rerum ca-
C lidarum miſtione coaceruatis, nonnunquam quædam
quæ mediocriter,aut etiam validè refrigerant & ſtupe-
faciunt commiſcemus: quò nimirum quarundam par-
tium contrarias affectiones contemperemus,aut alicu-
ius membri dolenti ſenſum hebetemus: quemadmodũ
in medicamentis quæ ab inteſtino laxo cui adhibẽtur,
(κωλικὰ Græcis appellantur)facere conſueuimus. Sic &
purgantia quædam iniicientes, iis prout conuenire ar-
bitramur,purgamus, perinde atque in vocatis ſerapiis
facimus. Verùm vt plerunque ex calidis medicamentis
D ac melle antidotos concinnamus: ita interdum ex fri-
gidis medicaminibus in læuorem diligenter redactis,
ac cum refrigerante ſimplici zulapio quopiam vnitis,
refrigerantes antidotos conficimus: quo modo non-
nunquam quoque refrigerãtia (vt dictum fuit) zulapia
condimus: eodem modo diuerſos paramus paſtillos,
refrigerantes videlicet & calefacientes,aut aliud quip-
piam efficientes.Hos autem ita concinnamus:ſimplicia
medicamenta quæ ad compoſitionem idonea eſſe cen-
ſentur, in læuorem redigimus, eáque cum liquore ali-
E quo conuenienti ſubacta, in orbiculos mediocres con-
formamus,quos, quando vſus poſtulat, cum aqua, aut
vino,vel ſucco quopiam,prout magis conducere opina
mur,tritos,bibendos damus. Nec diſſimili ratione ca-
tapotia factitamus:ea in medicamentis purgatoriis,ob
ſuam quam obtinent inſuauitatem fere excogitata fue
runt,quò plurima ipſorum iniucunditas deuorantes la-
teat,& ne ventriculum, propria nonnũquam onuſtum
humiditate, aduentitiis humoribus grauemus. Poſtre-
mæ ſimpliciſſimǽque omnium quæ interius adhiben-
F tur ſunt trituræ & pulueres,quæ ſimplici ratione ita of-
feruntur. Hæc ſanè longo tempore durare nequeunt,
quòd facilè ac celeriter eorum facultas diſſipetur:qua-
re vt eam tueamur in denſis vaſculis, ne imprudẽtibus
nobis imbecilliora reddantur, ſeruare oportet. Porro
melius & diutius catapotia & paſtilli aſſeruantur,dam-
nantur autem vbi temporis longinquitate humiditas
eorum exhauſta eſt. Plus iis temporis durant,tantiſper
cocta dum exquiſitam conſiſtentiam acquiſierint, ſe-
rapia,vel zulapia(voces enim vt lubet licet,barbaris ita
G nuncupata nominibus.) Cæterùm quæ nos coquentes
herbas quaſdam adiecto mediocri melle,χυλάρια(quaſi
ſuccatiunculas nomines)appellamus, ægrè duabus die-
rum ſeptimanis conſeruari queũt, quòd eorum humor
corrumpitur,calórque emoritur.Omnium verò diutiſ-
ſimè antidota perdurant, quòd ea ſit mellis natura, vt
cuicunque permiſceatur, id diu vegetum permaneat.
Omnia tamen tempore improbantur,& facultate infe-
riora euadunt,& ſi vltrà progrediantur,reliquum quo-
que facultatis exuunt.Porro omnia in denſis ſolidiſque
H vaſculis recondita rectius propriam qualitatem tuen-
tur. Atque de his hactenus,haud enim decet amplius in
talibus ſermonẽ terere. Quare vnde digreſſi ſumus,in-
de exordio reſumpto,inſtitutum proſequamur. Itaque
quibus medicamentis in febribus ac iis affectibus qui
cum febre coniunguntur,ſit vtendum, quáque ratione

ipſa ſint tractanda, abundè nobis dictum fuit. Adiicie-
mus autem & alia, quò ex pluribus ea quæ vnicuiq; vi-
tio magis familiaria ſunt ſeligere, ac ex variis miſtio-
nibus, viám rationémque componendi comprehende-
re poſſis, ac leui negotio voti compos euadere. Quare
hinc fere exorſi, de particularibus loquemur medica-
mentis, ac quibus ipſorum quodque affectibus accom-
modetur, explicabimus: deinde purgantia quoque me-
dicamenta recenſebimus: poſtremo denique loco ea
quæ externis vitiis adhibentur, exponemus: ita nanque
de compoſitis medicamentis liber fœlicem exitum adi
piſcetur. Singula igitur quæ à nobis perſcribentur, pri-
mùm fronte inſcriptam pollicitationem gerent, poſtea
ſpecies, interdũ & rationem qua ea concinnari debent,
obtinebunt. Tu verò nonnulla ex iis ſumens, nulla facta
innouatione, alia commutans & modicè temperamen-
tum ac miſturam varians, vbi ita quibuſdam affectibus
conuenire putaueris, ob ſenſus prõptitudinem vel diffi
cultatem, temperamentum, conſuetudinem, aut aliam
quampiam ægri cauſam, prout te facilè voti compotem
fore conieceris, ita facito. Porro quod ad medicamen-
ta pertinet, quædam proponentur è Græcorum monu-
mentis deprompta, alia noſtro marte cõpoſita, & non-
nulla è vulgo audita ac probata: nullius tamen auctoris
nomen inſcribetur, ne nominis cauſa aliquo pacto ad
medicamenta propenſiores ſimus, niſi in perquam pau
cis, idque cogente ita neceſſitate: cætera ceu mortuorũ
capita in cœmeterio iacebunt. Sic igitur auſpicemur.

DE SERAPIIS ET ZVLAPIIS, CAP. IIII.

OXoſacchar concalefacta corpora potum iuuat: fe-
bribus iam vetuſtis, quos ſanguis aut bilis genuit,
necnõ iecinoris calori auxiliatur, & lienẽ infarctu vin-
dicat. Recipit corticum radicum capparis, apii, & intu-
borum, ſingulorum drachmas viginti: ſpicæ, iunci odo
rati, ſeminis apii, cuiuſque drachmas quinq;: foliorum
roſarum rubrarum, & lati ſeminis fœniculi, ſingulorum
drachmas decem. Omnia in vnum coacta in aceti acer-
rimi libris ſex macerentur, quòd ad diluendũ acorem,
libras quatuor aquæ admixtas habeat, & noctu diúque
ſimul perſtent: deinde molli igne ad dimidias coquan-
tur, tùm decoctum ſubigatur, ſordéſque euerratur, &
fiat zulapium. Et ſi venuſtiorem colorẽ deſideras, adii-
ce croci drachmam, ſin purgatorium eſſe cupis, ſcam-
monii ſextulam terito, eámque quum feruet, & depura
tum fuerit, immittito. Serapium ex abſinthio, prodeſt
(annuente Deo) iecinoris & vẽtriculi infirmitati ac in-
cendio, lienis duritiem demolitur, & arquato è calore
nato auxilio eſt, & ſpiritus laxo inteſtino inhærentes,
quos calor excitauit, diſſipat, obſtructiones reſerat, &
flatus diſcutit, humoréſque per vrinam propellit. Capit
abſinthii ſeminis drachmas viginti, caſſutæ, florum vio
larum, dulcis radiculæ, ſingulorum drachmas decem:
adianti, radicis iunci odorati, marrubii, lati ſeminis fœ-
niculi, aniſi, cuiuſque drachmas quinque: ſpicæ Indicæ,
foliorum eupatorii, corticis caſſiæ, coſti Indici, ſeminis
apii, folii Indici, nepetæ fluuiatilis, ſingulorũ duellam.
Omnia in vnitatem coacta & cõtuſa, in aquæ perquam
calidæ libris octo macerato: itaque noctem ac diem ſi-
nito, dehinc lentò igne tantiſper coquito dùm dimi-
dium ſuperſit: tum ſpurcitia deterſa, iterũ ſpecies quũ
ſex aquæ libris igni admoueto, coquitóque donec binæ
libræ relinquantur: & ſubactum repurgato, ac cùm prio
ri decocto purgato, vnà cum tribus ſaccharis libris ad
ignem reducito, ac ad conſiſtentiam coquito. Datur e-
ius vncia. Zulapium contra tuſſim, ſuſpiria, febrem, ſi-
tim, ventriculi calorem, & capitis laborem: ſaccharis
libræ quinque, aquæ libræ decem: bulliant vſquedùm
in conſiſtentiam coaluerint: ſtillatitii roſarum liquoris
libra vna, cum iis ferueat donec liquor abſumatur, &
ſacchar remaneat, atque vbi refrixit, caphuræ grana
quinque adiice. Zulapium tuſſiculare præſtantiſſimum:
dulcis radiculæ drachmæ viginti, radicis fœniculi, apii,
adianti, zuphæ, (quod hyſſopum interpretantur) ſingu-
lorum drachmas decem: ſeminis cotoneorum, & fœni-
culi, aniſique, cuiuſque drachmæ quinque: ſeminis ma-
luæ, angurii, peponis, tragacanthæ, & lupinorum, ſingu-

A lorum drachmas tres: zinziphorum, myxariorum, ſingu
lorum numero quadraginta: vuarum paſſarum nucleis
emundatarum ſextans, ficuum candidarum vncia. Hæc
vnita noctem & diem in decem aquæ libris madeant,
& ad dimidias coquito: deinde vbi deterſeris ſordes,
ſaccharis libras duas addito. Zulapium alterum aduer
ſus iecinoris calorem, & ſitim quam bilis excitauit, &
aduerſus tenebricoſam vertiginem, quòd viſcerum in-
farctus expedit, & ventriculum roborat: violarum, ſemi
nis portulacæ, ſeminis intubi, ſingulorum ſemuncia: in-
B tubi erratici, radicis intubi domeſtici, eupatorii, ſingu-
lorum vncia: ſantali rubri, roſarum, ſeminis capitum pa
paueris, ſingulorum ſextula, ſeminis cucumerum vncia,
ſaccharis libra. Aliud antè dicto frigidius, aluum e-
molliens: habet nymphææ florum ſemunciam, ſeminis
portulacæ duellã, ſeminis cucumerum, intubi erratici,
ſingulorũ ſextantẽ, oxyphœnici quadrantẽ, Damaſcena
pruna quinq; & quadraginta, zinzipha numero quadra
gintaquinq;, myxaria trigintaquinq;, aceti tenuis & cã-
didi ſextãtẽ, ſaccharis libras duas. Aliud quod bilis in
C vomitũ, aut inteſtina impetus ancipites immoderatóſ-
que coercet: roſarum ſemuncia, portulacæ ſeminis ſe-
muncia, oxyacanthæ fructuum vncia, ſpodii duella, ſuc
ci vuæ immaturæ, radicum ſylueſtris intubi, acinorum
ſolani, ſingulorum vncia, ſaccharis libra, malorum, &
punicorum ſucci, ſingulorum triens. Aliud quod im-
modicas acréſque ventris fluxiones ſiſtit, ac in difficul-
tate inteſtinorum bilis propenſionem in inteſtina, ad
vrinam deducit, & calorem exuperantem obtundit. Ha-
bet ſucci oxyacãthæ ſemunciam, baccarum myrti ſex-
D tulas quinque, roſarum vnciam, ſpodii ſemunciam, aci-
norũ maiorum ſolani, (quam veſicariam appellamus,)
ſextulas quinque, radicum apii & fœniculi, & tenerorũ
aſparagi turionum, qui cocti ſunt edendo, vnciam, ſemi
nis capitulorum papaueris ſemunciam, ſaccharis ſeſqui
libram. Aliud ad cruorem per aluum ſecedentem, &
dolores ac frequens deſidendi deſiderium, & immodi-
cos ventris fluxus: plantaginis, herbæ ſanguinalis, hypo
cyſtidis, ſingulorum vncia (quæ ſi deſunt, dimidiũ ſuc-
ci eorũ ſufficitur), ſeminis acuti rumicis, ſeminis capi-
E tum papaueris, vtriuſque ſemuncia, ſanguinis draconis
ſextulæ quinque, croci ſextula, boli Armeniaci, Lemnii
ſigilli, vtriuſque ſemuncia, rhois opſoniorum vncia, flõ
rum mali punicæ, roſarum Ægyptiarum, vtriuſque ſex-
tulas quinque, vinaceorum vncia, ſaccharis libræ duæ.

Aliud aduerſus ſtrigmenta quæ in vrinis apparent, &
renum inflammationem, calculóſque ibi concretos:
accipit radicum apii & fœniculi, paſtinacæ ſylueſtris,
parietariæ, ſideritidis, ſingulorum vnciam, ficorum pin
guium ſextantem, cicerum nigrorum (quæ arietina no
F minantur) quadrantẽ, ſeminis althææ & paliuri, vtriuſ
que ſextulas quinque, ſaccharis libras duas. Aliud ad
ſanguinem aut pus quod à renibus aut veſica fertur,
aut tuſſi vomitionéve educitur: cucumerum ſeminis vn
cia, ſeminis capitulorum papaueris, roſarum, vtriuſque
ſemũcia, amyli, Lemnii ſigilli, boli Armeniaci, ſingulo-
rum duella: dulcis radiculæ, ſeminis althææ, vtriuſque
ſextula, ſpodii ſemuncia, corallii & ſuccini, vtriuſque
ſextulæ quatuor, ſeminis cotoneorum ſemuncia, ſac-
charis libra. Aliud ad cordis palpitationem, ſenſuúm
G què difficultatem, & inuoluntarios planctus, ac tremo-
rès inde profectos: conſtat trium ſantalorum ſigillatim
ſextula, violarum ſemuncia, ſeminis baſilici duella, ro-
ſarum tãtundem, florũ bugloſſi & buphthalmi, vtriuſ-
que ſextulis quinque, xylaloes duella, ambaris ſextula,
croci duella, caryophylli & nucis muſchatæ, vtriuſque
ſemũcia, tenuis cinnamomi ſextula, dulcis aniſi, carna-
badii, & ſeminis fœniculi, ſingulorum ſextula, muſchi
granis quinque, ſeminis capitum papaueris ſextula, ma
lorum dulcium ſucci quadrante, ſtillatitii roſarum li-
H quoris quadrante, aquæ quam intubum ſtillauit quin-
cunce, radicum fœniculi, apii, intubi erratici & ſatiui,
ſingulorum vncia, amaraci, chamæmeli, artemiſiæ, ſin-
gulorum ſemuncia, ſaccharis libris tribus. Aliud pol-
let aduerſus menſes ſuppreſſos, & quæ inde oboriuntur
ſymptomata: radicum apii & fœniculi, iridis, acori,

ſingulorũ vncia,amaraci,chamæmeli, & artemiſiæ,ſingulorum ſemuncia, præoniæ ſextulæ quatuor, ſeminis thlaſpis ſemuncia,ammi,ſeminis fœniculi, mei, ſingulorum duella, ſaccharis libræ duæ: verùm præſtat vt cum melle conficiatur. Aliud ad viſcerum obſtructiones & tumores,febres errantes,circuitus quartanarios,malos habitus,& aquam intercutem: capit radicis apii,fœniculi intubi ſylueſtris & ſatiui,fumariæ,ſingulorũ vnciã:triſſaginis,eupatorii,aiugæ,acori,iridis,ſingulorum ſextulas quinque: althææ ſeminis, maluæ, adianti,bugloſſi,dulcis radiculæ,buphthalmi,ſeminis petroſelini,mei,ſecuridacæ,ſingulorum ſextulas quatuor: radicis verbenacæ rectæ,ſantali, violarum, ſeminis intubi, ſingulorum ſemunciam: ſeminis fœniculi, dulcis aniſi, maſtiches, cuiuſque duellam: ſpicæ,croci,cinnamomi,aſari,ſingulorum ſextulam,ſaccharis libras tres: quòd ſi calor non adeſt, melius eſt ſi cum melle factitetur. Hac itaque via ac ratione zulapia paranda ſunt: habes etiam quibus vitiis auxiliantur,atque ex iam dictis,ceu euidenti formula,& ſimilia tum noſſe,tum tuo marte componere, & de aliorum compoſitionibus iudicium ferre, quibus ægritudinibus rectius accommodantur, poteris. Si enim teipſum in ſimplicium medicamentorum facultate agnoſcenda exercueris,ſexcenta ſanè medicamenta ad eoſdem affectus, concinnabis: quũ copia materiæ ex radicibus, fructib⁹,herbis,& ſuccis abundet,quæ nimirum doctorum virorum ars, pro hominum ſalute, diligenti cum conſideratione reperit. Proinde materias inde colligens, illiſque inſitas vires animo reuoluens, hìcque ægritudinum genera diſcernens,& temperamenta,cõſuetudines, ægrorúmque victus condiſcens, ſecundum demonſtratam formulam, prædictis vtere medicamentis,& ea variãs, ſiquãdo res poſtulabit,alitérque commiſcens,de tuo aliquid adiice.

DE PASTILLIS, CAP. V.

DEinceps verò vbi ceu documenti modo, de paſtillis quoq; quæ opus eſt tradiderim⁹,viámq; quæ in ipſis teneri debet, expoſuerimus, mox de antidotis ea quæ compendium quod polliciti ſumus,non excedant, perſcribemus. Cæterùm tibi licebit cuiuſque medicamenti rationem ac methodum edocto, quæ alia continent volumina diiudicare, tum quibus opitulẽtur,tum an promiſſio miſturæ ac temperamento ſatiſfacere reſpondere ve valeat. Paſtillus ex Indico rheo, valens ad iecinoris lieniſq; meatus infarctos, & ventriculum confirmans:roſarũ ſiccarum,abſinthii, rhei Indici,ſingulorũ duella:ſpodii,ſpicæ Indicæ,iunci odorati, lachæ purgatæ,ſucci eupatorii,cuiuſque drachma:ſantali citrini,croci,& caſiæ duplũ,tragacãthæ,maſtiches, vtriuſq; ſcriptula duo: cõtuſa & cribrata cum ſucco fœniculi ſubigito,& in paſtillos redigito:dentur ebibendi cũ aqua in qua lacha maduerit, & oxoſacchare. Paſtillus ex eupatorio,iecur & ventriculum iuuat,& inflationes recludit,atque horrores febrium è pituita genitarum diſcutit: abſinthii,iunci odorati,ſucci eupatorii, roſarum ſeminis fœniculi, maſtiches, ſingulorum drachmas quatuor: aniſi, tragacanthæ candidæ, vtriuſque ſicilicus, ſantali citrini, ſpodii, vtriuſq; ſextula. Tuſa & cribro excuſſa,cum intuborum ſucco ſubigito,& in paſtillos cogito: potui dentur cum aqua in qua lacha iacuerit,& oxymelite. Paſtillus è ſpodio, acutæ febri,& iecinoris calori ſuccurrit,& continuam ſitim ſedat: capit roſarum ſextulas quatuor, ſpodii, ſeminis portulacæ, ſucci dulcis radiculæ, ſingulorum duellam, tragacanthæ candidæ, amyli, vtriuſque drachmam, ſaccharis duellam:ſubigito cum ſucco pſyllii: potio ex malorum punicorum aqua. Paſtillus è roſis cor & iecur roborat,capitis laborem abigit quem ſanguis aut flaua bilis creauit:modus eius exhibendi eſt ſextula cum roſarum vel nymphææ zulapio: roſæ, tria ſantala, ſpodium,ſemen portulacæ, intubum domeſticum, violæ, ſingulorum ſextula:contuſa cribratáque cum ſtillatitio roſarũ liquore fermentato. Paſtillus è maſtiche pollet ad ventriculi refrictionem, prodéſtque iis quibus ructus moleſtus eſt,aut cibus in ventriculo aceſcit: maſtiches duella, ſeminis apii & petroſelini, roſarum, ſeminis ocimi,dulcis radiculæ,ſingulorum ſextula: tuſa & in cerniculo creta,cum aqua apii fermententur. Alius contra calorem & ſiccitatem faucium,pectoris & thoracis, eorúmque exaſperationẽ,necnon pectoris & ſepti trãſuerſi incendium. Habet gummi, tragacanthæ, ſeminis portulacæ,cotoneorũ, & althææ, ſingulorum duellam, ſucci dulcis radiculæ ſextulam,ſeminis cucumerum, & lactucæ,lacrymæ Damaſcenorum,ſingulorum ſcriptula duo:tuſa cribratáque, & cum ſacchare cocta, in eo quẽ ſaliuarunt lentore ſubigito,& in catapotia redacta,ore dum totum diſſoluatur,detineto. Alius aduerſus cœliacum quem leuitas inteſtinorum vel ſtomachus genuit:roſarum, ſpodii, vtriuſque drachmas quatuor,oxyacanthæ,ſeminis acuti rumicis, vtriuſque drachmas ſex,hypocyſtidis,gummi Arabici torrefacti, acinorum mali punici,baccarum myrti,coriandri ſicci,(quæ omnia colligentur, & noctem ac diem in acerbo aceto madeant,poſthæc ſiccentur & torreant) ſingulorum duella,luti Armeniaci drachmas quinque,farinæ zinziphorum molitorum,& pollinis à piſtrino, ſingulorum drachmas,duæ ſeſquiſcriptulum. Contuſa & cribrata cum cotoneorũ expreſſione, vel zulapio baccarũ myrti, aut acidorum malorum ſubigito. Alius paſtillus qui ſemel epotus prodeſt:malicorii,gallarum,baccarum myrti,ſingulorum drachmas octo, rhois Syriaci drachmas vigintiquatuor:tuſa & cribro excuſſa cum vino acerbo candido ſubigatur. Alius qui ſanguinẽ quum supernè per ſputum redditur,cohibet,oſcula venarũ,thoracis & pulmonis aperta claudit, eáſque ruptas vnit,cruorẽ ex ictibus aut vulnerib⁹ vẽtriculo vel inteſtinis illatis deorſum manãtem retinet, fluxũ quoq; ſanguinis fœminis, ob diruptam vteri venã ſiſtit, & ſanguinẽ meientibus ſuccurrit: luti Armeniaci, gummi Arabici,ſeminis portulacæ,ſingulorum drachmæ quatuor: ſpodii, ſeminis acuti rumicis,ſeminis roſarum rubrarum, florum ſylueſtris Punici,baccarum myrti,coriandri ſicci & torrefacti,amyli toſti, ſingulorum drachmas tres:acaciæ, ſucci hypocyſtidis,corallii vſti, cornuceruini cremati, cineris maiorum cochlearũ crematarũ,ſingulorũ drachmæ duæ:rhois Syriaci duella,tragacãthæ candidæ, ſuccini, ſeminis althææ & maluæ, torrefactorum ſingulorum ſeſquidrachma: tuſa & incerniculo creta, cum ſucco plantaginis, vel ſanguinalis herbæ, vel alicuius conſimilis ſubige,& in paſtillos digere, qui cum aliquo adſtringente zulapio ebibantur. Alius contra conuolulli affectum è frigore cõtractum efficax: abſinthii,ſeminis apii, aniſi, tenuis cinnamomi, caſiæ duplicatæ, ſingulorum duella:myrrhæ rubræ,ſpicæ Indicæ,fibrinorum teſtium,ſingulorum ſextula:piperis longi,opii,croci,ſingulorum drachma. Tunde & cribra, & cum ſucco fœniculi aut apii ſubige. Alius arquato opem fert,iecur & lienem obſtructionibus vindicat: hieræ amaræ, abſinthii,ſucci eupatorii, ſingulorum ſicilicus: foliorũ roſarum, ſpodii, iunci odorati,aſari, folii Indici,ſingulorum drachma:lachæ repurgatæ,rhei Indici,vtriuſque drachma.contuſa & cribrata cum ſucco intuborum paſtillos conformato. Alius aduerſus ſanguinem aut cum lotio excernentes, aut ſputo reddentes, & vlcus: ſeminum cucumerum,& portulacæ ſpodii, ſucci dulcis radiculæ,ſingulorum ſextulæ quatuor:ſeminis lactucæ, & althææ,roſarum,amyli,tracaganthæ, & ſeminis papaueris,ſingulorum duella:nerii, ſeminis cotoneorum, & acuti rumicis,ſingulorum duella: luti Armeniaci, acaciæ,vtriuſque ſextula,croci ſcriptula duo.tuſa & cribro excuſſa cum muccagine pſyllii fermentantur. Alius cõtra Diabeten:roſarum,ſpodii,gũmi torrefacti, ſingulorum ſicilicus:ſantali cãdidi,& rubri,ſucci dulcis radiculæ,tragacanthæ,ſeminis portulacæ,pſyllii toſti,ſingulorum duella ſcriptula duo:acaciæ, florũ ſylueſtris Punici, amyli torrefacti, ſeminum cucumerum, ſingulorum ſextula ſcriptula duo:caphuræ ſiliqua, ſeminum roſarum & althææ,granorum cotoneorum,ſucci hypocyſtidis, rhois culinarii, ſanguinis draconis, ſeminis plantaginis, rhei Indici, ſingulorum ſicilicus. tuſa & cribrata cum ſtillatitio roſarum liquore fermentantur,& cum adſtringente quopiã zulapio dãtur bibẽda.

Alius ad vrinæ ſtillicidium quod ex veſicæ laxitate & A
humiditate accidit. Accipit glandium, iunci quadrati,
thuris, ſingulorum partem: tuſis cribratiſque aliquid
ſaccharis quoque adiice,& inde æger ſummo mane bi-
bat duellam. Alius aduerſus vrinæ præter volunta-
tem fluentis copiam, capit rutam ſiccam, quæ tuſa &
cribrata cum melle ſubigitur, & bibenda præbetur.

Paſtillus amarus ſtomachicis, iecinoroſis, lienoſis, &
arquato laborantibus ſalutaris:ſeminis apii, aſari,abſin
thii,aniſi,amygdalarum amararum,ſingulorum vncia.

Alius è ſeminibus qui iis auxilio eſt quos aſſidua de- B
ſtillatio infeſtat & laceſſit, & defluxus ad ventriculum
decumbit,cibum euomunt:item cœliacis & inteſtino-
rum difficultate affectis,cum vino auſtero: ac ſanguinē
expuentibus, cum poſca:datur quoque fœminis qua-
rum vterus fluxione tentatur, cum decocto apii:quin-
etiam ſomnum conciliat ſi cum oui luteo fronti illina-
tur.Lacrymæ papaueris, triens, aniſi libra, ſeminis apii
& fœniculi,vtriuſque libra,ammi ſelibra,herbæ apolli-
naris ſelibra. Alius è corallio ad ſanguinem expuen-
tes,cœliacos,cibum faſtidientes, inteſtinorum difficul C
tate laborantes efficax. Corallii, terræ ſamiæ, quæ ἀστὴρ
nuncupatur,florum ſylueſtris punici, ſucci hypocyſti-
dis,acaciæ,myrrhæ,rhei Pontici,dauci Cretenſis, vua-
rum acerbarum ſucci, tragachāthæ, ſingulorum vncia,
rhois Syriaci quadrās,radicis ſymphyti,radiculæ dulcis
Lēnii ſigilli,amyli,ſingulorū ſextula ſcriptula duo:gum
mi,opii,aluminis ſciſſilis,ſpinæ Ægyptiæ,fructuū ſingu
lorū ſemuncia:excipe ſucco plātaginis,& vino auſtero.

Paſtillus è veſicaria ad renum & veſicæ exulceratio-
nes,ſanguinem lotio excernentes, mucoſa ſtrigmen- D
ta reddentes,& vehementem dolorem experiētes. Hu-
ius paſtilli drachmæ pondus præbetur febri non corre-
ptis è vino dulci aut ſapa: febrientibus verò cum vino
bene diluto. Lacrymæ papaueris,ſeminis cucumis,ſemi
nis apii,herbæ apollinaris,fœniculi,veſicariæ, ſingulo-
rum quadrans,amygdalarum triens, croci ſextans,vini
dulcis quantum ad fermentationem ſatis eſt. Alius
aſter dolores lenit, omnem fluxionem cohibet, dolo-
rem inteſtinorum omnem mitigat,deſtillationes, veſi- E
cæ vitia ſiſtit,vteri ſtrangulatus,profluuium muliebre,
defluxum ventriculo nocentem,inteſtinorum difficul-
tatem,ſanguinis reiectionem ac vomitum ſanat. Croci
oboli terni, herbæ apollinaris ſeminis drachmæ qua-
tuor,ſeminis apii drachmæ ſex:aniſi,ſtyracis, dauci ſe-
minis, ſingulorum ſicilicus, croci, lacrymæ papaueris,
vtriuſque drachmæ tres,caſtorii, myrrhæ,vtriuſque ſi-
cilicus(nonnulli mandragoræ quoque ſucci drachmas
quatuor, & Xenocrates piperis candidi drachmas ſex,
adiiciunt,) ex aqua in paſtillos efformato trium obolo- F
rum pondere,& ex aqua potādos dato.Cæterùm paſtil-
lorum tractationi hîc finis imponatur. Potes autem ex
iam dictis ſumpta occaſione,ipſe tuo ingenio alios cō-
dere,ac de iis quos alii compoſuerunt iudicium ferre,
ac cuinam vitio accōmodentur diſcernere: quare nunc
de antidotis verba faciamus.

DE ANTIDOTIS, CAP. VI.

DE theriace(vt quæ inter omnia antidota ob multi-
plicem ſuū vſum primas obtineat)primùm differe-
mus,deinde de reliquis quoque agemus. Verùm nō o-
mnia eadē menſura,neque cum iiſdē liquoribus præbē G
tur.Siquidē in exitialibus venenis, aut ferarū virus eia-
culantium ictibus,nucis Ponticæ magnitudine cum vi-
no datur:inueteratis capitis doloribus, vertigini,audi-
tus difficultati,oculorum hebetudini, & guſtus inſtru-
mento imbecillo ac languido,medetur: comitialibus i-
tem ſuſpurioſis,& recta ceruice reſpirantibus, ex aqua
mulſa pota opitulatur: quippe humores lentos incidit,
attenuat,& eductu faciles reddit:recenti quoque & ve-
tuſtæ tuſſi,& quibus thorax aut latus dolet, ſi febri ca-
rent, ex vino mulſo auxilio eſt: ſin febriant, ex aqua H
mulſa. Conuenit & excreantibus ſanguinem, ſiue is à
thorace ſiue pulmone reiectetur: & dum recens eſt e-
ductio,ex poſca:at ſi vetuſta fuerit,ex aqua in qua ſym-
phyti radix eſt decocta, mane & veſperi propinatur:
itidem ſi ventriculus affligit, & venter ægrè cōcoquit,
imbecillúſque eſt,& quibus ventriculus inflatione ten-
tatur, inteſtina torſionibus corripiuntur, aut vetuſtus
dolor laxum inteſtinum agitat, aut conuoluulus malè
habet,iis nuculæ Ponticæ magnitudine ex aqua calida
præbetur. Cholera quoque laborantibus & cœliacis, &
ſyncopen cardiacam patientibus, eodem modo datur.
Tinearum genus omne mirū in modum exigit,ex ſuc
co mentæ data: iecoris affectiones & arquatum gene-
roſè curat,febris expertibus ex mulſo: febrientibus ve-
rò ex vino diluto potata. Liquat & lienes ſcirrho indu-
ratos,ſordem eorum abſumens ſi ex aceto mulſo exhi-
beatur: calculos in renibus comminuit, ex apii aut pe-
troſelini,vel dauci, aut aniſi, aut alterius ſimilis deco-
cto.Vrinæ difficultatem & veſicæ exulcerationes, ſi ex
ſapa vel paſſo minimè febricitantibus propinetur, in-
terdum perſanat. Datur quinetiam in omni vetuſto fe-
brium horrore,& præcipuè quartanæ, ſiquis ea ex arte
vtatur,nempe poſt declinationem; & vomitiones quæ
à cœna prouocantur.Aqua quoque inter cutē laboran-
tibus,potiſſimum ei generi quod ἀνὰ σάρκα appellant,
ex ſecuridacæ decocto & conſimilibus propinatur, &
elephantia conflictatis ſæpenumero efficax eſſe ſolet.
ſæpe quoque membrorum reſolutiones potu ſanat,fœ-
minis pota purgationes menſtruas ciet, mortuos par-
tus expellit, ex paſſo aut aqua mulſa, in qua antea ruta
decocta fuerit, aut dictamnum, fabæ magnitudine aſ-
ſumpta: ex pedibus laborantibus, & quorum defluxio
artus omnes tentat, poſtquam ſe morbi vigor inclina-
uit,prodeſt,ſi non ſemel tantùm, ſed ſæpius drachmæ
pondere bibatur. Eius autem præbendi modus ſit pro
ægrotantis viribus ac temperatura. Cæterùm non cor-
pori modò(ceu diximus),ſed ægritudinibus quoque a-
nimi medetur: proinde medicamentum hoc varias,
quas atra bilis concitat,imaginationes, ſi aſſiduè exhi-
beatur,tollit, quippe quòd è vaſis ac liene atram bilem
ebibat ac exhauriat: quemadmodum & ferarum ictus,
& aquæ pauorem (peſſimum omnium affectum,)ſi iugi
ter exhibeatur,ſæpenumero ſuſtulit: atque in peſtifera
conſtitutione obſtat quominus aduenæ labe ac lue
corripiantur. Iis quoque qui hyeme iter faciunt pro-
deſt aſſumere,veluti bonum viſcerum indumentum, &
quòd ſui multum calorem eis impertire poteſt. Cæte-
rùm præbere conuenit, quando is qui ſumit minimè
cruditate laborat,neque cibis refertus eſt, bibátque ie-
iunus. Æſtate aut in ætatis vigore, vel nimio calore,
haudquaquam,niſi periculum metuatur,dari debet:ve-
rùm quibus ætas iam inclinat, multum eius, idque ſæ-
pius,non ex aqua tantùm,ſed ex vino etiam, drachmæ
pondere ſumere conuenit. Pueri ab eius vſu omnino
ſunt coercendi: longè enim medicamenti magnitudo
illorum vires exuperat,corpúſque promptè diſſoluit, &
inſitum ſpiritum leui negotio extinguit. Medicamen-
tum hoc primùm ab Andromacho principe Neronis
medico, concinnatum fuit, atque ei verſibus Heroicis
deſcriptum ac explicatū dicauit:verùm Galenus ipſum
in meliorem formam commutauit.Eſt autem eius com
poſitio huiuſcemodi:paſtilli ſcyllini triens,paſtilli the-
riaci ſextans,hedychroi ſpiſſamenti ſextans: cinnamo-
mi,piperis communis, lacrymæ papaueris, ſingulorum
ſextans:roſarum,ſcordii Cretenſis,ſeminis napi,(quam
βουνιάδα vocant Græci,)iridis Illyricæ,agarici Pontici,
ſucci dulcis radiculæ,ſingulorum vncia:zingiberis,myr
rhæ, croci, radicis quinquefolii, rhei Pontici, nepetæ,
marrubii,petroſelini, ſtœchadis,coſti,piperis cādidi,pi
peris lōgi,dictamni,iunci odorati,thuris,terebinthinæ,
caſiæ,ſpicæ nardi,ſingulorum ſemuncia: polii,ſtyracis,
ſeminis apii, ſeſelis Maſſilienſis,thlaſpis, ammis,triſſa-
ginis,aiugæ,malabathri,ſucci hypocyſtidis, nardi Cel-
ticæ,mei Athamantici,aniſi, ſeminis fœniculi, Lemnii
ſigilli,chalcitis,amomi,acori,fructus balſami,phu Pon
tici,hyperici,acaciæ,ſucci galbani,gummi,cardamomi,
ſingulorum duella:bituminis, dauci Cretenſis, ſagape-
ni, opopanacis, caſtorii, centaurii tenuis, ariſtolochiæ,
ſingulorum ſextula:opobalſami vncia,mellis Attici,vi-
nique odorati & optimi, quantum ad ſuccos & lacry-
mas ſatis ſit. Hedychroi cōpoſitio.Mari,aſari,amaraci,

aſpalathi, iunci odorati, croci, calami aromatici, phu A
Pontici, caſiæ, folii Indici, ſingulorum duella: xylobal-
ſami, opobalſami, cinnamomi, coſti, ſingulorum ſemun
cia: myrrhæ, foliorum malabathri, ſpicæ nardi, ſingu-
lorum ſextula, amomi duella, maſtiches ſextula, vini o-
dorati quod ſufficiat. Andromachus croci & caſiæ, v-
triuſque vnciam ſcriptis mandauit. Porro de theriaces
parandæ ratione, ſapientiſſimus Galenus inquit, Dixi-
mus etiam antea eum qui medicamentum ſemel confi-
ci viderit, non amplius opus habiturum vt iterum aut
tertiò cõſpiciat. Verùm vt optima in ſingulis medica- B
menti generibus diſcernat, non ſemel, biſve, aut ter, ſed
perquam ſæpe ſpectaſſe conuenit quæ in vnaquaque
regione naſci creduntur præſtantiſſima. Itaque nunc o-
mnia paucis & ſummatim perſtringam. Radices quæ v-
ſui accommodantur, corticem intẽtum, non rugoſum,
neque macrum obtinere oportet: id enim bonæ radicis
indiciũ habetur. Fructus cum ſuis ſurculis, germinibúſ-
que nuncupatis, & florentes ac vberes, & multos vnà
cum ſuis inuolucris eſſe debet. Semina perinde ac radi-
ces eligantur vegeta, quod ex corticis intenſione co- C
gnoſcetur. Lacrymas & ſuccos, neque vetuſtate, neque
tempore languida eſſe cõuenit, quæve ſuas qualitates,
quas odor guſtúſque diſcernet, habeant euanidas. Fru-
ctus itaque cum germinibus, & floribus ac foliis, eorúm
que caliculis & inuolucris in theriacen coniiciũtur: her
bæ verò inſequentes, ſcordium, nepeta, marrubium, ſtœ
chas, dictamnum, polium, triſſago, aiuga, hypericum, &
centaurium: radices adhæc zingiberis, iridis, rhei,
quinquefolii, coſti, nardi Indicæ, nardi Celticæ, gen-
tianæ, mei, acori, phu, ariſtolochiæ tenuis: ſemina item D
hæc immittuntur napi, petroſelini, thlaſpis, ameos, a-
niſi, fœniculi, cardamomi, dauci. Hæc igitur tria gene-
ra in Ægyptias pilas demitti debent, quandoquidem
duriſſimæ ſunt, vt nihil ſuæ ſubſtantiæ inter tunden-
dum contuſis affricent. Adduntur quoque vnà cum his
paſtilli ſcyllini, paſtilli theriaci, hedychroi ſpiſſamẽtũ,
piper nigrum, candidum & longum, roſæ ſiccæ, adhæc
agaricum; & crocus, ſi ſuccus fuerit, & qui nominatur
iunci odorati flos, ſigillum Lemnium, chalcitis toſta, a-
momum, cinnamomum, fiſtula caſiæ, balſami item fru E
ctus, & acacia, niſi mollis fuerit & liquida, caſtorium
quoque & bitumen. Porro myrrha & crocus vino ma-
cerata læuigentur, ſiquidem tutius videbitur cum na-
tura liquidum non cõtundere. Omnes ſucci & lacrymæ
vino macerentur, vt diſſoluantur, & ad læuigandum
reddantur idoneæ, vt ſagapeni, opopanacis, papaueris,
(quod & μηκώνιον & ὄπιον Græci nuncupant) acacia, quo-
ties liquida vndique contumax eſſe videbitur, ſuccus
hypocyſtidis, & dulcis radiculæ. At thlaſpi, & rapi ſati-
ui ſemen in prima compoſitione, vt maiores meos pa- F
rare videbam, ipſe quoque vnà cum contundendis in
pilam coniiciebam: deinde aliquando conſpicatus ven
tri pilæ interno ob ſuum lentorem adhæreſcere, vbi in
mortario antea contriuiſſem, putaui vinum eis ſuper-
fundendum eſſe, donec tota planè diſſoluerentur: at-
que ita terenda, poſthæc vino priuatim madefactis, ac
in læuorem redactis commiſcenda. Thus quoque ſi-
gillatim leuiter in mortario per ſe læuigare, ne dilate-
tur, præſtat: poſtea vbi incerniculo excuſſeris, ad ma-
nus paratum habere: quò, ſi ita libet, iis quæ ex vino læ- G
uigata ſunt aſpergas. Gummi verò in vino macerari
poteſt, idémque tum priuatim, tum cum thure in læuo-
rem redigi. Proinde hæc omnia quo dixi modo præpa-
rari debẽt: alia in mortario cum vino læuigata, quædam
increta, & arida in puluerem comminuta. Eo porro tem
pore quo omnia in vnitatem coire debent, liqueſcant
in vaſe duplici, primùm reſina, mox ſtyrax & galbanũ,
antea in pila confracta contuſáque piſtillis aut vecti-
bus ferreis, inſtillato pauciſſimo melle crudo: poſthæc
digitis noſtris dilatata, reſina in melle liquefacta exci- H
piantur, atque ita denuo operculo vaſi impoſito reſol-
uantur. Satius enim eſt mel ſimulatque hæc fuerint in-
iecta, minimè agitare, ſed operculato vaſe quod aquæ
inſiſtit, coctionẽ moliri. His verò liquefactis, arida iis
quæ ex vino trita fuerint indãtur, ac ad iuſtam vſque

craſſitiẽ permiſceãtur. Itaque paulatim liquefacta tepi-
da iis quæ ſunt in mortario affundãtur, ſic vt ab homi-
ne robuſto, magno cochleari in vnum cogãtur: vbi pro-
bè in vnitatem coierint, & quod his cõſtat iam craſſum
appareat, ſuperiniicere mel decoctum mediocriter, &
nimirum deſpumatũ oportet: poſthæc quæ incernicu-
lo fuêre excuſſa, deinde mel rurſus addere, mox lique-
facta tepida iam miſcere, atque omnia in ampla pila,
magno cochleari, adiectis quæ ex aridis etiamnum ſu-
perſũt & melle, ſtrenuè conterere. Et quãdo à cochlea-
ri omnia in vnum corpus fuerint coacta, tunc in pilam
cõiicere, ac vectibus ferreis ad amuſſim repurgatis, nè-
quid hæreat rubiginis, aſſiduè tundere, illitis opobalſa-
mo vectibus; ſi quidem à tenaci medicamenti lentorẽ
detinentur, vt haud facilè à tundẽtibus attollãtur. Qua-
rè vt prõptè negocium peragatur, vectis extrema con-
tinuo opobalſamo inungenda ſunt, in hoc ipſum quic-
quid eſt eius ſucci impendens ac abſumens. Præſtat au
tem in ſole tundere, ita nanque citius cuncta in vnum
coaleſcunt. Quúmque id negocium obiuimus, pilam,
quæ medicamentum in ſe continet, contegere oportet,
& poſt quatuor aut quinque dies ſimiliter in ſole tun-
dere, atque id opus iterũ atque iterum, ſex aut ſeptem
dierum interiecto ſpatio, ad duos menſes, aut omnino
dies xl. repetere. Atque hæc, quod quidem ad optimam
medicamenti cõponendi rationẽ ſpectat, ſcriptis man-
data ſint. Vt autem nigreſcat, (hoc enim haud ſcio quo
pacto vſu receptum ſit, vt qui colorem eum non aſſe-
quatur, riſui habeatur) obſeruandum quidem nobis eſt,
non tamen ignorandum, nihil ob colorem medicamen
ti facultatem immutari. Verùm coloris huius fruſtratio
ob chalcitin crematã, quæ flaua vel rufa euaſit, accidit:
quanuis enim minimum eius imponatur, tamen colo-
re præualet. Itaq; nequis ob hoc ipſum erroris quicquã
commiſſum eſſe arbitretur, iis quæ dicturus ſum ani-
mum adhibeat. Quatuor in vniuerſum chalcitidis dra-
chmas antidotus accipit: verùm multo copioſiorem
quàm hic ſit modum aſſare cõuenit. Crudæ itaque chal
citidis drachmas nõ pauciores quadraginta in ollulam
coniicito, quam deinde candentibus carbonibus non
operculatam impones, ac ſimulatque fuſum fuerit me-
dicamentum, ac leuiorem & ſpumoſiorem eius portio-
nem ſuperuehi conſpexeris, ſtatim tollere humique
deponere oportet: & nequaquam (quemadmodum con
ſueuimus interdum, perinde vt ii faciunt qui ignem
ſuſcitant) inflare ipſi conuenit, (mirum enim eſt quàm
ita rufus & flauus color excellat) ſed ne ſoli quidem ex-
ponere: verùm refrigeratæ capere quod ſpumoſiſſi-
mum inſidet, nihil habens in ſe rufi neque flaui, aut
pallidi: deinde experientiæ gratia eius exiguum quid-
dam ſumere oportet, ac læuigatum intueri, nunquid
poſt læuigationem quiſpiam ex enumeratis coloribus
appareat. Quòd ſi qualem ſumpſimus perdurauerit,
porraceum cineneúmve colorem referens, eius dra-
chmas quatuor adiicere conuenit: tale ſi quidem exi-
guum ex tam copioſo combuſto reperies. Itaque quæ
ad antidoti huius compoſitionem & apparatum neceſ-
ſaria ſunt, omnia iam ſunt expoſita. Porro panes ſcil-
linos hac ratione paramus. Scillam recentem non ad-
modum magnam oblinere oportet, non vt nonnulli lu-
to, (ſordidum enim hoc mihi videtur) ſed pulte ex tri-
tico(: facilè enim aſſatur tenuiſſima, vt inter aſſandum
ipſa quoq; nõnihil huius participet:) poſthæc dũ probè
in furno, aut cacabis, aut clibanis in quibus panes aſſan
tur, coquitur, mentem adhibeto inter aſſandum, vt æ-
qualis fiat aſſatio: deinde ſumptas interiores eius partes
tenerrimas diligenter læuigare oportet: atque admix-
tis erui farinæ optimæ ac recentiſſimæ æquis portio-
nibus omnia ſimul terere, & in paſtillos mediocres co-
gere, qui in vmbra repoſiti, ad vſum aſſeruentur. The-
riaci paſtilli hoc pacto concinnantur: nempe viperæ
pro totius compoſitionis quantitate aſſumuntur, quas
non quouis tempore, ſed potiſſimum vere ineunte
fueris venatus, quando relictis latebris foras in loca
aprica progrediuntur, nec iam venenum vſqueadeo
noxiũ poſſidẽt. Sint autem animalia in primis mobilia,

ſubflaua,quæque ſummopere collum extendant, ocu- A
lis ſubrubris & impudentibus,ferocique aſpectu, capi-
tibus latioribus, toto corpore ac ventre ſinuoſiore:
quibus meatus ſit prope extremam caudam, & caudam
non habeant circumuolutam, ſed potius intortam, &
quæ quieto gradu ſerpat: fœmina enim à mare hac no-
ta diſſidet, & quòd caninos dentes plures duobus ob-
tineat. Itaque vbi eo tempore ceperis, prius capita &
caudæ in tantum ſunt amputanda vt abſciſſionis men-
ſura quatuor ſit digitorum. Verùm inter amputandum
partes illæ ſedulò (ita quidem moneo) ſunt inſpicien- B
dæ,num poſt abſciſſionem exangues & immobiles,pe-
nitúſque emortuæ appareant: nam ſi eiuſmodi repe-
riantur, feras ac ad medicamenti miſturã inutiles arbi-
trator.Sin in truncatis partibus, motum etiamnũ quen
dam reliquum eſſe, & cruorem aliquantiſper ſeruare
poſſe conſpexeris, eæ tanquam optimæ antidoti com-
poſitioni ſunt immiſcendæ. Adhæc tota cutis ad amuſ-
ſim eſt deglubenda, & adeps ceu inutilis detrahendus,
ſimúlque interanea omnia:poſtea eas in vas aliquod fi-
ctile, vel lebetem bene nitidum & exterſum coniicere C
conuenit, ac carbonibus pulchrè accẽſis, ne in coctura
fumum nidorémque redoleant,ſuperimponere. Deco-
quantur autem in fontana,in quam ſal recens,& anethi
ſicci ramuli mediocres coniiciantur. Atque vbi carnes
bene fuerint coctæ,(cocturæ autem modus ſit quando
ipſæ à ſpina ſeparantur,) tum depoſito ab igne lebete,
ſpinas accuratè ſecerne, nequa clam te carnibus inhæ-
reat. Ac poſtquam ita carnes repurgaueris,eáſque triue
ris, panis quammaximè puri ex puriſſima ſimilagine
confecti, quòd paſtillis formandis ſatis ſit admiſce, & D
in panificia (vt Andromachus quoque cenſet) redige:
(nam Magnus & Democrates, pares carnium & panis
portiones miſceri iubent, ſicque eas vnà cum pane de-
terunt)deinde affuſo iuſculi quod ſatis eſt, in medio-
cres paſtillos digerito,& inter efformandum pauxillum
opobalſami adiicito,ac in vmbra reponẽs,eos ad totius
medicamẽti compoſitionem aſſeruato. Habes iam the-
riaci antidoti rationem accuratè tibi explicatã. Porro
tibi hæc ob oculos habenti,reliqua quoque antidota va
riis miſturis conſtantia nouiſſe, ac concinnare confor- E
maréque licet. Deinceps de cæteris differemus, quæ à
variis veteribus ac recentioribus,tum Græcis, tum Bar
baris condita fuerunt.Cæterùm nequaquam omnia ex-
ponemus, (ſiquidem in immodicam molem liber ex-
creſceret)ſed quæ horum mihi notiora, aut vtiliora, &
ad plures vſus accommodatiora videbũtur.Proponam
& ex iis quæ in pauciores vſus veniunt,quæ decet,quòd
rectius affectibus,quibus opem fronte pollicentur,ſuc-
currunt: nam quorum multiplex eſt vſus, quòd multa
promittant, ſuam quoque facultatem multifariam diſ- F
tribuunt: quamobrem veriſimile eſt ea haudquaquam
eodẽ modo in omnibus ægritudinibus agere ac polle-
re. Eſdræ antidotum,ex eo ad venenatorum ictus fa-
bæ magnitudine in vino datur,ac eunti dormitum de-
morſus locus delinitur, & periculo vacabit: aduerſus
eos qui lethale quippiã ſumpſerunt,ante póſtque vomi
tionem exhibetur Ponticæ nucis magnitudine,mane &
cubitum concedentibus ex vino:aſſumptum verò antea
noxam veneni præripit: ad capitis dolorem, aliquid e-
ius ſapa diſſolutum fronti illinitur. Præbetur quoque G
bibendum in cubili,phaſeli magnitudine, exigua aqua
aut ſapa reſolutum.: ad furore percitos, ſub ſomno da-
tur fabæ magnitudine, ſapa contemperatum: ipſóque
diſſoluto,frons & ſuperciliorum media ſpatia, ac naſus
exterius totus,inſtante ſomno,oblinito:ſomnum enim
conciliat,eodem modo ad vetuſtos oculorum defluxus
ſapa diſſolutum, fronti ad ſupercilia vſque inducitur:
ad molarem croſum,dentéſque dolentes, ſapa dilutum
calfactúmque præbetur ore continendum, atque eue-
ſtigiò dolor ſedatur. Contra tuſſim diuturnámque re- H
ſpirationis difficultatem,datur nucis Ponticæ magnitu
dine, cum ſapa quæ aqua ſit diluta: in febribus autem
cum mulſa diebus ſeptem, dum cubitum itur. Cruenta
expuẽtibus,tabidis,& abſceſſum internũ obtinentibus,
exhibetur ex ſapa exigua,quæ modica, frigida, tẽperata
ſit,fabæ magnitudine:datur autem pluribus diebus ma
ne, & in cubili: aduerſus ſtomachi vetuſtos dolores cũ
refrigeratione præbetur fabæ magnitudine cum ſapa:
ſi febris adſit,cum melle: in ſingultu ob copiam enato,
inter frigora datur fabæ magnitudine cum condito:
contra duritias,ex mulſa:lieni laboranti,ex aceto,vel a-
ceto mulſo, ſed tumentes partes antidoto oblinantur.
Calculoſis ex ſapa exhibetur: vrinæ difficultati, ex de-
cocto apii,aut petroſelini,aut alteriꝰ eius generis. Ad-
uerſus alui profluuium ac cœliacas affectiones, inteſti-
norúmque difficultatem,datur nucis Ponticæ magnitu
dine mane & veſperi,ex vino: in febrientibus verò, ex
aceto mulſo aquoſo: in podagra, fabæ magnitudine ex
aqua mulſa,ipſóque ſapa diſſoluto, laborãtes partes li-
nuntur. Iſchiadicis, & quorum reliquos articulos flu-
xio infeſtat,ipſum cum vnguento quopiam,puta gleu-
cino, aut irino vel ſicyonio oblinitur: elephantia cor-
reptis, auellanæ nucis magnitudine, bis die datur ex
aqua mulſa; eóque vino reſoluto, totum corpus in
ſole nouem dies inungitur: quippe ſquamulæ deci-
dunt, ipſáque corporis concretio renouatur. Fœminis
quæ difficulter partum enituntur, imus venter ſubli-
nitur, & facilè parient. Aduerſum vlcera maligna &
vetuſta quæ in ſumma cute erumpunt, linteo inductum
imponitur,vel fiſtula immittitur,ac perſanabũtur. Ac-
cipit mameiræ vnciam,amomi ſextantem, iunci odora-
ti ſemunciam,pyrethri duellam,croci vnciam, myrrhæ
ſemunciam,ſtyracis ſemunciam ſcriptula duo,petroſe-
lini ſextulam, tragacanthæ vnciam, ſucci hypocyſti-
dis ſemunciam, iridis ſemunciam ſcriptula duo, ſe-
minis fœniculi vnciam, dauci ſeminis ſextulam, ſemi-
nis papaueris vnciam, ſpicæ ſemunciam ſcriptula duo,
foliorum rutæ ſextulam, caſiæ ſeſquunciam, ameos
ſextulam, coſti ſeſquiſextulam, cardamomi duellam,
lacrymæ papaueris ſeſquunciam, euphorbii duellam,
piperis ſeſquunciam, roſarum ſemunciam, opopana-
cis duellam, mei ſemunciam, paſtillorum è lacha ſex-
tulas quatuor,croci Lycii ſemunciam,caryophyllorum
ſcriptula duo, aniſi duellam, ammoniaci ſemunciam,
rhei ſemunciam, foliorum citri, gith, herbæ amaræ,
(πικρίδα vocant Græci) ſingulorum duellam, terræ
cimoliæ ſemunciam, ſulphuris ignem non experti duel
lam,caſtorii,ſinonis,vtriuſque ſextulam,hedichroi ſpiſ
ſamenti ſemunciam, ocimi ſeminis ſextulam, lapidis
iaſpidis duellam,ventris mergi duellam,artemiſiæ, fo-
liorũ rhododaphnæ,cinnamomi,ſeminis anethi, ſingu
lorum ſextulam, bdellii ſemunciam, rhois Syriaci ſeſ-
quunciam, aſari ſextulam, lapidis hæmatitis vnciam,
thuris ſemunciam,intubi erratici ſeſquiſextulam,teſtæ
ſepiæ duellam, corallii ſeſquunciam, iuniperi maioris
baccarum duellam,ſanguinis draconis vnciam,cinaba-
ris,gentianæ,vtriuſque ſemunciam,peucedani,ſeminis
apii, vtriuſque ſeſquunciam, piperis candidi ſemun-
ciam,maceris ſextantem, hermodactyli ſextantem,ari-
ſtolochiæ longæ,Lybiſtici,vtriuſque vnciã, mellis mo-
dus qui ſatis ſit: lacrymæ vino bono & odorato mace-
rantur. Antidotũ è pæonia prodeſt deſtillationibus à
capite,aut tuſſi,& puris reiectionibus, tabidis, pulmo-
nis laterúmque inflammationibus: nam ſupra omnem
opinionem thoracem deſtillationum exulcerationúm-
que periculis vindicat,etiamſi ſanguis reiiciatur.Exhi-
bitionis modus,ſiliquæ tres,ieiuno ex calida:datur ta-
men ſæpenumero appetente ſomno: angina laboranti-
bus vino mulſo dilutum aſſiduè exhibetur gargarizan-
dum,pennáque ex melle illinitur. Præbetur & in inte-
ſtini laxioris doloribus, ac renum inflammationibus,
vrinæque difficultate, quam obſtructio excitauit, cum
aliquo ex iis quæ vrinam prouocãt, cuiuſmodi eſt apii,
aut adianti,aut dauci decoctum.Datur & in lõgis febri-
bus,vt quartanis & quotidianis,duas horas ante acceſ-
ſionis initia,& mirum in modum,coctione in vrina ap-
parente, opitulatur. Valet & aduerſus omnes peſti-
lentes morbos, quique populatim graſſantur, cæli vi-
tio enatos,ſi inter initia valetudinis conſeruandæ gra-
tia exhibeatur, ſomnum quoque conciliat. Amomi,
croci,ſpicæ nardi, coſti, opii, caſiæ, thuris, ſingulorum

vncia : radicis ſeminis pæoniæ,piperis communis,rhei, A
apollinaris herbæ,myrrhæ,pyrethri,ſingulorum ſextu-
læ tres ſcriptula duo : piperis longi,piperis candidi,fo-
lii, euphorbii, nepetæ, ſingulorum ſemuncia: caſtorii,
petroſelini,vtriuſque ſextans,mellis quantum ſatis eſt.

Antidotum è ſulphure valet ad ſtomachũ refrigera-
tum,ructúſque acidos,quartanam,reſolutos, iecinoro-
ſos,duabus horis ante acceſſionem cum poſca aquoſio-
re. Cæterùm æger excrementis vacuus eſſe, & proba
cõcoctio in vrinis apparere debet:ſulphuris viui, carda
momi, ſtyracis,herbæ apollinaris,rutæ,myrrhæ, ſingu- B
lorum ſextulæ octo,coſti ſextulæ decem, caſiæ ſextans,
Libyſtici vncia , croci , piperis, vtriuſque ſextulæ qua-
tuor, mellis modus qui ſufficiat. Antidotum è tribus
piperibus aduerſus ſtomachi perfrictiones,ructum aci-
dum,quartanã,iecinoroſos,inflationes & tuſſim: exhi-
betur auellanæ nucis magnitudine: piperis communis,
piperis candidi,piperis longi,ſingulorum bes,zingibe-
ris,thymi,aniſi,ſeminis lini,ſingulorum ſextans,mellis
quod ſatis faciet. Antidotum dictũ ſanitas contra ve
nena exitialia valet:prodeſt & coſtarum inflãmationi- C
bus, iecinoroſis, cardiacis, pulmonis inflãmationibus,
ſuſpirioſis,tuſſiẽtibus,inteſtinorum difficultati, tenuio
ris inteſtini inflammationibus,ſtomachicis, oculis lip-
pientibus,angina vexatis : omnis adhæc faſcini amule-
tum eſt,& laruas dæmoniáque amolitur. Qui quotidie
lentis magnitudine ipſum aſſumunt,haudquaquam to-
to vitæ curriculo morbo corripientur. Bibat qui febre
caret ex vino,& febricitans ex bene diluto. Capit ſylue
ſtris rutæ ſextulam, piperis, marrubii, vtriuſque ſextu-
las tres ſcriptula duo,myrrhæ ſextulam: croci, iunci o- D
dorati, piperis candidi, ſpicæ nardi, coſti, cinnamomi,
nardi Celticæ,aiugæ,ſtœchadis, opopanacis, gentianæ,
cardamomi,galbani, euphorbii, mandragoræ, ammo-
niaci,eryngii,roſarum, (in aliis Libyſtici,) ſingulorum
ſemunciam : ſtyracis, fructus balſami, dauci Cretenſis,
eupatorii,κοκκόσπερμα,ſeminis fœniculi, ſeminis trifolii,
polii,terebinthinæ, ſingulorum ſextulas quatuor, her-
bæ apollinaris duellam, lacrymæ papaueris ſeſquun-
ciam,mellis quod ſufficiet. Antidotum Philonis pol-
let contra colicos dolores, pleuriticos, omnémque E
inteſtinorum cruciatum, & ſomnum cit : datur cum
ſucco hypocyſtidis & vini pauxillo ſtomachicis, fa-
bæ magnitudine : aqua inter cutem laborantibus, ex
poſca:nauſea vexatis,& quibus ſtomachus mordicatur,
decocto thymi aut pulegii dilutum,nucis Ponticæ ma-
gnitudine: difficultate reſpirationis laborantibus, &
ſuſpirioſis, ex aceto ſcillitico, nucis magnitudine: ta-
bidis & tuſſientibus cum ſucco ptiſſanæ: ſanguinem
reiectantibus, ex poſca:tuſſi ſiccæ, ex aqua mulſa. Ad
lienem verò, manuales ramorum capparis faſcicu- F
los in acetum aquámque coniectos coquito, & cum
decocto propinato: ad dentium dolorem, dolentem
obline: & ad mobiles, ipſum tere, atque cum vino ad-
ſtringente collue, & firmabuntur. Accipit croci dra-
chmas quinque, ſpicæ nardi, euphorbii, pyrethri, her-
bæ apollinaris, ſingulorum ſicilicum, opii drachmas
decem,piperis candidi drachmas viginti, mellis quan-
tum ſufficit. Antidotum è marrubio prodeſt tuſſi-
culoſis, & pituitoſioribus affectionibus : hyſſopi li-
bram, iridis, dulcis radiculæ, nepetæ, ſaluiæ, cotoneo- G
rum, nucis tedæ, ſingulorum ſelibram, ſcillæ trien-
tem, pulegii quadrantem, enulæ Campanæ,marrubii,
vtriuſque trientem, fœnigræci vnciam, ficuum pin-
guium libram, mellis quod ſatis eſt. Antidotum ex
eruo, tuſſi medendo, expurgandóque aptum: traga-
canthæ, ſtyracis, terebinthinæ, thuris dulcis radiculæ,
croci, aniſi, iridis, amygdalarum amararum, erui, nu-
cis pineæ, hyſſopi, ſingulorum quadrans: piperis ſeſ-
quuncia, mellis quantum ſatis facit. Antidotum è
moſcho valet ad omnem mali habitus affectionem, H
prodeſt iecinoroſis, lienoſis, ſtomachicis, habitum vt
cibum admittat ſummè roborat, corporis quoque na-
tiuum calorem exſuſcitat:ſampſuchi, corymborum thy,
mi,aloes, iunci odorati, ligni balſami, ſagapeni, aſari,
caryophyllorum, caſiæ, coſti, rhei, zingiberis, pulegii,
cinnamomi, Libyſtici, ſeminis apii, petroſelini, dauci,
moſchi, ſingulorum vncia, mellis quantum ſatis eſt.
Ex nepeta auxiliatur iis qui cibum reſpuunt, difficulter
reſpirantibus, ſtomacho perfrigerato & qui ſtatim in-
flatione infeſtatur,cum vino manè aſſumptũ:ſi verò re
nuãt cum vino, ſiccum nucis auellanæ magnitudine e-
datur:piperis ſelibra,nepetæ,pulegii, petroſelini,ſingũ
lorum ſeſquuncia,ſeminis apii vncia,Libyſtici ſextans,
ſeſelis vncia,thymi ſemuncia,mellis quantum ſatis eſt.

Antidotum Dioſpolitæ,ad tardam concoctionem,&
ventriculi perfrictionem:piperis,cumini, zingiberis,ru
tæ,nitri, ſingulorum libra, mellis quod ſatis facit : cu-
minum pridie quàm componatur, in aceto acerrimo
macerari debet:quo verò tempore conficitur,in fictili-
bus ignitis torreri,deinde teri. Ex hermodactylo, po-
dagricis & arthriticis, vt quod ſuccos crudos ex alto
detrahit,prodeſt:hermodactyli,galangæ,pyrethri,zin-
giberis,zaduaris,aniſi,gentianæ,ariſtolochiæ, ſingulo-
rum quadrans, mellis ſufficiens modus. Antidotus è
ſcinco, Mithridatis Eupatoris, valet ad exitioſa medi-
camenta,& ad omnem materiam lethalem,omnémque
ictum venenatum,aduerſus inteſtinas affectiones,con-
ceptum adiuuat, menſes prouocat, emortuos fœtus
ſecundáſque hærentes excutit,febres circuitu repeten-
tes diſſoluit, reſolutis, tremulis, iis qui in deorſum &
ſcapulas conuelluntur,iſchiadicis,podagriciſque opitu
latur, & vitiis omnibus quæ ex neruorum conſortio
exoriuntur.Ratio conficiendi eſt huiuſmodi:capit ſcin
ci,ſagapeni,acori,coſti,hyperici,acaciæ,iridis,mei,gũ-
mis,ſingulorum ſicilicum:roſarum,gentianæ,cardamo
mi,ſingulorum drachmas quatuor, ſeminis papaueris
obolos duos, ſtyracis drachmas quinq; ſeſquiſcrupulũ:
polii,caſiæ,ſeſelis,bdellii,balſami, piperis candidi, ſin-
gulorum drachmæ quinque obolos duos: ſucci hypocy
ſtidis,opopanacis,myrrhæ,thuris,caſtorii, piperis lon-
gi,cyphis, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum drachmas
ſex,nardi cyriaci, opobalſami, thlapſis, ſeminis dauci,
ſingulorum drachmas ſex,& obolos tres : croci, cinna-
momi,zingiberis,ſingulorum drachmas ſeptem & obo
los duos:ſucci dulcis radiculæ, agarici, vtriuſque dra-
chmas ſeptem & obolos tres,mellis quod ſufficit, & vi-
ni boni quod ad lacrymas diluendas ſatis eſt. Ego (ait
Galenus)ad medicamenti incrementum,gratia ſuppreſ
ſionis menſium & conceptuum, quò citra periculũ ge-
ſtentur,adiieci dictamni ſemunciam, ammoniaci,ſemi
nis ſylueſtris rutæ,vtriuſque drachmas tres,cumini Æ-
thiopici drachmas ſex, ſeminis trifolii, napi ſylueſtris,
vtriuſque ſemunciam,triſſaginis tantundem,rhei Pon-
tici drachmæ tres, lacrimæ Cyrenaicæ ſicilicum : iis
adiunctis medicamenti facultas ad multa redditur i-
donea: quippe quadrimeſtres fœtus enecat, & tri-
meſtres expellit. Antidotum Hippocratis, quo v-
ſus corona Athenis eſt donatus, fronti ex vino illi-
tum capitis dolorem mitigat, & aurium dolori pro-
deſt, ex oleo veſtium flocco iniectum, nec ſecus ore
detentum,eius dolorem ſedat.Dandũ eſt autem ex hy-
dromelite, nucis auellanæ magnitudine, tuſſientibus,
lienoſis,iecinoroſis,ſanguinem expuẽtibus, calculoſis,
laterum inflammationibus, Ægyptiæ fabæ magnitu-
dine, ex oxymelite mero, cyathis tribus, iſchiadicis,
inteſtinorum dolore vexatis,lupini magnitudine in de-
cocto pæoniæ, à prima luna vſque ad extremam : à lar-
uis dæmoniiſque occupatis, nucis Ponticæ magnitu-
dine, in lacte aſinino: quartana laborantibus ex aceto
mulſo, deſinente luna. Calami odorati, iunci odorati,
ſabinæ,ſingulorum triens:ſeminis viticis, cardamomi,
cyperi, crocomagmatis, ſingulorum quincunx, nardi
Celticæ ſelibra,aſpalathi ſeptunx, ammoniaci vncia,pi
lularum cupreſſi quadrans,roſarum triens,ladani,myr-
rhæ, thuris, ſingulorum libra, baccæ iuniperi minoris
quadraginta: hæc ſimul priuatim tundito :ſpicæ nar-
di ſelibra, coſti triens, folii bes, caſiæ ſelibra, amomi
quadrans, hæc quoque priuatim tundito: maſtiches,
triẽs,& hoc ſeorſũ in mortario teritur:ſtyracis dextans,
ſtyrax paulatim bellariis in mortario adiicitur: terebin
thinæ libræ tres,mellis Attici libræ quinq;,vini veteris

quod ad bellaria maceranda ſatis eſt, mundè & ſedulò melle excipiens confice. Antidotum colicum mirè efficax ad ileoſos, eóſque quibus alui recrementum vomitione redditur in maximis doloribus. Piperis candidi, herbæ apollinaris, vtriuſque drachmæ quadraginta, croci drachmæ decem: ſpicæ nardi, euphorbii, pyrethri, ſingulorum ſicilicus, melle cocto excipitur, datur fabæ Ægyptiæ magnitudine. Antidotus ad vrinæ difficultatem, præbetur iis qui vrinam continere nequeunt, iis qui etiam ægrè reddunt, quíque ex ilibus & renibus laborant, ſeminis apii, æruginis raſæ, gith, ſeminis erucæ, galangæ, ſinapis, herbæ apollinaris, zigiæ ſiccæ, aniſi, piperis candidi, nardi Indicæ, mellis quantum ſufficit ſextulæ pondere mane & veſperi exhibetur. Paſtillus Andromachi ad renum veſicæque abſceſſus: ſeminis apii, ſeminis cucumeris, ſeminis papaueris candidi, tragacanthæ, ſingulorum ſicilicus. Excipito aqua & in paſtillos digerito, datur drachmæ pondere ex calida. Iis qui ſanguinem cum vrina reiiciunt è veſica, aluminis ſciſſilis, tragacãthæ, vtriuſque drachma, gummis oboli duo, paſſo excipitur: modò oboli duo, modò totum præbetur. Ad expurgandam veſicam, & lapides comminuit, & quod eſt maximi momenti ita perſanat vt poſt ea non renaſcantur: ſeminis dauci, ſeminis cucumeris, aniſi, ſeſelis, petroſelini, myrrhæ, ſingulorũ drachma: caſiæ, baccarum lauri, cinnamomi, nardi Celticæ, ſingulorum drachma: trita excipiũtur aqua, & in paſtillos coguntur: dantur quotidie ſinguli ieiuno ad triginta vſque dies. Antidotum vitiis renum accommodatum, quod calculos quoque rumpit: nepetæ, pulegii, vtriuſque drachmæ decem: thymi, petroſelini, vtriuſque drachmæ viginti, Libyſtici drachmæ quatuor: nitri, ſpicæ nardi, vtriuſq; drachma, mellis quod ſatis facit. Antidotum è lithoſpermo renum affectibus, calculoſis, vrinam difficulter reddentibus opitulatur: lithoſpermi, ſeminis betonicæ, radicis calcifragæ, ſeminis petroſelini, piperis candidi, æquales partes melle excipito. Antidotum Procli podagricis accommodatur, pedum, coxendicis, articulorum, capitis, ventriculi dolorem ſanat, vrinæ difficultati ſuccurrit, callos in articulis concretos eximiè diſcutit, & lienis, iecinoris, renúmque dolori ſubuenit: rhei Põtici, agarici, ariſtolochiæ, ſingulorum ſextans, phu quadrãs: petroſelini, mei, vtriuſque triens: hyperici quincunx, gentianæ ſelibra, cẽtaurii bes, triſſaginis dodrans: dantur viro ſcriptula duo, fœminæ ſcriptulum vnum: hæc trita incerne, & vtere quemadmodum docebimus. Menſe Ianuario, Februario, Martio ſumatur vnus modus, alternis diebus: Aprili duo, alternis: Maio tres, alternis: Iunio, Iulio, Auguſto vnus, alternis: Septembri, Octobri, Nouembri duo, alternis: Decembri quatuor, alternis. victus ſit cibus boni ſucci, concoctúque facilis. Pedes aqua calida ablui, & oleo inũgi cõuenit. Antidotus cœliacis, dyſentericis, pleuriticis, iis qui torſiones experiuntur, ſanguinem deiicientibus, contra collectionem interaneorum, & quibus inteſtina erodi creduntur. Lacrymæ papaueris, florum ſylueſtris Punicæ, gallarum, ammis, bdellii, ſingulorum ſemũcia: tuſa cribro excute & aſſerua: exhibentur robuſto ſextulæ tres, imbecillo duella: bibitur ex frigida. Antidotum podagricis, articulorum doloribus infeſtatis: hermodactyli recentis vncia: aniſi, cumini, piperis cõmunis, croci, piperis longi, interioris partis ſeminis cnici, ſingulorum ſcrupuli duo, zingiberis drachmæ quatuor, maſtiches ſcrupuli ſex: caſiæ drachma, moſchi ſiliquæ quatuor: dantur ſiliquæ quatuor: ſumat quis per hebdomada ex aqua mulſa, addéque exhibitionis modo ſcammonii ſiliquas quatuor. Antidotum incomparabile ad quartana laborãtes, vetuſtos capitis dolores ſedat, tenebricoſos vertiginis affectus, morbi comitialis acceſſiones mitigat, peruigilias ſopit, & furorem confringit, magnũ oculorum dolorem mulcet, defluxioni, dentium dolori, reſpirationis difficultati, & omni ſuſpirii cauſæ auxiliatur, veterem tuſſim ſedat, pulmonis lateriſque inflammationi ſiccæ & humidæ medetur, omnem pulmonis humiditatem exhaurit, ſputa tenuia incraſſat, eáq; ex hydromelite potũ eductu facilia reddit, ſi ſanguis ſputo reiicitur, ex oxymelite vel poſca, aut herbæ ſanguinalis plantaginiſve ſucco, vſque ad ſicilici pondus, ſed pro laborantis viribus aliquid vel adiicito vel detrahito. Stomacho præſenti eſt auxilio, ſi quidem nimiã humiditatẽ adſtringit, & cibi faſtidium leuat: ſingultum tollit, cibos ob vomitionum impetum non retentos ſiſtit, omnem ſtomachi & vẽtris inflationem in ructus ſoluit, pulſatiles iecinoris dolores mitigat, & in arquato morbo efficax eſt. Nam vnũquodque membrum in priſtinam naturam reſtituit, cogitabũdæ inſaniæ quam atra bilis genuit, turbas & tumultus leuat, lienis grauitatẽ ſubmouet, faciei colorem reuocat, pituitã bilémque per inteſtina deducit, diſtributionis meatus reſerat, vrinas ſecernit, & ad renes compellit, atque inde ad veſicam protrudit, arenulis & grumis renes veſicámque liberat, vrinæ difficultatem reprimit, tenuioris craſſioriſque inteſtini morborum eſt mitigãs potio, vetus recrementum aluo ſubducit, veterẽ inflammationem diſcutit, torſiones mitigat, diſtẽſionem vaſorum reſoluit: iis qui ore aſſumere nequeunt cum ſucco fœnigræci per aluum iniicitur, & à doloribus immunes tuetur. Admodum vteri calamitatibus opitulatur: nam & earum quæ iam enixæ ſunt dolores mulcet, & moleſtias peruigiliorum imminuit, elationẽ & diſtenſionem vteri emollit, morboſam purgationem recreat & reficit, extrema meatuũ ora dilatat, erũpentes vtero ſanguinis profuſiones, ſi poſt exhibetur, ſupprimit, eaſdémque ſi ex vino calido infundatur, ſiſtit, vocẽ quinetiam ea priuatis reddit, & neruorum collectionibus potu ſuccurrit. Vtendum quoque eo eſt in podagris & articulorum doloribus, hoc ægris opem ferre experientia compertum eſt, ac potiſſimum in inuaſionibus medicamenti vires deprehendere licet, ſiquidem non per os modò datum, ſed reſolutis quoque mẽbris oblitum efficax eſt: prodeſt etiam iis qui mirum in modum de vita periclitantur. Ratio cõpoſitionis hæc eſt: myrrhæ, ſcriptula decem & ſeptem, lacrymæ papaueris ſcrupuli decem & octo, amomi ſcrupuli ſex, petroſelini ſcriptula quindecim, ſeminis apii ſcrupuli duodecim, iunci odorati ſcrupuli nouem, caſiæ Ægyptiæ ſcriptula quatuor, piperis candidi ſcrupuli quatuor, piperis nigri ſcrupuli quindecim, ſinapi Syriaci ſcriptula duodecim, ſtyracis ſcrupuli ſex, ſeſelis ſcrupuli quatuor, hedychroi ſpiſſamenti ſcriptula quinque, mellis deſpumati quantum ſatis facit. Exhibendi modus eſt drachma, ſtyrace melle diducto ac dilatato vtere, & arida inſperge, opiũ verò dulci ſapa macera, donec mellis induat craſſitiem.

Antidotũ è camaris à Latinis nuncupatũ, prodeſt difficulter ſpirantibus, arteriacis, tuſſiẽtibus, tabidis, omni pectoris ſtomachiq; noxæ, aqua intercute laborãtibus, & nephriricis, voluptatem quoque parit, & corpora impinguat. Cinnamomi, caryophyllorum, ſpicæ, zingiberis, zaduaris, coſti, pyrethri, rhei, nardi Celticæ, ſingulorum vncia: anacardii, piperis nigri, & albi, & longi, cardamomi, aniſi, ſingulorum ſemuncia: eboris, oſſium palmularum, oſſis cordis ceruini, corallii, ſingulorum ſextula ſcriptula duo: moſchi, balſami, vtriuſq; ſcriptula duo, mellis roſacei quantum ſatis eſt. Antidotus è floribus valet præter rationem afflictis, cardiacis lætitiam vehementer auget, & eos qui ob longum morbum imbecilles ſunt, roborat, ſtomachum perbellè corrigit, florum roriſmarini coronarij drachmæ quadraginta: roſarum, violarum, dulcis radiculæ, ſingulorum drachmæ ſex: caryophyllorum, ſpicæ, nucis vnguentariæ, galangæ, cinnamomi, zingiberis, zaduaris, ligni aloes, cardamomi, aniſi, ſeminis anethi, ſingulorum ſicilicus, mellis Attici libræ duæ cum ſemiſſe. Ex ſatyrio valet cõtra renum & veſicæ imbecillitatem, iis etiã auxiliatur qui vrinam reddere nequeunt: venerem mirum in modum ſtimulat, eámque certa de cauſa ceſſantem citra moram manifeſtò reſtituit. Accipit teſtium ſatyrii viridium, dauci ſatiui, dauci ſylueſtris, nucis Indicæ, piſtaciorum, nucis pineæ repurgatæ, ſingulorum drachmas duodecim: zingiberis, caryophyllorum, aniſi, ſeminis erucæ, ſingulorũ drachmas quinq;: cinnamomi, ſcinci, ſeminis bulbi, ſingulorum ſicilicum ſeſquiſcrupulum, moſci ſiliquas

ſeptem,mellis ſeſquilibram. Radices ſatyrii, dauci tam
ſatiui quàm agreſtis, priuatim & ſeorſum tunduntur,
deinde in vnum coguntur,& nonnihil molliuſculo igni
feruēſcunt: rurſus piſtacia, & pineæ nuces tuſæ, & tan-
tiſper dum craſſitiem aliquā ſumpſerint, maceratæ ad-
iiciuntur: poſthæc ſublato ab igne vaſe,tuſæ & cribratæ
ſpecies iam dictæ adduntur: denique móſchus cum exi-
guo ſtillatitii roſarum liquoris apponitur: modus exhi
bitionis eſt cochleare ex vino dulci. Antidotus ex pe
nidiis prodeſt cuiuis pectoris offenſæ, tuſſi ex frigore
contractæ,vocis ablationi, tabidis, purulenta excreāti-
bus mane & veſperi,ex ptiſſana calida. Penidiorū dra-
chmæ ſedecim, nucleorum pineorum, amygdalarum,
ſeminis portulacæ, capitis papaueris albi, ſingulorum
drachmæ tres ſeſquiſcrupulus: cinnamomi,caryophyl-
lorū,zingiberis,ſucci dulcis radiculæ,tragacāthæ, gum
mis,amyli,ſeminis cucurbitæ,ſeminis cucumeris,ſingu
lorum drachma vna ſeſquiſcrupulus,caphuræ drachmæ
octo,dulcis radiculæ drachma,zulapii, violarū,aut ſac-
charis libra. Antidotum è tragacantha ad omnē pul-
monis & pectoris noxam,maximè tabidis, in maraſmū
collapſis opitulatur: adhæc omni tuſſi ſiccæ & calidæ,
linguæ & gurgulionis aſperitati ſuccurrit.Sumit autem
id ægrotus in ore,vt liquefactum deglutiat, donec per-
fectè exugatur: tragacanthæ candidæ ſicilicus, gum-
mis Arabicæ vncia,amyli ſemūcia,dulcis radiculæ dra-
chmæ tres,ſeminis cucurbitæ ſicilicus,penidiorū qua-
drans,caphuræ drachma,zulapii libræ duæ. Antido-
tum ex vnionibus pollet ad omnem imbecillitatem, a-
nimi deliquium,tam à corde quàm à ventriculo ortum,
& ad omnem vitalium membrorum offenſam,ad ſuſpi
rioſos,item tuſſiculoſos, tabidos, lōgo morbo deiectos
ac languentes recreat,& virium robur reſtituit: cinna-
momi,caryophilli,ſpicæ,galangæ,dulcis radiculæ,ligni
aloes, paſtilli è roſis, paſtilli è violis, ſingulorum dra-
chma: nucis vnguentariæ,maceris,zaduaris, rhei, ſtyra
cis,ſingulorum ſicilicus: vnionum,zingiberis,oſſis cor-
dis ceruini,eboris,blarti,byzantis, ſingulorū drachma,
moſchi ſeſquiſcrupulus, ambaris, caphuræ, vtriuſque
grana ſex,mellis modus qui ſatis erit. Alterum ex vnio-
nibus vehementi cordis palpitationi auxilio eſt, falſas
imaginationes, & animi præter rationem cogitationes
diſcutit,ac atræ bilis dominium depellit: florum bugloſ
ſæ, ſantali citrini & rubri, roſarum tenuis cinnamomi,
ſeminis portulacæ,maſtiches, enulæ candidæ & rubræ,
linguæ paſſeris,ſingulorum drachmæ ſex: agallochi,ſuc
cini,corallii vſti,ambaris, caryophyllorum, vnionum,
ſeminis citri,ſeminis ocimi,cyperi,luti Armeniaci,co-
riandi ſicci,auri,argenti,aluminis,galliæ moſchatæ,ſe-
rici crudi, ſcobis cornuceruini, ſpodii, rhei Indici, ſin-
gulorum drachmæ quatuor: thymi,florum roriſmarini
magni & parui,ſenecionis,zadoaris,croci, cūpete (hoc
eſt carpeſii),maceris,nucis Indicæ, ſeminis intuborum,
ſingulorum drachma: moſchi, caphuræ, vtriuſque ſeſ-
quiſcrupulus: trita cretáque cum zulapio è duobus ma
lis Punicis fermentantur: vtendi modus eſt ſicilicus
ſeſquiſcrupulus cum eodem zulapio. Antidotum ex
ambare valet aduerſus omnem imbecillitatem & per-
frictionē corporis,natiuum ſuſcitat calorem, eos quo-
rum articulos frigidus ſuccus infeſtat, omniáque mem
bra mirificè adiuuat, ventriculum cibum renuentem,
atque impotentem eximiè emendat,cor quoque robo-
rat: datur mane & veſperi ex vino. Ambaris, agallochi,
vtriuſque tar: ſtimmi, moſchi, caryophyllorum, nucis
moſchatæ, maceris, galangæ, cinnamomi,ſingulorum
drachma: zulapii, roſarum quod ſatis eſt. Antidotus
è moſcho prodeſt contra cordis pulſum, eum quoque
qui inſomnia mala conſpicatur, & qui incerto timore
agitatur: zaduaris,zarnabi, vnionum, ſuccini,corallii,
ſingulorum drachmæ octo: ſerici crudi, hermodactyli
candidi & veracis, ſpicæ,folii, cardamomi, ſingulo-
rum drachmæ quatuor: ſcobis auri, caſtorii, piperis lō-
gi, zingiberis, ſingulorum drachmæ ſeſquiſcrupulus,
moſchi ſeſquidrachma. tuſa cretáque cum melle de-
ſpumato fermentantur: moſchus cum ſtillatitio roſa-
rum liquore,vt calidum bibi poſſit,diſſoluatur, & cum

A reliquis in vnitatē coëat. Antidotum comitialibus ſa
lubre: ſeſelis,pyrethri,ſtœchadis,ſingulorū duella,aga-
rici ſextulæ quinque: cumini lati,ariſtolochiæ rotūdæ,
lacrymæ Cyrenaicæ,ſingulorum duella ſcrupuli duo,a-
ceti mulſi ſcillini libra. Quum placuerit purgatoriū effi
cere, epithimi & dacrydii, vtriuſque duellā ſcrupulos
duos adiicito. Illinitus aduerſus humiditatis reiectio-
nem,tabidos,purulēta expuentes, lateris pulmoniſque
inflammationes,in maraſmum collapſos: mirum quo-
que in modum efficax eſt ad eos quorum calor ob mor
B bum emortuus eſt. Appellatur Latinis reſtauratorius:
dulcis radiculæ,roſarum, ſaccharis, ſingulorum ſextās:
tragacanthæ,gummis,vtriuſque drachmæ quinque: ſan
tali candidi & rubri,vtriuſque drachmæ tres: papaueris
candidi drachmæ octo: ſucci radiculæ dulcis,amyli, ſe-
minis portulacæ,ſeminis maiulii,ſeminis intubi ſatiui,
ſingulorum ſicilicus: ſpodii,caryophyllorum,ſingulorū
drachmæ ſeptem,cinnamomi drachmæ quatuor: zingi
beris,ſtyracis,vtriuſque drachma, croci, ſeſquiſcrupu-
lus,penidiorum vncia, ſeminis cucurbitæ ſicilicus ſeſ-
C quiſcrupulus,ſeminis cotoneorum ſeſquidrachma: ſe-
minis maluæ, violarum, vtriuſque drachmæ quatuor,
caphuræ grana octo: rhei Indici ſicilicus, zulapii libræ
ſex. Antidotum ad febres quotidianas: ſtyracis,iridis,
myrrhæ, lacrymæ papaueris, ſingulorum drachmæ
quatuor: opopanacis,piperis, vtriuſque drachma, mel-
lis quod ſatis eſt. Datur fabæ Ægyptiæ magnitudine in
lecto decumbentibus ante febris inuaſionem, ſed ad-
ſtent carbones: hoc ſomnū ſudoréſque cit, & febrim le-
uat, potiſſimum in vetuſtis, multáque cruditate con-
D ſtantibus. Aliud agarici,gentianæ,vtriuſq; drachmai
exhibetur ex aqua mulſa,ante inuaſionem: hoc medio-
criter attenuat, infarctúque vindicat, ac materiam per
aluum & vrinam moderatè pellit. Aetites quoque la-
pis ad horrores circuitu repetentes, & in primis quoti-
dianos appenſus eſt efficax. Ad quartanas & qui arti-
culorum doloribus infeſtantur: in quartanis vbi laueris
duas horas ante febris ſignificationem, è diluta potio-
ne: articularibus verò morbis ex aqua mulſa præbetur.
Conſtat bituminis drachma, myrrhæ ſicilico, folio-
E rum mentæ drachma: croci,zingiberis, (in aliis & lacry
mæ papaueris) ſingulorum ſeſquiſcrupulo. Aliud ad
omnem circuitum: ſeminis herbæ apollinaris, myrrhæ,
lacrymæ papaueris,ſtyracis, ſingulorū drachma: croci,
aloes,vtriuſque terni oboli,melle excipitur: datur ex a-
qua,auellanæ nucis magnitudine, & cruribus antè illi-
tis ac membrorum extremis partibus domire ſinito.
Aliud ſudores prouocat, & altum ſomnum conciliat ſi
duabus horis ante febris quartanæ ſignificationem aſſu
matur: pulegii drachmæ quatuor, grana cnidia vigin-
F tiquatuor, myrrhæ drachma, lacrymæ papaueris dra-
chma. vino ſubacta efformantur, ac trium obolorum
pondere exhibetur. Aliud ad arteriam exulceratam:
prodeſt & vocem exercentibus ante póſtque certamen
exhibitum: valet etiam ad oculorum dolores, foris in
lana madefacta impoſitum,& internis affectionibus il-
linctu ſuccurrit: gummis,tragacanthæ, vtriuſque dra-
chmæ ſex: thuris,mirrhæ,vtriuſque drachma: croci,ſuc
ci hypocyſtidis,vtriuſque drachma: paſſi ſcybelitici aut
theræi ſextulæ ſex. Linctus difficulter reſpirantibus
G vtilis: ſcillæ crudæ ſuccum exprimito, eíque parē mellis
Attici modum admiſceto, & ſupra carbones coquito:
datur ante & poſt cibum,myſtrum. E ſulphure ignem
non experto, difficulter ſpirantibus auxilians: aniſi,ſul-
phuris ignem non experti,vtriuſque quadrans: ammo-
niaci ſuffimenti,caſtorii,gith,ſingulorū drachmæ qua-
tuor: aqua diſſoluito, & in catapotia cogito, vnúmque
ex oxymelitis cyathis tribus præbeto. Antidotum
è fructibus æſtiuis contra ſtomachi ſubuerſionem effi-
cax, cœliacis, dyſentericis auxilio eſt: ſorborum ſexta-
H rius, baccharū myrti ſextarius, rhois Syriaci ſextarius,
palmularum quæ ſole maturuerunt libræ duæ, mala co-
tonea decem, Punica mala integra decē, paſſi aminei,
vel mellis ſextarius. fructus tuſi, & in aquam cōiecti ſe-
dulò coquuntur: quúmque fuerint diſſoluti humorem
exprime, ac denuo abiecto paleaceo coque, vbi tertia

pars ſuperfuerit, mel additur, & vſquequo craſſamen- A
tum acquiſierit, mouetur. Aliud ad ſtomachi ſubuer
ſionem facit, & ad inteſtinorum difficultatem, & cœlia
cos: ſeminis herbæ apollinaris, ſeminis apii, vtriuſque
drachmæ quatuor, roſarum florũ, aniſi, ſucci, hypociſti
dis, myrrhæ, ſingulorum ſicilicus, croci, opii, vtriuſque
ſeſquidrachma. Aliud ad ſtomachi ſubuerſionem:
acidi Punici acinorum expreſſorum ſucci ſextarii tres,
ſucci mentæ ſextarius, mellis ſextarius, coniecta in vas
coquito vſque ad conſiſtentiam, & ante cibum myſtrũ
vnà aut duo præbeto. Origenis ad ſtomachis ſubuer- B
ſionem, florum roſarum drachmas octo, baccarum
myrti nigræ ſine granis acetabulum, ſeminis herbæ a-
pollinaris, acetabuli dimidium. Terito ſimul, & paula-
tim vinum lixiuum ſufficienti menſura adiicito: deinde
adduntur carnes palmularum pinguium (πατήτους vo-
cant Græci.) decem, & omnibus ſimul tritis, in ciceris
magnitudinem catapotia efformantur, & tria aut qua-
tuor ex aquæ mulſæ cochleariis duobus exhibentur.
Catapotium ἄδιψον, quod æſtuantes à ſiti vindicat: cu-
cumeris ſatiui, ſeminis portulacæ, vtriuſque drachmæ C
octo, tragacãthæ drachmæ quatuor: tragacanthã albu-
mine recentium ouorum crudorum dilue, ac diſſolutæ
reliqua adiice, & in catapotia digere, ac in ſole exſicca:
præbe continenda ſub lingua, & diſſolutum humorem
combibe. Hepatica Andromachi Cyphoeides, & ad
omnia thoracis vitia: vuarum paſſarum drachmæ vi-
gintiquinque, aliquibus centum, croci drachma, cala-
mi aromatici ſicilicus, bdellii, iunci odorati, vtriuſque
drachmæ duæ ſeſquiſcrupulus: cinnamomi, caſiæ, ſpi-
cæ, nardi, ſingulorum terni oboli, myrrhæ, terebin- D
thinæ, vtriuſque drachmæ quatuor, aliis ſedecim, aſ-
palathi oboli duo, mellis drachmæ ſedecim, vini quod
ſatiſfacit.

DE LIQVORIBVS MEDICATIS,

CAP. VII.

POtio ad iecinoroſos, lienoſos, nephriticos, hydropi-
cos, ſtomachicos, ex partu conflictatas conuulſio-
nes, ex ægritudine ſe recolligentes, prauis ſuccis refer-
tos, arquatos, tuſſim, laterum inflammationes, ad medi
camenta item lethalia, & cuiuſuis venenati animalis i- E
ctum. Nardi Indici, coſti, vtriuſque ſicilicus: caſiæ, cro-
ci, ſeminis apii, acori, lacrymæ balſami, iridis, ſingulorũ
drachma: piperis cãdidi oboli tres, lacrymæ ari maſculi
drachmæ tres, vuarum paſſarum nucleis emundatarum
drachmæ ſex: trita paſſo vel melle excipiuntur: datur
drachma ex vino, aut hydromelite, vel paſſo diluto,
prout cõmodius arbitraberis. Potio è capitibus papa-
ueris: capita papaueris centum, ſucci dulcis radiculæ li-
bra, ſapæ libræ centum: prodeſt iis qui ob tenuẽ fluxio-
nem à capite labentem, tuſſiunt, & quibus venter acria F
& bilioſa excernit: item calidæ intemperiei, & cholera
laborantibus, necnon in peruigiliis. Acetum mulſum
ſimplex: mellis libræ quadraginta, aceti libræ viginti, a-
quæ libræ ſexaginta. Alia eius cõponendi ratio: mellis
libræ quinquagintaquinq;, aceti libræ quindecim, aniſi
libra, croci ſextãs, radicum apii ſextãs, radicum fœnicu
li libra. Potio ex mulſa cõtra peruigilia, cœliacis cum
febre prodeſt, & fœminis vterum gerentibus, necnon ſi
craſſus humor reiectionem indigẽs, pulmonẽ obſidet:
viridium papaueris capitum cum ſuo ſemine libræ ſexa G
ginta, aquæ libræ ſeptuaginta, mellis libræ triginta.
Potio ex moris, aut moris rubi, ad oris vlcera depaſcen
tia, dentium affectus, & ad anginarum noxas gargari-
zata: ſucci mororum, aut mororum rubi libræ quinde-
cim, mellis libræ quinque, croci, myrrhæ, ſucci vuarum
acerbarum, ſingulorum ſeſquuncia, aluminis ſciſſilis
vncia, vini auſteri dodrans. Aqua roſacea ad cœlia-
cos, ſitim, oriſque inflammationes, ſi os ea colluatur:
roſarum libræ vigintiquatuor, aquæ libræ centum &
viginti, mellis libræ centum & quadraginta. Acetum H
ſcillinum, ſcillam cãdidam repurgatam, & in vas quod
acetum contineat, iniectam, dies quadraginta inſolato,
deinde abiecta ſcilla, acetum ſeruato. Et Punicis ma-
lis compoſitio ſtomatica: malorum Punicorum dul-
cium, acidorum, & auſterorum, ſingulorum libræ duæ,
mellis libræ ſex. Salubris potionis compoſitio: ſiquis
frigidi temperamenti ea vtitur, valetudinem integram
conſeruat: zinziberis, fœniculi, anethi, piperis, ſingulo-
rum ſicilicus, aliquibus iridis drachmæ centũ: ea tuſa,
& ex vino vetuſto odorato ſubacta, in linteo illigato, &
in vini ſuauiſſimi congium coniicito, multóſque dies
macerari ſinito. Quo autem diutius maduerint, eo me-
lius erit: propinato ſingulis diebus ante prãdium hemi
nam. Vinum ſcillinum ſic facies: ſcillæ in taleolas diſſe
ctæ, & repurgatæ minas tres demittes in muſti præcla-
ri amphoram Romanam, & menſes tres operculo inie-
cto ſines, poſtea defæcatum recõdes. Vtile eſt crudita-
tibus, & ciborum corruptioni, iiſque qui ipſos euomũt:
iis item quibus in vẽtriculo & aluo pituitæ craſſities in-
cumbit: opẽ fert lienoſis, in malum habitum collapſis,
aqua inter cutem laborantibus, arquatis, vrinam ægrẽ
reddentibus, inteſtinorũ torſionibus, inflationibus, ner
uorum reſolutionibus, diuturnis horroribus, tenebricõ
ſis vertiginibus, & menſes ducit: minimè quoque ner-
uos offendit. Præſtantius eſt quod vetuſtius eſt: cauen-
dus eius vſus eſt in febribus, quibúſque inteſtina ſunt
vlcerata. Scillinum acetum ita conficitur: ſcillam can
didam expurgatam, & conciſam lino ita traiicito vt ta-
leolæ ſeſe minimè contingant, & dies quadraginta ex-
ſiccato: ex ipſis mina in aceti optimi ſextarios duo-
decim demittitur, & vaſe diligenter operculato, octo
dies in ſole macerari ſinitur. Poſthæc aſſumpta ſcilla, &
expreſſa, ipſa quidem abiicitur, acetum verò defæcatũ
elutriatur, & reponitur. Nonnulli minam in aceti ſex-
tariis quinque demergunt, alii ob ſiccitatem ſua ſpon-
te repurgatam, æquali põdere demittunt, itaque men-
ſes ſex relinquũt: eſt autẽ hoc multo magis incidẽdi vi
præditũ. Vtile eſt collutum ad gingiuas nimio humore
madidas, nã eas adſtringit & firmat, dẽtes labantes ſta-
bilit, fœtentem ventriculi halitum ſatis emendat, ſor-
ptum guttur indurat, & calloſum reddit, ſonoram niti-
dámque vocem efficit. Aſſumitur & ad ſtomachicos,
ægréque cibum coquentes, & comitiales, & vertigine
tenebricoſa vexatos, & melancholicos: item ad vteri
ſtrangulatus, lienes nimis extumeſcentes, coxendicis
dolores valet: recreat reficítque eos qui admodum im-
becilli ſunt, & corpus ſalubre ac bene coloratum red-
dit. Viſum quoque acuit, auditus difficultatem in-
ſtillatum corrigit: in ſumma ad omnia efficax eſt, præ-
terquam ad inteſtinorum exulcerationem. Datur ſin-
gulis diebus ſorbendum ieiuno, inter initia modi-
cum, paulatim autem copioſius, vt vſque ad cyathum
increſcat modus: ſunt qui duos aut etiam plures cya-
thos præbent.

DE PVRGANTIBVS MEDICAMENTIS,

CAP. VIII.

DE medicamentis purgantibus iam nobis eſt diſſe-
rendum: quandoquidem eorum quædam flauã bi-
lem, alia nigram, nõnulla pituitam aut aquam euacua-
re ſolent. Ac flauam bilem educentibus vtimur in qui-
bus ipſam ori ventriculi inſidere ſuſpicamur, & in qui-
bus per venoſum genus diſperſa eſt: in tertianis item fe
bribus, & continuis iam decreſcentibus, ac in arquatis,
atque (vt ſummatim dicam) in quibus flauam bilem re-
dundare arbitramur, iuxta iam ſuprà à nobis traditas
dignotiones. Nigram verò bilem vacuantibus vti con-
ſueuimus in melãcholicis, in iis qui facilè excandeſcũt,
iracundis, hominum conſuetudinem auerſantibus, & in
habitib⁹ aridis, ſanguine pauco præditis, ſolitariis, quar
tãnis febribus, & furore percitis. Pituitam autem du-
centia vſurpandum, in frigidioribus habitibus, ætatibus
& morbis: puta in reſolutis, & membris capitis attoni-
tis, tumoribus laxis & extuberantibus, coxendicum do-
loribus, & in eo aquæ intercutis genere, quod ἀνὰ σάρκα
Græci nuncupant, & (vt vnõ verbo abſoluam) in quibus
pituitam moleſtam eſſe opinamur. Quemadmodum a-
quam ducentibus medicamentis eſt vtendũ, in ea aqua
inter cutẽ laborantibus, quæ ab vtris ſimilitudine ἀσκί-
της ὕδερος dicitur, & in fœminis quas album profluuium
diu infeſtauit, & in iis quibus vlcera fluxione aſſidua
madẽt. Cæterùm iam de ſimplicibus medicamẽtis, quæ

ſua natura purgatoria ſunt ſigillatim agemus, & quem A
ipſorũ vnũquodque humorẽ expurgat explicabimus:
deinde de cõpoſitis quoque pertractabimus, nequid in
noſtra pollicitatione deſideretur. Aloe igitur vniuer-
ſum corpus haudquaquã vacuat, ſed inhærentem ven-
triculo, aluo, ac inteſtinis bilem, vnà cum inſidentibus
inibi recrementis citra noxam exigit. Proinde danda
eſt iis qui capitis afficiuntur moleſtia, propter conti-
nuas exhalationes quas ventriculus ad ipſum expirat:
(nãque inutilium vaporũ ſuppeditationẽ præſcindit):
exhibenda quoque eſt iis qui eandem ob cauſam lippi- B
tudine oculorum laborant, quique propter inſidentem
bilem ſitiunt, & lingua ac os promptè reſiccatur: adhæc
iis qui ſtomachi inſuauitate, aut æſtu ſubuertente cor-
ripiuntur, necnon iis qui præter rationem palidiores e-
uaſerunt: quin & iis quibus alui excrementa ſubduci
poſtulãt, verùm clyſteres aliqua de cauſa infundi non
poſſunt. Præbetur ſicilicus ex aqua mulſa, in læuorem
verò ſubacta, ſuccóque corticis citri, aut ſi is non adſit,
braſſicæ aut abſinthii ſucco excepta, cogitur in catapo-
tia, ciceris magnitudine. Allii cum terebinthina, vel C
melle decocto, vel alio quouis ſimili efformãt: tu verò,
prout rerum copia ſubminiſtrabit, vel (vt melius dicã)
quod cõmodius ægro fore putabitur, cũ aliis cõmiſce-
to, ac ægrotãtibus exhibeto. Scãmonium flauã bilem
potiſſimum expellit, ſed oris ventriculi dolorem exci-
tat, & odore graui, guſtu inſuaui, ac ſiticuloſum eſt. Nã
quum purgatoria omnia, præter aloen, ſtomachum of-
fendãt, ſcãmonium multo reliquis magis vẽtriculo no
cet: quare cauendum iis qui ipſum imbecillũ obtinent,
& febriunt. Quum enim leuiſſimum ſit, leui negotio in D
corpus rapitur, omnémque eius ſpurcitiam commo-
uet: verùm à facultate retentrice inhibetur, quominus
excrementa ad excretionem perducat. Itaque dandum
eſt iis qui febri vacant, & ſtomacho valent, & ægrè vo-
mitus prolicitur, nec facilè animo deficiunt: modus ex-
hibitionis ſunt ſcrupuli duo, paulo plus minúſve, pro
virium ratione: permiſcendus eſt ſal, ac thymus, & pu-
legium, aut odoratum aliquod, & quod ventriculum ro
boret. Qui ipſum ſuſtinent, etiam aloen miſcere præ-
ſtat: datur & per ſe ex melle, vel ptiſſanæ cremore, qui- E
bus clanculum exhibere cupimus. Peplium huius ſe-
men, (ſunt & qui cum virgultis, exſiccatum & cribro
excuſſum, quatuor ſcrupulorum pondere præbent ex
mulſa, pauxillum aceti aſpergentes) poſt flauam bilem,
nigram quoque & pituitam expurgat, flatus item diſ-
rumpit: quare in primis flatulentis affectibus auxilio
eſt iis qui melãcholiæ præbent exordium, diuturnis in-
flationibus lienis, vteri & inteſtini laxioris, quinetiam
laxis tumoribus in abdomine ſuccurrit. Veratrum ni-
grum, atram bilem, & flauam vndique ex corpore tra- F
hens, deorſum pellit, non tamen cum difficultate: quo-
circa ipſum in febribus circuitu redeuntibus, & diutur-
nis exhibemus: datur etiam furore percitis, altera capi-
tis parte dolentibus, & quos cephalæa diu infeſtauit.
Eſt autem longè omnium aptiſſimum inteſtinis, vtero,
veſicæ medicamentum purgans exhibentibus. Maxima
eius vis eſt educendi, peculiariter ſiquid permixtum
eſt ſanguini, quod ipſum vitiare poſſit: quare & in ve-
tuſtis arquatis commodum eſt, & aſpritudinibus quæ
in ſumma cute exoriuntur, qualis eſt lepra, impetigines G
& id genus alia: quin & elephantia laborantibus eſt ac-
commodatum. Modus exhibitionis ſunt ſcrupuli tres,
paulo plus minúſve, tenuium fibrarum è radicibus pen-
dentium, in aqua paululum maceratarum, deinde cor-
tice detracto, ac in vmbra ſiccato, proiectáque tenui,
quæ ipſi ſubeſt, medulla. Datur autem ex paſſo & o-
xymelite, verùm ſuauitatis gratia, quædam ex odo-
ratis ſeminibus ſunt inſerenda, ſi verò efficaciorem
cupis purgationem, ſcammonii pauxillum adiicito.

Epithymum nigram bilem detrahit: datur adul- H
tis tuſum & in cerniculo cretum, ſcrupulorum quin-
que pondere, ex paſſo, aut aceto, mulſo & ſalis modi-
co. Vitiis flatulentis, & præcordiorum affectibus, qui-
búſque iecur grauatur, & reſpirandi difficultate la-
borant, opitulatur. Eodem quo epithymum modo,
quod in ſtœbe, & quod in ſatureia, ἐπίθυμβρον nomi-
natum, naſcitur, purgat, ſed facultate eſt imbecillius.

Filicula bilem, & maximè atram, ac pituitam ducit:
dantur purgatæ radicis ſeni ſcrupuli, affuſa aqua mul-
ſa. Purgat quoque mediocriter & citra moleſtiam,
in gallinaceo iure, & in ptiſſanæ cremore cocta radix.

Pulegium atram bilem pellit acetabuli menſura in
mulſa potum, eodem modo & tragoriganum & par-
thenium, quod & leucanthemon nuncupatur, ſingula
ſex ſcrupulorum pondere purgant, idem præſtat & aly-
pum, dantúrque eius ſcrupuli ſex. Verùm præſtat ea
exhibere ex aceto, & exiguo ſale, & aqua, vt ſicca & tri-
ta potui inſpergantur. Armenium quo pictores vtun
tur, atram bilem, & quicquid ſanguini craſſum lentúm-
que commiſtum eſt, euacuat: quapropter datur melan-
cholicis, elephantia laborantibus, & ſimilibus: quin &
nephriticis ac ſuſpirioſis præbetur: modus ſunt ſcrupu-
li quatuor, paulo plus minúſve pro ſumentis viribus.

Centaurium tenue, bilem craſſiſſimam ac mucoſam
educit, quare commodè lienoſis, & coxendicis dolore
infeſtatis exhibetur: bibitur huius decoctum aqua fer-
uefactum: ſit autem centaurii pondus ſcrupuli ſex, & a-
quæ hemina, quæ ad dimidias coquantur. Colocyn-
this pituitam, bilem, & mucoſum ſuccũ purgat, quam-
obrem neruoſa corpora repurgat. Datur ergo cõuenien
ter in omnibus capitis affectibus, & erecta ceruice ſpi-
rantibus, ac ſimilibus: item coxendicum cruciatibus,
morbis articularibus, & longis renum veſicæque affe-
ctionibus, quinetiã iis quibus extricatu difficiles prædu
rique ſunt affectus: dantur autem ſcrupuli duo. Deli-
genda eſt candida eius ac tenella medulla: aridiuſcula
enim & nigricans damnatur, tundatur verò & teratur
ſedulò, ſæpéque cribro ſuccutiatur. Atque vſu appe-
tente, perquam diligenter in mortario cum aqua mulſa
teratur, ſiquidem eiuſmodi quippiam patitur, vt tuſa
priuſquam maceretur, tenuiſſima maneat, verùm con-
iecta in mulſam intumeſcat, ita vt cribrata nõ credatur.
Igitur nonnullæ ex particulis quæ intumuerunt, inter-
dum aluo aut ventriculo adhærent, maximè in inteſti-
norũ anfractibus, ob molliciẽ, inſidentéſque, quòd a-
cres natura ſint ac mordaces, inteſtina exulcerãt, & per
conſenſum neruos afficiunt, tortiones & contractiones
inferunt. Quare multa cum attentione, in aqua mulſa
in maximum læuorẽ redigi debet. Si mitius purgare eſt
animus præ grandis colocynthis ſumenda eſt, eáque a-
perta ſupernè ſemen eximere conuenit: deinde lomen-
tum eius in ſuum inuolucrum ſine ſemine reponere, &
ſapa, aut vetere paſſo repletam, ſinere vt noctẽ & diem
maceretur, poſthæc vinum linteo colatum, ac à ſordi-
bus repurgatum, calfactum propinare. Maximè quoq;
arquatos expurgat, eóſque quibus in ſumma cute liuo-
res è flaua bile apparent. Tithymalus pituitam & bi-
lem educit: virẽtes eius ramuli aſſumpti, & in teſta pau
latim torrefacti ac contriti præbentur. Miſcentur eius
ſcrupuli tres cum polenta in aqua, & propinantur: nam
ramuli exſiccati impotentiores ſunt. Porro tithymali
characitæ dicti erutam radicem in vmbra exſiccato, po
ſtea quum vſus poſtulat, detracto cortice, tuſam cribra
to, & in paſſo veteri quaternûm ſcrupulorum pondere
coniectã, noctem & diẽ ſinito madeſcere: dehinc per lin
teum detritum percolatum, ac leuiter calfactũ vinum
potui dato. Optimè enim purgat, adeo vt quidã in om-
nibus vitiis eo vtantur. Succus verò tithymali, qui iuxta
aquas, & humida loca enaſcitur, ſale & arido pane ex-
ceptus, idem præſtat, ſed vehementius aluum deiicit.
Succus cucumeris agreſtis, quem ἐλατήριον nominant,
pituitam & bilem vacuat: dantur oboli terni, cum lactis
ſtatim emulſi inſtar hemina. Granum Gnidium ſero-
ſum potius & aquoſum humorẽ elicit, pituitã verò &
bilẽ modicè expurgat: eſt æſtuans & acerrimum: dan-
tur grana triginta. Quòd ſi mitius purgare velis, dato
grana viginti: interna granorum pars trita, atque cum
polenta in vnitatẽ coacta, præbetur potanda: ſed poſt
potionẽ, roſaceum aut mellinum oleũ, ne fauces adu-
rat, ſorberi debet. Quare ſatius eſt vt trita ex melle co-
cto, in catapotia digerãtur. Agaricum pituitã & bilẽ,

ſed non eueſtigiò, detrâhit: modus exhibitionis eſt ſicilicus ex aqua mulſa, vel aceto mulſo. Aduerſatur ſtomacho quòd leue ſit, & enatare ſoleat. Cnici ſemen purgat pituitam, non tamen fortiter: ſeminis læuigati drachmas quinque in gallinacei decocti ius, vel ptiſſanæ cremorem iniicito, colatúmque propinato: ſunt qui ſeminis interiorem partem drachmæ pondere ſumant, & cũ amygdalis, aniſo, & melle cocto miſtam terant, & in catapotia efforment, ac arquatis commodè præbeant: quod etiam mitius eſt. Lathyris vehementius pituitã purgat: dantur eius grana maiora quindecim, & minora viginti, atque iis qui vberius purgari cupiunt, mãdi: qui verò multa euacuatione opus non habent, integra deuorari iubentur, præſertim ſi eius qui ſumit, ſtomachus vitiat⁹ fuerit. Ariſtolochiæ clematidis fructus ſiccus, ſi tritus bibatur, pituitam bilémque prolicit: eſt autẽ ſtomacho accommodatus & gratus. Mercurialis herba, ſi tenella eius folia decocta edantur, ſtercus expellit, ſin eius decoctũ vino dilutũ bibatur, mediocriter alui excremẽta mouet. Cucumeris ſylueſtris radicis cortex, ex aqua mulſa potus, abundè & citra noxã pituitam dúcit, neque ventriculum quicquã offendit. Styrax pinguis & flauus ſeſquidrachma pondere cum terebinthina, pituitam magis abundãtem ſine moleſtia ſubducit.

Thymi ternæ quaternæve drachmæ cũ aceto mulſo & ſalis modico, abundè citráque noxam pituitam & bilem educunt. Cyclamini radicis quã tenuiſſimè tritæ drachmæ tres aut quatuor, pro aſſumẽtis viribus potæ cum aqua mulſa, pituitam & bilem purgant, ſed præcipuè ſudorem proliciunt: quare bibentem oportet decũbere, & corpus tegumentis fouere, ac ſudoris excretioni opẽ ferre. Allii in tenuiſſimũ læuorem redacti ſicilicus, aut drachmæ tres, ſi ex aqua mulſa bibantur, pituitam pellunt. Aiuga in tenuiſſimũ puluerem redacta, ſi ſicilicus cum ficis aut melle cocto aſſumatur, pituitam ſufficientem trahit. Euphorbiũ, pituitam, ſed potius aquam ſubducit. Eſt autem acutiſſimum, & maxima ignea vi præditum: quapropter colicis, quibúſque venter frigidior eſt, exhibetur: alios ſatis & vehementer conturbat, ſitímque maximè mouet. Quippiam ex odoratis ſeminibus ei permiſcetur, & trium obolorum põdere ex aqua mulſa præbetur: ſed præſtat vt cũ melle cocto in catapotia efformetur. Squama æris aquã purgat: datur ex aqua mulſa, verùm non aquam modò, ſed & pituitam educit. Veratrum album varios humores vomitione educit: datur ieiunis per ſe, & cum ſeſamoide, thapſiæ ſucco, halica, aqua mulſa, lenticula, aut ſorbitione quapiam. Nonnulli exiguo cibo antea exhibito, veratrum offerunt, iis potiſſimũ quibus ſtrangulationis ſuſpicio imminet, aut corporis imbecillitas adeſt: ſiquidem in iis qui ita aſſumunt, purgatio periculo vacat, quòd medicamentum citra medium corporibus non apponatur. Quin & glandes ex eo ſedi inditæ, vomitiones cient. Seſamoides magnũ, ſupernè pituitam purgat, ſi quantum tribus digitis comprehendi poteſt, tritum vnà cum veratro albo trium ſemiobolorum põdere ex melle ſumatur. Cucumeris ſatiui radix trita, ex aqua mulſa drachmæ pondere epota, vomitiones prouocat. Quòd ſiquis à cœna leuiter vomere cupiat, oboli duo ſatiſfaciẽt. Pedicularis herba, ſiquis eius grana decẽ aut quinque trita in aqua mulſa dederit, pituitam craſſam vomitu expurgat. Verùm qui hauſerint, obãbulare debent, ſed adſit mulſa quæ aſſiduè affundatur, quòd ſtrãgulationis periculũ creet, faucéſque adurat. Thapſiæ tam radicis ſuccus quàm lacryma, & cortex, ſi ex mulſa bibatur, purgandi ſuprà infráve vim obtinet: datur ex radice pondus quatuor obolorum, cum anethi ſeminis drachmis trib⁹, & ſucci tres oboli, lacrymæ verò drachma: nam ſi copioſius exhibeatur, periculo non caret. Confert etiam per eam purgatio ſuſpirioſis, laterum doloribus diuturnis, & reiectionibus per vomitum, iis quibus ægrè vomitus prolicitur, in cibis aut decocto præbetur. Geniſta, huius fructus & flores tuſi cũ aqua mulſa pondere obolorum quinque, ſupernè cum diſtenſione, vt veratrum, citra periculum expurgant: fructus verò infra aluũ ſubducit. Bulbus qui vomitorius nuncupatur, folia habet lentiora, longéque maiora quàm qui edendo eſt, radicem bulbo adſimilem, quam cortex niger ambit: hæc ſi per ſe eſtur, decoctúmve eius potatur, vomitũ prouocat. Sambucus & ebulus, refrigerandi, aquámque educẽdi vi præditæ ſunt, cæterùm ſtomacho aduerſantur. Harum folia decocta, pituitã, bilémque educunt, & radix vino incocta atque exhibita, aqua inter cutẽ laborantibus ſuccurrit. Alypum fruticoſa eſt herba ſubrubra, ramulis foliiſque tenuibus, flore molli, leui, radice betæ ſimili, acri lacryma referta: ſemẽ eſt quale thymi, gignitur in locis maritimis, huius ſemẽ atram bilem per inferna ſubducit. Clematis, ſarmentũ profert ſubrubrum, viticoſum, foliis admodum acribus & exulcerantibus: arboribus circumuoluitur ſmilacis inſtar. Huius fructus tritus ex aqua vel hydromelite, pot⁹ pituitam & bilem infernè ſubducit. Inter ea quæ perquam modicè purgant, fructus quidam noti, lignoſi, cẽſentur qui è Syria & Ægypto ad nos deferuntur: quorũ alia lutea, quædam cepule ſũt, & quæ nigrum, aut nigra nuncupantur, quæ omnia communi nominẽ myrobolana nominantur. Duæ aut tres eorum drachmæ læuigatæ, purgandi vim obtĩnent, & priuatim capitis ſuperuacuum humorem exhauriũt, ac lutea bilem flauam euacuant, vt pituitam cepule, & atram bilem nigrum detrahit. Cæterùm vẽtriculum ac inteſtina ſua adſtrictione confirmant roborántque. Torrefacta ablutáque plurimum vis purgatoriæ exuunt, ſed tenuiorum partium euadũt, exſiccantiáque magis. Quare quibus fluxio deorſum proruens moleſta eſt, ac inteſtina vlcerat, hæc aſſumimus, quæ modicè humorem defluentem ſubdúcunt, & notatu dignum robur inteſtinis conciliant. Eãdem & cõſimilem facultatem obtinet, quod empeliliz, & quod emplitzi, barbara voce appellatur. Vnde & ex his quinque commiſtis, Barbari ſapientes medici id medicamentum, quod tryphalum paruam nuncupant, cõdunt: de quo paulo pòſt, quũ compoſita medicamenta purgantia recenſebimus, pertractabimus. Porro quod ſene nominatur, & ipſe fructus quidam eſt, qui inde adportatur: drachmæ pondo aſſumptum citra noxam purgat, pituitam ac bilem educit. Poſt id admodũ mediocriter caſia nigra & manna purgant: nempe caſia trium aut duarum drachmarum ponduſculo, vix vtique purgabit: at mannæ pluſculum etiam abſumitur: atque hæc flauam bilem ſolùm educit, & caſia ipſa quoque flauam vacuat, ſed eam potius quæ iam retorrida eſt, & in nigram migrauit, modicè præterea pituitam educit. Exhibemus autem vtranque, quibus non licet aliud vehemens medicamẽtum offerre, nempe pueris, & fœminis vterum gerẽtibus, ſiquando vſus poſtulat, & neceſſitas vrget: adhæc, quos febris quæpiam exuperãs, à reliquorum medicaminum aſſumptione arcet. Cæterùm quoniam purgantium medicaminum, quædam acriter, alia modicè ſua natura purgant, atque hæc illum humorẽ, illa hunc educere ſolent, ſpectandum eſt quo pacto aduerſus humores in ægris præpollentes medicamenta & miſcere & componere conuenit, ne alios aliorum loco humores vacuemus. Non enim ægrotantem ſimpliciter inanire confert, ſed noxium humorem expurgare decet: atque eo fit vt non omnes qui purgantur, leuiter ferant, & citra noxam euacuentur. Præſtat autẽ humorem, niſi turgeat, coquere, ac meatus reſerare, aluúmq; antea, ſi ita res exigit, eluere, aut per ea quæ modicè euacuãt, prius vacuare: quò medicamenta melius penetrent, magiſque efficacia reddantur, eiuſmodi ſunt zulapia, quæ è radicibus vrinam pellendi vi præditis, componuntur: qualis eſt radix fœniculi, apii, anethi, intubi erratici & ſylueſtris, atque id genus aliis. Adhæc cõcoquentia & emollientia: talia ſunt quæ è maluæ ſemine, althæa, bugloſſo, buphthalmo, dulci radicula, & adiãto componuntur: atque ex fructibus æſtiuis, pruna Damaſcena, zizipha, & vuæ paſſæ granis repurgatæ. Deinde ea quæ iecur aut lienẽ in primis infarctu liberant, aut humorem quempiam laceſſunt, puta eupatorium, ſecuridaca, triſſago, aiuga, cẽtaurium, ſtœchas, & quæ ex arte & recta medendi ratione inſeruntur, quæque purgatoriis viam ſternunt, ex quorum numero ſunt etiam cucu

meris & portulacæ ſemina, oxoſacchar, atque id genus alia: & præſertim in temperamentis affectibúſque calidioribus,veluti poſtea de omnibus docebimus. Itaque ne tibi ſit difficile ante purgationes, medicamenta concinnare quæ humores coquant, & meatus obſtructionibus vindicent, vbi paucis hæc via ac ratione docēdi explicuerimus,deinceps de purgationibus quoque diſſeremus. Vbi itaque flaua bilis deiicienda proponitur,ſi ipſa efferueſcit,ac hominem exurit,& calida medicamenta renuit, huiuſmodi zulapium concinnamus, quod ante purgatoriū, diluculo ieiuno exhibemus,donec in vrinis concoctio conueniens apparuerit:ſeminis cucumerum quadrans, ſeminis portulacæ, ſeminis intubi,radicum intubi,intubi erratici,ſingulorum vncia: roſarum,violarum, nymphææ œnāthæ, ſingulorum ſemuncia:ſeminis papaueris,& lactucæ,vtriuſque duella: pruna Damaſcena trigintaquinque,zinzipha quinquagintaquinque, myxaria, & zartali, ſingula quinque & quadraginta, ſaccharis libræ duæ: hoc bilis feruorē retūdit,inteſtina emollit,& meatus infarctu liberat:quod ſi ſcammonium quoque adieceris, ſine moleſtia bilem expurgat. Verùm ſi bilis nō admodum ferbuerit,ex his rebus zulapium conficimus:radicum apii, radicum fœniculi,intubi erratici,fumariæ, radicū intubi ſylueſtris, ſingulorū vncia,bugloſſi, eupatorii,buphthalmi,dulcis radiculæ,ſeminis althææ, ſingulorum ſextulæ quinque: violarum,ſeminis portulacæ, ſeminis intubi, ſingulorū ſemuncia: ſantali rubri, & lutei, vtriuſque duella:roſarum,nymphææ,croci, ſingulorū ſextula, ſaccharis libræ duæ. Quum verò pituitam vacuare in animo fuerit, ſi homo alioqui ætate fuerit vigente, & fere calida temperatura,verùm ob errorē in victus ratione admiſſum, & frigidorum abuſum eam collegerit, huiuſmodi componimus medicamentum,& præſertim ſi ſtomachus nimio humore maduerit, radicibus rurſus quæ mouendæ vrinæ ſunt,acceptis,ita miſcemus: radicum apii,radicū fœniculi, radicis condimentariæ ſylueſtris, radicum anethi,triſſaginis,aiugæ,cētaurii,ſeminis althææ & maluæ,ſecuridacæ,ſingulorū vncia:maſtiches, aſari, ſpicæ, ſingulorum ſemuncia:carnabadii, ſeminis fœniculi,ſeminis apii,aniſi dulcis,ſingulorū ſextulæ quatuor,mellis libræ duæ:melius enim eſt ex melle cōficere, vtpote quod abundè calidum eſt,magiſque attenuet,& obſtructiones extricet. Si frigid⁹ omnino æger fuerit,corpúſque totum humidis frigidiſque ſuccis redundauerit, ſatius eſt ſicco Dioſpolitæ medicamento vti, aut alio aliquo conſimili quod ſatis excalfaciat, & nimium humorem reſiccet. At quum atrabiliarem ſuccum detrahere voluerimus, hæc aſſumimus, potiſſimum ſi qui purgatur ſiccus eſſe videatur: radicum apii,radicum fœniculi ſylueſtris,fumariæ,ſtœchadis,bugloſſi,buphthalmi,ſingulorum vncia:aſplenii,triſſaginis,radicis capparis,ſeminis petroſelini,ſingulorū ſextulæ quinque: dauci ſeminis,ammis,dulcis aniſi,ſeminis fœniculi,ſingulorum ſemuncia:ficorum pinguium,dulcis radiculæ,vtriuſque ſextulæ quinque, ſeminis ocimi duella, croci ſextula, mellis libræ duæ, aceti quadrās. Siqua flaua bilis humori melancholico commiſceri putabitur,ita facito:capit ſpicæ,roſarum,vtriuſque vnciam, croci drachmam,ſeminis apii,ſeminis fœniculi: in aqua donec ſufficiet ferue facito,deinde adiecta mellis ſelibra, & aceti quadrāte, vſque ad conſiſtentiam & ſpiſſitudinem coquito.

DE PVRGANTIBVS MEDICAMENTIS COMpoſitis, CAP. IX.

PORro quoniam de ſimplicibus humoribus ſatis diximus, tibi licebit inde de complicatis quoque occaſionem nacto,ea etiam componere, atque exuperantiæ humorum complexorum, te quænam medicamina ſint commiſcenda docere poterunt. Quare iam reliquum ſanè eſt vt de purgantibus,quæ maiores noſtri compoſuerunt,verba faciamus,vnde & tu & quiuis alius exorſus, cognitis ſimpliciū cuiuſque facultatibus, ſolus quoque medicamenta componas. Cæterùm medicamentis purgantibus commiſcentur,alia quæ iniucunditatem retūdant, quædam quæ calorem aliámve quampiam qualitem deponant, nonnulla quæ ventriculo robur adiiciant,(plerunque enim deiectoria ſtomacho aduerſātur): alia quæ illis viam parent, humorúmque craſſitiem incidant: atqui eiuſmodi, vel ex ipſis particularium ſpecierum viribus diſces, quæ in libris de ſimplicium medicamentorum facultate traduntur. Cæterùm nos hîc ipſa illa veterum purgantia medicamenta depromemus, quo pacto componātur, quóſque humores euocent,exponentes:tu verò hinc ſumens occaſionē, quibus opus erit,ad hanc rationem medicamenta conficito & componito. Hoc tamen de his ignoraſſe haud decet, quòd quædā in grana ſiue orbiculos effingimus,quæ magnitudine eruum aut cicer æquent,eáque præbemus,ſiquādo iniucunditatem celare volumus, aut quum ventriculum humidiorem deprehēdentes,humiditatem illi addere nolumus. Quædam in triturā redigimus, nō quò inſuauitatem fallamus,ſed vt humorem vitemus,alia in bellaria digerimus,nonnulla in zulapia:ſunt & quæ ceu emplaſtra,vnguentáque conficientes,ſuper vmbilicum damus, quæ vmbilicaria quoque, (& Græcis ἐπομφάλια appellantur):aut pedes illinimus, & abundè euacamus. Dicemus autem de ſingulis,vt omni ex parte libro oriatur perfectio. Cōpoſitio orbiculorum(quos Græci κοκκία nominant) ad detrahendam flauam hydropicorum aquam,& materiam quæ tumorem efficit diſcutiendam valent,& ad lumborum dolorem,& podagram quā frigida cauſa creauit. Capit euphorbii ſicilicum,ſurculorum tithymali drachmam:ammoniaci,ſagapeni,opopanacis, bdellii,ſeminis apii mōtani & hortenſis, ammis, ſpicæ,ſingulorum ſemidrachmam: tuſa cribratáque cū oleo amygdalino cogito, & cū fœniculi ſucco ſubacta, in vmbra ſiccato:datur ſextula ex aqua calida. Aliud quod flauam bilem educit,tumorem deprimit, & iecur roborat,recipit abſinthii, turpeti, (quæ pityuſa nuncupatur)ſagapeni, ſingulorum drachmas quinque: ſeminis apii hortēſis & montani,ſeminis fœniculi,aniſi,ſingulorum ſicilicum, ſcammonii, ſurculorum tithymali,maſtiches,caſiæ,cinnamomi tenuis,ſingulorum drachmam:contuſa & creta in orbiculos fingito, præbetur duella ex aqua tepida. Aliud quod flauam atrámque bilem expurgat,crudos humores deiicit,ſanguinem attenuat:cæterùm quot dies aluū ſubducit, totidē quieſcere decet,rurſúſque medicamētum repetere, dum integra abſoluatur purgatio. Accipit myrobalanorum flauorū, & Indici, & nigri Damaſonii, & chryſobalani, & pityuſæ,ſingulorum ſeſquidrachmam, epithymi Cretenſis,filiculæ,violarum,ſingulorum drachmas tres:roſarum, ſeminis fœniculi, aniſi, ſeminis abſinthii, iunci odorati,cinnamomi,ſpicæ,maſtiches,cardamomi,amomi,ſingulorum drachmam,ſcammonii drachmam cum ſemiſſe, ſaccharis ſeſquūciam: tuſa cribratáque in vaſe triturā habeto. Dantur drachmæ tres, & ſi febris adſit, datur ex aqua egelida. Oxoſacchar corpora calefacta potum iuuat. Valet & ad febres acutas ſanguineas & biliofas, iecoris lieniſque calorē, eorúmque infarctus expedit. Capit corticis radicis capparis,apii,intubi,ſingulorum drachmas viginti,foliorum roſarum, ſeminis fœniculi,vtriuſque drachmas decem:ſpicæ,iunci odorati, ſeminis apii, ſingulorum drachmas quinque: hæc in aceti acerrimi libris quatuor macerantur,ſtántque ſimul noctē & diem,deinde molli igne coquuntur, donec dimidiū ſuperſit: poſthæc croco & ſacchare adiecto fit zulapium. Inter coquendum autem ſcammonii ſextula teritur, & in linteo ligata inditur vt ferueat. Perfectus exhibitionis modus eſt ſextans,cū obſeruatione,& moderatione. Aliud è fumaria ad flauæ bilis incēdium, ſcabiem & vulnera,& iecinoris obſtructionem valet, & ad arquatum,corpus repurgans. Corticis myrobalani lutei,cepule,& Indici,& Damaſonii, empeliliz,& emplitzi,florum violarum,filiculæ,abſinthii,epithymi, ſingulorum ſextans:ea confringantur,& diem noctémque in aqua fumariæ macerentur,ac vſque ad dimidias coquantur:dehinc percolata vſque ad concrementum cū ſacchare decoquantur:potionis modus eſt ſextans,cum ſcammonii granis quatuor. Alia compoſitio decocti, aluum ſoluentis,iecinoris dolori opitulatur, bilem flauam atrámque, item pituitam & caput purgat,ſi autū-

no & vere propinetur. Capit Damaſcena,zinzipha,myxaria, ſingula triginta,adianti, florum bugloſſi,vtriuſq; manipulum,violarum drachmas octo,roſarum ſicilicū, dulcis radiculæ,filiculæ, epithymi,ſingulorū drachmas tres,corticis radicis apii,& fœniculi,& intubi,ſingulorū drachmas octo: coquantur in aquæ libris quinque vſque ad tertias, deinde decocto pulueris myrobalani lutei drachmæ octo,myrobolani cepule;drachmæ quinque imponantur,& noctē diémque macerentur: adhæc diluculo ius decocti calfactum ſacculis tranſfundatur, diſſoluātúrque in eo mānæ, arundinis Indicæ drachmæ octo,palmæ ſylueſtris fructus,(ὀξυφοίνικα vocant Græci) ſeſquúcia, mannæ ſimplicis drachmæ ſex, & rurſus per ſaccum tranſmittatur, deinde adiecta vnguenti nardi vncia,tepefactum exhibeatur. Compoſitio alia quæ vere & autumno contra febres acutas præbetur, continet zinzipha,Damaſcena, vuas paſſas ab Iconio,ſingulorum numero viginti: violarum ſeſquūciam, adianti, fumariæ,florum bugloſſi,intubi ſatiui,cuiuſque manus plenæ faſciculum,vuarum paſſarum acinis repurgatarū vnciam: hæc feruefacito in aquæ ſeſquilibra, tantiſper dum dimidiū ſuperſit: poſthæc ſubigito, & per ſaccum excolato:poſtea eiuſmodi liquori ſylueſtris palmæ fructus ſeſquūciam, arundinis Indicæ repurgatæ vnciam, mannæ drachmas ſex adiicito: rurſúſque ſubacta defæcato,atque excalfaciens modicè,addito zulapii violarū ſextantem, & propinato diluculo. Orbiculi è ſagapeno valent aduerſus articulorum morbos, coxendicem, ventum neruorum, morbúmque omnis generis, quem frigida craſſáque recrementa concitarunt: capiunt ſagapeni,myrobalani,cepule,pityuſæ, hermodactyli,ſingulorum drachmas quinque: ſcammonii, caſtorii, capſici,ſingulorum ſeſquiſcrupulū:balſami (quod ſiſymbrium appellatur) nepetæ, ſeminis cicutæ, ſingulorum drachmas octo: tuſa cretáque cum aqua apii ſubigito, maſtiches, aniſi, ſtœchadis. Alii orbiculi ad pedum dolorem accommodati ſumuntur quouis tempore: aloes,hepaticæ,penidiorum,vtriuſque drachmæ decem: ſagapeni,myrobalani flaui,& Damaſonii,hermodactyli,ſingulorum drachmæ quinque,piperis,piperis longi, vtriuſque ſicilicus ſeſquiſcrupulus,lacrymæ Cyrenaicæ, opoponacis, vtriuſque drachma, naſturtii candidi, capſici Indici vtriuſque drachma: cōtundito & cribrato, ac cum ſucco porrorum fermētato, ac orbiculos formato:modus exhibitionis eſt ſicilicus. Aliud ad pedum dolores regium: capit myrobalani flaui, Damaſonii, emplitzi, zingiberis, ſingulorum ſextulas quatuor,origani ſextulas ſeptem,capſici duellam, hermodactyli cādidi ſextulas viginti, penidiorum ſextulas duodecim, bdellii ſextulas quindecim:tuſa cretáque cum ſucco ſolani ſubigito,& in orbiculos cogito,& ſimulatque æger dolorem perſentit,ante vel poſt cibum abſumat duellā ex aqua calida, aut vino. Parua triphyla dicta prodeſt interaneorum doloribus ac ſtomachi, imbecillitatique eiuſdem ab humiditate cōtractæ integram valetudinem tutatur, éſtque ad alia quæpiam vtilis. Capit corticem myrobalani cepule, & huius vice,ſi voles,Indici,empeliliz, & emplitzi,ſingulorum partem vnā:trita & cribrata miſce cum oleo roſaceo,& cum melle deſpumato ſubige. Dandi modus eſt duella aut ſemuncia ex aqua egelida. Qui voluerit perfectæ vtilitati interaneorum conſulere,vt ea à deiectionum labore liberet,bdellii cæſii partē adiiciat,ſi verò ſanguini euacuādo opem ferre cupis,adde gummis torrefacti partē:verùm ad vtilitatem ſtomachi imbecilli,& infernarū partium correctionē, apponitur roſarū & maſtiches pars, & aniſi,ac caryophyllorum dimidiata pars.Contra cordis palpitationē lignum aloes admiſce, & aduerſus ægritudines quas atra bilis gignit, pars epithymi adiungitur:ſi verò pituitam vacuare animus eſt, alypum adhibe: denique ad molem quam ſpiritus & flatus procreant,cruditatéſque, & coitus incrementum, inſere zingiberis,& galangæ cuiuſque partem, capſici Indici, piperis lōgi & tenuis cinnamomi,ſingulorum partem dimidiam,fitque idoneum medicamentum. Non deſunt medici, qui vt color venuſtior reddatur, crocum adii-

A ciant. Sacra amara Galeni,quæ ex aloe conficitur,valet aduerſus eos quibus in ore ventriculi, bilioſi putreſque humores impacti hærent, atque ad tenebricoſam vertiginem inde enatam, oculorum hebetudinem,capitis dolorem,& ſtomachi amaritudinem, faciei pallorem,quin & ad ea quæ ob oculos ceu culices aut pili obuerſantur:fæces quoque alui deducit, mediocriter purgans, & ad iecur vſque progreditur: quare eos quibus id eſt calidius,offendit,& ſtomachum iuuat. Exhibitionis modus eſt à drachma vſque ad ſicilicū:ſpecies quibus B hæc conſtat ſunt,croci, ſpicæ,ligni balſami, maſtiches, ligni caſiæ,cinnamomi,ſingulorum ſextula,aloes ſextulæ octo. Ea teruntur, & cum braſſicæ aut abſinthii ſucco vel vino,vt fermententur,ſubiguntur.Huic ſcammonium adiungentes,flauam bilem purgamus: ſi verò agaricum & medullam permiſcemus,pituitam euacuamus: quemadmodum adiicientes epithymum, ſuccum melancholicum educimus.Sunt qui vt ſtomacho aptius medicamentum ex aloe conſtituant, & minus aluum ſubducēs, aloen duplo ad ſpecies omnes pondere coniiciant,tritámque prius abluant,& in aquam C mittentes, ſubſidere ſinant:dein emergentem ſummatim aquam, vnà cum innatantibus ſordibus abiiciant,idque iterum atque iterum faciunt: vbi verò abūdè lauerint,medicamentum morſus expers, & ſtomacho idoneum reddūt: & reliquis ſpeciebus (vt dictum fuit) admiſtis, medicamentum ita cocinnatum, imbecillibus ſtomachis accommodatum eſſe inquit Galenus. Dioclis medicamentum quod aluum ſubducit in pituitoſioribus habitib⁹,ficus pingues triginta,ſpumæ nitri drachmas quaD tuor & viginti,Cnici ſeminis drachmas quindecim.Hæc accuratè trita,cum deſpumato melle in vnitatem cogito,ac fruſtula triginta facito, quorum ſingula quotidie ante cibum aſſumantur. Catapotia ex colocynthide, quæ capiunt aloes vnciam, medullæ colocynthidis vnciam,euphorbii ſemunciam,veratri nigri vnciam, bdellii, gūmis, vtriuſque vnciam,nitri ſemunciam: hoc ſemper vtere quum melāncholicum ſuccum aut pituitā purgare placet: nihil enim æquè poteſt in vnum cogere, & purgare neruos ægrotantis & caput: ac catapotiorum E horum miſtura ſufficiunt ad quatuor aut ſex,pro laborantis viribus. Porro haudquaquam opus eſt ad perfectum exhibitionis modum progredi, ſed à duobus tribúſve ſcrupulis ordiri, & ſic procedere. Mel roſaceū purgans conſtat roſarum ſucci libris tribus,aut quinq;, ſcāmonii quadrante, agarici ſextante, mellis libris ſex: hoc flauam bilem detrahit,éſtque ventriculo idoneum, pituitā quoque mediocriter pellit. Decoctio magna ad melancholicos, capit hyſſopi, epithymi, vtriuſque ſextantem, myrobalana lutea ſeptem, nucis vnguentaF riæ duellam,veratri,pæoniæ,ſcammonii,triſſaginis,polii,ſingulorum quadrantem:ammis,nardi Celticæ, aſari,caſtorii,agarici,ſeminis fœniculi,hyperici,centaurii, pulegii,ſerpilli,origani,ſingulorum ſextantem:libyſtici vnciam,calami odorati ſextulas quatuor, polypodii, alypiæ ſeminis,nepetæ, ſingulorum trientem, medullæ ſelibram,pepli ſelibram. Antidotum Sūgeli vtile ad capitis dolorem, oculorúmque hebetudinem fronti illitum,ad ſtomachicos,iecinoroſos,lienoſos,colicos,articulorum doloribus laborantes, podagricos: appetenG tiam excitat, animi alacritatem & colorem reſtituit,ſi cum vino bene diluto,aut melle probè temperato præbeatur. Modus dandi eſt nucis Ponticæ magnitudo: iis verò qui purgari cupiunt,drachma, aut quantum viriū robur perfert.Datur & ad affectus muliebres,quouis tēpore ante & poſt cibum: ſpecies hæ ſunt piperis longi, piperis cādidi,piperis communis,cinnamomi,xylocinnamomi,filiculæ,nucis aromaticæ,caryophyllorum,ſingulorum ſextans:zingiberis triens,ſpicæ,maſtiches,floris roriſmarini,ſeminis alypiæ, ſcammonii,ſingulorum H vncia,ſaccharis dextans, mellis quod ſatis eſt. Aceti mulſi purgantis compoſitio ad corpora melancholica:hyſſopi, thymi, epithymi, agarici, filiculæ, origani, pulegii,cumini,aniſi, radicis apii, ſingulorum faſciculi qui manu prehendi poſſunt: madeant in aceto noctem & diem,deinde probè decoquantur:poſtea abiectis her-

bis, acetum cum pari mellis pondere in vnum corpus coguntur,& vſque ad craſſamentum coquuntur, demũ ſcammonii ſextans immittitur:modus exhibitionis eſt duella,aut pro viribus. Sacra Galeni aduerſus maxima & deterrima vitia,quæ humores extricatu difficiles expurgat, & facultates naturales recreat,omnes autem humores purgat: ſi verò quempiam præ cæteris educere cupimus, commoderatum ſimplex aliquod deiectorium potioni adiicimus,illúmque humorem vnà detrahimus:vtilis quoque eſt melancholicis,& comitialibus. Cæterùm antea accuratè meatus infarctu ſunt vindicãdi,humoréſque concoquendi. Capit colocynthidis triẽtem,ſcillæ aſſæ ſextantem,aut quadrantem, ſpicæ ſextulas quatuor:iunci odorati,polii,pulegii aiugæ,ſingulorum ſextulas quatuor,euphorbii ſemunciam,gentianæ ſextulas octo,agarici ſextantem,ammoniaci vnciã,veratri nigri ſextantem,bdellii ſeſquunciam,aloes ſeſquũciam,marrubii vnciam,trium piperum,cuiuſque ſextulas quatuor,ſagapeni ſemunciam,croci duellam,ariſtolochiæ longæ & rotundæ,vtriuſque ſemunciam, zingiberis trientem,cinnamomi ſemunciam : opopanacis,caſtorii,petroſelini,vniuſcuiuſque ſemunciam,deſpumati mellis quantum ſufficit, paſſi quod ad lacrymas macerandas ſatis facit. Sacræ Rufi Epheſii miſtura,pituitoſos craſſóſque humores educens, triſſaginis dextans, colocynthidis,ſagapeni,caſiæ, filiculæ,ſingulorum bes: petroſelini,piperis candidi,vtriuſque quincunx,ariſtolochiæ quincunx: cinnamomi, croci,agarici, polii,ſpicæ,nardi myrrhæ, ſingulorum triens, opopanacis quadrans & drachmæ quatuor,mellis deſpumati quantum ſatis videbitur. Sacræ Logadii compoſitio, hæc plus cæteris ſuccum melancholicũ expurgat. Thymi,ſpicæ,myrrhæ,ſcillæ aſſæ,euphorbii , ammoniaci ,bdellii, zingiberis,aloes,ſtœchadis,hyperici,triſſaginis, ſingulorum vncia, epithymi ſextans, cinnamomi quadrans, veratri nigri ſeſquuncia , petroſelini ſextulæ quatuor ſeſquiſcriptulum:amomi,folii Indici, caſiæ,piperis cõmunis,piperis candidi,caſtorii,opopanacis,medullæ ſagapeni,ſingulorum ſemuncia,ariſtolochiæ ſextula, mellis quantum ſufficit. Sacra Memphitæ caput, aures & oculos purgat,abſceſſus ſtomachi diſcutit,auxiliatur comitialibus qui concidunt,& ore ſpumam commouent, & linguam mandunt, vt arbitreris ita affectos à dæmone detineri. Conuenit cholericis,elephantia laborantibus,ſi ab initio morbi exhibeatur: ſubuenit feris impetiginibus,corpus erodentibus,lethargo correptis, & iis qui inuiti vel vrinam vel alui recrementa emittunt. Vtiliter præbetur & iis qui medicamentum lethale hauſerunt:prodeſt iecinoroſis, lienoſis,pleuriticis, cardiaco vitio affectis:fœminis menſes pellit, quinetiam iſchiadicis, & lumborum vitiis conflictatis ſufficiens auxilium præſtat:omnibus denique vetuſtis vitiis medetur, datur bis térve menſe,ſumitur ex diluta aqua mulſa,ciceris magnitudine. Quòd ſi humorem quempiam potius quàm cæteros animus ſit purgare,aſſume illi accõmodatum,ac priuatim dicatum deiectorium. Perfectus exhibitionis modus aſſumentibus antidotum eſt ſicilicus aut drachmæ tres. Species verò quibus conſtat, ſunt,agarici,folii Indici,ammoniaci,veratri nigri, ſcillæ aſſæ,ſcammonii,piperis nigri,ſingulorũ grana quinq;: thymi,aloes,polii,caſiæ, hyperici,triſſaginis,bdellii, marrubii, epithymi, euphorbii, filiculæ,ſingulorũ grana quatuor:piperis albi, caſtorii , ariſtolochiæ lõgæ,cinnamomi,zingiberis,petroſelini, cuiuſque grana duo:piperis longi,ſagapeni,croci,ſingulorum grana duo cum dimidio , medullæ colocynthidis grana decem , mellis quod faciat ſatis. Compoſitio è prunis Damaſcenis pituitam & bilem educẽs:carniũ Damaſcenorum libræ duæ , mellis deſpumati libræ duæ , tithymali quadrans, ſcammonii vncia. Orbiculi ſtomachici qui dolorem ſopiunt, viſcera roborant, ſtomacho ſuccurrunt,caluariam purgant, & ſiqua defluxio in oculos irruit, auxilio ſunt:dantur & ad hemicraniam,dolorem nimirum qui mediam caluariam vrget, obtenebrationem, & ſonitus aurium. Sunt mirè efficaces ſi ſeptem antè cibum ſumantur , & poſt eſum quinque, idque quouis tempore.

Capiunt nucis aromaticæ,ſpicæ, croci,xylaloes, galangæ,amomi,cinnamomi, zingiberis, caryophyllorũ,zaduaris,cubebe,maceris, ſingulorum ſeſquidrachmam: rhei Indici, par pondus omnium ſpecierum, & aloes æqualem omnium menſuram. Trita cum vino candido fermententur, ac in orbiculos digerantur. Catapotia ex lapide Armeniaco,amaræ,epithymi, vtriuſque ſemũcia,agarici, Armeniaci lapidis, vtriuſque drachmæ quatuor,ſcammonii vncia,caryophyllorum grana octo:tuſa excipiuntur roſaceo malo , aut citriorum ſucco , vel melle roſaceo: datur ſicilicus. Hoc varios repurgat humores,præcipuè terreſtrem ac melancholicum. Porro lapis hic Armeniacus,vt ſuprà docuimus,& potus,& in catapotio deuoratus,citra moleſtiam aluum deiicit,neque metus eſt ne ſtrãgulatio aut ſyncope ſubſequatur, quemadmodum in purgatione per veratrũ album vſu venire cõſueuit. Cæterùm reliqua omnis victus ratio ſit boni ſucci,coctúque facilis,& virium refocillatrix:ita nanque & per purgationem, & victum concoctu facilem,viribus roboratis, poterunt furioſum amarúmque morbum depellere. Quòd ſiquid reliquiarum etiãnum ſuperſit,neque mẽs ægri planè perpurgata videatur, auxilia iterato reuoca , iiſdem inſiſtens. Sal qui aluum ſubducit,ventri inteſtiniſque inhærentem pituitam,reliquóſque humores euacuat: purgat quoque modicè bilem:commodiſſimus eſt articulariis,ſtomachicis,ſiquis ob ſtomachi vitium cõitialis aſſiduè concidit,eóque vtitur,magnas mihi gratias habebit : qui eo familiariter vtũtur,à morbis ipſos vindicat. Petroſelini, maſtiches, zingiberis,ſingulorum drachmas tres:piperis, euphorbii,vtriuſque drachmas ſex, ſalis ammoniaci drachmas quindecim,ſcammonii drachmas ſex: datur cochlearis dimidium in prandio,ad inſtinctum cum piſce vel gallina:pondus autem ſint drachmæ quatuor. Verùm ſi efficacius volueris purgare , mane ieiuno ex ſucci ptiſſanæ,aut aquæ mulſæ drachmis ſex præbeto,ſed robuſtioribus drachmis ſeptem,imbecillioribus verò drachmis quatuor dari poterunt. Aliud quod citra noxam aluum ſoluit,nec ſtomachum ſubuertit,quod omni tempore & cuiuis ætati exhibetur: excernit fæces duriores, omnémque putrem materiã à capite vſque ad vngues, à furfuribus & reliquis exanthematis quæ in capite efloreſcant, liberat : medetur tenebricoſæ vertigini,lippitudini,omnibúſque exanthematis quæ in ſumma cute erumpunt. Vindicat à tertiana,quotidiana,& quartana,ſi in intermiſſionibus, bona nimirum coctione antea in vrinis apparente,præbeatur,ſed præ reliquis ſuccis bilem euacuat. Accipit zingiberis, petroſelini, epithymi,ſilphii,ammis,ſeminis apii,cumini,libyſtici,piperis,ſingulorum drachmas quatuor:ſcammonii ſemũciam , ſalis ammoniaci torrefacti ſeptuncem : frictum ſalem cum cæteris tundito, ſed ſcãmonium tritum cribro excutitur,atque in pila in vnitatem rediguntur. Dãtur drachmæ nouem cum cremore ptiſſanæ , vel aqua mulſa. Aquam ducens purgatorium, pituitã aquámque euacuans,piperis,rutæ ſeminis, ſcobis eburneæ,euphorbii pares ſingulorum portiones:modus exhibitionis ſunt drachmæ tres ex melle liquido: colicis & aqua inter cutem laborantibus auxiliatur. Aliud quod citra moleſtiam purgat , iſchiadicis , & iis qui diuturnis morbis circuitu repetentibus affliguntur,efficax. Colocynthidis medullæ quadrans,nitri ſextans:probè trita dato robuſtis drachmam ex hydromelite,imbecillioribus verò ſiliquas nouem. Cæterùm quandoquidem abundè de purgantibus eſt pertractatum,hîc ei finis imponatur:tibi verò & alteri cuiuis purgandi rationis ſtudioſo,hinc occaſionem ſumere licebit,& iuxta antea explicatas rationes ac diſtinctiones , iis manus admoliri, atque ab his exorſo,de aliis iudicium ferre , ſimiliáque condere.

MEDICAMENTA QVAE VEL APPOSITA VEL iniecta purgant. CAP. X.

VErumenimuero,quoniam nonnulli per vmbilicaria medicamenta,& inunctiones ,& ea quæ ſubter in aluum dantur,(ἐνέματα vocant Græci)noxios humores eiicere tentant, de his quoque tantum diſſeremus,quan

tum ea parte hoc opus nõ eſſe mancum videatur. Vm- A
bilicare deiectorium, quod idem vomitum prouocat, ſi
ventri ſuperimponatur, menſes qui ob vaſorũ præclu-
ſionem detinentur elicit: fœtus diſperdit, aluo atque lũ
bis admotum. Abſinthii, ſucci radicis cyclamini, colo-
cynthidis medullæ, ſingulorum drachmæ decem, radi-
cis cucumeris ſylueſtris, radicis artemiſiæ ſiccarum, ela
terii, cuiuſque drachmæ ſex: farinæ lupinorum, cheli-
donii, ſeminis violæ albæ, ſingulorum drachmas ſex, o-
popanacis ſicilic⁹, ceræ drachmæ quinque, terebinthi
næ drachmæ octo, olei Cyprini drachma vel quantum B
ſatis eſt: hoc appoſitum ſimulatque ventrem emouit,
ſummouere oportet. Emplaſtrum aliud purgãs, quod
ab egerendi neceſſitate χεζανάγκη Græcis nominatur:
hoc vmbilico impoſitum, aluum commouet, ſed ſi ſu-
per thoracem aut ventriculum datur, vomitum ciet, do
nec ſplenium abſtuleris, fœminarũ menſes ducit, & fœ-
tus necat ſi imo ventri & lumbis admoueatur. Ratio cõ
ponẽdi hæc eſt:: cocci Gnidii drachmæ tres, lapidis A-
ſii ſicilicus, veratri candidi drachmæ quatuor, adipis
caprini drachmæ quinque, elaterii, ſucci tithymali, v- C
triuſque drachmæ quatuor, amurcæ ſicilicus, fellis tau-
rini ſicilicus, ſpumæ nitri drachmæ quinque, farinæ lu-
pinorum amarorum ſextans, comarum abſinthii ſicili-
cus. Reliqua tunduntur & incernuntur, deinde fel tri
tum, & amurca induntur, liquefactúſque adeps infundi-
tur, atque in vnitatem redactis vtimur. Epithema a-
liud quod ſanguinem per nares elicere, ſi fronti impo-
natur, pollicetur: quando autem (inquit auctor) ſangui-
nem ſiſtere velis, auferto, & locum ſpongia poſca aut
frigida imbuta accuratè extergito: imò ventri impoſitũ D
quadrangulari figura, nouem digitorum magnitudine,
menſes ciet, & fœtus enecat. Admouetur & nephriticis
in exacerbationibus. Capit ceræ, galbani, euphorbii, ra
dicis lanariæ herbæ, (στρουθιον nominatur) ſingulorũ vn-
cia, talorum cerui crematorum, ſucci abſinthii, vtriuſq;
drachmæ quatuor, terebinthinæ triens. Arida læuiga-
ta cernito, & cum felle vitulino rurſus terito, vt ſtrigmẽ
ti craſſitudinem acquirat, & liquefacta ſuperfundito,
quúmque in vnum coierint, vtitor (ait) tanquam homi-
num opinionẽ fallente. Vnguenti deiectorii miſtura, E
fellis taurini ſextans, elaterii vncia, cocci Gnidii triens,
ſucci lupinorum ſextans, euphorbii, colocynthidis me-
dullæ, vtriuſque vncia, adipis viperini quadrans ſemũ-
cia, muſcerdarum drachma, adipis vulpini recentis ſex
tãs, ſucci, pæoniæ, caſtorii, vtriuſq; drachmæ quatuor,
olei Cyprini ſelibra, olei communis libra. Aliud epi-
thema quod vmbilico admouetur, & lienem expurgat:
veratri nigri quadrans, veratri albi triens, ammoniaci,
nitri, ſingulorum quadrans, ſcammonii ſextans, piperis
grana triginta: tuſa cribratáque, terebinthina excipito, F
vt malagmatis molliciem contrahant, locóque antea de
terſo, & foto, ſplenium quadrangulare quinque digito-
rum latitudine inducito, ac imponito. Pubi quoque ap-
poſitum fœtus necat. Epithema ſanguinem ducens,
vt ora venarum ſui officii moneat, & menſes muliebres
ducat: capit elaterii, myrrhæ, galbani, farinæ hordea-
ceæ, ſingulorum drachmas quatuor, foliorum rutæ viri-
dis ſicilicum, fellis taurini quantum ſufficit vbi ſingula
priuatim in ſummum læuorem redegeris, atque dein-
de in vnitatem coegeris, bilis quod ſufficiet affundito,
& quũ vſus ita poſtulat, locum ſub vmbilico, circúmq; G
ipſum vmbilicum, ac interdum lumbos illinito. Menſes
quoque prolicit, & ora venarum anus aperit. Altera
inunctio quæ plantæ pedis illita crudam pituitam ex-
pellit: medullæ ſextulæ quinquaginta, euphorbii ſextu-
læ triginta, lactis tithymali ſextulæ viginti. Tundatur
medulla bene, atque affuſis aquæ libris tribus, triduum
ita permaneat, quarto deinde die vſque ad tertias co-
quatur, poſthæc liquori colato olei libra adiiciatur, &
molliuſculo igne tãtiſper coquatur dum tertia pars ſu- H
perſit, iiſque ceræ quadrans additur: quæ quum fuerit
diſſoluta, euphorbium ac tithymali lac imponitur, o-
mniáque ſimul probè coquuntur, demum ab igne depo
nuntur, & in vaſculum nitidum infundũtur. Quúmque
cuipiam mederi cupis quẽ crudus humor corporis me

A dium prope renes infeſtat, aut ſpiritus in ſpina media
inſidentes, negotium faceſſunt, laboranti ſagapeni ſex-
tulam præbeto potandam, dum dormitum concedit, al-
terámque ſextulam ſequenti die ſummo mane ex aqua
tepida, poſthæc plantas pedum, genúque medium iam
dicta vnctione illinito: mirum enim in modum humo-
rem crudum extricat ac repurgat, nihilo ſecus & citra
ſagapenum idem præſtat.

DE GLANDIBVS MEDICAMENTIS QVAE NA-
ribus indũtur, & quæ manſa pituitã per os educunt.
B CAP. XI.

Porro quia nonnulli vſu aut neceſſitate quapiam ita
ſuadente, glandibus & clyſmatis ægrotantes repur-
gant, horum quoque vna alteráve compoſitio eſt appo
nenda, vt inde ceu è rudimento quopiã, eiuſmodi quæ-
dam medicamenta concinnare queas. Glandis com
poſitio ad humorem mucoſum ex acetabulis ac ſpina
extrahendum, atque ad ægritudinem colicam quã fri-
gus creauit. Recipit ſagapeni ſicilicũ, bdellii, ſarcocol
læ, colocynthidis, ſcammonii, nitri, myrrhæ, fellis bubu
C li, ſingulorum drachmam: tuſa cribratáque vt fermẽte
ſcant, ſubiguntur, & pro ſpecierum pondere mel cõcre-
tum adiicitur: deinde oleo ſeſamino manibus illitis,
glandes efformantur. Medicamentum quod in nares
inſeritur, (ἔῤῥινον Græci vocant), purgans Aſclepiadis,
efficax ad eos qui vetuſta lippitudine infeſtantur: pro-
deſt & comitialibus, copioſum humorem eliciens, gith
drachmæ octo, ſalis ammoniaci, elaterii, vtriuſque dra-
chma: trita & in tenuiſſimum pollinem redacta, oleo ſi-
cyonio, aut vnguento irino vel Cyprino excipito, vt
D cerati craſſitudinem nanciſcatur, & in corneam pyxidẽ
ad vſum reponito: vſus tempore nares illinito, iubetó-
que vt ſurſum attrahat. Aliud citra dolorem & mo-
leſtiam purgans, cyclamini ſicci drachmæ octo, iridis
ſicilicus, nitri rubei drachma (ipſe elaterio vſus ſum) di-
ligenter trita per arundinem inſufflato, admonens eos
qui vtuntur vt ſurſum rapiant, deinde deorſum nutent,
vt collectus humor defluat. Aliud ſternutamentum
ciens, quod caput expurgat, Heraclidis Tarentini, cu-
mini Æthiopici, piperis cãdidi, herbæ lanariæ, caſtorii,
E æquas portiones, tuſas atque in cerniculo excuſſas, in æ-
neam pyxidem recõdito. Quum vſus flagitabit, concuſ
ſam pyxidem naribus admoueto, aut digito ipſum in-
ſerito, vel per arundinem inſpirato. Aliud zingiberis
ſicilicus, herbæ lanariæ ſicilicus, piperis, caſiæ, vtriuſq;
drachma, vtere vt prædictum fuit. Aliud valet ad eos
qui vetuſto capitis dolore infeſtantur, & tenebricoſa
vertigine tentantur, atque comitiales: veratri candidi
drachmæ quatuor: radicis cucumeris ſylueſtris, herbæ
lanariæ, nitri, piperis candidi, ſingulorum drachma, ca-
F ſtorii ſicilicus: vtere quo diximus modo. Aliud folio
rum cucumeris ſylueſtris ſuccum ipſum per ſe, au cum
ſucco betæ, vel myrrhã melle decoctam, naribus infun-
de. Aliud elaterium erui magnitudine, lacte muliebri
maceratum in nares inditur, & vbi purgationem ciue-
rit, nares in peluim demiſſæ abluuntur, cibóque refici-
tur æger. Porro medicamenta quæ commanducata
pituitam eliciunt, (ἀποφλεγματισμοὺς Græci nuncupant),
quæque per emiſſaria palati caput expurgant, fiunt ex
ſinapi vel hyſſopo cum paſſo coctis, aut vua paſſa trita
cum pipere, vel melle oleo admixto, aut herba pedicu-
G lari ſeorſum & ex melle trita. Alius apophlegmati-
ſmus qui manſus caput repurgat, & copioſum elicit hũ
morem. Piperis candidi, origani, vuæ paſſæ, ſingulorum
ſicilicus: excipe vuis paſſis, exemptis vinaceis, aut fico-
rum pinguium carne, & mandendum præbe. Debet au-
tem mandens caput deorſum flectere, & ex interuallis,
vt collectus humor effluat, hiare: poſthæc aquam cali-
dam ore continere: quúmque multus perſentitur mor-
ſus, effũdere. Aliud quod mãditur: nitri drachmæ ſex,
H aniſi drachmæ quatuor, herbæ pedicularis drachmæ
tres, foliorum viridiũ lauri, & vuæ paſſæ domeſticæ, de
tractis vinaceis, vtriuſque pares portiones excipito, &
paſtillos formato, qui ſinguli pendeant drachmas tres,
atque vſu appetente, vnum commanducandum exhi-
beto. Aliud origani, hyſſopi, herbæ pedicularis, ſin-

A gulorum drachmæ quatuor, ſpumæ nitri,ſinapis,vtriuſque ſicilicus, pyrethri drachma,in læuorem redige, ac vtere. Aliud hyſſopo,thymo, origano, & ſeorſum & ſimul vtere. Habes tractationem de medicamentis quæ commanſa pituitam ore educunt, & quæ in nares imponuntur,abundè tibi explicatam. Verùm quandoquidem nonnulli huiuſmodi ac reliquis deiectoriis parum circunſpectè vtentes,interdùm dolores,vel cōuulſiones,aut ſuperpurgationes, aut id genus alia inferūt, & iuuamenti loco nonnunquam noxam creant,hæc de iis haud ignoraſſe decet, quòd non omnes amicè eadē B medicamenta eodem ſenſu percipiunt, ſed alii ea etiā quæ admodum potentia ſunt,ob corporis ſenſuum difficultatem vix ſentiunt,alii quæuis vulgaria perſentiūt: quemadmodum nonnulli,quòd meátus natura ſint fluxiles,vel ob materiæ aptitudinem,inſtrumentorúmque molliciem, mediocribus purgantibus cedunt: qui verò non ſunt huiuſmodi,tardè vel à potentioribus purgantur. Quo fit vt priores in ſuperpurgationes,& cōuulſiones,& contractiones ac refrigerationes incidant:poſteriores verò, animi deliquiis,torſionibus,doloribus, ver C tiginibus, & animi deiectionibus corripiantur. Porro proportione afficiuntur qui parte aliqua purgantur. Denique non à vehementibus,verùm à moderatioribus in omnibus iis quæ aſſumuntur auſpicari oportet,partim vt ſenſus ægri exploretur, partim vt exercitatus vehementiora tolerare diſcat, ipſorúmque nimia vis,per medicamenta quæ morſus ſunt expertia atque emolliunt,eſt caſtiganda:nam ſi ita ex methodo medicamenta offeres,ægrotus nihil periculi ſubibit.

D DE MEDICAMENTIS EXITIALIBVS, CAP. XII.

CÆterùm quia purgantia medicamina quātitate potius offendunt;(quum nimirum largiore modo aſſumuntur)dictúmque eſt antea qua ratione ea ſint commiſcenda,quóque ponderis modo exhibēda, atque exitialia qualitate potius nocent, nunc de his quæ ex omni parte offenſam gignūt, & plerunque, vel copia,vel qualitate perimunt, eſt differendum. Nam quandoquidem nonnulli caſu quopiam ac ignoratione, alii vltro ſuáque ſponte vitam exoſi,ceu qui ſibi necem inferunt, E aut laqueo ſpiritui viam præcludunt: quidam quoque qui aliorum vitæ inſidiantur clanculùm,animalia exitialia,aut plantas, vel metallicas ſpecies,ferculis iniiciunt: age de his quoque quæ neceſſaria ſunt dicamus; hac etiam in re veteres artiſque inuētores ſequuti, & modò ſenſum mentémque ipſorum proponentes, modò ipſa verba,ſed in pauciora contracta, adferentes: hoc enim noſtrum toto hoc opere propoſitum eſt,in illorum ſententiam pedibus ire, & ſiquid compendioſum ab illis dictū eſt, id ad verbum huic volumini nōnunquam in- F ſerere. Quocirca ſi tu aut alius quiuis quædam huius libelli in aliorum commentariis ſcripta repererit, nos minimè ceu alienæ commentationis plagiarios criminetur,ſed compendio vbique ſtuduiſſe arbitretur:& ſicubi obuium atque ad manum inuenimus, ei tanquam abundè ſatiſfacienti acquieuimus. Siquidem hoc ipſum & à Galeno & à recentioribus in libris de medicamentis factum fuiſſe cernimus, qui ſuis libris aliorum inuenta immiſcere haud deſpexerunt. Cæterùm hæc,prout cuiq; libet,ita & iudicet & diſponat licet. Nos verò qui- G bus propoſitum eſt de iis quæ aſſumpta enecant,pertractare,ſingula excutiamus, doceamúſque quænam poſt aſſumptionem ſymptomata progignant,ac quibus medicamentis vniuſcuiuſque periculum imminens propulſetur. Cæterùm lectores omnes qui in hunc librum incident,& artis ſacris initiati ſunt,præmonitos velim vt ipſi hæc ad hominum ſalutem ediſcāt, neque in eorum perniciem quouis vindictæ prætextu detorqueant, ne Deus iudex hîc illorum flagitium diuulget,meritáſque H luant pœnas,parcátve,vt in poſterum iuſtiori ſupplicio vlciſcatur,æternis nimirum pœnis condemnans:adhæc ne temere ea cum aliis communicetis, ne is qui faſcinoribus oblectatur, eiuſmodi rerum cognoſcendarum ſtudium, ſui flagitii lucrum non contemnendum ſtatuat, vóſque ob linguæ effrænem incontinentiam ſicario medicamentum mortiferum in manum obtrudatis. Cæterùm de his hactenus: nos verò,vt polliciti ſumus,tractationem capeſſamus. Itaque animalia lethalia ſunt, cantharis,bupreſtis,ſalamandra,pinorum eruca,(πιτυοκάμπην Græci nominant)lepus marinus,rana rubeta, & muta,rana paluſtris,hirudines deuoratæ:ex ſeminibus herba apollinaris,cicuta,coriandrū,gith,pſillium: ex liquoribus,meconiū,opocarpaſum, thapſiæ ſuccus,elateriū, ſuccus mandragoræ:ex radicibus,chamæleon, aconitū, thapſia, veratrum; agaricum nigrum,ephemerū,quod nonnulli Colchicum, eo quòd in Colchide proueniat, appellant:ex ramoſis & oleribus,ſmilax,(quam Romani taxum)nominant,ſolanum furioſum(quod dorycniū quoque vocant)herba ſardonia,quæ ranunculi ſpecies eſt,papauer corniculatum,pharicum,toxicum,ruta ſylueſtris; fungi: ex animalibus verò,ſanguis tauri nuper mactati,lac coagulatum,& mel quod in Heraclea Ponti ciuitate naſcitur: ex metallicis autem, gypſum,ceruſſa, calx,auripigmentum,ſandaracha,argenti ſpuma,adarce,plumbum, & quod vocatur argentum viuum:ex domeſticis & familiaribus denique, vinum copioſum cōfertim è balneo egreſſis potum, aut paſſum, aut frigida ſimiliter. Atque hæc ſunt quæ interimūt. Verùm de ſingulis quod neceſſum eſt priuatim tractare oportet.

Eos itaque qui cantharidas aſſumpſerunt,hæc fere indicia comitantur,omnia ab ore ad veſicam vſque morderi ac vellicari ipſis videntur, guſtuique picis aut cedriæ aliquid ſimile ſapere putantur, dextra præcordia inflammatione tentantur, vrináque ægrè redditur: adhæc ſæpenumero ſanguinem quoque lotio excernunt, ventérque ita ipſis affici videtur,vt ii quos inteſtinorū difficultas prehendit, animo linquuntur, & in tenebricoſas vertigines incidunt: denique mente alienantur. Proinde antequam hæc inſequantur, exhibito oleo ad vomitum cogendi ſunt, ac ſimulatque plurimam partē vomitione reiecerunt, clyſtere cremor halicæ aut oryzæ,aut tragi,vel ptiſſanæ,vel ſeminis lini,vel fœnigræci,aut radicum althææ,decoctum infundendū eſt. Quinetiam poſthæc nitrum, vel hydromeli, vt ea quæ ſtomacho inteſtiniſque adhærent deorſum pellantur ac eluantur, præbere oportet, poſt quæ,ſi ipſa perrumpere nequeunt,mulſam aquam vnà cum nitro,tritis nucibus pineis commiſtis,& ſeminibus cucumeris vel lacte,exhibere decet. Efficax præterea eſt & adeps anſerinus ex paſſo. Cæterùm partibus inflammatis farinam hordeaceam in mulſa decoctam, cataplaſmatis more inducere conuenit, licet initio adhibita cataplaſmata obſint, eo quòd aſſumptum venenum à caliditate retineatur, atq; in locis principatum tenentibus obfirmetur. Verùm vbi ipſum tempus traxerit, proſunt, quòd inflammationes relaxent,doloréſque ſopiant ac mitigent. Eo quoq; tempore iuuat,ſi antea oleo calido illitum, in labellum dimiſſum corpus abluatur. Per ſummam item cutem ea quæ noxam creant medicamentis euocanda ſunt, vt omnis pernicioſus,exortus quacūque ratione licet,è corpore extrudatur,ne affectus ſtabilis ac permanens euadat. Carnes porro gallinaceæ, agninæ ac porcellorum dandæ,ſed quæ pingues ſint,& tenerrimæ vnà cū ſemine lini decoctæ: aluum enim iuuant ac emolliunt, & acria retundunt. Vinum item copioſum ac dulce:valet quoque ſi corticis thuris,& terræ(quæ ἀστὴρ Græcis nuncupatur),vtriuſq; drachmæ quatuor: tritæ ex aqua aſſumantur. Quinetiam confert irinum ac roſaceum vnguētum in ruta excoctum,& vitis virgulta tenera ex paſſo. Verùm longè omnium efficaciſſima ſunt antidota,ſi ex mulſa quatuor drachmarum pondere bibantur. Porro pinorum eruca deuorata, ſtatim dolor in ore ac palato oboritur:adhæc linguæ,ventriculi, vētríſque valida inflammatio,ac inteſtinorum vehemens cruciatus, adeo vt interanea corrodi videantur,prehendit,atque totius corporis incendium. His non aliter quàm iis qui cantharidas deglutiuerūt, ſuccurrere decet,ſed priuatim ipſis loco roſacei irinique olei, melinum adhibetur quod ex malis,cotoneis,& oleo conficitur. Iā iis qui bupreſtin epotarunt, in guſtu quippiam graueolenti ſimile percipi videtur,& dolor ſtomachi ſuccedit, & aqua inter cu

tem laborantium in morem totius corporis extima in- A
tenduntur,ac vrinæ ſupprimuntur. Iuuant quæ iis quo-
que qui cantharidas hauſerunt auxilio ſunt, ſed pecu-
liariter,vbi vomitione ac clyſteribus iniectis euacuaris,
proſunt ficus ſiccæ,earúmque decoctum cum vino. Vbi
autem periculum de ſuo acumine remiſit,glandes The
baicæ eſu vel ex vino mulſo lactéve tritæ,potæ auxilian
tur. Omne quoque pyrorum genus comeſtum , lácque
muliebre epotum opitulatur. Eos qui ſalamandram
ingeſſerunt,linguæ inflammatio,ratiocinationis impe-
dimentum ,atque cum rigore quopiam ac exulceratio- B
ne tremor ſuperuenit : quæpiam quoque corporis par-
tes liueſcunt,& ſi intus venenum permanſerit,putrefa-
ctæ ſæpenumero defluunt. Quibus vbi omnia ea quæ in
cantharidibus admouerimus , peculiari quadam ratio-
ne medicamentum quod reſina pinea & galbano cum
melle conſtat,loco elecgmatis offertur,ac aiugæ deco-
ctũ, in quo nuces pineæ læuigatæ fuerint,& folia vrticæ
cũ liliis & oleo decocta:valẽt & teſtudinis marinæ terre
ſtiſve oua cocta,& ranunculorum ius,in quo eryngii ra
dix fuerit incocta. Qui leporẽ marinum epotarunt,gu- C
ſtus piſcoſus ac viroſus ſuccedit:at vbi vetuſtum eſt ma
lum,aluus indolet,& vrinæ cohibentur,ac quum excer-
nuntur, colore cernuntur purpureæ, omne piſcium ge-
nus auerſantur oderúntque ,& ſudorem graueolentem
emittunt. Bilis præterea euomitut quæ nonnunquam
ſanguini commiſcetur. His aſſiduè lac aſininum,aut paſ
ſum , & maluæ radicis foliorúmque decoctum , aut cy-
clamini radix cum vino trita,vel veratrum nigrum,aut
ſcammonii lacryma cum aqua mulſa,malorum item Pu
nicorum acini,aut cedria læuigata cum vino datur: effi D
cax quoque eſt anſerinus cruor calidus epotus. Quòd ſi
ægri piſces ingerere nequeunt,ſolos fluuiatiles cancros
coctos edant,bibántque vinum cui ipſi ſint admixti. Cæ
terùm ſalutare eſt ſi piſces edere ſuſtinẽt. Rana rube-
ta aut paluſtris oblata , corporis tumorem cum pallore
intẽſo,vt buxeo ſimilis videatur,inducit,difficulter re-
ſpiratur,os fœtet , & ſingultus ſubſequitur: quandoque
etiam ſemen præter voluntatem excernitur. Facilè autẽ
à vomitu ſuccurritur , aſſumpta multa meraci vini po-
tione, & arundinis radicis ſicilico , aut cyperi totidem. E
Cæterùm cogendi ſunt vt concitatius obambulent &
currant,ob torporem qui ex hoc malo contrahitur,ad-
hæc vt ſingulis diebus lauentur. Hirudines in aqua ab-
ſorptæ,& inter deuorandum in ore ventriculi adhære-
ſcentes,partes vlcerant,& exuſtionis imaginem repræ-
ſentant:quæ nota eſt hirudines eſſe deuoratas. Expellit
eas muria ſorbitione oblata , & ſuccus Cyrenaicus , aut
laſeris folia cum aceto epota : gargarizandum quoque
atramentum ſutorium in læuorem redactum cum ace-
to,aut nitrum cum aqua. Eas vero quæ gutturi adhærẽt, F
in calidum lauacrum demittentes , ac frigidam ore cõ-
tinendam dantes,eiicimus. Herba apollinaris pota, mẽ-
tis abalienationem ebriis non diſſimilem infert:eſt au-
tem curatu facilis ſi opem feras mulſa liberalius pota
& lacte, potiſſimum aſinino,ſin minus,bubulo, & ficuũ
aridarũ decocto. Benefaciunt ipſis & nuclei pinei,nec-
non & cucumeris ſemen cum paſſo aſſumptum: nitrum
ſimiliter cum aqua cõducit, inſuper intubum erraticũ,
ſinapi,naſturtium,radicula,cepe,allia , ſingula cum vi-
no ſumpta. Cæterùm cogendus eſt conquieſcere, vt qui G
vinum biberunt: coriandrũ propter odorem latêre ne-
quit, epotum autem raucitatem facit , vocémque den-
ſat, & furorem ebrietati non adſimilem inducit: totius
corporis ipſorum odor coriandrum indicat : ſuccurrit,
ſimulatque per oleum irinum vomitu reiectum fuerit,
(vt ſuprà monſtratum eſt)vinum cum abſinthio & per
ſe potum , ouáque euacuata in ſeſe detrita, & tepefacta
cum muria ac ſorpta,quinetiam muria bibita, & ius ſal
ſum tum gallinaceum tum anſerinum. Cicutæ potus
tenebras caliginémque inuehit vt ſolem aſpicere ne- H
queant:ſingultum item & mentis alienationem, ac ex-
tremorum perfrictionem inducit : poſtremò conuulſi
præfocationis tenſione corripiuntur , arteriarum ſpiri-
tu intercepto. Per initia igitur,quemadmodum & in a-
liis,vomitu eã educemus,deinde euacuatione vſi,quod

ad inteſtina collapſum eſt excernimus,poſthæc ad vini
meri potionem,ceu præſentiſſimum remedium,tranſi-
mus, per interualla eam exhibentes : in quibus potum
prodeſt lac aſininum,aut abſinthium cum pipere & vi-
no,& caſtorium, & ruta cum vino, aut lauri ſemina,la-
ſerpitium itẽ,eiúſque liquor, cum oleo & paſſo: paſſum
quoque per ſe copioſum epotum, abundè ſuccurrit. Et
quod vocatur pſyllum , potum corporis totius refrige-
rationem infert,torporémque cum reſolutione, & ani-
mi triſtitia. Præſidio ſunt omnia quæ contra cicutæ po-
tum valent. Papaueris lacrymam epotam ſubſequi-
tur delatio in ſomnum(καταφορὰν appellant),cũ perfri-
ctione & pruritu adeò intenſo vt ſæpenumero veneno
inualeſcente tantus oboriatur vt ab eo excitentur,& to
to corpore veneni odor perſentitur. Proficit poſt vomi
tiones oleo factas,acre clyſma iniectum,& acetum mul
ſum cum ſale potum,aut mel cum roſaceo calido,aut vi
num meracum copioſus cum abſinthio & cinnamomo,
& acetum calidum per ſe : inſuper nitrum cum aqua &
origano, & ſemen rutæ ſylueſtris cum pipere & vino ac
panace:piper item cum caſtorio & oxymelite, aut ſatu-
reia,vel origano,vino addito. Cæterùm excitare ægros
oportet iis quæ naribus adhibentur odoranda,& in ca-
lidum labrum deducere, fomentíſque propter accedẽ-
tem pruritum adiuuare:à lauacro pinguibus iuſculis v-
ti expedit cum paſſo. Papauer quod corniculatum ap
pellatur,eſum potúmve, eadem inducit quæ papaueris
liquor : quocirca eadem admittit præſidia. Mandra-
goræ potum illico carus, viriũ reſolutio,& valida in ſo-
mnum delatio,quæ nihil ab eo vitio quod λήθαργος nũ-
cupatur,differt, inſequitur. Antequam horum aliquod
eueniat,competit vomitus,poſt hunc aqua mulſa,nitrũ
abſinthium,cum paſſo aſſumpta. Capitis item irrigatio,
(ἐμβροχὴν vocant),ex roſaceo & aceto. Motus quoque
corporis excitari debet per ea quæ odoratum commo-
uẽt,nempe eupatorio,pipere,ſinapi, caſtorio,& ruta ex
aceto contritis,adhæc pice liquida,ipſiſque lucernarum
funiculis vſtis, necnon iis quæ ſternutamenta mouent:
aliis item auxiliis in his vti conuenit. Carpaſi ſuccus
potus,carum,& ſtrangulatum præcipitem infert,qui ab
iis opem ſentiunt quæ cicutæ epotæ auxiliantur. Quæ
in Sardinia herba gignitur,& ranunculi ſpecies eſt, po-
ta vel comeſta mẽtem abalienat, conuulſionem adfert
cum labrorũ contractione, vt riſus imaginem præbeat:
à qua affectione riſus Sardonius,haud ſatis laudabili di
cterio,inter homines iactatur. His priuatim poſt vomi-
tum conducet aqua mulſa liberalius exhibita,& lac, irri
gatio item totiúſque corporis ex medicamẽtis calfaci-
entibus inunctio,necnon & deſcenſus in hydrelæum ca
lidum : poſt lauacrum totum corpus inungi abundè &
perfricari debet. In ſumma, tota materia tanquã ad cõ-
uulſionis curationem aduocanda eſt . Ephemeron
(quod nonnulli Colchicon , aut bulbum agreſtem ap-
pellant), aſſumptum totum corpus prurire facit, veluti
ſi ab vrtica ſcillâve ſtimularetur , interiora corrodit, &
ſtomachum cum multa grauitate adurit. Inualeſcente
verò malo,cruenta per aluum ſtrigmentis miſta egerũ-
tur. Adiuuantur vt ii qui ſalamandram potarunt, vo-
mitibus & clyſmatis,ſed antequam vires acquirat vene-
num,dari debent quercus foliorum aut glandium, aut
malicorii , aut ſerpilli decoctum cum lacte bibendum,
vel herbæ ſanguinalis ſuccus, aut vitis ſurculorum, aut
medullæ ferulæ tenellæ,aut baccarum myrti, addito vi
no. Adeo verò accuratè ſuccurrit lac bubulum potum
calidum , oréque detentum , vt qui eo abundant nullo
prætereà alio auxilio indigeat. Dorycnio (quod qui-
dam ſolanum furioſum nominãt,) epoto,qualitas quæ-
dam, ceu lactis,guſtui repræſentatur:comitatur itẽ ſin-
gultus perpetuus , linguæ humiditas , & cumulata ſan-
guinis eductio,& per aluum mucoſa feruntur, perinde
ac iis qui inteſtinorum difficultate laborant. Auxilio
ſunt,antequã horum quippiam accedat , quæ prædictis
auxiliari diximus,vomitus,clyſma,& quæ epotum vene
num educere poſſunt. Priuatim verò ſuccurrit mulſa a-
qua aut aſininum caprinínúmve lac,& paſſum tepidum
c um aniſo potum, amygdalæ item amaræ, & elixa gal-

linaceorum pectora,omniáque ea quæ craſſo ſucco cõ- A
ſtant.ſi tam cruda quàm cocta comedantur:adhæc locu
ſtæ, & ἀστακοὶ, (quos cammaros quidam appellant), &
ius ex ipſis potui aſſumptum. Aconitum ſtatim vbi
potum eſt videtur cum adſtrictione quadam dulceſce-
re,tenebricoſam vertiginem, præcipuè inter exurgen-
dum,& oculorum humiditatem inducit:grauitatem itẽ
thoracis ac præcordiorum, ita vt multi flatus erumpãt.
In quibus ſtomachus vomitionibus elui debet, & aluus
clyſtere ſubduci. Pro potione vſurpabimus origani aut
abſinthii decoctum cum vino abſinthite,vel ſemperui- B
ui,aut abrotoni,aut chamælææ. Proderit & balſami li-
quoris drachma cum melle,& caſtorium,& piper, & ru
ta cum vino,item coagulum hœdi aut leporis cum ace-
to,necnon ferri recrementum, ipſúmque ferrum,& au-
rum,& argentum candens in vino reſtinctum,eóque li
quore aſſumpto:adhæc lixiuium cum vino & gallina co
ctum,aut pingue bubulum,ius cum aceto aſſumptũ:fer-
tur porro aiuga peculiari ratione ipſis præſidio eſſe.
Quæ ſmilax(& à quibuſdam thynium, à Romanis verò
taxus nuncupatur), pota totius corporis refrigerationẽ C
& ſtrangulatum,mortémque ſubitaneam inducit:qui-
bus ea omnia opem ferunt quæ & iis qui cicutam hau
ſerunt. Pappus flos eius ſpinæ eſt quæ cactos dicitur:
vomitio illos qui eum aſſumpſerunt liberat. Toxicum
inde nomẽ accepiſſe videtur,quòd Barbari τὰ τοξεύματα,
hoc eſt ſagittas eo illinant:ſequitur qui id hauſerunt, la
brorum linguǽque inflammatio,furor qui coerceri ne-
quit,varias obiiciẽs imagines, vt ea propter ægrè cura-
tionẽ admittãt, iique qui ſumpſerunt raro ſanitati re-
ſtituantur,incoluméſve ſuperſint. Oportet igitur eos D
vinculis cõtinere cogeréque vt paſſum cum roſaceo bi
bant euomántque: item raporum ſemen cum vino pe-
culiariter ipſis cõfert,& quinquefolii radix, & hircinus
caprinúſque ſanguis ſimiliter aſſũptus: adhæc quercus
aut ilicis folia cum lacte trita.Mala quoque cotonea mã
ducata,aut cum aqua dulci pota:idem faciunt amomũ,
& fructus balſami.Quòd ſi quidã periculum effugiunt,
diu in lecto decumbunt,& cum ſurrexerunt,ſtupidi re-
liquum vitæ tempus tranſigunt. Ixia quæ & valophos
vocatur,quum ſumitur,ocimum odore guſtúque præ ſe E
fert:validam verò linguæ inflammationẽ infert, & de-
ſipientiam atque omnes excretiones ſupprimit, mur-
murilla & ſtrepitus cum animi deliquio excitat,nec ta-
men quicquam eiicitur. Succurrit vbi venenum vomi-
tu fuerit reiectum, abſinthium in vino maceratum aut
aceto,aut oxymelite,vel rutæ ſylueſtris ſemẽ. Cõueni-
unt quoque nucis iuglandis ſurculi cum vino triti, aut
reſinæ,vel caſtorii,aut rutæ,ſingulorum drachma. Fũ-
gi alii genere,alii copia lædunt: omnes autem ſtrangu-
latum procreant.Qui eos ſumpſerunt vomitu vacuendi F
ſunt, prodéſtque cinis ex lignis pyraſtri cum poſca, ſa-
le,ac nitro. Quin & pyra ſylueſtria foliáque cum fungis
decocta,vim ſtrangulandi tollunt,eadémque in cibo cõ
ferunt:adhæc oua gallinarum cum poſca ſorpta,cum a-
riſtolochia & abſinthio:valet & apiaſtrum cum vino,&
fæx vini vſta,& atramentũ ſutorium cum aceto,rapha-
nus item,& ſinapi,& cardamomum.Porro eorum quo-
que quæ iuuamenti gratia offeruntur, habẽda cura eſt
propter pericula quæ creare ſolẽt, quòd nõ min⁹ quàm
alia venena ſint exitialia, ceu veratri,thapſiæ, elaterii, G
ac agarici nigri:hæc ſiquidem ſtrangulatum aut ſuper-
purgationẽ inducunt. Curantur ſtrangulatus eo mo-
do quem in fungis ac ſimilibus tradidimus:nimias verò
purgationes ſupprimimus per ea quæ excretiones cohi
bere queunt.Nec illa quoque negligi debẽt quæ inter-
dum periculum inferunt, è quorũ numero eſt ſylueſtris
ruta ,gith,& recentes pappi. Qui mel quod in Heraclea
Pontica gignitur,comederũt, accidunt illa quæ iis qui
aconitum guſtauerunt: quare proſunt & ea quæ de aco
nito diximus. Facillimè autem adiuuantur, quòd maxi- H
mum præſidium ab hydromelite perſentiant ſi aſſiduè
id bibatur, cui rutæ folia ſint admiſta. Sanguis tauri
recens interfecti potus, reſpirationis difficultatem &
ſtrãgulatũ infert, quòd meatus circa tõſillas obſtruat,
deglutionémque cũ valido ſtrangulatu impediat. Præ-
terea eorum lingua rubere deprehenditur, dentéſque
eodem colore infecti, atque inter eorum commiſſuras
grumi quidam concreti. Exhibentur ergo quæ ſangui-
nem congelatũ diſſoluere queunt, aluúmque ſubduce-
re. Proinde groſſi liquore pleni,cum poſca & nitro,&
per ſe,& cum laſerpitii radice aut lacryma dantur,& co
agulũ cum aceto:braſſicæ item ſemen, lixiuiúmque è
cinere ficulneo,& enulæ ſemen cũ pipere & aceto, & ru
bi ſuccus cum aceto, vt aluus ſubducatur.Solent iis qui
ſeruantur aluo deponi recrementa, quæ condimentis è
è ſanguine confectis aſſimilantur, (καρυκώδη Græci no-
minant):ſtomacho porro & ventri hordeacea farina cũ
aqua mulſa, cataplaſmatis more obduci debet. Lac co
agulatum confertim aſſumptum,multam ſtrangulatio-
nem procreat,eo quòd in grumos coit. Exhiberi autem
debet ceu antidotum,coagulum cum aceto, compellen
tes vt id ſæpenumero hauriant,aut folia nepetæ,aut ſuc
cus,vel laſerpitii radix,lacrymáve cũ poſca,aut thymus
cum aceto:ſalſum verò nihil offerri debet, magis enim
hinc lac coaleſcit,ac in caſeum trãſit: ſed ne hos quidẽ
vomitus iuuat:nam dum id quod in grumos concreuit,
per ſtomachum aſſurgit,ſtrangulat. Aqua frigida af-
fatim pota,& vinum meracũ copioſum,& paſſum,præ-
ſertim à balneo,aut curſu,validíſque exercitiis,ſtrangu
latus & cruciatus parit:in quibus ſanguinis miſſio proti
nus adhibita,& inanitio ab impẽdenti periculo liberat.

Ceruſſa ob calorẽ latêre nequit, quoniã ſponte ſum-
pta, palatum, gingiuas, linguam & denſium interſtitia
albo colore inficit:prætera ſingultũ,tuſſim,linguæ ſic-
citatem,extremorum perfrictionẽ, cum mentis aliena-
tione & motus difficultate excitat. His prodeſt aquam
mulſam,aut ficuum maluǽve decoctum exhibere,item
lac calidum, vel ſeſamum cum vino tritum,aut lixiuiũ
è vitium ſarmẽtis, aut oleum amaracinum, vel irinum,
vel oua cum hordei decocto,vel thure, vel prunis, aut
vlmi gummi:liquor quoque qui in folliculis cõtinetur,
cum aqua tepida.Conuenit iis & thapſiæ ſuccus cum a-
qua mulſa potus. Gypſum ſtrangulatum parit,in lapidẽ
concreſcens: quare his exhibere prodeſt quæ aduerſus
fungos auxilio ſunt:adhæc confert & maluæ decoctum,
loco olei,valet & oleum cum aqua mulſa, vel ficuũ de-
cocto:quin & lixiuium è cinere ficulneo,aut è vitis ſar-
mentis cum vino copioſo, item origanum, aut thymus
cũ lixiuio,vel aceto aut paſſo.Hos quoque clyſtere ſub-
tus eluere oportet ex maluæ decocto. Qui argenti ſpu-
mam aſſumpſerunt,ventris inteſtinorúmque dolor co-
mitatur,cum torſionibus validis nonnunquã & inteſti-
num ob grauitatem erodit & vulnerat,color plumbeus
fit cum deformitate. Confert poſt vomitiones cum vi-
no,terebinthi agreſtis ſemen potum, aut piper,aut ligu
ſtri flores cum vino, aut palumbis fimus ſiccus cum
nardo,& vino. Argentum viuum potũ eadẽ procreat
quæ ſpuma argenti,atque eadem vſurpanda ſunt auxi-
lia.Videtur autẽ iuuare lac epotum: cæterùm & his vo-
mitus proſicietur. Iam calx,auripigmentum,& ſanda-
racha potu ſumpta, ventris & inteſtinorũ cruciatus cõ-
citat,cũ vehementi roſione.Quare ea omnia quæ & cõ-
temperare,& mitiora efficere,ac aluum lubricã reddere
poſſunt, offerre oportet, è quorum numero eſt ibiſci &
maluæ ſuccus qui valde lubricus eſt:adhæc præbere de-
cet lini ſeminis decoctum, & herbæ tragi appellatæ
ſuccum aut fructum,& oryzam, & lac copioſum cum
aqua mulſa,& ius pingue boníque ſucci. Atque de his
hæc ſatiſfaciant. Porro quandoquidem antea dum an-
tidota recenſeremus, nonnulla tradidimus quæ iis qui
mortifera venena hauſerunt,opitulãtur,licet inde quo-
que quæ ad imminentia pericula accommodantur,col-
ligere.Quare quum hæc tractatio ſuum modum adepta
ſit,hîc ei finem imponamus: & deinceps addamus quæ,
vt plenè pollicitis ſatiſfiat,deeſſe videntur.

ACTVARII DE METHODO MEDENdi liber VI.

Præfatio.

VIDEOR mihi, qui omniũ quàm fieri
potuit breuiſſimè meminiſſe volui, vni
uerſum propoſitum argumentum ſupe
riori volumine eſſe complexus. Nã quũ
innumera fere ſint quæ aſſumuntur in
vſum medicamẽta, integráque ea de re
circunferantur volumina, placuit, quanuis omnia pro-
pemodum vtiliatem minimè contemnendã præſtẽt,
quædam tamen inde quæ vtiliora viderentur ſeligere.
B Quo factum eſt vt dum hæc illis ob multiplicem ſuum
vſum prætuli, aliáque rurſus, quòd ſigillatim nonnul-
lis affectibus, quos mirũ in modum iuuant, dicata ſint,
addidi, volumen in eam excreuerit molẽ. Proinde in
proximo libro, illorum prius mihi mentionem haben-
dam eſſe iudicaui quæ intrò aſſumpta proſunt, cuiuſ-
modi varia ſunt antidota, & quæ vocantur zulapia, ac
nonnulla alia liquida medicamenta: ea præterea quæ
purgandi facultatem obtinent, quibus in calce libri a-
C lia quoque adiunguntur, quæ intus data perimere cõ-
ferréque poſſunt. Porro in reliquo hoc extremóque li
bro, ea repoſita ſunt, quæ exterius tum ſingulis qui-
búſque corporis affectibus, tum vniuerſæ eius ſuperfi-
ciei accommodantur: ea ſunt, huius atque illius gene-
ris vnguenta, olea vario modo confecta, emplaſtra, pa-
ſtilli, pulueres, collyria, & cætera quæ ob curationẽ ex-
ternam componuntur: quorum ſigillatim, vſus, confi-
ciendique rationes progrediente oratione explicabi-
mus, initio ab iis quæ in capitis cute oboriuntur vitia,
D ſumpto. Et quoniam ex capitis affectibus qui ſub ocu-
lorum conſpectum cadunt, ſunt capillorum defluuia,
caluitium, ophiaſis, alopecia, adhæc furfures, & manan
tia capitis vlcera (ἀχῶρας appellant) & quæ in eo protu
berare ſolent, ἐπανασήματα dicta, atque demum exan-
themata: quorum omnium ſpecies, & quo pacto diſtin
gui queant, curãdi itidem rationes antea expoſuimus:
in præſentia ea tantùm medicamenta adſcribemus,
quæ ex variis libris collegimus, aut experiẽtia nõ per-
ſcripta accepimus, vel noſtro quoque periculo facto v
E tilia reperimus: atque ita in vniuerſum, ni fallor, debi-
tum tibi exoluerimus. Porro quẽadmodum in iis quæ
intrò aſſumebantur, quædam magis, alia minus refri-
gerantia, aut calefacientia, vel attenuantia, aut purgã-
tia, vel reprimentia, aut obſtructione vindicantia, aliá-
ve aliqua ratione hominem afficientia, haudquaquam
iiſdem temere offerebãtur, ſed cuiuſque habitus & fa
cultatis, ac ſenſus acrimoniæ ratio habebatur: id hîc
quoque in omni medicamento quod extrà datur, ob-
ſeruabitur. Nam quoniam ex iis aliqua calefaciendo,
F quædam refrigerando, alia adſtringendo aut exſiccan
do, nonnulla impinguando, aut emolliendo, vel diſcu-
tiendo, alióve modo corpus immutando prodeſſe cre-
duntur, diligenter quæ quibus corporibus magis com
petant eſt animaduertendum, atque ita pro ratione
eorum quæ proponuntur curanda, medicamenta quæ
accommodata ſunt applicare oportet. Nam quum va-
ria ſint aduerſus eoſdem affectus, ob varios corporum
habitus, conſcripta, tuum erit ea proportione reſpon-
dentibus vitiis ceu calopodia quædam adaptare, mo-
G dò vnũ id ſerues vt à facultate moderatioribus ad va-
lidiora progrediaris.

AD CAPITIS AFFECTVS QVI OCVLIS DEprehenduntur, CAP. I.

QVoniam, vt diximus, pili pereunt aut ob humoris
inopiam, veluti in caluitio: aut humoris corru-
ptelam, ceu in ophiaſi & alopecia: vbi capitis cutis vt-
plurimum alteratur, & pro humoris copia, aut pallida,
aut nigricans, aut alba magis euadit: opus eſt vt is qui
alopeciam ophiaſimve ſit curaturus, primùm enitatur
H vt eum humorem quem exuperare coniecerit, iuxta
eas quas ſupra docuimus methodos, expurget: deinde
A localibus pugnet. Inquit Galenus, vbi de hoc affectu
pertractat, ſe ſemper per ſacram vocatam antidotum
purgaſſe, ſed addidiſſe interdum, vbi humorem atrio-
rem eſſet purgare animus, veratrum nigrum, & nonnũ
quam ſcammonium, ſi amaram bilem demoliri vellet.
Quòd ſi pituitam redundare coniiciebat, nihil admi-
ſcere ſolitum eſſe, ſiquidem eiuſmodi hiera quæ colo-
cynthide conſtat, caput vindicare ſolet: præterquam
quòd alios quoque quoſpiam humores, etiamſi ſcam-
monium, aut veratrum nigrum, aut epithymum non
B recipiat, eiicere poſſit. quinetiam catapotia quæ ex a-
loe conficiuntur, & ſcammonium colocynthidáque re
cipiunt, eos qui ita afficiuntur non ſine vtilitate expur
gant. Simulatque totum corpus fuerit expurgatum,
præſtat ad ea quæ mandendo humores euocant, acce-
dere, atque ita demum remediis loco affecto iniectis
(τοπικὰ vocant) vti. Debent autem ea humoris noxii va
cuandi vi prædita eſſe, quod facere nequeunt quæ diſ-
cutiendi facultate carent: diſcutere verò non poſſunt
niſi calfaciant: ſed ſi ex nimis quàm calfacientium claſ
C ſe ſumantur, cutem vrent, atque etſi non vrent, initio
quidem generoſè iuuabunt: verùm capitis cutis per-
quam exſiccata, temporis progreſſu talis euadet, qua-
lem ii qui calui ſunt, obtinent. Atqui, ne ſimpliciter
quidem modicè calidum debet eſſe id medicamentũ:
nam tenuium ſit partium opus eſt, quoad altum vſque
peruadere queat, eò ſcilicet vbi pilorum radices ſuum
ſumunt ortus principium. Quòdſi præterquam quòd
prauos humores diſcutere cõmodè poſſit medicamen-
tum, ſanguinem quoque prolicere queat, ceu thapſia,
D nihil eo fuerit præſtantius. Quòd ſi ea calidior fuerit
quàm affectus poſtulet, iure optimo cauendum eſt ne
ſola apponatur: conſueuit etenim cutem exulcerare, ac
tumores quoſdam phlegmonoſos excitare: quamobrẽ
admiſceri ſolet quippiam quod eius vehementiam mi
tigare poſſit, cuiuſmodi eſt cerotum quod ex oleo con
ficitur, potiſſimum ſi id fuerit tenuium partiũ, aut mo-
deratè vetuſtum. Porro quæ ex ſimplicium medica-
mentorum numero huic vitio accommodantur, inter
ea quæ validè calfaciunt eſt euphorbium, quo eſt im-
E becillior thapſia: poſt euphorbium cenſetur ſinapi, &
naſturtiũ. Alio verò vſus modo nihilo his eſt inferior
λιμνῆτις dicta, quæ ἀδάρκιον quoque & ἀδάρκος nomina-
tur. His ſuccedit ſulphur, & nitri ſpuma, ipſúmque ni-
trum molle vſtum, quod etiam βερονίκιον nuncupatur,
veluti etiam aphronitrũ candidum, quod leue laxúm-
que eſt, neque vllam in ſe terream obtinet aſpritudi-
nem. Adhæc, veratrum vtrunque, & erucæ ſemen, oleũ
quoque laurinum, & alcyonium vtrunque tam vſtum
quàm ignis expers: præfertur tamen quod vſtum eſt. I-
F tem arundinis radix & cortex, hæc etiam vtraque adu
ſta. Quinetiam pix liquida, & cedrinum, quam κεδρίαν
quoque nõnulli vocant, & muſcerda, adépſque vrſinus,
licet præferatur qui vetuſtus eſt: ſed & hyænæ, leonis,
pardalis, & anſeris idonei: ac in ſumma, cuncta quæ te-
nui ſubſtantia prædita ſunt. Amaræ itidem amygdalæ
totæ crematæ conferunt, thúſque quod aceto fuerit a-
certimo diſſolutũ, aut in ſole pluſculis diebus cum a-
ceto tritum. Itaque his omnibus vti licet, ſi validiori-
bus cerotum humidum admiſcueris, imbecillioribus
G verò oleum laurinũ affuderis. Quòd ſi malũ vetuſtate
curam tenuat, validioribus certandũ eſt: ſin nuper cœ-
pit, exiguúmque ſit, leuibus ſatis fiet. Cæterùm compo
ſita medicamenta, quæ longa experientia comproba-
uit, ſunt hæc, Euphorbii, thapſiæ, olei laurini, ſingulorũ
drachm. duæ, ſulphuris ignem non experti, veratri albi
nigríque, ſingulorũ drachma: his admiſce ceræ in lau-
rino, aut ricinino, vel vetuſto oleo liquatæ, drachmas
ſex. Vſus eius ceu potentioris medicamenti, in antiqua
tis curatúque difficilibus: commiſcui nonnunquam na
H ſturtii & alcyonii vſti vtriuſque drachmã: verùm in
hunc vſum potius eſt quod durius aſperiúſque. Quòd

ſi thapſia deſuerit,in eius locum ſufficietur æquale pon
dus naſturtii ſeminis aut erucæ. Si laurino quoq; cares,
picē liquidā miſceto : permiſcui adhæc interdū in vicē
cerati mel,nihilóque ſegnius euaſit medicamētū. Quin
& ea quæ ex adipibus coficiuntur,quæque thapſiæ mo-
dicū accipiunt,ſimiliter iuuant : potiſſimum ſi adarciū
& euphorbiū addideris. Sint autē ex adipibus,leonini,
& pardalii, & hyænæ ſingulorū portio vna:admiſcéque,
ſi ad manus fuerit,anſerinum & vrſinum,& omniū tha-
pſiæ,aut euphorbii partem duodecimā : quòd ſi effica-
cius volueris reddere,vtrunque ſimul iniice. Attamen
poſt primum vſum, vbi ſecundo vti decreuiſti, inſpiciē
dū eſt,ecquidnā adhibitū medicamentum locū affectū
cōmutarit:inſpectáque mutatione,ad eius rationē medi
camēti vis aut remittēda eſt aut intendenda: ceu in hoc
quē tractamus affectu,capilli nouacula tōdere, affectám
que cutem linteo nec admodū aſpero,neque molli per-
fricare oportet. Quòd ſi poſt paucas frictiones, loc⁹ eru
buerit,mediocris exiſtimād⁹ eſt affect⁹:ſin poſt multas,
difficilior. Adhæc poſt primā probati medicamēti appli
cationē,primùm ſpectare decet , nunquid antequā per-
fricetur cutis,coloratior videatur:deinde nū cū modica
& leui frictione meliorē cōtrahat colorē, aut nū magis
rubeat. Sed in primis obſeruandum eſt,quū valētia das
medicamēta,ne cutis nimis quàm par eſt incaleſcat.hoc
autē patebit,tū ex colore flauiore,tū ex calore,qui inie-
ctis digitis perſentietur.Itaque omnibus his animū dili
genter aduertere oportet:periculum enim ſubeſt ne cu-
tis aduratur,poſt vnū atque alterū eius vſum. Quare ad
molliora cōfugiendū erit,aut idē,ſed exoluta facultate
cerati adipiſve permiſtione vſurpandū.Irrigare quoque
locū oportet,oleo dulci calido , aut panis cataplaſmatis
in morē imponi,fouereque,ac ſcalpello pertūdere , cu-
curbituláſque admouere,ac ceratū aſſumere. Vbi malū
iā vetuſteſcit,aſſiduè quoque radere,& rubificātibus ex
ſinapi,ac inſequētibus diebus frictionib⁹,pice illita aut
oleo cedrino,ac poſt frictiones ſcarificationibus vti cō-
uenit. Nōnulli acubus iniectis, quæ cuſpide ac acie cutē
tāgant,ipſam pertuderūt. Vbi autē ex frictione locus e-
rubuit,ſcarificatúſque eſt , ad medicamenta quæ ex alto
educunt,(μετασυγκριτικὰ appellāt)profugiendū.Porro in
omnibus hic communis eſto ſcopus,vt tū verno tēpore
medicamentū demus,tū in loco potius aprico,vbi nul-
la aura cutem perflet : hyeme verò præſtat in balneo his
medicamētis vti. Atqui hæc compoſitio ad fluētes pi-
los valet oleo aut vnguēto diſſoluta,adhæc iis qui in pal
pebrarum glabritiem, aut caluitiū incidūt initio appo-
ſita:eſt enim mirè efficax. Recipit,muriū domeſticorū
crematorum,lineæ veſtis attritæ vſtæ,dētiū equinorum
vſtorū,adipis vrſini,medullæ ceruinæ, arundinis corti-
cis,ſingulorū partē vnā:hæc terātur:deinde me lis quod
ſatis eſt,vt in melleū coeat craſſamentū, admiſceatur,&
alopecia perfricetur,donec pili enaſcātur.Eodem modo
proflui pili perfricādi ſunt. Aut liquida pice cātharidas
vſtas excipiēs,vt ceratū liquidū fiat,& nitro aſſato exter
gēs,ſplenio imponito,& per noctē relinquito. Mane au
tē tolle , & ſine vt locus exſiccetur donec perfringatur.
Vbi autē pili ſuboriri cœperint,aſſiduè locū abrade,aut
ficulneis foliis , vel leui pumice cruore euocato,amyg-
dalas crematas vnà cū aceto aut melle inūge:atque id aſ
ſiduè facito,ac radito:illico enim augētur pili. Idē pol-
lēt nuces Pōticæ crematæ,& herba pedicularis cum vn-
guēto laurino. In vetuſtis verò mirè efficax eſt quod ca-
pit thapſiæ ſuccū,aut radicē:id autē cerato excipies,lo-
cóque impones,nulla alia cura adhibita: abſcedit enim
ſuperne ſuperficies,ſaniémq; fūdit , & ſua ſpōte pili ex-
oriuntur. Aliud. Spumæ nitri partes duæ,ſalis ammo-
niaci pars: ea vſta tere , & aceto quamacerrimo macera
tis,donec ſordis cœperint craſſamentū,vtere: atque an-
tea leuiter alopecia abraſa, vt locus dēſetur, & cruentus
modicè euadat,eo caput inunge,ac perfrica donec cōbi
berit,& medicamentū quod antea inūxeris in altū pene
trauerit : deinde quieſcere permittimus in proximā au-
rorā,eóque tum ſub veſperā, ac tertio quartóque die,re
petito,magnā inuenimus factā eſſe immutationē.Siſti-
tur enim ipſum vlcus depaſcens , pilique vellicati ac vi

A vulſi obnituntur,neque ſe euelli patiūtur: poſthæc,inſe
quēti die aceto refricātes,ſinimus quieſcerè in crepuſcu
lū, eóque peracto cataplaſma imponimus donec puſtu-
læ oboriātur,cutiſque ſumma exulcerētur. Puſtulis ad-
hæc ſcalpello diſruptis , vbi biduò profluxerit humor
qui ab vlceribus emanat,denuo eodē vtimur linimēto,
abſtinētes à locis vlceratis, eóſque tranſilientes. Sanos
autē abradimus,& modicè refricamus,in ſeptimum aut
octauū vſque diē,quo tēpore nō amplius ab extremis a-
lopeciæ tenues lanuginoſóſque pilos,vt antea,ſed robu-
B ſtiores prodire conſpicimus,alióſque deinde paulatim,
ſemper è locis glabris emergere, rurſúſque tenues & im
becilles deficere. Simile enim quiddā hìc accidit quod
iis qui exulcerati ſunt. Siquidē in vlceribus,cicatrix ab
extremo ſuum ſumit initiū, atque ita extremas mediáſ-
que partes vlceris abſoluit:ſic in alopecia partes quæ lo-
co pilis obſito adiacēt,primùm robuſtiores fiunt, & cre
breſcūt: mediæ verò poſtremò omniū pilos progignūt.
Proinde quum ita curatio procedit , nihil opus eſt aliis
præterea medicamētis, ſed eo lōgiore tēpore vſi ſumus,
C & placidè ceſſit affectus,vbi omnino nulla permagna eſ
ſet nuditas. Interea tēporis perpetuò ſcalpello abradi-
mus,atque interdū cuſpide acus cutē ferietes,è punctu-
ris modicū cruorē elicimus. Quòd ſi pili ſerius exoriun
tur,ad ſubſcriptas facultates profugimus: herinacei ter-
reſtris capite aut cute exuſta tritáq; in læuorē redige, &
melle ſubigens vtere. Aut hippocampum marinum, &
nitri pauxillum vnà cōburens,adipémque anſerinum cō
miſcens,illine , ſimulatque locum antea nitro abſterſe-
ris. Aliud pumice rubificatorio antea abſtergito,& lo
D co præfomentato, thapſiæ ſuccū illinito, deinde cerato
roſaceo vtitor. Aut arundinis foliorū & radicis vſtorū,
adiati, adipis vrſini, picis liquidæ, pilorū caprarū vſto-
rum,cedriæ:omnium par pondus accipe, liquidáque cū
aridis committe, dehinc illine,neque abradens , neque
antea extergens. Aut fici folia cum aceto,donec lanugo
prodierit attrica,& herbæ quæ ſtœbe nuncupatur, ſuccū
illine. Aut ranas albas exure , & pici liquidæ tepidæ in-
ſperge & illine,neque præradēs,neque præfricans. Aut,
ſpumæ nitri drachmæ quatuor, ſtercoris muris, corticis
E arundinis vſtæ , vtriuſque drachmas duas pice liquida
excipe , & ſplenium forma , & loco antea abraſo nitró-
que præparato , neque ante biduum vel triduum au-
ferto. Ad eos qui præter ætatem calueſcunt. Pericala-
mitidis,hoc eſt arūdinis cū cortice,vel lemniſtri,quod
etiam adarcium vocatur,eo quòd arundinibus adnaſca-
tur,drachma , myropiſſoceri , hoc eſt picis & ceræ cum
laurino , aut lentiſcino , aut cedrino liquefactis , barbæ
hircinæ ſordis,& pilorū,hoc eſt ladani , eo quòd in hir-
corum caprarumque barbis aliquibus in locis reperia-
F tur,ſingulorum ſelibra:adipis infantis informis,hoc eſt
vrſini,libra: foliorum Dionyſiacorum tenellorum ſuc-
ci,hoc eſt vitis , ladonidis foliorum tenerorum, hoc eſt
lauri , ſucci callicereos , quod eſt fœnugræci, ſucci her-
bæ verbenacæ , ſucci foliorum arundinis , ſingulorum
cyathi tres : cynomori hoc eſt rubi caninæ , herinaceo-
rum marinorum crematorum,vtriuſque vnciæ duæ,acā
thionis terreſtris cutem vſtam , hoc eſt herinacei terre-
ſtris:hæc omnia in plumbeo mortario pluribus diebus
in læuorem redigere oportet , vt omnia læuigata probè
G vniantur , atque etiam à mortario quippiam deterſum
accedat,vtere,locum antea crudo linteo perfricans, de-
inde autem cum althææ coæqualis radice detergens, il-
line. Hoc(inquit Galenus)medicamentum reperit Clau-
dianus ſodalis eius, ſcriptum in libello ex mēbranis cō-
texto,eo qui illo fuerat vſus,vita defuncto:multi autem
faciebat eius poſſeſſionem , propterea quòd quoſdam
calueſcere iā incipiētes eo curatos cōſpexiſſet,ita vt ne-
que vlterius caluities progrederetur,ipſéque denudatus
locus pilis dēſus redderetur:at verò nos ipſum ænigma-
H ticè conſcriptum,planius,quoad eius fieri potuit,expli-
cauimus. Aliud. Adipis taurini inſolati libram , a-
darces vncias duas,ſucci thapſiæ vnciam,myrrhæ bonæ
vnciam,polytrichi libræ dimidium, callitrichi libræ di
midium,membri aſinini librā,ſplenis aſinini librā,lada
ni tantundem. Ladanum vino modico madefactum cō-

tèrito admixto adipe : deinde mēbrum aſininum aſſum
radito donec aſſumptū fuerit:ſplenē verò cum polytri-
cho & callitricho in olla noua torrefacito , & contuſis
quæ cōtundi debent ac cribratis,gleucino aut ſabino o-
leo excipito,& ante balneū caput pectēs vtitor.Patet au
tem quòd eadē medicamēta ad mēti quoque pilos non
enaſcētes accōmodantur. Aliud.Fœnugræci ſextarios
quatuor,ſeminis lini ſextarios duos,ladani beſſem, ſuc-
ci acaciæ ſelibram,foliorum malabathri ſeſquuncē,gal-
las numero viginti ,vnguis aromatici,bdellii, ſingulo-
rum ſextātem, myrti thuſi ſextariū, bryi (alii ſplagni a-
romatici) quadrantē, iridis ſextantē , arundinis Syriacæ
ſextantē & vnciæ dimidiū.Contūdito & in vaſe aſſerua
to,deinde permiſtū vino Italico odorato vt liquidū fi-
at, & carbonib⁹ impoſitū,rudicula agitato donec ſemel
bulliat,ſedulò cauens ne vratur.Deinde illines & irriga
bis medicamēto, ſenſimque in ſolio ſedenti affricabis,
vt moris tui eſt,& caput fotum ablues.Poſthæc herbam
etiā pediculare per ſe tuſam ac cribratā , poſt quartū v-
ſus diē medicamento cōmiſcebis:ſimilitérque decoctū
eodem modo illines,id proſpiciēs ne in oculos defluat.
Vnguēto autē à balneo vteris huiuſmodi , olei myrtini
libra,ladani triēte.Minimè fallax & certa eſt eius facul-
tas. Porro duo quæ ſubſequuntur medicamēta admirā-
da ſunt,quæ ex verbis tradētis ita ſe habent.Ad alopeci-
as,caluitia,pilorū raritatē ægrè curabilē in mento,in ſu
perciliis.Pilorū ouis vncia,radicis arundinis ſelibrā,fi-
licis cum radice ſeſquuncē , caſtanearū hiſpidi corticis
quadrātem,lanarū ſuccidarum ſeſquuncē, capita muſca
rum numero triginta , muſcas quinque ſine capitibus:
omnia in nouā ollā indita,furno imponito,deinde cine
rem ipſorum terito:habeas autē in vino Aminæo prius
trita ladani vnciā,myrrhæ vnciā, olei vetuſti ſextātē,ce
drini vnciā,fœniculi vncias duas,poſthæc inſperſis ari-
dis excipe:vbi autē antea alopeciā linteo perfricueris,&
leuiter vellicaueris aut allio,aut ſcylla,vel foliis ficulne
is ſcalpſeris,ſenſim affricās medicamentū illine. Atque
vbi ablueris,validè linteo exſiccās,inſequētibus diebus
idē obito , & ad duos vſque mēſes inungēdo progredi-
tor:quòd ſi amplius perſeueraueris , caluitiem quoque
perſanabis.Cæterùm fluētiū pilorū affectus, à prædictis
generibus differt,quare neque eundē cum alopeciis ſco
pū obtinet:ſiquidē in alopeciis propoſitus ſcopus eſt ca
cochymiā exhaurire, hîc verò capitis habit⁹ eſt roborā-
dus,efficiendúmq; vt probus humor adſit,cutiq;,quod
ad raritatem denſitatémque ſpectat,mediocritas reſtitu
atur:quocircà humectātibus medicamētis, aliquid quo
que quod adſtringēdi vi polleat admiſcendū eſt, cuiuſ-
modi eſt ladanū,quod in ſe vtrunque quod ad hoc ſym-
ptoma idoneum eſt obtinet,nēpe cōmoderatum calorē
cum adſtrictione ei proportione reſpondente:quocirca
oleo cōmiſtum vt illini poſſit,fluentiū pilorū ſiſtit ſym
ptoma. Liquet autē quod capitis frictio,vſum medica-
menti præcedere debet,& ſi dēſi ſunt capilli,auferendi:
quinimmo , ſi anni tēpus patitur, omnino ſunt tollēdi.
nāque poſt peractas frictiones inunctionéſque,cutis ro-
buſta calidáque erit , habebítque denſitatis cōmodera-
tionem natiuā.Solet hic capillorum morbus ſæpenume
ro ægritudinibus ſuccedere,raróque citra morbum acci
dere,ac potius ratione victus , quæ à morbo ſe recreāti-
bus cōpetit,aut ſanitatē tuetur opus habet , ſæpéque ci-
tra medicamentorū opē , integrè eueſtigio perſanatur.
Ne capilli capitis defluāt, ladanū vino auſtero macera-
tum læuigato,oleū myrtinū vinúmque viciſſim affun-
dens,quò mellis acquirat craſſitudinē,eóque caput antè
& poſt balneum illinito . præſtat etiā polytrichi , quod
nōnulli adiātum appellāt , dimidiū ad ladanū portione
adiicere, & cum myrtino nardinóve vti. Aliud ad gi-
gnendū capillos in capite.Arundinum tenerarū radices
tuſas exſiccato,& muſcas in pulticula torrefacito , adi-
pémque vrſinū & oleū cedrinū ſigillatim terito , atque
ſimul cōmiſta exhibeto ad illinendū,ac quò odorē retū
das, vinū dulce admiſceto. Aliud ad capillos ex mor-
bo defluos.Braſſicā aridā tritā ex aqua impone,aut loti
radicē eodē modo , aut anemones florē tritū cum oleo
illine,aut verbenacam rectam vnà cum radicibus exſic-

A catam & tritam cribrato: deinde affuſo oleo vt ſtrigmē-
titiam habeat craſſitudinem, inungito. Aliud.baccarum myrti,ſeminis apii,ſeminis betæ,myrti ſurculorum,
ſingulorum ſextulam,ladani ſextulæ dimidium, adianti
tantundem,vini nigri ſextarios ſex.coque donec omni-
no diſſoluantur:quumque ad tertias excocta fuerint,o-
lei aut alterius hedyſmatis ſextarios duos adiice,rurſuſ-
que coq;: vbi autē bis térve ebullierit,liquore expreſſo,
& ſedulò per ſaccū excolato in hydria repone. Vſu verò
expetente,eo omnino ſuccuſſo vtitor,inunctis ex eo bis
B in die capillis. Aliud.Seminis apii,ſeminis betæ,callitri
chi,ladani,thuris,ſingulorum ſextans , nuces iuglandes
numero quindecim, corticis nucis pineæ libra : omnia
in nouam ollam coniecta , & oſculo argillo obturato ,
in balnei fornace aſſato,deinde exempta terito, & adie-
cta adipis vrſini libra , ſubactáque in pixide ilignea re-
condito. Vſus verò tempore medicamēti quod ſatis eſt
accipito,& quod lubet hedyſmate conquaſſato,& caput
bis interdiu illinito. Quidam capite deraſo,medicamē-
C tum inungunt,ſolo adipe vrſino ſubactum. Aliud,valet
& ad caluitium.Leporum ventres ſex in vaſe teſtaceo tor
reto,adhæc baccarum,virgultorúmque myrti, ſucci aca
ciæ,adianti ſingulorum quadrantem:toſta, tritáque per
cribellum excernito,iniecta adipis vrſini libra , & vitu-
læ marinæ tantundem,ac emollito,& in pixidem plum-
beam coniicito: quúmque vſus exigit, ſume medicamē
ti quantum ſufficit , & quo voles hedyſmate ſubigito.
Cæterùm quia nonnulli canos dedecori probróque ac
ſenio eſſe ducunt,noluntque tales videri , etſi præſtaret
nullam eorum haberi rationem.attamen ne,ſiquando e
D iuſmodi poſtulant,atque inſtat,ignorare videamur qua
ratione capilli nigri,aut flaui,aut criſpi reddantur, eate
nus meminiſſe oportet ne ſtupidos offendamus ſi eiuſ-
modi prætermitterentur . Quæ capillos denigrant hæc
ſunt,Capparis radices cum lacte muliebri,aut aſinino vſ
que ad tertias coctas noctu cataplaſmatis in morem im-
ponito,aut lotio canino ad quinque dies adſeruato ab-
ſtergito,aut ilicis corticem coquito donec mollis eua-
dat,atque eam pro cataplaſmate inducito: aqua verò de
tergeto,aut argenti ſpumam,cimoliam,alumen liquidū
E æquis portionibus cōmiſceto,cóque capillos exſiccatos
noctu illinito,& betæ folia ſupernè illigato:aut ſalignæ
corticis ſuccum cum oleo affricato: ſummè enim deni-
grat. Aliud barbā denigrās,ſuper nō maceratū,& plū-
bū vſtū cum betæ crudæ ſucco mellis ſpiſſitudine illi-
ta,vſque ad prandium ſinito,deinde eluito: aut ferri nu
trimentum & plumbum in aceto cocta vſque ad tertias
citra oleum illinito. Rufos porro reddunt lupini cru-
di cum aqua & nitro illiti. Criſpos verò capillos facies,
ſi ſpuma ſalis cum myrrha deterſeris:aut ſucco carpaſi il
F line,eruntque criſpi & nigri,aut myrti baccis & betæ ſe
mine æquali pōdere cū oleo,tritis vtere:aut haſtulæ re-
giæ radicē cum mero illine:aut lupinorum cortices &
nitri parum in aqua macerato diebus quatuor , ac vti-
tor. Cæterùm quemadmodum medicamentorum ca-
pillos augentium vſus alius ad medicum ſpectat , a-
lius ad eum qui de ornatu pertractat , ita & eorum qui
capillos vitiant & corrumpunt : nonnunquā enim illis
quoque vtendi offertur occaſio, iuxta triplicem eorum
differentiā:dico triplicem,quoniā alia peculiari nomi-
G ne appellantur depilatoria,(Græcè verò ψίλωθρα)alia ca-
pillos attenuantia,& quædā penitus tollētia.Atque ho-
rum quidē quæ poſtremo loco recēſui, vſus periculoſus
eſt:ſiquidē nō modò iis illitæ corporis partes debiles in
poſterum prorſus redduntur,verùm caput quoque & mē
tum & ſupercilia ac cilia pilis denudantur. Reliqua ve-
rò duo periculo vacant:nam pilos decutientia, (quæ pri
uatim dixi ψίλωθρα & depilatoria appellari)in quotidia-
no vſu verſantur mulierculis propè omnibus & viris
quibuſdam.Quæ autem tenues reddunt capillos,ac mi-
H nores , accommodata ſunt iis quibus duri , multi , ma-
gni craſſique ſunt , atque idcirco à ſuillis parum diffe-
runt. Proinde quædam ex his erodentem vim obti-
nent,alia adurentem,cuiuſmodi eſt lixiuium quod ſtil-
latitium nominatur , & liquidum eſt,atque ex metalli-
cis,auripigmentum,& ſandaracha,& calx,quā nonnulli

ſolum ἄσβεςον, noſtri viuã appellitãt. Præferũtur quæ e-
rodẽte facultate prædita ſunt,quia vſu innocua ſunt: nã
quæ vrentẽ vim poſſidẽt,ſi nõnihil in loco negligũtur,
vrẽtia in cute puſtulas vlceráque excitãt:veruntamẽ eo-
rũ vſtionis vehementiã, imbecilliorũ medicamentorũ
cómiſtio refringit ac retundit. Pſilothrũ capillorũ,cal-
cis nõ extinctæ partes duas,auripigmẽti partẽ, in morta
riũ plumbeũ proiecta,aqua aut ptiſſanæ ſucco affuſo te
rito,atque vbi nigra reddẽtur,calefacta illinere iubeto,
atq;id in balneo. Aliud Paridis ſaltatoris,quod eueſtigio
pilos aufert. Sandarachæ & calcis viuæ æquas partes teri
to,& in aqua diligẽter coquito , quúmque agere cœpe-
rit,auferto & vtitor:id autẽ cognoſces, ſi in pſilothrum
pẽna demiſſa ſtatim glabra fiat. Aliud. Amyli,auripi-
gmẽti,vtriuſque vnciã,calcis non extinctæ ſeſquunciã:
tuſa cribratáque repone,atque vt dictũ fuit,vtere. A-
liud. Lixiuii,calcis viuæ,pumicis cremati, cimoliæ,auri
pigmẽti, ſingulorũ pares portiones : vtere vt iã dictum
fuit. Cæterùm eorũ vſus præſtãtior eſt,quẽadmodũ hac
quoque tẽpeſtate mulieres vtuntur quæ corpus illinũt,
ac deinde in tepidã balnei domũ ingreſſæ , ſimulatque
ſudare cœperint,ſtrigili medicamẽtum ab aliqua corpo
ris parte detrahunt:adhæc , ſi vnà quoque pilos auferri
ſenſerint, reliquũ totũ corpus abluunt. Cæterùm cópo-
nunt etiã medicamẽta(vt id quoque nõ ignores)quæ pi
los diſperdãt,ex lepore marino,iecinore thunni putrefa
cto,& cedria,& ranarum earum quæ inter arundines de
gunt ſanie,& teſtudinis marinæ cruore,lacryma vitis al
bæ,ſimilitérque bryoniæ,ac oleo quod inſulſum nuncu
patur:ex marinis itẽ ſcolopẽdris , vrticáque marina , &
marinis ſtellis,admiſta iis nitri, amurcæ cedriæque par
te. Quinetiã alia ex herinaceis & ſalamãdra his validio
ra cõficiunt,oleo percoquẽtes:quibus etiã alcyonia, ſan
darachã,& id genus alia cõmiſcent. Iã verò pilos attenu
antia, (quæ etiã ῥύπτικὰ,hoc eſt ſordes extergẽtia, appel
lamus) differũt inter ſe maioris minoríſq; ratione. Pro-
inde ea quæ ex hordeo,fabis,eruo itẽ,aphronitro,& ni-
tro cõſtãt iã omnibus ſunt familiaria:quippe quibus ad
ſordium detractionem vtuntur: aſſiduus autem eorum
vſus,ſtatim pilos quoque attenuat. Porro quæ valentio-
rem vim extergentem obtinent,iis quibus duri magní-
que pili ſunt,commodè adaptantur:eiuſmodi autem ſũt
nitrum vſtum,& nitri ſpuma , ipſúmque aphronitrum
ſpumoſum. Sunt in cotinuo vſu vaſa quoque Alexãdre-
otica quæ καλαίνα appellantur , contuſa nimirum & te-
nui cribro excreta. Ego,inquit Galenus,& fictilium, cli
banique teſtas,& pumicem non vſtum,& vſtum paupe-
peribus indicaui. Qui haud procul à mari degit,is faci-
lè & gratis habere etiã poteſt,buccinarũ,purpurarúmq;,
atque id genus teſtas,eáſque vrere. Sepiæ verò teſta etiã
citra vſtionẽ valet , alcyoniúmque & lanaria herba, ad-
hæc veratrũ,bryoniæ radix,itémque dracunculi,ariſto-
lochia & cãchry,panacíſque radix,atque eiuſmodi alia.
Quòd ſi odorata efficere voles,cyperum & melilotum,
iũcíque odorati florem & roſas,necnõ iridẽ & apiaſtrũ,
nardũ itẽ Indicã ac Celticã, amomúmq; & thus, crocũ,
coſtum,& hedycroũ admiſcebis. Smegma totius corpo-
ris. Butæ inuẽtum,ollã nouã capito quæ operculum ha-
beat,in eámque cõiice glebas cimoliæ,poſthæc mala co
tonea recẽtia,deinde cimoliã,rurſus cotonea , atque ita
donec eã impleueris facito. Olla deinde operculata ma
la marceſcere ſinito,vſu verò expetẽte, quod ſatis eſt ſu
mito & terito. Monet autẽ eovtẽdum eſſe poſt pſilothri
impoſitionẽ. Aliud. Roſas quæ in vmbra per diẽ cõta-
buerunt,in vaſe figulino cõpone,itémque glebas cimo-
liæ eo quo dictũ fuit modo,vt roſæ ſubſternãtur,& rur-
ſus inter glebas interponãtur:deinde operculo impoſi-
to ſinito cõbibere. Vſus eſt qui iã fuit indicatus. Quæ vo
catur porrigo & furfures à prauis ſeroſiſque humoribus
ortũ ducunt, quos diſcutientibus extergẽtibúſque me-
dicamẽtis explodere oportet,vniuerſo antea præparato
corpore,ſi prauis humoribus videbitur refertum,ídque
cibis boni ſucci & minimè excremẽtitiis: quinetiam, ſi
res poſtulabit,medicamẽtis purgatoriis:ſiquidẽ eius v-
bique te meminiſſe velim,etiãſi interdum inter cõmen
tãdum prætermiſſum fuerit. Sunt qui prædictis medica
A mẽtis adſtringentium quippiã admiſcuerunt, robur af-
fectæ regioni addere cupientes , ne ſeroſos humores eò
cõfluẽtes facilè admittat,ſed renitatur repellátque. Ita-
q; quib⁹ furfures caput occuparũt, admiſce fœnugræcó
& betæ ſucco cum nitro cimoliam , & felle bubulo aut
ſuillo,& aceto ſubactam illine,deinde poſt horæ ſpatiũ,
eluas,oblináſque atramentum ſutorium,& nitrum,cum
oleo trita:aut myrobalanum farinámque fabaceã æqua-
li pondere in læuorem redacta,coquito & affricato: aut
amygdalas amaras detracto cortice cum aqua vel aceto
B affrica:& vbi capilli exaruerint,calida ablue, aut maluã
ſylueſtrem aqua marina excoctam,donec quinta pars ſu
perſit,terito atque affricato. Aut nitri ſpumam,& atra-
mentum ſutorium æquis portionibus cum vino ter aut
quater in menſe affrica:hoc adeo efficax vt in poſterum
gigni non permittat. Aut vini fæce roſaceive,aut pumi-
ce & nitro æquali pondere cum lupinis affrica. Aut ci-
molia cum lupinorum cremore. Aut nitro aſſo & bul-
bo:his citra ſalem læuigatis vtere. Aut picis liquidæ ſe-
ro illito alumen inſperge. Pediculorum generatio,
C quibuſdam contingit cõfertim in capite ex humoribus
quamplurimis & calidis, non tamen eo caliditatis pro-
greſſis,quo acres ſeroſique perueniũt. Ex quo liquet,pe-
diculationis affectum in profunda cute oboriri,vbi hæc
animalia gigni poſſunt:nõ autẽ in ſuperficie,in qua por
riginẽ cõſiſtere diximus. Itaque neceſſe eſt vt eorũ medi
camẽta ſint exſiccãdi vi prædita,quæ vniuerſum humo-
rẽ ex alto trahere euacuaréque queãt , ídque efficacius
quàm ea quæ furfuribus accõmodãtur. Adiicia autẽ ex
his pauca quædã,exẽpli gratia. Herbæ pedicularis partes
D duas,ſandarachæ & nitri ſingulorum partem: cum ace-
to & oleo caput inũge. Aut rhoen culinarum cum oleo
tritum illine. Aut acuti rumicis radicem cum oleo.
Aut veratrum album , & herbam pedicularem,& nitrũ
æquali portione cum oleo in balneo adhibe. Aut cum
aqua marina,aut muria meraca & aceto perfunde. Quòd
ſi glabrum caput fuerit, herbã pediculare cum aceto &
oleo pro cataplaſmate imponito. Manans vlcus,quod
ἀχὼρ nuncupatur Græcis , in capitis cute oboritur , &
perquam exiguis foraminibus tenuem humorem fun-
E dentibus modicè viſcoſum pertunditur. Proximè ad id
ſpecie accedit alia cutis affectio,(quam fauum & Græci
κηρίον nominant) ſed maiora habet foramina, quæ hu-
morem melli adſimilẽ cõtineant. Gignitur ex humore
mixto,qui partim tenuem ſeroſúmque ac mordacẽ,par-
tim craſſum in ſe habeat ſuccũ. Itaque qui tenuis eſt,vt-
pote mordax,primùm ſcalpere cogit:temporis verò lon
ginquitate, poſt ſcalpturam tumor increſcit & perfora-
tur. Quare perſpicuum euadit euacuandos eſſe humores
qui affectum committunt. Quòd ſiquid etiãnũ adfluit,
F impediendus eſt affluxus,tum capitis euacuatione, tum
qui hanc præcedere debet totius purgatione,quẽadmo-
dum de alopeciis antea diximus. Competunt autem,ob
craſſitiem & lentorẽ humoris ipſum gignentis , ea quæ
incidunt,& facultate ſua neceſſariò diſcutiunt. Habet au
tem acetũ , quod in incidentium ordine recenſetur , e-
gregium quippiã, quod præterquã quod diſcutiat,repri
mat repellátque influxum,vtpote ſubſtantia ſua modi-
cè calidum,& plurimum habens frigoris,ídque tenuiũ
partium. Sit igitur acetum inſigniter acre, nullam peni-
G tus præ ſe ferens vini qualitatem,quo mòdò hæc,modò
illa metallica medicamenta imbues,& achoribus mede
beris. Cæterùm ab imbecillioribus eſt inchoandum,po-
tiſſimum ſi dolor fuerit coniunctus. Ad hoc igitur ido-
nea eſt cimolia,& Cretica Samiáque terra, & pompho-
lyx,aut ſpodium,argentíque ſpuma,& cadmia. Patet au
tem quòd antea abraſis capillis id perages. Quòd ſi his
vitium non ceſſerit, medicamentum ſiccum ex charta
aceto imbutũ illine. Quòd ſi acrius id tibi viſum fuerit,
eius vires exolue,admixta argẽti ſpuma. Inquit autẽ Ga
H lenus,quòd quũ aliquãdo ruri degeret, neq; medicamẽ
tum quod ex charta conſtat,ei ad manum eſſet , ſe arre-
pta charta ac exuſta,acetóque diluta,locum affectum il-
leuiſſe,hominémque ita ſanaſſe:feret autem medicamẽ
ti vim,ſi alioqui durã habuerit carnem. Quòd ſiquãdo
in vlcus manans phlegmonoſum dolénſque incideris,

ꝺolor primùm liquido medicamēto leniēdus eſt, quòd A emolliēdi coquēdique facultatē habeat,& morſus ſit expers, cuiuſmodi eſt quod πάρυγρον nominatur. Conueniunt & ea quæ ad ſedes dolentes ob vlcus aut rupturam idonea ſunt: de quibus ſuo loco dicetur, veluti & ea quæ cancros mitigant. Ad manantia vlcera bryonia cum melle vtitor, aut lente cum melle, aut pinus cortice cũ cerato, aut cadmia cum oleo veteri illita, aut cinnabarim ſimiliter in læuorē redige, & cataplaſmatis more impone, admiſtis ei myrti baccis, aut hordeo vſto, aut oſtreis crematis: horũ ſingula cũ oleo veteri adhibe, B aut betæ decocto cũ pauxilla cimolia, aut vini fæce cum aceto vetuſto vtitor, aut ficuũ agreſtiũ decocto foueto, aut chalcitide cum myrto, aut felle ſuillo liquido illinito. Ex his quæ mediocrē obtinēt facultatē, moderatioribus achoribus ſuccurrunt: quæ verò validiorē, eos quoque qui ex craſſis admodũ lētiſq; humoribus nati ſunt: & ita cuti impacti, vt ægrè elui queāt, euacuare poſſunt. Aliud. Terræ cimoliæ, ſulphuris ignē nõ experti æquas portiones cum aceto terito, & in balneo affricato. A- C liud. Argēti ſpumæ drach. octo, tenellorũ rutæ foliorũ drach. quinque, olei roſacei aut myrtei drach. octo, aceti heminæ quatuor, his tritis caput illine: hoc ſatis multa experiētia nobis fuit cõprobatum. Aliud ad achoras recētes, glutē fabrile aqua incoctũ illine, aut ficus virgulta, teneriorave folia trita cum aqua cataplaſmatis inſtar impone. quòd ſi vetuſti fuerint, cum aceto terito, aut internā partē nucũ amararũ in tepidā aquā cõiectā ac decorticatā, cum aqua terito, & ad cerati craſſitudinē redactā capiti antea abraſo imponito: in diuturnioribus verò, cum aceto diſſoluito. Aliud ſmegma ad achoras, D porriginē, aſperitudinē, & ſcabiē. Terræ cimoliæ, nitri rubri, ſingulorũ libra, myrobalani retrimēti ſelibra, myrrhæ vncia, piperis albi, & iridis tātūdē, nardi Celticæ, caſiæ, coſti, ſingulorũ drac. quatuor: tuſa cribratáque repone: vſus ei⁹ eſt in balneo. Ad pſydracia, achoras, puſtulas vlceroſas (quas nũcupāt ἑλκύδρια) capitiſq; exāthemata, idoneũ. Victus ratione & purgatione tũ corporis, tũ capitis vti cõuenit, catapotiis ex aloe, colocynthide, & ſcāmonio, ſucco braſſicæ exceptis poſthæc ad partialē curationē accedēdum eſt, ceu dictũ fuit. Egregiè itē diſcu- E tit lilii radix affricta, & thus cum vino aut aqua, & lupinorũ amarorũ decoctũ, thus ex aceto, malicoria cũ laurino: aut anchuſæ radices vſtas, tritáſq; cum oleo ad ſordium vſque craſſamentũ, pēna illine, & iuuabis, ſed quæ capitis cutē infeſtāt vitia hæc ſunt: itaque ſunt curanda,

DE CAPITIS INTERNIS VITIIS, CAP. II.

POrro quia dum recenſemus quæ foris imponuntur, commentatio eas quoque affectiones attigit quæ intus latent: (quippe quòd quæ extrà adhibētur, interdum in altum penetrant) age ea annectamus quæ exterius da- F ta, iis quibus ob quannis affectionem caput dolet, opitulantur, ne laborantibus partibus externum etiam auxilium deeſſe videatur, etſi morbus interim intus infeſtet. Quinetiā hoc in reliquis corporis partibus faciemus, ſatius eſſe rati eandem rem nonnunquam repetere quàm ſi id crimen euitare vellemus, multa quæ tradi debebāt, prætermittere: quoniā itaque vitia capitis ex intemperie antea explicata fuerunt, quóque modo ea ſint dignoſcēda, & qua victus ratione emendanda per ea quæ intrò aſſumuntur, reliquum eſt vt pauca quædam addamus G quæ exterius applicantur. Igitur ſi capitis dolor ex ſolis ardore enatus fuerit, caput aſſiduè roſaceo perfunde, & lanei panni partem roſaceo imbutam impone, aut eodē modo vnguēto melino vtere, aut portulacæ folia minutim ſecta, tum per ſe tũ cum farina tenella cataplaſmatis modo adhibe, ſimilitérq; ſolanum aut ſeſamũ tritũ, cui roſaceum ſtillatim affuſum fuerit imponito. Quòd ſi ob refrigerationē caput vexetur, poſt reliquā quæ tradita fuit diætā, caput irino vnguēto perfunde, ac linteis laneiſque pannis eo intinctis vtere, ſimilitérque vnguē- H to laurino. Liguſtrum quoque tunde, & adipe anſerino permixtum capiti inunge. Prodeſt & ſpõgiis calida imbutis ac expreſſis fouere, & maximè ſi in ea lauri tenella folia, aut amaraci, aut cyperi fuerint decocta. Cæterùm in antiquioribus capitis doloribus, caput neceſſe eſt abradere: aut cute tenus tõdere, atque ita quā breuiſſimos habēti capillos medicamenta adhibere liquida, vel quæ emplaſtri aut cerati formā obtineāt. Eſt autē eorũ multiplex materia quæ magis minúſque refrigerēt aut calefaciāt, & quæ progrediēte cõmētatione doceberis. Subnectā verò vnum atque alterum exēpli loco. Si itaque calefacere eſt animus, cape euphorbii vnciā, ceræ quadrantem, olei librā: hæc liquefacta inũgito. Sin contrà cupis refrigerare, ſume oleum roſaceum ac violaceum, & cerā albā: ea ad cerati craſſitudinem redacta, aceto vel aqua, aut ſtillatitio roſarum liquore elue tantiſper dum ceratum eorum qualitatē imbibat. Porro tu ab hoc veluti rudimento, alia calefacientia aut refrigerantia conficere poteris medicamenta. Quibus ob ebrietatem caput dolet, aqua calida prius ebibita, eos vomere præſtat, poſthæc aluum quoque eluere, abſtinere ab omni calidiori flatulentóque edulio oportet. Quòd ſi poſt coctionem etiamnum doluerit, refrigerantia reprimētiáque ſuper caput danda: cuiuſmodi eſt roſaceum per ſe, & cum aceto, aut hederæ braſſicæve ſucco. Quin ipſa quoque braſſicæ folia, calida madefacta, capitique impoſita & alligata, peculiari quadā naturæ dote crapulæ aduerſantur. Porro iis quibus ob vitioſum aliquē ſuccum in ventriculo collectũ caput dolet, ſatius eſt primùm cauſas præſcindere, tum læuibus boníque ſucci cibis, tum medicamentis quæ ſtomachum ventrémque abſtergant: inter quæ omnium eſt præſtantiſſimum quod ex aloe conficitur, cuius antea quoque meminimus, poſthæc capiti per ea quæ foris applicantur, cõſulendum, quod ipſum ab vaporibus qui inde exhalant, vnà etiam afficiatur. Ei autem cuncta quæ tenuium ſunt partium, & diſcutiendi concoquendíque vi prædita ſunt, opem ferre putātur: cuiuſmodi ſunt amygdalæ amaræ decorticatæ & tritæ, quæ cum aceto ac oleo maceratæ, & ad cerati craſſitudinē redactæ per linteum fronti imponuntur: aut mentam ſylueſtrem, amygdalas amaras, iridem æquali portione cũ aceto & roſaceo infunde, aut muſcerdam cum aceto itidem ac roſaceo. Aliud rutæ folia, mentæ, peucedani, iridis, ſingulorum drachmas duas, ſeminis ocimi drach. octo, ſeminis papaueris nigri drach. quatuor, poſcæ ſextarium: coque ad dimidias, deinde expreſſo humore, roſaceo adſperſo diſſeca, eóque aſſiduè caput irriga. Aliud ad eos qui inueterato capitis dolore tenentur. Irini vnguenti expreſſionis, peucedani, caſtoris, ſingulorũ partem, baccarum lauri, ſeminis viticis, roſarum ſiccarum, ſingulorum partes duas, rutæ, virgultorum foliorũ partes quatuor: aceto diſſoluta excipe cerato quod ex roſaceo conſtat, deinde linteo emplaſtri more inducta capiti, abraſis antea capillis, impone, faſciáque obligatũ in ſequentem diem ſerua, & rurſum impone. Siqui ob bilē in ſtomacho coaceruatam ac immerſam, capite dolent, ea per victum ac purgatoria illi rei idonea, ſublata à dolore eueſtigio liberantur. Cæterùm de horum curatione iam antè quæ neceſſaria ſunt docuimus. Porro in κεφαλαία vocata, quæ vetuſtus eſt & qui ægrè ſolui poteſt capitis dolor, alia cura eſt certandum, veluti diximus: verùm capiti exterius proſpicies, ſiquando vſus poſtulat ea quæ reuellendi vim obtinent, per repellentes irrigationes. Quinetiam poſt totius corporis vacuationem, iam iis quæ caput quoque inanire valent, ac deinde roborare vtendum eſt. Repellunt quidem oleum omphacinũ roſaceúmque, tum per ſe, tum cum aceto & quæ ex capitibus papauerum, oleæque ramulis, ac hederæ corymbis & menta parantur. ſed ſi plenitudo frigidior fuerit ac crudiuſcula, remedia ſunt tepida applicanda: contrà, ſi calidior ac bilioſior, calida. Diſcutiunt oleum dulciſſimum, & magis vetuſtum, ac Sicyonium. Quòd ſi humorum plenitudo fuerit craſſior, ſpondylium aut ſerpillum oleo incoctum, vel pulegii coma aut nepeta, vel menta eam euacuare valent, atque hæc eadem robur parti cõciliāt: quare ipſis etiā quouſque planè corroborata fuerit, vti licet. Verùm præ cæteris diſcutit, prorſuſq; roborat verbenaca recta, & potiſſimum viridis: quin & ſicca vnà cum radicibus in oleo excocta prodeſt: ita nanque omni capitis dolori, quē craſſorũ humorũ putredo genuit, medeberis. In primis quoque proſunt aſelli qui

ſub hydriis ſtabulãtur,oleo incocti. Cæterùm quod ne- A
ceſſarius hic ſit eorũ quæ mãdẽdo pituitã educũt,(ἀπο-
φλεγματισμοὺς Græci nucupãt)& quæ in nares indũtur(ἔῤ-
ῥινα dicta)vſus,iam antea dictum fuit,perſcriptáque ma
teria,ex qua cõcinnari poſſint,quare inde ea quæ oppor
tuna ſunt colligere oportet.Porro ἡμικρανία iiſdẽ dolo-
ribus quibus cepalæa caput inuadit, eãſdémque habet
ſuæ originis cauſas : ſed in eo diſſidet, quòd cephalæa
totũ caput, hemicrania verò ſolã dimidiã eius partem,
quæcunque tandem ea fuerit,dextrã nimirũ vel ſiniſtrã
dolore infeſtet. Eadẽ quoque qua cephalæa curatur vi- B
ctus ratione.Paſtillus ad capitis dolorẽ mirè efficax,bis
térve à tẽporibus in tempora illitus.Capit croci drach.
quindecim,atramenti ſutorii drachma,aluminis ſciſſi-
lis vncias tredecim,myrrhæ,opii, omphacii, ſingulorũ
drachmas tres,chalcitis vſtæ drach.tres, gummi drach.
decẽ & octo : omnib⁹ cõtritis affunde vini auſteri quod
ſatis eſt, ac poſthæc in hemicraniis, in dimidia capitis
affecta parte, in totius verò doloribus,in tota frõte,po-
ſca diſſolutus imponitur.Aliud cõtinet ſcãmonii drach.
ſex,croci drach. duas,comæ hederæ drach.ſex,ſulphuris C
ignẽ nõ experti drach.quatuor,ſeminis aniſi drach.octo,
ſeminis apii totidẽ:diligẽter trita ocimi ſucco in paſtil
los cogito,hoc copioſiori roſaceo diſſolutũ, fit capitis
irrigatio quæ lethargicos iuuet. Ad eadẽ, ac prætereа
tenebricoſam vertiginẽ valet.Peucedani radicis drach.
quatuor, iridis drach.duæ,violarũ,acori, ſingulorũ dra
chmã, ſpondylii drach.quatuor,piperis,caſtorii,ſingu-
lorũ drach. duæ & ſemis, ſerpilli drach. quatuor & ſe-
mis,baccæ lauri numero 45,rutæ viridis drach.octo,mẽ
tæ viridis drach.quatuor,opii drach. hæc aceto excepta D
in paſtillos efforma.Vſu verò expetẽte oxyrhodino diſ-
ſolue & illine,quinetiã cerato quod roſaceo cõſtat, ex-
ceptũ,ceu malagma imponitur.Adhæc euphorbii pars
vnà cum tribus ceræ partibus,& duodecim olei,valet ad
hemicraniã,ſi eo dimidia frõtis pars vnà cum muſculo
tẽporali illinatur:nã id ſæpenumero vel ſemel illitũ an
te balnei ingreſſum, repentè affectionẽ curauit, vt poſt
balneũ ægri in ſanitatẽ ſint reſtituti.Iuuat præterea eos
oleũ quoque calidum in aurẽ inſtillatũ, ſi in olei librã
euphorbii exiguũ iniiciatur. Cætervbi ſuſpicio fuerit, E
hemicraniã à calidis vaporibus aut humoribus ortam
eſſe,non eſt hoc medicamentum accerſendum.

DE AVRIVM AFFECTIBVS ET PAROTIDIBVS,
CAP.III.

POrro quũ variis de cauſis dolor aures exercere ſole-
at,ſi eũ ex refrigeratione natũ ſuſpicamur,cæpe ex-
culptũ oleo implẽtes,idque in calido cinere feruere ſi-
nẽtes,hoc vtemur, aut piper tritum iniiciemus, aut ali-
quid ex reliquis calefaciẽtib⁹, quale eſt oleũ amaracinũ
& rutaceũ.Quòd ſi inflãmatio quæpiã obſidet,optimũ F
eſt medicamentũ,vnguẽtum nardinũ infuſum cum ex-
iguo ei⁹ quod nominatur βασιλικὸν,hoc eſt regiũ,quód-
que τετραφάρμακον quoque nuncupatur : quẽadmodum
& id quod ex adipibus cõponitur,de quo paulo pòſt lo-
quemur. Quòd ſi dolor vim fecerit, neceſſe eſt vt iis
quæ ſenſum ſtupefaciunt : quare opiũ lacti muliebri &
oui albumini permiſcetur, quæ ipſa per ſe ſæpenumero
phlegmonis profuêre. Porro opium quoque caſtorio
cõmiſcetur, at multo ante vſum tẽpore permiſtum ſiue
pari põdere,ſiue duplo caſtorio præparatũ eſſe cõuenit. G
Liquor verò ſit ſapa ex muſto.ea enim multo magis do
lorẽ ſedat quàm vina dulcia. Cæterùm hæc tria,quũ v-
ſus exigit,probè denuo ſapa diſſoluantur,ad eam vſque
cõſiſtentiã,vt per auricularium clyſterẽ (quẽ ὠτέγχυτην
Græci appellãt)in lucerna tepefactum,infundi queat:ſit
autẽ adeo tepidũ vt ne ſuo calore offendat, perpetuò ca
uẽs,nõ modò ne meatus tãgatur,eúmq;moleſtet,verum
etiã ne reliqua auris. Si flatulẽtum aliquẽ ſpiritũ,craſ-
ſúmve aut viſcidũ humorẽ,qui exitũ nõ reperiat,inclu- H
di cõieceris, quippiã ex medicamẽtis quæ infarctu libe
rãt,admiſceto,cuiuſmodi eſt nitrũ,&oleũ amygdalinũ:
eius generis eſt & ſtruthiũ,& amygdalæ amaræ, & vtrũ
que veratrũ,& ariſtolochiæ, necnõ & iris, ac cinnamo-
mũ,carpeſiúmq;.Auriũ autẽ meatus obſtructione expe
diunt etiã ea quæ in renibus calculos cõfringũt,& quic

quid citra morſum ne dolor exacerbetur, tenuiũ eſt par- A
tium:inter quæ recẽſentur & radix cucumeris ſylueſtris,
& bryoniæ,& ari, & dracunculi,& cẽtaurii,& in ſũma a-
marorum omniũ. ſiquidẽ citra roſionẽ moleſtiámque
hæc meatus expurgãt,eáque quæ obſtruũt,diſiiciunt &
incidunt.Porro mediocres phlegmonæ,& quæ non pul
ſant,etiã per acetũ,quod cũ roſaceo exquiſitè fuerit per
mixtũ iuuãtur:quẽadmodum & per glaucium,quod in
cote medica cum aceto fuerit tritum.Quinetia collyria
quæ glaucio & croco cõſtãt,cum aceto attrita inſtillatá
que proſunt. Auricularis ad omnẽ dolorẽ,omnéq; vl- B
cus, quo in febriente quopiã,ac ob dolorẽ delirate vſus
ſum,& diuinũ quippia accidit.Mirrhæ drachma,thuris
drach.tres,alii ſeptẽ,aphronitri drach.tres,croci drach.
quatuor,alii vna,papaueris ſucci drach.tres,galbani tã-
tundẽ,amygdalæ amaræ delibratæ numero viginti:exci
pe aceto diſſolutum. Heras hoc vnũ medicamẽtum ad
omnẽ aurium dolorẽ vlcúſque ſcripſiſſe fuit cõtentus:
verùm ego dolores auriũ, tum fotu qui fit per id quod
ex adipibus cõſtat(vt dictum eſt) tum vnguẽto nardino
vnà cũ tetrapharmaco leniri aſſero, vnáque & affectio- C
nes ipſarum iuuari,velut etiã oui cãdido cum lacte mu
liebri:mitigari verò ſolùm,ſed affectiones haudquaquã
iuuari per papaueris ſuccum,niſi quis per accidens affe-
ctionibus opitulari dixerit.ſedato ſiquidẽ dolore,& ſo-
mno accedente, natura affectiones quæ dolorẽ cõmite-
bãt,cõcoquit. Equidẽ aurium vlcera,perpetuò Glaucio
ex aceto curaui,quẽadmodum ea quæ cum fluxione in-
feſtabãt,aut pus alebãt,paſtillis, à mitioribus orſus, cu-
iuſmodi eſt Polyide,& poſt eũ Andronius,& ab hoc qui
vocatur Bithynus.Verùm nõ ſemper omniũ vſus eſt ne- D
ceſſarius, ſed vnus omnino ſufficit, ſiquis eo vti noue-
rit,aliquẽdo ſapa diluẽs, quũ mitius reddere velit me-
dicamẽtũ,& rurſusvino dulci.deĩde aceto nõ acri,poſt-
hæc acri, poſtremò acerrimo. Quare quũ per eiuſmodi
miſturã aliâs aliter factã, medicamẽti vim exoluere ac
remittere potes,validiſſimũ præparatum tãtum habere
poteris. Ad ſiccas & humiditatũ expertes vlcerationes
eſt etiã peſſus præclara.Hyſſopi,medullæ ceruinæ, adi-
pis anſerini,ceræ Tyrrhenicæ,ſingulorum drach.tres,te
rebinthinæ drachma,olei ricinini,amygdalini,& cypri E
ni,ſingulorum cyathi duo,olei picini cyathus: cõpone
& vtere, oleo nardino diluens, vt mellis ſit craſſitudo.
Aliud ad purulẽtas vetuſtáſque affectiones,croci drach.
tres,myrrhæ drachmã, nuces amaræ repurgatæ numero
triginta,ſpumæ nitri,nardi Syriaci,aluminis ſciſſilis,ſin
gulorum drach.oboli tres:aceto acerrimo excipe, & ex
aceto dilue. Ad ſanguinis ex auribus profluuium,mar-
rubii ſuccum expreſſum, & aceto cõmixtum infunde,
aut mali punicæ in aceto coctæ ſuccum,vel ſanguinalis
herbæ ſuccum,aut acaciã, aut licium cum aceto. Porrò F
in quibus vermes ſunt,veratrum album immitte,aut a-
ridum inſuffla,aut ſuccum rubi infunde.Cæterùm ſoni-
tus qui ob ſtomachi refrigerationẽ calorémve, aut eiuſ
modi aliquẽ humorẽ exhalantẽ,adhæc ob vini potum,
aut febrem, aut ventris obſtructionẽ gignuntur, cauſis
huiuſmodi ſublatis,ſedantur. Quòd ſi humor quiſpiam
impactus fuerit,qui ſpiritus generet, prætermittẽda nõ
ſunt medicamẽta. Quemadmodum quum homo exqui
ſitum auditum obtinet,& ob ſenſus acrimoniam mini-
ma quæquæ ſentit, admiſcenda ſunt medicamenta quæ G
ſenſum ſtupefaciunt, cuiuſmodi eſt ſuccus mãdragoræ,
& lacryma papaueris. In eo verò ſonitu qui derepente
oboritur, acetum cum roſaceo infunde, aut cuminum
oleúmque ad mellis ſpiſſitudinem redactum,aut radi-
cis cucumeris agreſtis ſuccum, aut ipſam radicem oleo
incoque. Quòd ſi pluſculum temporis perſeuerauerit,
omnibus amaris & acribus,& attenuãtibus ac diſcutiẽ-
tibus,iiſque quæ ad dolorem ex craſſis humoribus ena-
tum deſcripta ſunt,vtaris: ſingulis in aceto coctis & ad- H
mixto melle.Aut reclinato ægro, & nitro crudo trito in
aurem inſperſo, acre acetum tepidum infunde : aut
allium, cepe, adipem anſerinum, æquali pondere tri-
ta,& percolata infunde. Porro ſurdaſtri, tum hiera,
tum catapotiis ex colocynthide purgandi ſunt, quine-
tiam pituita per ea quæ ipſam mandando proliciunt,

A eſt detrahenda,caputque ſiccandum,ac omni via ei robur eſt addendum : vtendum etiam victus ratione attenuante. In aurem verò iniicienda ſunt medicamenta quæ viſcidos craſſóſque humores diſſecent,incidant ac attenuent. Ad auditus grauitatem repentinam, atque è capitis dolore enatam. Abſinthium aquæ incoquito,& foueto,nempe arundine halitum excipiens , aut baccis lauri,aut foliis,aut origano,vel hyſſopo,aut aqua marina,& aceto, eodem modo vtitor : vel adipem anſerinũ, félque bouis,& laurinum æquis portionibus mixta inſtilla. B Aut hederæ agreſtis baccarum ſuccũ guttatim immitte, vel veratrum nigrum cum aceto tritum melli diutius incoque, & fac collyria quæ glandis formã exprimant,ac impone,& ad quinque dies ſine:aut ſerpentis ſenium tritum cum aceto inſtilla.Idem & cum felle bubulo, aut caprillo, vel teſtudinis marinæ & naſturtii modo ſufficienti valet:& fac collyria quæ auditus meatui congruant,& impone,ac poſt triduũ exime.hoc ſordes educit,& extẽplo malũ leuius reddit. In iiſdẽ quoque vtendum eſt fotu ex olla: oportet vt altera arundinis extremitas in auris cauitate adaptetur,& altera in ol- C la, quæ operculum habeat perforatum & vndiquaque probè obturatũ,in qua ſit abſinthiũ in aqua feruens, vt ſublatus halitus in meatum auditoriũ illabatur.Quinetiã tauri maximè lotiũ,vel,ſi id deſit, bouis validius in ollam anguſti oris infundito,& aceti tertiam ad lotium partem tritam,ac myrtum conciſam,deinde teſtam igni candentem in ollam coniicito,ac reclinatum hominem appoſita ad ollam aure foueto. Circum aurem verò faſciculũ è lana facere oportet , ne circunſita loca adurantur.atque hoc pacto eiuſmodi fomẽta conferent:verùm D in dolentibus haudquam conueniunt. Eodem modo in auditus difficultate. Raphani ſuccũ cum roſaceo aut cyprino tepefactum inſtilla , aut galbanum cum aceto & melle madefactũ, aut collyriis ex ficubus, nitro & ſinapi immiſſis,per triduũ non extrahimus. Poſt id verò acutis vocibus aſſiduis , & viciſſim grauibus acclamamus , & demum per tubam ſono immiſſo liberamus. Poſt hæc haſtulæ regiæ radicem oleo veteri incoctã,vtiliter infundimus, aſſiduéque lotio caprino eluimus. E Cæterùm ad ſurditatem ex capitis dolore,radiculæ ſuccum cum roſaceo infunde , aut foliorum cucumeris ſylueſtris ſuccum , aut caſtoriũ cum lauri baccis ac aceto. Quòd ſi aqua in aurẽ inciderit,auxiliatur ſi vno pede eius lateris cuius auris affecta fuerit,ſeſe inclinãs aſſiliat. nã facilè inde ita excernitur. Et exuſtio per os exile aut etiã per arundinem ſummè attrahit: dehinc per lanã ex prædictis vnguentis quippiã inſtilla : ſi verò calculus, aut faba , aut aliud quippiã in auris meatũ inciderit, elue,aut circum auriculariũ ſpecillũ lana obuoluta,reſináque intincta , aut per eorum quæ glutino conficiun- F tur,aliquod medicamentũ protrahe.Quòd ſi neq; ſic ſequatur,in nares ſternutatorio indito,os ac nares obturato : ſiquidem per ſpiritus concluſi contentionem , id quod incidit eliditur. idque perpetuò, donec elabatur, facito:ſi enim intus mãſerit,aurẽ phlegmone prehẽdit, & conuulſiones infert. Optimè etiã facit ad eorũ quæ inciderũt exploſionẽ cõcuſſio. Proinde ſi puer fuerit, pede apprehẽſum,& in caput ſublatũ, cõcutiens vibrabis:ſin æger fuerit adulta ætate , ipſum ſuper tabulã in id latus verſus,cuius auris eo modo laborat,caput ad ta- G bulã firmare præcipito,deinde ſublata tabulæ,cui caput innititur,parte,deferri ſinito : atque id ſæpius repetito. mouebitur enim id quod incidit , & ad tractabiliores meatus partes prolabetur: poſtea anguſta & cõcaua ſpecilli parte demiſſa, ſcitè extrahito.Si verò faba aut cõſimile quippiã quod inciderit,intus mãſerit,ac madefactũ intumeſcénſque dolores inferet , fieri nõ poterit vt integrũ eximatur.Quare ſpecilli cyathiſco id dextrè diuidẽdum eſt,atque ita paulatim educendũ: deinde ſapã vel vinũ dulce calidũ infundere oportet , ac meatũ ex H lãcinatione offenſum lenire.Quòd ſi animal aliquod illapſum ſit,ſcãmoniũ aceto diſſolutũ ,aut abſinthii ſuccũ,aut peucedani pluſculũ,& nitrũ ſulphúrve cũ radiculæ ſucco iniice.Eodẽ modo ad pulices & vermes & reliquos quibus aures corripiũtur affectus,acetũ & oleũ in-

A ſtilla,vel capparis ſuccũ,aut veratrũ albũ tritũ inſperge, vel ariſtolochiã tritã, aut nepetæ ſuccũ , vel cinnabaris viridis aliquid inſtilla.Porro in aurib⁹ cõtuſis,myrrhã, mannã,thus,terrã,qua aliqui ſe ceu ſmegmate cõfricãt, cũ aceto acri probè vnita ad cerati craſſitudinẽ,imponito,ac nequaquam irritato.Itidem quibus aures ſunt cõtuſæ,interna expeditiorẽ ac tractabiliorẽ cõcauitatẽ cartilagineã terra figulina expleto : & ſequẽti die,vbi exaruerit, ſolanũ cũ abſinthio,donec in integrũ reſtituantur,inũgito. Inflãmata autẽ in auriũ puerorum puella- B rúmve fibris foramina,oleo in ænea lucerna quæ ærugi nẽ cõtraxit,illinẽs,perſanabis: aut aloes partẽ vnã admixtã impone:(ſunt etiã qui mannã cõmiſcẽt) aut butyrũ, & lac muliebre,adipémve anſerinũ inſtilla. Ad exulceratas verò ex ictu diffractáſq; aures,panis calidi medullam tritã cũ melle impone , aut myrrham tritam cum vino vetere illine,aut cochleas cum teſtis & myrrham cõmiſce, & dimidiam partem impone aut pice circunlitis ſulphur ignem non expertum,aut mannam:trita inſperge. Verùm hæc ne obligato , néve frequẽter epi- C themata auferto. Secundum aurem abſceſſus(quos παρωτίδας Græci nominant) inter genera inflammationũ recenſentur. generantur autem quum glãdulæ circa aures inflammantur, non tamen curatione inflammationibus dicata , vtplurimum in iis vtimur , quando non fuerit malignum aut multum quod influxit,neque corpus totum plenitudine grauatur:ita nanque vel ſola ſpõgia ex poſca impoſita, incipientes phlegmonas repreſſit,nec quicquam inde corpus perpeſſum eſt.Verùm in parotidibus contrà facimus , quippe qui attrahenti- D bus medicamẽtis vtimur:quæ ſi nihil memorabile præſtiterint,cucurbitulam quoque affigimus,aut frequẽter locũ fouemus: cupimus enim noxium humorem ex alto ad cutem prolicere. Verùm quũ vehementi impetu fluxus irruit , nihil nos præterea curioſius agimus , ſed totum negotium naturæ committimus.Quare tunc humorum propenſionem haudquaquam adiuuare decet, ſed mitigare potius, ac medicamentis quæ maxima leniendi vi prædita ſunt vti : cuiuſmodi eſt quod ex frumẽti,aut hordei,vel ſeminis lini farina cum mulſa,aut E fœnigræci,vel althææ,aut chamæmelorum decocto,coquitur,& quæcunque præterquã quòd moderatè humectam caliditatẽ obtineant(ob quã dolores mulcere queunt)hoc etiã habent vt humores influentes cõcoquere & ad ſuppurationem perducere poſſint. quale eſt farina frumẽti cum caricarũ decocto & oleo , & quod ex polline fermentóque conſtat. Vbi verò ſuppuratæ fuerint parotides , tunc aut per ſectionem pus elicere oportet, vlcúſque perſanare,velut hac in re omnibus eſt confeſſum:aut acri medicamento perrumpere , cuiuſmodi eſt F ſmelinum,& quod ex alliis cõponitur:vel demum enitendum eſt vt ipſum medicamentis tenuiũ partiũ,quæque tractoriam ſimul facultatem obtinẽt , diſcutiamus: &,ſi durities quæpiam, ſimulatque maior puris portio fuerit diſſipata,reliqua fuerit,eã emollire oportet.Porro Archigenes hæc ad parotidas tradit. Parotidas diſſoluere volentes,plantaginem cum ſale tritam aſſiduè cataplaſmatis modo imponimus,aut caprillum ſtercus cũ aceto,aut rumicis ſylueſtris radices coctas in vino , aut ficus tritas coctas cum attramẽto ſutorio,aut ficus coctas G cum abſinthio & vino tritas,aut buccinas marinas purpuráſve vſtas melle excipe & impone , & illico diſcutientur.Idem præſtat & oſtrei teſta cremata, & cũ melle impoſita,aut ceratum roſaceum,cyprinúmve ruta exceptum, aut ſulphure viuo emollitum,vel cimolia cũ aceto. Diſcutit quoque maximè in aqua marina aut muria cocta,& trita impoſita.Idipſũ efficit & marrubiũ cũ ſale ac lana butyro imbuta, & incipiẽtibus parotidib⁹ impoſita prodeſt,aut lupinorũ amarorũ farinã cũ melle coctã,modica calce viua addita,pro cataplaſmate iponito.

H

DE NASI VITIIS, CAP. IIII.

EX genere tumorũ præter naturã,polypi ĩ naribus gignuntur:ex vlcerũ verò cẽſu,ozænæ,atq; ex numero excretionũ præter naturã habẽdæ ſũt ſanguinis eruptiones.Itaq;de ozænis primũ verba faciã,quæ ex humorũ acriũ putriũq; influxu generãtur,itaq; ſi acres ſolũ ægrè

curabilia vlcera producere ſoleant, non tamen grauiter A
olentia. Curatio communis eſt his & polypo:nam pri-
mùm exſiccare,capútque roborare oportet:liquet enim
quòd ob prauorum humorum redundantiam, defluxus
inde proueniat. Quum igitur caput validũ reddideris,
ad naris curationem in ozænis accede, hoc vnum ſpe-
ctans vt per medicamenta reprimentia diſcutientiáque
partem affectam exſicces: quorum alia auſtera ſunt & a-
cerba,alia facultate calida & ſicca. Proinde quũ ozæna
in naribus reſidet, nepetæ ſuccũ infunde,aut ipſam ne-
petam ſiccam inſuffla, aut veratrum album cum naſtur- B
tii ſemine quotidie inſpira, aut pſoricũ cum melle,vel
mel inſtilla,& ſternutatorio facta cõcuſſione,cruſtas vl-
ceri obductas excutito, aut myrrha & naſturtiũ cũ mel-
le. Acre itẽ acetum in vaſculũ anguſti oris coniice,& ad
multũ ſatis tẽpus reſpirationi appone, deinde miſy Cy-
prii,& nardi Indicæ dimidium cum vino Chio tritum
ad melleam craſſitudinẽ redige, ex eóque meatus pen-
na illine,& lana obſtrue. Vlcera verò in naſo,ex malo-
rum punicorum ſucco in æneo vaſe quouſque dimidiũ
ſuperſit,cocto perline. Aliud Lamponis, facit ad ozæ C
nas,& ægilopas,& polypos, & quæcunque citra ſectio-
nem vſtionémque velis ſubmouere: oſſa quoque corru
pta abſcedere facit:valet & ad ſerpentia vlcera ac putri-
da inſperſum,& ad ſordida vlcera,linamento exceptum
cum melle:Scobis æris rubri vnciam,ſalis ammoniaci,
ammoniaci ſuffimenti,ſingulorum ſextantem,aluminis
quadrantem,aceti heminas ſex, arida terito affuſo ace-
to,excipitóque in vaſe æris rubri,atque in ſole,radio æ-
ris donec medicamentum exſiccatũ fuerit,agitato. De-
inde in mortarium tranſlatum diligenter terito, & in ſi D
ctili adſeruato: vſu verò expetente, aquam ſorbendam
oréque continendam dato,& medicamentum per fiſtu-
lam inſufflato. Aliud habet adipis anſerini drachmas
quatuor,hyſſopi drachmam vnam ſemis, medullæ cer-
uinæ drachmas duas, ceræ Tyrrhenicæ drachmas octo,
plumbi vſti & loti drachmas octo,ladani,adipis vituli-
ni,ceruſſæ, ſingulorum drachmas duas, terebinthinæ
drachmas quatuor, argenti ſpumæ drachmam, roſacei
quod ſatis eſt: roſaceo diſſolue & ſubline. Cæterùm ea
quæ in nares illabuntur,auriſcalpro aut volſella exime, E
aut ſternutamẽtum ciens medicamentum exhibe ore ap
prehenſo, & nare altera (niſi in vtraque fuerit affectus)
cõpreſſa. Verùm quibus ego(inquit Galenus)vſus ſum
in polypis narium & ozænis,probatiſſima reperi ſubſcri
pta. Ac primùm medicamentum quod ex malis punicis
componitur.Sumantur autem ex tribus eorum differen
tiis æquali numero:aliqua enim ex ipſis auſtera ſunt, a-
lia dulcia, quædam acida. Ea itaque recentia ac matu-
ra contundenda ſunt, atque integra accuratè confrin-
genda, quò ſuccus ex iis exprimi queat, quem in vaſe F
ſtanneo recõditum adſeruare oportet,modicè coctum,
ſi quidem liquidior quàm par eſt videatur. Quòd verò
ex ipſis reliquum eſt ſolidum & craſſum,denuo diligẽ-
ter contundi oportet,quò poſt contuſionem,in pila rur
ſus atteri poſſit,ac in collyria quæ nari ægroti accõmo-
data ſint efformari: induntur enim in naris meatum,
quam polypus obſidet,quò citra morſum ac cõſenſum,
qualem acria medicamenta excitant, longiori mora i-
pſum repurgent.Quòd ſi humidior,mollιórque tibi po
lypus apparebit, pluſculum ex auſteris punicis cõiicies: G
ſi durior,ex acidis.Verùm quia perpetuò tolerare colly
riũ moleſtũ eſt,eius vſũ intermittere cõuenit, atque eo
tẽpore quo non imponitur, expreſſum ſuccum aſſume-
re. Quinetiam ægrum vehementer hiantem ea parte
qua naſus ad palatum perforatus eſt, liquido expreſſo
medicamanto illinire oportet,ídque vel pẽna, vel lana
ſpecillo quod oliuæ nucleũ referat,obuoluta. Cæterùm
ex aridis medicamentis diphtyge citra mordacitatem,
interdum temporis lõginquitate abſumptum polypum
eſſe noui:probè quoque facit prædictum collyriũ,quod H
ex malis punicis conſtat,ſi vbi exaruerit, rite contunda
tur,& tritum inſuffletur.Omnia autem hæc nullo inter-
miſſo tempore ſunt obeunda, vt nunquã ab affecta par-
te medicamentum abſit: facilè nanque præ humiditate
eluitur.Quemadmodum igitur in lippientibus,ita & in

his ſi fieri poteſt, nunquam non medicamentum opor-
tet imponere:abluitur enim facilè(vt dixi) ab influente
humiditate. Porro quum quidam eunuchus nullũ me-
dicamẽtum adhibitum ferret, ſed ab omnibus irritare-
tur,roſis aridis contuſis,ac accuratè contritis, & inditis,
citra morſum ſimul & mirum in modum hominem ab
iis adiutum eſſe cognoui.Quare rurſus in mollibus hu-
midiſque corporibus,& quibus ægrè vlcera perſanatur,
eo vſus ſum:nam ex duobus alterum contigit,vt aut ni-
hil læderet, aut omnino ſine moleſtia ageret: ſiquidem
plurima ex efficacibus quæ polypos detrahunt, ſiquan-
do ſcopum non attingunt,eos exacerbare ſolẽt. Verùm
vlcera in narium meatibus ſemper paſtillis curaui,nem
pe Andronio, & Paſionis, & Polyidæ, Bithynóque, &
quem ego compoſui: terens eos interdum vino dulci,
aliàs auſtero,& quandoque mediocris ætatis,& nonun-
quam vetuſto,& aliquando aceto quod eaſdem quas vi
num haberet differentias. In diuite verò quopiam qui
odoratum medicamentum ſibi adhiberi poſtulabat, in
ozænæ curatione,hedychroi quod appellatur,vſum ex-
cogitaui, diſſoluens ipſum veteri vino Falerno & mirũ
quàm celeriter curatus eſt. Ad ſanguinis è naribus eru-
ptiones, linamentum longum lycio imbutum indito,
deinde exterius digitis naſum comprimito, aut chalci-
tidem mediocriter læuigatam & aqua intinctã eodem
pacto per linamentum imponito: aut thus cum ſangui-
nalis herbæ ſucco,aut ſpongiam aridam inſere, aut ma-
defactam aceto, preme autem ſpecillo donec propella-
tur:verùm ſatius eſt principium filo alligari, vt facilius
educi poſſit:extrahe verò, ſimulatque opus ſuum pere-
giſſe credideris. Si verò inareſcit ſpongia, atque intus
agglutinatur per auricularem clyſterem frigidam aquã
immitte. Accommodatum quoque eſt, frontem ſpon-
giis poſca imbutis refrigerare,& artus laqueis excipere,
adhæc potui dare ea quæ ad ſanguinis reiectiones confe
runt, & aures linteis obturare aut cera, ac ore quoque
frigidam cõtinere. Quòd ſi cruoris aliquid deglutitum
eſſe videbitur, etiam idipſum vbi multa eius ſit copia,
pereuacuans aliquod medicamentum educito: in gru-
mos enim coactũ in ventre ac inteſtinis incendium ex-
citat. Eodẽ modo platani pilulas exſiccatas attere ſuper
pannũ aſperũ. & ſemẽ quidẽ abiice, tormẽta verò col-
lecta aſſerua,& lanuginoſa in arũdinem indita inſuffla.
Gypſo verò aut cœno figulino, narem frontémque obli
ne. Ἴσχαιμος (hoc eſt ſanguinem ſiſtens)magna:Miſyos,a-
tramenti ſutorii,ſingulorum drachmas ſeptem,corticis
pini,ſquamæ æris,mannæ thuris,ſingulorum drachmas
quatuor:æris vſti,chalcitidis,ſingulorũ drachmas quin
decim,calcis viuæ drachmas octo, gypſi torrefacti dra-
chmas quinque: tritis ad omnem ſanguinis eruptionẽ
vtere.

DE AFFECTIONIBVS OCVLORVM, CAP. V.

DE affectibus qui oculis contingunt, quinam ſint, &
quibus de cauſis oboriantur, quomodóque ſint di-
gnoſcendi dictum fuit antea, nunc de ipſorum curatio-
ne, quibúſque medicamentis vti oportet, tradetur, iis
ſcilicet quæ antiquioribus ac recẽtioribus, tum Græcis
tum Barbaris celeberrimis, hodie maximè approban-
tur,nobíſque vtiliſſima videntur.Proinde hinc arrepto
ſermone,de ſingulis medicamentis, quemadmodum in
cæteris fecimus,agemus: diſtinctioneſque quaſpiã præ-
ſtantiſſimorum olim medicorum, tum antiquiorum tũ
recentium,tam Græcorum quàm Barbarorum commẽ-
tationi apponemus.Itaque quum etiamnũ phlegmone,
aut dolor quiſpiam oculos affligit,collyriis ex thure,&
metallicis lotis, ſucciſque minimè mordacibus vtimur.
Verùm quum ex eorum vſu ſordida fiãt vlcera, aliquid
ex extergentibus iis eſt commiſcendum,quale eſt pacia
num ex vino croceum,quo vtimur, modicum eius præ-
dictis medicamentis admiſcentes: accipit id plurimum
croci,atque inde croceum nominatur. Ei præterea etiã
metallica extergentia admixta ſunt, quo fit vt aſpredi-
nes non modò exiguas, verumetiam magnas(quas ficus
vocant,& Græci σῦκα,) detrahendi vim obtineat.Quin-
etiam vngues attenuat. Vlcera verò quæ ob eroſionem
corneæ naſcuntur, vt vuæ quædam portiuncula proci-

dat,tum ſua de cauſa,tum ob id quod procidit,repellẽ- A tibus adſtringentibuſque opus habere neminem latet. Verùm ex eorum numero ea ſeligenda ſunt quæ nullã efficiunt aſperitatem. His verò contrariis, nempe diſcutientibus,tum puſtulæ tum pus quod nonnunquam intra corneam generatur,opus habent. Itaque recentia ac etiamnum inflammata, iis quæ ex myrrha, thure & croco conſtant,compeſcũtur:quæ vetuſtiora ſunt, etiam ex diſcutientibus quippiam poſtulant, veluti tunicarum quoque inflammationes quæ in ſcirrhũ abierunt,ſiquidem in his medicamenta quæ ex acribus ſuccis conficiuntur,commendantur: B quæque in collyriorum formam efformantur, & à medicis peculiari nomine facultates liquidæ ἐγχριςαὶ, ad illinendum ſcilicet aptæ, vocantur, cuiuſmodi inchoantibus etiam ſuffuſionibus parare ſolent. Verùm in vnguibus & ficubus ea quæ extergendi magis vi prædita ſunt,adhibentur: quorum alia in collyriorum formam rediguntur, alia ſicca citra informationem imponuntur, quibus nõnulli etiam ex adſtringentibus quippiã admiſcuerunt. His proxima ſunt quæ ſcabioſis palpebrarum affectionibus medẽtur,atque id- C circo etiam ψωρικὰ appellantur. Omnium autem validiſſima ſunt quæ vetuſtos callos eliquant,& nuncupatas alulas vel vngues (πτερύγια Græci nominant) curant,& ex detergentibus adſtringentibuſque medicamentis conficiuntur. Itaque minimè omnium mordax in oculorũ affectibus eſt fœnigræci decoctum, lac,& oui liquor cãdidus. In quorum genere habendum eſt gummi & tragacãtha. Poſthæc ſuccedunt quæ exiguum morſum obtinent, eo quòd ipſis quædam ex iis quæ nonnihil adſtringunt aut extergent admiſcentur,cuiuſmodi ſunt ro D ſæ & thus:quod exiguam adſtrictionem roſæ,& modicã extergendi vim thus obtineat: verùm quum thus facultate calidum ſit, habet ob id aliquam coquendi poteſtatem,& dolorem ſedat. In eodem cenſu,quod quidem ad cõcoquendũ & modicè diſcutiendum ſpectat,connumerantur crocus & myrrha: quæ hoc inter ſe diſſident, quòd ille moderatè adſtringat,hæc verò citra adſtrictionem non inſtrenuè diſcutiat, humiditatéſque exſiccet: ſuntque generoſiora facultatibus quàm thus, quapropter etiam diſcutiunt magis,verùm quòd detergendi vi careant: E in vlcerum curatione thuri ceu inferiora cedũt. Ex hoc medicamentorũ genere,& quod concoquat inquam & diſcutiat,eſt & lycium Indicum,non hoc quod in noſtris prouinciis oritur & caſtorium. Ad quæ facultate propè accedit ea quæ nuncupatur ſarcocolla, quod coquens diſcutiénſque eſt medicamentum: quibus facultatibus eam galbanum antecellit. Enulæ campanæ decoctum præter concoquentem facultatem habet etiã adſtringens quippiam,quod croco fere affine cõgenérque eſt. Et lapis hæmatites appellatus, qui exſiccandi vi F præditus eſt,non ſecus quàm cadmia. Cæterùm hac mitius medicametum eſt lapis,vtpote qui ex humida ſubſtantia & non terreſtri ceu cadmia, ſuum ortum ducit: ſiquidem talem eius eſſe naturam indicat diſſolutio in cote medica: quòd in attritu cum quopiam liquore in ſuccum reſoluatur, quinetiam ſeparatim abſque liquore tritus,non vt cadmia in fruſtula diſſilit,ſed in corpus quoddam ſimilare ac continuum. Conſimilis ei ſubſtãtiæ eſt lapis quoque qui σχιςὸς (quaſi ſciſſilis dicas) nominatur niſi, quòd facultate validior ſit. Stibium verò G quod nuncupatur,ſi non eſt lotum, validam præ ſe fert adſtringentem vim: verùm vbi eluitur, retunditur adeo vt fere ſit morſus expers. Valentioris eo extergentis facultatis eſt æs vſtum,eiúſque ſquama & flos. Non minus eſt efficax, licet non æquè mordeat, chalcitis vſta. Quòd ſi eiuſmodi lauentur, adhuc extergentem poteſtatem retinent,verùm eo ſunt in actionibus imbecilliora,quo fiunt minus mordacia. Huius generis eſt & miſy, & ærugo,validiſſima medicamenta,ſi iis quæ ad ficoſas calloſáſque palpebras adaptantur, permiſceas: quidam H iis etiam gallas, validè aſtringens medicamentũ, adiecerunt: quemadmodum nonnulli id quod omnium horum eſt vehemẽtiſſimum,quod ad adſtrictionẽ ſimul & acrimoniam pertinet,quod χάλκανθον Græcis (nobis atramentum ſutorium) nominatur. Liquet autẽ quod multo euadat moderatius,ſi vratur laueturque. Ex huiuſmodi materia eſt ſquama quoque στομώματος,ita dicta, quòd ex acie aut mucronibus decutitur. Cortex adhæc thuris, & ipſe non ignauiter adſtringit, verùm ſuperioribus omnibus longè eſt inferior. Quinetiam myſi appellatũ, tum ad eaſdem affectiones, tum ad ſcabioſas palpebras quidam collyriis admiſcuerunt. Porro mãnam priuatim appellant, quòd ex confracto in magnis oneribus thure ſuccutitur: in ea ſiquidẽ feruntur exigua confracta fruſtula corticis thuris: diſtat id medicamẽtum à thure,eo quòd exiguam quampiam adſtrictionem nactũ ſit. Proinde ex ſufficienter adſtringentibus quæ terreſtri conſtant conſiſtentia,ea aſperitudines,& ficus,callóſque liquant. Quæ verò in ordine ſuccorum recenſentur, ceu omphacium,& hypocyſtis, facilè, vtpote cum lacrymis effluentia, in inunctionibus eluuntur: huius claſſis eſt glaucium,& acacia. Porro citra morſum exterget cerui cornu vſtum,velut & caprarum. Dictum aute fuit thus quoque ex eorum numero eſſe, niſi quòd hoc,ceu docuimus, omnino exiguæ detergentis facultatis eſt particeps,dolorémque ſedat, & concoquentem vim obtinet. At prædictorum animalium cornua, ſunt quidẽ extergentia,verùm nihil habent quod dolorem mitiget, aut concoquat,quippe quæ frigida ſiccáque ſunt temperamento. Obtinet autem extergens quippiam id quod nuncupatur Armenium, velut id quoque quod Indicũ nigrum vocitatur: quare etiam phlegmones expertibus vlceribus citra moleſtiam inditur. Cæterùm mixta quodammodo facultate conſtat aloe,quemadmodum & roſa. habet enim quippiam amarum, quod extergere aptũ eſt,ac præterea adſtringẽs quoddam,quo contrahere,ac ad cicatricem perducere vlcera poteſt. Porro ex medicamẽtis quæ ad ſcabras affectiones aptantur, ſunt ſales ammoniaci,& lapis Aſius, tum ipſe, tum eius flos: adhæc pſoricum quod vocatur, quod neque ſimplex quippiã eſt. neque ſua ſponte enaſcitur,ſed habet quandam præparandi rationem: admiſcetur his & miſy vſtum, & ſandaracha,& quod dicitur Græcis ἀῤῥενικὸν (noſtris auripigmentum). Ex medicamentis iam aromaticis, caſiam & malabathri folium, amomúmque, & cinnamomum quidam facultatibus ocularibus commiſcuerunt: quorum cinnamomum facultatem habet diſcutientem, reliqua verò etiam adſtrictionem participant. At verò id in vniuerſum de omnibus extergentibus medicamẽtis nõ ignoraſſe licet,tum mediocria,tum quæ ficus callóſque abſumunt,ea omnia craſſis quoque cicatricibus competere: earum enim craſſitiem extenuant,& de ſuperficiei ſubſtantia demoliuntur. Cæterùm facultates quæ ad induratas oculorum tunicas conueniunt (velut antea quoque dictum fuit) ex ſuccis & ammoniaco thymiamate concinnantur: quibus etiam ex moderatioribus quæ facultate non aduerſantur, aliquid commiſcetur myrrha videlicet,thus,ac galbanũ, & cætera id genus. Ad ſuffuſos verò facultates quoque medici compoſuerunt,ex quibus inter liquida medicamenta primum fere locum obtinet ea quæ ex fœniculi ſucco,& felle hiænæ,ac melle Attico conditur: alii caprinum fel capiunt. Poſthæc alius aliud fel admiſcuit: hic enim galli,alius viperæ, ille teſtudinis marinæ,quidam callionymi piſcis. Hac tẽpeſtate celebre eſt quod ex felle ſcarorum paratur medicamẽtum, quemadmodum & id quod ex myrrha ſtactè conſtat. Ex præſcripta materia medicis arida quoque medicamenta conficiuntur,quæ ab ipſis priuatim ξηροκολλύρια (hoc eſt arida collyria) nuncupatur: quorũ quædam liquant abſumúntque callos & ficus, excreſcentes item in naſi angulo carunculas ἐγκανθίδας appellatas, ac vngues: alia ſcabris palpebris idonea ſunt, earũmque pilorum defluuiis, μίλφας nominant, opitulantur: quæ aliam ab acribus collyriis retinent facultatem, quare à quibuſdam medicis ἀποδακρυτικὰ & ἀποκρουστικὰ, hoc eſt lacrymas repellentia,& reprimentia,non ſecus quàm ipſa collyria appellantur. Ex his plurima hebetibus oculis ob ſenium, aut humorum oculorum craſſitiem refrigerationémve,vel ſpiritus caliginoſi copiam, non parũ

malè affici ſolent, affectum aliquem conſiſtere nō per- A
mittunt.Inter ea præſtātiſſimum experientia probatum
videtur quod ego cōpoſui, atque idcirco apud multos,
& propemodum apud omnes gētes quibus Romani im
perant,in vſu eſt quod oculis bene valētibus proſpicit.
Lapis Phrygius in minutas partes cōfractus,vt maxima
non excedat nucem Ponticam,vritur.Vrendi autem mo
dus eſt quem in aliis quoque ſeruamus. Lapidem in ol-
lulam nouā coniicimus, deinde luto foris obturamus,
operculo impoſito, quod vel in vertice ſolo fuerit per-
foratum, vel(quod etiam ſatius eſt)aliis pluribus parti- B
bus, quo promptius per eas fuliginoſæ fumidæque eo-
rum quæ vruntur exhalationes efferantur. Simulatque
verò lapis fuerit candens, tunc ollula euacuata in niti-
dum quoddam vaſculum, butyrum minimè vetuſtum
affundere oportet, & partes vſti lapidis tandiu agitare
donec omnes extinguantur. Poſthæc eas denuo in ollu
lam coniectas,ardentibus prunis,quò nihil fumidi ſen-
tiant,ſuperimponere,& flabello, vt citius vſtio perficia
tur,ventilare.Deinde vbi lapides fuerint igniti,nulláq;
amplius fuligo exhalauerit,eos exēptos rurſus vino Fa- C
lerno,alióve fuluo & odorato extinguere. Adhæc de-
nuo in ollulam immiſſos, tertiò carbonibus ardētibus,
vt nullum fumum habeant,vrere:ac poſtquam lapis cā-
det,iterum Attico melle nō multo reſtinguere. euadet
enim medicamentū non ſiccum,ſed quod lentoris quip
piā habebit. Verùm ſint ad manus antea trita hæc ſub-
ſcripta,æris vſti vncia,piperis albi tātundem, foliorum
malabathri æquale pondus, ſtibii drachmæ duodecim:
his admiſce lapidis vſti libram. Atque vbi omnia pro-
bè fuerint in læuorem redacta, & medicamentum vo- D
lueris excipere,adiice opobalſami Syriaci ſeſquunciam:
ſit autem tenue & pellucidum, quod ad conſiſtentiam
ſpectat,non craſſum,quale eſt quod ſubſidet.nam quod
ita craſſum eſt impedimēto erit quominus medicamē-
tum ſit aridum. Vſus autem illius eſt in palpebris tan-
tùm,inducendo ſpecillum citra tunicarum oculi conta
ctum.Oportet adhæc eū qui inungitur,palpebras tenere
apertas, atque vbi illitum fuerit,non conniuere nicta-
réve. Hoc ego medicamentum concinnaui, quod eum
qui rite vtitur, haudquaquam lippitudine corripi ſinit. E
Deinceps autem ſcribam quæ ad varias affectiones ac-
commodantur. Pſoricum aridum ad maiores oculi an-
gulos eroſos.Spodii Cyprii drachmas quatuor,ompha-
cii aridi drachmas duas,nardi obolos tres,piperis fricti
grana quindecim: tritis vtere. Ælii pſoricū. Cadmiæ
triētē,æris vſti drachmas duas,cū aceto in ſole terito,&
exſiccato,ac diſſoluto excipiens vtitor. Aliud ad ſic-
cam lippitudinem,& ficum, & putredinem, & carnem
excreſcentem.Cadmiæ drachmas decē, chalcitidis dra-
chmas octo,piperis grana duodecim, nardi Celticæ dra F
chmā. Tere chalcitidē cadmiámque cū vino, quumq;
exaruerint,iniice nardum ac piper: atque in puluiſculū
redactis vtere. Ad glaucos,oculos vt nigri fiat.Malico
rii dulcis ſuccū infunde,deinde ſpatio interpoſito,her-
bæ apollinaris florem cum vino tritum inſtilla,aut her
bæ apollinaris ſuccum. Aliud.Acaciæ fructum,& gal-
larum exiguum diligenter tritum, anemones ſucco ex-
cipe, vt mellis habeat craſſitudinem: deinde liquorem
ſedulò per linteum expreſſum repone, vteréque vt di-
ctum fuit. Ad eos quibus pili inutiles & pungentes in G
palpebris enaſcuntur:τριχιῶντες appellātur.Auis quæ ci-
nædus nominatur fel,& aconiti dimidium miſce & re-
pone,quúmque vſus poſtulauerit,pilo euulſo, medica-
mento locum illine. Aliud.Fel piſcis pagri,& aconiti
dimidium in ſquama ferri lota, adipe ſubigito, hiſque
olei amygdalini exiguum adiicito,& ſanguinis veſper-
tilionis modū qui ſufficit: deinde mixtis & exceptis v-
titor. Agglutinatorium pilorum.Ceræ,picis,lithocol
læ æquas portiones ſimul liquefacito, & ſpecilli ſum-
mo pilos agglutinato. Aliud Reſinæ ſiccæ, picis ari- H
dæ,ſulphuris ignem non experti, bituminis,ſingulorū
drachmā,ceræ drachmæ dimidium: liquefactis vtere.
Ad palpebrarum hordea (quas κριθίας Græci nuncupant)
Galbani partem vnam cum nitro modico mixtam im-
ponito. Aliud.Ceram & miſyos crudi exiguum,com-

A mixta impone. Valent & ficus aridæ in vino mulſo co
ctæ & tritæ,modico ſimul galbano contrito. Aliud.
Sagapenum cum aceto terito,& vnà cum farina horde-
acea vtitor. Ad ægilopas. Succi illecebræ, ſucci ſolani,
vtriuſque libræ dimidium, thuris drachmas octo, ma-
ſtiches quadrantem, galbani libram dimidiam: ſuccos
cum thure coquito,quumque diſſolutum fuerit,galba-
nū iniicito.maſtichen enim repudiamus. Cataplaſma-
ta lippientium,ad ingentes dolores & maximos humo
rum impetus. Roſarum viridium aut ſiccarum drach-
B mas quatuor,croci,opii,vtriuſque drachmā: excipe ſer-
tulæ Campanæ decocto & paſſo. Aliud. Roſarum, vio-
larum albarum,ſertulæ Campanæ, capitum papaueris,
ſingulorum drachmas duas,croci, opii,myrrhæ, ſingu
lorum drachmam,oui aſſi vitellum, tritis & paſſo exce
ptis vtere,vt dictum eſt. Illitiones ad dolores ingentes.
Aloes,lycii Indici,roſarum viridium, croci,opii,myr-
rhæ, vniuſcuiuſque æquas partes vino ſubactas in pa-
ſtillos redigito,eóſque in vmbra ſiccato: vſu poſtulan-
te,paſſo dilutos,oculis illinito,& fronti & temporibus.
C Agglutinatoriū quod fluxiones coercet.Pollinis, myr-
rhæ,mannæ,thuris,omnium æquas partes excipe oui cā
dido,deinde linteolo inducta,temporibus ac fronti im
pone. Aliud. Seminis apollinaris herbæ drach. duas,
opii drachmā, croci,pollinis, ſingulorū drachmas qua-
tuor;ouorū aſſatorum vitellos duos, caſtorii drachmā:
omnia ſubacta excipe & vtere. Collyrium Heronis.Pſita
cus ad ingentes dolores & fluxum largum,eueſtigio ſo
mnū cōciliat. Glaucii drachmas ſedecim,croci, ſarco-
collæ,vtriuſq; drachmas octo,opii drachmas quatuor,
D ſucci mādragoræ drachmas duas, tragacāthæ drachmas
duas:aqua pluuia ſubige. Aliud ad ingentem dolo-
rem,omnémque phlegmonē, ac intenſas inflamatio-
nes. Glauci drachmas vigintiquatuor, ſarcocollæ, cro-
ci,opii,miſyos vſti,ſingulorum drachmas octo,myrrhæ
drachmas quatuor, gummi drachmas duodecim: aqua
pluuiali formato.Vſus eius eſt cum ouo. Φαιόν, hoc eſt
fuſcum inſcriptum,ad omnem fluxionem, omnémque
lippitudinē:in alio παιδικὸν (hoc eſt puerile)legitur. Æ-
ris vſti drachmas duodecim,cadmiæ drachmas triginta
E duas,gūmi drachmas trigintaduas, myrrhæ, opii,vtri-
uſque drachmas quatuor: aqua pluuia. Nectarium va-
let ad inchoantes lippitudines, & fluxionum multarum
curſus,chemoſes, tumores, mēbranarum excuberatio-
nes, & ad omnem propè lippitudinem: facit & ad craſ-
ſas palpebras. Opus eſt ante omnia fouere,deinde flu-
xionis initio infundere aqueo oui liquore: at progre-
diente curatione temperamentum intendere & augere.
Verùm ad aſperas palpebras vtimur collyrio ex aqua.
Apud alios appellatur σφραγὶς(hoc eſt ſigillum)Æris v-
F ſti & eloti, cadmiæ,acaciæ, ſingulorum drachmas qua-
tuor:croci,opii,vtriuſque drachmas duas: gummi dra-
chmas ſex:aqua excipe & vtere. Aliud Neapolitæ.Va-
let ad maximos humorum impetus, potiſſimum in ocu
lis qui ægrè humectantur, & qui in phlegmonis ſubal-
bicant,vt chemoſi adſimile quippiam appareat:hoc nos
vſi ſumus,monentes vt ab illitionibus lauarentur. La-
pidis ſchiſti,æris vſti & loti,opii,gummi,ſingulorū dra
chmas octo,thuris drachmas ſeptem,myrrhæ drachmas
quatuor.vino efforma. Vſus eius eſt ex ouo, tempera-
G mētum eſt aquoſum. Malabathrinū Galeni.Facit ad in-
gentes dolores & affectiones in declinatione. Cadmiæ
drachmas ſedecim, acaciæ drachmas quadraginta, æris
vſti & loti drachmas quatuordecim, opii drachmas du-
as,lycii drachmas duas,myrrhæ drachmas quatuor, ma-
labathri drachmas duas,nardi,caſtorii,croci, aloes,ſin-
gulorum drachmas duas, ceruſſæ, ſtibii loti, vtriuſque
drachmas octo,gummi drachmas quadraginta:aqua ex-
cipe,& vtere cum ouo. Aliud ex thure ad fluxiones
& chemoſes.Cadmiæ,thuris,vtriuſque drachmas octo,
H ceruſſæ quadraginta,opii gummi, vtriuſque drachmas
ſex:aqua pluuia excipe. Verùm nos ita parauimus.Ca-
dmiæ, pompholygis,thuris, ſingulorū drachmas decē,
ceruſſæ drachmas quadraginta, opii,gummi, vtriuſque
drachmas ſex:excipe aqua pluuiali,& vtere ex ouo.Do-
loris expers ad omnem fluxionem, vlcera omnis gene-

ris,ingentes dolores,puſtulas (quas ψύδρακας nominā:) A oculi procidentias,chemoſes,quoſuis affectus. Ceruſſæ, terræ Samiæ,vtriuſque drachmas octo,ſpodii,pompholygis,tragacanthæ,ſingulorum drachmas duodecim,opii,gummi,vtriuſque drachmas duas:excipito aqua pluuiali,& cum ouo vtitor. Aliud. Cygnus inſcriptus reginæ,ad maximos dolores & ingētes affectiones. Cadmiæ drachmas ſedecim, ceruſſæ lotæ drachmas octo,amyli, tragacathæ,acaciæ,opii,gummi,ſingulorum drachmas duas: excipe aqua pluuiali, & ad excipiēdum adiice ouorum crudorum recentium albumina quatuor. Col- B lyrium ὑγιίδιον inſcriptum. Cadmiæ,myrrhæ,vtriuſq; drachmas octo, acaciæ drachmas ſex, opii, æris vſti & loti, myrrhæ,galbani,ſingulorum drachmas octo:aqua excipe. Medicamentum ex galbano,quo vſus eſt Nicetes,ad dolores & lippitudines. Cadmiæ,ſpodii Cyprii,æris vſti & loti,opii, myrrhæ,galbani, ſingulorum drachmas octo:aqua excipe,ex valde probatis eſt, recipitque amplius gummi drachmas octo: alia exemplaria ſpodium nō habent. Aliud ex roſis,(ῥόδιον appellatum) ad ingentes dolores,fluxionem largam & tenuem,puſtulas, ocu- C li procidentias. Roſarum reſectis vnguibus drachmas vigintiquatuor,croci drachmas duodecim, amyli drachmas ſex,floris ſylueſtris punici, opii, vtriuſque drachmas quatuor, tragacanthæ drachmas octo, foliorum herbæ apollinaris ſucco excipe. Aliud ex roſis, quod roſarū ſeptuagintaduabus drach. cōſtat,magnum appellatum. Eo vſus eſt Lucius præceptor ad dolores ingentes,puſtulas,inuſtiones,vuationes,oculorum prolapſus, ſugillata,fluxiones vetuſtas,inueteratas lippitudines,& affectiones ægrè cedentes. Roſarum viridium citra vn- D gues drachmas ſeptuagintaduas, cadmiæ vſtæ & lotæ drach. vigintiquatuor, croci drachmas ſex, opii drach. tres, ſtibii drachmas tres,alii ſex, æruginis drach.duas, alii tres, ſquamæ æris, nardi Indicæ, vtriuſque drachmas duas,myrrhæ drachmas ſex,gummi drachmas vigintiquatuor: excipe aqua pluuiali. Melinum delicatū, commodum iis qui nullum penitus medicamentorum morſum perferre poſſunt. Valet ad puſtulas,inuſtiones, procidentias, fluxionem largam & acrē, & ad recentes affectiones. Cadmiæ vſtæ,& lacte extinctæ drachmas E ſedecim, ceruſſæ lotæ drachmas octo, croci drachmas quatuor,opii drachmam,tracagāthæ drachmas duas: aqua pluuiali excipitur,vſus eius eſt ex ouo. Aliud quod ſummè valet ad multam, antiquam & tenuem fluxionem,vlceráque. Pompholygis drachmas quatuor, opii fricti tres obolos,gummi drachmas quatuor: aqua pluuia aut fontana. Cæterùm ad cruētas ſuffuſiones ex ictu, & ſugillationes prodeſt colūbæ ſanguis inſtillatus,præcipuè qui ex tenellis pennis exprimitur. quinetiam oui albumen ſi oculo infunditur, eodem pacto opitulatur. F Confert & oui aſſati vitellus, cataplaſmatis modo cum vino inductus, aut ſertula Campana cum vino cocta & impoſita. Adhæc & folia roſarum ac flos per ſe & cū vino trita,aut braſſicæ folia cataplaſmatis more impoſita. Quòd ſi αἰγίλωψ perſtiterit,thus, bitumen, æquis partibus miſceto, & oculum ſuffito,aut hyſſopi comam tritam accipe,& in panno lineo illigatam in feruentem aquam demitte, atque oculo admoue: inſequitur enim cruor vt ex linteolo cōpreſſo exprimatur. Ad tumores ex ictu circa oculos enatos conuenit vt aſſiduè molli ſpon- G gia foueantur,deinde ſpongia noua aceto diluto madefacta imponatur:adhæc valet & ſinapi vetuſtum ex aqua tritum,& nunquam non appoſitum atque ablatum,naſturtium item,ſi poſt eius ablationem locus perpetuò aquā foueatur. Ad oculos propter ſolem aut omnino puluerem ſiccā ſcabráque lippitudine laborantes, aqua copioſa,æſtate quidem frigida, hyeme verò calida affuſa iuuat,aut ſpongiæ ex calida aqua,aut lentis decocto imbutæ fotus. Ipſis verò oculorum angulis, rubi, lentiſci, H myrti,roſarum ſuccum priuatim quenque cum aqua adhibeto. In his qui craſſas ac caloſas palpebras habent & pilis carent,pilos egregiè reſtituit id quod accipit acaciæ drach.duas,atrameti ſcriptorii aridi drach.quinque, ſucci porri heminas quatuor,vini tantundem:coque donec ſtrigmenti habeat craſſitiem:aut muſcerdas,fimum caprinum,pari mēſura vſta,cineris arundinis Græcæ duplum cum melle illinito. Ad palpebrarum glabrities, æruginis tritæ partem,ammoniaci tantundem:trita adaptato. Hoc ſummè quoque prodeſt ſcabris oculis, aut Cadmiam tritam melle ſubigito,& in ollula aſſato, deinde æris vſti tantundem admiſceto,ac tritis vtitor. Ad pilos in palpebris enaſcentes,pilos euelle,& cimicis ſanguinem illine,ac in poſterum haudquaquam renaſcentur:aut ricini à cane fœmina cruore, aut erinacei terreſtris ſuccum,& ſanguinis eiuſdem pares partes. Aut euulſis pilis,cicutæ folia,& cedriam æquis partibus cum veſpertilionis cruore inunge, & contine donec exareſcat. nam ſi oculum contigerit,lædit: aut felle caprino cum braſſicæ ſucco illine. Vuationes tolles,ſi cantharidum ſuccum illeueris. Albugines verò illico ſanat nitrum cū oleo vetuſto diligenter tritum,illitumque:aut croci, piperis æquas partes cum felle felis in collyria efforma ac illine. Aut ſepiæ teſtam tritam cum melle ſubigito & tritam inungito. Porro obſcurationem omnem,aut inchoantem ſuffuſionē curat vulturis fel cum ſucco marrubii, & melle Attico: aut teſtudinis marinæ fel cum mellis quadruplo,aut fel vrſinum cum aqua. In vnguibus verò oculorum atramenti ſutorii, ſalis ammoniaci æquas portiones,gummi dimidium,aceto in collyrium efforma & illine. Ad glaucos oculos. Solani ſuccus infuſus nigros oculos reddit. In noctu cæcutientibus, Elaterii obolum,ſeminis portulacæ drachmam:cum melle illine. Enata hordeola, muſcæ capite abiecto, reliquo corpore cōfrica. In ſugillatis(ὑπώπια Græcè vocatis)quū nimirū exigui grumuli,ex diſperſo in multas cutis partes ſanguine coguntur,priuſquam nigreſcant, diſſipare decet: nam vbi in grumos coaluit,ægrè diſcuti poteſt. Verùm ne ſolum is ſanguis qui effuſus eſt per halitum digeratur, verumetiam vt aliquid,qui in contuſis venis continetur,ſanguinis per rimulas extrahatur,cum diſcutientibus medicamentis aliquid quoque adſtringētium commiſcetur. Vbi verò venulæ ad ſtatum ſuum naturalem redierint,tunc etiam citra adſtringētium admixtionem ad diſſipantia medicamēta eſt opportunum tranſire. Itaque collyrium Nili ex roſis ex aqua in ocularia cote cōterens, inunge ſugillationem,ac ſertulæ Campanæ fœnigræcique decocto foue,atque inde cum his collyrium diſſolue,poſtea per ipſum ſolum fœnugræcū. Quòd ſi aliquæ adhuc ſuperfuerint reliquiæ, collyria, quæ quòd ex myrrha conſtent, (διάσμυρνα vocantur) in fœnigræci decocto diſſoluta inunge. Porro præſtat medicamentum bis in die inungere,ſimulque antea per ſpōgiam mollem calidis decoctis imbutam,fouere,principio quidē ex fœnigræci & ſertulæ Capanæ decocto: deinde vetuſteſcēte affectu, ex ſolo fœnogræco. Eodē modo radicula pro cataplaſmate impoſita perſanat, verùm ſimulatque rodere cœperit, tollenda eſt: nam ſi relicta fuerit,ſua mordacitate venarum oſcula reſerabit: quare circa initia ea haudquaquam vtendum eſt,vti diximus. Vbi verò inueteratæ fuerint ſugillationes,quum iam nigreſcunt,etiam ſiquis longiori ipſam impoſitam relinquat,magis iuuabit. Valet & nitrum cum hyſſopo, & vua paſſa,melléque mixtum: & ſinapi cum adipe ouillo, præcipuè in antiquioribus,ſic & farina fabacea cū melle,potiſſimum ſi fabam maſticaueris: qui itidem vitellus,aut cardamomum cum myrrha impoſitum, aut cuminum panno indue, eóque in feruenti aqua intincto foue:aut ſinapi cum cerato impone, aut malabathrum tritum, aut hordeaceam farinam cum aceto mulſo coctam. In recentibus verò cicutam cum aqua cataplaſmatis more impone, vel abſinthium cum aqua. Quod ab Hiera eſt conſcriptum,aufert ipſas(vt inquit) trium horarum ſpatio:vult autem quum adeſt phlegmone, vt antea caſeus viridis pro cataplaſmate imponatur & pane foueatur. Capit cicutæ ſucci obolos duos, croci drachmas duas, myrrhæ drachmam, opii drachmas duas, ſucci thapſiæ drachmam,gummi drachmam: aqua excipe. Hoc Heras ſcripſit, at ego(inquit Galenus) periculum feci nucis quæ per ætatem iam oleoſa euaſit, & interdum cruētatos perſanauit: debet autem ea diligēter teri,atque ita homini ſupinè reclinato imponi, vt me-

dicamentum duabus tribúſque horis adhæreat : nam ſi A
ita fecerit,etiam ſi poſtea aſſurrexerit, diu tamen adhæ-
rebit,debétque vbi prius deciderit,alterum illico appo-
ni. Αἰγίλωψ, qui abſceſſulus quiſpiam eſt inter naſum
& magnum oculi angulum ſæpenumero perrumpi-
tur in angulum. Proinde curandus eſt medicamen-
tis diſcutiendi vi præditis , quæ citra morſum id a-
gunt:nanque ab acribus oculus vnà afficitur, ipſáque af
fecta pars inflammata augetur : quippe vt in oculos in-
de aliquid confluat neceſſe eſt. Valent ad ægilopas mal-
uæ folia cum ſale & melle. Cæterùm in nondum perfo-
ratis herbã pedicularem,& ammoniacum thymiama cũ B
melle ceu ſplenium impone,aut alumen ſciſſile cum te
rebinthina.Quòd ſi ita non fuerint perſanati,oſſe denu
dato cauterium adige,ita nanque ſquamæ abſcedent, &
ſanabuntur.Quidã diuiſo angulo oſſi qua parte perfora
tum eſt, anguſtum infundibulum admouent , ac plum-
bo liquefacto infuſo vrunt,atque ita optimè ſanant. A-
ſclepiades ſucci illecebræ libræ dimidium,ſucci ſolani,
thuris , vtriuſque drachmas octo , maſtiches drachmas
tres,galbani libram dimidiam:ſuccos cum thure coqui- C
to,atque vbi diſſolutum fuerit,galbanum adiicito: ma-
ſtichen verò repudiamus. Aliud.Thuris ladani,vtriuſ
que drachmas octo,ceræ,aluminis ſciſſilis,coaguli lepo
ris,ſpumæ nitri, ſingulorum drachmas quatuor : tunde
medicamentum,& cum irini vnguenti fæce emollito.

DE FACIEI VITIIS, CAP.VI.

VArus,(qui ἴονθος Græcis nuncupatur)exiguus durúſ-
que tumor eſt,qui in faciei cute enaſcitur,& ab hu-
more craſſo generatur:emollientibus opus habet diſcu-
tientibúſque medicamentis,perinde atque ficoſi tumo- D
res qui in mento exoriuntur:differunt autem hi à varis,
quòd nõ ſolùm craſſus ſit qui eos excitat humor,verùm
tenuiſſimus quoque , ac tenuis cuiuſdã ſaniei ſimilis ſit
particeps.Quare niſi curentur vt decet,celeriter exulce-
rantur. Quapropter magis exſiccantibus quàm vari in-
digent medicamentis. Adhæc & tumores lichenoſi in
mento ex mixto quopiam humore oriuntur:vbi tenues
ſeroſique humores cum acribus commiſcentur , atque
idcirco celeriter in ſcabiem lepràmque commigrant.in
digent autem validè exſiccantibus : ſimul verò atque in
ſcabiem aut lepram tranſierint, præter exſiccantia qui- E
bus egent, etiam detergentibus opus habent. Quin &
reliqua exanthemata in mento,& ipſa quoque exſiccan-
tibus medicamentis egent.Porro furunculi ex conſimi-
libus quibus vari, humoribus in toto corpore creantur,
ſuntque quadantenus duûm generum:quidã enim ſunt,
(vt ita dixerim)varoſi , duri , ægréque concoctiles : alii
ſunt phlegmonoſi , ex quibus febres quoque interdum
conſiſtunt,& quorum tumor in molem excreſcit, atque
in pus commutatur : vnde curatio eorum vtplurimum F
eadem eſt cum phlegmones cura. Atque de his hacte-
nus, nunc ſigillatim de medicamentis agemus quæ ab
antiquioribus medicis tradita ſunt.Crito igitur ait,Mel
lis & aceti æquas portiones diligẽter miſceto, & digito
varos confricans inungito,aut ſpumæ argenti chemam,
terebinthinæ, fabæ Ægyptiæ magnitudinem , his adde
olei albi parum,deinde deterſa facie,digito medicamẽ-
ti exiguum cape,& varos inunge : aut amygdalas ama-
ras aceto diſſolue & tere, ac faciem illine.Quòd ſi vetu
ſti fuerint, hæc facito , Saponis Gallici drach. quatuor, G
ammoniaci ſuffimenti, thuris, vtriuſque drachmam: a-
qua diſſoluta ad cerati craſſitudinem redige , eóque in-
unge,ac poſt horæ ſpatium tepida faciem abluere iube.
Aut nitri rubri,pulegii viridis, ſalis foſſilis, coſti Indi-
ci,ſeminis ocimi, ſingulorum æquas partes tuſas ac cri-
bro excuſſas,adipe anſerino vel gallinaceo,vt cerati fiat
craſſitudo ,excipe: ex eo verò in linteolum inducito, &
donec omnino liberetur,imponito. Ad affectus eminẽ-
tes,facieique pruritus,ac principium elephantiæ. Gum- H
mi albi,nitri ſpumæ,thuris, ſulphuris viui, vniuſcuiuſ-
q; pares partes aceto diſſolutas,ſedulóq; tritas in panifi
cia cõformato,atque in vmbra ſiccato. Vſu verò expetẽ
te,aceto diſſolue & inunge:vbi exſiccati fuerint,ſubſcri
pta compoſitione deterge. Aliud ad varos. Saponis
Gallici libram,ammoniaci ſuffimenti tantundem,thu-

ris,maſtiches,vtriuſque quadrantem , ſpumæ nitri dra-
chmas tres. Saponem & ammoniacum in vas fictile cõ-
iectum in duobus ſextariis aquæ coquito,quumque diſ
ſolutum fuerit,arida cõtrita ac creta adiicito, deinde in
pilam coniecta , ac diligenter contuſa in vaſe vitreo re-
condito. Quùmque vſus flagitat,faciem ex eo inquina-
to,& paruo interpoſito tempore,liberali aqua ipſam ſe-
dulò perfricans abluito. Vtendum eſt autẽ hac inunctio
ne per totam varorum curationem. Ad ficoſa menti tu-
bercula. Argenti ſpumæ,miſyos crudi æquales portio-
nes terito,& pro cataplaſmate imponito. Aut thuris dra
chmas duas,ſpumæ argenti drachmas quatuor,ſalis foſ-
ſilis drachmas octo,ſandarachæ drachmas octo,in læuo
rem redacta impone.Quòd ſi vlcerata fuerint vliginoſa
(aqua enim ab ipſis defluit) vtẽdum eſt hoc quod capit
ſquamæ æris drachm.quatuor,atramenti ſutorii, alumi
nis ſciſſilis,glutini fabrilis,ſingulorum ſiciliquum:glu
tinum aceto maceratur,deinde cũ reliquis teritur:ac for
mantur paſtilli. Vſus tempore aceto diſſoluimus ac in-
ungimus:hoc etiam fiſtularum callos exterit. Ad recen-
tes in mento aut alia quapiam parte impetigines. Triti-
ci grana multa incudi imponito , deinde laminam æris
igne candentem tritico ſuperponito, ac humorem inde
emanantem adhuc calidum colligito,& impetigines il-
linito. Eodem pacto maluæ ſyluestris ſemen tenerum
collectum mundato,ac tundito,& ſuccum reponito,eó-
que aſſiduè illinito. Eodem modo portulacæ quoque
ſuccum,aut vlmi lacrymam aceto dilutam illine. In in-
ueteratis verò vtẽdum eſt ſubſcriptis. Viticis folia cum
exiguo aceto trita imponito : eodem modo & capparis
folia. Paſtillus lichenicus. Glutinis fabrilis drachmas
quatuor, alii ſiciliquum,ſulphuris ignẽ nõ experti dra-
chmas duas,chamæleonis drachmas quatuor,thuris ſici
liquũ,aceti heminæ dimidium:glutẽ aceto diſſoluitur,
dehinc aridis adiicitur. Vſu expetente,aceto quod ſatis
faciat diſſolutum calidum impone. Aliud. Alcyonii
vſti ſiciliquum , chamæleonis nigri drachmas quatuor,
radicis haſtulæ regiæ drachmas quatuor,ſulphuris viui,
thuris , pyrethri, ſpumæ nitri , ſingulorum ſiciliquum,
glutinis taurini drachmas quatuor, aceti quod ſatis eſt.
Vbi increſcit affectio,& calloſa euadit,ſubſcriptis com-
poſitionibus eſt vtendum.Humida ad impetiginum af-
fectiones. Miſyos, thuris, myrrhæ, aluminis ſciſſilis,
ſingulorum drachmas octo,aloes, ſulphuris ignem non
experti,vtriuſque drachmas quatuor : excipe paſſo vt ad
frigmentitiam veniat ſpiſſitudinem, & bis terve in die
deterſis inunge, & foris membranam fellis tutelæ gra-
tia impone.Illitio cocta ad lichenas inueteratos,vt citra
exulcerationem liberet. Atramenti ſutorii , fœnigræci
moliti,cardamomi,cuiuſque ſiciliquum,gith,foliorum
caprifici,vtriuſque ſeſquidrachmam,aceti quod ſufficit:
trita miſceto,quouſque in mellis craſſitiem coeat,dein-
de coquito: quumque nigrum euaſerit & cõdenſatum,
tollito & inungito , antea ablutis impetiginibus. A-
liud. Aceti acerrimi ſextarios ſex,farinæ hordeaceæ ſex
tarios duos , mannæ ſextarium , radicis rumicis agreſtis
drachmas viginti , veratri albi drachmas decem,alcyo-
nii drachmas quindecim,cardamomi drachmam, cimo
liæ drachmas octo,glutinis taurini,& ſpumæ nitri,vtri-
uſque drachmas ſedecim , virgultorum viridium hali-
cacabi manipulũ cõponito. Verùm quia cõplures facul-
tates medicamẽtorum quæ illinendo ſunt idoneæ renu
ũt , maluntq; emplaſtra quæ neq; ſudorib9 obortis dif-
fluunt, neque exſiccata cutem extendũt, de his quoque
eſt agendum. Emplaſtrum lichenici valet ad impetigi-
nes ſublatas ac eleuatas,adeo vt reprimat ea quæ reliqua
eſſe videntur. Mannæ,thuris,picis,bituminis,ceræ, reſi-
næ pineæ,ſulphuris viui,ſingulorum drachmas octo,o-
lei Cyprini parum : coque, & in linteolum inducto vte-
re. Aliud.Picis Brutiæ liquidæ, mannæ,ſulphuris vi-
ui,farinæ lupinorum, ſingulorum drachmam. Compo-
ne,deinde adde galbani ſiciliquum.Eſt ex eorum nume
ro quæ valde probata ſunt. Quòd ſi affectus pertinacius
perſeuerat,atque eiuſmodi non proſunt, medicamentis
excoriatoriis vocatis eſt vtendum:etenim ſupremam cu
tem derepente abſcedere faciunt. Aliud impetiginum

excoriatorium.Squamæ æris drachmas tres,auripigmẽti,ſandarachæ,vtriuſque drachmas quatuor,æris cremati,veratri, ventrium catharidum,ſingulorum ſeſquidrachmã. Tere vnũquodque ſigillatim,deinde ſimul mixta excipe cedria, & ad ſpiſſamentum ſtrigmentitiũ redactum in pyxidem æream repone.Quum vſus poſtulat,nitro ac exiguo aceto lichenas abſtergens inunge ſpathula, atque affrica: deinde deterſos ſpathula abrade,& denuo medicamentum impone:poſthæc vbi bis terve illud peregeris,& leuiter abraſeris, enitere iterum imponere, illita loca fellis alicuius animalis veſicula cooperiens:etenim ea obſtat ne medicamentum diffluat, & leuis eſt: poſt pelliculæ verò impoſitionem faſciolam leuiter inducito,ac ſinito pernoctare.Quòd ſi hoc non licuerit, ſaltem aliquot horarum ſpatio permaneat, donec puſtulas excitauerit quæ ſanie craſſam glutinoſamque contineant. Adhæc lauare iubemus, & in balneo quod curationi opitulatur,morari. Quòd ſi quid obſtat quominus balneo vti poſſit, larga calida aqua fouere oportet, deinde abſtergere, & panem mulſa ſubactum pro cataplaſmate imponere. Vbi ſordida fuerint vlcera emplaſtrum viride impone,adiecto pauxillo excoriatorii. Cæterùm ſanie iam expurgata, quum non amplius cruſtula incũbit, albũ cũ ſplenio impone,atque hac vtitor curãdi ratione donec cicatrix planè obducta fuerit: verùm ſingulis diebus foueto,recénſque ſpleniũ inducito.Poſtquam iam cicatrice locus penitus coaluit, ſiqua reſtat ſuſpicio,eandem curationis viam teneto. Verùm anteaquam excoriatoria imponantur,loca extra impetiginem medicamento quod inflammationem prohibere poteſt ſplenio inducto tutari oportet,linea circum lichenem antea deſignata. Aliud quòd ad alopecias quoque valet: verùm alopeciæ in ſole aut iuxta ignem ſunt inungendæ,quúmque puſtula eruperit,acu eſt pungenda,dehinc excreto humore,locus ceratis eſt perſanadus: poſt inductam autem cicatricem,pili enaſcuntur. At in impetiginibus itavt prædictum fuit eſt aggrediendum. Sandarachæ,auripigmenti,,ſquamæ æris, cuiuſque ſiciliquum,veratri nigri,elaterii,ventris cantharidum,ſingulorum drachmas:excipe cedria. Emplaſtrum viride, quod in mentagra appellata, poſt ruptura puſtulæ quæ ob vſum excoriatorium oboritur,imponi debet.Ceræ libram,æruginis raſæ quadrantem, reſinæ frictæ libram, olei cyathos quatuor,aceti quod ſatis eſt: ærugo in ſole cum aceto terenda eſt,& quæ liquari poſſunt liquantur ac refrigerantur, poſthæc liquidis adiiciuntur. Viride Herophili. Æruginis drachmas duodecim, mannæ drachmas quatuor,adipis vitulini drachmas duodecim, galbani drachmas tres,ceræ drachmas octoginta,reſinæ drachmas viginti,aceti quod ſufficit. Poſt viridia,mũdis iam factis ab excoriatione vlceribus, huiuſmodi eſt vtendum quæ multam ad tactum leuitatem inferunt. Album poſt impetiginum excoriationem. Spumæ argẽti,ceræ, ceruſſæ, vniuſcuiuſque libram, olei ſextarium, aquæ ſextarium.Spumam argenti,ceruſſam, & aquã terito,quúmque optimè in læuorem redacta fuerint,paulatim oleum inſtilla,aſſiduéque tere. Vbi vnitum fuerit,in vas fictile transferto, ignique impoſitum aſſiduè agitato, & aſſumpta iam aqua ceram adiicito. Pancratiaſtarũ τρυφερὸν hoc eſt delicatum appellatum, valet ad ambuſta,vt citra cicatricis veſtigiũ ſanentur.Spumæ argenti,ceruſſæ, plumbaginis, ſingulorũ drachmas vigintiquinque,ceræ terebinthinæ,vtriuſque drachmas ſedecim,olei hem[illegible]am,& aquæ tantundem, compone quemadmodum prædictum fuit. Aliud Diophantis,ad ambuſta,& intertrigines:faciẽ quoq; præmunit,ac præſeruat, ſi roſaceo diſſoluatur. Argenti ſpumæ frictæ ſiciliquũ,medullæ ceruinæ drachmas ſedecim, ceruſſæ torrefactæ ſiciliquum,ceræ,thuris,terebinthinæ,ſingulorum drachmas octo,olei heminas quatuor. Ad menti exanthemata.Baccarum myrti,malicorii,argẽti ſpumæ, floris æris æquas portiones cum vino inunge. Porro in ficoſis menti eruptionibus quas mentagras,& nonnulli lichenas feros appellant, valent ex his quæ ad impetigines tradita ſunt,valentiora:adhæc ea quoque quæ ad ſcabies & lepras inſcribuntur. Verùm mirè celebratur hoc quod capit,atramenti ſutorii,veratri nigri, auripigmenti, ſingulorum drachmam,ventrium catharidum ſiciliquum,nonnulli obolos tres:tritis vtere cum oleo,aut cedria,aut roſaceo,loco antea abſterſo. Puſtulis autẽ quæ enaſcuntur diſruptis,cuſpide ſpecilli locum attere, quo medicamenti quippiam penetrare mordereque poſſit. Deinde vbi locum foueris poſt horæ ſpatium, ceratum roſaceum ſuperiniice,atque id donec cicatrice coeat efficе.Quòd ſi primùm præualere nequiuerit, ter quaterque inũge.Valet eximiè & ad lepras,& vitiligines,(quas λεύκας appellant) & alopecias,& ſcabies. Aliud ad capitis & menti ficoſos tumores,aut ſi alia quapiam parte vlcera prominent.Elaterii & ſalis paribus partibus commixtis vtere:ſuprà verò ſemẽ lini crudum cum aqua impone,aut ficus tritas.Eodem ad tubercula quoque,(quæ φύματα vocant)vtendum eſt.

DE ORIS AFFECTIBVS, CAP. VII.

QVum dentes doleant partim ob neruos qui illis inſeruntur, partim ob ſuam ſubſtãtiam,aut gingiuas, quæ vel ex intemperie quapiam, aut humorum quorundam defluxu laborent: aliàs item proprium ſuum affectum ſentiant, aliàs ob caput materiam ſuppeditans, quemadmodum & quum totum corpus plenitudine abundat,patiantur: auxilia quæ affectui proportione reſpondeant,aduocanda ſunt. quare aut totum corpus,aut caput tantùm, vel etiam vtrũque purgatorio inanimus. Et vt propter humorum defluxum phlegmonæ enaſcũtur,ita dentes etiam ex humorum acrium erodentiumque defluxione perforantur, non ſecus quàm vlcera in cute oboriuntur. Proinde perſpicuum eſt quòd corpora quæ eroduntur per ea quæ vitioſum confluentem humorem exſiccent,curari debent: dentéſque qui exeduntur,ceu quibus idipſum præ nimia mollicie accidat, per auſtera adſtringentiáque medicamenta duriores atque ad patiẽdum ineptiores reddi. Eos verò qui liuidi ſunt, per exſiccantia,(quippe quibus id ob prauorum humorum copiam eueniat)ſanare oportet: eandem enim quã perforati curationem poſtulat. Quòd ſi gingiuæ ob inflammationem doluerint,oleum lentiſcinum,ſi moderatè calidum ore contineatur,præſtantiſſimum eſt remedium:ſit autem recens,nam quod vetuſtum eſt,deterius eſt:porro id in duplici vaſe calefieri debet.Eſt igitur hoc gingiuarum inflammationi quammaximè accommodatum: nec verò minus,ſiquis in alia quapiam parte mẽbranæ tum linguam veſtientis tum ſuccingẽtis, totum os,dolor ob inflammationem oriatur,quum lentiſcinũ ſedare poteſt:repellit enim placidè,& citra aſperitatem, quam auſterorum plurima obtinẽt:adhæc,abſque morſu diſcutit, quò inflammata omnia in primis opus habent: nam quæ validè adſtringunt,partes exaſperant, ipſiſque ſimile quippiam,quale in contuſionibus vſuuenit,nimirum quòd ipſarum ſubſtantia violenter contrahatur.Ab iis verò quæ vehementer per halitum digerũt diſcutiúntq;, ꝙ ea acria iã ſint, eroſioni quippia adſimile oboritur.Cæterùm dolẽtes dẽtes aceto acri calido, cum galla aut halicacabi radice collue, aut tædulis pinguibus cum aceto,aut cappari,vel aliis, cucumeriſve agreſtis radice. Egregiè verò conferre fertur ranæ in aceto & aqua probè coctæ decoctum,ore contentum. Itidẽ ſi dentem caninum vſtum triueris,deinde cum aceto bene calido coctum ore continueris,aut acetum ſquilliticum ore retentum,aut tædarum ramenta, malicorium, alumen,in aceto ad tertias coquito, & ore contineto: quúmque os ſaliua fuerit refertum, eo hiante effluere ſinito.Aut pyrethrũ cum hyſſopo & colocynthide,itidẽ in aceto decoctũ ore teneto. Aut alliorum, ſeminis erucæ,& nitri decocto collue.Oblitionibus verò & epithematis huiuſmodi vtitor:ſory reſina terebinthina exceptum obline, eáque cauernulæ inſere. Aut compoſitionem ex duobus piperibus nardino aut roſaceo, ſed potiſſimum amygdalino diſſolutam impone, atque in aurem eiuſdem lateris inſtilla. Aut ſulphur ignem non expertum cum lycio excipe:& in exeſum dentem inde. In maximis dentium doloribus valet hoc: anguis ſenectã, & ad mellis craſſitudinem redactam cum oleo obline, & in cauernam impone. Aut terræ inteſtina frige,teré-

que,& in cauernulam inſere. In autem oleum ſeſami- A
num,in quo terræ inteſtina fuerint incocta,infunde. A-
pophlegmatiſmi quoque ſunt dētibus dolentibus accō-
modatiſſimi: in aduerſam verò aurem,duos hederæ co-
rymbos roſaceo ſubactos inſtilla. Quòd ſi eximere dentē
animus fuerit,pyrethrum acerrimo aceto dies quadra-
ginta maceratum terito ac reponito : vſu verò expeten-
te,vbi reliquos cera obducta munieris , ipſumque do-
lantem præmundaueris,medicamentum illine , deinde
horæ interiecto ſpatio,digitis extrahe. Aut ſory cum a-
ceto acerrimo pluribus diebus oblinito : educit eximiè
tithymali ſuccus , & ſory vnà cum galbano impoſitum. B
Quinetiam betæ radicis ſuccus in narem inditus,dentiū
dolores ſedat,reliquáque omnia medicamenta quæ na-
ribus inſeruntur,de quibus antea egimus. Vt dentes verò
ſi non confringantur,nec grauiter oleant, veratrum ni-
trum erui magnitudine melle coquito & inſerito : ſal
foſſile melle ſubactum aſſa ,& tere,& myrrha admixta
vtere. Arida ad dentes emotos & vacillantes. Terebin-
thi fructus torrefacti drachmas octo , aluminis ſciſſilis
cremati,ſylueſtris Punicæ florum,vuæ acerbæ ſucci, ſin C
gulorum ſiciliquum,gallarum,croci,myrrhæ , ſingulo-
rum drachma:tritis vtitor. Aliud. Cornu ceruini drac.
octo,rhois rubri,balauſtii,vtriuſque drachmas quatuor,
corticis pinus,gallarum croci,myrrhæ, ſingulorum dra
chmam:terito & vtitor. Maſticatorium ad molariū do-
lorem. Roris marini ſeminis drachmas duas,origani,pi
peris albi,vtriuſque drachmam, vuarum paſſarum pin-
guiſſimarum ſextarii dimidium:in maſſæ formam redi
gito,& præbeto commanducandum: poſt vſum verò,os
vino colluat. Aliud,Vuæ paſſæ exacinatæ ſextarii di- D
midium,piperis albi acetabulum,grani cnidii,ſpicæ nar
di,ſingulorū ſiciliquum, pyrethri & myrrhæ pares por-
tiones,caſiæ drachmam,vtere vt dictum eſt. Ad exeſos
dentes.Piper coctum cum melle tere diligenter,& in ca
uernulam inſere,atque exterius impone. Aliud dolo-
rē mitigans,ad dentes dolentes eroſóſque,confert tuſſi
quoque. Lacrymæ papaueris,myrrhæ,ſtyracis,cuiuſque
ſiciliquum,piperis albi,galbani , vtriuſque drachmam:
paſſi quod ad comprehendendum ſufficit. Iam ſi lepo-
rino cerebello infantem dentientem illeueris,dentes ci
tra dolorem atque illico emittet. Aiunt ſi ranunculi fo- E
lia ei cui dens dolet , in eiuſdem lateris brachio impo-
ſueris,dolore quidem liberare, verùm brachium exulce
rare,cuius curam,prout decet,habebis. Dentes præſeruā
tia hæc ſunt.Tithymali radicem in vino vſque ad dimi-
dias coquito,& bis in menſe dentes colluito,& nunquā
dolebunt.Item,alumine cum modico myrrhæ confrica
to,& nunquam exedentur: ſi verò hoc nimium adſtrin-
gat,melle vtitor.Optimè verò facit & ad dentes à dolo-
re præſeruandos,& ad gingiuarum dentiúmque eroſio- F
nem,atque ad decorem hoc quoque.Lanas ſuccidas lin-
teolo illigatas vrito, deinde ſalis tertiam partem admi-
ſceto,eáque trita affricato.Aut leporis capite vſto tritó-
que vtitor.Aut ſal & mel in læuorem redacta,ac in mū-
do linteolo illigata vrito:adhæc iridis pauxillum com-
miſceto & confricato. Ad dentes vacillantes, & gingi-
uas humore grauidas,eáſque corruptas. Alumen rotun-
dum chartæ inuolutum vritur,deinde tritum rubrica in
ficitur,eo continge gingiuas,& ſub corruptis inſere.Ad
gingiuas vlceratas. Nitrū,cyperū,hordeum,æquali por G
tione cōbuſta,cum melle miſceto & illinito. Vt mola-
ris citra dolorem eximatur , farinæ erui drachmas duas
cum ſucco tithymali ſubige,dentique impone,ſupráque
hederæ folia iniice,& poſt horæ ſpatium tolle,ſua ſpōte
in minuta fruſtula diffringetur.Valet hoc etiam ad ero
ſos dentes.Verùm vſus tempore ceratum emollitum im
pone.Ad gingiuas præhumidas ac cruentas,dentes emo
tos,ozænas, parulidas,putredines, omniáque oris vitia.
Capit herbæ perdicialis,aut ſyderitis,minam,ſalis candi H
di & tenuis ſextarium, mellis ſextarium: contundito,&
in maſſæ formam redigito, deinde in ollam coniectam
operculo probè obturato.habeat autem in medio ſui fo
ramē per quod rudicula agitetur,donec nihil amplius fu
mi aut vaporis exhalauerit·dehinc vbi ab igne ſublatū
fuerit ac refrixerit, inde ſumito drachmas quatuorde-

A cim , piperis albi drachmas quinque , piperis nigri dra-
chmas ſex,pyrethri drachmas ſex,aluminis ſciſſilis cre-
mati extinctique vino auſtero drachmas duas, pumicis,
myrrhæ hyſſopi, ſeminis apii, pulegii, ſingulorum ſici-
liquum,mentæ,iridis,vtriuſque drachmas tres:hæc tun
dito , & cribrata ei quod ex olla ſumpſiſti commiſceto,
ac vtitor. Aliud.Tragorigani drachmas duas, hyſſopi
drach.quatuor , herbæ perdicii melle & ſale tenui ſub-
actæ,atque in olla donec in prunas redigatur , crematæ,
quadrantem,piperis trientem: tunde, incerniculo excu
te & vtere. Quo ſi vſus fueris , neque dentes dolebunt,
B neque findentur , neque gingiuarum inflammationes,
(παρουλίδες dictæ(cruorem fundent,neque caruncula in
iis ſuperexcreſcent , neque defluxionibus tentabuntur:
erit porro os odorum, & dentes nitidi. Nonnulli ſalſa-
menta in olla medicamento adiiciunt.Cæterùm prædi-
ctis ſuccedunt quæ eo quòd oris affectibus accommo-
dantur,(στοματικὰ Græcis appellantur)quæque ad oris ca-
uitatem tonſillas,& vuam inflammatione correptā,de-
fluxionéque laborātia adhibentur. Debet autem initio
C mali in his qualitas adſtringens præualere , vt quicquid
influit repellatur reprimaturque:poſthæc adſtringenti-
bus quædam per halitum digerētia admiſcenda ſunt,vt
quæ iam defluxerunt diſcutiantur . Declināte verò iam
malo,plura iam & valentiora ſunt commiſcenda diſcu-
tientia , quorum ſigillatim medicamenta partim antea
dicta fuerunt,velut id quod conſtat ex nucibus , ex mo-
ris,ex fructibus rubi,(βάτινα vocant)& ex malis Punicis,
ex cotoneis,& ſiquod eiuſmodi conducere creditur : par
tim iam proponentur , ne ea omniquaque in hoc libro
D deſiderētur.Hieræ ſtomatice,ἡ διὰ τῶ βησασᾶ,quæ ex ſemi
ne rutæ ſylueſtris concinnatur:valet ad anginas,ad inflā
mationes tonſillarum,& vlcera quæ in ore oboriuntur.
Cōuenit & ſtomachi vitio, & inteſtinorum difficultate
laborantibus,ex frigida ad fabæ tuberculum propinata.
Eſt etiam arteriaca præclara & dolorem mitigans.Aniſi
ſeminis,rutæ ſylueſtris,ammis,floris iūci odorati,caſiæ
iridis, aluminis ſciſſilis,ariſtolochiæ longæ, aliqui etiā
caſiæ fuluæ,ſingulorum vnciam , coſti ſeſquidrachmā,
gallas immaturas mediæ magnitudinis numero octo,
E crocomagmatis,floris roſarum , vtriuſque vncias duas,
croci ſeſquunciam,amomi racemi vnciæ dimidiū,myr-
rhæ vnciæ dimidium,cinnamomi,ſeminis apii, vtriuſq;
vnciam , ſpicæ nardi ſeſquunciam , hirundinum recre-
menti vnciam.Myrrham cum melle terito,reliqua verò
contuſa & incerniculo excuſſa iniice: ac medicamētum
melle craſſius reddatur. Vſu verò poſtulante,melle diſ-
ſolutum inunge , atque ex aqua, vel mulſa,vel ptiſſanæ
cremore præbe gargariſſandum. Διάχριστος,(hoc eſt illitu
apta)ad oris putredines , rhois rubri drachmas quatuor,
F acaciæ drachmam,medullæ ceruinæ drachmas quatuor.
Vino diſſoluta,melle cocto excipe, vteréque ad illinen
dum. Aliud.Succi hypocyſtidis ſiciliquum, floris ma
li Punicæ drachmam,lycii drachmam,acaciæ drachmā.
Excipito oliuæ immaturæ ſucco & melle.In humidis ca
lidiſque corporis locis , cuiuſmodi eſt os , citò putredo
accedit,quacunque tandem de cauſa fuerint exulcerata.
Ad eam etiam rem facit quòd nullum medicamentum,
quemadmodum in aliis vlceribus aſſiduè incūbere po-
teſt: ſiquidem perpetuò à ſaliua eluitur : atque idcirco
G in ipſis validiſſimis ſæpenumero vti cogimur:ſunt autē
vehementiſſima quæ perinde ac cauteria cruſtam appel-
latam faciunt.Itaque in externis quando pars quæ cura-
tur,cruſta obducitur,à fortibus medicamētis abſtinem⁹,
atque ad ea quæ cruſtas tollunt,tranſimus quæ facultate
qualitatéque abſtergente prædita ſunt.At in ore,ob re-
gionis naturam,conſultum tutúmque mihi eſſe videtur
admiſcere detergentibus nōnihil ex vehementibus,quæ
ſigillatim admota cruſtas inducūt.Atque eiuſmodi quæ
H dam antea tradita fuerunt,vbi percenſui ea quæ ad oris
vlcera ,à paſcendo Græcis νομαὶ dicta , faciunt : eadem
namque cruſtis conuenire diximus. Crito conferre in-
quit miſy aſſum cum melle, donec ad ſtrigmentitiā ve-
nerit ſpiſſitudinem , aut chalcitidem aſſatā cum melle.
Archigenes verò ad cruſtas dictas priuatim conducere
ait ſtercus caninum cum melle illitum. Et Muſa de hoc

ita habet. Ad anginã ſtercus caninum album accipito, A
exſiccatum & tritum cribro excernito. Vſus verò tempo
re, melle dilue, & tũc inunge vt diglutiatur: nullum me
dicamentum eo vehementius nouimus in angina labo-
rantibus, aut in phlegmone tonſillarum aut glandula-
rum linguæ adiacentium, quæ ſtrangulatus periculum
minitatur. Alia ad cruſtas faciens, & ad gingiuas præhu
midas, & fœtidas. Miſyos cremati drachmas octo, iridis
drachmas quatuor, croci drachmam. His tritis tum ſeor
ſum, tum cum melle vtitor. Ad putredines autem, atque
abſcedentes gingiuas, & cruentas, arido, ad cruſtas verò B
vtere cũ melle hoc quod vocatur ἀνθηρὰ, hoc eſt florida.
Capit iridis, ſadarachæ, cyperi, ſingulorũ drach. quatuor,
aluminis ſciſſilis, myrrhæ, croci, crocomagmatis, ſingu-
lorum ſiciliquum. Quidam etiam floris roſarum, & gal
larum vtriuſque drachmas duas adiiciunt. Quòd ſi pu-
tredo fuerit validior, libellorum combuſtorum partes
tres, auripigmenti partem: trita miſceto & vtitor, & ſu-
pra linamentum concerptum, roſaceo imbutum expreſ-
ſumque dato: quidam libelli partes octo capiunt. Quòd
ſi putredo his non euincitur, iubevt vrat, contectis in or C
bem circunſitis partibus. ſit autem candens pellucénſq;
cauterium quod tantiſper adhibeatur dum nihil ampli
us humoris defluat, & locus videatur euictus: poſthæc,
colluere prædictis, & ἀνθηρᾶ facultate vti cum melle o-
portet, donec cruſtæ diffringantur, inde melle vtendum
eſt. Quum gargulio ex humorum defluxu inflamma-
tione corripitur, ſi mediocris fuerit defluxus, mediocri-
bus opus habet adſtringẽtibus: ſi verò eſt validior & ve-
hementior, opus quoque eſt iis quæ magis adſtringunt.
Vbi iam inflammatio fluxúſque declinat, ex iis quæ per D
halitum digerunt quædam cõmiſcenda ſunt. Collutio-
nes itaque moderatæ ſunt quæ fiũt ex palmulis, quæ mo
dò in aqua ſola, modò pauxillo quoque mellis adiecto,
decoquuntur. Huic adſimilis eſt quæ fit ex roſis, pampi-
nis vitis, rubo, rubo canis, lentiſco, hedera, terebinthina,
thamno, aſpalato, flore Punicæ domeſticæ, ſiliquis, ma-
lis auſteris, pyris & ſorbis. His fortiora ſunt, tum myrti,
eiúſque baccarum decoctum, tum cotoneorum acerbo-
rum & meſpilorum, & cornorum. Generoſiſſimum au-
tem eſt decoctum gallarum, & rhois culinarii coria- E
riique, & fructus myricæ. Ex his ſingulis tum per ſe,
tum ſimul coctis, ex aqua gargariſſare oportet. Quin &
aridis tritis gurgulione attingere debemus per cochlea-
riũ, tum prædictis cũ ſimilibus. ſunt autẽ eiuſmodi roſæ
ſiccæ, & hypocyſtis, & rheum, cyperúſque & aloe, nardi
item radix, & alumen ſciſſile, ac lapis qui ἀγήρατος dici-
tur. Paruæ quidem affectiones per eiuſmodi facilè eue-
ſtigio compeſcuntur. Vbi verò vitium obortum, maio-
ri nititur fundamento, fieri nequit vt id per repellentia
penitus curetur, potiſſimum quum ægri corpus humo- F
ribus abundat, aut pars laborans fuerit natura imbecil-
lis. Qua de re ſæpe initio, ſæpius paulo pòſt iis aliquid
ex diſcutientibus admiſcere cogimur: & ſi dolor ingens
fuerit, etiam ex iis quæ eum lenire poſſunt adiicere. Cæ-
terum ex diſcutientibus moderatiora ſunt adhibenda,
quæ valentiora irritãdi vim obtineant: ſunt autem eiuſmo
di, iris, thus, myrrha, quǽque eiuſmodi prædita ſunt fa-
cultate. Lenire verò dolorem ſolent quæ læuorem indu
cunt, quǽque lenta, dulcia & pinguia ſunt. Proinde ex
his atque eiuſmodi incipiens, medicamenta concinna- G
bis affectibus accommodata: ſi verò inualeſcit vitium,
neque vlli eorum cedit, aluus ſubducatur, & gargariſſet
lupinorum loturam, aut ptiſſanæ cremorem, aut paſſum
tepidum, aut ficuum decoctum, & vuarum paſſarum, &
glycyrrhizæ cum hyſſopo. Prodeſt quoque, ſi oleum a-
mygdalinũ in aures infuderis, foriſque ſpongiis expreſ-
ſis leuiter foueris. Quinetiam polentam, (quam ὠμήλυ-
σιν vocant Græci) ex farina hordeacea, aut ſeminis lini,
aut fœnugræci, aut ex his mixtum imponere oportet. Si
igitur in ſuppurationem verti tonſillæ apparuerint, ea H
adiuuanda eſt, & in primis ficuum decocto aſſiduè gar-
gariſſentur. Si verò nihil eiuſmodi videatur, ſed ægrè
degluti re poſſint, & ſtrangulatum ægri metuant, acri e-
nemate aluus eluenda eſt, venáque in cubito tundenda,
& cucurbitulæ in collo & mento, conciſa prius ſcalpel-

A lo cute, ſunt affigendæ: cõtinuis item fotibus & cataplaſ
ſmatis, iiſque validioribus ac gargarizationibus eſt cer-
tandum. Quòd ſi etiamnum malum increſcat, venæ ſub
lingua ſecentur, aut iuxta oculorum angulos, aut ea quæ
in fronte conſpicitur. Quinetiam per halitum ore rece-
ptum fouebimus, hoc pacto, Satureiam, aut origanum,
aut hyſſopum in aceto feruentem in olla circunquaque
oblita obturatáque concludimus, ac per foramen inſer-
ta arundine halitum ex olla expirantem excipimus: ſi ve
B rò à feruente arundine os aduratur, ouum vacuum per-
foratum ore contineatur. Quidam nitrum & origanum
& naſturtii ſemen, oleúmque, trita in poſca, miſcent, ac
eodem modo fouent: aut hirundinum recrementum il-
linũt, ſimili térque fouent. Atque de his quidem hacte-
nus. In ſumma cute oris obortas vlcerationes, (ἄφθας
Græci nominant) quæ quippiam igneæ caliditatis obti-
nent. In infantibus vt ſemper gignuntur, quando vel lac
nutricis prauum fuerit, vel ipſum infantulus rite conco
quere nequiuerit. ſunt omnino curatu faciles, quippe
quæ moderatis adſtringentibus ſedentur: interdum ta-
C men quum moram traxerint, ægrè ſoluuntur, temporiſ
que ſpatio vlcus euadit putridum, (quod à medicis Græ-
cis νομὴ) à paſcendo denominatur. Simpliciſſimum autẽ
medicamentum eſt, portulaca melle imbuta, ac commã
ducata: adhæc collutio ex foliis oliuæ, itidémque quod
conſtat ex alba myrto, & amygdalæ amaræ cum melle.
Ad nigras verò aphthas valet vua paſſa vinaceis purga-
ta, & aniſum cum melle tritum ac illitum. Validiſſimũ
eſt, æruginis vermiculatæ tribus obolis in vino tritis os
collue, aut gallam in aceto tere & inunge. Ad albas a-
D phthas: chalcitidẽ oleo tritam penna illine: hoc extẽplo
ſedat, ſimulatque pura facta fuerit, myricæ fructum tri-
tum, & mulſa aut vino dilutum inunge: hoc præcipuè
infantibus accommodatur. Poſſunt etiam nutrices, quũ
iam offis infãtem alunt, lentem cum modico pane, &
medulla ceruina aut vitulina exhibere. Miſceo quoque
alimento mala cotonea, aut alia quæ adſtringunt. Quin-
etiam nonnunquam lactucam, intubum ſatiuum, ſola-
num, & portulacam offulæ commiſceo, ſi aphtha per-
quam ignea eſt. Quòd ſi nondum offa ali poteſt, nutricẽ
E eiuſmodi cibo alo, & vt probè nimirum coquat proſpi-
cio. Attamen medicamẽtis quoque vlcera illino. Quòd
ſi aphthas prærubras eſſe conſpexero, principio mode-
ratiſſimè adſtringentibus refrigerantibuſque, deinde ci
tra morſum digerentibus vtor: ſin ſubflauas videro, ea-
dem quidem adhibeo, ſed quæ refrigerent magis. Si ve-
rò pituitoſiores fuerint, adſtringentibus: at ſi nigreſcen
tes, generoſius diſcutientibus vtor. Cæterùm in maiori-
bus natu pueris, eiuſdem generis medicamentorum fa-
cultatibus vtens, vim ipſorum augeo: quemadmodũ ſa-
F nè in adultis & duris corporibus, ſingulis commemora-
tis facultatibus validiſſimis vtor. Suffecit autem mihi
perpetuò in iis miſyos cum vino adſtringente vſus, re-
mittenti intendentique eius facultatẽ prout opus erat.
Quòd ſi ſordida appareat aphtha, tero miſy cũ vino mul
ſo. Iis qui valentioribus quàm miſy ſit, opus habent me-
dicamentis, ærugo ſimiliter cum vino aut vino mulſo
eſt accommodata. Talibus nimirum affecta loca oris
ſunt inungẽda. Aptum quoque ad eam rem eſt medica-
mentum, chalcitis oleo trita: atque hæc ſunt valida: mo-
G derata verò, & potiſſimum ad affectiones incipientes,
eſt omphacium cum vino, aut vino mulſo; thus item. In
puerulis porro ſatiſfacit roſarum flos, ipſæque roſæ ſic-
cæ, & collutiones ex mediocriter adſtringentibus. Atq;
(vt vno verbo abſoluam) moderatæ aphthæ, potiſſimũ
in tenellis corporibus moderata poſtulant medicamen
ta: fortiores verò, & maximè in duris corporibus à for-
tioribus curantur: cuiuſmodi ſunt quæ validè adſtrin-
gunt & mordent, vt mediocria ſunt quæ nihil prorſus
H mordent, & nonnihil adſtringunt. Verùm de his com-
mentatio, hìc ita ſuum finem habeat. Atqui nobis qui-
bus in præſenti libro inſtitutum erat de externis verba
facere, ea tradita ſunt quæ in capite ac facie, & præterea
ore apparent, ac quo pacto ea, quibuſque medicamentis
ſunt curanda, reliqua iam dicentur. Quòd ſiquando in-
ternorum vitiorum meminerimus progrediente ſermo-

ne, id ob medicamentorum quod inter ſeſe obtinent, commercium euenit: nam quemadmodum ob ea quæ foris apparent, interdum purgatoriis ac reliquis alterantibus medicamentis, quo exuperantem humorem coerceamus, vtimur: ita & ob ea quæ intus infeſtāt, foris emplaſtra, inunctiones atque illitiones aliquando damus: quòd ab exterius adhibitis non minus ægro opis accedat, ſiue illi ſtomachus exempli gratia, ſiue iecur, ſiue aliud quodpiam viſcus, etiam ex interioribus & penitiobus doleat, aut aliter afficiatur. Nunc de reliquis quæ ſummæ cuti adaptantur, quod ſatis eſt, eſt agendum: atque ita in libri calce, de communibus multiplicémque vſum præſtantibus oleis, emplaſtriſque, ac quæcunque alia cutis ſuperficiei auxilii alicuius gratia admouētur, aliquid addēdū: deinde de omni eo quod venenū viruſque eiaculatur, in quo etiam pollicitis ſatis dabitur. Verùm antea de vlceribus quæ decet proponentur, & quibus in ipſis vtendum ſit medicamentis docebimus.

DE VLCERIBVS COMMVNIBVS TOTI CORPORI, CAP. VIII.

Atque de elephante vbi apparuerit, quo pacto eius curatio ſit inſtituenda iam antea fuit explicatum: verum vbi in toto corpore graſſari ac dominari cœperit, præſtat tunc quoque conuenienti victus ratione vti, & plagis emollientia, aut per halitum digerentia, aut citra morſum exſiccantia, vel extergentia, vel cicatricem obducentia, prout vnicuique parti commodum iudicaueris, adaptabimus. Materiam verò his idoneam iam orationis proceſſus proponet. Quæ impetiginibus dicta ſunt cōducere, eadem ſcabiei & lepræ, vna cum reliqua curationis ratione adhibemus: quare non eſt opus vt eadem denuo repetamus. In vitiligine verò, (quam λεύκην vocant) nonnulli eam ferro adurendam exiſtimauerut, probantes eam vſtionem quaſi ſola valetudini ſufficiat: alii aduſtionem doloroſam, atque ex hac cicatricē ceu indecoram fugientes, medicamentis quæ cruſtam inducunt vſi ſunt: qualia & cicatricem concolorem efficiūt. Vtendum autē eſt, Adarcæ, ſeminis roris marini, ſulphuris ignem non experti, æquis portionibus: hæc cum aceto trita, in ſole illine, non confertim, ne cutis exulceretur: procedente verò tempore, aliquid veratri albi, & gallæ tantundem adiicito. Porro alphis cōueniunt calx aqua abluta, aut dracunculi radix cum aceto impoſita ceu cataplaſma, veratrum item vtrunque, & lupinorum decoctum. Stigmata curabis, ſi lotii fæces, quæ matulæ adhærent, cum acerrimo aceto oblines. Habet Crito. Loco nitro præfricato, terebinthinam cataplaſmatis modo impone, atque alligatam ſine ſex dierum ſpatio: ſeptimo verò diſſoluito, & ſtigmata acu cōpūgito, & breui interpoſito tempore cruorem ſpongia detergeto, & tenui ſale locū confricato: deinde ad dies quinque medicamentum impoſitum relinquito, quod ſit huiuſmodi, Thuris, nitri, lixiuii, calcis viuæ, ceræ, ſingulorū drachmas quatuor, mellis octaua pars. Quod vbi ſolueris, nigrum in medicamento reperies. In exanthematis autem, & maximè quæ craſſi frigidique humores generāt, lauri folia tenella, & rutæ, & mannæ æquis ſingulorum partibus terito, & pro cataplaſmate imponito: & thus cū oleo inungito, aut ceram, ſulphur viuum, ſal in oleum coniice & obline. In epinyctibus verò, ſuccum laſerpitii aqua dilutum illinito: exſiccat enim citra mordacitatē. Vel, cicutam in læuorem redactam imponito, aut braſſicam crudam cum aqua. Valet & ad epinyctidas & puſtulas, (φλυκταίνας dictas) & calidas eruptiones, & ea quæ à feruore ingenti πελιζέματα nuncupantur, & manantia capitis vlcera, incipientéſque furunculos, & exuſtiones, ſi argenti ſpumæ, & ſulphuris viui æquas portiones cum aceto & oleo myrtino commixtas in ſtrigmentitiam illitionem redegeris, eáque vteris. Cæterùm ambuſta quæ moderatè adſtringentia requirunt, terra Chia, aut Cretica, aut cimolia, omníſque terra cum aceto aquæ permixto illita, prohibet ne puſtulæ enaſcantur. Ad exuſtiones autem aquæ feruentis, priuſquam puſtulæ oboriantur, oliuarum ſalſarum muria continuè aſperge, ipſáſque oliuas ſale conditas, cum farina tritas, cataplaſmatis more impone, aut alumen ſciſſile cū aceto tritum illine. Atqui ei qui vapulauit, pellem ouillam recenter detractam calidam circūda: id enim reliquis omnibus præſtat medicamentis. Pili verò ex ambuſtis enaſcuntur, ſi fici folia aſſa, in olla cum cerato emplaſtri more impoſueris. Formicas autem & verrucas penſiles (quas ἀκροχορδόνας appellant) tollit elaterium cum ſale impoſitum, aut thus, aut groſſi cum aceto, & farina ac nitrum. Cæterùm furunculos diſſipat & ad ſuppurationem ducit triticum manſum impoſitumque, aut vuæ paſſæ exenteratæ, & cum ſale admotæ: vel fermentum cum nitro, vel lini ſemen cum melle, aut hyoſcyami folia cum butyro. In carbunculis verò, poſt vniuerſo dicatam victus rationem, ad partem laborantem ea quæ modicè repellunt digerúntque dabimus: cuiuſmodi eſt cataplaſma quod ex plantagine & lēte cocta conſtat, quod capit panis furnacei, nec admodum puri, neque ob furfures ſordidi, micam. Super vlcus autem, vehemens aliquod medicamentum impones, quale eſt Andronis, & Polyidæ, & Paſionis, quæ paſſo, donec ad ſordium venerint ſpiſſitudinem, diluentur. Iam verò gangrænam, quamplurimi ſanguinis ex loco affecto, inanitione curare oportet: etenim aut vena ſecta, ſi quæpiam magna circa ipſam partem reperitur, corruptum ſanguine euacuare decet, aut cute circucirca multis altíſque adactis plagis, ſcalpello diſſecta, ſanguis ſatis copioſus eſt ducēdus: mox quæ ad putrida accommodantur, imponemus, cuiuſmodi eſt quod ex aceto mulſo, farina erui, aut lolii, aut fabarum, & ſale componitur: aut Andronis medicamentum. Cancer longè omnium curatu eſſe videtur difficillimus: decet tamen eos qui artem humaniſſimam profitentur, experiri quid in eo quoque vitio profligando ipſa valeat. Proinde poſt totius corporis, ceu docuimus, curam, ad partialia & ea quæ loco admouentur, eſt accedendū, ſed quæ mitigandi vi prædita ſint. Quare ad canceroſos affectus, ſedis item tuberoſa, & pudendorum, teſtiumve, aut mammarum phlegmonas, in plumbea pila, piſtillo plumbeo: Lemnium ſigillum ex poſca, vel mulſa, vel lacte terito, donec nigreſcat: aut roſaceum, omphacinumve oleum, vel ſuccum ſemperuiui, aut vmbilici veneris, vel lactucæ, aut pſyllii, vel vuæ immaturæ terito ſimiliter & inungito. Archigenis ad canceroſa & maligna vlcera. Cancrorum fluuiatilium crematorum & cadmiæ parem, inquit, modum læuigato & inſpergito, aut cancrorum cinerem vnà cum cerato imponito. Porro laxis tumoribus, (quæ οἰδήματα nuncupantur) interdū abundè ſuccurrit ſpongia poſca imbuta, cum ligamento ſtringente impoſita, quod ab inferna parte incipiens, ſuprà finiat: eſto autem ſpongia noua, quæ ſi non fuerit ad manum, nitro aut lixiuio, quod ſtillatitium nomināt, expurgentur. Quòd ſi per hæc tumor non ſubſidet, paululu quoque aluminis admiſcere oportet. Verùm quod ad reliquos molles laxóſque, atque omnes in vniuerſum tumores qui ex aqua inter cutem contrahuntur, ſpectat, eorum dignotiones, ac qua in ſumma curationis ratione opus habeant, iam antea didiciſti: at quibus hic quoque foris opus ſit medicamentis, paulo pòſt explicabitur. Ad rupta verò & auulſa, ariſtolochia rotunda idonea eſt, ſimiliter centaurii maioris radix, & bdellium, & antidota illa quæ antea his conferre diximus. At verò vermes, qui in vlceribus generantur, & qui vocantur dracunculi, quæ amara acriáque natura ſunt, perimunt: quorum ſigillatim materiam eo libris de ſimplicium medicamentorum facultate petes. Cæterùm iam nos alio quaſi denuo ſumpto exordio, de omni medicamento quod exterius adhibetur, verba facere oportet, tam de eo quod ad plures vſus accommodatur, quàm quod ad vnum alterúmve affectum aſſumitur. Tu verò qui ſingulos affectus dignoſcere potes, cuique tradita eſt medendi methodus, tum ex vniuſcuiuſque facultate medicamenti, tum ex eo quod fronte promittit, facilè ſingulis affectibus ſua ſibi dicata medicamenta tribues. Itaq; ab iis quæ linamentis concerptis excipiuntur, (ἐμμότα Græci vocant) & vulneribus induntur, ex Galeni ſententia exorſi, ad ea quæ à mollicie μαλάγματα appellantur, ac ad reliqua accedemus. Denique quò ſuis numeris integra conſtet hæc noſtra commentatio, oleorum vnguē

torúmque rationem explicabimus.

DE EMPLASTRIS MALAGMATIS ET
linimentis.

EMplaſtrum è chalcitide Galeni, quod etiam palmeũ
nominant: Capit veteris adipis (quam vendẽtes ap-
pellant axungiam) libras duas, olei vetuſti libras tres, chal
citidis trientem. Hæc hoc pacto coquere oportet: Adipis
membranulæ omnes eximuntur, ipſéque contunditur vt
facilè liquari poſſit: poſthæc, ad ignem liqueſit: deinde,
per colum tranſmittitur vt purus fiat, túncque prædictas
duas libras pendeat: poſtea chalcitidis læuigatæ triens
cum olei tribus libris adipi permiſcetur, adiectis argenti
ſpumæ tribus quoque libris. Atque vbi omnia ſimul in
mortario in vnitatem coierint, coniiciuntur in cacabum
ac ligno palmæ agitantur. ſufficiet autẽ ramus vnus ma-
iuſculus, vt ſolida ligni parte mouens vtaris, quo modo
quæ ſpatha dicitur, vti ſolemus: ita enim nominant quo
miſturas mouent. Quod autem ſolidæ parti rami adhæ-
ret, circunciditur, & tenelli vtrinque procedentes ramu-
ſculi abiiciuntur, ſed cortice prius exuto, vt ſegmenta in-
iecta, medicamento ſuccum ſuum impertiant. Proinde
ſtatim ab initio ſpatha vtendum eſt, ſed tenuia palmæ ſe-
gmenta iniicienda, vbi medicamentum ad conſiſtentiã
cerato ſimilem peruenerit: nam ſi ipſa initio immittãtur,
ſuccus iniectorum quem manere cupimus, abſumetur.
Quin & ſpathæ, qua medicamentum mouetur, pars intin
cta vbi inaruit, vt proprium nequaquã amplius ſeruet ſuc
cum, amputata abiicitur, & reliqua vtimur: rurſúſque eo-
dem modo, ſi quæ in medicamẽto inareſcit, amputatur.
Porrò perſpicuum eſſe puto, palmæ ramum non debere
multis antè diebus ab arbore abſciſſum eſſe: ſiquidẽ tem
pore areſcit. Itaq; hyeme pridie abſcindatur, & æſtate eo
ipſo die quo medicamentum es cocturus. Vbi autem ita
coctum fuerit medicamentum vt manus non inquinet,
ipſo emplaſtro vtere ad vlcera quæ ægrè cicatricem du-
cunt, & ſanguinem fundunt. oleo item liquefactum apta-
tur locis inflammatione obſeſſis, podagris, arthritidi, bu-
bonibus, tuberculis, ambuſtis, pernionibus, fracturis, affe
ctibus quos deſtillatio peperit omnibus. Iam multi quo-
que qui hernias ſecant, poſt manus operã, ilico ipſum im-
ponunt. Heræ emplaſtrũ cãdidum, aduerſus rabioſorũ
morſus, facit & efficaciter ad eos qui aquã reformidant,
liberat item à periculo ſtatim vulneri inditum: verùm his
quibus iam nimiùm morbus dominatur, catapotium nu
cis auellanæ magnitudine ex eo eſt dandum, idque die-
bus quadraginta. Cæterùm in lienoſis colorẽ immutat,
nigrúmque euadit. Efficax eſt & ad hominum morſus &
canum, abraſa quæ difficulter cicatricem admittunt. Tol
lit etiam ſugill ita (ὑπώπια vocãt) vnius diei ſpatio, vulne
ra conglutinat: benè facit tuberculis & ſedis rimis, eſt &
peſſus emolliens: oportet tamen poſt diem ſoluere, & ni-
gredinem vlceribus obortam ſpongia detergere: idque
tantiſper dum nulla nigredo amplius appareat. Idem ci-
catricem inducẽdi vi præditum eſt, & ad omnia idoneũ.
Eius autẽ compoſitionis ratio hæc eſt: Ceræ Ponticæ li-
bræ duæ, argenti ſpumæ chryſitidis libra, ceruſſæ libra,
myrrhæ ſextãs, medullæ ceruinæ ſextans, thuris vncia, o-
lei vetuſti ſextarius. Argenti ſpuma coquitur, & vbi in ſtri
gmẽti concrementum coiiſſe videbitur, cera, mox ceruſ-
ſa aſpergitur ac agitatur. Quúmque in vnitatẽ coierint &
manus non inquinauerint, à carbonibus depoſito, medul
la immiſcetur. poſtquam refrixit medicamentum, myr-
rha ac thus iniicitur, manúque ſubigitur. Melinum He
ræ ad inueteratos ſinus, etſi in vacua perforati ſint: idem
etiã diſcutit ſtrumas quæ in pueris nuper ortæ ſunt: facit
& ad artus qui loco moti ſunt. Argẽti ſpumæ chryſitidis,
reſinæ pineæ ſiccæ, vtriuſque drach centum, ceræ Põticæ
drach. duodecim, olei ſeſquihemina, vini heminæ dimi-
dium: argenti ſpuma cum vino læuigatur dum ſicceſcit.
poſt vnà cum oleo tantiſper coquitur dũ mutata fuerit, &
tunc reſina læuis additur, ac cera coquitur donec tangen-
tem non polluat. Nigrũ optimũ ad oſſiũ fracturas: hoc
medicamẽto vſus ſum in fracturis, quũ multa oſſa innata
rẽt, omnibus exhortãtibus vt innatãtia eximerẽ, & præſtã

A tiſſimum quiddã quod omnium opinionẽ vinceret, mi-
raculo ſimile effecit: ſiquidẽ oſſa quæ vagarẽtur, atq; ab
aliis eſſent ſeparata, adeò retinuit vt per toſum cum aliis
cõmitteret & coagmẽtaret. Eius autẽ cõpoſitio huiuſmo-
di eſt: Argẽti ſpumæ, bituminis, vtriuſq; drach. ducẽtæ, pi
cis aridæ, ceræ, vtriuſq; drach. tres, reſinæ terebinthinæ
drach. L. aluminis ſciſſilis, propolis, vtriuſq; drach. centũ,
ammoniaci ſuffimẽti drach. XXIIII. æruginis drach. X. o-
lei ſextarii quatuor. Andreæ, quod eminentias omnes
deprimit: vulneribus quoq; adhibetur, & cruentis vlceri-
B bus, ac ab inflãmatione defendit: efficax itẽ eſt ad recẽtia
vulnera, atq; ea quæ paſcẽdo ſerpũt, ſinus agglutinat, facit
& ad vlcera quæ fluxionibus tentantur, & vetuſta, quæq;
ægrè cicatricẽ admittunt: Argenti ſpumæ libræ tres, ſqua
mæ æris, chalcitidis, æruginis raſilis, ſing. quadrans, aceti
hemina, olei veteris bes. Helleſpontium, cutem perſpi-
rabilem reddit, ab inflammatione liberat, ſtrumis, panis,
parotidibus confert: impoſitum ex eo ſplenium, attrahit,
& pus gignit, cutem rumpit, glutinat: & in ſumma, ambu
ſtis ſubuenit, podagricorum dolores mitigat: Olei veteris
C drach. centum, picis aridæ drach. L. ladani drach quinque
& viginti, ſpumæ argenti drach. centum, æruginis raſilis
drach. tres ſeſquiſcriptulum, galbani drach. quatuor. Spu-
mam argenti cum oleo tritam coquito, quúmq; collecta
fuerit, picem & æruginem adiicito, mox ladanum & gal
banum, atque ita in mortarium coniectis, & tædaceo li-
gno ſubactis vtitor. Cteſiphontis emplaſtrum, quædã
dirimit, quædã contrahit & rumpit: Spumæ nitri libra,
mannæ libra, thuris, lixiuii ſtillatitii, ceræ, terebinthinæ,
ſing. libra. quidã etiam viſci libram adiiciunt. Aliud è
D viſco, attrahendi & diſcutiendi vi pollens, mammis pro-
deſt: Argenti ſpumæ, olei, vtriuſque libr. duæ, viſci quer-
cini triens, gallarum triens. Emplaſtrum è ſeminibus,
vt Philonides concinnabat: Seminis fœnigræci, aniſi, ſty-
racis, bdellii, mannæ, thuris, cardamomi, cyperi, radicis
panacis, iridis, ſpumæ nitri, ſingulorum drach. quinque
& viginti, ammoniaci, terebinthinæ, vtriuſque drachm.
quinquaginta, adipis taurini drachm. ſexaginta, ſertulæ
Campanæ drach. ſexaginta, ceræ drach. centum, mellis he
minæ dimidium, vini hemina. Ex ruta emplaſtrum, ad
E coxendicis dolore tentatos: Seminis rutæ ſylueſtris, laſe-
ris, baccarum lauri, ſpumæ nitri, abrotoni, colocynthidis,
cardamomi, ammis, ſingulorum drach. quatuor, rutæ vi-
ridis, picis, terebinthinæ, ammoniaci ſuffimenti, ceræ, a-
dipis, ſingulorum drach. octo (nonnullis, ſingulorum dra
chmas viginti) galbani drach. ſex, opopanacis, ſulphuris,
vtriuſque drach. quatuor. Malagma contra ſtomachi
inteſtinorúmque defluxiones: Cõſtat œnanthæ beſſe, om-
phacii triente, carnis palmularum quæ ſolibus illuſtratæ
maturuerunt, ſextante: acaciæ, roſarum, vtriuſque vncia, a-
F loes, gallarum, picis, aluminis rotundi, ſingulorum ſextan
te, ceræ quadrãte: aliqui thuris & myrrhæ, vtriuſque qua-
drantem adiiciunt: vini quod ad arida excipienda fuerit
ſatis. Ad hydropicos, & inflationes: Picis, ceræ, vtriuſ-
que libra, nitri, ſulphuris viui, aluminis ſciſſilis, ſingulo-
rum ſelibra. Baſſi medicamentum, quo ipſe vtens, ner-
uorum antea reſolutione laborans, ſanitati eſt reſtitutus:
Habet olei myrtei, cyprini, vtriuſque trientem, olei vete-
ris, atramenti ſutorii, vtriuſque ſeſquilibram, galbani qua
drantem, mannæ trientem, ceræ libram, terebinthinæ ſe-
G ſquilibram, opopanacis ſextantem, radicis bryoniæ, æru-
ginis, ſpumæ nitri, propolis, pyrethri, euphorbii, ſingulo-
rum trientem, adipis hœdini ſelibram, aceti quod ſatis
facit: bryonia & pyrethrum ex aceto coquitur, deinde li-
quor exprimitur, & aridis admixtus ac accuratè læui-
gatus liquefactis excipitur: vſus eſt quem antea expli-
cauimus. Medicamentum è caſtoreo, membris reſo-
lutis (παρέτους vocant Græci) opitulatur, & ad omnes affe-
ctus vetuſtos valet: Hyſſopi, terebinthinæ, vtriuſque qua-
drans, medullæ ceruinæ triens, ammoniaci ſuffimen-
H ti, galbani, caſtorei, piperis candidi, euphorbii, adar-
ces, ſpumæ nitri, opopanacis, ſingulorum vncia. Lini-
mentum è ſale ad podagricos & arthriticos, omnem af-
fectũ emollit. vſus eius ſit quotidianus: Salis ſordidi, hoc

eſt ipſius terræ libræ duæ, aluminis ſciſſilis libra, fæcis vini ſextarius, floris lapidis aſii triens: terito arida diligenter, fæcémque ſedulò læuigatam addito: quibus contritis olei veteris ſextarius affunditur, & vbi contuderis, ad vſum excipitur. in aliis exemplaribus ſcriptum eſt melle excipi. Neapolitæ medicamentum, podagricis, arthriticis, & iſchiadicis omnem affectum adimit: Thuris, piperis candidi, ammoniaci ſuffimenti, myrrhæ, nitri, floris lapidis aſii, aluminis ſciſſilis, ſucci centaurii, ſingulorum ſextans, fæcis vini ſextarius, olei cyprini, laurini, myrtacei, ſtyracini, ceræ, ſingulorum libra, terebinthinæ ſemiſſis, galbani vncia, opopanacis ſemuncia: liquefacta tritis inſeruntur. Medicamentum Piſcatoris inſcriptum: Nam quum piſcator in antro degeret, & à morbo affligeretur vſqueadeo vt totum corpuſculum diſtortum peruerteretur, hoc medicamento vſus eſt, & à toto affectu liber euaſit. Olei ſabini libr. tres, ſurculorum populi nigræ libra (quòd ſi ſurculi deſint, vtendum eſt ſampſucho, vt eius duplex modus ſufficiatur. capit enim & ſampſuchi libram) vnguenti crocini, irini, cyprini, cuiuſque libra, maſtiches vncia, myrrhæ ſtactæ ſelibra, picis nauibus deraſæ, pinguedinis ſuillæ, vtriuſque libræ tres, ſulphuris ignem non experti, ſpumæ nitri, galbani, ſingulorum quadrans, medullæ ceruinæ triens, ſanguis decem teſtudinũ terreſtrium medicamento trito iam & parato iniiciendus eſt. conficitur autem, vt antea dictum fuit. vſu expetente, ſummouere è medicamento libram vnam oportet, cui ſuauitatis gratia opobalſami & vnguenti malabathrini vncia infundatur. Flauii Clementis medicamentum: hoc nouimus ob podagram chiragrámque toto corpore obtortos vſos eſſe, atque ita ſanitati reſtitutos, vt ſine nocumento & illæſi obambularent: Accipit olei Sabini libras duodecim, radicis cucumeris ſylueſtris libras duodecim, ceræ, terebinthinæ, medullæ ceruinæ, galbani, ſingulorum libram, ranas ſex. oleum partimur, atque in hoc ranas, in illo radices coquimus: adhæc, liquore percolato vtimur. Medicamenti *ἀκόπου, hoc eſt laſſitudinem diſcutientis*, vſum præſtat, ſi addimus ſcripturæ ſampſuchi ſeſquilibram, vnguenti crocini, malabathrini, vtriuſque libram, opobalſami vncias tres, & decem teſtudinum ſanguinem. Aliud acopum, quod ex alto euocat, coxendicis, articulorum doloribus, membris relaxatis, & tremulis accommodatum: vetuſtos affectus innouat, & caput dolentibus prodeſt: Adarces vncia, myrrhæ, ſpumæ nitri, euphorbii, opobalſami, ſingulorum ſextans, ſtyracini vncia: concoctionem item iuuat. Acopum aliud, aduerſus vetuſtos coxendicis cruciatus, & articulos contractos, (*ἀγκύλας* vocant *Græci*) & ad reſolutiones neruorũ apprimè efficax: Habet olei veteris libras duas, irini, laurini, ſtyracini, ſingulorum ſelibram, terebinthinæ, euphorbii, caſtorei, ammoniaci ſuffimenti, piperis, opopanacis, galbani, ſingulorum quadrantem, medullæ ceruinæ trientẽ: liquatis liquabilibus, ipſa aridis affunduntur, atque vbi in vnitatem coierint, ad vſum aſſumuntur. Acopum viride, admodum efficax: quare inter laſſitudinis initia non confert, niſi frigus vehemens violenter prehenderit. verùm in diuturnis laſſitudinibus magis prodeſt: podagricis & arthriticis ſuccurrit, ſi ante balnea, pedes neruique incraſſati medicamento perfricentur: ita nanque noui quoſdam valetudinem priſtinam recuperaſſe. Capit ammoniaci ſuffimenti libras duas, thuris, ſpumæ nitri, æruginis, hyſſopi, ſingulorum vnciam, myrrhæ, galbani, opopanacis, ſing. beſſem, euphorbii, adarces, vtriuſq; trientẽ, ceræ lib. duas, terebinthinæ lib. duas drach. quatuor, olei laurini, cyprini, gleucini, ſing. librã, irini, lẽtiſcini, vtriuſq; lib. duas: cum aceto ſubiguntur, & efformãtur vt reliqua.

Emplaſtrum Aureũ & Polyarchion contra frigidiores ſuccos qui ventriculum obſidẽt, & quartanas febres, poſt concoctiones præcordiis impoſitũ: itẽ aduerſus iecinoroſos, ſtomachicos, lienoſos, & lateris inflãmationes, eóſq; qui frigido affectu afficiuntur: at in calida intẽperie minimè idoneum eſt. &, vt in vniuerſum dicam, infarctum extricat. *Πολυάρχιον*: Amomi, xylobalſami, croci, ammoniaci, ſtyracis, aloes, thuris, cyperi, roſarum ſiccarũ, enulæ Campanæ, ſucci abſinthii, Celticæ, bdellii, piperis, iunci odorati, cardamomi, caſiæ, myrrhæ, adipis anſerini, cyphæi, ſingulorum vncia, folii, balſami, vtriuſq; ſextans, ſpicæ nardi triens, terebinthinæ, ſertulæ Cãpanæ, vtriuſque ſelibra, maſtiches libra, ceræ lib. III. vini odorati quod ſatis eſt. Aureũ: Pulueris nardi & œnanthæ, vtriuſq; quadrãs, ſampſuchi, iridis, Celticæ, ligni aloes, liquoris Cyrenaici, galbani, ſingulorum ſextans, croci vncia, maſtiches, ſtyracis, opopanacis, ſagapeni, ſingulorum triens, balſami ſextans, nardini quantum ſufficit: pulueres nardi tradentur in eorum confectione. Odoratum medicamentum quod ex his cõſtat: Croci, aloes, comarũ abſinthii, calami, roſarũ aridarum, cyperi, ſpicæ nardi, micarum, lentiſcini olei, nardi, ſingulorum triens, maſtiches, carnis palmularum & cotoneorum, ammoniaci, bdellii, ſingulorum ſelibra, terebinthinæ bes, ſtyracis, propolis, vtriuſque vncia, ladani, ceræ, colophoniæ, ſing. lib. duæ: palmulæ & micæ cum œnanthe macerãtur, eáque læuigata ac trita in vnitatem rediguntur eo quo dictum eſt modo. *Τὸ κοπῶδ*, ad iecinoroſos, ſtomachicos, omnémque, duritiam Maſtiches, ſtyracis, ladani, ammoniaci, propolis, ſingulorum libra, thuris, galbani, ſingulorũ ſelibra, terebinthinæ quadrans, nardini ac vini quod ſatis facit. Medicamentum è ſeminibus diſcutiens omnẽ inflationem ac duritias emolliens: Lini ſeminis, ſeminis fœnigræci, aniſi, baccarũ lauri, petroſelini, ſampſuchi, myrrhæ, Celticæ, cardamomi, ſertulæ Campanæ, iridis, caſiæ, herbæ Sabinæ, thuris, croci, radicis panacis, nitri, ſtyracis, ſeminis apii, cyperi, ſing. ſextans, adipis taurini libra, ammoniaci lib. quinque, terebinthinæ lib. duæ cum ſemiſſe, ceræ, colophoniæ, vtriuſque lib. quatuor, mellis ſelibra, vini quantum ſufficit.

Medicamentum è baccis lauri, ad ſtomachicos, aqua intercute laborantes, iſchiadicos, lienoſos: Ceræ, reſinæ pinus, nitri, baccarum lauri, colophoniæ picis, cuiuſque lib. quatuor, ammoniaci libra, ſinapis, floris roris marini, pyrethri, galangæ, euphorbii, ſampſuchi, cardamomi, iridis, adipis ſuilli, adipis taurini, ſingulorum triens, cyprini olei pars decima & ſexta. Rutaceum emplaſtrum, iſchiadicis, iis qui lumborum humerorúmque dolore torquentur auxilio eſt: item iis qui diſtillationibus ſunt obnoxii. & quibus ad thoracem humores defluere ſolent, eſt idoneus: Ceræ libr. quinque, colophoniæ libr. tres, ammoniaci, ſulphuris ignem non experti, vtriuſque ſeſquilibra, foliorum rutæ, adipis ſuilli, ſpumæ nitri, ſingulorum libra, adipis taurini libr. tres, butyri ſextans, olei quod ſatis eſt. Ex œnanthe medicamentum, pollet aduerſus iecinoris imbecillitatem, ſtomachicos, cœliacos, & dyſentericos: Œnanthæ herbæ, acaciæ, roſarum, croci, gallarum, rhois, Syriaci, thuris, aloes, ſucci vuarum acerbarum, florum ſylueſtris Punicæ, ſingul. quadrans, palmulæ quindecim, abſinthii ſelibra, ammoniaci libra, colophoniæ libræ duæ, ceræ libræ quatuor cum ſemiſſe, lentiſcini & melini quantum ſatisfaciet.

E butyro, ad dolores pectoriſque perfrictiones, ac tuſſiculas inde enatas: Ceræ libræ quinque, butyri ſelibra, terebinthinæ ſeſquilibra. Anethinum ad eadem: Ceræ libræ decem, adipis ſuilli libræ duæ, olei anethini, & chamæmelini quod ſufficit. Emplaſtrum è ſalicibus, quod cruentis vulneribus, & vlceribus accommodatur, conglutinans: valet item ad eos quorum articuli fluxionibus tentantur, aut ſcapulæ, vel lumbus, aut coxendix, dilatatum explicatúmque aſtrictionis ratione, obſtat quo minus fluxio deferatur, intus concludens ac firmans locales partiũ facultates: præhumida quoque vlcera, & quæ manus operam poſtulant, exhaurit: Ceræ, reſinæ pinus, bituminis, ſingulorum lib. quatuor, miſyos, chalcitidis, æruginis raſilis, ceruſſæ, gallarum, aluminis ſciſſilis & rotundi, atramenti metallici, malicoriorum, ſingulorum libra, atramẽti ſutorii libræ duæ, picis lib. quatuor, foliorum ſalicis libræ quatuor, olei & aceti modus qui ſufficit. Aſclepiades citra atramentum ſutorium & malicoria conficiebat. Emplaſtrum ex ochra, pollet aduerſus nephriticos, & ictum: habet quoque vim emolliendi: Capit ceræ, reſinæ pinus, colophoniæ, ochræ, ſingulorum ſelibram, maſtiches, thuris, vtriuſque trientem, terebinthinæ ſeſquilibram. Ex ſucco emplaſtrum,

recēns illata vulnera ab inflammatione tuetur, diuulſáq;
conglutinat.docuit quoque nos inflammatione correpta
vlcera ac muſculos vulneratos, citra alterius cataplaſma-
tis,quod auxilio eſſe poteſt,opem, aut ſpongias aut præ-
dictas irrigationes,curare:præſtantiſſimum item eſſe peſ
ſum, tam in vetuſtis quàm recentibus vteri inflamma-
tionibus:adhæc vlcera caua, roſaceo aut myrtino maden
tia implere,ac cicatricem obducere:Seminis fœnigræci,
ſeminis lini, radicis althææ, ſucci horum trium libr. xii.
ſpumæ argēti tantundem,olei omphacini libr.tredecim,
aut quindecim,vini quod ſatisfacit. Mnaſæi emplaſtrū,
emolliendi diſcutiendique vi præditum:Spumæ argenti
boici libr.quindecim,adipis taurini lib. v. olei quod ſuf-
ficit. E ſale emplaſtrum,repellendi ac diſcutiendi facul
tatem obtinens: Conſtat argenti ſpuma,ceruſſa,vtriuſq;
libris ſex cum ſemiſſe, olei libris decem, aquæ marinæ
libris duabus, ſalis communis quincunce. E melle em-
plaſtrum,ad ictus:vlcera quoque repurgandi vi poller: Ce
ræ,colophoniæ,adipis ſuilli,argenti ſpumæ boici,olei ve
teris,mellis,ſing.lib.quinque,terebinthinæ dodrans.
E micis,emolliēdi diſcutiendíque vim obtinet: Radicis
althææ,palmularum,ceræ,terebinthinæ,fœnigræci,ſemi
nis lini,ſingulorum libra,chamæmeli,ſertulæ Campanæ,
vtriuſque ſelibra,vini cadi duodecim,ceruſſæ,ſpumæ ar-
genti,colophoniæ,olei vetuſti, ſingulorum lib.quinque,
παξιμάδια lib.quinque: fœnūgræcum,lini ſemen, ſertula
Campana,althææ radices in vino maceratæ ferueant, ac
ſaccis tranſmittātur, proiiciantúrque:carnes verò palmu-
larum probè tritæ, vnà cum chamæmeli floribus, cum
reliquis in vnitatem coeant. E maſtiche emplaſtrum,
μαστιχηρὰ Græcis dictum, valet contra ictus articulorúmq;
dolores:Ceræ libræ duæ,colophoniæ lib.quatuor,maſti-
ches bes,terebinthinæ triens,galbani bes, ammoniaci li-
bra. Flauum vnguentum,enutriendi, detrahendíque
vim obtinens:Ceræ,reſinæ pineæ,vtriuſque lib.quatuor,
adipis ſuilli lib.quinque,thuris,maſtiches, galbani, tere-
binthinæ,ſingulorum ſelibra,adipis gallinacei & anſeri-
ni, vtriuſque ſextans, medullæ ceruinæ quadrans. Te-
trapharmacum,carnem alit,emollit,concoquit:Ceræ,pi-
cis colophoniæ,adipis bubuli,ſingulorum lib.ſeptem.
E ceruſſa medicamentum,cicatrices complet: Spumæ ar
genti ſeſquilibra,ceruſſæ libr. quatuor,ceræ albæ libr.ſe-
ptem,olei quod ſufficit:oleum & argenti ſpumam tandiu
coquito donec manus non polluat, deinde reliqua adii-
cito. Porraceum,ad carnis excreſcentias, vetuſtáque vul
nera,ac ex cicatricibus relictas notas: Ceræ lib.quatuor,
colophoniæ lib.quinque, æruginis raſilis libra, aut libræ
duæ,olei & aceti quantum ſubigendo ſatiſfacit. E myr
to vnguentū:Ceræ libris octo,plumbi vſti libris quatuor,
argenti ſpumæ libris octo, ſerici libris quinque, ceruſſæ
beſſe,olei myrtacei libris ſex cōſtat. Ex oſtrea medica-
mentum:Ceræ candidæ libræ quatuor,cadmiæ crematæ
& elotæ libra,oſtrearum vſtarum & ablutarum libra, ce-
ruſſæ libra vna aut duæ, argenti ſpumæ lotæ libra, olei
myrtini modus ſufficiens. Ex anchuſa: Ceræ libræ qua-
tuor aut ſeptem,anchuſæ libr. tres aut duæ, olei roſacei
quantum ſufficit. E ſandyce:Ceræ lib.ſex,ſandycis lib.
duæ, olei roſacei quod ſatis eſt. Neruos emolliens me-
dicamētum:Ceræ lib.octo,colophoniæ lib.tres, myrrhæ,
bdellii,galbani,ammoniaci,aloes,opopanacis,maſtiches,
butyri,olei cyprini,gleucini,nardi, olei rutacei, bitumi-
nis,ſingulorum libra,terebinthinæ, adipis vrſini, vtriuſ-
que lib.duæ,adipis taurini, adipis ſuilli, vtriuſq; lib.tres,
medullæ ceruinæ, olei tædacei, olei laurini, ſingulorum
libra triens,euphorbii,naphthæ, vtriuſque bes,olei com-
munis libræ octo. Emplaſtrum quinq; ſimplicibus con
ſtās, ἡ πεντάθετος dictum,ad vetuſta pedum capitiſque tu-
bercula:Ceræ,colophoniæ,ſeui bubuli,calcis,picis, ſingu
lorum libræ ſeptem. Album roſaceum emplaſtrum,
carne explens & ad cicatricem perducens:Ceræ candidæ
ſeſquilibra,aluminis ſeptunx,thuris ſelibra,terebinthinæ
ſelibra, ceruſſæ libræ ſex, ſpumæ argenti libræ quatuor,
roſacei quantum ſufficit. Ex althæa medicamentum
vim emolliendi poſſidet:Colophoniæ,ceræ,vtriuſque li-
bra,olei,ſucci althææ libræ duæ. E caſtoreo, pollet ad-

A uerſus eos qui coxendicis dolore vexantur: Maſtiches,o-
popanacis,ammoniaci,euphorbii,adarces,caſtorei,hyſſo
pi humidæ,medullæ ceruinæ,ſingulorum vncia,galbani,
terebinthinæ, ſucci tiberiadis,ſingulorum ſextās,cumi-
ni triens,ſinapis quincunx,ſtyracis ſelibra, chamæleōtis,
fœnigræci,vtriuſq; bes, colophoniæ,reſinæ pineæ,ceræ,
ſingulorum lib.duæ,picis lib.quatuor, cyprini quantum
ſufficit. Primmionis emplaſtrum mirabile,vlcera cica
tricibus obducit. valet ad deplorata, quæ multi curare co
nati, fine ſuo ſunt fruſtrati: Malicorii, calcis ignem non
B expertæ,aluminis,ſingulorum ſextans, thuris, gallarum,
vtriuſque triens,iridis quadrans, ceræ libra quadrans,adi
pis vitulini libra. olei veteris dodrās. Flauū emplaſtrū
repertū apud Heram, efficax ad omnem vetuſtiorē du-
ritiem.ad cruciatus cuiuſcunque generis.ſinus item, ſi ve
tuſti fuerint,conglutinat: conuenit quoque arthriticis, &
qui affectibus deſtillatoriis infeſtantur, foris impoſitum:
Olei veteris ſextarii tres, ceræ lib.ſex, ſpumæ argenti lib.
quatuor & ſemis, reſinæ pineæ ſiccæ drach.octoginta,
chalcitidis aſſæ drach. quatuor, chalcitidis crudæ libræ
C duodecim,aceti hemina. Scabiei dicatum linimentū:
Habet chamæleontis,lupinorum,cretæ, herbæ pedicula-
ris,ſulphuris ignem non experti,ſingulorum libram,ſpu-
mæ argenti libras duas,gith, ſtyracis, ſpondylii, cadmiæ
floris,cretæ figularis, alcyonii,ſingulorū ſelibram, lyſſo-
modi,rumicis radicis, ſingulorum beſſem, ſpumæ nitri
quadrantem, olei & aceti quantum ſufficit. Maſuphæ
confectio,coniici debet in noſtram quæ odorata inſcri-
bitur:Caryophylli,coſti,vtriuſque duella,folii,ſpicæ nar-
di,roſarum,ſingulorum ſextulæ octo ſcrupuli duo, amo-
D mi,ſtyracis,vtriuſque duella,gummis ſextulæ quatuor.
Ex ampare medicamentum, ad ſtomachi perfrictio-
nem ac imbecillitatem, palpitationem item, metúſque
inde exortos,ac melancholias: Maſtiches ſextulæ decem,
ladani dextans, ceræ, terebinthinæ, ſtyracis, ſingulorum
ſextans,piperis, ſpicæ,cinamomi, ſingulorum ſextula,li-
gni aloes,amparis, vtriuſque ſextulæ tres, olei balſamini
ſextula. E charta medicamentum, ad ſerpentia vlce-
ra:Squamæ æris,chartæ vſtæ,vtriuſque drach.vigintiqua
tuor,auripigmenti, ſulphuris ignem non experti, vtriuſ-
E que drach. duodecim, plumbi vſti drachm.ſex. Puluis
ad externas ſanguinis eruptiones:Thuris,aloes,aluminis,
ſarcocollæ,gummis, ſpumæ argenti, ſucci acaciæ, ferri
recrementi. Linimenti genera, quibus in balneo obli-
nuntur qui ſcabie, lepra, & vetuſtis pruritibus tentantur,
ſunt hæc:Auripigmenti duella,piperis longi ſextula,her-
bæ pedicularis ſextula. Cæterùm pro habitus,ſenſus faci-
litatis,ac humorum copiæ ratione, ſpecies vel demes vel
adaugebis. Scabiei idoneum,ad incipientem elephan-
tiam: Nitri, aluminis,ſulphuris viui,ceræ,ſingulorū ſex-
F tans,picis triens, olei in quo rhododaphnæ frutices fue-
rint cocti libra:ſunt qui addant ſulphuris ſelibram. hoc
totum corpus ad oculos vſque illinendum eſt:quidam e-
ius vſu decem dierum ſpatio repurgati fuerunt. Mala-
gma τὸ μονομάχον,quaſi quod vnicè contra noxas pugnat.
valet ad iecinoris,lienis,alui, vteri inflammationes ac du
ritias,ad loca in tumorem ſublata, ad ſtrumas,inguinum
inflammationes,tubercula,ac(vt vno verbo abſoluam)o-
mnem duritiam mirum in modum diſſoluit.adhæc,ad-
uerſus inteſtinorum inflationes & dolores, vt exploratū
G probatur:Spumæ argenti ſelibra,farinæ radicis althææ do
drans,ſeminis maluæ ſylueſtris quadrans,adipis ſuilli ve-
tuſti quadrans,adipis anſerini ſeſcuncia,adipis gallinacei
vncia,farinæ fœnigræci quadrans, ſeminis lini vncia,fa-
rinæ ſertulæ Campanæ ſemūcia, medullæ cerui quadrās,
ceræ ſelibra,galbani, colophoniæ, vtriuſque ſextans, olei
vetuſti vnciæ quindecim, farinæ anethi ſemuncia, cha-
mæmelini quadrans,veratri candidi drach. tres, ſampſu-
chi vncia.liquātur quæ liquari poſſunt, & arida adiiciun
tur. Ad hæmorrhoidas. hæ emortuæ ceu vuæ paſſæ
H exſiccantur,& ſeptem dierum ſpatio decidunt citra vlce-
rationem. condylomata quoque & fiſtulæ hoc catapla-
ſmatis modo inunguntur,ac perſanantur: Vini fæcis cre-
matæ drach.tres,miſys ſiciliquus:alii, mannæ ſiciliquus.
Fæx vritur donec inalbeſcat.

DE PESSIS, Cap. IX.

PEſſus, ad vteri ſtrangulatus: Adipis anſerini ſelibra, adipis phaſiani quadrans, ceræ ſelibra, croci vncia, ſpicæ nardi, amomi, maſtiches, ſingul. vncia, opobalſami quadrans, irini ſelibra. Alter: Ceræ candidæ dodrans, adipis anſerini, terebinthinæ, vtriuſque ſelibra, maſtiches, ſtyracis, croci, ſingulorum quadrans, vnguenti nardi ſelibra. In vtero hydropico affectu correpto, poſt reliquam curationem, his eſt vtendum: Nitri, colocynthidis pares portiones melle excipito, & peſſi modo ſubdito, eúmque in Cyprino oleo intingito. Alius. Cumini, nitri, pares portiones cum melle ſubiicito. Alius. Colocynthidis, ſalis, vtriuſque drachma: ficuum pinguium carne excipitur, vt nucis Ponticæ æquet magnitudinem, ac ceu glans ſubtus datur: attrahit nanque graueolentem humiditatem, & mirificè prodeſt: hoc digito quoque admotum, alui fæcem prolicit, humoréſque craſſos & flatus diſcutit, vterúmque leniorem efficit. In vteri verò inflammatione, huiuſmodi peſſorum vſus accommodatur: Papaueris capita in paſſo decocta, vſque dum liquefiant exprimito ac percolato, & medulla ceruina aut vitulina adiecta, vel adipe anſerino, vtitor. Alter, qui aureus nuncupatur, efficax ad vteri inflammationes, eiúſque in latus inclinationes: Vitelli ouorum aſſatorum numero ſex, medullæ ceruinæ drach. quatuor, croci, hyſſopi, vtriuſque ſiciliquus, ceræ candidæ, terebinthinæ, adipis anſerini, ſingulorum drachma. Ad vetuſtas formicas: Sulphuris viui, ſandarachæ, æquas partes cum aceto ſubigito. Addidimus & elaterium, ac mirum in modum formicis, verrucíſque penſilibus, quas ἀκροχορδόνας vocāt, profuit. Hæmorrhoidas delet mororum ſeſquuncia, chalcitidis tantundem, medici drachma, pennarum corui ſcriptula vigintivnum. Vbi pennarum ſumma torrefacta in læuorem redegeris, omnia vino excipiuntur, vt ſtrigmenti habeant ſpiſſitudinem. Atque ſi venæ ſedis ſanguine turgentes intus latent, medicamentum infunde: ſin foris prominēt, inunge. Mirè quoque ſuccurrit rimis in præputio, tam incipientibus quàm inueteratis, propter lotium, quod inter meiendum inter glandem ac præputium detinetur.

DE VNGVENTORVM ET OLEORVM COMpoſitorum viribus ac ratione, Cap. X.

SErmonem de oleorum compoſitione reliquis non minus vtilem, iis quidem qui methodum in medendo ſequuntur, iam, vt ne hac quidem parte ratio medica per omnia proficiſcens deficiat, explicabimus. Et quemadmodum ex iam dictis ſumpta occaſione, alia ad eorum formam conſimilia condere, & in alia incidens medicamenta, qua vi polleant quibúſque potiſſimùm affectibus magis congruant, nouiſſe potes: ita & rationibus quibus oleorum compoſitiones contineri videntur, expoſitis, ac quammaximè opportuna complectentibus, te ea quæ iam tradentur inſequentem, alia quoque iuxta eam rationem concinnare permittam. Ac primùm à nardino, cæteris ſumptuoſiore exorſi, deinceps reliquorū quæ nobis magis explorata ſunt, mētionem faciemus. Nardinum igitur vnguentum, excalfacit & adſtringit: quocirca iis auxiliatur qui aſtrictione caloréque indigent, nempe ſtomachicis, cœliacis, deſtillationi & thoracis vitio obnoxiis, & ſuſpirioſis: admiſcetur quoque emplaſtrorum cōpoſitionibus. Eius autem concinnandi ratio ita ſe habet: Olei lib. tres, enulæ Campanæ, ligni aloes, iridis, foliorum myricæ, ariſtolochiæ, arboris thuriferæ, frondium lauri, caſiæ, xylocaſiæ, iunci odorati, coſti, amomi, ſtyracis, myrrhæ, cardamomi, caryophylli, hali, ladani, aſari, zarnabæ, myrobalani, fructus balſami, terebinthinæ, ſing. vncia, aſpalathi, piperis, cinamomi, ſing. duella, cyperi, xylobalſami, folii, ſpicæ nardi Celticæ, xylocinamomi, bochi, ſingulorum ſeſquiſextula, balſami duella, vini odorati quantum ſatis eſt. Gleucinum efficax contra horrores, neruorúmque affectus: Olei porracei libr. tres, vini veteris cadi quatuor, muſti lib. vigintiduæ, foliorum myricæ aridorum, caſiæ, vtriuſque vncia, frōdium lauri vnciæ duæ, ſecuridacæ, artemiſiæ, cyperi, piperis, ſpagni, bdellii, iri-

A dis, carpobalſami, crocomagmatis, aſari, fœnigræci, ſing.
vnc. myrrhæ, lini balſami, ariſtolochiæ rotundæ, cuiuſq;
ſemuncia, ſtyracis, ladani, croci, opopanacis, cardamomi,
amomi, ſertulæ Cāpanæ, roſarū ſiccarum, ſampſuchi, fœniculi, ſing. ſeſcuncia, aſpalathi, thuris, roriſmarini, calami
odorati, caſiæ nigræ, coſti, nardi Celticæ, inuolucri fruct⁹
palmæ adhuc florentis, ſing. ſelibra, cambi, *hoc eſt baccarum
myrti*, ſeſcuntia, enulæ Cāpanæ libra. Conficitur verò hoc
pacto: Viridibus in mortario contuſis, oleum & muſtum
cum vino vetere toto coniicito: debet autē impleri dimi-
B dium oleo aut vino vetere, reliquúmq; muſto quod mediam olei menſurā pēdat: ea diebus quinque macerari ſinuntur: poſtea vſque dum muſtum ferueat vinúmque vetus, coquūtur: deinde percolato decocto herbas abiicito,
atque vt iacturam ſuppleas, olei quod remāſerat, & muſtū
vnà cum radicibus, præcocto oleo, cæteriſque tuſis, ac dēſo in cerniculo excuſſis, adiicito: atq; omnibus ad vnitatem redactis, diebus quinque madeſcere permittito, rurſúſque vſque ad totius muſti feruorem coquito, & colatæ
ſex diebus ita ſinito: demum colo tranſmiſſum oleū in
C vaſe vitreo reponito. Cyprinum oleū facultatē obtinet
calfaciēdi, emolliēdi. vuluæ & neruorū affectibus ſubuenit, laterū inflāmationibus illitum auxiliatur, lienoſis itē
cū exiguo aceto inūgitur, miſcetur & ceratis & malagmatis, cōuenit iis quibus ceruix in ſcapulas cōuellitur, angina laborātibus & inguinum inflammationibus, illitum:
præſtantiſſimum quoq; eſt linimentum iis qui ob laſſitudinē febriūt: Foliorū citri, cyperi, iridis, ſaluiæ, ſampſuchi,
cumini Æthiopici, myrrhæ, ſtyracis, maſtiches, ſing. quadrans, arboris thuriferæ, ariſtolochiæ, ſeminis ammis, li-
D gni balſami, xylocaſiæ, ſing. triēs, enulæ Campanæ, aſpalathi, floris liguſtri, ſingul. ſelibra, violarum vncia, cupreſſi
ſextans, foliorum lauri quadrans, rutæ ſextans, opopanacis ſextans, olei cadus. hæc vbi vini veteris & adſtringentis tribus cadis fuerint præmacerata, vnà cum oleo decoquuntur tribus horis, folia citri, arbor thurifera, folia lauri, cyperus, enula, aſpalathus, ariſtolochia, iris, ſaluia, ſemen ammis, ruta, & cupreſſus: deinde deterſis ſordibus
herbæ proiiciuntur, ac oleo reliqua ſuprà enumerata adiiciuntur. Sicyonium, calfacit, diſcutit, & emollit: Flo-
E ris roriſmarini, pyrethri, euphorbii, agarici, caſtorei, nitri,
ſingulorum quadrans, radicis cucumeris ſylueſtris libræ
duæ, olei & vini modus qui ſatiſfacit. Roſaceum oleū
refrigerat & aſtringit, inflammationibus & phrenitidi
ex aceto capiti illitum accommodatur: Roſarum rubrarū
detractis vnguibus, & nocte diéque marceſcentium quadrantem, in olei ex acerbis oliuis expreſſi ſeſquilibra, operculato vaſe, dies quadraginta inſolato. hoc potum aluum ſoluit, & ventriculum æſtuantem reſtinguit, vlcera
caua nutrit, & ad vteri inflammationem pollet: cum mel-
F le ac ſalis exiguo infuſum inteſtina laceſſit ac irritat, & in
dolore dentium vtiliter colluitur. Anethinum, ad horrores circuitu repetentes calidum illitum, laſſitudines, &
articulorum dolores, valet: ſubter item inditum, vteri duritias emollit. Anethi viridis per diem & noctem marceſcentis vncia, in olei dulcis ſeſquilibra, operculato vaſe
dies quadraginta inſolatur. Chamæmelinū illitum per
ſe vel cum vino bene diluto calido, rarefacit, febrē præcipuè diuturnā diſcutit: quinetiā omniū corporis membrorū dolorē, illitum leuat: Chamæmeli florū ſine cādi-
G dis foliolis ſextantē, in olei libra, vitreo vaſe linteolo coo
perto, quadraginta dies inſolato. Oleū è lilio, muliebribus vitiis cōgruit, vlcera capitis manātia, furfures, feruidas eruptiones hyeme cōtractas, illitū ſanat, atq; ad omnē
inflāmationem cum vitellis ouorum inunctum accommodatur: potum, deiectionē bilis per aluum molitur: ſtomacho aduerſatur, & nauſeā parit: Foliorum lilii, demptis
vnguibus ab imis partibus, ſextans, olei dulcis libr. tres.
vbi triduo inſolaueris, alia prioribus abiectis adiici debent, rurſúmque triduo exacto, alia: térque id negotium
H eſt obeundum. hoc tepefacientem facultatem obtinet.

Rutaceum calfacit, & exſiccat: quare deſtillationibus ac doloribus thoracis, reliquorúmque corporis membrorum quæ calfieri poſtulant, accommodatur: Comarum rutæ & foliorum die noctéque vna tabeſcētium

vncia,olei libra:anethini modo ſoli exponitur. Violaceum oleum,vtpote refrigerans,ad feruentes inflammationes idoneum eſt:Violarum quadrans,olei libræ duæ.

Myrtaceum,refrigerat ac aſtringit:quocirca cœliacis affectibus conuenit, ambuſta item & exanthemata illitu perſanat:valet ad attritus quos hyems genuit,illitum, ad ſedis rimas,cōdylomata,atque ad artus laxatos: ſudorem quoque reprimendi vi pollet. Accipit foliorum myrti tenerorum vnciam:cōciduntur, & in olei immaturi ſextarium demittuntur,& vt cætera adminiſtrantur. Irinū calfacit,emollit,roborat:Iridis, aſpalathi, baccarum viticis,piperis,enulæ Campanæ,ſingulorum vncia,opopanacis,iunci odorati,vtriuſque vncia,anchuſæ duella ſcriptula duo,caſiæ ſemuncia,xylobalſami vncia, nardi Celticæ vncia,olei modus qui ſufficiet. Melinū aſtringit:quamobrem ad ſtomachi iecinoriſque imbecillitates eſt vtile, & ad ventrem defluxionibus infeſtatum: Malorum cotoneorum,exempta medulla,ſelibra,olei omphacini ſextarius. mala in minutas partes diſſecta adiecto oleo dies quadraginta inſolato. Maſtichinum leuiter calfacit, & amplius aſtringit:quadrat cœliacis,ſtomachicis,& dyſentericis, vitia faciei illitum delet, & colorem cutis commendat: Maſtiches vncia,olei immaturi ſeſquilibra. coquuntur in duplici vaſe. Ratio compoſiti maſtichini ita ſe habet:Olei lib.ſeptuaginta,xylobalſami lib.decem,iunci odorati lib.quinq;,xylomaſtiches lib. octo,terebinthinæ lib.tres,comarū abſinthii libra, vini odorati lib.quindecim.arida in vino tribus antè diebus macerata oleo & vino miſcentur,& horas ſex coquuntur, mox maſtiche & terebinthina probè liquefacta iniiciuntur, colatáque & refrigerata in vas tranſfunduntur. Laurini compoſitio eſt huiuſmodi:Olei maturi libr. ſeptem & ſemis, baccarum lauri maturarum ſeſquilibra, commiſtis & mollitis oleum excernitur. quidam baccas ſeparatim molliunt, & ita oleum exprimunt: eſt autem hoc merum & ſincerum. Laurinum excalfacit vehemēter, & emollit:ideóque ſcabie infeſtatis, & aſperis impetiginibus conflictatis illitum medetur. Cæterùm eo abſtinendum eſt in impetigine ac ſcabie inflammationem minante,ac in calida bilioſáque temperie: nanque frigidis & humidis ac pituitoſis,necnon quorum articuli perfrictione tentātur, & coxendicum dolore laborant,accommodatur. Vermes & pediculos enecat:capitis furfures, alopecias & ophiaſes corrigit. Vſus eius eſt in lauacro: deinde abſtergere oportet ouo & melle ac fœnigræci farina. ſed cauendum eſt ne capiti calido admoueatur. Omphacinum oleum eſt quod acerbis vuis exprimitur(*Græci* ὠμοτριβὲς appellāt) ſtomacho propter ſuam aſtrictionem idoneum, prægnantes gingiuas reprimit, & ore detentum dentes labantes firmat, ſudores cohibet illitum, contra venena lethifera aſſiduè potum & vomitione reiectum datur: decoctum verò cum ruta torſionibus correptis exhibetur: eſt & in vetuſtis febribus præſentiſſimum linimentum. Amygdalinum prodeſt aduerſum inflammationes & vteri in latus inclinationem eiúſque ſtrangulatus,infuſum: capiti irrigatum,eius doloribus medetur:aurium labores,ſonitus, ac ſibilos inſtillatum diſcutit: valet & ſorptum ad nephriticos,ægrè lotium reddentes,calculoſos, iecinoroſos,ſuſpirioſos,tabidos:maculas faciei delet eámque erugat,ſi melle & radice lilii ac roſaceo,tanquam cerato abſtergatur: oculorum abolet hebetudines, manantia capitis vlcera furfuréſque ex vino deterget: hoc quidam μετώπιον nuncupant. Conficitur autem hoc pacto: Amygdalarum amararum chœnices quatuor, purgatas & exſiccatas piſtillo ligneo in mortario leuiter tantiſper contundito dum maſſa fiat, eíque aquæ feruentis cyathos duos affundito, itáque ſemihoræ ſpatio dimittito. poſthæc validius terito, deinde manibus complicatis exprimito,& quod per digitos defluit,ſubiecta concha excipito: rurſúſque in id quod expreſſeris aquæ heminam infundito,& ſpatio vt eam combibere poſſit interiecto, opus redintegrato. quatuor chœnices heminam ſiue cotylen reddunt. Eodem quo prædicta modo, paratur è ſeſamo ſeſaminum, & ex nucibus iuglandibus caryinum.

Quin & hyoſcyaminum, ita è ſemine apollinaris herbæ conficitur:valet & ad aurium dolores,& peſſis emollientibus admiſcetur. Simili quoque ratione Cnidiinum, è grano Cnidio concinnātur,vim obtinet purgatoriam:eo pacto & è cnico cnicinum, ſed infirmius eſt: ſimiliter & raphaninum,ſubuenit iis qui ex morbo phthiriaſi laborant.faciei quoque aſperitudines deterget. Melanthinū adhæc eandem habet facultatem, & componendi rationem. Sinapinum conſtruitur ſinapi in læuorem redacto,& aqua calida macerato,deinde admixto oleo,ac expreſſo.facit ad inueteratos dolores, ex alto id quod infeſtat euocans.

DE VENENATIS, Cap. XI.

NVnc verò, quod nouiſſimum eſt, nec minus vtile, de venenatis quæ neceſſaria ſunt differentes, reliquum eius quod hoc libro polliciti ſumus, perſoluamus, atque initio à familiari nobis animali ſumpto, deinceps de reliquis pertractabimus. In rabiē igitur in vehementiſſimis æſtibus vtplurimùm canis agitur: atque vbi ea corripuit,potum cibúmque auerſatur, multúmq; pituitæ ſpumoſæ ore & naribus profundit, & prauis oculis intuetur,ac ſolito eſt triſtior: ſine latratu beluas & homines, notos iuxta ac ignotos,nullo diſcrimine inuadit. Porrò vbi momordit,nihil moleſtiæ ſtatim,præter dolorē è vulnere,infert:ſed proceſſu vitium, quod ab aquæ formidine ὑδροφοβικὸν *Græci* nominant, progignit: oboritur autē id cum neruorum cōuulſione ac totius corporis rubore, præcipuè totius faciei ſudore,& anxietate. Nōnulli ex demorſis lucem fugitant, alii perpetuo mœrore contabeſcunt. ſunt qui canum more oblatrant, & obuios demordent,mordentéſq; eiuſdē mali authores euadunt. Accommodatum his eſt medicamentum è cancris fluuiatilibus, quod conſtat parte vna gentianæ miſtæ cum crematorū cancrorum cineris partibus duabus. Diximus autē antea de huiuſmodi medicamento,vbi de iis quæ aduerſus venenata valent meminimus,vnde de omni medicamento diſces, quod ad venenatorum ictus quoſlibet valet. Nec verò timenda ſunt vlla æquè rabioſorum animalium vulnera,vt exigua ac ſcarificationibus ſimilia:nam ex maioribus cumulatus copioſúſq; ſanguis dum effunditur, aliquid quoque veneni eluitur:at ex minoribus, nequaquā. Atq; ex maioribus,abſcedētes carnes adimēdæ ſunt, & labiorum margines acie ſcalpelli deglubi debēt: quū caro intenditur,cauo ſcalpello excindenda eſt, & vtrinque altius adactis ictibus,quò ſanguinis euacuatio ac profuſio, veneni affectui aduerſetur. Quin & cucurbitula cum multa flāma admota, copioſum præſtat iuuamentū, vt vim veneni eneruet ac diſſoluat. At longè efficaciſſimum in venenatis ictibus præſidium eſt vſtio:nam quum ignis facultas quauis alia ſit validior,ſimul veneno potitur,impeditq; quo minus penitius ſerpat,ſimul eius deuicta portio non contemnendā occaſionem inſequenti curationi largitur,quòd diutius ſcilicet exulceratio perduret: in id enim in primis eſt inuigilandū ne citius quàm res exigit, partes coaleſcant. Præſtant hoc & ſalſamenta impoſita, & contritū allium, cæpéq;, liquor item Cyrenaicus, & ouorum vitella tam cōmāducata,quàm ſecus. Quòd ſi(vt crebrò vſuvenit) cicatrices prius quàm dies poſtulet,obducātur, opus eſt circùm carne amputata aut exuſta,vulnera aperta tenere ac refricare. Cæterùm certo præſcriptóque dierum numero tranſacto,permittendum vt vlceribus cicatrices obducantur. atque emplaſtro è ſale, regio omnis eſt comprehendenda: deinde paucis interpoſitis diebus, locus ſinapi exulceratur. Cibus ſit allium & cæpe,& porri:potus verò,vinum meracius. hæc enim difficulter mutantur, ægréque exitum reperiunt: ſiquidem eorum qualitates ad plures dies permanent, quando vi illa lethifera non vincantur, neque immutentur,ſed ex aduerſo ipſam oppugnare ſoleant. Vtilia ſunt & antidota, eáque præcipuè quæ pluribus aromatis componuntur: etenim aromata & odoramenta omnia, ſua natura ac facultate ægrè mutationem ſentiunt. Non eſt tamen ignorandum,vitium quod ab aquæ metu,diximus ὑδροφοβικὸν nūcupari, haudquaquam præſcriptum ſtatutúmq; habere

diem quo ingruat: ſiquidem vtplurimùm quidem poſt quadrageſimum diem negligentiores adoriri ſolet, attamen interdum & poſt ſex menſes & anno elapſo inuadere contigit, vt nos experientia comperimus. Sunt qui narrent aquæ pauorem poſt ſeptimum demum annũ quoſdam corripuiſſe. Porrò cibi acres potionéſq; meracæ quotidie aſſumantur, quæ locũ hebetare queant: ſudor quoq; qui cibum antecedat & ſequatur, prouocandus eſt. adhæc picatio & ſinapiſmus, tum in parte tũ in toto corpore eſt vtilis. Verùm omniũ præſtantiſſimus eſt elleboriſmus, & ſacra ex colocynthide antidotus. Quin & lac ſciſſile purgare poteſt. Atque de his hactenus, nunc reliqua ſubnectamus. Quos phalangium momorderit, iis locus rubeſcit, & exiguas punctiones oſtendit: ſed neque intumet, neque plurimùm calet, verùm modicè rubet, & frigidus ex aduerſo ſentitur. Comitatur tremor toto corpore, & inguinum ac poplitum collectio contenſióque conuulſioni adſimilis: circa lumbos dolor, & perpetua vrinæ reddendæ ſtimulatio, ac difficilis recrementorum excretio, ſudor ſimiliter frigidus tota corporis ſumma cute prorumpit. His imponendus eſt cinis ficulneus cum ſale ex vino ſubacto: aut radix ſylueſtris Punicæ trita, vel ariſtolochia cum farina hordei ex aceto macerata. Adhæc, vlcera marina aqua fouenda ſunt, apiaſtríque decocto, & folia eius inſpergenda. Frequentius in balneum demittere oportet, ac hæc medicamenta propinare, abrotoni ſemen, aniſum, ariſtolochiam, cicer ſylueſtre, cuminum Æthiopicum, fructus cedri, platani corticem, trifolii ſemen, ſingulorum ſiciliquum cum vini hemina. Aiunt quidam expreſſum è cancris fluuiatilibus ſuccum cum lacte, & apii ſemine addito, à moleſtia liberare. Veſparum & apum ictibus malua cataplaſmatis more impoſita ſuccurrit. item farina hordeacea cum aceto, & lac ficus morſibus inſtillatum, fotúſque è muria aut aqua marina. Demorſis ab ea quæ ſcolopẽdra nominatur, locus in ambitu liueſcit, ac nonnunquam fæculentus, rubérque rarò apparet. Exulceratur autem ab ipſo morſu ducens initium, eáque exulceratio laborioſa ac propemodum intolerabilis efficitur. præter hæc pruritus toto corpore perſentiuntur. Super vulnus iniicienda eſt ruta ſylueſtris trita cum ſale & aceto: foueri item debet locus muria acida: potui quoque exhibetur ariſtolochia cum vino, aut ſerpyllum, vel nepita, aut ſylueſtris ruta. Iis quos ſcorpius morſu laceſſiuit, eueſtigio vulnus inflammatione tentatur, dureſcit, & rubore ſuffunditur, atque non ſine cruciatu dolet, alternis vicibus modò calor ingens modò frigus perſentitur, & labor repentinus, qui nunc leuis eſt, nunc ingraueſcit. Comitatur ſudor, & horroris ſenſus, tremórque, & extremorum perfrictio, inguinum tumores, in ſede pilorum erectio, & grauis moleſtia. In ſumma item cute dolens quidam punctionis occurſus perſentitur. Lac ficus vulneribus inſtillatum, ipſéque, qui vulnus inflixit, ſcorpius in puluerem redactus locóque vulnerato impoſitus, tanquam vulneris ſui medicus, opitulatur, ita iubẽte naturæ rerum diſſidio, quam *ἀντιπάθειαν Græci* nominant. Succurrit & ſulphur ignem non expertum reſina terebinthina exceptum, item galbanum ſplenii more extenſum, & loco inductum, & in vino paratum cum rutæ decocto. Semen quoque trifolii herbæ tritum ac impoſitum auxilio eſt. Vtendum eſt & potionibus ariſtolochiæ cum vino, & gentiana, & pulegio, & baccis lauri, & nepita cum poſca. Vſus adhæc balnei continuus, cum ſudoris prouocatione copioſa, & potione vini diluta commendatur. Paſtinacæ marinæ morſum confeſtim graues dolores ſubſequi incipiunt: continuæ item conuulſiones, & labor ac imbecillitas, mentíſque vacillatio ac vecordia. poſthæc, vocis priuatio, oculorum caligo, & ipſe locus qui plagam accepit, in ambitu, & quæ vicina ſunt, nigra euadunt & tangentem non ſentiunt. Et ſiquis eum preſſerit, ſanies inde nigra, aſpera, & graueolens excernitur. Iuuant hos omnia quæ contra viperæ morſum valere trademus. Præterea in potu datur abſinthium, ſaluia, ſulphur cum aceto, ipſáque diſſecta atque impoſita ſuo vulneri medetur.

Quos vipera demordit[2], corpora intumeſcunt, & vehementer ſiccantur, coloréque ſubalba conſpiciuntur. Sanies adhæc è vulnere promanat, primùm ſubpinguis, poſthæc cruenta, puſtulæ ambuſtis ſimiles erumpunt, mox ſerpit venenum lõgè latéque depaſcens adiacentia, ídque non modò ſumma cute, verùm & in altum ſubiens. Gingiuæ ipſis ſanguine ſuffunduntur, & iecur inflammatio parum conſtans corripit. Torſiones item & vomitus bilioſis oboritur. accedit præterea tremor, & carus, & vrinæ difficultas, frigidíque ſudoris effuſio. Auxiliatur fimus caprillus ex vino iniectus: item laurus, abrotonum, galbanum impoſita: adhæc pulli gallinacei diſſecti, atque ilico appoſiti: præterea cortex raphani validè tuſus, & ſquilla aſſa, ac chamæmelinum tritum. Bibitur & leporinum coagulum efficaciter pondere trium obolorum, & ſuccus porri inſtar heminæ in meraco vino, necnõ apiaſtri ſuccus, & ruta ſylueſtris in vino: ipſum quoque vinũ ſumpſiſſe iuuat, & allia, & porros, ac cæpas, ſalſamentáque. Gallinacea item cerebella ex vino pota, ſeménque ſatiuæ braſſicæ ex vino. Habes quoque Andromachi theriacen antidotum, quæ pota aut appoſita, nulli alteri medicamento vtilitate cedit. ſcripta præterea fuerunt & alia antidota, quorum vſu laboranti ſuccurres.

Similia iis eueniunt quos amphiſbæna aut ſcytale momordit, quare & conſimilia ſunt auxilio. itaque & inde quæ hîc peragi debent ſunt petenda. Morſui quem druinus intulit, vehementes oboriuntur dolores, & in loco puſtulæ prorumpunt, ex quibus conſequenter aquoſa ſanies effunditur: adhæc roſiones & torſiones comitantur. His opitulatur ariſtolochia cum vino pota, trifoliúmque, herba & radix haſtulæ regiæ eodem modo aſſumpta, necnon quercus cuiuſcunque glandes epotæ, ac ilicis radix aſſa & cataplaſmatis more inducta auxilio eſt. Quos hæmorrhous momordit, validis corripiuntur doloribus, atque macilenta ac prorſus ſtrigoſa ob cruciatuum continuitatem corpora redduntur: ex vulnere multus cruor excernitur, & ſiqua parte corporis cicatrix reperiatur, ſanguine manabit. Alui quoque excrementa ſunt ſanguinea, cruórque qui emanat, in grumos concreſcit. adhæc è pulmonibus ſanguinem tuſſi reiiciunt, eúmque euomunt citra auxilii opem. Iam qui à dipſade mordentur, iis tumor qui celari nequit accidit, ſitiſque adeo vehemens vt neque ſatiari poſſit neque vllo tempore intermittat. Ictus ab hæmorrhoo & dipſade illati, deplorati ſunt, ceu qui remedia reſpuant. Attamen enitendum eſt vt vſtio (ſi locus patitur) membrique præciſio ac mutilatio accerſatur: deinde acria cataplaſmata imponere conueniet, cibóſque acres exhibere, & meracum bibere, & frequenter lauare, atque id genus reliqua aſſiduè obire. Vlcus ab hydro, quem nonnulli natricem vocant, morſu illatum dilatatur, ac in medio liueſcit: ſanies ex eo emanat copioſa, nigra & graueolens, tanquam ex vlcere paſcente quod *νομὴν* vocant. Prodeſt origanum aqua ſubactum, vel lixiuium quernum cum oleo, vel ariſtolochiæ cortex radixve trita, farina item hordeacea cum hydromelite potatur, & ariſtolochia cum poſca, aut marrubii ſuccus cum vino, & recẽs fauus cum aceto oblatus. Quòd ſi cenchrus nocuit, morſus eius viperæ ſimilis euadit, putredo comitatur, & carnes tumefactæ prius, vt in aqua inter cutem, defluunt, fiúntque lethargo obnoxii, & delatione in ſomnum corripiuntur. Teſtatur Eraſiſtratus, iecur ipſis & veſicam ac inteſtinum laxum affici: ſiquidem diſſectis partes hæ quodammodo corruptæ reperiuntur. His lactucæ ſemen vnà cum lini ſemine cataplaſmatis in modum applicatum auxiliatur. Succurrit & ſatureia, & ruta ſylueſtris, ac ſerpyllum cum haſtula regia læuigatum: centaurei item radicis ſiciliquus cum vini cyathis duobus, aut ariſtolochiæ radix & cardamomũ ac gentiana pota. Si ceraſtes momordit, locus attollitur cum duritia ac puſtulis. Manat è vulnere ſanies, modò nigra modò ſubpallida. Quin & totus corporis coalitus varicum modo attollitur, genitale arrigitur, mens alienatur, oculi caligant, & neruorum diſtentione tandem intereunt. Hos membri præciſio celeris ſanabit: quare amputandum eſt quod morſu contigit, aut partes demorſæ quæque his ſunt vicinæ, ilico ſunt excarnificandæ:

reliquæ verò ferro candenti exſiccandæ. Aſpidis morſus acus puncturæ ſimilis, omnino exiguus ſine tumore apparet. Sanguis non multus, ſed paucus & niger deſtillat: ſubita oculorum hebetudo inuadit, dolor totius corporis multiplex, ſed omnino lenis, & non ſine quodam voluptatis ſenſu comitatur, cordis morſus exiguus infeſtat, frons aſſiduè conuellitur, palpebræ dormiĕtium inſtar ereptis ſenſibus mouentur, atque inter hæc mors prehendit, ne diei quidem tertia parte interpoſita. Eadem quæ in ceraſte ſunt auxilio. Celerrimumum eſt huius venenum, quòd ſanguinem in arteriis ſuo frigore coagulet. Quum baſiliſcus quempiam momorderit, vulnus ſubaureo colore tingitur, & mors auxilia anticipat, ſed tam peſtilens veneni pernicies in Libyæ deſertis ſeceſſit, raróque aliqui in eum incidunt illive occurrunt. Quod vitium prius quàm demorſi ipſum perſentiant, aut cum medico communicent, mors repentina inuadit, omnem quæ de eo haberi poteſt præripiens curam ac diligentiam. Quæ verò familiaria ſunt, atque ad viuendi rationem loco concedente, aſſumere licet, ea partim victus ratione calidiore, & meraca potione, partim medicamentis quæ vulneribus admota virus prolicere queunt, partim antidotis huic rei accommodatis, vſurpare decet: quemadmodum de iis ſuperius ſatis ſupérque diſſeruimus. Porrò aduerſus omnem venenatum ictum adhibendus eſt qui vulnus exugat: non tamen exugentem ieiunum eſſe oportet, verùm cibum ſumpſiſſe debet, ac vino os colluiſſe: deinde olei pauxillum in ore contineat, atque ita ſugat. Ipſe præterea locus ſpógia fouĕdus eſt, ac ſcalpello altioribus plagis ſcarificandus eſt, quò omnem euomat luem: quinetiam carnis in circuitu exciſio atque ablatio vicinas par-

A tes tuetur, ac à labe vindicat. Quòd ſi locus carnem excindi non patitur, cucurbitulam cum flamma copioſiore defigere oportet. Quòd ſi ægrè abſciſionem demorſæ partis admittit, citra cunctationem ac moram, tota particula amputanda eſt, præcipuè ſi fera malignior fuerit, quæ ictum intulit. Imponitur autem cinis ſarmentitius aut ficulneus cum ſtillatitio lixiuio, ſubactis cum garo acri ſalſamĕtis, porris, cæpis, alliis, ac tritis: gallinacei item pulli diſciſſi, & quam calidiſſimi vulneratæ parti admoti, magnopere auxiliantur: quippe qui peſtilens ad ſe virus pel-
B liciant. Habes & diſputationem de virulentis feris ſufficienter tibi explicatam, vt ne hac quidem parte quicquã quod ad medendi rationis notitiam pertineat, deſiderare queas. Cæterùm quia de morborum agnitione ac cauſis, duobus primis libris à nobis tractatum eſt, & in duobus aliis ſequentibus de iis quæ ad affectuum qui ſingulis partibus incidunt, curandi rationem ſpectant, diſſeruimus: ac demum duobus his poſtremis quæ tum internis tum externis vitiis aſſumpta opitulari cenſentur, tradidimus: túque denuò legationem obire ſtatuiſti, ex iis
C quæ docuimus, abundè quenuis morbum agnoſcere, eique quæ neceſſaria ſunt adaptare, hinc ſumpta occaſione potes. Quòd ſi quippiam in hoc commentario deeſſe videbitur, ne vllis aliis egeas medicorum libris, vbi legatione functus redieris, id quoque, ſi quidem vitæ aliquid adiicietur, Deo concedente, abſoluetur. Interea temporis hic opus finem nunc accipiat. Vtinam autem hæc omnia percurrenti euoluentique, fructu atque vtilitate quæ in eis ſunt, perfrui liceat, quò & nos hinc gratiam aliquam reportemus, & ne fruſtra laborem ſuſcepiſſe videamur.

Admonendus es lector, duos poſteriores libros huius operis (quod Medicus uel de methodo medendi inſcribitur) à nonnullis in unum eſſe redactos: quem ab hoc opere ſeparantes, De medicamentorum compoſitione inſcripſerunt. Eos autem ad id faciendum uidentur impuliſſe ipſius Actuarij in principio libri quinti uerba, quæ lege.

QVÆ INTERPRES SPARSIM IN HIS SEX DE METHOdo medendi libris annotarat.

Columna 159. A. Ita enim progrediente ſermone] *Poſt hæc uerba deſunt quædam.*

169. F. Verùm quum in ea tractatione] *Lib. 2. cap. 15.*

189. C. Vocatúrque affectus ἕρπης] *Hunc alij herpetem exedentem appellant, ſiue ἕρπητα ἐσθιόμενον.*

190. F. Dictæ porrò ſunt χοιράδες] *Quidam Latini etiam ſcrophulas uocant.*

201. B. Cæterùm de ſingulorum horum facultate] *De ſomno nihil hoc loco: uide lib. 2. De ſpiritu animali, cap. 11.*

205. B. ὀπώρας Græci nuncupant] *Latini quidam ὀπώρας, poma uocanda putant.*

253. E. Scammonii ſextulam terito] *ἑξάγιον cum Ruell. ſextulam uerto: & hexagia duo, duellam: hexagij uerò ſemiſſem, ſcriptula duo.*

254. B. Seminis cucumerum, intubi erratici, &c.] *Non cõuenit cum Ruell. editione.*

254. C. Seminis portulacæ ſemuncia] *Ruell. drach. tres.*

255. A. Amaraci, chamæmeli, & artemiſiæ, ſingulorum ſemuncia] *Ruell. ſextula.*

255. E. Tragacanthæ, maſtiches, vtriuſque ſcriptula duo] *Ruell. ſeſquiſextula.*

256. B. Roſarum, ſpodii, &c. vtriuſque drach. quatuor] *Non conuenit cum Ruell.*

256. G. Florum ſylueſtris Punici, amyli torrefacti, &c. ſingul. ſextula ſcriptula] *Non conuenit cum Ruell.*

256. H. Rhois culinarii] *σοῦκ, Ruell. ſequimur.*

257. C. Paſtillus è veſicaria] *Habet Ruell. alterum paſtilli è corallio conficiendi modum, qui ſequitur. Altera eiuſdem paſtilli conficiundi ratio: Lapidis corallij uncia, anagallidis herbæ uncia, rhei barbarici ſextans, ſpicæ nardi ſextans, ariſtolochiæ longæ triens, caryophyllorum quincunx.*

257. E. Croci oboli terni, herbæ apollinaris ſeminis drachmas quatuor] *Ruell. ſex.*

258. G. Rhei Pontici, nepetæ, &c.] *Non conuenit cũm Ruell.*

259. A. Sapientiſſimus Galenus] *De compoſitione Theriacæ ex Galen. lib. 1. De antidotis.*

260. G. Theriaci paſtilli] *Vide lib. De theriaca ad Piſonem.*

262 C. Accipit mameræ vnciam, &c.] *Hoc antidotum corruptum eſt in Ruell. ut ſatis conſtat ſi conferatur cum Nicolao Myrepſo, ubi hoc legitur in ordine 268.*

262. F. Sanguinis draconis vnciam, cinabaris, &c.] *Notent qui cinabarin putant eſſe ſanguinem draconis officinarum.*

263. D. In aliis libyſtici] *Ruell. habet, elaterij, ubi noſter codex legebat, ἐν ἄλλοις.*

265. B. Piperis candidi, nardi Indicæ] *Pondus deſiderabatur, ut in Ruell.*

267. B. Penidiorum drach. ſedecim, &c.] *Sub finem non conuenit cum Ruell.*

267. E. Galliæ moſchatæ] *Græcè legitur σοὺκ μοσχάτον, quod nos Ruellium ſequuti ita reddidimus. Suprà tamen col. 267. E. σοῦκ, rhoen culinarium uertimus eundem Ruellium ſequentes.*

267. G. Ambaris, agallochi, vtriuſque tar] *Tar, Nicolaus Myrepſus habet ſcrupulos duos, apud quem interdũ legitur Tarium.*

Ib. G. Stimmi] *Puto legendum Folij.*

269. H. E punicis malis compoſitio ſtomatica] *Ruell. ſtomachica. ſic codex Græcus C L. V. Ranconeti habet, τὸ διὰ ῥοῶν ςομαχικόν.*

272. A. Pulegium, atram bilem pellit] *Doſis, unciæ duæ cum dimidia ex mulſa.*

273. F. Pedicularis herba, ſiquis eius grana decem] *In Dioſcoride legitur quindecim.*

273. H. In cibis autem decocto præbetur] *In Dioſcoride obſonio.*

374. A. Semen eſt quale thymi] *In Dioſcor. ſemine epithymi.*

274. D. Id medicamentum quod triphalium paruã nuncupant] *Infrà legere eſt triphyllon. Ex hoc colligas quàm per-*

uerſus ſit ordo in Ruell.*editione.*

275.B. Nymphææ,œnanthæ] ζακανθόκοκκα *legitur Græcè: nos* Ruell.*ſequimur.*

Ibid.F. Seminis apii, ſeminis fœniculi] *Deerat pondus.* Ruell.*habet,ſing.unciam.*

276.C. Compoſitio orbiculorum, quod Græci κοκκία] Κοκκία,*quòd granum coccineum magnitudine adæquent orbiculi.*

277.D. Maſtiches,aniſi, ſtœchadis] *Videtur hîc aliquid deſiderari.*

278.B. Si verò agaricum,& medullam] *ſ.colocynthidis.*

280.G. Imbecillioribus verò,ſiliquos nouem] *Legebatur duos:ſed puto cum* Ruell. *legendum nouem, ut ſit dimidium drachmæ.*

281.B. Olei Cyprini drachmæ] *Deerat nota ponderis.* Ruell.*habet,centum.*

283.D. Cæterùm quia purgantia,&c.] *Hæc in* Ruell. *editione deſiderantur.*

287.F. Raphanus item,& ſinapi, & cardamomum] *Fortè naſturtium:ut* κάρδαμον,*non* καρδάμωμον *legatur.*

288.G. Atque de his hæc ſatis faciant,&c.] *Hactenus deſũt in* Ruellio:*ſequebatur caput de emplaſtris & malagmatis,quod nos in ſuum locum reſtituimus.*

289.B. Quibus in calce libri alia quoque adiunguntur] *Docent hæc nos,rectè,contra exemplaris Græci fidem,quintum librum in medicamentis exitialibus finiuiſſe.* Hoc *libro* De *medicamentis quæ exteriùs adhibentur,pertractat.*

Ibid.G. Inquit Galenus] *Galeni curatio lib.*1. De *comp. med.ſecundum loca.*

290.D. Poſt euphorbium cenſetur ſinapi, & naſturtium] *Naſturtium,licet in exemplari legeretur cardamomum.*

Ibid.E. λιμνῆτις dicta] *Paulo pòſt uocat hanc* λήμνισκον.

292.D. Aut,Arundinis foliorum,&c.] *Locum hunc ex Galeno reſtituimus.*

Ibid.G. Hoc,inquit Galenus] *Lib.*1.*Compoſ.med.ſecundum loca,cap.*1.*in fine.*

Ibid.H. Aliud,Adipis taurini,&c.] *Locus ex Galen.reſtitutus.*

293.B. Myrti tuſi ſextarium,bryi.] *In Galen. uſti ſextarium, muſci.*

301.D. Cum roſaceo aut Cyprino tepefactum] *Galen.feruefactum.*

303.D. Habet adipis anſerini drach.quatuor,hyſſopi] *Galen.œſypi,pro quo Actuarius ſæpe habet hyſſopi,ut ſuprà lib.* 5.*mo nuimus.*

307.A. Quod ego compoſui] *Galenus ſcilicet.*

Ibid.E. Cadmiæ trientem] *Galen.drach.quatuor:atque ita puto legendum eſſe.*

308.D. Tragacanthæ drach.duas] *Galen.octo.*

Ibid.G. Cadmiæ,thuris,vtriuſque drach.octo] *Viginti legitur in Galeno.*

310.A. Aut erinacei terreſtris ſuccum] *Fel,Galen.*

311.F. Aut ſpumæ argenti chemam] *Chema capit cochlearia duo,ſeu drach.duas,ſcriptulum unum,grana quatuor,& quatuor quintas grani.*

312.H. Sing. drachmam compone, deinde adde galbani ſiciliquum] *Pondus hîc non conuenit cum Galen.*

315.C. Cornu ceruini drach.octo, rhois rubri] *Græcè tamen legebatur* ἰοῦ,*hoc eſt æruginis.*

316.D. Coſti ſeſquidrachmam] *In Galen.ſeſquunciam.*

Ibid.E. Rhois rubri drach.IIII.] *Et hîc legebatur æruginis.*

318.B. Aut hirundinum recrementum] *Cinerem,aliás.*

319.A. Nunc de reliquis quæ ſummæ cuti adaptantur] *Et hic locus monuit me ut ordinem exemplaris & editionis* Ruell. *immutarem.*

322.C. Quidam etiam viſci libram adiiciunt] *In Galen. legitur,aceti,lib.*6.*Compoſ.medicam.*κατὰ γένη.

Ibid.G. Hyſſopi,terebinthinæ,&c.] *Intelligit œſypum antiquioribus dictum,ut ſæpe alibi in emplaſtris.*

323.B. Medicamentum Piſcatoris] *Confer cum Galen. lib.*7. *Comp. medicament.* κατὰ γένη.

Ibid.C. Picis nauibus deraſæ] ἀποχύματος.

Ibid.D. Medicamẽti ἀκόπου] *Habet hoc Galen.lib.*7. *Compoſit. medicament.*κατὰ γένη,*ſed inde multa eſſent hîc addenda.*

324.A. Cyphæi] κυφαίου.

325.B. Boici] βοεικοῦ.

326.C. Habet chamæleontis,lupinorum,cretæ] ζυγαίας.

329.G. Amygdalarum amararum chœnices quatuor] *Chœnix pendet libras duas & quadrantem, ex omnium ſupputatione.*

336.D. Diximus autem antea de huiuſmodi medicamẽto] *Hæc in noſtro exemplari deſiderantur. nulla enim antea horum facta fuit mentio.*

331.G. Potionibus ariſtolochiæ cum vino, &c.] *Videtur hîc aliquid deeſſe.non conſentit cum* Ruell.

332.G. Quin & totius corporis coalitus varicum modò attollitur] *Legebatur* κιρροειδὴς, *quod ſequutus eſt* Ruell.*nos tamen* κιρσοειδὴς *cenſemus legendum.*

NICOLAI MYREPSI ALE-
xandrini, De compoſitione medicamentorum opus, in ſectiones quadragintaocto digeſtũ, omnibus tum medicis, tum ſeplaſiariis mirum in modum vtile,

A Leonharto Fuchſio medico, & ſcholæ Tubingenſis profeſſore publico, è Græco in Latinum conuerſum, luculentiſſimiſque annotationibus illuſtratum.

AMPLISSIMO AC PRVDENTISSIMO HONESTISSIMOQVE Decurionum ordini & ſenatui reipublicæ Norenbergenſ. dominis ſuis obſeruandiſſ.

LEONHARTVS FVCHSIVS S. P. D.

Etsi medicinæ, arti omnium pulcherrimæ, vtiliſſimæ ac maximè neceſſariæ, paucis admodum annis plurimum de priſtino ſuo nitore acceſſit, hæcque multum veteris ſplendoris recuperauit: tamen omnibus conſtat eam partem quæ de medicamentis tum ſimplicibus tum compoſitis agit, nondum planè eſſe expolitam ſuiſque mendis prorſus repurgatam: neque id ſanè temere. Nam obſtat in primis rei difficultas & magnitudo cur ea celeritate qua cæteræ huius artis partes, ſuum ſplendorem nanciſci nequeat. Vt enim ſimplicium quis exquiſitè notitiam habeat, atque miſtorum ex iis naturam cognoſcat, huic neceſſe eſt vt terra naſcentium omnium ſpecies, formas, diſcrimina, qualitates, adeóque vim omnem diligenter expendat perſpectámque habeat: item prata, ſegetes, areas, campos, vineas, hortos, ſyluas, montes, collium flexus, valles, planities, opaca, lucos, ipſa etiam terræ mariſque viſcera luſtret. Quibus ſanè omnibus perluſtrandis quum vnius hominis vita haud ſufficiat, quid mirum ſi huius partis progreſſus ſint tardiores? præſertim quum hanc tarditatem non parum medicorum noſtræ ætatis ignauia iuuet. Quotus enim quiſque eſt medicorum, qui ſimplicium cognitione incenſus, vel proximum lucum hortúm ve petere velit? tantum abeſt vt vaſtas ac longinquas ſolitudines luſtrare dignetur. Quin eò ſtupiditatis plurimi illorum perueniunt vt hanc rem ad ſe non pertinere exiſtiment. Quocirca præclarè rem geſſiſſe putant ſi ad præſcriptum indoctiſſimorum pharmacopolarum, in quos hanc planè curam transferunt, nullo neque delectu neque iudicio adhibito, quæuis ipſis oblata medicamenta vſurpent: vt nemini mirum videri debeat, ſi ægroti ab iis medicamentis interdũ non ſolùm nihil iuuentur, ſed plurimùm etiam lædantur. Sunt enim & ipſi pharmacopolæ, æquè atque medici, ſimplicium medicamentorum rudes & ignari, vt qui etiam curam cognoſcendorum & inquirendorum ſimplicium in mercatores omnium auariſſimos, & ad fallendum pulchrè inſtructos, ſtultas denique ac magna ex parte ſuperſtitioſas mulierculas, ex quarum fide toti pendent, reiiciant. Quare quum vniuerſum ferè medicæ materiæ negotium hodie ſit in mercatorum, muliercularum, & imperitorũ ſeplaſiariorum manibus, non eſt cur de priſtino eius nitore nobis aliquid polliceamur: præſertim quum in hodiernum vſque diem adulterina multa, quæ pro legitimis in vſum quotidianum irrepſerunt, paſſim in publicis medicorum officinis impunè ferantur, ac ſpectantibus etiam medicis, nullo metu, medicamentorum miſturis & compoſitionibus inſerantur. Tantùm enim abeſt vt impoſturam hanc prohibeant, vt potius pro ea tuenda ac aſſerenda, haud ſecus quàm pro aris & focis digladientur. Vt certè mirum non ſit ſi ſeplaſiarii quoque ipſi hæc errata, freti medicorum patrocinio, tanquam ſibi per manus tradita, forti animo & alacriter retineant ac defendant. Proinde non eſt cur priſtinum nitorem recuperaturam hanc partem medicinæ quæ ſimplicium notitiam tradit ſperemus, niſi primùm doctiſſimorum hominum induſtria & aſſiduis laboribus, à ſuis erroribus qui vitio temporum & medicorum negligentia in illam irrepſerũt, (perinde vt olim Augiæ ſtabulum) ab immenſa fimi copia fuerit repurgata. Summis itaque laudibus digni ſunt homines aliquot noſtri temporis, viri doctiſſimi, qui hanc partem multis ſanè modis, neque vigiliis, neque laboribus, neque etiam ſumptibus parcentes, illuſtrarunt. Quorum induſtriam vt nos etiam ſequeremur, ſuperioribus annis magnis quidem ſudoribus primùm De ſtirpium hiſtoria cum viuis earundem imaginibus in publicum prodire curauimus: daturi quoque (Deo annuente) propediem alterum, priori mole ferè æqualem, ſtirpium verò elegantia & raritate multo ſuperiorem. Atque faxit Deus optimus maximus vt alii etiam multi ad hoc ſtudium excitentur, quò tandem & hanc partem ab erroribus purgatam & ſuo ſplendori reſtitutam habeamus. Quod niſi factum fuerit, quum vnius hominis laborem haud eſſe conſtet, non eſt cur de compoſitorum medicamentorum emendatione quicquam etiam ſperemus. Quicquid enim ferè errorũ in publicas illas & longo tempore officinis vſitatas compoſitiones irrepſit, non alteri rei quàm ſimplicium ignorationi acceptum referri debet. Nõ poſſunt igitur niſi ab iis qui medicæ materiæ exquiſitã habent notitiam, corrigi & emendari. Cæterùm compoſitiones officinarum vſitatas, eſſe multis in locis deprauatas, variiſque erroribus contaminatas, notius eſt quàm vt à me demonſtrari debeat: quum hoc ipſum pharmacopolarum libri ex quorum præſcripto compoſitiones illæ conficiuntur, palàm loquantur. Præterea multorum etiam doctiſſimorum hominum ſcripta teſtantur, atque planè cõuincunt non raro noxia pro vtilibus, venena pro remediis, compoſitionibus medicorum inſeri, vt hoc nomine generi humano ex iſtis officinarum compoſitionibus non leue periculum quotidie impendat. Quare mirari ſubit cur nemo hactenus principum, neque aliarum multarum & ampliſſimarum per Germaniam noſtram ciuitatum imperialium vlla (Norica veſtra tantùm excepta) communi huic malo mederi, ac præſidium aliquod adferre curauerit. Solus enim Noricæ reipub. toto orbe laudatiſſimus Senatus, cæteris omnibus ſtertentibus ac ceſſantibus, quot & quanta hominibus ex deprauatis illis officinarum compoſitionibus imminerent pericula, pro ſingulari ſua prudentia expendens, huic malo auxiliares præbere manus, ac curam correctionémque adhibere in tempore cœpit. Siquidem anno abhinc (ni fallor) quinto, Valerio Cordo, iuueni quidem, ſed in ſimplicium cognitione exercitatiſſimo, id negotii, vt librum ex cuius præſcripto pharmacopolæ ſuas conſtruunt compoſitiones, (Antidotarium illi appellant) ab erroribus repurgaret, ne inde plus detrimenti quàm commodi ad ægrotantes perueniret, dediſtis. Cuius quanquam laborem nondum vidi, tamen non dubito illum pro ingenii ſui acrimonia, & ſingulari medicæ materiæ notitia pleraque errata è medio ſuſtuliſſe ac correxiſſe, nec temere hanc in ſe prouinciam ſuſcepiſſe. Quapropter vt aliis in rebus omnibus, ita hîc quoque ſingularem veſtram tum pietatem tum prudentiam declaraſtis: pietatem, quòd primi & ſoli communi omnium malo tacti, ciuium veſtrorum in primis detrimento & exitio, hoc veſtro omnibus modis laudando inſtituto occurrere voluiſtis: prudentiam, quòd hac ratione non ſolùm veſtræ, ſed & multarum aliarum ciuitatum reipublicæ profueritis, vt quibus probè conſtabat veſtram vrbem eſſe veluti totius Germaniæ noſtræ emporium, vnde reliquarum ciuitatum officinæ ſua ſibi comparant remedia. Non itaque leuem tum veſtrorum tum aliorum cladem hoc veſtro prudentiſſimo conſilio auertere curaſtis. Vt hoc nomine ampliſſima veſtra reſpubl. vnde prædicta aliáque multa ad vicinas propagantur bona, omnibus aliis totius Germaniæ rebuſpublicis meritò ſit anteferenda. Sed deſinam veſtram rempub. vtpote iam toto orbe decantatiſſimam, prolixius laudare: & nunc potius cõſilium meum, cur Nicolaum à me Latinum factum, ampliſſimo nomini veſtro inſcribere ac dedicare conſtituerim, exponã. Quum animaduerterem veſtrum ordinem honeſtiſſimum prudentiſſimúmque, præ aliis omnibus Germaniæ proceribus in hanc curam incumbere vt officinis medicorum vſitatæ compoſitiones à mendis & erroribus repurgentur, cui iuſtius quàm vobis hoc Nicolai Myrepſi Alexandrini de compoſitis medicamentis opus, multis iam ſeculis deſideratum, inſcriberem, nemo mihi occurrebat. Nam quum maxima pars propemodum publicarum compoſitionum ad Nicolaum, quem illi deprauata voce Præpoſitum potiuſquam Myrepſum nominant, authorem referantur, vnde rogo rectius quàm è Græco illius codice, quem nos integrum ad communem tum medicorum tum pharmacopolarum vſum latinitate donauimus, emendabuntur? Quum itaque Nicolaus qui nunc totus noſtra opera Latinus legitur, hoc præſtare poſſit, vt priſtinum nitorem ac integritatem ſuam accipiant officinarum compoſitiones, & hoc quoque veſtrum ſit ſtudium vt has legitimas & ab omnibus erroribus repurgatas habeamus, nulli alteri quàm veſtro ampliſſimo ordini inſcribendus erat. Spero autem hos meos labores hoc in primis nomine vobis gratos futuros, quòd effecerint

vt Nicolaus,cuius antè centeſimam vix partem,& eam quidem deprauatiſſimam,& infinitis propè erroribus contaminatam medici & ſeplaſiarii habebant,nunc integer,& è ſua lingua in Latinam conuerſus legatur. Quod certò comperiet,qui fragmentum hoc quod paſſim ſub Nicolai præpoſiti nomine circumfertur,& hactenus in officinis(ſi diis placet)ſacroſanctum fuit,cum hac noſtra conuerſione conferre non grauabitur. Is enim non ſolùm ne centeſimam quidem legitimi Nicolai partem,ſed multas etiam in hoc fragmento compoſitiones mutilas eſſe manifeſtò deprehendet. Non rarò enim tria,quatuor,quinque,& interdum etiam multo plura deeſſe videbit medicamenta ſimplicia,quæ ſingula ex hac noſtra cōuerſione nullo ſanè negotio reſtitui poſſunt. Porrò gratiam etiam inſcriptionis augebit haud dubiè,quòd ſub veſtri nominis auſpicio in publicum is author prodit,quem antea nec Germania nec Italia Latinè loquentem vidit. Nam opus quod anno ab hinc(ni fallor)ſexto,Ioannis Agricolæ, veteris noſtri amici,opera,ſub Nicolai nomine editum eſt,ab hoc noſtro diuerſiſſimum exiſtit. non habet enim niſi vnam aut alteram initio libri cum Græcis conuenientem compoſitionem: cæteræ omnes & ordine & medicamentorum commemoratione plurimùm variant: vt ex collatione ipſa omnibus palàm fiat,hoc opus non eſſe Nicolai, ſed alterius cuiuſdam qui nonnulla medicamenta ex Nicolao & diuerſis aliis authoribus in vnum congeſſit librum. Proinde ſpero me hoc quoque nomine non ſolùm apud veſtrum ordinem,ſed & ſtudioſos omnes magnam initurum gratiam,quòd præter aliorum morem qui ſe beatos totóque orbe terrarum celebres fore credunt,ſi peruetuſtos codices ſolicitè penes ſe reſeruent, & vſibus publicis ſubtrahant,Nicolai exemplar quod vnicum & manuſcriptum per totam Germaniam eſſe ſcimus,publicare & ad communem vſum transferre non grauati ſumus. Denique gratum puto non vobis tantùm, verumetiam aliis omnibus meam hanc qualemcunque operam, quòd multa eáque præclara in hoc Nicolai opere medicamenta & remedia ſunt,quæ apud nullum alium qui hodie extat authorem reperiuntur. Quanquam negare non poſſim, eſſe etiam in eo quædam, perpauca tamen,mirificè ſuperſtitioſa,quæ quiſque(Chriſtianus modò ſit)facilè repudiabit. Accidit autem haud dubiè Nicolao,quod multis etiam aliis noſtræ ætatis hominibus euenire videmus, qui medicamenta aliáque multa per ſe quidem præclara & optima,ſuperſtitioſarum precularum acceſſione contaminant. Quòd ſi itaque in iſta veritatis luce pleroſque ſuperſtitione, eáque ſtulta admodum adhuc laborare videmus, quid mirum ſi Nicolao etiam, qui eo tempore quo ſuperſtitio totum ferè faſcinauit orbem,vixit,falſa religio impoſuerit? Etſi enim non ſatis nobis conſtet, quo prorſus tempore vixerit Nicolaus: tamen quum in hoc & Actuariū,& Meſuen qui à nato Chriſto annis M. C. LV. ſub Friderico Sueuo,cognomento Barbaroſſa,floruit aliquot locis citet, palàm fit hunc inter recentiſſimos Græcos eſſe annumerandum: eóque vixiſſe tempore,quo non modò barbaries ſumma,ſed & denſiſſimæ ſuperſtitionum nebulæ orbem occupauerunt. Hinc etiam eſt quòd Nicolai oratio parum ſit concinna, multiſque barbaris vocibus, quas paſſim ſuis interſperſit compoſitionibus,contaminata. Atque hactenus inſcriptionis cauſas,& cur poſt ſimplicium medicamentorum prolixam ſanè ac laborioſam, adde etiam ſumptuoſam tractationem, Nicolao quoque compoſitorum ſcriptori manus admouerim,expoſuiſſe ſufficiat. Reſtat nunc vt moroſulis quibuſdam aliquam etiam noſtræ conuerſionis rationem reddamus. atque initio ſciant,me in hac Nicolai conuerſione vſum eſſe non exquiſita,ſed tolerabili dictione:& quam non ſolùm à medicis,ſed & pharmacopolis,hominibus magna ex parte rudibus,intelligi poſſe ſperaui. Quod vt facerem,me non ſolùm horum hominum quibus omnino inſeruiẽdum erat, ruditas,ſed etiam res ipſa quam Nicolaus tractat,vtpote quæ concinnis aut Ciceronianis verbis eloqui non poteſt, coegit. Quam quidem neceſſitatem non parum auxit natiua Nicolai phraſis,ſatis certè ſqualida omníque deſtituta ſplendore ac ornatu: quid enim eloquentiæ ab vnguentario requireres? cui vt me accommodarem, ne ſubinde à ſententia exciderem, adeóque in me fidem quiſquam deſideraret,par fuit. Quanquam quid iſta excuſatione opus eſt homini medico? quum à philoſopho M. Tullius eloquentiam non requirat,præſertim in tali opere quod non modò non flagitat orationis ornamenta copiámque, verumetiam repellit ac repudiat. deinde,quod minimè nobis prætereundum erit,data opera barbaras & hodie etiam officinis vſitatas voces paſſim in Nicolao occurrentes retinuimus, vt inde cognoſcerent medicinæ ſtudioſi, Nicolaum inter recentes & qui barbaro admodum ſeculo vixerunt ſcriptores eſſe connumerandum,eáſque voces non nuper eſſe natas,ſed Nicolai tempore in Græcorum recentium compoſitiones irrepſiſſe,vt qui illas non ſolùm à Græcis, verumetiam Arabibus,Meſue nimirum & aliis,exſcripſerint. Cæterùm non ſunt eiuſmodi voces omnes eiuſdẽ rationis: nonnullæ enim Latinæ ſunt,Græcarum tamen literarum exaratione paululum deformatæ: vt ſunt, παπάβαρις, σιμωβίβε, φουμίτερ, οὔγλα καβάλλινα, ἀσαφίτης,& id genus aliæ ſanè multæ. Quædam verò prorſus Arabicæ ſunt, vt eſt ἀνζαρούτ, ἀνζίπλι, τζιπίζι, δέϊπαλι,& ſimiles. Aliæ poſt amiſſam fortè linguæ veteris gloriam in popularem Græcorum ſermonem irrepſerunt, próque Græcis vulgò cenſeri cœperunt, quales propè infinitæ Nicolaum legenti occurrent, à nullis niſi qui linguam qua hodie Græcorum reliquiæ vtuntur,intellectæ,vt ſunt μαρούλιν, μαγιτίνη, μοσχοσίταρον, καρναβάδιον, ἀβάσκαντον, ἀρπομόνιον,& huiuſmodi aliæ quæ certam apud ipſos hodie ſignificationem,aliis ignotam, habent, vt ex noſtris in Nicolaum annotationibus perſpicuum omnibus fiet: quas in hoc maximè parauimus,vt quorundam, ſeplaſiariorum maximè,hæſitationi,harum vocum explicatione conſuleremus. Quanquam multæ admodum ſunt,quas nec ipſe quid Nicolao ſignificent,oſtendere potui. In iis autem vocibus paulo obſcurioribus explicandis breuitatem ſequutus ſum, quod nimirum libro primo de Compoſ. medic. hodie vſitata, idipſum copioſius præſtiterim. Præſtat itaque hunc librum, modò officinarum medicarum materias perſpectas tibi eſſe cupias,aſſiduè manibus terere. Præterea hoc etiam nomine,annotationum acceſſione opus eſſe iudicaui,vt hinc omnes intelligerent quàm multa in Nicolao loca priſtino nitori reſtituerim: adeóque cauerem ne ſubdolus quiſpiam noſtra conuerſione adiutus,ſibi tot locorum mirificè deprauatorum reſtitutionem ſubinde falſò arrogaret,atque Æſopici illius graculi inſtar alienis ſuperbiret plumis. Quippe Nicolaum in ſuo quidem genere authorem optimum,multo meliorem ac emendatiorem quàm ſit in manu ſcripto codice,legendum Latinis hominibus exhibemus. Quòd ſi verò quibuſdam non omni ex parte ſatiſfecimus, aut hominũ more alicubi cæcutiuimus, candidè fecerint ſi in optimam quæuis partem interpretentur, & interim paruis erratulis multa bona quæ præſtitimus penſent. Magnam quoque horum partem in exemplar Nicolai Græcum manuſcriptum (quod vnicum tantùm,& ita deprauatum tótque mendis conſpurcatum habuimus vt vix aliud vnquam deprauatius viderimus)transferant. Speramus tamen in tanta fœdiſſimorum Græci codicis erratorum multitudine id ſaltem nos eſſe conſequutos,vt nemo æquus harum rerum æſtimator,& qui cum iis monſtris aliquando congreſſus eſt,in nobis fidem aut diligentiam deſiderare queat. Reliquos nihil moror: imò id quod dici ſolet illis obtrudo,multo eſſe facilius quiduis reprehendere,quàm facere vel imitari. Reprehendunt enim haud dubiè & temere & inconſideratè, quæ ipſi nec intelligunt,nec efficere imitarive poſſunt. Quare hortor noſtra calumniari deſinant,aut ipſi meliora præſtẽt. Nos quod potuimus,optima fide & ſumma diligentia præſtare annixi ſumus, vt Nicolaum omnibus quoad fieri potuit mendis purgatum,& eo ſplendore ornatum,quo antea in Germania viſus non eſt, ſtudioſorum medicinæ oculis legendum exhiberemus. Hunc itaque noſtrum laborem, quo meam erga prudentiſſimum veſtrum ordinem voluntatem declarare volui,ampliſſimi viri,æquis ac benignis animis ſuſcipite: & vt veſtra authoritate fretus, gratior ad cæterorum manus veniat,facilè patiamini. Quòd ſi feceritis, non ſolùm mihi,ſed & aliis multis ad eruendos è denſiſſimis tenebris optimos quoſque authores animum addetis. Nunc reliquum eſt,Chriſtum opt. max. precemur,vt pro immenſa ſua clementia ac bonitate rempub. veſtram, hoc turbulentiſſimo Germaniæ noſtræ ſtatu florentiſſimã, verbique eius prædicatione,& priſtino ornatu decoratam conſeruet: ac indies florentiórem, ornatiorem, ampliorémque reddat. Bene valete.

Tubingæ,Cal. Iuniis. Anno M. D. XLVII.

INDEX EORVM QVAE SECTIONIBVS SINgulis toto continentur uolumine.

DE antidotis ad uarios morbos, Sectio I.
De ſalibus ad diuerſos morbos, Sect. II.
De unctionibus ad uarios morbos, Sect. III.
De apomelitis uarijs compoſitionibus, & apophlegmatiſmis, Sect. IIII.
De bechicis, Sect. V.
De glandibus, hirudinibus, & epomphalijs, Sect. VI.
De muliebribus, & linguæ malis, Sect. VII.
De droſatis, Sect. VIII.
De ſtomaticis, remedijs, illitionibus, & dyſentericis, Sect. IX.
De emplaſtris, Sect. X.
De epithematis ſtomacho & umbilico admouendis, Sect. XI.
De ijs quæ ſedi admouentur, Sect. XII.
De eligmatis, Sect. XIII.
De lumbricis, Sect. XIIII.
De errhinis, Sect. XV.
De confectione oleorum, Sect. XVI.
De clyſteribus, Sect. XVII.
De ſmegmatis, Sect. XVIII.
De zulapijs, Sect. XIX.
De hepaticis & hemicranijs, Sect. XX.
De ſuffimentis, Sect. XXI.
De theriacis antidotis, Sect. XXII.
De hieris, ictericis, & iſchiadicis, Sect. XXIII.
De collyrijs ocularibus, Sect. XXIIII.
De ijs quæ caluariæ inſperguntur, Sect. XXV.
De purgantibus unctionibus, Sect. XXVI.
De purgatorijs & conditis, Sect. XXVII.
De purgantibus eligmatis, Sect. XXVIII.
De cataplaſmatis, Sect. XXIX.
De ceratis, Sect. XXX.
De cataplaſmatis colicis, & cephalicis, Sect. XXXI.
De pilulis purgantibus & adſtringentibus, Sect. XXXII.
De lexopyretis, lichenicis, & calculos excutientibus, Sect. XXXIII.
De malagmatis & unguentis, Sect. XXXIIII.
De nardinis, nephriticis, nomas ſanantibus, & abſterſorijs, Sect. XXXV.
De pulueribus, Sect. XXXVI.
De oxymelite, oxyporijs, uinorum confectionibus, gingiuarum, dentium, & aliorum malorũ remedijs, Sect. XXXVII.
De peſſis, propomatis, alopeciam & alia mala curantibus medicamentis, Sect. XXXVIII.
De melle, ſaccharo, & zulapio roſaceis, Sect. XXXIX.
De ſatyriacis, ſaponibus, & ſinapiſmis, Sect. XL.
De paſtillis, Sect. XLI.
De hypoglottidibus, aquis, & alijs, Sect. XLII.
De ſomniferis, Sect. XLIII.
De diuerſis aquis, medicamentiſque aquam ducentibus, & utero accommodatis, Sect. XLIIII.
De pediculos, lentigines, phlegmonas, puſtulas, & uocem læſam ſanantibus medicamentis, Sect. XLV.
De fiſſuris labiorum, & ſtrumas curantibus medicamentis, Sect. XLVI.
De ijs quæ ſcabiem ſanant, & pſilothris, Sect. XLVII.
De auricularijs, Sect. XLVIII.

INDEX ANTIDOTORVM QVÆ IN PRIMA ſectione continentur.

ANtidotus aurea Alexandrina præclara, Cap. I.
Antidotus Adriani admodum experta, Cap. II.
Antidotus alia Adriani ſimilis, Cap. III.
Antidotus alia Adriani parua, Cap. IIII.
Antidotus alia Adriani Romana, Cap. V.
Antidotus alia Adriani admodum laudata, Cap. VI.
Antidotus alia Adriani ad omne malũ, Cap. VII.
Antidotus Achariſtos admodum præclara, Cap. VIII.
Antidotus alia Achariſtos valde bona, Cap. IX.
Antidotus alia Achariſtos admodum experta, Cap. X.
Antidotus Athanaſia valde laudata, Cap. XI.
Antidotus alia Athanaſia præclara, Cap. XII.
Antidotus Athanaſia admiranda, Cap. XIII.
Antidotus alia Athanaſia parua, Cap. XIIII.
Antidotus alia Athanaſia ad pleuriticos, Cap. XV.
Antidotus alia Athanaſia, vt præcedẽs, Cap. XVI.
Antidotus alia Athanaſia ad omnia interna mala, Cap. XVII.
Antidotus alia Athanaſia generalior, Cap. XVIII.
Antidotus alia Athanaſia valde laudata, Cap. XIX.
Antidotus alia Athanaſia melior, Cap. XX.
Antidotus è moſcho valde experta, Cap. XXI.
Antidotus ad dyſentericos & cœliacos, Cap. XXII.
Antidotus de aniſo admodum laudata, Cap. XXIII.
Antidotus Alcancali cognominata, Cap. XXIIII.
Antidotus Diatamaros lingua Italica appellata, Cap. XXV.
Antidotus hæmagogos, valde præclara, Cap. XXVI.
Antidotus è caſtoreo, ad vertiginoſos, Cap. XXVII.
Antidotus ad rigorem experta, Cap. XXVIII.
Antidotus pulcherrima ad omnis generis humores, Cap. XXIX.
Antidotus alia pulcherrima, vt præcedens, Cap. XXX.
Antidotus ſimiliter pulcherrima, valde bona, Cap. XXXI.
Antidotus ex rheobarbaro, Cap. XXXII.
Antidotus alia ex rheobarbaro, Cap. XXXIII.
Antidotus laxatiua, probata, Cap. XXXIIII.
Antidotus è corallio valde bona, Cap. XXXV.
Antidotus alia è corallio nobilis, Cap. XXXVI.
Antidotus è margaritis admodum experta, Cap. XXXVII.
Antidotus è margaritis, Galeni, Cap. XXXVIII.
Antidotus Diacomeron ad tabidos, Cap. XXXIX.
Antidotus è cinamomo ad ſtillicidium vrinæ, Cap. XL.
Antidotus ex acoro ad difficultatem vrinæ, Cap. XLI.
Antidotus ex hircino ſanguine ad calculoſos, Cap. XLII.
Antidotus alia vt præcedens, experta, Cap. XLIII.
Antidotus alia ſimilis, valde vtilis, Cap. XLIIII.
Antidotus Conditum, nephriticis admodum bona, Cap. XLV.
Antidotus alia ad calculoſos efficax, Cap. XLVI.
Antidotus alia ſimilis, ad idem experta, Cap. XLVII.
Antidotus ex rheo ad renes, Cap. XLVIII.

Antidotus ad difficultatem vrinæ valde laudata, Cap. XLIX.
Antidotus ad calculoſos, qua vſus eſt Anatalus, Cap. L.
Antidotus ad veſicæ lapides, Cap. LI.
Antidotus alia, ad calculoſos & nephriticos, Cap. LII.
Antidotus alia, quæ confert ad demoliendos lapides veſicæ, Cap. LIII.
Antidotus alia, ad calculoſos experta, Cap. LIIII.
Antidotus accepta à Iuliano Pimẽtalo, Cap. LV.
Antidotus ad renes & calculoſos, Cap. LVI.
Antidotus alia ſimilis ad calculoſos, Cap. LVII.
Antidotus alia, ad calculoſos valde bona, Cap. LVIII.
Antidotus alia, ad calculoſos nobilis admodum, Cap. LIX.
Antidotus ad ſtillicidium, & difficultatem vrinæ, Cap. LX.
Antidotus alia, ad vrinæ ſtillicidium nobilis, Cap. LXI.
Antidotus Galeni, ad vrinæ ſtillicidium, & eiuſdem difficultatem, Cap. LXII.
Antidotus è galanga, valde vtilis, Cap. LXIII.
Antidotus Dianthos, ad cardiacos, Cap. LXIIII.
Antidotus è ſatyrio, ad liberorum procreationem, Cap. LXV.
Antidotus alia è Satyrio, dicta choragos, Cap. LXVI.
Antidotus è pipere, vocata choragos, Cap. LXVII.
Antidotus è ſatyrio, nominata Perſica, Cap. LXVIII.
Antidotus tentiginem excitans, ad idem probata, Cap. LXIX.
Vnguentum tentiginem excitans, ad idem valens, Cap. LXX.
Antidotus ſimiliter vt præcedens nobilis, Cap. LXXI.
Antidotus alia è pipere, ad idẽ laudata, Cap. LXXII.
Antidotus è terebinthina, vt præcedẽs, Cap. LXXIII.
Antidotus de hermodactylo, laxatiua, Cap. LXXIIII.
Antidotus dicta podagrica, admodum probata, Cap. LXXV.
Antidotus, quæ eſt Drangæa, ad iecoris obſtructionem, Cap. LXXVI.
Antidotus alia, podagricis & arthriticis conueniens, Cap. LXXVII.
Antidotus alia, Drangæa dicta ſimplex, Cap. LXXVIII.
Antidotus ad arthriticos, Cap. LXXIX.
Antidotus Drangæa ad eadem efficax, Cap. LXXX.
Antidotus ad podagricos & arthriticos, Cap. LXXXI.
Antidotus Drangæa, priori ſimilis, Cap. LXXXII.
Antidotus alia laxatiua, ad podagricos, Cap. LXXXIII.
Antidotus alia laxatiua, ad prædicta mala vtilis, Cap. LXXXIIII.
Antidotus Drangæa laxatiua, vt præcedens, Cap. LXXXV.
Antidotus alia Drangæa, præcedentibus validior, Cap. LXXXVI.
Antidotus alia Drangæa, ad vitioſum faciei colorem, Cap. LXXXVII.
Antidotus è Damaſcenis, ad febres acutas, Cap. LXXXVIII.
Antidotus è marrubio, ad tabidos, Cap. LXXXIX.
Antidotus alia è marrubio magna, diui Petri, Cap. XC.
Antidotus alia appellata parua, ad tuſſes, Cap. XCI.
Antidotus è thure, valde bona, Cap. XCII.
Antidotus Diarhodon magna, valde præclara, Cap. XCIII.
Antidotus Diarhodon Abbatis, hoc eſt præſidis collegii, Cap. XCIIII.
Antidotus è roſis, ad aſthmaticos, Cap. XCV.
Antidotus Diarhodon alia, vt præcedens, Cap. XCVI.
Antidotus Diapenidion, ad tuſſientes, Cap. XCVII.
Antidotus Diatragacanthes, ad pectoris grauitatem, Cap. XCVIII.
Antidotus alia è tragacantha, ad frigidos affectus, Cap. XCIX.
Antidotus Diacumini, ad thoracis frigiditatem, Cap. C.
Antidotus alia è cumino magna, efficax valde, Cap. CI.
Antidotus Diacaſtoreω, vt præcedens vtilis, Cap. CII.
Antidotus Diaireos, ad columellam, Cap. CIII.
Antidotus è tragacantha, vt ea quæ præcedit, Cap. CIIII.
Antidotus Diacalaminthes, valde nobilis, Cap. CV.
Antidotus Diacodion, ad dyſentericos, Cap. CVI.
Antidotus Ecloge nominata, laudata, Cap. CVII.
Antidotus de ſeminibus præclara, Cap. CVIII.
Antidotus ad ſanguinem qui ab internis defertur, Cap. CIX.
Antidotus è malis & cotoneis, ad dyſentericos, Cap. CX.
Antidotus è lapide radiante, ad melancholicos, Cap. CXI.
Antidotus Diaſene, ad melancholicos, Cap. CXII.
Antidotus è cotoneis malis, ad imbecillitatem ſtomachi, Cap. CXIII.
Antidotus è malis Paphlagonicis, Cap. CXIIII.
Antidotus è papauere, ad dyſentericos, deſtillatione laborantes, & cibum vomentes, Cap. CXV.
Antidotus Diatrionpepereon, experta, Cap. CXVI.
Antidotus alia è tribus generibus piperum, nobilis, Cap. CXVII.
Antidotus alia Diatrionpepereon, laudata, Cap. CXVIII.
Antidotus Diacurcuma Galeni, experta, Cap. CXIX.
Antidotus alia Diacurcuma, vt præcedens, Cap. CXX.
Antidotus alia Diacurcuma, valde bona, Cap. CXXI.
Antidotus alia Diacurcuma, vt præcedens, Cap. CXXII.
Antidotus Dialacea, ad iocinoroſos, Cap. CXXIII.
Antidotus Diaphiledonꝰ, ad ſtomachi calorem, Cap. CXXIIII.
Antidotus de hermodactylo, ad podagricos, Cap. CXXV.
Antidotus alia de hermodactylo, valde experta, Cap. CXXVI.
Antidotus alia è hermodactylo, vt præcedens, Cap. CXXVII.
Antidotus podagrica, per omnia experta, Cap. CXXVIII.
Antidotus alia podagrica, Procli dicta, Cap. CXXIX.
Antidotus alia podagrica, ad partes quæ defluxione laborant, Cap. CXXX.
Antidotus alia podagrica, vocata Climax, Cap. CXXXI.
Antidotus alia podagrica, Celebris dicta, Cap. CXXXII.
Antidotus alia podagrica, è moſcho, Cap. CXXXIII.
Antidotus Diarhodon Galeni, ad iocinoroſos, Cap. CXXXIIII.
Antidotus è papauere, ad aſthmaticos, Cap. CXXXV.
Antidotus è malis, ad frigidum ſtomachi affectum, Cap. CXXXVI.
Antidotus Diambar, ad ſtomachicos, Cap. CXXXVII.
Antidotus è croco Eſdræ, miranda, Cap. CXXXVIII.
Antidotus alia Eſdræ, vt præcedens, Cap. CXXXIX.
Antidotus alia Eſdræ ſimplex, valde bona, Cap. CXL.
Antidotus alia Eſdræ, ad eos qui caput dolent, Cap. CXLI.
Antidotus coctionem iuuans Diacotoneon,

Cap. CXLII.
Antidotus è citriis malis,ad eos qui tardè concoquunt, Cap. CXLIII.
Antidotus è citriis, vt præcedens, Cap. CXLIIII.
Antidotus concoctioni conueniens,è ſcybelite, Cap. CXLV.
Antidotus alia Iamblichi,valde præclara, Cap. CXLVI.
Antidotus alia Politi, aluum ſubducens, Cap. CXLVII.
Antidotus alia Dodecatheon, valde bona, Cap. CXLVIII.
Antidotus Pleres archonticon,laudata, Cap. CXLIX.
Antidotus alia Pleres archonticon,ſimplex, Cap. CL.
Antidotus Diacodion,ad tuſſientes, Cap. CLI.
Antidotus è zulapio roſaceo,purgans, Cap. CLII.
Antidotus alia è zulapio roſaceo,magis varia, Cap. CLIII.
Antidotus alia è zulapio roſaceo purgatoria, Cap. CLIIII.
Antidotus, ad dyſentericos & cœliacos, Cap. CLV.
Antidotus alia,ad dyſentericos & cœliacos, Cap. CLVI.
Antidotus ad carnis diſſolutionem, & corporis ſiccitatē, Cap. CLVII.
Antidotus ad tertianas,& quartanas præclara, Cap. CLVIII.
Antidotus alia ad tertianas quartanas,& quotidianas, Cap. CLIX.
Antidotus alia, ad tertianas & quartanas, Cap. CLX.
Antidotus alia,vt præcedens, Cap. CLXI.
Antidotus alia ſimilis, Cap. CLXII.
Antidotus quæ ad eadem excellenter valet, Cap. CLXIII.
Antidotus alia,quæ omnibus cæteris præſtat, Cap. CLXIIII.
Antidotus,ad eos qui ſanguinem excernunt, Cap. CLXV.
Antidotus ad tuſſientes,& non niſi recta ceruice ſpirātes, Cap. CLXVI.
Antidotus alia,ad eadem valde bona, Cap. CLXVII.
Antidotus aut ecligma tuſſi conueniens,valde bona, Cap. CLXVIII.
Antidotus ad tuſſientes experientia efficax, Cap. CLXIX.
Antidotus tuſſientibus accommodata, & nonniſi recta ceruice ſpirantibus, Cap. CLXX.
Antidotus ad tuſſientes,experta, Cap. CLXXI.
Antidotus ad eadem mala tuſſim exſiccantia, Cap. CLXXII.
Antidotus ſiue linctus,tuſſi congruens, Cap. CLXXIII.
Antidotus linctus Socratis,mirabilis, Cap. CLXXIIII.
Antidotus tuſſi conueniens,ad eadem mala vtilis, Cap. CLXXV.
Antidotus ad tuſſientes,& ſuppuratos, Cap. CLXXVI.
Antidotus ad eadem tuſſim facientia mala, Cap. CLXXVII.
Antidotus cognominata Anodynos,tuſſi conferens, Cap. CLXXVIII.
Antidotus tuſſientibus congruens,& dyſentericis admodum bona, Cap. CLXXIX.
Antidotus purgatoria è myrobalano, Cap. CLXXX.
Antidotus ad vrinæ difficultatē vtilis, & lapides atterēs, Cap. CLXXXI.
Antidotus è moſcho, ad melancholicos, Cap. CLXXXII.
Antidotus dicta Muſa,ad quartanas, Cap. CLXXXIII.
Antidotus Galeni Diapepereos,ad quartanas, Cap. CLXXXIIII.
Antidotus Dioſpoliticō,ad quartanas, Cap. CLXXXV.
Antidotus alia Dioſpoliticon,vt præcedens, Cap. CLXXXVI.

Antidotus purgans renes,& calculoſos, Cap. CLXXXVII.
Remedium nephriticum, & calculoſorum, Cap. CLXXXVIII.
Aliud remedium ad mulieres abortientes, Cap. CLXXXIX.
Antidotus nephritica,experta, Cap. CXC.
Antidotus alia nephritica, experientia mira, Cap. CXCI.
Antidotus alia nephritica,è balſamo, Cap. CXCII.
Antidotus ex ſexaginta ſpeciebus, nephritica, Cap. CXCIII.
Antidotus vel conditum nephriticum, Cap. CXCIIII.
Antidotus aut conditum nephriticum,valde vtile, Cap. CXCV.
Antidotus ſeu remedium ad exulceratam veſicam, Cap. CXCVI.
Antidotus nephritica veſicæ meatus obſtructione liberans, Cap. CXCVII.
Antidotus nephritica, qua vtebatur Conſtantinus rex, Cap. CXCVIII.
Alia ſimilis, Cap. CXCIX.
Antidotus ab Italis cognominata Micleta, Cap. CC.
Antidotus cognominata ab Italis Sardacia Cap. CCI.
Antidotus è myrobalano præclara,ad eadem, Cap. CCII.
Antidotus ad ſtomaticos,& deſtillatione laborantes, Cap. CCIII.
Antidotus Roſata nouella, ad calidum ſtomachum, Cap. CCIIII.
Antidotus ad febres continuas & ardentes, Cap. CCV.
Antidotus Sotera magna,ad capitis grauitatem, Cap. CCVI.
Antidotus ad ſtomachicos calidos efficax, Cap. CCVII.
Antidotus ad ſtomachicos frigidos, Cap. CCVIII.
Antidotus Tryphera Sarracenica, præſtans, Cap. CCIX.
Antidotus Tryphera magna,ad muliebria mala, Cap. CCX.
Antidotus alia Tryphera, quam Iſaac compoſuit, Cap. CCXI.
Antidotus Triophyllos,ad quartanas, Cap. CCXII.
Antidotus Diatrionſantalon,ad calorem ſtomachi, Cap. CCXIII.
Antidotus Theodoretos ad dolentes caput, Cap. CCXIIII.
Antidotus alia Theodoretos, ad hemicranicos, Cap. CCXV.
Antidotus alia Theodoretos, vt præcedens, Cap. CCXVI.
Antidotus alia Theodoretos, valde vtilis, Cap. CCXVII.
Antidotus Anacardios, dicta Theodoretos, Cap. CCXVIII.
Antidotus alia Anacardios, ad comitiales, Cap. CCXIX.
Antidotus Pauli cognominata,ad raucitatem, Cap. CCXX.
Antidotus Tryphera dicta è ferro, Cap. CCXXI.
Antidotus Diagalangæ experta, vt præcedens, Cap. CCXXII.
Antidotus è moſcho,ad omnem malū corporis habitum, Cap. CCXXIII.
Antidotus è Pſyllio nominata, experta, Cap. CCXXIIII.
Antidotus Panchreſtos,ad omnem imbecillitatem, Cap. CCXXV.
Antidotus alia Panchreſtos parua,ad inflationes, Cap. CCXXVI.
Antidotus alia Panchreſtos,admodum laudata, Cap. CCXXVII.
Antidotus Panacea, ad diuturnas tuſſes, Cap. CCXXVIII.

Antidotus dicta Ægyptia magna, Cap. ccxxix.
Antidotus alia Ægyptia magna, Cap. ccxxx.
Antidotus Ægyptia minor ad vrinæ difficultatem, Cap. ccxxxi.
Antidotus alia Ægyptia, dicta ſacra ſcala, Cap. ccxxxii.
Antidotus alia Ægyptia, valde præclara, Cap. ccxxxiii.
Antidotus odorata vocata, valde experta, Cap. ccxxxiiii.
Antidotus Democratis, aduerſus venena, Cap. ccxxxv.
Antidotus ex eruis, ad tuſſientes, Cap. ccxxxvi.
Antidotus alia ex eruis, ad tabidos, Cap. ccxxxvii.
Antidotus Diacalaminthes, ad menſtrua mulierum, Cap. ccxxxviii.
Antidotus Philoxenios ad deſtillationes vtilis, Cap. ccxxxix.
Antidotus alia Philoxenios, ſuppuratis conueniens, Cap. ccxl.
Antidotus Zoarchia ad tertianas & quartanas, Cap. ccxli.
Antidotus Philonis valde efficax, Cap. ccxlii.
Antidotus alia ſimilis, colicis vtilis, Cap. ccxliii.
Antidotus Philonis, ad ſtomachicos, Cap. ccxliiii.
Antidotus dicta Sanitas, ad podagricos, Cap. ccxlv.
Antidotus ex aſaro, hydropicis vtilis, Cap. ccxlvi.
Antidotus Admirabilis dicta, ad tuſſientes, Cap. ccxlvii.
Antidotus Panæretos, hoc eſt eximia, tuſſientibus accommodata, Cap. ccxlviii.
Antidotus podagræ conueniens, opus Tribonii notarii, Cap. ccxlix.
Podagræ accommodatum epithema, Cap. ccl.
Antidotus Zenophilos, ad nephriticos, Cap. ccli.
Antidotus iecoraria, Phlebotomos vocata, Cap. cclii.
Antidotus alia iecoraria, vocata Phlebotomos, Cap. ccliii.
Antidotus alia iecoraria, ad obſtructionem iecoris vtilis, Cap. ccliiii.
Antidotus alia iecoraria, probata & vtilis, Cap. cclv.
Antidotus iecoria, ad magnas iecoris obſtructiones, & duros affectus, Cap. cclvi.
Antidotus ad obſtructionem, & duritiem iecoris, Cap. cclvii.
Antidotus ad iecoris & lienis obſtructionem, Cap. cclviii.
Antidotus iecoraria, ex abſinthio, Cap. cclix.
Antidotus alia iecoraria, Athanaſia vocata, Cap. cclx.
Antidotus alia iecoraria, vtilis valde, Cap. cclxi.
Antidotus ad iocinoroſos, admodum probata, Cap. cclxii.
Antidotus alia iecoraria, penitus experta, Cap. cclxiii.
Antidotus alia ex nouem ſpeciebus compoſita, Cap. cclxiiii.
Antidotus Arabica, valde præclara, Cap. cclxv.
Antidotus alia iecoraria, ex Eupatorio, Cap. cclxvi.
Antidotus alia iecoraria, valde vtilis, Cap. cclxvii.
Antidotus alia iecoraria, ab Agathone compoſita, Cap. cclxviii.
Antidotus alia iecoraria, priori ſimilis, Cap. cclxix.
Antidotus alia iecoraria, experta, Cap. cclxx.
Antidotus alia iecoraria, Pantagathos, Cap. cclxxi.
Antidotus alia Achariſtos, ad iocinoroſos, Cap. cclxxii.
Antidotus Pantagathos, ad nephriticos, Cap. cclxxiii.
Antidotus iecoraria ex anetho, experta, Cap. cclxxiiii.
Antidotus ad icterũ, experta valde, Cap. cclxxv.
Ad iecur ſimplicia remedia, Cap. cclxxvi.
Quæ ad icterum experta ſunt, Cap. cclxxvii.
Antidotus Euchariſtos, ad mulieres vteri præfocatione laborantes, Cap. cclxxviii.
Antidotus alia Euchariſtos, vt præcedens, Cap. cclxxix.
Antidotus Iſotheos, ad tabidos, Cap. cclxxx.
Antidotus alia Iſotheos, Cap. cclxxxi.
Antidotus alia Iſotheos, ad tuſſientes ac tabidos, Cap. cclxxxii.
Antidotus Soterios, & Theodotos dicta, Cap. cclxxxiii.
Antidotus alia Soterios, vt prior, Cap. cclxxxiiii.
Antidotus alia Soterios, ad diuerſa mala. Cap. cclxxxv.
Antidotus Philanthropos, ad hydropicos efficax, Cap. cclxxxvi.
Antidotus peroptabilis, ad ſtomachicos, Cap. cclxxxvii.
Antidotus ad quotidianas febres valde bona, Cap. cclxxxviii.
Antidotus alia ad quotidianas febres, vt prior, Cap. cclxxxix.
Antidotus dicta Myſterium, ad pleuriticos, Cap. ccxc.
Antidotus Zopyrios, ad comitiales, Cap. ccxci.
Antidotus Muſa, ad hydropicos, Cap. ccxcii.
Antidotus nominata Perſica, Cap. ccxciii.
Antidotus Syngeli regia, ad oculorum hebetudinem, Cap. ccxciiii.
Antidotus alia Michaelis angeli regia, Cap. ccxcv.
Antidotus vocata Phlebotomos, Cap. ccxcvi.
Antidotus è croco, ad iecinoroſos, Cap. ccxcvii.
Antidotus Cyphi, ex quinquaginta ſpeciebus, Cap. ccxcviii.
Antidotus alia Cyphi, ex vigintiocto ſpeciebus, Cap. ccxcix.
Antidotus Climax, ad frigiditatem ſtomachi, Cap. ccc.
Antidotus Apollonii, ad difficulter ſpirantes, Cap. ccci.
Antidotus Muſa Apollonii, ad difficulter ſpirantes, Cap. cccii.
Antidotus Muſa, ad iocinoroſos, Cap. ccciii.
Antidotus Aphraſtos, ad reſolutos, Cap. ccciiii.
Antidotus Magni medici, ad colicos, Cap. cccv.
Antidotus ex croco, ad colicos, Cap. cccvi.
Antidotus alia colica, valde experta & bona, Cap. cccvii.
Antidotus alia, ad colicos & inflationes, Cap. cccviii.
Antidotus alia colica, ſimiliter efficax, Cap. cccix.
Antidotus Colica, quam accepi à fratre Cononis, Cap. cccx.
Antidotus nominata Athanaſia, ad colicos, Cap. cccxi.
Antidotus alia colica, dolorem mitigans, experta, Cap. cccxii.
Antidotus alia colica, mitigans dolorem, valde bona, Cap. cccxiii.
Antidotus alia colica, iureiurando non communicanda, Cap. cccxiiii.

Antidotus tuſſi accommodata, valde laudata & experta, Cap. cccxv.
Antidotus ex caſtoreo, ad pleuriticos, Cap. cccxvi.
Antidotus ex Rheo, ad cardiacos, Cap. cccxvii.
Antidotus ad dolores compagum ſeu articulorum, ex opio nominata, Cap. cccxviii.
Antidotus Deſmoterios, ad comitiales, Cap. cccxix.
Antidotus Argyrophora, ad mala capitis, Cap. cccxx.
Antidotus Adriani, nominata vehiculum magnum, Cap. cccxxi.
Antidotus tuſſim ſedans, ad mala tuſſim afferentia, Cap. cccxxii.
Antidotus Iſochryſos, ad frigidos affectus, Cap. cccxxiii.
Antidotus dicta aridum Dioſpoliticum, Cap. cccxxiiii.
Antidotus vocata humidum Dioſpoliticum, Cap. cccxxv.
Antidotus per vomitum purgans, Cap. cccxxvi.
Antidotus ſanguinem ſiſtens, ad omnes ſanguinis excretiones, Cap. cccxxvii.
Antidotus Diacuminov, concoctionem iuuans, Cap. cccxxviii.
Antidotus Galeni Lyſiponos, mirabilis, Cap. cccxxix.
Antidotus nominata Ecloge, ad cœliacos, Cap. cccxxx.
Antidotus Polyetes magna, ad eos qui cibum non appetunt, Cap. cccxxxi.
Antidotus ex acoro, ad omnem venenatorum ictum, Cap. cccxxxii.
Antidotus Pæonia, ad deſtillationes & tuſſes, Cap. cccxxxiii.
Antidotus Polyetos parua, Cap. cccxxxiiii.
Antidotus pleuriticis congruens, Cap. cccxxxv.
Antidotus è ſucco coroneorum, Cap. cccxxxvi.
Antidotus Melicratum, Cap. cccxxxvii.
Antidotus ad omnem oculorum defluxionem, & eorundem hebetudinem, Cap. cccxxxviii.
Antidotus è ſulphure ignem non experto, Cap. cccxxxix.
Antidotus ex anthera ſicca, Cap. cccxl.
Antidotus Iuliani, ad aluum adſtrictam, Cap. cccxli.
Antidotus Chryſippi, ad eos qui caput dolent, Cap. cccxlii.
Antidotus Dioſanthes, admodum probata, Cap. cccxliii.
Antidotus Panacia, ad tabidos & ſanguinem excreantes, Cap. cccxliiii.
Antidotus ex citriis malis, ad eos qui tardè concoquunt, Cap. cccxlv.
Antidotus Hepalas bona, ad conceptionem, Cap. cccxlvi.
Antidotus è crocomagmate, Cap. cccxlvii.
Antidotus Eupnœa, è caryophyllis, Cap. cccxlviii.
Antidotus magni decocti, ex hyſſopo, Cap. cccxlix.
Antidotus è Bacano, valde præſtans, Cap. cccl.
Antidotus odorata Clodii, admodum probata, Cap. cccli.
Antidotus è Tragematis, valde laudata, Cap. ccclii.
Antidotus Polyetes, ad eos qui nonniſi recta ceruice ſpirant, Cap. cccliii.
Antidotus ex Sampſucho, vt præcedens, Cap. cccliiii.
Antidotus è liquore Tithymali, Soſiani, Cap. ccclv.
Antidotus Praxagoras, ad eos qui nonniſi recta ceruice ſpirant, Cap. ccclvi.

Antidotus dicta Clidion, ad tuſſes, Cap. ccclvii.
Antidotus è cardamomo, ad tuſſes, Cap. ccclviii.
Antidotus Lexopyretos, quam aliqui nominant è ſulphure, Cap. ccclix.
Antidotus alia Lexopyretos, ad tuſſes, Cap. ccclx.
Antidotus aurea, ad tabidos & ſuppuratos, Cap. ccclxi.
Antidotus dolorem mitigans, ad tuſſientes experta, Cap. ccclxii.
Antidotus Symphonos, ad tuſſientes & tabidos, Cap. ccclxiii.
Antidotus Cyphoïdes, ad frigidas iecoris intemperies, Cap. ccclxiiii.
Antidotus è baccis lauri, tuſſi accommodata & probata, Cap. ccclxv.
Antidotus, ad orthopnœam, & pleuriticos, Cap. ccclxvi.
Antidotus ad difficulter ſpirantes, Archigenis, Cap. ccclxvii. *
Antidotus ad icterum, cōprobata, Cap. ccclxviii.
Antidotus ad eos qui nonniſi recta ceruice ſpirant, admodum efficax, Cap. ccclxix.
Antidotus ad podagricos & arthriticos, Cap. ccclxx.
Interpretatio Alexandrinorum menſium ad Græcam appellationem, Cap. ccclxxi.
Antidotus Eudios, ad tuſſes, & dolores laterum, Cap. ccclxxii.
Antidotus Myſterium vocata, ad pleuriticos, Cap. ccclxxiii.
Antidotus ad tabidos, expurgatoria, Cap. ccclxxiiii.
Antidotus ad iecur & ſtomachum, experta, Cap. ccclxxv.
Antidotus Ambroſia polychreſtos, laudata, Cap. ccclxxvi.
Antidotus alia Polychreſtos, ad omnia venenata, Cap. ccclxxvii.
Antidotus Hippocratis, ad tabidos & pleuriticos, Cap. ccclxxviii.
Antidotus ad refrigeratum ſtomachum, Cap. ccclxxix.
Antidotus ad inflatū ſtomachum, Cap. ccclxxx.
Antidotus dicta Splenotomos, valde bona, Cap. ccclxxxi.
Antidotus Adriani, valde vtilis, Cap. ccclxxxii.
Antidotus Philonis, ad caput dolentes, Cap. ccclxxxiii.
Antidotus Hæmaptoica, Metrodori, Cap. ccclxxxiiii.
Antidotus alia ad ſpuentes ſanguinem præſtans, Cap. ccclxxxv.
Antidotus alia, ad ſanguinem excreantes, & abſceſſu laborantes, Cap. ccclxxxvi.
Antidotus alia, ad ſpuentes ſanguinem, puluis probatus, Cap. ccclxxxvii.
Antidotus ex opio ad conuulſos in ſcapulas, Cap. ccclxxxviii.
Antidotus ad omnia interna mala experta, Cap. ccclxxxix.
Pilulæ, ſitim reſtinguentes, Cap. cccxc.
Antidotus Chylarium, bilem educens, experta, Cap. cccxci.
Antidotus alia Chylarium bilem educens, nobilis, Cap. cccxcii.
Antidotus alba, dicta Miencaphetites, Cap. cccxciii.
Antidotus ex Iride, ad aſthmaticos, Cap. cccxciiii.
Antidotus ad eos qui ſanguinem ſpuunt, admodū bona, Cap. cccxcv.
Antidotus alia ad ſanguinem ſpuentes, experta, Cap. cccxcvi.
Antidotus ſiſtens excretiones ſanguinis, Cap. cccxcvii.

Antidotus ad omnigenas ſanguinis ex naribus excre-
tiones, Cap. cccxcviii.
Antidotus alia,ad profluuium ſanguinis narium exper
ta, Cap. cccxcix.
Antidotus ad omnis generis ſanguinis excretiones mi-
rabilis Cap. cccc.
Antidotus Archigenis, ad profluuia ſanguinis narium,
Cap. cccci.
Antidotus alia nobilis ad ſanguinis ex naribus proflu-
uia, Cap. ccccii.
Antidotus alia experta ad ſanguinis narium profluuiũ,
Cap. cccciii.
Antidotus ad ſpuentes ſanguinem admodum bona,
Cap. cccciiii.
Antidotus ad profluuia ſanguinis narium præclara,
Cap. ccccv.
Antidotus Theodoretos, anacardia,
Cap. ccccvi.
Antidotus Abſinthites, valde bona,
Cap. ccccvii.
Antidotus alia Abſinthites, Cap. ccccviii.
Antidotus Abſinthites iecoraria, bona,
Cap. ccccix.
Antidotus Abſinthites vrinam mouens, & purgatoria,
Cap. ccccx.
Antidotus Mithridatis,ad diuturnas fluxiones,
Cap. ccccxi.
Antidotus alia Mithridatis,melior omnibus,
Cap. ccccxii.
Antidotus panchreſtos, vt præſcripta,
Cap. ccccxiii.
Zulapium ad dyſentericos, Cap. ccccxiiii.
Zulapium regium, Cap. ccccxv.
Decoctum ad eos qui altero latere reſoluti ſunt,
Cap. ccccxvi.
Vnguentum ad pruritum, Cap. ccccxvii.
Antidotus Diamoron, Cap. ccccxviii.
Antidotus alia Diamoron,Hippocratis & Galeni,
Cap. ccccxix.
Antidotus ſtomachica,cõpoſita à Ptolemæo ſophiſta,
Cap. ccccxx.
Antidotus ad cardiacos,& animi defectus,
Cap. ccccxxi.
Confectio magni Zulapii, Cap. ccccxxii.
Antidotus moſchata, Cap. ccccxxiii.
Antidotus gallæ moſchatæ, Cap. ccccxxiiii.
Antidotus ad cardiacos & animo deficientes,
Cap. ccccxxv.
Antidotus ex Chryſobalano, Cap. ccccxxvi.
Antidotus ex Rheopontico, mirabilis,
Cap. ccccxxvii.
Antidotus ex Cinamomo, nephritica,
Cap. ccccxxviii.
Antidotus ex Hermodactylo, experta,
Cap. ccccxxix.
Antidotus ex Cicadis, nephritica,
Cap. ccccxxx.
Antidotus ex Lithoſpermo, nobilis,
Cap. ccccxxxi.
Antidotus ex ſemine Marrubii, Cap. ccccxxxii.
Antidotus ex Tecolitho,hoc eſt lapide Iudaico,
Cap. ccccxxxiii.
Antidotus è ſemine ſylueſtris maluæ,
Cap. ccccxxxiiii.
Antidotus è tragematis bellariiſve,nephritica,
Cap. ccccxxxv.
Antidotus de ſeminibus, Dioſpolite,
Cap. ccccxxxvi.
Antidotus ad muliebris vteri mala,
Cap. ccccxxxvii.
Antidotus ex Careo, & de ſeminibus,
Cap. ccccxxxviii.
Antidotus ex ſanguinibus, experta,
Cap. ccccxxxix.
Antidotus ex Lycio, iocinori optima,
Cap. ccccxl.
Antidotus Theodoretos,aut ex Anacardiis,
Cap. ccccxli.
Antidotus alia Theodoretos,vel ex Anacardiis,
Cap. ccccxlii.
Antidotus ex Centaureo,Leonis Drongarii,
Cap. ccccxliii.
Antidotus nephritica diſſoluens poros,
Cap. ccccxliiii.
Antidotus vocata lingua Italica pulcherrima Aurea,
Cap. ccccxlv.
Antidotus ex Adianto cognominata,
Cap. ccccxlvi.
Antidotus benedicta laxatiua, Cap. ccccxlvii.
Antidotus Drangæa, ad hepaticos, A
Cap. ccccxlviii.
Decoctum magnum, ad melancholicos,
Cap. ccccxlix.
Decoctum aliud ad mala melancholica,
Cap. ccccl.
Antidotus Dianthon Galeni,ad defectionem animi,
Cap. ccccli.
Antidotus ex adianto, vt præcedens.
Cap. cccclii.
Antidotus alia pulcherrima Aurea dicta,vt præcedens,
Cap. ccccliii.
Antidotus Dianthon, ad tuſſientes,
Cap. cccclilii.
Antidotus ex Saphiro, conferens idem quod Dianthõ,
Cap. ccccl v.
Antidotus ad eos quos virtus deficit,& tuſſientes,
Cap. ccccl vi.
Antidotus ad animi defectum,& cordis ſyncopen,
Cap. ccccl vii.
Antidotus ex myrobalano,ad melancholicos,
Cap. ccccl viii.
Antidotus alia ex Myrobalano,ad pituitoſos,
Cap. cccclix.
Antidotus ex Sulphure cognominata,ad eos qui elephã
tia laborant, Cap. cccclx.
Antidotus regia vocata,ad dolentes caput,
Cap. cccclxi.
Antidotus ex Zingibere nominata,
Cap. cccclxii.
Antidotus ex Hermodactylo, ad podagricos,
Cap. cccclxiii.
Antidotus ex Rheobarbaro,ad copioſam ſitim,
Cap. cccclxiiii.
Antidotus Diaſenæ,ad eosqui elephantia correpti ſunt,
Cap. cccclxv.
Antidotus ex acoro,ad nephriticos,
Cap. cccclxvi.
Antidotus Diacinamomi,coctionem iuuans,
Cap. cccclxvii.
Antidotus alia è Cinamomo,ad ſtomachum dolore af-
fectum, Cap. cccclxviii.
Antidotus ex acoro,vt præcedens,
Cap. cccclxix.
Antidotus ad comitiales ex Zingibere,
Cap. cccclxx.
Antidotus purgatoria è Rheobarbaro,
Cap. cccclxxi.
Antidotus Diaſenes, ad podagricos,
Cap. cccclxxii.
Antidotus ex Sampſycho,ad iocinoroſos,
Cap. cccclxxiii.
Antidotus Diaberberis, purgans,
Cap. cccclxxiiii.
Antidotus Diacanchryos,purgatoria,
Cap. cccclxxv.
Antidotus Diacinamomu,ad podagricos,
Cap. cccclxxvi.
Antidotus ad cardiacos & febricitantes,
Cap. cccclxxvii.
Antidotus ex Hermodactylo, ad arthriticos,

Cap. ccccLxxviii.
Antidotus exCinamomo,ad dyſentericos,
Cap. ccccLxxix.
Antidotus ex Moſcho,ad melancholicos,
Cap. ccccLxxx.
Antidotus ex Croco,purgatoria, Cap. ccccxxxi.
Antidotus ad tuſſes deſtillationéſque experta,
Cap. ccccLxxxii.
Antidotus ad animi defectionem & corporis imbecillitatem, Cap. ccccLxxxiii.
Antidotus ex Myrobalano, ad melancholiam,
Cap. ccccLxxxiiii.
Antidotus ex Rheo,ad melancholicos,
Cap. ccccLxxxv.
Antidotus ad cardiacos & ſyncope laborantes,
Cap.ccccLxxxvi.
Antidotus ad podagricos & arthriticos,
Cap. ccccLxxxvii.
Antidotus ad arthriticos, purgatoria,
Cap. ccccLxxxviii.
Antidotus ex Rheobarbaro,purgatoria,
Cap. ccccLxxxix.
Antidotus Diaſenæ,ad arthriticos,
Cap. ccccxc.
Antidotus ex Corallio purgans,experta,
Cap. ccccxci.
Antidotus è Croco,admodum laudata,purgatoria,
Cap. ccccxcii.
Antidotus ex Myrobalano,ad obſtructionem iecoris,
Cap. ccccxciii.
Antidotus Drangæa,ad podagricos,
Cap ccccxciiii.

Antidotus Drangæa,ad arthriticos,
Cap. ccccxcv.
Antidotus Drangæa, ad iecinoroſos malóque colore præditos, Cap. ccccxcvi.
Antidotus ad cruditatem ſtomachi & deſtillationem,
Cap. ccccxcvii.
Antidotus ad dyſentericos & lientericos,
Cap. ccccxcviii.
Antidotus Drangæa,ad iecinoroſos,
Cap. ccccxcix.
Antidotus dicta Ageuita, Cap. D.
Antidotus purgatoria,ad melancholicos,
Cap. DI.
Antidotus Catholica nominata, purgatoria,
Cap. DII.
Antidotus alia Catholica nominata,vt prior,
Cap. DIII.
Antidotus è Rheobarbaro nominata,
Cap. DIIII.
Antidotus Diaſenes,experta, Cap. DV.
Antidotus Diacinamomu,dicta laxatiua,
Cap. DVI.
Antidotus Benedicta laxatiua,experta,
Cap. DVII.
Antidotus Benedicta laxatiua ſimplex, efficax,
Cap. DVIII.
Antidotus alia,Benedicta laxatiua ſimplex,laudata,
Cap. DIX.
Antidotus laxatiua nominata Rial armenigos,
Cap. DX.
Antidotus dicta Ageuita, Cap. DXI.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI

de compoſitione medicamentorum opus,

à Leonharto Fuchſio Latinitate donatum & annotationibus illuſtratum.

De Antidotis, Sectio prima.

Caput I.

ANTIDOTVS aurea Alexandri, ad capitis fluxiones præclara. Dolorem enim eius confeſtim mitigat, oculorū lacrymas ſiſtit,dentium dolores ſanat, non modò epota ſed & impoſita. Comitialibus ſubitò factis, penitus auxiliatur. Furioſorum incompoſitos motus compeſcit, & ad omnem capitis dolorem admodū eſt vtilis. Prodeſt pariter tuſſientibus, tabidis, cardiacis,& [a]aſthmaticis. Sanguinem euomentibus [b]propter excretionē ab eroſione ortam,mirificè opitulatur. Confert etiam reſolutis,& malis [c]viſcerum & laterum. Lapides conterit. Stillicidium & difficultatem vrinæ ſoluit, & omnia vteri vitia. Quotidianis, tertianis, & quartanis febribus ante inuaſionis horam ſumpta ſuccurrit. Quiſquis verò per conſuetudinem hāc ipſam antidotum ſemper ſumpſerit,is neque apoplexiæ neque colico malo vnquam obnoxius erit. Conficitur autem antidotus hæc in eum modum: Aſari,hyoſcyami,carpobalſami,ſingulorum drachmas duas & dimidiam,caryophylli,opii,myrrhæ, C cyperi,ſingulorum drachmas duas,balſami,cinamomi, folii,zedoariæ,zingiberis, coſti, corallii, caſiæ, euphorbii,tragacanthæ,thuris, ſtyracis,calamitis, [d]ſaluiæ,mei, ſeſelis, ſinapi, ſaxifragi, anethi, aniſi, ſingulorum drachmam vnam,[e]xyloaloes,[f]rhei Pontici,aliptæ moſchatæ,caſtorei,ſpicæ,galangæ, opopanacis, anacardii, maſtiches,ſulphuris ignem non experti ſeu crudi,pæoniæ, eringii,carnis palmularum, [g] hermodactyli rubri & albi,roſarum, thymi, acori, pulegii, ariſtolochiæ longæ, [h]gentianæ,corticis radicis mandragoræ, chamædryos,

A phu,ameos,baccarum lauri, piperis longi, piperis albi, xylobalſami, [i]carnabadii, amomi, [k] macedoniſii ſeminis, libyſtici, rutæ ſeminis, [l]ſinonis, ſingulorum drachmam ſemis,auri puri,argenti puri, margaritarum nō perforatarum, [m] oſſis anterioris narium purpuræ, oſſis ceruini cordis,ſingulorum grana frumētacea quatuordecim,lapidis zaphyri, ſmaragdi, iaſpidis, ſingulorum drachmam vnam,nucis auellanæ drachmas duas,pyrethri,ramenti eboris, calami odorati, ſingulorum grana frumētacea vigintinouem, mellis aut ſacchari quod ſatis eſt. B Datur ea vtentibus auellanæ nucis quantitas. Vtilis verò admodum ad prædicta mala antidotus hæc exiſtit.

LEONHARTI FVCHSII *annotationes.*

A Sthmaticis.] Græcè legitur πνεῦμα καρδίας, nullo prorſus ſenſu. Legendum autem eſſe iudico ἀσθματικοῖς, huic lectioni ſuffragantibus verſione Nicolai Rhegini Calabri,& vulgaribus Latinis Nicolai codicibus,qui habent ſuſpirioſis. Actuarius quidem huius etiam compoſitionis meminit:ideo facilè, ſi modo Græcus extaret, ex eo locus hic conſtitui & emendari poſſet. C Ruellius ita conuertit præſentem locum. Tabidis,tuſſiculoſis,humoré à pectore reiicientibus. Quos auté humorem à pectore reiicientes vocarit,nequeo ſatis diuinare. Puto tamen aſthmaticos hac periphraſi ſignificaſſe. b Propter excretionem] In manuſcripto codice Græco perperam ſcriptum eſt, δι' ἀναγωγῆς ἤπερ διαβρωθῆ. Legendum enim erit, δι' ἀναγωγῆς ἢ παρὰ διαβρώσεως, id eſt,propter reiectionem quæ fit ab eroſione, vt nos conuertimus. c Viſcerum) Actuarius & Latini codices omnes legūt renum, vt ferè ſuſpicio ſit,pro σπλάγχνων legendum eſſe νεφρῶν, nihil tamé certò pronuntiamus. d Saluiæ] Latina exemplaria habent Saliuncæ,quum tamen Græcus codex legat ἐλελισφάκου. Errore itaque librarii factum eſt vt ſaliuncæ pro ſaluiæ, quæ Græcis ἐλελίσφακος dicitur, ſcriptum ſit. Saliunca enim, Dioſcoride authore, eſt nardus Celtica, adeóque à ſaluia diuerſa. Sunt tamé qui ſaliuncam ſalté forma,à nardo eſſe diuerſam arbitrantur. e Xyloaloes] Officinæ lignum aloes

hodie appellant. f Rhei Pontici] Græcè eſt ῥέυ ποντικȣ̃. falſò igitur in Latinis codicibus legitur rheubarbari, quum diuerſum ſit rheubarbarum à rhapontico, vt alibi & lib. 1. De compoſitione medicamentorum luculenter demonſtrauimus. Rheum autem Ponticum Dioſcoridis, Galeni, & aliorum veterum, Nicolai etiam temporibus rarum eſſe cœpit, vt nihil mirum ſit hodie prorſus eſſe incognitum. Hinc quum radix illa centaureo magno ſimilis eſſet, & plerique ea pro vero rheo Põtico vterentur, factum eſt vt nomen rhei Pontici, in centaurei magni radicem tranſlatum ſit, ídque in hodiernum vſque diem in officinis retineat. Et licet quidẽ in penuria veri rhei Põtici, centaurei magni (ſine omni errore) vti radice, quod ſimilẽ omnino vim habeant. Hinc eſt quod in interpretatione quarundam vocũ Nicolai ita ſcriptum ſit, ἐὰν μὴ ᾖ ῥέον, κενταύριον τὸ μέγα ἢ συμφύτου ῥίζα, i. ſi deſtitueris rheo, centaurio magno aut ſymphyti radice vti licebit. Galenus etiam in libello περὶ ἀντεμβαλλομένων, pro rheo, centaurio vtẽdum eſſe concedit, inquiens, ἀντὶ ῥέυ κενταύριον, pro rheo centaurium ſubſtituendum. g Hermodactyli rubri & albi] Per hermodactylos hoc loco & aliâs etiam Nicolaus intelligit radices, quas officinæ hodie vocant behen albam & rubeam. Quod etiam facit Actuarius, vt copioſiùs lib. 1. De compoſ. medic. oſtẽdimus. Et monendus hîc nobis lector erit, nonnulla hoc loco in Latinis deſiderari codicibus, quæ quiſque facilè ex collatione cum noſtra conuerſione deprehendet. h Gentiana] Poſt hanc dictionem Græcus manuſcriptus codex ſubiicit, λέξις ἰταλική· ἔστι δὲ ῥίζα ἐρυθρά, vox Romana: eſt verò radix rubra. Verùm quum ſcirem dictionem hanc Dioſcoridem, Galenum, & alios medicos Græcos vſurpare, radicémque ipſam ſatis eſſe omnibus notam, ſtudio præterire hæc verba volui.

i Carnabadij] Animaduertendũ, Nicolaum per καρναβάδι & καρναβάδιον intelligere cuminum Æthiopicum, vt ſatis liquet ex Antidoto 406. vbi metipſe carnabadium interpretatur pro cumino Æthiopico. Symeon Sethi & alii quidam recentiores Græci, carnabadium appellãt careum, vt in ſecũdo noſtro De ſtirpium hiſtoria commentario docuimus. Atque hinc eſt quòd Latini codices Nicolai, pro carnabadio habeant carei. Errant igitur qui carnabadium pro doronico interpretantur. De qua re plura in altero noſtro De ſtirpiũ hiſtoria cõmentariorũ tomo diximus. k Macedoniſii] Græcè eſt μακεδωϊσίου σπέρματος. Per ſemen autem macedoniſium inaudiendum id quod Græcis hipposelinon, & Romanis olus atrum nominatur. Hinc eſt quòd officinæ in hodiernum vſque diem hoc ſemen petroſelinum Macedonicum falſò, pro macedoniſio vocent. l Sinonis] Sinon aliis petroſelinũ agreſte nominatur. De eo in altero noſtro De ſtirpium hiſtoria tomo plura reperient ſtudioſi. m Oſſis anterioris, &c.] Intelligit id quod Actuario & aliis poſterioribus Græcis blattium byzantium & byzantis dicitur. Nam ita in eiuſdem interpretationibus legitur, βλάττιον βυζάντιον, ὀστοῦν τῆς ῥινὸς τῆς πορφύρας. Cauſam eius appellationis lib. 1. De cõpoſ. medic. expoſuimus. Differt ab onyche Dioſcoridis, quod plerique, vt Cornarius & alii, non animaduertunt. Onyx enim conchylii eſt tegumentum. blattium autem os anterius narium purpuræ.

Cap. II.

ANTIDOTVS Adriani. Efficax contra deſperatos venenatorum morſus, comitiali morbo correptos, melancholicos, vertiginoſos capitis dolores, frigidũ ſtomachũ eiuſq; dolorem, lienoſos, opiſthotonicos, pleuriticos, febricitantes, muliebriáq; mala. Renum dolorem diſſoluit. Prodeſt lapidẽ in veſica habentibus, & ſtillicidio vrinæ laborantibus. Cæterùm vertiginoſis ex albo vino datur. Melacholicis, ex decocto coſti. Dolentibus caput, cum aqua tepida. Iocinoroſis, cũ decocto eupatorii. Lienoſis, ex decocto capparis. Nephriticis, cum decocto caſiæ ligneæ. Stillicidio vrinæ laborãtibus, ex decocto [a] milii ſolis, & ſemine peponis & [b] cucumeris. Ad penis vulnera, cum decocto ſaxifragi, & ſemine citrii viridis recentiſve. Coli dolore correptis, ex vino calido cui admixtum ſit cuminũ aut caſtoreum. Febribus per circuitu reuertẽtibus, ante inuaſionẽ, cum decocto [c] rutæ. Plurimi ſapientũ vim huius antidoti experientia inuenerunt. Narrat enim ſi gallo à ſerpente iaculante venenum demorſo aliquid huius antidoti cum aqua tepida in os immiſeris, confeſtim hunc reſtitui ac liberari. Probè paratam præbeto. Accipit opii drach. tres, caſiæ lignea, hyoſcyami, ſing. drach. duas ſcrup. duos & ſemis, euphorbii, piperis albi, ſing. drach. duas, & grana frumentacea ſex, ſeſelis, ſeminis apii, ſing. drach. vnã, ſcrup. ſemis gran. duo, folii, origani, tragacanthæ, ſing. drach. vna, opobalſami, ſtyracis calamitidis, zingiberis, xylobolſami, cyperi, carpobalſami, ſeminis macedoniſii, ſinonis, ſing. drach. vnã, minus granis ſex, ſeminis fœniculi ſcrup. duos grana octo, calami odorati ſcrup. duos grana duo, cinamomi, ſpicæ, croci, coſti, rhei Pontici, pyrethri, acori, dauci Cretici, aniſi, ſing. drach. ſemis, grana ſex, caſtorei drach. S. [d] ſagapeni, myrrhæ, roſarum, cardamomi, amomi, ſeminis rutæ, ſylueſtris ameos, ſing. ſcr. vnũ grana quatuor, [e] caſiæ fiſtularis ſcrupulum vnum, ſaluiæ drach. duas, mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Milii ſolis] Græcè ſcriptum erat μυριοφύλλου, ſed mea ſententia perperam. Nam quum conſtet millefoliũ eſſe ſtirpem vulnerariã & mirifica quadam adſtringendi vi præditam, nihil ſtillicidio vrinæ laborantibus conferre poteſt. Quare dubium non eſt ſcriptũ fuiſſe à Nicolao μιλίου σόλις, quas quidem voces quum non intelligeret librarius, vtpote Latinas, pro iis ſubſtituit μυριοφύλλου. Vtitur autem aliâs etiam iis duabus vocibus Nicolaus. Accedit quòd in expoſitionibus Platearii diſertè fiat milii ſolis mentio. Quinetiam manuſcriptus Latinus codex doctiſſimi viri Adolphi Occonis medici Auguſtani, legit hoc loco, Stranguriosis cũ decocto lithoſpermi & melonis & citruli ſeminis. Lithoſpermon autem appellari milium ſolis, alibi diximus. b Cucumeris] Græcè eſt τετραγγούρου. Sciendum itaque, communi ſermone Græcorum poſteriorum ſic appellari cucumeres, vt teſtis eſt Symeon Sethi, qui ita ſcriptum reliquit, ἀγγούρια τὰ λεγόμενα σικύα, κατὰ κοινὴν δὲ τετράγγουρα.

c Rutæ] In manuſcripto codice Græco hæc vox deſiderabatur. Eſſe autem adiiciendam, ſatis teſtantur Latini codices qui legunt, In apozemate pigani: & Platearii expoſitiones vbi ſcribitur, Ante horam acceſſionis cum vino decoctionis pegani. Legendum itaque erit μετὰ ἀποζέματος πηγανίου. Quam certè lectionem plane confirmat caput huius ſectionis 321. vbi ad verbum ferè omnia quæ hîc habentur, repetuntur.

d Sagapeni] Græcè eſt σεραπίνου. Nicolaus enim ſæpe barbara hac voce vtitur pro liquore qui veteribus Græcis σαγάπηνον dicitur. Atque hinc eſt quòd officinæ quæ barbaris delectantur ſimplicium medicamentorum nomenclaturis, in hodiernum vſque diem ſerapinum hunc liquorem appellent. e Caſiæ fiſtulæ] Græcus manuſcriptus Nicolai codex habet, κασίας φίστουλα. Quippe crebrò Nicolaus Latinas voces Græcis literis exarare conſueuit, vt qui non rarò è Latinis codicibus ſuas deſcripſerit compoſitiones. Per caſiam autem fiſtulam, eam quæ ſic hodie in officinis vocatur intelligit, quæque Actuario nigra alio nomine dicitur. Quod ideo monere volui, nequis ligneam appellatam caſiam, quæ poſterioribus Græcis etiam σύριγξ τῆς κασίας, hoc eſt fiſtula caſiæ nuncupatur, ab eo ſignificari putaret. De ea autem Nicolaum non loquutum eſſe, ex præcedentibus conſtat. Quippe initio huius antidoti caſiæ ligneæ mentio facta eſt: quare in fine hanc repetere non erat neceſſe, imò ſuperuacaneum.

Cap. III.

ALIA ſimilis. Recipit calami odorati, zedoariæ, coſti, rhei Pontici, dauci Cretici, aniſi, acori, cinamomi, ſpicæ nardi, croci, ſing. vnc. ſex, euphorbii, piperis albi, ſing. vnc. vnam, roſarum, amomi, ſeminis rutæ ſylueſtris, cardamomi, ſagapeni, [a] myrrhæ, ameos, ſing. vnc. quatuor, caſiæ ligneæ vnc. duas, ſeſelis, ſeminis apii, ſing. lib. vnam, xylobalſami, petroſelini, macedoniſii, ſtyracis calamitidis, zingiberis, ſing. vnc. vnam, caſtorei vnc. vnã, hyoſcyami ſeminis vnc. tres, cyperi vnc. nouẽ, ſeminis fœniculi vnc. octo, [b] caſiæ vnc. ſemis, folii vnc. decem, pyrethri vnc. ſex, opii Thebaici vnc. tres, ariſtolochiæ lõgæ & rotũdæ, ſing. vnc. vnã, mellis aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur de hac antidoto nucis Ponticæ magnitudo, cum [c] temperamento. Is verò qui illam aſſumit, hoc die mulſum, non aquam bibat.

a Myrrhæ] Græcus manuſcriptus codex legit μύρα, ſed perperam. Scribendum enim erat μύῤῥα, quod Latinam vocem Græcis literis Nicolaus pinxerit. Græcè nanque dicendum erat σμύρνης. b Caſiæ] Caſiam ſimpliciter nominant, quam in præcedente antidoto cum adiectione fiſtulam appellare voluit. Ligneæ enim in eadem antidoto mentio fit. c Temperato] Græcè eſt μετ' εὐκράτου. Quare ad aquam vel vinum, quum ſimpliciter efferatur hæc vox, referri poteſt. Sed quum paulo pòſt mulſi mentio fiat, quãquam falſò in manuſcripto codice ἐνημέλει pro οἰνομέλι ſcribatur & aquæ potio inhibeatur, ad vinum temperatum tepidúmve referendum eſſe cenſeo.

Cap. IIII.

ALIA Adriani parua. Prodeſt caput dolentibus, vertiginoſis, comitialibus cum aqua mulſa. Ad dolores dentium impoſitum efficax eſt. thoracis plagas purgat. tabidis, deſtillatione capitis laborantibus, cum aqua tepida confert. iecinoroſis, regio morbo affectis, citra febrem [a] cum vino mulſo auxiliatur. Ad laterum dolorẽ cum aqua mulſa vtilis eſt. Omnia vitia renum cum aqua tepida data purgat. Penis mala, cum decocto apii extergit & diſpergit. Rigores per circuitus reuertentes cum decocto lacrymæ hederæ ante horam inuaſionis data iuuat. Venenatarum beſtiarum & ſerpentiũ ictus, impoſita, [b] & cum aqua mulſa pota, ſanat. Recipit verò piperis albi vncias duas, cinamomi vncias tres, croci drachmas duas ſemis [c] & quartam partem, opobalſami, folii, caſiæ fiſtularis, euphorbii, pyrethri, roſarum, dauci Cretici, ſeminis apii, ſeminis rutæ ſylueſtris & petroſelini, ſingulorum drachmam ſemis, & quartam partem, ſpicæ drachmam ſemis, mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Cum vino mulſo] Græcus manuſcriptus codex legit μεθ' ὑδρομέλιτος, id eſt cum aqua mulſa: ſed, mea quidem ſententia, non rectè. legendum nanque cenſeo, μετ' οἰνομέλιτος, cum vino mulſo. Hanc enim lectionem Latinus codex, qui habet Ictericis cum œnomelite, ſi febris abſit, confirmat. Accedit quòd mulſum ita laborantibus plurimùm confert. Olim enim hic morbus mulſo, quod genus potionis in regum delitiis erat, curabatur: proinde regius dictus eſt. b Cum aqua mulſa pota] Græcus codex ſimpliciter habet, μεθ' ὑδρομέλιτος, ſed adiiciendum πινομένη, & legẽdum ἐπιτιθεμένη καὶ πινομένη μεθ' ὑδρο-

μέλιτος ἰᾶται. Quã lectionẽ cõfirmat Latinus codex, qui hoc loco habet, Morſus à venenatis inflictos cũ hydromelite potũ, & plagæ impoſitũ, percurat. c Et quartam partem] Græcè eſt, *οὐλκὰς β' ς' δρ'*. Hac ſiquidem nota *δρ* crebrò pro quarta parte proximè præcedentis ponderis vtitur Nicolaus. Quarta autem pars ſemidrachmæ, habet grana frumentacea ſeptem cum dimidio.

Cap. V.

ALIA Adriani, Romana, admodum laudata, ſi datur iecinoroſis ex aqua mulſa: difficulter ſpirantibus cum mulſo: lienoſis ex poſca, quibus caput in ſcapulas conuellitur, pleuriticis, febricitantibus, & malis mulie-
bribus ex aqua tepida. Iſchiadicis & nephriticis, cum[a] ca- B
rœno præbeto. Habet petroſelini, euphorbii, ſing.[b] hexagium vnum ſemis, hyoſcyami vnc. vnam & ſemis, ſeminis rutæ ſylueſtris, ſpicæ nardi, caſtorei, ſeminis apii, ſingul. hexagium ſemis, opopanacis vnc. vnam, croci, amomi, ſing. hexag. ſemis, roſarum aridarũ, pyrethri, opobalſami, myrrhæ, coſti, rhei Pontici, caſiæ, dauci, ſagapeni, zingiberis, ſing. hexagium ſemis, mellis vel ſacchari quod ſatis eſt. De ea quæ probè parata eſt, datur ſumẽtibus nucis Ponticæ magnitudo.

a Carœno] Græcus manuſcriptus codex legit *μετὰ χαρύνου*, ſed
perperam: ſcribendum nanque erat *μετὰ καροίνου*. Eſt autem carœnum C
vox Latina, qua vſus eſt Palladius libro 11. cap. 18. vbi de defruti, carœni, & ſapæ confectione agens, ita ſcribit: Defrutum, carœnum & ſapa vno genere conficiuntur ex muſto. Nam defrutum à deferuendo dictũ, vbi ad ſpiſſitudinẽ fortiter deſpumauerit, efficitur. Carœnũ, quum tertia perdita duæ partes remanſerint: ſapa, vbi ad tertias redacta deſcenderit. Carœni denique Marcellus empiricus cap. 26. meminit, atq; inter ea medicamenta quæ calculoſis & renum vitiis conferunt recenſet: vt dubium non ſit, quum nephriticorum mentio fiat hoc loco, legendum eſſe *καροίνου*. Vſuſque eſt Nicolaus, vt a liàs ſæpe, dictione nõ ita dudum Latina facta: Græcis enim vetuſtioribus *ἕψημα καὶ σιραῖον*, Latinis autem ſapa & defrutum innotuerunt. Tertium igitur genus muſti decocti, in quo tertia pars per decoctionem abſumebatur, carœnũ,
(vt iam ex Palladio & Marcello monſtrauimus) vocabatur. Errat ita- D
que Antonius Muſa in ſuo ſyruporum examine, qui Calenum potius à Caleno oppido, dici contendit. b Hexagium] Græcè eſt *ἑξάγιον*. Pondus verò aurei vnius aut ſeſquidrachmæ hexagiũ eſſe, omnes propemodum ſcribunt. in aurea tamen Alexandri, vbi omnes barbari eius antidoti ſcriptores, & Nicolaus quoque, habent dimidiã drachmã, hîc Actuarius legit *ἑξάγιον* ſemis, vt Syluius annotauit. Quòd ſi verum eſt (Græcum enim Actuarium nondum nobis videre contigit) certè hexagium Actuario à drachma nihil diſtabit. Hexagium Latinus interpres ſolidum conuertit, vt ex antidoto trium ſantalorum ſatis patet.

Cap. VI.

ALIA Adriani, ad omnia efficax. Accipit hyoſcya-
mi, piperis, ſing.[a] ſiliquæ grana viginti, opii ſiliquas de- E
cem, croci ſiliquas quinque, euphorbii, ſpicæ nardi, ſingul. ſiliquam vnam, ſagapeni ſiliquas duas, coſti, rhei, dauci Cretici, ſing. ſiliquam vnam, petroſelini Macedonici ſiliquas duas, ſeminis rutæ, apii, amomi, caſtorei, folii, ſing. ſiliquam vnam, liquoris balſami, [b] ſeminis balſami, ſing. ſiliquas duas, pyrethri, ſtyracis, myrrhæ, caſiæ, roſarum ſiccarum, aniſi, carei, ſing. ſiliquam vnam, cyperi ſiliquas duas, mellis vel ſacchari quod ſatis eſt. Datur de ea cœliacis quidem fabæ Ægyptiæ magnitudo.
Nephriticis quidem ex aquæ calidæ[c] cyathis tribus: ſto- F
machicis, calculoſis, & ſtillicidio vrinæ laborantibus, ex aqua calida fabæ Ægyptiæ quantitas. Acuta febre correptis ſummè auxiliatur ante cibum data. Cœliacis & hydropicis ex aqua calida fabæ Ægyptiæ magnitudo. Nõ niſi recta ceruice ſpirantib⁹ ex poſcæ tepidæ cyathis tribus. Diſentericis deglutienda datur: lienoſis cum poſca. Iſchiadicis ex vini Cretici dulcis cyathis decem. Reſolutis, fabæ Ægyptiæ quãtitas. Imbecillioribus autem pro
ratione virium exhibetur. Iis verò quibus hypochon- G
dria phlegmone tentantur, & inflatione laborantibus nidoroſumque ructantibus, ex aquæ calidæ cyathis tribus. Mulieribus vteri præfocatione laborantibus, cum aqua mulſa aut fœnigræci decocto. Purgat etiam internos abſceſſus, [d] & ad cicatricem ducit. Succurrit etiam deſperatis tabidis, data ex aqua mulſa. Demorſis à vipera, cum mulſi cyathis tribus. Morſis à phalangio & ab aranea, ſimiliter pota cum oxymelitis cyathis tribus. Iis qui lethale aliquid biberunt, cum ptiſana datur.

a Siliquarum grana] Græcè eſt *ξυλόκοκκα*. quæ vox idem va-
let quod *ξυλοκέρατα*. Vtraque autem vox ſignificat interna ſiliquarum H
grana. Sic verò Græcis appellata ſunt à lignoſo cortice, grana illa veſtiente & occultante. Barbari corrupta & deprauata voce xylocaracta nominant. Dioſcorides & alii Græci hunc fructũ quoque ſimpliciter *κεράτιον* vocant. Vſurpant etiam pro granis eius ſiliquæ, idque in pon-
A derum ratione, vt etiam Latini nomẽ ſiliquæ. Atque hinc eſt quòd Nicandri interpres ſcribat, *κεράτιον τὸ ἰδιωτικῶς λέγεται κόκκιον*. Proinde nos quoque aliorum more, grana ſeu ſemina ſiliquarum, ſubinde ſiliquas nominabimus. Quod hîc ſemel monuiſſe ſatis ſit. b Seminis balſami] Græcè eſt *κοκκοβαλσάμου*, hoc eſt interni grani balſami. Sed Nicolaus *κόκκον* hoc loco ſimpliciter pro ſemine vſurpauit, vt aliás ſæpe. c Cyathis tribus] Etſi cyathi menſura veteribus Græcis pro liquorum diuerſitate varietur, tamen ſciendum Nicolaum vſurpare pro duabus vnciis: id quod ex interpretatione nominum eiuſdem quæ in fine operis adiecta eſt, abundè comprobatur. Ibidem enim ita ſcriptum eſt, *κύαθος οὐγ. β'*. Cyathus vncias duas pendet.
d Et ad cicatricem ducit] Græcè malè legitur *ἀπουλεῖς* pro *ἀπουλεῖ*. Nam *ἀπουλέω* idem quod *ἐπουλέω*, non ſolùm Nicolao, ſed & Galeno, Aetio, & aliis Græcis medicis ſignificat, vt infrà denuò monebim⁹.

B

Cap. VII.

ALIA Adriani, ad omne malum efficax. Recipit lactucæ ſeminis, hyoſcyami ſeminis, opii, ſingulorum vnciam ſemis, aniſi, apii, fœniculi ſeminum, ſingulorum vnciam vnam, mellis aut ſacchari quod ſatis eſt. Siccis tuſis & cretis parato, & præbeto.

Cap. VIII.

ANTIDOTVS [a] achariſtos. Facit ad ventriculum difficulter concoquentem & acidum ructantem, adeò
C vt eadem hora ſanet. Opitulatur melancholicis, & inſanientibus, non niſi recta ceruice ſpirantibus, difficulter ſpirantibus, reſolutis, cœliacis, validæ tuſſi, febricitantibus, conuulſis, tertianæ, quotidianæ, & quartanæ febribus. Succurrit autem & morſis à beſtiis, ictibus lethalibus, pota & impoſita. Articulorum dolore correptis, difficulter mingẽtibus. Datur ieiuno ex oxymelite diluto. Pondus eius abſolutum eſt drachma vna. Imbecillioribus verò exhibetur drachma ſemis. Mirificè muliebri profluuio confert, & colico dolore affectis, vt aliud fa-
D cultate huic par non ſit medicamentum. Priuſquam autem mercedem accipias, haud propinato. citò enim ægrotantes ſanantur, & deinceps ingrati ſunt, ideóque achariſtos, hoc eſt ſine gratia appellata eſt. Paratur autẽ hoc modo. Abrotoni drachmam vnam, origani, caſtorei, hyſſopi, ſingulorum drachmam vnam, piperis albi, myrrhæ troglodyticæ, iridis Illyricæ, opii, centaurii, ſquillæ aſſæ, croci, coſti, ſtyracis calamitidis, folii, ſpicæ nardi, zingiberis, galbani, ſingulorum drachmam ſemis & quartam partem, caſiæ drachmam vnam ſemis, am-
E moniaci drachmam ſemis & quartam partem, veratri foliorum drachmam ſemis, mellis aut ſacchari quod ſatis eſt. Excipiatur vt[b] colica inuincibilis nominata.

a Achariſtos] Cur ita dicta ſit hæc antidotus, metipſe paulò pòſt exponit, nempe propter celerem quam ſumpta affert opem. Qui enim citò curantur, ingratos ſubinde ſe erga medicos exhibent, adeóque ſe minus periculoſè laboraſſe, ob repentinam ſalutem, exiſtimant. Eandem huius appellationis rationem aſſignat Marcellus empiricus cap. 20. in eum ſcribens modum, Quum dederis, accipies mercedem quancunque. Multi enim qui citò curati ſunt, ingrati extiterunt: propter quod ipſa antidotus Achariſtos, id eſt ſine gratia, appellatur. Alii *ἀχάριστον* dictam eſſe volunt hanc antidotum, quòd ipſi digna gratia referri non poſſit. b Colica inuincibilis] Intelligit compoſitio-
F nem quæ propter copiam refrigerãtium medicamentorum vim ſtupefactoriam obtinet: quale eſt hyoſcyami ſemen, & cicuta, & papaueris liquor, & radicis mandragoræ cortex. His enim in colicis, vt teſtis eſt lib. 7. De comp. med. cap. 5, Galenus, propter doloris magnitudinem vti cogimur. *ἀνίκητος* autem, id eſt inuincibilis, ab efficacia & victoria quam de affectu morbóve victo ac ſuperato refert, dicitur.

Cap. IX.

ALIA achariſtos. Hanc Ariſteas Rhodius moriens Ariſtomacho reuelauit. Eos [a] qui prorſus non concoquunt, & ſtomachicos, confeſtim ſanitati reſtituit. facit ad dolores lateris, coxæ, veſicæ, renum, ad rupta, conuul-
G ſa, ſanguinem reiicientes, tuſſientes, tabeſcentes, difficulter ſpirantes, dyſenteria laborantes, cœliacos, inteſtinorum cruciatus, dolores vteri, & [b] venenatorum morſus. Omnia odorata conterantur, & probè per cribrum traiiciantur. Mel autem & galbanum coquantur. Reliqua verò ſtudioſè commiſta in argenteo aut ſtanneo vaſe reponantur. Vtere autem pondere quod Ægyptiæ fabæ magnitudinem æquat, & præbe ex aquæ mulſæ cyathis duobus. Sit autem cyathus oui [c] mediocris magnitudo. Tranſfundens verò medicamentum cum aqua mulſa
H tranſcola: deinceps minimo digito acetum decies inſtilla. Recipit cinamomi hexagium vnum ſemis, myrrhæ, drachmam ſemis & quartam partem, croci hexagium ſemis [d] quartámque partem, piperis, caſtorei, coſti, gal-

bani,opii, ſtyracis, ſpicæ nardi, ſingulorum hexagium vnum ſemis,mellis quod ſatis eſt.Singula hæc commiſta & parata præbeto.

a Eos qui prorſus non concoquunt] Græcè falſò ſcribitur πεσόντας,pro πέττοντας. b Venenatorum] In manuſcripto codice Græco perperam ὑστροβόλων pro ἰοβόλων ſcribitur. c Mediocris] Græcè malè μέτρυ pro μετρίυ ſcriptum erat. d Quartámque partem] Eſt autem hexagii pars quarta,modò ſeſquidrachmæ pondus ſit,ſcrupulus vnus,grana duo,& dimidium.Verùm quarta dimidii hexagii pars,grana pendet vndecim. Si idem cum drachma pōdus erit hexagium, idem etiam de eius quod de drachmæ partibus ſentiendum erit.

Cap. X.

ALIA confectio achariſtos, bona admodum, vt illa quæ præcedit. Habet coſti, galbani, ſeminis apii,oxyphœnici,hyſſopi, ſeminis lini, ſingulorum drachmā vnā,ſpicæ,corallii, croci,xylobalſami, [a]caſiæ fiſtularis, caſiæ ligneæ,calami odorati,rhei Pontici, myrrhæ,ſtyracis calamitis,opopanacis,bdellii,ammoniaci, gallarū, nardiCelticæ,abrotoni,acori,rhois Syriaci,ſquillæ,foliorum lauri,cinamomi,aniſi,pſyllii,ſeminis ocimi,dauci, libyſtici,fœniculi,papaueris,trium piperum, ſingulorū ſcrupulos duos,helenii ſcrupulum vnum ſemis,veratri nigri,zingiberis, ſingulorum ſcrupulum vnum, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Caſiæ fiſtularis] Græcè ſcribitur κασίας φίστυλα,ξυλοκασίας. Vnde ſatis liquet Nicolaum per caſiam fiſtulam intelligere eam quæ Actuario nigra vocatur,atque à lignea facere diuerſam.

Cap. XI.

ANTIDOTVS [a]Athanaſia,hoc eſt immortalis, bona dyſenteria laborantibus & cœliacis. Ad fluxū denique muliebrem admodum vtilis eſt. Habet cinamomi,[b]caſiæ repurgatæ, ſingulorū drachmas duas & ſcrupulos duos,croci, floris iūci odorati, ſtyracis calamitis, phu,ſeſelis,ſeminis hyoſcyami,apii ſeminis, dauci Cretici,aniſi,opii, ſingulorum drachmam vnam & ſcrupulum vnum, [c]vetonicæ drachmas duas ſcrupulos duos, lapidis hæmatitis ſcrupulos quatuor grana quinque,boli Armenii,ſucci [d]plātaginis maioris,Lemnii ſigilli,ſanguinis draconis,coſti,ſymphyti,corallii,ſpicæ, folii,caſtorei,myrrhæ,helenii, aſari,acori,mādragoræ, polii,piperis albi & longi, petroſelini, ſingulorum ſcrupulum vnum grana quinque,nardi Indicæ,nardi Celticæ,mei, thuris, ſeminis papaueris, ſucci acciæ & hypocyſtidis, baccarum myrti,mori fructus immaturi,[e]ſidiorum,gallarum, ſingulorum ſcrupulum vnum grana quatuor, ſeminis papaueris albi,[f]quinqueneruiæ,roſarum,ſingulorum ſcrupulos duos grana tria,ſucci oxyacāthæ & ſeminis eius, ſingulorum ſcrupulos quatuor grana duo, polygoni, quinqueneruiæ & quinquefolii ſucci, ſeminis cotoneorum,& mellis.Datur pondere drachmarum trium aut vnciæ ſemis ex iure ſeu decocto quinqueneruiæ, & eius herbæ quæ lingua Italica [g] virga paſtoris nominatur. ſimilis eſt acanthæ. Datur hæc cum prædictis decoctis calefactis.

a Athanaſia] Ita vocarunt ab immenſa eius efficacia,quòd videatur propemodum ſuo vſu homines reddere immortales.

b Caſiæ repurgatæ] Intelligit medullam caſiæ nigræ. c Vetonicæ] Græcè legitur δροσιςβοταίυ. Sic autem vocat ſtirpem quā Græci alii κέστρον, Latini vetonicam,noſtri betonicam appellant. Quod interpretatio illa quarundam vocū quibus Nicolaus vtitur,ſatis teſtatur, in qua ita perſcriptum eſt,δροσιςβόταvον ἢ βετονίκη. Quinetiam metipſe Nicolaus in ſequentibus aliquoties interpretatur hanc dictionem pro betonica. Accedit quòd Latini etiā codices hîc habeant betonicæ nomen. d Plantaginis maioris] Græcè eſt ἀρνογλώσσυ,ita enim maiorem vocare ſolet Nicolaus plantaginem,vt minorem πεντάνευρον.

e Sidiorum] Græcè eſt σιδίων. Alii conuertūt malicoriorum. Nos verò retinere voluimus vocem officinis hodie vſitatam,quanquā acceſſione vnius literæ deprauatam. Pſidia enim vocant mali Punici cortices,qui Græcè σιδία nominantur. f Quinqueneruiæ] Græcè ſcribitur πεντανεύρυ.ſic autem plantaginē minorem (vt paulo antè dictum eſt) vocat. g Virga paſtoris] Græcus manuſcriptus codex perperam legit βίργαμ πασαρῆς, pro βίργαμ πασώρις. Solet enim (vt antea quoque monuimus), non rarò Nicolaus quoque Latinas voces Græcis exarare literis. Et virgam paſtoris hodie nominatam ſtirpem,eſſe veterum Græcorū dipſacon,ex hoc etiam Nicolai loco comprobari poteſt. Nā ait ὁμοίαν εἶναι ἀκάνθης,hoc eſt acantho ſimilem eſſe,quod de polygono verè dici non poteſt. Vt erraſſe Serapionis & Auicēnæ interpretes omnium ſit euidentiſſimū, eo quòd polygonum ita vocari Latinis cenſeant. Magis iis hallucinātur monachi illi in ſuis in Meſuē nuper editis annotationibus,qui eoſdē temere & friuolis planè rationibus ab errore vindicare conantur. Pro virga itaque paſtoris,officinæ arripiant ſtirpē quam carduum fullonum alio nomine appellant: nec interpretum & monachorum horum ſeſe patiantur ſeduci nugis & ineptis cauillationibus.

Cap. XII.

A ANTIDOTVS alia Athanaſia.Efficax ad ſerpentum morſus & vētriculi abſceſſum.Stomachicis, & concoquere cibum non valentibus, [a]& vomentibus cōfert. Item ſanguini ab internis vel ſurſum vel deorſum delato,ſiue ex pulmone, ſiue thorace, ſiue ab externis ictibus,aut à iecinore veniat. Pariter & ad ſanguinis à tuſſi aut quocunque alio modo factis reiectionibus, aut vbi veſicam malū aliquod occupat,auxiliatur. Prodeſt etiā cholericis,dyſentericis, vteri præfocationibus, fluoriq; B ſanguinis muliebri immoderatiùs facto mirificè opitulatur. Demorſis à phalangio, caput dolentibus, dolori tum oculorum,tum faucium, atque dentium. Facit ad profluuium ſanguinis narium, podagricos, deſtillatione capitis laborantes,& ad eos qui venenum aliquod biberunt,ſi cum melle [b]& oleo hanc antidotū ſumpſerint. Ad aurium dolorē liquata cum ſucco [c]perdicii,& [d]droſato.Itidē ad febrem quotidianā,tertianam & quartanā, ante inuaſionis horā data ex aqua tepida aut vino. Ad eos etiam qui cibum non retinent in ventriculo, ſed e- C uomunt. Habet mororum, ſpicæ, petroſelini,aſari,ſtyracis,calaminthæ,floris hyoſcyami, floris iūci odorati, ſeminis apii,ſileris,phu,ſing.hexag. vnum, cinamomi, caſiæ fiſtularis,ſing. hexagium ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Et vomentib.&c.] Græcè legitur in hunc modum, Αἰ ἐμῦσιν.αἷμα ἀπὸ τῶν ἐντὸς φερόμενον εἴτε ἄνω,εἴτε κάτω,εἴτε ἐκ τῦ πνεύμονος, εἴτε ἐκ τῦ στήθυς, εἴτε ἐκ τῶν ἔσωθεν πλαγίων, &c. Sed in hac lectione, quæ nullum præ ſe fert ſenſum,multa inſunt vitia & errata. Reſtituenda autem (meo quidem iudicio) ita erit, Καὶ ἐμοῦσιν. πρὸς αἷμα ἀπὸ τῶν ἐντὸς φερόμενον,εἴτ' ἄνω.εἴτε κάτω. εἴτ' ἐκ τῦ πνεύμονος, εἴτ' ἐκ τῦ στήθυς, εἴτ' ἐκ τῶν ἔξωθεν πλάγων. Et tum is ſenſus horum verborum erit,quem D in noſtra conuerſione expreſſimus. Legendum autem eſſe ἔξωθεν πλάγων, præcedentia ſatis monſtrant. Vult enim Nicolaus hanc antidotū vtilem eſſe omnibus ſanguinis tam ab internis quàm externis cauſis prouenientibus excretionibus. b Et oleo] Græcus manuſcriptus codex habet, μετὰ μέλιτος καὶ ἐλαίυ. Oleum autem admiſcendum puto,vt vomitu concitato,venenum ſumptum citiùs ac promptiùs eiiciatur.

c Perdicii] Græcè perperam ſcribitur περδικαίας pro περδικίας. Dicitur autem περδικία,καὶ περδικιὰς περδικιάδος, καὶ περδίκιον. Perdicium verò eſt herba quæ vulgo & officinis parietaria vocatur.

d Droſato] Vox δρόσατον Nicolao peculiaris eſt, à nullo alio (quod ſciam) Græcorum vſurpata. Significat autem illi idem quod Actuario ſerapium,& noſtris ſyropus. Id quod abundè ex ſequentibus ſectionibus conſtabit: potiſſimùm verò ex antidoto 149. quæ pleres ar- E chontica appellatur. Nam vbi in ea legitur σαχάριτος καὶ δροσάτου τῶν ῥόδων, Latini codices habent, ſacchari & ſyropi roſarum. Habet etiam peculiarem de droſatis Nicolaus ſectionem: vnde omnibus palàm fiet illi droſaton non eſſe aliud quàm ſerapium alio nomine medicamentū dictum. Fortè verò in emendatioribus Nicolai exemplaribus ſcriptum eſt ὑδρόσατον,vt dictio ex ὕδωρ voce quæ aquam ſignificat, & σάττω (quod idem eſt quod denſo) ſit compoſita, liquorémque denſatum denotet. Sic planè cum ſerapiis conueniet, quæ ſunt medicamenta ex aqua & aromatis cum melle vel ſaccharo, donec concreuerint ac denſentur, cocta.

Cap. XIII.

ALIA Athanaſia mirifica. Eſt admodum præclara & neceſſaria ad eos qui dyſenteria laborant, necnon ad F profluuium muliebre. Recipit cinamomi,caſiæ fiſtularis,ſing.drach.tres gran.ſeptē,croci, floris iūci odorati,ſtyracis calamitis, phu,ſeſelis, hyoſcyami, ſeminis apii,dauci,aniſi,opii ſing.drach.vnā S.gr.tria, ſpicæ,folii, caſtorei,myrrhæ,lapidis hæmatitis,ſanguinis draconis, corallii rubei, ſáguinis humani mortui, qui nominatur ab Italis [a]momiō,boli Armenii,ſymphyti, helenii,acori,aſari, corticis radicis mādragoræ, polii, foliorū lauri, mei,piperis albi & lōgi,ſeminis petroſelini, ſing.drach. G ſemis,ſeminis quinqueneruiæ & myrti,roſarū,ſing.ſcr. tres gran.quatuor,ſucci hypocyſtidis & acaciæ, ſeminis oxyacanthæ & ſucci,ſing. vnc.duas, ſucci quinqueneruiæ vnc.tres, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Rectè confecta datur.

a Momion] Græcus manuſcriptus codex habet μώμιον. Animaduertendum autem,momium (vel vt officinæ loquūtur) mumiā, Nicolao hoc loco teſte,non eſſe aliud niſi ſanguinem aut tabidam ſaniem,aloe tamen & myrrha illi commixtis,in aliquam cauitatem collectam. Nunc carnes ſimul exſiccatas & oſſium fruſta pro mumia vendunt officinæ,non tamen ſine errore.

Cap. XIIII.

H ALIA Athanaſia parua.Efficax ad ſtomachū immūditia plenū,oris fœtorē,[a]purulēta excreātes,& ſanguinē ſpuentes.Iecinoroſis valde vtile eſt, lienoſis,pleuriticis, nephriticis,& coli dolore affectis plurimùm opitulatur.

Iis qui à rabioſis demorſi ſunt. A canibus morſis non ſolùm hominibus, ſed & iumentis confert. Habet croci, ſpicæ, coſti albi, mororum, phu, amomi, dauci, petroſelini, ſing. vnc. ſemis, piperis nigri drach. vnam, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur [b]nucis vnguentariæ magnitudo. Febricitantibus, cum aqua tepida: non febricitantibus autem, ex vino.

a Purulenta excreantes] Manuſcriptus codex habet ἐμπνοϊκοὺς pro ἐμπυϊκοὺς. b Nucis vnguentariæ] Græcè eſt καρύου μυρεψικοῦ: quanquam falsò ſcriptum eſt καρίου μυρεψικοῦ. Intelligit autem nucem moſchatam, vel (vt officinæ loquuntur) muſchatam nominatam. Quæ quidem vnguentaria etiam dicta eſt, quod tota, dum recens eſt, ſucco pingui & oleoſo madeat, ſic vt in vnguentum exteri queat.

Cap. XV.

ALIA Athanaſia, conferens pleuriticis, dolorē mitigans. Recipit caſiæ, ſpicæ nardi, amomi, croci, opii, ſtyracis, coſti, myrrhæ, ſing. drach. vnam, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur de eo nucis auellanæ quantitas ieiunis.

Cap. XVI.

ALIA Athanaſia conferens ad omnia ad quæ præcedens. Habet cinamomi, caſiæ, ſing. drach. ſex, croci, myrrhæ, ſing. drach. quatuor, coſti, nardi Syriaci, acori, mei, aſari, ſeminis petroſelini, piperis albi, dauci Cretici, ſinonis, ſing. drach. duas, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur ex ea fabæ Ægyptiæ quantitas.

Cap. XVII.

ALIA Athanaſia efficax ad omnia interna mala, & ſanans incomparabiliter. Accipit ſtyracis, caſiæ, myrrhæ, ſpicæ nardi, opii, croci, ſing. vnc. ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. XVIII.

ALIA Athanaſia, quæ generatim ad omnes neruorum affectus conducit: particulatim verò ſtomachicis, cœliacis, & omnibus dyſentericis affectibus, & vterinis præfocationibus, comitialibus, colicíſque affectibus, ſanguinis ſpuitionibus, & veſicæ affectibus mirificè cōfert. Habet myrrhæ, caſtorei, ſpicæ nardi, ſing. drach. quatuor, croci, opii, ſing. drach. ſex, aniſi, ſeminis apii, ſing. drach. octo. Excipe cum melle Attico vel ſaccharo ſufficienti. Datur ex aquæ cyathis duobus manè, iis quibus ſunt mala [a]humectatione indigentia: in iis verò qui defluxione infeſtantur, cum decocto chamæmeli vtere.

a Humectatione indigentia] Græcè eſt τεγγόμενα πάθη, vitia madefacienda. Intelligit ea quæ citra defluxionem aliquam nata ſunt.

Cap. XIX.

ALIA Athanaſia admodum laudata. Habet coſti vnc. vnam, caſiæ, fœnigræci, folii, ſpicæ nardi, eupatorii, glycyrrhizæ, croci, ſtyracis, ſing. vnc. vnam, mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. XX.

ALIA Athanaſia melior, [a]accommodata ad lethifera venena, & ad omnem corruptricem materiam. Cōfert ſtomachicis, & iis quibus cibus in ventriculo aceſcit, & non coquentibus: ſanguinem ſpuentibus, empyicis, & tuſſi diuturna conflictatis. Item lienoſis, iecinoroſis, nephriticis, cholericis, cibum vomitu reiicientibus, dyſentericis, mulieribus vterina præfocatione laborantibus, immodicis ſanguinis eruptionibus, capitis doloribus, omnibus lippitudinibus & tonſillarū inflāmationibus, gingiuis eroſis, articulorum dolore afflictis, & podagricis. Mēſes mulierū immodicè promanātes, ſanguinis è naribus profluuia & deſtillationes cohibet. Exhibetur autem medicamētum hoc modo. Iis qui lethalia ſumpſerunt venena, datur nucis auellanæ quantitas ex aquæ mulſæ cyatho vno: illis autē qui à venenatis animātibus icti ſunt, ex meri cyathis tribus. Ad omnes defluxiones ex polygoni vel baccarum myrti decocto. Ad veſicæ aut renū affectus, ex paſſo aut [b]ſcybelite aqua diluto. Ad immodicas mēſtruorū eruptiones, ex iure decoctóve quinqueneruiæ, aut vino myrtite bibitur, & [c]vt peſſus ſubditur: ad inflāmationes tonſillarū ex mulſa diluta bibitur.: ad [d]gingiuarū dolores cibis imponitur & admiſcetur. Ad febres per circuitū reuertentes, potiſſimùm verò cum rigore, tertianas nimirū, quartanas & quotidianas, vna ante inuaſionē hora datur cum temperata. Iis verò qui cibum non retinent, ex ſucco roſarum. Habet nardi Indicæ, nardi Celticæ, myrrhæ, coſti, petroſelini Macedonici, ſing. drach. quatuor, mei, acori, aſari, phu, Lēnii ſigilli, corticis radicis mandragoræ, piperis albi & longi, ſeminis papaueris, ſingul. [e]drach. quatuor, croci, opii, ſtyracis, aniſi, dauci Cretici, ſeminis apii, hyoſcyami, ſeſelis, ſing. drach. octo, acaciæ, caſiæ, cinamomi, ſing. drach. duodecim, mellis Attici vel ſacchari quantū ſufficit. Opium verò & ſtyracē in paſſo Cretico macerato aut mulſo. Crocum autem primùm vino diſſolue, & deinceps excipe, ac dato. Eſt admodum laudata.

a Accommodatum] Græcè legitur ἐπιτέλαμένον, ſed meo iudicio rectiùs ſcriberetur ἐπιτετευγμένον: qua dictione Galenus & alii etiam crebrò vtuntur, pro eo quod eſt proſperè experimēto cognitum & accommodatum. b Scybelite] Scybelites vinum eſt, Aetio libro 9. cap. 24. teſte, quod ſua ſponte ex paſſis vuis vinum vltrò effundentibus deſtillat. Sic etiam in Nicolai interpretationibus legitur, Σκυβελίτης οἶνος, ὁ μετὰ τὸ παληθῆναι σταφυλὰς ἀποστάζων οἶνος, id eſt, Vinum ſcybelites eſt, quod ab vuis paſſis & in vite à ſole aduſtis deſtillat. Nam παληθεῖσαι σταφυλαὶ, Græcis non quæ calcatæ ſunt, ſed quæ diu in vite ſolem paſſæ ſunt & aduſtæ, dicuntur. Sic quoque metipſe Nicolaus infrà, antidoto 145. interpretatur. c Vt peſſus] Manuſcriptus codex falsò legit ὡς πίσω, pro ὡς πεσσὸς. Peſſus autem, vel (vt hodie faciētes medicinam loquuntur) peſſarium, quid ſit, diximus lib. 2. De compoſitione medic. vt non ſit opus hîc longiùs referre. d Gingiuarum dolores] In Nicolai codice manuſcripto legitur μυλαλγίας, quam tamen dictionem eſſe corruptam cenſeo, & pro ea ſubſtituendam οὐλαλγίας. Quippe paulo antè gingiuarum, quas Græci οὖλα vocant, meminit: quanquam & tum malè μὺ ὔλας βιβρασκομένας pro οὖλα βιβρωσκόμενα legebatur. Et μυὔλα quid ſignificet non video. Quinetiam Aetius libro 8. cap. 25. varia remedia πρὸς τὰ διαβιβρωσκόμενα οὖλα tradit. Quum itaque eroſio gingiuarum citra dolorem eſſe nequeat, nunc οὐλαλγίαν rectiſſimè nūcupat Nicolaus. e Drachmas quatuor] Solenne eſt non ſolùm Nicolao ſed & aliis tum Græcis tū Arabibus medicis, menſuras aut pondera quæ vno numero comprehendūtur (vt hoc in loco) identidem ſubinde repetere. Sic Galenus alicubi dixit, myrti nigræ ſextarium vnum, ſeminis apii ſextarium vnum, ſummitatum ramorum myrti ſextarium vnum: quum tamen enumeratis iis omnibus ſcribere potuiſſet, ἀνὰ vel ἴσον, hoc eſt æqualem portionem. Huius ταυτολογίας exempla ſunt plurima apud Græcos, Latinos, & Arabes medicos. Quod hoc loco annotandum eſſe duxi propter monachos illos qui in ſuis quas in Meſues antidotarium nominatum nuper euulgarunt annotationibus, ita ſcriptum reliquerunt: Et ex hoc vltimo, vnum generale notandum ſequitur. Hoc eſt quòd vbicunque in deſcriptionibus iſtius antidotarii inuenietis per libros duo pondera vel plura medicinarum ſimilia, vel cum anà, vel ſine anà immediatè vnum poſt aliud, ſcitote ſine dubio errorem eſſe in aliquo ipſorum. Hæc illi. Sed quantum cucullati illi fratres decepti ſint, ex præſenti Nicolai loco, & aliis multis, atque exemplo è Galeno à nobis producto, omnibus conſpicuum fit. cōueniebat fratres iſtos theologica potiùs quàm medica ſectari ſtudia.

Cap. XXI.

ANTIDOTVS è moſcho, prodeſt dyſentericis, cœliacis, teneſmo, carnis diſſolutioni, corporis mortificationi, imbecillitati, appetentiæ abolitæ, & frigiditati ventriculi. Accipit roſarū rubearū hexag. vnū, croci hexag. S. Lemnii ſigilli hexag. vnū, thuris, maſtiches, ſing. hexagii ſemis quartā partē, ſeminis fœniculi hexag. S. oſſiū palmularū hexag. vnū, corallii rubei, boli Armenii, ſanguinis draconis, ſing. hexag. duo, cinamomi, caryophyllorū, zingiberis, nucis moſchatæ, ſing. hexag. duo, ligni aloes hexag. vnum, margaritarū hexag. S. moſchi ſcrup. duos, papaueris [a]albi hexag. S. [b]maioranæ, ſeminis ocymi, ſing. hexag. S. ſpicæ, caphuræ, ſing. ſcr. duos, auri puri hexag. S. oſſa cordis ceruini duo, [c]oſſiū purpuræ ſcrup. duos, galāgæ, cardamomi, ſing. hexagii quartā partem, [d]rhei barbari vſti hexag. vnū, lapidis hæmatitis hexag. ſemis, baccarum myrti, mori fructus immaturi, ſeminis quinqueneruiæ, ſingul. ſcrupulos duos, ſtillatitii roſarum liquoris & ſacchari quod ſatis eſt.

a Papaueris albi] Græcè eſt παπαβάρεως ἀσπρων. Legendum autem erit ἀσπρου. Videtúrque hanc dictionem Nicolaus ex Arabibus deſumpſiſſe, qui inter ſpecies ſtyracis, vt Ruellius in ſuo de ſtirpiū natura cōmētario annotauit, aſprō, hoc eſt cādicātē recēſent. Cæterùm ἄσπρον Nicolao idē quod λευκὸν ſignificare, ex catapotio 15. fit manifeſtiſſimū: in cuius cōpoſitione inter alia ita ſcribit, πεπερ ἄσπρον καὶ κόκκινον, id eſt peperis albi & rubei. b Maioranæ] Manuſcriptus codex habet μαρκυραναν, quam ego vocem Latinam, attamen corruptam eſſe arbitror. Scribēdum autem fuiſſet μαιοράναν, id quod ex Actuarii antidoto è moſcho ſatis comprobatur, in qua ſampſychi etiam mentio fit, quod alio nomine maiorana vocatur. c Oſſiū purpuræ] Intelligit id quod Actuario blattium Byzantium dicitur. Vide annotationem duodecimam huius ſectionis primæ. d Rhei barbari] Codex Nicolai manuſcriptus habet, ῥεμπαρμπάρκαυτου pro ῥέου βαρβάρου καυστοῦ. De altero itaque genere purgantis rhei, barbaro nimirum, quod Indico (quo hodie in officinis vtuntur ſub nomine barbari, vt lib. 1. De comp. medic. cap. 83. fuſiùs oſtendimus) ignauius eſt, hoc loco Nicolaus loquitur, quod ſanè ventriculi dolori imbecillitatíque eius plurimùm confert. Quum autem hæc antidotus etiam dyſentericis ſit vtilis, Nicolaus vſtum eſſe exhibendum, haud ſecus atque Meſue, quo quidem ætate

re poſterior fuit (vt infrà, vbi eius nominatim mentionem facit, euidenter admodum monſtrabimus) præcipit. Sic enim in capite de rhabarbaro Meſue ſcriptum reliquit: Si adſtrictio maior expetitur, aſſum datur: ſi maxima, vſtum. Non eſſe autem dyſentericis dandum hoc rhabarbarum, alibi, & loco paulo antè citato, diximus. Nihil autē mirum, Meſuen illud in dyſenteria exhibere, vt qui vires rhei veterum ſuo rhabarbaro adſcripſerit. Cuius errorem etiam hoc loco ſequi voluit Nicolaus, qui hanc compoſitionem, vt alias multas, ex aliquo Arabico ſcriptore haud dubiè deſcripſit.

Cap. XXII.

ALIA antidotus quæ confert dyſenteria laborantibus, cœliacis, carnium diſſolutioni, corporis mortificationi, & cibū nō appetētibus. Vtilis quoque eſt ad prædicta mala, perinde atq; Athanaſia. Habet cinamomi dr. vnā ſemis, folii, galāgæ, maceris, [a] caryophylli magni, ſingul. ſiliquas quinq;, zingiberis vnc. S. cardamomi drach. vnā, [b] menegetæ ſemidrachmæ quartā partē, ſpicæ, carei, maſtiches, berberis, piperis longi ſiliq. quatuor, caryophylli, nucis moſchatæ, [c] cubebarū, ſing. gr. ſeptem, ſpodii, blattii byzantis, ſing. hexagii ſemis quartā partē, coralli rubei ſcrup. vnū, interioris tunicæ vētriculi gallinæ ſcrup. duos, palmularū oſſa tria, boli Armenii dr. vnam, ligni aloes boni hexag. S. moſchi gran. tria, ſeminis fœniculi, aniſi dulcis, ocymi, hexag. vnū, croci drach. vnam, Lemnii ſigilli, papaueris albi, ſing. gran. ſeptē, rhei barbari vſti hexag. vnū, baccarū myrti aridarū, roſarum rubearum, ſing. hexag. duo, margaritarū hexag. ſemis. Oſſa cordis ceruini duo, decocti cotoneorum, decocti quinqueneruiæ, ſtillatitii [d] campeſtrium roſarum liquoris & ſacchari quantum ſufficit.

a [Caryophylli magni] Nicolai codex legit αἰτοφαλῆς. Quid autem ſit αἰτόφαλον, vel rectiùs αἰτόφυλλον, ipſemet Nicolaus infrà in antidoto 39. Diacamaron interpretatur, ſic vocari dicens caryophyllos magnos. Verba eius hæc ſunt, καρυόφυλλον τὸ μέγα τὸ ὀνομαζόμενον ἰταλικῇ γλώσσῃ αἰτόφαλι. Sic paſſim barbaris & Arabibus vocibus Nicolaus vtitur, quas ipſe perpetuò Italicas appellat. Eſt autem αἰτόφυλλον, Caryophyllum maſculum Auicēnæ appellatum, quod ſcilicet craſſum, oblongum eſt, & oliuæ nucleum refert. b Menegetæ] Nicolaus habet μενεγέταις pro μενεγέται. Quæ iterum vox barbara eſt, & Græcis aliis vetuſtioribus inuſitata. per eam autem haud dubiè intelligit id cardamomi genus quod officinæ hodie granum paradiſi nominant. Nam Hiſpani ad hoc nomen alludentes, in hodiernū diem melligretā, & vulgò malagretam vocant, vt 1. lib. De compoſ. medic. cap. 5. diximus. Quòd autem per menegetā id cardamomi genus intelligat, quod maius hodie, vel granum paradiſi nuncupatur, ex eo quod præcedit, abundè conſtat. Cardamomi enim meminit, quo nomine minus olim vocatum hodie officinæ appellant. Duorum itaque generum cardamomi hoc loco mentionem facit Nicolaus, minoris nimirū, quod cardamomum vocat: & maioris, quod menegeta eidem dicitur. c Cubebarum] Græcè eſt ſcriptum κομπίπερ. Quæ vox haud dubiè idē quod Actuario κομπέβα, vel κόμπεβα ſignificat. Neque mirum eſt, Nicolaum in literarùm contextu nonnihil ab Actuario variare. Miris enim modis has barbaras voces, vt pote peregrinas & ſuæ genti non admodum cognitas, paſſim exarare ſolet, vt quid per has ſignificare velit, difficulter aliquis deprehendere poſſit. Combebas autem in antidoto Dialacha Actuarius priſcis carpeſia eſſe appellatas tradit. Erunt itaque fructus qui hodie officinis cubebæ nominantur. Neque me mouet, quòd in interpretationibus Nicolai ſcriptum ſit, κομπίπερ, τὸ καρδάμωμον, neque enim cardamomi ſpecies dici poteſt, quum vtriuſque iam meminerit antea. Ex aliis etiam Nicolai compoſitionibus dilucidè oſtendemus, combebas non eſſe niſi cubebas hodie dictas. d Campeſtrium] Græcus manuſcriptus codex habet καμπίων. Quæ itidem vox barbara, & corrupta eſt. Scribendum enim erat καμπίων, vt à Latina voce campi eſſet deducta. Roſas enim campi vel camporum intelligit Nicolaus, hoc eſt in campeſtribus locis natas.

Cap. XXIII.

ANTIDOTVS ex aniſo. Facit ad viſcerum durities, & ventriculi inflationem. Recipit aniſi vncias quatuor, cinamomi, carnabadii, pulegii, thymi, ameos, ſeminis fœniculi, ſing. vnc. duas, cumini, cardamomi, cubebæ, zingiberis, ſpicæ, galāgæ, caſiæ ligneæ, piperis longi & nigri, ſingul. vnc. vnam, mellis Attici aut ſacchari quantum ſatis eſt.

Cap. XXIIII.

ANTIDOTVS lingua Italica [a] alcancali cognominata. Efficax ad febres ardentes, tertianas ſimplices & duplices, atque continuas. Datur ad omnes ardentes febres, lipyrias, hemitritæos, & ſimpliciter ad omnē affectum febrilē. Habet myrobalani [b] citrini, myrobalani cepuli, myrobalani Indici, ſing. drach. ſeptem, ſeminis portulacæ, violarum purpurearum, ſing. vnc. ſemis, myrobalani [c] belirici & emblici, ſing. drach. vnam gran. ſeptem, maſtiches drach. vnam ſcrup. vnum, [d] oxyphœnici vnc. tres, [e] floris nenuphari, [f] ſylueſtris vocatæ colocynthidis, [g] hermodactyli, ſing. drach. II. gr. quatuor, caſiæ ſiſtularis repurgatæ vnc. quatuor. poſtea accipe [h] violarū vnc. S. aquæ lib. duas, & hæc probè vſque ad tertias coquito, deinceps per ſaccū excolato, acceptaq; eiuſmodi aqua, in eā conīicito caſiā ſiſtularē & oxyphœnicū: & ſubactis per q; ſaccū probè colatis omnibus, ſinito. Deinceps alia accepta aqua, indito illi ſacchari lib. vnā S. & ebulliant quoad mellis craſſitudinē accipiāt. poſtea ſumpta aqua oxyphœnici & caſiæ ſiſtularis per ſaccū prius tranſfuſa, coquito hæc ſimul donec ad mellis craſſitudinem veniāt. Tandē ſpecies ſupradictas probè contritas iniice. Dantur pro viribus vtentiū ex aqua tepida drach. tres. Quòd ſi volueris, præbeto ſcr. duos aut tres ex diluto rheibarbari tepido, aut aqua roſacea: datóq; ieiuno.

a Alcancali] Græcus Nicolai manuſcriptus codex legit, ἀλκάνκαλι ὀνομαζομένη γλώσσῃ Ἰταλικῇ. Vnde palàm fit omnibus, Nicolaum hanc antidotum, vt alias multas, è barbaro aliquo authore deſcripſiſſe, qui vocem Græcā prorſus deprauauit. Scribendū enim erat ἀγγελόκαλος. id quod partim ex voce corrupta, partim ex Latinis Nicolai codicibus manifeſtè colligi poteſt. Latini enim codices legunt alcancalō, & interpretantur bonum nuntium. b Citrini] Flauos myrobalanos vulgari ac trita etiam nunc in officinis voce appellat citrinos. c Belirici & emblici] Et hæc duo myrobalanorum genera viitatis hodie ac barbaris nominibus vocat, quum Actuario beletzici & emplitici nominentur. d Oxyphœnici] Fructum intelligit, qui hodie tamar indus dicitur. Vide quæ lib. 1. De compoſ. medic. cap. 76. annotauimus. e Nenuphari] Græcè eſt νουφάρε. Ita autem appellat Nymphæam, quam in hodiernum diem officinæ vnius ſyllabæ adiectione nenupharum nuncupant. f Sylueſtris nominatæ cucurbitæ] Græcè eſt, ἀγριοκολοκύνθης. Vocant autem Græci colocynthidem alio nomine cucurbitam ſylueſtrem. Latini Nicolai codices habent berberis: vt ferè ſuſpicio ſit, legendum eſſe in Nicolao, τῆς ὀνομαζομένης ὀξυακάνθης. Oxyacantha enim id eſt veteribus Græcis quod barbaris berberis. g Hermodactyli] Hoc nomine non intelligendum venit quod hodie ita officinæ & medici appellant, ſed behen, vt ſuprà quoque annotatione ſeptima diximus, præſertim rubea. Nam Latini codices habent behen rubei. h Violarum] Græcè legitur, εἶτα λάβε ἴα οὐγ. ϛ´. Latini tamen codices Nicolai non ſimpliciter violarum, ſed ſerapii violacei, habent.

Cap. XXV.

ANTIDOTVS lingua Italica [a] diatamaron nominata. Prodeſt capitis doloribus, lethargicis, ſtomachicis, podagricis, nephriticis, bilioſis, pituitoſis, & inflatione ſtomachi laborantibus. Eſt autē hæc ipſa [b] laxatiua. Accipit aloes flauæ drach. v. S. gran. ſex, caſiæ ſiſtularis repurgatæ drach. vnā gr. ſex S. maſtiches ſcr. duos gran. v. xylobalſami ſcrup. vnū gran. v. ſeminis cinamomi, ſcr. duos gr. v. iridis drach. vnā, radicis [c] dracontii ſcrup. vnū gran. duo ſemis, agarici, colocynthidos, nitri, euphorbii, caſtorei, ſing. ſcrup. duos gran. v. petroſelini, ſeminis apii, ſeminis macedoniſii, ſing. ſcrup. duos gr. v. [d] veratri nigri drach. S. dacrydii ſcrup. tres gr. v. cocci Cnidii ſcr. duos gr. v. turpeti repurgati hexag. S. mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur matutino tempore caſtaneæ nucis quantitate ex aqua tepida.

a Diatamaron] In manuſcripto Nicolai codice ſcriptum fuit, ἀντίδοτος ἡ διαταμαρᾶ ἰταλικᾷ γλώσσῃ διδομένη: perperam ſanè, vt nemo non videt. Scribendum enim erat, ἀντίδοτος ἡ διαταμαρῶν ἰταλικῇ γλώσσῃ λεγομένη. Satis autem ex dictione διαταμαρῶν claret, Nicolaū hanc antidotum ex barbaro aliquo authore tranſcripſiſſe, qui illam mirificè deprauauit. Non enim διαταμαρῶν, ſed ἀντίμορος vel ἀντίμορον legendum: quaſi dicas aduerſus mortē vel morbum. Neque enim Græcis μόρος aliud quàm mortem aut morbum ſignificat. Et Latini Nicolai codices correctiores antimoron hoc loco legunt. b Laxatiua] De induſtria barbara hac voce vſi ſumus, quum eadem etiam Nicolaus vſus ſit, haud dubiè tanquam apud medicos admodum trita. Ait enim, ἔστι δὲ ἡ τοιαύτη λασατίβα. Laſatiba autem dixit, pro λαξατίβα. Et hinc iterum manifeſtum fit Nicolaum hanc antidotum ex barbaro aliquo, qui Latinè ſcripſit, deſumpſiſſe authore. c Dracontii] Verum dracontium intelligit, pro quo ſeplaſiarii, maximo errore, radice biſtortæ vocatæ herbæ vtuntur. In penuria tamen veri dracontii, radice ari vtendum erit. d Veratri nigri] Sic legunt omnia Latina exemplaria. Nicolai manuſcriptus codex falſò legit ἐλενίου μέλανος, pro ἐλλεβόρου μέλανος.

Cap. XXVI.

ANTIDOTVS hæmagogos, hoc eſt ſanguinem ducens: [a] vtilis exiſtit ad varia muliebria vitia. eas enim quæ ſolito tēpore purgari haud cōſueuerunt, mirificè iuuat. Mēſes enim euocat, fœtū vtero immortuū excutit. Eas quæ à partu non ſunt purgatæ, expurgat & ſanitati reſtituit. Calculū veſicæ cōterit, & per vrinā expellit. ſtillicidiū vrinæ, obſtructionē iecoris, lieniſq; duritiē ſanat. Omnibus internis malis, cruditati ſtomachi, coli doloribus nephriticiſq; auxiliatur. Hæmorrhoidas aperit, ſecūdas educit. Veſicam expurgat, ſtomachum calefacit, flatus diſcutit, vomitum cōpeſcit, & mulierum malis

omnino eſt ſalutaris. Habet ſeminis intybi, acori,amo (A) mi, [b] atriplicis ſeminis, fœniculi ſeminis, ſingulorum ſcrupulum vnum grana ſex, aniſi ſcrupulos duos, ariſto lochiæ longæ, artemiſiæ, caſiæ, ſingulorum ſcrupulos duos grana quatuordecim, centaurii maioris ſcrupu los duos,dauci Cretici ſcrupulos duos,[c] ellebori nigri ſcrupulum vnum, foliorum lauri ſcrupulum vnum ſemis grana tria,glycyrrhizæ drachmam vnam & ſcrupulum vnum,lupinorum drachmas duas, nigellæ ſcrup.duos, myrrhæ ſcrupulos duos grana quatuordecim,erui ſcrupulum vnum,aluminis ſcrupulos duos,ſeminis petroſe (B) lini ſcrupulum vnum, pyrethri ſcrupulos duos grana quatuordecim,piperis nigri drachmam vnam ſcrupul. duos grana ſeptem,pulegii ſcrupulos duos grana quatuordecim, pæoniæ ſcrupulũ vnum grana octodecim, cyperi ſcrupulos duos,ſeminis rutæ ſcrupulos duos grana quatuordecim, [d] ſpicæ ſcrup.duos grana quatuordecim,floris iũci odorati ſcrup.duos gran.quatuordecim, ſaluiæ,ſeminis apii,ſingulorum ſcrup.vnum gran.quatuordecim,caryophylli ſcrupulos duos, radicis capparis,cumini,ſingulorum drachmam vnam, mellis Atti- (C) ci aut ſacchari quantum ſufficit.

a Vtile exiſtit] Quæ ſequuntur vſque ad verbum Habet,omnia in Græco Nicolai manuſcripto codice deſiderantur, quæ nos ex Latinis codicibus reſtituimus. b Atriplicis] Manuſcriptus codex habet ἀτριπτικῆς pro ἀτ]ριπλικῆς. Latinam vocem & hîc Græcis exarauit literis, quod illi ſolenne eſt. c Ellebori nigri] Iterum ἐλλ νίκ μέλανος, vt ſuprà, pro ἐλλεϐόρȣ. d Spicæ] Poſt ſpicam manuſcriptus codex legit σμύρνης, hoc eſt myrrhæ: ſed perperam, quòd paulo antè eius in eadem antidoto facta ſit mentio. Latini codices habent ſinonis, vt ferè ſuſpicio ſit σίνωνος pro σμύρνης eſſe legendum.

Cap. XXVII.

ANTIDOTVS è caſtoreo. Succurrit vertigino- (D) ſis,comitialibus,apoplecticis, reſolutione correptis,tremulis,& paraplecticis. Datur nucis Ponticæ quantitate ex decocto abſinthii,ſaluiæ,adianti,macedoniſii,&[a] granorum ſolis. Recipit caſtorei,myrobalani,ſing.drach. tres,aloes flauæ drach.vnã ſemis, [b] ſcordoraſarin, quod Italis aſa fœtida dicitur,myrrhæ,euphorbii, ſing.drach. vnam grana ſeptem, folii, [c] artimonii,id eſt pyrethri, tragacanthæ,calami odorati,nitri,galbani, ſenæ, floris iunci odorati,ſpicæ,opopanacis,rhei Pontici,ſagapeni, ſtyracis calamitis,zingiberis,cinamomi, ſing. drach. v- (E) nam gran.duo,[d] ſtaphidis ſylueſtris,ſeminis dauci,fœniculi, petroſelini ſeminis, [e] cumini lati,nigellæ,ſinonis [f] petrolei, quod eſt vnguentum ſancti Barbari, ſtyracis, rubeæ,ſanguinis draconis,thuris,[g] ſalis ammoniaci, zedoariæ,aniſi,ſing.drach.tres ſemis ſcrup. octo, [h] thymbræ, hyſſopi,chamædryos,pulegii,origani,balſami,[i] balſamitæ,(quæ eſt proceriſſima ſylueſtris mẽtha) ſeminis ocimi,[k] brancæ vrſinæ,dictami, ariſtolochiæ rotundæ, braſſicæ ſylueſtris decocti,aſari,ſaluiæ,roſarum,bdellii, ſing.gran.octodecim, [l] amparis grana decem, oſſis cor- (F) dis ceruini drach.tres, oſſis naris purpuræ drach.vnam, epithymi,polypodii,opobalſami, ſing. gran. tredecim, [m] lauriolæ campi,hoc eſt betonicæ gr.vndecim, anacardii,ſabinæ,gentianæ,foliorũ mandragoræ,ſing.ſiliquas duas ſemis,[n] ſerici vſti gran.duodecim,peucedani,abſinthii,ſing.gran.ſeptem,iridis gran.tredecim,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Granorum ſolis] Græcus codex habet γρανοσόλȣ pro γρανόσολις. Grana verò ſolis non ſunt niſi ſemina lithoſpermi: quod officinis etiam hodie milium ſolis dicitur, vt alibi fuſiùs monſtrauimus.

b Scordoraſarin] Quid per hanc vocem intelligendum veniat, (G) metipſe Nicolaus explicat dicens, σκορδοράσαριν, τὸ λεγόμενον ἰταλικῶς ἀσαφιτίδα, Scordoraſarin, quod Italicè aſa fœtida vocatur. Per aſã autẽ fœtidã non id quod hodie ſic officinæ vocant, accipiendũ erit, ſed ſtirps potius quam tum Græci tum Latini ſcordium vocant. Nam infrà ſæpe admodum hanc dictionem ἀσαφίτιδα, (ſic enim ſcribẽdum erat) interpretatur pro ſcordio, vt in enemate 19. in hiera Theodoretis 4. & in hiera Logadii 14. & crebrò aliâs. In interpretatione etiam nominũ obſcurorum Nicolai ita ſcriptum inuenitur, ἀσαφίτης τὸ σκόρδιον. Quare errant plurimùm officinæ, quæ in compoſitione hac & aliis Nicolai pro aſa fœtida non ſcordium, ſed rem quam ipſæ ſic hodie appellant, vſurpant. c Artimonii] Latini codices Nicolai, præſertim verò illi ex quorum præſcripto ſeplaſiarii hodie ſua medicamẽta conficiũt, maximo errore antimonii legunt pro artimonii. Quid verò ſit artimo (H) nium, metipſe Nicolaus exponit, inquiens, ἀρτιμονίȣ, ἤτοι πυρέθρȣ, artimonii, id eſt pyrethri. In dictionum quarundam etiam Nicolai interpretatione ſcribitur, ἀρτιμόνιον πύρεθρον. d Staphidis ſylueſtris] Ea eſt quæ officinis & medicis hodie ſtaphis agria vocatur. e Cumini lati] Græcè eſt πλατυκυμίνȣ. Latini codices habent ſileris: vt pro- (A) pemodum ſuſpicio ſit Nicolaum per latum cuminum intellexiſſe ſemen quod officinæ ſiler montanum vocant. f Petrolei] Græcè eſt πέτρελαίȣ. Per petroleum verò intelligit oleum quod ſic in hodiernum vſque diem vocatur, naturale nimirum, quod etiam oleum ſanctum & oleum petræ nominatur à noſtris medicis & ſeplaſiariis. Neque hoc eſt oleum, niſi bitumen liquidũ vel colamen bituminis; quod Babyloniis etiam naphtha vocatur: id quod è Meſue ſatis liquet. Petroleum igitur omne oleum, quod è ſaxis & petris emanat, dicitur. Et fuit haud dubiè Nicolai temporibus vſitatum petroleum, quod, vt ille ait, μύρον τȣ̃ ἁγίȣ βαρϐάρου, id eſt vnguẽtum ſancti Barbari nominauerunt. Perinde atque noſtra ætate fuit quod nonnulli circumgeſtabant, & ſanctæ Catharinæ oleum vocabant. Virum autem facit, quam nos virginem fuiſſe putamus, diuam appellantes Barbaram. g Salis ammoniaci] Græcus codex quo vſi ſumus, habet ἀλατὶ ἀμμωνιακοῦ, (B) pro ἁλὸς ἀμμωνιακȣ̃. h Thymbræ] Hoc eſt ſylueſtris ſatureiæ. i Balſamitæ] Græcè eſt βαλσαϐίτα ſcriptum pro βαλσαμίτα. Sic enim hodie officinæ ſpeciem ſylueſtris menthæ vocant. Nicolaus ait eſſe inter ſylueſtres proceriſſimam, ἥτις ἐςὶν ὁ μακρότατος ἄγριος ἡδύοσμος. k Brancæ vrſinæ] Nicolai codex habet, παρέτζε ουρσίνα, ἤτοι βέρϐερις, pro βραίτζε οὐρσίνα. Vocant autem in hodiernum vſque diem ſtirpem acanthum Græcis & Latinis dictam, officinæ brancam vrſinam. Quare interpretatio Nicolai non videtur eſſe legitima; quòd brancam vrſinam eſſe berberin tradit, quum ipſemet infrà in multis compoſitionibus berberin dicat eſſe eandem cum Græcorum oxyacantha. Et in vocum Nicolai interpretatione manifeſtè ſcriptum eſt, βέρϐερις, τὸ τ̃ ὀξυακάνθης σπέρμα, hoc eſt, berberis ſemen eſt oxyacãthæ. Ideóque in noſtra conuerſione hæc verba, id eſt berberis, conſultò, ne (C) confuſionis alicuius ſeplaſiariis & medicis authores eſſemus, omiſimus. l Amparis] Officinæ ambram vocant. m Lauriolæ campi] Græcus codex habet, λαυρίολε κάμπρι, ἤτοι δροσισϐόταvον. Eſt autem δροσισϐόταvον nihil aliud quàm betonica (vt diximus annotatione 39.) Pro lauriola igitur hoc loco non eſt accipienda herba quæ hodie ſic nominatur, & qua vulgus ſeplaſiariorum pro mezereon vtuntur, ſed betonica vulgò quoque vocata. n Serici vſti] De quo plura lib. 1. De compoſ. medic. diximus.

Cap. XXVIII.

ANTIDOTVS ad rigorẽ experta. Recipit caryophylli,piperis,terræ Samiæ,ſenæ,ſpicæ,ſing.drach.duas. In vino ſubacta datur ante inuaſionis horam.

Cap. XXIX.

(D) ANTIDOTVS pulcherrima omnis generis humores incidens. Vtilis quoque eſt à [a] bilis effuſione moleſtatis. Extenuat etiam pituitã, flatus diſſoluit, & appetentiã cõmouet. Mulieribus mẽſes ducit, & homini [b] animũ efficit, aciẽ oculorũ acuit, carniſq; nutritionẽ facit. Habet turpeti vnc.tres,roſarũ,violarũ,ſing. vnc.1.galangæ,maceris,granorum ſolis,maſtiches,thuris,cardamomi,myrobalani Indici, ameos, ſing.drach.S.aſparagi ſeminis,[c] ruſci,ſing.vnc.1. ſcammoniæ vnc. vnã dr. duas, (E) caryophylli,ſpicæ,zingiberis,croci,ſaxifragi,piperis lõgi,amomi, ſeminis petroſelini,[d] ſalis gẽmæ,cinamomi, ſing.drach.duas,hermodactyli, ellebori nigri,ſing.vnc. duas,polypodii vnc.vnã,decocti [e] ebuli lib.vnã,ſeminis fœniculi,aſari,ſing.vnc.vnã, opopanacis,colocynthidis ſing.dr.vnã,ariſtolochiæ rotũdæ,tragacãthæ, ſing.vnc. duas,iridis vnc.vnã,cumini, ſeſelis, ſing. vnc. vnã,anacardii vnc.duas,agarici vnc. vnã, mellis Attici vel ſacchari quod ſufficit. Dantur de eo manè ieiuno hexagia tria,vel tria & ſemis,pro virium ratione.

(F) a Bilis effuſione] Perperam in Græco eſt, ὑπὸ ἰςχολάσεως pro ἐκχολάσεως. b Animum efficit] Græcè non rectè legitur νȣ̃ν ἔχȣ pro ἔχειν. c Ruſci] Græcè erat μπρȣ́σκου. Qui error omnes ita inuaſit officinas, vt in hunc vſque diem ruſcum, adiectione vnius literæ, bruſcum appellent. d Salis gemmæ] Hæc vox Nicolai ſeculo medicis & ſeplaſiariis trita erat. In codice enim Græco ſcribitur σαλ τζέμε, pro σάλις γέμμε. Latinis ſal foſſilis dicitur, vt alibi copioſiùs docuimus. e Ebuli] Græcè non rectè ἐμπούλου pro ἐϐούλȣ legitur. Sed nihil mirum Nicolaum Latinas, & alias ſibi incognitas voces ita deprauaſſe.

Cap. XXX.

ALIA antidotus priori ſimilis, idem efficiens. Ac- (G) cipit turpeti drach.vnã,dacrydii,hermodactyli, roſarũ, [a] eſulæ,(hoc eſt chamæpityos) polypodii, ſingul.dr. ſex, caryophylli,ſpicæ,zingiberis,croci,ſaxifragi,piperis lõgi,amomi,ſeminis apii,ſalis gẽmæ,galãgæ,petroſelini, maceris,carnabadii,ſeminis fœniculi, [b] aſparagi,ruſci ſeminis,granorum ſolis,thuris, maſtiches, ameos, [c] lapidis litzi, [d] ſing. drach. vnam, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur vt præcedens.

a Eſulæ] Nicolaus eſulam non tithymali ſpeciem, ſed potiùs chamæpityn vocat. Sic etiam in dictionum Nicolai interpretatione ſcribitur, ἔζȣλα ἢ χαμαιπίτυς, eſula eſt chamæpitys. Quod hîc & in a- (H) liis Nicolai compoſitionibus diligenter obſeruandum erit. b Aſparagi] Perperam in manuſcripto codice legitur ἀσπαράγȣ pro ἀσπαράγου. c Lapidis litzi] Græcus codex habet, λάπις λίτζι. Animaduertendũ autẽ lapidẽ litzi variè apud Nicolaum ſumi, vt ex ſequẽtibus patebit latiùs. Hîc certè, haud ſecus atque in antidoto ſequẽti 37. accipitur pro lapide praſio. Lapis autem hic ita eſt dictus, quòd porri

ſucco ita aſſimilis ſit: à Theophraſto praſitis appellatur. Plinius lib. 37. cap. 8. eius tria eſſe genera tradit. Eaſdem quas iaſpis facultates habet. Quare in hanc compoſitionem inſcribitur vt ventriculum roboret. eam enim facultatem habere iaſpidem, ex Galeno ſatis liquet. In inopia verò praſii, ſmaragdo, cui eadem vis eſt, vti licebit. d Singulorum drachmam vnam] Sic legendum eſſe cenſeo, ne pondus prorſus omiſſum ſit.

Cap. XXXI.

ALIA ſimilis, admodum bona. Habet zingiberis vnc. duas, myrobalani flaui vnc. tres, emblici vnc. vnã, ſinonis, pulegii, cardamomi, ſing. vnc. vnam, caryophylli piperis cõmunis, ſing. vnc. quatuor ſemis, croci hexag. vnum, turpeti vnc. ſemis, ſcammoniæ vnc. ſemis, mellis Attici aut ſacchari quantũ ſufficit. Datur vt præcedens.

Cap. XXXII.

ANTIDOTVS è Rheo barbaro. Eſt autem admodum vtilis, quemadmodũ præcedens. Recipit ſantali albi vnc. ſemis, ſantali rubri drach. vnã, ſpodii drach. duas, macceris hexag. vnum, maſtiches, croci, ſpicæ, ligni aloes, cardamomi, aſari, gallæ moſchatæ, berberis, turpeti, caryophylli, ſing. vnc. vnã, ſeminis fœniculi, ocimi ſeminis, cinamomi veri, ſing. vnc. S. caphoræ drach. ſemis, oſſa cordis ceruini tria, tragacanthæ, gummi Arabici, ſing. vnc. ſemis, rhei barbari hexag. tria, aniſi, ſeminis intybi, portulacæ ſeminis, ſeminum peponis, cucumeris, & [a]citruli purgatorum, ſing. vnc. ſemis, roſarum vnciam vnam, ſenæ vnciã vnam, dacrydii vncias duas hexag. vnum ſemis, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſatis videbitur.

a Citruli] Græcè eſt σαρακίνυ. Sic autem genus cucumeris vocat, quod hodie citrulum nominant officinæ: id quod ex multis compoſitionibus aliis fit manifeſtum.

Cap. XXXIII.

ALIA antidotus ad eadem efficax, ſimiliter data. Recipit roſarum rubearum, glycyrrhizæ, ſcrup. quinq;, cinamomi drach. quatuor, caryophylli, nardi, ſagapeni, [a]cãchryos, gallæ moſchatæ, nucis moſchatæ, zedoariæ, cardamomi, aſari, ſeminis apii, ſing. ſcrup. duos, ſeris hexag. duo, dacrydii hexag. tria, turpeti hexagia duo, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris, quod ſatis eſt.

a Canchryos] Græcus Nicolai codex habet χάχριος. Sed legendum eſſe iudicamus κάγχρυος. Eſt autem Canchrys ſemen libanotidis.

Cap. XXXIIII.

ANTIDOTVS alia ſimilis, [a] laxatiua, quæ itidẽ bona admodum eſt. Habet cinamomi vnciam vnam, croci hexagia duo, zingiberis, caryophylli, ſingulorum vnc. ſemis, aniſi, [b]fœniculi, ſing. vnciam ſemis, ameos hexag. vnum ſemis, nuces moſchatas duas, turpeti, ſcãmoniæ, ſing. vncias duas ſemis, ſacchari vel ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſatis videbitur. Dantur media nocte hexagia tria, aut tria & ſemis, pro virium diuerſitate.

a Laxatiua] Iterum Nicolaum imitantes barbara dictione de induſtria vſi ſumus. Legitur enim hoc loco λασατίβα pro λαξατίβα, vt ſuprà etiã monuimus. b Fœniculi] Græcus Nicolai codex legit φένυκλιν. Cenſeo autem hîc Nicolaum, ſuo more, Latinam dictionem Græcis literis, haud tamen ſiue deprauatione, exaraſſe. Legendum itaque videtur potiùs φενίκυλι. Nam ſeminum aniſi & ammeos fit hîc mentio, quibus meritò fœniculi ſemen copulatur, vt infrà etiam facit, antidoto nimirum 36. temere tamen nihil ſtatuimus.

Cap. XXXV.

ANTIDOTVS è corallio. Prodeſt cardiacis, continuis febribus, corporis mortificationi, & carnium diſſolutioni. Eſt autem ſomnifera, corporique voluptatem affert. Capit caryophylli, cinamomi, croci, ſingulorum hexag. vnum, ſpicæ, galangæ, ligni aloes, ſingulorum hexagium ſemis, glycyrrhizæ hexag. vnum, nucis moſchatæ hexagium vnum ſemis, margaritarum hexagium ſemis, zingiberis hexagium ſemis, corallii rubri hexagium vnum, ambaris, blattii byzantii, ſingulorum ſcrupulum vnum grana duo, moſchi grana duo, ſeminis ocimi ſcrupulum vnum grana duo, caphuræ, papaueris albi, ſingulorum grana quindecim, trium ſantalorum, ſingulorum drachmam ſemis, [b] ſacchari appellati candi vnciam ſemis, oſſa cordis ceruini duo, ſpodii ſcrupulum vnum grana duo, pſyllii drachmam ſemis,

A ſtillatitii roſarum liquoris & ſacchari quod ſatis eſt.

a Voluptatem affert] Græcè χαράποιον. Significat enim Græcis χαρὰ idem quod ἡ ἡδονή, ἀγαλλίασις, εὐφροσύνη, hoc eſt voluptas, oblectatio, hilaritas. b Sacchari appellati candi] Græcus manuſcriptus codex habet κάντιον. Quòd verò κάντιον Nicolaus appellet id quod hodie ſaccharum candi vel candidum vocant officinæ, infrà ex antidoto Diarhodon Abbatis 96. manifeſtum faciemus. Iudico autem hanc quoque dictionem eſſe deprauatè exaratam, dicendúmque fuiſſe κάνδιον. Sequutus eſt enim Nicolaus morem eorum qui etiam hodie decurtata voce hoc genus ſacchari vocant candi, quum potius integra voce candidum eſſet appellandum, quemadmodum fuſius lib. 1. Paradox. noſtrorum cap. 35. diximus.

B Cap. XXXVI.

ALIA antidotus ſimilis, admodum laudata & vtilis. [a]Stomachicum laxatiuum dicitur. Habet cinamomi vnciam ſemis, croci hexagium ſemis, zingiberis vnciam ſemis, caryophylli hexagia duo, aniſi, fœniculi, ſingulorum hexagium vnum ſemis, ameos hexagii ſemis quartam partem, amomi drachmas duas, nuces moſchatas duas, turpeti vnciam vnã ſemis, moſchi grana duo, ſenæ vnciam ſemis, epithymi drachmas duas, ſcammoniæ drachmam vnam, ſantali rubri drachmas duas, rhei
C barbari drach. vnam, cubebarum vnc. ſemis, hermodactyli vnciam ſemis, myrobalani citrini hexagia duo, ſacchari quantum ſatis erit. Confecta datur media nocte pondere hexagiorum trium, aut trium & ſemis, pro virium ratione. Pòſt datur aqua tepida ſorbenda, idque febricitantibus: in vacantibus autem febre, vino vtere.

a Stomachicum laxatiuum] Græcè eſt σαμαχικὴ λασαλίβα: ſed minus rectè. Legendum enim erit ςομαχικὴ λαξαλίβα, id quod ex Latino Nicolai codice fit euidentiſſimum. Ibidem enim duorum fit mentio medicamentorum, vnius quod ſtomachicum laxatiuum frigidum dicitur, alterius quod ſtomachicum laxatiuum calidum vocatur. Quòd certè eſt hoc ipſum quod nunc tractamus, quemadmodum ex i-
D pſa collatione omnibus fit conſpicuum.

Cap. XXXVII.

ANTIDOTVS è margaritis. Ad vniuerſi corporis refrigerationem confert, cardiacos, animo deficientes, mulieres vtero ferẽtes, præfocationes vteri, cordiſque ſyncopen. Magnæ præterea corporis imbecillitati admodum auxiliatur. Capit caryophylli, cinamomi, ſpicæ, galangæ, ligni aloes, glycyrrhizæ, paſtillorum è roſis, & paſtillorum [a]è violis (horum verò compoſitiones
E quære infrà de paſtillis) ſingulorum drachmam vnam ſemis, nucis moſchatæ, maceris, gallæ moſchatæ, (quare autem & hanc in compoſitionibus gallarum moſchatarum) zedoariæ, rhei barbari, ſtyracis calamitis, ſingulorum drachmam vnam, margaritarum perforatarum & non perforatarum, zingiberis, oſſis cordis ceruini, eboris ramentorum, oſſis è naribus purpuræ, ſingulorum drachmam ſemis, moſchi, ambaris, cardamomi, libyſtici, ſeminis ocimi, ſingulorum ſcrupulum vnum minus granis duobus, caphuræ grana ſex, ſerici crudi v-
F ſti drachmam vnam, lapidis ſaphiri, iaſpidis, [b]lapidis viridis (qui ab Italis dicitur lapis litzi) ſingulorum drachmam ſemis, nucis Indicæ drachmas duas, tragacanthæ, corallii rubei, ſingulorum drachmam vnam ſemis, anacardii, iuniperi, ſingulorum grana ſeptem, auri puri hexagium vnum, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſufficit.

a E violis] Græcus codex legit, καὶ τῦ διαζιν. Et ſic etiam in ſectione de paſtillis, paſtillo 48. ſcribitur. Latini codices habent diaui. Vt mirum ſit Nicolaum hoc loco deprauata voce vti voluiſſe potiùs
G quàm patria & legitima. Dicendum enim illi erat, quemadmodum Actuarium feciſſe conſtat, διὰ ἴων: Græcis enim ἴον violam ſignificat, ſed fortè & hanc compoſitionem è barbaro aliquo authore tranſcripſit. b Lapidis viridis aut rectiùs Lapidis viridis praſii] Græcus Nicolai codex legit, λίθυ πρασίυ, ὃς λέγεται παρὰ ἰταλοῖς λάπις λίτζι. Diximus autem ſuprà nimirum annotatione 101. litzi lapidem interdum Nicolao idem ſignificare quod praſium. Qua quidem in ſignificatione & hîc ſumatur oportet, quum ſit antidotus planè confirmans ac roborans, vt neceſſe non ſit accedere purgantia, in quorum numero cæruleus lapis exiſtit, quem aliquando per lapidem litzi (vt ſuo dicemus loco) Nicolaus intelligere ſolet. Eſt quoque vterũ ferẽtibus accommodata hæc antidotus, quibus purgantia exhibere medicamenta minus tutum eſt. Per viridem itaque lapidem hîc (vt comprehenſum eſt) accipiendus venit praſius, qui viriditate ſua porri ſuccum refert. Quod
H facilè ex præcedentibus colligitur, quum ſaphiri & iaſpidis etiam hîc mentio fiat. Quare ſeplaſiarii pro viridi lapide in præſenti antidoto praſium, & minimè lazuli, qui cæruleus etiam vocatur, accipiant.

Cap. XXXVIII.

ALIA è margaritis [a] Galeni, magis varia: valet vt

præcedens. Habet margaritarum non perforatarum, pyrethri,ſingulorum drachmam vnam,zingiberis, moſchi,ſingulorum drachmas quatuor, zedoariæ,petroſelini, caſiæ ligneæ,cardamomi, nucis moſchatæ, maceris, ſingulorum drachmas duas, cinamomi drachmas quinque,[b]been albæ & rubeæ,quæ nimirum hermodactyli longi dicuntur,piperis nigri & longi, ſingulorum drachmas tres,ligni aloes,caryophylli,ſpicæ, glycyrrhizæ,galangæ, ſingulorum drachmam vnam ſemis, ramenti auri puri hexagium vnum, ambaris ſiliquas quatuor,gallæ moſchatæ drachmam vnam,ſtyracis calamitis, rhei barbari,ſingulorum drachmam vnam,oſſis cordis ceruini drachmam ſemis,berberis ſiliquas decem,ſerici crudi vſti ſiliquas ſex, margaritarum perforatarum drachmam vnam ſemis, blattii byzantis ſiliquas octo,libyſtici,ſeſelis, ocymi ſeminum,ſingulorum grana octodecim, lapidis iaſpidis, ſaphiri, lapidis viridis,ſingulorum grana octodecim, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt. Succurrit imbecillitati ſtomachi & cruditati eiuſdẽ, corporiſque ac cordis exolutioni. Rectè confecta datur.

a Galeni] Falsò hæc antidotus ad Galenũ authorẽ refertur: id quod ſimplicia medicamenta quorum hîc mentio fit,certò demonſtrant. Talia enim eſſe cõſtat quæ magna ex parte Galeni temporibus incognita fuere, vt ſunt behen,nux moſchata, ambar, galla moſchata, rheon barbarum, blattium byzantium,ſericum,ſtillatitius roſarum liquor. b Behen albæ & rubræ] Græcus codex habet μπίαλπι, ρύμπιι, τὰ ἐπιλεγόμενα οἶμαι ἑρμοδάκτυλα μακρά. Deprauauit autem & hoc in loco Latinas dictiones Nicolaus. Dicendum enim illi erat πὲν ἄλπι καὶ ρούπιι. Manifeſtum verò hinc fit omnibus, quòd recentiores Græci behen albam & rubeam officinis hodie vocatas radices, hermodactylos longos dixerunt, vt ſcilicet à rotundis hermodactylis noſtra ætate nominatis, (Colchica antiquiores Græci vocant) diſtinguerent.

Cap. XXXIX.

ANTIDOTVS [a]diacomerôn. prodeſt tabidis, tuſſiẽtibus,ſtomachicis,& omni corporis imbecillitati. [b]Renum præterea impotentiæ ac debilitati ſuccurrit: venerem enim emortuã excitat efficaciter. Capit caryophylli magni, [c]qui lingua Romana antophyllus cognominatur,zingiberis,ſing.drach.v. ſcrup. vnum gra. ſedecim,cinamomi,caryophylli parui, ſing. drach.quatuor ſcrup.vnũ gran.ſedecim, carnis palmularũ drach. quatuor ſcrup.vnũ gran.ſedecim, galangæ,ſpicæ,zedoariæ,coſti, pyrethri, corallii rubei,tragacanthæ,rhei Põtici,ſpicæ Celticæ,anacardii,oſſium palmularum,carpobalſami,aniſi,iuniperi,ſing.drach.vnam ſcrup. duos gr. octo. Margaritarũ perforatarum & integrarum, ſing.hexag.ſemis,moſchi gran.tria,blattii byzãtis ſcrup.duos, trium piperorũ,ſing.drach. vnã ſcrup. duos gran. octo, auri puri,argenti ſinceri,oſſis cordis ceruini, ſing.ſcrupul.duos ſemis, eboris ramenti,ambaris,ſing.ſcrup.vnũ gran.ſeptem. Dantur eo vtentibus drach.tres, ex vino. Paratur cum roſaceo melle & ſaccharo. Eſt autem hæc antidotus præclara admodum.

a Diacomerôn] Ita enim Actuarius vocari à Latinis ſcribit. Verùm,quæ ſit eius nomenclaturæ ratio, videre nequeo. Nicolai codex habet διὰ καμαρῶν. Sed nec quæ ſit hui⁹ appellationis cauſa, cogitatione conſequi poſſum. Eam enim quam Latini Nicolai codices afferunt, nempe ſic dictam eſſe quòd hominem è morte ad vitam ducat, nullius eſſe momenti nemo non intelligit. b Renum præterea debilitati,&c.] Græcus codex legit, πρὸς ἀτονίας καὶ ἀδυναμίας νεφρῶν. πάνυ γὰρ ὠδυναμεῖ, ἀφανεῖ δὲ ποιεῖ καὶ τὰ ἀφροδίσια. Sed, meo quidem iudicio, non rectè. Emendandum igitur hunc locum eſſe hoc pacto puto, πρὸς ἀτονίας καὶ ἀδυναμίας νεφρῶν ποιεῖ. πάνυ γὰρ ἐνδυναμεῖ ἀφανῆ καὶ τὰ ἀφροδίσια. Hanc lectionem Latini Nicolai codices confirmant, qui ita habent, Debiles lumbos confirmat, venerem prouocat. Accedit, quòd in Actuario ſit, Renum doloribus prodeſt, voluptatem parit,&c.

c Qui lingua Romana,&c.] Hoc ex loco omnibus perſpicuum fit, antophyllos Nicolao eſſe caryophyllos magnos.

Cap. XL.

ANTIDOTVS è cinamomo. Ad ſtillicidium vrinæ,& calculoſos,& omnia veſicæ mala confert, ita vt lapides conterat ac [a]demoliatur. Si vt hæc ipſa aluum ſubducat efficere volueris, diacrydii ſcrupul. duos quoties vti volueris, huic adiicies. purgat enim ſine moleſtia. Ad omnia prædicta vtilis eſt, & ad ſtomachum. Capit autem folii,floris iunci odorati,cyperi, aſari, euphorbii,thymi,petroſelini, macedoniſii,anethi,granorum ſolis, [b] lapidis lyncis, ſingulorum ſcrupulos duos ſemis,cinamomi,calami odorati,polypodii,[c]philipendulæ,piperis nigri, libyſtici, ſeminis vrticæ,ſeminis citri,ſaxifragi, [d] bardanæ, ſeminis hederæ, ſingulorum ſcrupulos duos, galangæ, nardi, zedoariæ, betonicæ, phu,[e]maſi,aſparagi,cardamomi,ſeminis apii,fœniculi, ſinapis rubri & nigri, erui rubri & albi, ſingulorum drachmam ſemis, caryophylli,zingiberis,caſiæ ligneæ, coſti,pyrethri,ſpicæ Celticæ,myrobalani, thuris, piperis albi, carpobalſami, carnabadii, cumini, baccarum lauri,ſeſelis,ſingulorum ſcrupulum vnum,nardi, pulegii,olei ebuli,[f]lilini olei,ſingulorum drach.quindecim, mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit. Datur ex vino rubro,manè ieiuno.

a Demoliatur] In Græco codice abundant hæc verba poſt dictionem ὀνίνησι δὲ καὶ πρὸς στραγγουρίας, ideóque expungenda erunt.

b Lyncis] Codex Nicolai habet λάπις λίτζι. Sed eſt vox planè deprauata, quæ vtpote incognita, Nicolao dedit occaſionem vt illam variè vſurparet. nunc pro lapide praſio vt dictum eſt annotatione 3. nunc pro lapide quem lyncis vocant officinæ, & Græci lyncurium, vt hoc in loco. Nam hîc ſignificare lapidem lyncis, notius ferè eſt quàm vt à me demonſtrari debeat. Nam quum hæc antidotus peculiariter valeat ad frangendos calculos & veſicæ mala, nemo non ſtatim colligit Nicolaũ litzi pro lyncis dixiſſe. Nihil enim eſt lyncuriũ, vt alibi docuimus, quã ſuccinum, quòd nonnullis opinione perſuaſum eſſet ex vrina lyncis fieri: quod ad euocandos calculos renum & veſicæ miram vim obtinet. Quod ex Aetio ſatis liquet, qui lib. 11. cap. 13. eo ad cõterendos etiam calculos vſus eſt. Nicolaum autem litzi dicere pro lyncis, ex antidoto 183. ſole clarius patebit. Quem autem hodie ſic appellant medici, & horum officinæ, eſt Belemnites ſuccini Falerni colore. qui etiam è terra effoditur, non tamen ex lyncis vrina concreſcit. c Philipendulæ] Græcus codex habet φιλιπένδουλα. Vnde ſatis conſtat hanc vocem, Nicolai etiam ætate medicis tritam fuiſſe. Quid autem ſit philipendula, tomo primo noſtrorum commentariorũ de ſtirpiũ hiſtoria expoſuimus.

d Bardanæ] Græcus codex legit μπαρδάνι. Corruptam autem eſſe dictionem puto, ſcribendúmque fuiſſe παρδάνι. Bardanam hodie herbã vocat vulgus, perſonatiam dictam Latinis. Laudat hanc Aetius in calculoſis renibus, lib. 11. cap. 10. e Maſi] Græcè eſt μάσου. Quid autẽ intelligat per maſum, ignorare me fateor. Niſi fortè legendum ſit μάκερ, qua dictione aliâs crebrò vtitur Nicolaus: & diacinamomi confectionem apud Meſuen macer ingreditur. f Lilini olei] Græcè eſt μουσίνου ἐλαίου. Cenſeo autem legendum eſſe σουσίνου. Suſinum verò oleũ eſt, quod lilinum alio nomine appellatur. Extenuat, & bilem per aluũ ducit, Dioſcoride teſte, dolores renum & veſicæ lenit.

Cap. XLI.

ANTIDOTVS ex acoro, prodeſt difficultati vrinæ,calculoſis,experta. Proinde ſi explorare velis, partem eius in aqua diſſoluens cum lapide in phialam immitte, & quinque diebus occlude. deinde vbi detexeris, lapidem ipſum confractum inuenies. Habet acori,agarici,ſingulorum drachmas tres, ſeminis apii drachmas ſex,nardi drachmas quinque, petroſelini Macedonici, caſiæ, pyrethri, ſingulorum drachmas duodecim ſemis,mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſſe videbitur. Dantur ſcrupuli quatuor ex vino & aqua cui chamæmelum & ſpica incocta ſint. Eſt admodum inſignis.

Cap. XLII.

ANTIDOTVS ex hircino ſanguine. Confert renibus calculoſis & ſtillicidio vrinæ. Vnitos lapides eadem hora demolitur, ſoluit etiam omnis generis in veſica lapides, in balneo data. Valet etiam ad [a]colis reſolutiones, & iis qui citra ſenſum rem veneream agunt. Habet ſanguinis hircini ſicci drachmam vnam,ſiſonis Syriaci drachmas duas, piperis communis drachmas quinque, petroſelini, myrrhæ, dauci Cretici,acori, rhei,ſingulorum drachmas duas, piperis longi drachmam ſemis,cumini [b]Indici, libyſtici, ſingulorum drachmam vnam, cicadarum ſiccarum ſine pedibus & alis drachmam ſemis, chamæmeli floris grana ſeptem, carei, mei Arabici,ſingulorum drach.duas,ſpicæ nardi drachmam vnam. Tuſa & cribrata omnia melle aut ſaccharo excipiuntur ſufficiente. Dãtur in balneo ex aqua calida drachmæ duæ. Eſt mirifica ad iam dicta mala. ſic autem vtiliter colligitur ſanguis hirci. Quum vua cœperit matureſcere, ollam nouam accipiens aqua impleto,& decoquito quoad vniuerſum eius terreum in aquam depoſuerit, & abiecta aqua ollam reconde. Deinde hircum arripe & macta, eiúſque ſanguinem medium olla excipito, ita vt neque primũ neq; poſtremum capias, ſed inter primũ & poſtremũ planè mediũ:

&inſpiſſari ſinito. Medium verò hunc in olla ſanguinē in tenues partes [c] diſſecato, indéque reticulo[d] aut linteolo raro contectum, loco [e] edito expone, vt à ſole & [f] luna illuſtretur probéque exſiccetur, cauēdo[g] ne commadeſcat. Poſthac ſanguinem ex olla accipe, & probè tritum in pyxide deſeruato. Et ſumês de eo, antidotum hanc parato. Eſt autem experimento etiam comprobatum, ſolum ſanguinem hircinum in malis nephriticorum, ſtillicidio & difficultate vrinæ, necnon calculoſis, cochlearii menſura ex paſſo Cretico, & decocto chamæmeli datum conferre. Oportet autem hircum qui iugulari debet, ætate eſſe vigente, ita vt quartum iam attingat annum. Hircus quoque alendus è foliis fœniculi & hederæ, aliiſque vrinam mouentibus ſtirpibus. Quòd ſi tibi viſum fuerit, prædicto hirco etiam vinum bibendum dabis.

a Colis] Græcè perperam ſcribitur κώλε pro καυλῦ. Legendū enim ita eſſe, ſequentia palàm oſtendunt, quum conducere quoque iis qui citra ſenſum rem veneream agunt, Nicolaus ſubiicit. b Cumini Indici] Aetius lib 11. cap. 12. habet κυμίνε αἰθιοπικῦ, id eſt cumini Æthiopici. c Diſſecato] Aetius legit κατάτεμνε τὸ αἷμα καλάμῳ ὀξεῖ εἰς πολλὰ τμήματα, hoc eſt, diſſecato ſanguinem per acutam arundinem in multa fruſta. c Reticulo] Aetius addit denſo, δικτύῳ πυκνῷ. d Linteolo raro] Aetius adiicit, ἢ κοσκίνῳ πυκνῷ, id eſt cribro arctiore. e Edito] Græcè eſt ὑπερώῳ. Aetius habet ὑπαίθρῳ, id eſt ſub diuo. Vt ſuſpicio ſit, locum in Nicolao eſſe deprauatum. f Luna] Græcè legitur, καὶ τ̃ σελήνης. Aetius verò habet, καὶ τ̃ δρόσε μεταλαμβάνειν, hoc eſt & rorem excipiat. g Ne commadeſcat] Græcus manuſcriptus codex habet καταινιθεῖ, pro κατενοτιθῇ. Aetius legit, μὴ βραχῆναι ὄμβρων γινομένων, id eſt ne imbribus exortis madeſcat.

Cap. XLIII.

ALIA experta. Capit ſeminis raphani, adianti, [a] cicerum nigrorum Damaſcenorum, ſpicæ. Cōtundantur probè, & in aqua decoquantur, dentúrque bibenda in balneo.

a Cicerum] Manuſcriptus codex falſò χρύων pro κρίων legit. Cicer enim (quod Græcis κριὸς, hoc eſt arietinum vocatur, vt teſtis eſt Galenus lib. 6. Simplic.) cæteris efficaciùs vrinam prouocat. Decoctum eius calculos renum confringit.

Cap. XLIIII.

ALIA admodum vtilis. Habet [a] chamæmeli purpurei florem. Decoctum, bibendum ſimiliter præbeto, iis qui febre vacant ex vino, aut cū melle inſtar eligmatis dato ante cibum lingendum. eſt verò valde nobile medicamentum.

a Chamæmeli purpurei] Hoc quia hodie parum eſt cognitum, licebit pro eo vſurpare ſtirpem vulgò conſolidam regalem vocatam, quod hanc conferre calculoſis, experientia comprobatum ſit.

Cap. XLV.

[a] CONDITVM nephriticum. Capit ſaxifragi, betonicæ, aſari, [b] lithoſpermi, petroſelini, ſing. hexagia duo, foliorum coſti hexag. vnum. Terantur diligenter, & [c] ex tritura mittatur in conditum, deturque bibendum vna ante prandium hora. Conterit enim mirificè calculos, & ita [d] per vrinam expellit vt non amplius eos cogi permittat.

a Conditum] Latina hæc dictio κονδῖτον à Græcis vſurpata eſt, vt plures aliæ in Plutarchi parallelis, & Iuriſconſultorum ſcriptis. Nihil autem aliud conditum eſt quàm vinum aromatis & aliis odoriferis conditum. b Lithoſpermi] Sic eſſe legendum omnibus ſatis conſtat, quum lithoſpermon, quod milium ſolis appellant, miram in confringendis calculis vim obtineat. Habent autem & quædam Aetii, qui huius conditi meminit lib. 11. cap. 13. exemplaria λινοσπέρμε: vt nihil mirum ſit, in Nicolai codice λινοσπέρματος pro λιθοσπέρματος, aut rectiùs λιθοσπέρμε eſſe ſcriptum. c Ex tritura] Aetius adiicit, cochlearium vnum. d Per vrinam expellit] Græcus Nicolai codex perperam legit ἀπερεῖσθαι pro ἀπουρεῖσθαι, vt ex Aetio liquet.

Cap. XLVI.

ALIA compoſitio ad calculos. Accipe [a] impari ſolùm numero fluuiales cancros, vrito in olla, & de iis bibendum præbe vnciæ vnius pondus.

a Impari numero] Manuſcriptum Nicolai exemplar habet, λαβὼν τηχυδαίμονα καὶ καρκίνες ποταμίες, ſed nullo prorſus ſenſu. Quare locum hunc eſſe deprauatum omnibus perſpicuum eſt. Reſtituendus autem in hunc modum erit, λαβὼν μόνον ἄζυγας καρκίνες ποταμίες, id eſt, accipe impari ſolûm numero. Atque hanc lectionem planè confirmat Aetius, qui lib. 11. cap. 13. ita ſcriptum reliquit, ἄλλο. καρκίνες γ΄, ἢ ε΄. ἢ ζ΄ μόνον ἄζυγας, καῖε ὑπ' ὀςράκε ζῶντας, hoc eſt, Cācros tres aut quinque, aut ſeptem impari tantùm numero, ſub teſta viuos exurito. Vbi tamen Cornarius, non ſine maximo errore, conuertit ἄζυγας cum ingenti ſtrepitu: quum conſtet omnibus nihil tale ſignificare Græcis hanc dictionem ἄζυγας, ſed potius ἀζεύκτες & μονάζοντας, id eſt nullo coniugio adſtrictos, & ſolos degentes. Hoc loco refertur ad cancros impares numero, quòd inter hos ſit qui coniugio deſtituatur.

Cap. XLVII.

ALIA. Cicadas aridas ſine pedibus & alis contunde ac tere diligenter, læuigatáſque ex mulſo aut codito exhibeto in balneo.

Cap. XLVIII.

ALIA ad renes experta. Habet rhei, ſaxifragi, iridis Illyricæ, ſeſelis, dictamni, hyſſopi, betonicæ, opopanacis, ſymphyti, dauci, veratri albi, ſing. vnciam vnam. Trita & per cribrum traiecta, melle excipiantur: deturque cochlearium vnum ex decocto chamæmeli & ſapa.

Cap. XLIX.

ANTIDOTVS ad difficultatem vrinæ. Accipit [a] lithoſpermi drach. ſemis, [b] nucis pineæ drach. quinq;, croci drach. vnam, amygdalarū amararum drach. vnam ſemis. Tuſa ac cribrata melle excipiuntur. Dantur drachmæ duæ.

a Lithoſpermi] Manuſcriptus Nicolai codex iterum legit λινοσπέρματος pro λιθοσπέρματος. b Nucis pineæ] Græcè eſt ςροβίλων. Strobilorū autē voce tota nux pinea apud Græcos accipienda erit.

Cap. L.

ALIA ad calculoſos, qua vſus eſt Anatalus prætor, experta. Habet radicis ſtruthii drach. quinq;, ſquillæ, opopanacis, ſcordii, ſing. drach. quinque, radicis capparis drach. vnam. vino excepta finge paſtillos, quorum ſinguli pendeant drachmam vnam, & ex iis vnum læuigatum ſingulis diebus cum vino præbeto.

Cap. LI.

ANTIDOTVS ad calculum veſicæ, qua Veſpaſianus vſus eſt. Habet nardi Syriaci, hyſſopi, ſing. drach. vnam, petroſelini drach. vnam ſemis, rutæ viridis, ellebori, ſing. drach. vnam, ſquillæ aſſatæ, abrotoni, ſingul. drach. ſemis, acaciæ drach. vnam. Squillam aſſatam tere cum ruta, dein admiſce parem quantitatem opobalſami ante aridorum exceptionem. Sicque conficiens dato drachmam vnam ex aqua.

Cap. LII.

ALIA ad calculoſos & nephriticos experta. Habet [a] lithoſpermi, piperis, petroſelini, aniſi, ſing. vnc. ſemis. Tuſa & cribro probè traiecta, melle excipiantur, deturque cochlearium vnum ex aqua calida. Eſt autem mirabilis.

a Lithoſpermi] Rurſus λινοσπέρματος pro λιθοσπέρμε legitur, vel σελίνου σπέρματος, vt iam ſtatim dicemus.

Cap. LIII.

ALIA nobilis, lapides in veſica demoliens. Capit caſiæ drach. duas, [a] ſeminis lini drach. vnam ſemis, myrrhæ drach. ſemis, piperis albi drach. vnam, [b] lapidis Syriaci maſculi & fœminæ, ſing. drach. ſemis, ſeminis ſtaphylini, iridis Illyricæ, ſing. drach. vnam ſemis, papaueris albi ſeminis, ſpicæ nardi, ſing. drach. vnam, amygdalarum amararum, erucæ ſeminis, aſari drach. ſemis. Omnia hæc trita, & per cribrum tranſmiſſa melle excipe, & ſingulis diebus præbe cochlearium vnum ex paſſo. Eſt verò vtilis.

a Seminis lini] Nicolai codex legit λινοσπέρματος. Galenus autem lib. 10. De compoſ. medic. local. cap. 1. habet σελίνε σπέρματος, id eſt ſeminis apii. vt inde coniiciam, aliis etiam in locis ita legendum eſſe apud Nicolaum. b Lapidis Syriaci] Syriacum appellat, quem officinæ Iudaicum. Sic autem dictus eſt, Galeno lib. 9. Simplicium medic. teſte, quòd in Palæſtina Syria proueniat.

Cap. LIIII.

ANTIDOTVS ad calculoſos, cuius ſi experimentum capere velis, diſſolue portionem aliquam de ea, & coniice in vaſculum vnà cum lapide, ipſumque obturato diebus ſeptem: dein amoto operculo, inuenies lapidē attritum. Habet ſanguinis hircini exſiccati, capparis radicis æquas portiones. Ex iis tritis bibendum propinato cochlearium vnum cum mero ieiunis. Lapidē per vrinam citra dolorem expellit: eſt enim præclara.

Cap. LV.

ANTIDOTVS alia quam accepi à Iuliano Pimentalo, experta. Recipit baccas lauri decorticatas duas, piperis, petroſelini, ſing. drach. vnam. Excipe melle, & dato nephriticis ac calculoſis: miraberiſque eius facultatem.

Cap. LVI.

ALIA ad renes & calculoſos. Habet petroſelini

drach.vnam, piperis drach.duas, ſeminis fœniculi drachmas tres, ſeminis apii drach. quatuor. Detuſis & cribro tenui arctioréve traiectis dato ægrotanti cochleariũ vnum ex condito: ſi verò febricitet, ex aqua tepida.

Cap. L V I I.

ALIA ſimilis. Capit cyperi, baccarum lauri, petroſelini, ſingulorum æquam portionem. Datur cochlearium vnum ex vino.

Cap. L V I I I.

ALIA ad calculoſos valde bona. Recipe leporem viuum, ipſumque iugulato, ac ſanguinem eius olla noua excipito: dein detracta quoque eius pelle, integram vnà cum ſanguine in vaſculum immitte luto oblitum & operculo contectum, crematóque donec pellis vnà cum ſanguine in cinerem redigatur. Amoto ſubinde operculo, pellis ſanguiniſque cinere accepto & læuigato, cochlearium vnum ex[a] mero tepido dato. Eſt præclara.

a Mero tepido] Græcè eſt μετ' οἴνου εὐκράτου χλιαροῦ, cum vino temperato tepido. Sed fortè pro εὐκράτου legendum erit ἀκράτου, id eſt mero: ne inutilis ſit repetitio. Neque enim εὐκράτου hoc loco à χλιαροῦ differre videtur. Sic etiam in ſequenti 60. antidoto legitur μετ' οἴνου ἀκράτου.

Cap. L I X.

ALIA ſimilis ad calculoſos nobilis. Accipe vulpem viuam eámque mactato, atque de recenti eius ſanguine quantum dimidium exigui poculi capere poteſt, bibendum præbeto. Efficiet autem vt æger eadem hora per vrinam lapidem eiiciat.

Cap. L X.

ALIA ad difficultatem & ſtillicidium vrinæ mirifica. Paſſerculum quem [a] troglodytem nominant, integrum cremato, & ſumpto cinere ac [b] tenuiter cõtrito, bibendum ex mero dato. Quantitas verò cineris ſit cochlearium vnum. Si autem volueris, admiſceto etiam farinæ prædictarum cicadarum [c] quartam cochlearii partem, & ieiuno ex vino præbeto.

a Troglodytem] Græcè σιλπιπτίδα ſcribitur, quæ vox haud dubiè barbara eſt. Per eam autem intelligit paſſerem troglodytem dictum, cuius cremati cinis (Aetio libro 11. cap. 11. & Paulo teſtibus) epotus, calculos conterit. b Tenuiter] Græcus codex non rectè legit ὑψιλὰ pro ψιλὰ aduerbialiter. c Cochlearii quartã partem] Nicolaus per cochlearium, minus intelligit quod pendet drach. vnam. Sic enim in eius interpretationibus ſcribitur κοχλιάριον ὁλκὴ μία, id eſt cochlearium drachma vna. Quarta itaque cochlearii pars, grana ſunt quindecim.

Cap. L X I

ALIA præclara ſimilis. Habet braſſicæ ſeminis, radicis capparis, radicis ſtruthii, ſing. hexag. vnum. Trita omnia aceto irrigato, & finge pilulam nucis Põticæ magnitudine, & dato febre vacantibus cum vino: febricitantibus autem, ex aqua tepida. Si verò huius medicamenti viribus diffidis, coniice cum ipſo lapidem in vaſculum, & lapis atteretur.

Cap. L X I I.

ALIA [a] Galeni, omnino neceſſaria ad difficultatem & ſtillicidium vrinæ, ac calculoſos. Eſt autem præclara admodum. Habet damaſonii drach. tres, ſeminis dauci & eius radicis, ſing. drach. ſex, radicis ſtruthii ſeu lanariæ, corticis radicis capparis, ſing. drach. ſex, caſiæ drach. octo, [b] cinabaris drach. ſex, nardi Celticæ, iridis Illyricæ, aſari, acori, ſeminis fœniculi, petroſelini, cardamomi, ſpicæ nardi, cyperi, ſaxifragi, ſeminis ſtaphylini, apii ſeminis, myrrhæ troglodyticæ, ſing. drach. quatuor, coſti drach. octo, croci drach. tres, ſeſelis, zingiberis, piperis albi, ſing. drach. quatuor, piperis nigri drach. vnam, radicis panacis drach. quatuor, lapidis Syriaci maſculi & fœminæ, ſing. drach. ſedecim, mellis Attici deſpumati aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur nucis Ponticæ magnitudine cum [c] meri cyathis duobus.

a Galeni] Aetius lib. 11. cap. 13. non ad Galenum ſed Philagrium authorem refert. Et facilis fuit à Philagrii nomine in Galeni lapſus. b Cinabaris] Græcè eſt κινναβάρεως. Sed animaduertendum erit, hanc vocem ab imperito aliquo in contextum eſſe tranſlatam: neque enim recentiorum cinabaris, quam venenum eſſe conſtat, intra corpus ſumenda: neque etiam veterum. quòd illa, Dioſcoride atteſtãte, adſtrictoriam habeat vim: ideóque ad difficultatem & ſtillicidium vrinæ minus idoneam. Accedit quòd in Aetio nulla prorſus cinabaris fiat mentio. c Meri] Græcè eſt εὐκράτου. ſed cenſeo, vt antea, legendum eſſe ἀκράτου: quòd ſcilicet eius generis medicamenta quæ calculoſis exhibentur, commodè ex mero propinentur.

Cap. L X I I I.

ANTIDOTVS è galanga. Prodeſt ſtomachicis, lienoſis & concoctione deſtitutis. Item ad [a] ſingultum ſtomachi, & eos quibus cibus in ventriculo aceſcit, malum habitum corporis, hydropicos, & totius corporis refrigerationem confert. Capit caryophylli, zingiberis, cinamomi, galangæ, ſing. vnc. ſemis, cardamomi, ligni aloes, nucis moſchatæ, carpobalſami, folii, ſing. drachmas duas, piperis longi, maceris, piperis nigri, aniſi, fœniculi, maſtiches, ſpicæ, ſing. drachmam vnam, moſchi grana tria, ſacchari quantum ſatis eſt. Probè confecta datur.

a Singultum] Græcus Nicolai codex habet, ὁμοίως σιελισμὸν στομάχου, hoc eſt ſimiliter ad ſtomachi ſaliuam. Sed cenſemus legendum eſſe, ὁμοίως εἰς λυγμὸν στομάχου, id eſt ſimiliter ad ſingultum ſtomachi, vt nos conuertimus. Liberum tamen relinquimus lectori, vt vtram velit lectionem magis probet. nobis tamen poſterior magis arridet.

Cap. L X I I I I.

ANTIDOTVS [a] è floribus. Succurrit cardiacis, elephantia correptis, animi defectionibus, & ſyncopis cordis. præterea deſtillatione laborantibus, atque in vniuerſum omni imbecillitati corporis & cordis omnino auxiliatur. Habet florum [b] roſmarini coronarii vnciam vnam, roſarum, violarum, glycyrrhizæ, ſing. drachmas ſex, caryophyllorum, ſpicæ, nucis moſchatæ, galangæ, cinamomi, zingiberis, maceris, ligni aloes, aniſi, cardamomi, anethi, ſing. * ſcrup. vnum, mellis Attici, aut ſacchari quantum ſatis videbitur. Confecta vacantibus febre datur ex vino: febricitantibus autem, cum aqua.

a E floribus] Græcè eſt δι' ἀνθῶν. Græcis autem vetuſtioribus ἄνθος ſimpliciter florem ſignificat. poſteriores autem, nimirùm Actuarius & Nicolaus, haud dubiè propter eius excellentiam, roſmarini coronarii florem ita nominarunt. b Roſmarini] Græcè eſt δενδρολιβάνου. Dendrolibanon autem Actuarius & Nicolaus appellant roſmarinum coronarium.

Cap. L X V.

ANTIDOTVS è Satyrio. Valet ad liberorum procreationem venereorúmque frequentiorem vſum. Imbecillitati renum ſuccurrit: & iis qui rem veneream agere haud poſſunt auxilio eſt. voluptatem quoque excitat. Eſt enim ad hæc ipſa admodum vtilis. Recipit ſatyrii viridis, dauci ſatiui radicis, nucis Indicæ, piſtaciorum, eryngii radicis, nucum pinearum, ſing. drach. duodecim, zingiberis, aniſi, [a] ſinapi albi, [b] linguæ auis ſeminis, ſingul. drachmas quinque, [c] cinamomi, bulbi ſeminis, ſing. drachmas duas ſemis, moſchi grana ſeptem. Satyrii dauci & eryngii radices in aqua ferueſactas & probè [d] fractas, ac tandem valde tritas melli immitte, deinde piſtacia & [e] nuces pineas repurgatas. Vbi cum melle ſimul bullierint, poſtea impone [f] odoramenta: & ſublato ab igne lebete, vbi iam melle probè rigata fuerint odoramenta, moſchum læuigatum inſere. Et rurſum iis probè ſubactis, in vaſculum ad vſum repone. Datur cum veteri vino aut condito, veſperi dormituro.

a Sinapi albi] Græcè eſt σινάπεως λευκοῦ. Intelligit autem erucam: id quod ex Actuario perſpicuum fit, qui habet erucæ. Latini quoque Nicolai codices legunt erucæ. b Linguæ auis] Græcus manuſcriptus codex habet λιγγάβις. Vocant autem officinæ ſemen fraxini linguam auis, vt fuſiùs tomo ſecundo noſtrorum De ſtirpium hiſtoria comment. demonſtrauimus. c Cinamomi] Poſt cinamomi, Actuarius ſtatim adiicit ſcincos. Et Latini etiam Nicolai codices habent ſcincorum caudas. Quum verò horum vſus mirificè venerem excitet, non debent in huius antidoti confectione à ſeplaſiariis omitti.
d Fractas] Græcus codex habet ἀποστίψας καλῶς, κόψας τὰ εἴδη λίαν. E quibus ſanè verbis haud facilè ſenſum elicies, vt hæc ipſa eſſe aliqua ex parte deprauata non dubitem. Poſſet autem facilè ex Actuario Græco reſtitui & emendari. qui quum nobis nondum viſus ſit, è Latino codice tum Actuarii tum Nicolai iſtam conuerſionem contexere interea coacti ſumus, quæ certè à ratione rectè cõficiendi hanc antidotum non abludit. Cenſeo autem in Nicolao ita poſſe legi, εἶτα ἀποθλίψας, vel ἀποστείψας καλῶς, κόψας ἤδη λίαν. e Nuces pineas] Græcè eſt κοκονάρια, ſed falſò ita ſcribitur pro κωνάρια: ita enim Græci nuces pineas vocant. f Odoramenta] Græcè eſt μυρεψικά. Sic autẽ vocat ſpecies odoratas, quæ aromata vocamus. Quod ex Actuario etiã ſatis liquet, in quo ita legitur: dein ſublato ab igni vaſe, tuſæ & cribratæ ſpecies adduntur.

Cap. L X V I.

ALIA è ſatyrio Serapionis, tentiginem ciens, *choragos dicta. Eſt autem eximia, vt ea quæ præcedit,

inuenta à Serapione in oppido Diphthera nominato, quemadmodum Philon medicus ad regem Italum tradit. Vſus verò ſum & ego in Menelao, Andromacho,& Melancalamo, ſenioribus & imbecillibus exiſtentibus: ac ſucceſſit. Habet ſatyrii drach.quatuor,ſcinci drach. tres,ſiſami illoti drach.duodecim, erui albi toſti drach. ſex,cumini,aniſi,ſeminis apii, ſingul. drach. vnam, ſeminis cæpæ, eryngii,ſingularum drachmas duas, cerebelli paſſerum troglodytum drachmas duas, ſeminis dauci, ſeminis lini torrefacti, ſtyracis, galbani, thuris maſculi, ſingulorum drachmas duas, piperis, ſeminis fœniculi,zingiberis,tragacanthæ,ſpicæ nardi,hormini, ſing.drach.vnam,croci, ſeminis vrticæ, ſing. drach. ſemis, amygdalarum amararum & dulcium, ſing. drach. duas,cucumeris [b]Græci,nucum pinearum, ſing. drach. ſex,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Dantur veſperi cubitum ituro drachmæ quatuor, & ante cœnam ſecundò & tertiò in vino auſtero aut condito. Quòd ſi corpus plurimùm [c]incandeſcet, accipe tres ramos rutæ, & [d]dato vt laborantis pudendum tendi deſinat, & conijce in meatum vrinarium tria rutæ folia:& ceſſabit.

a Choragos] Græcè χορηγὸς, hoc eſt ſuppeditator, dator, ſubminiſtrans. Quæ quidem appellatio huic antidoto non alio nomine eſt impoſita, niſi propter inditam ſibi mirificam, quam in exercenda venere ſubminiſtrat & ſuppeditat, vim. b Græci] Græcè eſt ἑλληνικῦ. Intelligit haud dubie cucumeres in Græcia natos. c Incandeſcet] πυρώσει, hoc eſt, ſi plus æquo in venerem pronum efficiet. Id enim ſignificare hoc loco πυρώσει, ex remedio ipſo quod ſtatim ſubiicit Nicolaus, promptè colligitur: nempe rutæ admotione, quam veneris appetentiam cohibere in confeſſo eſt. Vel certè (quod mihi magis arridet) pro πυρώσει legendum πνευματώσει, id eſt inflabit. Nam & ruta (Galeno teſte) ad inflationes competit, adeóque tendi pudẽdum prohibet. d Dato] Græcus manuſcriptus non rectè legit, δίδου ἐν τῷ λύξαι τὸ αἰδοῖον τοῦ πάσχοντος. pro λῆξαι, hoc eſt, vt nos conuertimus, dato vt ſedet, aut tendi deſinat pudendum laborantis. Niſi malis legere λύσαι, id eſt vt ſoluat pudendum. Sed prior lectio videtur eſſe melior.

Cap. LXVII.

ALIA antidotus appellata choragos, ad prædicta efficax. Recipit piperis,zingiberis,tragacanthæ,ſpicæ nardi,thuris maſculi,ſing.drach.vnam, ſeminis apii dr. tres,aniſi,cumini, erui albi toſti, ſeminis vrticæ, ſeminis cucumeris,ſing.drach.ſex,ſiſami non loti,amygdalarum amararũ, ſing.drach. quindecim, eryngii drach. octo,cæpæ ſeminis drach. quatuor, amygdalarum dulcium,nucum pinearum vnc.vnam,mellis Attici vel ſacchari quantum ſatis videbitur. datur ante cœnã drach. vna ex condito.

Cap. LXVIII.

ALIA è ſatyrio Perſica. poteſt eadẽ quæ præcedẽs. Habet [a] nucum pinearũ, ſeminis porri, ſeminis raporum,cepæ ſeminis,lini ſeminis, hormini,pyrethri,dauci,eryngii,zingiberis, ſatyrii, ſeminis erucæ, piperis albi,cardamomi, acori, euphorbii, cerebelli paſſeris troglodytis & ouorum eius, ſingulorum drachmas duas, mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt. datur drachma vna ex condito.

a Habet] In manuſcripto Nicolai codice ante pineas nuces ſcribitur θούθμξ, quæ ſanè dictio quum ſit aut barbara aut deprauata, quid ſignificet diuinare haud poſſum. Niſi ſtatim mentio fieret paſſeris troglodytici, στρουθοῦ eſſe legendum putarem. Quæ quidem lectio ſi legitima eſt, de paſſere vulgari aue intelligenda erit. Conſtat enim, paſſerem efferatæ libidinis eſſe animal:& paſſeribus veſcentes (vt quidam etiam ex Græcis annotarunt) ἐπικαταφόρους, hoc eſt procliuiores in venerem fieri. Quapropter poteſt primùm huic antidoto inſeri integer paſſer,& deinde priuatim paſſeris troglodytis cerebellum. Tamen quum certi nihil,& quod conſtanter affirmemus, habeamus, vacuum hîc ſpatium relinquere volumus, vt integrum eſſet cuiuis, nacto meliore codice, inſerere quod hîc deſideratur.

Cap. LXIX.

ALIA tentiginem excitans, dextro aut ſiniſtro impoſita pedi: renibus item & teneræ cuti. Habet ſtellionis,ſagapeni,ſing.drach.vnam:ſinapi, galbani, ſing.dr. duas,olei Cyprini vnc.quinque,myrobalani,molybdenæ, ſing.vnc. vnam, [a] ceruſſæ drach. vnam, myrrhæ, propoleos,opobalſami,euphorbii, opopanacis, piperis nigri,ſing.drach.vnam,liquoris Cyrenaici,cantharidũ, ſing.drach.duas, [b] ſcinci drach. vnam,mellis Attici vel ſacchari quantum ſufficit.

a Ceruſſæ] Græcè ſcribitur ψιμμιθίου. Mirificum hoc eſt me-
A dicamentum, ita vt non facilè conijcere liceat cur ceruſſam molybdenámque, medicamenta frigida, hîc adhibeat: niſi fortè ad impenſè calidorum vim obtundendam & infrenandam, admota ſint. Aetius quidẽ in fine vndecimi libri multa ac varia medicamenta ad tentiginem excitandam idonea commemorat, nuſquam tamen in iis molybdenæ aut ceruſſæ mentio fit. Verùm ſunt & aliæ quædam compoſitiones, vt infrà monebimus, in hoc Nicolai volumine, quarum vſus non ſatis tutus eſt. Quod tamen non admodum curandum erit, præſertim in tanta copia aliorum rectè paratorum medicamentorum. Aetius loco citato ſolo ſtellione vſto & contrito, cum olei affuſione vtitur. b Scinci] In manuſcripto codice legitur, στίγκ, corruptè pro σκίγκου. Quæ vox in hodiernum vſque diem in officinis durat. dicunt enim ſtinci, pro ſcinci.

B

Cap. LXX.

VNGVENTVM tentiginem ciens, pudendo & [a] tauro inunctũ. Recipit opopanacis,olei laurini,ſing. vnc.ſemis, euphorbii, galbani,ſing.drach. ſemis,erucæ ſeminis grana vndecim,opobalſami grana ſeptem. læuigata vtriſque manibus probè commiſce & vtere.

a Tauro] Græcus Nicolai manuſcriptus codex legit ἀλειφόμενον τὸ αἰδοῖον, καὶ ὁ ὑποταυρος. Cenſeo autem legendum eſſe ἀλειφόμενον τῷ αἰδοίῳ, καὶ ὑπὸ ταύρῳ. vt ſit ſenſus quem in noſtra conuerſione impreſſimus. Eſt autem ταῦρος ſutura quæ teſtes interiacet.

C

Cap. LXXI.

ALIA priori ſimilis, admodum nobilis. Habet ſeminis erucæ & anethi, ſing.drach.vnam. trita cum condito præbe.

Cap. LXXII.

ALIA ad eadẽ valde bona. Recipit piperis,nucum pinearum,petroſelini,pudendi cerui,terebinthinæ.contrita omnia æqualiter cum melle commiſce,& præbe.

Cap. LXXIII.

ALIA ſimilis, vtilis & frugifera. Capit terebinthinæ crudæ,nucum pinearum,ſing.vnc.ſemis.ſeminis erucæ grana quindecim, mellis Attici quod ſatis eſt.da-
D tur drachmæ duæ cum ficera.

Cap. LXXIIII.

ANTIDOTVS è hermodactylo laxatiua, efficax ad podagricos & arthriticos, omnémque morbum. vtilis eſt corpori, & morbos ex eo propulſat multos: ideóq; à medicis hæc ipſa antidotus appellata eſt ſanitas. Accipit caryophylli, nucis moſchatæ, maceris, ligni aloes,galangæ,zingiberis,ligni cinamomi, folii,caryo-
E phylli magni,cardamomi,ſpicæ,ſing.drach. vnam,carpobalſami,aniſi, fœniculi, anethi, carnabadii, ameos, granorũ ſolis,maioranæ, [a]meliſſochorti,ſemini ſocimi, baccarum myrti, foliorum citri, ſing.drach.vnam, triũ ſantalorum,ſing.drach.ſemis,glycyrrhizæ, ſtyracis calamitis,piperis longi,floris iunci odorati,croci,ſing.grana ſeptem, violarum drach.vnã, papaueris albi drach. vnã, [b] lactucæ,intybi & portulacæ ſeminis,ſing.drach. duas, ſenæ vnc.vnam, epithymi drach. vnam. Omnia hæc tenuiter trita in aqua decoquito. dein in aquã per
F ſaccum tranſfuſam iniice ſacchari libras tres, & ebulliat probè vſque ad conſiſtentiam : & impone illi moſchi, ambaris,margaritarũ, ſing.ſcrup.II. dacrydii vnc. duas, turpeti vnc. vnam ſemis, rheibarbari boni vnc. vnam, hermodactyli vnc. vnam ſemis: ariſtolochiæ longæ & rotundæ,ſing.vnc.ſemis. Hæc tundito & probè cribrato,vt [c]electuarii conſiſtentiam acquirant, & bene ſubacta in lebete, ſuper marmor effunde, & ſine donec refrigerentur. poſthæc accipe ac repone in vitreo vaſe. Quum vti ea volueris, dato media nocte hexagia duo &
G ſemis, aut tria pro ratione virium: & ſi febre vacant, præbeto vini poculum vnum cum aqua: ſi verò febricitant, dato aquam tepidam ad ſorbendum.

a Meliſſochorti] Græcè μελισσόχορτον. Intelligit haud dubiè herbam quæ aliâs meliſſophyllon dicitur. Neque enim meliſſochortos Græcis aliud ſignificat, niſi herbam apum. Atque hinc eſt quod Latinis etiam apiaſtrum vocetur. b Lactucæ] Græcè eſt μαρουλλίου. Vocauit autem Actuarius, Nicolaus, & Symeon Sethi lactucam μαρούλλιον & μαγούλιον. c Electuarii] Nicolaus habet λατουαρίου pro ἐλεκτουαρίου. Solet enim, vt ſæpe iam dictum eſt, Latinas voces deprauatè admodum efferre.

H

Cap. LXXV.

ANTIDOTVS alia ad dolores pedum, per omnia experta, qua ſanatus eſt Clearchus, & alii multi gratia Dei. Habet baccarum lauri repurgatarum vnciã

vnam, myrrhæ troglodyticæ vnc. ſemis, ariſtolochiæ longæ & rotundæ,ſing.vnc.vnam,rhei Pontici vnc.ſemis,ſpicæ nardi,folii,amomi, coſti, ſing. vnciæ quartã partem,betonicæ hexagium vnum,acori,gentianæ,ſingul. grana vndecim, hermodactyli vnc. ſemis, turpeti puri vnc.ſemis & quartam partem,dacrydii vnc.ſemis. Contuſa ſimul & probè cribrata excipiatur vaſe vitreo diligenter operto. Datur vtentibus cochlearium vnum ex temperato liquore media nocte. Vacantibus febre, cum vino:febricitantibus verò ex aqua tepida.Qui verò vti hac antidoto voluerit, is ab omni rigore ubi cauebit.

Cap. L X X V I.

ANTIDOTVS quæ eſt [a]drangæa.Datur obſtructionibus iecoris, ſiue in gibbo eiuſdem ſiue in venis meſaraicis fuerint,media nocte,pondere hexagii vnius aut vnius & ſemis,pro virium ratione. poſtea ſorbendũ deſuper dato vacantibus febre, vinum : febricitantibus autem aquam tepidam. Capit rhei barbari hexag.tria, ſeminis fœniculi,apii,ſing.drach.vnã ſemis,croci ſcrup. tres,[b]tartari drach.vnam ſemis,turpeti puri hexagium ſemis, dacrydii ſcrup.duos, ſacchari quãtum ſpecierum omnium,& præbe.

a Drangæa] δραγγαίαν Nicolaus vocat compoſitionem quæ à medicis huius ætatis Tragæa nominatur. Vtranque autem vocem barbaram eſſe ſatis conſtat. b Tartari] Græcè ſcribitur ταρτάρυ. Vt hinc etiam palàm fiat, Nicolaum barbaris & in hunc vſque diem in officinis vſitatis vocibus creberrimè vti. Tartarum autem eſſe vini fæcem induratam & doliis adhærentem, notius eſt quàm vt à nobis copioſiùs explicari debeat. Barbarã autem vocem retinere libuit, vt hinc palàm fieret vnde tot voces parum Latinæ & barbaræ officinas noſtras irrepſerint.

Cap. L X X V I I.

ALIA,conferens podagricis,arthriticis,& ad omnẽ corporis afflictionem. Habet aniſi hexag. vnũ ſemis, piperis longi drach.duas,zingiberis vnc. ſemis, [a] phenulæ hexag.vnũ.turpeti vnc.vna, cubebarũ hexag. vnum, ſcãmoniæ vnc. vna ſemis, ſenæ vnc.ſemis,croci hexag. ſemis,caryophylli hexag.vnũ,amomi drach. vna.[b]cinamomi boni hexag.tria,cardamomi drachm. duas, rhei barbari vnc.vna ſemis,aniſi hexag.duo,ſacchari quantum omnium ſpecierum.Trita & cribro trãſmiſſa probéque confecta in vaſculo repone. Dantur, ſi vſus exigat, manè hexag. duo aut duo & ſemis,pro viribus: febricitantibus quidem,cum aqua tepida: vacantibus febre, cum vino.

a Phenulæ] Suprà, nempe annot. 106. φίνυλιν pro fœniculo ſumus interpretati. Hoc quidem in loco φίνυλαν pro ἴνυλαν ſcriptũ eſſe, ex antidoto 82. ſatis liquet, in qua omnia ferè quorum hîc mentio fit, recenſentur, atque ad eoſdem affectus accommodantur. Quòd ſi verò nihilominus phenulam eſſe legendum quis contendat, quid per phenulam Nicolaus ſignificauerit, me ignorare lubens fateor. b Cinamomi] Græcè eſt κανέλας καλῆς. Canelam autem ſiue Canellam Nicolaus & alii recentiores Græci, item Auerroes & cæteri Arabes vocant cinamomum hodie vſitatum: quod tamen caſia potius eſt (vt alibi diximus) quàm cinamomum.

Cap. L X X V I I I.

ALIA drangæa [a]ſimplex, datur media nocte. Capit aniſi hexag.duo,zingiberis vnc.ſemis, ſeminis fœniculi hexag.vnũ,turpeti vnc.vnã,croci hexag.ſemis,ſcãmoniæ vnc.ſemis, caryophylli ſcrup. vnũ, rhei barbari hexag.vnum,ſacchari quatum vniuerſarum ſpecierum. Dantur de ea vbi vſus exigit, hexag. duo aut duo & ſemis,pro virium ratione.Et febre vacantibus,ex vino:febricitantibus autem,ex tepida aqua.

a Simplex] In Nicolao eſt σίμπλικη. Eſt autem vox Latina ſimplex deprauata,& ad Græcam formam detorta. Simplicem autem hãc drangæam vocat, non quòd non ſit compoſita ex multis ſimplicibus medicamentis: ſed quòd paucioribus conſtet ſimplicibus quàm alia eiuſdem generis compoſita. Hac ſanè ratione Galenus etiam Dia trion pipereon ſimplex appellauit, vt alibi fuſiùs diximus.

Cap. L X X I X.

ALIA ſimilis conferens arthriticis,podagricis, & ſanitati totius corporis,nondum obſeruata ſeu experta. Vbi ea vti volueris, neque æſtus neque frigus ſit. Recipit cinamomi,caryophylli,croci,zingiberis,nucis moſchatæ,roſarum,ſingul.hexagium vnum,turpeti hexagium vnum ſemis,rhei barbari,hermodactyli, ſing.hexagia duo,aniſi,ſeminis fœniculi,zedoariæ, ſing. hexa-

A gium vnum, ſcammoniæ hexag.duo, ſacchari quãtum omnium ſpecierum. Hæc probè cõfecta datur vt prior.

Cap. L X X X.

ALIA drangæa ad eadem efficax,admodum bona, Habet turpeti boni drach. duas, ſcammoniæ ſcrupulos duos, hermodactyli drach. duas, zingiberis hexagium vnum, croci, caryophylli, ſingul. ſcrupulos duos, aniſi ſcrup.duos,ſacchari puri vnc. vnam.Probè confecta datur vt prior.

Cap. L X X X I.

B ALIA ad podagricos, arthriticos, nephriticos, & hepaticos. Capit rhei barbari hexagiũ vnum, ſeminis fœniculi,aniſi,ſingul.drach.ſemis, tartari drach.vnam, turpeti hexagium vnum, croci, ſcammoniæ, ſingulorum ſcrupulos duos, ſacchari tantundem quantum omnium ſpecierum.Probè confecta datur media nocte pondere hexagiorum duorum, aut duorum & ſemis, pro viribus.

Cap. L X X X I I.

ALIA drangæa efficax ad podagricos, arthriticos, C & nephriticos affectus. Habet enulæ in altis locis natæ bonæque,hermodactyli,ſingul. hexag. duo, turpeti hexagium vnum ſemis,ſcammoniæ crudæ vnc. ſemis, aniſi,caryophylli,zingiberis,maceris, cubebarum,ſing. hexagium vnum, maſtiches puræ drach. vnam, croci hexagium ſemis,tartari hexag. vnum, rhei barbari hexagia duo, ſacchari quantum vniuerſarum ſpecierum. Dantur de ea matutino tempore hexag. duo & ſemis aut tria,pro virium modo.

Cap. L X X X I I I.

D ANTIDOTVS laxatiua efficax ad prædicta mala,ad bilioſos,pituitoſos,& hepaticos. Habet dacrydii hexagia quatuor,turpeti hexagia tria, caryophylli drachmas duas,zingiberis hexagium vnum ſemis,aniſi hexagium vnum, croci hexagium vnum,rhei barbari hexagia tria, maceris hexagium ſemis, hermodactyli hexagia duo, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt. Dantur vbi vſus exigit media nocte hexagia duo cum dimidio aut tria,prout vires ſuaſerint. Et vacantibus febre, ex vino : febricitantibus autem, cum a-E qua tepida.

Cap. L X X X I I I I.

ALIA drangæa laxatiua ad prædicta mala vtilis. Recipit dacrydii hexagia quatuor, turpeti boni,caryophylli,croci,ſingulorum drach.vnam,zingiberis, piperis longi,maceris,ſingulorum drach. vnam, aniſi hexagium vnum, hermodactyli hexagia duo, nucem moſchatam vnam,ſeminis fœniculi hexagium vnum, rhei barbari hexagia duo, ſacchari quantum omnium ſpecierum. Vbi probè confecta fuerit, dantur ex ea ma-F nè ieiuno hexagia duo,aut duo cum dimidio, pro virium ratione.

Cap. L X X X V.

ALIA drangæa ad podagricos,arthriticos,& quẽuis nephriticum affectum, omniáque vitia. Accipit turpeti drachmas tres ſemis,zingiberis drachmas duas ſcrupulos duos,zedoariæ drachmas duas, aniſi, ſeminis fœniculi,ſingulorum ſcrupulos duos, caryophyllos numero decem, dacrydii ſcrupulos tres, croci ſcrupulos duos,rhei barbari hexagium vnum, hermodactyli dra-G chmam vnam,ſacchari quantum omnium ſpecierum. Species vniuerſas tritas in vaſculo repone. Vbi vſus poſtulauerit, dandum hexagium vnum cum dimidio,aut duo pro virium modo.Et iis qui febre vacant,poſtea vinum ſorbendum præbeto: febricitantibus autem,aquã tepidam.

Cap. L X X X V I.

ALIA drangæa prioribus validior. Recipit rhei hexag.vnum,turpeti hexag. duo, tartari drach. vnam, dacrydii ſcrupul. quatuor, zingiberis hexagium ſemis, H croci ſcrupul.duos, caryophyllos quindecim, zedoariæ drachmam vnam, aniſi,ſeminis fœniculi, ſingulorum ſcrupulos duos, nucem moſchatam vnam, hermodactyli hexagium vnum,maceris, ſcrupul. duos, ſacchari

quantum omnium ſpecierum. Probè paratæ exhibe vſu poſtulāte, media nocte hexagium vnum cum dimidio, aut duo pro virium modo. Et non febricitantibus ex vino, febricitantibus autem ex aqua tepida.

Cap. LXXXVII.

ALIA confectio drangæa, vtilis ad vitioſum faciei colorem è calore iecinoris natum. Recipit heliotropii foliorum aridorum vnciam vnā, croci boni hexagium vnum, rhei barbari hexagium vnum, tartari drachmam vnā, aniſi hexagia duo, ſacchari puri duplum omnium ſpecierum. Trita hæc omnia reponantur in vaſe. Vbi vſus poſtulat, datur continuis diebus quinque ſingulis quidem manè ieiuno hexagium vnum. Pòſt, vinum album purum ſorbendum præbeto.

Cap. LXXXVIII.

ANTIDOTVS è Damaſcenis prunis, facit ad acutas, ardentes, omnéſque alias febres, nempe tertianas continuas, hecticas, maraſmodes, lipyrias, ardentes, & in ſumma ad omnem febrilem affectum. Damaſcena centum decoquantur in aqua quoad tertia pars aquæ abſumpta fuerit: dein ab igne remoueantur, ſubigātúrque, & probè confricentur manibus tantiſper donec caro eorum omnis diſſoluatur in aqua, & oſſa ſolùm corticéſque appareant. Poſtea cribro raro tranſmittantur, relicto hoc iuſculo: aliáque accepta aqua illi imponantur violarum vnc. ſemis, ſacchari libræ duæ, & fac inſtar droſati, atque donec ad mellis craſſitudinem veniant decoquantur. pòſt ab igne remoueantur, & per ſaccum tranſfundātur. Quo peracto, accipe de aqua prunorum Damaſcenorum primò per ſaccum trāſfuſa, & in ſuccū redacta, libram vnam, & commiſce cum droſato violarum, ac iterum ſimul ebulliāt donec vtraque ad mellis craſſitudinem veniant. dein ab igne deponantur & ſinantur. Quo facto accipiatur oxyphœnici, [a]dulcis calami repurgati, ſingulorum vncia vna, & cum aqua altera calida probè ſubigantur, & ſubacta per ſaccum tranſfundantur. Poſthac iuſculum in quo eſt ſuccus prunorum Damaſcenorum, & droſatum, rurſus in lebetem coniiciatur: atque vbi probè ſimul ſubacta fuerint, rurſus calido cineri imponantur: & poſteaquam vna ebullitione in altum ſublata fuerint, ab igne remoueantur, & cum cochleario probè ſubigantur. deinde immittantur ſantali albi & rubei bene triti, & cribro tranſmiſſi, [b]ſpodii, rheibarbari, ſing. drach. tres, roſarum, violarum, ſeminis portulacæ, intybi, berberis, ſucci glycyrrhizæ, tragacanthæ, ſing. drach. duæ, ſeminis peponis, cucumeris, cucurbitæ, citruli repurgati, ſing. drach. duæ. omnia ſimul trita & per cribrum probè traiecta lebeti iniiciantur, & calefacta ſimulque ſubacta in vaſe reponantur. Per totum diem, manè nimirum, meridie & veſperi datur caſtaneæ nucis quantitas. Quòd ſi vt hæc antidotus aluum ſubducat efficere volueris, [c] vnicuiq; libræ, vbi ab igne remoueris, admiſce dacrydii drach. ſeptem. Cauebis autem, ſi vt aluum ſubducat effeceris, ne hanc quauis diei hora exhibeas. Sin dacrydio fuerit deſtituta, quouis tempore dato.

a Dulcis calami, &c.] Græcè eſt, γλυκοκαλάμου. Per dulcem verò calamum, intelligit caſiæ fiſtularis medullam, quæ ſanè dulcis eſt, & in calamis continetur. Id quod ex Latinis Nicolai codicibus ſatis conſtat, qui hoc in loco habent, Tamarindorum, & caſiæ fiſtulæ medullæ vnciam vnam. b Spodii] Per ſpodium hîc intelligendum venit ſpodium Arabum. Quod quale ſit, lib. 1. De compoſ. medic. cap. 17. monſtrauimus. c Vnicuique libræ] Græcè duntaxat eſt, ἐπίθες δακρύδιον, non expreſſo pondere. Non tamen ex Latinis Nicolai codicibus pondus adiecimus.

Cap. LXXXIX.

ANTIDOTVM è marrubio, conferens tabidis tuſſiculoſis, iis qui defluxionibus, deſtillationibúſque è capite delatis obnoxii ſunt. Item hebetudini oculorum, & palati malis, putredinibus oris, & in vniuerſum omnibus tuſſiculoſis malis. Capit marrubii viridis drachm. quinque ſemis, tragacanthæ, pinearum, amygdalarum, piſtaciorum, carnis dactylorum, caricarum, vuarū paſſarū, ſing. drach. tres ſemis, cinamomi, caryophylli, nucis moſchatæ, maceris, ligni aloes, galangæ, ſpicæ, zingiberis, zedoariæ, glycyrrhizæ, rhei Pontici,

A anacardii, ſtyracis, maſtiches, myrrhæ, galbani, terebinthinæ, iridis, ariſtolochiæ rotundæ, radicis capparis, gentianæ, piperis nigri, aniſi, fœniculi, anethi, ſeminis apii, ſinonis, ſaxifragi, ſing. drach. duas, Hermodactyli, caſtaneæ, origani, peucedani, floris iunci odorati, cardamomi, piperis albi, carnabadii, libyſtici, [a] vincitoxici (herbæ ſpecies) ſingulorum drach. vnam ſemis, gran. vnum & ſemis, pulegii, balſami, abrotoni, coſti, pyrethri, thymbræ, ocimi, pæoniæ, amomi, erui, ſing. hexagiū vnum gran. duo, xylobalſami, caſiæ ligneæ, corallii, ramenti e-
B boris, carpobalſami, dauciCretici, ſing. drach. ſemis, moſci, ambaris, oſſis cordis ceruini, ſing. [b] grana quatuordecim, mellis lib. quatuor. dein cape marrubii, corallii, ſing. drach. tres ſemis, reſinæ pineæ, drach. vnam ſemis, vini veteris, vnc. tres, & decoque cum caricis cumque vuis paſſis exemptis acinis, donec vinum abſumatur. poſtea vtraque manu contundantur & admiſceantur, adiiciatúrque terebinthina, & ita probè ebulliant. Vbi verò ab igne amouere voles [c]imponātur ſpecies: & quū probè ſubactæ fuerint reponantur in vaſe, & vſu exigen
C te præbeantur.

a Vincitoxici] Græcus codex habet βίτζιτοστιζι, corruptè admodum pro βιντιτοξική. Nam omnes Latini codices legunt vincitoxici. Quid autem ſit vincitoxicum, Nicolaus non ſatis explicat, ſed tantùm ait eſſe εἶδος χόρτου, hoc eſt herbæ ſpeciem. Recentiores variè vincitoxicum interpretantur. Sunt enim qui iberin ſeu agriocardamum eſſe ſcribant: alii thlaſpin: nonnulli herbam venti, quæ Græcis anemone dicitur. Parum autem refert, vtrā ex iis tribus accipias, quòd omnes acres ſint, adeóque eiuſdem facultatis. b Grana quatuordecim] Græcus codex legit L. ιδ'. hoc eſt drachmas quatuordecim. Sed videtur eſſe pondus plus æquo magnum, præſertim ſi moſchum & ambarem reſpicias. Sequutus itaque fidem Latinorum codicum, reddidi grana quatuordecim, contra Græci exemplaris lectionem ac fidem.
D c Imponantur] In Græco manuſcripto codice, quo vnico & eo quidem deprauato ſumus vſi, ſcriptum erat ἐπίθες tantùm: ſed adiiciendum eſſe τὰ εἴδη, Latina exemplaria ſatis teſtantur.

Cap. XC.

ALIA è marrubio magna. Sunt qui aſſerant hanc ab apoſtolo Domini Petro ad ſanitatem omnium hominum eſſe confectam. Opitulatur ſanguini & pituitæ in thorace contentis, & dolorem excitantibus, confeſtimque eum qui vtitur ſanat. Confert quoque tuſſi veteri & recenti, thoraci refrigerato, cruditati ventriculi,
E & inflationi ejuſdem. Iecur & lienem ſanat. Concoquere nequeuntibus, & aſthmaticis, in ſcapulas conuulſis, ictericis, cardiacis, interaneis malis, ſuſpirantibus à morbo aliquo lōgo & difficili, dyſentericis, lientericis, & omnibus morbis vtilis eſt: præſertim verò ſanguinem ſpuentibus, refrigerationi ventriculi, febribus quotidianis, tertianis, & quartanis. Calculos veſicæ atterit, & iis qui difficulter mingunt prodeſt. vocem repurgat. Si ab ab iis quos vires defecerunt ſumpta fuerit, eaſdem reparat. Quòd ſi ab illis qui plurimum ſanguinem excre-
F uerunt, [a]parúmque animoſi facti ſunt, ſumatur manè & veſperi cochlearium vnum, ſiſtit & confirmat. Recipit hyſſopi, [b]ſerpylli, fœnigræci, ſing. hexag. vnum, marrubii ſatiui & ſylueſtris, hoc eſt marrubii albi & nigri, pulegii, origani, calaminthæ, pinearum, caricarum, carnis palmularū, ſileris, ſing. hexagia tria, iridis hexagia quatuor. Has herbas virides eſſe oportet, & vbi validè lotæ fuerint, affunde illis aquæ libr. vnam ſemis, & decoque donec libra vna & vnciæ octo remaneant. dein per linteum colato, & aquæ illi vnius libræ & octo vnciarum,
G admiſce libram vnam & octo mellis, & decoque rurſus cum melle quoad mel ſolum ſuperſit: ſtatimque ſpecies has immitte, nempe glycyrrhizæ, tragacāthæ, ſing. hexagia quatuor, caryophylli, ſpicæ, cinamomi, rhei Indici, zedoariæ, galangæ, ſingul. hexag. tria, gallæ moſchatæ hexagium ſemis, & vtere.

a Parúmque animoſi] Græcè eſt ὀλιγοθύμησαν, quod haud dubiè idem quod ὀλιγοψύχησαν ſignificat. Cōuenire itaque ait iis qui propter ſanguinis excretionem non procul abſunt ab animi defectione.
b Serpylli] Græcè ſcribitur συρεπύλλου, ſed deprauatam eſſe vocem iudico, & legendum ἑρπύλλου.

H

Cap. XCI.

ALIA antidotus appellata parua, valde bona & vtilis. Mirificè confert tuſſi & iis qui è pulmone tuſſiūt, ac ipſi pulmoni. Habet iridis hexag. quatuor, marrubii,

pulegii,calaminthæ,caricarũ, ſing. hexag. tria,hyſſopi, [a]apii, [b] ſileris, ſing. hexag.duo, fœnigræci hexag. IIII. Decoquantur in aqua donec medietas conſumatur, & per linteum colentur : prius tamen per noctem in aqua macerentur.Poſtquam autem cocta & per ſaccum traſfuſa fuerint, tantum mellis iniice quantum eſt aquæ per linteum tranſfuſæ:rurſuſque decoque donec ſolum mel remaneat. Datur ieiuno cochlearium vnum aut duo.

a Apii] Græcus Nicolai codex legit πάδιοι. Corruptam autem dictionem hanc eſſe nemo non videt: quapropter legendum eſſe iudico σελίνε. quam quidem lectionem Paulus lib.7.cap.11.in medicamento ex marrubio compoſito confirmat.ibidem enim ſcribitur σελίνε ἀνὰ ℔.β'.ἰσχάδων λιπαρῶν,&c. b Sileris] Codex Nicolai habet λύλερ,haud dubiè pro σίλερ. Nam in præcedenti quoque antidoto σίλερ ſcribitur.Ergo librarius pro σ vſus λ,vocem hanc deprauauit.

Cap. X C I I.

ANTIDOTVS è thure admodum bona & vtilis,faciẽs ad eos qui angina correpti ſunt, aſthmaticos, nephriticos,guttatim mingentes,& omnia mala corporis: Recipit caſtorei,opii,hyoſcyami, ſingul. drachm. quatuor,caſiæ ligneæ, pæoniæ, ſtyracis, piperis, longi folii,croci,thuris maſculi,ſing.drach.duas, rhei Pontici,amomi,ſing.drach. vnam ſcrupulos duos, myrrhæ drach.vnam ſemis,euphorbii, piperis albi, ſing. drach. duas ſemis,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Datur cum vino albo calido. Profuerit autem, ſi vinum hoc ebulliat cum thure & ſaluia.

Cap. X C I I I.

ANTIDOTVS è roſis magna, præclara valde. Pollet aduerſus ſtomachi calorem:potiſſimùm verò iecinoris,lienis, & pulmonis, & in vniuerſum omni calidæ corporis noxæ. Item cardiacis, & quibus nimiùm diſcutitur corpus. Ad omnem præterea animi defectum ex calore ortum, valde efficax eſt: Capit roſarum vnciam vnam, ſantali albi & rubei, ſpodii, rhei barbari,ſucci glycyrrhizæ,maſtiches,tragacanthæ, ligni aloes,cinamomi,caryophylli, ſpicæ, gallæ moſchatæ,floris iunci odorati, xylobalſami, carpobalſami,cardamomi,ſeminis ocimi, folii, ſeminis fœniculi,ſeminũ cucumeris,peponis,cucurbitæ,citruli,ſing. vnc. vnam, caphuræ,ſcrupuli vnius tertiam partem, hoc eſt gran. ſex & ſemis, [a]ſtillatitii citri liquoris, zulapii roſacei, & ſacchari quantum ſufficit.Datur manè, meridie, & veſperi ex aqua frigida.

a Stillatitii citri liquoris] Græcus codex habet τζίτρίκ σίμα. Legendum autem eſſe opinor κίτρίκ σάγμα,vel κίτριόσαγμα.Hanc itaque lectionem ſequemur donec emendatiorem nacti codicem, rectiorẽ inuenerimus.Et quum citri liquor cardiacis plurimùm prodeſſe credatur,iudico hanc lectionem eſſe legitimam.

Cap. X C I I I I.

ANTIDOTVS è roſis Abbatis, hoc eſt præſidis collegii,efficaciſſima ad prædicta mala, & febres acutas ardẽtéſque. Cardiacis & cœliacis plurimùm auxiliatur. item defectionibus animi è corde ortis. Habet ſantali albi & [a]rubei,ſing.drach.duas ſemis, tragacanthæ,gũmi Arabici,ſpodii,ſing.ſcrup.duos,aſari, maſtiches,ſpicæ, cardamomi, croci, ligni aloes, caryophylli, gallæ moſchatæ,aniſi,fœniculi,cinamomi,ſucci glycyrrhizæ, rheibarbari, ſeminis ocimi, berberis, ſeminis intybi & portulacæ,ſeminum peponis,cucumeris,cucurbitæ,citruli,ſing.ſcrup.vnum,margaritarum, oſſis cordis ceruini,ſing.ſcrup.ſemis,roſarum, [b]ſacchari candi vocati, ſing.vnc.vnam drach.tres,corallii, cryſtalli, ſeminis lactucæ,papaueris albi,mandragoræ,ſingul.ſcrup.vnum, caphuræ grana ſeptem,moſchi grana tria & ſemis, zulapii roſacei, ſtillatitii liquoris roſarum, & ſacchari quod ſufficit. datur meridie cum ſtillatitio roſarum liquore.

a Rubei] Nicolai codex legit ῥώσιον paſſim pro ῥέσιον: quod ſemel monuiſſe ſatis ſit. b Sacchari cãdi] Græcè eſt χαίτικς.Latini autem codices omnes habent ſacchari candi, vt hinc certò conſtet, per χαίτιον Nicolaum, ſaccharum candi vulgò vocatum intelligere, ac ſcribendum illi fuiſſe χανδιον, vt ſuprà quoque monuimus.

Cap. X C V.

ALIA antidotus è roſis, plurimùm prodeſt aſthmaticis, arteriacis, difficulter ſpirãtibus, tuſſiẽtibus, & omnibus malis thoracem & pulmonem infeſtãtibus,

A éque frigore ortis.Stomachum imbecillum confirmat. Hydropicis & lienoſis auxiliatur. Imbecillos renes robo rat, refrigeratóſque calefacit,& venerem mirificè excitat: Capit caſiæ ligneæ, cinamomi veri, ſpicæ nardi, rheibarbari,floris iunci odorati,piperis albi, aſari,cardamomi parui & magni,caryophylli,croci,ligni aloes,cinamomi denſi,xylobalſami, ſantali albi & rubei, gallæ moſchatæ,nucis moſchatæ,maſtiches, aniſi,glycyrrhizæ,ſing.drach.duas,margaritarum perforatarum & integrarum, caphuræ, folii, anacardii,berberis, maceris,
B ſing.vnc.vnam, ramentorum eboris, oſſis cordis ceruini,ſeminis ocimi,ſing.drach.vnam, ſpodii,moſchi,ſingul. drach. ſemis, roſarum, ſacchari candi, ſingulorum drachmas tres, zulapii roſarũ & ſacchari quod ſatis eſt. Probè paratam exhibe cum ſtillatitio roſarum liquore manè,meridie & veſperi.

Cap. X C V I.

ANTIDOTVS è roſis omnino vtilis ad prædicta mala. Habet maſtiches, croci, ligni aloes, ſpicæ, ſing.hexagium vnum,ſantali albi & rubei,ſingul.hexa-
C gium ſemis,ſpodii hexagia quatuor ſemis,cardamomi, aſari, gallæ moſchatæ,berberis, caryophylli, ſingulorũ hexagium vnum, ſerici crudi vſti hexagium ſemis, ſeminis fœniculi & ocimi, cinamomi legitimi,ſingulorũ grana vndecim,oſſis cordis ceruini, caphuræ, drach.ſemis,margaritarum perforatarum & integrarum hexagium ſemis,tragacanthæ,gummi Arabici,ſingulorum hexagium vnum, ramẽti eboris, auri puri,ſingulorum hexagium vnum,lapidis iaſpidis & ſaphiri,ſingulorum hexagium ſemis,cryſtalli,corallii, ſacchari candi, cry-
D ſtalli reperti in oris aquæ congelatæ, ſingulorum hexagium vnum,blattii byzantii hexagium ſemis, rheibarbari hexagiũ vnum ſemis, aniſi,intybi ſeminis,portulacæ,peponis, cucumeris, cucurbitæ, citruli, & lactucæ, ſingulorum hexagium vnum,roſarum hexagia tria,maceris hexagium ſemis,zulapii roſarum,ſacchari,& ſtillatitii roſarum liquoris quod ſufficit. Confectam repone in vaſculo,& præbe vt præcedentem.

Cap. X C V I I.

ANTIDOTVS è penidiis valet tuſſiculoſis, pleu
E riticis, peripneumonicis, aſperitati faucium, raucitati, voci amiſſæ,& raucæ. Recipit nucum pinearum,amygdalarum,ſeminis papaueris albi, ſingulorum drachm. duas ſcrupulum vnum, cinamomi, caryophylli, ſucci glycyrrhizæ,tragacanthæ, zingiberis, gummi Arabici, amyli, ſeminum peponis, cucumeris, cucurbitæ,& citruli,ſingulorum drach.vnam,caphuræ ſcrupul.vnum, [a]droſati violarum quod ſatis eſt.dein affunde lib. vnam aquæ,violarum drach.tres,& decoque vſque ad tertias,
F pérque ſaccum tranſfunde, & coniice in id decoctum ſacchari lib. vnam aut quantum ſatis erit, & rurſus ad mellis craſſitudinem coquito.Poſthac ſpecies omnes ſu prà commemoratas probè tritas impone, & cum ipſis penidiorum drach.ſex & ſemis : & bene ſubactis omnibus coniice in mortarium, & contunde quoad ſolideſcant:deinde à mortario aufer, & impone vaſculo. Datur vt prædictum eſt.

a Droſati] Et ex hoc loco abundè patet, droſatum Nicolao idem quod ſerapium,vel(vt hodie loquuntur) ſyrupum ſignificare.Nã vbi Græcus Nicolai codex habet, δροσάτου τῶν ἴων, Latinus legit Syrupi violacei.

G Cap. X C V I I I.

ANTIDOTVS è tragacantha vtilis ad grauitatem thoracis,tuſſiculoſis,pleuriticis,peripneumonicis, lienoſis, ſiti immodicæ ortæ ob pulmonis plurimum calorem,in ore retenta & ſenſim ſoluta. Admodum etiam laudatur ad vocis raucitatem: Habet tragacanthæ candidæ vnc.duas,gummi Arabici vnciam vnam, drach.duas,amyli vnciam ſemis, glycyrrhizæ drachm. duas,penidiorum vnc.tres,ſeminis peponis,cucumeris, cucurbitæ,& citruli,ſing.drach.duas,ſeminis vrticæ,pa
H paueris albi,ſingulorum drach. tres, caphuræ ſcrup.ſemis,ſacchari & aquæ quantum ſatis videbitur.

Cap. X C I X.

ANTIDOTVS alia è tragacantha, ad frigidos affectus,

affect⁹. Accipit tragacāthæ lib.ſemis,hyſſopi vnc.ſemis, fœnigræci drach ſemis,amygdalarum,[a]nucum pinearũ repurgatarum,ſing.vnc.ſemis,cinamomi vnc.vnam,amyli,zingiberis,glycyrrhizæ &ſucci eiuſdem,cubebarũ, ſing.vnciam ſemis,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. ſaccharum cum aqua in qua ebulliant zizipha, [b]ſebeſten,hordeum,dactyli,[c]pimpinella, [d]vngula cabalina,polytrichum,glycyrrhiza,hyſſopũ decoquatur:dein commiſce huic decocto ſupradictas ſpecies, & præbe in prædictis malis.

a Nucum pinearum]In Græco manuſcripto codice perperam κυκυνάρια pro κωνάρια ſcribitur, vt ſuprà quoque eſt annotatum.
B b Sebeſten]Græcè legitur συμπεςέν. Vt hinc conſtet, Nicolai etiã ætate vocem hanc à medicis & Seplaſiariis fuiſſe vſurpatam. Actuari⁹ & alii recentiores Græci Myxas & Myxaria vocant. c Pimpinellæ]Græci corruptè ſcribitur πιμπινέλε pro πιμπινέλλε. Vt &hâc vocem Nicolai temporibus fuiſſe vſitatam, hinc ſatis appareat. d Vngula cabalina]Græcus codex legit, ὄγκλα καβαλίνα pro ὄγγελα καβαλίνα. Sic paſſim Nicolaus voces alterius linguæ deprauare ſolet. Latini hãc ſtirpem Tuſſilaginem vocant. De qua vide quæ tomo primo noſtrorum de ſtirpium hiſtoria commentariorum annotauimus. Et ex hac etiam antidoto omnib. palàm fit Nicolaum crebrò barbaris & peregrinis vti vocibus.

C

Cap. C.

ANTIDOTVS è cumino. confert frigiditati thoracis, ſtomachi, inflatis, colicis, febre quartanà laborantibus, vētriculique concoctionem iuuat. Habet cumini drachmas octo ſcrup.vnum. Macera ipſum die noctéque in aceto, & dein exiccato: cinamomi, caryophylli, ſingulorum drach.duas ſcrup.quinque, galāgæ, [a] thymbræ ſeu ſatureiæ, calaminthæ, zingiberis, piperis nigri, ſingulorum drach.vnam ſcrup.duos, ameos, libyſtici, ſingulorum drach.vnam gran.octodecim, piperis longi, ſpicæ, nucis moſchatæ, ſingulorum ſcrupul. duos ſemis, mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.

D

a Thymbræ]Græcè falſò hîc, vt aliàs ſæpe, θρύμβης pro θύμβρης legitur.

Cap. CI.

ANTIDOTVS è cumino magna, efficaciſſima ad cruditatem ſtomachi, & inflationes eiuſdem atque viſcerum: item ad aluum adſtrictam. Hanc verò antidotum nonnulli veterum medicorum [a] Dioſpoliten nominauerunt. Capit cumini Æthiopici & cumini cōmunis, ſing.hexag.vnum. cuminum autem probè ſiccatũ, tritum, & per cribrum tranſmiſſum. Galangæ, ſpicæ nardi, amomi, croci, zingiberis, caryophylli, piperis cōmunis & albi, cinamomi veri, maſtiches, maceris, nucis iuglandis, ligni aloes, nucis moſchatæ, cardamomi, ſinonis, fœniculi ſeminis, caſiæ, ſeminis apii, cyperi, carpobalſami, folii, ſingulorum dr. vnam ſemis, piperis longi hexag.vnum ſemis, foliorum rutæ hexag.duo, nitri hexag.vnum. Hæc omnia bene trita commiſce cũ melle Attico deſpumato aut ſaccharo ſufficienti. Dato ex eo vtentibus, manè & veſperi.

E

F

a Dioſpoliten]Græcè eſt διοσπολίτη. Paulus lib. 7. cap. 11. Dioſpoliten deſcribit, ſed minus medicamentoſam. Galenus lib. 4. de Tuend.ſani.cap.5. Dioſpoliticon vocat perinde atque Actuarius.

Cap. CII.

ALIA antidotus è caſtoreo ad omnia ea ad quæ præcedens efficax. Recipit aſari, aniſi, ſeminis apii, ſingulorum drach.duas ſcrupulos duos, iunci odorati, myrrhæ, piperis longi, ſing.drach.duas ſemis, rhei barbari, croci, ariſtolochiæ rotundæ, ſing.drach.vnam ſcrup.duos, coſti drach.vnam ſemis, cinamomi, caſiæ ligneæ, ſingul. drach.vnam ſcrup.vnũ, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Probè confecta reponatur in vaſe. Datur vbi vſus exigit, cum decocto capparis, coſti, cinamomi, & caſiæ ligneæ.

G

Cap. CIII.

ANTIDOTVS ex iride. prodeſt ad columellam quæ veluti acus intus pertuſa eſſe videtur. ad vocem etiam omnino amiſſam, aſthmaticos & difficulter ſpirātes. Habet iridis vnc.vnam, pulegii, hyſſopi, glycyrrhizæ, ſing.drach.ſex, tragacanthæ, amyli, cinamomi, zingiberis, piperis, amygdalarum, nucum pinearum, ſing. drach.tres, caricarum ſine acinis, carnis palmularum, vuarum pinguium exemptis acinis, ſing. drach.tres ſe-

H

A mis, ſtyracis rubri drach.duas ſcrup.vnum, mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit. Datur cum decocto caricarum, ſeminis maluæ, hyſſopi, carnis palmularum & vino calido, veſperi.

Cap. CIIII.

ANTIDOTVS alia è tragacantha, quæ prodeſt tuſſientibus, tabidis, & arteriacis. Habet tragacanthæ cādidæ lib.quinque, glycyrrhizæ drach.tres, amyli drach. vnam, penidiorum vncias tres, ſeminis peponis, cucumeris, cucurbitæ, citruli, ſing.vnc tres, nucum pinea-
B rum, nucum auellanarum, piſtaciorum, amygdalarum, ſing.vnc.duas, croci, caſiæ ligneæ, ſing.vnc.duas, ſacchari lib.duas. Probè confecta datur manè & veſperi.

Cap. CV.

ANTIDOTVS è calamintha, vtilis ad refrigerationem thoracis, & tuſſientes. Item ad refrigerationem ſtomachi, appetentiam abolitam, difficulter coquētes, & eos quibus ſtomachus celeriter inflatur. Datur ante & poſt prandium, veſperique cubitum ituris nucis auella-
C næ quantitate ex vino bono. Capit calaminthæ, pulegii, ſeſelis, piperis nigri, petroſelini, ſing.drach.tres ſcrupul.duos, libyſtici drach.duas ſcrup.vnum, ſeminis apii ſcrup.vnum, ameos, thymi, aniſi, cinamomi, zingiberis, ſingul.ſcrup.duos, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. probè confectam præbeto.

Cap. CVI.

ANTIDOTVS [a]diacodion. confert ad omnē cœliacum affectum, item dyſentericis, febricitantibúſque ex aqua data pluuiali, in qua ſpodium, rhu culinarium,
D myrtus & ſtillatitius roſarũ liquor inferbuerit. His qui vacant febre cum vino tepido præbetur. Habet capitũ papauerum cādidorum, neque viridium neque aridorum integrorum cum exteriori cortice tredecim, roſarum rubearum drach.duas ſemis, croci, acaciæ, glycyrrhizæ, ſing.drach.vnam, boli Armenii vnc.ſemis, cinamomi, ſymphyti, hypociſthidis, balauſtiorum, ſing. dr. vnam, myrti vnc.1. corallii rubri & cādidi, rhois culinarii, ſanguinis draconis, rhois Syriaci, ſing.ſcrup.duos, ſe-
E minis portulacæ drach.ſemis. Capita prædictorum papauerum in pluuia aqua, donec dimidium eius abſumatur, decoquito: prius tamē in aqua illa in qua decoquerentur, maceratis capitibus. dein per ſaccum colato, & adde mellis myrtini lib.vnam ſemis, & probè ſubacta iterum coquito ad mellis conſiſtentiam, & ſubinde ſupradictas ſpecies tritas adiicito, & bene paratam repone in vaſe. Quum vſus poſtulat, dato vt prædiximus.

a Diacodion]Ità nominata eſt à capitibus papaueris, quæ Græcis κώδειαι dicuntur.

Cap. CVII.

F ANTIDOTVS Ecloge nominata, quaſi dicas ſelecta. Confert dyſentericis & cœliacis, vt præcedens. Habet balauſtiorum vnc.vnam, maceris vnc.vnam ſemis, omphacini, ſeminis hyoſcyami, ſing.vnc.vnam, cornu ceruini vnc.ſemis, opii vnc.duas, mororum rubi, baccarum myrti nigrarum, ſing.vnc.vnam, myrrhæ troglodyticæ, licii Indici vnc.ſemis, corallii, ſidiorum ſeu putaminum mali granati, floris iunci odorati, roſarum aridarum, ſing.vnc.ſemis, croci vnc.vnam, ſigilli Lemnii vnc.vnam ſemis, ſucci plantaginis maioris, acaciæ, lada-
G ni ſing.vnc.vnã, ſeminis fœniculi, aniſi, ſing.vnc.ſemis, aluminis, thuris, ſing.vnc.vnam, rhois culinarii vnc.ſemis, terræ Samiæ, interioris ventriculi columbæ, & gallinæ tunicæ, vuarum paſſarum ſine acinis, roſarum, ſingul.vnc.ſemis, gummi vnc.vnam, [a]chalcitidis, pumicis vſti, ſing.vnc ſemis, ſucci hypociſthidis vnc. vnam, leporini coaguli, carnium echinorũ, [b]vteri anatis, oſſium palmularũ, oſtreorũ vſtorũ, œnanthes herbæ, miſyos, radicis ſymphyti, bituminis Iudaici, ſing.vnc.ſemis, amomi, dauci Cretici ſeminis, ſing.vnc.vnam, boli Arme-
H nii, petroſelini, ameos, caſtorei, tribuli ſeminis, ſing. vnciã ſemis, rhei vnc.ſemis, mellis Attici aut ſtillatitii roſarum campeſtrium liquoris, aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Chalcitidis]Quid autem ſit chalcitis diximus lib.1.de Compoſ.medic. b Vteri anatis]Græcus Nicolai codex manuſcriptus

paſſim legit νικαρίας pro νίκαρις. Ita verò ſcribendum eſſe, & grammati ca ratio,& Paulus multis in locis docent.

Cap. CVIII.

ANTIDOTVS alia è ſeminibus, præſtantiſſima ad cœliacos & dyſentericos. Recipit ameos, hyoſcyami, opii, aniſi. ſing. grana ſex, ſeminis fœniculi grana ſeptẽ, ſeminis apii grana quinque, ſymphyti grana quatuor, putaminum mali granati, balauſtiorum, ſing. gr. tria ſemis, maceris grana tria, ligni aloes gr. duo ſemis, terræ Lemniæ, boli Armenii, ſing. gr. duo, baccarum myrti gr. nouem, mellis Attici aut ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt.

Cap. CIX.

ALIA ad eadem mala, & quæ ſanguinem ab internis latum [a] ſiſtit. Chamædryn in vino veteri adſtringente decoque ad tertias, præbe ieiuno diebus tribus. experta eſt.

a Siſtit] Græcè falſò ϛέλει pro ϛέγει ſcribitur.

Cap. CX.

ANTIDOTVS è malis & cotoneis, contra dyſenteriam mirifica. In cotoneorum & malorum iuſculum æqualem ſacchari quantitatẽ cõiice, & decoque ad mellis conſiſtentiam. Deinceps hæc probè cotuſa & cribrata adiice, nẽpe maceris hexag. ſemis, maſtiches, ligni aloes, ſucci acaciæ, ſucci hypociſthidis, ſing. vnc. ſemis, nucis moſchatæ, cinamomi, roſarũ, ſing. hex. quatuor, gallæ moſchatæ gr. vnum, coriandri grana duo, rhois culinarii, rhois coriarii, ſing. vnc. ſemis, zingiberis hexag. vnum ſemis, moſchi ſiliq. duas, ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſufficit: datur manè & veſperi.

Cap. CXI.

ANTIDOTVS è lapide [a] radiante. Prodeſt melãcholicis, ſyncope laborantibus, animo deficientibus & ad omnem cordis affectum, ad maniacos, carnis diſſolutionem, & ad malum ex melancholico humore corporis colorem. Habet lapidis [b] litzi vnc. vnam, ambaris crudi vnc. ſemis, ligni aloes, cinamomi crudi, cinamomi tenuiſſimi, ſing. drach. tres, moſchi hexag. vnum, margaritarum hexag. duo, auri puri hexag. vnum, [c] ſerici recenter è grano ilicis tincti lib. vnam ſemis. Sericum cum ſucco malorum dulcium, & ſtillatitio roſarum liquore quoad rubrum fiat decoque. Dein exempto ſerico, ambar, & cũ eo alias ſpecies iniice, atque lapidis [d] lazuli loti & præparati, margaritarum perforatarum & integrarum, ſing. hexag. ſemis. Prius tamen [e] in puluerem tenuiſſimum redacta, probéque inter ſe commiſta, pone ſuper marmor, & iuſto tempore illic dimitte, dein in vaſculum reconde: & vbi vſus poſtulat, præbeto.

a Radiante] Græcus codex habet λεμφύρυ pro λαμπύρυ. Per lapidem autem radiantem ſeu ſplendentem, intelligit eum qui Græcis κύανος, Latinis cæruleus, Meſuæ ſtellatus, quòd aureæ quadam maculæ velut ſtellæ radiantes ac ſplendentes in eius fracturis inueniantur, & lazuli dicitur. Officinæ hodie quoque Lazuli vocant. Verùm eſſe quod diximus, cuiuis palàm fiet Meſuen legenti, qui antidotum præſentem in capite de lapide ſtellato, confectionem è lapide Lazuli nominat, & à ſe inuentam ſcribit. b Lapidis litzi] Græcus codex ita habet, λάπις λίτζι, τουτέστι λίθου λαζουρίου id eſt, lapis litzi, hoc eſt lapidis lazurii. Vnde omnibus perſpicuum fit, hoc loco lapidẽ litzi haud ſecus quàm in ſuperioribus aliquot antidotis accipi, nempe pro lapide praſio qui etiam Nicolao lazurius dicitur. Quod explicatio quarundam Nicolai vocum ſatis monſtrat, in qua ita ſcriptum eſt: λάπις λίτζι, τὸ λαζούριον, ὁ λίθος πράσιος. c Serici recenter è grano ilicis tincti] Græcè eſt μετάξης πρινοκοκκάτης. Falſò tamen in manuſcripto codice legitur πρινοκοκκάτου, vt ſatis etiam ex antidoto 452. liquet, vbi ſcriptum eſt πρινοκοκκάτης. Significare autem hanc dictionem, recens è grano ilicis tinctũ, ex Meſue etiam abundè claret, qui ait accipiendum eſſe ſetam tinctam ex chermes. Quippe Arabes chermes granum ilicis arboris quæ Græcis πρῖνος dicitur, vocare ſolent. d Lazuli loti & præparati] Græcè ſcriptum eſt λίθον ἀπέλαξιν ζέφυρον, verbis nihil ſignificantibus. Pro ζέφυρον autem eſſe legendum λάμπυρον, ex ſuperioribus ſatis patet. Pro ἀπέλαξιν autem ita monente Meſue ſubſtituimus, loti & præparati. Tamen quid Nicolao vox corrupta ἀπέλαξιν ſignificet, certò ſtatuere nequeo. Hic tamen lotum ſignificare videtur, vt ſit ſenſus, lapidis loti ſplendentis. e In puluerem redacta tenuiſſimum] Græcus codex χροαδῶς legit perperam, pro χνοωδῶς.

Cap. CXII.

ANTIDOTVS è ſena, ad melancholicos, maniacos, & eos qui nunquam benignam propter redundantem melancholicum humorem naturam habent, & in ſumma ad quartanam & omne malum à melancholico humore ortum valde vtilis. Recipit ſenæ, nucis auellanæ, ſingulorum vncias duas, ſerici vſti drachmam vnã,

A [a] boli Armenii, lapidis lazuli, ſingulorum drachmam vnam, cinamomi vnciã ſemis, caryophylli, galangæ, piperis, ſpicæ, ocimi, zingiberis, folii, cardamomi, croci, zedoariæ, floris boraginis, floris roſmarini, piperis longi, ſingulorum drachmam vnam, margaritarum, auri puri, ſingulorum hexagium vnum, ligni aloes boni hexagia duo, oſſa cordis ceruini quatuor, corallii rubei hexagium vnũ, berberis grana vndecim, maceris hexagiũ ſemis, moſchi grana duo, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis videbitur. Datur cum aqua cui incoB cta ſunt, ſene, ſcolopendrion, ramus tamaricis, & radix capparis: & ita præbeto.

a Boli Armenii] Græcè eſt βόλου Ἀρμενίου. Latini tamen codices habent lapidis Armenii.

Cap. CXIII.

ANTIDOTVS è cotoneis malis, vtilis ad ſtomachi imbecillitatem, & iis qui cibum non ſatis cõcoquũt, inflatis, vitiato corporis colori. Mirificè verò iuuat non appetentes cibum, refrigeratos, difficulter coquẽtes. Eſt verò admodũ præſtans. Carnis cotoneorum repurgatæ lib. vnam ſemis coniice in libras duas mellis puri, & coC que vſque ad conſiſtentiam: deinde ſumpta ex eo portione pone ſuper marmor, vt periculum de proba eiuſdem conſiſtentia fiat. Poſthac iniice cinamomi hexagia quatuor ſemis, zingiberis hexagia tria, piperis, galangæ, ſing. hexagium vnum ſemis, caryophylli, nucis moſchatæ, ſing. hexagium vnum ſemis, ſpicæ, ligni aloes, maceris, cardamomi, ſingulorum drachmam vnã, zedoariæ drach. ſemis. Subigantur ambabus manibus vnà cum melle & carne cotoneorum, dein fundantur ſuper marmor prius illitum ſtillatitio roſarum liquore D moſcho cõdito. Quòd ſi vt aluum ſubducat efficere volueris, adiice dacrydii hexag. vnum ſemis, & contuſam reconde in vaſe. vtentibus datur cum vino bono.

Cap. CXIIII.

ANTIDOTVS è malis nobilis. Malorum [a] Paphlagonicorum carnem ſanam probè decoque, & repurgatam ac tritam rurſus coque cum melle deſpumato. Sit autem carnis malorum libra vna, mellis autem duæ: iniice etiam ſtillatitium roſarum liquorem, & vbi abũdè decocta fuerint, adde cinamomi boni, caryophylE li, ſingulorum hexagia tria, floris iunci odorati, ſenæ, ſingulorum hexagium vnum, aniſi hexagium ſemis, roſarum hexagia duo, ligni cinamomi hexagia tria, ſpicæ hexagiũ vnũ. Vbi verò abundè & ad finem decocta fuerint, remoue ab igne: & poſtquam tepidum factum fuerit, repone in vaſe. Si vis vt aluum ſubducat efficere, iniice dacrydii vncias tres, & da vtentibus ex vino. Nonnulli pro melle ſaccharum adiiciunt. datur autem pro virium ratione.

a Paphlagonicorum] Latini codices legunt dulcium. Vt hinc F conſtet, mala è Paphlagonia allata, cætera dulcedine viciſſe.

Cap. CXV.

ANTIDOTVS è papauere, vtilis dyſentericis, deſtillatione laborantibus, tuſſientibus, tabidis, ſtomachicis, cibum nunquam concoquentibus, ſed potiùs euomentibus. Habet papaueris albi drachm. quinquaginta, maceris, acaciæ, ſingulorum drachmas ſeptem ſemis, caryophylli, croci, boli Armenii, ſingulorum drachmas quinque, cinamomi, ſanguinis draconis, ſeminis plantaG ginis maioris, ſingulorum drachmas quatuor ſemis, ſerapii ſeu droſati roſacei quantum ſatis videbitur.

Cap. CXVI.

ANTIDOTVS è tribus piperum generibus, ſtomachi refrigerationibus, acido ructui, quartanis reſolutis, iecinoroſis, inflationibus, & tuſſientibus auxiliatur. Datur nucis auellanæ magnitudine ex vino temperato. Accipit trium generum piperis, ſingulorum vnciam vnam, zingiberis, thymi, ſeminis apii, ſingulorum vnc. ſemis, aniſi vnc. ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CXVII.

H ANTIDOTVS alia è tribus piperum generibus. Recipit trium piperum, ſing. vnc. ſemis, ligni aloes, galangæ, ſing. hexag. ſemis, croci, cinamomi, cardamomi,

ſing.hexagium ſemis,ſpicæ ſcrup.vnũ grana duo, calami odorati hexag.vnum,coſti hexag. ſemis, zingiberis hexag.vnum ſemis,baccarum myrti grana vndecim,caryophylli hexag.ſemis,[a] caſiæ ligneæ hexag.ſemis,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Caſiæ ligneæ] Manuſcriptus Nicolai codex habet κασιάλιγνε,pro κασιαλίγνει. Sic paſſim Latinas voces Græcis ſcribens literis deprauat Nicolaus.

Cap. C X V I I I.

ALIA ad prædicta vtilis. Habet trium piperis generum ſing.gran. quindecim, zingiberis drach. tres ſemis,epithymi,aniſi,ſing.ſiliquam vnam ſemis,ſeminis petroſelini,ſeſelis,hyſſopi,libyſtici,helenii, ſing. drach. vnam & tertiam partem,ameos,caſiæ,ſpicæ nardi,ſing. drach.vnam ſcrup.vnum, ſeminis dauci drach.vnam ſemis, mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt. Datur vtentibus hexag.vnum.

Cap. C X I X.

ANTIDOTVS Galeni [a] diacurcuma conferens ad prædicta:præſertim verò hydropicis, & malo corporis habitu laborantibus admodum vtilis. Capit aſari, croci,petroſelini, dauci, aniſi, ſeminis apii, ſing.drach. quatuor,rhei barbari,ſpicæ,ſing.drach.ſex,coſti Alexandrini,myrrhæ,caſiæ, floris iunci odorati,radicis rubiæ, carpobalſami,olei balſamini,ſucci abſinthii, ſucci eupatorii,ſing.drach. duas ſemis, tragacanthæ drach.vnam, mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Diacurcuma] Perperam hanc antidotum ad authorem Galenum refert Nicolaus, quum nuſquam apud hunc reperiatur. Huius itaque compoſitionis potius author eſt Meſue,apud quẽ hæc ipſa reperitur eodem inſignita nomine. Non eſſe etiam hanc Galeni, nomen ipſum curcuma, quod barbarum eſſe conſtat & Galeno inuſitatum, abundè teſtatur. Curcuma verò Serapioni & aliis Arabibus non eſt niſi chelidonium, quod è collatione vtriuſque hiſtoriæ omnibus fit maniſeſtiſſimum. Quum verò inter ſimplicia medicamenta hanc conſtituentia antidotum,nuſquam inueniatur chelidonium, certum eſt curcuma apud Meſuen idem ſignificare quod crocum : aut certè huius antidoti inſcriptionem eſſe deprauatam,legendúmque διὰ κρόκου,hoc eſt è croco antidotus.

Cap. C X X.

ANTIDOTVS alia diacurcuma ad prædicta vtilis, potiſſimùm autem ad hydropicos, ſtomachicos, & eos qui non nutriuntur,ac frigido ſunt ſtomacho. Habet croci,ſpicæ,cinamomi,aſari,caſiæ ligneæ, ſing.drachmas tres,coſti Alexandrini,floris iunci odorati,myrrhæ,ſing.drach. vnam ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſufficit. Datur pondere vnciæ ſemis, aut duarum drachmarum,cum vino & aqua in qua efferbuerunt ſemen fœniculi, & eius radix, ramique tamaricis. Iniice mucronem ferri ſæpius igne candentem. Hanc itaque cum vino commixtam præbe bibendam.

Cap. C X X I.

ANTIDOTVS alia diacurcuma, eiuſdem cum prædicta vſus. Accipit croci, ſpicæ, cinamomi, aſari, caſiæ,ſing.drach.tres,coſti,floris iũci odorati, myrrhæ, ſing.drach.vnam ſemis,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. C X X I I.

ANTIDOTVS alia diacurcuma, ad prædicta malè vtilis. Habet croci,aſari,petroſelini, dauci, aniſi,ſeminis apii,rhei barbari,ſpicæ,ſing.drach.ſex, coſti,myrrhæ,caſiæ ligneæ,floris iunci odorati,radicis rubiæ, carpobalſami,ſucci abſinthii, eupatorii, ſing. drach. duas, calami odorati,cinamomi,ſing.drach.vnam ſemis,olei balſami drach.ſemis, ſcolopendrii,ſcordii agreſtis,ſucci glycyrrhizæ,ſing.drach.duas ſemis,tragacanthæ drach. duas,ſacchari quod ſatis videbitur.

Cap. C X X I I I.

ANTIDOTVS dialacca.confert iecinoroſis,lienoſis,malo corporis habitu correptis, nephriticis, ſtomachi inflationibus,& viſcerum. Item iecinoris & lienis obſtructionibus. Recipit [a] lachæ infectorũ drach. xv.ſpicæ,coſti,carpobalſami,xylobalſami,caſiæ ligneæ, cinamomi, acori, croci, aſari, floris iunci odorati, ſenæ,rhei barbari, maſtiches, ariſtolochiæ longæ & rotundæ,ſingulorum drachmas nouem, gentianæ, ſeminis apii,fœniculi,aniſi,polii,caryophylli, cumini,eupatorii,abſinthii,phu,nucis moſchatæ,cardamomi, gallæ moſchatæ, [b] cubebarum,ſing.drachmas tres,mellis Attici deſpumati aut ſacchari quantum ſatis erit.Datur vt diacurcuma.

a Lachæ infectorum] Græcè eſt, λάκκα τῶν βαφέων. Quare intelligit tertiam ſpeciem lachæ,vel(vt barbari loquũtur) laccæ:quam Arabes rubram vocant,quòd ſcilicet ex ea ruber color, qui vulgò carmeſinus appellatur,fiat. Hæc infectoribus eſt expetita, ideo à Nicolao lacca infectorum dicta eſt, vt copioſiùs lib. 1. De compoſ.medic. cap. 10. diximus. b Cubebarum] Græcus codex habet, κουμπέπερ. Vnde manifeſtum fit,Nicolao κουμπέπερ nihil aliud ſignificare quàm cubebas. Nam & Actuarius combebas in antidoto dialachan recenſet, & Latini codices Nicolai habent cubebas.

Cap. C X X I I I I.

ANTIDOTVS [a] diaphiledoni,prodeſt calori ſtomachi,& inflationi,duritiei iecinoris. Hæc autem dicitur eſſe confecta ab Ioo Damaſceno. Habet zingiberis, trium generum piperis,ſpicæ, caſiæ ligneæ, carpobalſami, pyrethri,cardamomi magni, caryophylli,maſtiches,ameos,ſingulorum drach.duas, apii,aniſi,menthæ,ſingulorum drach. tres, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Diaphiledoni] Græcè eſt διὰ φιληδόνου. Sic fortè dicta eſt quòd ſit iucunda & cum voluptate aſſumatur. Niſi fortè vox hæc deprauata ſit:quod,quia vnico duntaxat exemplari vſus ſum, ſcire certò non poſſum.

Cap. C X X V.

ANTIDOTVS è hermodactylo auxiliatur podagræ, à frigido humore ortæ. Habet decocti radicum fœniculi lib.duas,mellis deſpumati libram vnam.Ebulliant ad mellis craſſitudinem : poſthac iniicito hermodactyli,& turpeti puri,ſingulorum vnciam vnam.Confecta, vſu poſtulante datur nucis auellanæ quantitate ieiuno ex vino.

Cap. C X X V I.

ANTIDOTVS alia è hermodactylo podagricis arthriticiſque vtilis: priore autem melior eſt. Accipit hermodactyli drachmam vnam,cumini Æthiopici,colocynthidis,ſingulorum drachmas decem,chamædryos drachmas nouem, centaurii drach. octo, ariſtolochiæ, gentianæ,ſingulorum drachmas ſex, hyperici drachm. quinque,petroſelini drachmas quatuor,[a] bituminis Iudaici drachmas tres, agarici drachmas duas, mei drach. vnam,mellis Attici aut ſacchari quantum ſatis videbitur.Datur drachma vna ex vino manè ieiuno.

a Bituminis Iudaici] Græcus codex habet συμφύτου ἰουδαϊκοῦ,falſò haud dubiè,pro ἀσφάλτου ἰουδαϊκοῦ. Eſt autem vtile bitumen Iudaicum,etiam illitum,Dioſcoride teſte,podagris & articulorum doloribus.

Cap. C X X V I I.

ANTIDOTVS alia è hermodactylo, vt prædicta. Capit hermodactyli,galangæ,pyrethri,zingiberis, zedoariæ,aniſi,gentianæ,ariſtolochiæ, ſingulorum drachmas quatuor,turpeti drachmas duas ſemis, dacrydii ſcrupulos duos, rhei barbari, ſingulorum hexagium vnum,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. C X X V I I I.

ANTIDOTVS alia podagrica,peromnia experta,ſi per integrum anni ſpatium ſumatur.dantur ſingulis diebus ſcrupuli duo. Habet gentianæ vncias duas, pæoniæ, lauri, piperis communis, ariſtolochiæ longæ, ſingulorum vnciam vnam,myrrhæ drachmas quatuor ſeminis rutæ ſylueſtris vnciam vnam,[a] cinaræ ſylueſtris ſeminis vncias duas, petroſelini Macedonici drachmas quatuor,piperis albi,corticis radicis capparis, glycyrrhizæ,ſeminis cnici,ſingulorum vnc. duas. Arida tundantur & cribrentur,melléque aut ſaccharo ſufficienti excipiantur. datur pro arbitrio.

a Cinaræ ſylueſtris] Cinaram,quemadmodum etiam Lucius Columella, vocat Nicolaus ſtirpem quæ Dioſcoridi ſcolymus dicitur. De qua primo noſtrorum De ſtirpium hiſtoria commentariorum tomo multa.

Cap. C X X I X.

ALIA podagrica antidotus, Procli dicta : per integrum annum ſine vlla obſeruatione datur. Habet chamædryos ſcrupul.nouem, centaurii ſcrupulos octo, ariſtolochiæ ſcrup.ſeptem,gentianæ ſcrupul.ſex, hyperici ſcrup.quinque,petroſelini ſcr. quatuor, rhei Pôtici,

nnn. ii.

amyli,ſing.ſcrup.vnum, agarici ſcrup.duos, mellis drachmam ſemis:quo excepta & ſubacta finge paſtillos, & vna antè hora commixtam dato.

Cap. C X X X.

ALIA podagrica, conferens omnibus partibus defluxione tentatis,à prima die martii ad XL. vſque dies ſumpta. Recipit ſtyracis calamitis, petroſelini Macedonici,ſpicæ nardi,galbani,myrrhæ, caſtorei, opii,ſingul.drach.ſemis,caſiæ drach.decem,folii,coſti, piperis albi,ſing.drach.tres ſemis, croci grana ſex, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Datur nucis auellanæ magnitudine, ex tepido liquore.Obſeruandum autem tibi erit vt is qui hanc antidotum eſt ſumpturus,bene concoxerit. Abſtinere etiã oportet à prima die qua eſt ſumpturus,à carnibus bubulis,beta, alimentis prauis, & omni cibo vitioſum ſuccum creante. Vitare quoque venerea conuenit.Eſt autem admodum vtilis.

Cap. C X X X I.

ANTIDOTVS alia podagricis vtilis, dicta Climax. Habet myrrhæ troglodyticæ,folii, baccarum lauri decorticatarum,coſti,amomi,gentianæ, ſing. drach. duas,ſpicæ nardi, ariſtolochiæ rotundæ, ſing. drachm. vnam. datur cochlearium vnum. Contuſa & cribro tranſmiſſa dantur cum liquoris temperati tepidive drachmis tribus. Deuitabis autem, vt in priore, ne lentes aut alium prauum cibum ingeras.

Cap. C X X X I I.

ALIA antidotus podagrica, celebris admodum, quam accepi in Epheſo oppido Aſiæ: & quum de ea periculum feciſſem, inueni veracem. Capit gentianæ drach.duas,ariſtolochiæ rotundæ drach.vnam,myrrhæ troglodyticæ,baccarum lauri decorticatarũ, coſti,amomi,folii,ſing.drach.vnam,ſpicæ nardi drach.ſemis, ariſtolochiæ longæ drach.vnam. Poſtquam autem probè concoxerit is qui ſumpturus eſt hanc antidotum, præbe ieiuno cochlearii menſuram, per mali intermiſſionem. Oportet autem eum qui aſſumit abſtinere lentibus,mero,melle copioſo,carnibus bubulis,& aliis vitioſum ſuccum procreantibus. Poſtquam igitur defluxio nullum doloris ſenſum exhibet, admouenda erunt medicamenta iis locis ad quæ defluxio fieri conſueuit, & qualitati defluxionis cõgruere hæc ipſa oportet, ita vt ſi defluxio calida fuerit, ceratum cum roſaceo & ſucco betæ imponito: ſi verò non,in ea vtere contrario. Nam vt Hippocrates ait,contraria contrariorũ ſunt remedia.

Cap. C X X X I I I.

ANTIDOTVS cõferens podagricis, è moſcho. Præbetur diebus quadraginta,quotidie. His præteritis, ſatis eſt ſi per vigintiquatuor dies alternis detur, eodẽ quidem pondere. eſt verò vtilis admodum, vt ea quæ præcedit. Habet ariſtolochiæ rotundæ,baccarum lauri aridarum decorticatarum, gẽtianæ, zingiberis, ſpicæ nardi,folii,amomi, agarici, [a] carpeſiæ, ſing.vnc.ſemis, moſchi ſiliquas tres, mellis Attici aut ſacchari quãtum ſatis videbitur.Probè cõfectæ dato manè ieiuno ſcrup. tres,ex aqua calida.

a Carpeſiæ] Græcus manuſcriptus codex habet, καρπησίας. Meminit autem carpeſiæ etiam Aetius lib.11.cap.13. Eſt autem καρπησία idem quod carpeſium.Sunt verò carpeſia Nicolao, vt reliquis etiã poſterioribus Græcis, comibebæ, vel (vt officinæ hodie vocant) cubebæ.Nam & Actuarius κομβέβας vel κωμπέβας, nominari quoque καρπήσια & καρπίδια,teſtatur.

Cap. C X X X I I I I.

ANTIDOTVS è roſis Galeni, conferens iecinoroſis, lienoſis,ſtomachicis, concoquere haud potentibus,& frigido aliquo affectu laborantibus. Recipit ſpicæ,croci,aſari,coſti,floris iunci odorati, cinamomi,ſpodii,abſinthii,caſiæ ligneæ,maſtiches,ſing.drach.vnam, roſarum quantum omnium aliarum ſpecierum, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. C X X X V.

ANTIDOTVS è papauere, aſthmaticis, peripneumonicis,tuſſientibus, deſtillatione laborantibus, & lienoſis plurimùm auxiliatur. Accipit glycyrrhizæ,tragacanthæ, gummi Arabici, papaueris albi,penidiorum,ſingulorum drachmas quindecim, amygdalarum dulcium depuratarum drachmas quinque ſemis, amyli,portulacæ ſeminis,& cotoneorum,ſing.drachm. tres,ſeminum peponis,cucumeris,cucurbitæ,& citruli, ſing.drachmas duas, ſeminis lactucæ & althææ, ſingul. drachmam ſemis, ſacchari & droſati quantum ſatis videbitur.

Cap. C X X X V I.

ANTIDOTVS è malis, efficax ad omnem frigidum affectum ſtomachi, & eos qui cibum non appetunt. Habet malorum dulcium carnis libras duas, droſati roſarum libras tres. mala decoque cum droſato roſarum bono ordine:dein iniicito cinamomi vnciam vnam,caryophyllorum vnciam ſemis, maceris, zingiberis,ligni aloes,galangæ,folii, ſing. hexagium vnum ſemis,ambaris ſcrupulos duos,moſchi grana vigintiquinque,ſtillatitii roſarum liquoris boni quod ſatis eſt.

Cap. C X X X V I I.

ANTIDOTVM diambar ad ſtomachicos,lienoſos,cardiacos,pariter & malo corporis habitu præditos. Dicunt autem nonnulli veterum medicorum,hanc antidotum vtilem eſſe ad defectionem animi,& ſyncopen cordis. Capit cinamomi, [a] caryophylli, xyloaloes,maceris,folii,nucis moſchatæ,zingiberis, galangæ,ſingul. drach.vnam,ambaris ſcrup.duos, moſchi ſcrupul.duos, droſati roſarum lib.duas,& ſacchari quod ſatis eſt.

a Caryophylli] In diambar quod Meſue deſcribit, poſt cinamomum adiicitur doronicum,& alia quædam medicamenta quæ in iſta Nicolai antidoto deſiderantur. Quod in aliis etiam accidit,vt rarò inuenias compoſitionem officinis vſitatam,in qua non vel aliquid deſideretur vel redundet. Quod n onuiſſe ſemel ſatis ſit: nam quiuis ex ipſa collatione diligenti hoc ipſum facilè deprehendet.

Cap. C X X X V I I I.

ANTIDOTVS è croco [a] Eſdræ.Hac antidoto ſapa diſſoluta frontem illine eorum qui caput dolent. Præbe etiam iiſdem bibendam ex ea fabæ quãtitatem, & capitis dolorem ſedabis.In [b] phreniticis ſimiliter ſubline frontem & nares,ceſſabitque malum,ſiquidem ſomnum accerſit.Oculos defluxione laborantes, ſapa diſſoluta illine,& defluxionem ſiſtes. Auribus dolentibus & exulceratis pariter cum ſapa inſtillato. Dentes dolentes hac antidoto circumline. Contra vuam defluxione tentatam, ſpirandi difficultatem, orthopnœámque ex [c] aqua frigida, non febricitanti fabæ magnitudo datur dormituro: ſi verò febricitet, ex aqua mulſa. Similiter datur aduerſus [d] ſingultum. Fiſtulas per ſe impoſita ſanat.In iis qui ſanguinem ſpuunt,& abſceſſum habẽt,pari ratione vtere. Inteſtinorum cruciatu laborantibus, cœliacis,datur fabæ quantitas cum carœno. Febricitantibus autem,ex aqua frigida, piſtacii magnitudo.Regio morbo correptis ex ſapa diſſolutam naribus infunde: iecinoroſis,cum tepido liquore. Fœminis difficulter parientibus [e] diſſolutam in vino,illine vẽtrem,confeſtimque fœtum edent.Sterilibus autem ciceris quantitatem in internum earum ſinum impone, & poſtea cum viro coeant,& concipient. hoc autem tertio die faciant. Eſt & hæc antidotus ad dyſentericos & cœliacos efficaciſſima. Habet [f] mamiræ drachmam ſemis,amomi drach. ſex,floris iunci odorati hexagia tria ſemis ſiliquas octo, pyrethri ſiliquas octo,croci grana ſeptem, myrrhæ troglodyticæ hexagium ſemis, ſtyracis calamitis hexagiũ ſemis ſiliquas quatuor,petroſelini ſiliquas ſex,tragacanthes ſiliquas quatuor, ſucci hypocyſthidis ſiliq. octo, iridis Illyricæ ſiliquas decem,ſeminis fœniculi drachmã ſemis,dauci Cretici ſiliquas quatuor, papaueris ſeminis drachmam ſemis,ſpicæ ſiliquas decem, foliorum rutæ ſiliquas quatuor, caſiæ grana ſeptem, ameos ſiliq.quatuor, coſti ſiliquas quinque, cardamomi ſiliq. octo, opii gran.ſeptem, euphorbii ſiliq. octo, piperis communis gran.ſeptem,roſarum aridarum hexag.decem,opopanacis hexag.quatuor ſemis, mei ſiliquas octo, [g] paſtillorum è lacha ſiliquas ſedecim, lycii Indici ſiliquas decem,caryophylli ſiliquas ſedecim,aniſi ſiliq.decem, foliorum citri ſiliq. octo, ammoniaci thymiamatis ſiliquas decem, ſeminis nigellæ ſiliquas octo, ſulphuris,

ignem non experti,caſtorei,[h]herbæ amaræ,ſing. ſiliq. octo,Cimoliæ terræ ſiliq.decem,[i] mergi ventris ſiliq. ſex,artemiſiæ ſiliq.decem,ſinonis ſiliq.quatuor, vẽtriculi anatis ſiliq.quatuor,hedychroi magmatis ſiliq. decem,ſeminis ocimi,lapidis iaſpidis,[k]foliorũ nerii, cinamomi,anethi,ſingul.ſiliq.quatuor,bdellii ſiliq. duodecim,rhois Syriaci,rhois culinarii, ſing. drach. vnam ſemis,aſari drach.vnam,lapidis hæmatitis drachmam ſemis,thuris ſiliq.vnam ſemis,[m]ſeridis herbæ ſiliq.ſex,teſtæ ſepiæ ſiliq.octo,corallii gran.ſeptem, iuniperi baccarum magnarum grana ſeptem, iuniperi baccarũ paruarum ſiliq.decem,ſanguinis draconis drachmã ſemis, [n]cinnabaris ſiliq.decem,peucedani, ſeminis apii, ſing. grana ſeptem,piperis albi ſiliq.duodecim,maceris ſiliq. decem,hermodactyli,ariſtolochiæ,libyſtici,ſing.drach. ſemis,nardi Celticæ ſiliq. decem, calami odorati ſiliq. quatuor,balſami drach.vnam,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Succi vino odorato bono irrigentur,& præparata ſubinde datur vtentibus.

a Eſdræ]Copioſius huius antidoti Eſdræ prophetæ & doctoris vſum Actuarius,& lib.13.cap.101.Aetius tradunt. b Phreniticis]Manuſcriptus codex falſò νεφριτικοῖς legit pro φρενιτικοῖς.Nam ita eſſe ſcribendum res ipſa docet.Quid enim prodeſſet nephriticis, frontis & narium illitio?Præterea Aetius & Actuarius ſatis teſtantur phreniticis eſſe legendum. c Ex aqua frigida]Græcè eſt κράσεως μιᾶς, vnius mixtionis ſeu menſuræ. Verùm Aetius habet cum aqua frigida: cuius lectionem,vtpote magis planam & expeditam,ſequi voluimus. d Singultum]Manuſcriptum exemplar malè λῆγμα legit pro λυγμόν. e Diſſolutam in vino:Etſi vix legi poſſunt Nicolai verba,tamen quantum coniicere licet,legendum in hũc modum erit, λεῖα ἐν οἴνῳ:vt ſcilicet hanc antidotum vino prius diſſolutam, imò ſubinde ventri illinendam ſignificaret.Poſſunt tamen quæcunque fuerint tandem ſine ſenſus diſpendio omitti:id quod ex Aetio ſatis liquet, apud quem Latinus interpres (Græca enim habere nondum potuimus) ita ſcriptum reliquit.Ad ægrè parientes mulierculas,ipſam per ſe ad imũ ventrem illinito,& facilè partus prodibit. Actuarius quoque ita præſentem locum efferre voluit:Fœminis,ait,quæ partum ægrè enitũtur, imus venter ſublinitur,& facilè fœtũ edunt.Poſſet haud dubiè è Græco Aetii codice locus ille Nicolai emendari,modò nobis ad manum eſſet. f Mamiræ]Græcè eſt μαμιρά.Actuarius,vt Ruellii conuerſio habet,mameræ legit. Mamiræ autẽ meminit Paulus lib.7. inquiẽs, Mamiras radicula eſt herbæ, frequentibus tuberculis nodoſis cincta, quæ cicatrices & albugines extenuare creditur,extergendi nimirum facultate prædita.Quæ quidem deſcriptio videtur repræſentare radicem quæ nũc officinis doronicũ appellatur. Nã radicula eſt tenuis,prædẽſis & extuberantibus nodis quaſi geniculis,diſtincta.Si lingua conſulatur, dulcis ſapor inuenitur ſtatim in quẽdam lenem amarorẽ degenerare, qui confeſtim euaneſcit:quapropter albugines & cicatrices extergere guſtus ſatis monſtrat. Aetius in Eſdræ deſcriptione, perinde atque Paulus,mamiræ haud meminit. g Paſtillorum è lacha] Nicolaus legit λαχᾶ τροχίσκου.Aetius autem ſimpliciter λαχᾶ habet. * Lycii Indici]Manuſcriptus Nicolai codex legit κροκολυκίου, falſò pro ἰνδικοῦ λυκίου:quòd Aetius ſatis teſtatur,qui habet λυκίου ἰνδικοῦ.Paulus quoque lycii mentionem facit.Accedit quòd paulo antè croci in hac antidoto meminerit Nicolaus.Ex ſequenti denique antidoto palàm fit ſic eſſe legendum. h Herbæ amaræ]Per herbam verò amaram intelligit haud dubiè Gentianam:nam & illius poſt caſtorium meminit Aetius.Paulus etiam Gentianam non præteriit in Eſdræ deſcriptione.Accedit quòd vulgato ſermone dicitur,aliquid Gẽtiana eſſe amarius,quũ idipſum vehementer eſſe amarum ſignificare volumus:quaſi vix reperiri queat quod amaritudine Gentianæ radicem ſuperet. i Mergi ventris]Manuſcriptus Nicolai codex hoc loco, vt aliàs ſæpe,perperam legit ἴφιας γαστρὸς pro αἰθυίας γαστρός.Ita enim ſcribendum eſſe Aetius ſatis monſtrat,qui ita in Eſdræ compoſitione ſcriptum reliquit,κόπρου τῆς εὑρισκομένης ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς αἰθυίας,id eſt ſtercoris reperti in ventre mergi.Clarius Paulus qui habet νηδύος αἰθυίας, hoc eſt ventris mergi. Vt euidentiſſimum ſit Nicolai lectionem eſſe falſam & deprauatam.

k Foliorum Nerii]Græcè eſt ῥοδοδάφνης φύλλων. Aetius habet ῥοδῶν ῥοδοδάφνης,hoc eſt roſarum nerii: Paulus νηρίου ἀνθῶν,id eſt florum nerii. nullo certè diſcrimine:quippe tum folia tum flores nerii, Dioſcoride authore aduerſus venenatorũ morſus præſidio ſunt. m Seridis]Seris Galeno & aliis Græcis idem quòd intybum ſignificat.

n Cinnabaris]De ea loquitur quam Dioſcorides inter metalla recenſet.Hanc tamen à ſanguine Draconis veterũ fuiſſe diuerſam, ex hoc etiam Nicolai loco ſatis patet.Et debent officinæ Eſdram paratam habere ex præſcripto Nicolai,hoc eſt iuxta præſentem deſcriptionẽ.Nam quæ habetur in vulgatis codicibus,nõ eſt legitima.Pro cinnabari verò ſi haberi nõ poteſt, vſurpãdus eſt lapis hæmatites,qui vt teſtis eſt Dioſcorides,eaſdem habet facultates. Cinnabaris autẽ veterum,vt Dioſcoridis,vel ignoratur vel non eſt niſi altera ſanguinis draconis officinarum ſpecies,nempe lacryma cuiuſdam arboris,vt alibi latius diximus.

Cap. CXXXIX.

ANTIDOTVS alia Eſdræ,vt præcedens. Recipit amomi drachmas duodecim, floris iunci odorati drachmas nouem,pyrethri,cinamomi,ſing.drach.ſex,croci drach.trigintaſex,caſiæ drach.duodecim,myrrhæ troglodyticæ dr.vndecim,ſtyracis drachm.duodecim, petroſelini drach.tres,ſeminis dauci drachmas ſex, tragacanthæ drachmas triginta, ſucci hypocyſthidis drach

A nouem,iridis Illyricæ,abrotoni,ſing. drachm. quindecim,ſeminis fœniculi drach.ſex,bdellii drach. nouem, thuris drach.octodecim, ſulphuris ignem non experti drach.ſedecim.ſeminis hyoſcyami albi drach. vigintiſeptem,caſiæ drach.nouem,ſeminis papaueris drach. triginta,ſpicæ nardi drach.duodecim, rutæ, ocimi ſeminis,ſing.drach.tres,rhois culinarii,aſari,cardamomi,anethi ſeminis,ſing.drach.ſex, opii drach. vigintiſeptẽ, euphorbii drach.ſex,piperis albi drach.triginta, roſarũ aridarum,folii,ſing. drach.nouem, opobalſami drach. B vigintiquatuor,[a]mergi ventris drachmas ſex,lachæ dr. duodecim,lycii Indici,caryophylli,ſing. drach. duodecim,ſtercoris reperti in ventre mergi drach.tres, rhei Pontici drach.duodecim, mei Athamantici drachmas ſex,terræ Cimoliæ dr. duodecim,ſucci artemiſiæ dr.viginti,foliorum,ſeridis drachmas nouem,nardi Celticæ drach.duodecim nerii drach.ſex,caſtorei,coſti,gentianæ,ſing.drach.duodecim,hedychroi confectionis drachmas nouem,aniſi drach.ſex,ſinonis drach. nouendecim,ammoniaci thymiamatis drach.duodecim,foliorũ C citri drach.duodecim,mellis deſpumati aut ſacchari & vini odorati quantum ſatis erit.Paratur autem antidotus illa hoc pacto.Arida omnia cum croco,caſia, & hedychroo tundito,& per anguſtum cribrum traiicito: opium autem ſuccum,hypocyſthidis, ammoniacum,in vino macerato:tragacantham verò per ſe macerato.ſicque apparatam da vt prædictum eſt.

a Mergi ventris]Et hoc loco falſò ſcribitur in manuſcripto codice ἴφιας γαστρὸς pro αἰθυίας γαστρός,vt ex ſuperiori 224.annotatione,& Aetio qui ad verbum hanc antidotum lib.13.cap.101.deſcribit, ſatis patet.

D

Cap. CXL.

ANTIDOTVS alia ſimplex Eſdræ,valde bona. Capit ſpicæ nardi vncias duas,myrrhæ ſcrup.vnũ,croci ſcrup.vnum ſemis,balſami,cinamomi,opii,mandragoræ,caſtorei,ſing.ſcrup.duos,ammoniaci, dauci, caſiæ, ſing.ſcrup.vnum ſemis,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CXLI.

ANTIDOTVS alia Eſdræ,efficax ad dolorem capitis,nephriticos,difficulter ſpirantes, & nonniſi recta E ceruice ſpiritum trahentes:eſt autem admodum vtilis. Habet myrrhæ drach.quatuor,pyrethri,cinamomi,ſingulorum drachmam vnam ſemis,artemiſiæ, tragacanthæ,thuris,mergi ventris drach. quatuor, hypocyſthidis,petroſelini,ſing.drach.vnam,vini veteris,mellis Attici aut ſacchari quantum ſatis videbitur. Dantur ceratia ſeu ſiliquæ quatuordecim cum vino albo.

Cap. CXLII.

ANTIDOTVS concoctioni cõferens è cotoneis. F Habet cotoneorum emũdatorum carnis lib.tres ſemis, zingiberis,maſtiches,ſing.drach.duas,cardamomi magni & parui,cinamomi,croci,ſing.drach. quatuor, caryophylli drach.tres,moſchi drach. ſemis, ligni aloes crudi, gallæ moſchatæ,ſing.drach.vnam, maceris dr. vnam ſemis, ſpicæ nardi,nucis moſchatæ,ſing. drach. ſemis,mellis Attici lib. ſex,aut ſacchari quantum ſufficit.

Cap. CXLIII.

ANTIDOTVS è citriis,conferens iis qui tardi⁹ G concoquunt,& inflatis.eſtque admodum bona.Accipit carnis citriorum repurgatorum lib.vnã, hyſſopi, rutæ, origani,ſing.faſciculũ exiguũ vnũ,aceti cotylas tres.Macerato in aceto per noctes & dies quinque:& dein ad tertias decoque [a]atque vbi expreſſa fuerint, ab igne amoueto,& adiectis mellis libris duab⁹,iterũ ad[b]cõſiſtentiã decoque:deinde ſpecies probè tuſas & cretas iniice,nẽpe aſari,mei,piperis,hyſſopi,xylobalſami,ſing. vnc. duas. datur manè & veſperi.

a Vbi expreſſa fuerint] Manuſcriptus codex perperam habet H καὶ πιασθέντων,pro ἐκπιεσθέντων.Quod Pauli quidem teſtimonio cõfirmatur,qui lib.7. eandem antidotum deſcribens ait, καὶ ἐκπιεσθέντα ῥίπτονται,hoc eſt,expreſſa abiiciuntur.Quanquam & illic perperam ἐμπιασθέντα ſcribatur. Niſi quis ita interpretari malit, & apprehenſa abiiciuntur:πιάω enim Græcis eſt apprehendo. Sed prior lectio haud

dubiè melior, imò mea ſententia, genuina exiſtit. b Conſiſtentiam] Græcè eſt ἴσως συςάσεως. Eſt autem σύςασις eorum propriè quæ nec liquida nec dura admodum ſunt, qualis certè mellis eſt conſiſtentia. Cuius rei teſtis eſt Galenus qui lib. 2. Prognoſt. com. 13. ita ſcriptũ reliquit, σύςασιν μὲν ἂν ἔχει τὴν κατὰ φύσιν, ὅσα μήτε σκληρὰ παντελῶς ἐςιν, ὡς λιθώδη· μήθ' ὑγρὰ τελέως, ὡς δύνασθαι διαῤῥεῖν. Id eſt conſiſtentiã naturalem habent, quæ neque omnino, veluti lapidoſa, dura ſunt: neque planè vt diffluere poſſint, humida

Cap. CXLIIII.

ANTIDOTVS alia è citriis, ad eos qui tardius concoquunt, melior & magis quàm ea quæ præcedit laudata. Accipit carnium citriorum lib. vnam, è tritis & probè contuſis atque in linteo ligatis exprime omnẽ humorem: quo facto, accipe mellis Attici deſpumati lib. duas, & in ahenum coniice citria expreſſa vnà cum melle, & dimitte illic per diem & noctem. dein altera die decoque vſque ad iuſtam craſsitudinem, poſteáque has ſpecies bene tuſas & cretas iniice, zingiberis, cinamomi, caryophylli, ligni aloes, ſing. hexag. duo, nucis moſchatæ, xylobalſami, hyſsopi, ſing. hexag. vnum ſemis, calami odorati hexag. duo, carnabadii, aniſi, ſing. hexag. vnum ſemis, ameos, coriandri, ſing. hexag. vnum, croci gr. duo, moſchi ſiliq. quatuor. Primùm ſpecies odoratas iniice, dein amoue ab igne & ſubige, tandémque moſchum tritum cum ſtillatitio roſarum liquore, aut vino bono adhibe, rurſumq; ſubige. Et ſi placuerit, adiice illi piperis albi vnc. ſemis, ac ſubinde in vaſe recõde, præbéque manè & veſperi ex vino bono.

Cap. CXLV.

ANTIDOTVS ad concoctionem efficax, è ſcybelite. Valet ad difficilem ſtomachi concoctionem, inflationem, item colicos dolores. Eſt autem ſcybelites vinum quod ex vuis paſſis & vinum vltrò effundentibus, deſtillat. Habet vini ſcybelitis ſextarios duos, ſucci rutæ ſextarium ſemis, ſinonis, piperis, zingiberis, caryophylli, nucis moſchatæ, ſing. vnc. vnã, maceris hexag. ſemis, petroſelini hexag. tria, moſchi gr. ſex, mellis ſextar. ſemis. Humida ad craſſitudinem conſiſtentiámve decoque: arida verò inſperge, probéque paratam in vaſe recondе, & præbeto manè & veſperi ex vino albo cochlearium vnum aut duo.

Cap. CXLVI.

ANTIDOTVS alia Iamblichi. Laudatum verò admodum hoc eſt remedium: cruditatẽ enim fieri prohibet. Breuiter autem iis qui cruditatem patiuntur, & qui difficulter concoquunt, ventriculo acida ructanti, inappetentiæque confert: frigidos, craſſos & tenaces humores in ſtomacho contentos incidit. Nullum autem hoc ipſo ad frigidiora temperamenta melius: nec vllũ medicamentum quod crudos humores concoquat, illo accommodatius reperias. Proinde colicos etiam iuuat, ventrem ſine moleſtia & mediocriter mouens. Capit ſalis ammoniaci lib. ſemis, ſalis Cappadocici vnc. tres, piperis, zingiberis, ſing. vnc. vnam ſemis, ſeminis vrticæ ſcrup. nouem, erucæ ſeminis drach. octo, ameos, hyſſopi, ſing. ſcrup. nouem, ſilphii hexag. tria, corymborum thymi, ſeminis apii, folii, petroſelini, ſing. ſcrup. nouẽ, origani, nucis moſchatæ, ſing. hexag. tria, maceris, croci, ſing. hexag. vnum. His omnibus cõtuſis & cretis præbe cochlearium dimidium ex vino rubro ſorbendum: aut dato intinctum in ea cibum tum carnium, tum piſcium: aut adiice zingiberis, aniſi, & ſacchari quod ſatis eſt: & præbe vt polentam, vel pro arbitrio.

Cap. CXLVII.

ANTIDOTVS alia Politi quæ aluum deiicit & diſſoluit, pituitam capitis & palati [a] diſſipans, aliáque quæ reſiſtunt extenuans. Habet ſalis toſti ſplendidiſſimi vnc. duas, florum chamæmeli aridi crematorũ, conyzæ tenuis, calaminthæ montanæ, radicis eryngii mõtani, origani, ſing. vnc. duas, ſilphii, piperis, ſing. vnc. ſeptem. Contuſa & creta præbe pro arbitrio.

a Diſſipans] Græcè, vt mea fert opinio, malè ſcribitur διαπτυςικὴ, pro διαπτυςικὴ.

Cap. CXLVIII.

ANTIDOTVS alia Dodecatheõ, admodũ bona. A Accipit hyſſopi vnc. duas, pulegii vnc. vnam ſemis, cumini vnc. vnam, ameos vnc. ſemis, ſalis torrefacti vnc. quindecim, origani vnc. vnam, ſpicæ nardi vnc. ſemis. Quòd ſi in hyeme ea vſus fueris, tum adiice piperis vnciam ſemis. Omnia hæc tuſa & per cribrum tranſmiſſa, pro ſale quotidiano præbeto, aut vt placuerit. Qui hac aſſiduè vſus fuerit antidoto, per vniuerſum vitæ ſuæ tempus à morbis immunis erit. Cæterùm caput præſertim leuat, viſum acuit, pituitã in thorace non ſinit coaceruari, concoctionem efficit probã, meſaraicarum ie- B cinoris venarum obſtructiones aufert, renéſque expurgat. Probè apparata datur in malis prædictis.

Cap. CXLIX.

ANTIDOTVS [a] pleres archonticon, hoc eſt implens principale. Prodeſt calori ſtomachi, cardiacis, cibum euomentibus & pulmonariis. item eos qui ex longo morbo penitus extenuati ſunt plurimámque inde contraxerunt imbecillitatem, admodum corroborat. C Recipit cinamomi, caryophyllorũ, ligni aloes, galangæ, ſpicæ, nucis moſchatæ, zingiberis, ſpodii, floris iunci odorati, cyperi, roſarum, violarum, ſing. drach. vnam, gran. quindecim, folii, glycyrrhizæ, ſtyracis, maſtiches, ſampſychi, balſami, ocimi, cardamomi, piperis longi, baccarum myrti, foliorum citri, ſing. ſcrup. duos gran. quinque, [b] hermodactylorum albi & rubei, corallii, ſerici vſti, ſing. ſcrup. vnum gr. duo ſemis, moſchi gr. ſeptem ſemis, caphuræ gr. quinque, ſacchari & droſati roſacei quod ſatis eſt.

a Pleres archonticon] Non eſt autem alia de cauſa hæc an- D tidot⁹ Græcis appellata πλήρης ἀρχοντικὴ, quàm quòd mirificam & principalem in recuperandis ac reſtaurandis amiſſis viribus facultatem habeat. Nam quum quaſi ſaturos reddat ac impleat eos qui imbecilles atque deiectis ſunt viribus, meritò illis πλήρης quaſi ἔμπλεων, hoc eſt implens, & ἀρχοντικὸν, hoc eſt principale ſeu eximium dictum eſt. Barbaris noſtræ ætatis medicis & ſeplaſiariis Pliris arconticon appellatur.

b Hermodactylorum albi, &c.] Intelligit Been albam & rubeam, vt ſuprà ſatis oſtenſum eſt. Et Latini Nicolai codices habent, Been albæ & rubeæ.

Cap. CL.

ANTIDOTVS alia, pleres archonticon ſimplex. E Habet roſarũ vnc. quatuor, cinamomi, croci, ſing. vnciã vnã ſemis, galangæ, glycyrrhizæ, libyſtici, roſmarini, ſing. vnc. vnam, caryophylli, ſpicæ, coſti, zedoariæ, zingiberis, piperis, cardamomi, ſing. hexag. tria, [a] timartiri drach. quartam partem, margaritarum hexag. duo, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt.

a Timartiri] Græcè ſcriptum erat τιμάρτιρι. Eſſe autem dictionem corruptã, & minimè Græcam, nemo non videt. Quapropter quid ſignificet, coniicere nobis non licet. Niſi fortè legẽdum erit, vt in præcedenti antidoto, μετάξης κεκαυμένης, id eſt ſerici vſti. ſed nihil pronuntiamus temere.

Cap. CLI.

ANTIDOTVS Diacodiôn cõferẽs ad mala quæ tuſſim excitant: ſomnum etiam inducit, voci amiſſæ & thoracis grauitati auxiliatur. Accipit ſucci glycyrrhizæ, tragacanthæ, gummi Arabici, ſing. drach. decem, papaueris albi ſeminis, portulacæ, ſing. drach. quinque, ſeminum peponis, cucumeris, cucurbitæ, & citruli, lactucæ, & althææ, ſing. drach. tres, droſati violacei, ſacchari & penidiorum quantum ſatis videbitur.

Cap. CLII.

G ANTIDOTVS è zulapio roſaceo, purgatoria: quæ ab Italis zuccarum roſaceum laxatiuum dicitur. Capit ſucci roſarum rubearum lib. vnam, trium ſantalorum, ſing. drach. tres, ſpodii drach. tres, dacrydii drachmas decem, turpeti vnc. duas, caphuræ drach. tres ſemis, ſacchari lib. vnam aut quod ſatis eſt. De ea quæ parata eſt dantur vtentibus hexagia duo & ſemis, aut tria pro virium diuerſitate manè ieiunis. Prodeſt tertianæ & duplici tertianæ, febribus continuis, bilioſis, & calidis temperamentis iecinoris admodum vtilis exiſtit.

H Cap. CLIII.

ANTIDOTVS alia vt præcedens magis variat: cit autem aluum ſine dolore. Habet trium ſantalorum,

ſpodii,ſing.drach. quatuor,rhei barbari drach. decem,
turpeti vnc.duas ſemis, ſcammoniæ vnc. vnam ſemis,
ſucci roſarum lib.vnam vnc.tres,caphuræ drach.ſemis,
ſacchari lib.vnam ſemis aut quod ſatis erit.De confecta
dantur manè ieiunis, hexagia tria,aut tria & ſemis,pro
virium ratione, cum aqua tepida.

Cap. CLIIII.

ANTIDOTVS alia è roſaceo zulapio,purgatoria.
Confert iis in quibus flaua bilis redundat, defluxioni-
bus,malis à calore natis. Aluum citra dolorem mouet.
Vtilis etiam febribus acutis & ardentibus. Capit ſuc-
ci roſarum vnc.ſedecim,trium ſantalorum,ſing.drach.
ſex, ſpodii drach.tres,dacrydii drach.duodecim,caphu
ræ ſcrup.vnum,rhei barbari drach.tres,turpeti vnc. v-
nam.Commiſceantur cum zulapio roſaceo & ſaccharo
ſufficienti.Probè confecta datur media nocte ex aqua
tepida pondere hexagiorum duorum aut trium, pro
viribus.

Cap. CLV.

ANTIDOTVS conferens dyſentericis,cœliacis,
& ſanguinem ab internis excernentibus. Accipit cina-
momi vnc.quatuor, roſarum,ſymphyti,amyli, bacca-
rum myrti,ſingul. vnc. tres ſemis, [a] ſumach, berberis,
boli Armenii,gũmi Arabici,acaciæ,hypocyſthidis,ſin-
gul.vnc.duas, corallii albi & rubei, lapidis hæmatitis,
ſantali albi & rubei,ſingul.vnc.ſemis,maſtiches,thuris,
tragacanthæ,ſucci glycyrrhizæ,capitum papaueris,arte
miſiæ,plantaginis minoris ſeminis,mandragoræ,ſing.
vnc.vnam, balauſtiorum,ſidiorum,ſeminis cotoneorũ,
ſingulorum vnc. vnam, coſti, ſtyracis calamitis, polii,
[b]arilori, [c]foliorum lauri,caryophylli,zingiberis,ſangui
nis draconis, [d]fiſtulæ,galangæ,ſing.drach.tres, roſmari
ni vnc.duas,aniſi vnc.vnam, [e]rhei barbari vſti hexag.
duo,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Sumach] Græcè ſcribitur σȣμάκιν. vnde iterum palàm fit Nicolaũ barbaris & hodie vſitatis vocib⁹ vti. Sic enim officinæ in hodiernum vſque diem ſemen rhois appellant. b Arilorii] Nicolaus habet ἀριλόρȣ. Quid verò hæc vox ſignificet, me ignorare fateor. c Foliorum lauri] Codex Nicolai manuſcriptus habet φολιόρȣμ λαύρι, vt hinc iterum perſpicuum ſit Nicolaũ latinas voces literis Græcis exaraſſe. De quo plurimùm miror, quum potuiſſet hæc, vt alia, ſua efferre lingua. d Fiſtulæ] Græcus codex ſimpliciter legit φίςȣλα. Sed adiiciendum haud dubiè erit κασίας, vt ſcilicet intelligat caſiam ligneam, quam Græci etiam fiſtulam, vt diximus annotatione 17. nominauerunt. e Rhei barbari vſti] Græcè malè legitur ῥέȣ βαρϐάρȣ κάπῖȣ pro καυςȣ̃. Et hoc loco Nicolaus vulgi errorem qui ex Meſue placitis promanauit, ſequitur, Rheum barbarum cum Pōtico confundens, aut ſaltem rheum barbarum vſtum conuenire dyſentericis putās. Qua de re ſuprà etiam & aliâs multa diximus.

Cap. CLVI.

ANTIDOTVS alia ad dyſentericos & cœliacos,
Chryſippi.Recipit lapidis hæmatitis hexagium ſemis,
ſigilli Lemnii hexag.vnum,aſteris Samii hexag.vnum,
ſulphuris ignem non experti, [a]midyos aſſati,ſing.hexa
gium vnum,corallii rubei, acaciæ, gallæ immaturæ,ſi-
diorum,ſing.hexag.quatuor, roſarum aridarum, ſum-
mitates rubi,ſeminis hyoſcyami, papaueris, cucumeris
ſatiui ſeminis,opii,myrrhæ,thuris,ſing.vnc. duas, ſan-
guinis draconis vnc.vnam,rubricæ,terræ Lemniæ & Sa
miæ,aluminis ſciſſilis,chalcitidis crematæ,ſing.hexag.
II. ſuccini rubei, ſucci hypocyſthidis,balauſtiorũ, rhois
Syriaci,myrti teneræ,polygoni,menthæ,ſeminis lactu-
cæ,caſtorei,croci,ſtyracis,ſing.hexag.duo,mellis Attici
aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Midyos aſſati.] Midyon genus eſſe quercus, è Theophraſto ſatis conſtat. Quid autem hîc per Midyum aſſatum intelligat Nicolaus, compertum non habeo. legendum fortè erit Miſyos, quum paulo pòſt chalcitidis etiam, cuius Miſy ſpecies eſt, mentio fiat.

Cap. CLVII.

ANTIDOTVS ad carnis diſſolutionem,& corpo
ris ſiccitatem. Quocirca qui hanc aſſiduè ſumunt, iis
corporis bonum habitum efficit.Habet glycyrrhizæ,ro
ſarum,ſacchari,ſing.drach.duas vncias duas, tragacan-
thæ,gummi Arabici, ſing.vnc.ſemis, ſantali albi & ru-
bei,ſingul.drachm.tres,papaueris albi vnc.vnam, ſucci
glycyrrhizæ,amyli,portulacæ,& intybi ſeminis,ſingul.
drach.duas,ſpodii,caryophylli,ſing.ſcrup.ſeptem, mar

A garitarum vnc.ſemis, auri hexag.vnum, ſerici vnc. ſe-
mis,oſſa cordis ceruini quatuor,corallii hexag.duo,am
baris hexag.ſemis, cinamomi drach. duas, zingiberis,
ſtyracis,ſing.drach.vnam, croci drach. ſemis, penidio-
rum drach. nouem, ſeminum peponis, cucumeris,cu-
curbitæ,& citruli,ſing.drach.duas ſemis, ſeminis coto-
neorũ drach. vnã ſemis,amygdalarũ,nucis pineæ,ſebe
ſten, ſeminis althææ,violarum,ſing.vnc.tres,droſati ro
ſacei libras ſex.

Cap. CLVIII.

B ANTIDOTVS alia nobilis ad tertianas,quarta-
nas, & quotidianas. Accipit chamæpityos lib. vnam,
epithymi libr.ſemis, polypodii, cinamomi, piperis,
ſing.vnc.tres, maſtiches, zingiberis, zedoariæ, caryo-
phylli,ſing.vnc.vnam,mellis Attici aut ſacchari quod
ſatis eſt.

Cap. CLIX.

ANTIDOTVS priori ſimilis.Habet caſiæ,galba-
ni,piperis albi,ſing.vnc.duas, croci,amomi, ſing. vnc.
vnam,mellis Attici aut ſacchari quantum ſatis videbi-
C tur.Datur fabæ magnitudine.

Cap. CLX.

ALIA antidotus ſimilis.Capit caſiæ, galbani,pipe-
ris albi,ſing.ſiliq.ſex, croci, ameos,ſiliq.tres,mellis At-
tici aut ſacchari quod ſatis eſt.Datur fabæ quãtitate ex
aqua tepida hora vna aut duabus ante inuaſionem.

Cap. CLXI.

ANTIDOTVS præſcriptæ par.Habet papaueris,
cyperi,opii,ſingul.vnc.vnam,glycyrrhizæ,hyoſcyami,
ſing. vnc.ſemis, ſtyracis,croci,caſtorei,fabæ,ſingul. vn
D cias tres,aniſi vnc.duas,mellis Attici aut ſacchari quod
ſatis eſt. Datur AEgyptiæ fabæ quantitate ex mulſa.

Cap. CLXII.

ALIA ſimilis,ad eadem mala vtilis. Accipit caſiæ
drach.tres,croci,amomi,galbani,ſing. drach. vnam ſe-
mis,vini,piperis albi,ſing.drach tres,mellis Attici aut
ſacchari quantum ſufficit. Datur fabæ quantitas ex a-
qua calida,duabus horis ante inuaſionem.

Cap. CLXIII.

E ALIA ſimilis,ad eadem inſigniter vtilis. Recipit li
quoris Cyrenaici drach. duas,ſulphuris ignem non ex-
perti drach.vnam, piperis drach.tres, caſtorei drachm.
duas,opii drach.vnam,galbani drach.duas. Commixta
aqua præbeto drachmam ſemis aut minus, duabus an-
te inuaſionem horis.

Cap. CLXIIII.

ALIA ſimilis,quæ reliquis omnibus præſtat. Habet
papaueris vnc. ſemis, ſucci glycyrrhizæ, hyoſcyami,
F ſing.drachm.vnam,ſtyracis vnc.vnam ſemis,croci dra-
chmas tres,caſtorei,aniſi,corticis radicis mandragoræ,
ſing.drach.ſemis. Excipiantur paſſo, & fingãtur paſtilli
quorum ſinguli pendeant drachmam vnam, dẽturque
vſque ad ſeptimam acceſſionem.

Cap. CLXV.

ANTIDOTVS ad eos qui ſanguinem excernũt.
Accipit caryophylli,maceris,corallii rubei,capitum pa
paueris,ſingul.drach.vnam, cinamomi,croci, boli Ar-
menii,ſeminis hyoſcyami,ſingul.drachmas ſex, traga-
G cãthæ,ſanguinis draconis,opii,ſeminis cardamomi,ſin
gul.drach.quatuor,caphuræ drach.ſemis, antidoti dia-
codion quod ſatis eſt.Dantur ea vtentibus drach. tres,
pro viribus.

Cap. CLXVI.

ANTIDOTVS alia conferens tuſſientibus, non
niſi erecta ceruice ſpirãtibus,& expuere excreareve ne-
queuntibus. Item iis qui non promptè loquuntur, ſed
inſtrumenta loquendi diuulſa habent. Capit amy-
gdalarum, nucum pinearum, papaueris albi, ſin-
gulorum drachmas ſex, gummi Arabici, tragacanthæ,
H glycyrrhizæ & eius ſucci, ſingulorum drachmas tres,
iridis drach. vnam, zingiberis, aniſi, [a]ſeminum qua-
tuor,ſing.drach.vnam,penidiorum & ſacchari quod ſa-

tis eſſe videbitur .Confecta datur vt ſub lingua retineatur,& ſaliua eius deglutiatur.

a Seminum quatuor]Græcè eſt ſimpliciter σπόρους τοὺς τέσσαρας,vt nos etiam conuertimus.Sed intelligit ſemina quatuor frigida maiora nominata.

Cap. CLXVII.

ALIA ad eadem,valde bona.Habet ſeminis fœniculi, & comæ pulegii,piperis,helenii,petroſelini,ſing.vnciã ſemis. Mellis Attici vel ſacchari quod ſufficit .datur vt præcedens.

Cap. CLXVIII.

ANTIDOTVS, aut ecligma ſeu linctus tuſſientibus admodum conueniens. inducit etiam ſomnum. Recipit ſtyracis,croci,ſpicæ nardi,opii,folii, ſing. dr.vnam.Mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.

Cap. CLXIX.

ANTIDOTVS alia tuſſientibus plurimùm conferens,experta.Ad ſomnum autem inducendum vtilis etiam exiſtit. Habet pulegii,piperis,helenii,petroſelini,fœniculi,ſing.drach.vnam, ſtyracis,croci,ſingul. dr. vnã,ſpicæ nardi,opii,folii,ſing.drach.ſemis,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CLXX.

ANTIDOTVS iis qui non niſi recta ceruice ſpirant conferẽs. Accipit iridis vnc.ſemis, piperis albi drachm.ſemis,ſeminis apii vnc.duas : mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Confecta datur iis qui vacant febre,quauis hora:febricitãtib⁹ autẽ, per intermiſſiones.

Cap. CLXXI.

ANTIDOTVS alia ad tuſſientes experta,pueris, ſenibus,& ætate vigentibus vtilis Accipe leporem viuum,exemptiſque omnibus eius inteſtinis, ea proiice: ipſum autem in olla cremato,farinâque eius ægrum potato ex droſato chamæleuces, quæ lingua Italica Vngula caballina & ſcampiuza dicitur.

Cap. CLXXII.

ANTIDOTVS alia ad eadem mala tuſſim excitantia conferens,experta.Capit pulegii,piperis,helenii, petroſelini,fœniculi,ſing. drach.vnã ,mellis Attici vel ſacchari quantum ſufficit.

Cap. CLXXIII.

ANTIDOTVS ſiue linctus, tuſſientibus conueniens,valde bonus. Habet ſtyracis,croci,ſingul. drach. vnam,ſpicæ nardi,opii,folii,ſingulorum drach. ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CLXXIIII.

ALIA antidotus,[a]ecligma Socratis ad tabidos. Recipit coſti drach. vnam,rhei Pontici,ſymphyti, ſingul. hexag.vnum ſemis,gummi, tragacanthæ,piperis albi, ſing.hexag.vnum ſemis,ſucci glycyrrhizæ, ſeminũ quatuor,penidiorum,ſing.vnc.ſemis, vini veteris cotyles [b]quartam partem,paſſi [c]ſextarii quartam partem,aquæ ſextarii quartæ partis dimidium.

a Ecligma] Græcè male ἔκλυτος,pro ἔκλικτος ſcribitur. Et is locus facilè ex indice reſtitui poteſt,in quo ἔκλικτος ſcriptum eſt.

b Cotyles quartam partem] Cotyle eſt duplex,Attica nimirum & Italica.Attica habet vncias Italicas,hoc eſt,cornu libralis ſeu menſuralis nouem,vt teſtis eſt lib.1.& 5.de Compoſ.medic.Galenus. Vnciæ autem nouem Italicæ, quæ ſunt in cornibus interſectis, vncias ſeptem ponderales cum dimidia pendent: de qua non puto loquutum eſſe Nicolaum. Italica cotyla non eſt niſi libra menſuralis : cuius itidem rei loco iam citato teſtis eſt Galenus.Quam ſi intellexit Nicolaus, quartam partem eius conſtituent vnciæ menſurales duodecim. Sin de Attica intelligendus venit Nicolaus, quarta pars pendebit vncias duas menſurales,& drachmas duas. c Sextarii quartam partem] Sextarius itidem duplex eſt,vt alibi copioſius demõſtrauimus, Romanus & Atticus. Romanus capit vncias viginti menſurales : quarta eius pars vncias capiet quinque menſurales. Atticus Romano duabus vnciis minor eſt : capit enim decem & octo vncias menſurales. Quarta eius pars,vnciæ menſurales quatuor cum dimidia.

Cap. CLXXV.

ANTIDOTVS alia tuſſientibus cõferẽs,& ad prædicta mala valde bona.Capit ſtyracis,opii,ſing.drachm. duas, ſeminis hyoſcyami drach. tres, myrrhæ drach. vnam: hæc excipiuntur melle cocto,& datur erui quãtitas dormituro.

Cap. CLXXVI.

ANTIDOTVS quæ ſuccurrit tuſſientibus, ſuppuratis,tabidis, ſanguinem excreantibus: ſomnúmque

A allicit. Accipit erui torrefacti drachm. quinque, cumini Æthiopici,aniſi,ſeminis apii,ſingul.drach.vnam, penidiorum,mellis aut ſacchari quantum ſatis eſſe videbitur.

Cap. CLXXVII.

ALIA antidotus ad eadem mala, nobilis. Recipit ſummitatũ lauri viridis vnc. ſemis & quartam partem, piperis hexagium vnum ſemis,maſtiches drach.vnam, nucis pineæ toſtæ drachmam vnam,hyſſopi drachmas duas,pulegii ſcrup.quatuor , iridis ſcrupul.duos, mellis

B Attici deſpumati, cũ temperato liquore quod ſatis eſt.

Cap. CLXXVIII.

ANTIDOTVS alia quæ Arodynes hoc eſt dolorem mitigans cognominatur , tuſſientibus conferens, & iis qui medicamentum purgans hauſerunt,dolori ſtomachi,ſingultui,refrigerationi,deſtillationi,difficultati vrinæ,ſcabiei,exulcerationi veſicæ,nephriticis , iecinoroſis,lienoſis, nonniſi recta ceruice ſpirantibus,pleuriticis,colico cruciatu affectis, regio morbo laborantibus,maliſque ex cruditate ortis.itẽ pulmonariis,& ſan-

C guinem excreantibus . Maximum verò præſidium affert angina correptis,& vigilantibus.Sunt qui hanc antidotum vocant è decem & octo ſpeciebus compoſitã. Capit zingiberis drachm. tres & quartam partem,hyoſcyami albi drach. decem,coſti drach.tres, croci drach. duas ſemis , piperis albi drach. tres & quartam partem, petroſelini drach.duas,dauci Cretici drach.tres & quartam partem,opii,piperis longi,ſing.drachm.tres, acori drach.vnam,pyrethri drach. ſemis, amomi drachm.vnam,euphorbii drach.ſemis,ſeminis apii, ſpicæ nardi,

D ſingul.drach.ſemis,ameos,cardamomi,ſingul.drachm. vnam,floris iunci odorati drach.tres ſemis & quartam partẽ,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Probè cõfecta datur iis qui purgatoriũ medicamẽtũ ſumpſerũt, nucis auellanæ quãtitate:ad alia lethalia,fabæ Ægyptiæ magnitudo præbetur. Pulmonariis nõniſi recta ceruicẽ ſpirantibus,lienoſis,iecinoroſis,pleuriticis, regio morbo affectis,& colicis pari modo datur. Tuſſientibus autem ciceris magnitudo exhibetur. Nephriticis,difficulter ſpirantibus,& ſanguinem excreantibus, nucis a-

E uellanæ quantitas datur in aquæ calidæ cyathis duobus diſſoluta. Vtere hoc medicamento confidenter.

Cap. CLXXIX.

ANTIDOTVS alia,admodum præſtans tuſſientibus & dyſentericis. Habet gentianæ,piperis,coſti,ſingul.drachmam vnam,ſeminis apii,aniſi,opii,croci, ſingulorum drach.duas,mellis Attici aut ſacchari & penidiorum quod ſatis eſt.

Cap. CLXXX.

ANTIDOTVS purgatoria è myrobalano. Eſt au-

F tem bona,periculo vacans,non perturbans , aluúmque ſubducens. Prodeſt etiam iis quibus difficilis eſt aluus, & omnibus inteſtinorum inflationibus.Recipit dacrydii drach.quatuor ſemis,cinamomi,nardi,ſaxifragi,eſulæ,hoc eſt chamæpityos,polypodii,ſingul drach. duas, caryophylli, zingiberis, ſpicæ Celticæ, piperis nigri & longi,cardamomi,amomi,ſingulorum drachm. vnam ſemis,myrobalani flaui vnc. ſemis, turpeti vnc.vnam, rhei barbari hexag.vnum ſemis,ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſufficit.Dantur iis qui dormi-

G turi ſunt hexagia duo & ſemis,aut tria pro viribus. Vacantibus febre,ex vino : febricitantibus autem,ex aqua tepida.

Cap. CLXXXI.

ANTIDOTVS quæ vrinæ difficultati prodeſt,& lapides conterit.Nephriticis quoque & omni renũ imbecillitati ſuccurrit.Iis denique qui ex morbo aliquo renes parum validos habent auxiliatur,præcipuè verò iis qui guttatim mingunt. Habet ſpiræ, zingiberis, xylobalſami,acori, cinamomi, peucedani,mei,trium pipe-

H rum,ſaxifragi,ſingul.drach.duas ſemis,opobalſami,caryophylli,coſti, rhei Pontici,glycyrrhizæ,cyperi, tragacanthæ,ſinonis,chamædryos,ſeminis apii, ameos, ſeminis aſparagi , ocimi , ſeminis vrticæ , [a] & irionis ,

ſingulorum drachmam vnam grana quindecim, folii,croci,floris iunci odorati,caſiæ, bdellii, maſtiches, iridis,amomi,libyſtici,milii ſolis,petroſelini,ſeſelis, cardamomi,anethi,euphorbii, [b]lapidis lyncis, nardini olei,olei myrtini,ſing.ſcrupul.vnum,moſchi grana quatuor,& ſtillatitii roſarum liquoris,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Datur veſperi cum vino tepido.

a Et irionis] Græcè legitur καὶ κυροῦ,ſed, mea quidem ſententia,falſò.Quippe legendum eſſe cenſeo, καὶ ἐρυσίμου, hoc eſt vt nos conuertimus,& irionis.Nã & Aetius lib.11.cap.13.inter medicaméta nephritica ſeminis irionis ſæpe meminit,præſertĩ in abſinthato nephritico,vbi ait ἐρυσίμου σπέρμα.Et hanc lectionem ſequemur donec codex alius emendatior meliorem & veriorem nobis ſuggerat. b Lapidis lyncis] Codex manuſcriptus habet λάπις λίτζη. Satis verò perſpicuum fit hoc loco,non ſignificare lapidem neque praſium neque Armenium vocatum,ſed lyncis potius, qui calculoſis mirificè conferre creditur. Significare autem hîc lyncis lapidem,ex antidoto 187. fit maniſeſtiſſimum.

Cap. CLXXXII.

ANTIDOTVS è moſcho. Auxiliatur melancholicis & furioſis.Cor lætificat,hilaritatémque efficit. Recipit cinamomi, zedoariæ, caryophylli, ſpicæ, cyperi, aſari,maſtiches,ſingul.drachm. duas, nucis moſchatæ, cardamomi,caphuræ,maceris,moſchi,ſing.ſcrup.duos, roſarum drach.ſex,myrobalani[a]emplitzi drach.decem, mellis roſacei quantum ſufficit,aut ſacchari.

a Emplitzi] Sic vocat Empeliticos Actuario nominatos. Et hinc etiam perſpicuũ fit,Nicolaum barbaris & hodie vſitatis vocibus, quod ſæpe iam neque temere monuimus,vti.Nam in hodiernũ vſque diem,officinæ Emblicos,ſicut Nicolaus ἐμπλιτζι nominant id genus myrobalanos.

Cap. CLXXXIII.

ANTIDOTVS Muſæ,prodeſt quartanis,data ante acceſſionem ex vino,nucis auellanæ quantitate. Capit cyperi drach.vnam grana ſeptemdecim,thuris,maſtiches,myrrhæ,gẽtianæ, hyoſcyami, ſingul drach.ſex, opii,croci,ſingul.drach.quatuor minus granis ſeptem, euphorbii,ariſtolochiæ longæ,ſingul.drach.vnam ſcrupulum vnum,mandragoræ drach.vnam ſcrup.vnum, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CLXXXIIII.

ANTIDOTVS Galeni ad quartanã,diapepereon nominata.Habet liquoris Cyrenaici, piperis, myrrhæ, rutæ foliorum,ſingulorum drachmam vnam:trita & læuigata excipe,& vtere ante acceſſionem cum oxymelite.Datur pondere obolorum duorum,aut ſex ſiliquarũ.

Cap. CLXXXV.

ANTIDOTVS [a]dioſpoliticõ,quam philoſophus quidam regi Diocletiano confecit.Prodeſt quartanis,& omnibus doloribus,ac flatibus viſcera penetrantibus, cruditatibus,& aluo adſtrictæ.Eſtque ad multos affect⁹ laudata admodum,& vtilis. Accipit cumini Æthiopici & communis macerati in aceto per diem & noctem, & probè ſubinde ſiccati,piperis albi,ſingulorum drach. vnam,foliorum rutæ in vmbra ſiccatorum, [b]Berenicarii nitri,ſingul. drachm.ſemis,mellis Attici deſpumati aut ſacchari quod ſatis eſt.Datur vtentibus pondere duorum cochleariorum.

a Dioſpoliticon]Græcus Nicolai codex legit διοσπολίτου.Galenus lib.4.de tuend.ſan.cap.5.vocat διοσπολιτικὸν, & ibidem etiam deſcribit.Paulo autem διοσπολίτης lib.7.appellatur. Nos Galeni nomenclaturam, vtpote magis tritam,ſelegimus. b Berenicarii] Huius nitri Galenus etiam lib.1. de compoſ. medic. localium cap. 1. meminit,quod ſic ab oppido Troglodytarum Berenice appellatum eſſe videtur.

Cap. CLXXXVI.

ANTIDOTVS alia Dioſpoliticon, vtilis vt præcedens. Habet cumini Æthiopici & communis, ſingul. hexag.vnum. Cuminum probè ſiccatum læuigato, & per cribrum tranſmitte,atque adiicito galangæ, ſpicæ nardi, amomi,croci,zingiberis,caryophylli,piperis cõmunis & albi,cinamomi veri, ſingulorũ hexag. vnum, foliorum rutæ,nitri Berenicarii,ſing.drach. vnã, ſeminis fœniculi,caſiæ, ſeminis apii, cyperi, carpobalſami, ſing. hexag. vnum ſemis. Hæc læuigata & per cribum traſmiſſa cum melle Attico vel ſaccharo quod ſatis eſt vnito,& excipito.

Cap. CLXXXVII.

ANTIDOTVS purgatoria renum & calculoſorum.Prodeſt etiam ſtillicidio & difficultati vrinæ.Conficitur autem hoc modo.Accipe granorum ſolis,aut ſaxifragi,aut artemiſiæ decoctum, & apparato cum ſpeciebus [a] lapidis lyncis drachmas duas gran.quindecim, croci,cnici,ſingulorum drach.vnam gran. quindecim, zingiberis,euphorbii, myrrhæ, thuris, lapidis in veſica ſuis ſylueſtris reperti,cumini,hyoſcyami,carei Alexandrini,citrii ſeminis,ſing. drach. vnam gran. ſex, ſpicæ, floris iunci odorati, coſti, pyrethri, caſiæ ligneæ, rhei Pontici, marrubii, helenii, ſampſuchi, pulegii, roſmarini,gentianæ,ſaxifragi,ſucci hederæ, cypariſſi, baccarum lauri,piperis albi & nigri,ſeminis rutæ,granorum iuniperi,ſingulorum drachmam ſemis gran. quatuor, balſami, ſtyracis calamitis,ſanguinis ſylueſtris ſuis,cardamomi ſeminis,aſari,acori,phu,mei,ariſtolochiæ longæ & rotundæ,betonicæ,philipendulæ, petroſelini, ſinapi albi, ſeminis vrticæ, ſingulorum ſcrupulos duos ſemis, gran. duo ſemis, ſucci aſparagi & ruſci, ſingulorum grana quindecim,mellis Attici aut ſacchari quantum ſatis videbitur. Paratam cum ſuperiori decocto reconde in vaſculo,& præbeto drachm.tres ex vino veſperi dormituro.

a Lapidis lyncis] Manuſcriptus codex Nicolai habet, λάπις λίτζη.Sic autem eum appellare lapidem officinis vocatum lyncis, ex latinis Nicolai codicibus ſole meridiano clarius patet. Nam illic in antidoto cui titulus eſt Nephrocatharticum, quæ cum præſenti eadem eſt,vt ex collatione liquet,ſcribitur: Recipe lapidis lyncis drach.11. & gran.15. Vt hinc etiam conſtet noſtras Annotationes ſuprà poſitas eſſe veritati conſonas.

Cap. CLXXXVIII.

REMEDIVM,nephriticis admodum cõueniens. Recipit [a] aphthaſti radicis, [b] paliuri radicis & fructus, aſparagi radicis,oleaſtri,lauri,apii radicis,raphani ſylueſtris radicis,ſeminis ſylueſtris naſturtii,acori,lithoſpermi,[c]ſcolymi,ſing.drach.vnam,mellis Attici quantum ſufficit,aut ſacchari.

a Aphthaſti] Græcè eſt ἀφθάστου.Quid verò ſit ἄφθαστος,ignorare me planè fateor. b Paliuri radicis] Græcus Nicolai codex legit παλιρέας ῥίζης.Quid autem palirea ſignificet, cogitare non poſſum.Cenſeo itaque legendum eſſe παλιούρου ῥίζης,καὶ τοῦ καρποῦ.Quippe, vt teſtis eſt Dioſcorides, paliuri radix vrinam ducit. Semen verò eius, veſicæ calculos comminuit,vt hoc nomine nephriticis cõuenire omnibus in confeſſo ſit. c Scolymi] Manuſcriptus codex legit σκολίμβρου,fortè pro σκολύμου. Nam Scolymi decoctum, vt autor eſt Dioſcorides,ducit vrinam multam.

Cap. CLXXXIX.

REMEDIVM aliud ad mulieres abortientes. Mitigat etiam dolores.Capit dauci Cretici drach.duas, ſeminis apii vnc.duas,ſtyracis,aniſi,ſing.hexag.tria.caſtorei,myrrhæ,ſing.vnc.vnã.hyoſcyami vnc. ſemis, opii, croci,ſing.vnc.vnam ſemis,vini dulcis auſteri,quod ſatis eſt. Vinum autem ante commiſtionem ferueſacito.

Cap. CXC.

ANTIDOTVS alia nephritica, experta,quam à Leontiano accepi,vrinam expurgans, & lapides conterens,citráque dolorem eiiciens. Habet ſeminis fœniculi hexagium vnum ſemis, ſeminis rutæ hexag.tria, petroſelini gran.quindecim,aſari drach.ſemis,hyſſopi Cretenſis drach.vnam gran.ſeptem, dauci Cretici hexagiũ vnum ſemis, liquoris Cyrenaici [a]ſiliquæ quartam partem,ſpicæ nardi ſiliquam vnam, minus quarta parte, corymborum thymi ſiliquam vnam, aniſi hexag. quatuor ſemis,[f]dictamni ſiliquam vnam & dimidiæ quartam partem.Hæc tuſa & creta excipiantur melle.Datur nucis Ponticæ quantitas à balneo [b]in velamentis ex decocto rutæ,aut aſari,aut aſparagi,cum vini condito.

a Siliquæ Græcè eſt κοκίου:eſt autẽ κόκιον,vt Nicãdri interpres teſtatur,idẽ quod κεράτιον. b In velamẽtis]Græcè legitur ἐν τῶν σαβανῶν. Eſt verò σάβανον Nicolao & aliis poſterioribus Græcis,pannus aut velamentum quo à balneis circundabantur corpora. Hic pannus plerunque craſſior fuit,vt ad ſiccandos balnei madores eſſet aptior. Apud Heſychium & Phauorinum nõ σάβανον ſed σάγανον legitur, exponitúrque σκέπασμα & περιβόλαιον,hoc eſt operimentum & amiculum.Meminit huius Marcellus Empiricus cap.5. Senſus itaque verborum Nicolai is eſt:Dandum antidotum hanc eſſe ſtatim à balneo,quãdo corpora ipſa adhuc velamentis ſeu operimentis ſunt circundata, & antequam ſiccentur.

Cap. CXCI.

ALIA antidotus nephritica experta: nam vno die vt per vrinam excernatur lapis, efficit. Recipit origani faſciculum exiguum vnum, graminis faſciculum paruum vnum. Decoque hæc in ſextario aquæ quoad tertia pars abſumatur. Adiice iis chamæmeli vnc.vnã,

& vbi decoxeris,accipe ſubinde iuſculum, & commiſce cum vini condito.Præbe quando placebit.

Cap. CXCII.

Antidotus alia nephritica è balſamo.Hab et zingiberis drach.quatuor, croci,caſiæ,ſpicæ nardi, piperis albi,aſari,ſing.drach. vnam,dauci Cretici, piperis communis,roſarum aridarum,ſing.drach. vnam,opobalſami drach.tres, carpobalſami dr. duas,mei,acori, cinamomi,polii,hyſſopi,ſing.drach.vnam,floris iunci odorati drach.duas,ſaxifragi drach.quatuor,myrrhæ,petroſelini,oreoſelini boni,ſing.drach.vnā,betonicæ,cyperi, folii Indici,ſing.drach.duas,dictamni, baccarum lauri, ſeminis ocimi, ſing.drach. vnam, nucis pineæ drach. ſex,ſeminis lini,ſeminis tribuli,lapidis Iudaici,ſeminis agni,radicis graminis,ſing.drach.duas,ſeminis apii,carei,ſuccini,damaſonii, eryngii, ſing. drach.vnam, pyrethri,cumini Æthiopici,lithoſpermi,nardi Celticæ, acinorum vuæ,ſing.drach.duas,origani [a] heraclii ſeminis,[b] ſymphyti,rhei,thuris,ſing.drach.vnam,mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt.

a Heraclii] Græcè ſcribitur ἑιλίȣ ὀριγάνȣ σπέρμα. Puto autē ſcribendum eſſe ἡρακλείȣ ὀριγάνȣ. b Symphyti] Codex Nicolai manuſcriptus legit γομφύτȣ. Ego verò legendum eſſe cenſeo συμφύτȣ: Hoc enim ad renes expurgandos non inhabile exiſtit. Infrà quoque Antidoto 195. συμφύτȣ ſcribitur. Legit autem alicubi etiam Aetius γομφύτȣ, vt annotatione 24. Sectionis 16. dicemus.

Cap. CXCIII.

ANTIDOTVS alia è [a] ſexaginta ſpeciebus compoſita,nephritica.Calculos renum & veſicæ conterit. Si quis per ſeptimanā hexagium vnum cum mulſo bibat, malum expugnabitur. Habet acori, phu, ſpicæ nardi, caſiæ,cyperi, myrrhæ, opii,rhei,& [b] ex tribus generibus caſtorei,carpobalſami,floris iunci odorati,croci,radicis ſtruthii,corticis capparis,ſeminis fœniculi, zingiberis,marrubii,ſeminis lini,mei,ſaxifragi, piperis albi, betonicæ, cinamomi, ſing.drach.vnam,aniſi, ſeminis apii, ſeminis agni,ſingulorū drach.duas,dauci Cretici, hyoſcyami ſeminis,ſingul.drach.vnam, cucumeris ſeminis drach.vnam,Celticæ nardi, opobolſami, cardamomi ſingul.[c] ſitaria tria,iridis,ſeſelis,ſingul.drach. vnam,erucæ ſeminis drach.ſemis,nucum pinearum,polii,ſpicæ,radicis graminis,folii Indici,ſingul.drach.vnā, ligni aloes humidi ſitaria tria,hyſſopi, ſeminis tribuli, tecolithi,(hoc eſt lapidis Iudaici) eryngii, lithoſpermi, baccarū lauri aridarū, ſingul.drach.vnam, mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt.

a Sexaginta] Græcè eſt ἑξήκοντα, quum tamen non ſint tot ſpecies antidotum hanc conſtituentes,ſed quinquaginta tātùm, vt hoc nomine πεντήκοντα potiùs legendum eſſe arbitrer. b Ex tribus generibus caſtorei] Græcè eſt ἐκ τῶν γ. γενεῶν καςορίȣ. Vt ſit ſenſus, triā genera caſtorei eſſe ſumenda. Nam niſi ita intelligas, ſimplicium numerus ad quinquaginta haud perueniet. c Sitaria] Manuſcriptus codex paſſim τάρια pro σιτάρια legit. Porrò σιτάρια quatuor, vt author eſt Nicandri interpres, faciunt κεράτιον, hoc eſt, ſiliquam. Interpres tamen Latinus Nicolai, vt videre licet in Tryphera Saracenica σιτάριον pro grano vſurpat.

Cap. CXCIIII.

ALIVD conditum nephriticum,admodum vtile. Recipit piperis albi,betonicæ, eryſimi, ſaxifragi, folii Indici,ſpicæ,rhei Pontici,petroſelini,lini ſeminis, aſari,rutæ agreſtis, ſeminis cucumeris, ſingulorum drach. vnam,mellis & vini odorati quod ſatis eſt.

Cap. CXCV.

ALIVD valde vtile nephriticum conditum.Capit ſeminis dauci drachmas tres,damaſonii drach.duas,iridis Illyricæ,acori,ſeminis fœniculi,ſymphyti,ſing. drachmas duas,nardi Celticæ,piperis,vuæ paſſæ albæ,ſeſelis,phu,hyperici,hyſſopi,ſeminis erucæ,ſing.drachmas tres,mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.

Cap. CXCVI.

ALIVD remedium nephriticum,ad exulceratam veſicam. Accipit ſeminis cucumeris,pinearum, amygdalarū amararum, carnis palmularum,ſing. drach vnam,tragacanthæ ſitarium vnum, croci drach. vnam, myrrhæ,hyoſcyami ſeminis,radicis eryngii,[a] cicutæ ſeminis,maluæ agreſtis,amyli,caſiæ, ſpicæ nardi, cinamomi,ſingul.drach. vnam,nucis Ponticæ drach.vnam ſemis,mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt.

a Cicutæ ſeminis] Seminis cicutæ etiam mentio fit inter nephriticas Andromachi compoſitiones, quas Galenus libro decimo de Compoſitione medicament. localium cap. 1. recenſet: ibidem enim ita ſcribitur: Seminis cucumeris drach. 12. ſeminis hyoſcyami drach. ſex, ſeminis cicutæ,opii,ſing. drach.quatuor. Et inter Aſclepiadis compoſitiones,etiam cicutæ ſeminis mentio fit. Vſus eſt autem Nicolaus, & ante eum iam citati medici,cicuta ad doloris haud dubiò mitigationē, & ſumma idipſum poſtulante neceſſitate.

Cap. CXCVII.

ANTIDOTVS nephritica,& quæ veſicæ meatus obſtructione liberat.Prodeſt quoque ſtomachicis & iecinoroſis: mulieribus menſes mouet. Confert tuſſi,& nonniſi recta ceruice ſpirantibus: inflammationibus admodum eſt accommodota. Habet piperis vnciam vnam,helenii vnc.duas, ſeminis fœniculi vnc. vnam ſemis,rhei vnc. vnam,dauci, zingiberis, ſing.vnc.quatuor,mellis Attici aut ſacchari quantum ſatis eſſe videbitur.

Cap. CXCVIII.

ALIA antidotus nephritica, experta, qua vſus eſt Conſtantinus rex, admodum laudata & vtilis. Accipit helenii hexagium vnum ſemis,piperis drach.vnam,petroſelini,ſeminis fœniculi,ſing. hexagiū vnum ſemis. Tuſa & creta diligenter, dantur vtentibus in potu cochlearii vnius pondere cum condito.

Cap. CXCIX.

ALIA. Accipe vulpem viuam & macta, confeſtimque præbeto ſanguinem laboranti bibendum feruidū, & colem eius ac pudendum ſanguine illo inunge.

Cap. CC.

ANTIDOTVS,ab Italis cognominata [a] Mieleta,vtilis dyſentericis, læuitate inteſtinorum laborantibus,inflationibus inteſtinorum, & omnibus affectibus cœliacis. Recipit myrobalani flaui, cepuli,belirici, emblitzi,& magni,vſtorum, ſingul. drachm. duas ſemis,cardamomi ſeminis drach.vnam ſemis,cumini,aniſi,fœniculi,ameos,carnabadii,ſingul.drach.vnam ſemis,ſpodii,balauſtiorum,ſumach, gūmi Arabici,ſing. dr.vnam gran. XV. Conficitur autem hoc modo. Semina macerentur die ac nocte in aceto,& poſtea aſſata, & exquiſitè læuigata cum oleo roſaceo terantur multoties donec rurſus ſiccentur & oleum ebibant. contritio autē ipſa cum manibus fiat.Poſtea ipſa cōmiſceantur,& adiicietur zulapium myrtinum. Irrigata & diligenter ſubacta decoquātur exiguo ac tenui igne: poſtea ab igne amoueantur, & tepida in vaſe recondantur. Dantur drachm.tres,aut hexagia tria cum decocto plātaginis maioris aut minoris polygoni,rhois culinarii, & radicis ſymphyti,cum baccis myrti, veſperi dormituro,aut media nocte.

a Micleta] Codex Nicolai legit corruptè μιγδίλτα pro μιχλῖτα.

Cap. CCI.

ANTIDOTVS alia,vt prædictæ vtilis,cognominata Sardacii. Eſt mirabilis ad imbecillitatem ſtomachi:craſſos ſtomachi inteſtinorúmque flatus expellit. Fluxum ſanguinis cœliacis ſiſtit,vndecūque feratur,ſiue ex craſſioribus ſiue tenuibus inteſtinis. Pariter ad [a] eminentias excreſcentiáſve,lienoſos,ac diabeten.Capit quinque myrobalanorum vſtorum, ſingulorū hexagia duo,roſarum,maſtiches,caryophylli, maceris,cinamomi,bdellii,ſpicæ Indicæ,cardamomi, carei, rhei, rhois Syriaci,ſidiorum,balauſtiorum,zingiberis, myrti baccarum,lapidis hæmatitis,gummi Arabici,ſucci acaciæ,ſucci hypocyſthidis,ſeminis plātaginis minoris,floris roſmarini,ſeminis cotoneorum,boli Armenii,ſymphyti,ſing.vnc.ſemis, ſtyracis calamitis, aniſi, maſtiches,ſing.vnc.vnam,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Eminentias] Græcè eſt ἐξοχάδας καὶ ὑποχάδας. ſunt autem ἐξοχάδες eminentiæ & excreſcētiæ,præſertim ani, vt videre licet apud Paulum lib. 3. cap. 59. vbi ἐξοχάδων voce,pro ani excreſcentiis vtitur. Nicolaus autem eminentias maximè intelligit hæmorrhoidum, vt ex vnguento 56. ſatis conſtat.

Cap. CCII.

ANTIDOTVS alia ad eadem præclara.Accipit myrobalani citrini & magni,carnium aſſatarum, ſing. drach.quatuor,myrobalani parui drach.tres ſemis,por-

tulacæ ſeminis,violarum,ſing.drach.quatuor ſemis grana tria ſemis,maſtiches drach.vnam ſcrup. vnum, [a] tamarindi drach.vnã ſemis, nymphææ,hermodactyli rubei,rhei barbari ,ſing.drach.ſemis ſitaria ſex ſemis , caſiæ fiſtulæ repurgatæ vnc.duas.Fac decoctum cum violis:poſtea irrigato cum ſacchari vnciis nouẽ, ſubactámque caſiam cum tali droſato iterum colato : atque vbi ad mellis conſiſtentiam decoxeris,ab igne remoueto, ſpeciéſque prædictas bene tritas & cretas iniice . Datur pondere drach.trium aut ſemunciæ.

a Tamarindi] Græcè ſcribitur ταμαρίντȣ.Vt iterum hinc palàm fiat,Nicolaum barbaris & vſitatis hodie officinis Seplaſiariorum vocibus vti.Suprà enim more aliorum Græcorum,ὀξυφοίνικον vocauit.

Cap. CCIII.

ALIA antidotus admodum vtilis aſthmaticis,deſtillatione correptis, dolentibus renes , imbecillitati & frigiditati ſtomachi, & iis qui non rectè concoquunt. Habet helenii vnc.vnam drach.tres, fœniculi vnc.vnã, piperis drach.ſex,cumini drach.quatuor, berberis drachmã vnam cubebarum dr.ſemis,maceris ſiliquas quatuor,mellis Attici vel ſacchari quãtum ſufficit. Mitigat & ſanat dolores cerebri cordis & ſtomachi.

Cap. CCIIII.

ANTIDOTVS [a] roſata nouella,efficax ad calorẽ ſtomachi & ad iecinoris pulmoniſque ſiccitatem,ſitim reſtinguit,vomitum compeſcit,ſtomachi & cordis imbecillitati ſuccurrit.Sudores diſcutientes diſſoluentéſve ſtringit.Cardiacis,pulmonariis & iis qui ex diutino morbo extenuati ſunt, & in virium defectum incidũt, admodum auxiliatur. Recipit roſarum viridium, glycyrrhizæ,ſing. vnc.vnam ſcrup.duos ſemis , cinamomi drach.duas ſcrupulos duos,caryophylli,ſpicæ,galangæ, zingiberis,nucis moſchatæ,zedoariæ,ſtyracis,cardamomi,ſeminis apii,ſing ſcrup.vnum grana octo,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Roſata nouella] Nicolaus corruptè admodum ſcripſit ῥοζάτο νοϐέλλα

Cap. CCV.

ANTIDOTVS ad febres continuas & ardentes, omnémque febrilem affectum, ad febres denique magnas Romana lingua appellatas [a] acutas . Cognominatur autem ab iiſdem huiuſmodi antidotus [b] requies. Eſt autem vtilis temporibus & pulſibus manuum inũcta, cordiſque dolorem mitigat.Habet roſarum, violarum, opii , hyoſcyami , papaueris ſeminis, mandragoræ,intybi,lactucæ,& portulacæ,pſyllii,nucis moſchatæ,cinamomi,zingiberis,ſing . drach.vnam ſemis , ſantali albi & rubei,ſpodii,tragacanthæ , ſingulorum ſcrup . duos grana quinque,ſacchari candi drach. vnam , ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſatis videbitur.Datur vbi volueris ex droſato violaceo & aqua hordei.

a Acutas] Codex Nicolai legit ἀκȣ́τια pro ἀκȣ́τας.Nam Latinam vocem,vt ſæpe aliâs , literis Græcis exarauit. b Requies] Græcis literis hanc vocem ſcribens Nicolaus,dixit ῥέκȣες.Vt hinc euidẽtiſſimum ſit,promiſcuè iam Latinis,iam Græcis,nunc verò barbaris vocibus,prout fuere authores è quibus ſuas compoſitiones deſcripſit, Nicolaum vſum fuiſſe.

Cap. CCVI.

ANTIDOTVS ſotera,hoc eſt cõſeruans,magna. Prodeſt capitis grauitati, aurium dentiúmque dolori, lippitudini,tuſſientibus, peripneumonicis , ſtomachicis,& inflatione laborantibus. Habet ſtyracis calamitis drach.quatuor ſemis,ſeminis apii drach.tres ſcrupulũ vnum,coſti,myrrhæ,opii,petroſelini Macedonici,ſing. drach. tres,ſeſelis drach.duas ſcrupulos duos,piperis lõgi drachmas duas ſcrupulum vnum ſemis , cinamomi, ſpicæ,ſingul. drach.duas ſcrup. vnũ,floris iunci odorati, ſyriaci, aniſi, ſing.drach.duas, caſtorei drach. vnam ſemis,rhei Pontici drach.vnam ſcrupul.vnum,croci,aſari,ſing.drach.vnam,piperis albi ſcrup.duos ſemis,[a] paſtilli diocri drach.ſemis,amomi,piperis longi,ſing.ſcrupulum vnum,mei,iridis,ſing. drach.vnã,caſiæ ligneæ ſcrupul.duos,mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficere videtur.

a Diocri] Eius deſcriptio infrà inter paſtillos reperitur.

Cap. CCVII.

ANTIDOTVS ad ſtomachicos,omnémque calorem,febres acutas & ardentes vtilis. Capit ſantali ru-

A bei & albi,ſing.drach.vnam ſemis,ſpodii,berberis,portulacæ,intybi,ſeminis peponis,ſucci glycyrrhizæ,roſarum,violarum,nenupharis,ſing.drach.vnam, roſarum ſtillatitii liquoris & ſacchari,ſing.lib . vnam . Decoque ſaccharum cum ſtillatitio roſarũ liquore ad mellis craſſitudinem:dein prædictas ſpecies tenuiter tritas iniice.

Cap. CCVIII.

ANTIDOTVS conferens ſtomachicis.Iuuat cõctionem ventriculi,inflationémque diſſoluit : datur
B ante & poſt cibum.Habet cinamomi, zingiberis, ſing. drach.duas,caryophylli,galangæ,ſing.drach.vnam,nucis moſchatæ,ſpicæ,ligni aloes, cardamomi , maceris, ſing.drach.vnam. Quòd ſi hanc ipſam vt ventrem ſubducat efficere volueris,adiice dacrydii vnc.vnam,& turpeti boni vnc.vnam ſemis:dein adde ſacchari lib . vnã, aut quod ſatis eſſe videbitur,& ſtillatitii liquoris quantum opus erit. Confecta datur manè ieiunis pondere hexagiorum duorum & ſemis aut hexagiorum trium, pro viribus.

C
Cap. CCIX.

ANTIDOTVS tryphera Saracenica,efficax potiſſimùm ad melancholicos omnéque capitis ſtomachi & hypochondriorum,quod ex melancholia aut flaua bile exuſta oritur,malum. Accipit myrobalani citrini,caſiæ fiſtulæ,oxyphœnici,ſing. vnc.vnam ſemis, cepuli,mannæ,ſing.drach.ſex ſcrupulos duos ſitaria quinque,[a] rhei Indici,violarum,ſing.vnc.ſemis,aniſi, fœniculi,ſing.drach.duas ſitaria quindecim , ſpicæ,maceris, ſing.drach.vnam ſitaria ſeptem ſemis, myrobalani beli
D rici,emblitzi,ſing.drach.ſemis ſitaria quatuor.Poſthæc decoque viridium violarum vncias tres cum aquæ libris duabus:dein ferueſacito oxyphœnicum ac caſiam, probéque ſubacta colato,& iniice ſacchari lib.vnam ſemis & vnc.duas.decoque vſque ad mellis craſſitudinem ac ſubinde ſuprà ſcriptas ſpecies bene tritas iniice, & cõfectam antidotum dato.

e Rhei Indici] Græcè eſt ῥέȣ ἰνδικȣ̃.Vulgares Latini codices,ex quorum præſcripto Seplaſiarii ſua conficiunt medicamenta,legunt Indi.Sed neminem hactenus quid per Indi intelligendum fuerit,puto cognouiſſe.Rheum autem Indicum eſt id cuius hodie ſub Rhei barbari
E nomine in officinis vſus eſt,vt lib. 1 .de Compoſ.medic.cap. 83. abundè monſtrauimus.

Cap. CCX.

ANTIDOTVS Tryphera [a] magna,conferens ad muliebria mala à frigiditate nata. Datur cũ aqua cui incocta ſunt aniſum & fœniculum, vel cum vino tepido. Ad ſtomachi autem vitia ex decocto artemiſiæ & vino, præbetur ieiunis. Verùm ad muliebria mala accipe ex hac antidoto,& adiice illi artemiſiam bene tritam cum oleo [b] moſchato,& impone vt linamentum. His autem
F quæ haud cõcipiũt,potãdũ præbe cum vino in quo decocta ſit mandragora in balnei inſcenſu , confeſtimque concipiet. His qui noctu dormire nõ poſſunt , irrigato cũ lacte muliebri,& finge pilulas quas dormituris præbeto.Recipit opii drach.duas, cinamomi , caryophylli, galangæ,ſpicæ,zedoariæ,zingiberis,coſti, ſtyracis calamitis,calami odorati,cyperi,iridis,peucedani,acori,mãdragoræ,nardi Celticæ,roſarum,piperis,aniſi, apii , petroſelini ſeminis & fœniculi,ſinonis,dauci,hyſſopi, ocimi,ſing.drach.vnam,hyoſcyami drach.vnã , mellis At-
G tici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Magna] Nicolaus habet μάννα pro μάγνα:Latinam nanque dictionem corruptè, vt ſolet,exarauit. b Moſchato] Græcè eſt μετὰ μȣσελαίȣ. Eſt autem μȣσέλαιον,id oleum quod barbaram ſectantes medicinam corrupta voce Muſcellinum vocant,quum moſchatum à moſcho qui eius compoſitionem ingreditur, potius dicendum erat. Recipit autem oleum moſchatum, olei communis lib.ſex , lilii,folii, ſpicæ,coſti,maſtiches,ſingul.vnciam vnam & ſemis, ſtyracis calamitis,croci,myrrhæ,caſiæ ligneæ,xylobalſami,ſin.drach.ſex, caryophyllorũ, carpobalſami, bdellii, ſing.vnc.ſemis,nucis Indicæ drach.duas, moſchi drach.vnam,vini odori vnc.ſex. Coquito trita leuiter omnia in vaſe duplici ad vini conſumptionem.Oleum id roborat , calefacit, diſcutit.

H
Cap. CCXI.

ALIA antidotus tryphera quam Iſaac compoſuit. Prodeſt ad imbecillitatem ſtomachi & iecinoris, viréſque reparat.Concoctionem efficit,corpus calefacit,bonum corporis colorem reddit , flatus eminentiarum

diſſoluit,& ad venerea excitat. Capit olei amygdalini drach.quatuor,amygdalarum repurgatarum, turpeti, ſeſami,ſing.drachmas quatuor,cinamomi, caryophylli,myrobalani citrini,cepuli,emplitzi,behen albi,galãgæ,folii,maſtiches,cyperi,aniſi,piperis nigri, cardamomi,ſing.drach.ſemis,rhei barbati,menthæ , ocymi,ſin. gr. quindecim , mellis aut ſacchari quantum ſufficit. Datur quantitate nucis Ponticæ ex aqua tepida.

Cap. CCXII.

ANTIDOTVS triophyllos,conferens ad quartanas & quotidianas,data cũ vino veſperi . Habet piperis albi vnc.ſemis,piperis nigri,zingiberis, pyrethri , ſing. drach.duas,cumini vſti vnc.ſemis,piperis longi, petroſelini,ameos,ſeminis dauci,aniſi,helenii,ſpicæ,cyperi, ſeminis apii,ſeſelis,coſti,ſing.drach.ſemes , caryophylli drach.vnam ſitaria ſeptem ſemis , carnis palmularum duodecim,folia rutæ viridis vnc.I,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCXIII.

ANTIDOTVS è tribus ſantalis vtilis ad calorem ſtomachi,iecinoroſos, hydropicos & lienoſos. Recipit trium ſantalorum,roſarum,ſing.hexag. duo,rhei barbari,ſpodii,glycyrrhizæ,ſeminis portulacæ,ſingul.hexag. vnum ſemis,amyli,gummi Arabici,tragacanthæ, ſeminis peponis,cucumeris,cucurbitæ & citruli,intybi,ſingul.hexag.vnum,caphuræ ſcrup.vnũ,violarum vnc. ſemis,roſarũ quantũ omnium aliarũ ſpecierũ , droſati roſacei aut ſacchari quod ſatis eſt.Datur meridie ex aqua.

Cap. CCXIIII.

ANTIDOTVS Theodoretos,hoc eſt diuinũ munus conferens ad capitis dolorẽ,vitia thoracis,iecinoroſos,lienoſos,longis morbis affectos,melancholicos,hydropicos,pulmonarios,nephriticos,podagricos , & habentes linguam alligatam.Habet epithymi drach. tres, ſpicæ nardi,caryophylli,floris iunci odorati , rhei Pontici, agarici,balſami,myrobalani,ſing.drach. vnam ſemis,aloes flauæ drach.ſemis,croci,caſiæ,ſing. drachm. duas ſemis,mei drach.vnam,mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.Datur cochlearium vnum : mouet etiam aluum.

Cap. CCXV.

ALIA antidotusTheodoretos ad prædicta mala vtilis: potiſſimùm verò ad hemicranicos,capitis dolores, ad euaporationes à ſtomacho in caput ſublatas, ad linguã reſolutam & impeditã. Accipit aloes hepaticæ dr. tres ſitaria tria,cinamomi,cardamomi,acori,ſing. drachmas tres,croci,caſiæ ligneæ,rhei Pontici,ſing.drach. duas ſitaria quindecim,agarici dr.duas ſemis, ſpicæ nardi,coſti,maſtiches,aſari,ſymphyti,ſquillæ,ammoniaci, bdellii,hellebori nigri, hyperici , epithymi , polypodii, decocti braſſicæ,piperis albi & longi,ſing.drach . vnam ſemis,floris iunci odorati,zingiberis,myrobalani,colocynthidis,myrrhæ,ſagapeni,opopanacis,caſtorei,abſinthii,ariſtolochiæ longæ,petroſelini,gentianæ, amomi, ſing.ſcrup.duos,dacrydii,piperis nigri,ſing.ſcrup . vnũ, mellis aut ſacchari quantum ſatis videbitur.

Cap. CCXVI.

ANTIDOTVS alia Theodoretos,vt præcedens, iecori conueniens & eius obſtructiones auferens. Capit ſpicæ nardi,folii,caſiæ fiſtulæ,croci,caryophylli, floris iunci odorati,ſing.drach. ſex, anacardii dr . duodecim, rhei Pontici dr. duas,epithymi,ſaxifragi,piperis , ſing. drach.duodecim,aloes drach.vigintiquatuor, myrobalani,opii,balſami,ſingulorum drachmas ſex,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCXVII.

ANTIDOTVS alia Theodoretos valde vtilis.Habet [a] anacardii dr.octodecim,caſiæ dr.nouẽ,ſpicæ nardi,caryophylli,mei,agarici,floris iunci odorati,rhei Põtici,ſing.drach.nouem,epithymi,croci,piperis,ſing.dr. octodecim,aloes drach.trigintaſex,ſaxifragi,maſtiches, iridis Illyricæ,ſingulorũ drach.octodecim,myrobalani, caſtaneæ,drachmas nouem,mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Anacardii]Græcus codex habet ἄγνε καρδίας , hoc eſt, agni cordis,pro ἀνακαρδίας.

Cap. CCXVIII.

ANTIDOTVS Theodoretos anacardios.Prodeſt omni [a] magno morbo , item comitialibus , dæmonio vexatis,caput dolentibus,thoracis malis,pleuriticis,difficulter ſpirantibus,peripneumonicis & quibus in ventriculo cibus aceſcit & quibus [b] malign⁹ circa ſtomachũ & ventrẽ affectus eſt.His denique qui à lõgo morbo vix reficiũtur, & malo corporis colore ſunt præditi mirificè confert.Præterea quibus corpus in arquati colorẽ mutatur,& quibus aqua inter cutem [c] à pulmone effunditur,tabidis,nephriticis,&eis qui aſſiduè coli malo affliguntur.Eorum etiam qui toto corpore grauantur, habitum [d] corroborat . Quin & inordinatè veteraſcentibus [e] morbis prodeſt,febricitantibus [f] & ſtatim redeũtibus. Auxiliatur autem ſi per intermiſſionem data fuerit:podagricis quoque ante afflictiones data ſuccurrit . Egregiè autem ad muliebria vitia conducit in quorum numero vrinæ ſtillicidium aut purgatio cum ſtrangulatu accidẽs,aut præfocationes vterinæ nominatæ ſunt. His denique quibus abortus fiunt propter habitum corporis:[g] aluum etiã ſoluit.Vteri recurſum,inflãmationes & [h] eiuſmodi furorem ſanat.Et vt ſimpliciter dicam, [i] eſt diuinum donum.Quiſquis enim ea vſus fuerit , ſucceſſum proſperum ſentiet:ſi verò quis vere & autumno ſemel aut bis ea vtatur, [k] neque circa victus rationem magnopere delinquat,nullis morbis obnoxius fiet . Data Ponticæ nucis quantitate omnia diſſoluet : manè verò hãc ſumere oportet.Habet ſpicæ nardi,folii,caryophylli,croci,caſiæ,epithymi,floris iunci odorati,myrobalanorum,ſing.drach.tres,aloes flauæ drach.duodecim,caſtaneæ,zingiberis,maſtiches,ſing.drach.vnum,iridis Illyricæ drach.ſex,anacardii,agarici,ſing.drach.vnam, aſari drach.ſex,ſeminis apii drach.vnam,coſti drach.vnã ſemis,piperis drach.tres,fœniculi & ſucci eius, ſing. dr. octo:fœniculum tunde in mortario & macerato in aceto diebus tribus ac bene decoquito & colato diligenter. Adiice mellis Attici quãtum ſuffecerit aut ſacchari:rurſuſque ad mellis craſsitudinem decoquito. Species ſimul tundantur & læuigentur bene.Quòd ſi copia ſit fœniculi exprime ſuccum,& meliorem facies antidotum.

a Magno]Græcè eſt πρὸς πᾶσαν ἱερὰν νόσον . Nemo autem eſt qui neſciat Græcos appellare ἱερὸν quicquid ingens ac præclarum haberi volebãt:Sic ἱερὰν θάλασσαν,magnũ mare,ἱερὸν ἴλεον,ἱερὸν ἰχθὺν, &c. dixerunt.In Aetio à Cornario conuerſo,lib.nimirum 13.cap.112 . vbi eadem antidotus reperitur,legitur ad totum hominem vtilis . Quæ ſi lectio vera eſſet,quod ſcire non poſſum(deſtituor enim ea parte Græci codicis Aetii)ſcribendum foret πρὸς πάντα ἄνθρωπον. Sed nihil dubito quin ſcriptum fuerit vt eſt in Nicolao, πρὸς πᾶσαν νόσον,legiſſe Cornarium αἶον pro νόσον.Nam eiuſmodi errata multa in conuertendo Aetio admiſit. b Malignus]Græcè legitur καὶ οἷς ἡ πονηρὰ περὶ τὴν κοιλίαν ἢ τὸν στόμαχον,non abſoluta ſententia. adiiciendum enim erit διάθεσις · vt ſit ſenſus,Et quibus malignus aliquis circa ventrem & ſtomachum affectus eſt.Sic enim Aetius quoque legit niſi quòd perperã interpres Cornarius hunc locum reddiderit,χρονικὰ pro πονηρὰ legens, hoc eſt diuturnus pro malignus. c A pulmone] In Aetio hæc verba deſiderantur,& ſimpliciter legitur,quibus aqua ſubter cutem effundi incipit. d Corroborat]Græcè eſt ἀνδρώνυσι,id eſt virilem reddit.Puto autem legendũ eſſe ῥώμνυσι,vt Aetius habet. e Morbis]Græcè eſt ἐγχρονίζουσι νοσήμασι . Aetius autem legit πυρετοῖσι, id eſt febribus. f Et ſtatim redeuntibus] Græcè ſcribitur ἐφιδρῶσιν εὐθέως.Aetii interpres conuertit per circuitum redeuntibus,vt haud dubiè lectio Nicolai ſit deprauata . quam quiuis ex Aetio Græco , quo hac in parte(vt antea eſt etiam commemoratum) deſtituimur,facilè reſtituet. Legendum autem eſſe coniicio in hunc modum, καὶ τοῖς ἀτάκτως ἐγχρονίζουσι πυρετοῖς καὶ περιοδικοῖς,Hoc eſt,febribus citra ordinem veteraſcentibus , & per circuitum redeũtibus. g Alutum ſoluit]Græcè eſt τὴν κοιλίαν ſimpliciter.ſed adiiciendum ſoluit : ita enim interpres Aetii Latinus conuertit. Eſt autem nuſquam ferè deprauatior Nicolai codex quàm hoc in loco,cui tamen facilè mederi potuiſſemus,ſi Græcus Aetius ad manum fuiſſet.Temere itaque aliquid in Nicolai contextu mutare,conſilium non fuit. h Eiuſdem furorem]Græcè eſt μητρομανίας.Sic fortè vocat vteri inordinatum motum. i Eſt diuinum donum] Locus hic in manuſcripto codice prorſus deprauatus eſt:ita enim in eo ſcribitur , εἰς ὕδωρ ὅσα ἐὰν,falſò quidem pro θεῖον δῶρον.ὅστις γὰρ ἦ χρώμενος.Sic enim eſſe legendum, ex Aetii interprete Latino quiuis promptè colligit. k Neque circa victus rationem] Hæc omnia in manuſcripto Nicolai codice deſiderantur.Adiecta autem à nobis ſunt ex Aetii ſententia.

Cap. CCXIX.

ANTIDOTVS alia anacardios. Confert comitiali morbo correptis, apoplecticis, paraplecticis, quibus ſcilicet ex melancholico humore & pituita malum fit. Mirificè etiam vitiis muliebribus prodeſt. Accipit aloes flauæ vnc. vnam ſemis, iridis, caſiæ ligneæ, ſing. drachmas ſeptē, zingiberis, anacardii, carpobalſami, ſing. drach. quatuor ſemis, folii, ſpicæ, myrobalani, mei, epithymi, ſing. drach. tres ſcrup. vnum, caryophylli, floris iunci odorati, rhei Pontici, maſtiches, ſing. drach. vnam ſitaria tria ſemis, corticis radicis fœniculi lotæ lib. vnā. Impone duabus aceti boni libris, & dimitte illic diebus ſeptem: dein decoquito & colato, adiicitóque mellis Attici puri lib. duas, aut ſacchari quod ſatis eſt, & decoque ad mellis conſiſtentiam, ac iniice ſpecies probè tritas, & ſubactas recōnde in vaſe, & vſu exigente præbeto.

Cap. CCXX.

ANTIDOTVS Pauli nominata, conferens raucitati, voci amiſſæ, difficultati ſpirandi, nonniſi recta ceruice ſpirantibus, ægrè à thorace ſordes extuſſientibus, dyſentericis, ſtomachicis, colicis, pulmonariis, & cœliacis. Habet ocimi, amomi, folii Indici, ſing. ſcrupul. quinque, floris iūci odorati, ſucci hypocyſthidis, caſiæ, roſarum aridarum, ſing. hexag. vnum ſemis, pyrethri, thuris, ſing. hexag. tria, croci, euphorbii, fœniculi ſeminis, rhois Syriaci, ſeminis aniſi, aſari, cardamomi, ſing. vnc. ſemis, cinamomi, petroſelini, dauci, bdellii, ſulphuris viui, hyoſcyami ſeminis, rutæ, ſing. vnc. vnam, papaueris vnc. quatuor, ſpicæ nardi, iridis, opii, piperis, balſami, ſing. hexag. vnum ſemis, mellis Attici aut ſacchari quantum ſatis erit. Datur vtentibus iam dormituris vncia vna, aut manè ieiunis.

Cap. CCXXI.

ANTIDOTVS tryphera dicta è ferro, prodeſt frigiditati & humiditati ventriculi, atque inflationi. Purgat frigidos humores & putridos in ſtomacho & vniuerſo corpore repertos. Vtilis etiā ad eminentias, vtpote quas diſſipat. Recipit cepuli vnc. tres, belirici, emblitzi, glycyrrhizæ, zingiberis, ligni aloes, nucis moſchatæ, gallæ moſchatæ, roſarum, ſpicæ iunci odorati, maſtiches, ſing. drach. decem, moſchi drach. vnam, raſuræ [a] ſtomomatis ferri puri lotæ in aqua fluenti octies, libr. vnam, olei amygdalarum vnc. tres, mellis vel ſacchari quod ſufficit.

a Stomomatis] Eſt autem ſtomoma, ferrum quod in vſum aliquem formatum eſt, hoc eſt in alicuius inſtrumenti formam redactum, ac chalybe roboratum: à verbo Græco στομόω, quod roboro ac quaſi os & aciem gladii firmo ſignificat.

Cap. CCXXII.

ANTIDOTVS è galanga, conferens vt præſcripta. Habet ligni aloes, galangæ, ſing. drach. ſex, caryophylli, maceris, libyſtici, ſing. drach. duas, zingiberis, piperis albi & longi, cinamomi, ſing. drach. duas ſemis, calaminthæ, ſucci menthæ, ſing. drach. vnam, ſpicæ, ſeminis apii, fœniculi, aniſi, carnabadii, calami odorati, ſing. drach. vnam ſemis, ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCXXIII.

ANTIDOTVS è moſcho, quæ prodeſt ad omnē mali habitus affectum, iecinoroſis, ſtomachicis & lienoſis. Corroborat etiam habitum ad nutrimentum extremarum partium, atque recreat corpus. Datur cum vino nucis auellanæ quantitate. Accipit ſampſychi, libyſtici, corymborum thymi, xylobalſami, maſtiches, myrobalani, ſing. drach. vnam, floris iunci odorati drach. ſemis, ſagapeni, caſiæ, caryophylli, piperis longi, ſing. drachmam ſemis, aſari, zingiberis, cinamomi boni, ſingul. drach. vnam, rhei, pulegii, ſeminis apii, petroſelini, dauci Cretici, ſing. drach. ſemis, margaritarum drach. vnā, berberis drach. ſemis, oſſa cordis ceruini quatuor, moſchi hexag. vnum, aut drach. vnam, ſitarium vnum, ſeri ci cremati drach. vnam ſemis, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſatis eſt.

Cap. CCXXIIII.

ANTIDOTVS è pſyllio, conducit febribus acutis, ardentibus, & nominatis lipyriis. Calori denique iecoris, & immodicæ ſiti. Capit bugloſſi, [a] boraginis, ſeminis apii, & intybi ſuccorum, ſing. lib. duas. Vbi [b] coquendo deſpumati & probè repurgati fuerint, adiiciantur cuſcutæ & ſenæ, ſing. vnc. ſemis, [c] capilli veneris faſciculus vnus, fumariæ vnc. tres, aſari drach. quatuor, ſpicæ drach. duæ. Iniecta hæc & commixta cum ſuccis ferueant quoad dimidium eorum abſumatur, dein ab igne remoueantur, dimittantúrque donec refrigerētur: poſtea fricentur, & manibus probè ſubigantur donec omnia ſimul in ſuccum redigantur. Quo facto, adiice violarum vnc. tres, epithymi vnc. duas, [d] rurſúſque parum decoque. Poſtea amoueto ab igne, & iniice pſyllii vnc. tres, & iterum decoque parúmque agitato, & ſubigito colatóque. Accipe decocti colo tranſfuſi lib. quatuor, ſacchari lib. tres, & coque ad mellis conſiſtentiam. Si vis efficere vt ſubducat aluum, dacrydii vnc. tres bene tritas iniice & ſubigito, parúmque decoquito: poſtea adiice paſtillorum diarhodôn, è ſpodio, è rheo barbaro, ſing. vnc. vnam, paſtillorum è berberis vnc. ſemis. Tritos & ſimul in lebete cum prædictis ſubactos, in vaſculo repone.

a Boraginis] Nicolaus hanc dictionem corruptè protulit: πουράκιν enim habet. Intelligendam verò eſſe boraginem hodie vocatam, ex Meſue ſatis liquet, qui hanc antidotum deſcripſit ante Nicolaum. Fuit enim poſterior Meſue Nicolaus, adeóque multas ex eo compoſitiones ad verbum tranſcripſit. b Coquendo] Ante hæc verba, abundant quæ in manuſcripto codice habentur: hæc ſcilicet, κούσκουτε, σένε, ἀνὰ οὐγ. ς΄. καπίλα βένερις τοὺς ζαμοὺς, ideóque in noſtra conuerſione omiſſa ſunt. Et redundare, Latini Meſues codices clarè oſtendunt. Repetuntur etiam ſtatim in Nicolai manuſcripto exemplari.
c Capilli veneris] Nicolaus habet καπίλα βένερις, Latinas voces Græcis (vt ſolet) literis exarans. d Rurſúſque parum] Ante hæc verba in manu ſcripto codice legitur, καλοῦ δὲ καρπου. At videntur hæc abundare, quòd ſcilicet poſt ponderis expreſſionem adiecta ſint, & in Meſue non habeantur. Quòd ſi tamen ad epithymum ſint referenda hæc verba, non aliud certè iis ſignificare voluit Nicolaus, quàm quòd epithymum debeat eſſe bonum & ſemine plenum.

Cap. CCXXV.

ANTIDOTVS [a] panchreſtos, hoc eſt per omnia vtilis, efficax ad omnem imbecillitatem, & vniuerſa mala: præcipuè verò iis qui vigilia citra ſoporem opprimuntur, confert. Defluxionem capitis ſiſtit. Cardiacis, nephriticis, cœliacis, mulieribus moleſtatis & vigilantibus auxiliatur. Stomacho defluxione laboranti, pulmoni & thoraci, ſanguinem cum pituita excreantibus ſuccurrit, ita vt ſanguinem ſiſtat, & tuſſim ſedet. Prodeſt item tabidis, ægrè è thorace excrementa excreantibus, [b] hecticis, corde perculſis, iecinoroſis, dyſentericis, cibū non appetentibus & non rectè concoquentibus, verùm cibum vomentibus. Iis denique qui in veſica & pene vlcera habēt. Facit ad podagricos, arthriticos, iſchiadicos, & vulnera quæ per chirurgiam fiunt. Ad febres quotidianas, tertianas, hemitritæos, quartanam, & ad omnes febriles affectus. Qui hanc antidotum bibunt, plurimū [c] ſudant, ita vt diſſoluantur. Parum itaque nutrimenti viníque dandum in omnibus quidem citra id vt ſtomachus lædatur & vt caput alleuetur: corde perculſis cum aqua haud datur, ſed cum mero. Accipit papaueris magni hexag. quatuor, hyoſcyami albi ſeminis, ſucci glycyrrhizæ, rhei Pontici, corticum mandragoræ, ſingul. vnc. duas, aniſi ſcrūp. vnum ſemis, ſpicæ nardi, caſtorei, ſagapeni, opii, ſing. vnc. vnam. Tuſa & cribrata diligenter excipe ſapa veteri aut paſſo Cretico, & finge paſtillos pondere duorum ſcrupulorum. Dantur vna vice ſinguli paſtilli, adultis: iunioribus autem, ſcrupulus vnus ſemis: pueris autem minoribus, [d] ſcrupulus vnus.

a Panchreſtos] Græcè eſt πάγχρηστος. Sic autem dicta eſt ab omnimoda vtilitate, non autem vt inepti quidam ridiculè admodum interpretantur, à πᾶν, quod eſt totum, & χριστὸς, id eſt criſmate vncta. Quid enim hac interpretatione ineptius excogitari poſſet? b Hecticis] Græcè ſcribitur ὀνεκτούτων, pro ἑκτικῶν haud dubiè. c Sudant] Perperam ἐξυδρῶσι pro ἐφιδρῶσι ſcriptum eſt in manuſcripto codice. d Scrupulus] Græcè eſt σταθμὸς ά, pro γράμμα ά.

Cap. CCXXVI.

ALIA panchreſtos minor, confert ad ſtomachi & inteſtinorum inflationem, tuſſientes, cœliacos, ac dyſentericos. Præterea dolorem mitigat, ſomnúmque inducit. Habet ſeminis papaueris, opii, ſing. drach. quatuor, hyoſcyami, glycyrrhizæ, ſingul. drach. duas, ammoniaci

thymiamatis drach. vnam ſemis, caſtorei, croci, aniſi, mandragoræ radicis corticis, ſing. vnc. vnam, mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſſe videbitur.

Cap. CCXXVII.

ALIA antidotus panchreſtos, admodum laudata. Accipit piperis dr. duas, coſti, croci, myrrhæ, ſingul. drachmam ſemis, ſtyracis drach. vnam, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCXXVIII.

ANTIDOTVS [a]panacea. Facit ad eos qui per circuitum à rigore infeſtantur. Deſtruit febres diutinas ac reliquos morbos. Confert ad tuſſim veterem, eos qui ægrè ex thorace ſordes extuſſiunt, tabidos, [b] ſuppuratos, nonniſi recta ceruice ſpirantes, conuulſa, rupta, inueteratas inflationes, lienoſos, hydropicos, nephriticos, lapides conterens. Eſt autem ſelecta. Capit piperis albi drachmas tres, ſeminis hyoſcyami drach. duodecim, cardamomi drach. duas, zingiberis, opii, ſing. drach. duodecim, ariſtolochiæ longæ, corticis mandragoræ, euphorbii, ſulphuris ignem non experti, coſti, ſing. drach. tres, ſeminis apii, fœniculi, aniſi, ſing. ſitaria octo, caſtorei ſitarium vnum ſemis, thuris, ſtyracis, caſiæ, ſing. drachm. duodecim, croci drach. decem, folii, caryophyllorum, ſing. drach. quatuor, mellis Attici vel ſacchari quantum ſufficit. Datur nucis Ponticæ quantitate.

a Panacea] Græcè falſò πανάκλεια pro πανάκεια ſcribitur. Sic enim dicta eſt ab omnimoda medelæ efficacia. Eſt autem Antonii Muſæ Panacea, quam deſcribit Galenus lib. 7. De comp. medic. localiũ, cap. 5. b Suppuratos, & nonniſi recta ceruice ſpirantes] Manuſcriptus Nicolai codex legit ἑλκωμένης καὶ δυσπνερικοὺς: at falſò. Legendum enim, vt è Galeno ſatis liquet, ἐμπυϊκοὺς καὶ δυσπνοϊκούς.

Cap. CCXXIX.

ANTIDOTVS Ægyptia magna, per annum data. Podagricos pota ſanat, dolores manuum, articulorũ, capitis, ſtomachi, oculorum, iecoris, lienis, renum, difficultérque mingentium. Callos & concretas iuxta articulos carnes diſſoluit. Recipit rhei Pontici, mei, ſing. drach. duas, agarici, hyperici, ſing. drach. quinque, phu drach. tres, petroſelini Macedonici drach. quatuor, gentianæ drach. ſex, ariſtolochiæ drach. ſex, centaurii drach. octo, chamædryos drach. quatuor. Datur viris ſcrupulus vnus, mulieribus autem ſcrupulus ſemis. Prædicta verò omnia cum melle Attico vel ſaccharo cõmiſcentur ſufficienti. Hæc verò antidotus conſtituta eſt quodammodo vt ſingulis menſibus detur. Menſe Septembri, datur tertio quoque die. Menſe Decembri, datur quarto quoque die. Menſe Ianuario, datur ſingulis diebus. Menſe Februario, ſecundo quoque die. Menſe Martio, tertio quoque die. Menſe Maio, datur quarto quouis die. Menſe Iunio, ſecundo quoque die. Menſe Iulio, datur tertio quouis die. Mẽſe Auguſto, datur ſingulis diebus. Qui ſumpturus eſt hanc antidotum, eum oportet abſtinere à carnibus bubulis, & porcinis, leporinis, braſſica, ſinapi, omnis generis crudis oleribus, & aqua gari. Pedes promptè in aqua calida lauare, liliaceo oleo inungere, & lac ordine quodam pauliſper potare conuenit. Datur vt prædictum eſt.

Cap. CCXXX.

ANTIDOTVS alia, dicta Ægyptia magna. Ad omnia vt ea quæ præcedit conducit, & plus. Habet zingiberis, opopanacis, liquoris Cyrenaici, carpobalſami, ſing. drach. vnam, euphorbii, croci, ſeminis apii, ſingul. drach. duas, hyſſopi, ſinapi, ariſtolochiæ, ſing. drachmas tres, pyrethri drach. quatuor, ſeſelis drach. quinque, chamæmeli, iridis, ſalicis, ſing. drach. ſex, origani drach. ſeptem, thymi drach. octo, ſpicæ nardi drach. nouem, abſinthii drach. tres, caſtorei drach. tres, gentianæ, marrubii, ſing. drach. quatuor, centaurii drach. quinque, ſymphyti drach. ſex, lauri, foliorum citri, ſing. drach. ſeptẽ, anchuſæ, ſilphii, ſing. drach. octo, amomi, cardamomi, ſing. drach. nouem, cumini Æthiopici, cocci Gnidii, chamædaphnes, terræ Samiæ, ſing. drach. decem, terræ aſteris drach. vndecim, Lemnii ſigilli, amyli, ſing. drachmas duodecim, cyperi, fœniculi, terebinthinæ, ſing. drachm. tredecim, eryngii, pæoniæ, helenii, radicis rubi, rhei, peucedani, ſingul. drach. quatuordecim, artemiſiæ, ſtyracis, ſing. drach. quindecim, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur in prædictis malis.

Cap. CCXXXI.

ALIA antidotus, Ægyptia parua. Eſt etiam ad prædicta vtilis, potiſſimùm verò ad vrinæ difficultatem. Capit rhei drach. tres, petroſelini drach. quatuor, gentianæ, phu, centaurii, ſing. drach. ſex, ariſtolochiæ rotundæ drach. ſeptem, chamædryos drach. octo, coronopodis drach. quatuor, cinamomi drach. vnam, hermodactyli dr. quatuor, ſaxifragi, polypodii, ſing. drachm. quatuor, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis videbitur.

Cap. CCXXXII.

ANTIDOTVS alia Ægyptia, quam inueni per experientiam. Plurimùm efficax ad omne malum. Dicta eſt Climax, ſcaláve ſacra. facit ad omnem affectum viſcerum. Sanat podagricos per annum pota: nec ſinit malum ad principes partes peruenire, ſed materiam ſenſim conſumit. Aduerſatur temporum, aquarum, & aeris nouitati. facit ad eos qui ſanguinẽ ſpuunt, calculoſos, difficultate vrinæ laborantes, pleuriticos, peripneumonicos, tabidos, difficulter ſpirantes, cœliacos, dyſentericos. Plurimùm verò ſtomachicis ſuccurrit. Vtor etiam in iis qui [a]peſte laborant, item tonſillis, anginâque correptis, ac omnis generis putredinibus, & dentium. Ac omnino dyſentericis per ſedem iniicitur. Mulieribus præfocatione vteri laborantibus pro peſſo ſubiicitur. Confert iis qui ab humiditate multa ortis, & per circuitus reuertentibus morbis laborant. Ad omnia venenata animalia, venena, & à rabidis animantibus demorſos. Eximiè conducit omnibus iis qui defluxione laborant. Abolitam appetentiam & cruditatem ſanat: maximè verò diuturnam. His præterea prodeſt qui per totam hyemem defluxione infeſtantur, & podagra, morbo comitiali, furore, & omnibus diuturnis malis, pota fabæ Ægyptiæ magnitudine, idque ad prouidendum. Iis verò qui à ſerpente aut rabido cane morſi ſunt, & in omni veneni ſuſpicione, datur nucis Ponticæ magnitudine. Habet myrrhæ, opopanacis, liquoris Cyrenaici, ſingul. drach. ſemis, carpobalſami, euphorbii, croci, petroſelini, ſing. drach. vnam, hyſſopi Cretici, abſinthii, rhei, ſinapi, caſtorei, ſing. drach. vnam ſemis, ariſtolochiæ lõgæ, gentianæ, pyrethri, marrubii aridi, ſing. drach. duas, ſeſelis, centaurii, aniſi, piperis albi, ſing. drach. duas ſemis, chamæmeli aridi, iridis Illyricæ, ſymphyti, chamædryos, ſing. drach. tres, baccarum lauri ſiccarũ, ſeminis ſalicis, foliorum citrii, ſquillæ aſſæ, ſing. drach. tres ſemis, anchuſæ, tragorigani, ſilphii, thymi, ſing. [b]drach. quatuor, amomi, ſpicæ nardi, caſiæ, ſing. drach. quatuor ſemis, cumini, caſiæ ligneæ, grani Gnidii, cnici, ſing. drachmas quinque, chamædaphnes, balauſtiorum, [c]Selinuſiæ, Samii aſteris, ſingul. drach. quinque ſemis, Lemnii ſigilli, amyli, aluminis rotundi, omphacii, ſing. drach. ſex, cyperi, ſeminis fœniculi, rutæ, terebinthinæ, ſingulorum drach. ſex ſemis, rubi, pæoniæ, rhei Pontici, helenii, ſingulorum drach. ſeptem, peucedani, artemiſiæ, ſtyracis ſelecti, ſing. drach. ſeptem ſemis, mellis Attici aut ſacchari quantum ſatis videbitur.

a Peſte laborant] Græcè malè legitur λιμαντώντων, pro λοιματτόντων. Eſt enim λοιμάττειν peſtilentia laborare. Sic autẽ eſſe legendum, ſequentia ſatis conuincunt: Ait enim Nicolaus, hanc ad venena etiam plurimùm conferre. b Drachmas quatuor] Græcè non rectè ſcribitur, L. η. id eſt drach. octo. Nam quũ Climax ſit hæc antidotus, quatuor legas oportet, niſi ordinem numerorum temerè turbare velis. c Selinuſiæ] Terræ ſelinuſiæ meminit Dioſcorides, & poſt eum Galenus.

Cap. CCXXXIII.

ANTIDOTVS alia Ægyptia nobilis, conferens ad multorum malorum dolores pariter, & ad alia quæ prædicta ſunt vitia. Accipit piperis albi hexag. tria, opii hexag. tria drach. ſemis, hyoſcyami drach. vnam gr. quindecim, croci hexag. quatuor ſemis drachm. vnam, hyſſopi, pyrethri, folii, dauci Cretici, ſing. drach. ſemis, ſpicæ nardi hexag. tria drach. vnam, rutæ ſiccæ, caſiæ, ſing. gran. duo ſemis, ſeminis apii drach. ſemis, opobalſami, petroſelini, ſing. drach. vnam, roſarum aridarum ſcrupul. duos & quartam partem, mellis cocti cyathum

A ſemis,aut quod ſatis eſt:aut ſacchari.Hanc cōfectā repone diligeter in vaſe vitreo,& dato fabæ Ægyptiæ magnitudine.Comixtio fit cyathis tribus:in colicis cum aqua frigida,iecinoroſis cum mulſo: comitiali correptis ſimiliter:febricitantibus cum aqua,nephriticis, calculoſis,difficultate & ſtillicidio vrinæ moleſtatis cum condito.morbo regio citra febrem correptis,cum vino. Iis verò qui à frigore læduntur,ante inuaſionis horam dato cum mero:dolore dentium infeſtatis,erui magnitudine:ſanguinem excreantibus,lienoſis cum poſca, diffi culter & nonniſi recta ceruice ſpirantibus ſimiliter **B** præbeto,cruciatu inteſtinorum moleſtatis cum mulſa, inflatis cum temperato liquore:ſingultum & omnem refrigerationem abolet:ſi à mulieribus ſumatur, menſtrua ducit.Tuſſientibus dato cum tẽperato liquore.

Cap. CCXXXIIII.

ANTIDOTVS aromatica odoratáve nominata. Confert deprauatum ſtomachum habentibus, diuturnis oris ventriculi,& ipſius ventriculi affectibus,iecinoroſ ſq;.Datur no febricitantibus nucis Poticæ quantitate ex vino:febricitantibus verò cum mulſa.Capit cina- **C** momi,caſiæ,ſing.hexag. quinque, malabathri, nardi, ſing.hexagia duo,zingiberis hexag.vnum,piperis communis hexagia tria,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCXXXV.

ANTIDOTVS aduerſus venena,Democratis.Habet foliorum rutæ aut ſeminis eius,origani,gumi, grani ſalis,nucis regiæ.Hac trita [a]excipe cum caricis, à lectóque excitatus comede ieiunus. ita commixta mortẽ ſugabit.Eſt admodum nobile aduerſus lethalia reme- **D** dium.

a Excipe]Græcè malè ſcribitur βαλὼν ἰσχάδων μέσων proἀναβάλλων μετὰ ἰσχάδων ἔσθιε,cum caricis excepta comede.

Cap. CCXXXVI.

ANTIDOTVS ex eruis,faciens ad tuſſientes,de ſtillatione è capite laborantes,& ad thoracis raucitatẽ. Habet piperis communis drach.duas,tragacanthæ, ſtyracis,terebinthina,thuris maſculi, glycyrrhizæ, hyſſopi,aniſi,iridis,amygdalarum dulcium,erui, ſeſami puri zingiberis,nucum pinearum,croci,boli Armenii,ſin **E** gulorum drachmas tres,mellis Attici aut ſacchari quãtum videbitur ſufficere.

Cap. CCXXXVII.

ANTIDOTVS ex eruis,conferens tabidis, ægrè è thorace excrementa educentibus, & omnis generis tuſſi.Accipit petroſelini Macedonici,hyſſopi aridi, rutæ viridis,iridis,piperis,pinearum toſtarum, eruorum, palearum pulegii,maſtiches,ſeminis vrticæ toſti, ſing. drach.vnam, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur quatitate nucis Ponticæ cum temperato liquo- **F** re.Pari ratione facit etiam ad iecinoroſos,& ſi abſceſſus eſt in internis.

Cap. CCXXXVIII.

ANTIDOTVS è calamintha,vtilis ad menſes educendos.Recipit ſaluiæ drach.ſemis, calaminthæ montanæ,petroſelini,pulegii,ſing.drach.duas,ſeminis apii drach.quatuor,thymi corymborum drach.vnam,libyſtici drach.ſex,piperis drach.vnam, ſpicæ nardi drach. ſemis,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCXXXIX. **G**

ANTIDOTVS Philoxenios confert ad omnem morbum,deſtillationem,peripneumonicos,omniáque corporis mala.Habet gentianæ, ariſtolochiæ longæ & rotundæ,baccarum lauri,marrubii,myrrhæ, ſingul. dr. vnam,mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCXL.

ANTIDOTVS alia Philoxenios, præſcripto melior exiſtens.Facit ad empyicos ſeu ſuppuratos, & diu defluxione tentatos:pituitam celeriter extrahit,pulmonémque purgat.Ad mala diuturna tuſſem afferẽtia eſt **H** admodum efficax & vtilis.Recipit terebinthinæ drach. viginti,ſpicæ nardi dr.ſedecim, myrrhæ troglodyticæ, galbani,ſingulorum drach. ſeptem,ariſtolochiæ longæ drachmas duodecim,cardamomi drach.vnam,amygdalarum amararum,mellis Attici aut ſacchari quãtũ ſufficit.datur fabæ Ægyptiæ quantitate cum mulſa.

Cap. CCXLI.

ANTIDOTVS Xoarchia,quam accepi à ciuitate Alexandria.facit ad omnem imbecillitatem, frigus, quotidianam,tertianam,& quartanam febres.Item dyſentericos, difficulter ſpirantes, crebrò iis curationem afferens.Accipit myrrhæ,hyoſcyami,ſing. drach. tres, ariſtolochiæ longæ drach.vnam,piperis albi drach. ſemis,opii ſitarium vnum,euphorbii,croci, ſing. drach. ſemis,mellis Attici vel ſacchari quod ſufficit.Datur ante rigorem hexagium vnũ cum aqua: dyſentericis autem vncia vna ex vino.

Cap. CCXLII.

ANTIDOTVS Philonis à philoſopho quodam cōpoſita.Habet cinamomi dr.quinque,myrrhæ, caſtorei,dauci Cretici,cardamomi,ſing.drach.tres,croci, ſpicæ nardi,ſing.drach.vnam,piperis albi drach.decem,ſeminis hyoſcyami,euphorbii,pyrethri,ſing.drach. vnã, caſiæ drach.duas, mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt.Datur ad malum ſtomachi fabæ quantitas cũ ſucci hypociſthidis [a]cotyla ſemis,& vini cotyla vna.Hydropicis pariter cum ſucci hypociſthidis & poſcæ cotylis tribus.Nauſeabundis & ſtomacho commorſis,nucis Põticæ magnitudo cum decocto abſinthii, aut thymi, aut pulegio,cotylarum trium. Difficulter & nonniſi recta ceruice ſpirantibus,cum poſca nucis auellanæ quantitas.tabidis & tuſſientibus datur ſimiliter.

a Cotyla ſemis] Græcus manuſcriptus codex habet μετὰ χυλοῦ ὑποκισθίδος ς, omiſſo nomine põderis. Addendum itaque κοτύλης, & legendum μετὰ χυλοῦ ὑποκισθίδος κοτύλης ς. vt nos conuertimus.

Cap. CCXLIII.

ANTIDOTVS Philonis datur colicis, pleuriticis & in omni dolore interno:ſomnum conciliat. Mirabile ad nauſeabundos,& eos qui ſtomachi morſu laborant,ad difficulter ſpirantes, aſthmaticos, ſanguinem ab internis reiicientes,data cum poſca. Tuſſientibus & tabidis cum cremore ptiſanæ data confert: ad tuſſim aridam cum mulſa.Eſt verò eiuſmodi antidotus etiam ad cœliacos experta.Capit croci drach.duas ſemis, ſpicæ nardi drach.duas,euphorbii drach.tres, pyrethri dr. vnam ſemis,opii drach.quatuor,piperis comũnis,hyoſcyami,ſingul.drach. decem, mellis Attici aut ſacchari quod ſufficit.vtendum illa poſt menſes ſex. datur Ponticæ nucis quantitate.

Cap. CCXLIIII.

ANTIDOTVS Philonis,conferens ſtomachicis, difficulter ſpirantibus,iecinoroſis,defluxione in thoracem & vuam laborantibus.Summè verò facit ad calculoſos:lapides enim conterit. ſanat etiam orthopnœam & anginam.Accipit folii drach.vnam, ſeminis rapi, amygdalarum amararum,piperis albi,phu, ſingul. drachmam vnam,cinamomi,cumini,aniſi,rubricæ ſinopicæ,ammoniaci thymiamatis,ſing.drach.duas, roſarum aridarum,rutæ ſiccæ,polii,ſingul.drach. vnam, ſcordii herbæ,myrrhæ,ſeminis dauci Cretici,agarici,acori, ſingul.drach.duas,ſeminis apii,croci, caſiæ, vuæ Creticæ, ameos,nardi Celticæ,ſing.drach. duas, opobalſami dr. tres,pinearum nucum,petroſelini Macedonici,ſing.dr. vnam,mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit. Datur Ponticæ nucis quantitate ex mulſa vna mixtione. nephriticis cum condito datur.

Cap. CCXLV.

ANTIDOTVS dicta ſanitas.Hanc qui habet,citra timorem longam viam conficit. Ad omnia enim facit.ad lethalia venena efficax eſt: pleuriticos, lienoſos, cardiacos,peripneumonicos,diffi culter ſpirantes,tuſſiẽtes,dyſentericos,ileoſos,ſtomachicos, lippitudine laborantes,angina correptos,data duobus diebus ſanat:ſimiliter podagricos iuuat. Recipit rutæ ſylueſtris, marrubii aridi,ſingulorum drachmas duas ſemis,myrrhæ troglodyticæ drachmas tres,croci,floris iunci odorati, pi-

peris albi,ſpicæ nardi,ſing.drach.vnam ſemis, coſti, opopanacis,gentianæ,cardamomi,galbani, ſing .drach. duas ſemis,opii drach.quinque,hyoſcyami drach.octo, ſtyracis calamitis drach.duas ſemis,euphorbii, mandragoræ corticis,ammoniaci,radicis eryngii,roſarum aridarum,ſing.drach.vnam ſemis,carpobalſami,dauciCretici,ſing.drach.duas,eupatorii, libyſtici fœniculi ſeminis,ſing.drach.duas,ſeminis trifolii, polii, terebinthinæ,ſingulorum drach. duas, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Hæc ſemper in prædictis malis danda eſt confidendo in Domino: eſt enim à Deo donata. datur pondere drachmæ vnius.

Cap. CCXLVI.

ANTIDOTVS ex Aſaro.Facit ad omne malum, iecur, lienē, hydropicos,ſtomachicos,vertiginoſos,lienoſos,furioſos,ad diutinas febres,rigorem, tertianam, quartanam,& quotidianam.Habet aſari drach.tres,polypodii drach.vnam ſemis,alypiadis drach.decem,ſeminis cucurbitæ drach.tres,eupatorii drach.tres, aloes hepaticæ drach.ſex,piperis drach.duas, myrrhæ dr. duas. mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.

Cap. CCXLVII.

ANTIDOTVS quam nonnulli mirandam vocant,faciens ad tuſſientes.Capit lentis torridæ, pulegii, hyſſopi Cretici,piperis, ſing. dr. quatuor,mellis Attici aut ſacchari quantum ſatis videbitur.Datur mēſura cochleariorum duorum aut trium.eſt autem cochlearium pondus drachmæ vnius.

Cap. CCXLVIII.

ANTIDOTVS eximia,tuſſientibus,cœliacis,dyſentericis & doloribus inteſtinorum laborantibus vtilis.Habet abrotoni,origani,caſtorei,myrrhæ troglodyticæ,opii,centaurii,hyſſopi,piperis albi, ſquillæ aſſatæ, croci,coſti,ſtyracis calamitis, calaminthæ, folii, ſpicæ nardi,ſing.drach.quatuor,caſiæ drach.ſex, ammoniaci thymiamatis,zingiberis,acori,galbani,ſing. drachmas tres,ellebori nigri drach.duas, mellis Attici quod ſatis eſt.Datur viris quidem vncia vna: mulieribus autē vncia ſemis.

Cap. CCXLIX.

ANTIDOTVS podagrica,quam accepi à Tribono notario.Capit hermodactyli drach.vnam, aniſi, cumini,zingiberis,piperis longi albi & nigri,coſti, caſiæ, maſtiches,ſing.ſcrup.vnum ſemis& quartam partem, acori,euphorbii,ſing.ſcrup.ſemis, ſpinæ communis gr. quinque,croci ſcrup.ſemis,radicis capparis ſcrup. vnū, rhei Pontici ſcrup.ſemis,hyſſopi ſcrup.vnum,ſpicæ nardi gr.duo ſemis,mei ſcrup.ſemis,moſchi, ſiliquæ quartam partem,ſtyracis calamitis gr.quinque,mellis Attici aut ſacchari quod ſufficere videtur.datur pōdere ſcrupulorum quatuor.

Cap. CCL.

ALIA podagrica.[a] Verbenacā ſupinam tuſam, cribro tranſmiſſam,& in mortario læuigatā cū aqua illine.

a Verbenacam ſupinam]Græcè male ſcribitur ἵραν pro ἱεράν. Sic autem dicta eſt,quaſi ſacra herba,vt alibi oſtendimus.

Cap. CCLI.

ANTIDOTVS[a] Zenophylos.Datur nephriticis, calculoſis,ſtillatim & difficulter mingentibus.Habet caſiæ drach.vnam,ſaxifragi drach.quatuor,betonicæ, cyperi,petroſelini,coſti,tribuli,agni,ſing. drach.duas, ſeminis apii drach.duas,folii,ſpicæ nardi,aſari,dictamni, baccarum lauri,ſeminis ocimi, pinearum nucum,ſing. drach.vnam,zingiberis drach.ſemis, mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.datur in balneo fabæ quantitate cum condito.

a Zenophylos]Græcè eſt ἡ ζηνόφυλος. Quæ lectio ſi legitima eſt,ſic dicta videtur propter eius præſtantiam, quaſi genus à Ioue ducat.Sed puto ſcribendum eſſe ζηνόφιλος,vt ita ſit appellata propter miram eius efficaciam:quaſi vitam amans.

Cap. CCLII.

ANTIDOTVS iecoraria, vocata [a] Phlebotomos.Datur tabidis,febricitantibus & pleuriticis. Accipit ſeſelis,petroſelini,piperis communis,ſingulorū drachmā ſemis,aſari,aloes hepaticæ,radicis eupatorii, ſingulorum drachmas tres,caſiæ drachmas quatuor, croci drach.ſemis,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.datur Ægyptiæ fabæ magnitudine cum veteri auſtero vino.

a Phlebotomos]Cur ita dicta ſit hæc antidotus, diuinare nequeo.Verùm quum in ſequenti antidoto propter eius celeritatem ſic eſſe appellatam Nicolaus ſcribat,ſuſpicio eſt vocem hanc eſſe deprauatam, atque pro ea potius legendum ὀξύπορος, hoc eſt celeriter tranſiēs: aut ὀξύρρεπος,id eſt repentè repens.Vel certè ὀξύτομος, quòd citò diſſecet malum.

Cap. CCLIII.

ANTIDOTVS hepatica, vocata Phlebotomos. Propter autem celeritatem eius, vocata eſt phlebotomos.Capit zingiberis drach.duas,ſeſelis, petroſelini,piperis communis,ſing.drach.vnam,aſari,aloes hepaticæ ſing.drach.quatuor,eupatorii drach.tres. Tuſa & cribrata diligenter melle aut ſaccharo ſufficienti excipiantur Ægyptiæ fabæ quantitate in vino Aminæo auſtero febricitantibus: febre autem deſtitutis,cum aqua tepida.

Cap. CCLIIII.

ALIA hepatica, conferens ad ingentes phlegmonas,& obſtructiones iecoris.Recipit piperis drachmam vnam,ſpicæ nardi,eupatorii,ſing.drach.tres, fœnigræci,maſtiches,ammoniaci,coſti,aſari, ſingulorū drach. ſex,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. datur cochlearium vnum ex condito.

Cap. CCLV.

ALIA antidotus hepatica,experta & vtilis. Habet myrrhæ,aſari,ſeſelis,ſingul.drach. duas, eupatorii drachmas tres,acori,rhei,mei,petroſelini,piperis communis,amygdalarum amararum,caſiæ,phu,[a] bacani, ſing. drachmas duas,ariſtolochiæ rotundæ,ſpicæ, fœnigræci,maſtiches,gentianæ,ſingulorum drachmam vnam, mellis aut ſacchari quantum ſatis eſſe videbitur. datur cochlearium vnum.

a Bacani]Græcè eſt βαχάνε.Meminit etiam Bacani Marcellus empiricus cap.22.& ad iecoris dolorem plurimùm commendat. Aetiꝰ quoque lib.10.cap.2.Bacani (quanquam falſò Cornarius Cacani ſubſtituerit) bis meminit inter remedia quæ iecoris obſtructionem tollūt. Eſt autem Bacanū,vt Cœlius lib.27.cap.28.annotauit,raphani ſemen quod quum vrinam mouendi lienémque extenuandi vim (Dioſcoride teſte) habeat,pulchrè huic antidoto inſeretur.

Cap. CCLVI.

ALIA hepatica ad immenſas iecoris obſtructiones & affectus duritiem contrahentes,experta. Capit piperis communis drachmam vnam ſemis, ſpicæ nardi dr. tres,fœnigræci,aſari,ſingulorum.drach.duas, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur cochlearium vnū cum condito.In iis autem efficax eſt, in quibus non eſt calida intemperies, ſed craſſi & lenti potiùs humores obſtructionem conciliant.

Cap. CCLVII.

AD iecinoris obſtructionem, & durities expertum. Accipit coſti,eupatorii,ſing. drach.duas, piperis communis drachmam vnam.Dantur tribus diebus in vino Aſcalonite cochlearia tria. Qui verò remedium hoc ſumit,in dextrū latus per dimidiæ horæ ſpaciū decūbat: veſperi autem accipiat.abſtineat aceto,balneo,leguminibus,oleribus,rapis,& omnibus flatum generantibus. Ego verò adieci ſeminis agni drachmas duas, chamædryos drachmam vnam.

Cap. CCLVIII.

ANTIDOTVS alia ad iecoris & lienis ingentem obſtructionem,ita vt etiam duritiem emolliat. Recipit ammoniaci thymiamatis, thuris, ſingulorum ſcrupulum vnum. Datur cum condito diebus tribus.Efficax autem admodum eſt ad eiuſmodi mala.

Cap. CCLIX.

ALIA hepatica.Habet aniſi, abſinthii, petroſelini, gentianæ,amygdalarum amararum, ſingulorum drachmam vnam. datur nucis Ponticæ quantitate cum mulſa.

Cap. CCLX.

ANTIDOTVS hepatica altera, Athanaſia vocata.Confert nephriticis,ictericis,& ſudores mouet.Capit cinamomi, ſpicæ nardi, zingiberis, iunci odorati, ſingulo-

ſingulorum drach. vnam. Excipiatur melle Attico aut ſaccharo ſufficienti. Datur fabæ Græcæ quantitate, febricitantibus ex mulſa: non febricitantibus, cum vino.

Cap. CCLXI.

ALIA hepatica, valde vtilis. Accipit ſecuridacæ drach. vnam, ſpicæ nardi, croci, rhei barbari, cinamomi, zingiberis, ſing. drach. vnam, aloes flauæ, xylobalſami, ſing. drach. ſemis, ſucci fumariæ, caryophyllorum, ſing. drach. vnã, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCLXII.

ANTIDOTVS ad hepaticos admodum probata & experta. Habet bacani drach. duas, piperis communis, coſti, ſing. drach. vnam. Tuſa & per cribrum diligenter tranſfuſa, dantur diebus ſeptem ante ſolis ortũ cum vino Ægyptio, hoc eſt Aminæo, febre vacãtibus: febricitantibus verò, cum temperata.

Cap. CCLXIII.

ANTIDOTVS alia hepatica, admodum experta. Recipit coſti, piperis communis, ſingul. cochlearia duo. Commixta cum vino veteri & commota bibantur, & ægrotus ſe in dextrum latus inclinet.

Cap. CCLXIIII.

ANTIDOTVS alia è nouem ſpeciebus compoſita, experta. Accipit coſti, gentianæ, abſinthii, eupatorii, amygdalarum amararum, ſpicæ nardi, piperis albi, ſing. drach. vnam, fœnigræci, iecinoris lupi, ſing. drach. quatuor, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſſe videbitur. Datur nucis Ponticæ quantitate.

Cap. CCLXV.

ANTIDOTVS alia Arabica, vtilis haud ſecus ac præcedens. Recipit myrrhæ drach. quatuor, coſti drachmam vnam, piperis albi, folii, ſing. drachm. quatuor. hæc tuſa & cribrata dantur ex mulſo. Cum hac antidoto bibendum erit abrotonum ex aqua decoctum, aut caricæ cum æquali pondere mellis edendæ.

Cap. CCLXVI.

ANTIDOTVS alia hepatica, experta, ex eupatorio. Habet lycii Indici drach. vnam, chamædryos, teucrii, ſingulorum drachmas quatuor, eupatorii, petroſelini, ſingulorum drachmas ſex, amygdalarum amararũ drach. duas, abſinthii drach. ſemis, aniſi drach. quatuor, gentianæ drach. octo, mellis Attici aut ſacchari quantũ ſufficit: & datur vt prædicta.

Cap. CCLXVII.

ANTIDOTVS alia hepatica, admodum vtilis. Capit petroſelini, zingiberis, rhei Pontici, coſti, ficus ſylueſtris foliorum aridorum, ſing. drach. vnam. Datur cochlearium vnum febre vacatibus cum vino: febricitantibus verò, cum aqua.

Cap. CCLXVIII.

ANTIDOTVS alia hepatica, ab Agathone compoſita. Accipit gentianæ drach. ſex, helenii, abſinthii, ſpicæ nardi, ſing. drach. vnam. Datur vt præcedens, non febricitantibus cum vino: febricitantibus autem, cum aqua.

Cap. CCLXIX.

ANTIDOTVS hepatica, præcedenti ſimilis. Habet coſti drach. vnam ſemis, piperis, abſinthii comæ, ſing. ſcrupul. ſemis, baccam lauri vnam, cumini toſti & contuſi, grana quindecim. Hæc tuſa inuicem commiſceantur, bibátque æger cochlearium vnum. ſi febre vacat, ex vino Aminæo tepido: ſin febricitat, cum aqua. Accepta antidoto, ſe in dextrum latus ad vnius horæ ſpatium inclinet.

Cap. CCLXX.

ANTIDOTVS alia hepatica, experta. Recipit piperis, lupinorum amarorum, coſti, comæ abſinthii, ſing. drach. vnam. Tuſa & cribrata excipiantur melle Attico, & datur vt præſcripta.

Cap. CCLXXI.

ANTIDOTVS alia hepatica Pantagathos, quaſi ad omnia vtilis, nominata. Confert iecinoroſis, nephriticis, ſtomachicis: potiſſimùm autem defluxione laborantibus, & qui tardius concoquunt. Item pleuriticis, ictericis, breui tempore medetur. Accipit ſpicæ nardi, caſiæ, croci, aſari, ſing. drach. ſemis, aloes flauæ drachm. duodecim. Excipe diligenter melle Attico, & præbe.

Cap. CCLXXII.

ANTIDOTVS alia Achariſtos. Prodeſt iecinoroſis, nephriticis, colicis, pleuriticis, peſtilentia correptis, ſanguinem excreantibus, à ſerpentibus ictis, quartanis, putribus acceſſionum inſultibus ad noctem, præſumpta. datur nucis Ponticæ quantitate. Habet myrrhæ drach. tres, ſtyracis, opii, croci, piperis albi & longi, coſti, galbani, caſtorei, cinamomi, caſiæ, ſpicæ nardi, ſingul. drach. vnam, mellis Attici ſextarium vnũ, & præbe.

Cap. CCLXXIII.

ANTIDOTVS pantagathos, faciens ad iecinoroſos, nephriticos, ſtomachicos, difficulter ſpirantes, pituitoſos, ictericos, dolore inteſtinorum vexatos, & caninam conuulſionem. [a] Mediocriter quoque aluum ſubducit. Habet ſpicæ nardi, amomi racemoſi, floris iunci odorati, xylobalſami, aſari, caſiæ, croci., maſtiches, ſingul. drach. vnam, aloes flauæ drach. octo Tuſa & cribrata vtere cum mulſa cochlearii vnius. Et ſi vis vt aliquãdiu duret, excipe ſicca melle Attico deſpumato, & præbe nucis Ponticæ quantitate.

a Mediocriter quoque aluum ſubducit] Græcè eſt ποιεῖ δὲ καὶ γαστέρα μετρίως: quanquam malè μέτριος ſit in manuſcripto codice. Id autem facit aloes ratione, cuius octo accipit drachmas.

Cap. CCLXXIIII.

ANTIDOTVS hepatica ex anetho, admodum nobilis. Capit piperis, croci, pulegii, anethi ſeminis, baccarum lauri, ſing. drach. vnam, mellis Attici vnciam vnam ſemis, aut quod ſatis eſt. Tuſa & cribro tranſmiſſa cum melle commiſce in mortario, probéque confectam & commixtam dato ſingulis diebus. Et qui ſumpturus eſt hanc antidotum, reclinet ſe in latus dextrum vna hora.

Cap. CCLXXV.

ANTIDOTVS ad icterum experta, valde bona. Habet anchuſæ læuigatæ cochlearium plenum. Datur ieiuno cum mulſa.

Cap. CCLXXVI.

REMEDIA ſimplicia ad iecur, admodum laudata. Agni ſemen ad iecur induratum, & obſtructionem habens, confert. Centaurii magni ſuccus potus & foris impoſitus, plantaginis maioris ſiccæ folia & radix, & multo magis ſemen, aſparagi radix & ſemen, lauri radicis cortex, pæoniæ radix ex vino odorato pota, eupatorii & lupinorum amarorum decoctum, rubiæ radix, ruta & piper, pota, & extrinſecus impoſita. marrubium, amygdala. Dracontii radix purgat viſcera, craſſos & tenaces humores extenuat. Chamædryos obſtructionem tollit, & craſſitiem incidit. Ampeloprafum item chamæmeli flos pupureus potus, hypochondriis confert, & vrinæ ſtillicidium ſoluit.

Cap. CCLXXVII.

QVÆ ad icterum experta ſunt, admodum vtilia. Terræ inteſtina ſeptem aut nouem, ſimul cum terra quæ carnibus illorum adhæret vſta & læuigata, bibenda præbe cum condito ieiunis. Aut anchuſæ tritæ cochlearium plenum cum mulſa. Qui autem vehementer hoc malo detinẽtur, iis plus dato: aut ficum ſylueſtrem da gargarizandam, aut naribus abſorbendam: aut foliis raphani tuſis & tritis accipe ſuccum, adiicéque vinum vetus, & diſſoluito. Deinde ablega ægrum in balneum: & vbi ſudauerit, da bibendum diebus decem manè ieiuno. Similiter accipe nigellæ tritæ cochlearia tria cum paſſo, & da potandã in balneo ieiuno diebus decem.

Cap. CCLXXVIII.

ANTIDOTVS Euchariſtos, efficax ad omnem [a] affectum ſtomachi, & ad eos qui nunquã cibum [b] continẽt. Confeſtim autẽ à dolore liberat. Eos quorũ ſtomachus difficulter appetit, iuuat: & lateris inflationes ac dolores ſedat. Tuſſiẽtibus, difficulter ſpirãtibus, itẽ lienoſis, iecinoroſis, nephriticis, mulieribus præfocatione vteri moleſtats, tertianis & quartanis prodeſt. Accipit

cinamomi ,ſpicæ, ſing .drach. tres , caryophylli , myrrhæ,croci, ſtyracis, opii,galbani,terebinthinæ,hyoſcyami,papaueri s,pyrethri, zingiberis, ſing .drachmã vnã, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Affectum]Græcus codex Nicolai legit σύνθεσιν,fortè pro διάθεσιν,niſi σύγκοπὴν potius legendum eſſe videatur. b Continent] Manuſcriptus codex habet χονέβοντας.Quam tamen lectionem deprauatam eſſe iudico,& eſſe legendum vel συνέχοντας vel πονἕντας, id eſt elaborantes.

Cap. CCLXXIX.

ANTIDOTVS alia Euchariſtos,vtilis vt præcedẽs.Capit myrrhæ,caſiæ,croci , ſing .drachmam ſemis, piperis ſcrup.vnum ſemis,cinamomi,coſti,ſing.drach. vnam,galbani,ſpicæ nardi,ſing.drach. vnam ſemis , opii,caſtorei,ſtyracis,ſing.drach.ſemis, mellis Attici vel ſacchari quod ſufficit.

Cap. CCLXXX.

ANTIDOTVS [a]Iſotheos,efficax ad tabidos, pulmonarios,ſanguinem excreantes,ſtomachicos, iecinoroſos,abſceſſu laborantes,nephriticos,iſchiadicos, & ad omnia interna mala,perque circuitum reuertẽtes morbos,dyſentericos,& vteri præfocationes. Accipit ſpicæ nardi,cinamomi,balſami,caſiæ albæ,ſucci mandragoræ,caſtorei,opii,ſing. ſcrup.duos,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Datur cum aqua calida hexagium vnum.

a Iſotheos]Græcè ἰσόθεος. Sic dicta quòd parem Deo vim obtineat. Ita veteres ſplendidis & magnificis titulis ſuas compoſitiones ornare delectati ſunt.

Cap. CCLXXXI.

ANTIDOTVS alia Iſotheos, vtilis ad dolorem ſtomachi,iecoris,pulmonis,oculorum,ſanguinis reiectionẽ,abſceſſus,dyſenterias, voluuloſos , nephriticos,iſchiadicos,difficulter ſpirantes, laterísque dolores. Profluuium muliebre ſiſtit,& præfocationes ipſarum. Vacantibus febre datur cum vino: febricitantibus verò cum temperato liquore. facit etiam ad lethalia. datur ante & poſt cibum.Confert ad omnem ſanguinis eruptionem:datur cum aqua frigida . Quartanariis autẽ datur ante acceſſionem pondere ſiliquarum decem cũ vino,& ei qui antea lauit.Recipit ſpicæ nardi ſcrup.quatuor,myrobalani,coſti,piperis albi,galbani,ſing. ſcrup. duos,croci ſcrup.tres,cinamomi,mãdragoræ , caſtorei, myrrhæ,ſing.ſcrup.quatuor , dauci ſeminis ſcrup.tres, balſami ſcrup.vnũ,mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.

Cap. CCLXXXII

ANTIDOTVS alia Iſotheos faciens ad tuſſientes,tabidos,ſtomachicos,iecinoroſos,pulmonarios,lippitudine laborantes,ſanguinem ſpuentes, abſceſſu laborantes,dyſentericos , iſchiadicos, difficulter ſpirantes, pleuriticos,hypochondriacos,muliebre profluuium,& vterinas præfocationes,ad lethalia venena ante & poſt cibum,ante acceſſionem. dantur ſcrupula duo cum vini cyathis duobus.Habet ſpicæ nardi ſcrup.duos, zingiberis ſcrup.vnum,croci ſcrup.vnum ſemis, coſti, piperis albi,galbani,ſing.ſcrup.vnum,opobalſami,cinamomi,ſucci mandragoræ,caſtorei,opii Thebaici,ſing.ſcrupul.duos,dauci Cretici ſcrup.vnum ſemis amomi ſcrup. quatuor,caſiæ ſcrup.quatuor ſemis,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCLXXXIII.

ANTIDOTVS [a]Soterios:& aliter [b] Lexopyretos nominatur, Theopẽptos hoc eſt à Deo miſſa, [c]theodotos,ſanitas,[d]panæretos aut panchretos.Ego verò hanc [e]Soteram voco.Dolorem autem in multis malis ſoluit, data cum mulſa.dolorem capitis ſedat.vertiginoſis,pulmonariis,nephriticis,inſaniẽtibus medetur. ſomnũ conciliat.Confert lippitudinibus.inuncta malis ex defluxione natis ſuccurrit.vtilis eſt difficulter ſpirãtibus,tuſſientibus,pleuriticis,& omni vitio. Prodeſt etiam ſanguinem ſpuentibus data cum oxymelite,aut ſucco plãtaginis vel polygoni. item ſtomachi inappetentiam & ſingultum ſanat.iis qui cibum euomũt confert. Ad inflationem & orthopnœam. iecinoroſis,lienoſis , ictericis,melancholicíſque ſuccurrit.[f]pituitam per inteſtina detrahit.nephriticis,trementibus,cõuulſis,& vtero prodeſt.doloribus à partu ortis,arthriticis & iſchiadicis.cũ aqua pota,febres propulſat.Habet myrrhæ drach. quatuor ſemis,ſpicæ nardi,croci,floris iunci odorati,caſiæ, ſing.drach.quatuor,petroſelini,piperis longi , cumini, ſing.drach.vnam ſemis,carpeſiæ ſcrup.tres, opii , coſti, ſtyracis,ſing.drach.vnam,mellis Attici quantũ ſatis eſſe videbitur.Styracem ſolue cum melle:opiũ verò & myrrham prius in vino dulci Cretico macerato,crocúmque cum illis ſolue,& iniice arida tuſa.ſi verò volueris , impone etiam ſacchari quod ſatis erit . Confecta dato in prædictis malis pondere vnciæ vnius.

a Soterios]Græcè σωτήριος,id eſt ſalutaris. b Lexopyretos] Græcè eſt ληξοπύρετός,hoc eſt ſedans & finiens febrem. Vox compoſita ex λήγω & πυρετός. c Theodotos]Græcè eſt θεόδοτος, à Deo data. d Panæretos]Græcè malè legitur πανάρετος.legendum enim πανάρετος,id eſt eximia præſtans. e Soterã]Græcè σωτῆραν, id eſt ſeruatricem. f Pituitam &c.]Græcè malè legitur,καὶ ἐπὶ φλέγματος τῶν ἐντέρων κατασπῶντα,pro καὶ φλέγμα διὰ τῶν ἐντέρων κατασπᾶ, vt ex ſequenti patet antidoto,vbi prorſus legitur φλέγμα διὰ τῶν ἐντέρων κατασπᾶ.

Cap. CCLXXXIIII.

ANTIDOTVS alia Soterios. Dolorem in multis malis exhibita cum aqua aut mulſa,ſoluit . veterem capitis dolorem ſedat.vertiginoſis,inſaniẽtibus ex interuallis pota conuenit.nephriticis auxiliatur,ſomnum inducit.lippitudinibus doloribúſque aurium pota prodeſt.omnibus defluxionum malis inuncta confert. dolorem dentium ſedat . difficultatem ſpirandi , omnem aſthmatis cauſam,tuſſem diuturnam, pleuriticos, & peripneumonicos iuuat , omnem ſepti tranſuerſi cauſam alleuiat,ſputum tenue incraſſat : & vt promptè educatur efficit,ex hydromelite pota.ſanguinem ſpuentes cũ oxymelite aut polygono aut plantagine bibita iuuat. prodeſt ſtomachicis,iiſque qui nihil appetunt ſingultũ compeſcit,non continentibus cibũ confert,vomitúmque ſiſtit,acido ructui inflationíque congruit,iecinoroſis,lienoſis,ictericis,melancholicis prodeſt, pituitã per inteſtina deducit.Facit ad omnem affectum in veſica, aut renibus conſiſtentem.arteriacis pota admodum vtilis eſt.conuoluulum mitigat,& omnem cœliacum affectũ.tremori, cõuulſioni,& iis qui bibere haud poſſunt, auxiliatur.Interdum cum decocto fœnigræci in vterinis mulierum præfocationibus ſuccurrit , & dolores è partu ſedat.omnem præterea dolorem in vtero non ſolùm pota,verumetiam infuſa cum vino calido compeſcit.conducit arthriticis,iſchiadicis,& venenatis,pota & inuncta,plagis.febrem etiam omnem finit , non ſolùm peſtiferam,cum aqua pota.Cum aqua mulſa autem datur in omnibus localibus morbis,ſummè illis conferẽs. datur nucis Ponticæ magnitudine.Habet myrrhæ , ſpicæ nardi,croci,caſtorei,ſing.dr.duas , opii dr . quatuor, petroſelini Macedonici drach.tres ſemis, aniſi dr . duas ſemis,ſeminis apii drach.quinque,caſiæ dr.quatuor, ſinonis Syriaci,floris iunci odorati,drach.tres,piperis lõgi & communis,carpeſiæ,ſing.drach.vnam ſemis,ſtyracis calamitis,ſeſelis,ſing.drach.vnam,hedychroi confectionis dr.vnam ſemis,coſti drachmã vnã ſemis, amomi,aſari,ſingulorum dr.vnã,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.ſtyracem ſolue in melle·opiũ& myrrham macerato prius in paſſo,[a]cúmque illis crocum dilue,atque iniice arida tuſa.confectã repone invaſe,& præbe.

a Cúmque iis crocum dilue]Græcus manuſcriptus codex legit τὸν κρόκον λύε ἐντόνως.Cenſeo autem ſcribendum, vt in præcedẽti antidoto,καὶ τὸν κρόκον λύε σὺν τούτοις.

Cap. CCLXXXV.

ANTIDOTVS alia Soterios , faciens ad multa & varia mala.In capitis dolore diſſolutam cum ſapa fronti inunge,& bibendam da cum aqua. Vertiginoſis ,comitialibus & inſanientibus datur nucis Ponticæ magnitudine cum mulſa.ſimiliter etiam nephriticis,& vigilãtibus.In diuturnis oculorum defluxionibus diſſolutam cum ſapa inunge fronti,vſque ad oculos. Dentium dolorem inuncta ſoluit. difficulter ſpirantibus & diutina

tuſſi laborantibus datur nucis Ponticæ magnitudine. Humiditatem à pulmone deriuatam,& tenuia ſputa in craſſat,& ad educendum facilia reddit,cum mulſa pota eodem pondere.Sanguinem reiicientibus,cum oxymelite,aut ſucco polygoni aut plantaginis.[a]Singultientibus autem aut cibum vomentibus,aut iis quibus in vẽtriculo aceſcit,datur cum condito aut decocto mẽthæ. Ad iecoris dolorem & inflationes eodem pondere datur cum mulſo.Lienoſis cum aceto aut oxymelite. nephriticis & difficultate vrinæ laborantibus, cum decocto apii aut petroſelini. ad renum aut veſicæ exulcerationem cum melicrato.His verò qui febre vacant, cum lacte caprino.ſimiliter podagricis & iſchiadicis cũ mulſa præbetur. Iis qui à venenatis icti ſunt, fabæ quã titatem dato manè,& dormituris. Illinc autem ex ipſa morſum.Illita verò febrẽ finit,nõ ſolùm ardentem, ſed & eas quæ per circuitum reuertuntur. diſſoluitur autẽ cum mulſa.Datur quoque in quartanis cõcoctione facta cum decocto ſenæ & chamædryos,aut heliotropii.Accipit opii drach.vnam,caſtorei hexag.vnum,carpobalſami drach.vnam,floris iunci odorati vnc.ſemis,[b]ſphagni,iuniperi baccarum,ſpicæ nardi,ſeſelis,ſing. hexag. duo,centaurii vnc.vnam,cinamomi,ſinonis,ſing. hexagia duo,chamæpityos,lapathi,ſing. hexag. quinque & tertiam eius partem,cyperi, iridis, aſphodeli,ſing. hexagia quinque & tertiam partem,ſtyracis hexag.vnum & tertiam partem,cypariſſi hexag.vnũ,ſauinæ hexagia v.& tertiã partẽ,Celticæ hexag.quatuor,& tertiã partẽ, coſti hexag.quinque & tertiam partem,caryophylli hexagia quatuor,folii Indici hexag.duo,ladani,bdellii,ſingul.hexag.tria & tertiam partem,croci hexag.tria, vnguis odorati hexag.tria & tertiam partem,roſarum hexag.quatuor,helenii hexag.tria & tertiam partem,agarici hexag.quatuor,caricarum,vuarum paſſarum, ſing. hexag.duo,aniſi hexag.tria,petroſelini hexag.quatuor, hyperici,gẽtianæ,ariſtolochiæ longæ,ſing.vnc. vnam, carnis palmularum hexag.ſemis & quartam partem,pinearum hexag.quatuor,caſiæ,ammoniaci,ſing. hexag. duo ſemis & quartam partem,terebinthinæ, apii ſeminis,hexag.quatuor,hedychroi magmatis hexag. vnum gr.octo,aſari hexag.quatuor,amomi hexag.vnum, chamædryos,piperis longi,ſing. hexag. duo, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Singultientibus]Codex manuſcriptus legit πρὸς σμίγματα, haud dubiè pro λυγμοὺς. b Sphagni]Græcè σφάγνυ. Sphagnõ autẽ non eſt niſi muſcus arboribus innatus,quem alii Græci σπλάγχνον & βρύον appellant.Aetius etiã Hypnon vocat,lib.12.cap.44.Plinius præterea lib.24.cap.6.Nicolai & aliorum recentiorum Græcorum inſtar, Sphagnanon nominat.

Cap. CCLXXXVI.

ANTIDOTVS Philãthropos,aquæ inter cutem conferens,experta,proba ta.Facit ad caput,ſtomachum & renes per annum pota fabæ magnitudine.podagricis medetur quotidie aut alternis diebus, aut per tertium cum liquore temperato pota.Non contemnas autẽ eius commoditatem:experta enim eſt.Habet apii,petroſelini,drach.duas,euphorbii drach.duodecim. Tuſa & cribrata diligenter excipe melle Attico aut ſaccharo ſufficienti.Hydropicis autem datur cum temperato liquore pondere quatuor ſcrupulorum.

Cap. CCLXXXVII.

ANTIDOTVS peroptabilis,efficax ad ſtomachicos,febricitantes,tertianas, quartanas, & quotidianas. Recipit ſeſelis,libyſtici,piperis communis,petroſelini ſeminis,calaminthæ,pulegii,ſing.drach.vnam,mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.

Cap. CCLXXXVIII.

ANTIDOTVS ad eos qui quotidiana febre laborant,data ex aqua.Habet aloes flauæ,croci,opii Thebaici,ſtyracis,myrrhæ,papaueris capitum,piperis albi,ſingul.dr.duas,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.datur ante inuaſionis horam.

Cap. CCLXXXIX.

ANTIDOTVS ad eos qui quotidiana febre correpti ſunt,data ex aqua.Accipit aloes flauæ,croci, opii, myrrhæ,ſenæ,capitũ papaueris,piperis cõmunis, ſing. drach.ſemis,mellis Attici aut ſacchari quod ſufficit.

Cap. CCXC.

ANTIDOTVS vocata Myſterium, efficax eſt ad pleuriticos.ſemel data promiſſis reſpondet. dolorem ſedat:rigore correptis,ſtomachicis, iecinoroſis ſuccurrit, & eſt admodum vtilis.Capit ſtyracis calamitis, caſtorei,piperis,croci,ſing.drach.vnam,hyoſcyami ſcrupul. tres.Aqua calida informa paſtillos nucis Ponticæ quãtitate.datur cum [a]aqua mulſa.

a Aqua mulſa]Manuſcriptus codex legit ὀυκρατομέλιτος,pro ὑδρομέλιτος.Sic enim eſſe legendum ex lib.Aetii 8.cap.68. qui omnia propemodum remedia pleuriticis accommodata ex aqua mulſa præbenda præcipit,abundè colligitur.

Cap. CCXCI.

ANTIDOTVS [a]Zopyrios,efficax ad comitiales, tremebundos,[b]aſthmaticos,iecinoroſos,pulmonarios, & mulieres præfocatione laborantes. Habet ſpicæ nardi,myrrhæ,croci,caſiæ,floris iunci odorati,mandragoræ,ariſtolochiæ,cinamomi,thuris,rhois aridi,polii,caſtorei,ſing.hexag.vnum,ſcordii,ſanguinis exiccati [c]anatis maris, ſing.vnc. duas ſemis,piperis,coſti,ſing.vnc. duas,mellis Attici vel ſacchari quantum ſatis eſſe videbitur.Paratum in vaſe vitreo reconde.Datur hexagium vnum cum mulſo:febricitãtibus autẽ,ex [d] aqua mulſa.

a Zopyrios]Græcus manuſcriptus codex malè legit ζωσπύριος pro ζωπύριος.Sic enim legendum eſſe,Galenus lib.2. de antidotis ſatis oſtẽdit.Ibidem enim hanc deſcribit,atque ita Zopyro à quodam, qui illam Mithridati tranſmiſit,dictam eſſe tradit. b Aſthmaticos]Manuſcriptus codex non rectè legit ἀσθατικοὺς pro ἀσθματικοὺς,vel ſcribẽdum erit αἱμοπτοϊκοὺς: illis enim etiam conferre hanc antidotum,teſtis eſt loco citató Galenus. c Anatis]Græcè perperam ſcribitur νηστὲ pro νήσσης,qui error crebrò eſt in codice Nicolai manuſcripto.Sic verò eſſe legendum ,Galenus eodem in loco docet.Nam in antidoto ſequenti ex ſanguinibus,habet νήσσης αἵματος ἄῤῥενος καὶ θηλείας.
d Ex aqua mulſa]Iterũ perperam ὀυκρατομέλιτος legitur pro ὑδρομέλιτος.Siquidem Galenus habet,πυρέττουσι μεθ' ὑδρομέλιτος.

Cap. CCXCII.

ANTIDOTVS Muſa conferens mirificè hydropicis,iecinoroſis,nephriticis,difficultate vrinæ laborãtibus,iſchiadicis,rigore correptis,quartanis,& articulorum dolore laborãtibus.Recipit piperis dr.ſedecim ſcrupul.vnum,croci,hyoſcyami,ſing.hexag.duo,thuris maſculi,gentianæ,ariſtolochiæ rotundæ, euphorbii, ſing. hexag.vnum.Terantur & cribrentur ſimul.opium cum melle ſolue,& da febricitantibus cum hydromelite. Si volueris adiice myrrhæ drach.vnam minus granis quatuor. Paratã repone in vaſe.datur ex ea hexagiũ vnum.

Cap. CCXCIII.

ANTIDOTVS nominata Perſica. Prodeſt ad omnem morbum,capitis dolorem,ictericos,corpus formicoſum,verrucoſumve, febres cum rigore inuadentes,vomentes.& eſt admodum bona & vtilis. Capit piperis albi,cardamomi,hyoſcyami ſeminis,myrrhæ,ſingul.dr.ſex,arſenici,opii,ſulphuris ignem experti, ſing. dr.quinque,croci dr.ſex,coſti,ariſtolochiæ, mandragoræ radicis corticis,euphorbii,ſing.drach.tres,mellis Attici aut ſacchari,quantum ſatis eſſe videbitur.datur Põticæ nucis magnitudine cum temperato liquore.

Cap. CCXCIIII.

ANTIDOTVS [a]Syngeli regalis.confert ad dolorẽ capitis,hebetudinẽ oculorũ,adſtrictũ ventrẽ, humores ſtomachi extenuans.Itẽ ad arthriticos,ictericos, podagricóſque.omnẽ morbũ Dei gratia ſanat data ſine obſeruatione.ad frigus & æſtũ valet. Habet piperis cõmunis & albi,ſing.dr.vnã,polypodii dr.duas,zingiberis,cinamomi,ligni cinamomi,nucis odoratæ,ſing.dr.duas, caryophylli dr.vnam ſemis,cãchryos drach.vnam,mellis Attici & ſacchari quod ſatis eſt.

a Syngeli]Græcè eſt συγγέλυ.Et ita in Latinis quoque Actuarii codicibus legitur,qui eandem etiam antidotum deſcribit. Quis verò Syngelus ille fuerit,non ſatis nobis conſtat.In ſequentibus antidotis etiam cuiuſdam mentio fit,quæ ad Michaelem Syngelũ refertur authorem.Vt dubiũ non ſit vtriuſque antidoti vnum & eundẽ fuiſſe authorẽ.Conſtantinus Laſcaris lib.3.ſuæ Grammatices meminit cuiuſdã Michaelis Syngeli Hieroſolymitani.An verò is fuerit de quo Nicolaus hoc loco loquitur,affirmare non auſim.

Cap. CCXCV.

ANTIDOTVS alia Michaelis angeli regalis,cõferẽs vt præcedens,ad febres,excernẽdo, item lienoſos

& propter obſtructionem iecinoroſos, omnem ſtomachi refrigerationem, omnémque vterinum affectum, ac mala muliebria. Cunctas obſtructiones tollit, acidos ructus diſſipat, & appetentiam excitat, lætitiam parit, bonúmque corporis colorem. oris fœtorē tollit. timorem, metum, & futilem loquacitatem difficilémque ſpirationem abigit. Et in ſumma hominem ſanitati reſtituit, & memoria valentem efficit. Datur citra obſeruationem omni tempore cum cibo, & à cibo; neque frigus neque æſtum, aut cibum aut potum obſeruando. Accipit piperis communis & longi, zingiberis, cinamomi, ligni cinamomi, polypodii, nucis odoratæ, ſingul. drachm. duas, caryophylli, ſpicæ nardi, maſtiches, [a]carychi, alypiadis, dacrydii, ſing. drach. vnam ſemis, turpeti drach. duas, mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt. Datur vncia vna cum temperato liquore, aut plus aut minus pro viribus, media nocte aut quando volueris, inſpiciendo habitum hominis.

a Carychi] Quid verò per Carychum intelligat, ſcire nôdum poſſum.

Cap. CCXCVI.

ANTIDOTVS vocata phlebotomos. propter eius verò celeritatē phlebotomos eſt appellata. Habet zingiberis drach. duas, ſeſelis drachmam vnam, petroſelini, piperis, ſingulorum drach. vnam, aſari, aloes flauæ, ſing. drach. quatuor, eupatorii drach. tres. Hæc tuſa & cribrata excipe melle Attico aut ſaccharo ſufficienti. Datur Ægyptiæ fabæ magnitudine ex vino Aminæo auſtero, iis qui non febricitant: febricitantibus autem, cum aqua calida.

Cap. CCXCVII.

ANTIDOTVS ex croco, ad iecinoroſos, admodum bona. Recipit croci, ſpicæ nardi, caſiæ, ſingulorum drach. quatuor, cinamomi, myrrhæ, floris iunci odorati, coſti, ſing. drach. duas, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCXCVIII.

ANTIDOTVS Cyphi ex quinquaginta ſpeciebus compoſita. Suffita quicquid eſt noxium, malúmque ſpiritum abigit. Omnes feras immenſi impetus depellit & auertit. capitis dolore vexatos liberat, frōti illita. oculorum doloribus ſuccurrit inuncta extrinſecus cum vino. aurium dolores ſanat melle & oleo diluta, atque cum flocco impoſita. omnia oris mala ſanat, diſſoluta & illita ſufficienti tempore. tuſſientibus, nōniſi recta ceruice ſpirantibus, peripneumonicis, ſtomachicis, & ſanguinē reiicientibus cum mulſo commixta, ac fabæ ſylueſtris quantitate data auxiliatur. ſimiliter lienoſis, nephriticis & hepaticis prodeſt, ſi cum poſca bibātur de ea ſiliquæ tres. Saraceni vocant ſiliquam, ſtagium aut fabæ Ægyptiæ magnitudinem. Doloribus inteſtinorum & iſchiadicis, confeſtim cū calida aqua fabæ quātitate, cōfert. Lunaticos autem reſtituit, data cum ſpuma tauri fabæ magnitudine, ab ortū ſolis vſque ad ortū lunæ diebus triginta. Opitulatur etiam peſtifero morbo confeſtim & continuò data, geſtata & appenſa. Eſt enim medicamentum aduerſus venena, propulſans omne malū. Quòd ſiquis ipſam quotidie ſumpſerit, nullum morbū formidabit. Auxiliatur etiam iis qui à rabidis ſunt commorſi animantibus & lumbricis luna deficiente. eſt verò admodum nobilis. Accipit lapidis gagatis vnc. vnā, helenii vnc. duas, corticis aſpalathi vnc. duas hexagia duo, radicis aſphodeli vnc. duas hexag. duo, ſauinæ vnc. duas, baccarum iuniperi numero trigintatres & tertiam vnius partem, bdellii Petraici, hoc eſt quod ex Petræa Arabia affertur vnc. duas hexag. duo, caricarū pinguiū ſine acinis vnc. octo, ammoniaci vnc. vnā, conchylii Indici, ſeminis rutæ ſylueſtris, coſti, iuglandis, ſing. ſiliq. duodecim, cardamomi, cyperi, croci, ſing. ſiliq. vnam ſemis, ſeminis cypariſſi vnc. vnam, ladani ſiliq. tres & tertiā partem, ſtyracis calamitis ſiliq. tres & tertiam partem aſari ſiliq. duas, nardi Celticæ, roſarum ſiccarū, ſing. ſiliq. vnam, myrrhæ troglodyticæ vnc. duas hexag. duo, amomi ſiliq. duas, peucedani vnc. duas, ſeminis ſalicis

A ſiliquas duas, floris iūci odorati ſiliquam vnam, pinearum ſiliq. vnam, vuarum exēptis acinis vnc. octo, terebinthinæ vnc. duas, folii ſiliq. vnam, pœoniæ ſiliquæ tertiam partem, palmularum pinguiū vnc. quatuor, conyzæ odoratæ ſiliq. duas, maſtiches ſiliq. vnam, dictami ſiliq. duas, thuris ſiliq. vnam, corticis piceæ ſiliquam vnam ſemis, calami odorati vncias duas, iridis Illyricæ vnc. vnam hexag. vnum, [a]moclii ſiliq. duas. carpobalſami ſiliq. duas, mellis Attici aut ſacchari libras duas vel
B quod ſatis eſt, vini optimi ſiliq. vnam. Arida contere vnà cum liquidis, & hæc conficiendo dic, α̃. ι̃. νι̃. ϰ̃. ω̃.

a Moclii] Græcè μοκλίχ. Neque quid ſit Moclion, me intelligere fateor.

Cap. CCXCIX.

ALIA confectio Cyphi ex rebus vigintiocto cōſtās. Vrinam mouet, & eſt optima. Capit carnis palmularū, nucum pinearum, drach. quatuor, carnium caricarum drach. octo, ſpicæ nardi, vuarum paſſarum, ſing. drach. vnam, folii drach. quinque, baccarum iuniperi drach. octo, thuris drach. tres. croci, cyperi, ſabinæ, muſci, floris
C iunci odorati, cardamomi, ammoniaci, meliloti, ſingul. drach. tres, cypariſſi, Celticæ, ſing. drach. duas, caſiæ dr. quatuor, roſarum drach. tres, aſphodeli drach. tres, ſtyracis drachmas quinque, baccarum iuniperi paruarū drachmas tres, helenii drach. quinque, coſti drach. ſex, terebinthinæ drach. duas, aſpalathi drach. quinque, bdellii [a]drach. ſex, mellis Attici aut ſacchari vel vini odorati quantum ſufficit.

a Bdellii drach. ſex] Manuſcriptus codex ſimpliciter βδέλλιχ habet, non adiecto pondere. Aetius autem qui lib. 13. cap. 17. eandem antidotum, ſed ſimplicium ordine diuerſo, deſcribit, pondus quod in cō-
D ueiſione noſtra eſt, diſertè exprimit.

Cap. CCC.

ANTIDOTVS Climax. Facit ad ſtomachi refrigerationem, ſuccurrit etiam iis qui concoquere haud poſſunt. eſt experta. Non ſolùm autem ad flatus & turbationem ſtomachi confert, ſed & muliebria mala omnino purgat. Aſſumpta iis quoque qui nonniſi recta ceruice ſpirant, auxiliatur. eſt admodum bona. Habet ſeminis ari, ſeminis apii, ſileris, piperis, zingiberis, ſingul. drach. vnam, ſinonis Syriaci drach. duas, ſeminis fœnicu-
E li, radicis helenii, ſing. drach. tres, cinamomi drach. vnā, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Confecta datur manè ieiunis, & à cœna[a] cum vino diluto vel aqua. excitat appetentiam. Datur etiam ad omnis generis tuſſes, &[b] humores delatos ad thoracem, omnéque internum corporis malum. venerea etiam ſtimulat.

a Cum vino diluto] Græcè eſt μετὰ κράματος. Eſt autē κρᾶμα ſimpliciter, vel cum adiectione κρᾶμα οἴνου ὕδαρὲς, Græcis vinum aqua dilutū. b Humores] Græcus codex malè legit θυμὸν pro χυμὸν.

Cap. CCCI.

ANTIDOTVS Apollonii conferēs difficulter ſpi-
F rātibus, orthopnœæ, tuſſi diuturnæ, dolori pectoris, ſtomachi & viſcerum. Omnem autem antidotum in eiuſmodi malis ſuperat. Tribus enim diebus intermiſſionē præſtat. Accipit piperis albi drachmas quinque, croci drach. tres, cinamomi drachmas duas ſemis, ſpicæ, myrrhæ, opii, [a]interioris partis ſulphuris ignem non experti, cardamomi, hyoſcyami, ſing. drach. duas, aſari drach. vnam, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. datur nucis vnguentariæ quantitate.

a Interioris &c.] Græcè eſt ἐντεριώνης τιϐάπυρι. Eſt autem Græ-
G cis ἐντεριώνη, cuiuſque rei interior pars. Proinde interdum nucleum, interdum etiam medullam reddunt Latini interpretes. Quòd autem τιϐάπυρι ſit vox corrupta, nemo non videt. In ſequenti antidoto non τιϐάπυρι, ſed τιμάπυρι ſcribitur, quod tamen æquè corruptum eſt. Puto autem corruptam hanc vocem eſſe ex θείῳ & ἀπύρῳ. Legendum itaque eſſe videtur θείου ἀπύρου, id eſt ſulphuris ignem non experti. Nā ſulphur aſthmaticis & difficulter ſpirantibus conferre, Dioſcorides etiam teſtatur. Et legendum eſſe hoc pacto, paulo pòſt latiùs oſtendemus. & idem Ioannes de ſancto Amando vocatus cōfirmat, qui tipapyrum, ſulphur viuum interpretatur.

Cap. CCCII.

ANTIDOTVS Muſa Apollonii, conferens difficulter ſpirantibus, veteri tuſſi, & omnibus malis. Item
H [a]extenuatis, & plurima virium imbecillitate laborātibus, iis quoque qui decretoriorum dierum expectant finem, admodum vtilis eſt. tuſſem ſoluit. Quòd ſi etiam dolores accidant, ſumpta nucis Pōticæ quātitate, ipſos

diſſipat. Habet piperis albi ſiliquas ſedecim & quartã partem, croci hexagium ſemis, gentianæ hexagium vnum, myrrhæ hexagia duo, hyoſcyami hexagium vnũ, [b]ſulphuris ignem non experti hexagia tria, mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt. Prodeſt etiam quotidianis, tertianis & quartanis, præcipuè aſſumpta ante acceſſionem Ponticæ nucis magnitudine, ex tepido vino.

a Extenuatis] Græce eſt λεπορότιλα ſcriptum malè, pro λεπτότιλα. b Sulphuris, &c.] Quod antè τιβάπυρι, iam τιμάπυρι appellat.

Cap. CCCIII.

ANTIDOTVS alia Muſa, efficax ad iecinoroſos. Recipit piperis ſiliquas ſedecim & quartam partem, hyoſcyami hexag. duo, thuris, arſenici, gentianæ, ariſtolochiæ rotundæ, euphorbii, ſing. hexag. vnum. Tuſis & cribratis omnibus ſimul, opium diſſolue cum melle Attico aut ſaccharo ſufficienti. iniice autem & myrrhæ hexagia quinque, & præbeto cum aqua mulſa, priuatim febricitantibus hexagium vnum: non febricitantibus autem, cum vino. Prodeſt etiam hydropicis, nephriticis & difficulter mingentibus.

Cap. CCCIIII.

ANTIDOTVS Aphraſtos, hoc eſt non dicenda. conducit reſolutis, ſpumantibus, & dæmonio agitatis. Capit ſcordii, ammoniaci, myrrhæ, tragacanthæ, opopanacis, ſagapeni, caſtorei, [a]ſquamæ mucronibus ferri decuſſæ, galbani, bituminis, ſanguinis draconis, mori fructuum, thuris, maſtiches, ſingulorũ drach. vnam. Quæ ſunt odorata, ea non trita in poculum deſpumati mellis impone, & moue vehementer in mortario. Alias autem ſpecies tere, & per cribrum tranſmitte. dein adiice hyſſopum, betonicam, [b]carabureã, ſaluiam, cynogloſſum, rutam, vrticam, ericen, phu, calaminthã paruam, ſtercus bouillum, & [c]ſulphur. Trita hæc coniice in vas cum mero, & expone aſtris cum ferro, datóque ægrotanti.

a Squamæ mucronibus decuſſæ] Græcè legitur haud rectè σιδήρυ ςούπου, pro σιδήρυ ςομώματος. Quid autem ſtomoma ſit, ſuprà quoque à nobis expoſitum eſt. Conducit reſolutis vſus ſtomomatis. b Carabuream] Codex manuſcriptus habet καραβυρέαν. Neque mihi huius corruptæ vocis ſignificatio cognita eſt. Niſi fortè ſit carui ſpecies, quæ Hiſpanis caroueia & caraueia hodie dicitur. c Sulphur] Græcè σούλφαρα legitur. Vox Latina Græcis exarata literis. Et hinc etiam clarum fit, ſuprà per τιπάπυρι, Nicolaum ſulphur ignẽ non expertum intelligere.

Cap. CCCV.

ANTIDOTVS alia colica, expoſita à Magno medico ſophiſta, admodum vtilis. Habet cyperi, zingiberis, aniſi, ſing. drachmam ſemis, dictamni, petroſelini, piperis, ſingulorum drachmam vnam, ſpicæ nardi, ammoniaci, calaminthæ, ſingulorum ſcrupulos octo, caſiæ fiſtularis drachm. decem. Tuſa & cribrata aqua ſolue, & finge paſtillos nucis auellanæ quantitate. Exſiccatis in vmbra, da febre vacantibus paſtillum vnum cum condito: febricitantibus autem, cum aqua mulſa.

Cap. CCCVI.

ANTIDOTVS ex croco vocata. Prodeſt colicis, ex poſca data Ægyptiæ fabæ magnitudine. Difficulter ſpirantibus cum aqua, quantitate duarum fabarum. Iecinoroſis ex vino veteri, Ægyptiæ fabæ magnitudine. Pleuriticis in aqua mulſa, quantitate duarum fabarum. Nephriticis, cum temperato liquore. Ictericis ex melicrato. Dyſentericis noctu degluriendam præbeto erui quantitate. Lienoſis ex vino, auſtero duarum fabarum magnitudine. Ad internos abſceſſus, cum aqua. Ad tormina ventris euſdémque refrigerationem, cum [a]temperato liquore. Accipit croci drachmas quindecim, opii drachmas tredecim, euphorbii drach. vnam, piperis drach. quatuor, pyrethri drach. duas, ſpicæ nardi, dauci Cretici ſeminis, ſing. drachmas quatuor, petroſelini Macedonici drachmas duas, opobalſami, caſiæ, folii, amomi, roſarum ſiccarum, rutæ ſiccæ, coſti, ſtyracis, ſeminis apii, ſingulorum drach. quatuor, myrrhæ, cardamomi, ſeminis fœniculi, ſing. drach. duas, caſtorei drach. vnã, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Cum temperato liquore] Græcè eſt, μετ' ὀυκράτου. Cenſeo tamen legendum ἀκράτῳ, id eſt mero.

A Cap. CCCVII.

ANTIDOTVS alia colica, faciens ad ſtomachi dolorem ſtrepitúmque, & tuſſes. Recipit cumini torrefacti drach. octo, foliorum rutæ drach. ſex, piperis drachmas quatuor, nitri drach. duas, petroſelini Macedonici drach. quatuor, corymbi thymi drach. duas, zingiberis drach. quatuor, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſſe videbitur. Datur cochlearii vnius menſura cum mulſo aut acido garo. Eſt verò laudata.

B Cap. CCCVIII.

ANTIDOTVS alia ad colicos, experta, dolorem mitigans. Valet ad internas inflationes, & affectus ſedis, ac violentias. Ad dolores cum temperato liquore cyathorum trium, nucis Ponticæ quantitas diſſoluta. Habet caſiæ, aniſi, ſpicæ nardi, zingiberis, petroſelini Macedonici, opii, ſingulorum drachmam vnam, ſeminis apii drachmas duas, croci, caſtorei, floris iunci odorati, ſingulorum drachmam ſemis, piperis albi drach. vnam, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

C Cap. CCCIX.

ANTIDOTVS alia colica nobilis, & vtilis. Capit piperis albi, thymi, gummi, ſingul. vnc. ſemis. Datur vbi vſus poſtulat, cochlearium vnum cum temperato liquore ieiunis & dormituris.

Cap. CCCX.

ANTIDOTVS colica, quam accepi à fratre Cononis, & Theoſebii, qui dicebat ſe multoties expertum eſſe quòd vna duntaxat potione eos qui ſumpſiſſent ſanos reddiderit, aut vtplurimùm, duabus aut tribus.
D Datur pódere obolorum duorum cum frigida aqua trium cyathorum. præſtat verò id ipſum cum niue ſumere. Habet ſeminis hyoſcyami albi, piperis albi, ſing. drach. decem, opii drachmas ſeptem, dauci Cretici ſeminis drach. quinque, petroſelini Macedonici drachmas tres, pyrethri, euphorbii, ſingulorum drach. ſemis, ſpicæ nardi, croci, ſingul. drachm. duas, mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.

Cap. CCCXI.

ANTIDOTVS alia vocata Athanaſia, admodum
E conferens colicis, & experta. Accipit ſeminis apii drachmas tres ſemis, ſeminis aniſi drach. vnam ſemis, caſtorei, piperis communis, opii, ſing. drach. ſemis, myrrhæ gran. ſeptem, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur [a]nucis Ægyptiæ quantitate.

a Nucis] Græcè legitur καρύυ. Puto autem ſcribendum eſſe κυάμυ, hoc eſt fabæ. Ægyptiæ enim fabæ mentionem Nicolaus & alii Græci faciunt ſæpe, non nucis.

Cap. CCCXII.

ANTIDOTVS alia colica, dolorem mitigans. Recipit ſtyracis, aſari, caſtorei, opii, hyoſcyami albi ſemi
F nis, ſing. drach. ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCCXIII.

ANTIDOTVS alia colica, dolorem ſedans, admodum bona, qua vtor experta ad magnos affectus, & inflationes coli, & vehementes dolores. Datur quantitate nucis auellanæ cum cyathis tribus temperati liquoris. Habet caſiæ, aniſi, ſpicæ nardi, zingiberis, petroſelini Macedonici, opii, ſing. drach. vnã, ſeminis apii drach.
G duas, croci, caſtorei, floris iunci odorati, ſing. drach. ſemis, piperis albi & longi, ſing. drach. ſemis, mellis quod ſufficit.

Cap. CCCXIIII.

ANTIDOTVS alia colica, quæ iureiurando non eſt niſi ſolis filiis danda. Conducit etiam ſine potu, odorata duntaxat. Accipit aniſi drach. octo, ſeminis apii drach. ſedecim, caſtorei, piperis albi, floris iũci odorati, ſing. drach. quatuor, zingiberis, opii, ſingul. drach. octo, ſpicæ nardi drach. ſedecim, petroſelini drach. quinque, rotundarum gallarum drach. quatuor, ſeminis hyoſcya
H mi drach. tres, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur cochlearium vnum ex aqua calida.

Cap. CCCXV.

ANTIDOTVS ad tuſſim. Habet pulegii drach.

vnam,thymbræ,thymi, aniſi ſeminis & apii,ſinapi,hyſ A ſopi,cardamomi, piperis communis, ſingulorum drachmam vnam.Excipe melle Attico cocto,eiuſdem pon deris. Aut impone aniſi ſeminis,fœniculi, ameos,ſeminis hyoſcyami,opii,ſingulorum drach.vnam, apii ſemi nis drach.vnam,mellis quantum ſufficit. Datur nucis auellanæ quantitate.

Cap. CCCXVI.

ANTIDOTVS è caſtoreo. prodeſt pleuriticis, dolorem ſedans,torminibus è cruciatu colico relictis,& podagræ. In vniuerſum ad omnem dolorem optima B eſt, ſiqui continuò ea vtuntur. Capit caſtorei drach. tres,ſeminis dauci, radicis panacis, ſingulorum drach. tres, ſeminis hyoſcyami,ſeminis papaueris,ſingulorum drach.vnam ſemis. Excipiantur melle Attico aut ſaccharo ſufficienti. Confectam reconde in pyxide ſtannea,& præbe fabæ magnitudine.

Cap. CCCXVII.

ANTIDOTVS ex rheo, confert cardiacis. Aduerſatur venenis.conducit comitialibus, [a]ardoribus oris ventriculi, capitis doloribus,venena haurientibus,iſchiadicis,& ad reſtinguẽdum bilis ferrorem. Recipit C coſti, rhei, glycyrrhizæ,zingiberis,ſpicæ,cinamomi, caryophylli, zedoariæ,ſing.drach.vnã,corallii,oſſis cordis ceruini, ramenti eboris,oſſium palmularum,anacardii, berberis,croci,ſing.drach.vnam, ſerici crudi vſti drach. ſemis, maceris grana quindecim. Trita omnia pollinis inſtar præbeto. Eſt experta.

a Ardoribus oris ventriculi] Manuſcriptus codex habet καρδίας κεομένας pro καρδιακαιομένας. Intelligit autẽ eos,qui propter bilis D copiam ardore oris ventriculi (quod veteres καρδίαν dixerunt,vt alibi demonſtrauimus) vexantur. Galenus libro 8. De compoſ.medic. localium cap. 3. ἔγκαυσιν τοῦ στομάχου hoc malum vocat. De quo plura in comment.noſtris in ſect.6.aphor.comment.33.

Cap. CCCXVIII.

ANTIDOTVS ad compagum articulorúmve dolores nobilis,ex opio cognominata. Capit opii,myrrhæ,ſeminis hyoſcyami,croci, ſingulorum drach.duas, thuris maſculi,euphorbii, gentianæ, cardamomi,ſing. drachmam vnam.Datur cum vino febre carentibus:febricitantibus autem,ex aqua tepida. E

Cap. CCCXIX.

ANTIDOTVS Deſmoterios, hoc eſt carcer: in carceribus enim hanc experti ſumus. Quippe facinoroſis vehemens exhibuimus venenum, poſtea verò ex hac antidoto,& nihil inde offenſi ſunt.Non ſolùm autẽ ad lethalia venena efficax eſt,ſed & ad comitiales,eóſq; qui ex tortura luxati ſunt, & difficulter ſe mouent. Ad trementes, vterinas præfocationes, iecinoroſos, peripneumonicos,tabidos,aſthmaticos,lethargicos,cœlia- F cos,& ad mutationes aquarum atque aeris. Eſt admodum laudata. Habet ſpicæ nardi,croci, ſeminis dauci, ſingulorum drach.quatuor, anatis ſanguinis, floris iunci odorati,ſing.ſcrup.duos,caſiæ drach.decem, cinamomi drach.tres, piperis albi drach.vnam, thuris maſculi ſiliq.vnam ſemis, ſcordii, polii,roſarum aridarum,ſcrupulos tres,myrrhæ,coſti,ſingul.drach. quatuor, mellis aut ſacchari quod ſatis eſſe videbitur.

Cap. CCCXX.

ANTIDOTVS [a]Argyrophora, hoc eſt pecuniæ G collatio.Facit ad vniuerſa capitis mala,tam noua quàm vetera.Somnum inducit,lachrymas ſiſtit, tuſſem recentem & antiquam ſoluit. Vomitum ſanguinis & humoris reprimit. Pulmonis & lateris mala ſanat. Cardiacis ſuccurrit.Stillicidium & difficultatem vrinæ ſoluit.Plagarum & viſcerum doloribus,non ſolùm pota,ſed & inuncta citra omnem controuerſiam auxiliatur.Certò autem renum doloribus & cœliacis ſuccurrit. Calculos in renibus & veſica ſoluit & conterit. Sanguinis profluuiũ è quocunque loco factum conſtringit. Ventos naturæ H diſcutit. ſudores cit. brachiorum & femorum tenuitatẽ vincit. Aſſiduè ſumpta cum ſucco ſaluiæ,reſolutos confirmat. Habet opobalſami,cinamomi,galangæ,ſpicæ, coſti,opii,carnis palmularum,aniſi, ſingulorũm drach. ſex,paſtilli ex [b]cryamboro vncias vndecim,floris iunci odorati, caryophylli, petroſelini, ſing. vncias quinque, croci,glycyrrhizæ,zedoariæ,ſtyracis calamitis,galbani, myrrhæ,thuris maſculi, pyrethri, piperis albi,ſeſelis,ſinonis,macedoniſii, ſeminis apii, ſingulorum vnc. quatuor,rhei Pontici, caſtorei, mandragoræ, ſing.vnciam vnam,ligni aloes,caryophylli magni,folii,calaminthæ, caſiæ,anacardii,maſtiches,tragacanthæ,euphorbii,ſagapeni,terebinthinæ,ſanguinis draconis, [c]tieltize,gentianæ,rhois Syriaci,piperis longi & nigri,carpobalſami,cumini,erucæ,ſileris,amomi,bituminis,ſingulorum vnc. duas,ramenti auri puri hexag.vnum, berberis drachm. duas,margaritarũ hexag. duo,lapidis iaſpidis & ſaphiri, ſing.hexagium ſemis,oſſis cordis ceruini hexag.vnum ſemis,ramenti eboris hexag. duo, maceris grana vndecim,ambaris ſcrup.quatuor,ſerici crudi vſti drach.vnã, moſchi ſiliquas decem, caphuræ ſiliquas ſex, ſacchari quod ſatis eſt, & ſtillatitii roſarum liquoris. Datur pro viribus,cum vino.

a Argyrophora] Græcè eſt, ἀργυροφορά. Sic autem dicta videtur propter eius præſtantiam, quòd ſcilicet ſit ſumptuoſa,& haud mediocrem pecuniæ collationem exigat. b Ex cryamboro] Græcè eſt διὰ κρυαμβόρου. Eſſe autem dictionem corruptam, nemo non agnoſcit. Quo pacto autem ſit reſtituenda,in animum nunc non venit. c Tieltize] Græcus manuſcriptus codex habet τιέλτιζε. Quæ itidẽ dictio deprauata & barbara eſt: neque quid ſignificet, ſcire poſſum.

Cap. CCCXXI.

ANTIDOTVS Adriani,cognominata vehiculum magnum. Facit ad eos qui ſunt deſperati vſque ad mortem.Datur comitialibus & melancholicis,cum decocto coſti: vertiginoſis,cum vino albo. caput dolentibus,cum tepida aqua. Ad ſtomachi refrigerationem & dolorem,ex vino tepido vel decocto abſinthii.Iecinoroſis,cum decocto eupatorii.Lienoſis cum decocto capparis.Nephriticis,cum decocto [a]caſiæ ligneæ.Stillicidio vrinæ laborantibus, cum decocto millefolii, & ſeminis peponis,ac cucumeris. Ad penis mala,cum decocto ſaxifragi,& ſemine viridis citrii. Colicis,cum vino cui cu minum aut caſtoreum incocta ſint.Per circuitũ reuertentibus febribus ante inuaſionem, cum decocto ſenæ aut rutæ.Huius antidoti facultatem multi ſapientes inuenerunt. Narrant verò etiam hoc.Si gallo qui à venenata ſerpente ictus fuerit, ex hac antidoto in os cum tepida aqua impoſueris,aut in aures immiſeris,confeſtim hunc reſtitues.Huius confectionem quære in principio huius libri,capite ſecundo: illic enim præſcripta eſt.

a Caſiæ ligneæ] Manuſcriptus codex falſò χυλοῦ κασίας, pro ξυλοκασίας.

Cap. CCCXXII.

ANTIDOTVS tuſſim ſedans. mirabiliter ad mala tuſſim inferentia facit. Capit ſeminis apii,fœniculi, hyſſopi,ſing.vnc.vnam,ſucci glycyrrhizæ,ammeos,ſingulorum vnciam ſemis,opii vncias duas,aniſi grana ſeptem,mellis Attici aut ſacchari quod ſufficit.

Cap. CCCXXIII.

ANTIDOTVS Iſochryſos,hoc eſt auro æquiparanda.facit ad frigidos ſtomachi affectus,inflatos,& eos qui vapores humidos ex ſtomacho ſurſum mittunt. Habet ſpicæ nardi,myrrhæ,caſiæ, ſingul.drachmam vnam ſcrupulos duos ſemis,cinamomi drachmam vnam ſemis, amomi drachmam vnam ſcrupulum vnum,cortícis mandragoræ,dauci,croci, ſingulorum drachmam vnam, caſtorei drachm.vnam,mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.Datur Ponticæ nucis quantitate.

Cap. CCCXXIIII.

ANTIDOTVS aridum Dioſpoliticum. confert iis qui cibum in ventriculo tardè concoquunt,vt hunc citiùs ſubinde conficiant. ad acidos in ſtomacho humores:& in vniuerſum, ad frigidos ſtomacho inhærentes affectus. Accipit cinamomi, zingiberis, piperis communis,rutæ,ſingulorum drach.duas, nitri drachm.ſex, mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCCXXV.

ANTIDOTVS, humidum dioſpoliticum. confert omnibus quibus aridum,magis tamen incidit lentos & [a]craſſos humores. Habet piperis communis, cumini,zingiberis,rutæ,ſing.drach. vnam, nitri drachm. tres,mellis Attici aut ſacchari quod ſufficit.

a Craſſos] Codice in manuſcripto perperam παλαίων pro παχέων legitur.

Cap. CCCXXVI.

ANTIDOTVS quæ per vomitum purgat,admodum vtilis. Capit ſalis ammoniaci, dacrydii,aniſi,petroſelini,maſtiches,ſing.drach.vnam, mellis aut ſacchari quantum ſatis eſſe videbitur.

Cap. CCCXXVII.

ANTIDOTVS ſanguinem ſiſtens, vtilis ad omnis generis ſanguinis eruptionem, & profluuium muliebre. Recipit Lemnii ſigilli, aſteris Samii, aluminis ſciſſilis,ſulphuris ignē haud experti, chalcitidis aſſatæ, mei aſſati,ſingul.drach.duas,lapidis hæmatitis,ſanguinis draconis,ſing.drach.vnam,ſucci acaciæ,[a]veronicæ, corallii,ſucci hypociſthidis, rhois Syriaci, balauſtiorū, roſarum ſiccarum,gallarum, ſidiorum, rutæ, myrti teneræ,ſucci mēthæ,ſummitatum rubi, ſeminis lactucæ, ſeminishyoſcyami,cucumeris ſatiui,ſeminis papaueris, croci,thuris,caſtorei,myrrhæ troglodyticæ,opii,ſtyracis,ſing.drach.ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Veronicæ] Græcè eſt βερονικῆς. Puto itaque intelligi à Nicolao ſtirpem quæ in hodiernum diem veronica vulgò dicitur. Eſt enim vulneraria,adeóque ad ſiſtēdum ſanguinem apta, vt primo noſtrorum De ſtirpium hiſtoria commentariorum tomo demonſtrauimus.

Cap. CCCXXVIII.

ANTIDOTVS è cumino concoquens, incidens in ſtomacho humores, concoctionem efficiens, flatus diſcutiens,ſtomachum firmans,ſomnúmque inducens. Habet zingiberis drach.quinque,cinamomi, croci,florum boraginis,ſing. drachmam ſemis, dacrydii drach. vnā, rhei,maceris,ſing.drach.ſemis,caryophylli, ſenæ, ſingul.drach.ſemis,papaueris hexagium vnum, coriandri,aniſi,apii,& fœniculi ſeminum, ſing. drach. vnam, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCCXXIX.

ANTIDOTVS Galeni Lyſiponos, hoc eſt dolorem ſoluens.Prodeſt vigilantibus, capitis defluxione laborantibus,& tonſillis: quippe omnem defluxionem à capite delatam compeſcit & exſiccat vt nulla alia. Cardiacis,nephriticis,colicis,dyſentericis,cholericis, cœliacis,& omnibus malis corporis ſuccurrit. Accipit papaueris hortenſis,opii,ſing.drach.duas, hyoſcyami ſeminis,glycyrrhizæ,ſingulorum drach.vnam, croci, ſtyracis,caſtorei, aniſi, mandragoræ radicis corticis, ſingul. drach. ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur hexagium vnum ex aqua calida.

Cap. CCCXXX.

ANTIDOTVS nominata Ecloge, hoc eſt ſelecta.prodeſt cœliacis, (ad hoc enim potiſſimùm eſt idonea)& ſanguinis ſpuitioni, cum ſucco plantaginis maioris data. Similiter iis qui ſanguinem per inferiora excernunt confert. Habet balauſtiorum, maceris,ſingul. drach.ſemis,opii drach.duas,berberis, hyoſcyami, fructus rubi,myrtorum nigrorum, ſing.drach.vnam,cornu ceruini,myrrhæ troglodyticæ,lycii,ſingulorum drachmam ſemis,corallii, ſidiorum, ſing. drachmam vnā, croci,floris iunci odorati,roſarum, Lemnii ſigilli,ſing. drach.ſemis,ſucci plantaginis maioris, ſucci acaciæ,ladani, ſingulorum drachmam vnam, fœniculi & aniſi, ſingulorum drachmam ſemis, aluminis, thuris, ſingulorum drachmam vnam,rhois culinarii, ſeminis loti dictæ Anacacabæ, terræ Samiæ, ventriculi columbæ, ventriculi galli, vuarum paſſarum ſine acinis, ſingulorum drachmam ſemis,dedori,hoc eſt eryſimi, gummi, ſingulorum drachmam vnam,chalcitidis, pumicis, teſtæ erinacei, anatis vuluæ, oſſium palmularum, ſingu-

A lorum drachmas quinque, hypociſthidis drachmam vnam,oſtreorum vſtorum,œnanthes, [a]miſyos, radicis ſymphyti,bituminis Iudaici,amomi,dauci,boli, petroſelini, ammeos, caſtorei, rhei, ſingulorum drachmam ſemis,tribuli drachmam vnam,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt,& ſtillatitii roſarum liquoris boni. Datur nucis Ponticæ quantitate, [b]non febricitantibus cū vino: febricitantibus verò, cum aqua tepida, manè & dormituris.

B a Miſyos] Græcus codex malè admodum legit μίσαος pro μίσυος. Eſſe autem μίσυος legendum,facilè hinc colligi poteſt, quòd in hac antidoto etiam chalcitidis,cui miſy viribus par eſt,mentio fit.

b Non febricitantibus] Manuſcriptus codex habet falſò πυρέτοις μετ' οἴνου,quum ſcribendum erat ἀπυρέτοις, hoc eſt iis qui febre vacant. vt in ſequenti antidoto,ἀπυρέτοις δὲ μετ' οἴνου καλοῦ καὶ παλαιοῦ.

Cap. CCCXXXI.

ANTIDOTVS Polyetes, id eſt multorum annorum,magna.Prodeſt cibum non appetentibus, & iis qui eundem difficulter cōcoquunt, refrigeratis,& quibus celeriter ſtomachus inflatur.Datur auellanæ quan-
C titate cum aqua febricitantibus: febre autem vacantibus,cum vino bono & veteri, donec æger ſanetur. Qui autem cum vino ſumere nequeunt, aridam prædicto pondere comedant. Accipit rhei, thymi,ſingulorum drachmam vnam, piperis communis drachmas quatuor,myrrhæ drachmas duas,aniſi,hyoſcyami,ſingulorum drachmas tres,pyrethri ſcrupulos tres,petroſelini, pulegii,ſeſelis,calaminthæ, ſingulorum drachmas ſex, thymbræ,iridis,ſingulorū drachmam vnam, libyſtici, hyſſopi,ſingulorum drachmas tres,croci drach. vnam,
D mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCCXXXII.

ANTIDOTVS ex acoro, è diuerſis [a] viribus & effectibus compoſita. Confert ad omnem ictum venenatorum,medicamenta deleteria, febres per circuitum reuertentes,quartanas & quotidianas. Datur nucis Ponticæ magnitudine, febre carentibus cum vino:febricitantibus autem,cum aqua mulſa. Habet acori,zedoariæ,eryſimi,[b]enitæi,[c]corii Chaldaici,ſidiorum, ſonchi minoris,ſeminis rutæ,[d]maliPunici floris,ſeminis rapi,
E ſingulorum drachmas tres,agarici, calaminthæ,ariſtolochiæ longæ, nardi Celticæ, rubricæ ſinopidis, gummi,abrotoni, radicis eryngii, ſeminis ſtaphylini, caſtorei,ferulæ viridis meditullii,floris rhododaphnes,ſucci marrubii,ſilphii, ſagapeni, opopanacis, liquoris Cyrenaici,iridis Illyricæ, croci, verbenacæ rectæ,origani,ſeminis cucumeris ſatiui, decocti polii, ſucci & radicis peucedani,foliorum betonicæ, drachmam vnam,cicutæ drachmam ſemis, mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.

F a Viribus] Manuſcriptus codex perperam legit δυναμερῶν, pro δυνάμεων. b Enitæi] Græcè eſt ἠνιταίου.Quid verò ἠνίταιον ſignificet,me ignorare fateor. c Corii] Græcè eſt δέρματος χαλδαϊκοῦ. Cur verò hoc vſurpet, aut quid etiā ſit, ſcire ſatis non poſſum: niſi quòd ſic vocare putem id quod è Chaldæa eſt allatum. d Mali Punici] Græcè eſt ῥοΐδια,pro ῥοιδίου.

Cap. CCCXXXIII.

ANTIDOTVS dicta Pæonia.confert ad deſtillationes capitis,tuſſes, arteriacos, anginoſos, omnia pulmonis &thoracis mala,tabidos,peripneumonicos,pleu-
G riticos. Admirabiliter autem thoracem vindicat,immunémque à deſtillationibus, vlceribus,& ſanguinis reiectionibus reddit. Datur in aqua calida pondere ſiliquarum trium: vt plurimùm autem dormituris. Anginoſis diluta in mulſo ad gargarizandum continuò datur: pennáque cum melle illinitur. Datur colicis, nephriticis,& difficultate vrinæ propter obſtructionem laborantibus,cum nonnullis quæ vrinam mouent,aut apii,aut reliquorum decocto. Datur etiam in diuturnis febribus: verbi gratia quartanis,& quotidianis,duabus ante
H inuaſionem horis cum temperato liquore. plurimùm verò prodeſt concoctione in vrina apparente. Præbetur etiam ad omnes peſtilentes, & populariter vagantes morbos, è vitio aeris natos, inter initia, præſeruandi gratia.Datur quoque dyſenteria graſſante,

ooo. iiii.

præſeruandi cauſa.Eſt ſomnifera & vtilis. Habet amomi drach.vnam,croci drach.duas, pæoniæ radicis aut ſeminis,ſing.ſcrup.tres ſemis,piperis longi ſcrup.tres,folii,euphorbii, ſcrup.tres, ſpicæ nardi drach. vnam, rhei Pontici ſcrup.tres ſemis,coſti,opii,ſingul.drach.vnam, ſeminis petroſelini drach.duas, ſeminis hyoſcyami albi ſcrup.tres ſemis, ſtyracis primarii ſcrupul.tres, myrrhæ troglodyticæ,pyrethri,ſing.ſcrup.tres ſemis, thuris drachmam vnam, caſtorei ſcrup.duos, calaminthæ ſcrup. tres,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

B

Cap. CCCXXXIIII.

ANTIDOTVS Polyetes [a] parua. Capit floris iunci odorati,xylobalſami,caryophylli, cinamomi,ſpicæ,aniſi,ſing.drach.duas,cumini drach.quatuor, caſiæ ligneæ,piperis communis,ocymi,acori,cumini Æthiopici,ſing.drach. vnam, pulegii drach. vnam, mellis aut ſacchari quantum ſatis eſſe videbitur.

a Parua] Codex manuſcriptus habet τὸ μίκον,pro ἡ μικρή. Suprà enim μεγάλην,hoc eſt magnam deſcripſit:nunc verò paruam.

Cap. CCCXXXV.

C

ANTIDOTVS pleuritica efficaciſſima. Accipit gentianæ,ſeminis rutæ ſylueſtris,ſingul.drach.quatuor,ariſtolochiæ rotundæ,ſagapeni, heliotropii, piperis albi,ſing.drach. duas, opopanacis drach.vnam, chamædryos drach.ſex, croci,lauri, ſing.drach.quatuor ſemis,mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.

Cap. CCCXXXVI.

ANTIDOTVS è ſucco cotoneorum,admodum bona. Recipit mellis lib.vndecim,piperis communis, zingiberis,ſing.vnc.ſemis,ſpicæ hexag. quinque, cinamomi hexag.quinque, caryophylli, aniſi, ſing. vncias duas,carnis cotoneorum lib. ſex, & vini odori quod ſatis eſt.

D

Cap. CCCXXXVII.

CONFECTIO melicrati. Habet mellis lib.ſex, papaueris albi,& aquæ,ſing.lib.vnam.

Cap. CCCXXXVIII.

ANTIDOTVS ad omnem defluxionem & hebetudinem oculorum. Eſt valde vtilis. Capit ſucci rutæ drach.ſex, lycii Indici,aloes flauæ, myrrhæ, ſing.ſcrup. ſex,croci,thuris,ſingulorum ſcrup.quatuor,opii drach. quatuor,acaciæ nigræ ſcrupul.duodecim, aquæ pluuiæ puræ ſcrupulos quinque. Liquata ac manibus vtriſque probè vnita,in vaſe vitreo reconde. Et vbi meliorem efficere volueris,pro aqua iniice vinum album.

E

Cap. CCCXXXIX.

ANTIDOTVS è ſulphure ignem non experto, conferens ad rigores per circuitum inuadentes: verbi gratia quotidianæ & quartanæ febris, duabus ante acceſſionem horis data ex poſca aquoſiore. Datur autem Ponticæ nucis quantitas. Qui ſumpturus eſt,eum moderatum eſſe oportet,& ſuperuacuis vacantem. Neceſſe etiam eſt in vrinis bonam apparere concoctionem.& ita quidem præbendum hoc medicamentum, quod habet: Sulphuris ignem non experti, cardamomi, ſtyracis,ſing.ſtagia duo, opii hexag.duo,coſti hexag.duo ſemis, libyſtici hexag. vnũ ſemis, rutæ hexag. duo, croci ſtagium vnum, caſiæ ſtagia tria, piperis communis ſtagium vnum, myrrhæ ſtagia duo, mellis aut ſacchari quod ſatis erit.

F

Cap. CCCXL.

ANTIDOTVS ex [a] anthera ſicca. Datur ad [b] gingiuarum & oris vlcera. Recipit aluminis, portulacæ,cyperi, iridis,croci,myrrhæ,ſeminis cotoneorum, ſingulorum drach.vnã,ariſtolochiæ, florum roſarum, ſing.drach.vnam ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Anthera ſicca] Antheras veteres ad oris gingiuarúmque potiſſimùm vlcera curanda vſurpabant. Videtur autem Nicolaus hanc antidotum more recentiorum à floribus roſarum (quos illi antheras appellant) nominaſſe, quòd neque cinabarin, neque ſandaracham, neque aliud quod colorem floridum conciliare poſſit, recipiat.

b Gingiuarum & oris vlcera] Hæc in Græco codice deſiderantur, qui habet, δίδοται δὲ πρός τι. Adiecta verò à nobis ſunt ex Marcelli cap. 11.& Aetii lib.8.cap.22.& Galeni lib.5. De compoſ.medic. cap.2.ſententia, qui eandem antheram deſcribunt,& ad gingiuarum tumores putredinéſque conferre, vnanimes tradunt.

A

Cap. CCCXLI.

ANTIDOTVS Iuliani, faciens ad aluum adſtrictam,vt citra dolorem molliatur. Confert etiam melancholicis,&* [a] Habet ſpicæ hexagium vnum ſemis, folii Indici,epithymi,ſingulorum hexag. tria, cnici ſeminis hexag. duo & quartam partem, polypodii ſtagiũ vnum & quartam partem,pulegii hexag.vnum ſemis,cumini ſtagium vnum & quartam partem, iridis ſtagii ſemis quartam partem,agarici ſtagium vnum & quartam partem, ſeminis apii ſtagium vnum, dacrydii hexag.tria, mellis Attici vel ſacchari quantum ſufficit.

B

a Et] Deficiunt hoc loco quædam, quæ aliunde reſtituere non potuimus. Nuſquam enim apud alios authores nobis hanc antidotum reperire licuit.

Cap. CCCXLII.

ANTIDOTVS Chryſippi facit ad capitis dolores,cœliacos, dyſentericos, profluuiũ muliebre, [a] & ad. Habet lapidis hæmatitis,ſanguinis draconis, ſingulorũ ſtag.vnum,Lemnii ſigilli, terræ Samiæ, ſing. ſtag.duo, corallii rubei ſtag. quatuor,ſulphuris ignem nõ experti

C

ſtag.duo, electri rubei, acaciæ, ſidiorum, rhois Syriaci, ſing.ſtagia quatuor,roſarum aridarum,myrtorum tenerûm,ſummitatum rubi, polygoni, ſeminis hyoſcyami, caſtorei,croci,myrrhæ,ſtyracis,thuris,ſing.hexag.quatuor,opii hexag.vnum, mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt.

a Et ad] Cætera in manuſcripto codice deſunt.

Cap. CCCXLIII.

ANTIDOTVS ex œnanth eprodeſt [a] ad * Capit aſpalathi,cinamomi,caryophylli,cyperi,ſpicæ, roſarũ,

D

œnanthes ſiccæ,caſiæ, œnanthes humidæ, ſingulorum drachmas duas,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſſe videbitur.

a Ad] Deſunt & hoc loco quædam: qualia verò ſint, ſcire non poſſum.

Cap. CCCXLIIII.

ANTIDOTVS panacia confert iis quæ per circuitum cum rigore affligunt: febres enim longas propulſat & emendat.Facit ad tuſſes diuturnas,tabidos,ſanguinem ſpuentes,grauiter è pectore excrementa eiiciẽtes,difficulter ſpirantes,conuulſos, rupta & inflationes.

E

Prodeſt lienoſis,hydropicis, colicis, nephriticis: calculos renum deducit, & ad omnium reptilium ictum, omnéque materiam corruptionum inducens confert, data Ponticæ nucis magnitudine, vacãtibus febre,cum vino:febricitãtibus autem, ex aqua mulſa. Accipit piperis albi hexag.duo,hyoſcyami,cardamomi, opii,zingiberis, ſing. hexag. tria, ariſtolochiæ, corticis radicis mandragoræ,euphorbii,ſing.gran.vndecim,thuris hexag.tria,ſulphuris ignem non experti hexagium vnum ſemis,coſti grana vndecim,croci hexag. ſemis,folii In-

F

dici,caryophylli, ſingul. hexagium vnum, caſiæ, ſtyracis,ſing.hexag.tria,ſeminis apii,fœniculi,aniſi, ſing.hexagia duo, caſtorei gran.octo, ſpicæ nardi hexagia duo, mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCCXLV.

ANTIDOTVS è citro, ad eos qui tardè concoquũt. Habet carnis citri librã vnam vnc.1. hyſſopi,rutæ,origani,ſingulorum faſciculum vnum paruum, aceti cotylas tres. Macerentur in aceto per noctes & dies

G

quinque,ac ſubinde ad tertias cõcoquantur. Vbi expreſſeris,ſpecies abiicito:aceto autem admiſce mellis hexagium vnum, & iterum coque ad mellis conſiſtentiam, ac deinceps inſperge,ſenæ,aſari,mei,piperis,ſpicæ,zingiberis,caryophylli, cinamomi, coriandri, aniſi, nucis moſchatæ,ſing.vnc. vnam.Subacta probè,dato.

Cap. CCCXLVI.

ANTIDOTVS Hepalas,bona ad conceptionem haud ſecus quàm Tryphera magna,&Eſdra.Prodeſt vehementi viſus hebetudine laborantibus, & oculis deflu-

H

xione obſeſſis,doloribus à partu natis, auribus dolentibus, difficulter audientibus, dentibus concuſſis, commotiſve, vel exeſis, columellæ relaxatæ, & defluxione grauatæ,illita & collutionibus adhibita. Difficulter ſpirantes,aſthmaticos,&omnem ſtomachi dolorem ſanat.

Tabidis,ſanguinem reiicientibus,iecinoroſis, ictericis, lienoſis,hydropicis,colicis,cœliacis,dyſentericis,in poſteriora conuulſis,iſchiadicis,arthriticis,elephantiaque correptis auxiliatur. Mulieribus difficulter parientibus facilem præbet partum. Pota ſterilibus mulieribus con gruit,itidem etiam in peſſo ſubdita,quippe conceptionem iuuat.Omni reptilium venenatorum ictui ſuccurrit.Lethalibus venenis, & omnibus deleteriis aduerſatur. Recipit caſiæ fiſtulæ drach.duas,roſarum aridarũ, ſtyracis boni,croci,ſing.hexag.tria & quartam partem, floris iunci odorati drach. quinque, pyrethri drach.vnam,myrrhæ,coſti,ſing.drach. duas, dauci Cretici drachmas quinque,cardamomi drach.vnam,opii drachm. quinque,aſari drach.vnam,euphorbii drach.ſemis, gũmi drach.tres,tragacanthæ drach.quinque, hypocyſthidis drach.vnam ſemis,rhois Syriaci drach.vnam , iridis Illyricæ drach.duas ſemis,bdellii drach.vnam ſemis,ſeminis papaueris drach.vnam,thuris maſculi drach.tres, ſulphuris ignem non experti , petroſelini, ocymi ſeminis, ſing.drach.vnam,piperis albi drach.decem,ſeminis hyoſcyami,aniſi,fœniculi,folii,ſing.drach.vnam,ſpicæ nardi drach.duas ſemis , mellis Attici vel ſacchari quan tum ſufficere videbitur. Datur nucis Ponticæ quantita te aut fabæ,cum hydromelite.

Cap. CCCXLVII.

ANTIDOTVS ex crocomagmate, prodeſt [a]ad * Habet croci ſtagia decem, myrrhæ ſtagia quinque, roſarum aridarum,amygdalarum repurgatarum,gummi, ſingul. ſtagia quinque , coſti , ſpicæ , ſingulorum ſtagium vnum, crocomagmatis alterius , & vini quod ſatis eſt.

a Deſiderantur quædam in manuſcripto codice, quæ reſtituere nobis integrum non fuit.

Cap. CCCXLVIII.

ANTIDOTVS [a]eupnœa, [b]confert. Habet ſpicæ nardi,caryophylli, piperis,ſing. drach. vnam, myrrhæ, coſti,piperis albi,pyrethri,ſing.drach.duas, maſtiches, ſtyracis,terebinthinæ,ſingul.drach.vnam, ſcammoniæ drach. duas, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſſe videbitur.

a Eupnœa] Sic dicta,quòd difficilem ſpirationem abigat.
b Confert] Cætera deficiunt, vt iam ſæpe in aliis etiam accidit.

Cap. CCCXLIX.

ANTIDOTVS magni decocti,[a]prodeſt ad. Accipit hyſſopi,epithymi, ſingul.hexagium vnum ſemis, [b]xanthobalani hexag.vnum ſemis & quartam partem, nucis vnguentariæ ſtagium ſemis, ellebori hexag.quatuor ſemis & ſtag.ſemis,libyſtici hexag.vnum ſemis,agarici hexag. tria , ſcammoniæ hexag. quatuor ſemis, fœniculi hexag.tria, hyperici, polypodii, chamædryos, polii,centaurii,pulegii,ſerpylli, alipiæ,calaminthæ,origani,peplii,ſing.hexagia duo,mellis aut ſacchari quantum ſufficit.

a Prodeſt ad] Deſiderantur nonnulla, quæ ex meliore codice reſtituenda ſunt. b Xanthobalani] Non eſt verò xanthobalanus,hoc eſt flaua ceu aurea glandis diuerſa ab ea quam Galenus & alii chryſobalanon vocant, vt teſtis eſt Actuarius in deſcriptione quorundam catapotiorum ita ſcribens: Accipit aureæ glandis , quam vocant chryſobalanon. Chryſobalanus autem hodie ignota eſſe videtur, roborandi & diſcutiendi,vt ſpica nardi(Galeno lib.8.& 9.De compoſ. local.medic.teſte) vim obtinens,& ad colicos affectus,ſtomachíque ardores,& ſingultus vtilis. In eius inopia ſpicam nardi vſurpare tãquam ſuccidaneam licebit.

Cap. CCCL.

ANTIDOTVM è bacano, prodeſt [a]iecinoroſis. Habet bacani, coſti,folii, piperis albi,ſpicæ,cinamomi, caryophylli,ſingulorum hexagia duo,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Iecinoroſis] Hoc à nobis ex Paulo adiectum eſt.Is enim libro 7.cap.11.ita ſcriptum reliquit, τὸ διὰ βαχένου ἡπατικόν. Vnde iterũ palàm fit, Cornarium paſſim falſò legere apud Aetium Cacanum pro bacanum:de quo ſuprà etiam diximus.

Cap. CCCLI.

ANTIDOTVS odorata , Clodii. Capit gallarũ ſtag.quatuor, opii vnc. duas . Tita cum aqua effinge,& da catapotia quatuor.

Cap. CCCLII.

ANTIDOTVS è tragematis [a]confert*. Recipit

A vuæ paſſæ albæ hexag.tria, nucum pinearum recētium, ſeminis cucumeris,myrtorum, amyli, palmularum,ſeminis apii,ſing. hexag.vnum ſemis, ſeminis papaueris, croci,ſingulorum ſtagii quartam partem,zingiberis vn ciam ſemis.Bene confecta vtere.

a Confert] Deſunt & hoc loco quædam, aliunde reſtituenda.

Cap. CCCLIII.

ANTIDOTVS alia Polyetes, eiuſdem cum Polyete magna vſus, quæ antea capite trecenteſimo triceſimoprimo eſt deſcripta . Maximè verò confert iis qui
B à capite ad thoracem vſque refrigerati ſunt, defluxione laborantibus, & plurimùm expuentibus , nonniſi recta ceruice ſpirantibus , tuſſi humidæ & ſiccæ . Item iis qui ſtomacho ſunt refrigerati,& ad inflationes eiuſdem.Bonam facit concoctionem, craſſos in vaſis extenuãs inci denſque humores. Menſes ducit,& vrinam mirificè mo uet.In ſumma,medicamentum eſt ad multa vtile, ideóque hac appellatione inſignitum eſt. Habet piperis drach.duodecim,pyrethri drach.duas, pulegii ſicci, petroſelini,ſeſelis,ſing. drach. ſex, calaminthæ,thymbræ,
C iridis Illyricæ,ſing.drach.octo, aniſi, ſeminis apii, ſing. drach.quatuor, libyſtici drach.duas,hyſſopi drach.quatuor,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Datur Ponticæ nucis quantitate ex temperato liquore.

Cap. CCCLIIII.

ANTIDOTVS alia è ſampſycho , vt præcedens vtilis. Capit ſampſychi,thymiamatis,libyſtici,cumini Æthiopici, ſeminis rutæ,piperis communis,ſing.ſtagiũ vnum ſemis, pulegii,iunci odorati,xylobalſami, cinamomi,cumini communis,epithymi,ſeminis apii,zingibe-
D ris,ocymi,piperis albi,caſiæ,caryophylli,ſpicæ, ſingulorum hexagium vnũ ſemis , mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCCLV.

ANTIDOTVS è liquore tithymali Soſiani, qua in tempore vtebatur.Cõfert inflatis,tuſſi,dyſentericis, & ad interna mala,capitis doloribus, inſanientibus,comitialibus, cœliaco affectui,lienis duritiei,ictericis,hydropicis,elephantia correptis, [a]ter menſe data. Prodeſt etiam à ſemine genitali moleſtatis,iſchiadicis, arthriti-
E cis,& iis quibus nocte mentis emotio & ſtupor accidit. Facit ad podagram, & menſes , diuturnas lippitudines, vertigines, aſthmaticos , difficulter ſpirantes , nonniſi recta ceruice ſpirantes,inflatos,iecinoroſos,renum & veſicæ ſcabiem,diutina tuſſe laborantes , eos qui non nutriuntur, hypochondria praua habentes , & eos quibus nuper aqua detracta eſt , ſcabiem renum ac veſicæ habentes,tertianos,quartanos,quotidianos,data vna ante acceſſionem hora fabæ Ægyptiæ magnitudine. Ad tem periem reducto , fabas quatuor præbe. Habet croci,
F myrrhæ,thuris,ſing.drach.duas,cardamomi, opii,ſing. drach.vnam,ſulphuris ignem non experti, pyrethri, opopanacis,ſucci radicis tithymali,ſucci peucedani, ſingul. drach.ſex,piperis albi drach.duas,mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Ter menſe data] Græcè ſcribitur τρεῖς τοῦ μηνός, pro τρὶς τοῦ μηνός. Niſi legere malis τρεῖς τοὺς μηνας , hoc eſt tribus menſibus . Sed prior lectio verior eſſe videtur.

Cap. CCCLVI.

ANTIDOTVS praxagoros . Prodeſt difficulter & nonniſi recta ceruice ſpirantibus, nephriticis,calculo
G ſis,lienoſis,iecinoroſis,ſuppuratis,pleuriticis,& quibus intus morbi cauſa deliteſcit : ac in ſumma , omni tuſſi. Dolorem excellenter mitigat. Accipit ſpicæ nardi,roſarum aridarum,coſti,nardi Celticæ, caſtorei,ſingulorũ drach.duas,ſeminis dauci,caſiæ,euphorbii,pyrethri,ſeminis rutæ,fœniculi,& hippoſelini, ameos, petroſelini Macedonici,ſeminis apii, aniſi, myrrhæ, folii, ſtyracis, amomi,ſeminis origani,ſinonis Syriaci,hedychroi magmatis,ſing.drach.ſex,crocomagmatis drach.quatuor, opii,ſeſelis,cinamomi,ſing. drach.ſex. Si verò cinamo-
H mo deſtitutus fueris , iniice caſiæ duplum , piperis albi drach.octo,hyoſcyami ſeminis drach.decem, opobalſami drach.ſeptem.Excipiantur melle Attico deſpumato vel ſaccharo quod ſatis eſt. Datur Ponticæ nucis quan-

titate cum aqua tepida.Nephriticis autem & calculoſis, cum filicis decocto.Ante omnia verò appetentiam roborat,& bonum efficit colorem. Icterum per vrinam ſoluit,atque cœliacis dolorem mitigat.

Cap. CCCLVII.

ANTIDOTVS dicta Clidion, efficaciſſima ad tuſſes,lateris dolores,guttas deſtillantes,inflatos,ſtomachi aciditates,cœliacos,dyſenterias, ileum, iecur, colū, ſanguinis reiectionem,ictos à ſcorpione,morſos à cane, exulceratos, & tabidos. Habet myrrhæ, caſtorei,ſingulorum drach.ſemis.croci,aniſi, dauci Cretici, ſtyracis,ſeminis hyoſcyami,ſing.drach.duas.terito & cribrato,fingéque paſtillos,& vtere.

Cap. CCCLVIII.

ANTIDOTVS è cardamomo, dicitur etiam lexopyretos.Confert ad tuſſes diuturnas, tertianas, quartanas,& omnes internos dolores, inteſtinorum inflationes, coli & ſtomachi, item comitiales. Tertianis datur cum aqua mellis. Accipit cardamomi, zingiberis,thuris, ſingulorum drachmas ſex, ſulphuris ignem non experti,coſti,ſing.drachmas vnam ſemis,hyoſcyami drach.quinque,piperis albi drach.quatuor.Excipiantur melle Attico deſpumato aut ſaccharo ſufficienti. Datur fabæ pondere. Succurrit verò etiam febricitantibus.

Cap. CCCLIX.

ANTIDOTVS alia lexopyretos, quam nominant è ſulphure. Habet ſulphuris ignem non experti, hyoſcyami, cinamomi,ſtyracis, opii,zingiberis,ſingul. drach.quatuor,caſtorei,rutæ,folii,ſing.drach.quinque, croci drach. duas, caſiæ drach. ſex. Excipe melle Attico aut ſaccharo ſufficiente, & dato Ponticæ nucis magnitudine vna ante acceſſionem hora, ex poſca aut aqua mellis cyathorum trium:ac iube vt dormiat.

Cap. CCCLX.

ANTIDOTVS alia ſimiliter febres finiens.Veteres tuſſes & affectus ſanat.Pleuriticis, difficulter ſpirantibus, ac longis febribus medetur. Omnem circuitum diſſoluit, dimidia hora præſumpta. Similiter quoque quartanos,vna ante acceſſionem hora data,circuitus ſoluit.In balneo cum vino aut mulſo data, meſtrua ducit. Capit myrrhæ drachmas duas,ſulphuris ignem non experti, ſeminis papaueris, ſingulorum drachmas duas, hyoſcyami drachmam ſemis, cardamomi, piperis albi, [a]ſtyracis liquidi,ſingulorum vnciam ſemis. Hæc tuſa & cribro tranſfuſa excipe melle Attico aut ſaccharo ſufficiente,& præbe Ponticæ nucis quantitate.

a Liquidi] Arabum more ϛακτὸν, hoc eſt liquidum ſtyracem vocat Nicolaus, quam alii Græci ϛακτὴν. De qua quidem re alibi multa diximus.

Cap. CCCLXI.

ANTIDOTVS aurea.Prodeſt tabidis, ſuppuratis,tuſſientibus,abſceſſibus internis.Datur locis [a]tranſmittentibus. Habet amomi,croci,coſti,opii,amyli,ſtyracis, paſſarum vuarum exemptis acinis, ſingulorum drach.duas,petroſelini Macedonici,iridis Illyricæ,galbani,ſingulorum ſcrupulos tres,carnis palmularum,terebinthinæ,ſingulorum vnciam ſemis,mellis Attici ſextarium ſemis.Styracem autem,galbanum,opium, irin, palmularum carnes & vuas paſſas cum melle ſoluens:ince dein ſicca,& contere ſimul diligēter. Exceptis vtere. Datur cochlearium vnum cum Attico melle.

a Tranſmittentibus] Manuſcriptus codex habet, διδόλαι τῖ' ποις καὶ ἀναπέμπουσιν.Tamen quid iis verbis ſignificare velit Nicolaus: non ſatis intelligi poteſt: vt ſuſpicio ſit locum hunc non eſſe integrum.

Cap. CCCLXII.

ANTIDOTVS dolorem mitigans; conferens mirabiliter tuſſientibus,ſtomachicis, pleuriticis,cœliacis,dyſenteria laborantibus,acidum eructantibus,colicis, vigilantibus, defluxione in thoracem moleſtatis, iecinoroſis, rigoribus per circuitum redeuntibus, vna ante hora data:inflationibus,& vterinis affectibus. Grauidæ verò mulieri non dabis: abortum enim efficit.

Recipit aſari,ſeminis hyoſcyami,caſtorei,opii,ſtyracis, ſingulorum drachmam vnam ſcrupulum vnum grana octo. Excipiantur melle Attico aut ſaccharo ſufficienti. Mirabiliter verò conducit iſchiadicis. Datur Ægyptiæ fabæ magnitudine cum cyathis duobus temperati liquoris.

Cap. CCCLXIII.

ANTIDOTVS [a]ſymphonos,faciens ad tuſſientes & tabidos. Capit cardamomi hexagium vnum ſemis,ſeminis hyoſcyami,piperis albi, ſingulorum hexagium vnum ſemis,croci, ſulphuris ignem non experti, myrrhæ, ſingulorum hexagium ſemis & quartam partem, opii drachmam vnam, mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.Datur nucis Ponticæ quantitate,cum [b]aquæ cyathis tribus.

a Symphonos] Græcè dicta eſt σύμφωνος, à concordi ac conueniente efficacia ad effectus,quibus eſt deſtinata,curandos. Deſcribitur à Galeno lib.7.De compoſ medic. local. cap.2. et Aetio lib.8.cap. 55. b Aquæ cyathis] Galenus habet μεθ' ὑδρομέλιτος, id eſt aquæ mulſæ,non μεθ' ὕδατος, vt Nicolaus.

Cap. CCCLXIIII.

ANTIDOTVS cyphoides, conferens ad iecinoris frigidas intemperies. Habet croci, cinamomi, ſingulorum drachmam vnam, zingiberis drachmam vnā ſemis,bdellii drach.vnam, [a] aſpalathi, floris iunci odorati, ſingulorum drachmam ſemis & quartam partem, caſiæ,nardi Celticæ,ſingulorum grana quindecim, calami grana ſeptem, terebinthinæ drachmas quatuor, carnis vuæ drachmā ſemis,vini & mellis Attici aut ſacchari quantum ſatis eſſe videbitur.

a Aſpalathi] Manuſcriptus codex habet ἀσφάλτου: quemadmodum etiam Paulus lib.7.vbi eandem antidotum deſcribit:ſed minus rectè.legēdū enim erit ἀσπαλάθου:vt teſtis eſt Galenus lib.8.De cōpoſ.medic.local.cap.7. vbi cyphoiden hanc deſcribens ἀσπαλάθου legit.Ita etiam legit Aetius lib.10.cap.5.

Cap. CCCLXV.

ANTIDOTVS è baccis lauri,tuſſi accommodata. Recipit baccas lauri decem,ariſtolochiæ rotundæ drachmæ tertiam partem,ſulphuris ignem non experti drachmas duas, chamæleuces drachmas duas, ſtyracis calamitis,galbani,ſingulorum hexagia duo & quartam partem. Arida omnia trita cum droſato chamæleuces ſubigito,& fac pilulas,præbetóque tres.

Cap. CCCLXVI.

ANTIDOTVS experta ad eos qui nonniſi recta ceruice ſpirare poſſunt,& pleuriticos. Accipit abrotoni drachmas duas, radicis bryoniæ, rutæ viridis, ſingulorum drachmas quatuor,caſtorei,caſiæ, zingiberis,artemiſiæ, eryſimi, amomi, ſingulorum drachmas duas, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Dantur drach. duæ ex melicrato.

Cap. CCCLXVII.

ANTIDOTVS ad difficulter ſpirantes, Archigenis. Squillam [a] fuluam manum ſua magnitudine implentem repurgatam, fermento extrinſecus obline, & probè in furno aſſato.dein vbi hanc remoueris ab igne, partes in ſuperficie eius aridas adime, & accipe internas partes teneriores, eáſque conterito, & adiice farinæ eruinæ, duplum ſquillæ, ſimúlque probè ſubigens, adde ammoniaci thymiamatis, [b] opopanacis, ſingulorum drachm. quatuor, iridis Illyricæ,abrotoni,[c]acori, ſingulorum drachmas duas, piperis communis [d]grana octo. Excipiens formato paſtillos obolorum duorum pondere. Dantur cum lacte aſinæ, aut capræ, aut [e]cum aqua.

a Fuluam,&c.] Nicolai codex hoc loco mirificè eſt deprauatus.legit enim σκύλαν χηροπληθήσαν καθαρὸς περίπλασον.quum Aetio lib. 8.cap.57.teſte,qui eandem ibidem habet antidotum,legendum ſit, σκίλλαν πυρὰν χειροπληθῆ καθαρθεῖσαν περιπλάσας. Quam quidem lectionem in noſtra conuerſione etiam ſequuti ſumus. b Opopanacis] Aetius habet πάνακος ῥίζης, hoc eſt radicis panacis. c Acori] Nicolai codex legit ἀβροτόνου τῶν ἀκρῶν,hoc eſt ſummitatum abrotoni:ſed falſó.Legendum enim eſt,Aetio ſuffragante, ἀβροτόνου καὶ ἀκόρου,vt nos conuertimus.Pondus denique duarum drachmarūm per nos adiectum ex Aetio,in Nicolai codice deſideratur. d Grana octo] Nicolai codex hoc loco deprauatus,vt aliâs crebrò, legit κρόκου κ'. quū ſcribendum eſſet (vt Aetii codices habent) πεπέρεως κόκκοι κ'. e Cum aqua] Aetius legit ἢ μελικράτου,id eſt cūm aqua mulſa.

Cap. CCCLXVIII.

ANTIDOTVS ad icterum experta. Anchuſæ tritæ cochlearium plenum datum ex aqua mulſa.Carẽtibus febre,cum melle.Qui hoc malo vehementiùs detinentur, iis plus dato. Aut terræ inteſtina , hoc eſt vermes terrenos, æquali pondere in aqua tritos dato biben dos Aut cucumerem ſyluestrem præbeto , vino iniectum, ſurſum naribus attrahendum. Vel folia raphani tundens dilue ſuccum,adiiciendo vinum vetus:dein ægrotantem in balneum ablegato,& vbi ſudauerit,biben dum dato diebus decem. Aut nigellam tritam inice tri bus paſſi cochleariis,& bibendam in balneo præbe ieiuno diebus decem.

Cap. CCCLXIX.

ALIA antidotus ad difficulter ſpirantes. Habet opopanacis drach.vnam,piperis albi, myrrhæ,caſtorei, ſing.drach.ſex, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCCLXX.

ANTIDOTVS conferens podagricis,arthriticis, comitialibus,caput dolentibus,oculos dolentibus, diffi culter audientibus,ſtomachicis,lienoſis, iecinoroſis, nephriticis,dyſentericis,iſchiadicíſque.Lapidoſas durities diſſoluit. Condylomata ſanat : horum enim cauſas per vrinam excernit. Hominis ſenſum immutat ad optimã ſanitatem.Memoriam reparat . Et qui hanc antidotum aſſumit,præ omnibus hominibus floridus fit. Accipit rhei barbari,abrotoni, agarici, ſingulorum drach.duas, phu drachmas tres , petroſelini , mei , ſingulorum drachmas quatuor, hyperici drach. quinq; , gentianæ drachmas tres,ariſtolochiæ rotundæ drach. ſemis, centaurii drachmas octo, chamædryos drachmas nouem. Alii autem pro gentiana iniiciunt chelidonium, &[a]echidnion. Hæc trita & per cribrum tranſfuſa , in vaſculo recondito,ac obturato , & præbe ſcrupulos duos cum cochleariovno,aut duobus aquæ. Accipies autem illam ad eum qui ſequitur modum.

a Echidnion] Græcus codex manuſcriptus habet ἐχίδριον. Cenſeo autem legendum eſſe ἐχίδνιον. Sic autem appellat Apuleius her bam quam is alio nomine viperinam vocat, à ſemine quod viperæ ca put refert. Alii echion nominant. Noſtræ hodie officinæ bugloſſam nuncupant.

Cap. CCCLXXI.

INTERPRETATIO Alexandrinorum menſium ad Græcam appellationem. Tymbe,hoc eſt,Ianuario menſe,aſſumito diebus quinque,& ceſſato vnũ. Mechir,id eſt Februario, accipito diebus quinque,& otiare vnum. Phamenoth,hoc eſt Martio, aſſume diebus quinque,& ceſſa vnum.Pharmuthi,id eſt Aprili, accipe diebus tribus,& deſine vnum.Pachôn,hoc eſt Maio,aſſume diebus tribus,& ceſſato vnum.Payni,id eſt Iunio, accipe diebus duobus, & deſine vnum. Epiphi, hoc eſt Iulio,aſſume vno die,& ceſſato vnum. Meſori,id eſt Augusto,aſſume die vno,& deſine vnum.Thod,hoc eſt Septembri, accipe vno die,& ceſſato duos.Phaophi,id eſt Octobri,aſſume duobus diebus,& deſine vnum. Athyr, hoc eſt Nouẽbri , accipe diebus duobus, & ceſſa vnum. Chyac,id eſt Decembri,dato diebus quatuor , & otiare vnum. Oportet autem aſſumentem hanc antidotum abſtinere conditis,omni mero,carnibus leporinis,porcinis,bubulis, & iis quæ ex oleo aut garo præparantur, crudis oleribus omnis generis,aquoſo garo,ceruinis carnibus , caprearum & omnium melancholicorum animantium . Ab iis etiam piſcibus abſtineat, ſcombris, thynnis,[a]pelamidibus,& omnibus ſquama carentibus. Oportetverò eum qui aſſumit,cauere cruditatem,quotidie tepida lauare, extrema abſtergere,& hydrelæo inungere,lacte opportunè vti.Singulis itaque diebus quæ præcepta & vetita ſunt obſeruato , vt malum immutetur.

a Pelamid bus] Pelamidum meminit Plinius lib.33.cap.11. Eſt verò Pelamis thynni genus. Quippe primus ab ipſo ſtatim oue thynnorũ fœtus cordyla dicitur: qui mox in linarias euadit,ex linariis autem adoleſcentibus pelamides fiunt:ſic à luto dictæ.quum verò pelamides pedalem exceſſere magnitudinem,in thynnos abeunt.

Cap. CCCLXXII.

ANTIDOTVS Eudios,faciens ad tuſſes , lateris

A dolorem,guttas, deſtillationes,inflationes, ſtomachi acidos ructus, colicos,dyſentericos, iecinoroſos, ſanguiniſque reiectionem. Mirabiliter etiam à ſcorpione ictis prodeſt. Recipit myrrhæ,caſtorei,ſing.drach.ſex,croci,aniſi,dauci Cretici,ſtyracis primarii,hyoſcyami,ſing. drach.duas.Cum roſato ſquillitico finge paſtillos , & da dormituro cum temperato liquore pro viribus.

Cap. CCCLXXIII.

ANTIDOTVS Myſterium vocata,confert pleuriticis,vna potione quod promittit præſtans. Dolorem
B quoq; mitigat. Vtilis admodũ ad rigores, & ſtomachũ. Habet ſtyracis, caſtorei, hyoſcyami,opii, aſari, ſing. dr. tres,croci drach.duas,mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCCLXXIIII.

ANTIDOTVS tabidis vtilis, repurgans,& exſiccans, diuturna & liquida educens. Capit farinæ eruinæ drach. quatuor, ariſtolochiæ longæ drach.duas, iridis drach.tres, gentianæ, cardamomi,ſing.drach.duas, mellis Attici vel ſacchari quantum ſufficit.

C Cap. CCCLXXV.

ANTIDOTVS ad iecur optima , & ſtomachicos, experta. Datur cochlearium ex aqua calida, aut frigida. Accipit ſpicæ nardi,coſti,aloes, abſinthii,ſingu lorum drachmam vnã,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſſe videbitur.

Cap. CCCLXXVI.

ANTIDOTVS Ambroſia multi vſus. Habet nardi Indicæ,nardi Celticæ,caſiæ,ſingulorum drachmã ſemis,coſti vnciam vnam hexagium vnum ſemis,croci hexagium vnum ſemis , piperis communis hexag.v-
D num, petroſelini hexagia tria,myrrhæ hexag.duo, crocomagmatis hexag.vnum ſemis, ligni cinamomi hexa gium vnum,amomi hexagium vnum ſemis,mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCCLXXVII.

ANTIDOTVS Polychreſtos,id eſt ad multa accommodata.Facit ad lethalia medicamenta , & virus
E venenatorum,ad timentes aquam , quotidianas,tertianas,quartanas,iecinoroſos,lienoſos,arthriticos, calculoſos,ſtomachicos , & inflatos. Recipit ſcordii Pontici drachmas ſex,pyrethri,piperis albi, ſingulorum drach. quinque , liquoris Cyrenaici drachmas quatuor , opobalſami drachmas ſex,gentianæ,ariſtolochiæ, ſingulorum drachmas tres ſemis , ſeminis rutæ agreſtis drachmas tres,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſſe videbitur.Datur Ponticæ nucis quantitate vna ante acceſſionem hora.Reliquis cum aquæ cyathis tribus.

Cap. CCCLXXVIII.

ANTIDOTVS Hippocratis , faciens ad omnia
F mala:præcipuè verò ad tabidos,ſanguinem ſpuentes,& pleuriticos. Habet cumini Græci veteris drach. vnam ſemis, petroſelini Macedonici, opii, caſtorei, ſingulorũ drachmam vnam,aſari, croci, ſtyracis calamitis, ſingulorum drachmam vnam ſemis,ſpicæ nardi,caſiæ, ſingu lorum drachmam vnam , mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.[a]Datur carentibus febre cum vino veteri:febricitantibus autem cum aqua temperata.

a Datur] Græcè ſimpliciter eſt ἡ δόσις , & pondus deſideratur.

G Cap. CCCLXXIX.

ANTIDOTVS ad ſtomachum refrigeratum, & inflatum.Concoctionem iuuat,craſſos & tenaces qui in profundo ſunt humores incidit:potiſſimùm verò in vaſis.Menſtrua quoque mulieribus ducit. Capit calaminthæ drachmam vnam ſemis, pulegii,ſeſelis,petroſelini, ſingulorum ſcrupulum vnum ſemis,libyſtici drachmas duas,corymborum thymi,ſeminis apii,ſingulorum drachmas quatuor, piperis communis drachmas ſex,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

H Cap. CCCLXXX.

ALIA ſimilis. Habet carei,ameos, coriandri,ſpicæ,cinamomi, cumini, aniſi, fœniculi, apii ſeminum, [a]carnabadii,anethi,ſeminis macedoniſii,ſeminis dauci,

ſingulorum drachmã ſemis, mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit. Semina in aceto macerato die & nocte, dein exſiccata tunde, & per tenue cribrum ſimiliter aliis tranſmitte: & confecta vtere. Datur ex ea ſemuncia.

a Carnabadii] Ex iſta antidoto ſole clarius fit, Nicolaum carnabadium non pro careo vſurpare, ſed pro cumino, vt antea diximus. Nam ſi careum illi ſignificaret, bis in vna compoſitione (quòd abſurdum foret) repeteretur. Initio enim ſtatim huius antidoti, carei fit mentio, & tandem etiam carnabadii.

Cap. CCCLXXXI.

ANTIDOTVS Splenotomos, hoc eſt lienem liquans, valde bona. Recipit radicis pæoniæ, croci, rhei, calaminthæ, ſaluiæ, thlaſpios, epithymi, radicis centaurii magni, centaurii minoris, ſucci iridis, ſeminis rutæ ſylueſtris, piperis longi, aniſi, ſingulorũ drachmas tres, libyſtici, petroſelini, ſeſelis, origani, thymi, trifolii ſeminis, cardamomi, ſeminis dauci, piperis albi, mei, aſari, ſingulorum drachmas duas ſemis, ſpicæ nardi, adianti aridi, caſiæ, polypodii, thuris, galbani, terebinthinæ, bdellii, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum drachmas duas, ſauinæ, rubiæ, helenii, ſingulorum drach. duodecim, agarici drachmas ſex, ſcordii aridi, [a] palireæ ſeminis, ſaxifragi, betonicæ, radicis cyclamini aridæ, Lemnii ſigilli, paſtillorum theriaces, liquoris peucedani, opobalſami, ſingulorum drachmas duodecim, ſtyracis primarii drachmas octodecim, ariſtolochiæ rotundæ, drachmas duodecim ſemis, maſtiches, radicis bryoniæ, ſingulorum drachmas duodecim, oſſium cerui vſtorũ drachmas ſex & quartam partem, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur drachma vna ex aqua decocti ſummitatum tamaricis, corticis radicis capparis, & ſeminis agni.

a Palireæ] Sæpe Nicolaus παλιρέας voce vtitur, fortè pro παλιέρυ, vt ſuprà etiam monuimus. Nam & paliurus, eius præſertim radix, tumores, Dioſcoride teſte, diſcutit.

Cap. CCCLXXXII.

ANTIDOTVS Adriani admodum vtilis. Accipit opii dr. quinque, croci drach. duas & quartam partẽ, euphorbii grana ſeptem, ſpicæ nardi, amomi, botryos, ſingulorum drach. vnam, caſiæ drachmas decem, folii drachmã ſemis, caſtorei drach. duas, roſarum aridarum drach. vnam, rutæ ſiccæ, pyrethri, ſingulorum drachmã vnam, cyperi drachmam vnam & quartam partem, petroſelini Macedonici, dauci Cretici, ſingulorum drachmam vnam ſemis, ſeminis apii gran. ſeptem, opobalſami drachmam vnam & quartam partẽ, ſeminis hyoſcyami, piperis albi, ſingulorum drach. decem, ſagapeni, coſti, ſing. drach. vnam ſemis, ammoniaci gran. ſeptem, mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.

Cap. CCCLXXXIII.

ANTIDOTVS Philonis. Habet croci drach. quinque, pyrethri drach. vnam, piperis albi, hyoſcyami ſeminis, ſing. drach. viginti, euphorbii drach. vnam, ſpicæ nardi drach. vnam & quartam partem, opii drachm. decem, folii, fœniculi, ſing. drachmam vnam, mellis Attici aut ſacchari, quod ſatis eſt. Quibus verò malis ſuccurrat & quo pacto detur, ſingulatim ſubiiciemus. Caput dolentibus, cum paſſi dimidiato cyatho, & antidoti drachma vna in aceto & roſaceo calefacta, irrigato tempora. Si verò dolor diuturnus fuerit, ſubtrahens cibum, in acceſſionum intermiſſionibus ſternutamenta concitato, vt per ea humida deorſum lata, cauſa ſint cur à ſternutamento [a] meatibus liberatis, educantur. Eodem tempore commoderatæ qualitatis drachmas duas gargarizare, & cyathos quatuor tepidæ aquæ porrigere oportet. Inter gargarizandum verò medicamentum retinendum, deinceps quæ confluxerunt expuenda: & plurimùm alleuat. Facit etiam ad comitiales, quando ſinapi cum aqua gargarizatur, aut cum hydromelite, vt obturati meatus excernant. dein fabæ quantitas ad noctem cum tepida aqua danda. Fertur etiam quòd furorem finiat, ſi nigella præfumatur, aut ſinapi manè prius gargarizetur, nocte autem bibatur. Sedat etiam oculorum epiphoras ad noctem data cum aqua calida ante cœnam. Incipientibus ſuffuſionibus cum tragacantha cõmixta & excepta in morem collyrii: dein inuncta prodeſſe creditur. Cõficitur autem hoc modo. Ex medicamento accipiuntur drachmæ quatuor, tragacanthæ aut gummi drach. duæ. Facit ad aurium dolores ex frigore natos, cum paſſo tepido iniecta & infuſa. Ad ſurditates ſummè confert cum drachmis tribus ſucci ſquillæ, & ſucci corticis radicis raphani, & antidoti drachma vna. Ad dẽtium dolores ſi circumlinatur, aut imponatur cauitatibus eorundẽ. Mobiles verò firmantur, ſi medicamento dimidiatã aluminis partẽ commiſceas, & contriueris ſingula. Facit ad commotos dentes etiam alumen ſciſſile tritum cum melle, & ſubinde inunctum. Vtere quoque gargariſmo. Cõducit voci amiſſæ. Dulcis mulſi cyathis quatuor cõmiſce tragacanthæ drach. quinque, antidoti drach. duas. Singulis autem diebus accipe quantitatem exiguæ fabæ, eam retinẽs: vbi verò gargarizabis, deglutito. Facit ad ſtomachicos cum hypociſthide, & vino aminæo, hypociſthide huic cõmixta. Et ſi febricitãt cum frigida aqua ad noctem: [b] iis verò qui non febricitãt, cum vino, aut poſca frigida trium cyathorũ ad noctem dato. Ad defluxiones acrium fluxionũ, quas exedẽtes nominant, in ſtomachum, confert. Bene facit etiam ad inexplebilem appetentiam, data cum decocto thymi cyathorum trium & ſemis, manè & ſub noctem, fabæ Põticæ magnitudine. Ad eos qui haud cõcoquunt cum poſca cyathi vnius & ſemis data. dein deambulationibus vtendis, finietur cruditas. Difficulter & nonniſi recta ceruice ſpirantibus, aſthmaticiſq; cum aceti ſquillititii cochleariis quatuor data conducit. A potione deambulet aut currat, celeribuſque exercitiis vtatur, vt virtus excitetur. Potio detur alia alii, nunc dulcis, nunc acida. Antidoti quantitas ſit fabæ Ægyptiæ. Ad ſanguinis eiectionem cum poſcæ cyathis tribus manè præbetur. Ad tabidos & tuſſientes cum ptiſana commixta, & ſorbendo aſſumpta. Confert ad aridam tuſſim cum aqua mulſa. Ad humidam tuſſim, fabæ Ponticæ magnitudine deuorata. Ad iecinoroſos conuenit data fabæ Ponticæ magnitudine, cum oxymelitis cyathis quatuor. Ad eos qui morbo regio correpti ſunt, cum cyathis tribus decocti aſari fabæ Ægyptiæ quantitas datur. Ad lienoſos radicis capparis faſciculus manipularis decoctus cum poſca, hoc eſt aceti ſextario vno & aquæ ſextario ſemis, donec tertia pars abſumpta fuerit. vnus autem ſumitur cyathus. Ad hydropicos deuoratur ipſum medicamentum, & cibis permiſcetur, datum antè cœnam. Ad colicos qui non febricitant, cum frigidæ aquæ cyathis tribus dato: febricitantibus autem, cum aquæ anethi cyathis tribus, fabæ Ægyptiæ magnitudine, ſub noctem. Ad ventris profluuia, cum decocto lentis, & rhois Syriaci, [c] ericæ cyathis tribus fabæ quantitas datur. Ad exanthemata & pſydracia, cum mellis ac lactis ſextario vno: mirabilis eſt ad huiuſmodi. Facit etiã ad ea quæ ex abſceſſibus relinquntur in thorace cum butyri [d] myſtris duobus, & mellis myſtro vno, & ſulphuris ignem nõ experti drachmis decem, fabæ quãtitas commixta & excepta cum primis. Ad dyſentericos accipe mali Punici lib. ſemis, & pòſt cõmiſce medicamẽtũ cyathis tribus ad noctem. Prodeſt cõuulſis in ſcapulas cũ aqua mulſa data lupini quãtitate. Ad eos qui elephãtia laborãt, dantur ſucci ſquillæ cochlearia tria. Præterea cũ vino [e] cui marina ſit addita, cõmixtũ medicamentũ dare oportet, cyathos quatuor diluti, exhibendo manè ante deãbulationẽ. Præbetur quoq; alternis diebus à cœna. Ad arthriticos & podagricos ſub noctẽ pota ex decocto nardi Celticæ cyathorũ trium, quãtitate fabæ. Ad nephriticos cũ mulſi cyathis tribus. Ad calculoſos cũ decocto apii aut aſari ſextarii vnius, & aqua ſextarii ſemis. Ad ſtillicidiũ vrinæ cum cyathis tribus decocti fœniculi fabæ quantitate. Eiicit verò ſecundas mulierum, aut ſiquid relictũ fuerit. Excipitur autem cum decocto fœnogræci. Et ad peſſum in vehementibus refrigerationibus mulierum accipe adipis anſerini drachmam vnam, [f] lilini vnguẽti

cyathum ſemis,medicamenti drach.vnam.His commixtis prodeſſe nimis creditur.Appoſita ſoluit refrigerationes,& valet ad ſanguinis retentiones.Fertur quoque in tertiana,quartana & quotidiana pota liberare à rigoribus, ſi cum aquæ mulſæ cyathis tribus detur nucis Ponticæ magnitudine. facit ad venenatarum ferarum ictus. commendatur autem vt nullum aliorum medicamentorum. Conſeruat quoque corpus ab omni vitio ante vniuſcuiuſque diei finem,erui aut ciceris quantitate aſſumpta.

a Meatibus]Hoc locò plurimùm exemplar Nicolai deprauatum eſt.Nos verò eum vtcunque ſenſum elicere conati ſumus,qui à ratione minimè eſſet alienus. b Iis verò qui non febricitant] Græcus manuſcriptus codex habet πρὸς δὲ τὰς ἀφυδρoῦντας.Puto autem legendum eſſe πρὸς δὲ μὴ πυρέσσοντας, vel πρὸς δὲ ἀπυρέτους.Coniecturis enim tantùm in iſto mendoſo codice nobis vtendum fuit,quum alterum ad quod in dubiis rebus confugeremus,defuerit exemplar.

b Ericæ]Codex manuſcriptus habet ἐρίβης.Quid verò ſit ἐρίβη, cogitare nequeo.Legendum itaque eſſe iudico ἐρείκης.Ac potuit eſſe facilis ab vna in aliam tranſitus. d Myſtri]Myſtrium triplex fuit, magnum videlicet:paruum,& mediocre. Magnum capit drachmas tres,& ſcrupulum vnum.Paruum drachmas duas cum dimidia. Mediocre dr. duas & totidem ſcrupulos. e Vini cui adiecta ſit marina] In manuſcripto codice malè οἴνου τεθλασμένου pro τεθαλασσωμένου. Præterea ſequitur quædā dictio quæ prorſus eſt deprauata, vt legi rectè nō queat. Quare ſenſum qualemcunque potuimus,expreſſimus,à ratione tamen (vt ſperamus)nequaquam alienum. f Lilini]Manuſcriptus codex legit χρύνου μύρου pro κρινίνου μύρου.Lilinum autem vnguentum ad muliebria mala eſſe efficax,notius eſt quàm vt demonſtrari debeat.

Cap. CCCLXXXIIII.

ANTIDOTVS hæmaptoica, Metrodori . Habet croci drach.vnam,coſti,piperis albi,ſing.drach.ſemis,roſarum ſiccarum drach.quinque , mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.datur fabæ Ægyptiæ magnitudine.

Cap. CCCLXXXV.

ANTIDOTVS alia,ad ſanguinem ſpuētes nobilis. Accipe ſummitatum rubi faſciculum manipularem ſemis,& cum aceto ad tertias vſque decoquito. Pota cō ſeſtim ſanguinis reiectiones compeſcit.eſt verò eximiū remedium.

Cap. CCCLXXXVI.

ANTIDOTVS alia ad eos qui ſanguinem ſpuūt, & ad reuelatos abſceſſus,puſque reiicientes . Recipit ſeminis apii drach.vnam ſemis,dauci drach.tres ſemis,caſtorei drachmam vnam, opii,nigellæ,ſing. drach. vnā ſemis,iridis Illyricæ drach.duas, mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit.datur nucis Ponticæ magnitudine,cum temperati liquoris cyathis tribus.

Cap. CCCLXXXVII.

[a]ARIDVM ad ſpuentes ſanguinem expertum.Capit amyli,[b]ceruſſæ,ſigilli Lemnii,thuris,ſingul . drach. duas.Tritis iis ſimul,da cochleariū vnū ex aquamulſa.

a Aridum]Græcè eſt ξήριον. Sunt autem Græcis ξήρια (vt teſtis eſt Actuarius) omnia medicamenta arida & ſicca,quæ hodie facientes medicinam pulueres appellant.Cornarius in ſuis commentariis falſò ad eos tantùm pulueres qui vulneribus,vlceribus,& cuti inſperguntur, hanc dictionem detorquet. b Ceruſſæ]In manuſcripto codice hîc & in multis aliis locis legitur ψιμμυθίου,hoc eſt(vt nos cōuertimus) ceruſſæ.Quanquam paſſim in Nicolao deprauatè ſcriptum ſit ψιμίνθου. Cæterùm quum lethalis ſit ceruſſa,& veneni maleficium habeat,Dioſcoride & experientia teſte,errorem ſubeſſe iudico.Neque enim in vlla confectione quæ eſt apud Galenum de curanda ſanguinis reiectione, (quanquā multas è veteribus recenſet) ceruſſæ ſit mentio. Opiū quidem,mandragora & papauer,nonnullis admiſcētur compoſitionibus: ſed nuſquam quod ſciam,ceruſſa.Cēſeo itaque pro ψιμμυθίου,legēdum eſſe συμφύτου.Nam iſtius aliquot in cōfectionibus hæmoptoicis apud Galenū & Actium ſit mentio. Et infrà antidoto 395.ad ſanguinem ſpuentes ſymphyto vtitur.

Cap. CCCLXXXVIII.

ANTIDOTVS ex opio.Facit ad conuulſos in ſcapulas,& contractiones neruorū.Habet opopanacis ſcrupulos tres,opii ſcrup.duos,thuris drachmam vnam.datur[a]febre carentibus ex aqua cyathus vnus: febricitantibus verò cum aqua mulſa.

a Febre carentibus]Codex manuſcriptus legit πυρέτοις , & liquorem in quo antidotus ſit exhibenda præterit. Legendum autem erat ἀπυρέτοις μεθ' ὕδατος κύαθον α.

Cap. CCCLXXXIX.

ANTIDOTVS ad omnia interna mala, experta. Recipit ſeminis apii,& fœniculi,ſing. drach.tres , piperis drach.duas,coſti dr.vnā,mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.datur nucis Ponticæ quantitate , febre vacantibus cum mulſo,febricitantibus autem cum temperato liquore.

Cap. CCCXC.

PILVLÆ ſitim reſtinguentes. Capiūt ſucci meliloti,ſucci portulacæ,ſucci glycyrrhizæ,tragacanthæ,ſingulorum drachmam vnam ſcrupulum vnum granum vnum.Fac pilulas,& da vt ſub lingua contineatur. ſunt ad febres admodum vtiles.

Cap. CCCXCI.

ALIVD [a]chylarium,bilem ducens. Accipe violas aridas,tūde & læuiga,pérque cribrum tranſmitte. deinde cape de zulapio violaceo quantum ſatis eſſe videbitur, & ſacchari lib.vnam coque donec mellis craſſitudinem induant . datur manè ſemuncia.

Chylarium]Græcè χυλάριον.Chylaria verò(vt teſtis eſt Actuarius) fiunt,quando herbas quaſdam,adiecto mediocri melle aut ſaccharo decoquimus.Latini ſuccatiunculas poſſent nominare.

Cap. CCCXCII.

ALIVD bilem ducens , eiuſdem efficaciæ . Recipe ſerum lactis caprini,decoque ad carbones exiguos cum ficulno ligno.Et quod ex ipſo inſtar caſei ſupernatat,cū cochleario abiice:poſtea per ſaccum tranſfundens,cum polline violarum vnito,& ſine vna nocte . Calefactum ſubinde bibe vt potionem.

Cap. CCCXCIII.

ANTIDOTVS alba, dicta Miencaphetites, efficax ad comitiales, data cum recenti leporis ſanguine. Ad melancholicos cum decocto anacardii . maniacis & reſolutis cum vino datur,in quo ſaluia efferbuit & caſtoreum.quartanariis cum decocto roſmarini aut rutæ. Prodeſt etiam hydropicis,lienoſis,& nephriticis.Habet terebinthinæ,opopanacis,galbani,aſari,ſagapeni , anacardii,āmoniaci,bituminis,pyrethri,caſtorei,[a]ſulphuris viui,aloes,petroſelini,dacrydii , agarici, colocynthidis , ſauinæ,ſcordii,ſing.dr.vnā, ſanguinis draconis dr. vnā.Hæc quidem læuigato,illa verò liquato cū aceto in igne,&vnito omnia cum melle aut ſaccharo ſufficiēti.

a Sulphuris viui] Codex manuſcriptus habet σέλφου ζυγίας, haud dubiè pro σούλφυρις βίβι. Latinas enim dictiones Græcis literis non ſatis potuit exprimere Nicolaus.

Cap. CCCXCIIII.

ANTIDOTVS ex iride , conferens aſthmaticis, difficulter ſpirantibus,raucitate laborantibus, vocéque deſtitutis.Recipit iridis drach.duodecim,hyſſopi,pulegii,glycyrrhizæ,ſing.drach.quatuor,tragacanthæ,amygdalarū dulcium,nucum pinearum,cinamomi, zingiberis,piperis communis,ſing.drach.duas,carnis palmularum,vuarum paſſarum,caricarum ſine acinis, ſingul. drach.duas ſemis,ſtyracis drach.tres , mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.datur manè & veſperi.

Cap. CCCXCV.

ANTIDOTVS ad ſanguinem ſpuentes , admodum bona.Capit decocti ſymphyti,boli Armenii , ſanguinis draconis,cornu ceruini,lapidis hæmatitis,coralii rubei,ſpodii.Commixta hæc bibenda præbeto.

Cap. CCCXCVI.

ANTIDOTVS alia ad ſpuentes ſanguinem. Lapidem hæmatitem tere in [a]pumice, præbe bibendum cū aqua.Similiter verò profluuium muliebre ſiſtit.

a In pumice]Græcè eſt τρίψας εἰς κίσσιριν. Quomodo autem in pumice foraminulento poſſit teri,nō intelligo. Videtur itaque ſubeſſe menda,& fortè legendum eſſe εἰς θυείδιον,id eſt in mortario.

Cap. CCCXCVII.

ANTIDOTVS ad ſanguinem excernētes,& profluuium muliebre ſiſtens,experta.Habet nucum pinearum drach.duas,croci drach.vnam , ſpicæ nardi drach. ſemis,aniſi drach.vnam, palmularum maceratarum in vino adſtringente aut poſca drach . duas. [a]Trita & cribrata excipe palmulis diſſolutis , & finge paſtillos ſex. datur vnus cum aquæ cyathis duobus.

a Trita]Codex manuſcriptus legit χάνσας pro κόψας.

Cap. CCCXCVIII.

ANTIDOTVS alia ad profluuia ſanguinis nariū omnis generis.Leporis pilorum vſtorum , capillorum muliebrium vſtorum,ſing.drach.duas , chalcanthi drachmas octo.fac aridum & inſufflando inſperge.

Cap. CCCXCIX.

ANTIDOTVS ſimilis ad profluuium ſanguinis narium.Stercus aſininum vſtum & tritū in pollinem,

in aceto liquans inunge fronti, ſiccúmque naribus inſuffla.

Cap. CCCC.

ARIDVM ad omnis generis ſanguinis eruptiones, [a]experimento feliciter cognitum.eſt autem admodum præclarum. Accipit miſyos,chalcanthi,ſing.drach.tres, corticis pini,chalcitidis,mannæ,gypſi,ſing.drach.duas. Trita in pollinē naribus ſurſum inſufflato,ac inſperge.

a Feliciter experimento cognitum] Codex manuſcriptus habet ἐπιτεταμμένον. Cenſeo autem legendum eſſe ἐπιτετευγμένον, hoc eſt accommodum:vel vt nos conuertimus, experimento feliciter cognitum. A verbo ἐπιτυγχάνω.

Cap. CCCCI.

ARIDVM, ſanguinem ſiſtens Archigenis,ad ſanguinis è naribus profluuium valde laudatum.Capit aluminis ſciſſilis,gallæ immaturæ,chalcitidis. His æqualiter tritis fac puluiſculum,& naribus inſuffla.

Cap. CCCCII.

ANTIDOTVS nobilis ad ſanguinis eruptionē. Fimbriam albam ſanguine irrigato, & collo aptato dicens:ſanguis ſanguinem [a] vinciens ſiſtit. Hoc omnem ſanguinis eruptionem compeſcit,ſuper partem infernā ligatum:verbi gratia è naribus manante ſanguine, ſuper collum: è vena,ſuper ortum venæ:è ſede, ſuper femur:& in aliis ſimiliter.

a Vinciens]Græcè eſt δείσας,hoc eſt metuens. Legēdū autē eſſe iudico δήσας,id eſt vinciens vel ligans.Sed parum refert vtro modo legas,quia ſuperſtitioſum eſt hoc medicamentum:ideóque à Chriſtiano homine,vt alia multa quæ Nicolaus refert,prorſus non vſurpandum.

Cap. CCCCIII.

ARIDVM aliud,ad profluuium ſanguinis narium. [a]Punica& nucleum eorundem cum aceto inſtilla in oppoſitam aurem,naris ſanguinem effundētis. Si verò ex vtriſque,inſtilla duabus auribus.

a Punica & nucleum eorundem]Codex manuſcriptus legit ῥοίδιον καὶ ὔχραν:ſed quid ſit ὔχρα,nemo intelligit.Quapropter locus hic corruptus eſt.Suſpicor autem ſcribendum eſſe ῥοίδιον καὶ πύρηνα,quam lectionem in noſtra cōuerſione ſequuti ſumus,vtpote à ratione nō abhorrentem.Quippe nuclei,potiſſimùm acidorum Punicorum ſanguinis excretiones, Dioſcoride atteſtante,ſiſtunt.Facilè tamen ſententiā mutabimus noſtram, vbi ex melioribus codicibus meliorem & legitimam quis produxerit lectionem.Nobis coniecturis tantùm vtendum fuit in hoc mendoſiſſimo manuſcripto codice.

Cap. CCCCIIII.

ANTIDOTVS ad ſpuentes ſanguinem,valde bona.Habet ſeminis apii drach.tres,dauci drach. ſeptem, caſtorei drachmas duas,opii, nigellæ, ſingulorum dr. tres,iridis Illyricæ dr.quatuor,mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit. Datur Ponticæ nucis magnitudine cum temperati liquoris cyathis tribus.

Cap. CCCCV.

ADIVRATIO ad profluuium ſanguinis narium, ſonans in hunc modum.In nomine patris & filii & ſancti ſpiritus,amen.Debet autem qui dicturus eſt adiurationem hanc,in manu ſua retinere lapidem iaſpida aut hæmatiten,& ſic dicere, [a]εἰς τὴν κρίσιν τὴν ἦλθεν εἶδε οἱ ἀπάβαδοι, καὶ οἱ ἀπάπαδες, καὶ οἱ τόκον λαμβάνοντες, & crucifigentes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſiſte ſanguinem,& apprehendens in capite ægrotantis capillos, dic ter.Dein pone iaſpidem in nares ſanguinem effundentes. Atque dic, Credo in vnum patrem omnipotentem: & Pater noſter qui es in cælis, & Aue gratioſa,vſque ad finem,idque ter.Poſthæc dic:Per nomē magnū Dei omnipotentis propheta Zacharias in templo Domini à viris iniquis trucidatus eſt,& ſanguis eius tā quā lapis cōcreuit:ſic & tu[9] ſanguis cōcreſcat,& ſiſtatur per ſeruum Dei.Adiuro te per fidem Veronicæ,ſanguinem ne amplius ſtilles.Stes probè,ſtes cum timore, amē.hoc dic ter. Adiuratio ad omnē ſanguinis eruptionem ex vtero,aut immodicum fluorem mulierū. Scribe in charta hunc pſalmum primo ſabbato priuſquam ſol oriatur,& liga ad dextrum brachium manus eius: Miſerere mei Deus ſecundū magnam miſericordiam tuā: quandiu ſanguis effluxerit.Deinde in alteram chartam ſcribe ex Euāgelio hoc verbum, Loquēte Ieſu,Ecce princeps quidam accedens adorauit eum,dicens: Filia mea modò defuncta eſt, ſed veni, & impone manum tuam ſuper illam,& viuet.Et ſurgens Ieſus ſequutus eſt eū,& diſcipuli illius.Et ecce mulier quæ ſanguinis profluuio laborauerat duodecim annos, accedēs à tergo tetigit fimbriā veſtimēti illius.Dixerat enim intra ſe: ſi tātùm tetigero veſtimentum illius,ero ſalua.At Ieſus conuerſus vt vidit illam,dixit,Confide filia,fides tua ſaluam te fecit.& ſalua facta fuit mulier à tempore illo. Liga hanc chartulam ad dextrum mulieris femur eadem die primo ægrotātis ſabbato,priuſquam ſol oriatur,& illic permitte quoad laborans mulier ſanetur à morbo.

a Εἰς τὴν κρίσιν &c.]Hæc verba à me conuerſa non ſunt, quòd quid præ ſe ferrent, haud intelligerem. Et animus erat,totam hanc cōiurationem omittere.Tamen vt inde perſpicuum fieret,quàm plenum etiam ſuperſtitionum Nicolai ſeculum fuerit,hanc nō penitus prætereundam eſſe iudicaui. Vt mirum non ſit ſuperſtitionem (maximè quū Pontifices nonnulli illam pulchrè adiuuarent)magis ac magis ſubinde auctam eſſe,donec noſtra ætate penè vniuerſam pietatem & fidem in Chriſtum obſcurarit & extinxerit.Et actum de religione vera fuiſſet, niſi Deus per gratiam ſuam aliquot pios & doctos viros excitaſſet,qui nos ex opacis iis ignorātiæ & ſuperſtitionis tenebris,verbi Dei prædicatione vindicaſſent.Pro quo immenſo beneficio Deo optimo maximo,perpetuò agamus gratias decet.

Cap. CCCCVI.

ANTIDOTVS Theodoretus,aut anacardia.Quære curatorias eius facultates capite 217.Habet anacardii drachmas tres,croci,caſiæ,folii,ſpicæ nardi,mei, agarici,rhei Pontici,ſing.drach.vnam ſemis,caryophylli, epithymi,acori,piperis communis,ſaxifragi,maſtiches,iridis,myrobalani,ſingul.drach.tres,aloes drach.ſex,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCCCVII.

ANTIDOTVS Abſinthites,ventrem emolliens, bilem,pituitam,alióſque humores ſubigens.Accipit coſti,maſtiches,ſingulorum ſcrup.duos,folii, roſarum aridarum,aloes,ſingulorum ſcrup.vnū, croci ſcrup.ſemis, abſinthii,rhei Pontici,ſiliquæ octauam partem, floris iunci odorati ſcrup.vnum,mellis vnc.quinque, vini optimi ſextarios duos. Maſtichen & aloen ſeorſim læuigato,alia verò omnia ſimul tundito,omnibúſque commixtis adiice mel:& vbi parum cum melle contriueris, affundito vinum:& commiſcens ſubigénſque, in vaſe puro reconde.Vtere cum vino mero,ieiuno adhuc exiſtente,& à cœna.

Cap. CCCCVIII.

ANTIDOTVS ſimilis Abſinthites, quæ ab Amazonio epiſcopo eſt compoſita. Confert ad dolorem capitis,acutum auditum,oculorúmque defluxiones,vlcera & thoracis mala ſanat, lieni & iecori prodeſt, aluúmq; emollit,ſiue ieiuno,ſiue à cibo data.Colicis ſymptomatis data medetur: & eſt admodum vtilis. Capit coſti,ſpicæ nardi,florum iunci odorati,cardamomi,abſinthii,ſingul.vnciam ſemis,folii drachmam vnā, ammoniaci thymiamatis,aloes hepaticæ, maſtiches, ſing. drach.vnam ſemis,mellis ſextarium vnum ſemis, vini ſextarios ſex.datur mixtio vna pro viribus.

Cap. CCCCIX.

ANTIDOTVS Abſinthites iecori conueniens, bona.Recipit ſpicæ nardi,amomi,folii,ſing. drach.ſex, aloes hepaticæ drach.duas,coſti,abſinthii, ſing. drach. vnam ſemis,roſarum aridarum drachmas duas, mellis vncias quinque, vini ſextarium vnum.Probè confecta vtere.

Cap. CCCCX.

ANTIDOTVS Abſinthites vrinam mouens,& humores internos purgans,extenuans, extergens, ſtomachum roborans,iecur & reliqua viſcera. Accipit folii hexag.tria,amomi,coſti,roſarum aridarum, maſtiches, caſiæ,ſingulorum drachmas tres,croci vnc.duas, aloes drach.ſemis & quartam partem,comæ abſinthii drach. vnam ſemis,vini tenuis boni ſextarios decem, mellis ſextarios duos.

Cap. CCCCXI.

ANTIDOTVS Mithridatis.prodeſt diuturnis defluxionibus ſtomachi & thoracis,& omnib[9] in profundo corporis factis exulcerationibus,& abſceſſibus.Tabidis,ventris inflationibus,cœliacíſque medetur. bonum

corporibus colorem conciliat, appetentiam immutatã reſtituit:ex morbo languidos reficit, calculos conterit. difficultatem vrinæ ſanat, melancholiam non ſinit cõſiſtere,mortuum fœtum eiicit. Ad muliebria mala con ueniens.vtentes ea efficit acutiùs videntes. præſumpta non permittit lædi à lethalibus medicamentis.compoſita autem eſt à Mithridate.Datur Ponticæ nucis quan titate. adultis quidem hexagium vnum: iis qui media ſunt ætate & non febricitant,cum vino datur,aut mulſo,aut condito. in obſtructionibus iecinoris & febricitã tibus,datur ex aqua aut mulſa. Habet abrotoni,ariſtolochiæ,ſing.hex.vii.caſiæ ſtag.iiii,croci ſtag.vnũ,aſari, aniſi,agarici,carpobalſami,balauſtiorum,iridis Illyricæ, acori,caſtorei,gũmi albi,ſaluiæ,radicis ſymphyti, [a]tordili ſeminis,ſucci hypociſthidis, opopanacis, ſing.ſtag. vnum, baccarũ iuniperi, amomi, bdellii,conyzæ tenui foliæ,calami odorati,canchryos,ſeminis lonchitidis,xylobalſami,ſing . ſtag.vnum ſemis, gentianæ, ſucci glycyrrhizæ,dauci Cretici,dracõtii radicis,eryngii radicis, ameos,centaurii,cyphei,roſmarini,terræ Lemniæ,mei, ſeminis ormini,erui albi,piperis communis,maceris,ſagapeni,ſtichadis,nucum pinearum toſtarum,floris iũn ci odorati,carnium vuarum paſſarum Creticarum,ſeſelis,[b]ſtaphylini ſeminis,pſyllii,chamædryos,ſcordii,teu crii,hyoſcyami,balſami, ſeſami toſti, ſing.ſtag.duo, caſiæ Syriacæ,polii ſucci,helenii,piperis nigri,ſeminis cucumeris,terebinthinæ,fellis taurini,fellis vrſini,chamæ pityos , ſing. ſtag. duo ſemis,cyperi,baccarum cedri,ſeminis [c]fœniculi,thuris,anatis ſanguinis,nardi Syriacæ, radicis panacis , ſecuridacæ [d]folii, petroſelini, liquoris peucedani,ſing. ſtag.ſex,ſeminis rapi ſtag.quatuor,terræ Samiæ ſtag.ſemis,ſeminis coriãdri hexag.decẽ,myrrhæ, zingiberis,ſing. ſtag.tria ſemis, thlaſpios ſeminis ſtag.quatuor,cnici ſeminis ſtag.quatuor,cinamomi, coſti,ſing.ſtag.tria ſemis,ſeminis papaueris ſtag.quinque, nardi Celticæ ſtag . quatuor , opobalſami ſtag. duo & quartam partem, polygoni ſtag.quatuor ſemis, piperis albi ſtag.ſemis,phu ſtag.vnum,vmbilici Veneris ſtag.ſemis,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Tordilii] Manuſcriptus codex falſò τροδήλυ,pro τορδιλίυ legit. b Staphylini ſeminis] Codex manuſcriptus habet ςαφύλλης pro ςαφυλίνυ.Legendum autem eſſe Staphylinum, Latinum exemplar Ingolſtadii excuſum confirmat. c Fœniculi] Manuſcriptus codex perperam μαλάθρυ pro μαράθρυ ſcribit: niſi λ pro ρ Atticè ſit vſurpatũ: quod tamen Nicolaus facere haud conſueuit. d Folii] Codex Nicolai habet ἰφύλλυ,pro φύλλυ.Legendum enim eſſe φύλλυ, Aetius in deſcriptione antidoti Mithridatis ſatis teſtatur.& in ſequenti etiam anti doto Mithridatis, φύλλυ legitur.

Cap. CCCCXII.

ANTIDOTVS alia Mithridatis melior omnibus,ad omnis generis mala muliebria frigida,&eas quæ non concipiunt.item melancholiam,omne capitis malum,dolores aurium,lacrymantes oculos,dentium cruciatus,oris inflammationem, & palati omniſque generis aurium mala, vt emplaſtrũ impoſita. ſimiliter ad ictus venenatorum,venenũmque bibentes cum methæ decocto pota.ad omnia denique mala prædicta in antidoto Mithridatis quæ hanc præcedit. Recipit ſtyracis drach.vnam ſcrup.duos,caryophyllorũ,ſpicæ,xylobalſami erui,[a]laccæ,tragacanthæ,maſtiches, galbani,gummi cedri,quod eſt ſimile thuri,bituminis,caſtorii,gum mi hederæ,bdellii,ſigilli Lemnii,meliloti,opopanacis, ladani,ammoniaci,opii, ſulphuris ignem non experti, glycyrrhizæ, nitri,ſucci hypociſthidis,acaciæ,roſarum, chamædryos,hyperici,abrotoni,pæoniæ,hyſſopi,origani,helenii,[b]ligni iuniperii,foliorum lauri,ariſtolochiæ longæ,epithymi,peucedani,centaurii,roſmarini, eryngii,balauſtiorũ, foliorũ myrti, abſinthii,raphani,ſquillæ,fructus balſami,aniſi,[c]nigellæ ſiue gith,hyoſcyami, cumini,fœniculi,cardamomi,ſeſelis,ſinapi,ameos,ſino nis,libyſtici,rutæ,papaueris,apii,dauci,rapi ſeminis,piperis longi,ſeminis ocimi,amomi,ſing.drach. vnam ſemis,acori,[d]ilapheos,quæ lingua Italica dicta eſt bardana, [e] cyclamini,ſeminis agni,plumbi vſti,ſing.ſcrupul. duo,balſami,cinamomi,croci,coſti,floris iunci odorati,zingiberis,folii,terebinthinæ,myrrhæ,thuris,caſiæ li gneæ,agarici,nardi Celticæ,rhei Pontici,iridis,aſari, di ctamni,marrubii,colocynthidis,ſtichadis,artemiſiæ,ca laminthæ,ſcordii ſylueſtris,ſymphyti,chamæpityos,pi peris albi,piperis nigri,petroſelini,rhois culinarii,mala bathri, cardamomi,quinquefolii,ſing.ſcr.vnũ,baccarũ lauri ſcr.vnum,vini veteris boni vnc.vnam,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.datur nucis auellanæ quan titate cum vino tepido , cui ſaluia incocta ſit.

a Laccæ]Codex manuſcriptus habet φακῆς, pro λακκῆς. Vulgares autem codices Latini quibus Seplaſiarii in conficiendis medicamentis vtuntur, legunt lentiſci , ſed perperam. Nam ſcribendum eſſe laccæ exemplaria Nicolai emendatiora Latina quæ laccæ habent,ſatis teſtantur.Plaetarius etiam in ſuis annotationibus in hanc antidotum lentiſcum pro lacca interpretatur. b Ligni iuniperi] Nicolai codex habet ξυλοτζυνίπερι, quæ dictio eſt ex Græco & Latino compoſita, vt cuiuis linguarum perito apparet.ξύλον enim lignũ, iuniperus verò fruticis nomen apud Latinos. c Nigellæ] Nicolaus habet κόκαλιν τῦ σίτυ,hoc eſt Cocalin frumenti, adeóque in vulgi errore eſſe videtur, quòd Nigellam arbitratur eſſe eam ſtirpem quæ in frumentis paſſim prouenit,& lolium nonnullis: Germanis verò noſtris raden appellatur.Sed vſurpari debet vera Nigella,cuius hiſtoria & pictura eſt in tomo primo noſtrorum De ſtirpium hiſtoria commentariorum , quæ gith etiam nominatur. Suſpicio etiam eſt κόκαλιν pro λόλιον ſcripſiſſe Nicolaum. d Ilapheos]Manuſcriptus codex habet εἰλάφεας λεγομένη ἰταλικῇ γλώσσῃ. & aliquid deinde deſideratur, nimirum βαρδαίη. Bardana verò Græcis ἄρκειον & προσώπιον, Latinis perſonatia dicitur. Vulgus non ſolùm bardanam,ſed& lappam maiorem vocat.Latinus etiam codex Ingolſtadii excuſus habet Ilaſeos,id eſt lappæ. e Cyclamini]Græcè eſt, κυκλαμινάιας, ἤτοι κασάμυ φύλλυ, hoc eſt caſami folia.Nicolaus enim & alii recentiores Græci cyclaminum vocant caſamum,vt ex Aetio,Actuario,& Nicolai interpretationib[9] ſatis liquet. Ibidem enim ita ſcribitur,κάσαμον,ἢ κυκλάμινος.Mirum autem eſt Nicolaum vti foliis cyclamini , quum veteribus, Dioſcoridi nimirum & Galeno,radix tantùm in vſu medico probetur.

Cap. CCCCXIII.

ANTIDOTVS alia panchreſtos,hoc eſt ad multos affectus accommodata,conferens vt præſcripta. Verùm quære huius curatoriam facultatem inter præſcriptas pãchreſtos antidotos,in capite ducẽteſimovigeſimoquinto. Habet opii[a] Thebaici dr. quinque,croci drach. duas ſcrupulum vnum ſemis,ſeſelis dr.duas, calami odorati,caſtorei, carpobalſami,cardamomi,petroſelini,ſing.drach.vnam ſcrupul.vnum,zingiberis, caſiæ ligneæ,ſagapeni,hyoſcyami,ſeminis apii, ſeminis rutæ ſylueſtris,ſing.drach.duas, nardi,pyrethri,mei, euphorbii, aniſi, trifolii, ſeminis dauci Cretici , ſing. ſcrupul. vnũ ſemis,mellis aut ſacchari quantũ ſufficit.datur nucis auellanæ quantitate.

a Thebaici] Græcè eſt καλυμένυ παρ' ἰταλοῖς τυμπαΐκυ, pro θιβαΐκυ.Sic paſſim Latinas voces deprauat Nicolaus.

Cap. CCCCXIIII.

ZVLAPIVM vtile ad dyſentericos,quod bibitur tota die Accipit violarũ hexagia duo,intybi ſeminis ſtag.duo,roſarũ ſtag.tria, ſummitatũ myrtorũ nigrorũ vnc.vnam , cotoneorum vnc.tres , rhois culinarii vnc. duas,oxalidis ſtag.quatuor,ſucci plãtaginis, hypociſthidis,ſingulorum vnc.vnam,ſucci acaciæ vnc.duas, ſpodii hexagia quatuor,maceris ſtag.tria, ſantali albi & rubei,ſing.hexagia quatuor,rhei hexagia duo,coſti, cinamomi,aniſi, ſingulorum ſtag. vnum, ſacchari libr. tres, ſigilli Lemnii ſtag. ſex, baccarũ myrti , clauicularum vitis, ſingulorũ hexagia duo , ſidiorum ſtagium vnum, ſymphyti drachmas tres, aquæ pluuiæ & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt.

Cap. CCCCXV.

CONFECTIO Zulapii regii. Capit aquæ dulcis libras duas,ſacchari libram vnam ſemis, rhei ſtagia duo,ſantali rubei & albi,ſingulorum hexag.duo,hirundinariæ ſtag.duo, aceti acris vnc tres.

Cap. CCCCXVI.

DECOCTVM ad eos qui altero latere reſoluti ſunt. Habet ſtichadis corymbos quatuor , calaminthæ,meliſſophylli,origani,hyperici,pulegii , ſingulorũ hexag.tria,ſpicæ hexag.ſemis,[a]tripſidii hexag.tertiã par tem.Ebulliant hæc cum aqua dicta,quoad dimidiũ eius

abſumatur: dein colato, atque iniectis aceto & melle quātum ſatis videbitur, iterum coquito, & facito inſtar droſati. Dantur ſingulis diebus vnciæ ſex per dies duodecim. Poſthæc datur ægrotanti purgatorium medicamentum, quod has ſpecies maceratas habet: Stichadis, cepularum, hoc eſt magnorum myrobalanorum, ſing. hexag. vnum ſemis, colocynthidis medullæ maceratæ in aqua roſacea. Decoquantur & colentur probè. dein iniice in id decoctum hermodactyli ſiliquas octo, agarici ſiliquas quindecim, turpeti ſiliquas octo, ſagapeni, caſtorei, euphorbii, ſingulorum ſiliquas duas, polypodii macerati hexag. vnum ſemis. Vbi modicè purgatus fuerit laborans, lauetur, & bene habenti dentur ex hiera Galeni hexag. duo ſemis, aut etiam tria: ac deinceps ad bonam temperaturam reducto detur theriaca, prima quidem potione grana octo. Et ſi quidem effecerit quēadmodum vetus præcipit, prætereantur quatuordecim dies, & rurſus detur ſimiliter. Si verò non, poſt ſeptimū diem dentur alia grana quatuordecim aut duodecim. Si verò voles, caſtoreum, aut euphorbium impone, ſing. ſiliquas quatuor, ſerapini ſiliquas quatuor ſemis.

a Tripſidii] Græcè eſt τριψιδίκ. Quid autem ſit tripſidium, me ignorare fateor.

Cap. CCCCXVII.

VNGVENTVM ad pruritum. Recipit althææ radicis, chamæmeli lignorum, centaurii, polii, radicis cucumeris agreſtis, dictami, buphthalmi, ſaxifragi, roſmarini, coſti, calaminthæ, pulegii, meliſſophylli. Omnia ſimul in aqua ebulliant: dein per ſaccum vbi trāſfuſa fuerint, accipe calcem viuam, & fermentato ex eius decocti libris tribus, & ſandaracæ vnc. tres. Pòſt adiice aniſum, cuminum, carnabadium, ſemen apii, fœniculi, & anethi, atque inunge in balneo priuſquam proluatur, & frica bene. dein decocto violarum probè ablue. deinceps accipe oua, mel, oleum chamæmelinum, anethinum, & rutaceum, omnibúſque ſimul ſubactis tandem inunge ægrotantem. Eſt autem ad prædicta valde bonum.

Cap. CCCCXVIII.

CONFECTIO remedii [a]ſycaminorum. Accipe nucem regiam, & repurgatam contundito, illique vnito [b]ſalem foſſilem, impone ſuprà ſycaminum, & edendum præbeto. Imponito autem hoc deſuper & bis, & ter, & quater, & confeſtim decidet, Dei gratia. Hoc neceſſarium eſt omnino, ſiue ad humanum, ſiue animantis bruti corpus vtaris, inuentum.

a Sycaminorum] Græcè eſt σνκαμίνων. Animaduertendum verò hoc loco erit, quòd aliis Græcis σνκάμινον non tantùm morum, ſed & mori fructum (vt teſtis eſt Phauorinus) ſignificet. Nicolao autem tumorem ſeu excreſcentiam quæ mori fructum refert, potius denotat, & eum fortè quem Iuuenalis mariſcam appellauit, inquiens, Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ. Nam & hîc remedium tradit: à quo ſi admotum fuerit, decidet ſycaminum. Retinendam itaque eſſe hanc nobis dictionem putauimus, vt omnes intelligerent Nicolaum aliter ac cæteros Græcos hanc vſurpaſſe vocem. Præterea Hermolaus Barbarus in Corollario ſuo capite 55. ſcribit ſycomora quoſdam mariſcas appellaſſe. b Salem foſſilem] Nicolai codex habet γάζγρινον ἅλας. Vocat autem γάζγρινον ſalem, quem alii Græci ὀρυκτὸν, hoc eſt foſſilem: barbari gemmæ vocant, vt è multis compoſitionibus liquet.

Cap. CCCCXIX.

ALIA confectio ſycamini. Accipe alypiam herbam viridem, vt ſit tibi inſtar vinculi: hoc eſt, effice vt emollita fili formam habeat, fortitérque ligato ſycamina: & ſine. Singulis autem diebus conſtringito vinculū quoad perfectè decidat. Et ſi herba eſt viridis, ligato. ſin minus, accipe hanc ſiccam, & calida aqua feruefacito, eáque emollita & tenera reddita. fac quemadmodum docui. dein accipe radicem herbæ ſenecionis, quæ plebeiis cortalon dicitur, luna deficiente priuſquam ſol oriatur per nomen [a] vſum habentis. Vbi verò radicem extraxeris, dic Pater noſter, Credo in vnum Deum, & Aue gratioſa, vſque ad finem ter. Et probè terens, da latenter edendam, & ſtatim gratia Dei ſanabitur.

a Vſum habentis] Græce legitur, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ χρείαν ἔχοντος, hoc eſt per nomen eius qui vſum habet. Intelligit herbæ radicem eſſe in nomine Chriſti euellendam.

Cap. CCCCXX.

ANTIDOTVS ſtomachica, præclara, compoſita à Ptolemæo ſophiſta. Habet piperis communis, aniſi, origani, cumini, hyſſopi, ſaluiæ, zingiberis, floris iunci odorati, epithymi, erucæ, corymborum thymī, ſingulorum drach. duas, mellis Attici aut ſacchari, & vini Chii, mellis quidem libram vnam, ſacchari & vini libras duas. Species contuſas iniicito melli & vino, & ſine illic macerari dies tres. dein parum coquito, pérque ſaccum tranſmittito, & in vaſe reconde. Da ſingulis diebus mane vnciam vnam, aut calicem vnum, pro viribus.

Cap. CCCCXXI.

ANTIDOTVS ad cardiacos, & animo deficientes, ac ſyncopen, exolutionémque è diarrhœa, aut ſanguinis excretione, aut ab alia vacuatione natiuum calorem diſſipante natam. Recipit maſtiches, cinamomi, ſeminis ocimi, foliorum ſampſychi, maceris, caryophylli, ſeminis meliſſophylli, [a]ſiſymbrii ſeminis, piperis longi, ſingulorum drachmam vnam & quartam partem, margaritarum drachmas duas & quartam partem, corallii rubri, betonicæ, ſerici crudi vſti, hermodactyli longi albi & rubri, folii, drachmas decem, oſſis cordis ceruini, blattarum byzantis, ramenti eboris, ſingulorum drachmas tres, moſchi ſiliquas duas, berberis drach. duas, gallæ moſchatæ, ambaris, ſingulorum drachmā ſemis, nucis moſchatæ drachmas tres, ligni aloes, ſpicæ, ſingulorum drachmas duas ſemis, auri puri hexagium vnum, lapidis ſapphiri, lapidis iaſpidis, [b]lapidis aſpectu viridis, ſingulorum hexagium ſemis, croci, xylobalſami, ſingulorum hexagium vnum ſemis, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris, quod ſatis eſt. Decoque probè ad conſiſtentiam, effunde ſuper marmor, & ſine ibidem donec refrigeretur: dein reconde in vaſe, ac præbe cum vino bono.

a Siſymbrii] Codex manuſcriptus legit σισιμπρίκ, pro σισυμβρίκ. b Lapidis aſpectu viridis] Græcè eſt, λίθου χλωροῦ τὴν ὄψιν. Intelligit autem haud dubiè praſium appellatum lapidem, aut ſmaragdum.

Cap. CCCCXXII.

CONFECTIO magni Zulapii. Accipit vuarū paſſarum Chiarum ſtagia quatuor, rubiæ hexagium ſemis, fœnigræci hexagium vnum, adianti, roſarum, violarum, ſing. ſtagia quinque, aquæ & ſacchari quantum ſufficit.

Cap. CCCCXXIII.

ALIA moſchati confectio. Capit ladani boni vncias tres, ſtyracis calamitis vnciam vnam ſemis, ſtyracis rubeæ vnciam vnam, ligni aloes boni drachmas duas, ambaris drachmam vnam, caphuræ ſcrupulum ſemis, moſchi ſcrupulum ſemis, ſtillatitii roſarum liquoris boni quod ſatis eſt.

Cap. CCCCXXIIII.

ALIA confectio moſchata. Habet maſtiches vncias duas, gummi Arabici vnciam vnam, caphuræ ſcrupulum vnum. Trita hæc ſtillatitio roſarum liquore bono irrigato, & formato paſtillos, qui fermētēſcant, cum olei ebuli vnciis quatuor. Sit autem oleum purum, & ſordibus carens. Vel decoque oleum cum huiuſmodi ſpeciebus. Aut iniice cinamomi, caryophylli, & nucis muſcatæ ſingulorum vnc. ſemis. dein cum prædictis ſpeciebus & oleo macerato, & ſubactis iis diligenter finge paſtillos, & reconde in vaſe. pondus paſtilli ſit drachma vna ſemis. feruefacito ſtillatitium roſarum liquorem cum moſcho, eóque paſtillos poſt formationē irrigato.

Cap. CCCCXXV.

ANTIDOTVS faciens ad cardiacos, & cordis ſyncopen, immodicámque animi defectionē, ad corporis imbecillitatem à ſyncope inductam. ad liquationē præterea carnis, tuſſiētes, ſuppuratos, aſperitatem faucium, à deſtillatione ortam. Recipit cinamomi, ſeminis ocimi, foliorum ſampſychi, maceris, caryophylli, carnis foliorum citri, ſeminis meliſſophylli, ſeminis ſiſymbrii ſingulorum drachmas duas, ſeſelis drachmam vnam ſemis, hermodactyli, folii, ſingulorū drachmas quatuor, floris roſmarini drachmas tres, oſſa cordis ceruini numero quatuor, berberis drach. duas, maſtiches, roſarum, violarum

violarum,borraginis florum, ſingulorum drach. vnam ſemis, ſucci herbæ chamæleuces vncias tres, libyſtici ſcrupulum vnum, gallæ moſchatæ drachmam vnam, glycyrrhizæ drach.tres,cubebæ drach.duas,paſtillorum de roſis & violis drach.vnam ſemis,ligni aloes crudi,nucis moſchatæ,zingiberis,ſing.drach. vnã ſemis, moſchi ſiliquarum granũ vnum ſemis, cinamomi boni drach. duas ſcrup.vnum ſemis, nucis Indicæ magnæ carnis dr. quatuor,ſpicæ drach.vnam ſemis,ſapphiri lapidis,gagatis lapidis,iaſpidis lapidis & ſmaragdi,ſing.ſiliquas tres, croci ſiliquas ſex, margaritarum perforatarum & non perforatarum,ſing.ſiliq.vnam, xylobalſami drach.tres, blattii byzantis, hoc eſt oſſis anterioris naris purpuræ, gran.octo,ramenti eboris,ſerici vſti,ſing.drach. vnam, ſtyracis calamitis drach.duas ſemis grana duo, portulacæ ſeminis drach.vnam ſemis, ſeminum cucumerum, ſing.vnc.vnam ſemis,corallii rubei,iridis, ſing.hexagia duo ſemis,auri puri ramenti hexag.vnum ſemis, nuces Ponticas decem,[a]amyli drach.tres, amygdalarum amararum & dulcium,ſing.viginti, carnis palmularũ vnc.i. ſemis,marrubii,[b]fabarum farinæ puræ vnc.vnã ſemis, carnis ſeminis[c]goſſipii hexag.tria,ſeminis maluæ & floris,ſing.vnc.ſemis, ſeminis vrticæ vnc.S.pinearũ recentium vnc.duas,hyſſopi Cretici drach.tres, penidiorum bonorum libr. ſemis, ſacchari candi vnc.tres, ſacchari quod ſatis eſt.Contuſis omnibus ſimul, adiice gummi Arabici hexagia duo,tragacanthæ hexag.tria. Commixta omnia ſimul & trita,decoque cum decocto teſtudinis montanæ,& præbe in prædictis malis manè, & dormituris,vnciam ſemis.Eſt autem experta.

a Amyli] Nicolai codex more vulgi(& vt hodie imperiti vocant)legit ἄμιδον. b Fabarum farinæ] Manuſcriptus codex deprauatè hîç & multis aliis locis(mea quidem ſententia) legit φαϐάτων, pro φαϐάρων. c Goſſipii] Nicolaus habet βαμπακίυ. Vocat autē bombacium,fruticem qui Græcis vetuſtioribus ξύλον, Latinis xylon & goſſipium dicitur.Barbaris in hunc vſque diem bombax,& bombaſum appellatur.De quo plura tomo primo noſtrorum de ſtirpium hiſtoria commentariorum diximus.

Cap. CCCCXXVI.

ANTIDOTVS ex aureo balano. Capit cepulorum vnc.duas,flauorum,Indicorum,ſenæ, intybi ſeminis,ocimi ſeminis,ſantali, roſarum, ſing. hexag. ſemis, damaſonii,balauſtiorum,ſing.ſtagium vnum ſemis,lapidis Armenii ſtag.vnum, maſtiches, ſeminis fœniculi & aniſi ſtag.ſemis,thymi,epithymi,ſing.ſtag.vnum ſemis,polypodii,rhei Indici,ſingulorum ſtag.vnum,menthæ,croci,ſing.ſtag.ſemis, turpeti, bugloſſi, ſing.ſtagiũ vnum ſemis, ſacchari & ſtillatitii roſarũ liquoris quod ſatis erit.

Cap. CCCCXXVII.

ALIA antidotus è rha Pontico. Accipit ſpicæ,croci,maſtiches,coſti,aſari,caſiæ odoratæ, floris iunci odorati,rhei Pontici,ſpodii,ſing.ſtag.vnum, roſarum Ægyptiarum hexag.vnum.Fermenteſcant hæc cum ſacchari libra vna aut ſemis, & ſtillatitio roſarum liquore, & reconde in vaſe[a]decocta ad conſiſtentiam. Dantur ſtagia tria.

a Decocta ad conſiſtentiam] Græcè ſcriptum erat(an rectè, non ſatis pronuntiare poſſum) βράσας εἰς δύναμιν, id eſt decoctam ad vires.Sed(ſi quid iudico)legendum erit,βράσας εἰς σύστασιν,vt nos conuertimus.

Cap. CCCCXXVIII.

ANTIDOTVS nephritica, valde vtilis. Habet cinamomi,galangæ,ſing.ſtagia tria, nucis odoratæ ſtagia duo,tripſidiorum ſtag. quatuor, caryophylli ſtagia duo, floris iunci odorati, zedoariæ, ſingulorum ſtagia tria,lithoſpermi, ſeminis aſparagi, corticis radicis capparis,ſeminis althææ,ſing.ſtagia quatuor,aniſi, fœniculi,& apii ſeminum, ſing.ſtagia tria,ſeminis dauci ſylueſtris ſtagia quatuor, cretanii ſeminis ſtagia tria. Confice cum ſaccharo,& dato.

Cap. CCCCXXIX.

ANTIDOTVS ex hermodactylo, admodum bona. Recipit hermodactyli vnc.vnam ſemis,aniſi,cumini Æthiopici, hoc eſt carnabadii, ameos, epithymi,piperis communis,zingiberis, ſingulorum ſcrupulum vnum ſemis.thymi hexagium vnum, alipiæ vnc. vnam. Datur cum melicrato.

Cap. CCCCXXX.

ANTIDOTVS è cicadis, nephritica. Accipit ſeminis lini,raphani,[a]piſcis vſti,ſeſelis,ſingulorum vnciam vnam, ameos,cucumeris ſatiui ſeminis,ſaxifragi, vuarum ſine acinis,ſeminis althææ,[b]phaſioli albi,[c]lyncurii,ſingulorum vnc.ſemis,ſpicæ nardi,mei,phu,lapidum ſpongiarum, ſingulorum drachmam vnam, [d]paliuri ſeminis,ſii aridi,radicis rubi, radicis graminis,polypodii,ſing.drach.tres,ſanguinis hirci aridi (vt dictum eſt in antidoto è ſanguine hirci, cap. quadrageſimo ſecundo)ſcrupulos ſex, cicadarum aridarum,ſine alis pedibus & capite, vncias quatuor, piperis albi drachmas ſex,mellis Attici crudi aut ſacchari quod ſatis. Datur Ponticæ nucis quantitate in condito, cum decocto tribuli,aut ſaxifragi, aut ſii, aut radicis aſparagi,aut quinquefolii,aut radicis ſtruthii,ſiue lanariæ.

a Piſcis vſti] Græcè eſt ἰχθύος κεκαυμένυ. Quem verò piſcem intelligat (modò lectio ſit legitima:qua de re tamē plurimum dubito) ſcire nequeo. b Phaſioli albi] In manuſcripto codice,mea quidem ſententia,corruptè legitur φασὶν λδυκῦ,pro φασιόλυ λδυκῦ. c Lyncurii] In codice Nicolai deprauatè ſcribitur λύζγκ ρεῦ, pro λυζγὸς ὔρου,aut λυζγκρίου.De lyncurio tamen antea diximus. Plura etiam de eo Dioſcorides libro 1. cap.αση.habet. d Paliuri] Græcè erat ſcriptum παλιρέας. De qua quidem re ſuprà à nobis eſt multoties annotatum.

Cap. CCCCXXXI.

ANTIDOTVS de lithoſpermo. Habet lithoſpermi,betonicæ,ſaxifragi,petroſelini, piperis albi,ſingulorum vnc.vnam,tantum mellis: & præbeto.

Cap. CCCCXXXII.

ANTIDOTVS de ſemine marrubii. Capit piperis albi, piperis nigri,dauci Cretici, cucumeris ſatiui ſeminis, marrubii ſeminis,petroſelini Macedonici, pyrethri,folii,zingiberis,ſingulorum vnciam vnam,mellis quantum ſufficit.

Cap. CCCCXXXIII.

ANTIDOTVS de lapide Iudaico. Habet ſpicæ nardi,hyſſopi, [a]lapidis Iudaici, ſingulorum ſcrupulos ſex,piperis ſcrupulos duodecim, zingiberis,petroſelini,coſti,ſaxifragi,ſingulorum ſcrupulos ſex, caſiæ, ſeminis apii,ſingulorum ſcrup.tres, cyperi ſcrupulos ſex, ramenti eboris ſcrupul. quatuor,cardamomi ligni ſcrupulos ſex, lithoſpermi ſcrup. quatuor, mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt.

a Lapidis Iudaici] Græcè eſt τηκολίθυ. Lapidem autem Iudaicum & tecolithon eſſe eundem,omnibus conſtare puto.Idipſum enim manifeſtè Paulus lib.7.iis teſtatur verbis,Iudaicus lapis dictus, lapides in renibus conterit:vnde recentiores ipſum tecolithon vocarunt.

Cap. CCCCXXXIIII.

ANTIDOTVS è ſemine ſylueſtris maluæ. Recipit cucumeris ſatiui ſeminis drachm.duodecim, hyoſcyami ſeminis drachmas ſex,cicutæ ſeminis drachmas ſex,opii drachmas tres,caſiæ, ſeminis apii, ſingulorum drachmas tres,maluæ ſylueſtris ſeminis, croci,ſingulorum drachmas tres,amygdalarum regiarum,nucum auellanarum, aſari, ſingulorum drach. quatuor. Excipe paſſo Cretico,& da triobolum vacantibus febre,cum ſapæ drach.tribus.Nonnulli verò melle excipiunt.

Cap. CCCCXXXV.

ANTIDOTVS è tragemate ſeu bellario,nephritica. Accipit vuarum albarum exemptis acinis,pinearum recentium,ſingulorum vncias duas,ſeminis cucumeris decorticati, baccarum myrti exemptis oſſibus,amygdalarum amararum, amyli, palmularum pinguiũ, ſeminis apii, ſingulorum vnciam vnam, ſeminis papaueris,croci, ſingulorum drachmam vnam,myrrhæ drachmas duas. Potandam præbe in paſſo ieiunis drachmam vnam.

Cap. CCCCXXXVI.

ANTIDOTVS è ſeminibus, conferens ad ea ad quæ antidotus de aniſo & cumino. Habet cumini, carei,ameos,aniſi,dauci,apii, petroſelini,amomi ſeminum, ſingulorum drachmas tres, cinamomi, libyſtici, ſingulorum drachmam, zingiberis, galangæ, cardamomi, caryophylli, ſpicæ, folii, ſingulorum

drach.ſemis, ſeſelis ſcrupul. vnum, piperis longi grana quindecim, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt: ſemina macerato in aceto, & confice vt diacumini antidotum,& præbe.

Cap. CCCCXXXVII.

ANTIDOTVS ad mala muliebris vteri accommodata,& grauidas. Item eas quæ altero menſe aut tertio,ac pluribus abortiunt. Dolorem quoque mitigat. Capit dauci Cretici drachmas duas, ſeminis apii vncias duas,ſtyracis calamitis,aniſi,ſingul.vnc.ſemis,caſtorei, myrrhæ,ſingul.vnciam vnam,hyoſcyami vncias tres ſemis,opii,croci,ſingulorum vnc.vnam ſemis,vini dulcis & auſteri quod ſatis eſt.Datur carentibus febre,cum vino:febricitantibus autem,cum aqua tepida.Quòd ſi volles,per metrenchyten infundito cum ſucco acaciæ, aut hypociſthidis aut perdicii.

Cap. CCCCXXXVIII.

ANTIDOTVS ex careo. nominatur verò etiam de ſeminibus. Poteſt omnia quæ Diacalaminthés: plus tamen flatus diſſoluit,concoquit,&ſtomacho valde grata eſt. Recipit carei, ameos, ligni aloes,coriandri,ſpicæ,cinamomi,galangæ,cumini,aniſi,fœniculi ſeminū, apii,anethi ſeminum, macedoniſii, & dauci ſeminum, ſingulorum vnc.ſemis,caryophylli, maceris, cardamomi, piperis longi, ſeſelis, ſingulorum hexagium vnum ſemis, mellis Attici aut ſacchari quantum ſatis eſſe videbitur.Semina in aceto macerato die & nocte,& confice vt antidotum è cumino, aut dioſpoliticum medicamentum.Datur de ea ſemunciа cum vino.

Cap. CCCCXXXIX.

ANTIDOTVS de ſanguinibus. Accipit piperis albi & longi,croci, coſti, acori, phu, aniſi, dictamni Cretici,ſingulorum drachmam vnam,amomi,opobalſami,ſeminis rutæ ſylueſtris, cumini Æthiopici,anethi, anatis maſculi ſanguinis aridi, hœdi ſanguinis, anſeris ſanguinis, anatis fœminæ ſanguinis, napi ſylueſtris ſeminis,ſingulorum vnciam vnam ſemis,gentianæ,trifolii ſeminis, floris iunci odorati, ſingulorum drachmas quatuor,[a]liquoris Cyrenaici drachmam vnā ſemis, ſtichadis,aſari, ſingulorum drachmam vnam,ammoniaci thymiamatis drachmam vnam ſemis,mei[b] Athamantici,agarici,ſingulorum drachmam vnam, carpobalſami gran.decem,mellis quantum ſufficit.

a Liquoris Cyrenaici] Hîc videntur nonnulla deſiderari. Nā Paulus, qui lib.7. hanc etiam antidotum deſcribit, ſtatim poſt flores iunci odorati, ſubiicit λιβανώτου,ῥόδων ξηρῶν,ἀνὰ L. δ΄.κιννάμωμου L.β΄. σκορδίου L.η΄. πετροσελίνου,πολίου,σμύρνης,νάρδου, ἀνὰ L.ϛ΄.κασίας L.γ΄.ὀποῦ κυρηναϊκοῦ,&c. hoc eſt,Thuris,roſarum aridarum,ſing. drach.quatuor, cinamomi drach.duas,ſcordii drach. octo, petroſelini, polii, myrrhæ, nardi,ſing.drach.ſex,caſiæ drach.tres. Quæ ſingula hîc, inter iuncum odoratum & liquorem Cyrenaicum,inſerenda veniunt. b Mei Athamantici] Deprauatè legitur in manuſcripto codice ἀλαβαντίνου pro ἀθαμαντικοῦ.Sic enim eſſe legendum,Paulus in primis oſtendit,qui habet μήου ἀθαμαντικοῦ. Dein Dioſcorides etiam qui ita ſcriptū reliquit, μῆον τὸ καλούμενον ἀθαμαντικὸν, id eſt, Meum quod Athamanticum vocatur.

Cap. CCCCXL.

ANTIDOTVS è Lycio,optima ad iecinoroſos. Capit gentianæ,chamæpityos,petroſelini,marrubii,fellis vrſini, ſinapi, ſcolopendrii, radicis panacis, rubricæ ſinopicæ, rubiæ, ſeminis braſſicæ, ariſtolochiæ longæ, piperis albi,ſpicæ nardi,coſti,erucæ ſeminis,eryngii,polii,echii,eupatorii,baccarum iuniperi, iecoris lupi,helenii, æquam portionem, mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.Confice probè. Datur nucis Ponticæ magnitudine, cum mulſo non cocto.

Cap. CCCCXLI.

ANTIDOTVS Theodoretos,aut ex anacardiis. Habet anacardii drachmam vnam, croci,caſiæ,folii,ſpicæ nardi,caryophylli, mei, agarici, floris iunci odorati, rhei,epithymi, ſingulorum vncias duas, acori, piperis, ſingulorum drachmas duas, aloes vnciam vnam ſemis, ſaxifragi, maſtiches, iridis Illyricæ, ſingulorum drachmam vnam,myrobalani vncias duas, mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCCCXLII.

ANTIDOTVS Theodoretos,vel ex anacardiis. Recipit aloes drachmas quindecim, agarici drachmas ſex,croci, caſiæ, rhei Pontici, acori, cinamomi,maſtiches,ſingulorum vnciam vnam ſemis,coſti, ſeminis rutæ,piperis albi, ſingulorum drachmas duas, xylobalſami,aſari, chamædryos, mei, ſingulorum drachmam vnam, ſpicæ nardi grana ſeptem. Aliqui etiam iis adiiciunt anacardia duo,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Dantur de ea drachmæ duæ ex melicrato.

Cap. CCCCXLIII.

ANTIDOTVS [a]Leonis Drongarii,ex centaurio nominata. Eſt autem valde bona. Accipit chamædryos,ariſtolochiæ longæ & rotundæ, centaurii, ſingulorum vnciam ſemis,gentianæ vnc.vnam,mellis Attici vel ſacchari quantum ſatis eſſe videbitur.

a Leonis Drongarii] Græcè legitur,κατὰ λέοντος δρογγαρίου.

Cap. CCCCXLIIII.

ANTIDOTVS nephritica,ſtomacho & ad inflationes vtilis: diſſoluit callos, & inteſtinorum dolore à craſſo humore orto vexatis prodeſt. Eſt etiam ad colicos experta. Capit ſpicæ,coſti, caſiæ ligneæ, ſingulorum drachmas duas, ſeminis fœniculi drachmas tres, piperis communis,acori,aniſi,ſeminis apii,iridis,xylobalſami, radicis mandragoræ, ſingulorum drachmas quatuor, radicis capparis drachmas quinque, vuarum paſſarum ſine acinis drachmas decem,mellis vncias nouem, aut ſacchari quod ſatis eſt. Dantur drachmæ tres, cum droſato quod habet ſtillatitii roſarum liquoris boni libram ſemis, aceti libræ ſextam partem,& ſacchari libram ſemis.Præbe de ea vnciam vnam cum aqua,cui incocta ſit radicis capparis, calaminthæ, ſingulorum vnciam ſemis. Commixtis omnibus & contritis da cochlearium manè: & deinde iube ægrotantem quieſcere vſque ad ſequens tempus matutinum. Bibat autem diebus decem. dein fac huiuſmodi aquam quæ habet hyſſopum,vuas paſſas, ſenam, epithymum,ſtichadem, careum, aniſum, chamæmelum, & nucem moſchatam. Hæc coquito in aqua, poſteáque colato, & è decocto accipiens, immitte in ipſum agarici drachmam vnam,mellis roſacei vnciam vnam.Subacta præbe media nocte. Aut pro melle roſaceo, iniice aceti ſquilliticі quod ſatis eſt.

Cap. CCCCXLV.

ANTIDOTVS, Italica lingua vocata Pancala aurea, vtilis ad inflatos, dolore inteſtinorum vexatos, colicos, & nephriticos. Habet foliorum rutæ drachmas decem,ameos,cumini, [a]nigellæ,libyſtici,origani,carei Alexandrini,amygdalarum amararum,piperis nigri & longi,mentaſtri,hoc eſt dauci,acori, baccarum lauri,caſtorei, ſingulorum drachmas duas,ſagapeni drachmas quatuor,opopanacis drahmas tres, mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit. Datur auellanæ quantitate,iis qui non febricitant, ex vino: febricitantibus autem,cum aqua tepida cui incocta ſint,radix fœniculi, apii,macedoniſii,& aſparagi, ſemina ameos, apii, aniſi & fœniculi.Decoquens igitur da ieiunis manè: & ſi volueris,etiam veſperi.

a Nigellæ] Manuſcriptus codex corruptè legit νιτζέλου,pro νιγέλλου. Exponit autem quid per vocem νιτζέλου intelligat,inquiés, ἤγουν ὡς οἶμαι μελάνθιον,id eſt,vt puto melanthium.

Cap. CCCCXLVI.

ANTIDOTVS ex adianto à veteribus medicis nominata,conferens tuſſientibus, & ſuppuratis. Eſt experta,& prodeſt iis qui capitis deſtillatione laborant. Recipit adianti drachmas decem, amygdalarum amararum drachmas quinque,iridis drach.tres, radicis capparis,farinæ eruinæ,ſingul. drach. duas, apii,fœniculi, gentianæ,ariſtolochiæ, ſing. drachm. quinque, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Dantur media nocte drachmæ tres cum aqua tepida, cui incoctæ ſint caricæ decem,palmulæ decem,fœnigræci drach.quinque,glycyrrhizæ drach. decem, adianti drach. ſeptem, radicis fœniculi & apii,ſeminis vrticæ, ſing. drachm.v.hyſſopi drach.decem,calaminthæ,iridis,marrubii, ſingulorum

drach.quinque,aquæ lib.tres. Hæc probè decoquantur vſque ad tertias.deinde præbeto.

Cap. CCCCXLVII.

ANTIDOTVS [a]benedicta laxatiua. Accipit tur peti vnc.tres,roſarum, violarum,ſing. vnc.vnam,galan gæ,maceris,granorum ſolis,maſtiches,thuris,cardamo mi,myrobalanorum emblicorum, ameos, ſingulorum drach.ſemis,ſeminis aſparagi, & ruſci,ſing.vnc. vnam, dacrydii vnc.vnam,caryophylli,ſpicæ,zingiberis,croci, ſaxifragi,piperis longi,amomi, macedoniſii,[b]ſalis gem mæ,cinamomi, ſingulorum drach.duas, hermodactyli vnc.duas,polypodii vnc. vnam ſemis, [c] ellebori mauri, id eſt myrobalani,vnc.vnā,gentiapolis,id eſt [d], ſeminis fœniculi,aſari, opopanacis, colocynthidos,ſingulorum vnc.vnam,ariſtolochiæ rotundæ,tragacanthæ, ſingulorum vnc.duas, iridis Illyricæ, cumini, ſileris,ſing. vnc.vnam,anacardii vnc.duas,mellis Attici vel ſacchari quod ſatis eſt.Si verò plurimum eius facere volueris,ad vnamquanuis libram adiice dacrydii vnc. vnam ſemis, & turpeti repurgati boni vncias quatuor.Et confectam præbeto.

a Benedicta laxatiua] Nicolaus corruptè ſcripſit μπηνεδέτα λασατίβα,pro βενεδίκτα λαξατίβα. Et in vulgatis codicibus in hac deſcriptione multa deſiderantur. b Salis gemmæ] Manuſcriptus codex legit,σαλτζέμα, ἤτοι ſαγρίνου ἅλατος, pro σάλις γέμμα, hoc eſt foſſilis ſalis. c Ellebori mauri] Græcè eſt ἐλλεβόρου μαύρου,quod interpretarer,nigri ellebori: niſi ipſe ſtatim ſubiiceret, ἤτοι μυροβαλάνου. Sed fortè ita interpretandum, ellebori nigri ſiue myrobalani vnciam vnam. Sed infrà,ſectione nimirum nona,annotatione 23.etiam myrobalanum vocauit elleborum: vt ſuſpicio ſit, ἐλλέβορον pro μυροβάλανον ſcriptum eſſe. d Gentiapolis] In Nicolao eſt,ζεντιάπολις,ἤτοι,& ſtatim vacuum eſt relictum ſpatium, dictionem deeſſe quæ quid per gentiapolin intelligendum ſit exponat,innuens.Quum verò hæc in Latinis exemplaribus deſiderentur,ex meliore codice locus hic reſtituendus erit,quem adhuc deſideramus.

Cap. CCCCXLVIII.

ANTIDOTVS drangæa ad iecinoroſos,lienoſos, vitioſum corporis & faciei colorem. Capit turpeti repurgati hexag.tria, ſenæ hexagia duo,rhei barbari hexagia duo,epithymi hexagia tria,tartari hexagia duo,dacrydii [a]præualidi hexagia duo ſemis, hermodactyli hexag.vnum ſemis,maceris,cinamomi, zingiberis, nucis moſchatæ, caryophylli, ſingulorum hexagium ſemis, croci hexagium ſemis & quartam partem, fœniculi,aniſi, ſingulorum hexagia tria, ſacchari quantum aliarum ſpecierum duplum. Dantur hexagia duo,aut duo & ſemis pro viribus media nocte: non febricitantibus cum vino:febricitantibus autem,ex aqua tepida.

a Præualidi] Codex Nicolai habet γενάτου. Deprauatam verò hanc eſſe lectionem iudico,& legendum γενναίου.

Cap. CCCCXLIX.

CONFECTIO decocti magni, ad melācholicos, quando flaua bilis nimis cum ſanguine aduſta fuerit, & in nigrā mutata.Eſt autē admodū vtile. Habet epithymi hexagium vnum, glycyrrhizæ vnciā ſemis, [a]hordei nudi vnciam vnam,myrobalani citrini hexagium vnū, ſeminum cucumerum,ſingulorum vnciam vnam,ſeminis lactucæ & intybi,ſingulorum hexagia tria,ſcolopendrii hexagia quatuor, aſari, ſenæ, cuſcutæ, ſingulorum hexagium vnum, florum borraginis hexagia duo, Damaſcena viginti,ceraſia triginta,ſebeſtenas quadraginta, adianti vnciam vnam,floris iunci odorati,ſtichadis, ſing.vnciam ſemis, aniſi, fœniculi ſeminum, ſingulorū hexagia duo.Hæc decoquantur in aqua ad tertias. dein accipe ex hoc decocto vncias quinque, [b]dulcis calami repurgati vnciam vnā,rhei drach. vnam, oxyphœnici, mannæ,ſingulorum vnciam ſemis, [c] ſacchari roſati laxatiui hexagia duo.Hæc omnia ſubacta recōde in vaſe, & da media nocte hexagia duo,aut tria pro viribus, ex aqua tepida. Cibus ſit concoctu facilis & boni ſucci, in vniuerſumque flatus expers. Vinum præbe tenue, albū & exiguum.

a Hordei nudi] Græcè eſt γυμνοκριθῆς.Per hordeum verò nudum intelligit id quod decorticatum eſt. b Dulcis calami repurgati] Græcè eſt γλυκοκαλάμου.Per calamum verò dulcem repurgatum intelligere Nicolaum,vt ſuprà quoque,nempe annotatione 175.eſt dictum,cenſeo caſiæ fiſtularis medullam,quam hodie caſiam extractam facientes medicinam vocant. a Sacchari roſati laxatiui] Nicolaus vulgari more dixit σουκορ ροζάτο λασατίβο, quum dicendum eſſet, σάκχαρι ῥοζάτου λαξατίβου.

Cap. CCCCL.

ALIA confectio decocti ad melancholica mala.Eſt admodum bona,vt præcedens. Recipit quinque radicum,epithymi,hyſſopi,ſingulorum vncias duas,coriandri hexagia tria, Damaſcena viginti,ceraſia triginta,ſenæ,cuſcutæ,ſingulorum hexagia tria,hermodactyli hexagia duo ſemis,violarum, borraginis floris, ſingulorū hexagia duo, adianti manipulum vnum, ſeminum cucumerum vncias duas, agarici hexagia duo, polypodii vncias duas, mānæ vnciam vnam, caſiæ fiſtularis repurgatæ vncias duas,oxyphœnici vnc.vnam,radicis capparis vnciam vnam ſemis, ſeminis agni hexagia tria, turpeti puri vnciam vnam, ſantali citrini vnciam ſemis, violarum,roſarum,ſingulorum hexagia duo, glycyrrhizæ vnciam vnam, ſeminis fœniculi vnciam ſemis,aſari hexagia duo,ſcolopendrii manipulum ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. CCCCLI.

ANTIDOTVS Dianthôn [a]Galeni,ad imbecillitatem corporis, animi defectionem, ſyncopen, cardiacos,eos qui facilè diſcutiuntur:& in ſumma,ad omnem animi defectum efficaciſſima. Accipit roſmarini florum vncias tres,oſſis cordis ceruini, berberis, roſarum, violarum, florum borraginis, nymphææ, ſingulorum drachmas tres,maceris,ligni aloes,cardamomi, aniſi,anethi,ſingulorum drachmas ſex, caryophylli drachmā vnam,ambaris grana duo,nucis Indicæ,cinamomi,ſpicæ,zedoariæ,ſingulorum drachmas tres, galāgæ, nucis moſchatæ,ſingulorum drachmam vnam ſemis,lapidis ſapphiri hexagium vnum,iaſpidis lapidis,[b]ſubuiridis lapidis,ſingulorum hexagium vnum ſemis, margaritarū perforatarum & non perforatarum, ſingulorum hexagium vnum,[c]oſſis naris purpuræ hexagium vnum,croci ſiliquas tres, tragacanthæ hexagium vnum ſemis, trium ſantalorum,ſingulorum vnciam ſemis,ſerici vſti drachmas duas,ſeminis portulacæ hexagium vnum ſemis,raſuræ eboris vnciam ſemis,auri puri hexagium vnum,cryſtalli,corallii rubei, ſingulorum hexagium vnum ſemis, ſacchari, penidiorum, & ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſatis eſſe videbitur. Datur vncia ſemis in prædictis malis,atque in triſtitia,timore,multiſque aliis malis.

a Galeni] Non rectè referri ad Galenum hanc antidotum, ſimplicia quædam quæ illi incognita & ignora fuerunt, abundè teſtantur. b Lapidis ſubuiridis] Græcè eſt,λίθου ὑποχλώρου. Intelligit verò haud dubiè lapidem nominatum praſium aut ſmaragdum.

c Oſſis naris purpuræ] Blattium byzantis hodie appellant, vt dictum eſt aliquoties ſuprá.

Cap. CCCCLII.

ANTIDOTVS alia ex adianto,vt præcedens.Inuenies autem huius facultates curatorias Cap. quadringenteſimo quadrageſimoſexto. Capit polytrichi,ſucci glycyrrhizæ, hyſſopi, ſingulorum drachmas decem, ſeminis carei & apii,amygdalarum amararum, ariſtolochiæ,ſeminis vrticæ Romanæ,& fœniculi, ſingulorum drachmas quinque, calaminthæ, iridis, ſeminis vrticæ mollis,ſingulorum drachmas tres, ſeminum cucumerum, ſingulorum hexagium vnum, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Prodeſt tuſſientibus, difficulter ſpirantibus, ſuppuratis, & deſtillatione capitis laborantibus.

Cap. CCCCLIII.

ANTIDOTVS lingua Italica cognominata Parcala aurea. Inflatis, & dolore inteſtinorum laborantibus, colicis, nephriticis, viſcerum obſtructionibus, & malo corporis habitu affectis confert. Habet rutæ drachmas quinque, ameos, thymi, melanthii, libyſtici, baccarum lauri, ſeminis dauci, acori, ſingulorum drachmam vnam, ſagapeni drachmas duas, opopanacis drachmam vnam ſemis, mellis Attici aut ſacchari quantum ſufficit. Datur nucis auellanæ quantitas cum aqua calida temperata, in qua decocta ſint radix fœniculi, apii, macedoniſii,

ameos,apii,aniſi,& fœniculi ſemina.Datur ieiunis.

Cap. CCCCLIIII.

ANTIDOTVS Dianthôn, conferens valde tuſſientibus & arteriacis. Recipit roſmarini floris, roſarum,florum borraginis,violarum, ſing.drach. tres, caryophylli,nucis Indicæ, galangæ, cinamomi, myrrhæ, zedoariæ,ſing.drach. tres, maceris,ligni aloes,cardamomi,aniſi,&anethi, ſing.drach.ſex, tragacāthæ vnc.vnā, ſacchari & penidiorum quod ſatis eſt.Datur manè & veſperi:& poſtquā ſumpta fuerit,præbeto aquā tepidam.

Cap. CCCCLV.

ANTIDOTVS è ſapphiro, eiuſdem cuius dianthôn vſus. Accipit berberis drach. vnam, borraginis florum, roſarum,nymphææ,maceris, ſing.drach.ſemis, ambaris ſitarium vnum,cinamomi,ſpicæ, ſpodii, ſing. drach.ſemis,caryophylli, nucis moſchatæ, drachmā ſemis & quartam partem,cryſtalli,corallii,floris bugloſſi, margaritarum,ſing.drach.vnam,oſſa cordisceruini ſex, auri puri hexag. vnum, trium ſantalorum vnc. vnam, glycyrrhizæ, ſeminis portulacæ, ſing.ſitaria duo, ſeſelis ſitarium vnũ, ſapphiri, lapidis iaſpidis,ligni aloes,ſing. hexag. vnum, oſſium naris purpuræ,hexag.ſemis,ſerici vſti hexagium vnum, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſufficit. Datur vt dianthôn quæ prædicta eſt.

Cap. CCCCLVI.

ANTIDOTVS ad eos quos virtus deficit,tuſſientes, & deſtillatione capitis laborantes. Capit nucum pinearum vnc.octo, amygdalarum drach. quinque, cinamomi vnc.vnam,caryophylli,maceris,ſing.drach.ſeptem,ligni aloes drach.ſex,ſantali citrini drach.quinq;, ambaris drachmam vnam, moſchi ſitarium vnum,ſacchari libras quatuor & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſufficit.

Cap. CCCCLVII.

ANTIDOTVS ad animi defectiones,& corporis imbecillitates, ſtomachicos, læuitatem inteſtinorum, ſyncopen cordis, & carnis diſſolutionem. Habet ſucci cotoneorum,ſacchari,libras duas. Adiice ſucci quod ſatis erit,& coque vſque ad conſiſtentiam: dein iniice piperis longi,zingiberis,cinamomi,ſing.drachmam vnā, caryophylli,ligni aloes,ſingulorum vnc.vnam, moſchi grana viginti,oſſa cordis ceruini quatuor, ambaris hexagium ſemis,gallæ moſchatæ drach.ſemis, blattii byzantii hexagium vnum, berberis,hoc eſt ſeminis oxyacanthæ, vnc.ſemis, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſufficit.

Cap. CCCCLVIII.

ANTIDOTVS è myrobalano,ad malum melancholicum,& hypochōdriacum nominatum conferens. Accipit myrobalanorũ omnium,(demptis flauis) ſing. vnc.ſemis, polypodii recentis, epithymi, ſing. hexagia duo,ſtichadis Arabicæ hexag. vnum ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſſe videbitur.Datur cubitum ituris veſperi ſemuncia, aut plus aut minus pro viribus.

Cap. CCCCLIX.

ANTIDOTVS alia è myrobalano,vtilis ad pituitoſos,flaua bile abundantes, & melancholicos. Turbationis & moleſtiæ expers eſt. Recipit myrobalani flaui & nigri,ſing. hexagia tria, turpeti repurgati vnc. ſemis,aniſi hexagium vnum,zingiberis hexag. vnum ſemis, rhei barbari hexag. vnum, ſacchari puri quod ſatis eſt.Hæc in farinam,hoc eſt drangæam redigito.Dantur de ea hexagia duo,aut duo & ſemis,aut tria,pro virium diuerſitate.

Cap. CCCCLX.

ANTIDOTVS ex ſulphure nominata. Prodeſt ad elephanticos, & immunditiam totius corporis, admodum laudata. Capit croci,myrrhæ,thuris,ſing.drachmas duas,cardamomi, opii,ſing. drachmas duas, ſulphuris ignem non experti,xylobalſami, pyrethri, radicis panacis, liquoris tithymali, calaminthæ, liquoris peucedani,ſingulorum drachmas ſex, piperis albi drachmas duas,calami odorati,zingiberis, ſingulorum drachmas tres,ſucci glycyrrhizæ drach.duas,ſquillæ aſſatæ drach. duas,mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Datur Ægyptiæ fabæ quantitate ex temperati liquoris,aut decocti abſinthii cyathis quatuor.

Cap. CCCCLXI.

ANTIDOTVS regia vocata.confert caput dolentibus,oculorum hebetudini,aluóque adſtrictæ. Humores attenuat,ſtomachum purgat,arthriticos iuuat,iecinoroſos,nephriticos, colicos, obſtructionem, podagricos,lienoſos,malaque muliebria vterina. Præterea,Dei gratia, omnibus morbis vtilis eſt. Datur citra obſeruationem quouis tempore,neque frigore neque æſtu obſeruato. Habet piperis communis & longi,zingiberis, cinamomi,ſingulorum vncias duas, caryophylli,ſpicæ, canchryos, ſingulorum vnc. vnam ſemis, turpeti vnc. ſemis,rhei hexagia duo, hermodactyli hexag.vnum, dacrydii drach. vnā,croci hexag.vnũ, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt. Dātur hexagia duo,aut duo & ſemis, aut tria,pro viribus. Præbeto verò media nocte, & à ſumptione eius non febricitantibus præbe vinum:iis verò qui febricitant,aquam tepidam.

Cap. CCCCLXII.

ANTIDOTVS de zingibere,vtilis iis quibus iecur citra calorem dolore afficitur. Recipit nardi Syriacæ,ſpicæ,zingiberis,coſti, petroſelini, mei, ſingulorum vnc.vnam, acori,mandragoræ,piperis albi, ſeminis papaueris,croci,ſigilli Lemnii,ſing. vnc.vnam,ſtyracis,opii,aniſi,dauci Cretici, apii ſeminum, hyoſcyami, ſeſelis,ſing.vnciam vnam ſemis,cinamomi vnciam vnam, margaritarum hexag. vnum ſemis,blattii byzantii hexag.vnum,oſſa cordis ceruini quinque,eupatorii,papaueris albi,roſarum, ſingulorum vnc.ſemis, caryophylli hexag. vnum, rhei barbari hexag.duo,ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſatis eſſe videbitur. Datur manè hexag.vnum ſemis, aut duo pro viribus. Sinendum etiam vt à ſumptione dormiat æger. dáque diebus decem,ſi voluerit. Poſt hæc vbi oportet, purgatorium præbeto medicamentum.

Cap. CCCCLXIII.

ANTIDOTVS ex hermodactylo, conferens ad podagricos,arthriticos,& quoſuis dolores, omne denique vulnus,& ad omnes actiones. Accipit hermodactyli hexag.vnum ſemis,cumini Æthiopici,colocynthidis,vnc.quinq;,chamædryos vnc. duas & quartam partem,centaurei vnc.duas, ariſtolochiæ rotundæ,gentianæ,ſing.vnc.vnam ſemis,hyperici vnc.duas &quartam partem,petroſelini vnc.vnam,agarici,mei,ſing.hexag. vnum ſemis, turpeti repurgati vnc. ſemis, rhei barbari hexagia duo,dacrydii, croci, ſingulorum hexagium ſemis,ſacchari quod ſatis eſt.Datur media nocte pondere drachmæ vnius aut drachmæ vnius & ſemis pro virium ratione. Pòſt dato non febricitantibus bibere [a] aquā: febricitantibus autem aquam tepidam.

[a] Aquam] Græcè eſt ὕδωρ: ſed legendum eſſe cenſeo οἶνον, id eſt vinum. Nam vt cætera medicamenta carentibus febre cum vino dantur, ita etiam præſens exhibendum erit.

Cap. CCCCLXIIII.

ANTIDOTVS vtilis ad ſitim immodicam, feruorem iecoris,febres acutas & ardentes. Vocatur autem è rheo barbaro: éſtque valde bona. Capit trium ſantalorum,ſingul.vnc.ſemis, ſeminis lactucæ & intybi,ſingulorum drachm.duas,roſarum,violarum, ſingulorum hexagia tria,ſeminum cucumerum,ſingul. drach. quatuor,aſari drach.vnam,rhei barbari hexag.vnum,papaueris albi hexagia duo,eupatorii drach.tres, petroſelini drach.duas,caphuræ hexag.S. ſeminis portulacæ drach. duas,glycyrrhizæ drach.vnam, [a] melitzani ſylueſtris ſeminis drach. vnam S.pſyllii hexag. ſemis, floris borraginis hexag.vnũ,ſacchari candi vnc.S.ſeminis cotoneorũ hexag.S.ſacchari quod ſatis eſt.Fermēteſcat hæc cum

decocto ſcolopendrii,ſebeſtenæ,roſarum,violarum,Damaſcenorum, intybi, borraginis. Datur nucis Ponticæ magnitudine,aut pro viribus.Poſt eius ſumptionem bibenda aqua cum droſato Alexandrinorum.

a Melitzani ſylueſtris] Nicolaus habet ἀγριομελιτζανῆ. Quid autem melitzanon illi ſignificet,ſcire nequeo.

Cap. CCCCLXV.

ANTIDOTVS è ſena, valde bona ad elephātiacos. Habet ſenæ,nucum auellanarum,ſing.vnc.vnam, raſuræ eboris drach.tres, ſerici crudi vſti drachmam vnam ſemis,boli Armenii,paſtilli ſquillitici,paſtilli theriaces,hedychroi magmatis,[a]lapidis litzi,lapidis lazuli, aſari,ſing.drach.vnam,lapidis ſmaragdi,iaſpidis,ſapphiri, [a]apelaxii,ſing.drach. vnam, raſuræ aciei ferri drach. quatuor,ſtyracis boni,paſtillorum diarhodôn & de violis,gallæ moſchatæ,ſing.drach.duas,thuris,cinamomi, cubebæ,ſing.drach. quatuor,triū ſantalorū, ſing.vnciā ſemis,corallii rubei drach. quatuor ſemis, margaritarū, blattii byzantis,ſing.hexag.vnū ſemis,caryophylli,maceris,ſpicæ,ocimi, ſeminis portulacæ, zingiberis, aniſi, ameos,fœniculi,ſing.drach.duas ſemis,calaminthæ mōtanæ,auri puri,ſing.drach.tres,folii,cardamomi, zedoariæ,croci,floris roſmarini,& borraginis, piperis albi,ligni aloes crudi,ſing.drach.tres, oſſa cordis ceruini quatuor, [c]aſimii repurgati hexag.quatuor,berberis, gentianæ,ſing,drach.vnam,moſchi gran.duodecim.Coquantur hæc cum ſucco malorum dulcium. In ſucco autem illo prius ferueāt ſerici recèns è grano ilicis tincti vnciæ quatuor cum ſtillatitio roſarum liquore,quoad vniuerſa ſerici tinctura exeat.deinde exime hoc ipſum,& coníice in ſuccum ſacchari quantum volueris. Vbi ad conſiſtentiam venerit, accipe ſpecies omnes bene tritas, & iniice illi,datóque ieiuno hexagia duo,& poſt ſumptionem ſorbendum præbe vinum cum modica aqua, in qua ferrum ſæpius extinctum ſit.

a Lapidis litzi] Hoc in loco lapis litzi accipitur pro Armenio vocato lapide,vt è Latinis colligitur codicibus. Quippe in iis ſcriptum reperitur,lapidis Armeniaci drach.vnam,lapidis lazuli drach.tres. Niſi malis praſium intelligere lapidem,vt ſuprà aliquoties. b Apelaxii] Græcè eſt ἀπελαξίυ.Qualis autem lapis apelaxius ſit,me ignorare fateor.Suſpicor tamen hîc vocem hanc,quemadmodum ſuprà annotatione 202,quoque diximus,idem quod loti ſignificare. c Aſimii] Quid ſit Nicolao ἀσίμιον,ſcire non poſſum.

Cap. CCCCLXVI.

ANTIDOTVS ex acoro, conferens nephriticis, iecinoroſis,obſtructionibus,neruorum imbecillitati, & diſtenſioni à craſſis humoribus factæ. Recipit acori hexag.quatuor,pyrethri hexagia tria,zingiberis, caryophylli,galāgæ, ſing.drach.tres,piperis lōgi drach.duas, croci,maceris, ſing.drach.vnam,apii,aniſi, ſing. drach. ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſufficere videtur. Datur ſemuncia cū vino tēperato, & aqua cui incoctæ ſint radices acori, apii & fœniculi.

Cap. CCCCLXVII.

ANTIDOTVS è cinamomo concoquens. Appellatur autem ab Italis Manus Dei.Græcè χεὶρ κυρίου.Eſt valde laudata. Accipit cinamomi drach.ſex,folii,galangæ,maceris,caryophylli craſſioris,caryophylli,ſing.drachmam vnam, zingiberis vncias tres, cardamomi drachmas quatuor,menigetis drach.tres, ſpicæ, carei,maſtiches,piperis longi, ſing.drachmam ſemis,nucis moſchatæ,cubebæ,ſing.drach.tres,moſchi ſiliq.ſex,ambaris drach.ſemis,croci hexagium vnum,ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt. Datur cum vino [a]Monembaſiatico. Eſt ad animi defectum & corporis imbecillitatem valde bona.

a Monembaſiatico] Græcus Nicolai codex habet μονεμβασιωτικῶ. Quod vero vini genus per corruptam hanc dictionem intelligat Nicolaus, diuinare ſatis nequeo.Suſpicio tamen eſt illum hoc nomine appellaſſe vinum, quod hodie etiam deprauata voce maluaticum & maluaſinum vocatur.

Cap. CCCCLXVIII.

ANTIDOTVS alia è cinamomo, vtilis iis qui ſtomachi dolore vexantur,& cibum euomunt. Capit cinamomi drach. ſex,triū piperū,aniſi,croci, fœniculi, apii,ameos,folii,galangæ,maceris, caryophylli craſſioris, ſing.drach.vnam,zingiberis vnc.duas ſemis, cardamomi drach.quatuor, menigetis drachmas tres,ſpicæ, carei,maſtiches, ſing.drachm.vnam, caryophylli,nucis moſchatæ,cubebæ, ſing.drachmas tres,calaminthæ,pulegii,petroſelini, ſing.drach.duas ſemis,ligni aloes boni [a]crudi drach.vnam, ſacchari lib.duas,& ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſufficit, moſchi ſiliq.tres. Datur ieiuno;& à cibo,ſemuncia ex bono vino.

a Crudi] Sæpe crudi ligni aloes mentionem facit Nicolaus, ideóque hoc loco quæ noſtra de illo ſit ſententia,exponemus.Per crudum itaque lignum intelligo id quod non putruit.Nam vt teſtis eſt Symeon Sethi,eius regionis in qua prouenit, incolæ idipſum concidunt, & ſub terram multo puluere obruunt,& poſt aliquod temporis ſpatiū, (quātum ſcilicet ſufficere videtur) ligni partes educunt, & mercatoribus vendunt.Crudum itaque erit, quod terra non obruitur, ſed ſtatim ab arbore exciſum,ad vſum rapitur.

Cap. CCCCLXIX.

ANTIDOTVS ex acoro,vt præcedens,vtilis admodum & laudata. Habet acori, rubiæ, ſing.lib.duas, pyrethri libræ quartam partem, piperis longi vnc.ſemis,coſti,pæoniæ,galangæ,ſing.drach.duas,zingiberis vnc.ſemis,caryophylli drach.vnam ſemis, maceris,croci, ſing.drach.vnam, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Poſt decoctionem ſufficientem iníice nucum pinearum repurgatarum vncias duas, & da vbi voluerit vnciam vnam. Eſt autem experta ad ſtomachicos, [a]nephriticos,quartanarios, malo corporis habitu laborantes, & omnes obſtructiones viſcerum à craſſis humoribus natas,reſolutos,trementes,abortientes,& è colico morbo in corpore factam reſolutionem.

a Nephriticos] Manuſcriptus codex corruptè legit νάφριτικὰς, pro νεφριτικάς.

Cap. CCCCLXX.

ANTIDOTVS ad epilepticos,apoplecticos,inſanientes & quartanarios. Vocatur autem è zingibere,eſtque admodum ad prædicta laudata. Recipit roſarum rubearum drach.quatuor ſemis,lapidis lazuli, [a]lapidis Armenii,lapidis [b]antimonii,ſingulorū drach.tres, carnis foliorum citri drach.quatuor,aſari,eupatorii, betonicæ,trium ſantalorum,ſing.drach.vnam ſemis,margaritarum hexag.tria,blattii byzantii hexag.duo,maceris hexag.vnum,floris roſmarini hexag.vnum ſemis,ligni aloes crudi,caryophylli,zedoariæ, galangæ, zingiberis, ſing.drach.vnam, paſtilli ex [c]criamboris,diarhodôn,& ex violis, ſingulorum drachm.vnam,aliptæ moſchatæ, gallæ moſchatæ, ſingul.drachm.vnam,radicis pæoniæ, vnciam ſemis,maſtiches, ſeminis pæoniæ,ocimi, cinamomi,cardamomi,cyperi,ſeminis dauci, ſeminis apii, ameos,petroſelini,ſing.drach.vnam,anacardii hexagiū vnū,ſanguinis anatis vnc.ſemis,rhei drach.duas, foliorum drach.ſemis,ſtyracis calamitis,caryophylli craſſioris,acori, corallii rubei, pyrethri, croci, ſingul.drach.vnam,oſſa cordis ceruini quatuor, ambaris crudi hexag. vnum,moſchi grana decem, ſerici recèns è grano ilicis tincti vnc.duas,roſarum ſtillatitii liquoris, & malorum dulcium ſucci quod ſatis eſt. Decoque ſericum donec rubedo eius [d]exierit.dein confice cum ſacchari lib.duabus aut quantum ſufficiet. Adiice verò etiam auri puri hexag.duo: poſtremùm iníice etiam moſchum cū ſtillatitio roſarum liquore. Prodeſt etiā hæc antidotus ad animi defectionem.

a Lapidis Armenii] Nicolai codex habet λάπις λίτζι.Hîc autem ſignificare lapidem Armenium, ex iis quæ paulo antè annotauimus manifeſtum eſt.Niſi praſium vocatum intelligere malis.

b Lapidis antimonii] More Serapionis & aliorum quorundam, antimonium, quod Græcis ςίμμι dicitur, inter lapides recenſet. Attribuit autem illi facultatem roborandi neruos recentiores. c Ex criamboris] Manuſcriptus codex legit, τροχίσκιν τῦ διὰ κριαμβόρων. De quibus quid dicam,nunc non habeo. Vox enim deprauata ac planè barbara eſt, vt quid ſignificet diuinare nequeam. d Exierit] Græcè eſt ἐναπολυθῆ.Sed fortè legendum,vt paulo ſuprà,ἐξέλθῃ.

Cap. CCCCLXXI.

ANTIDOTVS purgans è rheo barbaro. Accipit ſantali albi & rubei, ſingul. vnciā ſemis, maceris hexagia duo, ſpodii ſiliquas ſex,maſtiches,croci, ligni aloes, ſpicæ, cardamomi, aſari, gallæ moſchatæ, berberis,

caryophylli,ſing.vnc.ſemis, dacrydii vnc. vnam & drachmam vnam,turpeti repurgati vnc.vnam, ſeminis fœniculi,ocimi,cinamomi boni,ſing.vnc.ſemis,caphuræ drach.ſemis,oſſa cordis ceruini duo,tragacanthæ,gummi Arabici,rheibarbari,ſing.vnc.ſemis,aniſi,intybi,ſeminis portulacæ,ſeminis cucumeris,ſing.vnc.ſemis,roſarum hexag.duo,ſenæ vnc.vnam, hermodactyli vnciã ſemis,tartari vnc.vnam,ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt.Dantur media nocte hexag. duo & ſemis,aut tria pro viribus.Iis qui non febricitant, ex vino temperato:febricitantibus autem,cum aqua tepida. Prodeſt ad mala ex defluxionibus nata, ad podagricos, & arthriticos.

Cap. CCCCLXXII.

ANTIDOTVS è Sena, vtilis ad podagricos, arthriticos, & omnem neruorum affectum. Capit roſarum,glycyrrhizæ,ſing.ſiliquas quinque,cinamomi drachmas tres ſemis, caryophylli,nardi,ſagapeni,gallæ moſchatæ,nucis moſchatæ,zingiberis,zedoariæ, ſenæ,cardamomi,aſari,ſeminis apii,ſing.drach.ſemis, croci drachmam vnã,turpeti,rhei, dacrydii, ſing.hexag. vnum, ſacchari quantum ſufficit,& roſarum liquoris ſtillatitii. Dantur media nocte hexag.tria,aut tria & ſemis pro virium ratione.iis qui vacant febre,cumvino temperato: febricitantibus verò,cum aqua tepida.

Cap. CCCCLXXIII.

ANTIDOTVS de ſampſucho, conferens iecinoroſis & cholericis,iis qui neque victũ, neque frigus,neque æſtum obſeruant, regibus & præfectis. Ei autẽ qui hoc vtitur,bonum colorem conciliat & ſanitatem, neque laxitatem neque compreſſionem efficit,neque anguſtiam aliquam fieri ſinit. Habet cinamomi, maceris,ſampſuchi,trium ſantalorum, glycyrrhizæ,roſarum, corallii rubei,florum borraginis & roſmarini, oſſis cordis ceruini,margaritarum, ambaris, tragacanthæ,ſing. drachmam vnam,turpeti, rhei barbari,ſing.drachmam vnam ſemis,ſenæ,agarici,ſing.drach. duas ſemis, croci grana ſeptem, zingiberis drachmam vnam, nuces moſchatas duas, dacrydii vncias duas, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt, moſchi ſiliquas quatuor. Dantur media nocte hexag.tria, aut tria & ſemis pro viriũ ratione:iis qui non febricitant, cum vino:febricitantibus autem,cum aqua calida.

Cap. CCCCLXXIIII.

ANTIDOTVS alia purgatoria ex berberis nominata,conferens vt prædicta. Habet ſantali rubei & albi,ſingul.drach.vnam,ſpodii drach.duas,maceris hexag.vnum,maſtiches,croci,ſpicæ,ligni aloes,cardamomi,aſari, gallæ moſchatæ, ſing. vnc. vnam, cinamomi vnciam ſemis & quartam partem,caphuræ gran. quindecim,oſſa cordis ceruini quatuor, tragacanthæ, gummi Arabici,ſing.vnc. vnam,rhei barbari vnc.ſemis,aniſi,intybi & portulacæ ſeminum,ſing.vnc.vnam, ſeminum cucumerum,ſing.vnc.vnam, roſarum vnc.vnam ſemis,ſenæ vnc.duas, daerydii vnc. duas, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſufficit. Dantur media nocte hexagia duo & ſemis, aut tria pro virium varietate.

Cap. CCCCLXXV.

ANTIDOTVS alia ex canchry,eiuſdem vt prior vſus. Recipit roſarum,glycyrrhizæ, ſing. vnc. vnam, cinamomi drach.quinque,caryophylli,nardi,cãchryos, ſagapeni,gallæ moſchatæ,nucis moſchatæ, zedoariæ,ſenæ,cardamomi, aſari, ſeminis apii, ſing. ſiliquas quinque,dacrydii hexag.tria,turpeti hexag.duo,rhei barbari hexag.vnum ſemis, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis erit.Dantur media nocte hexag. tria, aut tria & ſemis pro viribus.Iis qui febre vacant, ex vino temperato : febricitantibus autem, cum aqua tepida.

Cap. CCCCLXXVI.

ANTIDOTVS alia purgatoria,vt prædicta,conferens mirificè ad podagricos, arthriticos, & omnes morbos ex defluxione natos. Accipit cinamomi vnciam vnam,croci hexagia duo,zingiberis vnciam ſemis & quartam partem,caryophylli hexagium vnum,aniſi, fœniculi ſeminum,ſing.hexagium vnum ſemis, ameos hexagium vnum, nuces moſchatas duas,turpeti puri vncias duas, hermodactyli vnciam vnam, rhei barbari hexagia duo,dacrydii vnc.vnam,ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſatis eſſe videbitur.Dantur media nocte hexag. tria,aut tria & ſemis pro viribus.Febre vacantibus, cum vino temperato : febricitantibus autem, cum aqua tepida. Prodeſt ad tertianas & quotidianas.

Cap. CCCCLXXVII.

ANTIDOTVS ad cardiacos & febricitantes. Somnum etiam inducit. Capit caryophylli, cinamomi, croci, ſingulorum hexagium vnum, ſpicæ, galangæ,ligni aloes,ſing.hexag. ſemis, glycyrrhizæ hexag. vnum, nucem moſchatam vnam, margaritarum hexagium ſemis, zingiberis hexag. vnum, corallii rubei hexagium vnum ſemis,ambaris drachmam ſemis,blattii byzantii hexagii quartam partem,moſchi grana duo,ſeminis ocimi hexagium ſemis, caphuræ ſiliquas quatuor, papaueris albi vnciam ſemis,trium ſantalorum,ſingulorum drachmam ſemis, ſacchari candi vocati vnciam ſemis, oſſa cordis ceruini duo, ſpodii hexagium ſemis, pſyllii drachmam ſemis, ſeminum cucumerum, ſingulorum hexag.duo,ſacchari & roſarum ſtillatitii liquoris quod ſufficit. Datur ad arbitrium ægrotantis, quocunque tempore.

Cap. CCCCLXXVIII.

ANTIDOTVS alia purgans ex hermodactylo, conferens omnibus malis à defluxione natis, podagricis,arthriticis, & malo corporis habitu correptis. Habet cinamomi vnciam ſemis,croci hexag.vnum,zingiberis vnc.ſemis,caryophylli hexag.duo, aniſi, fœniculi ſeminum, ſingulorum hexagium vnum,ameos drach. vnam ſemis,amomi drach.vnam ſemis,nuces moſchatas duas,turpeti repurgati vnc.vnam ſemis, moſchi grana tria,ſenæ vnciam ſemis, epithymi drach. vnam, dacrydii vnc.vnam ſemis & quartam partem, ſantali rubei drach.duas,rhei barbari vnc.ſemis, cubebæ vnciam ſemis, hermodactyli drach. vnam, myrobalani citrini hexag. duo, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt. Dantur media nocte hexag.tria, aut tria & ſemis,pro viribus:non febricitantibus, ex vino temperato:febricitantibus autem,cum aqua calida tepida.

Cap. CCCCLXXIX.

ANTIDOTVS valde bona ad dyſentericos,& læuitate inteſtinorum laborantes. Recipit cinamomi drach.vnam ſemis,caryophylli, galangæ,maceris,caryophylli craſſioris, ſing.ſiliquas quinque, zingiberis vnc. ſemis,cardamomi drach.vnam,menigetis drach. ſemis & quartam partem,ſpicæ, carei,maſtiches, berberis,piperis longi,ſing.ſiliquas tres, nucis moſchatæ, cubebæ, ſing.hexag.ſemis, ſpodii hexag. vnum, blatti byzantii drach. vnam, corallii ſcrup. vnum, interiores tunicas ventriculi galli tres,palmularum oſſa tria,boli Armenii drach.vnam,ligni aloes hexag.ſemis,moſchi gran.tria, fœniculi,aniſi, & ocimi ſeminum, croci, ſing.hexag.vnum,Lemnii ſigilli,papaueris albi,ſingul.drach.vnam, rhei vſti hexag.vnum, baccarum myrti,roſarum, ſing. vnciam ſemis, oſſa cordis ceruini quatuor, ſucci cotoneorum,& ſtillatitii roſarum liquoris ſacchariquе quantum ſufficit.

Cap. CCCCLXXX.

ANTIDOTVS ad melancholicos, ſyncope & animi defectione laborãtes omnémque cordis affectum, admodum laudata. Accipit [a]lapidis litzi, hoc eſt lapidis lazurii vnc.ſemis, lapidis lazuli,hoc eſt cærulei,ambaris crudi,ſing.drachm.duas,ligni aloes crudi,cinamomi boni,ſing. drach.tres, moſchi hexagii quartam partem,margaritarumhexag.vnum,auri puri hexag.ſemis, ſerici recens è grano ilicis tincti vnc.tres, decocti cum ſucco malorum dulcium,& ſtillatitio roſarum liquore, ſaccharóque ſufficienti.Datur pro arbitratu.

a Lapidis litzi] Ex hoc loco manifeſtũ fit omnibus, lapidem litzi Nicolao (vt ſuprà quoque dictum eſt) variè accipi: nunc pro lapide lazuli, nunc pro lazurio, qui eſt alius à lapide lazuli. Id quod è verbis Nicolai manifeſtè etiam colligitur. Quippe inquit, λάπις λίτζι, ἤγουν λίθου λαζουρίου οὐγ. ς΄. & ſtatim ſubiicit, λάπις λάτζουλι, τουτέστι λίθου κυανέου. Perperam autem legitur in manuſcripto codice ſιρανέου. Iis quæ iam diximus conſentiunt quæ ſcribuntur in explicatione quarundam Nicolai vocum: Illic enim ita habetur, λάπις λίτζι, τὸ λαζούριον, ὁ λίθος πράσιος· λάπις λάτζουλι, λίθος κυάνεος. Legitur autem corruptè κέρανος in manuſcripto exemplari. E quibus omnibus palàm fit, lapidem litzi, lazurium & praſium, apud Nicolaum eſſe eundem lapidem. Niſi malis πράσιον pro viridi interpretari, ac Armenium qui colore viridis eſt, intelligere. Lazuli autem lapis non eſt niſi κυάνεος, id eſt cæruleus, vetuſtioribus Græcis dictus.

Cap. CCCCLXXXI.

ANTIDOTVS alia purgatoria experta, vt cæteræ. Capit cinamomi drach. vnam, croci drach. vnam, zingiberis drach. S. caryophylli, fœniculi & aniſi ſeminũ, ſingul. drach. vnam, ameos drach. vnam, nuces moſchatas duas, turpeti vnc. ſemis, ſenæ hexagia duo, agarici hexag. vnum ſemis, rhei hexag. duo, moſchi ſiliquas decem, dacrydii vnc. vnam, maceris drach. vnam, roſarum hexag. vnum, hermodactyli drach. vnam ſemis, ariſtolochiæ rotundæ drach. duas, ſtillatitii roſarum liquoris & ſacchari quod ſatis eſt. Dantur media nocte hexag. tria, aut tria & ſemis pro viribus.

Cap. CCCCLXXXII.

ANTIDOTVS ad tuſſientes, defluxione capitis laborantes, & ad imbecillitatem corporis admodum bona. Habet nucum pinearum vnc. octo, amygdalarum drach. quinque, cinamomi vnciam vnam, caryophylli, maceris, ſing. drach. ſeptem, ligni aloes drach. ſex, ſantali citrini drach. quinque, ambaris crudi drach. vnam, ſeſami repurgati vnc. vnam, ſeminis vrticæ vnciã ſemis, goſſipii ſeminis vnc. ſemis, moſchi puri ſiliq. tres, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſufficit. Datur verò quando lubet.

Cap. CCCCLXXXIII.

ANTIDOTVS ad animi defectionem, imbecillitatem corporis, ad tuſſientes, læuitate inteſtinorum laborantes, cordis ſyncopen, & carnis diſſolutionem. Recipit ſpodii vnc. vnam, zingiberis, cinamomi, ſingul. drach. vnam, caryophylli, ligni aloes, ſing. drach. ſex, maceris drach. quinque, oſſa cordis ceruini ſex, ambaris, aliptæ moſchatæ, gallæ moſchatæ, ſing. drach. vnã, blattii byzantii drach. duas, berberis drachmas ſex, margaritarum hexag. duo, moſchi ſiliquas quatuor, ſucci malorũ dulcium & ſtillatitii liquoris roſarum quod ſatis eſt, & ſucci cotoneorum quantum oportet, ſacchari libras duas. Datur pro arbitratu.

Cap. CCCCLXXXIIII.

ANTIDOTVS ad melancholiam, quæ à veteribus medicis hypochondriacum malum nominata eſt. Capit myrobalanorum, exceptis flauis, ſing. vnc. ſemis, polypodii, epithymi, ſtichadis, ſingulorum hexagium vnum ſemis, ſacchari quod ſatis eſſe videbitur. Datur veſperi ſemuncia, aut plus aut minus, pro virium ratione.

Cap. CCCCLXXXV.

ANTIDOTVS alia ſimilis, vt præcedens. Habet myrobalani flaui & nigri, ſing. vnciam ſemis, turpeti boni hexag. quatuor, aniſi hexag. vnum, zingiberis hexagium vnum ſemis, rhei hexagiũ vnum, ſacchari quod ſatis eſt. Datur melancholicis, bilioſis & pituitoſis, purgans citra moleſtiam & turbulentiam.

Cap. CCCCLXXXVI.

ANTIDOTVS ad cardiacos, ſyncope correptos, & corporis colliquationem. Recipit [a] lapidis Armenii, lapidis lazuli, ſing. vnciam ſemis, ligni aloes, blattii byzantii, ſing. drachmam vnam, gallæ moſchatæ, aliptæ moſchatæ, ſing. drach. tres, paſtillorum diarhodon, & de violis, ſingulorum drachmas tres, ambaris hexagiũ vnum, maceris, caryophylli, nucis moſchatæ, zingiberis, ſingulorum drachmas quatuor, cinamomi, ſenæ, ſingul. drachmas tres, moſchi drach. ſemis, ſpicæ, galangæ, been albi & rubei, ſingul. vnciam ſemis, oſſa cordis ceruini quatuor, ramenti eboris, nucis Indicæ, glycyrrhizæ, ſing. vnc. ſemis, corallii rubei drach. tres. Coquatur cum ſucco malorum dulcium: & iniice carnis foliorum citri vnc. ſemis, ſerici recèns è grano ilicis tincti vncias tres, margaritarum hexag. vnum, ſacchari & ſtillatitii roſarũ liquoris quod ſatis eſt. Datur, vbi lubet, drachma vna aut ſemuncia.

a Lapidis Armenii] Codex Nicolai habet λάπις λίτζι, λάπις λάτζουλι. Vnde omnibus perſpicuum fit, lapidem litzi à latzuli lapide diuerſum eſſe: nec aliud quàm Armenium vel praſium, vt priore annotatione diximus ſignificare.

Cap. CCCCLXXXVII.

ANTIDOTVS ad podagricos, arthriticos, & eos qui omnia ſunt experti, gratia Dei. Accipit baccarum lauri vnc. vnam, myrrhæ vnc. S. ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ſing. vnc. ſemis, rhei hexag. vnum, turpeti, ſcammoniæ, zingiberis, ſing. vnc. ſemis, hermodactyli, tartari, ſing. vnc. vnam, croci hexagium vnum, caryophylli, maceris, ſing. hexag. duo, moſchi ſiliquas quatuor, nuces moſchatas duas, aniſi hexag. vnum, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quantum ſufficit. Dantur media nocte hexag. tria, aut tria & ſemis pro viribus.

Cap. CCCCLXXXVIII.

ANTIDOTVS laxatiua ad podagricos & arthriticos. Capit hermodactyli, turpeti, ſing. vnc. ſemis, zingiberis, galangæ, ſpicæ, cinamomi, croci, caryophylli, ſing. hexagia duo, aniſi vnc. ſemis, rhei barbari hexagia duo, ſcammoniæ drach. vnam, ſacchari & roſarum ſtillatitii liquoris quod ſatis eſſe videbitur. Dantur manè ieiuno hexagia tria, aut tria & ſemis, vacantibus febre, cum vino: febricitantibus, ex aqua tepida.

Cap. CCCCLXXXIX.

ANTIDOTVS è rheo barbaro purgatoria. Habet ſantali albi & rubei, ſing. hexag. tria, maceris hexag. vnum, ſpodii hexag. duo, maſtiches, croci, ligni aloes boni, ſpicæ, cardamomi, gallæ moſchatæ, aſari, berberis, caryophylli, ſing. vnc. ſemis, ſcammoniæ vnc. duas, turpeti vnc. vnam, ſeminis fœniculi & ocimi, cinamomi veri, ſing. vnciam ſemis, caphuræ hexag. ſemis, oſſa cordis ceruini duo, tragacanthæ, gummi Arabici, ſing. vnc. ſemis, rhei barbari hexag. tria, aniſi, intybi, & portulacæ ſeminum, cucumerum ſeminum, ſingul. hexag. duo, roſarum hexag. vnum, ſenæ drach. vnam, hermodactyli drach. ſemis, ſacchari & roſarum ſtillatitii liquoris quantum ſufficit, moſchi ſcrup. vnum. Dantur media nocte hexag. duo, aut tria pro virium varietate. Poſtea daſorbendum iis qui febre vacant vinum temperatiſſimum, febricitantibus autem aquam tepidam. Confert verò bilioſis & pituitoſis.

Cap. CCCCXC.

ANTIDOTVS Diaſenæ purgatoria, vtilis podagricis, arthriticis, & pituitoſis. Recipit roſarum rubearum, glycyrrhizæ, ſiliq. quinque, cinamomi drach. ſex, caryophylli, nardi, ſagapeni, gallæ moſchatæ, nucis moſchatæ, zedoariæ, cardamomi, aſari, ſeminis apii, ſingul. drach. duas, croci hexagium ſemis, ſenæ hexag. duo, turpeti puri hexag. tria, rhei barbari hexag. vnum, dacrydii hexag. duo, roſarum rubearum hexag. ſemis, ſacchari & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt, moſchi grana tria. Dantur media nocte hexag. duo & ſemis, aut tria pro viribus. Vacantibus febre, cum vino temperato: febricitantibus verò, cum aqua tepida.

Cap. CCCCXCI.

ANTIDOTVS purgatoria de corallio, vtilis iecinoroſis, colicis, tertiana correptis, & omnibus malis è defluxione natis. Accipit cinamomi, maceris, [a] maioranæ, ſantali albi & rubei, glycyrrhizæ repurgatæ, roſarum rubearum, corallii rubei, florum borraginis, oſſis cordis ceruini, margaritarum, ambaris, tragacanthæ, ſing. drach. vnam, turpeti hexagium vnum, rhei, ſenæ, agarici, ſingulorum drachmas duas, croci, zingiberis, nucis moſchatæ, ſingulorum drachmam vnam, ſcammoniæ vnciam vnam ſemis, ſacchari & ſtillatitii roſarũ liquoris quantum ſufficit. Dantur hexagia duo & ſemis, vel tria pro viribus.

a Maioranæ] Nicolai codex habet, μαζυραναν. Quæ vox ſi illi non maioranam ſignificat, quid aliud denotare poſſit diuinare nequeo.

Cap. CCCCXCII.

ANTIDOTVS è croco, valde laudata. Dantur manè ieiuno hexagia duo,aut duo & ſemis, prout ea iuxta vires ſuas corpus indiguerit. Capit aniſi, [a]fœniculi,ſingulorum hexag.vnum,zingiberis,ſenæ, ſingulorũ hexag.tria,croci, caryophylli, turpeti,rhei,ſingulorum hexag.duo,cinamomi vulgaris hexagia duo ſemis, nucis moſchatæ hexag.vnum,dacrydii aſſati hexagia tria, ſacchari quod ſatis eſt.

a Fœniculi] Manuſcriptus codex legit φενούλην. Quam quidem vocem corruptam eſſe,& φενίκκλουμ legendum, vt ſuprà annotauimus,cenſeo. Quippe in ſequenti etiam ſtatim antidoto aniſum & fœniculum copulat.Id quod ſæpe etiam aliâs facere ſolet.

Cap. CCCCXCIII.

ANTIDOTVS alia laudata, ad iecinoris & lienis obſtructionem data pondere hexagiorum duorum, aut duorum & ſemis pro viribus. Datur autem manè ieiuno non febricitantibus ex vino temperato:febricitantibus autem,cum aqua tepida. Habet myrobalanorum magnorum & paruorum,ſingulorum hexagium ſemis, turpeti hexagia duo, piperis communis, maceris,cinamomi,zingiberis, caryophylli, nucis moſchatæ, floris iunci odorati,ſingulorum hexagium ſemis,ſenæ hexagium vnum, ſeminis fœniculi,aniſi, ſingulorum hexagium ſemis,croci drachmam vnam, rhei hexagia duo, ſeminis eryngii hexagium ſemis,epithymi hexag.vnũ, dacrydii hexag.duo, hermodactyli hexag.vnum,cardamomi hexag.ſemis,ſacchari quantum ſufficit.

Cap. CCCCXCIIII.

ANTIDOTVS drangæa conferens ad podagricos, arthriticos, & omnem imbecillitatem neruorum. Recipit turpeti, hermodactyli, ſingulorum vnciam ſemis,ſeminis apii & fœniculi,ſingulorum hexag.vnum, ſcammoniæ hexag.vnum ſemis,croci,zingiberis,aniſi, ſingulorum hexag.duo,ſacchari quantum omnium ſpecierum.Dãtur hexag.duo,aut duo & ſemis, pro virium ratione media nocte.Porrò non febricitantibus da poſt ea ſorbendum vinum temperatum, febricitantibus autem aquam tepidam.

Cap. CCCCXCV.

ANTIDOTVS drangæa magis varia, conferens vt præcedens. Accipit turpeti hexag. vnum, agarici drach.ſemis,hermodactyli drach.vnam,zingiberis drachmam ſemis,aniſi,fœniculi ſeminum, ſingulorum hexagium ſemis,rhei hexagium vnum, cinamomi vulgaris,zingiberis, caryophylli,croci,ſing. hexag. ſemis,ſacchari quantum omniũ ſpecierum.Datur vt præcedens.

Cap. CCCCXCVI.

ANTIDOTVS drangæa vtilis iecinoroſis, lienoſis,& malè coloratis,data media nocte pondere hexagiorum duorum aut trium. Capit aniſi hexagium vnum, zingiberis hexag. tria, ſeminis fœniculi hexag. vnum, caryophylli hexag.ſemis & quartã partem,ſenæ hexag. tria,agarici hexag.vnum,turpeti vnc.ſemis, rhei hexagia duo,cinamomi vulgaris hexag. vnum ſemis, nuces moſchatas duas,dacrydii hexag. tria, croci hexag. vnũ, ſacchari quantum omniũ ſpecierũ. Dantur hexag.duo, aut tria pro viribus media nocte : vacantibus febre ex vino temperato:febricitantibus verò,cum aqua.

Cap. CCCCXCVII.

ANTIDOTVS ad cruditatem ſtomachi,inflationes,deſtillationes à frigiditate factas. Nominatur Græcis χεῖρκυρίου,ab Italis autem manus Dei. Habet cinamomi drach. tres, folii, galangæ, maceris, caryophylli craſſioris,ſing.drachmam ſemis,zingiberis purgati drachmam ſemis, caryophylli, nucis moſchatæ, cubebæ, ſingulorum drachmam vnam ſemis, cardamomi drachmas duas, menigetæ drachmam vnam ſemis,moſchi gran.tria,croci hexag.vnum,roſarum rubearũ hexag.ſemis,aniſi, fœniculi ſeminum, ſing.hexag. duo, piperis albi vnc.ſemis, ſacchari & vini,& ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt. Datur in prædictis malis ante cibum & poſt cibum pro arbitratu.

Cap. CCCCXCVIII.

ANTIDOTVS ad dyſentericos,lauitate inteſtinorum correptos, iecorariam dyſenteriam, & ad omnẽ excretionem [a]ſanguinis,plurimámque imbecillitatem. Recipe vinum rubeum bonũ, coque cum baccis myrti & ſumach ad tertias : dein colato, & rurſus adiice ſtillatitii roſarum [b]campeſtriũ liquoris quantum vini,& cõmiſce vino ferueſacto, & adiice roſarũ rubearum aridarum,menthæ & ſucci cotoneorum, ac ſacchari quantũ ſufficit, & decoque ad conſiſtentiam. Poſtea ab igne amoueto,& accipe ſpecies has bene tritas:nempe betonicæ hexagii quartã partẽ, ſpodii hexag. ſemis, maceris grana quindecim,cinamomi, caryophylli, ſingulorum drach.ſemis, zingiberis, croci boni, corallii rubei,ſing. gran.quindecim,boli Armenii,ſigilli Lemnii,ſanguinis draconis,ſing.drach.ſemis. Subactis omnibus fac [c]electuarium,& da manè ieiuno hexagium vnum aut duo pro viribus,vacantibus febre cum vino temperato, febricitantibus autem cum droſato myrtino aut ſaccharo roſaceo,cum aqua pluuia:&ſine vt dem paulũ dormiat.

a Sanguinis] Græcè eſt, ἔκκρισιν σαρκὸς, id eſt excretionem carnis.Sed quis non videt corruptam eſſe lectionem,atque pro σαρκὸς, αἵματος ſcribendum potius eſſe? b Campeſtrium] Nicolaus habet χεμπίαν,fortè pro καμπίων vel κάμπι, vt ſuprà etiam monuimus. c Electuarium] In Nicolao legitur λαπουάριν corruptè, pro ἐκλεκτουάριον.

Cap. CCCCXCIX.

ANTIDOTVS drangæa,valde bona ad iecinoroſos,lienoſos,malúmque corporis & faciei colorem. Accipit turpeti hexag.tria, ſenæ, rhei barbari, epithymi, tartari,ſing. hexag.duo, polypodii vnc.ſemis, dacrydii hexag.tria,hermodactyli hexag. vnum ſemis, maceris, cinamomi,zingiberis,nucis moſchatæ,caryophylli, ſingul.hexagia ſemis,croci hexag.vnum, ſeminis fœniculi,aniſi,ſing.hexag.vnum, ſacchari quantum omnium ſpecierum duplum. Dantur manè ieiuno hexagia duo & ſemis,vel tria, pro virium diuerſitate : febre vacantibus ex vino temperato : febricitantibus autem, cum aqua tepida

Cap. D.

ANTIDOTVS Latinè nominata[a] Age vita,Græcè γέρον τῆς ζωῆς, Saracenicè Meelchagee. Prodeſt ad omnes frigidos affectus,reſolutos,ſtomachicos, trementes,malo habitu corporis correptos,hydropicos, cruditatem ſtomachi, inflationes,omnem imbecillitatem & frigiditatẽ ſtomachi ac corporis: ad vuluæ inflationes, teneſmum alui,mala ex defluxione nata, nempe podagram,arthritin, atque ad omnia neruorum mala à cruditate & humiditate multa facta. Capit vini boni rubei,[b]aut rhaſpæ [c]menſuras ſex. Adiice illi trita, & per tenue cribrum tranſmiſſa, hæc nempe:galangæ vncias duas,piperis longi,piperis albi, ſing.vnc.vnam, ſaluiæ vnc. vnam ſemis, zingiberis, cinamomi vulgaris boni, ſing.vnc. ſemis, croci hexagia duo, caryophylli hexag. vnum.Hæc coniecta in vinum probè decoque, vt à ſex menſuris vini remaneat menſura ſemis, & reconde in vaſe.Datur vſu exigente cum vino ſemuncia manè ieiuno.Eſt verò,gratia Dei,vtilis ad prædicta.

a Age vita] Nicolai codex habet,λεγομένη λατινιστὶ ἄγζα βίτα. Hac verò loquendi formula etiam in aliis compoſitionibus vtitur, ita tamen vt pro ἄγζα ſcribatur ἄζι, interdum ἴυγα. Quid verò per hanc vocem deprauatam ſit intelligendum, nemo facilè diuinabit. Suſpicio tamen eſt,hanc compoſitionem Latinè dictam eſſe Iugem vitam,propter mirificam in conſeruanda ſanitate,adeóque vita,efficaciam,vt ἴυγα ſit vox corruptè ſcripta pro ἰούγις. b Aut rhaſpe] Græcus manuſcriptus codex legit ἢ ῥάσπι. Quum verò dictionem hanc conſtet eſſe barbaram & corruptam,quid certò ſignificet, monſtrare haud poſſum. Satis verò ex vltima antidoto conſtat, Nicolaum genus aliquod vini per hanc vocem intelligere:quale verò,diuinare ſatis non poſſum. c Menſuras] Codex Nicolai habet κανάτια. Per hanc verò vocẽ videtur innuere menſuram. Nam quod hîc κανάτιον,id in vltima antidoto μιγζούραμ vocat. Vt κανάτιον non eſſe aliud putem,quàm Germanis noſtris Izanten. Vt menſuræ ſex, ſint ſex Izanten vvein, oder ſechſmaſſ vvein.

Cap. DI.

ANTIDOTVS laxatiua ad melancholicos, vitioſo colore præditos, furioſos, omnémque corporis malitiam, lienem, & mala à melancholia facta. Habet trypheræ Saracenicæ hexagium vnum, diagalangæ hexagium ſemis & quartam partem, ſacchari roſati

laxatiui hexag. vnũ, turpeti puri drach. vnam, zingiberis, ſcrupul. vnum, hermodactyli drach. vnam, rheibarbari hexag. duo. Hæc trita diligẽter & ſubacta, fac vt diacydonium, & recõde in vaſe, & dato hexag. tria, aut tria & ſemis, pro viribus cum aqua tepida. Datur autem media nocte: poſt verò eius ſumptionem os aqua & aceto abluito.

Cap. DII.

ANTIDOTVS Catholica, hoc eſt vniuerſalis, ſeu omnes humores purgans. Vtilis eſt podagricis, arthriticis, iecinoroſis, lienoſis, tertianis, quartanis, quotidianis, doloribus capitis, febribus acutis, ardentibus, & omnibus corporis morbis. Eſt autem vtilis & miranda, ſi citra obſeruationem frigoris & æſtus fuerit aſſumpta Gratia autem Dei, eſt admodum vtilis. Recipit polypodii puri & tempeſtiui vnc. vnam ſemis & quartã partem, ſenæ, violarum, aniſi, ſeminis fœniculi, radicis capparis, ſingulorum vnc. vnam, [a]pruna refrigerata viginti, ceraſia triginti, ſebeſten quadraginta, epithymi puri vnciam ſemis, roſarum rubearum vnciam vnam, trium ſantalorum, ſingulorum drachmas duas, ramorum tamaricis vnc. duas, glycyrrhizæ purgatæ vnc. vnam, ſemi num cucumerum ſing. vnc. vnam, polytrichi mani pulũ ſemis, turpeti boni vnciã ſemis. Hæc omnia probè in mortario tuſa, iniice in lebetẽ cum aquæ lib. quinque, & decoque bene ad droſati conſiſtentiam leni igne, donec de ſucco remanſerint lib. duæ: dein colato, & iterũ accipe ſenæ bonæ puræ, caſiæ fiſtularis repurgatæ, tamarindorum, ſingulorum vnc. vnam, polypodii purgati & tempeſtiui vnc. vnam ſemis, rheibarbari boni vnc. ſemis, glycyrrhizæ repurgatæ, ſeminũ cucumerum, ſingulorum vnciam ſemis, ſacchari candi, penidiorum, ſingulorum vnciã vnam, radicis capparis hexagia duo, aniſi, violarum, vnciam vnam, turpeti puri vnciam vnam, dacrydii probi hex. duo, hermodactyli repurgati vnc. ſemis & quartam partem. Hæc omnia probè trita, vt tenuiſſimum puluerem, cribro traiicito: dein ſuccum ſupradictum ad droſati conſiſtentiam coquito, & iniicito ſacchari puri lib. duas, ſpecieſque per cribrum tranſmiſſas, & in lebete leni igne coquito conquatiendo diligẽter, vt ad cydoniati conſiſtentiam abeant. Reconde deinde in vaſe, & da media nocte hexagia quatuor aut v. In viris autem quibus difficulter aluus deiicit, dato vnciam vnam prout ſufficit ægrotanti. Vacanti febre, cum vino & aqua tepida: febricitanti verò, cum ſola aqua tepida.

a Pruna refrigerata] Nicolai manuſcriptus codex legit κορόμηλα ψυκ7ὰ, mea quidem ſententia non rectè. Cenſeo enim legendum eſſe κοκκίμηλα.

Cap. DIII.

ANTIDOTVS alia Catholica nominata. Accipit ſenæ, caſiæ fiſtulæ, tamarindorum, ſing. vnc. vnam, polypodii puri vnc. vnam ſemis, rheibarbari hexag. vnum ſemis, glycyrrhizæ repurgatæ vnc. ſemis, ſeminum cucumerum, ſing. vnc. ſemis, penidiorũ vnc. ſemis, ſacchari candi hexag. duo ſemis, radicis capparis hexag. vnum ſemis, aniſi, violarum, ſingulorum vnc. vnam, turpeti vnc. ſemis, dacrydii hexag. duo. Trita hæc probè per cribrum traiicito: dein rurſus accipe polypodii repurgati tempeſtiui vnc. duas, ſenæ bonæ, violarum, aniſi, fœniculi ſeminum, radicis capparis, ſingul. vnc. vnam, pruna refrigerata viginti, ceraſia triginta. Hæc probè liquata coniiciantur in lebetem cum aquæ lib. quatuor, & coquantur bene: dein colentur. pòſt accipiatur decoctum, & coniiciatur in lebetem, atque cum ipſo ſacchari puri lib. vna ſemis, & decoquantur ad droſati conſiſtentiã, & iis quæ prædicta ſunt ſuprà irrigatis, conquaſſatis, & omnibus probè ſubactis, fac vt cydoniatum, & reconde in vaſe. Dantur media nocte hexag. quinque, ex vino & aqua tepida non febricitãtibus: Iis verò qui febricitant, cum ſola aqua tepida: aut da quantum ægrotanti ſuffecerit.

Cap. DIIII.

ANTIDOTVS è rheobarbaro. Eſt verò [a]laxatiua mixtura conferens bilioſis, caput dolentibus, iecinoroſis, lienoſis, vitioſo corporis colore præditis, podagricis, arthriticis: præcipuè verò ad difficultatem vrinæ, & nephriticos. Vocatur autem à prudentibus medicis ſanitas. Capit cydoniati laxatiui, ſacchari, roſacei laxatiui, ſingulorum vnc. duas, trypheræ Saracenicæ vncias tres, rheibarbari hexagia quatuor, diagalangæ vnciam vnam ſemis, dacrydii boni vnciam ſemis, turpeti puri vnciam vnam ſemis, hermodactyli vnciam vnam, tartari boni vnciam ſemis, arida omnia in pollinem terantur ſubtiliſſimum, & irrigatis omnibus ſimul, ſubigantur ſubinde cum droſato laxatiuo, aut ſucco roſarum vt poſſit cydoniati fieri confectio. Dantur media nocte hexag. tria, aut tria & ſemis, aut quatuor, aut quantum ægrotanti ſatis ſit. Carentibus febre cum vino, febricitantibus autem ex aqua tepida. Qui verò ſumpturus hanc eſt pondere hexagii vnius, huic cõfert vt aluus eius quatuor vicibus egerat. caueat autem ſibi ab omni [b]actione & vehementi ira.

a Laxatiua mixtura] Codex manuſcriptus habet λασατίζα μουςῦρα, pro λαξατίζα μιςοῦρα. Sic perpetuò vocibus barbaris, & hodie in officinis medicorum vſitatis, vtitur Nicolaus. b Actione] Græcè corruptè legitur δροσίας, pro δράσιος, tranſpoſitione literarum ο & α. Vult enim Nicolaus vt is qui hanc antidotum ſumit, deuitet vehementem tum corporis tum animi motionem.

Cap. DV.

ANTIDOTVS diaſenæ purgatoria vtilis tuſſientibus, pleuriticis, abſceſſu & deſtillatione laborantibus, iecinoroſis, lienoſis & duritiei viſcerum. Purgat autem vniuerſum corpus & thoracem. Habet nucum pinearũ, amygdalarum, papaueris albi, ſingulorum drach. quatuor, cinamomi, caryophylli, glycyrrhizæ, tragacãthæ, zingiberis, gummi Arabici, amyli, cucumerum ſeminũ, ſingulorum drach. tres, thuris puri hexag. ſemis, ſeminis vrticæ drachmas tres, goſſipii ſeminis drachmã ſemis, caphuræ ſcrupulum vnum ſemis, polypodii vnciam vnam ſemis, violarum drachmas tres, roſarum, ſantali rubei, ſingulorum drach. duas, portulacæ & intybi ſeminum, ſingulorum drach. vnam ſemis, aniſi, apii ſeminum, ſingulorum hexag. duo, ſacchari candi vnc. duas, cinamomi vulgaris vnc. ſemis, nucis moſchatæ hexagium vnum, ſeminis ocimi, dacrydii, ſingul. hexagium vnum. Hæc probè trita decoque cum [a]nero tuſſilaginis & ſtillatitio roſarum liquore, quod ſatis eſt: adiice etiam droſati violarum vnc. tres, ſacchari lib. vnam, & penidiorum lib. quinque, atque decoquens probè, fac electuarium. Datur media nocte pondere ſemunciæ, aut hexagiorum trium & ſemis, aut quantum ſatis erit ægrotanti. poſtea da bibendam aquam tepidam febricitantibus: carentibus autem febre cum vino, & ſine vt ſubinde dormiat.

a Nero tuſſilaginis] Nicolai codex legit μετ̀ νέρȣ χαμπιούζας Quid autem illi vox νέρȣ, quæ haud dubiè corrupta eſt, ſignificet, ſcire non poſſum. Pro χαμπιύζας verò legendum erit ὀχαμπιούζας: ita enim appellat tuſſilaginem, vel vt hodie officinæ vocant, vngulam caballinam, vt antidoto centeſimo ſeptuageſimoprimo diximus.

Cap. DVI.

ANTIDOTVS de cinamomo. Eſt autem laxatiua, conferens tuſſiẽtibus, pleuriticis, abſceſſu correptis, deſtillationi, lienis, iecoris, & viſcerum obſtructioni, efficitque totius corporis ſanitatem. Recipit tragacanthæ albæ vnc. duas, gummi Arabici vnc. vnam ſemis, cinamomi vulgaris drach. duas, amyli vnc. ſemis, glycyrrhizæ, hyſſopi, ſingulorum drach. duas, cucumerum ſeminum, ſingulorum vnc. ſemis, vrticæ ſeminis drach. vnam ſemis, ſeminum aniſi, apii, ſingulorum hexagiũ vnum, croci drach. vnam, caphuræ ſcrup. vnum, thuris puri drach. duas, amygdalarum, nucum pinearum, ſingulorum vnc. ſemis, zingiberis drach. duas, papaueris albi vnc. ſemis, roſarum drach. vnam ſemis, rheibarbari hexagia duo, turpeti vnc. ſemis, tartari hexag. duo, ſenæ vnc. ſemis, polypodii vnc. vnam ſemis, dacrydii hexagiũ vnum ſemis, ſacchari cãdi vnc. duas, ſacchari lib. vnam, penidiorum lib. ſemis. Hæc probè trita irriga cum nero tuſſilaginis, & ſtillatitio roſarum liquore bono quantũ ſufficit, & decoque ad conſiſtentiam, & fac electuariũ. Datur media nocte hexagia tria, aut tria & ſemis carentibus febre cum vino: febricitãtibus autem cum aqua,

& fine vt dormiat. A

Cap. D VII.

ANTIDOTVS benedicta laxatiua, vt præcedēs Accipit rheibarbari hexag.tria,turpeti,ſacchari, ſingulorum drach.viginti, dacrydii drach. decem, roſarum, hermodactylorum,ſingulorum vnc.vnam, caryophylli,ſpicæ,zingiberis,croci,ſaxifragi,piperis longi,ſeſelis, apii ſeminum,ſing.drach.duas,epithymi vnc.vnam,polypodii vnc.vnam ſemis,agarici vnc.ſemis,ſenæ hexag. tria, carnabadii, ſeminis rutæ & ruſci, granorum ſolis, B ſing.drach.duas. Trita bene cum melle Attico quod ſufficit irrigentur. Dātur manè ieiuno cum aqua tepida hexag.tria,aut tria & ſemis pro viribus.

Cap. D VIII.

ANTIDOTVS benedicta ſimplex. Capit [a]turpeti,ſacchari,ſing .drach.decem, polypodii, folii, ſing. drach.ſex,cardamomi,ſpicæ,pulegii,calaminthæ, ſaxifragi,caryophylli,hyoſcyami ſeminis,ſingulorum drachmas quatuor,piperis albi&longi,ſingulorum drach. vnā,rheibarbari hexag.duo,amomi,cinamomi,hermodactyli,ſing.vnc.vnam,epithymi, agarici, ſenæ,ſingul. C vnc.vnam.bene trita irrigato cum melle Attico quantū ſufficit. Dātur manè ieiuno hexag. tria aut quatuor cum aqua tepida.

a Turpeti]Manuſcriptus codex legit τοὺρ,pro τούρπη.

Cap. D IX.

ANTIDOTVS altera benedicta ſimplex admiranda. Habet hermodactyli, iridis, ſingulorum vnc. quatuor,eſulæ vnc.duas ſemis,turpeti vnc.ſemis, rhei- D barbari hexag.vnum ſemis, caryophylli, zingiberis,cinamomi,galangæ,carei, pſyllii, coſti, ſingulorum vnc. vnam,ſpicæ, zedoariæ, cardamomi, aniſi,ſeminis apii, croci,ſeminis ocimi, ſingulorum vnc.ſemis , ſagapeni vnc.vnam,dacrydii vnc.ſemis, epithymi vnc.vnam,ſenæ,agarici, ſingul.vnc. ſemis,ſacchari lib.quinque.Mellis Attici quod ſatis eſt.Dantur manè ieiuno hexag.tria & ſemis,aut quatuor ex aqua tepida.

Cap. D X.

ANTIDOTVS laxatiua nominata [a] rial armenigos,hoc eſt de myrobalano. vtilis tertianis,quartanis E quotidianis,duplicibus tertianis, cōtinuis & ardētibus febribus.Itē iecinoroſis,lienoſis & colicis. Præterea iis quæ à mulierū omnigenis malis moleſtatur,ſummè auxiliatur:ſimiliter podagricis, arthriticis,deſtillatione laborantibus,omnium neruorum incontinentiæ, omnibus abſceſſibus, & vniuerſis morbis vtilis & idonea eſt, data quouis tempore & morbo. Prodeſt ad melancholicum malum: pariter etiam ad pituitoſos eſt admodū F laudata & experta. Purgat enim hæc omnia,gratiaDei. Facit eos qui hanc aſſumunt pulchros & hilares, immuneſque ab omni putrido & prauo humore. Appellatur autem à nonnullis medicis ſana. Recipit caryophylli,nucis moſchatæ, ligni aloes, galangæ,cinamomi,folii,caryophylli craſſioris,cardamomi, ſpicæ,zingiberis, carpobalſami,aniſi,fœniculi & anethi ſeminum,cumini,ameos,[b]milii ſolis,maioranæ, [c]balſamitæ,ocimi ſeminum,baccarum myrti, foliorum citrii, glycyrrhizæ, ſtyracis calamitis,piperis longi,floris iunci odorati,croci,roſarum rubearum,violarum,ſingulorum drachmas duas, lactucæ,intybi & portulacæ ſeminum,ſing.drach. quinque, myrobalanorum, exceptis flauis, ſing.drach. duas , papaueris albi drach. duas. probè tritis adiice aquæ & ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt,ſacchari lib.duas ſemis,& decoque ad conſiſtentiam:dein adiice moſchi,ambaris,margaritarum,ſingulorum drach. vnam,turpeti boni probè triti vnc. vnam ſemis , ſenæ vnc.vnā, rheibarbari drach.duas,polypodii vnc.vnam, hermodactyli drach.duas,dacrydii drach.tres,epithymi vnciam vnam, tartari vnc.vnam, auri puri hexag.duo. Hæc bene trita cum ſuperioribus ſpeciebus coniice in lebetem.Dantur media nocte hexag. tria, aut tria & ſemis,aut quatuor,pro viribus: vacantibus febre cum vino,febricitantibus autem cum aqua tepida.

a Rial armenigos]Nicolai codex habet ῥίαλ ἀρμένηγος. voces ſunt barbaræ.Quid verò ſignificēt,ex eis quæ ſubiūguntur, Nicolao,fit manifeſtum.Ait enim γρακιςὶ δὲ διὰ μυροβαλανου,id eſt de myrobalano. b Milii ſolis]Codex manuſcriptus legit μελίσολις , pro μίλιυ σόλις. c Balſamitæ]Falſò legitur βαλσαβῆτα, pro βαλσαμίτα.

Cap. D XI.

ANTIDOTVS vocata Latinè [a] Age vita,Græcè νέρον τῆς ζωῆς. Saracenicè Meelchage.Conficitur autem hoc modo. Accipe vini rhaſpe valde boni [b]menſuras quinque:iniice in vocatum [c]argalion,& decoque lento igne [d]conuerſum ebullitionibus quatuor aut quinque, vt fiat menſura ſemis.ſi verò vis facere efficacius, coniice in hoc vinum trita & cribrata bene huiuſmodi:Cinamomi vnc.duas,zingiberis puri vnc.vnam ſemis,caryophylli vnc.ſemis,galangæ drach.vnam, cardamomi vnc.ſemis.piperis albi & longi, ſingul.vnc.vnam,ſeminis fœniculi vnc.duas, calaminthæ,menthæ,ſing.vncias duas ſemis.Datur manè ieiunis ſemuncia cum vini albi puri boni vnc.quatuor.Eſt autem vtilis frigidis & humidis temperamentis,& omnis generis defluxionibus, ad podagram,articulorum morbum ex frigida & humida intemperie natū,ad venenata,frigida & humida omnis generis mala. Ad eos etiam qui nihil appetunt,nec concoquunt,ad cibū vomentes,omnémque ſtomachi cruditatem eſt admodum vtilis. Datur vt prædiximus capite quingenteſimo,vtere vt ea quæ experta eſt.

a Age vita]Suprà etiam eſt deſcripta, capite videlicet quingenteſimo: vbi de eius nomine quædam annotauimus. Eſt autem multis in locis deprauata hæc antidotus , ideóque præſtat illam ex loco iam citato componere. b Menſuras] Codex Græcus Nicolai legit μυζύρας, pro μενζύρας. Atque hinc palam fit κανάτιον illi idem quod μενζύραν ſignificare. c Argalion]Græcè eſt ἀργαλεῖον. Quid verò ſit ἀργαλεῖον,certò ſcire non poſſum. Vaſculi tamen aliquod eſſe genus, apparet. c Conuerſum ebullitionibus] Græcè eſt ἐπιςρέφοντα ὅσον φοραῖς δ΄,ἢ καὶ πέντε.Quorum verborum niſi is quem in noſtra conuerſione expreſſimus,ſenſus fuerit,quid præ ſe ferant intelligere non poſſum,plenus eſt eiuſmodi locorum noſter manuſcriptus codex,qui niſi adhibito meliore exēplari corrigi & emēdari nequeunt. nos paſſim in iis locis conuertendis,ſenſum potius quàm verba ſpectauimus.

INDEX SALIVM.

Sal purgatorius, bilem & pituitam purgans, Cap. I.
Sal purgatorius admodum expertus, Cap. II.
Sal, ſtomachi concoctionem iuuans, & viſcerum affectum, Cap. III.
Sal ſacer concoctionem adiuuans, & viſui conferens, Cap. IIII.
Sal concoctioni vtilis & vitio ſuccorum, Magni ſophiſtæ, Cap. V.
Sal Iamblichi, iecur, lienem & alia purgans, Cap. VI.
Sal purgatorius, periculo vacans, Cap. VII.
Sal incomparabilis theriacus ad nephriticos, Cap. VIII.
Sal purgatorius, quo papa Nicolaus vſus eſt, Cap. IX.
Sal purgatorius ad vitium humorum & deſtillationes, Cap. X.
Sal concoctionem iuuans, dodecatheos Apollonii ad tuſſes, Cap. XI.
Sal Theodotius faciens ad viſum, Cap. XII.
Sal theriacus valde bonus, Cap. XIII.
Sal compoſitus à ſancto Gregorio theologo, Cap. XIIII.
Sal ſanctorum Apoſtolorum, viſum vſque ad ſenectam conſeruans, Cap. XV.
Sal ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ Lucæ, vt prior vtilis, Cap. XVI.
Sal mirabilis, quo vtuntur eleganter ſcribentes, quando obtuſè vident, Cap. XVII.
Sal Stephani ſtomachicus concoctionem iuuans, aluũ ſubducens, & viſum conſeruans, Cap. XVIII.
Sal concoctionem iuuans, Cap. XIX.
Sal Iohannis ſophiſtæ admodum bonus, Cap. XX.
Lotio ad deſtillationes & capitis grauitatem, Cap. XXI.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De ſalibus,

Sectio ſecunda.

Cap. I.

SAL purgatorius, bilem & pituitam purgans. Recipit zingiberis, ſilphii, folii libyſtici, ſingulorum drach. vnam, epithymi grana quindecim, ſalis ammoniaci hex. duo grana vndecim, cumini, dacrydii, ſing. hexag. IIII. ſemis. Contundantur hæc, & per tenue cribrum traiiciantur. Vtere eo cum omni cibo, vt farina, pondere cochlearii vnius. eſt mirabilis.

Cap. II.

SAL purgatorius expertus admodum. Accipit dacrydii drach. tres, zingiberis, ſalis ammoniaci, ſeminis apii, aniſi, ſilphii, piperis communis, ſing. drach. quatuor: trita & per tenue cribrum tranſmiſſa dantur cum omni cibo, vt farina.

Cap. III.

SAL concoctioni ſtomachi conferens, & omnem affectum viſcerum ſanans: peculiariter autem tabidis vtilis, & iis qui cibum non concoquunt. appetentiam excitat, & viſum exacuit. Capit ſalis ammoniaci librã ſemis, piperis communis vnc. vnam ſemis, hyſſopi vnc. ſemis, origani, thymi, aſari, ſingulorum vnc. tres, aniſi vnc. ſemis, cumini, fœniculi ſeminis, coriandri aridi, ſeminis apii, ſeminis ſtaphylini, ſeminis erucæ, ſingulorũ hexag. vnum ſemis. Contundantur, & per tenue cribrũ traiiciantur. Dantur cum omni cibo, vt farina.

Cap. IIII.

SAL ſacratus concoctioni vtilis. Hic quotidie comeſtus viſum cõſeruat, & vt ad ſenectã vſque acutè videat, efficit. Prohibet ne in thorace pituita coaceruetur. Tuſſi & difficultati ſpiritus vtilis. Non ſinit dentes per vniuerſum vitæ tempus putreſcere, ſed ſanos conſeruat. Immune & incorruptum ab omni morbo corpus tuetur. Habet ameos hexag. vnum ſemis, cumini hexag. tria, pulegii aridi hexag. quatuor ſemis, hyſſopi, aniſi, ſingulorum hexag. vnum ſemis, ſpicæ nardi vnc. vnã ſemis, [a] thymbræ ſatiuæ vnc. ſemis, ſalis ammoniaci vnc. tres, ſalis communis toſti libram ſemis. Hæc trita dantur cũ cibo.

a Thymbræ] Codex manuſcriptus hîc, & aliâs ferè ſemper trãſpoſitis literis θύμϐρα, pro θύμϐρας ſcribit.

Cap. V.

SAL concoctioni accommodatus, optimus, Magni ſophiſtæ, confert ad vitium humorum, caput purgat & viſum acuit, ventriculo & viſceribus prodeſt. Tuſſim & difficultatem ſpirãdi ſanat, dolorem articulorum ſedat, rigorem & typos per circuitum reuertentes. [a] Vehementer iucundum reddit guſtum, halitumque oris commẽdat. Recipit ſalis communis torrefacti, ſalis ammoniaci, ſing. lib. ſemis, piperis, zingiberis, ſingulorum vnciã vnam, ameos, hyſſopi, thymi, folii, ſeminis apii, aniſi, ſilphii, petroſelini, ſing. vnc. ſemis, erucæ, rutæ ſiccæ, euphorbii, ſingulorum vnc. vnam, calaminthæ vnc. ſemis. Trita & cribrata vt farina, dantur cum omni cibo manè & veſperi.

a Vehementer] Manuſcriptum exemplar legit corruptè σφόρα, pro σφόδρα.

Cap. VI.

Sal Iamblichi admodum præſtans, pituitam à capite deducit, nec ſinit noxam aliquam fieri corpori. Viſum acuit omnium maximè, neque humores blioſos, vt noxam inferat, emergere permittit, neque aquoſos humores ſinit conſiſtere. Iecur, lienem, tuſſes & ſpirandi difficultatem ſanat. Gingiuarũ vitiatarum eſt [a] fulcimentũ. appetentiam facit, & ad venerem ſtimulat, articulorum dolorem demulcet, & rigores. Ad circuitus & quotidianas febres efficax eſt, & concoctionem valde iuuat. Accipit ſalis communis & Cappadocici, ſingul. vnc. quatuor, ſalis ammoniaci vnc. octo, piperis communis vnc. vnam, zingiberis hexag. quatuor, ſpicæ nardi hexagia duo, ſeminis cnici vnc. duas, ſeminis vrticæ hexag. quatuor, erucæ, ameos, hyſſopi, cumini, ſilphii, opii, folii, thymi, fœniculi ſeminum, ſing. hexag. duo, ſeminis apii hexag. tria, epithymi, origani comæ, ſingulorũ hexag. duo. Tuſa & cribrata inſtar farinæ præbe cũ omni cibo comedenda.

a Fulcimentum] Græcè eſt εὔρσμα, ſcriptum falſò pro ἔρεισμα.

Cap. VII.

SAL purgatorius ſine periculo. ſtomachum non ſinit euerti datus quouis tempore & omnibus, pueris etiã quatuor annorum, demptis tamen mulieribus grauidis (abortũ enim procreat.) excernit omne ſtercus duratũ, bilem, & omnem materiam morbiferã. Purgat à capite vſque ad pedes, atque omne genus lumbricorum, omnémque corporis malitiam, ſiue extra ſiue intra corpus fuerit, educit. Menſes & fœtus citra periculum euocat. Datur verò etiam quartana cõflictatis, quotidiana,

Vnguentum album ad mala in cute excitata à pituita ſalſa, Cap.LIII.
Vnguentum album magis varium, Cap.LIIII.
Vnguentum ad excreſcentias,experientia optimum, Cap.LV.
Vnguentum ad excreſcentias,vt id quod præcedit, Cap.LVI.
Vnguentum ad lumbricos, Cap.LVII.
Aliud ad lũbricos omnino expertum, Cap.LVIII.
Vnguentum ad lumbricos in ſtomacho exiſtẽtes, & ad fauces naréſque aſcendentes, Cap.LIX.
Vnguentum & ipſum ad lumbricos, Cap.LX.
Vnguentum alabaſtrum ad vterina mala,nephritica,& contuſos locos, Cap.LXI.
Vnguentum Praſion ad plagas putrefactas, Cap.LXII.
Vnguentum ad aurium dolorem mirabile, Cap.LXIII.
Vnguentum lieni accommodum,è cyclamino, Cap.LXIIII.
Vnguentum lieni congruens Maiſtromelani, Cap.LXV.
Vnguentum lieni conueniens præclarum, Cap.LXVI.
Vnguentum ad malitiam & rubedinem faciei, Cap.LXVII.
Vnguentum ſimile, efficax, Cap.LXVIII.
Vnguentum ad cilia non habentia pilos, Cap.LXIX.
Vnguentum ad reſolutos,arthriticos,podagricos,bilioſos,tremebundos & omnem neruorum incontinentiam, Cap.LXX.
Vnguentum ad tuſſientes,tabidos,& ſuppuratos, Cap.LXXI.
Vnguentum ad pleuriticos,ſuppuratos, & tuſſientes, Cap.LXXII.
Vnguentum acopon in balneo,veluti inſperſile, Cap.LXXIII.
Vnguentum acopon Heracles cognominatũ,ad iſchiadicos & omnem reſolutionem, Cap.LXXIIII.
Vnguentum ad lienem,admodum bonum, Cap.LXXV.
Vnguentum neruos relaxans,valde bonum, Cap.LXXVI.
Vnguentum relaxans ad tenſionem neruorum, omnẽ refrigerationem,& dolorem, Cap.LXXVII.
Vnguentum Trophimon,ad carnis in plaga generationem, Cap.LXXVIII.
Vnguentum ad abſceſſum, Cap.LXXIX.
Vnguentum Perſicum,omne repurgans vulnus,potiſſimùm ea quæ à gladii ictu ſunt facta, Cap.LXXX.
Vnguentum mirum,abolens affectum vniuerſum, Cap.LXXXI.
Vnguentum ad iecoris obſtructionem & duritiem,frigidóſque affectus, Cap.LXXXII.
Vnguentum ad elephantiacos, valde bonum, Cap.LXXXIII.
Vnguentum ſimile, Cap.LXXXIIII.
Vnguentum, & ipſum ſimile, Cap.LXXXV.
Vnguentum lieni congruens,præclarum, Cap.LXXXVI.
Vnguentum ad lienis obſtructionem, Cap.LXXXVII.
Vnguentum diaſaponii,ad eos qui elephantia correpti ſunt, Cap.LXXXVIII.
Vnguentum ſimile,valde bonum, Cap.LXXXIX.
Vnguentum ad linguã hominis non potentis fari præ imbecillitate, aut alia quauis ratione, Cap.XC.
Vnguentum ad ſcabiem valde bonum, Cap.XCI.
Vnguentum ad podagricos à caliditate & ſiccitate, & omnem neruorum affectum, Cap.XCII.
Vnguentum curatorium,vocatum droſeron, Cap.XCIII.
Vnguentum ad ſcabiem è melancholico humore natã, & pituita ſalſa putrefacta, Cap.XCIIII.
Vnguentum curatorium,& ipſum vocatum droſeron, Cap.XCV.
Vnguentum ex lithargyro, Cap.XCVI.
Vnguentum ad ſcabiem,vt primum efficax, Cap.XCVII.
Vnguentum tale præclarum, Cap.XCVIII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, De vnguentis, Sectio tertia.

Cap. I.

VNGVENTVM ad reſolutos, & omnem neruorum affectum, valde bonum. Recipit olei melini, olei Cyprini, olei myrtini, olei irini veteris, ſingulorum vnc. ſemis, terebinthinæ hexag. vnũ ſemis, propolis, coſti, euphorbii, ſing. hexagii quartam partem, ceræ albæ puræ vnc. vnam, nitri Alexandrini, olei laurini, ſingulorum vnciã ſemis.

Cap. II.

VNGVENTVM è caſtoreo ad trementes. Accipit [a] hyſſopi humidæ, ammoniaci, galbani, ſingulorũ vnc. vnam, caſtorei, euphorbii, ſagapeni, adarces, ſing. hexag. quatuor, nitri hexag. duo, opopanacis hexag. quatuor, olei veteris vnc. quatuor, ſtyracis, olei irini, ſingulorum hexagia duo, ceræ vncias quatuor, petrolei, vel pro petroleo, vnguenti [b] ſancti Barbari vnc. vnam.

a Hyſſopi humidæ] Græcè eſt ὑσσώπου ὑγροῦ. Per hyſſopum autem humidam intelligit œſypũ veteribus Græcis dictam. Vocat autem ita œſypum non tantùm Nicolaus, ſed & Paulus aliquot locis. & hanc appellationem officinæ medicorum in hunc vſque diem retinuerunt. Non eſt itaque vt errore acciderit aliquo, quòd multis in locis recentiorum Græcorum medicorum ὕσσωπος ὑγρὸς ſcribatur, vt plerique cenſent, ſed relinquenda in cõtextu verborum hæc lectio tanquã legitima. ſic enim ipſi lanam ſuccidam appellarunt, non vt veteres conſueuerunt, œſypum. b Vnguenti ſancti Barbari] De ea re plura ſuprà, Annotatione ſcilicet 86. diximus.

Cap. III.

VNGVENTVM Marciati ad reſolutos, hydropicos, & omnem neruorum affectum. Capit lacrymæ [a] ligææ drach. quatuor, [b] nardini drach. ſeptem, œſypi, maſtiches, ſingul. drach. tres, ceræ albæ drach. decem, gleucini drachmas octo, olei omphacini drach. nouẽ, medullæ ceruinæ, opobalſami, terebinthinæ, ſingulorũ drach. duas.

a Ligææ] Græcus Nicolai codex habet λιγαίας. Quid autem λιγαία ſit, me ignorare fateor. b Nardini] Græcè eſt νάρδου. Nardus autem ſæpe Græcis medicis pro nardino vnguento accipitur, vt pluribus è locis comprobari poteſt, quos lubẽs prætereo, quòd multis teſtimoniis in re omnibus nota non ſit opus. Nardum autem hoc loco ſignificare nardinum, è Paulo Ægineta fit euidentiſſimum, qui libro 7. cap. 18. legit ναρδίνου. c Opobalſami] Codex Nicolai legit βαλσάμου: ſed Paulus, cuius lectionem ſequuti ſumus, habet ὀποβαλσάμου.

Cap. IIII.

VNGVENTVM aliud Marciati, expertum ad eadem. Habet myrrhæ, bdellii, galbani, ammoniaci, aloes flauæ, opopanacis, maſtiches, butyri, nardi, cyperi, gleucini, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum hexagium vnum, euphorbii, ceræ, colophoniæ, ſingulorum ſtagiũ vnum ſiliq. duas, ſeui taurini hexag. duo, adipis ſuilli hexagium vnum, rutæ hexagium ſemis, adipis vrſini hexag. duo, medullæ ceruinæ, bituminis, ſingulorum hexagium vnum, olei laurini hexagia duo, balſami hexag. vnum, olei è teda hexagia quatuor, olei communis vncias decem, ceræ albæ vncias ſex.

Cap. V.

VNGVENTVM Marciati, ſimile. Recipit ſquillæ vnciam ſemis. Feruefacito cum oleo, & contunde ipſam probè, dein adiice canchryos, ſtruthii, ceræ, ſingul. hexagium vnum ſemis, galbani, propolis, ſingulorum vnciam ſemis, caſtorei drach. vnam, adarces, euphorbii, nitri, ſingulorum drach. vnam, pyrethri grana quindecim, foliorum lauri, opopanacis, ſinapi, peucedani, ſing. drachmam ſemis, menthæ, ſaluiæ, ſingulorum vnciam ſemis, hexagii dimidii quartam partem, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum vnciam vnam, foliorum rutæ, cinamomi, ſingulorum hexagia duo & quartam partem, coſti vnciam ſemis, adipis vrſini, ſuilli, medullæ ceruinæ, ſingulorum vnciam ſemis, ceræ vncias duas.

Cap. VI.

VNGVENTVM ad reſolutos & iſchiadicos diuturnos. Accipit olei veteris vncias quatuor, olei irini, ſtyracini, ſingulorum vnciam vnam, terebinthinæ, ammoniaci, piperis communis, caſtorei, euphorbii, opopanacis, galbani, medullæ ceruinæ, ſingulorũ hexagia duo, olei laurini vnc. vnam, ceræ vnc. duas.

Cap. VII.

VNGVENTVM acopon ad iſchiadicos, conuulſos in ſcapulam, & omnem neruorum affectum. Capit ceræ vnciam vnam, terebinthinæ vncias duas, ammoniaci hexag. quatuor, opopanacis, galbani, medullæ ceruinæ, taurinæ, ſingulorum hexag. duo, hyſſopi teneri, mellis, ſingulorum hexag. tria, olei boni vncias duas.

Cap. VIII.

VNGVENTVM acopon, è caſtoreo, ad eos qui tremunt. Habet hyſſopi humidi, medullæ ceruinæ, ammoniaci, galbani, ſingulorum hexagia tria, caſtorei, euphorbii, adarces, opopanacis, ſingulorum hexagia duo, nitri, olei irini, ſing. hexagium vnum, olei veteris, ſtyracini, ſing. vnc. duas.

Cap. IX.

VNGVENTVM acopon ad conuulſos in ſcapulas, fractos, reſolutos, exſiccatos, motu deſtitutos, & omnem dolorem. Accipit olei è teda, laurini, cyprini, lentiſcini, irini, ſing. hexag. ſex, nardini boni vnc. duas, butyri, terebinthinæ, ſing. vnc. vnam, hyſſopi humidæ, medullæ ceruinæ, ſin. hexag. tria, adipis taurini, ſuilli, & anſerini, ſing. vnc. vnam, galbani hexagia quatuor, opopanacis hexag. tria, euphorbii hexag. ſemis, caſtorei, ammoniaci, ſtyracis, ſing. hexagia tria, piperis hexag. duo, bdellii hexagia tria, ceræ libram ſemis, colophoniæ vncias duas, myrrhæ hexagia duo, olei veteris ſextarium ſemis.

Cap. X.

VNGVENTVM è ſampſucho panchreſton, ad omnes neruorum dolores, & muliebres labores pro peſſo, molliens & [a] educens, faciem inſtaurat, & in ea bonũ colorem efficit, eidémque ſplendorem inducit. In præclaris corporibus vtuntur experti. Capit ſampſychi, fœnigræci, myrti ſylueſtris quam aliqui libanotida vocant, ſingulorum ſextariũ ſemis, [b] vini boni Italici ſextarium vnum. Hæc macerata ſimul diebus quatuor, coniice in ollam recentem, & coque cum Italico oleo, mouens ſine intermiſſione. Vbi verò [c] vinum abſumptum fuerit, adiice ceræ libram ſemis, donec perueniat ad libram vnam ſemis, & probè concutiens amoueto ab igne, & ſine vt refrigeretur, & repone in vas figulinũ. Vbi verò vis hoc ipſum efficere magis emolliens & odoratius, adde meliloti partes duas, caſiæ drach. quinq;, & cum prædictis coquito.

a Educens] Manuſcriptus codex habet κάλιγον. Sed fortè legendum erit κάλαγον. b Vini boni Italici] Græcè eſt, οἴνου καλοῦ ἰταλικοῦ. Sed ſuſpicio eſt locum hunc eſſe deprauatum, legendúmque potius (vt ſequentia ferè conuincunt) ἐλαίου ἰταλικοῦ. Nam ſtatim ſubiicit, καὶ ἕψαι μετ᾽ ἐλαίου ἰταλικοῦ. c Vinum] Pro οἶνος fortè ἔλαιον legendum. ad vnguenti enim confectionem oleum cum cera aptiùs multò quàm vinum adhibetur.

Cap. XI.

VNGVENTVM relaxans, & prorſus admiratione dignum, ad reſolutos, & labore nimio defatigatos, & omnem refrigerationem iſchiadis. Habet adipis leonini, Lemnii ſigilli, polii, medullæ ceruinæ, peucedani, galbani, opopanacis, euphorbii, caſtorei, ſingulorum vnciam vnam, maſtiches, ſtyracis, dictamni Cretici, caſiæ, ſing. hexag. vnum, ceræ Tyrrhenicæ, & ceræ albæ, ſing. vnc. quatuor, olei veteris lib. quatuor.

Cap. XII.

VNGVENTVM admodum bonum ad neruorũ incontinentiam, podagricos, arthriticos, omnémque neruorum affectum, & eorundem ſiccitatem. Accipe vulpem viuam, & coniice cum ipſa in lebetẽ olei libras

viginti,& adiice ſeminis anethi,ameos ſtichadis,carnabadii, fœnigræci & apii, ſingulorum vncias duas. Hæc decoque in oleo cum viua vulpe, donec vniuerſa eius caro fuerit diſſoluta: dein colato oleum, [a] inque aliud vas traiicito,& de eo accipe libras quatuor, atque in lebetem coniice, additis cinamomi vnc. ſemis,ſpicæ hexagiis duobus: & iterum probè ferueſacito, ac oleum quod relictum fuerit colato iterum,inque lebetem coniicito:& cum eo olei nardini & laurini,ſingulorum vncias duas, adipis leonini, ſtruthiocameli, [b] aſbi, anatis, anſeris,tauri,vrſi,ſuis, gallinæ,ſingulorum vncias duas ſemis, butyri veteris vncias tres, terebinthinæ vnciam vnam ſemis, medullæ ceruinæ drachmam vnam, galbani vncias duas,opopanacis, caſtorei,ammoniaci,ſtyracis calamitis, bdellii,ſingulorum vnciam vnam,calami odorati vncias duas, myrrhæ hexagia tria,ſagapeni, medullæ oſſis aſinini,[c] nepos,cati, ſingulorum vnciam vnam ſemis, [d] dilytææ vncias tres, & alios adipes quos inueneris, ſingulorum vnciam vnam. Hi omnes cum prædicto oleo ferueſiant,donec diſſoluantur.dein amoue ab igne, & iuſta hora quoad refrigerentur commoueto,ac repone in vaſe:atque vbi vſus exigit,inunge tepidum neruis incontinentibus.

a Inque aliud vas traiicito] In codice manuſcripto ſcriptum erat μεἶαράσυ ἀρ οὖ. Sed corruptam hanc eſſe lectionem, nemo non videt. Nos,in aliud vas traiicito,conuertimus.Græcis enim medicis μεταράσαι & καταράσαι, eſt ex vno vaſe in aliud transferre. Sed legitimam lectionem meliores codices fortè aliquando monſtrabunt, qui nunc ab inuidis occultantur. b Aſbi] Græcè eſt ἄσβυ. Quale autem ſit animal,quod hoc nomine appellat Nicolaus,ſcire non poſſum. c Nepos] Nicolaus habet ſimpliciter νέπος. Sed quid hæc vox ſignificet,certò conſtituere nequeo.Legendum fortè νέποδος. Sunt autē νέποδες piſces pedibus carentes.Vt per hanc vocem piſcium pinguedinē intellexiſſe Nicolaum,ſit veriſimile. d Dilytææ] Græcè eſt διλυἶαίας. Qua voce iterum pinguedinem intelligit, ſed cuius animantis, nondum aſſequor.

Cap. XIII.

VNGVENTVM ex euphorbio barbaricum,ad iſchiadicos,& alia multa mala. Recipit opopanacis vnc. ſemis,ceræ Tyrrhenicæ lib.ſemis,terebinthinæ libr.vnā & vnc.tres,galbani vnc.ſemis, ammoniaci thymiamatis,euphorbii, caſtorei,piperis albi ſingul.vnc.vnā,medullæ ceruinæ vnc.duas, hyſſopi humidi vnc. duas dr. duas,adarces drach.duas, olei ſtyracini, irini, laurini, & amaracini, ſing. vnc. quinque, olei veteris lib. vnam, hedychroi vnc.tres.

Cap. XIIII.

VNGVENTVM [a] Pyxis vocatum, admodum bonum & efficax. Accipit colophoniæ ceræ, ſing.lib. ſemis & quartam partem, terebinthinæ vnc.quatuor, ammoniaci thymiamatis vnc.vnam ſemis, thuris vnc. quatuor, olei veteris vnc.duas, ſucci ſeminis lini, lactis bubuli,ſing.lib.ſemis, adipis [b] anſerini vnc.tres, butyri vnc.quatuor,[c] ouorum vigintiquatuor albumina.Confectum reponitur in vaſe buxeo.

a Pyxis] Codex manuſcriptus habet πῆξις,ſed falſò:legēdum enim,Paulo teſte,πυξίς.Sic autem dictum eſt hoc vnguentum,à buxo: quòd nimirum in buxeo vaſe ſit recondendum. b Adipis anſerini] Nicolaus legit χοιρίυ, hoc eſt porcini. Paulus verò,quem in noſtra conuerſione ſequuti ſumus,χηνείυ. c Ouorum vigintiquatuor albumina] Manuſcriptus codex habet ſimpliciter ὠῶν τὰ λευκὰ, non expreſſo numero. Sed Paulus diſertè ait,ὠῶν κδ´ τὰ λευκά.

Cap. XV.

VNGVENTVM ex abiete,Galeni,ad podagricos & arthriticos. Capit ſeminis abietis [a] cocti modium Italicum vnum, hoc eſt ſextarios ſexdecim, olei communis lib. ſeptem ſemis, ceræ puræ lib. ſemis, reſinæ ſtrobilinæ,aut [b] terebinthinæ lib.ſemis.Contuſum abietis ſemen oleo iniicitur. Vbi quadraginta dies in eo ſiueris,expreſſum proiicito, mixtis reliquis cum oleo.& probè confectis, repone in vaſe. Confert ad ſpontaneos labores,reſolutiones,& articulorum refrigerationes. Si verò neceſſitas vrgeat coquere ſemen abietis cum oleo, ne nimium aduratur, aquæ ſextarios duos admiſcere oportet.Melius autem eſt irinum oleum iniicere.

a Cocti] Codex Nicolai perperam legit πεφαμῆς μοδικῆς. Scribendum enim erat,vt ex Paulo,qui hoc vnguentum lib.7. deſcribit ad verbū,ſatis liquet, ἐλάτης σπέρματος πεφθέντος μόδιος ἰταλικὸς ά, ξέςαι ιϛ´. Sed animaduertendum hoc loco erit, in Paulo nō rectè legi ξ ιβ´. b Terebinthinæ] Nicolaus hîc & aliâs crebrò, τρεμινθίνης legit. Paulus habet τερεβινθίνης.vt hinc palàm fiat omnibus, paſſim apud Nicolaum per τρεμινθίνην eſſe accipiendam terebinthinam.

Cap. XVI.

VNGVENTVM aliud de abiete,vt præcedens. Habet olei communis ſextar.ſex & quartā partem,ſeminis abietis vnc.tres,reſinæ ſtrobilinæ, aut terebinthinæ vnc.quatuor,ceræ albæ vnc.tres.

Cap. XVII.

VNGVENTVM è nigra populo ad eadem mala. Recipit loco fructus abietis, nigræ populi fructus æquā portionem. adiicitur & olei quod ſatis eſt, & probè ferueſacta colantur:dein adduntur ceræ puræ vnc.tres, terebinthinæ,& ſtrobilinæ reſinæ,ſing.vnc.quatuor. Probè confectum reconditur.

Cap. XVIII.

VNGVENTVM [a] Zoſimi ad tremulos celebratum. Accipit reſinæ pineæ vnc. octo, ceræ vnc.duas, olei veteris lib.ſemis, opopanacis vnc.vnā, adarcæ,euphorbii,ſingulorum vnc.ſemis,nitri,aphronitri teneri, ſingul.vnc. duas. Nitrum,euphorbium & adarce in læuorem cum vino teruntur: deinde adiicitur opopanax, & ſimul in læuorem teritur. Poſtea anchuſa additur ad calorem accipiendum,& conficitur. Sequentia fiunt etiam emplaſtra.

a Zoſimi] Codex Nicolai habet ζωσιμᾶ. Sed Paulo atteſtante,legendum ζωσίμυ.

Cap. XIX.

VNGVENTVM Dropax, Gallus dictus, Oribaſii. Capit colophoniæ thus redolentis,pineæ & lignoſæ dictæ,quæ ſola in Italia naſcitur,[a] apochymatis,picis aridæ,ceræ puræ, ſingul lib. duas, reſinæ frictæ vnc. ſeptem ſemis, picis brutiæ lib.ſex,nitri lib.ſemis,bituminis,galbani,adarces,pyrethri,ſingul.vnc.tres,opopanacis,euphorbii, ellebori albi, piperis communis, ſingul. vnc.duas, ſulphuris viui vnc.vnā ſemis,caſtorei,ammoniaci, [b] ſtaphidis agreſtis, ſingul. vnc.vnā, olei ſicyonii lib.ſemis,opobalſami vnc.tres.

a Apochymatis] Eſt autem ἀπόχυμα nihil aliud quàm pix nauibus deraſa. b Staphidis agreſtis] Nicolai codex perperam legit δαφνίδος ἀγρίας,pro ςαφίδος ἀγρίας,vt ex Paulo fit manifeſtum.

Cap. XX.

VNGVENTVM aliud,dropax ſimplex nominatus. Habet ceræ lib.ſemis, picis aridæ vnc.vnā ſemis, brutiæ lib.ſemis,reſinæ pineæ vnc.vnā ſemis,frictæ lib. S.vnc.vnam S. Loco prius intrò exterſo imponitur.

Cap. XXI.

VNGVENTVM Diaſtactes,hoc eſt è lixiuio ſtillatitio ad iſchiadicos, arthriticos,& œdematodes. Recipit ceræ puræ,olei veteris,[a] lixiuii protoſtacti, ſingul. lib.ſemis,reſinæ frictæ,nitri Alexandrini, nitri albi,ſingul.[b] vnc.tres.Nitra in læuorem terantur [c] lixiuio.

a Lixiuii protoſtacti] Manuſcriptus codex,mirificè in hoc emplaſtro deprauatus legit ςαχῆς χαλῆς, quum tamen ſcribendum ſit, Paulo teſte,κονίας πρωτοςάκτου. Eſt autem lixiuium protoſtacton,Paulo lib.7.teſte, vbi calx etiam cineri additur. b Vnciæ tres] Poſt hæc verba Paulus addit,τερεβινθίνης, ἀνὰ ℥.ϛ´.id eſt terebinthinæ vnc. ſex.Sed hîc tantùm tres ſunt accipiendæ vnciæ. c Lixiuio] Codex Nicolai habet σὺν τῇ κώνει,quum tamen Paulo admonente legendum ſit τῇ κονίᾳ. Atque ex hoc & ſimilibus emplaſtris,quæ ex Paulo & aliis emendare licet, quiuis, quàm mendoſo exemplari ſimus vſi, animaduertet:nobíſque,ſi non paſſim ſingula emendare potuimus, veniā dabit,boníque hanc noſtram qualemcunque operam conſulet.

Cap. XXII.

VNGVENTVM ex nitro ad abſceſſus, & duros tumores valde bonū. Accipit olei veteris,ceræ puræ, aphronitri, ſaponis, lixiuii protoſtacti, ſing.lib.ſemis, terebinthinæ vnc. tres, galbani, propolis, ammoniaci [a] thymiamatis,ſing.vnc.ſemis. Rectè paratum recondatur in vaſe,& detur.

a Thymiamatis] Nicolaus habet χυλȣ̃,ſed malé.ſcribendum enim erit,Paulo teſte,θυμιάματος.

Cap. XXIII.

VNGVENTVM è ſalibus valde bonum & vtile. Capit ceræ puræ vnc.duas, olei lib.ſemis, ſalis communis,aphronitri,ſing.vnc.duas,ceruſſæ vnc.quatuor, aceti vnc.duas.

Cap. XXIIII.

VNGVENTVM aliud è ſalibus. Habet ſalis cõmunis, nitri, ſing. vnc. duas, ceræ, [a]olei veteris, ſing. vnc. tres, aquæ marinæ quod ſatis eſt.

a Olei veteris] Manuſcriptus codex legit κηρȣ̃ παλαίȣ οὐγ. γ΄. Sed falsò. legendum enim erit, κηρȣ̃, ἐλαίȣ ἀνά. Quam lectionem eſſe legitimam Paulus confirmat.

Cap. XXV.

VNGVENTVM ex perna, callos diſſoluens. Recipit pernæ porcinæ veteris pinguis, ammoniaci thymiamatis, caſei veteris bubuli aut caprini, adipis taurini, apochymatis, [a]hoc eſt raſuræ nauis, ſingul. drach. ſemis, medullæ ceruinæ vnc. IIII. [b] hyſſopi cerati vnc. I. S. cyprini olei vnc. tres, vini Ægyptii quod ſatis eſt.

a Hoc eſt, raſuræ nauis] Nicolaus habet, ὅπερ ἐςὶ πλοίȣ ξύσμα, pro πλοίȣ ξύσματος. Teſtis eſt Paulus, qui hoc, vt alia ferè omnia vnguenta, etiam deſcribit. b Hyſſopi cerati] Et hinc clarum eſt Nicolaum & alios poſteriores Græcos, ὕσσωπον ὑγρὸν appellare, quod Galenus οἴσυπον ſimpliciter nominat. Nam medicamentum ex œſypo compoſitum Græci veteres aliquando οἴσυπον φάρμακον, aliquando οἴσυπον κηρωτὴν, vt 14. lib. ther. meth. cap. 7. Galenus, & interdũ οἴσυπον κηρωτοειδῆ, interdum etiam οἴσυπον ὑγρὸν nominant. Quæ ſanè omnes appellationes à forma medicamenti, quod cerati liquidi inſtar paratur, ſunt deductæ. Componendi rationem & modum tradit Paulus libr. 7. cap. 17. Quod itaque alii Græci οἴσυπον κηρωτὴν, id ipſum Nicolaus ὕσσωπον κηρωτὴν appellat.

Cap. XXVI.

VNGVENTVM ex vrina muli, podagricis vtile. Capit vrinæ muli maris ſext. duos, lithargyri lib. vnam, olei [a]minam ſemis. Trita diu omnia vt ſtrigmenti craſſitiem acquirant, [b]coquito donec digitos non coinquinent. Reponatur in vaſe, & detur.

a Minam ſemis] Græcè eſt μνᾶς ς΄. Paulus habet myſtrum. Mina autem duplex veteribus fuit. maior, quam quidam Alexandrinã vocant, quòd in vſu fuerit medicorum eorum qui medicinam Alexandriæ exercuerunt: vnciarum viginti, ſeu drachmarum centum ſexaginta fuit, vt teſtis eſt lib. primo & ſecundo De compoſi. medic. generalium Galenus. Attica verò erat vnc. duodecim & dimidiæ, ſeu drachmarum centum: Romana erat vnciarum ſexdecim. hæc etiam Medica dicta eſt. Minor mina, fuit drachmarum quinque & ſeptuaginta. b Coquito, &c.] Codex Nicolai hanc vocem deſiderat. Reſtituendus itaque ex Paulo is locus ita erit, ἕψε ἕως ἀμολύντȣ.

Cap. XXVII.

VNGVENTVM ex lapidis Aſii [a]flore, Philagrii, ad durities. Accipit radicis peucedani, floris lapidis Aſii: [b]ſi verò nõ adſit, ſalis ammoniaci, propolis maturæ, ſing. vnc. vnam, lanarum ſuccidarum crematarum, ſingulorum vnc. ſemis, ariſtolochiæ rotundæ, pumicis, canini ſtercoris, æruginis raſilis, [c]ſquamæ æris, miſyos, ſingul. drach. nouem, caſtorei ſcrup. nouem, myrrhæ vnciã vnam ſemis, [d]viſci quercini vnc. vnam ſemis, ceræ vnc. ſex & quartam partem, reſinæ pineæ vnc. ſeptem & tertiam partem, [e]picis Brutiæ vnc. nouem ſcrup. duos, olei veteris & aceti acerrimi quod ſatis eſt.

a Flore] Manuſcriptus codex legit λίθȣ ἀσίȣ φιλαγρίȣ. Sed addendũ poſt ἀσίȣ, ἄνθους. b Si non adſit] Paulo teſte legendum, εἰ δὲ μὴ παρείη. In codice Nicolai παρείη non eſt integrè exaratum.

c Squamæ] Nicolaus corruptè λέπους pro λεπίδος legit.

d Viſci quercini] Græcè ἰξȣ̃ δρυΐνȣ. (Paulus habet ὄξους δριμυτάτȣ, id eſt aceti acerrimi) ſed falsò: quia in fine tandem adiicitur, καὶ ὄξους δριμυτάτου τὸ ἀρκȣ̃ν. e Picis Brutiæ] Nicolaus legit βρυτυΐνης, pro βρȣτίας.

Cap. XXVIII.

VNGVENTVM ſimile, Galeni. Habet ceræ, terebinthinæ, reſinæ, ſing. lib. ſemis, lapidis Aſii, mannæ, ſing. vnc. vnam ſemis, cyprini olei vnc. vnam, [a]aquæ lixiuiæ è luto factæ quod ſatis eſt.

a Aquæ lixiuiæ è luto factæ] Græcè eſt, ὕδατος πηλοποίȣ, id eſt aquæ figuli. Quippe πηλοποιὸς idem quod πηλοπλάϛος, hoc eſt figulus, ſignificat. Cæterùm quod hic à Nicolao ὕδωρ πηλοποίȣ, id à Galeno lib. 10. De comp. medic. localium cap. vltimo ὕδωρ πηλοποιητικὸν, id eſt aqua figulina vocatur. Libro autem 6. cap. De lacte coagulato, Dioſcorides κονίαν πηλοποιητικὴν, hoc eſt lixiuium figulinum appellat. Tale verò eſt quod non ex cinere aut calce, ſed luto potius fit. πηλὸς enim, Phauorino teſte, ἡ βεβρεγμένη γῆ, id eſt terra aqua irrigata, vel lutum aqua irrigatum dicitur: proinde vt nos ſignificanter Nicolai hoc loco mentem exprimeremus, aquæ lixiuiæ è luto factæ conuertimus.

Cap. XXIX.

VNGVENTVM ex ſalis flore, arthriticis in declinatione vtile. Recipit reſinæ terebinthinæ, reſinæ frictæ, pineæ, ceræ puræ, ſing. lib. ſemis, picis ſiccæ, aluminis ſciſſilis, ſalis floris, ſing. vnc. tres. Coquantur in diplomate, & detur.

Cap. XXX.

VNGVENTVM nutriens ad carnis generationẽ in vlceribus vtile. Accipit roſacei, reſinæ terebinthinæ, mellis, ſing. vnc. vnam, ceruſſæ, butyri, thuris, ſing. vnc. ſemis.

Cap. XXXI.

VNGVENTVM Italicum purgans ſordida, & carnem producens. Capit [a]erinæi (dico autem ſylueſtris ficus) tenerum corticem oleo excoctum. proiicito corticem, & liquefacito in oleo ceræ rufæ quod ſatis eſt, & datur.

a Erinæi, &c.] Codex Nicolai ſimpliciter habet ἐρινάιου. Sed legendum, Pauli codicibus ita monentibus, ἐρινεȣ̃. λέγω δὲ τ̃ ἀγρίας συκῆς.

Cap. XXXII.

VNGVENTVM [a]Chryſe, cruentis vulneribus accõmodum. Habet thuris, aluminis ſciſſilis, ſing. vnc. I. colophoniæ, reſinæ, ceræ, ſing. vn. I. S. olei veteris lib. S. [b]auripigmenti vnc. vnam. Arſenicum teratur in aceto.

a Chryſe] Locus hic totus in Nicolao deprauatus eſt, habet enim χρυσὶ ἔνυμον θαύςον. Legendum autem eſt ἡ χρυσῆ ἔναιμον θαυμαςόν, Paulo teſte. b Auripigmenti] Hæc omnia in Nicolai codice deſiderabantur. Adiecta verò ſunt ex Paulo, in quo ita ſcribitur, ἀρσενικȣ̃ ſo. β΄. ὄξει λείου τὸ ἀρσενικόν.

Cap. XXXIII.

VNGVENTVM fracturis idoneum, Oribaſii. Accipit picis Brutiæ lib. ſemis vnc. duas, lithargyri libr. ſemis vnc. duas, [a]thuris vnc. quatuor, terebinthinæ vnc. duas ſemis, adipis taurini lib. S. vnc. duas, galbani, opopanacis, ſing. vnc. S. ceræ vnc. duas, olei veteris lib. S. aceti quod ſatis eſt.

a Thuris] Quæ ſequuntur, propemodum omnia in codice Nicolai manuſcripto deſiderantur. Adiecta verò ſunt è Paulo, qui habet λιβάνȣ ſo. η΄. τερεβινθίνης ſo. ε΄. ςέατος ταυρείου λί. α΄. ſo. δ΄.

Cap. XXXIIII.

VNGVENTVM ad fracturas cum vlcere citráque vlcera factas, ex commentariis [a]Heracleti. Capit picis aridæ minam ſemis, mannæ minæ quartam partẽ, adipis vituli, lithargyri, ſing. minam ſemis, ceræ Tyrrhenicæ vnc. tredecim, opopanacis drach. quatuor, [b]æruginis raſæ, æris Cyprii, ſing. minas x. & ſextam partẽ, terebinthinæ minæ ſemis quartã portionem, [c]æris vnc. ſemis, [d]ricini aut olei veteris, & aceti quod ſatis eſt.

a Heracleti] Nicolai codex falsò legit ἡρακλέȣς, pro ἡρακλείτου. b Æruginis raſæ] In codice Nicolai deficiunt. Paulus autẽ habet, ἰοῦ ξυςȣ̃. c Æris] In Nicolao deſideratur. In Paulo eſt χαλκȣ̃ ſo. ς΄. d Ricini] Codex Nicolai legit corruptè κύκαιος, pro κίκεως.

Cap. XXXV.

VNGVENTVM è ſtercore caprino, vocatum Spongion, hydropicis efficax. Habet picis Brutiæ lib. vnam vnc. tres, nitri lib. ſemis, [a]colocynthidis medullæ vnc. vnam ſemis, [b]pyrethri vnc. vnam ſemis, capparis radicis corticis vnc. tres, baccarum lauri ſextarii quartam partem, thuris, iridis, ſing. vnc. tres, farinæ fœnigræci, opopanacis, ſing. vnc. vnam S. adipis taurini vnc. tres, fellis taurini vnc. I. elaterii drach. duas, ſquamæ æris vnc. tres, [c]ſeminis apii, lathyridis, ſing. vnc. tres, croci Gnidii vnc. I. S. olei cyprini ſextarii quartam portionem, ceræ vnc. tres, reſinæ frictæ lib. vnam ſemis, caprini ſtercoris montani vnc. vnam ſemis, canchryos, cyperi, ſing. vnc. tres, cardamomi ſext. vnum ſemis.

a Colocynthidis medullæ] Nicolaus ſimpliciter legit ἐντεριώνης, ſed Paulus κολοκυνθίδος ἐντεριώνης. Hinc manifeſtum fit, in aliis etiam compluribus Nicolai locis, vbi ſolùm ἐντεριώνης ſcribitur, ſemper aliquid eſſe adiiciendum: verbi gratia, colocynthidis, aut aliquid aliud.

b Pyrethri] In Nicolao non eſt, ſed ex Paulo adiectum, qui habet πυρέθρȣ. c Seminis apii] In manuſcripto codice non erant. Paulus verò habet, σελίνȣ σπέρματος, λαθυρίδων. Sic paſſim librarii culpa multa in Nicolai codice omiſſa ſunt.

Cap. XXXVI.

VNGVENTVM ex ſampſucho. Recipit ceræ lib. ſemis, terebinthinæ lib. vnam, ſampſuchi, baccarum lauri, fœnigræci, ſingul. ſextarium ſemis, olei nardini quod ſatis eſt.

Cap. XXXVII.

VNGVENTVM [a]Erythrium, valde bonum. Accipit ſtyracis, malorum cotoneorum, ſing. vnc. tres, maſuaphii, croci, ſing. drach. v. pſichorum vnc. II. S. cypheos vnc. duas S. œnanthes, [b]caſami, [c]abſinthii, ſingulorũ drach. quinque, [d]caryophylli ſcrup. xv. ammoniaci

thymiamatis ſcrup.decem, opobalſami ſcrup.ſex, nardi vnc.tres, colophoniæ vnc. quinque, gleucini, propolis, ſing.vnc.duas ſemis, terebinthinæ vnc. quinque ſemis, folii drach.quinque, ſpicæ nardi drach. quinque ſemis, vini Falerni aut Aminæi quod ſatis eſt.

a Erythrium] Manuſcriptus codex legit ἐρυθραῖον falſò, pro ἐρύθριον. b Caſami] Sic vocare Græcos recentiores cyclaminum, ſuprà eſt à nobis annotatum. c Abſinthii] Codex manuſcriptus habet ψιμυθ', hoc eſt ceruſſæ. Paulus ἀψινθίου legit. Et puto errorē hunc in manuſcripto codice frequentem eſſe, vt ſcilicet ψιμίνθιον, pro ἀψίνθιον ſit ſcriptum. Sæpe enim ad internos vſus adhibet ceruſſam (ſi modò lectio legitima eſt) Nicolaus. At haud dubiè librarii negligentia & imperitia ſcriptum ita eſt, quum ἀψίνθιον ſcribendū potius foret quàm ψιμίνθιον. d Caryophylli, &c.] Hæc ex Paulo adiecta ſunt, qui habet, καρυοφύλλου γρ. ιέ. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος γρ. ί. ὀποβαλσάμου γρ. ς'.

Cap. XXXVIII.

VNGVENTVM acopon de euphorbio ab Artemidoro Pergæo medico compoſitum. Capit opopanacis, ammoniaci, euphorbii, piperis albi, galbani, œſypi, ſing.hexagia duo, medullæ ceruinæ hexag. quatuor, ceræ vnc.duas, olei laurini, ſtyracini, ſing.vnc.1.olei veteris vnc.S. Quæ liquari poſſunt, cū oleo liquefiāt, deinde amoueantur ab igne, & opopanacē ſeorſim liquatū in exiguo oleo affunde, & iniice ceram, ac cōmoue. Poſtremùm cōmixtis [a]aridis, probè in mortario cōcutito.

a Aridis] Codex Nicolai legit malè μήρα, pro ξηρά.

Cap. XXXIX.

VNGVENTVM Lyſiponium ad rigores, cōuulſiones, pulſationes, defluxiones, lienoſos, nephriticos, capitis dolores, colicos, fiſtulas, [a]caſus ex alto, cōtuſiones, & alia quædam. Habet pyrethri, piperis, adarces, ſing. hexag.vnum, opopanacis, galbani, ſing.hexag. duo, euphorbii hexag.vnum, caſtorei hexag.duo, terebinthinæ reſinæ hexag.quatuor, œſypi, medullæ ceruinæ, hexag. duo, olei ſtyracini, irini, myrrhini, ſing.vnc.vnam, cyprini vnc.octo, amaracini vnc.vnam, olei laurini, opobalſami, ſing.hexag.quatuor, ceræ vnc.duas.

a Caſus ex alto] Manuſcriptum exemplar habet corruptè κατακάματα, pro καταπτώματα.

Cap. XL.

VNGVENTVM acopon Orionis Cteniſti. Recipit ceræ vnc.vnam, propolis lib.ſemis, iridis Illyricæ, terebinthinæ, ſing.vnc. octo, opopanacis libram ſemis, olei veteris vncias octo, galbani vnc.quatuor, olei lentiſcini, myrtini, ammoniaci, medullæ ceruinæ, ſing. libr. ſemis, œſypi lib.vnam, [a]olei laurini vnc.duas, olei ſtyracini, adipis vituli, ſing.lib.ſemis, adipis leonini, opobalſami, ſing.vnc.tres. Parato vtere vt optimo medicamento. Mulieribus maximè eſt vtile quibus in vtero factæ ſunt phlegmonæ aut durities, in peſſi forma appoſitū. Facit etiam ad aurium dolores. Oportet autem hoc medicamentum miſcere cum roſaceo aut cyprino oleo.

a Olei laurini] Græcè eſt ἐλαίου δαυνίνου pro δαυνίνου. Galenus autem lib. 7. De comp.medic. κατὰ γένη, vbi idem deſcribit medicamentū, habet δαφνίδων, id eſt baccarum lauri.

Cap. XLI.

VNGVENTVM ad omnem dolorem & laſſitudinem corporis, valde bonum & vtile. Accipit opopanacis, galbani, ſing.vnc.ſemis, caſtorei, maſtiches, ſing. hexag.quatuor, euphorbii, rutæ aridæ, ſing.hexag.vnū, medullæ ceruinæ, olei laurini, ceræ puræ, terebinthinæ, ammoniaci, colophoniæ, ſing. vnc.vnam, nardini olei, cyprini, irini, ſing.vnc.duas, opobalſami hexag.vnum, piperis communis, adipis anſeris, gallinæ, ſingulorum hexag.quatuor.

Cap. XLII.

VNGVENTVM è citriis ad liuores, & lentigines faciei, & cicatrices, à ſole factas vſtiones, impetigines, & [a]puſtulas à ſalſa pituita in cute, vt impetigines apparētes. Capit [b]lapidis borachii drach.duas, caphuræ drachmam vnam, corallii albi vnc.ſemis, [c]amianti, [d]vmbilici marini, tragacanthæ, amyli, cryſtalli, [e]antali, dentali, thuris albi, nitri, ſingulorum drach.tres, marmoris albi puri drachmas duas, ceruſſæ præparatæ cum dracontio vnc. vnam, ceruſſæ alterius præparatæ cum plumbo vncias ſex. Terantur in mortario cum adipe ſuillo, dein cauato citri carnem, adipe diſſoluto, & ſine vt coquantur [f]ebullitione vna in cauitate citri: poſtea accipiantur ſpecies ſupradictæ, tenuiter tritæ, & iniiciantur in [g]cauitatem citri cum adipe, & ſubacta probè repone in vaſe, atque dato.

a Puſtulas, &c.] Manuſcriptus codex malè legit, καὶ ψαχνίδας, καὶ εἰς ἁλμυρὸν φλέγμα ἐν τῷ δέρματι, ὡς λιχῆνες, φαινομένας. Scribendum enim erat, καὶ ψύδρακας διὰ τὸ ἁλμυρὸν φλέγμα ἐν τῷ δέρματι, ὡς λειχῆνες, φαινομένας. Sic enim eſſe legendum, Latini Nicolai codices ſatis oſtendunt, in quibus ita ſcribitur, Et puſtulas in quacunque corporis parte ortas ſalſi phlegmatis. ψύδρακας autem & ψυδράκια medici Græci (vt teſtis eſt Iulius Pollux) exiguas puſtulas bullarum inſtar in cute eminentes, vocant. b Lapidis borachii] Græcè eſt λίθου βοραχίου. Intelligit autem chryſocollam, quam boracem hodie vulgus medicorum vocat. Vtilis eſt ad purgandas cicatrices, purgat, & adſtringit.

c Amianti] Græcè eſt ἀμιαίντου. De amianto verò lapide vide Dioſcoridem libro quinto. Nicolai Latini codices perperam legunt amenti dulcis. d Vmbilici marini] Nicolaus habet μπελίρικι θαλασσίου. Barbari medici belliculos nominant. Sunt lapilli, ex illorum traditione, exigui & candidi, in littore maris reperti, vmbilicum hominis referentes. Abſtergendi facultate præditi ſunt, vt iidem teſtantur. e Antali & dentali] Nicolai codex legit ἄνταλι, τένταλι. Nemo autem eſt qui non videat barbaras eſſe voces. Sunt lapidum nomina, vt barbarā ſectantes medicinam tradunt medici, eiuſdem cum priore facultatis. Antalum dum frangitur, venulas in longum protenſas oſtendere aiūt: dentalum verò, denti aſſimilari. Sed quis hodie ſeplaſiariorum hos lapides agnoſcit? Et tamen interea hoc vnguento frequenter vtuntur medici, neglectis interim melioribus quæ apud Galenum & alios probatos authores reperiuntur. Videntur autem potius eſſe è concharum quàm lapidum genere. Dentale enim Plinio lib.9.cap.36.buccinum vocatum eſſe iudico: antale autem, purpuram. Certi tamen nihil ſtatuo. Ellingerus pharmacopola Noricus nuper ad me miſit dentali, quod intus concauum eſt, & cornu aut radicis dentis effigiem præ ſe fert: ac conchæ eſſe pars, non lapidis, apparet. f Ebullitione vna] Græcè eſt πυρὰν μίαν. Qua loquendi ratione quid intelligat Nicolaus, certò conſtituere nequeo. Nos ad ſenſum potius quàm verba reſpicientes, reddidimus ebullitione vna. Sed fortaſſis pro πυρὰν legendum erit ὥραν. aut quod magis placet, λεπτῷ πυρὶ, hoc eſt lento igne, vt infrà vnguento.45.legitur. g Cauitatem] Codex manuſcriptus habet, εἰς τὸ κῦφον, corruptè haud dubiè pro κοῖλον.

Cap. XLIII.

VNGVENTVM [a]Grypa nominatum, ad hydropicos, lienoſos, & ventrem dolentes (iis enim abſterſorium fit) vtile. Habet bryoniæ lib.vnā, radicis althææ ſylueſtris, ſquillæ, ſing.lib. quinque, iridis vnc. vnam S. radicis filicis, ebuli, tribuli marini, ſing.vnc.1. Tuſa hæc imponantur in olei libr.vna, & ſubigantur ſimul, ac reponantur in vaſe diebus tribus. dein iniiciantur in lebetem & bulliant, ſubactáque iam probè colentur, ſiccáq; abiiciantur. Liquidum autem in lebetem coniiciatur, & ceræ puræ vnc.ſex. Sic paratum reconde in vaſe.

a Grypa] Græcè eſt γρύπα ὀνομαζόμενον. Latini codices Agrippa legunt, & ad regem Agrippam authorem referunt: num rectè, ſcire ſatis non poſſum.

Cap. XLIIII.

VNGVENTVM iecori imponendū in cōtinuis & ardentibus febribus: in phreniticis verò & capitis doloribus à calore factis, fronti. Recipit ſucci ſeminis lini, pſyllii, portulacæ, olei violacei, nenupharini, caphuræ, ſantali rubei, roſarum, mandragorini olei, aut foliorum eius aut fructus, ſucci ſolani, ſeminis hyoſcyami farinam recentem, papaueris albi & nigri, ceræ albæ, ceruſſæ, ſpodii. Tritis iis & ſubactis ſimul, diſſoluatur cera cum oleis & ſuccis, iniicianturque arida trita & probè cribrata. Parato vtere in iis quæ dicta ſunt malis. Iuuat etiam hecticas febres, & ardentes, atque vigilantes.

Cap. XLV.

VNGVENTVM Populeū, ſomnum conciliat, febrientibus ac dolentibus caput propter calorem, inunctum tēporibus, prodeſt. Febricitantibus plantæ manuū ac pedum, & pulſus inunguntur: irrigandum autē cum oleo roſaceo aut violaceo. Accipit oculorum in ſummo arboris populi, quando floret, apparentium lib.1.ſemis, foliorum papaueris nigri, foliorum mandragoræ, foliorum rubiæ, foliorum hyoſcyami, foliorum ſolani, [a]vermicularis, lactucæ foliorum, ſemperuiui, hoc eſt ſedi minoris, foliorum violæ, [b]cymbalii foliorum nominati cortali naſcentis in figulinis & muris, ſingulorum vnciam ſemis, adipis ſuilli recentis, [c]ſalis experti. Paratur autem in hunc modum. Accipiuntur herbæ, & cum adipe in mortario tunduntur, fiūntque veluti fermentum, & ſinuntur ſub ea forma diebus octo. dein cum gladiolo inciduntur in tenues partes, inque lebetē

coniiciuntur,& lento igne bulliunt cum vini boni libr. vna donec totum abſumptum fuerit. Poſtea per linteũ tenue colantur, & reponuntur in vaſe.

a Vermicularis] Nicolaus etiam barbara voce βερμικελάριν vſus eſt, vt crebrò aliàs. b Cymbalii foliorum] Intelligit acetabulum alterum,quod alio nomine vmbilicus Veneris dicitur.Cymbalariam etiam in hodiernum diem nominant,& cymbalion,herbarii.
c Salis experti] Codex Nicolai habet ἀπύςε,id eſt ieiuni.ſed Latini codices legunt ſine ſale. Quare Nicolai lectionem eſſe corruptam conſtat,& legendum potius αἲδὲ ἄλατος.

Cap. XLVI.

VNGVENTVM magnum Marciaton, conferẽs ad refrigerationem capitis, pectoris, ſtomachi,lienis,iecoris,alióſque dolores à frigiditate natos, & lienem induratum. Præcipuè verò ad hydropicos & lienoſos expertum eſt. Capit ceræ albæ lib. vnam, olei communis lib.quatuor, roſmarini, foliorum lauri,ſingul.vnc. quatuor,tamaricis vnc.tres, rutæ vnc quatuor, [a]ebuli, ſabinæ,balſamitæ, ocimi,ſaluiæ,polii, calaminthæ,artemiſiæ,helenii,betonicæ,brancæ vrſinæ, [b]ſpargulæ, [c]herbæ venti, [d]pimpinellæ,agrimoniæ, abſinthii,herbæ ſancti Petri, (ab Italis dictæ herbæ paralyſis) coſti herbæ, ſambuci foliorum,ſemperuiui minoris, herbæ millefoliæ,ſemperuiui maioris,chamædryos, quinqueneruiæ, centaurii, [e]fragariæ,quinquefolii, ſing.vnc.duas drach. duas,maluæ ſylueſtris radicis, cumini, myrrhæ, ſingul. vnc.vnam ſemis, fœnigræci hexag.quatuor ſemis,butyri vnc.ſemis drach.duas,ſeminis vrticæ, violarum,papaueris albi,menthæ,rubiæ,menthæ agreſtis, lapathi,polytrichi, [f]cardiobotani, [g]matriſſyluæ, [h] herbæ moſchatæ, florum chamæmeli,ſcolopendrii, [i]creſpuli, [k]herbæ camphoræ,ſtyracis, medullæ oſſium cerui, ſingul.hexagium vnum ſemis, axungiæ vrſinæ, gallinæ, & anſeris, maſtiches,ſing. vnc. ſemis, thuris drach.duas, olei nardini drach.vnam gran.quindecim. Herbas tritas impone vino bono die vno, altero autem die aufer è vino herbas,& contunde,coniicitóque in alterum vinum bonum,& illic finito diebus ſeptem.Octauo autem die accipe has cum vino, & decoque, donec dimidium eius abſumatur. dein iniice oleum, & denuò decoquito quoad totum vinum conſumatur. Poſthæc amoueto ab igne,& colato,atque oleum rurſus in lebetem coniice: & vbi parum lento igne fuerit excalfactum, iniice ſtyracem: poſtea butyrum, & adipes,oleum nardinum, maſtichen, thus.poſtremò omnium ceram, omnibúſque lento igne diſſolutis,aufer tandem ab igne, reconditóque in vaſe,& vtere.

a Ebuli] Nicolaus habet ἴμβελι adiectione vnius literæ pro ἴβελι.Latini codices falsò legunt eſbrii. b Spargulæ] Codex Nicolai σπάγελι, ablatione vnius literæ, pro σπάργελι legit. Eſt autem ſpargula herba,quæ Græcis & Latinis aparine vocatur. Hanc primùm aſperulam,quòd aſperitate ſua veſtimentis quas contigit, pertinaciter hæreat,dixerunt.Quam ſubinde vocem imperitiores in aſpergulam, vnius literæ adiectione,mutarũt,& tandem in ſpergulam & ſpargulam.
c Herbæ venti] Græcè eſt ἀνεμοχόρτης.Herbam autem venti variè interpretantur.Sunt enim qui vmbilicum Veneris eſſe dicant.Alii helxinen,ſeu parietariam: nonnulli conſolidam minorem vocatam: aliqui verò anemonem.Vt certè quid ſit in iſta diuerſitate ſententiarum faciendum,ſeplaſiarii vix conſtituere poſſint. Sciant itaque hoc in loco herbam venti ſignificare anemonem,ſylueſtrem præſertim,cuius pictura & hiſtoria eſt in altero noſtrorum De ſtirpium hiſtoria commentariorum tomo. Hæc enim calefaciendi & diſcutiendi vim habet,adeóque ad præſentia mala idonea eſt. d Pimpinellæ] Nicolaus corruptè hanc vocem μπῖλινέλε extulit. Habent autem Latina exemplaria omnia pimpinellæ: vt non ſit dubium, in Nicolao legẽdum eſſe μπιμπινέλλε. e Fragariæ] Nicolaus corruptè dixit φράκελε pro φράγελε. Et in quibuſdam Latinis codicibus etiam fragulæ legitur.
f Cardiobotani] Græcè eſt καρδιοβόλανε. Latini codices habent carduncelli. Per cardũcellum autem intelligunt carduum benedictum vocatum. Ego verò cenſeo, per cardiobotanon Nicolaum intelligere herbam vulgò cardiacam vocatam. Hæc enim pulchre ad nomen καρδιοβόλανε quadrat, & craſſos humores incidere, extenuare ac diſcutere poteſt, vt ex primo noſtrorum De ſtirpium hiſtoria commentariorum tomo liquet. g Matriſſyluæ] Nicolaus habet ματριζέρβια, pro ματρισύλβια. Vſus eſt autem hac voce etiam Scribonius Largus. Nam quod Græcis aliis περικλύμενον, huic matri ſyluæ dicitur, alio nomine caprifolium nominatur. Habet & hæc herba exſiccandi diſcutiendíque facultatem, vt loco iam citato fuſiùs diximus. h Herbæ moſchatæ] Græcè eſt μοσχαβότανον. Herba verò moſchata geranii prima eſt ſpecies, vt tomo primo noſtrorum De ſtirpium hiſtoria commẽtariorum eſt dictũ.
i Creſpulæ] Nicolaus κρέσπελι habet, hoc eſt creſpuli. Barbari authores oculum bouis interpretãtur. Quare non eſt niſi buphthalmum Græcorum & Latinorum,cuius hiſtoria & pictura eſt in tomo primo.
k Herbæ camphoræ] Græcè eſt καμφορᾶ βοτάνης. Latini codices camphoratam habent. Barbari interpretantur abrotonum ſylueſtre.

A Non eſt autem aliud hoc abrotonum, niſi id quo hodie paſſim pro marte vtuntur officinæ.

Cap. XLVII.

VNGVENTVM ad vigilantes, capútque à calore dolentes,phreniticos, & ſimpliciter ad omnem vigiliam,inunctum in linteo, & fronti impoſitum. Habet fructus mandragoræ,caphuræ,ſeminis lactucæ,ſeminis papaueris albi,ſeminis hyoſcyami,farinæ eruinæ,pſyllii violarum, [a]pinguedinis ſuis,olei nenupharini, amygdalini,ſeminis portulacæ, ceræ albæ. Hæc trita & ſubacta
B calefiant,vt cera diſſoluatur.Reponatur in vaſe.

a Pinguedinis ſuis] Codex Nicolai legit λέπος ὑὲ,ſed minus rectè.Puto autem ſcribẽdum fore,λίπους σύος: humectat enim plurimùm ſuillus adeps,adeóque ad ſanandas vigilias è ſiccitate natas admodum idoneus eſt.Niſi quis malit legere λεπίδος σιδήρε,id eſt ſquamæ ferri.

Cap. XLVIII.

VNGVENTVM ad omnem dolorem ſtomachi & ventris,ad vterina mulierum mala,diſtẽſiones,quartanas,comitiales,ſpinæ dolores,& renum. In quartana, ante inuaſionem inungantur ſpina & ſcapulæ. Reci-
C pit roſmarini, ſampſychi, iridis, ſerpylli, rutæ, radicis maluæ ſylueſtris,ſingulorum vnc. duas drachmas duas & quartam partem, foliorum lauri,ſaluiæ, ſabinæ,ſing. vnciam vnam ſemis,lauriolæ vncias quatuor ſemis,calaminthæ vncias tres,maſtiches,thuris,ſing.drach.tres, pyrethri,euphorbii,ſingul.vnc.ſemis, zingiberis, piperis communis,ſingul.hexag. quatuor ſemis, [a] olei moſchati hexag.vnum ſemis, petrolei, aut pro eo oleum ſanctæ Barbaræ vnc.ſemis, adipis vrſini,olei laurini,ſingulorum vnc. vnam ſemis, butyri vnc.duas, olei com-
D munis lib.duas ſemis,ceræ albæ puræ lib.ſemis & quartam partem. Herbæ vnà cum radicibus proiiciantur in vinum die vno,altero verò die eximantur, & in mortario probè tundantur, dein oleo iniiciantur, & illic diebus ſeptem permittantur.Poſtea probè decoquantur,& colentur,ruſúſque bulliant,atque imponatur butyrum, adipes,& cera,omnibúſque liquatis, iniicito ſanctæ Barbaræ oleum, moſchatum & laurinum. dein imponito thus,zingiber,piper,pyrethrum,probè trita: omnibúſque ſimul bene in mortario ſubactis tollantur,& in va-
E ſe recondantur.

a Olei moſchati] Nicolaus habet μοσχελάε. Vide quæ ſuprà annotatione 272. diximus.

Cap. XLIX.

VNGVENTVM Dialthææ ad neruorum interciſionem,lateris dolores,omnem incontinentiam & duritiem neruorum,atque reſolutos vtile. Accipit radicis maluæ ſylueſtris libr.vnam,ſeminis lini,fœnigræci, ſing.lib.ſemis,ſquillæ vnc.tres. Radices bene tuſæ coiiciantur in libras tres ſemis aquæ: deinde dies tres in ea
F ſinens, ebulliant donec ſucci craſſitudinem acquirant, & per linteum tenue colentur.Pòſt accipiatur ſucci huius lib.vna, & iniiciantur ei olei lib. duæ, & rurſus bulliant donec ſuccus abſumptus fuerit. dein adiiciatur ceræ lib.ſemis,terebinthinæ,galbani,gummi hederæ,aut eius ſucci,ſing. vnc. vna. Poſtremùm imponatur colophonia bene trita,& reſina alba pura.Concuſſa agitatáque probè vt in lebete eliquentur,ab igne remoueto,& iuſto tempore vt refrigerentur conquaſſata in vaſe re-
G condito.

Cap. L.

VNGVENTVM alum ſoluens, ad ſtillicidium & difficultatem vrinæ, ac calculoſos. Capit ſucci bryoniæ, ſucci ſquillæ, ſucci cyclamini, ſucci radicis tithymali, ſucci radicis ebuli, ſucci corticis radicis ſambuci,lactucæ,tithymali parui,ſucci chamæmeli, ſingulorum vnciam vnam,violarum, ſucci cucumeris ſylueſtris,mercurialis,polypodii ſucci,lauriolæ ſucci,capnii, [a]berberis,lathyridis,elaterii, ſingul. vnciam vnam, dacrydii vnc.ſemis drach.vnam,nucis Indicæ, euphorbii,
H ſingulorum vnc.ſemis. Succos & herbas valde tuſas & tritas cum olei lib. vna & ſemis iniice, & illic diebus ſeptem finito. Octauo autem die eouſque coquantur quoad ſucci abſumatur. dein adiice ceræ albæ lib.ſemis,

fellis taurini vnc.vnam.Poſtremò vnguentaria trita im ponantur,irrigata & ſubacta reconde in vaſe.

a Berberis] Nicolaus habet βέρβερις. Latinus autem codex, capilli Veneris.

Cap. LI.

VNGVENTVM bonum ad ſtillicidium & difficultatem vrinæ,ac calculoſos. Habet caſtorei, ſcordoraſari,id eſt aſæ fœtidæ,ſing.vnc.ſemis,fœnigræci & ſuc ci ſeminis lini,ſingul.vnc.tres, olei chamæmelini,irini, butyri,ſingulorum vnc. duas , zingiberis vnc. 1. adipis anſerini,& gallini, ſing.vnc.1.S.chamæmeli vnc.S. ceræ puræ vnc.quatuor,reſinæ terebinthinæ,ſing.vnc.1.olei rutacei vnc.vnam ſemis. Omnibus his calefactis & probè ſubactis,colem & pudenda inunge , ac fortiter frica vſque ad anum.Hoc crebrò faciendum erit.

Cap. LII.

VNGVENTVM nigrum ad vulnera, carnem creans, carnémque putridam depaſcens. Recipit olei communis lib.ſemis vnc.tres,ceræ puræ vnc.duas,colo phoniæ,[a]zopiſſæ,ſagapeni,ſing. vnc.vnam,maſtiches, thuris,galbani,reſinæ terebinthinæ, ſing.vnc.ſemis.Oleum cum cera bulliat:& vbi probè eliquaueris,impone colophoniam,deinde picem naualem, ſagapenum,tere binthinam,maſtichen,thus, & galbanum , recondéque in vaſe,& dato.

a Zopiſſæ] Nicolaus legit πλυκοπιασης,ſed falſò:legendum enim erit ζωπίσσης.In Latinis etiam codicibus ſcribitur picis naualis.Tamen ſiquis rem rectè expendat, pix naualis non eſt niſi pix liquida:Zopiſſa verò,reſina cum cera nauibus deraſa , vt alibi copioſiùs diximus, ideóque fortè quis pro πλυκοπίασης,legere poſſet ὑγροπίσσης.

Cap. LIII.

VNGVENTVM album ad mala cutis à ſalſa pituita orta , [a] puſtularum eruptiones , & pruritus carnis mitigans. Accipit ceruſſæ vnc.vnam , lithargyri vnc. ſemis,thuris drach.vnam ſemis,maſtiches drach.ſemis. Contuſis omnibus ſimul fricato cum roſaceo oleo,donec ad ſucci craſſitiem redigantur.dein adiice lac mulie bre,& ſtillatitium roſarum liquorē purum,& iuſto tem pore conquaſſato,vt ſucci craſſitiem nanciſcantur,repo nitóque in vaſe.

a Puſtularum eruptiones] Nicolai codex habet ψαχνίσματα minus rectè,pro ψυδρακνίσματα. Nam vt ſuprà ψαχνίδας , pro ψύδρακας,ita hoc loco ψαχνίσματα pro ψυδραχνίσματα dixit. Vide annotationem huius ſectionis 52.

Cap. LIIII.

VNGVENTVM aliud album, magis varium. Capit capita papauerum magnorum integra quatuor, roſarum Perſicarum foliorum tantum, foliorum plantaginis,ſing.vnc.ſemis,ari vnc.vnam : hæc omnia probè lota ſint.meliloti vnc.ſemis,palmularum pinguium exceptis membranulis vigintiquatuor, vuarum paſſarū Chiarum ſine acinis vnc.ſemis , fœnigræci decies loti cum feruenti aqua fluuiali . Hæc ſimul cum aqua dulci bulliant & recentium rubi foliorum vnc.vna,& aquæ li bra vna ſemis.Bulliant autem donec remaneat [a] ceraſia vna parua.Poſthæc teratur ceruſſa Hiſpanica,& lauetur in cortice [b] iuglandis cum muſto calido, quoad acrimo nia eius eluatur, & iniiciatur ſuccus exiguus quantum vtique capere poterit,& adeps anſeris recens, vt fiat delicatum ceratum.

a Ceraſia] Græcè eſt κεραστία. Quid verò,& qualis menſura ſit ceraſia,ſcire non poſſum.Totus hic locus in manuſcripto codice deprauatus eſt,vt hāc ſine melioris codicis ope nemo facilè reſtituere queat. Ego quidem puto non κεραστία,ſed potius κεράφιον legēdum eſſe,quod menſuræ genus eſt iis qui coquinariam faciunt, perfamiliare.

b Iuglandis] Manuſcriptus codex habet καρίας. Non puto autem hanc lectionem eſſe legitimam:ideóque καρύας potius eſſe ſcribendū ſuſpicio eſt. Quanquam ne ſic quidem ſatis bene conſtare ſententiam videam. quare hoc etiam loco ad fidem melioris codicis recurrendum erit.

Cap. LV.

VNGVENTVM ad hæmorrhoidum eminentias expertum,optimúmque. Accipe aloes flauæ contritæ in pollinem tenuiſſimum , & ſulphuris ignem non experti tenuiſſimè triti,ſing.vnc.vnam.Subigantur probè cum aceto acri,& inungantur.idque aſſiduè faciēdum.

Cap. LVI.

VNGVENTVM aliud ad hæmorrhoidum eminentias. Recipe colocynthidem aridam,& vrito,cinerémque eius accipiens inſparge hæmorrhoidibus,prius eas cum ſpongia fouendo:aut eluito has probè cum ſuc co harum herbarum, folii nimirum, roſarum, pilularū cypariſſi, ſidiorum, balauſtiorum, rubi extremitatum, myrti ſylueſtris,rhois culinarii,rhois coriarii,,abſinthii vini boni. Vbi bullierint ad tertias, foue aſſiduè tepido, cum ſpongia impolluta . Poſtquam foueris , ſine iuſto tempore,dein rurſus eluito cum ſucco herbarum multoties tepido:dein ſpongia abſtergito, & inungito roſaceum:poſthæc inſperge cinerem colocynthidis.

Cap. LVII.

VNGVENTVM ad lumbricos. Habet aloes flauæ,lithargyri,ſandarachæ, hydrargyri, ſpheciës hoc eſt tartari,ſulphuris ignem non experti,maſtiches,thuris,cumini,adipis gallinæ, anſeris,aceti acris,olei communis,ſucci lapathi.

Cap. LVIII.

VNGVENTVM aliud ad lumbricos,admodum expertum. Recipit tartari,nitri,ſandarachæ, aloes,veratri albi & nigri, iridis, fumi terræ hoc eſt capnii, ſulphuris ignem non experti,cumini toſti,æris vſti, [a]fuliginis foci puræ,ſing.vnc.ſemis,lithargyri, [b] pilæ marinæ vſtæ(quæ reperitur in mari rotunda,vt lana congeſta)ſtactes,corticis ligni fraxini, calcis viuæ,ſing.hexagium vnum ſemis,oculorum ranæ terreſtris,adipis por cini,ſingulorum vnc.vnam,olei nucum vnc.ſemis,olei communis vnc.tres,lapathi magni vnc.duas , fellis bubuli vnc.vnam ſemis.

a Fuliginis,&c.] Græcè legitur,κάπνε τ'ἱσίας καθαρȣ: quanquam ἰσθίας in manuſcripto codice ſcriptum ſit.κάπνε verò pro ἀσβολῆς dixit,nempe efficiens pro effectu. Neque enim fumum vnciis aut aliis ponderibus metiri licet. Neceſſe itaque eſt vt intelligamus per κάπνον fuliginem à fumo factam,& foci parietibus adhærentem.Si ἰσθίας rectè ſcriptum eſt,quid ſignificet planè ignoro. legēdum itaque ἱσίας, aut ἑσίας erit. b Pilæ marinæ] Nicolai codex habet πάλλαι μαρίναι.Et in hodiernum vſque diem deprauata voce ballam marinam vocant,quum tamen dicendum eſſet pila marina:ſic enim vocat Galenus lib.1.De compoſ.medic.localium,cap.2.inquiens,σφαῖραν θαλασσίαν κεκαυμένην.Vt hinc etiam euidentiſſimum fiat , Nicolaum ſæpe barbaris vocibus,quod iam centies ferè monuimus,vſum fuiſſe.Pulchrè autem Nicolaus pilam ſeu ſphæram marinam deſcribit dicens , Inuenitur in mari rotunda,vt lana congeſta. Nam ex maris ſpuma ad littora colliſa,& cuiuſdam herbæ minutiſſimis feſtucis ſeu pilis fit , quæ ad littus detruſæ,ob motum ex fluctu collidente in gyrum & pilæ formā tranſeunt,vt alibi,nempe altero noſtrorum De ſtirp.hiſt.commentariorum tomo,fuſiùs diximus,vbi & picturam & vniuerſam ejus hiſtoriam ſtudioſi offendent.Nonnulla etiam in lib.1.De compoſ.medic.de hac pila annotauimus.

Cap. LIX.

VNGVENTVM ad lumbricos in ſtomacho exiſtentes , & ſurſum repentes ad fauces & nares, naribus & vertici capitis inunctum. Accipit [a] ſalis ſtypſis vocati vſti,ſulphuris ignem non experti, ſing.vnc.duas,ſalis ammoniaci drach.vnam, æris vſti & triti floris,lapidis reperti in antiquis parietibus,pilæ marinæ(quam di cunt maris lanam rotundam)vſtæ, ſtactes,corticis ligni fraxini,ſing.drach.tres,myrrhæ,aloes flauæ,ſing.drach. duas,ranæ terreſtris dictæ oculorum, fuliginis foci,ſingul.drach. vnam ſemis . Cōmixtis omnibus ſimul cum oleo,& adipe ſuis,& lapathi ſucco quantum ſufficit,paratum repone in vaſe.

a Salis ſtypſis vocati] Nicolaus ſimpliciter habet σύψιν κεκαυμένην.Vocare autem σύψιν Nicolaum ſalis genus , ex ſequentibus palàm fit.Quale tamen hoc ſit genus,certò explicare non poſſum. Forte ſciſſile intelligit,quòd χιστὸν Græci appellant, adeóque legendum erit χιστȣ̃ κεκαυμένȣ.

Cap. LX.

VNGVENTVM ſimile ad lumbricos. Capit gummi ceraſiæ nigræ,hoc eſt ceraſia nigra producētis, vnc.duas,liquoris ficus vnciam ſemis.Gummi &liquor ebulliant in aceto dolo carente, quoad gummi diſſoluatur.dein cola,& decoque ad mellis craſſitudinem,& irri gans [a]ſtupa, deinceps inſparge vmbilico & faucibus.

a Stupa] Manuſcriptus legit στυπίῳ,pro στυπείῳ, vel στυππίῳ.

Cap. LXI.

VNGVENTVM alabaſtron , quo Maria Dominum inunxit,conferens ad mala vterina, & nephritica, & locos contuſos , gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Habet ſabinæ viridis vnc. duas ſemis, cypariſſi pilularũ A drach. duas ſemis, roſmarini viridis, ſaluiæ, foliorum hederæ terreſtris, millefolii, artemiſiæ, herbæ [a] benedictæ nominatæ viridis, fœnigræci, lini ſeminis, ſing. vnc. duas ſemis. Omnia ſimul in mortario tuſa iniice aquæ libris duodecim, & concoque. dein adiice olei lib. duas ſemis, & iterum ebulliant donec vniuerſa aqua abſumatur. Colẽtur, rurſuſque bulliant. & adiice ceræ, colophoniæ, terebinthinæ, galbani, [b] gummi hederæ, picis Hiſpanicæ, reſinæ, thuris, maſtiches, ſing. vnc. duas ſemis, ſtyracis calamitis, thymiamatis, ſpicæ, ſing. lib. ſemis, olei bal B ſamini vnc. vnam ſemis.

a Benedictæ] Nicolaus habet, βολαύης μπενεδέτας ὀνομαζομένης. Vt videas Nicolaum etiam hodie tritis herbarũ vocibus vſum eſſe. Benedictam enim herbam appellãt in hodiernum diem, quam alio nomine caryophyllatam dicunt. b Gummi hederæ] Nicolaus habet corruptè admodum γυμέδερε, pro γύμμι ἕδερε. Vocant autem in hodiernum vſque diem officinæ gummi hederæ, rem nullius momenti, qua pro lacryma hederæ vtũtur, vt in lib. De compoſ medic. primo fuſiùs monſtrauimus.

Cap. LXII.

VNGVENTVM praſion ad plagas putrefactas, malignam carnem demoliens, & carnẽ ſanam reddens, C præclarum & vtile. Recipit olei communis vnc. ſemis drach. tres, adipis anatis, hirundinis, coaguli lactis, chamæmeli, libyſtici, [a] centri gallinæ, ſaluiæ, ſingul. vnc. ſemis, ceræ puræ, reſinæ terebinthinæ, ſingul. drach. tres, berderami (hoc eſt iari) drach. vnam ſemis, maſtiches, thuris, ſing. drach. vnam ſemis ſcrup. vnum gran. quinque. Herbæ contundantur & miſceantur cum adipe & oleo, dimittanturq; diebus ſeptem. Die octauo bulliãt, & per ſaccum tranſmittantur: iniiciatur cera, maſtiche, thus, terebinthina, & poſtremùm iarum. D

a Centri gallinæ] Nicolaus deprauatè dixit τζεντογάλη pro κέντρον γαλλίνε. Eſt autem centrum gallinæ officinis ea herba, quam alio nomine gallitricum ſylueſtre vocant. Vulgus ſaluiam ſylueſtrem, Græci orminum ſylueſtre nominant.

Cap. LXIII.

VNGVENTVM ad aurium dolorem mirabile. Accipit radicis maluæ ſylueſtris, phu, mei, ſing. vnc. III. ariſtolochiæ longæ & rotundæ, helenii, hyſſopi, pulegii, artemiſiæ, pentaphylli, rutæ, acori, lauri, herbæ venti, roſmarini, chamædryos, ſaxifragi, zingiberis, aſparagi, E & ruſci radicis ac fœniculi, ſing. vnc. tres, ſeminis apii, iridis, libyſtici, granorum ſolis, petroſelini, ſeſelis, cardamomi, anethi, baccarum lauri, iuniperi, lapathi, ſing. hexag. tria, ſcrup. vnum gran. duo, ſeminis citri, ocimi, ſinapi, euphorbii, ſing. vnc. vnam, adipis vrſini & vulpini, olei laurini, petrolei vel olei ſanctæ barbaræ, ſing. vnciã ſemis, floris iunci odorati, coſti, pyrethri, thuris, maſtiches, myrrhæ, ſing. hexag. vnũ ſemis, [a] muſini olei vnc. ſemis, olei communis & ceræ quod ſatis eſt.

a Muſini] Codex Nicolai habet μυσίνυ ἐλαίυ, haud dubiè pro F συσίνυ. Niſi quis μυσέλαιον intelligere malit, de quo ſuprà ſatis eſt dictum.

Cap. LXIIII.

VNGVENTVM lieni conferens mirabile, ex cyclamino. Cape cyclaminum, & excauato interiora eius, dein folia & radicem capparis, & radicem filicis, æqualem vtriuſque portionem, tundens in mortario: deinde cum ipſis iniice oleum cõmune ac butyrum: ſubactiſque his vt in ſucci craſſitudinem redigantur, iniice in cauitatem cyclamini, ac [a] cooperiẽs, ſine vt in calido G cinere bulliant. dein amoueto ab igne, & colato per linteum ſubtile, reconditóque in vaſe, & vtere.

a Cooperiens] Manuſcriptus codex legit ὀχώσας, ſed minus rectè. Scribendum enim erat πωμάσας. vel certè ὀπλήσας, vel ὀχήσας, hoc eſt aſſando & concoquendo, vel ſenſim mouendo. Sed prior lectio videtur eſſe melior.

Cap. LXV.

VNGVENTVM lieni conducens [a] Maiſtromelani nobile. Habet radicis filicis & bryoniæ, ſing. vnc. vnam, brancæ vrſinæ, cyclamini, myrices, [b] chelidonii hoc eſt capnii, iuniperi, radicis maluæ agreſtis, ſcolo- H pendrii, marrubii, caricarum, ſampſychi, abſinthii, ſquillæ, chamædryos, chamæpityos, foliorum ſalicis, radicis dracunculi, ſingulorum vnciam vnam. His probè tuſis affunde olei quantum herbis ſatis erit, & modicum aceti, ac ſubactis permitte ſimul macerari diebus tribus. deinde bulliant, & per linteum ſubtile colentur, & adiiciantur terebinthinæ, radicis capparis bene tritæ, bdellii, fœnigræci, thuris ſing. vnc. duæ, aloes flauæ, colophoniæ, ſingulorum vnciæ tres, ammoniaci, galbani, dialthææ, adipis gallinæ, anatis, vulturis, vrſi, & anſeris, ſingulorum vnciæ tres. Omnia ſimul ſubigantur, & bulliant, pérque ſubtile linteum colentur, & recondantur in vaſe.

a Maiſtromelani] Nicolaus habet μαϊστρομηλαίν. Corruptã autem eſſe hãc dictionem ſatis conſtat. Alibi dicit μαϊστρορούσιον. Primũ nigrum, alterum rubeum aliquid portendit. Nam ῥούσιον ſæpe pro ῥούβιον in Nicolai codice ſcriptum eſt. Certum autem eſt μαΐστρυ vocem alibi, illi idem quod nobis magiſtri ſignificare. Quum itaque quid hæ voces ſignificarent, non ſatis intelligerem, placuit integras in contextu relinquere. Poteſt tamen pro illis reponi, magiſtri nigri & rubei. Aetius etiã libr. 13. cap. 126. Magiſtriani cuiuſdã meminit, vt fortè pro maiſtromelani ſit legendum Magiſtriani. b Chelidonii] Hic locus monſtrat Nicolao capnion etiam eſſe dictum chelidonium.

Cap. LXVI.

VNGVENTVM lienoſis efficax. Accipit ſucci cyclamini, butyri, dialthææ, olei laurini, chamæmelini, roſacei, anethini, & vnguenti magni Marciati, ſingulorum vnc. vnam.

Cap. LXVII.

VNGVENTVM ad malitiam ac rubedinem faciei, ita vt ſanet carnem, & candidam faciat. Capit ſulphuris ignem non experti vnciam vnam, thuris, myrrhæ, maſtiches, caphuræ, ſingulorum hexagium vnum. Hæc trita, & per denſum linteum tranſmiſſa, miſceantur cum ſtillatitio roſarum liquore, inque vnguenti formam redigantur & reponantur. Prodeſt etiam ad ſuperuacuæ carnis generationem, & totius corporis rubedinem.

Cap. LXVIII.

VNGVENTVM ſimile, nobile. Habet ſulphuris ignem non experti, ceruſſæ, thuris puri, caphuræ, maſtiches. Trita hæc omnia, & per linteum ſubtile tranſmiſſa, irrigentur cum roſaceo & ſtillatitio roſarum liquore ſufficienti, & ſubigantur donec albeſcant.

Cap. LXIX.

VNGVENTVM ad palpebras non habentes pilos, & ad faciei rubedinem mirabile. Recipit aloes flauæ, ſucci lycii, caphuræ, [a] thutiæ, ſingul. drachmas duas, ceruſſæ drach. quatuor. Tritis his & læuigatis adiice adipem porcinum recentem, & vinum bonum purum quod ſufficit.

a Thutiæ] Nicolaus habet τυτίας. Vt hinc iterum perſpicere liceat omnibus, Nicolaum barbaris, & hodie vſitatis crebrò vſum fuiſſe vocibus.

Cap. LXX.

VNGVENTVM ad reſolutos, arthriticos, podagricos, bilioſos, trementes, & ad omnem neruorum & articulorum incontinentiam. Capit ſabinæ, ſaluiæ, calaminthæ, pulegii, rutæ, chamæmeli, ſquillæ, peucedani, abſinthii, iridis, acori, hyſſopi, anethi, lauri foliorum, ſambuci florum, radicis maluæ ſylueſtris, menthæ ſylueſtris, roſmarini, betonicæ, marrubii, abrotoni, ariſtolochiæ rotundæ foliorum, helenii, ſerpylli, ariſtolochiæ longæ foliorum & radicis, artemiſiæ, ſingul. vnc. duas. Hæc tuſa coniice in vinum bonum diebus tribus, dein ebulliant & colentur, herbæque proiiciantur. Vino autem admiſceantur olei libræ nouem, & coquantur bene. Poſtea iniice ſeminis lini farinæ lib. vnam, cumini triti vnc. tres, fœnigræci lib. ſemis. Hæc ſubacta cum oleo & vino ſine die vno. dein decoquantur, & adiiciantur adipis bubuli libræ duæ, adipis ouilli lib. vna, adipis anſeris, anatis & gallinæ, ſingulorum vnc. tres, adipis vrſini libra vna ſemis. Diſſolutis omnibus ſine horam vnam. dein adiice ammoniaci, galbani, ſing. vnc. duas, terebinthinæ, gũmi hederæ, ſing. vnc. tres, ceræ puræ lib. vnam. Omnibus per ignem irrigatis & ſubactis, tandem remoueto: & adiiciatur caſtorei boni triti, & iridis, ſing. vnc. duæ. ſubacta iuſto tempore reponantur.

Cap. LXXI.

VNGVENTVM ad ſuppuratos, tabidos, tuſ-

ſientes pectori inunctum. Habet ſucci ſeminis lini & **A** fœnigræci,ſing.vnc.vnam,adipis gallinæ,anſeris,butyri,ſing. vnc. vnam ſemis, ſtyracis calamitis vnc. vnam ſemis,olei violacei quod ſatis eſt.

Cap. LXXII.

VNGVENTVM valde vtile ad pleuriticos, ſuppuratos,& tuſſientes. Recipit ſucci fœnigræci, ſeminis lini,ſing.vncias duas,adipis anſeris, gallinæ, anatis, bubuli,& medullæ oſſis eiuſdem,butyri,ſing. vnc. tres, olei chamæmelini vnc.duas, olei rutacei,œſypi,olei vio **B** lacei,ſing.vnc.quatuor,ceræ vnc.duas.

Cap. LXXIII.

VNGVENTVM acopon,ſiue paſma,hoc eſt inſperſile medicamentum in balneo. Capit ſampſychi drach.quinque,piperis communis, lauri, pyrethri,ellebori albi,ſing.drach.vnam.Trita & [a]cribrata dato.

a Cribrata] Manuſcriptus codex legit δήσας,pro σήσας.

Cap. LXXIIII.

VNGVENTVM aliud acopon, Heracles nominatum.Valde calefacit,facitque ad iſchiadicos,& omnẽ **C** reſolutionem, diuturnas refrigerationes, & ſtupefacta, omnem neruorum conſenſum, difficilémque corporis motum.Valet etiam vbi aliquid calefacere, aut à profundo extrahere, & diſcutere, atque ex alto corporum fluxiones euocare,ac [a]meatus immutare conaris. Habet ſucci thapſiæ vnc.ſemis,euphorbii hexag.vnum ſemis, pyrethri, piperis, ſingul.vnc. ſemis, cantharidum vnc.tres,canchryos,galbani, opopanacis, adarces,ſing. vnc.tres,carpobalſami ſcrupulos tres, caſtorei,iridis,ſtaphidis agreſtis,ſing.vnc.ſemis, coſti, caryophylli, ſing. **D** vnc.tres, ſpicæ nardi ſcrup.vnũ ſemis, cardamomi vnc. tres,ſampſychi,ammoniaci, ſtyracis,ſingul. vnc.ſemis, maſtiches ſcrup.tres, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, ſing.vnc.ſemis,œſypi vnc.vnã ſemis,olei laurini & nardini,ſing.vnc.duas,ceræ vnc.ſemis drach.duas,opobalſami vnc.ſemis, olei anethini, & olei communis veteris,ſing.vnc.ſex.

a Meatus immutare] Græcè eſt μετασυγκρῖναι. Eſt autem μετασυγκρῖναι,ex alto euocare,& transferre, adeóque meatus immutare.

Cap. LXXV.

E VNGVENTVM ad lienem,admodum bonum. Recipit ammoniaci,galbani, maſtiches, thuris, ladani, zopiſſæ,ceræ,ſing.vnc.vnam,adipis quem volueris. Accipe autem prius capparis & ſalicis folia,ramos tamaricis,& corticis fraxini,decoque cum oleo & aceto ad tertias,colato,& herbas abiicito. Oleum verò cum ſupradictis ſpeciebus decoque probè ad conſiſtentiam. Amoto ab igne,adiice vnguẽti Marciati, Grypæ, ſing. vnc.vnã, dialthææ vnc.ſemis.Probè mota repone.

Cap. LXXVI.

F VNGVENTVM neruos relaxans, valde bonum. Accipit myrrhæ, bdellii, galbani, ammoniaci, aloes,opopanacis,maſtiches, butyri, ſing.lib.ſemis,euphorbii vnc.quatuor,olei cyprini,nardini,gleucini,ſingul.lib.ſemis,reſinæ lib.vnam ſemis, terebinthinæ libr. vnã,ceræ lib.quatuor, colophoniæ,adipis porcini, ſing. lib.vnam ſemis, adipis vrſini lib. vnam, adipis taurini lib.tres,medullæ ceruinæ, olei laurini veteris, olei è teda,olei ſeminis lini lib.vnam S. olei rutacei, bituminis, ſing.lib.ſemis,olei communis lib.quatuor.

G Cap. LXXVII.

VNGVENTVM neruos relaxãs,emolliens,à Petro confectum. Prodeſt ad tenſiones neruorum, & omnem refrigerationem ac dolorem, in quacunque corporis parte fiat. Ad podagricos, arthriticos, iſchiadicos, & colicos expertum. Capit [a] olei fœnigræci libram ſemis.

a Olei fœnigræci,&c.] Reliqua,hoc eſt verſus propemodum quatuor,in manuſcripto codice deſiderantur,quos reſtituere nobis integrum non fuit.

H Cap. LXXVIII.

VNGVENTVM nutriens,ad carnis in plaga generationem vtile. Habet myrrhæ, thuris, reſinæ,maſtiches,ariſtolochiæ,ceruſſæ.melle excepta illine. Si ve- **A** rò volueris implere carne, reſinam aridã inſperge prius tritam,dein impone hoc inſtar emplaſtri.

Cap. LXXIX.

ABSCESSVM ſi vis confeſtim ſedare,impone polygonon herbam contuſam,& illine deſuper.& aut rumpit,aut diſpergit.

Cap. LXXX.

VNGVENTVM Perſicum expertum, purgans omne vulnus,& generans carnem,maximè vbi à gladio plaga inflicta fuerit. Recipit ſarcocollæ,ſanguinis dra **B** conis,picis,terebinthinæ,galbani,ceræ [a]fuluæ,lithargyri,adipis [b]hircini,bituminis,olei omphacini.Hæc læuigata coniice in vas cum oleo ſine lithargyro & adipe hircino, quæ poſtremò adiicito. Poſtquam verò decocta fuerint,& mediocriter refrigerata,admiſce. [c]Moueto quoque ollam ipſam donec perfectè concreſcat vnguentum.Si verò poſt alia inieceris, abundè aridum fit vnguentum.

a Ceræ fuluæ] Codex Nicolai legit κηρῦ πυρῦ. Sed fortè legendum erit καθαρῦ. b Hircini] Manuſcriptus codex habet ταυρίκ,ſed perperam:ſcribendum enim eſt τραγείκ, vt ex ſequentibus pa- **C** tet.Nam ſtatim ſcribitur,καὶ τῦ τραγείκ ςέατος. c Moueto,&c.] Nicolaus habet κινιθρωκίνην.Quid verò ſit κινιθρωκίνη,ſcire nõ poſſum. Quare corruptam eſſe lectionem puto, legendúmque καὶ κίνει τὸ ἀνθράκιον.

Cap. LXXXI.

VNGVENTVM præclarum Patrocli Cæſaris, demoliens vniuerſum affectum. Vtendum eo quotidie manè & ante balneum, accipiendo de eo quod ſatis eſt, & diſſoluendo inungendóque pedes, & affricando citra moleſtiam. Accipit thuris drach.quinque,piperis albi drach.quinque, aphronitri drach. quatuor, myrrhæ **D** dr.duas,ammoniaci thymiamatis drach.tres. Arida tundito & cribrato tenui cribro, reliqua aceto diſſolue & ſubigito,omniáque ſimul commiſce. Poſtquam ſubegeris,iniice oleum cyprinum,& ſubacta accipe:& iis vtere.

Cap. LXXXII.

VNGVENTVM ad iecoris obſtructionem & duritiam probatum: confert ad frigidos affectus, tollit obſtructionem à frigidis & lentis crudiſque humoribus factam. Capit iridis, cinamomi, ſpicæ, caryophylli, **E** abſinthii,roſarum,ſantali rubei,ſpodii, cancrorum fluuialium,olei chamæmelini,& roſacei, ac [a]ceræ quod ſatis eſt. Decoquãtur primùm cancri cum oleis,donec omnino in cinerem vertantur,dein colentur,& iniiciantur reliquæ ſpecies in oleum,feruefactæ ſufficienter colentur: dein imponatur ceræ quãtum oportet. Paratum reconde in vaſe.

a Ceræ] Nicolai codex habet κηρίκ,hoc eſt faui. Sed cenſeo legendum κηρῦ.

Cap. LXXXIII.

VNGVENTVM ad eos qui elephantia laborãt, **F** valde bonum. Habet ſaluiæ, corticis radicis capparis, fœnigræci, cicerum nigrorum farinæ, cumini farinæ, ſordis balneorũ. Hæc cum roſaceo oleo ſubacta inunge.

Cap. LXXXIIII.

VNGVENTVM aliud ſimile. Recipit ſordis balneorum,Cimoliæ,olei roſacei,polẽtæ, alborum oui. Hæc cum ſtillatitio roſarũ liquore bono parata inunge.

Cap. LXXXV.

VNGVENTVM aliud ſimile. Accipit meliſſophylli,polentæ,adipis gallinæ,violarum, Cimoliæ,ro **G** ſarum optimarum. Hæc trita in ſubtiliſſimum pollinẽ, irrigato cum bono ſtillatitio roſarum liquore,& oui albo:atque inunge.

Cap. LXXXVI.

VNGVENTVM lieni accõmodatum,valde bonum. Cape ſummitates ſparti, tundito & cõquaſſato, atque accipe ſucci vnc. S. ſucci cyclamini, ſucci radicis aſphodeli,ſing.drach.duas,radicis pæoniæ,radicis aſparagi,chamæleucæ,chamædaphnes, capparis & tamaricis corticum radicis, ſimiliter corticum fœniculi, apii, **H** & [a]limaturæ ligni. Hæc coquantur cum aceto & aqua, donec dimidia pars relinquatur: & accipiatur ſuccus cyclamini, & radicis aſphodeli, atque cum priori decocto irrigentur,& imponantur in ollã. Adiice adipem

gallinæ & anſeris,butyri recentis. Bulliat probè donec vniuerſa humiditas ſuccorum abſumatur. dein admiſceatur vnguentorum Grypæ & Marciati, ſingulorum vnc.vnam: & vtere.

a Limaturæ ligni] Græcè eſt κκφοξυλείας: quam quidem dictionem aliter interpretari non poſſum, niſi pro tenuibus ac leuibus aſſulis è ligno lima aut dolabra detractis.

Cap. LXXXVII.

VNGVENTVM ad lienis obſtructionem mirabile. Habet foliorum ſalicis, ramorum tamaricis, radicis capparis. Tundantur hæc tenuiter, & ferueāt cum oleo & aceto ad tertias, dein colentur. In oleum coniiciatur ammoniaci, galbani, maſtiches, ladani, terebinthinæ, ſingul.vnc.vna, ceræ vnc.duæ. Vbi ſatis ebullierint, tollantur ab igne, & admiſceatur Marciati, Grypæ, dialthææ, ſingul. vncia vna, [a] farinæ tenuiter tritæ vnc.ſemis, olei laurini & butyri.

a Farinæ tenuiter tritæ] Græcus Nicolai manuſcriptus codex legit, ἀλεύρου βρίζας ψιλόν. Sed videtur locus eſſe corruptus. Nos ſenſum potius quàm verba ſpectantes conuertimus, farinæ tenuiter tritæ.

Cap. LXXXVIII.

VNGVENTVM nominatum Diaſaponium, ad eos qui elephantia correpti ſunt. Recipit ſaponis communis lib.vnam, eius quæ primas obtinet lib. vnā vnc. tres. Hæc mixta concutiantur quoad alba reddantur. Hoc crebrò accipe, & inunge tales: poſtea cum ſucco lupinorum ablue, idque ſpongia pura, & ſine vt dormiat. Vinum verò ſemper exhibe cum aqua in qua ſena, epithymum, polypodium, & Damaſcena communia incocta ſint.

Cap. LXXXIX.

VNGVENTVM ſimile, valde bonum. Accipit butyri veteris, arſenici, reſinæ terebinthinæ, propolis, ſingul.vnc.ſemis, vitri [a] maſſæ candidæ, ſulphuris viui albi, thuris, lithargyri, maſtiches, thymiamatis, ſing. hexag.vnum ſemis, pinguedinis bouis veteris, medullæ ceruinæ, ſing. vnc.duas, ceruſſæ bonæ drach. duas, olei roſacei, & amygdalarum amararum, ſing.vnc. 1.ſemis, ſucci calaminthes montanæ, ſucci radicis dracontii, fracturæ ipſius, vnc.vnam, aceti primi dolo vacantis quod ſufficit, ceræ albæ quod ſatis eſt. Inunge tumores in balneo.

a Maſſæ candidæ] Codex Nicolai habet, ὑαλίου δοραχὴν λευκόν. nullo planè ſenſu: neque enim quid ſit δοραχὴ, conſtat. Quare quū Plinius lib.36.cap.26.maſſæ vitri candidi mentionem faciat, de ea fortè & hoc loco Nicolaus loquutus eſſe videri poteſt. Certi tamē nihil affirmamus.

Cap. XC.

AD linguam hominis non potentem loqui præ imbecillitate, aut è quauis alia ratione. Cape caſtoreum & theriacam, ac contere vtraque, & vacantibus febre cū modico vino: febricitantibus autem, cum aqua illine interiorem partem linguæ, aut vniuerſam. dein accipe theriacæ bonæ & caſtorei, ſing.ſiliq.vnam. Suppone linguæ, gratiáque Dei, miraberis.

Cap. XCI.

VNGVENTVM ad ſcabiem, admodū bonum. Accipe [a] plumbi cumulum, quo [b] Gaſtrades vtuntur, & tere in pila, ac commiſce illi modicum olei & aceti acris, & contere iuſto tempore vt fiat aquoſum ac in ſuccum vertatur. dein adiice illi argenti viui quod ſatis eſt, & ſæpius tere vt argentum viuum diſſoluatur: dein reconde in vaſe, & inunge manè ac veſperi.

a Plumbi cumulum] Manuſcriptus codex legit corruptè μολιβόχωμα, mea ſententia, pro μολίβδου χῶμα. Nam terræ ſeu lapidum cumulum, plumbum in ſe continentem Nicolaus intelligere videtur, quum plumbum ad vlcera & ſcabiem ſanandam idoneum admodum ſit medicamentum. b Gaſtrades] Græcus codex habet γαστράδες. quid verò hæc dictio Nicolao denotet, nondum intelligo.

Cap. XCII.

VNGVENTVM valde laudatū, regibus & præfectis conferens, ad podagram à calido & ſicco, frigido & humido natam, & ad omnem neruorum imbecillitatem, morbúmque corporis. Vocatur autem à Latinis [a] gutta, & eſt gratia Dei vtile. Recipe corticem radicis maluæ ſylueſtris, decoque in aqua ad conſiſtentiam, contunde in mortario ad ſucci formam. dein accipe ex

A ipſis vnc.ſex, & ex ſucco decocto cum maluis vnc.ſex, radicis brancæ vrſinæ manualem faſciculum vnum, [b] farinæ fœnigræci, & ſeminis lini, ſing.vnc.quatuor, ſeminum cucumeris, ſeminis maluæ, ſing. vnc. tres, cotoneorum ſeminis vnc. vnam. Hæc contuſa concoque in aqua ad conſiſtentiam dimidiatæ aquæ, & ſine conſiſtere in lebete diebus duobus, & totidem noctibus. dein colato per linteum tenue, & acceptis è ſucco lib.quatuor, imponito lebeti, poſtea prædictarum maluarum radicum vnc.ſex, & ſucci earundem vnc.ſex, in lebetem con-
B iicito, & conquaſſatis probè ſine ibidem iuſto tempore. dein accipe tragacanthæ tenuiter tritæ vnc.quinque, olei violacei lib.duas, adipis gallinæ, anſeris & anatis, ſingul.vnc.duas, adipis vrſini & porcini, & quoſcūque inueneris adipes citra ſalem, ſing. vnc.tres, medullæ oſſis aſini vnc.duas ſemis, adipis cati vnc.duas, butyri recentis vnc.tres. Hæc omnia bulliant probè cum prædictis ad conſiſtentiam. dein accipe ceræ puræ vnc. quatuor, conquaſſato legitimo tempore, donec diſſoluatur cera. reconde in vaſe, ac vtere.

C a Gutta] Nicolaus corruptè legit γῶτα pro γοῦτα.

b Fœnigræci] Manuſcriptus codex habet μοχοσίτρου. Sic autem appellare videtur fœnumgræcum, quòd eius granis ac ſemine vituli ac boues paſcantur, vt ſit μοχοσίταρον idem quod boum pabulum. Quæ quidem appellatio pulchrè fœnogræco quadrat, vt quod à Columella lib.2.cap.11.inter pabula iumentorum connumeretur.

Cap. XCIII.

VNGVENTVM curatorium, vocatum Droſeron. Capit olei violacei, roſacei, nenupharini, ſing.vnc. S.terræ Cimoliæ puræ, ceruſſæ, ſing. vnc.1.caphuræ dr. ſemis, lithargyri vnc.S. betonicæ drach.vnam, thuris al-
D bi, & maſtiches, ſing. drach.duas, ſucci ptiſanæ, pſyllii, ſing.vnc. vnam, adipis recentis anſeris, gallinæ & ſuis, ſing.vnc.vnam ſemis, amianti drach.vnam, [a] ſarcocollæ drach.II.aloes flauæ hexag.1.ceræ puræ quod ſatis eſt.

a Sarcocollæ] Nicolaus habet αἰτζαροῦτ. Significat autem illi vox barbara αἰτζαροῦτ, nihil aliud quàm ſarcocollam: ita enim in interpretatione quorundam vocabulorum Nicolai ſcribitur, αἰτζαροῦτ, σαρκόκολλα.

Cap. XCIIII.

VNGVENTVM ſimile, vocatum etiam Droſeron. Habet amianti, ſarcocollæ, caphuræ, vitri albi,
E thuris puri, maſtiches, Cimoliæ puræ lotæ cum aqua roſmarini. Hæc trita irrigentur cum roſarum liquore ſtillatitio puro, roſaceo & lithargyro, & conquaſſata iuſto tempore ſine, iiſque vtere.

Cap. XCV.

VNGVENTVM ſimile, nominatum & ipſum Droſeron. Accipe folia [a] cholococææ & [b] rhodaceneæ. lauato primùm cum aqua, dein cōtundito & colato per tenue linteum: dein accipe ceruſſæ, amianti, ſarcocollæ, Cimoliæ puræ, & aloes flauæ quod ſatis eſt. Hæc trita &
F cribrata irrigato cum ſuperiore ſucco, & ſubacta probè reponantur ad vſum.

a Cholococææ] Manuſcriptus codex habet χολοκοκαίας. Quam ſanè vocem corruptam eſſe iudico, & pro ea ſcribendum eſſe κολοκασίας. Sic enim Ægyptiam fabam, Dioſcoride lib.ſecundo.cap.96.teſte, appellant. b Rhodaceneæ] Græcè etiam legitur καὶ ῥοδακηνέας Per rhodaceneam autem non intelligit niſi Perſicum malum. Hanc enim nominatam eſſe rhodaceneam, teſtatur Aetius lib. 1. vbi apertè rhodacenon Perſicæ mali fructum appellari ſcribit.

Cap. XCVI.

VNGVENTVM ad omnimodā ſcabiē carnis ex melancholico humore factā, & ſalſa putrefacta pituita,
G admodū vtile. Et vocatur ex lithargyro. purgat melancholicum humorē per vrinā. Recipit ſalis cōmunis puri dr.octo, adipis ſuilli puri drach. v. thuris puri dr.II S. lithargyri dr.III.ſucci quinqueneruiæ dr.IIII. olei laurini drach.tres, ſucci chelidonii, hoc eſt capnii drach.III.S. Trita hæc ſimul & irrigata tenui igne calefacito, & adiice ceræ albæ hexag. vnum, formetúrque vnguentum, quo inungito plantas manuum & pedum prope lenem ignem, & frica fortiter iuſto tempore: ac vtere.

Cap. XCVII.

H VNGVENTVM ad ſcabiē, vt præcedēs, mirabile. Accipit terebinthinæ vnc.S. [a] argenti viui hexag. duo, lutea ouorum quatuor, plumbi cumuli vnc.S. farinæ eruinæ hexag.duo. Subactis his omnibus fac vnguētum. Inunge corpus validè, bis & ter per diem.

a Argenti viui] Nicolaus hîc & ſæpe aliâs τρέχων, id eſt currens, habet. Per hanc autem vocem argentum viuum intelligit, non alia ſanè cauſa, quàm quòd hinc inde currat & moueatur, nec ſtabile maneat.

Cap. XCVIII.

VNGVENTVM ſimile, mirabile. Radicem inu-

A læ bene lotã, poſtea in mortario tuſam, decoquito in aqua ad conſiſtentiã, dein colato: eãdémque radicem bene tunde, & admiſce adipis ſuilli puri, & argenti viui quantum oportet, & tere fortiter, vt fiat vnguentum album, inungéque aſſiduè carnes.

INDEX CONFECTIONVM APOMELITIS, & Apophlegmatiſmorum.

Apomelitis confectio admodum bona, Cap. I.
Apomelitis altera confectio, vt præcedens, Cap. II.
Apomelitis confectio ex Philagrio, Cap. III.
Apitis vini confectio, admodum bona, Cap. IIII.
Catapotium ſitim reſtinguens, ad febricitantes ac multo potu indigentes, Cap. V.
Apophlegmatiſmus vernus pituitam in capite, & in ſtomacho humores attrahens, Cap. VI.
Apophlegmatiſmus æſtiuus, bonus, Cap. VII.
Apophlegmatiſmus autumnalis, Cap. VIII.
Apophlegmatiſmus hyemalis, Cap. IX.
Apophlegmatiſmus oculos purgans ab omni lippitudine, & hebetudine, Cap. X.
Apophlegmatiſmus caput & oculos purgans, Cap. XI.
Apophlegmatiſmus ſimilis, admodum bonus, Cap. XII.
Apophlegmatiſmus omnibus magis varius, Cap. XIII.
Apophlegmatiſmus ſimilis, admodum laudatus, Cap. XIIII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI

De Apomelite & Apophlegmatiſmis.

Sectio quinta.

Cap. I.

APOMELITIS confectio, admodum bona. Accipe mellei faui, habentis mel tenuiſſimum: exprime, eiúſque melli, expreſſi accipe hexagium vnum ſemis aquæ fõtanæ ſextarios quatuor ſemis. deinde fauos ablutos aqua, colatos & cõcuſſos decoque in teſtaceo vaſe ad lentum ignem, donec vniuerſa ſpuma conſumpta fuerit: & colans per linteum denſum & ſolidum, præbeto.

Cap. II.

APOMELITIS confectio, priori ſimilis. Habet mellis Attici deſpumati ſext. vnum ſemis, aquæ fontanæ puræ ſext. duos ſemis. Decoque ad tertias.

Cap. III.

APOMELITIS confectio ex Philagrio. Recipit faui melle ſcatentis lib. vnam, aquæ fontanæ libras tres ſemis. Confringe fauum & [a] vnito: ac concoque aquam cum melle, dum & ſpuma ipſius & [b] id quod veluti ceroſum ſupernatat, particulatim relinquatur. atq; tunc [c] refrigerata diligenter tranſfunde, & vtere.

a Vnito] Manuſcriptus codex hîc mirificè deprauatus eſt: legit enim, καὶ ϛρῶσον ὡς ὕδωρ: quum potius, Paulo ipſo qui lib. 7. hoc apomeli deſcribit, teſte, ſcribendum ſit, καὶ ἐνώσας ἕψαι τὸ ὕδωρ.

b Id quod veluti ceroſum] Nicolaus habet κοπρῶδες, id quod veluti ſtercus eſt. Paulus verò κηρῶδες legit. Aliqua etiam exemplaria κιῤῥῶδες, hoc eſt giluum, quod idem eſt ac ceroſum: giluum enim colorem cera præ ſe fert. In Nicolao igitur κηρῶδες, non κοπρῶδες legendum.

c Refrigerata] Nicolaus legit ἑψήσας, decocta: Paulus, καὶ τότε ψύξας.

Cap. IIII.

[a] APITIS, id eſt è pyris facti vini cõfectio, valde bona. Accipe tempeſtiua [b] pyra, incidito in tenuia cũ gladio, & tolle ſemen internum. Solius igitur carnis ipſorum accipe lib. quinque, & aquæ lib. decem. Decoque in puro vaſe, dum vires reponant in aquam. dein proiiciens ipſa, iniice in aquam mellis Attici lib. vnam, & vtere ad febricitantes, & dyſentericos, & defluxione ſtomachi laborantes. Quippe roborat ſtomachum & aluum.

a Apitis] Nicolaus habet corruptè ἀπιδίτου, quum Dioſcoride lib. 5. cap. 21. teſte, legendum ſit ἀπίτου. b Pyra] Nicolaus legit ἀπιδίων pro ἀπίων. Vide Dioſcoridem.

Cap. V.

CATAPOTIVM ſitim reſtinguens, faciens ad febricitantes, & ad eos qui febre ardente laborant, & multo indigent potu. Capit cucumeris ſatiui ſeminis drach. tres, ſucci glycyrrhizæ drach. tres ſemis, albi ouorum recentium quantum ſatis eſt ad excipiendum. Fingantur catapotia quæ ſub lingua detineantur, & ſa-

B liua deglutiatur.

Cap. VI.

APOPHLEGMATISMVS vernus Stephani Athenæi philoſophi, attrahens pituitam in capite contentam, & in ſtomacho humores. Habet hyſſopi vnc. duas, origani vnc. vnam ſemis, pulegii vnc. vnam, calaminthes vnc. ſemis, ſapæ ſext. duos, aceti ſext. duos ſem. Decoquantur ad tertias, & pituitam detrahe in ſole.

Cap. VII.

APOPHLEGMATISMVS æſtiuus bonus.

C Recipit hyſſopi vnc. duas, pulegii vnc. vnam, origani vnc. vnam ſemis, calaminthes vnc. ſemis, ſpicæ nardi vnciam ſemis, caryophylli vnc. vnã, cinamomi vnc. vnã ſemis, baccarum lauri vnc. duas, ſapæ ſext. ſemis, aceti ſext. duos ſemis. Decoque vt præcedentia, & vtere.

Cap. VIII.

APOPHLEGMATISMVS autumnalis. Accipit hyſſopi vnc. duas, origani, pulegii, caryophylli, ſingulorum vnc. vnam, calaminthæ, ſpicæ nardi, ſing. vnc. ſemis, cinamomi, iridis, ſing. vnc. vnam ſemis, marrubii vnc. duas, cyperi vnc. vnam, pyrethri vnc. ſemis, ſapæ

D ſext. ſemis, aceti ſextarios duos ſemis. His probè decoctis vtere.

Cap. IX.

APOPHLEGMATISMVS hyemalis. Capit hyſſopi vnc. duas, origani vnc. vnam ſemis, calaminthæ, ſtaphidis agreſtis, ſingul. vnciam ſemis, pyrethri vnc. vnam, zingiberis vnc. duas, piperis communis vnc. vnam ſemis, cinamomi boni vnc. duas, cardamomi vnciam vnam ſemis, caryophylli vnc. vnam, ſpicæ nardi vnc. ſemis, ſapæ ſext. ſemis, aceti ſext. duos ſemis. Deco-

E quantur.

Cap. X.

APOPHLEGMATISMVS capitis, purgans oculos ab omni lippitudine & hebetudine. Habet origani, hyſſopi, ſtaphidis agriæ, ſing. vnc. vnam ſemis, ſapæ ſext. ſemis, aceti ſext. vnum ſemis. Decoquantur & moueantur cum ligno tedaceo.

Cap. XI.

APOPHLEGMATISMVS caput purgans, & oculos. Recipit glycyrrhizæ repurgatæ, epithymi, pulegii, cardamomi, ſeminis ſinapi, ſtaphidis agriæ, ſing. vnc. ſemis, iridis drach. duas, ſapæ ſext. ſemis, aceti ſext. duos. Decoque & vtere.

Cap. XII.

APOPHLEGMATISMVS ſimilis, admodũ bonus. Accipit nitri drach. tres, ſtaphidis agriæ dr. vnam ſemis, aniſi drach. duas, lauri foliorum viridium drach. vnam, vuarum pinguium exemptis acinis drach. duas.

Cap. XIII.

APOPHLEGMATISMVS omnibus aliis ma- A gis varius. Capit hyſſopi, pyrethri, ſtaphidis agriæ, ſingul. drachm. duas, vuarum pinguium exemptis acinis, quod ſatis eſt. Poſt huius vſum, ſalem & mel cum aqua tepida miſcens dato, os ſæpius cum eo abluens.

Cap. XIIII.

APOPHLEGMATISMVS ſimilis, valde laudatus. Habet ſampſuchi aridi, iridis Illyricæ, pyrethri, hyſſopi, nitri, piperis, ſeminis apii, radicis panacis, ſtaphidis agriæ, ſing. drach. duas. Et ſi augere placet, admi- B ſce etiam myrrhæ drach. duas. Hæc ſimul contuſa irrigato cum calida aqua, & exiguo melle Attico, & finge paſtillos. Vſus tempore irrigato mel cum aqua: & paſtillo diſſoluto, da vt æger gargarizet tepidum. Et ſi volueris, cum aceto tepido exiguo etiam naribus infunde.

INDEX BECHICORVM.

Bechica antidotus, dicta Paulina, Cap. I.
Bechica antidotus, nominata Diaphœnicôn, Cap. II.
Bechica antidotus refrigerato ſtomacho vtilis, Cap. III.
Bechica antidotus Dioſpoliti, ad eos qui ægrè ex thorace expurgantur, & difficulter ſpirant, Cap. IIII.
Bechica antidotus è butyro, Cap. V.
Bechica antidotus è glycyrrhiza, Cap. VI.
Bechica antidotus è tragacantha, Cap. VII.
Bechica antidodus ad tuſſes recentes, eſtque ſtomacho grata, Cap. VIII.
Bechica antidotus Cyptarion, hoc eſt placentula cognominata, Cap. IX.
Bechica antidotus ad tuſſes diuturnas, & in ſtomacho lumbricos, Cap. X.
Bechica antidotus admodum bona & experta, Cap. XI.
Bechica antidotus purgans pituitam, Cap. XII.
Bechica antidotus ex hyſſopo, valde bona, Cap. XIII.
Bechica antidotus ad diuturnas tuſſes, ex pulegio, Cap. XIIII.
Bechica antidotus ad thoracis affectus, bona, Cap. XV.
Bechica antidotus concoquens, ad vetuſtas tuſſes vtilis, Cap. XVI.
Bechica antidotus ex ſtyrace, Cap. XVII.
Bechica antidotus ad diuturnas tuſſes egregiè faciens, & humidos, atque omnino diuturnos affectus. Sedat verò etiam febres, Cap. XVIII.
Bechica antidotus ad tabidos, Cap. XIX.
Bechica antidotus alia è ſtyrace, Cap. XX.
Bechica antidotus ex chamæleuce, Cap. XXI.
Bechica antidotus, Cap. XXII.
Bechica antidotus ad orthopnœam efficax, Cap. XXIII.
Bechica antidotus ad orthopnœam eximia, Cap. XXIIII.
Bechica antidotus ad ſuppuratos, tabidos, & ſanguinem reiicientes, Cap. XXV.
Bechica antidotus ex hyſſopo, Cap. XXVI.
Bechica antidotus ad ſanguinem reiicientes, Cap. XXVII.
Bechica antidotus ad arteriacos, Cap. XXVIII.
Bechica antidotus bona admodum, Cap. XXIX.
Bechica antidotus è terebinthina, Cap. XXX.
Bechica antidotus è glycyrrhiza, præclara, Cap. XXXI.
Bechica antidotus, Cap. XXXII.
Bechica antidotus altera, Cap. XXXIII.
Bechica antidotus ad ſuppurationes, tabẽ, & abſceſſus, Cap. XXXIIII.
Bechica antidotus ex duobus piperibus, Cap. XXXV.
Bechica antidotus ad eos qui ſpuunt ſanguinem, Cap. XXXVI.
Bechica antidotus, ad tuſſes noctu magis moleſtantes vtilis, Cap. XXXVII.
Bechica antidotus, ad eos qui nonniſi recta ceruice ſpirant, & aſperā arteriā impletā obtinent, thoracẽ expurgans, Cap. XXXVIII.
Bechica antidotus ex ſtyrace, Cap. XXXIX.
Bechica antidotus ad arteriacos, & nonniſi recta ceruice ſpirātes, ex ſquilla, Cap. XL.
Bechica antidotus ad aſthmaticos, Cap. XLI.
Bechica antidotus præclara, Cap. XLII.
Bechica antidotus ad aſthmaticos, experta, Cap. XLIII.
Bechica antidotus polychreſtos, ad aſthmaticos & difficulter ſpirantes, Cap. XLIIII.
Bechica antidotus ad eos qui nonniſi recta ceruice ſpirant, nephriticos, & guttatim vrinam excernentes, Cap. XLV.
Bechica antidotus ad aſthmaticos, Cap. XLVI.
Bechica antidotus ex albo pipere, Cap. XLVII.
Bechica antidotus ex caſtoreo, Cap. XLVIII.
Bechica antidotus ex myrrha, Cap. XLIX.
Bechica antidotus ex caſtoreo, Cap. L.
Bechica antidotus Andromachi ad aſthmaticos & difficulter ſpirantes, Cap. LI.
Bechica antidotus ex ſulphure ignem non experto, Cap. LII.
Bechica antidotus Philagrii, ad aſthmaticos, Cap. LIII.
Bechica antidotus ad eos qui deſtillatione capitis laborãt, & nonniſi recta ceruice ſpirãt, thoraciſque expurgationem, Cap. LIIII.
Bechica antidotus ad vocem amiſſam, & deſtillatione correptos, Cap. LV.
Bechica antidotus ad ſanguinem ſpuentes, Cap. LVI.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De bechicis,

Sectio quinta.

Cap. I.

BECHICA antidotus Paula nominata,quam aliqui Paulinam vocauerũt. Eſt autem conueniens tuſſientibus, tabidis, ſuppuratis, peripneumonicis, conuulſis, ruptis, ſanguinem reiicientibus, ſtomachi ſubuerſionibus, & pluribus malis. Aduerſatur etiam lethalibus medicamentis, & ictibus venenum iaculantium beſtiarum. eſtque confectio eius huiuſmodi. Recipe caſiæ drach.duas ſiliquas duas,caſtorei,galbani,opii, piperis albi & nigri,ſtyracis puri,coſti,ſing.drach. vnam ſiliq.vnam, myrrhæ,ſpicæ nardi,ſing.drach. ſemis ſiliq. ſemis, croci drach.1. ſiliq. vnã, mellis Attici aut ſacchari quod ſufficere videtur. Datur fabæ quantitate cum temperato liquore, aut aqua mulſa, [a]inſtillando irrorãdóve acetum bonum digito decies.

a Inſtillando] Manuſcriptus codex legit ἐπισπείνων pro ἐπιῤῥαίνων. Sic enim eſſe legendum,ſatis oſtendit lib.7. De compoſ. medic. local.cap.5.Galenus,vbi ita ſcriptum reliquit,ἐπιῤῥαινομένων τῷ δακτύλῳ ὄξους σταγόνων θ'.

Cap. II.

BECHICA antidotus Diaphœnicôn, præclarè conducens. Accipit hyſſopi Cretici, marrubii aridi,iridis, pulegii ſicci,glycyrrhizæ,ſing. drach.duas,pinearum viridium,calaminthæ,ſing.drach.quatuor, palmularum pinguium drach.vigintiquatuor,caricarum pinguium drach.ſex,farinæ,fœnigræci, tragacanthæ, ſing. drach.duas,mellis aut ſacchari quantum ſufficit.

Cap. III.

BECHICA antidotus è malis & cotoneis, conferens refrigerato ſtomacho. Capit malorum & cotoneorum carnis repurgatæ lib.vnã, zingiberis vnc.duas, piperis communis,aniſi, ſing. vnciã vnam, ſpicæ nardi vnc.ſemis,mellis Attici lib. duas. Cotonea & mala tuſa in partes minutas in aceto decoquantur. ſit autem aceti lib. vna. Poſtea mel adiiciatur, & bulliant ad conſiſtentiam,& imponantur ſpecies.Datur de ea cochleariũ vnum.

Cap. IIII.

BECHICA antidotus Dioſpoliti, ad eos qui ægrè ex thorace excrementa educunt,& difficulter ſpirant. Habet rutæ ſiccæ drach.duas ſcrup.duos, cumini torrefacti ſcrup.vnum gran. vnum, nitri Alexandrini grana duo.Excipiantur melle Attico.

Cap. V.

BECHICA antidotus ex butyro. Recipit butyri recentis cum melle puro,ſing.lib.ſemis.bulliãt ad mellis craſſitudinem.Datur manè & veſperi.

Cap. VI.

BECHICA antidotus ex glycyrrhiza. Habet nucum pinearum, amyli, glycyrrhizæ, ſeminis vrticæ, ſeminis lini,ſing.vnc.duas,iridis,piperis,cardamomi,hyſſopi,amygdalarum amararum,ſingulorum vnc.vnam, mellis Attici quod ſatis eſt.

Cap. VII.

BECHICA antidotus ex tragacantha. Accipit nucum pinearum repurgatarum drach.duodecim,ſeminis lini torrefacti drach. octo, tragacanthæ drach.duodecim,palmularum pinguium drach.octo,iridis drach. duodecim,amygdalarum dulcium drach.ſedecim,mellis Attici quod ſatis eſt. Tragacantham in vino dulci exiguo maceratam & dilutã, primùm cum melle prius deſpumato coquito: vbi verò ſemel inferbuerint, affunde [a]reliquis probè admodum in mortario tritis. Datur manè & veſperi quantum volueris. Iniiciendum verò tantum mellis,vt lingi queat medicamentum.

a Reliquis,&c.] Codex Nicolai legit ἐπίχει τὰ λοιπὰ,ſed malè:ſcribendũ enim erat,ἐπίχει τοῖς λοιποῖς,Aetio lib.8.cap. 54.vbi eandem deſcribit antidotum,teſte.

Cap. VIII.

BECHICA antidotus linctus,conferens ad recentes tuſſes,eſtque ſtomacho grata. Capit vini dulcis veteris ſext.ſemis,mellis Attici lib.ſemis.Decoque aſſiduè mouens cum ramis rutæ. datur myſtrum vnum.

Cap. IX.

BECHICA antidotus [a]cyptarium cognominata. Habet ſeminis lini tuſi & cribrati, vuarum pinguium exemptis acinis,ſing.ſextar. Italicum ſemis, pinearum torrefactarum,nucis Ponticæ repurgatæ, ſing. ſextarii quartã partẽ,piperis vnc.1.myrrhæ vnc.S. [b]croci vnc.S. mellis Attici optimi [c] ſext.duos.Semen lini contuſum cum melle coquito:& vbi coierint, adiiciantur reliqua tenuiſſimè trita.Datur nucis Ponticæ magnitudo.

a Cyptarium] Nicolaus,perinde atque loco ſuprà citato Aetius, legit κοπτάριον.Galenus lib.7.De compoſ.medic. local. cap.2. vbi eandem antidotum ad verbum deſcribit,κυπτάριον habet.Quam quidẽ lectionem ego veriorem eſſe cenſeo. Nam ſic haud dubiè vocarũt placentulas lunata & inflexa ſpecie confectas. κύπτω enim Græcis eſt incuruo & inflecto.Hinc cyptarium,placentula curua & inflexa. Cæterùm κοπτάριον non eſſe legendum, hinc coniicio.κοπτάριον enim diminutiuum à voce κοπτὸν,eſt quod Græcis medicamentũ ſignificat quod non coquitur,ſed tunditur. Coqui verò lini ſemen cum melle, in hac antidoto eſt manifeſtiſſimum. De placentula itaque, quam κυπτάριον non κοπτάριον vocat,loquitur Nicolaus. b Croci vnc.ſemis]Hæc ex Galeno & Aetio adiecta ſunt. Nam vterque habet κρόκου ℥ο.α'.
c Sextar.duos.Semen lini contuſum cum melle coquito] Hæc in Nicolai codice deſiderabantur, & neceſſariò ex Aetio ſunt inſerta, qui habet,τὸ λινόσπερμα κεκομμένον ἕψε μετὰ τοῦ μέλιτος.

Cap. X.

BECHICA antidotus,vtilis ad diuturnas tuſſes,& in ſtomacho lumbricos, vbi nimirum moleſtantes tuſſim excitant. Recipit cumini,piperis,ſeminis vrticæ, ſingulorum vnc. ſemis, mellis Attici deſpumati ſextar. ſemis. Species tenuiſſimè tritæ & cum melle ſubactæ,parum bulliant.Datur cochlearium vnum.

Cap. XI.

BECHICA antidotus,admodum bona & experta. Accipit piperis,pulegii,hyſſopi, calaminthæ, ſing.drachmas.duas,butyri recentis drach.tres,cumini ſubtiliſſimè triti drach.quatuor.Melli priùs deſpumato admiſce butyrum,& calefaciens parum, inſperge reliqua. Datur cochlearium vnum.

Cap. XII.

BECHICA antidotus,expurgans pituitam. Capit hyſſopi,pulegii,ſingul.drach.duas,iridis,ſinapi,cardamomi,ſeminis aniſi,piperis, ſing.drach.vnam. Tuſa & cribrata excipiuntur melle Attico ſufficienti. Datur cochlearium vnum.Si verò hyems fuerit, & is qui vſurus eſt,febre vacauerit, dato piperis drach.duas, & pro ſemine aniſi adiice fœniculum aut cuminum:& pro cardamomo, ſinapi drach.duas.Et præbeto.

Cap. XIII.

BECHICA antidotus ex hyſſopo,valde bona,[a]Acholii. Habet hyſſopi,pulegii,ameos,piperis,erui,iridis, ſingulorũ drach.ſex, terebinthinæ drach. quatuor, ſpicæ nardi drach.tres,butyri recẽtis drach.duas,mellis Attici drach.octodecim. Datur cochlearium vnum.

a Acholii] Manuſcriptus codex hoc loco mirificè deprauatus eſt.legit enim, ἔχει μαχωλίου, quaſi verò μαχώλιον ſit medicamentum.quum Aetio atteſtante, ἀχολίου ſit legendum.habet enim, βηχικὸν ἀχολίου,ὑσσώπου,&c.Ita paſſim Nicolai codex quo vſus ſum, innumeris ſcatet mendis,vt nihil mirum ſit,nos interdum etiam impegiſſe,nec paſſim genuinum ſenſum aſſequutos fuiſſe. Quis enim adeò oculatus erit,quem non aliquando codex mendoſiſſimus fallat?

Cap. XIIII.

BECHICA antidotus ad diuturnas tuſſes vtilis,ex pulegio. Recipit hyſſopi, gummi, pulegii veteris,ameos, piperis, eruorum decorticatorum, iridis, ſingul. drach.ſex, ſpicæ nardi drach. tres, terebinthinæ drach. quatuor,butyri recentis drach.duas,mellis Attici quod ſatis eſt. Butyrum & terebinthinam miſce cum melle, & vnito reliquis,ac vtere.

Cap. XV.

BECHICA antidotus, ad affectus thoracis valde bona. Accipit cumini torrefacti tenuiſſimè triti drachmas ſeptem, ſeminis lini in pollinem triti drachmas ſex ſemis, iridis ſubtiliſſimè læuigatæ drachmas tres, pinearum torrefactarum drachmas duas, glycyrrhizæ tenuiſſimè tritæ drachmam vnam ſemis, gummi drach. duas, pulegii tuſi drachmam vnam ſemis, ſeminis vrticæ drachmam vnam, piperis albi drachmam vnam ſemis, mellis Attici quod ſatis eſt. Mel verò prius deſpumetur, & adiiciantur farinæ, ac modicè decoquantur: reliqua in mortario vniantur. Ex cõfecta iam antidoto datur cochlearium vnum.

Cap. XVI.

BECHICA antidotus concoquens, ad diuturnas tuſſes. Capit mellis Attici deſpumati drachmas ſedecim, terebinthinæ drachmas octo, galbani drachmas quatuor. Decoquito mel cum terebinthina, poſtremũ iniicito galbanum, & vtere.

Cap. XVII.

BECHICA antidotus, ex ſtyrace. Habet amomi, caſiæ, ſingulorum drachmas duas, ſtyracis drachmam vnam ſemis, ſpicæ nardi drachmam vnam ſemis, croci, piperis, ſingulorum drachmam vnam, penidiorum dr. tres, mellis quod ſatis eſt. datur cochlearium vnum.

Cap. XVIII.

BECHICA antidotus ad diuturnas tuſſes egregiè faciens, & ad humentes ac diuturnos omnino affectus. Finit etiam febrem, & cognominatur Symphonos. ea vſi ſunt optimi quique medici. Recipit piperis albi, opii, cardamomi, ſingulorum drachmã vnam, croci, myrrhæ, hyoſcyami albi ſeminis, ſingulorum drachm. quatuor, mellis Attici drachmas ſex. Datur nucis Ponticæ magnitudine cum aquæ mulſæ cyathis tribus. Nos quidem ſic conficimus: alii verò adiiciunt etiam ſulphuris ignem non experti drachmas quatuor, gentianæ & dauci, ſingul. drach. duas.

Cap. XIX.

BECHICA antidotus ad tabidos, [a]Iſoſtathmos dicta. Accipit folii, petroſelini, [b]hyſſopi, roſarum aridarum, aniſi, opii, croci, coſti, ſeminis hyoſcyami, myrrhæ troglodyticæ, ſpicæ nardi, iridis, ſingulorum drachmas tres ſcrup. quatuor gran. ſeptem, mellis Attici quod ſatis eſt. Datur fabæ quantitate ad noctem.

a Iſoſtathmos] Sic dicta eſt, quaſi æqualis ponderis, quòd ſcilicet quæ hanc antidotum conſtituunt, pari pondere accipiantur.

b Hyſſopi] Nicolai codex habet νάπυος, id eſt ſinapi. Sed Aetius loco citato cap. 55. legit ὑσσώπου.

Cap. XX.

BECHICA antidotus ex ſtyrace. Capit ſtyracis, croci, ſucci glycyrrhizæ, gummi, ſpicæ nardi, opii, folii, amyli, ſingulorum drachmas duas, nucũ auellanarum, amygdalarum, ſingulorum drachmas tres: nonnulli verò neque amylum, neque auellanas, neque amygdalas adiiciunt, ſed prædicta duntaxat. ſomnum inducit, & vtilis eſt.

Cap. XXI.

BECHICA antidotus ex chamæleuce. Leporis ſtercus bibendum præbe cum vino tepido, craſſitudine ſordium: aut cum decocto chamæleuces, quæ lingua Latina vngula caballina nominatur. Ne contemnas vilitatem huius medicamenti: eſt enim vtile.

Cap. XXII.

BECHICA antidotus. Habet ſtyracis, croci, thuris, myrrhæ, opii, ſingulorum vnciam ſemis, mellis Attici quod ſatis eſt.

Cap. XXIII.

BECHICA antidotus ad orthopnœam, præclara. Recipit iridis vncias duas, piperis albi drachmã ſemis, ſeminis apii vncias duas, ſucci chamæleuces vnc. vnam, mellis Attici quod ſatis eſſe videbitur.

Cap. XXIIII.

BECHICA antidotus, & ad orthopnœã egregia. Accipit opii, myrrhæ, ſeminis hyoſcyami, croci, ſingulorum drachmas duas, thuris maſculi, euphorbii, gentianæ, cardamomi ſing. drach. vnam. Datur febre vacantibus cum vino dulci: febricitantibus autem, cum aqua tepida per interualla.

Cap. XXV.

BECHICA antidotus ad ſuppuratos, tuſſientes, tabidos, & ſanguinem reiicientes. Somnum etiam conciliat. Capit erui torrefacti drach. quinque, cumini Æthiopici, aniſi, ſeminis apii, opii, ſing. drach. vnam, mellis Attici quantum ſufficit: & vtere.

Cap. XXVI.

BECHICA antidotus, ex hyſſopo. Habet pulegii, thymbræ, thymi, anethi, ſeminis apii, ſinapi, hyſſopi, cardamomi, piperis albi, ſingulorum drachmam vnam, ſalis, aniſi, fœniculi, opii, ſing. drach. vnam, mellis Attici quod ſatis eſt.

Cap. XXVII.

BECHICA antidotus, ad ſanguinis reiectionem præclara, ex cinamomo. Recipit coſti, rhei, cinamomi, ſingulorum drachmam vnam. Hæc in farinam trita dantur dormituro laboranti, dum ieiunus eſt, cum vino tepido, aut vt volueris.

Cap. XXVIII.

BECHICA antidotus ex iride, ad arteriacos vtilis. Accipit ſinapi, iridis, tragacanthæ, caricarum albarum carnium, hyſſopi, althææ ſeminis, [a]ziziphorum, glycyrrhizæ, violarum, vuarum paſſarũ, carnis palmularum. Decoquito hæc in aqua, & præbe dormituris cum penidiis, aut ſerapio chamæleuces tepido.

a Ziziphorum] Nicolaus legit ζινζίφων. Sunt autem zinzipha ſiue zizipha recentioribus Græcis, fructus Arabibus & officinis iuiube dicti.

Cap. XXIX.

BECHICA antidotus admodum bona. Capit terebinthinæ, glycyrrhizæ, tragacanthæ, penidiorum, ſing. vnc. vnam, mellis Attici quod ſatis eſt.

Cap. XXX.

BECHICA antidotus ex terebinthina. Habet terebinthinæ, penidiorum, ſing. vnc. ſemis, mellis Attici quantum ſufficit.

Cap. XXXI.

BECHICA antidotus ex glycyrrhiza, egregia. Recipit nucum pinearum, amyli, glycyrrhizæ, & ſucci eius, ſingulorum drachmam vnam, iridis, piperis albi, hyſſopi, amygdalarum amararum & dulcium, ſingulorum drachmas ſex, penidiorum vnciam vnam, mellis Attici quod ſatis eſt.

Cap. XXXII.

BECHICA antidotus. Accipit amyli hexagia tria, penidiorum, olei amygdalini, ſingulorum vncias duas. Decoquito hæc probè. Dantur manè ieiuno, & veſperi.

Cap. XXXIII.

BECHICA antidotus, admodum vtilis. Capiantur cæpæ magnæ, & exculpantur interiora earum, & iniiciatur butyrum, penidia, & oleum amygdalinum dulce, & imple totam cauitatem cæparum cum eis, & [a]ſenſim mouens in calido cinere dimitte bullire, donec omnia probè elixentur. dein ab igne remotæ, & in exterioribus eorum repurgatæ, dantur comedendæ dormituris: neque deſuper quicquam potus aut cibi exhibetur. Eſt enim expertum ad diuturnas tuſſes.

a Senſim mouens] Codex Nicolai iterum, vt ſuprà, ὀχεύσας falſò pro ὀχήσας legit.

Cap. XXXIIII.

BECHICA antidotus ex ſtyrace, vtilis etiam ad tabidos, ſuppuratos [a]egregiè, item abſceſſus, in quibuſcunque locis fiunt. Habet amomi, croci, coſti, opii, amyli, ſtyracis, vuarum exemptis acinis, ſingulorum vnciam ſemis, petroſelini Macedonici, iridis Illyricæ, galbani, ſingulorum ſcrupulos ſex, carnis palmularum, terebinthinæ, ſingulorum vnciam vnam, mellis quãtum ſatis erit. Styracem, galbanum, opium, irin, palmulas, & vuas cum melle ſubigito, & arida tuſa iniice, & diſſolue diligenter, & excipiens vtere cum melle. Datur cochlearium paruum.

a Egregiè]Præter ſpem & opinionem.In manuſcripto codice legitur παραδόξεως pro παραδόξως,aut παρὰ δόξαν, hoc eſt mirabiliter, vel præter ſpem & opinionem.

Cap. XXXV.

BECHICA antidotus ex pipere.Recipit cardamomi,caſtorei,opii,zingiberis,coſti,piperis albi & longi, galbani,croci,ſingulorum drachmas tres, mellis quantum ſufficit. aliqui verò pro zingibere iniiciunt myrrham.Datur hexagium vnum cum aqua tepida, cui incocta ſunt chamæleuce ,hyſſopus,glycyrrhiza, zizipha, carnes caricarum vndecim,& hordeum.

Cap. XXXVI.

BECHICA antidotus, ad ſanguinem ſpuentes vtilis.Filicem tuſam & cribratam inſperge paſſo,aut ſorbendam præbe cum droſato chamæleuces.

Cap. XXXVII.

BECHICA antidotus,vtilis ad eas tuſſes quæ noctu magis infeſtant. Accipit menthæ ramos tres, contuſos & iniectos in aceti cochlearium & irrigatos. datur ſorbenda dormituris.Concoctionem iuuat, ſtomacho grata eſt,craſſóſque incidit humores.

Cap. XXXVIII.

BECHICA antidotus ad eos qui non niſi recta ceruice ſpirant,& aſperam arteriam plenam habent.Expurgat thoracem,vtiliſque eſt ad raucitatem. Capit alliorũ repurgatorum libram vnam,butyri recentis libram vnam,mellis Attici puri libram vnam . Hæc coquantur ſimul donec ſubſtantia alliorum diſſoluatur : dein per ſaccum trãſmiſſa, recondito & dato. Si verò hoc bibere noluerit,accipe ex alliis quod per ſaccum tranſmiſſum eſt,& butyri & mellis boni, ſingulorum libram vnam. coquantur probè vt fiat ecligma:quo vtere.

Cap. XXXIX.

BECHICA antidotus ex ſtyrace. Squillam albam fermẽto obductam aſſato in calido cinere ad conſiſtentiam.amota ab igne,accipe medullæ eius vnciam vnam ſemis,ſtyracis puri vnciam ſemis, nucum pinearum vnciam vnam,tragacanthæ,hyſſopi ,glycyrrhizæ, iridis,calaminthæ,ſingulorum vnciam ſemis,mellis Attici quod ſatis eſt.datur manè & veſperi.

Cap. XL.

BECHICA antidotus ex ſquilla, ad arteriacos & non niſi recta ceruice ſpirantes.Squillam albam aſſato cum fermento in cinere calido ad conſiſtentiam : dein accipe eius medullæ partem vnam,eruinæ farinæ partes duas,ammoniaci thymiamatis,opopanacis, ſingulorum drachmas quatuor, iridis Illyricæ, ſummitatum abrotoni,ſingulorum drachm.duas,piperis ſiliquas viginti. Exceptis omnibus, finge paſtillos quorũ ſinguli pendeant drachmas duas.Dantur cum lacte caprino aut cum aqua.

Cap. XLI.

BECHICA antidotus ad aſthmaticos.Habet opopanacis drachmam vnã,piperis albi, myrrhæ, caſtorei, ſingulorum drachmas ſex. excipiuntur melle,& datur.

Cap. XLII.

BECHICA antidotus mirabilis. Squillæ crudæ albæ ſuccum exprime cum mellis Attici vnc.tribus. Decoque ad prunas vt fiat ecligma.datur ante & poſt cibũ myſtrum.

Cap. XLIII.

BECHICA antidotus ſummè conducens. eſt etiã ad aſthmaticos ab Archigene experta. Recipit centaurii magni radicis,& petroſelini, ſingulorum vncias ſex, ammoniaci thymiamatis vncias tres, ſulphuris ignem non experti,bituminis,cardamomi,radicis panacis, ſeminis vrticæ,iridis Illyricæ,ſingulorum vnc. duas,thuris,[a]myrrhæ,caſtorei,nitri, ſagapeni, abrotoni, polii, chamæpityos,ſaluiæ,ſingulorum vnciam vnam, piperis albi vncias duas.Hæc trita cum melle Attico ſufficiẽti miſceantur. Datur cum aquæ mulſæ calidæ cyathis quatuor, hoc eſt vnc.octo.Hæc aſſiduè pota,perfectè ſanat,ſinéque moleſtia efficax eſt ad morbos.

a Myrrhæ]Græcè eſt σμύρνης,etiam apud Aetium: vbi tamen Cornarius falſò zingiberis conuertit.

Cap. XLIIII.

BECHICA antidotus polychreſtos, ad aſthmaticos,difficilè ſpirantes, ex ſquilla. Squillam [a]albã fermẽto oblitam in furnum,vt quamoptimè aſſetur, coniicito:dein vbi molliſſima facta fuerit,abiice quæ in ſuperficie vſta ſunt : & acceptis interioribus eius tenuiſſimè tritis,adiice erui albi decorticati farinæ tantum quantũ duæ aſſatæ ſquillæ partes ponderant, ammoniaci thymiamatis,radicis panacis, ſingulorum vncias quatuor, iridis,abrotoni,acori,ſingulorum vncias duas.Nonnulli verò pro abrotono & acoro adiiciunt melanthii & calaminthæ montanæ,ſingulorum vncias duas,piperis ſiliquas viginti.His tritis & vnitis, effingantur orbiculi pondere ſeſquiobolares. Datur vnus aut duo cum cyathis tribus lactis aſinini,aut caprini recens mulcti, aut aquæ mulſæ.Pueris verò datur vnus tantùm orbiculus. Aluum igitur mouet moderata hæc menſura. ſi verò plus dederis[b]vrinam etiam ſæpe ciet. Continuas acceſſiones diſſoluit data,comitialem ſanat, [c]vteri ſuffocationes,& lumborum, languidos dolores, debiles & per circuitum repetentes febres. Mẽſes mulierum ducit ob craſſos humores ſuppreſſos,ad quos cõſequuntur vertigines,vocis interceptio,contractiones,articulorũ dolores, [d]pigrities,& difficiles ſpirationes.Statim enim ſi ex hoc medicamento bibatur,ſanguis allicitur,& cõfeſtim omnibus moleſtantibus malis liberat. Ne itaque huius medicamenti vtilitatem contemnas.

a Albam]Aetius lib.8.cap.57.non λευκὴν,vt Nicolaus,ſed πυῤῥὰν, hoc eſt fuluam legit. b Vrinam etiam &c].Nicolai codex non rectè legit καὶ οὖσιν ὑπολλάκις ποιεῖ,pro οὔρησιν,vt ſatis ex Aetio liquet,qui habet οὔρησιν. c Vteri ſuffocationes]Manuſcriptus codex habet ſimpliciter πνιγμούς.Sed Aetio atteſtante,adiiciendum erit ὑστερικούς.is enim legit πνίγας ὑστερικάς. d Pigrities]Tam Aetius quàm Nicolaus legunt ὄκνοι .Cornarius autem ineptè ad articulos referens, conuertit articulorum lentores.Sed ſunt eius hominis innumera alia in Aetii cõuerſione errata,etiam ab Oroſcio non animaduerſa, aut ſtudio prætermiſſa.

Cap. XLV.

BECHICA antidotus ad eos qui non niſi recta ceruice ſpirant,nephriticos,& ſtillicidio vrinæ laborantes, dicta ex coſto.Capit piperis albi & communis, petroſelini Macedonici,ſingulorum drachmas tres,coſti,ſeminis fœniculi,aniſi,calaminthæ, pyrethri, ſeminis apii, ſpicæ nardi,ſtyracis,ſingulorum drachmam vnã, mellis Attici quod ſatis eſt,& vini boni.

Cap. XLVI.

BECHICA antidotus, ad aſthmaticos.Habet polii,abrotoni,caſtorei,chamæpityos,ammoniaci thymiamatis,ſingulorum drachmas ſedecim,mellis Attici quãtum ſufficit.. Datur[a]dimidiæ fabæ quantitate.

a Dimidiæ fabæ]Aetius habet κυάμου ἶσον,hoc eſt fabæ æquã portionem dato.

Cap. XLVII.

BECHICA antidotus ex pipere albo. Recipit [a]aphonitri drachmas nouem,piperis albi,ſilphii,ſingulorum drachmam ſemis. Datur cochleare vnum cum aqua calida.

a Aphonitri]Nicolaus hîc & ferè ſemper aliàs ſcribit ἀφονίτρου quum tamẽ Aetius,vti ſuprà,legat ἀφρονίτρου:vt hinc palàm omnibus fiat, Aphonitrum non differre ab Aphronitro,quod alibi copioſiùs demonſtrauimus.

Cap. XLVIII.

BECHICA antidotus ex caſtoreo. Accipit caſtorei,ammoniaci thymiamatis, ſingulorum vnciam ſemis,piperis ſiliquas quinque. Excipiens peſſo, dato fabæ quantitatem cum aqua mulſa.

Cap. XLIX.

BECHICA antidotus ex myrrha.Capit piperis cõmunis,myrrhæ,petroſelini,helenii,libyſtici, ſingulorũ drach. tres,mellis Attici quod ſatis eſt. Datur cochlearium vnum.

Cap. L.

BECHICA antidotus ex caſtoreo. Habet abrotoni drachmas duas, radicis bryoniæ drachmas octo, comæ bryoniæ drachmas quatuor,rutæ ſatiuæ drachmas octo,caſtorei drachmas quatuor,artemiſiæ, epithymi, ammoniaci thymiamatis,ſing.dr. quatuor.Datur ex ea ſcrupulus vnus & dimidius,cũ oxymelitis cyatho vno.

Cap. LI.

BECHICA antidotus Andromachi, ad aſthmaticos,& difficilè ſpirantes,admodũ nobilis.Recipit ſquillæ aſſatæ medullã quamoptimè aſſam , ſulphuris ignẽ non experti,bituminis,ſingulorum ſcrupulum vnum. Datur cum oxymelite.

Cap. LII.

BECHICA antidotus ex ſulphure ignem non experto. Accipit ſulphuris ignem non experti drachmam vnam,ammoniaci thymiamatis,melanthii,caſtorei,ſingulorum drachmas duas,aniſi obolum vnum . Terãtur hæc & fingantur paſtilli,quorum ſinguli pendeant obolos tres cum aqua. Dantur dormituris cum aquæ [a] calidæ cyathis duobus.

a Calidæ]Nicolaus ſimpliciter habet μεθ' ὕδατος , ſed Aetius addit θερμῶ.

Cap. LIII.

BECHICA antidotus Philagrii ad aſthmaticos,ex cẽtaureo. Capit radicis ſymphyti petræi,centaurei magni radicis,iridis Illyricæ,ſingulorum vnciam vnam,aquæ ſextarium ſemis . Radices contuſas biduum in aqua macerato,deinde coquito ad tertias , & per colum traiicito. Adiice mellis parem decocto quantitatem , & decoquito vſque ad cõſiſtentiam.Dein rhei Pontici tuſi & cribrati vnciam vnam inſperge,& vnito . Dantur prima hora [a] diei cochlear.duo.Si verò deſtitueris rheo, adiice pro eo centaurii magni vnciam ſemis, [b] vel radicis ſymphyti vnciam ſemis. Hoc medicamẽtum robur pulmoni & thoraci præbet, [c] ſimúlque humores ad eũ delatos repurgat,exiccat, & [d] repellit.

a Diei]Nicolai codex ſimpliciter habet περὶ πρώτην ὥραν:ſed Aetiꝰ adiicit τ ἡμέρας. b Radicis ſymphyti]Nicolaus habet συμφύτȣ ῥίζης, ſed non rectè.Legendum enim,Aetio ſuffragante,ἢ συμφύτȣ , &c . Atque ex hoc loco euidentiſſimum fit,veterum rheum nullam habuiſſe purgandi facultatem,quum eius ſuccidanea ſint tum centaurei magni tum ſymphyti radix,quorum neutrum ne minimam quidem purgandi vim obtinere manifeſtius eſt quàm vt demõſtratione aliqua egeat, c Simúlque]Manuſcriptus codex legit ἐν τῷ ,perperam : ſcribendũ enim erat,Aetio monente,σὺν τῷ. d Repellit]Græcè eſt ἀποκρίνεσθαι. vt mirum ſit Cornarium tantum,ſi diis placet, leonem conuertiſſe in Aetio expellit.Qui enim medicinæ periti ſunt,ſciunt quantum differãt repellere & expellere.Repelluntur non rarò, quæ tamen è corpore nõ vacuantur: expelluntur autem ea tantùm quæ vacuantur.

Cap. LIIII.

BECHICA antidotus ex fœnogræco , ad eos qui defluxione laborant,tuſſientes,& non niſi recta ceruice ſpirantes.repurgat etiam thoracem . Accipe fœnigræci puri vncias tres , & probè in aqua pluuiali decoquito, pérque colum tranſfuſam aquam effunde: & rurſus aliã affunde,& coquito vt prius:iterúmque effunde , & aliã affunde,coquito ſimiliter. atque poſtquam in tertia aqua decoctum probè fuerit,colato, accipitóq; ab eo decocto libras duas,& adiice mellis boni deſpumati vnc. ſex,atque ad lentum ignem decoquito,donec ad mellis conſiſtentiam veniat.Tandem adiice butyri boni recẽtis cochlearium ſemis,terebinthinæ ſcrupulum vnum ſemis:vnito & ſubigito bene ad conſiſtentiam . Datur cochlearium vnum.

Cap. LV.

BECHICA antidotus ex lini ſemine, vtilis ad vocẽ abſciſſam,tuſſientes,& deſtillatione laborantes.Recipit ſeminis lini torrefacti drachmas duas, vuarum pinguiũ ſine acinis,nucum pinearum,ſingulorum drachm.tres, glycyrrhizæ drachmam vnam ſemis , carnium pinguiũ palmularum vnciam vnam, tragacãthæ drachmam vnam,ſeminis vrticæ drachmam ſemis grana ſeptem,penidiorũ hexagia quatuor ſemis, mellis Attici & ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. LVI.

BECHICA antidotus,data ſanguinem ſpuẽtibus, prodeſt.Succum menthæ,ſuccum polygoni,cum corallio rubro dato ex vino.aut menthæ ſuccum cum vino myrtite dato bibendum ieiuno diebus tribus : & ſanabitur.

INDEX GLANDIVM, ET MEDICAMENtorum quæ vmbilico imponuntur.

Glans, hoc eſt ſuppoſitoriũ,bilem & pituitam deducẽs, Cap. I.
Glans,ſeu ſuppoſitorium,ventrem ſubducens, Cap. II.
Glans, ventris ſubductiua, Cap. III.
Glans admodum bona, Cap. IIII.
Glans ad dyſentericos, Cap. V.
Glans aluum ſubducens, Cap. VI.
Glans ad dyſentericos, Cap. VII.
Glans alia ad dyſentericos, Cap. VIII.
Glans ad eos qui dyſenteria correpti ſunt , Cap. IX.
Glans ad dyſentericos diuites, Cap. X.
Glans ad eos qui dyſenteria laborant, Cap. XI.
Glans ad dyſentericos, Cap. XII.
Hirudines deuoratæ , & ſerpentes,vt eiiciendæ, Cap. XIII.
Glans ad aluum adſtrictam, Cap. XIIII.
Glans aluum deiiciens, Cap. XV.
Glans valde bona, Cap. XVI.
Glans purgatoria, Cap. XVII.
Glãs ad dyſẽtericos & ani dolores bona, Cap. XVIII.
Glans ad dyſentericos, Cap. XIX.
Medicamentum quod vmbilico imponitur,aluum mouens, expertum, Cap. XX.
Epomphalion bene admodũ purgans, Cap. XXI.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De Glandibus & Epomphaliis.

Sectio ſexta.

Cap. I. A

GLANS, ſeu[a] ſuppoſitorium bilem & pituitam ſubducens. Recipit ellebori nigri drachmas duas, aloes flauæ drachmam vnam, muſcerdarum drachmas tres. Excipiantur melle cocto, & vſurpentur.

a Suppoſitorium] Nicolaus habet ἡ ὑπόθετον. Quam vocem nos barbara & vulgò medicorum vſitata, quòd pulchre Græcæ quadraret, dictione exprimere coacti ſumus. Quod monere voluimus, ne quis ſponte hanc nos vſurpaſſe dictionem exiſtimaret.

Cap. II. B

G L A N S ventrem ſubducens. Accipit ſeminis rutæ ſylueſtris, agarici, ſingulorum drachmas tres, cumini aridi, turpeti, ſingulorum drachmam vnam ſemis, dacrydii drachmam ſemis, ſalis foſſilis hexagium vnum. Excipiantur melle cocto.

Cap. III.

G L A N S aluum deducẽs. Capit ſucci cyclamini vnciam vnam, foſſilis ſalis hexagium vnum, mellis cocti quod ſatis eſt.

Cap. IIII. C

G L A N S valde bona. Habet colocynthidis medullæ hexagia tria, polypodii recentis repurgati hexagia tria, fellis taurini drachmam vnam, mellis cocti quantũ ſufficit.

Cap. V.

G L A N S ad dyſentericos. Recipit opii, myrrhæ, caſtorei, croci, thuris, hypociſthidis, ſingulorum drach. ſex, ſtyracis drachmas tres, excipiantur vino & melle cocto.

Cap. VI. D

G L A N S aluum mouens. Accipit ſucci cyclamini, ſalis foſſilis, & mellis quod ſatis eſt.

Cap. VII.

G L A N S ad dyſentericos vtilis. Capit opii, croci, ſingulorum drachmam vnam, myrrhæ drachmas duas, acaciæ drachmas ſex. Excepta lacte caprino coquãtur ad conſiſtentiam.

Cap. VIII.

G L A N S ad eos qui laborant dyſenteria. Habet croci, opii, myrrhæ, caſtorei, lycii, thuris, ſingulorum vnc. vnam. Excipe vino adſtringente, & vtere. E

Cap. IX.

G L A N S ad eos qui ſunt correpti dyſenteria. Recipit opii, croci, aluminis ſciſſilis, myrrhæ, ſingulorũ vnciam ſemis, vini odorati veteris adſtringentis quod ſatis eſt. Sit autem glans quæ ſupponitur, pondere vnciæ vnius. Eſt præclariſſima.

Cap. X.

G L A N S ad dyſentericos & diuites. Opobalſamum excipe tomento lanæ puræ: impone & miraberis. F

Cap. XI.

G L A N S ad dyſentericos. Capit myrrhæ, thuris, croci, maſtiches, ſingulorum drachmam vnam. Excipe cum luteo oui, & ſoli exponito, ac vtere.

Cap. XII.

G L A N S ad dyſentericos. Habet opii, myrrhæ, croci, ſanguinis draconis, boli Armenii, Lemnii ſigilli, maſtiches, ſingulorum drachmã vnam, ſucci hypociſthidis, quinqueneruiæ quod ſufficit.

Cap. XIII. G

HIRVDINES deuoratæ, & ſerpentes, quomodo eiiciendæ. Oleum ex immaturis oliuis expreſſum potato. Similiter acetum & butyrum recens miſce, dein ferueſacito cum ferro ignito, extinguendo ferrum in lacte caprino, & aceto, donec probè interbuerint, & bene diluta bibenda dato. Similiter [a] muriam dato cum oleo potandam: eſt enim vtilis.

A a Muriam] Nicolaus habet ἀλμὴν δαεί. Non eſt autẽ dubium quin δαεί dictio ſit integra. Quare quum diuinare nequeamus quomodo legendum ſit, ſimpliciter muriam conuertimus, quòd ea etiam hirudines expelli, Paulus lib. 5. cap. 37. tradat.

Cap. XIIII.

G L A N S ad aluum adſtrictam. Alumen humidum melle ſubactum decoque quoad [a] firma fiant, & ex iis inunge ſedem internam, aut adiice vt glandem, iis ſtupam puram imbuens. Facilè quidem multa ſtercora arida educet. Parum autem dolent qui ea vtuntur glãde.

B a Firma] Nicolaus habet ἄχρις ἂν κῦρα γένηται. Sed legendum fortaſſis ἄνικμα, id eſt humiditate carentia ſeu deſtituta: vel certè ξηρὰ hoc eſt ſicca.

Cap. XV.

G L A N S aluum ſubducens. Mercurialis viridis trita, & in glãdis ſiccæ formam redacta & appoſita, probè operatur.

Cap. XVI.

G L A N S admodum bona. Accipit ſaponis Italici, elaterii, mellis, ſalis foſſilis, ſalis communis, cumini, agarici, medullæ colocynthidis, ſingulorum drachmam vnam, mellis quod ſatis eſt. Finge glandes quatuor digitorum longitudinem æquantes, & vtere.

Cap. XVII.

G L A N S purgatoria. Capit comæ abſinthii, nitri, ſingulorum vncias quatuor, elaterii vnciam vnam. Excipe melle cocto, & finge glandes, ſubiice ac locis prius fomentatis, vmbilico impone butyrum faſciáque conſtrictum ligato.

Cap. XVIII.

G L A N S ad dyſentericos & ſedis dolores bona. Habet terræ aſteris, amyli, ſingulorum vnciam vnã ſemis, croci vnciam vnam, acaciæ, tragacanthæ, ſingulorum vnciam vnam ſemis, caſtorei, thuris, lycii, ſingulorum hexagium vnum ſemis. In calidioribus verò temperamentis adiice opii hexagium vnum ſemis, ſucci pſyllii hexagium vnum, maſtiches hexagium vnum. Excipe & finge.

Cap. XIX.

G L A N S ad dyſentericos. Recipit opii, myrrhæ, ſanguinis draconis, boli Armenii, maſtiches, thuris, ſumach, croci, caſtorei, ſingulorum hexagium ſemis. Excipe cum ſucco quinqueneruiæ & polygoni, ac vtere.

Cap. XX.

E P O M P H A L I O N, hoc eſt vmbilicare, ſeu medicamentum vmbilico imponendum, expertum, aluum ſubducens. Accipit cyclamini drachmas quatuor, nitri, drach. tres, ellebori nigri & albi, ſingulorum drachmas duas, colocynthidis drachmas quatuor, ſcammoniæ dr. duas, ſucci elaterii drach. quatuor, grani Cnidii drach. quatuor, caricarum pinguium vncias duas. Excipe cum felle taurino.

Cap. XXI.

E P O M P H A L I O N purgans, admodum bonum. Capit ſtaphidis agriæ, fellis taurini, amygdalarum amararum, ammoniaci, [a] cocci Cnidii, ariſtolochiæ rotundæ, nitri, ſingulorum vnciam ſemis, ellebori nigri vnc. ſemis, colocynthidis vnciam vnã, ceræ vnc. octo. Amygdalas & coccum Cnidium tere cum ammoniaco & oleo irino. Fel autẽ & alia liquabilia iniice: quæ ſicca ſunt inſperge. Imo autem ventri vniuerſum impone & alligato: purgat enim valde. Mulieribus verò ſuper lumbos pone: ſi enim ventri appoſitum fuerit, fœtus excutit, & menſes mouet.

a Cocci Cnidii] Nicolaus habet κρόκου κνίδης σπέρματος: ſed eſſe hanc lectionem deprauatam, præcedẽtia & ſequentia manifeſtè euincunt. In præcedente enim glande, etiam legitur κόκκου κνίδης: quãquã κνίδου ſcribẽdũ foret. & in hac glãde ſtatim ſubiicit, τὰ ἀμύγδαλα, καὶ τὸν κόκκον κνίδου λεία. Vt & hoc in loco κρόκου κνίδης, pro κόκκου κνίδου ſcriptum eſſe ſit manifeſtiſſimum.

Mulier ſi non purgatur, Cap. I.
Mulier non concipiens vt concipiat, etiamſi fuerit ſterilis, Cap. II.
Mulier haud concipiens vt concipiat, Cap. III.
Mulier non concipiens vt concipiat, etiamſi fuerit ſterilis, Cap. IIII.
Mulieri vt euocandi menſes celeriter, Cap. V.
Mulieri menſtrua vt citò ferantur, Cap. VI.
Mulieri ſi barbata ſit, vt capilli ſpontè cadant, Cap. VII.
Ligua reſoluta,& palatum febricitans,vt curanda, Cap. VIII.
Mulieri vt menſes celeriter decurrant, Cap. IX.
Ad linguam reſolutam,& apoplecticos gargariſmus, Cap. X.
Vt mulier nō concipiat,& ſterilis fiat, Cap. XI.
Mulierem quomodo ſterilem & ad conceptum inhabilem facias, Cap. XII.
Mulier vt à viro non ſecedat, Cap. XIII.
Mulierem à viro ſtupratam rurſus vt virginem facias, Cap. XIIII.
Mulier à viro polluta,rurſus vt virgo fiat,Cap. XV.
Mulieri vt confiteatur à quot viris ſtuprata ſit, Cap. XVI.
Linguæ aſperitas vt læuiganda, Cap. XVII.
Lingua aſpera & ſaliuam emittens, vt ſananda, Cap. XVIII.
Lingua reſoluta vt emendanda, Cap. XIX.
Ventris profluuium vt ſiſtendum, Cap. XX.
Mulieri vt lac auertatur, Cap. XXI.
Mulieri lac ſiſtens,vt præcedens, Cap. XXII.
Mulieri mamma ſi infletur, Cap. XXIII.
Mulier ſi parturiens parere nequeat, Cap. XXIIII.
Mulieri ſi à partu inflatas mammas habuerit, Cap. XXV.
Mulier ſi vinum non bibat, Cap. XXVI.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De muliebribus,& linguæ malis.

Sectio ſeptima.

Cap. I.

MVLIER ſi parciùs purgatur. Recipe pulegii tuſi,& cribro tranſmiſſi vnc. ſemis. Da bibendum ex poſca.

Cap. II.

MVLIER non concipiens,vt concipiat, etiamſi ſterilis ſit. Herbam dracũculi decoquito quater aut quinquies,&[a] vbi abſolueris,condito [b]œnogaro,oleo & ouis cum ſaluia trita quantum ſatis eſt. Datur ieiunæ vt comedat. Potu & cibo abſtineat pluribus horis, cõcũbátq; cũ marito: concipiet enim ſtatim. A cibo autem vſque ad tertiũ diem mulier ſe nõ lauet. Eſt expertum medicamentum.

a Vbi abſolueris]Nicolaus habet καὶ ποιήσας πατέλιν. Sed pro πατέλιν cenſeo legendum παντελῶς. b Oenogaro]Manuſcriptus codex legit οἰνογάρῳ. Oenogari autem confectionem habet Apicius Cælius de obſoniis & condimentis libro primo, capite tricesimo primo.

Cap. III.

MVLIER haud concipiens,vt concipiat. Vuluam leporis vſtam & tritam bibendam mulieri præbeto cũ vino. Mulier autem prius lauet,& ab egreſſu balnei da bibendam.

Cap. IIII.

MVLIER non concipens vt concipiat,quanquam ſterilis eſt. Satyrium herba aſſiduè trita,& cum vino pota. Aliud. Semen vuæ ſylueſtris cum dulci vino potum. Aliud. Semen erucæ cum dulci vino tritum, & potum. Si verò mulier marem vult concipere, mercurialis maris folia & germina ieiuni comedat tam vir quàm mulier,& deinceps vinum bibant.

Cap. V.

MVLIERI vt menſes ſtatim educantur. Cape erigerontis herbæ folia probè contuſa, [a]redige ad olerum contuſorum formam cum cõdimentis adurentibus: & vbi probè aſſata fuerint, da comedenda, & pòſt præbe bibendum vinum conditum.

a Olerum contuſorum]Codex Nicolai legit λαχανόπιστα, ſed cenſeo ſcribendum eſſe λάχανα κνιστὰ, vt eſt apud Athenæum. Sic autẽ vocantur olera contuſa, Phauorino etiam teſte.

Cap. VI.

MVLIERI vt menſtrua ſtatim promanent. Recipe folia tenera Mauromarſi,quod à latinis marrubium vocatur, contunde ea,& accepto ſucco adiice etiam [a]aquam ſanctarum apparitionum Dei, & ſacchari quod ſatis eſt. Subacta da ieiunæ bibenda diebus ſeptem.

A

a Aquam ſanctarum apparationum Dei]Græcè eſt ἁγίων θεοφανιῶν. Intelligit aquam haud dubiè baptiſmatis,quòd ſcilicet in baptiſmatis adminiſtratione pater,filius,& ſpiritus ſanctus præſentes ſint. Aut quòd in Chriſti baptiſmo,pater & ſpiritus ſanctus luculenter apparuerint. Eſt autem medicamentum ſuperſtitione (à qua Chriſtiani animus abhorrere debet) contaminatum, vt alia multa in Nicolao. Durauit autem is mos ad noſtra vſque tempora: nam ſunt hodie etiã qui ſacri baptiſmatis aqua, non ſine maxima ſuperſtitione, ad medicamentorum miſturas abutantur.

Cap. VII.

MVLIERI barbatæ vt pili ſua ſpontè defluant. Accipe buphthalmum ſylueſtrem, ſtercus caprinum,& nitrum. Hæc trita & aqua irrigata excipe, ac inũge.& paulo pòſt in balneo ablue. Ingreſſa verò balneũ, in eo moretur. Vbi egredietur, pilos euulſos reperies: nec ampli[9] creſcent.

B

Cap. VIII.

LINGVA reſoluta,& palatum febricitans, vt curanda. Glaucium in cote cum aqua læuigatum inunge,& confeſtim os ſanabis.

Cap. IX.

C

MVLIERI vt euocentur menſes & concipiat, etiãſi ſterilis fuerit. Habet ſatyrii aut ſeminis eius vnc. quatuor, mellis Attici vnc. tres, veſiculæ fellis capreæ quãtum humidi obtinet. His cõmixtis fac peſſum, & ſubiice in ſinum eius. Primùm materiam vteri purgat, ſi diebus quinque quotidie linamẽtum permutetur. poſtea cum viro concumbat, & confeſtim concipiet. Hoc quidem experientia comprobatum eſt.

Cap. X.

AD linguam reſolutam,& apoplecticos gargariſmus vtilis. Sinapi, caricas, & hyſſopum feruefacito. Dabis

D

autem deuorandum etiam caſtoreum,& opopanacem, & chamædryos decoctum.

Cap. XI.

MVLIER vt non concipiat, ac ſterilis fiat. Semen cypariſſi cum aqua poſt purgationem eius potum. caſtoreum cum ſordibus auriculæ mulæ ex aqua potum. leucæ folia & fructus ex aqua luna deficiẽte pota. [a]myricæ flos cum aqua potus luna deficiente.

a Myricæ]Manuſcriptus codex legit μύριγδα, ſed perperã, mea quidem ſententia: ſcribendum enim fuit μυρίκης.

E

Cap. XII.

MVLIEREM vt ad concipiẽdum inhabilẽ & ſterilem reddas. [a] Thelypterion potum luna deficiente à purgatione [b]puerperii. Myricæ folia & flores & fructus in aqua decocta, pota poſt purgationẽ luna deficiente.

a Thelypterion] Manuſcriptus codex falſò legit χιθοπτέριον pro θηλυπτέριον. Eſt autem θυληπτέριον, ſiue θυληπτερὶς, filix fœmina, quã Dioſcorides etiam ſterilitatem efficere teſtatur. b Puerperii] Codex Nicolai habet ἐξαφαίδρυ perperam, pro ἀφέδρυ. Niſi quis malit legere ἐξαίφνης, id eſt confeſtim à purgatione.

Cap. XIII.

MVLIER vt non ſecedat à viro. Iecur hirũdinis vſtum bibendum clàm præbe ex vino, & non amplius de alio cogitabit viro.

Cap. XIIII.

MVLIEREM à viro ſtupratam, rurſus vt virginẽ facias. Eadem hora qua rem habebit vir cum muliere, ſolano accepto idipſum cum oleo ablue, & adhibe initio pudendi mulieris. Deinde recipe gallarum immaturarum, cyperi, caſiæ, roſarum albarum, piperis albi, & ſeminis vrticæ, ſingulorũ hexagium vnum. Omnia probè trita, & per cribrum tranſmiſſa, priùs abluto pudendo, deſuper vt farinam inſperge.

Cap. XV.

MVLIEREM pollutam, rurſus vt virginẽ facias. Semen herbæ oxylapathi tritum in vteri ſinum imponito. Similiter gallam in aceto maceratam & exiccatã tere in pollinem, & abluatur ſinus, ac ſubinde inſpergatur deſuper pollen.

Cap. XVI.

MVLIER vt confiteatur à quot viris ſit ſtuprata. Ammoniacum iniice in lychnum recentem & ſordibus carentem, inunge ellychnium totum ammoniaco: ac dum itura eſt cubitum, capiti eius impone: & vbi dormierit, incipe hanc interrogare, & cõfitebitur tibi.

Cap. XVII.

LINGVÆ aſperitas vt læuiganda. Linguam læuigato mentha tuſa & contrita. Similiter valet lini ſemen tritum molli incluſum linteo, & melle calefacto irrigatum. Vbi autem lingua ſatis maduerit, caricarum decocto abluenda. Pariter ſucco menthæ cum roſaceo oleo & chamæmelino illinenda, & decocto eiuſdem lingua abluenda.

Cap. XVIII.

LINGVAM aſperam ſaliua redundantem vt ſanare oporteat. Coriandri ſemen læuigatum cum vino inunge, & ablue. Saliua verò multa exiſtente, gallam tritã cum ſolano & aceto ad colluendam linguam adhibe.

Cap. XIX.

LINGVA reſoluta vt emendanda. Aphonitrum cum pane mixtum ex æquo, & vehementer commanducatum: expertum eſt.

Cap. XX.

AD profluuium ventris ſiſtendum, probatum. Iecur hircinum cum vino auſtero coquito, & da bibendum cyathum vnum, & confeſtim ſiſtet.

Cap. XXI.

LAC muliebre ita auertes. Fabæ farinam, fœnigræ-

A ci farinam miſceto cum oleo communi & aqua, & vt emplaſtrum deſuper impone.

Cap. XXII.

LAC muliebre ſiſtens, vt præcedens. Recipe cumini, rutæ, ſeminis agni, ſingulorum drachmas duas. Contuſa dantur bibenda cum aqua. Comedat autem poſtea lentem.

Cap. XXIII.

B MVLIERI vbi mammæ inflantur. Accipe [a] ſpongiam mollem aceto imbutam, impone crebró. Aut lini ſemen cum aceto tritum & illitum. Si verò inflatio in illis eſt impacta, accipe farinam fabarum, & melilotũ, tunde, & commiſce cum oleo ſeſami, & aqua tepida, atque inunge. Si verò contrà inflatio feruet, accipe pſyllii ſemen mixtum cum droſato [b] liquiritiæ, & aqua: concute vtraque donec efficiatur ſpuma, quam accipe & inũge. Aliud. Cancros fluuiales viuos cõtũde, & fac emplaſtrum quod imponatur. Similiter terræ inteſtina cõ tundens, finge emplaſtrum, & deſuper imponito. A-
C liud. Lithargyrum ſolue cum roſaceo oleo, & inunge. Aliud. Cuminum validè cõtuſum melli & aceto miſcens inunge. Si verò inflatio concocta fuerit, accipe micam panis imbutam aqua ſolani, & roſaceo oleo, ac impone. Sin verò eſt [c] excreta inflatio, recipe cuminum tuſum cum aqua apii, aut cum roſaceo oleo inunge.

a Spongiam mollem] Nicolai codex legit πάνιον σοῦ πόσον. quid verò iis verbis velit, nemo intelligit. Ideo ex Paulo legendum potiùs eſſe coniicimus σπόγγον ἁπαλόν. Niſi πάνιον vocet panem, vt ſuprà fecit: & tum conuertendum panem cum aceto, &c. b. Liquiritiæ] Nicolaus legit τὸν τζικητζιπήν. Verùm barbaram eſſe vocem nemo nõ
D animaduertit. Quid verò ſignificet diuinare nequeo, niſi droſatum ſeu ſerapium ex liquiritia barbarè vocata intelligat. Eſt quidem hoc caput mirificè multis in locis deprauatum, quod vtcunque potuimus, aliqua (ſi nõ integrum) ex parte ſaltem emendauimus. c Excretum] Manuſcriptus codex falſò habet, πρήσμα κρίον pro κριτόν. Et πρήσμα vſurpat pro inflatione. Nam πρήσαντος Phauorinus interpretatur φυσῶντος, & πρῆσιν, ἐφύσησε.

Cap. XXIIII.

MVLIER quæ è partu laborat, & párere non poteſt. Hyoſcyami radicem ſiniſtro femori alligato, &
E pariet, & purgabitur. [a] Aufer, neque relinquas.

a Aufer, &c.] In codice Nicolai legitur ἆρον μὴ δὲ τὰ ἐγκαταρίψη. Sed puto lectionem hanc non eſſe legitimam, & ſcribendum potiùs, ἆρον, μηδὲ ἐγκαταλίψη. Vt ſit ſenſus, hyoſcyami radicem eſſe tollendam, & non diu femori alligatam relinquendam. Vtinam autem è meliore codice hic, & alii multi loci rectiſſimè aliquando ab aliis reſtituantur. Nobis certè, qui vnicum habuimus codicem, & hunc quidem deprauatiſſimum, non licuit niſi cõiecturis, quæ ſæpe fallere poſſunt, vti.

Cap. XXV.

MVLIERI ſi mammæ inflentur à partu. Suillum ſtercus cum aqua tritum inunge.

Cap. XXVI.

F MVLIER ſi vinum non bibat. Florem calami cum vino albo bibendum præbe, & vinum bibet.

INDEX DROSATΩN, ſeu ſerapiorum.

Droſaton ſerapiúmve ad tuſſientes vtile, & ad eos qui deſtillatione à calore laborant, Cap. I.
Droſaton ad tuſſientes,& eos qui abſceſſu laborant, Cap. II.
Droſaton ad articulorum dolores,& omnem affectum à defluxione natum, Cap. III.
Droſaton ad eos qui malo habitu laborant, iecinoroſos,lienoſos,& vitioſo colore præditos, Cap. IIII.
Droſaton ad iecoris obſtructionem & duritiem, atque lienoſos, Cap. V.
Droſaton ad tuſſientes,& deſtillatione correptos, Cap. VI.
Droſaton ad tuſſientes, Cap. VII.
Droſaton ad tuſſientes,& eos qui abſceſſu laborant, Cap. VIII.
Droſaton tabidis vtile,lienoſis, & peripneumonicis, Cap. IX.
Droſaton ad continuas & ardentes febres, Cap. X.
Droſaton cœliacum, admodum vtile, Cap. XI.
Droſaton ad iecinoroſos,lienoſos, ſtomachicos, hydropicos,& cholericos, Cap. XII.
Droſaton ad melancholicos,alióſq; morbos, è fumaria, Cap. XIII.
Droſaton ad lienoſos, iecinoroſos, hydropicos,& inflatos, Cap. XIIII.
Droſaton ad hydropicos,lienoſos, iecinoroſos,& calculoſos, Cap. XV.
Droſaton iecinoroſum,& ventrem emolliens, Cap. XVI.
Droſaton ad cœliacos, & dyſentericos, Cap. XVII.
Droſaton ad continuas & ardentes febres, Cap. XVIII.
Droſaton ad quartanas, Cap. XIX.
Droſaton ad tuſſientes propter frigiditatem, & deſtillatione laborantes, Cap. XX.
Droſaton ad tuſſientes,febricitãtes à calore & ſiccitate, Cap. XXI.
Droſaton ad tuſſientes, & deſtillatione laborantes, nec potentes rectè expuere, Cap. XXII.
Droſaton ad ſuppuratos, & eos qui abſceſſu laborant, Cap. XXIII.
Droſatõ ad ſuppuratos,abſceſſu correptos, & tuſſientes, Cap. XXIIII.
Droſaton ad ſuppuratos, tuſſientes, & tabidos, Cap. XXV.
Droſaton ad tabidos,& eos qui abſceſſu laborant, Cap. XXVI.
Droſaton ad pleuriticos,& tuſſientes, Cap. XXVII.
Droſaton ad cardiacos,& defectione animi laborantes, Cap. XXVIII.
Droſaton ad cardiacos, & nephriticos, Cap. XXIX.
Droſaton ad lumbricos,valde vtile, Cap. XXX.
Droſaton ad dyſentericos, & cœliacos, Cap. XXXI.
Droſaton ad eos qui calido ſunt temperamento.Reſtinguit etiam ſitim, Cap. XXXII.
Droſaton ad calida temperamenta, & iecoris ac ſtomachi calidos affectus, Cap. XXXIII.
Droſaton ad eos qui calido ſunt temperamento.Reſtinguit quoque ſitim, Cap. XXXIIII.
Droſaton ad pleuriticos, peripneumonicos, deſtillatione laborantes,& calido temperamento præditos, Cap. XXXV.
Droſaton ad dyſentericos, cœliacos, & imbecillitatem ſtomachi, Cap. XXXVI.
Droſaton lingua Latina dictum compoſitum, Cap. XXXVII.
Droſaton ad febres continuas,& ardentes, duplices tertianas,& quotidianas continuas, Cap. XXXVIII.
Droſaton ad abſceſſus in renibus,veſica,& vrinariis partibus, Cap. XXXIX.
Droſaton ad colicos,nephriticos,inflatos,& lienoſos, Cap. XL.
Droſaton ad febres continuas & ardentes, nominatáſque lipyrias,& typhodes, Cap. XLI.
Droſaton ad tuſſientes & ſuppuratos, Cap. XLII.
Droſaton ad tuſſientes,ſuppuratos,deſtillatione laborãtes ex acribus humoribus, Cap. XLIII.
Droſaton purgatorium ad continuas febres, hecticas,& mala corporis ex defluxione nata, Cap. XLIIII.
Droſaton ad ſtillicidium & difficultatem vrinæ, ac calculoſos, Cap. XLV.
Droſaton compoſitum,admodum bonum purgatoriũ, Cap. XLVI.
Droſaton ſquilliticum ad omnis generis morbos, Cap. XLVII.
Droſaton ad lumbricos in ſtomacho & inteſtinis detẽtos, Cap. XLVIII.
Droſaton ad ſtillicidium & difficultatem vrinæ, Cap. XLIX.
Droſaton ad difficultatem vrinæ valde bonum, Cap. L.
Droſaton ad ſtillicidium,& difficultatem vrinæ, Cap. LI.
Droſaton ad eadem mala, Cap. LII.
Droſaton ad eos qui abſceſſu laborant,& tuſſiunt, Cap. LIII.
Droſaton ad pleuriticos, & tuſſientes, Cap. LIIII.
Droſaton ad continuas febres, & tertianas, Cap. LV.
Droſaton ad choleram,diarrhœan, lieteriam,cruentam dyſenteriam,& teneſmum, Cap. LVI.
Droſaton ad quotidianas, ſitimque inferentes febres, & ad omnem febrem cum rigore inuadentem, Cap. LVII.
Droſaton ad tuſſientes,& pleuriticos, Cap. LVIII.
Droſaton ad pleuriticos, diſtenſiones neruorum, brachiorum,femorum, & interfeminei, à craſſis & lentis humoribus ortas, Cap. LIX.
Droſaton ad carnis diſſolutionem, imbecillitatem corporis,ſuppuratos, tuſſientes,& eos qui abſceſſu laborant, Cap. LX.
Droſaton ad calorem corporis, iecoris, cordis, & omnẽ animi defectionem à calore natam, Cap. LXI.
Droſaton purgatorium,& ventrem emolliens,podagricis,arthriticis,& neruorum affectibus vtile, Cap. LXII.
Droſaton ad eos qui malo habitu corporis laborant, ſtomachicos,lienoſos,vniuerſas viſcerũ obſtructiones, Cap. LXIII.
Droſaton purgatorium è rheo barbaro, Cap. LXIIII.
Droſaton ex ſena purgatorium, Cap. LXV.
Droſaton ad eos qui quotidiana febre correpti ſunt, & hemitritæo laborant, Cap. LXVI.
Droſaton acetoſum compoſitum, Cap. LXVII.
Droſaton ad tertianarios,& continuas febres, Cap. LXVIII.
Droſaton ad iecoris & lienis obſtructionem, Cap. LXIX.
Droſatõ ad omnimodam lienis & iecoris obſtructionẽ, malóque colore infectos, Cap. LXX.
Droſaton purgatorium viſcerum, & alui, Cap. LXXI.
Droſaton ad podagricos,arthriticos, & omnem malitiã corporis, Cap. LXXII.

Droſaton ad iecoris à calore ortam obſtructionem, dolorémque ſtomachi, vteri, renum, & imi ventris, Cap. LXXIII.

Droſaton ad dolorem oculorum, eorundémque ardores, & omnem defluxionem ad oculos delatam, ac hebetudinem, Cap. LXXIIII.

Droſaton ad arthriticos, podagricos, iſchiadicos, & omnem infirmitatem neruorum, à malignis humoribus ortam, Cap. LXXV.

Droſaton ad iecinoroſos, lienoſos, & abſceſſu laborantes, Cap. LXXVI.

Droſaton ad reſolutos, arthriticos, & mala neruorum, Cap. LXXVII.

Droſaton ad eos qui bibunt immoderatè vinũ, & hoc ipſum odiſſe volunt, Cap. LXXVIII.

Droſaton ad elephanticos, Cap. LXXIX.

Droſaton ad hydropicos, Cap. LXXX.

Droſaton ad iecinoroſos, Cap. LXXXI.

Droſaton ad iecinoroſos, ſtomachicos, & cœliacos, Cap. LXXXII.

Droſaton ad cœliacos, & tuſſientes, Cap. LXXXIII.

Droſaton ad eos qui iecur dolent ob calidam intemperiem, Cap. LXXXIIII.

Droſaton ad dyſentericos, & cœliacos, Cap. LXXXV.

Droſaton ad podagricos, & arthriticos, Cap. LXXXVI.

Droſaton ad cœliacos, & dyſentericos, Cap. LXXXVII.

Droſaton ad dyſentericos, & lientericos, Cap. LXXXVIII.

Droſaton ad continuas febres, & ardentes, & lipyrias nominatas, Cap. LXXXIX.

Droſaton ad ſtillicidium & difficultatem vrinæ, ac calculoſos, Cap. XC.

Droſaton ad febres acutas & ardentes, calidam iecoris intemperiem, & ictericos, Cap. XCI.

Droſaton ad lienoſos, ictericos, & omnigenum iecoris calorem, Cap. XCII.

Droſaton ad lienoſos, ictericos, omnem caliditatem iecoris, obſtructionem lienis & viſcerum, Cap. XCIII.

Droſaton ad diſtentiones neruorum, brachiorum, & femorum: item à craſſis & glutinoſis humoribus natas reſolutiones, Cap. XCIIII.

Droſaton ad neruorum diſtentiones, podagricos, & reſolutos à craſſis & lentis humoribus, Cap. XCV.

Droſaton ad lienoſos, iecinoroſos, nephriticos, colicos, & inflatos, Cap. XCVI.

Droſaton ad tuſſientes, ſuppuratos, & deſtillatione laborantes, Cap. XCVII.

Droſaton ad lienoſos, malóque corporis habitu laborantes. Purgat etiam per aluum, Cap. XCVIII.

Droſaton ad iecinoroſos & lienoſos, Cap. XCIX.

Droſaton ad iecinoroſos, lienoſos, malo corporis habitu correptos, & omnes viſcerum obſtructiones, Cap. C.

Droſaton ad ſuppuratos, tuſſientes, tabidos, febricitantes, deſtillatione & abſceſſu laborantes, Cap. CI.

Droſaton ad lienoſos, ictericos, & omnem caliditatem iecoris, Cap. CII.

Droſaton ad eos qui abſceſſu laborant, & vlcera in renibus & veſica habent, Cap. CIII.

Droſaton ad colicos & nephriticos, Cap. CIIII.

Droſaton ad colicos & nephriticos, optimum, Cap. CV.

Droſaton ad iecinoroſos, lienoſos, obſtructionem & duritiem viſcerum, Cap. CVI.

Droſaton ad obſtructionem iecoris, lienis, ac colicos, Cap. CVII.

Droſaton ad melancholicos, cholericos, elephantia correptos, & ad alia mala, Cap. CVIII.

Droſaton ad iecinoroſos, lienoſos, & hydropicos, Cap. CIX.

Droſaton ad hydropicos, lienoſóſque. Purgat etiam aluum, Cap. CX.

Droſaton ad colicos & nephriticos, Cap. CXI.

Droſatõ ad colicos, nephriticos, lienoſos, ſtomachicos, & viſcerum obſtructiones, optimum, Cap. CXII.

Droſaton ad tertianas, duplices tertianas, & quotidianas, purgatorium, Cap. CXIII.

Droſaton ad dyſentericos & cœliacos, per totum diem potum, Cap. CXIIII.

Droſaton ad iecinoroſos à calore factos, vitioſo colore præditos, furioſos, colicos, & nephriticos, Cap. CXV.

Droſaton ad quartanas, expertum, Cap. CXVI.

Droſaton ad quartanas, probatum, Cap. CXVII.

Droſaton ad omnem corporis malitiam, Cap. CXVIII.

Droſaton purgatorium, ad exanthemata in vniuerſo corpore à melancholico humore & ſalſa pituita nata, Cap. CXIX.

Drangææ confectio ad eos qui cibum non appetunt, & ſtomacho refrigerati ſunt; maléque concoquunt, ac vomunt, vtile, Cap. CXX.

Droſaton ad tertianas, quartanas, duplices quotidianas, febres continuas, hecticas, & immodicam ſitim, Cap. CXXI.

De droſatis.

Sectio octaua.

Cap. I.

DROSATON[a] ad tuſſientes, & deſtillatione à calore laborantes. Recipit ſeminis cotoneorum, ſeminis maluæ, ſingulorum vnc.ſemis, vuarum Corinthiacarum vnc. vnam, glycyrrhizæ purgatæ vnc. vnam ſemis, tragacāthæ vnc. vnam, zizipha numero viginti, ſebeſten triginta, adianti manipul. vnum, papaueris albi capitis integri vnc. vnā, hyſſopi manipul. ſemis, radicis fœniculi, apii, macedoniſii, borraginis & intybi, ſing. vnc. duas, roſarum vnc. vnam, ſucci aut foliorum chamæleuces, gummi Arabici, ſing. vnc. vnam, aquæ quantum ſufficit. Coquantur ad conſiſtentiam. dein ex decocto accipiantur lib. tres, ſacchari libr. vna, penidiorum libr. ſemis, ſacchari violacei vnc. tres. Coquantur ad conſiſtentiam droſati. Datur bibendum cum decocto tuſſilaginis.

a Droſaton] Nicolaus δροσάτον appellat quod Actuarius ſerapium, noſtri ſyrupum: vt ſuprà quoque eſt annotatum.

Cap. II.

DROSATON ad tuſſientes, & eos qui abſceſſu laborant. Accipit violarum, polytrichi, ſing. drach. tres, caricas albas decem, vuarum Corinthiacarum vnc. II. decocti vngulæ caballinæ lib. ſemis, carnium palmularū decem, glycyrrhizæ purgatæ vnc. vnam ſemis, zizipha viginti, iridis vnc. ſemis, ſeminis maluæ hexag. vnum, ſeminis papaueris albi vnc. ſemis, ſeminis [a]bombacii emundati vnc. vnam, tragacanthæ, ſeminis cotoneorum, ſing. vnc. ſemis, hyſſopi manip. ſemis, radicis fœniculi, apii, & macedoniſii, ſingulorum vnc. duas, ſeminis vrticæ hexag. vnum, aquæ quod ſatis eſt, ſacchari lib. vnam, penidiorum lib. vnam.

a Bombacii] Nicolaus habet βαμβακίυ. Eſt autem barbara vox, quæ hodie etiam in officinis durat, & barbaris medicis vſitata eſt. Nam quod Latini goſſipium & xylon, hoc illi bombacem, bombaſum, bombacium, & cotum vocant.

Cap. III.

DROSATON ad dolorem articulorum, arthriticos, & omnem affectum à defluxione natum. Purgat etiam ventrem. Capit violarum, roſarum, radicis fœniculi, apii, macedoniſii, aſparagi, borraginis, & ruſci, ſeminum cucumerum, ſingulorum vnc. vnam ſemis, polytrichi, ſcolopendrii, ſingulorum manip. ſemis, chamæmeli, vuarum, ſing. vnc. vnam, aniſi, fœniculi, & apii ſeminum, ſingulorum vnc. ſemis, hermodactyli vnc. ſemis, polypodii vnc. duas, ſenæ, epithymi, ſingulorum vnc. ſemis, agarici hexag. duo, rhei barbari hexag. duo, decocti borraginis & bugloſſi, aquæ quantum ſatis eſſe videbitur, & ſacchari. Datur vnc. vna, aut vnc. vna ſemis, cum aqua tepida.

Cap. IIII.

DROSATON ad eos qui malo corporis habitu præditi ſunt, iecinoroſos, lienoſos, & malè coloratos. Nominatur è roſis, & purgat ventrem. Habet radicis apii, fœniculi, macedoniſii, aſparagi, & borraginis, ſing. vnc. duas, decocti apii & intybi, ſing. vnc. vnam, radicis bugloſſi vnc. vnam ſemis, eupatorii vnc. vnam, ſenæ, cuſcutæ, aſari, ſing. vnc. ſemis, ſantali rubei & albi vnc. ſemis, roſarum, violarum, iridis, ſingulorum vnc. vnam, borraginis floris vnc. ſemis, adianti, ſcolopendrii, ſingulorum manipul. vnum, ſpicæ, ammeos, ſingulorū hexag. vnū, ſeminum cucumerum, ſingulorum vnc. ſemis, polypodii vncias duas, ſeminis apii, aniſi, & fœniculi, ſingulorum hexagium vnum, agarici hexagia duo, aquæ quod ſatis eſt, & ſacchari & rhei barbari vnciam ſemis, turpeti, vnc. ſemis. Dantur manè vnc. duæ ex aqua tepida.

Cap. V.

DROSATON ad iecoris obſtructionem & duri-

A tiem, lienoſóſque bonum. Recipit decocti apii, intybi, & quinqueneruiæ, ſingulorum vncias ſex, ſucci eupatorii, abſinthii, & capnii, ſingulorum vncias tres, ſeminis apii, fœniculi, & intybi, aſari, floris iunci odorati, ſpicæ, ſenæ, maſtiches, phu, cyperi, aniſi, ſingulorum drachmam vnam. iniiciantur hæc bene trita in prædicta decocta, & macerentur die & nocte. Poſtea iniiciantur iterum cuſcutæ vncia vna, fœniculi radicis, apii, macedoniſii, aſparagi, borraginis, intybi, & bugloſſæ, ſingulorum vncia vna, ramorum myrices manipu-
B lus ſemis, roſarum vncia vna, ſantali rubei vncia ſemis, polypodii vncia vna. Hæc decoquantur in aqua ad tertias, & colentur. De hoc decocto accipe libras tres, & adiice aceti libram ſemis, rurſúſque colato. dein impone ſacchari libram vnam ſemis, & rhei barbari bene triti vnciam ſemis, atque ad droſati conſiſtentiam decoque. Datur manè ieiuno vncia vna ſemis, cum decocto phu, cyperi, & ſeminis apii. Datur verò in eiuſmodi malis etiam hæc antidotus. Eſt enim admodum bona. Accipit croci, opii, myrrhæ, caſtorei, coſti, hyoſ-
C cyami, carei, rubiæ, [a]lupinorum, cornu cerui aut caprini drachmas duas, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur cum decocto intybi aut apii manè ieiuno. datur etiam in eiuſmodi malis paſtillus de rha barbaro, aut de berberis cum droſato ſupradicto, manè ieiuno ex aqua tepida.

a Lupinorum] Codex Nicolai habet λυμπιναρίων, haud dubiè pro λυπινάρυμ. Latinam enim dictionem corruptè exarauit.

Cap VI.

DROSATON ad tuſſientes, & deſtillatione labo-
D rantes. Capit zizipha viginti, ſebeſten triginta, vuarū drachmas decem, violarum drachmas quatuor, glycyrrhizæ drachmas quinque, caricarum numero decem, hyſſopi manipulum ſemis, palmulas ſex, tuſſilaginis manipulū S. iridis vnciam ſemis, roſarum vnciam vnā. Hæc decoquātur in aquæ libris quatuor, quoad duæ remaneant. dein adiice caſiæ drach. ſeptem, mannæ drachmas decem. Decoquantur probè ac colentur, adiiciātúrque ſacchari vnc. tres, penidiorum vnc. tres. Datur manè vnc. vna ex aqua tepida.
E

Cap. VII.

DROSATON ad tuſſientes, mirabile. Habet ziziphorum, violarum, glycyrrhizæ, aniſi, fœniculi, polytrichi, ſebeſten, ſeminis maluæ, vuarum Corinthiacarum, cubebe, tuſſilaginis, fœnigræci, florum chamæmeli, iridis, ſeminum cucumerum, ſingulorum vnciam ſemis, aquæ quod ſatis eſt, & ſacchari & penidiorum. Da bibendum diebus ſeptem, ſingulis diebus vnciam vnā ſemis, cum aqua tepida. dein adiice mannæ vnciam ſe-
F mis, caſiæ purgatæ vnciam vnam, & de hoc droſato vncias duas. datur manè ieiuno tepidum. Si autem volueris, commiſce huic aquæ, violarum, ſeminis maluæ, & cotoneorum, vuarum, hyſſopi, pſyllii, ſingulorum drachmas quinque, zizipha viginti, ſebeſten vigintiquinque, aquæ libras tres. decoquantur donec remaneat lib. vna. Dantur autē (ſi vires validæ ſint) ſingulis ſeptimanis [a]ter ſine agarico. Verùm cum agarico [b]per menſem ſemel, ſi plethoricum, aut deſtillationi obnoxium, & craſſum fuerit corpus.

G a Ter] Græcè eſt φορὰς τρεῖς, tres oblationes. Ter itaque, hac loquendi ratione, ſingulis ſeptimanis droſatum hoc eſſe offerendum, ac exhibendum, innuit Nicolaus. b Per menſem ſemel] Græce eſt τὸν μῆνα α΄.

Cap. VIII.

DROSATON ad tuſſientes, quod è chamæleuce nominatur, quæ ab Italis vngula caballina dicitur. Eſt etiam admodum bonum ad eos qui abſceſſu laborant. Recipit chamæleuces ſucci libras duas. Decoquatur &

deſpumetur bene. Iniiciatur ei ſacchari & penidiorum, ſing. lib.ſemis. decoquantur bene. Datur manè ac veſperi cum decocto hyſſopi,glycyrrhizæ,& carnium palmularum.

Cap. IX.

DROSATON ad tabidos,tuſſientes,& peripneumonicos optimum. Capit aquæ libras quatuor, violarum,glycyrrhizæ,papaueris albi, ſingulorum vnc.ſemis,ſeminum cotoneorum, maluæ & bombacii, cucumerum,portulacæ,tragacanthæ,gummi Arabici,ſingulorum drach.tres. Hæc decoquantur ad tertias. Accipe de ipſo decocto quantum volueris,& adiice ſacchari lib. vnam, & præbeto.

Cap. X.

DROSATON ad continuas febres & ardentes. Accipit ſucci portulacæ,& peponis hyemalis ſucci integri libram vnam, cucumerum quoque ſemina contunde, & cum aqua irrigato, ac per ſaccum tranſmittito.[a]Lacteum quod per ſaccum tranſmiſſum eſt accipe, & miſce. Adiice herbæ hepaticæ, capilli Veneris, ceterach,hoc eſt ſcorpidii. Decoquantur, & abiiciantur herbæ.dein accipiatur decoctum,& illi adiiciatur glycyrrhizæ, tragacanthæ, violarum, Damaſcenorum, ceraſiorũ, ſebeſten,ſemperuiui, ſing. drach.duæ. Decocta probè per ſaccum tranſmittantur,& reliqua abiiciantur.Iniice in ipſum decoctum haſce ſpecies tritas, in linteo ſubtili ligatas, pſyllii nimirum & cotoneorum ſeminum, ſingulorum ſcrupul.vnum, ſantali rubei & albi,ſpodii,berberis,roſarum,portulacæ ſeminis,lactucæ, intybi,papaueris albi, ſingulorum drach.ſemis, ſacchari lib. vnam ſemis.Vbi ab igne remouere volueris,iniice rhei barbari tuſi & cribrati hexag. vnum, ac modicè decoquito, pérque ſaccum tranſmittens recondito. Da bibendum quouis tempore ex aqua frigidã.

a Lacteum] Græcè eſt γαλακτῶδες, quod hîc lacteum illum ſuccum qui ex cucumerum ſeminibus exprimitur,ſignificat.Aliis Græcis idem quod tepidum denotat.

Cap. XI.

DROSATON cœliacum valde vtile. Habet ſacchari libram vnam,aquæ pluuialis libras duas, ſtillatitii roſarum campeſtrium liquoris lib.ſemis, granorũ myrti,roſarum, rhois culinarii, acaciæ, rhois Syriaci,balauſtiorum, hypociſthidis, ſpodii, ſingulorum vnciam ſemis,meſpila immatura decem,ſorbas immaturas quinque,corna decem,glycyrrhizæ, tragacanthæ, ſingulorũ drach.ſemis,ſucci cotoneorum lib.ſemis. Decoquantur hæc donec libra vna remaneat. Adiice ſacchari libram vnam,& dato.

Cap. XII.

DROSATON Abſinthite cognominatum,ad iecinoroſos,lienoſos, ſtomachicos, hydropicos, & cholericos bonum. Recipit abſinthii drachmas viginti,cuſcutæ,violarum,glycyrrhizæ,vuarum Corinthiacarum, floris borraginis,ſingulorum drachm. decem, polytrichi manipulum ſemis,floris iunci odorati,marrubii ſeminis, aniſi, ſeminũ cucumerum,ramorum tamaricis, ſcolopendrii,intybi ſeminis, radicis capparis, quinque radicum, ſingulorum drach. quinque, radicis bugloſſi drachmas quatuor ſemis,ſpicæ, eupatorii,coſti,caſiæ ligneæ,ſeminis apii,folii, calaminthes, ſingulorum drachmas tres.Hæc decoquantur in aquæ libris octo,quoad remaneant quatuor.dein per ſaccum tranſmiſſis, iniice ſacchari libras quatuor. Si verò placuerit, pro ſaccharo accipiantur gari libræ tres. Adde cardamomi,ſantali rubei,croci,maſtiches, cinamomi, aſari, ſeminis portulacæ.Hæc in farinam trita ligato in linteo ſubtili,atque in decoctum cõiice cum ſaccharo,adiice etiam aceti ſquillitici quod ſatis eſt.Quòd ſi efficere volueris vt ventrem ſubducat,iniice dacrydii triti vnc.duas. Datur pro viribus,ex aqua tepida.

Cap. XIII.

DROSATON è fumaria ad melancholicos, cholericos,flaua bile refertos,lienoſos, elephantia laborantes,prurigine moleſtatos, ſcabie cõtaminatos, impetiginoſos, ad malitiam lienis & iecoris, tabidos, vitioſum corporis & faciei colorem, latáque exanthemata bonũ. Accipit myrobalani citrini,violarum,abſinthii,cuſcutæ ſingulorum vnc.duas. Decoquantur hæc in aquæ libris octo donec tertia pars abſumatur. deinde accipe ſucci fumariæ decocti & depurati libras quinque, aut quantum oportet cum ſupradicto decocto. Adde dacrydii ſcrup.duos, ſacchari lib. vnam. Datur pro viribus ex aqua tepida ieiunis vnc.vna ſemis.

Cap. XIIII.

DROSATON ex iride,vtile ad iecinoroſos,lienoſos,hydropicos, & inflatos præſtans. Capit iridis drachmas quindecim,floris iunci odorati, glycyrrhizæ,calaminthæ, marrubii, ſingulorum drachmas ſeptem ſemis, polii, oxyphœnici, aniſi, petroſelini, ſingulorum drachm. nouem,dauci,ammeos, eupatorii,aſari, ſpicæ, rhei barbari,ſingulorum drachmam vnam ſemis.Decoquantur hæc in aquæ libris decem donec dimidium remaneat,dein colentur, & adiiciantur ſacchari lib. quinque,aut gari lib.quinque,mellis Attici libræ duæ ſemis. Poſtea adiice maſtiches, piperis longi, cinamomi, caryophylli,ſingulorum grana ſeptem.dein probè in mortario contunde, & pſyllii quantum volueris liga in linteo,& iniice decocto. Et vbi bene ebullierint, per ſaccũ tranſfunde,& reconde in vaſe. Datur vncia vna ex aqua calida.

Cap. XV.

DROSATON ad hydropicos, lienoſos,iecinoroſos,calculoſos, datum cum decocto apii, aut intybi, aut aniſi,aut fœniculi, aut ocimi, aut ſaxifragi,aut milii ſolis.Eſt verò[a]. Habet radicis fœniculi,apii,petroſelini, intybi,borraginis,aſparagi, & ruſci, ſingulorum vncias duas, nucleum oſſis rhodaceni ſeu Perſici, aſpleni herbæ, adianti, ceterach, hoc eſt ſcorpidii,florum borraginis,coſti,ſaxifragi,granorum ſolis, floris iunci odorati, aſari,ſilphii,ſenæ,ſpicæ,corticis tamaricis, ſeminum cucumerum,ſingulorum vnciam ſemis, violarum vncias duas,amygdalarum dulcium viginti,aniſi,ocimi,ſeminis aſparagi & ruſci,cyperi, rubiæ, aſphodeli, hermodactyli, eſulæ, hoc eſt chamæpityos, ſingulorum vncias tres,ligni aloes,galangæ,maceris,caryophylli, cardamomi,libyſtici,ſcrupulos quatuor, rhei barbari vnciam ſemis.Hæc ſimul tuſa fermenteſcant cum ſucco borraginis, vt omnia in ſuccum vertantur, deinde confice vt ſtillatitium roſarum liquorem, & accipe ex aqua quæ de iis deſtillauit quanta eſt. fac droſaton cum ſaccharo quod ſatis eſt.Datur bibendum in prædictis malis.

a Eſt verò] Nicolaus habet, ἔςι δὲ τῦ μαϊςραρϱύσιον.Quum verò non ſatis conſtaret quid illi μαϊςραρούσιον ſignificaret, incõuerſam dictionem barbaram reliquimus.De hac verò voce ſuprà etiam quædã annotauimus.

Cap. XVI.

DROSATON iecori conueniens, & aluum molliens. Recipit polypodii viridis repurgati vnc.vnam, hermodactyli boni, eſulæ, ſingulorum vnc.ſemis, violarum vnciam vnam,agarici,thymi,epithymi,ſingulorum vnciam ſemis,nenuphari,portulacæ ſeminum, & lactucæ,ſingulorum drachmas duas, turpeti puri vnciã ſemis, floris iunci odorati, aſari, ſingulorum drachmas duas,ſeminum quatuor, [a]herbaceorum fructuum, ſingulorum vnc.ſemis, Damaſcenorum vnc. 1.ſenæ vnc.ſemis, ſeminis fœniculi & aniſi, ſingulorum hexagium vnum. Hæc decocta ad conſiſtentiam, colato, & adiice ſacchari lib.vnam ſemis,rhei barbari hexag. duo. Datur vnc.vna ſemis ex aqua tepida manè ieiunis.

a Herbaceorum fructuũ] Græcè eſt ὀπωρικῶν: legendum autem puto ὀπωρινῶν.intelligit verò haud dubiè ſemina hodie maiora vocata,quòd ſcilicet horum fructus herbacei,& mollioris corticis ſint.Aliâs,ſemina cucumerum Nicolaus appellat.

Cap. XVII.

DROSATON ad cœliacos, & dyſentericos vtile. Accipit roſarum rubearum vnc. vnã, mumiæ, hypociſthidis, acaciæ,corallii rubei & albi,ſing.vnc.S. maceris, ſanguinis draconis, caryophylli,ſpodii, ſing.drachmas duas ſemis,cinamomi,maſtiches,thuris, boli Armenii,

gummi Arabici,ſingulorum vnc.1.myrtorum,ſorbarũ, meſpilorum,ſing.vnc.vnam,carnium cotoneorum lib. ſemis,ſumach vnciã ſemis. Hæc omnia in aqua pluuia decoquantur ad conſiſtentiam. Accipe huius decocti lib.vnam ſemis,& ſtillatitii roſarum liquoris libram ſemis. Adiice ſacchari roſacei lib. vnam. decoquantur ad conſiſtentiam.Datur cum aqua pluuia.

Cap. XVIII.

DROSATON ad continuas febres & ardẽtes, vtile. Capit violarum drach.duas, florum borraginis, nenuphari,cucurbitæ,ſing.drach.duas,adianti manipulum ſemis, ſeminum cucumerum,lactucæ,intybi,papaueris albi,& portulacæ, ſing.drach.tres, radicis fœniculi,apii,aſparagi,borraginis, intybi, ſing. drach.ſex, Damaſcenorum,ceraſiorum, ſing. vnc.duas, glycyrrhizæ, ſeminis cotoneorum,tragacanthæ,ſingul.drach.vnam, ſantali rubei & albi,ſing.drach.duas, aquæ dulcis libras duas,ſucci peponis Saracenici libr.ſemis. Decoquantur ſimul ad tertias,dein colentur, & abiiciantur herbæ. In decoctum iniice pſyllii,berberis, ſpodii, roſarum,fœniculi ſeminis,ſing. drach.ſemis, rhei barbari hexag.vnũ. Hæc in pollinem diligenter trita ligentur in linteo ſubtili. Adiice etiam decocto huius droſati limoniorum vnc.quatuor,ſacchari lib.vnam ſemis, & per ſaccũ trãſfunde, & reconde. Datur manè & meridiè cum aqua frigida.

Cap. XIX.

DROSATON e ſquilla,ad quartanas vtile. Squillam albam decoque cum fermento in furno. dein ea ſublata & purgata, accipe meditullii eius vnc.duas, hoc eſt neque interiorem neque exteriorem eius partem. Neque aſſari debet ad perfectam coctionem, ſed tantiſper ſolùm dum virulentiam ſuam abiiciat. Adde etiam aceti lib.ſemis.dein appone chamædryos, ariſtolochiæ, iridis,chamæpityos,ſenæ,radicis bugloſſæ, ſing. drach. duas ſemis, quinque radicum, adianti, ſing. vnc.ſemis, radicis tamaricis & ramos eius,ſing.drach.vnam ſemis, ſcolopendrii,ſeminis apii,ſingul.drach.vnam,epithymi vnciam ſemis,abſinthii drach.vnam,aſari,calaminthæ, ſing.drach.duas,agarici hexag.vnum ſemis,cubebe hexag.duo,intyborum, prunorum, ceraſiorum, ſebeſtæ, trium ſantalorum,ſing.vnc.vnam,radicis capparis drachmam ſemis, petroſelini, dauci Cretici, ſing. drach.vnam,glycyrrhizæ,marrubii,ſing.drach.ſemis, petroſelini ſylueſtris,aniſi,ſing.drach.vnam,polypodii vnc.vnã, florum borraginis vnc.ſemis,roſarum drach. vnam,ſeminis fœniculi hexag.vnum,berberis drach.vnam, ſpicæ drachmã vnam ſemis,cuſcutæ drach.vnam,ſenæ hexag.duo,aquæ lib.quatuor. Hæc decoquantur ad conſiſtentiam,& colentur. Adiiciantur ſacchari lib.duæ, rhei barbari hexag. duo. Decoquantur probè, & colo tranſmiſſa recondantur ad vſum.

Cap. XX.

DROSATON ad tuſſientes propter frigus,& eos qui deſtillatione laborant. Habet hyſſopi drach.vnam ſemis,zizipha viginti,ſebeſten triginta,iridis hexag.11. caricarum albarum decem, vuarum Corinthiacarum drach.duas,violarum drach.tres, florum borraginis drachmam vnam ſemis,ſeminis maluæ drach.duas, glycyrrhizæ drach. tres, ſeminum cucumerum probè contuſorum & ſubactorũ expreſſorúmque. Adiice de expreſſo ex eis ſucco lacteo lib.ſemis, aquæ lib.vnã ſemis.Decoquantur ad tertias, & colentur. Adiice ſacchari & penidiorum quod ſatis eſt,& coquito ad conſiſtentiã droſati,atque vtere.

Cap. XXI.

DROSATON ad tuſſientes,febricitantes à calore & ſiccitate. Recipit violarum,iridis,ſing.vnc.ſemis, lactei ſucci quatuor ſeminum vnc.quinque, glycyrrhizæ vnc.ſemis, zizipha viginti, ſebeſten triginta, maluæ ſeminis hexag.duo, vuarum Corinthiacarũ vnc.ſemis, ſucci chamæleuces vnc.vnam, tragacanthæ, papaueris albi,ſingul. hexag. duo, hyſſopi manipul.ſemis, aquæ quod ſatis eſt.Coquito ad tertias,& adiice ſacchari & penidiorum,ſing.libr.ſemis,ac præbeto.

Cap. XXII.

DROSATON ad tuſſientes, & deſtillatione laborantes,& eos qui non poſſunt probè expuere. Accipit caricarum albarum pinguium decem, ſinapi drachm. duas, glycyrrhizæ, hyſſopi, tragacanthæ, iridis, ſingul. drach.duas ſemis,marrubii drach. vnam, palmulas ſex, ſeminis vrticæ drach.vnam ſemis,zizipha viginti. Hæc coquito in aqua ad tertias. Adde ſacchari & penidiorũ, ſing.lib.ſemis.

Cap. XXIII.

DROSATON ad ſuppuratos,& ad eos qui abſceſſu laborant. Capit caricas albas decem,palmulas viginti,fœnigræci drach.quinque,glycyrrhizæ drach. decẽ, radicis fœniculi,apii,macedoniſii,borraginis,& intybi, ſing.vnc.duas,ſeminis fœniculi,apii,& vrticæ,ſing.drachmas quinque,hyſſopi, polytrichi, ſing.manip.ſemis, vuarum drach.octo,[a]caraborum ſine pedibus ipſorum, calaminthes,iridis, marrubii, ſingulorum drach. quinque,ſquillæ meditullium drach.ſeptem, [b]fabæ repurgatæ drach. ſex, amygdalarum amararum & dulcium, ſingulorum decem,bombacii ſeminis drach.decem,radicis capparis,hordei decorticati, ſingulorum drachm. tres,gentianæ,ariſtolochiæ rotundæ,ſingul.drach.quinque,zizipha viginti, ſebeſten triginta, ſeminis althææ drach. quatuor,carnabadii drachm. vnã, papaueris albi hexag.vnum, lactei ſucci quatuor ſeminum drach. decem.Coquãtur hæc probè in aqua ad tertiam, colóque expurgẽtur. Adiice ſacchari libram vnam,penidiorum libram ſemis,violarum drach.duas,roſarum vnc.ſemis. Coquantur probè ad conſiſtentiam,& vtere.

a Caraborum] Nicolai codex habet καϐύρυς. Sed quum nemo alius, quod ſciam,caburorũ meminerit,καράϐυς potiùs ſubſtituendum eſſe iudicaui. Eſt autem carabus piſcis genus, qui Latinis locuſta dicitur. De quo plura Paulus Iouius capite 40. in libello De Romanis piſcibus inſcripto,habet. b Fabæ] Codex Nicolai legit φάϐατος. Iudico verò hac voce aliud nihil niſi fabam intelligere: quod ſuprà quoque monuimus.

Cap. XXIIII.

DROSATON ad ſuppuratos,& abſceſſu laborantes,ac tuſſientes vtile. Habet ariſtolochiæ,hyſſopi,ziziphorum, glycyrrhizæ, ſingulorum vnc. vnam, violarum drach. duas, caricas decem, palmulas ſex, iridis,ãmeos,althææ ſeminis,vuarum Corinthiacarum,ſingulorum vnc.ſemis,adianti manipul.ſemis,marrubii drachmas duas,ſucci tuſſilaginis vncias quatuor,aquæ dulcis lib.11.Coquito hæc ad tertias. Adde ſacchari lib.vnã, & penidiorum lib.ſemis.

Cap. XXV.

DROSATON ad ſuppuratos, tuſſientes, & tabidos. Recipit polytrichi,glycyrrhizæ,hordei decorticati,ſingulorum vnc.ſemis, tuſſilaginis vnc. ſemis, ſeminum cucumerum,ſingulorum vnc. ſemis, ſeminis apii drach.marrubii,fabæ repurgatæ,aniſi,fœniculi ſeminũ, vuarum Corinthiacarum,ſeminis portulacæ,violarum, papaueris albi,hyſſopi Cretenſis,amygdalarum amararum & dulcium, caricarum, ſingulorum drach. vnam, ſeminis althææ,granorum myrti, ſing.hexag.duo,ariſtolochiæ, chamædryos, ſingulorum drach. 11. gummi Arabici drach.tres,iridis,ziziphorum,ſingulorum vnc. vnam,palmulas ſex,radicum fœniculi, apii, macedoniſii,borraginis,& intybi, ſingulorum vnc.vnam,chamæleuces, ſeminis bombacii, ſingulorum drach. ſex. Hæc coquito cum aqua ad conſiſtentiam,& colo expurgato. Adiice ſacchari lib.1.penidiorum lib.ſemis.

Cap. XXVI.

DROSATON ad tabidos,& abſceſſu laborantes. Accipit hyſſopi,ziziphorum,violarum, ſeminum cucumerum,glycyrrhizæ,ſeminis althææ & florum eius,ſucci florum borraginis, ſucci tuſſilaginis & eius florum, ſeminis portulacæ,ſeminis bombacii,iridis, caricarum pinguium,palmularum,ſing.vnc.ſemis, ſebeſten viginti,aquæ quod ſatis eſt,& ſacchari.

Cap. XXVII.

DROSATON ad pleuriticos,& tuſſientes. Capit violarum, tuſſilaginis, phu, ſeminum cucumerum,

ziziphorum,glycyrrhizæ,hyſſopi, tragacanthæ,ſingul. vnc.ſemis,ſeminis cotoneorum drach. vnam,iridis hexag.duo,chamædryos vnc. ſemis, ſtichadis drach.duas, florum borraginis,fœnigræci,ſingul. vnc. ſemis, aquæ quod ſatis eſt,ſacchari & penidiorum.

Cap. XXVIII.

DROSATON ad cardiacos & animo deficientes. Habet florum borraginis, ſantali rubei, berberis,ſpicæ, ligni aloes,foliorum citri,foliorum meliſſophylli, roſarum,croci,nucis moſchatæ, maceris, folii, ſeminis ocimi,ſingulorum drach.duas, ſeminis meliſſophylli,ſeminis ſiſymbrii,corallii rubei,ſing.hexag.vnum , betonicæ vnc.ſemis,hermodactyli longi rubei & albi,oſſis cordis ceruini,gallæ moſchatæ,xylobalſami, ſing.drach.vnam ſemis,ſucci foliorum borraginis lib. quinque , aquæ & ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. XXIX.

DROSATON ad colicos, & nephriticos. Recipit ſquillæ medullæ vnc.tres, quatuor radicum , ſingul. vnc. ſemis, ſeminis fœniculi, petroſelini, ápii, chamædryos,chamæpityos,ariſtolochiæ longæ, ſing.drachm. duas,ſeminis althææ,aſpleni herbæ drach.vnam ſemis, aſari,ſenæ,florum iunci odorati,ſing. drach.duas,dauci Cretenſis,ãmeos,ſing. drach. vnam, ſpicæ Celticæ drachmam vnam ſemis,folii drach.vnam, abſinthii drach. duas,iridis drach. vnam ſemis, ſpicæ, carei,ſing.drach. vnam,menthæ drach.duas,corymborum thymi drach. vnam ſemis,epithymi drach. quatuor,thymbræ drach. duas,hyſſopi drach.tres,ſilphii drach.vnam ſemis,radicis fœniculi,apii,macedoniſii,& aſparagi,capparis radicis, ſingulorũ drach.quatuor,aniſi, fœniculi ſeminum, ſingulorum hexagium vnum. Hæc coquito in aqua,in qua ferrum extinctum ſit multoties.Colo expurgato,& adiice radicis ſpondylii,& herbæ marrubii,ſaccharique lib.vnam ſemis.

Cap. XXX.

DROSATON ad lumbricos,valde vtile. Accipit carnabadii,melanthii, ſing.drach.XVIII.Contundito hæc probè,& cum aqua ſubigito ac exprimito,accipéq; ſuccum,& iniice illi hyſſopi aridi drach.duas, cardamomi drach.vnam ſemis,artemiſiæ, abſinthii,ſing. drach. tres, nitri Alexandrini drach. vnam, filicis drach.duas, cornu ceruini vſti drach.vnam ſemis, foliorum ſenecionis drach.duas,calaminthæ,menthæ,ſing.drachm.tres, ſeminis braſſicæ drach.duas,petroſelini ſeminis,florum chamæmeli,ſing.drach.duas,herbæ auriculæ muris drachmas duas,[a] coriani ſeminis drach.vnam ſemis,coriandri drach.duas,aniſi,fœniculi,carei,ſing.drachm.vnam ſemis,terræ inteſtina ſeptem,putaminis oui vſti drach. duas,aquæ quod ſatis eſt , & mellis aut ſacchari. Datur manè cum aqua tepida vnc.vna ſemis,aut vnciæ duæ.

a Coriani] Græcè eſt κοριανu. Mirum autem eſt quòd hîc coriandrum à coriano diſtinguat,quum tamen omnibus conſtet, has voces vnam & eandem ſignificare ſtirpem: quare ſubeſſe errorem puto.

Cap. XXXI.

DROSATON ad dyſentericos,& cœliacos,mirabile. Capit ſucci acaciæ, ſucci hypociſthidis,ſing.drachmas tres, granorum myrti drach. duas,ſucci cotoneorum lib.ſemis,balauſtiorum,roſarum, ſing.drach.duas, polygoni, plantaginis,quinqueneruiæ, ſing.drach.duas ſemis,pyrorum ſylueſtrium immaturorum numero decem , meſpila immatura viginti , ſorba decem , cornea quindecim, ſummitatum myrti nigri drach . quatuor, rhois culinarii drach.tres, fruct⁹ mori immaturi drach. duas,glycyrrhizæ, ſpodii,ſing.drach.vnam ſemis,tragacanthæ,ſeminis cotoneorum,ſumach, ſing. drach.tres, aquæ pluuialis lib.vnam,liquoris ſtillatitii roſarum cãpeſtrium lib.ſemis. Commiſceantur hæc cum dimidia libra ſucci cotoneorum,& coquantur donec lib.vna remaneat.dein adiice ſacchari roſacei veteris lib.ſemis, & ſacchari lib.ſemis,ſanguinis draconis, corallii rubei,ſantali rubei, Armenii boli,ſigilli Lẽnii,ſpodii, lapidis hæmatitis,ſing. drach.vnam.Hæc trita in pollinem,ligato in linteum ſubtile , & ſine vt cum ſaccharo & ſucco coquantur.deinde colato,& eximẽs linteum cum ſpeciebus abiice , & colo expurgato droſaton , recondéque in vaſe.Datur ex aqua pluuiali manè meridie ac veſperi.

Cap. XXXII.

DROSATON vtile ad eos qui calido temperamento præditi ſunt.Reſtinguit etiám ſitim.Habet etiã facultatem refrigerandi,& roborandi ventriculum,propter adſtrictionem roſarum. Habet roſarum rubearũ vncias quatuordecim,aquæ lib.octo vnc. quatuor , ſacchari lib.ſex vnc.octo. Coquantur hæc ſimul ad mellis conſiſtentiam.dein amouens,colo expurgato,& reconde in vaſe,ac præbeto.

Cap. XXXIII.

DROSATON ad calidam iecoris temperiem, & ſtomachi calidum affectum, tertianas, duplices tertianas,febres continuas , lipyrias, ad pulmonis & thoracis mala:flauam bilem in ventriculo,inteſtinis , & ſtomacho arcet. Recipit violarum lib. tres, aquæ dulcis lib. ſex.Coquito ad tertias.dein adiice ſacchari lib.quatuor, & iterum coquito ad mellis conſiſtentiam,ac vtere.

Cap. XXXIIII.

DROSATON ad eos qui calido ſunt temperamento.Reſtinguit ſitim, habétque facultatem frigidã, vt præcedens. Roſas feruefacito cum aqua feruente in lebete:dein tegito cum linteis denſis , & ſinito ſic diem & noctem.Poſtea per ſaccum tranſmittito. Et ſi ſuccus eſt craſſus,adſtringens,& maturus, iniice in libram ſucci lib.vnam ſacchari.Sin tenuis fuerit,& minus adſtringens,iniice in libram ſucci, lib.vnam ſemis ſacchari,& coquito ad mellis craſſitudinem,& vtere.

Cap. XXXV.

DROSATON ad pleuriticos, peripneumonicos, deſtillatione laborantes, & calido temperamento præditos vtile.Roſas recentes tundito,& comprimito.Accipe de ſucco ipſorum lib.tres,& adiice ſacchari lib.vnam ſemis , coquitóque ad mellis conſiſtentiam. Aliqui iniiciunt aquæ lib.ſemis,& ſtillatitii roſarum liquoris vnc. tres,ſacchari libram ſemis. Vocatur hoc ab Italis Zucarum roſatum.

Cap. XXXVI.

DROSATON ad dyſentericos,cœliacos,& imbecillitatem ſtomachi. Habet floris iunci odorati,cyperi, aſari, aniſi,fœniculi ſeminis, ãmeos, carnabadii,ſingul. drach.vnam,abſinthii viridis vnc. vnam, roſarum vnc. ſemis,granorum myrti drach. duas, ſucci cotoneorum vnc.duas,ſtillatitii roſarum liquoris vnc.quatuor, ſucci apii feruefacti & per ſaccum tranſmiſſi vnc.octo. Hæc cocta ad conſiſtentiam,colo expurga.dein accipe roſarũ vnc.ſemis,aniſi hexag. duo, ſacchari lib.duas. Coquito ad conſiſtentiam droſati,colóque expurgatum recõde, & vtere.

Cap. XXXVII.

DROSATON cognominatum Italica lingua [a] compoſitum. Habet radicis fœniculi, apii, macedoniſii,aſparagi,borraginis,intybi &ruſci,polytrichi,ſcolopendriæ , glycyrrhizæ , florum iunci odorati, cuſcutæ, ſing.vnc.duas,iridis vnc.vnam,bugloſſæ radicis vnc.vnam ſemis,ſeminis apii & fœniculi,ſing. drachmam vnam,eupatorii,maſtiches,ſpicæ, aſari,folii,ſingulorum drach.duas,florum borraginis,violarum, roſarum,ſingulorum drach.vnam, polypodii vnc.duas , ſenæ vnciã ſemis,epithymi vnc.duas , Damaſcena triginta , ceraſia ſexaginta,ſeminum cucumerum,ſingul. vnciam ſemis. Coquantur hæc probè ad conſiſtentiam, & colẽtur. Adde trium ſantalorum tuſorum & cribratorum, ſingulorum vnc.ſemis,ſacchari lib.duas. Coquito probè,ac colo expurgato.

a Compoſitum] Nicolaus habet κομπώςω. Quæ quidem dictio corrupta eſt:ſcribendum enim potius erat κομπόσιτουμ, quod infrà ex droſato 67.manifeſtiſſimum fiet.

Cap. XXXVIII.

DROSATI acidi confectio , ad continuas febres & ardentes,tertianas duplices , continuas quotidianas,

In litera verò O inuenies eius confectionem hac meliorem. Recipit ſacchari lib. quatuor, aceti lib. vnam, aquæ lib. tres. Coquito ad mellis conſiſtentiam, colo expurgato, & vtere.

Cap. XXXIX.

DROSATON ad eos qui abſceſſu laborant, ad vlcera in renibus & veſica, partium vrinæ miniſtrantium. Accipit radicum quinque repurgatarum, ſeminum cucumerum, ſing. vnc. ſemis, polytrichi manip. ſemis, cicerum nigrorũ, ſpicæ, chamæmeli, aſari, ſeminis althææ, ſing. hexag. duo, vuarum Corinthiacarum vnc. ſemis, Damaſcena quindecim, chamæpityos, chamædryos, ſeminis tribuli, ſing. hexag. duo, trifolii, ſymphyti, ſingul. hexag. vnum ſemis, radicis ſeſeli vnc. ſemis, ſeminis apii & petroſelini, ſing. hexag. vnum, amygdalarum amararum quindecim, ſebeſten viginti, ceraſia triginta, cyperi vnc. ſemis, ſcolopendrii vnciã vnam, ſeminis erucæ drach. duas, aquæ quod ſatis eſt & ſacchari. Dantur vnc. duæ ex aqua tepida manè ieiuno.

Cap. XL.

DROSATON ad colicos, nephriticos, inflatos & lienoſos. Capit radicum quinque, ſing. vnc. ſemis, ſeminis fœniculi, apii, ammeos, carei, & aniſi, ſing. hexag. vnũ, glycyrrhizæ vnc. ſemis, acori, iridis, radicis capparis, ſing. drach. tres, ſpicæ drach. vnam, ramorum tamaricis vnc. ſemis, ſcolopendrii, polytrichi, ſing. manip. ſemis, florum iunci odorati hexag. vnum, aquæ quod ſatis eſt, & ſacchari lib. vnam, aceti vnc. ſemis. Datur cum aqua ieiuno.

Cap. XLI.

DROSATON ad continuas febres & ardentes, & ad cognominatas lipyrias & typhodes. Habet radicum quinque, ſing. vnc. vnam, intybi vnc. ſemis, nenuphari, violarum, florum borraginis, florum roſmarini, florum cucurbitæ, ſing. hexag. vnum, Damaſcena viginti, ceraſia triginta, ſebeſten vigintiquinque, adianti manipulũ vnum, ſemperuiui drach. vnam, ſeminum cucumerum, ſingulorum vnc. vnam, peponis Saracenici ſucci, & cucurbitæ, ſing. vnc. tres, herbæ hepaticæ, ceterach, ſingul. drach. duas, glycyrrhizæ vnc. ſemis. Hæc in aqua decoquito ad tertias, & per ſaccum tranſfunde, herbáſque abiice. In decoctum autem coniice ſeminis lactucæ & intybi, ſing. hexag. vnum, ſantali rubei & albi, ſing. vnc. ſemis, ſpodii, cryſtalli, corallii, ſing. drach. ſemis, pſyllii, ſeminis cotoneorum, ſing. ſcrup. vnum, ſeminis portulacæ drach. ſemis, violarum hexag. vnum. hæc trita in pollinem, ligato in linteum ſubtile, & coniice in decoctum dum ebullit, & ſacchari lib. vnam ſemis: coquitóque ad conſiſtentiam droſati. dein colo expurga, & ligato in linteum ſubtile rhei barbari bene triti hexag. vnũ, & coniice in droſaton, rurſuſque coquito pro arbitrio, atque exime linteum ex droſato, exprimens ipſum, colóque expurgatum reconde. Vbi vſus exigit, datur vnc. vna ſemis aut duæ cum aqua hordei tepida manè. Si verò volueris efficere vt aluum ſubducat, adiice in tertia ebullitione cum rheo barbaro, caſiæ fiſtularis repurgatæ vnc. quatuor. Et coctum probè ac colo tranſmiſſum, præbeto.

Cap. XLII.

DROSATON ad tuſſientes, & ſuppuratos, expertum. Recipit tragacanthæ, gummi, glycyrrhizæ, amyli, ſanguinis draconis, ſing. vnc. ſemis, ſymphyti, [a] corrigiolæ, hippoſelini, [b] taſi, [c] verbenæ, artemiſiæ, ſingulorũ vnc. ſemis, hyſſopi drach. vnam, papaueris albi, ſeminis maluæ, fœnigræci, ſeminis lini, hypociſthidis, ſucci glycyrrhizæ, ſing. hexag. quatuor, ſeminis cotoneorũ, borraginis, cucumeris, peponis, & cucurbitæ, ſing. vnc. vnã, zizipha decem, hordei decorticati vnc. tres, tuſſilaginis recentis vnc. ſemis, ſucci peponis recentis, aut cucurbitæ, lib. ſemis, aquæ pluuiæ lib. tres. Succum prius coquito, donec purus reddatur. dein coquito etiam reliquas ſpecies, colóque expurgatas irrigato cum prædicto ſucco. deinde impone ſacchari lib. vnam, penidiorum libr. ſemis, ac vtere.

a Corrigiolæ] Codex Nicolai legit κορίτζολι, ἤτοι: deficit enim vox quæ priorem barbaram explicat. Non eſt corrigiola niſi polygonum mas, vt diximus in primo noſtrorum De hiſtoria ſtirpium cõmentariorum tomo. b Taſi] Nicolaus habet Τάσοι, ἤτοι: itelúm que deeſt explicatio vocis barbaræ. Quid autem illi taſi vox ſignificet, me ignorare fateor: niſi fortè thapſum, hodie vocatum barbatum intelligat, quem verbaſcum appellant Latini. Nam is, vt teſtis eſt Dioſcorides, antiquæ tuſſi auxiliatur. Taſi igitur pro thapſi ſcriptum eſt. c Verbenæ] Manuſcriptus codex Nicolai habet μπερμίνα; Latinã dictionem Græcis literis exarans deprauauit Nicolaus.

Cap. XLIII.

DROSATON ad tuſſientes, ſuppuratos, & deſtillatione ob acrem defluxionem laborantes vtile. Accipit zizipha viginti, violarum vnc. ſemis, ſeminum aniſi, fœniculi, ſing. hexag. duo, glycyrrhizæ, iridis, ſingul. vnc. ſemis, ſebeſten vigintiquinque, adianti manip. ſemis, ſeminis althææ hexag. duo, vuarum Corinthiacarũ vnc. S. tuſſilaginis, fœnigræci, chamæmeli, ſing. hexagia duo, ſeminum cucumerum. ſing. vnc. ſemis, hyſſopi manip. ſemis. Coquantur hæc in aqua, colentur, & adiiciatur mannæ vnc. tres, agarici vnc. vna, dulcis calami repurgati vnc. tres, ſacchari lib. vna, penidiorum lib. ſemis. Coquantur bene, colóque expurgentur, & præbeatur ſingulis diebus manè vnc. vna ſemis.

Cap. XLIIII.

DROSATON purgatorium ex ſena, ad cõtinuas febres & hecticas, mala corporis ex defluxione nata, vtile. Capit radicum quinque, ſingul. vnc. vnam, adianti, ſcolopendrii, ſing. manip. ſemis, herbæ hepaticæ, roſmarini florum, eupatorii, ſeminum cucumerum, ſing. vnc. ſemis, foliorum intybi vnc. ſemis, roſarum rubearum vnc. ſemis, trium ſantalorum, berberis, ſing. drach. tres, ſpodii drach. duas, polypodii vnc. duas, ſenæ vnc. ſemis, epithymi vnc. vnam, mannæ, tamarindi, ſing. vnc. vnã, caſiæ fiſtularis repurgatæ vnc. duas, prunorum, ceraſiorum, ſing. vnc. duas, violarum vnc. ſemis, ſebeſten vnc. vnam, radicis bugloſſi & aſparagi, ſing. vnc. vnam. Coquantur hæc in aqua, & colentur. Accipe de decocto quantum volueris, & iniice ſacchari lib. vnam, rhei barbari hexag. vnum, turpeti hexag. vnum ſemis, hermodactyli hexag. vnum. Hæc trita in pollinem, ligato in linteum ſubtile, & impone dum coquuntur ad conſiſtentiam droſati. dein colo expurgato, & præbeto ex aqua tepida manè vnc. vnam ſemis.

Cap. XLV.

DROSATON ad ſtillicidium, & difficultatem vrinæ, calculoſóſque vtile. Habet abrotoni, ſeminis althææ, ſing. hexag. vnum, radicis aſparagi vnc. vnam, ſcolopendrii vnc. vnam ſemis, polygoni maris vnc. ſemis, lapidis pyritis, lapidis qui in ſpongiis reperitur, ſingul. drach. vnam, radicis lactucæ vnc. ſemis, corallii rubei hexag. vnum ſemis, coſti hexag. tria, radicis fœniculi, apii, macedoniſii, & bugloſſi, ſing. vnc. vnam, ſeminum cucumerum, ſing. vnc. ſemis, zizipha viginti, radicis borraginis vnc. ſemis, [a] repanii ſeminis, & ferulæ, ſing. hexagium vnum, polytrichi manipulum ſemis, radicis aniſi vnciam ſemis, ſeminis intybi hexagium vnum, ſpicæ drachmam vnam. Coquantur hæc in aqua ad tertias, colóque expurgentur. Accipe decocti quantum volueris, adiice illi ſacchari libram vnam ſemis, [b] rha barbarum tritum, & ligatum in linteo ſubtili. Decoctum repone, ac vtere.

a Repanii] Græcè eſt ῥεπανίς. Quid autem illi ſit repanium, nondum compertum habeo. b Rha barbarum, &c.] In codice Nicolai deeſt pondus. Quapropter videtur eſſe legendum vt in ſequenti droſato, rhei barbari triti & ligati in linteo ſubtili, hexag. vnum.

Cap. XLVI.

DROSATON compoſitum admodum bonum, purgatorium. Recipit radicis fœniculi, apii, macedoniſii, aſparagi, borraginis, intybi & bugloſſi, ſingulorũ vnc. vnam, ſcolopendrii manip. ſemis, glycyrrhizæ, iridis, ſingulorum vnc. vnam, florum iunci odorati, cuſcutæ, ſingulorum hexag. vnum, ſeminis apii, fœniculi, & aniſi, ſing. drach. vnam, eupatorii, ſpicæ, aſari, folii, ſing. dr. II. florũ borraginis, violarũ, ſing. dr. I. roſarũ hexag.

ttt. iiii.

vnum,Damaſcena viginti,ceraſia triginta, ſebeſten viginti quinque,polytrichi manip.S.polypodii vnc. duas, triũm ſantalorum, ſing.hexag. vnum, epithymi vnc.I. ſenæ hexag.duo,ſeminum cucumerum , ſing.vnc.S.ſeminis lactucæ & portulacæ,ſing.hexag.duo, agarici hexag.duo,aquæ quod ſatis eſt,ſacchari lib.duas,rhei barbari triti & ligati in linteo hexag. vnum. Datur vnc.vna ſemis manè ieiunis cum aqua tepida.

Cap. XLVII.

DROSATON ſquilliticum ad colicos, iecinoroſos,nephriticos,ſtomachicos,è thorace laborantes, non niſi recta ceruice ſpirantes, caput dolentes, tremore correptos,lienoſos,elephaticos,& omnes morbos,Dei gratia conferens.Squillæ interiorum vnc. vnam,radicis fœniculi,apii,macedoniſii, aſparagi, borraginis, intybi,& bugloſſi,ſing.vnc.vnam, polytrichi manipul.ſemis, abſinthii vnc.ſemis,polypodii vnc.I I.ſpicæ nardi,ſpicæ, ſing.hexag.vnum,ſcolopendrii manipul.ſemis,ſeminis aniſi,fœniculi , petroſelini Macedonici , dauci Cretici, menthæ, ſing.hexag.vnum, Damaſcena viginti, ceraſiorum,ſebeſten, ſing. triginta , epithymi vnc.ſemis,ſenæ hexag. duo, roſarum hexag.duo, iridis hexag . vnũ ſemis, glycyrrhizæ vnc.ſemis, aquæ quod ſatis eſt,& ſacchari lib.vnam,rhei barbari hexag.vnũ , turpeti hexag. ſemis,& vtere.

Cap. XLVIII.

DROSATON ad lumbricos inuentos in ſtomacho,& inteſtinis. Capit artemiſiæ, abrotoni, rutæ foliorum,ſing.vnc.ſemis,carnabadii,nigellæ, ſing.drach. duas,thymbræ,braſſicæ ſeminis,ſingul.drach.quatuor, hyſſopi,radicis bugloſſi,ſingul.hexag.duo, cardamomi hexag.vnum ſemis,nitri Alexandrini hexagium vnum, menthæ hexag.duo,coriandri hexag.vnum, caulis braſſicæ vnc.ſemis,ſebeſten vnc. ſemis, Damaſcena decem, ſeminis fœniculi & aniſi,ſing.hexag.vnum,aquæ & ſacchari quantum ſatis erit.

Cap. XLIX.

Droſaton ad dyſenteriam,& ſtillicidium vrinæ. Habet cicerum nigrorum vnc.ſemis,ſampſychi hexag.vnũ ſemis,abrotoni, aſari, ſingul. hexagium vnum, adianti manipulum ſemis,radicis fœniculi,apii, macedoniſii & aſparagi , ſingulorum vnciam vnam , amygdala amara ſeptem,ſebeſten,Damaſcenorum, ſing. decẽ, violarum hexag vnum, ſeminum cucumerum , ſingulorum vnc. duas,aniſi, fœniculi ſeminum , ſingulorum hexagium vnum,roſarum hexagia duo , aquæ quod ſatis eſt , & ſacchari.

Cap. L.

DROSATON ad dyſenteriam,ſimiliter præſtās. Recipit amygdala amara ſeptem,repanii ſeminis vnc.S. nigellæ ſeminis,carnabadii, ſing.hexag. vnum, Damaſcenorum,ceraſiorum,ſing.decẽ, radicis fœniculi, apii, macedoniſii &aſparagi,ſing.vnc.ſemis, aquæ quod ſatis eſt & ſacchari.Eſt verò bonum ad lumbricos.

Cap. LI.

DROSATON ad ſtillicidium & difficultatem vrinæ. Accipit radicis fœniculi,apii,macedoniſii,aſparagi,& aniſi,ſing.hexag.vnum, Damaſcenorum,& ceraſiorum, ſing.decem, cicerum nigrorũ hexag. tria,aquæ quod ſatis eſt, & ſacchari. Datur tepidum podere vnciæ vnius & ſemis,in ingreſſu balnei.

Cap. LII.

DROSATON ad ſtillicidium,& difficultatem vrinæ. Accipe lapidem cotis, contere in marmore cum vino,& ſuccum ex ipſis factum da bibendum ægrotanti cum decocto chamæmeli & Damaſcenorum, manè & veſperi.Fac & eiuſmodi balneum in iis qui dyſenteria laborant. Cape radicem tinctorum rubeam cum foliis ſuis,[a]naſturtia,apia,herbas venti,crithama,[b]anethi ligna,ferulas,chamæmela,cicera nigra,Hæc coquantur in aqua dulci ad conſiſtentiam, & facto balneo æger ingrediatur.hoc crebrò faciat. Confert etiã bibere hãc aquam ægrotanti, febribus carenti, cum vino : febricitanti autem, cum ſaccharo. Habet radicis anethi, cap-

A patis,apii,ſing.vnc.ſemis,ſebeſten,ceraſiorum, ſingulorum viginti,prunorum decem,radicis rubi hexag.duo, cicerum nigrorũ hexag. vnum,adianti manipulum ſemis,radicis aſparagi vnc.ſemis,cucumerum ſeminis,intybi ſeminis , ſpicæ, chamæmeli , ſingulorum hexagia duo,rubiæ vnciam ſemis,aniſi hexag.duo. Hæc coquantur in aqua ad tertias . Da bibendum quouis tempore. Alimentum verò eius ſit concoctu facile, & boni ſucci. Comedat verò naſturtium,apium,crithama, fœniculũ, aſparagos,& alia olera vrinam mouentia.

B a Naſturtia] Græcè eſt νεροκάρδαμα.κάρδαμον Græcis naſturtium ſignificat.Cur autem adiecerit νέρο, diuinare non poſſum . Paulo pòſt etiam νεροσέλινα dixit . Fortè pro radice, νέρο dictionem vſurpauit, quum νέρτερος Græcis idem quod inferior ſit.νεροσέλινον itaque videtur idem quod inferiorem partem,hoc eſt radicem apii ſignificare. Vel certè νέρος pro νέαρος dixit , vt νεροκάρδαμα illi ſint recentia naſturtia . & hæc ſententia magis mihi arridet . Ta . en in re nobis non planè comperta,nihil temerè affirmare volumus. b Anethi ligna] Græcus Nicolai codex manuſcriptus legit ἀνυθόξυλα , haud dubiè pro ἀνηθόξυλα. Sic autem radicem anethi lignoſam aliquo modo mihi videtur appellare Nam & in ſequentibus ſtatim anethi radicem ad eadem mala vſurpat.

Cap. LIII.

C DROSATON ad eos qui abſceſſu laborant,& tuſſiunt,optimum. Capit [a]paliuri herbæ drach.tres,ſeminis hyoſcyami drach.vnam ſemis, potamogitonis drachmas quatuor, lapathi drach.duas , ſeminis polygoni drach.duas ſemis,ſeminis lini drach. vnam, ſeminis althææ drach.duas,gummi Arabici & Alexandrini,ſingulorum drach. nouem, calami odorati , ariſtolochiæ rotundæ & longæ,ſingulorum drach.vnam ſemis,glycyrrhizæ hexag.tria,ſeminis ferulæ drach. vnam ſemis,hyſſopi vnciam ſemis,roſarum, vuarum, ſingulorum vnc. D ſemis,zizipha viginti,terebinthinæ, ſtyracis, ſingulorũ drach.vnam ſemis, piperis albi, ſeminis papaueris albi, ſingulorum drach.duas, ſeminis vrticæ hexag.vnum ſemis,croci hexag.ſemis,iridis,thuris albi,cinamomi,ſingulorum drach.vnam ſemis , ſebeſten viginti, radicum quinque,ſingulorum vnc. ſemis , adianti manipulũ ſemis,palmulas ſex,agarici,lathyridis,violarum,ſingulorum hexag.ſemis,ſeminis fœniculi,aniſi, ſingulorũ hexag.vnum,radicis acanthæ albæ hexag. duo, & ſeminis E eius drach.duas,bdellii drach.vnam ſemis,tragacanthæ vnciam ſemis, carpobalſami drachmas duas, aquæ quod ſatis eſt,& ſacchari libras duas, rhei barbari hexagium vnum.

a Paliuri] Nicolai codex legit παλαμοδέλκα βόλαίνς, perperam mea ſententia,pro παλιούρε βόλαίνς.Nam vt teſtis eſt Dioſcorides,paliurus,potiſſimum verò eius ſemen,tuſſientibus auxilio eſt.

Cap. LIIII.

DROSATON ad pleuriticos & tuſſientes , optimum. Habet bdellii hexag.duo,ſagapeni hexag.vnum ſemis,trifolii vocati chamæſycii drach.duas,hyſſopi F hexagia duo, radicis [a]Æthiopidis & gentianæ, ſing.hexagiũ vnum ſemis,glycyrrhizæ,tragacanthæ,palmularũ, fœnigræci,ſing.hexag.duo, rutæ ſatiuæ, marrubii, ſingulorum hexag.vnum ſemis, zizipha viginti , radicum quinque,ſing.vnc.vnam, ſebeſten hexagia duo,adianti vnc.duas,Damaſcena viginti,violarum drach.vnam,roſarum hexag.duo,ſeminis fœniculi, aniſi, vnc.ſemis, aquæ quantum ſufficit,ſacchari lib.duas,rhei barbari hexagia duo.

G a Æthiopidis] Nicolai codex legit αἰθιοπίας , pro αἰθιοπίδος. Æthiopidis autem radicẽ pleuriticis conferre Dioſcorides author eſt.

Cap. LV.

DROSATON ad continuas febres , & tertianas. Recipit radicum quinque,ſingulorum vnc.ſemis, violarum hexag.tria,ſeminum cucumerum,roſarum,ſing. vnc.ſemis,ſeminis lactucæ,intybi, portulacæ,& papaueris albi,ſing.hexag. duo, Damaſcena decem, ceraſia viginti,papaueris [a]nigri drach.vnam, glycyrrhizæ vnc.ſemis,pſyllii drach.vnam, ſebeſten triginta, ſcolopendrii manip.ſemis,ſpodii,caphuræ,ſing. hexag.ſemis, trium H ſantalorum,ſing.hexag.vnum,aquæ quod ſatis eſt, ſacchari libram vnam ſemis,rhei barbari hexagium vnum ſemis in pollinem tuſi , ligati in linteo ſubtili , & cocti cum droſato.

a Nigri]Græcè eſt παπαζάρεως μαύρης. Vnde omnibus manifeſtum fit Nicolaum μαῦρον vſurpare pro nigro.

Cap. LVI.

DROSATON ad choleram, diarrhœam, liēteriā, dyſenteriam cruentam, & teneſmum alui. Accipit plantaginis, lentis ſine cortice ſuo, ſingulorum hexagium vnum, [a]echelii herbæ, balauſtiorum, foliorum rubi & ſummitatum eius, ſingulorū hexagia duo, fructus mori immaturi, & rubi immaturi, ſingulorum hexagia duo, fœnigræci, cumini, ſymphyti, hypociſthidis, bryoniæ, ſingulorum hexagium vnum ſemis, cotoneorum immaturorum, & pyrorum ſylueſtrium, ſingulorum vnc. quatuor, roſarum vnciam ſemis, pomorum acidorum vncias duas, granorum myrti vnciam vnam ſemis, ſumach vnciam ſemis, acinorum vuæ vnciam ſemis, ſorbarum hexagia duo, polygoni vnciam ſemis, roſarum ſylueſtrium hexagia duo, pampinorū vitis hexagia quatuor, ſidiorum hexagia quatuor, ſaluiæ hexagium vnū, ſebeſten, ziziphorum, ſingulorum viginti, maſtiches hexagium ſemis, ſeminis aniſi, fœniculi, ſingulorum hexagiū vnū ſemis, aquæ pluuiæ quod ſatis eſt. Poſtquā hæc coxeris, per colum expurgato, & iniice hæc trita & bene cribrata, ligatáque in linteo ſubtili, boli ſcilicet Armenii, terræ Lemniæ, lapidis hæmatitis, ſanguinis draconis, ſingulorum drachmam vnam, ſacchari roſacei veteris libram vnam, ſtillatitii roſarum campeſtrium liquoris vncias tres. Coquantur hæc probè ac colentur, & adiiciatur ſacchari libra vna. Redactum in droſati conſiſtentiam, bibendum præbe manè ieiuno, pondere vnciæ vnius ſemis ex aqua pluuia tepida.

a Echelii]Nicolaus legit ἐχελίκ. Quid autem ſit ἐχέλιον, nondū ſcire me fateor. niſi fortè ἔχιον legēndum ſit.

Cap. LVII.

DROSATON ad quotidianas febres, omnéſque ſitim & rigorem afferentes, vtile. Capit quinquefolii herbæ folia tria, foliorum chamæſyces & ſeminis eius, halicacabi, ſingulorum hexagium vnum ſemis, ſaluiæ, piperis longi, ſingulorum drachmam ſemis, zizipha viginti, ſcolopendrii, ſampſuchi, ſingulorum manipulum ſemis, radicum quinque, ſingulorum vnciam vnā, corticis radicū capparis dr. II. cinamomi dr. vnā ſemis, Damaſcena quindecim, ceraſia triginta, plantaginis vnc. ſemis, roſarum vnciam ſemis, polytrichi manip. ſemis, violarum vnciam ſemis, ſeminis fœniculi, aniſi, ſingulorum hexagia duo, trium ſantalorum, ſingulorum hexagia duo, ſpicæ nardi hexagium vnum, agarici hexagia duo, hyſſopi manipulum ſemis, ſeminum cucumerum, ſingul. drach. vnā, phu drachmam vnam, polypodii vncias duas, ſenæ vnciam ſemis, aquæ quantum ſatis erit, ſacchari libram vnam, ſacchari violacei vncias tres.

Cap. LVIII.

DROSATON ad tuſſientes & pleuriticos optimum. Habet ſeminis ferulæ hexagium vnum, dauci Cretici hexagia duo, hyſſopi vnciam ſemis, iridis hexagia duo, glycyrrhizæ vnciam ſemis, tragacanthæ hexagium vnum ſemis, vuarum Corinthiacarum vnciam ſemis, zizipha viginti, palmulas decem, caricas ſex, radicū quinque, ſingulorum vnciā ſemis, Damaſcena decem, ceraſia viginti, ſeminis vrticæ hexagium vnum, ariſtolochiæ, bdellii, fœniculi, vngulæ caballinæ, ſingulorum vnciam vnam, violarum hexagia duo, ſeminis fœniculi hexagium vnum ſemis, adianti manipulum ſemis, agarici hexagia duo, ſeminis hyoſcyami, papaueris albi, ſingulorum hexagium vnum, aniſi hexagium vnum ſemis, tragacanthæ hexagium ſemis, phu hexagium ſemis, ſtyracis, ſpicæ nardi, ſingulorum hexagium vnum ſemis, carabos ſine pedibus ſex, roſarum vnciam ſemis, aquæ quod ſatis eſt, ſacchari libram vnam, penidiorum libram ſemis, rhei barbari hexagium vnum ſemis.

Cap. LIX.

DROSATON ad pleuriticas diſtētiones, & nerueas brachiorū & femorū, & à craſſis & viſcidis humoribus per vniuerſum corpus reſolutos, atque arthriticos. Recipit acori, hyperici, ſingulorum vncias tres, ſtichadis Arabicæ vnciam ſemis, ſampſychi drachmas duas, carei, aniſi, ammeos, ſingulorum dr. tres, radicis fœniculi, apii, macedoniſii, borraginis, & aſparagi, ſingulorum vnciam vnam, roſarum hexagia duo, epithymi, ſenæ, ſingulorum vnciam ſemis, polypodii repurgati vnciam vnam ſemis, radicis eryngii vnciam vnam, rubiæ hexagia duo, aquæ quantum ſufficit, ſacchari libram vnam ſemis, rhei barbari hexagium vnum, turpeti, hermodactyli, ſingulorum hexagii dimidii quartam partē. Hæc trita in ſubtiliſs. pollinem, ligētur in linteo tenui, & iniiciantur droſato, coquantúrque probè & colo expurgentur.

Cap. LX.

DROSATON ad carnis diſſolutionem, corporíſque imbecillitatem, ſuppuratos, tuſſientes, & abceſſu laborantes. Accipit gummi Arabici, tragacanthæ, ſing. vnciam ſemis, glycyrrhizæ, bugloſſi, eupatorii, adianti, ſingulorum vnciam vnam, ſeminum cucumerum, ſingulorum vnciam ſemis, aniſi, fœniculi ſeminis, iridis, ammeos, ſingulorum hexagium vnum, ſcolopēdrii vnciam ſemis. Cancros fluuiales ſine pedibus decem, decocti teſtudinis terreſtris vncias tres, maceris drachmā ſemis, violarum, borraginis florum, & roſmarini, ſingulorum hexagium vnum ſemis, caricas ſex, palmulas octo, zizipha viginti, hyſſopi manipulum ſemis, vuarum Corinthiacarum vnciam vnam, bombacii ſeminis vnciam vnam, ſeminis vrticæ hexagium ſemis, ligni aloes crudi hexagium vnum, radicis fœniculi, apii, macedoniſii, aſparagi, borraginis, & intybi, ſingulorum vnciam vnam, papaueris albi hexagium vnum ſemis, roſarum vnciam ſemis, thuris maris hexagium vnum ſemis, glycyrrhizæ vnciam ſemis, vngulæ caballinæ vnciam vnā, pruna decem, ceraſia viginti, aquæ quod ſatis eſt, ſacchari libram vnam, penidiorum libram vnam.

Cap. LXI.

DROSATON è roſis ad calorem corporis, iecoris, cordis, & omnem animi defectionem à calore ortā. Purgat etiam ventrem. Capit radicum quinque, ſingulorum vnciam vnam, ſucci apii vnciam vnā ſemis, ſucci intybi, & bugloſſi vncias duas, ſucci eupatorii vnciam vnam ſemis, ſeminum cucumerum ſingulorum vnciā vnam, adianti, aſpleni herbæ, ſingulorum manipulum ſemis, violarum, borraginis florum, & roſmarini, ſingulorum hexagium vnum, ruſci hexagia duo, trium ſantalorum, ſingulorum hexagia duo, aquæ quod ſatis eſt, & agarici drachmam vnam, ſenæ hexagium, epithymi vnciam ſemis, roſarum hexagia quatuor. Hæc probè cocta, colo expurgato. Dein adiice ſacchari libram vnam ſemis, & rheum barbarum, & vtere.

Cap. LXII.

DROSATON purgatorium, & ventrem emolliens, ex hermodactylo nominatum, atque ad podagricos, arthriticos, & nerueas diſtenſiones mirabile. Habet radicum quinque, ſingulorum vnciam vnam, ſeminū cucumerum, ſingulorum vnciam vnam ſemis, hyſſopi, adianti, ſcolopendrii, ſingulorum manipulum ſemis, violarum, florum roſmarini, & borraginis, ſingulorum hexagium vnum, cyperi drachmas tres, chamæmeli dr. duas, vuarum Corinthiacarum vnciam vnam, ſenæ dr. duas, hermodactyli, cuſcutæ, ſingulorum drachm. quatuor, aniſi, fœniculi, carei, ſingulorum drachmam vnam ſemis, polypodii vncias tres, agarici drachmas duas, aquæ quod ſatis erit, ſacchari lib. vnā ſemis, roſarum vnciam vnam, rhei barbari hexagia tria, turpeti hexagia duo. Hæc trita in ſubtiliſſimum pollinem ligentur in tenui linteo, & iniiciantur in droſatum.

Cap. LXIII.

DROSATON ad eos qui malo corporis habitu laborant, ſtomachicos, lienoſos, & omnigenas obſtructiones viſcerum. Recipit radicis helenii, fœniculi, & aſparagi, ſingulorum vnciam vnam, hyſſopi, ſtichadis, eupatorii, ſingulorū drachm. ſex, abſinthii, chamædryos, chamæmeli, ſingulorum drachmas quatuor, tamaricis ramorum, ſcolopendrii, adianti, ſingulorum manipulū

ſemis,radicis capparis hexagia duo, florum iunci odorati,aſari,cyperi,ſingulorum drachm. duas ſemis, phu, rubiæ,ſingulorum vnciam ſemis,carei,aniſi, apii ſeminis,ammeos, ſeminis [a]ligeæ, ſingulorum drach. duas, foliorum ſalicis,corticis fraxini,ſingulorum hexagium vnum,glycyrrhizæ vnciam ſemis, roſarum vnciam vnam.Hæc probè cocta colo expurgato; & adiice polypodii repurgati vnciam vnam,epithymi,ſenæ, agarici, ſingulorum hexag. tria.Hæc denuò bene cocta colato: dein adiicito ſacchari libram vnam ſemis,rhei barbari, & turpeti,ſingulorum hexagium vnum.Hæc trita ligata in linteo ſubtili coniice in droſaton,& vtere.

a Ligeæ]Græcè eſt λιγέας. Quam verò herbam ſic appellet, ſcire non poſſum.Id quod ſuprà etiam monuimus.

Cap. LXIIII.

DROSATON purgatorium,ex rheo barbaro. Accipit quinque radicum,ſingulorum vnciam vnam, adianti manipulum ſemis,ſcolopẽdrii, hepaticæ herbæ, florum roſmarini,eupatorii, ſingulorum vnciã ſemis, foliorum intybi manipulum ſemis,ſeminis intybi & lactucæ,ſingulorum hexagia duo,ſeminum cucumerum, ſingulorum vnciam ſemis,ſpodii drachmas duas, ſantali rubei,berberis,ſingulorum hexagia tria, polypodii vncias duas,ſenæ vnciam ſemis:epithymi vnciam vnã, pruna viginti, ceraſia triginta, ſebeſten quadraginta, violarum vnciam ſemis,tamarindorum,mannæ, ſingulorum vnciam ſemis,caſiæ repurgatæ vnciam vnam ſemis,roſarum vnciam ſemis,aquæ quantum ſufficit, & ſacchari libram vnam ſemis, rhei barbari hexagiũ 1. ſemis. Datur ieiuno pondere vnciæ vnius ſemis,cum aqua tepida

Cap. LXV.

DROSATON ex ſena purgatorium optimum. Capit radicum quinque,ſingulorum vnciam vnam ſemis,ſucci apii,borraginis,& intybi,ſingulorum vnciam vnam,radicis buglosſi vnciam vnam,eupatorii vnciam ſemis,cuſcutæ,aſari,ſingulorum vnciam ſemis,violarũ, florum borraginis,& roſmarini, ſingulorum drachmas duas,ſenæ,ſeminum cucumerum,ſingulorum vnciam ſemis,roſarum vnciam vnam,trium ſantalorum, ſing. drachmas tres,pruna viginti, ceraſia triginta, ſebeſten quadraginta,adianti,ſcolopendrii,ſingulorum manip. ſemis,ſeminis apii,fœniculi,& aniſi, ſingulorum hexagium vnum,agarici hexagia duo,epithymi vnciam ſemis,polypodii repurgati vnc. vnam ſemis, aquæ quod ſatis eſt,ſacchari libram vnam ſemis,rhei barbari hexagium vnum ſemis.

Cap. LXVI.

DROSATON ad quotidianas, & hemitritæos. Habet quinque radicum,ſingulorum vnciam vnã, ſucci apii,intybi,& buglosſi,ſingulorum vncias duas,eupatorii vnciam vnam,ſenæ vnciam ſemis, trium ſantalorum, ſingulorum hexagia duo, violarum,florum borraginis,& roſmarini,ſingulorum hexagium vnum, ſeminum cucumerum,ſingulorum vnciam ſemis,adianti,ſcolopendrii,ſingulorum manip.ſemis, ammeos, aniſi,fœniculi,ſingulorum hexagium vnum, agarici dr. duas,polypodii vncias duas,aquæ quantum ſufficit, ſacchari libram vnam,rhei barbari hexag.vnum ſemis.

Cap. LXVII.

DROSATON [a]acetoſum compoſitum. Recipit radicis fœniculi,apii,macedoniſii, aſparagi,borraginis, intybi,& buglosſi, ſingulorum vnciam vnam, ſeminũ cucumerum,ſingulorum vnciam ſemis, pruna viginti, ceraſia triginta,ſebeſten quadraginta, violarum vnciã ſemis,roſarum vnciam vnam, florũ borraginis, iridis, ſingulorum vnciam ſemis,ſcolopendrii,adianti,ſingul. manip.ſemis,florum iunci odorati,aſari, ſingulorũ hexagium vnum,ſenæ,cuſcutæ, eupatorii, ſantali rubei, ſingulorum vnciam ſemis,ſeminum aniſi,fœniculi,ammeos,ſingulorum hexagia duo,aquæ quod ſatis eſſe videbitur.Dein accipe ex decocto hoc lib.vnam ſemis, & ſucci malorum Punicorum acidorũ vnc. quatuor. Adiice ſacchari libram vnam,& parato vtere.

a Acetoſum compoſitum] Nicolaus habet ἀκιτὲζω κομπόςω. Quæ quidem verba eſſe corrupta nemo non videt. Scribendum enim erat ἀκέτωσον κομπόσιτον.Quare barbaras voces quibus Nicolaus vſus eſt,in noſtra conuerſione eſſe retinẽdas diximus:vt ſcilicet hinc omnes palàm intelligerent, Nicolai etiam temporibus barbaras voces officinas medicorum irrepſiſſe.

Cap. LXVIII.

DROSATON ad tertianas & continuas febres. Accipit ſucci intybi libras duas, oxyphœnicorum vnc. tres.Hæc coquantur ad conſiſtentiam,colẽturque.Dein adiice ſacchari libras duas,rhei barbari hexagia duo,ſucci malorum Punicorum acidorũ vncias tres,aquæ quãtum ſufficit. Coquantur ad conſiſtentiam, & vtere in prædictis malis.

Cap. LXIX.

DROSATON ad iecoris obſtructionem & lienis. Capit meliloti,chama meli,ſingulorum vnciam vnam, florum iunci odorati hexagium vnum ſemis,croci ſcrupulum vnum,ſeminis fœniculi,apii,ſingulorum drach. ſemis,aquæ quod ſatis eſt,ſacchari libram vnam.Coquito ad conſiſtentiam,& colo expurgato, & iniice in pollinem,triti rhei barbari hexagium vnum ſemis, turpeti repurgati hexag. vnum,tartari dr.duas,dacrydii hexagium ſemis:& præbeto quauis vice ſcrupulos duos media nocte,cum aqua tepida.Pondus droſati ſit vnciæ vnius ſemis.

Cap. LXX.

DROSATON ad iecinoroſos, lienoſos,nephriticos,ſtomachicos, omnémque lienis & iecoris obſtructionem & vitioſum corporis colorem.Habet quinque radicum,ſingulorum vnciam vnam, myrices ramorũ, adianti,aſpleni herbæ, ſingulorum vnciam ſemis, rubiæ vnciam vnam,dictamni,phu,acori,ſingulorum dr. duas,lupinorum hexagia duo,radicis buglosſæ,eupatorii,ſingulorum drachmas tres, corticis fraxini vnciam vnam,ſeminis fœniculi,apii,& aniſi,ſingulorum hexagium vnum,ammeos drach.vnam,vuarum vnciã vnã, ſenæ vnciã ſemis, cuſcutæ,aſari,ſingul.drachmas tres, epithymi vnciam vnam,polypodii vnciam vnã ſemis, hyſſopi Cretici vnciam ſemis, ſucci intybi & buglosſi, ſingulorum vncias duas,ſucci abſinthii vnciam vnam, ſucci fumariæ vncias tres, rhei Indici hexag. tria, ſeminis ſecuridacæ in frumentis repertæ hexagia duo, pulegii vnciam ſemis,chama meli drachmas tres, ſebeſten viginti,florum iunci odorati drachmam vnam ſemis, croci drachmam vnam,ſpicæ drachmas duas, meliloti vnciam ſemis,trium ſantalorum, ſingulorum hexagia duo,violarum,florum borraginis & buglosſi, ſingulorũ drachm. tres,Damaſcena viginti,ceraſia triginta, ſeminum cucumerum, ſingulorum vnciam vnam, foliorũ intybi vncias duas,cyperi drachmas tres, carei ſeminis drachmas duas,ſacchari lib. duas,aquæ in qua ferrum multoties extinctum eſt quantum ſufficit, rhei barbari hexagia duo.Dantur manè ieiuno vnciæ duæ cum aqua tepida,habente aliquid de aqua cui ſcolopendrium, myricæ rami,cortex fraxini,aniſum,fœniculum,crocus, & roſæ incoctæ ſint.

Cap. LXXI.

DROSATON purgans viſcera & aluum. Recipit quinque radicum,ſingulorum vncias duas, violarũ hexagia duo,Damaſcena viginti,ceraſia triginta,ſebeſten quadraginta, triũ ſantalorũ,ſing.hexagia duo,roſarum vnciam ſemis,cucumerum ſeminum, ſingulorum vnc. vnam,epithymi vnciam vnam, polypodii vnciam vnã ſemis,agarici,ſenæ,ſingulorum vnciam ſemis, ramorũ myricæ,foliorũ ſalicis,radicis capparis, [a] ſcarolachani, hyſſopi,iridis,ſingulorum vnciam ſemis, foliorum intybi & lactucæ, ſingulorum vnciam ſemis drachmam vnam, polytrichi vnciam vnam, glycyrrhizæ vnciam ſemis,rubiæ hexagia duo,turpeti hexagia duo, ſeminis lactucæ,intybi,aniſi,& fœniculi, ſingulorum vnciam ſemis,florum borraginis & roſmarini,ſingulorum hexagium vnum, vuarum vnciam vnam, aquæ quod ſatis eſt,ſacchari libram vnam ſemis,rhei barbari hexagium vnum ſemis.Datur ex aqua tepida.

a Scarolachani] Græcè eſt σκαρολαχάνου. Quid verò illi ſit Scarolachanon, ſcire non poſſum: niſi Scariolam intelligat, quæ inter olera numerari poteſt.

Cap. LXXII.

DROSATON ad podagricos, arthriticos, deſtillatione laborãtes, articulorum dolorem, neruorum incontinentiam,& ad omnem corporis malitiam. Vocatur de hermodactylo. Datur manè ieiuno vncia vna ſemis cum aqua tepida. Purgat ventrem, neque cõpreſſionem, neque anguſtiam, neque querelam corporis efficit, ſed facilè potius ſpirantes, lætos,& immunes ab omni vitioſo humore, ac ſanos, qui idipſum aſſumunt, facit. Accipit radicum fœniculi, apii, macedoniſii, aſparagi, borraginis, intybi,& bugloſſi, ſingulorũ vncias duas, ſeminum cucumerum, ſingulorum vnciam ſemis, pruna viginti, ceraſia triginta, ſebeſten quadraginta, polytrichi manipulum ſemis, floris iunci odorati, aſari, ſing. hexag. duo, trium ſantalorum, ſingul. hexag. vnum, ſcolopendrii manipulum ſemis, epithymi vnciam vnã, polypodii vncias duas, rubiæ hexagia duo, roſarum, glycyrrhizæ, ſingulorum vnciam ſemis, ſeminum aniſi, fœniculi, ſingulorum hexagia duo, ſenæ vnciam ſemis, agarici hexagia duo, papaueris albi hexagium vnũ, violarum hexagia duo, chamæpityos vnciam ſemis, nenuphari hexagia duo, ſeminis portulacæ, lactucæ,& intybi, ſingulorum vnciam ſemis, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ſingulorum hexagia duo, hyſſopi manipulum ſemis, zizipha viginti, vuarum vnciam ſemis, tamarindorum hexagia quatuor, folii hexagium vnum, ſtichadis vnciam ſemis, ſeminis ſampſychi hexag. duo, carei, ammeos, ſingulorum hexagium ſemis, hyperici, trifolii, phu, ſingulorum hexagia duo, chamædryos hexagium vnum, croci hexagium vnum ſemis, florum roſmarini hexagium vnum, eupatorii, berberis, ſpodii, ſingulorũ hexagia duo, aquæ quantum ſufficit, ſacchari lib. duas, rhei barbari hexagia duo, hermodactyli hexagium vnũ ſemis, turpeti hexagia duo. Hæc trita ligentur in linteo ſubtili, coniiciantúrque in ebullitionem droſati,& colentur.

Cap. LXXIII.

DROSATON ad iecinoris obſtructionem à calore ortam. Vocatur Italica lingua [a]Ipilaſtione. Facit ad ſtomachi dolorem, vteri, renum, imi vẽtris,& viſcerum inflationem. Capit radicis fœniculi, apii, macedoniſii, aſparagi, borraginis, intybi,& bugloſſi, ſingulorũ vnc. vnam ſemis, calaminthæ vnciã ſemis, chamameli, meliloti, ſingulorum hexag. tria, aniſi, fœniculi, ammeos, apii, carei, ſingulorum drachmas duas, ſeminum cucumerum, ſingulorum vnciam ſemis, aſari, florum iunci odorati, cyperi, ſingulorum drachmam vnam ſemis, radicis rubiæ drachmas quatuor, eupatorii, abſinthii, ſingulorum drachmas tres, fumariæ vnciam ſemis, dictamni drachmam vnam, trium ſantalorum, ſingulorum hexagium vnum, roſarum vnciã ſemis, polytrichi, myricæ, ſingulorumm anipulum ſemis, radicis capparis hexagia duo, ſucci intybi, borraginis, bugloſſi, abſinthii,& fumariæ vncias duas, hyſſopi, iridis, glycyrrhizæ, ſingulorum vnciam ſemis, aquæ quantum ſufficit. Poſt ebullitionem hæc iniiciãtur, ſpicæ nimirum, coſti, blattæ Byzantiæ, maceris, caryophylli, ſingulorum drachma vna, radicis mandragoræ hexagium vnum, croci drachma ſemis, ſenæ vncia ſemis, epithymi vncia vna, polypodii vnciæ duæ, agarici hexagia duo, Damaſcena viginti, ceraſia triginta, ſebeſten quadraginta, violarum vncia ſemis, gari vnciæ octo, aceti vnciæ quatuor. Hæc decoquito ad tertias, colóque expurgato,& adiice ſacchari libras duas, rhei barbari,& turpeti hexagia duo. Ligato autem hæc in linteo tenui,& coniice in ebullitionem droſati. Datur manè ieiuno vncia vna ſemis, aut vnciæ duæ cum aqua tepida.

a Ipilaſtione] Codex Nicolai habet καλεῖται ἰταλικῇ γλώσσῃ ἰπιλαστιῶναι. Quum verò vox Ipilaſtione ſit corrupta, quid ſignificet ſcire nequeo.

Cap. LXXIIII.

DROSATON ad oculorum dolorem,& ardorem A eorundem, omnem denique defluxionem ad eos deriuatam,& ad hebetudinem. Habet radicis fœniculi, apii, macedon iſii, aſparagi, borraginis, intybi,& bugloſſi, ſingulorum vnciam vnam, polypodii vncias duas, ſenæ vnciam ſemis, epithymi vnciam vnam, turpeti, agarici, ſingulorum hexagia duo, violarum, borraginis florum,& roſmarini, ſingulorum hexagium vnum ſemis, florum iunci odorati hexagium vnum, ſtichadis vnciã ſemis, polytrichi, ſcolopedrii, ſingulorum manipulum ſemis, trium ſantalorum, ſingulorum hexagia duo, ſemi-
B num cucumerum, ſingulorum vnciam vnam, pruna decẽ, ceraſia viginti, ſebeſten triginta, aquæ roſaceæ quod ſatis eſt, ſaccharilibram vnam,& aceti boni vncias duas. Datur manè ieiuno vncia vna ſemis, aut vnciæ duæ ex aqua tepida.

Cap. LXXV.

DROSATON ex myrobalano ad arthriticos, iſchiadicos,& omnem imbecillitatẽ neruorum à prauis humoribus factam. Recipit myrobalanorum ex quinque generibus, ſine flauis, ſingulorum vnciam ſemis.
C Hos terens coniice in libram vnam ſemis aquæ, diebus quatuor. Dein accipe radicis fœniculi, apii, macedoniſii, borraginis, intybi, bugloſſi,& aſparagi, ſingul. vnc. vnam ſemis, ſeminis aniſi, fœniculi, ſingulorum drach. duas, eſulæ hexagia duo, ſeminum cucumerum, ſingul. vnciam vnam, pruna decem, ceraſia viginti, ſebeſten triginta, polytrichi, ſcolopendrii, ſingulorũ manipulum ſemis, roſarum, glycyrrhizæ, hyſſopi, ſingulorum vnciã ſemis, zizipha viginti, polypodii vncias duas, ſenæ hexagia tria, epithymi vnciam vnam, violarum hexagia
D duo, agarici vnciam ſemis, ſtichadis hexagia quatuor, croci drachmam vnam, aquæ quantum ſufficit, ſacchari libras duas,& decocti myrobalanorum libram vnam ſemis, turpeti hexagium vnum ſemis, hermodactyli hexagia duo, rhei barbari hexagium vnum. Datur vncia vna ſemis, aut vnciæ duæ ex aqua tepida.

Cap. LXXVI.

DROSATON ad iecinoroſos, lienoſos,& abſceſſu laborantes. Accipit radicis fœniculi, apii, macedoniſii, aſparagi, borraginis, intybi, lactucæ,& bugloſſi, ſin-
E gulorum vnciam vnam, pruna decem, ceraſia viginti, ſebeſtẽ triginta, polypodii vncias duas, ſenæ vnciam ſemis, agarici vncias duas, epithymi vnciam ſemis, ſeminum cucumerum, ſingulorum vnciam vnam, ſeminis lactucæ & intybi, ſingulorum vnciã ſemis, hyſſopi, polytrichi, ſcolopendrii, ſingulorum manipulum ſemis, ſeminis fœniculi, apii,& aniſi, ſingulorum hexagia duo, iridis vnciã ſemis, zizipha quindecim, glycyrrhizæ vnc. ſemis, roſarum vnciam vnam, trium ſantalorum, ſingulorum hexagium vnum, aſparagi ſeminis,& ruſci, ſing.
F drachmam vnam, rubiæ vnciam vnam, ramorum myricæ manipulum ſemis, radicis capparis drachmam vnam, calaminthæ vnciam ſemis, papaueris albi hexagia duo, abſinthii hexagia duo ſemis, ſtichadis hexagium vnum, ramorum ſalicis vnciam ſemis, violarum vnciã ſemis drachmam vnam, florum roſmarini hexag. duo, vuarum Corinthiacarum vnciam vnam, aquæ quãtum ſufficit,& ſacchari libras duas, rhei barbari hexagium vnum, turpeti hexagium vnum ſemis. Datur manè ie-
G iuno vncia vna ſemis, aut vnciæ duæ ex aqua tepida.

Cap. LXXVII.

DROSATON ad reſolutos, arthriticos,& neruorum mala vtile. Capit radicis fœniculi, apii, macedoniſii, aſparagi, borraginis,& bugloſſi, ſingulorum vncias duas, peucedani hexagium vnum, pyrethri drachmas duas, cubebe drachmam vnam, cardamomi hexagium ſemis, euphorbii, caſtorei, ſingulorum hexagiũ ſemis, roſarum hexagia duo, cinamomi hexagium vnum, ſeminis fœniculi hexagia duo, coriãdri hexagium ſemis,
H Damaſcena decem, ſebeſten quindecim, ceraſia viginti, aquæ quod ſatis eſt, ſacchari libram vnam, rhei barbari & turpeti & hermodactyli, ſingulorum hexagium vnum. Recte confecto vtere.

Cap. LXXVIII.

DROSATON ad eos qui vinum immoderatè bibunt,& volentes hoc odio proſequi. Habet ſucci abſinthii drachmam vnam,amygdalas amaras quinque, ſeminis braſſicæ & foliorum drachmas duas,ſeminis fœniculi hexagia duo,lapathi, [a]azogyri,ſingulorum hexagium vnum,ſeminis lactucæ hexagii dimidii quartam partem,aſari hexagium ſemis,piperis albi & longi,ſing. hexagium vnum,terebinthinæ drachmam vnam,roſarum hexagia duo, tragacanthæ hexagium vnũ ſemis, vuæ marinæ vnciam vnam,mellis Attici vnc.quatuor, ſacchari vncias octo,vini albi vncias quatuor,aquæ lib. duas.Reduc ad droſati conſiſtentiam,& vtere.

a Azogyri] Græcè eſt ἀζογύρου. Quid verò per illam vocem Nicolaus intelligat,me ignorare fateor.Sed legendum fortè erit ἀνάγυρον.Anagyri autem hiſtoria eſt apud Dioſcoridem.

Cap. LXXIX.

DROSATON ad eos qui elephantia laborãt,valde bonum. Recipit radicis fœniculi,apii, macedoniſii, borraginis & intybi,ſingulorum vnciam vnam, violarum,abſinthii,cuſcutæ,ſingulorum drach. ſex, epithymi vnciam vnam,polypodii vncias duas,myrobalanici trini,agarici,ſingulorum drachmas tres,ſenæ drachm. duas,ſucci eupatorii,bugloſſi & intybi,ſingulorum vncias quatuor,ſucci fumariæ lib.ſemis,rubiæ,phu,ſingulorum drachmas quatuor ſemis,ſpicæ drachmam vnã, cyperi vnciam ſemis,aniſi,ammeos, ſingulorum hexagium vnum,aſari hexagia duo,florum iũci odorati dr. vnã ſemis, Damaſcena viginti,ceraſia triginta, ſebeſtẽ quadraginta,ſeminum cucumerum, ſingulorum vnc. vnam,florum borraginis & roſmarini, ſingulorum drachmam vnam ſemis,trium ſantalorum,ſingulorum dr. vnam, ſucci calaminthæ vnc.duas, myricæ ramorum vnciam vnam ſemis,ſcolopendrii,adianti, ſingulorum manipulum ſemis,aceti ſquillitici vncias quatuor, ſacchari libras tres,aquæ in qua ferrum multoties extinctum eſt,quantum ſufficit.Coquito hæc probè ad droſati conſiſtentiam. Datur manè ieiuno vncia vna ſemis,aut vnciæ duæ cum aqua tepida.

Cap. LXXX.

DROSATON ad hydropicos,mirabile. Accipit quinque radicum,ſingulorum vnciam vnam,aniſi,petroſelini,ſingulorum hexagium vnum,aſari,ſpicæ nardi,amomi,ſingulorum hexagium ſemis,epithymi vnc. ſemis,polypodii vnciam vnam ſemis, ſcolopendrii hexagium vnum ſemis,Damaſcena viginti, cyperi vnciã ſemis,radicis acori aut foliorum eius hexagium vnũ, iridis hexagia duo,caſiæ repurgatæ vnc. vnam,aquæ in qua ferrum multoties extinctum ſit quantum ſufficit, & mellis Attici aut ſacchari lib.vnam,aceti vncias quatuor.Præparatum rectè datur manè pondere vnciarum duarum,cum aqua tepida in qua ferrum extinctum ſit.

Cap. LXXXI.

DROSATON ad iecinoroſos,expertum. Capit eupatorii ſtag.tria,pæoniæ,trium ſantalorum, ſingulorum ſtagia duo,ſcolopendrii,aſari,croci,ſingulorum ſtagium vnum,roſarum legitimarum ſtagia duo,hyoſcyami ſtagium vnum ſemis,cyperi ſtagia tria, glycyrrhizæ ſtagia ſex,ſpicæ nardi ſtagium vnum ſemis,plantaginis maioris ſtagia duo ſemis, ſeminis ſecuridacæ drachmã vnã,ſebeſtẽ ſtag. tria, ſeminis portulacæ vnc.ſemis,papaueris albi drach.vnam, violarum ſtagium vnum ſemis,aniſi,agni ſeminis,lactucæ,intybi, ſingulorum dr. vnam ſemis,radicis capparis hexagium vnum ſemis, polytrichi vnciam ſemis,Damaſcena viginti,ceraſia triginta,pſyllii ſtagium vnum,radicum quinque, ſingulorum vncias duas, ſeminũ cucumerum, ſingulorum vnciam ſemis,florum myricæ ſtagium vnum,roſarum vnciam ſemis,ſeminis milii ſolis ſtagium vnum, petroſelini ſtagii dimidii quartam partem, [a]chamæceraſi radicis corticis ſtagia duo, ſeminis hederæ ſtagium ſemis, ammeos,ſpicæ,ſingulorum ſtagium vnum, cinamomi ſtagia tria,oxyacãthæ ſtagium vnum ſemis, aquæ quãtum ſufficit,& ſacchari libras duas, rhei barbari & turpeti,ſingulorum hexagium vnum ſemis. Coquito probè ad conſiſtentiam,colóque expurgato. Dantur vnciæ duæ cum aqua tepida.

a Chamæceraſi]Græcè eſt χαμοκερασίας fortè pro χαμαικερασίας. Intelligit autem,vt puto,ceraſi humilis radicis corticem.

Cap. LXXXII.

DROSATON ad iecinoroſos,lienoſos,ſtomachicos,& colicos.Habet corticis radicis capparis ſtag. duo, ſcolopendrii hexagia duo,myricæ fructus & floris,ſing. hexagium vnum ſemis,foliorũ ſalicis , [a]ſplenodapani, ſeminis agni,ſingulorum ſtagia duo,amomi,abſinthii, ſingulorum ſtagium vnum ſemis, ariſtolochiæ ſtagia duo,gentianæ ſtagium vnum,ſaluiæ ſtagia duo ſemis, radicis aſparagi hexag. tria,chamædaphnes,radicis ſtruthii,ſingulorum ſtagium vnum ſemis, betonicæ,coſti, ſingulorum hexagium vnum ſemis, petroſelini ſtagiũ vnum ſemis,ſebeſten hexagia tria,ſeminis maluæ ſtag. vnum,radicis acori ſtagium vnum ſemis, ſcolopendrii, polytrichi,ſingulorum manipulum ſemis,radicis fœniculi,apii,macedoniſii, lactucæ ,borraginis,& bugloſſæ, ſingulorum vnciam vnam,radicis chamæceraſi hexag. duo,ſeminis hederæ hexagium vnum ſemis,corticis radicis [b]careæ vnciam ſemis,cubebe ſtagium vnum, aſari,ſeminis fœniculi, ſingulorum ſtagia duo, epithymi hexag. duo,florum borraginis ſtagia tria, Damaſcenorum vnciam ſemis,cinamomi ſtagia duo, trium ſantalorum,ſingulorum hexagium vnum ſemis, ſeminũ cucumerum,ſingulorum vnciam ſemis,ammeos hexag. vnũ, violarũ hexag. duo, roſarũ hexag.tria,croci hexagium ſemis,aquæ quantum ſatis erit,ſacchari lib. duas, turpeti & rhei barbari,ſingulorum hexagium vnum ſemis. Hæc coquito ad conſiſtentiam droſati, dein colo expurgato,& vtere.

a Splenodapani] Græcè eſt σπληνοδαπάνου,hoc eſt herbæ lienem abſumentis.Quare eam intelligit herbam quæ alio nomine aſplenon dicitur. b Careæ]Græcè eſt καρίας. Quid autem ſit carea qualíſque herba,me ignorare fateor,niſi careum intelligat.

Cap. LXXXIII.

DROSATON ad arteriacos & tuſſientes optimũ. Recipit ſeminis ferulæ,dauci Cretici, ſingulorum ſtag. tria,bdellii,helxines,ſingulorum ſtagium vnum ſemis, rutæ vnciam ſemis, abrotoni drachmas duas,polygoni vnciam ſemis,ziziphorum vnciam ſemis,adianti vnciam vnã, radicis acanthæ albæ vnc. duas,agarici drachmas tres,ariſtolochiæ longæ & rotundæ,ſingulorum hexagium vnum ſemis,calami odorati drachmas duas, carpobalſami drachmam vnam ſemis,ſex radicum,ſingulorum vnciam ſemis,piceæ foliorum tenerorum cũ ramis eius drachmas tres, ſeminis hyoſcyami ſtagium vnum,hyſſopi ſtagia quatuor,zingiberis drachm. duas, cumini hexagium vnum, cardamomi drachmas tres, carpobalſami ſtagium vnum ſemis, betonicæ drachm. tres, [a]bechaniæ terentinæ ſtagia duo, aniſi, ammeos, ſingulorum hexagium vnum, tragacanthæ drachmas duas,terebinthinæ ſtagium ſemis, vuarum palmularũ, caricarum, ſingulorum vnciam ſemis drachmam vnã, glycyrrhizæ vnciam ſemis,Damaſcena decem, ſeminis fœniculi hexagium vnum ſemis,violarum drach. duas, roſarum vnciam ſemis,vngulæ caballinæ vnciam vnã, aquæ quod ſatis eſt, ſacchari libras duas, rhei barbari & turpeti,ſingulorum hexagium vnum. Datur manè ieiuno pondere vnc.vnius ſemis cum aqua tepida.

a Bechaniæ terentinæ] Nicolaus habet βηχανίας τερεντίνης.Quid verò ſit bechania,mihi prorſus ignotum eſt.

Cap. LXXXIIII.

DROSATON ad eos qui iecur dolent propter calidam intemperiem,valde bonum. Accipit trium ſantalorum,ſingulorum vnciam ſemis,roſarum,violarum, ſingulorum hexagia duo,ſecuridacæ hexag. duo ſemis, ſpicæ nardi,eupatorii,aſari,ſcolopẽdrii,ſingulorum hexagia duo,adianti manipulum vnum, ſeminis lactucæ & intybi,papaueris albi,ſingulorum vnc. ſemis,quinq; radicum, ſingulorum vncias duas,ſeminum cucumerũ, ſingulorum vnciam ſemis, petroſelini hexagia duo,ſebeſten viginti,Damaſcena triginta, ceraſia ſexaginta,

ſeminis portulacæ hexagia duo, cinamomi vnciam ſemis, croci hexagium ſemis, pſyllii hexagium vnum,ſpodii hexagia tria,mannæ hexagia ſex, oxyphœnicorum vnciam vnam,caſiæ vncias duas, rhei barbari hexagia duo,ſeminis agni hexagia tria, ſaluiæ hexagia duo,ſeminis fœniculi hexagia tria,epithymi vnciam vnam,polypodii vncias duas, papaueris nigri hexagia quatuor, ſolani vel eius ſeminis vnciam ſemis, glycyrrhizæ vnciam vnam, ammeos hexagia duo, ſeminis cotoneorum hexagia tria, hyoſcyami vnciã ſemis, ſpicæ hexagium vnum, ſacchari libras duas, radicis capparis vnciam vnam ſemis, coriandri hexagia tria. Datur manè pondere vnciarum duarum ex aqua tepida,ac poſtea vt dormiat permittendum.

Cap. LXXXV.

DROSATON ad dyſentericos, & cœliacos,admodum bonum. Capit aquæ pluuiæ libras quatuor, pampinorum vitis manipulum vnum, poma acida tuſa decem,cotonea tuſa ſex, roſarum rubearum vncias duas, cacuminum rubi vnciam vnam, granorum myrti vnc. vnam,ſorbarum vnciam vnam, pyrorum ſylueſtrium vnc. duas.Coquito hæc ad tertias,& adiice ſacchari roſacei libram vnam.Coquito iterum ad tertias, colóque expurgato.Datur manè pondere vnciarum duarum cũ aqua pluuia in qua cocta ſint ſumach,roſæ, grana myrti,maſtiche,& aniſum.

Cap. LXXXVI.

DROSATON ad podagricos & arthriticos optimum. Habet ſex radicum,ſingulorum vnciam vnam, Damaſcena viginti,ceraſia triginta,ſebeſten quadraginta,radicis bugloſſæ vnciam vnam,ſeminum cucumerũ, ſingulorum vnciam vnam,aſari,chamædryos, chamæpityos,ariſtolochiæ longæ & rotundæ, florum iunci odorati,ſingulorum vnciam ſemis,polytrichi, ſcolopendrii,hyperici,ſingulorum vnciam vnam,ſeminis fœniculi,petroſelini,aniſi,ſingulorum hexagia duo,roſarum vnciam ſemis. Coquito hæc in aqua ad tertias, colóque expurgato,& accipe de decocto libras duas,illique adiice epithymi vnc. vnam,polypodii vnc.duas, ſenæ vnc. ſemis,roſarum vnciam vnam, medullæ colocynthidis drachm. vnam,euphorbii drach.ſemis,mannæ vnciam ſemis,oxyphœnicorum vnciam ſemis drachmam vnã, caſiæ vnciam vnam.Coquito hæc denuò probè ad tertias,colóque tranſmitte,& accipe de iis libram vnam ſemis. Adiice autem hæc trita & cribrata, nempe hermodactyli drachmam vnam,turpeti hexagium vnum,rhei barbari hexagium vnum.Coquantur ad tertias,colóque expurgentur.dein adiice ſacchari libram vnam. Datur cum aqua tepida ieiuno manè pondere vnciarum duarum vſque ad ſeptimum diem. Diebus iis præteritis, ſi voles dare laboranti purgatorium medicamentum, accipe Galeni picræ hexagium vnum ſemis,benedictæ laxatiuæ hexagium ſemis,hermodactyli, turpeti, ſingul. drachmam vnam,rhei barbari hexagium ſemis.Hæc bibenda præbe media nocte cum aqua tepida. dein dato acetum cum aqua,vt os ſuum eluat.

Cap. LXXXVII.

DROSATON ad cœliacos & dyſentericos. Recipit mala acida decem, cotonea ſex, granorum myrti vnciam vnam,ſummitatum rubi manipulum ſemis, roſarum vnciam vnam, aniſi, ſeminis fœniculi, ſingulorum vnciam ſemis, ſorbarum & pyrorum ſylueſtriũ immaturorum,ſingulorum decem, ſumach vnciam vnam,maſtiches vnciam ſemis, acinorum vuæ vnciam vnam. Hæc trita irrigato cum aqua pluuia ſufficiente, & decoquito probè ad tertias,colóque expurgato. dein adiice ſacchari roſacei veteris libram vnam. Coquito ad conſiſtentiam droſati,colóque expurgato. Datur cũ aqua pluuia cui incocta ſint ſumach, maſtiche, & aniſum.

Cap. LXXXVIII.

DROSATON ad dyſentericos,& lientericos. Accipit mala cypariſſi decem,cyperi vnciam ſemis, maioranæ aridæ,ſaluiæ,& roſmarini, ſingulorum manipulũ A ſemis,granorum myrti vnciam vnam,roſarum vnciam vnam,maſtiches vnciam ſemis,ſidiorum hexagia duo, aniſi,ſeminis fœniculi,ſingulorum vnciam ſemis, cotonea tuſa quatuor,pyrorum ſylueſtrium tuſorum vncias tres,ſumach vnciam ſemis,aquæ quod ſatis eſt, & ſacchari roſacei veteris libram vnam.Datur cum aqua pluuia cui incocta ſint ſumach,maſtiche,& grana myrti.

Cap. LXXXIX.

DROSATON ad continuas febres & ardentes,ac lipyrias nominatas.Capit ſeminis lactucæ,intybi & por B tulacæ,ſingulorum hexagia duo, eupatorii vnciam ſemis,trium ſantalorum,ſingulorum vncias duas ſemis, pruna viginti,ceraſia triginta,ſebeſtẽ quadraginta,violarum vnciam vnam,roſarum vnciam vnam ſemis, ſeminis ſylueſtris[a] melitzanii vnciam ſemis, ſeminum cucumerum,ſingulorum vnciam ſemis, papaueris albi & nigri,ſingulorum hexagium vnum,ſeminis cotoneorũ hexagium ſemis,adianti vnciam vnam,caphuræ ſcrup. duos,ſcolopendrii vnciam vnam,aquæ quod ſatis eſt, ſacchari libras duas,rhei barbari hexagia duo.

C a Melitzanii] Nicolaus habet μελιτζάνιϗ. Quid verò illi ſit melitzanium,ſcire certo nõ poſſum.Intelligit fortè melanthium ſylueſtre, quod aliquibus pſeudomelanthium vocatur & lolium. quanquam falſò,vt ſecundo noſtrorum de ſtirpium hiſtoria com.tomo, monſtrauimus.

Cap. XC.

DROSATON ad ſtillicidium & difficultatem vrinæ,ac calculoſos. Habet ſex radicum, radicis bugloſſi,ſingulorum vnc. duas, pruna quindecim, ceraſia viginti,ſebeſten triginta,roſarum vnciam ſemis,polytrichi,abrotoni,violarum,ſingulorum vnciam ſemis,cri- D tami, naſturtii & apii tenerum, ſingulorum vncias duas, chamæmeli vnciam vnam, amygdala amara viginti,ſeminis raphani hexagia duo,rubiæ, ſeminis apii, fœniculi,& aniſi,ſingulorum hexagium vnum, aquæ quod ſatis eſt,ſacchari libram vnam, rhei barbari hexagium vnum ſemis.Datur manè cum aqua tepida pondere vnciæ vnius & ſemis,aut vnciarum duarum.

Cap. XCI.

DROSATON ad febres acutas & ardentes, calidámque iecoris intemperiem,& ictericos.Recipit radi- E cum ſex,radicis bugloſſi,ſingulorum vnciam vnam, adianti, foliorum intybi, ſingulorum manipulum ſemis, violarum vnciam ſemis,florum borraginis drach. duas,ſeminum cucumerum, ſingulorum vncias duas, trium ſantalorum,ſingulorum hexagia duo, ſeminum lactucæ & intybi,ſingulorum hexagium vnum ſemis, ſcolopendrii manipulum ſemis, pruna viginti, ceraſia triginta,ſebeſten, & ziziphorum, ſingulorum vigintiquinque,glycyrrhizæ vnciam ſemis,aniſi,ſeminis fœniculi,hordei excorticati,ſingulorum vnciam ſemis, ca- F ſiæ vncias duas,aquæ quantum ſufficit, ſacchari libras duas,rhei barbari hexagium vnum ſemis. Datur manè ieiuno,pondere vnciæ vnius,vel vnciæ vnius ſemis, ex aqua tepida.

Cap. XCII.

DROSATON ad iecinoroſos,lienoſos,ictericos, & omnis generis iecoris caliditatẽ. Accipit ſex radicũ, radicis bugloſſi,& ruſci,ſingulorum vnciam vnam, ſeminum cucumerum,ſingulorum vnciam ſemis,ramorum myricæ manipulum ſemis,radicis ſalicis, ſeminis G portulacæ,ſingulorum vnciam ſemis,adianti, hepaticæ herbæ,ſingulorum manipulum ſemis, aſari hexagium ſemis,eryngii,rubiæ,ſingulorum vnciam ſemis, violarum,borraginis florum, ſingulorum hexagium vnum ſemis,ſucci intybi,eupatorii & bugloſſi,ſingulorum vncias duas,cicerum nigrorum vnciam vnam, ſenæ vnciã ſemis,cichorii manipulum ſemis,ſeminis lactucæ,intybi & aniſi,ſingulorum hexagium vnum,epithymi vnc. vnam,polypodii vncias duas, radicis capparis hexagia duo,corticis radicis ſalicis hexagia duo, dauci ſeminis H & petroſelini,ſingulorum hexag. vnum, ſeminis ſparti & radicis eius,ſingulorum hexagium vnum ſemis, Damaſcena viginti,ceraſia triginta,ſebeſten quadraginta, trium ſantalorum,ſingulorum hexagium vnum ſemis,

corticis fraxini hexagia duo,roſarum vnciam ſemis , aquæ quod ſatis erit , ſacchari libras duas, rhei barbari, & turpeti,ſingulorum hexagia duo.Datur manè ieiuno cum aqua tepida pondere vnciarum duarum cui incocta ſint radix fœniculi,apii, aſparagi , cicera nigra , Damaſcena,cortex fraxini,& rami myricæ.

Cap. XCIII.

DROSATON ad omnem iecoris caliditatem , & obſtructionem lienis,viſcerúmque purgatorium.Capit ſex radicum,bugloſſi radicis,& ruſci , ſingulorum vnc. vnam,ſeminum cucumerum,ſingul. vnc.ſemis,adianti,hepaticæ herbæ,ſcolopendrii,ſingulorum manipulũ ſemis,trium ſantalorum,ſingulorum hexagium vnum ſemis,radicis eryngii,rubiæ,ſingulorum vnciam ſemis, pruna viginti,ceraſia triginta,ſebeſten quadraginta,intybi manipulum ſemis,ramorum ſalicis & myricæ,ſingulorum manipulum ſemis,aſari hexag. vnum , violarum,florum borraginis,nenuphari,ſingulorum hexag. vnum ſemis,ſucci intybi,eupatorii & bugloſſi, ſingulorum vncias duas,cicerum nigrorum vnciam ſemis , ſenæ vnciam vnam,cuſcutæ, florum iunci odorati , phu, cyperi,hyſſopi,ſingulorum vnciam vnam ſemis,cichorii manipulum ſemis,ſeminis portulacæ , lactucæ & intybi,ſingulorum vnciam ſemis , epithymi vnciam ſemis,polypodii vncias duas,radicis capparis corticis in aceto macerati hexagia duo,corticis ſalicis hexagia duo, ſeminis dauci,petroſelini,aniſi,ſingulorum hexagium vnum ſemis, radicis ſparti & eius ſeminis hexagia duo, roſarum vnciam ſemis,aquæ quod ſatis eſt , ſacchari libram vnam,rhei barbari & turpeti , ſingulorum hexag. vnum.Datur manè ieiuno pondere vnciæ vnius ſemis, aut duarum cum aqua tepida cui incocta ſint radix fœniculi,apii,intybi,& aſparagi,cicera nigra,cortex fraxini,rami myricæ,pruna,ceraſia,& aniſum.

Cap. XCIIII.

DROSATON ad diſtentiones neruorũ, brachiorum,& femorum.item reſolutos à craſſis & viſcidis humoribus.Habet acori,hyperici,ſingulorum vnc.duas,ſtichadis vnciam ſemis,ſampſychi,carei, aniſi , ammeos, ſingulorum drachmas tres,aceti quod ſatis eſt, aut aceti ſquillitici vnciam ſemis,aquæ & ſacchari libram vnã, mellis Attici vncias ſex,rhei barbari hexagium vnum, turpeti,hermodactyli,ſingulorum hexagium ſemis.Datur manè ieiuno pondere vnciæ vnius ſemis, aut duarũ cum aqua tepida.

Cap. XCV.

DROSATON ad neruorum diſtẽtiones,brachiorum & femorũ,podagricos,arthriticos,reſolutos à craſſis & viſcidis humoribus,& ad omnem defluxionem optimum.Recipit amomi,aſari , ſingulorum drachmas quatuor,acori,hyperici,ſingulorum vncias tres , xylobalſami vnciam vnam,dictamni drachmas quatuor,rubiæ vnciam vnam, peucedani vnciam ſemis , ſtichadis Arabici hexagia quatuor , ſampſychi hexag. duo,trifolii vnciam ſemis,ſeſelis hexag. duo,[a] ſenonis, ſiſymbrii, ſingulorum drachmas tres,ſii drachm.duas,aceti ſquillitici vncias tres,aquæ quantum ſufficit, ſacchari libras duas,mellis Attici libram vnã,rhei barbari,turpeti,ſingulorum hexagium vnum. Datur manè ieiuno cum aqua tepida pondere vnciæ vnius ſemis aut duarum, diebus ſeptem.Deinde dato [b] catapotia vocata intempeſtiua,dormituro,prout viribus ſatis eſt.

a Senonis]Manuſcriptus codex legit ζήνωνος, pro σήνωνος. Dicitur enim ſinon & ſenon. b Catapotia,&c.]Nicolai codex habet κὄκκια τὰ ἀγλουμένα ἀώρια. Malè autem κὄκκια pro κόκκια ſcribitur. κόκκια enim vocat,quæ alii καταπότια. ἀώρια autem,vel intempeſtiuè,nimirum euntibus iam cubitum,data:quum legitimum tempus dandorum medicamentorum purgantium ſit matutinum:vel fortè, quòd deformia dicta ſunt. Certi enim ſtatuere nobis nihil licet,ſed tantùm coniecturis vtimur.

Cap. XCVI.

DROSATON ad iecinoroſos,lienoſos,nephriticos,colicos & inflatos . Accipit ſex radicum, ſingulorũ vnciam vnam,eryngii,calaminthæ, ſingulorum vnciã ſemis,florum chamæmeli,meliloti, ſingulorum vnciã A ſemis drachmam vnam,ſeminis aniſi,fœniculi,apii,ammeos,carei,ſingulorum drachmas duas , radicis capparis vnciam ſemis,corticis recentis fraxini vnciam vnã, radicis ſalicis,cyperi,aſpleni,adianti, ſingulorum vnciã ſemis,aſari,florum iunci odorati,ſingulorum drachmã vnam ſemis,rubiæ drachmas ſex,eupatorii,bugloſſi,ſenæ,abſinthii,fumariæ,ſingulorum drachmas quatuor, dictamni drachmas tres, aquæ quantum ſufficit . Dein adiice ſucci intybi,fœniculi,borraginis,& abſinthii, B ſingulorum vncias tres,ſucci fumariæ vncias duas.Coquãtur rectè ad conſiſtentiam,colóque expurgentur . Dein adiiciantur ſacchari libræ duæ,ſpicæ,coſti, oſſis narium purpuræ, maceris , caryophylli , ſingulorum drachma vna , radicis mandragoræ , croci, ſingulorum drachm. ſemis,rhei barbari hexagium vnum. Hæc trita in pollinem,ligentur in linteo ſubtili , & coquantur probè ad conſiſtentiam,colóque expurgentur. Datur vnciæ duæ cum aqua tepida cui incocta ſunt piceæ folia, & aniſi.

C

Cap. XCVII.

DROSATON ad tuſſientes,ſuppuratos,& deſtillatione laborantes. Capit iridis,glycyrrhizæ,ſingulorũ vnciam ſemis,adianti manipulum vnum,tragacanthæ, gummi Arabici,ſingulorum drachmas tres,caricas albas decem,vuarum Corinthiacarum vnciam vnam ſemis,ſeminis maluæ,& bombacii, ſabæ repurgatæ, ſingulorum drachm . tres,floris maluæ ſylueſtris magnæ, borraginis & roſmarini florum , ſingulorum drachmas D duas,violarum drachmam vnam ſemis,aniſi, fœniculi, ammeos, ſingulorum hexagium vnum , ſucci vngulæ caballinæ aut foliorum vncias quatuor,ziziphorum,ſebeſten,glycyrrhizæ,hyſſopi , ſingulorum vnciam vnã, cancros fluuiales decem ſine pedibus lotos ſæpenumero,papaueris albi cum calathis vſti vnciam vnam , palmulas decem,caſiæ vncias tres,ſex radicum & bugloſſi, ſingulorum vnciam vnam ſemis, polypodii vnc . duas, ſenæ vnciam vnam,epithymi vnciam vnam , roſarum E vnc.vnam,[a] tuſſilaginis vnciam vnam , hordei decorticati vnciam ſemis,aquæ quantum ſufficit , ſacchari lib. vnã,penidiorum lib.ſemis.Datur manè,meridiè & veſperi vncia vna cum aqua tepida in qua decocta ſint zizipha viginti,ſebeſten quindecim, Damaſcena decem, vuarum Corinthiacarum vnciæ duæ,iridis , glycyrrhizæ , ſingulorum vncia ſemis ; hordei decorticati vncia vna, hyſſopi manipulus ſemis. Coquantur hæc & colo expurgentur,denturque. Si verò efficere volueris vt ventrem purget,dato manè rhei barbari triti ſcrupulos duos.

F a Tuſſilaginis]Nicolaus habet βερβελικῆς. Sic autem vocat herbam quam alii & ipſe quoque aliàs, vngulam caballinam , latini verò tuſſilaginem nominant. Corrupta hæc vox eſſe ex dictione βήχιον videtur.

Cap. XCVIII.

DROSATON ad lienoſos,ſtomachicos,& eos qui malo corporis habitu laborant.purgat etiam aluum.Habet ſex radicum,ſingulorum vnciam vnam , polytrichi manipulum ſemis,ramorum myricæ vnciã ſemis , ſcolopendrii,hyſſopi,glycyrrhizæ, ſingulorum vnciam vnam,zizipha viginti,aniſi,fœniculi ſeminum, ſingulo- G rum hexagia duo,caryophylli ſcrupulos duos , ſeminũ cucumerum,ſingulorum vnciam vnam,radicis bugloſſi vnc.ſemis,violarum,borraginis florum , ſingulorum hexagia duo,vuarum Corinthiacarum vnc.vnam , Damaſcena decem,ceraſia viginti,ſebeſten triginta, polypodii vncas duas,epithymi vnc.vnam,ſenæ,agarici,ſingulorum vnc.ſemis,roſarum vnc.vnam.Coquãtur hæc in aqua ad tertias,dein colo expurgato,& accipe ex decocto illo quantum voles,in ollámque conîicito, addéque [a] oxyphœnici vnc.ſemis,caſiæ vnc.vnam , rhei barbari hexag. vnũ , turpeti hexagium vnum ſemis, zingiberis hexagium ſemis. Coquãtur hæc probè ad tertias; H colóque expurgẽtur. Adiiciantur ſacchari libræ duæ,& coquantur ad conſiſtentiam.Detur pro arbitrio cum aqua tepida pondere vnciæ vnius,aut vnc. vnius ſemis. Quòd ſi verò iecur ægrotantis intemperie calida affectũ

fuerit,adde ex zulapio roſaceo purgatorio hexagium vnum ſemis aut duo,datóque cum droſato aquam tepidam media nocte.

a Addéque]Poſt hæc verba in Græco codice legitur καταφόρτιον λιβάνου. Quidverò iis verbis innuere velit,diuinare nõ ſatis poſſum: niſi fruſta ſeu micas thuris intelligat.

Cap. XCIX.

DROSATON ad iecinoroſos,& lienoſos. Recipit ſex radicum & bugloſſi,ſingulorum vnciam vnam, ſantali rubei & citrini,ſingulorum drachmas tres, violarum,borraginis florum & roſmarini, ſingulorum hexagium vnum,eryngii vnciam ſemis, cucumerum ſeminum,ſingulorum vncias duas,ſeminis lactucæ & intybi,ſingulorum drachmas duas,pruna viginti, ceraſia triginta,ziziphorum,ſebeſtẽ,ſingulorum trigintaquinque,polytrichi,ſcolopendrii,ramorum myricæ, ſingulorum vnciam vnam,radicis capparis hexagia duo,hordei puri vnciam vnam,aſari vnciam vnam ſemis,herbæ hepaticæ hexagia duo, glycyrrhizæ vnciã ſemis, aquæ quod ſatis eſt,caſiæ vnciam vnam, mannæ drach. tres, oxyphœnici vnciam ſemis,turpeti vnciam ſemis,ſenæ, agarici,ſingulorum vnciam ſemis drach.vnam, polypodii vncias duas,epithymi vnciam vnam, ſacchari librã vnam ſemis,aceti vnciam vnam ſemis,aut quantum ſatis erit.Datur cum aqua tepida ad arbitrium. Poſt ſumptionem huius droſati diebus ſex, ſi vis vti purgatorio medicamento, dato ex illo droſato cum aqua tepida, rhei barbari hexagium vnum, ſacchari roſacei laxatiui hexagia duo,diacydonii laxatiui hexagium vnum. Datur media nocte.

Cap. C.

DROSATON ad iecinoroſos,lienoſos,malo corporis habitu præditos, ſtomachicos, & omnis generis viſcerum obſtructiones. Accipit ſex radicum & bugloſſi,ſingulorum vnciam vnam,polypodii vncias tres,eupatorii,epithymi,ſenæ,ſingulorum vnciam vnam, agarici vnciam ſemis,adianti,ſcolopendrii, ramorum myricæ,ſingulorum manipulum vnũ,ſucci intybi, bugloſſi,& fumariæ vncias duas,ſucci apii & eupatorii, ſingul. vncias duas ſemis,ſeminis fœniculi & apii, ſingulorum drachmas tres,ſeminum cucumerum, ſingulorum vnciam vnam,ſucci abſinthii vnciam vnam ſemis, ſeminis lactucæ,portulacæ & intybi,ſingulorum vnciam ſemis,violarum,florum borraginis & roſmarini,ſingulorum drachmas tres,eryngii vnciam ſemis,papaueris albi hexagia tria,trium ſantalorum, ſingulorum hexagiũ vnum,radicis capparis vnciam ſemis, roſarum vnciam vnam, aquæ quantum ſufficit,ſacchari lib.vnam ſemis, aceti vncias tres. Datur vncia vna,aut vncia vna ſemis, ex aqua tepida manè ieiuno.

Cap. CI.

DROSATON ad ſuppuratos,tabidos,febricitantes, deſtillatione & abſceſſu laborantes. Capit radicum ſex, ſingularum vnciam vnam, violarum, borraginis florum,ſeminis maluæ,nenuphari, ſeminis vrticæ, florum roſmarini,roſarum rubearum, ſingulorum drachmas tres,adiãti vnciam vnam,ſeminum cucumerũ, ſingulorum vnciam vnam ſemis, papaueris albi vnciã ſemis,radicis bugloſſi vnciam vnam, Damaſcena quindecim,ſantali rubei & albi,ſingulorum hexag. duo,tragacanthæ,gummi Arabici,ſingulorum vnciam ſemis, vuarum Corinthiacarum vnciam vnam, carnium palmularum decem,iridis drachmas tres,chamæleuces vncias tres,fabæ repurgatæ,hyſſopi, ſingulorum vnciam vnam, bombacii ſeminis vnciam vnam ſemis, vngulæ caballinæ vncias duas,caſiæ vnc. vnam, aquæ quod ſatis eſt,ſacchari libram vnam, penidiorum libram ſemis,roſarum vnciam vnam,ſucci glycyrrhizæ,ariſtolochiæ rotundæ,ſingulorum drachmas tres. Datur manè & veſperi cum aqua tepida pondere vnc. vnius,aut vnciæ vnius ſemis.

Cap. CII.

DROSATON ad iecinoroſos,lienoſos,ictericos, & omnem calorem iecoris. Habet radicum ſex,ſingula-

A rum vnciam vnam,ramorum myricæ manipulum ſemis,ſeminum cucumerum,ſingulorum vnciam ſemis, adianti,hepaticæ herbæ,ſingulorum manip.ſemis, triũ ſantalorum,ſingulorum hexagium vnum,pruna viginti,ceraſia triginta,ſebeſten quadraginta,foliorum lactucæ & intybi manip.ſemis,aſari hexagium vnum,violarum,borraginis florum & roſmarini,ſingulorum hexagium vnum ſemis,ſucci intybi, bugloſſi, & eupatorii, ſingulorum vncias duas,cicerum nigrorum vnciam vnam,ſenæ vnciam ſemis,ramorum ſalicis manipulum B ſemis,cichorii vnciam vnam,ſeminis portulacæ,lactucæ & intybi,ſingulorum hexagium vnum,rhei barbari hexagia tria,radicis capparis in aceto macerati hexagia duo,corticis radicis ſalicis hexagiũ vnum ſemis, dauci, petroſelini,& ſparti ſeminum, ſingulorum hexagium vnum,radicis ſparti hexagium vnum ſemis, rubiæ hexagia tria,ſacchari libras duas.Datur manè pondere vnciarum duarum cum aqua tepida,in qua incocta ſint radicis fœniculi & apii,hordei,cicerum nigrorum, corticis fraxini,& ramorum myricæ quantum volueris.

C Cap. CIII.

DROSATON ad eos qui laborant abſceſſu,vlceráque in renibus & veſica habent. Recipit radicum ſex, ſingularum vnciam vnam,ſeminum cucumerum,ſingulorum vncias tres,adianti manipulum ſemis, cicerũ nigrorum vnciam vnam,ſpicæ drach.vnam, florũ chamæmeli drachmas tres,aſari drachmas duas,vuarũ Corinthiacarum vncias tres,Damaſcena viginti,ceraſia triginta,cyperi vnciam vnã, chamædryos, chamæpityos, pinearum nucum, ſingulorum vnciam ſemis, trifolii D drachmas tres,ſymphyti hexagia duo, ſeſelis drachmã vnam ſemis,hyſſopi manipulum ſemis, zizipha viginti,glycyrrhizæ vnc.vnam,iridis vnciam ſemis, ſeminis apii,& petroſelini,ſingulorum drach.vnam, amygdalarum dulcium viginti,ſebeſten quindecim,ſcolopendrii manipulum ſemis,ſeminis erucæ hexagium vnum ſemis,roſarum vnc.vnam,aquæ quod ſatis eſt, ſacchari libram vnam ſemis.Datur manè ieiuno ex aqua tepida, cui incocta ſint radix fœniculi,apii,macedoniſii,& aniſum.

E Cap. CIIII.

DROSATON ad colicos & nephriticos optimũ. Accipit radicum ſex,ſingularum vncias duas, ſeminis fœniculi,apii,petroſelini,ammeos, carei, anethi, aniſi, ſingulorum hexagium vnum,phu,cyperi,ſpicæ, zingiberis,caryophylli,ſingulorum drach.ſemis, glycyrrhizæ vnc.vnam,acori,iridis,ſingulorum vnc.ſemis,polypodii vncias tres,epithymi vnc.vnam,ſenæ,turpeti, ſingulorum vnc.ſemis,radicis capparis vnc.ſemis, ſcolopẽdrii,ramorum myricæ,adianti,ſingulorum manip. ſe-F mis,florum iunci odorati hexagia duo, eupatorii vnc. vnam ſemis,aquæ quod ſatis eſt,ſacchari lib. duas, rhei barbari,turpeti,ſingulorum hexagium vnum, roſarum vnc.vnam.Datur cum aqua tepida,cui incocta ſint radix fœniculi,apii,& macedoniſii, hordeum mundum, & aniſum.

Cap. CV.

DROSATON ad colicos,& nephriticos optimũ. Capit medullæ ſquillæ vncias tres,radicum ſex, ſingul. vnc. vnam,ſeminis fœniculi,apii,petroſelini, ammeos, G carei,aniſi,ſing.hexagium vnum ſemis, chamædryos, chamæpityos,ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ſingulorum drach.duas,ſeminis althææ,aſpleni herbæ, ſingul. drach.vnam ſemis,ſenæ,aſari,florum iunci odorati, ſingul.dr.tres,phu,dauci Cretici,cyperi,ſing.dr.vnam,nardi Celticæ drach.vnam ſemis,folii drach.vnam, abſinthii drach.tres,iridis drach.vnam ſemis,polypodii vnc. tres,ſpicæ drach.vnam,menthæ drach.duas, triboli ſeminis vnc.ſemis,thymi drach. vnam ſemis, epithymi vnc.vnam,thymbræ drach.duas,hyſſopi vnc.ſemis, ſil-H phii drach.vnam ſemis,radicis capparis drach.tres, roſarum vnc.vnam,aquæ in qua ferrum extinctũ eſt multoties quantum ſufficit,ſacchari lib.duas. Datur manè ieiuno vnc. vna ſemis aut vnciæ duæ cum aqua tepida,

diebus ſeptem,cui incocta ſint radix apii,fœniculi,macedoniſii,& aniſum.

Cap. CVI.

DROSATON ad iecinoroſos, lienoſos, obſtructionem & duritiem viſcerum. Habet radicum ſex,ſingularum vnciam vnam,ſeminum cucumerum,ſingul. vnc.vnam ſemis,intyborum,ramorum myricæ, ſcolopendrii,polytrichi,ſingulorum manipulũ ſemis, violarum,florum borraginis & roſmarini,ſingulorum hexagium vnum ſemis,ſucci intybi,apii, eupatorii, & bugloſſi,ſingulorum vncias duas,cicerum nigrorum vnc. vnam,cichorii,ſparti ſeminum, & radicis, ſingulorum vnciam ſemis,Damaſcenorum,ceraſiorum,ſebeſtẽ, ſingulorũ trigintaquinque,ſeminis lactucæ & intybi, ſingulorum vnciam ſemis, ſeminis dauci hexag. vnũ, trium ſantalorum,ſingulorum hexagia duo,cyperi vnciam ſemis,phu,cuſcutæ,ſingulorum drach.tres, ſenæ vnc.ſemis,aſari hexagium ſemis,radicis ſalicis, corticis fraxini,radicis capparis,ſingul.drach.tres, ramorum ſalicis manip.ſemis,ſpicæ,rubiæ,ſingulorum vnc. ſemis, ammeos drach.vnam ſemis,vuarum Corinthiacarũ vnciam vnam,hyſſopi manip.ſemis, glycyrrhizæ vnc. ſemis,chamæmeli vnc.vnam,florum iunci odorati drachmas tres,ſeminis fœniculi,aniſi, ſingul.vnciã vnam, polypodii vncias duas,epithymi vnc.vnam, agarici hexagia duo,roſarum vnc.vnam,aquæ quod ſatis eſt, ſacchari libras duas,rhei barbari,& turpeti,ſingulorum hexagium vnum. Datur manè ieiuno pondere vnciæ vnius ſemis cum aqua tepida,cui incocta ſint radix capparis,rami ſalicis,zizipha,Damaſcena,glycyrrhiza, aniſum,fœniculum,cortex fraxini,& rami myricæ.

Cap. CVII.

DROSATON ad obſtructionem iecoris & lienis, atque colicos,mirabile. Recipit meliloti, chamæmeli, radicis fœniculi,apii,& aſparagi,ſingulorum vnciam vnam,florum iunci odorati hexagium vnum ſemis,roſarum vnciam ſemis,croci ſcrup.vnum, ramorum myricæ manip.ſemis,aquæ quod ſatis eſt,ſacchari libram ſemis.Datur manè ieiuno pondere vnciæ vnius, aut vnc. vnius ſemis cum aqua tepida, cui adiice corallii rubei ſcrupulum vnum. Aqua verò incocta habeat folia piceæ,radicem apii,ramos myricæ,ſcolopendrium, ſemẽ fœniculi & apii:datúrque dieb⁹ tribus. Si verò poſt hos dies dare vis purgatorium medicamentũ, præbeto hãc drangæam media nocte,quæ habet rhei barbari drach. vnam ſemis,ſeminis fœniculi & apii, ſingulorum ſcrupulum vnum,tartari drachmam ſemis,croci ſcrup.vnũ, ſacchari quantum aliarum ſpecierum.vel dato has pilulas media nocte,quæ accipiunt aniſi,ammeos, apii, folii,calami odorati,ſeminis erucæ,ſingulorum ſcrupulũ vnum,ſagapeni,bdellii,hieræ Galeni, ſingulorum drachmas duas,colocynthidis,agarici, ſingulorum drach. vnam,turpeti drachmas ſex,rhei barbari hexagium vnum,dacrydii drach.vnam.Fingãtur pilulæ ciceris parui magnitudine, cum ſucco fœniculi,& præbe pilulas vndecim,aut tredecim,aut quindecim pro viribus.

Cap. CVIII.

DROSATON è fumaria,conferens melancholicis,cholericis,elephantia correptis,carnis pruritui, ſcabiei,lichenibus,carniſque malitiei, ad vitioſum deniq; vniuerſi corporis colorem, & faciei, ad exanthemata à prauis humoribus facta.Accipit myrobalani citrini vnciã ſemis,violarum,abſinthii,cuſcutæ,ſingulorum vnc. vnam,polypodii vncias duas,epithymi vnc. vnam, ſenæ,agarici,ſingulorum vnciam ſemis,roſarum vnciam vnam.Coquantur probè in aqua ad tertias,colóque expurgato,& accipe de decocto illo libras duas.adde fumariæ ſucci cocti & colati libram vnam. Dein accipe ſacchari libram ſemis,mellis Attici libram vnam.Coquãtur ad conſiſtentiam,& detur ſingulis diebus manè ieiuno vncia vna ſemis cum aqua tepida. Præbeto autem etiam hæc,nempe dacrydii hexagium ſemis, rhei barbari hexagium vnum,tartari ſcrupulos duos.Hæc in pollinem trita dato cum droſato ſcrupulum vnum diebus ſeptem aut nouem.

Cap. CIX.

DROSATON ad iecinoroſos,lienoſos, & hydropicos,admodum bonum & vtile. Capit radicum ſex,radicis bugloſſi & ruſci,ſingularum vnciam ſemis, polypodii vncias duas,ſenæ vnciam ſemis, epithymi vnciã vnam ſemis,ſcolopendrii,polytrichi,ſingulorum manipulum ſemis,iridis vnciam ſemis, roſarum vnciam vnam,ſtichadis vnciam ſemis,myrobalanorum,exceptis flauis,ſingulorum hexagium vnum,agarici,glycyrrhizæ,ſingulorum vnciam ſemis, ramorum myricæ, hyſſopi,ſingulorum manipulum ſemis,medullæ ſquillæ aſſatæ vncias tres, xylobalſami, petroſelini Macedonici, ſingulorum hexagium vnum ſemis, menthæ, pulegii, ſingulorum hexagia duo,cardamomi hexagiumſemis, aniſi,apii,& fœniculi ſeminum,ſingulorum vnciam ſemis,abſinthii hexagia tria,ſpicæ hexag.duo; thymbræ vnciam ſemis,foliorum mandragoræ, radicis capparis, ſeminis vrticæ,ſingulorum hexagia duo, ſeminum cucumerum, ſingulorum vnciam vnam, ſeminis vrticæ hexagia duo,florum iunci odorati,tuſſilaginis,chamæmeli,ſingulorum vnciam ſemis, ſeminis ericæ hexagia duo,trium ſantalorũ,ammeos,radicis phu,aſari,florum hyperici,ſingulorum vnciã ſemis,ramorum ſalicis manipulum ſemis,roſmarini vnciam vnam,eryngii vncias duas,florum roſmarini & borraginis, ſingulorum vnc. ſemis,rubiæ vnciam vnã, calaminthæ vnc.vnam, Damaſcena decem,ceraſia viginti,ſebeſten triginta, ſeminis aſparagi,& ruſci,papaueris albi, ſingulorum hexag. duo,vuarum Corinthiacarum vnciam vnam, herbæ aſpleni,acori, ſingulorum hexagia duo, corticis fraxini vnciam ſemis,fumariæ vnc.vnam, eupatorii, violarũ, ſingulorum vnc.ſemis,ſeminis ſparti & radicis, ſingul. hexagia duo,cichorii vnc.ſemis,cuſcutæ,aſari, ſingulorum vnc.ſemis,aquæ in qua ferrum multoties extinctũ eſt,quantum ſufficit,ſacchari lib.vnam,mellis Attici libram vnam ſemis.Datur manè ieiuno pondere vnciæ vnius ſemis,aut duarum cum aqua tepida in qua ferrũ ſæpius extinctum eſt.Dein accipe rhei barbari hexagiũ vnum,turpeti hexagium vnum ſemis,dacrydii ſcrupulos duos.Trita præbeantur cum droſato pondere ſcrup. vnius aut duorum.

Cap. CX.

DROSATON ſquilliticum purgans aluum, hydropicis & lienoſis vtile. Habet radicum ſex, ſingulorũ vnciam vnam,abſinthii vnciam ſemis, polypodii vnc. duas,ſpicæ nardi hexagium vnum,ſcolopendrii vnc.vnam,ſeminis fœniculi,aniſi,petroſelini, dauci Cretici, ſingulorum vnciam ſemis,pruna viginti, ceraſia, ſebeſten,ſingulorum triginta,epithymi vnciam vnam, iridis,glycyrrhizæ,ſingulorum vnciam ſemis,roſarum hexagia quatuor,ſeminum cucumerum,ſingulorum vnc. ſemis,polytrichi vnciam vnam,trium ſantalorum,ſingulorum hexagia duo,agarici vnciam ſemis,turpeti hexagia duo,aquæ quod ſatis eſt,ſacchari libras duas. Datur manè ieiuno pondere vnciæ vnius aut duarum cum aqua tepida,in qua ferrum multoties extinctum eſt.

Cap. CXI.

DROSATON ad colicos & nephriticos valde bonum.Recipit radicum ſex,& bugloſſi, ſingulorum vnc. vnam,ſeminis fœniculi,apii,macedoniſii, ſingulorum hexag. duo, chamæmeli hexagium vnum ſemis, ſeminis althææ hexagium vnum, ſcolopendrii manipulum ſemis,ligni aloes hexagium ſemis,aſari,floris iunci odorati,ſingulorum hexagium ſemis,ſenæ vnciam ſemis, adianti manipulum ſemis,polypodii vncias duas,aquæ in qua ferrum pluries extinctum eſt,quod ſatis eſt, ſacchari lib.vnã ſemis.Datur manè ieiuno vnc. vna ſemis, aut duæ cum aqua tepida in qua ferrum ſæpius extinctum eſt,& cui incocta ſit radix fœniculi,apii, & aniſi.

Cap. CXII.

DROSATON ad colicos, nephriticos, lienoſos, ſtomachicos, viſcerúmque obſtructionem præſtans.

Accipit radicis bugloſſi, ſcolopendrii,ſing.ſtag.tria,caſiæ lib.ſemis,corticis radicis capparis hexag.duo, ſeminis & florum ericæ, ſingulorum hexagiũ vnum ſemis, medullæ ſquillæ aſſatæ aut crudæ vnciam vnam,foliorum ſalicis hexag.vnum,ſpicæ nardi,aſpleni, ſeminis agni,ſingul.hexag.duo,comæ abſinthii,ariſtolochiæ longæ & rotundæ,gentianæ, ſingul.ſtag.vnum, amomi ſtagia duo,ſaluiæ, radicis pæoniæ, ſingul. ſtag.duo ſemis, radicis aſparagi vnc.vnam, folii ſtag.duo, florum chamæmeli, chamædaphnes, radicis ſtruthii, ſingulorum ſtag.vnum ſemis,betonicæ,coſti,ſing.hexag.vnum,petroſelini ſtag.vnum ſemis,ſebeſten quindecim, florum iunci odorati ſtagium vnum ſemis, ſeminis maluæ ſtagium vnum, radicis acori ſtag. vnum ſemis,radicis fœniculi,apii,macedoniſii, borraginis & intybi, ſingulorũ vnc.vnam,chamædryos,chamæpityos, ligni aloes, ſingul.hexag.ſemis, radicis chamæceraſi hexag.tria, ſeminis hederæ hexag. vnum ſemis,corticis radicis careæ vnciam ſemis, cubebe ſtag.ſemis, ſeminis fœniculi,aniſi, ſing.vnc.vnam,polii, florum iunci odorati, aſari, ſing. hexagium ſemis, epithymi vnciam vnam, ramorum myricæ manipulum ſemis, florum borraginis & roſmarini,ſing.hexag.vnum,anthemidis hexag.ſemis, Damaſcena viginti, ceraſia triginta, ſebeſten quadraginta, cinamomi hexagium vnum, adianti manip.ſemis, polypodii vnc.duas,trium ſantalorum,ſing.hexag.duo,ammeos hexag. ſemis, violarum hexag.duo, roſarum vnc. ſemis,aquæ in qua ferrum extinctum eſt ſæpius, quantum ſufficit, ſacchari lib.duas,rhei barbari hexag.vnum ſemis,turpeti hexag. duo. Datur manè ieiuno pondere vnciæ vnius ſemis,aut duarum cum aqua tepida in qua ferrum multoties extinctum eſt,& in decoctione habente aniſum,& ramos myricæ.

Cap. CXIII.

DROSATON ad tertianas ſimplices & duplices, quotidianáſque,purgatorium. Capit radicum ſex, & bugloſſi,ſing. vnc.duas,ſeminum cucumerum, ſingul. vnc.ſemis, ſeminis portulacæ, papaueris nigri & albi, ſing.hexagii dimidii quartam partem,polytrichi, intybi,eupatorii,hepaticæ herbæ,ſylueſtris melitzanii, & foliorum lactucæ,ſingul.manipulum ſemis, ſeminis lactucæ,& intybi,ſingul.hexagia duo,zizipha viginti, pruna quindecim,ceraſia,ſebeſten,ſingulorum viginti, [a]ſcorpidis,roſarum,cyclamini,ſingulorum manip. ſemis,ſeminis fœniculi,aniſi,vnciam ſemis, ſeminis apii,cardamomi,ſingul.drach.duas,violarum, florum borraginis & roſmarini,ſingulorũ hexag. duo, vuarum Corinthiacarum vnc.vnam,glycyrrhizæ,vnc.S. nenuphari hexag. duo, [b]antzitoli vnc.S.trium ſantalorũ,ſing.hexag. duo, ſenæ vnc.ſemis,polypodii vnc. duas, roſarum vnc.vnã, aquæ quantum ſufficit, ſacchari lib. vnam ſemis, ſucci malorum Punicorum acidorum vnc.tres, rhei barbari hexag.vnũ S. turpeti hexagia duo. Datur ex aqua tepida manè & veſperi vnc.vna ſemis, aut duæ.

a Scorpidis] Scorpidem vocat herbam quam alio nomine ceterach ipſe & officinæ hodie appellant. b Antzitoli] Nicolai codex habet ἀντζιτόλι. Quid verò barbara hac voce intelligat me ignorare fateor.

Cap. CXIIII.

DROSATON per totum diem potum ad dyſentericos & cœliacos. Habet violarum hexag.duo, ſeminis intybi hexagia duo, roſarum rubearum hexag.tria, meſpila viginti, cotonea ſex, cacumina myrtorum nigrorum & fructus eorum, ſing.vnc.ſemis,rhois culinarii vnc.vnam, pampinorum vitis vnc.ſemis, [a]pyra immatura decem,pyra ſylueſtria quindecim, ſucci plantaginis & hypociſthidis,ſingulorum vnciam vnam,ſucci acaciæ vnc.duas, ſpodii hexagia quatuor, ſidiorum,balauſtiorum, ſingulorum hexag.tria, maceris hexagium vnum,ſantali rubei hexag.tria,coſti hexag.vnum,cinamomi hexag.vnum ſemis,boli Armenii,Lemnii ſigilli, ſanguinis draconis, lapidis hæmatitis, ſingulorum hexagium vnum ſemis,corallii rubei vnc.ſemis, ſucci polygoni & quinqueneruiæ, ſingul.vnc.ſemis drachmam vnam, aquæ pluuiæ quod ſatis eſt, ſacchari libram ſemis,ſacchari roſacei veteris lib.vnam,ſtillatitii roſarum campeſtrium liquoris vncias quatuor,rhei barbari hexagium vnum. Datur vnc.vna ex aqua pluuia cui incoctũ ſit aniſum.

a Pyra] Manuſcriptus codex falſò ἀπίδια legit pro ἄπια. Sic ſuprà apomeli è pyris ἀπιδίτην, pro ἀπίτην dixit.

Cap. CXV.

DROSATON ad iecinoroſos, à calore tales factos,vitioſo colore præditos,furioſos,colicos, & nephriticos præclarum. Vocatur autem è rheo barbaro. Accipit radicis fœniculi,apii, macedoniſii,aſparagi,borraginis,intybi,bugloſſi,& ruſci,ſingulorum vnc.duas,roſarum rubearum vnc.vnam, violarum vnc.ſemis, polytrichi manipulum ſemis, foliorum intybi manipulum vnum,aniſi vnc.ſemis, ſeminis fœniculi & apii,ſingul. hexag.quatuor, ſeminum cucumerum, ſingulorũ vnc. duas,ſeminis lactucæ & portulacæ,ſingul.vnc. ſemis,ſeminis vrticæ drach.duas,papaueris albi vnc.ſemis, pruna viginti,ceraſia triginta,ſebeſtẽ quadraginta, zizipha viginti, vuarum Corinthiacarum, ſing.vnc. vnam, ramorum myricæ & ſalicis,naſturtii teneri,crithami,ſingulorum manip.ſemis,glycyrrhizæ,hordei decorticati, ſing.vnc.vnam,polypodii vnc.duas,epithymi vnc.vnã, agarici vnc.ſemis,ſenæ hexag.quatuor,turpeti, hermodactyli,trium ſantalorum,ſingul.vnc.ſemis.Hæc coquãtur in aqua,& colo expurgentur: dein adiice ligni aloes boni,ſpicæ, ſing.drach. vnam, calami odorati,cinamomi,nucis moſchatæ,galangæ,ſing.drach.ſemis,rhei barbari hexag.vnum ſemis.Hæc probè trita coquatur cum decocto ſuperiore ad conſiſtentiam,dein colentur,& adiiciatur ſacchari lib.vna ſemis, roſarum rubearum vnc. vna.Datur manè ieiuno cum aqua tepida pondere vnc. vnius ſemis,aut duarũ, diebus ſex.Poſtea propinato purgatorium medicamentum,pro viribus ægrotantis.

Cap. CXVI.

DROSATON ſquilliticum ad quartanas mirabile. Accipe ſquillam [a]rufam, coquito cum fermento in calido cinere,aut in clibano.dein accipe de parte eius interna teneriore vnc.duas,aceti lib.ſemis,radicis fœniculi,apii,macedoniſii,aſparagi,borraginis,intybi,& ruſci ſing.vnc.duas,ſcolopendrii,ramorum myricæ,aſari, calaminthæ,ſing.vnc.ſemis,hyſſopi,thymi,ſing.hexag. quatuor,piperis hexag.vnum,petroſelini ſylueſtris radicis vnc.ſemis, epithymi vnc. vnam, petroſelini, vrticæ ſeminis,dauci Cretici,ſing.hexag.vnum,polypodii vncias duas,ſenæ vnc.ſemis, ſeminis aniſi, fœniculi, ſing. hexag.duo,polytrichi manipul.ſemis,pruna viginti,ceraſia triginta,ſebeſten quadraginta, ſpicæ nardi vnc.ſemis,roſarum vnc.vnam. Hæc contuſa coquito in aqua ad tertias:dein colo expurgato, & adiice agarici vnc.ſemis, rhei barbari hexag. duo, ſacchari lib.ſemis, mellis Attici lib.vnam. Coquito probè ad conſiſtentiam. Datur pondere vnc.vnius ſemis, aut duarum manè ieiuno cum aqua tepida. Datur verò etiam rheum barbarum tritum pondere [b]turneſii vnius & ſemis. & dacrydium, pondere turneſii ſemis cum droſato.

a Rufam] Nicolai codex habet ὀρεινὴν, hoc eſt montanam, ſed malé. Legendum enim eſſe potius πυῤῥαν, ex ſuperioribus ſatis patet. b Turneſii] Nicolaus habet τυρνεσίκ. Quale autem pondus illi turneſium, compertum non habeo.

Cap. CXVII.

DROSATON ad quartanas, admodum expertũ. Capit radicis fœniculi,apii, macedoniſii, aſparagi,intybi,borraginis,& bugloſſi, ſingulorum vnc. duas, pruna viginti,ceraſia triginta, ſebeſten quadraginta, aſari hexag. vnum, ramorum myricæ manipul.ſemis, florum capparis vnc.ſemis,ſcolopendrii, roſarum, ſingulorum vnciam vnam,adianti manip.ſemis,hyſſopi Cretici vnciam vnam, glycyrrhizæ vnciam ſemis, tragacanthæ,violarum, ſingulorum hexagia quatuor, lapidis lazurii,lapidis Armenii, ſingulorum hexag.duo, ſeminũ cucumerum,ſingulorum vnciam ſemis,ſeminis intybi, aniſi, ſingulorum hexagia duo, calaminthæ montanæ

vnc.ſemis,ſpicæ,ſeminis agni,ſing.hexag.vnum ſemis,
chamædryos,chamæpityos,triũ ſantalorum , ammeos,
ſing.vnc.ſemis, polypodii vnc.duas, ſenæ, cuſcutæ,fœ-
niculi ſeminis,coriandri,ſing.hexag. quatuor. Hæc co-
quito in aqua ad tertias , colóque expurgato.dein ad-
iice hæc trita & cribrata , chryſobalani magni & parui,
ſing.hexag.vnum,rhei barbari hexag. vnum ſemis,tur-
peti hexag.vnum, mannæ,oxyphœnici,ſing.vnc.ſemis,
calami dulcis vnc. vnam. Hæc coquito cum ſuperiore
decocto, & adiice mellis Attici lib.duas , ſacchari lib.v-
nam,& præbeto media nocte cum aqua tepida vnc. vnã
ſemis,aut duas. Poſtea dato ad os abluendum aquam cũ
aceto diebus ſex.dein præbe hanc purgationem quæ ha
bet hieræ picræ laxatiuæ drachmas duas ſemis,benedi-
ctæ laxatiuæ drach. duas, turpeti drach.duas ſemis , da-
crydii ſcrup.duos, cydoniati laxatiui,ſacchari roſacei la-
xatiui,ſing.hexag.duo,rhei barbari hexag.vnum.Datur
media nocte cum aqua tepida pondere hexag. triũ aut
trium & ſemis,aut quod ſatis eſt.dein verò ad os abluen
dum, propter huius medicamenti inſuauitatem , dato
acetum cum aqua.

Cap. CXVIII.

DROSATON ex myrobalano ad podagricos,ar-
thriticos,iecinoroſos,lienoſos,omnem viſcerum obſtru
ctionem, melancholicos , vitioſo colore præditos,& o-
mnem corporis malitiam. Habet radicis fœniculi , a-
pii,macedoniſii,aſparagi,borraginis,intybi, bugloſſi,&
bruſci,ſing.vnc.duas, violarum vnc.ſemis,pruna vigin-
ti,ceraſia triginta,ſebeſten quadraginta,cucumerum ſe-
minum,ſing.vnc.vnam,trium ſantalorum,ſing.vnc.ſe-
mis, hordei decorticati vnc.vnam, polytrichi manipul.
ſemis,radicis capparis vnc.ſemis, ramorum myricæ ma
nip.ſemis,glycyrrhizæ vnc.vnam,zizipha viginti,pruna
triginta,ceraſia,ſebeſten,ſing.quadraginta,hyſſopi ma-
nip.ſemis, rubiæ vnc.ſemis , florum roſmarini hexagia
duo, ſcolopendrii manipul. ſemis, myrobalanorum o-
mnium,exceptis flauis,ſing.vnc.ſemis.Hæc tuſa coqui-
to in aqua ad tertias,dein colo expurgato,& adiice pro-
bè tuſarum & cribratarum roſarum vnc.ſemis,cuſcutæ,
aſari,& opobalſami, ſing.hexag.tria,epithymi,polypo-
dii,ſing.vnc.vnã,agarici,ſenæ, turpeti, ſing.vnc.ſemis,
rheibarbari hexag.vnum,tartari vnc.ſemis,ſacchari lib.
vnam ſemis.Hæc probè cocta cum ſuperiore decocto co
lato , datóque media nocte vnc. vnam ſemis aut duas,
cum aqua tepida diebus ſeptem. deinde propinato pur-
gatorium medicamentum pro viribus laborantis.

Cap. CXIX.

DRANGÆÆ confectio ad eos qui cibum non ap
petunt, & ſtomacho refrigerati ſunt , nec rectè conco-
quunt,ſed cibum euomunt,eúmque minimè conficiũt.
A Recipit zingiberis repurgati vnc.duas,caryophylli vnc.
ſemis,nucis moſchatæ vnc.ſemis,maceris vnc.ſemis dr.
vnam, croci hexag. vnum,aniſi vnc.vnam ſemis,corti-
cis cinamomi vnc.vnam ſemis, ſacchari lib.ſemis. Hæc
contere,& fac drangæam: de qua dato manè,meridiè &
veſperi hexag. vnum , poſtea da ſorbendum vinum bo-
num,menſura exigui poculi.

Cap. CXX.

DROSATON purgatorium ex myrobalano , ad
iecinoroſos,lienoſos,& melancholicos,maniacos,& vi-
B tioſo colore præditos. Item ad exanthemata facta in ſu
perficie totius corporis à melancholico humore,& ſalſa
pituita nata,ad ſcabiem & pruritum. Accipit myroba-
lani citrini,violarum,abſinthii, cuſcutæ,ſing.vnc.duas,
ſenæ vnc.ſemis,polypodii vnc.duas,agarici hexag.duo,
epithymi vnc.duas,ſcolopendrii,polytrichi,ſing.mani-
pul.ſemis,iridis hexag.duo,roſarũ, lacæ, ſing. vnc. vnã,
radicis capparis vnc.ſemis, ramorum myricæ manipul.
ſemis,trium ſantalorum,ſing.hexag. duo,ſeminum cu-
cumerum,ſing.vnc.duas,radicis fœniculi,apii,macedo-
C niſii,aſparagi,borraginis,intybi & bugloſſi, ſing.vncias
duas,aniſi,fœniculi ſeminis,ſing.vnc.ſemis,pruna vigin
ti,ceraſia triginta , ſebeſten quadraginta , glycyrrhizæ
vnc.vnam.Hæc probè cocta cum aqua colo expurgato,
& accipe ex decocto lib.quatuor,& adiice ſucci fumariæ
deſpumati lib.vnam ſemis, ſacchari lib.duas,rhei barba
ri hexag. duo. Decoquito hæc lento igne ad conſiſten-
tiam vſque,& colato. Dato manè ieiuno vnc. vnã ſemis
cum aqua tepida,& præbeto etiam rhei barbari triti tur
neſium vnum,diebus ſeptem. deinde autem propinato
D purgatorium medicamentum.

Cap. CXXI.

DROSATON acetoſum compoſitum ad tertia-
nas,duplices tertianas,quotidianas,& continuas febres,
atque hecticas,necnon ad immodicam ſitim vtile. Ca
pit radicis fœniculi,apii,macedoniſii,aſparagi,borragi-
nis,intybi & bugloſſi , ſing.vnc vnam , ſeminum cucu-
merum,ſing. vnc.ſemis, pruna viginti,ceraſia triginta,
ſebeſtẽ quadraginta,violarum vnc.vnam,roſarum vnc.
vnam ſemis,florum borraginis, & roſmarini, ſing.vnc.
E ſemis,iridis vnc.vnam, ſcolopendrii,adianti, ſing.vnc.
vnam,eupatorii,trium ſantalorum,ſing.vnc.ſemis,flo-
rum iunci odorati,aſari,ſing.hexag.duo, ſenæ vnc.vnã,
cuſcutæ vnc.ſemis,epithymi,agarici,ſing.vnc.vnam,a-
niſi,ſeminum fœniculi,ammeos, ſing. vnc.ſemis, roſa-
rum vnc.vnam, aquæ quod ſatis eſt, rhei barbari hexa-
gia duo , ſucci malorum Punicorum acidorum vncias
quinque,ſacchari lib.duas . Datur manè cum aqua te-
pida vnc.vna ſemis,aut duæ.

INDEX STOMATICORVM MEDICAMENtorum,illitionum, & dyſentericorum remediorum.

Diamorôn confectio admodum probata, Cap. I.
Diamorôn confectio alia magis varia, Cap. II.
Diamorôn ex Aſclepiade ſimplex, Cap. III.
Diarhœôn Galeni confectio, valde bona, Cap. IIII.
Diarhœôn,Galeni alia confectio, Cap. V.
Diagleuceos confectio ſtomatica, Andromachi, Cap. VI.
Perunctionis confectio Sorani, ſtomatica, Cap. VII.
Diacaryon Galeni confectio, Cap. VIII.
Diacaryon alia confectio, Cap. IX.
Illitio ſub lingua ad eos qui angina laborant, Cap. X.
Illitio ad anginam experta, Cap. XI.
Illitio alia ad eos qui angina correpti ſunt, Cap. XII.
Illitio Aſclepiadis ad phlegmonas cum vlceratione, Cap. XIII.
Illitio ad oris putredines, Cap. XIIII.
Illitio ſtomatica ad phlegmonas & cruſtas, Andromachi, Cap. XV.
Illitio ad oris & tonſillarum phlegmonas, Cap. XVI.
Illitio optima ad cruſtas, Cap. XVII.
Illitio ad cruſtas, Cap. XVIII.
Illitio ſtomatica ad cruſtas, Cap. XIX.
Illitio ſtomatica ad cruſtas, & gingiuas putreſcentes & fœtidas, Cap. XX.
Illitio Anthera dicta,ad prædicta, Cap. XXI.
Illitio ad oris eroſiones Philagrii, Cap. XXII.
Illitio Theodori ad tonſillarum vlcera, & gingiuarum, & pudendorum putredines, nomas, & carbunculos, Cap. XXIII.
Illitio ad oris affectiones, ab aphthis vſque ad cruſtas & carcinomata, Cap. XXIIII.
Illitio ad oris nomas, gingiuarum,& linguæ, Cap. XXV.
Illitio ad oris compreſſiones, exulcerationes, & nomas, Cap. XXVI.
Illitio ad omnia oris & tonſillarum mala, Cap. XXVII.
Illitio ſimilis, Cap. XXVIII.
Illitio neceſſaria.Datur autem ad gargarizandum, Cap. XXIX.
Illitio ſimilis, Cap. XXX.
Illitio neceſſaria,ſimilis, Cap. XXXI.
Illitio ad occultas anginas, Cap. XXXII.
Illitio valde bona,ſimilis, Cap. XXXIII.
Illitio alia,ſimilis, Cap. XXXIIII.
Illitio de pullis agreſtium hirundinum, Cap. XXXV.
Illitio ſimilis, Cap. XXXVI.
Illitio ad eos qui angina laborant, experta, Cap. XXXVII.
Illitio è limacibus, Cap. XXXVIII.
Illitio ſiue gargariſmus de cancris fluuialibus, Cap. XXXIX.
Illitio de centaurio, Cap. XL.
Illitio ad oris putredines, Cap. XLI.
Illitio ad phlegmonas tonſillarum, Cap. XLII.
Illitio ad anginoſos & occultas anginas,vomitum ciēs, Cap. XLIII.
Collutio ad cruentas gingiuas, Aſclepiadis, Cap. XLIIII.
Collutio ſimilis, Cap. XLV.
Illitio ad eroſas gingiuas, Cap. XLVI.
Diaclyſma, hoc eſt collutio ad comeſtionem gingiuarum probata, Cap. XLVII.
Illitio ad gingiuarum comeſtionem optima, Cap. XLVIII.
Dyſentericum irriguum, ad defluxionem oculorum,& cœliacos, Cap. XLIX.
Dyſentericum inſperſile probatum, Cap. L.
Dyſentericum ferculum,ad cœliacos etiam,& ſtomachū defluxione laborantem vtile, Cap. LI.
Dyſentericum ferculum bonum, Cap. LII.
Dyſentericum inſperſile, Cap. LIII.
Dyſentericum abſolutum,& ad ſpuentes ſanguinem, Cap. LIIII.
Dyſenterica potio,probata, Cap. LV.
Dyſentericum aliud expertum, Cap. LVI.
Dyſentericum alterum expertum, Cap. LVII.
Dyſentericum aliud mirabile, Cap. LVIII.
Dyſentericum aliud probatum, Cap. LIX.
Dioſpoliticon ad errantes flatus,& acidos ructus,ac difficultatem coctionis, Cap. LX.
Dioſpoliticon,ventrem ſubducens, Cap. LXI.
Furunculos citò concoquens, Cap. LXII.
Potio ad difficultatem ſpirandi experta, Cap. LXIII.
Alia ad ſpirandi difficultatem potio, experta, Cap. LXIIII.
Alia ad difficultatem ſpirandi, experta, Cap. LXV.
Dropax expertus, Cap. LXVI.
Coria alba vt tingenda purpura Cap. LXVII.
Decamyri confectio miranda, Cap. LXVIII.
Maſticatorium caput purgans, Cap. LXIX.
Vrinam ciens Euſtochii chirurgi,expertum & mirabile, Cap. LXX.
Vſtio ad eminentias, Cap. LXXI.
Difficulter mingentium naturale remedium, Cap. LXXII.
Inunctio ad gargareonem, vuam,& omnia oris mala, Cap. LXXIII.
Dyſenterica quæ per inferna iniiciuntur,compoſita medicamenta, Cap. LXXIIII.
Dyſentericum aliud præſtans, Cap. LXXV.
Dyſentericum aliud mirabile, Cap. LXXVI.
Dyſentericum aliud,etiam ad cœliacos vtile, Cap. LXXVII.
Dyſenterica potio ad eos qui neque potum neque cibū retinent, Cap. LXXVIII.
Dyſentericum aliud nobile, Cap. LXXIX.
Dyſentericum aliud probatum, Cap. LXXX.
Dyſenterica alia potio,experta, Cap. LXXXI.
Dyſentericum aliud, Cap. LXXXII.
Dyſentericum admodum vtile, Cap. LXXXIII.
Dyſenterica potio,valde laudata, Cap. LXXXIIII.
Dyſenterica potio admodum bona, Cap. LXXXV.
Forationis hominis medicamentum, Cap. LXXXVI.

De ſtomaticis medicamentis, illitionibus, & dyſentericis remediis.

Sectio nona.

Cap. I.

DIAMORON confectio, admodum probata. Habet ſucci mororum libras quinque. Coquito ad ſordium craſſitudinem: dein adiice mellis boni lib. vnam, & iterum coquito vſque ad mellis conſiſtentiam. Adde croci, [a]zingiberis, & omphacii, ſing. drach. vnam, & ſic parato vtere.

a Zingiberis] Nicolaus habet ζιγγιβέρεως, ſed Galenus lib. 6. De compoſ. medic. local. & Paulus, legũt σμύρνης, hoc eſt myrrhæ. Cauſam eius varietatis infrà indicabimus.

Cap. II.

DIAMORON alia præparatio, magis varia. Recipit ſucci mororum cotylas quinque, vini auſteri cotylam vnam, mellis cochlearium vnum. Coquito ſuccum mororum cum vino ad ſordis craſſitudinem: deinde adiecto melle rurſus decoque quoad iuſtam cõſiſtentiam nanciſcatur: & adiice croci, zingiberis, omphacii aridi, ſing. vnc. vnam S. Optimum verò eſt omnibus ſtomaticis illitionibus, ſi prædicta menſura ſimul incoquantur glycyrrhizæ vnc. viginti. mitigatoria enim eſt: ob id aſperitatem ex adſtringentibus illatã lenire poteſt. Confert hoc etiam, ait Heras, ad tonſillas, & oris phlegmonas illitum, & per collutionem adhibitum. Alii verò ſuccum tantùm mororum præparant cum melle, & vtuntur.

Cap. III.

DIAMORON ex Aſclepiade ſimplex. Capit ſucci mororum hexag. ſedecim, ſucci omphacii hexag. tredecim, mellis Attici hexag. duodecim. Coquito ſuccos ad conſiſtentiam: dein adiecto melle rurſus coquito, vſque ad bonam conſiſtentiam.

Cap. IIII.

[a]DIARHŒON, hoc eſt è malis Punicis, Galeni confectio admodum bona. Recipe malorum Punicorum dulcium acidorum & auſterorum, [b]contũde in mortario cum putaminibus, & exprime ſuccum, & accipe de hoc ſucco cotyl. quinque, mellis cotyl. 1. glycyrrhizæ ſucci vnc. viginti. Coquito ad conſiſtentiam. Vtilius verò hoc exhibetur iis quibus os phlegmone laborat, quique ſtomachum diſſolutum habent & nihil appetentem. Illitum & potum ad alui affectus prodeſt. Admiſcere verò illi, quemadmodum aliis ſtomaticis medicamentis, in principio quidem expedit adſtringẽtia, in vigore concoquentia, in inclinatione diſcutientia. Confert autem ad vlcera oris, & aphthas, nomáſque.

a Diarhœôn] Codex Nicolai malè διαροῶν legit, pro διὰ ῥοιῶν: Græcis enim ῥοία malum eſt Punicum. b Contunde] Manuſcriptus codex non rectè legit ῥύπτης pro κόπτε: aut ῥίπτε, hoc eſt coniice in mortarium: Sed ſenſui magis quadrat, contunde in mortario. Et infrà in confectione ex nucibus etiam legitur κόπτε ἐν ὅλμῳ. Et paulo pòſt malè legitur in Nicolai codice προάγεσθαι, pro προσάγεσθαι.

Cap. V.

DIARHŒON Galeni, alia confectio. Habet ſucci malorum Punicorum ſextaria Italica ſex, mellis Attici lib. duodecim, croci vnc. quatuor ſemis, myrrhæ vnc. quatuor. Succum per ſe ſatis diu coquito: dein adiecto melle, decoque vſque ad iuſtam conſiſtentiam: crocum dein & myrrham in mortario vnita, adiice.

Cap. VI.

CONFECTIO è muſto ſtomatica Andromachi, pulcherrima. Accipit gallarum triginta, rhois coriarii, muſti optimi, dulcis & albi, ex vua aminæa expreſſi ſextar. ſex. Gallas contuſas macerato cum rhoe diem & noctem in muſto, & coquito quoad quarta pars relinquatur: pérque linteum colatum iterum coquito donec melleam conſiſtentiam nanciſcantur. dein adiice croci vnc. vnam, aluminis ſciſſilis, myrrhæ, ſingul. vnc. vnam. Facit etiam ad aurium & ſedis vlcera.

Cap. VII.

A ILLITIO. Confectio Sorani ſtomatica ex ſucco vuæ immaturæ, ad incipientes phlegmonas, gingiuas flaccidas, & pura tonſillarum vlcera vtilis. Capit ſucci vuæ immaturæ cocti vſque ad conſiſtentiam ſext. 1. Roſarum lib. 1. croci vnc. quatuor, mellis Attici cotyl. 1.

Cap. VIII.

E nucibus Galeni confectio. Accipe exteriorem corticem nucum, quo tinctores vtuntur, adhuc viridem, contunde in mortario, & exprime, atque per linteum

B excolato. Eius autem quod expreſſum eſt accipe cotyl. quinq;, mellis Attici cotyl. vnam, glycyrrhizæ vnc. viginti. Coquito ſuccum cum glycyrrhiza ad mellis craſſitudinem, & per colum traiiciens, adiecto melle iterum coquito. Eſt autẽ efficacior omnibus illitionibus ſtomaticis, & validior: non tamen, vt aliæ, ſtomacho grata.

Cap. IX.

E nucibus alia confectio. Succi exteriorum corticum ſext. 1. Coquito vſque ad ſordium conſiſtentiam, dein per colum expurgato adiice mellis Attici ſext. vnum, &

C coquito ad melleam conſiſtentiã. Vbi volueris ab igne remouere, adde zingiberis, & gallarum, ſing. vnc. vnam, croci ſcrup. ſex. trita diligenter præbeto.

Cap. X.

ILLITIO ad eos qui angina laborant ſub lingua, experta. Origanum fuluam comam habentem tunde, & cribrato, melléque excipiens illine.

Cap. XI.

ILLITIO anginæ conferens, optima. Stercus lupi aut canis album, terito in pollinem, melléque excipiens

D illinito.

Cap. XII.

ILLITIO alia ex Beſaſa, hoc eſt ſemine rutæ ſylueſtris. Habet aniſi, ſeminis apii, ammeos, floris iunci odorati, aluminis ſciſſilis, iridis, beſaſa, ſingul. vnc. vnam hexag. ſemis, [a]caſiæ, crocomagmatis, roſarum aridarũ, ſing. vnc. 1. coſti vnc. 1. S. hirundinum pullorum vſtorũ vnc. 1. S. croci vnc. S. hexag. 1. S. zingiberis, ſpicæ nardi, amomi, ſing. vnc. ſemis, gallas quatuor. Hæc terito & vnito cum melle, fingitóque paſtillos, & præbeto.

a Caſia] Galenus lib. 6. De compoſ. medicam. localium habet, κινναμώμου, σμύρνης τρωγλοδύτιδος, ἀριστολοχίας μακρᾶς, ἀνὰ ℥. α. id

E eſt cinamomi, myrrhæ troglodyticæ, ariſtolochiæ longæ, ſing. vnc. 1. Quæ omnia hîc deſiderantur.

Cap. XIII.

ILLITIO Aſclepiadis ad phlegmonas cum exulceratione. Recipit roſarum drach. octo, croci dr. IIII. balauſtiorum, myrrhæ, ſing. drach. vnam, nucum pinearum drach. quatuor. Excipiantur melle Attico.

Cap. XIIII.

ILLITIO Aſclepiadis, ad oris putredines. Accipit rhois culinarii drach. quatuor, acaciæ drach. vnam,

F oſſis ceruini medullæ, aut vitulini dr. quatuor. Omnia in vino dulci diſſoluta, excipe melle Attico.

Cap. XV.

ILLITIO odorata, ſtomatica, ad phlegmonas & cruſtas, Andromachi. Capit nucum pinearum drach. tres, amyli drach. duas, aluminis ſciſſilis, roſarum, ſing. dr. vnam, croci drach. S. mellis Attici quod ſatis eſt.

Cap. XVI.

ILLITIO ad omnes oris & tonſillarum phlegmonas. Habet rhois culinarii drach. quatuor, roſarũ drach.

G duas, croci, coſti, ſing. drach. vnã, mellis Attici quãtum ſufficit. Diſſolutam cum aqua mellis & modico aceto, præbeto ad gargarizandum.

Cap. XVII.

ILLITIO melior ad cruſtas. Miſy aſſatum cum melle Attico illine. Sint autem miſyos drach. ſex, mellis drach. duodecim. Confeſtim enim è medio tollit.

Cap. XVIII.

ILLITIO Archigenis, ad cruſtas. [a] Stercus caninum quando oſſa canes vorauerint, cum melle Attico diſſolutum, optimum in omnibus exiſtit, & ſtrenuè auxiliatur cum poſca gargarizatum, & nullam vtenti inſuauitatem exhibet. A

a Stercus caninum] Manuſcriptus codex habet κυνίαν κόπρον pro κύνειαν, Hoc tamen erratum, & alia multa in illitionibus iis commiſſa, è Galeno emendare cuiuis integrum eſt.

Cap. XIX.

ILLITIO alia ſtomachica ad cruſtas. Recipit cineris pullorum hirundinum vſtorum, & ſtercoris pueri, vtriuſque æquas portiones. Diſſoluta cum melle Attico illine. Accepit autem [a] non quodlibet, ſed pueris plurimùm in cibo duobus antè diebus lupinos & vinum mediocre dabat, atque ita exſiccans repoſitum habebat ad quæcunque vti vellet. B

a Non quodlibet] Legendum in Nicolao, ἐλάμβανε δὲ οὐ τὴν ἐπιτυχοῦσαν, ἀλλὰ παιδίοις ἐδίδου τὸ πλεῖστον τῆς τροφῆς ἄρτον, &c. pro eo quod habet, ἀνελάμβανε δὲ κόπρον μετὰ τὴν τυχοῦσαν, ἀλλὰ παιδίου, &c.

Cap. XX.

ILLITIO ſtomatica ad cruſtas, & gingiuas putreſcentes & fœtidas. Accipit miſyos vſti drach. octo, iridis drach. quatuor, croci drach. vnam. Trita reconde in buxeo vaſe, & in vſu irrigato cum melle Attico. C

Cap. XXI.

ILLITIO anthera, ſimilis. Capit iridis, ſandarachæ, cyperi, ſing. drach. quatuor, aluminis ſciſſilis, myrrhæ, crocomagmatis, ſing. drach. duas. tritis vtere. Nõnulli etiam accipiunt roſarum, & gallarum, ſing. drach. duas. Vtere igitur ea ad putredines, & abſcedentes gingiuas ſicca. Ad cruſtas autem cum melle. D

Cap. XXII.

ILLITIO Philagrii, ad oris eroſiones. Habet lentiſci fructus nondum nigri drach. duas, gallarum vnc. duas, coſti, folii, ſing. vnc. ſemis.

Cap. XXIII.

ILLITIO Theodori ad tonſillarum vlcera, & gingiuarum atque pudendorũ putredines, nomas & carbunculos. Recipit aluminis ſciſſilis, ſandarachæ, ſingul. hexag. vnum. E

Cap. XXIIII.

ILLITIO Hermi ad oris affectiones omnes, ab aphthis vſque ad cruſtas & cancros. Fructum myricæ læuigatum excipe ſucco hyoſcyami ſimiliter, & cũ melle.

Cap. XXV.

ILLITIO ad nomas oris & gingiuarum. Succi foliorum vitis albæ quam bryoniam vocant, miſyos. Hæc trita excipe cum melle Attico, & illine. Exterit enim & expurgat. Poſtquam verò expurgaueris, bryoniæ radice tuſa & cribrata vtere: ad cicatricem enim perducit. F

Cap. XXVI.

ILLITIO ad oris [a] putredines, exulcerationes, & nomas. Capit foliorum vitis albæ drach. tres, aluminis ſciſſilis, miſyos toſti, iridis, mannæ, ſing. drach. quatuor, chalcanthi drach. duas. Tere donec exſiccentur, & in pollinem redigantur. Vtere arida. Expurgat enim & reprimit fluxionem affluentem.

a Putredines] Codex Nicolai manuſcriptus falſò legit σύψεις pro σήψεις, quod ex Aetio ſatis liquet, qui lib. 8. cap. 46. legit, πρὸς τὰς ἐν τῷ στόματι σήψεις καὶ ἑλκώσεις. G

Cap. XXVII.

ILLITIO ad omnia oris & tonſillarum mala mirabilis. Habet foliorum oleæ viridium, ſidiorum, balauſtiorum, rhois culinarii, roſarum. Concocta cum poſca dato gargarizanda.

Cap. XXVIII.

ILLITIO ſimilis. Elaterium tritum, melle Attico exceptum illine. H

Cap. XXIX.

ILLITIO neceſſaria gargarizata. Habet hyſſopi, ziziphorum, mali Punici dulcis integri contuſi, florum iunci odorati, cubebarum, caricarum, rhois culinarii, vuarum Corinthiacarũ, roſarum, aceti, partem vnam, aquæ partes tres. coquantur ad tertias. Commiſceantur illi diamorôn & diacaryôn, & detur gargarizandum.

Cap. XXX.

ILLITIO ſimilis, optima. Recipit hyſſopi, ziziphorum, caricarum, vuarum Corinthiacarũ, floris iunci odorati, rhois coriarii, ſidiorum, balauſtiorum, cubebe, granorum myrti, mali Punici dulcis integri contuſi, aceti partem vnam, aquæ partes quatuor. coquantur ad tertias. Commiſce illi diamorôn, & diacaryôn, atque vtere.

Cap. XXXI.

ILLITIO neceſſaria, ſimilis. Conizam minimam tunde & exprime. Accipe ſucci vnc. ſex. adiice mellis Attici vnc. tres. Coquito ad conſiſtentiam, & in vſu admiſce diamorôn & diacaryôn. Præbeto gargarizãdum.

Cap. XXXII.

ILLITIO ad occultas anginas. Sinapi ſubactum cũ melicrato coquito ad conſiſtentiam, & colo traiiciens præbeto gargarizandum. Competit etiam illis caſiæ decoctum, iridis, radicis panacis, gentianæ, centaurii, ariſtolochiæ, coſti, agarici, cucumeris ſylueſtris radicis, quodlibet cum oxymelite plurimùm coctum. Similiter galli ſtercus album & [a] ceruſſam colore referens exſiccatum habeto, & vſu poſtulante ſubige cum aqua, aut melicrato, propinato cochleariũ: deſperatos enim ſanat. Quòd ſi bibere nequeant, cum melle ſubactum intimas partes illinito.

a Ceruſſam referens] Græcè eſt, καὶ ψιμυθίζουσαν.

Cap. XXXIII.

ILLITIO admodum bona, ſimilis. Capit centaurii, nitri, ſalis communis, ſing. drach. octo. Hæc contrita reconde, & vſu poſtulante imbue melle Attico, & illine intimas partes cum penna, aut prout libuerit.

Cap. XXXIIII.

ILLITIO alia, valde bona. Abſinthium tuſum & cribratum, nitro trito adiecto, cum melle illine. Elateriũ cum taurino felle & melle ſubactum, illinito. Salem cõmunem ſubactum cum oleo veteri, & melle atque aceto ſquillitico, illinito.

Cap. XXXV.

ILLITIO ex pullis ſylueſtrium hirundinum. Habet pullorum hirundinum agreſtium vſtorum cineris vnc. octo, croci vnc. duas, ſpicæ nardi vnc. vnam: Excipe melle, & vtere. [a] Oportet autem pullos vrere hoc pacto. Sale mediocri conſperſos vnà cum pennis coniice in vas fictile; obturatúmque impone prunis donec in cinerẽ redigantur.

a Oportet autem, &c.] Nicolai codex non rectè ita legit: δεῖ δὲ τοὺς νεόσσους καίειν μετὰ τῶν πτερῶν ἅλατι συμμέτρῳ καταπάσαντας τοῖς πτεροῖς. εἶτα βάλλε εἰς ἄγγος κεραμεοῦν, καὶ φυράσας τοῦτο, &c. Legẽdum autem ita erit, Galeno ſuffragante, δεῖ δὲ τοὺς νεοσσοὺς καίειν τὸν τρόπον τοῦτον. ἅλατι συμμέτρῳ καταπάσαντας σὺν τοῖς πτεροῖς βάλλε εἰς ἄγγος κεραμεοῦν, καὶ τοῦτο φιμώσας ἐπιτίθει, &c. Sic etiam legit Aetius lib. octauo cap. 47. Et horum verborum ſenſum in noſtra conuerſione expreſſimus.

Cap. XXXVI.

ILLITIO alia, ſimilis. Recipit pullos hirundinum agreſtium numero vndecim. Succi myrti viridis cyath. duos, ſeminis myrti ſucci triobolum, mellis Attici cyath. duos. Hæc miſce cum cinere hirundinum.

Cap. XXXVII.

ILLITIO ad eos qui anginã laborant præſtantiſſima. Accipit folii, coſti, caryophylli, piperis, ſing. vnc. ſemis, ſandarachæ vnc. duas, mellis quod ſatis eſt. illine cum penna.

Cap. XXXVIII.

ILLITIO ex limacibus. Limaces nudas ſine teſtis in hortis repertas, in ollula vrito, & in cinerem redactas excipe melle Attico quod ſatis eſt, & illinito. Alii piperis grana decem iniiciunt. Oportet verò eodem modo parare cancrorũ vſtorum cinerem cum melle. ſint autem fluuiales.

Cap. XXXIX.

ILLITIO, ſeu gargariſmus ex cancris fluuialibus. Cancros fluuiales cotritos in aquæ cotyla vna, coctos &

percolatos, præbe gargarizandos. Siquidem craſſa multa ducit & leuat ſtatim,vt ait Galenus,hoc medicamentum.

Cap. XL.

ILLITIO de centaurio. Cētaurium minus vſtum & contritum,melle Attico ſufficienti imbutum,illinito. Simile. Maxillæ porci vſtæ vnc.vnam, coſti vncias quatuor, ſtercoris canis oſſa comedentis vnc. quatuor, gallarum,ſidiorum,ſing.vnc.vnam, piperis toſti ſcrup. ſex.Trita in pollinem imbue melle ſufficiente,& illine.

Cap. XLI.

ILLITIO ad oris putredines. Recipit gallarum, ſidiorum,pyrethri,piperis,ſing. hexag . ſemis. trita inſperge palato. Pyrethri, piperis, malorum Punicorum dulciū ſucci part.tres, mellis Attici partes 11.ſinapi,gallarum,coſti,pyrethri,aluminis ſciſſilis, ſing. drach.tres. Coquantur probè,& reponantur ad vſum.

Cap. XLII.

ILLITIO ad inflammationes tonſillarum. Accipit gallarum vnc.vnā, coſti vnc. ſemis. Trita in pollinē inſperge deſuper,aut cum melle excipe. Nōnulli etiam adiiciunt folium. Alii fingunt pilulas expertas, quæ capiunt elaterii ſemiobolum,nitri ſpumæ triobolum,ſinapi vnc.vnam. Trita finge cum aqua,& da diluculo duas, & veſperi duas,& deinceps ſimiliter.

Cap. XLIII.

ILLITIO ad anginam vtilis,ciens vomitum,& ad occultas anginas conueniens. Qui verò hac illitione vti volunt,ab iis prius mercedem accipe. Æris vſti,chalcanthi,ſing.vnc.duas,myrrhæ,elaterii,aphonitri albi, ſing. vnc.vnam,fellis taurini vnc.quatuor. Excipiantur melle,& illine cum penna penitiſſimé.

Cap. XLIIII.

COLLVTIO ad cruentas gingiuas, Aſclepiadis. Capit balauſtiorum,roſarum,ramorum myrti,ſing.[a] æquales partes.Coquito cum poſca dilutiore,colóque traiecto liquore,dato vt in ore retineatur.

a Æquales partes] Codex Nicolai habet, ἀνὰ ἐξαγ. non expreſſo pondere. Aetius lib.8.cap.23.legit,ἑκάστου ἴσον. Quam quidem lectionem in noſtra conuerſione ſequuti ſumus.

Cap. XLV.

COLLVTIO ſimilis. Habet ramorum lentiſci, balauſtiorum,malorum radicis,ſing. hexag.vnum. coctam in poſca præbeto. Ruborum,roſarum,ramorum oleæ,rhois culinarii,lentis, myrti, ſidiorum, balauſtiorum, palmularum oſſium. Hæc tuſa coquito in poſca,& dilue cum confectione de nucibus.

Cap. XLVI.

ILLITIO ad gingiuas eroſas. Recipe malum Punicum integrum,& interiora eius omnia vacuato ,& imple cauitatem melle Attico puro. dein adiice aluminis ſciſſilis,cinamomi,ſing.hexag.ſemis.[a] Coopertum in cinere calido coquito ad tertias, & vtere ad gingiuas putridas,& eroſas,& cruentas. Poſtea collue cum ea quæ ante hanc dicta eſt collutione.

a Coopertum] Nicolai codex non rectè legit ὀχάσας, pro πωμάσας, vel ὀχήσας, id eſt cooperiens,vel ſenſim mouens: vt iam ſæpe annotauimus.

Cap. XLVII.

COLLVTIO ad gingiuarum comeſtionem, experta. Oliuarum ramos,ſidia,balauſtia,roſas,rubi ſummitates,[a] alumen ſciſſile. Coquito ad tertias. præbe ad colluendum os multoties.deinde pone deſuper cum bōbacio hoc inſperſile contritum in pollinem: Cinamomi,nucis moſchatæ,roſarum, balauſtiorum,thuris,maſtiches,trium piperum,myrobalani magni cum oſſibus eius,ſing.vnc.ſemis. Fermentato ipſa cum albo vino,& coniice in calamum, & probè cum fermento obturatū [b] affato in mortario, donec in cinerem redigatur calamus.dein ab igne remouens, accipe interiora calami,& contere,ac dentibus inſperge.

a Alumen ſciſſile] Nicolai manuſcriptus codex corruptè ςύψιν, pro χιστὴν legit. b Affato] Nicolai codex falſò legit ὀχώσον, pro ὄπτησον.

Cap. XLVIII.

ILLITIO ad gingiuarum comeſtionem admodum bona. Capit [a] almyrinthræ vnc. vnam, arſenici, myrobalani flaui cum oſſibus,cinamomi, ſing. vnc. ſemis.Trita hæc fermentato cum vino albo,& coniice in calamum, probéque cum fermento obturatum ſenſim affato,donec calamus in cinerem redigatur.Poſtea accipe interiora calami,inſperge bōbacio, & impone: prius tamen ore aceto tepido ſatis colluto.

a Almyrinthræ] Nicolaus habet ἀλμυρίνθραν.Quid verò illi hæc vox ſignificet,ſcire non poſſum:niſi forte hæc vox idem quod almyra ſignificet, quæ Arabibus nonniſi calcem viuam denotat.

Cap. XLIX.

DYSENTERICVM [a] irriguum ad oculorum fluxionem, & ad cœliacos. Habet mororum drachm. duas,zingiberis, thuris, gallarum,ſulphuris ignem non experti,maſtiches,ſing.drach.vnam. Trita aceto,irrigato & ad ſordium craſſitudinem redigito,repoſita in linteum impone inteſtinis.

a Irriguum] Græcè eſt ἐπίῤῥυμα. Sic autem vocat medicamentum irrigatum,quod fortè rectiùs ἐπίῤῥυτον diceretur. Eſt verò id contrarium planè ei quod inſperſile vocatur. hoc enim prorſus aridū eſt,nec vllo liquore, vt prius, irrigatur.

Cap. L.

DYSENTERICVM inſperſile laudatum. Recipit picis aridæ drach. duas, bituminis, maſtiches, cumini,aluminis ſciſſilis,ſing.drach.vnam,acaciæ,ſinapi, ſing.drach. ſemis. tundito & cribrato. Vbi lauit ægrotans, & à balneo egreſſus eſt, ſpongia illum abſtergito, ſupinúmque pādens illi ne totum vētrem vino,& poſtea prædicta inſperge, & domum ducito. dein nutrito ipſum paucis micis in vino feruefactis. Æger autem in ventre pilis careat, propterea quòd ea quæ inſpergūtur adhæreant.

Cap. LI.

DYSENTERICVM ferculum ad cœliacos, & ſtomachum defluxione laborantem mirabile. Accipe orizam,& malum Punicum adſtringens integrum, coquito in aqua,& præbe comedendum cum decocto.

Cap. LII.

DYSENTERICVM ferculum bonum. Recipe orizam in farinam tuſam,& nuces Pōticas, ſimiliter amylum,& rhū culinarium. Trita in pollinem miſceto: dein coquito in aqua,grana myrti,roſas,corna,meſpila, ad tertias: & per ſaccum tranſmiſſa, prædictis miſcens fac inſtar ſucci. dein inſperge deſuper cinamomum, macer, crocum, & coriandrum, ac præbe comedendum.

Cap. LIII.

DYSENTERICVM inſperſile Puls, præſertim vbi vlcera ſunt in ſuperioribus. ſine enim periculo expurgat ipſa & ad cicatricem ducit,vti nullum aliud medicamentum. Medicis enim Romanis hanc confectionem per ſomnium à Seruatore datam eſſe,ait Mæa mulier quædam. Fermenti ſiliginei acidi lib.vnā,rhois Syriaci vnc.ſemis,tragacanthæ vnc.vna,ichthyocollæ vnc. ſemis,ſepi taurini vnc.duas, ceræ Tyrrhenicæ ſcrup.ſex. Aqua anethina diſſolue fermentum, & iniice arida tuſa & cribrata,coque vt [a] pultem.

a Pultem] Nicolaus habet ὡς πόλτον. Vſus eſt enim dictione Latina deprauata.

Cap. LIIII.

DYSENTERICVM abſolutum, ad ſanguinem ſpuentes. Symphyti radicem coquito diligenter, & [a] caryotam. dein condiens adiice oua, & præbe comedendum.

a Caryotam] Græcè eſt καρυωτίδος.Eſt autem caryota, Varrone & Plinio teſtibus,palmulæ genus oſſe carens. Aetius lib. 11. cap. 30. καρύωτον vocat.

Cap. LV.

DYSENTERICA potio laudata. Caſei veteris exteriora,picis aridæ,aluminis rotundi,interioris membranæ ventriculi gallinæ, æquas portiones. Caſeum & ventris membranas vrito,& redige in puluerē, omniáque commiſcens,da bibendum cochlearium vnum.

Cap. LVI.

DYSENTERICVM aliud,valde nobile. Nuces

tres ſiccas vre cum putaminibus, & tritas da ægrotanti bibendas. Inſperge etiam caprinum ſtercus cum melle.

Cap. LVII.

DYSENTERICVM aliud. Recipit rubricæ ſinopicæ, ſymphyti læuigati, ſing. vnc. tres, vini aminæi cyathos tres. Commixta in poculo poſt emendationem rubricæ da bibenda.

Cap. LVIII.

DYSENTERICVM aliud, mirabile. Sidiorum, gallarum, ſucci ex vuis immaturis expreſſi flaui, iridis, æquas partes. Contundens da cochlearium vnum, vacantibus febre cum vino: febricitantibus autem, ex temperata.

Cap. LIX.

DYSENTERICVM aliud probatum. Cortices caſtanearum aridarum, aut etiam acinos immaturæ vuæ tundens & traiiciens per cribrum ſubtile, præbeto cochlearium vnum in vino adſtringente ieiuno & dormituro, atque miraberis.

Cap. LX.

DIOSPOLITICVM ad errantes flatus, & acidos ructus, difficileſque concoctiones. Habet cumini toſti drach. tres, petroſelini drach. vnam ſemis, zingiberis drach. vnam, piperis drach. vnam ſemis, foliorum rutæ viridium drachmas duas, Berenicarii mellis quod ſatis eſt.

Cap. LXI.

DIOSPOLITICVM ſubducens aluum. Recipit cumini toſti, foliorum rutæ viridium, berenicarii, ſing. drach. duas, piperis longi, zingiberis, ſing. ſcrupul. quatuor, piperis nigri drach. octo, mellis quod ſatis eſt. Datur cochlearium vnum.

Cap. LXII.

FVRVNCVLOS celeriter concoquens. Accipit ſalem communem, origanum, oleum commune, & fermentum. His probè vnitis vtere.

Cap. LXIII.

DIFFICVLTATI ſpiritus cōferens, expertum. Capit aphonitri albi drach. vnam. da bibendum cum temperata. Simile. Struthii vnc. ſemis, cumini drachmas duas, agarici vnc. ſemis, ſquillæ aſſatæ vnc. vnam, nitri Alexandrini drach. vnam, mellis quantum ſufficit. datur cochlearium vnum. Simile. Fellis vrſini drach. ſemis. da ieiuno bibendum cum temperato. Simile. Bituminis Iudaici ſcrup. vnum. tritum da cum ouo ſorbili ieiuno, diebus tribus.

Cap. LXIIII.

ALIVD difficultati ſpirandi vtile, expertum. Habet ſeminis coriandri ſcrup. quinque, grana lauri decorticati vigintitria, olei ex immaturis oliuis expreſſi, [a] phialii mediocris dimidiam partem. trita ſimul diligenter da bibenda ieiuno diebus tribus. Si verò morbus diuturnus fuerit, præbeto diebus nouem.

a Phialii] Græcè eſt φιαλίε. Eſt autem phialium, Athenæo authore, poculi genus, quod Græcis etiam φίαλα dicitur.

Cap. LXV.

ALIVD difficultati ſpirandi conueniēs, expertum & optimum. Recipit ſtruthii, thymi, comarum, capparis montani, ſing. drach. duas, acori, helenii, berenicarii, iridis, ſing. drach. vnā, rubiæ ſcrup. duos ſemis, ſquillæ aſſatæ ſcrup. nouem. Redige hoc in puluerem, & præbe cochlearium vnum, & oxymelitis cochlearium vnū, cum temperata ſufficienti.

Cap. LXVI.

DROPAX probatus. Accipit bituminis vncias duas, ceræ vnc. vnam hexag. vnum, picis aridæ drach. vnam, reſinæ pineæ, nitri, ſing. vnc. vnam, ſulphuris ignē non experti, pyrethri, veratri albi, adarcæ, ſingul. hexag. vnum, ſtaphidis agriæ, euphorbii, ſing. drachmæ octauā partem, olei quod ſatis eſt.

Cap. LXVII.

CORIA alba vt tingenda purpura. Anchuſæ radicem aceto irrigatam illine.

A

Cap. LXVIII.

DECAMYRI confectio miranda. Habet folii, maſtiches, euphorbii, ſpicæ nardi, ſing. hexag. vnum, ſtyracis calamitis, adarces, ſing. hexag. vnum ſemis, piperis communis hexag. vnū, vnguenti nardini vnc. quatuor, opobalſami, ceræ, ſing. hexag. quatuor.

Cap. LXIX.

[a] MASTICATORIVM caput purgans. Recipit pyrethri, ſtaphidis agriæ, ſing. drach. tres, betæ albæ ſeminis drach. duas, maſtiches drach. decem. Effinge paſtillos, & præbe commanducandos in ſole, vel balneo. B

a Maſticatorium] Græcè eſt διαμάσημα, id quod in ore mãditur. Maſticatorium hodie facientes medicinam vocant. Vſi itaque ſumus voce vſitata, & ſi parum fortè Latina.

Cap. LXX.

VRINAM eliciens Euſtomachii chirurgi, expertum. Accipit piperis communis, cumini latioris, ſingul. hexag. vnum, petroſelini, pyrethri, ſing. drach. vnā grana quindecim, grana lauri repurgata tria & dimidiū. Tundantur & cribrentur, dáque bibendum ieiuno cochlearium vnum cum temperata. C

Cap. LXXI.

VSTIO ad eminentias. Capit ſaponis Gallici, calcis viuæ, fæcis vini vſtæ, ammoniaci thymiamatis, galbani, propolis, ſing. hexag. vnum. Ammoniacum, galbanum & propolin ſimul contuſa in mortario, coniice in [a] trullam, & impone carbonibus, ac permitte vt modicū incaleſcant; vbi cœperint parum liquari, iniice ſaponē & calcem diſſoluta cum fæce vini vſta, & ſublata ab igne [b] ſpatha commoueto, donec vtiq; cōmiſceantur. D Probato in vngue tuo. Si enim vſſerit vnguem, bonum: ſin minus, adiice exiguum calcis. Vbi verò eminentiam vſſeris, linteum muria irrigatum loco impone.

a Trullam] Nicolaus habet τρύλλαν, Latinámque vocē Græcis exarauit literis. Eſt enim trulla vaſculi genus, quod trulleum etiam appellatur. b Spatha commoueto] In Nicolao eſt σπάθιζε, quo verbo haud dubiè vſus eſt pro eo quod eſt ſpatha commoueto.

Cap. LXXII.

DIFFICVLTER mingentibus auxilium admodum probatum. Capillos cerui ſuffumigato, & confeſtim minget. Simile. Turturis ſtercoris drach. vnam tritam da ieiuno bibendam cum melle, tribus diebus. E

Cap. LXXIII.

ILLITIO ad columellam, vuas, & omnia oris mala. Succi malorum Punicorum acidorum, ſucci mororum & mellis, ſing. lib. vnā ſemis. coquito ad conſiſtentiam. dein adiice trita & cribrata, croci drach. quatuor, aluminis ſciſſilis, myrrhæ, acaciæ, ſing. drach. ſex, ſory, lycii, ſing. drach. tres.

Cap. LXXIIII.

F DYSENTERICA, quæ ſuperne exhibentur, compoſita medicamenta. Vinum vetus adſtringens decoquito ad tertias. Iniice hæc trita, radicis ſymphyti, ſucci acaciæ, hypociſthidis, mellis quantum vini, & rurſus coquito ad conſiſtentiam. Datur manè ieiuno myſtrum vnum.

Cap. LXXV.

DYSENTERICVM aliud, probatum. Vinum vetus rubrum adſtringens coquito ad tertias. Adiice æqualem portionem mellis, & iterum coquito vſque ad conſiſtentiam. Datur manè ieiuno myſtrum vnum. G

Cap. LXXVI.

DYSENTERICVM aliud, expertum. Gallæ optimè tritæ, piperis communis, rhois culinarii, ſidiorum, ſing. hexag. vnum. Hæc ſubtiliſſimè trita excipe cū ouorum luteis quod ſatis erit, & coniice in malum Punicum vacuum, quod oblitum fermento coquatur iuxta prunas ad conſiſtentiam. Datur cochlearium vnum ieiuno ante cibum.

Cap. LXXVII.

H DYSENTERICA potio Marciani, ad eos qui neque cibum neque potum capiunt, ſed deſperati ſunt. Accipit ſcobis corticis loti arboris hexag. vigintiquinque, myrti albarum baccarum hexag. vnum & quartam

partem, malorum cotoneorum vnc.ſemis,aquæ hexag. tria.Coquito ad tertias, & da bibēdum quantum ægrotus poterit: ſi verò haud poteſt, idem per clyſterem infundito. Eiuſdē facultatis eſt ſolius loti decoctū. Quòd ſi loto deſtitutus fueris,vtere cortice pini.

Cap. LXXVIII.

DYSENTERICVM aliud, ad cœliacos. Capit baccarum myrti nigrarum cochlearia tria, aniſi,roſarum aridarum,œnanthes,acaciæ,ſing.cochlearium vnum,carnes palmularum quadraginta. Excipe per palmulas,& præbeto vnc.vnam:œnanthe verò non præſente, vuam immaturam & exſiccatam inijce.

Cap. LXXIX.

DYSENTERICVM Marciani probatum. Habet aloes probè vſtæ,ſidiorum vſtorum, ſeminis lini vſti,ſing.vnc.vnam. Contere,& dato cochlearia duo non febricitantibus,cum vino: febricitantibus autem, cum aqua pluuia tepida. nonnulli verò adiiciunt membranas ventriculi erinaceorum [a]terreſtrium, habentes adhuc cibum.Illotas igitur membranas capito, & exſiccatas habeto.Per ſe enim potæ,ventris fluxionem ſiſtunt.

a Terreſtrium] Codex Nicolai legit περιστερῶν pro χερσαίων, vt etiam Aetius.

Cap. LXXX.

DYSENTERICA potio probata eiuſdem. Non eſt verò cur commoditatem eius deſpicias. Recipit ſeminis anethi,apii,fœniculi montani,ſingul.vnc.vnam. Contere hæc validè in mortario [a]teſtaceo,& admiſce echinorum ſiue erinaceorum terreſtrium ventriculi internam membranā per ſe tuſam & cribro tranſmiſſam, pondere vnc. 1. dein vinum merum in nouum vaſculū infundito,& laminam ſæpius ignitam ferri chalybe roborati non minorem lib. vna in vino multoties extinguito,& cum aridorum vnciis duabus præbeto.Hoc eſt ad dyſentericos perfectum pondus.

a Teſtaceo] Manuſcriptus codex legit ἀστρακίνην pro ὀστρακίνην. Sunt & alia multa in hac potione à nobis ex Aetio reſtituta.

Cap. LXXXI.

DYSENTERICA alia potio experta. Cochlearum terreſtrium, maximè montanarum, vſtarum cum carne vnc.tres,piperis longi ſcrup.octo.tere æreo piſtillo plurimùm, dein adiice vini veteris vnc.ſex, caræni vnc.ſex.His vnitis fac potiones tres, & da diebus tribus manè ieiuno.Oribaſius verò ita ait, Cochlearum vſtarum vnà cum teſtis vnc.quatuor, gallæ vnc.duas, piperis vnc.vnā.Redacta in pollinem cum aqua vel vino albo & tenui propinato. Hoc dyſentericis plurimùm auxiliatur,in quibus vlcera nondum putruerunt.

Cap. LXXXII.

DYSENTERICA potio Marciani vocata [a]Phemus. Accipit myrrhæ,opii,balauſtiorum,rhois rubei, aniſi,ſpinæ Ægyptiæ,ſing.vnc.ſemis, aluminis ſciſſilis, (nonnulli lentiſcum aut huius fructum adiiciunt) ſing. vnc.vnā ſemis.Excipe cum decocto corticis ligni loti, & præbe nucis Ponticæ magnitudine. Quòd ſi autem non adſit lignum loti,vtere meſpilino.

a Phemus] Codex Nicolai corruptè legit φύμα, pro φῆμος, vt ſatis ex Aetio liquet.

Cap. LXXXIII.

DYSENTERICA potio valde bona. Recipe [a]myrobalanum magnum, hoc eſt vocatum Cepulam, vrito, & cribro traiicito vt pollinem, irrigatóque cum ſucco plantaginis minoris, aut ſtillatitio roſarum campeſtrium liquore, ac calefaciens præbe bibendum ieiuno. Similis. Rhei barbari hexag.ſemis. Vrito, adiectis Athanaſia & micleta,ſingul.hexag.ſemis. Irrigato cum ſucco quinqueneruiæ, & ſtillatitio campeſtrium roſarū ſucco,& calefactum bibendum præbeto ieiuno.

a Myrobalanum magnum] Nicolaus habet μέγαν ἐλλέβορον: ſed falſò:quod ſequentia ſatis indicant.Subiicit enim ſtatim, ἤτοι τὸν λεγόμενον κέπυλε. Quæ quidem verba abundè monſtrant legendum eſſe μέγαν μυροβάλανον,hoc eſt myrobalanum magnum. Is enim alio nomine (Actuario teſte) cepula dicitur. Accedit quòd non tutum ſit,imò nō conueniat prorſus, vt dyſentericis exhibeamus elleborum. Vide quæ ſuprà ſectione prima, annotatione 423. diximus. Ibidem enim etiam myrobalanum vocauit elleborum.

Cap. LXXXIIII.

DYSENTERICA potio,valde laudata. Habet Armenii boli,ſigilli Lemnii,ſanguinis draconis,lapidis hæmatitis,corallii rubei, ſing.ſcrup.duos. Hæc trita in pollinem imbue cum Athanaſiæ hexagio dimidio. Da bibendum cum ſucco plantaginis minoris, & ſtillatitio roſarum campeſtrium tepido liquore,manè.

Cap. LXXXV.

DYSENTERICA potio valde bona,& probata. Recipit mala acida quinque,cotonea quatuor, pyra ſylueſtria immatura viginti. Repurgatis interioribus & exterioribus ea contunde: dein adiice baccarum myrti vnc.vnam,& maſtiches hexag.vnum, & [a]rhaſpe bonū, aut marathatum,aut eliſphacatum purum vinum quantum oportet. Coquito ritè ad tertias, & colo traiicito, atque in vas vitreum coniicito.Quum vſus exigit,præbeto ieiuno cum theriaca poculum vnum exiguum. Dato etiam ſine theriaca.Præbe quoque comedendum è ſpeciebus quæ intra decoctionem ſunt, quantum voluerit æger. Præbe etiam bibendam aſſiduè: eſt enim admodum laudata ad dyſentericos,lientericos,& alui teneſmum.Da quoque theriacā ieiuno cum vino tepido non febricitantibus:eſt enim experta ad talia mala.

a Rhaſpe,&c.] Nicolao rhaſpe genus vini ſignificare ſuprà eſt annotatum.Sic etiam reliqua duo, vini ſunt genera. Pro rhaſpe autem fortè legendum ῥοίτης, hoc eſt vinum è Punicis malis,vel ῥοδίτης. Per marathatum vel rectiùs marathratum, vinum è fœniculo quod Græcis μάραθρον dicitur: vt per eliſphacatum,aut rectiùs eleliſphacatum vinum è ſaluia (quam ἐλελίσφακον Græci vocant) intelligit.

Cap. LXXXVI.

FORATIONIS ſeu cariei hominis medicamentum. [a]Chorigen & bryoniam contunde ſimul, & fac vt fermentum,impone forationi.Poſtquam verò ablueris ipſam,fac linamentum, & imbue ſucco anchuſæ, quæ eſt herba quædam [b]tingens,& iniice linamentum in forationem diebus ſufficientibus.Vbi verò malum demolitum fuerit, glutinato emplaſtro donec ad cicatricem veniat. Aliud. Ceruſſam & lutea ouorum excipe bombacio,& inunge liquorem, & immitte. Prodeſt autem ad omnem dolorem ſedis. Aliud. Mænarum capita vſtio, cineremque cum melle exceptum ſedi impone vt expertum & præſtantiſſimum ad huiuſmodi.

a Chorigen] Græcus codex habet χορίγην. Quid verò Nicolaus hac voce intelligat,ſcire non poſſum. b Tingens] Poſt hæc verba in Græco Nicolai codice legitur τὰ ἀληθινὰ κήρια. Quæ ſanè voces quid præ ſe ferant ſatis conſtituere non poſſum:niſi quis pro κήρια, μύρα legendum putet,vt ſit ſenſus: Anchuſam herbam eſſe qua verè tinguntur vnguenta.quod etiam Dioſcorides innuit.Sed certi nihil ſtatuimus in cōpoſitione hac mirificè deprauata. Alii fortè emēdatioribus codicibus vſi,legitimam lectionem huic loco & aliis multis reſtituent.

Emplaſtrum diuorum apoſtolorum Petri & Pauli, Cap. I.
Emplaſtrum ad dyſentericos, & ad teneſmum, Cap. II.
Emplaſtrum cœliacum, ad lienoſos & ſtomachicos, Cap. III.
Emplaſtrum ad abſceſſus & ſubducta vlcera, Cap. IIII.
Emplaſtrum ſiue cataplaſma optimum, Cap. V.
Emplaſtrum ad iecoris obſtructionem & duritiam, Cap. VI.
Emplaſtrum ad induratum & tumidum lienem, Cap. VII.
Emplaſtrum ſtomachicum laudatum, Cap. VIII.
Emplaſtrum attractorium ad ſubducta vlcera, abſceſſus, & gingiuarum inflammationes, Cap. IX.
Emplaſtrum ad lienem induratum & iecur, phlegmonémque, & ſtomachi imbecillitatem, Cap. X.
Emplaſtrum ad duritiam lienis & obſtructionem viſcerum, Cap. XI.
Emplaſtrum ad iecoris obſtructionem & duritiam, Cap. XII.
Emplaſtrum ad contuſa oſſa & dolores, Cap. XIII.
Emplaſtrum ad contuſa oſſa, neruos & dolores, vocatum oxycrocium, Cap. XIIII.
Emplaſtrum ad diuiſuras, fiſtulas, ægylopas, ſurculos, ſquamas, & omnis generis vlcera, Cap. XV.
Emplaſtrum nominatum Auguſtum, ad varios morbos, Cap. XVI.
Emplaſtrum ex dictamno, ad diuerſa vulnera, Cap. XVII.
Emplaſtrum dictum potens, ad varios morbos, Cap. XVIII.
Emplaſtrum Anicetum, hoc eſt inuincibile, ad diuerſa mala, Cap. XIX.
Emplaſtrum Athena, ad varia mala, Cap. XX.
Emplaſtrum exiccatorium ad ramicem aquoſum & inteſtinorum teſticulorúmque, Cap. XXI.
Emplaſtrum dichromon vulnerarium, Cap. XXII.
Emplaſtrum ex abſinthio, Cap. XXIII.
Emplaſtrum vocatum Pſitacion, Cap. XXIIII.
Emplaſtrum è fermento, diſcuſſorium ad furunculos & abſceſſus, Cap. XXV.
Emplaſtrum dictum Droma, ad diuerſa mala, Cap. XXVI.
Emplaſtrum nigrum, dictum Sotirichi Azaniti, ad varia mala, Cap. XXVII.
Emplaſtrum vocatum Epigoni, ad diuerſa vitia, Cap. XXVIII.
Emplaſtrum Calbianum eximium, Tribuni Iuliani, ad diuerſa mala, Cap. XXIX.
Emplaſtrum Galeni appellatum Athena, ad omnis generis vitia, Cap. XXX.
Emplaſtrum Ægyptia, ad contuſa, Cap. XXXI.
Emplaſtrum œnopœon, ad omnia vulnera, morſus & tubercula, Cap. XXXII.
Emplaſtrum Cyrilli ad varia mala, Cap. XXXIII.
Emplaſtrum Purpura, ſinus conglutinans omnis generis, Cap. XXXIIII.
Emplaſtrum barbarum ad omnis generis vitia, Cap. XXXV.
Emplaſtrum diſcuſſorium, ruptorium, & ſenſim depaſcens, Cap. XXXVI.
Emplaſtrum nominatum Methe, mirabile, Cap. XXXVII.
Emplaſtrum carnem glutinans, & præſertim in lienoſis duritiebus vtile, Cap. XXXVIII.
Emplaſtrum nigrum, ad diuerſa vitia, Cap. XXXIX.
Emplaſtrum ad duritiem ſinus & in alis affectus, omnémque abſceſſum, Cap. XL.
Emplaſtrum Myrſinaton cicatricem inducens & refrigerans, Cap. XLI.
Emplaſtrum ex ſalicibus ad omnem affectum, Cap. XLII.
Emplaſtrum chalcitidis ad varia mala, Cap. XLIII.
Emplaſtrum de ſalibus, vomitus Euthalii, Cap. XLIIII.
Emplaſtrum venenatorum, accommodatum ad omnis generis mala, Cap. XLV.
Emplaſtrum Coreos, ad lienoſos, hydropicos & iſchiadicos, Cap. XLVI.
Emplaſtrum Simotos ad omnis generis vitia, Cap. XLVII.
Emplaſtrum ad neruos vulneratos & ſanguinem ſpuentes, Cap. XLVIII.
Emplaſtrum aliud ad vulneratos neruos, Cap. XLIX.
Emplaſtrum cauſticon ad morſus, carcinomata, ſteatomata & ſtrumas, Cap. L.
Emplaſtrum aliud præſtantiſſimum, Cap. LI.
Emplaſtrum Aphra exiccatorium, ad omnem defluxionem & vbi ſiccandum eſt, vtile, Cap. LII.
Emplaſtrum Iceſium ad omnia vulnera, Cap. LIII.
Emplaſtrum ad cruenta vulnera & neruorum præciſiones, vetera & quæ difficulter ad cicatricem perducuntur vlcera, & alia, Cap. LIIII.
Emplaſtrum Iſis ad chironia mala & curatu difficilia. Confert etiam ad cruenta vulnera, Cap. LV.
Emplaſtrum ad malitioſa, furunculos, ſtrumas & abſceſſus, Cap. LVI.
Emplaſtrum Pardalis, ad diuerſa mala, Cap. LVII.
Emplaſtrum Pelargi ſiue Ciconiæ, podagricos prorſus ſanans, Cap. LVIII.
Emplaſtrum phlegmonas arcens in recentibus diuiſionibus & eryſipelatis, Cap. LIX.
Emplaſtrum ad furunculos, malitioſa, mammas defluxione laborantes & venæ ſectiones, Cap. LX.
Emplaſtrum podagricum ſoluens callos ſeu tofos, Cap. LXI.
Emplaſtrum è fermento probatum, Cap. LXII.
Emplaſtrum diachylon ad omnem phlegmonem & duritiem, Cap. LXIII.
Emplaſtrum Pentatheton ad varia mala, Cap. LXIIII.
Emplaſtrum è ſeminibus ad diuerſa mala, Cap. LXV.
Emplaſtrum aliud ad varia vitia, Cap. LXVI.
Emplaſtrum iſchiadicum demoliens affectus veteres, Cap. LXVII.
Emplaſtrum ad eliciendos ſudores nobile, Cap. LXVIII.
Emplaſtrum ad choleram valde bonum, Cap. LXIX.
Emplaſtrum Pampathes ad varia mala, Cap. LXX.
Emplaſtrum ad lienoſos, hydropicos & malo corporis habitu præditos, Cap. LXXI.
Emplaſtrum ad hydropicos, mirabile, Cap. LXXII.
Emplaſtrum ad palpitationem cordis, animi defectionem & ſyncopen, Cap. LXXIII.
Emplaſtrum ad cordis ſyncopen, & corporis imbecillitatem à calore ortam, Cap. LXXIIII.
Emplaſtrum ex œſypo, ad omnem duritiem, Cap. LXXV.
Emplaſtrum aliud ex œſypo, Cap. LXXVI.
Emplaſtrum ſiue præparatio ex œſypo, Cap. LXXVII.
Emplaſtrum ad pleuriticos, Cap. LXXVIII.

Emplaſtrum aliud ad pleuriticos optimum, Cap. LXXIX.
Emplaſtrum aliud ad pleuriticos præclarum, Cap. LXXX.
Emplaſtrum aliud ſimile, Cap. LXXXI.
Emplaſtrum aliud ad lateris dolores citra febrem, Cap. LXXXII.
Emplaſtrum ſtomachicum, probatum, Cap. LXXXIII.
Emplaſtrum ad imbecillitatem ſtomachi, acidum ructum, & omnem frigidum affectum, Cap. LXXXIIII.
Emplaſtrum ſtomachicum,& ad colicos, dyſentericos, cœliacos,& omnem affectum, Cap. LXXXV.
Emplaſtrum aliud cœliacum,ex ſylueſtribus pyris, Cap. LXXXVI.
Emplaſtrum ad iecorariam dyſenteriam, Cap. LXXXVII.
Emplaſtrum ad hydropicos accommodatum, Cap. LXXXVIII.
Emplaſtrum ad tuſſientes,abſceſſu laborãtes, & deſtillatione correptos, Cap. LXXXIX.
Emplaſtrum ad lienoſos probatum, Cap. XC.
Emplaſtrum ad cœliacos, dyſentericos, & profluuium muliebre, Cap. XCI.
Emplaſtrum de Euphorbio, Cap. XCII.
Emplaſtrum ad caput defluxioni obnoxium, Cap. XCIII.
Emplaſtrum aliud ſimile, Cap. XCIIII.
Emplaſtrum & ipſum ſimile, Cap. XCV.
Emplaſtrum ad ſtomachicos,cœliacos, & dyſentericos, Cap. XCVI.
Emplaſtrum ad eos qui nihil appetunt, & cibum vomunt,& ad diarrhœam,& alui profluuium, Cap. XCVII.
Emplaſtrum ad ſtrumas,abſceſſus, deſtillationes, & lienoſos, Cap. XCVIII.
Emplaſtrum cœliacum mirabile, Cap. XCIX.
Emplaſtrum ad hepaticam dyſenteriam, Cap. C.
Emplaſtrum ſimplex ad fracturas, Cap. CI.
Emplaſtrum ad putrefaciendam carnis abundantiam, Cap. CII.
Emplaſtrum vomitorium domini Ioannis, Cap. CIII.
Emplaſtrum de œſypo, Cap. CIIII.
Emplaſtrum ad dyſentericos, Cap. CV.
Emplaſtrum roborans ſtomachum, Cap. CVI.
Emplaſtrum tetrapharmacum, Cap. CVII.
Emplaſtrum ex ſucco ſeminis lini, diſcutiens & rumpens, Cap. CVIII.
Emplaſtrum de melle, Cap. CIX.
Emplaſtrum ex polline, Cap. CX.
Emplaſtrum dictum botanicum, Cap. CXI.
Emplaſtrum ex aſphodelo, Cap. CXII.
Emplaſtrum de fermento,rumpens abſceſſus, Cap. CXIII.
Emplaſtrum ad furunculos, Cap. CXIIII.
Emplaſtrum è ſtruthio,diſcutiens ſtrumas, Cap. CXV.
Emplaſtrum ad abſceſſus valde bonum,Cap. CXVI.
Emplaſtrum ex aliis ruptorium, Cap. CXVII.
Emplaſtrum è pyrano diſcutiens, Cap. CXVIII.
Emplaſtrum Pyrine,ad durities, Cap. CXIX.
Emplaſtrum Pelarium ad deſquamata,& ſimilia, Cap. CXX.
Emplaſtrum ex althæa,ad eos qui abſceſſu & ſuppuratione laborant, Cap. CXXI.
Emplaſtrum ciſſinum ad neruos vulneratos, & punctu-ras,præſertim diuturnas, Cap. CXXII.
Emplaſtrum melachloron, ſimile.Cruentis etiam conducit, Cap. CXXIII.
Emplaſtrum ex ſenecione, Cap. CXXIIII.

Emplaſtrum Mnaſæi diſcutiens, Cap. CXXV.
Emplaſtrum Ariobarzanion ſimile, Cap. CXXVI.
Emplaſtrum ex dracontio, Cap. CXXVII.
Emplaſtrum pſitacium, Cap. CXXVIII.
Emplaſtrum de ceruſſa, Cap. CXXIX.
Emplaſtrum nominatum Parygron, Oribaſii, Cap. CXXX.
Emplaſtrum de Cadmia, cicatricem inducens, Cap. CXXXI.
Emplaſtrum Phœnicine, Cap. CXXXII.
Emplaſtrum ex anchuſa,ad ambuſta, Cap. CXXXIII.
Emplaſtrum ſimile, Cap. CXXXIIII.
Emplaſtrum Pompholygeron, Cap. CXXXV.
Emplaſtrum Philocotyche,dolorem mitigans, Cap. CXXXVI.
Emplaſtrum Amithaonis, ad contractos & conuulſos articulos, Cap. CXXXVII.
Emplaſtrum Ariſtophanion, emolliens, Cap. CXXXVIII.
Emplaſtrum è plumbagine,ad calidos affectus, Cap. CXXXIX.
Emplaſtrum coracum pudendis & nomis conferens, Cap. CXL.
Emplaſtrum ex oleo & aceto probatum, Cap. CXLI.
Emplaſtrum ex achate lapide, diſcutiens ac emolliens, Cap. CXLII.
Emplaſtrum Nicolai cruentis vtile,& ſinus glutinans, Cap. CXLIII.
Emplaſtrum Neronis,ad ictus,& omnem partium carnoſarum dolorem, Cap. CXLIIII.
Emplaſtrum oxyron, ad varia vtile, Cap. CXLV.
Emplaſtrum Galeni glutinans,concoquens, & pus efficiens, Cap. CXLVI.
Emplaſtrum ex metallicis, Cap. CXLVII.
Emplaſtrum vocatum Harmonia,ad fracturas vtile, Cap. CXLVIII.
Emplaſtrum Melene,Serapionis, Cap. CXLIX.
Emplaſtrum glutinans, diſcutiens, ſquamas demoliens, & ad contractos articulos vtile, Cap. CL.
Emplaſtrum è liquore Sycamini, Cap. CLI.
Emplaſtrum nominatum Dichromon,Cap. CLII.
Emplaſtrum Indicum glutinans,ad nomas, & ſanguinẽ ſpuentes vtile, Cap. CLIII.
Emplaſtrum de cinere aſpidum, diſcutiens ſtrumas, & podagram, Cap. CLIIII.
Emplaſtrum leæna, exiccans & diſcutiens, Cap. CLV.
Emplaſtrum leæna ſimile, Cap. CLVI.
Emplaſtrum Macedonicum vocatum,Cap. CLVII.
Emplaſtrum ad ignita, Cap. CLVIII.
Emplaſtrum phlegmonem arcens iis qui in iudicio torti ſunt, Cap. CLIX.
Emplaſtrum glutinans,diſcutiens,& abſtergens, Cap. CLX.
Emplaſtrum emolliens, Cap. CLXI.
Emplaſtrum è pumice cicatricem inducens, Cap. CLXII.
Emplaſtrum Paula, ad ſtrumas & bubones, Cap. CLXIII.
Emplaſtrum ex nitro ad carbunculos, Cap. CLXIIII.
Emplaſtrum ex anemone, Cap. CLXV.
Emplaſtrum ad iſchiadicos,articulos infarctos, & abſceſſus, Cap. CLXVI.
Emplaſtrum viride ſimplex, Cap. CLXVII.
Emplaſtrum viride faciens ad humida vitia,& excreſcẽtes carnes, Cap. CLXVIII.
Emplaſtrum è lixiuio,ad iſchiadicos, arthriticos, & œdematoſos, Cap. CLXIX.
Emplaſtrum ad callos,& alios duros tumores, Cap. CLXX.
Emplaſtrum ad callos articulorum, Cap. CLXXI.

Emplaſtrum ceratum ad podagrico s,dolorem mitigans, Cap.c L X X I I.
Emplaſtrum iſis cruentis accommodatum,glutinans, carnem generans, & mirabiliter purgans, Cap.c L X X I I I.
Emplaſtrum ad hemicranicos,ex iis quæ ſunt Alexandri, Cap.c L X X I I I I.
Emplaſtrum Pentatheton, Cap.c L X X V.
Emplaſtrum ad ſtillicidium vrinæ, abſceſſus, & vlcera in partibus vrinariis veſicæ, Cap.c L X X V I.
Emplaſtrum ſimile ex butyro, Cap.c L X X V I I.
Emplaſtrum ex ſemine lini ſimile, Cap.c L X X V I I I.
Emplaſtrum ad abſceſſus & hypophoras,omniſque generis alias durities celerrimum, Cap.c L X X I X.
Emplaſtrum ad eos quibus ſtomachus à flaua bile, aut alio quodã calido humore aduritur, Cap.c L X X X.
Emplaſtrum vt præcedens, valde bonum, Cap.c L X X X I.
Emplaſtrum ad eos quibus ſtomachus à flaua bile aduſtus eſt, Cap.c L X X X I I.
Emplaſtrum ad podagricos,ſtrumas,& omnem nephriticum morbum, Cap.c L X X X I I I.
Emplaſtrum ad lacrymantes oculos, Cap.c L X X X I I I I.
Emplaſtrum ad podagricos,& alia mala,Cap. c L X X X V.
Emplaſtrum dictum captiuum, Cap.c L X X X V I.
Emplaſtrum ex cantharidibus,ad iſchiadicos, & lienoſos, Cap.c L X X X V I I.
Emplaſtrum hepaticum,ad continuas febres, & tertianas, Cap.c L X X X V I I I.
Emplaſtrum ſtomachicum, ad refrigerationem & cruditatem, Cap.c L X X X I X.
Ad dyſentericos infuſum, Cap.cx c.
Epithema ad dyſentericos, Cap. cxc I.
Ad omnem ſanguinis eruptionem,& ad muliebre profluuium peſſus, Cap. cxc I I.
Emplaſtrum nephriticum, Cap.cxc I I I.
Emplaſtrum ad eos qui abſceſſu laborant, Cap.cx c I I I I.
Ad mala quæ ſub lingua è deſtillatione fiunt & nominantur ranæ, Cap.cxc V.
Ad eos qui laborant deſtillatione, bonum admodum balneum, Cap.cxc V I.
Emplaſtrum temporibus admouendum,ad vigilantes, febricitantes,caput dolentes,& phreniticos, Cap.cx c V I I.
Emplaſtrum fronti imponendum,ad mala quæ à deſtillatione fiunt,& omnigenas inflammationes, Cap.cxc V I I I.
Emplaſtrum ad animi defectionem,& ſtomachi imbecillitatem, Cap.cxc I X.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De Emplaſtris.

Sectio decima.

Cap. I.

EMPLASTRVM Apoſtolicum, propter facultatis ſuæ efficaciã,& ſpecierum numerũ appellatũ, confectionis Petri & Pauli.[a] Emmotõ vulnerariũ, omnes neruorum præciſiones & puncturas à ferro factas à phlegmone arcens: cruentis vulneribus deſtinatum.Educit ſurculos,calamos,tela, & omnia venenata.Extrahit omnia aliena in profundo corporis ſita.Facit ad abſceſſus, carcinomata,phygethla,& ceruicis dolores.Strumas, [b]pernicioſa & maligna vlcera rumpit & immutat,humores efferens.Prodeſt ad duritiеs lienis, influxiones articulorum, & [c]defluxiones genuum,tibiæ vlcera rotunda,meliceridas.capitis tunicas diſcutit,& humores educit:glutinat corpora à ſe diſſidentia,fracturas cum embrocha ſanat.Valet ad abſceſſus mammarum & eryſipelata, ad fiſtulas iniectum & impoſitum,ad eos qui ſunt morſi à rabidis animãtibus, & quæcunque diſcutere oportet. ad vetuſta & diuturna vlcera,ad putredines,ſinus,hæmorrhoidas,ſedem,condylomata,rimas ani,carbunculos,impetigines,ichores, inteſtinorum ramices, morſus venenatorum, morſus ſcorpionum,nomas pudendorum cum roſaceo iniectũ, & ad ea quæ difficulter cicatrice inducuntur, & diuturna vlcera.ad muliebria mala tomento appoſitum cum roſaceo. Habet lithargyri hexagia tredecim,ceræ,colophoniæ,ſing.hexagia ſeptem,ammoniaci hexag.vnum ſemis, galbani hexagium vnum, myrrhæ hexagium vnum,bdellii hexagium vnum ſemis,pineæ reſinæ, maſtiches,ſingulorum hexagia tria,mannæ,thuris, ſingul. hexag.vnum ſemis, æruginis raſilis hexagium vnum, opopanacis,ariſtolochiæ longæ,ſingulorum hexagium vnum,olei veteris vncias duas. Tritum lithargyrum & per cribrum tenuiſſimum ſecretum coquito cum oleo apud lentum ignem, iniice autem æruginem poſtquã lithargyrum ad medietatem coctum eſt, & probatum in [d]aqua.vbi videris quòd durum ſit,adiice ceram & colophoniam trita in aliud vaſculum: & ſubmouens ab i-

A gne,inſperge ſpecies ſuperiores tritas & cribratas.Opopanacem autem & galbanum in mortario tuſa,cum exigua cera adiice poſtremùm,& vtere.

a Emmoton]Græcis ἔμμοτα dicuntur medicamenta, quæ linamentis excepta, vulneribus vlceribúſque ac ſinibus induntur.

b Pernicioſa]Nicolai codex legit πανέκλας pro πανέργας.

c Defluxiones]Græcè eſt κρύσματα.Sed puto potius legendum eſſe ῥεύματα.Sic enim eſſe ſcribendum,Latini codices monent, qui habent reuma in genu vel pede deſiccat.Eſt verò hoc loco Nicolai codex manuſcriptus mirificè deprauatus,vt ſine melioris codicis adiumento emẽdari nequeat.Vel κρύσματα vocat plagas ex percuſſione inflictas.

d Aqua]Græcus Nicolai codex habet δοκιμάσας εἰς ὕδωρ. Legen-
B dum autem fortè εἰς μάρμορον,vt Latina etiam habent exemplaria. Super marmor enim fuſa medicamenta,num ſatis cocta ſint probãtur.

Cap. II.

EMPLASTRVM ad dyſentericos, & teneſmos. Recipit gũmi hexagia quatuor,thuris,maſtiches, aloes, ſingulorum hexagia quatuor,ladani hexagia duo, farinæ cochlearia duo.Trita bene vnito cum albo oui ſufficienti,pannóque illitum imponito renibus.

Cap. III.

EMPLASTRVM cœliacũ,ad lieno ſos,& ſtomachicos vtile. Accipit nucem moſchatam, gallam mo-
C ſchatam,macer,ſampſychum,mentham, pilulas cupreſſi, Armenium bolum,ſigillum Lemnium, myrtum, cinamomum,ſidia,rhun culinarium,rhun Syriacum,rhũ coriarium,panem aridum, roſas, flores iunci odorati, grana myrti,farinam orizæ,berberis, hoc eſt oxyacantham,thus,maſtichen,calamum odoratum, lignum aloes,betonicam,xylobalſamum,caſiam ligneam, gummi Arabici,ſuccum acaciæ & hypociſthidis,acinos vuarum,amylum,oſſa palmularum, calamum odoratum, ſpicam,caryophyllum,ſtyracem calamitin ſemen pẽ-
D taneuri,& ſuccum zingiberis,coriãdrum,ladanum,ſuccum cotoneorum,zopiſſam,ceram, zedoariam, oleum roſaceum & myrtinum. Hæc ritè ſubacta impone ſtomacho,lieni,& vniuerſo imo ventri.

Cap. IIII.

EMPLASTRVM ad abſceſſus & [a] ſubducta vlcera.Micas puras lotas multoties, olei anethini, farinæ cumini,mellis puri,farinæ fœnigræci & chamæmeli,parato,& vtere.

a Subducta] Nicolaus legit ὑπόρυφας. Quid verò illi vox hæc ſignificet, me ignorare fateor. Puto autem inuerſione literarum eſſe deprauatam, atque ſcribendum fuiſſe ὑποφορὰς; quarum ſæpe Galenus in libro de Compoſ. medicament. κατὰ γένη, meminit. Sunt autem ὑποφοραὶ vlcera profunda & ſubducta. Vel ὑπόκρυφα, id eſt abſcondita: vel certè ὑπόρυφα, hoc eſt obliqua & incurua vlcera: aut κορυφώδεα, id eſt tumentia, legendum. Certi tamen nihil ſtatuimus donec meliorem nacti codicem, quæ ſit legitima lectio compertum habeamus. Prior tamẽ lectio verior eſſe videtur. A

Cap. V.

EMPLASTRVM aut cataplaſma optimum. Folia althææ, herbæ vẽti, lapathi, folia hyoſcyami, chamæ meli. Hæc coquito in ſacculo donec [a] diſſoluantur. poſtea appone butyrum & adipes, quoſcunque inueneris, & cõmiſcens coquito. Dein illitum panno impone tepidũ, & miraberis. B

a Diſſoluantur] Codex manuſcriptus legit ἕως γενήσεως, haud dubiè pro διαλύσεως.

Cap VI.

EMPLASTRVM ad iecoris obſtructionem & duritiem. Succi fœnigræci, ſeminis lini ſucci, maluæ ſylueſtris ſucci, violarum, ſpicæ, hyſſopi, calami ſ, abſinthii, roſarum, chamæmeli, florum iunci odorati, farinæ, coſti Alexandrini, ſantali albi, ſeminis lini, & fœnigræci, parúmque olei roſacei. Impone iecori tepidũ. C

Cap. VII.

EMPLASTRVM ad induratum & tumeſcentẽ lienem optimum. Recipit liquoris Cyrenaici, liquoris peucedani, ſcordii, ſtyracis, terebinthinæ, galbani, ammoniaci, thuris, bituminis, pineæ reſinæ, ceræ. Liquores macerato in aceto, & reliqua rectè parato, & impone tepidum lieni. Ad lienem verò inflatum, præbeto galbanum deuorandum ciceris quantitate manè ieiuno, & veſperi. D

Cap. VIII.

EMPLASTRVM ſtomachicum probatum. Accipit thuris, maſtiches, ſingulorum hexagia quatuor, aloes hexagia tria, zopiſſæ hexagia quatuor, galbani, ammoniaci, ſingulorum vnciam ſemis, ladani, thymiamatis, ſing. hexagia quatuor, terebinthinæ, reſinæ, ſingulorum hexagia tria, ceræ vnciam vnam, mellis Attici quod ſatis eſt.

Cap. IX.

EMPLASTRVM attractorium mirabile, ad ſubducta vlcera & abſceſſus, & gingiuarum inflammationes. Capit ammoniaci hexagia duo, galbani hexagia tria, thuris, maſtiches, ſingulorum hexagia duo, reſinæ, terebinthinæ, ſingulorum hexagium vnum ſemis, hyoſcyami hexagium vnum ſemis, reſinæ piceæ hexag. duo, caricarum, vuarum paſſarum exemptis acinis, ſingularum vnciam ſemis, olei laurini vnciam ſemis, adipis tauri, adipis ſuilli, ſingulorum vncias duas, aloes flauæ hexagia duo, farinæ loliaceæ, ſeminis maluæ, ſingulorum vnciã ſemis, radicis maluæ ſylueſtris vnciam vnam, farinæ ſeminis lini hexagia duo, fimi columbini vnciam ſemis, propoleos hexagium vnum ſemis, ladani vnciam ſemis, ſtyracis hexagia duo, olei nardini & amygdalini dulcis, ſingulorum hexagia duo, mellis Attici quod ſatis eſt, ceræ puræ vnciam vnam. E F

Cap. X.

EMPLASTRVM ad lienem iecúrque induratũ, & phlegmonẽ, ac ſtomachi imbecillitatem. Habet violarum drachmam vnam, œſypi drachmas duas, roſarum drachmas quinque, ſpicæ, maſtiches, ſingulorum drachmas tres, cyperi, floris iunci odorati, aſari, calami odorati, ſingulorum drachmas quatuor, polii, fœnigræci, ſingulorum drachmas decem, chamæmeli, ſeminis maluæ, polentæ, dauci, ſingulorum drachmas octo. Fermenteſcant cum ſucco ſeminis lini & ſolani, & vtere in prædictis malis. G

Cap. XI.

EMPLASTRVM ad duritiem lienis, & viſcerum obſtructionem. Recipit fœnigræci, chamæmeli, hyſſopi, calami odorati, roſarum, violarum, abſinthii, meliloti, ſpicæ, radicis capparis aut foliorum, ſalicis foliorũ, polentæ, coſti, ſucci ſeminis lini, & vini quod ſatis eſt. H

Cap. XII.

EMPLASTRVM ad obſtructionem & duritiem iecoris probatum. Accipit chamæmeli, hyſſopi, ſpicæ, ſeminis maluæ, fœnigræci, florum capparis, violarum, roſarum, maſtiches, florum iunci odorati, ſeminis hyoſcyami, ſingulorum drachm. quatuor, polentæ, ſucci ſolani, ſantali albi & rubei, ſingulorum drachmas tres ſemis, ſucci ſeminis lini quantum ſufficit.

Cap. XIII.

EMPLASTRVM ad contuſa oſſa, & dolores. Capit piceæ humidæ, picis, ladani, maſtiches, ſingulorum vncias tres, croci hexagium vnum, terebinthinæ vncias duas, zopiſſæ, ammoniaci, ſingulorum vnciam vnam, ceræ vncias duas.

Cap. XIIII.

EMPLASTRVM ad contuſa oſſa, neruos, ac dolores, & ad omnem contuſum locum, vocatum Oxycrocium. Habet croci, zopiſſæ, colophoniæ, ceræ, ſingulorũ vncias duas, terebinthinæ, galbani, ammoniaci, myrrhæ, thuris, maſtiches, ſingulorum vnciam ſemis, drachmam vnam ſemis. Galbanum & ammoniacum conii ce in modicum acetum per totam noctem, & feruefacta per ſaccum ex tenui linteo factum colato, dein diſſolutam zopiſſam colatam iniicito: adiecta cera, ac diſſoluens omnia, ſimul adiice colophoniam, & deinceps terebinthinam, pòſt maſtichen, myrrham, & thus. Deinde funde ſuper marmor, & croco in puluerem trito inſperſo, ipſum ſubigito.

Cap. XV.

EMPLASTRVM Sanitas, vtile ad diuiſiones, fiſtulas, & ægylopas, ſurculos educens, & ſquamas remouens. Ad omnia vlcera faciens, herpetas, & hemicranias, fronti impoſitum, ſinus glutinat. Recipit lithargyri vncias ſex, ceruſſæ, ſalis communis, ammoniaci, ſingulorũ vncias quatuor, æruginis, terebinthinæ, ſingulorum vncias tres, ceræ vncias ſex, propoleos vncias duas, chalcanthi drachmas decem, mannæ, aluminis humidi, ſingulorum vncias duas, olei veteris, ſquamæ, ſingulorum vncias quatuor. Coquito lithargyrum, ceruſſam & ſquamam donec non inquinent. Dein adiice liquefacta cum aridis.

Cap. XVI.

EMPLASTRVM dictum Auguſtum, rectè diſpoſitum, & paratum multoties à nobis. Confert ad oculorum vehementes dolores, plagas articulorum veteres & recentes, lienoſos, iecinoroſos, hydropicos, abſceſſus crudiores, doloréſque grauiores. Nam diſcutit, aut concoquit, aut roborat. Ad pleuriticos, podagricos, arthriticos, in vigore & inclinatione exiſtẽtes valet. Oportet autem eos qui imponunt medicamentum, locum calido oleo lana excepto fouere: atque vbi impoſitum eſt, etiã deligare. Accipit radicis bryoniæ, radicis cucumeris ſylueſtris, radicis ebiſci, oculorum populi nigri, ſingulorũ vnciam vnam, olei veteris libram vnam vncias tres. Coquito radices tenuiter contuſas, & oculos populi nigri cum oleo: atque oleo poſtea colato, adiice lithargyri vncias decem, ceruſſæ vncias duas, lapidis aſii floris vnciã vnam, myrti, aloes, maſtiches, ſingulorum vnciã ſemis, croci hexagia duo, bdellii, ladani, ſingul. vnc. duas, propoleos vncias tres, æruginis vncias duas, caſiæ hexagia quatuor, thuris hexagia duo, pineæ, terebinthinæ, ſing. vncias quinque, ammoniaci, ceræ, ſingulorum vncias quatuor, chamæleontis vnciam ſemis. Coquito lithargyrum & ceruſſam, & aſium lapidem cum oleo, & vbi donec non inquinent decocta fuerint, adiice liquefacta, & arida tuſa & cribrata.

Cap. XVII.

EMPLASTRVM è dictamno mirabile, glutinãs neruos, & muſculorum præciſiones, ac [a] ſinus. Facit etiã ad vetera, & quæ difficulter ad cicatricem perducuntur vlcera, meliceridas, morſus venenatorum. Eeducit oſſa corrupta & aculeos, cuſpidéſque diſcutit, ad dolores capitis, oculorum, & omnis generis fluxiones fronti impoſitum vtile. Eſt etiam malagma bonũ ad pleuriticos,

lienoſos,fracta,luxata, & venenatorum ictus. Capit lithargyri dr.vigintiquinque,ſquamæ ferri dr. tres,mannæ drachmas quinque,dictamni,aloes, ſingulorum drachmas duas,ammoniaci drachmas tres, æris vſti drach. quatuor,diphrygis dcachm.duas, myrrhæ drach. duas, propoleos drachmas quatuor,galbani,chalcãthi,ſingulorum drachmas ſex,gentianæ drachmas tres, ariſtolochiæ longæ drachmas quatuor, colophoniæ vnciam ſemis,ceræ,olei communis,ſingulorum drachmas vigintiquinque. Coquito lithargyrum & ſquamam cum oleo donec non inquinent,dein miſce reliquas ſpecies.

a Sinus] Nicolaus habet κόλπους. Galenus lib. 5. de Compoſ. medicam. κατὰ γένη, περιθλάσεις, id eſt contuſiones legit.

Cap. XVIII.

EMPLASTRVM dictum Dynamicõ,id eſt multarum virium,ad vulnera capitis & perforata, ad morſus rabidorum,ictus venenatorum,ad eos qui ab homine morſi ſunt,ſtrumas,furunculos,abſceſſus,ſinus & oſſa latentia,fiſtulas, aculeos, impetigines feras, ſcabies, mẽbra,neruos contuſos,oſſáque fracta.Educit calamos, glutinat diſſidẽtia vulnera,& carnem generat, cauáque implet. Ad cruſtas cum melle iniectũ,ad putrefacta, & phygethla,polypos in naribus,concluſa vlcera & maligna,ac difficilè curabilia.Diſpergit,rumpit,ad cicatricẽ perducit.curat etiam carcinomata.Habet liquoris cedrini non adulterati vncias tres ſemis,picis humidæ, bituminis Iudaici, adipis ſuilli vncias tres ſemis,adipis leonini libram vnam,galbani vnciam vnam, ceræ libram ſemis,terebinthinæ, ammoniaci,colophoniæ, ſingulorum vncias tres,lycii,thuris,aluminis ſciſſi, myrrhæ, aloes,bdellii,ſquamæ æris,ſing.hex.quatuor s. calaminthæ,æruginis,cornu ceruini vſti,ſing.vnc. s. aceti acris hexag.vnũ s.mellis Attici lib.vnã s.Sicca trita & cribrata,ſolue in aceto.Melle autẽ prius cocto,iniice liquabilia & ſimul liquato.Vbi diſſoluta fuerint, funde in mortarium, & ſubacta validè exime,ac vtere.

Cap. XIX.

EMPLASTRVM inuincibile ad bubones, neruos vulneratos,duritiès, tubercula, furunculos, plagas ex percuſſione inflictas,membranas contuſas, & ad omne malum. Recipit lithargyri libram ſemis,ceræ, terebinthinæ,ammoniaci,ſingulorum vncias ſex,galbani vncias tres,opopanacis,thuris, maſtiches, ſingulorum vncias tres,bdellii,myrrhæ,ſtyracis,propoleos,ſingulorum vnciam vnam ſemis, nitri Alexandrini, aluminis ſciſſi,æris vſti,æruginis,ariſtolochiæ longæ, ſidiorum, malorum Punicorum,dictamni,gallarum, ſingulorum vnciam ſemis drachm. vnam, olei veteris, picis aridæ, colophoniæ,pineæ,ſingulorum libram ſemis.

Cap. XX.

EMPLASTRVM Athena dictum, optimũ diſcuſſorium,conferens ad duritiès,ad vetera & noua vlcera,abſceſſus,phagedænica,nomas,putredines,omnis generis vulnera, neruorum ac muſculorum præciſiones. Educit oſſa à capite ſine perforatione. extrahit tela & ſurculos.Ad morſus venenatorum,maligna vlcera,carcinomata,phygethla,bubones,furunculos,veteres fiſtulas & ad omne malũ vtile. Alleuat capitis dolores frõti impoſitũ & gingiuas eroſas.Ad omnes in pudendis nomas,condylomata,oſſa putrefacta & tonſillas valet.Iniectum roſaceo,omne vlcus repurgat.Et implet magna vulnera,iniectum cum cerati vna parte & medicamenti partibus quatuor,ad vulnera & in medio ſedis vitia. Accipit ſidiorum,gallarum,ariſtolochiæ longæ & rotũdæ,diphrygis,ſalis ammoniaci,aluminis ſciſſi, nitri Alexandrini,iridis,æris vſti,miſyos,chalcitidis,chalcanthi, ſquamæ æris,thuris,ſingulorum drachmas tres, aloes, ſoreos,Cadmiæ,opopanacis,ſingulorum drachmam vnam ſemis,bituminis Iudaici drachm. trigintaquatuor, ammoniaci drachmas ſex,mannæ,thuris,galbani, ſing. drachmas quatuor, terebinthinæ drachmas ſex, pineæ drachmas trigintaquatuor,picis aridæ,colophoniæ,ſingulorum drachmas trigintaquatuor,ceræ drachmas trigintaſex,aceti drach.octodecim. Metallica terito validè cum aceto in mortario,& liquabilia liquefacta affunde. Dein amota ab igne coniice in cacabum, & lento igne coquito.Poſtea adiice arida.

Cap. XXI.

EMPLASTRVM exiccans ad aquoſos ramices & inteſtinorum,omniúmque teſtium vtile. Capit alicæ drachmas duas,thuris,glutini fabrilis,myrrhæ, rhois coriarii,ſing.dr. tres,balauſtiorum dr.quatuordecim,ſidiorum,gallarum,ſingulorum drach.ſex, aloes dr. quadragintaſex,vini optimi quod ſatis eſt.

Cap, XXII.

EMPLASTRVM dichronion à duplici colore ſic appellatum,vulnerarium optimum. Habet æris vſti, aluminis ſciſſilis,ammoniaci, ſingulorum drach. duas, ceræ,colophoniæ,adipis ſuilli,ſingulorum drach. duodecim,aceti quod ſatis eſt.

Cap. XXIII.

EMPLASTRVM de abſinthio.Recipit ceruſſæ, lithargyri,ſingulorum vnciam ſemis,ceræ, adipis ſuilli, ſingulorum hexagium vnum ſemis.

Cap. XXIIII.

EMPLASTRVM nominatũ Pſitacion. Accipit colophoniæ,adipis ſuilli,ceræ,ſing.dr.ſex,ſucci hyoſcyami. Adipem cum ſucco & cera coniice in cacabum, & poſtea iniice reliqua.

Cap. XXV.

EMPLASTRVM è fermento diſcuſſorium, ad furunculos & abſceſſus. Capit nitri Alexandrini libram vnam,olei communis veteris vnciam vnam ſemis, reſinæ pineæ vncias tres,myrrhæ vnciam vnam ſemis,ſalis communis,ceræ puræ,ſingul.hexag. tria ſemis. acetum cum ſale & nitro miſce,donec ad glutinis conſiſtentiam redeant:dein probè parato & ſubacto vtere.

Cap. XXVI.

EMPLASTRVM dictum Droma,ad clauos,ſtrumas,grandines,abſceſſus,phygethla & quæcunque aperire volueris. Quum enim emplaſtrum hoc imponitur, cultro non eſt opus.Habet picis humidæ dr.tres, ammoniaci,arſenici ſciſſi,ſing.dr.tres,terebinthinæ, portulacæ,ſing.dr.tres,æruginis dr.vnam,opopanacis dr. duas, liquoris tithymali dr.ſemis,calcis viuæ,miſyos, chalcitidis,nitri,ſaponis Gallici,ſulphuris ignem non experti, ſing.dr.vnam.Coquito liquabilia donec non inquinẽt, & tum adiice arida.[a] Sandaracham poſtremùm inſperge.

a Sandaracham] Hinc ſatis conſtat, Nicolaum per Arſenicũ ſciſſile,Sandaracham intelligere veterum.

Cap. XXVII.

EMPLASTRVM nigrum dictum, Sotirichi Azaniti, ea quæ phlegmone vacant glutinat in gladiatoribus,carnis eroſionibus, agreſtis ſuis & rabidorum omniſque venenati animantis & feræ morſibus cõfert. Ad capitis dolorem,hemicraniam,oculos defluxione laborantes,fronti impoſitum valet. ad aurium dolorem cum roſaceo inſtillatum auri prodeſt: ſummos item humeros & lumbos dolentibus. iecoris & lienis diſſoluit duritiès,& in inſeſſionibus illitum emollit. Cum roſaceo oleo facit ad articulos defluxione vexatos,gibberos & genua,atque extremam ſedis partem. aduerſatur ictibus ferri,aut ligni aut aliorum. Educit ſurculos, cuſpides,clauos,calamos,teſtas & ſpinas.ad pudenda vlcerata & rimas,etiamſi iam putreſcunt.Roſaceo dilutum & illitum inſtar plicaturæ in linteo, omnem duritiẽ & abſceſſum ſanat & vetuſtiora vlcera & quæ difficulter ad cicatricem perducuntur. Ad omnia depaſcentia, nigra,& incidentem putrefactionem. In generationibus autem plagarum & vulnerum vtere medicamento enhæmo, ſcalpro non admoto.Extrinſecus autem impone poſcã, aut vinum cum oleo, vt neceſſitas exigit.In contritionibus verò intrò adhibe collyrii inſtar emollitum cum roſaceo oleo,vt non ſit [a] ſubdurum. Recipit maſtiches libram vnam,propoleos lib. ſemis,ladani vnc. vnam ſemis,bdellii vnciam vnam,thuris,myrrhæ,aloes,ammoniaci,ſingulorum hexagia quatuor ſemis, aluminis ſciſſilis,miſyos,chalcãthi,æris vſti,ſing.vnc. s. ariſtolochiæ

longæ,gallarum,cytinorum,mali Punici,ſingul. vnciā vnam,æruginis hexagia quatuor ſemis,ceræ puræ , olei roſacei,aceti acris,ſingulorum vnciam vnam. Ammoniacum & propolin cum roſaceo & cera in mortario cōtunde donec liqueſcant. Arida verò tere ac cribrato.ladanum & metallica cum aceto liquato. Dein liquans maſtichen,inſperge arida,& vnitis validè & ſubactis ad cōſiſtentiam vtere.

a Subdurum] Manuſcriptus codex legit perperam ὑποκληρὸν, pro ὑπόσκληρον.

Cap. XXVIII.

EMPLASTRVM cognominatum Epigoni. Hic quidem quum in carcere ad mortem damnatus eſſet, propter hoc medicamentum dimiſſus eſt, quòd imperatoris Marci filiam ſanaſſet. Morſa enim quum in mamma eſſet à ſerpente,& omnibus medicis de illa deſperātibus, ſanata tamen eſt. Facit etiam ad omne vlcus recēs & vetus, ad eos qui morſi ſunt ab homine, & ad omniū reptilium,omniúmque ferarum quadrupedum , crocodilorum,ſcorpionum, & torpedinis marinæ morſus. ad abſceſſus,ſinus,phygethla,parotidas,furunculóſque. A phlegmone arcet iniectum cum parte vna cerati,& medicamenti partibus quatuor cum oleo roſaceo diſſolutum. Facit etiam ad ea quæ in profundo cicatricem difficulter contrahunt,& chironia. Expurgat & implet putrida carcinomata,& omnibus vlceribus confert, malignis,corruptionem ſentientibus,& iis quæ difficilè maturantur. ad abceſſus & fluxionem oculorum fronti impoſitum. oſſa capitis ex ictū commota figit firmátve. Epigonus autem non ſine gratiarum actione ipſum reuelauit,poſtquam eſſet liberat⁹ à carcere. Accipit ſquamæ æris,ammoniaci,aloes, hepaticæ , æruginis raſilis, æris vſti,thuris maris,ſalis ammoniaci,ariſtolochiæ rotundæ,ſing. vnciam ſemis,ſeminis rapi ſcrupulos tres, dracunculi radicis vnciam ſemis,ſeminis artemiſiæ ſcrupulos nouem,ceræ puræ libras quinque,colophoniæ libram vnam,olei veteris cotyl. ſemis,aceti acris cochlearium ſemis,ſinapi ſcrupulos tres, ſpodii ſcrupul. nouē, aluminis ſciſſilis,opopanacis,ſingulorum vnciā ſemis. Metallica tere cū aceto diebus tribus. liquabilia verò liquato. arida inſperge,& omnibus ritè ſubactis & confectis vtere.

Cap. XXIX.

EMPLASTRVM Calbianum eximium,tribuni Iuliani,ad capitis dolorem & hemicraniam fronti impoſitum. Oculorum fluxiones ſiſtit , deſtillationem ſanat,& omnes dolores,dilutum cum oleo roſaceo & illitum. ad maligna narium vlcera illitū. ad ea quæ ori grata ſunt,cum melle. ad difficulter ſpirātes,mammas,cardiacos,ſtomachicos,iecinoroſos,lienoſos, dyſentericos, hydropicos, nōniſi recta ceruice ſpirātes,iſchiadicos,arthriticos,podagricos,ad dolores neruorum & ſtuporem, effœminationéſque. educit oſſa, remouet ſquamas. Cōfert colicis,nephriticis cum ilicino oleo aut rutaceo, & ad eos qui dentium ſtupore laborant,eos item qui defluxionibus vexantur,aut quomodocunque aliter refrigeratos,pubi impoſitum. cum roſaceo impoſitum,aut glāde ſuppoſitum,& ſedi. Facit etiam ad ſtrumas,bubones, ganglia,vlcera vetuſta & omnem abſceſſum. Conducit & ad ea quæ in renibus & ſede ſunt. maligna repurgat, carni cicatricem inducit. Ad chiragram nobile eſt,calamos,vitra & ligna & omnia [a]infixa corpori extrahit. Facit ad diuturna mala & carcinomata. In artificiali præpatione ad iecinoroſos,adiice vinum oleo mixtum. ad lienoſos, poſcā & reliqua ſimiliter. Eſt verò ad omnia muliebria mala vtile in peſſo ſubditum . Impoſitū facit ad reduuias & ramices inteſtinorum. In propriam enim ſedem reponit prolapſum inteſtinum. & ad aquoſos ramices. Sinus glutinat, & cum chirurgia impoſitum probè facit,ſanguinis eruptiones ſiſtit. Eſt etiam acopon vnguentum diſſolutum cum oleo & inūctum. Eſt etiā bonū malagma iis qui angina correpti ſunt,impoſitum iuxta ceruicē. Ad reſolutos & ea quæ in mām̄is ſunt, quibúſque omentū ruptū eſt,& vmbilicus prominet, vtile. Ad omnia quæ in alis ſunt,furunculos , [b]amylogloſſos cum chirurgia,cartilagines naris & aurium agglutinat, quas nonnulli medicorum,vtpote quod fieri haud poſſe putēt, prætereunt. Facit ad reſolutionem,& vrſorum, leonum,& aſpidū morſus. eius compoſitio hæc eſt. Accipit ariſtolochiæ longæ,iridis,chamæmeli aridi , ſquamæ æris,ſemperuiui, thuris, myrrhæ,aloes,cadmiæ, ſingulorum vnciam vnam,ariſtolochiæ rotundæ vnciam vnam ſtagium ſemis,æris vſti,æruginis,aluminis ſciſſi, ſingulorum ſtagia quatuor ſemis, gentianæ , centaurii, chalcanthi,dracontii, ſingulorum vnciam ſemis , ſalis ammoniaci,aluminis rotundi,ſidiorum, gallarum, ſalis Cappadocici,ſalis communis,chalcitidis, miſyos, ſingulorum ſtagium vnum ſemis. Tuſa diſſolue cum aceto, in mortario,& liquabilia liquefacito, & infunde mortario, & diſſolue. Sunt autem hæc , terebinthinæ vncia ſemis,propoleos vncia vna , ammoniaci , [a] raſuræ nauis, ſingulorum vncia ſemis, galbani vncia vna,ceræ,colophoniæ,ſingulorum libra vna ſemis, olei veteris libra ſemis. Vnita ſubigito.

a Infixa] Nicolaus legit ἐμπεπηρωμένα ,ſed fortè minus rectè. Legē dū enim eſſe videtur ἐμπεπηγνυμένα. b Amylogloſſos] Codex Nicolai legit λαγοχύλους: ſed haud dubiè deprauâté. legendum itaque cenſemus, ἀγκυλογλώσσους, vel certè ἀγκύλας , hoc eſt particulorū̄ ligationes. Quòd ſi tamen quiſpiam veriorem lectionem ſubſtituerit, noſtrā immutare nihil grauabimur. c Raſuræ nauis] Zopiſſam intelligit.

Cap. XXX.

EMPLASTRVM [a] Galeni, Athena. Confert certò ad omne malum,& non eſt quod non ſanauit. Poteſt etiam vtiliter adhiberi pro malagmate iis quæ egēt emollitione,laxatione,& impletione. Accepit autē hoc emplaſtrum ab Alyppio medico. Eius compoſitio. Ceræ dr. tres, terebinthinæ dr. xxv. reſinæ frixæ dr. duodecim S. adipis vitulini,aluminis ſciſſi,chalcāthi,miſyos, opopanacis,ſing. dr. vna,galbani , myrrhæ,thuris, ſingul. dr. tres,ſalis ammoniaci,æris vſti,aloes,aluminis rotundi,ſin. dr . vna ſemis , æruginis raſilis , ammoniaci, ſingul. drach. quatuor ſemis,rubricæ ſinopicæ drach. ſemis,aceti cochlearium ſemis, olei cochlearia quatuor. Arida contunde,& cribrato. Galbanum & opopanacem cum exigua cera,& ammoniacum in mortario contundе donec diſſoluantur. Alumen,ſalem, [b]æs vſtum,miſy, chalcanthum,æruginem contere cum aceto,& affunde liquabilibus ritè ſubacta.

a Galeni] In lib. 2. de Compoſ. medic. κατὰ γένη. b Æs vſtū] Nicolai codex legit τὴν χαλβάνην falſò , pro τὴν χαλκὸν κεκαυμένον: id quod ex præcedentibus ſatis conſtat.

Cap. XXXI.

EMPLASTRVM Ægyptia nominatum,omnes diuiſiones à phlegmone conſeruans. Facit ad contuſiones,morſus quadrupedum, ſerpentium venenatorum, omnes phlegmonas citra vulnerationem, neruorúmq; ſine manifeſta cauſa dolores . hanc Andromachus plurimùm laudat. Lippientium etiam oculorum eſt [a] anacollema,capitiſque dolore laborantes iuuat. Recipit lithargyri,ceræ,ſingul. vncias quatuor ſemis,ammoniaci vncias tres,thuris,lanæ ſuccidæ combuſtæ,ſingulorum vnciam ſemis,ſquamæ æris ſtagium vnum ſemis , terebinthinæ vnciam vnam ſemis,ſquamæ ſtomomatos,ariſtolochiæ longæ, ſing. ſtag. vnum S. [b]ricini ſtag. quatuor ſemis,olei veteris vnc. decē ſemis . Lithargyrum, ſquamas,& ricinum decoquito donec digitos nō inquinent. Dein liquabilia adiicito, arida verò terito.

a Anacollema] Græcè eſt ἀνακόλλημα. Sunt autem ἀνακολλήματα Græcis medicamenta quæ fronti,Galeno lib. 6. de Comp. medic. κατὰ γένη, teſte,dum oculi fluxione laborant, imponuntur. b Ricini] Nicolaus habet κίκεως: Galenus autem lib. 3. de Comp. medic. κατὰ γένη legit ἐλαίου κικίνου,id eſt olei ricinini.

Cap. XXXII.

EMPLASTRVM œnopœon. Facit ad omne vuln⁹, omnémq; morſum , tubercula,ad ea quæ in mām̄is,ſinus,fiſtulas, furunculos,& phagedænas. Accipit ceruſſæ vnc. 1. terebinthinæ,mannæ, cinabaris,ſing. dr. 11. pineæ reſinæ dr. quatuor S . ammoniaci vnc. S. propoleos vnc. duas,galbani lib. 1. opopanacis dr. duas, ricini ſtagia ſex. Liquida coquito cum ceruſſa donec confluant & coaceruentur. Adiice olei veteris ſtagium vnum, aquæ

marinæ ſtagium vnum. Dein liquabilia decoquito donec manus non inquinent:poſtea propolin, galbanum, opopanacem contũde in mortario: adiice ammoniacũ, aut tuſum inſperge, aut ſubactum dilatato:& arida tuſa & cribro tranſmiſſa inſperge.Eſt enim probatum.

Cap. XXXIII.

EMPLASTRVM Cyrilli, quod Philanthropos dicitur,exiccatorium,diſcuſſorium : glutinat etiam ſinus,& defluxionibus in articulos vtile eſt:fiſtuloſis autẽ potiſſimùm conducit in anguſto ad cartilagines loco. Capit lithargyri,olei,reſinæ pineæ, ſingulorum libram vnam vncias tres, ceruſſæ vnciam vnam ſtagium vnũ ſemis,propoleos ſimiliter,viſci quercini vnc. duas,chamæleontis vnciam vnam ſtagium ſemis,radicis centaurii vnciam vnam ſemis ſtagium ſemis,põpholygis vnc. vnam ſemis,floris lapidis aſii aut ipſius lapidis vnciam vnam ſemis,ammoniaci vncias tres,myrrhæ ſtagia tria. Coquito lithargyrum,oleum & reſinam donec digitos non inquinent. Dein propolin, ammoniacum,vnumquodque eorum ſeorſim in mortario tuſum,cum modico oleo dilatato:poſtea adiice ceruſſam, ſenſimque inſperge.Dein viſcum contuſum admiſce, ac poſtea cum oleis arida iniice,& ſubigito.

Cap. XXXIIII.

EMPLASTRVM Purpura dictum,ſinus agglutinans omnis generis. Habet lithargyri, colophoniæ, ſingulorum vnciam vnam,lapidis hæmatitis vnc.duas, ceræ vncias quatuor, picis libram vnam, aquæ vncias tres,olei quod ſatis eſt.

Cap. XXXV.

EMPLASTRVM barbarum,conducit ad omnia mala.Recipit bituminis libram vnam, miſyos vnciam ſemis,galbani,opapanacis,ſquamæ æris,ſingulorũ vnc. ſemis,picis aridæ,colophoniæ,ſingul.lib. s.vnc.vnã ſemis,olei veteris cochlearium ſemis.Oleo autem admiſce etiam aceti libram ſemis,aut quantum ſufficit.

Cap. XXXVI.

EMPLASTRVM diſcuſſorium, ruptorium, & [a]ſenſim depaſcens.Accipit pyrethri libram ſemis, picis aridæ libram vnam vncias tres, baccarum lauri ſextar. quatuor, cyperi,ſeminis raphani,ſinapi,radicis canabis, ſingulorum vnciam ſemis,nitri aſſi,radicis capparis,ceræ,ſingulorum vncias tres,fœnigræci vncias duas, colocynthidis vnciã ſemis, fimi caprini ſextarium ſemis, aceti ſextarios duos,olei ſextar.ſemis vnc.vnã ſemis,nitrum terito cum aceto.

a Senſim depaſcens]Græcus Nicolai codex legit ἐξερίπουσα, pro ἐξίπουσα. Hinc ἐξιπωτικὰ medicamenta dicuntur Græcis quæ ſenſim humores diſcutiunt ac depaſcuntur,vt lib.7. de Compoſ. medic. κατὰ γένη teſtis eſt Galenus.

Cap. XXXVII.

EMPLASTRVM Methe nobile.Capit lithargyri libram vnam,picis aridæ libram vnam,adipis taurini vncias quinque ſextarios duos,olei veteris hexag. quatuor,terebinthinæ vncias quinque ſemis, olei roſacei hexagia ſedecim,opopanacis, galbani, ſingulorum hexagia quatuor,thuris vncias quinque hexagia duo,æruginis hexagia quatuor,ceræ puræ hexagia ſedecim,myrrhæ hexagia octo.Coquito lithargyrum cum oleo donec non inquinet. dein reliqua ordine adiicito, & accepto medicamento coniice in vinum bonum tribus diebus:poſtea exempto vtere.Hoc igitur emplaſtrum,maximum eſt medicamentum:facit enim ad fracta, ſtrumas ſanat,diſpergit,rumpit & ad cicatricem perducit. Confert ad omnem neruorũ conſenſum,& potiſſimùm muſculorum præciſiones & podagras, omnéque malum à phlegmone tuetur.[a] Conglutinandi vim habet, tela,cuſpides,ſurculos & calamos educit.renes cõfeſtim ſanat,collectiones diſpergit,tubercula, furunculos, duritiéſque omnes. mammas mitigat, & vehementes dolores. Oculorum fluxiones ſiſtit fronti impoſitum, capitis dolorem ſanat.Ad tibiarum pulſationes facit, & maligna vlcera, ſordidáque omnia purgat.ad morſus canum,hominum,lienoſos,pleuriticos,iſchiadicos, præſtantiſſimum exiſtit.

a Glutinandi vim habet]Codex Nicolai malè legit ἰχέκαλος pro ἰχέκολλος.

Cap. XXXVIII.

EMPLASTRVM carnem glutinans, & præcipuè ad induratum lienem vtile.Habet ceræ puræ,maſtiches,colophoniæ,reſinæ piceæ, terebinthinæ, ammoniaci,ſingulorum libram ſemis,bdellii libram ſemis vncias tres,bituminis,arſenici,aluminis ſciſſilis,chalcãthi, miſyos,ſingulorum vnciam ſemis. Metallica terito in mortario,& liquabilia liquefacito in cacabo, dein adiice ammoniacum cum cera in mortario tuſum,eóque amoto ab igne adiice terebinthinam, ac poſtea inſparge arida.Dein iterum in mortarium coniice, & admiſce aceti acris vncias ſex,& moueto agiliter donec acetũ cõſumatur.vbi refrigeratũ fuerit,ſubactũ excipe.In aquoſis ramicibus vniuerſum tumorẽ hoc medicamẽto circumline. Abſumit enim &[a] depaſcitur humorem.ſimiliter etiam valet in carnoſis ramicibus: imminuit enim tumorem & in lienoſis.Abſumit enim malitiam lienis, & omnem duritiem emollit.

a Depaſcitur]Paſſim in Nicolai codice manuſcripto ἐξέπει pro ἐξέπει legitur.

Cap. XXXIX.

EMPLASTRVM nigrum,enhæmon, ad effatu dignas diuiſiones,eáſq; potiſſimùm quæ in capite ſunt, ad fiſtulas,ſinus,fracturas, iecinoroſos, lienoſos : phlegmonémque arcet.Ad neruos, cartilagines cõtuſas,oſſa,ſtupidos,hypophoras & abſceſſus.Eſt bonum ad conſtringendum ſanguinem,& maximè in iis qui ſanguinẽ excreant.Vbi duobus illeueris coriis,vnúmque ſuper dectus vt coſtas comprehendat,alterum ſuper dorſum impoſueris, valet ad morſus canum hominúmque : vniuerſum enim locum à phlegmone tutum reddit, vt experientia edocuit.Liberat hyeme quidem diebus ſeptẽ, æſtate autem dieb⁹ nouem.ſi verò properauerit, citiùs. Recipit ceræ puræ,picis aridæ,pineæ,ſing.lib. s. mãnæ vnc.tres,ceruſſæ,chalcãthi,ſing.vnc.II. bituminis lib.I. opopanacis vnc.vnam,bdellii vnc. tres,ammoniaci lib. ſemis,olei communis libræ quartam partem, aceti cochlearium vnum.Ritè parato vtere.

Cap. XL.

EMPLASTRVM Mile, ad duritias, ſinus, & in alis affectus,omnémque abſceſſum.Accipit ceræ puræ libram ſemis,adipis ſuilli vncias tres, picis aridæ lib. ſemis,bituminis,ammoniaci, ſingulorum vncias tres, galbani vnciam vnam ſemis,myrrhæ vnc.vnam.

Cap. XLI.

EMPLASTRVM myrtinum, cicatricem inducens & refrigerans. Capit lithargyri,ceruſſæ, ſingulorũ vnciam vnam,ceræ puræ vnciam vnã ſemis, plumbaginis vnciam vnam,olei myrtini quod ſatis eſt. Plumbaginem & lithargyrum terito cum ſucco ſolani, ceruſſam & liquabilia affunde.

Cap. XLII.

EMPLASTRVM de ſalicibus,ad omnem excellenter affectum conferens. Habet ceræ puræ, bituminis,picis aridæ,reſinæ,colophoniæ, ſingulorum libram ſemis,miſyos,æruginis,ſidiorum,ſquamæ æris,ceruſſæ, aluminis ſciſſilis & rotundi,gallæ, chalcitidis, melanteriæ,ſcoriæ ferri,ſingulorum vnciam vnam ſemis,foliorum ſalicis vncias ſeptem ſemis,aceti quod ſatis eſt. Arida tere cum aceto,& magis folia, olei quantum ſufficit.

Cap. XLIII.

EMPLASTRVM chalcitidis glutinans,à phlegmone conſeruans,ad contuſiones diuiſionéſque vtile. Sinus exiccat,glutinat, prohibet abſceſſus fieri, educit oſſa corrupta,maximè in corporis extremitatibus. Recipit lithargyri,ſquamæ æris,pineæ,ceræ puræ, ſingul. drachmas vigintiquinque,ammoniaci,galbani, ſingul. drachmas quatuor,diphrygis drachm.tres,ariſtolochiæ rotundæ drachmas decem, olei veteris vncias quatuor ſemis.Lithargyrum,ſquamam,coniice in oleum, & decoquito donec non inquinent digitos : dein adiice liquabilia,& ammoniacum dilatatum.

Cap. XLIIII.

EMPLASTRVM de ſalibus [a] vomitus Euthalii. Accipit chalcãthi,aphonitri albi,ſalis communis, ceruſſæ,ceræ puræ,ſingul.vnciam ſemis , olei myrtini quod ſatis eſt.

a Vomitus]Græcè eſt ἔμετος. Sed fortè legendum erit ἔμμετρος hoc eſt metricum,aut carmine conſcriptum.

Cap. XLV.

EMPLASTRVM venatorum, accommodatũ omnibus malis. Capit ſymphyti,æris vſti,ſquamæ æris, iridis Illyricæ,ſingulorum vnciam vnã,atramenti Indici vnciam vnam ſemis , ſalis Cappadocici vnciam vnã, æruginis vnciam vnam ſemis,aluminis ſciſſilis,miſyos, ſingulorum vnciam vnam,gallarum, ariſtolochiæ rotũdæ & longæ,ſingulorum vnciam ſemis, dictamni, ammoniaci,ſingulorum vnciam vnam , ſidiorum , thuris, ſingulorum vnciam ſemis,picis aridæ,ceræ puræ, ſing. libram vnam ſemis,olei communis vnciam vnam,aceti cochlearium ſemis.Probè parato vtere.

Cap. XLVI.

EMPLASTRVM Coreos,ad lienoſos, hydropicos & iſchiadicos.Habet picis aridæ libram vnam , ceræ puræ,ammoniaci,nitri rubei,pineæ reſinæ, baccarũ lauri,adipis taurini,ſingulorum libram ſemis,farinæ fœnigræci ſextarii quartam partem,chamæleontis nigri,cumini tenuis,ſingulorum vnciam vnam & hexagium vnum ſemis.

Cap. XLVII.

EMPLASTRVM Simotos vocatum, ad vniuerſa mala.Recipit ceræ puræ hexagia duodecim, colophoniæ vncias ſex,ſquamæ rubeæ,æruginis,thuris, ariſtolochiæ longæ,opop anacis,aluminis ſciſſilis,æris vſti, ſingulorũ hexagium vnum,myrrhæ,aloes flauæ, galbani, ſing.hexag.vnum ſemis,olei,aceti , ſingulorum hexag. vnum,& quartam eiuſdem partem.

Cap. XLVIII.

EMPLASTRVM carycum Eladii, quod vocatur Ephrates perdica , ad neruos vulneratos & ſanguinem ſpuentes,thoraci impoſitum. Accipit ceræ puræ drach. vigintiſeptem,olei communis vncias tres , terebinthinæ drachmas nouemdecim,ammoniaci , aſteris Samii, ſingulorum drachmas duas ſemis,myrrhæ drach.duas, aloes flauæ drach.vnam ſemis grana quindecim, chalcãthi drach.duas gran.quindecim,ſalis ammoniaci,ceruſſæ, ſingulorum drachmam vnam , aluminis ſciſſilis , ichthyocollæ,ſing.drach.vnã grana quindecim,ſarcocollæ drach.vnam,ariſtolochiæ rotundæ drach . ſemis grana quindecim,iridis drachmam vnam,miſyos crudi,æris vſti,chalcitidis,ſingul.grana quindecim , Lemnii ſigilli drach.ſemis,galbani drachmam vnam,opopanacis grana quindecim,terræ Eretriadis dr.ſemis grana quindecim,adipis ſuis ſylueſtris aut taurini lib.ſemis , aceti quod ſatis eſt.

Cap. XLIX.

EMPLASTRVM ad neruos vulneratos valde bonum. Capit ceræ puræ vnciam vnã ſemis, miſyos crudi,ſquamæ æris,aluminis ſciſſilis , cypriæ , ſingulorum vnciam vnam ſemis,chalcitidis hexagium vnum ſemis, olei communis vnciam ſemis,thuris grana quindecim, galbani gran. quindecim,aceti cochlear.ſemis & quartã partem.Madefacta hæc diſſolue ſub ſole æſtu caniculari:dein adiice acetum quoad imbibatur . ſi verò hyeme præparaueris,quantum capiet acetum adiice:reliquum verò aceti cum oleo ſimul coquito donec imbibatur, & vtere vt emmoto.

Cap. L.

EMPLASTRVM cauſticum veluti ferrũ,ad morſus,carcinomata,omnem ferarum ictum,ſteatomata & ſtrumas.ſecando penetrat vſque ad oſſa. Habet ſquamæ æris drachmam vnam , cantharidum drachmas tres, ſandarachæ,arſenici,ſingulorum drachmas duas,pityocampæ drachmam vnam,cicutæ drach.ſemis, ariſtolochiæ drachmam vnam, thapſiæ drachm . vnam ſemis, adipis anſerini dimidium horum. In quibus autem vti

A conſilium eſt,iis circulariter ceratum impone,vt nõ effluat quod locos exulceret.

Cap. LI.

EMPLASTRVM Chyre mirabile. Recipit ceræ puræ vncias duas ſemis,pineæ vncias duas,adipis taurini vnciam vnam ſemis,œſypi vnciam vnam , butyri recentis vnciam ſemis.

Cap. LII.

EMPLASTRVM Aphra,quod accepi à Nabaſia to Ægyptio,exiccans omnino, & omnibus defluxione

B laborantibus vtile. Accipit ceræ puræ,picis [a] Brutiæ,Colophoniæ,bituminis,ſingulorum libram ſemis, lithargyri,aluminis ſciſſi & rotundi,ſingulorũ dr.ſex,miſyos, gallarum,chalcitidis,opii,opopanacis,myrrhæ , æruginis,ſingulorum drachmas quatuor,thuris,aloes,ſingul. vnciam vnam ſemis,ſucci mandragoræ drachm. decẽ, ceruſſæ vnciam vnam,galbani vnciam ſemis,olei vnciã vnam ſemis,aceti quod ſatis eſt.

a Brutiæ]Manuſcriptus codex legit βρυτίας, interpoſito poſt πίσσης,puncto:quum tamen legendum ſit πίσσης βρυτίας.Meminit autem Brutiæ picis Dioſcorides libr. 1.capite de pice arida.

C Cap. LIII.

EMPLASTRVM multis accommodatum,Iceſii nominatum,ad omne vulnus recens & vetus , contuſa, defluxiones,luxationes,fracta, phlegmonas, omnẽ dolorem,quem protinus ſedat.facit ad abſceſſus , tubercula,ſtrumas,carbunculos,parotidas,phygethla,condylomata,impetigines,clauos, [a] nigritias,hæmorrhoidas,inflammatas fiſtulas,ambuſta, [b] dilutum roſaceo aut myrtino oleo. Ad vlcera,ſurculos,cuſpides, morſus canum,

D ferarum ictus,morſus hominum. item ad ſanguinẽ cohibẽdum vtitor, & loco malagmatis [c] ad omnia: oleum verò non adhibendum eſt.Lippientium in linteolo eſt anacollema.ſint autem ſplenia maiora . eſt & ad hydropicos valde bonum.Capit terræ ampelitidis,bituminis, lithargyri,ſingulorum vncias quatuor,ceræ puræ, thuris,terebinthinæ,propolis, ſingulorum vnciam vnam, galbani,aluminis ſciſſi,ſingulorum hexagia duo & tertiam partem,myrrhæ drachmam vnam ſiliquas tres ſemis,chalcitidis drach.vnam ſemis ſiliq.vnã ſemis,mellis hexagia vigintiduo ſemis,olei omphacini ſtag. vnũ

E ſemis.Coquito ampelitin,bitumen & lithargyrum cum oleo donec ſubigantur, & coquito ad lentum ignẽ mouens ſpatha tedacea.

a Nigritias]Manuſcriptus codex falſò μινανίας pro μελανίας legit,vt ex Galeno lib. 5.de Comp.medic. κατὰ γένη, vbi hoc etiam emplaſtrum deſcribit,ſatis liquet. b Dilutum]In Nicolai codice corruptè legitur ἐνιεμένη pro ἀνιεμένη. c Ad omnia,&c.] Hic locus totus in Nicolai codice deprauatus eſt:ſic enim habet, καὶ αἰτὶ μαλάγματος μετὰ ἐλαίου,καὶ ἀνακόλλυμα ὀφθαλμιόντων.quum tamen Galeno aſtipulante,ita potiùs ſit legendum,καὶ ἀντὶ μαλάγματος πρὸς πάντα. ἔλαιον δὲ μὴ πρόσαπτε· καὶ ἀνακόλλημα ἐπ' ὀφθαλμιώντων ἐν ὀθονίῳ.ἔστι δὲ σπλήνια μείζονα.

F Cap. LIIII.

EMPLASTRVM Haliei ad cruenta vulnera & neruorum præciſiones,vulnera vetera, & cicatricem ægrè contrahentia,defluxionéque tentata. Emollit potiſſimùm mammarum durities. Cõfert morſibus canum, & ictui paſtinacæ marinæ & aliorum ſæuorum piſciũ. ac in ſumma,virtutem habet mirabilem. Habet lithargyri,puræ ceræ,ſingulorum drachm . vigintiquinque, terebinthinæ,myrrhæ, [a] ſinopidis,æruginis raſilis,ſquamæ æris,ſingulorum drachmas duas, ariſtolochiæ drachmas tres,thuris drachm. ſedecim & tertiam partem,

G diphrygis drachmas quatuor,galbani,ammoniaci, ſingulorum drach. tres,olei communis ſtagia tria ſemis.

a Sinopidis]Codex Nicolai manuſcriptus(vt aliàs ferè ſemper) ita hoc etiam loco deprauatus eſt:legit enim σινώπεως pro σινώπιδος.

Cap. LV.

EMPLASTRVM Iſis,cephalicum aliud,ad [a] chironia mala & curatu difficilia.eſt etiam cruentis vulneribus accommodum. Recipit ceræ puræ drach. vigintiquinque,reſinæ [b] terebinthinæ drach.tres,ammoniaci

H drach.duas,ſquamæ æris, [c] æris vſti,ariſtolochiæ longæ, æruginis,ſalis ammoniaci,ſingulorum drach.duas,galbani, mannæ,myrrhæ,aloes,ſingulorum drach.tres , aluminis rotundi drachmam ſemis grana ſeptem,olei

veteris

veteris vncias duas ſemis, radicis dracontii vnc.vnam, aceti quod ſatis eſt.

a Chironia] Manuſcriptus codex malè legit χρόνια, quum in Galeno ſit ſcriptum χειρώνια. b Terebinthinæ] Nicolaus habet τερεβινθίνης. Galenus autem κολοφωνιακῆς. c Æris vſti] Nicolaus legit χαλκȣ̃ κεκαυμένȣ. Galenus λιβανώτου κεκαυμένȣ, thuris vſti.

Cap. LVI.

EMPLASTRVM Læina, ad malitioſa, furunculos, ſtrumas, & abſceſſus. Accipit cumini communis hexagium vnum, colophoniæ vnc.duas, aniſi hexag. vnum, farinæ hordeaceæ, nitri, ſing.vnc.tres, olei veteris ſtag.vnum ſemis, picis lib.vnam & tertiam eius partem, ceræ puræ lib.ſemis, vini boni ſtag. quatuor & octauam eius partem.

Cap. LVII.

EMPLASTRVM Pardalis appellatum, ad ſtrumas: exulcerat enim & rumpit, & ad cicatricem ducit. Ad contrita oſſa valet, eadem educit. emollit etiam. Ad iecoris phlegmonas & lienis, ſuppuratos, arthriticos, podagricos, hypochondria, omnes durities, tuberculaque vtile. Diſſoluit carcinomata & phygethla. Auxiliatur conuulſis, & morſis à ſcorpione, hydropiciſque. Capit pyrethri drach. quinque, ſalis ammoniaci, grani Cnidii decorticati, ariſtolochiæ longæ, iridis Illyricæ, ammoniaci, bdellii, ſing.drach.duas, naſturtii, xylobalſami, ſingul.drach.duas ſemis, viſci quercini elaborati minas II. myrrhæ drach.duas ſemis, ſycomori aſſi minas duas, ceræ Tyrrhenicæ drach.ſeptem ſemis, ammoniaci, adipis caprini, reſinæ aridæ, ſingul. drach. duas. Irinum oleum liquans diſſolue vt ceratum, & vaſi infunde. Bdellium autem & ammoniacum macerato in vini Italici cyatho dimidio. dein contritis in ſole, adiice diſſolutum ceratum in mortario: & adiectis bdellio & ammoniaco contunde diebus duobus. Vbi verò vnita fuerint, repone in vaſculum inuolutum corio, ne tranſpirent. Si verò acopon efficere volueris, admiſce emplaſtro irinum vnguẽtum, nardinum, cyprinum, ſuſinum, bubulum adipem & anſerinum, ſingulorum cochlearii quartam partem, reducito hæc ad viſci craſſitudinem. Nonnulli produnt emplaſtri huius pondus drachmæ quartam partem, & vnguenti irini copioſius eſſe debere.

Cap. LVIII.

EMPLASTRVM Ciconiæ, omnino podagricos ſanans. Habet ſtercoris ciconiæ, adipis ſuilli veteris, ſingul.lib.ſemis.

Cap. LIX.

EMPLASTRVM Soſia, vocatum Philanthropos monachica, ad recentes diuiſiones conferens, eaſq; à phlegmone tutas reddens. Dilutum autem facit ad phlegmones eryſipelatoſas. Recipit ceræ puræ vnc. duas, [a]pineæ vnc.vnam, reſinæ, olei cõmunis, ſing.vnc. vnam, vini optimi hexag.quinque. Ne contemnas medicamentum hoc: eſt enim expertum & bonum. Reducito autem ad talorum formam, & vtere.

a Pineæ] Græcè eſt φυσήματος. Pineam autem reſinam φύσημα vocari, teſtatur Galenus lib.7. De compoſ.medic. κατὰ γένη: vbi ita ſcriptum reliquit, ἡ πιτυίνη καλȣ̃σι δ᾽ αὐτὴν ἰδίως φύσημα.

Cap. LX.

EMPLASTRVM è fermento ad furunculos, malitioſa, mammas defluxione laborantes, & bonum venæ ſectioni. Accipit myrrhæ puræ drach. quatuor, ceræ puræ, adipis ſuilli recentis, ſing.drach.ſex, reſinæ pineæ frictæ drach.tres, [a]ſalis. Liquato fermentum, exiguam affundens aquam. Cerato autem liquefacto & ſubacto vtere.

a Salis] In Græco Nicolai codice eſt ſimpliciter ἅλατος, nullo adiecto pondere.

Cap. LXI.

EMPLASTRVM podagricum, diſſoluens callos. Capit ceræ puræ, terebinthinæ, ſingulorum drach. vnam, olei veteris drachmam vnam ſemis, nitri Alexandrini libram vnam ſemis, euphorbii vnc.vnam, iridis Illyricæ lib. vnam, farinæ fœnigræci ſext.vnum S.

Cap. LXII.

EMPLASTRVM è fermento probatum. Habet myrrhæ, ceræ puræ, adipis hyænæ recentis, ſingulorũ vnciã vnam, pineæ reſinæ hexagia quatuor, frictæ reſinæ hexagia quatuor, ſalis communis vnc.vnam, nitri nigri vnc.S.

Cap. LXIII.

EMPLASTRVM è ſuccis, ad omnem phlegmonen propter duritiem factam conferens. Item dolores demolitur. Propriè verò cõfert podagricis & arthriticis. Recipit farinæ fœnigræci, & ſeminis lini, ptiſanæ, ſingulorum libram ſemis, ſucci ebiſci, viſci, lithargyri, ſingulorum libram vnam, ceræ libram ſemis, olei communis libram vnam ſemis. Coquito oleum, lithargyrum, & ſuccum ebiſci donec non inquinent. dein adiice reliqua.

Cap. LXIIII.

EMPLASTRVM Pentatheton Glauci archiatri Alexandriæ, ad phlegmonas, eryſipelata, [a]papulas feruidas in vniuerſo corpore. In podagricis dilutum cum vino & oleo, in eryſipelatis & mammis cum roſaceo oleo, aut vino & oleo. Accipit calcis, adipis taurini, ceræ puræ, picis, reſinæ frictæ, ſingulorum vnc.vnam. Calcẽ diligenter diſſolue.

a Papulas feruidas] Nicolai codex legit corruptè ἐκζέμαλα, pro ἐκζέσμαλα. Sic autem dictæ ſunt papulæ ab ebulliendo & feruẽdo: Galeno alio nomine dicuntur ἐκβράσμαλα.

Cap. LXV.

EMPLASTRVM de ſeminibus ad hydropicos, angina laborantes, inflatos, articulos tofos facientes, & vbi extenuare & emollire voles. Capit ſalis foſſilis vnciam vnam ſemis, aniſi, baccarum lauri, farinæ hordeaceæ, cumini, nitri, vini veteris, farinæ fœnigræci, olei veteris, ſingulorum vnc.vnam ſemis, ceræ puræ lib.ſemis, picis lib.ſemis, pineæ vnc.octo. Arida vino irrigato.

Cap. LXVI.

EMPLASTRVM ad relaxationes neruorum, & [a]oculorum, [b]papulas feruidas, reſolutos, [c]tumores neruorum, [d]articulos phlegmone tentatos, & genua: potiſſimùm verò ad reſolutos & tumores. Habet ceræ puræ vnc.quatuor, reſinæ terebinthinæ, opopanacis, ſing. hexag.duo, colophoniæ vnc.quatuor, olei veteris hexagia quinque, adipis ſuilli veteris hexag. quinque.

a Oculorum] Haud dubiè hoc loco Nicolai manuſcriptus codex deprauatus eſt. legit enim καὶ παρωμάτων. Quid autem hac voce ſignificare velit, nemo (puto) facilè diuinabit. Cenſeo itaque legendum eſſe, καὶ παρ᾽ ὀμμάτων. b Papulas feruidas] Codex Nicolai habet ἐκβλέμμαλα. Quid verò ἔκβλεμμα ſit ignoramus: legendum itaque eſſe iudico ἐκζέσμαλα, vt paulo ſuprá. c Tumores] Græcè eſt συστροφάς. Sunt autem συστροφαὶ, vt lib. 4. De victu acutorum morbor. comment. 19. teſtis eſt Galenus, omnes præter naturam tumores: interdum tamen ad tubercula & duritias tantùm vox hæc detorquetur. d Articulos] Codex Nicolai legit falſò ἄνδρια, pro ἄρθρα.

Cap. LXVII.

EMPLASTRVM iſchiadicum è dictamno, cognominatum etiam ab aliis è ſarmentis, deſtruens veteres affectus. Vrito ſarmenta, & horum cineris vino auſtero extincti adiice vnc.vnã, euphorbii, terebinthinæ, mannæ, ſing.vnc.ſemis, galbani vnc.vnam, ammoniaci vnc.ſemis drach.vnam, nitri vnc.vnam, piperis communis vnc.duas, opopanacis, cyperi, baccarũ lauri, cyclamini, myrrhæ, petroſelini, zingiberis, pyrethri, olei tedacei, ladani, ſing. vnc. ſemis, nardi Celticæ hexag. vnum ſemis, adipis caprini vnc.ſemis, olei veteris, nardini, cyprini, ſing.vnc.tres, adipis taurini vnc.duas ſemis, ceræ Tyrrhenicæ vnc.quatuor, opobalſami vnc.duas, caſiæ fiſtulæ vnc.ſemis, cardamomi vnc.duas, pineæ vnc.vnam.

Cap. LXVIII.

EMPLASTRVM ad euocandos ſudores probatum. Recipit ſantalorum albi & rubei, farinæ fœnigræci, hordeaceæ, ſeminis lini, ſingulorum vnc.S. Fermentato cum oleo roſaceo, aut chamæmelino, aut lentiſcino, & calefaciens impone ſtomacho calidũ. dein accipe vinũ calefactum bonum, & eo ſpõgiam nouã imbutam applicato ſpinæ, ſcapulis, brachiis, femoribuſq; validè multoties. dein finito, & ſtatim ſudabit. Simile. Accipe

ttt. i.

ſemẽ lini,coquito in marſupio cum vino albo,& impone ſtomacho aſſiduè calefactum.

Cap. LXIX.

EMPLASTRVM ad choleram valde bonum. Accipe mala acida,purgato medullam: dein coquito cum aceto,& probè contuſis adiice farinam roſarũ, & rhois Syriaci.Subacta ſimul impone ſtomacho,imo ventri,& renibus.

Cap. LXX.

EMPLASTRVM vocatum Pampathes, lapides conterit,ſoluit poros ſiue tofos duodecim annorum,in pedibus & manibus factos. Curat eos per humidæ ſaniei reſolutionem. Facit ad omnia mala ex defluxione nata,abſceſſus,carcinomata,phygethla,& ſtupores corporis.Parit etiam lætitiam iucunditatémve, carnium bonitatem & corporis robur.Capit lapidisScythici ſtag. ſex,lapidis Perſici,pyritis & hæmatitis, ſingulorum hexag. duo,lapidis Phrygii ſtagia quinque & tertiam eius partẽ,cinabaris loti hexag.quatuor,chalcitidis vſtæ ſtagia ſex,ſquamæ æris hexagia quatuor, æruginis raſilis hexagia duo,lithargyri vnciam vnam,thuris ſtag. duo, ammoniaci hexagia duo, aloes flauæ hexagia tria, dictami vnciam vnam,ariſtolochiæ, chamæmeli, ſingul. hexagia quatuor,betonicæ hexagia duo ſtagii octauam partem,gentianæ hexagia duo,floris ſalis vncias octo, olei veteris hexagia duo, ceræ rubeæ libram ſemis,propolis hexagia vigintiduo, galbani hexagia tria, adipis paſſeris vncias octo,colophoniæ,Cadmiæ, ſingulorum vncias quatuor,ariſtolochiæ longæ ſtagia quatuor,aceti quod ſatis eſt.

Cap. LXXI.

EMPLASTRVM ad lienoſos,hydropicos,& malo corporis habitu præditos,valde bonum. Habet agarici,calaminthæ, ſingulorum vnciam ſemis, anthemidis,abſinthii comæ, ſingul. vnc. ſemis,picis aridæ,myrrhæ, aloes,ſingulorum hexag. duo,galbani,ſalis ammoniaci,aluminis ſciſſi,ariſtolochiæ rotundæ,ſingulorum vnciam vnam,nitri rubei,ammoniaci, baccarum lauri, ſingulorum vnciam vnam, ariſtolochiæ longæ drach. vnam,rutæ,opopanacis,ſingulorum drachmas duas,terebinthinæ vncias tres, miſyos, æris vſti, ichthyocollæ,ſarcocollæ,taurocollæ, ſingulorũ vnciam vnam, colophoniæ,ſtercoris columbarum,ſtyracis calamitis, ſingulorum hexagia tria,adipis taurini libram ſemis, ſcoriæ ferri vnciam ſemis,foliorum ſalicis vncias duas,maſtiches, thuris,ſingulorum vnciam vnam, olei nardini quantum ſufficit.

Cap. LXXII.

EMPLASTRVM ad hydropicos mirabile. Recipit abſinthii,calaminthæ, pyrethri, ſingulorum drachmas decem,ſalis ammoniaci,grani Cnidii decorticati,ariſtolochiæ,aluminis ſciſſilis,iridis Illyricæ,aphonitri,ſingulorum drachmas tres,ammoniaci,bdellii,ſing. drachmas decem,cardamomi, liquoris ſycaminorum, hoc eſt mororum,xylobalſami,viſci quercini elaborati, ſingulorum minas quatuor, cucumeris ſylueſtris radicis,myrrhæ,ſingulorum drachmas quinque, ſycomori aſſi minas quatuor,picis,ceræ Tyrrhenicæ,ſingulorum drach.quindecim,caricarum,adipis caprini,reſinæ terebinthinæ,peucedani,ſingulorum drachmas octo, opopanacis,miſyos,piperis longi, ſingulorum drach. tres, ariſtolochiæ longæ & rotundæ,ſing.dr.II.ſemis, farinæ fœnigræci drach.quatuor,chamæleontis nigri, foliorũ rutæ,ſing.drach. quinque,vnguenti irini ſiliq.quatuor. Ceram,reſinam,& adipem taurinum cum vnguẽto irino liquefacito. bdellium,ammoniacum, priùs in vino Italico macerato menſura duorum cyathorum.Dein in ſole ſubacta in mortarium coniice, & contunde diebus duobus.Vbi vnita fuerint omnia, repone in coriũ & impone toti ventri. Quando autẽ hoc vt acopo vti volueris,miſceto cũ emplaſtro hoc irinũ oleũ nardinũ, cyprinũ,aut ſuſinũ,& redigito ad glutinis craſſitudinẽ. Nonnulli verò adiiciũt emplaſtro huic irini vnguẽti dr.vnã.

Cap. LXXIII.

EMPLASTRVM ad cordis palpitationẽ, animi defectionem,& ſyncopen. Accipit roſarum rubearum drachmas duas,caryophylli drachmam ſemis,netæ,hoc eſt gallæ moſchatæ,grana quindecim, floris borraginis drachmam vnam ſemis,berberis drachmam vnam, ſerici vſti drachmam ſemis, ligni aloes drachmas duas, maceris drach.ſemis,cinamomi drach.tres,ſatali rubei, foliorum citri, ſing.drach.duas, nucis moſchatæ drach. duas ſemis,ſeminis meliſſæ & herbæ, ſingul.drach.tres, ſampſychi,menthæ,ſing.drach.duas ſemis,ſpicæ drach. vnam,croci ſcrupul.vnum,corallii rubei,ambaris, ſing. hexag.ſemis,ſeminis ocimi hexag.vnum,oſſa cordis ceruini tria,xylobalſami drach.duas, margaritarum hexag. ſemis, panis vſti & in vino macerati, ſtillatitii roſarum boni liquoris, & ſucci borraginis quantum volueris. His omnibus ſimul contuſis fac ſacculos duos, & impone ipſos cordi, & calefac cum ſuccis, & calidos ſæpius permutato.

Cap. LXXIIII.

EMPLASTRVM ad cordis ſyncopen,& imbecillitatem corporis à calore natam. Capit cinamomi hexag.vnum,caryophylli hexag.ſemis,ſpicæ, folii,ſingul. drach.vnam,corallii rubei & albi,ſing. drach. duas, triũ ſantalorum,ſing.hexag.vnum, margaritarum perforatarum & nõ perforatarum,ſing.hexag.vnum ſemis, ſpodii hexagium vnum,ligni aloes boni, zedoariæ, ſingul. drach.vnam,calami odorati hexagia duo,foliorum citri vnciam vnam,roſarum rubearum vnciam ſemis, ſerici recenter è grano ilicis tincti hexagium vnum, meliſſæ herbæ vnciam ſemis drachmam vnam, ſapphiri ſcrup. duos,[a]ambaris hexagia duo,moſchi ſcrupul. duos, ambræ hexagia tria,nucis moſchatæ hexagium ſemis, ſampſychi vnciam ſemis, ſeminis ocimi hexagium vnum, carnium cotoneorum purgatarum vnciam vnam, camphuræ drachmam ſemis, carnis malorum dulcium vnciam vnam,foliorum borraginis.Hæc tuſa & cõquaſſata in mortario pone in ſacculos duos è ſerico rubro factos.dein appone ſtillatitii roſarum liquoris puri lib. vnam,& ſucci borraginis lib.duas. Calefactis his probè irrigato ſacculos, & impone calidos cordi, crebrò permutans.

a Ambaris]Hoc loco (niſi codex ſit deprauatus) differentiam inter ambarem & ambram Nicolaus facere videtur.

Cap. LXXV.

EMPLASTRVM ex œſypo, ad omnem duritiã probatum. Habet colophoniæ vncias decem,ceræ puræ vncias ſex,pineæ vncias viginti, olei comunis libras tres vnc.duas, adipis taurini vnc. octo, lauarum ſuccidarum vnc.duas, maſtiches vncias nouem, fœnigræci vnc.duas,radicis althææ vnciam vnam, adipis ouilli vncias IIII.adipis caprini vnc.ſex,ſampſychi lib.vnã vncias quatuor,mellis vnciam vnam ſemis, hyſſopi vnc. ſedecim,croci vnciam vnam,vini & olei quantum ſufficit.

Cap. LXXVI.

EMPLASTRVM aliud ex œſypo. Capit colophoniæ vnc. duas ſemis, ceræ puræ vnc. vnam ſemis, reſinæ pineæ vnc. quatuor ſemis, olei vnc.nouem, adipis taurini vnc.vnam, maſtiches vnc.vnam ſemis,lanarum ſuccidarum,ſucci fœnigræci, radicis althææ, ſing. vnc.ſemis,adipis ouilli vnc.duas, adipis caprini vnc. vnam ſemis,ſtyracis calamitis vnc.ſemis, butyri veteris, medullæ ceruinæ,ſing.vnc.vnam,adipisgallinæ,anſeris & anatis, ſing.vnc.vnam ſemis, croci vnc.ſemis, mellis Attici quod ſatis eſt.

Cap. LXXVII.

EMPLASTRVM, confectio œſypi. Sordes quæ in lanis ouium nutriuntur, è quibus paramus œſypum nominatum,habent concoquendi facultatem ſimiliter butyro:paululum etiam diſcutiunt. Paratur autem hoc modo:Sumito ſordidas ſuccidáſve lanas in alis,[a]collo,& femorib⁹ ouiũ repertas molles,ac calida aqua lauato,ſimulq; omnes eorũ ſordes expreſſas in craterẽ patẽtis oris coniicito:ſuperinfuſa altera aqua feruẽti agitato,acceptoq; poculo aut alio quopiã,humorẽ ex alto cũ impetu deiice donec ſpumeſcat.dein marinã aquã illis[b]inſpergito: ſi nõ adſit,frigidã aquã inſperge, & ſine vt cõſidant.

Vbi refrigerata fuerint,quod ſupernatat pingue in alterum vas conijcito:& infuſa iterum aqua,manibus ſubigito.Poſtea effuſa aqua aliam calidam affundito & commoueto vt prædictum eſt ſimiliter,& affuſa marina aut frigida aqua,ſine vt conſidat:& vbi refrigerata fuerint; iterum in alterum vas conijcito, & manibus ſubigito.& tertiò affunde aquam calidam & fac vt prædictum eſt donec œſypus candidus & purus reddatur, & nihil quod non ſit purgatum habeat.Sicque curatum in fictili vaſe repoſitum in ſole aliquot diebus cuſtodito. Omnia verò hæc in ſole [c]æſtiuo facito:ſic enim vtilior erit,[d]& nihil in ſe habebit duri & concreti, veluti qui cera aut adipe adulteratus eſt. Facit autem ad ſedis & vteri vlcera cum melle & butyro,aliaque plurima. Œſypus verò crematus(faciunt enim ex eo collectum cinerem, aut fuliginem)vtiliſſimus [e]ad eroſos oculorum angulos,ſcabioſóſque, palpebrarum callos, & defluuia. Crematur autem aliquando in noua teſta, donec [f]redactus in cinerem, pinguitudinem amiſerit. Teſta verò in carbonibus ſita ſit.

a Collo & femoribus] Manuſcriptus codex deprauatiſſimè legit κονδὰ καὶ οὖλα, pro τραχήλῳ καὶ μηροῖς. Sic enim eſſe legendum, è Dioſcoride ſatis liquet,qui probatiſſimas lanas,lib. 2. cap.65. ſuccidas molles,ἀπὸ τοῦ τραχήλου,καὶ τῶν μηρῶν detonſas eſſe ſcribit. b Inſpergito] Codex Nicolai malè legit κατάρραινε θαλάσσῃ ὑπαρέστι, pro καταῤῥαίνε θαλάσσῃ,εἰ παρέστι. c Æſtiuo] Græcè eſt θερινῷ. Dioſcorides autem legit θερμῷ,hoc eſt calido. d Et nihil in ſe, &c.] Ita eſſe legẽdum,è Dioſcoride ſatis liquet,qui habet καὶ οὐδὲν ἔχων ἐν ἑαυτῷ σκληρὸν,ἢ συνεστικὸς,ὥσπερ ὁ δολιζόμενος κηρωτῇ ἢ στέατι. Quare Nicolai codex hinc venit emendandus, quòd admodum hoc loco ſit deprauatus,& pro στέατι legat ζύμη,hoc eſt fermento. e Ad eroſos,&c.] Nicolai codex habet,πρὸς διαβεβρωμένα φωράδη κανθὸς, &c. quum ex Dioſcoride conſtet legẽdum potius eſſe, πρὸς περιβεβρωμένους κάνθους καὶ φωράδεις καὶ βλέφαρα τετυλωμένα,&c. f Redactus in cinerem] Manuſcriptus codex πυρωθὲν legit,pro τεφρωθέν.

Cap. LXXVIII.

EMPLASTRVM ad pleuriticos. Recipit butyri,abſinthii,marrubii,fœnigræci,terebinthinæ, menthæ,pinguedinis ſuillæ & anſerinæ, œſypi,ceræ,medullæ ceruinæ,lauri ſeminis,lini ſeminis, carnis caricarum, olei chamæmelini,anethini,ſeſamini quod ſatis eſt.

Cap. LXXIX.

EMPLASTRVM aliud ad pleuriticos optimum. Accipit radicis maluæ ſylueſtris, pinguedinis ſuillæ,gallinaceæ,vulpinæ,[a]aſbo,& anſerinæ,œſypi,violarum,butyri,terebinthinæ, ſucci fœnigræci, & ſeminis lini,olei ſeſamini,ceræ puræ quod ſatis eſt.

a Aſbo] Græcè eſt ἄσβο. Quòd quidem aſbo ſit Nicolao animantis genus,ſuprà etiam annotauimus: quale autem ſit genus, ſcire nondum poſſum.

Cap. LXXX.

EMPLASTRVM alterum,ad pleuriticos mirabile. [a]Ventrem hirundinis vniuerſum accipiens terito,& cum ſucco apii,& farina fœnigræci imbuto & probè calefacto vtere.

a Ventrem] Nicolaus κχλιαν corruptè legit, pro κοιλίαν.

Cap. LXXXI.

EMPLASTRVM ad prædicta mala, admodum efficax. Capit farinæ hordeaceæ,violarum aridarum, chamæmeli,meliloti,fœnigræci,ſeminis lini. Ebulliant in aqua dulci,dein contuſis & vtraque manu ſubactis vtere.

Cap. LXXXII.

EMPLASTRVM aliud ad lateris dolores,ſine febre. Habet ceræ,pineæ reſinæ,lauri,fœnigræci,ſeminis lini,thuris,menthæ,caryophylli, xylobalſami,ſtyracis calamitis,picis humidæ,hyſſopi,croci,marrubii,ladani,thuris,meliloti,galbani,maſtiches,ſpicæ, ammoniaci,myrrhæ,aloes,abſinthii,caricarũ,nitri, olei cyprini, anethini,& chamæmelini,euphorbii,terebinthinæ,opopanacis,pinguedinis gallinæ & anſeris,olei rutacei, nardini,& communis veteris, bdellii, coſti, adipis ſuilli recentis.

Cap. LXXXIII.

EMPLASTRVM ſtomachicum,admodum laudatum. Recipit cardamomi,zingiberis, cinamomi,calaminthæ,menthæ aridæ,ſingulorum hexagia duo,am-

A baris drachmam ſemis, ſtyracis calamitis hexagium vnum, xylobalſami, galangæ, ſingulorum hexagia duo, colophoniæ hexagium vnum ſemis, picis humidæ hexagia duo, ligni aloes crudi vnciam ſemis, maſtiches, thuris, ſingulorum hexagia quatuor, gallæ moſchatæ drachmam ſemis,ladani boni vnciam vnam; ceræ albæ vnciam ſemis, nucis moſchatæ hexagia quatuor, croci hexagium ſemis, [a]ſucci cotoneorum,olei nardini quãtum ſufficit,ſpicæ hexagium ſemis,cubebe,cardamomi maioris,ſampſychi,ſingulorum hexagia duo, aloes fla-
B uæ vnciam ſemis,mellis Attici quantum volueris.

a Succi] In manuſcripto codice ſimpliciter eſt ζώμυ. Videtur itaque aliquid deſiderari hoc loco,nempe κυδωνίω, vt ex ſequẽti emplaſtro ſit manifeſtiſſimum.

Cap. LXXXIIII.

EMPLASTRVM ad imbecillitatem ſtomachi, & acidum ructum,omnémque frigidum affectum. Imponitur autem vt emplaſtrum,& vt vnguentum. Accipit ſtactes, xylobalſami,maſtiches, ſingulorum hexa-
C gium vnum,ligni aloes hexagia duo, gallæ moſchatæ hexagia duo,ambræ hexagium ſemis, caryophylli hexagium vnum, zingiberis,chamæmeli,ſingulorum hexagium vnum ſemis, ſtyracis calamitis hexagium vnum, ſucci cotoneorum,olei amygdalini, & nardini,& anethini,ſingulorum vnciam vnam, pinguedinis gallinæ & anſeris, ſingulorum vnciam vnam, ladani vnciam ſemis,ceræ puræ vnciam vnam.

Cap. LXXXV.

EMPLASTRVM ſtomachicum, cœliacum,coli-
D cum, & dyſentericum. Capit ſucci foliorum hyoſcyami,ſucci vtriuſque plantaginis,ſucci cotoneorum & malorum, myrtorum, & meſpilorum, farinæ roſarum, rhois culinarii, rhois Syriaci, rhois coriarii, ſidiorum, balauſtiorum,farinæ orizæ, farinæ [a]brizæ, ſucci filicis, acaciæ,hypociſthidis, boli Armenii, ſigilli Lemnii,fructus mororum immaturorum, panis aridi puri, farinæ lentium,lentiſci,rubi,polentæ, gummi Arabici, maſtiches,myrrhæ,oui albuminis. Arida liquefacta cum hu-
E midis ſubigito,& calefacta imponito toti ventri,& imo ventri,aut etiam à tergo ad renes.

a Brizæ] Brizæ frumenti ſegetiſve typhæ ſimillimæ meminit Galenus lib. 1. De aliment.facul.cap. de typha.

Cap. LXXXVI.

EMPLASTRVM aliud cœliacum ex ſylueſtribus pyris. Accipito ſylueſtria pyra, aut pyra immatura,coquito probè cum aceto optimo dolo carente: dein amouens ab igne,externam mẽbranam abijce: è medulla verò capito libram vnam, cui adijce gallæ moſchatæ
F quæ cognominatur net,baccarũ myrti, rhois,ſucci acaciæ,& hypociſthidis,myrrhæ, thuris, maſtiches, ſingulorum drachmas quatuor, panis aridi puri drachmas octo,calami odorati drachmam vnam, ſidiorum, balauſtiorum,roſarum,gallarum, pilularum cypariſſi,berberis, orizæ farinæ, betonicæ. Arida tuſa,& tenui cribro tranſmiſſa,fermentato cum oleo roſaceo,& ſucco cotoneorum,& carnibus ſylueſtrium pyrorum. dein admiſce myrobalanum ſciſſum,& coquito cum aceto ad tertias, atque de aceto capito, & permiſce emplaſtro antea
G ſubacto,& denuò benè ſubacto adijce ligni aloes crudi vnciam ſemis. Vtriſque manibus ſubactum,& calefactũ illine linteo,& impone.

Cap. LXXXVII.

EMPLASTRVM ad hepaticam dyſenteriam. Habet cinamomi,ſucci acaciæ,& hypociſthidis, ſingulorum vnciam ſemis, roſarum verarum & Ægyptiarum,ſingulorum hexagia duo, ſummitatum myrti nigri,rhois culinarii, rhois Syriaci, rhois coriarii, ſidiorũ, balauſtiorum, ſingul. hexagia tria, farinæ orizæ vnc.
H vnam,farinæ brizæ,aluminis ſciſſi, berberis, floris iunci odorati,ſingulorum hexagia duo,thuris maſculi,maſtiches,ligni aloes,ſing.vnc. ſemis, rubi fructus immaturi vnc.vnam,ſucci menthæ, cotonei, rutæ,plãtaginis

minoris, polygoni, filicis,quod ſatis erit ad fermẽtationem, Armenii boli,Lẽnii ſigilli,aluminis ſciſſilis, rhois Syriaci,ſanguinis draconis, ſingulorum vnciam ſemis, mei aſſi hexagia duo,Samii aſteris, ſpodii, ſingulorum hexagia tria,gummi Arabici, cypariſſi pilularum, ſing. vnciam ſemis, ſeminis portulacæ, pſyllii, ſing. hexagia duo,ſantali albi & rubei,ſingul. vnciam vnam,ſiliginei frumenti & albi oui quantum neceſſitas poſtulauerit. Arida tuſa cum ſuccis fermentato: vnitiſque omnibus ac calefactis, linteo illita impone toti ventri, & faſcia inducta illic permitte.

Cap. LXXXVIII.

EMPLASTRVM aut cataplaſma hydropicis vtile. Recipit farinæ cicerum & irini cũ melle.Coquito cum muſto. deinde admiſce abſinthiũ, lignũ anethi, chamæmeli,althææ,maſtichen, ſemẽ agni,ſemẽ abſinthii,folia rutæ recentia tuſa,calcem lotã,roſas aridas,ſemen anethi,coriandri,cumini,& oleum anethinum.

Cap. LXXXIX.

LINCTVS è ſemine lini ad tuſſientes, abſceſſu & deſtillatione laborãtes. Accipit ſeminis lini vncias duas, hyſſopi vnciam ſemis,tragacanthæ hexagium vnum ſemis,ſeminis aniſi, ſeminis vrticæ, ſingulorum hexagia duo,croci hexagia quatuor,aniſi hexagium vnum, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. XC.

EMPLASTRVM ad lienoſos probatum. Capit farinæ hordeaceæ,mellis Attici, ſingulorum [a] cauciũ vnum. Vtraque cum aceto coquito, & adiice maſtiches ſtagia duo, foliorum tamaricis exquiſitè tritorũ vnciã vnam. Vbi probè decoxeris,admiſce corticis radicis capparis ſtagia duo,fœnigræci, hyſſopi,chamæmeli,ſingulorũ hexagia duo, roſarum aridarũ ſtagia duo, ammoniaci hexagia duo.terito in aceto & oleo chamæmelino & adipe anſerino quantum volueris. Contuſa & ſubacta ritè,pone in cinere calido,& frequenter moueto:poſtea ab igne remouens, illine linteo ſolido, ac impone tepidum ſuper lienem.

a Caucium] Græcè eſt καυκίυ. Quale autem Nicolao pondus ſit diuinare nequeo. Corruptam tamen eſſe dictionem nihil dubito.

Cap. XCI.

EMPLASTRVM ad cœliacos, dyſentericos, & profluuium muliebre,imo ventri impoſitum, lumbis, & renibus vtile. Eſt autem probatum. Habet acaciæ, hypociſthidis,roſarum rubearum, ſidiorum, balauſtiorum,rhois Syriaci,rhois culinarii, rhois coriarii, farinæ orizæ,terræ Samiæ, boli Armenii, ſigilli Lemnii, gũmi Arabici,amyli,maſtiches,farinæ brizæ, ſucci plãtaginis vtriuſq;,& filicis,ſucci fructꝰ myrtorũ,glutinis fabrilis, ſucci polygoni,ſpodii, vuæ immaturæ aridæ acinorum. Hæc trita,& per tenue cribrũ tranſmiſſa, & cum ſuccis & albis ouorũ ſubacta,illine linteo, & impone calidum.

Cap. XCII.

EMPLASTRVM ex euphorbio. Recipit ceræ puræ vncias duas, terebinthinæ, picis aridæ, ſingulorũ vnciam vnam,euphorbii vnc. ſex poſtremũ omnium.

Cap. XCIII.

EMPLASTRVM ad caput deſtillatione laborãs, in quo non committitur error: impoſitum vertici,valde bonum. Accipit iridis, helenii, florum iunci odorati,ſingulorum vnciam vnam, roſarum aridarum hexagium vnum ſemis,amomi,coſti, folii, gallarum,ſingulorum hexagia tria,ceræ puræ,ladani,ſingulorum vnciam ſemis, thuris hexagium vnum, maſtiches, nucis moſchatæ, ſingulorum hexagium vnum, caryophylli hexagium ſemis,olei nardini quod ſatis eſt.Probè paratum impone vertici capitis,loco prius raſo, & inuncto vino auſtero feruente.

Cap. XCIIII.

EMPLASTRVM ad eos qui deſtillatione laborant, impoſitum vertici capitis, optimum. Capit iridis hexagium vnum ſemis, gallarum hexagium ſemis, caſiæ,coſti, folii, ſpicæ nardi, balauſtiorum,roſarum aridarum,carpobalſami,ſingulorum [a] tarium vnum,myrrhæ taria duo, thuris, maſtiches, ſingulorum hexagium ſemis, ladani hexagium vnum ſemis, aloes flauæ,ſingulorum hexagium vnum, caryophylli hexagium ſemis grana vndecim,cubebe hexagium ſemis,ceræ puræ vnciam ſemis,olei nardini quod ſatis eſt.

a Tarium] Græcè eſt ταρίυ. Quid verò tarium Nicolao ſignificet,ſcire non ſatis poſſum. Ponderis eſſe quidem genus ſatis conſtat: quale verò,me ignorare fateor.

Cap. XCV.

EMPLASTRVM ad caput deſtillatione correptum,in quo non committitur error, impoſitum vertici,mirabile. Habet nucis moſchatæ,galbani,longi piperis,aloes flauæ,ladani, thuris, maſtiches, ſtyracis, caryophylli,cubebe,olei coſtini, irini, & balſamini, ceræ & caſtorei quod ſatis eſt.

Cap. XCVI.

EMPLASTRVM ad ſtomachicos, cœliacos, & dyſentericos valde bonum. Recipit croci, myrrhæ troglodyticæ,cyphi,maſtiches,ſucci abſinthii, aloes flauæ,acaciæ,palmularum,[a] maſuchæ, ladani,carnis cotoneorum,cumini toſti,ouorum lutea ſeptem, ſidiorum, ſeminis myrtorum,panis vſti & in vino macerati, olei melini aut roſacei.

a Maſuchæ] Maſucha eſt confectio quæ alio nomine Maſuaphion appellatur. Eius meminit Paulus lib.7.cap.23.

Cap. XCVII.

EMPLASTRVM ſtomachicum, ad eos qui cibum non appetunt, & cibum vomunt, ad alui profluuium,& immodicum alui fluxum conferens. Accipit œnanthes, roſarum, chamæmeli, carnis palmularum, hyſſopi,xylobalſami,calaminthæ,meliloti,abſinthii,betonicæ,cinamomi,croci,maſtiches,ſaluiæ,caryophylli, menthæ,ſampſychi,ſpicæ nardi,nucis moſchatæ,gallarum,rhois culinarii,ſidiorum,balauſtiorum,maceris,acaciæ, florum iunci odorati, ſeminis myrtorum, ligni aloes, panis vſti & in aceto macerati. fermentato cum ſucco cotoneorum,meſpilorum,& vino.

Cap. XCVIII.

EMPLASTRVM Iceſion,ad ſtrumas,abſceſſus, deſtillationes,lienoſos,iſchiadicos,& articulos,admodũ bonum. Capit lithargyri drachmas triginta, olei veteris ſextarium ſemis,aceti ſextarii quartam partem,æruginis drachmas duas ſiliquas duas,corticis pini,ſingulorum drachmam vnam,chamæleontis,euphorbii,ſingulorum drachmas quatuor,ſucci hypociſthidis, propolis,helenii,pyrethri,ſingulorum drachmas quatuor,ceræ libram ſemis vnciam vnam ſemis.

Cap. XCIX.

EMPLASTRVM cœliacum mirabile. Habet maſtiches,roſarum,gallarum,balauſtiorum,ſtyracis,florum iunci odorati,thuris,aluminis ſciſſi, cinamomi, acaciæ,& hypociſthidis ſucci, berberis, ligni aloes crudi, betonicæ, ſidiorum,boli Armenii,farinæ, orizæ,gummi,ſeminis plantaginis minoris, coriandri, glutinis fabrilis,cumini aridi,ſpodii,acinorum vuæ,ſigilli Lemnii, ceræ puræ,olei myrtini,maſtichini, melini,roſarum rubearum,terræ Samiæ,ſucci plantaginis vtriuſque,panis aridi.Probè parato vtere.

Cap. C.

EMPLASTRVM ad iecorariam dyſenteriam, iecori impoſitũ,vtile. Recipit trium ſantalorum,ſingulorum hexagium vnum,ſeminis intybi,lactucæ ſeminis hexagium ſemis, roſarum hexagium vnum, pſyllii, ſeminis portulacæ,aut germinũ,ſingulorum hexagium vnum,ſpodii hexagii quartam partem, farinæ lentium hexagium vnum ſemis,polentæ hexagium vnum, ſanguinis draconis,ſigilli Lemnii,boli Armenii,maſtiches, ſidiorum,balauſtiorũ,ſumach,thuris,gũmi Alexãdrini, cinamomi,nucis moſchatæ,ſing.hexag.ii.ſtillatitii roſarũ liquoris,& albi ouorũ quãtũ oportet,& ſucci cotoneorũ,& plãtaginis minoris. Paratũ impone calidũ, crebrò immutans. Impone autem ſuper ſtomachum hoc vnguentum, maſtiches, thuris, aloes flauæ, ladani, ceræ puræ, mellis Attici,quantum ſufficit. Coquito ritè ad

conſiſtentiam,& amoto ab igne adiice cinamomũ, zingiber,caryophyllos,nucẽ moſchatã,& tere in pollinẽ.

Cap. CI.

EMPLASTRVM ſiue epithema ſimplex ad fractos. Accipit ceræ puræ, colophoniæ, picis humidæ, galbani,propolis,ammoniaci,ſingulorum.vncias ſex.

Cap. CII.

EMPLASTRVM ad redundantis carnis putrefactionem probatum. Capit farinæ hordeaceæ & eruinæ cum melle.Bene cocto & fermentato vtere.

Cap. CIII.

EMPLASTRVM vomitorium domini Ioannis. Habet colophoniæ vnc. vnam ſemis, picis aridæ vncias tres,æruginis raſilis vnciam vnam, ceræ flauæ vnc.vnã ſemis,thuris vnc. duas, marrubii vnc. vnam ſemis,olei roſacei vncias duas ſemis,mellis Attici quod ſatis eſt.

Cap. CIIII.

EMPLASTRVM de œſypo. Recipit meliloti vncias duas, cardamomi vnciam vnam, lanarum ſuccidarum vncias tres.Macerato in vini ſextario vno diebus tribus.dein coquito modicè & colato,atque adiice oleũ commune, & denuò coquito quoad parum vini relictũ fuerit. Atque tum admiſce colophoniæ, terebinthinæ, ſing.vncias quinque,ceræ puræ vncias quatuor S.

Cap. CV.

EMPLASTRVM ad dyſentericos valde bonum. Accipit ſucci foliorum hyoſcyami,ſucci plãtaginis maioris,& polygoni, ſingulorum vnc. duas. Excipito cum farina lentium & ſecalis, atque impone calido cineri,ac probè ſubactis admiſce maſtiches tritæ vnciã vnã. Pòſt illine linteo,& calefactũ imo impone ventri.

Cap. CVI.

EMPLASTRVM roborans ventriculum. Capit caricarum, carnis palmularum, fœnigræci, ſeminis lini,vuarum Corinthiacarum, carnis Damaſcenorum, œnanthes, roſarum rubearum, maſtiches, abſinthii,panis aridi puri,lutei ouorum quantum ſufficit.

Cap. CVII.

EMPLASTRVM Baſilicum cognominatũ, tetrapharmacum. Habet ceræ,colophoniæ,picis, adipis taurini,æquas partes.

Cap. CVIII.

EMPLASTRVM è ſucco ſeminis lini, diſcutiẽs & rumpens. Recipit olei veteris lib.duas, ceræ vncias viginti,colophoniæ,adipis ſuilli, ſingulorum libram vnam ſemis, lithargyri lib.vnam,ceruſſæ,ſucci ſeminis lini,ſingulorum libram ſemis,[a] pollinis farinacei,thuris, ſing.vncias quatuor.

a Pollinis] Manuſcriptus codex legit γύρεως. Habet autem γύρις,Paulo teſte,eandem amylo facultatem.

Cap. CIX.

EMPLASTRVM è melle. Accipit lithargyri, ceræ,olei,ſingulorum libram vnam, terebinthinæ vnc. tres,mellis Attici,adipis porcini,ſingulorũ vncias tres.

Cap. CX.

EMPLASTRVM ex polline farinaceo, diagyreos appellatum. Pollinis, ammoniaci thymiamatis, ſingulorũ lib.ſemis,pineæ reſinæ,ceræ puræ,adipis ſuilli,lib.vnam,ſucci ſeminis lini quantum ſufficit.

Cap. CXI.

EMPLASTRVM dictum botanicum. Habet lapathi,[a] olei ſqualidi,anchuſæ,[b] chœroſpelethi,(eſt autẽ onoclea)heptaneuri, ſingulorũ vncias tres, plantaginis maioris,ſingulorum vnciam vnam ſemis,olei cõmunis,adipis porcini, ſingulorũ libras tres. Herbæ in oleo coctæ abiiciuntur,cætera verò cum oleo eliquantur.

a Olei ſqualidi] Nicolaus corruptè admodum legit ὑπελαίου. quum potius, Paulo atteſtante,legendum ſit ῥυπελαίου. b Chœroſpelethi]Græcè ſcribitur falſò χοιροπελέθου,pro χοιροσπελέθου.Sic autem appellat Nicolaus anchuſam primi generis,quæ(Dioſcoride etiã teſte) onoclea dicta eſt.

Cap. CXII.

EMPLASTRVM ex aſphodelo. Recipit ſucci radicis aſphodeli libram ſemis, olei roſacei, & chamæmelini,adipis anſerini,ſingulorum vnciam vnam, adipis porcini vnciam vnam ſemis,ceræ vncias duas.

Cap. CXIII.

EMPLASTRVM è fermento,abſceſſus mirabiliter rũpens. Accipit fermenti vncias tres, ſalis vncias duas,adipis vnc.tres,reſinæ pineæ vnciam vnam S.ceræ vnc.duas,aphonitri vnc.S.ammoniaci thymiamatis vnciam vnam,mellis Attici vncias tres,ſaponis vnc.vnã.

Cap. CXIIII.

EMPLASTRVM [a] ad furunculos. Capit ammoniaci thymiamatis libram S.nitri Alexandrini, aphonitri,ſingulorum vncias tres,adipis ſuilli,ceræ mũdæ,ſingulorum libram vnam,terebinthinæ libram ſemis, olei veteris vnciam vnam,aceti quod ſatis eſt.

a Ad furunculos] Nicolaus legit εἰς δοθιῆνας.Paulus verò δοθιήνη,hoc eſt dothiene:vt ſit emplaſtri appellatio.

Cap. CXV.

EMPLASTRVM è ſtruthio,hoc eſt lanaria, ſtrumas diſcutiens. Habet lithargyri,ſtruthii,ariſtolochiæ, ſing.vnc.duas,galbani,ſquamæ æris,aloes flauæ,ſingul. vnc.S.mannæ vnc.vnam,ammoniaci thymiamatis vnc. tres,reſinæ pineæ vncias octo,aceti ſquillitici ſext.duo.

Cap. CXVI.

EMPLASTRVM Smilion,ad abſceſſus admodũ vtile. Recipit olei veteris libram S. vnc.tres,lithargyri,nitri rubei, ſalis ammoniaci, lixiuii è cinere ficulno [a] protoſtacti,reſinæ,ſing.lib.S.galbani vnc.S. chalcãthi vnciam S.ceræ vncias tres,æruginis,opopanacis,ſingul. vnc.ſemis, ammoniaci thymiamatis vnciam vnam ſemis,aceti quod ſatis eſt. Coquito lithargyrum & æruginem in aceto & oleo,quoad digitos non inquinent. deinde reliqua admiſce.

a Protoſtacti] Sic vocant Græci,Paulo lib.7. atteſtante,lixiuium in quod parandum calx ad cinerem alium quemcunque additur, vt ſuprà etiam annotatum eſt.

Cap. CXVII.

EMPLASTRVM ex alliis ruptorium. Capit ceræ vnc.tres,colophoniæ vncias duas, reſinæ pineæ vnc. vnam S.adipis taurini vnc.duas,nitri rufi vnc. S.dr.vnã, alliorũ repurgatorũ viginti, olei ſextariũ ſemis. Allia in oleo cocta abiice,[a] & reliqua miſceto.

a Reliqua,&c.] In Nicolai codice hæc deſiderantur: adiecta verò ſunt ex Paulo,qui habet καὶ τὰ λοιπὰ μίξον.

Cap. CXVIII.

EMPLASTRVM [a] è pyrano diſcutiens. Habet adipis anſerini & phaſiani, ſingulorum vnciam vnam ſemis,olei veteris vncias tredecim,pſyllii vnciam vnam ſemis,ſeminis vrticæ,radicis apyrani viridis, ſingulorũ libram ſemis,ceræ [b] puræ libram ſemis,emplaſtri diachylôn vnciam vnam, terebinthinæ vnciam ſemis.Radicẽ apyrani in tenuiſſimas partes conciſam in oleo cum pſyllio & ſemine vrticæ per diem & noctem macerato. deinde vbi probè excocta fuerint,colato, herbáſque abiicito.Liquabilia verò admixta oleo ſoluuntur.

a E pyrano] Manuſcriptus codex falſò legit διὰ πυράμου,pro διὰ πυράνου. b Puræ] Nicolaus habet καθαροῦ. Sed Paulus τράκτου,hoc eſt albæ.

Cap. CXIX.

EMPLASTRVM Pyrine,ad durities. Recipit radicis althææ,carnis palmularum, ſingulorum libram vnam,fœnigræci,ſeminis lini,ſingulorum ſextarii quartam partem,chamæmeli,meliloti,[a] ſalis communis,ſingulorum vncias tres, vini aminæi ſextarium ſemis, lithargyri libram ſemis,ceruſſæ,colophoniæ,ſingulorum libram vnam,ceræ puræ,terebinthinæ, ſingulorum lib. ſemis,olei veteris lib.duas ſemis, aquæ lib.vnam, panis aridi lib.duas S.Herbæ in vino probè decoctæ [b] colantur, & ſucco [c] imponitur panis.Sequenti verò die ſubacta colantur: poſtea admiſcentur lithargyrum & ceruſſa in aqua trita, & adiecto oleo coquuntur donec non inquinent.Dein reliqua adduntur: amotiſque ab igne, panis inditur,valideque rudicula agitatur,atque admiſcentur æruginis raſilis,floris ſalis, ſingulorum vnc. tres,iridis, ariſtolochiæ, ſingulorum vnc.vna ſemis, terebinthinæ libra ſemis.

a Salis communis] Græcè eſt ἅλατος κοινοῦ. Paulus verò legit ἐλάτης. Eſt autem ἐλάτη corticoſum quod in ſumma palmula enaſcitur. b Colantur] Græcè eſt σύρωσον. Sed Paulus legit χυλοῦνται, hoc eſt exprimuntur,ſeu in ſuccum rediguntur. c Imponitur] Græcè eſt ἐπιθεὶς.Paulus autem habet βρέχεται,id eſt maceratur.

Cap. CXX.

EMPLASTRVM pelarion,ad abraſa ſeu deſquamata,& ſimilia. Accipit ceræ,adipis taurini,vnc.quinque,raſuræ plumbi vnc.tres, colophoniæ vnc.tres,picis aridæ vnc.vnam,olei veteris lib.vnam vnc.tres.

Cap. CXXI.

EMPLASTRVM ex althæa ad abſceſſus,& ſuppuratos admodum bonum. Capit ſucci fœnigræci,ſeminis lini & althææ,ſingulorum lib.vnam ſemis, olei veteris lib.vnam. Coquito donec ſuccus abſumatur,admiſce colophoniæ vnc.duas,[a] ceræ puræ lib.ſemis,galbani vncias [b] duas.

a Ceræ] Poſt hæc verba Paulus addit, τερεβινθίνης λι.α΄. κισσοῦ δάκρυον ſο.γ΄. ὅτε δὲ λυθῇ, ἄρας ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐπίβαλλε κηροῦ, &c. hoc eſt terebinthinæ reſinæ lib.vnam, hederæ lacrymæ vnc.quatuor. Vbi ſoluta fuerint & ab igne ſublata, iniice ceræ,&c. b Duas] Poſt hæc Paulus ſubiicit, ἀμφότερα ὁμοῦ κοπέντα, καὶ λύσας σπάθιζε, id eſt Vtraq; ſimul contuſa ſolutáque, rudicula agitantur.

Cap. CXXII.

EMPLASTRVM [a] Ciſſinum, ad neruos vulneratos,& puncturas eorundem,maximè diuturnas. Habet ſquamæ rubeæ vnc.duas, thuris vnc. vnam ſemis, galbani vnc.vnam,miſyos vnc.vnam ſemis, chalcitidis drach.quatuor, aceti cochlearia ſex. Læuigato hæc omnia in ſole æſtiuo donec acetum fuerit conſumptum: dein ſolue etiam ceræ vnc. tredecim, cum olei veteris vnc.octodecim. miſce. Si verò diuiſus fuerit neruus & nudus ſit,[b] pro galbano adiice terebinthinæ vnc.duas.

a Ciſſinum] Manuſcriptus codex habet ἡ κίση, ſed non rectè: legendum enim κίσσινος, Paulo teſte. b Si verò,&c.] Hæc ex Paulo adiecta ſunt, qui ita habet, εἰ δὲ διαιρεθείη, καὶ γυμνὸν νεῦρον, ἀντὶ, &c.

Cap. CXXIII.

EMPLASTRVM [a] Melanchloron, ad eadē mala. Ad cruenta etiam facit. Recipit ſidiorum, æris vſti, gallarum, ariſtolochiæ rotundæ, ſalis ammoniaci, ſquamæ æris, aluminis ſciſſi & rotundi, iridis, miſyos, chalcanthi,chalcitidis,æruginis raſilis,cadmiæ,aloes flauæ,myrrhæ,thuris,opopanacis, lithargyri, ceruſſæ,ſin. vnc.vnam ſemis. Hæc omnia teruntur in ſole æſtiuo cū aceto diebuspluribus. Adiice ceræ puræ vnc.ſex,olei cōmunis veteris vnc.octo,in neruis quidem vulneratis:in aliis verò,olei recentis.

a Melanchloron] Nicolai codex corruptè legit μελάχολος pro μελάγχλωρος.

Cap. CXXIIII.

EMPLASTRVM è ſenecione. Accipit ſenecionis ſucci lib.vnam,olei veteris lib.ſemis vnc.vnam S. olei cyprini vnc.duas,adipis veteris lib.ſemisvnc.vnam ſemis,terebinthinæ vnc.ſemis,galbani hexag.vnum ſemis,pineæ vnc. tres, æruginis, thuris, hyſſopi medicamenti, ſingulorum vnciam S. ſquamæ æris ſcrup.decē, ceræ puræ vncias quinque, zopiſſæ vncias ſeptem. Succus & oleum vſque ad ſordium conſiſtentiam coquitur. arida verò teruntur cum cyprino, galbanum cum cera contunditur,& in lebetem iniiciūtur. Zopiſſa verò [a] ſi arida fuerit, tritam & cribratam ponderato & inſperge: ſi verò nequeat conteri,in oleo diſſolutam colato,& tum alia admiſceantur.

a Si arida fuerit] Legendum in codice Nicolai, εἰ μέν.

Cap. CXXV.

EMPLASTRVM [a] Mnaſæi diſcuſſorium. Capit ceræ puræ,adipis ſuilli, ſing.lib. ſemis, colophoniæ vncias tres,lithargyri libram vnam, vini boni primi cochlearium ſemis.

a Mnaſæi] Malè legitur in manuſcripto codice ἡ μνάσιος, pro ἡ μνασαίου.

Cap. CXXVI.

EMPLASTRVM [a] Ariobarzanion ſimile. Habet lithargyri vnc.ſemis drach.vnam, ceruſſæ vnc.octo ſemis,aquæ marinæ vnc.ſedecim ſemis, olei veteris lib. ſemis vnc.vnam ſemis, ſuccinorum vſtorum hexag.vigintiduo ſemis, ceræ rufæ vnc. quatuor ſemis, terebinthinæ vnc.tres, [b] thuris vnc.vnam S.

a Ariobarzanion] Nicolai codex falſò habet ἀριοβαρζεύσα, pro ἀριοβαρζάνιος. b Thuris] Hæc ex Paulo adiecta ſunt, & in manuſcripto codice deſiderabantur.

Cap. CXXVII.

EMPLASTRVM è dracontio. Recipit ceræ puræ,colophoniæ,adipis porcini, picis aridæ, reſinæ,ſing. lib.duas,ammoniaci thymiamatis lib.vnam,radicis dracontii lib.duas ſemis. Radix arida [a] læuis aliis ſolutis inſpergitur.

a Læuis,&c.] Nicolai codex hoc loco aliter habet quàm Paulus. Quum verò omnia ad verbum è Paulo tranſcripſerit Nicolaus, Pauli exemplar potius quàm Nicolai ſequi voluimus. Paulus autem ſic legit, ἡ ῥίζα ξηρὰ λεία τοῖς ἄλλοις ἐπιπάσσεται λυθεῖσιν.

Cap. CXXVIII.

EMPLASTRVM Pſittacion. Accipit ceræ puræ,colophoniæ,adipis porcini,ſucci hyoſcyami,aut foliorum tenellorum æquas partes. [a] In Alexandria verò ceræ lib.vnam vnc.tres, hyoſcyami lib.vnam, axungiæ lib. vnam vnc.tres,colophoniæ lib.quinque. ſic confice.

a In Alexandria verò] Et hîc quædam deſiderantur, quæ ex Paulo adiecta ſunt. Hæc nimirum, ὑοσκυάμου λι.α΄. ὀξουγγίου λι.α΄. ſο.γ΄.

Cap. CXXIX.

EMPLASTRVM è ceruſſa. Capit ceræ quæ facta eſt alba vnc.tres,olei roſacei, lithargyri, ſing. vnc. ſemis,ceruſſæ vnc.vnam,amyli vnc.vnam ſemis, ouorū alba duo & dimidium.

Cap. CXXX.

EMPLASTRVM nominatum [a] Parygron Oribaſii. Capit lithargyri,ceruſſæ,ſing.vnc. vnam ſemis, ceræ vnc.quatuor,pinguedinis ſuillæ vnc.ſeptem,colophoniæ vnc.nouem,ſucci ſeminis lini,olei, ſing.vncias decem. Hoc facit mirificè ad ruinas [b] calcaneorum. In vlceribus verò vitato. tetri enim odoris ea reddit.

a Parygron] Manuſcriptus codex legit perperam πανύγρον pro πάρυγρον, hoc eſt liquidum. b Calcaneorum] Græcè falſò legitur πτερῶν pro πτερνῶν.

Cap. CXXXI.

EMPLASTRVM è cadmia, cicatricē inducens. Habet chalcitidis vnc.vnam,[a] cadmiæ,mānæ, ſing.vnc. ſemis,ceræ,colophoniæ, olei myrtini,librā ſemis, vini quantum ſufficit.

a Cadmiæ] Hæc dictio in Nicolai codice non ſine magnó errore deſideratur: quippe emplaſtrum hoc à cadmia nomen ſuum habet. Inſerendum itaque contextui erit καδμίας dictio.

Cap. CXXXII.

EMPLASTRVM Phœnicine. Recipit adipis porcini veteris lib.vnam, olei veteris,lithargyri,ſingul. lib. vnam ſemis, chalcitidis crudæ vnc. duas. Chalcitis cum oleo in mortario prius læuigatur, vel in ſole. vbi verò ad glutinis conſiſtentiam venerit, lithargyrū prius ſimiliter tritum iniicitur, poſtea adeps. Vbi autem probè læuigata fuerint, ad lenem ignem coquuntur donec non inquinant. Agitato cum palmularum virgis viridibus.

Cap. CXXXIII.

EMPLASTRVM ex anchuſa,ad ambuſta. Accipit ceræ quæ facta eſt alba vnc. quatuor ſemis,olei roſacei vnc.IX.radicis anchuſæ aridæ optimè tritæ vnc.II.

Cap. CXXXIIII.

EMPLASTRVM ſimile. Capit radicis anchuſæ viridis,marrubii,gummi,ſing.vnc.tres,olei vnc. nouem. Coquito hæc in oleo,dein colato, herbáſque abiicito. Oleo autem iniice ceræ albæ vnc.XV.& diſſolue.

Cap. CXXXV.

EMPLASTRVM [a] Pompholygeron. Habet pompholygis vnc.duas,lithargyri vncias tres. Læuigato hæc cum ſucco ſeminis lini: [b] & adiiciuntur ipſis liquefactis & refrigeratis ceræ puræ vnc.duæ, adipis anſerini aut gallinacei vnciæ duæ, olei chamæmelini libra ſemis,& vtere.

a Pompholygeron] Manuſcriptus codex habet ἡ πομφολυγυρά. Paulus verò τὸ πομφολυγηρὸν, quem nos ſequuti ſumus. b Et adiiciuntur] Nicolai codex habet, καὶ τῆκε: Paulus verò, καὶ ἐπιβάλλεται τακέντα καὶ ψυγέντα, κηροῦ.

Cap. CXXXVI.

EMPLASTRVM nominatum [a] Philocotyche, dolorem mitigans. Recipit thuris drach.XVII. myrrhæ vn.VII. opii dr.IIII. aluminis ſciſſi dr.II. butyri dr.IIII. [b] ouorum aſſatorum lutea IIII. cadmiæ crematæ & elotæ

A drach.quatuor, Pompholygis drach.ſex, ceræ Tyrrhenicæ drach.quatuor, adipis anſerini drach.ſedecim, medullæ ceruinæ drach.vndecim, plumbi vſti & loti drach. octo, lapidis hæmatitis drach. vnam, œſypi drach. quatuor. Arida læuigantur cum vino Italico: [c]quæ verò liquari poſſunt, admiſcentur.

a Philocotyche] Manuſcriptus codex malè λυκοτύχη legit, pro φιλοκοτύχη. b Ouorum aſſatorum, &c.] Hæc ex Paulo adiecta ſunt, qui habet ὠῶν ὀπτῶν λέκυθοι δ΄. καδμίας κεκαυμένης, καὶ πεπλυμένης. Quæ tamen omnia in Nicolai codice manuſcripto deſiderantur. c Quæ verò liquari poſſunt] Hæc itidem ex Paulo adiecimus, qui habet καὶ μίσγε τὰ τηκτά.

Cap. CXXXVII.

EMPLASTRVM Amithaonis ad contractos & conuulſos articulos. Accipit ammoniaci, ceræ, bdellii, ſingul. drach. octo, terebinthinæ, iridis Illyricæ, galbani, ſing. drach. viginti.

Cap. CXXXVIII.

EMPLASTRVM Ariſtophanium emolliens. Capit picis frixæ lib. quatuor, zopiſſæ lib. ſemis, ceræ lib. vnam, opopanacis vnc. vnam, aceti quod ſatis eſt.

Cap. CXXXIX.

EMPLASTRVM è plumbagine, ad calidos affectus. Habet plumbaginis vnc. quatuor, lithargyri vnc. duas, ceruſſæ vnc. duas, ceræ vnc. octo, olei myrtini lib. duas. Arida in vino læuigantur.

Cap. CXL.

EMPLASTRVM [a]Coracon ex oxymelite, [b]ad pudendorum vitia & nomas conferens. Recipit gallarum vnc. duas, ſquamæ vnc. vnam ſemis, chalcitidis, thuris, ſingul. vnc. vnam. Hæc diebus compluribus terito in aceto. dein admiſce mellis vnc. quinque. Vbi verò ſeorſim ceratum feceris ex myrtini aut roſacei olei lib. vna, adipis taurini vnc. octo, ceræ vnc. quatuor, terebinthinæ vnc. vna, dein mixta ſimul læuigato, & vtitor.

a Coracon] Κόρακον legendum, non κοράκιον, vt habet Nicolai codex. b Ad pudendorum vitia] Malè ſcribitur αἰδικὴ, pro αἰδοιικὴ.

Cap. CXLI.

EMPLASTRVM ex oleo, & aceto probatum. Accipit lithargyri vnc. vnam, olei, aceti, ſing. vnc. tres, ceræ vnc. duas.

Cap. CXLII.

EMPLASTRVM ex achate lapide, diſcutiens & emolliens. Capit lapidis Achatis ſemiuſti vnc. vnā. S. ceræ puræ vnc. quinque, picis frixæ vnc. tres, olei vnc. i.

Cap. CXLIII.

EMPLASTRVM Nicolai cruentis vulneribus vtile, & ſinus glutinans. Habet ſquamæ æris vnc. quatuor, æruginis raſilis vnc. vnam ſemis, aluminis ſciſſi & rotundi, lithargyri, ſing. vnc. vnam ſemis, ariſtolochiæ longæ, [a]chalcathi vnc. vnam, ſulphuris viui vnc. vnam, gallæ immaturæ vnc. quatuor, ſalis ammoniaci vnc. vnam, miſyos, origani, chamæleontis, cadmiæ botryitidis ſeu racemoſæ, veratri albi, ſing. vnc. vnam, peucedani vnc. tres, ſeminis apii vnc. duas, radicis ſymphyti, ceruſſæ, mandragoræ ſucci, ſing. vnc. vnam, chalcitidis, Samii aſteris, thuris maſculi, aloes flauæ, bdellii, opii Thebaici, ſing. vnc. vnam, myrrhæ troglodyticæ vnc. vnam ſemis, ammoniaci thymiamatis vnc. vnam, fœnigræci, ſucci perdicii, ſing. lib. ſemis, ceræ flauæ lib. duas, colophoniæ lib. duas, pineæ reſinæ, bituminis, ſing. lib. vnā, maſtiches libr. ſemis, picis nigræ libr. duas, olei veteris lib. vnam, ſtyracis vnc. vnam, opopanacis vnc. quatuor ſemis, aceti quod ſatis eſt.

a Chalcanthi] Hîc quædam deſiderantur in Nicolai codice quæ ex Paulo reſtitui poſſunt, qui ſic habet, χαλκάνθου ℥. δ. θείου ἀπύρου ℥. α. κηκίδος ὀμφακίτιδος ℥. δ΄. ἁλῶν ἀμμωνιακῶν ℥. α. μίσυος, &c.

Cap. CXLIIII.

EMPLASTRVM Neronis ad plagas ictúſve, & omnem carnoſarum partium dolorem, olei veteris lib. vnam ſemis, lithargyri lib. vnam, ceræ puræ, pineæ, ſingul. vnc. ſeptem ſemis, ammoniaci thymiamatis, ceruſſæ, ſing. vnc. quatuor, galbani, mannæ, myrrhæ, thuris, ſing. vnc. vnam.

Cap. CXLV.

EMPLASTRVM Oxyron polychreſton, hoc eſt multiplicis vſus, picis aridæ lib. vnam, ceræ lib. S. ammoniaci thymiamatis vnc. vnam, terebinthinæ vnc. tres, galbani, mannæ, ſing. vnc. vnā, aceti ſext. vnum ſemis.

Cap. CXLVI.

EMPLASTRVM Aceraton, hoc eſt, ceræ expers Galeni: glutinans, concoquens, vlcera ad ſuppurationē perducens, cum ricinino aut oleo veteri vt emmoton eliquatum. Capit lithargyri lib. vnam ſemis, olei [a]ricinini aut veteris lib. duas vnc. tres, aceti acerrimi vncias B xii. ſquamæ æris nigræ, chalcitidis, æruginis, ſing. vnc. vnam. Lithargyrū cum oleo concoque ad glutinis conſiſtentiam. deiń metallica compluribus diebus ex aceto læuigata adiice.

a Ricinini] Manuſcriptus codex non rectè κοινοῦ pro κικίνου, Paulo atteſtante, legit.

Cap. CXLVII.

EMPLASTRVM ex metallicis. Habet chalcitidis vnc. vnā, miſyos vnc. duas, ſquamæ æris vnc. tres, [a]thuris vnc. tres, colophoniæ vnc. duas, galbani vnc. vnam S. C ceræ, olei cōmunis, ſing. lib. i. aceti quod ſatis eſt.

a Colophoniæ] Ante hanc dictionem Paulus habet λιβάνου ℥. γ΄.

Cap. CXLVIII.

EMPLASTRVM dictum Harmonia, ad fracturas vtile. Recipit chalcitidis vnc. duas, ſquamæ æris vnc. i. æris vſti, thuris, ſing. vnc. i. olei & aceti, ſing. lib. S. Coquito metallica in oleo & aceto, quoad manum non inquinent. dein admiſce thus.

Cap. CXLIX.

D EMPLASTRVM Melene Serapionis. Accipit lithargyri lib. S. ceræ puræ vnc. tres ſemis, ammoniaci thymiamatis hexag. vnum ſemis, galbani vnc. quatuor, S. colophoniæ vnc. tres S. æruginis vnc. quatuor S. myrrhæ drach. S. olei cochlearium S. & quartam eius partē. Coquito lithargyrum cum oleo donec non inquinet. poſtea reliqua admiſce.

Cap. CL.

EMPLASTRVM Aniceton, hoc eſt inſuperabile [a]diſcutiens, ſquamas demoliens, & ad contractos arti- E culos vtile. Capit baccarum lauri, iridis aridæ, thuris, [b]æris vſti, nitri, ſalis āmoniaci, pyrethri, vuæ ſylueſtris, canchryos, grani Cnidii, ſinapis, fimi columbarum, ariſtolochiæ, cumini, æruginis, cyperi, ſeminis erucæ, ſing. drach. quatuor, aceti cochlearia ſex. Læuigantur ſub æſtu caniculari donec acetum abſumatur. Admiſce dein decocti caricarum craſſiſſimi vnc. quatuor S. & commiſcens finge paſtillos, & exſiccato. Vbi vſus exigit, accipe è paſtillis vnc. duas, & læuigatis in aceto, admiſce reſinæ vnc. tres, [c] ceræ vnc. duas, farinæ irinæ ſext. vnum, ace- F ti cochlearia duo.

a Diſcutiens] Nicolai codex habet κωλυτικὴ, ſed non rectè. Paulo enim teſte ſcribendum διαφορητικὴ vel διαφοροῦσα.

b Æris vſti] Hæc omnia in manuſcripto codice deſiderantur, & ex Paulo in cōtextum ſunt accerſita, qui ita legit, χαλκοῦ κεκαυμένου, νίτρου, ἁλῶν ἀμμωνιακῶν, πυρέθρου, ςαφίδος ἀγρίας, &c. Quæ omnia teſtantur nos in reddēdo Nicolao, propter codicem deprauatiſſimum, non parū ſudaſſe. c Ceræ vnc. duas] Hîc multa in manuſcripto codice deſiderantur, quæ ex Paulo in hūc modum reſtitui poſſunt, κηροῦ τυῤῥηνικοῦ ℥. β΄. ἐλαίου ℥. β΄. hoc eſt ceræ Tyrrhenicæ vnc. duas, olei tantundem. Dein ſequitur aliud,

ἢ δὲ ἄρων:

G πίσσης λι. β΄. πιτυΐνης ℥. θ΄. κηροῦ τυῤῥηνικοῦ ℥. ε. ἐλαίου ℥. γ΄. ἀσφάλτου σεσησμένου ℥. β΄. αἰρίνου ἀλεύρου ξ. α. ὄξους τὸ ἀρκοῦν, id eſt Picis lib. duas, reſinæ pineæ vnc. nouem, ceræ Tyrrhenicæ vnc. quinque, olei unc. tres, bituminis increti vnc. duas, loliaceæ farinæ ſext. vnum, aceti quantum ſufficit. Et ita facilè hic locus Nicolai mutilus in integrum reſtitui poteſt. & ſciendum, malè ἰρίνου legi in manuſcripto codice, pro αἰρίνου.

Cap. CLI.

EMPLASTRVM ex liquore mori. Habet lithargyri, picis aridæ, adipis taurini, ſing. vnc. vnam, terebinthinæ vnc. quinque, ceræ puræ vnc. duas S. æruginis raſilis, opopanacis, galbani, ſingul. vnc. S. olei [a]cōmunis, aut ſicyonii, [b]aut admodum veteris, ſing. cochl. S. pi- H cis liquidæ cochlearii quartam partem, aceti cochl. S. liquoris mororum cochl. S.

a Communis] Paulus legit κικίνου, ἢ σουσίνου, hoc eſt ricinini, aut ſuſini. b Admodum veteris] Manuſcriptus codex malè hoc loco legit, ὁ παλαιοῦ πάνακις, pro ἢ παλαιοῦ πάνυ.

Cap. CLII.

EMPLASTRVM vocatum à duplici colore Dichromon. Recipit æris vſti, aluminis ſciſſilis, ammoniaci thymiamatis, ſing. vnc. ſemis, ceræ colophoniæ, adipis ſuilli, ſing. lib. ſemis, aceti quod ſatis eſt.

Cap. CLIII.

EMPLASTRVM Indicum glutinans, ad nomas & ſanguinem ſpuentes vtile. Accipit ceræ puræ, reſinæ frixæ, picis aridæ, bituminis liquidi, zacynthiæ, ſing. lib. vnam ſemis, ceruſſæ, chalcitidis, miſyos, melāteriæ, aluminis ſciſſi & rotundi, gallarum immaturarum, ſidiorum, ſingulorum libram ſemis, aceti quod ſatis eſt.

Cap. CLIIII.

EMPLASTRVM è cinere aſpidum, diſcutiens ſtrumas & podagras. Capit terebinthinæ, [a]lapidis Aſii, bituminis Iudaici, ſingulorum drachmas octo, ceræ puræ, baccarum lauri, ammoniaci thymiamatis, aphonitri, adipis vitulini, ſingulorum drachmas octogintaquinq;, lapidis pyritis viui drach. vigintiquinque, cineris aſpidum drach. trigintaquinque, olei veteris cochl. ſemis. Medicamento refrigerato inſpergito cinerem. Præparatur verò etiam ſine cinere, quòd nonnulli eum auerſentur, & nihilo minus efficax ſit.

a Lapidis Aſii] Græcè eſt λίθȣ ἀσίȣ. Paulus habet, non rectè tamen, ἁμματίτȣ. nam & Galenus habet Aſii lapidis.

Cap. CLV.

EMPLASTRVM Leæna, exſiccans & diſcutiēs. Habet ammoniaci thymiamatis, plumbaginis, ſingulorum drach. quinquaginta, ſinapis drach. quatuor, chamæleontis radicis drach. octo, colophoniæ drachmas quinquaginta, ſquamæ æris drach. quatuor, radicis ſtruthii, euphorbii, æruginis, pyrethri, ſing. drach. quatuor, ariſtolochiæ drach. octo, olei veteris cochl. ſemis, olei raphanini quantum ſufficit.

Cap. CLVI.

EMPLASTRVM Leæna, vt præcedens. Accipit chalcanthi vnc. vnam, arſenici vnc. ſemis, veratri nigri, thoracum cantharidum, ſing. drach. ſemis gran. ſeptem, ſandarachæ vnc. vnam S. ceræ puræ lib. ſemis vnc. vnam S. picis frixæ lib. S. olei communis cochl. vnum.

Cap. CLVII.

EMPLASTRVM Macedonicum vocatum. Accipit ceræ puræ, colophoniæ, picis aridæ, adipis taurini, thuris, ſing. vnc. vnam.

Cap. CLVIII.

EMPLASTRVM Sphærium, ad ignita. Capit ceruſſæ, lithargyri, calcis viuæ, ſing. vnc. tres, ceræ puræ vnc. ſemis drach. vnam, berenicarii, roſacei, ſing. vnc. ſemis. Liquabilia ſiccis affundens fingito orbiculos. Vbi vſus exigit, accipito olei communis lib. ſemis, ceræ puræ vncias duas, & huius medicamenti vnciam vnam miſce: vbi verò refrigeratum fuerit, contunde ex aquæ vnciis nouem. Ego verò roſaceum oleum adieci, vtpote melius, pondere vnc. trium.

Cap. CLIX.

EMPLASTRVM ex ochra, à phlegmone eos qui in iudicio torti ſunt arcens. Ochræ Atticæ lib. vnā, ochræ Creticæ lib. ſemis, lithargyri vnc. quatuor [a]vino læuigati, ceræ puræ, colophoniæ, picis, reſinæ pineæ, ſingul. lib. ſemis, terebinthinæ vnc. quatuor, olei lib. vnam. Diſſoluuntur autem vſu poſtulante in hunc modum, ceræ lib. ſemis, olei veteris lib. vna ſemis, & medicamenti lib. ſemis, vino conteritur.

a Vino læuigati] Codex manuſcriptus perperam εἰνωλεῖȣ legit, pro οἴνῳ λείȣ.

Cap. CLX.

EMPLASTRVM è cedrino liquore, glutinans, diſcutiens, & abſtergens. Recipit ceræ puræ, picis aridæ, ſing. lib. ſemis, colophoniæ vnc. quatuor, cedrini liquoris vnc. tres. [a]liquata ſimul incoquuntur dum digitos non inquinent.

a Liquida ſimul] Hæc omnia in manuſcripto codice deſiderantur, & ex Paulo adiecta ſunt, qui habet, τήξας ὁμȣ̃ ἕψε ἕως ἀμολύντȣ.

Cap. CLXI.

EMPLASTRVM è cedrino liquore emolliens. Accipit ceræ puræ, picis aridæ, ſing. drach. quatuor, colophoniæ drach. duodecim ſemis, propolis drach. octo S. cedrini liquoris drach. decem.

Cap. CLXII.

EMPLASTRVM è pumice, cicatricem inducēs. Capit olei myrtini lib. vnam, ceræ puræ lib. ſemis, pumicis vſti & vino reſtincti, ſquamæ ſtomomatis drach. III. æris vſti, cimoliæ, ſing. vnc. duas ſemis.

Cap. CLXIII.

EMPLASTRVM Paula, ad ſtrumas & bubones efficax. Habet ceræ puræ, colophoniæ, nitri, ſing. lib. ſemis. Subactis probè omnibus, vtere.

Cap. CLXIIII.

EMPLASTRVM è nitro, ad carbunculos. Recipit nitri [a]rotundi vnc. vnam ſemis, ceræ, olei, colophoniæ, ſing. drach. ſemis gran. ſeptem, liquoris Medici drach. vnam ſemis.

a Nitri rotundi] Nicolaus habet ϛρογγύλȣ. Paulus verò legit ὀπτȣ̃ id eſt toſti.

Cap. CLXV.

EMPLASTRVM ex anemone. Accipit anemones vnguibus detractis vnc. vnam, ceræ vnc. duas ſemis, olei vnc. duas, reſinæ vnc. duas ſemis drach. vnam, colophoniæ lib. vnam vnc. tres.

Cap. CLXVI.

EMPLASTRVM Macherionis viride, ad iſchiadicos, [a]articulorum infarcta, & abſceſſus. Capit opopanacis, galbani, æruginis, myrrhæ, iridis, ammoniaci thymiamatis, ariſtolochiæ, ſing. vnc. ſemis, terebinthinæ, ceræ puræ, olei omphacini, vnc. tres ſemis.

a Articulorum infarcta] Nicolaus legit ἀρθριτικȣ̀ς, σφηνȣ̃ντας: ſed rectiùs Paulus, ἄρθρων σφηνώσεσιν.

Cap. CLXVII.

EMPLASTRVM viride ſimplex. Habet reſinæ lib. vnam ſemis, ceræ puræ lib. ſemis, æruginis raſilis [a]lib. ſemis, thuris [b]drach. duodecim ſemis. aceti quod ſatis eſt.

a Lib. ſemis] Nicolai codex falſò legit. H).ι.pro λι.ϛ.

b Drach. duodecim ſemis] Manuſcriptus codex non ſine magno errore legit. H).ι.β.ϛ′. pro L.ιβ.ϛ′.

Cap. CLXVIII.

EMPLASTRVM viride [a]faciens ad humida vitia, & carnes excreſcentes. Recipit colophoniæ vnc. tres, æruginis raſilis vnc. ſemis drach. vnam, ceræ puræ vnc. vnam, ſalis Cappadocii vnc. ſemis, olei roſacei drachmas duas, aceti quantum ſufficit.

a Faciens] Legendum, Paulo atteſtante, ποιȣ̃σα non ἀποφύȣσα, vt habet manuſcriptus codex.

Cap. CLXIX.

EMPLASTRVM è lixiuio, ad iſchiadicos, arthriticos, & œdematoſos. Accipit ceræ puræ, olei veteris, lixiuii protoſtacti, ſing. lib. ſemis, reſinæ frixæ, [a]nitri Alexandrini, nitri albi, ſing. vnc. tres. Nitrum vtrunque in lixiuio teritur.

a Nitri Alexandrini] Sic habet Paulus νίτρȣ ἀλεξανδρίνȣ, νίτρȣ λδυκȣ̃, &c.

Cap. CLXX.

EMPLASTRVM è cinabari, ad callos tophóſve, & alios omnis generis duros tumores. Capit lithargyri lib. vnam, olei veteris ſextar. vnum, ſquamæ æris vnc. vnam, æris vſti vnc. vnam, cinabaris ſcrup. octodecim, magnetis viui vnc. vnam, lapidis Phrygii [a]drach. ſex, lapidis pyritis, cadmiæ, ſing. vnc. vnā, diphrygis vnc. duas, æruginis raſæ, thuris, ſing. vnc. vnam, aloes flauæ vnc. duas ſemis, galbani vnc. vnam ſemis, ammoniaci thymiamatis vnc. tres ſemis, [b]lapidis onitis Scythici ſcrup. octodecim, lapidis hæmatitis vnc vnā, propolis librā I. [c]ſcrup. vigintiocto, ceræ vnc. octodecim, lapidis perdicatis vnc. quatuor, betonicæ vnc. I ſcrup. octo, gentianæ vnc. I. ariſtolochiæ longæ & rotundæ drach. I vnc. S. chamæleontis nigri vnc. I. dictami ſcrup. quadragintaduos, reſinæ aridæ lib. vnam, adipis ſtruthiocameli lib. vnam. Lapides cum lithargyro terito, adiectis ſalis floris libr. duabus particulatim donec totum abſumatur.

a Drachmas ſex]Corruptè legitur in codice Nicolai H.) ς'.pro L.ς'. b Lapidis onitis,&c]Sic enim Paulus λίθȣ ὀνίτȣ σκυθικȣ̃. In Nicolai codice ὀνίτȣ deeſt. c Scrup.18.]Ex Paulo adiectum.

Cap. CLXXI.

EMPLASTRVM ex auellanis ad callos, lapidoſaſque durities articulorum, valde bonum. Habet lixiuii protoſtacti vncias tres, medullæ ſiue interioris partis auellanarum vnciam vnam, aphonitri vncias tres, [a]olei veteris libram ſemis, ſaponis Gallici vncias duas, mellis vncias quatuor, alba ouorum tria, ceræ puræ vnc. quinque, terebinthinæ vnc. tres ſemis. læuigantur ex lixiuio protoſtacto.

a Olei veteris,&c.]Hæc omnia in codice Nicolai deſiderata ex Paulo acceſſerunt, qui habet ἐλαίȣ παλαιȣ̃ λι.ς'.σάπωνος Γαλλικȣ̃,ʃο. β'.μέλιτος,ʃο.δ'.ὠῶν γ'.τὰ λευκά.

Cap. CLXXII.

EMPLASTRVM è Turpæna, ceratum ad podagram, dolorē mitigans mirabiliter. Quinto menſis Martii die in domo [a]ſubterranea in lebetem coniicito olei communis ſextarios duos. Coquito lignis è vite: & vbi ebullierit, adiice turpænæ marini piſcis libram vnam, & [b]aſphalacis animalis, quod aliqui madamudam vocant, ſanguinis vncias quatuor. Coquito quoad carnes piſcis diſſoluantur, [c]aut torrefiant. Dein colato, & adiicito oleo ceram mediocrem, & facto cerato vtere.

a Subterranea]Manuſcriptus codex κατωγαίῳ perperam legit pro καταγείῳ. b Aſphalacis]Codex Nicolai legit ἀσφαλάγγȣ, pro ἀσφάλακος. c Aut torrefiant]Ex Paulo adiectum, qui legit ἢ φρυγῶσιν.

Cap. LXXIII.

EMPLASTRVM Iſis, cruentis accommodatum vulneribus, carnem glutinans & purgans mirabiliter. Accipit ſquamæ æris vſti, ariſtolochiæ rotundæ, ſingul. drachmas quatuor, aluminis ſciſſi drachm. tres, ſalis ammoniaci, ammoniaci thymiamatis, thuris, ſingulorum dr. quatuor, myrrhæ, aloes flauæ, galbani, ſin. dr. ſex, ſucci radicis dracōtii dr. quatuor, ceræ puræ lib. ſemis, colophoniæ lib. 1. olei veteris vnc. vnā S. aceti quod ſatis eſt.

Cap. CLXXIIII.

EMPLASTRVM ſiue malagma ad hemicranicos ex iis quæ ſunt Alexandri. Capit euphorbii, attramenti ſcriptorii, ſingulorum drachm. quatuor, myrrhæ troglodyticæ, crocomagmatis, piperis communis, ſingul. drach. tres, croci drachmas duas, aceti quantum ſufficit. Terito donec omnia diſſoluantur, & viſci ſordiūmve craſſitudinem nanciſcantur: dein illine incipiens à medio ſuperciliorum vſque ad tempora tota, potiſſimùm ſi pilorum denudatio fuerit. Vbi probè egerit, laborantem in balneum ducito.

Cap. CLXXV.

EMPLASTRVM Pentatheton. Habet ceræ puræ lib. octodecim S. & quartā partem, colophoniæ libras duodecim S. adipis taurini libram vnam, calcis lib. tres ſemis & quartam partem, picis aridæ libras duas ſemis.

Cap. CLXXVI.

EMPLASTRVM ad ſtillicidiū vrinæ, abſceſſus, & vlcera in vrinariis partibus veſicæ. Accipit ſucci radicis althææ, galbani, olei rutacei, caſtorei, & chamæmelini, pinguedinis ſuillæ, anſerinæ, butyri recentis, ſtyracis, terebinthinæ, ſucci ſeminis lini & fœnigræci, ſingulorum vnciam vnam, ceræ puræ vnciam vnam ſemis.

Cap. CLXXVII.

EMPLASTRVM ſimile ex butyro. Accipit ſucci radicis althææ, ſeminis lini & fœnigræci, chamæmeli, ſtyracis, adipis vitulini & vrſini, butyri recentis, adipis anſerini, terebinthinæ, ſingulorum vnciam vnam, caſtorei vnciam ſemis, olei anethini, rutacei & chamæmelini, ſingulorum vnciam vnam, ceræ puræ vnciam vnā, œſypi vnciam vnam & quartam partem.

Cap. CLXXVIII.

EMPLASTRVM de ſemine lini, ſimile. Capit œſypi, butyri, adipis anſerini, ſucci radicis althææ, ſeminis lini & fœnigræci, ſingulorū vnciam ſemis, ceræ puræ vnciam vnam, olei rutacei, anethini, chamæmelini & communis, ſingulorum vnciam ſemis, caſtorei hexagia duo.

Cap. CLXXIX.

EMPLASTRVM ad abſceſſus, [a]hypophoras & omnis generis alias durities celerrimum. Habet ammoniaci, galbani, thuris, maſtiches, reſinæ, terebinthinæ, reſinæ piceæ, hyoſcyami, vuarum exemptis acinis, ceræ puræ, olei laurini, colophoniæ, adipis taurini, aloes flauæ, ſucci maluæ ſylueſtris, adipis ſuilli, farinæ eruinæ, radicis maluæ, ſeminis lini, mellis Attici, fimi columbini, propolis, ladani, carnis caricarum, ſtyracis, nardini & amygdalini olei, butyri & quotquot alios adipes inueneris. His probè paratis fac emplaſtrum aut vnctionem, & vtere.

a Hypophoras]Nicolaus habet ὑπορυφάς: quam quidē dictionē vt ſuprà eſt annotatum, ego deprauatam eſſe iudico.

Cap. CLXXX.

EMPLASTRVM ad eos quorum ſtomachus à flaua bile, aut ab alio quodam calido ſucco aduritur. Recipit polygoni, violarum, herbæ venti, intybi, ſonchi, apii, cyperi, portulacæ, polentæ, chamæmeli, pſyllii, roſarum, olei, olei roſacei, ſtillatitii roſarum liquoris, cinamomi, ligni aloes, hyoſcyami, papaueris, ocimi, ſemperuiui, ſolani, maſtiches, ſandarachæ, nucis moſchatæ, croci.

Cap. CLXXXI.

EMPLASTRVM præcedenti ſimile, valde vtile. Accipit violarum, herbæ venti, apii, portulacæ, chamæmeli, roſarum, olei roſacei, olei violacei, ligni aloes, papaueris albi, hyoſcyami, nucis moſchatæ, maſtiches, ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt, lactucæ, & intybi ſeminis, & polentæ.

Cap. CLXXXII.

EMPLASTRVM ad eos quibus à flaua bile ſtomachus aduſtus eſt. Pulegium contuſum in vino veteri probè coquito, & admiſce ſemen fœniculi, acceptiſque duabus ſpongiis tenuibus imbutis decocto, foueto aſſiduè ſpongias immutando. Eſt etiam ad ſtomachi inflationem vtile.

Cap. CLXXXIII.

EMPLASTRVM ad podagricos nominatim ex vrinis, quod Aphricanus ſcripſit. Impoſitum enim podagricos dolore liberat, vt ſecundo aut tertio die ſurgētes deambulent. Verùm ſtrumas & [a]omnēmq; renum morbum ſanat, gratia Dei. Capit vrinæ mulæ clàm acceptæ libras tres, aquæ, lithargyri, ſingulorum libram vnā. Terito bene, adiice exiguū vrinæ, & coquito vſq; ad mellis craſſitudinem. Dein admiſce olei veteris libram ſemis vnciam vnam ſemis, adipis ſuilli veteris vncias octo ſemis, & coquito ad lentum ignem, ac moueto donec fiat emplaſtrum quod non inquinet, & illitum linteo ſolido impone calidum. qui hoc malo laborat, inſpuat in lebetem deorſum, & in terram ſimiliter ſemel. Hoc verò faciat tacitus, & ſic dicat: Marmara filio, Domine ſabaoth, qui vt omnia incîdis & diſſipas, ita diſſipa hoc malum podagræ per gratiam Domini & ſanctorum [b]pecuniæ contemptorum. Veniat ſanatio in præſens vnguentum, celeriter, celeriter, abeat, abeat, abeat malum: Amen.

a Strumas &]In Græco ſequitur εὔθραγγας, quæ quidem dictio corrupta eſſe videtur, ideóque à nobis prætetita. b Pecuniæ contemptorum]Coſmam & Damianum intelligit: nam infrà etiā eos hoc epitheto manifeſtè ornabit.

Cap. CLXXXIIII.

EMPLASTRVM ad oculos lacrymantes. Habet aloes flauæ, thuris, maſtiches, polentæ, ſimilaginis, oui lutei quod ſatis eſt.

Cap. CLXXXV.

EMPLASTRVM ad podagricos conſcriptum ab Emeno rege in bello iuxta femur vulnerato: qui hoc emplaſtro vſus, ſanus factus eſt. Efficax enim eſt ad recētia vulnera, neruorum præciſiones, vlcera vetera & fraudulenta. Item contuſa, fiſtuloſa, putredines, ſteatomata, tubercula, parotidas & furunculos. Tela extrahit & ſurculos. capitis oſſa contuſa educit. A venenatis ictos, & à vipera, ſcorpione, araneo & canibus demorſos ſanat. Omnia denique quæ in collo ſunt, ſimiliter curat. Pleuri-

ticis,iecinoroſis,lienoſis,genuum refrigerationibꝰ,pro malagmate impoſitum,prodeſt.Item ad muliebria,pro peſſo ſubditum. Recipit olei veteris libram vnam vnciam ſemis,lithargyri,ſquamæ æris,ſingulorum vncias quatuor, æris vſti vnc. quinque,diphrygis vncias quatuor,mannæ thuris,thymiamatis,ſingulorum vnciam vnam ſemis drachmam ſemis,aloes flauæ vnciã ſemis, galbani vnciam ſemis drachmam vnam, propoleos vnciam ſemis,ceræ vnciam vnam ſemis drachmam ſemis,ariſtolochiæ drachmas quinque, gentianæ vncias tres ſemis,iridis vnciam ſemis, dictami vnciam ſemis drachmam vnam.Oleum & lithargyrum coquito in calido cinere:dein admiſce ſquamam,æs,& diphryges, ac coquito quoad non inquinẽt.poſtea cætera.

Cap. CLXXXVI.

EMPLASTRVM dictum Captiuum. Protilius enim medicus ſolus è bello ſeruatus,in Germaniam captiuus venit.Videnſque regis filiam percuſſam, illã huius efficacia medicamenti ſanauit:doniſque acceptis, & ipſe & qui cũ eo captiui erant liberati ſunt. Accipit ſalis foſſilis,aquæ marinæ,nitri berenicarii,ſingulorum libras tres, ceræ puræ libram vnam, reſinæ frixæ libras duas,propolis,ſalis ammoniaci,opopanacis,galbani, fimi columbini,ſingulorum vncias tres, olei veteris lib. tres,lixiuii ſtillatitii,ariſtolochiæ,ſtercoris canis albi, ceruſſæ,ſingul. vncias tres.Facit verò ad ſtrumas, abſceſſus,ſinus,fracta,puncturas,ſoluit callos, & omnia citra ferrum exulcerat.vbi eo vſus fueris,laudabis. Ceruſſam igitur,ſalem,oleum & aquam marinam in mortarium coiicito, & validè terito donec inter ſe miſceãtur. Dein ceram,reſinam, propolin & lixiuium affunde. ſuccum verò non ferueſacito.Nitrum verò,ariſtolochiam,canis & columbæ ſtercora contuſa & cribro tranſmiſſa admiſce.

Cap. CLXXXVII.

EMPLASTRVM è cantharidibus, vbi volueris aperire & attrahere fluxionem. In partibus enim quibꝰ admouetur,puſtulas excitat.Vtile eſt iſchiadicis, lienoſiſque & ad humores,brachialia,genua &talos mirabile. Capit ceræ puræ,adipis taurini,colophoniæ,viſci, ſing. vncias quatuor,cantharidum vncias duas. Cantharidas terito cum aceto:& adiectis liquabilibus, ad conſiſtentiam reducito,& vtere.

Cap. CLXXXVIII.

EMPLASTRVM iecori aptum, febribus continuis & tertianis.Habet ſylueſtris melitzanii, portulacæ, & ſemperuiui ſuccorum,ſingul.vncias duas,polentæ hexagium vnum,ſantali rubei & albi,ſing.hexag.ſemis,roſarum hexagium vnum,mali Punici acidi ſucci vnciam vnam,lactis muliebris,ſtillatitii roſarum liquoris, ſing. vncias duas, caphuræ ſcrupulum vnum, ſucci lentis recentis vnciam vnam,olei violacei vnciam ſemis. Hæc ſubacta cum modico aceto irrigato. Et in linteo exceptum imponito : hyeme quidem tepidum,æſtate verò frigidum.

Cap. CLXXXIX.

EMPLASTRVM ſtomachicum ad frigiditatem & cruditatem. Recipit thuris,aloes flauæ,maſtiches, ladani,ammoniaci,zopiſſæ,terebinthinæ,galbani, ſingulorum vnciam ſemis,cinamomi,zingiberis,caryophylli,maceris,nucis moſchatæ,croci, cubebarum,galangæ, ſingulorum ſcrupulos duos,thymiamatis vnciã ſemis, ceræ puræ vnciam ſemis drachmam vnam, mellis Attici quantum ſufficit.

Cap. CXC.

AD dyſentericos [a]infuſum,expertum. Accipit ſummitates ruborum,roſarum,roſmarini,ſaluiæ, quinqueneruiæ,ramorum oleæ, ſummitates myrti & eius fructus,filicis,fructus lentiſci,[b]nerantzeæ & citrii foliorũ, glandium,gallarum,malorum Punicorum, pyrorũ ſylueſtrium,cotoneorum,pulegii,ſumach,maſtiches, acaciæ,ſeminis portulacæ & caulium eius,lẽtis, maioranæ, menthæ,ſeminis fœniculi.Hæc coquito in aqua pluuia, & eluito frequenter,aut in balneum immittito. Poſtea A verò da bibendos theriaces, athanaſiæ,& micletæ, ſing. ſcrupulos duos cum vino calido,ieiuno.

a Infuſum]Nicolai codex falſò legit ἄχλυσμα pro κλύσμα.

b Nerantzeæ]Græcè eſt νεραντζέας.Quid autem ſit Nerantzea,ſcire non poſſum:dictio enim barbara eſt, vt aliæ multæ quibus paſſim Nicolaus vtitur.

Cap. CXCI.

EPITHEMA ad dyſentericos,impoſitum toti vẽtri & imo ventri. Capit maioranæ,menthæ,ſaluiæ,roſmarini, roſarum,ſumach,maſtiches, ruborum, foliorũ B myrti & eius fructus,boli Armenii,ſigilli Lemnii,cotoneorum,pyrorum ſylueſtrium,ſtillatitii roſarum liquoris,& vini rubei.Contuſa hæc impone in ſacculos duos, & calefactos muta crebrò:& ſi febrem habuerit, calefacito in aceto & ſtillatitio roſarum liquore : ſi verò non, in vino rubeo.

Cap. CXCII.

AD omnis generis ſanguinis eruptionem,& ad muliebre profluuium valde bonum medicamentum, ſiue peſſus,ſiue clyſter ex eo fiat, aut vtcunque viſum fuerit C medico.Habet boli Armenii, ſigilli Lemnii, ſanguinis draconis,ceruſſæ,maſtiches,aluminis ſciſſi,acaciæ, gallarum, malorum Punicorum paruorum, olei roſacei. His ſimul ſubactis adiice athanaſiam, hæmatiten lapidem,& vnito cum ſucco menthæ, cotonei & quinqueneruiæ.Da verò illis bibendum athanaſiæ ſcrup.vnum, theriacæ ſcrupulos tres,corallii rubei ſcrupulos duos.Irrigato cum ſucco cotoneorum aut pentaneuri,& ſtillatitio roſarum campeſtrium liquore calido media nocte. Da etiam lapidis hæmatitis, ſanguinis draconis, ſigilli D Lemnii,corallii rubei, rhei barbari vſti, boli Armenii, ſingulorum ſcrupulum vnum, athanaſiæ hexagium ſemis,theriacæ hexagium vnum. Madefacito cum ſucco menthæ,& ſtillatitio roſarum campeſtrium liquore, iis qui febre vacant:ſi verò non febricitant, cum vino tepido.Aut præbeto ſolam theriacam cum athanaſiæ & boli Armenii,ſingulorũ ſcrupulis duobus.Ex vino quidem,febre vacantibus:ſi verò non vacant febre,cum aqua pentaneuri & ſtillatitio campeſtrium roſarum liquore.

E Cap. CXCIII.

EMPLASTRVM [a]nephriticum.Recipit thuris, aloes,maſtiches,ſanguinis draconis, lapidis hæmatitis, [b]biſſali,marmoris,[c]ſtibii,malorum Punicorum paruorum,gallarum,albi oui quod ſatis eſt.

a Nephriticum]Et hoc loco lectionem codicis manuſcripti falſam eſſe ſatis conſtat.neque enim nephriticis hæc medicamenta cõueniunt,niſi per nephriticos,eos quibus renes exulcerati ſanguinem effundunt,intellexeris. b Biſſali]Græcè eſt βισσάλȣ.Quid verò Biſſalum ſignificet,diuinare nequeo. c Stibii] Manuſcriptus codex legit ςύψεως pro ςίμμεως.

F Cap. CXCIIII.

EMPLASTRVM ad eos qui abſceſſu laborant: ſtatim enim rumpit ac lacerat. Accipit carnis caricarum ſeminis lini,fœnigræci,radicis althææ,butyri, medullæ cerui,pinguedinis ſuillæ,fimi columbini, vuarum Corinthiacarum,terebinthinæ, ſingulorum vnciam vnã, olei chamæmelini & anethini quod ſatis eſt,& ſucci radicis althææ quantum oportet. Præbeto verò bibẽdum ægrotanti ſuccum conizæ,aut decoctum phu,aut vngulæ caballinæ aquam quam plebei vocant Berbelicẽ,ma- G nè ieiuno tepidum cum penidiis.

Cap. CXCV.

AD mala quæ ſub lingua à deſtillatione fiunt, quæ nominantur Ranæ.Gallas terito, & irrigato cum melle, intimáque cum iis inungito. Simile. Semen mali Punici tritum & madefactum cum melle illine deſuper.

Simile. Salem,alicam,& folia oleæ tenera trita impone deſuper malum.Incidito etiam venas linguæ, & occipiti appone cucurbitam cum ſcarificatione, & præbe crebrò gargarizandum diamorôn, & diacaryôn ex aqua H calida.

Cap. CXCVI.

AD eos qui laborant deſtillatione,balneum bonum. Semen anethi & apii,ſtichadem Indicam & Arabicam, quam plebei vocant Sendonicon,mẽtham, ſampſychũ,

ſaluiam,roſmarinum,roſas probè feruefacito,& irrigato cum iis lixiuium ſarmentarium, ac lauato caput. Poſtea calefacto vino cum fœnogræco & ſaluia & abſinthio,lauato caput,& ſic crebrò facito. A

Cap. CXCVII.

EMPLASTRVM temporibus imponendum, ad vigilantes,febrientes,caput dolentes & phreniticos. Capit papaueris albi & nigri,ſingulorum hexagium ſemis,hyoſcyami hexagium vnum,ſeminis ocimi, ſeminis lactucæ,ſingulorum hexagium vnum ſemis, propolis,olei mandragoræ & fructus eius,caphuræ,ſingulorũ B ſcrupulum vnum,ſeminis portulacæ hexagium ſemis, farinæ hordei vnciam ſemis, olei roſacei, lactis mulie- bris quod ſatis eſt.

Cap. CXCVIII.

EMPLASTRVM fronti imponendum ad mala quæ à deſtillatione fiunt, & phlegmonas omnis generis,oculorum dolores,& à ſiccitate natos cruciatus. Habet thuris puri,aloes flauæ, maſtiches,ſingul.ſcrupulos tres,croci ſcrupulos duos ſemis,farinæ puræ vnciam vnam,ouorum lutea quatuor.Fac inſtar fermenti, & impone fronti tepidum, ac permitte vt illic maneat diem vnum,& rurſum veſperi altero admoto immutato.

Cap. CXCIX.

EMPLASTRVM ad animi defectionem & ſtomachi imbecillitatem. Recipit roſarum, cotoneorum, malorum purgatorum,ſingulorum vncias tres,cinamomi vnciam ſemis,maioranæ,menthæ,roſmarini, meliſſophylli,foliorum borraginis,ſingulorum vncias duas, corallii,ambaris,nucis moſchatæ,ſeminis ocimi,ſingul. hexagia duo,ſaluiæ,foliorum citri,ſingulorum vnciam vnam, caryophylli hexagiũ vnum,ſeminis fœniculi,aniſi,ſingulorum hexagia duo, croci hexagium vnum. Probè tuſa conijce in ſacculos duos,& feruefacito in vino,vbi ſcilicet vacant febre. Febricitãtibus autem cum ſtillatitio roſarum liquore,& ſucco borraginis adhibeto.Crebrò mutato tepidum ſuper ſtomacho & corde

INDEX EPITHEMATVM.

Epithema Epomphalion theriacum ad diuerſos morbos, Cap. I.
Epithema Epomphalion purgans probè admodum, Cap.II.
Epithema Polyarchion magnum, Cap.III.
Epithema Polyarchion minus, Cap.IIII.
Epithema è baccis lauri ad lienoſos & hydropicos, Cap.V.
Epithema ſtomachicum probatum, Cap.VI.
Epithema ex œnanthe,ex iis quæ ſunt Tralliani, Cap.VII.
Epithema odoratum ad iecoris phlegmonas, & ſtomachi, Cap.VIII.
Epithema auribus imponendum,iecori & ſtomacho, Cap.IX.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI

De Epithematis.

Sectio vndecima.

Cap. I.

EPITHEMA vmbilico imponendum C theriacum,vehementem obtinẽs facultatem.Impoſitum nanque purgat cœliacos,hydropicos,& fœtus conceptos extrahit,omnéque lumbricorum genus ex cutit. Accipit dacrydii,elaterii,tithymali,ſingulorum drachmas octo,ellebori nigri & albi, fellis taurini,ſingulorum drachmas duas,radicis cucumeris ſylueſtris & foliorum abſinthii, ſingulorum drach. viginti,ceræ Tyrrhenicæ drachmas octo, reſinæ terebinthinæ drachmas quatuor,mellis Attici vncias octo, D nitri rubei vnciam vnam.

Cap. II.

EPITHEMA aliud vmbilico imponendum,probè admodum purgans. Staphidis ſylueſtris,fellis taurini,amygdalarum amararum,ammoniaci,grani Cnidii, ariſtolochiæ rotundæ,nitri, ſingulorum vnciam ſemis, ellebori nigri hexagium vnum ſemis, colocynthidis vnciam ſemis,ceræ puræ vnc. quatuor. Amygdalas & granum Cnidiũ terito cum ammoniaco & oleo irino quod ſatis eſt,& felle: dein liqueſcibilia & arida, imponéque E imo ventri:ſiquidem purgat.In mulieribus autem lumbis impoſitum,fœtus excutit,& menſes ducit.

Cap. III.

EPITHEMA Polyarchion magnum. Habet folii drachmas tres,caſiæ fiſtulæ drachmas duas, ſpicæ nardi drach.vnam ſemis,myrrhæ troglodyticæ, carpobalſami,ſingulorum drachmas tres,croci drachmam vnã, coſti drachmas tres,caſtorei drachmam vnam,floris iũci odorati drachmas quatuor,cardamomi drach.ſex,cyperi drachmas tres, iridis Illyricæ, ariſtolochiæ longæ, ſingulorum drachmas ſex,ſtyracis primariæ,maſtiches, reſinæ frixæ,opobalſami,ſingulorum drachmas tres,olei cyprini drachmas ſexaginta, aloes flauæ drachmam vnam,ceræ puræ drachmas trigintaſex,nardini boni dr. cxx. terebinthinæ drachmas vigintiquatuor, vini odorati quantum ſufficit.

Cap. IIII.

EPITHEMA Polyarchiõ minus. Recipit cyperi, cardamomi,bdellii,thuris maris,ſingulorum vnciã vnã ſemis,ceræ puræ vncias duas, reſinæ frixæ, terebinthinæ,ſingulorum vncias quatuor,caſiæ, cinamomi, ammoniaci,croci, myrrhæ, ſingulorum hexagium ſemis, vini odorati quod ſatis eſt.

Cap. V.

EPITHEMA ex baccis lauri,ad lienoſos, hydropicos,diſſoluitque omnem duritiam. Capit ceræ puræ, picis Brutiæ,nitri Alexãdrini, ſingulorum vncias tres, baccarum lauri aridarum, ammoniaci thymiamatis,adipis vitulini,ſingulorum vncias tres ſemis.

Cap VI.

EPITHEMA ſtomachicum, probatum. Accipit ſtyracis calamitis vncias duas ſemis, piperis communis vnciam vnam,maſtiches vnciam vnam ſemis,reſinæ terebinthinæ vnciam vnam, reſinæ cypariſſinæ vnciam ſemis,opopanacis vnciam ſemis drachmam vnam,galbani,ſalis ammoniaci,colophoniæ,vncias ſex, picis frixæ vncias tres, ceræ puræ vncias nouem,vini veteris

ſextarium ſemis. Non lauato ferẽtem hoc epithema ſexaginta di ebus, ac permitte donec ſua ſponte decidat.

Cap. VII.

EPITHEMA ex œnanthe, è numero eorum quæ ſunt Tralliani. Habet œnanthes drachmam vnam, omphacii, ſtyracis, ſingulorum drachmas duas, acaciæ, roſarum aridarum, ſingularum drachmas quatuor, gallæ immaturæ drachmas duas, palmularum, vini auſteri, olei myrtini, picis aridæ, ceræ puræ, ſingulorum drachm. octo. Hoc eſt ad iecoris morbos optimum, & ad eos qui cibum vomunt, mirabile admodum.

Cap. VIII.

EPITHEMA odoratum, ad iecoris phlegmonas, & ſtomachi valde bonum. Recipit croci drach. vnam, bdellii drachmas nouem, aloes flauæ, myrrhæ, ſingulorum drachmas duas, folii drachmam vnam, propolis

A drachmas tres, terebinthinæ drachmas duas ſemis, grana ſeptem, thuris drachmas duas, ſtyracis drachm. tres, maſtiches drachmas duodecim, ſpicæ nardi drachmam vnam, cardamomi drachmas duas, hedychroi magmatis, drachmam vnam ſemis, ammoniaci drachmas ſex, ceræ puræ drachmas duodecim, colophoniæ drachmas vigintiquatuor, opobalſami drachm. ſex, carnis palmularum drachmas ſex ſemis.

Cap. XI.

EPITHEMA corroborans iecur & ſtomachum,
B phlegmonáſque concoquens. Accipit ammoniaci, meliloti, ſingulorum drachmas tres, œnanthes, caſiæ, myrrhæ, croci, aloes flauæ, ſucci abſinthii, ſpicæ nardi, folii, ſingulorum drachmam vnam, ceræ puræ, ſtyracis, ammoniaci, ſingulorum drachmas duas, nardini quod ſatis eſt.

INDEX EORVM QVÆ SEDI admouentur.

Hedricũ, hoc eſt quod ſedi adhibetur, & tẽtiginem facit, atque ad vterum exulceratum vtile eſt, Cap. I.
Hedricum ad ficus, condylo mata & alia, Cap. II.
Hedricum ad omnem dolorem ani, phlegmonen, & vlcus, Cap. III.
Hedricum maximum ad omnem dolorem cōdylomatum, rhagades, & vehementiſſimos dolores, Cap. IIII.
Hedricum aridum morſus expers, ad hæmorrhoidas, Cap. V.
Hedricum ad eryſipelata, nomas pudendorum, feruidas papulas capitis, & omne ſordidum vlcus, Cap. VI.
Hedricum vulnerarium optimum, Cap. VII.
Hedricum ad ſedis phlegmonas & dolorem. Cap. VIII.
Hedricum valde bonum, Cap. IX.
Hedricum ad condylomata efficaciſſimum, Cap. X.
Hedricum ad inflationes ani, condylomata, hæmorrhoidas & omnem phlegmonen, Cap. XI.
Hedricũ ad fluxiones quæ in ano ſunt, phlegmonas, eryſipelata, herpetas, vlcera maligna, & teſtium phlegmonas, Cap. XII.
Hedricum ad eminentias, admodum bonum, Cap. XIII.
Hedricum ſiue fomentum ad eminentias, Cap. XIIII.
Hedricum ad internas & externas eminentias, Cap. XV.
Hedricum ſimile, Cap. XVI.
Hedricum ad internas & externas eminentias expertũ, Cap. XVII.
Hedricum ſimile, Cap. XVIII.
Hedricum ad eminentias admodum vtile, Cap. XIX.
Hedricum ad internas & externas eminentias probatũ, Cap. XX.
Hedricum ſimile, Cap. XXI.
Hedricum aliud ſimile, Cap. XXII.
Hedricum ad eminentias valde neceſſarium, Cap. XXIII.
Hedricum ſimile, Cap. XXIIII.
Hedricum ad internas & externas eminentias admodũ vtile, Cap. XXV.
Hedricum ad internas & externas eminentias probatũ, Cap. XXVI.
Ad externas & internas eminentias expertum, Cap. XXVII.
Ad omnis generis ſedis dolorẽ optimũ, Cap. XXVIII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De iis quæ ſedi adhibentur.

Sectio duodecima.

Cap. I.

HEDRICVM tentiginem faciens, quo Iulianus vtebatur ad vterũ exulceratũ. Recipit roſarum dr. IIII. lactis muliebris cochlearium ſemis, lithargyri, opii, ſing. drachmam ſemis, ouum integrum vnũ, butyri drachmas octo, mellis Attici cochlearium ſemis, olei roſacei cyathi quartam partem, vnguenti irini, ceræ puræ, ſingulorum drachmas quatuor, lutea ouorum aſſorum tria & ſemis.

Cap. II.

HEDRICVM ad ficus, condylomata, vetera tubercula, & omnia ſedis vlcera. Vtile etiam eſt ad omnis generis rimas in labiis, nomas, & vlcera. Accipit myrrhæ drachmas duas, miſyos, aluminis ſciſſi, gallarum, ſingulorum drachmas quatuor, vini veteris quod ſatis eſt.

Cap. III.

HEDRICVM ad omnem dolorem ani & phlegmonem omnéque vlcus. Capit meliloti drachmam
C ſemis, caſiæ drachmas duas, croci, thuris, myrrhæ, opii, ſingulorum drachmam vnam, aluminis ſciſſi, plumbi vſti & loti, pompholygis, adipis anſerini, œſypi, ſingulorum drachmas duas ſemis, omphacii drachmam vnam ſemis, vini boni ſextarium ſemis, olei roſacei quantum ſufficit.

Cap. IIII.

HEDRICVM maximum ad omnem dolorem cõdylomatum, rimarum & vehementiſſimos cruciatus. Vocatur autem Arete. Habet ſtimmi, acaciæ, plumbi vſti & loti, ſingulorum drachmã vnam, ſpodii, põpholygis lotæ, thuris, ſeminis ericæ, aluminis ſciſſi, chalcanthi,

myrrhæ,opii,ſingulorum drachmas quatuor.excipiantur vino. Vbi vſus poſtulat, paſſo Cretico diſſolue, ac vtere.

Cap. V.

HEDRICVM aridum,morſus expers, ad hæmorrhoidas. Recipit arſenici,ſandarachæ,calcis viuæ,chryſocollæ,ſucci thapſiæ,ſquamæ æris, ſingulorum drach. ſemis.

Cap. VI.

HEDRICVM vocatum Lampadion,ad eryſipelata,nomas pudẽdorum,papulas feruidas capitis,& omne ſordidũ vlcus. Accipit opii, croci, ſingulorum drachm. tres,ſucci glauci libram ſemis, olei roſacei vnciã ſemis drachmam vnam,vini boni veteris quod ſatis eſt. Arida ſubtiliter terito,& cum liquidis vnito, inque [a] ollam coniecta lento igni coquito,& vtere.

a Ollàm] Manuſcriptus codex non rectè legit ἐν κείῳ, pro ἐν χύτρῳ.

Cap. VII.

HEDRICVM vulnerarium optimum. Herbam ſemperuiuum cum pane terito,& vtere.

Cap. VIII.

HEDRICVM ad ani phlegmonas & dolorem. Capit lithargyri,ceruſſæ,maſtiches, ſingulorum hexagiũ vnum.Subactis cum ſucco hyoſcyami vtere.

Cap. IX.

HEDRICVM valde bonum. Habet thuris,maſtiches,aluminis liquidi,myrrhæ, ſingulorum vnciam ſemis,olei roſacei libram ſemis, ouorum aſſorum vitellos quatuor.

Cap. X.

HEDRICVM ad condylomata mirabile. Recipit lithargyri,aluminis ſciſſi, ſingulorum drachmas duas, mannæ,thuris ,ſingulorum drachmam vnã,lapidis hæmatitis,croci,adipis anſerini,œſypi, ſingulorum drach. duas,olei roſacei quãtum ſufficere videtur.Crocum vino irrigato,& diſſolue cum œſypo.

Cap. XI.

HEDRICVM Liparon ad inflationem & ani condylomata,hæmorrhoidas,&omnem phlegmonen. Accipit adipis anſerini,thuris,medullæ vitulinæ, pompholygis lotæ,cadmiæ lotæ,plumbi vſti,ſingulorum drach. duas,ceruſſæ drachmas quatuor, cerebri anſeris drach. ſemis,roſarum,œſypi,ſingulorum drachmas duas,ſucci intybi cochleariũm ſemis.

Cap. XII.

HEDRICVM Liparon Alexandri,ad fluxiones ſedis,phlegmonas,eryſipelata, herpetas, vlcera maligna & teſtium phlegmonas. Capit ceruſſæ,lithargyri,ſing. libram ſemis,ceræ puræ,adipis ſuilli recentis, ſingulorũ libram vnam,olei roſacei libram vnam ſemis, ſepties in aqua loti,aluminis ſciſſi vnciam ſemis, œſypi vnc. tres, oua cruda cum teſtis ſex. Arida ſolue cum ouis:liquabilia autem poſtea affunde.

Cap. XIII.

HEDRICVM ad eminentias bonum. Habet lithargyri vnciam ſemis drachmam vnam,ouorum teſtã vſtam vnam,& luteum ouorum vnum, croci drachmã vnam ſemis,ſtercoris canini albi vnciam vnam,olei roſacei quod ſatis eſt.omnibus ſimul tritis, fac vt emplaſtrum,& vtere.

Cap. XIIII.

HEDRICVM ſiue fomentum ad eminentias.Recipit polii,roſarum,rhois Syriaci,rhois coriarii,ruborũ, roſmarini,ſaluiæ,pilularum cypariſſi,cyperi, ſidiorum, balauſtiorũ,vini auſteri,ſtillatitii roſarum liquoris quãtum ſufficit.foueto cum ſpongia.

Cap. XV.

HEDRICVM ad internas & externas eminentias. Accipit gallarum,glandium,ſalis foſſilis, cornu ceruini,foliorũ rubi aridorũ.Terito vt pollinem, & locos cũ aceto calido lauato,& dein inſpergito.

Cap. XVI.

HEDRICVM ſimile. Capit ſtercoris canis, ſalis

A foſſilis,[a] ſtibii,ſingulorum vnciam ſemis. Terito vt pollinem,& accipe vrinam pueri incorrupti tepidam, locúmque abluito,& poſtea inſperge.

a Stibii] Iterum corruptè στύψεως pro στίμμεως in manuſcripto codice legitur.

Cap. XVII.

HEDRICVM ad intrinſecas & extrinſecas eminẽtias valde probatum. Aceto & vrina pueri incorrupti cãlefactis,ablue ſæpi⁹. Deinde accipito ſtercus ouillum,ſalem foſſilem,amygdalas amaras,& lupinos. Terito & deſuper inſpergito.

B Cap. XVIII.

HEDRICVM ſimile. Marrubium contuſum in aqua & aceto ferueſacito,abluitóq; locũ tepido. Dein accipe aloes flauæ,ſulphuris & ſtibii, ſingulorum hexag. vnum,& trita in pollinem inſperge.

Cap. XIX.

HEDRICVM ad eminẽtias admodum vtile. [a] Azogeri folia & fructus,folia capparis,& rubi folia,ferueſacito in aqua,abluitóque frequenter locum calido: deinde inſperge aloen flauam,azogeri ſemen, ſalem foſſi-

C lem,& ſtibium.

a Azogeri] Græcè eſt ἀζογήρυ Quam verò ſtirpem ἀζόγηρον vocet, diuinare nequeo.

Cap. XX.

HEDRICVM ad eminentias externas & internas expertum. Melantzanam integram cum foliis & radicibus decoctam in aqua ad tertias imponito deſuper.

Cap. XXI.

HEDRICVM ſimile. Aqua calida abluito. Dein accipe ſulphur, impone carbonibus, & eluito ſæpius.

D Dein macerato aceto calido,& inſperge aloen flauam.

Cap. XXII.

HEDRICVM aliud ſimile. Accipe acetum tepidum,ablue ſæpius locum.dein aloes flauæ, ſalis foſſilis & ſulphuris,ſingulorum hexagium ſemis, trita inſperge.Pòſt accipe folia capparis repurgata & contuſa, impone deſuper calida.

Cap. XXIII.

HEDRICVM ad eminentias admodum neceſſarium.Sulphur coquito in aqua, & accipe ſpongiam no-

E uam ea aqua imbutam,& impone crebrò calidam.

Cap. XXIIII.

HEDRICVM ſimile. Colocynthidis aridæ exteriora vrito: & poſtquã aceto calido locũ irrigaueris, inſperge. Simile.Calcem non irrigatam,[a] ſphetlen quercinam,arſenicum ſciſſum, ſandaracham puram, ſalem Cappadocicum,nitrum Alexandrinum,zingiber, piper longum:trita in pollinem excipe cum ſapone, & redige ad viſci craſſitudinem.illine deſuper,prius abluens locũ cum vrina pueri incorrupti.

F a Sphetlen] Græcè σφέτλης δρυΐνης. Cenſeo autem legendum σφέκλης,qua dictione ipſe & alii Græci crebrò vtuntur pro fæce vini. Vnde hîc intelligere fæcem vini è quercino vaſe ſumptam puto.

Cap. XXV.

HEDRICVM ad internas & externas eminentias valde vtile.Rubi ſummitates,folia oleæ,laurum, roſas, chamæmelum,gallas,glãdes, probè coquito ad tertias, irrigato ſæpius ſedem cum ſpongia calida. Dein accipe ſtibium,gallas,glandes,lupinaria arida,aloen flauam,piper,ſalem foſſilem,& trita irrigato cum felle bouis, & oleo roſaceo quod ſatis eſt, & inunge cum bombacio

G puro.

Cap. XXVI.

HEDRICVM ad eminentias internas & externas laudatum.Salem communem, ſalem foſſilem,zingiber, piper commune,baccas lauri, folia amaræ lauri tuſa coquito in aceto & aqua, & locum irrigato cum ſpongia noua. Dein accipe aloen flauam, lithargyrum, oui luteum &oleum roſaceum,redige ad viſci craſſitudinem, & impone deſuper.

Cap. XXVII.

H HEDRICVM ad internas & externas eminentias probatum.[a] Teaphin per infundibulum fumigato multoties,& pòſt tritum impone ſalem foſſilem, aloen flauam,ſing.hexagium ſemis.

a Teaphin]Græcè legitur τεάφιν. quid verò hæc vox Nicolao ſignificet, ignorare me fateor: barbara enim exiſtit.

Cap. XXVIII.

HEDRICVM ad internas & externas eminentias, forationes, rimas, &[a] rachmadas & dolorem veluti habens intra & extra anum. Cõuenit habere [b]recèns factũ cultellum, alibi non inquinatũ, & abire in locũ vbi ſunt herbæ dictæ quiqueneruiæ. In primo & quinto lunæ deficiẽtis die incidito herbas tres quidem cultello, ſic dicens: In nomine patris & filii & ſancti ſpiritus. Poſtea eruito tres herbas cum radicibus hanc precationem dicens: O Deus cæli & terræ, & omnium quæ in iis ſunt, B ſancta trinitas eiuſdem eſſentiæ, inſeparabilis, ſermo patris, fili Dei, ſanctiſſima Dei genitrix, ſancte [c]Luca, ſancte Paule, ſancti pecuniæ contemptores & miracula edẽtes Coſma & Damiane, Cyre & Ioannes miſericors, & Hermolae, intercedite apud optimum Deum noſtrum, & factorem omnium, vt vadat, tabefaciat, & demoliatur eminentias externas & internas, rimas, forationes & ra-

A chmadas, & ſiquid aliud fuerit in ſede intra & extra ſerui Dei N. Et quemadmodum hæc herba conteritur, ſic cõteratur & omne malum quodcunque fuerit eius hominis ſerui Dei: ſic per gloriam & erga homines amorem Chriſti veri Dei noſtri, & deprecationem immaculatæ matris, & omnium ſanctorum, cõterantur & marceſcãt, demoliantúrque internæ & externæ eminentiæ, & ſiquid aliud eſt in ano malum ſerui Dei N. Poſthæc dic præſentem exorciſmum. Colligato tres herbas cũ [d]ſimplici filo, & ſuſpende in fumum. Et ſi herbæ conterãtur, B conterentur & ipſæ gratia Dei, & immaculatæ genitricis Dei, & omnium ſanctorum, Amen.

a Rachmadas]Græcè eſt ῥαχμάδας. Hac voce, quod ſciam, nemo Græcorum aliorum vſus eſt. nihil verò aliud hanc Nicolao ſignificare puto quàm ῥαγάδας, hoc eſt rimas. b Recèns factum]Manuſcriptus codex legit κενούριον. Cenſeo autem ſcribendum eſſe καίνεργον. c Luca]Nicolai codex habet λουκίανε, fortè pro λουκᾶ. d Simplici filo]Manuſcriptus codex habet μονομύτου μεταρίου, pro μονομμάτου μεταρίου.

INDEX ELIGMATVM.

Eligma, hoc eſt linctus ad tuſſientes, purulentos, tabidos & expurgationem thoracis, Cap. I.

Eligma ad laborantes abſceſſus, tabidos & purulentos, Cap. II.

Eligma ſomnum alliciens & ad tuſſientes, phreniticos & vocem amiſſam, Cap. III.

Eligma ad tuſſientes mirabile, Cap. IIII.

Eligma ad deſtillationes, tuſſes & purgationem thoracis, Cap. V.

Eligma ad vocem deperditam, Cap. VI.

Eligma ad quartanas datum poſt acceſſionem, Cap. VII.

Eligma ad eos qui elephantia correpti ſunt, Cap. VIII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, De Eligmatis.

Sectio decimatertia.

Cap. I.

ELIGMA ſiue linctus ex Damaſcenis, conferens tuſſientibus, purulentis & expurgationi corporis admodum vtilis. Recipit Damaſcenorum, caricarũ albarum, ſingulorum viginti, pulegii, hyſſopi, iridis, ſingulorum vnciam vnam, mellis Attici ſextariũ S. Macerato diebus tribus in aquæ ſextario vno. Coquito donec dimidium remaneat, & colo tranſmittens abiicito, mélque admiſceto & rurſus ad cõſiſtentiam coquito. Datur cochlearium vnum.

Cap. II.

ELIGMA ad eos qui abſceſſu laborant, tabidos & purulẽtos. Accipit ſtyracis calamitis drachmas tres, thuris maſculi drachmas quatuor ſemis, terebinthinæ, hyſſopi, iridis, ſingulorum drachmas ſex, farinæ eruinæ vnciam vnam ſemis, mellis Attici ſextarium ſemis. Datur cochlearium vnum.

Cap. III.

ELIGMA de capitibus papauerum ſomniferum, tuſſientibus, phreniticis, & voci amiſſæ vtile. Capit capita papauerum alborum ſexaginta, aquæ fontanæ ſextarium vnum ſemis, croci, glycyrrhizæ, ſingulorum drachmam vnam. Capita viridia & glycyrrhizam cõiice in aquam diebus tribus, & dein coquito ad tertias, pérque ſaccum tranſmittens, abiice herbas & miſce melli, iterúmque ad conſiſtentiam coquito. Datur cochleariũ vnum aut dimidium, pro viribus cum temperata aut ptiſana.

Cap. IIII.

ELIGMA tuſſientibus mirabile. Habet fabæ nigræ toſtæ, piperis communis, ſingulorum grana quinquaginta, pulegii contuſi ſcrupulos octo, mellis Attici ſextarios duos. Datur cochlearium vnum.

C Cap. V.

ELIGMA è ſucco fœnigræci ad deſtillationes, tuſſes, & expurgationem thoracis efficax. Fœnogræcũ purgatum decoquito in aqua pluuia ebullitione vna, & colo tranſmiſſam aquam effunde: & rurſus affunde aliam aquam & coquito ſimiliter, & effunde. Tertiò verò decoctum fœnogræcum abiice. Decoctum verò eius pondere ſextarii vnius, & mellis boni ſextarios duos ad lentum ignem coquito vſque ad conſiſtentiam. Dein adiice butyri recentis cochlearium vnũ, terebinthinæ ſcrupulos tres. Vbi exquiſitè vnita fuerint, dato cochleariũ D vnum.

Cap. VI.

ELIGMA ad vocem amiſſam. Recipit ſeminis lini toſti drachmas duas, vuarum pinguium exemptis acinis, ſeminis pineatum nucum toſti, ſingulorum drach. ſex, glycyrrhizæ drachmas tres, palmularum pinguium vnciam vnam ſemis, tragacanthæ drachmam vnam, ſeminis vrticæ drachmam ſemis gran. ſeptem, ſtyracis calamitis drachmam ſemis, penidii & ſacchari, ſingulorũ E vnciam vnam, cum ſucco chamæleuces fermentato.

Cap. VII.

ELIGMA ad eos qui tertiana correpti ſunt vtile, datum poſt primam acceſſionem. Accipit baccas lauri ſeptem, piperis communis grana nouem. Contunde vtraque & cõiice in ollam nouam cum vini boni ſextario vno. Et coquens ad tertias, da bibendum cochlearium vnum.

Cap. VIII.

ELIGMA ad elephanticos. Capit myrobalani

emplici vncias tres. Macerato hunc in lacte caprino diebus tribus,ſingulis diebus lac permutans. Dein exemptum probè contunde, & adiice mellis deſpumati vncias octo,ſpicæ drachmam ſemis, calaminthæ montanæ hexagia duo,paſtilli ſquillitici,paſtilli theriaci, hedychroimagmatis,ſingulorum drachmam ſemis,ramēti ferri ſtomomatis bene loti & in mortario ſæpius triti drachmas ſex,ſenæ drachmam vnam ſemis. Paratum datur veſperi & manè pondere dr. vni⁹ ſemis. Pòſt præbeto bibendum vinū in quo ferrū ſæpius eſt extinctum.

INDEX EORVM MEDICAMENTORVM QVÆ lumbricos expellunt & interimunt.

Lumbricos necat expellitque è corpore, Cap. I.
Lumbicos eiicit & expellit, Cap. II.
Lumbricos eiicit & excutit, Cap. III.
Lumbricos eiicit & expellit, Cap. IIII.
Lumbricos omnes in ſtomacho natos eiicit & excutit, Cap. V.
Lumbricorum omne genus eiicit & expellit, Cap. VI.
Lumbricos omnes eiicit atque excutit, Cap. VII.
Lumbricorum omne genus eiicit & expellit, Cap. VIII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De iis quæ lumbricos expellunt & interimunt medicamentis.

Sectio decimaquarta.

Cap. I.

A LVMBRICOS occidit & expellit à corpore.Recipit piperis drachmas duas, hyſſopi aridi drachmam ſemis,cardamomi, nitri Alexandrini, ſingulorum drachmā ſemis grana ſeptem,dacrydii drachmam ſemis.Datur cum hydromelite.

Cap. II.

LVMBRICOS perimit & excutit.Accipit filicis, helenii,ammoniaci,ſingulorum vnciam ſemis. Trita irrigato cum vino,& dato ieiuno.Dein accipe ſylueſtrem B vuam,medullam ceruinam,fel taurinum, aloē flauam, ſemē apii:& irrigato cum ſucco foliorum perſicæ, & reduc ad glutinis craſſitudinem.Impone vmbilico, & intra fauces & aures indito.Dein accipe cornu ceruinum, corticem oui,vrito & terito, præbetóque cum vino bibendum iis qui febre vacant:febricitantibus verò, cum aqua tepida ieiunis.

Cap. III.

LVMBRICOS eiicit & expellit. Capito terræ inteſtina ſeptem,vrito ac terito,bibendáque præbeto. Simile. Semen braſſicæ,ſemen nigellæ & canabis terito, C & cum aqua irrigato. Dein colato, déque ſucco cape vncias duas,& ſaccharo imbutum da bibendum.

Cap. IIII.

LVMBRICOS eiicit & expellit. Semini coriandri bene trito admiſce medullam ceruinam, & reduc ad viſci craſſitudinē,imponéq; vmbilico & faucib⁹.Poſtea verò dato bibendū myrmecochortum ex aqua ieiuno. Dein cum medulla ceruina tepida inunge ſpinam totā à prima vertebra incipiens,& iuxta vmbilicum.

Cap. V.

LVMBRICOS omnes in ſtomacho natos eiicit & expellit.Artemiſiam herbam coquito, nōn febricitantibus cum vino:febricitantibus autem,cum aqua. Accipe de decocto quantum volueris, & adiice aloes flauæ ſcrupulum vnum.Da bibendum ieiuno.

Cap VI.

LVMBRICORVM omne genus eiicit & excutit.Lupinorum farinam,folia Perſicæ,aloen flauam,fel taurinum,amygdalas amaras,læuigato:& vbi probè ſub acta fuerint,fac emplaſtrum, & impone toti ventri & thoraci.Dein accipe tenerrimi graminis radicis vnciam vnam.contunde & coque ad tertias.Dato bibendum cū ſaccharo multoties. Simile. Accipe rhei barbari ſcrupulos duos,dacrydii ſcrupulum vnum. Terito vt pollinem,& irrigato cum ſerapii violarum vnc.duabus & aqua tepida quantum ſufficit.Da bibendum duobus diebus mané.

Cap. VII.

LVMBRICOS omnes eiicit & expellit. Aloen flauā, medullā ceruinā, ſuccum abſinthii,vuam ſylueſtrē, fel taurinum,folia Perſicæ,læuigato & ſubigito probè, fácque inſtar emplaſtri,& impone toti ventri & thoraci.

Cap. VIII.

LVMBRICORVM omne genus eiicit & excutit.Recipit rhei barbari,myrmecochorti,ſingulorū ſcrupulum vnum.Terito vt pollinem,& irrigato cum aqua ſanctarum apparitionum Dei. Poſtea in catinū nō inquinatum ſcribe eiuſmodi: Dominus illuminatio mea, & ſeruator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ,à quo trepidabo? Dum appropinquant aduerſus me affligentes,vt edant carnes meas,tribulantes me & inimici mei, ipſi infirmati ſunt & ceciderunt. Hæc cum aqua ſanctarum apparitionum Dei da bibenda mané.

Errhinon caput purgans, Cap.I.
Errhinon caput purgans, Cap.II.
Errhinon caput purgans, Cap.III.
Errhinon caput purgans, Cap.IIII.
Medicamentum epomphalion ventrem ſubducens, Cap.V.
Vomitio à raphanis, Cap.VI.
Errhinon caput purgans, Cap.VII.
Errhinon caput purgans, Cap.VIII.
Errhinon caput purgans expertum, Cap.IX.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De Errhinis,

Sectio decimaquinta.

Cap. I.

ERRHINON caput purgans, expertum. Recipit cyclamini radicis ſucci, mellis Attici æquales partes. Miſceto & calefacti naribus infundito ſpecillum vnum. Pituitam ex capite & thorace educit.

Cap. II.

ERRHINON caput purgans valde bonum. Accipit melanthii, ſalis ammoniaci, elaterii, ſingulorum dr. vnam. Excipe oleo cucumerino, & infunde naribus ſpecillum vnum.

Cap. III.

ERRHINON caput purgans mirabile. Capit cyclamini aridi drachmas quatuor, nitri rubei drachmas duas. Iniecta per calamos ſurſum trahito, dein rurſus deorſum: & expue humorem.

Cap. IIII.

ERRHINON expertum caput purgans. Habet melanthii drachmas quatuor, ſalis ammoniaci, elaterii, ſingulorum drachmas duas. Trita excipe ſicyonio oleo, C aut *vnguento irino, aut cyprino ad conſiſtentiam cerati perducatur. Excepto igitur in pyxide cornea illine na res, & iube vt ſurſum trahat æger.

Nicolaus falſò legit ἢ μυρσυνίῳ, pro ἢ μύρῳ ἰρινῷ, Galen. lib. 2. de comp. medic. localium teſte.

Cap. V.

EPOMPHALION expertum, ventrem ſubdu- A cens. Recipit cyclamini drachmas duas, nitri drachm. vnam ſemis, veratri nigri & albi, ſingulorum drachmã vnam, colocynthidis drachmas duas, dacrydii drachmã vnam, ſucci elaterii, grani Cnidii, ſingulorum drachm. duas, caricarum pinguium vnciam vnam. Excipe cum felle taurino.

Cap. VI.

VOMITIO à raphanis. Accipit aceti partes tres, mellis Attici partes quatuor. Coque ad conſiſtentiam, & accipe raphanos paruos, contunde in minutas partes, B & coquito ad tertias, pérque ſaccum tranſmiſſos repone, & dato cum calida.

Cap. VII.

ERRHINON caput purgans. Capit ellebori albi, ſtruthii, caſtorei, piperis albi, cumini Æthiopici, ſingul. drachmam.

Cap. VIII.

ERRHINON caput purgans, optimum. Habet piperis, caſtorei, ſtruthii, ſingulorum drach. vnam.

Cap. IX.

C ERRHINON caput purgans expertum. Sanat enim capitis dolorem diuturnum & hemicraniam, vertiginoſos, & quicunque grauitate oculorum & auditus laborant, ſiquis in balneo vtatur vt ſicco fomento, aut in ſole attrahat puluerem naribus. Recipit ellebori albi, ſtruthii, piperis albi, cumini Æthiopici, ſingulorum drachmam vnam. Tuſa & cribrata vſu exigente dato.

INDEX OLEORVM.

Olei ricinini confectio, Cap.I.
Olei ſeminis lini confectio, Cap.II.
Olei raphanini confectio, Cap.III.
Olei populi nigræ confectio, Cap.IIII.
Olei amygdalini confectio, Cap.V.
Olei è iuglandibus confectio, Cap.VI.
Olei myrobalanii confectio, Cap.VII.
Olei laurini confectio, Cap.VIII.
Olei ſeſamini confectio, Cap.IX.
Olei lentiſcini confectio, Cap.X.
Olei œnanthini confectio, Cap.XI.
Olei melini confectio, Cap.XII.
Olei roſacei confectio, Cap.XIII.
Olei chamæmelini confectio, Cap.XIIII.
Olei anethini confectio, Cap.XV.
Olei irini confectio, Cap.XVI.
Olei fœnigræci confectio, Cap.XVII.
Olei narciſſini confectio, Cap.XVIII.
Olei violacei confectio, Cap.XIX.
Olei iaſme confectio, Cap.XX.
Olei myrtini confectio, Cap.XXI.
Olei maſtichini confectio, Cap.XXII.
Olei ſtyracini confectio, Cap.XXIII.
Olei ſicyonii confectio, Cap.XXIIII.
Olei metopii confectio, Cap.XXV.
Olei Mendeſii confectio, Cap.XXVI.
Olei megalii confectio, Cap.XXVII.
Olei amaracini confectio, Cap.XXVIII.
Olei cyprini confectio, Cap.XXIX.
Olei irini confectio, Cap.XXX.
Olei nardini Cyziceni confectio, Cap.XXXI.
Olei nardini confectio, Iohannis vnguentarii, Cap.XXXII.
Olei nardini confectio magis varia, Cap.XXXIII.
Olei Salca confectio, Cap.XXXIIII.
Olei Salca confectio, Ioannis vnguentarii, Cap.XXXV.
Olei malabathrini confectio, Cap.XXXVI.
Olei capniſti confectio, Cap.XXXVII.
Olei maſtichini confectio, Cap.XXXVIII.
Olei maſtichini ſimplex confectio, Cap.XXXIX.
Olei ex anemone confectio, Cap.XL.
Olei leucophyllini confectio, Cap.XLI.
Olei gleucini confectio, Cap.XLII.
Olei cyprini alia confectio, Cap.XLIII.
Olei cucumerini compoſiti confectio, Cap.XLIIII.
Olei cucumerini efficacior confectio, Cap.XLV.
Olei cucumerini confectio compoſita, Cap.XLVI.
Olei cyprini confectio, Cap.XLVII.
Olei cyprini alia confectio, Cap.XLVIII.
Olei maſtichini confectio, Cap.XLIX.
Olei mandragoræ confectio, Cap.L.
Olei nenupharini confectio, Cap.LI.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,
De Oleis,
Sectio decimaſexta.

Cap. I.

OLEI Cicini ,ſeu ricinini confectio. Ci-
cinum oleum in Ægypto fit è ſemine ri-
cini, qui vocatur Græcè Croton.Contun
ditur & exprimitur , éxque aqua calida
colligitur . Ad alphos, maculas in facie à
ſole factas, lentigines,aſſiduè inunctum,
valet.Simile autem eſt oleo raphanino:quapropter vten
dum eo vbi ricininum non adſit.

Cap. II.

OLEI è ſemine lini confectio. E ſemine lini oleum
conficitur vt prædictum eſt,& vtuntur eo pro ricinino.
Ricininum enim non amplius defertur.

Cap. III.

OLEI rhaphanini confectio. Simile in aliis rici-
nino:calidius verò eſt.

Cap. IIII.

OLEI è populo nigra confectio. Oleum è popu-
lo nigra in vere , eo quòd multa iuxta ſemen reſina eſt,
conficitur. Accipe igitur granorum modicè cōtuſorum
vnc.quatuor,olei dulcis ſext. Italicum : & ſoli exponito
diebus quadraginta.Emollit, tenuium eſt partium & ca
lidum,idque magis cum bono odore.

Cap. V.

OLEI amygdalini confectio . Oleum amygdali-
num ex fructibus amygdalis fit amaris: tenuium eſt par
tium,& calidus dulci vno gradu. Potiſſimùm verò pro-
deſt obſtructionibus à craſſo ſpiritu flatuve natis , diffi-
cultati auditus,tinnitui à frigore , & vermes in auribus
occidit. Experientia enim cognitum eſt auribus magis
quàm aliis conuenire.

Cap. VI.

OLEI è iuglandibus confectio . ſimiliter amygda-
lino conficitur.Iiſdem etiam conuenit, [a] plurimumque
vtile eſt:quippe exſiccat.

a Plurimúmque vtile eſt] Nicolai codex habet, περιττὸν δὲ ἔ-
χει τὸ χρησιμεύειν,ξηραίνει γάρ. ideóque aliqua omiſſa ſunt , quæ ex Ae-
tio reſtitui poſſunt,qui ita legit,περιττὸν δὲ ἔχει τὸ χρησιμεύειν τοῖς χρυ-
σοῦσι , ἢ ἐγκαίουσι· ξηραίνει τε γάρ,καὶ πολὺν χρόνον συνέχει τὰς χρυσώσεις
καὶ ἐγκαύσεις , hoc eſt , multum admodum vſum præſtat inauranti-
bus,& inuſtoribus : exſiccat enim,& plurimo tempore inaurationes &
inuſtiones conſeruat.

Cap. VII.

OLEI myrobalani , hoc eſt è glande vnguentaria,
confectio.Vim habet repurgandi [a] maculas , lentigines,
varos,& omnem nigritiem. Purgat etiam per ventrem
inferiorem.Prodeſt ad aurium dolorē & tinnitus , cum
adipe anſerino infuſum.Paratur inſtar amygdalini.

a Maculas] Manuſcriptus codex falſò legit προπτίλους pro ἀστί
λων, Aetii atteſtante.

Cap. VIII.

OLEI laurini præparatio.E fructu lauri,vt prædicta
paratur. Compoſitum autem hoc modo conficitur:
Quinque ſextariis maturarum oliuarum , pinguium &
recentium baccarum lauri vnum ſextarium iniicimus,
atque ſic teruntur & exprimuntur , quemadmodùm e-
tiā oleum.Calidum verò eſt, & emollit. Immixtum ſin-
cerúmve partibus corporis vehementer refrigeratis vti-
le eſt,& admodum exſiccat,vt etiam ſcabioſis & ſiccam
habentibus cutem, impetiginibus laborantibus aſperis
inunctum in balneo medeatur.Fugiendum verò iis qui
inflammatis impetiginibus & ſcabie laborant , calidis
temperamentis & biliosis:quippe humidis ac pituitoſis
prodeſt , & omnibus quibus articuli à frigore infeſtan-
tur,& iſchiadicis. Vermes occidit,&pediculos culicéſq;.
Capitis furfures,ophiaſin , alopeciam. Vſus eius in bal-
neo eſt,vt ſcilicet ieiuno illinatur. dein abſtergendum
ouo,melle,farina fœnigræci, [a] cauendo ne capiti ipſum
calido applicetur.

a Cauendo,&c.] Manuſcripto in codice, παραφυλάττων αὐτὸ
τῇ θερμῇ κεφαλῇ,non rectè nec integrè ſcriptum eſt. Legendum verò e-
A rit, παραφυλάττων θερμῇ κεφαλῇ προσάγειν αὐτό.

Cap. IX.

OLEI ſeſamini præparatio. Hoc conficitur ex ſeſa-
mo trito & aquæ iniecto. Facultas eius ab oleo dulci nō
multum recedit,caliditatem verò mediocrem habet.O-
mnino eſt expers adſtrictionis.Idoneum vt comedatur,
guſtúque dulce [a] exiſtit,& facilè coquitur, ventrémque
ſubducit . Foris illitum ob craſſitudinem emplaſticum
eſt. Ad inducendum bonum odorem compoſitis oleis
magis communi oleo idoneum eſt,quòd non facilè pu-
B treſcat.

a Exiſtit] Codex Nicolai non rectè legit ὑπάρχει pro ὑπάρχει.

Cap. X.

OLEI lentiſcini confectio . Paratur & hoc è fructu
lentiſci,vt in aliis eſt expoſitum . Conficitur & aliter, vt
in laurino eſt antea dictum , fructu lentiſci oliuis com-
mixto.Vtile verò etiam immixtum & ſincerum ori de-
fluxione laboranti, &gingiuis inflammatis,calidum in
balneo, & extra balneum affuſum. Quippe reprimit, &
robur addit,cum eo quòd non exaſperat. [a] Cōpoſitum
C verò magis mitigat , cum hoc quòd robur tuetur. Hinc
in iecoris & ſtomachi aſperſionibus fomentiſve vſur-
patur.

a Compoſitum] Nicolai codex falſò legit μικρὸν pro μικτόν.

Cap. XI.

OLEI œnanthini præparatio.Eadem facit quæ me-
linum,& roſaceum . Foris adhibitum ventrem mollit:
componitur autem hoc modo. Labruſcæ florem odo
ratum accipiens,ſine marceſcere,& coniice in vaſculum
D cum herbæ vnc.duabus,olei [a] lib.vnam, agitatóque die-
bus quadraginta,& per colum traiecto vtere.

a Libram] Aetius habet ſextarium.

Cap. XII.

OLEI melini confectio. Conficitur è malis coto-
neis.fit etiam ex aliis malis cutem habentibus acerbio-
rem & odoratiorem. Abſcinduntur quæ iuxta pediculū
& imum ſunt feſtucæ,& medulla prius cum internis gra
nis abiecta , deinde inciduntur cortice recepto:in eo e-
nim odor & adſtrictio eſt . Vbi in exigua fruſtula diſſe-
E cuerimus,coniicimus in ſextarium olei omphacini ma-
lorum cotoneorum vnc. tres, & ſoli exponentes diebus
quadraginta, poſtea recondimus . Vis verò huius magis
ad frigidius vergit : non tamen valde, propter vinoſum
mali ſuccum. Adſtringit quidem admodum, perinde at-
que lentiſcinum : magis verò familiare eſt ſtomacho,
quòd ex duabus materiis ad nutriendum aptis conſtet,
oleo nimirum & malo. Proinde meritò ſtomacho inflā
mationе laboranti prodeſt,& imbecillo,ex alto deſtilla-
F tum,& epithematis iniectum potúmque. Eſt roſaceo v-
tilius,quòd mala ſint magis familiaria.Nam robur adii-
ciunt ſtomacho,& vehementiùs propellunt acres in vē-
triculo contentos humores. Interdum etiam per ſedem
iniicitur, vbi ſcilicet ſubacris bilis colum & craſſa inte-
ſtina mordicat.Cauendum autem ne adhibeatur iis qui
à frigore ſunt læſi:in iis enim abſinthium oleo incoctū
magis conuenit.

Cap. XIII.

OLEI roſacei confectio. Recipit roſarum rubea-
G rum , exectis vnguibus & parum refrigeratarum vn-
cias [a] tres, olei omphacini ſextarium Italicum . Soli ex-
ponito diebus triginta. Nonnulli alia quædam roſis ad-
iiciunt . Optimum verò eſt quod è ſolis roſis [b] & oleo
paratum eſt . Alii hoc non inſolant , ſed ſuſpendunt vas
in puteum aquæ frigidæ diebus quadraginta . Iuuat
caput calefactum,& exſiccatum aut ex mora in ſole,aut
à febribus,aut ab alia eiuſmodi cauſa . Humectat enim,
mitigat, & ſomnum inducit. Et in viſceribus calefactis

ob febres prodeſt ceratum ex eo compoſitũ,& lotum aqua frigida,multotiéſque immutatum. Paratur autem ceratum hoc modo.Ceræ vnc. vnam, olei roſacei vnc. quatuor.Liquefacito ceram cum modico roſaceo oleo in duplici vaſe,& infunde in frigidam aquam. Eo refrigerato,ablatum iterum liquefacito,& effunde:manibúſque ſubactam lauato aqua,& tertiò liquefacito:& effundens iterum lauato.Mox reliquo oleo roſaceo adiecto liquefacito,& motam ſublatámque refrigerato, & effunde in mortarium,& ſubigito inſtillando aquam, quantum ſuſcipit, & tum vniuerſo accepto vaſe in frigidam aquam reponito. Quòd ſi verò aquæ loco acetum cerato miſcueris inſtillando ipſi dum teritur in mortario, optimum medicamentum eſt ad eryſipelata, & herpetas,& carbunculos. Roſaceum autem potum cum aqua frigida aut calida ab iis quibus mordicatur ſtomachus ex acri bile,aut lumbricis, aut aſcaridibus,magnam affert vtilitatem. In lũbricis autem, præſertim in pueris, meliùs facit commixtũ ſapæ cum vini tertia parte præparato & poto. Excutit autem ipſos celerrimè. Iniicitur autem [c]colo propter cauſas dictas eroſo.

a Vncias tres] Aetius habet vnciam vnam. Sunt & hîc quædã omiſſa quæ illic reperient ſtudioſi. b Et oleo] Ex Aetio adiectum: qui legit διὰ τῶν ῥόδων μόνων, καὶ ἐλαίου. c Colo] Codex Nicolai habet κύνῳ falſò pro κώλῳ.

Cap. XIIII.

OLEI chamæmelini confectio. Olei communis dulcis ſextar.vnum, chamæmeli [a]florum vnc.duas,qui antea vnum diem tabuerint. Vas verò oportet tegere linteo tenui, vt oleum trãſpiret:iniucundum enim quendam odorem ſimilem garo aſſumit oleum chamæmelinum,ſi non tranſpiret:& ſoli exponatur diebus XL.Dein verò colatum reponere in domo temperato ſuper tabulato oportet. Vtendum autem eo in capite mediocriter denſato,& dolente à febribus non admodum ardentibus. Meatus enim rarefacit, & diſcutit vapores,& acrimonias contemperat. Et in vniuerſum,magis dolorem mitigat quàm roſaceũ,in febribus non admodũ calidis.

a Florum] Manuſcriptus codex malè legit καθαρῶν, Aetio teſte, pro αἰθῶν.

Cap. XV.

OLEI anethini confectio. Fit ex coma anethi viridi adhuc exiſtente, priuſquam ſemen ſolidum fiat & acre. Inutile enim ad vſum fit propter floris amiſſionem. Abſciſſorum itaque tantùm calathorum vnc.vnam cõiicere in olei dulcis ſext.Italicũ oportet, vaſis ore extremè conſtricto, & ſoli dies quadraginta expoſito. calidius eſt chamæmelino. Admoueatur igitur fatigatis in hyeme:emollit enim & humectat. Bonum verò etiam iis qui à pituita leuiter febricitant, omninóque à frigidis cauſis laborantibus vtile eſt, tendinibus præſertim & muſculis.

Cap. XVI.

OLEI [a]liliacei confectio. Liliaceum, aut ſuſinũ, aut lilinum,fit ex albis lilii foliis,exectis vnguibus & ſolis iniectis ſine eo quod in illis eſt croceum,põdere vnc. duarũ, olei dulciſſimi optimi ſext.Italicum. Vas diligẽter obturatum inſolato diebus tribus. Poſtquam colo trãſmiſſum fuerit,adiice tertiò alias vncias duas liliorũ, & tribus dieb⁹ inſolato,& iniice dein alia folia exquiſitè ſiccata,& ita in vmbra reponito. Si quis verò initio ſtatim ſex vncias oleo iniecerit, putreſcentes fœtidum efficerent oleum. Vtile autem eſt in muliebribus malis: ſoluit enim durities, & morſus ab acrimonia excitatos obtundit, robúrque vtero addit. Suſini hoc teſtantur, quòd grauidis ad facilem partum conferat. Cum aliis illitum,acopon eſt iis qui fatigati ſunt,atque emollientibus adiectum medicamentis,emollit:& in ſumma, tepidum dolores mitigat,emollit, odoratum eſt, & facilem reddit partum.

a Liliacei] Nicolai codex perperam legit ἰρίνου pro κρινίνου.

Cap. XVII.

OLEI è fœnogræco confectio. E fœnogræco paratum oleum vim habet emolliendi. Vtile eſt ad furfures, A achores:& maculas faciei à ſole excitatas expurgat, & faciem candidam reddit atque extergit,&recentem facit. Ad vteri duritias & abſceſſus confert,difficultérque parientibus auxiliatur. Facit ad ani & inteſtinorum phlegmonas.iniectum teneſmum ſoluit.facit ad perniones. Paratur hoc modo:Fœnigræci libras duas ſemis,olei cõmunis ſextaria quatuor,cyperi libram vnam. Hæc macerato in oleo diebus ſeptem, & agitato ſingulis diebus tribus vicibus. Dein expreſſum & colo tranſmiſſum recondito in vaſe.

B Cap. XVIII.

OLEI narciſſini confectio. Ex alborum narciſſi florum qui diem vnum prætabuerint vnciis duabus fit, & olei dulciſſimi ſextario Italico: vaſe exquiſitè obturato & ſoli expoſito diebus triginta. Oportet autẽ flores accuratè (vt in lilio dictũ eſt) permutare. fitque oleũ magis odoratum,potiſſimùm ſi mediocriter inſoletur. Si enim plus iuſto hoc,aut narciſſinum, aut violaceũ, aut aliud tale quod ſtabilem & vehementẽ odorẽ nõ habet inſoletur,odore deſtituitur. Vim autem habet narciſſi-
C num calidiorem anethino. Proindevtile eſt aliis in partibus corporis capite dempto. Acrior enim eſt odor olei narciſſini quàm vt caput ferat.

Cap. XIX.

OLEI violarum confectio. Conficitur ex purpureis floribus,& albis violarum,quarum vnciæ tres coniiciũtur in dulciſſimi olei ſextarium Italicum. [a]Térque permutantur ipſi,vt in lilino eſt antea dictum. [b]Vim habet roſaceo paulo calidiorem: proinde iis qui in æſtate laborarũt & in ſole moratis hoc vtiliter adhibetur,potiſſi-
D mùm id quod ex purpureis floribus cõponitur, in balneo inunctum. Ad laſſitudinem curandam odoris iucũditate,animi ſqualorem ad tranquillitatem ac voluptatem immutat,& ſomnum minimè turbulentũ facit.

a Térque] Hæc dictio ex Aetio adiecta eſt,qui habet καὶ ἀμειβομένου τρίτον. b Vim habet] Hæc ex Aetii ſententia ita conuertimus,qui legit ἔστι δὲ ἡ δύναμις αὐτοῦ θερμοτέρα τοῦ ῥοδίνου ἐπ' ὀλίγον. Nicolai codex ſecus habet,ita nimirũ, ἔστι δὲ δυνάμεως ψυκτικῆς καὶ εὐωδεστάτης,id eſt facultatem verò habet refrigerantem & odoratiſſimam. quanquam minus rectè in Nicolao legatur εὐωδεστάτοις.

Cap. XX.

E OLEI quod vocatur Iaſmè confectio. Oleum Iaſme vocatum à Perſis,conficitur è floribus albis violæ & oleo ſeſamino. Florum violæ vncias duas in olei ſeſamini ſextarium Italicum coniiciuntur & permutantur, vt in lilino eſt dictum. Apud Perſas inter epulandum odoris gratia vſurpatur. Prodeſt etiam [a]toti corpori in balneo, in corporibus quæ calefactionem & laxationem deſiderant. Grauiùs verò ſpirat quàm vt plerique ipſum libẽter recipiant.

a Toti corpori,&c.] Locus hic in manuſcripto codice mirifi-
F cè deprauatus eſt,in quo ſic habetur, ἁρμόζει δὲ καὶ ὅλως τῷ σώματι χλιαρὸν, ἐπὶ τῶν θερμασίας καὶ χαλάσεως σωμάτων: quum ita potius legendum ſit, ἁρμόζει δὲ ὅλῳ τῷ σώματι μετὰ τὰ λουτρὰ ἐπὶ τῶν θερμασίας καὶ χαλάσεως δεομένων σωμάτων.

Cap. XXI.

OLEI myrtini confectio. Fit hoc etiam foliis myrti viridibus acceptis vnciis duabus,&in olei omphacini ſextarium Italicum coniectis, & vini odorati adſtringentis Italici ſextarii quarta parte. Deinde coquito ad lentas prunas donec folia ſiccentur, vinúmque aſſumatur.
G Poſtea per colum tranſmittito,oleúmque purum in vitreum vaſculum reponito,ac foliorum myrti viridium (poſtquam diem & noctem tabuerint) vnciã vnã, & ſic reconde. Adſtringit & refrigerat oleum hoc plus quàm lentiſcinum & melinum. Quapropter ſtomachi & iecoris irrigationibus haud confert:ſed neque aliis viſceribus eſt vtile. Multa igitur experientia compertum eſt, ceratis & emplaſtris, [a]quibus pars adſtrictione denſanda & vbi ab ea repellendum eſt, vtiliter adhiberi. Vtile quoque ad afflu ẽtes defluxiones, & vlceribus [b]humidis
H cicatricem inducit,& capiti mulieris vt capillos contineat, vtile & odoratum eſt.

a Quibus pars adſtrictione] Codex manuſcriptus legit corruptè admodum, δι' ὧν στύφη, καὶ ἀποκρουομένου; quum ita ex Aetio legendum ſit, δι' ὧν πυκνοῦν τῇ στύψει,&c. b Humidis] Manuſcriptus codex falſò ῥηισσομένοις legit pro ὑγραινομένοις.

Cap. XXII.

OLEI maſtichini confectio. Maſtiches vnc.vnā, olei communis omnino immaturi ſext. vnum. coquitur in vaſe duplici. Calidum verò eſt mediocriter, & bonum corpori colorem conciliat. Paratur autem ſimiliter amaracino. odoratius tamen eſt. Efficax etiam ad affectus. Condenſat & obturat admotum partibus quæ roborari deſiderant. Conſtringit & calefacit mediocriter.

Cap. XXIII.

OLEI ſtyracini confectio. Olei optimi ſext.vnū, ſtyracis pinguis vnc. duas. coquito in duplici vaſe. Calidius eſt anethino modicè: vehementer autem emollit. quapropter corporis durities inſigniter mollit.

Cap. XXIIII.

OLEI Sicyonii confectio. Olei dulcis ſext. decem, fœnigræci ſextarium vnum, roſmarini, polii, ſampſychi, ſing.vnc.ſex, tedæ vnc.quatuor, ariſtolochiæ longæ vncias XII. meliloti vnc.ſex, cucumeris ſylueſtris radicis lib. duas, aquæ quod ſatis eſt. Coctum & colo tranſmiſſum vſurpato. Archigenes autē ait parari in Sicyonio, fœnogræco, & hyperico.

Cap. XXV.

OLEI Metopii confectio. Huiuſmodi oleum conficitur in Ægypto. Appellatur verò metopium propter galbani lignum. Conficitur autem ex oleo omphacino & amararum amygdalarum, cardamomo, iunco odorato, calamo odorato, melle, vino, carpobalſamo, galbano & reſina. Calefacit ora venarum: aperit, extrahit, purgat. Facit ad præciſos muſculos, & neruos, pariter ad aquoſos ramices: & in ſumma, vim emolliendi obtinet.

Cap. XXVI.

OLEI Mendeſii confectio. Hoc oleum ſummè emollit & laxat corpus, púſque creat. Componitur autem ex myrobalanino oléo, &[a] myrrhæ. Alii verò[b] gratia adſtrictionis cinamomum quoque inſpergunt.

a Myrrhæ] Græcè eſt σμύρνης: Aetius autem legit ζιγγιβέρεως hoc eſt zingiberis. b Gratia adſtrictionis] Codex Nicolai perperam legit μετὰ τὸ ἀποστύψαι pro διὰ τὸ, &c.

Cap. XXVII.

OLEI [a]megalii confectio. Megalium vocatum olim quidem conficiebatur, nunc autem deſiit. Conficitur amaracino ſimiliter, ampliúſque additam ſibi reſinam accipit. Facit ad eoſdem affectus.

a Megalii] Sic legit Dioſcorides & Aetius, nempe μεγαλείου: Nicolaus autem μεγαλίνε.

Cap. XXVIII.

OLEI amaracini confectio. Sabinæ, xylobalſami, calami odorati, floris iunci odorati, nardi Celticæ, coſti, ſing.lib.duas ſemis, amomi, caſiæ, carpobalſami, ſingul. lib.vnam ſemis, myrrhæ, ſeminis amaracini, ſing. lib.S. olei omphacini ſext. quindecim, vini odoratioris ſext. duos ſemis. coquitur more nardini. Vim obtinet calefacientem, vt nardinum: non verò ſimiliter roborat. Magis verò tenuium partium eſt nardino, magiſque mitigat & lenit, quòd non habeat opobalſamum. Mulieribus in ſinum inditum, menſes mouet. Melius autem amaracinum calefacit, ora venarum aperit. Congruit fiſtulis, aquoſis ramicibus poſt chirurgiam. Facit ad ferina vlcera, & cruſtas. ad difficultatem vrinæ illitum ſedi. Facit etiam ad phlegmonas vteri, & durities, menſéſque mouet, & hæmorrhoidas aperit.

Cap. XXIX.

OLEI cyprini confectio. Olei communis ſextar. duodecim & S. cyperi, helenii, iridis, ſing.lib.S. hyſſopi, ſeminis agni, ſaluiæ, ſing.vnc. vnam S. florum cypri lib. ſemis. Coquitur hoc duabus coctionibus, aliis omnibus ſpeciebus vino odorato per vnum diem prius irroratis. dein iniecto oleo coquito horis ſex. Poſtridie oleo per colum tranſfuſo, iniice florem cypri cum teneris ramulis non contuſum. Si verò aridus fuerit, prius contundito, & coquito horam vnam. Cyprinum autem inſigniter calefacit. tenuium eſt partium, & vtero valde vtile, præſertim refrigerato: craſſos enim in ipſo humores extenuat. Vbi verò copiam viridis herbæ habere poſſu-

A mus, ita paramus: Cyprini olei ſext. ſexaginta ſemis, cyperi, helenii, iridis, ſing.vnc.tres, ſampſychi, hyſſopi, ſaluiæ, ſing.vnc.vnam, citri foliorum viridium vncias tres ſemis, chamælibani viridis vnc.duas, foliorum lauri viridium vnc.duas, florum cypri vnc.ſex, opobalſami vnc. tres.

Cap. XXX.

OLEI irini confectio. Iridis, aſpalathi,[a] cyperi, helenii, ſing. lib. duas S. opopanacis vnc. vnam S. anchuſæ vnc.vnam, olei puri ſext. XV. aquæ ſext. II. S. Contundito
B ſingula craſſiuſculè, & diebus duobus macerato. dein coquito horis ſex, & poſtea iniice opopanacem in vino maceratum & liquatum. Interdum prædictis adiicimus iunci odorati vnc.tres, caſiæ, xylobalſami, nardi Celticæ, ſing.vnc.tres. Vis eius calefaciens: verùm minimè acris. ideo refrigeratis partibus vtile. Roborat etiam, & emollit.

a Cyperi, helenii] Manuſcriptus codex falſò legit, κυπρίνε ἐλαίε pro κυπέρε, ἑλενείε.

Cap. XXXI.

C OLEI nardini Cyziceni confectio. Conficitur autem in Alexandria ſæpius, & eſt valde bonum & vtile. Olei omphacini ſext. Italicos ſex, aſpalathi, cyperi, iridis Illyricæ, ſeminis cardamomi, ariſtolochiæ longæ, caſiæ ligneæ, ſing.vnc.ſex, helenii, xylobalſami, floris iunci odorati, caſiæ, coſti, ſing.vnc.tres, amomi, folii, ſpicæ nardi, arnabonis, ſtyracis, carpobalſami, ſing.vnc. vnam ſemis, opobalſami vnc.vnam, ſabinæ vnc.ſemis. Paratur autem hoc modo: Aſpalathum, cyperum, helenium, xylobalſamum, irin, ariſtolochiam, demptis corticibus,
D craſſiùs tundito, ác tribus diebus aqua calida macerato. dein[a] oleum iniice, & continuè mouendo coquito, miſcendo aquam paulatim ad eam quæ primò coſumitur, & coquito horis tribus aut longiùs, finitóque pernoctare. Poſtridie ea quæ iā cocta ſunt amoueto: & ab oleo ſeparās aquā, aliā admiſce purā aquā parúmq; vini, & coque. Vbi ebullierint, adiice primùm cardamomū, dein iuncū & caſiā ligneā cōtuſa, & coquito horis duabus, & iterum ſine per noctē ſtare. Tertio die ſpeciebus his extractis ſimiliter, aquam puram affundens coquito: & vbi
E ebullierit, inſperge ſeorſim trita, caſiam, coſtum, & reliqua: in fine autem ſpicam nardi, folium & ſtyracem in partes tenues conciſa & liquefacta tolle confeſtim ab igne, & iniice opobalſamum, & ſufficienter agitatis obturatiſque tutò, permitte diebus duobus, atque ita vaſculo excipito, & vtitor. Quod verò ſecundū appellatur, ſic conficitur. His quæ à tertia decoctione relicta ſunt adiice[b] olei ſextar.ſex, & ferueſaciens coquito horis duabus. dein inſperge caſiæ in pollinem tritæ, nardi Celticæ, ſing.vnc.vnam, ſabinæ drach.duas, ſtyracis vnc.
F ſemis, opobalſami vnc. vnam. Eſt nardino ipſi facultas calefaciendi, firmandi & mitigandi ſtomachum. Refrigerato igitur & imbecillo ventri, ac iecori iiſdem malis affectis, maximè vtile eſt. [c]Iniicitur etiam inteſtinis refrigeratis. Vtero quoque laborante, eo vt admodum laudato, vtere.

a Oleum iniice] Hæc in manuſcripto Nicolai codice non habentur, ſed ex Aetio adiecta ſunt, qui ita habet, εἶτα ἐπιβαλὼν τὸ ἔλαιον, ἕψε κινῶν συνεχῶς, ἐπιβαλὼν, &c. b Olei ſext.ſex] Manuſcriptus codex haud rectè legit, ἴσον ἄλλον α´. quum potius ex Aetio legendum ſit ξ.ϛ´. c Iniicitur] Codex Nicolai perperam ἐνίατε legit pro ἐνίεται.

G

Cap. XXXII.

OLEI nardini confectio Ioannis vnguentarii. Olei communis ſext.tres, aſpalathi lib. duas, xylobalſami lib.vnam, coſti vnc.vnam S. xylocaſiæ vnc.duas, carpobalſami vnc.tres, amomi vnc.vnam ſemis, ſtyracis calamitis, opobalſami, ſing.vnc.vnam.

Cap. XXXIII.

OLEI nardini confectio magis varia. Olei communis puri ſext.tres, helenii vnc.nouem, aſpalathi lib. vnam ſemis, cyperi lib.vnam, ligni aloes boni, iridis, fo-
H liorum myrti & lauri, roſmarini, ariſtolochiæ, caſiæ ligneæ, ſingulorum lib.ſemis vnc.tres, caſiæ lib.ſemis, xylobalſami lib.vnam, floris iunci odorati vncias tres, coſti libram ſemis, amomi libram ſemis vncias tres, folii,

ſpicæ nardi,ſing.lib. vnam, piperis lib.vnam ſemis,ſtyracis lib.ſemis vnc.tres, myrrhæ, cardamomi, ſing.libr. vnam,Celticæ vnc.quindecim,caryophylli lib.vnam,ligni caryophylli lib.S. [a]gomphiti vnc.quindecim,ladani lib.ſemis, aſari,cinamomi, ſing.lib.vnam ſemis,ligni cinamomi, [b]bocha,zanbani,ſing.lib. vnam, myrobalani,carpobalſami,ſing.lib. ſemis vnc.vnam ſemis, terebinthinæ lib.vnam ſemis,balſami libram ſemis, vini odorati quod ſatis eſt.

a Gomphiti] Manuſcriptus codex habet γομφίτιδης. Aetius verò legit γομφίτε. Quid verò ſit γόμφιτον, diuinare ſatis non poſſum. Forte pro eo legendum erit σύμφυτου, vt diximus annot. 257. ſect. primæ. b Bocha,zanbani] Nicolaus habet βοχᾶ,ζανβανί. Conſtat autem eſſe voces barbaras, quarum etiam multæ ſunt apud Aetium in Nardini deſcriptione. Quid verò ſignificent, in præſentiarum indicare haud poſſum.

Cap. XXXIIII.

OLEI Salca confectio, admodum probata. Aſpalathi vnc.ſex, xylobalſami vnc.nouem,cyperi vnc.quatuor,helenii,iridis,ſing.vnc.ſex, calami odorati [a]ſcrup. octodecim,ſpicæ nardi vnc. vnam,iunci odorati vncias duas ſemis,ſtyracis pinguis vnc.duas, nuces Indicas II. folii ſcrup.octodecim,caryophylli,arnabonis, ſing.vnc. vnam ſemis,amomi vnc.tres,caſiæ vnc. duas, coſti,myrrhæ,ſing.vnc.vnam, [b]zingiberis,caſiæ ligneæ,ſing.vnc. tres,olei ſext.vnum. coquitur modo dicto in nardino. In prima decoctione adiice thus,xylobalſamum,irin,cyperum, helenium, xylocaſiam, demptis corticibus, & craſſo modo contuſa, & in aqua duobus aut tribus diebus antea macerata. in altera decoctione adiice calamũ odoratum,iuncum odoratum, prius in vino odorato veteri humectata.in tertia,reliqua. At quod ſecundum appellatur,ita conficitur: His quæ à tertia coctura reliqua ſunt,adiice olei ſext.ſex, & coque ſufficienter.dein iniicito ſtactes bonæ & albæ vnc.tres, [c]ſiromatis id eſt aquæ opobalſami,maſtiches,ſing.vnc. ſex, ſtyracis bonæ vnc. vnam. Vtuntur ſalca mulieres caput inungentes. Eſt verò optimum.

a Scrup.octodecim] Aetius habet οὐγγίας ιη.hoc eſt vnc.octodecim,quemadmodum etiam paulo poſt in folii adiectione.

b Zingiberis] Manuſcriptus codex habet παπαβάρεως, corruptè haud dubiè pro ζιγγιβέρεως. Sic enim Aetius legit, & adiicit ὕπνε, hoc eſt hypni ſeu muſci. c Siromatis] Nicolai codex legit deficienter συρώματος τοῦ ὕδατος τοῦ ὀποβαλσάμου, quum ex Aetio legendum ſit σιρώματος, ἤτοι τὸ ὕδωρ τοῦ ὀποβαλσάμου.

Cap. XXXV.

OLEI Salca confectio Ioannis vnguentarii. Habet coſti,folii,ſing.vnc.duas ſemis,caſiæ, myrrhæ, ligni caryophylli,carpobalſami,ſing.lib.ſemis,ſpicæ nardi vnc. duas,calami odorati vnc.ſemis,iridis lib.vnam, ſtyracis pinguis vnc.quatuor S.croci drach. duas, olei communis puri ſext. tres.

Cap. XXXVI.

OLEI [a]malabathrini,id eſt foliati confectio. Recipit aſpalathi lib.ſemis vnc.tres,xylobalſami lib.vnam, cyperi lib.ſemis, helenii lib.ſemis vnc.tres, folii vnc. II. [b]amomi,xylocaſiæ,vnc.tres,myrrhæ vnc.vnam S. coſti vnc.quatuor ſemis, ſtyracis optimi lib.ſemis, carpobalſami vnc.tres,calami odorati lib.S.vnc.tres, ſpicæ nardi vnc.vnam,caryophylli vnc.duas,ſiromatis hoc eſt [c]ſubſidentiæ aquoſæ opobalſami, arnabonis, ſing.vnc.tres, cardamomi vnc.tres, iridis lib. S. helenii drach.decem, vini odorati quantum ſufficit. coquito vt nardinum.

Quibus odorata vnguenta cõpetant.Odorata vnguenta iis qui caput frigidius habent magis conueniunt,aut mediocriter calidum in hyeme: calidioribus enim non ſunt vtilia.Si verò quiſpiam odoris gratia iis vti vult,roſaceum æquale æquali commiſceat. ita enim mixtum, non eſt noxium. [d]Quoniam verò plures mulieres ſic capita habẽt calida, vt nullum quidem calefacientium ſuſtineant, propterea oleum omphacinum ſolùm vſurpẽt & roſaceum. Quædam verò earum nequaquam oleo vtuntur, eo quòd [e]ſtatim humectentur capita, deſtillationeſque incurrant.Has non oportet cogi vt inungantur: indigent enim vt caput exſiccetur opportunis inſperſionibus aridis, [f]non vt oleo humectetur.

a Malabathrini] Codex Nicolai falſò legit μαλαθρίνε pro μαλαβαθρίνε. b Amomi] In Nicolai codice minus rectè κινναμώμου pro ἀμώμου ſcribitur. c Subſidentiæ] Græcè eſt καθάρισμα. In Aetio autem legitur κάθισμα. d Quoniam verò] In codice manuſcripto perperam legitur, ἐπὶ δὲ πολλαῖς pro ἐπειδὴ πολλαὶ,&c.

e Statim] Manuſcriptus codex falſò legit παχέως pro ταχέως.

f Non vt oleo humectetur] Hæc in codice Nicolai non habentur, ſed ex Aetio ſunt adiecta,qui legit καὶ τῷ ὑγραίνειν τοῦ ἐλαίου.

Cap. XXXVII.

OLEI capniſti hoc eſt ſuffumigati vel infumati cõfectio. Vnguium odoratorum magnorum,thuris maſculi,ſtyracis optimi,bdellii puri,coſti,ſing.vnc.duas.S. olei dulcis ſextar.duos ſemis,hypni quod ſatis eſt.Coſtũ in craſſiores partes diſſectum, atque itidem ſtyracem & bdellium,poſteaquam ſimul commixta ſunt,in vas nouum teſtaceum anſulas non habens coniicies, cuius orificium hypno obturabis, extráque hypnum ſurculis aſpalathi aut quodam ex odoratis circumſepias, ne è fictili excidat. dein aliud vas teſtaceum ſine anſulis accipias,collo procero, quod orificium habeat alterius vaſis ſpecies prædictas continentis orificio aptè conueniens. In quod coniicies olei dulcis ſext.quinque: poſtea defoſſum vaſculum oleum continens vſq; ad collum terra obrues, ne igne excandeſcat. deinde [a]altero vaſe in caput reſupinato,ipſumque orificio fictilis continentis oleum coaptato,totumque vas fictile & vtrorumque orificia inuicem coaptata,extrinſecus luto circumlinito,& ſine exſiccari.deinceps carbones plures circumpones,& tecto per eos vndequaque fictili,accende ignem & ventilato. Igne autẽ accenſo, ſinito [b]ipſum tabeſieri, vt ſenſim ignitæ per teſtacei vaſis oſculum ſpecies in ſubiectum ipſis oleum euaporent. huius enim gratia infumatum nominatur.Poſtridie aperto oleo illud amoueto,& in vitreo vaſe ſeruato. Vtũtur hoc mulieres quibus menſes ſupprimuntur, imum ventrem & lumbos eo inungentes. Conuenit etiam iis quæ à partu modicè purgantur,ſimiliter illitum. Vtile quoque eſt iis quibus thorax refrigeratus eſt,& teneſmo, calida lana complicata exceptum,imóque ventri & lumbis impoſitum.

a Altero vaſe in caput] Nicolai codex habet ἐπὶ κεφαλῆς λαβῶν,hoc eſt capite apprehenſo. Rectiùs autem Aetius legit ἐπὶ κεφαλῆς βαλὼν,id eſt in caput reſupinato. b Ipſum] In codice Nicolai falſò αὐτὰ pro αὐτὸ legitur.

Cap. XXXVIII.

OLEI maſtichini magis varii confectio. Recipit olei communis ſext.XII.S. helenii lib.vnam vnc.tres, xylobalſami lib.duas S.florum iunci odorati, cardamomi, maſtiches,ſing.lib. vnam vnc. tres, xylomaſtiches libr. duas, terebinthinæ lib.S.& quartam partem, comæ abſinthii vnc.tres, vini odorati ſext.vnum & quartã eius partem,aquæ ſext.duos S. Arida vino tribus antè diebus macerata miſceantur oleo & aquæ, coquantúrque horis ſex,& tandem maſtiche & terebinthina iniiciantur.

Cap. XXXIX.

OLEI maſtichini confectio ſimplex. Accipit olei communis, florum iunci odorati, ſing. lib. S. comæ abſinthii,cyperi,ſing.vnc.S.maſtiches vnc.vnam ſemis, roſarum Perſicarum vnc.ſemis, folii Indici ſtag. vnum ſemis,ſtyracis vnc.vnam.

Cap. XL.

OLEI ex anemone confectio. Florum anemones folii vnc.vnam,olei dulcis ſext.Italicum ſemis.præparato probè vt irinum, & vtere. Calefacit & diſcutit œdemata mixtum adipi ſuillo.

Cap. XLI.

OLEI leucophyllini confectio. Roſarum è fructu rubi,quæ leucophylla dicuntur vnc.vnã ſemis, olei omphacini ſextar.Italicum ſemis. Reconde in vaſe immutando,(vt in irino eſt dictum) & mediocriter inſolato. hoc vt roſaceum ſe habet. Adſtringit enim & refrigerat,idque roſaceo magis.illitum,cranium quoque ſanat.

Cap. XLII.

OLEI gleucini,id eſt muſtei confectio. Olei [a]benephrados,hoc eſt porracei puri lib.quindecim, vini veteris odorati ſextarium vnum S. muſti aminæi ſext. ſeptem S. aſpalathi vnc. tres, hedyſari, artemiſiæ, [b]coſti,

capparis,ſing.vnc.vnam S.myrrhæ legitimæ vnc.vnam ſemis drach.vnam , foliorum viridium myrti vnc.vnã, bdellii,iridis,ſing. vnc.vnam ſemis, ſtyracis puri,caſiæ, ladani,ſing.vnc.ſemis drach. vnam,croci vnc.vnam dr. duas,carpobalſami vnc.vnam ſemis,thuris maſculi, cro comagmatis,ſing.vnc.tres, opopanacis vnc.ſemis , cardamomi vnc.ſemis drach. vnam,calami odorati vncias tres,aſari vnc.vnam S.caſiæ nigræ vnc.vnam S. amomi vnc.ſemis drach. vnam, coſti vnc.vnam , nardi Celticæ vnc.tres,mellis,roſarum aridarum,ſampſychi, malabathri,ſing.vnc.ſemis drach.vnam, fœnigræci vnc.vnam S.balſamivnc.tres,caſami,quod eſt cyclamini ſemẽ,vnc. ſemis,helenii lib.ſemis vnc.vnam drach.duas, [c] ſpathæ palmarum vnc.tres . Præparatur hoc modo . Viridia in mortario contundito. adiice oleum & vinum pondere olei dimidio,& ſinito macerari diebus quinque.dein co quito quoad muſtum ignis feruore abſumatur . Colo tranſmiſſo liquore,herbas abiice,& reſarciundæ iniecto rum iacturæ adiice iterum oleum & muſtum quod remanſerat,cæteraque arida tuſa & cribrata cribro denſiore,atque ad vnitatem redacta,diebus ſeptem madere ſinito:rurſuſque coquito dum muſtum ignis feruore abſumatur.dein colo tranſfuſum oleum ſinito diebus ſenis. dein oleum defæcatum tranſfunde in vas vitreum, & vtere.

a Benephrados]Græcè eſt βενεφράδος,ἤτοι ϖραςινὴλαῦκ.
b Coſti] In manuſcripto codice falſò κόκκ legitur,pro κόςȣ.
c Spathæ palmæ]Græcis σπαθοφοίνικον dicitur:nec aliud eſt quàm fructus palmæ adhuc florentis inuolucrum.

Cap. XLIII.

OLEI Cyprini confectio. Citri,& foliorum lauri, ſing.vnc.duas , helenii vnc.tres, aſpalathi, ariſtolochiæ longæ,ſing.vnc.duas,iridis,cyperi, ſaluiæ,ſing. vnc.vnã ſemis,olei porracei lib. duas. Hæc prius in vino macerato,& cum oleo decoquito ſenis horis , & colo tranſfuſo liquore herbas abiicito.Oleo autem accepto hæc iniicito,xylobalſami,caſiæ ligneæ,ſing.vnc.duas, ſampſychi, cumini Æthiopici,ſing.vnc.vnam S. opopanacis, florũ cypri,ſing.vnc.vnam,myrrhæ,ſtyracis, maſtiches, ſing. vnc.vnam S.æruginis raſilis vnc. ſemis. Subactis probè vtere.

Cap. XLIIII.

OLEI boni cucumerini compoſiti confectio. Olei cõmunis ſext. quinque, radicis cucumeris ſylueſtris lib.ſemis,ſerpylli,meliloti,ſing.vnc.tres, tedarum pinguium, althææ, ſing.vnc.duas ſemis, ſcolopendrii vnc. tres,fœnigræci ſext.vnum.Præmaceratis in aqua die vno,dein colo tranſmiſſis,& iniecto cum oleo etiam vini ſextario vno, & vndiquaque decoctis, adiiciuntur medullæ ceruinæ cum exiguo oleo liquatæ, & adipis gallinacei,ſing.vnc. duæ, & cum oleo colata in vas tranſfunduntur.nonnulli etiam ſoli exponunt ipſum poſtquam decoctum eſt diebus quadraginta.

Cap. XLV.

OLEI cucumerini efficacior confectio. Elaterii, ſext.vnum ſemis,ariſtolochiæ longæ & rotundæ,ſtyracis,helenii,hyſſopi,iridis, colocynthidis,pulegii, origani,cyperi,olei,ſext.duo ſemis. Commixta decoquantur quoad parum ſucci abſumptum fuerit.

Cap. XLVI.

OLEI cucumerini confectio compoſita. Radicis cucumeris ſylueſtris tabefactæ vnc.vnam, olei ſext. Italicum. Coquito in duplici vaſe,& vtere.

Cap. XLVII.

OLEI cyprini confectio. Foliorum citri viridiũ faſciculum qui manu cõplecti poteſt,vnum , foliorum myrti viridium modium vnum, ramorum cupreſſi modium,cyperi,cardamomi,œnanthes ſiccæ, Celticæ, florum iũci odorati,maſtiches,ſtyracis,helenii,ſampſychi, ſeminis agni, ſing.vnc.S. iridis vnc.duas, olei Hiſpanici ſextar. octo, aquæ quod ſatis. Coquito vt in nardino eſt dictum.

Cap. XLVIII.

OLEI cyprini alia confectio. Myrrhæ vnc. vnam, foliorum citri,cardamomi,calami odorati, ſingul. vnc. tres,aſpalathi lib.vnam,ſampſychi vnc.vnam,olei veteris ſextar.quinque,vini veteris & aquæ, ſingul.ſext.tres. Vinum & aquam commixta, ſpecieſque craſſiculè cõtuſas ſine macerari diebus & noctibus tribus.dein oleo iniecto decoquito donec aqua & vinũ abſumantur. Poſtea accipe opopanacis, myrrhæ, ſtyracis , & maſtiches, ſing.vnc.vnam. Diſſolutis iis cum parte vini,habeto paratum . dein colo tranſfuſis oleum diligenter miſceto, rurſuſque coquito.Dein colatis vtere.

Cap. XLIX.

OLEI maſtichini confectio, [a] Gaziti vnc.vnam, comæ abſinthii, foliorũ rutæ viridium,ſing. ſcrup.tres, olei communis ſcrup . vnum ſemis , maſtiches ſcrupul. quatuor ſemis,ſtyracis,ſtactes,terebinthinæ,ſing.ſcrup. tres,olei laurini ſcrup.quatuor ſemis,tedacei ſcrup.tres, nardini ſcrup.nouem,olei anethini vnc.tres.

a Gaziti] Græcè eſt γαζίτȣ . Quid verò hæc vox Nicolao ſignificet,me ignorare fateor.

Cap. L.

OLEI mandragoræ confectio,phreniticis, febricitantibus, & vigilantibus conueniens.Olei cõmunis lib. duas,ſucci mali Punici acidi,ſucci mandragoræ radicis, ſing.vnc.quatuor,ſucci hyoſcyami vnc.duas, ſucci papaueris hortenſis nigri vnc.tres,ſucci foliorum violæ,ſucci canchryos,ſing.vnc.vnam,opii boni, ſtyracis calamitis,ſing.vnc.ſemis. omnia ſimul cum oleo mixta reponito in vaſe vitreo , & ſub æſtu caniculari inſolato diebus decem, dein coquito vt ſolum oleum remaneat.Colatum recõde in vaſe,& vtere in fronte ac temporibus.

Cap. LI.

OLEI nenupharini cõnfectio. Olei violacei , roſacei,ceruſſæ,ſing.vnc.vnam, caphuræ drach. ſemis, lithargyri vnc.ſemis,betonicæ,amyli,ſing. vnc.vnã,thuris albi drach.vnam ſemis,ſucci pſyllii & ptiſanæ,adipis gallinacei,amianti,ſing.drach. vnã. Ceruſſam cũplumbo præparatã eſſe oportet . ceræ puræ albæ drach . duas, aloes flauæ, ſarcocollæ, ſing.drach.vnam. Probè parato vtere.

INDEX ENEMATVM SIVE inieɛtionum.

Enema ſeu iniectio ad dyſentericos & alios morbos, Cap. I.
Enema ad dyſentericos mirabile, Cap. II.
Enema dyſentericum optimum, Cap. III.
Enema dyſentericum mirabile, Cap. IIII.
Enema ad dyſentericos & lientericos, Cap. V.
Enema ad colicos expertum, Cap. VI.
Enema ad colicos, Galeni, probatum, Cap. VII.
Enema ad colicos, Galeni, vt præcedens, Cap. VIII.
Enema ad colicos expertum, Cap. IX.
Enema ad colicos probatum, Cap. X.
Enema ad colicos ſimile, Cap. XI.
Enema ad colicos ſimile, Cap. XII.
Enema ad colicos mirabile, Cap. XIII.
Enema ſeu confectio tetrapharmaci, Cap. XIIII.
Enema ad colicos præſtans, Cap. XV.
Enema ad colicos ſomnum concilians, mitigans, & concoquens, Cap. XVI.
Enema per inferiùs iniiciendum, mirabile, Cap. XVII.
Enema ad colicos valde bonum, Cap. XVIII.
Enema ad colicos & diuturnos affectus præſtans, Cap. XIX.
Iniectio ad aures, diutinos nephriticos, calculoſos, & citra voluntatem mingentes, Cap. XX.
Enema ad colicos mirabile, Cap. XXI.
Enema ad colicos præſtans, Cap. XXII.
Enema ad colicos nobile, Cap. XXIII.
Enema ad colicos ſimile, Cap. XXIIII.
Enema ad colicos ſimile, Cap. XXV.
Enema ad vterum exulceratum, & eryſipelata, Cap. XXVI.
Enema ad continuas febres expertum, Cap. XXVII.
Enema ad iſchiadicos, Cap. XXVIII.
Enema ad nephriticos mirabile, Cap. XXIX.
Enema ad nephriticos melius, Cap. XXX.
Enema ad cœliacos & dyſentericos, Cap. XXXI.
Enema pituitam laxans, valde bonum, Cap. XXXII.
Enema ad colicos, Cap. XXXIII.
Enema ad colicos, dolorem ſedans, Cap. XXXIIII.
Enema ad colicos admodum vtile, Cap. XXXV.
Enema febres finiens, mirabile, Cap. XXXVI.
Enema febres finiens bonum, Cap. XXXVII.
Enema nephriticum, valde bonum, Cap. XXXVIII.
Enema nephriticum, expertum, Cap. XXXIX.
Enema ad cœliacos probatum, Cap. XL.
Enema delicatum appellatum, cõmune inſtrumentum, Cap. XLI.
Enema pituitam educens, bonum valde, Cap. XLII.
Enema ad colicos, inflatos, & dolore inteſtinorum cruciatos, Cap. XLIII.
Enema ad inflationes, colicos, & dolore inteſtinorum vexatos, Cap. XLIIII.
Enema cœliacum expertum, Cap. XLV.
Enema ad dyſentericos & cœliacos, Cap. XLVI.
Enema ad dyſentericos valde bonum, Cap. XLVII.
Enema ad dyſentericos & cœliacos, Cap. XLVIII.
Enema ad colicos bonum admodum, Cap. XLIX.
Epithema ad dyſentericos Metaſaculii, Cap. L.
Epithema ad dyſentericos & cœliacos, Cap. LI.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, De Enematis ſiue Clyſteribus,

Sectio decimaſeptima.

Cap. I.

ENEMA dyſentericum mirabile. Recipit foliorum hyoſcyami, quinquenervuiæ, filicis, arnogloſſi, cotoneorũ, malorum immaturorum, brizæ farinam, aut integram, orizæ, ſidiorum, balauſtiorũ, roſarũ, rhois culinarii, rhois coriarii, hypociſthidis, ſummitatum rubi, lentiſci. Hæc coquito in aqua pluuia, & de decocto accipe quantum vis. admiſce lutea ouorum duo in aceto elixa, & olei roſacei vnc. S. dein adiice boli Armenii, ſigilli Lemnii, ſanguinis draconis, gummi Arabici, ſucci acaciæ & hypociſthidis, ſingulorum hexagia duo. Hæc ſimul ſubacta iniice tepida, pro viribus. Verùm altero enemate priùs corpus vacuandum erit, quod habet ptiſanæ, roſarum, mercurialis, foliorum tenerum betæ, herbæ venti, foliorum althææ, aniſi, chamæmeli florum. adiice etiam portionem thuris & ſacchari nigri vnciæ vnius, & ouorum lutea in calido cinere aſſata duo, roſacei quod ſatis eſt. Poſtea eo vtere, ac confeſtim cum prædicto tepidum iniice.

Cap. II.

ENEMA ad dyſentericos, mirabile admodum. Accipit orizæ, hordei nudati, caulium portulacæ ſine foliis, [a]ſecalis, myrti foliorum viridium, ſidiorum, balauſtiorum, capitis mali Punici, rhois Syriaci, rhois coriarii, gallarum, roſarum, ſummitatum rubi, meſpilorum, cotoneorum, pyrorum immaturorum, quinqueneruiæ, polygoni, arnogloſſi, filicis. Hæc coquito in aquæ plu-
A uiæ libris ſex: & vbi probè quoad libræ duæ remanſerint decoxeris, & per ſaccum tranſmiſeris, adiice gummi Arabici, ſigilli Lemnii, ſanguinis draconis, boli Armenii, amyli, [b]ceruſſæ, ſucci acaciæ & hypociſthidis, chartæ bõbacinæ vſtæ, ſucci arnogloſſi, galli interioris membranæ ventriculi, ichthyocollæ. Si verò vehementer inteſtina dolent, appone ſuccum polygoni aut opii, & ouorum elixorum lutea duo cum aceto aſſata, adipis renum capri. Præparatum infunde tepidum, prius vacuans per id quod antea dictum eſt purgatorium. Si-
B nito in inteſtinis, quandiu idipſum æger continere poteſt.

a Secalis] Codex Nicolai habet σικάλλις, haud dubiè pro σίκαλις. b Ceruſſæ] Græcè eſt ψιμμυθίου. Sed fortè legendum erit ψυλλίου, aut certè σίμμιως vel ἀψινθίου, quod veriſimilius eſt.

Cap. III.

ENEMA dyſentericum valde bonum. Succi itrii, ſucci orizæ, adipis bouilli, cimoliæ, amyli, ſolani, ceruſſæ, olei roſacei, & ouorum lutea duo elixa in aceto. Præparato hæc cum ſucco quinqueneruiæ, polygoni, arno-
C gloſſi, bolo Armenio, ſigillo Lemnio, & ſucco acaciæ. Probè paratum iniice tepidum, quando inflammatio eſt in inteſtinis.

Cap. IIII.

ENEMA dyſentericum mirabile. Lactis capræ quæ recèns peperit, cerati cum roſaceo & ſtillatitio roſarum liquore, ceræ cum feruente aqua dealbatæ. Iniice cũ decocto ruborum, filicis, myrti, hordei, polygoni,

quinqueneruiæ,rhois Syriaci, rhois coriarii,caulis portulacæ, arnogloſſi,roſarum, ſidiorum,meſpilorum, balauſtiorum, baccarum myrti, & ſumach, aquæ pluuiæ quod ſatis eſt. Probè paratum iniice tepidum.

Cap. V.

ENEMA ad dyſentericos & lientericos. Habet meſpilorum,maſtiches,gallarum,roſarum,quinqueneruiæ,balauſtiorum,hyoſcyami foliorum viridium, caulium portulacæ, cotoneorum, malorũ immaturorum, pyrorum ſylueſtriũ,rhois culinarii, rhois Syriaci, rhois coriarii,acinos vuæ, omphacis aridi,orizæ,hordei nudati,ſummitatum myrti nigri & fructuum,polygoni,& filicis. Hæc coquito in aqua pluuia ſufficienti, & ex decocto accipe quantum vis. adiice chartæ vſtæ bombacinæ, cicadarum vſtarũ,amyli, boli Armenii, ſucci quinqueneruiæ,acaciæ,& hypociſthidis,gummi Arabici,ſacchari roſacei cum ſtillatitio roſarum liquore ſubacti, & lutea ouorum in aceto cocta duo. Prius vacuato per aliud enema (vt dictum eſt) purgatorium & delicatiſſimum. Iniice hoc tepidum. Aliorum enematum cõfectiones reperies in capite De paſtillis.

Cap. VI.

ENEMA ad colicos,mirabile. Recipit fœnigræci,chamæmeli,abſinthii,colocynthidis,centaurii, anethi,aniſi,cumini,fœniculi, ptiſanæ, foliorum braſſicæ, mercurialis,meliloti, ſcarolachani. Hæc in aqua coquito ad tertias,pérque colum tranſfundito. Accipe decoctum,& adiice illi lanam ſuccidam, atque cum decocto probè ſubactam iterum per ſaccum tranſmitte. dein accipe quantum vis,& admiſce hieræ picræ laxatiuæ vnc. ſemis, terebinthinæ, benedictæ laxatiuæ optimæ, ſing. vnc. ſemis,olei veteris communis,aut rutacei, aut anethini vnc. vnam. Paratum probè & ſubactum iniice tepidũ. Si verò ob acres & mordaces humores dolent, iniicienda hæc ipſis erunt,oleum in quo decoctum eſt fœnugræcum,chamæmelum,lauri,abſinthii,& althææ folia. Ferueſiant bene cum adipe anſeris,gallinæ, ſucco ſeminis lini,ptiſanæ,& roſaceo oleo.

Cap. VII.

ENEMA ad colicos Galeni,probatum. Luteorum oui drach. IIII. apii drach. ſex, caſtorei drach. IIII. ſpicæ nardi drach. duas,myrrhæ drach. S. aluminis ſciſſilis dr. tres. Liquato hæc & irrigato cum vino ſufficienti & iniice drach. vnam cum oleo rutaceo.

Cap. VIII.

ENEMA ad colicos [a] Galeni, ſimile. Accipit rutæ,fœnigræci,abſinthii,chamæmeli,colocynthidis. Coquito cum oleo,& ex decocto accipe quantum vis, atq; adiice caſtorei, picræ Galeni, zulapii roſacei purgatorii, ſing. hexag. vnum ſemis, dulcis calami puri vnc. vnam. Paratum rectè iniice tepidum.

a Galeni] Non eſſe Galeni hoc enema, nemo non animaduertit, quòd in eo Galenus citetur,& quòd dulcis calami, hoc eſt caſiæ fiſtularis quæ Galeno incognita fuit, mentio fiat.

Cap. IX.

ENEMA ad colicos,admodum laudatum. Habet cedrini liquoris vnc. vnam S. picis liquidæ drach. tres, caſtorei,lutei ouorum,ſing. vnc. S. dr. vnam, piperis cõmunis drach. quatuor. Paratum probè iniice quantũ digitũ medium ſeu indicem inquinat cum oleo rutaceo, pondere quartæ cotylæ partis. Miſce cum butyro etiam terebinthinæ vnc. S. dr. vnã, caſtorei dr. duas, nitri drach. tres,myrrhæ dr. duas,mellis Attici quod ſatis eſt. Probè paratum iniice à balneo dormituro tepidũ quantũ digitũ inquinat,cũ oleo rutaceo nucis Põticæ magnitudine.

Cap. X.

ENEMA ad colicos probatũ. Accipit aloes flauæ, opii,ſing. drach. tres,butyri,althææ,ſing. drach. ſex. Præparatum iniice pondere drach. quatuordecim,cum oleo rutaceo ſufficienti.

Cap. XI.

ENEMA ad colicos ſimile. Recipit aloes flauæ,butyri, ſingul. drach. ſex, picis liquidæ drach. octo. Paratum iniice tepidum.

Cap. XII.

ENEMA ad colicos ſimile. Capit ſucci opii dr. duas,butyri drach. ſeptem S. picis liquidæ drachm. quatuor,cedriæ drach. ſex,vini quod ſatis eſt.

Cap. XIII.

ENEMA ad colicos mirabile. Habet chamæmeli,althææ,anethi,fœnigræci,cumini,ſeminis lini, meliloti,rutæ,hordei aſſi,pulegii,ſing. drach. duas. Lota coniice in aquæ ſextar. tres: dein coquito quoad tertia pars remaneat. Poſtea adiice olei dulcis ſextar. vnum, & coquito cum decocto donec decoctum abſumatur,cauendo ne oleum aduratur. Adiice olei vnc. vnam S. butyri, adipis anſerini,ſing. drach. duas,tetrapharmaci tantundem. probè parato vtere.

Cap. XIIII.

ENEMA ſiue confectio tetrapharmaci. Recipit ceræ puræ,picis aridæ,colophoniæ,[a] adipis bouilli,ſing. drach. tres ſemis. Probè parato vtere.

a Adipis bouilli] Paulus & Aetius habent ταυρίκ, hoc eſt taurini, quemadmodum etiam Celſus.

Cap. XV.

ENEMA ad colicos,admodum præſtans. Accipit cedriæ vnc. vnam S. picis liquidæ vnc. tres,caſtorei,opii, ſing. vnc. S. drach. vnam,piperis cõmunis gr. xxx. Vnitis vtere,digito indice vſque ad primum nodũ articulúmve flexionis cũ olei rutacei cyatho dimidio inquinato. Admiſce etiam butyri vnc. S. terebinthinæ vnc. S. drach. vnam. tepidum per latiorem fiſtulam infundito.

Cap. XVI.

ENEMA ad colicos, à dormituris ſumptum. ſomnum facit,mitigat, concoquit, expertum. Accipit abſinthii ſucci,opii,centaurii, ſing. dr. duas,aloes flauæ drach. ſex,picis liquidæ,cedriæ,myrrhæ, maſtiches, foliorum rutæ,ſing. drach. S. caſtorei drach. v. croci drach. tres,ſtyracis drach. vnam,mellis Attici & terebinthinæ quod ſatis eſt. hæc coquito donec ad mellis conſiſtentiam veniant. Vbi vſus poſcit, accipe [a] drach. duas aut plus aut minus,pro viribus & iuxta ætatem. liquato in duplici vaſe cum oleo cyprino,gleucino,anethino,& fœnigræci, [b] in quibus cuminum & chamæmelum contuſum coctum eſt. diſſolue & parum butyri admiſce. Vbi prius vacuaueris aluum clyſtere qui ſtercus educit, habẽte folia maluæ, abſinthii, chamæmeli,fœnigræci,centaurii,violarum,ſeminis lini, mercurialis, anethi & cumini. Hæc in aqua coquito ad conſiſtentiam. dein accipe ex decocto quantum vis. Adiice dulcis calami puri vnc. vnam, hieræ picræ,& benedictæ laxatiuæ,ſing. vnc. S. agarici ſiliq. ſex,mellis Attici & olei communis. Paratum probè iniice tepidum. dein lauato,& nutrito,& vngito caput oleo anethino aut omphacino. Iniice dormituro prædictum enema, ſomnum inducens. Expertum enim eſt in Alexandria.

a Drachmas duas] Aetius habet L. δ΄. id eſt drachmas quatuor. b In quibus cuminum contuſum coctum eſt. diſſolue,&c.] Locus hic in manuſcripto codice prorſus deprauatus eſt. legitur enim hoc modo, ἑψόμενα μετὰ τῶν ἐλαίων, κυμίνου, καὶ χαμαιμήλων τεθλασμένων, καὶ βουτύρου βραχέως. Quum ita potius ex Aetio legendum ſit, ἐν οἷς ἥψηται κύμινον τεθλασμένον, προσμίσγων βουτύρου βραχύ.

Cap. XVII.

ENEMA quod per inferiora iniicitur, quo vſus ſum ego in Alexandria,mirabile. Capit caſtorei vnc. duas,croci vnc. vnam,opii,myrrhæ,ſing. vnc. duas,ſucci rutæ,nitri rubei, ſing. vnc. I. vel pro nitro adde ſpicam nardi. Excipe melle [a] Attico deſpumato. Vbi vſus poſcit accipe fabæ quantitatem, & dilue in vini menſura vna. Adiice etiam olei rutacei menſuram vnam, [b] vt videlicet duæ menſuræ ſint, ægróque prius lauato, [c] ante ſomnum vtere. [d] Cæterùm antidotorum in litera A dictorum,dolorẽ ſedantiũ,& enematum aſſiduũ vſum vitare oportet. Sedãt enim confeſtim dolores: cauſas verò intus ſeruant,& aut periculũ ſyncopes paulatim afferũt & mortẽ: aut diuturna & ſolutu difficilia mala efficiũt.

a Attico] Græcè eſt ἀττικῷ. Aetius autem habet πέφθῳ, id eſt cocto. b Vt videlicet duæ menſuræ ſint] Hæc in manuſcripto codice non habentur, ſed ex Aetio adiecta ſunt, qui habet ἵνα ὦσι κράσεις β΄. c Ante ſomnum] Manuſcriptus codex falſò legit πρὸς κένωσιν pro πρὸς κοίτην. d Cæterùm antidotorum,&c.] Hic locus

cus totus mirificè in codice Nicolai eſt deprauatus. Debet autem ita ex Aetio reſtitui. Τῶν δὲ προγραφέντων ἐν τῷ ἄλφα στοιχείῳ ἀνωδύνων ἀντιδότων τε καὶ ἐνεμάτων τὴν συνεχῆ χρῆσιν φυλάττεσθαι δεῖ. παύουσι μὲν γὰρ ἐν τῷ παραυτίκα τὰς ὀδύνας, φυλάττει δὲ ἔνδον τὰ αἴτια, καὶ ἢ κίνδυνον συγκοπῆς.

Cap. XVIII.

ENEMA ad colicos valde bonum. Habet rutacei olei, decocti fœnigræci, butyri, ſagapeni, opopanacis, ſcordii, hoc eſt aſæ fœtidæ, caſtorei, euphorbii, agarici, terebinthinæ, picræ, benedictæ laxatiuæ, œſypi. Subacta hæc cum decocto irrigato prædictorum enematum, & probè confecta iniice tepida.

Cap. XIX.

ENEMA ad colicos, & diuturnos affectus mirificũ. Recipit butyri vnc. duas ſemis, adipis anſeris & gallinæ, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, ſingulorum vnciam vnam, adipis vrſini vnciam ſemis, cumini, foliorum rutæ, caſtorei, ſingulorum vnc. vnam ſemis, euphorbii recentis vnc. tres, opobalſami vnc. tres ſemis, nardi Celticæ vnc. duas, vnguenti nardini lib. vnam, olei rutacei ſextaria duo. Vtere hoc in vehementibus doloribus, corpore antea per aliam iniectionem, vt prædictum eſt, vacuato. Et poſt vnius horæ interuallum, ægrotanti iniice tepidam [a]menſuram vnam, ſiue calicem vnum mediocris poculi, & iube vt quieſcat, & longo tempore retineat, videbiſque diuinam eius virtutem.

a Menſuram vnam, ſeu calicem vnum, &c.] Et hic locus in codice manuſcripto non rectè ſe habet. legitur enim hoc modo, κρᾶσιν α´, κύλικα α´, ἤτοι ποτηρίου ἀσυμμέτρου. Quum Aetio teſte ita potius ſit legendum; κρᾶσιν μίαν, ἤτοι κύλικα α´ ποτηρίου συμμέτρου.

Cap. XX.

ENEMA [a]quod cauſas vacuat & dolores mitigat. Facit etiam ad diuturnos nephriticos, calculoſos, & inuoluntariè mingentes. Accipit capita magna alliorũ tria, rutæ viridis, faſciculos manipulares duos, olei dulcis lib. duas. Allia decorticata coquito cum oleo, & ruta, donec torrefiant, idque ad carbones fumum haud edentes, ac dein colato, ad oleúmque butyri librã ſemis adiicito, picis liquidæ ſextar. Italici octauam partem, cedriæ æqualem portionem. Decocta probè ac vnita, reconde in vitreo vaſe. Vbi vſus exigit, accipe vnc. vnam aut minus pro viribus, olei & vini æquales partes, vt vniuerſum fiat cotyle dimidia. tepidum iniice.

a Quod cauſas vacuat, &c.] Manuſcriptus codex habet, πρὸς αὐτὰ ἐργαζόμενα, πρὸς κεχρονισμένους, &c. Sed falſiſſima hæc quidem lectio, ita reſtitui debet, κένωσιν τῶν αἰτίων ἐργαζόμενον, ἀνώδυνον ποιεῖ καὶ τοῖς κεχρονισμένοις.

Cap. XXI.

ENEMA ad colicos mirabile. Olei cyprini libr. duas ſemis, caſtorei vnc. tres, tetrapharmaci regii cognominati, emplaſtri diachylôn, terebinthinæ, butyri, ſingulorum vnc. tres, baccarum lauri quinquaginta, alliorum baccas magnas vigintiquinque, cumini lati vnc. ſemis, rutæ faſciculum manipularem vnum. Baccas lauri & allia purgato: latum cuminum & rutam mortario contũde, & in vini dulcis veteris dimidia cotyle macerato. Poſtridie adiice oleum & butyrum, coquitóque in duplici vaſe, & percolato, ac reliqua miſceto, & caſtoreum in oleo tritum. Vbi vſus poſcit accipe vnc. vnam, adipis [a]anſerini liquefacti vnc. vnam. Vnita & tepida iniice.

a Anſerini] Codex manuſcriptus legit perperam χοιρίου pro χηνείου.

Cap. XXII.

ENEMA ad colicos mirabile. Habet fœnigræci, ſeminis lini, ſing. vnc. vnam. Aqua prius macerato, & coquito. Vbi ſuccus inde prodierit, [a]quantum ad vſum ſatis erit percolato, ac in ipſo lanas ſordidas eluito. Laniſque expreſſis, [b]aquæ etiam ſalem & oleum mediocriter adiicito, vnitóque, ac iniice tepidum.

a Quantum ad vſum] In codice Nicolai perperam ita ſcriptum fuit, διηθήσας ἴασον ὅσον ἐξαρκέσει ἀποπλῦναι ἐν αὐτῷ ἔρια, &c. quũ ita potius ſit legendũ, διηθήσας ὅσον ἐξαρκεῖ, ἀπόπλυνε ἐν αὐτῷ, &c. niſi pro ἀπόπλυνε malis legere ἀποπλῦναι: vt ſit ſenſus, Quantum ſatis erit, vt in eo eluas lanas, &c. b Aquæ ſalem & oleum] Manuſcriptus codex legit πρόσβαλλε τῷ ὕδατι, καὶ ἐλαίῳ συμμέτρου. Atqui minus rectè: legendum enim erit ἅλας καὶ ἔλαιον συμμέτρως.

Cap. XXIII.

ENEMA ad colicos mirabile. Accipe gallum admodum veterem, ſuffocato, & mundato: interioráque eius oſſa abiicito, ponitóque in fœnumgræcum, ſpicam, cinamomum, anethum, cuminum, mercurialẽ, althææ folia & ſemen, abſinthium, ſemẽ lini, fœniculi radicem & petroſelini, crocum, adiantum, ſcolopendrium, folia braſſicæ, & melilotũ. Coquito in aqua dulci ad tertias, atq; ex decocto accipe lib. S. & quartã partem. Huic adiice hieræ picræ, benedictæ laxatiuæ, ſing. vnc. S. dulcis calami puri vnc. vnã, agarici ſiliq. quatuor, mellis Attici & olei communis quod ſatis eſt. Paratũ probe iniice tepidum, & iube vt ægrotus iuſto tempore quieſcat.

Cap. XXIIII.

ENEMA ad colicos valde bonum. Colocynthidis, violarum, mercurialis, abſinthii, anthemidis, foliorũ braſſicæ & althææ, aniſi, ſeminis fœniculi, herbæ venti, centaurii, fœnigræci, ſeminis lini. Coquitur in aqua dulci ſufficienti ad tertias. Accipitúrq; de decocto lib. I. adiicitur illi hieræ picræ, benedictæ laxatiuæ, ſing. vnc. S. agaricæ ſiliq. IIII. turpeti hexag. duo, mellis Attici & olei quod ſatis eſt. Probè paratum iniice tepidum, & permitte vt æger ſufficienti tempore quieſcat.

Cap. XXV.

ENEMA ad colicos, admodum probatum. Rutæ viridis vnc. tres, olei communis lib. vnam ſemis. Decoctis & per ſaccum tranſmiſſis adiice terebinthinæ, pinguedinis gallinæ & anſeris, œſypi, probéque paratum tepidum iniiciatur, & iube vt æger iuſto tempore retineat, & videbis diuinam facultatem.

Cap. XXVI.

ENEMA ad exulceratum vterum, & eryſipelata. Hæc vteri mala curare oportet cum lacte muliebri recẽs mulcto, & cõtuſis peponis, angurii, cucurbitæ, & citruli ſeminibus, ſuccóque portulacæ. dein in alia aqua ad tertias decoquito violas, nenupharem, tenera betæ folia, roſas, ſpicam, intybum, hordeumque nudatum. Accipe ex decocto quantum volueris, & commiſce cum prædictis ſuccis, atque adiice ſacchari violacei vnciam ſemis per ſaccum tranſmiſſi, olei roſacei, & violacei, ouorum lutea duo bene contuſa. Probè paratum & tepidum iniice vtero per clyſterem, & ſine vt quieſcat, prius imum ventrem multoties inungendo cum feruenti vino bono, & oleo roſaceo.

Cap. XXVII.

ENEMA ad continuas febres, expertum. Foliorum betæ, violarũ, ſeminum cucumerum, nenupharis, lactucæ, & foliorum intybi, ceraſorum, Damaſcenorũ, hordei nudi, foliorum maluæ & bugloſſi, adianti, ptiſanæ, herbæ venti, ſcarolachani. Decoquito in aqua ad tertias. dein accipe decocti quantum volueris, & adiice illi ſacchari violacei vnc. vnam, olei violacei vnc. duas, mannæ vnc. ſemis. Hoc non ſolùm ad continuas febres eſt laudatum, ſed & ad lipyrias, hecticas, & tertianas. Aliqui verò vtuntur ad hecticas febres, & adiiciunt plures è ſpeciebus prædictis, & ſucco peponis, & citruli.

Cap. XXVIII.

ENEMA ad iſchiadicos, valde probatum. Agarici, medullæ radicis cucumeris agreſtis, caricarum, radicis apii, & fœniculi, rutæ, foliorum betæ, hordei nudi, althææ, ſing. drachmam vnam, foliorum ebuli, pulegii, ptiſanæ, centaurii, thlaſpeos, calaminthæ, chamæmeli, ellebori. Coquito in aqua ad tertias, & accipe decocti quantum volueris. Adiice benedictæ laxatiuæ, hieræ Logadii, & trypheræ Saracenicæ, ſingulorum vnciam ſemis, mellis Attici & olei quod ſatis eſt. Aut pro oleo adiice butyri & ſalis quod ſatis eſt. Probè paratum iniice tepidum iſchiadicis, ob pituitam laborantibus.

Cap. XXIX.

ENEMA ad nephriticos, valde mirabile. Fœnigræci, meliloti, foliorũ althææ, abſinthii, ſing. vnc. tres. Coquito in aqua ad tertias, & accipe decocti quantum volueris. Adiice hieræ picræ, & benedictæ laxatiuæ, ſingul. vnc. S. mellis Attici & olei quantum ſufficit. Vbi rectè paraueris, tepidum iniice.

Cap. XXX.

A

ENEMA ad nephriticos pulcherrimum. Centaurii,chamæmeli,[a]ampeloprafi,marrubii,rutæ, mercurialis,ſingulorum faſciculum manipularem vnum, fœnigræci,abſinthii,ſeminis Cnici,ſeminis lini, colocynthidis,ſingulorum drachmam vnam. His tuſis & cribratis adiice nitri vnciam vnam , ſalis vnciam ſemis drachmã vnam, olei communis vnciam vnam ſemis , dulcis calami puri vnciam vnam , hieræ picræ & benedictæ, ſingularum vnciam ſemis. Vbi probè paraueris,cum decocto prædicti enematis iniice tepidum.

a Ampeloprafi] Manuſcriptus codex corruptè admodum legit λεπροπάσου pro ἀμπελοπράσου.

Cap. XXXI.

ENEMA ad colicos & dyſentericos. Orizæ, papaueris albi,lentis,taurocollæ,ichthyocollæ,rhois Syriaci, quinqueneruiæ,polygoni,cotoneorum, pyrorum ſylueſtrium,rhois coriarii,ſumachii, maſtiches & baccarum myrti.Coquito in aqua pluuiali ad tertias,& accipe decocti quantum volueris:atque illi adiice boli Armenii, ſigilli Lemnii,ſanguinis draconis,lapidis hæmatitis, amyli,ceruſſæ,lithargyri,opii,atque terito vt pollinem, olei roſacei & ouorum lutea in aceto cocta duo , ſubactis omnibus ſimul, & irrigatis iniice tepidum.

Cap. XXXII.

ENEMA pituitam laxans,valde bonum.[a]Myrianthum, quæ eſt biuium humanum, aridam,cõiice in ollam nouam,cum plena manu ſalis,& lignis althææ,manipulo vno.Coquito in aqua dulci ad tertias.Dein colato in vas purum,adiice mellis Attici,olei & ſalis quod ſatis eſt.colatum & calefactum iniice nõ contemnẽs vtilitatem:expertum enim eſt.

a Myrianthum]Codex Nicolai ſic habet μυριάνθου, ἥ ἐστιν ἄμφοδος ἀνθρωπίνη, ξηρᾶς.Quid autẽ iis verbis velit Nicolaus,nõ ſatis intelligo,niſi terram aridam in biuio per quod homines ambulant,repertã, ſignificare voluerit. Sed nihil pronuntiamus, præſertim in eo codice qui infinitis mendis ſcatet.Suſpicio tamen eſt pro μυρίανθον poſſe rectiùs legi μυρτακάνθαν, quo nomine appellatur myrtus ſylueſtris : vt ſecundo noſtrorum de ſtirpium hiſtoria commentariorum tomo latiùs diximus.

Cap. XXXIII.

ENEMA ad colicos,quo ſemper vtor.Hyſſopi,centaurii,ſingulorum vnciam vnam , colocynthidem vnã integram.Coquito in aquæ ſextariis quatuor,quo ad dimidium abſumatur.Dein colato,& decocti accipito quãtum lubet,adiiciéque olei rutacei vncias tres & tepidum iniice.Quòd ſi verò iterum de eo iniicere vis, adiice olei rutacei vnciam vnam,mellis Attici vncias ſex, ſalis communis vncias tres.Pòſt calefactum iniice.

Cap. XXXIIII.

ENEMA ad colicos,confeſtim dolore liberans.Helenii,aloes flauæ,petroſelini,myrrhæ,caſtorei, ſingulorum vnciam vnam,opii hexagia quinque,piperis albi, ſpicæ nardi,ſingulorum vnciam ſemis. Opium & myrrham prius in ſucco rutæ macerato , arida per cribrum tranſmiſſa adiiciendo , trita & exiccata reconde in vaſe in quo faciлè perſpirent.Vſu poſcente, iniice cochlearia duo cum decocto rutæ tepido.

Cap. XXXV.

ENEMA ad colicos valde vtile.Fœnigræci,abſinthii,ſeminis anethi,apii & fœniculi, foliorum braſſicæ, colocynthidis,mercurialis,centaurii,mẽthæ , foliorum althææ & ſeminis,foliorum betæ tenerum . Coquito in aqua ad tertias.Decocti accipe lib. duas, & lanas in alis ouium ſordidatas in decocto donec omnes deponant ſordes,lauato.Pòſtea adiice ſalis vnciam vnam , olei rutacei vncias tres,dulcis calami puri vnciam vnam , hieræ picræ Galeni & benedictæ,ſingularum vnciã ſemis, mellis Attici vncias duas . Subacta hæc & calefacta iniice.Si verò efficaciori vti neceſſe eſt,adiice etiam caſtorei hexagium vnum,terebinthinæ vnciam ſemis , ſaxifragi,ſcordii,ſingulorum hexagium vnum ſemis , agarici grana decem.Iniice tepidum cum prædictis. Hoc verò expertum propter maximas in vehementibus colicis doloribus vtilitates.

Cap. XXXVI.

ENEMA febres finiens, expertum in ardentibus febribus.Succi ptiſanæ , & ſeminis lini,nenupharis,violarum,florum bugloſſi,hordei nudi,mixariorum, ceraſorum,cucumeris ſatiui ſeminis recentis , foliorum betæ tenerum.Coquito in aqua ad tertias,& accipe decocti quantum lubet . Adiice ſacchari violacei vnciam vnam,caſiæ puræ vnciam vnam ſemis, olei violacei vncias duas,lutea ouorum duo.Subacta probè & colata omnia ſimul miſceto: & poſtquam diligenter ſubegeris, iniice tepida.

B

Cap. XXXVII.

ENEMA finiens febrem,bonum.Succi ptiſanæ, & ſeminis lini,ouorum lutea duo,olei chamæmelini aut communis quod ſatis eſt.Paratum cum prædicto decocto,iniice tepidum.

Cap. XXXVIII.

ENEMA nephriticum,admodum bonum. Mercurialis,anthemidis,meliloti,fœnigræci,althææ, ſingulorum vncias tres.Coquito in aqua ad tertias,& accipe decocti quantũ volueris. Adiice mellis Attici & olei quod ſatis eſt,& iniice tepidum.

C

Cap. XXXIX.

ENEMA nephriticum expertum . Centaurii, chamæmeli,radicis fœniculi & apii,cicerum nigrorum, ſeminis anethi,marrubii,rutæ,fœnigræci,ſeminis Cnici, ziziphorum,ſenæ, colocynthidis . Coquito in aqua ad tertias,& accipe decocti quãtum lubet . admiſce mellis Attici vncias duas,ſalis communis vnciam vnam , nitri vnciam ſemis,olei communis vncias duas, lutea ouorũ duo.Paratum iniice tepidum.

D

Cap. XL.

ENEMA ad cœliacos admodũ probatum. Orizæ, papaueris albi,roſarum,ſidiorum,taurocollæ , ichthyocollæ.Coquito in aqua pluuia ad tertias.Dein accipe decocti quantum vis.Adiice boli Armenii,ceruſſæ,ſanguinis draconis,opii,lithargyri,paſtilli catoterici , ouorum lutea in aceto aſſa duo,chartæ vſtæ bombacinæ,olei roſacei & ſtillatitii roſarum liquoris quantum placuerit. Probè paratum iniice tepidum.

E

Cap. XLI.

ENEMA molle, vocatum commune inſtrumentum.Aquæ calidæ decoctionis mercurialis , aut calidæ duntaxat,mellis puri , olei ac ſalis communis. iniice calidum.

Cap. XLII.

ENEMA pituitam educens admodum bonum. Radicis cucumeris agreſtis,mercurialis,ariſtolochiæ, centaurii,colocynthidis,origani,bliti, baccarum lauri, ſingulorum vncias tres.Coquito in aqua ad tertias. Accipito decocti quantum lubet:adiice pyrethri, ſtyracis , caſtorei,ſingulorum vnciam vnam,ſeminis eryſimi vnc. ſemis drachmam vnam,olei veteris quod ſatis eſt.Contuſa coniicito in vas duplex,& colata affunde, & eluens clyſtere conſueto, vnita & cum oleo in vnam mixturã redacta,iniice tepida.

F

Cap. XLIII.

ENEMA ad colicos,inflatos, & dolore inteſtinorũ cruciatos,admodum expertum.Folia althææ teneræ,folia betæ tenera,chamæmeli pilulas,ſemen anethi, aniſi, fœniculi & apii,cyclamini,centaurii, tribuli herbam & ſemen,caricas,ſemen lini,fœnigræci,colocynthidis. Coquito in aqua ad tertias,& accipe decocti quantum vis. adiice hieræ picræ,benedictæ,agarici triti , ſingulorum vnciam ſemis,mellis Attici, olei rutacei quod ſatis eſt. Paratum probè,iniice calidum.

G

Cap. XLIIII.

ENEMA mirabile ad inflationes,colicos,& dolore inteſtinorũ infeſtatos.Hordei nudi, chamæmeli , foliorum braſſicæ,centaurii,foliorum betæ,tribuli herbæ & ſeminis,colocynthidis, agarici,caricarum,fœnigræci,ſeminis lini,aniſi,apii,& fœniculi ſemen,caroi ſemen. Coquito in aqua ad tertias, & accipe decocti quantum lubet.Adiice ſagapeni,opopanacis, ſingulorum drachmã

H

ſemis,mellis Attici, olei roſacei & rutacei quod ſatis eſt.Paratum probè,iniice tepidum.

Cap. XLV.

ENEMA cœliacum,admodum laudatum. Orizæ, papaueris,lentis,taurocollæ,ichthyocollæ,ſidiorum,balauſtiorum,foliorum acidorum Punicorum, quinqueneruiæ,foliorum arnogloſſi,roſarum rubearum & Ægyptiarum,ſumachii, baccarum myrti, ſummitatum rubi,ſaluiæ,roſmarini,[a]augares,aniſi,fœniculi, cotoneorum, malorum, pyrorum agreſtium immaturorum. Coquito in aqua pluuiali ad tertias, & accipe decocti quantum vis. Adiice boli Armenii,ſigilli Lemnii, ſanguinis draconis,ſucci acaciæ & hypociſthidis, gummi Arabici,amyli,ceruſſæ,maſtiches. Hæc probè trita cum luteis ouorum in aceto coctis vnito, olei roſacei, ſucci quinqueneruiæ,& modicum opii.Dein iniice tepidum.

a Augares] Græcè eſt αὐγαρές. Quid verò illi hæc vox ſignificet diuinare nequeo.

Cap. XLVI.

ENEMA ad dyſentericos & cœliacos probatum. Orizæ tritæ vncias duas,hordei nudi, picis aridæ, lentis in pollinem tritæ,ſingulorum vnciam vnā ſemis, myrtorum viridium vncias duas, balauſtiorum, capitum acidorum Punicorum,ſingulorum vnciam vnam,roſarum rubearum,ſumachii,ſingulorum vnciam vnam ſemis,roſmarini, ſaluiæ, ſingulorum manipulum ſemis, cotoneorum, pyrorum ſylueſtrium contūſorum, ſing. vncias quatuor.Coquito in aqua pluuia ad tertias,& accipe decocti quantum lubet. Adiice gummi Arabici, ſigilli Lemnii,boli Armenii,[a]cataſtati,ſingulorum hexagium vnum,ceruſſæ, ſanguinis draconis, ſucci acaciæ, chartæ bombacinæ vſtæ, ſingulorum hexagiū ſemis, corallii rubei,veronicæ, ſingulorum hexagium vnum, ſucci arnogloſſi & hypociſthidis, roſarum legitimarum & Ægyptiarum,ſucci Cimoliæ,ichthyocollæ,membranæ interioris ventriculi gallinæ, ſingulorum hexagium vnum ſemis. Quòd ſi vehementer circa inteſtina æger dolet,adiice ſucci polygoni aut opii hexagium ſemis,lutea ouorum duo in aceto cocta. Adipis è renibus hirci vnciā 1. ſtillatitii roſarum campeſtrium liquoris vncias duas.Subactū & paratum probè,iniice tepidum. Impones autem hoc emplaſtrum imo ventri & renibus. Foliorum hyoſcyami viridium ſucci vnciam vnam,arnogloſſi,polygoni & quinqueneruiæ ſucci,ſingulorum vnciam vnam ſemis,farinæ ſecales,lentis,& orizæ, ſingul. vncias duas,ſpicæ vnciam vnam. Omnia ſubacta & calefacta in linteo ſolido illita,imponito tepida.

a Cataſtati] Græcè eſt καταστάτυ. Et hac dictione paulo pòſt etiam vtitur.Sed quid hæc ipſa ſignificet ſcire non poſſum.

Cap. XLVII.

ENEMA ad dyſentericos,valde vtile. Succi itrii & orizæ,adipis bouilli,terræ Cimoliæ,cataſtati, ſucci ſolani,ſingulorum vnciam vnam ſemis, alba ouorum tria, ſucci arnogloſſi,polygoni & quinqueneruiæ, ſingulorū vncias tres, ſtillatitii roſarum campeſtriū liquoris quātum placuerit.Paratum rectè tepidum iniice, & permitte vt æger dormiat.Dein accipe olei rutacei tepidi, & inunge imum ventrem.Poſtea accipe ſidiorum, balauſtiorum,roſarum,abſinthii, ſummitatum myrti, ſampſychi,menthæ,pulegii,cyperi,gallarum,rhois coriarii, baccarum myrti,abrotoni vſti, roſmarini,thuris,maſtiches.Terito hæc,& farinas puras accipe, coquitóque in vino & aqua pluuia & ſtillatitio roſarum liquore quantum ſufficit.Illita ſolido panno,& calefacta imponito renibus,& imo ventri.

Cap. XLVIII.

ENEMA ad dyſentericos & cœliacos.Rubi ramorū & radicis,roſarum,ſaluiæ,gallarum,acaciæ,baccarū myrti,ſidiorum,balauſtiorum,fructus mori immaturi,pampinorum vitis,cotoneorum,pyrorum ſylueſtrium immaturorum,acinorum vuæ,ſeminis fœniculi,aniſi, pulegii,augares, maſtiches.Coquito in aqua pluuia ad tertias,& accipe decocti quantū placet. Adiice boli Armenii,Lemnii ſigilli,cataſtati,ſingul.hexag. duo, ſacchari roſacei veteris vnc.vnam ſtillatitii,roſarū campeſtrium liquoris vncias duas. Probè paratum iniice tepidum. Dein accipe acaciæ,ſidiorum,balauſtiorum,rhois coriarii,rhois Syriaci,pampinorum vitis, foliorum Punicorum acidorum,foliorum lauri,ſaluiæ,roſmarini, filicis, baccarum myrti,roſarum,ſumachii,maſtiches.Hæc bene trita coniice in ſacculum,& calefacta in vino & ſtillatitio roſarum liquore,impone vniuerſo ventri & imo ventri.

Cap. XLIX.

ENEMA ad colicos,valde bonum.Seminis lini,ſeminis maluæ & foliorum,ſingulorum vnciam vnam ſemis,fœnigræci vnciam vnam,ſcarolachani vncias quatuor,furfuris frumenti vncias duas,ſalis puri vnc. duas, zedoariæ vnciam vnam ſemis,epithymi,polypodii,agarici,ſenæ,ſing.vnc.vnam ſemis, colocynthidis vnciam ſemis,aniſi,fœniculi ſemen,ſing.vnc.vnam.Coquito in aqua ad tertias,& accipe decocti quantum voles, atque adde lutea ouorum duo,olei rutacei, pulueris ſacchari, ſing.vnc.vnam.Probè paratum iniice tepidum.

Cap. L.

EPITHEMA ad dyſentericos in ſacculo. Roſarū, ramorū rubi,myrti & eius fruct⁹,polii.Coquito in vino & coniice in ſacculum,& calefactum imponito ægrotati ſedendo. Vbi ficubus laborat, ablue ſedem hoc decocto cum ſpongia ſæpius. Dein accipe rubi fructum immaturum & mori,& ramos ipſorum,& pilos ſuillos, & fructum lentiſci.Vſta & vt pollinem trita inſperge podici.

Cap. LI.

EPITHEMA ad dyſentericos & cœliacos, valde expertum.Gummi Arabici,thuris,maſtiches, aloes flauæ, ſingulorum hexagia tria,ſanguinis draconis, lapidis hæmatitis, ſingulorum hexagia duo, teſtæ vnc. ſemis.Trita & cū ouorum albo & luteo ſubacta,imponito renibus,mutas illud ſingulis admotionibus.Ægrotanti bibendum præbeto theriaces hexagium ſemis, cum vino tepido ſingulis diebus,ieiuno:Eſt enim expertum.

Smegma Indum nominatũ ex ſalibus, Cap. I.
Smegma ad lepras, ſcabiem, impetigines, & omnis generis alphos, Cap. II.
Smegma ad impetigines, & potiſſimùm agreſtes ſiue feras, Cap. III.
Smegma ad feruidas papulas expertum, Cap. IIII.
Smegma ad impetigines & lepras, Cap. V.
Smegma ſimile, Cap. VI.
Smegma bonum corporis colorem efficiens, Cap. VII.
Smegma ad impetigines admodum bonum, Cap. VIII.
Smegma ad cicatrices oris, Cap. IX.
Smegma quo Iulianus ſanauit alphos, & intolerabiles pruritus & alia, Cap. X.
Smegma ad malignos alphos nigros, quo multoties ſum vſus, Cap. XI.
Smegma ad lepras, ſcabies, impetigines & omnis generis alphos, valde vtile, Cap. XII.
Smegma caput denſans, à defluxione immunia ſeruans in ore omnia, & columellam & alia, Cap. XIII.
Smegma caput defluxioni admodum obnoxium condenſans, valde bonum, Cap. XIIII.
Smegma ad caput quod calefactione indiget, & iſchiadicos in balneo, Cap. XV.
Smegma ad deſtillationes & defluxionem capitis, Cap. XVI.
Smegma ad pruritum corporis, Cap. XVII.
Smegma ad pruritum totius corporis, Cap. XVIII.
Smegma ſimile expertum, Cap. XIX.
Smegma ad maculas à partu factas in facie, Cap. XX.
Smegma ad pruritum, alphos, lepras, impetigines, ſcabies & perniones totius corporis, Cap. XXI.
Smegma læue corpus faciens, & confeſtim pilis nudum, Cap. XXII.
Smegma ad alphos albos, & ſcabiem, Cap. XXIII.
Smegma ad caput defluxioni obnoxium præſtantiſſimum, Cap. XXIIII.
Smegma ad faciem ne rugas contrahat, & corrugatam faciem extendens, Cap. XXV.
Smegma ad faciei nigredines expertum, Cap. XXVI.
Smegma ſimile, Cap. XXVII.
Smegma faciem ſplendeſcere faciens, Cap. XXVIII.
Smegma ſplendorem reddens faciei, & rugas expoliens & alia, Cap. XXIX.
Smegma faciem ſplendeſcere faciens, & rubeſcere, Cap. XXX.
Smegma ſplendorem faciei & vniuerſi corpori faciens, optimum. Cap. XXXI.
Smegma Cleopatræ reginæ, pretioſum & odoratum, Cap. XXXII.
Smegma admodum efficax & odoratum ſimile, Cap. XXXIII.
Smegma faciem illuſtrans & vniuerſum corpus, expertum, Cap. XXXIIII.
Smegma faciem ſplendidam reddens, valde bonum, Cap. XXXV.
Smegma ſiue ſaponi um, vtendum in balneo, Cap. XXXVI.
Smegma ad nigredinem faciei, Cap. XXXVII.
Smegma illuſtrans & purgans faciem, Cap. XXXVIII.
Smegma faciem & vniuerſum corpus ſplendeſcere faciens, Cap. XXXIX.
Smegma Rufi ad rugas corporis, Cap. XL.
Smegma totius corporis odoratum, Cap. XLI.
Smegma caput denſans, Cap. XLII.
Smegma ad deſtillationes & humida habentes capita, Cap. XLIII.
Smegma ad omnem capitis dolorem & oculorum defluxionem, Cap. XLIIII.
Smegma ad eos qui à ſole vſti ſunt, expertum, Cap. XLV.
Smegma dentium valde bonum, Cap. XLVI.
Smegma faciei laudatum, Cap. XLVII.
Smegma ſummè ad totius corporis pruritus faciens, Cap. XLVIII.
Smegma dentium expertum, Cap. XLIX.
Smegma dentium, mirabile valde, Cap. L.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De Smegmatis,

Sectio decimaoctaua.

Cap. I.

SMEGMA maximum nominatum Indum, vſitatum. Demolitur enim diuturna mala, & cranii defluxiones compeſcit. oculorum, dentium, aurium, & narium defluxiones diſcutit. Vtile eſt admodum ad mali habitus ſtomachos, articulorumque robur. Si verò quis eo aſſiduè vtitur, nũquam podagra tentabitur neque iſchiade. Fertur etiam incipientes elephantias curare. Compoſitio autem eius eſt eiuſmodi. Salis marini toſti, ſalis Cappadocici, ſalis
B ammoniaci, ſalis [a] è fontibus nitri, ſalis amari, nitri rubei, ſingulorum vnciam ſemis, ellebori albi drachmas duas, ſpumæ nitri vnciam ſemis, ellebori nigri, radicis ſtruthii, radicis cucumeris ſylueſtris, gummi, ſpicæ nardi, ſtaphidis agriæ, pumicis, ſinapis, cyperi, ſepiæ teſtarum, ſeminis agni, fœnigræci, baccarum lauri aridarũ, pæoniæ, pulegii, coſti, lapidis aſii, Cimoliæ, folii, euphorbii, grani Cnidii, ſeminis cõmunis, marrubii, iridis, chamæleontis nigri, thuris, gallarum, aluminis ſciſſilis, pyrethri, iunci odorati, tartari, canchryos, ſingulorum dr.
A duas, adarces, alcyonii, ſing. ſcrup tres, ſulphuris ignem non experti, ſampſychi, [b] diſci Britannicæ, ſing. hexag. I. ſemis, ſtyracis, aloes flauæ, myrrhæ, ſingulorũ vnciam S. His tuſis & per tenue cribrũ tranſmiſſis vtere in balneo, diligenter attendens ne omnino contingant oculos.

a E fontibus nitri] In manuſcripto codice legitur perperam προπαϊκῶν pro νιτροπηγικῶν. teſtis Paulus lib. 7. cap. 13. b Diſci Britannicæ] Græcè eſt δίσκου βρεττανικοῦ. Sed fortè legendum, vt è Paulo liquet, βρυωνίας ξηρᾶς.

Cap. II.

SMEGMA ad lepras, ſcabies, impetigines & omnis
B generis alphos. Nitri rubei, reſinæ, ſingul. lib. ſemis, farinæ lupinorum vnc. tres ſemis, lycii Indici vnciam vnam ſemis, thuris vnciam vnam ſemis drachmam vnã, ellebori nigri vnciam vnam, ſinapi vncias tres ſemis, pſyllii vnciam vnam, radicis hyoſcyami, elaterii, ſing. vnciam vnam ſemis, aceti cochlear. ſex. Præparato probè, vtere ſine oleo.

Cap. III.

SMEGMA ad impetigines, potiſſimùm feras. Miſyos crudi drach. quatuor, chalcanthi, lapidis aſii, nitri,
C thuris, ſulphuris ignem non experti, ſingul. drachmas

duas,ſquamæ æris drachmam vnam, ſoreos drachmam ſemis,aceti acerrimi quod ſatis eſt,& vtere.

Cap. IIII.

SMEGMA ad feruidas papulas, expertum. Maſtiches drach mas duas,thuris, alcyonii, ſingulorum vnc. ſemis,mellis vncias duas,ſaponis Gallici, pilulas cypariſſi.Hæc proiicito in ollam nouam,& coquito ad lentum ignem in aqua. Dein contunde in mortario, & vtere.

Cap. V.

SMEGMA ad impetigines & lepras. Sulphuris ignem non experti,foliorum aridorum ficus,vncias nouem, alcyonii maſculi,ellebori,radicis aſphodeli,ſingulorum vnciæ octauam partem,aceti quantum ſufficit. Hæc coquito ad mellis craſſitudinem. Dein pri⁹ lotum ægrotantem inunge.poſtridie cum luteis ouorum abſterge.

Cap. VI.

SMEGMA ad impetigines & lepras. Acaciæ vnciã vnam,picis liquidæ libram ſemis, ſulphuris ignem non experti, alcyonii,nitri Alexandrini, ſingulorum vnciã vnam ſemis,olei communis cyathos duos, aceti vncias tres.Diſſolue cum aceto,& reduc ad mellis conſiſtentiã ac vtere.

Cap. VII.

SMEGMA corpus bene coloratũ reddẽs. [a]Oſtreorum vſtorum & cribratorum vnciam vnam, fæcis vini ſextarium ſemis & quartam partem,olei roſacei, hyſſopi aridi,erui tuſi,ſingulorum vnciam ſemis,mellis Attici quod ſatis eſt.Hoc etiam ad pruritus prodeſt.

a Oſtreorum] Nicolai codex perperam legit λιθοστρέων pro ὀστρέων.Sunt enim oſtrea ad ſmegmata apta admodum & idonea.

Cap. VIII.

SMEGMA ad impetigines valde bonũ. Gummi, thuris,ſingulorum vnciam vnam.Tuſa & cum aceto acri ſufficienti ſubacta illine,locúmque prius nitro fricato vt ſanguinem purget,& poſtea inunge.

Cap. IX.

SMEGMA ad cicatrices oris. Nitri vnciam vnam,ſaponis,ſtercoris columbini,alcyonii,farinæ erui, ſingulorũ vnciã ſemis, aluminis ſciſſilis vnc.S.dr.vnã, farinæ fabaceæ vnc.vnã,Cimoliæ,thuris, maſtiches,ſingulorum hexag. vnum ſemis.Illine cum aqua, & vtere.

Cap. X.

SMEGMA quo Iulianus curauit alphos & intolerabiles pruritus.Vno enim die dicebat abiiſſe, adeò vt per incãtationem videretur eſſe factum. Prodeſt etiam ad impetigines & omnis generis maculas corporis,lẽtiginoſas & alia mala quæ [a]ceruicem depaſcuntur. Ceræ libram ſemis,farinæ fœnigræci vnciam vnam ſemis, aluminis ſciſſilis vnciam ſemis drachmam vnam,reſinæ, colophoniæ,ſingulorum libram ſemis,fæcis vini lib.ſemis,olei communis vncias tres. Arida tuſa & cribrata commiſce liquabilibus,& fac vt ceratum,ac vtere.

a Ceruicem] Manuſcriptus codex perperam δωρὰν pro δέρην.

Cap. XI.

SMEGMA ad malignos alphos nigros, quo crebrò ſum vſus. Alcyonii,ellebori albi,aphonitri albi, ſulphuris ignem non experti, myrrhæ bonæ, ſingulorum vnciam ſemis,aceti acris quod ſatis eſt.Effingito iſta,& fac paſtillos.Inducito autem ægrum in balneum, & vbi cœperit ſudare,inſperge & affrica,ac vtere.

Cap. XII.

SMEGMA ad lepras,ſcabies,impetigines & omnis generis alphos.Nitri rubei librã ſemis, colophoniæ vncias quinque,farinæ fœnigræci vncias tres, lycii vnciã vnam ſemis,thuris vncias duas ſemis,ellebori nigri vnciam vnam,ſinapi vncias tres ſemis, pſyllii hexagia ſeptem ſemis,radicis hyoſcyami,elaterii,ſingulorum vnciam vnam ſemis,aceti cochlearium vnum.

Cap. XIII.

SMEGMA caput denſans, & omnia quæ in ore ſunt à defluxione conſeruans,& ad columellã & omnes capitis dolores vtile.Spinæ Ægyptiæ,ſtaphidis agriæ,ſinapi,ellebori albi,ſingulorum vnciam ſemis, colocynthidis vnciam vnam ſemis,nitri vſti libram ſemis. Excipe ſucco fœnigræci, illine caput veſperi, & poſtridie lauato.

Cap. XIIII.

SMEGMA caput defluxioni admodum obnoxiũ denſans, valde bonum. Nitri Alexandrini vncias ſex, ſampſychi,baccarum lauri, ſingulorum vnciam vnam ſemis,ſinapi vnc. ſemis, ſtaphidis agriæ vnc.vnam, euphorbii ſcrupulum vnum, caricarum pinguium quod ſatis eſt.Excipe,& quum vſus poſtulat ſufficienti mulſo coquito,& in ſole illinito, atque ægrotantẽ ducito in balneum,& modicè fricato,& coniice in ſolium.

Cap. XV.

SMEGMA ad caput quod calefactione indiget, & ad iſchiadicos in balneo. Sinapi,nitri, baccarum lauri, vuarum ſylueſtrium,fæcis vini,pyrethri,euphorbii, ammoniaci,galbani,ſingulorum vncias tres,ſaponis Gallici libram ſemis vncias tres.Probè parato vtere.

Cap. XVI.

SMEGMA ad deſtillationem & defluxionem capitis.Nitri albi,myrrhæ, ſtyracis, ſingulorum vnciam vnam,nitri Alexandrini libram ſemis,ſaponis Gallici libram ſemis vncias tres.

Cap. XVII.

SMEGMA ad pruritum corporis. Oleæ colymbades fortiter terito,& in balneo corpori illinito.

Cap. XVIII.

SMEGMA ad pruritum totius corporis. Baccarum lauri,ſampſychi, ſulphuris ignem non experti,ſtaphidis agriæ,ſingulorum vnciam vnam.His vtere in balneo.

Cap. XIX.

SMEGMA ad pruritum totius corporis,expertum. Roſarum aridarum vncias ſex,myrrhæ, iridis,ſingulorũ vnciam ſemis,Cimoliæ drach.duas, vini odorati quod ſatis eſt.

Cap. XX.

SMEGMA faciei,ad maculas à partu factas laudatũ. Melanthii,[a]oxylapathi,cucumeris ſylueſtris radicis,ſingulorum vnciam vnam. Trita in pollinem cum melle puro irrigata illine dormituris,& permitte vt retineant vſque ad matutinum tempus. dein abſtergito cum aqua.

a Oxylapathi]Græcè eſt ὀξυβάφου ſcriptum,pro ὀξυλαπάθου. Eſt enim ὀξύβαφον menſuræ genus.Oxylapathi autem radices illitæ (crudæ etiam) lepras, Dioſcoride teſte,& impetigines ſanant.

Cap. XXI.

SMEGMA ad pruritum,alphos, lepras, impetigines,ſcabies & perniones totius corporis, valde bonum. Nitri Alexandrini vncias tres,fæcis vini libram vnam, pumicis vncias quatuor,alcyonii,ſtaphidis agriæ, ſing. vncias duas,ſulphuris ignem non experti vnciam vnã ſemis, opobalſami vncias tres. Paratum rectè illine in balneo.

Cap. XXII.

SMEGMA cutem læuem faciens,& nudum pilis confeſtim expertum.Calcis viuæ,oxylapathi,Cimoliæ, arſenici,partes quatuor. Coquito in aqua ſufficienti,& vtere.

Cap. XXIII.

SMEGMA ad alphos albos & ſcabies.Ellebori albi & nigri,euphorbii,adarces,nitri rubei,ſalis ammoniaci, ſulphuris ignem non experti,cãchryos, radicis ſtruthii, ſeminis hyoſcyami,ſingulorum vnciam ſemis. Tundãtur & cribrentur,formentúrque paſtilli. Vſu exigente aceto diſſolue,& illine locum cum panno puro prius fricatum.

Cap. XXIIII.

SMEGMA ad caput defluxioni obnoxium præſtãtiſſimum. Salis communis toſti,ſalis amari, ſalis Cappadocici,nitri toſti,pumicis, ſingulorum libram ſemis, ellebori albi,radicis ſtruthii,ſtaphidis agriæ, ſinapi, cyperi,ſingulorum vncias tres, aphonitri albi, baccarum lauri,ſingul.libram ſemis,radicis cucumeris ſylueſtris,

pyrethri,chamæleontis,iridis,floris iunci odorati,alumi A nis ſciſſilis, marrubii aridi, ſingulorum vnciam vnam ſemis,adarces vnciam vnam,ſampſychi, alcyonii, thapſiæ, ſingulorum vnciam ſemis. His probè vnitis vtere in balneo affricans validè ſub æſtu caniculæ. Tegito autem ea quæ iuxta faciem ſunt panno aſpero ne oculos offendat.

Cap. XXV.

SMEGMA vt facies non contrahat rugas conferēs, & corrugatam faciem extendens. Cornu ceruinum recens coquito in aqua quoad ſuccum de ſe præbeat.[a] Dein percola aquam & cum ea ſubige farinam fabaceam, B & informa paſtillos,ſiccatóque in vmbra. Vſu poſtulante quantum vis [b]diſſolue in aqua dulci, vt craſſitudinē liquidi cerati accipiat, & cum eo faciem illinito: [c]vbi agglutinatum fuerit,iube abſtergere cum aqua tepida.

a Percola aquam]Hæc in manuſcripto codice deſiderantur:adjecta verò ſunt ex Aetio,qui legit ἐπίθει τὸ ὕδωρ, καὶ τοῦτο φυράσας,&c. b Diſſolue. Nicolai codex habet διεύσας, pro ἐξανέσας ὅσον ἐξαρκεῖ. c Vbi agglutinatum fuerit] Manuſcriptus codex falſò πάνυ pro παγῇ legit.

Cap XXVI.

SMEGMA ad [a]faciei nigredines expertum. Iridis C tritæ,ptiſanæ,ellebori albi,farinæ fabaceæ, ſingulorum hexagium vnū ſemis, ſalis ammoniaci,cornu ceruini, ammoniaci thymiamatis,ſingulorum vncias duas.diſſolue in aqua dulci,dein illine ante balneum.

a Faciei nigredines]In manuſcripto codice falſiſſimè legitur ὄψεις χρονίας pro ὄψεως μελανίας. Sic nuſquam non hic Nicolai codex deprauatus eſt,vt mirum non ſit,nos interdum legitimum ſenſum non potuiſſe aſſequi.

Cap. XXVII.

SMEGMA ſimile ad faciei nigredines. Ptiſanæ fa- D rinæ,fabaceæ farinæ,thuris,cumini,farinæ eruinæ, iridis,aphonitri,coſti,ſingulorum drachm.duas,amygdalarum amararum viginti. Præparato cum lacte aſinino, & candido ouorum,ſiccatóque in vmbra. Vſu verò exigente ſolue in aqua dulci,& illine ante balneum.

Cap. XXVIII.

SMEGMA illuſtriorem & nitidum reddens vultum. Thuris,aphonitri,gummi, ſingulorum drachmas duas,amygdalas viginti,ſimilaginis drachmas duas,fa- E rinæ fabaceæ drachm. ſex. Probè tuſa excipe cum albis ouorum,& fingito paſtillos. Vſu poſcente diſſolue in aqua dulci ſufficienti,& illine in balneo & citra balneū.

Cap. XXIX.

SMEGMA mirabile,faciem reddens nitidam,& rugas expoliēs,læuigat omnes aſperitates.ad initia quoq; elephantiæ,& ad omne corpus eſt laudatum. Maſtiches, thuris,thymiamatos ammoniaci,iridis,ſingulorum vnciam ſemis,tragacāthæ vnciam ſemis drachmam vnā, ſucci vuæ acerbæ vncias quatuor ſemis, ſeminis peponis cum humore qui in eo eſt,vncias quinque,ouorum F alba decem & dimidium,ſimilaginis lib. tres ſemis vnc. tres. Effinge paſtillos latos,& ſiccato in vmbra. Dein tritos & cribratos ſeruato in vitreo vaſe, & vſu poſtulante præbeto.

Cap. XXX.

SMEGMA faciem nitidam & rubicundam reddēs. Farinarum eruinæ,fabaceæ,& lupinorum,ptiſanæ,farinæ cicerum,narciſci bulborum,ſingulorum ſextarii Itali quartam partem,ſimilaginis puræ libram ſemis vn- G cias tres. Tuſa & per tenue cribrum tranſmiſſa irrigato cum albo ouorum & fingito paſtillos,ſiccatóque in vmbra. Vſu exigente diſſolue in aqua & præbeto poſt balneum.

Cap. XXXI.

SMEGMA ſplendidam reddens faciem & vniuerſum corpus. optimum etiam ad diſſipandas rugas. Bryoniæ radicis in ſole ſiccatæ,dein tritæ ſextar. Italici quartam partem,iridis,myrobalani decorticati aridi,ſingul. ſextarii Italici quartam partem,farinæ fabaceæ [a]chœni- H cem,vini albi veteris odorati quod ſatis eſt. Probè ſubacta fingito in paſtillos,ſiccatóque in vmbra,atque poſcēte vſu accipe ex ipſis quantum volueris,& diſſolue in aqua dulci,& vtere.

a Chœnicem]In manuſcripto codice perperam χοίνικος pro χοίνικα legitur.

Cap. XXXII.

SMEGMA Cleopatræ reginæ, pretioſum & odoratum valde laudatum. Coſti,myrrhæ troglodyticæ,iridis,ſpicæ nardi,amomi,folii,caſſiæ,florum iunci odorati,ſingulorum vnciam ſemis,myrobalani albi drachm. duas,aphonitri libram vnam ſemis. His tuſis & cribratis ac probè paratis vtere ad vniuerſum corpus.

Cap. XXXIII.

SMEGMA ſimile,admodum efficax & odoratum. Floris iunci odorati,iridis,ſingulorum drachmam vnā, maſtiches drachmam ſemis. Læuigata excipe cum ſucco ptiſanæ denſiſſimo ſufficiēti,& fac paſtillos, ſiccatóque in vmbra. Vſu poſcente diſſolue in aqua, & illinito. poſt horæ interuallum aqua frigida abluito.

Cap. XXXIIII.

SMEGMA faciem ſplendidam & erugatam totúmque corpus nitidum reddens,expertum. Farinæ fabaceæ ſextarium Italicum ſemis,ſimilaginis puræ,trifolii tuſi, ſingulorum ſextarios duos,myrobalani albi,iridis,ſing. ſextarios duos,ammoniaci thymiamatis,coſti,ſingulorum libram ſemis,alba ouorum recentium triginta, ſeminis peponis vnà cum humore,ſucci vuæ immaturæ, ſingulorum ſextarium vnum. His ſubactis fingito paſtillos,& in vmbra ſiccato. vſu poſtulante diſſolue in aqua & illine à balneo. Facit etiam ad nigredines quæ in collo ſunt,& reliquo corpore.

Cap. XXXV.

SMEGMA quo vtebatur Pelagia atricia vt ſaponē, ad nitidā reddendam faciem per vniuerſam familiam, valde laudatum. Saponis Gallici,amyli,ſingulorum vncias tres,ceruſſæ vnciam vnam,maſtiches hexagium vnum ſemis,medullæ ceruinæ vnciam ſemis, aphonitri albi,ceræ dealbatæ,ſingulorum vnciam vnam ſemis. Saponem prius macerato in vaſe vitreo diebus quinque, diebus ſingulis aquam pluuialem mutando,ſolique exponito ſaponem. Poſtea conìice in ollam nouam,&[a] ſexta die rurſus aquam pluuialem ſufficientem affuſam carbonibus admoue, & lento igni coquito donec ſapo diſſoluatur. Dein adiice ceram & medullam. vbi diſſoluta fuerint,apprehēde ollam & cum rude crebrò moueto,& inſperge maſtichen & amylum læuigata. Deinde ceruſſam exigua prius in aqua diſſolutam proiice in cōcham,& manu validè ſubigito. Dein proiecto in vas vitreum vtere per familiam.

a Sexta die,&c]Hæc adiecta ſunt ex Aetio qui lib.8.cap. 6. hoc etiam ſmegma deſcribit. quanuis Cornarius in ſua conuerſione illud prorſus omiſerit. Ibidē ſic ſcribitur καὶ τῇ ς′ ἡμέρας πάλιν ὕδωρ ὄμβριον ἐπίθεις ἐπ᾽ ἀνθράκων χθαμαλῷ πυρὶ ἕως,&c.

Cap. XXXVI.

SMEGMA, hoc eſt ſapo quo vtendum erit in balneo. Saponis Gallici præcipui libras duas ſemis,nitri lib. vnam,ammoniaci thymiamatis,ceruſſæ, oſtreorum vſtorum,ſingulorum libram ſemis,maſtiches,amyli,ſingulorum vncias tres. Vbi probè paraueris,vtere.

Cap. XXXVII.

SMEGMA probatum ad nigredinem faciei. Thuris vnciam ſemis drachmam vnam. Ceruſſæ lotæ diligēter,lithargyri multoties in decocto alborum cicerum [a]ad ſolem abluti,amyli recentis,ſcobis marmoris albiſſimi,maſtiches puræ,aphonitri albi,teſtarum ſepiæ,ſingulorum vnciam ſemis. Trita in pollinem madefacito cum ſaponis Gallici vnc.ſex,& albis ouorum duobus,ac vtere.

a Ad ſolem] Hæc in Nicolai codice, vt alia quædam de quibus ſingulis vt aliquid annotemus non eſſe neceſſe iudico, deſiderantur, & ex Aetio ſunt adiecta.

Cap. XXXVIII.

SMEGMA mirabile expurgans, & nitidam reddēs faciem. Farinæ fœnigræci vncias duas, terræ Samiæ quæ aſter appellatur,ammoniaci thymiamatis, ſingulorum vnciam vnam ſemis,amyli vncias duas, maſtiches vnc. tres, tragacanthæ vncias duas. Tragacantham in lacte muliebri aut aſinino macerato,ac cum eo diſſoluta, reliqua tenuiſſimè trita in paſtillos digerito, ſiccatóque

in vmbra. Vſu poſcente præbeto vt dictum eſt.

Cap. XXXIX.

SMEGMA nitidam reddens faciem & reliquum corpus. [a] Ricini ſeminis interioris, bulborum narciſſi aridorum decorticatorum, ſingulorum drachmas quatuor, ſimilaginis drachmas duas, thuris drachmam vnam, oui vnius album. Parato rectè, ac vtere.

a Ricini ſeminis] Manuſcriptus codex habet κικίας κροτώνυ, pro κικέας κροτώνων.

Cap. XL.

SMEGMA ex Rufi libris ad rugas totius corporis. Ficus pingues, radicem bryoniæ, teſtas ſepiæ vſtas, farinam eruinam. Vnumquodque ſeorſim contũde, [a] dein etiam ſimul contundito, affuſo melle modico, & vtere.

a Deinde etiam ſimul contundito] Legendum ἔπειτα καὶ ἅμα κόπτων, Nicolai autem codex habet ſimpliciter, καὶ ἅμα.

Cap. XLI.

SMEGMA totius corporis odoratum valde. Terræ Cimoliæ vncias decem, iridis tenuiſſimè tritæ libram vnam, nardi Celticæ drachmas duodecim, cyperi, cardamomi, ſtyracis flaui & pinguis, ſingulorum drachmas ſex. Styracem in vino albo odorato veteri diſſolue: dein Cimoliam in fictile vas coniectam admoue carbonibus: & vbi ſatis ab igne incanduerit, admiſce illam ſtyraci diſſoluto: poſtea inſperge arida tenuiſſimè trita. Vnita ſufficienter in paſtillos digere, & ſiccato in vmbra. Vbi vſus poſtulat, contuſis & cribratis vtere.

Cap. XLII.

SMEGMA caput condenſans. Nitri berenicarii dr. ſex, baccarum lauri, ſinapis, ſampſychi, ſingulorum drachmas duas, cyperi drachmam vnam, fæcis vini vſtæ dr. vnam. Liqueſcat in balneo non [a] illitum. Oculis autem offunde linteum denſiſſimum aut ſpongiam.

a Illitum] In codice Nicolai manuſcripto λειψάμενον pro ἀλειψάμενον.

Cap. XLIII.

SMEGMA caput denſans. Nitri aſſati drachmam vnam, baccarum lauri drachmas duas, ſinapi, lauri ſylueſtris, radicis cucumeris ſylueſtris drachm. ſemis. Probè parato vtere in diuturnis affectibus.

Cap. XLIIII.

SMEGMA ad deſtillationes & humida habentes capita. Nitri aſſi in vino extincti vncias tres, iridis, ariſtolochiæ, helenii, ſingulorũ vnc. ſemis, oxymelitis quod ſatis eſt. Tuſa & cribrata miſce cum oxymelite. Prius raſo vertice, capiti affunde ante balneum, & ſinens pauliſper affrica.

Cap. XLV.

SMEGMA ad omnem capitis dolorem & defluxionem oculorũ expertum. Helenii, myrrhæ, calami odorati, farinæ lupinorum & eruinæ, ſulphuris ignem nõ experti, ſingulorum vncias duas. Excipe ſucco ptiſanæ, & formato paſtillos, quorum ſinguli pendeant vnciam ſemis. vſu exigente diſſolue vnum cum ſucco ptiſanæ, & præbeto.

Cap. XLVI.

SMEGMA ad eos qui ſunt vſti à ſole, probatum. Similaginis ſuccum ſine vt ſubſidat, affundéque illi aquã, & accipe ſubſidentiæ vncias quatuor. Commiſce ex oui albo quantũ ſatis eſſe videbitur, & reduc ad mellis craſſitudinem, illine veſperi. Manè autem abſterge aqua tepida.

Cap. XLVII.

SMEGMA dentium valde bonum. Cornu ceruini, ſalis communis, ſingulorum drachmam vnam, floris iũci odorati drachmam vnam ſemis, coſti, maſtiches, ſingulorum drachmas duas, ſpicæ nardi gran. quatuor. Tuſa & cribrata vt pollinem inſperge deſuper.

Cap. XLVIII.

SMEGMA faciei expertum. Myrobalani albi, Cimoliæ, amygdalarum amararum, ſingulorum drachm. tres, meliloti grana duo. Tuſa & cribrata vt pollinem reconde in vaſe vitreo aut teſtaceo: & vbi vſus poſtulat, irrigato ac ſubigito cum aqua pluuia, & vtere.

Cap. XLIX.

SMEGMA ad pruritum corporis mirabile. Myrrhæ, aloes toſtæ flauæ, ſingulorum vnciã vnam ſemis, ſulphuris ignem non experti vnciam ſemis.

Cap. L.

SMEGMA dentium expertum. Æruginis, aluminis ſciſſilis, maſtiches, ſingulorum hexagium vnum, lapidis Arſenici hexagia duo. Trita vt pollinem præbeto.

Cap. LI.

SMEGMA dentium mirabile admodũ. Cornu ceruini vſti donec albeſcat libras duas, ſalis ammoniaci lib. ſemis, maſtiches vnciam vnam, floris iunci odorati, piperis albi, ſingulorum vnciam ſemis, coſti, folii drach. ſemis, nucem moſchatam vnam, cumini hexagium ſemis. Trita probè præbeto.

INDEX ZVLAPIORVM ET DECOCTORVM.

Zulapion polyepſeton, quod vocatur aqua roſacea, Cap. I.
Zulapii aquæ roſaceæ ſimplicis confectio, Cap. II.
Zulapii è nenupharis, confectio laudata, Cap. III.
Zulapium è meliſſa herba mirabile, Cap. IIII.
Zulapium è violis ad febricitantes, Cap. V.
Zulapii de pomis confectio, Cap. VI.
Zulapium ſimile, Cap. VII.
Zulapii confectio è malis Punicis laudata, Cap. VIII.
Zulapium è malis ad febres adurentes, Cap. IX.
Zulapii è fumaria confectio, Cap. X.
Zulapii ex oxyphœnicis cõfectio, Cap. XI.
Zulapii è citoniis confectio, Cap. XII.
Zulapii myrtini confectio, Cap. XIII.
Decoctum magnum aluum ſubducens, Cap. XIIII.
Decoctum ad melancholicos probatum, Cap. XV.
Decoctum ventrem ſubducens mirabile, Cap. XVI.
Decoctum paruum ſimile, Cap. XVII.
Decoctum ſumẽdum cũ oxoſaccharo, Cap. XVIII.
Decoctum paruum ſimile, Cap. XIX.
Decoctum magnum ventrẽ ſubducẽs, Cap. XX.
Decoctum è zingibere ſtomachicum, Cap. XXI.
Decoctum bechicum ad refrigerationes laudatum, Cap. XXII.
Feruores & phlegmonas, & corporis eryſipelata ſanans, Cap. XXIII.
Caligines oculorum & leucomata curans, Cap. XXIIII.
Decoctum purgatorium ad difficilem aluum habẽtes, expertum, Cap. XXV.
Decoctum purgans & ſubducens aluum, Cap. XXVI.
Feruores, phlegmonas & eryſipelata ſanans, Cap. XXVII.
Decoctum ventrem ſubducens, Oribaſii, expertum, Cap. XXVIII.

De Zulapiis.

Sectio decimanona.

Cap. I.

ZVLAPII polyepſeti, hoc eſt plurimùm decocti,ſeu aquæ roſaceæ confectio.Roſarum libram vnam ſemis in aquã coniice, & decoquito diem vnum. Dein abiectis roſis iniice alias,& coquito per totam diẽ, & ſimiliter facito quatuor diebus.Poſtea æquale aquæ põdus admiſce ſacchari & parato.Hoc ſitim reſtinguit,ventrem ſubducit,mouétque humorem melancholicum.

Cap. II.

ZVLAPII aquæ roſaceæ ſimplicis confectio. Roſarum libras duas ſemis,aquæ libras ſex.Coquito probè ad conſiſtentiam,& in decoctum illorum coniice æquale pondus ſacchari. Aluum autem cohibet, ſitim ſedat, & bilem contemperat.

Cap. III.

ZVLAPII è Nenupharis confectio. Primùm fit ſtillatitius nenupharis perinde atque roſarum liquor. Admiſce autem liquoris ponderi, ſacchari vnciam ſemis,& conficito. Confert autem ſi bibatur cum aqua à ieiunis in febribus ardentibus,cõtinuis & tertianis. Prodeſt verò pueris,& [a] in media ætate conſtitutis, æſtatis tempore potum.Et hoc decoctum cum roſaceo oleo mixtum,& vino irrigatum ſine ſaccharo,ad capitis dolorẽ confert,& ad illinendum quando quis febricitat; & ad vigilantes optimo [b] etiam tempore.

a In media ætate] Nicolai codex legit μισοκαιρῆται. Sed quid hæc vox ſignificet,diuinare non poſſum. Cenſeo autem legendum eſſe μεσήλικας vel μεσοκαίρυς. b Optimo etiam tempore] Græcè eſt χαλοχαιρίῳ. Sic autem vocare Nicolaum puto vernũ tempus, quod omniũ pulcherrimum ſaluberrimúmque, & vigiliis minimè obnoxium eſt.

Cap. IIII.

D ZVLAPII è meliſſa confectio. Meliſſa præparetur vt ſtillatitius roſarũ liquor,& ponderi ſucci iniiciatur duplum ſacchari,& confice. ſit autẽ ſucci cum ſaccharo libra vna. Dein adiice auri puri & margaritarum perforatarũ & nõ perforatarũ,ſing. ſtagium ſemis. Prodeſt autẽ in hyeme,vere & autumno ad nigrũ humorẽ, & ad cordis timiditatem,ac ſyncopen,timorémque,ad hypochondria,& vt in animo gaudium & lætitia excitetur.

Cap. V.

ZVLAPII è violis confectio.Foliorum violarum vncias tres.coquito ebullitione vna:& maneant in decocto per integram noctem.Manè per ſaccum tranſmittatur, adiiciantúrque ſacchari libræ tres,& conficiatur. Confert ad exquiſitam tertianam,& ad tuſſim pleuriticam,ad febrem ardentem & continuam. Laxat vẽtrem, & ſitim ſedat, præſertim iis quibus à bile orta eſt.

Cap. VI.

ZVLAPII è pomis confectio.Pomorum dulcium & repurgatorum ſucci per ſaccum tranſfuſi libras quatuor,ſpicæ libram vnam. coquito. Reſtinguit ſitim & vomitum.Prodeſt ad puſillanimitatem & febres continuas.Qui eo vtitur,is careat rigoribus, neque ſit natura bilioſus.

Cap. VII.

ZVLAPII è malis confectio. Malorum repurgatorum libram vnam, ſacchari libras nouem,ſtillatitii roſarum liquoris boni libras duas,mellis boni albi libram vnam.Coquito vt cydoniatum.Dein adiice croci ſtagiũ vnum,cãchryos ſtagia duo,cinamomi veri,ſantali albi, ſingulorum ſtag. duo, caryophylli ſtagia quinque,moſchi ſtagia quinque.Prodeſt ſtomachicis non appetentibus cibum,febricitantibus,& vomentibus cibum, melancholicis item & pituitoſis.

Cap. VIII.

ZVLAPII è malis Punicis confectio.Succi Punicorum acidorum & dulcium, ſingulorum libras quinque. coquito quoad remanſerint lib. duæ. Dein adiice

A ſaccharum æquali pondere ſucci,hoc eſt libras duas. Paratum probè præbe bibendum ſine aqua, quando æger voluerit.Prodeſt ſitientibus & febricitantibus,ventrem cohibet,& ſiſtit vomitum à flaua bile natum.

Cap. IX.

ZVLAPII è malis confectio.Malorum partim dulcium,partim acidorum ſucci libras quinque.Proiice in ollam læuigatam ſplendentémve, & coquito donec remanſerit libra vna. Dein miſce cũ ſacchari lib. I. & cõficito.Confert ſiti, febribus ardentibus, puſillanimitati, B ſyncopæ cordis,& vomentibus à flaua bile.

Cap. X.

ZVLAPII è fumaria confectio.Fumariæ ſtagium vnum ſemis,aniſi,fœniculi,floris iunci odorati, ſingul. ſtagia tria ſemis,ſenæ ſtagia duo, ſeminis intybi ſtagia tria ſemis,ziziphorum, prunorum, ſingulorum decem. coquito hæc cum aqua ad tertias.Dein adiice oxyphœnicorum ſtagia ſex, atque tum per ſaccum tranſfunde, adiice aquæ roſaceæ polyepſetæ,& zulapii violacei quod C ſatis eſt,& bene confectum præbeto.

Cap. XI.

ZVLAPII ex oxyphœnicis confectio.Oxyphœnici & malorum dulcium ſucci, ſingulorum libram vnã. Coquito ad lentum ignem,& per ſaccum tranſfuſo adiice ſucci Punicorum acidorum libram ſemis, roſarum ſtillatitii liquoris boni libram vnam. Sint autem ſucci libræ quatuor,& ſacchari lib. quatuor.Probè coctũ reconde in vaſe,& præbeto habentibus cordis feruorem quãtum volueris,ieiunis.

Cap. XII.

ZVLAPII è cotoneis confectio. Cotoneorum repurgatorum libras quatuor, ſtillatitii roſarum liquoris boni libras duas,ſacchari libras octo. coquito hæc ad cõſiſtentiam.Prodeſt non appetentibus cibum, cœliacis, dyſentericis,ſtomachi intemperiei,& inteſtinorum. Sumatur autem à ieiuno.

Cap. XIII.

ZVLAPII myrtini confectio. Succi myrtorum E maturorum libras quatuor,ſtillatitii roſarum liquoris boni libras duas,ſacchari libras octo. Coquito ad mellis conſiſtentiam,& reconde in vaſe,& præbeto. Valet cœliacis,cholericis,diarrhœæ,dyſentericis, defluxionibus ſtomachi,alui, & inteſtinorũ.In ſumma, ad omnem affectum cœliacum.

Cap. XIIII.

DECOCTVM magnum,ventrem ſubducens,purgans & diſcutiens interiora ventriculi. Vtuntur autem in iis qui difficilem aluum habent, præſertim quum datum purgatorium nihil efficit. Quapropter ab aliis me- F dicis magnum decoctum appellatur.Spicæ,pulegii,chamædryos,hyſſopi,hyperici,origani,thymi,epithymi,agarici, [a] medullæ,xylobalſami, [b] xantheſarion, ellebori, peplii,alypiæ,polypodii,ſingulorum vnciam vnam. coquito in aqua ad tertias.Accipe ex decocto quãtum volueris,& adiice ſacchari libram vnam. Bene confectum præbe bibendum cum aqua tepida.

a Medullæ] Græcè eſt ſimpliciter ἐντεριώνης. Intelligit autem medullam colocynthidis, vt ſæpe aliás. ac puto adiiciendum eſſe κολοκυνθίδος. b Xantheſarion] Græcè eſt ξανθησαρίων. Quid verò hac voce intelligat, me ignorare fateor.

Cap. XV.

G DECOCTVM ad melancholicos,expertum. Piperis albi longi & nigri,ſingulorum vnciam ſemis,ſpicæ grana tria,cinamomi boni vnciam vnam, ligni zingiberis,coſti,pyrethri,galangæ,zedoariæ,ſeminis rutæ & dauci,ammeos,amomi,menthæ,calaminthæ, tenuifoliæ,radicis fœniculi & ſeminis,radicis eryngii,glycyrrhizæ,ſpicæ nardi,iridis,chamæpityos, ſeminis petroſelini,libyſtici,apii,ſtyracis, tragacanthæ; carpobalſami,

epithymi,xylobalſami,carpeſii, caryophylli,caſiæ, calami odorati,origani,thymi,thymbræ, ſeminis anethi, aſari,[a]rhei barbari,rhei Pontici, hyperici, ſingulorum vnciam ſemis,pulegii vncias tres. Hæc coquito in aqua ad tertias.dein colato,& adiice croci hexagium vnum ſemis,piperis communis triti vnciam ſemis, mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Probè paratum da bibendum ieiuno poculum vnum cum aqua tepida ſingulis diebus.

a Rhei barbari,rhei Pontici] Vel ex hoc Nicolai loco omnibus palàm fit,inter ſe differre rheum barbarum & rheum Ponticum,vt alibi quoque copioſiùs demonſtrauimus.

Cap. XVI.

DECOCTVM magnũ vẽtrẽ ſubducens,valde mirabile.Thymi,origani,thymbræ,ſtichadis,abrotoni,ſingulorum vnciam ſemis,polypodii vncias duas,peplii,agarici,aſari,colocynthidos,ellebori nigri, pulegii, ſing. vnciam ſemis,ſenæ,epithymi,ſingulorum vnciam vnã, hyſſopi,grani Cnidii,lathyridis,[a]croniadis,myrobalani albi,ſingulorum drachmas duas,aniſi,caroi,teucrii minoris,abrotoni,alypiæ,ſingulorum vnciam ſemis,ſampſychi vnciam vnam,radicis eryngii manipulum vnũ, gentianæ,xyloceratorum,polii,ſingulorum vnciam ſemis. Coquito in aqua ad tertias.dein colato, & admiſce decocto mellis aut ſacchari quod ſatis eſt. & vbi probè paratum fuerit,præbeto vnciam vnam ſemis aut duas cum aqua tepida.Dato etiam in ſingulis oblationibus dacrydii ſcrupulum vnum.

a Croniadis]Græcè eſt κρονιάδος. Quid verò hac voce intelligat, diuinare non poſſum.

Cap. XVII.

DECOCTVM paruum eiuſdem facultatis, & ad vertiginoſos mirabile.Ligni aniſi,hyſſopi, ſtichadis, origani,ſingulorum vnciam ſemis,hyperici,ellebori,ſingulorum vnciam ſemis drachmam vnam, [a] nucum iuglandium flauarum vnciam ſemis. Coquito in aqua ad tertias. dein adiice mellis Attici & ſacchari quantum ſufficit.

a. Nucum iuglandium flauarum]Græcè legitur ξανθοκαρύων.

Cap. XVIII.

DECOCTI cofectio,ſumpti cum oxoſacchari vncia vna & decocti vnciis duabus, intybi fœminis ſtagiis trib.glycyrrhizæ ſtagiis duob.bugloſſi ſtagiis trib.fumariæ ſtagiis duobus,ſeminis fœniculi ſtagio vno, vuarũ repurgatarum vncia vna, ziziphorum viginti, violarum ſtagiis duobus,coriandri contuſi ſtagio vno, ſeminis peponis & anguriæ,ſingulorum ſtagiis tribus,adiãti ſtagiis duob.Coquito in aqua ad tertias,deĩ adiice mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. XIX.

DECOCTVM paruum vt præcedens.Bugloſſi ſtagia duo,carnium vuarum vncias quatuor,adiãti, fumariæ,eupatorii,ſingulorum ſtag. tria, fœminis intybi ſtagia quatuor, cichorii ſtagia tria, glycyrrhizæ ſtagium vnum,roſarum ſtagia quatuor,violarum ſtagia tria.Coquito in aqua ad tertiam partem,& adiice mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Probè apparatum, præbeto vt præcedens.

Cap. XX.

DECOCTVM magnum mirabile valde vt præcedens.Thymi,epithymi,origani,thymbræ, ſtichadis, abrotoni,ſingulorum vnciam ſemis, polypodii vncias duas,ſenæ vnciam vnam,agarici vnciam ſemis, peplii, aſari,colocynthidis,ſingulorum vnciam vnã, pulegii, hyſſopi,granorũ Cnidii,lathyridis,ſing.vnc.ſemis, croniadis,myrobalani flaui,aniſi,cumini Æthiopici quod dicitur carnabadium,ſingulorum vnciam vnam, radicis pæoniæ,teucrii minoris,alypiæ,ſampſychi,ſingulorum vnciam vnam ſemis,eryngii, gentianæ, xyloceratorum,ſingulorum vnciam vnam,roſarum vnciam vnã ſemis,ziziphorum,prunorum, ſingul. viginti. Coquito in aqua ad tertias. dein adiice mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.Vbi probè paraueris, præbeto manè ieiuno vnciam vnam ſemis aut duas cum aqua tepida. Datur verò ſingulis oblationibus dacrydii ſcrup. vnus.

Cap. XXI.

DECOCTVM ſtomachicum valde bonum. Abſinthii,chamædryos,marrubii,calamithæ,pulegii,zingiberis, piperis, pyrethri. Coquito in aqua ad tertias. Dein adiice mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt, & parato vtere.

Cap. XXII.

DECOCTVM bechicum ad frigiditatem, probatum.Marrubii herbæ, rutæ viridis, hyſſopi, origani, thymi,thymbræ,pulegii,ſeminis fœniculi,aniſi. Decoquantur in aqua ad tertias.Dein adiice mellis Attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

Cap. XXIII.

FERVORES, inflammationes totius corporis & eryſipelata ſanans.Folia braſſicæ cum farina ſubacta illine. Aliud. Adiantum læuigatum cum lactuca illine. Aliud. Coniza [a]elixa in aceto impoſita,& eius ſuccus vt fomentum adhibitus.Probatum eſt.

a Elixa]In codice manuſcripto corruptè admodum ἔνθη, pro ἑφθη legitur.

Cap. XXIIII.

CALIGINEM oculorum ſanat & albugines.Succus rutæ cum chalcitide inunctus. Simile. Trifolii herbæ ſuccus inſtillatus. Simile. Bryoniæ folia illita. Simile. Balſami ſuccus inunctus. Simile. Folia rutæ trita illita. Simile. Amygdalæ cõmanducatæ & impoſitæ.Simile. Lycium cum lacte muliebri,& ſtillatitio roſarum liquore impoſitum,aut mel ſolum impoſitum.

Cap. XXV.

IVSCVLVM purgatorium ad eos qui difficilem aluum habent,idoneum. Medullæ colocynthidis ſcrup. duos aut tres pro viribus, tritos iniice iuri carnis aut piſcium,& da bibendos ieiuno pro viribus. Aliud. Grani Cnidii drachmam vnam tritam coniice in ius piſciũ aut carnium,& præbeto. Simile. Epithymi vnc.vnam tritam da cum iure. Simile. Alypiam & [a]oxypurin trita probè præbeto ieiuno cum iure pro viribus.

a Oxypurin]Græcè legitur ὀξύπορυν. Quid verò hæc vox ſignificet,diuinare nequeo: niſi falſò ita pro ὀξυφοίνικον ſit ſcriptum. Aut ὀξύπορον legendum,vt hoc nomine intelligat omne medicamentũ quod aluum pertranſit.

Cap. XXVI.

FERVORES, inflammationes totius corporis, eryſipelata & incenſiones ſanãs. [a]Azochœreæ comam, veneti folia,coriandri viridis & laſſari, illita. Sunt verò experta.

a Azochœreæ,veneti,& laſſari]Græcè ἀζαχοιρέας, βενέτου καὶ λασάρου.Quæ verò herbarũ genera iis vocibus intelligat,ſcire nequeo. Sunt enim,vt omnibus apparet,voces corruptæ.

Cap. XXVII.

IVS ſubducens aluum,mirabile admodum. Seminis cnici hexagia duo contuſi in pollinem, coniice in iuſculum carnis aut piſcium. Præbe bibendum ieiuno pro viribus. Simile. Cyclamini drachmas tres in decoctum verbenacæ coniice,& præbeto. Aut alypiam herbam,aut polypodium, aut granum Cnidium læuigata præbe.

INDEX HEPATICORVM ET Hemicranicorum.

Hepaticum epithema ad frigidos affectus, Cap. I.
Hepaticum naturale, epithema mirabile, Cap. II.
Hepatica potio, valde mira, Cap. III.
Hepaticum, lienoſis etiam conueniens, & vrinam mouens, Cap. IIII.
Hepaticum epithema mirabile, Cap. V.
Hepatica potio, tabidis etiam accommodata, ægrè ex thorace eiicientibus, & omnibus thoracis malis, Cap. VI.
Hepatica potio ad iecur eliquatum, Cap. VII.
Hedychroi magmatis confectio, Cap. VIII.
Hemicranii doloris remedium incommutabile, Cap. IX.
Hemicranii remedium nobile, Cap. X.
Hemicranii intolerabilem dolorem ſanans, Cap. XI.
Hemicranium dolorem ſedans, valde mirabile, Cap. XII.
Hemicranium dolorem ſanans, Cap. XIII.
Hemicranii naturale remedium, Cap. XIIII.
Hemicranii remedium expertum, Cap. XV.
Hemicranium dolorem & refrigerationem ſanans, Cap. XVI.
Hemicranium dolorem ſedans, Cap. XVII.
Hemicranios dolores curans, Cap. XVIII.
Hemicranii præſidium expertum, Cap. XIX.
Hemicranii naturale remedium, Cap. XX.
Hemicranii præſidium expertum, Cap. XXI.
Hemicranium dolorem ſedans, Cap. XXII.
Hemicranii remedium nobile, Cap. XXIII.
Hemicranii doloris naturale remedium, Cap. XXIIII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De Hepaticis & Hemicranicis remediis,

Sectio vigeſima.

Cap. I.

A EPITHEMA mirabile admodum ad frigidos iecoris affectus, eiuſdemque obſtructiones vtile. Ammoniaci, ceræ puræ, ſingul. drach. decem, mannæ, thuris, ſing. drach. quinque, aceti optimi cochlearium vnum. Læuigatis & rectè paratis vtere.

Cap. II.

B HEPATICVM naturale, [a]potus mirabilis. Erua cum poſca cocta bibenda præbeto. Aut aſſarum coctum in vino da bibendum. aut rhei barbari drach. duas tuſas da bibendas cum vino. aut centaureum cum vino coctum bibendum præbeto.

a Potus] In manuſcripto Nicolai codice falſiſſimè ἐπίθεμα pro πότημα ſcribitur.

Cap. III.

HEPATICA potio, mirabilis valde. Gentianæ, amomi, abſinthii, coſti, eupatorii, amygdalarum amararum, ſing. drach. duas, piperis communis, aniſi, ſing. drach. vnam. Hæc vbi probè confeceris, præbeto cochl. vnum cum tepida: vacantibus autem febre, cum condito. Dum verò accipitur, in eum locum in quo dolet æger inclinetur.

C Cap. IIII.

HEPATICVM conferens etiam lienoſis, & vrinam mouens. Spicæ nardi drach. vnam, acori, aſari, chamæleontis radicis, ſingulorum drachmas duas ſemis. Trita hæc cum melle irrigata & ſubacta Attico ſufficienti præbeto.

D Cap. V.

HEPATICVM epithema nobile. Ceræ puræ, picis liquidæ, terebinthinæ, ſingulorum vncias tres, ſalis ammoniaci vncias duas, mannæ vncias tres, caricarum pinguium, olei cyprini, ſingulorum libram ſemis, farinæ fœnigræci, ſeminis lini, ſingulorum vnciam vnam. Trita hæc in pollinem, irrigato, & ſubigito cum melle ſufficienti, & vtere.

E Cap. VI.

HEPATICA potio ſummè faciens ad tabidos, eos qui ægrè è thorace excreant, omnia thoracis mala, & abſceſſus. Myrrhæ troglodyticæ drachmas tres, gentianæ, petroſelini Macedonici, ſingulorum drachmas ſex, croci drachmas tres, caſiæ drach. quinque, ſpicæ nardi drachmas tres, caſtorei drachmam vnam, rhei barbari vncias duas ſemis. Hæc rectè trita ſubigito cum melle Attico, aut ſaccharo quod ſatis eſt, & præbeto fabæ magnitudine manè ieiuno: hepaticis, cum ſucco intybi: ægrè excreantibus, cum ſucco fœnigræci: tabidis, cum decocto althææ: hepaticis verò vacantibus febre, cum condito.

Cap. VII.

HEPATICA potio ad iecur eliquatum. Roſarum aridarum, ſiliquarum quas comedimus, gallarum radicis rubi, ouorum lutea duo, Punicorum acidorum. Hæc coquito in vino adſtringente donec tertia pars abſumpta fuerit. Colato, & ius cum melle Attico imbuito aut ſaccharo ſufficienti, & præbe bibendum ad noctem.

Cap. VIII.

HEDYCHROI magmatos confectio. Aſpalathi vnciam ſemis, caſiæ vnciam vnam, cinamomi vnc. tres, iunci odorati vnciam ſemis, coſti, myrrhæ, maſtiches, carpobalſami, calami odorati, ſingulorum drach. vnam, folii drach. vnam ſemis, ſpicæ nardi, ſingulorum drach. ſemis, xylobalſami, mei, [a] amaraci, opobalſami, ſing. drach. vnam. Rectè parato vtere.

a Amaraci] Manuſcriptus malè habet ἀμάρκινα pro ἀμαράκου. Legendum enim eſſe amaraci, ex Actuario ſatis liquet.

Cap. IX.

HEMICRANII doloris remedium incommutabile. Terræ inteſtina quindecim, piperis communis grana quindecim. Bene trita imbuito cum aceto ſufficienti, & illine.

Cap. X.

HEMICRANII remedium nobile. Aloes flauæ, thuris, aſari, ſtercoris ouilli, ſingulorum vnc. ſemis. Trita madefacito cum aceto acri quod ſatis eſt.

Cap. XI.

HEMICRANII intolerabilem dolorem ſanans. Atramenti ſcriptorii, crocomagmatis, ſing. drach. duas, piperis communis drach. vnam ſemis, myrrhæ, croci, ſingulorum drach. vnam, aceti ſquillitici quod ſatis eſt. Bene paratum ſeruato. Vbi autē exſiccatū fuerit, adiice

aceti quantum ſufficit, & diſſolutum probè illine loco dolenti.

Cap. XII.

HEMICRANII dolorem ſedans, admodū mirabile. Piperis grana ſexaginta, euphorbii drach. vnam, cyprini olei cochl. vnum, caſtorei drach. vnam. Probè paratum impone ſuper partem oppoſitam laborantis cranii,& ſanabit.

Cap. XIII.

HEMICRANII dolores curans. Atramenti ſcriptorii, cumini, caſtorei, piperis communis, ſucci rutæ, ſing. drach. vnam, aceti drach. ſemis, alba trium ouorum. Confectum & ſubactum bene illine vt præcedens.

Cap. XIIII.

HEMICRANII naturale remedium. E capitis parte non laborante abſcinde paucos capillos in nomine Ieſu Chriſti,& impone loco dolenti, ita dicēs: Vt hæc pars non dolet, ita neque tu dolebis.& dic tertiò, ſanabiturque gratia Dei.

Cap. XV.

HEMICRANII remedium expertum. Accipe ſpongiam à cloaca, aut loco publico,& impone parti dolenti.

Cap. XVI.

HEMICRANII dolorem & refrigerationem ſanans. Canis mortui inferiorem capitis partem radens, capillos parti dolenti impone,& ſanabitur.

Cap. XVII.

HEMICRANII dolorem ſedans. Accipe pugnacis arietis è medio cornuum lanas ſuffitas,& impone loco dolenti.

Cap. XVIII.

HEMICRANII dolorem curans. Piperis communis vnc. ſemis, excipe terebinthina, & utere, in diuturnis quidem malis, die & nocte: in recentibus autem, nocte. Curat autem cum cerato roſaceo.

Cap. XIX.

HEMICRANII remedium, expertum. Coſti, piperis communis, cardamomi, ſingulorum drachmā vnam ſemis. Hæc tuſa & cribrata excipe aceto,& vtere.

Cap. XX.

HEMICRANII naturale præſidium. Canini capitis oſſicula ſublata appende. Et ſi dextra pars dolet, adiice os ſiniſtrum: ſi verò ſiniſtrum, dextrum.

Cap. XXI.

HEMICRANII auxilium, expertum. Canis caput comburito, & cinerem eius cum aceto ſufficienti excipe,& illine morboſam frontem.

Cap. XXII.

HEMICRANII dolorem ſedans. Lucernam cedria tinctam uſtam, accende & extingue: da ægrotanti odorandam,& ſedabis.

Cap. XXIII.

HEMICRANII præſidium mirabile. Piperis albi, inteſtinorum terræ, [a] muſcerdarum, myrrhæ, ſing. vnc. ſemis. His læuigatis & ſubactis aceto ſufficienti, illine locum dolentem.

[a] Muſcerdarum] Græcè eſt μυοχάδων. Græcis autem τὰ μυόχαδα ſignificare murium ſtercus, notius eſt quàm vt pluribus à me dici debeat.

Cap. XXIIII.

HEMICRANII doloris naturale remedium. Styracem in aurem ægrotantis coniice. Et ſi dextra pars dolet, in ſiniſtram coniice: ſi verò ſiniſtra, in dextram,& miraberis.

INDEX SVFFITVVM.

Suffitus Eſdræ prophetæ, Cap. I.
Suffitus ad eos qui comitiali morbo correpti ſunt, expertus, Cap. II.
Suffitus ad ſyncopen,& cordis imbecillitatem, Cap. III.
Suffitus ad reſolutos,& tremorem capitis habentes, Cap. IIII.
Suffitus ad internas & externas eminentias ſanguinem excernentes, Cap. V.
Suffitus Cyphion, ad omnia præſcripta in primo capite, Cap. VI.
Suffitus qui confectus eſt in ſancta ciuitate, Cap. VII.
Suffitus paſtilli confectio, Cap. VIII.
Suffitus moſchati confectio, Cap. IX.
Suffitus ſimilis, Cap. X.
Suffitus ſimilis, Cap. XI.
Suffitus ad epilepticos, Cap. XII.
Suffitus Chryſiphiadis vicinæ, *Legitur infrà Chryſaphiadis Comitiſſæ* Cap. XIII.
Suffitus Maſucha, Cap. XIIII.
Suffitus paſtillus, Cap. XV.
Suffitus moſchatus, Cap. XVI.
Suffitus dictus Crinatos, Cap. XVII.
Suffitus boni angeli, Cap. XVIII.

De Suffimentis,

Sectio vigeſimaprima.

Cap. I.

THYMIAMATIS ſuffimentive confectio Eſdræ prophetæ, dicta Cyphæa. A quibuſdam verò [a] mulcimentum. Facit ad omnia ſubſcripta. Eſt enim admirabile, & experientia cognitum. Si enim vndiquaque manu attingitur, ſuaueolentia omnem fœtorem corporis abigit. Conciliat ſomnum. Triſtitiam & omnem ſolicitudinẽ abigit. Eſt etiam potio bona: interiora enim corporis purgat, & ſanat omnia, potum pondere drach. vnius ex aqua calida. Sinus diſſoluit, oleo diſſolutum & illitum. Suffitum, omne malum fugat, & malum ſpiritum. Fugat omnes feras immodico ſuo impetu. Inunctum fronti, capitis dolores ſedat. Liquatum in oleo, & inſtillatum, auris dolorem curat. Omnia oris vlcera ſanat, diſſolutum cum mulſo, aut oxymelite, diuque in ore retentum. Tuſſientibus, nonniſi recta ceruice ſpirantibus, & ſtomachicis prodeſt mulſo commixtum, potumque Ægyptiæ fabæ magnitudine. Lienoſos, iecinoroſos, & nephriticos ſanat, datum cum oxymelite fabæ magnitudine. Iſchiadicis, & inteſtinorum doloribus cõfeſtim medetur, datum ex tepida duûm drachmarum quantitate. Lunaticos emendat, datum cum ſpuma tauri, fabæ Ægyptiæ magnitudine. Ab ortu lunæ vſque ad eius defectum dæmonio vexatos liberat, datum ex mulſa cum vino ſimul pondere drach. quatuor. Dicat autem τρὶς ἅγιον, id eſt ter ſanctum, is qui bibit: lunáque deficiente detur. Sic enim demonſtratum eſt. Suffitum prodeſt ad omnia muliebria mala. Potum idem efficit. Suffitur autem maximè, & bibitur ad recurſus vteri, & erroneas inclinationes, vterique inſaniam. Conficitur etiam ex eo peſſus cum melle, & vino, & nardo vera læuigatum ad ſummum. Qui conficit hoc thymiama, proferat has vocales α, ε, η, ι, ο, υ, ω. Ignoretur autem is qui conficit vnà cum iis qui illi ſeruiunt: conficitur autem Martio menſe, ſole exiſtente in primo arietis gradu: & omnia quæ dicta ſunt ſuccedent. Si verò quis ipſum geſtet in collo, aut ſuſpendat, neque morbum, neque incantationem vllam timebit. in quocunque autem loco aut domo decumbet, nihil in hanc incantatio aut venenum poterit. Habet lapidis gagatis vnc. vnam S. radicis aſpalathi vnc. S. radicis aſphodeli vnc. II. bdellii, helenii, ſingulorum vnc. tres ſemis, ſauinæ vnc. duas, coſti vnc. vnam ſemis, croci vnc. vnam, cardamomi, cyperi, ſing. vnc. duas ſemis, pilularum cypariſſi vnc. vnam S. aſari vnc. vnam, ladani vnc. tres ſemis, ſpicæ nardi vnc. tres, roſarum aridarum, ſtyracis calamitis, ſing. vnc. tres S. florum iunci odorati vnc. vnam, myrrhæ puræ vnc. tres ſemis, caſiæ vnc. tres, nardi Celticæ vnc. vnam S. amomi vnc. tres, calami odorati vnc. ſemis, vnguium odoratorum magnorum & minorum, ſing. vnc. vnam ſemis, conizæ vnc. tres, ſeminis agni, peucedani, iridis Illyricæ, bituminis Iudaici, ſing. vnc. vnã ſemis, corticis pini dr. vnã, ſphagni ſeu muſci vnc. duas S. folii, aloes flauæ, ſingul. vnc. vnam ſemis, ambarii vnc. vnam, granorum iuniperi minorum drach. vnam, pinguedinis leonis vnc. vnam ſemis, thuris vnc. tres, lapidis magnetis vnc. duas, caryophylli, [b] zarnaba, caſiæ ligneæ, ligni cinamomi, maſtiches, hedychroi magmatis, ſing. vnc. vnam S. foliorum lauri, myrti, ſing. vnc. vnam, carpobalſami vnc. duas, [c] ſaroa vnc. vnam ſemis, phu, mei, ſing. vnc. vnam, adianti vnc. ſemis, libaniæ herbæ, ſaluiæ, ſing. vnc. vnam ſemis, galbani, opopanacis, ſing. vnc. vnam, polii herbæ vnciã ſemis, caricarum pinguium exemptis acinis, opobalſami, ſingulorum vnciam vnam ſemis, terebinthinæ lib. ſemis, [d] muchlii, aphroſelini, ſing. vnc. vnã ſemis, mellis boni Attici lib. ſex, vini veteris electi ſextar. vnum. His

A bene ſubactis & commixtis vtere.

a Mulcimentum] Manuſcriptus codex corruptè legit θέλγιστρον pro θέλγητρον. b Zarnaba] Græcè eſt ζαρναβᾶ. Alii recentiores Græci zarnabum, & zarnabadium vocant. Paulo arnabo, quemadmodum etiam Aetio, dicitur. Prædicti autem authores odoramentis adnumerant arnabonem. c Saroa] Græcè ſcribitur σαρόα. Quid verò hac voce Nicolaus intelligat, ſcire nequeo. d Muchlii & aphroſelini] Græcè habetur, μουχλίου, ἀφροσελίνου. Quid verò ſignificet prima vox, ignorare me fateor: altera idem quod apium ſpumoſum denotat.

Cap. II.

SVFFIMENTVM ad eos qui comitiali morbo laborant, expertum. B Hirci, & vrſi, & lupi teſtium, ſanguinis hirundinis, & lapidis in eius ventriculo reperti, [a] aſterii in mari inuenti, anethi, ſing. drach. duas, alliorũ purgatorum, cornu ceruini, & caprini, ſingulorum drachmam vnam. Contundantur bene vtriſque manibus, fermentẽturque cum ſucco rutæ. Probè paratum ſiccetur in vmbra. Vſu poſcente, ſuffito per infundibulum in nares. Eſt valde probatum.

a Aſterii] Græcè legitur ἀστερίου. Quid autem aſterium ſit, diuinare non poſſum.

Cap. III.

C SVFFIMENTVM ad ſyncopen, & imbecillitatẽ cordis. Styracis boni, ladani puri, ligni aloes boni, ſingulorum vncias octo. Bene tritis adiice nardini, & [a] moſchati olei, ſing. drach. duas. dein iterum adiice balſami, moſchi, ſingulorum drachmam vnam, ambaris, caphuræ, ſingulorum drachmam ſemis. Trita fermentato cum prædictis, ſimulque ſubactis omnibus diligenter fingito paſtillos exiguos, & exſiccatos in vmbra, vſu exigente, ſuffito per infundibulum naribus.

a Moſchati] Græcè eſt μοσχάτου ἐλαίου. de quo ſuprà ſatis eſt dictũ.

D Cap. IIII.

SVFFIMENTVM ad reſolutos, & tremulum caput habentes. Caſtorei, myrrhæ, ſingulorum drachmas ſex, coſti, ſaluiæ, piperis longi, ſingulorum drachmas duas. Contuſa ſimul redigito in pollinem, dein fermentato cum ſtyrace calamite in mortario, & digerito in paſtillos, exſiccatóque in vmbra. Vſu poſtulante, ſuffito per infundibulum naribus.

Cap. V.

SVFFIMENTVM ad externas & internas emi- E nentias ſanguinem effundentes, admodum laudatum. Gallarum, cyclamini, boli Armenii, lapidis litze, lapidis hæmatitis, ſingulorum drachmas tres. Trita bene ſubigito cũ tragacantha in aqua prius macerata, & finge paſtillos, ſiccatóque in vmbra. vſu poſcente, iube vt ſedeat æger in ſella, & tegatur probè vndiquaque linteo, coniectóque paſtillo in calidum cinerem, & adhibito ægro, ſuffito illum infernè ſuper: ſicque parato vtere.

Cap. VI.

SVFFIMENTVM Cyphion ſacratum, faciens ſummè ad omnia quæ in primo huius literæ capite di- F cta ſunt. Croci vnciã vnam, ſpicæ nardi, folii, nardi Celticæ, coſti, iunci odorati florum, ſingulorum vnciam vnam ſemis, caſiæ vnc. duas, ſtyracis electi libram ſemis, bdellii vnciam unam ſemis, aſpalathi vncias tres ſemis, myrrhæ drachmas duas, ladani vncias duas, muſci vnciã vnam ſemis, cardamomi, cyperi, ſauinæ, ſingulorum vnciam vnam, terebinthinæ vnc. duas, roſarum aridarum vnc. tres ſemis, caryophylli, maſtiches, ſingulorum vnc. vnam ſemis, calami odorati, thuris, hedychroi magmatis, vnguiũ odoratorũ minorum, ſing. vnc. I. granorũ iuniperi vnc. ſemis drach. vnã, aſphodeli vnc. vnã, pinearũ, G pilularum cypariſſi, ſing. vnc. I. S. carnis palmularũ pinguium, caricarum pinguium, vuarum pinguium exemptis acinis, ſing. libram ſemis, vini odorati ſextarium ſemis, mellis Attici libras quatuor ſemis. Confice autem hoc ſuffimentũ quod caſtũ efficit hominẽ, & dic has ſeptem vocales, α, ε, η, ι, ο, υ, ω, & probè parato vtere.

Cap. VII.

SVFFIMENTVM quod confectum eſt in ſancta ciuitate, probatum. Roſarum tenerum lib. duas, ſpicæ nardi, folii, ſing. vnc. vnam ſemis, caſiæ vnc. duas, coſti, myrrhæ, maſtiches, amomi, caryophylli, opobalſami, ſing. vnc. vnam S. ſaroa vnc. vnam, ladani vnc. duas, calami odorati vnc. S. drach. vnā, bryoniæ radicis, zarnaba, ſing. vnc. vnam, bdellii vnc. vnam ſemis, vnguium odoratorum vnc. vnam, croci vnc. ſemis, nardi Celticæ, florum iunci odorati, ſing. vnc. vnam, ſtyracis lib. S. opobalſami vnc. vnam, vini odorati quod ſatis eſt. Bene parato vtere.

Cap. VIII.

SVFFIMENTVM, aut paſtilli confectio. Spicæ nardi vnc. quatuor, folii vnc. tres, coſti vnc. duas, helenii vnc. vnam, vnguium odoratorum vnc. vnam ſemis, bdellii vnc. duas, myrrhæ vnc. vnam ſemis, maſtiches, amomi, ſing. vnc. duas ſemis, caryophylli vnc. tres ſemis, caſiæ vnc. tres, carpobalſami vnc. duas, ſtyracis puri lib. ſemis, ſaroa vnc. tres, opobalſami lib. ſemis, roſarū tenerum lib. quinque, ladani vnc. duas ſemis, calami odorati vnc. quatuor, bryoniæ vnc. vnam. Terantur omnia, & cribrentur, & excipiantur cum humidis: & quum bene paratum fuerit, digerito in paſtillos, ſiccatóque in vmbra, & vtere.

Cap. IX.

SVFFIMENTI moſchati confectio. Roſarum exemptis vnguibus vnc. vnam ſemis, myrrhæ, folii, ſtactes, amomi, caryophylli, ſing. vnc. ſemis, ſtyracis calamitis vnc. tres, vnguium odoratorum magnorum vnc. II. opobalſami vnc. vnā, aloes flauæ vnc. ſemis, moſchi ſcrupulum vnum ſemis. Paratis rectè, & ſiccatis in vmbra, vtere.

Cap. X.

SVFFIMENTI moſchati confectio. Styracis pinguis lib. ſemis, folii, coſti, ſpicænardi, ſing. vnc. ſemis, caryophylli, maſtiches, ſing. ſcrup. tres, calami odorati drach. duas, opobalſami cochl. quinque, roſarum aridarū vnc. ſemis, moſchi ſcrup. duos ſemis. Moſchus ſolutus cū opobalſamo miſceatur, cæteris aridis tuſis. Paratū probè ſiccato in vmbra, & vtere.

Cap. XI.

SVFFIMENTI alterius confectio. Roſarum exemptis vnguibus lib. duas ſemis, folii, amomi, maſuchæ, ſaroa, carpobalſami, caſiæ, myrrhæ, vnguium odoratorum, coſti, ſpicænardi, bdellii, thuris, ſing. vnc. duas, croci vnc. vnam, maſtiches vnc. tres, muſci qui σφάγνος Græcis dicitur, ſtyracis libr. ſemis & quartam partem, opobalſami vnc. tres, caryophylli vnc. ſemis drach. vnā, floris iunci odorati vnc. ſemis, vini odorati quantum ſufficit. Excipe omnia ſiccatóque in vmbra, & vtere.

Cap. XII.

SVFFIMENTVM dictum Veronice, ad epilepticos: abigit enim omnem ſpiritum malum. Sampſychi, melanthii, ſeminis agni, cornu ceruini, baccarum lauri, abſinthii, bituminis Iudaici, ſeminis origani ſylueſtris, cumini Æthiopici, aniſi, caſtorei, reſinæ piceæ aridæ, lapidis gagatis, vnguium odoratorum, ſing. vnc. ſemis, cedriæ, picis liquidæ, ſing. vnc. vnā S. Parato probè vtere.

Cap. XIII.

SVFFIMENTI confectio admodum probata, quam accepi à Chryſaphiade comitiſſa. Styracis veri lib. ſeptem ſemis, roſarum ſine vnguibus ſuis lib. vnam ſemis, coſti lib. ſemis vnc. tres, caryophylli lib. S. maſtiches lib. S. vnc. tres, balſami lib. ſemis, folii vnc. quatuor ſemis, ſpicæ nardi vnc. tres, croci vnc. ſemis, nucem Indicam vnam. probè parato vtere.

Cap. XIIII.

SVFFIMENTI confectio, Maſucha dicta. Aloes flauæ, foliorum lauri, coſti, amomi, cardamomi, caſiæ, carpobalſami, ladani, ſing. lib. ſemis, myrrhæ, iridis, meliloti, folii, roſarum, foliorum oleæ, Celticæ, ſing. lib. ſemis vnc. tres, croci vnc. tres, galbani vnc. vnam S. gummi lib. vnam ſemis, vini odorati quod ſatis eſt.

Cap. XV.

SVFFIMENTI confectio, paſtilli. Spicæ nardi vnc. quatuor, folii vnc. tres, coſti vnc. duas, helenii vnciā vnam, vnguium odoratorum vnc. vnam S. bdellii, myrrhæ, vnc. vnam ſemis, maſtiches, amomi, ſingulorum vncias duas ſemis, caryophylli vncias tres ſemis, caſiæ vnc. tres, carpobalſami vnc. duas, roſarum tenerum lib. quinque, ladani vnc. duas ſemis, calami odorati vnc. quatuor, ſaroa vnc. tres, ſtyracis lib. vnam S. opobalſami lib. ſemis, muſci vnc. vnam. Hæc tuſa & cribrata adiice liquidis, & fingito paſtillos, coniuncto opobalſamo, ſiccatóq; in vmbra.

Cap. XVI.

SVFFIMENTI dicti Moſchati, confectio. Roſarum ſucci recentis vnc. vnam ſemis, myrrhæ, ſtactes, amomi, caryophylli, ſing. vnc. S. ſtyracis ſelecti vnc. tres, vnguium odoratorum magnorum vnc. duas, opobalſami vnc. vnam, moſchi ſcrup. duos.

Cap. XVII.

SVFFIMENTI confectio dicti Crinati, hoc eſt lilini. Liliorum integrorum flores quinquagintaquatuor, coſti, carpobalſami, folii, ſing. vnc. S. caryophylli, ſpicæ nardi, ſing. vnc. ſemis drach. vnam, maſtiches drachmas duas, amomi vnc. vnam, ſtyracis vnc. vnam S. opobalſami vnc. duas, myrrhæ ſcrup. tres, vini aminæi, quod ſatis eſt.

Cap. XVIII.

SVFFIMENTVM aliud boni angeli. Coſti dr. duas ſemis, thuris drach. quinque, caſiæ, cyperi, ſingul. drach. duas, ſpicæ drach. vnam ſemis, cinamomi drach. vnam, zygææ aridæ drach. quindecim, ceræ puræ drach. decem. Hæc tunde, & arida coniice: dein in mortarium, adiectis cera, & oleo irino quantum ſufficit. Vbi liqueſcere incipiunt, admiſce mellis vnc. ſemis, & eliquata promptè coniice in mortarium. Vbi verò igne incaluerint, affunde ceram, & irinum oleum, aridáque tuſa & cribrata. Poſtquam omnia commixta fuerint, illinge manus irino oleo, & ſubige prope ignem, ac vtere.

Theriaca antidotus cognominata Andromachi, Cap. I.
Theriaca, ſiue hedychroi magmatis confectio, Cap. II.
Theriaca,ſeu paſtilli ſquillitici cōfectio,Cap. III.
Theriaca, ſeu paſtilli ſquillitici confectio, Cap. IIII.
Theriaces Andromachi confectio, Cap. V.
Theriaca ex herbis, Cap. VI.
Theriace experta ad morſus à cane rabido inflictos, Cap. VII.
Theriaca ad venenata, Cap. VIII.
Theriaca ad ictus ſcorpionum, Cap. IX.
Theriace Andromachi,vt præcedens, Cap. X.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, De Theriacis,

Sectio vigeſimaſecunda.

Cap. I.

THERIACA antidotus Andromachi. Menſura eius nō eadem in omnibus hominibus exiſtit, ſicuti neque liquor in quo diſſoluta exhibetur.Ipſa enim aduerſus maxima mala medicamentum alexeterium eſt expertum. Datur igitur ipſa in venenatis medicamētis, aut venenatorum plagis,nucis Pōticæ magnitudine, cum vino.Capitis dolores diuturnos,vertigines,auditus graues,hebetudines oculorum,guſtus inſtrumentum debilitatum,comitialē morbum,vertiginoſos, nonniſi recta ceruice ſpirantes cum mulſa pota ſanat, diſſecans, attenuans, & eductu faciles reddens lentos humores.Succurrit etiam recenti & veteri tuſſi,& iis à quibus thorax dolet. Febre carentibus ex mulſo,febricitantibus autem ex mulſa.Cōuenit ſanguinem expuētibus,ſiue à thorace ſiue à pulmone eductio fiat. ſi quidem recens eductio ſit,cum poſca: inueterata verò,cum aqua decocti radicis ſymphyti,manè & veſperi ſimiliter.Stomachi vitia,ventriculi difficilem concoctionem,& imbecillitatem emendat.Inflationes ſtomachi,& inteſtinorum cruciatus ſedat: aut colū diu dolentes, aut iliosos placat.Datur nucis Ponticæ magnitudine cum aqua calida. Valet etiam in cardiacis,& iis qui animo linquuntur,& cholericis.Lumbricorum etiam omne genus mirabiliter exigit, cum ſucco menthæ data.Hepaticos affectus,itémque morbo regio laborantes ſtrenuè curat: febre carentibus,cum vino mulſo: febricitantibus autem, cum tepida aqua data.Induratos lienes liquefacit,ſordes in iis conſumens,cum oxymelite data. Deterit & lapides renum, cum decocto apii,aut petroſelini,aut ſemine dauci,aut quorundam aliorum, & difficilem mictionem veſicæ,& in ipſa exulcerationes interdum ſanat, cum decocto chamæmeli febre vacantibus data,aut cum vino dulci.Præbetur quoque in omnis generis rigoribus diuturnis: maximè verò quartanis, ſi quis ea artificioſè vtatur,hoc eſt poſt inclinationē. Datur etiā hydropicis cum aſari decocto, & ſimilibus malis: potiſſimùm verò qui anaſarca laborant. Elephantia quoque correptis, ſæpe auxiliatur.Et partium corporis reſolutiones in potu accepta,ſæpe ſanat.Mulierum purgationes mouet, & mortuos fœtus eiicit,data cum paſſo aut aqua mulſa:ruta tamen aut dictamno priùs in iis liquoribus incoctis, fabæ magnitudine. Podagra afflictis,& articulorum defluxione infeſtatis conducit poſt inclinationem,non ſemel tantùm, ſed multoties etiam pondere hexagii vnius pota,pro viribus,& ægri temperamento.Opitulatur[a] dolentibus etiam impoſita. Admirari autem oportet hanc antidotum, quòd non modò corpori, verumetiam animo malè affecto medetur. Ex atra enim bile natas diuerſas imaginationes hoc medicamentum exhibitum ſedat, è vaſis lienis atram bilem veluti eluens & exhauriens: quemadmodum etiam ex ferarum ictu illatum venenum, & aquæ formidinem, peſſimum ſanè & curatu difficilem morbum, aut potius incurabilem, aſſiduè data ſæpe ſuſtulit.In peſtilen-

A tibus ſimiliter cōnſtitutionibus præſumentes ipſam, hoc malo corripi prohibet. Hyemis tempore iter facientibus conſulo vt ex ipſa ſumant:eſt enim veluti bonum viſcerum indumentum, quod plurimum iis qui eam ſumpſerunt,calorem exhibeat.Dare oportet hoc medicamentum, quum probè concoxerit qui ipſum accepturus eſt,neque cibis refertus ſit.Bibat autem ieiunus, & iube quo ſufficienti tempore à cibis abſtineat,vt medicamentum cōcoqui poſſit.Inſpicere verò etiam oportet tempus & ætatem eius qui ſumpturus eſt: ætate B enim neque omnino dabis: neque in vigore ætatis exiſtentibus,vt qui plurimum habeat caloris:neque ſæpius medicamentum ipſum exhibendum eſſe hortor. Iis verò qui iam vitæ declinationem attigerunt, & pituitoſis,& nauſeabundis,& cruditate laborantibus,& iis qui cibum non appetunt ex melancholia,aut frigiditate,hanc ſæpius & plurimam exhibere conuenit. Similiter etiam iis qui ſtomachi inflatione laborant, & vteri malis,non cum aqua,ſed cum vino bono ac veteri, cōſulo hanc frequenter eſſe accipiendam. In bilioſis,febri C citantibus, & pueris, omnino eius exhibitionem vitare oportet. Maior enim eſt eius facultas quàm vires eorū tolerare poſſint: eo quòd corpora illorum facilè diſſoluat,& innatum ſpiritum celeriter extinguat.Neceſſe verò eſt primùm confectiones quæ hoc medicamentum ingrediuntur,enarrare,vt hedychroi magmatis,ſquillitici paſtilli,& theriaci:dein in vniuerſum theriaces.

a Dolentibus] Græcè perperam δλυναμένον pro ὀδυνωμένων ſcribitur.

Cap. II.

D CONFECTIO hedychroi magmatis. Aſpalathi [a] radicis corticis,coſti albi,ſing.drach. tres, caſiæ fiſtulæ drach.tredecim,aſari,xylobalſami,phu,rhei Pontici,maſtiches,ſing.drach.tres, [b] amaraci drach.decem,rhei barbari drach.duodecim,florum iunci odorati,cinamomi, amomi,botryos,ſing.drach.ſex,nardi Celticæ,folii,drachmas octo,myrrhæ drach. duodecim,croci drach. ſex. Hæc probè trita & cribrata excipe vino phalerno ſufficienti,& finge paſtillos,in vmbráque exſiccato, adiuncto illis opobalſamo.

E

a Radicis corticis] In manuſcripto codice ſimpliciter legitur ἀσπαλάθου φλοιοῦ. Sed in Galeno & Paulo eſt ἀσπαλάθου ῥίζης φλοιοῦ.
b Amaraci] Manuſcriptus codex corruptè legit, ἀμαρακίνου: legendum enim, Galeno & Paulo teſtibus, ἀμαράκου.

Cap. III.

PASTILLI ſquillitici confectio. Accipe ſquillam fœminam: eſt enim alba: & abſcindito fundum & caput:arida verò decorticato, ac fermento oblinito, & in caminum balnei coniicito,aut furnum. Poſtquā au- F tem in carbonem mutata fuerit,amoue eam ab igne,& accipe feſtucam, perforato ipſam. Et ſi promptè feſtuca penetrauerit, aſſa erit: ſin facilè non penetrauerit,nō probè aſſa erit. ideo vt ipſa denuò aſſetur,neceſſe erit. Vbi verò probè aſſa fuerit, accipe internarū partiū ſquillæ drach. LX. & farinæ eruorum alborū dr. quadraginta.

Læuigato hæc ſimul validè in mortario, & excepta digere in paſtillos,exſiccatóque in vmbra.

Cap. IIII.

THERIACI paſtilli confectio. Hunc paſtillum in hunc modum conficere oportet. Acceptis viperis [a] æſtatis initio, primùm vtrinque à cauda & capite quatuor digitorum longitudine amputare conuenit: dein excoriare,& in fictili cum aqua & [b] aniſo ſufficienti coquere. Vbi verò contabuerint, omnibus oſſibus exemptis, accipe de carnibus drach. ſedecim, & læuigato in mortario validè, affundens ex ipſo decocto, vt formari paſtilli poſſint. Formatos ſiccato in vmbra & reconde in vaſe,& vſu poſcente illis vtere.

a Æſtatis] Nicolaus habet θέρυς: Galenus ἔαρος, id eſt veris.
b Aniſo] Codex Nicolai legit ἀνίσȣ, ſed Galenus & Paulus ἀνήθου, hoc eſt anethi.

Cap. V.

THERIACES Andromachi confectio. Paſtillorum theriacorum, paſtillorum ſquilliticorum, ſingul. drach. duodecim, piperis communis, hedychroi magmatis, ſing. duodecim, roſarum aridarum, ſcordii, iridis Illyricæ, ſeminis buniadis, glycyrrhizæ, ſing. drach. ſex, piperis albi drach. tres, opobalſami, cinamomi, agarici, ſing. drach. ſex, [a] rhei barbari, myrrhæ puræ, croci, caſiæ, nardi Indicæ, nardi Celticæ, cancrorum fluuialium cinerum, florum iunci odorati, thuris, piperis longi, dictamni, marrubii, ſtichadis, petroſelini Macedonici, terebinthinæ, calaminthæ, zingiberis, pentaphylli radicis, ſing. drach. tres, polii, chamæpityos, ſtyracis, mei, amomi, botryos Celticæ, Lemnii ſigilli, phu, chamædryos, folii, chalcitidis toſtæ, gentianæ, aniſi, ſucci hypociſthidis, carpobalſami, gummi, ſeminis fœniculi, apii, cardamomi, ſeſelis, acori, ſucci acaciæ, thlaſpeos, hyperici, caſtorei, ammeos, ſagapeni, ſingul. drach. duas, clematidis drach. vnam, malabathri drachm. duas ſemis, erui drach. quadraginta, ſquillæ toſtæ drach. ſexaginta, ariſtolochiæ longæ, ſeminis dauci, bituminis Iudaici, opopanacis, centaurii tenuioris, galbani, ſing. drach. vnam, mellis Attici lib. ſex, vini phalerni ſext. vnum. Coniice in mortarium opium, hypociſthidem, ſagapenum, glycyrrhizam, acaciam, ſtyracem, opopanacem,& affunde exiguũ mellis, & vnumquodque contuſum diſſolue, & adiice vinum vt illa ſuperet, ſinitóque vt per triduum madeſcant: inde arida omnia, radices ſcilicet, ſemina, herbas, tuſa & cribrata coniice in mortarium, & affuſo vino terito, ac læuigato vt collyria. deinde his è mortario exemptis admiſce omnia arida,& ſubigito fortiter. Poſt hæc iniice mel, terebinthinam, galbanum,& opobalſamum, & calefacta in cacabo confunde in mortario hæc vnien do diebus quinque ſubige validè, & reconde in vaſe vitreo. Vtere hac antidoto poſt mẽſes ſex aut decem. Perfectè autẽ coquitur poſt annos decem. Theriaces probatio. Nos in homine periculum de hoc medicamento facere nequeuntes, in aliquo aliorum animantium ipſum facientes, veram huius medicamenti probationẽ inuenire conamur: Gallis enim [b] qui domi non enutriti neque nobis ſunt contubernales, ſed potius agreſtibus, & ſicciore præditis corporis temperamento, acceptis, his quidem hoc medicamentum infundimus, illis verò minus,& ſic ipſis obiicimus venenatas feras. Qui inter illos non biberint è theriaca, confeſtim moriuntur: qui verò biberint, roborantur,& à morſu vitam retinent. Theriacæ probatio. Probamus interdum medicamentum num ſit adulteratum, hoc modo: Quum enim damus eorum aliquod medicamentorum quæ per ventrẽ purgare valent, ſi præſumpta theriaca non purgat, medicamentũ eſſe optimum cognoſcimus. Vbi igitur purgationem impedierit per hoc experimentum, nũquam de hoc medicamento fallimur. Vſus huius antidoti & ſimilium. Theriaca extrinſecus impoſita,& epota, rabioſorum morſibus,& venenatorũ ictibus exquiſitè ſuccurrit. Cæterùm nobis etiam in peſtilentibus conſtitutionibus ſola hæc antidotus malo correptis prodeſſe adeò viſa eſt vt nullum aliud præſidium tanto malo reſiſtere fuerit idoneum. Quamobrem Hippocratem omnibus

A modis admirandum laudo, qui luem illã ex [c] Æthiopia Græcos inuadentem non aliter curauit quàm aerẽ mutando & alterando. Per vniuerſam enim ciuitatem iuſſit accendi ignẽ, non ſimplicis incenſionis materiam habentem, ſed ſerta & flores ſuauiſſimos alimentum eſſe ignis conſuluit,& ipſi vnguenta pinguiſſima infundi, vt per odorem [d] purum aerem redditum homines in mali ſubſidium reſpirarent. Simili ratione theriacen, ceu ipſa quoque ignis quidam purgatorius exiſtat, præſumẽtes in peſtifera aeris conſtitutione, neutiquam malo corri-
B pi ſinere nouimus: correptis verò iam poſſe mederi, aeris inſpirati malitiam inalterantem mutantémque, nec corporis temperaturam corrumpi ſinentem. Medetur autem diuturnis capitis doloribus, vertigini, auditus difficultati,& oculorũ hebetudini. Prodeſt quartanis. Nonnunquam verò & guſtus inſtrumentum laborãs reficit. Sæpius in phreneticis mentis alienationes, ſomnum inducens, generoſè ſedauit. Inſuper animi perturbationes, [e] & implexas ſomnis imagines abigit. Comitialib⁹ quoque ipſis vehementer ſolet auxiliari, humiditatem è ca-
C pite abſumens, & liberum ſpiritui tranſitum efficiens. Iuuat etiam difficulter ſpirantes, diſſecans,& vt facilè educantur efficiens, ac extenuans lentos humores. Sanguinem reiicientibus admodum prodeſt cum decocto ſymphyti exhibita. Stomachi quoq; vitiis mederi ſolet. Non appetentem,& cibum capere non potentem, vt ipſos cum voluptate adeat, emendat. Nauſeam iuuat, [f] & omnem maximum latúmque lumbricum, qui omnem aſſumptum cibum depaſcitur, eóque reliquum totum corpus emaciat, mirabiliter ex inteſtinis eiicit. Iecinoro-
D ſis ſuccurrit. Lienoſos etiam ſanare ſolet, calculoſos, & cœliacos affectus, omniáque inteſtinorum vitia. Dyſenteriam, ileum, choleram, omnémque vteri imbecillitatem ſanat, & podagram. In ſumma, hæc ipſa antidotus ad omnis generis hominis mala à frigiditate orta vtilis exiſtit.

a Rhei barbari] Nicolaus habet ῥέȣ βαρβάρȣ: quum tamen in Galeno, Paulo & Aetio, ſcriptum ſit ῥήȣ, ῥȣ̃ ποντικȣ̃,& ῥέȣ ποντικȣ̃. Id quod ideo factum eſt, quia Nicolaus hìc (vt aliis etiam in locis ſæpe) rheum Ponticum & barbarum inter ſe, ac ſi vna res eſſent, confundit. quanquam paulo ſuprà veluti diuerſas res à ſe inuicem diſtinxerit. Vn-
E de facilè coniicere licet, Nicolaum, vtpote vnguentarium, rerum medicarum non admodum peritum fuiſſe: aliâs enim hanc diuerſitatem facilè animaduertiſſet. b Qui domi ſunt enutriti,&c.] Hic locus in manuſcripto codice totus eſt deprauatus: ſic enim legitur ibidẽ, ἀλεκτριωνᾶς γὰρ λαβόντες μὴ εἰδότες τιναὶ οἰκοδίαι εἰσὶ, καὶ ὑμῖν ὀνορόφι ι: quum potiùs, vt ex Galeno ſit manifeſtum, ita legendum ſit, ἀλεκτρυόνας γὰρ λαβόντες τοὺς μὴ ὅσοι γέ τινες οἰκοδίαιτοί τε εἰσὶν, καὶ ἡμῖν ὁμορόφιοι. c Æthiopia] Manuſcriptus codex perperam legit, ἐκ παιονίας, pro ἐκ τ̃ αἰθιοπίας. d Purum, &c.] Et hoc loco corruptus eſt codex manuſcriptus: legit enim καθαρὸς γενόμενος ὁ ἀὴρ, οἱ ἄνθρωποι ἀναπνέωσιν: quum ita potiùs ſit legendum, ἵνα οὕτω καθαρὸν γενόμενον οἱ ἄνθρωποι ἀναπνεύσωσιν εἰς τὴν ἀπαλλαγὴν τὸν ἀέρα. Sunt & in ſequentibus aliquot mendæ, quæ ex Galeno in libello quem De theriaca ad Piſonem inſcripſit, reſtitui poſſunt. e Et implexas ſomnis]
F Manuſcriptus codex Nicolai habet, παρακοπτικὰς φαντασίας, pro περιπλοκὰς,&c. f Et omnem maximum, &c.] Manuſcriptus codex hìc totus eſt mutilus,& deprauatus: legit enim ſimpliciter, καὶ πᾶσαν τεμηνυικὴν ἐκβάλλει. quum ita planè ſit legendum, Galeno teſte: ὅτι καὶ τὴν μεγίστην καὶ πλατεῖαν ἕλμινθα γενομένην, καὶ πᾶσαν τὴν εἰσφερομένην τροφὴν ἐκνεμομένην, καὶ διὰ τȣ̃τ' ἐκτήκουσαν τὸ ἄλλο πᾶν σῶμα, θαυμασίως ἐξάγει τῶν ἐντέρων.

Cap. VI.

THERIACA antidotus ex herbis, faciens ad ictus reptilium,& venenatis, pleuriticis, ruptis, conuulſis, diu turnis tuſſibus mirabiliter conferens. Gentianæ repur-
G gatæ, ariſtolochiæ rotundæ, baccarum lauri decorticatarum, chamædryos, ſing. vnc. ſemis. Tuſa in pollinem & cribrata excipe melle Attico,& vtere. Datur pondere ſcrup. quatuor: febricitantibus cum mulſa, vacantibus febre cum vino. Imponitur etiam ictibus hoc medicamentum. In rabioſorum morſibus adiecto cancrorum fluuialium cinere præbeto.

Cap. VII.

THERIACA probata ad morſus rabioſorum. Spicæ nardi, pæoniæ, cinaberis herbæ quæ naſcitur in Ly-
H cia, æris vſti, ſingulorum vnc. ſemis, piperis communis vnc. ſemis drach. vnam. Excipe oxymelite ſufficienti,& præbeto magnitudine nucis Ponticæ in vino condito. Illinc etiam morſui.

Cap. VIII. A

THERIACA antidotus venena abigens, admodum mira: & vt multa experientia comprobatum eſt, ad omnia quæ à venenatis feris orta ſint mala conferēs. Serpylli herbæ aridæ drach. duas, ariſtolochiæ rotundæ drach. quatuor, radicis bryoniæ albæ drach. I. centaurii [a]tenuis drach. quatuor, mellis Attici quantum ſatis videbitur. Datur drachma vna ex vino tepido ieiuno.

a Tenuis] In codice manuſcripto corruptè λδυκοῦ pro λεπτοῦ legitur.

Cap. IX.

THERIACE faciens ad eos qui à ſcorpione ſunt (B) icti, & eos qui à draconibus liberari cupiunt, ad conuulſa, inflationes, & multa ſimilia. Huius igitur mihi copiā fecit Gallus quidam in Arabiæ veniens Cæſariam, qui multos illic ſtipendia faciens per ipſam ſeruauit. Radicis bryoniæ albæ drach. quatuor, ſeminis trifolii drachmas duas, iridis drach. quatuor, opopanacis drachm. duas, ariſtolochiæ rotundæ drach. tres, radicis roſmarini, liquoris papaueris, myrrhæ ſing. drach. duas, rutæ ſylueſtris ſeminis, ſerpylli, ſing. drach. tres, cumini Thebaici & Æthiopici, caſtorei, radicis eryngii, ſing. drach. vnam ſemis, farinæ eruinæ drach. ſex, vini Chii aut marini quod ſatis eſt. Vbi bene paraueris, finge paſtillos quorum ſinguli pendeant drach. vnam, & præbeto cum vino tepido.

Cap. X.

THERIACES Andromachi alia confectio, vt præcedens, valde laudata. Paſtilli ſquillitici, paſtilli theriaci, ſingulorum vnc. quatuor, hedychroi magmatis vnc. duas, cinamomi vnc. ſemis, piperis communis, opii, roſarum aridarum, ſing. vncias duas, ſcordii, buniadis, iridis, glycyrrhizæ ſucci, balſami, ſing. vnc. vnam, zingiberis hexag. tria, croci, myrrhæ, radicis [a]ephili, rhei Indici, piperis albi & longi, radicis dictamni, terebinthinæ, caſiæ, ſpicæ nardi, polii, ſtyracis calamitis, ſing. hexagia tria, ſeminis apii, ſeſelis, [b]ſamoletici, thlaſpis, ammeos, chamædryos, chamæpityos, fœniculi, ſucci hypociſthidis, nardi Celticæ, mei athamantici, gentianæ, aniſi, Lemnii ſigilli, chalcitidis, bituminis, amomi, acori, galbani, carpobalſami, phu, hyperici, acaciæ, gummi, cardamomi, dauci Cretici, ſing. hexagia duo, ſagapeni, opopanacis, caſtorei, centaurii, ariſtolochiæ longæ & rotūdæ, ſing. hexag. vnum. Hæc omnia trita in pollinem madefacito cum melle Attico & vino ſufficienti, & bene confecta reconde in vaſe. Vſu poſcente præbeto hexagium (C) vnum aut quantum volueris, cum vino veteri tepido, ieiuno.

a Ephili] Græcè eſt ἐφίλου: ſed fortè legendum, vt ſuprà, πενταφύλλου ῥίζης. b Samoletici] Græcè legitur σαμωλητικοῦ. Quid verò hac dictione innuat, diuinare non poſſum.

INDEX HIERARVM ET MEDICAMENTORVM
ictericis & iſchiadicis conuenientium.

Hiera Logadii Memphitæ, ad diuturna mala à melancholia facta, Cap. I.
Hiera Logadii alia, Cap. II.
Hiera Theodoritos probata, Cap. III.
Hiera Theodoritos alia, ſimilis, Cap. IIII.
Hiera Iuſti, ad vertiginoſos, colicos, & à cane demorſos, Cap. V.
Hiera Iuſti ad capitis dolores, probata admodum, Cap. VI.
Hiera picra Galeni ad vitium ſtomachi, cruditatem, & alia, Cap. VII.
Hiera antidotus Logadii, valde probata, Cap. VIII.
Hiera Galeni, probata, Cap. IX.
Hiera alia Galeni, ad omne malum capitis, & ſtomachi imbecillitatem, Cap. X.
Hiera alia Galeni, vt præcedens, Cap. XI.
Hiera picra Galeni, admodum probata, Cap. XII.
Hiera alia, magna Galeni, Cap. XIII.
Hiera Logadii Memphitæ, mirabilis, Cap. XIIII.
Hiera Logadii ad caput dolentes, & lippitudine laborantes, Cap. XV.
Hiera Iuſti, ad capitis dolorem, Cap. XVI.
Hiera Iuſti omnem bilem à capite purgans, Cap. XVII.
Hiera Archigenis ad capitis dolorem, & comitiali morbo afflictos vtilis, Cap. XVIII.
Hiera Archigenis purgans caput & ſtomachum, ac omnis generis humores, Cap. XIX.
Hiera Archigenis ad melancholiam, Cap. XX.
Hiera purgatoria mirabilis admodum & probata, Cap. XXI.
Hiera antidotus è marrubio probata, Cap. XXII.
Hiera Rufi probata, Cap. XXIII.
Hiera Rufi admirabilis, Cap. XXIIII.
Hiera Conſtantini ad vitioſum corporis colorem, Cap. XXV.
Hiera Ducis ad melancholicos, pituitoſos, & reſolutos, Cap. XXVI.
Irini confectio probata, mirabilis valde, Cap. XXVII.
Hiera antidotus interpretatione Galeni & Hippocratis, Cap. XXVIII.
Ictericum præſidium, admodum mirabile, Cap. XXIX.
Ictericum aliud expertum, Cap. XXX.
Ictericum curans exquiſitè, Cap. XXXI.
Antidotus præſeruans ab iſchiade, expertum, Cap. XXXII.
Iſchiadico dolori ſummè conferens, Cap. XXXIII.
Hiera periculo vacans, ex Tralliano, Cap. XXXIIII.
Hiera picra Galeni, ad ſtomachum & caput, Cap. XXXV.
Hiera Antiochi probata, Cap. XXXVI.
Hiera picra Galeni ad turbationem ſtomachi, Cap. XXXVII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De Hieris, & medicamentis ictericis & iſchiadicis conuenientibus,

Sectio vigeſimatertia.

Cap. I.

HIERA Logadii. Mala diuturna ex melancholia facta [a]tranſmutat. data enim humores purgat qui moleſtias corpori exhibet, neque anguſtiam vllam facit, ſed appetentiam incitat, & robur corpori inducit, atque ægrotantem hilarem reddit. Comitiali morbo laborantibus, vertiginoſis, ſubitò concidentibus, ſpumantibus, & linguam mandentibus, aut conuulſis, ita vt putentur aliquibus à dæmone occupati eſſe, vtilis. Conuenit autem bilioſis, & elephantia correptis inter initia. Prodeſt etiam iis qui feris impetiginibus laborant, lethargicis, & iis qui inuoluntariè alui excrementa emittunt: potiſſimùm verò iis qui lethalia medicamenta hauſerunt. Dolorem quoque ſedat, & iecinoroſis vtilis eſt. Datur etiam pleuriticis, & iis quibus pericardium laborat. Educit enim vitioſos humores, & mouet menſtrua mulierum. Iſchiadicis, & [b]lumborum dolore affectis admodum conuenire creditur, & omnia diuturna mala ſanat, ter ſingulis menſibus ſumpta. Datur pondere ſcrupulorum nouem in aqua mulſa vnius menſuræ. Agarici, elaterii, ſalis ammoniaci, abſinthii, ammoniaci, foliorum Indicorum, ellebori nigri, ſquillæ toſtæ, ſcãmoniæ, myrrhæ, zingiberis, ſing. drach. ſex, aloes flauæ, euphorbii, ſing. drach. octo, polii herbæ, caſiæ, chamædryos, centaurii, hyperici, bdellii, marrubii, ſing. drach. quinque, piperis albi, cinamomi, opopanacis, ſagapeni, piperis longi, croci, petroſelini Macedonici, ſing. drach. quatuor, caſtorei, piperis nigri, ariſtolochiæ rotundæ, ſing. drach. tres ſemis, colocynthidis, polypodii, ſing. drach. octo, ſpicæ nardi, grani Cnidii, ſing. drach. ſex. Hæc trita in pollinem madefacito cum melle Attico deſpumato ſufficienti. Opopanacẽ, ſagapenum, ſolue in mortario cum melle, & probè confectum reconde in vaſe, & vtere.

a Tranſmutat] In manuſcripto codice συστρεπτικὴ legitur, pro μελασυστρεπτικὴ, aut certè ἐκτρεπτικὴ, id eſt expellit. b Lumborum dolore vexatis] In manuſcripto codice ψωαδικοῖς pro ψυαδικοῖς legitur.

Cap. II.

HIERÆ Logadii alia confectio. Colocynthidis, polypodii, ſing. drach. duas, euphorbii, polii, grani Cnidii, ſing. drach. vnam S. frumẽtaria grana ſex, abſinthii, myrrhæ, ſing. drach. vnam gran. duodecim, centaurii, agarici, ammoniaci thymiamatis, folii, ſquillæ, ſpicæ, dacrydii, ſing. vnc. vnam, aloes flauæ, corymborũ thymi, caſiæ ligneæ, chamædryos, bdellii, marrubii, ſing. ſcrup. vnum grana quatuordecim, cinamomi, opopanacis, caſtorei, ariſtolochiæ longæ, trium piperum, croci, ſagapeni, ſeminis petroſelini, ſing. drach. ſemis, ellebori nigri & albi, ſing. drach. ſex, mellis Attici quantum ſufficit. Datur caſtaneæ nucis quantitate cum aqua tepida manè ieiuno.

Cap. III.

HIERA Theodoretis vehementer efficax, conducens vt altera. Summè enim congruit morbo comitiali affectis, iecinoroſis, lethargicis, melancholicis, & iis qui per circuitum exacerbantur, ſtomachicis, lienoſis, colicis & ilioſis. Inſigniter autem menſes ducit, & malo corporis habitui aduerſatur. Aloes flauæ drach. triginta, agarici drach. duodecim, croci, rhei barbari, acori, maſtiches, cinamomi, ſpicæ nardi, ſing. drach. tres, aſari, myrobalani nigri, ſing. drach. duas, coſti drach. quatuor, caſiæ, mei, chamædryos, piperis nigri & longi, zingiberis, gentianæ, amomi, floris iunci odorati, ſing. drach. vnam, piperis albi drach. duas, ſcammoniæ drach. duodecim, colocynthidis drach. duas. Trita in pollinem madefacito cum melle Attico ſufficienti, & probè confectam præ-

A beto manè ieiuno cum aqua tepida drach. tribus.

Cap. IIII.

HIERA Theodoretis alia, vt præcedens. Aloes drach. xxx. aſæ fœtidæ, hoc eſt ſcordii dr. XII. agarici, croci, ſing. dr. tres, ariſtolochiæ longæ dr. I. S. aſari, iridis Illyricæ, opobalſami, ſing. dr. duas, coſti dr. quatuor, maſtiches, caryophylli, ligni cinamomi, ſing. dr. tres, caſiæ, nucis odoratæ, ſing. drach. XII. ſpicæ nardi dr. tres, epithymi drach. nouem, chamædryos dr. quatuor, mei dr. vnam, trium piperũ, euphorbii, ſing. dr. v. myrrhæ, florũ iunci

B odorati, ſing. dr. II. gẽtianæ dr. II. amomi drach. I. xylobalſami dr. duas, ſcamoniæ drach. nouem. Trita hæc in pollinem madefacito cum melle Attico ſufficienti, & præbeto drach. quatuor ex aqua tepida ieiuno.

Cap. V.

HIERA Iuſti conferens vertiginoſis, colicis, à cane demorſis, & ſimilis eſt præſcriptæ hieræ [a]Theodoretis. Epithymi drach. ſex, ſtichadis, marrubii, chamædryos, ellebori nigri corticis, ſcammoniæ, agarici, trium pipe-

C rum, ſquillæ aſſatæ, paſtilli theriaci, ſing. drach. octo, colocynthidis, euphorbii, croci, petroſelini ſeminis, gentianæ, ammoniaci thymiamatis, ſagapeni, ſingulorum drachmas quatuor, aloes flauæ, opopanacis, polii, cinamomi, myrrhæ, ſpicæ nardi, caſiæ, florum iunci odorati, calaminthæ montanæ & fluuialis, ſing. drachm. duas, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ſingulorũ drach. vnam. Hæc trita in pollinem madefacito cum melle Attico ſufficienti.

a Theodoretis] Manuſcriptus codex habet ἀρχιγένους pro θεοδώρητος.

Cap. VI.

D HIERA Iuſti ad capitis dolores, valde probata. Marrubii drach. duas, ſpicæ, chamædryos, ellebori nigri, ſcammoniæ, agarici, piperis nigri, ſquillæ torrefactæ, ſingulorum drachmas quatuor, colocynthidis, euphorbii, aloes flauæ, croci, gentianæ, ſeminis petroſelini, ammoniaci, ſagapeni ſing. drach. octo, opopanacis, polypodii, ſpicæ nardi, floris iunci odorati, pulegii, ſing. drach. quatuor, ariſtolochiæ rotundæ drach. duas, mellis quantum ſufficit.

Cap. VII.

E HIERA Galeni, hoc eſt amara, ad vitium ſtomachi & cruditatem, ileum & ſubuerſiones, capitis dolores, hemicraniam, lienoſos, iecinoroſos, ſtomachicos, & vomentes cibum. Similiter anginoſos, epilepticos, deſtillatione laborantes, & gingiuarum inflammationem iuuat. Cinamomi, ſpicæ, croci, florum iunci odorati, aſari, caſiæ ligneæ, xylobalſami, carpobalſami, violarum, abſinthii, epithymi, agarici, roſarum, turpeti, maſtiches, colocynthidis pulpæ, ſing. drach. S. aloes flauæ quantũ omnium aliarum ſpecierum. Nonnulli medicorum duplum quantum omnium aliarum ſpecierum iniiciunt,

F mellis Attici quod ſatis eſt. Dantur hexag. tria, aut tria & ſemis, pro viribus cum aqua tepida ieiuno.

Cap. VIII.

HIERA antidotus Logadii, valde probata. Maxima verò eiuſdem commoditas, quòd è profundo excellenter purgat varios humores, neque compreſſionem, neque anxietatem, neque inappetentiam, neq; aliã perplexitatem faciens, ſed potiùs bene ſpirãtes, hilares, robuſtóſque efficit, vt excellentiam eius aliquis miretur. Medetur itaque hemicranicis affectibus, vertiginoſis, morbo comitiali, inſaniæ, melancholiæ, lethargo, & ſimili-

G bus. Item hebetudini viſus, difficultati auditus, amiſſioni vocis, aſthmaticis, ſtomachicis, affectib⁹ diuturnis, lienoſis, nephriticis, cœliacis, iſchiadicis, arthriticis, & podagricis. ſanguinẽ mulierũ ducit. trementibus cõducit, impetiginibus feris & omnibus in ſuperficie corporis

ortis exanthematis, elephantia correptis, humoreſque
dolorem excitantium febrium curat,& omnia maligna
vlcera & canceroſa. Colocynthidis drachmas quatuor,
ſquillæ aſſatæ,agarici,ammoniaci,ellebori nigri, corti-
cis, ſtichadis,hyperici,ſingulorum drachmas octo, epi-
thymi,polypodii,bdellii,aloes flauæ,chamædryos,mar
rubii,caſiæ,ſingulorum drachmas quatuor,myrrhæ,ſa-
gapeni,croci,ariſtolochiæ longæ,trium piperum, cina-
momi,opopanacis,caſtorei,ſeminis petroſelini, ſingul.
drachmas duas,mellis Attici quantum ſufficit.Perfecta
menſura drach.quatuor,media drach.III. minima dr.II.
cum aqua mulſa ſufficienti & ſalis tenuiſſimè triti co-
chlear.ſemis.Datur autem manè ieiuno.

Cap. IX.

HIERA Galeni,valde probata.Chamædryos,pipe-
ris longi & albi,agarici,ſtichadis, ellebori nigri, ſcam-
moniæ, ſpicæ nardi,ſquillæ aſſatæ,epithymi, ſingulorũ
drachmas tres,croci,ammoniaci, euphorbii, ſingulorũ
drachmas quatuor,mellis quod ſatis eſt.

Cap. X.

HIERA alia Galeni,ad omne capitis malum,dolo-
rem aurium,oculi mala,& ſtomachi imbecillitatem. A-
loes flauæ vnciam vnam drachmas duas, ſpicæ hexagiũ
ſemis,cinamomi,xylobalſami,caſiæ, croci, maſtiches,
pulpæ colocynthidis,agarici,centaurii, euphorbii, epi-
thymi,aſari,ſingulorum hexagium ſemis, mellis Attici
quod ſatis eſt.Datur pro viribus cum aqua tepida manè
ieiuno.

Cap. XI.

HIERA alia Galeni ad melancholicos, comitiali
morbo laborantes,vertiginoſos,refrigerationem totius
corporis,& ſitim,obſtructionem item iecoris ac lienis.
Datur etiam regio morbo affectis cum decocto abſin-
thii.Efficax eſt quoque ad viſcera, hypochondria, dor-
ſum,& renes ac vteri mala ſanat. Aloes flauæ vnc. duas,
cinamomi,nardi,coſti,xylobalſami,caſiæ puræ, maſti-
ches,aſari,roſarum,abſinthii,amomi, ſingulorum dra-
chmam vnam ſemis,mellis Attici quantum ſufficit.Da
tur ponticæ nucis quantitate cum aqua tepida manè
ieiuno.

Cap. XII.

HIERA amara Galeni admodum probata, potens
eadem quæ præcedens.Ducit etiam menſes mulierum,
& conceptionem iuuat.Mirabiliter etiam ad refrigera-
tionem vteri valet.Colocynthidis,florum iunci odora-
ti,cinamomi,xylocaſiæ,ſing. hexag .I.xylobalſami,cro-
ci,ſing. hexag.vnũ,maſtiches, aſari,ſing. hexag.S.aloes
flauæ quantum omnium aliarum ſpecierum,mellis At
tici quod ſatis eſt.Dătur manè ieiuno hexagia tria aut
tria & ſemis cum aqua tepida.

Cap. XIII.

HIERA alia magna Galeni,ad capitis dolores,ver-
tiginem,morbum comitialem,cholericos,melancholi-
cos,pituitoſos,quartanos,hydropicos,pleuriticos, [a]ne-
phriticos,dyſentericos,reſolutos, ſtomachicos, morbo
regio correptos,lienoſos,iecinoroſos,lethargicos. Arte-
riæ etiam raucitatem ſanat,& vniuerſo corpori ſanitatẽ
præbet.Aloes flauæ,ſeminis petroſelini,abſinthii,pipe-
ris nigri,ſingulorum hexagia duo,colocynthidis,ſquil-
læ aſſatæ,agarici,ellebori nigri, ammoniaci, ſulphuris,
hyperici,ſingulorum hexagium vnum ſemis,epithymi,
polypodii,bdellii,ſucci chamædryos, braſſicæ exiguæ,
caſiæ,ſingulorum hexagia tria,myrrhæ, ſagapeni,ariſto
lochiæ longæ,piperis albi longi, cinamomi, opopana-
cis,caſtorei, ſingulorum vnciam vnam, mellis Attici
quod ſatis eſt.Datur manè & veſperi cum tepida aqua
ſufficienti.

a Nephriticos] In manuſcripto Nicolai codice eſt διαφορητικὴ,
fortè pro νεφριτικοὺς ſcriptum.

Cap. XIIII.

HIERA Logadii Memphitæ,mirabilis, tempera-
ta.Abducit noua & vetera mala,maniam, & omnẽ me-
lancholiam omnino purgat,crudos humores ſine mo-
leſtia,& quidem à principio.Facit ad eos qui non conco

A quunt,& eos qui ſumpſerunt lethalia venena.purgat etiã
humores crudos areſcentes.Prorſus inualidos, difficul-
tates vrinæ,ſeminis profluuium inuoluntarium iuuat,
& ad vterina mala ter mẽſe ſumpta valde mirabilis eſt.
Agarici,ammoniaci thymiamatis,folii,ſileris, aſari, da-
crydii,ſcordii,ſingulorum hexagium vnum,caſiæ,cha-
mædryos,hyperici,bdellii, marrubii, ſingulorũ, hexag.
quatuor,cinamomi,opopanacis, caſtorei, ariſtolochiæ
longæ,trium piperum,croci,ſagapeni, ſeminis petroſe-
B lini,ſingulorum hexagia quinque,colocynthidis, myr-
rhæ,elaterii,ſingulorum hexagium vnum,abſinthii,zin
giberis,ſingulorum hexagium vnum,euphorbii, polii,
grani Cnidii, ſingulorum hexag. duo,epithymi hexag.
quinque,ellebori nigri,centaurii, ſingulorum hexagiũ
vnum,mellis Attici quod ſatis eſt.Datur ex aqua tepidà
manè ieiuno.

Cap. XV.

HIERA Logadii mirabilis ad dolentes caput,&lip-
pitudine laborantes.Eſt ſimilis ei quæ prædicta eſt.Aga
C rici hexagium vnum & quartam eiuſdem partem, am-
moniaci thymiamatis,folii,aloes flauæ,thymi,polii,ca-
ſiæ,chamædryos,polypodii repurgati, ſingulorum he-
xagium vnum,trium piperum,opopanacis,caſtorei, a-
riſtolochiæ longæ,ſingulorum hexagium vnum, colo-
cynthidis hexagium ſemis,corticis ellebori nigri,ſquil-
læ aſſatæ,ſingulorum hexagium vnum,dacrydii hexag.
octo,hyperici,bdellii,marrubii aridi,ſingulorum hexa-
gium vnum,croci ſtagium ſemis ſcrupulum vnum, ſe-
minis petroſelini hexagium vnum,libyſtici,lapidis Ar-
D menii,ſingulorum hexagium ſemis,iridis aridæ,zingi-
beris,ſeſelis,ſingulorum vnciam ſemis,centaurii hexa-
gia duo,myrrhæ,thuris,ſingulorum hexagia quatuor,
euphorbii hexagia duo,ſtichadis hexagium ſemis, me-
lanthii hexagia duo,grani Cnidii, ſagapeni,ſingulorum
vnciam ſemis,mellis Attici quod ſatis eſt.

Cap. XVI.

HIERA Iuſti,ad capitis dolorem. Marrubii hexag.
duo,ſpicæ nardi,chamædryos,ellebori nigri, dacrydii,
agarici,piperis nigri,ſquillæ aſſatæ, ſingulorum hexag.
E quatuor,colocynthidis,euphorbii,aloes flauæ,croci,gẽ-
tianæ,petroſelini,ammoniaci,ſagapeni,ſingulorum he-
xagia octo,opopanacis,polypodii, ſpicæ nardi, florum
iunci odorati,pulegii,ſingulorum hexagia quatuor, ari
ſtolochiæ rotundæ hexagia duo, mellis quantum ſuffi-
cere videtur.

Cap. XVII.

HIERA alia Iuſti,omnem flauam bilem à capite
purgans.Colocynthidis,ſtichadis,chamædryos, piperis
albi & nigri,corticis ellebori nigri,agarici,dacrydii, am
F moniaci,ſquillæ aſſatæ,ſingulorum drachmas octo,cro
ci,euphorbii,ſingulorum drachmas quatuor, myrrhæ
drachmas duas,mellis Attici quod ſatis eſt.Pondus ex-
hibitionis perfectum drachmæ tres:minus,drach.duæ,
ex mulſa calida ſufficienti. Iuxta pondus antidoti præ-
be granum ſalis fabæ magnitudine, ſicque probè con-
fecto vtere.

Cap. XVIII.

HIERA Archigenis ad capitis dolorem & eos qui
comitiali morbo laborant.Chamædryos,agarici,marru
G bii,vnciam vnam ſemis hexagium vnum, colocynthi-
dis hexagia viginti,ſtichadis,opopanacis,ſagapeni,ſin-
gulorum hexagia octo, petroſelini Macedonici, folii,a-
riſtolochiæ,ſingulorum hexagia duo, mellis Attici quã
tum ſufficit.Datur pro arbitrio.

Cap. XIX.

HIERA Archigenis alia, caput & ſtomachum o-
mniſque generis humores excellenter purgans. Colo-
cynthidis,ſquillæ aſſatæ,euphorbii,gentianæ,opopana
cis,paſtillorum theriacorum,ſingulorum drach. quin-
H que,ſtichadis drachmas ſex,ſeminis petroſelini,ellebori
nigri,ſcammoniæ, piperis nigri & longi,ſingulorum vn
cias duas,ligni cinamomi,iridis Illyricæ,ſagapeni,myr-
rhæ,ſpicæ nardi,florum iunci odorati, & radicis cala-
minthæ montanæ,ariſtolochiæ longæ & rotundæ,ſing.

drachmas duas,ſeminis rutæ ſylueſtris drachmas duas ſemis,aloes flauæ drachmas quindecim,pullorum hirũdinis vſtorum cineris,acori,xylobalſami,carpobalſami, ſeminis apii,ſingulorum drachmam vnam ſemis, mellis Attici quod ſatis eſt.

Cap. XX.

HIERA Archigenis ex epiſtola ad Marſum de melancholia. hic verò in alio loco ait eſſe Rufi.Opopanacis drachmas quatuor,ſagapeni drachmas quinque, petroſelini,ariſtolochiæ rotundæ,piperis albi, ſingulorũ drachmas duas ſemis,cinamomi,ſpicæ nardi,myrrhæ, polii,croci, ſingulorum drachmas duas. nonnulli adiiciũt chamæpityn.Ego verò pro chamæpity iniicio chamædryn.Hæc trita in pollinem, ſubigito cum melle ſufficienti,& reconde in vaſe,& præbeto.Multoties ex ea dedi ſcrupulos decẽ,& effeci vt decies aut vndecies is qui ſumpſerat excerneret.Integra exhibitio eius drach.quatuor ex aqua mulſa adiecto ſale quantum eſt cochleare paruum.[a]Malè enim ægro affecto,efficacem facit præparationem:non ſolùm multitudine eorum quæ per aluum educuntur,ſed affectus proprietate , priuatim atrã bilem minuens.Conuenit pleuritidi , flatuoſiſque malis eſt accommodatiſſima. Optimam facit reſpirationem, & iis quæ nutritionem impediunt è regione aduerſatur.[b]Colorem mirificè emendat,tum quòd ſanguinem [c]excolet,tum quia vitioſum ſpiritum accẽſum lucidiorem reddat.Sed nunc [d]non eſt laudandi inſtitutum eam quam haud temerè hieram appellant: prolixa enim futura eſſet oratio.Cæterùm melãcholicorum affectuum nullum aliud reuera huic comparandum inueniemus præſidium.Nam multos noui ob huius aſſiduum vſum nullo alio indiguiſſe medicamento,[e]etiamſi nullam bilem excreuerint.Neque enim hi tantùm melancholici vocantur qui atram excernunt,ſed qui in ſolidis iã hanc ſtructuram obtinent.Membranarum cerebri malos habitus quammaximè exterit.Proinde morbum comitialem & inſaniam illinc natam mirum in modum demolitur.

a Malè]Manuſcriptus codex legit perperam admodum,κακοπίνω pro κακοπίνως. b Colorem &c.]In codice manuſcripto corruptè legitur καὶ χρωμάτοις μυςικώτατον,pro χρώματις σμηκτικώτατον.Qui locus iterum oſtendit,quantis nobis hæc conuerſio laboribus conſtiterit. c Excolet]Codex Nicolai perperam καθηλίζων pro καθυλίζων legit. d Non eſt laudandi]In manuſcripto codice eſt ſcriptum ἐγκομένον pro ἐγκώμιον. e Etiamſi nullam]Græcè eſt perperã ſcriptum κἂν ἴδη μίας χολὴν ὡς ἀποκρίνει,pro κἂν εἰ μηδεμίαν χολὴν ὅλως ἀποκρίνοιεν.Sic nuſquam non deprauatum eſt Nicolai exemplar manuſcriptum.

Cap. XXI.

HIERA purgatoria mira admodum & probata. Præcipuum verò hoc habet , quòd purgans excellenter vnum aliquem & varios humores educẽs,neque cõpreſſionem,neque anguſtiam,neq; imbecillitatẽ,neque appetentiæ deiectionem,neque aliquam perplexitatem ægrotanti facit. Plurimùm verò ac vehemẽter confert ad diuturnos morbos comitiales, eóſque ita vehementes vt mingant,cacent,cruentam linguam habeant,ſpument,& omnino conuulſione comprehendantur laborantes ipſi.Exeuntes è poteſtate,furioſos , melancholicos,tremebundos,reſolutos,elephãtia correptos, feram impetiginem,omnem circuitum à bile factum, iecinoroſóſque ſanat,menſes ducit. Pleuriticos ad naturalem ſtatum reducit.Ter menſe data,reuera probè auxiliatur. Colocynthidis herbæ folia drachmarũ decem,ſquillæ aſſatæ drachmas quinque,ammoniaci thymiamatis,agarici,ſcammoniæ,ellebori nigri , ſingulorum drachmas quinque,hyperici,epithymi, polii,bdellii , aloes flauæ, chamædryos,marrubii,caſiæ , ſingulorum drach . quatuor,piperis longi & albi,cinamomi,croci,opopanacis, ſagapeni,caſtorei,petroſelini Macedonici , ariſtolochiæ longæ,ſingulorum drachmam vnam ſemis, mellis Attici quod ſatis eſt.Datur ſingulis diebus drachma vna ſemis,ter menſe.

Cap. XXII.

HIERA probata è marrubio. Stichadis,marrubii, [a]chamærotis ſylueſtris,colocynthidis,ſingulorum drachmam vnam,opopanacis,ſagapeni,ſeminis petroſelini,ariſtolochiæ rotundæ, piperis communis , cinamomi,ſpicæ nardi,polii,myrrhæ,croci,ſingulorum drach. duas,mellis Attici quod ſufficit.

a Chamærotis]Græcè eſt χαμαίροτος. Quid verò hæc dictio ſignificet ignorare nos fatemur.

Cap. XXIII.

HIERA Rufi probata,qua vti conſueuit Galenus. purgat enim ſine moleſtia.Cõfert morbo comitiali,hemicraniæ,pleuritidi,tabidis,coli dolorib⁹,diuturnis malis,lienoſis,[a]& iis quib⁹ in vniuerſo corpore eugata exigua alba exoriuntur,quæ vocantur Latinis aoriga,podagricis & arthriticis . non dabis verò hanc iis qui defluxione laborant.Mulieribus quæ non purgãtur prodeſt, & iis qui laborant eugatis magnis & ſcabie. Dabis hanc etiam ad lumbricos,impetiginéſque.purgat quoque aluum.Colocynthidis,piperis , chamædryos , maſtiches, ſingulorum hexagia quatuor,croci,myrrhæ, ſingulorũ hexagia duo,dacrydii drachmas tres,mellis Attici quod ſatis eſt,ammoniaci drachmas duas ſemis,euphorbii dr. vnam ſemis.Datur iuxta hominis temperamentũ duobus diebus. podagricis triginta diebus cochlearia duo ex mulſa.Dixit verò aliquis ſapientum,quòd multoties data,elephantia laborantes purget.

a Et iis quibus in vniuerſo corpore]Hæc vtcunque potuimus reddere coacti ſumus.In codice enim Nicolai ita ſcriptũ eſt,καὶ εἴ τινες ἐμβάλλουσι εὔγατα μικρὰ λευκὰ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, ἅπερ λέγουσι οἱ λάτινοι ἀορίγα .Vtraque enim vox,Græca nimirum εὔγατα & Latina aoriga,nobis incognita. Sed ambæ haud dubiè corruptæ ſunt & barbaræ.

Cap. XXIIII.

HIERA Rufi,confectio mirabilis.Aloes flauæ vnciam ſemis,ellebori nigri & albi,ſingulorum drachmas duas,dacrydii , colocynthidis , ſingulorum drachmam vnam ſemis,nitri,euphorbii,polypodii, ſalis ammoniaci,ſingulorum drachmam vnam grana ſeptem &ſemis, piperis communis,cardamomi , croci , agarici , maſtiches,epithymi,ſingulorum drachmam ſemis grana ſeptem,xylocáſiæ,balſami,opopanacis,cocalis, ſingulorũ ſcrupulum vnum & quartã eius partem , hoc eſt grana quinque,myrrhæ drachmas ſeptem,mellis Attici quãtum ſufficit.Datur eunti dormitum ex tepida aqua caſtaneæ quantitate.

Cap. XXV.

HIERA Conſtantini, prodeſt ad vitioſum corporis colorẽ & faciei.Myrobalani cepuli Indici & flaui,violarum,abſinthii,ſingulorum drachmas duas,myrobalani bellyrici,emplici,caſiæ repurgatæ,epithymi,ſenæ,agarici,cuſcutæ,floris iũci odorati,rhei barbari, ſingulorum drachmam vnã,xylocaſiæ,ſpicæ, aniſi, maſtiches, ligni aloes,ſalis gemmæ,(eſt ſpecies lapidis)nitri,ſingulorum drachmam ſemis,mellis Attici quod ſatis eſt.Datur quantum libet dormituris:vacãtibus,febre cum vino,febricitantibus autem,cum aqua tepida.

Cap XXVI.

HIERA Ducis,ad melancholicos , & pituitoſos & reſolutos mirabilis. Agarici,colocynthidis,turpeti , epithymi,cuſcutæ,ſingulorum ſcrupulos duos grana quinque:ligni aloes,rhei barbari,carpobalſami,florum iunci odorati,xylocaſiæ,croci,aſari,cinamomi , maſtiches, roſarum,abſinthii,folii,lapidis litzi,lapidis lazuli, ſing. drachmas duas,dacrydii drachmam vnam ſemis , aloes flauæ drachmas duas ſemis,mellis Attici quantum ſufficere videtur.Datur ex aqua tepida media nocte. Si verò hanc vis redigere in pilulas , fermentato probè cum iure abſinthii,& præbeto dormituris veſperè pilulas nouemdecim aut vigintiunam.

Cap. XXVII.

IRINI confectio, admodum probata. Aſpalathi vncias ſeptem, olei communis vncias nouem . Aſpalathũ ſubtiliter tritum coniice in aquæ cochlearia quinque & ſine vt illic maceretur diebus tribus,& coquito iuſto tẽpore.Expreſſum in craterem coniice, & cum ipſo ſubtiliter triti xylobalſami,myrrhæ, ſingulorum vnciam vnam,& rurſus coquito iuſto tempore:dein colato, & ſtatue oleum hoc in ſtatera,& æquali ponderi olei adiice

irin probè tuſam,& ſine vt in eo maceretur diebus & no A ctibus tribus. Deinde expreſſo validè,& ita parato, quouis tertio die vtere.

Cap. XXVIII.

HIERA antidotus interpretatione Galeni & Hippocratis, quæ non ſolùm aluum, ſed & reliquum corpus purgat: præcipuè verò à capite ad inferiora trahit. Nõnulli pro medicamento vtuntur ieiunis dantes modicũ commanducandum. Morbo comitiali laborãtibus, melancholicis, vertiginoſis & neruorum malis diuturnis correptis mirum in modum confert. Trium piperum B ſingulorum drachmam vnam, ammoniaci drach. tres, colocynthidis drachmam vnam, myrrhæ drachm. tres, croci drachm. quinque, ſcammoniæ drachmam vnam ſemis, chamædryos, epithymi, ſingulorum drachmam vnam, abſinthii ſucci drachmam ſemis, ſalis ammoniaci drachmam ſemis, mellis Attici quod ſatis eſt.

Cap. XXIX.

ICTERICVM præſidium mirabile. Rubi ramorum manipulum vnum, aquæ puræ ſextarium vnum. C Conijce in ollam nouam,& coquito ad dimidium: dein colato,& reconde in vaſe,& da bibendum manè ieiuno cyathum vnum diebus quinque aut ſeptem, & confeſtim diſcutitur malum.

Cap. XXX.

ICTERICVM aliud probatum. Radicem anchuſæ aridam probè contunde,& accipe cochlearia duo, & irrigato cum aquæ menſura vna. Da bibendum ieiuno: eſt enim mirabile.

Cap. XXXI.

D ICTERICVM exquiſitè curans. Sulphuris ignem non experti hexagium vnum, ſalis communis hexag. ſemis. Trita benè da comedenda ieiunis cũ ouis ſorbilibus: eſt enim præcipuum admodum.

Cap. XXXII.

AB iſchiade præſeruans, probatum. Scribe in laminam ſtanneam, Barboth, barboth libera ſeruum Domini N. à dolore qui ipſum corripuit iſchiadico: & appende collo laborantis.

Cap. XXXIII.

E ISCHIADIS dolori ſummè conferens. Radix cyclamini appenſa collo laborantis.

Cap. XXXIIII.

HIERA periculo vacans, ex Tralliano. Aloes ſcrup. duos, folii, agarici, opopanacis, amomi, croci, ſagapeni, caſtorei, dacrydii, ammoniaci, ſingulorum ſcrupulos v. polypodii, caſiæ, ſingulorum ſcrupulos quatuor, piperis albi, petroſelini Macedonici, ariſtolochiæ, ellebori nigri ſingulorum ſcrupulos duos ſemis, marrubii aridi, chamædryos, bdellii, colocynthidis, ſingulorum ſcrupulos quatuor. Integra exhibitio, ſi quidem cum melle confeceris ſcrupuli ſeptem: ſi verò cum melle excipere volueris (quemadmodum multi conſueuerunt) dato ſcrupulos duodecim.& probè parato vtere.

Cap. XXXV.

HIERA amara Galeni, mirum in modum conferens ſtomacho & capiti. Aloes flauæ drachmas quatuordecim ſemis, cinamomi, croci, coſti, floris iunci odorati, xylobalſami, caſiæ fiſtulæ puræ, maſtiches, aſari, roſarum, amomi, abſinthii, ſingulorum drachmam vnam. Trita in pollinem ſubigito cum melle Attico ſufficienti,& præbeto hexagia tria aut tria & ſemis, pro viribus: carentibus febre ex vino, febricitantibus cum aqua tepida.

Cap. XXXVI.

HIERA Antiochi probata. Chamædryos, agarici, colocynthidis, ſingulorum drachmas octo, ſquillæ aſſatæ, ammoniaci thymiamatis, ellebori nigri, clematidis, piperis albi, ſingulorum drachmas duas ſemis, cinamomi, ſpicæ nardi, zingiberis, myrrhæ troglodyticæ, croci, folii, ſingulorum drachmas duas, mellis quod ſatis eſt.

Cap. XXXVII.

HIERA amara Galeni, ad aſperitatem gulæ & mala vteri peculiariter valẽs. vrinam quoque mouet. Tuſſientibus, caput dolentibus, vertiginoſis, defluxione laborantibus, hydropicis, nephriticis & iecinoroſis confert. mirum in modum etiam menſes mulierum ducit. Spicæ, carpobalſami, xylobalſami, floris iunci odorati, cinamomi, nardi, dacrydii, roſarum, violarum, epithymi, agarici, abſinthii, turpeti, ſenæ, ſingulorum vncias duas ſemis, rhei barbari hexagia tria, croci vnciam vnã, aloes flauæ quantum omnium aliarum ſpecierum, mellis Attici quod ſatis eſt. Vbi probè paraueris præbeto media nocte hexagia tria aut tria & ſemis cum aqua tepida ſufficienti.

INDEX COLLYRIORVM.

Collyrium Soteria Amanithonis, admodum efficax, *Legitur infrà Manthonis,* Cap. I.
Collyrium Sol, ad omnis generis affectus, Cap. II.
Collyrium lumen, ad albugines & ſtaphylomata, Cap. III.
Collyrium Aquila repurgans albugines, Cap. IIII.
Collyrium Proteus ad incipientes ſuffuſiones & alia mala, Cap. V.
Collyrium Monohemeron magnum ad initia,& diuturnos affectus, Cap. VI.
Collyrium Nardaniũ, ad multam defluxionẽ & omne malum, Cap. VII.
Collyrium Libyanum ad phlegmonas & vlcera, Cap. VIII.
Collyrium è croco ad ſuperantes chemoſes & phlegmonas, Cap. IX.
Collyrium Cicius albus, ad incipientes lippitudines, Cap. X.
Collyrium è lacte mirabile, Cap. XI.
Collyrium è cornu, ad phlegmonas & defluxiones, Cap. XII.
Collyrium ad defluxiones, ſtaphylomata, chemoſes, puncturas & membranarum rebelliones, Cap. XIII.
Collyrium Libyanum vocatum, Cap. XIIII.
Collyrium ad ſugillata & dolores, Cap. XV.
Collyrium ad morſus in tunicis oculorum factos, Cap. XVI.
Collyrium Hydaron ad oculos ſugillatos, Cap. XVII.
Collyrium Irin, ad albugines, Cap. XVIII.
Collyrium è roſis magnum, ad diuturna & ſordida vlcera, Cap. XIX.
Collyrium ſacra anchora, ad albugines non tenues ac denſas, Cap. XX.
Collyrium Theodoretũ, viſum acuens, Cap. XXI.
Collyrium After, ad omnem vehementem dolorem, puſtulas, ſtaphylomata,& diuturna vlcera, Cap. XXII.
Collyrium Hermolaus, ad omnem affectum ocularem, Cap. XXIII.
Collyrium è cornu, ad albugines & omnes affectus, Cap. XXIIII.
Collyrium Zoili ad veteres & recentes affectus, Cap. XXV.

Collyrium Lambonis ſtupefactorium, anodynum & ſomniferum, Cap. XXVI.
Collyrium Proteus, ad incipientes ſuffuſiones, hebetudines & cicatrices, Cap. XXVII.
Collyrium Lambonis ad chemoſes, foſſulas, & omnem oculorum perturbationem, Cap. XXVIII.
Collyrium è fœniculo ad hebetudines, principium ſuffuſionis, & cicatrices, Cap. XXIX.
Collyrium è cornu nigro, ad omnem diuturnum affectum & albugines, Cap. XXX.
Collyrium Phœnix ad albugines, pterygia, facitque viſum acutum, Cap. XXXI.
Collyrium è roſis, ad phlegmonas, chemoſes & rubores palpebrarum, Cap. XXXII.
Collyrium album è roſis, Cap. XXXIII.
Collyrium Monohemeron, Cap. XXXIIII.
Collyrium Monohemeron ad pterygia, Cap. XXXV.
Collyrium croceum reprimens, Cap. XXXVI.
Collyrium Pelarion, ad omnem affectum admodum bonum, Cap. XXXVII.
Collyrium è thure, ad caua vlcera & foſſulas, Cap. XXXVIII.
Collyrium Theodotium magnum, ad omnis generis oculorum mala, Cap. XXXIX.
Collyrium enſtacton, ad viſus acumen mirabile, Cap. XL.
Collyrium è lapidibus ſcylaciis, ad defluxionem reprimedam & diuturnas lippitudines, Cap. XLI.
Collyrium è ſucco ad omnem affectum, Cap. XLII.
Collyrium Anerii chirurgi, ad epiphoras, Cap. XLIII.
Collyrium è cornu ad omnes generis defluxiones, ſordida vlcera, callos & aſperitudines, Cap. XLIIII.
Collyrium Miraculum appellatum, ad omnem lippitudinem, ictum & ſugillatos, Cap. XLV.
Collyrium tenerum molleve, dolorem mitigans, Cap. XLVI.
Collyrium Pacianum, ad diuturna vlcera & ſordida, Cap. XLVII.
Collyrium Libyanum, ad defluxiones, dolores & recentes lippitudines, Cap. XLVIII.
Collyrium ex aceto, ad omnem affectum inueteratarũ aſperitudinum, Cap. XLIX.
Collyrium viſum acuens & omnem hebetudinem, & incipientes ſuffuſiones, Cap. L.
Collyrium lacrymas retinens, ad incipientes ſuffuſiones, Cap. LI.
Collyrium molle, ad intolerabiles lippitudines, Cap. LII.
Collyrium Pſitacium, ad dolores, puſtulas, æſtus, cicatrices & alia mala, Cap. LIII.
Collyrium ad omnem defluxionem, phlegmonen, dolorem vehementem & capitis dolorem, Cap. LIIII.
Collyrium lumen, ad myiocephala & albugines, Cap. LV.
Collyrium è cornu, ad aſperas lippitudines & diuturnos affectus, Cap. LVI.
Collyrium Onilabium ad vlcera, puſtulas, rupturas, vſtiones, vuæ procidentiam & alia mala, Cap. LVII.
Collyrium Achariſton, ad maximas epiphoras, Cap. LVIII.
Collyrium diathalias, ad omnia vlcera, Cap. LIX.
Collyrium Diathece ſiue teſtamentum Chryſochoi, Cap. LX.
Collyrium Cholas, comprehendens omnem lippitudinem, & reprimens omnem defluxum, Cap. LXI.
Collyrium è ſucco polygoni ad ſeptuaginta duo mala oculorum, Cap. LXII.
Collyrium è ſucco coriandri, ad acuta mala in principio inſtillatum, Cap. LXIII.
Collyrium Hecatombe, ad incipientes lippitudines, Cap. LXIIII.
Collyrium Cleonis, profundiſſima vlcera implens, Cap. LXV.
Collyrium Cleonis aliud, Cap. LXVI.
Collyrium è vino Phalerno ad vlcera, vulnera, dolorem, affectúſque diuturnos, Cap. LXVII.
Collyrium è fellibus, viſum acuens, & ad cicatrices, albugines, & alia vtile, Cap. LXVIII.
Collyrium Dionyſos ſiue lumen, reprimens, Cap. LXIX.
Collyrium lumen, viſum maximè acuens, Cap. LXX.
Collyrium Hermi, viſum acuens, Cap. LXXI.
Collyrium è ſucco radicis cucumeris ſyluestris ad cicatrices & albugines, Cap. LXXII.
Collyrium Achariſton, ad affectus plurimos & maximè glaucos oculos, Cap. LXXIII.
Collyrium omnibus conferens, Cap. LXXIIII.
Collyrium ex Erie ad albugines & hebetudines, Cap. LXXV.
Collyrium Stratiotes, viſum acuens, Cap. LXXVI.
Collyrium Antoninus, foſſulas complens & cicatrices extergens, Cap. LXXVII.
Collyrium odoratum ad vulnera & myiocephala, Cap. LXXVIII.
Collyrium Aſyncriton ad myiocephala & ſtaphylomata, Cap. LXXIX.
Collyrium Memphites ad albugines, hebetudines, & ſuffuſiones, Cap. LXXX.
Collyrium ad oculos quos pili pungunt, Cap. LXXXI.
Collyrium tingens albugines & cicatrices, Cap. LXXXII.
Collyrium tingens cicatrices in oculis, Cap. LXXXIII.
Collyrium ad albugines & nebulas omnis generis, Cap. LXXXIIII.
Collyrium ophthalmicum, dictum Diatheca Chryſochoi, Cap. LXXXV.
Collyrium conferens ad albugines oculorum & nebulas, Cap. LXXXVI.
Aquæ ocularis confectio, Cap. LXXXVII.

De Collyriis,

Sectio Viceſimaquarta.

Cap. I.

COLLYRIVM Soteria dictum Manithonis admodum efficax, ad incipientes lippitudines, defluxionem, vlcera, oculos ſcabioſos, hebetudinem, albugines, tenues vngues, encanthides, ſuffuſione atque punctionibus laborantes. Eſt etiã ſomniferum & omnem in oculis factam cauſam vincit. Habet caſiæ drachmas ſex, æris vſti drachmas quatuor, ſtibii drachmas octo, ceruſſæ drachmam vnam ſemis, pompholygis drachmas duas, aloes flauæ, opobalſami, florum verbaſci, roſarum tenerum, carnis baccarum, myrti maturarum, lycii, coriandri, ſucci mandragoræ, & hyoſcyami, ſingulorum drachmas duas, fœnigræci cocti in aqua pluuiali, & maſtiches expreſſionis exquiſitæ drachmas duas, ſucci ſolani, mellis Attici, ſingulorum drachmas duas. Terito in vino bono albo veteri, & fac collyria, illiſque vtere.

Cap. II.

COLLYRIVM nominatum Sol, ad omnes effectus: abſtergit enim ſummè, omnia etiam deſperata mala. Caſiæ drachmas vigintiquatuor, ſtibii drachm. octo, lapidis hæmatitis drachm. octo, ſpicæ nardi, folii, myrrhæ, crocodilii, lapidis aſii, miſyos, æruginis, piperis longi & albi, gummi, ſingulorum drachmas duas, lapidis ſciſſilis, croci, opobalſami, ſingulorum drachmas quatuor. Trita in pollinem irrigato cum aqua pluuia ſufficienti, & finge collyria.

Cap. III.

COLLYRIVM dictum Lumen, ad albugines craſſas, ſtaphylomata, vt eo ſemel tantùm vtentes ſani euadant. Æris vſti, ſquamæ æris, ſquamæ ſtomomatis, ſing. drachmas duas, æruginis raſilis drachmam vnam, chalcanthi, lapidis hæmatitis, chalcitidis, ſingulorum drach. vnam, omphacii drachmam ſemis, hebeni radicis drach. tres, ſpicæ nardi, croci, ſingulorum drachmas duas, crocodilii, myrrhæ, ſingulorum drachmam vnam, acaciæ drachmas tres, thuris repurgati, cytinorum mali Punici, ſingulorum drachmam ſemis, gallarum drach. vnã, caſiæ drachmas duas, pompholygis drachmam ſemis, opii drachmam vnam, aphonitri albi, gummi, ſingul. drachmas ſex. Trita probè madefacito vino ſufficienti, factiſque collyriis vtere.

Cap. IIII.

COLLYRIVM Aquila, dictum myſterium, purgans albugines craſſas, ſummè expertum. Ammoniaci drachmas ſex, æruginis raſilis drachmas quatuor, pumicis leuis drachmam ſemis, crocodilii drachmam vnam ſemis, teſtarum ſepiæ drach. vnam ſemis, ſalis ammoniaci drachmam vnam ſemis, myrrhæ, gummi, ſingulorum drachmam ſemis. Trita madefacito aqua pluuiali ſufficienti, formatiſque collyriis vtere.

Cap. V.

COLLYRIVM Proteus, nihilominus faciens ad incipientes ſuffuſiones, cicatrices item, & clauos exterens. Ad omnem affectum diuturnum, albugines craſſas, & eius generis mala confert. Chalcitidis crudæ, ceruſſæ, ſingulorum drachmas viginti, piperis albi drachmas II. liquoris Cyrenaici dr. I. croci dr. octo, lacrymæ oleæ dr. octo, ammoniaci drach. viginti, opopanacis drach. duas ſemis, opobalſami drachmas ſex, gummi drachm. decem. Trita irrigato aqua pluuiali ſufficienti, factiſque collyriis vtere.

Cap. VI.

COLLYRIVM [a]Monohemeron dictum magnũ, ad principia & veteres affectus. Illinendum autem crebrius, eodem die malum demulcet: pòſt mittẽdus in balneum æger. Stibii loti vncias tres ſemis, myrrhæ drach. tres, ceruſſæ vnciam vnam ſemis, ſpicæ nardi drachm. tres, caſiæ vnciam vnam ſemis, acaciæ vncias tres ſemis, æris vſti vnciam vnam, croci drachmas tres, caſtorei, aloes flauæ, opii, chalcitidis, ſingulorum drachmam vnã ſemis, lycii drachmas tres, gummi vncias tres ſemis dr. vnam. Trita irrigato in aqua pluuiali ſufficienti, formatiſque collyriis vtere.

a Monohemeron] In codice manuſcripto perperam legitur μονήμερον pro μονοήμερον. Sic autem dictũ eſt quòd vnica illitione ſanat.

Cap. VII.

COLLYRIVM nardinum ad multam defluxionem, & omne malum, phlegmonen, dolorem, chemoſes, omnémque lippitudinem illine multoties. Inueteratum autem ad huiuſmodi mala melius fit. Cadmiæ vſtæ vnciam vnam, caſtorei vnciam vnam ſemis, ſpicæ nardi, croci, ſingulorum drachmas tres, folii drachmam vnam ſemis, acaciæ drachm. duas ſemis, opii, myrrhæ, ſingulorum drachmas duas, lycii Indici, gummi, ſingulorum drachmas duas, aloes flauæ, ceruſſæ, ſingulorum drachmas quatuor. Terantur & cum aqua pluuiali fingãtur collyria, quibus vtere.

Cap. VIII.

COLLYRIVM Libyanum ad phlegmonas & vlcera quibus cicatricem ſummè inducit, & ad omnem affectum vtile. eſt molle. Ceruſſæ drachmas tres, ſpodii, pompholygis, ſingulorum drachmas quatuor, Cadmiæ lotæ drachm. octo, ſtibii vſti & loti, ſingulorum drach. quatuor, myrrhæ drachmas ſex, plumbi vſti & loti drachmas quatuor, amyli, Samii aſteris, ſingulorum drach. vnam, tragacanthæ drachmas quatuor, opii drachmam vnam. Trita madefacito cum quinque ouorum albis, & aqua pluuiali ſufficienti, & finge collyria.

Cap. IX.

COLLYRIVM è croco, Oneſimi confectio, [a]ſine vlceratione. Potiſſimùm verò facit ad vehementes chemoſes, & omnes phlegmonas, illitum cum multa fomẽtatione. Eſt verò comprehenſorium cum aqua illitum, vt omnem reprimat lippitudinem. Succi conizæ drach. vnam, ſucci fœniculi vnciam vnam, opii, lycii, ſucci roſarum & hyoſcyami, ſingulorum drachmã vnam, omphacii drachmam ſemis, croci drachmas tres, ſarcocollæ drachmas ſex, ſucci glaucii drachmas octodecim, gũmi drachmas octodecim. Trita madefacito cum mellis Attici deſpumati cochlearus tribus, formato collyria & dato.

a Sine vlceratione] Videtur hîc aliquid deſiderari quod præcedat.

Cap. X.

COLLYRIVM dictum Cicius albus, ad incipiẽtes lippitudines, defluxionem acrem & albam, æſtus, vlcera caua & ſordida, puſtulas, chemoſes, & propemodũ ad omnem affectum, & eos qui non ſufferunt morſum. Pompholygis lotæ drachmas quatuor, Cadmiæ vſtæ & lotæ drachmas duas ſemis, ceruſſæ drachmas quinque, Samii aſteris drachmam ſemis gran. ſeptem, opii grana quindecim, amyli drachmas duas ſemis, acaciæ drach. ſemis, tragacanthæ drachmam vnam, gummi drachmas duas ſemis. Trita madefacito cum aqua pluuia ſufficienti, & finge collyria. Adhibetur ſordidis vlcerib⁹ cũ lacte: ad alia verò omnia cum aqua pluuiali accõmodatur.

Cap. XI.

COLLYRIVM è lacte mirabile. Cadmiæ veteris vnciam ſemis, Samii aſteris, ceruſſæ, ſingulorum vnciã vnam, opii vnciam vnam ſemis, tragacanthæ vnc. duas, ouorum alba duo. Arida diſſolue cum albis ouorũ. Tragacantham verò & opium prius macerato in lacte caprino, aqua verò non attingito. finge collyria. Eſt excellenter anodynum, vt iis quibus illitũ eſt ſtatim ſomnũ acceſſat.

Cap. XII.

COLLYRIVM è cornu [a] quo quum eſſem in Nicea,vno die maximam epiphorã ſanaui.Vtere eo,poſtquam id quod ex ouo cõficitur,primùm illeueris. Facit ad phlegmonas,& defluxiones cõfeſtim exſiccat. Vtere autem cum multa experientia ad chemoſes & exulcerationes, & in vniuerſum ad omnem affectum ab initio vſque ad finem.Cadmiæ racemoſæ, cornu cerui vſti,plũbi vſti,acaciæ,ſtibii,æris vſti,myrrhæ,aloes flauæ,ſingulorum vnciam vnam,thuris maſculi vncias duas, lycii vnciam ſemis,opii,ſquamæ,ſingulorum drachmam vnam,caſtorei drachmam ſemis, oſſium palmularum vſtorum decem. Trita madefacito cum aquæ pluuialis vncia vna ſemis.Finge collyria,& vtere.

a Qũo quum eſſem]. Hic locus in codice manuſcripto vehementer deprauatus eſt. Nos,vtcunque potuimus,omnia hæc conuertimus,elicientes ſenſum,vt putamus,tolerabilem,& à ratione non abhorrentem.

Cap. XIII.

COLLYRIVM ad defluxiones,ſtaphylomata,humores,puncturas,membranarum rebelliones,lippitudines,foſſulas oculorum,myiocephala,cruſtas, & omnes affectus expertum.Ne contemnas hoc ipſum eo quòd vile ſit.Æris vſti drachmas octo, cadmiæ drachmas decem,gummi drachmas ſedecim,medicamenti drach.octodecim.Trita irrigato cum aqua pluuiali.Eſt verò cõfectio medicamenti eiuſmodi. Succi centaurii partem vnam,ſapæ Creticæ partem ſemis.Coquito hæc lignis è vite ſumptis in olla noua,donec ſordium craſſitudinem acquirant.Inſtillato autem cum ouis. Ad eos valet qui adſtrictionem non ferunt: ſed ſic quidem cum aqua.initio fac aquoſum,& illine.

Cap XIIII.

COLLYRIVM Libyanum vocatum.Cadmiæ vſtæ & lotæ,ceruſſæ lotæ,ſingulorum drachmas octo,zingiberis drachm. ſex,ſtibii vſti & loti drachmam vnam, amyli drachmam vnam, cineris pompholygis drachm. quatuor,terræ [a]Samiæ drachmas quatuor.Trita ſubigito cum albis ouorum decem,& aqua pluuiali ſufficiẽti. dein accipe opii dra. ſex.Terito vt pollinem, irrigato cũ eis.Eſt varii vſus:facit enim ad puſtulas,inuſtiones, [b]ruptiones,ſugillata,chemoſes,immẽſos dolores,alióſque affectus.cicatrices etiam extergit.ſic parato vtere.

a Samiæ]In manuſcripto codice σχιστῆς perperã pro ἀστέρος legitur.
b Rupturas]Nicolai codex falſò admodum legit ῥίζας pro ῥήξεις.

Cap. XV.

COLLYRIVM ad ſugillata, & dolores eluẽs magnos,mirabile.Diſcutit humores in profundo exiſtentes,& externam rupturam.Cadmiæ vnciam ſemis, æris hexagium vnum ſemis,myrrhæ ſcrupulos quatuor ſemis,opii ſcrupulos tres,ſalis ammoniaci,gummi,ſingulorum ſcrupulos tres.Trita irrigato cum aqua pluuiali ſufficienti,& albis ouorum, ac finge collyria.

Cap. XVI.

COLLYRIVM ad morſum in tunicis oculorum factum & eroſiones. Ceruſſæ drachmas quatuor, croci drachmas tres,nardi Indici drachmas duas, meliloti drachmas quinque.Trita bene madefacito cum ſucco ſymphyti ſufficienti,& fac collyria.

Cap. XVII.

COLLYRIVM Hydaron, ad ſugillatos oculos. purgat ſtatim ſi aquoſum infundatur. Cadmiæ vſtæ & lotæ vncias tres,æris vſti & loti vnciam ſemis drachmã vnam,zingiberis vncias duas & quartam partem, opii vnciam vnam ſemis,nardi Celticæ vnciam ſemis drach. vnam,aloes flauæ vnciam vnam ſemis.Trita fermentato cum aqua pluuiali,& finge collyria.

Cap. XVIII.

COLLYRIVM Irin, ad albugines craſſas valde bonum.Æruginis raſilis drachmam ſemis grana ſeptẽ, nitri albi torrefacti drachmam ſemis, teſtarum ſepiæ vnciam ſemis drachmam vnam,ammoniaci vnciam vnam ſemis.Trita fermentato cum aqua pluuiali ſufficiẽti,& formato collyria.

Cap. XIX.

COLLYRIVM è roſis magnum,ad vlcera vetera, ſordida,procidentias oculi,myiocephala,ſtaphylomata, ſugillata, vngues,& omnem affectum. Vtere cum albo oui,aut lacte muliebri, in acceſſione autem cum aqua pluuiali. Cadmiæ lotæ drachmas duodecim, croci drachmas tres ſemis,æruginis raſilis vnciam vnam, ſpicæ nardi vnciam vnam ſemis, ſquamæ æris drachmam vnam,opii drachmam vnam ſemis,ſtibii vſti & loti drachmas tres,myrrhæ drachmam vnam ſemis, roſarum tenerum drachm. trigintaſex, gummi vnciam vnam ſemis.Trita fermentato cum albo oui,lacte muliebri,& aqua pluuiali,& finge collyria.

Cap. XX.

COLLYRIVM ſacra ancora,ex Pontico,ad albugines craſſas,nec tenues,ſed denſas, & ad ſuffuſiones & pterygia.Ammoniaci puri drachmas octo,æruginis, aluminis ſciſſilis,ſingulorum drachmam ſemis,ſtibii drachmam vnam,ſagapeni,opopanacis, ſingulorum drachmam ſemis,liquoris Cyrenaici drachmas duas,gummi drachmam vnam. Trita fermentato cum aqua pluuiali ſufficienti,& fac collyria.

Cap. XXI.

COLLYRIVM Theodoreton ab Aſclepiade deſcriptum,ſummè viſum acuens.Vſus ſum illo in quodã qui quum vellet pungi,ſuffuſione ſanata, non ampliùs pungi voluit,quòd nihil impediretur,ſed acutè videret. Repurgat albugines craſſas,vngues,pterygia,cicatrices, & omnia pupillam obſcurãtia,admodum mirabile.Ammoniaci puri drachmas duodecim, thuris,opopanacis, liquoris Cyrenaici,ſingulorum drachmam vnam,ſagapeni,croci,drachmas duas,opobalſami drachmam vnã, myrrhæ drachmas duas,gummi drachmas quatuor.Trita bene fermentato cũ aqua pluuiali ſufficienti,& fingito collyria.

Cap. XXII.

COLLYRIVM Aſter,hoc eſt Stella, ad omnem dolorem,puſtulas,ſtaphylomata,vlcera vetera, & recẽtia.Facit etiam ad diuturnos affectus,& cicatrices extergit.Cadmiæ vſtæ & lotæ,ceruſſæ torrefactæ,opii,ſingulorum vnciam vnam,ammoniaci vnciam ſemis drach. vnam,ſtibii vſti & loti drachmas ſex, aloes flauæ drachmas duas, terræ Samiæ, ſpodii, plumbi vſti & loti, tragacanthæ,ſingulorum drach. quatuor,thuris maſculi drachmas duas,myrrhæ drachmam ſemis. Trita fermentato cum aqua pluuiali,& formato collyria.

Cap. XXIII.

COLLYRIVM [a]Hermolaus,ad omnem ocularẽ affectum.Deſideratur.

a Hermolaus] Manuſcriptus codex habet ἑρμόλας pro ἑρμόλαος.Et meminit huius collyrii Aetius lib. 7.cap.9. bis,non tamen deſcribit.Et Nicolaus eiuſdem in indice tantùm mentionem facit,nec deinceps etiam deſcribit. Statim enim poſt collyrium quod Aſter dicitur,id quod è cornu componitur ceruino,ſubiungit.

Cap. XXIIII.

COLLYRIVM è cornu ad albugines craſſas,& omnem affectum.Cornu ceruini vſti vnciam ſemis drachmam vnam,teſtarum ſepiæ, æruginis raſilis,plumbi vſti,ſingulorum vnciam ſemis,ammoniaci puri vncias ſex,myrrhæ,gummi,drachmam vnam. Trita fermẽtato cum aqua pluuiali,& finge collyria.

Cap. XXV.

COLLYRIVM [a]Zoili,medicum, nardinum. Ad veteres affectus,fluxiones, exulcerationes, hemicranicos,& eroſos angulos mirabile.Cadmiæ vſtæ cum lacte [b]muliebri tertiò extinctæ,ſtibii,ſingulorum drachmas octo,æris vſti drachmas viginti, caſtorei drachmam vnam ſemis,ſpicæ nardi, croci,ſingulorum drach.tres,folii drachmam vnam ſemis, acaciæ drachmas quinque, opii,myrrhæ,lycii,ſingulorum drachmas duas,aloes flauæ,ceruſſæ,gummi,ſingulorum drachm. quatuor.Trita fermentato cum aqua pluuiali ſufficienti,& formato collyria.Quum vſus exigit,irrigato cum lacte, & oui albo,ac vtere.

a Zoili]Nicolai codex legit ζαΐζυ falſò pro ζωΐλυ. b Muliebri]In codice Nicolai ſimpliciter eſt γάλακτι, ſed in Aetio additur γυναικείῳ.

Cap. XXVI.

COLLYRIVM Lambonis ſtupefactorium, dolorem ſedans, & ſomnum concilians, valde probatum. Cadmiæ vſtæ & lotæ, pompholygis lotæ, amyli, opii, ſing. libram ſemis. Trita fermentato cum aqua pluuiali, fac collyria, & vtere.

Cap. XXVII.

COLLYRIVM Proteus cui nullum eſt ſimile. B Conducit ad incipientes ſuffuſiones, & omnẽ hebetudinem. cicatrices & callos exterit. Cadmiæ vſtæ & lotæ, chalcitidis crudæ, ceruſſæ, ſingulorum drachm. decem, piperis albi grana duodecim ſemis, liquoris Cyrenaici drachmas quinque, croci drachmas quatuor, opii drach. duas ſemis, ſagapeni, lacrymæ oleæ [a] Æthiopicæ, ſingul. drachmas tres, arſenici drachmas quatuor ſemis, zingiberis drachmas tres, gummi, ammoniaci, opopanacis, ſingulorum drachmas quinque, opobalſami drachmas tres. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fingito col C lyria.

a Æthiopicæ]Codex Nicolai ſimpliciter legit δάκρυα ἐλαίας: ſed Aetius addit αἰθιοπικῆς.

Cap. XXVIII.

COLLYRIVM Lambonis ad chemoſes, foſſulas, & omnem oculorum perturbationẽ. Cadmiæ vſtæ vnc. tres, ceruſſæ vncias quatuor ſemis, pompholygis lotæ, opii, tragacanthæ, gummi, amyli, ſingulorum vnciam vnam ſemis. Trita irrigato cum aqua pluuiali, formato collyria, & vtere.

Cap. XXIX.

COLLYRIVM è fœniculo ad hebetudinẽ, & initia ſuffuſionis. cicatrices etiam exterit. Cadmiæ vſtæ & lotæ vncias tres ſcrupulos nouem, ſtibii vncias tres, miſyos vncias duas quartam partem, chalcãthi vnc. duas, chalcitidis vncias quatuor ſemis, folii vncias quatuor quartam partem, omphacini collyrii vnciam vnam ſemis ſcrupulos nouem, ſpicæ nardi, croci, ſingulorum dr. quatuor, gummi drachmas ſex ſemis, opobalſami drachmam vnam ſemis, ſucci fœniculi ſextarium vnum. Trita bene madefacito cum aqua pluuiali, finge collyria, & vtere.

Cap. XXX.

COLLYRIVM è cornu nigro Sophronii [a] abſtergens, bonum ad albugines craſſas, & omnem veterem affectum, per quod multa tentauimus. Teſtarum ſepiæ interiorum, ammoniaci, ſingulorum drachm. quatuor, cornu ceruini vſti vncias quindecim, zingiberis, gummi, ſingulorum drach. decem, æruginis raſilis drach. viginti. Trita madefacito cum aqua pluuiali, finge collyria, & vtere.

a Abſtergens]In codice Nicolai μυκτικὸν corruptè, pro ῥυπτικὸν legitur.

Cap XXXI.

COLLYRIVM phœnix ad albugines craſſas & pterygia. viſum quoque acuit. Teſtarũ ſepiæ, ſquamæ æris, pumicis, ammoniaci, æruginis, cornu ceruini vſti, ſing. vncias tres, zingiberis, thuris maſculi, mellis Attici, ſingulorum vnciam ſemis, gummi vncias duas, oſſium palmularum vſtorum & frixorum vnc. ſemis drach. vnam. Trita fermentato cum aqua pluuiali, in qua thus coctum ſit, aut cum ſtillatitio roſarum liquore puro, & albo oui, & finge collyria.

Cap. XXXII.

COLLYRIVM è roſis odoratum [a] Nili, inter initia ad phlegmonas, & chemoſes, rubores palpebrarum, eroſa, & ſugillata faciens. Roſarum [b] tenerûm drach. quatuor, croci drach. duas, opii, ſpicæ nardi, ſingul. drach. vnam, gummi drach. vnam ſemis. Trita bene fermentato cum aqua pluuiali, & formato collyria.

a Nili]Codex Nicolai νίου pro νίλυ legit, aut vt Paulus habet νείλυ. b Tenerûm]Græcè eſt ἁπαλῶν: ſed Aetius habet χλωρῶν, hoc eſt viridium.

Cap. XXXIII.

COLLYRIVM album è roſis. Cadmiæ vſtæ & lo- A tæ, ceruſſæ lotæ, amyli, ſing. vncias IIII. roſarum exemptis vnguibus vncias duas, opii vnciam vnam, gummi vncias duas, tragacanthæ vncias duas ſcrupulos nouem, aloes flauæ hexagia quatuor ſemis. Trita fermentato cũ aqua pluuiali ſufficienti, & finge collyria.

Cap. XXXIIII.

COLLYRIVM dictum Monohemeron; poſtquã quinquies inſtillaueris, mitte in balneum. Cadmiæ vſtæ & lotæ drachmas quatuor, chalcitidis vſtæ & lotæ dra- B chmas duas, opii, myrrhæ, ſingul. drach. tres, acaciæ drachmas octo, gummi drach. duodecim. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fac collyria.

Cap. XXXV.

COLLYRIVM Monohemeron celebre: & quando vtiliter & diligenter [a] concoctum fuerit collyrium, tum mitte in balneum, & miraberis. prodeſt etiam ad pterygia. Croci, roſarum viridium, tragacanthæ, ſingul. vnciam vnam, glaucii vncias tres, ſarcocollæ vnc. ſemis, columbæ albæ ſanguinis vnc. duas, aquæ pluuialis quod C ſufficit. Tragacantham, glaucium, & crocum macerato in lacte muliebri, & exceptis omnibus diligenter fingito collyria cum albo oui, & vtere.

a Concoctum]Græcè eſt πεφθῇ: ſed non videtur quadrare hæc vox ſenſui. Legendum potiùs eſſe putarem ἐγχριόμενον, hoc eſt illitum: tamen mutare aliquid temerè citra alterius vel codicis, vel autoris fidem, haud placuit.

Cap. XXXVI.

COLLYRIVM croceum, reprimens crebrò illitũ, gaudens lauacro. Croci, aloes flauæ, glaucii, ſingul. drachmas quatuor, opii, Cadmiæ, ſingul. drach. vnam, ſarco D collæ drachmas duas. Trita fermentato cum decocto papaueris, & finge collyria.

Cap. XXXVII.

COLLYRIVM dictum Pelarion, quod etiam Antoninus, monohemeron, & anodynon dicitur, quo vſus eſt Apollinarius Syrus, probatum verò ab imperatore Antonino. Implet foſſulas, & exterit cicatrices, & dolorem mitigat, ad omnémque affectum valde bonum: reprimit & mitigat. Cadmiæ vſtæ & lotæ, chalcitidis vſtæ & lotæ, ſingul. drach. duas, ceruſſæ libram ſemis, acaciæ E vnc. quatuor, zingiberis vnc. duas, croci, opii, ſing. vnc. quatuor, amyli vnc. II. tragacanthæ, gummi, ſingulorũ vnciam vnam ſemis. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & finge collyria. Vſu exigente, diſſolue inter initia cum aqua pluuiali, & illine crebró.

Cap. XXXVIII.

COLLYRIVM è thure, ad caua vlcera & foſſulas. Cadmiæ vſtæ, pompholygis lotæ, ſing. drach. quinque, ceruſſæ drach. viginti, thuris drach. quinque, opii, gummi, ſingul. drachmas tres. Trita probè fermentato cum F aqua pluuiali ſufficienti, & finge collyria. vſu poſtulante diſſolue cum oui albo.

Cap. XXXIX.

COLLYRIVM Theodotion magnum, ad omnia oculi mala. Cadmiæ vſtæ & lotæ, opii, ſingul. drachmas ſedecim, croci, aloes flauæ, ceruſſæ, gallarum, ramentorum ſcobiſve hebeni, caſtorei, chalcitidis torrefactæ, põpholygis, atramenti Indici, thuris, ſarcocollæ, roſarum aridarum & viridium, ſingul. drachmas duas, ſtibii, acaciæ, gummi, ſingul. drach. quinquaginta. Trita fermen- G tato cum aqua pluuiali, & facito collyria.

Cap. XL.

COLLYRIVM [a] enſtacton dictum, ad acumen viſus mirabile admodum. Cadmiæ, ceruſſæ, ſingul. drach. viginti quatuor, ſtibii dr. quadragintaquatuor, põpholygis drach. decem, æruginis, folii, ſingul. drach. vnam, gũmi, opobalſami, ſingul. drach. quatuor. Trita fermentato cum ſucco radicis fœniculi drach. trigintaocto, & finge collyria.

a Enſtacton]Manuſcriptus codex legit στάκτον pro ἔνστακτον. Eſt autem ἔνστακτον, quod inſtillatur collyrium.

H

Cap. XLI.

COLLYRIVM è lapidibus Scylacis appellatum: defluxionẽ inter initia reprimit, & diuturnas lippitudines ſanat. fluxionem craſſam extenuat, & aſperitudines,

ficoſaſque palpebras,cicatrices,fluxiones, & omnis generis albugines craſſas exterit. Lapidis hæmatitis & ſciſſilis,ſingulorum vncias tres,æris vſti,Cadmiæ,ſingulorum vnc.vnam ſemis,chalcitidis torrefactæ, æruginis, myrrhæ,croci,opii,ſingulorum vnciam ſemis drachm. vnam, gummi vnc. tres. Trita fermentato cum aqua pluuiali.fac collyria,& vtere.

Cap. XLII.

COLLYRIVM e ſucco ad omnem affectum,phlegmonas, chemoſes, ſugillata, cum lacte muliebri aut ſanguine columbæ confectum. Facit ad capitis dolorem iniectum cum aceto & illitum temporibus. facit ad pudenda cum vino iniectum. Radicis maluæ arboreſcẽtis, ſtibii,ſeminis lini,ſingulorum vnciam ſemis, meliloti recentis vnciam vnam,aquæ pluuialis ſextarium ſemis. Herbas coquito in aqua & ſemina, quoad ſuccum de ſe præbeant,& colato per linteum purum: adiice ex ipſo iure libram ſemis vncias tres.Dein admiſce illi bene triti croci vnciam ſemis,glaucii,amyli,ſingulorum vncias tres,gummi vnc.vnam ſemis.Probè omnibus confectis & exceptis,finge collyria.

Cap. XLIII

COLLYRIVM Anerii chirurgi medicum. ad epiphoras,fluxiones,cum oui media menſura,& pſydracia cum aqua illitum,vtile eſt.Glaucii libram vnam,ſarcocollæ vnc.vnam,croci drach.duas,tragacanthæ vnciam ſemis. Glaucium ad erui magnitudinem redactũ prius in mortario cum aqua pluuiali macerato ſufficienti, & ſine vt in ea pernoctet. Dein crocum tuſum & cribratũ admiſce,poſtea tragacantham eo die maceratam. Probè vnita fermentato cum lacte muliebri,factiſque collyriis vtere.

Cap. XLIIII.

COLLYRIVM è cornu ad omnes defluxiones & ſordida vlcera,callos & aſperitudines probatũ. Cadmiæ drachmas decem,ſtibii drach.ſeptem ſemis,ſpicæ nardi drach.duas, myrrhæ,piperis albi,æruginis, ſingulorum drachmam vnam,croci,acaciæ,ſing. drach. duas ſemis, æris vſti,ceruſſæ,ſingul.drach.duas,lycii Indici,opii,ſingulorum drach.vnam,florum roſarum drach.vnam ſemis,plumbi vſti drach.quatuor,thuris drach.duas, cornu ceruini drach.quatuor,ocimi dr.decem.Trita fermẽtato cum vino veteri,& fac collyria.

Cap. XLV.

COLLYRIVM miraculum appellatum, ad omnem lippitudinem & ictum, ſugillata, vlcera, & fluxiones,quale nullũ eſt aliud, cum albo oui confectum. Spicæ nardi, corticis thuris, ſingulorum vnciam ſemis, caſiæ fiſtulæ vnciã vnam ſemis, æris vſti vnc.tres, ſtibii vſti vnc. ſex,aloes flauæ vnc. tres, [a]tragacãthæ vnciam vnam,croci vnciam ſemis,oſſium palmularum vſtorum vncias tres,ſquamæ æris vnc.vnam ſemis, caſtorei,opii,ſingulorum vnciam ſemis, acaciæ vncias duas ſemis,myrrhæ vnciam vnam,gummi vncias decẽ. Trita fermẽtato cum aqua pluuiali,fingéque collyria. Hoc autem teſtatur artifex noſter qui Ponticus etiam nominatur.

a Tragacanthæ]Codex Nicolai legit καλχακάνθι, haud dubiè pro τραγακάνθης,aut certè pro χαλκάνθυ.Sed prior lectio magis placet.

Cap. XLVI.

COLLYRIVM molle appellatum,dolorem mitigãs,cui nullũ aliud ſimile exiſtit. Vtile ad omnẽ dolorẽ, vlcera,puſtulas,vſtiones,eroſiones,cruſtas, procidẽtias, defluxionem tenuem,illitum per oui album.circum ſupercilia illitum,ſedat dolorem. Inunge quoque crebrò dolentes propter procidentiam:eſt enim mirabile. Cadmiæ vſtæ & lotæ drachmas ſex,ceruſſæ,roſarum,ſing. drachmas tres,amyli recentis, opii, ſingulorum drach. vnam ſemis,acaciæ,tragacanthæ,ſingul. drachmam ſemis,roſarum tenerûm drachmas tres,aloes flauæ,gummi drachmam vnam.Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fac collyria.

Cap. XLVII.

COLLYRIVM [a]Pacianum Domini Seleucenſis, à nonnullis Diaſmenum vocatum. Ad vlcera vetera & ſordida,vngues,puſtulas, cauitates, procidentias, ſugillata,oculos cruentos,dolores, & puncturas. Cadmiæ vſtæ & lotæ,opii,croci,ſingulorum drach. duodecim ſemis,æris vſti & loti drachmas ſex,myrrhæ drach. quinque,ſpicæ nardi,gummi,ſingul.drach.duas, piperis albi drach.vnam.Trita fermentato cum vino veteri ſufficiẽti,& finge collyria.

a Pacianum]Manuſcriptus codex habet παυκιανὸν, Aetii verò exemplar πακιανόν.

Cap. XLVIII.

COLLYRIVM Libyanum ex Pontico ad fluxiones,vehementes dolores,& recentes lippitudines efficaciſſimum.ſine enim dolore eſſe efficit. repurgat, & ſomnum conciliat. Acaciæ drachmas ſex, ſtibii drachmas quatuor, cadmiæ vſtæ & lotæ drach.octo,ſpodii drach. duas,caſtorei drach. vnam ſemis,aloes flauæ vnc. quatuor,lycii,ſquamæ æris, ſingulorum ſcrupulũ ſemis,gũmi drach.vnam. Trita fermentato cum vino veteri ſufficienti,& finge collyria.

Cap. XLIX.

COLLYRIVM ex aceto,Pontici,ad omnem affectum inueteratarum & earum quæ in callum abierunt aſperitudinum,ad albugines craſſas,palpebræ inuerſiones,vlcera,cicatrices,vlcera facta ab aſperitudine,ad ruborem,diuturnum malum, albas fluxiones: confeſtim enim dolorem aufert.Cadmiæ drach. quinque, lapidis hæmatitis drachmas decem, æris vſti drach. quatuor, croci,myrrhæ,gummi,ſingulorum drach.duas, opii dr. vnam ſemis,aceti acerrimi quod ſatis eſt. Fermẽtato,& fingito collyria.

Cap. L.

COLLYRIVM appellatum [a]Oxyderces, [b]hedyſtacton,ad omnem hebetudinem, & incipientes ſuffuſiones.Caput etiam inſigniter alleuiat. Lacrymas etiam ſiſtit.Nam per nares & palatum plurimum humorem ducit.prodeſt etiam ſyderatis.Cadmiæ,crocodilii,croci, piperis albi,opii,myrrhæ,omphacii,ellebori albi, ſing. vnciam ſemis,gummi vncias duas. Trita fermẽtato cũ aqua pluuiali,& fac collyria.

a Oxyderces] Nicolai codex habet ὀξυπὶς fortè pro ὀξυδερκής.
b Hedyſtacton]Sic appellatum eſt quòd ſuauiter inſtilletur.

Cap. LI.

COLLYRIVM lacrymas retinens,Pontici,ad inchoantes ſuffuſiones, & nyctalopas,ad recẽtem pupillæ dilatationem.Eſt autem [a]Thalaſſeros. Cadmiæ lotæ dr. vigintiquatuor,piperis albi drachmas tres, opopanacis drachmas ſeptem,ſagapeni,liquoris Cyrenaici,ſingulorum drachmas quinque,ceruſſæ lotæ drachmas duodecim ſemis,atramenti Indici,lacrymæ oleæ, ſingulorum drachmas duas,gummi drachmas vigintinouem, opobalſami drachmas ſeptem. Trita bene fermentato cum aqua pluuiali,& formato collyria.Ne illinas mulieri grauidæ caueto,ne abortum faciat.

a Thalaſſeros]Sic vocatur hoc collyrium, vt videre licet apud Paulum: quam autem ob cauſam,neſcio.

Cap. LII.

COLLYRIVM molle,intolerabilem lippitudinẽ mitigans. Amyli vncias tres,ſucci fœnigræci, roſarum exemptis vnguibus, ſingulorum vnciam vnam ſemis, ouorum albi aut lactis muliebris vncias quinque,tragacanthæ vncias tres,gummi vnciam ſemis.Trita fermentato cum lacte muliebri aut albis ouorum, & fac collyria.

Cap. LIII.

COLLYRIVM Pſitacion dictum, ad vehementes dolores,puſtulas,vſtiones, cicatrices, procidentias, ſuffuſiones,& ad multi ſanguinis effuſionem. Prodeſt etiam aliis affectibus, & maximè iis oculis qui facilem ſenſum habent, à quibus lacryma alba & magis tenuis excernitur.Cadmiæ,croci,ſtibii,amyli recentis, ſingulorum vnciam ſemis, opii, gummi,ſingulorum vncias quatuor.Trita probè fermentato cum aqua pluuiali, & finge collyria.vſu poſtulante cum albo oui vtere.

Cap.

Cap. LIIII.

COLLYRIVM extrinſecus illinendum ad omnẽ defluxionem, phlegmonen, vehementem dolorem, capitiſque dolorem, fronti illitum. Croci, ſpicæ nardi, folii, ſing. vnc. ſemis, aloes iecorariæ, acaciæ, ſing. vnciam vnam, crocomagmatis vnc. ſemis, myrrhæ hexagium vnum ſemis, ſucci corticis mandragoræ, æris vſti, ſing. hexag. vnum ſemis, ſtibii ſciſſilis vnc. ſemis, chalcanthi, ſquamæ æris, ceruſſæ, tragacãthæ, gummi, ſingulorum vnc. ſemis. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fac collyria.

Cap. LV.

COLLYRIVM Lumen appellatum, ad myiocephalon, albugines craſſiores, & vbi tenſionem faciunt cicatrices, mirabile. Ammoniaci, gallarum, ſing. lib. ſemis, roſarum tenerùm vnc. quatuor ſemis, ſinapi vnc. tres, opii vnc. vnam ſemis. Trita fermentato cum aqua pluuiali, finge collyria.

Cap. LVI.

COLLYRIVM è cornu, ad deſperatos oculos, & diuturnos affectus, ſtaphylomata, & myiocephala, & hemicranicos affectus. Cadmiæ lotæ vnc. ſemis, aloes flauæ vnc. vnam, æris vſti vnc. tres, cornu ceruini, plumbi vſti & loti, ceruſſæ, ſquamæ æris, gummi, ſingulorum vnciam vnam, thuris, opii, chalcitidis, ſingulorum vnciam ſemis. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fac collyria.

Cap. LVII.

COLLYRIVM [a]Onilabion cognominatum, cõferens ad vlcera, puſtulas, [b]rupturas, vſtiones, procidentias, ſtaphylomata, ſugillata, aduſtiones, eroſiones, nomas, carbunculos, & deſperatos affectus, vt oculos videre faciat ac ſanos eſſe, potiſſimùm teneros oculos & gratioſos. Aquoſum verò inter initia inſtillato. Vbi autem tenuis, [c]mordax & calida fuerit fluxio, aqua diſſolue. Terræ Samiæ vſtæ vnc. vnam ſemis, cadmiæ vſtæ & lotæ vnc. vnam, pompholygis lotæ vnc. ſemis, ſquamæ lotæ vnc. duas, opii vnc. tres, gummi vnc. duas, ſtibii vſti & loti vnc. vnam. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fac collyria.

a Onilabion] Græcè ſcriptum erat ὀύνιόν. Hanc verò literarũ abbreuiationem puto valere idem quod ὀνιλάβιον, ſic enim aliquod collyrium appellat Aetius. b Rupturas] Iterum ῥίζας corruptè ſcriptum erat, pro ῥήξεις. c Mordax] In manuſcripto codice falſò δεκτὸν pro δηκτὸν legitur.

Cap. LVIII.

COLLYRIVM Achariſton ad maximas epiphoras: hoc enim ſolo medici qui vtuntur, felicẽ experiuntur ſucceſſum: præſertim in maximis malis. Cadmiæ drach. octo, æris vſti, acaciæ, ſing. dr. quatuor, opii, fructus tamaricis, ſing. lib. ſemis, gummi drach. tres. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & finge collyria. Vſu exigente vtere cum lacte muliebri.

Cap. LIX.

COLLYRIVM diathalias ad omnis generis vlcera, puſtulas, cicatrices, foſſulas, & ſtaphylomata. Cadmiæ, æris vſti, ſing. vnc. quatuor, ſpicæ nardi, croci, aloes flauæ, ceruſſæ lotæ, ſing. vnc. vnã ſemis, caſtorei, myrrhæ, opii, lycii Indici, ſing. vnc. ſemis, ſtibii, acaciæ, gummi, ſing. vnc. quatuor. Trita fermentato cum vino odorato, & fac collyria.

Cap. LX.

COLLYRIVM Teſtamẽtũ dictum chryſochoi, conferens ad omnem affectum deſperatum: inſcriptio autem indita eſt à cõſuetudine vnctionis. Chryſochous enim quiſpiam admodum pauperculus grauiter oculos dolens, & læſus, ſibi collyrium hoc adhibuit, curatúſque eſt. Curauit autẽ & ipſe plures, & ditatus eſt plurimùm. Erant autem illi tres filiæ: & vita finita, duabus filiabus dimiſit facultates: minori verò Artemidi nominatæ collyrii huius inſcriptionem, & hanc ſolam quidem, & ditata eſt per ipſam plurimùm. Prodeſt ad epiphoras, aſperitudines, myiocephala, & deſperatas diuturnáſque cicatrices abſtergit, & ſuffuſiones tollit, pellucidámque & puram efficit pupillam oculi, vt admirari liceat. Facit ad caliginem, nubeculas, puſtulas, vſtiones, albugines craſſas, angulos eroſos, & cicatrices ſummè exterit, aliáque mala quæcunque in oculis fiunt. Inuenta verò eſt inſcriptio inter Artemidis oracula. Cadmiæ vſtæ & lotæ, æris vſti, ſing. drach. octo, ſtibii drach. decem, myrrhæ, croci, ſing. drach. duas, ſpicæ nardi drach. vnam ſemis, caſtorei, ſquamæ ſtomomatis, ſing. drach. vnam, æruginis raſilis drach. tres, lycii Indici drach. vnam, opii drach. duas, æruginis vermicularis, thuris, caſiæ, ſingul. drach. vnam, lapidis ſciſſilis, chalcãthi, ſing. drach. ſemis, piperis albi drach. vnam, ceruſſæ, opobalſami, ſucci fœniculi, fellis caprini, ſing. drach. duas, gummi drachmas quatuor, acaciæ aridæ drach. octo. Trita fermẽtato cum vino veteri bono, & fac collyria.

Cap. LXI.

COLLYRIVM Cholas nominatũ, quod omnẽ contrahit lippitudinem, ac omnem fluxionem reprimit. Stibii, ſtyracis vſti, vnguium odoratorum magnorum tuſorum, fabarum contuſarũm, ſing. vnc. ſemis. Trita fermentato cum albo oui, & finge collyria.

Cap. LXII.

COLLYRIVM mirabile, è ſucco polygoni ad ſeptuagintaduo oculorum mala. iuuat lippitudinem cum ouo. Succi polygoni, lycii Indici, ſing. drach. tres, aloes flauæ drach. duas ſemis, zingiberis drach. duas, opii drachmas tres, croci, thuris, ſing. drach. duas, acaciæ nigræ drach. ſex. Trita fermentato cum aqua pluuiali quãtum ſufficit, & fac collyria.

Cap. LXIII.

COLLYRIVM è ſucco coriandri, ad acuta mala, expertum in principio inſtillatum. Pompholygis lotæ, croci, ſing. drach. duas ſcrup. octo, ceruſſæ,

Hîc deſiderantur multa, ut ex indice collyriorum patêre poteſt, quæ in Aetio & Paulo reperiuntur.

ammoniaci, ſing. ſcrup. tres, ſucci roſarum vnciã vnam, myrrhæ, croci, ſing. vnc. ſemis, ceruſſæ vnc. vnam, opii, lycii, ſing. drach. duas, thuris, acaciæ, gummi, ſing. ſcrup. tres. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & albis oui duobus, finge collyria, & vtere.

Cap. LXXV.

COLLYRIVM ex erica, ad craſſas albugines, & hebetudines inſigniter conferens. Cadmiæ vſtæ, & in lacte caprino extinctæ ac lotæ, æris vſti & loti, ſing. drach. octo, lapidis aſii drach. ſemis, ſeminis ericæ drach. quinque, myrrhæ, opii, caſtorei, ſing. drach. duas, acaciæ dr. vndecim, gummi drach. vnam. Trita fermẽtato cum aqua pluuiali, & formato collyria.

Cap. LXXVI.

COLLYRIVM dictum Stratiotis, viſum acuens, conferens ad hebetudinem, & oculos qui à morbo non nutriuntur, cum thure, mirabile. Cadmiæ vſtæ & lotæ drach. duodecim, opii, miſyos, ſing. drach. duas, æruginis drach. vnam, piperis albi drach. tres, gummi drach. tres ſemis. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fac collyria.

Cap. LXXVII.

COLLYRIVM Antoninus quod etiam pelarium vocatur. foſſulas complet, cicatrices exterit. Eſt anodynum, & monohemerum, & ad omnem oculorum affectum conducit. Cadmiæ vſtæ & lotæ drach. duodecim, ceruſſæ lotæ drach. vigintiquatuor, croci, æris vſti & loti drach. vnam, myrrhæ drach. ſemis, opii, acaciæ, ſing. drach. duodecim, tragacanthæ drach. ſex, amyli drach. quinque ſemis, gummi drach. vnam ſemis. Hoc lacrymas etiam retinet, & ſomnum adducit. Vtere autem inter initia cum aqua craſſa, & ipſum illine, & ad vſtiones cum aqua vtere. Cõtrahit puſtulas, chemoſes ſoluit, confert ad oculos glaucos, ſugillata, myiocephala, eunuchos, & tenero mollíve corpore præditos.

Cap. LXXVIII.

COLLYRIVM odoratum, quale non eſt aliud ad omnes aſperitudines, & myiocephala, cum ouo aut lacte hoc diſſolue, & alterum non quære. Cadmiæ vſtæ & lotæ drach. quatuor, æris vſti loti, roſarũ aridarũ,

croci,ſing.drach.duas, lapidis ſciſſilis, folii, myrrhæ,o-pii,ſing.drach.vnam, gummi drach.tres.Trita fermentato cum vino odorato,& fac collyria.

Cap. LXXIX.

COLLYRIVM Aſyncriton Theophili chirurgi, qui teſtatur mirabiliter prodeſſe ad myiocephala & ſtaphylomata.Facit ſine chirurgia ad omnem craſſam albuginē. Ammoniaci vnc.vnam,interioris teſtæ ſepiæ, æruginis raſilis,myrrhæ,gummi, ſing. vnc.S. aloes flauæ hexag.vnum ſemis.Trita fermentato cum aqua pluuiali,& finge collyria.

Cap. LXXX.

COLLYRIVM Memphites dictum ad craſſas albugines,hebetudines, ſuffuſiones, & omnem veterem affectum. Ammoniaci vnc.ſemis,æruginis raſilis,opopanacis,liquoris Cyrenaici,ſingul.vnc.ſemis, ſagapeni, gummi, ſing.drach.vnam, ſepiæ teſtæ interioris drach. duas.Trita fermētato cum aqua pluuiali,& fac collyria.

Cap. LXXXI.

COLLYRIVM ad oculos quos pili pungunt,qui manuariæ operæ non obediunt. [a] Veſpertilionis ſanguinem & iecur læuigato, & fac collyrium, & euellens pilos è radicibus, ſtatim ſucco cicutæ diſſolue collyrium, & illine loca vnde capillos euulſiſti. Simile. [b] Illitum collyriū è roſis,& lacte mulieris quæ primùm peperit, felléque caprino:ſimul exceptis vtere. Aliud. Similiter poſtquam euulſeris,confeſtim ſpecilli mucronem aqua fermenti calefaciēs,hoc ipſo locus vnde pili euulſi ſunt tingatur, & pili non ampliùs naſcuntur.Hæc tria bona & probata ſunt.

a Veſpertilionis] Codex Nicolai legit λυκτερίδος, fortè pro νυκτερίδος. b Illitum] Manuſcriptus codex habet χειρόμενον,fortè pro χριόμενον, vel κειρόμενον,hoc eſt tonſum. Vt ſenſus ſit, primò capillos eſſe euellendos,ac dein collyrium adhibendum.

Cap. LXXXII.

COLLYRIVM tingens craſſas albugines,& cicatrices. Succi hyoſcyami drach.ſemis,plumbi vſti drachmam vnam,melanteriæ drach. quatuor ſemis, gallarum immaturarum,chalcāthi,gummi,ſingulorum drachmas duas,ſtibii vſti drach.ſemis. Trita fermentato cū aqua pluuiali ſufficienti,& finge collyria.

Cap. LXXXIII.

COLLYRIVM tingens cicatrices in oculis. Plūbi vſti & loti drach.ſemis gran.ſeptem,Punicorum medium quod iuxta grana eſt, gallarum immaturarum, gummi,ſing.drach. duas ſemis. Trita fermentato cum ſucco roſarum,& fac collyria.

Cap. LXXXIIII.

COLLYRIVM oculare probatum ad craſſas albugines,& nubeculas omnis generis,ſtatim ſanans. Thutiæ vnc.vnam vſtæ & lotæ multoties in vino bono,caphuræ vnciam ſemis, vngulæ aſini vſtæ, moſchi, teſtæ ſepiæ, margaritarum, ſacchari quantum omnium aliarum ſpecierum,croci,cornu ceruini vſti,thuris maſculi.

A Tritis in pollinem vtere in oculo ægrotantis manè & veſperi.

Cap. LXXXV.

COLLYRIVM oculare expertum, vocatū chryſochoi.Inuenta verò huius manifeſtatio hoc modo eſt. In Alexandria fuit quidam chryſochous iuuenis ætate, annorum nimirum trigintaduorum. Accidit autem vt excæcatus ſit.Is quum laborare & victum quærere non poſſet, confugit ad templum ſanctiſſimæ dominæ no-

B ſtræ genitricis Dei, & illic ieiuniis & deprecationibus vſus,quadam nocte vocem audiuit illi dicentem, Surge iuuenis,& ingredere interius altaris conclaue, & inuenies chartam ſcriptam, qua accepta, fac vt in ea perſcriptū eſt.Ingreſſus itaque interi⁹ altaris conclaue,inuenit chartam ſcriptam, & faciens pro eo quod in hac ſcriptū erat, confeſtim viſum recuperauit, & multos alios, Dei gratia,curauit Charta verò vſque in hodiernum diem extat,& eſt à multis probata, & reuera ſic habet. Cadmiæ vſtæ vncias tres, myrrhæ veræ vnciam vnam,ca-

C ſtorei hexagia quatuor, thutiæ vnc.ſemis,ſquamæ ferri, opii,thuris, caſiæ, ſingulorum hexagia tria,lapidis ſciſſilis,chalcanthi, ſingulorum hexagia duo,ceruſſæ,gummi,ſingulorum vnciam vnam, piperis albi hexagia tria ſemis,opobalſami,ſucci fœniculi,fellis caprini,ſingulorum vnciam vnam,acaciæ,ſquamæ ſtomomatis,ſingulorum vncias tres.Trita fermentato cum ſtillatitii roſarum liquoris pondere vnc.trium, & vino odorato ſufficienti finge collyria. Vſu poſcente accipe quantum volueris,& irrigato cum lacte mulieris quæ maſculum pe-

D perit,ac ſtillatitio roſarum liquore ſufficienti.dein conice in marſupium, & impone ægrotantibus:aut ſi mauis,fac puluerem,& impone manè & veſperi.

Cap. LXXXVI.

COLLYRIVM ad craſſas albugines oculorum, nubeculáſque mirabiliter minuit, & omnia quæ in illis accidunt.Balſamum extrinſecus illitum,aut ſaccharum exhibeto cum thutia & margaritis, vtraque in pollinē trita. Aut ſanguinem columbæ recentem ſub alis extra-

E ctum oculo inſtillato.Aut pueri incorrupti ſanguinem è digito in oculum ſtillato. Poſtremùm deſuper præbeto ſaccharum. Verùm ſæpius dato lac mulieris quæ maſculum peperit,& deinceps ſaccharum.

Cap LXXXVII.

AQVÆ ocularis confectio ad phlegmonas, dolores,albugines craſſas,& nubeculas oculorum probatum. Thutiæ hexagia tria,caryophylli, maceris, ſingulorum hexagium vnum, teſtarum ſepiæ hexagium vnum ſemis,ſacchari candi hexagium vnum, caphuræ hexagiū vnum ſemis, moſchi ſcrupulos duos, ſarcocollæ hexa-

F gium vnum, ſanguinis draconis, ceruſſæ, ſingulorum hexagium ſemis,aloes flauæ hexagium vnum, gummi Arabici hexagium ſemis, & quartam partem. Trita in pollinem madefacito cum ſtillatitio roſarum liquore mero libræ vnius,&vini albi odorati libris quinque vnciis tribus.Bene confecta,vtere.

Paſma ſeu inſperſile caluariæ exſiccatorium,mirabile, Cap. I.

Inſperſile caluariæ, admodum probatum, Cap. II.

Inſperſile caluariæ exſiccatorium,probatum, Cap. III.

Inſperſile caluariæ, omnem fluxionem deſiccans, Cap. IIII.

Inſperſile caluæ deſiccatorium ad omnẽ dolorẽ capitis, Cap. V.

Inſperſile caluariæ,ad omnem fluxionem capitis, Cap. VI.

Inſperſile caluariæ deſiccatorium fluxionis in balneo adhibendum, Cap. VII.

Inſperſile caluæ,omnem fluxionem exſiccans, Cap. VIII.

Inſperſile caluariæ,omnis generis fluxiones deſiccans, Cap. IX.

Inſperſile caluæ, deſiccatorium mirabile, Cap. X.

Inſperſile caluariæ,deſiccatorium omnis fluxionis, Cap. XI.

Inſperſile caluæ, ad capitis dolorem & refrigerationẽ, Cap. XII.

Inſperſile caluariæ,frigidos affectus deſiccans, Cap. XIII.

Inſperſile caluæ exſiccatorium mirabile, Cap. XIIII.

Inſperſile caluariæ deſiccatorium,ad omnis generis,capitis defluxiones, Cap. XV.

Ramices puerorum ſummè ſanans, quale non eſt aliorum quoduis, Cap. XVI.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, De iis quæ caluariæ inſperguntur,

Sectio vigeſimaquinta.

Cap. I.

INSPERSILE caluariæ exſiccatoriũ, mirabile. Seminis ericæ, florum iunci odorati,gallarum,ſampſychi, ſing. vnc. vnam,xylobalſami,coſti,iridis, ſing.lib. ſemis.Tuſa & trita in pollinem, prius loto capite, inſperge deſuper.

Cap. II.

INSPERSILE caluæ, probatum admodum. Callæ,iridis, florum iunci odorati, balauſtiorum,ſeminis ericæ,ſidiorum,ſingulorum vnciam duas. Trita inſperge capiti.

Cap. III.

INSPERSILE caluariæ exſiccatorium, proba- A tum. Aloen flauam tritam irrigato cum vino auſtero rubeo,& calefaciens impone capiti, prius lauans ægrotantem cum calido hoc medicamento, quod habet iſta: Abſinthium, flores iunci odorati, ſarmentorum lixiuii,ſampſychi,ſaluiæ,chamæmeli,fœnigræci,roſmarini,ſtichadis, roſarum. decoquantur in aqua ad tertias. Eſt valde probatum ad frigidos affectus.

Cap. IIII.

INSPERSILE caluæ exſiccans omnem defluxionem,probatum. B Sonchi [a] redolentis, ladani puri,nitri rubei vſti.

[a] Græcè eſt ὀζωδιάζοντες ſcriptum, forſè pro ἐδωδίμου, hoc eſt eſculenti.

Reliqua deſiderantur in Græco codice.

INDEX VNCTIONVM purgantium.

Vnctio purgatoria,& quæ vmbilico admouetur,ad flatuum eductionem conferens, Cap. I.

Vnctio purgatoria, aluum mouens & ſedem, Cap. II.

Vnctio vmbilico admouenda, aluum ſubducens,admodum laudata, Cap. III.

Purgatorium vmbilico admouendum, aluum ſubducens,ſimile, Cap. IIII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, De Vnctionibus purgantibus,

Sectio Viceſimaſexta.

Cap. I.

VNCTIO purgatoria vmbilico admouenda, ad ſedis & flatuum eductionem. Rutam tritam irrigato cum melle,vt ſuccum de ſe præbeat,ex eoque interiora ſedis inungito. Efficaciſſimum verò exiſtit, ſi adſumpſerit paululum cumini & C nitri,aut ſuccum cyclamini.Stipula excepta imponitur, aut glans melle adiecto formatur. Flatus enim educuntur, & leuiores fiunt.

Cap. II.

VNCTIO purgatoria, ventrem mouens, & ſedem.dicitur autem Chezanance. Alumen cum melle tritum coquito quouſque fuluum reddatur, & inunge ſedem.

Cap. III.

PVRGATORIVM vmbilico admouendum, ſubducens aluum, admodum laudatum. Cyclamini drachmas quatuor,nitri drachmas tres,ellebori nigri & albi,ſcammoniæ,ſingulorum drachmas duas,colocyn-

thidis drachmas tres,ſucci elaterii, grani Cnidii,ſingulorum drachmas quatuor, caricarum pinguium vncias duas,fellis taurini vnciam vnam. Tuſa & ſubacta probè, vmbilico imponantur.

Cap. IIII.

PVRGATORIVM vmbilico admouendum, ſubducens aluum,ſimile. Elaterii,lathyris,galbani,cy A clamini, ellebori nigri & albi, ſingulorum drachmas quatuor, colocynthidis drachmas octo, cucumeris ſylueſtris recentis,ſcammoniæ, grani Cnidii, ſingulorum drachmas duas, tithymali drachmas quinque, terebinthinæ drachmas tres. Hæc probè tuſa excipe cum felle taurino,& inſtar vnctionis inunge. Nonnulli verò adiciunt ceræ vncias octo, & olei Sicyonii quod ſatis eſt,& inſtar emplaſtri imponunt.

INDEX PVRGATORIORVM, ET conditorum.

Purgatorium ex caryophyllo,aquam educens, admodũ mirabile, Cap. I.
Purgatorium è melle roſaceo Alexandri, Cap. II.
Purgatorium è melle roſaceo,ſimile, Cap. III.
Purgatorium ex aſaro, Cap. IIII.
Purgatorium è malis & cotoneis, Cap. V.
Purgatorium è citrio malo,ſtomacho accõmodatum, Cap. VI.
Purgatorium buccellatum valde bonum, Cap. VII.
Purgatoriæ colymbades probæ, Cap. VIII.
Purgatorius paſtillus, admodum bonus, Cap. IX.
Purgatorium Fuſca,ſtomacho conueniens, Cap. X.
Purgatorium vinum in hydropicis, Cap. XI.
Purgatorius ſal probatus, Cap. XII.
Purgatorium ex hermodactylo,podagricis aptum, Cap. XIII.
Purgatorium ex hermodactylo ſimile, Cap. XIIII.
Purgatoria catapotia è lapide Armenio, ad arthriticos potiſſimùm facientia, Cap. XV.
Purgatorium è coronopode, ſimile ei quod ex hermodactylo nominatur, Cap. XVI.
Purgatorium quartanis conueniens, è ſucco Cyrenaico Cap. XVII.
Purgatoria puls ad iſchiadicos, elephantia correptos in quibus opus eſt aliquid vi educere, Cap. XVIII.
Purgatorium è cotoneis malis, ſubducens aluum, Cap. XIX.
Purgatorium è cotoneis,ſimile, Cap. XX.
Purgatorium è cotoneis,ſimile, Cap. XXI.
Purgatorium è cotoneis,admodum probatum, Cap. XXII.
Purgatorium è cotoneis,ſimile, Cap. XXIII.
Cydonite ad cœliacos, dyſentericos, & febricitantes admodum probatum, Cap. XXIIII.
Cydonite ſimile, Cap. XXV.
Cydonite frugale,valde bonum, Cap. XXVI.
Cotoneorum & malorum confectio admodum vtilis, Cap. XXVII.
Confectio è ſucco malorum, Cap. XXVIII.
Confectio alia è ſucco malorum, Cap. XXIX.
Confectio alia è ſucco malorum, Cap. XXX.
Confectio è iure horum, ad eos qui nihil appetunt, & vomunt cibum, Cap. XXXI.
Cydonitis confectio ſtomacho grata, ad eos qui non appetunt, & nihil concoquunt, Cap. XXXII.
Conditum nephriticum, & lapides atterens, Cap. XXXIII.
Conditum ſtomachum purgans, non ſubuertens, ſiue is qui aſſumit ſanus ſit, ſiue ægrotet, Cap. XXXIIII.
Conditum nephriticum,& calculos conterens, Cap. XXXV.
Conditum nephriticum,mirabile, Cap. XXXVI.
Conditum nephriticum,ſimile, Cap. XXXVII.
Conditum purgatorium,ad hydropicos & cholericos, Cap. XXXVIII.
Conditum calculos atterens, Cap. XXXIX.
Conditum purgatorium, probatum, Cap. XL.
Conditum ad eos qui nihil appetunt, & inflatum ſtomachum habent, Cap. XLI.
Conditum ad eos qui nihil appetunt, & quibus cibus inflatus conuertitur, Cap. XLII.
Conditum ſimile hydropicis conueniens, Cap. XLIII.

De Purgatoriis & Conditis,

Sectio vigeſimaſeptima.

Cap. I.

PVRGATORIVM è caryophyllo aquam educens,admodum mirabile. Aloes flauæ,epithymi,caryophylli,grani Cnidii,petroſelini,rhei Pontici,ſingulorum vnc.ſemis, euphorbii ſcrup. quatuor, mellis Attici quod ſatis eſt. Datur pondere cochl.duorum manè ieiuno.

Cap. II.

PVRGATORIVM è melle roſaceo Alexandri. Succi roſarum ſext.duos, mellis Attici ſext. vnum. coquito bene ad conſiſtentiam. Adiice ſcammoniæ torrefactæ vnc.quatuor.Datur manè ieiuno. Integra adhibitio,cochlearia quinque: media,tria.minima,duo.

Cap. III.

PVRGATORIVM aliud è melle roſaceo. Mellis Attici,ſucci roſarum,ſing.lib.vnam, piperis communis drach.vnam,zingiberis drach.duas,ſcammoniæ drachmas octo, maſtiches drach. quatuor. Datur vt præcedens.

Cap. IIII.

PVRGATORIVM ex Aſaro,quo ego vtor,valde bonum. Spicæ nardi, aſari, epithymi, ſing.vnc.ſemis.Macerato in aqua ſufficienti diebus tribus.Coquito mediocriter,& iuri decocti admiſce ſucci roſarum ſext. decem, mellis Attici ſextarium ſemis. Coctis ad conſiſtentiam adiice ſcammoniæ vnc. vnam ſemis, & probè parato vtere.

Cap. V.

PVRGATORIVM è malis & cotoneis. Malorum & cotoneorum aſſatorum carnis vnc.quatuor,piperis communis drach.ſex, ſcāmoniæ drach.tres,mellis Attici vnc. ſex. Datur manè ieiuno,pro viribus.

Cap. VI.

PVRGATORIVM è citrio malo,ſtomacho accommodatum. Corticis citrii & carnis lib. vnam.Coquito in aquæ ſext.vno & dimidio vſque ad tertias:dein adiice mellis Attici ſext. dimidium. Coquito donec ad mellis conſiſtentiam veniat,& inſpergito hæc trita: nēpe piperis communis, ſcammoniæ aſſæ in fermento, turpeti vnc. vnam. Vbi probè paratum fuerit,dato quā tum volueris.

Cap. VII.

PVRGATORIA buccella,admodum bona.Scāmoniæ aſſatæ,ſeminis fœniculi,aniſi,cumini,ſing.vnc. vnam,piperis communis, ſeminis apii,ſing.ſcrup.vnū. Trita madefacito in mellis Attici libra vna. De aſſatis mediocriter dato vnc.vnā manè ieiuno,non febricitanti cum condito:ei verò qui febricitat,cum aqua tepida.

Cap. VIII.

PVRGATORIÆ Colymbades, hoc eſt ſalſæ & conditæ oliuæ probatæ. Scāmoniæ, piperis communis,ſing.vnc.vnam,epithymi,cumini fricti,petroſelini, foliorum rutæ, menthæ viridis, ſing. dr. IIII. ſilphii dr. vna,carnis palmularum, mellis Attici, ſing.vnc.v.aceti cochl.duo,colymbadum ſciſſarum ſext.vnum. Nonnulli adiiciunt modicum gari. Poſtquam probè cōfeceris, dato quinque aut ſeptem aut nouem colymbades, aut pro viribus.

Cap. IX.

PVRGATORIVS paſtillus admodum bonus. Scammoniæ,euphorbii,ſing.drach. quatuor,folii,piperis communis,ſing. drach. duas. Trita madefacito cum melle Attico pondere vnc. trium. Datur manè ieiuno vnc.vna,aut pro viribus.

Cap. X.

PVRGATORIA fuſca,ſtomacho conueniens. Cumini,fœniculi,vnc.vnam,pulegii,ſeminis apii,aniſi, ſing.vnc.ſex,epithymi,ſcammoniæ,ſing.vnc.vnam,ſa-

A lis communis vnc.duas. Aliqui euphorbii adiiciunt ſcr. quatuor. Trita bene exhibeto. Integra exhibitio ſunt ſcrup.duo,aut duo & ſemis,pro viribus.

Cap. XI.

PVRGATORIVM vinū ad hydropicos. Squillæ vnc.tres, ſeminis apii drach.ſex, piperis communis drach.vnam, radicis capparis drach.quatuor,grani Cnidii decorticati drach.vnam ſemis,folii, pilulas malobathri duas.Bene trita irrigato cum vini cochl.duodecim, mellis Attici ſext.tribus. Squillā tuſam macerato in vi-

B no,& commiſce cæteris.

Cap. XII.

PVRGATORIVS ſal laudatus. Salis communis torrefacti drach.ſex,ſeminis apii,zingiberis,panis aridi,ſing.ſcrup.ſex,ſeminis aniſi,piperis communis,ſingul.vnc.ſemis, ſcammoniæ, epithymi,ſing. vnc.vnam. Terito,& præbeto cochl. vnum. Eſt admodum laudatū medicamentum.

Cap. XIII.

C PVRGATORIVM ex hermodactylo,podagricis conueniens.Hermodactyli vnc.tres,aniſi,cumini Æthiopici,ammeos,corymborum thymi,piperis, ſingul. ſcrup.tres,epithymi vnc.ſemis.Terito &præbeto ſcrup. quatuor vel ſex pro viribus. Datur etiam cum condito, aut cū aqua mulſa,aut cū aqua ferueſacta manè ieiuno.

Cap. XIIII.

PVRGATORIVM ex hermodactylo,ſimile. Hermodactyli vnc.vnam,cumini Æthiopici,aniſi,agarici,[a]iſii, zingiberis, ſing. ſcrup.tres, alypiadis ſcrup.ſex,

D maſtiches, ſpicæ nardi, ſing.ſcrup.duos, moſchi ſiliquā vnam,cnici ſcrup. ſex. Trita irrigato cum melle Attico ſufficienti. Quòd ſi opus ſit maiore vacuatione,admiſce ſcammoniæ ſiliquas tres: & præbeto ſcrup.vnum,poſtquam lotus fuerit,manè ieiuno.

a Iſii] Græcè eſt ἰσίκ. Quid autem Iſium ſit Nicolao, coniicere nequeo.

Cap. XV.

PVRGATORIA catapotia ex Armenio lapide, arthriticis potiſſimùm exhibita vtilia. Aloes flauæ vnc.duas,ſcammoniæ vnc.tres,agarici, epithymi, ſing.

E vnc.ſemis,lapidis Armenii, croci, ſing.ſcrup.ſex, caſiæ, ſpicæ nardi,coſti, rhei barbari, ſing.vnc.ſemis, ſquillæ torrefactæ vnc. vnam. Trita excipe cum ſtillatitio roſarum liquore.Dantur ſcrup.duo manè ieiuno.

Cap. XVI.

PVRGATORIVM ex coronopode vtile,perinde atque id quod ex hermodactylo componitur. Eſt etiam ſtomacho gratum & laudatum. Zingiberis ſcrup. duos,piperis communis ſcrup. vnum,agarici, medullæ

F cnici, ſing. ſcrup. decem, radicis ſcrup. ſex. Trita bene dantur manè ieiuno [a]cornua octodecim: qui autem difficilem aluū habent,iis dantur cornua vigintitria. [b]Fac omnia ſeptem aut octo prope ventrem. Poſt vacuationem lauato, & nutrito ouis ſorbilibus & pane.

a Cornua] Intelligit menſuralia, quæ interſecta erant, vt ex Galeni libris De compoſ.medic.general.ſatis liquet. b Fac omnia ſeptem] Græcè eſt ποιεῖ πάντα ζ' ἢ η' συνεγγὺς γαστέρας. Quid autē iis verbis velit Nicolaus,non bene aſſequor:aliis igitur coniiciendū relinquimus.

Cap. XVII.

G PVRGATORIVM ad quartanas ex liquore Cyrenaico,mirabile. Liquoris Cyrenaici,piperis communis,myrrhæ,foliorum rutæ,ſing.drach.vnam. Trita madefacito cum melle Attico, & dato Ponticæ nucis magnitudine cūm vino veteri.

Cap. XVIII.

PVRGATORIA puls è colocynthide, ad iſchiadicos,elephātia correptos, & in quibus opus eſt aliquid vi educere. Colocynthidis duobus fructibus cauatis, & horum ſeminibus abiectis, medullam in iis dimitte.

Impleto eos oleo dulci,&operito propriis operimentis, ſinito diem & noctem. Poſtridie verò vacuato oleo, colocynthidas coquito in aqua donec colliqueſcant: dein eas abiicito, oleóque cum aqua permixta adiice ellebori nigri triobolum, ſcammoniæ drach. vnam. Simul cum iis coquito pultem ex ſimilagine aut pane arido trito. Poſtea ægrotanti priùs tenuiter cibato præbe pondere nucum Ponticarum octodecim, aut plurimum viginti quatuor. Et bibendam dato aquam calidam ſorbendã cum ipſa.

Cap. XIX.

PVRGATORIVM cydonite, hoc eſt ex cydoniis, ſubducens aluum. Cotoneorum carnis, gari, ſingul. lib. vnam, mellis Attici lib. duas, zingiberis, piperis longi, cinamomi, ſing. hexag. vnum ſemis, canchryos, croci, ſing. hexag. duo, maſtiches ſtag. tria, turpeti vncias tres, dacrydii vnc. vnam. Trita bene cotonea conιce in garum per noctem & diem. dein miſce cum melle, & coquito ad conſiſtentiam. Poſtea adiice prædictas ſpecies. Vſu poſcente dato manè ieiuno hexag. tria, aut tria & S. aut quatuor pro virium ratione.

Cap. XX.

PVRGATORIVM cydonite, ſimile. Carnes cotoneorum probè repurgatas coquito in aqua ad conſiſtentiam, dein bene tũdito, & adiice ſacchari lib. duas. coquitóque ad conſiſtentiam cydonitis. Adiice turpeti drach. triginta, dacrydii drach. viginti, zingiberis, piperis longi, ſing. drach. quatuor, cinamomi boni dr. duas, amomi, croci, ſing. dr. duas, maſtiches dr. quinque, gari lib. duas, rhei barbari vnc. vnam. Irrigata hæc cum prædictis, exhibeto tertiana correptis, cholericis, & duplici tertiana laborantibus media nocte, pondere hexagiorum duorum ſemis, aut trium pro viribus.

Cap. XXI.

PVRGATORIVM cydonite ſimile, admodum neceſſarium. Carnium cotoneorum repurgatorum lib. tres, mellis Attici deſpumati lib. tres. Coquito probè ad conſiſtentiam, dein accipe hæc tuſa, cribróque tranſmiſſa, & admiſce galangæ, caryophylli, maſtiches, piperis longi, cinamomi, nucis moſchatæ, ſing. drach. tres, dacrydii vnc. vnam, turpeti repurgati drach. ſex, ſenæ, ellebori nigri, polypodii repurgati, ſing. drach. quinque. Datur media nocte põdere hexag. duorũ ſemis, aut triũ, pro viribus.

Cap. XXII.

PVRGATORIVM cydonite, admodum probatum. Carnis cotoneorum repurgatæ lib. vnam ſemis, mellis Attici deſpumati lib. tres. Coquito ad conſiſtentiam, & adiice hæc tuſa & cribrata, nempe caryophylli ſcrup. tres, petroſelini, euphorbii, folii, ſingulorũ ſcrup. duos, ſcammoniæ vnc. vnam, turpeti vnc. ſemis. Datur vt præcedens.

Cap. XXIII.

PVRGATORIVM è cotoneis aliud, probatum. Carnium cotoneorum repurgatarum lib. viginti, mellis Attici deſpumati lib. triginta. Coquito ad conſiſtentiam. Adiice tuſa & cribrata bene, piperis albi ſcrup. ſeptuagita, caryophylli, ſpicæ nardi, ſing. ſcr. quadraginta, coſti ſcrup. viginti, ſcammoniæ vnc. duas, turpeti vnc. vnam. Dantur hexagia duo ſemis, aut tria pro viribus, media nocte.

Cap. XXIIII.

CYDONITE ad cœliacos, dyſentericos, & febricitantes admodum probatum. Succi cotoneorum lib. quatuor, ſtillatitii roſarum liquoris puri lib. vnam, ſacchari lib. quatuor. Coquito ad conſiſtentiam, & dato in prædictis malis tota die.

Cap. XXV.

CYDONITE vt præcedens. Succi cotoneorũ vnc. quatuor, ſtillatitii roſarum liquoris puri vnc. duas, ſacchari vnc. octo. Coquito ad conſiſtentiam: vbi ab igne remoueris, adiice probè tuſa & cribrata, caryophylli hexag. duo, cinamomi, ligni aloes, galangæ, cardamomi maioris, ſing. hexag. vnũ, maceris, gallæ moſchatæ, ſingulorum hexagiũ ſemis, nucis moſchatæ, zedoariæ, ſingul. hexag. ſemis & quartam partem, coriãdri hexag. vnum, ſpicæ taria tria, moſchi grana duo, croci ſiliquas quinque. Datur ieiuno, & à cibo.

Cap. XXVI.

CYDONITE [a]frugale, admodum bonum. Carnium cotoneorum repurgatarum lib. tres, mellis Attici lib. ſex. Coquito rectè ad conſiſtentiam. dein amotis ab igne, adiice tuſorum & cribratorum, piperis communis ſcrup. quinque, caryophylli, ſpicæ nardi, ſing. ſcrup. tres, coſti ſcrup. vnum ſemis. Dum coquuntur cotonea, moueto illa cum ferula, dein admiſce odorata, recondito in foliis lauri, & vtere.

a Frugale] Manuſcriptus codex legit λυτὸν, fortè pro λιτόν.

Cap. XXVII.

COTONEORVM & malorum confectio valde vtilis. Succi malorum & cotoneorum, ſing. lib. vnam ſemis, mellis Attici deſpumati lib. tres, aceti lib. vnam S. Coquito ad mellis conſiſtentiã. dein adiice hæc tuſa & cribrata, zingiberis, piperis albi, ſpicæ, ſing. vnc. duas, ligni aloes crudi vnc. S. cardamomi minoris, cardamomi, ſing. hexag. duo, zedoariæ vnc. ſemis, gallæ moſchatæ hexag. ſemis, nucis moſchatæ, galangæ, cinamomi, cardamomi magni, ſing. vnc. vnam, caryophylli vnc. S. maceris hexag. duo, berberis hexag. tria, croci hexag. vnũ. Datur manè ieiuno, & à cibo.

Cap. XXVIII.

CONFECTIO è ſucco malorum. Malorum dulcium [a]corpora repurgato ab eo quod intus & extrà eſt, accipe, & cõtuſa exprime linteo tenui, & è ſucco expreſſo accipe lib. vnam. Admiſce illi hæc tuſa & cribrata, ſpicæ vnc. tres, xylobalſami vnc. vnam, coriandri vnc. S. zingiberis hexag. quatuor. Coquito bene ad conſiſtentiam. Dato vnc. S. vbi volueris.

a Corpora] In codice Nicolai perperam ζώματα pro σώματα legitur.

Cap. XXIX.

CONFECTIO alia è ſucco malorum, conferens ad vomitum, animi defectionem, continuam febrem, data in inclinatione morbi. Qui ea vtitur, rigore vacet: neque eius natura ſit biliosa, neque etiam ſtomachus biliosus. Iuuat autem immodicam ſitim. Succi malorũ dulcium purgatorum lib. duas, ſpicæ lib. ſemis, ſantali rubri, ſpodii, corallii rubri, cryſtalli puri, ſingul. vnc. ſemis. Tritis & ſubactis vtere.

Cap. XXX.

CONFECTIO alia è ſucco malorum. Succi malorum dulciſſimorum lib. quinque, ſtillatitii roſarum liquoris puri lib. vnam, ſacchari lib. quatuor ſemis, mellis Attici puri lib. ſemis. Coquito vt cydonite. dein adiice illi, croci, ſpicæ, ſing. ſtag. vnum, canchryos, cinamomi veri, ſantali albi, ſing. ſtag. duo, caryophylli ſtag. vnum, moſchi ſtagium ſemis. Trita & confecta probè reconde in vaſe. dato manè & à cibo ſemunciam aut vnc. vnam. Prodeſt ſtomachicis, cibum non appetentibus, febricitantibus, vomentibus cibum. Melancholicis & pituitoſis admodum bona.

Cap. XXXI.

CYDONITE ad eos qui nihil appetunt, & cibum vomunt; & neque probè concoquunt. Succi cotoneorum, ſucci mẽthæ, ſucci ſampſychi, ſingulorum vnciam vnam, ſacchari libram vnam. Coquito bene ad conſiſtentiam. Adiice hæc tuſa, & per cribrum tranſmiſſa, caryophylli, nucis moſchatæ, galangæ, zedoariæ, ſpicæ, floris iunci odorati, ſingulorum drach. ſemis, ligni aloes crudi drach. ſemis. Datur manè ieiuno vncia ſemis. eſt valde laudatum.

Cap. XXXII.

CYDONITIS confectio ſtomacho conueniens, ad eos qui nihil appetunt & concoquũt, & imbecillum habent ſtomachum, vtilis. Carnis cotoneorum purgatorum lib. duas. Coquito cum vino optimo ad conſiſtentiam, dein adiice mellis Attici lib. quatuor, & coquito ad conſiſtentiam. Vbi remoueris ab igne, adiice hæc tuſa & trita, cinamomi, zingiberis, ſing. vnciam vnam,

nuces moſchatas numero tres, maceris hexagiũ vnum, A caryophylli hexag.vnum, cubebarum hexag.ſemis, zedoariæ, cardamomi, ſingulorum hexag.vnum, cardamomi magni, gallæ moſchatæ, ambaris, ſingulorũ hexag. ſemis, croci, ſpicæ, ſing.drach.ſemis, galãgæ, ligni aloes, ſing.vnc.ſemis, moſchi ſiliquas duas. Probè confectam præbeto pondere ſemunciæ.

Cap. XXXIII.

CONDITVM nephriticum, & calculum atterẽs. Rhei, ſaxifragi, petroſelini, aſari, ſpicæ nardi, caſiæ, rhei Pontici, betonicæ, ſinonis, dauci, acori, ſing. drach.vnã, piperis communis vnc.vnam, mellis Attici librã vnam ſemis, optimi vini omphacini lib.ſeptem ſemis. Bene pa ratum datur manè ieiuno menſura vnius poculi parui.

Cap. XXXIIII.

CONDITVM purgatorium expertum, non ſubuertens ſtomachum neque ſanorum neque ægrorum, admodum nobile. Succi fœniculi viridis lib. ſemis, menthæ viridis vnc. tres, radicis apii vnc.vnam, aquæ fontanæ lib.quatuor ſemis vnc.tres. Herbas in aqua macerato trib⁹ diebus, dein coquito donec lib.vna S.remaneat. Poſtea colato, & abiicito herbas, tritãque hæc in mortario adiice, piperis vnc. vnam, ſquillæ vnc. ſemis, mellis Attici lib.ſemis vnc.tres, vini boni lib.tres ſemis vnc. tres. Confectum & paratum conditum reconde in vaſe: atque vſu poſtulante, dato poculum vnum, & ieiuno & dormituro. Probatum eſt, periculóque vacat.

Cap. XXXV.

CONDITVM nephriticum, & calculos contereñs. Maſtiches drach. duas, coſti, foliorum ſpicæ nardi, rhei Pontici, ſing. drach. vnam, mellis Attici lib. ſemis vnc. tres, vini boni lib.octo. Vbi rectè confeceris, dato manè poculum vnum.

Cap. XXXVI.

CONDITVM nephriticum, mirabile. Saxifragi, petroſelini, ſing.vnc.ſemis, betonicæ vnc.duas ſemis, coſti vnc.ſemis drach.vnam, zingiberis hexag. vnum ſemis, piperis communis hexag.ſeptem ſemis, ſeminis rutæ vnc.tres ſemis, ſpicæ nardi ſcrup.vnum, mellis Attici lib.ſemis, vini veteris lib.duodecim ſemis. Datur poculum vnum manè ieiuno.

Cap. XXXVII.

CONDITVM nephriticum ſimile. Saxifragi, betonicæ, petroſelini, ſing.lib. ſemis, ſpicæ nardi drach. vnam, piperis communis vnc.ſemis drach.vnam. Trita madefacito cum mellis Attici lib. vna & vini boni lib. ſex. Datur manè ieiuno poculum vnum.

Cap. XXXVIII.

CONDITVM purgans, laudatum, ad hydropicos & cholericos expertum, ſine torminibus & moleſtia purgans. Radicem iridis viridem contuſam in mortario diligenter per diem & noctem macerato in vino bono: dein exprimito per [a] linteũ purum, & impleta phiala vna admiſce mellis cochl. vnum ſemis, piperis communis grana ſex ſemis: & præbeto bibendum manè ieiuno prius calefactum. Datur autem hyeme & æſtate: probatum enim eſt.

a Linteum] Manuſcriptus codex habet λίντιον pro λίντεον. Latinam nanque dictionem Græcis literis minus rectè exarauit.

Cap. XXXIX.

CONDITVM lapidem atterens, probatũ. Piperis albi, ſaxifragi, ſpicæ nardi, ſeminis lini, betonicæ, ſingul.vnc.vnam, petroſelini, folii, ſing.vnc.vnam S. Trita madefacito cum mellis Attici libris ſex, & vini Aſcalonii boni lib.nouem, & vtere.

Cap. XL.

CONDITVM purgatorium, admodum probatũ. Catapotiorum purorum, ſenæ, polypodii, thymi, epithy B mi, hermodactyli, pæoniæ, ſing.vnc.vnam. Tritis (ſi qui dem non febricitant ægri) adiice vini puri menſuram vnam aut lib.ſex: ſi verò febricitant, aquæ lib.ſex. coquito ad tertias. Colato, decoctúmque accipe. & ſi febre vacant ægrotantes, adiice illi mellis Attici lib. vnam: ſin febricitant, ſacchari lib.vnam, & rurſus probè coquito, colatiſque adiice in pollinem tuſi cinamomi vnc. vnã, galangæ, piperis communis, zingiberis, ſing.hexag.duo, caryophylli, cardamomi, [a] ſpigo, ſing. hexag. vnum, & vini boni pondus triplex ad ſuperius decoctum. Suba- C ctis & irrigatis omnibus ſimul, conficito vt [b] claretum, & præbeto manè ieiuno cũ tepidæ aquæ vnc.quatuor.

a Spigo] Græcè eſt σπίγω. Quid verò Nicolaus hac voce intelligat, me ignorare fateor. b Claretum] In codice Nicolai hîc & paulo pòſt eſt κλαρόν. Hac voce autem illum innuere puto id potionis genus quod hodie à medicis claretum vel hippocras appellatur. ideóque claretum potius quàm clarum ſcribendum fuiſſe arbitror.

Cap. XLI.

CONDITI, quod claretum vocatur, confectio ad ſtomachicos, cibum non appetentes, & ſtomachi inflatione laborantes. Spicæ vnc.ſemis, cinamomi vncias D ſex, zingiberis vnc. quatuor, piperis communis vncias duas ſemis, piperis longi, [a] nunteſarcas, galangæ, ſingul. vnc.vnam, caryophylli vnc.ſemis, ſacchari & mellis, ſingul.lib.duas. Tritas ſpecies irrigato ſimul, & adiice vini menſuras duodecim. Datur manè ieiuno poculum vnũ exiguum.

a Nunteſarcas] Græcè eſt νυντεσάρκας. Quæ quidem dictio eſt haud dubiè corrupta: ideóque quid ſignificet, ſcire nequeo.

Cap. XLII.

CONDITVM ad ſtomachicos, cibum non appe- E tentes, inflatos, & cibum non rectè concoquentes. Cinamomi vnc.vnam ſemis, caryophylli, maceris, ſingul. hexagium vnum, nuces moſchatas duas, galangæ hexagium vnum ſemis, cardamomi hexag.duo, piperis longi & communis, ſingul.hexag.duo, ſpicæ hexag.vnum. Trita irrigato cum mellis Attici puri lib.trib⁹, & vini boni menſuris ſex. Poſtquam vt claretum confeceris, dato manè ieiuno poculum vnum.

Cap. XLIII.

CONDITVM ad ſtomachicos, cibum non appe- F tentes, inflatos, cibúmque non rectè coquentes, atque hydropicos. Cinamomi boni vnc.vnam, zingiberis albi repurgati vnc.ſemis drach. vnam, roſarum rubearũ, caryophylli, ſantali rubei, ſing.drach. duas, ſpicæ nardi ſiue net, ſing.drach.vnam. Trita irrigato cum vino bono albo, pondere lib.triginta, & melle Attico deſpumato quod ſatis eſt aut ſaccharo. Datur manè, meridie, & veſperi poculum vnum quoties offertur.

INDEX PVRGANTIVM
Eligmatum.

Purgatorium eligma,Monachicum dictum, Cap.I.
Purgatorium regale eligma,mirabile valde, Cap.II.
Purgatorium eligma ex flaua aloe, Cap.III.
Purgatorium eligma ex abſinthio, Cap.IIII.
Purgatorium eligma,moleſtia vacans,ad iſchiadicos, Cap.V.
Purgatorium eligma,quod vocatur Panaretos, Cap.VI.
Purgatorium eligma,nominatum Aſtrophon, Cap.VII.
Purgatorium eligma flauæ bilis, Cap.VIII.
Purgatorium eligma ſimplex,& moleſtia vacans, Cap.IX.
Purgatorium eligma,ad humores & bilem probatum, Cap.X.
Purgatorium eligma ad hydropicos, mirabile, Cap.XI.
Purgatorium aquam educens,ad hydropicos, Cap.XII.
Purgatorium aquam ducens, ex grano Cnidio, Cap.XIII.
Purgatorium hydropicum è ſpica nardi, Cap.XIIII.
Purgatorium aquam ducens,ex euphorbio, Cap.XV.
Purgatorium hydropicum Euchirii, Cap.XVI.
Purgatorium ex aloe, Cap.XVII.
Purgatorium ex pipere, torminibus & moleſtia vacans, Cap.XVIII.
Purgatorium è cumino, doloribus & moleſtia carens, Cap.XIX.
Purgatorium capitis errhinon,admodum probatum, Cap.XX.
Purgatorium ſordidorum ſinuum glutinans, Cap.XXI.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,
De purgantibus eligmatis,
Sectio vigeſimaoctaua.

Cap. I.

PVRGATORIVM eligma Monachicum,quod dicitur SarracenicèLooch el rachos, purgans gratia Dei,vtranque bilem , flauam & nigram ac pituitam, maculáſque in facie factas . Purum corporis colorem efficit. Prodeſt vertiginoſis,caliginique oculorum.Pruritum corporis purgat, & ſanguinem deprauatum attenuat. Exanthemata ſeu puſtulas conſumit ac diſſipat. Bonitatem ſtomachi efficit. Venerea quoque excitat. Pityuſæ drach.quinque,dacrydii drach.tres ſemis grana ſeptem, ſacchari drachm. quatuor,piperis longi drach.duas,amomi,ſeminis apii, ammeos,ſalis ammoniaci,zingiberis, ſingul.drach.tres ſemis , piperis albi drach.duas , pyrethri drach. duas ſemis.Hæc in mortario contundito & cribrato. ſcammoniam bifariam terito,& vnito omnia in vnum. dein ſaccharum tritum inſperge,& cõmoueto diligenter.Poſtea adiice mellis Attici quod ſatis eſt , & factum aquoſum repone in vaſe vitreo, & dato cum tepida, aut vini dulcis vnc . duab⁹ aut quatuor,iis ſcilicet qui difficilem aluum habent: facilem autem habẽtibus aluum , vncias tres.Iunioribus vnc.duas. & febricitantibus cum tepida præbeto.

Cap. II.

PVRGATORIVM, regium eligma, quod Sarracenicè Loch el melick , ad bonum ſtomachi odorem & bonitatem eiuſdem confert. Purgat pituitam & bilẽ mirabiliter. Piperis communis & longi, ſpicæ nardi, nardi Celticæ, amomi , caryophylli, ſingul. vnc.ſemis, zingiberis vnc.ſemis drach. vnam, ſcammoniæ drach. tres ſemis, pityuſæ vncias ſeptem , ſacchari vncias quatuor ſemis . Hæc tuſa excipe melle Attico ſufficienti, & præbeto Integra exhibitio,vnc. triũ:media,vnc.duarũ: minima,vnc.vnius, cum aqua calida. Aliqui verò hoc ipſo vt electuario vtuntur , exhibentes id cũ aqua calida.

Cap. III.

PVRGATORIVM eligma , admodum probatum. Aloen flauam quamcunque vis accipe,& terito validè. Accipe etiam liquorem tithymali, fingito pilulas erui magnitudine,& præbeto vnam aut duas pro viribus.Purgat verò vehementer.

Cap. IIII.

PVRGATORIVM eligma valde laudatum. Dacrydii,aloes flauæ,ſing.vnc.vnam,abſinthii,colocynthidis,ammoniaci,ſingul.vnc.ſemis,agarici,maſtiches, ſing.hexag.vnum ſemis. Excipe cum ſucco braſſicæ , & madefacito probè,fingitóque pilulas erui quantitate.

Cap. V.

PVRGATORIVM eligma ſine moleſtia purgans, ad iſchiadicos & per circuitum afflictos , eóſque qui diutius moleſtantur,admodum bonum. Colocynthidis vnc.ſemis, nitri vnc.vnam.Bene trita præbeto validis drach.vnam cum aqua mulſa,magnæ menſuræ ieiunis:imbecillibus drach.S.

Cap. VI.

PVRGATORIVM eligma , quod ab aliquibus vocatur Panaretos , ab aliis Aſclepios. Valet ad morbos comitiales,diuturnos capitis dolores,inſaniẽtes,lethargicos,ſtomachicos,arthriticos,melancholicos, neruorũ vitia,& ad eos quibus cibus aceſcit , omniáque thoracis mala.Hoc vſus eſt Heraclides Cous,aut Galia:ſummè enim claruit. Priuatim verò vſus eſt ad hydropicos mirabiliter . Datur nucis Ponticæ magnitudine cum aquæ mulſæ vna menſura. Piperis communis , albi & longi,ſeminis dauci, aniſi, apii, petroſelini, libyſtici, carei, zingiberis,agarici,grani Cnidii,ſquillæ torrefactæ,pyrethri,radicis chamelææ,euphorbii,myrrhæ, croci,polii, ſpicæ nardi, [a] cardamomi (ſi verò non habes,adiice duplum caſiæ)ſauinæ,amomi,caſiæ,ellebori nigri, dacrydii,aloes flauæ, ſing. vnc. ſemis. Trita madefacito cum melle Attico ſufficienti.

a Cardamomi] Cinamomi legendum puto, propterea quòd duplum caſiæ pro eo ſumendum eſſe ſcribat.

Cap. VII.

PVRGATORIVM eligma expertum , non excitans tormina,& moleſtia vacans. Piperis nigri , cumini,aniſi,petroſelini, fœniculi, apii, ammeos,epithymi, ſingulorum drachmam ſemis , dacrydii drachmas quinque. Trita dantur manè ieiuno pondere ſcrup. vndecim.poſtea ſorbendam præbeto aquam tepidam.

Cap. VIII.

PVRGATORIVM eligma flauæ bilis. Seminis apii,piperis communis , ſing. ſcrup. ſemis, dacrydii drachmam ſemis . Trita dantur vna vice manè ieiunis:

poſtea ſorbenda datur aqua tepida.

Cap. IX.

PVRGATORIVM eligma ſimplex,moleſtia,& periculo vacans,datum omni tempore.Iridis Illyricæ ra dicis ſucci cyathum ſemis,vini boni tantundem. Tuſa mixta,& tepida da bibenda manè ieiuno. eſt enim probatum medicamentum.

Cap. X.

PVRGATORIVM eligma probatum,pituitam bilem & humores purgans,noxa vacans. Dacrydii vnc. ſemis,colocynthidis vnciam vnam hexagium vnū ſemis,aloes flauæ vnciā ſemis, ſucci abſinthij vnciam vnam drachmas duas.Trita cum ſucco braſſicæ ſubigito, & finge pilulas,datoque pro viribus veſperi.

Cap. XI.

PVRGATORIVM probatum admodum vtile, veluti prædicta. Herbam alypiadis cum foliis & ramis tunde & cribrato.Datur puluis ille iis qui à pituita, aut humore aliquo acri,aut bile infeſtantur,pondere dimidii cochlearii tepidi.Facit ad hydropicos, & eos de quibus medici deſperarunt.

Cap. XII.

PVRGATORIVM educens aquam,hydropicis vtile.Piperis communis, ſquamæ æris,ſingulorū dr. vnam, ſtruthii ſeu lanariæ drachmas duas,piperis albi,dacrydii,ſingulorum drachmam vnam ſemis. Trita dato manè ieiuno cochlear.vnum ſemis,medium podus cochlear.i.poſt ſorbendam exhibe aquam tepidam.

Cap. XIII.

PVRGATORIVM aquam educens, probatum. Grani Cnidii vſti ſcrupulum ſemis,radicis panacis ſiliq. vnam.Trita præbeto cum aqua mulſa pondere cochlearii vnius manè.

Cap. XIIII.

PVRGATORIVM hydropicorum probatum. Spicæ nardi drachmas duas,libyſtici vnciam ſemis, petroſelini,dauci, ſingulorum drachmas duas, epithymi ſcrupulos nouem,cocci Cnidii drach.duas.Trita præbetur manè ieiuno pondere cochlearii vnius, cum tepida.

Cap. XV.

PVRGATORIVM aquam educens, ad hydropicos probatum,laudatum valde.Euphorbii, piperis cō munis,cumini,pulegii,pyrethri,ſingulorum drachmas duas.Trita dantur cum aqua mulſa manè ieiuno pondere cochlearii vnius: ſi verò vſus eius ſit poſt paucos dies,cochlearium vnum cum dimidio ad integram totius corporis purgationem ſufficit.

Cap. XVI.

PVRGATORIVM ad colicos Euchirii, quo vtebatur Aſterius medicus expertum. Euphorbii vnciā ſemis,baccarum lauri drach. ſemis aut grana quinque, aloes flauæ drachmam ſemis. Trita irrigato cum aqua mulſa,& dato pro viribus ſcrupulos ſex, tres, vel quinque aut ſeptem.eſt probatum.

Cap. XVII.

PVRGATORIVM expertum,bonum,quo ego vſus ſum,datur pro arbitrio.Dacrydii ſcrupulos tres, aloes,epithymi,agarici,ſingulorum ſcrupulum vnum ſemis,colocynthidis,maſtiches,ſingulorum ſcrup.quinque & quartam partem.Trita irrigato cum aqua mulſa aut oxymelite pondere cochlearii vnius. Dantur ſcrupuli quinque aut ſeptem,& tepidæ quantum ſatis eſt.

Cap. XVIII.

PVRGATORIVM admirabile admodum, expertum torminibus,& periculo moleſtiaque vacans.Piperis communis,cumini,aniſi,petroſelini, fœniculi ſeminis,apii,ammeos,epithymi, ſingulorum vnciam ſemis,dacrydii ſcrupulos nouem.Trita præbeto manè ieiuno ſcrupulos quinque ſemis aut ſex ſemis cum aqua tepida.

Cap. XIX.

PVRGATORIVM mirabile, valde expertum, torminibus carens & detrimento. Piperis communis, cumini,ammeos,colocynthidis,epithymi, ſingulorum ſcrupulos nouem,dacrydii ſcrupulos octo. Trita dantur manè ieiuno pondere ſcrupul.trium aut quinque cum aqua tepida.

Cap. XX.

PVRGATORIVM capitis errhinon, admodū probatum.Melanthii,ſalis ammoniaci,elaterii,ſingulorum vnciam ſemis.Excipe ſicyonio oleo,& infunde naribus cochlearium vnum tepidum.

Cap. XXI.

PVRGATORIVM ſinus ſordidos glutinans. Primò enim carnē expurgat,& poſtea coaleſcere facit,& glutinat.Syluestris ficus ramorum cortices cultro modicè conſcinde, & cōiice in oleum ſufficientis quantitatis.Coquito iuſto tēpore,& vbi excolaueris,cortices abiicito.In oleum autem conice ceræ modicum, vt vniri queant per piulcum.Vbi vnita fuerint, extrinſecus impone pannum craſſum, quem obturatum & lana tectū alligato.Primò quidem ſic purgat vt corrupta mēbranarum excernat.

INDEX CATAPLASMATVM.

Cataplaſma ad oculos motos,mirabile, Cap.i.
Cataplaſma ad dolores oculorum,probatum, Cap.ii.
Cataplaſma ad carbunculos oculorum & totius corporis,Cap.iii.
Cataplaſma ad carbunculos & ſtrumas, Cap.iiii.
Cataplaſma iecinoris,expertum, Cap.v.
Cataplaſma iecinoris, ſtomachi & hypochondriorum, Cap.vi.
Cataplaſma ad duritiem iecoris, Cap.vii.
Cataplaſma dyſentericis idoneum, admodum bonum, Cap.viii.
Cataplaſma ad ſtomachicos,lienoſos,iecinoroſos, & viſcerum cauſas, Cap.ix.
Cataplaſma ad cœliacos & dyſentericos,probatum, Cap.x.
Cataplaſma ad pleuriticos, valde efficax, Cap.xi.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De Cataplaſmatis,

Sectio Viceſimanona.

[A]

Cap. I.

CATAPLASMA ad oculos motos, mirabile. Croci, opii, ſingulorum drach. ſemis, caſtorei drachmam ſemis grana ſeptem, meliloti drach. vnam, micarum ſiliginei panis maceratarum in paſſo vnciam vnam, ouorum aſſatorum vitellũ vnum. cum dimidio excipe ſucco fœnigræci, & vtere.

Cap. II.

CATAPLASMA ad dolores oculorum, probatum. Roſarum aridarum drach. duas, opii, croci, ſingul. [B] drach. ſemis. Excipe cum decocto mellis ſufficiente.

Cap. III.

CATAPLASMA mirabile ad carbunculos in oculis, & toto corpore factos. Meliloti, roſarum, ſingulorum vnciam vnam. Tuſa coquito in aqua plurimum. Dein coniecta in mortarium contere diligenter, & cõmiſce vitellos ouorum elixorum, & modicum olei roſacei vt emplaſtri formam acquirat, & tenui panno illitũ impoſito. Hoc dolores mitigat & refrigerat: item duritias & inflammationes carbunculorum diſſoluit. [C] poſtea illine paſtillum de halicacabo cum vino & croco: ita enim multoties ſum vſus.

Cap. IIII.

CATAPLASMA ad carbunculos & ſtrumas, expertum. Seminis cardamomi, farinæ fabaceæ, coquito cum ſtacte, & illinito foliis braſſicæ, & vtere.

Cap. V.

CATAPLASMA iecinoris expertum, admodũ bonum. Abſinthium tuſum & cribratum coquito bene [D] cum melle Attico, & illitis vtere.

Cap. VI.

CATAPLASMA è myrobalano, ad iecinoroſos, ſtomachicos, & hypochondriacos. Myrobalani Celtici, aſari, xylobalſami, iridis, cyperi, ſingulorum vnciam ſemis, fæcis Aſcalonis, aut Syriacæ ſapæ, aut olei nucum quod ſatis eſt: excipe & illine.

Cap. VII.

CATAPLASMA ad durities iecinoris, expertũ. Semen lini probè tuſum, & cribro tranſmiſſum, coquito ad conſiſtentiam, & illine.

Cap. VIII.

CATAPLASMA dyſentericis vtile, valde bonũ. Acaciæ vnciam vnam ſemis, gallarum vnciam vnam, polentæ vncias tres, mãnæ thuris vnciam vnam, myrti aridæ vncias tres, roſarum ſiccarum vnciam vnã, rhois Syriaci hexagia quatuor ſemis, aluminis ſciſſilis vncias duas, rubi ſummitates, coquito cum vino odorato ſufficienti, & vtere.

Cap. IX.

CATAPLASMA Artomeli, ad ſtomachicos, lienoſos, iecinoroſos, & cauſas viſcerum. Meliloti menſurã vnam, aniſi, ſeminis apii, ſingulorum vnciam vnam, ſeminis fœniculi vnciam, ſeminis drachmas duas, maſtiches vnciam vnam ſemis, comæ abſinthii hexagia quatuor ſemis, panis aridi in vino & melle prius tribus diebus macerati, œnanthes aridæ vncias duas. Hæc irrigato probè, atque adiice vini odorati quod ſatis eſt, & vtere.

Cap. X.

CATAPLASMA ad cœliacos & dyſentericos, expertum. Succi acaciæ, & hypociſthidis, myrti baccarum aridarum, roſarum, ſidiorum, balauſtiorum, gallarum, œnanthes aridæ, oſſium palmularum, farinæ orizæ, panis aridi probè vſti, cumini, maſtiches. Redactis ſingulis in puluerem, excipe cum fæce colata, aut vino bono odorato, & confecto vtere in ſtomacho, & ventre, & lũbis, & ſuprà. eſt enim probatum. Adiice illi ſuccũ vtriuſque plantaginis.

Cap. XI.

CATAPLASMA ad pleuriticos, valde efficax. Cypariſſi folia viridia contuſa, & adipi ſuillo recenti cõmixta, ad emplaſtri formam redige. & illita panno iis vtere. Igni hoc ipſum adhibere oportet, nec concedendus eius vſus niſi calidum ſit.

INDEX CERATORVM.

Ceratum ad ſcabiem & feruentes puſtulas, pudenda glutinans, Cap. I.
Ceratum Sancti Ioannis Euangeliſtæ, ad omnem duritiam & ſingula mala, Cap. II.
Ceratum ad omnem phlegmonen, & vehementem dolorem mediarum corporis partium, duritiam, atque alia, Cap. III.
Ceratum ad omnem duritiam & diſtinctionem probatum, Cap. IIII.
Ceratum omnem diſſoluens duritiam, expertum, Cap. V.
Ceratum mitigans vſtiones & eryſipelata, Cap. VI.
Ceratum ad exacerbationes podagricas & arthriticas, mirabile, Cap. VII.
Ceratum ad eryſipelata, & vlcera phlegmone obſeſſa, canceroſa & alia, Cap. VIII.
Ceratum ad eryſipelata, ſerpentia, carbũculos, & omnis generis vſtiones, Cap. IX.

De Ceratis,

Sectio trigeſima.

Cap. I.

CERATVM myrteum, ad ſcabies feruentes, puſtulas, & pudenda glutinans. Lithargyri, ceruſſæ, plumbi vſti, ſingul. vnc. ſemi s, ceræ puræ vnc. duas ſemis, olei myrtini vncias quatuor.

Cap. II.

CERATVM Sancti Ioannis Euangeliſtæ per viſionem illi manifeſtatum. Confert ad omnem duritiem ac omne malum, lienes, mammas muliebres à lacte induratas, ſtomachum phlegmone obſeſſum, bubones, furunculos, coxarum dolores, & omnem dolorem in quacũq; corporis parte fuerit, ad abſceſſus. Aut enim exprimit & vacuat ſine ſectione, aut rumpit. vacuat, glutinat, & curat. Nitri Alexandrini vnciam ſemis, olei, ceræ, reſinæ pineæ, ſingulorum libram ſemis, alliorum vaginas duodecim, ſauinæ vncias duas. Oleum, cera, & reſina coquuntur ſimul: iniectis autem alliis in vaſculum, coquuntur donec exareſcant vehementer: dein autem ſublatis & abiectis illis, colatur quod decoctum eſt. poſtremùm nitrum tritũ additur. Iniicitur verò etiam de manna Sancti Iohannis quantum teneri poteſt tribus digitis, dicẽdo, In nomine Patris, & Filii, & Sancti ſpiritus. Liquabilibus itaque iam coactis & compactis, iniice nitrum tritum, ſpathâque moueto, & vtere in nomine Domini, Amen.

Cap. III.

CERATVM mitigans dolorem, & omnem phlegmonen, dolorémque mediarum corporis partium, ac duritiem, ad dolentes articulos, podagras, & neruorum diſtẽſiones. Iniicitur etiam colicis & vteri malis. Prodeſt iis qui ex morbo extenuati ſunt, & ſiccum habentibus corpus, febricitantibus cum oleo dulci, vacantibus febre cum nardo Celtica ſolutum. Ad carbunculos, toti corpori illitum. recuperat enim vires & reficit. aſſumitur etiam ad peſſos. Adipis anſerini, ſuilli, caprini, taurini, medullæ ceruinæ, ſingulorũ libr. ſemis, butyri boni, terebinthinæ, œſypi, ſingulorum vncias duas, ceræ, pineæ reſinæ, ſingulorum vncias quatuor. Confectum recte reconde, & vtere.

Cap. IIII.

CERATVM è ſucco fœnigræci, ad omnem duritiam, & diſtenſionem laudatum. Olei fœnigræci libram A vnam, ceræ vncias duas, terebinthinæ, œſypi, ſingulorũ vnc. vnam ſemis. Fœnumgræcum vna antè hora macerato in aqua, & admiſcendo oleum coquito.

Cap. V.

CERATVM è ſolano, æſtus mitigans, & eryſipelata. Succi ſolani vncias tres, ceræ puræ vnc. quatuor ſemis, ceruſſæ, lithargyri, plumbi, ſingulorum vnc. duas, olei roſacei vnc. quatuor, adipis ſuilli recentis vnc. tres, aceti parum. vtere.

Cap. VI.

B CERATVM ad exacerbationes podagricas & arthriticas: nam ægrotantibus dolorem abigit. non ſinito ante triduum decidere. Olei communis, ceræ puræ, ſingulorum libram ſemis vnc. tres, corticis radicis verbaſci, rutæ tenerûm ramorum, ſingulorum vnciam vnam ſemis, cypariſſi pilulas quatuor ſemis, aquæ marinæ quod ſatis eſt. Tuſa cum oleo & aqua marina coniicito in ollam nouam, & coquito donec marina remaneat. moueto autem virgula laurina. Deinde etiam liquato ceram, & probè confecto vtere.

C Cap. VII.

CERATVM diſſoluens omnem duritiam, expertum. Adipis, ceræ, reſinæ pineæ, ſingulorum vnc. tres, picis aridæ, butyri, ſingulorum vnc. ſemis drachm. vna, medullæ ceruinæ drachmas duas, coquito vt ceratum, & vtere.

Cap. VIII.

CERATVM mirabile ad eryſipelata, ſenum podagras, vlcera phlegmone obſeſſa, & cãceroſa: itẽ pudẽdorũ ſediſq; calidos dolores, in anteriore parte tibiæ facta D vlcera ſenilia, & deſquamationes. Scoriæ plũbi, ceruſſæ, ſuccisſolani, ceræ puræ, olei roſacei, ſing. libram ſemis.

Cap. IX.

CERATVM aliud è ſolano ad eryſipelata, herpiſtica, carbunculos, & omnis generis vſtiones. Plantaginis maioris, ſeridis, & ſolani ſuccorum, ſing. cyath. duos, ſucci lactucæ cyathos duos ſemis, lithargyri, ceruſſæ, ſingul. vnc. ſemis, ſcoriæ plumbi, ſulphuris ignem non experti, ſing. vnc. duas ſemis, aluminis ſciſſilis, thuris, ſingul. vnc. vnam drachmas duas, ouorum nouem alba, ce- E ræ vncias quinque, adipis ſuilli vncias quinque partem quartam. Liquabilia fundi to, & arida terito validè, recondito, & vtere.

INDEX CATAPLASMATVM COLICORVM, & cephalicorum.

Cataplaſma ad colicos, & inteſtinorum cruciatus, Cap. I.
Cataplaſma ad colicos probatum, Cap. II.
Colicorum potio probata, Cap. III.
Colicos confeſtim dolore liberans, Cap. IIII.
Colica Croce, admodum mirabilis, Cap. V.
Colica inunctio Eſdra, flatus educens, Cap. VI.
Colica antidotus, quæ ad Alypium medicum refertur, Cap. VII.
Cyphion ſacerdotale, ad dolorem capitis, hemicraniam & vigilias, Cap. VIII.
Cyphion aliud, probatum, Cap. IX.
Calamum in quamcunque corporis partem infixum eiiciens, Cap. X.
Cauſticum vuæ, probatum, Cap. XI.
Crocomagmatis confectio probata, Cap. XII.
Crocomagmatis alia confectio, Cap. XIII.
Commageni confectio valde vtilis, Cap. XIIII.
Capitis alopecias aut impetigines ſanans, Cap. XV.
Capitis vnctio laudata, Cap. XVI.
Caput dolentibus ſomnum concilians, probatum, Cap. XVII.
Capitis dolorem calidum ſedans, Cap. XVIII.
Caput dolentibus ſomnum inducens, Cap. XIX.
Capitis dolorem confeſtim ſedans, Cap. XX.
Caput vehementer dolentes iuuans, & reſolutos, Cap. XXI.
Crocidæ confectio ad colicos, Cap. XXII.
Caput purgans errhinon, probatum, Cap. XXIII.
Caput purgans ſternutatorium laudatũ, Cap. XXIIII.
Catapotia, ad dyſentericos mirabilia, Cap. XXV.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De Cataplaſmatis colicorum & cephalicorum,

Sectio trigeſimaprima.

Cap. I.

CATAPLASMA ad colicos & inteſtinorum cruciatus. Piperis communis, baccarum lauri decorticatarum, ſeminis rutæ ſylueſtris, cumini, ſingulorum vnciam ſemis. Tundantur & cribrentur. Eſt enim expertum & probatum.

Cap. II.

CATAPLASMA ad colicos probatum. Farinæ fœnigræci vncias tres, farinæ baccarũ lauri, maſtiches, terebinthinæ, ſingulorum vnciam vnã ſemis. Trita coquito cum mulſi cochleario vno, & impone.

Cap. III.

COLICA potio probata. Fructus herbæ cynorrhodi fac aridos, & reconde. Vſu exigente dato cochleariũ dimidium, cum vino temperato tepido diebus tribus manè ieiuno. Confert etiam pueris ramice inteſtinorũ laborantibus, datum diebus quindecim alternatim. geſtet verò deligationem.

Cap. IIII.

COLICOS confeſtim dolore liberans. Succi braſſicæ cyathum vnum ſemis, vini veteris vnciam vnam ſemis. Commixta & calefacta dato bibenda ieiuno.

Cap. V.

COLICA Croce admodum mirabilis. Vtere in iis colicis in quibus metus eſt ne à medicamentis epotis lædatur ſtomachus, & in quibus ea quæ ſumuntur, euomuntur. Dolorem etiam ſedat, ſi lana exceptam inuolutamque fabæ Ægyptiæ magnitudine in interiora ſedis imponamus. Habeat autem lana fimbriam marginémve extra anum propendẽtem, vt poſtquam dormire incipiat æger, medicamentum amoueamus, per marginẽ extrahentes: mulieribus in pudendum imponitur. Non enim ſolùm coli infeſtationes ſoluit, ſed etiam in omni dolore eſt neceſſarium. in vigilantibus quoque eſt probatum. Opii, caſtorei, ſingulorum drachmas quatuor, myrrhæ, nitri, ſingulorum drachmam vnam ſemis, cyclamini drachmam vnam, foliorum rutæ drachm. ſex. Tuſa probè excipe melle Attico, & reduc ad cerati craſſitudinem, ac vtere.

Cap. VI.

COLICA vnctio Eſdra, flatus educens. Foliorum rutæ viridium, nitri, cumini. Tuſa irrigato cum melle Attico vt ſordium craſſitudinem acquirant, & inunge interiora ſedis.

Cap. VII.

COLICA antidotus, quam accepi ab Alypio medico. Data autem ter menſe in ipſis exacerbationibus perfectè malum ſanat. Per hanc enim matrem ſuam prorſus curauit ab eo morbo & multos alios. Aniſi, caſiæ, myrrhæ, opii, ſingulorum vnciam ſemis, ſeminis apii vnciam vnam, petroſelini, piperis albi, ſingulorum ſcrupulos nouem, piperis longi, caſtorei, croci, floris iunci odorati, ſpicæ nardi, ſingulorum ſcrupulos ſex. Tuſa & cribrata excipe melle Attico cum aqua tepida drach. ſemis, robuſtioribus hexag. I. ſemis: imbecillioribus triobolũ in ipſis exacerbationibus. potentibus præbeto alternis, & à ſumptione iube vt deambulẽt: nõ validos iube vomere. Mirabiliter facit ad teneſmum & ileoſos.

Cap. VIII.

CYPHION ſacratum magnũ ex ſeptuaginta duabus ſpeciebus probatum, & mirabile ad capitis & hemicranii dolores, atque vigilias. ſuffitum autem omnem impurum abigit ſpiritum. Facit etiam ad inuidiam & omnem indignationem. Thuris maſculi, euphorbii, ſaroa, peucedani, myrobalani, granorũ iuniperi magnorum & paruorum, chartæ vſtæ, carpeſii, maſtiches, lapidis gagatis, caſtorei, gentianæ, terebinthinæ, ſingulorũ ſcrupulos tres, coſti, folii, dictami Cretenſis, caryophylli, ſpicæ nardi, pinearum vſtarum, bdellii, crocomagmatis, pyrethri, mei, nucis Indicæ, corticis mandragoræ, ſtyracis, ſingulorũ ſcrupulos quatuor ſemis, nitri, bituminis Iudaici, artemiſiæ monoclones, Celticæ, amomi, caſiæ, cardamomi, xylocaſiæ, ligni caryophyllorum, xylobalſami, calami odorati, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ladani, aſari, ſeſelis, ammoniaci thymiamatis, pilularum, cypariſſi, ſtruthii, meliloti, glycyrrhizæ, gũmi, ſingulorum ſcrupulos ſeptem ſemis, floris iunci odorati, ſauinæ, muſci herbæ, aſpalathi, helenii, cyperi, iridis, roſarũ aridarum, zingiberis, verbenacæ, vnguium Indicarum, Lemnii ſigilli, opobalſami, ſingulorum ſcrupulos nouẽ, ſeminum pinearum vnc. ſemis, ſeminis fœniculi ſcrup. tres, croci ſcrupulum ſemis, zarnaba ſcrupul. quatuor S. palmularum pinguium, caricarum pinguium, vuarum pinguium exemptis vinaceis, ſing. vnciam vnam ſemis. Tuſa & cribrata arida excipe cum humidis, dein irrigato cum vino bono & melle Attico ſufficienti: & ſubactis omnibus, finge paſtillos, & exiccato in vmbra. reconde, & vtere vt probato, gratia Dei.

Cap. IX.

CYPHION mirabile ex vigintiſeptem ſpeciebus. Aſpalathi, bdellii, helenii, ſtyracis, ladani, ſingulorum vnciam ſemis drachmam vnam, roſarum aridarum vnciã vnam ſemis, pyrethri repurgati, cardamomi, ſphagni, ſingulorum hexagia ſeptem ſemis, radicis aſphodeli, ſauinæ, croci, ſingulorum vnciam vnam, ſeminis cypariſſi, folii, nucum pinearum purgatarum, folii, Celticæ, ſingulorum hexagia quatuor ſemis, ſpicæ nardi, caſiæ, coſti, floris iunci odorati, ſingulorum vnciam ſemis, baccarum iuniperi magnarum & paruarum, ſingulorum tredecim, terebinthinæ vncias tres, vuæ exceptis vinaceis, caricarum pinguium, ſing. libram ſemis, carnis palmularum vncias tres, mulſi quod ſatis eſt.

Cap. X.

CALAMVM infixum ex quacunque corporis parte educens. Pteris radicem quæ Romanis vocatur filix, tuſam & cribratam madefacito cum adipe ſufficienti, & impone deſuper, & extrahit ipſum. Si verò non præſto ſit, radicem calami vrito, & frixam cum picino oleo, illine noctem & diem.

Cap. XI.

CAVSTICVM vuæ probatum. Calcis viuæ, ſaponis Gallici, ſinapi, drachmam ſemis, protoſtacti quod ſatis eſt. probè parato vtere.

Cap. XII.

CROCOMAGMATIS confectio probata. Croci, glaucii, roſarum aridarum, myrrhæ, aloes, amyli, gummi, thuris, vini boni. Fac paſtillos exiccatos in vmbra reconde in vaſe, & vſu poſcente dato.

Cap. XIII.

CROCOMAGMATIS alia confectio, admodũ bona. Croci drachmas ſex, roſarum viridium drachmas tres, gummi drachmam vnam, vini odorati quod ſatis eſt. fac paſtillos, exicca in vmbra, & vtere.

Cap. XIIII.

COMAGENI confectio admodum vtilis. Cardamomi, abrotoni, baccarum lauri, terebinthinæ, meliloti, opopanacis, florum iunci odorati, ſingulorum vnciã vnam, mellis Attici libram ſemis, ceræ albæ vnciam vnã ſemis, olei boni libram ſemis, vini odorati ſextarium ſemis. vtere.

Cap. XV.

CAPITIS alopeciam & impetigines ſanans. Piperis communis, muſcerdarum, ellebori albi, ſingulorum

drachmam vnam ſemis.Excipe aceto acerrimo,& redi-ge ad ſordium craſſitudinem,ac vtere.

Cap. XVI.

CAPITIS vnctio probata. Croci,myrrhæ,ſingu-lorum vnciam ſemis,crocomagmatis drachmas tres,fo liorum lauri drachmas quinque,vini quantum ſufficit.

Cap. XVII.

CAPVT dolentibus ſomnum concilians, proba-tum.Similaginis puræ,abſinthii, mannæ, ſingulorum vnciam ſemis,albi ouorũ quod ſatis eſt.Impone fronti. B

Cap. XVIII.

CAPITIS dolorem vehementer calidũm ſedans. Succi pſyllii aut ipſum pſyllium terito cum roſaceo ſuf-ficienti,& reduc ad ſordium craſſitudinem.Inunge tem pora & frontem.

Cap. XIX.

CAPVT dolentibus ſomnum inducens vtile.Opii ſcrupulum vnum.Tritum irrigato cum lacte muliebri, & imbue ex eo tomẽtum. Appone ano temporibuſque ægrotantis,& dormiet.Hoc in colicis etiam admodum laudatum eſt. C

Cap. XX.

CAPITIS dolorem confeſtim ſedans. Hederam contunde immaturam:& vbi probè contuderis,per lin-teum exprime ſuccum eóque irrigato nares,& frontem cum roſaceo tepido.eſt probatum.

Cap. XXI.

CAPVT dolentibus & febribus conferens. Scor-pium herbam viridem terito ſufficienter,& admiſce mã A næ & aceti quod ſatis eſt:finge paſtillos.vſu poſtulante diſſolue cum aceto,& vtere in fronte.

Cap. XXII.

CROCIDÆ confectio mirabilis ad colicos.Dolo-rem enim confeſtim ſedat.educit etiam ſtercus indura-tum.Corticis mãdragoræ,cardamomi, ſingulorum vn-ciam vnam,opii drachmas duas ſemis,caſtorei drachm. vnam ſemis,cyclamini drachmam ſemis. Trita excipe melle Attico,aut felle taurino,& imbuito eo floccos,a-nóque imponito.

Cap. XXIII.

CAPVT purgans errhinon,laudatum.Sanat capi-pitis dolores diuturnos,& hemicraniam, vertiginoſos, & oculórum grauitates,aut grauitate auditus laboran-tes, ſi eo in balneo vſus fueris in [a]Laconico ſcilicet, aut in ſole,attrahendo naribus puluerem.Ellebori albi,ſtru-thii,piperis albi,cumini Æthiopici, ſingulorum drach. duas.Tuſa & cribrata dato vſu poſtulante.

a Ξυροπρία malè pro ξυροπυρία ſcriptum erat in Nicolai codice manuſcripto.

Cap. XXIIII.

STERNVTATORIVM capitis purgatorium laudatum. Caſtorei,piperis albi, ſtruthii, ellebori albi, ſingulorum drachmas duas. Trita excipe naribus.

Cap. XXV.

CATAPOTIA è ligno maceris, ad dyſenterias, mirabile.Opii,ligni maceris,rhei, ſingulorum ſcrupul. ſex,gallarum,myrrhæ,ſingulorum vnciam vnam. Tri-ta excipe vino paſſo,& fac catapotia,vtere pro arbitrio.

INDEX PILVLARVM.

Pilulæ purgantes ad dolorem ventris & ſtomachi, Cap. I.
Pilulæ ad dolorem ventris & ſtomachi, Cap. II.
Pilulæ ad capitis dolorem,hebetudines & pterygia, Cap. III.
Pilulæ ad reſolutos, arthriticos, morbo comitiali labo-rantes,& apoplecticos, Cap. IIII.
Pilulæ ad dyſentericos & cœliacos, Cap. V.
Pilulæ ſub linḡua,ad aſthmaticos, arthriticos, tuſſiẽtes, & alios, Cap. VI.
Pilulæ ad arthriticos,pituitoſos,melancholicos, poda-gricos,nephriticos,& veſicæ mala, Cap. VII.
Pilulæ ad quartanos,valdè bonæ, Cap. VIII.
Pilulæ ex quinque myrobalanis, Cap. IX.
Pilulæ ad ſtomachum frigidum & pituitoſum. purgat etiam putridos humores, Cap. X.
Pilulæ ad ſtomachicos & lienoſos, Cap. XI.
Pilulæ ad vitium oris & gingiuarum,ſtomachi, & capi-tis.purgat etiam medullam, Cap. XII.
Pilulæ ad podagricos,valde probatæ, Cap. XIII.
Pilulæ ad arthriticos probatæ, Cap. XIIII.
Pilulæ ad eos qui vrinæ ſtillicidio laborant, & ad calcu-loſos,mirabiles, Cap. XV.
Pilulæ coctionem iuuantes ſtomachi, & purgantes ca-put, Cap. XVI.
Pilulæ ab Italis vocatæ Succocitrinæ,valde probatæ, Cap. XVII.
Pilulæ ad vitioſum totius corporis colorem, & ad ſto-machicos, Cap. XVIII.
Pilulæ ad capitis purgationem, & vitioſos humores, eóſque qui comitiali laborant morbo, Cap. XIX.
Pilulæ purgantes corpus ab omni humore, Cap. XX.
Pilulæ ad concoctionem,& bonum colorem, Cap. XXI.
Pilulæ ad dolores dentium à frigiditate ortos, mirabi-les, Cap. XXII.
Pilulæ ad omnem fluxionem capitis,pectoris & pulmõ nis, Cap. XXIII.
Pilulæ ad cœliacos & dyſentericos, Cap. XXIIII.
Pilulæ purgantes è cinamomo, Cap. XXV.
Pilulæ ad hepaticos,lienoſos,ſtomachicos,caput dolen tes,& deſtillatione laborantes, Cap. XXVI.
Pilulæ ad lienoſos,melancholicos,pituitoſos,& quarta-na correptos, Cap. XXVII.
Pilulæ ex epithymo,purgantes, Cap. XXVIII.
Pilulæ è Sena,ſtomacho gratæ, Cap. XXIX.
Pilulæ purgantes, Cap. XXX.
Pilulæ ad iecinoroſos,lienoſos,& omne ſtomachi malũ, Cap. XXXI.
Pilularum communium confectio admodum laudata, Cap. XXXII.
Pilulæ ad capitis dolorem è ſtomacho natum, Cap. XXXIII.
Pilulæ Chryſaphii medici,admodum probatæ, Cap. XXXIIII.
Pilulæ è roſis,valde laudatæ, Cap. XXXV.
Pilulæ ad omnem diuturnam tuſſem & pus educentes, inque tribus horis vtilitatem oſtendentes, Cap. XXXVI.
Pilulæ ad deſtillatione laborantes,& tuſſientes, Cap. XXXVII.
Pilulæ ad tuſſientes,tabidos,& arteriacos, Cap. XXXVIII.
Pilulæ ad tuſſientes & deſtillatione laborantes, Cap. XXXIX.
Pilulæ ad tuſſientes, ſuppuratos, & acrem ac tenuium partium fluxionem, Cap. XL.
Pilulæ ad tuſſientes,ſtomachicos, & deſtillatione labo-rantes, Cap. XLI.
Pilulæ ad tuſſim & deſtillationes probatæ, Cap. XLII.

Pilulæ ad tuſſientes neceſſariæ, Cap.XLIII.

Pilulæ ad deſtillationes & inſuperabiles è capite ſtillationes, Cap.XLIIII.

Pilulæ ad tuſſientes & ſpuentes ſanguinem, Cap.XLV.

Pilulæ ad deſtillationes à capite factas in aſperam arteriam,& in gurgulionem, Cap.XLVI.

Pilulæ ad deſtillationes vtiles, Cap.XLVII.

Pilulæ ad tuſſientes admodum excellentes, Cap.XLVIII.

Pilulæ ad cœliacos & lientericos, Cap.XLIX.

Pilulæ admirabiles,vt prædictæ, Cap.L.

Pilulæ dyſentericæ Aſclepiadis, Cap.LI.

Pilulæ ad dyſentericos & vigilantes, Cap.LII.

Pilulæ ad dyſentericos,potiſſimùm verò ad lientericos, Cap. LIII.

Pilulæ vt prædictæ probatæ, Cap. LIIII.

Pilulæ aliæ admodum nobiles, Cap. LV.

Pilulæ è thure vt præcedentes, Cap. LVI.

Pilulæ ad dyſentericos & lientericos probatæ, Cap. LVII.

Pilulæ ad eos qui malo corporis habitu præditi ſunt, & hydropicos, Cap.LVIII.

Pilulæ ſimiles prædictis, Cap.LIX.

Pilulæ ſimiles, Cap.LX.

Pilulæ ad reſolutos & trementes, Cap.LXI.

Pilulæ ſimiles dictis, Cap.LXII.

Pilulæ ad trementes expertæ,valde bonæ, Cap.LXIII.

Pilulæ ad trementes,opiſthotonicos & reſolutos, Cap.LXIIII.

Pilulæ ad opiſthotonicos & trementes,Cap.LXV.

Pilulæ ad trementes,ſimiles, Cap.LXVI.

Pilulæ purgantes flauam bilem,nigram & pituitam, Cap.LXVII.

Pilulæ è quinque ſpeciebus nominatæ, Cap.LXVIII.

Pilulæ probatæ è quatuor ſpeciebus, Cap.LXIX.

Pilulæ aliæ alypiadis vocatæ, Cap.LXX.

Pilulæ purgantes pituitam & caput, Cap.LXXI.

Pilulæ ducentes omne ſtercus induratum & bilem, Cap.LXXII.

Pilulæ ventrem emollientes., & ſtomachum non ſubuertentes, Cap.LXXIII.

Pilulæ ventrem ſubducentes,mirabiles, Cap.LXXIIII.

Pilulæ ad cœliacos,dyſentericos, ſanguinem ſpuentes, & defluxione ſtomachi laborantes, Cap.LXXV.

Pilulæ nominatæ Alectoriæ, Cap.LXXVI.

Pilulæ ſubducentes ventrem, & vtiles ad ſtomachicos, Cap.LXXVII.

Pilulæ ſoluentes ventrem,probatæ, Cap.LXXVIII.

Pilulæ purgantes pituitam, Cap.LXXIX.

Pilulæ dictis ſimiles, Cap.LXXX.

Pilulæ ſtomacho accommodatæ laudatæ, Cap.LXXXI.

Pilulæ vomitoriæ probatæ, Cap.LXXXII.

Pilulæ ad iecinoroſos,lienoſos,& ſtomachicos, Cap. LXXXIII.

Pilulæ communes appellatæ, Cap. LXXXIIII.

Pilulæ ad calculos veſicæ, Cap. LXXXV.

Pilulæ aquam educentes, Cap. LXXXVI.

Pilulæ Oribaſii,ad diuerſos morbos, Cap. LXXXVII.

Pilulæ purgantes ſtomachum, Cap. LXXXVIII.

Pilulæ purgantes pituitam,& ad iſchiadicos & lienoſos vtiles, Cap. LXXXIX.

Pilulæ ad arthriticos,ſtomachicos,nephriticos, & dolẽtes caput vtiles, Cap.XC.

Pilulæ purgantes,admodum bonæ, Cap.XCI.

Pilulæ quinque ſpecierum,purgantes pituitam, Cap.XCII.

Pilulæ vomitoriæ valde bonæ, Cap.XCIII.

Pilulæ iecorariæ, ſtomachicæ,& lienares, Cap.XCIIII.

Pilulæ ſtomachicæ,admodũ mirabiles, Cap.XCV.

Pilulæ ſtomachicæ ex abſinthio, Cap.XCVI.

Pilulæ Pauli purgatoriæ, Cap.XCVII.

Pilulæ ad ſtomachicos,colicos,nephriticos, & inflatos, Cap.XCVIII.

Pilulæ ad inflationem ſtomachi,lienis, & duritiã viſcerum,atque colicos, Cap.XCIX.

Pilulæ purgantes magiſtri Ioannis, Cap. C.

Pilulæ purgantes ſtomachum & caput, Cap. CI.

Pilulæ ad deſtillationes mirabiles, Cap. CII.

Pilulæ ad deſtillationes,arthriticos,podagricos, neruorum incontinentiam,& defluxionum mala, Cap. CIII.

Pilulæ purgantes caput, viſcera, vterum & totum corpus, Cap. CIIII.

Pilulæ ad omnes deſtillationes,mirabiles, Cap. CV.

Pilulæ ad deſtillationes,defluxionum mala,& podagricos, Cap. CVI.

Pilulæ omnibus dandæ,mirabiles, Cap. CVII.

Pilulæ ad ſtomachicos,colicos,& inflatos, Cap. CVIII.

Pilulæ purgantes caput,ſtomachum, viſcera,inteſtina, vtiles quoque inteſtinorum cruciatibus, & nihil appetentibus, Cap. CIX.

Pilulæ ad eos qui nonniſi recta ceruice & difficulter ſpirant,ac deſtillatione laborant, Cap. CX.

Pilulæ ad ſtomachicos,lienoſos,nephriticos, iecinoroſos,& caput dolentes, Cap. CXI.

Pilulæ ad arthriticos,probatæ, Cap. CXII.

Pilulæ ad arthriticos & omnem fluxionem à craſſis & lentis humoribus in ſtomacho factam, Cap. CXIII.

Pilulæ ad arthriticos,podagricos,& neruorum incontinentiam, Cap.CXIIII.

Pilulæ ad iecinoroſos,lienoſos,deſtillationes, & arthriticos, Cap. CXV.

Pilulæ ad diuerſos morbos, Cap. CXVI.

Pilulæ ad elephãtiacos,mirabiles, Cap.CXVII.

Pilulæ Aoriæ nominatæ ex Meſue probatæ, Cap. CXVIII.

Pilulæ ſomniferæ & dolores mitigãtes,Cap. CXIX.

Pilulæ ad arthriticos,mirabiles, Cap. CXX.

Pilulæ ad arthriticos,podagricos,& omne malũ corporis, Cap. CXXI.

Pilulæ ad arthriticos,podagricos, & deſtillatione laborantes, Cap.CXXII.

Pilulæ ad deſtillatione laborantes,dolentes caput,hemicranicos,lippientes,& neruorum incontinentiam, Cap.CXXIII.

Pilulæ ſimiles dictis,pulcherrimæ, Cap.CXXIIII.

Pilulæ ſimiles, Cap.CXXV.

Pilulæ ad calorem iecoris,& dyſentericos, Cap.CXXVI.

Pilulæ ad omnia quæ ex capite in oculos & os veniũt, Cap.CXXVII.

Pilulæ ad arthriticos, iecinoroſos, lienoſos, & omnes partes corporis defluxioni obnoxias,Cap.CXXVIII.

Pilulæ ad arthriticos,podagricos,& omnia defluxionis corporis mala, Cap.CXXIX.

Pilulæ ad melancholicos probatæ, Cap.CXXX.

Pilulæ ſimiles, Cap.CXXXI.

Pilulæ ad deſtillationes, Cap.CXXXII.

Pilulæ ad deſtillationes,purgantes, Cap.CXXXIII.

Pilulæ ad difficulter & non niſi recta ceruice ſpirantes, & alia mala, Cap. CXXXIIII.

Pilulæ ad quartanas, Cap. CXXXV.

Pilulæ ad iecinoroſos,lienoſos,melancholicos, caput & oculos purgantes, Cap.CXXXVI.

Pilulæ ad podagricos,arthriticos, iecinoroſos, & lienoſos,& muliebria mala, Cap.CXXXVII.

Pilulæ ſimiles, Cap.CXXXVIII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De Catapotiis ſeu Pilulis,

Sectio trigeſimaſecunda.

Cap. I.

PILVLÆ purgantes ad dolorem ventris & ſtomachi. Hieræ picræ Galeni dr. decem, colocynthidis drachmas tres, dacrydii drachmas duas ſemis, turpeti, ſtichadis, ſingulorum drachmas quinque. Trita in pollinem fermentato cum ſucco fœniculi, & finge pilulas. Præbeto dormituris pilulas ſeptem vel nouem vel vndecim.

Cap. II.

PILVLÆ ad dolorem ventris & ſtomachi. Roſarum aridarum drachmas ſex, glycyrrhizæ, nardi, ſingul. B drachmas quatuor, aloes flauæ drachmas quatuor, turpeti drachmas duas, rhei barbari hexagium vnum, dacrydii ſcrupulos duos, vini quod ſatis eſt. Dantur dormituris pilulæ ſeptem aut nouem aut vndecim.

Cap. III.

PILVLÆ octo ſpecierum, ad dolorem capitis crebrò infeſtantem, hebetudinem, & [a] pterygia. Aloes flauæ, dacrydii, ſingulorum drachmas duas, colocynthidis, epithymi, dauci, agarici, maſtiches, myrobalani, cepuli, abſinthii, ſingulorum drach. vnam, ſucci ſolani quantū C ſufficere videtur. Dantur cubitum euntibus pilulæ nouem aut vndecim.

a Pterygia] In manuſcripto codice malè πλεράματα pro πτερύγια legitur. Quid verò ſit pterygium, alibi abundè explicauimus.

Cap. IIII.

PILVLAE è caſtorio ad reſolutos, arthriticos, morbo comitiali correptos, & apoplecticos. dantur cum aquæ calidæ vncia vna ſemis. ſunt valde vtiles. Caſtorei, opii, croci, zingiberis, pyrethri, euphorbii, lathyris, ſucci braſſicæ ſylueſtris, piperis albi, nigri, ſtaphidis agriæ, epi D thymi, ſpicæ, ſingulorum drachmam vnam, ſucci betæ quod ſatis eſt. Dantur dormituris pilulæ nouem aut vndecim.

Cap. V.

PILVLAE è baccis myrti, ad dyſentericos, & cœliacos. Baccarum myrti, balauſtiorum, foliorū mali Punici, ſymphyti, ſanguinis draconis, boli Armenii, acaciæ, hypociſthidis, roſarum, tartari nominati græcis [a] σφέκλη, rhois culinarii, rhois Syriaci, croci, gallæ moſchatæ, dictæ Net gallarū, cinamomi, ſpodii, maſtiches, E gummi Arabici, ſingulorum drachmam vnam, opii dr. ſemis, ſucci myrti, & lentis quod ſatis eſt. Dentur pilulæ erui magnitudine nouem aut vndecim cum ſtillatitio roſarum liquore.

a Σφέκλη] In codice Nicolai corruptè ἀφέκλι ſcriptum erat.

Cap. VI.

PILVLAE linguæ ſubditæ, [a] Magiſtri Orſoni, ad aſthmaticos, arthriticos, tuſſientes, & ſtomachi imbecillitatem, admodum probatæ. Seminum cucumerum, ſingulorum ſcrupulum vnum ſemis, glycyrrhizæ ſcrup. F duos, ſucci glycyrrhizæ ſcrupulos tres, galangæ, tragacanthæ, gummi Arabici, ſingulorum ſcrupulum vnum, zingiberis, iridis, ambaris, ſtyracis calamitis, margaritarum, ligni aloes, ſingulorum ſcrupulum vnum, cinamomi, caryophylli, nucis moſchatæ, papaueris albi, bugloſſi id eſt borraginis, ocimi, ſingulorum ſcrupulum vnum, penidiorum ſcrupulos tres, moſchi grana ſex, nucum pinearum ſcrupulum vnum, ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis eſt, cui tragacantha intrita ſit. fac pilu G las quæ ſub lingua contineantur. Sunt enim probatæ ad dicta mala: Conferunt ſimiliter cardiacis, & non niſi recta ceruice ſpirantibus.

a Magiſtri Orſoni] Græcè eſt μαΐστωρος ὀρσόνε. Neque aliud has voces ab eo quod in conuerſione noſtra expreſſimus, ſignificare putamus.

Cap. VII.

PILVLAE è myrobalano. ad arthriticos, pituito-

A ſos, melancholicos, podagricos, nephriticos, & veſicæ mala à frigore facta. Turpeti, polypodii, agarici, hermodactyli, ſingulorum drachmas decem, eſulæ, hoc eſt chamæpityos, ſenæ, lapidis [a] litzi, id eſt lapidis viridis, ammoniaci, ſaxifragi, roſarum, myrobalanorum, cepulorum, ſingulorum drachmas tres, caryophylli, ſpicæ, zingiberis, croci, florum iunci odorati, fœniculi, apii, caroi, aſparagi ſeminum, ſeminis ruſci, ſalis gemmæ, granorū ſolis, maſtiches, epithymi, myrobalani Indici, ſingulorū drachmam vnam, aloes flauæ, dacrydii quantum omniū B aliarum ſpecierum, ſucci myrobalani empelitici quantum ſufficit. finge pilulas, & præbeto pro viribus.

a Litzi] Intelligit lapidem praſium vel Armenium, vt ſuprà copioſè demonſtrauimus.

Cap. VIII.

PILVLAE ad quartanas valde bonæ. Croci, origani, hyſſopi, rutæ, myrrhæ, epithymi, [a] ellebori nigri, colocynthidis, polypodii, agarici, florū iunci odorati, grani Cnidii, aloes flauæ, ſingulorum drach. tres, ſucci braſſicæ ſylueſtris quod ſatis eſt. Dentur pro viribus.

a Ellebori] In codice Nicolai perperam ἐλαγρὶς pro ἐλλεβόρε ſcribitur.

C Cap. IX.

PILVLAE è quinque myrobalanis. Quinque generum myrobalanorum, agarici, dacrydii, colocynthidis, ſenæ, ſingulorum drachmas duas ſcrupulum vnum ſemis, epithymi, turpeti, aniſi, maſtiches, lapidis litzi, id eſt viridis, ſingulorum drachmam vnam gran. ſedecim, rhei barbari hexagium vnum, aloes flauæ vnciā ſemis, ſucci fœniculi quod ſatis eſt. Vſus earum eſt ad ſtomachicos, melancholicos, lienoſos, & inflatos. Dantur pro viribus pilulæ nouem aut vndecim aut tredecim D aut quindecim. prodeſt etiam ad duritiem viſcerum.

Cap. X

PILVLAE aromaticæ ſiue odoratæ, Ioannis Damaſceni, ad ſtomachum frigidum & pituitoſum, dolentémque. purgāt enim hunc omnino: pariter & humores putridos. purgāt quoque medullam. Sunt etiam vtiles deſtillatione laborantibus. Calami odorati, cardamomi, hoc eſt cubebe, nucis moſchatæ, maceris, cinamomi, ſpicæ, carpobalſami, floris iunci odorati, maſtiches, aſari, caryophylli, ſingulorum vnciam ſemis, croci gran. quin E decim. Tritis iis adiice aquæ libras ſex, & bene coquito donec dimidium relictum fuerit. Dein accipe ex ipſa aqua libram vnam vncias duas, ac coniice in eam trita & cribrata bene eiuſmodi, aloes flauæ vncias duas ſemis, myrrhæ drachmam ſemis. ſine donec ad conſiſtentiam pegmatis veniant. Finge pilulas, & præbeto drach. tres, cum vino tepido dormituro.

Cap. XI.

PILVLAE è ſena ad ſtomachicos, lienoſos, purgātes & confirmātes. Senæ, epithymi, cuſcutæ, lapidis cya F nei, hoc eſt cærulei, lapidis Armenii, hoc eſt lapidis viridis, & lapidis lazuli, cētaurii, ligni aloes boni, lapidis [a] litzi, bdellii, ſingulorū drachmam vnam, polypodii, agarici, turpeti, hermodactyli, chamædryos, ſingulorum vnciam vnam ſemis, fœniculi, apii, petroſelini, aſparagi, & ruſci ſeminum, ſeminum cucumerum, ſingulorum ſcrupulum vnum; myrobalanorum quinque generum, ſingulorum drach. vnam, cyperi, cardamomi, carpobalſami, cinamomi, folii, ſpicæ, galangæ, zingiberis, nucis G moſchatæ, caryophylli, roſarum, ſingulorum ſcrupulū vnum, rhei barbari ſcrupulum vnum, aloes flauæ quantum omnium aliarum ſpecierum, ſucci fœniculi & abſinthii quod ſatis eſt. Dātur pro viribus. ſunt valde vtiles ad omnem melancholicum affectum.

a Litzi] Pro lapide praſio ſumitur. Et ex hoc loco ſuſpicio eſt litzi pro praſio magis quàm Armenio eſſe ſumendum.

Cap. XII.

PILVLAE aliæ Ioannis Damaſceni ad ſtomachū

caput,vitium oris & gingiuarum.purgat etiam medullam,& efficit vt homo acutè videat,& humores educit qui è capite in ſtomachum delabuntur.Calami odorati, cinamomi,cubebe,nucis moſchatæ,maceris , carpobalſami,floris iunci odorati,maſtiches,aſari, caryophylli,ſingulorum vnciam vnam, croci drachmas quatuor ſemis.Trita coquito cum ſtillatitii roſarum liquoris boni libris duodecim donec remaneant lib.quatuor: dein accipe è iure decocti vncias vigintinouem . adiice illi aloes flauæ vncias quinque,myrrhæ puræ drachmam vnam. Sine vt exiccetur in vmbra quoad inde pilulæ fingi queant.vſu exigente præbeto drachmas tres cum vino feruido dormituris.

Cap. XIII.

PILVLAE ad podagricos,valde probatæ. Turpeti,hermodactyli,ſingulorum vncias tres, myrobalani Indici,cepuli,& citrini,agarici,colocynthidis,aniſi , caryophylli,ſpicæ,zingiberis,ſaxifragi,piperis longi,ſeminis apii,& dauci,roſarum,amomi,ſalis gemmæ , maſtiches,grana ſolis,carnabadii,ſeminis aſparagi & fœniculi,ſingulorum drachmam vnam ; aloes flauæ drachmã vnam,dacrydii vncias duas , ſucci abſinthii quod ſatis eſt.Finge pilulas datóque dormituris vndecim,vel tredecim,vel quindecim pro viribus.

Cap. XIIII.

PILVLAE probatæ ad arthriticos, admodum bonæ. Ammoniaci,anacardii,anethi, agarici, aniſi , ſcordii,ligneæ caſiæ,ellebori nigri,cyperi,polypodii , colocynthidis ,hermodactyli,maſtiches , opopanacis , helenii, turpeti,ſingul.drachmas duas,aloes flauæ quãtum omnium aliarum ſpecierum, ſucci abſinthii quod ſatis eſt.Finge pilulas:præbetò cubitum ituris tredecim aut quindecim aut ſeptemdecim pro viribus.

Cap. XV.

PILVLAE ad eos qui ſtillicidio vrinæ laborant,& calculoſos, mirabiles.Cinamomi, coſti, xylocaſiæ , ariſtolochiæ longæ & rotundæ,helenii,centaurii , ſeminis apii,ſingulorum ſcrupulos duos,aniſi,maſtiches,ſingulorum drachmam vnam,chamædryos,zingiberis,ſeminis fœniculi,caroi,calaminthæ,piperis albi & longi,pyrethri,cyperi,floris iunci odorati,dauci,ſingulorum dr. vnam ſemis,ſpicæ,gummi Arabici,croci,tragacanthæ, ſingulorum ſcrupulos duos,anethi,calami odorati , cubebe,caryophylli,carpobalſami,libyſtici,ſinonis,iuniperi,hoc eſt cedri ſylueſtris fructus,corticis tamaricis, ſingulorum drachmã vnam , quinquefolii, aſparagi,ruſci, ammeos,rhei barbari,nucis moſchatæ,ligni aloes boni, ſingulorum ſcrupulum vnum ſemis,granorum ſolis, ſaxifragi,ſeminum cucumerum,ſeminis rutæ , been albi & rubri,hoc eſt hermodactyli, ſtyracis calamitis,cardamomi,baccarum lauri,pulegii,hyſſopi,apii, ſeminis citrii,xylobalſami,acori,peucedani,mei,piperis nigri,ſingulorum ſcrupulum vnum,glycyrrhizæ,bdellii , iridis, ſinonis,hoc eſt petroſelini ſylueſtris,lapidis lyncis, euphorbii,ſingulorum drachmam vnam,thymi, halicacabi,zedoariæ,phu,ſeminis rutæ,ſinapi,nardini olei, & ebuli,olei moſchati,ſingulorum drachmam ſemis, aloes flauæ vnciam ſemis,ſanguinis ſuis ſylueſtris drachmas duas,ſucci dictamni quod ſatis eſt.Finge pilulas,præbetóque media nocte quantum vult,pro viribus.

Cap. XVI.

PILVLAE concoctionem ſtomachi iuuantes , & bene coloratum eum qui ſumit efficientes. Caput purgant datæ & ante & poſt cibum,mirabiles valde. Nucis moſchatæ,ſpicæ,croci ſylueſtris,ſtyracis calamitis,ligni aloes,galangæ,cardamomi,amomi,cinamomi,zingiberis,caryophylli,zedoariæ,cubebe,maceris,aniſi, ſingul. drachmam vnam,rhei barbari quantum omnium aliarum ſpecierum,aloes flauæ quantum omnium aliarum ſpecierum cum rheo barbaro,& vini albi quod ſatis eſt. Finge pilulas,& præbeto media nocte ſeptem aut nouẽ aut vndecim.

Cap. XVII.

PILVLAE Italica lingua nominatæ [a] ſuccocitrinæ,admodum probatæ.Aloes flauæ libram ſemis , myrobalani citrini,empelitici,cepuli,& Indici,ſingulorum vncias duas, agarici,aſari,roſarum,violarum,aniſi, ſeſelis, maſtiches,abſinthii,turpeti,colocynthidis , chamæpityos,lathyridis,ſenæ,lactis tithymali,ſingulorum vnciam ſemis.Finge pilulas,præbeto quantum vis.

a Succocitrinæ] In manuſcripto codice legitur συκοτίνα pro συκοτρίνα.Sic enim appellatur,ob nimiam aloes copiam . Nam in hodiernum vſque diem medici aloen optimam ſuccocitrinam,aut corruptè,vt hîc Nicolaus,ſuccotrinam vocat.

Cap. XVIII.

PILVLAE purgantes faciem & totum corpus. Vtiles malo habitu corporis laborantibus , & ſtomachicis,admodum laudatæ.Senæ,epithymi,caſuthæ, lapidis litzi,hoc eſt Armenii,ammoniaci,ſpicæ nardi , ligni aloes boni,litze,bdellii,ſingulorum drachm am vnam, polypodii,agarici,turpeti,hermodactyli, chamædryos, ſeminum cucumeris,ſeminis borraginis, myrobalanorum quinque,ſingulorum drachmam vnam,cyperi,cardamomi,carpobalſami,cinamomi,folii,ſpicæ,galangæ, zingiberis,croci,nucis moſchatæ,caryophylli,roſarum, ſingulorum ſcrupulum vnum , rhei barbari hexagium ſemis,aloes flauæ quantum omnium aliarum ſpecierũ, ſucci fœniculi aut abſinthii,quod ſatis eſt.Finge pilulas, præbeto cubitum ituris,aut media nocte vndecim aut tredecim aut quindecim aut ſeptemdecim pro viribus.

Cap. XIX.

PILVLAE magiſtri Bartholomæi Syriani , caput purgantes,& humores vitiatos,comitialique morbo laborantes.Aloes flauæ libram vnam ſemis , myrobalani citrini,cepuli, empelitici, ſingulorum drachmam vnã, myrobalani Indici, bellirici,violarum,roſarum,aniſi, ſeminis apii,fœniculi, & petroſelini,carnabadii,agarici,aſari,ſeſelis, colocynthidis,maſtiches,abſinthii , turpeti, chamæpityos,hermodactyli,ſenæ,thymi,epithymi, lathyridis,ſingulorum vnc. ſemis, lactis tithymali quod ſatis eſt.Finge pilulas,præbeto dormituris pilulas tredecim aut ſeptemdecim pro viribus.

Cap. XX.

PILVLÆ è hermodactylo, purgãtes caput ab omni humore, ſanæ appellatæ.Turpeti,chamæpityos,polypodii, quinque myrobalanorum, violarum, tragacanthæ, ſingulorum drachmas tres,aniſi,apii,fœniculi,caroi, anethi,aſparagi,& ruſci ſeminum,ſinonis,papaueris albi ſeminis,lactucæ,intybi,portulacæ,& granorum ſolis ſeminum,ſaxifragi,colocynthidis , ſingulorum drachmã vnam ſemis,cinamomi,ſampſychi,ſaluiæ,ocimi,epithymi,agarici,rhei barbari,croci,roſarum,abſinthii,glycyrrhizæ & eius ſucci,ammeos,hermodactyli, ſeminis maluæ,ſingulorum drachmam vnam,aloes flauæ quantum omnium aliarum ſpecierum , ſucci ariſtolochiæ longæ quod ſatis eſt.Dãtur cubitum ituris pilulæ ciceris quãtitate nouem aut vndecim aut tredecim.

Cap. XXI.

PILVLÆ ad concoctionem & bonum corporis colorem ante & poſt cibum datæ,magiſtri Vrſini medici, admodum bonæ.Senæ,ſtyracis calamitis,caryophylli,thymi,epithymi,zedoariæ,croci,caſuthæ,galangæ,aniſi,maceris,ſeminis fœniculi,cardamomi,ocimi,zingiberis,ligni aloes,nucis moſchatæ,amomi,maſtiches,ſingulorum ſcrupulum vnum,chamæpityos, hermodactyli,turpeti,agarici,ſingulorum drachmas tres,rhei barbari quantum omnium aliarum ſpecierum , aloes flauæ tertiæ partis omnium ſpecierum pondere , ſucci abſinthii,aut vini boni quãtum ſufficere videtur . Si verò qui ſumit,deſtillatione à capite laborat,adiice etiam illa,nẽpe thuris,maſtiches,myrrhæ,ſtyracis,ladani,terebinthinæ, [a] arſenicii,opii,galbani,ammoniaci,croci.Dantur pilulæ XI. aut tredecim aut quindecim cubitum ituris.

a Arſenicii] Græcè eſt ἀρσενικίς.Quid verò illi ſit arſenicium, certè ſtatuere nequeo. Caueat autem quiſque ne arſenicum eſſe putet id quod hodie ita appellatur;hoc enim venenum planè exiſtit.puto verò locum hunc eſſe deprauatum , ſcriptúmque ſic eſſe,pro λιβάνου ἀῤῥενικοῦ,id eſt thuris maſculi. Et poteſt commodè thus in deſtillatione capitis vſurpari. Intelligit itaque per arſenicium thus maſculinum, quod Græcis ἀῤῥενικὸν appellatur.

Cap.

Cap. XXII.

PILVLÆ ad dolorem dentium à frigore natum, mirabiles. Myrrhæ drachm. ſex, thuris maſculi drach. quinque, opii, hyoſcyami, radicis cynogloſſi aridi, ſing. drachm. quatuor, ſtillatitii roſarum liquoris quod ſatis. Finge pilulas, & dato dormituris vndecim aut tredecim aut quindecim.

Cap. XXIII.

PILVLAE ad omnem defluxionem capitis, pectoris & pulmonis, mirabiles. Caſtorei, opii, ſtyracis calamitis, ſing. drachm. tres, myrrhæ, lapidis hæmatitis, ſingulorum drachm. duas, ſucci abſinthii quod ſatis eſt Finge pilulas, & dato dormituris vndecim aut tredecim pro viribus.

Cap. XXIIII.

PILVLAE ad cœliacos & dyſentericos. Caſtorei, ſtyracis calamitis, opii, lapidis hæmatitis, myrrhæ, ſingul. drachm. quatuor, ſeminis plantaginis minoris, baccarum myrti, balauſtiorum, ſidiorum, ſymphyti, ſanguinis draconis, boli Armenii, acaciæ, hypociſthidis, tartari, rhois culinarii, rhois Syriaci, ſing. drachm. quatuor, croci, corallii albi, gallæ moſchatæ, cinamomi, ſpodii, maceris, gummi Arabici, ſebeſten, corallii rubei, ſucci myrti & lentis quantum ſufficit. Finge pilulas, & præbeto cubitum ituris quinque aut ſeptem, cum ſucco myrti & lentis.

Cap. XXV.

PILVLAE purgantes, è cinamomo. Cinamomi, cubebe, ligni aloes, ſeminis myrti, floris iunci odorati, nucis moſchatæ, cardamomi, maſtiches, ſpicæ, ſingulorum drach. vnam, abſinthii, roſarum, ſing. hexag. vnum. Trita coquito cum ſtillatitio roſarum liquore & ſucco apii, ſingulorum vnc. octo, donec remaneant vnciæ ſex. dein accipe aloes vnc. duas. Lauato cum aqua pluuiali, & exſiccatam in ſole terito, & commiſce cum prædicto decocto: & ſi voles, finge pilulas: ſin minus, electuarium. Poſtea expone ſoli, & ſine vt exſiccetur: & ſic finge pilulas, vbi voles, cum prædicto iure: & vſu poſtulante, dato pro viribus.

Cap. XXVI.

PILVLAE ad iecinoroſos, lienoſos, ſtomachicos, caput dolentes, & crebra capitis deſtillatione laborãtes, inſignes vt nullæ aliæ. Galangæ, croci, maſtiches, cinamomi, ſpicæ, aſari, ligni aloes, nucis moſchatæ, ſenæ, xylobalſami, xylocaſiæ, cubebæ, ſantali rubei, ſpodii, ſing. ſiliq. ſex, rhei barbari vnc. vnam, aloes quantum omniũ aliarum eſt ſpecierum duplum pondus, dacrydii hexagium ſemis, ſucci abſinthii quod ſatis eſt. Finge pilulas, & præbeto dormituris nouem aut vndecim aut tredecim pro virium ratione.

Cap. XXVII.

PILVLAE ad lienoſos, melancholicos, pituitoſos, & quartanas. Epithymi, rhei barbari, agarici, colocynthidis, ſenæ, aloes flauæ, ſingulorum ſtagium vnum, dacrydii ſtagiũ ſemis, euphorbii ſtag. duo, ſucci apii quod ſatis eſt. Facito pilulas, & dato cubitum ituris nouẽ aut vndecim aut tredecim pro viribus.

Cap. XXVIII.

PILVLAE ex epithymo purgantes. Agarici, epithymi, aloes flauæ, ſingulorum hexagium vnum, dacrydii hexagium ſemis, colocynthidis drach. duas, ſucci abſinthii & apii quãtum ſufficere videbitur. Formato pilulas, & præbeto dormituris nouem aut vndecim aut tredecim pro viribus.

Cap. XXIX.

PILVLAE ſtomacho gratæ ex Sena. Abſinthii, aloes flauæ, maſtiches, rhei barbari, ſenæ, ſingul. hexag. ſemis, ſucci marrubii quod ſatis eſt. Finge pilulas, & præbeto vnc. ſemis.

Cap. XXX.

PILVLAE purgantes. Aloes flauæ vnc. ſemis, pulpæ colocynthidis, dacrydii, cinamomi, xylobalſami, rhei barbari, ſingulorum hexagium vnum, maſtiches hexagium ſemis, ſucci braſſicæ quantum ſufficit. Facito pilulas, & dato dormituris ſeptem aut nouem aut vndecim.

Cap. XXXI.

PILVLAE ad iecinoroſos, lienoſos, & omne malũ ſtomachi. Staphidis agriæ, abſinthii, rhei barbari, ſenæ, cumini torrefacti, priùs in aceto macerati, ſingulorũ vnc. ſemis, cucurbitæ ſeminis repurgati vnc. vnam, ſucci marrubii aut abſinthii aut apii quod ſatis eſt. Finge pilulas, & præbeto vbi voles nouem aut vndecim aut tredecim pro virium ratione.

Cap. XXXII.

PILVLAE communes, admodum probatæ. Aloes flauæ hexag. duo, epithymi hexag. vnum, croci, maſtiches, cinamomi, ſpicæ, aſari, euphorbii, agarici, pulpæ colocynthidis, caſtorei, xylobalſami, xylocaſiæ, ſing. ſiliquas quatuor, rhei barbari hexag. vnum, ſucci abſinthii quantum ſufficit. formato pilulas, da ituris cubitum nouem aut vndecim aut tredecim pro viribus.

Cap. XXXIII.

PILVLAE ad capitis dolorem qui ex ſtomacho ortus eſt. Iunci odorati floris, folii Indici, ſpicæ, cinamomi, ligni aloes, maſtiches, herbæ podagræ ſeminis, aniſi, fœniculi, ſeminis dauci, abſinthii, ſenæ, agarici, epithymi, polypodii repurgati, lapidis ſapphiri, nitri, ſtaphidis agriæ, rhei barbari, hermodactyli, ſingulorum hexagium vnum, turpeti, cepuli, chryſobalani flaui & nigri, ſingul. hexag. ſemis, ſucci glycyrrhizæ, roſarum, violarũ, ſingul. ſtag. ſemis, aloes flauæ vnc. vnam, ſucci fœniculi quantum ſufficit. Finge pilulas, præbeto dormituris pro viribus. Primis quidem pilulas ſeptem, ſecundis nouẽ, tertiis vndecim.

Cap. XXXIIII.

PILVLAE Chryſaphii medici, admodum laudatæ. Myrobalani citrini drach. tres, floris iunci odorati drach. vnam ſemis, cinamomi, folii Indici, ſing. drach. duas, abſinthii, ſenæ, ſingulorum drach. vnam ſemis, ſeminis dauci drach. duas, aloes flauæ, maſtiches, ſing. drachmas quatuor, roſarum drachm. duas, croci drach. ſemis, rhei barbari hexag. vnum, agarici hexag. ſemis, epithymi hexag. duo, turpeti hexag. vnum, ſucci fœniculi quantum ſufficit. Formato pilulas piperis magnitudine: da cubitum ituris ſeptem aut nouem aut vndecim aut tredecim aut quindecim cum aqua tepida. Sunt excellentes ad ſtomachicos, colicos, & deſtillatione laborantes.

Cap. XXXV.

PILVLAE è roſis, valde laudatæ. Myrobalani citrini drach. quinque, aloes flauæ drach. quatuor, maſtiches vnc. vnam ſemis, roſarum, croci, ſingul. vnc. ſemis, ſucci fœniculi quantum ſufficit. Finge pilulas, præbeto dormituris nouem aut vndecim aut tredecim aut quindecim ex aqua tepida.

Cap. XXXVI.

PILVLÆ ad omnem diutinam tuſſem, & pus excreantes, trium horarum ſpatio commoditatem ſuam oſtendentes. Styracis flaui, piperis albi, myrrhæ troglodyticæ, caſtorei, galbani puri, opii Achaici aut Aſiani, ſing. vnc. vnam. Excipe galbano & ſtyrace, & finge pilulas erui magnitudine. Præbeto dormituris tres aut quinque cum tepida aqua.

Cap. XXXVII.

PILVLAE mirabiles datæ tres veſperi iis qui deſtillatione & tuſſi laborant. Opii, amyli, gummi Arabici, ſeminis papaueris albi, ſingulorum drachmam vnam, droſati violacei quod ſatis eſt. Dantur cubitum ituris pilulæ tres aut quinque iuxta vires. Poſt horum ſumptionem ſorbendum præbeto parum aquæ tepidæ.

Cap. XXXVIII.

PILVLÆ Galeni ad tuſſientes, tabidos & arteriacos, valde probatæ. Styracis, opii, ſingulorum drach. duas, ſeminis hyoſcyami albi drachmas tres, myrrhæ drachmam vnam, mellis cocti quod ſatis eſt. Formato pilulas erui magnitudine, & præbeto cubitum ituro vnam aut pro arbitrio.

Cap. XXXIX.

PILVLAE ad tuſſientes & deſtillatione laborantes. Styracis,myrrhæ,galbani,opii, ſingulorum drach. tres,paſſi quantum ſufficit.Finge pilulas erui quantitate,& præbeto ituris cubitum. Integra exhibitio,pilulæ quinque:media,quatuor:minima,tres. poſtea ſorbendum dato paſſum.Neceſſariæ ſunt admodum & mirabiles.

Cap. XL.

PILVLAE ad tuſſientes,ſuppuratos, acrem & tenuem fluxionem. Aniſi drach.vnam, coſti dr. quatuor, myrrhæ,caſtorei,galbani,piperis communis,ſingul.drachmam ſemis,ſtyracis,ſeminis vrticæ,opii,ſeminis hyoſcyami, ſeminis pinearum,ſing.drach.duas,droſati violacei quantum ſufficit.Fac pilulas & dato dormituris cũ tepida aqua vnam aut duas.Hoc eſt vehemens medicamentum & valde vtile.

Cap. XLI.

PILVLAE ad tuſſientes,ſtomachicos, & deſtillatione laborantes. Myrrhæ drach.ſex, thuris maſculi drach.quinque,ſeminis hyoſcyami,opii Aſiani, ſingul. drach.quatuor,ſtillatitii roſarum liquoris boni aut zulapii roſacei quod ſatis eſt. Formato pilulas, & præbeto manè ieiuno:& deinceps nullam accipiat ſorbitionem.

Cap. XLII.

PILVLAE ad tuſſientes & deſtillationes,probatæ. Styracis drach.ſex,myrrhæ drach.duas ſemis,terebinthinæ,galbani,opopanacis,iridis, ſingulorum drach.duas, piperis communis,nitri albi, ſeminis hyoſcyami,liquoris papaueris, ſingulorum drach.vnam.In mortario bene contũdito ſine aliquo liquore. facito pilulas, & præbeto iuxta vires.

Cap. XLIII.

PILVLAE ad tuſſientes neceſſariæ. Opii, piperis,ſtyracis,galbani,myrrhæ, ſingulorum drach.vnam, droſati violacei quod ſatis eſt. Finge pilulas, & præbeto ituris cubitum quinque:& poſtea nihil ſorbeatur.

Cap. XLIIII.

PILVLAE ad deſtillationes è capite,& inſuperabiles ſtillationes,valde nobiles. Styracis calamitis,caſtorei,piperis communis, cardamomi,ſingulorum hexag. tria,opii,myrrhæ, ſeminis hyoſcyami albi, ſingulorum hexag.quatuor, paſſi quod ſatis eſt. Formato pilulas v. ciceris magnitudine, & præbeto dormituris tres aut quinque pro viribus.

Cap. XLV.

PILVLAE ad tuſſientes, & ſanguinem expuentes mirabiles. Styracis,myrrhæ,piperis communis,galbani,thuris maſculi,ſing.hexagium vnum. Finge pilulas, & præbeto ituris cubitum pilulas tres aut quinque pro viribus.

Cap. XLVI.

PILVLAE probatæ, omnino dolorem mitigãtes, ad deſtillationes è capite in aſperam arteriam, & in columellam delabentes. Styracis vnciam vnam, myrrhæ hexagia duo ſemis, terebinthinæ, galbani,opopanacis,iridis,hexagia duo, piperis albi, ſpicæ nardi, nitri, hyoſcyami ſeminis,opii,ſingulorum hexagium vnum. Arida tundito & cribrato,ac reliqua in mortario ſine liquore contundito:fac pilulas,datóque dormituris quatuor aut duas aut tres.

Cap. XLVII.

PILVLÆ ſedantes dolorem, ad deſtillationes. Styracis hexag.quatuor,myrrhæ, opii,galbani,ſing.hexagium vnum.Finge pilulas erui magnitudine, & dato cubitum ituris quatuor aut tres aut duas. Poſtea dato ſorbendos aquæ tepidæ cyathos duos.

Cap. XLVIII.

PILVLÆ ad tuſſientes, admodum inſignes. Spicæ nardi,zingiberis, ſingulorum drachmas duas, ſeminis ſaluiæ frixi drachmas quatuordecim, piperis longi drachmas duodecim, penidiorum drachmas tres,ſucci ſaluiæ quod ſatis eſt. Finge pilulas, & præbeto veſperi drachmam vnam,& manè. Pòſt præbeto ſorbendam a-

A quam tepidam, cui incocta ſit chamæleuce, hoc eſt tuſſilago.Huiuſmodi pilulæ ſunt mirabiles ad tabidos.

Cap. XLIX.

PILVLAE ad cœliacos & dyſentericos. Sidiorũ, myrrhæ,ſingulorum drach. quatuor, aluminis ſciſſilis, ſucci hypociſthidis, ſingulorum drach.duas, boli Armenii,ſucci acaciæ,ſingulorum drach.vnam, aquæ pluuialis quantum ſufficit.Formato pilulas, præbeto manè ieiuno quinque aut ſeptem erui magnitudine.

B

Cap. L.

PILVLÆ mirabiles, vt prædictæ. Maſtiches drachmas duas,ſidiorum,fructus mori immaturi,aluminis ſciſſilis,ſingulorum drachmam vnam,opii grana quindecim,aquæ pluuialis quod ſatis eſt.Fingito pilulas erui magnitudine:dato dormituris tres aut quinque.

Cap. LI.

PILVLAE ad dyſentericos, Aſclepiadis. Radicis ſymphyti,ſeminis ericæ, ſidiorum, gallarum,ſingulorũ
C drach.vnam, vini temperati quantum ſufficit. Facito pilulas,& dato dormituris pondere trium obolorum cum vino & aqua.

Cap. LII.

PILVLAE ad dyſentericos & vigilantes. Mororum,aluminis ſciſſilis, opii, balauſtiorum, ſingulorum drach.vnam.Formato pilulas erui magni quantitate, & da cubitum ituris tres: poſtea dato ſorbendam aquam tepidam pluuialem.

Cap. LIII.

D PILVLAE ad dyſentericos:potiſſimùm verò lientericos. Sidiorum,myrrhæ, ſingulorum, drach.duas, aluminis ſciſſilis, ſucci hypociſthidis, ſingulorũ drach. vnam,aquæ quod ſatis eſt.Formato pilulas erui magnitudine, dato manè & veſperi quinque aut ſeptem pro viribus.

Cap. LIIII.

PILVLAE, vt prædictæ. Gallarum vncias duas, opii Aſiani vnc.vnam,petroſelini vnc. S. aquæ quatum ſufficit.Fac pilulas ciceris magnitudine:præbeto.

E

Cap. LV.

PILVLAE aliæ, admodum mirabiles. Thuris maſculi,acaciæ,opii, gallarum, ſingulorum drach.quatuor,ſucci [a] troximi quantum ſufficit. Formato pilulas ciceris magnitudine,& dato pro viribus.

a Troximi] Sic appellat herbam eam quam nos in primo noſtro tomo De ſtirpium natura vocauimus hedypnoen luteam: & officinæ hodie taraxa conuocant,ad troximi vocẽ haud dubiè alludentes.

Cap. LVI.

PILVLAE è thure,ſimiles. Thuris,acaciæ,opii,
F gallarum,ſingulorum drach.quatuor,florum roſarum, gummi, hypociſthidis ſucci,ſingulorum drach.tres,ſeminis plantaginis maioris & ſucci, ſingulorum vnciam vnam,roſarum vnc. ſemis. Finge pilulas, & dato media nocte pondere obolorum trium.

Cap. LVII.

PILVLAE ad dyſentericos & liẽtericos probatæ. Abrotoni vnc.vnam,ſarcocollæ vnc.ſemis,gummi drachmam vnam,vini quod ſatis eſt. Formato pilulas ciceris quantitate,& dato ieiuno deglutiendam vnam.Pari-
G ter & cubitum ituris dato vnam.

Cap. LVIII.

PILVLAE ad eos qui malo corporis habitu ſunt præditi,& hydropicos,nominatæ inuictæ. Grani Cnidii repurgati, lathyridis repurgatæ, ſingulorum drach. duas,euphorbii, aloes flauæ, ſingulorum drach.vnam, gummi drach.vnam ſemis,aquæ quod ſatis eſt.Finge pilulas erui quantitate,& dato perfectis ſeptem, aliis verò pro viribus.Poſtea ſorbẽdos præbeto vini meri cyathos quatuor.

H

Cap. LIX.

PILVLAE ſimiles dictis, nominatæ Xyſti. His enim qui ſolis vtitur, feliciter & ex animi ſententia viuit. Grani Cnidii repurgati drach.quatuor,ſquamæ æris,lapidis magnetis,ſing.drachm.tres, ricini repurgati

drach.duas,ſucci ſquillæ, mellis Attici cyathum vnum. Coquito ſuccum & mel ad conſiſtentiam. dein vnito cum cæteris.fac pilulas erui quantitate, & dato quando volueris pro viribus. In pueris autem malo hoc laborantibus ſex tantùm præbeto,neque plus neque minus.

Cap. LX.

PILVLAE ſimiles,quotidie aut quando lubet datæ. Tithymali ſucci recentis cochlear.duo,aloes flauæ drach.quatuor. fac pilulas ciceris magnitudine. Dato pilulas duas,aut iuxta vires.

Cap. LXI.

PILVLÆ ad reſolutos & tremore laborantes,probatæ. Liquoris Cyrenaici, piperis communis, galbani, ſingul.drach.ſemis. Diſſolue probè cum paſſo,& fac pilulas,datóque pondere duorum obolorum. Poſtea ſorbendam propinato mulſam, aut vinum vetus bonum cum decocto ſaluiæ.

Cap. LXII.

PILVLÆ ad reſolutos & tremore correptos,ſimiles. Myrrhæ,caſtorei,ſtyracis, piperis communis,ſingulorum drach. vnam,rhei barbari,agarici,berberis,galbani,ſing.drach.vnam gran.quindecim, paſſi quod ſatis eſt.Formato pilulas,præbeto vt præcedentes.

Cap. LXIII.

PILVLÆ ex liquore Cyrenaico,ad tremore correptos expertæ,valde bonæ. Opopanacis,ſagapeni,myrrhæ,liquoris Cyrenaici,bdellii, trium piperum,ramorũ rutæ,ſing.drach.vnam,rhei barbari drach. vnam ſemis, berberis,ſenæ,ſing.vnc.ſemis, paſſi quod ſatis eſt.Finge pilulas.Præbeto cyathos duos, vt in prædictis, manè & cubitum ituris.

Cap. LXIIII.

PILVLAE ad eos qui tremore laborant, opiſthotonicos & reſolutos, admodum bonæ & probatæ. Liquoris Cyrenaici,piperis communis, galbani, ſing.drachmam vnam,paſſi quod ſatis eſt. Fac pilulas,& dato obolos duos. Pòſt ſorbendam præbeto mulſam cum decocto ſaluiæ.

Cap. LXV.

PILVLAE ad opiſthotonicos & tremore laborantes. Myrrhæ,caſtorei, ſtyracis,piperis communis, ſingul.obolum vnum.Formato pilulas,&dato obolos duos cum mulſæ cyathis tribus.

Cap. LXVI.

PILVLAE ad eos qui laborant tremore. Opopanacis,ſagapeni,caſtorei,liquoris Cyrenaici,piperis communis,ramorum rutæ, ſing.drach.vnam. Fac pilulas,& præbeto vt priores.

Cap. LXVII.

PILVLAE Cornelii quas dedit Niconitobi Bantino,purgantes flauam bilem & nigram pituitámque ſine moleſtia. Scammoniæ hexagia quatuor, gummi, bdellii,ellebori nigri,piperis albi,colocynthidis, ſingul. hexag.vnum,zingiberis hexagium ſemis,ſucci chamædaphnes vel ellebori nigri quantum ſufficit.Finge pilulas fabæ quãtitate. Præbeto pilulas quinque aut ſeptem pro viribus.

Cap. LXVIII.

PILVLAE quinque ſpecierum nominatæ. Scammoniæ hexagium vnum, ellebori nigri hexagium ſemis,colocynthidis, euphorbii,epithymi,ſingul.hexag. vnum,ſucci tithymali quod ſatis eſt. Formato pilulas fabæ magnitudine. Præbeto hora cœnæ tres aut quinque pro virium ratione.

Cap. LXIX.

PILVLAE probatæ quatuor ſpecierum. Maſtiches,ſcammoniæ,bdellii, ſilphii, ſingulorum hexag.vnum, ſucci abſinthii quantum ſufficit. Fac pilulas,dato ſeptem aut nouem pro viribus.

Cap. LXX.

PILVLAE alypiadis vocatæ. Alypiadis hexag. vnum,ſcammoniæ drach.ſex, aloes flauæ hex.. agarici drach.duas, euphorbii drach.tres, ſucci ebuli quantum ſatis erit.Finge pilulas,præbeto tres aut quinque aut ſe-
A ptem pro viribus.

Cap. LXXI.

PILVLAE purgantes pituitam & caput, admodũ laudatæ. Aloes flauæ drach.ſex,colocynthidis drach. duas,dacrydii drach. quatuor, euphorbii drach.vnam, ſucci abſinthii quod ſatis eſt. Fac pilulas erui quãtitate. da nouem aut tredecim aut quindecim,pro viribus.

Cap. LXXII.

PILVLAE educentes arida ſtercora & bilem: ad febres per circuitus reuertentes,morbum regiũ & quar-
B tanas,vtiles. Colocynthidis, aloes flauæ, ſingulorum vnc.vnã,ellebori nigri drach.ſemis, nitri, [a]matriniaci, euphorbii,ſcammoniæ,grani Cnidii, ſingul.vnc.vnam. Vnumquodque ſeorſim terito, & excipe omnia ſucco braſſicæ,& formato pilulas erui quantitate, & dato pro viribus. Qui verò vitam ſine moleſtia tranſigere cupit, tribus diebus accipiat.

a Matriniaci] Græcè eſt μαλρινιακȣ. Quid verò hac voce, quã eſſe deprauatam iudico,intelligat,& an ad nitrum referendum ſit,ſcire ſatis nequeo. Infrà autem etiam mentionem faciet nitri matronici, vt fortè hîc pro μαλρινιακȣ, legendum ſit μαλρονικȣ.

C Cap. LXXIII.

PILVLAE aloedariæ appellatæ,cubitum ituris datæ,ventrem emollientes, & ſtomachum non ſubuertentes. Aloes flauæ,ſcammoniæ, ſing.hexag.vnum,ſucci braſſicæ quod ſatis eſt. Fac pilulas erui quantitate, præbeto dormituris & ieiunis ſcrup.vnum.

Cap. LXXIIII.

PILVLAE ad cœliacos, dyſentericos, ſanguinem ſpuentes,& in ventriculum fluxione laborantes,admo-
D dum probatæ. Styracis calamitis, zingiberis, croci,opii,ſeminis hyoſcyami,ſingulorum vnciam ſemis. Styracem,opium,zingiber,& crocum vino veteri priùs macerato.Excipe,& fac pilulas. Præbeto dormituris & manè ſcrup.vnum ſemis,cum vino temperato.

Cap. LXXV.

PILVLAE dictæ alectoriæ. Aloes flauæ vnc. ſemis, ſcammoniæ, maſtiches, ſingulorum ſcrupulum ſemis,piperis communis,colocynthidis, ſingulorũ ſcrupul.ſemis, ſucci braſſicæ quod ſatis eſt. Fac pilulas cice-
E ris quantitate. Præbeto nouem aut vndecim aut tredecim dormituris.Sunt valde probatæ.

Cap. LXXVI.

PILVLAE ſanæ nominatæ, ventrem ſubducentes,bonæ admodum & ſtomachicis conferentes. Aloes flauæ drach.duas,ſucci abſinthii drachm. tres, medullæ ſquillæ drach.vnam.Squillam conìice in fermentum,aſſatóque bene: exemptam ponderato, & in mortarium coniectam probè contundito, adiectóque ſucco abſinthii,& aloe læuigata ſimul ſubacta excipe, & fac pilulas ciceris quantitate.Præbeto à longo morbo iis qui difficulter reficiuntur, aut [a]localiter ægrotant, pilulas ſeptẽ
F aut vndecim aut tredecim aut quindecim,cubitum ituris,diebus quinque aut ſeptem aut nouem. Quòd ſi verò efficere vis vt pituitam ducant,aut vt ſint validiores, adiice euphorbii drach.vnam.

a Localiter] Græcè eſt τοπικῶς, hoc eſt certa aliqua corporis parte.

Cap. LXXVII.

PILVLAE aluum ſoluentes,probatæ. Scammoniæ vnc. ſemis,aloes flauæ,euphorbii, ſing.drach.duas,
G aquæ quod ſatis eſt. Formato pilulas erui quantitate, & præbeto dormituris ſeptẽ aut nouem aut vndecim aut tredecim aut quindecim aut ſeptendecim aut nouendecim aut vigintiunam.Poſtea ſorbendum dato vinum temperatum.

Cap. LXXVIII.

PILVLAE purgantes pituitam. Epithymi,agarici, pulpæ colocynthidis, aloes flauæ, euphorbii, ſing. ſtag.vnum S.dacrydii ſtag. duo, ſucci fœniculi quãtum
H ſufficit.Finge pilulas, præbeto cubitum ituris nouẽ aut XI aut XIII. Pòſt ſorbendum dato vinum temperatum.

Cap. LXXIX.

PILVLAE purgantes pituitam,laudatæ. Agarici, epithymi,aloes flauæ,ſing.drach.duas,dacrydii dr. IIII.

colocynthidis drach. vnam, ſucci fœniculi quod ſatis eſt. Dato vt præcedentes.

Cap. LXXX.

PILVLAE ſtomacho accommodatæ. Abſinthii, aloes flauæ, maſtiches, ſing. drach. vnam, ſucci marrubii quantum ſufficit. Dato veſperi ſemunciam. Poſtea autem ſorbendum propinato vini temperati poculum vnum.

Cap. LXXXI.

PILVLAE vomitum elicientes, admodum laudatæ. Sinapi, nitri, ficus ſylueſtris folia, ſing. ſtag. vnum. Fac pilulas, & dato vnciam vnam.

Cap. LXXXII.

PILVLÆ ad iecinoroſos, lienoſos, & ſtomachicos, mirabiles. Staphidis agriæ, abſinthii, maſtiches, cumini in aceto macerati & exſiccati, ſing. drach. vnam, colocynthidis drach. duas. Finge pilulas, & vſu exigẽte dato.

Cap. LXXXIII.

PILVLÆ communes nominatæ. Aloes flauæ vnc. vnam, epithymi vnc. ſemis, croci, maſtiches, cinamomi, ſpicæ, aſari, agarici, pulpæ colocynthidis, caſtorei, xylobalſami, xylocaſiæ, ſingulorum hexagium ſemis, ſucci abſinthii quantum ſufficit. Fac pilulas, & dato pro viribus.

Cap. LXXXIIII.

PILVLÆ ad calculos renum, dolorem mitigantes. Seminis maluæ ſylueſtris, graminis, betonicæ, meliſſophylli, fumariæ, ſaxifragi, ſeminis paliuri, carnium vuarum exemptis acinis vnc. ſemis, cinamomi hexagii quartam partem, ſpicæ hexag. ſemis, lithoſpermatis hexagium vnum, ciceris nigri vnc. ſemis, glycyrrhizæ hexagium ſemis, lapidis Iudaici hexagium vnum. Eſt itaque hoc medicamentum tale vt calculos conterat, iecoris obſtructiones tollat, ſtomacho gratum ſit, & per vomitum purget. Humores etiam ventris purgat, contemperat humores corruptos. Dum verò id ſumis, vide ne qua ſit in ventriculo cruditas, aut tarda concoctio, aut alicuius humoris corruptio, vel ex amaritudine, vel alia quapiam aliena qualitate, neque cibus aliquis in ventre contineatur, aut ventris ſubductio præter conſuetudinem facta ſit. Dantur ex eo ſiliquæ duodecim cum vino ſtomacho grato & mero. Si verò propter [a] lignoſitatem eorum quæ dantur, offenditur quiſpiam, pilulæ ſedecim à veſpera macerentur priùs in vino, & manè per ſaccum tranſfundantur, & dentur bis ſeptimana.

a Lignoſitatem] Græcè eſt ξυλώδεις. Per lignoſitatem autem duritiam haud dubie intelligit Nicolaus.

Cap. LXXXV.

PILVLÆ ducentes aquam, epitoniæ nominatæ. Chamelææ, grani Cnidii, elaterii, ſing. drach. vnam, ſucci braſſicæ quod ſatis eſt. Formato pilulas erui magnitudine, dato vbi volueris.

Cap. LXXXVI.

PILVLÆ Oribaſii ſacratæ, purgantes admodum & cranium, & aures, oculos & nares, dentium dolores, abſceſſus, ea quæ in ſtomacho ſunt, & humores: neque anguſtiam, neque querelam facientes, ſed appetentiam exſiccantes, & robur corpori conciliantes, & hilaritatem afferentes. Comitiali morbo correptis, ſubitóque cadentibus, & linguam mandentibus, aut ſpumantibus, vt aliquià dæmone eſſe correpti putentur, prodeſt has ipſas dari. Melancholicos, elephantia laborantes, lethargicos, & impetigines feras habentes, & reliquos hoc malo correptos, vrinam & ſtercus citra voluntatem excernentes in lecto. Præſertim verò eos qui lethalia medicamenta acceperunt, pleuriticóſque iuuant. Vitioſis ſuccis refertis bonam conſtitutionem faciunt, & ſine omni periculo. Iecinoroſis & lienoſis admodum vtiles, ter per menſem aſſumptæ. Agarici, euphorbii, ſpodii, grani Cnidii, colocynthidis, aloes flauæ, ſingul. vncias tres, ellebori nigri, myrrhæ veræ, ſpicæ nardi, dacrydii, ſingulorum vncias tres, cinamomi, opopanacis, epithymi, piperis longi, ſingulorum vncias quatuor, polii herbæ, caſiæ, ſingulorum vnc. quinque, ſucci maloru quod ſatis eſt. Fingito pilulas erui magnitudine, dato drachmas duas, aut pilulas nouem aut vndecim cubitum ituris, cum mellis temperati menſura vna.

Cap. LXXXVII.

PILVLAE purgantes ſtomachum, valde bonæ. Colocynthidis, agarici, aloes flauæ, epithymi, ſingulorũ vnciam ſemis, dacrydii vnc. vnam, rhei barbari hexagia duo, turpeti vnciam ſemis, ſucci abſinthii quantum ſufficit. Finge pilulas erui quantitate, dato dormituris ſeptem aut nouem aut quindecim pro viribus. Poſtea dato ſorbendam vini [a] menſuram vnam.

a Menſuram] Græcè eſt κρᾶσιν. Intelligit igitur hac voce vini menſuram conuenientem, & talem mixtionem quæ cuiuis naturæ reſpondeat, & conueniens ſit.

Cap. LXXXVIII.

PILVLAE purgantes pituitoſos humores, & ad omnem internam refrigerationem, iſchiadicos, & lienoſos probatæ. Bdellii, euphorbii, ellebori nigri, agarici, ſingulorum hexagium vnum, aloes flauæ hexagia tria, pulpæ colocynthidis hexagia duo, nitri hexagium ſemis, dacrydii ſcrupulos duos. Si verò efficaciores efficere cupis, admiſce peplii ſiliquam vnam & quartam partem. Fermentato cum ſucco braſſicæ, fingéque pilulas, dato dormituris nouem aut vndecim aut tredecim. dein ſorbendam præbe vini temperati menſuram vnam.

Cap. LXXXIX.

PILVLAE purgantes, ad arthriticos, ſtomachicos, nephriticos, dolentéſque caput, valde probatæ. Agarici, flauæ bilis, ſingulorum vnciam ſemis, croci, ſpicæ nardi, ſingulorum vnc. vnã, caſiæ, coſti, ſingulorum vncias quatuor, floris iunci odorati vncias duas, carpobalſami vnciam ſemis, mellis roſacei quantum ſufficere videtur. Finge pilulas, dato cubitum ituris pro viribus.

Cap. XC.

PILVLAE purgantes, valde bonæ. Maſtiches, aloes flauæ, ſingulorum vncias tres, dacrydii, peplii, ſingulorum ſiliquas ſeptem, ſucci braſſicæ quod ſatis eſt. Dantur pro viribus.

Cap. XCI.

PILVLAE quinque ſpecierum, purgantes pituitã, probatæ. Agarici, epithymi, aloes flauæ, ſingulorum vnciam vnam, dacrydii vncias duas, colocynthidis vnc. ſemis, paſſi quod ſatis eſt. Dantur pro viribus.

Cap. XCII.

PILVLAE vomitoriæ, admodum bonæ. Braſſicæ ſylueſtris, epithymi, lathyridis, ſingulorum ſtagium vnum, ſucci foliorum, ſylueſtris cucumeris quantum ſufficit. Dantur pro viribus.

Cap. XCIII.

PILVLAE iecinori, ſtomacho, & lieni conuenientes, probatæ. Abſinthii, ſtaphidis agriæ, maſtiches, cumini in aceto macerati & exſiccati, ſingulorum vnciã vnam, colocynthidis vnciam ſemis, [a] caſiæ nigræ medullæ vncias duas, ſucci braſſicæ quantum ſufficit. Fac pilulas erui magnitudine. Dato pro arbitrio tredecim aut quindecim.

a Caſiæ nigræ medullæ] Græcè eſt ἐντεριώνης: quam dictionẽ antea ſæpe pro colocynthidis pulpa conuertimus. Quum verò hîc colocynthidis ſit facta mentio, pro caſiæ medulla hoc in loco poſitam hanc dictionem cenſemus.

Cap. XCIIII.

PILVLAE ſtomachicæ, admodum mirabiles. Aloes flauæ vncias duas, ſquillæ aſſatæ vnc. vnam, abſinthii vnc. tres, ſucci braſſicæ quod ſatis eſt. Finge pilulas, & præbeto dormituris vndecim aut tredecim, pro viribus.

Cap. XCV.

PILVLAE ſtomachicæ ex abſinthio. Aloes flauæ, maſtiches, abſinthii, ſingulorum vnciam vnam, ſucci marrubii quantum ſatis erit. Dantur tredecim aut quindecim aut ſeptendecim iuxta vires.

Cap. XCVI.

PILVLAE aloedariæ, quas Paulas confecit, purgantes. Aloes flauæ vnc. ſemis, bdellii hexag. vnum S. ſpicæ nardi drach. vnam grana xv. dacrydii vnc. ſemis,

euphorbii vnc.vnam drach.duas,epithymi vnc.duas ſemis,peplii vnc.vnam,colocynthidis, agarici, ſing. dr.I. grana quindecim,ſucci fœniculi quod ſatis eſt.Finge pilulas,& dato quando volueris.

Cap. XCVII.

PILVLAE ab Italis vocatæ Aoriæ, ad ſtomachicos,colicos,nephriticos, & inflatos,valde probatæ. Aloes flauæ,dacrydii,ſing.drach. quinque, roſarum,apii, ſing.drach.duas ſemis,aniſi,fœniculi, ſing.drach.vnam ſemis,croci, colocynthidis, ſing. drach.vnam, hieræ picræ drach.vnam,ſucci tragacanthæ quantum ſufficit. Formato pilulas, & dato cubitum ituris nouem aut vndecim aut tredecim aut quindecim aut ſeptēdecim pro viribus.

Cap. XCVIII.

PILVLAE laudatæ ad inflationem lienis,& ſtomachi,viſcerum duritiam,& colicos, valde bonæ. Iridis, chamædryos,ſeminis fœniculi,caroi,phu,apii,aniſi,aſari,ſing.drach.duas,cinamomi, zingiberis, chamæmeli, ſing.drach.vnam,ſtichadis,gentianæ, marrubii, ſingul. drach.duas. Trita, bene fermentato cum decocto floris iunci odorati,aſari,& aniſi, quantum ſufficit.Finge pilulas ceraſi granorum magnitudine. Dato vbi voles pilulas tres aut quinque aut ſeptem. Poſtea ſorbendam dato decocti chamæmeli tepidi menſuram vnam.

Cap. XCIX.

PILVLAE magiſtri Iohannis,purgantes. Roſarum in vmbra exſiccatarum, ſeminis fœniculi, aniſi, apii,croci,ſingulorum ſiliquas ſex, aloes flauæ, dacrydii, ſing.vnc.ſemis,rhei barbari hexag.vnum, turpeti hexagia duo,ſucci braſſicæ vel abſinthii quod ſatis eſt. Fac pilulas erui magnitudine. Dato dormituris pilulas vndecim aut tredecim aut quindecim aut ſeptendecim pro viribus.

Cap. C.

PILVLAE probatæ, purgantes caput & ſtomachum. Colocynthidis,ſcammoniæ, ſing. hexag.duo, maſtiches,rhei barbari,ſing.hexag.vnum, agarici,aloes flauæ,ſingulorum vnc.ſemis,turpeti hexag.vnum, ſucci braſſicæ quod ſatis eſt.Dantur dormituris ſeptem aut nouem aut vndecim aut tredecim aut quindecim. Poſt ſorbendum dato vinum temperatum.

Cap. CI.

PILVLAE admirabiles valde,ad deſtillationes. Aloes flauæ hexag.vnum, thuris maſculi, florum vrticæ,myrrhæ,ſing.hexagii quartam partem, rhei barbari hexag. vnum, pulueris hieræ picræ Galeni drach. duas, turpeti hexag.vnum,ſucci fœniculi quod ſatis eſt.Finge pilulas ciceris magnitudine.Præbeto cubitum ituris nouem aut vndecim aut tredecim.

Cap. CII.

PILVLAE ad deſtillationes,arthriticos, podagricos,neruorum incontinentiam, & omnia mala fluxionis.Sunt verò admodum laudatæ. Aloes flauæ drach. vnam ſemis, dacrydii drach. vnam, rhei barbari drach. vnam ſemis,colocynthidis, abſinthii, turpeti,roſarum rubearum,agarici, ſing.drach. vnam, ſtichadis drach.vnam ſemis,maſtiches drach.vnam,pulueris hieræ picræ Galeni drach.duas ſemis,hermodactyli drachm.duas,ſagapeni,opopanacis,bdellii,ammoniaci,ſpicæ,ſing.drachmam ſemis,ariſtolochiæ longæ & rotundæ,ſing.drachmam ſemis,cinamomi drach.vnam,vuæ paſſæ drach. duas,croci ſcrup.duos,ſucci fœniculi quantum ſufficit. Formato pilulas ciceris quantitate, dato dormituris vndecim aut tredecim aut quindecim aut ſeptendecim. deinde ſorbendum præbeto vini temperati poculum vnum.

Cap. CIII.

PILVLAE purgantes caput,viſcera,vterum, & vniuerſum corpus. Colocynthidis hexag.vnum,ſcammoniæ hexagia duo,maſtiches hexag.ſemis, rhei barbari hexag.duo,agarici hexag.vnum S.turpeti hexag.tria, aloes flauæ vnc.vnam S.thuris maſculi hexag.S. abſin-

A thii,roſarum, ſing.dr.vnā, pulueris hieræ picræ Galeni hexag.tria,croci hexag.S. ſenæ hexag. vnum, epithymi hexag.S.ſeminis fœniculi,carnabadii,ſing.hexag.ſemis, ſucci roſarum quantū ſufficit. Finge pilulas ciceris magnitudine, dato cubitum ituris tredecim aut quindecim aut ſeptendecim. Poſtea ſorbendum dato vini temperati poculum vnum.

Cap. CIIII.

PILVLAE ad omnes deſtillationes,admodum nō B biles. Rhei barbari drach. vnam, aloes flauæ hexagia duo,turpeti,hermodactyli, ſing. drach. vnam, pulueris hieræ picræ Galeni hexag. vnum, maſtiches, ſtichadis, ſing.drach.ſemis,roſarum ſcrup.vnum,ariſtolochiæ lōgæ & rotundæ, ſing.drach.ſemis, ſagapeni, opopanacis, bdellii,ſpicæ, ſing. drach. ſemis, dacrydii hexag.ſemis, ammoniaci,cinamomi,ſing.drach. ſemis,croci ſcrupul. vnum,ſenæ,epithymi,agarici,ſing.drachm.ſemis, ſucci fœniculi quod ſatis eſt.Fac pilulas ciceris magnitudine, dato dormituris nouem aut vndecim aut tredecim pro C viribus. poſtea ſorbendum præbeto vini temperati poculum vnum. Vtiles ſunt etiam hæ pilulæ podagricis, arthriticis,& neruorum incontinentiæ.

Cap. CV.

PILVLAE ad deſtillationes, mala defluxionum, podagricos & arthriticos. Rhei barbari hexag.vnum, dacrydii ſcrup.quatuor, aloes flauæ hexag.duo,hermodactyli,turpeti,ſing.drach.vnam,ſtichadis drach.ſemis, pulueris hieræ picræ Galeni hexag.vnum,maſtiches,roſarum,ſing.ſcrup.vnum,ariſtolochiæ lōgæ & rotundæ, D ſing.drach.ſemis, tartari hexag. vnum, croci drach.ſemis,ſucci roſarum aut hermodactyli quod ſatis eſt.Finge pilulas erui magnitudine,dato ituris cubitum tredecim aut quindecim pro viribus.

Cap. CVI.

PILVLAE datæ ad omnes affectus præſtantes. Myrobalani citrini,rhei barbari,ſing.drach.duas,dacrydii drach.duas ſemis, myrobalani cepuli & Indici,agarici,colocynthidis,polypodii, ſing. drach. vnam, turpeti E drach.tres, maſtiches, roſarum, ſalis foſſilis,zingiberis, epithymi,aniſi,ſing.drach.ſemis. Trita fermētato cum ſaccharo roſato laxatiuo quantum ſatis erit, & fac pilulas ciceris quantitate,dato dormituris, aut media nocte nouem aut vndecim aut tredecim aut quindecim pro viribus.

Cap. CVII.

PILVLAE ad ſtomachicos,colicos,& inflatos,valde probatæ. Maſtiches,cinamomi, zingiberis, caryophylli,piperis longi & nigri,ſacchari,dacrydii,ſing.drachmas duas,ſucci apii quod ſatis eſt. Fac pilulas ciceris F magnitudine,dato vbi voles ſeptem aut nouem aut vndecim aut tredecim pro viribus.

Cap. CVIII.

PILVLAE purgantes caput, & ſtomachum à craſſis humoribus moleſtatum. Valent etiam ad dolorem inteſtinorum & viſcerum, ad eos [a] qui non nutriuntur, non appetentes cibum,& inflatos. Hieræ picræ Galeni drach.vnam, myrobalani citrini & Indici, abſinthii, ſing.drach.tres,maſtiches,aniſi, myrobalani bellirici,agarici,myrobalani emblici,ſing.drach. tres ſemis,zingi G beris drach.duas,caryophylli, ſalis gemmæ, floris iunci odorati,ſing.drach.vnam, turpeti drach. duas, dacrydii drach.ſemis,ſucci abſinthii quod ſatis eſt.Finge pilulas, & dato cubitum ituris drach. duas aut tres pro viribus. Poſtea ſorbendum præbeto vini temperati poculum vnum.

a Qui non nutriuntur] In codice manuſcripto non rectè legitur τρεφομένους, omiſſa οὐ dictione.

Cap. CIX.

PILVLAE ex agarico, ad eos qui nōniſi recta cer- H uice & difficulter ſpirant, & deſtillatione laborant, valde laudatæ. Agarici drach.vnam ſemis,iridis, marrubii,ſingul. drach. vnam ſemis, turpeti, hieræ picræ Galeni,ſingulorum drach.duas,colocynthidis, ſarcocollæ,

ſing.drach.vnam,gari quantum ſufficit. Formato pilulas,præbeto dormituris vndecim aut tredecim aut quindecim aut ſeptendecim pro viribus. Poſtea ſorbendum præbeto vini temperati poculum vnum.

Cap. CX.

PILVLAE ad ſtomachicos,lienoſos, nephriticos, iecinoroſos, caput dolentes, & ſimpliciter ad omne hypochondriorum malum,ad arthriticos,datæ quando lubet,vel ante vel poſt cibum. Maſtiches, cardamomi, croci,calami odorati,folii,nucis moſchatæ, cumini,ſpicæ,carpobalſami,floris iunci odorati,caryophylli,maceris,zingiberis, galangæ, iuniperi,aſari, apii, petroſelini, fœniculi & aſparagi ſemen, [a]rhei Pontici, ruſci,cyperi, [b]carei,cubebe,xylobalſami,chamædryos,chamæpityos thymi,epithymi,ſenæ,coſti, ſaxifragi,lapidis Armenii, pulegii,ſileris,ammeos,amomi,anethi,milii ſolis,ſeminis portulacæ & lactucæ,mannæ, gummi, [c]calacãthes, ſeminis bombacii & maluæ,glycyrrhizæ, tragacanthæ, myrobalani Indici,abſinthii,caſuthæ, aniſi, zedoariæ,cinamomi, ſing.vnc.ſemis,turpeti,hermodactyli,agarici, ſing.vnc.vnam, rhei barbari quantum omnium aliarũ ſpecierum,aloes flauæ tantundem, vini rubei quod ſatis eſt.Finge pilulas erui magnitudine,& præbeto cubitum ituris vndecim aut tredecim aut quindecim aut ſeptendecim. dein ſorbendum dato vini temperati poculum vnum . Conferunt etiam iis qui nihil appetunt, & non concoquunt , inflationeque viſcerum laboratibus, & ipſi ſtomacho.

a Rhei Pontici] Et ex hoc loco apparet rheum Ponticum à rheo barbaro, cuius paulo pòſt fit mentio, eſſe diuerſum. b Carei] Græcè legitur χαρύx pro χαρὰx. c Calacanthes] Manuſcriptus codex legit χαλαχάνθης. Quid verò ſit χαλάκανθα, ignorare me fateor. Fortè legendum erit χάλκακάνθης.

Cap. CXI.

PILVLAE valde probatæ ad arthriticos. Turpeti,hermodactyli,ſing.drach. vnam,myrobalani cepuli & Indici & citrini, colocynthidis, zingiberis, ſaxifragi, aniſi,apii ſeminis,cuſcutæ, croci,ſenæ, maſtiches , ſing. ſcrup.vnum,agarici ſiliq. octo , aloes flauæ drach.duas, dacrydii drach.vnam,rhei barbari drach.duas,ſucci fœniculi quãtum ſatis eſſe videbitur.Finge pilulas, & præbe dormituris vndecim vel tredecim aut quindecim. dein ſorbendum exhibe vinum temperatum.

Cap. CXII.

PILVLÆ ad arthriticos,& omnem fluxionem factam à craſſis & lentis humoribus in ſtomacho. Aloes flauæ,hermodactyli,myrobalani empelitici bellirici & citrini,colocynthidis,turpeti, ſenæ, bdellii, ſagapeni,agarici,ſing.drach.vnam,ſarcocollæ,caſtorei, euphorbii, opopanacis,cuſcutæ,ſeminis apii,ſing.drach.ſemis,rhei barbari hexagium vnum,croci, dacrydii aſſati, ſing.ſiliquas octo,ſucci fœniculi quod ſatis eſt. Fac pilulas,dato cubitum ituris nouem aut vndecim aut tredecim.

Cap. CXIII.

PILVLAE probatæ ad arthriticos, podagricos, neruorum incontinẽtiam, & omnem corporis noxam. Thuris maſculi hexagii quartam partem , nucem moſchatam vnam, baccarum lauri repurgatarum drachm. duas,aloes flauæ hexag.quatuor , hermodactyli hexag. duo,roſarum hexagii quartam partem, maſtiches, zingiberis,croci,caryophylli,cinamomi, piperis longi,ſingul.hexagii quartam partem, turpeti hexag.tria, ſcammoniæ hexag.vnum, rhei barbari hexag. duo, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ſing.hexag.ſemis, polypodii hexagia duo,agarici,myrobalani citrini & flaui , ſingul.hexagium ſemis,ſenæ hexag.vnum ſemis, pulueris hieræ picræ Galeni hexagia tria,ſucci fœniculi & hermodactyli quantum ſufficit.Fac pilulas ciceris quantitate . Dato dormituris vndecim aut tredecim aut quindecim.Poſtea ſorbendum exhibeto vini temperati poculũ vnum.

Cap. CXIIII.

PILVLÆ ad iecinoroſos, lienoſos, omne corporis vitium,deſtillationes,& arthriticos,valde vtiles. Aloes flauæ drach.tres,rhei barbari, turpeti, ſing. hexag.vnũ, agarici,ſenæ,epithymi,ſing.drach. vnam, roſarum drachmam ſemis, maſtiches grana quindecim , ſtichadis drach.ſemis , pulueris hieræ picræ Galeni hexagia duo, dacrydii ſcrupulos quatuor , colocynthidis drachmam vnam, croci ſcrupulos duos , hermodactyli drach.duas, ſucci fœniculi & hermodactyli quantum ſufficit . Formato pilulas , dato cubitum ituris vndecim aut tredecim aut quindecim . Poſtea ſorbendum exhibeto vini temperati poculum vnum.

Cap. CXV.

PILVLAE è myrobalano, ad incontinentiam neruorum,difficultatem vrinæ,podagricos, arthriticos,iecinoroſos,lienoſos,craſſos & lentos humores in ſtomacho,& omnem corporis impuritatem,gratia Dei,ſanitatem illis qui eis vtuntur conciliantes. Aloes flauæ hexagia duo , hermodactyli parui & magni, ſingulorum hexagium vnũ,myrobalani empelitici bellirici & citrini,colocynthidis,ſingulorum drachmam vnam,turpeti hexagium vnum,ſenæ,epithymi, ſingulorum drachm. vnam,ammoniaci,ſpicæ, ſingulorum drachmã ſemis, bdellii,ſagapeni,opopanacis,ſingulorum drachmam vnam,agarici hexagium vnum, caſtorei, euphorbii, ſingulorum drachmam vnam,cuſcutæ, ſeminis apii,abſinthii,ſingulorum drachmam ſemis, croci ſcrupul . duos, rhei barbari hexagium vnum, roſarum ſcrupulos duos, ſtichadis drach.vnam,pulueris hieræ picræ Galeni hexagia duo, dacrydii drachmam vnam , maſtiches , thuris maſculi,ſingulorum ſcrupulum vnum,ariſtolochiæ lõgæ & rotundæ,ſingulorum drachmam ſemis, ſucci fœniculi quod ſatis eſt.fac pilulas ciceris magnitudine,dato dormiturisvndecim aut tredecim aut quindecim pro viribus.dein ſorbendum,febre vacantibus , vini poculũ vnum:febricitantibus,aquam tepidam exhibeto.

Cap. CXVI.

PILVLAE ad eos qui ſunt correpti elephantia,ex euphorbio,admodum nobiles. Agarici,euphorbii,polypodii,grani Cnidii, colocynthidis, ſingulorum hexagia duo,aloes flauæ vnciam ſemis , ellebori nigri, myrrhæ,ſpicæ nardi,ſingulorum hexag.duo ſemis,dacrydii hexagia duo,cinamomi, opopanacis,epithymi, piperis communis,ſing.vnc.ſemis ſiliq.quatuor,polii,caſiæ,ſingulorumhexagia duo drachm , vnam, ſucci pomorum dulcium quantum ſufficit . Fingito pilulas: dato cubitũ ituris vndecim aut tredecim aut quindecim aut ſeptendecim pro viribus. Poſtea ſorbendum dato vinum temperatum menſura vna. Poſthæc alternis diebus exhibeto paſtillum de vipera bibendum manè ieiuno,cum decocto calaminthæ montanæ quantum vis.Eſt enim valde probatum & vtile medicamentum.

Cap. CXVII.

PILVLAE Aoriæ vocatæ , ex Meſue,laudatæ. Cepuli myrobalani,empelitici & bellirici,ſing.drachm. duas ſemis, turpeti drach.nouem,agarici, dacrydii,ammoniaci,ſing.drach. duas,ſeminis apii & aniſi, ſing. dr. vnam,aloes flauæ drach. quatuor , ſalis foſſilis drachm. duas,nucem moſchatam vnam, caryophylli drachmam ſemis,hieræ picræ Galeni drach.quinque, maſtiches dr. vnam, rhei barbari hexag. vnum ſemis , ſucci fœniculi, aut ſolani quantum ſufficit . Formato pilulas, dato dormituris pilulas nouem aut vndecim aut tredecim pro viribus.deinde ſorbendum præbeto vini temperati poculum vnum.Sunt bonæ ad melancholicos.

Cap. CXVIII.

PILVLAE ſomniferæ,& mitigantes dolorem,datæ dormituris. Caſtorei,galbani, apii,petroſelini,& aniſi,myrrhæ, opii,croci,ſing.hexagium vnum,papaueris albi hexag.vnum ſemis, ſeminis ocimi hexag. vnũ, ſtillatitii roſarum liquoris boni quod ſatis eſt. Finge pilulas erui quantitate, præbeto quinque aut ſeptem pro viribus.ſũt mirabiles admodum ad colicos & inflatos. Pòſt ſorbendam dato aquam tepidam.

Cap. CXIX.

PILVLAE ad arthriticos,admodum nobiles. Aloes flauæ drach.vnam, hermodactyli, turpeti, ſing.dr.

vnam,rhei barbari hexag. vnum, roſarum ſiliq.tres,dacrydii ſcrup.duos,croci ſcrup.vnũ, ſucci fœniculi quod ſatis eſt.Fac pilulas ciceris magnitudine, dato cubitum ituris nouem,aut vndecim,aut tredecim.Poſtea ſorbendum dato vini temperati poculum vnum.

Cap. CXX.

PILVLAE ad arthriticos,podagricos,& omne malum corporis,laudatæ. Aloes flauæ hexag.vnum,hermodactyli parui & magni,ſing.drach.vnam,rhei barbari hexag.vnum,dacrydii ſcrup. duos, croci ſcrup.vnum, ſucci hermodactyli quantum ſufficit. Finge pilulas ciceris quantitate,dato dormituris nouem aut vndecim aut tredecim pro viribus.dein ſorbendum præbe vini temperati poculum vnum.Sunt admodum vtiles.

Cap. CXXI.

PILVLAE ad arthriticos, podagricos, & deſtillatione laborantes, admodum bonæ. Maſtiches, zingiberis,cinamomi, caryophylli,piperis longi,ſing.drach. vnam,dacrydii hexag. duo, rhei barbari hexag. vnum, turpeti hexag.ſemis, croci ſcrup.vnum, hermodactyli drachm. vnam,aloes flauæ hexag.vnum,ſucci fœniculi quod ſatis eſt.Formato pilulas ciceris quantitate. Dato vndecim ant tredecim aut quindecim cubitum ituris. Pòſt ſorbendũ præbeto vini temperati poculũ vnum.

Cap. CXXII.

PILVLAE vocatæ [a]cocceri,ad laborantes deſtillatione,caput dolentes,hemicranicos, lippitudine & neruorum incontinentia affectos. Hieræ picræ Galeni drach.quinque,dacrydii drach.vnam ſemis, pulpæ colocynthidis drach.ſemis,turpeti, ſtichadis Arabicæ, ſing. drach.duas ſemis,ſagapeni, opopanacis, bdellii, ammoniaci, agarici,ſpicæ,ſing.drach.ſemis, rhei barbari,aloes flauæ, ſing.hexag. vnum, ſucci fœniculi quod ſatis eſt. Finge pilulas, dato dormituris vndecim aut tredecim aut quindecim.Pòſt ſorbẽdum dato vini temperati poculum vnum.

a Pilulæ cocceri,vulgò vocatæ cochiæ.

Cap. CXXIII.

PILVLAE nominatæ ab Italis cotzeræ; prædictis ſimiles,admodum bonæ. Aloes flauæ hexag. vnum,colocynthidis,maſtiches,abſinthii,turpeti,agarici, ſingul. drach.duas,roſarum drach.vnam,rhei barbari hexag.vnum ſemis,ſtichadis,dacrydii,ſing.drach.tres,hieræ picræ Galeni drach. quinque, hermodactyli drach.vnam ſemis,ſucci fœniculi quod ſatis eſt. Finge pilulas ciceris quantitate,præbeto cubitum ituris vndecim aut tredecim aut quindecim pro viribus. dein dato ſorbendum vini temperati poculum vnum.

Cap. CXXIIII.

PILVLAE nominatæ cotzeræ, ſimiles prædictis. Colocynthidis drach.ſemis gran.ſeptem,turpeti,ſtichadis,ſing.drach.vnam gran.quindecim, agarici drach.vnam,ſpicæ gran.quindecim, rhei barbari hexag.vnum, maſtiches drach.ſemis, hieræ picræ Galeni hexag. vnũ; aloes flauæ hexag.ſemis,roſarum drach. ſemis, dacrydii ſcrup.duos, hermodactyli hexag.vnum, ſenæ hexag.ſemis,croci ſcrup.duos, epithymi hexag.vnum,myrobalani flaui & citrini,ſing.hexa.S.ſucci fœniculi quod ſufficit. Facito pilulas ciceris quantitate, dato dormituris vndecim aut tredecim pro viribus. Poſtea præbeto ſorbendum vini temperati poculum vnum.

Cap. CXXV.

PILVLAE vtiles ad caliditatem iecoris,& ad dyſentericos,mirabiles. Lemnii ſigilli,ſucci plantaginis maioris,ſing.hexag.vnum ſemis, ſanguinis draconis, boli Armenii,ſucci acaciæ,maſtiches,ſing.hexag.vnum,gummi Arabici,ſing.hexagium ſemis,cataſtathi hexagii tertiam partem,ſucci plantaginis minoris vnc. ſemis, rhei barbari [a]vſti hexag.ſemis, ellebori nigri [b]hexag.vnum, Finge pilulas,dato cubitum ituris ſeptem aut nouem.

a Vſti] In manuſcripto codice falſò καπτȣ̃ pro καυςȣ̃ legitur. b Hexagium vnum] Græcè legitur ἀκαπτὸν α΄.forte pro ἑξάγιον α΄.Temere tamen citra melioris codicis fidem nihil ſtatuemus.

Cap. CXXVI.

PILVLAE ex aloe, ad deſtillationes, grauitatem capitis,& omnia è capite in oculos & os aut in quamcunque corporis partem decumbentia mala. Aloes flauæ hexag.vnum,floris cartami,myrrhæ,ſing.hexag.ſemis,thuris maſculi drach.ſemis, rhei barbari drach.vnã, ſucci fœniculi quod ſatis eſt. Fac pilulas ciceris magnitudine,dato dormituris nouem aut vndecim aut tredecim.Pòſt ſorbendum præbeto vini temperati poculum vnum.

Cap. CXXVII.

PILVLAE ad arthriticos,podagricos,iecinoroſos, lienoſos,& omnis generis partes corporis fluxione laborantes, ſanæ appellatæ. Epithymi,colocynthidis,agarici,myrobalani citrini & flaui,abſinthii, ſing.drach.ſemis,polypodii,turpeti,rhei barbari, ſing.hexag.vnum, hermodactyli magni & parui, ſing.hexag.vnum ſemis, dacrydii drach.vnam ſemis,croci drach.ſemis, roſarum grana quindecim, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ſing. drach.ſemis,cinamomi,ſpicæ, aſari,xylobalſami,carpobalſami,ſing.drach.vnam, violarum gran. quindecim, zingiberis,caryophylli, ſing. drach. ſemis gran.ſeptem, ſeminis fœniculi & aniſi, ſing. hexag.ſemis, aloes flauæ vnc.vnam,pulueris hieræ picræ Galeni vnc.ſemis, ſucci fœniculi quod ſatis eſt. Finge pilulas ciceris quantitate: dato cubitum ituris tredecim aut quindecim aut ſeptendecim pro viribus.poſtea ſorbendum præbeto vini temperati quantum ſufficit.

Cap. CXXVIII.

PILVLÆ ad arthriticos,podagricos,& omnia corporis è fluxione nata mala. Epithymi, colocynthidis, agarici,myrobalani flaui & citrini,abſinthii,ſing.drach. ſemis,polypodii,turpeti,rhei barbari, ſing.hexag. vnũ, hermodactyli magni & parui,ſing.hexagium vnũ S.dacrydii drachmam vnam ſemis, croci drachmam ſemis, roſarum gran. quindecim, ariſtolochiæ longæ & rotundæ,ſing.drach.ſemis,cinamomi, ſpicæ, aſari,xylobalſami,carpobalſami, ſingul.drach. vnam, violarum grana quindecim,zingiberis, caryophylli,ſeminis fœniculi,aniſi,ſing.drachmam vnam, aloes flauæ vnciam vnam, ſucci roſarum quod ſatis eſt.Fac pilulas ciceris quantitate,dato dormituris vndecim aut tredecim aut quindecim pro viribus.deinde ſorbendum præbeto vini temperati poculum vnum.

Cap. CXXIX.

PILVLAE ad melancholicos,admodum probatæ. Agarici, turpeti,glycyrrhizæ,ſing.hexag.ſemis & quartam partem,epithymi,hyſſopi Cretenſis,ſing.hexag.ſemis,rhei barbari hexag. vnum, tragacanthæ, bdellii,lapidis lazurii, lapidis Armenii, croci, ſingulorum hexagii quartam partem,ſcammoniæ hexagium vnum,aniſi hexagium ſemis,aloes flauæ hexag. duo ſemis,chryſobalani magni hexag.ſemis quartam partem, chryſobalani parui hexag.ſemis, pulpæ colocynthidis, rhei Indici,ſing.hexag.ſemis & quartam partem, ſeminis intybi hexag.vnum ſemis,ſenæ hexag.vnum,polypodii hexagia duo,ſucci abſinthii aut braſſicæ quod ſufficit.Fac pilulas,dato dormituris vndecim aut tredecim aut quindecim aut ſeptendecim pro viribus. Poſtea ſorbendum præbeto vini temperati poculum vnum.

Cap. CXXX.

PILVLÆ ad melancholicos aliæ,laudatæ. Quinque myrobalanorum generum ſine flauis,ſing. vnc. ſemis,polypodii,epithymi, ſtichadis herbæ, ſingulorum drach.duas,agarici drach.vnã,rhei barbari hexag. vnũ, ſenæ hexag.duo,dacrydii hexag. ſemis, ſucci myrobalani aut fœniculi quod ſatis eſt. Formato pilulas ciceris magnitudine, dato cubitum ituris vndecim aut tredecim pro viribus.dein ſorbendum præbeto vini temperati poculum vnum.

Cap. CXXXI.

PILVLÆ ad deſtillationes,admodum probatæ. Aloes flauæ,dacrydii,rhei barbari,pulpæ colocynthidis, turpeti,agarici,ſing.drach.duas,maſtiches, roſarum,ſingul.drach.1.ſtichadis dr.duas, hieræ picræ Galeni dr. v.

ſucci roſarum aut fœniculi quantum ſufficit. Fingito pilulas ciceris quantitate:dato dormituris vndecim,aut tredecim,aut quindecim, aut ſeptendecim,pro viribus. deinde ſorbendum præbeto vini temperati poculum vnum.

Cap. CXXXII.

PILVLÆ ad deſtillationes,purgantes, probatæ. Aloes flauæ vnciam vnam, pulpæ colocynthidis hexagia duo, ſcammoniæ hexag. vnum, maſtiches hexagiũ ſemis,rhei barbari hexag. vnum, thuris maſculi drach. ſemis,pulueris hieræ picræ Galeni hexag. vnum, ſucci fœniculi quod ſatis eſt.Fac pilulas ciceris magnitudine, dato dormituris vndecim aut tredecim aut quindecim pro viribus.dein ſorbendum præbeto vini temperati poculum vnum.

Cap. CXXXIII.

PILVLÆ mirabiles ex elaterio, ad difficulter & nonniſi recta ceruice ſpirantes. Purgant pituitam,& in viſceribus obſtructiones à craſſis & lentis humoribus corpus malè afficientibus natas tollunt, & ſynanchicos iuuant. Purgãt etiam pituitoſum & craſſum humorem ex ſtomacho. Agarici grana octodecim, colocynthidis grana ſex,elaterii grana quatuor, rhei barbari hexagium ſemis,aloes flauæ drach.vnam,ſucci glycyrrhizæ, aut apii,aut abſinthii, quantum ſufficere videtur. Formato pilulas erui quantitate. Dato cubitum ituris, aut media nocte tredecim aut quindecim aut ſeptendecim pro viribus. Poſtea ſorbendum præbeto vini temperati tepidi poculum vnum.

Cap. CXXXIIII.

PILVLÆ ad quartanas, ex ſena. Papaueris albi drach.ſex,agarici ſiliq.octodecim,croci ſcrup.duos,maſtiches drach.duas,ſenæ vnc.ſemis, polypodii vnc.vnã, epithymi vnc.S.hieræ picræ laxatiuæ,benedictæ laxatiuæ,ſing.vnc.S.cydonitis laxatiui,ſacchari roſacei laxatiui, ſing.hexag.duo, rhei barbari hexag.I. S. dacrydii hexag.ſemis,ſucci braſſicæ aut fœniculi.Finge pilulas ciceris quantitate.dato ituris cubitum, aut media nocte vndecim aut tredecim aut quindecim pro viribus.

Cap. CXXXV.

PILVLÆ ad iecinoroſos,lienoſos, melancholicos, & omne corporis vitium.Purgant caput & oculos mirificé. Aloes flauæ dr..quinque,dacrydii dr.IIII.roſarum, apii ſeminum,ſing.dr. I.ſeminum aniſi,fœniculi,ſingulorum drachmas duas,croci drachmam vnam, colocynthidis drach.vnam, pulueris hieræ picræ Galeni drach. ſeptem,benedictæ laxatiuæ drach. quatuor,cydonitis laxatiui,ſacchari, roſacei laxatiui, ſingulorum vnc.ſemis, rhei barbari hexagia duo, ſenæ, epithymi, ſingulorum vnc.ſemis, agarici hexagia duo, polypodii vnciã ſemis, ſucci fœniculi aut roſarum quod ſatis eſt.Fingito pilulas ciceris quantitate paruas. Præbeto media nocte nouem aut vndecim aut tredecim pro viribus, & permitte vt dormiat.

Cap. CXXXVI.

PILVLÆ mirabiles ſanæ nominatæ, ad podagricos,arthriticos,iecinoroſos,lienoſos,& muliebria mala, laudatæ. Quinque generum myrobalanorum, demptis flauis, ſingulorum vnc.ſemis, turpeti hexagia duo,rhei barbari hexag. vnum ſemis, roſarum rubrarum drach. vnam,agarici drach.duas, maſtiches drach.vnam,hieræ picræ Galeni, benedictæ laxatiuæ, cydonitis laxatiui, ſingulorum hexag. tria,pulueris hieræ picræ Galeni dr. II.cinamomi drach.vnam ſemis,croci drachmam vnã, tartari,ſenæ,epithymi,polypodii, ſingulorum hexagia duo ſemis,aloes flauæ hexagia tria, dacrydii hexagium vnum,colocynthidis drach.vnam, hermodactyli hexagia duo,papaueris albi hexagium vnum, ſacchari roſacei laxatiui hexagia tria, ſucci roſarũ aut fœniculi quod ſatis eſt. fac pilulas ciceris quantitate. Dato dormituris nouem aut vndecim aut tredecim aut quindecim, pro viribus.

Cap CXXXVII.

PILVLAE aliæ ſanæ nominatæ, ad melancholicos,bilioſos,pituitoſos,podagricos, arthriticos,vtiles,& totum corpus à prauis humoribus purgant. Valent etiã ad ſcabiem, pruritum,impetigines,lepras,& elephantia correptos. Senæ hexag. tria, epithymi repurgati vnc. vnam, polypodii repurgati vncias duas,quinque generum myrobalanorum demptis flauis, ſingulorum vnciam vnam ſemis,turpeti vnciam ſemis,rhei barbari hexagia duo,dacrydii hexagia duo,cydonitis laxatiui,ſacchari roſacei laxatiui,ſingulorum vnciam vnam, roſarũ vnciam ſemis, agarici hexag. duo, aloes flauæ vnciam vnam, benedictæ laxatiuæ, hieræ picræ laxatiuæ,ſingulorum vnciam vnam ſemis,pulueris hieræ picræ Galeni vnciam vnam, colocynthidis hexagia duo, croci hexagium vnum,ſucci fœniculi quod ſatis eſt. Finge pilulas ciceris quantitate, dato media nocte vndecim aut tredecim aut ſeptendecim pro viribus.

INDEX LEXOPYRETORVM, ID EST FINIENtium febres: item impetigines & calculos curantium medicamentorum.

Lexopyreton Ambroſia, Cap.I.
Lexopyreton epirrhema,expertum, Cap.II.
Lexopyreton certum ac conſtans,admodum bonum, Cap.III.
Lexopyreton admodum nobile, Cap.IIII.
Impetiginum ferarum ſanatio valde bona, Cap.V.
Lichenicum ad tenera corpora, probatum, Cap.VI.
Lichenica illitio admodum bona, Cap.VII.
Lichenica inunctio valde laudata, Cap.VIII.
Lichenicus paſtillus probatus, Cap.IX.
Lichenica illitio,& ad alphos experta, Cap.X.
Lichenica inunctio facta in medio pulpæ brachiorum & alarum, Cap.XI.
Lichenicum & pſoricum expertum, Cap.XII.
Lichenicum expertum, Cap.XIII.
Lichenica illitio experta, Cap.XIIII.
Lichenica inunctio probata, Cap.XV.
Lichenica illitio admodum bona, Cap.XVI.
Lichenica inunctio nobilis, Cap.XVII.
Lichenica illitio valde laudata, Cap. XVIII.
Lichenica inunctio admodum bona, Cap. XIX.
Lichenica illitio, Cap. XX.
Lichenas & pruritus ſanans, Cap. XXI.
Lichenica illitio conſtans, Cap. XXII.
Calculoſorum potus,expertus ad calculos veſicæ, Cap. XXIII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De Lexopyretis:item impetigines & calculos ſanantibus medicamentis,

Sectio trigeſimatertia.

Cap. I.

L[a]EXOPYRETON,hoc eſt finiens febrem, Ambroſia.Croci drachmas duas, lithargyri vnciam vnam ſemis,chamæmeli vnciam vnam,adipis ſuilli recentis, ceræ puræ,olei roſacei , ſingulorum vncias tres,meliloti vnciam vnam ſemis , ſeminis lini vncias viginti.Bene paratum reconde ad vſum.

a Lexopyreton]Λυξοπύρετον medicamentum Græcis dicitur finiens febrem,à λήγω & πυρετός.

Cap. II.

LEXOPYRETON [a] epirrhema expertum.Succi ſolani,ſucci colocynthidos , ſingulorũ libram ſemis, ouorum lutea quatuor,olei roſacei,olei chamæmelini, ſingulorum vncias quatuor.Miſce omnia ſimul probè, & coniice in linteum,ac crebrò mutato.

a Epirrhema]Græcè ἐπίρρημα . Fortè ſic nominatum eſt hoc medicamentum,quòd inſtar ſubueſtimenti(vt ita dicam) quod Græcis ἐπίῤῥαμμα vocatur,linteo exceptum adhibeatur. niſi malis ἐπίθεμα legere.

Cap. III.

LEXOPYRETON certum,admodum bonum. Foliorum braſſicæ & apii diligenter tritorum vt ad cerati redigantur craſſitudinem, adiice illis aliquid panis puri macerati in aqua frigida. Terito diligenter , & admiſce olei quod ſatis eſt.Subactum diligenter illine panno,& vtere frequenter mutando.

Cap. IIII.

LEXOPYRETON admodum mirabile . Croci vnciam ſemis,lithargyri,olei roſacei,adipis ſuilli recentis,ſingulorum vncias tres,ceræ puræ vnc.duas & quartam partem, ſucci ſeminis lini vnciam ſemis drachmã vnam,mellis Attici vnciam vnam.Crocum & lithargyrum terito in aqua.excipe cerato frigido,& vtere vt ſuprà dictum eſt.

Cap. V.

IMPETIGINVM ferarum admodum pulchra ſanatio.Radicis aſphodeli,ſulphuris ignem non experti, mannæ,ſingulorum vnciam vnam.Trita bene irrigato cum acerrimo aceto,& illine.

Cap. VI.

IMPETIGINIBVS conueniens,in teneris corporibus probatum.Semen lini tuſum & cribratum madefacito cum acerrimo aceto vt ſordium craſſitudinem acquirat,& illine.

Cap. VII.

LICHENICA illitio admodũ bona.Thuris,gummi,ſingulorum hexagium vnum. Trita probè irrigato cum aceto acerrimo vt ſordium craſſitudinem acquirant,illine nitro prius perfricans locum.

Cap. VIII.

LICHENICA illitio valde laudata.Succum dauci ſylueſtris,& allia repurgata terito cum modico ſale:illine deſuper nitro prius perfricans locum . aut protoſtacten illine.

Cap. IX.

LICHENICVS paſtillus,probatus.Thuris maſculi,ſulphuris ignem non experti,radicis aſphodeli,ſingulorum vnciam ſemis.Trita in pollinem cum aceto acerrimo madefacito,& crebrò illinito.

Cap. X.

LICHENICA illitio,& ad alphos experta. Aluminis ſciſſilis & rotundi,miſyos,thuris maſculi , radicis aſphodeli,chalcitidis,melanteriæ,aphonitri, chalcanthi, ſulphuris ignem non experti,gummi,ſquamæ æris,ſingulorum ſcrupulos tres,æruginis raſilis , cantharidum, ſingulorum ſcrupulum vnum ſemis . Trita bene irrigato cum ſucco herbæ heliotropii,& aceto acerrimo,ſubi-

A gitóque vt glutinis conſiſtentiam accipiat,& illine.

Cap. XI.

LICHENICA illitio eorum quæ facta ſunt in medio [a] pulpæ brachiorum & alarum,probata . Lithargyri drachmam vnam ſemis,ſulphuris ignem non experti, cimoliæ,ſingulorum drachmam ſemis . Trita macerato cum oleo roſaceo & vino dulci quod ſatis , & redige ad glutinis conſiſtentiam:illine.

a Pulpæ brachiorum]In codice manuſcripto legitur μοιύροις, corruptè haud dubiè pro μυῶνος.

B Cap. XII.

LICHENICVM & pſoricum expertum.Bituminis,ſulphuris ignem non experti, mannæ , ſingulorum vnciam ſemis, violarum vnciam vnam , pumicis vnciã ſemis. Trita irrigato aceto acerrimo,vt glutinis conſiſtẽtiam acquirant,& illine in ſole,aut in balneo . Admodũ enim probatum eſt.

Cap. XIII.

LICHENICVM expertum, valde bonum . Sulphuris ignem non experti, muſcerdarum , ſingulorum
C hexagium vnum. Trita madefacito acerrimo aceto vt glutinis conſiſtentiam acquirant.illine cum penna donec ſanes.

Cap. XIIII.

LICHENICA illitio experta. Thuris maſculi,ſulphuris ignem non experti,æruginis raſilis,allii caput vnum repurgatum,gummi, ſingulorum vnciam ſemis. Trita irrigato aceto acerrimo quantum ſufficit vt glutinis conſiſtentiam nanciſcantur : illine & crebrò mutato.

D Cap. XV.

LICHENICA illitio probata.Glutinis fabrilis dr. quatuor.Diſſolue cum acerrimo aceto . dein illi adiice thuris maſculi tuſi in pollinem drach.duas . Irrigato vtraque vt glutinis conſiſtentiam nanciſcantur,& illine.

Cap. XVI.

LICHENICA illitio admodum bona. Chalcitidis,gummi,ſingulorum drachmas quatuor, ſulphuris ignem non experti,miſyos,ſingulorum drachmas tres, ſquamæ æris,acaciæ,ſingulorum drachmam vnam.Trita
E irrigato aceto acerrimo vt glutinis conſiſtentiam acquirant,& illine crebrò.

Cap. XVII.

LICHENICA illitio mirabilis. Sulphuris ignem non experti,aphonitri,ſingulorum drachmas quatuor, canchryos grana triginta.Terito in aceto vt glutinis cõſiſtentiam acquirant.Illine non coinquinando locum à malo alienum. Exſiccato autem medicamẽto,elue locũ aqua frigida,& rurſus deſuper illine.

Cap. XVIII.

LICHENICA illitio,admodum laudata. Elleboti albi drachmas quatuor, farinæ lupinorum,buccinorũ
F vſtorum,ſingulorum chœnicem vnum. [a] exiccata ſubigito.Feras autem impetigines vocant,quæ à mediocriter exiccantibus nihil iuuantur,ab acribus autem irritãtur. Oportet igitur ex illis aſſumere medicamenta admodum efficacia, citra tamen vehementem mordicationem,qualia ſunt:Glaucii,thuris,halcyonii, ſulphuris ignem non experti,bituminis,gummi,ſingulorum vnciam vnam.Trita madefacito aceto acerrimo vt glutinis conſiſtentiam nanciſcantur,& illinito.

a Exiccata ſubigito]Manuſcriptus codex legit ξηρῶ μάσθω, pro
G ξηρὰ μάσθω.

Cap. XIX.

LICHENICA illitio valde bona . Picem Africanam probè læuigatam cum aceto terito acerrimo, & liquefactam crebrò illine.

Cap. XX.

IMPETIGINES & pruritus ſanans. Chalcanthi, ſulphuris ignem non experti, thuris, maſculi, nitri, ſing. hexagium vnum. Trita irrigato cum acerrimo aceto vt glutinis conſiſtentiam acquirant. illine.

Cap. XXI.

LICHENICA illitio probata. Ammoniaci, ſulphuris ignem non experti, farinæ eruinæ & lupinorum, ſingulorum vnciam vnam. Trita vt pollinem madefacito cum aceto acerrimo vt glutinis nanciſcantur conſiſtentiam, & illine frequenter.

Cap. XXII.

LICHENICA circumlitio certa. Chalcanthi, ni-A tri, miſyos, ſulphuris ignem non experti, chalcitidis, halcyonii vſti, thuris maſculi, ſeminis viticis, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum vnciam ſemis, glaucii hexagia quatuor. Trita irrigato cum accerrimo aceto vt ad glutinis conſiſtentiam veniant. calefacto vtere.

Cap. XXIII.

CALCVLOSORVM potus expertus ad calculos veſicæ. Floris iunci odorati, piperis communis, petroſelini ſeminis & braſſicæ, piperis longi, ſingulorum vnciam vnam. Contuſa probè vt pollinem, dato manè B ieiuno ſcrupulos duos aut quatuor cum decocto glycyrrhizæ aut rubiæ tepido.

INDEX MALAGMATVM ET vnguentorum.

Marciati confectio, aut è ſtyrace, Cap. I.
Maſuaphii Indici confectio mirabilis, Cap. II.
Malagma monomachion, ad phlegmonas probatum, Cap. III.
Malagma ad luxationes & plagas, Cap. IIII.
Malagma è maſtiche, ſiue ſolidum nobile, Cap. V.
Malagma oxyra dictum. eſt verò cruentis vulneribus conueniens, Cap. VI.
Malagma è myrrha, Apollophanium medicamentum, Cap. VII.
Malagma ad ſteatomata vtile, Cap. VIII.
Malagma ad fluxiones ſtomachi & inteſtinorum, Cap. IX.
Malagma amblamula dictum, ad podagricos, Cap. X.
Malagma ad lienoſos & hydropicos, Cap. XI.
Malagma ad iſchiadicos, & renum dolores, Cap. XII.
Malagma ad colicos, Antipatri, Cap. XIII.
Malagma Aſclepiadis, politicum, Cap. XIIII.
Malagma ad neruorum diſtentiones, Cap. XV.
Malagma probatum, diſcutiens atheromata, Cap. XVI.
Malagma Magni Sophiſtæ medicamentum, Cap. XVII.
Myrtini confectio ad colicos & dyſentericos, Cap. XVIII.
Vnguenti foliati confectio valde probata, Cap. XIX.
Medi coctio, quod eſt Apomeli mirabile, Cap. XX.
Malorum confectio admodum probata, Cap. XXI.
Vnguenti foliati alia confectio probata, Cap. XXII.
Vnguenti confectio pentamyri dicti, Cap. XXIII.
Vnguenti confectio decamyri vocati, Cap. XXIIII.
Vnguenti odorati nominati confectio, Cap. XXV.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI

De Malagmatis & vnguentis,

Sectio trigeſimaquarta.

Cap. I.

MARCIATI confectio. Styracis calamitis vnciam vnam, ceræ vnciam ſemis dr. vnam, glaucii, nardi, ſingulorum vnciā vnam ſemis, maſtiches vnciam vnam ſemis drachmam vnam, medullæ ceruinæ vnciam vnam, terebinthinæ vnciam ſemis, hyſſopi drachmas duas, opobalſami hexagium vnū ſemis. Trita probéque confecta coquito ad conſiſtentiam.

Cap. II.

[a] MASVAPHII Indici confectio mirabilis. Zingiberis, aloes flauæ, ſingulorum vnciam ſemis, coſti hexagium vnum ſemis, caryophylli ſcrupulos quatuor, folii vncias tres, nardi Indici, amomi, croci, ſingulorū ſcrupulos tres, caſiæ ſcrupulos quatuor ſemis, carpobalſami drachmas duas, gummi vnciam ſemis. Probè trita confice cum œnanthe liquida quod ſatis eſt.

a Maſuaphii] Manuſcriptus codex non rectè μασυφὶκ legit pro μασυαφὶκ.

Cap. III.

MALAGMA monomachion, ad phlegmonas, & duritias iecoris, lienis, alui, & vteri, locos tumeſcentes, ſtrumas, maligna vlcera, bubones, tubercula vtile: & in ſumma omnem duritiam diſſoluens mirificè. Eſt verò ad inflationem etiam probatum. Lithargyri vnc. tres, radicis althææ farinæ vncias quatuor ſemis, ſeminis maluæ ſylueſtris vnciam vnam ſemis, adipis ſuilli veteris vnciam vnam ſemis, adipis anſerini vnciā ſemis & quartam partem, adipis gallinæ vntiam vnam ſcrupul. tres, farinæ fœnigræci, medullæ ceruinæ, ſingulorum vnciā C vnam ſemis, ceræ puræ vncias tres, galbani, colophoniæ, ſingulorum vnciam vnam, olei veteris vncias ſeptem ſemis, farinæ anethi vncias tres, farinæ chamæmeli ſcrupulos tres, ellebori albi drachmam vnam ſemis, ſampſychi vnciam ſemis. Liquabilia liquefacito & commiſce aridis, ſubactiſque & confectis probè vtere.

Cap. IIII.

MALAGMA ad luxationes, plagas, abortus & fracturas. Galbani vnciam vnam, croci drachmas duas, ammoniaci thymiamatis, ceræ puræ, ſingulorum vnciam D vnam ſemis, picis aridæ libram ſemis, aceti acerrimi cochlearium ſemis. Tritis & probè confectis vtere, confiſus Domino.

Cap. V.

MALAGMA maſticheron, ſiue ſolidum vt prædictum conferens. Maſtiches vncias duas, ceræ puræ vnciā vnam, colophoniæ vnc. tres, ammoniaci thymiamatis

A vncias duas,pineæ reſinæ libram ſemis.Hæc rectè confecta etiam ad ramices inteſtinorum admoueto.

Cap. VI.

MALAGMA oxyra dictum.cruētis conuenit vulneribus,& diſtantes à ſe inuicem ſinus glutinat. Facit ad omnia conuulſa,arthriticos,podagricos,iſchiadicos, reſolutos,coxendicum dolores, & à feris demorſos. Vtere verò potiſſimùm ad eos quibus extremæ corporis partes vehemēter dolent,neruorū incuruationes & digitorū cōtractiones. Strumas atque parotidas diſcutit. Picis B aridæ lib.ſemis,ceræ puræ vncias tres, ammoniaci thymiamatis vnc.1.ſemis,thuris,galbani,ſtyracis,ſing.vnc. ſemis,terebinthinæ vnciam ſemis, aceti cotylam ſemis. Picem in minuta contuſam coniice in partem aceti vt ferueat donec acetum cum pice vniatur.dein adiice ceram & galbanum,ſtyracémque cum modico ceræ emollitæ. Auferens autem ab igne terebinthinam, ammoniacúmque & thus in aceto læuigata,& vtraque in mortario vnita,priúſque aceto humectata,iniicito.Rectè cōfectis,recondens in vaſe vtere.

C Cap. VII.

MALAGMA è myrrha,Apollophanium medicamentum, accommodatum ad affectus hypochondriorum.diſſoluit omnem duritiam. Facit ad iecinoroſos, lienoſos,nephriticos,& omnem nerui conſenſum, articulorum dolores,& ſopores. Ceræ puræ, terebinthinæ, bdellii,zingiberis,ammoniaci. Trita probè irrigato cū vino ſufficienti & rectè paratum illine cum lana donec affectus finiatur.

D Cap. VIII.

MALAGMA ad ſteatomata vtile, & multi vſus, præcipuè verò ad iſta.vſus autem illo teſtificor.Ceræ puræ,terebinthinæ, viſci. Liquefacta probè emolliantur vino bono ſufficienti, & coquantur quoad inquinent manus.

Cap. IX.

MALAGMA ad fluxionem ſtomachi & inteſtinorum,& ad cœliacos,admodum probatum. Œnanthes aridæ vnciam vnam,omphacini,palmularum, glandiū E carnium,acaciæ,aloes flauæ, gallarum,aluminis rotundi,picis aridæ,ſingulorum vncias duas,ceræ puræ, olei myrtini,ſingulorum vncias tres, hypociſthidis & eius ſucci vncias duas,roſarum rubearum,ſeminis plantaginis minoris,ſingulorum vnciam vnam ſemis,ſucci plātaginis minoris,vini odorati quod ſatis eſt.Tritis ſubactis & probè confectis vtere.

Cap. X.

MALAGMA [a] amblamula dictum, ad podagricos expertum,item arthriticos,iſchiadicos & reſolutos. F Non ſolùm autem hominibus prodeſt,ſed & iumentis. Accepi hoc ab Hepiallo medico,qui diſſoluens ex eo aliquid ad carbones cum oleo nardino aut irino pro acopo vtebatur,illinēs eius crura. Celeriter autem expectationi reſpondens,ob id amblamula appellatum eſt.vſus autem illo ad podagricos,magis claruit. Opopanacis,bituminis,galbani,ſagapeni, viſci quercini, ſingulorum vnciam vnam ſemis,aloes flauæ,caſtorei,ſtyracis,ſingulorum vnciam vnam,œſypi,ammoniaci thymiamatis, G ſingulorum vncias duas,bdellii,mannæ,ſingulorū vnc. vnam ſemis,propolis,terebinthinæ,ſingulorum vncias duas,pineæ reſinæ libram ſemis,ceræ puræ libram vnā, picis aridæ libram ſemis. Trita madefacito cum vino odorato quod ſatis eſt.

a Amblamula] Græcè eſt ſcriptum ἀμϐλαμῦλα. Sed eſſe barbaram dictionem, nemini non conſtat. Quid verò ſignificet, Nicolaus ipſe exponit.

Cap. XI.

MALAGMA ad lienoſos,hydropicos,iſchiadicos, H & arthriticos,probatū. Ceræ Tyrrhenicæ,viſci cyprini, ſingulorum vncias quatuor ſemis, carnium myrobalanorum,nitri Alexandrini,lapidis aſii, ammoniaci thymiamatis,ſingul.vnc.vnam ſemis. Trita irrigato cum aceto ſufficienti.

A Cap. XII.

MALAGMA ad iſchiadicos & dolores renū, cui nullum aliorum ſimile eſt.Ceræ puræ,picis frixæ,ſingulorum libram ſemis,ſtyracis,ammoniaci,opopanacis,terebinthinæ,maſtiches,galbani,thuris, piperis communis,ſingulorum vnciam vnam. Trita bene madefacito cum aceto ſufficienti.

Cap. XIII.

MALAGMA ad colicos, Antipatri,& omnem interiorem dolorem.Silphii,ſaluiæ,ſingulorum drachmā B vnam,caſiæ,fœniculi,melanthii,ſtaphidis agriæ,galbani,ſtruthii, ſulphuris ignem non experti, ſingulorum drachm. duas,radicis panacis,propolis,pyrethri,ammoniaci,nitri,ſingulorum drachmas tres & ſemis, lapidis aſii floris drachmas duodecim ſemis, ceræ puræ drach. quinquagintaduas ſemis, reſinæ dr.ſeptuagintaquinq;. Trita irrigato cum olei libra ſemis.

Cap. XIIII.

MALAGMA Aſclepiadis politicum, ad omnem dolorem,aſſumentibus confeſtim dolorem ſedans. Ce- C ræ Tyrrhenicæ minam vnam,adipis taurini minas quatuor,adipis anſerini minam ſemis,medullæ ceruinæ, terebinthinæ,ſingulorum minam ſemis,galbani vnciam vnam ſemis,œſypi vncias duas, olei roſacei cochleatia duo,olei fœnigræci cotylam ſemis. Trita irrigato bene, iuxta ignem lentum celeriter mouēdo. Sint autem hæc promptè tuſa: Iridis Illyricæ chœnix 1.ariſtolochiæ chœnix ſemis,hypociſthidis tritæ chœnix ſemis & quarta pars,cinamomi,croci,myrrhæ,caſiæ,nardi Indici,floris D iunci odorati,calami odorati,amomi, piperis communis,ſucci rhois,teſtudinis marinæ ſanguinis, androſæmi herbæ,pyrethri, ſingulorum drachmas quindecim. Trita bene madefacito cum aceti veteris vnciis duabus: & commixtis omnibus, ſubigito & contundito ea donec tractilia & edomita fiant.dein reconde in vaſe. Prodeſt autem hoc malagma ad thoracis & pulmonis defluxionem, & iis quibus capitis vertex dolet. nam confeſtim dolorem abigit. Eſt valde probatum.

Cap. XV.

E MALAGMA ad neruorum diſtenſiones. Ammoniaci,bdellii,ſtyracis,caſtorei,ſingulorum vnciam vnā. Trita madefacito cum olei veteris & Sicyonii,ſingulorū libr. ſemis,quercini viſci vnc. ſemis, butyri recentis, adipis anſeris,ſingulorum vnc. 1. medullæ ceruinæ, galbani,opopanacis,adipis taurini, ſing.vnc.1.ſemis, terebinthinæ vncia vna ſemis, ceræ puræ libra ſemis. Madefacito omnia & probè ſubacta reconde ad vſum.

Cap. XVI.

MALAGMA probatum, atheromata diſcutiens, F ſteatomata,meliceridas,& condylomata. Ceræ puræ,terebinthinæ,farinæ eruinæ,thuris, aphonitri, ſingulorū vnciam vnam ſemis,galbani ſcrupulos nouem. Trita bene madefacito cum oleo ſufficienti, & probè confectis vt emplaſtri formam acquirant,vtere.

Cap. XVII.

MALAGMA, Magni Sophiſtæ,medicamentum ad eos qui futuri ſunt hydropici,& phlegmonen haben- G tes,& ad omnem viſcerum duritiam. Cardamomi,meliloti,baccarum lauri,nardi Celticæ,ſampſuchi,iridis Illyricæ,radicis panacis,cyperi,berenicarii,caſiæ,farinæ fœnigræci,apii ſeminis,aniſi,ſingulorum drachmas quinque quartámque partem,ſtyracis,zingiberis, ſingulorū drachm.nouem,ceræ puræ, terebinthinæ, ſingulorum vncias tres,ammoniaci,colophoniæ,ſingulorum vnciā vnam ſemis,olei nardini vnciam ſemis drachmam vnā. Ammoniacum & ſtyracem contunde cum exigua cera, & tollens liquefacito liquabilia, veluti colophoniam & H nardinum oleum: deinde ſtyracem, ammoniacum, & ceram in mortario tuſam: pòſt terebinthinam in alio vaſe. Adiice hæc,& bene motis admiſce arida, & ſic reconde,ac vtere.

Cap. XVIII.

MYRTINI confectio ad colicos, dyſentericos, &

cœliacos,& ſtomachi aluique defluxione laborātes. Baccas myrti bene maturas exprime,& accipe è ſucco libr. quindecim,atque admiſce ſacchari puri libras ſeptem ſemis,& probè confecta reconde ad vſum.

Cap. XIX.

VNGVENTI foliati confectio,admodum probata.Folii vnciam vnam ſemis,amomi vnciam vnam ſemis,nardi ſpicæ vnciam vnam,piperis communis vnc. ſemis,ceræ dealbatæ vncias duas ſemis, olei balanii lib. ſemis. Madefacta omnia & bene ſubacta, reponito ad vſum.

Cap. XX.

MEDI coctio,quod eſt apomeli. Foliorum anethi manipulum vnum,ramorum fœniculi, foliorum lauri, ſingulorum manipulum vnum,cotoneorum maturorū decem,aquæ fontanæ libras quadragintaquinque.Bene coquito ad tertias,colato & abiicito herbas. Accipe ius & adiice illi mellis Attici libras quindecim, & coquito donec in vniuerſum remāſerint libræ quadragintaquinque. Vbi ab igne amoueris,arida bene inſpergito, verbi gratia,ſeminis apii & fœniculi,cumini,aniſi, ſpicæ nardi,caryophylli,coſti,ſeminis rutæ, ſingulorum ſcrupul. quatuor ſemis.Et vbi refrixerint, cōiicito denuò in vas purum,& reconde in locum ſubterraneum. Hoc vtere poſt annum.

Cap. XXI.

MALORVM confectio,admodum probata. Malorum repurgatorum libram vnam,ſeminis intybi ſtagia quatuor,eupatorii,ſantali rubei, ſingulorum ſtagiū vnum.coquito cum vino dulci lib.ſex,quoad malorum caro diſſoluatur.dein per cribrum rarum colato. Adiice iuri ſacchari quantum hoc ipſum [a] requirit,& coquito ad mellis conſiſtentiam,vnitóque cum carnibus malorum. deinde admiſce illis hæc tuſa & cribrata.Cinamomi veri ſtagia tria,maſtiches ſtagii tertiam partem,croci ſtagii quartam partem,coriandri ſtagium vnum. cōfectum probè reconde in vaſe,& præbeto vti volueris.

a Requirit] In codice manuſcripto eſt [illegible]. Quid verò illa vox Nicolao ſignificet,ignoro:neque enim ab aliis Græcis medicis vſurpatur.

Cap. XXII.

VNGVENTI foliati alia confectio.Folii vnciam vnam ſemis,amomi vnciam ſemis, caſiæ vnciam vnā, ladani vnciam ſemis,piperis communis & albi, ſingul. grana viginti,myrrhæ troglodyticæ drachmam ſemis, Tuſis & cribratis bene adiice olei nardini libram ſemis. Vt autem medicamētum nigrius reddatur, accipe corticem iuglandium & vrito, tritúmque illis comiſce. dein admiſce etiam opobalſami cochlearium vnum ſemis,ceræ puræ vnciam ſemis, & ſic probè parato vtere.

Cap. XXIII.

VNGVENTI pentamyri nominati cōfectio.Styracis vnciam ſemis,maſtiches vnciam vnam, ceræ albæ vnciam vnam ſemis,opobalſami vncias duas,nardi vncias duas ſemis.Bene parato vtere.

Cap. XXIIII.

VNGVENTI decamyri vocati confectio. Spicæ nardi,folii,euphorbii,piperis communis,coſti,adarces, ſingulorum vnciam ſemis drachmam vnam,maſtiches vnciam ſemis & quartam partem, opobalſami vnciam vnam,nardi libram ſemis,ceræ puræ libram vnā ſemis, confecto probè vtere.

Cap. XXV.

VNGVENTI odorati dicti confectio. Terebinthinæ drachmas vigintiocto,ceræ puræ drach. quatuordecim,œſypi,mellis Attici,medullæ ceruinæ,ammoniaci thymiamatis,galbani,aphonitri, ſingulorum drach. tres,olei veteris ſextarium ſemis,caſtorei drachmam vnam ſemis; vini veteris cyathum vnum. Trita & præparata præbeto.

Cap. XXVI.

MYRMECIAM ſanans vt eadem hora decidat, valde bonum.Fici folia vrito,& cinerem eorum cum lacte ficus ſubactum & panno illitum imponito, & confeſtim decidet,ac miraberis.

INDEX NARDINI, NEPHRITICORVM, nomas ſanantium,& abſterſoriorum.

Nardini confectio probata, Cap. I.
Nardini confectio mirabilis, Cap. II.
Nardini confectio probata, Cap. III.
Nardini vnguenti confectio, Cap. IIII.
Nardini confectio laudata, Cap. V.
Renes exulceratos ſummè iuuans, Cap. VI.
Renum exulceratorum potus probatus, Cap. VII.
Nephriticus potus certus, Cap. VIII.
Nephriticus paſtillus mirabilis, Cap. IX.
Neruum vulneratum, & phlegmonen ex vulnere natā ſanans, Cap. X.
Nomas & omnes affectus reſcindens, Cap. XI.
Abſterſorium nomas & omnes affectus iuuans, Cap. XII.
Abſterſorium alterum corpori bonum colorem concilians, Cap. XIII.
Abſterſorium ad caluas & cicatrices, Cap. XIIII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De Nardinis,nephriticis,nomas ſanantibus, & abſterſoriis,

Sectio trigeſimaquinta.

Cap. I.

NARDINI vnguenti confectio probata.Habet autem omnis eius confectio ſextarios quinque vt in Cyziceno. Prima igitur embole hæc habet: Aſpalathi vnc. vnam ſemis,calami odorati vncias duas, ſampſychi,iridis Illyricæ,piperis, ſingul. vnciam vnam,cardamomi vncias duas,ſauinæ,helenii, ariſtolochiæ longæ, ſingulorum vnciam vnam ſemis, ſeſelis vnciam vnam, xylobalſami vnc.duas, aquæ quod ſatis eſt,olei Hiſpani vncias quinque. Hæc tundantur, fiántque tenuiora, & aqua macerentur diem vnū. dein coquantur cum oleo ad lentum ignem horis tribus aut ſex. Altera embole hæc eſt: Floris iunci odorati vnciā vnam ſemis, caryophylli,caſiæ,carpobalſami, [a]arnabonis Celticæ,coſti,amomi,xylocaſiæ,ſpicæ nardi, ſingulorum vnciam vnam ſemis, ligni caryophylli vnciam vnam. Trita bene coniice in aquam ſufficientem, & coquito vt primā. Embole tertia:Zingiberis,bdellii,ſingulorum vnciam vnam, thuris,aloes flauæ,ſingulorum

vnciam ſemis,croci drachmas duas, maſtiches vnciam
vnam,ſtactes tenuis vnciam vnam ſemis, opobalſami
vnciam ſemis.Trita bene irrigato cum aqua ſufficienti,
& coquito horis duabus.Poſtquam verò lebetem ab i-
gne ſummoueris, coniice piper in pollinem tritum &
opobalſamum,tegénſque horis tribus lebetem claudi-
to.Apponemus & modum coctionis, & confectionem
omni ſanè diligentia,vt nihil vtique deſit.Species igitur
omnes recẽtes & probatas ſeligere oportet.Oleum verò
eſſe oportet mediocriter immaturum.tale enim eſt Cy-
zicenum.Oliuam enim matureſcere incipientem terũt,
& propterea craſſius oleum efficiunt, vt ſuſceptas ſpe-
cies firmiùs retineat ne facilè euaneſcant tranſpirantes.
Domi autem cõuenit habere [b]focos præparatos, in qui
bus ponantur ærea vaſa extrinſecus vbi ſunt foci contri
ta.Et ligna adiicere oportet tenuia & ſicca valde,vt neq;
fumũ emittant neq; ad æreum appropinquent: exigua
verò tantùm flãma ad æreum quod aquã continet, per
tingat. Præcalefacere autẽ oportet priuſquam alterũ ha
bens oleũ iniiciatur.Oportet autẽ eũ qui odoratũ nardi
nũ & [c]ab vſtione alienũ coquere vult,duabꝰ æreis vti vt
à duplici vaſe decoctio procedat.Species verò maceren-
tur pura aqua:& maceratione facta æreo iniicere opor-
tet oleũ,& omnino rudicula lignea mouere. Vbi autem
prima coxeris,ab igne amota refrigerare opus. Dein-
ceps ſublata aqua,rurſus adiice alterius emboles ſpecies
aqua maceratas,& ſimiliter coquito. Et vbi colaueris,
tertiæ emboles ſpecies priꝰ maceratas adiice & has quo
que aqua coquito.Oleum verò ſingulis coctionibus ad-
miſce.aquæ enim adiectũm non vritur. Aquam ad olei
coctionem adiice recentem vſque ad abſolutam per-
fectionem,& ita duabus horis ad finẽ coquito. Si enim
vltrà coxeris,oleum antea coctũ facilè aduretur. Proin
aliqui vna dũtaxat hora coquũt,metuentes ne poſt mul-
tum laborem voto ſuo fruſtrentur. Amotis autem ab i-
gne iniiciunt piper & opobalſamum adhuc feruente o-
leo,& diligenter mouent vt vniantur,& conficiunt ter-
tia die. Claudunt & recondunt in vaſe.

a Arnabonis]Græcè eſt μαρζανάφα ſcriptũ corruptè pro ἀρνάβα, vt ſatis ex Aetio liquet b Focos]In manuſcripto codice falſò legitur ἐσχάρας pro ἐσχαρίδας. c Ab vſtione]Nicolai codex legit ἀκαυ-ςον: ſed fortè ἀκάπνιστον legendum erit,hoc eſt fumo vacans.

Cap. II.

NARDINI confectio ſextariorum ſex, valde no-
bilis.Helenii vncias quatuor ſemis,iridis vncias tres, a-
ſpalathi libram ſemis,cyperi vnciam vnam ſemis,xylo-
caſiæ,floris iunci odorati, nardi Celticæ, xylobalſami,
ſingulorũ vncias tres.& ſic cõcoquito. Embole altera:
Carpobalſami vnciam vnam ſemis,cardamomi vnciam
vnam,ſampſychi vncias tres,caſiæ vncias duas,coſti,ſty
racis calamitis,amomi,ſingulorũ vncias tres. Embole
tertia:Foliorũ [a]buchadis,ſpicæ nardi,ſaroa, caryophyl-
li,calami odorati, zingiberis regii, ſtyracis,vnciam vnã
ſemis,nucis Indicæ,zarnabo,ſingulorum vncias tres,li-
gni caryophylli vnciam vnam. Confice vt præcedẽtem
& vtere.

a Buchadis] Nicolai codex habet βυχάδος. Quid verò ſit,diuinare nequeo:eſt enim vox barbara.

Cap. III.

NARDINI confectio ſextariorum trium,proba-
ta.Helenii tuſi & craſſiùs conquaſſati vncias quatuor,cy
peri repurgati ſimiliter tuſi,vt craſſiùs conquaſſetur,vn
cias decem.Cyperum vna antè hora in aqua macerato:
[a]helenium autem horis priuſquam coquatur quatuor,
in aqua maceretur:dein ſimul helenium & cyperum in
aqua coquito vſque ad feruorem medioerem.In ſuper-
ficie natantia eiice,& adde olei optimi ſextarios tres aut
libras quatuor ſemis,& rudicula mouẽs permitte vt [b]v-
rantur. Quando autem propè eſt vt iam ſtrepere inci-
piant,iniice ſalis floris tuſi vnciam vnam.& ſine donec
non perſtrepant in igne,& rurſus commoueto,& miſce
to:& iterum ſine vt perſtrepant, & non amplius vrito,
ſed ſine vt per noctem maneant in cinere: poſtero die
cõcha excipe. Secũda diſpenſatio.Xylobalſami vncias
quatuor.Contũndito & craſſiùs conquaſſato, & ipſum

A iniice cum aqua ſufficienti in lebetem, & feruefaciens
adiice oleum præparatum, & coquito donec videatur
bonum,mouendo ex interuallis,& ſine vt per noctem
ſtent abiecto igne.Poſtero die concha excipe, dein aro-
matis condito in hũc modum: Accipe caſiæ vncias qua
tuor. contunde & cribrato, & acceptis aqua ſufficienti
& oleo præparato ac puro,coquito commouendo ne [b]v-
rantur odorata. Vbi tibi rectè habere videbuntur,amo-
ta ab igne rudicula moueto diligenter donec refrige-
B rentur,obturatáque ſine vt per noctem ſtent. Poſtridie
concha excipe purè ne aqua ſupercurrat, & coniectis in
[c]vaſculum adiice opobalſami vnciam ſemis: & commo
uendo diligenter reconde,& vtere.

a Helenium]In manuſcripto codice legitur ἔλαιον, haud dubiè pro ἑλένιον.Quomodo enim oleum in aqua maceretur,non video. Eſt autem vniuerſum hoc caput mirificè deprauatum; vt metuam non parum,ne vbique legitimum ſim conſequutus ſenſum. b Vrantur] Manuſcriptus codex perperam καίεσθαι,pro κaίεσθαι legit. c Vaſculum]Græcè eſt βήσαν :fortè autem βήσιον ſcribendum;

Cap. IIII.

C NARDINI vnguenti confectio. Olei omphacini
libras II.S. & quartam partem,aſpalathi vnciam vnam,
calami odorati vnciam ſemis,iridis vnciam vnam, flo-
ris iunci odorati,helenii,cyperi,ſingulorum vnciam v-
nam,aquæ fontanæ libram vnam ſemis. probè confe-
ctũ ſinito. Embole ſecũda habet,Spicæ nardi,folii, ſin-
gulorum drachmam vnam,opobalſami vnciam ſemis.
Hæc trita,madefacta & confecta bene ad conſiſtentiam
reconde in vaſe,& vtere.

Cap. V.

D NARDINI cõfectio probata.Olei cõmunis puri li
bras quatuor,roſmarini herbæ,myrrhæ,floris iunci odo
rati,ſingulorum libram ſemis,folii, ſpicæ nardi, amo-
mi,ſtyracis,ſingulorum vnciam ſemis, aſpalathi librã
ſemis,ariſtolochiæ longæ libras duas,cyperi libram ſe-
mis,aquæ fontanæ libras decem, helenii vncias tres, a-
ſphodeli libras tres,muſci,xylobalſami,iridis, ſingulorũ
libram ſemis,cardamomi libram vnam, coſti vnciam
vnam ſemis, amygdalarum amararum vnciam ſemis.
Hæc tuſa,madefacta & confecta bene, vſu expoſcẽte,
E aqua commiſcens,inunge in balneo.

Cap. VI.

RENES exulceratos ſummè iuuans. Papaueris al-
bi,[a]perſiæ,amyli,baccarum myrti nigrarum, ſingulorũ
drachmas duas, oui aſſi lutea quatuor cum dimidio. O-
mnes has ſpecies ſimul probè læuigatas [b]bibat ſimiliter
& ſic vtere.

a Perſiæ]Codex Nicolai πέρσης legit, fortè pro περσίας. b Bibat]Græcè legitur πινέσθω παραπλησίως: quàm rectè neſcio. Neque enim πινέσθω ſententiæ congruere videtur.Sed quis omnes mendoſiſſimi codicis errores,præſertim altero deſtitutus exemplari, emendare
F poſſet?

Cap. VII.

RENVM exulceratorum potio laudata. Pineas ſex,
amygdalarum amararum decorticatarum drachmam
vnã ſemis,cucumeris ſatiui ſeminis repurgati nucleos
quindecim,croci parum vt hæc tingere queant.Hæc tri
ta bene cum lacte caprino madefacito,aut Cretico paſ-
ſo ſufficienti,& præbe bibenda ieiuno ſingulis diebus.

Cap. VIII.

NEPHRITICA potio certa. Sagapenum ciceris
G quantitate bene tritum cum temperata ſufficienti ma-
defacito,& bibendum præbeto manè ieiuno.

Cap. IX.

NEPHRITICVS paſtillus ad affectus qui in re-
nibus & veſica ſunt, & ad eos qui pus aut ſanguinem
aut mucoſa mingunt,plurimúmque dolent,ad vlcera &
ſcabiem.Opii drachmam vnam ſemis,cucumeris ſatiui
ſeminis drachmas ſex,ſeminis apii drachm. tres,pinea-
rum purgatarum,ſeminis fœniculi & lapathi,ſingulorũ
H drachmam vnam ſemis, pinearum vſtarum drachmas
duas,herbæ halicacabi baccarum drachmas duas ſemis.
Hæc trita paſſo Cretico excipe,& finge paſtillos drach.
pondere,& præbeto vacantibus febre cum paſſi cyathis
tribus:febricitantibus autem,cum aqua mulſa tepida.

Cap. X

NERVVM vulneratum,& ex vulnere phlegmonen ſanans,admodum probatum. Lixiuii ſtillatitii, & farinæ hordeaceæ,ſingulorum vncias duas.Coquito cũ aqua ſufficienti,& illine. Et poſt [a] lixiuium, rurſus appone farinam eruinam cum pluuia aqua.vtere etiã emplaſtro ex euphorbio.

a Lixiuium]Codex Nicolai κεινίαν falſò pro κονίαν legit.

Cap. XI.

NOMAS & omnes affectus reſcindens,& carnes emortuas.carnem generat & cicatricem inducit.ad fiſtulas occultas confiſus Domino Chriſto. Æruginis, aloes flauæ,ſquamæ æris, ſingulorum vnciam ſemis, iridis, thuris,ſingulorum vncias duas,mellis Attici quod ſatis eſt.coquito bene mel:& quando conſtiterit, iniice æruginem,deinde ſquamam, aloen, iſimque contuſa: poſtremùm thus: & vtere.

Cap. XII.

NOMAS & omnes affectus ſanans, Nitrum dictũ. Confert ad omnes corporis pruritus,ſcabies, impetigines,& alphos admodum probatum.Nitri aſſi,thuris,ſingulorum libram ſemis,ellebori albi, ſinapi, canchryos, ſtaphidis agriæ,ſampſychi, baccarum lauri, ſtruthii, aloes flauæ aſſæ,adarces, ſaponis Gallici, aphonitri albi,

A halcyonii,pumicis,ſingulorum libram ſemis.Tritis probè & vnitis vtere in balneo.

Cap. XIII.

NITRVM aliud corpori bonum inducens colorem.Oſtreorum vſtorum & cribratorum vnciam ſemis, vini,olei roſacei,ſingulorum libram ſemis vncias duas, hyſſopi aridi,farinæ eruinæ,ſingulorum vnciam ſemis, mellis Attici quod ſatis eſt.Probè confecto vtere in balneo vt probato.

Cap. XIIII.

B NITRVM ad clauos & cicatrices.[a]Oregmi,myrobalani,cimoliæ,nitri rubei,ſingulorum vnciam ſemis, caſiæ vnciam ſemis drachmam vnam,petroſelini Macedonici,thuris,carnium palmularum, ſingulorum vnciã ſemis,amygdalarum amararum repurgatarum,ſeminis apii,tragacanthæ,ſeminis maluæ,dauciCretici,ſeminis tordyli,ſpicæ nardi,rheiPontici,piperis communis, ſingulorum vnciam ſemis.Trita bene madefacito cum vino bono ſufficiẽti, & præbeto in cõdito aut mulſo. Detur autem quantitate lupini,& ſic confecto vtere.

C a Oregmi]Quid ſit oregmum,ſcire non poſſum.Cenſeo autẽ perperam, vt in ſequenti etiam ſectione,ὀρεγμοῦ pro ἐρεγμοῦ, id eſt lomẽti,eſſe ſcriptum.

INDEX PVLVERVM.

Puluis ad eruptiones ſanguinis,carnium excreſcẽtiam, nomas corporis & oris, Cap. I.
Puluis ad oris putredines,gingiuarum & dẽtium mala, Cap. II.
Puluis ſanguinem comprimens,admodum bonus, Cap. III.
Puluis ad callos expertus, Cap. IIII.
Puluis ſternutatorius diſcutiens, Cap. V.
Puluis ad refrigerationem ſtomachi, appetentiam deiectam,difficultatem concoctionis, & dolorem expertus, Cap. VI.
Puluis carnem generans, valde bonus, Cap. VII.
Puluis ad columellam relaxatam & inflammatam, Cap. VIII.
Puluis ad vuam ex deſtillatione relaxatam, Cap. IX.
Puluis ad columellam relaxatam, & phlegmone laborantem, Cap. X.
Puluis ad vuam è fluxione natam, gingiuas abſcedentes, putredines & dentes commotos, Cap. XI.
Puluis ad ranam puerorum mirabilis, Cap. XII.
Puluis ad ranas puerorum ſub lingua natas, Cap. XIII.
Puluis ad nomas oris, Cap. XIIII.
Puluis ori accommodatus ad gingiuas fluxione laborantes, Cap. XV.
Puluis ad varios morbos, Cap. XVI.
Puluis ori conueniens, vocatus thauma, Cap. XVII.
Puluis contemptorum pecuniæ Coſmæ & Damiani,ad omnia oculorum mala, Cap. XVIII.
Puluis anteuertens omnem lippitudinem,expertus, Cap. XIX.
Puluis ad fluxionem & humidos ſcabiéque tentatos oculos & palpebras, Cap. XX.
Puluis ad aſperitudines & pterygia,admodum nobilis, Cap. XXI.
Aridum collyrium, ad ſuffuſiones,confectum ab Adamantino Iattoſophiſta, Cap. XXII.
Aridum collyrium Seueriani, ad craſſas albugines, hebetudines,& cicatrices, Cap. XXIII.
Aridum collyrium Philoxeni ad prurientes oculorum angulos,eroſos, & caliginem inducentes, Cap. XXIIII.
Puluis caput purgans,probatus, Cap. XXV.
Puluis ad nomas gingiuarum & pudendorũ, omniúmque partium corporis, Cap. XXVI.
Puluis ad nomas,putredines,carbunculos,pterygia,aures purulentas,& oris nomas, Cap. XXVII.
Puluis ad nomas & carnium excreſcentias, Cap. XXVIII.
Puluis ad pudenda,quo maior non quæritur, Cap. XXIX.
Puluis ad ſycamina,hoc eſt mora, Cap. XXX.
Puluis Sorani cruſtas faciens, laudatus, Cap. XXXI.
Puluis ad rectum inteſtinum procidens,expertus, Cap. XXXII.
Puluis ad nomas è Galeno,expertus, Cap. XXXIII.
Puluis ad ſordida vlcera & alia, Cap. XXXIIII.
Puluis cicatricem inducens, etiam malignis vlceribus, Cap. XXXV.
Puluis ſanguinem ſtringens,optimus expertus, Cap. XXXVI.
Puluis ad commotos dentes, Cap. XXXVII.
Puluis omnis generis vulnera ad cicatricem perducẽs, Cap. XXXVIII.
Puluis ad quartanas in temperata aſſumptus, Cap. XXXIX.
Puluis ad impetigines,alphos albos & nigros,expertus, Cap. XL.
Puluis Menabios dictus, CapL. XLI.
Puluis carnem producens,& cicatricem inducens, Cap. XLII.
Puluis ad ozænas mirabilis, Cap. XLIII.
Puluis ad nomas,ſordida purgans vlcera, ac pudendis accommodatus, Cap. XLIIII.
Puluis fiſtulis conueniens,probatus, Cap. XLV.
Puluis carnem generans,expertus, Cap. XLVI.
Puluis ad eryſipelata, vt eadem hora malum euaneſcat, Cap. XLVII.
Puluis ſimilis, ad eryſipelata probatus, Cap. XLVIII.

Xeromyron ad fragrantiam veſtium, valde bonum, Cap.XLIX.
Xeromyron ſimile ad fragrantiam veſtium, Cap.L.
Gladius vt rubiginem non contrahat, Cap.LI.
Xeromyron ad fragrantiam veſtimentorum mirabile, Cap.LII.
Puluis pudenda fluxione laborantia ad cicatricem perducens, Cap. LIII.
Puluis ad pudenda exulcerata recentia, & attritiones vl ceroſas à muliere profectas, Cap. LIIII.
Puluis acopos qui inſpergitur in balneo, Cap. LV.
Puluis cataplaſma capitis, probatus, Cap. LVI.
Puluis cataplaſma capitis, laudatus, Cap. LVII.
Puluis ex aloe valde bonus, Cap.LVIII.
Puluis è fæce vini vſta, Manethonis nominatus, Cap.LIX.
Puluis Oribaſii, Melitera appellatus, Cap.LX.
Puluis ex oſtreis vocatus, Cap.LXI.
Puluis è thure nominatus, Cap.LXII.
Puluis Aphroditarius appellatus, Cap.LXIII.
Puluis ſanguinem comprimens, ad nomas & carnium excreſcentias, Cap.LXIIII.
Puluis flauus nominatus, Cap.LXV.
Puluis Pſaros nuncupatus, Cap.LXVI.
Puluis Heliocaes, probatus, Cap.LXVII.
Puluis Antheron nominatus, Cap.LXVIII.
Puluis ad nomas oris potiſſimùm, & pudendorum laudatus, Cap.LXIX.
Puluis ex ſylueſtri myrto, ad eadem, Cap.LXX.
Puluis Maſſalioti nominatus, Cap.LXXI.
Puluis dictus Aſclepios, Cap.LXXII.
Puluis vocatus peponatos, Cap.LXXIII.
Puluis Critonis nominatus, Cap. LXXIIII.
Puluis alius vt præcedens, Cap.LXXV.
Arida inſperſio capitis fluxione laborantis, Cap.LXXVI.
Puluis ſiue pſilothrum podagricum, probatum, Cap.LXXVII.
Puluis ad polypos, valde bonus, Cap.LXXVIII.
Puluis acopos, cuius in balneo vſus eſt, Cap.LXXIX.
Puluis ad polypum, laudatus, Cap.LXXX.
Puluis ſanguinem conſtringens, cicatricémque inducens, ad ſordida oris & alia vlcera vtilis, Cap.LXXXI.
Puluis ad cancrum oris, omnis generis vlcera & gingiuas ſanguinolentas, Cap.LXXXII.
Puluis capitalis expurgans & implens caua vlcera carne, & oſſa eximit, Cap. LXXXIII.
Puluis omnem ſupprimens eminentiam, & quæ difficilè curantur ad cicatricem perducēs, Cap. LXXXIIII.
Puluis implens, ad gingiuas flaccidas, oſſa nō ſinens cōtriſtari, Cap. LXXXV.
Puluis ad pudenda defluxione laborantia, & combuſtiones ani & aliarum partium, Cap. LXXXVI.
Puluis capitalis vulnerarius, cicatricem inducens, & ad ambuſta, Cap. LXXXVII.
Puluis capitalis profunda vlcera implens, & carnem generans, Cap. LXXXVIII.
Puluis ad dyſentericos, Cap. LXXXIX.
Puluis ad ægilopas, cicatricem inducens citra perforationem, Cap.XC.
Puluis Seueriani ad mala oculorum, Cap. XCI.
Puluis ad lacrymantes oculos. arcet ac prohibet lippitudinem, Cap. XCII.
Puluis pudendis conueniens, valde laudatus, Cap.XCIII.
Puluis carnem producens, ad fiſtulas vtilis, Cap.XCIIII.
Puluis ad gingiuas defluxione laborantes inſignis, Cap.XCV.
Xeromyron capitis fluxione laborantis ineuitabile, & ad deſtillationes vtile, Cap.XCVI.
Xeromyron ſimile, Cap.XCVII.
Puluis ex iride nominatus, Cap.XCVIII.
Puluis ad naris ozænas, Cap.XCIX.
Puluis carnem generans admodum probatus, Cap. C.
Puluis ad ozænas valde laudatus, Cap. CI.
Puluis ad ozænas narium mirabilis Cap. CII.
Puluis ad ozænas, Cap. CIII.
Puluis ad fœtorem narium probatus, Cap. CIIII.
Puluis ad ozænas narium valde bonus, Cap.CV.
Puluis vocatus terpon, ad nares, Cap. CVI.
Puluis ad polypos & ozænas, Cap. CVII.
Puluis ad polypos, Apollonii, Cap. CVIII.
Puluis ad polypos, eiuſdem, Cap.CIX.
Puluis ad gingiuas eroſas & depaſtas, Cap. CX.
Puluis ori conueniens, neceſſarius ad fluxione laborantes gingiuas, Cap. CXI.
Puluis ad putrefactiones, cancros, fœtores, dentes commotos, & alia mala, Cap. CXII.
Puluis ad comeſtionem gingiuarum admodum bonus, Cap. CXIII.
Puluis probatus ad gingiuarum comeſtionem, Cap.CXIIII.
Puluis laudatus ad gingiuarum comeſtionem, Cap. CXV.
Puluis neceſſarius ad gingiuarum comeſtionem, Cap. CXVI.
Pulueris ad gingiuarum nomas probatus, Cap.CXVII.
Puluis ad gingiuarum comeſtionem mirabilis admodum, Cap. CXVIII.
Puluis ad gingiuas abſcedentes, & oris cruſtas, Cap. CXIX.
Puluis ad gingiuarum comeſtionem nobilis, Cap. CXX.
Puluis gingiuis comeſtis carnem generans, Cap. CXXI.
Puluis admodum laudatus ad gingiuarum comeſtionē, Cap.CXXII.
Puluis ad odoris putredines, Cap.CXXIII.
Puluis ad putredines, gingiuas comeſtas, tonſillas, columellam, & dentes commotos, Cap.CXXIIII.
Puluis ad gingiuas eroſas, Cap.CXXV.
Puluis antheron comprobatus, Cap.CXXVI.
Puluis ad oris putredines, Cap.CXXVII.
Puluis ad putredines oris, Cap.CXXVIII.
Puluis ad frigidos affectus laudatus, Cap.CXXIX.
Puluis ad naris ozænas, eroſiones, nomas, & omnia narium mala, Cap.CXXX.
Puluis ad ozænas naris, ſimilis, Cap.CXXXI.
Puluis laudatus vt præcedens, Cap.CXXXII.
Puluis vt præcedens, Cap.CXXXIII.
Puluis ſimilis, Cap.CXXXIIII
Puluis ad ozænas narium, Cap. CXXXV.
Puluis ad ozænas mirabilis, Cap.CXXXVI.
Puluis ad ozænas probatus, Cap.CXXXVII.
Puluis ad fœtorem narium, Cap.CXXXVIII.
Puluis ad ozænas narium, Cap.CXXXIX.
Puluis ad ozænas, Cap.CXL.
Puluis ad nares, Cap.CXLI.
Puluis mirabilis, ſimilis, Cap.CXLII.
Puluis ſimilis, laudatus, Cap.CXLIII.

De Pulueribus ad diuerſos morbos,

Sectio trigeſimaſexta.

Cap. I.

PVLVIS antheron mirabiliter ad eruptiones ſanguinis, carniũ excreſcẽtias, &nomas oris,totiuſq;corporiscodũcẽs. Chalcitidis vſtæ drach. vnã, miſyos dr. duas ſemis,chalcanthi drach.vnam grana quindecim. Tritis bene vtere.

Cap. II.

PVLVIS morſu carens, vehementer ſupprimens. Valet ad oris putredines, curat etiam gingiuas & dẽtes, omniſque generis mala. Calcis viuæ libram vnam, aluminis ſciſſi vncias duas,myrrhæ vnc.ſemis. terito ad vſum in ſole ſub caniculæ æſtu.

Cap. III.

PVLVIS ſanguinem ſupprimens,valde bonus.Gallarum drachmas tres, ſquamæ æris drachmã vnam,miſyos drachmas duas ſemis,aluminis ſciſſilis drach. duas ſemis. Tritis in pollinem vtere.

Cap. IIII.

PVLVIS Heracles adurens, & callos multa experientia demoliens.Chalcitidis,ſandarachæ,arſenici, calcis viuæ, miſyos,ſingulorum vnciam ſemis. Trita irrigato cum aceto acri ſufficienti, dein ſiccato & vſu exigente terito,& vtere.

Cap. V.

PVLVIS ſternutatorius. Ellebori vnciam ſemis, zingiberis hexagium vnum ſemis,aſari ſcrupulos nouẽ, caſtorei ſcrupulos tres. Trita dato vſu poſtulante.

Cap. VI.

PVLVIS ſtomachicus, potus ad ſtomachi refrigerationem, appetentiam amiſſam, difficilem concoctionem & dolorem, à Iuliano [a] Pœmentalo expertus. Cumini toſti vnciam vnam, piperis communis baccas quatuor ſemis,baccas lauri nouem, rutæ ſatiuæ baccam vnam.E tritis in pollinem præbeto cochlearium vnum cum mulſo bono menſuræ vnius calefactum ſtomomate ferri candente:& vbi biberis confeſtim in ſtomachũ inclinato.Eſt enim probatum.

a Pœmentalo] Græcè eſt ποιμεντάλε. Quid verò hæc dictio ſignificet,diuinare non poſſum:niſi fortè legendum ſit ποιμένος, id eſt regis.

Cap. VII.

PVLVIS carnem generans,valde bonus.Cadmiæ, aloes flauæ,ceruſſæ,lithargyri,amyli,thuris,farinæ eruinæ,ſingul.drach.ſemis,iridis,ariſtolochiæ longæ, ſing. drach.vnam.

Cap. VIII.

PVLVIS ad columellam relaxatam phlegmone laborantem,valde laudatus. Piperis albi drachmam ſemis,aluminis ſciſſi drachm. vnam,zingiberis drach. ſemis,gallæ immaturæ drach.vnam.

Cap. IX.

PVLVIS ad vuam deſtillatione ſuppreſſam & relaxatam,valde bonus. Aluminis ſciſſilis,gallæ immaturæ,ſingul.drach.ſemis grana ſeptem, piperis albi vnciã ſemis,roſarum vnc.ſemis gran.tria. Tuſa vt pollinem reconde in vitreo vaſe,& vſu poſcente coniice in æream fiſtulam,& inflato ſuper vuam.

Cap. X.

PVLVIS ad columellas relaxatas, & vuam inflammatam.Coſti Alexandrini vnciam vnam, gallæ immaturæ vnc.ſemis. Tuſa probè miſceto cum melle Attico ſufficienti,& illine cum penna intimé.

Cap. XI.

PVLVIS Antheron,ad vuam fluxione tentatam, gingiuas à dentibus diſcedentes,putredines,& gingiuas cruentas,dentes commotos,mirabilis.Iridis Illyricæ,ſandarachæ,cyperi,aluminis ſciſſilis, cytinorum mali granati,zingiberis,crocomagmatis, croci, ſingulorum dr.

A vnam.Tuſis in pollinem vtere,ad putredines, & abſcedentes cruentáſque gingiuas, & dentes commotos,aridis:ad cruſtas verò,cum melle.

Cap. XII.

PVLVIS ad ranas puerorum mirabilis.Menthæ aridæ,piperis albi,ſingulorum ſcrupulos duos ſemis,ſalis ammoniaci ſcrupulos decem,folii ſcrupulos tres, coſti ſcrupulos duos.Trita excipe cum melle Attico quod ſatis eſt,& ſub lingua illine.

Cap. XIII.

B PVLVIS ad ranas puerorum ſub lingua factas admodum bonus,expertus.Coſti,gallæ immaturæ, fœniculi ſeminis veteris,ſingulorum drach.ſemis, piperis cõmunis baccas quinque ſemis,ſalis cõmunis gr. i. ſemis, colocynthidis,oſtrei aridi vſti,ſing.ſcrupulum ſemis,corymborum thymi.Trita reconde,& vſu poſtulante linguæ illine mel,& poſtea inſpergito puluerem.

Cap. XIIII.

PVLVIS Antheron dictus, ad nomas in ore factas, C Coſti,rhois Syriaci,ſingul.drach.quatuor, floris roſarũ drach.octo,zingiberis drach.quindecim. Trita irrigato cum melle Attico ſufficienti,& vtere.

Cap. XV.

PVLVIS ori conueniens, neceſſarius ad fluxione laborantes gingiuas.Foliorum fœniculi drach.vnam,caſiæ drach.duas,piperis communis drach.vnam,berenicarii drach.duodecim.Tritis in pollinem vtere.

Cap. XVI.

PVLVIS ad oris putredines,cãcros, fœtorem oris, dentes commotos, & gingiuas aberrantes conſtringit. D Facit ad ranas linguæ & ſaliuam plurimam ſupprimit, expertus.Corticis mali granati, corticis amygdalarum, colocynthidis aridæ,teſtarum vſtarum, oſſium palmularum vſtorum, caryophylli, piperis cõmunis, ſingulorum vnciam ſemis.Tuſa vt pollinem, dentibus,gingiuis,& ſaliuæ arida appone: aliis autem malis cum melle Attico.probatus enim eſt.

Cap. XVII.

PVLVIS ori conueniens, morſu carens, vocatus thauma, rimas linguæ & oris à fluxione natas implẽs. E Siſtit ac ſanat omnes affectus,& gingiuas,omnique ætati facit præter opinionem.Thuris, amyli,terræ aſteris, ſingulorum vnciam ſemis.Trita in pollinem inſperge rimis.Conducit etiam ad ſedis rimas ſi cum albo oui vſus fueris.

Cap. XVIII.

ARIDVM collyrium ſanctorum glorioſorum & mirabilia efficiẽtium,pecuniæque cõtemptorũ Coſmæ & Damiani,ad craſſas albugines,pterygia,& omnia oculorum mala,atque ad hebetudinem vtile. Piperis longi drach.quatuordecim ſemis,coſti drach.duas ſemis, ca- F dmiæ racemoſæ, melanteriæ illotæ vſtæ, ſingul. drach. duas S.caryophylli baccas octo, maſtiches purgatæ baccam ſemis. Tritis in pollinem vtere: laudatus enim eſt.

Cap. XIX.

PVLVIS è croco anteuertens omnem lippitudinẽ expertus. Aloes flauæ,croci,ſarcocollæ,glaucii, [a] antioches,mamoran,caphuræ,ſing.vnc.ſemis.

a Antioches,mamoran]In manuſcripto codice legitur ἀντιόχεις,μαμυτέραν. Nemo verò quid ſignificent hæ dictiones, facilè (puto) diuinabit.

Cap. XX.

ARIDVM collyrium expertum ad fluxionem & G humidos oculos:& defluentes capillos retinet: & vt renaſcantur efficit:ad ſcabiem denique oculorum & palpebrarum cõfert.Cadmiæ,æruginis raſilis, ſingulorum vnciam vnam,ſtimmi hexagium ſemis. Tuſa & cribrata humectato cum melle Attico, & coniice in ollam nouam,lutóque oblinito, aſſato:& vbi ab igne remoueris,

extingue

extingue cum vino aminæo. Dein coniice in mortariū, & admiſce ſpicæ nardi ſcrup. tres. Et tritis ſimul diligenter vtere vt collyrio.

Cap. XXI.

ARIDVM collyrium ad aſperitudines & pterygia, mirabile valde. Accipe æs [a] manicarium, & vrinam pueri annorū ſex aut octo. AEs ad carbones vt vehementer candens reddatur effice: dein extingue cum vrina. & vbi vniuerſum æs in vrina ſordium craſſitudinem nanciſcitur, repone in ſole vt tabeſcat: dein tolle, & per tenue cribrum traiicito. De eo tandem accipe partem vnam, & admiſce illi piperis communis partem ſemis, ſalis Cappadocici modicum: & læuigata bene, in die ſemel illine.

a Manicarium] Nicolaus habet μανικάριον. Intelligit autem fortaſſis hac voce, æs quod manibus tractatum eſt.

Cap. XXII.

ARIDVM collyrium ad ſuffuſiones inuentum, Adamantini medici ſophiſtæ. Cadmiæ drachmas quatuor, euphorbii drach. tres, nitri drach. vnam, ſpicæ nardi drach. duas, piperis albi drach. decem, ſalis foſſilis drachmam vnam, fæcis vini aut gypſi drach. duas ſemis. Trita exhibe.

Cap. XXIII.

ARIDVM collyrium Seueriani, ad craſſas albugines, hebetudines & cicatrices. Cadmiæ vnc. vnam, ammoniaci vnciam ſemis, piperis albi drachm. duas. Trita exhibeto.

Cap. XXIIII.

ARIDVM collyrium Philoxeni, ad angulos prurientes & eroſos, atque hebetudinem. Cadmiæ drach. duas, ſalis ammoniaci drach. vnam, piperis albi drach. duas. Tritis vtitor.

Cap. XXV.

PVLVIS caput purgans, probatus. Iridis, hyſſopi, aphronitri, ſtaphidis agriæ, ſing. drach. ſemis, folia lauri duo & ſemis. Probè contuſis, verticem priùs capitis vino rubeo irrigato tepido: & poſtea inſtar farinæ inſpergito.

Cap. XXVI.

PVLVIS Ægyptius dictus, ad nomas in gingiuis, & pudendis, & omnem corporis partem expertus. Comprimit carnis excreſcentiam, & cicatricem inducit. Chalcitidis aſſatæ drachmas quatuor, chalcanthi drach. decē, miſyos aſſatæ drach. ſex, æris vſti drach. duas ſemis. Tritis in pollinem vtere.

Cap. XXVII.

PVLVIS Angeli boni ad nomas, putredines omnes, carbunculos, pterygia, aures purulentas, & oris nomas. Gallæ immaturæ, aluminis ſciſſi, chalcanthi, lapidis Aſii, diphrygis, berenicarii, ſing. drach. ſemis, miſyos, chalcitidis, arſenici, ſandarachæ, ſing. drach. quatuor. Tritis vtere: in aure quidem, cum poſca: in ore autem, cum melle Attico ſufficienti.

Cap. XXVIII.

PVLVIS Melinos vocatus, ſiſtens nomas, & carnium excreſcentias reprimens. Arſenici, ſandarachæ, chalcitidis, ſingulorum vnciam ſemis, calcis viuæ vnc. vnam. Tritis vtere.

Cap. XXIX.

PVLVIS pudendis aptus, quo efficaciorem ne quæras. Ariſtolochiam rotundam tuſam & cribratam, ſi quidem non [a] hæres dubitáſve, melli miſce, & vt linamentum iniice, & mitte intus ſi nome eſt: ſi verò abſcondatur, arido vtere donec curabis. hoc enim purgat, carnem generat, & cicatricem probabiliter inducit.

a Hæres] In manuſcripto codice legitur ἀποσύρεις, fortè pro ἀπορήσεις. vt ſit ſenſus: ſi non hæres, hoc eſt ſi nō dubitas quin nome ſit, aut ſi in conſpectu eſt. Nam ſtatim ſubiungit: ſi verò abſcondatur.

Cap. XXX.

PVLVIS ad mora. Herbam heliotropium, quæ etiam ſcorpiurus dicitur, bene tuſam cribrato, coniice in vaſculum, & priùs lauato aqua locum laborantis, & inſperge pulucrem. Et tanquam optimo accipe ex ipſo [a] ter vſto, & pro ſale appone mergens intingénſve in i-

A pſo fercula.

a Ter vſto] Vel ſic reddendum: Græcè enim eſt κεκαυμένα γ': vel aliquid deeſt.

Cap. XXXI.

PVLVIS Sorani, cruſtas generans, laudatus. Arſenici, calcis viuæ, ſing. drach. quatuor, chalcitidis, ellebori nigri, ſing. drach. duas. Tritis in pollinē vtere.

Cap. XXXII.

PVLVIS ad anum procidentem expertus. [a] Gallæ vſtæ, centunculi vſti, picis aridæ, ſing. vnc. ſemis. Fac

B puluerem, & cum manu propelle anum ad interiora, & deſuper coniicito: confeſtim [b] conſiſtet, & ſtabilietur.

a Gallæ] In codice Nicolai κήληκος pro κηκίδος legitur.
b Conſiſtet] Græcè σαλήσεται falsò pro σταθήσεται legitur.

Cap. XXXIII.

PVLVIS ad nomas è Galeno, expertus. Squamæ æris, arſenici, ſing. drach. duas, chartæ vſtæ, æris vſti, ſulphuris ignem non experti, ſing. drach. quatuor.

Cap. XXXIIII.

PVLVIS cataplaſma, morſu carens, expertus, ad-

C modum bonus ad ſordida vlcera, & in quibus nerui putruerunt, & ad pterygia, oſſáque contrita, vuā & tonſillas. Iridis drach. quatuor, erui drachm. ſemis, Cadmiæ drach. duas ſemis, mannæ, thuris, ſing. drach. quinque, ſquamæ Cypriæ drach. ſex, lithargyri drach. duas, terræ Samiæ drach. ſeptem ſemis, ariſtolochiæ rotūdæ drach. quatuor. Tritis bene vtere.

Cap. XXXV.

PVLVIS cicatricē inducens, etiam malignis. Pineæ drach. ſex, cornu ceruini vſti drachm. duas, cadmiæ

D drach. nouem, ceruſſæ, mannæ, ſing. drach. duas, æruginis raſilis drach. vnam.

Cap. XXXVI.

PVLVIS ſanguinem ſupprimens, quem nobis Dioſcorides Tarſenſis veluti expertum dedit: bonus enim eſt ad ſanguinis eruptiones. Chalcitidis drachm. quatuor, mannæ drach. tres, reſinæ aridæ, gypſi vſti, ſingul. drach. quatuor. Alia quidem contunde, & per cribrum traiicito, & cōmiſce, ac reconde in æream pyxidē. Vſu verò poſtulante gypſum admiſce, & vtere.

E Cap. XXXVII.

PVLVIS ad dentes commotos. Cornu ceruini vſti drach. quatuor, rhois Syriaci drach. duas, gallæ immaturæ drach. vnam, balauſtiorum drach. duas, corticis pini, zingiberis, ſingulorum drachm. ſemis. Tritis probè vtere.

Cap. XXXVIII.

PVLVIS cicatricem inducens omnibus vulneribus. Molybdenæ, aloes flauæ, ſing. vnc. vnam. Tritis bene vtitor.

F Cap. XXXIX.

PVLVIS ad quartanas in tepida ſumptus. Aloes flauæ, epithymi, ſing. ſcrup. vnum. terantur. Æger veſperè lotus prabibat ſolam tepidam: ſimiliter etiam manè lotus accipiat de eo totum pondus, & ieiunet horis ſex.

Cap. XL.

PVLVIS ad impetigines, alphos albos & nigros, expertus & probatus. Lithargyri, ellebori nigri, ſingul. drach. vnam, ſulphuris ignem non experti, nitri, ſampſy

G chi, ſing. drach. duas. His bene tritis vtere in balneo.

Cap. XLI.

PVLVIS Menabios dictus. Cadmiæ, chalcitidis, ſing. vnc. vnam. Diſſolue in aceto ſub æſtu caniculæ. Hic verò confert nomis: eſt enim mirabilis.

Cap. XLII.

PVLVIS generans carnem, & cicatricem inducēs. Thuris, farinæ eruinæ, ſing. drach. quinq;, ariſtolochiæ, panacis radicis, iridis, bryoniæ radicis, ſing. drach. duas ſemis, helenii drach. vnam grana quindecim.

H Cap. XLIII.

PVLVIS ad ozænas mirabilis, ne illum deſpicias: expertus enim eſt. Centaurii, ſquamæ vſtæ, ſing. drach. IIII. æruginis raſilis, ſquamæ æris, radicis cyclamini, myrrhæ, aloes flauæ, ſidiorū, ſing. dr. duas. Tritis vtere.

Cap. XLIIII.

PVLVIS melinus luteúſve,fiſtulis & nomis accõmodatus. Purgat enim ſordida vlcera,& pudenda. Purgat autem citra adſtrictionem,potiſſimùm in tenuibus corporibus. Arſenici,ſandarachæ, ſulphuris ignem non experti,ſquamæ æris,ſing.vnc.ſemis. Tritis probè vtere.carnes enim generat,& vtilis eſt.

Cap. XLV.

PVLVIS fiſtulis accommodus, probatus. Miſy ſolum læuigato,& vtitor eo.

Cap. XLVI.

PVLVIS carnem generans,expertus. Thuris, cadmiæ,farinæ eruinæ,ceruſſæ,pompholygis,amyli,mãnæ,lithargyri,ſing.ſcrup.tres,plumbi vſti, terræ Chiæ, ſing.ſcrup.ſex. Tritis bene vtere.

Cap. XLVII.

PVLVIS ad eryſipelata, vt eadem hora euaneſcat malum. Capræ pedem vrito cum capillis, & cinerem eius in pyxidem coniiciens ſeruato. Vſu exigente locum vino priùs madefacito,& poſtea puluerem inſperge.

Cap. XLVIII.

PVLVIS ſimilis,ad eryſipelata probatus. Oleo roſaceo,oui albo,ſucco ſolani, & roſarũ ſtillatitio liquore probè ſubactis locum inunge.

Cap. XLIX.

XEROMYRON ad fragrantiam veſtimentorum valde bonum. Violarum viridium,iridis,coſti,ſing. vnciam vnam. Tenuiter contuſa,& in linteo ligata tenui, reconde in vnumquemuis arculæ angulum.

Cap. L.

XEROMYRON ſimile ad conciliandum bonũ odorem veſtibus. Roſarum recentium carentium humore,floris iunci odorati,ſing.drach.ſex quartam partem,ſpicæ nardi,zingiberis,ſing.drach.ſemis,amyli, xylobalſami,coſti,ſing.ſcrup.ſemis & quartam partem, iridis drach. vnã. Tuſa probè ligato in linteum tenue, & reconde in arculam.

Cap. LI.

GLADIVM rubiginem contrahere non permittens. Hederam ſylueſtrem vſtam madefacito cum oleo roſaceo ſufficienti,& probè ſubactis illine ferrum quãdo lubet.

Cap. LII.

XEROMYRON ad fragrantiam veſtimentorum mirabile. Carpobalſami vnciam vnam ſemis,caryophylli vnc.ſemis quartam partem,amomi vnc.vnam, ſpicæ nardi vnc.ſemis,coſti vnc.ſemis quartam partem, roſarum ſiccarum,folii,caſiæ,ſingul.vnc. ſemis drachmam vnam. Bene tuſa ligato in linteo ſubtili, & repone in arculam.

Cap. LIII.

PVLVIS aphroditerius vocatus, ad pudenda fluxione laborantia. His enim cicatricem inducit.valde bonus eſt. Ceruſſæ vnc.duas ſemis, amyli drachm. quatuor ſemis,thuris drach. quatuor quartã partem,[a] phycareos drach.vnam. Bene tritis vtere.

a Phycareos] Græcè eſt φυκάρεως. Quid verò per hanc vocẽ intelligat,non accipio.

Cap. LIIII.

PVLVIS ad pudenda exulcerata, & potiſſimùm recentia,& ad mulierum vlceroſas intertrigines, morſu vacans, laudatus. Lapidis Phrygii vſti & extincti in melle,cúmque vino ſufficienti læuigati. vtere vt certo. Ego adieci ad duas eius partes, aloes flauæ partem vnã, & feliciter ceſſit. Etiam citra chirurgiam malum vincit: eſt enim mirabilis.

Cap. LV.

PVLVIS laſſitudinem remouens, in balneo vſurpandus. Sampſychi, nitri, ſingulorum vncias duas S. adarces,piperis communis,baccarum lauri,pyrethri,ellebori albi,ſing.drach.duas.

Cap. LVI.

PVLVIS, capitis cataplaſma admodum bonum. Eruorum aridorum vnc.duas ſemis,iridis vnc.vnam hexagium vnum ſemis,mannæ, ariſtolochiæ,ſingulorum hexagia quatuor ſemis. Trita inſperge vertici capitis.

Cap. LVII.

PVLVIS, cataplaſma capitis,probatus. Corticis pini drach.tres,thuris maſculi,pumicis,ſingulorum drachmas duas,iridis drach.vnam, reſinæ aridæ drach.tres, ariſtolochiæ drach.quatuor. Bene trita inſperge vertici capitis.

Cap. LVIII.

PVLVIS ex aloe,valde bonus. Aloes flauæ drachmas tres, farinæ eruinæ drach. quatuor, mannæ drachmas duas,gallarum drach.vnam ſemis, aluminis ſciſſilis drach.vnam.

Cap. LIX.

PVLVIS è fæce vini combuſta, Manethonis nominatus. Cadmiæ vſtæ & lotæ,terræ aſteris, ſingulorum vnc.ſemis,fæcis vſtæ è vino perſpicuo,thuris. Aliqui etiam amylum adiiciunt, ſingulorum vncias duas. Tritis vtere.

Cap. LX.

PVLVIS Oribaſii, melitera dictus. Chalcitidis, ſquamæ æris,gallarum, balauſtiorum, ariſtolochiæ longæ,ſing.vnc.ſemis, ſidiorum,aluminis ſciſſilis,ſing.hexag.vnum ſemis. Bene tritis vtere.

Cap. LXI.

PVLVIS ex oſtreis. Cadmiæ, thuris,ſingul.vnc. ſemis,oſtreorum vſtorum vnc.vnam ſemis.

Cap. LXII.

PVLVIS è thure. Lithargyri,thuris,cadmiæ, ceruſſæ, ſingulorum drach.duas ſcrup.vnum gran.tria. Tritis in pollinem vtere.

Cap. LXIII.

PVLVIS aphroditarius cognominatus. Thuris,ſquamæ æris,[a] mali Punici,amyli,ceruſſæ, ſing.drachmam vnam ſcrup.vnum gran.quatuor. Tritis vtere.

a Mali Punici] Græcus codex habet ῥοιδαρίε. Eſt autem (vt Paulus in ſeptimo teſtis eſt) legendum ῥοιαδίε.

Cap. LXIIII.

PVLVIS [a] rhodios vocatus, ſanguinem ſupprimens, ad nomas & carnium excreſcentias laudatus. Gallæ crudæ drach. tres, gallæ vſtæ, & in vino extinctæ drach.ſex, ſquamæ æris nigræ,[b] & ſi non ſit, rubeæ drachmas quatuor,chalcanthi drachmas duodecim, aluminis ſciſſilis drachmas tredecim. Terito iſta diebus ſufficientibus,& vtere.

a Rhodios] Manuſcriptus codex falſò ῥοίδιον pro ῥοδία legit. b Et ſi non ſit] Nicolai codex non rectè legit καὶ μὴ ἐρυθρᾶς, pro εἰ δὲ μὴ, ἐρυθροῦ.

Cap. LXV.

PVLVIS flauus appellatus. Chalcitidis vſtæ dr. octo,chalcãthi vſti drach.decem,miſyos drach. quinq;, æris drach.duas ſemis. Tritis vtere.

Cap. LXVI.

PVLVIS à murino colore pſaros nominatus. Miſyos drach.duas,gallarum vnc.vnam,chalcitidis vnc. ſemis,chalcanthi, æruginis raſilis, ſing.hexag.vnum S. Tritis vtere.

Cap. LXVII.

PVLVIS heliocaes, id eſt ſole vſtus, laudatus. Chalcanthi,arſenici, ſingulorum libram ſemis,calcis viuæ lib.vnam. Trita ſubigito cum aqua ſufficienti, & læuigato ſub æſtu caniculari diebus ſufficientibus: dein ſiccatis vtere. Admodum enim adurit.

Cap. LXVIII.

PVLVIS antheron nominatus. Cyperi drachm. quatuor,myrrhæ drach.ſex, ſandarachæ drach.vnam S. roſarum drach.vnam,croci drach. ſemis,crocomagmatis drach.vnam,aluminis ſciſſilis,iridis Illyricæ,ſing.dr. vnam. Tritis vtere.

Cap. LXIX.

PVLVIS ex charta,ad nomas oris,potiſſimùm pudendorum,admodum laudatus. Squamæ æris,chartæ vſtæ,ſingul. drach.duodecim,arſenici,ſulphuris ignem

non experti,ſing.drach.ſex, plumbi vſti drach.tres. terantur in pollinem. Et quidem ad humidiores putredines aridis vtere: cum roſaceo verò & melle ſubactis, ad aridas vtere.

Cap. LXX.

PVLVIS ex oxymyrſine ſeu myrto ſylueſtri,ad eiuſmodi.Rhois coriarii vnc.ſex,oxymyrſines foliorum, ſandarachæ,ſing.drach.quatuor, foliorum ſalicis aridorum,ſidiorum,ſing.drach.tres, aluminis ſciſſilis,chryſocollæ,aloes flauæ,chalcitidis crudæ,ſquamæ, arſenici,ſalis communis, ſingulorum drachmas duas. Tritis vtere.

Cap. LXXI.

PVLVIS [a]maſſalioti dictus. Nitri, opii, chryſocollæ,lapidis Aſii, ſandarachæ, miſyos, chalcitidis, aluminis ſciſſilis,diphrygis, ſingulorum vnc. ſemis. Tritis vtere.

a Maſſalioti] Ex Paulo legendum μασσαλιώτου:non (vt habet Nicolai codex)μασαλεώτου.

Cap. LXXII.

PVLVIS ſmegma,quod vocatur Aſclepios. Baccarum lauri, nitri Alexandrini, ſalis torrefacti communis, ſalis Cappadocici,ammoniaci, aphonitri, pumicis, ſingulorum drach.ſemis, ellebori nigri, ſtruthii, pyrethri,fæcis vini vſtæ,ſtaphidis agriæ,ſinapi,aluminis ſciſſilis,florum iunci odorati,iridis, gallarum, ſingulorum vnc.tres,ſampſychi lib.ſemis,ſeminis viticis, pulegii,farinæ eruinæ,cumini,ſing.vnc.tres,chamæleontis nigri, ſulphuris ignem non experti, gummi, thuris, piperis communis, radicis cucumeris ſylueſtris, marrubii,Cimoliæ,pæoniæ,teſtæ ſepiæ, fœnigræci, folii, coſti, euphorbii,ſpicæ nardi,ſingulorum drach.duas: Alexander autem iſta adiicit,nempe ſalis amari, ſalis è fontibus nitri,ſingulorum drach. ſemis, adarces vnc.ſemis, aluminis liquidi & albi,cnici, graminis aridi, bryoniæ ſiccæ, ſing.vnciam vnam.Tritis probè vtere.

Cap. LXXIII.

PVLVIS ſmegma vocatum Peponatum.Thuris, maſtiches,ammoniaci thymiamatis,ſing.vnc.ſemis,tragacanthæ vnc.ſemis drach.vnam, ſucci vuæ immaturæ vnc.quatuor ſemis, ſeminis peponis recentis repurgati vnc.vnam ſemis,ſimilaginis lib.centum quinquaginta, alborum ouorum quinque, iridis vnc. S. Aliqui etiam adiiciunt ellebori vnc.vnam.Bene tritis vtere.

Cap. LXXIIII.

PVLVIS Critonis nominatus,probatus.[a]Lomenti modium ſemis,ſimilaginis lib.tres,trifolii,myrobalani,iridis Illyricæ, ſingulorum lib.duas, ammoniaci thymiamatis vnc.ſex,ouorum alba ſeptem,carnis peponis, ſucci vuæ immaturæ, ſing.lib.vnam ſemis. Bene parata commiſce, & finge paſtillos, & exſiccato in vmbra: vſu verò poſtulante tuſa & cribrata exhibeto.

a Lomenti] In codice Nicolai falſò ſcribitur ὀρεγμοῦ pro ὀρυγμοῦ.

Cap. LXXV.

PVLVIS alius,& vt præcedens, admodum laudatus: Tragacāthæ,thuris,maſtiches,ammoniaci thymiamatis,ſingulorum drach. quindecim, ſucci vuæ immaturæ vnc.duas ſemis, ſimilaginis lib. quinque vnc.tres, Albi oui vnc.ſemis,carnis peponis vnc.quinque. His bene ſubactis, confice vt præcedentem.

Cap. LXXVI.

INSPERSORIVM exſiccans caput quod fluxione laborat. Nitri Alexandrini rufi vnc.duas ſemis, ſalis communis torrefacti vnc. ſemis drach.vnam, ſalis Cappadocici vnc.ſemis. Hæc trita & macerata aceto acerrimo ſufficienti, [a]coniice in linteum ſacculum,& in camino vrito donec in carbones vertantur. deinde in ſole refrigeratis,ad abſtergendum vtitor cum vino ſufficienti, deſuper inſtillans in balneo.

a Coniice in linteum] Hæc ex Paulo adiecta ſunt, & in codice Nicolai deſiderantur: vbi legitur ἔμβαλε λίνῳ σακελλίῳ; καὶ καῦσον ἐν καμίνῳ,&c.

Cap. LXXVII.

PVLVIS vel pſilothrum podagricum, laudatum. Maſtiches, thuris maſculi, vuæ ſatiuæ, ſtaphidis agriæ, ellebori albi,lithargyri, ſing.vnc. vnam ſemis,folii, [a]amyli,ellebori nigri,floris lapidis aſii, ſing.vnc.ſemis,alcyonii,pumicis aſſatæ,Cimoliæ,ſampſychi, ſingul.vnc. 1.S.ſpicæ nardi vnc. S. Nōnulli verò adiiciūt aloes flauæ vnciā S.Tuſa in pollinem ſeruato. Vſu verò poſtulante, ſuccum orizæ & ptiſanæ in ollam conicito: atque vbi ebullierint, adiice pulueris vnciam ſemis drachmam vnam. Alii & hæc admiſcent, ſaponis Gallici vnciā ſemis drachmam vnam, arſenici drachmam vnam, aluminis ſciſſi vnciam ſemis drachmam vnam,ſandarachæ vnciā ſemis drachmam vnam, calcis viuæ recentis libram ſemis.Bene confectum reconde. Vtendum autem hoc ter menſe, nono ſcilicet die lunæ, & vigeſimonono, idque per annum. Poſt hunc verò ſemel in menſe, luna deficiente.

a Amyli] Manuſcriptus codex legit μήλου pro ἀμύλου.

Cap. LXXVIII.

PVLVIS ad polypos valde bonus. Æris vſti,chalcanthi,chalcitidis,miſyos, ſing.vnc. vnam. Hæc tuſa in mortario, & excepta aceto bono in olla figulina oblita aſſato in clibano aut in furno, & eiecta diſſolue vino,& iterum āſſato:dein eiecta diſſolue, & repoſitis in vaſe vtere vt probatis.

Cap. LXXIX.

PVLVIS laſſitudinem abigens, inſpergendus in balneo.Sampſychi,nitri,ſing.vnc.duas ſemis, adarces, piperis communis,baccarum lauri,pyrethri,ellebori albi,ſing.vnc.duas.

Cap. LXXX.

PVLVIS ad polypum probatus. Calcis viuæ,chalcitidis,chalcanthi,ſinopidis, ſing. ſcrup. tres.trita exhibeto quaſi hæc ſola ſint laudata.

Cap. LXXXI.

PVLVIS Rhodias nominatus,ſanguinem ſupprimens, & cicatricē inducens.Ad ſordida oris vlcera cum melle datur:ad lippitudinem aceto madefactus. ad reliqua verò mala,aridus inſperſus.ad ſpuentes ſanguinem cum aqua frigida menſura cochleariorum duorum. Dyſenteriam & alui fluorem,& nomas pudendorum confeſtim ſiſtit inſperſus.ad pterygia digitorum ſummè facit.prodeſt etiam ad herpetes [a] exedentes, & ad rubentes podagras.ad vlcera pudēdorum melle diſſolutus.ad dentium dolorem aridus inſperſus:confeſtim enim dolorem tollit.ſanguinis eruptiones ex omni vulnere cōpeſcit.ad carnis iuxta gingiuas eminentiam facit,& humidas gingiuas. Conducit peripneumonicis, ſanguinē excreantibus,& carnium excreſcentias comprimit, & cicatricem inducit.Gallas immaturas nouem, ſquamæ rubeæ drach.quinque,chalcanthi drach.tres, aluminis ſciſſilis drach.duas.Dimidium gallarum partē vrito, & extinguito in vino auſtero,vt nigreſcat medicamentū.Bene trito vtere.

a Exedentes] In codice Nicolai eſt ſcriptum ζῶντας,fortè pro ἐσθιομένους.

Cap. LXXXII.

PVLVIS ad carcinomata oris,& omnis generis vlcera,cruentáſque gingiuas admodum vtilis.Coſti,folii, ſpicæ nardi,gallarum immaturarum, cochyliorum oſſium crematorum,fæcis vini vſtæ,teſtarum ſepiæ vſtarum,chartæ vſtæ,[a]tarichi vſti,phales vſtæ, ſingulorum vnc.ſemis.Tritis vtere priùs abſtergendo locum vino, inuoluēs digitū linteolo, & inſperge.comede panis buccellas vino diluto maceratas. Oleo autem & melle per totum abſtineto.

a Tarichi vſti,& phales vſtæ] Græcè eſt ταρίχου κεκαυμένου,φάλης κεκαυμένης.Per τάριχον autem carnem piſcium aſſam (vt alii Græci) accipit.φάλη verò quid ſit,diuinare nequeo.

Cap. LXXXIII.

PVLVIS capitalis purgans & caua carnibus implens.Oſſa & ſquamas remouet, & ad putrefactos neruos confert.Iridis drach. quinque, ariſtolochiæ longæ drach.duas ſemis,eruorum rubeorum drach. quatuor, mannæ,thuris,ſquamæ æris,aloes flauæ,ſing.dr.duas ſemis.Singula ſeorſim tundito & cribrato.miſce,& vtere.

Cap. LXXXIIII.

PVLVIS ſupprimens omnem eminentiam: ad cicatricem autem ducit etiam ea quæ difficulter curantur. Chalcitidis drach.octo,chalcanthi drach. duas, cadmiæ,miſyos,mannæ, ſing. drach. quatuor. Aceto diſſolue,& rurſus tere.

Cap. LXXXV.

PVLVIS vocatus Xenocratios,implens, ad flaccidas gingiuas vtilis, & oſſa non ſinit contriſtari. Cum melle purgat maligna ac depaſcentia. ſquamas etiam recedere facit.Cadmiæ vnciam ſemis, miſyos, chalcitidis, ſory,myrrhæ, ſingulorum vnciam ſemis.Tritis vtere.

Cap. LXXXVI.

PVLVIS ad pudenda fluxione laborantia, & ani, alarum,& partium quæ coſtas interiacent,vſtiones. Cadmiæ vſtæ & lotæ,corticis pini,thuris, plumbi, ſingul. vnc.vnam.

Cap. LXXXVII.

PVLVIS capitalis, vulnerarius, cicatricem inducens.Confert ad ambuſta cum cerato roſaceo. Arido verò vbi vti velis, [a]concerpta linamenta oleo imbuta,pone ſuper puluerem. Limacum vſtarum vnciam vnam, thuris maſculi, aloes flauæ, ſingulorum vnc.ſemis. Læuigatis vtere.

a Concerpta linamenta] Legendum τίλματα μοτὰ,non μοτῶ, vt habet manuſcriptus Nicolai codex.

Cap. LXXXVIII.

PVLVIS capitalis, profunda implens vulnera,& carnem generans,valde bonus. Erui albi drachm.quatuor,iridis drachm.decem,mannæ,thuris,ariſtolochiæ, ſquamæ,aloes flauæ,myrrhæ, ſingulorum drach.quinque.Bene tritis vtere.

Cap. LXXXIX.

PVLVIS heliocaes dictus, id eſt à ſole vſtus. Valet ad dyſentericos, iniectus cũ decocto mali Punici putaminum aut ruborum, aut myrti, aut foliorum oliuæ, ſummè probatus & mirabilis. Arſenici,calcis, rhois coriarii,ſing.vnc.S.ſucci hypociſthidis vnc.vnam.Bene trita ſubigito ſub æſtu caniculari in vrina pueri nondum corrupti aut aqua marina, aut ſucco plantaginis maioris aut minoris diebus viginti exſiccans. Vſu poſtulante læuigato,& vtere.

Cap. XC.

PVLVIS ad ægilopas expertus, ad cicatricem ducens ſine perforatione. Thuris,aluminis ſciſſilis, ſingul. vnc.S.Trita excipiantur cum terebinthina pondere hexag.quatuor,& vtere.

Cap. XCI.

PVLVIS Seueriani ad mala oculorum,tollens albugines ſummè craſſas,& omnem caliginem, hebetudinem & gingiuas.Cadmiæ vnc.vnam ſemis,ſalis ammoniaci vnc. vnam,piperis albi, folii, ſingulorum vnciam S.Tritis vtere.

Cap. XCII.

PVLVIS ocularis, quem accepi ab Alypio archiatro,ad oculos lacrymantes, qui præſeruat, & abigit omnem lippitudinem.Cadmiæ drach.tres, æris vſti drachmas duas,ſtimmi,ammoniaci, ſingulorum drach.vnam.Cadmia,æs & ſtimmi cum Attico melle vruntur, & vino aminæo extinguntur.dein contunditur ammoniacum. Aliqui autem adiiciũt etiam croci drachm.S.& ſpicæ nardi drach.vnam.

Cap. XCIII.

PVLVIS pudendis conueniens,admodum laudatus.Fœniculi aſſati,& amygdalarum amararum, ſingul. vnc.vnam,cinerem inſperge ſæpius manu.

Cap. XCIIII.

PVLVIS carnem generans, ad fiſtulas conueniens. Chamæleontis nigri, thuris, iridis, corticis pini,arſenici,ariſtolochiæ longæ, ſingulorum vnciam ſemis.Fiſtulam prius mulſa abluito:dein trita in pollinẽ, inſperge.

Cap. XCV.

PVLVIS antheron,ad gingiuas fluxione tentatas, præcipuũ medicamentum. Aluminis ſciſſilis,cyperi,ſandarachæ,ſing.dr. quatuor, myrrhæ drach.vnã,croci dr. S.crocomagmatis drach.vnam S.

Cap. XCVI.

XEROMYRON capitis fluxione laborantis, in quo nullus error admittitur, & ad deſtillationes valde bonum.Iridis, helenii, floris iunci odorati, ſing.lib. ſemis,roſarum aridarum vnc.vnam S.amomi, coſti,folii, gallarũ,ſing.vnc.tres. Tritis vtere à balneo, caput priùs vino auſtero illinens.

Cap. XCVII.

XEROMYRON ad caput fluxione tentatum & deſtillationem conferens,in quo nullus poteſt committi error. Cubebæ,caryophylli, coſti, caſiæ, folii, ſpicæ nardi,ſingulorum hexagium vnum. Trita bene coquito in vino rubeo bono, & lauato ex eo caput ægrotantis tepido.dein terito aloes flauæ hexag.vnum S.& irrigato vino bono quod ſatis eſt: inſperge vertici capitis, & deſuper ponito goſſipium,& permitte vt quieſcat.

Cap. XCVIII.

PVLVIS ex iride. Iridis vnc. vnam ſemis,gallarum vnciam ſemis,caſiæ,coſti, folii,ſpicæ nardi,balauſtiorum, roſarum aridarum, carpobalſami, ſingulorum vnciam vnam, myrrhæ drachmas duas. Trita bene, & capite vino auſtero tepido madefacto,inſperge deſuper puluerem à balneo.

Cap. XCIX.

PVLVIS ad ozænas naris,probatus. Spicæ nardi, miſyos,ſingulorum hexagium vnum. Subacta cum vino auſtero, & irrigata bene, vt ſordium craſſitudinem nanciſcantur,illine interiora, & lana obturato. Optimè facit ad ozænas chalcanthum melle Attico exceptum. ſimiliter chalcitis, ærugo, & æris ſquama. & iſte puluis qui habet chalcitidis crudæ drachmas ſex,cadmiæ drachmas quatuor. ſubige cum aceto in æſtu caniculari multis diebus,& exſiccatis vtere. Aut cum vino diſſolue,aut aridum inſufflato. Eſt autem is puluis laudatus & mirabilis.

Cap. C.

PVLVIS carnem generans,admodum laudatus. Thuris,cadmiæ,amyli, lithargyri, pompholygis, [a] elichnes,ſingulorum vnciam vnam. trita in pollinem inſperge.

a Elichnes] Græcè eſt ἐλλύχνιε.

Cap. CI.

PVLVIS ad ozænas admodum probatus. Miſyos, chalcitidis,myrrhæ ſing.drach.ſemis,chalcanthi drach. ſex,aluminis ſciſſi,gallarum,ſquamæ, ſing. drach.duas, aluminis rotundi drach. vnam, thuris maris drachm.S. Trita irrigato cum aceti lib.vna ſemis, & coquito in æreo vaſe. Vbi mellis conſiſtentiam nacta fuerint, exceptis vtere, elychnium imbutum interioribus narium imponendo.

Cap. CII.

PVLVIS ad ozænas naris mirabilis. Seminis erices,myrrhæ,nitri,ſidiorum, ſing.drach. duas, croci,coſti,ſing.drach.vnam.Trita inſufflato per infundibulum in interiora naris.

Cap. CIII.

PVLVIS ad ozænas narium. Aluminis ſciſſi,myrrhæ,ſing.drach.duas, ſandarachæ, rhois culinarii, ſalis ammoniaci,croci,coſti,ſing.dr.vnã.Trita inſufflato per infundibulum naribus,mulſo naribus priùs infuſo.

Cap. CIIII.

PVLVIS magiſtri Theodori ad fœtorem narium, admodum probatus. Amomi repurgati, myrrhæ,roſarũ aridarum.Trita inſufflato narium intimis partibus, aut cum nardino diſſolue vnguento,& vtere.

Cap. CV.

PVLVIS ad ozænas naris,valde bonus. Myrrhæ, caſiæ,roſarum aridarum, ſing.hexag.vnum.Tritis bene & commixtis cum melle Attico illine narium intima manè & veſperi,donec vtique ſanetur.

Cap. CVI.

PVLVIS vocatus terpon,ad nares. Myrrhæ,caſiæ,ſing.drach.duas,floris iunci odorati,roſarum aridarum,ſing.drach.ſemis. Trita irrigato cum mulſo veteri,& illine naribus.

Cap. CVII.

PVLVIS ad polypos & ozænas. Aluminis ſciſſi, myrrhæ,ſandarachæ,ſing.drach.duas,æris vſti,gallarũ; ſing drach.ſemis.Trita naribus priùs vino odorato infuſo,illine cuſpide ſpecilli.

Cap. CVIII.

PVLVIS ad polypos Apollonii. Ellebori, origani,ſing.hexag. vnum. Trita in pollinem inſufflato intimis narium partibus.

Cap. CIX.

PVLVIS ad polypos eiuſdem,probatus. Ellebori nigri,ſandarachæ,ſingul.hexag.vnum. Trita irrigato cum oleo ſufficienti, & excipe lana, implens interiora narium.

Cap. CX.

PVLVIS heliocaes ad eroſas gingiuas ſummè faciens. Arſenici,calcis,ſing.lib.ſemis,rhois coriarii vncias tres, ſucci hypociſthidis vnc. vnam. Trita irrigato cum decocto putaminis malorum Punicorum, aut rubi,aut myrti,aut foliorum oliuæ,aut vrinæ,aut marinæ aquæ, aut ſucco plantaginis maioris, & ſubigito in æſtu caniculari diebus viginti, & exſiccatum rurſus læuigato ad vſum.

Cap. CXI.

PVLVIS ori accommodus, ad gingiuas fluxione laborantes,valde probatus. Foliorum fœniculi, piperis communis,ſing.drach. vnam, caſiæ fiſtulæ drachm. duas,berenicarii vnc.duodecim.

Cap. CXII.

PVLVIS ad putrefactiones oris,carcinomata, fœtorem oris,dentes commotos, gingiuas diſcedentes,ranas vocatas ſub lingua, & abundantem ſaliuam mirificus & expertus. Corticis malorum granatorum,amygdalarum corticis, cucurbitæ aridæ, chryſobalani vſti, oſſium palmularum vſtarum,coſti,caryophylli, piperis communis,ſing.drach.tres. Tritis bene, ad dentes quidem,gingiuas & ſaliuam,aridis vtere: ad alia verò mala, cum melle Attico.

Cap. CXIII.

PVLVIS ad comeſtionem gingiuarum. Almyrithræ,arſenici,ſing.vnc.ſemis, piperis communis,aluminis ſciſſi, ſalis foſſilis, chryſobalani magni & parui vnà cum oſſibus,ſalis gangrini,ſing.hexagia quatuor. Bene trita fermentato cum acri aceto,& coniice in calamum donec totum in cinerem vertatur. Interiorē huius partem accipe,& terito:dein ægrotatis os ablue aceto acri: & poſtea goſſipio prædictas ſpecies inſpergito, & gingiuis apponito,& ita ſex horis ſinito. Abiectis dein iterũm os cum acri aceto abluito, & rurſus de eo inſperge: atque idipſum donec ſanetur facito.

Cap. CXIIII.

PVLVIS ad comeſtas gingiuas,admodum laudatus. Nucis moſchatæ, roſarum aridarum,ſidiorum,balauſtiorum, myrobalani magni integri, aluminis ſciſſilis,floris rubi,myrrhæ,cyperi,croci, ſalis foſſilis,hypociſthidis & eius ſucci, ſingulorum hexagium vnum. Terito,& parato vt præcedentem. Præbeto aridum vſu poſtulante.

Cap. CXV.

PVLVIS probatus ad comeſtionem gingiuarum. Succi polygoni vnciam vnam, acinorum vuæ vnciam ſemis. terito & coquito cum poſca, collue ex eo os multoties. Aut accipe radicis rubi,ramorum oleæ, rhois Syriaci,rhois coriarii,& balauſtiorum:cum poſca ſufficienti,coquito,& os cum eo collue.

Cap. CXVI.

PVLVIS neceſſarius ad gingiuarum comeſtiones. Nucis moſchatæ, roſarum, caryophylli, cubebæ, balauſtiorum,trium piperum, myrobalani magni,arſe-

A nici, aluminis ſciſſilis, ſingulorum vnciam ſemis. Hæc ſiccato in teſtaceo vaſe quoad in cinerē vertantur. dein terito,& vtere.

Cap. CXVII.

PVLVIS ad nomas gingiuarum laudatus. Aluminis ſciſſi,roſarum,ſingulorum drach.vnam, ſalis foſſilis drach. duas, croci drach.ſemis. Trita irrigato cum melle ſufficienti,& vtere.

Cap. CXVIII.

B PVLVIS ad gingiuarum comeſtionem valde mirabilis. Omphacii drach.vnam, aluminis ſciſſi, myrrhæ,nitri,ſing.drach.ſemis,croci gran.quindecim. Trita madefacito cum melle, & vtere.

Cap. CXIX.

PVLVIS ad abſcedentes gingiuas,& cruſtas in ore admodum bonus. Aluminis ſciſſi,cyperi,myrrhæ,ſingul.drachm.quatuor, ſandarachæ drachmas duas,iridis drachmam vnam ſemis, croci drachmam ſemis. Bene tritis vtere.

C Cap. CXX.

PVLVIS ad comeſtionem gingiuarum mirabilis. Cyperi drach.quatuor, ſandarachæ drach. vnam ſemis, myrrhæ,croci,aluminis ſciſſi, iridis, ſing. drach.vnam. Trita madefacito cum melle,& vtere.

Cap. CXXI.

PVLVIS ad carnem generandam in gingiuis comeſtis.Roſarum veterum ſeminis drach. vnam, calami odorati veteris aut Indici drach.ſemis.Trita bene deſuper inſpergito.

D Cap. CXXII.

PVLVIS admodum laudatus ad gingiuarum comeſtionem. Florum roſarum ſcrup.duos, calami odorati vnc. vnam ſemis, ſidiorum ſcrup.vnum, aluminis ſciſſi,cyperi,ſing.ſcrup. ſemis. Bene trita inſperge deſuper.Eſt enim mirabilis.

Cap. CXXIII.

PVLVIS antheron ad putredines in ore factas. Aluminis ſciſſi,cyperi,ſandarachæ,ſingul.drachm.quatuor,myrrhæ drach.vnam, croci gran.quindecim, crocomagmatis drach.vnam ſemis.

E Cap. CXXIIII.

PVLVIS ad putredines oris,& gingiuas depaſtas, tonſillas,antiades,& columellas, aridus admotus:in dentibus autem commotis in aceto diſſolutus retinendus in ore erit. Gallarum immaturarum, aluminis ſciſſi, ſing. vnc.ſemis. Trita inſperge deſuper vt efficacem, & probatum.

Cap. CXXV.

F PVLVIS antheron ad gingiuas eroſas vtilis. Cyperi,croci,ſing.drach.vnam,aluminis ſciſſi drach. duas, roſarum drach.tres,ſandarachæ,iridis,gallarum,cytinorum mali Punici,ſing.drach.duas.

Cap. CXXVI.

PVLVIS antheron,expertus. Cyperi drach.quatuor,crocomagmatis, aluminis ſciſſi,iridis,ſingulorum drach.vnam,croci drach.ſemis,ſandarachæ drach.vnam ſemis.

Cap. CXXVII.

G PVLVIS ad putredines in ore. Foliorum oleæ vſtorum, radicis lactucæ vſtæ, ſidiorum, balauſtiorum, ſing.hexag.vnum,coſti hexag.ſemis. Terito,& primùm os colluito cum lacte aſinino aut caprino tepido. Aut folia oleæ,rhoem Syriacum,aſpalathum,roſas,lētes,roſmarinum, platani folia,decoque,& cum decocti iure os ſæpius abluito. dein inſperge dictum puluerem, & poſtremùm os cum vino collue.

Cap. CXXVIII.

PVLVIS ad putredines oris. Æruginis ferri,balauſtiorum,cytinorum, aluminis ſciſſi, roſarum,gallarum,iridis,ſingul.hexag.vnum, cumini drachm.vnam. Trita illine deſuper.

H Cap. CXXIX.

PVLVIS calidus admodum, ad frigidos affectus valde laudatus. Salis communis, ſalis Cappadocici,

ſalis è fontibus nitri,ſalis[a] parechiri,ſalis amari,nitri Alexandrini,nitri Matronici,nitri Phrygii magni,pumicis,ammoniaci thymiamatis,ſingulorum libram ſemis, ellebori nigri & albi,ſtruthij herbæ, pyrethri, fæcis vini vſtæ, ſtaphidis agriæ, alcyonii, ſinapi, cyperi, aluminis ſciſſi & rotundi, florum iunci odorati, iridis, gallarum non perforatarum, ſingulorum vncias tres,ſampſychi lib.ſemis,ſeminis agni,pulegii,fabaceæ & lupini farinæ,ſing.vnc.tres, chamæleontis nigri,ſulphuris ignē nō experti,gūmi, thuris, piperis lōgi,radicis cucumeris ſylueſtris,marrubii herbæ, ſing.vnc.vnam ſemis, teſtudinis marinæ ſalſæ,liquoris Cyrenaici,ſing.vnc.tres,Cimoliæ,radicis pæoniæ,teſtarum ſepiæ, buccinorum vſtorum,coſti,oſtreorum vſtorū,aloes vſtæ, myrrhæ,folii,cumini Æthiopici,euphorbii, ſpicæ nardi, Celticæ, cnici,grani Cnidii,graminis aridi,radicis bryoniæ,baccarum lauri,ſing.lib.ſemis, adarcæ vnc.ſemis.Hæc bene trita inſperge deſuper.

a Parechiri]In codice manuſcripto legitur ἁλῶν παρηχιρῶν. Itē paulo pòſt νίτρου ματρονικοῦ,νίτρου φρυγίου μάγνου. Quæ lectiones an legitimæ ſint,plurimùm dubitamus. Nitri autem diuerſas ſpecies haud dubiè innuunt.

Cap. CXXX.

PVLVIS ad ozænas naris,eroſiones,nomas,denſitates,& quæcunque narium mala.diuinum eſt medicamentum. Mannæ,chalcanthi,thuris,chalcitidis,ariſtolochiæ,ſing.drach.tres,vitis albæ ſucci vnc.tres.Læuigato hæc quoad arida reddantur,& vtere.

Cap. CXXXI.

PVLVIS ad ozænas naris ſimilis. Squamæ æris, chalcitidis, ſing.drach.quatuor,chalcanthi drach. tres, fellis taurini,amomi, myrrhæ, calaminthæ, marrubii. Trita deſuper inſperge.

Cap. CXXXII.

PVLVIS laudatus vt præcedens. Sandarachæ dr. quatuor, ſquamæ æris drach.duas,chalcāthi dr.tres,ellebori nigri drach.vnam. Trita inſufflato intimis nariū partibus,& vtere vt optimo. hoc enim medicamentum in decem diebus prodeſt.Facit verò idipſum etiam chalcanthum ſolum cum aceto illitum.

Cap. CXXXIII.

PVLVIS probatus vt præcedens. Sidiorum drachmam vnam,chalcanthi dr.quinque,chalcitidis, fellis taurini,croci,amomi,myrrhæ, calaminthæ, marrubii, ſing.drach.duas.Trita deſuper inſperge. eſt enim valde bonus.

Cap. CXXXIIII.

PVLVIS vt præcedens,per nares immiſſus admodum vtilis.Miſyos,chalcitidis,myrrhæ,ſing.dr. tres ſemis,chalcanthi drach.tres,aluminis longi,gallarū,ſquamæ æris,aluminis rotundi,ſing.drach.duas, thuris dr.ſemis. Trita cōiice in aceti lib.S. vnc.vnam ſemis, & coquito in æreo vaſe donec mellis conſiſtētiam acquirāt. Vtere per linamenta.

Cap. CXXXV.

PVLVIS ad ozænas narium,laudatus. Æruginis, ſquamæ,ſing.drach. vnam ſemis.Trita inſuffla interioribus narium partibus.

Cap. CXXXVI.

PVLVIS ad ozænas narium mirabilis. Seminis ericæ,myrrhæ,nitri,ſidiorum,ſing.drach.duas,croci,coſti,ſing.dr.vnā.Trita intimis nariū partibus inſufflato.

Cap. CXXXVII.

PVLVIS ad ozænas narium probatus. Salis communis,aluminis ſciſſi,myrrhæ,ſing. drach.duas,ſampſychi,rhois culinarii,ſalis ammoniaci, ſandarachæ,croci, coſti,ſing.drach.vnam.Trita inſufflato naribus,aut mulſum priùs naribus inſtillato.

Cap. CXXXVIII.

PVLVIS Theodori Actuarii ad fœtorem narium. Amomi,myrrhæ,roſarum aridarum,ſing.hexag.vnum. Subactis cum vnguento nardino vtere.

Cap. CXXXIX.

PVLVIS ſimilis ad ozænas narium. Myrrhæ,caſiæ,roſarum,ſing.hexag. duo. Contuſa humectato cum tepido melle, & præbeto manè & veſperi donec ſanetur.

Cap. CXL.

PVLVIS ad ozænas narium. Hedychroon terito, & madefacito cum mulſo ſufficienti, & infunde naribus.

Cap. CXLI.

PVLVIS vocatus Terpon,ad nares laudatus. Myrrhæ,caſiæ,ſingul.drach.duas,floris iunci odorati,roſarū aridarum,ſingulorum drachmam ſemis. Trita madefacito cum mulſo veteri ſufficienti,& illine naribus.

Cap. CXLII.

PVLVIS mirabilis vt præcedens. Myrrhæ,caſiæ, ſing. drach. vnam ſemis, chalcitidis drach.duas, ſpicæ nardi drach.vnam,ellebori albi drach.ſemis.Trita deſuper inſperge cum mulſo.

Cap. CXLIII.

PVLVIS, vt præcedens, laudatus. Miſyos aſſati drach.quatuor,iridis drach.duas,croci drach.ſemis.Trita inſperge cum melle Attico ſufficienti.

INDEX OXYMELITVM, OXYPORIORVM, confectionum vini,gingiuarum, dentium, & aliorum remediorum.

Oxymelitis purgatorii confectio, Cap. I.
Oxymelitis confectio,Iuliana vocata, Cap. II.
Oxymelitis purgatorii confectio, Cap. III.
Oxymelitis ſimplicis confectio laudata,Cap.IIII.
Oxymeli incidens,& obſtructiones tollens,optimum, Cap. V.
Oxymeli purgatorium,expertum, Cap.VI.
Oxymeli purgatorium,pituitā ducens, Cap. VII.
Oxymeli purgatorium,valde bonum, Cap. VIII.
Oxymeli purgatorium,expertum, Cap.IX.
Oxymeli purgatorium pituitæ,flauæ bilis & nigræ,thoracis & ſtomachi,expertum, Cap. X.
Oxymeli purgatorium,ſimile, Cap. XI.
Oxymeli ad quotidianas,tertianas,quartanas,& hydropicos,vtile admodum, Cap. XII.
Aceti ſquillitici confectio laudata, Cap. XIII.
Aceti ſquillitici confectio ſimilis, Cap. XIIII.
Aceti ſquillitici ſimplicis confectio, Cap. XV.
Oxymeli purgatorium conferens vt prædictum in primo capite, Cap. XVI.
Oxymelitis lienoſis conferentis confectio, Cap. XVII.
Oxymeli ad calculoſos laudatum, Cap. XVIII.
Oxymelitis confectio Iuliani probata, Cap.XIX.
Oxymeli ad ſtomachicos, hydropicos, colicos,& vterū, admodum probatum, Cap.XX.
Oxyſacchari confectio admodum laudata, Cap.XXI.
Oxyporium ex iuniperi granis, Lamnæō dictum, Cap.XXII.
Oxyporii confectio ad omnes morbos, Cap.XXIII.
Oxyporium bilem ducens,mirabile, Cap.XXIIII.
Oxyporium ad cruditatem & inflationem ſtomachi, Cap.XXV.
Oxyporium ſtomacho gratum,Midonis regis, Cap. XXVI.

Gingiuas fluxione laborantes ſanans, Cap.XXVII.
Oxyporium quo vſus eſt Apollonius, coctionẽ adiuuãs, Cap. XXVIII.
Vini confectio ex malis,& cydoniis, Cap.XXIX.
Vini irini confectio mirabilis, Cap. XXX.
Mulſum,ſanans,coctionem iuuans,& inflationem. Vrinam etiam mouet,& interioribus confert, Cap. XXXI.
Vinum acidum eſſe vt breui tempore deſinat, Cap. XXXII.
Vinum nigrum reuera vt album fiat, Cap. XXXIII.
Vinum album breui tempore vt nigrum reddatur, Cap. XXXIIII.
Vinum vt ſtatim pellucidum fiat, Cap. XXXV.
Vinum vt pellucidum album & dulce fiat, Cap.XXXVI.
Vinum vt ſtabile ſeruetur,admodum laudatum, Cap.XXXVII.
Vinum nouum vt breui vetus fiat, Cap. XXXVIII.
Vinum turbidum,vt confeſtim purgetur, Cap.XXXIX.
Vinum vt dulce & ſuaue reddatur, Cap.XL.
Vinum aceſcere incipiens vt corrigendum, Cap.XLI.
Vini conditura mirabilis, Cap.XLII.
Opobalſami confectio, Cap.XLIII.
Opobalſami probatio, Cap.XLIIII.
Œnantharion odoratum valde, Cap.XLV.
Œnanthes confectio admodum probata, Cap. XLVI.
Gingiuas in ore & exanthemata ſummè curãs, laudatũ, Cap.XLVII.
Gingiuas excreſcentes, intumeſcentes, putrefactas,& cruentas ſanans, Cap.XLVIII.
Oris fœtorem ſanans, valde bonum & laudatum, Cap.XLIX.
Dentes præſeruans admodum laudatum, Cap.L.
Dentibus conueniens,vtile ad eorundem putredines,& fluxiones,atque pudendorum, Cap.LI.
Dentium dolorem ſedans,valde mirabile, Cap.LII.
Dentes refrigeratos & fluxione laborantes iuuans, Cap. LIII.
Dentes commotos mirabiliter firmans, Cap. LIIII.
Dentes ab ictu commotos confirmans, Cap. LV.
Dentium dolorem ſedans,laudatum valde, Cap. LVI.
Dentes dolentes ſedans, & commotos firmans, Cap. LVII.
Dentium dolores ſedans,laudatum, Cap.LVIII.
Dentes eroſos & putridos iuuans, Cap.LIX.
Dentifricium quo vtor, Archelai medici, Cap.LX.
Dentes fluxione laborantes,& commotos iuuans, valde bonum, Cap.LXI.
Dentium ſmegma, dentes albos ſeruans,& ad cruentas gingiuas vtile, Cap.LXII.
Dentibus eroſis mirabiliter conferens, Cap.LXIII.
Dentifricium dentes albos reddens & confirmans, Cap.LXIIII.
Dentibus nitorẽ conciliãs,&ad omnia oris vitia valens, Cap.LXV.
Dentium dolorem eadem hora ſedans, Cap.LXVI.
Dentes refrigeratos ſummè curans, Cap.LXVII.
Dentes cõmotos mirabiliter ſtabiliens, Cap.LXVIII.
Dentium dolorem ſanans,& ad gingiuas cruentas vtile, Cap.LXIX.
Dentifricium candidum reddens mirabiliter, Cap.LXX.
Dentes commotos ſanans, Cap.LXXI.
Ad dentium ſedandos dolores efficaciſſimum, Cap.LXXII.
Dentifricium valde efficax, Cap.LXXIII.
Dentes nigros faciens candidos, Cap. LXXIIII.
Dentes præſeruans mirabiliter, Cap.LXXV.
Dentium ſmegma admodum laudatũ, Cap.LXXVI.
Dentium fluxionem ſedat,& cruentas gingiuas & dentes commotos conſtringit, Cap.LXXVII.
Dentes minutatim frangens & eiiciens citra ferrum, Cap.LXXVIII.
Dentes vt citra dolorem extrahantur præter opinionẽ, Cap.LXXIX.
Dentium putredines, & gingiuas ſanans, Cap.LXXX.
Dentibus accommodatum,& aliis morbis, Cap.LXXXI.
Dentibus conueniens, & ad alios morbos lõgè optimũ, Cap.LXXXII.
Supercilia alba faciens nigra, Cap. LXXXIII.
Viſum acuens,bonum & nobile, Cap. LXXXIIII.
Viſum acuens,bonum & mirabile admodum, Cap. LXXXV.
Serpentis,canis,& omnis venenum iaculantis morſum, auriúmque dolorem curans, Cap. LXXXVI.
Nonniſi recta ceruice ſpirantium potus, expertus, Cap. LXXXVII.
Articulorum lubricitatem curans expertum, Cap. LXXXVIII.
Omphacomeli ad cœliacos,dyſentericos,& ſtomachum fluxione tentatum, Cap. LXXXIX.
Omphacii compoſitio,ad collyria faciens, Cap.XC.
Quæ expedit menſe Maio,& Iunio confici, Cap.XCI.
Quæ confert menſe Iulio & Auguſto confici, Cap.XCII.
Quæ prodeſt menſe Septembri, Octobri, & Nouembri confici, Cap.XCIII.
Coniuratio deuorata oſſa eiiciens, Cap.XCIIII.
Coniuratio alia,deuorata oſſa educens, Cap.XCV.
Os ſiquis deglutierit,vt ipſũ eiiciatur, Cap.XCVI.
Os ſiquis deglutiat piſcis, quod ſpina vocatur,vt eiiciatur, Cap.XCVII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De oxymelitis,oxyporiis,confectionibus vini,gingiuarum,dentium,& oculorum remediis,

Sectio trigeſimaſeptima.

Cap. I.

OXYMELITIS purgatorii confectio. Purgat autem bene caluariam. Prodeſt etiam ad omne malum hominis, nempe ad dentes,viſus acumẽ,thoracem, iecur, lienem,humores ſuperioris ventris,& robur addit inferiori, & mala ſolutũ facilia A reddit. Ad dolores aurium, morbo comitiali laborantes,nephriticos,ſtomachicos, nonniſi recta ceruice ſpirantes,peripneumonicos valet, & robuſtum facit hominem. Ad acidum ructum, elephantia laborantes,apoplecticos hydropicóſq;. Humorem excidit, pituitam & inflationes. Datur pondere dimidii cyathi,hoc eſt ſemunciæ. Eos autem qui biberunt cum aqua tepida, iube vt

deambulent.Similiter confert tuſſientibus,tremore cor- A reptis,morſibus ventris, nauſeabundis, colicis, calculo-ſis,difficulter mingentibus,cœliacis,tabidis, non appe-tentibus cibum,melãcholicis, ſcotomaticis, & ſumma-tim ad omnes morbos eſt laudatum. Qui verò imbecil-liores ſunt quàm vt bibere queant, vtantur eo in fercu-lis quibus delectantur. Cibis autem vtantur, gallinis,& pedibus porcinis,& oxygaro:aut ſorbeant ex eo myſtrô, hoc eſt vnciam vnam.Habet autem hæc: Aceti acris o-ptimi & dolo vacantis ſext.tres ſemis & quartam partẽ, B ſquillæ aſſatæ lib.ſemis, petroſelini Macedonici hexag. vnum ſemis,ſilphii,nardi Celticæ, ſing. hexag. ſemis & quartam partem,pyrethri,hyſſopi,menthæ,pulegii,car damomi,ſing.hexag. vnum ſemis, apii teneri faſciculi quartam partem, libyſtici hexagii quartam partem, fo-liorum rutæ,aſari,ſing.hexag. vnũ ſemis, glycyrrhizæ, ſenæ,ſing.vnc.ſemis,ſpicæ nardi,amomi, ſingul.vnc.v-nam ſemis,polypodii, thymbræ,ſing.hexag.quatuor ſe-mis,agarici,iridis,epithymi, ſing. vnc.ſemis, ſcolopen-drii hexag.vnum ſemis,origani vnc. vnam, corymborũ C thymi,foliorum mandragoræ,ſingul. hexagium vnum ſemis,ſeptem radicum, ſing.vnc.ſemis, radicis capparis hexag.quatuor, ſeminis vrticæ hexag.vnum,mellis At-tici deſpumati lib.vnam ſemis,ſapæ libr.ſemis & quartã partem.Squillam,mentham, rutam, apium, ſcolopen-drium,tuſa primùm in aceti dolo vacantis hexag. tria conijce, & macerato diebus ſeptem: coquitóque donec abſumatur tertia pars.Poſtea[a] vbi colaueris,iniice arida, & macerato aliis diebus ſeptem, & rurſus coquito quo-ad remaneat ſextarius vnus & ſemis. dein per linteum D denſum & firmum tutò colatis adiice mel,& iterum co-quito donec remaneat dimidius ſextarius & quarta e-ius pars.Reconde in vaſe bene picato,& vtere vt prædi-ctum eſt.Poſtea accipe turpeti repurgati hexag. vnum ſemis, hermodactyli hexag.duo, rhei barbari hexag.v-num ſemis, dacrydii drach.vnam. Trita dato vna qua-uis oblatione cum ſerapio pondere ſcrupuli vnius, aut ſcrup. vnius ſemis.Et ſic confecto rectè vtere.

a Vbi colaueris] Manuſcriptus codex perperam hîc, vt aliâs ſæpe, διειλήσας,pro διηθήσας legit.

Cap. II. E

OXYMELITIS confectio Iulianios dicta. Spicæ vnc.ſemis, epithymi vnc.vnam,ſeminis cnici,fœniculi, ſing.hexag. vnum ſemis , polypodii hexagia duo,pule-gii vnc.ſemis, cumini, iridis, ſing. hexag.vnum ſemis, agarici vnciam ſemis grana ſeptem, ſeminis apii hexa-gia duo,ſcammoniæ vnc.vnã. Hæc coquito ad tertias, & accipe è iure quantum lubet. Adiice folii vnc.vnam, roſarum vnc.ſemis,aniſi hexagia duo, mellis Attici lib. vnam,aceti ſquillitici lib.ſemis. Confectum probè dato in prædictis malis. F

Cap. III.

OXYMELITIS purgatorii confectio. Epithy-mi,polypodii,agarici, ſeminis apii, pulegii,aniſi,cumi-ni,folii,calaminthæ,ſing.vnc.ſemis. Hæc priùs macera-to cum aceto diebus quindecim. dein coquito cum a-qua ad tertias,colato, & accipito ex iure quantum vis,& adiice mellis Attici lib. ſemis vnciam vnam ſemis.Et ei quod rectè confectum eſt admiſce ſcammoniæ læuiga-tæ vnc.ſemis, & ſic vtere.

Cap. IIII. G

OXYMELITIS ſimplicis confectio probata. Ra dicis fœniculi,apii,ſing. vnc.duas,macerato in aceti lib. tribus per tres dies. dein coquito quoad remaneat lib. I.S. colato, & herbas abiicito. Adiice ex iure decocti quantum lubet, & melle Attico lib.S.vnc.I.S.& coquito ad lentum ignem donec mellis conſiſtentiam naſcan tur.Vſu poſtulante præbeto cochleariũ vnum cum de-cócto fœniculi & apii radicum,aut cum ptiſana.

Cap. V.

OXYMELI incidens,& obſtructiones tollens, o-ptimum & expertum. Iridis,calaminthæ,ſing.vnc.ſe- H mis,hyſſopi hexag.vnum S.epithymi ſcrup.quatuor, pi peris ſcrup.duos ſemis, fœniculi & apii radicum, ſing. vnc.ſemis, aceti lib.ſemis vnc. vnam ſemis. Hæc tuſa conijce in acetum diebus tribus.Piper autem macerato in vino tribus diebus, & coquito herbas in olla noua cũ aqua ſufficiẽte,& vbi ad tertias decoctæ fuerint, colato, & accipe ex iure decocti quantum vis,& admiſce mellis Attici lib. vnam ſemis, & piper læuigatum cum eo, & coquito ad lentum ignem.

Cap. VI.

OXYMELI purgatorium expertum. Dacrydii drach.vnam,aloes flauæ drach. duas,epithymi ſcrupul. duos.Trita ſubigito in aceti lib.I. ſemis, & præbeto co-chlearium vnum cum temperata ſufficienti.

Cap. VII.

OXYMELI purgatorium,pituitam educens. Hyſ-ſopi, origani, epithymi,iridis, ſing.vnc.vnam,aceti lib. vnam S.Vnum autem diem herbas macerato in aceto, dein coquito ad tertias.Colato & proiicito herbas,& ad-miſce mellis Attici deſpumati lib. vnam S. ac coquito ad conſiſtentiam.amotis ab igne adiice grani Cnidii re-purgati & triti cum oxymelite frigido vnc.ſemis, & re-condens in vaſe vitreo præbeto pro viribus cochleariũ vnum aut duo aut tria,cum temperata manè ieiuno.

Cap. VIII.

OXYMELI purgatorium admodum probatum. Petroſelini, myrrhæ,aniſi,cumini,rutæ, folii, ſing.vnc. ſemis, carnis palmularum vnc.duas. coquito cum aqua ad tertias:dein colato,& accipe è iure decocti quantum lubet. Admiſce dacrydii læuigati vnc vnam,aceti lib.v-nam,mellis Attici vnc.octo.coquito ad conſiſtentiam. Præbeto mediis cochlearia duo: perfectis, tria cum temperata.

Cap. IX.

OXYMELI purgatorium expertum. Grani Cni dii repurgati, ſpicæ nardi, ſing.vnc.ſemis, fœniculi, ori-gani, & petroſelini ſeminis, maſtiches, thymi, cumini AEthiopici,iridis, ſing. drach. duas, ſemen cnici repur-gati vnc.ſemis drach.vnam, polypodii,folii,agarici,ſin gulorum vnc.vnam.Omnes herbaceas ſpecies macerato in aceto & aqua diebus tribus: aquæ autem & aceti ſint æquales portiones,ſingul. lib.vna. dein coquito ad ter-tias. colato,& herbas abiicito. Pòſt accipe mellis Attici vnc.nouem,& coquito iuxta carbones ad coſiſtentiam: & remota ab igne ſine vt tepida fiant. dein adiice in pol linem trita,maſtichen, agaricum, dacrydium, granum Cnidium:ſubacta in poſca, commixtáque diligenter re-conde in vaſe vitreo. Vſu poſcente præbeto pro viribus cochl.vnum aut duo in temperata.

Cap. X

OXYMELI purgatorium pituitæ,flauæ bilis & ni græ,expertum.Thoracẽ,ſtomachi diuturnos dolores, & omnes morbos,& mala diuturna iuuans. Radicis a-pii & fœniculi,pulegii, anethi,gummi,mellis Attici,ſin gulorum vnc. vnam, aceti ſextarium vnum ſemis. V-num ante diem macerato herbas in aceto,deinde coqui to ad tertias,& colato,herbáſque abiicito, admiſce mel-lis deſpumati ſextarium vnum,& coquito ad conſiſten-tiam.dein ab igne remotis,adiice zingiberis vnc.vnam, agarici ſcrup. octo,dacrydii vnc.vnam. Reconditum in vaſe vitreo, vſu expoſcente præbeto pro viribus cũ tem perata.Eſt enim mirabile.

Cap. XI.

OXYMELI purgatorium pituitæ,flauæ & atræ bi lis,thoracis & ſtomachi, expertum, admodum bonum. Hyſſopi,iridis,glycyrrhizæ,thymi, pulegii,origani,ſin-gulorum vnciam vnam, epithymi vnc. ſemis drachmã vnam,polypodii,dacrydii,ſingulorum vnc. vnã ſemis, aceti ſextarium vnũ S. mellis ſextarium ſemis. Herbas diem & noctem macerato in aceto, & pòſt coquito do-nec remaneat ſextarius ſemis. dein abiectis herbis, ad-miſce dacrydium læuigatum, & dimidium ſextarium mellis,& coquito iuxta lentum ignem ad conſiſtẽtiam. Præbeto cochleariumvnum in temperata,cum decocto apii,& fœniculi radicum.

Cap. XII.

OXYMELI ad quotidianas, tertianas, quar

tanáſque febres,& hydropicos valde bonum. Vrinā mouet,& melancholicum purgat humorem. Aſari,ſenæ,calaminthæ,ſing.vnc.ſemis drach.vnam,hyſſopi,ſcolopēdrii,thymi,piperis communis,ſing.vnc.ſemis, epithymi,petroſelini,grani Cnidii repurgati,ſing.drach.duas, aceti ſextarium vnum ſemis, mellis ſextarium ſemis. coquito vt præcedens,& dato.

Cap. XIII.

ACETI ſquillitici confectio probata. Squillam integram fermento oblinito,& in cinere calido bene aſſato. Vbi amoueris ab igne,accipe interioris eius partis libram vnam ſemis.irrigato cum aceti acerrimi libris ſeptem ſemis,& reconde in vitreo vaſe bene operto,& ſoli exponito diebus quadraginta. Vbi prædicti dies completi fuerint,colato,& abiicito ſquillam, atque vtere. Hoc ipſum autem facito etiam in lienoſis. Ad difficulter autem ſpirantes cum melle commiſcendo,& coquēdo modicum rutæ viridis, præbeto vt oxymeli cyathū vnum in temperata.

Cap. XIIII.

ACETI ſquillitici confectio ſimilis. Accipe ſquillæ interioris libram ſemis, piperis vnc.ſemis, ſeminis dauci Cretici,ſeminis fœniculi & apii,cumini,ſing. ſtagium vnum,ſeminis petroſelini ſtagia duo,ſilphii, zingiberis,hyſſopi,coſti,libyſtici,cardamomi, aſari, amomi,ſing.ſtagium vnum,pyrethri ſtag.vnum ſemis, Celticæ ſtag.ſemis,ſpicæ ſtag.duo,rhei barbari,florum pulegii,ſing.ſtag.vnum, menthæ viridis, foliorum apii, & rutæ viridis,ſing.drachm.ſemis,aceti albi & valde acris minam vnam ſemis & quartam partem. Sic autem conficito:Squillam in acetū cum apio,mentha & ruta coniicito,ſolique exponito diebus quindecim. Poſtea eximito iſta ex aceto:& poſtquam colaueris, reliqua terito diligenter,& ſoli exponito cum aceto alios dies quindecim;& acceptis vtere pro arbitrio vt intincto, aut vt ſapa.

Cap. XV.

ACETI ſquillitici ſimplicis confectio. Squillæ repurgatæ & diſſolutæ lib.duas ſemis, aceti ſextar. vigintiquatuor. Soli exponito ſub æſtu caniculari diebus quadragintaocto,& vtere.

Cap. XVI.

OXYMELITIS purgatorii confectio, conferens vt id quod in primo capite dictum eſt. Ad eos qui malo corporis habitu præditi ſunt,hydropicos,lienoſos, iecinoroſos,ſtomachicos,colicos: item eos qui capitis dolore laborant,ad aurium dolores & dentium, vertiginoſos,nephriticos, hemicranicóſque valet. Probatum & melius omnibus præcedentibus confectionibus exiſtit, ad omnis generis mala. Seminum cucumerū,ſing. vnc. ſemis,fœniculi & vrticæ ſeminum,ſing.hexag.vnū, radicum fœniculi & apii ſylueſtris,ſing. vnc.duas, radicis capparis valde teneræ vnc.ſemis,ammeos hexag.ſemis, hypociſthidis,floris iunci odorati,ſing. vnc.duas, chamæleuces ab Italis nominatæ vngula caballina,polypodii,epithymi, ramorum tamaricis,aſpleni herbæ, florū chamæmeli,ſing.vnc.duas,hermodactyli vnc.vnam, adianti manipulum vnum,cicerum alborum & rubeorū, ſing.vnc.duas ſemis,agarici hexag. vnum ſemis, ſenæ, cuſcutæ,ſing.hexag. quatuor,iridis vnc.ſemis,aſari hexag.duo,fœnigræci,ſantali albi,ſing.vnc.vnam,glycyrrhizæ vnc.vnam ſemis,ſantali rubei vnc.ſemis drach. vnam,turpeti hexag.tria ſemis,medullæ ſquillæ vnc. vnam,aceti optimi vacantis dolo,& mellis Attici deſpumati,& aquæ fontanæ puræ quod ſufficit. E coctis bene ad conſiſtentiam præbeto vnc. duas ieiuno cum aqua tepida. Sin efficacius efficere vis,adiice inter coquendū aceti ſquillitici vncias quatuor,& rhei barbari hexagia duo.

Cap. XVII.

OXYMELITIS confectio lienoſis cōferens. Corticis radicis capparis,ſcolopendrii,ſpicæ nardi,aſari,iridis,floris iunci odorati,cyperi,anethi,aniſi,cumini,fœniculi ſeminum,acori,ericæ ſeminis, ſing.vnc. vnā, fo- A liorum tamaricis & ſalicis,radicis apii,roſmarini, ſquillæ,ſing.vnc.duas,aceti ſextar.tres, mellis Attici ſextar. duos,ammoniaci thymiamatis vnc.tres. Hæc bene trita cōfice vt ſquilliticum acetum,& præbeto cochlearia duo.

Cap. XVIII.

OXYMELI ad calculoſos laudatum. Saxifragi,betonicæ,graminis, adianti,ſpicæ nardi,aſari,carpeſii,ſingul.vnc.vnam, petroſelini Macedonici, ſeminis rutæ, ſingul.vnciam ſemis,fœniculi viridis,ſquillæ aſſatæ, iri- B dis,chamædaphnes,corticis radicis capparis, ſing. vnc. tres,ſiorum vnc.duas,aquæ,aceti,& mellis,ſing. hexag. duo. Trita bene confice vt ſquilliticum acetum.

Cap. XIX.

OXYMELITIS confectio Iuliani probata, conferens podagricis,comitiali morbo affectis, & iis quibus vacuare craſſos humores atque obſtructionem tollere debemus. Rutæ vnc.tres,thymi,gummi,ſingul. vncias duas,anethi vnciam vnam ſemis,iridis vnc.vnam, agarici vnc.duas, tedarum pinguium lib.vnam, grani Cni- C dii vnc.quatuor,lathyridis,alypiadis,ſing.vnc.tres,polypodii vnc.quatuor,folii,coſti,ſpicæ nardi,ſingul. vnciā vnam,rhei Pontici vnc.vnam ſemis,ſquillæ, ramorum ſambuci,ſingul.vnc.tres,aſari vnc.vnam, canopim hoc eſt corticis ſambuci,pulegii,ſingul.vnc.tres, epithymi, ellebori,acori,ſingul.vnc.duas,ſii,amomi, hyperici,cumini,ſing.vnc.vnam,aniſi vnc.duas,aceti ſextarios decem,mellis Attici ſextarios quinque. Herbas macerato in aceto diebus trib⁹:deinde coquito donec plus quàm dimidia eius pars abſumpta fuerit. Admiſce mel,& amo- D ta ab igne colato,& adiice illis lathyrin, coſtum,& granum Cnidium. Et,ſi placet,admiſce etiam rheum barbarum,& reponito in vaſe,datóque vnc.vnam, aut pro viribus.

Cap. XX.

OXYMELITIS confectio dicta amara,ad ſtomachicos,hydropicos,colicos,& vteri mala admodum laudata. Aloes flauæ vnc.duas,folii vnc.vnam,coſti, caſiæ, amomi,iridis,ſing.drach.ſemis, piperis communis,Samii aſteris,ſing.drach.vnam,aceti,& mellis Attici, ſin- E gul.ſextarium ſemis & quartam eius partem, fœniculi vnc.duas. Fœniculum prius in aceto coctum abiice:acetum admiſce melli:& poſtquam cocta fuerint vſque ad conſiſtentiam eximito:& vbi commoueris, reliqua inſperge trita.

Cap. XXI.

OXOSACCHARI confectio valde probata,cōferens ad tertianas,duplices tertianas,continuas,& ardētes febres,lipyrias,& hecticas. Aceti vncias quatuor, ſucci mali Punici acidi vnc.octo, ſacchari puri lib. vnam. F coquito bene ad conſiſtentiam,& recōdita in vaſe præbeto ieiuno cum tepida aqua. Quòd ſi verò neceſſitas exigat,dato etiam in medio diei cum aqua frigida, Domino confiſus.

Cap. XXII.

OXYPORIVM ex granis iuniperi, Lamnæon vocatum,probatum & expertum ad omnem cauſam frigidam ſtomachi,& eos qui comitiali morbo laborant. Spicæ nardi drach.vnam,piperis communis vnc.vnam,pu- G legii vnc.vnam ſemis,cumini vnc.duas,ſilphii drachm. quatuor,ammeos vnc.vnam,ſeminis apii vnc.vnam ſemis,petroſelini vnc.quatuor,zingiberis vnc.vnam,thymi,berenicarii,ſingul.vnc.vnam ſemis,rutæ viridis vnciam vnam,granorum iuniperi paruorum vnc. vnam, mellis Attici deſpumati quod ſatis eſt. Deinde cuminū macerato in aceto acerrimo die & nocte,& ſubactum cū cæteris ſpeciebus tundito,& cum melle madefacito datóque cochlearium vnum quando lubet. Eſt verò experientia comprobatum.

Cap. XXIII.

H OXYPORII boni cōfectio ad omnis generis morbos. Oportet autem diuites ſingulis diebus hoc ipſum in menſa paratum habere. Concoctiones enim iuuat, & bonam facit aluum,tuſſientibúſque ſine febre confert

non admixto aceto. præbeto cochlearium vnum ieiuno dormituro.purgat enim confeſtim ſingulis diebus. Comeſtum autem caput & totum corpus purgat,pituitam & vtranque bilem,flauam ſcilicet & nigram : & omnem humorem ſubducit quotidie ſumptum , vt propemodum ſine morbo accipientem ſeruet per omne vitæ ſuæ tempus.Obſtructiones iecoris & veſicæ tollit. Ferunt nonnulli medicorum quòd ipſum colum etiam ſanet,& renes dolere non ſinat , atque ſtillicidium vrinæ & calculum fieri haud permittat , ſiquis eo vt intincto vtatur.Zingiberis , piperis communis , cumini, ſingulorum vnciam vnam , baccarum lauri decorticatarum ſeptem,caryophyllorum gra.triginta,grani Cnidii repurgati ſiliq.tres,foliorum rutæ viridium vnc.ſemis,mellis Attici deſpumati ſextarios duos. Vbi vſum eius quemadmodum dictum eſt experiri volueris , admiſceto aceti acerrimi cochlearia duo , oxyporii aceti cochlearium vnum.Qui hoc dedit medicamentum dixit quòd ille qui eo quotidie vt intincto vtitur , pedes nunquam dolebit: eſt enim diuinum medicamentum.

Cap. XXIIII.

OXYPORIVM bilem educens mirabile. Epithymi,petroſelini,piperis albi,ſcammoniæ,zingiberis, ſingulorum vnc. duas,ſeminis apii vnc.ſemis,aniſi ſcrupulos octodecim. Trita irrigato cum melle Attico deſpumato ſufficiente:& poſtquam bene confeceris,dato adultis cochlear. tria manè ieiunis:pueris autem,cochlearium vnum ſemis.

Cap. XXV.

OXYPORIVM ſtomachicum ad cruditatem & inflationem probatum. Piperis albi,ſinonis Syriaci,ſeminis petroſelini,zingiberis,ſucci rutæ,coſti,ſing. vnc. vnam, Trita irrigato cum mellis deſpumati libra vna. Confectum probè dato pondere cochlearii vnius manè ieiuno.

Cap. XXVI.

OXYPORIVM ſtomacho gratum , Midonis regis.Piperis communis,corymborum thymi,iridis Illyricæ,origani,hyſſopi,ſing.vnc. vnam . Trita madefacito cum melle deſpumato ſufficienti, datóque manè ieiuno cochlearium vnum.

Cap. XXVII.

GINGIVAS fluxione infeſtatas ſanans.Panis vſti, origani,ſingul.vnc.ſemis,ſalis communis vnc . vnam, Læuigata bene accommodato gingiuis & confeſtim ſanabuntur.

Cap. XXVIII.

OXYPORIVM quo vſus eſt Apollonius , cōcoctionem iuuans.Piperis vnciam vnam ſemis , libyſtici vnc.vnam,petroſelini Macedonici vnc.ſemis,carei vnc. ſeptem ſemis,ammeos drach.ſex ſemis,carnium baccarum iuniperi,ſeſelis, ſingulorum drach. duas . Trita cū melle Attico madefacito , & præbeto manè ieiuno cochlearium vnum.

Cap. XXIX.

VINI confectio ex malis & cydoniis. Cydoniorum & malorum carnium repurgatarum , ſingul.lib . ſemis, muſti ſextarios quinque. Cōiice cydonia & mala in muſtum,& vtraque ſoli exponito diebus triginta.Roborat ſtomachum,& confert non appetentibus cibum,iecinoriſque imbecillitatem iuuat . Semina malorum & cydoniorum abiicito:& bene confectum , vſupoſtulante, dato.

Cap. XXX.

VINI irini confectio mirabilis ,experta.Iridis Illyricæ,ſeminis fœniculi,aniſi,cumini,folii,ſingul.drachm. duas,carei,piperis cōmunis , ſeminis petroſelini & macedoniſii,ſeſelis,zingiberis,myrrhæ,maſtiches , ſingul. drach.tres,ſeminis apii drach.quatuor,mei drach.vnam ſemis.Trita madefacito cum vini boni lib . quindecim, & mellis deſpumati lib.tribus.Vbi probè confeceris,bibendum præbeto ieiunis cyathos tres tepidos.hoc facit ad omnem ſtomachi cauſam,& omnes morbos . præſumitur ad euitandum mala.Datur autem ter menſe.probatum eſt:vtere igitur confiſus Domino.

Cap. XXXI.

ŒNOMELI ſanum,concoctionem iuuans , & ad inflationes vtile. Vrinam mouet, & ad interna omnia conducit.Eſt inſtar antidoti,vtile admodum & mirabile.Betonicæ herbæ drach.vnam,folii drach.duas . Trita bene madefacito cum mellis deſpumati lib.quatuor ſemis,& vini veteris odorati lib . duabus & quarta parte. Confecti ſingulis diebus dato calicem vnum ieiuno tepidum.

Cap. XXXII.

VINVM acidum confeſtim emendans.Gallam cōtuſam coniice in vinum.

Cap. XXXIII.

VINVM nigrum reuera album faciens. Salis acris manipulum 1. Tritum coniice in vinum & album efficiet,aut ſerum lactis quod ſatis eſt,aut clematis albæ cinerem.

Cap. XXXIIII.

VINVM nigrum vt breui album fiat.Clematis nigræ cinerem coniice in vinum,& conquaſſatum obturato probè,& finito.

Cap. XXXV.

VINVM vt pellucidum confeſtim fiat.Alba ouorū coniice in vas quotquot ſuffecerint,& vinū quoad ſpumat concutiatur. cum vino & modicū ſalis albi tenuis, & fit album.dein impleto vas vino:& cum vaſe figulino ita facito.commoueto iuſto tempore vinum , & exquiſitè obturato.

Cap. XXXVI.

VINVM pellucidum,odoratum , & dulce faciens. Grana myrti matura exiccato & contundito, ac in vinū coniicito.aut mala macerato in aqua, & reconditam aquam infundito in vinum:aut œnanthen tempore quo floret à frutice acceptam in vinum coniice, & ceram cū thure ſuffito.

Cap. XXXVII.

VINVM vt ſtabile permaneat , admodum probatum.Marinam in vinum coniicito , & ſtabile ſeruabis, aut fæcem olei per ſaccum tranſmiſſam & ſubactam cū mellis puri dimidia parte, & concoctam pone in vaſis fundum.manet enim & ſeruatur plurimo tempore.

Cap. XXXVIII.

VINVM nouum vt vetus breui fiat. Amygdalarum amararum repurgatarum vnc.tres,fœnigræci manip.vnum.Contūde vtraque & pone in vaſculum , & obturato bene.

Cap. XXXIX.

VINVM turbidum vt confeſtim repurgetur . Olei fæcem ter coctam cōiice in vas menſura cotylæ vnius, & emendabitur confeſtim:eſt enim probatum.

Cap. XL.

VINVM album & ſuaue vt fiat.Muſtum ipſum cōiectum in dolium diebus tribus aut quinque non operito:dein tegito & finito.

Cap. XLI.

VINVM quod aceſcere incipit,vt ſanandum & corrigendum.Ollam nouam aut aliud vas aqua impleto,& ita facito.Vas operito,& in illud vinum coniicito: dein operito,& permitte vt parum reſpiret. ac poſt tres dies inuenies vinum minimè acidum,ſed vas ipſum acetum redolens. fac hoc multoties quoad perfectè corrigatur. Alii lac caprinum iniiciunt,vigeſimam nimirum partē vini,& diebus quinque tegunt, & poſtea in aliud vas effundunt vinum,diebúſque decem tegunt , & non mutatur vinum.

Cap. XLII.

VINI conditura mirabilis . Quando vinum purgatum fuerit,condito hunc in modum. Cardamomi, iridis Illyricæ,caſiæ,ſpicænardi,meliloti,ligni balſami,iūci Alexandrini, nardi Celticæ, ſing.vnc.ſemis,croci ſcrupulos tres.Trita ligato in linteo tenui,deinde in vinum coniicito:& vbi probè commoueris,exquiſitè obturato & boni coloris vinū efficies.aut thuris maſculi manip.

quatuor triti & cribrati vt pollinem cöiicito in vinum: A
& poſtquam probè commoueris,finito. Hoc auſterum faciet vinum.

Cap. XLIII.

OPOBALSAMI confectio. Fatuum opportunè collectum calamo ſectum,in vaſculum coniicito pondere libræ vnius.Deinde adiice illi olei maſtichini libr. tres,& vas validè obturato,ac moueto diebus quinque ſine interuallo.Poſtea inſpecto apertóve vaſculo, in id coniice xylobalſami triti vnciam vnam.& rurſum die- B
bus quinque moueto.Dein iterum coniice in illud cardamomi vnc.vnam:ac rurſus quinque diebus moueto. Tandem coniice in illud ſeminis coriandri triti vncias tres,& commouens validè,diebus viginti ſoli exponito, & vtere.

Cap. XLIIII.

OPOBALSAMI probatio. Laneæ veſti inſtillatus & ſiccatus,maculam non facit: lacti autem inſtillatus,id coagulat:aquæ verò inſtillatus,celeriter liquatur, & lactis modo albeſcit. C

Cap. XLV.

ŒNANTHARION odoratum valde. Amomi vnc.tres,folii vnc.duas,coſti vnc.vnam,ſpicæ nardi, caryophylli,ſtyracis,ſing.vnciam vnam, opobalſami vnc. tres,vini odorati ſextarios quinque,liliorum exemptis vnguibus,& in vmbra exiccatorum vncias octo.Tuſa& cribrata, ſtyrac em verò in tenuiſſimas partes diuiſum, coniice in vas lati oris:dein admiſce vinum & opobalſamum,ſimúlque concuſſis obturato os vaſculi,& ſoli ex- D
ponito diebus quadraginta.

Cap. XLVI.

ŒNANTHES confectio admodum probata. Amomi vnc.vnam,caſiæ,ſtyracis,folii,ſing.vnc.ſemis,opobalſa mi vnc.tres,liliorum flores quinquaginta, vini anaſcaloti aut gaziti ſextarios octo. & ſic benè confecto vtere.

Cap. XLVII.

GINGIVAS oris & exanthemata ſummè curans, valde laudatum & mirabile. Aloes vnc.ſemis, nitri Ale- E
xandrini,opii,miſyos,ſingulorum vnc.ſemis. Trita exhibeto.

Cap. XLVIII.

GINGIVAS excreſcentes,intumeſcentes,putrefactas ac cruentas ſanans.Malum Punicum integrum accipe,& in internam eius partem totam repurgatam iniice mellis Attici deſpumati,aluminis ſciſſi,cinamomi: aſſatóque in calido cinere,& permitte vt probè ferueat. Dein cum eo colluito aut illine gingiuas: poſtea verò abluito cum decocto rubi,foliorum oleæ tenerûm, ſidiorum,balauſtiorum,roſarum,rhois Syriaci, meſpilo- F
rum,& baccarum myrti. coquito ad tertias,& vtere.

Cap. XLIX.

ORIS fœtorem ſedans, valde bonum & laudatum. Hordei,fœnigræci,ſingul. vnc.ſemis, myrrhæ hexagia duo.Ligato tutò in [a] ſubtili linteo,aſſato in calido cinere donec in carbonem vertatur. Dein admiſce piperis communis,maſtiches grana quinquaginta. & trita madefacito cum melle,& illine quando lubet.

a Subtili] Nicolai manuſcriptus codex χονδρῷ legit, corruptè pro ἀραιῷ. G

Cap. L.

DENTES muniens admodum laudatum. Radix herbæ pentadactyli quotidie commanducata, illæſos ipſos ſeruat.Quòd ſi verò eroſi fuerint,& dolore affecti, commanducata dolorem abigit.Similiter & pyrethrum eſt probatum.

Cap. LI.

DENTIVM & pudendorum putredinibus & fluxionibus accommodatum.Nitri puri drach.vnam, ſalis H
foſſilis drach.tres,gallarum, chalcanthi, ſquillæ aridæ, ſingulorum drachm.quatuor. Tritis paulùlum affunde mellis,& redige ad emplaſtri formam.Inuoluta in pannum lineum vrito ad carbones. dein læuigata reconde in vaſe vitreo,ac illis vtere.

Cap. LII.

DENTIVM dolorem ſanans,mirabile admodum. Tedas pingues in oleo coquito, & colluito dentes. Acetum quoque calidum ſi eo colluantur fluxione laborantes dentes,ſanat.

Cap. LIII.

DENTES refrigeratos & fluxione infeſtatos iuuans,valde laudatum.Graminis radicem in aqua coquito, & dentes dolore affectos colluito:ac ſanabis.

Cap. LIIII.

DENTES commotos mirabiliter firmans. Ærugo in vino diſſoluta,ſi eo colluantur ſæpius dentes,ſummè facit.Similiter alumen ſciſſile læuigatum & aſperſum, confert.

Cap. LV.

DENTES ab ictu commotos firmans.Lacte aſinino crebrò dentes collue,& confeſtim ſanabis.

Cap. LVI.

DENTIVM dolorem ſedans admodum laudatū. Hyænæ dentes admoti dentibus,& appenſi.

Cap. LVII.

DENTIVM dolores ſedans,& commotos firmās. Cypariſſi pilulas teneras in vino coquito tertio quouis die,& crebrò dentes colluito.

Cap. LVIII.

DENTIVM dolores ſedans,probatum. Lapathi radicem in aqua decoquito, & ex eius decocto dentes colluito.

Cap. LIX.

DENTES eroſos & putrefactos iuuans. Pyrethri radicem contuſam in acerrimum acetum coniice, ac ſinito illic diebus quadraginta:poſtea reliquos dentes primùm cera oblinito,& in eroſum dentem prædictum acetum coniice:& poſt horam digito eroſum extrahito dentem,& confeſtim ſine dolore illum eiicies.

Cap. LX.

DENTIFRICIVM quo vtor, Archelai medici. Coſto & ſalibus lychnos vacuos tres imple,& vbi aſſaue ris,coniice in mortarium cum plantagine maiore. Tuſa & per tenue cribrum tranſmiſſa præbeto,vſu exigente vt probata.

Cap. LXI.

DENTES fluxione laborātes & commotos iuuās, valde pulchrum & mirabile.Cedriæ lib. ſemis quartam partem,aluminis ſciſſi libræ quartam partem, aceti lib ſemis quartam partem.Coquito hæc, & cum tedis pinguibus moueto quoad mellis craſſitiem nanciſcantur. Pòſt reconde in vaſe vitreo & vſu poſtulante,collue dētes cum poſca,& hoc medicamentum illine. hoc tribus facito menſibus,& nunquam dolebunt dentes.Per hoc medicamentum tam magnum affectum gratia Dei curaui vt etiam oſſa deciderent.

Cap. LXII.

DENTIVM ſmegma quo vtor,dentes albos conſeruans, & ad cruentas gingiuas admodum laudatum. Cornu ceruini vſti lib.vnam,ſalis ammoniaci lib.vnam ſemis,maſtiches,piperis communis, ſingulorum vnciā vnam,floris iunci odorati drach.vnam,coſti, cardamomi,cyperi,folii,roſarum, ſingul.drach. quatuor. Trita cribrato,& recondito in vitreo vaſe, vſúque exigente inſpergito.

Cap. LXIII.

DENTES eroſos mirabiliter iuuans. Buxi faſciculum vnum,hederæ nigræ,folia lauri,ſingulorum manipulum vnum.Hæc contuſa coniice in ollam & aquam pondere lib.tredecim ſemis.Coquito quoad remanſerit lib.vna ſemis.acceptum dētibus affunde,& eadem hora ceſſabit malum.

Cap. LXIIII.

DENTIFRICIVM candidos reddens & ſtabiles dentes,admodum laudatum. Caſiæ drachmas octo, ſtaphidis agriæ dr.quatuor,aluminis ſciſſi drach. octo, coſti,maſtiches,ſingulorum drachmas quatuor, cornu ceruini vſti drach.duodecim, ſalis frixi drachmas duas,

piperis albi drachmas octo. Hæc probè trita, vſu poſtulante, præbeto.

Cap. LXV.

DENTIBVS nitorem inducens, & ad omnia oris mala conferens, óſque ſuauiter olere faciens. Vitri puri & ſplendidi libr. vnam, iridis vnc. ſemis, pyrethri, aluminis ſciſſi, ſingul. dr. duas, folii, coſti, thuris, ſingul. drachmam vnam. Hæc trita in pollinem præbeto vt iis fricentur dentes.

Cap. LXVI.

DENTIVM dolorem ſedans eadem hora. Si ex inferioribus dentibus aliquis laboret, ex inferiore lapide molendini excinde lapillum ſole oriente in nomine laborantis, & ligatum in laneum pannum appende dentibus: ſi verò ſuperiorum aliquis doluerit, ſuperiorem lapidem molendini contunde, fac vt prædictum eſt. aut octopedis marini dentem ſuſpende: idem enim efficit.

Cap. LXVII.

DENTES refrigeratos ſummè curans. Accipe murem viuum, & exemptum eius dentem appende dentibus ægrotantibus. Murem autem viuum occidito.

Cap. LXVIII.

DENTES commotos mirabiliter ſtabiliens. Aluminis ſciſſi, mannæ, ſingulorum hexag. vnum. Probè trita inſperge deſuper.

Cap. LXIX.

DENTIVM dolorem curans, nec eoſdem commouens, ſed ſplendidos potiùs faciens, & gingiuas fieri cruentas haud permittens, neque excreſcere. bonum etiam odorem ori conciliat. Aluminis ſciſſi vnciam vnã, thuris maſculi vnc. ſex, folii vnc. vnam. tritis vtere.

Cap. LXX.

DENTIFRICIVM mirabiliter candidos faciẽs dentes. Teſtarum ſepiæ, pumicis, aloes flauæ, ſingul. vnciam vnam, folii drach. ſeptem, floris iunci odorati drachmam vnam. Trita præbeto.

Cap. LXXI.

DENTES commotos ſanans, probatum. Sidiorum, gallarum, pyrethri, maſtiches, croci, thuris, ſing. hex. vnum. Trita deſuper inſpergito.

Cap. LXXII.

DENTIVM dolorem ſedans, efficaciſſimum. Staphidis agriæ drachmas quatuor, radicis panacis drach. duas, nitri, folii, ſingulorum drachmam vnam. Trita papaueris decocto vnito, & iis oblinito dolentes dentes.

Cap. LXXIII.

DENTIFRICIVM valdè efficax. Salis frixi vncias tres, origani, xylocaſiæ, pumicis, ſing. vnc. vnã, myrrhæ drach. vnam, trita inſperge dentibus.

Cap. LXXIIII.

DENTES nigros albos faciens. Hordei & ſalis, ſingul. hexag. vnum. Toſtis & læuigatis ſimul, fricato crebrò dentes.

Cap. LXXV.

DENTES muniens mirabiliter. Radicem tithymali coquito in vino quoad vini dimidium relictum fuerit, & præbeto ex ipſo ad colluendum os bis menſe, & nunquam is dolebit dentes: eſt enim expertum.

Cap. LXXVI.

DENTIVM ſmegma admodum laudatum. [a] Lolium & mel ſubigito, vt ceratum fiant. ligatáque in purum linteum vrito, & læuigatis admiſce parum iridis probè cribratæ: deinde illine, & miraberis.

a Lolium] In codice Nicolai legitur αἴλας, mea quidem ſententia non rectè pro αἴρας.

Cap. LXXVII.

DENTIVM fluxionem ſiſtens & cruentas gingiuas ſanans, commotóſque dentes ſtabiliens, admodum fidele. Aluminis ſciſſi libram vnam, piperis albi, ſaluiæ ſiccæ, zingiberis, ſingul. vnciam vnam. Tritis fricato dẽtes, vt expertis.

Cap. LXXVIII.

DENTES minutatim frangens, & citra ferrum eiiciens. Lacrymæ hederæ, [a] phormii, piperis communis, ſingulorum vnciam vnam. Trita probè dẽtibus inſperge, & miraberis.

a Phormii] Nicolai codex hîc & in ſequenti compoſitione non rectè φορμίης pro φορμίου legit. Phormii autem meminit Paulus libro 7. atque id ipſum attractoria præditum eſſe facultate.

Cap. LXXIX.

DENTES ſine dolore, præter opinionem extrahens. Aluminis ſciſſi & rotundi, ſingulorum drachmam vnam, phormii drachmas duas, chalcitidis vnciam vnã, miſyos, minii, ſingulorum drachmam vnam. Repurgatis & tritis dentes oblinito, & paulo pòſt citra dolorem mouebis.

Cap. LXXX.

DENTIVM putredines & gingiuas ſanans. Folii vitis vncias tres, aluminis ſciſſi, miſyos, mannæ, ſingul. drach. duas, æruginis drachmam vnam. Trita conformato. Purgat enim, ad cicatricem ducit, fluxionémque reprimit. expertum.

Cap. LXXXI.

DENTIBVS cõueniens quo vtor, laudatum admodum ad dentes commotos, gingiuarum inflammationes, & excreſcentem earũdẽ carnem. Præcipuè verò facit inſufflatum ad tonſillas, antiades, & vuam ita corruptam vt non admittat chirurgiam. bibitur etiam à ſpuentibus ſanguinem. Datur autem cochlearium vnũ cum aqua, aut poſca. vtitor hoc tanquam myſterio. Gallarum libras duas, aluminis ſciſſi drachmas ſedecim, iridis Illyricæ drachmas ſex, folii drachmas quatuor, amomi vnc. vnam, roſarum drach. quatuor. Tritis vtere vt expertis & mirabilibus.

Cap. LXXXII.

DENTIBVS conueniens, ad nomas [a] oris, dentes commotos, putreſcentes gingiuas & cruentas, earundémque excreſcentem carnem conferens. In ſumma, ad putredines oris, Neſimus hoc vehemẽter laudat. Gallarum, acanthæ Ægyptiæ, rhois obſoniorum, balauſtiorum, cytinorum mali Punici, ſingulorum vnciam vnã. Trita habeto arida. vſu poſtulante melle madefacta illine. aut arido vtere etiam ad pudendorum nomas. expertum eſt.

a Oris] Codex Nicolai bis in hac compoſitione legit τὰς ἐντομίας, mea quidem ſententia parum rectè, pro ἐν τῷ στόματι. Neque enim ἐντομίας ſignificatio huic loco ſatis quadrare videtur.

Cap. LXXXIII.

SVPERCILIA alba nigra faciens. Miſy læuigatum cum aceto illine ſuperciliis.

Cap. LXXXIIII.

VISVM acuens, bonum & mirabile. Hederæ lacrymam cum melle Attico mixtam illine.

Cap. LXXXV.

VISVM acuens, pulchrum, mirificum admodum. Perdicis iunioris ſanguinem cum melle ſine fumo ex æquo ſubactum, illine.

Cap. LXXXVI.

SERPENTIS, canis, & omnis venenati animalis morſum atque aurium dolorem ſanans. Dracontium herbam, aut radicem, aut botryon coniice in oleum, coquito donec frixetur & ad tertias abſumatur: dein colato & in vaſe recondito. vſu poſtulante accipe & illine morſum: aure autem dolente, tepidum inſtillato.

Cap. LXXXVII.

POTVS conferens iis qui nonniſi recta ceruice ſpirant, expertus. Abrotoni, ariſtolochiæ, abſinthii, ammoniaci, ſeminis rutæ ſylueſtris, ſulphuris viui, ſingul. vnciam ſemis. Trita irrigato cum melle deſpumato, & dato fabæ magnitudine manè ieiuno.

Cap. LXXXVIII.

ARTICVLORVM lumbricitatem ſanans, expertum. Ramenta ſquillæ in aceto acri coquito vt emplaſtri formam nanciſcantur. Hæc deſuper ligato, & illic immota tribus diebus ſinito.

Cap. LXXXIX.

OMPHACOMELITIS confectio ad cœliacos, dyſentericos, & ſtomachum fluxione infeſtatum: roborat nanque. Succi vuæ acerbæ libras quindecim, mellis

Attici deſpumati lib.ſex.Bene coquito & recondito ad vſum.

Cap. XC.

OMPHACII cōfectio vt collyrium. Vuæ acerbæ ſucci diſſoluti vſque ad colliquationem,ac reconditi.Aliud.Succi vuæ acerbæ,croci,myrrhæ, ſing. vnc.tres, aluminis ſciſſi,mellis Attici,ſing.vnc.vnam. Bene confecto vtere.

Cap. XCI.

QVAE confert confici menſe Maio & Iunio.Droſaton,hoc eſt ſerapium,aquam roſaceam, mel roſaceum, ſtillatitium roſarum liquorem, oleum roſaceum, anethinum & chamæmelinum, œnāthénque fructum ſylueſtris vitis colligas,& alias quaſdam ſpecies quæ conficiuntur à ſeplaſiariis iuſſu medicorum.

Cap. XCII.

QVAE confici confert mēſe Iulio & Auguſto. Dia- A moron,diacaryon,quæ parantur ad vſum oris.

Cap. XCIII.

QVAE prodeſt confici menſe Septembri, Octobri, & Nouembri.Mulſam,cydoniten,oleum melinum, polypodyton,myrtinum,citratum,oleum laurinum, lentiſcinum,rhoiton,ex ſucco malorum Punicorum factū, & aliæ quædam ſpecies & confectiones.

Cap. XCIIII.

CONIVRATIO, oſſis deuorati eiectio. In nomine magni Dei omnipotētis,&c. *Reliqua uix in Latinum ſer-* B *monem commode & citra offenſionem multorum transfundi poſſent, & ridicula admodum ſuperſtitioniſque plena ſunt. Quæ de induſtria & conſultò à nobis omiſſa ſunt.*

Cap. XCV.

SI quis os piſcis,quod ſpina vocatur,deglutierit,aliā ſpinam accipiens impone capiti & confeſtim abſorbetur,gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti.

INDEX PESSORVM PROPOMATVM, AD alopecias & alia diuerſa mala conferentium medicamentorum.

Peſſus conceptionem adiuuans, admodum probatus, Cap.I.
Peſſus conceptionem iuuans,quo vtebatur mulier Barbara,& ſtatim concepit, Cap. II.
Peſſus conceptionem iuuans,vterum auerſum in rectū ferens,& alia efficiens, Cap. III.
Peſſus relaxans,& omnem duritiem diſſoluens, Cap. IIII.
Peſſus emolliens Demarchi mirabilis, Cap. V.
Peſſus ad hydropicas mulieres valde bonus, Cap.VI.
Peſſus ad veſicæ dolores mirificus, Cap. VII.
Peſſus conceptioni conferens mirabiliter expertus, Cap. VIII.
Peſſus menſes mouens expertus, Cap. IX.
Peſſus ad omnem duritiam & è partu dolores vehemētes, Cap. X.
Peſſus ad duritiem,extenſionem,phlegmonen, & œdemata vteri, Cap.XI.
Peſſus emolliens ad phlegmonen & duritiem vteri, Cap.XII.
Peſſus menſes eliciens expertus, Cap.XIII.
Peſſus ſimilis expertus, Cap.XIIII.
Peſſus ſimilis probatus, Cap.XV.
Peſſus ad duritiem,diſtenſionem, phlegmonem,& condylomata vteri, Cap.XVI.
Peſſus menſes ducens,expertus, probatus, Cap. XVII.
Peſſus ſimilis expertus, Cap. XVIII.
Peſſus ſimilis probatus, Cap.XIX.
Peſſus ſimilis alius, Cap.XX.
Peſſus alius mirabilis, Cap. XXI.
Peſſus alius admodum bonus, Cap.XXII.
Peſſus ſimilis & purgatorius, Cap.XXIII.
Peſſus ſimilis valde mirabilis, Cap XXIIII.
Peſſus ad omnem vteri immunditiem,Cap.XXV.
Peſſus menſtrua educens,admodum neceſſarius, Cap. XXVI.
Peſſus ſimilis valde probatus, Cap.XXVII.
Peſſus menſes educens & omnem vteri immunditiem purgans, Cap. XXVIII.
Peſſus ſiſtens,ad omnem ſanguinis eruptionem,& malè affectum vterum conferens, Cap.XXIX.
Peſſus conceptionem iuuans expertus, Cap. XXX.
Peſſus ad vterum vnde ſanguis emanat,probatus, Cap. XXXI.
Peſſus multi vſus, Cap. XXXII.
Peſſus ad vteri maniam mirabilis, Cap. XXXIII.
Peſſus ad ſtillicidium vrinæ mulieris laudatus, Cap. XXXIIII.
Peſſus conceptionem adiuuans expertus & vtilis, Cap.XXXV.
Peſſus conceptioni conferens,valde bonus & probatus, Cap.XXXVI.
Peſſus menſtrua eliciens,expertus, Cap.XXXVII.
Peſſus purgatorius valde bonus & expertus, Cap. XXXVIII.
Peſſus Galeni ad exulceratum vterum, Cap.XXXIX.
Peſſus dolorem ſedans,mirabilis, Cap.XL.
Peſſus relaxans,ad phlegmonen, Cap.XLI.
Peſſus ad rupturam,aſperitudinem,& aquæ impetum, valde neceſſarius, Cap.XLII.
Peſſus ad ſanguine manantem vterum,Cap.XLIII.
Peſſus ad profluuium muliebre,admodum laudatus, Cap.XLIIII.
Peſſus conceptioni conferens certus, Cap.XLV.
Propomatis cydonitis confectio, *Legitur infrà conditi*, Cap. XLVI.
Propoma abſinthite,mirabile, Cap.XLVII.
Propoma aſinite valde bonum, Cap XLVIII.
Propoma pulegii,admodū probatum, Cap.XLIX.
Propoma ſtyracis valde laudatum, Cap.L.
Propoma roſaceum,admodū mirabile, Cap.LI.
Propoma abſinthite,valde probatum, Cap.LII.
Propoma è pyris,valde laudatum, Cap. LIII.
Propoma ex aſaro,admodum laudatū, Cap. LIIII.
Propoma ex amygdalis,ad ſuppuratos, & thorace malè affectos probatum, Cap. LV.
Propoma pituitam ducens ſtomachi & oculorum, Cap. LVI.
Propoma ex citro admodum probatū, Cap. LVII.
Propoma ex polypodio ad melancholicos: ventrē quoque ſubducit, Cap.LVIII.
Propoma ſimile, Cap.LIX.
Propoma ex carpeſiis vocatum pulcherrimum, Cap.LX.
Propoma ex aloe,ad iecinoroſos & ſtomachicos, Cap.LXI.
Propoma odoratum,humorum copiam excernens per ventrem,& vomitum, Cap.LXII.
Propoma ad quartanas expertum, Cap.LXIII.
Propoma ad quartanas,quo vtor,expertum & probatū, Cap.LXIIII.
Propoma ad quartanas mirabile, Cap.LXV.
Propoma ad quartanas probatum, Cap. LXVI.
Propoma ad quartanas certum, Cap.LXVII.

Propoma ad quartanas mirabile, Cap. LXVIII.
Propoma ad hydropicos,valde probatum, Cap. LXIX.
Propoma ex cumino mirabile, Cap. LXX.
Ad alopeciam probatum, Cap. LXXI.
Ad alopeciam capillorum expertum, Cap. LXXII.
Ad alopeciam capillorum admodum probatum, Cap. LXXIII.
Ad alopeciam puerorum mirabile, Cap. LXXIIII.
Ad alopeciam valde laudatum, Cap. LXXV.
Ad alopeciam expertum, Cap. LXXVI.
Ad alopeciam mirabile, Cap. LXXVII.
Ad alopeciā:capillos etiam naſci facit, Cap. LXXVIII.
Ad alopeciam valde laudatum, Cap. LXXIX.
Ad alopeciam, Archigenis,laudatum, Cap. LXXX.
Ad alopeciam & omne capillorum defluuium, alphóſque diuturnos vtile, Cap. LXXXI.
Ad alopeciam Aſclepiadis probatum, Cap. LXXXII.
Ad alopeciam capillorum admirabile admodum, Cap. LXXXIII.
Ad alopeciam Sorani, valde laudatum, Cap. LXXXIIII.
Ad alopeciam Archigenis probatum, Cap. LXXXV.
Ad alopeciam, laudatum admodum, Cap. LXXXVI.
Ad alopeciam,caluitium, & capillorum raritatem in capite aut mento,aut ſuperciliis, Cap. LXXXVII.
Ad alopeciam Oribaſii,mirabile, Cap. LXXXVIII.
Ad alopeciam & diuturna mala, Cap. LXXXIX.
Ad porriginem exulceratam,admodum laudatum, Cap. XC.
Ad porriginem exulceratam, & achores admodū probatum, Cap. XCI.
Ad porriginem exulceratam, achores & impetigines humidas, Cap. XCII.
Ad achores capitis expertum, Cap. XCIII.
Ad exulceratam porriginem medicamētum vehemēs, Cap. XCIIII.
Ad humidas achores,valde laudatum, Cap. XCV.
Ad præhumidas achores & impetigines, Cap. XCVI.
Ad quotidianas,quartanas,ſtomachum,comitiali morbo correptos,lienoſos & hydropicos,Cap. XCVII.
Ad parotidas laudatum, Cap. XCVIII.
Ad ſingultus & arthriticos, Cap. XCIX.
Ad pſydracia calidiſſima & fera, Cap. C.
Ad lethalia mirabile admodum, Cap. CI.
Ad dentium dolorem expertum, Cap. CII.
Vt dens ſua ſponte excidat, Cap. CIII.
Ad dentium dolorem mitigatorium, Cap. CIIII.
Ad cruenta & recentia vulnera,conglutinatorium, Cap. CV.
Ad oris vlcera puerorum, Cap. CVI.
Ad abſceſſus mirabile & probatum, Cap. CVII.
Ad minuendos tumores,admodum laudatum, Cap. CVIII.
Ad ſecundas mulieris appenſas, Cap. CIX.
Ad violentias,valde probatum, Cap. CX.
Ad penſiles verrucas laudatum, Cap. CXI.
Ad eminentias mirabile probatum, Cap. CXII.
Ad eminentias expertum laudatum, Cap. CXIII.
Ad eminentias expertum, Cap. CXIIII.
Ad internas & externas eminentias potus mirabilis, Cap. CXV.
Ad internas & externas eminentias, Cap. CXVI.
Ad incipientes affectus laudatum, Cap. CXVII.
Ad pterygia digitorum mirabile, Cap. CXVIII.
Ad feruentes papulas admodum probatum, Cap. CXIX.
Ad feruentes papulas in ore puerorum,Cap. CXX.
Ad eryſipelata admodum probatum, Cap. CXXI.
Ad eryſipelata,& omnem inflammationem,& ad malū zoſtera vocatum Cap. CXXII.
Ad eryſipelata mirabile, Cap. CXXIII.
Ad pedum fluxionem incipientem probatum, Cap. CXXIIII.
Ad eryſipelata, Cap. CXXV.
Aduerſus inſomnia mirabile valde, Cap. CXXVI.
Ad oculos quos capilli pungunt laudatum, Cap. CXXVII.
Ad depilatos oculos, & capillos non habentes, Cap. CXXVIII.
Ad encāthides admodum mirabile, Cap. CXXIX.
Ad grandines oculorum, Cap. CXXX.
Ad grandines in palpebris, Cap. CXXXI.
Ad pterygia oculorum, Cap. CXXXII.
Ad polypos & ozænas probatum, Cap. CXXXIII.
Ad polypos,certum, Cap. CXXXIIII.
Ad ozænas,nomas,eroſiones,denſitates,& mala omnia narium, Cap. CXXXV.
Ad vlcera in naribus laudatum, Cap. CXXXVI.
Ad encanthidas & pterygia probatum,Cap. CXXXVII.
Ad oculos quos pili pungunt laudatum, Cap. CXXXVIII.
Ad durities parotidum bonum, Cap. CXXXIX.
Ad lumborum dolores,admodum laudatum, Cap. CXL.
Ad ſingultum,valde bonum, Cap. CXLI.
Ad lumbricos expertum, Cap. CXLII.
Ad lumbricos latos & aſcarides, Cap. CXLIII.
Ad morſus ſtomachi citra manifeſtam cauſam, Cap. CXLIIII.
Pentamyri confectio,admodum probata, Cap. CXLV.
Ad phlegmonen faciei mirabile, Cap. CXLVI.
Ad phlegmones ex ſectione venæ natas & duritiam, Cap. CXLVII.
Ad viſcera,lienem & hydropem,emolliens & diſcutiēs, Cap. CXLVIII.
Ad phlegmonen crurum aut pedum, Cap. CXLIX.
Potus expertus, humiditatis exiccatorius, Cap. CL.
Ad tormina ventris admodum mirabile, Cap. CLI.
Ad hebetudinem mirabile, Cap. CLII.
Potus ad ſuppuratos & abſceſſu laborantes,iecinoroſóſque, Cap. CLIII.
Vt vino non ſæpius vtendum, Cap. CLIIII.
Ad vrinæ difficultatem,calculúmque admodum bonū, Cap. CLV.
Ad reduuias valde bonum, Cap. CLVI.
Ad penſiles verrucas & thymos in pudendis, Cap. CLVII.
Ad caput dolentes & hemicranicos, Cap. CLVIII.
Ad chimethla vlcerata, Cap. CLIX.
Ad eos qui lienteria laborant, Cap. CLX.
Ad ſcabioſa,& fluxioni obnoxia vlcera, & partiū phlegmonen & duritiem, Cap. CLXI.
Ad vulnus tibiæ diuturnum ſordidum, Cap. CLXII.
Ad anginas & mala ſub lingua nata,expertum, Cap. CLXIII.
Ad ictos à ſcorpione admodum mirabile, Cap. CLXIIII.
Ad aphthas in ore puerorum, Cap. CLXV.
Ad depaſcentes aphthas,& difficilia oris vlcera profunda, Cap. CLXVI.
Ad pedum dolorem bonum expertum,Cap. CLXVII.
Ad alopeciam expertum,probatum, Cap. CLXVIII.
Podagrica potio in principio exacerbationis admodū mirabilis, Cap. CLXIX.
Podagricus linctus in principio acceſſionis mirabilis, Cap. CLXX.
Ad eos qui comederunt boletos,aut fungos, aut amaritas:& periculum eſt ne moriātur, Cap. CLXXI.
Ad ſurditatem aurium, Cap. CLXXII.
Ad ſtrumas admodum probatum, Cap. CLXXIII.
Ad aluum citam expertum, Cap. CLXXIIII.
Ad vſtiones ab aqua calida expertum, admodum probatum, Cap. CLXXV.

Ad hydropicos expertum, Cap.CLXXVI.
Ad formicas,vt ſtatim decidant, Cap.CLXXVII.
Ad profluuium ſanguinis narium, admodum probatū, Cap.CLXXVIII.
Ad pleuriticos mirabile valde, Cap.CLXXIX.
Ad pleuriticos per os probatum, Cap.CLXXX.
Ad eryſipelata valde bonum, Cap.CLXXXI.
Ad carbunculos admodum vtile, Cap.CLXXXII.
Ad vſtiones vndecunque fiant, Cap.CLXXXIII.
Potus ad aſthmaticos laudatus, Cap. CLXXXIIII.
Potus ad eos qui morbo comitiali correpti ſunt, mirabilis, Cap.CLXXXV.
Potus probatus ad tertianas & quartanas, Cap.CLXXXVI.
Potus ad quartanas ante inuaſionem acceſſionis datus, Cap.CLXXXVII.
Potus ad quartanas admodum laudatus, Cap.CLXXXVIII.
Potus mirabilis ad hominis rabiem,gratia Dei, Cap.CLXXXIX.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De peſſis, propomatis, alopeciæ & aliorum diuerſorum malorum medicamentis,

Sectio trigeſimaoctaua.

Cap. I.

PESSVS conceptionem iuuās, ex quo mulier ſexaginta annorum menſtrua non videns, purgata eſt, & confeſtim concepit.Habet autem hæc. Opobalſami,opopanacis, ſingulorum drachmā vnam,thuris maſculi drach.duas, cinamomi drach.vnam ſemis,myrrhæ drachm. vnam,coſti drach.ſemis,croci,caſiæ,ſingul.drach.vnam ſemis. Hæc bene trita commiſce vnguento irino,& reduc ad mellis craſſitudinem,& recondens in vaſe ad vſum,illine præputium cum hoc medicamento,& ſic coeat cum viro ſuo mulier,& ſtatim concipiet. Fac autem eo tempore quo menſes eius ſunt profluxuri.

Cap. II.

PESSVS ad conceptionem conferens,quo vtebatur vxor Alexandri Barbara,& concepit confeſtim annorum exiſtens octuaginta. Opobalſami drach. vnam, peucedani drach.ſemis, ariſtolochiæ longæ, myrrhæ, croci,ſingulorum drach.vnam,medullæ cerui, iecoris anſerini, ſingulorum drach.vnam ſemis.His ſeorſim liquatis & exceptis lana Italica,vt decumbat mulier, ſubditóque peſſo ad os vteri vt contineat illum horis duabus iubeto. Amoto medicamento coeat cum viro, & gratia diuina magna donante,confeſtim cōcipiet.Quēadmodum Cleopatra vxor Ptolemæi regis mortui vſurpauit, faciens vt inſcriptio monſtrat, & ſtatim concepit.

Cap. III.

PESSVS conceptionem iuuans, vocatus gonos,in rectum vterum auerſum tranſferens,durities emolliens & callos tollens,carcinomata ſanans, eroſiones, dolores vehementes, omnem affectum, & mala in vtero facta. Per hunc Bænia regina peperit Flauianum. Per hunc etiam conſtitutus eſt prioris reginæ filius.Scriptus eſt itaque magna diligentia à Claudia patticilla iecinoroſa non concipiente. Butyri vncias tres, œſypi liquidi,medullæ ceruinæ,adipis anſerini,leporis coaguli, aloes flauæ,terebinthinæ,ſingulorum vnciam vnam ſemis,myrrhæ vnciam vnam,caſiæ, coſti,ſingulorum vnciam ſemis,ceræ Tyrrhenicæ,nardi bonæ,ſingul.vncias tres,mellis Attici quod ſatis eſt. Mel cum liquabilibus liquato,& ſic confecto & ſubacto vtere.

Cap. IIII.

PESSVS relaxans, omnem diſſoluēs duritiam, laudatus. Adipis taurini,medullæ ceruinæ,terebinthinæ,ceræ puræ,ſingul.vnciam ſemis,ouorum vitellos aſſatos quindecim.olei roſacei quod ſatis eſt. Liquefacta probè ſubigito,& præbeto cum nardino bono excepta.

Cap. V.

PESSVS emolliens,à Marcho compoſitus, mirabilis. Medullæ ceruinæ,adipis ſuilli, ceræ Tyrrhenicæ, ſingulorum hexagium vnum ſemis, terebinthinæ dr.I. croci,fœnigræci,ſing.drach.ſemis, mellis Attici, myrrhæ,butyri, ſingulorum drachmam vnam. Liquefacta bene ſubigito cum oleo cyprino quod ſatis eſt,& probè confecto vtere.

Cap. VI.

PESSVS ad hydropicas mulieres,valde bonus. Aniſi,cumini,ariſtolochiæ longæ,caroi, nitri,pulegii,fœnigræci,ſingulorum drach.vnam, interiorum ficuum gr. quindecim. Liquefacta ſubigito cum vino bono ſufficienti:& excepta præbeto.

Cap. VII.

PESSVS ad veſicæ dolores, mirabilis. Ceræ Tyrrhenicæ aut Ponticæ vnciam ſemis,olei roſacei, croci, ſingulorum vnciam ſemis,adipis gallinæ vnciā ſemis, ouorum coctorum vitellos ſex.Liquefactis probè, crocum terito cum vino,& vnitis confectíſque rectè vtere.

Cap. VIII.

PESSVS conceptionem iuuans expertus. Cochlearum Africanarum magnarum tres aut quinque, lactis bubuli,coaguli leporis, ſingul.vnc.ſemis.Cochleas cum teſtis probè tundito,& adiice modicum lactis vt conſiſtentiam nanciſcantur,& croci legitimi:omnibúſque factis,peſſum ſubiicito menſibus incipientibus aut deſinentibus.Hoc facto tribus diebus,confeſtim mulier cū viro coeat,& concipiet.

Cap. IX.

PESSVS menſes mouens,expertus.Ceræ puræ vncias tres, opopanacis vncias duas,foliorum rutæ viridiū vncias duas ſemis,olei cyprini libram ſemis. Terito rutam & opopanacem ſeorſim,& ceram cum cyprino coquito.Commixta vtraque,& probè confecta imponito vmbilico,& imo ventri:& ſic vtere.

Cap. X.

PESSVS vocatus Aureus, ad omnem duritiem & vehementem dolorem:potiſſimùm ad lationes à partū factas admodum mirabilis.Reſinæ terebinthinæ, ceræ Tyrrhenicæ, medullæ ceruinæ, œſypi Attici,ſing. vnc. tres,adipis gallinæ & anſerini,ſing.vnc.duas, adipis leōnini & vrſini,ſingulorum vnciam ſemis.Hæc liquefacta & læuigata reconde in pyxide, & vtere vt efficaciſſimo medicamento.

Cap. XI.

PESSVS Libyanos ad duritiem,extenſionē, phlegmonen,& condylomata vteri. Adipis anſerini vnciam ſemis,adipis gallinæ,medullæ ceruinæ,œſypi,croci, ceræ Tyrrhenicæ,ſingulorum vnciam vnam ſemis, maſtiches drachmas duas, ouorum elixorum vitellos duos, probè confecto vtere.

Cap. XII.

PESSVS emolliens ad phlegmonē, & vteri duritiem,admodum laudatus.Succi lenti fœnigræci, adipis anſerini, olei anethini,chamæmelini, ſingulorum vnc. ſemis,medullæ ceruinæ,œſypi,cerati è ſuccis, ſingulorū

vnciam ſemis, terebinthinæ ſcrupulos tres. Confecto vtere.

Cap. XIII.

PESSVS menſes ducens,expertus.Cumini,epithymi,zingiberis,galbani,ſing.drach.ſemis. Arida bene trita cum vino miſceto: galbanũ autem cum irino oleo, & ſic excepto vtere.

Cap. XIIII.

PESSVS menſes eliciens probatus. Ariſtolochiæ rotundæ vnc.ſemis.Subacta cum melle Attico ſufficienti ſubiice cum lana ſordida.Hoc medicamentum ſecundas etiam eiicit:expertum eſt.

Cap. XV.

PESSVS menſes ducens,expertus.Pulpæ colocynthidis,myrrhæ,ſingulorum hexagium vnum.Trita cõfice cum aceto & melle,& exceptis vtere.

Cap. XVI.

PESSI Libanoti confectio,ad duritiẽ,extenſionem, phlegmonen, & condylomata vteri.Adipis anſerini vnciam ſemis,adipis gallinæ,medullæ ceruinæ,œſypi,croci,ceræ Tyrrhenicæ,ſingul.vnciam vnam ſemis, maſtiches drach.duas. Trita confice cum ouorum elixorum vitellis duobus.

Cap. XVII.

PESSVS menſes citans expertus. Ceræ hexagium vnum ſemis,opopanacis hexagium vnum,foliorum rutæ viridium hexag.I. quartã partẽ, olei cyprini vnc.ſemis.Terito rutam & opopanacem: ceram autem cum cyprino coquito.Commixta vtraque, rectéque confecta imponito vmbilico,& imo ventri.

Cap XVIII.

PESSVS menſes ducens,expertus.Cumini Æthiopici,myrrhæ,galbani,adipis anſerini, ſingulorum drachmam ſemis. Arida cum vino bono miſceto: galbanũ verò cum oleo irino,& probè confecto vtere.

Cap. XIX.

PESSVS menſes eliciens,laudatus. Ariſtolochiam rotundam cum melle Attico ſubactam apponito in lana ſordida.Peſſum in rutaceo imbutum oleo ſubdito. hic ſecundas quoque eiicit.

Cap. XX.

PESSVS laudatus vt præcedens. Fœnigræci, galbani,caſtorei,moſchi,ſpicæ,ariſtolochiæ rotundæ,œſypi,pinguedinis anſeris. Conficito cum oleo cyprino,& vtere.

Cap. XXI.

PESSVS ſimilis,mirabilis. Artemiſiæ,ſtyracis,carnium vuarum,&caricarũ pinguium exemptis vinaceis, herbæ venti,mercurialis,olei roſacei,œſypi. Trita confice cum adipe anſerino,& vtere.

Cap. XXII.

PESSVS ſimilis,admodum bonus.Moſchi, caſtorei,ſpicæ,herbæ venti,mercurialis,carnis vuarum, & cãricarum exemptis acinis,ſingul. drachmam ſemis. Liquefacta ſubigito cum melle Attico, pinguedine gallinæ,anſeris,& cyprino oleo:& rectè confecto vtere.

Cap. XXIII.

PESSVS ſimilis,valde bonus,& purgatorius. Iridi probè repurgatæ, elotæ ter nouies & bene contuſæ,adiice etiam melanthium,ſaccharum, & album oui cum lacte muliebri.Bonum verò ſi adiicias pingedinem anſeris aut gallinæ,aut butyri.Liquefacta & rectè confecta præbeto vſu poſcente.

Cap. XXIIII.

PESSVS menſes educens, valde mirabilis.Epithymi, œſypi,ſpicæ,moſchi,galbani, herbæ vẽti,adipis ſuilli, vuarum & caricarum carnium ſine vuaceis. Liquefacta cum lacte mulieris ſubigito,& vtere illis.

Cap. XXV.

PESSVS mirabilis ad omnem vteri immunditiem in lana exceptus & illitus,& roſaceo imbutus,orique vteri appoſitus.Succi radicis cyclamini,colocynthidis,berenicarii,ſucci mercurialis,ſingul.drach.ſemis, zingiberis, carnium caricũ, ſingulorum drachmam vnam.

A Liquefacta probè ſubigito cum melle ſufficiente, & fac linamentum quod imbutum pinguedine anſeris,aut oleo,aut oleo roſaceo,& albo oui imponito.

Cap. XXVI.

PESSVS menſes eliciens & fœtum occidens, admodum probatus.Succo radicis cyclamini illine imum ventrem,aut imponito vt peſſum: aut dracunculi radicis decocto ſimiliter vtere. Aut accipe decocti artemiſiæ calicẽ dimidium, ſubigito cum antidoti Tryphera magnæ hexagio vno, & bibendum præbeto manè ieiu-
B no tepidum.

Cap. XXVII.

PESSVS menſes educens,admodum laudatus.Rutæ,galbani,herbæ venti, mercurialis, artemiſiæ, ſpicæ, vuarum vinaceis exemptis, ariſtolochiæ rotũdæ.Comminuta probè irrigato cũm oleo cyprino, lacte muliebri & melle ſufficiente, & confectum præbeto. prodeſt etiam ad inflationes ſi accipias ſenecionis herbæ folia quæ à nonnullis nominantur Cortala,& bene tuſa ad oleris formam cum condimentis & odoratis vocatis re-
C digito,coquitóque probè in clibano, & exhibeto manè ieiuno & veſperi. Vbi comederit,bibendum præbeto cõditum,aut vinum vetus menſes ſtrenuè ducẽs. eſt enim probatum.

Cap. XXVIII.

PESSVS menſes eliciens, omnem immunditiem ab vtero reuellens,in lana exceptus & illitus, aut in roſaceũ immerſus & ori vteri appoſitus. Succi radicis cyclamini, pulpæ colocynthidis, berenicarii,ſucci mercurialis,ſingulorum drachmam vnam, zingiberis drach.
D duas. Trita ſubigito cum melle ſufficienti, & confecta præbeto:dein ab infernis ſuffiantur iſta:Ladanum, cornu bouinum,maſtiche,thus,ſemen citri,artemiſia,marrubium,galbanum,ſampſychum, mentha,ſaluia,roſmarinus,roſæ,chamæmelum. coquito bene in aqua & infunde ab infernis.Ducit enim menſes, & omnem immunditiem ab vtero reuellit.

Cap. XXIX.

PESSVS omnem ſanguinis eruptionem ſiſtens,& & malè affectum vterum ſanans,valde bonus. Terræ a-
E ſteris,terræ Samiæ,ceruſſæ,amyli, thuris maſculi, acaciæ,ſingulorum drach.quatuor,ſanguinis draconis, maſtiches,ſingul.drach.vnam,boli Armenii drach.duas,ouorum alba duo & ſemis. Arida in pollinem trita cum vino odorato, ſubigantur vino odorato ſufficienti, & reducantur ad viſci craſſitudinem: priuſque cum vino myrtite inſtillato,& poſtea impone linamentum.

Cap. XXX.

PESSVS conceptionem iuuans,expertus. Aluminis ſciſſi,melanthii,ſingulorum vnciam ſemis, gentia-
F næ ſcrupulos nouem,ceræ puræ drach.duas.Comminuta irrigato cum vnguento Suſino,& vtere.

Cap. XXXI.

PESSVS ad ſanguinem ex vtero erumpentem. Acaciæ,aluminis ſciſſilis, ſucci hypociſthidis, gallæ immaturæ,ſingulorum vnc.ſemis. Trita cum ſucco arnogloſſi ſubigito,aut pentaneuri, aut alio quodam ſimili ſucco, & inſtillato,aut vt peſſum ſubdito.

Cap. XXXII.

G PESSVS Polychreſtos, durities emolliens, vteri peruerſiones, diuturnas durities, & formicas ſanans. Menſes etiam ducit:& vt ferant vterum facit.Ceræ Tyrrhenicæ,adipis anſerini & gallinæ,terebinthinæ, tetrapharmaci,vnguenti ſuſini,ſing.vnc.vnam ſemis, œſypi cerati drach.duas.Præparato probè,vtere.

Cap. XXXIII.

PESSVS ad vteri maniam mirabilis.Succi plantaginis maioris & portulacæ, ſingulorum vnciam ſemis drachmas duas,aquæ pluuialis frigidæ drachmas duas.
H Commota multa commiſtione, in vteri ſinum infundito.

Cap. XXXIIII.

PESSVS ad vrinæ ſtillicidium muliebre, probatus. Allium decorticatũ ſubigito in mortario diligẽter, & lan

& lana exceptum imponito vt peſſum.Eſt expertum. A

Cap. XXXV.

PESSVS conceptionem iuuans,expertus,& vtilis. Butyri recentis vnciā vnam ſemis, mellis puri dealbati vnc.S.nardini Cyziceni,coaguli leporis,ſing.vnc.tres,opobalſami ſcrup.quatuor ſemis. Hæc ſubiicito à purgatione mulieris.

Cap. XXXVI.

PESSVS conceptionem adiuuans,admodum bonus,& probatus.Coaguli leporis,vnguenti foliati,lactis aſinini,ſingul.vnc. ſemis, trypheræ magnæ hexag.quatuor,ſucci artemiſiæ vnc.ſemis, liquefacta & ſubacta reducito ad glutinis conſiſtētiam, ſubiicitóque vtero diebus quinque manè & veſperi. His autem diebus cum viro non coeat, ſed ab iis congrediatur cum eo, & confeſtim concipiet. B

Cap. XXXVII.

PESSVS menſes educens, expertus. Fœnigræci, maſtiches,carnis caricarum, & vuarum paſſarum, marrubii,artemiſiæ,ſcarolachani,galbani,ſtruphylli radicis, ladani,butyri,nucis moſchatæ, adipis gallinæ,trypheræ magnæ,ſing.hexag.ſemis, agriobambaceæ foliorum & ſeminis,ſing.drach.ſemis. Tuſa bene ſubigito cum oui vitello & lacte muliebri, probéque confecta præbeto & manè & veſperi. C

Cap. XXXVIII.

PESSVS purgatorius admodum bonus,expertus. Accipe agriobambaceæ folia & ſemen, & adipem gallinæ & anſeris: adiice etiam illis artemiſiam,& bene tuſa ſubigito cum lacte muliebri,& dato. D

Cap. XXXIX.

PESSVS ad exulceratum vterum,Galeni. Pompholygis,ceruſſæ, Cadmiæ, ſing. vnc.ſemis drach.duas. melanos Indici, thuris maſculi,ammoniaci thymiamatis,ceræ albæ,plumbi vſti,lycii, ſing.vnc.ſemis,terebinthinæ vnc.vnam. Benè liquefacta ſubigito cum oui vitello,& lacte muliebri quod ſatis eſt,& præbeto.

Cap. XL.

PESSVS dolorem ſedans, mirabilis. Croci,opii, ſing.drach.ſemis, oui aſſati vitellum vnum, ceræ Tyrrhenicæ drach.ſex,adipis anſerini drach. octo, medullæ ceruinæ drach.quatuor, olei roſacei quod ſatis eſt.Liquabilia liquato,& reliquis in mortario priùs tritis, benéq; ſubactis vtere. E

Cap. XLI.

PESSVS relaxans, ad phlegmonen vtilis. Œſypi liquidi,adipis anſerini,medullæ ceruinæ, nardini,ſingulorum vnc.vnam,ceræ puræ vnc. vnam S.terebinthinæ,butyri,ſeui taurini,ſing.drach.duas. Liquata & probè confecta dato manè & veſperi. F

Cap. XLII.

PESSVS ad rupturam,aſperitudinem,& aquæ impetum neceſſarius admodum. Pompholygis, ceruſſæ lotæ,plumbi vſti & loti,Cadmiæ,lithargyri,ſing.vnc.S. olei myrtini vnc.vnam ſemis, adipis anſeris vnc. vnam ſemis,ceræ Tyrrhenicæ vnc.ſemis.Læuigentur diligenter,& cera diſſoluatur cum adipe, & ſubacta omnia ſimul,& bene confecta præbeto.

Cap. XLIII.

PESSVS ad vterum,vnde ſanguis promanat. Acaciæ vnc.ſemis, aluminis ſciſſi drach.duas,ſucci hypociſthidis,acanthæ Ægyptiæ,gallarum,cytinorum,ſymphyti,œnanthes aridæ,ſing.vnc. vnā S.aloes flauæ vnc. duas,ceræ puræ vnc.tres,olei roſacei aut myrtini quantum ſufficit.Bene confecto vtere. G

Cap. XLIIII.

AD profluuium muliebre probatum admodum. Accipe ſaluiam hortenſem contuſam & coctam ad carbones, & infunde ipſam ab infernis ſurſum. Accipe etiam de decocto eius ſemunciam, boli Armenii drachmam vnam, & vini rubei calicem paruum. Subacta ſimul & calefacta,dato ieiuno bibenda.Præbeto autem diebus ſeptem. H

Cap. XLV.

PESSVS conceptionem iuuans, certus. Accipe fel ſuis apri omnino nigri, imbue ipſo lanam puram,& imponito ori vteri diebus ſeptem manè & veſperi. Mulier autem priùs à menſibus ſuis purgata ſit.Dato etiam ſingulis diebus manè ieiunæ bibendam trypheræ magnæ vnciam ſemis,cum decocto ſaluiæ,& aquæ ſanctarum Dei apparitionum, vinóque ſufficiēti, tepidis,diebus ſeptem. Poſtea accipe trypheram magnam, illine cum ea os vteri, & ſic cogat cum marito ſuo, & ſtatim gratia Dei concipiet.

Cap. XLVI.

PROPOMA conditi confectio. Piperis communis vnc.ſemis, maſtiches ſcrup. vnum ſemis. Trita cum mellis Attici libr.vna S.ſubigito, & vini boni libr. vigintiduabus & S.Confectum dato.

Cap. XLVII.

PROPOMA abſinthite, mirabile. Meliloti vnc. vnam,carpobalſami,nardi Celticæ, ſingul.vnc.vnam S. florum iūci odorati vnc.S.drach. duas. maſtiches vnc.S. roſarum aridarum vnciam vnam,aromatis vnc.vnamS. Trita irrigato cum mellis lib. quatuor ſemis,& vini boni lib.xxii.S.& præbeto.

Cap. XLVIII.

PROPOMA aniſatum, admodum bonum. Aniſi vnc.vnam ſemis, maſtiches ſcrup. tres, croci ſcrup. duos,folii,caryophylli,ſing.ſcrup.vnum S.Trita irrigato cum mellis Attici lib.duabus, & quarta parte,& vini boni lib.xxii.S.Probè confectum dato.

Cap. XLIX.

PROPOMA pulegii, probatum valde. Pulegii tenerrimi vnc.vnam S.maſtiches,caryophylli, ſing.ſcr. vnum S.Trita madefacito cum mellis lib.duabus & tertia parte,& vini boni ſext. ſeptem S.aut lib. vndecim & quarta parte.Rectè confecto vtere.

Cap. L.

PROPOMA ſtyracinum, valde laudatum. Styracis vnc.vnam S.mellis Attici lib.iiii. S. vini boni libr. duas quartā partem.Styracē diligēter tundito,& exiguo melli miſceto quoad vniantur. Vnita iā in vaſe,ad carbones calefacito, vt probè miſceantur. dein vniuerſum mel miſceto deſpumatū, & in mortario validè terito: admixtóque vino, bene ſubacta dato vſu poſtulante.

Cap. LI.

PROPOMA roſatum,valde mirabile. Roſarum exemptis vnguibus & exſiccatarum lib.ſemis. Vini boni lib.ſeptem ſemis,mellis Attici lib.vnam ſemis.Roſas primùm in vinum coniicito & ſingulis diebus bis concutito donec dies abierint quindecim. dein colato & exprimito roſas plurimùm,adiice mel:& confectum,vſu exigente,præbeto.

Cap. LII.

PROPOMA abſinthite,admodum probatum. Spicæ nardi,amomi,[a]caſami,maſtiches, ſing. hexag.vnum ſemis,folii,coſti,abſinthii,ſing. vnciam ſemis,caſiæ drach.duas, roſarum aridarum vncias duas, caryophyllorum drach.duas,Celticæ vnc.ſemis,florum iunci odorati vnc.quinque,aromatis vnc.vnam S. Trita cum mellis Attici lib.ſeptem S.& vini boni lib.xxii.S.madefacito,& probè confectum præbeto.

a Caſami] Quanquàm aliàs pro cyclamino voce caſami vtatur Nicolaus: tamen hoc loco, Aetii exemplo, pro carpobalſamo illam vſurpaſſe videtur.

Cap. LIII.

PROPOMA piperum mirabile. Pyrorum maturorum repurgatorum viginti, maſtiches drach.duas, aniſi ſcrup.quatuor, petroſelini ſcr. ſemis, ſeminis apii & rutæ,piperis communis,ſingulorum ſcrup.tres,mellis Attici lib.ſemis & quartam partem,vini boni lib.tres ſemis & quartam partem. Pyra in vino macerato diebus duobus, dein expreſſis reliqua bene tuſa adiicito,& ſic confectum dato.

Cap. LIIII.

PROPOMA aſari admodum bonum. Aſari

probè contuſi vnciam vnam ſemis, mellis Attici libras quatuor ſemis, vini boni lib.viginti duas ſemis. Rectè confectum dato.

Cap. LV.

PROPOMA ex amygdalis, ad ſuppuratos, & ex thorace laborantes probatum. Amygdalarum repurgatarum vnc.tres. Contuſas cum mellis deſpumati lib. quatuor ſemis,& vini boni libr. vigintiduabus S. made facito,& bene confectum præbeto.

Cap. LVI.

PROPOMA purgans pituitam ex ſtomacho & oculis, admodum bonum. Iridis Illyricæ, [a] gladioli, ſing.vnc.ſemis.Trita madefacito cum vini lib.tribus S. & quarta parte, & mellis Attici lib. quinque & quarta parte. Vbi confeceris, dato manè ieiuno tepidum calicem vnum.

[a] Gladioli] Non rectè manuſcriptus codex ξιρίκ pro ξιφίου legit.

Cap. LVII.

PROPOMA citriatum, valde laudatum. Corticis citrii lib. vnam, mellis boni lib.vnam ſemis.Vini albi boni lib.ſeptem S. Citria tuſa macerato in vino diebus quadraginta,& per colum tranſmiſſis admiſce mel, & probè confecto vtere.

Cap. LVIII.

PROPOMA ex polypodio ad melãcholicos. Sub ducit etiam ventrem.Polypodii repurgati vnc.tres, macerato in vino diem vnum,deinde probè contuſo adiicito epithymi repurgati vnc.vnam, piperis communis vnc.ſemis.Probè trita madefacito cum mellis deſpumati lib.quatuor & vini boni lib.ſeptem ſemis.Conficito, & dato calicem vnum tepidum ieiuno.

Cap. LIX.

PROPOMA ex polypodio,ſimile. ſubducit etiã ventrem. Muſti feruentis lib.quindecim,polypodii viridis lib.vnam.Scindito idipſum cum gladio, & ſinito vt cum eo feruеat diebus quadraginta,& per colum tranſfuſum reconde,vt non admodum amarum fiat. Aliqui aridum ipſum decoquunt,macerantes priùs in vino. cõfectum dato vt præcedens.

Cap. LX.

PROPOMA carpeſiatum optimum.Carpeſiæ aridæ vnc.vnam,vno antè die macerato in vino.dein accipe mellis deſpumati lib.ſex,& vini boni libr. vigintiquatuor.conficito ad conſiſtentiam, dato manè ieiuno calicem vnum tepidum.

Cap. LXI.

PROPOMA aloatum, ad iecinoroſos & ſtomachicos. Aloes flauæ ſcrup.decem,coſti, maſtiches, ſing. ſcrup.ſex,abſinthii Pontici ſcrup.duos. Tuſa madefacito cum mellis Attici lib.vna ſemis,& vini boni lib. ſeptem ſemis. Vbi confeceris ad conſiſtentiam dato,ieiuno calicem vnum.ventrem emollit,valde probatum.

Cap. LXII.

PROPOMA aromaticum,ſeu odoratum quod in Alexandria confeci.Caſiæ,floris iunci odorati,Celticæ, ſing.vnc.ſemis,ſpicæ nardi,calami,coſti,caryophylli, ligni roſarum aridarum,ſing.ſcrup.ſex, meliloti vnc. ſemis, maſtiches drach.vnam. Probè tritis adiice mellis Attici puri lib.nouem, vini boni lib.quadragintaquinque.Coquito probè,dein macerato in gari boni poculo dimidio,datóque hora vna ante acceſſionis inuaſionem comedendum allium,& ab eo bibẽdum garum. Habeat autem contriti piperis gran. ſexaginta. ieiunus autem ſit & vigilãs qui eſt accepturus donec ſitiat plurimùm. dein lauet capiátque in cibo & potu quæcunque ſunt calida. Vacuabit enim hoc medicamẽtum multitudinem humorum per vẽtrem & per vomitũ:& Deo annuente, ſanus erit qui illud aſſumpſit.

Cap. LXIII.

PROPOMA ad quartanos expertum. Aſari vnciam ſemis,tritam in decocto meri bibat ieiunus manè. Senam quoque & epithymum cum decocto ieiunus bibat.

Cap. LXIIII.

PROPOMA ad quartanos, quo ego vtor, valde laudatum. Piperis longi,zingiberis, liquoris Cyrenaici, caſtorei, ſing.hexag.vnum.Trita præbeto ante inuaſionem acceſſionis pro viribus. Poſtea dato vini conditi, aut monembaſioti calicem vnum.

Cap. LXV.

PROPOMA ad quartanos,mirabile.Hora vna ante inuaſionem acceſſionis lauato, præbeto cum vino diluto vt probatum. Bituminis Iudaici dr.vnam, myrrhæ Troglodyticæ drach. duas, menthæ foliorum viridium drach.vnam. Commixta & ſubacta diligenter dato.

ALIVD PROPOMA ad quartanos,mirabile. Bituminis Iudaici dr. vnam, myrrhæ Troglodyticæ dr. duas, foliorum menthæ viridium drach. vnam. Mixta & diligenter ſubacta dato.

Cap. LXVI.

PROPOMA ad quartanos probatum. Chamelææ herbam contundito vt admodum læuigetur, dato ex ea cochlearium vnum ante acceſſionis inuaſionem ſuſpecta die:poſtea præbeto vinum temperatum.

Cap. LXVII.

PROPOMA ad quartanam,certum.Coaguli leporis ſcrup.vnum S. Læuigato cum vino bono ſufficienti. Da bibendum ſuſpecta die.

Cap. LXVIII.

PROPOMA ad quartanas mirabile. Baccas lauri ſeptem,piperis communis grana nouem. Trita madefacito cum vini boni veteris lib. vna S.& coniice in ollã nouam. coquito ad tertias, & dato menſuram vnam in prima acceſſione.

Cap. LXIX.

PROPOMA ad hydropicos, valde laudatum. Dictamni, chamæmeli, rubiæ, radicis apii & capparis, phu,cyperi, floris iunci odorati, ericæ ſeminis cum ramis, ſcolopedrii, adianti,ſing.vnc.S.croci hexag.ſemis, acori drach.quatuor,eryngii radicis,corticis fraxini,radicis fœniculi,& macedoniſii, ſing. vnc.vnam, ſeminis fœniculi,aniſi,iridis,ſing.vnc.S.ammeos hexag.vnum, ſpicæ drach.vnam.Contuſa bene coquito in aqua ad tertias,& præbeto vbi volueris cum ſaccharo & vino bono bibendum.

Cap. LXX.

PROPOMA è cumino,mirabile valde. Cumini vnc.vnam,aniſi ſcrup.duos. Læuigata madefacito cum mellis Attici lib. vna ſemis, & vini boni lib.ſeptem S.& bene confectum præbeto bibendum.

Cap. LXXI.

AD alopeciam probatum. Euphorbii,thapſiæ,ſingul.vnc.vnam, ſulphuris ignem non experti,ellebori nigri,ſing. drach. S. Tritis adiice ceræ puræ drach.vnam, olei laurini vnc.tres.Liquefactis vtere vt medicamento bono in iis qui difficilè curantur, & in longis morbis. Thapſia verò ſi careas, admiſceto ſemẽ cardamomi,aut erucæ.Si verò oleo laurino deſtituaris, picem liquidam iniice,& ſic confecto vtere.

Cap. LXXII.

AD alopeciam capillorum laudatum. Alcyonium aſperum macerato in cedria, vt illam imbibat, & vrito. dein in pollinem terito, & accipe ex eo partes duas.Madefacito ſucci thapſiæ parte vna, & aceto exiguo. Priùs irrigato locum cum eis,& illine.aut accipe muſcas,& ſæpius fricato locum:eſt mirabile & probatum.

Cap. LXXIII.

AD alopeciam capillorum admodum probatum. Squamæ ferri vnc.vnam, alcyonii vſti in olla noua vnc. S.liquoris cedri,adipis vulpini,ſing.vnc.vnã, aceti ſquillitici quod ſatis eſt. Priùs alopecias fricato donec rubeſcant,aut capitis interiora cum oleo fricato.

Cap. LXXIIII.

AD alopecias puerorum mirabile. Radito locum, & hordeũ in farinam mola redactum miſceto, & cum

adipe vulpino aut vrſino ſubigito: dein fricato locum cum cæpe acerrima. Imponito vt probatum.

Cap. LXXV.

AD alopeciam admodum laudatum. Opobalſamum bonum illinito, & fortiter locum fricato, atque inſpergito hunc puluerem. Berenicarii ſcrupulos nouē, pumicis ſcrupulum vnum, ſalis ammoniaci ſcrup. quatuor. Tritis iis bene vtere.

Cap. LXXVI.

AD alopeciam, expertum. Teſtæ erinacei marini vſti, muſcerdarum, iridis, ſing. vnc. vnam. bene contuſa irrigato cum oleo omphacino, & vtere. Hoc in vulnerum etiam cicatricibus pilos creat.

Cap. LXXVII.

AD alopeciam mirabile. Vtere illo locum priùs nitro fricans, & modico aceto: dein panno eo imbuto fricato donec locus rubeſcat, & ſic ſæpius facito. Alcyoniū vſtum cum oleo à lucerna deſumpto ſubigito & illinito. Aut arundinis radicem vſtam cum euphorbio, & adipe vrſino ſubactam illine. Aut ſulphur ignem non expertum cum pice liquida ſubactum illine. aut ſeminis erucæ & nitri, ſingulorum vnc. vnam cum pice liquida ſubactam illinito.

Cap. LXXVIII.

AD alopeciam. pilos etiam producit. Alcyonii vſti, piperis communis, ſingulorum vnc. vnam, adipis vrſini vnc. duas, muſcerdarum vnc. tres, melanthii vnc. ſemis, opobalſami & olei communis quod ſatis eſt. Trita & probè confecta illine. aut erinaceum terreſtrem vſtum & tritum ſubigito cum cedria & adipe vrſino ſufficiente, & inunge locum. Eſt etiam ad ophiaſin mirabile.

Cap. LXXIX.

AD alopeciam valde laudatum. [a]Vrſi capillorum vſtorum, adianti vſti, radicis arundinis, foliorum ficus, cilicii panni, omnium vſtorum, ſing. vnc. vnam. Subigito cum adipe vrſino & cedria ſufficienti. Vſu autem exigente priùs locum fricato foliis ficus, & nitro: deinde eo abſterſo, illine hoc medicamentum ſingulis diebus, crebró.

a Vrſi] Græcè eſt ἀρκίων ſcriptum deprauatè, pro ἀρκλείων. Aetii codex in lib. 6. cap. 55. etiam malè legit ἀρνὶκ pro ἀρκλείου. Hoc medicamentum ad verbum Galenus lib. 1. De compoſ. medic. local. ex Oreſtino refert.

Cap. LXXX.

AD alopeciam Archigenis probatum. [a]Fimum columbinum bene tritum cum aceto irrigato, & nitro priùs fricato loco illine. Poſtea ſubtile linteum imponito: quod vbi abſtuleris, locum priùs irrigato. aut alcyonium aſperius vſtum ad lucernam & extinctum terito, diluito cum opobalſamo non adulterino, & illinito: manet enim omnino, nec abſcedit donec capilli creuerint. Aut ſquamam ſtomomatis ferri ſubigito plurimùm cum aceto in ſole, & adiecto pauco oleo, illinito. Aut caſami recentis carnoſum vrito, & cum aceto illine. aut dentem equinum vſtum & tritum cum aceto irrigato, & illinito. Exquiſitè autem hoc facit ad diuturna mala. Succum thapſiæ excipe cum cerato, locóque imponito. poſtea verò nihil aliud efficias: abſcedit enim extima ſuperficies, & ſua ſponte capilli creſcunt.

a Fimum columbinum] Nicolai codex habet, περιστερᾶς κόπρον. Aetius, vti ſuprà, legit, περιστερεῶνα ὀρθὸν ἐν ἡλίῳ τρίψας, id eſt, Verbenacam rectam in ſole ex aceto tritam.

Cap. LXXXI.

AD alopeciam, & omne defluuium capillorum, alphóſque diuturnos, mirabile. Buccina trita & vſta in oleo veteri ſufficienti ſubigito, & ad glutinis craſſitudinem reducito: raſo priùs capite, & fricto illinito.

Cap. LXXXII.

AD alopeciam, Aſclepiadis probatum. Aphronitri hexagia duo, ſalis ammoniaci hexagium vnum. Vrito & ſubigito cum aceto acerrimo, & reduc ad glutinis craſſitudinem, priùs raſa alopecia illine deſuper, & fricato quoad in profundum penetrabit medicamentum: & hoc die bis facito. aut marrubium viride tritū illine. aut perdicii herbæ viridis folia affricato frequenter. aut [a]ſphæritidis folia trita cum aceto ſubacta. aut erinaceo-

A rum marinorum teſtas crematas bene tritas irrigato cum melle, & illine. aut erinacei terreſtris cutem aut caput vſtum, & cum melle Attico ſufficienti ſubactum illine.

a Sphæritidis] Appellatur autem ſphæritis, Galeno loco paulo antè citato teſte, cupreſſus, quæ ſphæria, id eſt pilulas, producit.

Cap. LXXXIII.

AD alopeciam capillorum mirabile. Alcyonii drachmas duas, ſulphuris ignem non experti drachmam vnam, muſcarum torrefactarum cyathos duos. Muſcas

B terito ſeorſim, & ſulphur: alcyonium autem tuſum coquito in aqua, ſubigitóque cum aridis inſtillando paulatim. aut fel hyænæ, & acetum ſubige, quoad glutinis craſſitudinem accipiat. dein pinguedinem à plauſtri rota acceptam, ac [a]manibus remollitam, illinitóque, confiſus vt optimo medicamento.

a Manibus remollitam] Nicolaus legit ἀνατρίψας. Sed Aetius, ἐπὶ τῆς χειρὸς ἀναμαλάξας. Sunt & alia quædam in hac compoſitione, quæ Aetii verbis parum conueniunt.

Cap. LXXXIIII.

AD alopeciam, Sorani, quo Archigenes vſus eſt, valde laudatum. Alopeciam priùs raſam benè perfricato,

C dein ſcarificato plurimùm cum cæpæ aut rhaphani cortice, illinitóque trita ſingula cum melle, & affricando illine hæc ipſa: Naſturtii ſemen, muſcerdarū, piperis communis, ellebori albi, ſing. vnc. ſemis. Trita irrigato cum aceto, & illine.

Cap. LXXXV.

AD alopeciam, probatum, Archigenis. Rhois culinarii drachmas quatuor, ſinapi drachmas duas. Trita

D irrigato cum aceto ſufficienti, & illine. Aut cantharidas vſtas, & læuigatas cum melle loco priùs fricato, vſurpato. aut [a] pellis recentis lanoſam partem vſtam in æreo vaſe, cum oleo vetere ſubactam. aut mel Atticum. aut acetum acerrimum illine. hoc capillos etiam producit celeriter. aut cyclamini radicem tritam viridem illine. aut aridam vſtam cum aceto madefactam vſurpato. aut allium vſtum cum roſaceo illine. aut betæ radicem. aut vnguis odorati vſti, radicis aſphodeli vſti, alcyonii, nitri, ſingulorum drachmam vnam. Trita irrigato oleo

E veteri, & vtere.

a Pellis] In codice Nicolai legitur κατίματος perperam, pro κατωύματος. Eſt autem κάτωυμα Græcis idem quod δέρμα.

Cap. LXXXVI.

AD alopeciam admodum laudatum. Erinaceorum marinorum vſtorum, gallarum immaturarum, amygdalarum vſtarum cum cortice, ſingulorum drach. duas, muſcerdarum drachmam vnam. Trita diſſolue cum aceto acri ſufficienti, priúſque fricato loco illine. Simile. Alcyonii, cornu ceruini, cyperi, ſingulorum vnciam vnam. Hæc trita irrigato cum aceto acerrimo, &

F illine. Simile. Abrotoni vſti vnc. vnam. Tritum madefacito cum oleo communi, & applicato.

Cap. LXXXVII.

AD alopeciam & caluitiem, & raritatem capillorum in capite, aut mento, aut ſuperciliis. [a]Ouis pilorum vnciam vnam, radicis arundinis vncias ſex, filicis cum radice vnc. tres, caſtanearum barbæ, hiſpidive corticis vncias decem, lanarum ſuccidarum pinguiſſimarum vncias ſex, capita muſcarum triginta, & muſcas ſine capite

G quinque. Omnia in ollam nouam conie cta, [b]furno imponito vrenda. dein cinerem læuigato. Priùs verò terito in vino aminæo ladani vnc. vnam, folii, myrrhæ, ſingulorum vncias duas. Iniicito ſimul & olei veteris vnc. duas, olei cedrini vnciam vnam, deinde [c]inſperſis aridis tritis reconde. Priùs alopecia linteo perfricata, poſtea leui ſcarificatione vſus, aut cæpa, aut ſquilla, aut foliis ficus deraſa, illine affricando medicamenta, & loco valido aſperóve linteo abſterſo, reliquū illine quoad durat. Sanabit etiam caluitiem.

a Ouis] Aetius legit προβάτου, Nicolai autem codex βάτου, id eſt rubi. Galenus etiam legit προβάτου lib. primo De compoſ. medic. localium. b Furno imponito vrenda] Nicolaus ſimpliciter habet

H ἐνθὲς καίεσθαι. Sed Aetius legit ἔνθες ἰπνῷ καίεσθαι. Sic quoque Galenus habet. c Inſperſis aridis, &c.] In codice Nicolai eſt, εἶτα σχεδάσας ἐπίπασσε τὰ ξηρά.

Cap. LXXXVIII.

AD alopeciam, Oribaſii mirabile. Muſcerdarum

vnc.vnam,fimi cameli vſti,hordei vſti,ſingulorum pugillum vnum, lauri manipulum vnum vſtum. Excipe cõmixta ſordibus à rota currus deraſis,& vtere. Simile. Piperis,ouilli ſtercoris aridi, eryſimi, ſeminis erucæ, ſing.drach.quatuor, ellebori albi drach.tres, muſcarum ſtercoris drach. vnam. Probè trita madefacito cum felle taurino,aut hircino,aut ſuillo, & vtere.

Cap. LXXXIX.

AD alopeciam ex thapſia ceratum ad omnia diuturna mala. Euphorbii,thapſiæ,baccarum lauri,ſingulorum vnc.vnam,ſulphuris ignem non experti vnc.octo, ellebori,ceræ,ſing.vnc.ſex, olei laurini aut ricinini & communis quod ſatis eſt. Bene confecto vtere. In fortioribus adiice etiam cardamomi vnc.vnam, alcyonii vſti vnc.vnam. Hoc non ſolùm eſt vtile ad alopeciam,ſed etiam ad omnem morbum diuturnum alopeciæ,& ad ophiaſin,capillorúmque incrementum eſt bonum. In huius vſu priùs nitro perfricandus locus eſt, frictionéque vtendum:in alopecia verò crebrò radendus locus. Multos enim noui quibus per ſolam affrictionẽ, & crebras raſuras capilli nati ſunt. Simile. Abſinthiũ vrito in puro loco. dein gallas tritas miſceto cum abſinthii cinere, quantum tribus digitis capi poteſt, floris æris ſtagio vno. Poſtea irrigato cum olei communis cotyla vna, & ſinito diebus tribus. Deinde illine radices capillorũ.

Cap. XC.

AD porriginem vlceratam, admodum laudatum. Sulphuris ignem non experti vnc.ſemis, mannæ vncias duas,ſucci betæ ſextar.ſemis, nitri vnc.vnam ſemis. Bene confecto vtere.

Cap. XCI.

AD porriginem exulceratam,& [a] achores probatum. Oſſium oliuarum tritorum, & nitri vſti: abſterge cum decocto betæ radicis,& illine ante balnei tempus.

a Achores] Paſſim in Nicolai codice ἰχῶρας pro ἀχῶρας ſcribitur.

Cap. XCII.

AD porriginem exulceratam, achores,& impetigines feras, optimum & expertum. Sulphuris ignem nõ experti,rutæ,ſing.vnc.ſemis, ceræ puræ vnc.vnam,olei myrtini lib.ſemis.

Cap. XCIII.

AD achores capitis expertum plurimùm. Achoribus autem à iudicatione factis maximè conuenit:dolore verò non valde imminente, illine vt probatum. Lentis elixæ,cum modico mellis ſubactæ: aut panis cum coriandro,plantagine maiore, & ſolano,aut ſeride,aut polygono, aut perdicio herba. Acceſſione increſcente locum radito, abſtergitóque decocto fœnigræci, & aqua betæ. dein adiice plumbaginis & ſulphuris ignem non experti, ſing. vnc. vnam:læuigato, affuſo roſaceo oleo, aut myrtino,aut lentiſcino, donec glutinis conſiſtentiã accipiant,& ſic confectum illine.

Cap. XCIIII.

AD exulceratam porriginem,medicamentum validum,metaſyncriticum. Prodeſt ad mala diuturna,& ſolutu difficilia. Olei cedrini,aceti acerrimi, ſing.lib ſemis & quartam partem. Coquito bene donec acetum diſſipetur. dein adiice adipis taurini ſaliti veteris lib.ſemis Eo autem liquato, ✱ *Deficiunt.*

Cap. XCV.

AD humidas achores,valde laudatum. Ladani,ceruſſæ,ſing.drach.quatuor,ſulphuris ignem non experti vnc.ſemis. Madefacito cum vino & oleo myrtino quod ſatis eſt,& vtere. Simile. Ladani, myrti nigri,lithargyri, ſulphuris ignem non experti,ſeminis hyoſcyami,ſidiorum,ſingulorum vnc.ſemis. Tritis affunde vinum,& oleum myrtinum & roſaceum,& confectũ illine. Simile. Verbenacæ ſupinæ drach.quatuor, myrrhæ drach.vnam. Trita irrigato cum vino auſtero. Hoc verò facit mirabiliter ad ſuppurationes, ſanies, & [a] impetigines in mento. Simile, Accipe myrtorũ,ſidiorum,chalcanthi, lithargyri,ſing. vnc.ſemis. Trita madefacito cum vino & myrtino oleo. Simile. Pineæ aridæ, ceræ puræ, adipis ſuilli aut bubuli,ſingulorum vnc.duas. Singula liquato ſimul,& colato aquam,manibúſque plurimùm ſubactis vtere.

a Impetigines] Codex Nicolai legit κὰλλιχηνάδιν pro καὶ λειχηνάδιν.

Cap. XCVI.

AD præhumidas achores & impetigines diuturnas, quo vſus eſt Ægyptius medicus in Pelagio Megiſtano Alexandriæ, poſtquam fruſtrarentur eum antiquorum medicorum auxilia. Colophoniæ vnc.tres,ammoniaci thymiamatis vnc.vnam, galbani ſcrup.duos,olei cõmunis drach.duas,maſtiches,ceræ puræ,ſingulorũ vnc. ſemis,reſinæ pineæ liquidæ lignoſæ drach. duas, æruginis ſcrup.duos,opopanacis ſcrup.vnum S. Si verò acerrimum fuerit,non adiicito æruginem. Hoc diſcutit abſceſſus:& ſi qui rupti ſunt,hos reſtituit & ſanat.

Cap. XCVII.

AD typos quotidianos & quartanos,& ſtomachi affectus omnes,ad eos qui morbo comitiali laborant,lienoſos, & hydropicos expertum. Calaminthæ montanæ,pulegii, rutæ ſylueſtris ſemen, ſingulorum vnciam ſemis. Trita dato cochlearium vnum,vna ante inuaſionem hora. Poſtea præbeto bibendum vini quod ſatis eſt,& vtere.

Cap. XCVIII.

AD parotidas,laudatum admodum. Pineæ reſinæ teneræ,nitri,butyri,ceræ puræ,ſing.vnc. vnam S. probè confecto vtere.

Cap. XCIX.

AD ſingultus & arthriticos expertum. Plantaginis minoris herbam contunde, ſubigitóque cum adipe ſuillo recenti,& vtere.

Cap. C.

AD pſydracia calidiſſima & fera. Farinæ fabarum vnc.duas. Excipiantur vino,& ad cerati reducantur craſſitudinem,& illinantur.

Cap. CI.

AD deleteria lethaliáve mirabile. Origanum & ſtillatitium lixiuium diluito cum vino dulci quantum ſufficit,& præbeto bibẽdum. aut ſanguinem anſerinum cum aceto bibendum dato. aut anatis ſanguinem cum vino bibendum præbeto.

Cap. CII.

AD dentium dolorem expertum. Caryophyllum probè cõtundito,madefacitóque cum garo bono quod ſatis eſt,& exceptum imponito denti dolenti.

Cap. CIII.

AD dentium dolorem mitigatorium,expertum. Accipe radicis ficus tenerrimæ vnc.duas. Contundito modicè,& cum albo vino coquito ad tertias. dein præbeto ad os ſæpius colluendum. Poſtremò dato quod iuſto retineat tempore è vino quod ab Italis vocatur Age vita,& hoc modo ſæpius faciens vtere.

Cap. CIIII.

AD cruenta & recentia vulnera glutinatorium, expertum. Polii herbam tundito, & læuigata impleto vulnus: & ligatam probè, diebus tribus ſinito. dein ſoluito,& confeſtim ſanabitur,& miraberis.

Cap. CV.

AD dentes vt ſua ſpontè excidant. Oculum vitis albæ repurgato,& eroſioni dentis imponito, ceráque pura munito,atque dens ſua ſponte excidet. Vtere igitur veluti probato.

Cap. CVI.

AD vlcera in ore puerorum nata,admodum vtile & mirificum. Stercus caninum candidiſſimum vrito, & tritum cum melle ſubigito,ac vtere.

Cap. CVII.

AD abſceſſus: emollit enim & rumpit, diſcutítque mirabiliter. Betæ albæ radicem cum adipe probè ſubactam illine,& miraberis.

Cap. CVIII.

AD tumores excreſcentes minuendos admodum laudatum. Spongia recenti in balneo à ſupernis ad inferna iube tumores abſtergere: & vbi inceperit ſudare, continuò exprime ſpongiam, & hoc facito donec ad

naturalem veniat conſtitutionem intra decem dierum ſpatium. Extenuat adeò vt etiam abſceſſus exſiccet, & hydropicos qui in calciamẽtis cincti incedere nequeũt, ſed rudi panno pedes obuoluere coguntur.

Cap. CIX.

AD ſecundas mulieris appenſas. Sapæ cyathos duos, ouum crudum vnum, & aquæ calidæ quod ſatis eſt, ſimul mixta bibẽda præbeto. Et ſi ſequitur quidem, confeſtim ipſam ſubuertet, eàque vomẽte ſtatim ſecundæ eiicietur: ſi verò nõ exciderit, fœnumgræcũ cũ aqua coquito ad tertias, præbè bibendũ: eſt enim probatum.

Cap. CX.

AD violentias admodum laudatum & probatum. Rutæ manipulum vnum. Ferueat in vino albo, & detur ieiuno bibendus calix exiguus vnus diebus tribus aut quinque: & videbis diuinam virtutem.

Cap. CXI.

AD verrucas penſiles. Sarmenta vitis vſta irrigato cum vrina pueri incorrupti quod ſatis eſt, & illine.

Cap. CXII.

AD eminentias expertum mirabile. Syluestris ficus groſſos collectos exiccato in ſole, deinde tuſos & cribratos reconde in vaſe vitreo, & vſu exigẽte accipe, irrigatóque cum myrtino oleo, & læuigato in plumbea[a] pila, vt aliquid inde accipiat, & ad cerati reducatur craſſitudinem, pannóque illitum impone eminentiis, & vtere.

a Pila] Perperam in codice manuſcripto ἰγδίῳ pro ὅλμῳ legitur.

Cap. CXIII.

AD eminentias expertum valde probatum. Ouum elixato donec purum fiat, & repurgato. quod in eo teſtaceum eſt abiicito: interiorem autem eius partem cum albo ipſius in carbones coniicito, & tantiſper aſſato donec totum albeſcat. dein vitellum eius coniice in mortarium plumbeum, cum ceruſſa & oleo roſaceo ſufficienti: & omnia ſimul diligenter ſubigito quoad glutinis craſſitudinem nanciſcantur. dein chamæmelon coquito in aqua ad tertias, & foueto cum ſpongia ſæpius locum. Poſt vnctionem deſuper cum penna illinito, & ſic curato bis die, aſſiduè obſeruando.

Cap. CXIIII.

AD eminentias à rege expertum. Colocynthidis aridæ, teſtarum oſtreorum vſtarum, gallarum, ſingulorum vnc. vnam. Trita omnia in aquæ frigidæ lib. vnã S. coniicito. Foueto continuò diebus tribus, & eminentiæ euaneſcent.

Cap. CXV.

AD eminentias internas & externas, potus mirabilis. Radicis verbaſci, radicis ſtruthii, ſingulorum vnciã vnam, [a] chryſoludorum drachmam ſemis, radicis chamædaphnes, radicis aſparagi, ſingulorum vnciam ſemis, radicis cyclamini, maſtiches, ſingulorum drachmã ſemis, ſemperuiui, picis, ſingulorum vnciam ſemis, piperis communis grana tredecim ſemis. Probè trita madefacito cum vini boni & odori lib. ſemis, ac coquito ad tertias, bibẽdúmque præbeto ter manè ieiuno luna deficiente. Radicem verbaſci in pollinem tritam eminentiis inſperge: & decident. Simile. Lithargyri vnciam ſemis, corticis oui vſti vnciam vnam, vitellum oui vnum, croci drachmam vnam ſemis, canini ſtercoris albi vnc. vnam. Trita madefacito cum oleo roſaceo ſufficiẽti, & bene confectum ad emplaſtri formam redigito, & vtere.

a Chryſoludorum] Græcè ſcribitur χρυσολούδων. Quid verò ſignificet Nicolai vox illa, diuinare non poſſum. Legendum fortè erit χρυσολαχάνων, id eſt atriplicis.

Cap. CXVI.

AD internas & externas eminentias expertum, vt ſua ſponte decidant. Serpentis ſenectam ſciſſam vt formam magni numiſmatis habeat; coniice in caricas vt æger clàm ieiunus comedat, & poſt tres horas miraberis huius facultatem.

Cap. CXVII.

AD incipientes affectus valde probatum. Malum Punicum tritum & coctum in vino auſtero, modicóq; melli commixtum, imponito cum lana vt peſſum.

A Cap. CXVIII.

AD digitorum pterygia mirabile. Thuris puri, aluminis ſciſſi, ſingul. vnc. S. Trita madefacito cum felle taurino & aqua ſufficienti, & ad emplaſtri formam redigito, ac vtere.

Cap. CXIX.

AD feruentes papulas admodum vtile & bonum. Lithargyri, thuris, aluminis ſciſſi, ſing. vnc. S. Trita madefacito cum oleo ſufficienti, & probè confectis vtere.

Cap. CXX.

B AD feruentes papulas oris puerorum. Myrrhæ, gallarum immaturarum, roſarum, ſingul. vnc. S. Terito, primúmque os cum vino veteri colluito: poſtea autem puluerem hunc inſpergito, & vtere donec ſanus euadat.

Cap. CXXI.

AD eryſipelata admodum vtile. Pannum à menſtruis muliebribus contaminatum vrito, & cinerẽ cum aceto diſſoluito, ac cum penna illinito. aut pullum hirundinis in puluerem redactum, & poſca ſubactum vſurpato. Mutato autem ipſum bis & ter die.

C Cap. CXXII.

AD eryſipelata, & omnem inflammationẽ, æſtúmve, & ad vocatum[a] zoſtera malum curatu difficile. Plantaginem maiorem herbam cum creta argentaria, & aqua pluuiali: & vbi ad glutinis craſſitudinem redegeris, illine cum penna locum. Eſt enim mirabile.

a Zoſtera] Suprà quoque huius mentionem fecit. Quale autem hoc malum ſit quod ζωστῆρα nominat, diuinandum otioſis relinquo, vt alia multa quæ in hoc authore obſcura admodum ac barbariè contaminata, & mirificè corrupta ſunt.

Cap. CXXIII.

D AD eryſipelata ceratum mirabile. Lithargyri dr. vnam, ceruſſæ, iridis, ſing. vnc. vnam, roſacei vnc. duas. Hæc madefacito cum ſucci ſolani vnc. duabꝰ, & redacta ad glutinis conſiſtentiam illinito cum penna locum. Simile. [a] Thecam poculorum veterem in domo repertam, aut è ſterquilinio ſublatam, pone ſuper carbones, ſinitóque verti in cinerẽ: dein cum aceto ſubactã illine.

a Thecam poculorum] Manuſcriptus codex habet κιλικὸν παλαιόν. Puto autem legendum eſſe κυλικεῖον aut κυλίκιον, id eſt exiguum calicem.

Cap. CXXIIII.

E AD fluxionem pedum incipientem probatum. Manè ſurgens æger ingrediatur fimũ nudis pedibus. Paulo pòſt & illinc abiens, mare accedat, & longo tempore in aqua moretur: & non vltrà pedes dolebit.

Cap. CXXV.

AD eryſipelata [a] eadem hora tollens. Rutæ, mẽthæ viridis, ſulphuris ignem non experti, ſing. vnc. S. Trita madefacito cum aceto ſufficienti, & vtere. Simile. Lithargyrum, aut [b] phœcarinum acidum, & ſuccum coriandri ſubigito ſimul cum roſaceo oleo, & cum penna illi-
F ne. Probatum enim eſt.

a Eadem hora tollens] Codex Nicolai legit corruptè ἀφθερὸν ἄρη pro αὐθωρὸν αἴρων. b Phœcarinum acidum] Græcè eſt φοικαρίνου ὄξους. Quare conuertendum phœcarinum acidum, vel acetum. Sed quid phœcarinum illi ſignificet, ignoro.

Cap. CXXVI.

VT aliquis non ſomniet venerea, valde mirum. Semen lactucæ cum aqua ſufficienti ſubactum, bibendum dato quantum voles. Hoc ſomniantibus auxiliatur, &
G concubitus auertit. Simile. Agni ſeminis dr. vnã. Tritum bibito cum vini cyathis duobus. Simile. Agni ſeminis & lactucæ, ſingul. drachm. vnam. Trita cum aqua præbeto.

Cap. CXXVII.

AD oculos quos pili pungunt. Poſtquam radicitus euulſeris pilos, confeſtim ſpecilli mucronem ignitum loco admoueto, & euelles, vt non ampliùs pilus ſuccreſcat. Simile. Fel caprinum, & lac mulieris quæ primũ peperit, ſimul commiſce: & poſtquam euulſi ſunt pili, illinito.

H Cap. CXXVIII.

AD depilatos, pilóſque nõ habentes oculos ſummè faciens. producit etiam pilos. Muſcerdæ & fimi caprini, ſing. vnc. vnã. Trita irrigato cum melle puro quantum ſufficit, & illine. Hoc confert defluuiis palpebrarum.

Cap. CXXIX.

AD encanthidas admodum mirabile. Miſyos aſſati, zingiberis,ſing.drach. vnam. Trita irrigato cum melle Attico,& vtere.

Cap. CXXX.

AD grandines in oculis, valde bonum.Paſtilli Crio genis vnc.ſemis ſubigito cum aceto ſufficienti, & illitũ panno imponito.

Cap. CXXXI.

AD grandines factas in palpebris, admodum probatum & mirabile. Nitri Alexandrini, galbani, ſing. vnc.S.Probè trita deſuper inſpergito.

Cap. CXXXII.

AD pterygia in oculis facta. Teſtarum oſtreorum vſtarum vnc.vnam,cadmiæ,ſalis foſſilis, ſingul. vnc.ſemis.Probè trita exhibeto. Simile. Æris vſti,chalcanthi,ſing.drach.vnam.trita dato.Eo autem ſublato,collyrium delicatum illine. Simile. Florem lapidis Aſii validè læuigatum inunge cum modico vitello oui, & admoueto pterygio,& citra chirurgiam perfectè tolletur.

Cap. CXXXIII.

AD polypos & ozænas probatum. Ellebori albi & nigri,origani,ſandarachæ,ſingulorum vnc.ſemis.Trita ſubigito cum oleo ricinino ſufficienti, & exceptis lana nares illine.Hoc enim emollit.Quum verò conſpexeris locum iam tenerum eſſe factum,illine accommodatum ozænis puluerem, vt citra ferrum tollantur. Sunt autem eiuſmodi. Miſyos crudi,æruginis raſilis,ſing.drachmam ſemis. Læuigato & ſubigito cum aceto, vt glutinis conſiſtentiam nanciſcantur, illine cum penna, & intra dies decem decident.

Cap. CXXXIIII.

AD polypos certum. Polypum marinum in clibano cum lignis oleæ donec in cinerem vertantur vrito, & ſumpta de eo vnc.vna, admiſce illi chalcãthi vnc.S.& per arundinem inſufflato naribus.

Cap. CXXXV.

AD ozænas,eroſiones, nomas, denſitates, & quæcunque naſi mala,diuinum medicamentum. Mannæ, chalcanthi,thuris,chalcitidis,ariſtolochiæ,vitis albæ ſucci,ſing.drach.vnam ſemis. Hæc læuigato donec in puluerem redigantur,& vtere vt probato.

Cap. CXXXVI.

AD vlcera narium, probatum. Adipis vitulini,butyri recentis,adipis anſerini, ſing. drach. vnam,plumbi vſti drach.ſex,olei roſacei drachm.duas. Plumbum cum oleo ſubigito,& miſce liquabilibus,& nõvalde coquito.

Cap. CXXXVII.

AD encanthidas & pterygia probatum. Chalcanthi nigri hexag.duo. macerato in modica aqua diebus tribus:dein exſiccato. adiice illi ſquamæ æris hexagia duo.Et læuigato vtere. Hoc verò admodum confert etiam albugini craſſiori oculorum.

Cap. CXXXVIII.

AD oculos quos pili pungunt, probatum. Aluminis ſciſſi,cerebri arces marinæ viuæ,ſubigito ſimul,illinito,priùs euulſis pilis.

Cap. CXXXIX.

AD duritias parotidum bonum. Braſſicæ veteris folia,adipem veterem, & micas ſimilaginis in aqua maceratas.Subactis omnibus ſimul,& probè cõfectis vtere.

Cap. CXL.

AD lumborum dolorem valde laudatum. Vitrum accipe purum,læuigato diligenter, & in corium veteris vtriculi coniice,ac calefacito ad carbones. Dein inſperge puluerem vitri lumbis,& vtere diebus ſeptem. Simile. Cinerem vitis ſubactam cum oleo ſufficienti, & panno exceptam illinito.

Cap. CXLI.

AD ſingultum valde bonum & probatum. Rutam cum vino præbeto,aut apium, aut caſtoreum,aut abrotonum, aut ariſtolochiam, aut daucum Creticum, aut cuminum,aut aniſum, aut zingiber, aut ſcordium,aut dictamnum,aut calamintham,aut acorum,aut Celticã, aut pulegium. vnumquodque ſeorſim pro viribus. Simile. Abrotoni ſiliq.nouem,cumini Æthiopici ſiliquas decem. Trita madefacito cum aqua calida ſufficienti,& bibenda præbeto.

Cap. CXLII.

AD lumbricos expertum,probatum.Semen cannabis aridum tuſum & cribratum, aquæ miſceto ſufficienti,vt glutinis nanciſcatur craſſitudinem, pérque pannũ purum expreſſum præbeto bibendum cyathum vnum.

Simile.Stercoris boũ aridi vſti,& in puluerem redacti dato drachmam vnam cum vino ſufficienti bibendam. Similiter.Ebuli radicem in mortario tuſam, & cũm linteo expreſſam quantum capiet, cum aqua ſufficienti bibendam præbeto: ventrem autem & dorſum foliis ſambuci circundato. Simile probatum. Semen cardamomi læuigatum cum melle Attico ſufficienti bibendum præbeto. Simile. Sinopidis,coriandri,ſcobis,cornu ceruini,ſing.drach.vnam. Tritorum in pollinem dato cochl.vnum cum vino temperato ſufficienti. Simile. Coriandri grana triginta, melanthii gran. trigintaunum. Trita madefacito cum hydromelle, & ieiuno bibẽdum dato.

Cap. CXLIII.

AD lumbricos latos, & aſcarides. Cytini, ſeminis cardamomi,ſing. vnc.S. Terito, datóque cochl. vnum, cum vino temperato manè ieiuno. Simile. Ammoniaci thymiamatis,ſalis ammoniaci,nitri Alexandrini,ſingul.drach.ſemis, radicis filicis drach. duas, cardamomi, iuglandis aridæ,ſing.drach.vnam ſemis. Trita madefacito cum aceto & aqua,ſing.cotyl. ſemis, bibendáq; manè ieiuno præbeto.

Cap. CXLIIII.

AD eroſionem ſtomachi ſine manifeſta cauſa, & ad eos qui comedendo non reficiuntur,ſed tabeſcunt:præſertim vbi citra humorem idipſum accidat. Sylueſtris cucumeris radicis ſuccum bibendum præbeto pondere cochl.duo. Miſceto cum oleo nucum, alióve eiuſmodi. Hoc eiicit feras ſtomachi, & lumbricos. Aliud probatum vt præcedens, quo [a] princeps vtebatur vt mirabili. Oliuas albas ab arboribus decerptas numero vigintiquinque aut triginta coquito; & comedendas præbeto ieiuno diebus ſequentibus quatuor aut quinque:& poſt horas duas eiiciet feram.Simile priori exiſtit.

[a] Princeps] Græcus codex Nicolai habet ὁ πρίγκιψ. Cenſeo vocem eſſe corruptam,idémque valere quod Latinè princeps.Scribendum itaque erat πρίγκιψ.

Cap. CXLV.

PENTAMYRI confectio admodum probata. Styracis calamitis vnc. vnam S. maſtiches vnc.S. drach. vnam, nardini vnc.quatuor S.opobalſami vnc. vnam S. ceræ albæ vnc.S.drach. vnam.Confectum dato.

Cap. CXLVI.

AD phlegmonen faciei mirabile. Sambuci foliorum ſuccum permitte vt conſidat, & humorem ſucci per colum tranſmiſſum effundito.Quod autem craſſius eſt in eo poſtquam conſedit,admiſce oleo roſaceo ſufficienti,& oui luteo,& confectum illine.

Cap. CXLVII.

AD phlegmonen è venæ ſectione natam, aut duritiam,aut flores,aut grumos. Accipe fermentum tritici, & ſubactum bene illine ſuper locum.

Cap. CXLVIII.

AD viſcera ac lienem, & hydropem, emolliens & diſcutiens. Ficuum pinguium lib.vnam,foliorum cypariſſi viridium lib.vnam, nitri Alexandrini lib.S.Cypariſſum tundito: dein ficus. & ſubactis admiſce nitrũ ſimul diligenter,& probè confectum primò infarcito.

Cap. CXLIX.

AD phlegmonem crurum aut pedum, laudatum. Limaces terreſtres cum teſtis viginti. Subactis miſceto Cimoliã, & oui lutei quantum ſatis eſt. Imponito mortario,vt ceræ conſiſtentiam acquirant, & probè confectum cum penna illinito.

Cap. CL.

POTVS expertus, humorem exſiccans. Origani vnc. vnam. Tritum coquito in vino Cretico ad tertias, & da bibẽdum ieiuno diebus tribus calicem dimidium. Eſt enim probatum.

Cap. CLI.

AD tormina ventris admodum mirabile. Origanũ cum aqua coquito ad tertias, & bibendum dato.

Cap. CLII.

AD hebetudinem mirabile. Herbam chelidonium vocatam bene tundito, acceptóque è ſucco eius quantum voles, madefactum cum aqua illine vt probatum.

Cap. CLIII.

POTVS ad ſuppuratos, abſceſſu è iecore laborãtes, bonum. Folia petroſelini, hyſſopi, roſarum aridarum, aniſi, liquoris papaueris, croci, hyoſcyami ſeminis, zingiberis, ſpicæ nardi, iridis, ſingulorum vnciam vnam. Trita madefacito cum melle Attico deſpumato ſufficienti, & bene confectum dato ad noctem fabæ magnitudine.

Cap. CLIIII.

VT vino non ſæpius ſit vtendum. Recipe teſtudinẽ viuam, ablue in vino bono iuſto tempore. dein mactato, & accipe de ſanguine, ac illum cum vino miſceto, dá que clàm bibendum menſura calicis dimidii manè ieiuno diebus tribus: & videbis diuinam vim. Simile. Vuã marinam, tuſam & madefactam cum vino ſufficienti da bibendam clàm ieiuno tribus diebus.

Cap. CLV.

AD difficultatem vrinæ & calculum, admodum bonum.[a] Filicis fœminæ, piperis cõmunis, ſeminis petroſelini, ſing. hexag. duo. Bene trita dato manè ieiuno cum condito cochl. vnum. Simile. Stercoris hirundinis vnc. S. fœnigræci odorati hexag. duo, piperis communis hexag. vnum. Bene terantur, & detur cochl. vnum manè ieiuno cum vino bono. Hoc igitur confeſtim lapides mitigat, & per vrinam egredi facit. Eſt etiam ad coli dolorem admodum probatum. Simile. Accipe cicadas aridas viginti. Abiectis pedibus & alis, vrito ſuper carbones, & tritas madefacito cum melle Attico quod ſatis eſt, & ieiuno bibendas fabæ magnitudine cum vino menſuræ vnius commixtas præbeto.

a Filicis fœminæ] Manuſcriptus codex falſò λιθοπτέρεως pro θηλυπτέρεως legit.

Cap. CLVI.

AD reduuias valde bonum. Palmulam commanducatam à ieiuno, impone loco.

Cap. CLVII.

AD verrucas penſiles, & thymos in pudendo. Arietis fel exceptũ concerptis linamentis illine. Simile. Mali & cotonei flores, & ramorum ſummitates coquito in aqua ad tertias, & abluito ſæpius, ac decident.

Cap. CLVIII.

AD dolentes caput & hemicranicos, probatum. Sinapi hexag. duo, ammoniaci thymiamatis hex. vnum. Trita madefacito cum aceto donec glutinis conſiſtentiam acquirant, & illine fronti in balneo abſtergendo. Facit etiam ad diuturna mala.

Cap. CLIX.

AD perniones vlceratos præcipuum medicamentũ, vt non amplius * *Deficit aliquid.* dein oleum commune, & adipem, & ceram coniice in mortarium, vt liquidum omnino ceratum fiat. Miſce[a] phylites læuigatæ, & vnita illine & impone. Dum coquitur moueto in vaſe, & ita confecto vtere.

a Phylites] Græcus Nicolai codex legit τοῖς φυλῆς, fortè pro τῆς φυλίτης. Niſi τοῖς φύλλοις legendum ſit: quod certò à nobis ſtatui, quũ præcedentia in hoc loco deficiant, non poteſt.

Cap. CLX.

AD lientericos deiicientes ramenta. Baccarum lauri, piperis communis, cumini, maſtiches, ſing. hexag. S. Tritorum detur cochl. vnum cum vino veteri bibendũ.

Cap. CLXI.

AD vlcera ſcabie & fluxione tentata, & ad partium phlegmonen ac duritiam, è lente &[a] ſtymmatis nominatum. Lentis Alexandrinæ, fructus myrti, &[b] lentiſcorum viridiũ, rubi ſummitatũ, roſarũ aridarum, putaminis Punicorũ, ſing. vnc. tres. Tuſa madefacito cum aquã ſufficienti, & coquito in olla noua ad tertias: poſtea colato. Accipe è iure decocti, ſubigito cum lentis in pollinẽ tuſæ vnc. tribus, & mellis Attici & aceti & olei roſacei quod ſatis eſt. Vbi ad emplaſtri formam redegeris, panno illitum & calefactum prædictis imponito.

a Stymmatis] Stymmata hoc loco Nicolaus vocat quæ vim adſtrictoriam obtinent. b Lentiſcorum] Manuſcriptus codex legit falſò ἐχίνων pro σχίνων. Librarius nanque pro σχίνων legens ἐχίνων, σ in ε conuertit.

Cap. CLXII.

AD vulnus tibiæ diuturnum & ſordidum. Farinam hordeaceam in poſca coquito & illinito: purgat enim & cogit vulnus. Vbi verò idipſum exiguum feceris, medicamento quod cicatricem inducere poteſt, vtere. Simile. Peucedani radicem tuſam & cribratam probè inſpergito vulneri: Nam purgat omnem ſorditiem, carnẽ generat, cogit, & cicatricem inducit. Probatum.

Cap. CLXIII.

AD anginas, ſub linguáque mala, expertum. Origanum aridum, & maximè quod rufum eſt, tundito & cribrato bene, exceptúmque melle deſpumato ſufficienti, & probè confectum illine.

Cap. CLXIIII.

AD commorſos à ſcorpione, mirabile admodum. Accipe inteſtina terræ, & læuigata imponito morſui. & irin bene tuſam, da bibendam cum vino ſufficienti aut aceto.

Cap. CLXV.

AD aphthas in ore puerorum. Rhois Syriaci quantum tribus digitis capi poteſt, menthæ ramos tres, roſarum aridarum folia ſeptẽ, ſeminis pineæ grana ſeptem. Trita irrigato cum melle Attico, & vtere.

Cap. CLXVI.

AD morboſas aphthas, & difficilia oris vlcera profunda facta, & quando plurimùm ſaliuæ effluit. Gallæ & ſolani, ſing. vnc. vnam. Tuſis, & cum aceto ſufficiẽti madefactis, os colluito.

Cap. CLXVII.

AD dolorem pedum expertum, bonum. Conizæ herbæ, meliſſophylli, ſing. vnc. vnam. Tuſa pedibus imponito. Simile. Accipe mala Punica acida, integra coquito cum aceto acerrimo donec putamen eorundem perfectè diſſoluatur. dein in mortario contuſum, & ad fermẽti formam redactum, infarctúmque linteo, impone tepidum. Fac hoc manè & veſperi.

Cap. CLXVIII.

AD alopeciam expertum, probatum. Erinaceorum marinorum teſtas vſtas, & bene læuigatas, cúmque adipe vrſino madefactas illine.

Cap. CLXIX.

PODAGRICVS potus in principio exacerbationis vſurpandus, vt eadem die dolor ſedetur, & poſtridie ſanus egrediatur, expertus. Zingiberis ſcrup. tres S. hermodactyli lib. vnam ſcrup. tres, ſcammoniæ ſcrup. duos ſiliq. vnam, piperis communis gr. trigintaquinque, cumini nigra quinquagintatria. Zingiber tundito & cribrato cum hermodactylo, ſimiliter etiam ſcammoniam læuigato diligenter in mortario, & adiicito mellis Attici pauxillum, & vini temperati cyathos duos. Probè confectum bibendum dato.

Cap. CLXX.

PODAGRICVS linctus in principio acceſſionis valde mirabilis & probatus. Accipe [a] pellem veteris calciamenti, aut vrito aut in puluerem redigito. Simile. [b] Ceonidarum vſtarum, & in puluerem redactarum vnc. duas. dein accipe ſucci coriandri & aceti acerrimi quod ſatis eſt, & ad mellis craſſitudinem redacta reconde in vaſe, & illinito cum penna dolenti loco.

a Pellem, &c.] In codice Nicolai eſt κάσιμα παλαίυ, σιμιδ[?]αλίυ, pro κάσυμα παλαιοῦ πεδίλου. Eſt enim κάσυμα idẽ quod δέρμα, vt paulo antè dictum eſt. b Ceonidarum] Græcus codex legit, κιωνίδας. Eſt & hæc vox mihi ignota. Tam hæc verò quàm ea quæ illam præcedit, corrupta eſſe videtur.

Cap. CLXXI.

AD eos qui boletos comederunt, aut fungos, aut amanitas, & in mortis veniunt periculum. Multos raphanos recentes edendos, ac ſubinde vinum temperatum, & exiguum mellis bibendum præbeto, ac iubeto vomere. Simile. Nitrum læuigatum cum poſca bibendum præbeto. Similiter, Rutam læuigatam, cum poſca bibendam dato.

Cap. CLXXII.

AD aures ſurdas expertum. Leporis fel & lac mulieris ex æquo miſceto ac calefacito. Infunde auri, & miraberis.

Cap. CLXXIII.

AD ſtrumas, admodum probatum. Radicem aſphodeli lanæ inuolutam appendito. Celeriter enim ſanat.

Cap. CLXXIIII.

AD aluum citam, expertum. Spongiam recentẽ vino madefactam vrito quoad in cinerem vertatur. Et cineris cochlearium vnum irrigato cum vino veteri menſuræ vnius, da bibendum diebus tribus manè ieiuno. Si verò febricitat, præbeto bibendum cum vino tẽperato.

Cap. CLXXV.

AD vſtiones ab aqua feruente factas, expertum & laudatum. Ceræ puræ vnc. duas, olei roſacei quod ſatis eſt, & humidiorem calcem viuam in aqua conquaſſatam, ceratum colatum & confectum illine cum penna. Melius autem eſt vt pro aqua ſuccum betæ calci viuæ admiſceas.

Cap. CLXXVI.

AD hydropicos expertum, probatum. Stercoris caprini vnc. nouem, picis aridæ, ceræ puræ, reſinæ pineæ, ſing. lib. vnam, baccarum lauri lib. S. cyperi, ſinapi, ſing. vnc. vnam ſemis, fœnigræci vnc. duas S. iridis vnc. tres, ſeminis raphani, radicis capparis, pyrethri, cardamomi, ſing. vnc. duas, nitri vnc. tres, colocynthidis vnc. vnã S. probè trita madefacito cũ olei cõmunis veteris vnciis quinque, & aceto ſufficienti. Confectum admoueto.

Cap. CLXXVII.

AD formicas, vt eadem hora decidant, valde bonũ. Folia ficus vrito, & cinerem ipſorum accipe, & cum lacte ficus ſubigito, & panno illitum imponito ſuper myrmecias, confeſtimque decident, atque miraberis.

Cap. CLXXVIII.

AD profluuium ſanguinis narium admodum probatum. Cæpam rubeam acerrimam tuſam, odorandam dato: & ſtatim ſanguinis profluuium ſiſtetur.

Cap. CLXXIX.

AD pleuriticos, mirabile valde. Rutæ ſylueſtris & ſatiuæ foliorum, ſing. vnc. vnam S. ſampſychi, iridis, ſulphuris ignem non experti, butyri recentis, adipis ſuilli aut taurini, ſing. hexag. vnum S. terebinthinæ vnc. S. olei cyprini vnc. duas, ceræ puræ vnc. vnam S. Bene confecto vtere vt probato.

Cap. CLXXX.

AD pleuriticos per os ſumendum, probatum à Comite Redigapo. Opii drach. duas, caſtorei, foliorum rutæ, ſing. drach. tres. Trita madefacito cum melle Attico ſufficienti, & præbeto fabæ Ægyptiæ quantitate, cum melle temperato ſufficienti.

Cap. CLXXXI.

AD eryſipelata valde bonum. Succi ſolani & plan-

A taginis maioris, ſing. cotyl. vnam, ceræ puræ vncias ſex, molybdenæ, ceruſſæ, olei roſacei, ſingulorum lib. ſemis. Trita madefacito cum adipis taurini recẽtis libra vna, & probè ſubactis vtere.

Cap. CLXXXII.

AD carbunculos valde vtile. Fermentum aridum & carbonem viuum, & caricas ſimul læuigatas imponito loco laboranti. Simile. Carnem bubulam diligenter contuſam imponito. Solue poſt tres dies, & cum radice aſcendit. Poſtquam deciderit, vt [a] cauum vlcus, curato. Eſt probatum.

B

a Cauum] In codice Græco non rectè κίνον pro κοῖλον legitur.

Cap. CLXXXIII.

AD vſtiones, vndecunque fiant. Cretam argentariã aut Cimoliam cum roſaceo oleo ſubactam illine. Si verò betæ ſuccum adieceris, fit admodum bonum.

Cap. CLXXXIIII.

POTVS ad aſthmaticos probatus. Pulmonem vulpis accipe, & probè ipſum aſſiccato, & ſenſim læuigatũ

C bibendum præbe aſthmaticis. Hoc credẽdum erit, quia probatum eſt, & ſanat.

Cap. CLXXXV.

POTVS ad eos qui morbo comitiali laborant mirabilis. Vngulas aſininas vſtas & tritas dato bibendas continuó: prorſus enim curat. Simile. Impetigines equorum in aceto læuigatas & potas ſanare morbum comitialem ferunt. Aliqui autem ad omnes ferarum morſus hoc vti iubent. Simile. Muſtella aſſiccata & pota

D ſanat comitiali morbo laborantes. Totam verò viuam in olla vſtam, & cinerem eius cum melle aut terebinthina aut butyro impoſitam, ſtrumas ſanare affirmant.

Cap. CLXXXVI.

AD quartanas & tertianas potus mirabilis, expertus. Succi plantaginis minoris partes duas, aceti partẽ vnam. Subigito ſimul: & vbi bene confeceris, dato bibendum duabus horis ante inuaſionem acceſſionis.

Cap. CLXXXVII.

AD quartanas potus ante inuaſionem acceſſionis,

E dandus ieiuno. Accipe ſuccum herbæ vocatæ pimpinellæ, Græcè autem * *deficit*, vncias tres. adiice illi vini Monembaſiatici vnc ſex: & ſubacta dato bibenda. Præbeto etiam comedendum de electuario dia trion pipereôn hexag. tria. Et fac ita quatuor oblationes, & miraberis in nomine Domini.

Cap. CLXXXVIII.

AD quartanas potus admodum probatus. Succi rutæ & menthæ, ſing. hexag. tria, theriacæ drach. vnam, ἄγρια βῆτα hexag. tria, vini Monembaſiatici vnc. ſex. Suba

F cta ſimul bibenda præbeto ante acceſſionem ieiuno. Comedendũ dato ex electuario diacumini vnc. tres. & fac ita quinque oblationes.

Cap. CLXXXIX.

POTVS mirabilis ad rabidum hominem gratia Dei. Accipe radicis ſparti admodum teneræ vnc. tres, & è fructu eius vnc. duas. Purgata & bene lota coquito cũ vini boni lib. ſex donec tertia pars vini abſumatur. dein colato, & accipe è vino vnc. duas. Et vnicuique oblationi adiice theriacæ vnciã ſemis, & vini Monembaſiatici

G vnc. ſex. Et vtraque bene ſubacta præbeto bibenda ieiuno diebus viginti, & ſic vtere vt probato.

INDEX ROSACEI MELLIS, ſacchari roſacei, & zulapii roſacei.

Roſacei mellis confectio probata, Cap. I.
Rhodoſtacti confectio, Cap. II.
Rhoitis confectio mirabilis, Cap. III.
Roſacei mellis purgatorii confectio, Cap. IIII.
Roſacei mellis confectio, Cap. V.
Roſaceæ aquæ confectio valde vtilis, Cap. VI.
Roſacei olei confectio valde laudata, Cap. VII.
Roſacei ſacchari confectio admodum laudata, Cap. VIII.
Roſacei zulapii confectio mirabilis, Cap. IX.
Roſacei zulapii confectio purgatoria, Cap. X.

De melle, ſaccharo, & zulapio roſaceis,

Sectio trigeſimanona.

Cap. I. A

ROSACEVM mel cōfert ad oris phlegmonen gingiuarum & tonſillarum ex fluxione calida natam in ore retentum, & gargarizatum. Datur etiam iis quibus venter vritur, & ſitientibus propter ariditatem bilis, vbi ſcilicet ægrotantes redundantiam biliosi humoris, & bilioſæ fluxionis, accepto cholagogo aliquo prius euomuerint. Ad ſtomachum etiam æſtuantem abſque redundantia, citra vomitum, & febricitantibus cum aqua, feruore & vigore
B febris [a]præſente. Sæpenumero autem roſaceum mel & hydroroſatū largiùs congruo tempore exhibita ſine aliquo alio, ad intemperiem febris reſtinguendam ſuffecerunt, ſudoribus & alui profluuio, ventriſque ſubductione excitatis. Præ cæteris enim omnibus potionibus mel roſaceum maximè ad humores acres per aluum ducendos vtile eſt. Confectio igitur roſacei mellis huiuſmodi eſt: Succi roſarum lib. quinque, mellis Attici puri libras duas, aquæ pluuialis libram vnam ſemis. coquito libr. a-
C quæ in duplici vaſe donec dimidium eius abſumatur: & accipe ſemilibram, miſce cum cæteris, & vtere. Facit ad omne malum in ore factum, & aphthas puerorum.

a Manuſcriptus codex legit μετὰ ἐφεστηκυίας pro ἐνεστηκυίας.

Cap. II.

RHODOSTACTI compoſitio ſeu confectio. Roſarum exectis vnguibus ſucci hexag. duo, mellis Attici aut ſacchari lib. vnā S. Coquito ſpuma diligēter ſublata, quoad quarta pars abſumpta fuerit, dein vtere accepta vncia vna aut duabus pro viribus cum aqua tepi-
D da. Hoc enim ventrem emollit.

Cap. III.

MALI Punici ſucci confectio mirabilis. Succi malorum Punicorum lib. quatuor ſemis, mellis Attici aut ſacchari lib. I. ſemis. coquito ad tertias, & dato cum aqua tepida ſufficienti.

Cap. IIII.

ROSACEI mellis purgatorii confectio. Succi roſarum lib. duas, dacrydii vnc. vnam hexagia duo, agarici
E vnciam vnam, mellis Attici libras quinque. Bene cōfectum dato.

Cap. V.

ROSACEI mellis confectio probata. Roſarum libras ſeptem, aquæ libras quinquaginta, mellis Attici libras quadraginta. Probè coquito ad conſiſtentiam, & vtere.

Cap. VI.

HYDROROSATI confectio admodum vtilis. Roſarum exectis vnguibus lib. vnam, aquæ lib. tres. aquæ autem adhuc ſtrepenti & feruenti iniice roſas, & ignem extinguito: ſinito per integram noctem. manè colato probè expreſſis roſis: dein admiſceto mellis Attici deſpumati lib. vnam decocti libris tribus. Roſas in vmbra ſeruato diebus quadraginta in loco edito. Datur ad eryſipelata, æſtus, choleras, malis humoribus refertos, acrem bilem, & ſtomachi æſtus.

Cap. VII.

ROSACEI olei confectio admodum laudata. Roſarum exectis vnguibus lib. vnam, aquæ lib. tres. Hæc coquito probè ad ignem, dein ab igne remota ſinito ſic per totam noctem. Manè per colum traiectæ huic aquæ miſceto olei communis lib. vnam, & diebus quadraginta inſolato. Poſt hæc diligenter animaduerte ne dum per ſaccum tranſmittitur, aliquid aquæ remaneat in oleo: tutóque ſeruato.

Cap. VIII.

ROSACEI ſacchari confectio valde laudata. Accipe roſarum exectis vnguibus lib. vnam. Contundito bene, & admiſceto ſacchari lib. duas, & coquito ſimul citra aquam. poſtea vacuato in marmor latū, aut vas fictile, aut in tabulam, & ſinito refrigerari. dein coniice in vas latum, & tundito ipſa in minuta: [a]frangitur enim inſtar ſalis: & inſolato diebus quadraginta, & dato cœliacis, dyſentericis, & ſtomachicis. Mel enim nō habet efficaciam, niſi in ſanis ſolùm: febricitantibus autē & bilioſis, contrarium exiſtit.

a Θρέει pro θραύει.

Cap. IX.

ROSACEI zulapii confectio mirabilis & probata. Roſarum lib. tres coniice in [a]caldarium: & coquito valde aqua pluuiali roſis affuſa, & operiens ſinito ita horis ſex. dein per ſaccum traiicito, & accipito è iure decocti lib. vnam, & ſtillatitii roſarum liquoris lib. ſemis, ſacchari libr. tres: & ad tertias decoquito. Dato cœliacis & dyſentericis.

a Καρδάριον pro καλδάριον ſcribitur.

Cap. X.

ROSACEI zulapii purgatorii confectio. Spodii, trium ſantalorum, ſing. drach. quatuor, rhei barbari dr. tredecim, zulapii roſacei vnc. quindecim, dacrydii dr. duodecim, caphuræ drach. ſemis, ſacchari lib. vnam. vbi probè confeceris, dato hexagia tria aut duo.

INDEX SATYRIACORVM, SAPONVM, & ſinapiſmorum.

Satyriacum tentiginem excitans, & ad coitum irritans, puerósque procreans, Cap. I.
Satyriacum ſimile, Cap. II.
Satyriacum tentiginem excitans, mirabilis potus, Cap. III.
Satyriacum tentiginem faciens, inūctio pudendi ad venerea, Cap. IIII.
Satyriacum ageraton, hoc eſt non ſeneſcens, ſimile. Cap. V.
Satyriacum ad colis reſolutiones, Cap. VI.
Satyriacum ad venerea admodū vtile, Cap. VII.
Saponis confectio ad frigidas fluxiones à capite deſcendentes in thoracem, Cap. VIII.
Saponis confectio magis neceſſaria ad frigidas à capite fluxiones, Cap. IX.
Saponis confectio fluxiones exiccans, Cap. X.
Saponis confectio Conſtantini fluxionem exiccans, Cap. XI.
Saponis confectio Andreæ Comitis, Cap. XII.
Sinapiſmi confectio probata, Cap. XIII.
Satyriacon tentiginem excitans, vnguentum probatū, Cap. XIIII.

De ſatyriacis, ſaponibus, & ſinapiſmis,

Sectio quadrageſima.

Cap. I.

SATYRIACVM tentiginem faciens ad coitum irritans, puerόſque procreās, admodum laudatum. Piperis communis grana viginti, adarces, bryoniæ, pyrethri, euphorbii, ſcinci, ſingulorũ ſcrupulos duos, farinæ ciceris, cerebri paſſeris in turribus habitantis, ſingul. ſcrupulũ vnum ſemis. Hæc probè trita & cum melle Attico confecta, dato pōdere ſcrupulorum duorum, aut hexagiorum duorum.

Cap. II.

SATYRIACVM tentiginem excitans pudendorum, ad coitum irritans, & pueros procreans. Bryoniæ, pyrethri, adarces, euphorbii, ſingulorum ſcrupulũ vnum, piperis communis grana viginti. Trita madefacito cum melle Attico ſufficienti, & ſubacta reducito ad glutinis conſiſtentiam, ac inunge pudenda. Si verò vis vt ſedetur, foueto decocto betæ tepido.

Cap. III.

SATYRIACVS tentiginem faciens, potus mirabilis. Satyrii ſuperiorem teſtem accipe: inferior enim venerem inhibet: piperis communis grana viginti, corticis thuris drachmam vnam, ſeminis erucæ, ſeminis cæpæ, ſingulorum drachmas duas, caudæ ſcinci drachmã vnam. Probè trita madefacito cum vino dulci Cretico ſufficienti, & bene confecti præbeto drachmam vnam cum vino dulci.

Cap. IIII.

SATYRIACA tentiginem excitans, inunctio pudendi. Myrrhæ, pyrethri, ſeminis vrticæ, ſing. vnc. vnã, piperis albi vnc. duas. Trita madefacito cum oleo veteri quod ſatis eſt, & reducta ad glutinis conſiſtentiam illine pudendis.

Cap. V.

SATYRIACVM tentiginem faciens, ageraton, ad venerea admodum bonum & probatum. Styracis, myrrhæ, thuris, ſing. drach. quatuor, piperis communis drachmam vnam, ſeſami toſti, oxybaphi, amygdalarum toſtarum, vuarum exemptis vinaceis, ſing. minas tres. Trita madefacito cum mellis optimi cochleariis duodus & ouis crudis quinque: & vbi probè cōfecta fuerint, finge paſtillos pondere drachmæ vnius, & præbeto cum vino nigro, aut mulſo ſufficienti.

Cap. VI.

SATYRIACVM tentiginem excitans, ad colis reſolutiones mirabile. Seminis erucæ drach. octo, cardamomi drach. quatuor, ſinapi, panacis, ſing. drach. octo, piperis communis grana viginti. Trita madefacito cum ſucco erucæ ſufficienti, & finge paſtillos pondere drach. vnius: præbeto ieiuno cum vino diluto. Alia ſatyriaca tum vnguenta tum antidota quærito in litera A.

Cap. VII.

SATYRIACVM probatum ad venerea. Satyrii, nucis Indicæ, piſtaciorum, pinearum, ſingulorum drachmas octo, zingiberis, aniſi, ſeminis rutæ, ſing. drach. vnam ſemis & quartam partem, cinamomi, linguæ auis, ſeminis cæpæ, ſing. ſcrup. quatuor, moſchi grana tritici tria, eryngii drach. octo, pinearum ſylueſtrium drachmas quatuor, medullæ paſſeris in turribus nidificantis drach. tres. Bene trita irrigato cum melle Attico ſufficienti, & vbi confeceris, exhibeto.

Cap. VIII.

SAPONIS boni confectio ad frigidas fluxiones à capite veniẽtes in thoracem, columellam, pulmonem, gingiuas, ita vt exiccet & roboret cerebrum, & defluxionem deſcendẽtem ſiſtat. Factus eſt ab Actuario, & cum centum & quinquaginta aliis medicis, Conſtantino rege iubente. eſt enim admodum probatus. Roſarum aridarum, aloes flauæ, gallarum, caſiæ, nardi Indicæ, ſarcocollæ, ſingul. vnc. vnam ſemis, balauſtiorum, myrrhæ veræ, ſandarachæ, ſpicæ nardi, ſing. vnc. vnam, coſti vnc. ſemis, caryophylli, piperis communis, ſpicæ, cinamomi, ſingul. hexag. duo, ſaponis Gallici lib. ſemis. Hæc bene tuſa excipe cum ſucco lupinorum, & oleo lentiſcino: & vbi probè confeceris, finge paſtillos nucis Ponticæ quantitate, & in vmbra ſiccato. vſu poſcente coniice in aquã calidam, & capiti affundito veluti circunfuſionẽ: & imponito deſuper ſtupam. Oculi autem probè muniti ſint, ne ab acrimonia lædantur.

Cap. IX.

SAPONIS alia confectio, magis neceſſaria, ad frigidas fluxiones à capite in os deſcendentes. Thuris, maſtiches, ladani, balauſtiorum, myrrhæ, ſandarachæ, floris iunci odorati, caſiæ, cyperi, amomi, folii, fæcis vini veteris vſtæ, gypſi, nitri, buccinorum vſtorum, roſarũ, erinacei marini, helenii, carpobalſami, ligni pineæ, baccarũ lauri, chamæleontis, ariſtolochiæ, pumicis, ſingul. vnciam vnam, ſaponis Gallici libras tres, aut pro eo ſpumam ſaponis, aut olei communis aut lentiſcini. Hæc trita madefacito cum decocto lupinorum: & vbi bene confeceris, fingito paſtillos, & ſiccato in vmbra. vſu exigente vtere in balneo vt præcedenti, abundè ſoluendo cum vino auſtero bono veteri, ab alto deſtillando & ſuper caput fundendo: veſperè domum ito, cras iterum lauato.

Cap. X.

SAPONIS confectio, fluxionem exiccans, admodum bona & probata vt præcedens. Thuris, maſtiches, ſandarachæ, ladani, balauſtiorum, myrrhæ, floris iunci odorati, caſiæ, cyperi, amomi, folii, fæcis vini veteris vſtæ, gypſi, nitri vſti, cinamomi, caryophylli, ſingulorum vnciam ſemis, caſiæ ligneæ, xylobalſami, aloes flauæ, coſti, ſingulorum hexagium vnum ſemis, ligni rutæ, chamæmeli, chamæleontis, ſpumæ ſaponis, helenii, erinacei marini, ſing. vnciam ſemis. Tuſa probè madefacito cũ lentiſcino oleo ſufficienti, & finge paſtillos vt prædictos, & vſu poſcente præbeto ſimiliter vt antè dictos.

Cap. XI.

SAPONIS confectio Conſtantini exiccans, admodum bona. Balauſtiorum, myrrhæ, ſandarachæ, ſingul. vncias duas, coſti, aloes flauæ, gallarum, thuris, ſidiorũ, folii, roſarum, ſarcocollæ, ſing. vnc. tres, ſpicæ nardi vnc. duas, ſaponis Gallici libram vnam, lupinorum amarorũ decocti libram vnam ſemis. Sicca tundito & cribrato, & cum liquidis ſubactis adiice ſaponem, & finge paſtillos, ſiccatóque in vmbra. Vſu verò poſtulante quod ſatis eſt diluito & madefacito cum vino bono ſufficienti, & illine ante balneũ ſincipiti prius raſo ac paulo poſtea abſtergito, & abluito.

Cap. XII.

SAPONIS confectio Andreæ Comitis probata. Floris iũci odorati, caſiæ, cyperi, amomi, folii, coſti, gallarum, ſingulorum vnciam vnam, nardi Celticæ, aluminis ſciſſi, iridis, fæcis vini veteris vſtæ, gypſi vſti, nitri, ſingul. [a] ſcrupulos duodecim, roſarum ſiccarum, [b] ſalis communis, ſingulorum ſcrupulos octo, purpuræ teſtæ vſtæ vnc. tres, ſaponis Gallici libram vnam. Trita irrigato cum decocto lupinorum ſufficienti, & excepta digerito in paſtillos, exiccatóque in vmbra, ac vtere vt præcedenti.

a Scrup.] Aetius habet vncias. b Salis] ἁλῶν legendum.

Cap. XIII.

SINAPISMI cōfectio probata. Caricas quotquot voles vno antè die in aqua tepida macerato, deinde vehementer exprimito, validéque ſubigito. Dein accipe acre ſinapi, quale Syriacum & Ægyptium: terito ſeorſim

affuſo etiam caricarum diluto,& facta maza inuicē cōmiſce.Si vis vt vehementer exulceret,duas ſinapi partes adiice vni parti caricarum: ſin debiliter,contrà : ſi verò mediocriter,vtrunque ex æquo.Sinapi autem ante affrictionem aceto macerato vt nonnulli faciunt, fit autem imbecillius.Poſt ſinapi purgationem & vſum balnei, ſi dolor vehemens,aut rubedo & puſtulæ apparuerint,linteum in ſucco maluæ,aut fœnigræci madefactum impoſito : dein roſaceum ceratum cum abſinthio vtere. In reſolutis autem in quibus ſenſus læſus eſt,aſſiduè attendere oportet intuentem & videntem , ne id quod ſentit,immodicè inflammatum ſit . & caprinus fimus A cum aceto illitus eſt vtilior,præſertim cum caricis.

Cap. XIIII.

SATYRIACVM arrectorium vnguentum probatum.Satyrii,pudendi cerui,ſcinci caudæ,ſingulorum drachmam vnam , ſeminis erucæ,pyrethri, canchryos, ceræ puræ, ſingulorum drachmas duas , terebinthinæ vnciam ſemis,oua paſſeris troglodytici duo , lacertam vnam cum dimidio , olei tedacei aut irini quod ſatis eſt. Macerato priùs in aceto lacertas dies quadraginta B in fimo reconditas cum vaſe,& bene confecto medicamento vtere.

INDEX PASTILLORVM.

Paſtillus ad pleuriticos,rigore concuſſos, ſtomachicos, & iecinoroſos,dolorem mitigans, Cap. I.
Paſtillus ad ſpuentes ſanguinem & cœliacos, Cap. II.
Paſtillus lienoſis conferens,ex Galeno, Cap. III.
Paſtillus ad dyſentericos qui ſupernè exhibetur, & cœliacos, Cap. IIII.
Paſtillus ad iecinoroſos,& morbo regio correptos , valde bonus, Cap. V.
Paſtillus ad nephriticos,& vrinæ ſtillicidium admodū probatus, Cap. VI.
Paſtillus ad lienoſos probatus, Cap. VII.
Paſtillus ad quartanas,admodum laudatus, Cap. VIII.
Paſtillus ſimilis,mirabilis admodum, Cap. IX.
Paſtillus panchreſtos ad omne malum, Cap. X.
Paſtillus ad quotidianas,tertianas , quartanas , colicos, dyſentericos,& alia, Cap. XI.
Paſtillus fluxiones oculorum prohibens,bonus, Cap. XII.
Paſtillus inuincibilis , admodum bonus, Cap. XIII.
Paſtillus Philippi,valde bonus, Cap. XIIII.
Paſtillus ad dyſentericos & cœliacos laudatus, Cap. XV.
Paſtillus After nominatus,mirificus, Cap. XVI.
Paſtillus nominatus trigonos, Cap. XVII.
Paſtillus è ſeminibus mirabilis, Cap. XVIII.
Paſtillus ex acantha Ægyptia mirificus, Cap. XIX.
Paſtillus ad dyſentericos & cœliacos probatus, Cap. XX.
Paſtillus ſimilis mirificus, Cap. XXI.
Paſtillus ex halicacabo laudatus, Cap. XXII.
Paſtillus è corallio probatus, Cap. XXIII.
Paſtillus ex eodem ſimilis, Cap. XXIIII.
Paſtillus & ipſe è corallio,præter opinionem dyſentericis conferens, Cap. XXV.
Paſtillus,ad ſpuentes ſanguinem,cœliacos,& dyſentericos,& ſtomachicos fluxione tentatos, Cap. XXVI.
Paſtillus ad febricitantes, vigilantes,& cœliacos mirificus, Cap. XXVII.
Paſtillus ad quartanas,admodum probatus, Cap. XXVIII.
Paſtillus probatus ad cœliacos Nicephori, Cap. XXIX.
Paſtillus lienoſis conducens , ex Galeno, Cap. XXX.
Paſtillus ſupernè exhibendus ad dyſentericos & cœliacos probatus, Cap. XXXI.
Paſtillus ad iecinoroſos & morbo regio correptos , admodum laudatus, Cap. XXXII.
Paſtillus nephriticus,ad ſtillicidium vrinæ , admodum laudatus, Cap. XXXIII.
Paſtillus è ſuccino,valde vtilis, Cap. XXXIIII.
Paſtillus ad dyſentericos,& ſanguinem ſpuētes è cornu ceruino, Cap. XXXV.
Paſtillus per inferna infundendus, Cap. XXXVI.
Paſtillus ad iecinoroſos,lienoſos,ſtomachicos,& hydropicos mirabilis, Cap. XXXVII.
Paſtillus lienem ſtatim minuens, Cap. XXXVIII.
Paſtillus albus vocatus,admodum probatus, Cap. XXXIX.
Paſtillus inuincibilis nominatus, Cap. XL.
Paſtillus è thapſia,hemicranicus, Cap. XLI.
Paſtillus auricularis, probatus, Cap. XLII.
Paſtillus Amazonis vocatus, Cap. XLIII.
Paſtillus Polyidæ ſphragidis confectio, Cap. XLIIII.
Paſtilli crocomagmatis confectio, Cap. XLV.
Paſtillus ad tertianas,quartanas & quotidianas, Cap. XLVI.
Paſtillus è roſis admodum probatus, Cap. XLVII.
Paſtillus diabes, hoc eſt è violis nominatus, Cap. XLVIII.
Paſtillus diorces, qui ingreditur paſtillum rhodion, Cap. XLIX.
Paſtillus è croco, Cap. L.
Paſtillus ſquilliticus mirabilis admodum, Cap. LI.
Paſtillus Spodios, Cap. LII.
Paſtillus è vipera, Cap. LIII.
Paſtillus è corallio admodum bonus, Cap. LIIII.
Paſtillus è lacca,ad iecinoroſos,lienoſos,& ſtomachicos à calore, Cap. LV.
Paſtillus ad hypochondriacos refertos materia,& alia, Cap. LVI.
Paſtillus ad iecinoroſos,lienoſos,ſtomachicos , & inflatos, Cap. LVII.
Paſtillus ad refrigeratos ſtomacho , & iecoris habentes tumorem, Cap. LVIII.
Paſtillus ad iecinoroſos, lienoſos , ſtomachicos , & eos qui malum corporis habitum incurrent, Cap. LIX.
Paſtillus è roſis, ad iecinoroſos & ſtomachicos , præter opinionem conducens, Cap. LX.
Paſtillus ad iecoris calorem,febres acutas & ardentes, Cap. LXI.
Paſtillus è caphura ad iecoris calorem , Cap. LXII.
Paſtillus ad calorem iecoris,ſitim immodicam , linguæque ariditatem,& ardentes febres, Cap. LXIII.
Paſtillus de berberis,ſiue de acantha Ægyptia, Cap. LXIIII.
Paſtillus è berberis ſiue oxyacantha, Cap. LXV.
Paſtillus ad iecinoroſos,lienoſos,ſtomachicos,& hypochondriacos, Cap. LXVI.

Paſtillus ad iecinoroſos,lienoſos, & melancholicos, admodum bonus, Cap.LXVII.
Paſtillus ad grandines in oculis,admodum bonus, Cap.LXVIII.
Paſtillus ad ozænas valde bonus & probatus, Cap.LXIX.
Paſtillus ad cardiacos,defectione animi laborantes, & fruſtrationes ſanguinis, Cap.LXX.
Paſtillus è moſcho ſimilis, Cap.LXXI.
Paſtillus ad eos qui morbo comitiali laborant, Archigenis, Cap.LXXII.
Paſtillus ad eos qui morbo comitiali laborant,& per circuitum conuulſos, aut voluulo moleſtatos,& alia mala, Cap.LXXIII.
Paſtillus ad æſtiuas vſtiones,odoratum faciens vniuerſum corpus, Cap. LXXIIII.
Paſtillus ſuffumigabilis ad tuſſientes, & nonniſi recta ceruice ſpirantes admodum probatus, Cap.LXXV.
Paſtillus ſuffumigabilis,ſimilis, Cap.LXXVI.
Paſtillus ex ſuccino,probatus, Cap.LXXVII.
Paſtillus Doſithei,probatus ad ſanguinem ſpuentes, & tuſſientes, Cap.LXXVIII.
Paſtillus ad ſpuentes ſanguinem quo vtor, per omnia probatus, Cap.LXXIX.
Paſtillus ad abſceſſu laborantes,tuſſientes,& ſuppuratos, Cap.LXXX.
Paſtillus ſimilis, Cap.LXXXI.
Paſtillus ſimilis,admodum probatus, Cap.LXXXII.
Paſtillus ad ſuppuratos & tabidos, Cap. LXXXIII.
Paſtillus amarus nominatus, Cap. LXXXIIII.
Paſtillus Aſclepiadæ,probatus ad diuerſos morbos, Cap. LXXXV.
Paſtillus aſteris, ad colicos probatus, Cap. LXXXVI.
Paſtillus ad colicos ex calamintha, Cap. LXXXVII.
Paſtillus colicus,& concoctionem iuuans, Cap. LXXXVIII.
Paſtillus infundendus ad colicos, Cap. LXXXIX.
Paſtillus infundendus ad dyſentericos & cœliacos, Cap.XC.
Paſtillus infundendus ad dyſentericos & cœliacos admodum probatus, Cap.XCI.
Paſtillus ex acantha Ægyptia, ſimilis, Cap.XCII.
Paſtillus trigonos nominatus, Cap.XCIII.
Paſtillus ad dyſentericos & cœliacos, Cap.XCIIII.
Paſtillus ad dyſentericos & cœliacos probatus, Cap.XCV.
Paſtillus Oribaſii admodum bonus, Cap.XCVI.
Paſtillus infundendus ad dyſentericos, Cap.XCVII.
Paſtillus infundendus ſimilis, Cap.XCVIII.
Paſtillus inſignis Fauſtini ad dyſentericos & cœliacos, Cap.XCIX.
Paſtillus Fauſtini, Cap. C.
Paſtillus ad dyſentericos,ſanguinis eruptiones, & omnes nomas, Cap. CI.
Paſtillus ad dyſentericos,plurimùm expertus, Cap. CII.
Paſtillus infuſilis è ſubere, Andromachi,præter opinionem, Cap. CIII.
Paſtillus infuſilis ſomnum inducens & ad dyſentericos febre vacantes, Cap. CIIII.
Paſtillus infuſilis ad dyſentericos,multùm expertus, Cap.CV.
Paſtillus infuſilis,thronus Marcelli, Cap. CVI.
Paſtillus infuſilis,ad dyſentericos mirabilis, Cap. CVII.
Paſtillus magnus ad dyſentericos, Cap. CVIII.
Paſtillus imponendus ad dyſentericos & cœliacos, Andromachi,probatus, Cap.CIX.
Paſtillus ad lientericos admodum laudatus, Cap.CX.
Paſtillus ſimilis valde bonus, Cap. CXI.
Paſtillus Theodoretos dictus, optimus, Cap. CXII.
Paſtillus ad lientericos, probatus, Cap. CXIII.
Paſtillus ſimilis mirabilis, Cap.CXIIII.
Paſtillus ad iecinoroſos, admodum bonus, Cap. CXV.
Paſtillus ad iecur vlceratum, Andromachi, admodum inſignis, Cap. CXVI.
Paſtillus diſcutiens iecur, & ad febrem & ſitim, admodum probatus, Cap.CXVII.
Paſtillus ad iecur induratum, Cap. CXVIII.
Paſtillus ſimilis,probatus, Cap. CXIX.
Paſtillus ad iecinoroſos,lienoſos, & ſtomachicos, Cap. CXX.
Paſtillus ad iecur induratum,probatus, Cap. CXXI.
Paſtillus ad lienem induratum & phlegmonen, probatus, Cap.CXXII.
Paſtillus ex erice, ad phlegmonen lienis,& duritiem, Cap.CXXIII.
Paſtillus ad phlegmonen,& omne malum lienis,& hydropicos:vrinam nanque mouet, Cap.CXXIIII.
Paſtillus ſimilis mirabilis, Cap.CXXV.
Paſtillus ad morbum regium & iecinoroſos mirabilis, Cap.CXXVI.
Paſtillus ad diuerſos morbos, Cap.CXXVII.
Paſtillus ad hydropicos, Cap.CXXVIII.
Paſtillus ad hydropicos,vrinam mouens, Cap.CXXIX.
Paſtillus ad iecinoroſos,regio morbo laborantes,admodum probatus, Cap.CXXX.
Paſtillus ad nephriticos & calculoſos, Cap.CXXXI.
Paſtillus ad abſceſſus,& vlcera in renibus probatus, Cap.CXXXII.
Paſtillus ad renum & veſicæ affectus, Cap.CXXXIII.
Paſtillus ad renum exulcerationem ac cicatrice indigentium,valde mirificus, Cap.CXXXIIII
Paſtillus ad profluuium muliebre, Cap. CXXXV.
Paſtillus ad eryſipelata,admodum laudatus, Cap.CXXXVI.
Paſtillus ad quodcunque in auribus malum vetus aut recens, Cap.CXXXVII.
Paſtillus ad dyſentericos probatus, Cap.CXXXVIII.
Paſtillus ad dyſentericos,voluuloſos,difficulter mingẽtes,& morſos à cane rabido, Cap.CXXXIX.
Paſtillus ad dyſentericos è ſubere nominatus, Cap.CXL.
Paſtillus ſimilis,valde probatus, Cap.CXLI.
Paſtillus ſimilis & ſomniferus, Cap.CXLII.
Paſtillus Paſionis vocatus, Cap.CXLIII.
Paſtillus infuſilis Phauſtionis, Cap.CXLIIII.
Paſtillus è ſubere nominatus, Cap.CXLV.
Paſtillus Bithynos appellatus, Cap.CXLVI.
Paſtillus ad vlcera,nomas, & fluxiones veteres, Cap.CXLVII.
Paſtillus ad colicos probatus & mirificus, Cap.CXLVIII.
Paſtillus ex vino & oleo pudendis & ſedi conueniens, Cap.CXLIX.
Paſtillus è lapide Phrygio pudendis aptus, Cap.CL.
Paſtillus è lotariis,pudendo & ſedi conferens, Cap.CLI.
Paſtillus albus vocatus, Cap.CLII.
Paſtillus ex halicacabo, Cap.CLIII.
Paſtillus è duobus elleboris, Cap.CLIIII.
Paſtillus melanchloros, hoc eſt nigri coloris, nominatus, Cap.CLV.
Paſtillus ad chironia & maligna atque fluxiones valde laudatus, Cap.CLVI.
Paſtillus è thapſia, hemicranicus, Cap.CLVII.
Paſtillus menſes ducens,probatus, Cap.CLVIII.
Paſtillus ſimilis,laudatus, Cap.CLIX.
Capillos capitis denigrans, Cap.CLX.
Capillos capitis flauos reddens, Cap.CLXI.
Capillos capitis nigros efficiens, Cap.CLXII.
Capillos denigrans, Cap.CLXIII.

De Paſtillis,

Sectio quadrageſimaprima.

COMPOSITIONEM paſtillorum tra dituri, principiò quid ſit paſtillus oſtendemus, & quot eius ſpecies, & quo pacto nominentur. Paſtillus igitur à forma figuráve appellatur. Tres autem ſunt eorũ ſpecies. Alii nanque potabiles ſunt, alii infuſiles ſunt, hoc eſt qui per anum immittuntur: alii inunguntur illinunturve. Ex iis qui potãtur, alii aluum cohibent aut ſanguinem aut aliam quampiam fluxionem, refrigerando aut adſtringendo, aut [a] obſtruendo aut deſiccando compeſcunt, vt is qui ex ſpina Ægyptia conſtat, & qui è ſeminibus, & ſimiles. alii verò dolorẽ mitigant, vel quòd ſenſum ſtupefaciunt, vt crocodes dictus: vel quòd diffundunt, veluti qui ex aromatis conficiuntur. alii obſtructione liberant renum, aut lienis, aut iecoris vt qui ex amaris amygdalis componitur, & qui huic ſimiles ſunt. Eorum autem qui per anum iniiciuntur, nonnulli acrimonias obtundunt, vt in dyſenteria: quemadmodum qui ex pompholyge, & amylo, & terra Samia, ſucco ptiſanæ, aut eiuſmodi aliquo præparati: nonnulli aluum adſtringunt, aut ſanguinis profluuiũ veluti Philippi dictus, aut qui ex acantha Ægyptia conſtat cum ſucco roſarum aut plantaginis iniectus. aliqui adurentes in depaſcentibus dyſenteriis congruentes, ex ſandaracha, arſenico, calce, charta vſta confecti, & cũ ſucco lentis aut orizæ iniecti: inteſtino tamen prius muria eloto, & vt laborantes antea cibum & potum aſſumpſerint, ne aliquid medicamentorum facultatis ad ſtomachum rapiatur. Cæterùm vtiles ſunt paſtilli qui per inferna iniiciuntur, affectibus potiſſimùm malis qui infra vmbilicum ſunt. nam vis eorum vlteriùs peruenire non poteſt. [b] Poſtquam verò quid ſit paſtillus, & quot accipiatur modis diximus, nunc ſingulorum nomenclaturas & curationes exponemus, initio facto à paſtillo qui Myſterius nominatur.

a Obſtruendo] In codice Nicolai, vt etiam in Paulo, falſò legitur, παρεμπάσσειν pro παρεμπλάσσειν. b Poſtquam verò] Hîc quædam in manuſcripto codice omiſſa ſunt, quæ ex libro 7. cap. 12. Pauli, vnde hæc ad verbum deſcripſit Nicolaus, reſtitui poſſunt.

Cap. I.

PASTILLVS Myſterios ad pleuriticos, vna duntaxat aſſumptione quod pollicetur efficiens, dolorem mitigans, rigore laborantibus, ſtomachicis, & iecinoroſis conferens. Styracis calamitis, caſtorei, piperis communis, croci, ſingulorum vnciam ſemis, hyoſcyami hexagium vnum ſemis. Bene trita madefacito cum aqua calida, & finge paſtillos nucis Ponticæ magnitudine. vſu exigente dato paſtillum vnum ex vino temperato.

Cap. II.

PASTILLVS ad ſpuentes ſanguinem & cœliacos. Opii drach. tres, hyoſcyami drach. octo, aniſi, ſeminis apii, ſingulorum drach. quinque, ſpicæ nardi drach. quatuor ſemis, floris iunci odorati, croci, caſiæ, ſingul. drach. tres, mandragoræ corticis, ſtyracis, myrrhæ, ſing. drach. quinque, hypociſthidis, gallarum, balauſtiorum, ſingulorum drachmam vnam. Bene trita fermentato cũ ſucco plantaginis minoris aut maioris, & finge paſtillos gallæ magnitudine, præbetóque pro viribus cum aqua pluuiali, aut decocto myrtorum & rhois culinarii.

Cap. III.

PASTILLVS lienoſus ex Galeno expertus. Myricæ fructus, piperis communis, ſingulorum drach. quatuor, ſpicæ nardi, ammoniaci, ſingulorum drach. duas. Ammoniacum diſſolue cum aceto, reliquis autem cõminutis & probè ſubactis, finge paſtillos pondere vnciæ vnius, præbeto cum oxymelite quod ſatis eſt, bibendũ.

Cap. IIII.

PASTILLVS ἀνωτερικὸς, hoc eſt per ſuperna exhibẽdus, ad dyſentericos, & cœliacos probatus. Acaciæ, alu-

A minis ſciſſilis, ſingul. drachmas duas, gallarum Alexandrinarum, myrrhæ, opii, ſingulorum drachmas duas. Trita cum vino Aminæo madefacito, & formatis paſtillis vtere.

Cap. V.

PASTILLVS ad iecinoroſos & morbo regio correptos valdè bonus. Aniſi, ſeminis apii, aſari, amygdalarum amararum, abſinthii, ſingulorum vnciam ſemis. Trita madefacito cum aqua, & finge paſtillos, præbetóque vnciam vnam cum aqua calida.

B Cap. VI.

PASTILLVS ad nephriticos & vrinæ ſtillicidiũ. Primùm autem accipe mercedem tuam: eſt enim probatus, & mirificus admodum. Piperis drachmas quindecim, galbani drachmas nouem, vuarum exemptis vinaceis drachmas tres. Bene læuigata digerito in paſtillos pódere vnciæ vnius, & præbeto cum vino bono ſufficienti in introitu balnei: & miraberis.

Cap. VII.

C PASTILLVS ad lienoſos, probatus in porcello tribus diebus. Seminis ericæ drachm. duas, piperis albi, ſpicæ nardi, ammoniaci thymiamatis, rhei barbari, ſingulorum drachmam vnam. Trita irrigato cum decocto eryngii ſufficienti, & finge paſtillos cum aceto ſquillitico, & præbeto cum oxymelite aut droſato ſquillitico pro viribus.

Cap. VIII.

PASTILLVS ad quartanas, admodum probatus. Liquoris Cyrenaici, piperis cõmunis, myrrhæ, foliorũ rutæ, ſingulorum vnciam vnam. Trita in paſtillos dige
D rito pondere obolorum duorum, & præbeto cum oxymelite, pro viribus.

Cap. IX.

PASTILLVS ad quartanas expertus, mirabilis omnino. Myrrhæ grana ſeptem, euphorbii, piperis communis, ſingulorum drachmam vnam. Trita madefacito cum aceto ſquillitico, & finge paſtillos cum melle deſpumato nucis Ponticæ magnitudine, & præbeto cũ oxymelite, aut decocto ſenæ, aut aſari, aut tamaricis.

Cap. X.

E PASTILLVS Panchreſtos expertus. Facit ad omne malum, præcipuè verò ad eos qui vigilia citra carũ domantur. Reprimit fluxionem, tonſillas exiccat, prodeſt cardiacis, iecinoroſis, cholericis, lienoſis, colicis, mulieribus moleſtatis & abortientibus, adeo vt fœtũ retineat. Sedat quotidianas, tertianas, & quartanas, prima potione febrem ſoluens, ſecunda potione rigorem, tertia exurgere facit. Sæpe etiam ad ictus venenatorum conducit, exceptis tamen iis qui ab aſpide demorſi ſunt. Confert ad difficultatem & ſtillicidium vrinæ, & hydro
F pem. Summè prodeſt arthriticis, bis die in potu aſſumptus ante cibum, & ad noctem. mitigat enim ipſis dolorem vt probatus & mirabilis. Liquoris papaueris vncias duas, ſeminis hyoſcyami albi, glycyrrhizæ, ſingulorum drachmam vnam, piperis eſui apti nigri vnc. duas, aniſi Cretici vnc. ſemis quartam partem, croci vnc. vnam, ſtyracis calamitis, caſtorei, ſingulorum vnc. ſemis, corticis mandragoræ vnc. ſemis. Styracem, opium ſubigito cum paſſo Cretico: reliqua diligenter trita miſce, & excipe cũ paſſo, fingéque paſtillos fabæ Græcæ magnitudine, & præbeto paſtillum vnum cum vino temperato.

G Cap. XI.

PASTILLVS Corinthius nominatus, ad quotidianas, tertianas, quartanas, colicos, dyſentericos, ſanguinem ſpuentes, non concoquentes cibum, & difficilè appetentes, ad oculos fluxione laborantes, aut tempora Habet. * *Deficiunt reliqua.*

Cap. XII. A

PASTILLVS ad fluxionem oculi inhibitorium, probatum. Acaciæ, thuris, zingiberis, gummi, ſingulorũ vnciam ſemis, cochlearum exiguarum cum carnibus vncias duas. Trita cum oui albo ſubacta, & digeſta in paſtillos, dato.

Cap. XIII.

PASTILLVS anicetos, hoc eſt inſuperabilis, admodum bonus. Æris vſti drachmas octodecim, ſquamæ æris drachmas ſex, fimi columbini, vuarum ſylueſtriũ, pyrethri, grani Cnidii, canchryos, ariſtolochiæ longæ & B rotundæ, cumini, erucæ ſeminis, ſalis Cappadocici, ſingulorum drachmas ſex, iridis, thuris maſculi, ſingulorũ drachmam vnam ſemis, ſalis ammoniaci drachmas octodecim, æruginis raſilis drach. quadragintaocto, ſinapi drach. octuagintaquatuor. Trita irrigato cũ decocto caricarũ pinguium ſufficienti: & vbi bene ſubegeris, formato paſtillos, & præbeto.

Cap. XIIII.

PASTILLVS Philippi, admodum bonus. Balauſtiorum ſtagium ſemis, acaciæ ſtagia duo ſemis, hypoci C ſthidis ſucci, opii, thuris, myrrhæ, crocomagmatis, gallarum, aloes flauæ, rhei Pontici, baccarum myrti, ſidiorum, ſingul. ſtag. ſemis. Trita excipiuntur cum droſato myrtino, & finguntur paſtilli.

Cap. XV.

PASTILLVS diarhodôn ad dyſentericos & cœliacos probatus. Balauſtiorum, thuris, ſingulorum vncias ſemis, terræ Samiæ, terræ aſteris, ſigilli Lemnii, ſingulorum vnciæ ſemis quartam partem, lycii, croci, roſarum ſiccarum, rhois Syriaci, panis ſicci, ſym- D phyti vſti, ſinopidis, acanthæ Ægyptiæ, ſingulorum hexagia duo, opii, gummi, ſingulorum vncias duas. Trita excipe cum ſucco plãtaginis maioris: & formatis paſtillis, dato ſtagium vnum.

Cap. XVI.

PASTILLVS aſter nominatus, admodum mirificus & probatus. Croci, opii, caſtorei, ſpicæ nardi, caſiæ, myrrhæ, Lemnii ſigilli, corticis mandragoræ, ſingulorum vnc. vnam, ſeminis dauci, apii, aniſi, ſeſelis, & hyoſcyami, ſtyracis, ſingulorum vnc. duas. Trita fermentato E cum vino bono, & formato paſtillos.

Cap. XVII.

PASTILLVS nominatus trigonos. Seminis apii & hyoſcyami, ſingulorum drachmam vnam, aniſi drachmas duas, opii drach. vnam. Trita fermentato cũ aqua, & finge paſtillos.

Cap. XVIII.

PASTILLVS de ſeminibus, mirabilis. Aniſi, apii, ſingulorum drach. duodecim, ammeos, hyoſcyami ſeminis, ſingulorum drachmas tres, ſeminis fœniculi F drach. ſex, opii drach. quatuor. Trita fermentato cum aqua ſufficienti, & formato paſtillos.

Cap. XIX.

PASTILLVS è ſpina Ægyptia. Spinæ Ægyptiæ, rhois Syriaci, thuris, acaciæ, aluminis ſciſſilis, gallarum, ſucci hypociſthidis, Lemnii ſigilli, corallii, ſymphyti, Samii aſteris, aloes flauæ, ladani, ſingul. vnc. ſemis. Terito fingitóque paſtillos cum vino, & præbeto.

Cap. XX. G

PASTILLVS clidios Oribaſii ad dyſentericos & cœliacos, probatus. Gallæ immaturæ drach. quatuor, opii drach. duas. Trita fermentato cum droſato myrtino, ac formato paſtillos aut pilulas, & præbeto tres aut quinque cubitum ituris.

Cap. XXI.

PASTILLVS Philippi vocatus, ad dyſentericos & cœliacos mirabilis. Balauſtiorum, acaciæ, ſucci hypociſthidis, opii, rhois Syriaci, thuris, myrrhæ, croci, gallæ, aloes flauæ, rhei Pontici, ſidiorum, myrtorum, ſingul. H drach. duas. Probè trita excipe cum vino auſtero, aut ſucco plantaginis minoris. Formato paſtillos triobolares: & ſi febris abeſt, præbeto cum vino: febricitantibus autem, cum hydromelite.

Cap. XXII.

PASTILLVS è veſicariis laudatus. Opii, ſeminis cucumeris ſatiui, apii, hyoſcyami, & ſeminis fœniculi, veſicariarũ, ſing. vnc. vnam ſemis, amygdalarũ amararum vnc. ſemis drachmam vnam, croci vnc. vnam. Trita cum vino ſufficienti fermenteſcant: & formatis paſtillis, vtere.

Cap. XXIII.

PASTILLVS è corallio probatus. Anagallidis vnciam ſemis, corallii, rhei barbari, ſpicæ nardi, myrrhæ Troglodyticæ, pæoniæ, cariophylli, maceris, ſing. vnc. 1. ariſtolochiæ lõgæ & rotũdæ, ſing. vnc. duas. Trita fermẽteſcant cũ ſucco plantaginis maioris, & fingãtur paſtilli.

Cap. XXIIII.

PASTILLVS è corallio ſimilis. Seminis hyoſcyami, thuris, ſingulorum drach. vnam ſemis, terræ Samiæ, corallii, rubricæ ſinopicæ, opii, ſingulorũ drach. vnam. Trita fermenteſcant cum ſucco polygoni, & formentur paſtilli, qui vſu poſtulante præbeantur.

Cap. XXV.

PASTILLVS è corallio melior omnibus, & familiaris omnibus empiricis, præter opinionem dyſentericis conferens. Terræ aſteris, balauſtiorum, corallii, ſucci hypociſthidis, acaciæ, myrrhæ, rhei Pontici, dauci, omphacii, tragacanthæ, ſingulorum vnc. ſemis, rhois [a] rubei vnc. vnam ſemis, amyli, Lemnii ſigilli, croci, ſingul. ſcrupulos tres, aluminis ſciſſilis ſcrupulos ſex, acanthæ Ægyptiæ fructus ſcrupulos duos. Trita excipe cum ſucco plantaginis maioris, aut vino veteri ſufficienti, & formato paſtillos. præbeto dormituris triobolum cum poſca.

a Rubei] Græcè eſt ἐρυθρᾶ: Actuarius autem legit Syriaci.

Cap. XXVI.

PASTILLVS ex Ægyptia ſpina, quo crebrò vtor [a] quem Galenus aphrodiſiaſticon clidion inſcribit. Medicamentum accommodatum ad ſanguinem ſpuentes, cœliacos, dyſentericos, & defluxione ſtomachi moleſtatos, probatus. Cytinorum, ſpinæ Ægyptiæ fructus, balauſtiorum, acaciæ, ſucci hypociſthidis, ſingulorum vncias tres, lycii, rhei Pontici, ſingulorum vnc. duas, myrrhæ vnciam vnam. Trita excipiantur cum decocto myrtorum, aut roſarum, aut vini myrtini, & fingito paſtillos, ac præbeto pro viribus cum decocto roſarum, aut myrtorum, aut pampinorum vitis, aut palmularũ, aut aquæ frigidæ pluuialis. Lycio autem haud præſente, conficito cum ſucco rhois coriarii, vt probatum & mirabile.

Quem Galenus, &c.] In codice manuſcripto ſimpliciter legitur κλείδιον. Sed vt ex Paulo ſatis liquet, ſcribendum, ὃν γαληνὸς ἀφροδισιαστικὸν κλείδιον ἐπιγράφει.

Cap. XXVII.

PASTILLVS ex opio, ſomnum inducens, ad febricitantes & cœliacos mirificus. Cinamomi, ſeminis apii, aniſi, & hyoſcyami, myrrhæ, opii Cretici, croci veri, ſingulorum hexagium vnum. Trita fermẽteſcant cum aqua tepida, & finge paſtillos exiguos. præbeto ſingulis diebus dormituris vnum.

Cap. XXVIII.

PASTILLVS ad quartanas admodum probatus. Opii, ſeminis rutæ & hyoſcyami, ſingulorum vnc. ſemis, croci hexag. vnum ſemis, caſiæ vnc. vnam, ſulphuris ignem nõ experti vnc. duas hexag. 1. ſemis. Trita fermenteſcant cum aqua pluuiali, & fingito paſtillos ſcrupuli vnius pondere, præbetóque cum poſca ante acceſſionis inuaſionem.

Cap. XXIX.

PASTILLVS probatus Nicephori ad cœliacos. Sandarachæ vnciam vnam ſemis, opii hexag. duo, ſquamæ ferri vnc. vnam, ſquamæ æris vnc. vnam hexag. vnum, croci hexag. duo, calcis viuæ, aluminis ſciſſilis, panis vſti, ſingul. vnc. vnam hexag. vnum. Trita excipito, & paſtillos formatos præbeto.

Cap. XXX.

PASTILLVS lienoſis conferens è Galeno expertus. Seminis ericæ, piperis communis, ſingulorũ hexag

quatuor,ſpicæ nardi,ammoniaci,ſingulorum hexagia
duo. Ammoniacum diſſolue ſeorſim cum aceto,dein o-
mnibus ſimul ſubactis finge paſtillos pondere vnciæ v-
nius,& bibendos præbe cum oxymelite.

Cap. XXXI.

PASTILLVS qui per ſuperiora aſſumitur,ad dyſ-
entericos & cœliacos admodum probatus. Acaciæ, alu-
minis ſciſſi,gallarum Alexandrinarum, myrrhæ, opii,
ſingulorum vnciã vnam. Trita fermenteſcant, cum vi-
no aminæo, & fingantur paſtilli, ac dentur cum deco-
cto ſymphyti,myrtorum,roſarum,& rhois culinarii.

Cap. XXXII.

PASTILLVS ad iecinoroſos & regio morbo la-
borantes,laudatus. Aniſi,apii,aſari,amygdalarum ama-
rarum, abſinthii,ſingulorum vnciam vnam. Trita fer-
menteſcant cum aqua pluuiali,& formentur paſtilli põ
dere vnciæ vnius,& præbeto.

Cap. XXXIII.

PASTILLVS nephriticus ad vrinæ ſtillicidium
admodum laudatus & probatus. Primùm verò merce-
dem accipe. Piperis vnc.ſeptem ſemis,galbani vnc. qua
tuor ſemis, vuarum vnciam vnam ſemis, chamæmeli
drachmam vnam,radicis rubiæ drachm.duas. Trita fer-
menteſcant cum decocto chamæmeli, & fingantur pa-
ſtilli quorum ſinguli pendeant vnciam vnam. Datur in
deſcenſu balnei cum vino,& miraberis.

Cap. XXXIIII.

PASTILLVS ex electro ſeu ſuccino. Pſyllii,iridis
Illyricæ,maſtiches,electri,croci,ſingulorum vnc.vnam,
opii vnc.duas: in alio vnc.quatuor habentur. Terantur
& formentur paſtilli,præbeanturque.

Cap. XXXV.

PASTILLVS è cornu ceruino ad dyſentericos &
ſpuentes ſanguinem. Cochlearum terreſtrium drachm.
ſex,cornu ceruini vſti,gallæ torrefactæ, acaciæ torrefa-
ctæ,ſingulorum drach.duas ſemis obolos ſex,baccarum
myrti nigræ drachmas ſeptem ſemis,opii torrefacti,ſuc
ci hypociſthidis,ſingulorum drachmas duas ſemis,œnã
thes drachmas tres,ſucci radicis mandragoræ,terræ aſte
ris,ſingulorum drach.ſex,rhois obſoniorum drach. ſe-
ptem,ſidiorum torridorũ drach.tres,thuris drach. qua-
tuor,corticis pineæ torrefacti drach.ſeptem,hyoſcyami
toſti drach.quinque,rhois coriarii libram vnam ſemis.
Rhu coquatur cum vino nigro, & craſſiſſimum fiat vi-
num,reliquáque excipiãtur,atque cum vino paſtilli fin
gantur dentúrque pro viribus.

Cap. XXXVI.

PASTILLVS per inferiora iniiciendus. Succi hy
pociſthidis,opii,ſandarachæ,arſenici,ſquamæ æris, cal-
cis viuæ,æris vſti, aluminis, lycii, omphacii, miſyos,
rhois Syriaci,roſarum aridarum, croci ſingulorum vn-
ciam vnam,chartæ vnc.duas. Trita fermenteſcant cum
aqua ſufficienti,& fingantur paſtilli.

Cap. XXXVII.

PASTILLVS amarus ad iecinoroſos, lienoſos,
ſtomachicos & hydropicos admodum mirabilis. Semi-
nis apii,aſari,abſinthii,amygdalarum amararum, aniſi,
ſingulorum vnciam ſemis. Trita fermenteſcant cum
ſucco abſinthii,& formentur paſtilli, ac dentur cum o-
xymelite ſquillitico ſufficiente.

Cap. XXXVIII.

PASTILLVS liquans lienem confeſtim. Ramo-
rum tenerûm rubi,ammoniaci thymiamatis,ſingul dr.
quatuor,foliorum capparis drach.duas,fructus myricæ
quæ aſplenos dicitur,ſquillæ aſſatæ,piperis communis,
ſingulorum drachmam vnam. Trita irrigentur cum a-
qua,& fingantur paſtilli,dentúrque cum oxymelite, ac
miraberis eius effectum.

Cap. XXXIX.

PASTILLVS leucos hoc eſt albus vocatus, val-
de probatus. Tragacanthæ, lythargyri, ſing.libr ſemis,
ſigilli Lemnii lib.vnam,ceruſſæ lib.S.quartam partem,
thuris maſculi vnc.quatuor ſemis. Trita fermenteſcant
A cum decocto myrti & papaueris,formentúrque paſtilli,
dentur pro viribus vt admodum mirifici.

Cap XL.

PASTILLVS anicetos appellatus. Æris vſti vnc.
ſemis quartam partem,ſquamæ æris, vuarum agreſtiũ,
ariſtolochiæ rotundæ,cumini,ſeminis erucæ,ſalis Cap-
padocici,ſingulorum vncias tres,iridis vnc.ſemis,thuris
maſculi vnc.ſemis quartam partem,æruginis raſilis lib.
duas,ſinapi libram vnam ſemis. Trita fermenteſcant cũ
decocto caricarum,fingantur paſtilli ac præbeantur.

B Cap. XLI.

PASTILLVS ex abſinthio hemicranicus. Succi
abſinthii drach. octo,myrrhæ drach.quatuor,opopana-
cis,euphorbii,ſing.ſcrup.tres,nitri,liquoris parthenici,
ſing. drach.duas, piperis communis,ſagapeni, ſingulo-
rum drach.vnam. Trita fermenteſcant cum aceto albo,
& formentur paſtilli,qui vſu poſtulante aceto diſſoluti
illinantur,& poſt horas ſex lauato. Si verò vult parcè vti,
cerato æquali excepta illine integras diem & noctem.

Cap. XLII.

C PASTILLVS auricularis dictus,multæ efficaciæ
ad aurium ſonitus,ac apponderatione conſonans. Dicũt
autem non eſſe contingendum ægrotantem priuſquã
mercedem accipias: in tribus enim aut quinque diebus
omnẽ morbũ auriũ ſiue vetus aut recẽs fuerit, emendat
corrigitve,& confeſtim dolore vacare facit. Aurium do
loribus auxiliatur,in oppoſitã aurem infuſum. Foliorũ
rutæ,zingiberis[a] Troglodytici dolo vacantis,ſing. dra-
chmas tres,ſucci hyoſcyami drach.ſemis,opii nigri, a-
momi,croci Corycei puri,ſingul.drach.ſemis,baccarum
D lauri excorticatarum drachmas tres. Trita fermenteſcãt
cum lacte muliebri,& informato paſtillos quos in vm-
bra ſiccato. vſu exigẽte cum lacte irrigato muliebri, in-
funde cum goſipio.

a Troglodytici] In codice Nicolai non rectè στρογλύτιδος, pro τρωγλοδυτικοῦ vel τρωγλοδύτιδος legitur. Puto enim Nicolaum loqui de zingibere quod in Troglodytica naſcitur.

Cap. XLIII.

PASTILLVS Amazonis nominatus. Seminis a-
pii,aniſi,cinamomi,ſing.drach. vnam ſemis, comæ a-
bſinthii drachmas duas,myrrhæ,piperis communis,o-
E pii,caſtorei,ſingulorum drachmam vnam. Trita fermẽ
teſcant cum aqua,& formentur paſtilli,dentúrque.

Cap. XLIIII.

POLYIDAE ſphragidis confectio. Aluminis ſciſ-
ſi drachmam vnam ſemis,thuris maſculi drachm.duas,
myrrhæ drach.quatuor,chalcanthi,aloes flauæ, ſingul.
drachmam vnam,cytinorum drach. ſex, fellis taurini
drach.tres aliàs drach.octo. Trita irrigato cum vino au-
ſtero ſufficienti,& rectè confectos dato.

Cap. XLV.

CROCOMAGMATIS confectio admodũ pro-
bata. Croci hexagia vigintiquinque,myrrhæ, roſarum
F aridarum,amyli,ſingulorum hexag.duodecim ſemis,a-
mygdalarũ, thuris maſculi,gummi,ſingulorum hexag.
vnum ſemis,coſti,ſpicæ nardi, ſing. drach. quartã par-
tem. Trita ſubiguntur vino bono,& exhibentur.

Cap. XLVI.

PASTILLVS rubeus appellatus,ab Italis rubea
trochiſcata. Conferens tertianis, quartanis & quotidia-
nis,datus tempore acceſſionis cum ſtillatitio roſarum
G liquore,aut cũ decocto ſenæ,Ponticæ nucis magnitudi
ne. Si verò placet hunc terito cum ſtillatitio roſarum li-
quore,& inunge pulſus manuum, tẽpora & nares. Gly-
cyrrhizæ radicis,cinamomi,papaueris albi,aut capitum
papaueris,ſingulorum drach.tres ſcrup.vnum,gran.fru
mentacea quinque,croci,roſarum,hyoſcyami, & ſemi-
nis apii,ſingulorum drach.duas gra. quindecim ſemis,
caryophylli, ſtyracis,opii,ſingulorũ drach.ſemis,paſtil
lorum è croco & diocri vocati,ſingulorum drach. duo-
H decim,myrrhæ,aniſi, ſingulorũ drachmas quindecim.
Trita fermenteſcant cum melle Attico,& fingito paſtil
los,datóque.

Cap. XLVII.

PASTILLVS diarhodon admodum probatus.

roſarum viridium drachmas tres,ſpodii drach.duas,ſantali rubei drach.vnam S.grau.vII.ſantali albi dr.vnã gra. xII.croci ſcrup.duos gr.xx.caphuræ gr.xII.Trita fermẽteſcant cum ſtillatitio roſarum liquore, & formatis paſtillis vtere.

Cap. XLVIII.

PASTILLVS [a]Diaiôn,hoc eſt è violis nominatus.Seminis papaueris drach.duas ſcrup.vnum,rhei barbari ſcrup. quinque,ſeminis plantaginis minoris drach. vnam,balſami ſcrup.vnum.Trita ſubigantur cum ſtillatitio roſarum liquore,& formatos paſtillos exhibeto.

a Diaiôn]In Nicolai codice Græco,vt Latinis etiã,corruptè admodum legitur,ὁ διάζης pro ὁ διὰ ἴων,hoc eſt è violis:Sic enim apud Actuarium rectè quidem legi conſtat. Vel hæ duæ dictiones de violis non ſunt integrè prolatæ.Nam in Latinis codicibus nonnullis legitur diaui, conciſè pro de violis.

Cap. XLIX.

PASTILLVS [a]Diocres,probatus valde.Amomi drachmam vnã,cinamomi,folii,myrrhæ,caſiæ ligneæ, ſingulorum drachmam ſemis,ſpicæ ſcrupulum vnum, opobalſami,coſti,iunci odorati floris, calami odorati, xylobalſami,aſari,phu, ſingulorum gran. quindecim, maſtiches,fœniculi,ſingulorum grana ſex, [b] tamaricis grana octo.Trita madefiant cum vino aſcalonite,& fingantur paſtilli, ſiccentur cum fumo ſtyracis, & dentur.

a Diocres] Manuſcriptus codex legit διόκρης, vt etiam Latinus. Conſtat autem barbaram eſſe dictionem. b Tamaricis]In codice manuſcripto perperam μύριγδος pro μυρίκης legitur. Eam enim genuinam eſſe lectionem,è Latinis etiam codicibus abundè patet.

Cap. L.

PASTILLVS è croco.*Deficit.Croci drach. tres, roſarum,ammeos,myrrhæ, ſingulorum drachmam vnam ſemis,ligni aloes ſcrup.duos. Trita fermenteſcant cum ſtillatitio roſarum liquore,& formẽtur paſtilli:qui vt probati exhibeantur.

Cap. LI

PASTILLVS ſquilliticus,mirabilis valde.Squillã extrinſecus fermento oblitam aſſato bene in clibano. Adiice illi farinam eruinam & rurſus ſimul cõtundito, dein fermentato cum bono vino:& vbi exceperis, formato paſtillos,& dato.

Cap. LII.

PASTILLVS ſpodios cognominatus. Spodii drachmas quatuor,roſarum drach.ſeptem,ſeminis portulacæ,ſucci glycyrrhizæ,ſingulorum drachmas duas. Trita fermenteſcant cum ſucco ſeminis lini:& exiccati in vſum referantur.

Cap. LIII.

PASTILLVS è vipera.Alii dicunt quòd conficiatur ex alia fera,quã Itali Tirum vocant.Accipe tirum ſiue viperam quamcunque inueneris,& amputatis à capite ac cauda ternis digitis,deinde quod medium eſt arripe,cutéque detracta,& interaneis omnibus abiectis, reliquum corpus ablutum & probè repurgatum in ollam cum aqua coniice,& coquito bene: poſtea eximito, & probè oſſa vndiquaque purgato:carnibúſque in mortarium coniectis,& bene contuſis,admiſce illis farinæ eruinæ, aut panis vſti puri quod ſatis eſt vt fingi paſtilli queãt.vbi probè ſubacta fuerint,formato paſtillos,quibus vtere.

Cap. LIIII.

PASTILLVS è corallio admodum bonus. Corallii rubei,cinamomi,amomi,papaueris,myrrhæ, ſingul. drachmas quatuor, floris iunci odorati, croci ſingulorum drach. duas, calami odorati, xylobalſami, caſiæ ligneæ,maſtiches,polii,folii,aut phu,aſari, perdicii herbæ per quam inficiunt veras [a]lanas, ſingulorum drach. vnam.Trita fermenteſcant cum droſato aut vino ſufficienti,& formentur paſtilli,quorum ſinguli pendeant hexagium vnum.præbeto ad vſum.

a Lanas]Manuſcriptus codex legit χήρια falſò pro ἔρια.Lanas autem perdicio infici,Plinius teſtatur.

Cap. LV.

PASTILLVS è lacca,ad iecinoroſos,lienoſos, & ſtomachicos à calore factos, probatus. Laccæ qua tingunt fullones,roſarum,ſpodii,abſinthii,ſacchari, ſucci eupatorii,ſingulorum drach.tres, rhei barbari drachm. quatuor,floris iunci odorati drach.duas. Trita fermenteſcant cum ſucco fœniculi aut intybi, & fingantur paſtilli dentúrque cum ſucco malorum Punicorum.

Cap. LVI.

PASTILLVS ex rheo barbaro, ad hypochõdriacos,materia refertos,iecino roſos,lienoſos, ſtomachúmque imbecillum habentes roborat.Roſarum, abſinthii, rhei barbari, ſingulorum drachmas tres, ſpodii, ſpicæ, floris iunci odorati,laccæ,eupatorii ſucci, ſingulorum drachmam vnam,ſantali citrini,croci,xylocaſiæ,tragacanthæ,maſtiches,ſingulorum ſcrupulos duos.Trita fermenteſcant cum ſucco fœniculi,& fingãtur paſtilli qui exhibeantur cum decocto fœniculi.

Cap. LVII.

PASTILLVS ex aniſo ad iecinoroſos, lienoſos, ſtomachicos & inflatos. Aniſi,roſarum,fœniculi,ſing. drach.ſeptem,rhei barbari drach.vnam,ſucci glycyrrhizæ,floris iunci odorati,laccæ,maſtiches,ſpicæ, eupatorii,ſingulorum drach.tres,xylocaſiæ,aſari,abſinthii,ſpodii,ſingulorum drachmas duas. Trita fermenteſcant cũ ſucco rutæ,& fingantur paſtilli qui cum decocto fœniculi ſufficienti præbeantur.

Cap. LVIII.

PASTILLVS ex abſinthio ad eos quibus refrigeratus eſt ſtomachus,iecinoroſos,ſtomachicos, & habentes tumorem in iecore:valde bonus.Abſinthii,fœniculi,aniſi,roſarum,amygdalarum amararum,ſingulorum drachmas tres,aſari,ſpicæ, floris iunci odorati,apii, ſingulorum drach.duas,rhei barbari,ſucci eupatorii, ſing. drach.vnam.Trita fermenteſcant cum ſucco intybi,& formentur paſtilli qui pro viribus exhibeantur.

Cap. LIX.

PASTILLVS ex eupatorio,ad iecinoroſos,lienoſos,ſtomachicos & eos qui malum corporis incurrent. Abſinthii,floris iunci odorati,ſucci eupatorii,roſarum, fœniculi,maſtiches,ſingulorum drachmas tres,rhei barbari,aniſi,tragacanthæ,ſantali citrini,ſpodii, ſingulorũ drach.vnam ſemis.Trita fermenteſcant cum ſucco intybi,& formentur paſtilli quorum ſinguli pendeant hex. vnum. Dentur cum decocto intybi aut droſato acido, qui oxoſacchar nominatur, aut acido Punicorũ ſucco.

Cap. LX.

PASTILLVS diarhodôn, ad iecinoroſos & ſtomachicos præter opinionem faciens. Roſarum drach. decem,glycyrrhizæ drach.ſex,floris iunci odorati, ſpicæ,fœniculi,ſpodii,tragacanthæ,ſingulorum drachmas duas.Trita fermenteſcant cum ſucco intybi, fingantur paſtilli, quorum ſinguli drachmam vnam adæquent. Præbeantur cum ſucco Punicorum.

Cap. LXI.

PASTILLVS è ſpodio ad calorem iecoris, & febres acutas,atque ardentes mirabilis. Roſarum drach. tres,ſpodii,ſeminis portulacæ,ſucci glycyrrhizæ, ſing. drachmas duas,tragacanthæ,amyli, ſingulorum drach. vnam,ſacchari drach.quatuor. Trita fermenteſcant cũ ſucco pſyllii,& fingantur paſtilli qui cum ſucco pſyllii præbeantur.

Cap. LXII.

PASTILLI è caphura ad calorem iecoris. Roſarum,gummi Arabici,tragacanthæ,ſpodii, ſingul. drachmas quatuor,ſeminum cucumerum, ſeminis portulacæ,glycyrrhizæ,ſingulorum drach.octo, croci drach. duas,amyli drach.tres,caphuræ drach.ſemis. Trita fermenteſcant cum ſucco pſyllii, & formentur paſtilli de quibus detur quantum volueris.

Cap. LXIII.

PASTILLVS è tribus ſantalis,ad iecinoris calorem,immodicam ſitim,linguæ ariditatem,& febres ardentes.Roſarum, ſpodii, ſacchari, ſingulorum drach. quatuor,triũ ſantalorum,ſeminis portulacæ, ſucci glycyrrhizæ,ſeminis peponis & cucumeris,caphuræ, tragacanthæ,ſingulorum drachmam ſemis. Fermenteſcant cũ ſucco pſyllii,aut mali Punici,& fingãtur paſtilli.præbeantur cum pondere thuris,aut ſucco dulcis calami.

Cap.

Cap. LXIIII.

PASTILLVS è berberis, hoc eſt oxyacantha Ægyptia. Berberis, ſpodii, ſucci glycyrrhizæ, ſeminis portulacæ,ſingul.drach.tres, roſarum drach.ſex,ſpicæ, amyli,tragacanthæ, ſingulorum drachmam vnam, ſeminis anguriæ drachmam vnam ſemis, caphuræ drachmam ſemis. Trita fermenteſcant cum aqua, finganturque paſtilli, qui dentur.

Cap. LXV.

PASTILLVS è berberis, hoc eſt oxyacantha. Succi berberis drach.vnam,ſucci intybi,ſeminis intybi, anguriæ & portulacæ, ſingulorum drach.tres, roſarum drach.duas,rhei barbari drach.vnam,ſenæ,ſpicæ,ſingulorum drachmam ſemis. Trita fermenteſcant cum aqua, formenturque paſtilli pondere hexagii vnius, & præbeantur.

Cap. LXVI.

PASTILLVS ex eupatorio,ad iecinoroſos,lienoſos,ſtomachicos,& hypochondria ſublata murmuratia. Spicæ,eupatorii ſucci,ſeminis fœniculi,aniſi,ſucci abſinthii,ſingulorum drach. duas, rhei barbari drach.vnam, ſantali citrini,croci, xylocaſiæ, maſtiches, ſing.ſcrupul. duos,ſpodii drach. vnam.Trita fermenteſcant cum ſucco fœniculi ſufficienti,& formētur paſtilli. Detur vnus: eſt enim laudatus,& probatus.

Cap. LXVII.

PASTILLVS è ſena, ad lienoſos, iecinoroſos, & melancholicos admodum bonus. Aſari, ſenæ, ſpicæ, ſing.ſtag. vnum ſemis, rhei barbari ſtag. ſemis,ſeminis portulacæ,roſarum,cinamomi,ſing.drach.tres,ſeminis lactucæ,intybi,agni,cyperi,ſing. hexag. duo gran.quatuor. Trita fermenteſcant cum ſucco fœniculi, formentur paſtilli,deturque vnus.

Cap. LXVIII.

PASTILLVS Criogenes, ad grandines in oculis valde bonus. Ariſtolochiæ rotundæ, ſquamæ æris vſti,æruginis,aluminis ſciſſilis & rotundi,zingiberis,ſucci herbæ verbenacæ rectæ, ſingulorum drachmā vnam ſcrup.duos grana quinque.Trita fermenteſcant cum aceto,formentur paſtilli,& dentur.

Cap. LXIX.

PASTILLVS ad ozænas,admodum probatus. Cadmiæ ter vſtæ,& vino reſtinctæ,molybdenæ, plumbi vſti,lithargyri, ſpicæ nardi,thuris maſculi, foliorum cypariſſi,ſabinæ,gallarum,lycii Indici,gummi,ſing.drachmas quatuor, ceruſſæ, [a]glaucii, nitri aut rubricæ,folii,balauſtiorum, floris iunci odorati, acaciæ, aloes flauæ,ſing.drach.ſemis,foliorum & florum roſarum,ſing. ſcrup.ſex. Trita fermenteſcant cum aceto, & fingantur paſtilli,qui diſſoluti cum vino præbeantur.

a Glaucii] In manuſcripto codice legitur ϐραυκίε pro γλαυκίε.

Cap. LXX.

PASTILLVS ad cardiacos, animo deficientes, reſolutos, & eos qui craſſos humores in ſuperiore ventre aceruant, animi defectionem inducentes, & ad ſanguinis fruſtrationem. Corallii drach. vnam, maſtiches hexag.vnum,ambaris drach. ſemis, ſpicæ, ligni aloes,caryophylli,cinamomi,gallæ moſchatæ,aliptæ moſchatæ,nucis moſchatæ, cubebæ, cardamomi exigui & magni,caryophylli magni,ſerici vſti,ſeminis ocimi, ſingulorum hexag.vnum.Oſſa cordis ceruini quatuor,florum borraginis & roſmarini, foliorum citri, aut citreæ foliorum,ſing.hexag. vnum, ramenti oſſis elephantis, oſſis naris purpuræ,margaritarum, ſingulorum hexag. ſemis, ſapphiri drachmā ſemis,lapidis Armenii,lapidis lazuli, ſingulorum drachmam vnam, moſchi ſiliquas duas ſemis,berberis hexagium vnum, auri puri hexag. ſemis. Trita fermentato cum ſucco borraginis & bugloſſi, fingitóque paſtillos pondere drachmæ vnius. Vſu poſcente dato quantum lubet manè ieiuno cum vino veteri ſufficiente.

Cap. LXXI.

PASTILLVS è moſcho,ad ſyncopen cordis,& animi defectionem,ſanguiniſque fruſtrationem, craſſos

A item humores in ſuperiore ventre redundantes, & inducentes animi defectionem. Maſtiches, ſpicæ, ligni aloes,cinamomi, caryophylli,gallæ moſchatæ,nucis moſchatæ,cubebæ, cardamomi parui & magni, corticis citrii carnis, ſing. hexag. vnum, moſchi ſiliq.duas ſemis, oſſa cordis ceruini tria, berberis hexag.S.Trita fermenteſcant cum vino,& formato paſtillos, dato manè ieiuno cum vino bono ſufficiente.

Cap. LXXII.

PASTILLVS ad eos qui morbo comitiali capti B ſunt, Archigenis.Impetiginis equi quæ iuxta genua habetur drachm.duodecim, caſtorei,galbani,ſingulorum drach.ſex,ſerpylli drach.quatuor. Hæc probè læuigata fermenteſcant cum aceto, & fingantur paſtilli triobolares. detur vnus cum oxymelitis cyathis duobus, diebus quadraginta per interualla.

Cap. LXXIII.

PASTILLVS Archigenis, ad eos qui morbo comitiali laborant, & per circuitus conuelluntur, aut ilei dolore moleſtantur,aut capitis dolore affliguntur. C Caſtorei, abrotoni,panacis radicis,pyrethri,croci,ſingulorum drachmas octo,rutæ ſylueſtris ſeminis, myrrhæ,piperis communis, ſingulorum drachmas quatuor. Benè trita fermenteſcant cum aceto ſquillitico,finganturque paſtilli pondere drachmæ vnius.Detur vnus febre vacātibus cum aceto ſquillitico :febricitātibus autem,in remiſſione, aut interuallis,cum mulſa tribus diebus. dein tres intermittens dies, iterum tribus diebus dato. poſt tres intermittens dies,dato aliis tribus diebus. & vniuerſæ exhibitiones ſimul ſint nouem.Hoc facit etiam ad ar D thriticos,ducit menſes mulieribus in neceſſitate.

Cap. LXXIIII.

PASTILLVS ad æſtiuas vſtiones,vniuerſum corpus odoratum faciens. Caſiæ, iridis, myrrhæ, aluminis boni,ſingulorum vnciam ſemis.Trita fermenteſcāt cum vino odorato,& formentur paſtilli,qui dentur vſu poſtulante.

Cap. LXXV.

PASTILLVS capniſtos à fumo dictus, ad tuſſientes, & nonniſi recta ceruice ſpirantes, valde proba- E tus. Abrotoni,ſandarachæ,ſinapi,cardamomi,ſingulorum vnciam ſemis. Trita fermenteſcant cum aqua,& finge paſtillos, vſuque exigente ſuper carbones ponito, & ſuffito per infundibulum, vt æger fumum per os excipiat.

Cap. LXXVI.

PASTILLVS ad tuſſientes, & nonniſi recta ceruice ſpirantes ſuffumigabilis,ſimilis. Arſenici,aluminis ſciſſilis, [a] ſabinæ, hordei, aut farinæ hordei, radicis F chamædryos, corii vitis, maſtiches, chamæleuces, hoc eſt vngulæ caballinæ lingua Italica dictæ, coſti, lutei ouorum, ſing. vnc. vnam. Trita fermenteſcant cum luteis ouorum, formentúrque paſtilli,quibus ſuffito ieiunum & dormiturum.

a Sabinæ] Manuſcriptus codex legit ϖραίτιον, fortè pro ϐράτυος.

Cap. LXXVII.

PASTILLVS ex electro ſeu ſuccino,probatus. Fœnigræci, iridis Illyricæ, maſtiches, electri,croci,ſing. drach.tres,opii drach.ſex,aliàs drach.duodecim. Conte- G rantur,& fingantur paſtilli ad vſum.

Cap. LXXVIII.

PASTILLVS Doſithei, ad excreantes ſanguinē & tuſſientes laudatus. Ramorum rubi tenerrimorū, radicis ſymphyti,fructus ſpinæ Ægyptiæ, ſucci hypociſthidis,lycii,opii,thuris,[a]rhei barbari, terræ aſteris,ſingulorum vnciam vnam,rhois culinarii vnc.vnam S.roſarum aridarum vnc.duas,myrti baccarum vnc.duas ſemis,croci,Lemnii ſigilli,corticis maceris,ſingul.vnc.ſemis drachmam vnam. Trita fermenteſcant cum ſucco H arnogloſſi, aut vino [b]paſſo, finganturque paſtilli, qui præbeantur cum decocto ſymphyti, aut polygoni, aut arnogloſſi.

a Rhei barbari] Aetius habet ῥᾶ ποντικȣ̃. Vnde ſatis conſtat, Nicolaum etiam non rarò rha Ponticum, & rha barbarum hodie vo-

catum,inter ſe confudiſſe: vt nihil mirum ſit noſtræ ætatis medicos idem etiam facere. b Paſſo] In codice Nicolai eſt ἀσταθίτου ſcriptum: in Aëtio autem ἀστάθιλι pro πατητοῦ. Eſt autem πάτητον, hoc eſt paſſum, quod vuis diutius in vite à ſole aduſtis, aut ſponte defluit, aut exprimitur.

Cap. LXXIX.

PASTILLVS ad excreantes ſanguinem, quo crebrò vtor, bene probatus. Terræ aſteris vnc. vnam ſemis, amyli recentis vnc. duas ſemis, tragacanthæ vnc. ſemis drachmam vnam, gummi vnciam vnam ſemis, glutinis piſcium vnciam ſemis. Ichthyocollam more eorum qui arcus faciunt diſſoluito, macerando hanc tribus diebus in aceto acerrimo, repurgandóque & membranoſum quod in ea eſt auferendo. quarta verò die exemptam paulatim in mortario contundito, & exquiſitiſſimè læuigato: ad læuigandum enim contumax eſt. Vbi autem exquiſitè læuigaueris, conijce in acetum, ac in æreo aut ferreo aliquo vaſe coquito ad calidum cinerem, & crebrò iuſto tempore agitato donec craſſiſſima euadat. dein coniectam in mortarium plurimùm læuigato. Poſtea in promptu ſint ſingulæ prædictæ ſpecies, ſeorſim contuſæ & accuratè cribratæ: potiſſimùm verò tragacantham [a] in mortarium ad diſſolutam ichthyocollam inſperge, & exquiſitè vnita excipe [b] lancibus vitreis ſolidis, & exſiccato formando paſtillos mediocres. moram aliquam dum formantur requirunt. Exhibetur paſtillus vnus cum poſca, magna fiducia.

a In mortarium, &c.] In codice Nicolai legitur ἐν τῇ διαλυθείσῃ ſimpliciter: quum ex Aëtio potiùs ſit ſcribendū ἐν τῇ θυίᾳ τῇ διαλυθείσῃ. b Lancibus vitreis] Manuſcriptus codex habet ἐν πήναξι ἢ ἐν ἥλοις ςιῤῥοῖς, falſò admodum, pro πίναξιν ὑαλίνοις ςιῤῥοῖς.

Cap. LXXX.

PASTILLVS è ſemine lini, ad eos qui abſceſſu laborant, tuſſientes & ſuppuratos. Farinæ ſeminis lini, vuarum exemptis vinaceis, ſing. lib. ſemis, pinearum, amygdalarum amararum & dulcium, ſing. vnc. tres, auellanarum, terebinthinæ, iridis rubeæ, ſing. vnc. ſemis, myrrhæ, croci, thuris maſculi, ſing. hexag. vnum ſemis. Hæc in mortario bene tuſa cum lacte aſinino fermenteſcant, & digerantur in paſtillos ad vſum, qui madefiant cum droſato chamæleuces, aut ex iride: ac præbeantur cum aqua calida. Si verò non madefeceris cum droſato, in modum eligmatis dato ieiuno manè & veſperi pondere cochlearii vnius. Aut quod paſtillo ſumptum eſt terito, madefacitóque cum droſato chamæleuces, & factis hypoglottiis, præbeto vt ſub lingua retineat æger.

Cap. LXXXI.

PASTILLVS ad ſuppuratos, abſceſſu laborantes & tuſſientes, probatus vt prædictus. Cardamomi vncias quatuor, ſagapeni, myrrhæ, ſingulorum vnc. duas, opii, caſtorei, ſingulorum vnc. vnam, piperis vnc. ſemis. Trita fermenteſcant cum aqua ſufficienti, formenturque paſtilli [a] quorum ſinguli pendeant obolos duos. Præbeatur vnus cum aqua calida.

a Quorum ſinguli, &c.] In manuſcripto codice perperam ſcribitur ἀναβολῶν β′ pro ἀνὰ ὀβολῶν β′.

Cap. LXXXII.

PASTILLVS ad eos qui abſceſſu laborant, tuſſientes & ſuppuratos, citò pus faciens expuere, admodum laudatus. Terebinthinæ, ſtyracis, ſing. drachmas quatuor, myrrhæ drach. duas ſemis, croci, iridis, galbani, ſing. drach. duas, ſeminis hyoſcyami, corticis mandragoræ, eryſimi torrefacti, opopanacis, ſingulorum drachm. vnam, piperis communis, aphronitri, ſingul. drachmã S. Trita fermenteſcant cum vino paſſo bono, fingantur paſtilli obolos duos pendẽtes: quorum vnus detur cum melicrati cyathis duobus aut tribus.

Cap. LXXXIII.

PASTILLVS ad ſuppuratos & tabidos. Seminis cucumeris ſylueſtris excorticati (aliqui pro ſylueſtris, ſatiuæ cucumeris ſemen iniiciunt) duplam partem vnc. quatuor, amygdalarum excorticatarum vnc. duas, ſeminis lini, ſeminis papaueris albi, ſing. vnc. vnam. Trita fermenteſcant cum decocto tragacanthæ, fingantur paſtilli, qui dentur pro viribus, iis quidem vnc. vna: aliis verò

A oboli duo. Vacantibus febre cum vino dulci: febricitantibus autem, cum decocto myrtorum.

Cap. LXXXIIII.

PASTILLVS amarus nominatus. Seminis apii, aniſi, ſingulorum vnciam vnam ſemis, abſinthii, gummi, ſingulorum vnciam vnam, myrrhæ, piperis communis, opii, caſtorei, cinamomi, ſingulorum vnciã ſemis. Trita fermenteſcant cum aqua ſufficienti, & fingantur paſtilli. Præbeatur perfectis pondus vnciæ vnius: Galenus verò citra myrrham conſueuit hoc medicamentum conficere, propter eius vim medicamentoſam, pro ea admiſcens piperis communis vnciam ſemis. Datur igitur ſtomaticis cum vini diluti cyathis tribus, cholericis cum frigida aqua. Iis verò qui cibum vomunt, ſiquidem laborans ſitibundus fuerit, & ſenſus caloris in ore ventriculi apparuerit, frigidǽque potioni per ſanitatem aſſueuerit, cum aqua frigida præbetur ſimiliter: ſi minus, cum calida: cœliacis autẽ & dyſentericis, cum decocto myrtorum: lienoſis cum oxymelitis calidi cyathis tribus.

Cap. LXXXV.

PASTILLVS Aſclepiadis valde probatus ad imbecillitatẽ ventriculi, & eos qui acidum ructant. Nominatur autem anicetus aſter. Medicamentum accommodatum, dolorem leniens, ſomnum inducens, multi vſus. Morbos ſtomachi ſanat mirabiliter, & acidos ructus, concoctioniſque imbecillitatem curat. Cruciatus iuxta vmbilicum & inteſtina, vertigines, inflationéſque ſanat. Facit ad capitis dolores, potus, extrinſecúſque fronti illitus, aceto dilutus. Auxiliatur doloribus aurium, cum ſucco perdicii diſſolutus. Et ad [a] oculorum dolores, læuigatus, & cum galbano exceptus, aut liquore ficus ſincipiti impoſitus. In lippientibus valet cum vino dulci in lana impoſitus. His quibus tonſillæ laborant, datur cum vino tepido gargarizandus, aut cum mulſa. Ad omnem ſanguinis eruptionem, cum vino myrtite diſſolutus. Facit ad veteres tuſſes, & deſtillationes, atque ad recentes affectus cum vino Scibelite aut Theræo dilutus. Confert ſuppuratis, tabidis, diſſolutus decocto marrubii. Prodeſt dyſentericis, cholericis, cum ſucco rutæ diſſolutus. Facit ad omnem plagam herpetis cum rutæ decocto potus. Soluit etiam acceſſiones per circuitum factas, potus duabus ante inuaſionem horis cum vini diluti cyathis tribus. Ducit etiam certò mulieribus menſes, cum decocto artemiſiæ potus. Facit ad veſicæ affectus mulſo diſſolutus ſimiliter. Præfocatione vteri laborantibus auxiliatur potus. Pari ratione podagricis, arthriticis, cum decocto gentianæ diſſolutus & potus confert. Lemnii ſigilli, caſtorei, myrrhæ, ſpicæ nardi, caſiæ, corticis mandragoræ, ſing. vnc. 1. croci, opii, ſing. vnc. 1. S. ſeminis dauci, ſtyracis, aniſi, ſeſelis, ſeminis hyoſcyami, ſingulorum vncias duas. Myrrham, ſtyracem, & opium vino odorato diſſolue, reliqua tuſa & cribrata inſpergito, & omnibus ſimul vnitis formato paſtillos ciceris magnitudine, exſiccatiſque in vmbra vtere vt probatis.

a Oculorum dolores] Græcus codex legit non rectè ὠταλγίαν pro ὀφθαλμίαν.

Cap. LXXXVI.

PASTILLVS Aſteris, ad cœliacos probatus. Croci, opii, caſtorei, ſpicæ nardi, caſiæ, myrrhæ, Lemnii ſigilli, corticis mandragoræ, ſingulorum drachm. duas, ſeminis dauci & apii, aniſi, ſeſelis, hyoſcyami ſeminis, ſtyracis, ſing. drach. quatuor. Trita fermenteſcant cum vino, & fingantur paſtilli ad vſum.

Cap. LXXXVII.

PASTILLVS ad colicos, ex calamintha. Cyperi, myrrhæ, aniſi, dictamni, petroſelini, piperis communis, ſingulorum vnciam ſemis, ſpicæ, nardi, ammoniaci, calaminthæ, ſingulorum drachmas quatuor, caſiæ, ſtyracis, ſingulorum vncias quinque. Trita fermenteſcant cum aqua, & formentur paſtilli nucis Ponticæ magnitudine. Exſiccentur in vmbra, & non febricitantibus detur vnus cum condito: febricitantibus autem, cum mulſa.

Cap. LXXXVIII.

PASTILLVS colicus, concoctionem iuuans. Cumini,rutæ,oui,ſing. drach. ſemis, myrrhæ, caſtorei, ſing.drachmam vnam. Trita fermenteſcant cum vino, formentur paſtilli,& dentur.

Cap. LXXXIX.

PASTILLVS infuſilis[a] nomine vacans. Ouorum drach.quatuor,ſeminis apii drach.ſex, caſtorei drachm. quatuor,ſpicæ nardi drach.duas, myrrhæ gran.quindecim,aluminis ſciſſilis drach.tres. Terito & formato paſtillos. Vſu poſtulante accipe de iis drach.duas diſſolutas in vino & oleo rutaceo,& iniice tepidũ vt probatũ.

a Nomine vacans] Manuſcriptus codex falſò ἀνόμοιος legit pro ὅμοιος ſimpliciter, vel ἀνώνυμος.

Cap. XC.

PASTILLVS infuſilis nominatus,ad dyſentericos & cœliacos valde laudatus. Acaciæ, aluminis ſciſſi Alexãdrini, gallarum,opii, ſingul.vnc.ſemis. Trita fermenteſcant cum vino aminæo,& ſingantur paſtilli. Cõiiciantur in enema,pro viribus.

Cap. XCI.

PASTILLVS infuſilis,ad dyſentericos,cœliacos, admodum mirificus &probatus. Succi hypociſthidis, opii,ſandarachæ,arſenici, ſquamæ æris,calcis, aluminis ſciſſi,æris vſti,lycii,omphacii,miſyos, rhois Syriaci, roſarum aridarum,croci,ſingul.drach. ſemis, chartæ vſtæ drach.vnam. Trita fermenteſcant cum aqua,& fingantur paſtilli,ac dentur.

Cap. XCII.

PASTILLVS ex ſpina Ægyptia,ad dyſentericos & cœliacos probatus. Spinæ Ægyptiæ, rhois, thuris maſculi,acaciæ,aluminis ſciſſi,ſucci hypociſthidis,gallarum,Lemnii[a] ſigilli,coralli,ſymphyti,Samii aſteris,aloes flauæ,ladani,ſing.vnc. vnam. Trita fermenteſcant cum vino odorato,& fingantur paſtilli, ac dentur.

a Sigilli] In codice Nicolai deprauatè χιςῆς pro σφραγῖδος legitur.

Cap. XCIII.

PASTILLVS trigonus appellatus. Semiſſis apii vnc.vnam,hyoſcyami,opii,aniſi, ſingulorum vnciã S.Trita fermenteſcant cum aqua pluuiali,& formentur paſtilli,præbeantúrque.

Cap XCIIII.

PASTILLVS ad dyſentericos,& cœliacos.Rhois culinarii,piperis communis,ſingul. vnc.duas, myrrhæ, croci,acaciæ,corticis loti,ramenti, ammeos,ſing.vnciã vnam,ſpicæ nardi,lycii,ſucci gallarum,opii,aniſi,aloes flauæ,ſing.vnc.S. Trita fermenteſcant cum ſucco rubi, fingantur paſtilli, & detur dormituris triobolus cum aqua:febricitantibus verò,cum frigida.

Cap. XCV.

PASTILLVS ad dyſentericos & cœliacos admodum probatus. Aniſi, apii ſeminum, ammeos, ſucci hypociſthidis, balauſtiorum, ſeminis hyoſcyami albi, ſing.vnc.quatuor. Trita fermentato cum vino,fingitóque paſtillos, & præbeto. Perfectum pondus vncia vna cum aquæ calidæ cyathis decem.

Cap. XCVI.

PASTILLVS Oribaſii, valde bonus. Opii,croci,lycii,acaciæ,rhois,thuris,gallarum,hypociſthidis,ſidiorum,aloes,myrrhæ,ſing.vnc.vnam.Trita fermenteſcant cum ſucco hypociſthidis, ſingantúrque paſtilli, qui dentur cum aqua pluuiali.

Cap. XCVII.

PASTILLVS infuſilis ad dyſentericos,nominatus Nymphodoti,ad [a]depaſcentia omnibus præſtatior, quemadmodum experti ſumus(ait Archigenes) compoſitus quidem,vt Fauſtinus: diſſonans autem in arſenici apponderatione, opere autem longè efficacior eo apparet. Chartæ vſtæ ſcrup.ſeptem ſemis,arſenici ſcr. duos,[b]calcis viuæ ſcrup.duos ſemis, ſandarachæ ſcrup. vnum ſemis,vini auſteri[c] ſcrup.S.quartam partem.Coquito vinum ſolum quoad [d]tertia pars remaneat. dein arida læuigato in mortario, & ſubigito ad conſiſtentiã, fingitóque paſtillos pondere vnciarum duarum,aut vnciæ vnius & ſemis,aut vnciæ vnius. Vtere pro ægri viribus.Infunduntur cum vino & aqua pluuiali.Sint autem aquæ incocta,rhus Syriaca,lenticula, roſæ rubeæ aridæ, oriza & ruta. Vinum verò coctum ſit cum myrtorum nigrorum ſummitatibus & fructibus, ita vt vtrorumque humor ſit menſura cotylæ vnius,& probè confectum & ſubactum iniice vt valde mirificum & probatum.

a Ad depaſcentia,&c.] Hic locus in manuſcripto codice totus deprauatus eſt.Ita enim illic legitur: πρὸς τὰ νεμόμενα πάντα ποιῶν ἄμεινον, ὡς πεῖραν ἐγνωκέναι ἐξ αὐτοῦ, φησὶν ἀρχιγένης. συγκειμένη μὲν ὡς φαύστινον, διαφωνῶν δὲ,&c. quum ita potius ſcribendum erat: πρὸς τὰ νεμόμενα πάντων ἄμεινον ποιῶν, ὡς πεπειράμεθα (φησὶν ἀρχιγένης) συγκείμενος μὲν ὡς φαύστινος, &c. b Calcis viuæ] Codex Nicolai habet τιτάνεως: Aetius verò ἀσβέστου. c Scrupulum ſemis] Haud dubiè hoc pondus deprauatum eſt, quod ſequentia etiam monſtrant,& in Aetio diſertè exprimuntur ſextarii tres. d Tertia pars] In Nicolai codice falſò legitur ὁ τίτος pro τὸ τρίτον.

Cap. XCVIII.

PASTILLVS fuſilis ad dyſentericos, cuius multam habemus experientiam. Eſt enim mirabilis ad depaſcentia vlcera,vt non ſolùm ad dyſentericos,verumetiam ad gingiuas putreſcentes, & omnes nomas confe rat. Calcis,arſenici,chartæ vſtæ,ſquamæ æris,ſingulorum hexag.quatuor. Trita ſubigito cum ſucco ramorũ oliuæ,aut ſucco orizæ.Fit autem ſuccus hoc modo: Accipe ramulos oleæ, tuſos coniice in aquam ſufficiẽtem: & donec quater efferbuerit, coquito, & expreſſo inde ſucco vtere.

Cap. XCIX.

PASTILLI inſignes,Fauſtini nominati.Et primi quidem confectio eſt eiuſmodi, valétque ad dyſentericos & cœliacos. Chartæ combuſtæ drach. ſeptem ſemis,calcis viuæ drach.ſex quartam partem, arſenici dr. tres,ſandarachæ drach.vnam ſemis. Trita fermenteſcãt cum lenticula & decocto myrtorum quantum ſufficit. Alterius paſtilli Fauſtini confectio hæc eſt: Calcis viuæ drach.duas ſemis,ſandarachæ,drach.vnam ſemis, arſenici drach.duas,[a]chartæ vſtæ drach.ſeptem ſemis.Trita fermenteſcant cum decocto myrtorum,fingito paſtillos ad vſum.

a Chartæ] Manuſcriptus codex ſimpliciter legit κεκαυμένου, quum adiiciendum fuiſſet χάρτου.

Cap. C.

PASTILLVS Fauſtinus nominatus, in Alexandria confectus. Arſenici, ſandarachæ,ſingulorum drachmas duas, calcis drach.ſeptem,acaciæ drach.ſex.Trita ſubigantur cum vino, & formentur paſtilli,qui excepti iniiciantur.

Cap. CI.

PASTILLVS Philadelphos cognominatus, ad dyſentericos,& ſanguinis eruptiones, omnéſq; nomas. Sandarachæ, arſenici, ſingulorum vnciam vnam ſemis, calcis,acaciæ,ſingulorum vncias tres. Trita excipiantur cum ſucco arnogloſſi aut vino auſtero, & ſingantur paſtilli pendentes vncias duas, aut vnciam vnam ſemis, aut vnciam vnam. Detur pro viribus cum vino myrtite.Heras autem hoc modo ipſum compoſuit: Arſenici vncias quatuor, acaciæ & calcis viuæ, ſing. vncias duas. Trita confice, & formato paſtillos, quos vſu exigente præbeto.

Cap. CII.

PASTILLVS ad dyſentericos plurimùm expertus,vt confeſtim aluum ſiſtat. Bituminis,arſenici,ſandarachæ,aluminis ſciſſilis,ſquamæ æris,ſingulorum vncias duas, chartæ combuſtæ vnc. quinque, calcis viuæ vnc.quatuor,ſucci hypociſthidis, balauſtiorum, ſingul. vnc.vnam ſemis, opii vnc. vnam. Trita fermenteſcant cum vino myrtite, & fingantur paſtilli. Dentur vt prædiximus in paſtillo Nymphodoti.

Cap. CIII.

PASTILLVS infuſilis è [a]ſubere, Andromachi, præter opinionem conferens. Gallarum,chartæ vſtæ, [b]ſuberis ex vaſe vini veteris accepti & vſti, panis vſti, ſingul.vnc. ſeptem ſemis, arſenici vnc.tres, ſandarachæ vnc.quinque, calcis viuæ, lithargyri, ſingul.vnc.vnam

ſemis,acaciæ,ceruſſæ, ſingulorum vncias duas ſemis,fæcis vini vſtæ vncias duas. Excipiantur vino adſtringente,& formentur paſtilli pondere vnciarum duarum, aut vnciæ vnius & ſemunciæ, aut vnciæ vnius : & iniiciantur, principiò cum ſucco arnogloſſi, aut polygoni, aut perdicii,aut rhois Syriaci, aut myrti : ſi verò nihil horum adſit, cum aqua tepida iniiciantur. Quòd ſi morbi vigor ac vehementia fuerit,iniiciantur cum decocto fœnigræci aut ſeminis lini : in inclinatione verò cum decocto myrti, aut rubi in vino coctis.In pueris dato cyathos duos:in mulieribus, cyathos tres:in viris perfectis, cyathos quatuor.Et hoc pacto vtere vt probato.

a Subere] φύλλων in manuſcripto codice legitur corruptè pro φελλῶν,vt liquet ex Paulo & Aetio. b Suberis, &c.] In Græco codice manuſcripto perperam φύλλȣ pro φελλȣ̃ legitur. Et poſt παλαιȣ̃ adiiciendum κεκαυμένȣ.

Cap. CIIII.

PASTILLVS infuſilis, Aſclepiadis,dolorem mitigans, ſomnū inducens, diuturnos dyſentericos febre vacantes confeſtim iuuans. Chartæ combuſtæ vncias quinque, ſandarachæ, arſenici, ſquamæ æris, aluminis ſciſſilis,omphacii,lycii, acaciæ,ſucci hypociſthidis,calcis viuæ, ſingulorum vncias duas ſemis, opii,croci,ſingulorum vnciam vnam.Trita fermenteſcant cum vino myrtite, fingantur paſtilli, quorum ſinguli adæquent vncias duas, aut vnciam vnam ſemis, aut vnciam vnā. Iniiciantur pro ægri viribus cum vini Cretici dulcis cyathis ſex pondere perfecto.

Cap. CV.

PASTILLVS infuſilis, ad dyſentericos multæ experientiæ. Arſenici vnciam vnam, ſandarachæ vnciam vnam ſemis,ſquamæ æris vnciam ſemis, calcis vncias duas, aluminis ſciſſilis vnciam vnam,chartæ combuſtæ vnc. duas ſemis,omphacii, acaciæ,hypociſthidis ſucci,ſingulorum vnciam vnam, thuris vnciam ſemis, opii vnciam vnam ſemis. Trita fermenteſcant cum vino myrtite aut alio auſtero,fingantur paſtilli,& iniiciatur de iis pondus vnciæ vnius cum aqua pluuiali,& vino myrtite. Quòd ſiquis ex dyſentericis & cœliacis quod iniectum eſt, de hoc paſtillo non retineat, ſed confeſtim ipſum egerat, certò ſcias quòd non ſanabitur, ſed morietur quemadmodum crebrò ſumus experti.

Cap. CVI.

PASTILLVS infuſilis,thronus Marcelli. Arſenici vnciam vnam ſemis,ſandarachæ vncias duas,balauſtiorum vncias quinque, aluminis ſciſſilis vncias duas, opii vnciam vnam,calcis vncias quatuor,omphacii vnciam vnā, hypociſthidis ſucci vnciam vnam ſemis. Trita fermenteſcant cum vino auſtero, & formentur paſtilli,præbeantur vt Nymphodoti paſtillus.

Cap. CVII.

PASTILLVS infuſilis, Lycos nominatus,ad dyſentericos mirabilis. Sandarachæ vncias tres, arſenici libram ſemis, calcis viuæ vncias quinque, æris vſti vncias decem,acaciæ vncias tres,cadmiæ, chalcitidis crudæ,ſingulorum vncias ſex,rhois coriarii, ſucci hypociſthidis, ſingulorū vnciamvnam ſemis,myrti baccarum nigrarum recentium vncias tres,ſoreos,miſyos,omphacii,ſingulorum vnciam ſemis, gallarum, lycii, ſingulorum vncias quatuor. Trita ſubigantur cum vino myrtite,& ſucco arnogloſſi, ac fingantur paſtilli pondere vnciarum duarum, aut vnciæ vnius ſemis, aut vnciæ vnius. Vſu exigente iniiciantur cum vino adſtringente, ægri habita cura, quemadmodum in Nymphodoti paſtillo diximus.

Cap. CVIII.

PASTILLVS magnus, ad dyſentericos accommodatus,facit ad eos qui extremè laborant,& deſperati ſunt : vtpote in quibus prodeunt carnoſæ & fæculentæ egeſtiones. Infunditur autem cum ſucco orizæ, cum quo cocta ſint adeps hircinus, & myrtus. In iis qui non continent, [a]muria oliuarum albarum præmittenda, &

A poſt horæ interſtitium paſtillus infundendus, præmuniendo ſtomachum & caput, vt in Nymphodoti paſtillo prædiximus. Poſt iniectionem foueto anum. Facit verò etiam ad cruſtas in pudendis & nomas. In dyſentericis verò rectiùs facies,ſi cum cæteris quæ iā dicta ſunt, manus laborantis faſciis circundederis longioribus, deſuper ab humeris initio facto, & ad extremas vſque manus ligamento protenſo : non parum enim hoc facit ad defluxionis conſtrictionem. Balauſtiorum recētium,
B ſidiorum,rhois coriarii,folii,ſing.vnc.vnam,iſatidis tinctoriæ vnc.vnam ſemis,ſpinæ Ægyptiæ vnc. vnā, hyoſcyami ſeminis vnc. ſemis quartam partem,farinæ lēticulæ vnc.duas,[b]ſuberis ex vaſe vini veteris accepti & vſti,gallæ immaturæ non corroſæ,ſing.vnc.vnam ; roſarum aridarum, cum floribus ipſarum recentibus,ſing. vnc.vnam ſemis,croci vnc.vnam, myrrhæ vnc.duas,bituminis,picis aridæ,vnc.vnam ſemis,lycii,acaciæ,hypociſthidis,thuris maſculi,ſing.vnc. duas, gūmi lib.ſemis, omphacii ſucci aridi vnc.vnam,opii,amyli, ſing. vnciā
C ſemis,ſolearum veterum vſtarum, [c]cornu cerui vſti,oſſiculorum oliuarum vſtorum, oſſium palmularum vſtorum, fæcis vini vſtæ, ſpongiæ nouæ pice liquida & cedria imbutæ,oſtreorum vſtorum, æris vſti, ſquamæ æris,ſing.vnc.ſemis drach. vnam, lapidis gagatis,coralli, [d]rubiginem ferri,ſing.vnc. vnam, aluminis ſciſſilis in teſta vſti,aluminis coriarii, ſing. vnc. ſemis, arſenici vnc.ſemis quartam partem, chalcitidis crudæ, ſandarachæ,gypſi eloti,calcis viuæ,ſing. vnc.ſemis drach. vnā, rubricæ ſinopicæ hexag.duo quartam partem,atramenti
D cōmunis vnc.ſemis quartam partem, diphrygis vnc. ſemis gran.tria,lithargyri hexag.duo quartam partem, ochræ vnc.ſemis gran.tria,atramenti Indici hexag. duo quartam partem,plumbi vſti vnc.ſemis drach.vnam,ceruſſæ vnc.ſemis gr.tria,terræ Samiæ vnc. ſemis quartā partem,Cimoliæ,pompholygis,ſingul.vnc.ſemis. Trita omnia bene fermenteſcant cum ſucco mādragoræ, aut ſucco arnogloſſi ſufficiente,fingantúrque paſtilli,&dentur. Compoſitio quidem paſtilli vniuerſam congeriem habet ex ſimplicibus medicamētis quinquagintaquin-
E que,præter herbas decoctas in aqua,ad paſtilli exceptionem accommodatas. Modus autem confectionis is eſt: In mortarium Thebaicum cōiice æris ſquamam, lithargyrum,gypſum,calcem viuam,gagatem lapidem,corallium,rubiginem ferri, oſtrea etiam tuſa & cribrata probè:arida validè læuigentur vt in pollinem redigantur. dein adiice chalcitin,ſandaracham, arſenicū, cornu ceruinum,oſſa palmularum & oliuarum, ſpongiam,alumina,& rurſus terito,affuſo aliquo ex iis quæ ſpiſſant. Alumen verò ita vritur:Coniice ipſum in ollam nouam, &
F carbonibus admoueto:& vbi diffūditur & liqueſcit tollito,& ſinito refrigerari, & ſic læuigatum admiſce. His dein tritis, rubricam, diphryges,atramentum Indicum & commune,ochram,plumbum, Samiam terram, Cimoliam,ceruſſam,pompholygem,& reliqua omnia metallica addito, & validiſſimè ſub æſtu caniculari terito, donec eorum quæ ſpiſſant quartam aut quintam addideris partem. Vbi verò aliquo modo collyrii inſtar læuigatum fuerit,tum arida tuſa & cribro arctiſſimo excuſſa adiicito. Contundito etiam veteres ſoleas cum aridis, dein adiice ea quæ ſpiſſant, læuigato rurſus vt priora,ſæ-
G pius affuſis iis quæ ſpiſſant. Vbi verò læuigata inaruerint,tum in altero mortario læuigato crocum,cum duobus ſuccis,mādragoræ ſcilicet & arnogloſſi,atq; vbi læuigatum fuerit, admiſce reliqua : myrrham nimirum, thus,omphacium,acaciam,hypociſthidem,gummi,lycium,opium,picem,bitumen,& lenticulæ farinam,ſingula ſeorſim exſiccata læuigatáq;. Vbi in mortario probè læuigata fuerint,affuſis duobus ſuccis largiter quātū ſatis erit vt alia excipiātur : & omnibus probè ſubactis, fingito paſtillos,qui duarū fabarum magnarū adæquēt
H magnitudinē. Vtere cum ſucco orizæ, aut vino adſtringente,aut aliquo alio accommodato liquore. Ego verò non ſuppetente mihi mandragoræ ſucco viridi, aridum ſuccum admiſceo, pondere vnciarum duarum.

Stymmata autē, hoc eſt ſpiſſamenta in quibus læuigas A paſtillum, hoc modo apparato. Rubi, myrti, cytinorum, radicis ſymphyti, radicis capparis, foliorum ſalicis, cupreſſi, gummi, ſingulorum vnc. vnam. Hæc coquito cum aqua ſufficienti, & vtere. In iis verò ſpiſſamentis ſpongias aut glomos irrigato, & cum eis anum crebrò foueto, maximè poſt iniectionem paſtilli, & ſic vtere.

a Muria oliuarum, &c.] Manuſcriptus codex legit, ἔνιε α' ἀλμήν. Hoc eſt primùm inice muriam, &c. Clarius Aetius προένιε ἀλμήν. b Suberis] Iterum in manuſcripto codice falſò φύλλων pro φελλῶν legitur. c Cornu cerui] Hæc omnia deſiderantur in codice Nicolai: ſunt autem ex Aetio adiecta. d Rubiginem] Nicolai codex legit σκωρίας, pro ἰοῦ. Et ἰοῦ legendum eſſe, ex Aetio & ſequentibus ſatis liquet. B

Cap. CIX.

PASTILLVS Andromachi epithema, ad dyſentericos & cœliacos, admodum probatus. Hyoſcyami albi & apii ſeminum, ſing. vnc. ſemis, opii, croci, ſingulorum hexag. vnum ſemis, aniſi, roſarum florum, ſucci hypociſthidis, balauſtiorum, rhois rubei, ſingulorum vnc. ſemis. Trita fermenteſcant, cum vino myrtite, formentur paſtilli, ſiccentur in vmbra. Vſu poſtulante excipiantur palmulis paſſis ſeu calcatis, & illinantur linteo, imponanturque toti cauitati ſtomachi. Sic vſus eius eſto. C

Cap. CX.

PASTILLVS ad lientericos admodum probatus. Croci, opii, myrrhæ, ſingulorum vnciam ſemis, thuris drachmas duas, caſtorei vncias duas. Trita fermenteſcant cum vino adſtringente. fingantur paſtilli, & præbeantur.

Cap. CXI.

PASTILLVS ad lientericos valde bonus. Styracis, opii, myrrhæ, thuris, croci, ſingulorum drach. duas ſemis. Trita ſubigantur cum vino adſtringente aut polygoni ſucco. formentur paſtilli, & præbeantur. D

Cap. CXII.

PASTILLVS Theodoretus, Aſterios dictus. Apii, aſari, aniſi, fœniculi, gallarum, myrrhæ, hyoſcyami & dauci ſeminis, myrti baccarum, ſing. vnc. ſemis, petroſelini, ammeos, ſing. hexag. vnum ſemis, opii vnc. vnam ſemis. Trita irrigentur cum ſucco polygoni, & fingantur paſtilli, denturque. E

Cap. CXIII.

PASTILLVS ad lientericos, probatus. Cumini, rhois Syriaci, balauſtiorum florum, ſingul. vnciam S. drach. vnam, ſidiorum vnc. S. ſilphii hexag. vnum S. aut aridi drach. ſemis. Trita fermenteſcant cum ſucco polygoni, aut inſpergatur potui, aut ſubacta cum oxymelite præbeantur manè & veſperi.

Cap. CXIIII.

PASTILLVS mirabilis valde, ad lientericos. Myrtorum aridorum cochlearium vnum ſemis, aniſi, F roſarum aridarum, œnanthes, ſing. cochl. ſemis, phœnicobalanos viginti. Trita fermenteſcant cum ſucco polygoni, formentur paſtilli drachmæ vnius cum aqua pluuiali, aut cum vino diluto.

Cap. CXV.

PASTILLVS ad iecinoroſos, valde bonus. Aniſi, apii ſeminis, aſari, amygdalarum amararum, abſinthii comæ, ſing. hexagium vnum. Trita fermenteſcant cum aqua ſufficienti. fingantur paſtilli vnciæ vnius, qui den- G tur cum vini diluti cyathis tribus, iis qui vacant febre: febricitantibus autem, cum mulſa. Vrinam mouet is paſtillus, & leniter calidus.

Cap. CXVI.

PASTILLVS ad iecur exulceratum, Andromachi, admodum inſignis. Seminis hyoſcyami, glycyrrhizæ, mandragoræ, ſymphyti, ſenæ, aſari, ſagapeni, ſingul. drach. vnam, rhei barbari drach. tres, opii, ſeminis papaueris, ſingul. drach. duas, aniſi drach. vnam ſemis. Trita ſubigito cum ſucco intybi & apii, formato paſtillos, & H dato. Nonnulli huic paſtillo adiiciunt, cinamomi, croci, ſpicæ, ſeminis agni, ſingulorũ vnc. ſemis. Si verò inſtar antidoti conficere vis, fermentato cum melle Attico, & præbeto cochl. vnum.

Cap. CXVII.

PASTILLVS diſcuſſorius iecoris, & ad febres, ſitimque admodum probatus. Succi oxyacanthæ ſtagia duo, anguriæ ſeminis, maſtiches, ſpodii, ſingulorum hexagium vnum, croci ſtagium ſemis, ſucci eupatorii, glycyrrhizæ, mãnæ, ſingulorum vnc. vnam, rhei Indici, lachæ, ſing. ſtag. ſemis, roſarum aridarum ſtag. vnum. Trita fermenteſcant cum ſucco fœniculi, fingantur paſtilli, denturque vſu exigente.

Cap. CXVIII.

PASTILLVS ad iecur induratum. Eupatorii, ſpicæ, ſucci glycyrrhizæ, aſari, ſenæ, ſing. hexag. vnum S. berberis hexag. ſemis, rhei barbari hexag. duo, ſeminis portulacæ, roſarum, nardi, cinamomi, ſingulorum vnciam ſemis, croci, pelecini, ſingulorum hexag. ſemis, chamæpityos, ſeminis agni, cyperi, ſing. vnc. ſemis, ſeminis citrii drach. duas. Trita ſubigantur cum ſucco fœniculi, formentur paſtilli, & dentur.

Cap. CXIX.

PASTILLVS ad induratum iecur, ſimilis, probatus. Anagallidis vnc. ſemis, rhei Pontici, ſpicæ nardi, ſingulorum vnc. vnam, ariſtolochiæ, maceris, aſari, ſeminis agni, ſenæ, ſingulorum vnciam ſemis, ſeminis portulacæ, & papaueris albi, ſingulorum hexagium vnum ſemis, roſarum, nardi Celticæ, ſingulorum hexag. vnum, ſpodii hexagium ſemis, hyoſcyami ſeminis, carnis ſeminum quinque, ſing. hexag. ſemis quartam partem. Trita fermentato cum ſucco fœniculi, fingitóque paſtillos: quos pro viribus ægri dato cum droſato quocunque volueris, & aqua calida.

Cap. CXX.

PASTILLVS ad iecinoroſos, lienoſos, & ſtomachicos, admodum laudatus. Aſari, ſpicæ, ſenæ, ſingulorum hexag. vnum ſemis, rhei barbari hexag. ſemis, ſeminis portulacæ, roſarum, cinamomi, ſing. drach. tres, intybi, & ſeminis agni, cyperi, ſingulorum hexag. duo. Trita fermenteſcant cum ſucco fœniculi, & fingantur paſtilli, qui dentur.

Cap. CXXI.

PASTILLVS ad iecur induratum, laudatus. Ammoniaci hexagia ſedecim, croci hexagia duo. Crocum tuſum & cribro tranſmiſſum ſubigito cum aqua, dein adiice ammoniacum tritum, & ſubacta excipe, formatóque paſtillos, quos dato pro viribus. Primis quidem vncias duas, mediis vnciam vnam. Atque hoc pacto vtere.

Cap. CXXII.

PASTILLVS ad induratum lienem, & phlegmonen. Cyclaminis ſucci drach. quinque, bryoniæ, dictamni, medullæ ſquillæ aſſatæ, ſingulorum drachmam ſemis, ſtruthii, capparis radicis, ſingulorum drachmam vnam ſemis. Trita fermenteſcant cum aceto ſquillitico, fingantur paſtilli obolorum duorum. Detur vnus paſtillus ex oxymelite.

Cap. CXXIII.

PASTILLVS ex erice ad lienis phlegmonen, & duritiem. Tenerũm rubi ramorum, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum drach. duas, capparis foliorum drach. vnam, myricæ fructus, aſpleni nominati, rhei Pōtici, ſquillæ aſſatæ, piperis cōmunis, ſing. drachm. ſemis. Trita ſubigantur cum aqua, fingantur paſtilli, qui dentur ex oxymelite. Miraberis illius efficaciã: lienē enim ſtatim minuit. ſimiliter vtere. Seminis ericæ hexag. duo, piperis albi, ſpicæ nardi, ammoniaci thymiamatis, rhei barbari, ſingulorum hexagium vnum. Aliàs autem hæc etiam miſcetur: Coſti, ſcolopendrii, corticis radicis capparis, ſing. hexag. duo. Trita fermenteſcant cum aceto ſquillitico, fingantur paſtilli, & dentur. Simile. Seminis ericæ, corticis ſalicis, ſingulorum vnc. ſemis drach. vnam, corticis capparis vnc. ſemis, ammoniaci thymiamatis drach. duas, euphorbii, ſpicæ nardi, ſing. hexag. S. quartam partem. Trita fermenteſcant cum aceto ſquillitico, formentur paſtilli, ac præbeantur.

Cap. CXXIIII.

PASTILLI è ſquilla,ad phlegmonen & omne malũ lienis,ad hydropicóſque.vrinã quoq; mouet,& vtilis ad emolliendam aluum. Squillam bene magnam [a] fermento oblitam aſſato,dein purgatæ medullæ eius adiicelibram ſemis,ſeminis dauci hexagium vnum ſemis, aniſi,ſeſelis,ericæ ramos,chamædryos,radicis panacis, chamæpityos,iridis,ſingulorum hexag.vnum ſemis,ſeminis vrticæ,fructus cedri,vnciã ſemis,myrrhæ drach. vnam,eruorum excorticatorum vnc.quatuor. Trita fermenteſcant cum vino:fingantur paſtilli,detúrque vncia vna ex oxymelitis cyathis tribus. Eſt Archigenis inuentum.

a Fermento] Græcè eſt ζύμῃ. Aetius autem legit πηλῷ, id eſt luto.

Cap. CXXV.

PASTILLVS ſimilis paſtillo è ſquilla. Hederæ nigræ corymborum vnc. duas quartam partem, ſpicæ nardi vnc.vnam drach.duas,ſeminis rutæ ſylueſtris vnc. vnam,caſtorei drach.duas,iridis vnc.vnam ſemis. Trita ſubigito cum ſucco verbenacæ rectæ,formatóque paſtillos qui in prædictis malis dentur,nempe ad hydropicos & lienoſos, ex vino veteri diebus quinque: ac vrinam mouebit cruentam. Cognouimus autem hunc paſtillũ in iis etiam qui lienem induratum habent, probatum eſſe.

Cap. CXXVI.

PASTILLVS ad ictericos & iecinoroſos, mirabilis. Amygdalarum amararum drach. duas, aniſi, abſinthii comæ,ſing.dr.vnam, ſpicæ nardi drach. ſemis. Reliquæ ſpecies terantur,amygdalæ autem terantur in aqua,excipiantur,& fingantur paſtilli,& detur drachma vna carentibus febre ex mulſi cyathis tribus.

Cap. CXXVII.

PASTILLVS panchreſtus, ducit vrinam multã. facit etiam ad lumbos dolentes, & pituitam habentes in toto corpore,peripneumonicos, pleuriticos, quartanarios,arthriticos,& diſtenſione neruorum laborantes, datus iis quidem cum vino,illis verò ex oxymelite,aliis verò ex mulſa. Ariſtolochiæ, myrrhæ, ceruſſæ,ſeminis abrotoni, iridis, canchryos, ſingulorum drachmas duas, aniſi, baccarum cedri, radicis panacis, pyrethri, ammoniaci thymiamatis,cardamomi, cumini,ſing.dr. vnam. Trita fermenteſcant cum aqua, fingantúrque paſtilli triobolares,aut duorum obolorum, dato pro viribus ægri.

Cap. CXXVIII.

PASTILLVS ad hydropicos potus. Corallii, aluminis ſciſſi,ſingulorum drach.vnam.Trita ſubigantur cum decocto calaminthæ, & formentur paſtilli, detúrque obolus vnus bibendus cum calaminthæ decocto. Archigenes ſummè etiam ad nephriticos conferre inquit.

Cap. CXXIX.

PASTILLVS ad hydropicos, vrinam mouens. Seminis apii drach.ſex,myrrhæ,dauci,croci,ſing.drach. tres ſemis, iunci odorati drach. duas, ſeminis fœniculi, aſari,ſing.drach.tres,ſpicæ nardi,caſiæ,cinamomi,ſeſelis,ſauinæ,ſing.drach.ſemis,quartam partem. Trita fermentato cum vino odorato,formatóque paſtillos oboli vnius,aut obolorum duórum. dato pro viribus. Facit ad calculoſos,ſumptus cum vini diluti cyathis tribus.

Cap. CXXX.

PASTILLVS ad iecinoroſos & ictericos, admodum probatus. Aniſi,ſeminis apii,aſari,amygdalarum amararum, abſinthii, ſingulorum hexagium vnum S. rhei barbari hexag. vnum S. eupatorii hexagii quartam partem,ſantali rubei & citrini,ſing.hexag.vnum ſemis. Trita fermenteſcant cum aqua, fingantúrque paſtilli pendentes ſemunciam. Alii autem vnciam vnam adæquent. Dentur pro viribus ex aqua decoctionis [a] crithari tepida.

a Critharii] Græcè legitur κριθαρίυ. Per critharium autem fortè crithamum aut crithmum dictum intelligit: quod regio morbo conferre, Dioſcorides teſtatum reliquit.

A Cap. CXXXI.

PASTILLVS ad nephriticos,calculoſos. Hyoſcyami,cicutæ,fœniculi, vuæ & maluæ ſeminum, Celticæ, folii, ſpicæ nardi, ſaxifragi, ſingulorum drach.vnam S. [a] oui drach.quatuor,amygdalarum amararum,pinearũ, ſingulorum drach.duas,piperis albi drach.quatuor. Trita fermenteſcant cum vino dulci, fingantur paſtilli, & dentur.

a Oui] Manuſcriptus codex legit ὠιῶ: ſed quàm rectè, dubito.

Cap. CXXXII.

B PASTILLVS ſimplex ad abſceſſus, & vlcera in renibus, probatus. Seminis lini, ſeminis cucumerum, ſing.drach.vnam,amyli drach.duas. Trita fermenteſcat cum aqua,fingantur paſtilli,& dentur.

Cap. CXXXIII.

PASTILLVS nephriticus ad renum & veſicæ affectus,pus aut ſanguinem,aut mucoſum mingentes,ad eos qui vehementi dolore laborant,atque ſyriaſes. Opii, pinearum repurgatarum, ſeminis fœniculi & lapathi, C ſingulorum drachmam vnam, ſeminis cucumeris drachmas ſex, ſeminis apii drach. tres, pinearum vſtarum drach.duas, herbæ veſicariæ [a] folliculorum drach.duas ſemis. Trita fermenteſcant cum paſſo Cretico, fingantúrque paſtilli drachmæ vnius. Non febricitantibus datur paſtillus vnus ex paſſi cochleariis tribus: febricitantibus autem,ex aqua.

a Folliculorum] In codice Nicolai ſcribitur κικύων, fortè pro θυλακίων.

Cap. CXXXIIII.

PASTILLVS ad exulcerationem renum,& D cicatrice indigentium, admodum mirabilis. Opii drach. vnam, pinearum torrefactarum gran.viginti, amygdalarum, nucum Ponticarum excorticatarum & torrefactarum,ſing.drach.octo. Trita ſubigantur cum vino dulci,& confectis omnibus fiant paſtilli duo,qui dentur ex vino aut aqua.

Cap. CXXXV.

PASTILLVS ad profluuium muliebre, & eruptionem ſanguinis ex vtero,admodum probatus. Succi hypociſthidis,terræ Samiæ, gallæ immaturæ,acaciæ fla E uæ,ſingulorum drach.quatuor, Lemnii ſigilli, rhei barbari,ſing.drach.duas, ſucci acaciæ, roſarum rubearum, ſingulorum drachmam vnam ſemis, cinabaris,hoc eſt ſymphyti,drachmam vnam, corallii rubei drach. vnam ſemis. Trita ſubigantur cum aqua pluuiali, formenturque paſtilli, qui dentur ex ſucco arnogloſſi, aut filicis, aut polygoni,aut plantaginis minoris,aut myrti baccarum.

Cap. CXXXVI.

PASTILLVS capitalis ad eryſipelata,admodum F probatus. Lithargyri, ceruſſæ, croci, ſulphuris ignem non experti,opii,rubricæ ſinopicæ, chalcitidis, miſyos, chalcãthi, aluminis ſciſſilis. Trita fermentato cum aceto acri,fingito paſtillos:& præbeto.

Cap. CXXXVII.

PASTILLVS ad dolorem aurium ob ſpiritum flatuoſum natum mirificus. Dicunt autem ægrotanti non eſſe admouendum, priuſquam merces accipiatur: tribus enim diebus plurimùm ſanat. Cæterùm non ſo- G lùm eos qui à flatibus dolent, ſed & omne malum tam recens quàm vetus aurium emendat,gratia Dei,& confeſtim dolorem abigit,in aurem dolenti oppoſitam inſtillatus. Foliorum rutæ, zingiberis dolo vacantis Troglodytici,ſingulorum drachmas tres S. ſucci hyoſcyami drachmam vnam,opii nigri,amomi legitimi,croci Corycei puri,ſingulorum drach. ſemis, baccarum lauri excorticatarum drach.tres. Trita ſubigito cum lacte muliebri,formatóque paſtillos,& exſiccato in vmbra. Vſu verò poſtulante,accipe ac terito in lacte muliebri, & bene H ſubactum infunde cum goſſipio in aurẽ dolenti oppoſitam. Eſt probatus & inſignis.

Cap. CXXXVIII.

PASTILLVS ad dyſentericos,laudatus. Rhois Syriaci, gallarum quercinarum, balauſtiorum, amyli,

ſeminis ericæ, ſeminis apii, opii,ſing. vnc. vnam. Trita fermentato cũ aqua,& fingito paſtillos drachmæ vnius, & vtere.

Cap. CXXXIX.

PASTILLVS ad dyſentericos dolorem mitigans,conferens ilioſis, lienoſis, difficultate vrinæ laborantibus,& aquam metuentibus. Hyoſcyami,apii,& papaueris ſeminum,ſing.drach. ſex,opii,caſtorei,aniſi,ſpicæ nardi,ſeminis fœniculi,ſingul.drach. tres. Trita fermenteſcant cum aqua pluuiali: formentur paſtilli ſiliquas pendentes duas. Dantur ex temperata pro ægri viribus.

Cap. CXL.

PASTILLVS ad dyſentericos ex ſubere. Gallæ, chartæ vſtæ,ſing. drach. quindecim, arſenici drach.ſedecim,ſandarachæ drach.octo,aluminis ſciſſilis, acaciæ aridæ,ſing.drach.viginti,ceruſſæ,lithargyri,calcis viuæ, ſing.drach. quinque.Trita ſubige cum vino,& informa paſtillos.Vſu poſtulante diſſolue vino ſufficienti, & per anum infundito.

Cap. CXLI.

PASTILLVS ad dyſentericos, lampterius vocatus,valde probatus. Arſenici drach.quinque, chalcitidis crudæ drach.decem, ſquamæ æris drach.octo, calcis viuæ,croci,opii,ſing.drach. duas. Trita ſubige cum vino aminæo,finge paſtillos,& præbeto.

Cap. CXLII.

PASTILLVS ad dyſentericos è ſeminibus, ſomniferus. Aniſi,fœniculi & hyoſcyami ſeminis,ammeos,opii,ſeminis apii, ſing. vnc. vnam. Vbi contriueris, diſſolue opium cum aqua, & probè confectis fingito paſtillos,& dato.

Cap. CXLIII.

PASTILLVS Paſionis nominatus.Squamæ æris drach.ſex,æris [a]vſti, aloes flauæ, ammoniaci, aluminis rotundi,ſing.drach. quatuor, chalcanthi, croci, aluminis ſciſſilis,crocomagmatis, miſyos,thuris, ſing. vncias duas. Trita ſubige cum vino adſtringente aut aceto,formatóque paſtillos & dato.

a Vſti] Falſò legitur in manuſcripto codice κεραμίυ pro κεκαυμένυ.

Cap. CXLIIII.

PASTILLVS infuſilis, Fauſtianus. Arſenici drach.ſex,ſandarachæ drach. tres, calcis viuæ drachmas duodecim ſemis,chartæ vſtæ drach.vnam.Trita ſubigito cum ſucco baccarum myrti,aut decocto illarum.formato paſtillos, & inijce cum decocto lenticulæ, ac rubi radicum.

Cap. CXLV.

PASTILLVS è ſubere. Gallarum vſtarum, chartæ vſtæ, [a]ſuberum vſtorum, panis vſti,cornu ceruini vſti,ſing.drach.tres S.arſenici drach.decem, ſandarachæ, calcis,ſing.drach.tres,acaciæ, ceruſſæ, ſing. drach. duas ſemis,lithargyri drach.vnam ſemis. Trita fermenteſcãt cum vino odorato,formentur paſtilli,& dentur.

a Suberum] Malè φύλλων pro φελλῶν ſcribitur.

Cap. CXLVI.

PASTILLVS Bithynus appellatus. Sidiorum drach.quinque, cadmiæ drach.vnã ſemis, ariſtolochiæ, gallarum radicis,radicis panacis, iridis, chalcanthi,aluminis ſciſſilis,chalcitidis,miſyos,ſquamæ æris,mannæ, coſti,ſing.vnc.ſemis quartam partem. Trita ſubigantur cum aceto,fingantur paſtilli,& dentur.

Cap. CXLVII.

PASTILLVS è caſtoreo ad vlcera,nomas & fluxiones veteres. Croci,aloes, thuris,ſingulorum vnc.ſemis,cytinorum,aluminis ſciſſilis,caſtorei,mãnæ,æruginis raſilis,ſingulorum vnc.vnam, rubricæ ſinopicæ lib. ſemis. Trita excipiantur cum vino veteri:formentur paſtilli,& dentur.

Cap. CXLVIII.

PASTILLVS è caſtoreo, ad colicos admodum laudatus & mirabilis.[a]Myrrhæ,caſtorei, ſing. ſcrup.ſex, croci,opii,ſingulorum ſcrup.nouem,aniſi,apii & dauci ſeminis,ſing.drach.ſemis, ſeminis hyoſcyami ſcrup. octodecim. Trita fermenteſcant cum aqua,fingantur paſtilli,& dentur.

a Myrrhæ] Græcè eſt ζιγγιϐέρεως. Paulus tamen habet σμύρνης:& rectè quidem. Frequens verò eſt non ſolùm in Nicolao, ſed & in omnibus aliis Græcis medicis, vt zingiberi pro myrrha legatur: idque non alia de cauſa, quàm quòd vtrunque iiſdem notis,nempe ζζ à Græcis medicis ſcribi ſolitum ſit.

Cap. CXLIX.

PASTILLVS ex œnelæo pudẽdorum & ſedis vitiis vtilis.Ceruſſæ vnc.quinque,lithargyri vnc. duas ſemis,thuris,recrementi plumbi,aluminis ſciſſilis,ſingulorũ vnc.vnam.Trita fermenteſcant cum vino odorato marinæ experte,fingantur paſtilli,ac dentur cum vino roſaceo aut myrtite.

Cap. CL.

PASTILLVS è lapide Phrygio pudendis vtilis. Lapidis Phrygii vſti & ter reſtincti,primò quidem butyro aut oleo roſaceo,ſecundò vino, tertiò autem melle, vnc.duas, roſarum vnc.i.ſidiorũ vnc.i. Cõfecta redigito in paſtillos,& dato.

Cap. CLI.

PASTILLVS dia lotariõn,id eſt ex loto ſylueſtri ad pudendorum & ſedis vitia probatus.Ceruſſæ,amyli, glaucii,croci,aluminis ſciſſi,ſing. vnc.vnam. Trita fermenteſcant cum ſucco loti ſylueſtris,aut vino:formentur paſtilli,& dentur.

Cap. CLII.

PASTILLVS leucos, hoc eſt albus cognominatus.Terræ aſteris,pompholygis, ceruſſæ, amyli, ſingul. vnc.vnam,opii ſcrup.duos.Trita ſubigantur cum aqua, formentúrque paſtilli,& dentur.

Cap. CLIII.

PASTILLVS ex halicacabo.Lithargyri, ceruſſæ, ſingul.drach.ſex,halicacabi drach.duas, chalcanthi dr. tres & quartam partem,aluminis ſciſſi drach.vnam, minii quod ad colorandum ſatis eſt. Trita fermẽtato cum aqua:fingito paſtillos,& dato.

Cap. CLIIII.

PASTILLVS è duplici elleboro, & duabus acaciis.Acaciæ nigræ & rubeæ,glutinis fabrilis (aliàs glutinis piſcium)ſingul.vnc.duas,ammoniaci thymiamatis, glaucii,aloes flauæ,ſingul.vnc.vnam,thuris maſculi,ellebori nigri & albi,ſing.vnc.ſemis.Trita excipiantur cũ aceto ſquillitico. formentur paſtilli, qui vſu poſcente, excipiantur eodem vel communi aceto, & ſubacta ante & poſt balneum inungantur.

Cap. CLV.

PASTILLVS è nigro & viridi colore, melãchloros dictus. [a]Zingiberis, aloes flauæ, æris ſquamæ, thuris maſculi,æris vſti,arſenici,aluminis ſciſſi & rotũdi,iridis,chalcitidis,ſalis foſſilis,chalcanthi,ceruſſæ, nitri,lithargyri,radicis panacis, cadmiæ,ſidiorum, gallarum,ariſtolochiæ rotũdæ,ſquamæ æris,ſtomomatis,æruginis raſilis,ſing.vnc.ſemis.Trita fermenteſcant cum aceto,formentúrque paſtilli.Fit etiam ex eo emplaſtrũ hoc modo. Paſtilli colophoniæ,olei communis, ſingul. vnc.ſex,aceti quod ſatis eſt.ſolue paſtillum,& ſic confecto vtere.

a Zingiberis] Paulus habet σμύρνης, hoc eſt myrrhæ.Vt hinc etiam,quod paulo antè diximus,manifeſtum fiat,zingiber pro myrrha legi multis in locis.

Cap. CLVI.

PASTILLVS pantolinos dictus,ad chironia malignáque vlcera,& fluxiones admodũ probat⁹. Caſiæ,æris vſti,ceruſſæ, lithargyri,æruginis raſilis,aluminis ſciſſilis & liquidi,& latericii quod plinthetis dicitur, radicis panacis,ariſtolochiæ longæ & rotundæ, chalcanthi, portulacæ,iridis,aſtragalitidis,chalcitidis,miſyos, ammoniaci thymiamatis, ſalis ammmoniaci, æruginis ferri,ſquamæ æris, aloes flauæ, diphrygis, thuris gallarum, ſarcocollæ, plumbi vſti, foliorum oleæ, myrrhæ, atramenti Indici, oxymyrſines, hoc eſt myrti ſylueſtris, atramenti liquidi, balauſtiorum, ſpinæ Ægyptiæ, ſulphuris ignem non experti, nitri,

rhois Syriaci, rhois rubri, chryſocollæ, [a]aluminis coriarii, acaciæ, ſalis ſpumæ, omphacii, ſingulorum vnc. vnã. Trita fermenteſcant cum aceto ſub caniculæ æſtu diebus triginta, ſingantur paſtilli, & dentur. A

a Aluminis] Nicolaus habet ϛυπτηρίας, Paulus autem ῥόος, hoc eſt rhois: quæ lectio verior eſſe videtur, quia additur coriarii, quod de alumine non rectè dicitur.

Cap. CLVII.

PASTILLVS è thapſia, hemicranicus. Succi thapſiæ drach. octo, myrrhæ drach. quatuor, opopanacis, euphorbii, ſing. drach. tres, nitri [a]Parthici drach. duas, pipe- B ris communis, ſagapeni, ſing. drach. vnam. Trita fermẽtato cum aceto, & vſu exigente, aceto illitum poſt ſex horas abluito. Si verò remiſſiore vti voles, cerato pari exceptum illinito, & noctem ſinito.

a Parthici] Manuſcriptus codex, vt etiam Paulus, malè & corruptè παρθενικȣ̃ legit, pro παρθικȣ̃. Nam Galenus lib. 2. De comp. medicament. local. cap. vltimo, vbi hunc paſtillum deſcribit, habet ὀπȣ̃ μηδικȣ̃. conterminæ enim ſunt regiones, Media & Parthia.

Cap. CLVIII.

PASTILLVS menſes mouens, probatus. Caſto- C rei, aſæ fœtidæ, hoc eſt ſcordii, ſing. drach. vnam, opopanacis, galbani, aſari, ariſtolochiæ longæ, myrrhæ, ſing. drach. ſemis. Trita fermentato cum ſucco abſinthii, & finge paſtillos, dato cum decocto melitines, id eſt abrotoni, aut abaſcanthi, hoc eſt artemiſiæ, fructus iuniperi, (qui Græcè vocatur cedri ſylueſtris fructus) & corticis radicis capparis, ſicque confectum præbeto.

Cap. CLIX.

PASTILLVS menſes ducens admodum laudatus. [a]Hyra drach. tres, farinæ [b] eruinæ drach. quinque, rutæ, menthæ, rubiæ, ſagapeni, aſæ fœtidæ, hoc eſt ſcordii, opopanacis, ſing. drach. duas. Trita fermentato cum ſucco abſinthii, ſingito paſtillos drachmæ vnius, & præbeto cum aqua tepida, cui incocta ſint, iuniperi, hoc eſt fructus cedri ſylueſtris, abſinthii, chamæmeli flores, & ſic præbeto cum paſtillo manè ieiuno.

a Hyra] Græcè ὕρα. Quid verò ſit, planè ignoro. Puto locũ eſſe corruptum. b Eruinæ] Manuſcriptus codex legit θερμίνου, fortè pro θερμίνȣ, id eſt fœnigræci farinæ.

Cap. CLX.

CAPILLOS capitis denigrans. Decoctum ſaluiæ affuſum calidum, & folia illita.

Cap. CLXI.

CAPILLOS capitis flauos efficiens. Cypri arboris folii decoctum cum ſucco ſtruthii capiti illitum.

Cap. CLXII.

CAPILLOS capitis nigros reddens. Myrti fructus & folia in aceto decocta, & illita. Similiter capillos capitis ſiſtit ladanum, cum ſucco adianti inunctum.

Cap. CLXIII.

CAPILLOS denigrans. Corticem radicis capparis coquito cum lacte aſinino ad tertias, dein oleũ contineto in ore tuo, & tingito capillos. Si enim non contineris oleum in ore tuo, modo quodam diſtributionis naturalis dentes tui nigreſcent.

INDEX HYPOGLOTTIDVM, aquarum, & aliorum.

Hypoglottis ad tuſſes ac deſtillationes, Cap. I.

Hypoglottis tuſſi vtilis, admodum probata, Cap. II.

Hypoglottis ſimilis laudata, Cap. III.

Hypoglottis ad tuſſes, deſtillationes, & omnia arteriæ & pulmonis vitia, Cap. IIII.

Hypoglottis ad vocem amiſſam, & eiuſdem aſperitatẽ, Cap. V.

Hypoglottis ad tuſſim, raucitatem, arteriam & vocem amiſſam, Cap. VI.

Hypoglottis ad vocem amiſſam, raucitatem, & omnia arteriæ mala, Cap. VII.

Hypoglottis ad aſperitatem faucium, & vocẽ amiſſam, Cap. VIII.

Hypoglottis ad amiſſam vocem, & raucitatem à plurima humiditate factam, Cap. IX.

Hypoglottis ad raucitatem à plurima humiditate ortã, Cap. X.

Hypoglottis ad raucitatem à deſtillatione natam, Cap. XI.

Hypoglottis è braſſica, vocem repurgans, Cap. XII.

Hypoglottis ad amiſſam vocem, raucitatem, & ægrè excreantes, Cap. XIII.

Hypoglottis mirifica, ad eos qui nonniſi rectа ceruice ſpirant, Cap. XIIII.

Hypoglottis ad tuſſientes, nonniſi recta ceruice & difficulter ſpirantes, deſtillationéque laborantes, Cap. XV.

Hypoglottis ſiſtens fluxionem, Cap. XVI.

Hypoglottis concoquens, ad diuturnas tuſſes & deſtillationes vtilis, Cap. XVII.

Hypoglottis ſitim reſtinguens, iis qui æſtu plurimo laborant vtilis, Cap. XVIII.

Hypoglottis mirifica valde, ad eos qui æſtu laborant, ſitim reſtinguens, Cap. XIX.

Hypoglottis ad continuas febres, lipyrias, adurentes, & hecticas, Cap. XX.

Aqua pleuriticis pota vtilis, Cap. XXI.

Aqua ad laborantes abſceſſu, ſuppuratos & tuſſientes, Cap. XXII.

Aqua ad continuas febres & adurentes, valde bona, Cap. XXIII.

Aluum ſubducens medicamentum, pleuriticis & iis qui non febricitant, mirificè vtile, Cap. XXIIII.

Aqua in principio pota, pleuriticis, febre vacantibus vtilis, Cap. XXV.

Aqua ad vehementes oculorum dolores, cruentos, & æſtuantes, Cap. XXVI.

Aquæ malorum confectio, admodum laudata, Cap. XXVII.

Aquæ malorum confectio ſimilis, neceſſaria, Cap. XXVIII.

Aquæ roſaceæ confectio, Cap. XXIX.

Aquæ mali confectio, admodum probata, Cap. XXX.

Hypomyrtites confectio, valde laudata, Cap. XXXI.

Hypoglottis ad continuas febres, & ardentes probata, Cap. XXXII.

Hypoglottis ad tuſſes in febre factas, Cap. XXXIII.

Hypoglottis ſimilis mirifica, Cap. XXXIIII.

In hebetudine & nubeculis oculorum vtile, Cap. XXXV.

Aqua in dolore oculorum imponenda, Cap. XXXVI.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,
De hypoglottidibus,aquis,& aliis,
Sectio quadrageſimaſecunda.

Cap. I.

HYPOGLOTTIS ad tuſſes & deſtillationes.Succi glycyrrhizæ, tragacanthæ, amyli,gummi Alexandrini,ſingulorum hexagium vnum,ſeminum peponis, anguriæ, & cucurbitæ, ſing. hexagium ſemis,ſeminis cotoneorum drach. ſemis, amygdalarum dulcium repurgatarum hexag.vnum,penidiorum hexag.tria.Probè trita ſubigantur cum droſato violarum aut chamæleuces,& fingantur hypoglottides,detur vna vt ſub lingua retineatur, & ſaliua ex ea deglutiatur.

Cap. II.

HYPOGLOTTIS tuſſi conueniens, admodum probata.Tragacanthæ,glycyrrhizæ aut eius ſucci, ſeminis portulacæ & cotoneorum,amyli,gummi Alexādrini,ſing.drach.tres,ſeminis peponis & anguriæ,ſing. drach.vnam,nuces Ponticas ſex,piſtacia quatuor.Trita fermenteſcant cum aqua tuſſilaginis,& formentur hypoglottides,ac præbeantur.

Cap. III.

HYPOGLOTTIS ſimilis laudata. Amyli, penidiorum,ſeminis cotoneorum,ſeminis vrticæ,ſeminis lini,ſucci glycyrrhizæ,ſing.drach.duas, ſtyracis drach. ſemis.Trita ſubigito cum penidiis,& oleo amygdalarū, aut droſato violarum,aut tuſſilaginis:formentur hypoglottides,ac dentur.

Cap. IIII.

HYPOGLOTTIS ad tuſſientes,deſtillatione laborantes,& ad omnis generis arteriæ pulmoniſque affectus: omnino autem prodeſt tuſſientibus, & deſtillatione correptis.Glycyrrhizæ,amyli, tragacanthæ, amygdalarum,gummi Arabici,ſeminum cucumerum,ſing. hexag.tria,penidiorum vnc.ſemis.Trita fermentato cū ſucco cotoneorum,formato hypoglottides,& dato.

Cap. V.

HYPOGLOTTIS arteriaca ad amiſſam vocē,& eiuſdem aſperitatē.Tragacanthæ,gummi, ſing. hexag. vnum,ſucci glycyrrhizæ hexag.ſemis,myrrhæ ſiliq. II. croci drachmæ quartam partem,penidiorū vnc. ſemis. Trita ſubigito cū ſucco glycyrrhizæ,& formato hypoglottidas,& dato.

Cap. VI.

HYPOGLOTTIDES ad tuſſiētes, raucitatem, arteriam exaſperatam,& vocem amiſſam, & eos qui ægrè excreant.Tragacanthæ,gummi,ſeminis vrticæ, dr. vnam,zingiberis,thuris maris,piperis longi, palmularum pinguium,ſingul.ſiliq.tres,glycyrrhizæ drach. ſemis.Gummi,tragacāthā maceratο priùs in paſſo Cretico:& vbi diſſoluta fuerint, reliqua tuſa adiicito: & cū droſato ſufficienti excipito,formato hypoglottides: & quum vſus poſtulat,dato.

Cap. VII.

HYPOGLOTTIS ad vocem amiſſam,& raucitatē, reliquóſque arteriæ affectus probata.Tragacāthæ, gummi,ſing.hexag.ſemis,myrrhæ,thuris,ſing.ſiliquas tres,palmularum pinguium,glycyrrhizæ,ſing.ſiliq.ſex. Trita excipe cum paſſo Cretico,aut droſato ſquillitico, aut tuſſilaginis.formato hypoglottides, & dato vt mirabiles.

Cap. VIII.

HYPOGLOTTIS arteriaca ad aſperitatem faucium,vocémque amiſſam,valde laudata.Croci gran. ſeptem,glycyrrhizæ,ſpicæ nardi,ſing.hex.quatuor, myrrhæ hex.quartam partem,thuris hex.tria,ſeminis hyoſcyami hexag.vnum.Trita fermentato cum droſato, finge hypoglottides,& præbeto.

Cap. IX.

A HYPOGLOTTIS experta ad omiſſam vocem, & raucitatem à plurima humiditate natam. Coſti,folii, ſpicæ nardi,amomi,piperis cōmunis, caſiæ, maſtiches, ſing.hexag.quinque,opii hexag.vnum. Trita ſubigito cum ſucco mororum, & fingantur hypoglottides non admodum aridæ, vt ſcilicet facilè ſub lingua liqueſcat, ac dato.

Cap. X.

HYPOGLOTTIS admodum mira ad raucitatē
B propter plurimam humiditatem factam.Croci ſiliq. ſeptem,gummi ſiliq.decem, tragacanthæ ſiliq. ſedecim, caſiæ ſiliq.octo,ſeminis papaueris albi ſiliq. duodecim, piperis communis ſiliq.quatuor,thuris maſculi ſiliquas tres.Trita excipiantur cum droſato ſquillitico & ſucco mori,fingantur hypoglottides,& præbeantur.

Cap. XI.

HYPOGLOTTIS ad raucitatem à deſtillatione ortam admodum probata.Maceris ſiliq.ſex,cinamomi,
C ſpicæ,ſing.ſiliq.ſex,ſucci glycyrrhizæ,carnis caricarum, ſing.ſtag.vnum.Trita excipe cum ſucco braſſicæ Phrygiæ,formato hypoglottides,& dato.

Cap. XII.

HYPOGLOTTIS è braſſica vocem repurgans, valde mirabilis.Succi foliorum braſſicæ hortenſis, vnito cum melle probè deſpumato ac coquito ſimul bene ad conſiſtentiam. Adiice ſucci glycyrrhizam & tragacātham maceratam.Subactiſque ſimul bene emollitis,rurſus prope lentum ignem ad conſiſtentiam vſque coquito.dein ab igne ſemota in lebete maneāt tribus diebus.
D Tandem exempta recōde in vaſe ac vſu exigēte formato hypoglottidas,& dato cubitum ituris, muniens ægros à frigore.

Cap. XIII.

HYPOGLOTTIS ad amiſſam vocem,raucitatē, & eos qui ægrè excreant valde probata. Tragacanthæ, gummi,ſing.vnc.ſex,myrrhæ vnc. vnam obolos duos, thuris maſculi vnc.vnam ſemis,piperis albi gra. viginti,croci vnc.ſemis,ſucci glycyrrhizæ vnc.ſex,palmularū pinguium.Trita excipito cum paſſo Cretico. Gummi
E autem & tragacantham tundito & cribrato.Paſſum verò irrigato cum ſucco glycyrrhizæ,& tuſa in aqua coquito ad conſiſtentiam quadruplam,fingito hypoglottidas & dato.

Cap. XIIII.

HYPOGLOTTIS mirifica, ad eos qui nonniſi recta ceruice ſpirant.Croci,glycyrrhizæ,thuris maſculi, myrrhæ,gummi,tragacanthæ,ſing.ſcrup.tres,penidiorum ſcrup.vnum ſemis. Trita fermentato cum vino dulci,formatas hypoglottidas præbeto.

Cap. XV.

F HYPOGLOTTIS ad tuſſientes,nōniſi recta ceruice ſpirantes,& deſtillatione laborantes. Tragacanthæ, gummi Arabici,amyli,amygdalarum dulcium,ſeminis portulacæ & vrticæ,cucumeris ſeminum, glycyrrhizæ, ſeminis papaueris albi, ſeminis lini, ſucci glycyrrhizæ, ſingulorum drach.tres,penidiorum drach. duas. Trita fermenteſcant cum droſato ſquillitico, fingito hypoglottidas,& dato.

Cap. XVI.

HYPOGLOTTIS fluxiones ſiſtens, retenta per
G totam noctem.aut ſaliuam ex ipſa coactā expuere prodeſt.Styracis,croci,thuris,opii,ſing.hexag.vnum. Trita fermenteſcant cum droſato roſarum aut myrtino,fingātur hypoglottides,& dentur.

Cap. XVII.

HYPOGLOTTIS concoquens, ad diuturnas tuſſes, & deſtillatione laborantes vtilis. Mellis Attici

puri vnc.quatuor,terebinthinæ ſubactæ vnc.duas, galbani vnc.vnam. Mel cum terebinthina bene coquito. poſtea adiice galbanum emollitum: vbi liquefacta fuerint,tollito ab igne,moueto quoad refrigerentur.vbi refrigerata fuerint,formato hypoglottides fabæ aut nucis Ponticæ magnitudine:deinde in vmbra ſiccato. Vnamquanque hypoglottidem extrinſecus cera obuoluito ne diſſoluantur,ſeruatóque in vaſe.Vſu verò poſtulante,adempta cera vnam ſub lingua retineto. æger ſaliuam exuctam deglutiat.

Cap. XVIII.

HYPOGLOTTIS ſitim arcens ad æſtuantes.Seminis cucumeris ſatiui,intybi,& lactucæ,ſing.hexag.I. ſpodii ſiliq.quatuor,ſeminis cotonei & malorum, ſucci glycyrrhizæ,ſing.hexag.ſemis,tragacanthæ hexag. vnũ ſemis,ſacchari candi & penidii,ſing.hexag.vnum. Trita fermenteſcant cum albo oui,aut ſucco zeæ quam [a] far Latini nominant, aut nenupharis: fingito hypoglottides,& dato.

a Far] Φάρον.

Cap. XIX.

HYPOGLOTTIS admodum mira,ad æſtuantes ſitim reſtinguens. Seminis cucumeris ſatiui, cotoneorum,drach.duas,ſeminis lactucæ,& intybi,ſing. drach. vnam,glaciei hyemalis in fornicibus factæ drach. tres, ſacchari candi hexag.vnum. Trita ſubigito cum albo oui,formato hypoglottides,& da.

Cap. XX.

HYPOGLOTTIS ad continuas febres nominatas lipyrias,ardentes & hecticas. Seminum cucumerũ, ſing.vnc.ſemis,ſeminis lactucæ & intybi,ſing.hexag.vnum,ſeminum pyrorum hexag.ſemis, ſucci glycyrrhizæ hexag.vnum,tragacanthæ,gummi,ſing.hexag duo, ſeminis portulacæ drach.ſemis, ſeminis atriplicis ſiliq. ſex,penidiorum vnc.vnam.Trita fermentato cum ſucco pſyllii, fingito hypoglottides eáſque vſu exigente præbeto.

Cap. XXI.

AQVA pota,pleuriticos confeſtim iuuans.Radicis phu faſciculũ vnum,coquito vnà cum aquæ libr. quatuor ſemis ad tertias.Dein expreſſis adiicito ſacchari aut penidiorum vnc.quatuor:ac rurſus coquito ad conſiſtẽtiam. pòſt vbi ab igne ademeris,dato ægrotãti cyathos tres ieiuno. Simile. Accipe leue olus,quod Italis [a] ſcãpiuza vocatur,faſciculum vnum,hordei denudati vnciã S. aquæ quod ſatis eſt,coquito ad tertias. præbe bibendum cum penidiis manè ieiuno.

a Scampiuza] Tuſſilaginem intelligit.

Cap. XXII.

AQVA ad eos qui abſceſſu laborant,ſuppuratos,& tuſſientes pota bona.Zizipha viginti,glycyrrhizæ,chamæleuces,ariſtolochiæ rotũdæ,ſing.vnc.ſemis, florum & ſeminis maluæ,ſing.hexag.duo,hordei denudati vnciam vnam:coquito in aqua ad tertias, dato bibendum tota die cum penidiis aut ſaccharo.

Cap. XXIII.

AQVA pota ad continuas febres & ardentes,admodum bona.Nenupharis vnc.tres coquito in aqua ad tertias,aut confice vt ſtillatitium roſarum liquorẽ, & hanc aquam bibendam præbeto cum droſato violarum.

Cap. XXIIII.

PER inferna deiiciens aqua ex maſtiche,ad pleuriticos admodum probata,& eos qui febre vacant mirabilis.Maſtiches ſcrup.nouem terito valde,& cum aqua tepida ſubigito,ac diligenter concutito quoad lactis colorem nanciſcatur, præbetóque bibendam. ea pota in promptu habeto amygdalas amaras decorticatas viginti,& ſubactas cum modico melle aut droſato,lingendas dato, poſtea ſorbendam præbeto aquam calidam paulatim.eius vtique is eſt vſus.

Cap. XXV.

AQVA in principio pota ad pleuriticos febre vacãtes experta.Rutæ,hyſſopi,calaminthæ,origani, aut iridis, aut ariſtolochiæ, vnũquodque in aqua ad tertias coquito,datóque bibendam in vino dulci. aut chamæpityos faſciculum vnum manipularem & aquæ lib. quatuor ſemis,coquito ad tertias,& commixtis vini dulcis cyathis tribus bibendam dato ieiuno ante cibum.

Cap. XXVI.

AQVA ocularis illita ad vehementes oculorum dolores,& oculos cruentos,atque æſtuantes.Moſchi,caphuræ,tutiæ,ſarcocollæ quæ antzarut dicitur, ſingulorum hexag.vnum,gummi Arabici hexag.ſemis,ſacchari cãdi,aloes flauæ,ſingulorum hexag.vnum.Trita madefacito cum vino puro,& coniice in vitreum vas. dein hoc vas coniice in lebetem aqua ſufficienti refertum, & vinum cum ſpeciebus ad tertias coquito. Colatam poſtea reconde in vaſe.ſi vſus exigit,accipito & inungito palpebras bis & ter,& ſæpius die.eſt probata.

Cap. XXVII.

AQVÆ malorum confectio admodum probata. Malorum & cotoneorum purgatorum ſucci lib.tres.admiſce illi mellis Attici puri lib.quatuor & aquæ lib. nouem.dein coquito deſpumando ad tertias.ſemota ab igne recondito in vaſe:quòd ſi verò placet,pro melle ſaccharum iniicies.Dato ſitiẽtibus,æſtuantibus, reſolutis, & ſtomacho malè affectis vnc.duas,cum aqua calida ieiunis.

Cap. XXVIII.

AQVÆ malorum confectio ſimilis valde neceſſaria. Malorum & cotoneorum in fruſta diſſectorum purè lib.quinque,aquæ fontanæ lib.quindecim. Coquito vtraque donec liqueſcant,ſemota ab igne: vbi refrixerint,colato,& expreſſis malis ipſa abiicito.Aqua verò dimenſa,admiſce ſacchari dimidium:&rurſus ſpuma ſublata coquito donec octaua pars abſumatur. Aliqui etiã mala dulcia adiiciunt.ſic probè confecta vtere.

Cap. XXIX.

AQVÆ roſaceæ confectio.Roſarum, cotoneorum carnis,ſing.lib.duas,aquæ lib.quatuor ſemis, ſacchari libras tres.Bene confectam dato vt aquam malorum.

Cap. XXX.

AQVÆ malorum confectio admodum probata. Malorum & cotoneorum ſucci lib.vnam ſemis,roſarum lib. III aquæ lib. ſeptẽ ſemis.Verùm vbi eo tẽpore roſæ inueniuntur cum malis, oportet ſuo tempore conficiatur cum melle.quando verò poma tantùm apparuerint,vniuerſa compoſitio cum ſaccharo fiat, quam probè confectam dato.

Cap. XXXI.

AQVÆ myrtitis confectio admodum probata. Succi baccarum myrti lib.quatuor ſemis, mellis Attici aut ſacchari lib.vnã ſemis. Miſce & ad tertias coquito, dato manè ieiunis vnciam vnam aut vncias duas cœliacis & dyſentericis vt probatam.

Cap. XXXII.

HYPOGLOTTIS ad febres continuas & ardentes, valde laudata. Succi glycyrrhizæ, ſeminis lini, ſeminis cotoneorum,malorum & pyrorum ſeminum,papaueris albi & nigri,tragacanthæ,ſaccari candi, penidiorum,ſingulorum vnciam vnam,ſeminum cucumerum ſemina [a] coniatici,ſing.vnciam vnam ſemis.Trita ſubigantur cum droſato violarum aut limoniorum, & fingantur hypoglottides, detur vna vt ſub lingua contineatur,& ſaliua deglutiatur.

a Coniatici] Κονιατικῦ,fortè cicutæ.

Cap. XXXIII.

HYPOGLOTTIDES ad tuſſes in febribus factas admodum probatæ.Glycyrrhizæ, tragacanthæ, ſeminis vrticæ,& cotoneorum,vnciã ſemis, penidiorum vnc.vnam,ſucci glycyrrhizæ,amyli,papaueris albi,ſingulorum hexag.duo. Trita fermẽteſcant cum droſato, & fingantur hypoglottides quæ vſu poſtulante dentur.

Cap. XXXIIII.

HYPOGLOTTIS mirabilis ſimilis.Seminis portulacæ,papaueris albi,ſeminum cucumerum,tragacanthæ,amyli,ſeminis cotoneorum,ſucci glycyrrhizæ,ſingulorum vnciam ſemis, penidiorum vnc. vnam. Trita

excipiantur cum droſato violarum, & fingantur hypoglottides ,& dentur.

Cap. XXXV.

AD hebetudines & nubeculas oculorum, admodũ mirificum & probatum. Succi limoniorum, ſucci fœniculi, ſucci rutæ, & ſucci [a]ſaluiæ, ſingulorum vnciam vnam. Miſceto vtraque ac ponito in arundinem, dein obturato ipſam diligẽter, & extrinſecus oblinito fermento puro, & aſſato in cinere calido, vt fermentum panis fiat, & ſucci intra arundinem inareſcant. Poſtea accipe ſuccos condenſatos, reponito in vitreo vaſe puro. Si vſus poſtulat, terito in pollinem, adhibeto intra nubeculas oculorum, & iube vt æger ſupinus iuſto tempore iaceat. admoueto manè & veſperi, & æger gratia Dei ſa- **A** nus euadet: multi enim ſunt ſanati.

a Saluiæ] Falſò σφακὶς pro ἐλελισφάκε.

Cap. XXXVI.

AQVA oculis dolentibus impoſita, valet ad oculos æſtuantes, & ad omnia mala oculos inuadentia, ab acribus defluxionibus nata, & oculos cruentos, omnéſque dolores in ipſis excitatos. Accipe denarios paruos æreos quinquaginta: coniice in vaſculum æreum, aut cupreum nouum: dein accipe lutea ouorum quatuor aut quinque & concute cum denariis, & lutea ouorum **B** diſſoluantur inſtar liquoris. Poſt acceptum de eo madefacito cum ſtillatitio roſarum liquore bono, & lacte mulieris quæ maſculum peperit, & illine oculos intrà & extrà, manè & veſperi vt probato, & permitte totam vt æger dormiat cum ipſo noctem.

INDEX SOMNIFERORVM.

Somniferum epithema mirabile, Cap. I.
Somniferæ ſpongiæ confectio, Cap. II.
Somniferum epithema, temporibus imponendum, Cap. III.
Somniferum ſuffimentum valde probatum, Cap. IIII.
Somniferum ſuffimentum laudatum, Cap. V.
Somniferum ſuffimentũ ſimile, Cap. VI.
Somniferum vnguentum, Cap. VII.
Somniferum cataplaſma è palmulis, Cap. VIII.
Somniferum mirabile, Cap. IX.
Somniferum ad cœliacos, Cap. X.
Somniferum valde mirum, Cap. XI.
Somniferum epithema mirabile, Cap. XII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De Somniferis,

Sectio quadrageſimatertia.

Cap. I.

SOMNIFERVM epithema mirabile, fronti & temporibus impoſitum. Propolis, opii, ſeminis hyoſcyami, papaueris albi, ſingulorum hexagium vnum. Trita bene excipito cum ſtillatitio roſarum liquore, infarctúmque linteo, frõti & temporibus imponito. Similiter ſeminis hyoſcyami, papaueris albi, farinæ hordeaceæ, olei mandragoræ, opii, ſingulorum hexagia duo. Trita fermentato cum albo ouorum, & illitum linteo fronti imponito.

Cap. II.

SOMNIFERAE ſpongiæ confectio mirabilis valde. Succi mandragoræ, ſucci lactucæ, ſucci hyoſcyami, foliorum, caphuræ, ſucci nenupharis, ſucci ſolani: madefacito in iis opium quod ſatis eſt. dein ſpongiam nouã iniice, vt totum ſuccum combibat. poſtea accipe ſpongiam hanc confectionem in ſe habentem, & linteo vndiquaque orbiculariter tectam in æſtu caniculari ſuſpẽdito vt exiccetur. Tandem recondito, & vſu poſtulante odorandam dato. confeſtim enim ſomnum accerſit. cõfert nephriticis, vigilantibus, continuis febribus, & omnis generis vigiliis. eſt probatum.

Cap. III.

SOMNIFERVM epithema temporibus imponẽdum. Hyoſcyami viridis ſucci, papaueris albi viridis ſucci, farinæ hordeaceæ, ſucci ſolani, olei mandragoræ, opii, propolis, ſingulorum vnc. ſemis. Opium bene tritũ, propolin, & farinam fermentato cum ſuccis, deinde linteo infarcta fronti imponito.

Cap. IIII.

SOMNIFERVM ſuffimentum admodum probatũ. Styracis, amomi, ammoniaci thymiamatis, bdellii Scythici, corticis radicis mãdragoræ, opii, drach. ſemis. Confice cum lignis cypariſſinis. poſtea ægrotantem ſuffito, & ſtatim dormiet.

Cap. V.

SOMNIFERVM ſuffimentum laudatum. Folii, amomi, coſti, zarnabo, ſingulorum vnciam ſemis, carpobalſami vnc. ſex. Probè confecto ſuffito ægrotantem, vt præcedente.

Cap. VI.

SOMNIFERVM [a]epithema. Sampſychi, melãthii, ſeminis agni, cornu ceruini, baccarum lauri, abſinthii, bituminis Iudaici, origani ſylueſtris ſeminis, cumi- **C** ni Æthiopici, aniſi, caſtorei, reſinæ piceæ aridæ, lapidis gagatis, vnguium odoratorum, ſingulorum vnciam ſemis, cedriæ, picis liquidæ, ſingulorum vnciam ſemis dr. vnam. Probè trita & ſubacta illine linteo & fronti imponito.

a Epithema] Θυμίαμα falſò pro ἐπίθεμα legitur.

Cap. VII.

SOMNIFERVM vnguentum fronti inunctum & naribus. Styracis, myrrhæ, ſingulorum vnc. ſemis, malorũ mandragoræ ſucci, & radicis corticis, ſeminis hyoſ- **D** cyami, baccarum myrti nigrarum, roſarum aridarum, ſingulorum vnc. ſemis, olei roſacei vnc. tres. Arida bene trita madefacito cum vino odorato veteri, & cum oleo linteo infarta fronti imponito.

Cap. VIII.

SOMNIFERVM cataplaſma è palmulis mirabile admodum & probatum. Palmularum pinguium vnciam vnam maceratarum in vino, ſubacta probè, & madefacta cum oleo roſaceo aut melino, adiectis farinis ſufficientibus, & ſubacta bene illinito linteo, & pectori **E** imponito. Nam & ipſum ægrotãtem ad ſomnum præparat.

Cap. IX.

SOMNIFERVM mirabile probatum. Fel leporinum miſceto cum vino, & da bibendum dormituris, & celerrimè ſomnum alliciet. ſi verò æger febricitat, da cum aqua potandum.

Cap. X.

SOMNIFERVM ad cœliacos, dato dormituris, probatum. Spicæ, maſtiches, croci, apii, ſeminis papaueris albi, ſingulorum ſiliq. tres, opii grana duo. ſi placet, **F** adiice etiam alumen ſciſſile. Trita dato bibenda carentibus febre cũ vino: febricitantibus autẽ, cũ aqua tepida.

Cap. XI.

SOMNIFERVM mirabile admodum & probatum. Opii ſcrup. ſemis aut quartam partem pro viribus. Tritum bene ſubigito cum ſaccharo aut droſato violarum, & præbe bibendum cum aqua. eſt enim mirabile admodum.

Cap. XII.

SOMNIFERVM epithema frõti & temporibus imponendum, quum æger ad dormiendum vadit. Pa- A paueris nigri & albi, ſingulorum hexagia duo, ſeminis hyoſcyami hexagium vnum ſemis, ſeminis ocimi hexagia duo, ſeminis lactucæ hexagium vnum, opii ſcrupulos duos. Bene trita madefacito, & adiicito farinæ hordei hexagia duo. Subacta excipito cum ſucco hyoſcyami, & peponis quantum ſatis erit. Infarta linteo imponito tepida fronti & temporibus. Poſtremùm autem dato ex diapapauare ſemunciam comedendam.

INDEX AQVARVM, AQVAM DVCENTIVM, & vterinorum medicamentorum.

Aqua capillos augens, probata, Cap. I.
Aqua flauos capillos faciens, Cap. II.
Aqua capillos muniens à gladiis, Cap. III.
Potio aquam ducens ad hydropicos, Cap. IIII.
Potio aquam ducens hydropicorum, probata, Cap. V.
Potio aquam ducens ad hydropicos, Cap. VI.
Potio aquam ducens panchreſtos, Cap. VII.
Potio aquam ducens, & vrinam mouens valde vtilis, Cap. VIII.
Potio aquam ducens Oribaſii, probata, Cap. IX.
Potio ducens aquam hydropicorum, valde bona, Cap. X.
Potio aquam ducens hydropicorum admodum bona, Cap. XI.
Potio aquam ducens ad hydropicos, Cap. XII.
Aquam ducens ecligma ad hydropicos, Cap. XIII.
Aquam ducens hydropicorum & lienoſorum potio, Cap. XIIII.
Aquam ducens ſimilis potio, Cap. XV.
Aquam ducens ſimilis potio, Cap. XVI.
Aquam ducens potio ad hydropicos & lienoſos, Cap. XVII.
Aquam ducens potio, vteri dolores diſſoluens, Cap. XVIII.
Vterinis malis, & difficultatibus potio valde vtilis, Cap. XIX.
Vterinos dolores ſedans potio probata, Cap. XX.
Vterina mala & animi defectiones ſedans potio mirabilis, Cap. XXI.
Vteri dolores & diſtenſiones hypochondriorum ac inteſtinorum cruciatus ſanans, Cap. XXII.
Potio hydropicorum è ſeminibus, Cap. XXIII.
Hydropicorum potio admodum bona, Cap. XXIIII.
Hydropicorum in quibus magnus eſt in ventre tumor potio, Cap. XXV.
Medicamentum hydropicis accommodatum, Cap. XXVI.
Hydropicorum epithema valde bonum, Cap. XXVII.
Hydropicorum epithema, ſimiliter bonum, Cap. XXVIII.
Aquam ducentia in iis qui aſcite laborant probata, Cap. XXIX.
Aquam ducens datum hydropicis, laudatum, Cap. XXX.
Purgatorium per inferna ducens, admodum probatũ, Cap. XXXI.
Purgatorium ſubducens, omnibus firmum & probatũ, Cap. XXXII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De aquis aquam ducentibus, & vtero accommodatis medicamentis,

Sectio quadrageſima quarta.

Cap. I.

AQVA capillos augens. Aquæ pluuiæ lib. nouem, rhois Alexandrini lib. quatuor ſemis, adianti vnc. tres, ſauinæ vncias quatuor, ladani vnc. duas ſemis, myrti vnc. vnam. Moueto bis die cum ſpatha laurina: dein aqua caput lauato, & pectito quotidie. Simile. Semen althææ in aqua elixato, & abſtergito caput. ſeruat capillos & auget, caputque roborat. Simile. Semen althææ elixato in oleo cõmuni, & inunge cum eo caput & capillos vt probato.

Cap. II.

AQVA flauos efficiens capillos. Lupinorum crudorum, adianti, palearum aridarum, roſarum Ægyptiarum, ſingulorum vncias tres. Elixato cum aqua ad tertias, caputq; eo lauato. Similiter decocti roſarum Ægyptiarum vnc. decem, ſubigito cum vini rubei lib. vna ſemis, chelidonii vnc. duabus, polytrichi, abſinthii, ſingulorum manipulo vno, lupinariorum vnciis duab. Hæc coquito in aquæ libris decem. Vbi ab igne remoueris, conijce in vas vitreum, & ſinito illic diebus nouem. ſingulis diebus moueto, deinde imbue eo ſpongiam nouã B & capiti capilliſque affricato vt probatum. atque ſic vtitor.

Cap. III.

AQVA capillos conſeruãs à gladiis. Radicis vlmi, palearum aridarum, roſarum, gallarum, polytrichi, neratziorum recentium, foliorum, pilularum cupreſſi, ſingulorum vnc. tres. coquito in aqua ad tertias, lauato caput & pecte. Simile. Melanthium vſtum & tritum madefacito cum aqua & illine vbi volueris vt capilli augeantur & conſeruentur, potiſſimùm in ſuperciliis.

C Cap. IIII.

AQVAM hydropicorum educens valde bonum. Smilacis quæ iuxta aquas in ſepibus inuenitur [a] ac ſiliquas producit quemadmodum hortenſis ſmilax quæ lobia vocatur, aut [b] phaſeoli foliorum ſucci lib. vnam ſemis. coquito ad tertias, & dato bibendum cyathum vnum, aut cochlearium vnum vt probatum.

a Ac ſiliquas, &c] Manuſcriptus codex hîc mirificè eſt decurtatus & deprauatus. Nam ita legit ἐν τοῖς φραγμοῖς εὑρισκομένης ὥσπερ ἡ κηπαία σμίλαξ, ἃ λόβια καλοῦμεν. Quum potiùs ita legendum ſit, ἐν τοῖς φραγμοῖς εὑρισκομένης λοβοὺς ποιούσης, ὥσπερ ἡ κηπαία σμίλαξ ἣν καλοῦμεν λόβια. b Aut phaſeoli] Græcè eſt ἢ καὶ φασιόλου, &c. Aetius tamen habet ἢ τῶν φύλλων ταύτης τοῦ χυλοῦ, hoc eſt aut huius foliorum ſuccũ.

Cap. V.

POTIO aquã educens hydropicorum laudata. Accipe ſmilacem, coquito in aqua ad tertias donec flacceſcat: dein terito folia cũ decocto donec in ſuccũ vertantur, & dato bibendũ cochlearium vnum ſingulis diebus quoad ſanaueris. Perfecta autem menſura, cochlear. I. ſemis. Simile. Cartami ſeminis dr. quatuor, aloes flauæ vnc. vnam, grani Cnidii ſcrup. ſex, dacrydii ſcru pul. tres. Trita in pilulas cogito cum ſucco [a]heliotropii, quod colore magis cæruleum eſt, & dato dormituris drachmã vnam. aliis verò ſcrup. ſex ieiunis.

a Heliotropii quod colore, &c.] Videtur vulgi more per heliotropium Nicolaus intelligere cichorium.

Cap. VI.

AQVAM educens hydropicorum per vniuerſum curationis tempus pota. Cancrorum fluuialium aridorum ſine manibus & pedibus [a] ademptis teſtis lib. vnã, aſari lib. vnam. Trita & commixta ex aqua pluuiali vnde ſunt deſumpti cancri, dato bibenda. interdum pro aſaro ſeruatur, & multis medicis in vſu eſt, hoc quod habet: Ammoniaci thymiamatis vnc. duas, herbæ lonchitidis radicis vnc. I. ſemis quartam partem, petroſelini vnc. ſemis, calami Indici, coſti, cinamomi, ſpicæ nardi, piperis longi, myrrhæ, ſtactes, ſingulorum vnc. vnam, ſeminis rutæ, folii, ſingulorum vnc. tres, phu, ſtyracis, ſingul. vnc. quatuor. Trita excipiantur cum melle deſpumato, bene confecta dato fabæ Ægyptiæ magnitudine cum aquæ calidæ cyathis tribus.

a Ademptis teſtis] Græcè eſt λελεπισμένων. Aetius autem habet χωρὶς χειρῶν καὶ ποδῶν λελεπισμένων.

Cap. VII.

POTIO aquam educens pãchreſtos: multã enim vrinam ducit, & ad lũbos dolore moleſtatos facit, & eos qui pituitã habent in vniuerſo corpore. ad pleuriticos, peripneumonicos, quartana conflictatos, arthriticos, & diſtentione correptos: his quidem cum vino, illis autem cum mulſa data vt probata. Ariſtolochiæ, myrrhæ, abſinthii, ſeminis abrotoni, iridis, canchryos, ſingulorũ drach. quatuor, aniſi, baccarum cedri, radicis panacis, pyrethri, ammoniaci thymiamatis, cardamomi, ſingulorũ drach. duas, cumini drach. duas obolum vnũ. Trita ſubigantur cum droſato, & fingantur paſtilli vnius aut duorum triobolorum pro viribus ægri.

Cap. VIII.

POTIO aquam educens & vrinã mouens admodũ vtilis. [a]Opobalſami, ſpicæ nardi, carpobalſami, caſiæ, cumini, glycyrrhizæ, hyperici, floris iunci odorati, aſari, amomi, dauci, ſmyrnii ſeminis & petroſelini, calami odorati, piperis communis, ſeſeli, [b]acetabuli, ſingulorum hexagium vnum. Terãtur, & detur cochlearium vnum ex vino. Conducit etiam vnumquodque per ſe potum.

a Opobalſami] Aetius legit βαλσάμου καρποῦ. b Acetabuli] κοτυληδόνος. Aetius autem σπονδύλου legit.

Cap. IX.

POTIO educens aquam, Oribaſii, probata. Salis ammoniaci drach. quatuor, maſtiches drach. duas, euphorbii drach. vnam. Terantur & dentur. vna enim vice in fortioribus dantur.

Cap. X.

POTIO aquam educens hydropicorum, admodũ bona: quemadmodum inter Heram, Aſclepiadem, Dioſcoridem, & Archigenem conuenit. Cucumeris ſylueſtris radicem tuſam & cribro tranſtuſam diligenter, per triduum macerato in vino adſtringente, pondere oholorum duorum, & deinceps dato tribus diebus. Et facto interuallo, rurſus dato ſimiliter quouſque tumor ſedetur. Molliter autem aquam ſubducit & neque ſtomachũ lædit, [a]magiſque vires conſeruat.

a Magiſque vires &c.] Aetius ſimpliciter legit, καὶ τὰς δυνάμεις τηρεῖ.

Cap. XI.

POTIO aquam educens hydropicorum, admodũ bona. Ducit aquam per aluum multam. Solanum hortẽſe in ſuccum eliquato, datóque cyathum vnum quotidie donec omnino ſanes.

A Cap. XII.

POTIO aquam ducens hydropicorum. Salis foſſilis Attico melle aſſati & torrefacti drach. duas, piperis communis, euphorbii, ſingulorum drach. decem. Tritũ & læuigatum totum dato cum ſucco ptiſanæ: hoc enim eſt perfectum eius pondus. Similiter. Radicis acetabuli, ſquillæ repurgatæ, ſingulorum drach. vnam. Da bibẽdum cum mulſi cyathis duobus, & ſingulis diebus ieiuno. Pariter. Euphorbii drach. vnã, ſalis communis dr. tres, caſtorei vnc. vnam. Terito & læuigato. dimidium B detur cum aqua calida. Similiter. [a]Chamæleontis, petroſelini, piperis communis, ſing. vnc. vnam. Terito & cribrato. vbi vſus poſtulat, datur dimidium cum aqua calida.

a Chamæleontis] Græcè eſt χαμαιλέοντος. Aetius autem habet χαμελαίας.

Cap. XIII.

AQVAM ducens eligma ad hydropicos probatum. [a]Semina ricini numero trigintaquinque, nitri ſpumæ cochlearia duo. Trita diligenter excipe melle, & totum C præbeto lingendum, poſtea mulſæ calidæ cyathos tres bibendos porrigito: mouet enim humorem adiacẽtem citra noxam. purgat verò interdum totis tribus diebus. Oportet autem ante eius ſumptionem conuenienti vti victus ratione.

a Semina ricini] In codice Nicolai deprauatè legitur ῥόπινας κηκέας, pro κρότωνας κικέας.

Cap. XIIII.

AQVAM educens potio ad hydropicos & lienoſos, admodum probata. Agarici triobolum ex oxymelite potum ſanat. Similiter. Polii herbæ decoctũ potum D cum oxymelite & aqua in qua ferrum ſæpius extinctũ eſt, præter opinionem ſanat.

Cap. XV.

POTIO ducens aquam ad hydropicos & lienoſos, initio morbi vtilis. Sampſychi decoctum cum vino potum, & cum aqua marina perfuſus venter. priùs tamen bubulum fimum cum aceto & vrina pueri, & ſulphure ignem non experto inungere conuenit.

Cap. XVI.

POTIO aquam educens ad hydropicos & lienoſos E per vrinam purgans. Cyperi radicem læuigatam da ex vino bibendam. Similiter. Aſari radicem tritam cum vino bono irrigatam bibendam præbeto. Item corticẽ capparis tritum ex bono vino bibendum propinato. Similiter. Acori radicem tritam ex odorato vino bibendam dato. Similiter. Struthii radix & rana fluuialis ex albo iure comeſta, & eorundem decoctum cum condimentis vnguentariis potum: humorem enim per aluũ educit. Similiter. Lapidem ranæ terreſtris in capite eius repertum ligato cum diligentia, ac trito: & appende ceruici ægrotantis. Pertingat autem vſque ad ſtomachum, & ita æger gratia Dei ſanabitur.

F Cap. XVII.

AQVAM ducens potio, hydropicis & lienoſis admodum laudata. Vrinam incorrupti pueri quotidie bibendam præbeto ieiuno. eſt enim probatum.

Cap. XVIII.

POTIO aquam ducens, vteri diſſoluens dolores. Radicis gentianæ, radicis helenii, foliorum artemiſiæ, G roſmarini, marrubii, meliſſophylli, foliorum citrii, ſampſychi, ſingulorum vnciam vnam. Trita coquito in aqua ad tertias, & accipe ex decocto partes duas, & ex decocto rutæ partem vnam. Simul confundito, & præbe bibenda ex vino ſufficienti.

Cap. XIX.

AD mala vteri & eiuſdem moleſtias admodum vtilis potus. Caſiæ, rhei barbari, ſingulorum hexag. vnũ, agarici hexagium ſemis. Trita bibenda dato ex mulſa, præbeto etiam vbi voles, cum vrinam mouentibus ali- H quot ſpeciebus. aut admiſce illi anethi aridi decoctum, aut ſeorſim bibendum dato.

Cap. XX.

VTERINOS dolores ſedans potus pobatus. Radicem rhei tritam præbeto ex vino bono potandam,

Similiter. Opopanacis vnc. ſemis tritam exhibeto ex A
mulſa. Hoc enim vteri etiam phlegmonen mitigat.

Cap. XXI.

VTERINA mala & animi defectiones ſedans potus mirabilis. Galbanum odoratum & ſuffitum prodeſt. Similiter. Malua cum fœnogræco, & [a] ſemine lini illita. aut meliſſophyllum illitum, aut bitumen illitum, & odoratum ſanat.

a Semine lini] Perperam λικοσπέρματος pro λινοσπέρματος legit manuſcriptus codex. B

Cap. XXII.

VTERINOS dolores, diſtenſiones hypochōdriorum, cruciatúſque inteſtinorum ſanans, probatū. Rhei Pontici hexagium vnum. Tritum dato ex aqua calida, aut droſato bibendum cum aliquo quod vrinam mouet. & ita vtitor.

Cap. XXIII.

HYDROPICORVM potio è ſeminibus vrinas mouens, & per aluum educens. C Carei ſcrupulos tredecim ſemis, ſeminis fœniculi, aniſi, ſingulorum ſcrup. ſex ſemis quartam partem, cumini latioris ſcrupul. ſeptem S. ſcrupuli ſemis quartā partē, myrrhæ, piperis cōmunis, ſeminis apii, ſingulorum ſcrup. vnum ſemis, iridis ſiliquam vnam ſemis. Trita madefacito cum mellis Attici lib. ſemis & quarta parte, & vini libris tribus. Bene confecti dato menſuram vnam meri in ſolii inſeſſu ieiuno priùs calefactam. eſt valde bonum & iucundum medicamentum.

Cap. XXIIII.

D HYDROPICORVM potio admodum bona, vrinā mouens, aquæ inter cutem, quæ tympanitis dicitur valde vtilis eſt. Seminis fœniculi & cucumeris, cardamomi, radicis eryngii, corticis radicis capparis, ſingulorum vnciam vnam, ſtercoris columbini cyathos duos. Trita ſubigantur cum aqua & fingantur pilulæ ciceris magnitudine, dato ſingulis diebus quinque.

Cap. XXV.

POTABILE hydropicorum, Lagenium vocatum, probatum in iis quibus copioſus eſt tumor circa E ventrem, & reliquum corpus molle eſt. Radicis bryoniæ repurgatæ drach. decem, myrrhæ drach. quatuor, cumini Æthiopici, aniſi, ſeminis capparis, ſing. drach. tres, vini aſtringentis drach. vnam, ſapi Cretici lib. tres. Bryoniam cum reliquis in mortarium coniice, ac citra myrrham tundito, & omnibus exemptis in vitreo vaſe macerato admixto liquore. Poſt dies ſeptem colato, myrrhámque macerato. & vbi fuerit diſſoluta, probè conficito, & dato ante cibum cyathos quatuor, & die vna interiecta [a] præbeto cyathos quinque: rurſus interpoſita F die, præbeto cyathos ſex. Et deinde dato carnes ferinas quantum viribus ſufficit. Aſſas autem comedere conuenit, & vinum ſuperbibere auſterum meracius.

a Præbeto cyathos quinque] Hæc in manuſcripto codice nō habentur: ſed ex Aetio adiecta ſunt, & alia quædam quæ ſingulatim indicare nihil attinet.

Cap. XXVI.

HYDROPICIS accommodatum medicamentū, per ſedem enim multam aquā ducit. Eſt autem bonum medicamentum ad mouendam etiam vrinam. Grani Cnidii repurgati, radicis bryoniæ, ſingulorum drachm. G duas, ſquillæ crudæ repurgatæ drach. quinque, cumini Æthiopici drach. vnam ſemis, lathyridis drach. vnam, myrrhæ drach. duas. Trita macerato in vini aſtringentis lib. duabus & quarta parte diebus ſeptem. quotidie bene circumagitentur, & dein colentur. Myrrha diſſoluta & bene cōfecta, dato primo die cochlearia tria: ſecunda autem cochlearia duo: tertia vnū. hoc facito vt probatum.

Cap. XXVII.

EPITHEMA hydropicis conueniens, valde bonum. Ceræ, terebinthinæ, ſing. vnc. vnam, baccas lauri quindecim, galbani, ſulphuris ignē nō experti, aloes flauæ, reſinæ, maſtiches, picis, vuæ ſylueſtris, cumini, propolis, ſingulorum vnc. vnam. Trita ſubigito cum oleo communi, & conficito vt emplaſtrum, ac toti ventri imponito vt probatum & mirabile.

Cap. XXVIII.

EPITHEMA hydropicis conferens, ſimile. Caricas pingues decem, vuæ ſylueſtris, ſulphuris ignem non experti, baccarum lauri, calcis, acidi fermenti, nitri, ſtercoris ſylueſtrium columbarum, ammoniaci, ſingulorū vnc. vnam, naſturtii ſylueſtris anguſtioris vnc. vnam ſemis. His bene læuigatis adiice farinæ vnciam vnā. dein ammoniacum probè contritum & caricas in oxymelite maceratas adiice, & in mortario bene tundito, & ſuccū cum oxymelite vnito, & acceptis fermentis & ammoniaco, atque vtriſque læuigatis, & adiectis farinis ac bene confectis, formato cataplaſma, totíque ventri imponito.

Cap. XXIX.

AQVAM educens in eo qui laborauit aſcite, probatum, inque mulieribus quæ albo fluore moleſtantur, & in iis qui vlcera ex fluxione nata habent. Squamæ æris Cyprii drachmam vnam ſemis tritam madefacito cum mulſa & dato bibendam. pòſt autem parum aceti ſorbendum præbeto, vt non animaduertat: aut granum Cnidium aſſatum tritum ex melle cocto potum. aquā educit. Dato autem grana viginti vſu exigēte aut viginti quinque aut triginta. Qui verò corpus robuſtius habent, præbeto grana quadraginta.

Cap. XXX.

AQVAM educens hydropicis datum, probatum. Euphorbii drachmam vnam. Tritum madefacito cum melle cocto, & dato bibendum. aquam nanque & pituitam ducit. Simile. Seminis lonchitidis obolos octo. Tritum bene dato bibēdum ex aqua mulſa. ducit enim aquam. Pariter. Cneoron tritum & madefactum cum polenta & melle bibendum dato vt probatum. Similiter. Cartami ſeminis drach. quinque. Tritum excipito cum ptiſana & exiguo ſale, & probè coctum dato ſorbēdum. Similiter. Ammoniaci thymiamatis drachmas duas. Tritum madefacito cum melle Attico & bibendū præbeto. nonnulli medici hoc ipſum cum poſca præbent. ducit enim aquam. Pariter. Corticis radicis ſambuci ſucci vnc. duas. Madefacito cum vino & bibēdum propinato: ducit enim aquam.

Cap. XXXI.

PVRGATORIVM per inferna ducens admodū probatū. Cinamomi, caryophylli, croci, maceris, zingiberis, ammeos, folii, ſalis communis, ſingulorum hex. tria, fæcis vini vſtæ (vocatur etiam ab Italis tartarum) vnc. quatuor. Trita bene dato cum cibis. Subducit enim ventrem ſine labore & perturbatione.

Cap. XXXII.

PVRGATORIVM ſubducēs, certum præ omnibus, probatum valde & mirabile. Piperis longi & nigri, zingiberis, cinamomi, ligni cinamomi, caryophylli, ſpicæ, nardi ſpicæ, nardi, maſtiches, ſingulorum hexagia duo ſemis, croci hexagiū vnum ſemis, dacrydii hexagia duo ſemis. Trita madefacito cum ſacchari vnciis duabus & ſemis. dein cum melle Attico ſufficienti coquito, & probè confectum dato manè ieiuno hex. tria: aut tria & ſemis pro viribus. atque hoc quidem modo vtitor.

INDEX MEDICAMENTORVM PEDICVLOS & lentigines amolientium, phœnigmôn, phlegmonas, tubercula, puſtulas, & vocem læſam ſanantium.

Pediculos in capite conficiens & demoliens, Cap. I.
Pediculos in capite conficiens ſimiliter, Cap. II.
Lentigines & næuos in facie factos curans, Cap. III.
Lentigines, varos, maculas à ſole factas, formicas, thymos, & verrucas penſiles ſanans, ex Galeno, Cap. IIII.
Lentigines & vibices curans, Cap. V.
Lentiginum & macularum à ſole vſtarum excoriatorium, Cap. VI.
Rubificans optimum Aſclepiadis, vniuerſum hydropicorum affectum ſanans, Cap. VII.
Rubificans, ad lienoſos admodum probatum, Cap. VIII.
Phlegmonarum, eryſipelatum, & vſtionum ſanatio, Cap. IX.
Phlegmonas omnes mitigat, & œdemata diſcutit, Cap. X.
Tubercula, phygethla, & abſceſſus mitigans, Cap. XI.
Puſtulas, epinyctidas, & vetera vlcera curans, Cap. XII.
Vocem ſubitò amiſſam ſanans, Cap. XIII.
Vocem amiſſam clariorem faciens & repurgans, Cap. XIIII.
Phlegmonen linguæ curans, Cap. XV.
Phlegmonen tonſillarum ſanans, Cap. XVI.
Fuſca calculos conterens probata, Cap. XVII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De iis quæ pediculos, lentigines, phlegmonas, tubercula, puſtulas, & vocem læſam ſanant, medicamentis,

Sectio quadrageſimaquinta.

Cap. I.

PEDICVLOS capitis conficit, & demolitur. Lupinorum decocto caput frequẽter lauato. eſt enim probatum. Similiter. Vuas ſylueſtres, ſandaracham, bene tritas madefacito cum oleo communi veteri, & inunge. Pariter hederæ ſuccum cum melle ſubactum illine. aut raphani ſuccum oleo cõmuni ſubactum illinito. Similiter. Aluminis ſciſſilis vncias tres, vuarum agreſtium vnc. ſex. Probè trita cum melle madefacito & capiti illinito.

Cap. II.

PEDICVLOS capitis interficiens & demoliens. Sandarachæ, vuarum agreſtium, ſing. vnc. vnam. Trita madefacito cum oleo communi, & illine capiti. Similiter. Vuæ agreſtis vnc. quatuor, ſandarachæ vnc. duas, nitri vnc. vnam. trita madefacito cum aceto & oleo, ac illine. Aut cedriam arefactam tritam cum amygdalino madefacito, & illine. aut alumẽ læuigatum, & cum oleo communi madefactum ſæpius illine. Similiter baccarũ lauri libram vnam. Bene tritas baccas madefacito cum oleo: & vbi affuderis feruefacito, & illine: ſi verò etiam in ſtragulis fuerint, & ipſa crebrò inungenda.

Cap. III.

LENTIGINES & maculas in facie factas pulchrè ſanans. Terræ Cimoliæ torrefactæ vnc. vnam, palmularum vnciã ſemis, aphronitri aſſati drach. octo. Trita in pollinem inſpergito. Similiter. Origani vſti, farinæ eruinæ, ſingulorum drachmas decem, [a]fabæ fractæ drachmas quindecim, ellebori albi drachm. quinque, aphronitri drachm. decem, alcyonii drachmas quinque. Trita ſimul inſpergito. Pariter. Origanum vſtum & alcyonium bene trita inſperge.

a Fabæ fractæ] Perperam in manuſcripto codice legitur ἐρδύγίμυ pro ἐρεγμῦ.

Cap. IIII.

LENTIGINES, varos, faciei à ſole vſtas maculas, formicas, [a]thymos, & penſiles verrucas ſanans, ex Galeno. Radicem bryoniæ albæ & nigræ tritam coquito cũ oleo communi donec in ſuccum ſoluatur. hoc enim tollit lentigines & varos. Similiter. Oleum amygdalinum cum cera coquito pura donec ceratum fiat, & illine. Pariter. [b]Lilii radicem cum melle puro, bene ſubactam illine. lentigines præcipuè aufert. Similiter gummi & nitri, ſingulorum vnciam ſemis. Trita cum melle irrigato & illinito. Pariter ſemen braſsicæ in aqua tritum, facie prius abſterſa illine. Vbi verò exaruerit, & [c]cutis attollatur, prolue aqua multa frigida, & inunge adipẽ anſerinum, aut medullam ceruinam, aut ceratum cũ aliquo horum confectum. Cauendum verò poſt [d]excoriationẽ ne incidat in aliquod quod [e]faciem lædere poſſit: verbi gratia aerem frigidum, aut ventum, aut prolutionem faciei.

a Thymos] Codex Nicolai corruptè θύματα pro θυμοὺς legit. b Lilii] Manuſcriptus codex falſò κρίνας pro κρίνου legit. c Cutis attollatur, &c.] In codice manuſcripto corruptè admodum legitur καὶ μετεωρίζεται ὡχρῶς, χρηστέον προσκλύματα &c. pro μετεωρίζεται ὁ χρὼς, χρηστέον προσκλύσματι. d Excoriationem] Manuſcriptus codex legit ἐκδωραὶ, pro ἐκδοραί. e Faciem lædere] In codice Nicolai perperam βαπτόντων, pro βλαπτόντων ſcribitur.

Cap. V

LENTIGINES & cicatrices ſanans, valde probatum. Stercus columbinum bene tritum cum acri aceto diluito, & vtere. Similiter. Sandaracham bene tritam ſubigito cum melle Attico, vt ſordium craſſitudinem naſciſcatur, illinitóque deſuper diebus ſex. Arefacta verò cute, & in ſublime ſublata, vtendum galbano cum exiguo nitro, & aceto læuigato. Vbi verò [a]lentigines diuturnæ fuerint, iis etiam vtendum: nempe, Radicis cucumeris agreſtris vncia vna, Cimoliæ vnc. ſemis. Trita in vaſe recondito, vſúque poſtulante diſſolue cum aqua, & illine. Aliud. Bulborũ repurgatorũ, thuris ſing. vnc. vnam. Tritis adiice cochlearium terreſtrium magnarum ſaniem. Oportet verò ipſas ſtilo pungere [b]adhuc viuas, & quod ex iis effluit mucoſum, huic adiicere medicamẽto. Vbi verò diſſolutum fuerit, cum melle Attico ſubacto vtere. Idem facit radix ari arida cum melle, & acetabuli radix cerato liquido [c]excepta & illita. Similiter. Aphronitri, alcyonii, galbani, ſingulorum drach. quatuor, amygdalarum amararum excorticatarum drach. vnam ſemis. Trita excipito cum melle Attico, & illine, & ſinito exiccari: dein iubeto farina fabacea commanducata extergi, & ablui aqua mediocriter frigida, cauẽdo ſolem & ventum.

a Lentigines] Codex Nicolai legit φαρμάκων corruptè admodum pro φάκων. b Adhuc viuas] Malè in codice manuſcripto ζῶντι pro ζῶντας. c Excepta] Græcè eſt ἀναλυθῆσα pro ἀναληφθεῖσα.

Cap. VI.

LENTIGINVM & macularum à ſole factarum excoriatorium. Melanthii, ſeminis ocimi, radicis ari,

ſingulorum vnc.tres.Trita cum aqua ſubigito, & illine. dein finito agglutinari.poſt aliquantum verò interuallum eo quod adiacet ſublato, aqua calida abluito multoties.

Cap. VII.

RVBIFICANS optimum Aſclepiadis,autheme ron inſcriptum,vniuerſum hydropicorum affectu mutans ac ſanans. Pyrethri,myrobalani,cardamomi,ſeminis vrticæ,piperis communis,ſingulorũ vnc. quatuor, ſinapi vnc.II.Trita & cũ aceto ſubacta,calefactaper inter ualla imponito horis trib⁹, [a]ſi æger tolerare poteſt, deinde [b]ablato medicamẽto,lauari iubeto, feruentioris ſolii inſeſſu vſus. Poſt balneum vtendum cerato ex roſaceo confecto oleo. Similiter. [c]Lepidii foliorum vnciã vnam.trita illine. Vbi [d]verò iam morſum ſenſerint, inducito in balneum,& ſublato medicamento in aquam feruentem cõſcendere iubeto,& [e]detineto. Ægrè enim nimiam mordacitatem ferunt:ſani verò exeunt,ait Archigenes. hoc etiam confert iſchiadicis. Summè autem conducit & hoc ipſum:Myrobalani,ſquamæ æris, ſing. vnc.vnam,nitri hexagia duo. [f]Trita aceto ſubigito, & reſinam ac ceram cum exiguo oleo liquefacta affundito,& ſubactis vtere.Cognoſcendum verò quòd valentiora medicamenta [g]ei quod probè concoxit corpori,& ab excrementis ac ſuperfluis vacuo, admouenda ſint.

a Si æger tolerare poteſt] Manuſcriptus codex habet, εἰ δυνατὸν ὑπομεῖναι αὐτό. In Galeno autem legitur, εἰ δυνατὸν ὑπομένειν τὸν ἀσθενοῦντα. b Ablato] Manuſcriptus codex malè ἄρξας legit, pro ἄρας. in Galeno eſt βαςάσας. c Lepidii foliorum]In codice Nicolai falſò λεπίδος pro λεπιδίου ſcribitur. Hanc lectionem confirmat Galenus & Aetius. d Vbi verò iã morſum ſenſerint] Græcè corruptè & falſò ſcribitur ὅταν εἴδῃς κάμνοντα, pro ὅταν δὲ ἤδη δάκνωνται. e Detineto]Hic locus in codice manuſcripto mirificè eſt deprauatus. Ita enim habet κατάχεε. δυσαναχέτας γὰρ ὑπερδακνομένων. quum Galeno lib.9.de Comp.medic. localium teſte, potiùs ita ſit legendum, καὶ κάτεχε. δυσαναχετοῦσι γὰρ ὑπερδακνόμενοι. Aetius tamen legit etiam κατάχεε, id eſt perfundito. f Trita aceto ſubigito &c.] Hic locus mirificè in Nicolai codice deprauatus eſt. Scribitur enim in hunc modũ, καὶ ὄξος ὀλίγον ἐπιβάλλων, καὶ ῥητίνην, καὶ κηρὸν μετ' ὀλίγου ἐλαίου πίξας, καὶ μαλάξας καὶ φυράσας, πάντα ἐπὶ τῆς χρείας ἐπίχεε. quum ita ex Galeno legendum ſit, λεία ὄξει φυράσας. ῥητίνην καὶ κηρὸν μετ' ὀλίγου ἐλαίου τήξας ἐπίχεε, καὶ μαλάξας χρῶ. Aetius tamen ſic habet, νίτρον λεάνας κατιδίαν, καὶ ὄξει ὀλίγῳ φυράσας, ῥητίνην καὶ κηρὸν μετ' ὀλίγου ἐλαίου τήξας ἐπίχεε, καὶ μαλάξας χρῶ, hoc eſt Nitrum per ſe terito,& cum modico aceto ſubigito:dein reſinam ac ceram cum pauco oleo liquefactã affundito,& emollitis vtere. g Ei quod probè concoxit] Manuſcriptus codex εὔπεπλα non rectè pro εὐπέπτῳ legit.

Cap. VIII.

RVBIFICANS ad lienem valde probatum. Corticis arboris [a]careæ, latitudine trium digitorum,longitudine lienis,radito modicè ſuperficiem externam donec chartam referat. dein macerato in acerrimo aceto horis duabus.Poſtea ex aceto adimito,& lieni imponito,faſciiſq; ligatũ ſinito illic per tres horas,aut quandiu ferre poteſt æger:deinde verò ſoluito & tollito,inueniẽſque ſolutam duritiem,& locum rubore ſuffuſum. Tandem illine lieni ſæpius Marciaton & Agrippæ vnguẽta.

a Careæ]Græcè eſt καρέας. legendum fortè καππάρεως. Et hãc lectionem eſſe legitimam,ex Aetio ſatis conſtat,

Cap. IX.

PHLEGMONAS,eryſipelata,& vſtiones ſanans, valde bonum. [a] Sambuci folia tenera tuſa,& cum polẽta ſubacta,tepida illine. Similiter.Pulegium cum polẽta exceptum illine. Pariter.Lupinorum amarorum farinam cum polenta & aqua ſubactam illine. Item,Lauri folia viridia trita cum pane & polenta excepta, illine. hoc omnes phlegmonas mitigat. Item, Caſia cum vino auſtèro pota phlegmonas omnes in internis viſceribus mirabiliter iuuat,& ſic vtere.

a Sambuci]Manuſcriptus codex ἀκτέας pro ἀκτῆς legit.

Cap. X.

PHLEGMONAS omnes mitigat, & œdemata diſcutit,admodum probatum.Braſſicæ folia cum polẽta trita,excepta & illita.Item ramenta cucurbitæ illita, ſunt admodum probata.Item platani tenera folia in vino cocta,& vſta,læuigatáque illita,ſunt valde laudata.

Cap. XI.

TVBERCVLA, panos & abſceſſus mitigans,valde probatum & mirabile. Vrticæ folia trita tuſaque calefacta illine. Item helxines herbæ folia læuigata,tuſa & illita.Hoc autem bubones & omnem phlegmonen ſanat. Agreſtis oleæ folia trita tuſa illita.Item conyzæ folia læuigata,& calefacta probè,illine.

Cap. XII.

PVSTVLAS,epinyctidas,veteráque vlcera ſanãs, valde probatum. Arnogloſſum læuigatum & calefactũ illine.Item rubi folia tenera,aut ſemperuiui, aut portulacæ illine,& polygoni folia.

Cap. XIII.

VOCEM ſubitò amiſſam curans,probatum.Liquorem Cyrenaicum cum aqua calida diſſolutum ſorbeat.

Cap. XIIII.

VOCEM amiſſam clarificat & repurgat. Allium coctum aut aſſatum comeſtum,aut cum butyro aſſatum & ſiccatum.butyrum crebrò comeſtum. Aut galbanum pro catapotio aſſumptum. Item, ſuccus chamæleuces cum melle Attico potus mirabiliter auxiliatur.

Cap. XV.

PHLEGMONEN linguæ curans. Portulaca cõmãducetur,aut folia plãtaginis,aut folia tenera oleæ tritabene,& madefacta cum oleo communi illine,aut ſapã cum ſtillatitio roſarum liquore illine, aut droſatum, aut pſylli ſuccum.

Cap. XVI.

PHLEGMONAS iuxta tonſillas ſanans, laudatũ. Gargarizare oportet adſtringentia & reprimentia, veluti lentis decoctum cum roſis,mixariis,& palmulis. Venam incidere,aut cucurbitas adhibere cõuenit.Et rurſus gargarizandum decoctum glycyrrhizæ cum ſapa aut ſtillatitio roſarum liquore,aut cucumerum, aut hyſſopi decocto,aut droſato,aut poſca,adiecta etiam diamorõn & diacaryõn,hoc eſt è nucibus confectione,aut Punici cõ tuſi ſucco,aut lacte muliebri, aut lacte caprino tepido. Extrinſecus autem fouere conuenit ſpongia, aut abſinthio,aut [a]cochleis crudis ex aqua calida pluuia.Hæc autem illinenda:Farina hordeacea,ſemen lini,fœnigræci, ſtercus columbæ,ſuccus foliorum apii, & [b]venter hirũdinis. Trita & cocta inſperge tepida. Dato etiam gargarizandum paſtillum Andronis, & quæcunque prædiximus in ſtomachicis quæ illinuntur,in litera σ.

a Cochleis]Codex Nicolai habet κηκλίοις: puto autem legendum eſſe κοχλίαις. b Venter]Codex Nicolai legit κηλίας pro κοιλίας.

Cap. XVII.

FVSCA lapides conterens probata.Pulegii, maſtiches,ſeminis apii,menthæ aridæ,ſingulorum vnc.vnã, ſalis communis torrefacti lib.vnam, ſeminis coriandri, ſpicæ nardi,aniſi,ammeos,ſingul.ſcrup.ſex, folii ſcrup. quatuor,piperis albi ſcrup. ſemis,aut communis vnciã vnam,lithoſpermatis,betonicæ, ſingul. vnc. ſex, aceti boni libras ſeptẽ ſemis. Tuſa & cribrata, tenuiſſiméque trita tribus diebus aceto miſceto,& ſoli exponito dieb⁹ quadraginta. Vbi verò vſus exigit,parato decoctum cicerum nigrorum,radicis aſparagi,apii & adianti, adiicéque mixturæ eorum cotylas duas aceti, & potato ægrotantem in calidiſſimi balnei inſcenſu. Nonnulli autem ex iam dictis ſpeciebus ſcrup.duodecim cum aceto tepido miſcentes, ex decocto prædictarum herbarum præbent,& medicamentum nihilo eſt inefficacius.

INDEX

ſanantium medicamentorum.

Labiorum fiſſorum curatio mirabilis, Cap. I.
Labiorum fiſſorum ſanatio probata, Cap. II.
Labiorum vlcera & omnia maligna ſanās, Cap. III.
Labiorum fiſſuras curans,probatum, Cap. IIII.
Labiorum tubercula confeſtim ſanans, Cap. V.
Perniones & fiſſuras labiorum & pedum exulceratas, ac podagras ſanans, Cap. VI.
Strumas,parotidas,bubones & malefica vlcera diſcutiēs mirabiliter, Cap. VII.
Strumas, malefica vlcera, parotidas & bubones diſcutiens, Cap. VIII.
Strumas & durities diſcutiens, ac ſedem mutantes ruptiones, Cap. IX.
Strumas & durities diſcutiens ac mutabiles ruptiones, Cap. X.
Strumas omnis generis & durities diſcutiens, Cap. XI.
Strumas & mammarum durities ſanans, Cap. XII.
Strumas exulceratas & citra vlcerationem ſanans, Cap. XIII.
Strumarum inſperſile probatum, Cap. XIIII.
Strumas putrefaciens ſeu erodēs,mirabile,Cap. XV.
Strumas,abſceſſus,atheromata,meliceri des & tubercula ſanans,laudatum, Cap. XVI.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI

De iis quæ fiſſuras labiorum & ſtrumas ſanant, medicamentis.

Sectio quadrageſimaſexta.

Cap. I.

LABIORVM fiſſorum cura mirabilis. Qui internam pelliculam fiſſutis labiorū [a]agglutina: aut quod membranæ inſtar circa palmularum oſſa hæret: aut araneorum a trabibus pendētium albam texturam. Profundiores verò in labiis fiſſuras adipe caprino aut anſerino curato: aut medullam bubulam aut ceruinam cum ſemperuiuo & terebinthina vnitam imponito: aut gallam immaturam tritam cum B terebinthina & œſypo aut melle Attico exceptam ; beneque confectam imponito. Item gallam & maſtichen quamtenuiſſimè trita, œſypo in cerati formam redacta excipe, & probè confectis vtere.

a Agglutina] In codice manuſcripto perperam προκλυσε legitur pro προσκόλλα.

Cap. II.

LABIA fiſſa ſanans, probatum. Gallarum, cadmiæ, ſingulorum vnciam vnam, ceruſſæ vncias tres. trita cū roſaceo excepta illine. Similiter. Cyperi vncias duas, gallarum vnciam vnam, aluminis ſciſſilis drach. duas. C Trita in farinam, ſicca inſperge. Item. Maſtichen tritam cum vino ſubactam illine. Item. Fæcem aceti vſtam cerato roſaceo aut myrtino exceptam, imponito. Conducit etiā ad maximas in extremis corporis partibus phlegmonas. Item. Oui putaminum vſtorum, gallarum, myrrhæ, aluminis ſciſſilis, ſingulorum vnciam vnam. Trita cū vino madefacito aut œſypo excepta impone.

Cap. III.

LABIORVM vlcera & omnia maligna ſanans. D Oſtrea vſta tenuiſſimè trita inſperge. Ego verò non vſtis contritis vſus ſum, & bene ceſſit.

Cap. IIII.

LABIORVM rimas curans, probatum. Muſæ paſtillum tritum cum [a]ſapa aut vino dilutum craſſo illine. Item. Paſtillum ex [b] halicacabo, inter eos qui ſedi adhibentur. Similiter. & Eræ paſtillus cū vino illitus.

a Sapa] Hoc ex Aetio adiectum eſt, qui legit μετὰ ἑψήματος, ἢ οἴνῳ &c. b Halicacabo] Manuſcriptus codex legit corruptè διακαλίϐῳ pro δι' ἁλικακάϐῳ.

Cap. V.

LABIORVM tubercula confeſtim ſanans. Lapathi radicis, nitri, terebinthinæ vſtæ, ſing. ſcrup. ſex. trita E excipe cerato. Vlceribus autē [a]prius purgatis & abſterſis illine. Item. Adipem anſerinum, ſuccum ſolani, melle Attico excepta cum penna ſæpius illine. Repurgat enim intra labia facta tubercula. Collue autem lacte & ante illitionem & ſimiliter poſt eam. Item. Adipem caprinum, anſerinum, medullam bubulam aut ceruinam cum amarantho & terebinthina vnita & ſubacta impo-

A nito vt probata admodum.

a Prius purgatis & abſterſis] Græcus Nicolai codex προσμίξας legit pro προσμήξας. ſic enim Aetius habet. Cornarius autem malè conuertit cōfricatis.

Cap. VI.

PERNIONES & rimas & manuum & pedum exulceratas, ac podagras ſanans. Aſphodeli radicem tritā & tuſam atque cum oleo elixā, crebrò illine. Item. [a]Rapi radicem læuigatam bene, & cum cerato roſaceo in calido cinere liquefactam illine: aut dracontii herbæ folia cū vino & cyclamini radicis decocto excepta illine.

a Rapi] Codex Nicolai γογγυλίδος legit pro γογγύλης.

Cap. VII.

STRVMAS, parotidas, bubones & malefica vlcera mirabiliter diſcutiens. Farinam lupinorum cum aceto exceptam illine. Item. Coriandrum viride cum vuis paſſis pinguibus bene contuſum, & cum melle Attico exceptum illine. Similiter. Lapathi folia læuigata, tuſa, cum melle Attico excepta, tepida illine: aut ſemen lini, aut althææ agreſtis radicem elixā & tritam illine. Item. Struthii radicem tuſam & cum farina elixam, bene cum vino illine: aut ſilphii radicem cum cerato illine & impone. Similiter. Radicem althææ cum adipe ſuillo illine: aut cyclamini radicem collo appenſam ægrotantis: aut dracōtii radix pota & illita: aut fimus bubulus cum aceto elixus & illitus. Hoc igitur etiā induratos omnes tumores probè diſcutit.

Cap. VIII.

STRVMAS, malefica vlcera, parotidas & bubones diſcutiens. Calcem viuam cum melle ſubactam aut ſucco exceptam, aut oleo communi aut adipe ſuillo illine: aut calcis viuæ tritæ & nitri, ſingulorum vnciam vnam, cardamomi & fœnigræci, ſingulorum vnciam vnam. Trita ſubigito cum melle & ad emplaſtri formam redacta imponito.

Cap. IX.

STRVMAS & durities diſcutiens & [a]ſedem mutantes ruptiones. Farinam [b]loliaceam, fimum columbinum, farinam ſeminis lini, in vino probè elixa, tepida illine: aut groſſos ſylueſtres & fatuos in aqua donec diſſoluantur elixato: dein in mortario probè tundito & tepidos imponito: aut naſturtium album cum liquida pice exceptum & ſubactum impone: aut cucumeris agreſtis radicē & lauri folia arida vſta cum terebinthina excepta imponito: aut vuæ agreſtis & nitri, ſingulorū vnc. duas cum eruca & reſina ſubacta, ſing. vnc. quatuor. Confectum imponito vt probatum.

a Sedem mutātes ruptiones] Manuſcriptus codex legit nunc ῥόσεις, nunc ῥήσεις, falſò pro ῥήξεις. Videtúrque pro μεταϐαλλομένους legendū eſſe δυσμεταϐλήτους, hoceſt ſanatu difficiles. b Loliaceā] In codice manuſcripto corruptè ἔρινον pro αἴρινον legitur.

Cap. X.

STRVMAS & durities diſcutiẽs & mutabiles ruptiones. Fimum caprinum aut bubulum [a]elixum, aut farinam eruinam cum vrina pueri non corrupti, & vino, ſi placet exiguo excepta, impone: ac cum eis picis liquidæ & colophoniæ quantũ vis, & ceræ & olei: bene elixa ad emplaſtri formam reducito, & imponito. Item. Serpentem mortuam coniectam in ollam nouam & gypſo probè oblitam, coniice in caminum vt comburatur. dein cinerem eius miſceto cum æquali fœnigræci portione, melléque Attico exceptum probéque confe- B ctum illinito. Similiter medicamentum ex paſſis vuis eſt mirabile admodum: & quod ex ſtruthio & cucumere ſylueſtri & è cedria cõponitur. Mirabilia enim ſunt, & ad ſuppurationem ſtrumas perducunt.

a Elixum] Codex Nicolai falſò legit ὀυθὴν, pro ἑφθὴν.

Cap. XI.

STRVMAS & durities omnis generis diſcutiens. Myrrhæ, ammoniaci thymiamatis, ſing. drach. tres ſemis, viſci quercini drach. quatuor, galbani drach. duas, propolis drach. ſemis, reſinæ aridæ vncias duas, ceræ vn- C cias tres. Omnibus in mortario tuſis & rectè confectis vtere.

Cap. XII.

STRVMAS & mammarum durities curans. Viſci elaborati, reſinæ aridæ, ceræ puræ, ſingulorum libram ſemis, galbani vnciam vnam ſemis. Probè vnitis & confectis vtere vt probatis.

Cap. XIII.

STRVMAS exulceratas & non vlceratas ſanans. A Ceræ puræ, reſinæ pineæ, adipis ſuilli ſalis expertis, marrubii, æruginis raſilis, ſingulorum vncias tres. Trita & & probè confecta, vſu poſtulante dato.

Cap. XIIII.

INSPERSILE ſtrumis conueniens probatum. Olei veteris libram vnam, ceræ puræ libram ſemis, colophoniæ, nitri, ſingulorum vncias quatuor, allia repurgata quinque. Alliis cortices detrahito, & macerato tribus diebus, dein coquito donec frixentur, & tum ipſa abiice, & liquabilia eliquato, atque ab igne remoueto. B Nitrum læuigatũ inſpergito, & vtitor. Hoc autem abſceſſus etiam rumpit. Simile. Ficulni cineris vncias duas, aluminis ſciſſilis, aphronitri, ſingulorum vnciam vnam, picis liquidæ vncias ſeptem. Trita bene & ſubacta dato vt mirabilia.

Cap. XV.

STRVMAS [a]putrefaciens, mirabile & probatum. Aluminis ſciſſilis, ſandarachæ, ſingulorum vncias duas, ſquamæ æris vnciam vnam, arſenici vnciam ſemis. Terantur, & arida ſtrumis inſpergantur. Si verò cancer C fuerit, ſubigantur cum oleo roſaceo, & ex interuallis bis die vtitor vt probato.

a Putrefaciens] Perperam in manuſcripto codice legitur τυπτικὴ pro σηπτικὴ. qui error librario frequens eſt.

Cap. XVI.

STRVMAS, abſceſſus, atheromata, meliceridas & tubercula curans, probatum. Ladani, bdellii, galbani, ammoniaci thymiamatis, propolis, terebinthinæ, ſing. vnciam vnam. Trita bene & ſubacta præbeto.

INDEX EORVM QVÆ SCABIEM SANANT, & pſilothrorum.

Scabiem & lepram repurgans, Cap. I.
Illitio ſcabiei conueniẽs, admodum mira, Cap. II.
Illitio ſcabiei vtilis, mirabilis, Cap. III.
Illitio ſcabiem ſanans, admodum probata, Cap. IIII.
Illitio ſcabiei accommodata, probata & mirabilis, Cap. V.
Scabiem & pruritum incipientem ſanans, Cap. VI.
Scabiem palpebrarum & pruritus ſanans, Cap. VII.
Scabiem palpebrarum, pruritus, lepras & impetigines extergens, Cap. VIII
Scabiem & pruritum ſanans, Cap. IX.
Scabiem & pruritum pudendorum curans, Cap. X.
Scabiem veſicæ curans mirabiliter, Cap. XI.
Cruciatus lumborum & eorundem dolores curans, Cap. XII.
Pulices fugans & ſerpentes propellens, probatum, Cap. XIII.
Pſilothra podagrica, valde probata, Cap. XIIII.
Scabiei aptum vnguentum, admodum laudatum & cõprobatum, Cap. XV.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI,

De iis quæ ſcabiem ſanant medicamentis, ac pſilothris.

Sectio quadrageſimaſeptima.

Cap. I.

SCABIEM & lepras repurgans. Saluiæ, oleæ Æthiopicæ lacrymæ, ſing. drachmas quatuor, corticis radicis capparis, gummi, ſing. drach. ſeptem ſemis. Bene trita coquito cum aceto & oleo ſufficienti, confectúmq; inũge crebrò in ſole. Itẽ. Succi radicis aſphodeli vnc. quatuor ſemis, ſulphuris ignem non experti, mannæ, ſing. vnc. quinque, nitri drachmas quatuor. Trita madefacito cum aceto acerrimo, vt in ſuccum ſoluantur, & illine crebró. Similiter. Colophoniæ aridæ, pinguedinis bouis & gallinæ, olei laurini, ſulphuris ignem non experti, ceræ puræ, reſinæ terebinthinæ, ſingulorũ vnciam ſemis. Subacta feruefacito cum oleo roſaceo, & illine frequenter in ſole.

Cap. II.

ILLITIO ſcabiei conueniens, admodum mirabi- D lis. Lauri amaræ recentis foliorum tenerum vnc. duas. Bene tuſa coquito cum oleo communi ad tertias: dein colato, & ſpecies abiice oleo, atque admiſce ceræ albæ vncias tres, & elixato quoad diſſoluatur. Poſtea inſperge ſulphuris ignem non experti triti vnciam vnam. Bene cõfectam illine in ſole. Aliqui pro amara lauro ſquillam elixantes iniiciunt.

Cap. III.

SCABIEI apta illitio, mirabilis admodum. Succi ſquillæ vncias tres, ceræ pura vncias duas, olei roſacei E vncias quatuor, lithargyri, ceruſſæ, ſingulorum vncias tres, picis liquidæ libram ſemis, helcyſmatis ſeu ſcoriæ argenti Syriaci, ſingulorum vncias duas. Trita irrigato cum aceto, & cocta ad conſiſtentiam illine in ſole frequenter.

Cap. IIII.

ILLITIO ſcabiei idonea, admodum probata. Fari-

næ eruinæ, lupinorum & fœnigræci, ſingulorum vnc. duas, cicerum nigrorum farinæ vnc. vnam. Trita excipito cum melle, & confecta illine in balneo. Itē. Ceruſſæ, amyli ſingulorum vnc. ſemis, plumbaginis vnc. vnam, lupinorum rubeorum aut anchuſæ vnc. duas, ceræ puræ libram ſemis, olei roſacei libram ſemis & quartā partem. Anchuſam probè coquito cum oleo roſaceo, & admiſce reliqua bene trita, & confecta illine. Item. Oua decem in aceto acerrimo macerato quoad omnis ipſorum teſta marceſcat & molleſcat. Dein coquito oua cū aceto, & luteis ipſorum cum roſaceo & aceto læuigatis, adiice lithargyri vnc. ſemis. Mixta & ſubacta bene, redige ad glutinis craſſitudinem, & illine.

Cap. V.

ILLITIO ſcabiei deſtinata probata & mirabilis. Lutea ouorum in aceto elixatorum tria, ceræ puræ vnciā vnam, roſacei olei vncias nouem, ſulphuris ignem non experti vncias tres. Luteis prius in aceto ſufficienti læuigatis, adiice ſulphur ignem non expertum & ceram, confectóque vtitor. Lithargyrum autem cū aceto probè coctum vt emplaſtri formam nanciſcatur, acriores repurgat ſcabies, & quæ per lapathum fiunt ſmegmata, & plura elephanticis conuenientia, quæ reuera ſunt cōmunia, ad lepras & ſcabies mirabiliter conducunt.

Cap. VI.

SCABIEM & pruritum incipientem curans. Cedriæ bene vſtæ vncias duas coquito in aceto ad tertias, & illine in balneo. Poſtremùm autem foueto cum decocto lupinorum calidorum. Item. Amaræ lauri iuuenis foliorum tenerum, aut myrti corticis ſiue medullæ recentis, ſingulorum vncias duas. Tuſa coquito in oleo communi ad tertias, dein colato & oleum in balneo illine. Item. Hederæ folia in aqua coquito ad tertias, & ea crebrò foueto: aut decocto origani in balneo foueto: aut perſeæ folia bene ſiccata, & in pollinem trita inſperge: aut marrubii herbæ decocto foueto.

Cap. VII.

PALPEBRARVM ſcabiem & pruritus ſanans. Aloes flauæ vnciam ſemis. Tritam madefacito cū melle, & illine.

Cap. VIII.

PALPEBRARVM ſcabiem, pruritus, lepras, & impetigines mirabiliter abſtergens. Accipe myrobalanum in pollinem tritum, & cum liquido cerato illine.

Cap. IX.

SCABIEM & pruritus curans, probatum. Pulegiū cum aqua coquito ad conſiſtentiam, & ex decocto tepido foueto.

Cap. X.

SCABIES & pruritus pudēdorum ſanans. Folia & ramos ſaluiæ coquito in aqua, & ex iis foueto vt probatis.

Cap. XI.

SCABIEM veſicæ mirabiliter curans. Radicē glycyrrhizæ & eringii bene coquito & horum decoctum dilutum cum paſſo præbeto bibendum tepidum: aut laurinum oleum in balneo illitum, confeſtim ſanat.

Cap. XII.

CRVCIATVS lumborum & eorundem dolores curans. Chamæleuces herbæ folia & radicem tundito, & ex aqua bibendam præbeto, aut lauri radicem bene tuſam, ex vino ſufficienti bibendam dato.

Cap. XIII.

PVLICES amoliens & ſerpentes fugans, probatū. Conyza per domum & lectum ſtrata: aut abrotonum & abſinthium ſubſtrata in cubiculo. Item abſinthium, cucumerem agreſtem in aqua marina coquito, & iis domum irrorato: aut chamelææ radicem, & caryō bene coquito & domum irrora: aut amaræ lauri decoctum, aut thure aut melanthio domum ſuffito: aut fac foueam in aliquo domus angulo exiguam coniice in eā hirci ſanguinem, & ibidem congregabuntur.

Cap. XIIII.

PSILOTHRA podagrica probata admodū. Opii vncias duas, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, vuæ ſylueſtris, gentianæ, iridis, ſingulorum vncias duas, aloes flauæ vncias ſex, pulegii, ſampſuchi, pæoniæ, coſti, baccarū lauri, ſing. vncias duas. Tritis bene & confectis vtere vt probatis.

Cap. XV.

VNGVENTVM ſcabiei conferens, probatū admodum & laudatum. Salis communis drach. octo, adipis porcini drach. quinque, thuris albi puri drach. duas, hydrargyri puri drach. duas, olei laurini dr. duas ſemis, ſucci fumariæ herbæ, ſucci plantaginis minoris drach. vnam. His bene confectis & ſubactis illine palmas manuum ægrotantis, & plantas pedum manè, meridie & veſperi, & affrica validè, & ſic malum per vrinā abibit.

INDEX AVRICVLARIVM.

Auricularia ea quæ à frigiditate facta ſunt curantia, Cap. I.
Auricularis colluitio admodum laudata, Cap. II.
Auriculare emplaſtrum ex iride, Cap. III.
Auris dolorem à calore natum curans, Cap. IIII.
Auriculare epithema iis qui propter flatuoſum ſpiritū dolent conferens, Cap. V.
Auriculare epithema ad ſordium duritiē, Cap. VI.
Auriculare epithema ad vermes aurium, Cap. VII.
Auriculare epithema ad tinnitus aurium, Cap. VIII.
Auriculare epithema ad difficilem auditum & ſurditatem, Cap. IX.
Auriculare epithema ad carnis excreſcentias & vlcera, Cap. X.
Auriculare epithema Apollonii ad carnis excreſcentias in auribus, Cap. XI.
Auriculare epithema ad immutabiles phlegmonas, Cap. XII.
Auriculare epithema ad diuturnas & difficulter mutabiles phlegmonas, Cap. XIII.
Auriculare epithema ad paulatim factos dolores, Cap. XIIII.
Auriculare epithema ad vlcera in meatu auris, Cap. XV.
Auriculare epithema Apollonii, ad aurium exulcerationes, Cap. XVI.
Auriculare epithema ad magnos dolores & pus album, Cap. XVII.
Auriculare epithema ad fœtorem aurium & corruptiones, Cap. XVIII.
Auriculare epithema ad purulentas & fœtidas aures, Cap. XIX.
Auriculare epithema ad magnos dolores & pus album, Cap. XX.
Auriculare epithema ad vermes aurium, Cap. XXI.
Auriculare epithema ad ſanguinis è naribus eruptiones, Cap. XXII.
Auriculare epithema ad exteriora meatus aurium in pueris mala, Cap. XXIII.

NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE auricularibus medicamentis.

Sectio quadrageſimaoctaua.

Cap. I. A

AVRICVLARIA mala à frigiditate
facta ſanãtia. Accipe cepam veterem aut
allium,coquito in oleo communi ad ter-
tias,& expreſſum ex iis oleum in aurem
infundito: aut illi admiſce laurinũ oleũ,
aut oleum commune admodum vetus cũ
euphorbio ſubactum:ſimiliter inſtillato in auditorium
meatum,& deſuper lanam imponito, aut amaracinum
oleum,aut nardinum vnguentum , aut opobalſamum,
aut è nucibus expreſſum,aut rutaceum , aut amygdali- B
num. Vel abſinthiũ coquito cum oleo communi.& au
ribus iniice vt probatum.

Cap. II.

AVRICVLARIS [a]collutio valde laudata. Fœnũ-
græcum,abſinthium,anethum,chamæmelum, laurum
& rutam tuſa coquito in aqua,& [b]colluito aurem per in
fundibulum,& poſtea iniice oleum aut quod è caſtoreo
conficitur,aut foliatum , aut quod ex crocomagmate,
aut butyrum recens. Aut accipe cepam albam in medio
cauatam,ac butyro,oleo laurino & amygdalino imple- C
tam,in calidum ponito cinerem,& ſine vt bene elixe-
tur: poſtea amotam ab igne,exterioribus eius repurga-
tis,coniice in mortarium,& probè contundito . Adiice
etiam farinam fœnigræci , & ſubacta calefactáque lana
excipito,& auribus imponito.

a Collutio] Manuſcriptus codex legit perperam ἄκλυσμα pro
κλῦσμα,vel ἔκκλυσμα. Sic autem ab eluendo dictũ eſt Græcis. b Col-
luito] Iterum corruptè ἄκλυζε pro ἔκκλυζε legit manuſcriptus codex.

Cap. III.

AVRICVLARE emplaſtrum ex iride confectũ.
Radicem iridis albæ coquito cum althææ foliis,dein cõ D
iicito in mortarium,& bene tundito. Adiice fœnigræci
& lini farinam,flores chamæmeli,oleum laurinum,bu-
tyrum,adipem anſerinum,ſuillum,gallinaceum,vulpi-
num,oleum rutaceum & anethinum,ſubactáque probè
& calefacta ſuper vtrunque auris meatum imponito , &
deſuper lanam admoueto. Simile. Caricas pingues in
aqua coquito,dein exemptas tundito bene in mortario.
Pòſt radicem althææ adiicito aut eius folia,chamæme-
lum,fœnumgræcum,ſemen lini, abſinthium , radicem
iridis [a]albæ,laurum,butyrum,adipem anſerinũ & ſuil- E
lum. Coquito hæc cum anethino & rutaceo oleo,& tepi
da auribus imponito . Prius autẽ nardinum oleum au-
ditorio meatui imponito.

a Iridis albæ] In Nicolai codice ſimpliciter λευκῆς legitur,& ἴ-
ρεως dictio deſideratur.

Cap. IIII.

AVRIS dolorem curans à calore factum,valde pro
batum. Oui album inſtillato meatui auris : aut lac aſini-
num:aut ſuccum perdicii cum exiguo roſaceo:aut vena
ſecanda:deinceps verò ſuccus ſolani,aut oleum roſaceũ, F
aut coriandri,aut aſphodeli,aut oleũ commune, in quo
terræ inteſtina cocta ſint:aut viua buccina in oleo elixa
illine. Hoc enim naturalem quandam in eo vim ob-
tinet.

Cap. V.

AVRICVLARE epithema ad eos qui ob flatuo-
ſum ſpiritum dolent. Fouendum primò per laurum, fœ
numgræcum, chamæmelum,melilotum,mentham,be-
tonicam,abſinthium,calaminthãm,& ſimilia. dein ve-
na ſecanda,aut cucurbitæ adhibendæ,prius aqua calida G
fouendo. Poſtea auris meatui inſtillanda , adeps anſeri-
nus aut vulpinus,aut Cyprinum oleum aut irinum. Do
lore autem vehementi exiſtente,iis quæ moderatè ſen-
ſum obſtupefaciunt vtimur:veluti opii vnciam ſemis,
caſtorei vnciam vnam,& lactis muliebris cũ ouo quod
ſatis eſt,auri inſtillato . Confice autem paſtillum hunc,
& vtitor. Suadent etiam,quòd is qui paſtillum illum cõ
ficit,ægrotantem contingere non debeat,niſi prius ac-
cepta mercede. Quippe ſpatio triũ aut plurimum quin-
que dierum omne quod in auribus malum eſt , tam re-
cens quàm vetus,emendat ac corrigit,& confeſtim do-
lorem ſedat. Confert autem ſi in oppoſitam inſtillatus
fuerit aurem. Accipit foliorum rutæ , zingiberis [a]tro-
glodytici legitimi,ſingulorũ drachmas tres,ſucci hyoſ-
cyami,opii nigri,amomi veri,croci Corycei puri,ſingu
lorũ drachmam ſemis,baccarum lauri decorticatarum
drachmas tres. Trita & cõfecta bene irrigato cum lacte
muliebri:formato paſtillos,& ſiccato in vmbra. Vbi v-
ſus poſtulat, trita madefacito cum lacte mulieris quæ
maſculum peperit,& cum goſſipio auri infundito. Si-
mile ad dolores à craſſis & lentis humoribus factos. O-
uis fel auri cum oleo communi aut amygdalino infun-
dito:& porri cepæque ſuccum cum melle tepidum in-
funde. Aut origanum tritum cum melle & lacte mulie-
bri irrigatum,auri inſtillato . In quibus autem multus
eſt dolor & affectus diuturnus,& audiẽdi difficultas ad-
eſt,fortioribus vtendum eſt,vt ſucco dracontii,& ari,&
bryoniæ,iiſque ſimilibus.

a Troglodytici] Rurſus hîc vt ſuprà aliquoties ςρογλύτιδος,pro C
τρωγλοδύτιδος legitur in manuſcripto codice.

Cap. VI.

AVRICVLARE epithema ad duritiem ſordiũ.
Vnguentum nardinum dilutum auri inſtillato tepidũ,
& poſtridie [a]auriſcalpio auerſo promptius expurgato,
& rurſus nardinum tepidum infundito. Si verò ſordes
duræ fuerint, [b]nitrum torrefactum ac tenuiſſimè tritũ
in aurem indito,calidúmque acetum inſtillato,lanáque
impoſita ita per noctem ſinito. Poſtridie eluito aqua te
pida,& oleo amygdalino calido infuſo ſinito. Poſtea ni
tro & aceto cum aqua calida dilutis eluito & abſtergito,
inſtillatóque auri nitrum cũ roſaceo oleo & aceto acer-
rimo tepidis. Simile. Cardamomum & paululum nitri
cum caricis abſque [c]acinis granifve tuſa,& cribrata be-
ne,auditorio meatui impone,& geſtato tribus diebus.
Educit enim ſordes multas,& abundè leuat. Facit etiam
ad diuturnos dolores & exulcerationes excreſcentiarũ
carnis:nempe, Aloes flauæ,myrrhæ,thuris, ſingulorum
drachmas duas,miſyos drachmam vnam. Trita ſubigi-
to cum aceto & nardino oleo,& formato paſtillos ad v- E
ſum,infundéque auribus. Similiter Andronis paſtillũ
& Irini & Muſæ diſſolutos infunde.

a Auriſcalpio auerſo] In manuſcripto codice falſò διὰ θίσεν μυλο-
τρίδος,pro διὰ κυαθίσκυ μηλωτρίδος legitur. Generatim verò κυαθίσκος
Græcis ſpecillum ſignificat. Adiecta verò voce μηλωτρίς,priuatim quod
auribus deſtinatum eſt ſpecillum denotat, quòd Latinis auriſcalpium
appellatur. b Nitrum torrefactum] In codice manuſcripto καὶ πλή-
σας,corruptè pro ὀπτήσας ſcribitur. c Acinis] Græcus Nicolai co-
dex corruptè κεχραμίδων pro κεγχραμίδων legit. κεγχραμίδες autem vo
cantur grana ſeu ſemina quæ caricis inſunt.

Cap. VII.

AVRICVLARE epithema ad vermes aurium. F
Abſinthii decoctum inſtillato,aut centaurii, aut marru
bii,aut foliorum capparis,aut eius fructuũ viridium ſuc
cum inſtillato:aut cedriam, aut hominis ſenis vrinam
in aurem inſtilla,aut elleborum album tritum cũ mel-
le dilutum in aurem inſtillato:aut calaminthæ ſuccum,
aut ſcammoniam cum aceto dilutam , aut ſuccum a-
bſinthii,& oleũ aurium meatui inſtillato : eſt probatũ.

Cap. VIII.

AVRICVLARE epithema ad tinnitus aurium.
Ellebori albi,caſtorei,ſingul. drach. vnam , croci drach.
vnam ſemis,nitri drach. tres. Terantur,& fingatur pa-
ſtillus qui vſu poſtulante diſſoluatur cum aceto. Itẽ diu-
tinos tinnitus diſcutit euphorbium cum Cyprino oleo,
tepidum admotum . Si multùm ſenſerint vapores aut
flatus diſtributos,caſtoreum & cicutæ ſemen cum ace-
to ſubacta auri inſtillato. aut ſtruthii,croci, caſtorei , a-
phronitri,ellebori albi,ſingulorum vnciam vnam. Tri-
ta & læuigata rediganturin paſtillos , qui vſu exigente

dentur ex vino ſufficienti.In tinnitu verò è morbo facto foueto cum decocto abſinthii: aut acetum cum roſaceo oleo tepidum infundito : aut raphani ſuccum cũ roſaceo ſimiliter:aut aloen flauam tritam cum melle & vino dilutam infunde. Quòd ſi verò malum perſeuerauerit,elleborum nigrum elixato,& bene tritum cum aceto ſubigito,& bene confectum dato.

Cap. IX.

AVRICVLARE epithema ad difficilem auditũ & ſurditatem,mirabile admodum & probatum. Aſphodeli radicem tundito bene,& in oleo ad tertias coquito atque extrà & intus auri illinito.Hoc etiam confert ad diuturnam audiendi difficultatem. Optimus autem eſt cucumeris agreſtis radicis aut foliorum eius ſuccus cũ aceto inſtillatus:aut vrinam capræ & eius fel commixta & ſimul calefacta infundito:aut euphorbium bene tritum cum oleo communi veteri dilutum:aut caſtoreũ cum baccis lauri[a] & aceto:aut elleborum nigrum cum aceto & melle Attico ſubactũ, plurimùm coquito,fingitóque collyria glandis formã referẽtia parua, & meatui impone,& ſinito illic tribus diebus. Item naſturtii ſemen ,paulum nitri,& ficus pingues exemptis acinis bene tundito & ſubigito,fácitóque glandes auditorio meatui congruentes,aurique imponito , & illic tribus diebus ſinito.Hoc ſordes abundè educit ,& confeſtim dolores leuantur.Interdum aliqui pro naſturtio ſinapi adiiciunt.Cæterùm omnium piſcium fel inſtillato vt probatum:& perdicis fel ſimiliter. Item ſaluiæ ſuccum cum oleo ex immaturis oliuis expreſſo, tepidũ ad lenem ignem factum in aures ſtillato.Item ellebori albi drach. quatuor,caſtorei drach.duas, aphronitri drach. vnam.trita diluito cum aceto. Vtere etiam paſtillo ex amaris amygdalis cum oxymelite.Eſt autem eiuſmodi: Amygdalarum amararum drachmas duas,piperis albi, fabarum Ægyptiarũ medullæ,croci,myrrhæ,opii , thuris,caſtorei,ſing.drachmas duas, omphacii, chalcanthi ſing.drach.quatuor,aphronitri drach.duas.Trita ſubigito cum aceto,cui incocta ſint malicoria,& medicamentum ad glutinis craſſitudinem reducito:ſi voles,fingito paſtillos & in vmbra ſiccato. Vbi vſus poſtulat, accipe de iis quod ſatis eſt ,& vnito nardino vnguento,probéque confectum infundito:ſicque vt probato vtitor.

a Et aceto] Manuſcriptus codex perperam ἢ ὄξος legit,pro καὶ ὄξυς.

Cap. X.

AVRICVLARE epithema ad [a]carnis in auribus excreſcentias & vlcera earundem. Æruginis drachmas octo,ſquamæ æris drach. quatuor. Trita irrigato cum mellis cochleario dimidio aut quantum ſufficit, & ſubacta bene coquito donec rubeſcant,atque loco imponito quem in aure ſupereminentem conſpexeris. Similiter Æruginis,chalcãthi,ſing.drach. quatuor, ſucci porrorum cyathos tres.trita cum melle diluito, & vtitor.

a Carnis excreſcentias] Codex Nicolai σαρκώματα ſimpliciter pro ὑπερσαρκώματα legit.

Cap. XI.

AVRICVLARE epithema Apollonii Memphitæ ad excreſcentias carnis in auribus mirabile.Reprimit omnem excreſcẽtiam carnis citra dolorem, probatum. Aluminis ſciſſilis,miſyos vſti,ſing. vnc.duas ; æruginis, Lemnii ſigilli,gummi,ſing.vnc.vnam.Terito madefacta cum aceto & formato paſtillos. Vbi vſus poſtulat,aqua aut vino diluito,& præbeto.Hoc reprimit & ad cicatricem ducit. naribus etiam vlceratis confert ex quacunque cauſa contigerit.

Cap. XII.

AVRICVLARE epithema ad ſanatu difficiles phlegmonas conferens, & citò ad ſuppurationem ducens,*διὰ χυλῶν, id eſt è ſuccis*,confectum. Ramentorum cucurbitæ ſucci,foliorum arundinis tenerum,hyoſcyami foliorum,perdicii,& foliorum braſſicæ ſucci , ſingulorum cyath.vnũ,nitri torrefacti,[a]myrrhæ, croci, ſing.

A drachmas quatuor,nardini vnguenti vnciam vnam,aluminis liquidi,aceti ſquillitici,ſingulorum vncias duas. Trita ſubigito cum mellis Attici libra vna:& bene confecta recondito in vaſe vitreo,atque vſus tempore cum nardino vnguento aut roſaceo oleo vnito,& vtere.

a Myrrhæ] Græcè eſt σμύρνης: Aetius autem habet ζιγγιβέρεως, ob cauſam antea expoſitam.

Cap. XIII.

AVRICVLARE epithema ad diuturnas & ſanatu difficiles phlegmonas auriũ. Galbani,adipis tauri-
B ni,ſingul. drach. quatuor,ceræ puræ,colophoniæ,ſaponis,ſingulorum drachmas tres,picis drachmam vnam. Liquatis prius colophonia,adipe & pice , adiice galbanum cum cera prius emollitum, dein ſaponem:[a]& vbi excolaueris,vſus tempore cum aqua aut oleo quopiam bene ad cotem cum oleo diluito . Vbi ceſſauerit phlegmone,in aurem poſtea infundito. Similiter Caſtorei vnciam ſemis tritam cum oleo diluito,& dato conãtibus ſoluere noxam ex malitia.

a Et vbi excolaueris] Manuſcriptus codex legit corruptè καὶ διηθείσας μετὰ ὕδατος καλῶς ἐπὶ ἀκόνης δεῦσον σὺν ἐλαίῳ : quum ex Aetio
C ita potius eſſe legendum conſtet,καὶ διηθήσας χρῶ ἐπὶ τῆς χρείας ὕδατι ἐπ' ἀκόνης ἢ σὺν ἐλαίῳ τινὶ ἀνέσας.

Cap. XIIII.

AVRICVLARE epithema ad dolores ſenſim factos,admodum probatum . Aloen flauam tritam[a]cum melle & vino dilutam , auribus inſtillato. Simile. Acetum in quo lana ſuccida bullierit,auribus infundito, ipſamque lanam ſuperponito: ſi verò mitius facere volueris,cum ſapa & aceto lanas coquito,& vtere.

D a Cum melle & vino] Aetius habet οἰνομέλιτι ἀνέσας,hoc eſt vino mulſo dilutam.

Cap. XV.

AVRICVLARE epithema ad vlcera quæ in meatu auditorio conſiſtunt,admodum probatum & mirabile.Quæcunque ſunt recẽtia vlcera, glaucium in aceto tritum curat,& omnia quæ ex ipſo facta ſunt collyria,& quæ ex croco quæque è roſis conficiuntur. Curat verò ipſa [a]Damocratis collyrium è myrrha.Purulentas citra dolorem [b]aures,ſi ita moderatè afficiantur , eiſdẽ curare conuenit remediis: ſi verò plurimum puris ex au-
E ribus effluxerit,per hos paſtillos,nempe Muſæ, Andronis,[c]cũ ſapa & modico aceto inditos. Vbiverò pus prorſus exuperauerit,ſcoriam recrementúmve ferri cum aceto acerrimè in ſole æſtu caniculari ſubactum fingito in paſtillos,& vtere cum aceto:ſi verò canicularis æſtus non affuerit,ſcoriam ferri ſubtiliſſimè tritã ſubactámque cum aceto , coquito ad carbones donec exiccetur, & ita vt probato,cum aceto vtitor.

a Damocratis] Codex Nicolai falsò legit Δημικράτους pro Δημοκράτους. b Aures,ſi ita moderatè,&c.]Hic locus in Nicolai codice deprauatus eſt. Debet autem in hunc modum reſtitui & emendari: χωρὶς ὀδύνης,ὅσα μὲν μετρίως τοῦτο πάσχει,διὰ τῶν αὐτῶν θεραπεύεται· τὰ δὲ
F ἰσχυρῶς πυῤῥοῦντα,διὰ τῶν,&c. c Cum ſapa & modico , &c.] Et hic locus in manuſcripto codice deprauatus & mutilus eſt . Debet autem ita reſtitui,καὶ ὁ τοῦ Ἄνδρωνος μετὰ ἑψήματος καὶ ὀλίγου ὄξους ἐνιέμενος. νικωμένων δὲ καὶ τούτων,σκωρίαν.

Cap. XVI.

AVRICVLARIS [a]collutio Apollonii ad exulcerationes auriũ . Vino mulſo calido aſſiduè colluito: aut myrtum decoque in vino,& vtitor. Quòd ſi fœtidũ ſit quod defertur,ſidia & lẽtem in vino bene coquito. eóq; dũ tepet colluito.Similiter Alumen ſciſſile cum
G ſapa & aceto tritum in feruenti cinere ad mellis craſſitudinem decoquito. Cõuenit & omne aluminis genus cum polygonii ſucco:aut aluminis ſciſſilis,croci,gallarum , ſing. vnciam ſemis, trita cum vino madefacito auſtero,& rectè confectis vtere.

a Collutio]In codice manuſcripto corruptè ἐπίθεμα pro κλυσμὸς ſcribitur: id quod Aetius & ſequentia ſatis docent.

Cap. XVII.

AVRICVLARE epithema ad magnos dolores & album pus, admodum laudatum. Amygdalarum amararum decorticatarum ʒ t.aphronitri albi , thuris , opii,
H ſing. drach. tres, croci drach . quatuor, galbani drach. duas,myrrhæ drach.vnam,aloes flauæ drach. quatuor. Trita diluito cum vino , & formato paſtillos , ac vtere.

Dolore quidem præſente,[a] cum roſaceo :in quo pus effluit,dato cum mulſo,aceto,& ſapa. Difficultate autem auditus exiſtente,præbeto cum aceto. Item ad diuturnas exulcerationes dato aloes,thuris,myrrhæ, ſingulorum drach.quatuor,miſyos drach. duas. Trita ſubigito cum aceto,& fingito paſtillos. Vbi vſus poſtulat,diluito cum aceto & roſaceo oleo:& dato.

a Cum roſaceo] Hic locus etiam mutilus eſt in manuſcripto codice,& ſic reſtituendus,ὀδύνης μὲν οὔσης,σὺν ῥοδίνῳ· πυῤῥούντων δὲ.&c.

Cap. XVIII.

AVRICVLARIS collutio ad fœtores aurium & corruptiones, admodum probata. Colluito prius B decocto ſidiorum & lentium vt prædictum eſt, deinde vtere ſubſcriptis. Aluminis [a]Mileſii libra. vna, chalcanthi, myrrhæ,aloes flauæ,crocomagmatis, ſingulorũ drach. octo.Trita cum vini dulcis myrtitis libris quatuor ſemis diluito. Alumen autem coquito cum vino dulci.& vbi concreuerit,reliquas ſpecies bene cum aceto tuſas & tritas admiſceto,& probè vnito; cúmque ſapa & aceto vtere.

a Mileſii] Græcè eſt μηλισίας.Aetius autem σχιστῆς legit.

Cap. XIX.

COLLVTIO auricularis ad aures purulentas & fœtidas,valde laudata. Fel vrſi auribus inſtillato. Quòd ſi verò aridum fuerit,cum aceto & ſapa [a]diluito. Summè etiam confert Ægyptia.

a Diluito]Manuſcriptus codex falſò ἐνόσας pro ἀνέσας legit.

Cap. XX.

AVRICVLARE epithema ad vehementes dolores & pus album,laudatum & mirabile. Amygdalarum amararum decorticatarum, piperis albi, medullæ fabæ Ægyptiæ,croci, myrrhæ,opii,thuris,caſtorei, ſingulorum drach. duas,omphacii,chalcãthi, ſing. drach. quatuor,aphronitri drach.quatuor. Trita ſubigito cum aceto cui incocta ſint ſidia,& reducito medicamentum ad glutinis craſſitudinem. Vſu exigente accipe ex medicamento:diluito cum vnguento aut oleo nardino,& inſtillato.

Cap. XXI.

AVRICVLARE epithema ad vermes aurium. Vermes in auribus natos aut extrinſecus incidentes ſi interimere cupis,amara & acria ſummatim vſurpato, veluti ſuccum foliorum capparis, aut cedriam aut vrinam hominis antiquam, ſingula cum melle cõmixta: aut ariſtolochiam tritam inſufflato,aut calaminthæ ſuccum infundito,aut elleborum album cum vino:aut decoctum [a]colocynthidis,aut centaurii,aut abſinthii,aut A polii,aut marrubii:aut elaterium cum aceto diluito. Cõfert etiã maluæ ſatiuæ ac ſylueſtris ſuccus, potiſſimùm vbi phlegmone laborant aures. Hæc ſunt valde laudata & mirifica.

a Colocynthidis]Codex Nicolai legit κολοκύνθης: Aetius verò κολοκυνθίδος.

Cap. XXII.

AVRICVLARIS collutio ad ſanguinis ex auribus eruptiones,ne ſanguis vertatur in grumos. Porri ſuccum cum aceto inſtillato auribus. hoc ſanguinem ſiſtit & grumos diſſoluit:aut malum Punicum in aceto B decoque & inſtilla: aut gallas in aceto coquito, & per colum traiice,atque admixto rubi ſucco inſtillato: aut polygoni ſuccum cum modico aceto mixtum inſtillato:aut acaciæ ſuccum,aut amurcam,aut præcipuè lyciũ cum aceto inſtillato.

Cap. XXIII.

AVRICVLARE epithema ad externa auditorii meatus mala,& ad inflammatas attritiones fibrarum auris puerorum, admodum laudatum. Oleum commu- C ne in æneo vaſe lychno calefactum crebrò illine,& ſanabis. Ad cõtuſas aures accipe myrrham,mannam,thus, terram nigram:cum aceto vnita & ad cerati conſiſtentiam reducta illine,& nequaquam ipſas irritato. Simile. Sulphur ignem non expertum, myrrham, thus,cũ pice liquida ſubacta, confecta vt ſplenium imponito. Similiter bituminis,aloes flauæ,thuris, cochlearum carnis,ſing. vnc.duas. Trita ſubigito cum aceto, & illine vt ceratum:aut paſtillis ad pudenda confectis illine. Item lumbricos cũ exigua terra vnde deſumpti ſunt, terito, & bene ſubactos illine. In quibus autẽ aures perfractæ D ſunt,[a]internam cauitatem quæ ad cartilaginẽ vergit, figulino luto impleto,ſinitóque areſieri: dein ſolanũ cũ abſinthii ſucco illinito. Quòd ſi verò fracturæ phlegmone ſucceſſerit,butyrũ recens & tepidum in meatum inſtillato:aut anſerinum adipem, aut gallinæ, aut ocimi ſuccum cum aliquo dictorum adipe. Extrinſecus autem circumline ceruſſam bene tritam cum ſolano, aut polygoni aut coriandri ſuccis: aut mali Punici dulcis ſidia in vino bene cocta & ſubacta illine,aut glaucium illine. Item huiuſmodi ſpecies parato, & reduc ad empla- E ſtri formam,imponito deſuper vt probatum admodũ: nempe ſandycis libram vnam,aquæ libram ſemis, olei communis libram vnam. Bene trita coquito quoad manus non inquinent,atque ſic bene confecto vtitor.

a Internam] Manuſcriptus codex ἔξωθεν legit pro ἔσωθεν.

DE PODAGRA LIBELLVS INCERTI autoris, è Græco ſermone in Latinum à Marco Muſuro verſus.

ILLVSTRI ET AMPLISSIMO VIRO, REVErendo Scaram. Triultio, antiſtiti Comenſi, referendarióque & aſſiſtenti pont. maximi digniſſimo M. Muſurus archiepiſcopus, S.

EN tibi antiſtes ampliſſime opuſculum de podagra, Megæræ Cocytique ſobole, ſi Luciano credimus, parentes teterrimæ illius peſtis comminiſcendæ. Cuius equidem in Latinum conuertendi munus aliquandiu procraſtinando detrectaui, quòd ſicut autor (quiſquis hæc ediderit) infans & elinguis erat, ut qui neſciret, ſiquid uel arte didiciſſet uel uſu compertũ habuiſſet, exprimere: ſic ego, cui notũ erat quàm nihil gloriæ ſolerẽt interpretes è transferendis quæ non poſſent niteſcere, reportare, terguerſabar. Sed tandem nec præclaro uiro Iano Laſcari bene de nobis merito, qui tuæ præſul illuſtris ualetudini conſulens id mihi laboris iniunxerat, poteram flagitanti recuſare, nec tibi non gerere morem audebam: cui neque quantum debeam, neque quàm magnum ſim nomen ignoro. Non me latet opera quam mihi (quæ tua fuit benignitas) nauaſti quo tempore ſummus & optimus Pontifex Leo X. ſpecioſis ac præclaris antiſtitum titulis me condecorauit. Perlege igitur qualecunque id libelli eſt quod amplitudini tuæ nuncupatim dedicamus: & perpende non chartarum numerũ, nec autoris uel excellentiam uel celebritatem, ſed animum interpretis, qui pro dignitate tua longè maiores ſubire labores, longéque maiora tibi præſtare officia paratus eſt. Peto à Deo opt. max. ſummiſque uotis expoſco, ſi preces eum innocentis & candidi cordis unquam exorarunt, ut hic noſter libellus protinus quàm fuerit perlectus abs te, eijciat ab artubus, neruis, ac medullis tuis omnem podagricam ſæuitiam & infeſtationes. Dignus enim es, non qui iacens in lecto crucieris & eiules, ſed diu ius è bona ualetudine, ſapientiſſimo conſilio, rerum diuinarum & humanarum prudentia, tam uberes quàm conſuetos ecclesia Dei fructus percipiat ac deguſtet. Sit ſoſpes ac felix amplitudo V. cui me etiam atque etiam commendo.

Index eorum quæ hoc libello continentur.

Dignotio vnde oriatur morbus podagricus: continens etiam in ſe, quomodo fiant cõcoctiones hepatis, venarum, arteriarum, & cuiuslibet partis corporis: & quomodo excernantur, qualéſque ſint quæ ex ipſo reiiciuntur ſuperfluitates, & vnde exeant. Sect. I.

Quomodo excernantur ſtomachi ſuperfluitates per inteſtina. S. II.

Quomodo expurgentur quæ in hepate ſunt ſuperfluitates. S. III.

Quomodo illæ quæ in venis & arteriis. S. IIII.

Quomodo expurgentur quæ in aliis partibus ſunt ſuperfluitates. S. V.

Quomodo & quam ob cauſam articuli afficiantur à fluxione, & quomodo dolores fiant validiores. S. VI.

Quomodo dolores fiant diuturniores, & cruciatus vehementiores amotúque difficiliores, & immobilitates ac reſolutiones. S. VII.

Quomodo fiat eiuſmodi fluxio tum in cerebrum, tum in iecur & cor: & quòd indigeant & ſubitis & validis purgationibus. S. VIII.

Quomodo item domeſticum ac familiarem ſe reddat hic morbus, & à pronepotibus per ſeriem ſucceſſionis excipiatur: & quæ concilient & augeant huiuſmodi malum. S. IX.

Quòd robuſta ſint quædam membra, & quæ ex cruditatibus ſunt ſuperfluitates eiiciant, vehementioréſque concilient diuturnioréſque ac validiores cruciatus cæteris membris debilioribus. S. X.

Et quòd, ſi ſana ſint membra omnia nec ſuperfluitates admittat, ipſas ſuperfluitates reiiciant: quæ ſi paulatim colligantur, magnarum & validarum ægritudinum autores ſunt. S. XI.

Quæ ad præcauendum huiuſmodi morbum attineant, & quomodo fiat appetitus. S. XII.

Quæ in victus ratione facilia ſint, & quæ difficilia. S. XIII.

Quomodo etiam ea quæ concoquere nequit, quærat ſtomachus: & quomodo fiat appetit9, atque edamus & bibamus ſuauiter. S. XIIII.

Quòd ad omnia conferat euacuatio. S. XV.

De vomitu: & quòd ſit vtiliſſimus, multis demonſtratum rationibus. S. XVI.

Exemplum quòd ab alimento repleantur omnes corporis partes, & purgationibus exinaniantur. Quomodo item corpus ex nutrimento attrahat omnem ipſius humiditatem. S. XVII.

Quòd vomitus non ſolùm ad præſeruationem vtiliſſimus, ſed etiam in ipſo vigore ſæpenumero: & quòd per ipſum euacuantur vniuerſarũ corporis partium ſuperfluitates. S. XVIII.

Quantum proſit vomitus. S. XIX.

Quæ comedi in vomitu debeant, & quomodo ipſe fieri. S. XX.

Alia ſecundum Hippocratem vomitus ratio. S. XXI.

Alia ratio Alexandri. S. XXII.

Quòd vtiliſſimus ſit vomitus, & à quibus admitti non debeat, ſed ea quæ per aluum fit euacuatio. S. XXIII.

Quòd, ſi vomitus non fiat, ea quæ per aluum fit purgatio conferat. Vbi eſt & compoſitio ex ſimplicibus granis purgatoria. Itẽ, Neglecto morbi præcauendi ſtudio & fluxione exorta, quid faciendum ſit. S. XXIIII.

Quòd in prima morbi infeſtatione pro cuiuslibet humoris fluxione fiat venæ ſectio. Itẽ, Quòd venas circumeat quilibet humor, quantitate magis quàm qualitate nocens. S. XXV.

Quòd corrupto ſanguine & fluxione apertè facta, noceant potius venæ ſectiones, propterea quòd humores laxent. Et quòd vinum non ſolùm lædat fluxione infeſtatos, ſed etiam cauſa fluxionis exiſtat. S. XXVI.

Quòd inedia lædat bilioſos, cruciatúſque adaugeat: eodem modo etiam humida admodum diæta humidiores, augens & ipſa fluxiones. S. XXVII.

Quòd, ſi fiat à ſolo ſanguine fluxio, idque exacto iudicio cognitum ſit, conferat venæ ſectio & ſimul euacuatio. S. XXVIII.

Quòd poſt cruciatus & ad ipſos cruciatus vtilis ſit purgatio. S. XXIX.

Quòd poſt purgationem bibere cõueniat ſerum lactis: & quo modo bibendum ſit. S. XXX.

Quòd iis qui ſic purgãtur, ebibenda ſimul ſit theriaca. S. XXXI.

Quòd ea quæ ex hermodactyli antidoto fit purgatio

proſit ad omnes qui fluxione laborant. Item, Compoſitio ipſius,& quantum dandum ſit. Item, Alia compoſitio catapotii. Item, Alia compoſitio granorum. S.xxxii.

Contra eos qui dicunt purgationes non bonas eſſe & vtiles, defenſio. Item, Quòd, ſi ſæpenumero noceant purgationes, medici iudicium in cauſa ſit cur noceant. S.xxxiii.

Quòd ſuperflua ſit euacuatio ſi exquiſita & tuta victus ſit ratio cuius culpa non vnquam fiat cruditas. S.xxxiiii.

De iis qui non accipiunt nec bibunt purgationes, quid faciendum ſit. S.xxxv.

Quòd, ſi vt ratio poſtulat, fiat purgatio, conferant repulſiua ad eas quæ fluxione laborant, corporis partes. S.xxxvi.

Epithemata vtiliſſima experimento probata. Item, Aliud ex oleo roſaceo aceto diluto epithema. Itẽ, Confectio ceroti ad validiſſimos cruciatus, non iuuantibus aliis epithematis. S.xxxvii.

Quòd ſedatis cruciatibus fluxionis, abiecto hoc, imponendum ſit id quod per chylum vocatur. Item, quòd poſt hæc ad firmanda & corroboranda membra puniceum velum ſuperponendũ ſit. S.xxxviii.

Grana præſeruatiua, quæ dicuntur Perſica: & quo modo conficienda ſint. S.xxxix.

Demetrii Pepagomen

DE PODAGRA LIBELLVS INCERTI autoris, Marco Muſuro interprete.

PRÆFATIO.

SCriptis mandare mihi præcepit optimus & ſanctiſſimus dominus noſter & rex quæ ad præcauendum podagræ morbum cõducunt, ſiue per certam victus rationẽ, ſiue per medicamenta & epithemata: itidem verò ſcribere quæ, poſtquam hic morbus inuaſit, remedia ei afferri poſſint, & quum incipit, & quum in ſtatu eſt, & quum in declinatione: nihil omittentem eorum quæ à me obſeruari potuerunt. Haud equidẽ me decebat, haud decebat inquam, tam audacem eſſe vt quicquam de hoc morbo traderem, quum & tot veteres excellentéſque medici exactè prolixéque de hoc tractauerint, & quum rex cui hæc à me ſcribenda ſunt, maiore ſit in his quoque rebus iudicio præditus quàm dici poſſit: ac reuera nihil à noſtri ſeculi medicis afferri queat (quantumcunque & multi & docti ſint) quod eius ingenio dignũ iudicari debeat. Sed quum ille qui talis eſt, & mihi eam quæ huic ſcriptioni conueniat doctrinam nõ ineſſe nouit, eam tamen aggredi imperauerit, quòd eius naturam quàm potueram diligentiſſimè obſeruaſſem, facere nullo modo potui, quin eius mandato parerem: præſertim quum tenerem quòd præſtantiſſimus omnium atque adeo dux noſter Hippocrates ait, Naturæ à naturis multùm differũt, & loca à locis: oportet autem medicum, vt communem omnium naturam, ita & propriam cuiuſque cognoſcere, necnon loci & temporis naturam: licet hoc difficile ſit. Et rurſus idem ſcribit, propter temporis velocitatem ſæpe video medicos nõ tantùm ex vulgaribus, ſed ex præſtantiſſimis etiam, in errorem incidere. Et egregius ille Galenus impoſſibile eſſe tradit vt is medeatur alicui morbo qui propriam cuiuſque naturam cognitam non habuerit. Quandoquidem igitur hoc mihi imperauit ſanctiſſimus rex, è cuius medicis ſum vnus, ideóque naturam eius temperamentúmque noui, præſertim quũ diu cum eo verſatus fuerim: pro ea quæ mihi eſt ſcientia, de hoc morbo (vt eius obediam mandato) tractare incipio. Primum igitur particulariter de cauſa talis morbi dicẽdum eſt, & quo poſſit modo dignoſci: (qui enim optimè dignouit, is & medetur optimè) deinde & de cæteris.

ETſi natura rationis expers habetur, ea tamen facit quæ ratione non carent. Satis enim valet, Galeno teſte, omnibus animantibus peculiares quaſdam appetitiones ac propẽſiones ingenerare, dum eorum ſanitati ac ſaluti peruigil excubans proſpicere contendit. Eapropter hominibus edentibus nutrimẽtúmque capientibus poſt cõcoctionem, quæ faciunt ad incolumitatem atque incrementum animalis, admittit: quæ verò ſunt inutilia ſuperfluáque, reiicit. Particularibus etiam iecinoris, arteriarum, venarũ, & cuiuſuis membri digeſtionibus eandem operam nauat. Multis enim inſtrumentis quæ ipſa præpa-
A rauit, varias indidit facultates quibus egererẽtur excrementa: ſic vt ab aliis trahi, ab aliis dimitti, à quibuſdam deduci, à nonnullis excerni poſſent.

2 Principio diſcernitur ſimul & dimittitur excrementum per inteſtina omnia, vſque ad eius cauitatem quod rectum appellant, cuius ad exitum muſculi protenduntur, qui arcent cohibent ac vetant quominus excrementa importunè præter tempus excernantur.

3 Excrementum hepatis bicolor eſt. partim enim aſſimilatur flori qui per ſumma vini apparet, partim fæ-
B ci, vt Galenus ait: atque hoc à liene, illud à veſica viſceribus impoſita trahitur. factáq; in his colluuione, pars ſub initium gracilium inteſtinorum, pars in ipſum excernitur ventrem. Quod ad inteſtina deuenit floriſque vinacei ſpeciem gerit, flaua bilis eſt: quod verò delabitur in vẽtrem, atra bilis & acida vocari debet. Id à prouida natura factum idcirco Galenus opinatur, vt edacitatis appetitu venter irritaretur.

4 Quod verò in venis & arteriis coaleſcit excrementum, veluti ſerum eſt lactis conſpiſſati. Id ipſi renes ex-
C purgando demittunt ad veſicam, vbi paulatim fit collectio: muſculúſque trãſuerſalis obſtat, qui tam diligenter oſtiolum occludit vt inde nihil effluat importunè.

5 Reliqua pars excrementorum in ſingulis membris efficitur à ſuo cuiuſque humore qui nutrit. Porrò tenuiſſimum excrementum, quod ſudorem & humectationem vocant, facilè excernitur. Sunt & alia excrementa quæ præ nimia ſubtilitate ſubterfugiunt obtutum, & vaporitia dicuntur.

D 6 Quum igitur articuli de quibus ſermo habetur, iugiter moueantur, ſi vis expurgandi diſcernendi atque dimittendi (de qua ſuprà loquuti ſumus) ita valida eſt vt quæ inutilia ſunt & craſſa, reiiciat, vtiliora verò tenuioráque retentet, corpus vtique cum omnibus ſuis membris valet: ſin verò craſſa & inutilia longè copioſius redundent quàm vt ab organicis facultatibus (quibus natura bonæ tam valetudini quàm habitudini corporis conſulens, purgandi diſcernẽdique delegauit officium) expelli poſſint, tunc excrementa prædominantur. quorum colluuie ſtagnante putrefactáque à calore, ſanguine quoque corrupto per bilem ac pituitam,
E (omnis enim humor putrefactus bileſcit) morbus cui ſanctum ac venerabile podagræ nomen inditum eſt, generatur. Abundantia nanque bilis ac pituitæ huiuſmodi gigni morbũ, Hippocrates autor eſt: quanquam reliqui ferè omnes cuilibet humori imputẽt: ſed ſenex ille breuitati ſtudens ita loquutus eſt, In illis enim & humiditas eſt & ſiccitas & caliditas & frigiditas. Porrò facta corruptione, ſicuti dictum eſt, excrementa vires adepta, dum à calore mouentur ac defluunt, quacũque fuſa fuerint, ibi morbum efficiũt. Quum enim ve-
F næ repleantur atque ob id laxentur, cruciatus ac dolores efficiunt cum in aliis membris, tum verò in iis quæ

tam dirum diluuium inuaſit. Porrò membrum quod affligitur,morbo nomen imponit.Tormẽtum enim coxendicis,iſchiadem:pedum,podagram: articulorum,arthritin:dentium,odontagram nominauit. Nam(vt ſapientiſſimus Hippocrates aſſerit) nomina, morborum germina ſunt.

7 Quanto autem venæ tenuiores,nerui crebriores, oſſa ſunt multipliciora quò rheuma defluit, tanto tetriores infligit cruciatus ac pertinacius obmanet,atque adeo difficilius amouetur. Nam perturbatis & obturatis meatibus, immobiles prorſus homines aut paralyticos reddit.

8 Non ſolùm autem manus, pedes,& articulos omnes huiuſmodi fluxiones infeſtant, verumetiam in ipſum caput,in ipſum iecur, in ipſum quandoque cor faciunt impreſſionem:quas, quia deterrimæ ſunt, perquam difficulter amoliri queas: ſæpe etiam ſi à copia multorum excrementorum originem habeant, morti cauſam præſtant,niſi citò validéque purgentur. In hæc enim membra rheumatiſmus non ſine impetu graſſatur. Cæterùm morbus hic ſiue pedes, ſiue coxendicẽ, ſiue manus malè habeat, tametſi difficillimè poteſt amoueri,lethalis tamen non eſt. Nam è nimia conſuetudine qua rheumata hæc deſtillare ſolent,in habitũ cõuerſa,fit vt neque ingens neque copioſa repletio coaleſcat,excremẽtis ad articulos huic obnoxios læſioni deſcendere conſuefactis.

9 Porrò morbus hic vſqueadeo ſe domeſticum ac familiarem reddit,vt ſi ſcriptis veterum habenda fides eſt,factus hæreditarius per ſeriem ſucceſſionis à pronepotibus excipiatur,niſi tuta ſobriáque victus ratio, crebræque ſimul & accommodæ purgationes remedium afferant. Nam initio quum primùm generatur, nullis à maioribus legatus, ex edacitate deprauatáque nutritione contrahitur. Ergo generat eum non concoctorum etiam eſculentorum aſſidua coaceruatio & ingluuies immodica,prætérque conſuetudinem tam laſſitudo quàm quies,cõſuetarum euacuationum & exercitationum cohibitio, effrenatæ denique veneris libido. Nam venereæ voluptates, præſertim quæ cum vehementi concuſſu peraguntur, rigorem corporum neruoſorum diſſoluunt. Mala quoque digeſtio,quam cruditati quàm cõcoctioni viciniorem eſſe conſtat, plurimùm lædit.

10 Quoniam verò humiditas è cruditate manans,eſt inutilis,quum malè concocta ſit,&,ſi quale conſideres, impura:ſin verò quantum,nimia ſuperfluáque,& venulæ omnes eam excipiunt à craſſis venis ſecundum Hippocratem, vt nutrimentum omnibus corporis partibꝰ ipſiſque neruis & oſſibus de more ſubminiſtretur:ideo ſi partes corporis valentibus ſint viribus,de quibus dictum eſt, nutrimentum hoc accipiunt ſemotis excrementis defæcatum: ſin verò virtus excernendi debilitata corruptáque eſt,excrementa vi cõmouentur ac ſubtili fluento deſtillant,& quocunque fecerint impetum, illic morbi de quo agimus,firmant afflictionem. Quapropter quo membra ſunt imbecilliora, eo vehementiore fluxu in ea deſtillatur, vnde acerba diuturnáque cruciatuum calamitas incumbit: quandoquidem validæ corporis partes,quæ ſuis fretæ viribus læſioni non ſuccubuerunt,excrementa eiiciunt procul à ſe,& imbecillioribus impingunt.

11 Quòd ſi(vt mihi quidem videtur) omnium corporis partium organica virtus qua ſecernuntur excrementa,ſic pollet vt recipiat quidem humiditatem è cruditate,cui repletio dedit ortum,ſcaturientem, reiiciat autem ſiquid ſuperflui ſit: fit vt articuli reliquæque corporis partes valeant quidem, ſed torpore quodam elanguere videantur. Atque huiuſmodi excremẽta,tametſi rheuma non faciunt, obſtante prohibentéque virtute ſecernendi, paulatim tamẽ in vnum vbertim collecta, non parui morbi cauſam præbent: dicente Hippocrate, Excrementa collecta paulatim, ſic vt multi temporis ſpatio facta redundantia ſit, valetudinem aduerſam inuexerunt. Homo autem quidquid eum fortefortuna A tunc feciſſe contigerit, id culpat quaſi mali cauſam: quum tamen vera cauſa vetuſtior ſit.

12 Diximus quæ ad præcauẽdum huiuſmodi morbum attinere videbantur. Atque eadem vt facilè veréque dicuntur, ſic ægrè difficultérque ſeruantur. Quoniam enim contrariorum contraria remedia ſunt, cauendæ ſunt aſſiduæ atque aliæ ſuper alias coaceruatæ cruditates. quod fiet ſi vel edas vel bibas quibus ſtomachus ſufficiat concoquendis. Illud enim Hippocratis oraculum verum eſt, Si modica comedat modicáque B bibat homo,in nullum incidit morbum. Atque,vt breui veróque ſermone complectar quod ſentio, ſi comeſt & bibit homo quæ ſatis ſint ad concoquendum,& quæ ita naturæ ſuæ conueniant vt ab ea facilè digeri queat, nullam cruditatis ſubibit læſionem.

13 Reliquas etiam huius morbi cauſas, de quibus ſigillatim diſſeruimus, quilibet facilè cauere poteſt: præſertim quum longè leuiores ſint,vtpote minus neceſſariæ homini quàm vel cibus vel potus ſit: qui vterque maximè neceſſarius eſt, quum ſine alterutro viuere C nequeamus. Nam in moderato cibi ac potus vſu vita hominis cõſiſtit. Reliquæ itaque cauſæ morbi,quália ſunt venerea,ſi tollantur, non propterea perniciem afferunt: & ob id facilius eſt eas compeſcere quàm cibi potúſque nimietatem. Hippocrates etiam eſculẽta poculentáque, laſſitudines, ſomnos, venerem modicam, commemorans, in his percenſendis rationem ordinis habuit. Primùm enim eſculenta poculentáque,tanquam maximè neceſſaria,poſuit:deinde reliquorum fecit mentionem.

D 14 Sanè diæta ſecundum rationẽ vti difficillimũ eſt in omnibus ferè mortalibus. Nam etſi ſtomachus à natura,hac veluti prærogatiua donatus eſt vt alimenta reliquis membris diſtribuat: quia tamen ipſi auiditas edendi inſita eſt,ſæpe etiam quæ nequit cõcoquere,donec diſtendatur,aſſumit. Expetit enim natura quibus indiget. Indiget autem vt corporis pars quæ vacua eſt & egena,impleatur & adæquetur:quæ verba Hippocratis ſunt. Eapropter (inquit) id libenter edimus ac bibimus,cuius appetitu moueamur. Quoniã igitur ſtomachus E plus expetit quàm digerere poſſit, idcirco crebræ atque aliæ ſuper alias cruditates ſubſequuntur:quæ malorum cauſæ ſunt. nam hinc ſaturitates ſeu repletiones atque huiuſcemodi nocumenta naſcuntur.quibus quũ occurrendum ſit,de hac ipſa re diſſeremus, ducibus ſapientiſſimis medendi artificibus, quorum teſtimoniis innitemur.

15 Dico igitur euacuatione hæc omnia indigere. Nam quæ repletio parit, vt ait Hippocrates, euacuatio ſanat: quæ etiam & priuſquam oriatur, inhibet, &,ſi iã F orta ſit,tollit.Omnium autẽ quæ purgant, tutiſſimum atque ab omni periculo maximè liberum,vomitũ arbitramur. Nam alia purgandi genera pro facultate cognitionéque medentium eſt quidem vt iuuent, ſi rectè dignoſcantur: eſt etiam vt detrimento ſint, ſi malè dignoſcatur humor qui peccat & offendit. quia ſi,qualia oportet purgari,purgentur, confert,& bene ferunt: ſin verò non, contrarium. Nam quum ſtomachus ſit fons omnium,quúmque ex illo ſumatur initium & ortus alimoniæ atque repletionis, natura comparatũ eſt G vt omnes humores ex eodem naſcãtur: vnde ſi ipſe repleatur,reliqua etiam membra corporis ex illo replentur:contrà,ſi ille ſit vacuus,inaniuntur vſque ad omnimodam exinanitionem. Ipſe enim eſt tam alimoniæ quàm vtilium & inutilium humorum autor.

16 Et quoniam commune præceptum eſt vt contrarium nocumento remedium afferamus, ideo cæteris purgandi generibus vomitum cenſeo præferẽdum. Vomitus enim ſtomachum & reliquas corporis partes non ſolùm à cibo quem exceperint, verumetiam ab H ipſis humoribus euacuat & purgat.

17 Quemadmodum enim fonte qui cuncta irrigando viuificet & alat,per mediam prati cauitatem ſcaturiente,arbores,frutices,herbæ,ſi modicè próque captu ſuo,quatenus nutriantur,humorem attrahant, rectè ſe

habēt: ſin verò in multo ſeſe ingurgitauerint fluido, & repletione redundarint, vigorem quo pollebant, incolumem non ſeruant vitio humiditatis obruentis: quòd ſi idem humor ſuperfluus à ſtirpibus recedat, in ipſam denuo cauitatē deueniat neceſſe eſt, vt fons viciſſim recipiat quod largitus eſt: ſic & venter quum in omnibus corporis partibus fontis inſtar habeat, idem facit. Facta enim in ſe repletione, quū corporis partes conſuetum nutrimentum non percipiant, diſtenditur: ſed ſi euacuetur, illæ quoque rurſus exinaniri ſolent, iuxta doctum Hippocratem qui dicit, Quum in ventrem eſculenta poculentáque ceciderint, corpus à vētre fruitionem alimenti percipit, & vnà cum fonticulis impletur: quum verò venter euacuatur, humor illi rurſus ab iis quæ acceperant, redditur. Item, Venter corpori, quū plenus eſt, fons veluti quidam eſt: exinanitus autē depaſcitur membra corporis, quæ propterea macerantur ac tabeſcunt. Item, Quū comederit aut biberit homo, corpus trahit ad ſe de ventre prædicti ſemper aliquid humoris, pérque venas à ventre fonticuli deriuantur: ſic vt ſimilis humor ſimilem attrahat & corpori diſtribuat: ſicut in plantis ſimilis humor ſimilem è terra trahit.

18 Ob hæc igitur, & vt præcaueamus atque eiiciamus excrementa vel in ipſo rheumatis ſæpe vigore, vomitus vtiliſſimus eſt. Nam quū facultas quæ purgandis excrementis prouidet (vt dictum eſt) ſit multiplex, atque alia in ventre, alia in hepate arteriis ac venis, alia ſit in vno quoque membro: quúmque debilitatis mēbris maiorem excrementorum fieri copiam neceſſe ſit, ſtomachúſque omnium additamentorū autor habeatur: idcirco perquam conducibile reor huiuſcemodi omnium euacuationem è ſtomacho ſic affecto per vomitum eſſe faciendam.

19 Porrò vomitus, teſte Galeno, multa iuuamenta præſtat: pituitam euacuat, alleuiat caput, lædíque vetat eos qui ſolito auidius vel temulētia vel edacitate gulæ indulſerunt. Eadem vomitus purgatio nimiam reprimit corpulentiæ molem, nimiúmque extenuatis auxilio eſt. Omnibus præterea rheumaticis affectionibus medetur. Renum denique exulcerationem ac veſicæ reliquorúmque membrorum, tum malos corporis habitus & articulares læſiones ſanare cōſueuit. Porrò vomitum ita prouocare oportet.

20 Principiò veſcendum eſt vario multiplicíque cibo, exceptis acerbis & ſiccis. ſint autem huiuſmodi cibaria aliquanto dulciora. Ante omnia ne deſit raphanus, néue ſalſamentum vetus, (hæc enim neceſſaria potiſſimùm habentur) modicum cepæ, porrum, eruca, origanum, carnes adipales: quibus mandendo conterendis immorari non oportet, amygdalæ præterea melle imbutæ. E triplici genere vini bibendum, eligendúmque quod ſit dulcius. Quum autem ederis biberíſque pro viribus, moram trium horarum interpones. Pòſt aqua tepida cum melle epota non pauca, per iniectionem digiti vel pennæ vomitabis, cū oleo irino vel Cyprino. Iterum aqua tepida hauſta, tantiſper vomitum eructabis donec ipſa tepida aqua ſola exierit. Quum verò ſatis abundéque euomueris, os vino vetere ablues pro munimento ſalubritatéque dentium. Ambulabis etiam per aprica loca, deinde quieſces. Noctu verò panem cum vino diluto cœnatus, ſomnum capies: poſtri die ſobriè comedes, atque à nimiū frigidis abſtinebis.

21 Autore autem Hippocrate hyberna tempeſtate plurimum eſt euomendum: ſic vt primùm plurima calida lotus, temperatum delibes: poſtea variis ſimul cibis fruendum. nec poſt cibum aut mox à cibo bibendum, ſed per tantum temporis ſpatium bibendi cupiditas continenda eſt quantū decem ſtadiis percurrendis ſatis ſit. Tum triplex vinum, auſterum, dulce, acutum eſt bibendum: primùm meracius, ſed ſenſim atq; multi temporis interiecto ſpatio: deinde dilutius & copioſius. Quicunque autem (inquit) bis in menſe vomere ſolitus eſt, ei melius erit duabus deinceps diebus vtrunque vomitū eiectare, quàm decimoquinto quoque die. Iſti autem contrarium prorſus iactitāt. At qui cibariis per vomitum eiiciendis idonei non ſunt, vel quibuſcunque aluus non eſt permeabilis, his omnibus vtile eſt ſæpius in die variis eſculētis & obſoniis omni coquorū arte concinnatis vti, vináque duorum atque trium generū bibere & ita vomere. Verba ipſius ſunt etiam hæc, Quicunque autem vir eſt cōſiderans, quàm plurimi facienda ſit mortalibus ſanitas, adhibita ſua ipſius æſtimatione, in ipſis ægrotationibus debet capere iuuamentum.

22 Alexander autem ait, Si tibi collibeat euacuare per vomitum humores qui offendunt, parce medicamentis aliis vti ſi vomitus ciere poſſis. Facilè autem ſupernatabit & ſuperiora petet quod ſuperuacuum eſt, ſi temperato identidem & abundè vteris. Mulſum enim etſi vomitum prouocat, in huiuſmodi tamen valetudine fugiendum eſt. quandam enim malam temperaturam corpori aduehit. melius igitur ages rem ſi temperato ſolū vteris. Quòd ſi inter cætera vitellis ouorum aut ſucco ptiſanes nutris ægrotum priuſquam tribuas temperatum, & modicum interpones moræ, facilè vomitum elicies.

23 Atq; hic ſanè vomitus vt minimè moleſtus eſt, ita plurimùm prodeſt. Hoc itaq; pacto procedendum eſt ſi ægrotus ad vomitum aptus idoneúſque ſit: ſin verò ad vomendum ſit contumax, neque cogendus neque nimiùm lancinandus eſt ſtomachus, ne appetitus prorſus euertatur. Præſtat igitur in talibus, materiam in aluum conuertere. Nam ægrotus humecta & temperata ſi fuerit vſus alimonia, facilè poterit purgantibus materiam obtemperare: quo tempore ſtomachus obiter corroborandus eſt. Porrò plurima ſunt quæ vomitus parit bona ferè omnibus qui vel obnoxii ſunt huiuſcemodi morbo, vel iam eum patiuntur.

24 Eſt & alius præcauendi modus, purgatio per aluum. quæ ſi fieri poſſit ſingulis menſibus, ſimplex & modica fiat. porrò compoſitio eius ita ſe habet, Aloes portionem vnam, hermodactyli partem ſemiſſem, dulcis aneti vel cinamoni (vt moderetur nocumento quo ſolet ſtomachum hermodactylus afficere) portionem ſemiſſem, ſcamoniæ optimæ portionem ſemiſſem: fiāt grana hæc, & dentur pro viribus & natura eius cui dantur pro quantitate materiæ, próque tempeſtate anni. Quoniam autē diximus præcauendi morbi cauſa modico cibo modicóq; potu vti oportere, & omnino bonæ ciborum digeſtioni eſſe cōſulendum: facilè autem non eſt ad vnguem diætæ rationem obſeruare, vnde etiam ſæpe vomitibus ac purgatione opus eſt, hominéſq; bona freti valetudine, quæ ſuprà dicta ſunt à nobis negligunt, vnde rheumatiſmus ingruit: ideo dicendum eſt quid facto opus ſit quū iam morbus incumbere cœpit.

25 In ipſa prima morbi, hoc eſt deſtillationis, infeſtatione, phlebotomia facienda eſt: &, ſi in dextrum pedem rheuma fluxerit, dextri: ſin in ſiniſtrum, ſiniſtri cubiti renalem incide venam: idque quauis hora facere potes. Quòd ſi ſtomachus continet adhuc cibū quem nondum concoquere potuerit, vomitione opus eſt, vt ne venæ ſectio omnimodam inuehat cruditatem. hoc remedio deſtillatio reprimetur. Quòd ſi duobus aut tribus diebus interiectis, alter quoque pes infeſtari cœperit, tunc & primum rheumatis impetum eodem præſidio cōpeſces. Nam in primo morbi tentamento venarum ſanguis deprauari penitus nō potuit. ideo qualiſcunque ſit humor qui moleſtat & autor eſt morbi, phlebotomia eiiciēdus eſt. circuit enim venas & quantitate potius quàm qualitate nocet.

26 Corrupto autem prorſus ſanguine, factóque iam apertè rheumatiſmo, venarum inciſiones nocumento potius quàm præſidio ſunt. laxant enim humores magis in partibus ad quas rheuma defluxerit. Quocirca victus extenuandus eſt ex intubis, vua, punicis, cucurbita, olerib⁹ quæcunque pro anni tempeſtate reperiun

tur. Quòd ſi febris appareat, ptiſanæ quoq; ſuccus congruit: ſin verò æger febre vacat, piſciculis quoque veſci poteſt, excepto vino. Vinum enim non modò rheuma patientibus plurimùm officit, verumetiã ipſum in cauſa eſt cur rheuma coaleſcat. Itaque priſcorum ſententia eſt, eos qui tam tetro conflictantur morbo, abſtemios (ſi fieri poſſit) per totũ vitæ ſpatiũ eſſe oportere.

26 Nec minus inedia vitanda eſt: quippe quæ biliosos vehementer infeſtat, & tum acriorem reddit bilem, tum cruciatus acerbiores infligit. Sed ne humecto quidem nimis victu vtendum eſt. Nam humectatio quum humores putrefaciat, rheumata nimis intẽdit. Omnino vena ſecari non debet poſtquam ſe rheuma manifeſtauit, niſi fortè neceſſitas vrgeat poſt morbi declinationem.

28 Cæterùm ſi à ſolo ſanguine rheuma expreſſè oriatur, idque euidentibus comprehendatur indiciis, tunc tutò venam incidere potes.

29 Facienda ſubinde purgatio eſt, nõ ſolùm vigente verumetiam declinante morbo, vt humor abundãs euacuetur. Cuius rei morbis vtilitas experimento comperta eſt, autoritate etiam Hippocratis ſuffragante: qui, vbi dolor excruciat, medicamentum cenſet deorſum adhibendum.

30 Debet autem cui hæc non diſplicent, ita facere: Bibat de lacte bubulo ſerum, quod hoc pacto cõcinnandum eſt. nam vbi ſeparatum à lacte fuerit, bis atque ter feruefacito, atque vt maximè ſereſcat, modicũ aceti inſtillandum eſt: & quum inieceris ſalis læuigati circiter duas vncias vel plus eo, pro qualibet doſi, præbe ſerum ægro bibendũ quamplurimum poſſit: & quũ purgatio quæ ex illo ciebitur completa fuerit, iterum præbe. poſtquam verò ſtomachus à purgatione liber erit, tertiò præbe ſimiliter. vbi verò purgatio prorſus expleta fuerit, (citò enim exploditur) tunc alimenta ſolidiora dentur, piſcium aut auium.

31 Debent autem qui ſic purgantur, ſemel theriacam ebibere, id eſt ſeptẽ grana: quippe quæ non ſolùm damna rependit imbecillitatis quã purgatio fecit, verumetiam ad ipſum morbum iuuat.

32 Eſt autem purgationis concinnatio quàm nos experimento cognouimus quouis humore peccãte dari ſolitam, quæ per hermodactylum fit, & componitur pro viribus ægroti, próque rheumatis motu & impetu & pro humoris copia: multúmque iuuat quicũque humor deſtillarit: id quod exactiſſimo compertum habemus experimento. Præparatũ autem hoc antidotum oportet duobus antè mẽſibus, vel ad minus vno, vt rerum componentium vis ac natura coaleſcat atque (vt ita dixerim) concorporetur. Compoſitio autem eſt huiuſmodi: Hermodactyli vnciã vnam, cumini, pyrethri, ariſtolochiæ, agarici, laueris ſiue ſii, ſcrupl. vi: alypiadis tantundem: maſtiches ſcrupl. ii, gentianæ, gallæ, ſcrupulos ii, muſchi ſcrupulos .tota doſis ſcrup. iiii, cũ mulſo & ſcamonia, pro intentione euacuationis. Eſt autem hæc optima euacuationum omniũ quæ ad rheumata dantur. Quòd ſi fortè rheuma ortum habeat à bili mera, nec deſit febris latitans, dabis hoc: Hermodactyli vnciam vnam, dulcis aneti hexag. iii, de flore cinamomi hexag. ii, ſenæ hexag. iiii, mannæ vnciam vnam. Contundens bene xeria ac madefaciens, deinde parum feruefaciens cum ſcamonia, prout æger vult ac tolerat, da bibendum. Aliud. Hermodactyli hexag. vnum, aloes hexag. dimidium, maſtiches hexag. iii, croci grana iii, ex flore cinamomi hexag. iiii, & lacrymulæ. Facies grana, & pro tolerantia ipſius ægroti dabis.

33 Sunt qui dicant purgationes aduerſus huiuſmodi morbos nihil prodeſſe: ſed hi medicæ artis ſtudiorũ rudes ſunt. Siquis itaque (vt verbis Hippocratis vtar) optimè callens quæ multa & præclara in medicina inuenta ſunt per longam ætatem, quærit etiam alia, rectè opinatur. Fieri nanque poteſt vt multa alia inueniantur. Qui verò his repudiatis ac reprobatis, alia via

A aliáque norma conatur res quærere, & ſeſe aliquid inueniſſe gloriatur, falſus eſt & fallitur. Id enim fieri nequit. Si igitur quæ dicta ſunt optimè noſcitãs, reliqua perueſtigat, non perperam facit: ſin verò ex propria libidine inſcitiáque, atque adeo malignitate procedit, malè non verè loquitur. Quid ni? Quum enim medicinæ lex ac regula ſit, appoſitio diminutióq;, quũque huiuſcemodi morbos humorũ appoſitio pariat, proculdubio purgatio ſubtiliſque victus ratio iuuat. Quòd ſi purgatio iuxta tuam rationem nocet, ne morbũ quidem

B hunc additio generabit. Quum igitur cõtraria contrariis medeantur, iuuabunt ingurgitationes eſculentorum, temulentia, creber meri hauſtus, & diſtentus cibi copia venter, reliqua denique quæ appoſitionibus cauſam præbent. quæ quidem eſſe abſurdiſſima fatentur omnes. Patet enim quàm hæc ad rationẽ bonæ valetudinis rectè non habeant. Dices, Atqui ſæpenumero purgationes officiunt. reſpondeo, Non purgationibus id nocumenti expenſum referri oportere, ſed medici iudicium culpandũ eſſe, quòd diſcernere neſciuit

C & eiicere humorem qui deſtillationis autor erat. Sic enim fit vt purgatio noceat, nedum iuuet.

34 Porrò ſuperflua eſt euacuatio vbi tam exacta ratio victus obſeruatur vt ne cruditas appoſitióue ſuboriatur: atque id quidem præcauet morbũ. ſin verò diætam neglexímus, fiat euacuatio per vomitum & ventrem, præcauendi cauſa, ſicuti dictum eſt. Quòd ſi neque id cautum fuerit, neque poſtquam inuaſit morbus, vel competenti purgatione vel diæta conuenienti humor qui offendit eiicietur: medici partes ſunt vt te-

D tros ac diuturnos cruciatus, vt vigilias inſomniáſue, vt intortiones claudicationéſque pedum obnuntiet: præſertim ſi magna craſſáque deſtillationis copia ſit, reciprocæque morbi iterationes atque mouendi difficultates ægrum proſternant.

35 Si qui verò euacuationes detrectant (nam ſcio nonnullos in hac re nimis eſſe formidoloſos, natura ſæpe repugnante) agendum erit clyſteribus modicè calidis & epomphaliis, quæ quia vmbilico impoſita mouent aluum, tale nomen ſortita ſunt. Illa quoque ſedi

E impoſita euacuãt: Succus mali terræ, elaterium. ſunt & alia quæ cient aluum. Vtendum etiam eſt vnctionibus diſcuſſoriis, modiciſque frictionibus, & reliquis quæ à mẽbris malo humore oppreſſis euacuare poſſint quod ſuperfluum eſt: repulſiua verò fugienda ſunt.

36 Quòd ſi euacuatio fiat prout ratio poſtulat, poteris audacter quæ repellunt, membris cruciatum ſentientibus imponere: cuiuſmodi ſunt veſſicaria, portulaca, ſemperuiuum, hyoſcyamum, intubus, papaueris folia, roſæ recentes, micæ hordeaceæ aqua madentes: ipſa

F quoque aqua ſi frigida imponatur cum linteo, iuuat.

37 Ante purgationem, ſæpe etiam poſt purgationem, cruciatum qui non immodicè affligat vel braſſica, quam minutatim contriueris, impoſita lenit: vel apii folia, vel vtrunque: præſertim ſi cum pane aqua delibuto & ouorum vitellis, & oleo roſaceo atque aceto modico imponantur. Cæterùm initio cruciatuũ, experimento cognouimus ante purgationem verbaſci folia mirificè iuuare, quæ contuſa ollæque recenti inie-

G cta ac bene adoperta, prunis accenſis ſuperpone, crebróque ollam moue donec animaduerteris multũ iam ea ferueſcere: deinde linteo appoſita ſuperpone ſic vt partes etiam incolumes, ſed vicinæ dolentibus, vndiq; tangantur: ſuperpone autem calida quoad æger ſufferre queat, nec remoue quandiu feruor durat: qui vbi refrixerit, ſuperpone aliud, deinde aliud. poſtremò vbi térque quatérque mutaueris, colligato. quòd ſi rectè ac diligenter officium præſtiteris, inuenies inde reme-

H dium dictu mirabile. Magis porrò iuuat quũ humor in pollicẽ defluxerit, quàm quũ in alios quoq; digitos. Eſt aliud quoque remedium quod iis qui vehementer excarnificantur adhibetur: cuius nos vtilitatem experimento compertam habemus. Recipe olei partes

duas roſacei, aceti albidi partẽ vnã : & feruefacito, atq; his dolentẽ locum calfacito quoad calor ſufferri queat. Nam acetum diſcuſſoriam vim habet, & meatus reddit rariores: roſaceum verò oleum, intima quum penetret, diſcutit ac lenit. Quin & cucurbitæ viridis ramenta impoſita, optimè iuuant. Quòd ſi dolor vehementius torquet quàm vt vel his mitigetur, vel ab ægro toleretur, impone ceratum, quod concinnatur in hunc modum, Recipe ceræ vnciam vnã, croci hexag vnũ, opii hexag.IIII, roſacei olei quod ſufficit. Opium & crocus lacte bubulo madeſcat: deinde conteratur bene atque vniatur cum cera & oleo, fiátque ceratum : quod extendes ſuper telam, & ita impones partibus afflictis vt illæſæ quoque pertingantur.

38 Pòſt vbi fluxio ceſſatu erit, impone quod per chylum vocatur: deinde ſi cruciatus exuperet & declinatio ſit, impone quod per crocum appellatur. Iuuat enim hoc optimè, quod nobis compertũ eſt. Et quum rheumatiſmus ſublatus omnino fuerit, velum ſuperpo-A nito puniceum, quod firmet atque corroboret mẽbra quæ malus humor infeſtarit.

39 Longa nos experientia docuit, grana etiam quæ Perſica dicuntur, præcauentibus id morbi multũ prodeſſe ſi quarto quoque die bina ebibantur. Euacuant enim omnem humorem qui per eos dies adiiciatur, ſtomachumque quo ad eius fieri poteſt, à cruditatibus defendunt. Caryophylli, floriſque cinamomi, ana hexag. I, maſtiches, aſari, ana hexag. I ac ſemis, ſtachyos hexag. II, ligneæ caſiæ dimidium, de fructu ac ligno bal-
B ſami, ana hexag. dimidium, de ligno aloes tantundem. ſandalcs hexag. I, muſchi grana VI, aloes hexag. VI, vini maluatici quantum humectando ſit ſatis.

Hæc ſunt quæ mihi dicenda videbantur artem ac iudicium ſequenti virorum harum rerum ſcientiſſimorum. Quicunque autem duce ſuperno diuinóque auxilio quæ dicta ſunt, rectè obſeruarit & ad vnguem, is non multo pòſt voti compos erit, magnámque ex hoc volumine, diis bene iuuantibus, conſequetur vtilitatem.

Romæ, Calendis Aprilis, M. D. XVII. Leone X. pont.

AVRELII CORNELII CELSI de re medica libri octo, operis ab eo ſcripti de artibus, pars ſexta.

AVRELII CORNELII CELSI DE RE MEDICA Liber I,

PRAEFATIO.

Vt alimenta ſanis corporibus agricultura,
ſic ſanitatem ægris medicina promittit.
Hæc quidem nuſquam non eſt:(ſiquidem
etiã imperitiſſimæ gentes herbas, aliáque
prompta in auxilium vulnerum morbo-
rúmque nouerunt) verũtamen apud Græ-
cos aliquanto magis quàm in cæteris nationibus exculta
eſt. Ac ne apud hos quidem à prima origine, ſed paucis
ante nos ſeculis: vtpote quũ vetuſtiſſimus author Æſcu-
lapius celebretur. Qui quoniam adhuc rudẽ & vulgarem
hanc ſcientiam paulo ſubtilius excoluit, in deorum nu-
merum receptus eſt. Huius deinde duo filii Podalirius &
Machaon bello Troiano ducem Agamemnonẽ ſequuti,
non mediocrem opem commilitonibus ſuis attulerunt.
Quos tamen Homerus non in peſtilentia, neque in va-
riis generibus morborũ aliquid attuliſſe auxilii, ſed vul-
neribus tantũmodo ferro & medicamentis mederi ſoli-
tos eſſe, propoſuit. Ex quo apparet has partes medicinæ
ſolas ab his eſſe tentatas, eáſque eſſe vetuſtiſſimas. Eodém
que authore diſci poteſt, morbos tum ad iram deorum
immortalium relatos eſſe, & ab iiſdem opem poſci ſoli-
tam. Veríque ſimile eſt, inter nõnulla auxilia aduerſæ va-
letudinis, plerunque tamen eam bonam cõtigiſſe, ob bo-
nos mores, quos neque deſidia neque luxuria vitiarãt. ſi-
quidẽ hæc duo, corpora priꝰ in Græcia, deinde apud nos
afflixerunt. Ideóque multiplex iſta medicina, neque olim
apud Græcos, neq; apud alias gẽtes neceſſaria, vix aliquos
ex bonis ad ſenectutis principia perducit. Ergo etiã poſt
eos de quibꝰ retuli, nonnulli clari viri medicinã exercue-
runt, donec maiore ſtudio literarũ diſciplina agitari cœ-
pit: quæ vt animo præcipuè omnium neceſſaria, ſic cor-
pori inimica eſt. Primóque medendi ſcientia, ſapientiæ
pars habebatur, vt & morborum curatio & rerũ naturæ
contemplatio, ſub iiſdem authoribus nata ſit: ſcilicet iis
hanc maximè requirentibus qui corporum ſuorũ robo-
ra, inquieta cogitatione, nocturnáque vigilia minuerant.
Ideóque multos ex ſapientiæ profeſſoribus peritos eius
fuiſſe accepimus: clariſſimos verò ex iis Pythagoram, &
Empedoclem, & Democritũ. Huius autem (vt quidã cre-
diderũt) diſcipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex
omnibus memoria dignis, ab ſtudio ſapientiæ diſcipli-
nam hanc ſeparauit, vir & arte & facundia inſignis. Poſt
quem Diocles Caryſtius, deinde Praxagoras, & Chryſip-
pus, tum Herophilus & Eraſiſtratus ſic artem hãc exercue-
rũt vt etiam in diuerſas curãdi vias proceſſerint. Iiſdém-
que tẽporibus in tres partes medicina diducta eſt, vt vna
eſſet quæ victu, altera quæ medicamentis, tertia quæ ma-
nu mederetur. Primã διαιτητικὴν, ſecundã φαρμακευτικὴν,
tertiam χειρουργικὴν, Græci nominauerunt. Eius autem quæ
victu morbos curat, lõgè clariſſimi authores, etiam altius
quædam agitare conati, rerũ quoque naturæ ſibi cogni-
tionem vendicauerunt, tanquam ſine ea trũca & debilis
medicina eſſet. Poſt quos Serapion, primus omniũ nihil
hanc rationalem diſciplinam pertinere ad medicinam
profeſſus, in vſu tãtùm & experimẽtis eã poſuit. Quem A-
pollonius & Glaucias, & aliquãto pòſt Heraclides Tarẽti-
nꝰ, & aliqui nõ mediocres viri ſequuti, ex ipſa profeſſione
ſe empiricos appellauerunt. Sic in duas partes ea quoque
quæ victu curat medicina diuiſa eſt: aliis rationalẽ artẽ,
aliis vſum tãtùm ſibi vendicantibus: nullo verò quicquã
poſt eos qui ſuprà cõprehenſi ſunt, agitante niſi quod ac-
ceperat: donec Aſclepiades medendi rationem ex ma-
gna parte mutauit. Ex cuius ſucceſſoribus Themiſon nu-
per ipſe quoque quædã in ſenectute deflexit. Et per hos
quidem maximè viros ſalutaris iſta nobis profeſſio in-
creuit. Quoniã autem ex tribus medicinæ partibus vt
difficillima, ſic etiã clariſſima eſt ea quæ morbis mede-
tur, ante omnia de hac dicendum eſt. Et quia prima in ea
diſſenſio eſt, quòd alii ſibi experimentorum tantũmodo
notitiam neceſſariam eſſe contendunt: alii, niſi corporũ
A rerúmque ratione comperta, non ſatis potentem vſum
eſſe proponunt, indicandum eſt quæ maximè ex vtraque
parte dicantur, quò facilius noſtra quoque opinio inter-
poni poſſit. Igitur ii qui rationalem medicinam profi-
tentur, hæc neceſſaria eſſe proponunt, abditarum & mor
bos continentium cauſarum notitiam, deinde euidenti-
um, poſt hæc etiam naturalium actionum, nouiſſimè par
tium interiorum. Abditas cauſas vocant in quibus requi
ritur ex quibus principiis noſtra corpora ſint, quid ſecũ-
dam, quid aduerſam valetudinem faciat. Neque enim
B credunt poſſe eum ſcire quomodo morbos curare con-
ueniat, qui vnde hi ſint, ignoret: neque eſſe dubiũ quin a-
lia curatione opus ſit, ſi ex quatuor principiis vel ſuperãs
aliquid vel deficiẽs aduerſam valetudinem creat. (vt qui
dã ex ſapientiæ profeſſoribus dixerũt) alia, ſi in humidis
omne vitiũ eſt, vt Herophilo viſum eſt: alia, ſi in ſpiritu,
vt Hippocrati: alia, ſi ſanguis in eas venas quæ ſpiritui ac-
commodatæ ſunt, transfunditur, & inflammationẽ (quam
Græci φλεγμονὴν nominãt) excitat, eáque inflammatio ta-
lem motum efficit qualis in febre eſt, vt Eraſiſtrato pla-
C cuit: alia, ſi manantia corpuſcula per inuiſibilia foramina
ſubſiſtendo iter claudunt, vt Aſclepiades contendit. Eum
verò rectè curaturum quem prima origo cauſæ nõ fefel-
lerit. Neque verò inficiantur experimẽta quoque eſſe ne-
ceſſaria, ſed ne ad hæc quidem aditum fieri potuiſſe niſi
ab aliqua ratione contendunt. Non enim quidlibet anti-
quiores viros ægris inculcaſſe, ſed cogitaſſe quid maximè
conueniret, & id vſu exploraſſe quod antè coniectura a-
liqua duxiſſent: neque intereſſe an nũc iam pleraque ex-
plorata ſint, ſi à conſilio tamen cœperũt: & id quidem in
D multis ita ſe habere. Sæpe verò etiã noua incidere genera
morborũ, in quibus nihil adhuc vſus oſtenderit: & ideo
neceſſariũ ſit animaduertere vnde ea cœperint, ſine quo
nemo mortaliũ reperire poſſit cur hoc quàm illo potius
vtatur. Et ob hæc quidem in obſcuro poſitas cauſas perſe-
quuntur. Euidentes verò has appellãt in quibus quærunt,
initiũ morbi calor attulerit an frigus, fames an ſatietas,
& quæ ſimilia ſunt. Occurſurũ enim vitio dicunt eum qui
originem nõ ignorarit. Naturales verò corporis actiones
appellãt per quas ſpiritum trahimus & emittimus, cibum
E potionémq; & aſſumimus & cõcoquimꝰ: itémq; per quas
eadem hæc in omnes membrorũ partes digeruntur. tum
requirũt etiam quare venæ noſtræ modò ſubmittant ſe,
modò attollãt, quæ ratio ſomni, quæ vigiliæ ſit: ſine quo-
rũ notitia neminẽ putant vel occurrere vel mederi mor-
bis inter hæc naſcẽtibus poſſe. Ex quibus quia quamma-
ximè pertinere ad rem cõcoctio videtur, huic potiſſimũ
inſiſtunt, & duce alii Eraſiſtrato atteri cibum in ventre
contendũt: alii, Pliſtonico Praxagoræ diſcipulo, putreſce-
re: alii credũt Hippocrati, per calorẽ cibos cõcoqui. Acce-
F dúntque Aſclepiadis æmuli qui omnia iſta vana & ſuper
uacua eſſe proponũt. nihil enim cõcoqui, ſed crudã ma-
teriam ſicut aſſumpta eſt, in corpus omne diduci. Et hæc
quidẽ inter eos parũ conſtant: illud verò conuenit, alium
dandũ cibum laborãtibus, ſi hoc: alium, ſi illud verũ eſt.
Nam ſi teritur intus, eum quærendũ eſſe qui facillimè te-
ri poſſit: ſi putreſcit, eum in quo hoc expeditiſſimũ eſt: ſi
calor concoquit, eum qui maximè calorẽ moueat. At ni-
hil ex his eſſe quærendũ ſi nihil concoquitur. Ea verò ſu-
menda quæ maximè manẽt qualia aſſumpta ſunt. Eadém-
G que ratione, quũ ſpiritus grauis eſt, quũ ſomnꝰ aut vigilia
vrgẽt, eũ mederi poſſe arbitrãtur qui priꝰ illa ipſa qualiter
eueniãt perceperit. Præter hæc quũ in interioribꝰ partibꝰ
& dolores & morborũ varia genera naſcãtur, neminẽ pu-
tãt his adhibere poſſe remedia quæ ipſe ignoret. Neceſſa-
H rium ergo eſſe incidere corpora mortuorũ, eorũque vi-
ſcera atq; inteſtina ſcrutari: lõgéque optimè feciſſe Hero-
philũ & Eraſiſtratũ qui nocẽtes homines à regibꝰ ex car-
cere acceptos, viuos inciderint, conſiderarintq; etiã ſpiri
tu remanente, ea quæ natura antè clauſiſſet, eorũque poſi-

A turā, colorē, figuram, magnitudinē, ordinem, duriciem, mollitiem, læuorem, contactum, proceſſus deinde ſingulorum & receſſus, & ſiue quid inſeritur alteri, ſiue quid partem alterius in ſe recipit. neque enim quum dolor intus incidit, ſcire quid doleat eum, qui qua parte quodque viſcus inteſtinúmve ſit, non cognouerit: neque curari id quod ægrum eſt poſſe ab eo qui quid ſit ignoret. Et quū per vulnus alicuius viſcera patefacta ſūt, eum qui ſanæ cuiuſquam colorem partis ignoret, neſcire quid integrum, quid corruptum ſit: ita ne ſuccurrere quidem B poſſe corruptis: aptiúſque extrinſecus imponi remedia, compertis interiorum & ſedibus & figuris, cognitáque eorum magnitudine: ſimiléſque omnia quæ poſita ſunt rationes habere. Neque eſſe crudele (ſicut plerique proponunt) hominum nocentium, & horum quoque paucorum ſuppliciis, remedia populis innocentibus ſeculorum omnium quæri. Contrà ii qui ſe empiricos ab experientia nominant, euidentes quidem cauſas vt neceſſarias amplectuntur: obſcurarum verò cauſarum & naturalium actionum quæſtionem ideo ſuperuacuam eſſe contendunt C quoniam incomprehenſibilis natura ſit. Non poſſe verò comprehendi, patere ex eorum qui de his diſputarunt diſcordia: quum de iſta re neque inter ſapientiæ profeſſores, neque inter ipſos medicos conueniat. Cur enim potius aliquis Hippocrati credat quàm Herophilo? cur huic potius quàm Aſclepiadi? Si rationes ſequi velit, omnium poſſe videri non improbabiles: ſi curationes, ab omnibus his ægros perductos eſſe ad ſanitatem. Ita neque diſputationi neque auctoritati cuiuſquam fidem derogari oportuiſſe. Etiam ſapientiæ D ſtudioſos maximos medicos eſſe, ſi ratiocinatio hoc faceret: nunc illis verba ſupereſſe, deeſſe medendi ſcientiam. Differre quoque pro natura locorum genera medicinæ, & aliud opus eſſe Romæ, aliud in Ægypto, aliud in Gallia. Quòd ſi morbos eædem cauſæ facerent vbique, remedia quoque vbique eadem eſſe debuiſſent. Sæpe etiam cauſas apparere, vtputa lippitudinis, vulneris, neque ex his patere medicinam. Quòd ſi ſcientiam hanc non ſubiiciat euidens cauſa, multo minus eam poſſe ſubiicere quæ in dubio eſt. Quum igitur illa incerta, E incomprehenſibiliſque ſit, à certis potius & exploratis petēdum eſſe præſidium, id eſt iis quæ experientia in ipſis curationibus docuerit, ſicut in cæteris omnibus artibus. Nam ne agricolam quidem aut gubernatorem diſputatione, ſed vſu fieri. At nihil iſtas cogitationes ad medicinam pertinere, eo quoque diſci quòd qui diuerſa de his ſenſerint, ad eandem tamen ſanitatem homines perduxerint. Id enim feciſſe, quia non ab obſcuris cauſis neque à naturalibus actionibus, quæ apud eos diuerſæ erant, ſed ab experimentis, prout cuique reſponderant, F medendi vias traxerint: ne inter initia quidem ab iſtis quæſtionibus deductam eſſe medicinam, ſed ab experimentis. Ægrorum enim qui ſine medicis erant, alios propter auiditatem primis diebus protinus cibum aſſumpſiſſe, alios propter faſtidium abſtinuiſſe, leuatúmque magis eorum morbum eſſe qui abſtinuerant: itémque alios in ipſa febre aliquid ediſſe, alios paulo ante eam, alios poſt remiſſionem eius, optimè deinde iis ceſſiſſe qui poſt finem febris id fecerint: eadémque ratione, alios inter principia protinus vſos eſſe cibo pleniore, G alios exiguo, grauioréſque eos factos qui ſe implerent. Hæc ſimiliáque quum quotidie inciderēt, diligentes homines notaſſe quæ plerunque melius reſponderent, deinde ægrotantibus ea præcipere cœpiſſe. Sic medicinam ortam, ſubinde aliorum ſalute, aliorum interitu pernicioſa diſcernentem à ſalutaribus: repertis deinde medicinæ iam remediis, homines de rationibus eorum diſſerere cœpiſſe: nec poſt rationem medicinam eſſe inuentam, ſed poſt inuentam medicinam, rationem eſſe quæſitam. requirere etiam ſi ratio idem doceat quod experientia, an aliud: ſi idem, ſuperuacuam eſſe: ſi aliud, eſſe H contrariam. Primò tamen remedia exploranda ſumma cura fuiſſe: nunc verò iam explorata eſſe, neque vlla aut noua genera morborum reperiri, aut nouam deſiderare medicinam. Quòd ſi iam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obſcuris, ſed eum protinus viſurum cui morbo id proximum ſit, tentaturúmque remedia ſimilia illis quæ vicino malo ſæpe ſuccurrerint, & per eius ſimilitudinem opem reperturum. Neque enim ſe dicere conſilio medicum non egere, & irrationale animal hanc artem poſſe præſtare, ſed has latentium rerum coniecturas ad rem non pertinere: quia nō interſit quid morbum faciat, ſed quid tollat: neque ad rem pertineat quomodo, ſed quid optimè digeratur, ſiue hac de cauſa B concoctio intercidat, ſiue de illa: & ſiue concoctio ſit illa, ſiue tantùm digeſtio. Neque quærendum eſſe quomodo ſpiremus, ſed quid grauem tardúmque ſpiritum expediat: neque quid venas moueat, ſed quid quæque motus genera ſignificent. Hæc autem cognoſci experimentis, & in omnibus eiuſmodi cogitationibus in vtrāque partem differi poſſe. Itaque ingenium & facundiam vincere, morbos autem non eloquentia, ſed remediis curari. Quæ ſiquis elinguis vſu diſcreta bene norit, hunc aliquanto maiorem medicum futurum quàm ſi C ſine vſu linguam ſuam excoluerit. Atque ea quidem de quibus dictum eſt, ſuperuacua eſſe tātummodo: id verò quod reſtat, etiam crudele, viuorum hominum aluum atque præcordia incidi, & ſalutis humanæ præſidem artem, non ſolùm peſtem alicui, ſed hanc etiam atrociſſimam inferre, quum præſertim ex his quæ tanta violentia quærantur, alia non poſſint omnino cognoſci, alia poſſint etiam ſine ſcelere. Nam colorem, læuorem, mollitiem, duritiem, ſimiliáque omnia non eſſe talia inciſo corpore qualia integro fuerint: quia quum corporibus D inuiolatis hæc tamen metu, dolore, inedia, cruditate, laſſitudine, mille aliis mediocribus affectibus ſæpe mutentur: multo magis veriſimile eſt interiora, quibus maior mollities lux ipſa noua ſit, ſub grauiſſimis vulneribus & ipſa trucidatione mutari: neque quicquam eſſe ſtultius quàm quale quidque viuo homine eſt, tale exiſtimare eſſe moriente, imò iam mortuo. Nam vterum quidem, quî minus ad rem pertineat, ſpirante homine poſſe diduci: ſimulatque verò ferrum ad præcordia acceſſit, & diſciſſum tranſuerſum ſeptum eſt, quod E membrana quadam ſuperiores partes ab inferioribus diducit, (διάφραγμα Græci vocant) hominē protinus animam amittere? Ita demum mortui præcordia & viſcus omne in conſpectum latrocinantis medici dari: quod neceſſe ſit tale eſſe quale mortui ſit, non quale viui fuit. Itaque conſequi medicum, vt hominem crudeliter iugulet, non vt ſciat qualia viui viſcera habeamus. Siquid tamen ſit quod adhuc ſpirante homine conſpectui ſubiiciatur, id ſæpe caſum offerre curantibus. Interdum enim gladiatorem in arena, vel militem in acie, vel viaF torem à latronibus exceptum ſic vulnerari vt eius interior aliqua pars aperiatur, & in alio alia ſita: ita ſedem, poſitum, ordinem, figuram, ſimiliáque cognoſcere prudentem medicum, nō cædem, ſed ſanitatem molientem, ídque per miſericordiam diſcere, quod alii dira crudelitate cognouerint. Ob hæc ne mortuorum quidem lacerationem neceſſariam eſſe: quæ etſi non crudelis, tamen fœda ſit, quum aliter pleraque in mortuis ſe habeant: quantum verò in viuis cognoſci poteſt, ipſa curatio oſtendat. Quum hæc per multa volumina, pérque magnæ G contentionis diſputationes à medicis ſæpe tractata ſint, atque tractentur, ſubiiciendum eſt quæ proxima vero videri poſſint. Ea neque addicta alterutri opinioni ſunt, neque ab vtraque nimium abhorrentia, media quodammodo inter diuerſas ſententias. Quod in plurimis contentionibus deprehēdere licet ſine ambitione verū ſcrutantibus, vt in hac ipſa re. Nam quæ demum cauſæ vel ſecundam valetudinem præſtēt, vel morbos excitent, quomodo ſpiritus aut cibus vel detrahatur vel digeratur, ne ſapientiæ quidem profeſſores ſcientia comprehendunt, H ſed coniectura perſequuntur. Cuius autem rei nō eſt certa notitia, eius opinio certum reperire remedium non poteſt: verúmque eſt ad ipſam curandi rationem nihil plus conferre quàm experientiam. Quanquā igitur multa ſint ad ipſas artes propriè non pertinentia, tamen eas

adiuuat excitando artificis ingenium. Itaque iſta quoque
naturæ rerum contemplatio,quanuis non faciat medicũ
aptiorem, tamẽ medicinæ reddit perfectum. Veríque ſi-
mile eſt & Hippocratem,& Eraſiſtratum,& quicunque a-
lii non contenti febres & vlcera agitare, rerum quoque
naturam ex aliqua parte ſcrutati ſunt, non ideo quidem
medicos fuiſſe, verũ ideo quoque maiores medicos ex-
titiſſe. Ratione verò opus eſt ipſi medicinæ, & ſi non in-
ter obſcuras cauſas,neque inter naturales actiones,tamen
ſæpe. Eſt enim hæc ars coniecturalis, neque reſpondet ei
plerunque non ſolùm coniectura, ſed etiam experientia.
Et interdum non febris,non cibus,non ſomnus ſubſequi-
tur,ſicut aſſueuit.Rarius,ſed aliquãdo tamẽ morbus quo-
que ipſe nouus eſt, quẽ nõ incidere,manifeſtè falſum eſt,
quũ ætate noſtra quædam ex naturalibus partibus carne
prolapſa & arente, intra paucas horas expirauerit: ſic vt
nobiliſſimi medici neque gen⁹ mali neque remediũ in-
uenerint. quos ego nihil ideo tẽtaſſe iudico quia nemo
in ſplendida perſona periclitari cõiectura ſua voluerit,ne
occidiſſe, niſi ſeruaſſet,videretur. Veri tamen ſimile eſt,
potuiſſe aliquid cogitare detracta tali verecundia, & for-
taſſe reſpõſurum fuiſſe id quod aliquis eſſet expertus. Ad
quod medicinæ genus neque ſemper ſimilitudo aliquid
confert, & ſiquando confert,tamen idipſum rationale eſt
inter multa ſimilia genera & morborum & remediorum
cogitare,quo potiſſimũ medicamento ſit vtendũ. Quum
igitur talis res incidit, medicus aliquid oportet inueniat
quod non vtique fortaſſe,ſed ſæpius tamen etiam reſpõ-
deat. Petet autem nouum quoque conſilium non à rebus
latẽtibus, (iſtæ enim dubiæ & incertæ ſũt) ſed ab iis quæ
explorari poſſunt, id eſt euidẽtibus cauſis. Intereſt enim,
fatigatio morbum,an ſitis,an frigus, an calor, an vigilia,
an fames fecerit, an cibi viníque abundantia, an intem-
perantia libidinis. Neque ignorare hunc oportet quæ ſit
ægri natura:humidum magis,an magis ſiccum corpus e-
ius ſit: validi nerui,an infirmi:frequens aduerſa valetudo,
an rara: eáque quũ eſt, vehemẽs eſſe ſoleat,an leuis: bre-
uis,an lõga: quod is vitæ genus ſit ſequutus,laborioſum,
an quietum: cum luxu,an cum frugalitate.Ex his enim ſi-
milibúſque ſæpe curandi noua ratio ducenda eſt. Quan-
uis ne hæc quidem ſic præteriri debent quaſi nullam
controuerſiam recipiant. Nam & Eraſiſtratus non ex
his fieri morbos dixit: quoniam & alii & iidem aliâs,
poſt iſta non febricitarent: & quidam medici ſeculi no-
ſtri ſub authore (vt ipſi videri volunt) Themiſone, con-
tendunt nullius cauſæ notitiam quicquam ad curationes
pertinere, ſatíſque eſſe quædam communia morborum
intueri: ſiquidem horum tria genera eſſe, vnum adſtri-
ctum, alterum fluens, tertium mixtum. Nam modò pa-
rum excernere ægros, modò nimium, modò alia parte
parum, alia nimium. Hæc autem genera morborum,
modò acuta eſſe, modò longa: & modò increſcere, mo-
dò conſiſtere, modò minui conſueuerunt. Cognito igi-
tur eo quod ex his eſt, ſi corpus adſtrictum eſt, dige-
rendum eſſe: ſi profluuio laborat, continendũ: ſi mixtum
vitium habet, occurrendum ſubinde vehementiori ma-
lo. & aliter acutis morbis medendum, aliter vetuſtis, ali-
ter increſcentibus, aliter ſubſiſtentibus, aliter iam ad ſa-
nitatem inclinantibus. Horum obſeruationem medici-
nam eſſe,quam ita finiunt vt quaſi viam quandam (quam
μέθοδον Græci nominant) eorúmque quæ in morbis com-
munia ſunt,contemplatricem eſſe contendant: ac neque
rationalibus ſe, neque experimenta tantùm ſpectantibus
annumerari volunt, quum ab illis eo nomine diſſentiant
quòd in coniectura rerum latentium volunt eſſe medi-
cinam: ab his,eo quòd parum artis eſſe in obſeruatione
experimentorum credunt. Quod ad Eraſiſtratum perti-
net,primùm ipſa euidentia eius opinioni repugnat, quia
rarò niſi poſt horum aliquid morbus venit: deinde non
ſequitur, vt quod alium non afficit, aut eundem aliâs, id
ne alteri quidem aut eidem tempore alio noceat. Poſ-
ſunt enim quædam ſubeſſe corpori vel ex infirmitate e-
ius, vel ex aliquo affectu, quæ vel in alio non ſunt, vel in
hoc aliâs non fuerunt; eáque per ſe non tanta vi conci-
tant morbum,tamen obnoxium magis aliis iniuriis cor-

A pus efficiunt. Quòd ſi contemplationem rerum naturæ
(quam temere medici ſibi vendicant) ſatis comprehen-
diſſet,etiam illud ſciſſet, nihil omnino ob vnam cauſam
fieri, ſed id pro cauſa apprehendi quod contuliſſe plu-
rimùm videtur. Poteſt autem id dum ſolum eſt non mo-
uere,quod iunctum aliis maximè mouet. Accedit ad hæc
quòd ne ipſe quidem Eraſiſtratus, qui tranſfuſo in arte-
rias ſanguine febrem fieri dicit,idque nimis repleto cor-
pore incidere reperit, cur ex duobus æquè repletis al-
ter in morbum inciderit, alter omni periculo vacarit
B (quod quotidie fieri apparet) non diſcreuerit. Ex quo di-
ſci poteſt, vt vera ſit illa tranſfuſio, tamen illam non per
ſe,quum plenum corpus eſt, fieri, ſed quũ horum aliquid
acceſſerit. Themiſonis verò æmuli, ſi perpetua quæ pro-
mittunt habent, magis etiam quàm vlli rationales ſunt.
Neque enim ſiquis non omnia tenet quæ rationalis alius
probat, protinus alio nouo nomine artis indiget: ſi mo-
dò (quod primum eſt) nõ memoriæ ſoli, ſed rationi quo-
que inſiſtit. Si (quod vero propius eſt) vix vlla perpetua
præcepta medicinalis ars recipit, iidem ſũt quod ii quos
C experimenta ſola ſuſtinent: eo magis quoniam ſi com-
preſſerit aliquem morbus,an fuderit, quilibet etiam im-
peritiſſimus videt. Quid autem compreſſum corpus re-
ſoluat, quid ſolutum teneat, ſi à ratione tractum eſt,
rationalis eſt medicus: ſi (vt ei qui ſe rationalem negat,
confiteri neceſſe eſt) ab experientia,empiricus eſt. Ita a-
pud eum morbi cognitio extra artem, medicina intra v-
ſum eſt. Neque adiectum quicquam empiricorum pro-
feſſioni, ſed demptum eſt: quoniam illi multa circunſpi-
ciunt, hi tantùm facillima & non plus quàm vulgaria.
D Nam & ii qui pecoribus ac iumentis medentur, quum
propria cuiuſque ex mutis animalibus noſſe non poſſunt,
communibus tantummodo inſiſtunt. Et exteræ gentes
quum ſubtilem medicinæ rationem non nouerint, com-
munia tantùm vident: & qui amplè valetudinarios nu-
triunt,quia ſingulis ſumma cura conſulere non ſuſtinent,
ad communia iſta confugiunt. Neque Hercules iſtud &
antiqui medici neſcierunt, ſed his contenti non fuerunt.
Ergo etiam vetuſtiſſimus author Hippocrates dixit me-
deri oportere,& communia & propria intuentem. Ac ne
E iſti quidem ipſi intra ſuam profeſſionem conſiſtere vl-
lo modo poſſunt. Siquidem & compreſſorum & fluen-
tium morborum genera diuerſa ſunt, faciliúſque id in
iis quæ fluunt, inſpici poteſt. Aliud eſt enim ſanguinem,
aliud bilem, aliud cibum vomere, aliud deiectionibus,
aliud torminibus laborare: aliud ſudore digeri, aliud ta-
be conſumi. Atque in parteis quoque humor erumpit,
vt in oculos auréſque. quo periculo nullum humanum
membrum vacat. Nihil autem horum ſic vt aliud cura-
tur: ita protinus in his à communi fluentis morbi con-
F templatione, ad propriam medicina deſcendit. Atque
in hac quoque rurſus alia proprietatis notitia ſæpe ne-
ceſſaria eſt, quia non eadem omnibus etiam in ſimili-
bus caſibus opitulãtur: ſiquidem certæ quædam res ſunt
quæ in pluribus ventrem aut adſtringunt, aut reſoluunt:
inueniũtur tamen in quibus aliter atque in cæteris idem
eueniat. In his ergo communium inſpectio contraria eſt,
propriorum tantùm ſalutaris. Et cauſæ quoque æſtima-
tio ſæpe morbum ſoluit. Ergo etiam ingenioſiſſimus ſe-
culi noſtri medicus (quem nuper vidimus) Caſſius, febri-
G citanti cuidam,& magna ſiti affecto, quum poſt ebrieta-
tem eum premi cœpiſſe cognoſceret, aquam frigidam
ingeſſit. Qua ille epota, quum vini vim miſcendo fregiſ-
ſet, protinus febrem ſomno & ſudore diſcuſſit. Quod au-
xilium medicus opportunè prouidit, non ex eo quòd aut
ſtrictum corpus erat, aut fluebat, ſed ex cauſa quæ antè
præceſſerat. Eſtque etiã proprium aliquid & loci & tem-
poris iſtis quoque authoribus, qui quũ diſputãt quemad-
modum ſanis hominibus agendum ſit, præcipiũt vt gra-
uibus aut locis aut tẽporibus magis vitetur frigus, æſtus,
H ſatietas, labor, libido: magíſque vt conquieſcat iiſdem
aut locis aut temporibus, ſiquis grauitatem corporis ſen-
tit, ac neque vomitu ſtomachũ, neque purgatione aluum
ſolicitet. Quæ vera quidem ſunt, à communibus tamen
ad quædam propria deſcendũt: niſi perſuadere nobis vo-

ſunt,ſanis quidem cõſiderandum eſſe quod cælum,quod
tempus anni ſit, ægris verò non eſſe, quibus tanto magis
omnis obſeruatio neceſſaria eſt : quanto magis obnoxia
offenſis infirmitas eſt. Quinetiam morborum in iiſdem
hominibus aliæ atque aliæ proprietates ſunt:& qui ſecun-
dis aliquando fruſtra curatus eſt, contrariis ſæpe reſtitui-
tur : plurimáque in dando cibo diſcrimina reperiuntur,
ex quibus contentus vno ero. Nam famem facilius fert
adoleſcens quàm puer: facilius in denſo cælo quàm in te-
nui:facilius in hyeme quã æſtate:facilius vno cibo quàm
prandio quoque aſſuetus:facilius inexercitatus quàm ex-
ercitatus homo ſuſtinet. Sæpe autem in eo magis neceſſa-
ria cibi feſtinatio eſt qui minus inediam tolerat. Ob quæ
coniicio eum qui propria non nouit, communia tantùm
intueri debere:eúmque qui noſſe propria poteſt, illa qui-
dem nõ oportere negligere,ſed iis quoque inſiſtere. Ideó-
que quum par ſcientia ſit, vtiliorem tamen medicũ eſſe
amicum quàm extraneũ. Igitur vt ad propoſitum meum
redeam,rationalem quidem puto medicinam eſſe debe-
re : inſtrui verò ab euidentibus cauſis, obſcuris omnibus
non à cogitatione artificis, ſed ab ipſa arte reiectis. Inci-
dere autem viuorum corpora,& crudele & ſuperuacuum
eſt : mortuorum corpora,diſcentibus neceſſarium. Nam
poſitum & ordinem noſſe debent: quæ,cadauera melius
quàm viuus & vulneratus homo repræſentant. Sed & cæ-
tera quæ modò in viuis cognoſci poſſunt, in ipſis cura-
tionibus vulneratorum paulo tardius,ſed aliquando mi-
tius vſus ipſe monſtrauit. His propoſitis, primùm dicam
quemadmodum ſanos agere conueniat,tum ad ea tranſi-
bo quæ ad morbos curationéſque eorum pertinebunt.

QVEMADMODVM SANOS
agere conueniat,
Cap. I.

SANVS homo,qui & bene valet, & ſuæ
ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus de-
bet,ac neque medico, neque iatraleipta e-
gere. Hunc oportet varium habere vitæ
genus:modò ruri eſſe, modò in vrbe, ſæ-
piuſque in agro : nauigare, venari : quieſcere interdum,
ſed frequentius ſe exercere. ſiquidem ignauia corpus he-
betat,labor firmat: illa maturam ſenectutem, hic longam
adoleſcentiam reddit. Prodeſt etiam interdum balneo,
interdum aquis frigidis vti: modò vngi, modò idipſum
negligere: nullum cibi genus fugere quo populus vtatur:
interdum in conuiuio eſſe, interdum ab eo ſe retrahere:
modò plus iuſto, modò non amplius aſſumere : bis die
potius quàm ſemel cibum capere, & ſemper quamplури-
mum, dummodo hunc concoquat. Sed vt huius generis
exercitationes cibíque neceſſarii ſunt,ſic athletici,ſuper-
uacui. Nam & intermiſſus propter ciuiles aliquas neceſ-
ſitates ordo exercitationis, corpus affligit : & ea corpora
quæ more eorum repleta ſunt, celerrimè & ſeneſcunt &
ægrotant. Concubitus verò neque nimis concupiſcen-
dus,neque nimis pertimeſcendus eſt : rarus corpus exci-
tat,frequens ſoluit. Quum autẽ frequens non numero ſit,
ſed natura, ratione ætatis & corporis ſcire licet eum non
inutilem eſſe quem corporis neque languor neque dolor
ſequitur. Idem interdiu peior eſt, noctu tutior: ita tamen
ſi neque illum cibus, neque hunc cum vigilia labor ſta-
tim ſequitur. Hæc firmis ſeruanda ſunt,cauendúmque ne
in ſecunda valetudine,aduerſæ præſidia conſumantur.

QVAE STOMACHO IMBECILLIS
ſeruanda ſint, Cap. II.

AT imbecillis ſtomacho(quo in numero magna pars
vrbanorum, omnéſque penè cupidi literarum ſunt)
obſeruatio maior neceſſaria eſt, vt quod vel corporis, vel
loci, vel ſtudii ratio detrahit, cura reſtituat. Ex his igitur,
qui bene concoxit, manè tutò ſurget: qui parum,quieſce-
re debet,& ſi manè ſurgendi neceſſitas fuerit,redormire.
qui non concoxit, ex toto conquieſcere,ac neque labori
ſe, neque exercitationi, neque negotio credere. Qui cru-
dum ſine præcordiorum dolore ructat,is ex interuallo a-
quam frigidam bibere, & ſe nihilominus continere: ha-
bitare verò ædificio lucido perflatum æſtiuum, hyber-
num ſolem habente: cauere meridianum ſolem, matuti-
num & veſpertinum frigus, itémque auras fluminum
atque ſtagnorum, miniméque nubilo cælo ſoli aperien-
ti ſe committere, ne modò frigus, modò calor moueat:
quæ res maximè grauedines diſtillationéſque concitat.
Magis verò grauibus locis iſta ſeruanda ſunt,in quibus e-
tiam peſtilentiam faciunt. Scire autem licet integrum
corpus eſſe quũ quotidie manè vrina alba, dein rufa eſt.
illud,concoquere:hoc,concoxiſſe ſignificat. Vbi experre-
ctus eſt aliquis,paulum intermittere: deinde,(niſi hyems
eſt) fouere os multa aqua frigida debet:lõgis diebus me-
A ridiari potius ante cibum, ſin minus, poſt eum: per hye-
mem potiſſimùm totis noctibus conquieſcere. Sin lucu-
brandum eſt, non poſt cibum id facere, ſed poſt conco-
ctionem. Quem interdiu vel domeſtica vel ciuilia offi-
cia tenuerunt,huic tempus aliquod ſeruandum curationi
corporis ſui eſt. Prima autem eius curatio, exercitatio eſt
quæ ſemper antecedere cibum debet: in eo qui minus la-
borauit, & bene concoxit, amplior : in eo qui fatigatus
eſt, & minus concoxit, remiſſior. Commodè verò exer-
B cent, clara lectio,arma,pila,curſus,ambulatio. Atque hæc
nõ vtique plana commodior eſt. ſiquidem melius aſcen-
ſus quoque & deſcenſus cum quadam varietate corpus
moueat : niſi tamen id perquam imbecillum eſt. Melior
autem eſt ſub dio quàm in porticu: melior (ſi caput pati-
tur)in ſole quàm in vmbra:melior in vmbra quam parie-
tes aut viridaria efficiunt,quàm quæ tecto ſubeſt:melior
recta quàm flexuoſa. Exercitationis autem plerunque fi-
nis eſſe debet ſudor, aut certè laſſitudo quæ citra fatiga-
tionem ſit:idque ipſum,modò minus,modò magis faciẽ-
dum eſt. Ac ne iis quidem athletarum exemplo, vel cer-
C ta eſſe lex, vel immodicus eſſe labor debet. Exercitatio-
nem rectè ſequitur modò vnctio vel in ſole, vel ad ignẽ,
modò balneum : ſed conclaui quammaximè & alto, &
lucido,& ſpacioſo. Ex iis verò neutrum ſæpe fieri oportet:
ſed ſæpius alterutrum,pro corporis natura: poſt hæc pau-
lum conquieſcere opus eſt. Vbi ad cibum ventum eſt,
ſæpe inutilis nimia ſatietas, ſæpe inutilis nimia abſtinen-
tia : ſæpe, ſiqua intemperantia ſubeſt, durior eſt in potio-
ne quàm in eſca. Cibus à ſalſamentis,oleribus, ſimilibúſ-
que rebus, melius incipit : tum caro aſſumenda eſt quæ
aſſa optima, aut elixa eſt. Condita omnia duabus de cau-
D ſis inutilia ſunt, quoniam & plus propter dulcedinem aſ-
ſumitur, & quod modò par eſt, tamen ægrius concoqui-
tur. Secunda menſa bono ſtomacho nihil nocet : in im-
becillo coaceſcit. Siquis itaque hoc parum valet, palmu-
las,pomáque, & ſimilia, melius primo cibo aſſumit. Poſt
multas potiones,quæ aliquantum ſitim exceſſerunt,nihil
edendum eſt,poſt ſatietatem nihil agendum. Vbi exple-
tus eſt aliquis, facilius concoquit ſi quicquid aſſumpſit,
potione aquæ frigidæ includit : tum pauliſper inuigilat,
deinde bene dormit. Siquis interdiu ſe implebit, poſt
cibum neque frigori, neque æſtui, neque labori ſe debet
E committere. Neque enim tam facilè hæc inani corpore
quàm repleto nocent. Siquibus de cauſis futura inedia
eſt,labor omnis vitandus eſt.

OBSERVATIONES QVAEDAM, PROVT
res nouæ accidunt, & prout corporum gene
ra,& ſexus,& ætates,& tempora
anni ſunt, Cap. III.

ATque hæc quidem penè perpetua ſunt: quaſdam
autem obſeruationes deſiderant & nouæ res,& cor-
F. porum genera,& ſexus,& ætates,& tẽpora anni. Nam ne-
que ex ſalubri loco in grauem,neque ex graui in ſalubrẽ
tranſitus ſatis tutus eſt. Ex ſalubri in grauem prima hye-
me:ex graui in eum qui ſalubris eſt, prima æſtate tranſ-
ire melius eſt. Neque verò ex multa fame, nimia ſatie-
tas, neque ex nimia ſatietate fames idonea eſt: pericli-

tatúrque & qui ſemel & qui bis die cibum incontinenter contra conſuetudinem aſſumit. **A** Item neque ex nimio labore ſubitum otium, neque ex nimio otio ſubitus labor ſine graui noxa eſt. Ergo quum quis mutare aliquid volet, paulatim debebit aſſueſcere. Omnem etiam laborē facilius vel puer vel ſenex quàm inſuetus homo ſuſtinet: atque ideo quoque nimis otioſa vita vtilis nō eſt, quia poteſt incidere laboris neceſſitas. Si quando tamen inſuetus aliquis laborauit, aut multo plus quàm ſolet etiam is qui aſſueuit, huic ieiuno dormiendum eſt: multo magis ſi etiam os amarum eſt, vel oculi caligant, aut venter per- **B** turbatur. Tum enim non dormiendum tantummodo ieiuno eſt, ſed etiam in poſterum diem permanendum, niſi citò id quies ſuſtulit. Quod ſi factū eſt, ſurgere oportet, & lentè paululum ambulare. At ſi ſomni neceſſitas non fuit, quia modicè magis aliquis laborauit, tamen ingredi aliquid eodem modo debet. Communia deinde omnibus ſunt, poſt fatigationem cibum ſumpturis, vbi paulū deambulauerunt, ſi balneum non eſt, calido loco, vel in ſole vel ad ignem vngi, atque ſudare: ſi eſt, ante omnia in tepidario reſidere, deinde vbi paulum cōquieuerunt, **C** intrare, & deſcendere in ſolium: tum multo oleo vngi, leniterque perfricari, iterum in ſolium deſcendere: poſt hæc, os aqua calida fouere, deinde frigida. Balneum his feruens idoneum nō eſt. Ergo ſi nimium alicui fatigato penè febris eſt, huic abundè eſt loco tepido demittere ſe inguinibus tenus in aquam calidā cui paulum olei adiectum, deinde totum quidem corpus, maximè tamen eas partes quæ in aqua fuerunt, leniter perfricare ex oleo cui vinum & paulum contriti ſalis ſit adiectum. Poſt hæc, omnibus fatigatis aptum eſt cibum ſumere, eóque humi- **D** do vti: aqua, vel certè diluta potione, eſſe cōtentos, maximéque ea quæ moueat vrinā. Illud quoque noſſe oportet, quòd ex labore ſudanti frigida potio pernicioſiſſima eſt, atque etiā, quum ſudor ſe remiſit, itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque venientibus Aſclepiades inutilē eam iudicauit: quod in iis verum eſt quibus aluus facilè nec tutò reſoluitur, quique facilè inhorreſcunt: perpetuum in omnibus non eſt, quū potius naturale ſit potione æſtuantem ſtomachum refrigerari, frigentem calefieri: quod ita præcipio, vt tamen fatear ne ex hac quidem **E** cauſa ſudanti adhuc frigidum bibendum eſſe. Solet etiā prodeſſe poſt varium cibum frequentéſque dilutas potiones, vomitus, & poſtero die longa quies, deinde modica exercitatio. Si aſſidua fatigatio vrget, inuicem modò aqua, modò vinum bibendum eſt, raróque balneo vtendum. Leuátque laſſitudinem, etiam laboris mutatio, eúmque quem nouum genus eiuſdem laboris preſſit, id quod in conſuetudine eſt reficit: fatigato quotidianum cubile tutiſſimum eſt, inſolitum contrà laſſat. Quod enim contra cōſuetudinem eſt, nocet, ſeu molle, ſeu durum eſt. **F** Propriè quædam ad eum pertinent qui ambulando fatigatur: hunc reficit in ipſo quoque itinere frequēs frictio. Poſt iter, primùm ſedile, deinde vnctio, tum calida aqua in balneo magis ſuperiores partes quàm inferiores foueat. Siquis verò exuſtus in ſole eſt, huic in balneum protinus eundum eſt, perfundendúmque oleo corpus & caput, deinde in ſolium bene calidum deſcendendum eſt: tum multa aqua per caput infundenda, prius calida, deinde frigida. At ei qui perfrixit, opus eſt in balneo primùm inuoluto ſedere, donec inſudet, tum vngi, deinde lauari: **G** cibum modicum, deinde potiones meracas aſſumere. Is verò qui nauigauit, & nauſea preſſus eſt, ſi multam bilem euomuit, vel abſtinere cibo debet, vel paululum aliquid aſſumere. Si pituitam acidā effudit, vtique ſumere cibū, ſed aſſueto leuiorem: ſi ſine vomitu nauſea fuit, vel abſtinere, vel poſt cibum vomere. Qui verò toto die vel in vehiculo vel in ſpectaculis ſedit, huic nihil currendum, ſed lentè ambulandū eſt: lenta quoque in balneo mora, dein cœna exigua, prodeſſe conſueuerunt. Siquis in balneo æ- **H** ſtuat, reficit hunc ore exceptum & in eo retentum acetū: ſi id non eſt, eodem modo frigida aqua aſſumpta. Ante omnia autem norit quiſque naturam ſui corporis: quoniā alii graciles, alii obeſi ſunt: alii calidi, alii frigidiores: alii humidi, alii ſicci: alios adſtricta, alios reſoluta aluus exercet: rarò quiſquam non aliquā partē corporis imbecillam habet. Tenuis verò homo implere ſe debet, plenus extenuare: calidus refrigerare, frigidus calefacere: madēs ſiccare, ſiccus madefacere: itémque aluū firmare is cui fuſa, ſoluere is cui adſtricta eſt: ſuccurrēdúmque ſemper parti maximè laborāti eſt. Implet autē corpus modica exercitatio, frequentior quies: & ſi poſt prandium eſt balneum, contracta aluus, modicum frigus hyeme, ſomnus & plenus & non nimis longus, molle cubile, animi ſecuritas, aſſūpta per cibos & potiones maximè dulcia & pinguia, cibus & frequentior & quantus pleniſſimus poteſt concoqui. Extenuat corpus aqua calida, ſiquis in eam deſcēdit, magiſque ſi ſalſa eſt: in ieiunio balneum, inurens ſol, & omnis calor, cura, vigilia, ſomnus nimium vel breuis vel lōgus, lectus per æſtatem terra, hyeme durum cubile, curſus, multa ambulatio, omníſque vehemens exercitatio, vomit[9], deiectio, acidæ res & auſteræ, & ſemel die aſſumptæ epulæ, & vini non perfrigidi ieiuno potio in conſuetudinem adducta. Quum verò inter extenuantia poſuerim vomitum & deiectionē, de his quoque propriè quædam dicenda ſunt. Eiectum eſſe ab Aſclepiade vomitum, in eo volumine quod de tuenda ſanitate compoſuit, video: neque reprehēdo, ſi offenſus eorū eſt conſuetudine qui quotidie eiiciendo vorandi facultatem moliuntur. Paulo etiam longius proceſſit: idem purgationes quoque eodem volumine expulit. Et ſunt hæ pernicioſæ ſi nimis valentibus medicamentis fiunt. Sed hæc tamen ſubmouenda eſſe non eſt perpetuū: quia corporum temporúmque ratio poteſt ea facere neceſſaria, dum & modo, & nō niſi quum opus eſt, adhibeantur. Ergo ille quoque ipſe, ſi quid iam corruptum eſſet, expelli debere confeſſus eſt. Ita non ex toto res condēnanda eſt, ſed eſſe eius etiam plures cauſæ poſſunt: éſtque in ea quædam paulo ſubtilior obſeruatio adhibenda. Vomitus vtilior eſt hyeme quàm æſtate: nam tum & pituitæ plus, & capitis grauitas maior ſubeſt. Inutilis eſt gracilibus, & imbecillum ſtomachum habentibus: vtilis eſt plenis & bilioſis omnibus, ſi vel nimium ſe replerunt, vel parum concoxerunt. Nā ſiue plus eſt quàm quod concoqui poſſit, periclitari ne corrūpatur non oportet: ſi verò corruptum eſt, nihil commodius eſt, quàm id, qua via primùm expelli poteſt, eiicere. Itaque vbi amari ructus cum dolore & grauitate præcordiorum ſunt, ad hunc protinus confugiendum eſt. Item prodeſt ei cui pectus æſtuat, & frequens ſaliua vel nauſea eſt, aut cui ſonant aures, aut madēt oculi, aut os amarū eſt: ſimiliterque ei qui vel cælum vel locum mutat: iiſque quibus, ſi per plures dies non vomuerūt, dolor præcordia infeſtat. Neque ignoro inter hæc præcipi quietem: quæ non ſemper contingere poteſt agendi neceſſitatem habentibus, nec in omnibus idem facit. Itaque iſtud luxuriæ cauſa fieri non oportere confiteor: interdum valetudinis cauſa rectè fieri, experimentis credo. Commoneo tamen nequis qui valere & ſeneſcere volet, hoc quotidianum habeat. Qui vomere poſt cibum volet, ſi ex facili facit, aquam tantùm tepidam ante debet aſſumere: ſi difficilius, aquæ, vel ſalis, vel mellis paulum adiicere. At qui manè vomiturus eſt, antè bibere mulſum, vel hyſſopū, aut eſſe radiculam debet, deinde aquam tepidam (vt ſuprà ſcriptum eſt) bibere. Cætera quæ antiqui medici præceperūt, ſtomachum omnia infeſtāt. Poſt vomitum, ſi ſtomachus infirmus eſt, paululum cibi, ſed huius idonei, guſtandum, & aquæ frigidæ cyathi tres bibendi ſunt. Si autem vomitus fauces exaſperauit, qui vomuit, ſi manè id fecit, ambulare debet, tum vngi, deinde cœnare. Si poſt cœnam, poſtero die lauari, & in balneo ſudare. hinc proximus cibus mediocris vtilior eſt, iſque eſſe debet cum pane heſterno: vino auſtero meraco, & carne aſſa, cibiſque omnibus quam ſicciſſimis. Qui vomere bis in menſe vult, melius conſulet ſi biduo continuarit, quàm ſi poſt quintum decimum diem vomuerit: niſi hæc mora grauitatem pectori faciet. Deiectio autem medicamento quoque petēda eſt, vbi venter ſuppreſſus parum reddit: ex eóque inflāmationes, caligines, capitis dolores, aliáſque ſuperioris partis mala increſcunt. Quid enim inter hæc adiuuare poſſunt quies & inedia, quæ per illas maximè eueniunt? Qui

eiicere volet,primùm cibis viníſque vtetur iis quæ hoc præſtant : dehinc ſi parum illa proficient,aloen ſumat:ſed purgationes quoque vt interdum neceſſariæ ſunt, ſic vbi frequentes ſunt,periculum afferunt . Aſſueſcit enim non ali corpus,& ob hoc infirmum erit,quũ omnibus morbis obnoxia maximè infirmitas ſit. Calefacit autem vnctio, aqua ſalſa,magiſque ſi calida eſt,omnia ſalſa, amara, carnoſa,ſi poſt cibum eſt balneum, vinum auſterum . Refrigerat in ieiunio & balneũ & ſomnus,niſi nimis lõgus eſt: & omnia acida , aqua quamfrigidiſſima,oleum,ſi aquæ miſceatur. Humidum autem corpus efficit labor maior quàm ex conſuetudine,frequens balneum,cibus plenior, multa potio : poſt hæc ambulatio & vigilia : per ſe quoque ambulatio multa & vehemens & matutina exercitatio,& non protinus cibus adiectus:ea genera eſcæ quæ veniunt ex locis frigidis,& pluuiis,& irriguis : contrà ſiccat modica exercitatio,fames,vnctio ſine aqua,calor,ſol modicus,frigida aqua,cibus exercitationi ſtatim ſubiectus, & is ipſe ex ſiccis & æſtuoſis locis veniẽs. Aluum adſtringit labor,ſedile,creta figularis corpori illita, cibus imminutus,& is ipſe ſemel die aſſumptus ab eo qui bis ſolet: exigua potio,neque adhibita niſi quum cibi quis quantum aſſumpturus eſt,cepit:pòſt cibum quies : contrà ſoluit aucta ambulatio atque eſca,poſt motus qui poſt cibũ eſt,ſubinde potiones cibo immixtæ . Illud quoque ſcire oportet,quòd ventrem vomitus ſolutum comprimit, cõpreſſum ſoluit: itémque cõprimit is vomitus qui ſtatim poſt cibum eſt,ſoluit is qui tardè ſuperuenit. Quod ad ætates verò pertinet, inediam facillimè ſuſtinẽt mediæ ætates,minus iuuenes, minimè pueri & ſenectute confecti: quò minus fert facilè quiſque,eo ſæpius debet cibum aſſumere:maximéque eo eget qui increſcit. Calida lauatio & pueris & ſenibus apta eſt:vinum dilutius pueris , ſenibus meracius:neutri ætati quæ inflationes mouent:iuuenum minus, quæ aſſumant , & quomodo curentur , intereſt.Quibus iuuenibus fluxit aluus,plerũque in ſenectute contrahitur:quibus in adoleſcẽtia fuit aſtricta, ſæpe in ſenectute ſoluitur. Melior eſt autem in iuuene fuſior , in ſene adſtrictior . Tempus quoque anni conſiderare oportet : hyeme plus eſſe conuenit : minus , ſed meracius bibere:multo pane vti, carne potius elixa , modicè oleribus:ſemel die cibum capere, niſi ſi nimis venter aſtrictus eſt.Si prandet aliquis,vtilius eſt exiguũ aliquid & ipſum ſiccum ſine carne,ſine potione ſumere. Eo tempore anni calidis omnibus potius vtẽdum eſt, vel calorem mouentibus:venus tum non æquè pernicioſa eſt . At vere,paulũ cibo demendum,adiiciendúmque potioni , ſed dilutius tamen bibendum eſt: magis carne vtendum , magis oleribus: tranſeundum paulatim ad aſſa ab elixis : venus eo tempore anni tutiſſima eſt. Æſtate verò,& potione & cibo corpus ſæpius eget:ideo prãdere quoque commodum eſt.Eo tempore aptiſſima ſunt & caro & olus,potio quam dilutiſſima,vt & ſitim tollat,nec corpꝰ incẽdat:frigida lauatio,caro aſſa,frigidi cibi,vel qui refrigerent. Vt ſæpius autem cibo vtendum,ſic exiguo eſt. Per autumnum,propter cæli varietatem,periculum maximum eſt.Itaque neque ſine veſte,neque ſine calceamentis prodire oportet, præcipuéque diebus frigidioribus : neque ſub dio nocte dormire,aut certè bene operiri.Cibo verò iam paulo pleniore vti licet:minus,ſed meracius bibere. Poma nocere quidam putant,quæ immodicè toto die plerunque ſic aſſumuntur vt nequid ex denſiore cibo remittatur: ita nõ hæc,ſed conſummatio omniũ nocet : ex quibus in nullo tamen minus quàm in his noxæ eſt · ſed his vti nõ ſæpius quàm alio cibo conuenit.Denique aliquid denſiori cibo quum id accedit,neceſſarium eſt demi. Neque æſtate verò,neque autumno vtilis venus eſt: tolerabilior tamẽ per autumnum: æſtate in totum,ſi fieri poteſt,abſtinendum.

DE HIS QVI ALIQVA PARTE CORPORIS laborant,& primùm de his quibus caput infirmum eſt, Cap. IIII.

PRoximum eſt vt de iis dicam qui partes aliquas corporis imbecillas habent.Cui caput infirmum eſt,is ſi bene cõcoxerit,leniter perfricare id manè manibꝰ ſuis debet:nũquã id,ſi fieri poteſt,veſte velare,aut ad cutem ton-

A deri: vtiléque lunam vitare, maximéque ante ipſum lunæ ſoliſque concurſum:ſed nuſquam poſt cibum progredi.Sicui capilli ſunt, eos quotidie pectere,multum ambulare : ſed , ſi licet , ſub tecto , neque in ſole . Vbique autem vitare ſolis ardorem , maximéque poſt cibum & vinũ:potius vngi quàm lauari: nunquam ad flammam vngi,interdum ad prunam . Si in balneum venit , ſub veſte primùm paulum in tepidario inſudare,ibi vngi:tum trãſire in calidarium:vbi ſudabit,in ſolium non deſcendere, ſed multa calida aqua per caput ſe totũ perfũdere: tũ tepi B da vti,deinde frigida,diutiúſque ea caput quàm cæteras partes perfundere:deinde id aliquandiu perfricare,nouiſſimè detergere & vngere . Capiti nihil æquè prodeſt atq; aqua frigida. Itaque is cui hoc infirmũ eſt,per æſtatẽ id bene largo canali quotidie debet aliquandiu ſubiicere: ſemper autem, etiamſi ſine balneo vnctus eſt , neque totũ corpus refrigerare ſuſtinet , caput tamen aqua frigida perfũdere.Sed quum cæteras partes attingi nolit,demittere id ne ad ceruices aqua deſcendat,eámque(nequid oculis aliiſve partibus noceat) defluentẽ ſubinde manibus C ad os regerere . Huic modicus cibus neceſſarius eſt,quẽ facilè concoquat:iſque,ſi ieiunio caput læditur,aſſumendus etiam medio die eſt:ſi non læditur,ſemel potius. Bibere huic aſſiduè vinum dilutum,leue,quàm aquam magis expedit , vt quum caput grauius eſſe cœperit , ſit quò confugiat: eique ex toto neque vinum neque aqua ſemper vtilia ſunt:medicamentum vtrunque eſt, quum inuicem aſſumitur. Scribere,legere,voce contendere huic opus non eſt vtique poſt cœnam, poſt quam nec cogitatio quidem ei ſatis tuta eſt:maximè tamen vomitus alienus D eſt.

DE IIS QVI LIPPITVDINE, GRAuedine,deſtillatione,tonſilliſque laborant,Cap. V.

NEque verò iis ſolis quos capitis imbecillitas torquet,vſus aquæ frigidæ prodeſt, ſed iis etiam quos aſſiduè lippitudines,grauedines,deſtillationes,tonſillæq; malè habent. His autem nõ caput tantùm quotidie perfundẽdum eſt: ſed os quoque multa frigida aqua fouendum eſt: præcipuéque omnibus quibus hoc vtile auxiliũ E eſt,eo vtẽdum eſt , vbi grauius cælum Auſtri reddiderũt. Qúmque omnibus inutilis ſit poſt cibum aut contentio aut cogitatio animi, tum iis præcipuè qui vel capitis vel arteriæ dolores habere conſueuerunt, vel quoſlibet alios oris affectus . Vitari etiam grauedines deſtillationéſque poſſunt ſi quam minimè eũ qui his opportunus eſt aerẽ, vel loca,aquáſque mutet, ſi caput in ſole protegit,ne incendatur , néve ſubitum ex repentino nubilo frigus id moueat, ſi poſt concoctionem ieiunus caput radit,ſi poſt cibum neque legit,neque ſcribit.

F AD SOLVTAM ALVVM REMEDIA, Cap. VI.

QVEM verò frequẽter citata aluus exercet,huic opus eſt pila ſimilibúſque ſuperiores partes exercere : dum ieiunus eſt ambulare , vitare ſolis nimium ardorem,continua balnea , vngi citra ſudorem : non vti cibis variis,miniméque virulentis,aut leguminibus, oleribúſve iis quæ celeriter deſcendunt : omnia denique fugere quæ tardè concoquuntur. Venatio, durique piſces , & ex domeſticis animalibus aſſa caro maximè iuuãt . Nunquã G vinum ſalſum bibere expedit, ne tenue quidem aut dulce,ſed auſterum & plenius , neque idipſum peruetus . Si mulſo vti volet,id ex decocto melle faciendum eſt.Si frigidæ potiones ventrem eius non turbant , his vtendum potiſſimum eſt. Siquid offenſæ in cœna ſenſit,vomere debet,idque poſtero quoq; die facere: tertio,modici ponderis panẽ ex vino eſſe,adiecta vua vel olea,vel ex defruto, ſimilibúſque aliis:deinde ad conſuetudinem redire. Semper autem poſt cibum conquieſcere,ac neque intendere animum,neque ambulatione quanuis leui dimoueri.

H REMEDIA AD CŒLI DOLOREM, Cap. VII.

AT ſi laxius inteſtinum dolere conſueuit (quod κῶλον nominant) quum id nihil niſi genus inflationis ſit, id agendum eſt vt concoquat aliquis, vt lectione & aliis

generibus exerceatur:vtatur balneo calido,cibis quoque A
& potionibus calidis,denique omnino frigus euitet:item
dulcia omnia, leguminaque,& quicquid inflare conſue-
uit.

QVAE AGENDA SINT STOMACHO laborantibus, Cap. VIII.

SI quis verò ſtomacho laborat,legere clarè debet, poſt
lectionem ambulare:tum pila, vel armis, alióve quo
genere quo ſuperior pars mouetur, exerceri: non aquam
ſed vinum calidum bibere ieiunus:tum cibum bis die aſ
ſumere,ſic tamen vt facilè concoquat : vti vino tenui & B
auſtero,& poſt cibum frigidis potionibus potius. Stoma-
chum autem infirmum indicant,pallor,macies, præcor-
diorũ dolor,nauſea & nolentium vomitus, in ieiuno do-
lor capitis:quæ in quo non ſunt,is firmi ſtomachi eſt.Ne-
que credendum vtique noſtris eſt, qui quum in aduerſa
valetudine vinum aut frigidam aquam concupierunt,
deliciarum patrocinium in accuſationem non merentis
ſtomachi habent. At qui tardè concoquunt, & quorum
ideo præcordia inflãtur,quive propter ardorem aliquem
noctu ſitire conſueuerunt,antequam conquieſcant, duos C
tréſve cyathos per tenuem fiſtulam bibant.Prodeſt etiam
aduerſus tardam concoctionem clarè legere, deinde am-
bulare,tum vel vngi, vel lauari aſſiduè:vinum frigidum
bibere,& poſt cibum magnam potionem ſumere, ſed(vt
ſuprà dixi)per ſiphonem,deinde omnes potiones aqua
frigida includere.Cui verò cibus aceſcit, is ante eum bi
bere aquam egelidam debet,& vomere. At is cui ex hoc
frequens deiectio incidit,quoties aluus ei conſtiterit,fri-
gida potione potiſſimum vtatur.

QVID OBSERVANDVM SIT DOlore neruorum laborantibus, Cap. IX. D

SI cui verò dolere nerui ſolent(quod in podagra, chira
gráve eſſe conſueuit)huic quantum fieri poteſt, exer-
cendum id eſt quod affectum eſt, obiiciendúmque labo-
ri & frigori,niſi quum dolor increuit:ſub dio quies opti-
ma eſt,venus ſemper inimica eſt: concoctio (ſicuti in o-
mnibus corporis affectibus)neceſſaria eſt. Cruditas enim
id maximè lædit, & quoties offenſum corpus eſt,vitioſa
pars maximè ſentit.Vt concoctio autem omnibus vitiis E
occurrit,ſic rurſus aliis frigus, aliis calor:quæ ſequi quiſ-
que pro habitu corporis ſui debet. Frigus inimicum eſt
ſeni,tenui,vulneri,præcordiis,inteſtinis,veſicæ,auribus,
coxis,ſcapulis,naturalibus,oſſibus,dentibus, neruis, vul-
uæ,cerebro:idem ſummam cutem facit pallidam, aridã,
duram,nigram:ex hoc horrores tremoréſque naſcuntur.
At prodeſt iuuenibus,& omnibus plenis:erectiórque mẽs
eſt,& melius concoquitur,vbi frigus quidem eſt,ſed caue-
tur. Aqua verò frigida infuſa,præterquam capiti, etiam
ſtomacho prodeſt: item articulis, doloribúſque qui ſunt
ſine vlceribus,item rubicundis nimis hominibus, ſi dolo-
re vacant. Calor autem adiuuat omnia quæ frigus infe-
ſtat:item lippientes,ſi nec dolor,ne lacrymæ ſunt: neruos
quoque qui contrahuntur,præcipuéque ea vlcera quæ ex
frigore ſunt.Idem corporis colorem bonum facit, vrinã
mouet: ſi nimius eſt,corpus effœminat, neruos emollit,
ſtomachum ſoluit.Minimè verò aut frigus aut calor tuta
ſunt,vbi ſubita inſuetis ſunt: nam frigus lateris dolores,
aliáque vitia,frigida aqua ſtrumas excitat. Calor conco-
ctionem prohibet,ſomnum aufert,ſudorem digerit, ob-
noxium morbis peſtilentibus corpus efficit.

OBSERVATIO IN PESTILENTIA, Cap. X.

EST etiam obſeruatio neceſſaria,qua quis in peſtilentia
vtatur adhuc integer, quum tamen ſecurus eſſe non
poſſit.Tum igitur oportet peregrinari, nauigare: vbi id
non licet,geſtari, ambulare ſub diuo ante æſtum leniter,
eodémque modo vngi, & (vt ſuprà comprehenſum eſt)
vitare fatigationẽ,cruditatem,frigus,calorem, libidinẽ,
multóque magis ſe cõtinere, ſiqua grauitas in corpore eſt:
tũ neque manè ſurgendũ,neque pedibus nudis ambulan-
dum eſt. miniméque poſt cibum aut balneum, neque ie-
iuno,neque cœnato vomendum eſt: neque mouenda al-
uus, atque etiamſi per ſe mota eſt,comprimenda eſt: abſ-
tinendum potius ſi plenius corpus eſt: itémque vitandũ
balneum,ſudor,meridianus ſomnus,vtique ſi cibus quo-
que anteceſſit, qui tamẽ ſemel die tunc commodius aſſu
mitur:inſuper etiam modicus,ne cruditatẽ moueat:alter-
nis diebus inuicem modò aqua, modò vinum bibendũ
eſt.Quibus ſeruatis, ex reliqua victus cõſuetudine quàm
minimum mutari debet.Quum verò hæc in omni peſti-
lentia facienda ſint, tum in ea maximè quam Auſtri
excitarint.Atque etiam peregrinantibus eadem neceſſa-
ria ſunt,vbi graui tempore anni diſceſſerunt ex ſuis ſedi-
bus,vel vbi in graues regiones venerunt: ac ſi cætera res
aliqua prohibebit,vtique abſtinere debebit: atque ita à
vino ad aquam,ab hac ad vinum,eo qui ſuprà poſitus eſt
modo,tranſitus ei eſſe.

AVRELII CORNELII CELSI DE RE MEDICA Lib. II.

PRAEFATIO.

INſtantis autem aduerſæ valetudinis ſi-
gna complura ſunt: in quibus explican-
dis non dubitabo authoritate antiquo-
rum virorum vti, maximéque Hippocra-
tis: quum recentiores quoque medici, F
quanuis quædam in curationibus muta-
rint, tamen hæc illum optimè præſagiſſe fateantur. Sed
antequam dico quibus præcedentibus morborum timor
ſubſit, nõ alienum videtur exponere,quæ tempora anni,
quæ tempeſtatum genera,quæ partes ætatis,qualia corpo-
ra maximè tuta vel periculis opportuna ſint, quod genus
aduerſæ valetudinis quoque timeri maximè poſſit: non
quò non omni tempore,in omni tempeſtatum genere,o-
mnis ætatis,omnis habitus hominum,per omnia genera
morborum & ægrotent & moriantur:ſed quòd frequen- G
tius tamen quædam eueniant:ideóque vtile eſt ſcire vnũ-
quemque quid & quando maximè caueat.

QVAE ANNI TEMPORA, QVAE TEMPEſtatum genera,quæ partes ætatis,qualia corpora vel tuta,vel morbis opportuna ſint,& quod valetudinis genus in quoque timeri poſſit, Cap. I.

IGitur ſaluberrimum ver eſt: proxima deinde ab hoc
hyems,periculoſior æſtas,autumnus longè periculoſiſ
ſimus.Ex tempeſtatibus verò optimæ æquales ſunt, ſiue
frigidæ,ſiue calidæ:peſſimæ, quæ variant maximè: quo
fit vt autumnus plurimos opprimat.Nam fere meridianis
temporibus calor:nocturnis atque matutinis,ſimúlque e-
tiam veſpertinis frigus eſt.Corpus ergo & æſtate,& ſubin
de meridianis caloribus relaxatum,ſubito frigore excipi-
tur:ſed vt eo tempore id maximè fit,ſic quandocunque e-
uenit,noxium eſt.Vbi æqualitas autem eſt,tamen ſaluber
rimi ſunt ſereni dies, meliores pluuii quàm tantùm ne-
buloſi aut nubili, optimíque hyeme qui omni vento va-
cant:æſtate,quibus Fauonii perflant.Si genus aliud vento-
rũ eſt, ſalubriores ſeptẽtrionales quàm ſubſolani vel Au-
ſtri ſunt: ſic tamen vt hæc interdũ regionum ſorte mu-
tentur.Nam fere ventus vbique à mediterraneis regioni-
bus veniens, ſalubris: à mari, grauis eſt. Neque ſolùm in
bono tempeſtatum habitu certior valetudo eſt, ſed prio-
res morbi quoque(ſiqui inciderunt)leuiores ſunt,& prõ-
ptius finiuntur. Peſſimum ergo cælum eſt quod ægrum
fecit,adeò vt in id quoque genus quod natura peius eſt
in hoc ſtatu,ſalubris mutatio ſit. At ætas media tutiſſima
eſt,quæ neque iuuentæ calore, neque ſenectutis frigore

infeſtatur:longis morbis ſenectus,acutis adoleſcentia ma-
gis paret. Corpus autẽ habiliſſimũ quadratũ eſt,neq; gra-
cile neque obeſũ. Nã lõga ſtatura vt in iuuenta decora eſt:
ſic matura ſenectute conficitur:gracile corpus , infirmũ:
obeſum,hebes eſt: vere tamen maximè quacũq; humoris
motu nouãtur,in metu eſſe conſueuerũt. Ergo tũ lippitu-
dines,puſtulæ,profuſio ſanguinis,abſceſſus corporis(quæ
ἀποσήματα Græci nominant) bilis atra (quã μελαγχολίαν
appellãt)inſania,morbus comitialis, angina,grauedines,
deſtillationes oriri ſolẽt: hi quoque morbi qui in articu-
lis,neruiſque modò vrgent,modò quieſcunt , tum maxi-
mè & inchoantur & repetunt. At æſtas non quidem vacat
pleriſque ab his morbis,ſed adiicit febres vel continuas,
vel ardentes,vel tertianas,vomitus,alui deiectiones, auri-
cularum dolores,vlcera oris, cancros,& in cæteris quidẽ
partibus,ſed maximè obſcœnis,& quicquid ſudore homi
nem reſoluit. Vix quicquam ex his in autumnum non in
cidit:ſed oriuntur eo quoque tempore febres incertæ, lie
nis dolor,aqua inter cutem,tabes(quã Græci φθίσιν nomi-
nãt)vrinæ difficultas(quam στραγγουρίαν appellãt) tenuio-
ris inteſtini morbus,quem εἰλεὸν nominant. Fit item læ-
uitas inteſtinorum(quæ λειεντερία vocatur)coxæ dolores,
morbi comitiales: idémque tempus & diutinis malis fa-
tigatos,& ab æſtate tantùm proxima preſſos interimit, &
aliis nouis morbis cõficit,& quoſdã lõgiſſimis implicat,
maximéque quartanis,quæ per hyemẽ quoque exerceãt.
Neque aliud magis tempus peſtilentiæ patet,cuiuſcũque
ea generis eſt, quanuis variis rationibus nocet. Hyems
autem capitis dolores,tuſſim, & quicquid in faucibus,in
lateribus,in viſceribus mali cõtrahitur,irritat. Ex tempe
ſtatibus, Aquilo tuſſim mouet, fauces exaſperat,ventrem
adſtringit , vrinã ſupprimit, horrores excitat,item dolo-
res lateris & pectoris. Sanum tamen corpus ſpiſſat,& mo-
bilius atque expeditius reddit. Auſter aures hebetat, ſen-
ſus tardat,capitis dolores mouet, aluum ſoluit,totum cor
pus efficit hebes,humidum,languidum. Cæteri vẽti quò
vel huic vel illi propiores ſũt , eò magis vicinos his illiſ-
ve affectus faciũt. Denique omnis calor,& iecur & lienẽ
inflãmat,mẽtẽ hebetat,vt anima deficiat,vt ſanguis pro-
rumpat,efficit. Frigus modò neruorum diſtentionẽ, mo-
dò rigorem infert, (illud σπασμὸς,id eſt conuulſio,hoc
τέτανος, Græca voce nominatur) nigritiem in vlceribus,
horrorem in febribus excitat. In ſiccãtibus acutæ febres,
lippitudines,tormina,vrinæ difficultas , articulorum do-
lores oriuntur. Per imbres lõgæ febres,alui deiectiones,
angina,cancri,morbi comitiales,reſolutio neruorũ , quã
παράλυσιν Græci nominant. Neque ſolùm intereſt quales
dies ſint,ſed etiam quales antè præceſſerint: ſi hyems ſic-
ca ſeptentrionales ventos habuit , ver autem Auſtros &
pluuias exhibet, fere ſubeunt lippitudines , tormina, fe-
bres,maximéque in mollioribus corporibus: (ideóq; præ
cipuè in mulieribus)ſi verò Auſtri pluuiæque hyemem
occuparũt,ver autem & frigidum & ſiccum eſt, grauidæ
quidem fœminæ quibus tum adeſt partus,abortu pericli
tantur:hæ verò quæ gignunt , imbecillos , vixque vitales
edunt: cæteros lippitudo arida,&,ſi ſeniores ſunt , graue-
dines atque deſtillationes malè habẽt. At ſi à prima hye-
me Auſtri ad vltimum ver continuarunt, laterum dolo-
res & inſania febricitantium (quam φρενῖτιν appellãt) quã
celerrimè rapiunt. Vbi primò calor à primo vere orſus,æ-
ſtatẽ quoque ſimilem exhibet,neceſſe eſt multum ſudorẽ
in febribus ſubſequi. At ſi ſicca æſtas Aquilones habuit,au
tumno verò imbres Auſtrique ſunt,tota hyeme quæ pro-
xima eſt,tuſſis,deſtillatio, raucitas, in quibuſdam etiam
tabes oriuntur. Sin autem autumnus quoque æquè ſiccus
iiſdem Aquilonibus perflatur , omnibus quidẽ molliori-
bus corporibus(inter quæ muliebria eſſe propoſui) ſecũ-
da valetudo contingit : durioribus verò inſtare poſſunt
& aridæ lippitudines,& febres partim acutæ partim lon-
gæ,& hi morbi qui ex atra bile naſcũtur. Quòd ad ætates
verò pertinet,pueri,proximique his,vere optimè valent,
& æſtate prima tutiſſimi ſunt: ſenes æſtate, & autũni pri-
ma parte:iuuenes hyeme,quiq; inter iuuẽtã ſenectutém-
que ſunt:inimicior ſenibus hyẽs , æſtas adoleſcẽtibus eſt.
Tum ſiqua imbecillitas oritur,proximum eſt vt infantes

A teneróſque adhuc pueros ſerpẽtia vlcera oris (quæ ἄφθας
Græci nominant)vomitus,nocturnæ vigiliæ,aurium hu-
mor,circa vmbilicum inflammationes exerceãt. Propriè
etiam dentientiũ gingiuarũ exulcerationes,diſtentiones
neruorum,febriculæ interdũ,alui deiectiones, maxillæq;
caninis dentibus orientibus malè habent. quæ pericula
pleniſſimi cuiuſque ſunt,& cui maximè venter adſtrictus
eſt. At vbi ætas paulũ proceſſit,glãdulæ & vertebrarũ quæ
in ſpina ſũt,aliquæ inclinationes,ſtrumæ,verrucarũ quæ
dã genera dolẽtia(ἀκροχορδόνας Græci appellãt)& plura a-
B lia tubercula oriuntur. Incipiente verò iam pube,ex iiſdẽ
multæ & longæ febres,ſanguinis ex naribus curſus: maxi
méque omnis pueritia primùm circa quadrageſimũ diẽ:
deinde ſeptimo menſe,tum ſeptimo anno , poſtea circa
pubertatem periclitatur. Siqua etiam genera morborum
in infantem inciderũt,ac neque pubertate, neque primis
coitibus,neque in fœmina primis menſtruis finita ſunt,
fere longa ſunt. Sæpe tamen morbi pueriles qui diutius
manſerunt,terminantur. Adoleſcẽtia morbis acutis,item
comitialibus,tabique maximè obiecta eſt, feréque iuue-
C nes ſunt qui ſanguinem expuunt . Poſt hanc ætatem late-
rum & pulmonis dolores,lethargus,cholera,inſania, ſan-
guinis per quædam etiam velut ora venarũ (αἱμοῤῥοΐδας
Græci appellãt)profuſio. In ſenectute ſpiritus & vrinæ dif
ficultas,grauedo articulorum, & renum dolores , neruo-
rum reſolutiones,malus corporis habitus,(καχεξίαν Græ-
ci appellãt) nocturnæ vigiliæ,vitia longiora aurium,ocu-
lorum,etiam nariũ,præcipuéque ſoluta aluus ,& quæ ſe-
quũtur hanc tormina, vel læuitas inteſtinorum,cæteráq;
fuſi ventris mala. Præter hæc graciles,tabes, deiectiones,
D deſtillationes,item viſcerum & laterum dolores fatigãt:
obeſi plerunque acutis morbis & difficultate ſpirandi
ſtrangulantur,ſubitóque ſæpe moriuntur,quod in corpo-
re tenuiore vix euenit.

DE SIGNIS ADVERSAE VALETVdinis futuræ, Cap. II.

ANte aduerſam autem valetudinem (vt ſuprà dixi)
quædam notæ oriuntur, quarum omnium commu-
ne eſt,aliter ſe corpus habere atque conſueuit , neque in
peius tantùm,ſed etiam in melius. Ergo ſi plenior aliquis,
E & ſpecioſior,& coloratior factus eſt, ſuſpecta habere bo-
na ſua debet:quæ quia neque in eodem habitu ſubſiſtere,
neque vltrà progredi poſſunt, fere retrò quaſi ruina qua-
dam reuoluuntur. Peius tamen ſignum eſt vbi aliquis cõ-
tra cõſuetudinem emacruit,& colòrem decorémque ami
ſit. quoniam in iis quæ ſuperãt , eſt quod morbus demat:
in iis quæ deſunt, nõ eſt quòd ipſum morbum ferat. Præ
ter hæc protinus timeri debet ſi grauiora membra ſunt,
ſi crebra vlcera oriuntur, ſi corpus ſupra conſuetudinem
incaluit, ſi grauior ſomnus preſſit , ſi tumultuoſa ſomnia
F fuerunt,ſi ſæpius expergiſcitur aliquis quàm aſſueuit,de-
inde iterum ſoporatur, ſi corpus dormientis circa partes
aliquas contra conſuetudinẽ inſudat , maximéque circa
pectus,aut ceruices,aut crura,vel genua,vel coxas. Item ſi
marcet animus,ſi loqui & moueri piget , ſi corpus torpet,
ſi dolor præcordiorum eſt,aut totius pectoris, aut in plu-
rimis venis capitis , ſi ſaliuæ plenum eſt os , ſi oculi cum
dolore vertuntur,ſi tempora adſtricta ſunt,ſi membra in-
horreſcũt,ſi ſpiritus grauior eſt,ſi circa frontem intentæ
venæ mouentur,ſi frequentes oſcitationes,ſi genua quaſi
G fatigata ſunt , totũ verò corpus laſſitudinẽ ſentit: ex qui-
bus ſæpe plura,nunquam non aliqua,febrem antecedunt.
In primis tamen illud conſiderandum eſt, nũquid ſæpius
horum aliquid eueniat,ac ideo neque corporis vlla diffi-
cultas ſubſequatur. Sunt enim quædam proprietates ho-
minum,ſine quarum notitia non facilè quicquam in fu-
turum præſagiri poteſt. Facilè itaque ſecurus eſt in his ali
quis quæ ſæpe ſine periculo euaſit:ille ſolicitari debet cui
hæc noua ſunt,aut qui iſta nunquam ſine cuſtodia ſui tu-
ta habuit.

H
QVAE BONA IN AEGROTANTIBVS ſigna ſint, Cap. III.

VBI verò febris aliquem occupat, ſcire licet non pe-
riclitari ſi in latus aut dextrum aut ſiniſtrum (vt ipſi
viſum eſt)cubat, cruribus paulum reductis, qui fere ſani

quoque iacentis habitus eſt,ſi facilè conuertitur, ſi noctu dormit,ſi interdiu vigilat,ſi ex facili ſpirat,ſi non conflictatur,ſi circa vmbilicum & pubem cutis plana eſt,ſi præcordia eius ſine vllo ſenſu doloris æqualiter mollia in vtraque parte ſunt. Quòd ſi paulo tumidiora ſunt,ſed tamē digitis cedunt,& non dolent, hæc valetudo, vt ſpatium aliquod habebit,ſic tuta erit. Corpus quoque quod æqualiter molle & calidum eſt,quódque æqualiter totum inſudat,& cuius febricula eo ſudore finitur,ſecuritatem pollicetur,quando iam ad ſanitatem venit corpus. Sternutamētum etiam inter bona indicia eſt: & cupiditas cibi vel à primo ſeruata, vel etiam poſt faſtidium orta. Neque terreer debet ea febris quæ eodem die finita eſt,ac ne ea quidem quæ quanuis longiore tempore euanuit, tamen ante alteram acceſſionē ex toto quieuit,ſicvt & corpus integrum(quod εἰλικρινὲς Græci vocant)fieret. Siquis autē incidit vomitus, mixtus eſſe ex bile & pituita debet, & in vrina ſubſidere album,læue,æquale:ſic vt etiā ſiquæ quaſi nubeculæ innatarint,in imum deferantur. At venter ei qui à periculo tutus eſt, reddit modò mollia figurata,eodem fere tempore quo ſecunda valetudine aſſueuit, modò conuenientia iis quæ aſſumuntur: Peior cita aluus eſt. ſed ne hæc quidem terrere protinus debet ſi matutinis temporibus coacta magis eſt:aut ſi procedente tempore paulatim contrahitur, & rufa eſt: neque fœditate odoris ſimilem aluum ſani hominis excedit. Ac lumbricos quoque aliquos ſub fine morbi deſcendiſſe nihil nocet. Si inflammatio in ſuperioribus partibus dolorem tumorémq; fecit,bonum ſignum eſt ſonus ventris inde ad inferiores partes euolutus, magíſque etiam ſi ſine difficultate cum ſtercore exceſſit.

MALA SIGNA AEGROTANTIVM, Cap. IIII.

CONtrà,grauis morbi periculum eſt vbi ſupinus æger iacet porrectis manibus & cruribus, vbi reſidere vult in ipſo acuti morbi impetu, præcipuéque pulmonibus laborantibus: vbi nocturna vigilia premitur, etiamſi interdiu ſomnus accedit: ex quo tamen peior eſt qui inter quartam horam & noctem eſt quàm qui matutino tempore ad quartam. Peſſimum tamen eſt ſi ſomnus neque noctu neque interdiu accedit. id enim fere ſine continuo dolore eſſe non poteſt: æquè verò ſignum malum eſt, etiam ſomno vltra debitum vrgeri,peiúſque,quo magis ſe ſopor interdiu noctúque continuat. Mali etiam morbi teſtimonium eſt,vehemēter & crebrò ſpirare, à ſexto die cœpiſſe inhorreſcere,pus expuere,vix excreare, dolorem habere continuum,difficulter ferre morbum, iactare brachia & crura,ſine voluntate lacrymare,habere humorem glutinoſum dentibus inhærentē, cutē circa vmbilicū & pubē macrā,præcordia inflāmata,dolētia, dura, tumida, intenta:magíſque ſi hæc dextra parte quàm ſiniſtra ſunt. periculoſiſſimum tamē eſt ſi venæ quoque ibi vehemēter agitantur. Mali etiam morbi ſignum eſt,nimis celeriter emacreſcere,caput & pedes manúſque calidas habere, ventre & lateribus frigentibus,aut frigidas extremas partes,acuto morbo vrgēte,aut poſt ſudorem inhorreſcere, aut poſt vomitum ſingultum eſſe, vel rubere oculos, aut poſt cupiditatem cibi, póſtve longas febres hunc faſtidire,aut multum ſudare,maximéque frigido ſudore, aut habere ſudores non per totum corpus æquales, quiq; febrem non finiant,& eas febres quæ quotidie tempore eodem reuertantur, quæ've ſemper pares acceſſiones habeāt,neque tertio quoque die leuentur, quæve cōtinuēt, vel per acceſſiones increſcant, per diſceſſiones tantùm molliantur,nec vnquam integrum corpus dimittant. Peſſimum eſt ſi ne leuatur quidem febris,ſed æquè concitata continuat. Periculoſum eſt etiam poſt arquatū morbū febrē oriri,vtique ſi præcordia dextra parte dura mānſerūt,ac dolētibus his læua. Nulla acuta febris leuiter terrere eos debet: neque vnquā in acuta febre, vt à ſomno, nō eſt terribilis neruorū diſtētio. Timere etiā ex ſomno, mali morbi eſt: itémque in prima febre protinus mētem eſſe turbatam,membrúmve aliquod eſſe reſolutū. Ex quo caſu quanuis vita redditur, tamen id fere membrum debilitatur:vomitus etiā periculoſus eſt ſinceræ piuitæ vel

A bilis,peiórque ſi viridis aut niger eſt. At mala vrina eſt in qua ſubſidunt ſubrubra aut liuida: deterior in qua quaſi fila quædam tenuia atque alba:peſſima ex his,ſi tanquam ex furfuribus factas nubeculas repræſentat: diluta quoq; atque alba,vitioſa eſt, ſed in phreniticis maximé. Aluus autem mala eſt ex toto ſuppreſſa: periculoſa etiā quæ inter febres fluens conquieſcere hominem in cubili non patitur,vtique ſi quod deſcēdit,eſt perliquidum,aut albidum,aut pallidum, aut ſpumans. Præter hæc periculum oſtendit id quod excernitur, ſi eſt exiguum, glutinoſum,
B læue,album,idémque ſubpallidum:vel,ſi eſt aut liuidum, aut bilioſum,aut cruentum, aut peioris odoris quàm ex conſuetudine. Malum eſt etiam quod poſt longas febres ſincerum eſt.

DE SIGNIS LONGI MORBI, Cap. V.

POST hæc indicia notū eſt lōgum morbū fieri: ſic enim neceſſe eſt, niſi occidit. Neque vlla alia ſpes in malis magnis eſt quàm vt impetum morbi trahendo aliquis effugiat,porrigatúrque in id tempus quod curationi
C locum præſtet. Protinus tamē ſigna quædam ſunt ex quibus colligere poſſumus,morbum,etſi non interemerit,lōgius tamen tempus habiturum. Vbi frigidus ſudor inter febres non acutas circa caput tantùm & ceruices oritur, aut vbi febre non quieſcente corpus inſudat,aut vbi corpus modò frigidum,modò calidum eſt, & color alius ex alio fit,aut vbi quod inter febres aliqua parte abſceſſit,ad ſanitatem nō peruenit, aut vbi æger pro ſpatio parum emacreſcit: item ſi vrina modò liquida & pura eſt, modò habet quædā ſubſidētia:ſi læuia atque alba rubráve ſunt:
D quæ in ea ſubſidunt: aut ſi quaſdam quaſi maculas repræſentat,aut ſi bullulas excitat.

DE INDICIIS MORTIS, Cap. VI.

SED inter hæc quidem propoſito metu ſpes tamen ſupereſt. Ad vltima verò iam ventum eſſe teſtantur, nares acutæ,collapſa tempora,oculi cōcaui,frigidæ languidæque aures,& imis partibus leniter verſæ:cutis circa frōtē dura & intēta, color aut niger aut perpallidus: multóque magis ſi ita hæc ſunt vt neque vigilia præceſſerit,ne-
E que ventris reſolutio,neque inedia. Ex quibus cauſis interdū hæc ſpecies oritur,ſed vno die finitur: itaque diutius durans,mortis index eſt. Si verò in morbo vetere iam triduò talis eſt,in propinquo mors eſt: magíſque ſi præter hæc oculi quoque lumen refugiunt & illacrymant,quæque in his alba eſſe debent, rubeſcunt, atque in iiſdem venulæ pallent: pituitáque in his innatans,nouiſſimè angulis inhæreſcit:altérque ex his minor eſt:híque aut vehementer ſubſederunt,aut facti tumidiores ſunt,pérque ſomnum palpebræ non committuntur,ſed inter has ex al-
F bo oculorum aliquid apparet:neque id fluēs aluus expreſſit: eædémque palpebræ pallent, & idem pallor labra & nares decolorat: eadémque labra,& nares,oculíque,& palpebræ,& ſupercilia, aliquáve ex his peruertuntur: íſque propter imbecillitatē iam non audit,aut non videt. Eadē mors denuntiatur, vbi æger ſupinus cubat, eique genua contracta ſunt, vbi deorſum ad pedes ſubinde delabitur, vbi brachia & crura nudat,& inæquabiliter diſpergit,neque his calor ſubeſt: vbi hiat, vbi aſſiduè dormit: vbi is qui mentis ſuæ non eſt,neque id facere ſanus ſolet,denti-
G bus ſtridet,vbi vlcus quod aut antè aut in ipſo morbo natum eſt,aridum,& aut pallidum aut liuidum factum eſt. Illa quoque mortis indicia ſunt, vngues digitíque pallidi,frigidus ſpiritus:aut ſi manibus quis in febre & acuto morbo,vel inſania,pulmoníſve dolore vel capitis, in veſte floccos legit,fimbriáſve diducit,vel in adiūcto pariete ſiqua minuta eminent,carpit. Dolores etiam circa coxas & inferiores partes orti,ſi ad viſcera tranſierunt,ſubitóque deſierunt,mortem ſubeſſe teſtantur,magíſque ſi alia quoque ſigna acceſſerunt. Neque is ſeruari poteſt qui
H ſine vllo tremore febricitans,ſubitò ſtrāgulatur, aut deuorare ſaliuam ſuam non poteſt, cuíve in eodem febris corporíſque habitu ceruix conuertitur,ſic vt deuorare æquè nihil poſſit: aut cui ſimul & continua febris & vltima corporis infirmitas eſt, aut cui febre non quie-

ſcente exterior pars friget, interior ſic calet vt etiam ſi-
tim faciat:aut qui febre æquè non quieſcente,ſimul & de
lirio & ſpirandi difficultate vexatur: aut qui epoto vera-
tro exceptus diſtentione neruorum eſt:aut qui ebrius ob-
mutuit.Is enim febre,adiecta neruorum diſtentione,con
ſumitur,niſi aut febris acceſſit,aut eo tempore quo ebrie
tas ſolui debet,loqui cœpit.Mulier quoque grauida acuto
morbo facilè conſumitur, & is cui ſomnus dolorem au-
get,& cui protinus in recenti morbo bilis atra vel infrà
vel ſuprà ſe oſtēdit, cuive alterutrum modò ſe prompſit,
quum iam longo morbo corpus eius eſſet extenuatum &
affectum:ſputum etiam bilioſum & purulentum, ſiue ſe-
paratim iſta,ſiue mixta proueniunt, interitus periculum
oſtēdunt. Ac ſi circa ſeptimum diem tale eſſe cœpit,pro-
ximum eſt vt is circa quartumdecimum diem decedat,
niſi alia ſigna meliora peioráve acceſſerint: quæ quo læ-
uiora grauioráve ſubſequuta ſunt,eo vel ſeriorem mortē
vel maturiorem denuntiant. Sudor quoque frigidus in
acuta febre peſtiferus eſt,atque in omni morbo vomitus
qui varius & multorum colorum eſt,præcipuéque ſi ma-
lus in hoc odor eſt. Ac ſanguinem quoque in febre vo-
muiſſe,peſtiferū eſt. Vrina verò rubra & tenuis in magna
cruditate eſſe conſueuit,& ſæpe, antequam ſpatio matu-
reſcat,hominem rapit.Itaque ſi talis diutius permanet,pe
riculum mortis oſtendit.Peſſima tamen eſt præcipuéque
mortifera,nigra,craſſa,mali odoris: atque in viris quidē,
& mulieribus talis deterrima eſt: in pueris verò, quæ te-
nuis & diluta eſt. Aluus quoque varia peſtifera eſt, quæ
ſtrigmētū, ſanguinē,bilem viridem,aliquid modò diuer
ſis tēporibꝰ,modò ſimul & in mixtura quadā,diſcreta ta-
mē,repræſentat.Sed hæc quidē poteſt paulo diutiꝰ trahe-
re. In præcipiti verò iā eſſe denūciat,quæ liquida, eadém
que vel nigra, vel pallida, vel pinguis eſt, vtique ſi ma-
gna fœditas odoris acceſſit. Illud interrogari me poſſe
ab aliquo ſcio,ſi certa futuræ mortis indicia ſunt,quomo
do interdū deſerti à medicis conualeſcant, quoſdámque
fama prodiderit in ipſis funeribus reuixiſſe. Quinetiam
vir iure magni nominis Democritus, ne finitæ quidem
vitæ ſatis certas notas eſſe propoſuit quibus medici cre-
didiſſent:adeò illud non reliquit vt certa aliqua ſigna fu-
turæ mortis eſſent. Aduerſus quos ne illud quidem dicā,
quòd in vicino ſæpe quædam notæ poſitæ non bonos ſed
imperitos medicos decipiunt: quod Aſclepiades funeri
obuius intellexit, eum viuere qui efferebatur, ne proti-
nus crimen artis eſſet,ſiquod profeſſoris ſit. Illa tamen
moderatius ſubiiciam,coniecturalem artem eſſe medici
nam,rationémque cōiecturæ talem eſſe, vt quum ſæpius
aliquando reſponderit,interdum tamen fallat nos.Siquid
itaque vix in milleſimo corpore aliquando decipit, id
notam non habet,quum per innumerabiles homines reſ-
pondeat,idque non in iis tantùm quæ peſtifera ſunt dico
ſed in iis quoque quæ ſalutaria. Siquidem etiam ſpes in-
terdum fruſtratur, & moritūr aliquis de quo medicus ſe-
curus primò fuit:quæque medēdi cauſa reperta ſunt, nō-
nunquam in peius aliquid conuertunt. Neque id euitare
humana imbecillitas in tanta varietate corporum poteſt.
Sed eſt tamen medicinæ fides, quæ multo ſæpius pérque
multo plures ægros prodeſt. Neque tamē ignorare opor-
tet,in acutis morbis fallaces magis notas eſſe & ſalutis &
mortis.

DE NOTIS QVAS ALIQVIS IN ſingulis morborum generibus habere poſſit, Cap. VII.

SED quū propoſuerim ſigna quæ in omni aduerſa va
letudine cōmunia eſſe conſueuerūt, ea quoque tranſ-
ibo, vt quas aliquis in ſingulis morborum generibus ha-
bere poſſit notas,indicem. Quædam autem ſunt quæ an-
te febres,quædam quæ inter eas,quid aut intus ſit,aut vē-
turum ſit,oſtendunt. Ante febres,ſi caput graue eſt,aut ex
ſomno oculi caligant,aut frequentia ſternutamenta ſunt,
circa caput aliquis pituitæ impetus timeri poteſt. Si ſan-
guis aut calor abundat,proximum eſt vt aliqua parte pro
fluuium ſanguinis fiat.Si ſine cauſa quis emacreſcit, ne in
malum habitum corpus eius recidat metus eſt.Si præcor
dia dolent,aut inflammatio grauis eſt, aut non toto die

A concocta fertur vrina, cruditatem eſſe manifeſtum eſt.
Quibus diu color ſine morbo regio malus eſt, hi vel ca-
pitis doloribus cōflictātur,vel terram edunt. Qui diu ha-
bent faciem pallidam & tumidam,aut capite,aut viſceri-
bus,aut aluo laborant. Si in continua febre puero venter
nihil reddit, mutatúrque ei color, nec ſomnus accedit,
plorátque is aſſiduè, metuenda neruorum diſtentio eſt.
Frequens autem deſtillatio in corpore tenui, longóque,
tabem timendam eſſe teſtatur. Vbi pluribus diebus non
deſcēdit aluus,docet aut ſubitam deiectionem,aut febri-
B culam inſtare. Vbi pedes turgent,longæ deiectiones ſunt.
Vbi dolor in imo ventre & in coxis eſt,aqua inter cutē in
ſtat: ſed hoc morbi genus ab ilibus oriri ſolet. Idem pro-
poſitum periculum eſt iis quibus voluntas deſidendi eſt,
venter nihil reddit niſi & ægrè & durum, tumor in pedi
bus eſt: idémq; modò dextra,modò ſiniſtra parte vētris
inuicem oritur,atque finitur.ſed à iecinore id malū pro-
ficiſci videtur. Eiuſdem morbi nota eſt vbi circa vmbili-
cum inteſtina torquentur,(στρόφοι Græci nominant)coxæ-
que dolores manent,eáque neque tempore neque reme-
C diis ſoluuntur. Dolor autem articulorum, prout in pedi-
bus, manibúſve, aut alia qualibet parte ſic eſt vt eo loco
nerui contrahantur,aut ſi id membrum ex leui cauſa fa-
tigatum, æquè frigido calidóque offenditur, ποδάγραν
χειράγρανve, vel eius articuli in quo id ſentitur, morbum
futurum eſſe denuntiat. Quibus in pueritia ſanguis ex
naribus fluxit,dein fluere deſiit, hi vel capitis doloribus
conflictentur neceſſe eſt,vel in articulis aliquas exulcera-
tiones graues habeant,vel aliquo morbo etiam debiliten-
tur. Quibus fœminis menſtrua non proueniunt,neceſſe
D eſt capitis acerbiſſimi dolores ſint,vel quælibet alia pars
morbo infeſtetur. Eadémque iis pericula ſunt quibus ar
ticulorū vitia,dolores,tumoréſq;,ſine podagra ſimilibúſ
que morbis,oriūtur & deſinūt: vtique ſi ſæpe tēpora iiſ-
dem dolent, noctúque corpora inſudant, frons prurit,
lippitudinis metus eſt. Si mulier à partu vehementes do-
lores habet,neq; alia præterea ſigna mala ſunt,circa vice-
ſimum diem aut ſanguis per nares erumpet,aut in infe
rioribus partibus aliquid abſcedet. Quicunque etiam do-
lorem ingentem circa tempora & frontem habebit,is al-
E terutra ratione eū finiet:magíſque,ſi iuuenis erit, per ſan-
guinis profuſionem:ſi ſenior, per ſuppurationem. Febris
autem quæ ſubitò ſine ratione,ſine bonis ſignis finita eſt,
fere reuertitur. Cui fauces ſanguine & interdiu & noctu
replentur,ſic vt neque capitis dolores, neque præcordio-
rum,neque tuſſis,neque vomitus,neque febricula præceſ
ſerit, huius aut in naribus,aut in faucibus vlcus reperie-
tur. Si mulieri ex inguine febricula orta eſt,neque cauſa
apparet,vlcus in vulua eſt. Vrina autē craſſa ex qua quod
deſidet album eſt,ſignificat circa articulos aut circa viſce
F ra dolorem metúmque morbi eſſe: eadem viridis aut
viſcerum dolorem tumorémque cum aliquo periculo
ſubeſſe,aut certè corpus integrum non eſſe teſtatur. At ſi
ſanguis aut pus in vrina eſt,vel veſica vel renes exulcerati
ſunt. Si hæc craſſa caruunculas quaſdam exiguas quaſi ca-
pillos habet,aut ſi bullat, & malè olet, & interdum quaſi
arenam,interdum quaſi ſanguinem trahit, dolent autem
coxæ,quæque inter has ſupérque pubem ſunt, & accedūt
frequentes ructus,interdum vomitus bilioſus,extremæq;
partes frigeſcunt,vrinæ crebra cupiditas,ſed magna diffi
G cultas eſt,& quod inde excretum eſt,aquæ ſimile, vel ru-
fum vel pallidum eſt, paulum tamen in eo leuamenti
eſt,aluus verò cum multo ſpiritu redditur, vtique in reni-
bus vitiū eſt. At ſi paulatim deſtillat,vel ſi ſanguis per hāc
editur,& in eo quædā cruēta concreta ſunt, ídque ipſum
cum difficultate redditur,& circa pubem inferiores par-
tes dolent, in eadem veſica vitium eſt. Calculoſi verò
his indiciis cognoſcūtur: Difficulter vrina redditur,pau-
latímque interdum etiam ſine voluntate deſtillat: eadem
arenoſa eſt,nonnunquam aut ſanguis, aut cruentum aut
H purulentum aliquid cum ea excernitur: eámque quidam
promptius recti,quidā reſupinati,maximéque ii qui grā-
des calculos habēt,quidam etiam inclinati, reddunt,co-
lémque extēdēdo,dolorē leuāt. Grauitatis quoque cuiuſ-
dam in ea parte ſenſus eſt: atque ea curſu omnique motu

augentur.Quidā etiamquum torquentur, pedes inter ſe
ſubinde mutatis vicibus implicāt.Fœminæ vero oras na
turaliū ſuorū manibus admotis ſcabere crebrò cogūtur.
Nōnūquā ſi digitū admouerūt,vbi veſicæ ceruicē is vr-
get,calculum ſentiunt.At qui ſpumantem ſanguinem ex-
creant, iis in pulmone vitium eſt. Mulieri grauidæ ſine
modo fuſa aluus elidere partum poteſt: eidem ſi lac ex
mammis profluit, imbecillum eſt quod intus gerit: du-
ræ mammæ ſanum illud eſſe teſtantur. Frequens ſingul-
tus, & præter conſuetudinem continuus, iecur inflam-
matum eſſe ſignificat. Si tumores ſuper vlcera ſubitò eſ-
ſe deſierunt, idque à tergo incidit, vel diſtentio neruo-
rum vel rigor timeri poteſt: at ſi à priore parte id euenit,
vel lateris acutus dolor, vel inſania expectanda eſt. Inter-
dum etiam huiuſmodi caſum, quæ tutiſſima inter hæc
eſt, profuſio alui ſequitur. Si ora venarum, ſanguinem
ſolita fundere,ſubitò ſuppreſſa ſunt, aut aqua inter cutem
aut tabes ſequitur. Eadem tabes ſubit ſi in lateris dolo-
re orta ſuppuratio, intra quadraginta dies purgari non
potuit. At ſi longa triſtitia cum longo timore & vigilia
eſt,atræ bilis morbus ſubeſt. Quibus ſæpe ex naribus fluit
ſanguis, iis vt lien tumet, aut capitis dolores ſunt, quos
ſequitur,aut quædam ante oculos tanquam imagines ob-
uerſentur.At quibus magni lienes ſunt, his gingiuæ ma-
læ ſunt, & os olet, aut ſanguis aliqua parte prorumpit.
Quorum ſi nihil euenit, neceſſe eſt in cruribus mala vl-
cera, & ex his nigræ cicatrices fiant. Quibus cauſa dolo-
ris, neque ſenſus eius eſt, his mens labat. Si in ventrem
ſanguis confluxit, ibi in pus vertitur. Si à coxis & ab in-
ferioribus partibus dolor in pectus tranſit, neque vllum
ſignum malum acceſſit, ſuppurationis eo loco pericu-
lum eſt. Quibus ſine febre aliqua ex parte dolor aut pru-
rigo cum rubore aut calore eſt, ibi aliquid ſuppurat. V-
rina quoque quæ in homine ſano parum liquida eſt, cir-
ca aures futuram aliquam ſuppurationem eſſe denun-
tiat. Hæc verò cum ſine febre quoque vel latentium vel
futurarum rerum notas habeant, multo certiora ſunt v-
bi febris acceſſit, atque etiam aliorum morborum tum
ſigna naſcuntur. Ergo protinus inſania timenda eſt vbi
expeditior alicuius quàm ſani fuit; ſermo eſt, ſubitáque
loquacitas orta eſt,& hæc ipſa ſolito audacior: aut vbi ra-
rò quis & vehementer ſpirat, venáſque concitatas habet,
præcordiis duris & tumentibus. Oculorum quoque fre-
quens motus, & in capitis dolore offuſæ oculis tenebræ,
vel nullo dolore ſubſtante ſomnus ereptus, continuatá-
que nocte & die vigilia, vel proſtratum contra conſue-
tudinem corpus in ventrem, ſic vt ipſius alui dolor id
non coegerit,item robuſto adhuc corpore inſolitus den-
tium ſtridor,inſaniæ ſigna ſunt. Siquid etiam abſceſſit,
& antequam ſuppuraret, manente adhuc corpore inſoli-
ta febre ſubſedit,periculum affert primum furoris, dein-
de interitus.Auris quoque dolor acutus,cum febre conti-
nua vehementique,ſæpe mentem turbat,& ex eo caſu iu-
niores interdum intra ſeptimum diem moriuntur,ſenio-
res tardius: quoniam neque æquè magnas febres expe-
riuntur,neque æquè inſaniunt: ita ſuſtinent, dum is affe-
ctus intus verſatur. Suffuſæ quoque ſanguine mulieris
mammæ, furorem venturum eſſe teſtantur. Quibus au-
tem longæ febres ſunt, his abſceſſus aliqui, aut articulo-
rum dolores erunt. Quorum faucibus in febre eliditur
ſpiritus,inſtat his neruorum diſtentio.Si angina ſubitò fi-
nita eſt,in pulmonem id malum tranſit, idque ſæpe intra
ſeptimum diem occidit: quod niſi incidat, ſequitur vt a-
liqua parte ſuppuret: deinde poſt alui longam reſolutio-
nem,tormina:poſt hæc inteſtinorum læuitas oritur: poſt
nimias deſtillationes,tabes: poſt lateris dolores,vitia pul-
monum, poſt hæc, inſania: poſt magnos feruores corpo-
ris, neruorum rigor aut diſtentio. Vbi caput vulneratum
eſt,delirium: vbi vigilia torſit, neruorum diſtentio: vbi
vehementer venæ ſupra vlcera mouentur,ſanguinis pro-
fluuium erit.Suppuratio verò pluribus morbis excitatur.
Nam ſi longæ febres ſine dolore, ſine manifeſta cauſa re-
manēt,in aliquam partem id malum incumbit,in iunio-
ribus tantùm:in ſenioribus ex eiuſmodi morbo quartana
fere naſcitur. Eadem ſuppuratio fit ſi præcodia dura do-

A lentia ante viceſimum diem hominem non ſuſtulerunt,
neque ſanguis ex naribus fluxit, maximéque in adoleſcē-
tibus: vtique ſi inter principia aut oculorū caligo, aut ca-
pitis dolores fuerunt, ſed quum in inferioribus partibus
aliquid abſcedit.At ſi præcordia tumorē mollem habent,
neque habere intra ſexaginta dies deſinūt, hærétque per
omne id tempus febris, tum in ſuperioribus partibus fit
abſceſſus:ac,ſi inter ipſa vlcera nō fluit, circa aures erum-
pit. Quúmque omnis lōgus tumor ad ſuppurationem fe-
B re ſpectet, magis eò tendit is qui in præcordiis quàm is
qui infrà eſt. Si laſſitudinis etiā ſenſus in febre eſt, vel in
maxillis,vel in articulis aliquid abſcedit.Interdū quoque
vrina tenuis & cruda, ſic diu fertur vt alia ſalutaria ſigna
ſint, éxque eo caſu plerunque infra tranſuerſum ſeptum
(quod διάφραγμα Græci vocāt) fit abſceſſus. Dolor autem
pulmonis, ſi neque per ſputa, neque per cucurbitulas,ne-
que per ſanguinis detractionem, neque per victus ratio-
nem finitus eſt, vomicas aliquas interdū excitat,aut circa
viceſimum diem,aut circa quadrageſimū,nonnunquam
C etiam circa ſexageſimū. Numerabimus autem ab eo die
quo primùm febricitauit aliquis,aut inhorruit,aut graui-
tatem eius partis ſenſit. Sed hæ vomicæ modò à pulmo-
ne,modò à contraria parte naſcuntur. Quod ſuppurat ab
ea parte quam afficit,dolorem inflammationémque con-
citat,ipſum calidius eſt:& ſi in partem ſuam aliquis decu-
buit,onerare eam ex pondere aliquo videtur. Omnis etiā
ſuppuratio quæ nondum oculis patet, ſic deprehendi po-
teſt:Si febris non dimittit, eáque interdiu leuior eſt, no-
ctu increſcit,multus ſudor oritur, cupiditas tuſſiendi eſt,
D & penè nihil in tuſſi excreatur, oculi caui ſunt, malæ ru-
bent,venæ ſub lingua inalbeſcūt,in manibus fiunt adun-
ci vngues,digiti, maximéque ſummi pallent, in pedibus
tumores ſunt, ſpiritus difficilius trahitur, cibi faſtidium
eſt,puſtulæ toto corpore oriuntur.Quòd ſi protinus initio
dolor & tuſſis fuit,& ſpiritus difficultas, vomica vel ante
vel circa viceſimum diem erumpet. Si ſerius iſta cœpe-
rint,neceſſe eſt quidem increſcāt, ſed quo minus citò af-
fecerint,eo tardius ſoluentur.Solent etiam in graui mor-
bo pedes cum digitis vnguibúſque nigreſcere. Quòd ſi
E non eſt mors conſequuta,& reliquum corpus inualuit,pe-
des tamen decidunt.

QVAE NOTAE IN QVOQVE MORBI GE- nere, vel ſpem, vel pericula oſtendant, Cap. VIII.

SEquitur vt in quoque morbi genere proprias notas ex-
plicem quæ vel ſpem vel periculum oſtendāt.Ex veſi-
ca dolente,ſi purulēta vrina proceſſit,inque ea leue & al-
bum ſubſedit,metū detrahit: in pulmonis morbo, ſi ſpu-
to ipſe leuatur dolor,quanuis id purulentum eſt,tamen æ-
F ger facilè ſpirat,facilè excreat, morbum ipſum non diffi-
culter fert,poteſt ei ſecunda valetudo contingere.Neque
inter initia terreri conuenit,ſi protinus ſputū miſtum eſt
rufo quodam & ſanguine,dummodo ſtatim edatur.Late-
rum dolores ſuppuratione facta, deinde intra quadrage-
ſimum diem purgata finiūtur. Si in iocinore vomica eſt,
& ex ea fertur pus purū & album, ſalus ei facilis: Id enim
malum in tunica eſt. Ex ſuppurationibus verò hæ tolera-
biles ſunt quæ in exteriorem partem ferūtur & acuūntur:
& ex his quæ intus procedunt, hæ læuiores quæ contra ſe
G cutē non afficiunt,eámque & ſine dolore eſſe,& eiuſdem
coloris cuius reliquæ partes ſunt, ſinunt eſſe. Pus quoque
quacunque parte erumpit, ſi eſt leue, album & vnius co-
loris, ſine vllo metu eſt,& quo effuſo, febris protinus cō-
quieuit, deſierúntque vrgere cibi faſtidium, & potionis
deſiderium: ſiquando etiam ſuppuratio deſcendit in
crura, ſputúmque eiuſdem factum pro rufo purulen-
tum eſt, periculi minus eſt. At in tabe eius qui ſaluus
futurus eſt, ſputum eſſe debet album, æquale totum, e-
iuſdémque coloris, ſine pituita, eíque etiam ſimile eſſe
H oportet ſiquid in nares à capite deſtillat. Lōgè optimum
eſt febrem omnino non eſſe: ſecundum eſt, tantulum
eſſe vt neque cibum impediat, neque crebram ſitim fa-
ciat.Aluus in hac valetudine ea tuta eſt quæ quotidie coa-
cta,eáque cōuenientia his quæ aſſumūtur,reddit.Corpus
id quod minimè tenue, maximéque lati pectoris atque

BBb.i.

ſetoſi eſt, cuiúſque cartilago exigua & carnoſa eſt. Super tabem ſi mulieri quoque ſuppreſſa mẽſtrua fuerũt,& circa pectus atque ſcapulas dolor manſit, ſubitóque ſanguis erupit,leuari morbus ſolet. Nam & tuſſis minuitur, & ſitis atque febriculæ deſinunt. Sed iiſdem fere niſi redit ſanguis,vomica erumpit,quæ quo cruẽtior,eo melior eſt. Aqua autem inter cutem minimè terribilis eſt quæ nullo antecedente morbo cœpit, deinde quæ longo morbo ſuperuenit. Vtique ſi firma viſcera ſunt, ſi ſpiritus facilis, ſi nullus dolor, ſi ſine calore corpus eſt, æqualitérque in extremis partibus macrũ eſt,ſi venter mollis, ſi nulla tuſſis,nulla ſitis, ſi lingua ne per ſomnum quidem inareſcit, ſi cibi cupiditas eſt, ſi venter medicamentis mouetur, ſi per ſe excernit mollia,& figurata,ſi extenuatur,ſi vrina & vini mutatione & epotis aliquibus medicamentis mutatur: ſi corpus ſine laſſitudine eſt, & morbum facilè ſuſtinet.Siquidem in quo omnia hæc ſunt,is ex toto tutus eſt: in quo plura ex his ſunt, is in bona ſpe eſt. Articulorum verò vitia,vt podagræ chiragræque,ſi iuuenes tentarunt, neque callum induxerunt ſolui poſſunt, maximéque torminibus leniuntur, & ex quocunque modo venter fluit. Item morbus comitialis ante pubertatem ortus non ægrè finitur: & in quo ab vna parte corporis,venientis acceſſionis ſenſus incipit, optimum eſt à manibus pedibúſve initium fieri,deinde à lateribus: peſſimũ inter hæc,à capite.Atque in his quoque ea maximè proſunt quæ per deiectiones excernuntur.Ipſa autem deiectio ſine vlla noxa eſt quæ ſine febre eſt,ſi celeriter deſinit,ſi contracto ventre nullus motus eius ſentitur,ſi extremam aluum ſpiritus ſequitur. Acria tormina quidem periculoſa non ſunt ſi ſanguis & ſtrigmenta deſcendunt,dum febris cæteræque acceſſiones huius morbi abſint, adeo vt etiam grauida mulier non ſolùm reſeruari poſſit, ſed etiam partum reſeruare. Prodéſtque in hoc morbo, ſi iam ætate aliquis proceſſit. Contrà inteſtinorum læuitas facilius à teneris ætatibus depellitur,vtique ſi fieri vrina & ali cibo corpus incipit. Eadem ætas prodeſt & in coxæ dolore, & humerorum,& in omni reſolutione neruorũ. Ex quibus coxa, ſi ſine torpore eſt, ſi leuiter friget,quanuis magnos dolores habet, tamen & facilè & maturè ſanatur, reſolutúmque membrum, ſi nihilominus aliter fieri ſanum poteſt: oris reſolutio etiam aluo cita finitur: omniſque deiectio lippienti prodeſt. At varix ortus, vel per ora venarum ſubita profuſio ſanguinis, vel tormina, inſaniam tollunt. Humerorum dolores qui ad ſcapulas vel manus tendunt, vomitu atræ bilis ſoluuntur: & quiſquis dolor deorſum tendit ſanabilior eſt.Singultus ſternutamento finitur. Lõgas deiectiones ſupprimit vomitus. Mulier ſanguinem vomens profuſis menſtruis liberatur. Quæ mẽſtruis non purgatur, ſi ſanguinem ex naribus fudit, omni periculo vacat. Quæ locis laborat,aut difficulter partum edit, ſternutamento leuatur. Æſtiua quartana fere breuis eſt: cui calor & tremor eſt,ſaluti delirium eſt. Lienoſis bona tormina ſunt:denique ipſa febris (quod maximè mirum videri poteſt) ſæpe præſidio eſt. nam & præcordiorum dolores,ſi ſine inflammatione ſunt, finit,& in iocinoris dolore ſuccurrit, & neruorum diſtentionem rigorémque (ſi poſtea cœpit) ex toto tollit: & ex difficultate vrinæ morbum tenuioris inteſtini ortum, ſi vrinam per calorem mouet,leuat. At dolores capitis quibus oculorum caligo & rubor cum quadam frontis prurigine accedunt, ſanguinis profuſione vel fortuita vel etiam petita ſummouentur.Si capitis ac frontis dolores ex vento, vel frigore, aut æſtu ſunt, grauedine & ſternutamentis finiuntur. Febrem autem ardentem (quam Græci καυσώδη vocant) ſubitus horror exoluit. Si in febre aures obtuſæ ſunt, ſi ſanguis è naribus fluxit,aut venter reſolutus eſt,illud malum deſinit ex toto. Nihil plus aduerſus ſurditatem quàm biliosa aluus poteſt. Quibus in fiſtula vrinæ,vti minuti abſceſſus(quos φύματα Græci vocant)eſſe cœperunt,iis, vbi pus ea parte profluxit, ſanitas redditur. Ex quibus quum pleraque per ſe proueniant, ſcire licet, inter ea quoque quæ ars adhibet, naturam plurimum poſſe. Contrà, ſi caput febre continenti dolet, neque quicquam reddit,malum atque mortiferum eſt: maximéque id periculum eſt

A pueris à ſeptimo anno ad quartumdecimum. In pulmonis morbo ſi ſputum primis diebus non fuit,deinde à ſeptimo die cœpit, & vltra ſeptimum manſit, periculoſum eſt: quantóque magis miſtos,neque inter ſe diductos calores habet,tanto deterius:& tamen nihil peius eſt quàm ſincerum id edi, ſiue rufum eſt, ſiue cruentum, ſiue album, ſiue glutinoſum, ſiue pallidum, ſiue ſpumans: nigrum tamen peſſimum eſt. In eodem morbo periculoſa ſunt,tuſſis,deſtillatio: etiam (quod aliâs ſalutare habetur)ſternutamẽtũ:periculoſiſſimúmque eſt, ſi hæc ſequuta

B ſubita deiectio eſt. Fere verò quæ in pulmonis, eadem in lateris doloribus, & mitiora ſigna & aſperiora eſſe cõſueuerunt. Ex iocinore ſi pus cruentum exit,mortiferum eſt.At ex ſuppurationibus eæ peſſimæ ſunt quæ intus tendunt,ſic vt exteriorem quoque cutem decolorent. Ex iis deinde quæ in exteriorem partem prorumpũt, quæ maximæ,quæque planiſſimæ ſunt.Quòd ſi ne rupta quidem vomica, vel pure extrinſecus emiſſo,febris quieuit, aut quanuis quieuerit, tamen repetit: item ſi ſitis eſt, ſi cibi faſtidium, ſi venter liquidus, ſi pus eſt liuidum & palli-

C dum, ſi nihil æger excreat niſi pituitam ſpumantem, periculum certum eſt. Atque ex his quidem ſuppurationibus quas pulmonum morbi concitarunt, fere ſenes moriuntur,ex cæteris iuniores. At in tabe ſputum mixtum purulentum, febris aſſidua quæ & cibi tempora eripit, & ſiti affligit, in corpore tenui periculum ſubeſſe teſtatur. Siquis etiam in eo morbo diutius traxit, vbi capilli fluunt, vbi vrina quædam araneis ſimilia ſubſidentia oſtendit,atque in his odor fœdus eſt,maximéque vbi poſt hæc orta deiectio eſt, protinus moritur: vtique ſi tem-

D pus autumni eſt, quo fere qui cætera parte anni traxerunt, reſoluuntur. Item pus expuiſſe in hoc morbo, deinde ex toto ſpuere deſiſſe, mortiferum eſt. Solent etiam in adoleſcentibus ex eo morbo vomicæ fiſtulæque oriri, quæ non facilè ſaneſcunt, niſi ſi multa ſigna bonæ valetudinis ſubſequuta ſunt. Ex reliquis verò minimè facilè ſanantur virgines, aut eæ mulieres quibus ſuper tabem menſtrua ſuppreſſa ſunt. Cui verò ſano ſubitus dolor capitis ortus eſt,dein ſomnus oppreſſit, ſic vt ſtertat,neque expergiſcatur, intra ſeptimum diem pereundum eſt:ma-

E gis ſi eum aluus cita non anteceſſerit. ſi palpebræ dormientis non coeunt, ſi album oculorum apparet: quos tamen ita mors ſequitur ſi id malum non eſt febre diſcuſſum. At aqua inter cutem, ſi ex acuto morbo cœpit, ad ſanitatem rarò perducitur: vtique ſi contraria iis quæ ſuprà poſita ſunt ſubſequuntur, æquè in ea quoque tuſſis ſpem tollit: item ſi ſanguis ſurſum deorſúmque erupit, & aqua medium corpus impleuit. Quibuſdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde deſinunt, deinde rurſus aſſurgunt. Hi quidem tutiores ſunt quàm

F qui ſuprà comprehenſi ſunt, ſi attenduntur: ſed fere fiducia ſecundæ valetudinis opprimuntur. Illud iure aliquis mirabitur, quomodo quædam ſimul & affligant noſtra corpora, & parte aliqua tueantur: nam ſiue aqua inter cutem quem impleuit,ſiue in magno abſceſſu multum puris coiit, ſimul id omne effudiſſe,æquè mortiferum eſt ac ſiquis ſani corporis vulnere factus exanguis eſt. Articuli verò qui ſic dolent vt ſuper eos ex callo quædam tubercula innata ſint, nunquam liberantur: quæque eorum vitia vel in ſenectute cœperunt, vel in

G ſenectutem ab adoleſcentia peruenerunt, vt aliquando leniri poſſunt, ſic nunquam ex toto finiuntur. Morbus quoque comitialis poſt annum quintum & viceſimum ortus,ægrè curatur: multóque ægrius is qui poſt quadrageſimum annum cœpit: adeò vt in ea ætate aliquid in natura ſpei, vix quicquam in medicina ſit. In eodẽ morbo ſi ſimul totum corpus afficitur, neque antè in partibus aliquis venientis mali ſenſus eſt,ſed homo ex improuiſo concidit, cuiuſcunque is ætatis eſt, vix ſaneſcit. Si verò aut mens læſa eſt, aut neruorum facta reſolutio,me-

H dicinæ locus non eſt. Deiectionibus quoque ſi febris acceſſit, ſi inflammatio iocinoris, aut præcordiorum, aut ventris, ſi immodica ſitis, ſi longius tempus, ſi aluus varia, ſi cum dolore eſt,etiam mortis periculum ſubeſt,maximéque ſi inter hæc tormina vetera eſſe cœperũt. Iſque

morbus maximè pueros abſumit vſque ad annum de- A
cimum.Cæteræ ætates facilius ſuſtinent. Mulier quoque
grauida eiuſmodi caſu rapi poteſt,atque etiam ſi ipſa cõ-
ualuit,partum tamen perdit. Quinetiam tormina ab atra
bile orſa mortifera ſunt,aut ſi ſub his extenuato iam cor-
pore ſubitò nigra aluus profluxit, aut inteſtinorũ læuitas.
Periculoſior eſt ſi frequens deiectio eſt: ſi venter omni-
bus horis & cum ſomno, & ſine hoc profluit: ſi ſimiliter
noctu & interdiu: ſi quod excernitur aut crudum eſt aut
nigrum,& præter id etiam leue,& mali odoris ſit: ſi ſitis
vrget,ſi poſt potionem vrina non redditur:(quod euenit B
quia tunc liquor omnis non in veſicã,ſed in inteſtina de-
ſcendit)ſi os exulceratur,ſi rubet facies, & quaſi maculis
quibuſdam colorũ omnium diſtinguitur:ſi vẽter eſt qua-
ſi fermentatus, pinguis atque rugoſus, ſi & cibi cupiditas
non eſt.Inter quæ quũ euidens mors ſit, multo euidẽtior
eſt,ſi iam lõgum quoque id vitium eſt, maximéq; ſi etiã
in corpore ſenili eſt:ſi verò in tenuiore inteſtino morbus
eſt,vomitus,ſingultus, neruorum diſtentio, deliriũ, mala
ſunt. At in morbo arquato durũ fieri iecur pernicioſiſſi-
mũ eſt.Quos lienis malè habet,ſi tormina prehenderunt, C
deinde inuerſa ſunt, vel in aquã inter cutem, vel in inte-
ſtinorũ læuitatem, vix vlla medicina periculo ſubtrahit.
Morbus inteſtini tenuioris, niſi reſolut⁹ eſt,inter ſeptimũ
diem occidit.Mulier ex partu,ſi cum febre vehemẽtibus
etiam & aſſiduis capitis doloribus premitur, in periculo
mortis eſt.Si dolor atque inflammatio eſt in his partibus
quibus viſcera continentur,frequenter ſpirare ſignũ ma-
lum eſt.Si ſine cauſa lõgus dolor capitis eſt, & in ceruices
ac ſcapulas tranſit,rurſuſq; in caput reuertitur,aut à capite
ad ceruices ſcapuláſque peruenit,pernicioſus eſt, niſi vo- D
micã aliquã excitauit,ſic vt pus extuſſiretur, aut niſi ſan-
guis ex aliqua parte prorupit,aut niſi in capite multa pru-
rigo,totóve corpore puſtulæ ortæ ſunt. Æquè magnũ ma-
lum eſt vbi torpor atque prurigo peruagantur, modò per
totum caput,modò in parte, aut ſenſus alicuius ibi quaſi
frigoris eſt,eáque ad ſummã quoque linguam perueniũt.
Et quũ in iiſdẽ abſceſſibus auxiliũ ſit, eo difficilior ſani-
tas eſt,quo minus ſæpe ſub his malis illi ſubſequuntur. In
coxæ verò doloribus ſi vehemens torpor eſt,frigeſcitque
crus & coxa,aluúſque niſi coacta non reddit,idque quod E
excernitur muſcoſum eſt,iámque ætas eius hominis qua-
drageſimum annum exceſſit,is morbus erit longiſſimus,
miniméque annuus,neque finiri poterit niſi aut vere aut
autumno. Difficilis æquè curatio eſt in eadem ætate, vbi
humerorum dolor vel ad manus peruenit,vel ad ſcapulas
tendit,torporémque & dolorem creat,neque bilis vomi-
tu leuatur. Quacũque verò parte corporis membrum ali-
quod reſolutũ eſt,ſi neque mouetur & emacreſcit, in pri-
ſtinum habitum non reuertitur, eóque minus quo vetu-
ſtius id vitium eſt,& quo magis in corpore ſenili eſt.Om- F
níque reſolutioni neruorum ad medicinã non idonea tẽ-
pora ſunt hyems & autumnus: aliquid ſperari poteſt vere
& æſtate. Iſque morbus mediocris vix ſanatur, vehemens
ſanari non poteſt.Omnis etiã dolor minus medicinæ pa-
tet qui ſurſum procedit.Mulieri grauidæ,ſi ſubitò mam-
mæ emacruerunt,abortus periculũ eſt.Quæ neque pepe-
rit neque grauida eſt,ſi lac habet,à menſtruis defecta eſt.
Quartana æſtiua breuis:autumnalis,fere longa eſt, maxi-
méque quæ cœpit hyeme appropinquãte. Si ſanguis pro-
fluxit, deinde ſequuta eſt dementia cum diſtentione ner- G
uorum, periculum mortis eſt: itémque ſi medicamentis
purgatum, & adhuc inanem neruorum diſtentio oppreſ-
ſit,aut ſi in magno dolore extremæ partes frigent.Neque
is ad vitam redit qui ex ſuſpendio, ſpumante ore detra-
ctus eſt. Aluus nigra,ſanguini atro ſimilis, repentina, ſiue
cum febre,ſiue etiam ſine hac,pernicioſa eſt.

DE MORBORVM CVRATIONIBVS, Cap. IX.

COgnitis indiciis quæ nos vel ſpe conſolentur,vel me- H
tu terreant, ad curationes morborum tranſeundum
eſt. Ex his quædam communes ſunt, quædam propriæ:
communes, quæ pluribus morbis opitulantur: propriæ,
quæ ſingulis.Antè de communibus dicam: ex quibus ta-
A men quædam non ægros ſolùm, ſed ſanos quoque ſuſti-
nent: quædam in aduerſa tantùm valetudine adhiben-
tur.Omne verò auxilium corporis,aut demit aliquã ma-
teriam,aut adiicit,aut euocat,aut reprimit,aut refrigerat,
aut calefacit,ſimúlque aut durat aut mollit.Quædam non
vno modo tantùm, ſed etiam duobus inter ſe non con-
trariis adiuuant.Demitur materia ſanguinis detractione,
cucurbitula,deiectione,vomitu,frictione, geſtatione, o-
mníque exercitatione corporis, abſtinentia, ſudore. De
quibus protinus dicam.
B

DE SANGVINIS DETRACTIONE PER venas, Cap. X.

SAnguinem inciſa vena mitti nouum non eſt,ſed nul-
lum penè morbum eſſe in quo non mittatur, nouum
eſt.Item mitti iunioribus & fœminis vterum non geren-
tibus,vetus eſt:in pueris verò idem experiri,& in ſeniori-
bus, & in grauidis quoque mulieribus vetus non eſt: ſi-
quidem antiqui primam vltimámque ætatem ſuſtinere
non poſſe hoc auxilii genus iudicabant, perſuaſerántque
C ſibi mulierem grauidam, quæ ita curata eſſet, abor-
tum eſſe facturam.Poſtea verò vſus oſtendit,nihil ex his
eſſe perpetuum, aliáſque potiores obſeruationes adhi-
bendas eſſe,ad quas dirigi curantis conſilium debeat. In-
tereſt enim non quæ ætas ſit, neque quid in corpore in-
tus geratur, ſed quæ vires ſint. Ergo ſi iuuenis imbecillus
eſt, aut ſi mulier quæ grauida non eſt, parum valet, malè
ſanguis emittitur.Emoritur enim vis, ſiquæ his ſupere-
rat,& hoc modo erepta eſt. At firmus puer & robuſtus ſe-
nex,& grauida mulier valens,tutò curãtur. Maximè tamẽ
D in his medicus imperitus falli poteſt,quia fere minus ro-
boris illis ætatibus ſubeſt. Mulieríque prægnanti poſt cu-
rationem quoque viribus opus eſt, non tantùm ad ſe,ſed
etiam ad partum ſuſtinendum. Non quicquid aut inten-
tionem animi aut prudẽtiam exigit protinus faciendum
eſt, quum præcipua in hoc ars ſit quæ nõ annos numeret,
neque conceptionem ſolam videat, ſed vires æſtimet,&
ex eo colligat, poſſit nécne ſupereſſe quod vel puerum,
vel ſenẽ, vel in vna muliere quòd duo corpora ſimul ſuſti
neat.Intereſt enim inter valẽs corpus & obeſũ,inter tenue
E & infirmũ. Tenuioribus magis ſanguis, plenioribus ma-
gis caro abundat. Facilius itaque illi detractionem eiuſ-
modi ſuſtinent, celeriúſque ea ſi nimium eſt pinguis ali-
quis affligitur: ideóq; vis corporis melius ex venis quàm
ex ipſa ſpecie æſtimatur. Neque enim ſolùm hæc cõſide-
randa ſunt,ſed etiam morbi genus,quod ſit.Vtrum ſupe-
rans an deficiens materia læſerit: corruptum corpus ſit,
an integrũ. Nam ſi materia vel deeſt,vel integra eſt,iſtud
alienũ eſt.At ſi vel copia ſui malè habet, vel corrupta eſt,
nullo modo melius ſuccurritur.Ergo vehemens febris v-
F bi rubet corpus,plenæque venæ tument,ſanguinis detra-
ctionem requirit:item viſcerum,morbi,neruorúmque re-
ſolutio,& rigor,& diſtẽtio, quicquid denique fauces dif-
ficultate ſpiritus ſtrãgulat,quicquid ſubitò ſupprimit vo-
cem,quiſquis intolerabilis dolor eſt,& quacũque de cau-
ſa,ruptũ aliquid intus atque colliſum eſt.Item malus cor-
poris habitus,omnéſque acuti morbi,qui modò(vt ſuprà
dixi)non infirmitate,ſed onere nocẽt. Fieri tamen poteſt
vt morbus quidem id deſideret,corpus autẽ vix pati poſ-
ſe videatur. Sed ſi nullum tamẽ appareat aliud auxilium,
G periturúſq; ſit qui laborat,niſi temeraria quoque via fue-
rit adiutus in hoc ſtatu, boni medici eſt oſtendere quàm
nulla ſpes ſine ſanguinis detractione ſit, faterique quan-
tus in hac ipſa re ſit metus. Et tum demum ſi exigatur,
ſanguinem mittere. De quo dubitari in eiuſmodi re non
oportet. Satius eſt enim anceps auxilium experiri quàm
nullum: ídque maximè fieri debet vbi nerui reſoluti ſũt,
vbi ſubitò aliquis obmutuit, vbi angina ſtrangulatur, v-
bi prioris febris acceſſio penè confecit, parémque ſub-
ſequi veriſimile eſt, neque eandem videntur ſuſtinere
H ægri vires poſſe. Quum ſit autem minimè crudo ſanguis
mittendus,tamen ne id quidem perpetuum eſt. Neque e-
nim ſemper concoctionem res expectat. Ergo ſi ex ſu-
periore parte aliquis decidit, ſi contuſus eſt, ſi ex ali-
quo ſubitò caſu ſanguinem vomit, quanuis paulo ante

ſumpſit cibum, tamen protinus ei demenda matetria eſt, ne, ſi ſubſederit, corpus affligat. Idémque etiam in aliis caſibus repentinis qui ſtrangulabunt, dictum erit. At ſi morbi ratio patiatur, tum demum nulla cruditatis ſuſpicione remanente id fiet. Ideóque ei rei videtur aptiſſimus aduerſæ valetudinis dies ſecundus aut tertius. Sed vt aliquando etiam primo die ſanguinem mittere neceſſe eſt, ſic nunquam vtile poſt diem quartū eſt, quum iam ſpatio ipſo materia & exhauſta eſt & corpus corrumpit, vt detractio imbecillum id facere poſſit, non poſſit integrum. Quòd ſi vehemens febris vrget, in ipſo impetu eius ſanguinem mittere, hominem iugulare eſt. Expectāda ergo remiſſio eſt. ſi non decreſcit, ſed creſcere deſiit, neque ſperatur remiſſio, tunc quoque quanuis peior, ſola tamen occaſio non omittenda eſt. Fere etiam iſta medicina vbi neceſſaria eſt, in biduum diuidēda eſt. Satius eſt enim primùm leuare ægrum, deinde perpurgare, quàm ſimul omni vi effuſa fortaſſe præcipitare. Quòd ſi in cura quoque aquæ quæ inter cutem eſt, iſta reſpondet, quanto magis neceſſe eſt in ſanguine reſpondeat? Mitti verò is debet, ſi totius corporis cauſa ſit, ex brachio: ſi partis alicuius, ex ea ipſa parte, aut certè quamproxima: quia non vbique mitti poteſt, ſed in temporibus, in brachiis, iuxta talos. Neque ignoro quoſdam dicere, quamlongiſſimè ſanguinem inde vbi lædit eſſe mittēdum: ſic enim auerti materiæ curſum, at illo modo in idipſum quod grauat euocari. Sed idipſum falſum eſt. proximum enim locum primò exhaurit: ex vlterioribus autē eatenus ſanguis ſequitur quatenus emittitur: vbi is ſuppreſſus eſt, quia non trahitur, ne venit quidē. Videtur tamen vſus ipſe docuiſſe, ſi caput fractum eſt, ex brachio potius ſanguinem mittendum eſſe: ſiquod in humero vitium eſt, ex altero brachio. credo, quia ſiquid parum ceſſerit, opportuniores hæ partes iniuriæ ſunt quàm quæ iam malè habēt. Auertitur quoque interdum ſanguis, vbi alia parte prorumpēs, alia emittitur. Deſinit enim fluere qua volumus, inde obiectis quæ prohibeant, alio dato itinere. Mittere autem ſanguinem quum ſit expeditiſſimum, vſum habenti, tum ignaro difficillimum eſt. iūcta enim eſt vena arteriis, his nerui. Ita ſi neruum ſcalpellus attigit, ſequitur neruorum diſtentio, eáque hominem crudeliter conſumit. At arteria inciſa neque coit, neque ſaneſcit, interdum etiam vt ſanguis vehementer erumpat efficit. Ipſius quoque venæ, ſi fortè præciſa eſt, capita comprimuntur, neque ſanguinem emittunt. At ſi timidè ſcalpellus demittitur, ſummam cutem lacerat, neque venam incidit. nonnūquam etiam ea latet, neq; facilè reperitur. Ita multæ res id difficile inſcio faciunt, quod perito facillimum eſt. Incidenda ad mediū vena eſt: ex qua quū ſanguis erumpit, colorem eius habitúmque oportet attendere. Nam ſi is craſſus & niger eſt, vitioſus eſt, ideóque vtiliter effunditur: ſi rubet & pellucet, integer eſt. eáque miſſio ſanguinis adeò non prodeſt, vt etiam noceat: protinúſque is ſupprimendus eſt. Sed id euenire non poteſt ſub eo medico qui ſcit ex quali corpore ſanguis mittendus ſit. Illud magis fieri ſolet, vt æquè niger aſſiduè ac primo die profluat. Quod quāuis ita eſt, tamen ſi iam ſatis fluxit, ſupprimēdus eſt: ſempérque antè finis faciendus eſt quàm anima deficiat. Deligandúmque brachium ſuperimpoſito expreſſo ex aqua frigida penicillo, & poſtero die aduerſo medio digito vena ferienda, vt recēs coitus eius reſoluatur, iterúmque ſanguinem fundat. Siue autem primo, ſiue ſecundo die ſanguis qui craſſus & niger initio fluxerat, & rubere & pellucere cœpit, ſatis materiæ detractum eſt, atque quod ſupereſt ſincerum eſt: ideóque protinus brachium deligandum, habendúmque ita eſt donec valens cicatricula ſit, quæ celerrimè in vena confirmatur.

DE SANGVINIS DETRACTIONE PER cucurbitulas, Cap. XI.

CVcurbitularum verò duo genera ſunt, æneum & corneū. Ænea, altera parte patet, altera clauſa eſt: cornea, altera parte æquè patens, altera foramen haber exiguū. In æneam linamentum ardens conijcitur, ac ſic os eius corpori aptatur, imprimitúrque, donec inhæreat. Cornea per ſe corpori imponitur, deinde vbi ea parte qua exiguum A foramē eſt, ore ſpiritus adductus eſt, ſupérque cera cauum id clauſum eſt, æquè inhæreſcit. Vtraque non ex his tantùm materiæ generibus, ſed etiam ex quolibet alio rectè fit. At ſi cætera defecerunt, caliculus quoque, aut pultarius oris compreſſioris ei rei commodè aptatur, vbi inhæſit: ſi conciſa ante ſcalpello cutis eſt, ſanguinem extrahit: ſi integra eſt, ſpiritum. Ergo vbi materia quæ intus eſt lædit, illo modo: vbi inflatio, hoc imponi ſolet. Vſus autem cucurbitulæ præcipuus eſt vbi non in toto corpore, ſed in B parte aliqua vitium eſt, quam exhauriri ad confirmandam valetudinem ſatis eſt. Idque ipſum teſtimonium eſt, etiam ſcalpello ſanguinē, vbi membro ſuccurritur, ab ea potiſſimum parte quæ iam læſa eſt, eſſe mittēdum: quòd nemo cucurbitulam diuerſæ parti imponit, niſi quū profuſionē ſanguinis eò auertit, ſed ei ipſi quæ dolet, quæque liberanda eſt. Opus etiam eſſe cucurbitula poteſt in morbis longis, quanuis & iis iam ſpatium aliquod acceſſit, ſiue corrupta materia, ſiue ſpiritu malè habente. In acutis quoque quibuſdam, ſi & leuari corpus debet, & ex vena C ſanguinem mitti vires non patiuntur: ídque auxilium vt minus vehemēs, ita magis tutum. Neque vnquam periculoſum eſt, etiamſi in medio febris impetu, etiāſi in cruditate adhibetur. Ideóque vbi ſanguinem mitti opus eſt, ſi inciſa vena præceps periculum eſt, aut ſi in parte corporis etiam vitium eſt, huc potius confugiendum eſt: cum eo tamen vt ſciamus, hîc vt nullum periculum, ita leuius præſidium eſſe, nec poſſe vehementi malo niſi æquè vehemens auxilium ſuccurrere.

DE DEIECTIONE, Cap. XII.

D DEiectionem autem antiqui variis medicamētis, crebrâque alui ductione in omnib⁹ fere morbis moliebātur, dabántque aut nigrum veratrum, aut filiculam, aut ſquamam æris (quam λεπίδα χαλκοῦ Græci vocant) aut lactucæ marinæ lac, (cuius gutta pani adiecta abundè purgat) aut lac, vel aſininum, vel bubulum, vel caprinum, eique ſalis paulum adiiciebant, decoquebántque id, & ſublatis iis quæ coierant, quod quaſi ſerum ſupererat bibere cogebant. Sed medicamenta ſtomachum fere lædunt: ideóque omnibus catharticis aloe miſcenda eſt. Aluus ſi E vehemētius fluit, aut ſæpius ducitur, hominem infirmat. Ergo nunquam in aduerſa valetudine medicamentum eius rei cauſa rectè datur, niſi vbi is morbus ſine febre eſt: vt quum veratrum nigrum, aut atra bile vexatis, aut cum triſtitia inſanientibus, aut iis quorum nerui parte aliqua reſoluti ſunt, datur. At vbi febres ſunt, ſatius eſt eius rei cauſa cibos potionéſque aſſumere qui ſimul & alant & ventrem molliant. Súntque valetudinis genera quibus ex lacte purgatio conuenit. Plerunque verò aluus potionibus ducenda eſt: quod ab Aſclepiade quoque ſic F temperatum, vt tamen ſeruatum ſit, video plerunque ſeculo noſtro præteriri. Eſt autem ea moderatio quam is ſequutus videtur, aptiſſima, vt neque ſæpe ea medicina tētetur, & tamen ſemel ſumptum vel bis non omittatur. Si caput graue eſt, ſi oculi caligant, ſi morbus maioris inteſtini eſt, (quod Græci κῶλον nominãt) ſi in imo vētre, aut in coxa dolores ſunt, ſi in ſtomachū quædam bilioſa concurrunt, vel etiam pituita eò ſe humórve aliquis aquæ ſimilis confert, ſi ſpiritus difficilius redditur, ſi nihil per ſe vēter excernit, vtique ſi iuxta quoque ſtercus eſt, & intus G remanet: aut ſi ſtercoris odorem, nihil deiiciens, æger ex ſpiritu ſuo ſentit: aut ſi corruptū eſt quod excernitur: aut ſi prima inedia febrem non ſuſtulit: aut ſi ſanguinem mitti quum opus ſit, vires non patiuntur, tempúſve eius rei præteriit: aut ſi multum antè morbum aliquis potauit: aut ſi is qui ſæpe vel ſponte vel caſu purgatus eſt, ſubitò habet aluum ſuppreſſam. Seruanda verò illa ſunt, ne ante diem tertium ducatur, ne vlla cruditate ſubſtante, ne in corpore infirmo, diúque in aduerſa valetudine exhauſto, néve in eo cui ſatis aluus reddit quotidie, quí- H ve eam liquidam habebit, ne in ipſo acceſſionis impetu: quia quod tum infuſum eſt, aluo continetur, regeſtúmque in caput, multo grauius periculū efficit. Pridie verò abſtinere debet æger, vt aptus tali curationi ſit. Eodē die ante aliquot horas aquam calidam bibere, vt ſuperiores eius partes madeſcant, tum deiiciēda aluus eſt, ſi leui me-

dicina contenti ſumus,pura aqua: ſi paulò valẽtiori,mulſa: ſi leni, ex aqua in qua fœnumgræcum, vel ptiſſana, vel malua decocta ſit: ſi reprimendi cauſa, ex verbenis. Acris autem eſt marina aqua, vel alia ſale adiecto, atque vtraque decocta commodior eſt. Acrior fit adiecto vel oleo,vel nitro,vel melle quoque. Si acrior eſt,eo plus extrahit,ſed minus facilè ſuſtinetur. Id quod infunditur neque frigidum eſſe oportet, neque calidum, ne alterutro modo lædat. Quum infuſum eſt,quantum fieri poteſt, continere ſe in lectulo debet æger, nec primæ cupiditati deiectionis protinus cedere: vbi neceſſe eſt, tum demum deſidere. Feréque eo modo dempta materia, ſuperioribus partibus leuatis morbum ipſum mollit. Quum verò quoties res coegit, deſidẽdo aliquis ſe exhauſit, pauliſper debet conquieſcere, & ne vires deficiant, vtique eo die cibum aſſumere: qui plenior an exiguus ſit dandus,ex ratione eius acceſſionis quæ expectabitur, aut in metu non erit,æſtimari oportebit.

DE VOMITV, Cap. XIII.

AT vomitus, vt in ſecunda quoque valetudine ſæpe neceſſarius bilioſis eſt, ſic etiam in his morbis quos bilis concitauit. Ergo omnibus qui ante febres horrore & tremore vexantur, omnibus qui cholera laborant, omnibus etiã cum quadam hilaritate inſanientibus,& comitiali quoque morbo oppreſſis, neceſſarius eſt. Sed ſi acutus morbus eſt, ſicut in cholera, ſi febris eſt, vt inter horrores, aſperioribus medicamentis opus non eſt, ſicut in deiectionibus quoque ſuprà dictum eſt, ſatiſque eſt ea vomitus cauſa ſumi quæ ſanis quoque ſumẽda eſſe propoſui. At vbi longi valentéſque morbi ſine febre ſunt, vt comitialis aut inſania, veratro quoque albo vtendum eſt. Id neque hyeme neque æſtate rectè datur, optimè vere, tolerabiliter autumno. Quiſquis daturus erit,id agere antè debet vt accepturi corpus humidum ſit. Illud ſcire oportet, omne eiuſmodi medicamentum quod potui datur,non ſemper ægris prodeſſe,ſemper ſanis nocere.

DE FRICTIONE, Cap. XIIII.

DE frictione verò & geſtatione adeò multa Aſclepiades,tanquam inuentor eius,poſuit,quòd in eo volumine quod communium auxiliorum ſcripſit, quũ trium tantùm faceret mentionem, huius & equi & geſtationis, tamen maximam partem in hoc conſumpſerit. Oportet autem neque recentiores viros in iis fraudare quæ vel repererunt, vel rectè ſequuti ſunt, & tamen ea quæ apud antiquiores aliquos poſita ſunt, authoribus ſuis reddere. Neque dubitari poteſt quin latius quidem & dilucidius, vbi & quomodo frictione vtendum eſſet, Aſclepiades præceperit, nihil tamen repererit quod non à vetuſtiſſimo authore Hippocrate paucis verbis comprehenſum ſit, qui dixit, Frictione ſi vehemens ſit, durari corpus: ſi lenis,molliri: ſi multa,minui: ſi modica,impleri. Sequitur ergo vt tum vtendum ſit quum aut aſtringendum corpus ſit quod fluens eſt, aut molliendum quod induruit, aut digerendum in eo quod copia nocet, aut alendum id quod tenue & infirmum eſt. Quas tamen ſpecies ſiquis curioſius æſtimet (quod iam ad medicum non pertinet) facilè intelliget, omnes ex vna cauſa pendere quæ demit. Nam & aſtringitur aliquod eo dempto, quod interpoſitum,vt id laxaretur effecerat: & mollitur eo detracto, quod duritiem creabat: & impletur nõ ipſa frictione, ſed eo cibo qui poſtea vſque ad cutem digeſtione quadam relaxatam penetrat. Diuerſarum verò rerum in modo cauſa eſt. Inter vnctionem autem & frictionem multum intereſt. Vngi enim, leuitérque pertractari corpus etiam in acutis & recentibus morbis oportet, in remiſſione tamen & ante cibum: longa verò frictione vti, neque in acutis morbis,neque in creſcentibus cõuenit,præterquam quum phreniticis ſomnus ea quæritur. Amat autem hoc auxilium valetudo longa, & iam à primo impetu inclinata. Neque ignoro quoſdam dicere,omne auxilium neceſſarium eſſe in creſcẽtibus morbis,non quum iam per ſe finiuntur. Quod non ita ſe habet. Poteſt enim morbus, etiam qui per ſe finem habiturus eſt, citius tamẽ adhibito auxilio tolli: quod duabus de cauſis neceſſarium eſt, vt & quamprimum bona valetudo contingat,& ne mor-

A bus qui remanet, iterum, quanuis leui de cauſa, exaſperetur. Poteſt enim morbus minus grauis eſſe quàm fuerit: neque ideo tamen ſolui, ſed reliquiis quibuſdam inhærere,quas admotum aliquod auxilium diſcutit. Sed vt leuata quoque aduerſa valetudine rectè frictio adhibetur,ſic nunquam adhibenda eſt febre increſcente. Verùm ſi fieri poterit, quũ ex toto corpus ea vacabit, minus certè quũ ea remiſerit. Eodem autem modo in tutis corporibus eſſe debet, vt quũ infirmus aliquis implendus modò eſt in partibus,aut quia ipſius membri imbecillitas id
B requirit, aut quia alterius. Nam & capitis longos dolores, ipſius frictio leuat,nõ in impetu tamen doloris & membrum aliquod reſolutum ipſius frictione confirmatur. Longè tamen ſæpius aliud perfricandum eſt quum aliud dolet,maximéque quum à ſummis aut à mediis partibus corporis euocare materiam volumus, ideóque extremas partes perfricamus. Neque audiendi ſunt qui numero finiunt,quoties aliquis perfricandus ſit. id enim ex viribus hominis colligendum eſt. Et ſi is perinfirmus eſt, poteſt ſatis eſſe quinquagies: ſi robuſtior, poteſt ducenties eſſe
C faciendum: inter vtrunque deinde,prout vires ſunt. Quò fit vt etiam minus ſæpe in muliere quàm in viro, minus ſæpe in puero vel ſene quàm in iuuene manus dimouendæ ſint. Denique, ſi certa membra perfricantur, multa valentique frictione opus eſt. Nam neque totum corpus infirmari citò per partem poteſt, & opus eſt quamplurimùm materiæ digeri, ſiue idipſum membrum, ſiue per id aliud leuamus. At vbi totius corporis imbecillitas hãc curationem per totum id exigit, breuior eſſe debet & lenior, vt tantummodo ſummam cutem emolliat, quò fa-
D cilius capax ex recenti cibo nouæ materiæ fiat. In malis iam ægrum eſſe teſtatur vbi exterior pars corporis friget,interior quum ſiti calet,vt ſuprà poſui. Sed tunc quoque vnicum in frictione præſidium eſt, quæ ſi calorem in cutem euocauit, poteſt alicui medicinæ locum facere.

DE GESTATIONE, Cap. XV.

GEſtatio quoque longis etiam & inclinatis morbis aptiſſima eſt, vtiliſque eſt & his corporibus quæ iam ex toto febre carent, ſed adhuc exerceri per ſe non poſſunt, & his quibus lentæ morborum reliquiæ remanent,
E neque aliter eliduntur. Aſclepiades etiam in recenti vehementique febre, præcipuéque ardente, ad diſcutiendam eam, geſtatione dixit vtendum eſſe. Sed id periculoſè fit, meliúſque quietè eiuſmodi impetus ſuſtinetur. Siquis tamen experiri volet, ſic experiatur, ſi lingua non erit aſpera,ſi nullus tumor, nulla durities, nullus dolor viſceribus,aut capiti,aut præcordiis ſuberit. Et ex toto, nũquam geſtari corpus dolens debet, ſiue id in toto, ſiue in parte eſt, niſi tamen ſolis neruis dolentibus: neque vnquam in recenti febre,ſed in remiſſione eius. Genera au-
F tem geſtationis plura ſunt adhibenda, quæ ſunt & pro viribus cuiuſque, & pro opibus, ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili obſint. Geſtationum leuiſſima eſt naui,vel in portu,vel in flumine: vehementior in alto mari naui,vel lectica,aut ſcãno: acrior, vehiculo. Atque hæc ipſa & intendi & leniri poſſunt. Si nihil horum eſt, ſuſpendi lectus debet, & moueri: ſi ne id quidem eſt,at certè vni pedi lecti funiculus ſubiiciendus eſt, atque ita lectus huc & illuc manu impellendus. Et leuia quidem genera exercitationis infirmiſſimis cõueniunt:
G valentiora verò his qui iam pluribus diebus febre liberati ſunt, aut iis qui grauium morborum initia ſic ſentiunt vt adhuc febre vacent: (quod & in tabe,& in ſtomachi vitiis, & quũ aqua cutem ſubiit, & interdum in morbo regio fit) aut vbi quidã morbi,qualis comitialis,qualis inſania eſt,ſine febre, quanuis diu manent. In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum neceſſaria ſunt quæ comprehendimus eo loco, quo quemadmodum ſani, neque firmi homines ſe gererent,præcepimus.

DE ABSTINENTIA, Cap. XVI.

H AStinentiæ verò duo genera ſunt: alterum vbi nihil aſſumit æger: alterũ,vbi nõ niſi quod oportet. Initia morborũ primũ famem ſitimque deſiderant: ipſi deinde morbi moderationẽ, vt neque aliud quàm expedit, neque eius ipſius nimiũ ſumatur. Neq; enim cõuenit iuxta inediã

protinus ſatietatẽ eſſe. Quòd ſi ſanis quoque corporibus inutile eſt, vbi aliqua neceſſitas famem fecit, quanto inutilius eſt in corpore etiã ægro? Neque vlla res magis adiuuat laborantem quàm tempeſtiua abſtinẽtia. Intemperantes homines apud nos, ipſi cibi tempora curantibus dant: rurſus alii tempora medicis pro dono remittunt, ſibiipſis modũ vendicant. Liberaliter agere ſe credunt qui cætera illorum arbitrio relinquunt, in genere cibi liberi ſunt: quaſi quæratur quid medico liceat, non quid ægro ſalutare ſit: cui vehementer nocet quoties in eius quod aſſumitur, vel tempore, vel modo, vel genere peccatur.

DE SVDORE, Cap. XVI.

SVdor etiã duobus modis elicitur, aut ſicco calore, aut balneo. Siccus calor eſt, & arenæ calidæ, & laconici, & clibani, & quarundam naturalium ſudationes, vbi è terra profuſus calidus vapor ædificio includitur, ſicut ſuper Baias in myrtetis habemus. Præter hæc, ſole quoque & exercitatione is mouetur: vtiliáque hæc genera ſunt quoties humor intus nocet, íſque digerendus eſt. Ac neruorum quoque quædam vitia ſic optimè curantur. Sed cætera infirmis poſſunt conuenire: ſol & exercitatio tantùm robuſtioribus, qui tamen ſine febre, vel initio morbi, vel etiam grauibus morbis tenentur. Cauendum autem eſt nequid horum vel in febre vel in cruditate tentetur. At balnei duplex vſus eſt: nam modò diſcuſſis febribus initium cibi plenioris, viníque firmioris valetudini facit, modò febrem ipſam tollit, feréque adhibetur vbi ſummam cutem relaxari, euocaríque corruptum humorem, & habitum corporis mutari expedit. Antiqui timidius eo vtebantur, Aſclepiades audacius. Neque terrere autem ea res, ſi tempeſtiua eſt, debet, & ante tẽpus nocet. Quiſquis febre liberatus eſt, ſimulatque ea vno die nõ acceſſit, eo qui proximus eſt, poſt tempus acceſſionis tutò lauari poteſt. At ſi circuitum habere ea febris ſolita eſt, ſic vt tertio quartóve die reuertatur, quandocunque non acceſſit, balneum tutum eſt. Manentibus verò adhuc febribus, ſi hæ ſunt lentæ, lienéſque iamdiu malè habẽt, rectè medicina iſta tentatur: cũ eo tamẽ, ne præcordia dura ſint, néve ea timeant, néve lingua aſpera ſit, néve aut in medio corpore, aut in capite dolor vllus ſit, néve tum febris increſcat. At in iis quidem febribus quæ certum circuitum habent, duo balnei tempora ſunt, alterũ ante horrorem, alterũ febre finita: in iis verò qui lentis febriculis diu detinentur, quũ aut ex toto receſſit acceſſio, aut (ſi id nõ ſolet) certè lenita eſt, iámque corpus tam integrum eſt quàm maximè eſſe in eo genere valetudinis ſolet, imbecillus homo iturus in balneum, vitare debet ne antè frigus aliquod experiatur. Vbi in balneum venit, pauliſper reſidere, experiríque num tẽpora aſtringantur, & an ſudor aliquis oriatur. Illud ſi incidit, hoc non ſequutũ eſt, inutile eo die balneũ eſt: perungendus eſt is leniter, & referendus eſt, vitandúmque omnimodo frigus, & abſtinentia vtendum. At ſi temporibus integris, primùm ibi, deinde alibi ſudor incipit, fouendum os aqua calida, tum in ſolio deſidendum eſt: atque ibi quoque videndũ num ſub primo contactu aquæ calidæ ſumma cutis inhorreſcat: quod vix tamen fieri poteſt ſi priora rectè ceſſerunt. Certum id autem ſignũ inutilis balnei eſt. Antè verò an poſtea quàm in aquam calidam ſe demittat, aliquis perungi debeat, ex ratione valetudinis ſuæ cognoſcat. Fere tamen (niſi vbi nominatim, vt poſtea fiat, id præcipietur) moto ſudore leuiter corpus perungẽdum, deinde in aquam calidam demittendum eſt. Atque hîc quoque habenda virium ratio eſt: neque committendum vt per æſtum anima deficiat, ſed maturius is auferendus, curioſéque in veſtimentis inuoluendus eſt, vt neque ad eum frigus aſpiret, & ibi quoque antequam aliquid aſſumat, inſudet. Fomenta quoque calida ſunt, milium, ſal, arena, quodlibet eorum calefactum, & in linteum coniectum. Si minore vi opus eſt, etiam ſolum linteũ: at ſi maiore, extincti titiones, inuolutíque panniculis, & ſic circundati. Quinetiam calido oleo replentur vtriculi, & in vaſa fictilia, ad ſimilitudinẽ, quas lenticulas vocant, aqua coniicitur, & ſal ſicco linteo excipitur, demittitúrque in aquam bene calidam, tum ſuper id membrum quod fouendum eſt, collocatur: iuxtáque

A ignem ferramenta duo ſunt capitulis paulo latioribus, alterúmque ex his demittitur in eum ſalem, & aqua ſuper leuiter aſpergitur. Vbi frigere cœpit, ad ignem refertur, & idem in altero fit, deinde inuicem in vtroque inter quæ deſcendit ſalſus & calidus ſuccus, qui contractis aliquo morbo neruis opitulatur. His omnibus commune eſt digerere id quod vel præcordia onerat, vel fauces ſtrangulat, vel in aliquo membro nocet. Quando autem quoque vtendum ſit, in ipſis morborum generibus dicetur.

B QVI CIBI, POTIONESVE, AVT VALENTIS, AUT MEDIÆ, AUT IMBECILLÆ MATERIÆ SINT, Cap. XVIII.

QVum de his dictum ſit quæ detrahendo iuuãt, ad ea veniendum eſt quæ nos alũt, id eſt cibum & potionem. Hæc autem non omnium tantùm morborum, ſed etiam ſecundæ valetudinis communia præſidia ſunt: pertinétque ad rem, omnium proprietates noſſe, primùm vt ſani ſciant quomodo his vtantur, deinde vt exequentibus nobis morborum curationem, liceat ſpecies rerum C quæ aſſiduè neceſſariæ erunt, ſubiicere. Neque neceſſe eſt ſubinde ſingulas illas nominare. Scire igitur oportet omnia legumina, quæque ex frumentis panificia ſunt, generis valentiſſimi eſſe. Id valẽtiſſimum voco in quo plurimum alimenti eſt: item omne animal quadrupes domi natum, omnem grandem feram, quales ſunt capræ, ceruus, aper, onager: omnem grandem auem, quales ſunt anſer, & pauo, & grus: omnes belluas marinas, ex quibus χῆτος eſt, quæque his pares ſunt, item mel & caſeum. Quò minus mirum eſt, opus piſtorium, valentiſſimum eſſe D quod ex frumento, adipe, melle, caſeo conſtat. In media verò materia, numerari ex oleribus debere ea quorum radices vel bulbos aſſumimus: ex quadrupedibus, leporem: aues omnes à minimis ad phœnicopterum: item piſces omnes qui ſalem non patiuntur, ſolidíve ſaliũtur. Imbecilliſſimam verò materiam eſſe omne olus, & quicquid in cauliculo naſcitur, qualis eſt cucurbita, & cucumis, & capparis. Omnia poma, oleas, cochleas, itémq; cõchylia. Sed quanuis hæc ita diſcreta ſunt, tamen etiam quæ ſub eadem ſpecie ſunt, magna diſcrimina recipiunt, E aliáque res alia vel valentior eſt vel infirmior. Siquidem plus alimenti eſt in carne quàm in vllo alio: firmius eſt triticum quàm milium, idipſum quàm ordeum, & ex tritico firmiſſima ſiligo, deinde ſimila, deinde cui nihil ademptum eſt (quod ἀυτόπυρον Græci vocant) infirmior eſt, ex polline infirmiſſimus cibarius panis. Ex leguminibus verò valentior faba, vel lenticula, quã piſum. Ex oleribus valẽtior rapa, napíque, & omnes bulbi (in quibus cepam quoq; & alliũ numero) quàm paſtinaca, vel quæ ſpecialiter radicula appellatur. Itẽ firmior braſſica, & beta, & por- F rum, quàm lactuca, vel cucurbita, vel aſparagus. At ex fructibus ſurculorum valentiores vuæ, ficus, nuces, palmulæ, quàm quæ poma propriè nominantur: atque ex his ipſis firmiora quæ ſuccoſa quàm quæ frigida ſunt. Itémque ex his auibus quæ in media ſpecie ſunt, valẽtior ea quæ pedibus quàm quæ volatu magis nititur: & ex his quæ volatu fidunt, firmiores ſunt quæ grãdiores aues quàm quæ minutæ ſunt, vt ficedula & turdus. Atque eæ quoque quæ in aqua degunt, leuiorem cibũ præſtant quàm quæ natãdi ſcientiam non habent. Inter domeſticas verò quadru- G pedes, leuiſſima ſuilla eſt, grauiſſima bubula. Itémque ex feris quò maius quodque animal, eo robuſtior ex eo cibus eſt. Piſciúmque eorum qui ex media materia ſunt, quibus maximè vtimur, tamen grauiſſimi ſunt ex quibus ſalſamenta quoque fieri poſſunt, qualis lacertus eſt, deinde qui, quanuis teneriores, tamẽ duri ſunt, vt aurata, coruus, ſcarus, oculata tum plani, poſt quos etiam leuiores lupi, mullíque, & poſt hos omnes ſaxatiles. Neque verò in generibus rerum tantummodo diſcrimen eſt, ſed etiam in ipſis, quod & ætate fit, & membro, & ſolo, & cælo, & H habitu. Nam quadrupes animal omne ſi lactans eſt, minus alimenti præſtat: item quo tenerior pullus cohortalis eſt: in piſcibus quoque media ætas, quæ nondum ſummam magnitudinem impleuit: deinde ex eodem ſue vngulæ, roſtrum, aures, cerebellum. Ex agno, hæ-

dóve, cũ petiolis totum caput aliquãto quàm cætera mẽbra, leuiora ſunt, adeò vt in media materia poni poſſint. Ex auibus, colla, alæve rectè infirmis annumerantur. Quod ad ſolum verò pertinet, frumentum quoque valentius eſt collinum quàm campeſtre. Leuior piſcis inter ſaxa editus quàm in arena, leuior in arena quàm in limo. Quò fit vt ex ſtagno, vel lacu, vel flumine eadẽ genera grauiora ſint: leuiórque qui in alto quàm qui in vado vixit. Omne etiam ferum animal domeſtico leuius, & quodcunque humido cælo quàm quod ſicco natũ eſt: deinde eadem omnia pinguia quàm macra, recentia quàm ſalſa, B noua quàm vetuſta, plus alimenti habent: tum res eadẽ magis alit iurulenta quàm aſſa, magis aſſa quàm frixa. Ouum durum valentiſſimæ materiæ eſt, molle vel ſorbile, imbecilliſſimæ. Quúmque panificia omnia firmiſſima ſint, elota tamen quædam genera frumẽti, vt alica, ὄρυζα, ptiſſana, vel ex iiſdem facta ſorbitio, vel pulticula, & aqua quoque madẽs panis imbecilliſſimis annumerari poteſt. Ex potionibus verò quæcunque ex frumẽto facta eſt, itémque lac, mulſum, defrutum, paſſum, vinum aut dulce, aut vehemens, aut muſtum, aut magnæ vetuſtatis, valẽ- C tiſſimi generis eſt. At acetum, & id vinum quod paucorum annorum, vel auſterum, vel lene eſt, in media materia eſt: ideóque infirmis nunquam generis alterius dari debet. Aqua omnium imbecilliſſima eſt: firmiórque ex frumento potio eſt, quò firmius fuit ipſum frumentum: firmior ex eo vino quod tenui, quòd que temperato cælo quàm quod aut nimis humido, aut nimis ſicco, nimiúmque aut frigido aut calido natũ eſt. Mulſum quò plus mellis habet, defrutum quò magis incoctum eſt, paſſum quò ex ſicciore vua eſt, eo valẽtius eſt. D Aqua leuiſſima pluuialis eſt, deinde fontana, tum ex flumine, tum ex puteo, poſt hæc ex niue, aut glacié, grauior his ex lacu, grauiſſima ex palude. Facilis etiam & neceſſaria cognitio eſt naturam eius requirentibus. Nam leuis pondere apparet, & ex his quæ pondere pares ſunt, eo melior quæque eſt quò celerius & calefit & frigeſcit, quóque celerius ex ea legumina percoquuntur. Fere verò ſequitur vt quò valentior quæque materia eſt, eò minus facilè cõcoquatur, ſed ſi concocta eſt, plus alat. Itaque vtendũ eſt materiæ genere pro viribus, modúſque omnibus pro ge- E nere ſumendus. Ergo imbecillis hominibus rebus infirmiſſimis opus eſt: mediocriter firmos media materia optimè ſuſtinet: & robuſtis apta validiſſima eſt. Plus deinde aliquis aſſumere ex leuioribus poteſt, magis in iis quæ valentiſſima ſunt temperare ſibi debet.

QVAE NATVRA AC PROPRIETAS cuiuſque rei ſit qua veſcimur, Cap. XIX.

NEque hæc ſola diſcrimina ſunt, ſed etiam aliæ res boni ſucci, aliæ mali ſunt, quas εὐχύλους vel κακοχύλους F Græci vocant: Aliæ lenes, aliæ acres: aliæ craſſiorẽ pituitã in nobis faciunt, aliæ tenuiorem: aliæ idoneæ ſunt ſtomacho, aliæ alienæ ſunt: itémque aliæ inflant, aliæ ab hoc abſunt: aliæ calefaciunt, aliæ refrigerant: aliæ facilè in ſtomacho aceſcunt, aliæ non facilè intus corrumpuntur: aliæ mouent aluum, aliæ ſupprimunt: aliæ citant vrinam, aliæ tardant: quædam ſomnum mouent, quædam ſenſus excitant. Quæ omnia ideo noſcenda ſunt, quoniam aliud aliter vel corpori, vel valetudini conuenit.

QVAE RES BONI SVCCI SINT, Cap. XX.

BONI ſucci ſunt, triticum, ſiligo, alica, oryza, amylum: G item & lenes ſunt, & ſtomacho aptæ, & calefaciunt, tragum, ptiſſana, lac, caſeus mollis, omnis venatio, omnes aues quæ ex media materia ſunt: ex maioribus quoque hæ quas ſuprà nominauimus: medii inter teneros duróſque piſces, vt mullus & lupus, verna, lactuca, vrtica, malua, cucumis, cucurbita, ouum ſorbile, portulaca, cochleæ palmulæ: ex pomis quodcunque neque acerbum neque aci- H dum eſt. Vinum dulce vel lene, paſſum, defrutum, oleæ quæ ex his duobus in alterutro ſeruatæ ſunt, vuluæ, roſtra, trunculique. In ſumma omnis pinguis caro, omnis glutinoſa, omne iecur.

QVAE RES MALI SVCCI SINT, Cap. XXI.

MALI verò ſucci ſunt milium, panicum, ordeum, legumina, caro domeſtica permacra, omníſque caro ſalſa, omne ſalſamentum, garum, vetus caſeus, cicer, radicula, rapa, napi, bulbi, braſſica, magíſque etiã cyma eius, aſparagus, beta, cucumis, porrum, eruca, naſturtium, thymum, nepeta, ſatureia, hyſſopum, ruta, anethum, fœniculum, cuminum, aniſum, lapathum, ſinapi, & allium, cepa, lienes, renes, inteſtina, pomum quodcunque acidum vel acerbum eſt, acetum, omnia acria, acida, acerba, oleum, piſces quoque ſaxatiles, omnéſque qui ex tenerrimo genere ſunt, aut hi qui rurſus nimium duri, viroſique ſunt, vt fere quos ſtagna, lacus, limoſive riui ferunt, quíve in nimiam magnitudinem exceſſerunt.

QVAE RES LENES, QVAEVE ACRES ſint, Cap. XXII.

LEnes autem ſunt, ſorbitiones, pulticula, laganum, amylum, ptiſſana, pinguis caro, & quæcunque glutinoſa eſt. Quod fere quidem in omni quæ domeſticaſit, præcipuè tamen in vngulis, trũculíſque ſuum, in petiolis, capitulíſque hœdorum, & vitulorum, & agnorum, omnibúſque cerebellis: item ſiqui propriè bulbi nominantur, lac, defrutum, paſſum, nuclei pinei. Acria ſunt omnia nimis auſtera, omnia acida, omnia ſalſa, & mel quidem, quò melius eſt, eò magis: item allium, cepa, eruca, ruta, naſturtiũ, cucumis, beta, braſſica, aſparagus, ſinapi, radicula, intubus, thymum, lactuca, maximáque olerum pars.

QVAE RES CRASSIOREM QVAEVE tenuiorem pituitam faciant, Cap. XXIII.

CRaſſiorem autem pituitam faciunt, oua ſorbilia, alica, oryza, amylum, ptiſſana, lac, bulbi, omniáque fere glutinoſa. Extenuant eandem omnia ſalſa, atque acria & acida.

QVAE RES STOMACHO IDONEAE ſint, Cap. XXIIII.

STomacho autem aptiſſima ſunt quæcunque auſtera ſunt, etiam quæ acida ſunt, quæque contacta ſale modico ſunt, itẽ panis ſine fermento, & elota alica, vel oryza, vel ptiſſana, omnis auis, omnis venatio, atq; vtraq; vel aſſa vel elixa: ex domeſticis animalibus bubula. Siquid ex cæteris ſumitur, macrũ potius quàm pingue: ex ſue, vngulæ, roſtra, aures, vuluǽque ſteriles: ex oleribus, intubus, lactuca, paſtinaca, cucurbita elixa, ſiſer: ex pomis, ceraſium, morum, ſorbum, pirum fragile, quale cruſtuminum, vel neuianum eſt: item pira quæ reponuntur, tarentina atque ſagnina. Malum orbiculatum, aut ſcãdianum, vel amerinum, vel cotoneum, vel Punicum. Vuæ ex olla, molle ouũ, palmulæ, nuclei pinei, oleæ albæ ex dura muria, eædem aceto intinctæ, vel nigræ, quæ in arbore bene permaturuerunt, vel quæ in paſſo defrutóve ſeruatæ ſunt. Vinum auſterum, licet iam aſperum ſit, item reſinatum. Duri ex media materia piſces, oſtrea, pectines, murices, purpuræ, cochleæ: cibi, potionéſque vel frigidæ vel feruentes, abſinthium.

QVAE RES ALIENAE STOMACHO ſint, Cap. XXV.

ALiena verò ſtomacho ſunt omnia tepida, omnia ſalſa, omnia iurulenta, prædulcia, omnia pinguia, ſorbitio, panis fermẽtatus, itémque vel ex milio, vel ex hordeo, oleum, radices olerum, & quodcunque olus ex oleo garóve eſtur, mel, mulſum, defrutum, paſſum, lac, omnis caſeus, vua recens, ficus & viridis & arida, legumina omnia, quæque inflare conſueuerunt: item thymum, nepeta, ſatureia, hyſſopum, naſturtium, lapathũ, lapſana, iuglãdes. Ex his autem intelligi poteſt, non quicquid boni ſucci eſt, protinus ſtomacho conuenire, neque quicquid ſtomacho conuenit, protinus boni ſucci eſſe.

QVAE INFLENT, AVT INFLAMMAtionem leuent, Cap. XXVI.

INflant autem omnia fere legumina, omnia pinguia, omnia dulcia, omnia iurulenta, muſtum, atque etiam id vinum cui nihil adhuc ætatis acceſſit. Ex oleribus allium, cepa, braſſica, omnéſque radices, excepto ſiſere & paſtina-

naca, bulbi,ficus etiam aridæ,ſed magis virides,vuæ recẽ A
tes,nuces omnes,exceptis nucleis pineis,lac,omniſque ca-
ſeus,quicquid deinde ſubcrudum aliquis aſſumpſit.Mini
ma inflatio fit ex venatione,aucupio,piſcibus, pomis, o-
leis,conchyliis,ouis vel mollibus vel ſorbilibus,vino ve-
tere. Fœniculum verò & anethum inflationes etiam le-
uant.

QVAE RES AVT CALEFACIANT, AVT refrigerent; Cap. XXVII.

AT calefaciunt piper,ſal,caro omnis iurulẽta, allium,
cepa,ficus arida,ſalſamentum, vinum,& quo mera- B
cius eſt eò magis. Refrigerant olera quorum crudi cau-
les aſſumuntur,vt intubus & lactuca,item coriandrum,
cucumis,elixa cucurbita,beta,mora, ceraſa,mala auſtera,
pira fragilia,caro elixa, præcipuéque acetum, ſiue cibus
ex eo,ſiue potio aſſumitur.

QVAE RES INTVS FACILE VITIENtur,vel minimè corrumpantur, Cap. XXVIII.

FAcilè autem intus corrumpuntur, panis fermentatus,
& quiſquis alius quàm ex tritico eſt,lac,mel, ideóque C
lactaria atque omne piſtorium opus,teneri piſces, oſtrea,
olera,caſeus,& recens & vetus, craſſa vel tenera caro, vi-
num dulce,mulſum,defrutum,paſſum, quicquid deinde
vel iurulentum eſt, vel nimis dulce, vel nimis tenue. At
minimè intus vitiantur, panis ſine fermento, aues, & eæ
potius duriores,aurati piſces:neque ſolùm aurata pura,aut
ſcarus,ſed etiam lolligo,locuſta,polypus:item bubula, o-
mníſque dura caro,eadémque aptior eſt ſi macra, ſi ſalſa
eſt,omniáque ſalſamenta,cochleæ, murices,purpuræ, vi-
num auſterum vel reſinatum. D

QVAE RES ALVVM MOVEANT, Cap. XXIX.

AT aluum mouent panis fermentatus, magíſque ſi ci-
barius vel ordeaceus eſt, braſſica ſi ſubcruda eſt, la-
ctuca,anethum,naſturtium,ocymum,vrtica,portulaca,ra
dicula,capparis,allium,cepa,malua,lapathum,beta,aſpa-
ragus,cucurbita,ceraſia,mora,vua, omnia mitia, ficus e-
tiam arida,ſed magis viridis,vuæ recentes, pingues, mi-
nutæ aues,cochleæ,garum,ſalſamenta, oſtrea, pelorides,
echini,muſculi,& omnes fere conchulæ, maximéque ius E
earum,ſaxatiles,& omnes teneri piſces,ſepiarum atramẽ-
tum, ſiqua caro aſſumitur pinguis eadem vel iurulenta,
vel elixa,aues quæ natant,mel crudũ,lac,lactaria omnia,
mulſum,vinum dulce vel ſalſum,aqua tenera, omnia te-
pida,dulcia,pinguia,elixa,iurulenta,ſalſa,diluta.

QVAE RES ALVVM ADSTRINGANT, Cap. XXX.

COntrà aſtringunt,panis ex ſiligine,vel ex ſimila, ma-
gis ſi ſine fermento eſt,magis etiam ſi vſtus eſt,inten-
ditúrq; vis eius etiã ſi bis coquitur.Pulticula vel ex alica, F
vel ex panico, vel ex milio, itémque ex iiſdẽ ſorbitio,&
magis ſi hæc antè fricta ſunt.Lenticula cui vel beta, vel
intubus,vel ambubeia vel plantago adiecta eſt,magíſque
etiam ſi illa antè fricta eſt,per ſe etiam intubus,vel ex plã
tagine vel ambubeia fricta,minuta olera,braſſica his de-
cocta,dura oua,magíſque ſi aſſa ſunt,minutæ aues,meru-
la,palumbus,magíſque ſi in poſca decoctus eſt, graues o-
mnes aues,quæ magis currunt quàm volãt,lepus, caprea,
iecur ex his quæ ſeuum habent,maximéque bubulum,ac
ſeuum ipſum,caſeus qui vehementior vetuſtate fit,vel ea G
mutatione quam in caſeo tranſmarino videmus,aut ſi re-
cens eſt,ex melle mulſóve decoctus:item mel coctum,pi-
ra immatura,ſorba, magíſque ea quæ torminalia vocan-
tur,mala cydonia & Punica, oleæ vel albæ vel permatu-
ræ,myrta,palmulæ,purpuræ, murices, vinum reſinatum
vel aſperum,item meracum, acetum, mulſum quod in-
ferbuit, item defrutũ,paſſum, aqua vel tepida vel perfri-
gida, dura, (id eſt ea quæ tardè putreſcit, ideóque pluuia
potiſſimum)omnia dura,macra,auſtera,aſpera,toſta,& in
eadem carne aſſa potius quàm elixa.

QVAE RES VRINAM MOVENT, Cap. XXXI.

VRinam autem mouent quæcunque in horto naſcen-
tia boni odoris ſunt, vt apium,ruta, anethum, ocy-
mum,mentha,hyſſopum,aneſum,coriandrum,naſturtiũ,
eruca,fœniculum: præter hæc aſparagus,capparis,nepeta,
thymum,ſatureia,lapſana,paſtinaca,magíſque agreſtis, ra-
dicula,ſiſer,cepa.Ex venatione maximè lepus,vinũ tenue,
piper,& rotundum & longum,ſinapi,abſinthium, nuclei
pinei.

QVAE RES SOMNVM MOVEANT, aut ſenſus excitent, Cap. XXXII.

SOmno verò aptum eſt papauer, lactuca, maximéque
æſtiua,cuius cauliculus iam lacte repletus eſt, morum,
porrum.Senſus excitant,nepeta,thymum, ſatureia, hyſſo-
pum,præcipuéque pulegium,ruta & cepa.

QVAE RES CORPVS AVT ERODANT aut reprimant,aut refrigerent,aut calefaciãt, aut durent,aut emolliant, Cap. XXXIII,

EVocare verò materiam multa admodum poſſunt:ſed
ea quæ ex peregrinis medicamentis maximè cõſtãt,
aliíſque magis quàm quibus ratione victus ſuccurritur,
opitulantur, in præſentia differam: ponam ea verò quæ
prompta, &iis morbis de quibus protinus dicturus ſum,
apta corpus erodunt,& ſic ex eo quod mali eſt extrahũt.
Habent autem hanc facultatem ſemina,erucæ, naſturtii,
radiculæ, præcipuè tamen omnium ſinapi. Salis quoque
& fici eadem vis eſt.Leniter verò ſimul & reprimunt &
molliunt lana ſuccida ex aceto vel vino, cui oleum adie-
ctum eſt,contritæ palmulæ,furfures in ſalſa aqua vel ace-
to decocti.At ſimul reprimunt & refrigerant, herba mu-
ralis(parthenium vel perdicium appellant)ſerpyllum,pu-
legium,ocymum,herba ſanguinalis, (quã Græci ϖολύγο-
νον vocant) portulaca,papaueris folia,capreolique vitium,
coriandri folia,hyoſcyamum,muſcus,ſiſer,apium,ſolanũ,
(quam ςρύχνον Græci vocãt)braſſicæ folia, intubus, plãta-
go,fœniculi ſemen,contrita pira vel mala, præcipuéque
cydonia,lenticula,aqua frigida,maximéque pluuialis, vi-
num,acetum,& ex horum aliquo magis, madens,vel pa-
nis vel farina,vel ſpongia,vel cinis, vel lana ſuccida, vel
etiam linteolum,creta cimolia,gypſum, melinum, myr-
teum,roſa, acerbum oleum,verbenarum contuſa cum te
neris caulibus folia, cuius generis ſunt olea, cupreſſus,
myrtus,lentiſcus, tamaris,liguſtrum,roſa,rubus,laurus,he
dera,Punicum malum.Sine frigore autem reprimunt co
cta mala cydonia,malicorium,aqua calida,in qua verbe-
næ coctæ ſunt quas ſupra propoſui, puluis vel ex fæce vi-
ni,vel ex myrti folis,amaræ nuces.Calefacit verò ex qua-
libet farina cataplaſma, ſiue ex tritici, ſiue ex farris, ſiue
ordei,ſiue erui,vel lolii,vel milii,vel panici, vel lẽticulæ,
vel fabæ,vel lupini,vel lini, vel fœnigræci, vbi ea defer-
buit,calidáque impoſita eſt. Valentior tamẽ ad id omnis
farina eſt ex mulſo quàm ex aqua cocta. Præterea cypri-
num,irinum, medulla,adeps ex felle iuncta oleo,magíſq;
ſi vetus eſt,ſal,nitrum,git,piper, quinquefolium, feréque
quæ vehementer & reprimunt & refrigerant.Durãt quæ
calefaciunt & digerunt & emolliunt. Præcipuéque ad e-
molliendum poteſt cataplaſma ex lini vel fœnigræci ſe-
mine.His autem omnibus & ſimplicibus & permixtis va-
riè medici vtuntur, vt magis quid quiſque perſuaſerit ſi-
bi appareat,quàm quid euidenter compererit.

A

DE MORBORVM GENERIBVS, Cap. I.

PRouiſis omnibus quæ pertinent ad vniuerſa genera morborũ, ad ſingulorum curationes veniam. Hos autem in duas ſpecies Græci diuiſerunt, alióſque ex his acutos, alios longos eſſe dixerunt: ideóque quoniã non ſemper eodem modo reſpondebant, eoſdem alii inter acutos, alii inter longos retulerunt. Ex quo plura eorum genera eſſe manifeſtum eſt. Quidam e- B nim breues vtique ſunt, qui citò vel tollunt hominem, vel ipſi citò finiuntur: quidam longi, ſub quibus neque ſanitas in propinquo neque exitium eſt: tertiumque genus eorum eſt qui modò acuti, modò longi ſunt idque non in febribus tantummodo, in quibus frequẽtiſſimum eſt, ſed in aliis quoque fit. Atque etiam præter hos quartum eſt quod neque acutum dici poteſt, quia non perimit: neque vtique longum, quia ſi occurritur, facilè ſanatur. Ego quum de ſingulis dicã, cuius quiſque generis ſit, indicabo. Diuidã autem omnes in eos qui in totis corporibus C conſiſtere vidẽtur, & eos qui oriuntur in partibus. Incipiã à prioribus, pauca de omnibus præfatus. In nullo quidem morbo minus fortuna ſibi vendicare quàm ars poteſt, vtpote quum repugnãte natura nihil medicina proficiat: magis tamen ignoſcendum medico eſt parum proficienti in acutis morbis, quàm in longis. Hic enim breue ſpatiũ eſt, intra quod ſiquod auxiliũ nõ profuit, æger extinguitur: ibi & deliberationi & mutationi remediorum tempus patet, adeò vt raro, ſi inter initia medicus acceſſit, obſequens æger ſine illius vitio pereat. Longus tamen morbus quum penitus inſedit, quod ad difficultatem per- D tinet, acuto par eſt. Et acutus quidem, quo vetuſtior eſt, lõgus autem quo recentior, eo facilius curatur. Alterum illud ignorari nõ oportet, quòd non omnibus ægris eadẽ auxilia conueniunt. Ex quo incidit vt alia atque alia ſummi authores quaſi ſola vendicauerint, prout cuique ceſſerant. Oportet itaque vbi aliquid non reſpondit, non tanti putare authorem quanti ægrum, & experiri aliud atq; aliud: ſic tamen, vt in acutis morbis citò mutetur quod nihil prodeſt: in longis, quos tempus vt facit, ſic etiam ſol- E uit, non ſtatim condemnetur ſiquid non ſtatim profuit: minus verò remoueatur, ſiquid paulum ſaltem iuuat, quia profectus tempore expletur.

QVOMODO MORBI COGNOSCANTVR, & an increſcant, an conſiſtant, an minuãtur: & qua ratione ab initio, qui languere incipit, curari debeat, Cap. II.

PRotinus autem inter initia ſcire facile eſt quis acutus morbus, quis longus ſit: non in his ſolis in quibus ſem- F perita ſe habet, ſed in his quoque in quibus variat. Nam vbi ſine intermiſſionibus acceſſiones & dolores graues vrgent, acutus morbus eſt: vbi lenti dolores, lentæve febres ſunt, & ſpatia inter acceſſiones porrigũtur, accedúntque ea ſigna quæ in priore volumine expoſita ſunt, lõgũ hunc futurũ eſſe manifeſtum eſt. Videdũ etiam eſt, morbus an increſcat, an conſiſtat, an minuatur: quia quædam remedia increſcentibus morbis, plura inclinantibus conueniunt: eáque quæ decreſcentibus apta ſunt, vbi acutus increſcens vrget, in remiſſionibus potius experiẽda ſunt. G Increſcit autem morbus dum grauiores dolores acceſſionéſque veniunt, hæque & antequam proximæ reuertuntur, & poſtea deſinunt. Atque in longis quoque morbis etiam tales notas non habentibus, ſcire licet, increſcere ſi ſomnus incertus eſt, ſi deterior concoctio, ſi fœdiores deiectiones, ſi tardior ſenſus, ſi pigrior mens, ſi percurrit corpus frigus aut calor, ſi idem magis pallet. Ea verò quæ contraria his ſunt, decedentis eius notæ ſunt. Præter hæc in acutis morbis ſerius æger alendus eſt, nec niſi iam inclinatis, vt primò dempta materia impetum frangat: in longis maturius, vt ſuſtinere ſpatium aduenturi mali poſſit. Ac ſiquando is nõ in toto corpore, ſed in parte eſt, magis tamen ad rem pertinet vim totius corporis molliri quàm propriæ partes ægrè ſanentur. Multum etiã intereſt, ab initio quis rectè curat⁹ ſit, an perperã, quia cu ratio minus his prodeſt in quibus aſſiduè fruſtra fuit. Siquis temere habitus adhuc integris viribus viuit, admota curatione momento reſtituitur. Sed quum ab his cœperim quæ notas quaſdam futuræ aduerſæ valetudinis exhibent, curationum quoque principium ab animaduerſione eiuſdem temporis faciam. Igitur ſiquid ex his quæ propoſita ſunt, incidit, omniũ optima ſunt, quies, & abſtinentia. Siquid bibendum, aqua: idque interdum vno die fieri ſatis eſt: interdum ſi terrentia manent, biduò: proximéque abſtinentiam ſumendus eſt cibus exiguus, bibenda aqua, poſtera die etiam vinum, deinde inuicem alternis diebus, modò aqua, modò vinum, donec omnis cauſæ metus finiatur. per hæc enim ſæpe inſtans grauis morbus diſcutitur. Plurimique falluntur dum ſe primo die protinus ſublaturos languorem aut exercitatione, aut balneo, aut coacta deiectione, aut vomitu, aut ſudationibus, aut vino ſperant. Non quò non interdum id incidat, aut non decipiat, ſed quò ſæpius fallat, ſoláque abſtinentia ſine vllo periculo medeatur: quum præſertim etiã pro modo terroris moderari liceat, & ſi leuiora indicia fuerint, ſatis ſit à vino tãtùm abſtinere: quod ſubtractũ, pluſquam ſi cibo aliquid dematur, adiuuat: ſi paulò grauiora, facile ſit non aquam tantùm bibere, ſed etiam cibo carnẽ ſubtrahere. Interdum panis quoque minus quàm pro conſuetudine aſſumere, humidóque cibo eſſe cotentum, & olere potiſſimum: ſatiſque ſit tum ex toto à cibo, à vino, ab omni motu corporis abſtinere, quum vehemẽtes notæ terruerunt. Neque dubium eſt quin vix quiſquam qui non diſſimulauit, ſed per hæc maturè morbo occurrit, ægrotet.

DE FEBRIVM GENERIBVS, Cap. III.

ATque hæc quidem ſanis facienda ſunt, tantùm cauſam metuẽtibus. Sequitur verò curatio febriũ, quod & in toto corpore, & vulgare maximè morbi genus eſt. Ex his vna quotidiana, altera tertiana, altera quartana eſt: interdum etiam longiore circuitu quædam redeunt, ſed id raro euenit. In prioribus & morbi ſunt, & medicina: at quartanæ quidem ſimpliciores ſunt. Incipiũt fere ab horrore, deinde calor erumpit, finitáque febre biduũ integrũ eſt, ita quarto die reuertitur. Tertianarũ verò duo genera ſunt: alterum eodem modo quo quartana & incipiens & deſinens, illo tantùm interpoſito diſcrimine, quòd vnum diem præſtat integrum, tertio redit: alterum longè pernicioſius, quod tertio quidem die reuertitur, ex octo autem & quadraginta horis, fere ſex & triginta per acceſſionem occupat, interdum etiam vel minus vel plus, neque ex toto in remiſſione deſiſtit, ſed tantùm leuius eſt. id genus plerique medici hemitritæon appellant. Quotidianæ verò variæ ſunt, & multiplices: aliæ enim protinus à calore incipiunt, aliæ à frigore, aliæ ab horrore (frigus voco, vbi extremæ partes membrorum inalgeſcunt: horrorem, vbi totum corpus intremit) rurſus aliæ ſic deſinunt vt ex toto ſequatur integritas: aliæ ſic vt aliquantum quidem minuatur ex febre, nihilominus tamen quædam reliquiæ remaneant, donec altera acceſſio accedat: ac ſæpe aliæ vix quicquam aut nihil remittant, ſed ita vt continuent: deinde aliæ feruorem ingentem habent, aliæ tolerabilem: aliæ quotidie pares ſunt, aliæ impares, atque inuicem altero die leniores, altero vehementiores: aliæ tempore eodẽ poſtridie reuertuntur, aliæ vel ſerius vel celerius, aliæ diẽ noctémque acceſſionem & deceſſionẽ implent, aliæ minus, aliæ plus, aliæ quum decedunt ſudorem mouent, aliæ non mouent: atque aliàs per ſudorem ad integritatem venitur, aliàs corpus tantùm imbecillius redditur. Acceſ-

ſionesetiam, modò ſingulæ ſingulis diebus fiunt, modò binæ, pluréſve concurrunt. Ex quo ſæpe euenit vt quotidie plures acceſſiones, remiſſionéſque ſint: ſic tamen vt vnaquæque alicui priori reſpondeat. Interdũ verò acceſſiones quoque confunduntur, ſic vt notari neque tempora earum neque ſpatia poſſint. Neque verum eſt quod dicitur à quibuſdam, nullam febrem inordinatam eſſe, niſi aut ex vomica, aut ex inflammatione, aut ex vlcere (facilior enim ſemper curatio foret ſi hoc verum eſſet) ſed quod euidentes cauſæ faciũt, facere etiã abditæ poſſunt. neque de re, ſed de verbo controuerſiam mouent: qui, quum aliter alitérque in eodem morbo febres accedant, non eaſdem inordinatè redire, ſed alias, aliáſque ſubinde oriri dicunt: quod tamen ad curandi rationem nihil pertineret, etiamſi verè diceretur. Tempora quoque remiſſionum modò liberalia, modò vix vlla ſunt.

DE CVRATIONVM DIVERSIS GENERIBUS, Cap. IIII.

ET febrium quidem ratio maximè talis eſt. Curationũ verò diuerſa genera ſunt, prout authores aliqui habẽt. Aſclepiades officium eſſe medici dicit vt tutò, vt celeriter, vt iucundè curet. Id notũ eſt: ſed fere periculoſa eſſe nimium & feſtinatio & voluptas ſolet. Qua verò moderatione vtendum ſit, vt quantum fieri poteſt omnia iſta cõtingant, prima ſemper habita ſalute in ipſis partibus curationum conſiderandum erit. Et ante omnia quæritur, primis diebus æger qua ratione continẽdus ſit. Antiqui medicamentis quibuſdam datis concoctionem moliebantur, eo quòd cruditatem maximè horrebant: deinde eam materiam quæ lædere videbatur, ducendo ſæpius aluum ſubtrahebant. Aſclepiades medicamenta ſuſtulit, aluum non toties, ſed fere tamen in omni morbo ſubduxit. Febre verò ipſa præcipuè ſe ad eius remedium vti profeſſus eſt. Cõuellendas enim vires ægri putauit, luce, vigilia, ſiti ingenti: ſic vt ne os quidem primis diebus elui ſineret. Quo magis falluntur qui per omnia iucundam eius diſciplinam eſſe contendunt: Is enim vlterioribus quidem diebus cubantis etiam luxuriæ ſubſcripſit: primis verò tortoris vicem exhibuit. Ego autem medicamentorum dari potiones, & aluum duci nonniſi raro debere, concedo. Et id non ideo tamen agendum vt ægri vires conuellantur, exiſtimo: quoniam ex imbecillitate ſummum periculum eſt. Minui ergo tantam materiam ſuperantem oportet, quæ naturaliter digeritur vbi nihil noui accedit. Itaque abſtinendus à cibo primis diebus eſt, in luce habẽdus æger, niſi infirmus interdiu eſt, quoniam corpus iſta quoque digerit, iſque cubare quammaximo cõclaui debet. Quod ad ſitim verò ſomnúmque pertinet, moderandum eſt, vt interdiu vigilet: noctu, ſi poteſt, conquieſcat: ac neque potet, neque nimium ſiti crucietur. Os etiam eius elui poteſt, vbi & ſiccum eſt, & ipſi fœtet, quanuis id tempus aptum potioni non eſt. Commodéque Eraſiſtratus dixit, ſæpe inferiore parte humorem non requirẽte, os & fauces requirere, neque ad rem malè haberi ægrum pertinere. Ac primò quidem ſic tenendus eſt. Optimum verò medicamentum eſt, opportunè cibus datus, qui quãdo primùm dari debeat, quæritur. Plerique ex antiquis tardè dabãt, ſæpe quinto die, ſæpe ſexto, & id fortaſſe vel in Aſia vel in Ægypto cæli ratio patitur. Aſclepiades vbi ægrum triduo per omnia fatigarat, quarto die cibo deſtinabat. At Themiſon nuper, non quando cœpiſſet febris, ſed quando deſiſſet, aut certè leuata eſſet, conſiderabat, & ab illo tempore expectato die tertio, ſi non acceſſerat febris, ſtatim: ſi acceſſerat, vbi ea vel deſierat, vel ſi aſſiduè inhærebat, ſi certè ſe inclinauerat, cibum dabat. Nihil autem horum vtique perpetuum eſt. Nam poteſt primo die primus cibus dandus eſſe, poteſt ſecundo, poteſt tertio, poteſt nonniſi quarto aut quinto, poteſt poſt vnam acceſſionem, poteſt poſt duas, poteſt poſt plures. Refert enim qualis morbus ſit, quale corpus, quale cælum, quæ ætas, quod tempus anni: miniméque in rebus multum inter ſe differentibus, quod intermittendum non eſt, perpetuum eſſe præceptum temporis poteſt. In morbo qui plus viriũ aufert, celerius cibus dandus eſt, itémque eo cælo quo magis digerit. Ob quam cauſam in Aphrica, nullo die æ-

A ger abſtinere rectè videtur. Maturius etiam puero quàm iuueni, æſtate quàm hyeme dari debet. Vnum illud & ſemper & vbique ſeruandum eſt, vt ægri vires ſubinde aſſidẽs medicus inſpiciat, & quandiu ſupererunt, abſtinentia pugnet: ſi imbecillitatem vereri cœperit, cibo ſubueniat. Id enim eius officium eſt vt ægrum neque ſuperuacua materia oneret, neque imbecillitatem fami prodat. Idque apud Eraſiſtratum quoque inuenio, qui quanuis parum docuit quando venter, quando corpus ipſum exinaniretur, dicendo tamen hæc eſſe viſenda, & tum cibum **B** dandum quum corpori deberetur: ſatis oſtendit, dum vires ſupereſſent dari non oportere: ne deficerent, conſulendũ eſſe. Ex his autẽ intelligi poteſt ab vno medico multos non poſſe curari, eúmque (ſi artifex eſt) idoneum eſſe qui nõ multum ab ægro recedit. Sed qui quæſtui ſeruiũt, quoniam is maior ex populo eſt, libenter amplectuntur ea præcepta quæ ſedulitatem non exigunt, vt in hac ipſa re. Facile eſt enim dies vel acceſſiones numerare iis quoque qui ægrum raro vident. ille aſſideat neceſſe eſt, qui quod ſolùm opus eſt, viſurus eſt, quando nimis imbecil- **C** lus futurus ſit, niſi cibum acceperit. In pluribus tamen ad initium cibi dies quartus aptiſſimus eſſe conſueuit. Eſt autem alia etiam de diebus ipſis dubitatio, quoniam antiqui potiſſimum impares ſequebantur, eóſque tanquam tunc de ægris iudicaretur, *κρισίμους* nominabant. Hi erant dies tertius, quintus, ſeptimus, nonus, vndecimus, quartuſdecimus, vnus & viceſimus, ita vt ſumma potentia ſeptimo, deinde quartodecimo, deinde vni & viceſimo daretur. Igitur ſic ægros nutriebãt, vt dierum imparium acceſſiones expectarent, deinde poſtea cibum quaſi leuioribus **D** acceſſionibus inſtantibus darent, adeò vt Hippocrates, ſi alio die febris deſiſſet, recidiuam timere ſit ſolitus. Id Aſclepiades iure vt vanum repudiauit: neque in vllo die, quia par impárve eſſet, his vel maius vel minus periculũ eſſe dixit. Interdum enim peiores dies impares fiũt, & opportunius poſt earum acceſſiones cibus datur. Nonnunquam etiam in ipſo morbo dierum ratio mutatur, fitque grauior qui remiſſior eſſe conſueuerat, atque ipſe quartus decimus par eſt: in quo eſſe magnam vim antiqui fatebãtur: qui quum octauum primi naturam habere conten- **E** derent, vt ab eo ſecundus ſeptenarius numerus inciperet, ipſi ſibi repugnabant, non octauum, neque decimum, neque duodecimum diem ſumendum quaſi potentiorem. Plus enim tribuebant nono & vndecimo. Quod quum feciſſent ſine vlla probabili ratione ab vndecimo non ad tertiumdecimum, ſed ad quartumdecimum tanſibant. Eſt etiam apud Hippocratem, ei quem ſeptimus dies liberaturus ſit, quartum eſſe grauiſſimũ: ita, illo quoque authore, in die pari & grauior febris eſſe poteſt, & certa futuri nota. Atque idem alio loco quartũ quenque diem, vt in **F** vtrunque efficaciſſimum apprehendit, id eſt quartum, ſeptimum, vndecimum, quartumdecimum, decimumſeptimum, in quo & ab impari ad paris rationem tranſit: & ne hoc quidem propoſitum conſeruauit, quum à ſeptimo die vndecimus, non quartus, ſed quintus ſit: adeò apparet quacũque ratione ad numerum reſpeximus, nihil rationis ſub illo quidem authore reperiri. Verùm in his quidẽ antiquos tunc celebres admodum Pythagorici numeri fefellerunt, quum hîc quoque medicus non numerare dies debeat, ſed ipſas acceſſiones intueri, & ex his conie- **G** ctare quando dandus cibus ſit. Illud autem magis ad rem pertinet, ſcire, túmne oporteat dari quum iam bene venæ conquieuerunt, aut etiam num manentibus reliquiis febris. Antiqui enim quamintegerrimis corporibus alimentum offerebãt. Aſclepiades inclinata quidem febre, ſed adhuc tamen inhærente. In quo vanam rationem ſequutus eſt, non quò nõ ſit interdũ maturius cibus dãdus, ſi maturè timetur altera acceſſio, ſed quò ſcilicet quàm ſaniſſimo dari debeat. Minus enim corrumpitur quod integro corpori infertur. Neque tamẽ verum eſt quod The- **H** miſoni videbatur: ſi duabus horis integer futurus eſſet æger, ſatiꝰ eſſe tũc dare, vt ab integro corpore potiſſimùm diduceretur. Nam ſi diduci tam celeriter poſſet, id eſſet optimum. Sed quum hoc breue tempus non præſtet, ſatius eſſe principia cibi à decedente febre quàm reliquias

ab incipiẽte excipi: ita ſi longius tempus ſecundum eſt, quam integerrimo dandus eſt: ſi breue, etiam antequam ex toto integer fiat. Quo loco verò integritas eſt, eodem & remiſſio, quæ maximè in febre continua poteſt eſſe. At hîc quoque quæritur vtrũ tot horæ expectandæ ſint quot febrem habuerunt, an ſatis ſit primam partem earum præteriri, vt ægris iucundius inſidat, quibus interdũ non vacat. Tutiſſimum eſt autem, ante totius acceſſionis tempus præterire. quãuis vbi longa febris fuit, poteſt indulgeri ægro maturius, dum tamen antè minimè pars dimidia prætereatur. Idque non in ea ſola febre de qua proximè dictum eſt, ſed in omnibus ita ſeruandum eſt.

DE FEBRIVM SPECIEBVS, ET SINGVLARUM curationibus, & primò quando cibus febricitantibus dandus ſit, Cap. V.

HÆC magis per omnia genera febriũ perpetua ſunt: nunc ad ſingulas earum ſpecies deſcendam. Igitur ſi ſemel tãtùm acceſſit, deinde deſiit, eáque vel ex inguine, vel ex laſſitudine, vel ex æſtu aliáve ſimili re fuit, ſic vt interior nulla cauſa metum fecerit, poſtero die, quum tempus acceſſionis ita trãſiit vt nihil mouerit, cibus dari poteſt. At ſi ex alto calor venit, & grauitas vel capitis vel præcordiorum ſequuta eſt, neque apparet quid corpus cõfuderit, quãuis vnam acceſſionem ſequuta integritas eſt, tamen quia tertiana timeri poteſt, expectandus eſt dies tertius: & vbi acceſſionis tempus præteriit, cibus dandus eſt, ſed exiguus, quia quartana quoque timeri poteſt. Et die quarto demũ, ſi corpus integrũ eſt, eo cũ fiducia vtẽdum. Si verò poſtero tertióve aut quarto die ſequuta febris eſt, ſcire licet morbum eſſe. Sed tertianarum quartanarúmq;, quarum & certus circuitus eſt, & finis integer, & quia liberaliter quieta tempora ſunt, expeditior ratio eſt: de quibus ſuo loco dicã. Nunc verò eas explicabo quæ quotidie vrgent. Igitur tertio quoque die cibus ægro cõmodiſſimè datur, vt alter febrem minuat, alter viribus ſubueniat. Sed his dari debet, ſi quotidiana febris eſt quæ ex toto deſinat, ſimulatque corpus integrum factum eſt: ſi quanuis non acceſſiones, febres tamen iunguntur, & quotidie quidem increſcunt, ſed ſine integritate tamen remittunt, quum corpus ita ſe habet vt maior remiſſio nõ expectetur: ſi altero die grau[illegible]r, altero leuior acceſſio eſt poſt grauiorem. Fere verò grauiorem acceſſionem leuior nox ſequitur: quò fit, vt grauiorem acceſſionem nox quoque triſtior antecedat. At ſi continuatur febris, neque leuior vnquam fit, & dari cibum neceſſe eſt. Quando dari debeat, magna quidẽ diſſenſio eſt: quidam quia fere remiſſius matutinum tempus ægris eſt, tunc putant dandú. Quod ſi reſpondet, non quia manè eſt, ſed quia remiſſio eſt ægris, dari debet. Si verò ne tunc quidem vlla requies ægris eſt, hoc ipſo peius id tempus eſt: quod quum ſua natura melius eſſe debeat, morbi vitio non eſt: ſimúlque inſequitur tempus meridianum, à quo quum omnis æger fere peior fiat, timeri poteſt ne ille magis etiam quàm ex conſuetudine vrgeatur. Igitur alii veſpere tali ægro cibũ dant. Sed quum eo tempore fere peſſimi ſint qui ægrotant, verendum eſt ne ſiquid tũc mouerimus, fiat aliquid aſperius. Ob hæc ad mediam noctem decurro, id eſt finito iam grauiſſimo tempore, eodémque longiſſimè diſtãte, ſequuturis verò antelucanis horis, quibus omnes fere maximè dormiunt, deinde matutino tempore, quod natura ſua leuiſſimum eſt. Si verò febres vagæ ſunt, quia verẽdũ eſt ne cibum ſtatim ſubſequantur, quandocunque quis ex acceſſione leuatus eſt, tunc debet aſſumere. At ſi plures acceſſiones eodem die veniunt, conſiderare oportet paréſne per omnia ſint (quod vix fieri poteſt) an impares. Si per omnia pares ſunt, poſt eam potius acceſſionem cibus dari debet quæ nõ inter meridiẽ & veſperum deſinit: ſi impares ſunt, conſiderandum eſt quo diſtẽt. Nam ſi altera grauior, altera leuior eſt, poſt grauiorem dari debet: ſi altera longior, altera breuior, poſt longiorem: ſi altera grauior, altera lõgior eſt, cõſiderandũ eſt vtra magis affligat, illa vi, an hæc tẽpore, & poſt eã dãdus eſt. Sed planè plurimũ intereſt quãtæ qualéſque inter eas remiſſiones ſint. Nã ſi poſt alterã febrẽ motio manet, poſt alteram

A integrũ corpus eſt, integro corpore, cibo tẽpus aptius eſt. Si ſemper febricula manet, ſed alterũ tamẽ lõgius tẽpus remiſſionis eſt, id potius eligendũ eſt, adeò vt vbi acceſſiones continuantur, protinus inclinata priore dandus cibus ſit. Etenim perpetuum eſt, ad quod omne conſilium dirigi poteſt, cibum quammaximè ſemper ab acceſſione futura reducere, & hoc ſaluo, dare quamintegerrimo corpori. Quod nõ inter duas tantùm, ſed etiam inter plures acceſſiones ſeruabitur. Sed quum ſit aptiſſimum tertio quoque die cibum dare, tamen ſi corpus infirmum eſt, quotidie

B dandus eſt: multóque magis ſi continentes febres ſine remiſſione ſunt, quanto magis corpus affligũt, aut ſi duæ pluréſve acceſſiones eodem die veniunt. Quæ res efficit vt & à primo die protinus cibus dari quotidie debeat, ſi protinus venæ conciderunt: & ſæpius eodem die, ſi inter plures acceſſiones ſubinde vis corpori deeſt. Illud tamen in his ſeruandum eſt, vt poſt eas febres minus cibi detur, poſt quas, ſi per corpus liceret, omnino non daretur. Quũ verò febris inſtet, incipiat, augeatur conſiſtat, decedat, deinde in deceſſione conſiſtat, aut finiatur, ſcire licet opti-

C mum cibo tempus eſſe febre finita, deinde quum deceſſio eius conſiſtit: tertium ſi neceſſe eſt, quandocunque decedit, cætera omnia periculoſa eſſe. Si tamen propter infirmitatem neceſſitas vrget, ſatius eſſe cõſiſtente iam incremento febris aliquid offerre quàm increſcente: ſatius eſſe inſtante quàm incipiẽte: cum eo tamen vt nullo tẽpore is qui deficit, non ſit ſuſtinendus. Neque hercule ſatis eſt, ipſas tantùm febres medicum intueri, ſed etiam totius corporis habitum, & ad eum dirigere curationem, ſeu ſuperſunt vires, ſeu deſunt, ſeu quidam mali affectus

D interueniunt. Quum verò ſemper ægros ſecuros agere cõueniat, vt corpore tantùm, non etiam animo laborent, tũ præcipuè vbi cibum ſumpſerunt: atque ſiqua ſunt quæ exaſperatura eorum animos ſunt, optimum eſt, ea, dum ægrotant, eorum notitiæ ſubtrahere: ſi id fieri non poteſt, ſuſtinere tamen poſt cibum vſque ſomni tempus, & quũ experrecti ſunt, tum exponere.

QVANDO POTIONES FEBRICITANTIBUS dari expediat, Cap. VI.

SED de cibo facilior quidẽ cum ægris ratio eſt, quorũ

E ſæpe ſtomachus hunc reſpuit, etiãſi mens concupiſcit. De potione verò ingens pugna eſt, eóque magis quo maior febris eſt. Hæc enim ſitim accendit, & tum maximè aquam exigit quum illa periculoſiſſima eſt. Sed docẽdus æger eſt, vbi febris conquieuerit, protinus ſitim quoque quieturam, longiorémque acceſſionem fore, ſiquod ei datum fuerit alimẽtum. Ita celerius eum deſinere ſitire qui non bibit. Neceſſe eſt tamen quanto facilius etiam ſani famẽ quàm ſitim ſuſtinent, tanto magis ægris in potione quàm in cibo indulgere. Sed primo quidẽ die nullus hu-

F mor dari debet, niſi ſubitò ſic venæ conciderunt vt cibus quoque dari debeat: ſecundo verò, cæteriſque etiam quibus cibus non dabitur, tamen ſi magna ſitis vrgebit, potio dari poteſt. Ac ne illud quidem ab Heraclide Tarẽtino dictum ratione caret, vbi aut bilis ægrum, aut cruditas malè habet, expedire quoque per medicas potiones miſceri nouam materiam corruptæ. Illud videndum eſt, vt qualia tempora cibo leguntur, talia potioni quoque: vbi ſine illo datur, deligãtur, aut quum ægrum dormire cupiemus: quod fere ſitis prohibet. Satis autem conuenit,

G quum omnibus febricitãtibus nimius humor alienus ſit, tum præcipuè eſſe fœminis quæ ex partu in febres inciderunt. Sed quum tempora cibo potioníque febris & remiſſionis ratio det, non eſt expeditiſſimum ſcire quãdo æger febricitet, quando melior ſit, quando deficiat: ſine quibus diſpenſari illa non poſſunt. Venis enim maximè credimus fallaciſſimæ rei, quia ſæpe iſtæ leniores, celerioréſve ſunt, & ætate & ſexu, & corporum natura: & plerunque ſatis ſano corpore, ſi ſtomachus infirmus eſt, nonnunquam etiam incipiente febre ſubeunt & quieſcunt, vt im-

H becillus is videri poſſit cui facilè laturo grauis inſtat acceſſio. Contrà ſæpe eas concitat & reſoluit ſol & balneũ, & exercitatio, & metus, & ira, & quilibet alius animi affectus, adeò vt quum primùm medicus venit, ſolicitudo ægri dubitantis quomodo ille ſe habere videatur, eas mo-

ueat.Ob quam cauſam periti medici eſt, non protinus vt A
venit apprehendere manu brachium,ſed primùm reſide-
re hilari vultu, percũctarique quemadmodum ſe habeat:
& ſiquis eius metus eſt,eum probabili ſermone lenire, tũ
deinde eius corpori manum admouere. Quas venas autẽ
conſpectus medici mouet, quamfacilè mille res turbant.
Altera res eſt,cui credimus,calor,æquè fallax:nã hic quo-
que excitatur æſtu,labore,ſomno,metu,ſolicitudine. Igi-
tur intueri quidem etiam iſta oportet: ſed his non omnia
credere, ac protinus quidem ſcire, non febricitare eum
cuius venæ naturaliter ordinatæ ſunt, tepórque talis eſt B
qualis eſſe ſanis ſolet.Non protinus autem ſub calore mo
túque febrẽ ſeſe concipere, ſed ita, ſi ſumma quoque ari-
da inæqualiter cutis eſt,ſi calor & in fronte eſt,& ex imis
præcordiis oritur,ſi ſpiritus ex naribus cum feruore pro-
rumpit,ſi color aut rubore aut pallore nouo mutatus eſt,
ſi oculi graues, & aut perſici,aut ſubhumidi ſunt, ſi ſudor
quum fit,inæqualis eſt,ſi venæ non æquis interuallis mo-
uentur.Ob quam cauſam medicus neque in tenebris, ne-
que à capite ægri debet reſidere,ſed illuſtri loco aduerſus
eum,vt omnes notas ex vultu quoque cubãtis perſpiciat. C
Vbi verò febris fuit,atque decreuit,expectare oportet nũ
tempora partéſve corporis aliæ paulum madeſcant, quæ
ſudorem venturum eſſe teſtentur. Ac ſiqua nota eſt, tunc
demum dare potui calidã aquam,cuius ſalubris affectus
eſt ſi ſudorem per omnia membra diffundit. Huius autẽ
rei cauſa continere æger ſub veſte ſatis multa manus de-
bet,eadémque crura pedéſque contegere,qua malè pleri-
que ægros in ipſo impetu febris, peſſiméque vbi ardens
ea eſt,malè habent.Si ſudare corpus cœpit, linteum tepe-
facere oportet, paulatímque ſingula membra detergere. D
At vbi ſudor omnis finitus eſt,aut ſi is nõ venit, vbi quã-
maximè potuit,idoneus eſſe cibo æger videtur, ſub veſte
leniter vngendus eſt,tum detergendus, deinde ei cibus
dandus. Cibus autem febricitantibus humidus eſt aptiſ-
ſimus,aut humori certè quamproximus: vtique ex mate
ria quamleuiſſima, maximéque ſorbitio:eáque ſi magnæ
febres fuerunt, quamtenuiſſima eſſe debet. Mel quoque
deſpumatum huic rectè adiicitur, quò corpus magis nu-
triatur:ſed id,ſi ſtomachum offendit,ſuperuacuũ eſt, ſic-
ut ipſa quoque ſorbitio. Dari verò in vicem eius poteſt, E
vel intrita ex aqua calida,vel alica elota, ſi firmus eſt ſto-
machus:& compreſſa aluus,ex aqua mulſa: ſi vel ille lan-
guet,vel hæc profluit,ex poſca.Et primo quidem cibo ita
ſatis eſt:ſecundò verò aliquid adiici poteſt, ex eodem ta-
men genere materiæ vel olus, vel cõchylium, vel pomũ:
& dum febres quidem increſcunt hic ſolus idoneus ci-
bus eſt.Vbi verò aut deſinunt,aut leuantur,ſemper quidẽ
incipiendum eſt ab aliquo ex materia leuiſſima:adiiciẽ-
dum verò aliquid ex media,ratione habita ſubinde & vi
rium hominis & morbi. Ponendi verò ægro varii cibi F
(ſicut Aſclepiades præcepit)tum demũ ſunt vbi faſtidio
vrgetur,neque ſatis vires ſufficiunt,vt paulum ex ſingulis
deguſtando famem vitet.At ſi neque vis neque cupiditas
deeſt,nulla varietate ſolicitãdus æger eſt,ne plus aſſumat
quàm concoquat. Neque verum eſt quod ab eo dicitur,
facilius concoqui cibos varios.eduntur enim facilius, ad
concoctionem autem materiæ, genus & modus pertinẽt.
Neque inter magnos dolores, vt neque increſcente mor-
bo tutum eſt ægrum cibo impleri, ſed vbi inclinata iam
in melius valetudo eſt. Sunt aliæ quoque obſeruationes G
in febribus neceſſariæ: atque id quoque videndum eſt
quod quidam ſolùm præcipiunt, an aſtrictum corpus ſit,
an profluat:quorum alterum ſtrangulat quod continet, al
terum digerit.Nam ſi aſtrictum eſt,ducenda aluus eſt,mo
uenda vrina,eliciendus omni modo ſudor. In hoc gene-
re morborum ſanguinem etiam miſiſſe, cõcuſſiſſe vehe-
mentibus geſtationibus corpus,in lumine habuiſſe,impe
raſſe famem,ſitim,vigiliam,prodeſt:vtile eſt etiam indu
cere in balneum,prius demittere in ſolium, tum vngere,
iterum ad ſolium redire,multáque aqua fouere inguina, H
interdum etiam oleũ in ſolio cum aqua calida miſcere:
vti cibo rarius & ſerius tenui,ſimplici, molli, calido,exi-
guo,maximéque oleribus,qualia ſunt lapathum, vrtica,
malua,vel iure etiam concharum,muſculorúmve,aut lo-
cuſtarum,neque dãda eſt caro niſi elixa eſt. At potio eſſe
debet magis liberalis,& ante cibũ,& poſt hunc,& cũ hoc
vltrà quàm ſitis coget. Poteritque à balneo etiã pinguius
aut dulcius dari vinum, poterit ſemel aut bis interponi
Græcum ſalſum.Cõtrà verò ſi corpus profluet,ſudor coer-
cendus,quies adhibenda erit,tenebris,ſomnóque quãdo-
cunque volet vtendum, nonniſi leui geſtatione corpus a-
gitandum,& pro genere mali ſubueniendum.Nam ſi vẽ-
ter fluit,aut ſi ſtomachus non continet, vbi febris decre-
uit,liberaliter oportet aquam tepidam potui dare, & vo-
mere cogere,niſi aut fauces,aut præcordia, aut latus do-
let,aut vetus morbus eſt.Si verò ſudor exercet,duranda cu
tis eſt vel nitro vel ſale, quæ cum oleo miſcentur.At ſi le-
uius id vitium eſt,oleo corpus vngendum eſt:ſi vehemẽ-
tius,roſa vel melino,vel myrteo, cui vinum auſterum ſit
adiectum.Quiſquis autem fluore æger eſt, quum venit in
balneum,prius vngendus,deinde in ſolium demittendus
eſt.Si in cute vitiũ eſt,frigida quoque quàm calida aqua
melius vtetur. Vbi ad cibum ventum eſt,dari debet is va-
lens,frigidus,ſiccus, ſimplex, qui quãminimè corrumpi
poſſit, panis toſtus,caro aſſa,vinũ aſperum, vel certè ſub-
auſterum.Si venter profluit,calidum:ſi ſudores nocent,vo
mitúſque ſunt,frigidum.

QVOMODO PESTILENTES FEBRES curari debeant, Cap. VII.

DEſiderat etiam propriam animaduerſionẽ in febri-
bus peſtilentiæ caſus. In hanc minimè vtile eſt aut
fame aut medicamẽtis vti,aut ducere aluũ.Si vires ſinũt,
ſanguinem mittere optimum eſt, præcipuéque ſi cum do
lore febris eſt.Si id parum tutũ eſt,vbi febris aut tenuata
eſt,aut leuata eſt,vomitu pectus purgare. Sed in hoc ma-
turius quàm in his morbis, ducere in balneum opus eſt,
vinum calidum & meracius dare,& omnia glutinoſa:in-
ter quæ quoque carnem generis eiuſdem.Nam quò cele-
rius eiuſmodi tempeſtates corripiunt, eo maturius auxi-
lia,etiam cum quadam temeritate rapienda ſunt.Quòd ſi
puer eſt qui laborat,neque tantum robur eius eſt vt ſan-
guis mitti poſſit, ſiti ei vtendum eſt, ducenda aluus vel
aqua vel ptiſſanæ cremore, tum demum is leuibus cibis
nutriendus:& ex toto,non ſic pueri vt viri curari debent.
Ergo, vt in alio quoque genere morborũ, parcius in his
agendum eſt. Non facilè ſanguinem mittere, non fa
cilè ducere aluum,non cruciare vigilia, faméve, aut ni-
mia ſiti,non vino curare ſatis conuenit. Vomitus poſt fe-
brem eliciendus eſt, deinde dandus cibus ex leuiſſimis,
tum is dormiat:poſtero quoque die ſi febris manet, abſti
neatur:tertio ad ſimilem cibum redeat. Dandáque opera
eſt,quantum fieri poteſt vt inter opportunam abſtinen-
tiam cibóſque opportunos, omiſſis cæteris nutriatur. Si
verò ardens febris extorret, nulla medicamenti danda
potio eſt:ſed in ipſis acceſſionibus,oleo & aqua refrigerã
dus eſt, quæ miſcenda manu ſunt donec albeſcant, & cõ
claui tenendus,quò multum & purum aerem trahere poſ
ſit,neque multis veſtimentis ſtrangulandus, ſed admodũ
leuibus tantùm velandus eſt. Poſſunt etiam ſuper ſtoma-
chum imponi folia vitis in aqua frigida tincta.Ac ne ſiti
quidem nimia vexandus eſt,alendus maturius eſt,id eſt à
die tertio,& ante cibum iiſdem perungendus. Si pituita
in ſtomacho coit,inclinata iam acceſſione, vomere cogẽ
dus eſt & tunc dãdum frigidum olus, aut pomum ex his
quæ ſtomacho conueniunt: ſi ſiccus manet ſtomachus,
protinus vel ptiſſanæ,vel alicæ,vel oryzæ cremor dandus
eſt,cum quo recens adeps cocta ſit.Quum verò in ſummo
incremento morbus eſt, vtique non ante diem quartum
magna ſiti antecedente, frigida aqua copioſè præſtanda
eſt,vt bibat etiam vltra ſatietatem: & quum iam venter
& præcordia vltra modum repleta, ſatíſque refrigerata
ſunt,vomere debet. Quidam ne vomitum quidem exi-
gunt,ſed ipſa aqua frigida tantùm ad ſatietatem data pro
medicamento vtuntur.Vbi vtrumlibet factum eſt, mul-
ta veſte operiẽdus eſt,& collocandus vt dormiat. Feréque
poſt longam ſitim & vigiliam, poſt multam ſatietatem,
poſt infractum calorem plenus ſomnus venit, per quem
ingens ſudor effunditur,idque præſentiſſimum auxilium
eſt.Sed in his tamen in quibus præter ardorem,nulli do-

lores, nullus præcordiorum tumor, nihil prohibens, vel in thorace, vel in pulmone, vel in faucibus, nõ vlcus, non deiectio, non profluuium alui fuit. Si quis autem in huiuſmodi febre leuiter tuſſit, is neque vehementi ſiti conflictatur, neque bibere aquam frigidam debet, ſed eo modo curandus eſt quo in cæteris febribus præcipitur.

A

CVRATIO SEMITERTIANAE FEBRIS, quæ hemitritæos dicitur, Cap. VIII.

AT vbi id genus tertianæ eſt quod hemitritæon medici appellant, magna cura opus eſt ne id fallat. Habet enim plerunque frequentiores acceſſiones deceſſionéſque, vt aliud morbi genus videri poſſit: porrigitque febris inter horas vigintiquatuor & trigintaſex, vt quod idem eſt, non idem eſſe videatur. Et magnopere neceſſarium eſt, neque dari cibum, niſi in ea remiſſione quæ vera eſt: & vbi ea venit, protinus dari, plurimique ſub alterutro curantis errore ſubitò moriuntur: ac niſi magnopere aliqua res prohibet, inter initia ſanguis mitti debet, tum dari cibus qui neque incitet febrem, & tamen longum eius ſpatium ſuſtineat.

B

CVRATIO LENTARVM FEBRIVM, Cap. IX.

C NOnnunquam etiam lentæ febres ſine vlla remiſſione corpus tenẽt, ac neque cibo, neque vlli remedio locus eſt. In hoc caſu medici cura eſſe debet vt morbum mutet: fortaſſe enim curationi opportunior fiet. Sæpe igitur ex aqua frigida cui oleũ ſit adiectũ, corpus eius pertractandũ eſt, quoniã interdum ſic euenit vt horror oriatur, & fiat initiũ quoddã noui motus, éxque eo, quũ magis corpus incaluit, ſequatur etiam remiſſio. In his frictio quoque ex oleo & ſale ſalubris videtur. **D** At ſi diu frigus eſt & torpor, & iactatio corporis, non alienũ eſt in ipſa febre dare mulſi tres aut quatuor cyathos, vel cũ cibo vinũ bene dilutũ. Intenditur enim ſæpe ex eo febris, & maior ortus calor, ſimul & priora mala tollit, & ſpem remiſſionis in ea curatione oſtendit. Neque hercule iſta curatio noua eſt, qua nũc quidã traditos ſibi ægros (qui ſub cautioribꝰ medicis trahebantur) interdũ contrariis remediis ſanãt. Siquidem apud antiquos quoque ante Herophilũ & Eraſiſtratũ, maximéque poſt Hippocratẽ fuit Petro quidam **E** qui febricitantem hominem, vbi acceperat, multis veſtimentis operiebat, vt ſimul calorẽ ingentẽ ſitimque excitaret. Deinde vbi paulũ remitti cœperat febris, aquã frigidam potui dabat: ac ſi mouerat ſudorẽ, explicuiſſe ſe ægrũ indicabat: ſi non mouerat, plus etiã aquæ frigidæ ingerebat, & tum mouere cogebat. Si alterutro modo febre liberauerat, protinus ſuillã aſſam, & vinũ homini dabat. Si nõ liberauerat, decoquebat aquã ſale adiecto, éamque bibere cogebat, vt mouendo ventrem purgaret. Et intra hæc omnis eius medicina erat. Eáq; non minus grata fuit **F** iis quos Hippocratis ſucceſſores nõ refecerãt, quàm nũc eſt iis quos Herophili, vel Eraſiſtrati æmuli diu tractos non expedierunt. Neque ideo tamen non eſt temeraria iſta medicina, quia plures, ſi protinus à principiis excepit, interemit. Sed quũ eadem omnibus cõuenire nõ poſſint, fere quos ratio nõ reſtituit, temeritas adiuuat. Ideóq; eiuſmodi medici melіꝰ alienos ægros quàm ſuos nutriũt. Sed eſt circũſpecti quoque hominis, & nouare interdũ, & augere morbum, & febres accendere, quia curationẽ vbi id quod eſt non recipit, poteſt recipere id quod futurum eſt.

G REMEDIA IN FEBRIBVS AD CAPITIS dolorem, & præcordiorum inflammationem, & ariditatem, & ſcabritiem linguæ, Cap. X.

COnſiderãdum etiam eſt febréſne ſolæ ſint, an alia his quoque mala accedant: id eſt, num caput doleat, num lingua aſpera, num præcordia intenta ſint. Si capitis dolores ſunt, roſam cum aceto miſcere oportet, & in id ingerere, deinde habere duo pittacia quæ latitudinem frõtis longitudinémque æquent. Ex his inuicem alterum in **H** aceto & roſa habere, alterum in fronte, aut intinctam iiſdem lanam ſuccidam imponere. Si acetum offendit, pura roſa, vtendum eſt: ſi roſa ipſa lædit, oleo acerbo: ſi iſta parum iuuant, teri poteſt vel iris arida, vel nuces amaræ, vel quælibet herba ex refrigerantibus. quorum quidlibet ex aceto impoſitũ dolorem minuit, ſed magis aliud in alio. Iuuat etiã panis cum papauere iniectus, vel cum roſa, ceruſſa, ſpumáve argẽti. Olfacere quoque vel ſerpyllum, vel anethum non alienum eſt. At ſi in præcordiis inflammatio & dolor eſt, primò ſuperimponenda ſunt cataplaſmata reprimentia, ne ſi calidiora fuerint, plus eò materiæ concurrat. Deinde vbi prima inflammatio ſe remiſit, tũc demum ad calida & humida veniendum eſt, vt ea quæ remanſerint diſcutiant. Notæ verò inflãmationis ſint quatuor, rubor & tumor, cum calore & dolore. Quo magis errauit Eraſiſtratus qui febrem nullã ſine hac eſſe dixit. Ergo ſi ſine inflammatione dolor eſt, nihil imponendũ eſt: hunc enim ſtatim ipſa febris ſoluit. At ſi neque inflammatio, neque febris, ſed tantùm præcordiorum dolor eſt, protinus calidis & ſiccis fomentis vti licet: ſi verò lingua ſicca eſt & ſcabra, detergenda primùm penicillo eſt ex aqua calida, deinde vngenda miſtis inter ſe roſa & melle. Mel purgat, roſa reprimit, ſimúlque ſicceſcere non ſinit. At ſi ſcabra non eſt, ſed arida, vbi penicillo deterſa eſt, vngi roſa debet cui ceræ ſit paulum adiectum.

REMEDIA CONTRA FRIGVS QVOD febrem præcedit, Cap. XI.

SOlet etiam ante febres eſſe frigus, idque vel moleſtiſſimũ morbi genus eſt: vbi id expectatur, omni potione prohibendus æger eſt. Hæc enim paulo antè data multum mali adiicit: item maturius veſte multa tegendus eſt: admouẽda partibus his pro quibus metuimus, ſicca & calida fomenta, ſic ne ſtatim vehementiſſimi calores incipiant, ſed paulatim increſcãt. Perfricãdæ quoque eæ partes manibus vnctis ex vetere oleo ſunt, eique adiiciendũ aliquid ex calefacientibus: contentique medici quidam vna frictione etiam ex quolibet oleo ſunt. In harum febriũ remiſſionibus, nonnulli tres aut quatuor ſorbitionis cyathos, etiamnum vltrà manente febre, dant: deinde ea bene finita reficiũt ſtomachum cibo frigido & leui. Ego tum hoc puto tentandũ quum parum cibus ſemel, & poſt febrem datus prodeſt. Sed curioſè perſpiciendũm eſt ne tẽpus remiſſionis decipiat. Sæpe enim in hoc quoq; genere valetudinis iam minui febris videtur, & rurſus intenditur. Itaque ei remiſſioni credendũ eſt quæ etiã immoratur, & iactationẽ fœtorémq; quendã oris (quem ὄζην Græci vocãt) minuit. Illud ſatis conuenit, ſi quotidie pares acceſſiones ſunt, quotidie paruũ cibum dandum: ſi impares, poſt grauiorem cibum: poſt leuiorẽ, aquam mulſam.

CVRATIO HORRORIS IN FEBRIBVS, Cap. XII.

HOrror autem eas fere febres antecedit quæ certum habent circuitum, & ex toto remittuntur: ideóque tutiſſimæ ſunt, maximéque curationes admittunt: nam vbi incerta tempora ſunt, neque alui ductio, neque balneũ, neque vinũ, neque medicamentum aliud rectè datur. Incertum eſt enim quando febris ventura ſit: ita fieri poteſt vt ſi ſubitò venerit, ſumma in eo pernicies ſit quod auxilii cauſa ſit inuẽtum. Nihilque aliud fieri poteſt quàm vt primis diebus bene abſtineat æger, deinde ſub deceſſu febris eius quæ grauiſſima eſt, cibũ ſumat. At vbi certus circuitus eſt, facilius omnia illa tentatur, quia faciliꝰ proponere nobis & acceſſionum & deceſſionũ vices poſſumus. In iis autem quũ veterauerunt, vtilis fames non eſt. Primis tantummodo diebus ea pugnandũ eſt, deinde diuidẽda curatio eſt. & antè horror, tum febris diſcutiẽda. Igitur quũ primũ aliquis inhorruit, & ex horrore incaluit, dare ei oportet potui tepidam aquã, ſubſalſam, & vomere eam cogere. nam fere talis horror ab iis oritur quæ bilioſa in ſtomacho reſederunt. Idem faciendũ eſt ſi proximo quoque circuitu æquè ceſſit: ſæpe enim ſic diſcutitur. Iámque quod genus febris ſit, ſcire licet. Itaque ſub expectatione proximæ acceſſionis quæ inſtare tertia poteſt, deducendus in balneũ eſt, dandáque opera eſt vt per tẽpus horroris in ſolio ſit. Si ibi quoq; ſenſerit, nihilominus idẽ ſub expectatione acceſſionis quartæ faciat, ſiquidẽ eo quoq; modo ſæpe id diſcutitur. Si nec balneũ quidem profuit, ante acceſſionẽ alliũ edat, aut bibat calidam aquã cum pipere, ſiquidẽ ea quoque aſſumpta calorẽ mouent qui horrorẽ non admittit: deinde eo modo quo in

frigore præceptum eſt, antequã inhorreſcere poſſit, operiatur. Fomentiſque protinus validioribus totum corpus circundare conuenit, maximéque inuolutis extinctis teſtis & titionibus. Si nihilominus horror perruperit, multo oleo calefacto inter ipſa veſtimenta perfundatur, cui æquè ex calefacientibus aliquid ſit adiectum: adhibeatúrque frictio quantam is ſuſtinere poterit, maximéque in manibus & pedibus, & ſpiritum ipſe contineat: neque deſiſtendum eſt etiamſi horror eſt. ſæpe enim pertinacia iuuãtis, malum corporis vincit. Siquid euomuit danda aqua tepida, iterúmque vomere cogendus eſt, vtẽdúmque eiſdem eſt donec horror finiatur. Sed præter hæc ducenda aluus eſt, ſi tardius horror quieſcit: ſiquidẽ id quoque exonerato corpori prodeſt. Vltima quoque poſt hæc auxilia ſunt geſtatio & frictio. Cibus autem in eiuſmodi morbis maximè dandus eſt qui mollem aluum præſtet, caro glutinoſa, vinum, quum dabitur, auſterum.

CVRATIO QVOTIDIANAE FEBRIS, Cap. XIII.

HÆc ad omnes circuitus febriũ pertinent: diſcernendæ tamen ſingulæ ſunt, ſicut rationem habent diſſimilem: ſi quotidiana eſt, triduo primo magnopere abſtinere oportet, tum cibis altero quoque die vti. Si res inueterauerit, poſt febrem experiri balneum & vinum, magiſque ſi horrore ſublato hæc ſupereſt.

CVRATIO TERTIANAE FEBRIS, Cap. XIIII.

SI tertiana verò quæ ex toto intermittit, aut quartana eſt, mediis diebus & ambulationibus vti oportet, aliiſque exercitationibus, & vnctionibus. Quidã ex antiquioribus medicis Cleophãtus, in hoc genere morborũ, multo ante acceſſionẽ caput ægri multa calida aqua perfundebat, deinde vinum dabat. Quod, quanuis pleraque eius viri præcepta ſequutus eſt Aſclepiades, rectè tamen præteriit: eſt enim anceps. Ipſe, ſi tertiana febris eſt, tertio die poſt acceſſionem dicit aluum duci oportere, quinto poſt horrorem vomitum elicere, deinde poſt febrem (ſicut illi mos erat) adhuc calidis dare cibum & vinum: ſexto die in lectulo detineri. ſic enim fore ne ſeptimo die febris accedat. Id ſæpe fieri poſſe veriſimile eſt. Tutius tamen eſt vt hoc ipſo ordine vtamur: tria remedia, vomit⁹, alui ductionis, vini potus per triduum, id eſt die tertio & quinto & ſeptimo tentare: nec vinum niſi poſt acceſſionem die ſeptimo bibat. Si verò primis diebus diſcuſſus morbus non eſt, inciditque in vetuſtatem, quo die febris expectabitur, in lectulo ſe contineat, poſt febrem perfricetur, tum cibo aſſumpto bibat aquam: poſtero die quo cibo vacat, & ab exercitatione vnctionéque, aqua tantùm contentus conquieſcat: & id quidem optimum eſt. Si verò imbecillitas vrgebit, & poſt febrem vinum, & medio die paulum cibi debebit aſſumere.

CVRATIO QVARTANAE FEBRIS, Cap. XV.

EAdem in quartana facienda ſunt. Sed quũ hæc tardè admodum finiatur, niſi primis diebus diſcuſſa eſt, diligentius ab initio præcipiendum eſt quid in ea debeat fieri. Igitur ſicui cum horrore febris acceſſit, eáque deſiit, eodem die & poſtero tertióque continere ſe debet, & aquam tantummodo calidã primo die poſt febrem ſumere, biduo proximo quantum fieri poteſt, ne hãc quidem. Si quarto die cũ horrore febris reuertitur, vomere, (ſicut antè præceptum eſt) deinde poſt febrem modicũ cibum ſumere, vini quadrãtem. Poſtero tertióque die abſtinere, aqu tãtummodo calida, ſi ſitis eſt, aſſumpta: ſeptimo die balneo frigus præuenire, abſtinere, continere ſe debet, & aquà tantummodo calida, ſi ſitiet: ac tum ita nono die balneo frigus præuenire: ſi febris redierit, ducere aluum: vbi ex eo corpus conquieuerit, inunctione vehementer perfricari, eodem modo ſumere cibũ & vinũ, biduo proximo ſe abſtinere, frictione ſeruata: decimo die rurſus balneũ experiri. Et ſi poſtea febris acceſſit, æquè perfricari, vinum copioſius bibere: ac ſi proximum eſt, quies tot dierũ, & abſtinentia, cum cæteris quæ præcipiuntur, febrem tollant. Si verò nihilominus remanet, aliud ex toto ſequendum eſt curationis genus: idque agẽdum, vt quod

A diu ſuſtinendum eſt, corpus facilè ſuſtineat. Quominus etiam curatio probari Heraclidis Tarentini debet, qui primis diebus ducendã aluum, deinde abſtinendũ vſque in ſeptimũ diem dixit. Quod vt ſuſtinere aliquis poſſit, tamen etiã febre liberat⁹ vix refectioni valebit: adeò ſi febris ſæpius acceſſerit, concidet. Igitur ſi tertiodecimo die morbus remanebit, balneũ neq; ante febrẽ neque poſt eã tentãdum erit, niſi interdũ iam horrore diſcuſſo. Horror ipſe per eadem quæ ſuprà præſcripta ſunt expugnandus: deinde poſt febrẽ oportebit vngi, & vehemẽter perfricari, B cibũ & validũ & fortiter aſſumere, vino vti quantũ libebit: poſtero die quũ ſatis quieuerit, ambulare, exerceri, vngi, perfricari fortiter, cibũ accipere ſine vino: tertio die abſtinere. Quo die verò febrem expectabit, antè ſurgere, & exerceri: daréque operã non oportet vt in ipſam exercitationem tempus febris incurrat. ſic enim ſæpe illa diſcutitur: at ſi in opere occupauit, tum demũ ſe recipere. In eiuſmodi valetudine medicamenta ſunt, oleũ, frictio, exercitatio, cibus, vinũ. Si venter aſtrictus eſt, ſoluendus eſt. Sed hæc facilè validiores faciunt: ſi imbecillitas occupa-C uit, pro exercitatione geſtatio eſt: ſi ne hanc quidem ſuſtinet, adhibenda tamen frictio eſt: ſi hæc quoque vehemẽs onerat, intra quietem & vnctionem & cibum ſiſtendum eſt, dandáque opera eſt ne qua cruditas in quotidianam id malum vertat. nam quartana neminem iugulat, ſed ſi ex ea facta quotidiana eſt, in malis æger eſt. Quod tamen niſi culpa vel ægri vel curantis nunquam fit.

CVRATIO DVARVM QVARTANARVM, Cap. XVI.

D AT ſi duæ quartanæ ſunt, neque hæ quas propoſui exercitationes adhiberi poſſunt, aut ex toto quieſcere opus eſt: aut ſi id difficile eſt, leuiter ambulare, conſidere diligenter inuolutis pedibus & capite. Quoties febris acceſſit & deſiit, cibum modicũ ſumere & vinum: reliquo tempore niſi imbecillitas vrget abſtinere. Aut ſi duæ febres penè iunguntur, poſt vtranque cibum ſumere: deinde vacuo tempore & moueri aliquid, & poſt vnctionem cibo vti. Quum verò vetus quartana raró niſi vere ſoluatur, vtique eo tempore attendẽdum eſt nequid fiat quod valetudinẽ impediat. Prodéſtque in vetere quartana mu-E tare ſubinde victus genus, à vino ad aquam, ab aqua ad vinum, à lenibus cibis ad acres, ab acribus ad lenes tranſire: eſſe radicem, deinde vomere, iuréve pulli gallinacei ventrem reſoluere, oleum ad frictiones adiicere, calefacientia ante acceſſionem ſorbere, vel aceti cyathos duos, vel vnum ſinapis cum tribus Græci vini ſalſi, vel mixta paribus portionibus, & in aqua diluta, piper, caſtoreum, laſer, myrrham. Per hæc enim ſimiliáque corpus agitandum eſt, vt moueatur ex eo ſtatu quo detinetur. Si febris quieuit, diu meminiſſe eius diei conuenit, eóque vitare F frigus, calorem, cruditatem, laſſitudinem. Facile enim reuertitur, niſi à ſano quoque aliquandiu timetur.

CVRATIO QVOTIDIANAE FEBRIS quæ ex quartana facta ſit, Cap. XVII.

AT ſi ex quartana quotidiana facta eſt, quum id vitio inciderit, per biduũ abſtinere oportet, frictione vti, aquam tantummodo veſperi potui dare: tertio die ſæpe fit ne febris accedat: ſed ſiue fuit, ſiue non fuit, cibus poſt acceſſionis tempus eſt dandus: at ſi manet, per biduum abſtinentia quanta maximè imperari corpori poteſt, fri-G catione quotidie vtendum eſt.

DE TRIBVS INSANIAE GENERIBVS, & primo de eius curatione quæ à Græcis φρενῖτις dicitur, Cap. XVIII.

ET febrium quidem ratio expoſita eſt. Superſunt verò alii corporis affectus qui huic ſuperueniunt, ex quibus eos qui certis partibus aſſignari non poſſunt, protinus iungam. Incipiã ab inſania, primámque huius ipſius partem aggrediar, quæ & acuta & in febre eſt: Græci φρενῖτιν appellant. Illud ante omnia ſcire oportet, interdum H in acceſſione ægros deſipere, & loqui aliena. Quod non quidẽ leue eſt, neque incidere poteſt niſi in febre vehementi: nõ tamen æquè peſtiferũ eſt. nam plerunque breue eſſe conſueuit, leuatóque acceſſionis impetu, protinus mens redit. Neque id genus morbi remedium aliud deſi-

derat quàm quod in curanda febre præceptum eſt. Phre-
nitis verò tum demũ eſt quum continua demẽtia eſſe in-
cipit, aut quũ æger quanuis adhuc ſapiat, tamẽ quaſdam
vanas imagines accipit: perfecta eſt vbi mens illis imagi-
nibus addicta eſt. Eius autem plura genera ſunt. Siquidem
ex phreniticis alii hilares, alii triſtes ſunt, alii facilius cõ-
tinentur, & intra verba deſipiũt: alii conſurgunt, & violẽ-
ter quædã manu faciunt: atque ex his ipſis alii nihil niſi
impetu peccant, alii etiã artes adhibẽt, ſummámq; ſpem
ſanitatis in captandis maiorũ operum occaſionibus præ-
bent, ſed exitu deprehenduntur. Ex his autẽ eos qui intra
verba deſipiunt, aut leuiter etiã manu peccãt, onerare a-
ſperioribus coercitionibus ſuperuacuũ eſt: eos verò qui
violentius ſe gerunt, vincire cõuenit, ne vel alteri vel ſibi
noceãt. Neque credendũ eſt ſi vinctus aliquis, dum leua-
ri vinculis cupit, ſanũ iam ſe fingat, quanuis prudenter &
miſerabiliter loquatur, quoniã is dolus inſaniẽtis eſt. Fe-
re verò antiqui tales ægros in tenebris habebãt, eo quòd
eis cõtrariũ eſſet exterreri, & ad quietem animi tenebras
ipſas cõferre aliquid iudicabãt. At Aſclepiades, tanquam
tenebris ipſis terrentibus, in lumine habendos eſſe dixit:
neutrum tamen perpetuũ eſt. Alium enim lux, aliũ tene-
bræ magis turbãt, reperiuntúrque in quibus nullũ diſcri-
men deprehendi vel hoc vel illo modo poſſit. Optimum
itaque eſt vtrunque experiri, & habere eum qui tenebras
horret, in luce, eum qui lucẽ, in tenebris. At vbi nullũ ta-
le diſcrimen eſt, æger ſi vires habet, loco lucido, ſi nõ ha-
bet, obſcuro cõtinendus eſt. Remedia verò adhibere vbi
maximè furor vrget, ſuperuacuum eſt: ſimul enim febris
quoque increſcit. Itaque tum nihil niſi cõtinendus æger
eſt: vbi verò res patitur, feſtinãter ſubueniendũ eſt. Aſcle-
piades perinde eſſe dixit, his ſanguinem mitti, ac ſi truci-
dentur: rationem hanc ſequutus quòd neque inſania eſſet
niſi febre intenta, neque ſanguis, niſi in remiſſione eius
rectè mitteretur. Sed ipſe in his ſomnum multa frictione
quæſiuit, quũ & intentio febris ſomnũ impediat, & fri-
ctio nonniſi in remiſſione eius vtilis ſit. itaq; hoc quoque
auxilium debuit præterire. Quid igitur eſt? Multa in præ-
cipiti periculo rectè fiunt, aliàs omittenda: & continuata
quoque febris habet tẽpora, quibus etſi nõ remittit, non
tamen creſcit. Eſtque hoc, vt non optimũ, ſic tamen ſecũ-
dum remedii tẽpus. Quòd ſi vires ægri patiuntur, ſanguis
quoque mitti debet: nec min9 deliberari poteſt an aluus
ducenda ſit: tum interpoſito die cõuenit caput ad cutem
tondere, deinde aqua fouere in qua verbenæ aliquæ de-
coctæ ſint, vel ex reprimentibus: aut prius fouere, deinde
tondere, & iterũ fouere, ac nouiſſimè roſa caput naréſque
implere, offerre etiã naribus rutã ex aceto contritã, mo-
uere ſternutamenta medicamentis in id efficacibus. Quæ
tamen facienda ſunt in his quibus vires nõ deſunt: ſi ve-
rò imbecillitas eſt, roſa tãtũ caput, adiecto ſerpyllo ſimi-
líque aliquo madefaciendũ eſt. Vtiles etiã in quibuſcun-
que viribus herbæ duæ ſũt, ſolanum & muralis: ſimul ex
vtraque ſucco expreſſo caput impleatur. Quũ ſe febris re-
miſerit, frictione vtendũ eſt, parcius tamen in his qui ni-
mis hilares quàm in his qui nimis triſtes ſũt. Aduerſus o-
mnium autẽ ſic inſanientiũ animos, gerere ſe pro cuiuſ-
que natura neceſſarium eſt. Quorundã enim vani metus
leuandi ſunt, ſicut in homine prædiuite famem timente
accidit, cui ſubinde falſæ hæreditates nuntiabantur: quo-
rundam audacia coercenda eſt, ſicut in his fit in quibus
continendis plagæ quoque adhibentur: quorundam e-
tiam intẽpeſtiuus riſus & obiurgatione & minis prohi-
bendus eſt: quorundam diſcutiendæ triſtes cogitationes:
ad quod ſymphoniæ, & cymbala, ſtrepitúſque proficiunt.
Sæpius tamen aſſentiendum quàm repugnãdum eſt, pau-
latímque & non euidenter ab his quæ ſtultè dicentur, ad
meliora mens eius abducenda eſt. Interdum etiam eliciẽ-
da ipſius intẽtio, vt fit in hominibus ſtudioſis literarum,
quibus liber legitur, aut rectè, ſi delectantur, aut perpe-
ram, ſi idipſum eos offendit. Emendando enim, conuer-
tere animum incipiũt. Quinetiam recitare, ſiqua memi-
nerunt, cogendi ſunt. Ad cibum quoque quoſdam nõ de-
ſiderantes reduxerunt hi qui inter epulantes eos colloca-
uerunt. Omnibus verò ſic affectis, ſomnus & difficilis, &

A præcipuè neceſſarius eſt. ſub hoc enim plerique ſaneſcũt.
Prodeſt ad id, atque etiam ad mẽtem ipſam componen-
dam, crocinum vnguentum cum irino in caput datum. Si
nihilominus vigilant hi, quidam ſomnum moliũtur, po-
tui dando aquam in qua papauer aut hyoſcyamos deco-
cta ſit: alii mandragoræ mala puluino ſubiiciunt, alii vel
amomum vel ſycamini lacrymam fronti inducunt: (hoc
nomẽ apud medicos reperio: ſed quũ Græci morũ συκά-
μινον appellant, mori nulla lacryma eſt. Sic verò ſignifi-
B catur lacryma arboris in Ægypto naſcentis, quam ibi
συκόμορον appellãt) plurimi decoctis papaueris corticibus,
ex ea aqua ſubinde ſpongia os & caput fouẽt. Aſclepiades
ea ſuperuacua eſſe dixit, quoniam in lethargum ſæpe cõ-
pellerẽt. Præcipit autẽ vt primo die à cibo, potione, ſom-
no abſtineretur, veſpere ei daretur potui aqua, tunc fri-
ctio admoueretur lenis, ita vt ne manum quidem qui fri-
caret, vehemẽter imprimeret: poſtero deinde die iiſdem
omnibus factis, veſperi ei daretur ſorbitio ex aqua, rur-
ſuſque frictio adhiberetur. per hanc enim nos conſequu-
C turos vt ſomnus accedat. Id interdum fit, & quidem adeò,
vt illo confitẽte, nimia frictio etiam lethargi periculum
afferat. Sed ſi ſic ſomnus non acceſſit, tum demum illis
medicamẽtis accerſendus eſt, habita ſcilicet eadem mo-
deratione quæ hic quoque neceſſaria eſt, ne quem obdor-
mire volumus, excitare poſtea non poſſimus. Confert e-
tiam aliquid ad ſomnum ſilanus iuxta cadens, vel geſta-
tio poſt cibum & noctu, maximéque ſuſpenſi lecti mo-
tus. Neque alienum eſt ſi neque ſanguis antè miſſus eſt,
neque mens cõſtat, neque ſomnus accedit, occipitio inci-
D ſo cucurbitulam admouere: quæ quia leuat morbum, po-
teſt etiam ſomnum facere. Moderatio autẽ in cibo quo-
q; adhibẽda eſt: nam neq; implẽdus æger eſt, ne inſaniat,
neque ieiunio vtique vexãdus eſt, ne imbecillitate in car-
diacum incidat. Opus eſt autẽ cibo infirmo, maximéque
ſorbitione, potione aquæ mulſæ, cuius ternos cyathos bis
hyeme, quater æſtate dediſſe ſatis eſt. Alterũ genus inſa-
niæ eſt quod ſpatiũ lõgius recipit, quia fere ſine febre in-
cipit, leues deinde febriculas excitat, & cõſiſtit in triſtitia,
quam videtur bilis atra cõtrahere. In hac vtilis detractio
E ſanguinis eſt. Siquid hanc prohibet, prima eſt abſtinẽtia,
ſecunda per album veratrum vomitúmque purgatio, poſt
vtrumlibet adhibenda bis die frictio eſt, ſi magis valet,
frequẽs etiam exercitatio. In ieiunio vomitus, cibus ſine
vino dãdus ex media materia eſt: quam quoties poſuero,
ſcire licet etiam ex infirmiſſima dari poſſe, dum ne ea ſo-
la quis vtatur, valentiſſima tantummodo eſſe remouẽda.
Præter hæc ſeruanda aluus eſt quam tenerrima, remouẽ-
di terrores, & potius bona ſpes afferenda, quærenda dele-
ctatio ex fabulis ludiſque, quibus maximè capi ſanus aſ-
F ſueuerat. Laudanda, ſiqua ſunt, ipſius opera, & ante oculos
eius ponenda. Leuiter obiurganda vana triſtitia: ſubinde
admonendus in his ipſis rebus quæ ſolicitant, cur nõ po-
tius lætitiæ quàm ſolicitudinis cauſa ſit. Si febris quoque
acceſſit, ſicut aliæ febres curãda eſt. Tertiũ inſaniæ ge-
nus eſt ex his longiſſimum, adeò vt vitam ipſam non im-
pediat, quod robuſti corporis eſſe cõſueuit. Huius autem
ipſius ſpecies duæ ſunt: nam quidã imaginibus, non men-
te falluntur, qualem inſanientem Aiacem vel Oreſtem
poetarum fabulæ ferunt: quidam animo deſipiũt. Si ima-
G gines fallunt, ante omnia videndum eſt triſtes an hilares
ſint. In triſtitia nigrum veratrum deiectionis cauſa, in hi-
laritate album, ad vomitum excitandũ dari debet: ídque
ſi in potione non accepit, pani adiiciendum eſt, quò fa-
cili9 fallat. nã ſi bene ſe purgauerit, ex magna parte mor-
bum leuabit. Ergo etiamſi ſemel datum veratrum, parum
profecerit, interpoſito tempore iterum dari debet. neque
ignorare oportet, leuiorem eſſe morbum cum riſu quàm
ſeriò inſaniẽtium. Illud quoque perpetuũ eſt in omnibus
morbis, vbi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt, ven-
H trem eius antè ſoluendũ eſſe: vbi à ſuperiore, comprimẽ-
dum. Si verò conſilium inſanientem fallit, tormẽtis qui-
buſdam optimè curatur. Vbi perperam aliquid dixit, aut
fecit, fame, vinculis, plagis coercendus eſt. Cogendus
eſt & attendere, & ediſcere aliquid, & meminiſſe. Sic
enim fiet vt paulatim metu cogatur conſiderare quid

faciat. Subitò etiam terreri & expaueſcere, in hoc morbo prodeſt: & fere quicquid animum vehemẽter perturbat. Poteſt enim quædam fieri mutatio, quũ ab eo ſtatu mẽs in quo fuerat, abducta eſt. Intereſt etiam ſi ipſe ſine cauſa ſubinde rideat, an mœſtus demiſſúſque ſit: nam demens hilaritas terroribus iis de quibus ſuprà dixi, melius curatur. Si nimia triſtitia eſt, prodeſt lenis, ſed multa bis die frictio. Item per caput aqua frigida infuſa, demiſſúmque corpus in aquam & oleum. Illa communia ſunt, inſanientes vehementer exerceri debere, multa frictione vti, neque pinguem carnem, neque vinum aſſumere, cibis vti poſt purgationem ex media materia quamleuiſſimis. Non oportere eſſe vel ſolos, vel inter ignotos, vel inter eos quos aut contemnant, aut negligant: mutare debere regiones, &, ſi mens redit, annua peregrinatione eſſe iactandos. Raró, ſed aliquando tamen, ex metu delirium naſcitur. Quod genus inſanientium ſpecie ſimilique victus genere curandum eſt, præterquam quòd in hoc inſaniæ genere ſolo rectè vinum datur.

CARDIACI MORBI CVRATIO, Cap. XIX.

HVic morbo præcipuè contrarium eſt id genus quod καρδιακὸν à Græcis nominatur, quanuis ſæpe ad eum phrenitici tranſeunt. Siquidem mens in illis labat, in hoc conſtat. Id autem nihil aliud eſt quàm nimia imbecillitas corporis, quod ſtomacho languente, immodico ſudore digeritur. Licétque protinus ſcire id eſſe, vbi venarum exigui imbecillique pulſus ſunt. Sudor autẽ ſupra conſuetudinem, & modo & tempore, ex toto thorace & ceruicibus atque etiam capite prorumpit, pedibus tãtummodo & cruribus ſiccioribus atque frigentibus. At vbi id morbi genus eſt, curatio prima eſt, ſupra præcordia imponere quæ reprimant cataplaſmata: ſecunda, ſudorem prohibere. Id præſtat acerbum oleum vel roſa, vel melinum aut myrteum: quorum aliquo corpus leuiter perungendum, ceratúmque ex aliquo horum tum imponẽdum eſt. Si ſudor vincit, delinendus homo eſt vel gypſo vel argẽti ſpuma, vel cimolia creta, vel etiam ſubinde horum puluere reſpergendus. Idem præſtat puluis ex contritis aridi myrti vel rubi foliis, aut ex auſteri & boni vini arida fæce. Pluráque ſimilia ſunt, quæ ſi deſunt, ſatis vtilis eſt quilibet ex via puluis iniectus. Super hæc verò, quominus corpus inſudet, leui veſte debet eſſe contectus, loco non calido, feneſtris patẽtibus, ſic vt perflatus quoque aliquis accedat. Tertium auxilium eſt imbecillitati iacẽtis, vino cibóque ſuccurrere. Cibus nõ multus quidem, ſed ſæpe tamen nocte ac die dandus eſt, vt nutriat, neque oneret. Is eſſe debet ex infirmiſſima materia, & ſtomacho aptus. Niſi autẽ neceſſe eſt, ad vinum feſtinare non oportet. Si verendum eſt ne deficiat, tum & intrita ex hoc, & hoc ipſum auſterum quidem, ſed tamen tenue meracum. Egelidum ſubinde & liberaliter dandum eſt, adiecta polenta, ſi modò is æger parum cibi aſſumit: idque vinum eſſe debet, neque nullarum virium, neque ingentium: rectéque tota die ac nocte vel tres heminas æger bibet: ſi vaſtius corpus eſt, plus etiam. Si cibum non accipit, perunctum antè perfundere aqua frigida conuenit, & tum dare. Quòd ſi ſtomachus reſolutus parum continet, & ante cibum & poſt eum ſponte vomere oportet, ruſúſque poſt vomitum, cibũ ſumere. Si ne id quidem manſerit, ſorbere vini cyathũ, interpoſitáque hora ſumere alterũ: ſi id quoque ſtomachus reddiderit, totum corpus bulbis contritis ſuperillinendũ eſt. Qui vbi inaruerunt, efficiunt vt vinũ in ſtomacho cõtineatur, éxque eo toti corpori calor veníſque vis redeat. Vltimum auxilium eſt, in aluum ptiſſanæ vel alicæ cremorem ex inferioribus partibus indere: ſiquidẽ id quoque vires tuetur. Neque alienũ eſt naribus quoque æſtuãtis admouere quod reficiat, id eſt roſam & vinũ: & ſiqua in extremis partibus frigent, vnctis & calidis manibus fouere. Per quæ ſi conſequi potuimus vt & ſudoris impetus minuatur, & vita prorogetur, incipit iam tẽpus ipſum eſſe præſidio. Vbi in tuto eſſe videtur, verendum eſt tamen ne ad eandem imbecillitatem citò recidat. Itaque vino tantùm remoto, quotidie validiorem cibum debet aſſumere, donec ſatis virium corpori redeat.

A

DE LETHARGO, ET EIVS CVRATIONE, Cap. XX.

ALter quoque morbus eſt aliter phrenitico cõtrarius. In illo difficilis ſomnus, prompta ad omnem audaciam mens eſt: at in hoc marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi neceſſitas: λήθαργον Græci nominant. atque id quoque genus acutum eſt, & niſi ſuccurritur, celeriter iugulat. Hos ægros quidam ſubinde excitare nituntur admotis iis per quæ ſternutamenta euocantur, & iis quæ o-
B dore fœdo mouent, qualis eſt pix cruda, lana ſuccida, piper, veratrum, caſtoreum, acetum, alliũ, cepa: iuxta etiam galbanum incendunt, aut pilos, aut cornu ceruinum: ſi id non eſt, quodlibet aliud. Hæc enim quum comburuntur, odorem fœdum mouẽt. Tharrias verò quidam acceſſionis eſſe id malum dixit, leuaríque quũ ea deceſſit. Itaque eos qui ſubinde excitãt ſine vſu, malè habere. Intereſt autem, in deceſſione expergiſcatur æger, an quum febris nõ leuetur, aut leuata quoque ea ſomnus vrgeat. nam ſi expergiſcitur, adhibere ei vt ſopito ſuperuacuum eſt. Neque
C enim vigilando melior fit, ſed per ſe, ſi melior eſt, vigilat. Si verò continens ei ſomnus eſt, vtique excitãdus eſt, ſed iis temporibus quibus febris leuiſſima eſt, vt & excernat aliquid & ſumat. Excitat autem validiſſimè repentè aqua frigida infuſa poſt remiſſionem. Itaque perunctum oleo multo corpus tribus aut quatuor amphoris totum per caput perfundendum eſt. Sed hoc vtemur ſi æqualis ægro ſpiritus erit, ſi mollia præcordia: ſin aliter hæc erũt, ea potiora quæ ſuprà comprehenſa ſunt. Et quod ad ſomnum quidem pertinet, commodiſſima hæc ratio eſt. Medendi
D autem cauſa caput radendum, deinde poſtea fouẽdum eſt aqua in qua laurus aut ruta decocta ſit. Altero die imponendum caſtoreum, aut ruta ex aceto contrita, aut lauri baccæ, aut hedera cum roſa & aceto. Præcipuéque proficit & ad excitandum hominem naribus admotum, & ad morbum ipſum depellendum, capiti frontive impoſitum ſinapi. Geſtatio etiam in hoc morbo prodeſt, maximéque opportunè cibus datus, id eſt in remiſſione, quanta maxima inueniri poterit. Aptiſſima autem ſorbitio eſt, donec morbus decreſcere incipiat: ſic vt ſi quotidie grauis ac-
E ceſſio eſt, hæc quotidie detur: ſi alternis, poſt grauiorem, ſorbitio, poſt leuiorem, mulſa aqua. Vinum quoque cum tempeſtiuo cibo datum, non mediocriter adiuuat. Quòd ſi poſt longas febres eiuſmodi torpor corpori acceſſit, cætera eadem ſeruãda ſunt. Ante acceſſionem autem tribus quatuórve horis caſtoreum, ſi venter aſtrictus eſt, mixtum cum ſcãmonia, ſi non eſt, per ſeipſum cũ aqua dandum eſt. Si præcordia mollia ſunt, cibis vtendum eſt plenioribus: ſi dura, in iiſdem ſorbitionibus ſubſiſtendum, imponendúmque eſt præcordiis quod ſimul & reprimat
F & emolliat.

DE AQVA INTER CVTEM, HOC EST hydropico morbo, Cap. XXI.

SEd hic quidẽ acutus eſt morbus. Longus verò fieri poteſt eorũ quos aqua inter cutem malè habet, niſi primis diebus diſcuſſus eſt: ὕδρωπα Græci vocant. Atque eius tres ſpecies ſunt: nam modò ventre vehementer intento, creber intus ex motu ſpiritus ſonus eſt. Modò corpus inæquale eſt, tumoribus aliter alitérque per totum id orientibus. Modò intus in vnum aqua contrahitur, & moto
G corpore ita mouetur vt impetus eius conſpici poſſit. Primum τυμπανίτην, ſecũdum λευκοφλεγματίαν vel ὑπὸ σάρκα, tertium ἀσκίτην Græci nominant. Communis tamen omnium eſt humoris nimia abundantia, ob quam ne vlcera quidem in his ægris facilè ſaneſcunt. Sæpe verò hoc malum per ſe incipit: ſæpe alteri vetuſto morbo (maximéque quartanæ) ſuperuenit. Facilius in ſeruis quàm in liberis tollitur, quia quum deſideret famem, ſitim, mille alia tædia, longámque patientiam, promptius iis ſuccurritur qui facilè cogũtur quàm quibus inutilis libertas eſt.
H Sed ne ii quidem qui ſub alio ſunt, ſi ex toto ſibi tẽperare non poſſunt, ad ſalutẽ perducuntur. Ideóque non ignobilis medic⁹, Chryſippi diſcipulus, apud Antigonũ regẽ, amicũ quendã eius notæ intemperantiæ, mediocriter eo morbo implicitũ, negauit poſſe ſanari. Quũque alter medic⁹ Epirotes Philippus ſe ſanaturũ polliceretur, reſpõdit,

illum ad morbum ægri reſpicere, ſe ad animum. Neque A eum res fefellit. ille enim quũ ſumma diligentia nõ medici tantũmodo,ſed etiam regis cuſtodiretur,tamen malagmata ſua deuorãdo,bibendóque ſuã vrinã,in exitium ſe præcipitauit. Inter initia tamen nõ difficillima curatio eſt, ſi imperata ſunt corpori,quies,ſitis,inedia: at ſi malũ inueterauerit, nõ ſine magna moleſtia diſcutitur. Metrodorum tamen Epicuri diſcipulum referũt,quũ hoc morbo tentaretur,neque æquo animo ferret neceſſariã ſitim, vbi diu abſtinuerat, bibere ſolitum, deinde euomere. Quòd ſi redditur quicquid receptũ eſt, multũ tædio de- B mit:ſi à ſtomacho retentum eſt,morbũ auget. Ideóque in quolibet tentandũ nõ eſt. Sed ſi febris quoque eſt,hæc in primis ſubmouẽda eſt per eas rationes per quas huic ſuccurri poſſe propoſitũ eſt: ſi ſine febre æger eſt,tum demũ ad ea veniendũ eſt quæ ipſi morbo mederi ſolent. Atque hîc quoque quæcunq; ſpecies eſt,ſi nondũ nimis occupauit,iiſdem auxiliis opus eſt. Multũ ambulandum, currendum aliquando eſt. Superiores maximè partes ſic perfricandæ vt ſpiritum ipſe contineat, euocãdus eſt ſudor nõ exercitatione tãtummodo, ſed etiam in arena calida, vel C laconico,vel clibano,ſimilibúſq; aliis. maximéque vtiles naturales & ſiccæ ſudationes ſũt,quales ſuper Baias habemus in myrtetis: balneũ atque omnis humor alienus eſt. Ieiuno rectè catapotia dantur facta ex abſinthii duabus, myrrhæ tertia parte. Cibus eſſe debet ex media quidem materia,ſed tamen generis durioris. Potio nõ vltrà danda eſt quã vt vitam ſuſtineat:optimáque eſt quæ vrinã mouet. Sed idipſum tamen molliri cibo quàm medicamẽto melius eſt. Si tamen res coget, ex his aliquid quæ id præſtent,erit decoquendum,eáque aqua potui danda. Vide- D tur autem hanc facultatem habere,iris,nardum, crocum, cinnamum,amomũ, caſia, myrrha,balſamũ, galbanum, ladanum,œnanthe,panace,cardamomũ,hebenus,cupreſſi ſemen, vua tyminia (quam σταφίδα ἀγρίαν Græci nominant) abrotonum,roſæ folia,acorum,amaræ nuces,tragoriganum,ſtyrax,coſtum,iunci quadrati & rotundi ſemen, illud, cyperon, σχοῖνον hoc Græci vocant. Quæ quoties poſuero,non quæ hîc naſcuntur,ſed quæ inter aromata afferũtur,ſignificabo. Primò tamen,quæ leuiſſima ex his ſũt, id eſt roſæ folia, vel nardi ſpica, tentanda ſunt. Vinum E quoque vtile eſt & auſterum, ſed quamtenuiſſimum. Cõmodum eſt etiam lino quotidie ventrem metiri, & qua comprehendit aluum, notam imponere, poſtero die videre ſi plenius corpus ſit,an extenuetur. Id enim quod tenuatur, medicinam ſentit. Neque alienum eſt metiri & potionem eius & vrinam. nam ſi plus humoris excernitur quàm aſſumitur,ita demum ſecundæ valetudinis ſpes eſt. Aſclepiades in eo qui ex quartana in hydropa deciderat, ſe abſtinentia bidui & frictione vſum, tertio die iam & febre & aqua liberato, cibum & vinum dediſſe F memoriæ prodit. Hactenus communiter de omni ſpecie dici poteſt. Si vehementius malum eſt, diducenda ratio curandi eſt. Ergo ſi inflammatio & ex ea dolor creber eſt, vtilis quotidianus aut alterno quoque die poſt cibum vomitus eſt. Fomentis ſiccis calidiſque vtendum eſt: ſi per hæc dolor nõ finitur, neceſſariæ ſunt ſine ferro cucurbitulæ. Si ne per has quidem tormentum tollitur,incidenda cutis eſt,& tum his vtendum. Vltimum auxilium eſt ſi cucurbitulæ nihil profuerunt,per aluum infundere copioſè aquam calidam, eámque recipere. Quinetiã quotidie ter G quatérve opus eſt vti frictione vehemẽti, cũ oleo & quibuſdam calefacientibus. Sed in hac frictione à ventre abſtinendum eſt: imponẽdum verò in eum crebrius ſinapi, donec cutem erodat: ferramentiſque candẽtibus pluribus locis venter exulcerandus eſt, & ſeruanda vlcera diutius. Vtiliter etiam ſcilla cocta delinitur cutis,ſed diu poſt has inflãmationes abſtinendũ eſt ab omnibus inflantibus. At ſi id vitiũ eſt cui leucophlegmatias nomen eſt,eas partes quæ tument,ſubiicere ſoli oportet,ſed non nimiũ,ne febricula incidat. Si is vehementior eſt,caput velãdum eſt, H vtendúmque frictione madefactis tantùm manibus aqua cui ſal & nitrum & olei paulum ſit adiectũ,ſic vt aut pueriles aut muliebres manus adhibeantur, quò mollior earum tactus ſit: idque ſi vires patiuntur,ante meridiem tota hora,poſt meridiem ſemi hora fieri oportet. Vtilia etiã ſunt cataplaſmata quæ reprimunt,maximéque ſi corpora teneriora ſunt. Incidendum quoque eſt ſuper talum quatuor fere digitis ex parte interiore, qua per aliquot dies frequens humor feratur,atque ipſos tumores incidere altis plagis oportet. Concutiendúmque multa geſtatione corpus eſt: atque vbi inductæ vulneribus cicatrices ſunt, adiiciendum & exercitationibus eſt & cibis, donec corpus ad priſtinũ habitum reuertatur. Cibus valens eſſe debet,& glutinoſus, maximéque caro: vinum (ſi per ſtomachum licet) dulciꝰ: ſed ita vt inuicẽ biduo triduóve modò aqua modò id bibatur. Prodeſt etiam lactucæ marinæ (quæ grandis iuxta mare naſcitur) ſemen,cum aqua potui datũ. Si valens eſt qui id accipit,ei ſcilla cocta (ſicut ſuprà dixi) delinitur: authoréſq; multi ſunt inflatis veſicis pulſandos tumores eſſe. Si verò id morbi genus eſt quo in vterum multa aqua cõtrahitur,ambulare,ſed magis modicè oportet: malagma quod digerat impoſitũ habere, idque ipſum ſuperimpoſito triplici panno, faſcia non nimium tamen vehemẽter aſtringere. Quod à Tharria profectum,ſeruatũ eſſe à pluribus video. Si iecur aut lienem affectum eſſe manifeſtũ eſt,ficum pinguem cõtuſam adiecto melle ſuperponere. Si per talia auxilia vẽter non ſiccatur,ſed humor nihilominus abundat,celeriore via ſuccurrere,vt is per ventrem ipſum emittatur. Neque ignoro Eraſiſtrato diſplicuiſſe hanc curandi viam. Morbum enim hunc iocinoris putauit: ideóque ita illum eſſe ſanandum, fruſtráque aquam emitti quæ vitiato illo ſubinde naſcatur. Sed primùm non huius viſceris vnius hoc vitium eſt: nam ſplene affecto, & in totius corporis malo habitu fit: deinde, vt inde cœperit, tamen aqua niſi emittitur quæ cõtra naturam ibi ſubſiſtit,& iocinori & cæteris interioribus partibus nocet: conuenítque corpus nihilominus eſſe curãdum. Neque enim ſanat emiſſus humor,ſed medicinæ locum facit, quam intus incluſus impedit. Ac ne illud quidem in controuerſiam venit quin non omnes in hoc morbo ſic curari poſſint,ſed iuuenes robuſti, qui vel ex toto carent febre, vel certè ſatis liberales intermiſſiones habent. Nam quorum ſtomachus corruptus eſt,quive ex atra bile huc deciderũt,quique malum corporis habitum habent,idonei huic curationi nõ ſunt. Cibus autem quo die primùm humor emiſſus eſt, ſuperuacuus eſt, niſi ſi vires deſunt. Inſequentibus diebus & his vinum meracius quidem,ſed nõ ita multum dari debet, paulatimque euocãdus æger eſt ad exercitationes,frictiones,ſolem,ſudationes, nauigationes, & idoneos cibos, donec ex toto conualeſcat. Balneum rarum res amat,frequentiorẽ in ieiunio vomitũ. Si æſtas eſt,in mare natare cõmodũ eſt. Vbi cõualuit aliquis, diu tamen alienus ei veneris vſus eſt.

DE TABE, ET EIVS SPECIEBVS, ET curationibus, Cap. XXII.

Diutius ſæpe & periculoſiꝰ tabes eos malè habet quos inuaſit. Atque huius quoque plures ſpecies ſunt: vna eſt qua corpus non alitur,& naturaliter ſemper aliquibus decedentibus,nullis verò in eorũ locũ ſubeuntibus,ſumma macies oritur, & niſi occurritur tollit: ἀτροφίαν hanc Græci vocant. Ea duabus fere de cauſis incidere cõſueuit. Aut enim nimio timore aliquis minus, aut auiditate nimia plus quàm debet aſſumit: ita vel quod deeſt infirmat, vel quod ſuperat corrumpitur. Altera tabis ſpecies eſt quam Græci καχεξίαν appellãt,vbi malus corporis habitus eſt, ideóque omnia alimenta corrumpuntur. Quod fere fit quum longo morbo vitiata corpora, etiamſi illo vacant,refectionem tamen non accipiunt,aut quum malis medicamentis corpus affectum eſt, aut quum diu neceſſaria defuerunt, aut quum inuſitatos & inutiles cibos aliquis aſſumpſit,aliquídve ſimile incidit. Huic præter tabem illud quoque nonnũquam accidere ſolet, vt per aſſiduas puſtulas aut vlcera ſumma cutis exaſperetur, vel aliquæ corporis partes intumeſcant. Tertia eſt,longéque periculoſiſſima, ſpecies tabis quã Græci φθίσιν nominauerũt. Oritur fere à capite,inde in pulmonem deſtillat: huic exulceratio accedit,ex hac febricula leuis fit, quæ etiã quũ quieuit,tamen & repetit: frequẽs tuſſis eſt,pus excreatur, interdũ cruentum aliquid. Quicquid excreatum eſt, ſi in

ignem impoſitũ eſt,mali odoris eſt.Itaque qui de morbo A
dubitant, hac nota vtuntur. Quũ hæc genera tabis ſint,a-
nimaduertere primùm oportet quid ſit in quo laboratur:
deinde, ſi tantummodo nõ ali corpus apparet, cauſam e-
ius attẽdere: & ſi cibi minus aliquis quàm debet aſſumit,
adiicere,ſed paulatim,ne ſi corpus inſuetũ ſubita multitu
dine onerauerit, cõcoctionem impediat. Si verò plus iu-
ſto quis aſſumere ſolitus eſt,abſtinere vno die,deinde ab
exiguo cibo incipere,quotidie adiicere,donec ad iuſtum
modum perueniat. Præter hæc conuenit ambulare locis
quamminimè frigidis,ſole vitato, per man⁹ quoque ex- B
erceri. Si infirmior eſt,geſtari, vngi, perfricari, ſi poteſt,
maximè per ſeipſum,ſæpius eodẽ die,& ante cibũ & poſt
eum,ſic vt interdum oleo quædã adiiciantur calefacien-
tia donec inſudet. Prodéſtque ieiuno prehẽdere per mul-
tas partes cutẽ,& attrahere,vt relaxetur,aut impoſita reſi-
na & abducta ſubinde idem facere. Vtile eſt etiam inter-
dum balneum, ſed poſt cibum exiguũ. Atque in ipſo ſo-
lio rectè cibi aliquid aſſumitur,aut,ſi ſine hoc frictio fuit,
poſt eam protinus. Cibi verò eſſe debent ex iis qui facilè
concoquuntur,qui maximè alunt. Ergo vini quoque,ſed C
auſteri neceſſarius vſus eſt,mouẽda vrina. At ſi malus cor-
poris habitus eſt,primũ abſtinendũ eſt,deinde aluus du-
cenda,tum paulatim cibi dãdi,adiectis exercitationibus,
vnctionibus, frictionibus. Vtilius his frequens balneum
eſt, ſed ieiunis etiam vſque ad ſudorem. Cibis verò opus
eſt copioſis,variis,boni ſucci, quique etiam minus facilè
corrũpantur,vino auſtero. Si nihil reliqua proficiunt,ſan-
guis mittendus eſt,ſed paulatim quotidiéq;,pluribus die-
bus:cũ eo vt cætera quoq; eodem modo ſeruentur. Quòd
ſi mali plus eſt,& vera phthiſis eſt,inter initia protinus oc- D
currere neceſſariũ eſt. neque enim facilè is morbus quũ
inueterauerit euincitur. Opus eſt,ſi vires patiũtur, longa
nauigatione, cæli mutatione, ſic vt dẽſius quàm id eſt ex
quo diſcedit æger, petatur:ideóq; aptiſſimè Alexãdriam
ex Italia itur. Feréque id poſſe inter principia corpus pati
debet, quũ hic morb⁹ ætate firmiſſima maximè oriatur,
id eſt ab anno duodecimo ad annum quintum & triceſi-
mum. Si id imbecillitas non ſinit, naue tamen non longè
geſtari cõmodiſſimum eſt. Si nauigationẽ aliqua res pro-
hibet,lectica:vel alio modo corpus dimouẽdum eſt, tum E
à negotiis abſtinendũ eſt, omnibúſque rebus quæ ſolici-
tare animũ poſſunt: ſomno indulgendũ, cauendæ deſtil-
lationes,ne ſiquid cura leuarit,exaſperetur: & ob id vitã-
da cruditas,ſimúlque ſol & frigus. Os obtegẽdum,fauces
velãdæ, tuſſicula ſuis remediis finiẽda: & quàm diu qui-
dem febricula incurſat,huic interdũ abſtinentia,interdũ
etiam tempeſtiuis cibis medendũ, eóque tẽpore bibẽda
aqua. Lac quoque, quod in capitis doloribus, & in acutis
febribus & per eas facta nimia ſitis,ſiue præcordia tumẽt,
ſiue bilioſa vrina eſt,ſiue ſãguis fluxit, pro veneno eſt: in F
phthiſi tamẽ, ſicut in omnibus longis difficilibúſque fe-
bribus,rectè dari poteſt. Quòd ſi febris aut nondũ incur-
ſat, aut iam remiſit, recurrẽdum eſt ad modicas exercita-
tiones, maximéque ambulationes, item lenes frictiones.
Balneum alienum eſt:cibus eſſe debet primò acer, vt al-
lium,porrũ,idque ipſum ex aceto, vel ex eodem intubus,
ocymũ,lactuca: dein lenis,vt ſorbitio ex ptiſſana, vel ex
alica,vel ex amylo,lacte adiecto. Idem oryza quoque,&,ſi
nihil aliud eſt,far præſtat. Tum inuicem modò his cibis
modò illis vtendũ eſt: adiiciendáque quædam ex media G
materia,præcipuéque vel ex aprugna,cerebellum,vel pi-
ſciculus, & his ſimilia. Farina etiam cum ſeuo ouillo ca-
prinóve miſta,deinde incocta,pro medicamento eſt. Vi-
num aſſumi debet lene, auſterum. Hactenus non magna
mole pugnatur. Si vehementior noxa eſt,ac neque febri-
cula neque tuſſis quieſcit,tenuarique corpus apparet,vali-
dioribus auxiliis opus eſt. Exulcerandus eſt ferro canden-
ti,vno loco ſub mẽto,altero in gutture, duobus ad mam-
mam vtranque, item ſub imis oſſibus ſcapularum,(quas
ὠμοπλάτας Græci vocant)ſic ne ſaneſcere vlcera ſinamus, H
niſi tuſſi finita, cui per ſe quoque medendũ eſſe manife-
ſtum eſt. Tũc ter quatérque die vehementer extremæ par-
tes perfricandæ,thorax leui manu pertractandus, poſt ci-
bum intermittenda hora,& perfricãda crura brachiáque.

A Interpoſitis denis diebus demittẽdus eſt æger in ſolium
in quo ſit aqua calida & oleum, cæteris diebus bibẽda a-
qua:tum & vinum, ſi tuſſis nõ eſt,potui frigidũ dandum,
ſi æſtas eſt,egelidum. Vtile eſt etiam cibos in remiſſioni-
bus quotidie dari, frictiones geſtationéſque ſimiliter ad-
hiberi: itẽque acria quarto aut quinto die ſumere, inter-
dum herbam ſanguinalem ex aceto, vel plãtaginem eſſe.
Medicamentum etiam eſt vel plantaginis ſuccus per ſe,
vel marrubium ex melle concoctum, ita vt illius cyathus
ſorbeatur, huius cochleare plenum paulatim delingatur,
B vel inter ſe miſta & incocta,reſinæ terebinthinæ pars di-
midia,butyri & mellis pars altera. Præcipua tamen ex his
omnibus ſunt,victus,vehiculum,& nauis,& ſorbitio. Al-
uus cita vtique vitanda eſt. Vomitus in hoc morbo ſi fre-
quens eſt,pernicioſus eſt,maximéque ſanguinis. Qui me-
liuſculus eſſe cœpit,adiicere debet exercitationes,frictio-
nes,cibos deinde ipſe ſe,ſuppreſſo ſpiritu,perfricare: diu
abſtinere à vino,balneo,venere.

DE COMITIALIS MORBI CVRATIO-nibus, Cap. XXIII.

C INter notiſſimos morbos eſt etiam is qui comitialis
vel maior nominatur. Homo ſubitò concidit, ex ore
ſpumæ mouẽtur, deinde interpoſito tempore ad ſe redit,
& per ſeipſum conſurgit. Id genus ſæpius viros quàm fœ-
minas occupat:ac ſolet quidem etiam longum eſſe,vſque
ad mortis diem, & vitæ non periculoſum. Interdum ta-
men quum recens eſt,hominem conſumit,& ſæpe eum,ſi
remedia non ſuſtulerunt,in pueris veneris, in puellis mẽ-
ſtruorum initium tollit: modò cum diſtentione mem-
brorum aut neruorum prolabitur aliquis, modò ſine illa
D quidem. Hos quoque iiſdem quibus lethargicos excitare
conantur: quod admodum ſuperuacuum eſt, & quia ne
lethargicus quidem his ſanatur, & quia quum poſſit iſte
nunquam expergiſci,atque ita fame interire, hic ad ſe v-
tique reuertitur. Vbi concidit aliquis, ſi nulla neruorum
diſtentio acceſſit,vtique ſanguis mitti debet: ſi acceſſit,
non vtique mittendus eſt,niſi alia quoque hortantur. Ne-
ceſſariũ autem eſt ducere aluum, vel nigro veratro pur-
gare,vel vtrunque facere,ſi vires patiuntur:tunc caput tõ-
dere, oleóque & aceto perungere, cibum poſt diem ter-
E tium, ſimul quũ tranſit hora qua concidit, dare. Neque
ſorbitiones autem his, aliíque molles & faciles cibi, ne-
que caro,miniméque ſuilla,cõuenit,ſed mediæ materiæ.
Nam & viribus opus eſt,& cruditates cauendæ ſunt, cum
quib⁹ fugere oportet ſolem, balneũ, ignem,omniáq; ca-
lefacientia:item frigus,vinũ,venerẽ,loci præcipitis con-
ſpectum,omniúmque terrentium:vomitũ,laſſitudinem,
ſolicitudines, negotia omnia. Vbi tertio die cibus datus
eſt,intermittere quartum,& inuicem alterũ quenque,ea-
dem hora cibi ſeruata,donec quatuordecim dies trãſeãt.
F Quos vbi morb⁹ exceſſit,acuti vim depoſuit: at ſi manet,
curãdus iam vt longus eſt. Quòd ſi nõ quo die primũ id
incidit, medicus acceſſit, ſed is qui cadere conſueuit, ei
traditus eſt, protinus eo genere victus habito qui ſuprà
comprehenſus eſt, expectãdus eſt dies quo prolabatur,v-
tendúmq; tum vel ſanguinis miſſione, vel ductione alui,
vel nigro veratro,ſicut præceptũ eſt. Inſequentibus dein-
de diebus per eos cibos quos propoſui, vitatis omnibus
quæ cauenda dixi,nutriendus. Si per hæc morbus finitus
non fuerit,confugiẽdum erit ad album veratrum, ac ter
G quoque aut quater eo vtendũ, non ita multis interpoſitis
diebus:ſic tamen ne iterum vnquam ſumat niſi concide-
rit. Mediis autẽ diebus vires eius erũt nutriendæ,quibuſ-
dam præter ea quæ ſcripta ſũt adiectis. Vbi manè exper-
rectus eſt,corpus eius leuiter ex oleo vetere,cũ capite (ex-
cepto ventre)permulceatur,tum ambulatione quam ma-
ximè longa & recta vtatur:poſt ambulationẽ loco tepido
vehementer & diu,ac non minus ducenties,niſi infirmus
erit,perfricetur:deinde per caput multa aqua frigida per-
fundatur, paulum cibi aſſumat, conquieſcat, rurſus ante
H noctem ambulatione vtatur, iterum vehementer perfri-
cetur, ſic vt neque venter, neque caput contingatur: poſt
hæc cœnet,interpoſitiſque tribus aut quatuor diebus,vno
aut altero acria aſſumat. Si ne per hæc quidẽ fuerit libe-
ratus, caput radatur, vngatur oleo vetere, adiecto aceto

&nitro,perfundatur aqua ſalſa,bibat ieiunus ex aqua caſtorium, nulla aqua niſi decocta potionis cauſa vtatur. Quidam iugulati gladiatoris calido ſanguine epoto, tali morbo ſeſe liberarunt: apud quos miſerum auxilium, tolerabile,miſerius malum fecit.Quod ad medicum verò pertinet,vltimum eſt,iuxta talum, ex vtroque crure paulum ſanguinis mittere,occipitium incidere, & cucurbitulas admouere,ferro candente in occipitio quoque & in frà,qua ſumma vertebra cum capite committitur,adurere duobus locis,vt per ea perniciofus humor euadat.Quibus ſi finitum malum non fuerit, prope eſt vt perpetuũ ſit.Ad leuandum id tantummodo vtẽdum erit exercitatione multa,frictione, cibiſque iis qui ſupra comprehẽſi ſunt:præcipuéque vitanda omnia quæ ne fierent excepimus.

DE REGII MORBI CVRATIONE,
Cap. XXIIII.

AEquè notus eſt morbus quem interdum arquatum, interdum regium nominant,quem Hippocrates ait, ſi poſt ſeptimum diem febricitante ægro ſuperuenit,tutum eſſe,mollibus tantummodo præcordiis ſubſtantibus.Diocles ex toto,ſi poſt febrem oritur,etiã prodeſſe:ſi poſt hunc febris, occidere. Color autem eum morbum detegit, maximè oculorum, in quibus quod album eſſe debet,fit luteum.Solétque accedere & ſitis, & dolor capitis,& frequens ſingultus, & præcordiorum dextra parte durities,& vbi corporis vehemens motus eſt,ſpiritus difficultas,membrorúmque reſolutio:atque vbi diutius manet morbus,totũ corpus cum pallore quodam inalbeſcit. Primo die abſtinere ægrum oportet,ſecũdo ducere aluũ: tum,ſi febris eſt, eam victus genere diſcutere: ſi non eſt, ſcammoniam potui dare,vel cum aqua betam albam cõtritam,vel cum aqua mulſa nuces amaras,abſinthium, aniſum, ſic vt pars huius minima ſit. Aſclepiades aquam quoque ſalſam,& quidem per biduum purgationis cauſa bibere cogebat,iis quæ vrinam mouent reiectis. Quidã ſuperioribus omiſſis,per hæc, & per eos cibos qui extenuant,idem ſe conſequi dicunt.Ego vbique ſi ſatis viriũ eſt, validiora,ſi parum,imbecillia auxilia præfero. Si purgatio fuit,poſt eam triduò, primò modicè cibum oportet aſſumere ex media materia,& vinum bibere Græcũ ſalſum,vt reſolutio ventris maneat:tum altero triduo validiores cibos,& carnis quoque aliquid eſſe,intra aquam manere,deinde ad ſuperius genus victus reuerti, cum eo vt magis ſatietur: omiſſo Græco vino bibere integrũ au ſterum: atque ita per hæc variare vt interdum acres quoque cibos interponat, interdũ ad ſalſum vinum redeat. Per omne verò tempus vtẽdum eſt exercitatione,frictione,ſi hyems eſt,balneo,ſi æſtas,frigidis natationibus, lecto etiam & conclaui cultiore:clauſo loco vti ludis, laſciuia,per quæ mens exhilaretur: ob quæ regius morbus dictus videtur.Malagma quoque quod digerat, ſuper præcordia datum prodeſt, vel arida ibi ficus impoſita, ſi iecur aut lienis affectus eſt.

DE ELEPHANTIAE CVRATIONE,
Cap. XXV.

IGnotus autem penè in Italia, frequẽtiſſimus in quibuſdam regionibus is morbus eſt quẽ ἐλεφαντίασιν Græci vocant,iſque longis annumeratur. Totum corpus afficitur,ita vt oſſa quoque vitiari dicantur: ſumma pars corporis crebras maculas crebróſque tumores habet: rubor harum paulatim in atrum colorem conuertitur. Summa cutis inæqualiter craſſa,tenuis,dura,molliſque,quaſi ſquamis quibuſdam exaſperatur,corpus emacreſcit, os, furæ, pedes intumeſcunt.Vbi vetus morbus eſt,digiti in manibus pedibúſque ſub tumore conduntur, febricula oritur, quæ facilè tot malis obrutum hominem conſumit. Protinus ergo inter initia ſanguis per biduum mitti debet, aut nigro veratro vẽter ſolui, adhibenda tum quanta ſuſtineri poteſt inedia eſt, paulũ deinde vires reficiendæ, & ducenda aluus: poſt hæc,vbi corpus leuatum eſt, vtendũ eſt exercitatione,præcipuéque curſu.Sudor primùm labore ipſius corporis, deinde etiam ſiccis ſudationibus euocandus, frictio adhibenda: moderandúmque inter hæc, vt vires conſeruentur: balneum rarum eſſe debet. Cibus

A ſine pinguibus,ſine glutinoſis,ſine inflantibus:vinũ præterquam primis diebus,rectè datur.Corpus contrita plantago & illita tueri optimè videtur.

DE ATTONITIS ET EORVM CVRATIONE,
Cap. XXVI.

ATtonitos quoque raró videmus,quorũ & corpus & mens ſtupet.Fit interdũ ictu fulminis,interdũ morbo. ἀποπληξίαν hunc Græci appellant.his ſanguis mittendus eſt: veratro quoque albo,vel alui ductione vtendum: tum adhibendæ frictiones, & ex media materia mini-
B mè pingues cibi,quidam etiam acres:& à vino abſtinendum.

DE RESOLVTIONE NERVORVM,
quæ apoplexia vel paralyſis dicitur,
Cap. XXVII.

AT reſolutio neruorum,frequens vbique morbus eſt. Sed interdum tota corpora,interdum partes infeſtat: veteres autores illud ἀποπληξίαν, hoc παράλυσιν nominauerũt:nunc vtrũque παράλυσιν appellari video.Solent autem qui per omnia membra vehementer reſoluti
C ſunt,celeriter rapi,ac ſi correcti non ſunt,diutius quidem viuũt, ſed raró tamen ad ſanitatem perueniunt,& plerũque miſerum ſpiritum trahunt,memoria quoque amiſſa.In partibus verò nunquam acutus, ſæpe longus,fere ſanabilis morbus eſt. Si omnia membra vehementer reſoluta ſunt, ſanguinis detractio vel occidit, vel liberat. Aliud curationis genus vix vnquam ſanitatẽ reſtituit, ſæpe mortem tantùm differt,vitam interim infeſtat. Poſt ſanguinis miſſionem ſi non redit & motus & mens,nihil ſpei ſupereſt: ſi redit, ſanitas quoque proſpicitur. At vbi
D pars reſoluta eſt,proderit malo corporis vel ſanguis miſſus,vel aluus ducta:cætera eadem in vtroque caſu facienda ſunt.Siquidem vitare præcipuè conuenit frigus,paulatimque ad exercitationes reuertendũ eſt,ſic vt ingrediatur ipſe protinus,ſi poteſt.Si id crurum imbecillitas prohibet,vel geſtetur,vel motu lecti concutiatur: tum id mẽbrum quod deficiet,ſi poteſt,per ſe, ſi minus, per alium moueatur,& vi quadam ad conſuetudinem ſuam redeat. Prodeſt etiam torpentis membri ſummam cutem exaſperaſſe,vel vrticis cæſam,vel impoſita ſinapi,ſic vt vbi rube
E re cœperit corpus,hæc remoueantur. Scilla quoque contrita,bulbique contriti cũ thure rectè imponuntur. Neq; alienum eſt, reſina cutẽ tertio quoque die diutius vellere,pluribus etiam locis, aliquando ſine ferro cucurbitulas admouere. Vnctioni verò aptiſſimum eſt vetus oleũ, vel nitrum aceto & oleo admixtum: quinetiam fouere aqua calida marina,vel ſi ea non eſt,tamen ſalſa,magnopere neceſſarium eſt.At ſi quo loco naturales,vel etiam manu factæ tales natationes ſunt, iis potiſſimum vtendum eſt,præcipuéque in his agitanda membra quæ maximè
F deficiunt.Si id non eſt,balneum tamen prodeſt.Cibus eſſe debet ex media materia,maximéque ex venatione:potio ſine vino aquæ calidæ:ſi tamen vetus morbus eſt, interponi quarto vel quinto die purgationis cauſa vinum Græcum ſalſum prodeſt.Poſt cœnam vtilis vomitus eſt: interdum verò etiam neruorum dolor oriri ſolet. In hoc caſu non oportet vomere,non medicamẽtis vrinam mouere,non ſine exercitatione ſudores (vt quidã præcipiũt) expedit:bibẽda aqua eſt bis die.In lectulo leniter ſatisdiu corpus perfricandum eſt,deinde retento ſpiritu, ab ipſa
G exercitatione potius ſuperiores partes mouendæ: balneo raró vtendum,mutãdum ſubinde peregrinationibus cælum.Si dolor eſt,ea ipſa pars ſine oleo nitro ex aqua perungenda eſt,deinde inuoluenda,& ſubiicienda pruna lenis, & ſulphur, atque ita id ſuffumigandum, idque aliquandiu faciendum.Sed ieiuno, quum bene iam concoxerit,cucurbitulæ quoque ſæpe dolenti parti admouendæ ſunt,pulſandúſque leuiter inflatis veſicis bubulis is locus eſt.Vtile eſt etiam ſeuum miſcere cum hyoſcyami & vrticæ contritis ſeminibus,ſic vt omnium par modus ſit,
H idque imponere, fouere aqua in qua ſulphur decoctum ſit.Vtriculi quoque rectè imponuntur aqua calida repleti,aut bitumen cum ordeacea farina mixtum: atque in ipſo potiſſimum dolore vtendum geſtatione vehementi eſt,quod in aliis doloribus peſſimum eſt.Tremor autem

neruorum æquè vomitu,medicamentiſque vrinam mouentibus intenditur.Inimica etiam habet balnea, aſſáſq; ſudationes. Bibenda aqua eſt, acri ambulatione vtendū, item vnctionibus,frictionibúſque maximè per ſeipſum: pila,ſimilibúſque ſuperiores partes dimouēdæ:cibo quolibet vtendum,dummodo cōcoctioni vtique ſtudeatur: ſecundum cibum curis abſtinendum:rariſſima venere vtendum eſt. Siquādo quis in eam prolapſus eſt, tum oleo leuiter diúque in lectulo perfricari manibus puerilibus potius quàm virilibus debet. Suppurationes autem quæ in ali qua interiori parte oriuntur,vbi notæ fuerint, primùm id agere oportet per ea cataplaſmata quæ reprimunt, ne coitus inutilis materiæ fiat:deinde,ſi hæc victa ſunt,per ea malagmata quæ digerunt, diſſipentur. Quod ſi conſequuti non ſumus, ſequitur vt euocetur, deinde vt matureſcat,omnis tunc vomicæ finis eſt, vt rumpatur:indiciúmque eſt,pus vel aluo vel ore redditum:ſed nihil facere oportet quominus quicquid eſt puris excedat. Vtendum maximè ſorbitionibus eſt & aqua calida. Vbi pus ferri deſiit,tranſeundum eſt ad faciles quidem ſed tamen validiores & frigidos cibos,frigidámque aquam,ſic vt ab egelidis tamen initium fiat: primóque cum melle quædam edenda,vt nuclei pinei,vel Græcæ nuces, vel auellanæ. Poſtea ſubmouēdum idipſum,quò maturius induci cicatrix poſſit.Medicamētum eo tempore vlceri eſt ſuccus aſſumptus, vel porri, vel marrubii, & omni cibo porrū ipſum adiectum.Oportebit autem vti in his partibus quæ non afficiētur, frictionibus, item ambulationibus lenibus: vitandúmque erit ne vel luctando, vel currendo, vel alia ratione ſaneſcentia vlcera exaſperentur. In hoc enim morbo pernicioſus,ideóque omni modo cauēdus ſanguinis vomitus eſt.

AVRELII CORNELII CELSI DE RE MEDICA Lib. IIII.

DE HVMANI CORPORIS INTERIORIBUS ſedibus, Cap. I.

HActenus reperiuntur ea genera morborū quæ in totis corporibus ita ſunt vt iis certæ ſedes aſſignari non poſſint: nunc de iis dicam quæ ſunt in partibus. Facilius autem omnium interiorum morbi curationéſque in notitiam venient ſi prius eorū ſedes breuiter oſtendero. Caput igitur eáque quæ in ore ſunt, non lingua tantummodo palatóque terminantur, ſed etiam quatenus oculis noſtris expoſita ſunt. In dextra ſiniſtráque circa guttur venæ grandes, quæ σφαγίτιδες nominantur,itémque arteriæ(quas παρωτίδας vocāt)ſurſum procedentes vltra aures feruntur. Atque in ipſis ceruicibus glandulæ poſitæ ſunt,quæ interdum cum dolore intumeſcunt: deinde duo itinera incipiunt, alterum aſperā arteriam nominant, alterum,ſtomachum. Arteria exterior ad pulmonem, ſtomachus interior ad ventriculum fertur. illa ſpiritum,hic cibū recipit: A quibus quum diuerſæ viæ ſint qua coeunt, exigua in arteria ſub ipſis faucibus lingua eſt,quæ quum ſpiramus attollitur, quum cibum potionémque aſſumimus,arteriam claudit.Ipſa autē arteria dura & cartilaginoſa in gutture aſſurgit, cæteris partibus reſidet. Conſtat ex circulis quibuſdam compoſitis ad imaginem earum vertebrarum quæ in ſpina ſunt: ita tamen vt ex parte exteriore,aſpera,ex interiore ſtomachi modo læuis ſit:eáque deſcendens ad præcordia cum pulmone committitur.Is ſpongioſus,ideóque ſpiritus capax,& à tergo ſpinæ ipſi iunctus,in duas fibras vngulæ bubulæ modo diuiditur.Huic cor annexum eſt,natura muſculoſum in pectore, ſub ſiniſteriore mamma ſitū, duóſque quaſi ventriculos habet.At ſub corde atque pulmone tranſuerſum ex valida membrana ſeptum eſt, quod à præcordiis vterum diducit,æquè neruoſum,multis etiam venis per id diſcurrentibus à ſuperiore parte, non ſolùm inteſtina,ſed iecur quoq; lienémque diſcernit.Hæc viſcera proxima,ſed infrà tamē poſita dextra ſiniſtráque ſunt. Iecur à dextra parte ſub præcordiis ab ipſo ſepto ortum, intrinſecus cauū,extrinſecus gibbū,quod prominēs leuiter vētriculo inſidet,& in quatuor fibras diuiditur. ex inferiore verò parte ei fel inhæret. At lienis ſiniſtra nō eidē ſepto,ſed inteſtino innexus eſt,natura mollis & rarus,lōgitudinis craſſitudiniſque modicæ,iſque paulum à coſtarum regione in vterum excedens ex maxima parte ſub his conditur:atque hæc quidem iuncta ſunt. Renes verò diuerſi,qui lumbis ſub imis coxis inhærent, à parte earū reſimi,ab altera rotundi,qui & venoſi ſunt,& ventriculos habent, & tunicis ſuper conteguntur. Ac viſcerum quidem hæ ſedes ſunt.Stomachus verò,qui inteſtinorū principium eſt,neruoſus à ſeptimæ ſpinæ vertebra incipit, ac circa præcordia cum ventriculo committitur. Ventriculus autem,qui receptaculum cibi eſt, conſtat ex duobus tergoribus, iſque inter lienem & iecur poſitus eſt, vtróque ex his paulum ſuper eum ingrediēte. Súntque etiam mēbranulæ tenues, per quas inter ſe omnia iſta cōnectūtur,iunguntúrque ei ſepto quod tranſuerſum eſſe ſuprà poſui. Inde ima ventriculi pars paulum in dexteriorem partem conuerſa,in ſummum inteſtinū coarctatur.Hanc iuncturam πυλωρὸν Græci vocant, quoniam portæ modo in inferiores partes,ea quæ excreturi ſumus emittit. Ab ea ieiunum inteſtinum incipit, non ita implicitum: cui tale vocabulum eſt quia nunquam quod accipit continet,ſed protinus in inferiores partes tranſmittit. Inde tenue inteſtinum eſt,in ſinus vehementer implicitum. Orbes verò eius per membranulas ſinguli cum inferioribus connectuntur,qui in dexteriorem partem conuerſi,& è regione dexterioris coxæ finiti,ſuperiores tamen partes magis complent.Deinde id inteſtinum cum craſſiore altero tranſuerſo committitur, quod à dextra parte incipiens, in ſiniſteriorem peruium & longum eſt, in dexteriorem non eſt,ideóque cæcum nominatur. At id quod peruium eſt,latè fuſum atque ſinuatum, minúſque quàm ſuperiora inteſtina neruoſum, ab vtraque parte huc atque illuc volutum, magis tamen ſiniſteriores inferioréſque partes tenens, contingit iecur atque ventriculum: deinde cum quibuſdam membranulis à ſiniſtro rene venientibus iungitur: atque hinc dextra recuruatum in imo dirigitur, quà excernit, ideóque id ibi rectum inteſtinum nominatur. Contegit vero vniuerſa hæc omētum,ex interiore parte leue & ſtrictum,ex ſuperiore mollius: cui adeps quoque innaſcitur, quæ ſenſu, ſicut cerebrum quoque & medulla,caret. At à renibus ſingulæ venæ colore albæ ad veſicam feruntur (οὐρητῆρας Græci vocant)quòd per eas inde deſcendentem vrinam in veſicā deſtillare concipiunt. Veſica autem in ipſo ſinu neruoſa & duplex,ceruice plena atque carnoſa,iungitur per venas cum inteſtino,eóque oſſe quod pubi ſubeſt.Ipſa ſoluta atque liberior eſt,aliter in viris atque in fœminis poſita. Nam in viris iuxta rectum inteſtinum eſt potius in ſiniſtram partem inclinata:in fœminis ſuper genitale earum poſita eſt, ſupérque elapſa ab ipſa vulua ſuſtinetur. Tum in maſculis iter vrinæ ſpatioſius & compreſſius à ceruice huius deſcendit ad colem:in fœminis breuius & plenius ſuper vuluæ ceruicem ſe oſtendit. Vulua autem in virginibus quidem admodum exigua eſt: in mulieribus verò niſi vbi grauidæ ſunt,non multò maior quàm vt manu comprehendatur. Ea recta continuatáque ceruice (quem canalem vocant)contra mediam aluum orſa, inde paulū ad dexteriorem coxam conuertitur,deinde ſuper rectum inteſtinum progreſſa,iliis fœminæ latera ſua innectit.Ipſa autem ilia inter coxas & pubem imo ventre poſita ſunt, à quibus ac pube abdomē ſurſum verſus ad præcordia peruenit,ab exteriore parte euidenti cute, ab interiori leui membrana incluſum, quæ omento iungitur: περιτόναιος

autem à Græcis nominatur.

DE CVRATIONIBVS MORBORVM QVI naſcuntur à capite:& primò de eius dolore, deinde de morbo qui circa faciem naſcitur, tum de linguæ reſolutione, poſtremò de deſtillatione ac grauedine, Cap. II.

HIS veluti in conſpectum quendam (quatenùs ſcire curãti neceſſarium eſt) adductis, remedia ſingularũ laborantium partium exequar, orſus à capite. ſub quo nomine nunc ſignifico eam partem quæ capillo tegitur. Nã oculorum, aurium, dentium dolor, & ſiquis ſimilis eſt, alias erit explicandus. In capite autem interdum acutus & peſtifer morbus eſt, quem κεφαλαίαν Græci vocant. cuius notæ ſunt, horror calidus, neruorum reſolutio, oculorum caligo, mentis alienatio, vomitus, ſic vt vox ſupprimatur: vel ſanguinis ex naribus curſus, ſic vt corpus frigeſcat, anima deficiat. Præter hæc dolor intolerabilis, maximè circa tempora, vel occipitium. Interdum autem in capite lõga imbecillitas, ſed neque grauis, neque periculoſa per hominis ætatem eſt: interdum grauior dolor, ſed breuis, neque tamen mortiferus: qui vel vino, vel cruditate, vel frigore, vel igne, aut ſole contrahitur. Hique omnes dolores modò in febre, modò ſine hac ſunt, modò in toto capite, modò in parte interdũ: ſic vt oris quoq; proximã partem excrucient. Præter hæc etiã vnũ inuenitur genus quod poteſt longum eſſe, vbi humor cutem inflat, eáque intumeſcit, & prementi digito cedit. ὑδροκέφαλον Græci appellant. Ex his id quod ſecundo loco poſitum eſt, dum leue eſt, qua ſit ratione curandum dixi quum perſequerer ea quæ ſani homines in imbecillitate partis alicuius facere deberent. Quæ verò auxilia ſint capitis, vbi cum febre dolor eſt, eo loco explicitum eſt quo febrium curatio expoſita eſt. Nunc de cæteris dicendum: ex quibus id quod acutum eſt, & id quod ſupra conſuetudinem intenditur, idque quod ex ſubita cauſa, etſi non peſtiferum, tamen vehemens eſt, primam curationẽ habet qua ſanguis mittatur. Sed id, niſi intolerabilis eſt dolor, ſuperuacuũ eſt: ſatiúſque eſt abſtinere à cibo, ſi fieri poteſt, etiam à potione: ſi nõ poteſt, aquam bibere. Si poſtero die dolor remanet, aluum ducere, ſternutamenta euocare, nihil aſſumere niſi aquam. Sæpe enim dies vnus aut alter totum dolorem hac ratione diſcutit, vtique ſi ex vino & cruditate origo eſt. Si verò in his auxilii parum eſt, tonderi oportet ad cutem: deinde conſiderandum eſt quæ cauſa dolorẽ excitarit. Si calor, aqua frigida multa perfundere caput expedit, ſpongiam concauam imponere ſubinde in aqua frigida expreſſam, vngere roſa & aceto, vel potius his tinctam lanam ſuccidam imponere, aliáque refrigerantia cataplaſmata. At ſi frigus nocuit, caput oportet perfundere aqua calida marina, vel certè ſalſa, aut in qua laurus decocta ſit: tum caput vehementer perfricare, deinde calido oleo implere, veſte velare: quidam etiam id deuinciunt: alii ceruicalibus veſtimentiſque onerant, & ſic leuantur: alios calida cataplaſmata adiuuant. Ergo etiam vbi cauſa incognita eſt, videre oportet, refrigerantia magis an calefacientia leniant, & iis vti quæ experimentum approbarit. At ſi parum cauſa diſcernitur, perfundere caput primùm aqua calida (ſicut ſuprà præceptum eſt) vel ſalſa, vel ex lauro decocta, tum frigida poſca. Illa in omni vetuſto capitis dolore communia ſunt, ſternutamenta excitare, inferiores partes vehementer perfricare, gargarizare iis quæ ſaliuam mouent, cucurbitulas temporibus & occipitio admouere, ſanguinem ex naribus detrahere, reſina ſubinde tempora peruellere, & impoſito ſinapi exulcerare ea quæ malè habent, antè linteolo ſubiecto, ne vehemẽter arrodat, cãdentibus ferramentis, vbi dolor eſt, vlcera excitare, cibum permodicum cum aqua ſumere: vbi leuatus eſt dolor, in balneum ire: ibi multa aqua prius calida, deinde frigida per caput perfundi. Si diſcuſſus ex toto dolor eſt, etiam ad vinũ reuerti: ſed poſtea ſemper antequã quicquã aliud, aquam bibere. Diſſimile eſt id genus quod humorem in caput contrahit. In hoc tonderi ad cutem neceſſarium eſt, deinde imponere ſinapi, ſic vt exulceret. Si id parum profuit, ſcalpello vtendum eſt. Illa cum hy-

A dropicis communia ſunt, vt exerceatur, inſudet, vehemẽter perfricetur, cibis potionibúſque vtatur vrinam præcipuè mouentibus.

De morbo qui circa faciem naſcitur quem Græci κυνικὸν σπασμὸν vocant,

Circa faciem verò morbus innaſcitur quem Græci κυνικὸν σπασμὸν nominant. Is cum acuta fere febre oritur. Os cum motu quodam peruertitur, ideóque nihil aliud eſt quàm diſtentio oris. Accedit crebra coloris in facie totóque corpore mutatio: ſomnus in promptu eſt: in hoc

B ſanguinem mittere, optimum eſt. Si finitum eo malum nõ eſt, ducere aluũ: ſi ne ſic quidẽ diſcuſſum eſt, albo veratro vomitũ mouere. Præter hæc neceſſarium eſt vitare ſolẽ, laſſitudinem, vinũ. Sed ſi diſcuſſum id his nõ eſt, vtendum eſt curſu, frictione, in eo quod læſum eſt, leni & multa, in reliquis partibus breuiore, ſed vehementi: prodeſt etiam mouere ſternutamẽta, caput radere, idque perfundere aqua calida, vel marina, vel certè ſalſa, ſic vt ei quoque ſulphur adiiciatur: poſt perfuſionem iterum perfricare, ſinapi manducare: eodémque tempore affectis o-

C ris partibus ceratum, integris idem ſinapi, donec arrodat, imponere. Cibus aptiſſimus ex media materia eſt.

De reſolutione linguæ.

AT ſi lingua reſoluta eſt (quod interdum per ſe, internum ex morbo aliquo fit, ſic vt ſermo hominis non explicetur) oportet gargarizare ex aqua in qua vel thymum, vel hyſſopum, vel nepeta decocta ſit, aquã bibere, caput & os & ea quæ ſub mento ſunt, & ceruicem vehemẽter perfricare, laſere linguã ipſam linere, manducare quæ

D ſunt acerrima, id eſt ſinapi, alliũ, cæpam: magna vi luctari, vt verba exprimantur, exerceri retento ſpiritu, caput ſæpe aqua frigida perfundere: nonnunquam multam eſſe radiculam, deinde vomere.

De deſtillatione ac grauedine.

Deſtillat autem humor ex capite interdum in nares, quod leue eſt: interdum in fauces, quod peius eſt: interdum etiam in pulmonem, quod peſſimum eſt. Si in nares deſtillat, tenuis per has pituita profluit, caput leuiter dolet, grauitas eius ſentitur, frequentia ſternutamẽta ſunt. Si in fauces, has exaſperat, tuſſiculam mouet. Si in pulmo-

E nem, præter ſternutamẽta & tuſſim, eſt etiam capitis grauitas, laſſitudo, ſitis, æſtus, bilioſa vrina. Aliud autem (quãuis non multum diſtans malum) grauedo eſt. Hæc nares claudit, vocem obtundit, tuſſim ſiccam mouet: ſub eadẽ ſalſa eſt ſaliua, ſonant aures, venæ mouentur in capite, turbida vrina eſt. Hæc omnia κορύζας Hippocrates nominat: nunc video apud Græcos in grauedine hoc nomẽ ſeruari, deſtillationes κατασταγμοὺς appellari. Hæc autem & breuia, &, ſi neglecta ſunt, lõga eſſe conſueuerunt: nihil peſtiferum eſt niſi quod pulmonẽ exulcerauit. Vbi aliquid e-

F iuſmodi ſenſimus, protinus abſtinere à ſole, balneo, vino, venere debemus. Inter quæ vnctione, & aſſueto cibo nihilominus vti licet: ambulatione tantùm acri, ſed recta vtendum eſt, & poſt eã caput atque os ſupra quinquagies perfricandũ. Raróque fit vt ſi biduò, vel certè triduò nobis tẽperauimus, id vitiũ nõ leuetur. Quo leuato, ſi in deſtillatione craſſa facta pituita eſt, vel in grauedine nares magis patent, balneo vtẽdũ eſt, multáque aqua prius calida, pòſt egelida fouendum os capútque, deinde cum cibo pleniore vinum bibẽdum. At ſi æquè tenuis die quar-

G to pituita eſt, vel nares æquè clauſæ videntur, aſſumendũ eſt vinum Aminæum, auſterum, deinde rurſus biduò aqua: poſt quæ ad balneum & ad conſuetudinem reuertẽdum eſt. Neque tamen illis ipſis diebus quibus aliqua omittenda ſunt, expedit tanquam ægros agere, ſed cætera omnia quaſi ſanis facienda ſunt, præterquam ſi diutius aliquem & vehementius iſta ſolicitare cõſueuerunt. Huic enim quædã curioſior obſeruatio neceſſaria eſt. Igitur huic, ſi in nares vel in fauces deſtillauit, præter ea quæ ſuprà retuli, protinus primis diebus multum ambulandũ

H eſt, perfricandæ vehementer inferiores partes, leuior frictio adhibenda thoraci erit, leuior capiti: demenda aſſueto cibo pars dimidia, ſumenda oua, amylum, ſimiliáque quæ pituitam faciunt craſſiorem. Siti quanta maximè ſuſtineri poteſt, pugnandum eſt. Vbi per hæc idoneus ali-

quis balneo factus, eóque vſus eſt, adiiciendus eſt cibo A
piſciculus, aut caro: ſic tamen ne protinus iuſtus modus
cibi ſumatur: vino meraco copioſius vtẽdum eſt. At ſi in
pulmonem quoque deſtillat, multóque magis & ambula-
tione & frictione opus eſt, eadémque adhibita ratione in
cibis, ſi non ſatis illi proficiunt, acrioribus vtendum eſt,
magis ſomno indulgendum, abſtinendúmque à negotiis
omnibus: aliquando, ſed ſerius, & balneũ tentandum. In
grauedine autem primo die quieſcere, neque eſſe, neque
bibere, caput velare, fauces lana circundare, poſtero die
ſurgere, diu abſtinere à potione, aut ſi res coegerit, nõ vl- B
tra aquæ heminam aſſumere. Tertio die panis non ita
multum ex parte interiore cum piſciculo vel leui carne
ſumere, aquam bibere: ſiquis ſibi temperare nõ potuerit,
quominus pleniore victu vtatur, vomere. Vbi in balneũ
ventum eſt, multa aqua calida caput & os fouere vſque
ad ſudorem, tum ad vinum redire: poſt quæ vix fieri po-
teſt vt idem incommodum maneat. Sed ſi manſerit, vtẽ-
dum erit cibis frigidis, aridis, leuibus, humore quammi-
nimo, ſeruatis frictionibus exercitationibúſque quæ in
omni tali genere valetudinis neceſſariæ ſunt. C

DE CERVICIS MORBIS CVRATIO-nibúſque, Cap. III.

A Capite tranſitus ad ceruicem eſt, quæ grauibus ad-
modum morbis obnoxia eſt. Neque tamen alius im
portunior, acutiórque morbus eſt quàm is qui quodã ri
gore neruorum modò caput ſcapulis, modò mentum pe-
ctori annectit, modò rectam & immobilem ceruicem in
tendit: priorem Græci ὀπισθότονον, inſequentem ἐμπροσθό-
τονον, vltimum τέτανον appellant: quanuis minus ſubtiliter
quidam indiſcretis his nominibus vtuntur. Ea ſæpe intra D
quartum diem tollũt: ſi hunc euaſerũt, ſine periculo ſunt:
omnia eadem ratione curantur, idque cõuenit. Sed Aſcle-
piades vtique mittendum ſanguinem credidit. quod qui-
dam vitandum eſſe dixerunt, eo quòd maximè tum cor-
pus calore egeret, iſque eſſet in ſanguine. Verùm hoc qui
dem falſum eſt. Neque enim natura ſanguinis eſt vt vti-
que caleat, ſed ex his quæ in homine ſunt, is celerrimè ca
leſcit, vel refrigeſcit. Mitti verò nécne debeat, ex his intel
ligi poteſt quæ de ſanguinis miſſione præcepta ſunt. Vti-
que autem rectè datur caſtorium, & cum hoc piper vel la E
ſer deinde opus eſt fomento humido & calido. Itaque ple
rique aqua calida multa ceruices ſubinde perfundunt. Id
in præſentia leuat, ſed opportuniores neruos frigore red-
dit: quod vtique vitandum eſt. Vtilius igitur cerato liqui-
do primùm ceruicem perungere, deinde admouere veſi-
cas bubulas, vel vtriculos oleo calido repletos, vel ex fari-
na calidum cataplaſma, vel piper rotundum cum fico cõ-
tuſum. Vtiliſſimum tamen eſt humido ſale fouere: quod
quomodo fieret iam oſtendi. Vbi eorum aliquid fa-
ctum eſt, admouere ad ignem, vel ſi æſtas eſt, in ſole, æ- F
grum oportet, maximéque oleo vetere, ſi id non eſt, Syri-
aco, ſi ne id quidem eſt, adipe quamuetuſtiſſima cerui-
cem, & ſcapulas, & ſpinas perfricare. Frictio quũ omnibus
in homine vertebris vtilis ſit, tum iis præcipuè quæ in
collo ſunt. Ergo die noctéque, interpoſitis tamen quibuſ-
dam temporibus, hoc remedio vtendũ eſt: dum id inter-
mittitur, imponendum malagma aliquod ex calefacien-
tibus. Cauendum verò præcipuè frigus: ideóque in eo cõ
claui in quo cubabit æger, ignis continuus eſſe debebit,
maximéque tempore antelucano, quo præcipuè frigus G
intenditur. Neque inutile erit, caput attonſum habere, íd-
que irino vel cyprino calido madefacere, & ſuperimpoſi-
to pileo velare, nonnunquam etiam in calidum oleum to
tum deſcendere, vel in aquam calidam in qua fœnum-
græcum decoctum ſit, & adiecta olei pars tertia. Aluus
quoque ducta ſæpe ſuperiores partes reſoluit. Si verò etiã
vehementius dolor creuit, admouendæ ceruicibus cucur
bitulæ ſunt, ſic vt cutis incidatur: eædem aut ferramẽtis
aut ſinapi adurẽdæ. Vbi leuatus eſt dolor, mouerique cer-
uix cœpit, ſcire licet cedere remediis morbum. Sed diu H
vitandus cibus, quiſquis mandendus eſt. Sorbitionibus v-
tendum, itémque ouis ſorbilibus, aut à pullis mollibus
ius aliquod aſſumendum. Id ſi bene proceſſerit, iámque
ex toto rectè ſe habere ceruices videbuntur, incipiendum

A erit à pulticula, vel intrita bene madida. Celerius tamen
etiam panis mãdendus quàm vinũ guſtandum: ſi quidẽ
huius vſus præcipuè periculoſus, ideóque in longum tem-
pus differendus eſt.

DE FAVCIVM MORBIS, AC CVRA-tionibus, & primùm de angina, deinde de difficultate ſpirandi, vltimò de tuſſi, Cap. IIII.

VT hoc autem morbi genus circa totam ceruicem, ſic
alterum æquè peſtiferum acutúmque in faucibus eſ-
B ſe conſueuit: noſtri anginam vocant, apud Græcos nomen
prout ſpecies eſt. Interdum enim neque rubor, neque tu-
mor vllus apparet, ſed corpus aridum eſt, vix ſpiritus tra-
hitur, membra ſoluũntur, id συνάγχην vocant: interdum
lingua faucéſque cum rubore intumeſcunt, vox nihil ſi-
gnificat, oculi vertũtur, facies pallet, ſingultúſq; eſt, id ὡς
συνάγχη vocatur. Illa communia ſunt, æger non cibum
deuorare, non potionem poteſt, ſpiritus eius includitur.
Leuius eſt, vbi tumor tantummodo & rubor eſt, cætera
non ſequuntur, id παρασυνάγχην appellant. Quicquid eſt,
C ſi vires patiuntur, ſanguis mittendus eſt, ſi nõ abundat, ſe-
cundũ eſt ducere aluum. Cucurbitula quoque rectè ſub
mẽto, & circa fauces admouetur, vt id quod ſtrangulat
euocet. Opus eſt deinde fomentis humidis: nam ſicca ſpi
ritum elidunt. Ergo admouere ſpongias oportet quæ me-
lius in calidum oleum quàm in calidam aquam ſubinde
demittuntur: efficaciſſimúſque eſt hîc quoque ſalis calidi
ſuccus. Tum commodum eſt hyſſopum, vel nepeta, vel
thymum, vel abſinthium, vel etiam furfures, aut ficus ari-
das, aut mulſam aquã decoquere, eáque gargarizare: poſt
D hæc palatum vngere vel felle taurino, vel eo medicamẽ-
to quod ex moris eſt, polline etiam piperis id rectè reſper
gitur. Si per hæc parum proficitur, vltimum eſt incidere
ſatis altis plagis ſub ipſis maxillis ſupra collum, & in pa-
lato citra vuam, vel eas venas quæ ſub lingua ſunt, vt per
ea vulnera morbus erumpat. Quibus ſi non fuerit æger
adiutus, ſcire licet, malo victum eſſe. Si verò his morbus
leuatus eſt, iámque fauces & cibum & ſpiritum capiunt,
facilis ad bonam valetudinẽ recurſus eſt. Atque interdũ
natura quoque adiuuat, ſi ex anguſtiore ſede vitiũ tran-
E ſit in latiorem. Itaque rubore & tumore in præcordiis or-
to, ſcire licet fauces liberari. Quicquid autem eas leuabit,
incipiẽdum eſt ab humidis, maximéque aqua mulſa de-
cocta, deinde aſſumendi molles & non acres cibi ſunt, do
nec fauces ad priſtinum habitum reuertantur. Vulgò au-
dio, ſiquis pullum hirũdinis ederit, angina toto anno nõ
periclitari: ſeruatúmque eum ex ſale, quum is morbus vr-
get, comburi, carbonémque eius contritum in aquã mul-
ſam quæ potui datur, infricari, & prodeſſe. Id quum ido-
neos authores ex populo habeat, neque habere quic-
F quam periculi poſſit, quanuis in monumentis medicorũ
non legerim, tamen inſerẽdum huic operi meo credidi.

De difficultate ſpirandi.

Eſt etiam circa fauces malũ quod apud Græcos aliud
atque aliud nomen habet, prout ſe intendit. Omne in dif
ficultate ſpirandi conſiſtit. Sed hæc dum modica eſt, ne-
que ex toto ſtrangulat, δύσπνοια appellatur: quum vehe-
mentior eſt, vt ſpirare æger ſine ſono & anhelatione non
poſſit, ἆσθμα: quum acceſſit id quoque, ne niſi recta cer
uice ſpiritus trahatur, ὀρθόπνοια. Ex quibus id quod pri-
G mum eſt, poteſt diutius trahi: duo inſequentia acuta eſſe
conſueuerunt. His cõmunia ſunt, quòd præter anguſtias
per quas ſpiritus euadit, ſibilũ elidit, dolor in pectore præ
cordiiſque eſt, interdum etiam in ſcapulis: íſque modò
decidit, modò reuertitur, ad hæc tuſſicula accedit. Auxi-
lium eſt, niſi aliquid prohibet, in ſanguinis detractione.
Neque id ſatis eſt, ſed lacte quoque venter reſoluendus
eſt: liquanda aluus, interdum etiam ducenda: quibus ex-
tenuatum corpus incipit ſpiritum trahere, commodius.
Caput autem etiam in lecto ſublime habendum eſt, tho-
H rax fomentis cataplaſmatíſque calidis, aut ſiccis, aut etiã
humidis adiuuandus eſt, & poſtea vel malagma ſuperim-
ponendum, vel certè ceratum ex cyprino vel irino vnguẽ
to: ſumenda deinde ieiuno potui mulſa aqua, cum qua
vel hyſſopus cocta, vel contrita capparis radix ſit. Datus

etiam vtiliter aut nitrum,aut naſturtium,allium frictum, deinde cõtritum & cum melle mixtum,ſimúlque coquatur,mel,galbanum,reſina terebinthina: & vbi coierunt, ex his quod fabæ magnitudinem habet,quotidie ſub lingua liquatur: aut ſulphuris ignem non experti pondo & quadrans,abrotoni pondo in vini cyatho teruntur, idque tepefactum ſorbetur.Eſt etiam non vana opinio vulpinũ iecur,vbi ſiccum & aridum factum eſt,contundi oportere,polentámque ex eo potioni aſpergi, vel eiuſdem pulmonem quamrecentiſſimum aſſum,ſed ſine ferro coctũ, edendum eſſe.Præter hæc ſorbitionibus & lenibus cibis vtendum eſt,interdum vino tenui auſtero, nõnunquam vomitu.Proſunt etiam quæcunque vrinam augent,ſed nihil magis quàm ambulatio lenta penè vſque ad laſſitudinem,frictio multa, præcipuè inferiorum partium, vel in ſole,vel ad ignem,& per ſeipſum, & per alios vſque ad ſudorem.In interiore verò faucium parte interdum exulceratio eſſe conſueuit.In hac plerique extrinſecus cataplaſmatis calidis fomentiſque humidis vtuntur.Volunt etiã vaporem calidum ore recipi,per quem molliores alii partes eas fieri dicunt, opportunioréſque vitio iam hærenti. Sed ſi bene ſic vitari morbus poteſt, tuta illa præſidia, ſi metus eius eſt,ſuperuacua ſunt. Vtique autem perfricare fauces periculoſum eſt.exulcerat enim: neque vtilia ſunt quæ vrinæ mouendæ ſunt apta, quia poſſunt dum tranſeunt,ibi quoque pituitam extenuare, quam ſupprimi melius eſt.Aſclepiades multarum rerum quas ipſi quoque ſequuti ſumus, author bonus,acetum ait quamacerrimum eſſe ſorbendum:hoc enim ſine vlla noxa comprimit vlcera.Sed id ſupprimere ſanguinem poteſt,vlcera ipſa ſanare non poteſt.Melius huic rei lycium eſt,quod idem quoq; æquè probat: vel porri, vel marrubii ſuccus, vel nuces Græcæ cum tragacantho cõtritæ, & cum paſſo mixtæ,vel lini ſemen contritum,& cum dulci vino mixtum.Exercitatio quoque ambulandi currendíque neceſſaria eſt. Frictio à pectore vehemens toti inferiori parti adhibenda. Cibi verò eſſe debent neque nimium acres neque aſperi, mel,lenticula,tragum,lac,ptiſſana,pinguis quoque caro, præcipuéque porrum, & quicquid cum hoc mixtum eſt. Potionis quamminimum eſſe cõuenit.Aqua dari poteſt vel pura, vel in qua malum cydonium palmulǽve decoctæ ſunt.Gargarizationes quoque lenes: ſin hæ parũ proficiunt,reprimentes vtiles ſunt.Hoc genus neque acutum eſt,& poteſt eſſe non longum, curationem tamen maturam,ne vehementer & diu lædat,deſiderat.

De tuſſi.

Tuſſis verò fere propter faucium exulcerationem moleſta eſt,quæ multis modis contrahitur. Itaque illis reſtitutis ipſa finitur.Solet tamen interdum per ſe quoque malè habere, & vix quum vetus facta eſt eliditur, ac modò arida eſt,modò pituitam citat. Oportet hyſſopum altero quoque die bibere,ſpiritu retento currere,ſed minimè in puluere,ac lectione vti vehementi, quæ primò impeditur à tuſſi,poſt eam vincit:tum ambulare,deinde per manus quoque exerceri, & pectus diu perfricare. Poſt hæc quampinguiſſimæ ficus vncias tres ſupra prunas incoctas eſſe.Præter hæc ſi humida eſt, proſunt frictiones validæ cum quibuſdam calefacientibus,ſic vt caput quoque ſiccum vehementer perfricetur. Item cucurbitulæ pectori admotæ,ſinapi ex parte exteriore faucibus impoſitum, donec leuiter exulceret,potio ex menta nucibúſque Græcis & amylo, primóque aſſumptus panis aridus, deinde aliquis cibus lenis.At ſi ſicca tuſſis eſt,quum ea vehemẽtiſſimè vrget,adiuuat vini auſteri cyathus aſſumptus, dũ ne amplius id interpoſito tempore aliquo quàm ter aut quater fiat:item laſeris quamoptimi paulum deuorare opus eſt,porri vel marrubii ſuccum aſſumere, ſcillam delingere,acetum ex ea,vel certè acre,ſorbere, aut cum ſpica allii contriti duos vini cyathos. Vtilis etiam in omni tuſſi eſt peregrinatio,nauigatio longa,loca maritima,natationes.Cibus interdum mollis, vt malua vel vrtica: interdum acer,vt lac cum allio coctum, ſorbitiones quibus laſer ſit adiectum,aut in quibus porrum incoctum tabuerit, ouum ſorbile ſulphure adiecto: potus primùm aqua calida,deinde inuicem aliis diebus hæc,aliis vinum. Ma-

A gis terreri poteſt aliquis quum ſanguinem expuit: ſed id modò minus,modò plus periculi habet.Exit enim modò ex gingiuis,modò ex ore, & quidem ex hoc interdum etiam copioſè,ſed ſine tuſſi,ſine vlcere,ſine gingiuarũ vllo vitio,ita vt nihil excreetur. Verùm vt ex naribus,ſic ex ore aliquando prorumpit.Atque interdũ ſanguis profluit, interdum ſimile aquæ quiddam,in qua caro recens lota eſt.Nõnunquã autem is à ſummis faucibus fertur, modò exulcerata ea parte,modò nõ exulcerata,ſed aut ore venæ alicuius adaperto,aut tuberculis quibuſdam natis, ex his ſanguine erumpente.Quod vbi incidit, B neque lædit potio aut cibus, neque quicquam ex vlcere excreatur. Aliquando gutture & arteriis exulceratis,frequens tuſſis ſanguinem quoque extundit.Interdũ etiam fieri ſolet vt aut ex pulmone,aut ex pectore,aut ex latere, aut ex iocinore feratur.Sæpe fœminæ quibus ſanguis per menſtrua non reſpondet, hunc expuunt, authoreſque medici fuerunt, vel exeſa parte aliqua ſanguinem exire,vel rupta, vel ore alicuius venæ patefacto. Primam διάβρωσιν,ſecundam ῥηγμοχασμὸν,tertiam ἀναστόμωσιν appellant: vltima minimè C nocet,prima grauiſſimè.Ac ſæpe quidem euenit vti ſanguinem pus ſequatur:interdum autem qui ſanguinem ipſum ſuppreſſit,ſatis ad valetudinem profuit. Sed ſi ſequuta vlcera ſunt,ſi pus,ſi tuſſis eſt,prout ſedes ipſa eſt,ita varia& periculoſa genera morborum ſunt:ſi verò ſanguis tantùm fluit, expeditius & remedium & finis eſt. Neque ignorari oportet,eis quibus ſanguis fluere ſolet, aut quibus ſpina dolet,coxæve,aut poſt curſum vehemẽtem vel ambulationem, (dum febris abſit)nõ eſſe inutile ſanguinis mediocre profluuiũ: idque per vrinã redditũ, ipſam D quoque laſſitudinem ſoluere.Ac ne in eo quidem terribile eſſe,qui ex ſuperiore loco decidit, ſi tamen in eius vrina nihil nouabit.Neque vomitum huius afferre periculũ etiam quum repetit,ſi antè confirmare & implere corpus licuit:& ex toto nullum nocere qui in corpore robuſto neque nimius eſt, neque tuſſim aut calorẽ mouet. Hæc pertinent ad vniuerſum:nunc ad ea loca quæ propoſui veniam.Si ex gingiuis exit,portulacam mãducaſſe ſatis eſt, ſi ex ore,continuiſſe eo merum vinum: ſi parum id proficit,acetum.Si inter hæc quoque grauiter erumpit,(quia E conſumere hominem poteſt)commodiſſimum eſt,impetum eius,admota occipitio cucurbitula, ſic vt cutis quoque incidatur,auertere.Si id mulieri cui menſtrua non feruntur,euenit, eandem cucurbitulam inciſis inguinibus eius admouere.At ſi ex faucibus interioribúſve partibus proceſſit,& metus maior eſt, & cura maior adhibenda, ſanguis mittendus eſt,& ſi nihilominus ex ore proceſſit, iterum tertióque & quotidie paulum aliquid Protinus autem debet ſorbere vel acetum,vel etiam cum thure plantaginis aut porri ſuccum, imponendáque extrinſecus ſupra id quod dolet lana ſuccida ex aceto eſt, & id ſpongia F ſubinde refrigerandum. Eraſiſtratus horum crura quoq; & femora,brachiáque pluribus locis deligabat. Id Aſclepiades adeò non prodeſſe,vt etiam inimicum eſſet, propoſuit.ſed id ſæpe commodè reſpondere experimẽta teſtantur.Neque tamen pluribus locis deligari neceſſe eſt, ſed ſat eſt infra inguina & ſuper talos, ſummóſque humeros,etiam brachia.Tum ſi febris vrget,danda eſt ſorbitio & potui aqua in qua aliquid ex his quæ aluum adſtringunt,decoctum ſit:at ſi abeſt febris,vel elota alica,vel pa- G nis ex aqua frigida,& molle quoque ouũ dari poteſt: potui vel idem quod ſuprà ſcriptum eſt, vel vinum dulce, vel aqua frigida:ſed ſic bibendum erit vt ſciamus huic morbo ſitim prodeſſe. Præter hæc neceſſaria ſunt quies, ſecuritas,ſilentium. Caput huius quoque cubantis ſublime eſſe debet,rectéque tondetur: facies ſæpe aqua frigida fouenda eſt.At inimica ſunt vinum,balneum, venus, in cibo oleum, acria omnia, item calida fomenta, conclaue calidum & incluſum,multa veſtimenta corpori iniecta,etiam fricationes,vbi bene etiam ſanguis conquie- H uit. Tum verò incipiẽdum eſt à brachiis cruribúſque, à thorace abſtinendum.In hoc caſu per hyemem locis maritimis,per æſtatem mediterraneis opus eſt.

DE STOMACHI MORBIS ET CVRA-

tionibus, Cap. v.

FAucibus ſubeſt ſtomachus in quo plura longa vitia
incidere conſueuerunt. Nam modò ingens calor, mo
do inflatio, hunc, modò inflammatio, modò exulceratio
afficit. Interdũ pituita, interdum bilis oritur, frequentiſ-
ſimúmque eſt eius malum quo reſoluitur, neque vlla re
magis aut afficitur aut corpus afficit. Vt diuerſa autem vi
tia eius, ſic etiam remedia ſunt. Vbi exæſtuat, aceto cum
roſa extrinſecus ſubinde fouendus eſt, imponendúſque
puluis cũ oleo, & ea cataplaſmata quæ ſimul & reprimũt
& molliunt. Potui (niſi quid obſtat) gelida aqua præſtan-
da. Si inflatio eſt, proſunt admotæ cucurbitulæ: neq; inci-
dere cutem neceſſe eſt. Proſunt ſicca & calida fomenta:
ſed non vehementiſſima: interponenda abſtinentia eſt.
Vtilis in ieiunio potio eſt abſinthii aut hyſſopi aut rutæ.
Exercitatio primò lenis, deinde maior adhibenda eſt, ma
ximéque quæ ſuperiores partes moueat. Quod genus in
omnibus ſtomachi vitiis aptiſſimũ eſt. Poſt exercitatio-
nem opus eſt vnctione, frictione, balneo quoque nonnũ
quam, ſed rarius interdum alui ductione. Cibis deinde ca
lidis, neque inflantib⁹, eodémque modo calidis potioni-
bus, primò aquæ, pòſt, vbi reſedit inflatio, vini auſteri. Il-
lud quoque in omnibus ſtomachi vitiis præcipiẽdũ eſt,
vt quo modo ſe quiſque æger refecerit, eo vt ſanus vta-
tur. Nã redit huic imbecillitas ſua, niſi iiſdem defenda-
tur bona valetudo quibus reddita eſt. At ſi inflammatio
aliqua eſt, quam fere tumor & dolor ſequitur, prima ſunt
quies & abſtinentia, lana ſulfurata circundata, in ieiunio
abſinthium. Si ardor ſtomachũ vrget, aceto cũ roſa ſub-
inde fouẽdus eſt, deinde cibis quidẽ vtẽdũ eſt modicis:
imponenda verò extrinſecus quæ ſimul & reprimunt &
molliunt, deinde his detractis, vtendum calidis ex farina
cataplaſmatis, quæ reliquias digerant: interdum aluus du-
cenda. Adhibenda exercitatio, & cibus plenior. At ſi exul
ceratio ſtomachum infeſtat, eadem fere facienda ſunt
quæ in faucibus exulceratis præcepta ſunt. Exercitatio, fri
ctio inferiorum partium adhibenda. Adhibendi leues &
glutinoſi cibi, ſed citra ſatietatem: omnia acria atque aci-
da remouenda. Vino ſi febris nõ eſt, dulci: aut ſi id inflat,
certè leni vtendum, ſed neque præfrigido, neque nimis
calido. Si verò pituita ſtomachus impletur, neceſſarius
modò in ieiunio, modò poſt cibũ vomit⁹ eſt: vtilis exer-
citatio, geſtatio, nauigatio, frictio. Nihil edendum biben-
dúmque niſi calidum, vitatis tantùm his quæ pituitam
contrahere conſueuerũt. Moleſtius eſt, ſi ſtomachus bile
vitioſus eſt. Solent autem hi qui ſic tentantur interpoſitis
quibuſdam diebus, hanc, & quidem (quod peſſimum eſt)
atram vomere. His rectè aluus ducitur, potiones ex abſin
thio dantur: neceſſaria geſtatio, nauigatio, & (ſi fieri po-
teſt) ex nauſea vomitus, vitanda cruditas, ſumendi cibi fa-
ciles & ſtomacho non alieni, vinum auſterum. Vulgatiſ-
ſimum verò peſſimúmque ſtomachi vitiũ eſt reſolutio,
id eſt quũ cibi nõ tenax eſt, ſolétque deſinere ali corpus,
ac ſic tabe cõſumi. Huic generi inutiliſſimũ balneũ eſt.
Lectiones exercitationéſque ſuperioris partis neceſſariæ:
item vnctiones frictionéſque, hinc perfundi frigida, at-
que in eadem natare, canalibus eiuſdem ſubiicere etiam
ſtomachum ipſum, & magis etiam à ſcapulis, id quod cõ
tra ſtomachum eſt. Conſiſtere in frigidis medicatiſque
fontibus, quales cutiliarum ſubcutiliarúmque ſunt, ſaluta
re eſt. Cibi quoque aſſumẽdi ſunt frigidi, qui potius dif-
ficulter coquuntur quàm facilè vitiantur. Ergo plerique,
qui nihil aliud concoquere poſſunt, bubulam coquunt.
Ex quo colligi poteſt, neque auem, neque venationem,
neque piſcẽ dari debere, niſi generis durioris. Potui qui-
dem aptiſſimum eſt vinum frigidũ, vel certè bene cali-
dum, meracum, potiſſimum Rheticum, vel Allobrogicũ,
aliúdve quod & auſterum & reſina conditum eſt. ſi id nõ
eſt, quam aſperrimum, maximéque Signinum. Si cibus
non continetur, danda aqua, & eliciendus plenior vomi-
tus eſt, iterúmque dandus cibus, & tum admouendæ duo
bus intra ſtomachum digitis cucurbitulæ, ibique duabus
aut tribus horis continendæ ſunt. Si ſimul & vomitus &
dolor eſt, imponenda ſupra ſtomachum eſt lana ſuccida,
vel ſpongia ex aceto, vel cataplaſma quod refrigeret.

A Perfricanda verò non diu, ſed vehementer brachia, & cru
ra, & calefaciẽda. Si plus doloris eſt, infra præcordia qua-
tuor digitis cucurbitula vtendum eſt, protinus dandus pa
nis ex poſca frigida: ſi non continuit, poſt vomitum le-
ne aliquid ex iis quæ non aliena ſtomacho ſint: ſi ne id
quidẽ tenuit, ſinguli cyathi vini ſingulis interpoſitis ho
ris, donec ſtomachus conſiſtat. Valens etiam medicamẽ-
tum eſt radiculæ ſuccus, valentius acidi Punici mali, cum
pari modo ſucci qui ex dulci Punico malo eſt, adiecto
etiam intubi ſucco & mentha, ſed huius minima parte,
B quibus tantundem quantum in his omnibus eſt, aquæ fri
gidæ, quam optimè miſcetur. Id enim plus quàm vinum
ad comprimendum ſtomachum poteſt: ſupprimẽdus au-
tẽ vomitus eſt qui per ſe venit, ſic ſi nauſea eſt. Sed ſi coa-
cuit intus cibus aut computruit, quorũ vtrunlibet ructus
oſtendit, eiiciendus eſt, protinúſque cibis aſſumptis iiſdẽ
quos proximè poſui, ſtomachus reſtituendus. Vbi ſublatus
eſt præſens metus, ad ea redeundum eſt quæ ſuprà præce
pta ſunt.

DE LATERVM DOLORIBVS, Cap. VI.

C STomachus lateribus cingitur, atque in his quoque ve-
hementes dolores eſſe conſueuerunt, & initium vel ex
frigore, vel ex ictu, vel ex nimio curſu, vel ex morbo eſt.
Sed interdum id malum intra dolorem eſt, iſque modò
tardè, modò celeriter ſoluitur: interdum ad perniciem
quoque procedit, oritúrque acutus morbus, qui πλευριτι-
κὸς à Græcis nominatur. Huic dolori lateris febris & tuſ-
ſis accedit, & per hanc excreatur, ſi tolerabilis morbus
eſt, pituita: ſi grauis, ſanguis. Interdum etiam ſicca tuſſis
D eſt, quæ nihil emolitur: idque primo vitio grauius, ſecun
do tolerabilius eſt. Remedium verò eſt magni & recentis
doloris, ſanguis miſſus. At ſiue lenior, ſiue vetuſtior caſus
eſt, vel ſuperuacuum vel ſerum id auxilium eſt, confu-
giẽdúmque ad cucurbitulas eſt, antè ſumma cute inciſa.
Rectè etiam ſinapi ex aceto ſuper pectus imponitur, do-
nec vlcera puſtuláſque excitet, & tum medicamentum,
quod humorẽ illuc citet. Præter hæc circundare primùm
oportet latus ipſum lana ſulfurata: deindè quum paulũ
inflammatio ſe remiſit, ſiccis & calidis fomentis vti. Ab
E his tranſitus ad malagmata eſt. Si vetuſtior dolor rema-
net, nouiſſimè reſina impoſita diſcutitur. Vtendum cibis
potionibúſque calidis, vitandum frigus. Inter hæc tamen
non alienum, & extremáſ partes oleo & ſulfure perfrica-
re. Si leuata tuſſis eſt, leni lectione vti, iámque & acres ci-
bos, & vinum meracius aſſumere: quæ à medicis præci-
piuntur, vt tamen ſine his, ruſticos noſtros epota ex aqua
herba trixago ſatis adiuuet. Hæc in omni lateris dolore
communia ſunt: plus negotii eſt ſi acutus quoque mor-
bus is factus eſt. In hoc præter ea quæ ſuprà poſita ſunt,
F hæc animaduertenda ſunt, vt cibus ſit quammaximè te-
nuis & lenis, præcipuéque ſorbitio, eáque ex ptiſſana po-
tiſſimùm, aut ius in quo porrus cum pullo gallinaceo co-
ctus ſit: idque nonniſi tertio quoque die detur, ſi tamen
per vires licebit: potio verò aqua mulſa, in qua hyſſopum
aut ruta decocta ſit. Quæ quibus temporibus danda ſint,
ex ratione vel adiectæ, vel leuatæ febris apparebit, ſic vt
in remiſſione quammaxima dent, cum eo tamen vt ſcia-
mus non eſſe eius generis tuſſi aridas fauces cõmittẽdas,
Sæpe enim, vbi nihil eſt quod excreatur, continuatur, &
G ſtrangulat. Ob quam cauſam dixi etiam peius id genus
eſſe tuſſis quod nihil, quàm quod pituitam moueret. Sed
hîc vinum ſorbere (vt ſuprà præcipimus) morbus ipſe nõ
patitur, in vicem eius cremor ptiſſanæ ſumendus eſt. Vt
his autem in ipſo morbi feruore ſuſtinendus æger eſt, ſic
vbi paulum is ſe remiſit, alimenta pleniora & vini quo-
que aliquid dari poteſt, dum nihil detur quod aut refrige
ret corpus, aut fauces aſperet. Si in refectione quoque mã-
ſerit tuſſis, intermittere oportebit vno die, poſteróque cũ
cibo vini paulo plus aſſumere. Atque incipiente quoque
H tuſſi, tum non erit alienum (vt ſuprà quoque poſitum eſt)
vini cyathos ſorbere. Sed in hoc genere valetudinis dul-
ce, vel certè lene commodius eſt. Si malum inueterauit,
athletico victu corpus firmandum eſt.

DE VISCERVM MORBIS, ET PRIMO DE pulmone, deinde de iocinore, tum de liene, poſtremò de renibus,

Cap. VII.

A Compagine verò corporis ad viſcera tranſeundum
eſt, & in primis ad pulmonem veniendum, ex quo
vehemens & acutus morbus oritur, quem περιπνευμονικὸν
Græci vocant: eius hæc conditio eſt: Pulmo totus affici-
tur: hunc eius caſum ſubſequitur tuſſis bilem vel pus tra-
hens, præcordiorum totiúſque pectoris grauitas, ſpiritus
difficultas, magnæ febres, continua vigilia, cibi faſtidiũ,
tabes. Id genus morbi plus periculi quàm doloris habet.
Oportet, ſi ſatis validæ vires ſunt, ſanguinem mittere: ſi
minores, cucurbitulas ſine ferro præcordiis admouere.
Tum ſi ſatis valet, geſtando ægrum, digerere: ſi parum,
intra domum tamen dimouere. Potionem autem hyſſo-
pi dare, cui ficus arida ſit incocta, aut aquam mulſam in
qua vel hyſſopum vel ruta decocta ſit. Frictione vti diu-
tiſſimè in ſcapulis, proximè ab his in brachiis, & pedibus,
& cruribus, leuiter contra pulmonem: idque bis quotidie
facere. Quod ad cibum verò pertinet, huic nec ſalſis opus
eſt, neque acribus, neque amaris, neque aluum aſtringen-
tibus, ſed paulo lenioribus. Ergo primis diebus danda eſt
ſorbitio ptiſſanæ, vel alicæ, vel oryzæ, cum qua recens a-
deps cocta ſit: cũ hac ſorbile ouum, nuclei pinei ex mel-
le, panis, vel elota alica, ex aqua mulſa: potui deinde non
ſolùm pura aqua, ſed etiam mulſa egelida: aut ſi æſtas eſt,
etiam frigida, niſi quid obſtat Hæc autem altero quoque
die increſcente morbo dare ſatis eſt. Vbi in incremento
conſtitit, quantum res patitur, ab omnibus abſtinendum
eſt, præterquam aqua egelida. Si vires deſunt, adiuuandæ
ſũt aqua mulſa: proſuntque aduerſus dolores impoſita ca-
lida fomenta, vel ea quæ ſimul & reprimunt & emolliunt.
Prodeſt impoſitus ſuper pectus ſal bene contritus cum
cerato mixtus, quia leuiter cutem erodit, eóque impetum
materiæ quo pulmo vexatur, euocat. Vtile etiam aliquod
malagma eſt ex iis quæ materiam trahunt. Neque alie-
num eſt dum premit morbus, clauſis feneſtris ægrum cõ-
tinere: vbi paulum leuatus eſt, ter aut quater die, feneſtris
aliquanto apertis, paruum aerem recipere: deinde in re-
fectione pluribus diebus à vino abſtinere: geſtatione,
frictione vti: ſorbitionibus & prioribus cibis adiicere,
ex oleribus porrum, ex carne vngulas, & ſumma truncu-
lorum, atque piſciculos, ſic vt diu nihil molle & lene
ſumatur.

DE IOCINORIS MORBO ET CVRA-tione,

Cap. VIII.

ALterius quoque viſceris morbus, id eſt iocinoris, æ-
què modò longus, modò acutus eſſe conſueuit: ἡπα-
τικὸν Græci vocant. Dextra parte ſub præcordiis vehemẽs
dolor eſt, idémque ad latus dextrum, & ad iugulum, hu-
merúmque partis eiuſdem peruenit: nonnunquam ma-
nus quoque dextra torquetur, horror calidus eſt. Vbi ma-
lè eſt, bilis euomitur, interdum ſingultus propè ſtrangu-
lat. Et hæc quidem acuti morbi ſigna ſunt: longioris ve-
rò, vbi ſuppuratio in iocinore eſt, dolórque modò fini-
tur, modò intenditur: dextra parte præcordia dura ſunt,
& tument, poſt cibum maior difficultas eſt, accedit ma-
xillarum quædam reſolutio. Vbi inueterauit malum, ven
ter & crura pedéſque intumeſcunt, pectus atque humeri,
circáque iugulum vtrunque extenuatur. Initio ſangui-
nem mittere optimum eſt, tum venter ſoluendus eſt: ſi nõ
poteſt aliter, per nigrum veratrum imponenda extrinſe-
cus cataplaſmata, primùm quæ reprimant, deinde calida
quæ deducant: quibus rectè iris vel abſinthium adiicitur,
poſt hæc malagma. Dandæ verò ſorbitiones ſunt, omnéſ-
que cibi & calidi, & qui non multum alant, & fere qui
pulmonis quoque dolori conueniunt, prætérque eos qui
vrinam mouẽt, potionéſque ad id efficaces. Vtilia in hoc
morbo ſunt thymum, ſatureia, hyſſopum, nepeta, amy-
lum, ſiſamum, lauri baccæ, pini flos, herba ſanguinalis,
mentha, ex malo cotoneo medium, columbæ iecur recẽs
& crudum. ex quibus quædam per ſe eſſe, quædam adii-
cere vel ſorbitioni vel potioni licet: ſic tamen vt parcè
A aſſumantur. Neque alienum eſt abſinthium contritum
ex melle & pipere, eiúſque catapotium quotidie deuora-
re. Abſtinẽdum vtique eſt ab omnibus frigidis. neque e-
nim res vlla magis iecur lædit. Frictionibus vtendum in
extremis partibus, vitandus omnis labor, omnis vehe-
mentior motus: ne ſpiritus quidem diutius continendus
eſt. Ira, trepidatio, pondus, ictus, curſus, inimica ſunt. Per-
fuſio corporis multa prodeſt ex aqua: ſi hyems eſt, calida:
ſi æſtas, tepida. Item liberalis vnctio, & in balneo ſudor. Si
B verò iecur vomica laborat, eadem facienda ſunt quæ in
cæteris interioribus ſuppurationibus. Quidam etiam cõ-
trà id ſcalpello aperiunt, ipſam vomicam adurunt.

DE LIENIS MORBO ET CVRATIONE,

Cap. IX.

AT lienis vbi affectus eſt, intumeſcit, ſimúlque cum
eo pars ſiniſtra, eáque dura eſt, & prementi reniti-
tur, venter intentus eſt, aliquis etiam cruribus tumor eſt.
Vlcera aut omnino non ſaneſcunt, aut certè cicatricem
C vix recipiunt. In intenta ambulatione curſúque dolor &
quædam difficultas eſt: hoc vitium quies auget. Itaque ex-
ercitatione & labore opus eſt, habita tamen ratione ne
febre mixta, ſi nimium proceſſerit, excitetur. Vnctiones,
frictionéſque, & ſudores neceſſarii ſunt: dulcia omnia
inimica ſunt, item lac & caſeus: acida autem maximè cõ-
ueniunt. Ergo acetum acre per ſe ſorbere, & magis etiam
quod ſcilla conditum eſt, expedit. Edenda ſunt ſalſamen-
ta, vel oleæ ex muria dura tinctæ, in aceto lactucæ, intu-
bique & betæ ex eodem, ex ſinapi aſparagus, armoracia,
D paſtinaca, vngulæ, roſtra, aues macræ, eiuſdẽ generis ve-
natio. Potui verò ieiuno dari debet abſinthiũ incoctum,
at poſt cibum aqua à ferrario fabro in qua candens fer-
rum ſubinde tinctum ſit. Hæc enim vel præcipuè lienem
coercet: quod animaduerſum eſt in iis animalibus quæ
apud hos fabros educata, exiguos lienes habent. Poteſt e-
tiam dari vinum tenue, auſterum, omniáque in cibis &
potionibus quibus vrinæ mouendæ ſunt: præcipuéque
ad id valet vel trifolii ſemen, vel cuminum, vel apium,
vel ſerpyllum, vel cytiſus, vel portulaca, vel nepeta, vel
thymum, vel hyſſopum, vel ſatureia. Hæc enim inde cõ-
E modiſſimè videntur humorem deducere. Lienis quoque
bubulus vtiliter eſui datur, præcipuéque eruca & naſtur-
tium lienem extenuant. Imponenda quoque extrinſecus
ſunt quæ leuent. Fit ex vnguento & palmulis, quod μυρο-
βάλανον Græci vocant: fit ex lini & naſturtii ſemine, cui
vinum & oleum adiicitur: fit ex cupreſſo viridi, & arida
ficu: fit ex ſinapi cui ſeui hircini à renibus quarta pars
ponderis adiicitur, teritúrque in ſale, & protinus imponi-
tur. Multíſque modis huic rei cappari aptum eſt. nam & i-
pſum cum cibo aſſumere, & muriam eius cum aceto ſor-
F bere commodum eſt. Quinetiam extrinſecus radicem
contritam, vel corticem eius cum furfuribus, aut ipſum
cappari cum melle contritum imponere expedit. Mala-
gmata quoque huic rei aptantur.

DE RENVM MORBIS ET CVRATIOnibus,

Cap. X.

AT renes vbi affecti ſunt, diu malè habent. Peius eſt,
ſi frequens bilioſus vomitus accedit. Oportet con-
quieſcere, cubare molliter, ſoluere aluum: ſi aliter non re-
G ſpondet, etiam ducere: ſæpe deſidere in aqua calida, ne-
que cibum, neque potionem frigidam aſſumere, abſtine-
re ab omnibus ſalſis, acribus, acidis pomis, bibere libera-
liter, adiicere modò cibo, modò potioni piper, porrum,
ferulam, album papauer: quæ maximè inde vrinam mo-
uere conſuerunt. Auxilio quoque his exulceratis ſunt, ſi
adhuc vlcera purganda ſunt, cucumeris ſemina detractis
corticibus, ſexaginta, nuclei ex pinu ſylueſtri duodecim,
aniſi quod tribus digitis ſumi poſſit, croci paulum: con-
trita, & in duas mulſi potiones diuiſa. Si verò dolor tan-
tùm leuandus eſt, eiuſdem cucumeris ſemina triginta, ii-
H dem nuclei viginti, nuces Græcæ quinque, croci paulu-
lum, contrita, & cum lacte potui data: ac inſuper quoque
rectè quædam malagmata iniiciuntur, maximéque ea
quæ humori extrahendo ſunt.

DE INTESTINORVM MORBIS ET PRImò de cholera, Cap. XI.

A Viſceribus ad inteſtina veniendum eſt,quæ ſunt & acutis & longis morbis obnoxia.Primò æquè faciẽda mẽtio eſt choleræ, quia commune id ſtomachi atque inteſtinorũ vitium videri poteſt . nam ſimul & deiectio & vomitus eſt , prætérque hæc inflatio eſt, inteſtina torquentur,bilis ſuprà infráque erumpit, primũ aquæ ſimilis,deinde vt in ea recens caro lota eſſe videatur, interdũ alba,nonnũquam nigra,vel varia.Ergo eo nomine morbum hunc χολέραν Græci nominarũt. Præter ea verò quæ ſuprà comprehenſa ſunt, ſæpe etiam crura manúſque cõtrahuntur, vrget ſitis, anima deficit: quibus concurrentibus non mirum eſt ſi ſubitò quis moritur. Neque tamen vlli morbo minori momento ſuccurritur. Protinus ergo vbi iſta cœperunt, aquæ tepidæ quamplurimũ bibere oportet,& vomere. Vix vnquam ſine vomitu ſequitur:ſed etiamſi non incidit, miſcuiſſe tamẽ nouam materiã corruptæ prodeſt,párſque ſanitatis eſt vomitum eſſe ſuppreſſum:ſi id incidit, protinus ab omni potione abſtinẽdum eſt. Si verò tormina ſunt,oportet frigidis & humidis fomentis ſtomachum fouere:ſed ſi vẽter dolet,iiſdem egelidis, ſic vt venter ipſe mediocriter calentibus iuuetur. Quòd ſi vehementer & vomitus,& deiectio,& ſitis vexãt, & adhuc ſubcruda ſunt quæ vomuntur,nõdum vino maturum tempus eſt: aqua, neque ea ipſa frigida, ſed potius egelida danda eſt, admouẽdúmque naribus eſt pulegium ex aceto,vel polenta vino aſperſa,vel mentha,ſi nondum matura eſt.At quũ diſcuſſa cruditas eſt,tum magis verendum eſt ne anima deficiat. Ergo tum confugiendũ eſt ad vinum Id eſſe oportet tenue,odoratum, cum aqua frigida mixtum,vel polẽta adiecta, vel melle quoque aſſumere expedit : quotiéſque aliquid aut ſtomachus, aut venter effudit, toties per hæc vires reſtituere. Eraſiſtratus primò tribus vini guttis aut quinis aſpergendam potionem eſſe dixit,deinde paulatim merum adiiciendum. Is ſi & ab initio vinum dedit,& metum cruditatis ſequutus eſt, non ſine cauſa fecit: ſi vehementem infirmitatem adiuuari poſſe tribus guttis putauit,errauit. At ſi inanis eſt homo, & crura eius contrahuntur,interponenda potio abſinthii eſt.Si extremæ partes corporis frigent, vngendæ ſunt calido oleo,cui ceræ paulum ſit adiectum,calidiſque fomẽtis nutriendæ:ſi ne ſub his quidem quies facta eſt,extrinſecus contra ventriculum ipſum cucurbitula admouenda eſt , aut ſinapi ſuperimponendum . Vbi his conſtitit, dormire oportet, poſtero die vtique à potione abſtinere, die tertio in balneum ire, paulatim ſe cibo reficere: ſomno,quiſquis facilè acquieſcit, itémque laſſitudine, & frigore. Si poſt ſuppreſſam choleram febricula manet, aluum duci neceſſarium eſt,tum cibis vinóque vtendũ eſt. Sed hic quidem morbus & acutus eſt , & inter inteſtina ſtomachúmque verſatur , ſic vt cuius potiſſimum partis ſit,non facilè dici poſſit.

DE COELIACO VENTRICVLI MORBO, Cap. XII.

IN ipſius verò ventriculi porta conſiſtit is qui & longus eſſe conſueuit, κοιλιακὸς à Græcis nominatur. Sub hoc venter indureſcit,dolórque eius eſt. Aluus nihil reddit,ac ne ſpiritum quidem trãſmittit:extremæ partes frigeſcũt. Difficulter ſpiritus redditur . Commodiſſimum eſt inter initia calida cataplaſmata toto ventri imponere,vt dolorem leniant , poſt cibum vomere, atque ita ventrem exinanire: proximis deinde diebus cucurbitulas ſine ferro ventri & coxis admouere : ventrem ipſum liquare dato lacte,& vino ſalſo frigido. Si tempus anni patitur, etiam viridibus ficis , ſic tamen nequis aut cibus aut humor vniuerſus detur, ſed paulatim. Ergo per interualla temporis ſat eſt cyathos binos ternóſve ſumere , & cibum proportione huius:commodéque facit cyatho lactis cyathus aquæ mixtus, & ſic datus . Cibíque inflantes & acres vtiliores ſunt, adeò vt lacti quoque rectè contritum allium adiiciatur.Procedente verò tempore opus eſt geſtari,maximéque nauigare,perfricari ter aut quater die,ſic vt nitrum oleo miſceatur : perfundi aqua calida poſt cibum, deinde ſinapi imponere per omnia membra, excepto capite,

A donec arrodatur & rubeat,maximéque ſi corpus durum & virile eſt: paulatim deinde faciendus eſt tranſitus ad ea quæ ventrem comprimunt. Aſſa caro danda valẽs, & quæ non facilè corrumpatur:potui verò pluuialis aqua decocta , ſed quæ per binos ternóſve cyathos bibatur . Si vetus vitium eſt, oportet laſer quamoptimum ad piperis magnitudinem deuorare , altero quoque die vinum vel aquam bibere:interdum interpoſito cibo ſingulos vini cyathos ſorbere , ex inferiori parte infundere pluuialem

B egelidam aquam,maximéque ſi dolor in imis partibus remanet.

DE TENVIORIS INTESTINI MORBO, Cap. XIII.

INter ipſa verò inteſtina conſiſtunt duo morbi, quorũ alter in tenuiore,alter in pleniore inteſtino eſt.Prior acutus eſt : inſequens eſſe longus poteſt . Diocles Cariſtius tenuioris inteſtini morbum χόρδαψον, plenioris εἰλεὸν nominauit. A pleriſque video nunc illum priorem εἰλεὸν, hunc κωλικὸν nominari . Sed prior modò ſupra vmbilicum,

C modò ſub vmbilico dolorem mouet . Fit ex alterutro loco inflammatio, nec aluus , nec ſpiritus infrà tranſmittitur.Si ſuperior pars affecta eſt,cibus: ſi inferior,ſtercus per os redditur:ſi vtrumlibet vetus eſt,adiicitur periculo vomitus bilioſus,mali odoris, aut varius, aut niger. Remedium eſt ſanguinem mittere, vel cucurbitulas pluribus locis admouere , non vbique cute inciſa . Id enim duobus aut tribus locis ſatis eſt.Ex cæteris ſpiritum euocare , abunde eſt : tum animaduertere oportet quo loco malum ſit. ſolet enim contra is tumere. Et ſi ſupra vmbilicum

D eſt,alui ductio vtilis non eſt: ſi infrà eſt,aluum ducere(vt Eraſiſtrato placuit)optimum eſt,& ſæpe id auxilii ſatis eſt. Ducitur autem percolato ptiſſanæ cremore cum oleo & melle, ſic vt præter ea nihil adiiciatur: ſi nihil tumet, duas manus imponere oportet ſuprà ſummum ventrẽ, paulatímque deducere . Inuenietur enim mali locus, qui neceſſe eſt renitatur : & ex eodem deliberari poterit, ducenda nécne aluus ſit.Illa communia ſunt,calida cataplaſmata admouere , eáque imponere à mammis vſque ad inguina & ſpinam, ac ſæpe mutare: brachia,cruráque

E perfricare, demittere totum hominem in calidũ oleum. Si dolor non quieſcit , etiam in aluum ex parte inferiore tres aut quatuor cyathos calidi olei dare. Vbi per hæc cõſequuti ſumus vt iam ex inferiore parte ſpiritus trãſmittatur, offerre potui mulſum tepidum non multum . nam antè magna cura vitandum eſt nequid bibat : ſi id commodè ceſſit,adiicere ſorbitionem. Vbi dolor & febricula quierunt,tum demum vti cibo pleniore, ſed neque inflante,neque duro,neque valido , ne inteſtina adhuc imbecilla lædantur: potui verò nihil præterquam puram aquam.

F nam ſiue quid vinolẽtum,ſiue acidum eſt, id huic morbo alienum eſt.Ac poſtea quoque vitare oportet balneum,ambulationem,geſtationem, cæteróſque corporis motus.nam facilè id malum redire conſueuit: & ſiue quũ frigus ſubit,ſiue aliqua iactatio, niſi bene iam confirmatis inteſtinis,reuertitur.

DE MORBO INTESTINI PLENIORIS, Cap. XIIII.

IS autẽ morbus qui in inteſtino pleniore eſt , in ea maximè parte eſt quam cæcam eſſe propoſui. Vehemens

G inflatio, vehementes dolores dextra magis parte, inteſtinum quod verti videtur, propè ſpiritum elidit . In pleriſque poſt frigora cruditatéſque oritur, deinde quieſcit, & per ætatem ſæpe repetens, ſic cruciat vt vitæ ſpatio nihil demat . Vbi is dolor cœpit, admouere ſicca & calida fomenta oportet,ſed primò lenta,deinde validiora, ſimúlque frictiones ad extremas partes, id eſt crura, brachiáque materiam reuocare.Si diſcuſſum nõ eſt,qua dolet, cucurbitulas ſine ferro defigere.Eſt etiã medicamentũ eius rei cauſa comparatum, quod κωλικὸν nominatur. Id ſe repe-

H riſſe Caſſius gloriabatur. Magis prodeſt potui datum,ſed impoſitum quoque extrinſecus,digerendo ſpiritum, dolorem leuat.Niſi finito verò tormento,rectè neque cibus neque potio aſſumitur.Quo victu ſit vtẽdum iis qui hoc genere tentantur,iam mihi dictũ eſt.Confectio medicamenti quod κωλικὸν nominatur ex his conſtat, Coſti,

aneſi, caſtorei, ſingulorum P. denariorum I I I. petroſe-
lini P. denariorum I I I. piperis longi & rotundi, ſingulo-
rum P.✶. I I. papaueris lacrymæ, iunci rotundi, myrrhæ,
nardi, ſingulorum P. V I.✶ quæ melle excipiuntur. Id au-
tem & deuorari poteſt, & ex aqua calida ſumi.

DE TORMINIBVS, ID EST DYSENteria, Cap. XV.

PRoxima his inter inteſtinorũ mala, tormina eſſe cõ-
ſueuerunt: δυσεντερία Græcè vocatur. Intus inteſtina
exulcerantur: ex his cruor manat. Iſque modò cum ſterco-
re aliquo ſemper liquido, modò cum quibuſdam quaſi
mucoſis excernitur, interdum ſimul quædã carnoſa de-
ſcendunt. Frequens deiiciẽdi cupiditas, dolórque in ano
eſt. Cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur: atque
eo quoque tormentum intenditur: idque poſt tempus ali-
quod leuatur, exiguáq; requies eſt, ſomnus interpellatur,
febricula oritur, longóque tempore id malum quũ inue-
terauerit, aut tollit hominem, aut etiam (ſi finitur) excru-
ciat. Oportet in primis cõquieſcere: ſiquidẽ omnis agita-
tio exulcerat: deinde ieiunũ ſorbere vini cyathũ, cui con-
trita radix quinquefolii ſit adiecta, imponere catapla-
ſmata ſuper vẽtrem quæ reprimũt: quod in ſuperioribus
ventris morbis nõ expedit. quotiéſque deſidit, ſubluere a-
qua calida in qua decoctæ verbenæ ſint, portulacam vel
coctam, vel ex dura muria ediſſe, cibos potionéſque eas
quæ aſtringunt aluum. Si vetuſtior morbus eſt, ex inferio-
ribus partibus tepidũ infundere, vel ptiſſanæ cremorem,
vel lac, vel adipem liquatam, vel medullam ceruinam, vel
oleum, vel cum roſa butyrum, vel cum eadem albũ cru-
dum ex ouis, vel aquam in qua lini ſemen decoctũ ſit vel
ſi ſomnus non accedit, vitellos cũ aqua in qua roſæ floris
folia cocta ſint. Leuant enim dolorem hæc, & mitiora vl-
cera efficiũt: maximéq; vtilia ſunt ſi cibi quoque ſequu-
tum faſtidiũ eſt. Themiſon muria dura quam aſperrima
ſic vtendum memoriæ prodidit. Cibi verò eſſe debent
qui leniter ventrem diſtringant, & ea quæ vrinã moueãt.
Si ea cõſequuta ſunt, in aliam partem humorem auerten-
do, proſunt: ſi non ſunt conſequuta, noxam augent. Itaque
niſi in quibus promptè id facere conſueuerunt, non ſunt
adhibenda. Potui ſi febricula eſt, aqua pura calida, vel ea
quæ ipſa quoque aſtringat, dari debet: ſi nõ eſt, vinum le-
ne, auſterum. Si pluribus diebus nihil remedia alia iuue-
runt, vetúſque iam vitiũ eſt, aquæ bene frigidæ potio aſ-
ſumpta vlcera aſtringit, & initiũ ſecundæ valetudinis fa-
cit. Sed vbi venter ſuppreſſus eſt, protinus ad calidam po-
tionem reuertendum eſt. Solet autem interdũ etiam pu-
tris ſanies peſſimique odoris deſcendere, ſolet purus ſan-
guis profluere. Si ſuperius vitiũ eſt, aluus aqua mulſa duci
debet, tunc deinde eodem infundi quæ ſuprà comprehẽ-
ſa ſunt. Valénſque eſt etiam aduerſus vlcera inteſtinorum
minii gleba, cum ſalis hemina cõtrita: ſi minus, mixta his
aqua in aluum datur. Ac ſi ſanguis profluit, cibi potionéſ-
que eſſe debent quæ aſtringant.

DE LAEVITATE INTESTINORVM, Cap. XVI.

EX torminibus interdum inteſtinorũ læuitas oritur,
quæ continere nihil poſſunt, & quicquid aſſumptum
eſt, imperfectum protinus reddunt. Id interdũ ægros tra-
hit, interdum præcipitat. In hoc vtique adhibere oportet
comprimentia, quò facilius tenendi aliquid inteſtinis vis
ſit. Ergo & ſuper pectus ponetur ſinapi, exulceratáque cu-
te, malagma quod humorem euocet, & ex verbenis de-
coctis aqua deſidat, & cibos, potionéſque aſſumat quæ al-
uum aſtringunt, & frigidis vtetur perfuſionibus. Oportet
tamen proſpicere, ne ſimul his omnibus admotis vitium
contrarium per immodicas inflationes oriatur. Paulatim
ergo firmari inteſtina debebunt, aliquibus quotidie ad-
iectis. Et cum in omni fluore ventris, tum in hoc præci-
puè neceſſarium eſt, non quoties libet deſidere, ſed quo-
ties neceſſe eſt, vt hac ipſa mora in conſuetudinem feren-
di oneris inteſtina deducat. Alterum quoque quod æquè
ad omnes ſimiles affectus pertinet, in hoc maximè ſeruã-
dum eſt, vt quum pleraque vtilia inſuauia ſint, qualis eſt
plantago, & rubi, & quicquid malicorio mixtum eſt, ea
potiſſimum ex his dentur quæ maximè æger volet: dein-
A de ſi omnia iſta faſtidiet, ad excitandã cibi cupiditatem
interponatur aliquid minus vtile, ſed magis gratũ. Exer-
citationes, frictiones huic quoque morbo neceſſariæ ſũt,
& cum his ſol, ignis, balneum, vomitus (vt Hippocrati vi-
ſum eſt) etiam albo veratro (ſi cætera parum proficient)
euocatus.

DE LVMBRICIS ALVVM OCCVPANtibus, Cap. XVII.

NOnnunquam autem lumbrici quoque occupant al-
uum, híque modò ex inferioribus partibus, modò
B fœdius ore redduntur. Atque interdum latos eos qui pe-
iores ſunt, interdũ teretes videmus. Si lati ſunt, aqua po-
tui dari debet in qua lupinum aut cortex mori decoctus
ſit, aut cui adiectum ſit, contritum vel hyſſopum, vel pi-
peris acetabulum, vel ſcammoniæ paulum: vel etiam pri-
die quũ multũ allium ederit, vomat: poſteróque die mali
Punici tenues radiculas colligat quantum manu compre-
hendet, eáſque cõtuſas in aquæ tribus ſextariis decoquat,
donec tertia pars ſuperſit. Huc adiiciat nitri paulum, & ie-
iunus bibat. Interpoſitis deinde tribus horis, duas potio-
C nes ſumat, aut aquæ, vel muriæ duræ ſic adiectæ, tum de-
ſidat ſubiecta calida aqua in pelui. Si verò teretes ſũt qui
pueros maximè exercent, & eadem dari poſſunt, & quæ-
dam leuiora, vt contritum ſemen vrticæ, aut braſſicæ, aut
cumini cum aqua, vel mentha cũ eadem, vel abſinthium
decoctum, vel hyſſopum ex aqua mulſa, vel naſturtii ſe-
men cum aceto contritum. Ediſſe etiam & lupinum, & al-
lium prodeſt, vel in aluum oleum ſubter dediſſe.

DE TENESMO INTESTINORVM MORBO, Cap. XVIII.

D EST autem aliud leuius omnibus proximis, de quibus
ſuprà dictum eſt: quod τηνεσμὸν Græci vocant. Id ne-
que acutis neque longis morbis annumerari debet, quũ
& facilè tollatur, neque vnquam per ſe iuguler. In hoc æ-
què atque in torminibus frequens deſidendi cupiditas
eſt, æquè dolor vbi aliquid excernitur. Deſcendũt autem
pituitæ, mucíſque ſimilia, interdum etiã leniter ſubcruẽ-
ta: ſed his interponuntur nonnunquam ex cibo quoque
rectè coacta: deſidere oportet in aqua calida: ſæpiúſque i-
pſum manu nutrire cui plura medicamenta idonea ſunt,
E butyrum cum roſa, acacia ex aceto liquata, emplaſtrũ id
quod τετραφάρμακον Græci vocãt roſa liquatum, alumen
lana circundatum, & ita appoſitum, eadémque ex infe-
riore parte indita, quæ torminũ auxilia ſunt, eadem ver-
benæ decoctæ, vt inferiores partes foueantur, alternis
verò diebus aqua, alternis leue aut auſterum vinum bi-
bendum eſt. Potio eſſe debet egelida & frigida: proprior
ratio victus talis qualem in tormina ſuprà præcepimus.

DE VENTRIS FLVXV ET CVRATIONE, Cap. XIX.

F LEuior etiam dum recens deiectio eſt, vbi & liquida
aluus, & ſæpius quàm ex cõſuetudine fertur: atque in-
terdum tolerabilis dolor eſt, interdum grauiſſimus, idque
peius eſt: ſed vno die fluere aluum ſæpe pro valetudine
eſt, atque etiam pluribus dum febris abſit, & intra ſepti-
mum diem id cõquieſcat. Purgatur enim corpus, & quod
intus læſurum erat, vtiliter effunditur: verùm ſpatium
periculoſum eſt. Interdum enim tormina ac febriculas
excitat, viréſque conſumit. Primo die quieſcere ſatis eſt,
G neque impetum ventris prohibere: ſi per ſe deſiit, balneo
vti, paulum cibi capere: ſi manſit, abſtinere non ſolùm à
cibo, ſed etiam à potione. Poſtero die ſi nihilominus li-
quida aluus eſt, æquè conquieſcere, paulum aſtringen-
tis cibi ſumere, tertio die in balneum ire, vehementer o-
mnia præter ventrem perfricare, ad ignem lumbos ſca-
puláſque admouere, cibis vti, ſed ventrem contrahenti-
bus, vino non multũ meraco: ſi poſtero quoque die fluet,
plus ediſſe, ſed vomere etiam ex toto, donec conquie-
ſcat. Contra ſitim, fame, vomitu niti. Vix enim fieri po-
H teſt vt poſt hanc animaduerſionem aluus non contraha-
tur. Alia via eſt, vbi velis ſupprimere, cœnare, deinde vo-
mere, poſtero die in lecto conquieſcere: veſperi vngi, ſed
leniter, deinde panis circa ſelibrã, ex vino Aminæo me-
ro ſumere, tum aſſum aliquid, maximéque auem, & poſt-

ea vinum idem bibere aqua pluuiali mixtum, idque uſque ad quintum diem facere, iterúmque vomere. Frigidam autem aſſiduè potionem eſſe debere, contra priores authores Aſclepiades affirmauit, & quidem quamfrigidiſſimã. Ego experimentis quenque in ſe credere debere exiſtimo, calida potius an frigida vtatur. Interdũ autẽ euenit vt id pluribus diebus neglectum, curari difficilius poſſit. A vomitu oportet incipere, deinde poſtero die veſperi tepido oleo vngi, cibũ modicum aſſumere, vinum meracum quamaſperrimũ, impoſitam ſuper vẽtrem habere cum cerato rutam. In hoc autẽ affectu corporis neque ambulatione neq; frictione opus eſt: vehiculo ſediſſe, vel magis etiã equo, prodeſt. neque enim vlla res magis inteſtina confirmat. Si verò etiam medicamentis vtẽdum eſt, aptiſſimum eſt id quod ex pomis fit. Vindemiæ tẽpore in grãde vas coniiciẽda ſunt pira, atque mala ſylueſtria: ſi ea non ſunt, pira tarentina viridia, vel ſignina, mala ſcandiana vel amerina, myrapia: iiſque adiiciẽda ſũt cotonea, & cũ ipſis corticibus ſuis Punica, ſorba, & quibus magis vtimur, etiã torminalia, ſic vt hæc tertiam ollæ partem teneant: tum deinde ea muſto implenda eſt, coquẽdúmque id donec omnia quæ indita ſunt, liquata, in vnitatem quandã coeant. Id guſtui non inſuaue eſt, & quãdocunque opus eſt aſſumptũ leuiter, ſine vlla ſtomachi noxa ventrem tenet: duo aut tria cochlearia vno die ſumpſiſſe ſatis eſt. Alterum valentius genus eſt, myrti baccas legere, ex his vinũ exprimere, id decoquere, vt decima pars remaneat, eiúſque cyathũ ſorbere: tertium (quod quãdoque fieri poteſt) malum Punicum excauare, exemptiſque omnibus ſeminibus, mẽbranas quæ inter ea fuerunt, iterum coniicere, tum infundere cruda oua, tudiculáque miſcere, deinde malum ipſum ſuper prunã imponere, quod dum humor intus eſt, nõ aduritur. Vbi ſiccum eſſe cœpit, remouere oportet, extractúmque cochleari, quod intus eſt ediſſe. Aliquibus adiectis maius momentum habet: itaque etiam in piperatum coniicitur, miſcetúrque cum ſale & pipere: eſt quid ex his edẽdũ. Eſt pulticula etiam, cum qua paulum ex fauo vetere coctum ſit, & lenticula cum malo corio cocta, rubíque cacumina in aqua decocta, & ex oleo atq; aceto aſſumpta, efficacia ſunt, atque ea aqua in qua vel palmulæ, vel malum cotoneum, vel arida ſorba, vel rubi decocti ſunt, potata. Quod genus ſignifico, quoties potionem dãdam eſſe dico quæ aſtringat. Tritici quoq; hemina in vino Aminæo auſtero decoquitur, idque triticum ieiuno ac ſitiẽti datur, ſupérque id vinum id ſorbetur, quod iure valentiſſimis medicamẽtis annumerari poteſt atque etiam potui datur vinum ſignium, vel reſinatũ auſterum, vel quodlibet auſterũ. Contunditúrque cum corticibus ſeminibúſque ſuis Punicum malum, vinóque tali miſcetur: id que vel merum ſorbet aliquis, vel bibit mixtum. Sed medicamentis vti, niſi in vehementibus malis ſuperuacuum eſt.

DE VVLVAE MORBO, ET CVRAtionibus, Cap. XX.

EX vulua quoque fœminis vehemens malum naſcitur, proximéque ab ſtomacho vel afficitur hæc, vel corpus afficit. Interdum etiam ſic examinat vt tanquam comitiali morbo proſternat. Diſtat tamẽ hic caſus, eo quòd neque oculi vertuntur, nec ſpumæ profluunt, nec nerui diſtenduntur: ſopor tantùm eſt: idque quibuſdam fœminis crebrò reuertens, perpetuum eſt. Vbi incidit, ſi ſatis virium eſt, ſanguis miſſus adiuuat: ſi parum eſt, cucurbitulæ tamen defigendæ ſunt in inguinibus: ſi diutius aut iacet, aut alioqui iacere conſueuit, admouere oportet naribus extinctũ ex lucerna linamentũ, vel aliud ex iis quæ fœdioris eſſe odoris retuli, quod mulierẽ excitet. Idemque aquæ quoque frigidæ perfuſio afficit: adiuuátque ruta cõtrita cũ melle, vel ex cyprino ceratum, vel quodlibet calidũ & humidũ cataplaſma, naturalib⁹ pube tenus impoſitum. Intra hæc etiam perfricare coxas & poplites oportet: deinde vbi ad ſe redit, circuncidendũ vinum eſt in totum annum, etiamſi caſus idem non reuertitur. Frictione quotidie vtendum, totius quidem corporis, præcipuè verò vẽtris & poplitum. Cibus ex media materia dãdus. Sinapi ſuper imum ventrẽ tertio quoque aut quarto A die imponẽdum, donec corpus rubeat. Si durities manet, mollire commodè videtur ſolanũ in lac demiſſum, deinde cõtritum, & cera alba, atque medulla ceruina cum irino, aut ſeuum taurinum vel caprinum cum roſa mixtum: dandum potui etiam vel caſtoreum eſt, vel git, vel anethum. Si parum pura eſt, purgatur iunco quadrato: ſi verò vulua exulcerata eſt, ceratum ex roſa fiet, & recens ſuilla adeps, & ex ouis album miſceatur, idque opponatur, vel album ex ouo cum roſa mixtum, adiecto, quò facilius cõſiſtat, contritæ roſæ puluere: dolẽs verò ea ſulphure ſuffumigari debet. B At ſi purgatio nimia mulieri nocet, remedio ſũt cucurbitulæ cute inciſa inguinibus vel etiam ſub mammis admotæ: ſi maligna purgatio eſt, ſubiicienda ſunt coercentia. Id faciunt etiam albæ oliuæ, & nigrum papauer cum melle aſſumptũ, & gummi cum trito ſemine apii liquatum, & cum cyatho paſſidatum. Præter hæc in omnibus veſicæ doloribus idoneæ potiones ſunt quæ ex odoribus fiunt, id eſt ſpica nardi, croco, cinnamomo, caſia, ſimilibúſque: idémque etiam decocta lẽtiſcus præſtat. Si tamen intolerabilis dolor eſt, & ſanguis profluit, e- C tiam ſanguinis detractio apta eſt, aut certè coxis admotæ cucurbitulæ cute inciſa. At quum vrina ſuper potionum modum etiam ſine dolore profluens, maciem & periculum facit, ſi tenuis eſt, opus eſt exercitatione & frictione, maximéque in ſole vel ad ignem. Balneũ rarum eſſe debet, neque longa in eo mora, cibus comprimens. Vinum auſterum meracũ, per æſtatem frigidum, per hyemẽ egelidũ: ſed tantum quantum minimũ ſit. Infima aluus quoque vel ducenda, vel lacte purganda eſt. Si craſſa vrina eſt, vehementior eſſe debet & exercitatio & frictio, lõgior in D balneo mora: cibis op⁹ eſt teneris, vinũ idẽ. In vtroq; morbo vitanda omnia ſunt quæ vrinam mouere conſuerunt.

DE NIMIA PROFVSIONE SEMINIS ex naturalibus, Cap. XXI.

EST etiam circa naturalia vitiũ, nimia profuſio ſeminis, quod ſine venere, ſine nocturnis imaginibus ſic fertur vt interpoſito ſpatio tabe hominẽ cõſumat. In hoc affectu ſalutares ſunt vehementes frictiones, perfuſiones, natationéſque quamfrigidiſſimæ, neque cibi, nec potio niſi frigida aſſumpta. Vitare autẽ oportet cruditates, om- E nia inflantia, nihil ex iis aſſumere quæ contrahere ſemen videntur, qualia ſunt, ſiligo, ſimila, oua, alica, amylum, omnis caro glutinoſa, piper, eruca, bulbi, nuclei pinei. Neque alienum eſt fouere inferiores partes aqua decocta ex verbenis comprimentibus, ex iiſdem aliqua cataplaſmata imo ventri inguinibúſque circundare: præcipuéque ex aceto rutam vitare, etiam ne ſupinus obdormiat.

DE COXARVM MORBIS ET CVRAtionibus, Cap. XXII.

SVpereſt vt ad extremas partes corporis veniã quæ ar- F ticulis inter ſe conſeruntur. Initiũ à coxis faciam. Harum ingẽs dolor eſſe conſueuit, iſque hominẽ ſæpe debilitat, & quoſdã non dimittit. Eóque id genus difficillimè curatur, quòd fere poſt lõgos morbos vis peſtifera huc ſe inclinat, quæ vt illas partes liberat, ſic hãc ipſam quoq; affectã prehendit. Fouendũ primùm aqua calida eſt, deinde vtendũ calidis cataplaſmatis. Maximè prodeſſe videtur aut cũ hordeacea farina, aut cũ ficu ex aqua decocta mixtus capparis cortex cõciſus, vel lolii farina ex vino diluto decocta, & mixta cum acida fæce: quæ, quia refrige- G ſcunt, imponere noctu malagmata commodius eſt. Inulæ quoque radix contuſa, & ex vino auſtero poſtea cocta, & latè ſuper coxam impoſita, inter valẽtiſſima auxilia eſt. Si iſta non ſoluerunt, ſale calido & humido vtendũ eſt: ſi ne ſic quidẽ finitus dolor eſt, aut tumor ei accedit, inciſa cute admouẽdæ ſunt cucurbitulæ, mouenda vrina. Aluus ſi compreſſa eſt, ducenda: vltimum eſt, & in veteribus quoque morbis efficaciſſimum, tribus aut quatuor locis ſuper coxam, cutem candentibus ferramẽtis exulcerare. Sed frictione quoque vtendum eſt, maximè in ſole, & eodem H die ſæpius: quo facilius ea quæ coeundo nocuerũt, dirigãtur. Eáq; ſi nulla exulceratio eſt, etiã ipſis coxis, ſicut & cæteris partibus, adhibẽda eſt. Quũ verò ſæpe aliquid exulcerandũ candẽti ferramẽto ſit, vt materia inutilis euocetur, illud perpetuum eſt, nõ vt primum fieri poteſt, huius

generis vlcera ſanare,ſed ea trahere,donec id vitium cui per hæc opitulantur,conquieſcat.

DE GENVVM DOLORIBVS, ET CVRA, Cap. XXIII.

COxis proxima genua ſunt,in quibus ipſis nonnunquã dolor eſſe conſueuit.In eiſdem autem cataplaſmatis cucurbitulíſque præſidium eſt, ſicut etiã quum in humeris aliíſve commiſſuris dolor aliquis exortus eſt.Equitare ei cui genua dolent,inimiciſſimum omnium eſt. Omnes autem eiuſmodi dolores vbi inueterauerunt, vix citra vſtionem finiuntur.

DE ARTICVLORVM DOLORIBVS IN manibus pedibúſque, Cap. XXIIII.

IN manibus pedibúſque articulorum vitia frequentiora, longioráque ſunt quæ in podagris chiragríſve eſſe conſuerunt.Ea rarò vel caſtratos, vel pueros ante fœminæ coitum,vel mulieres,niſi quibus menſtrua ſuppreſſa ſunt, tentant.Vbi ſentiri cœperunt,ſanguis mittendus eſt.id enim inter initia ſtatim factũ, ſæpe annuam, nonnunquã perpetuam valetudinẽ totam præſtat. Quidã etiam quũ aſinino lotio epoto ſe eluiſſent, in perpetuũ hoc malum euaſerunt:quidam quum toto anno à vino,mulſo,venere ſibi temperaſſent,ſecuritatem totius vitæ cõſequuti ſunt. Idque vtique poſt primum dolorem ſeruandũ eſt,etiamſi quieuit. Quòd ſi iam conſuetudo eius facta eſt, poteſt quidem aliquis eſſe ſecurior his tẽporibus quibus dolor ſe remiſit.Maiorem verò curam adhibere debent hi quibus id reuertitur: quod fere vere autumnóve fieri ſolet. Quum verò dolor non vrget,manu geſtari debet,deinde ferri, inambulatione leui ſe dimouere: & ſi podagra eſt, interpoſitis tẽporibus exiguis inuicem modò ſedere,modò ingredi,tum antequã cibũ capiat,ſine balneo loco calido leuiter perfricari,ſudare,perfũdi aqua egelida,deinde cibum ſumere ex media materia,interpoſitis rebus vrinã mouẽtibus,quotiẽſque plenior eſt euomere.Vbi dolor vehemens vrget, intereſt ſine tumore is ſit, an tumor cum calore, an tumor iam etiã occaluerit. nam ſi tumor nullus eſt,calidis fomentis opus eſt.Aquam marinam vel muriam durã ferueſacere oportet,deinde in peluin conijcere,& quũ iam homo pati poteſt, pedes demittere, ſupérque pallam dare,& veſtimẽto tegere,paulatim deinde iuxta labrum ipſum ex eadem aqua leuiter infundere,ne calor intus deſtituat, ac deinde noctu cataplaſmata calefaciẽtia imponere, maximéque hibiſci radicem ex vino coctã.Sin verò tumor calórque eſt, vtiliora ſunt refrigerantia, rectéque in aqua quamfrigidiſſima articuli cõtinẽtur:ſed neque quotidie,neque diu ſit, ne nerui lædãtur.Imponendũ verò eſt cataplaſma quod refrigeret.Ne-

A que tamen in hoc ipſo permanendũ, ſed ad ea tranſeundum quæ ſic reprimunt vt emolliant. Si maior eſt dolor, papaueris cortices in vino coquẽdi,miſcendíque cum cerato ſunt quod ex roſa factum ſit:vel ceræ & adipis ſuillæ tantundẽ vnà liquandũ,deinde his vinum miſcendũ,atque vbi quod ex eo impoſitũ eſt,incaluit, detrahẽdum'& ſubinde imponẽdum aliud eſt. Si verò tumores etiã occaluerunt,& dolent, leuat ſpongia quæ impoſita ſubinde ex oleo, vel aceto, vel aqua frigida exprimitur, aut pari portione inter ſe mixta,pix,cera,alumen. Sunt etiam plu-

B ra idonea manib⁹ pedibúſque malagmata. Quòd ſi nihil ſuperimponi patitur, id quod ſine tumore eſt, fouere oportet ſpongia quæ in aquam calidam demittatur, in qua vel papaueris cortex,vel cucumeris ſylueſtris radix decocta ſit,tum inducere articulis crocum cum ſucco papaueris,& ouillo lacte.At ſi tumor eſt,foueri quidem debet aqua egelida,in qua lẽtiſcus,verbena,aliáve ex reprimentibus decocta ſint:induci verò medicamentum ex nucibus amaris cum aceto tritis, aut ex ceruſſa, cui contritæ herbæ muralis ſuccus ſit adiectus. Lapis etiã qui carnem

C exedit(quem σαρκοφάγον Græci vocãt)exciſus, ſic vt pedes capiat, demiſſos eos quum dolent, retentóſque ibi leuare cõſueuit. Ex quo in Aſia lapidi Aſio gratia eſt. Vbi dolor & inflammatio ſe remiſerũt, quod intra dies quadraginta ſit,niſi vitium hominis acceſſit,modicis exercitationibus,abſtinentia,vnctionibus lenibus vtẽdum eſt, ſic vt etiam acopo,vel liquido cerato cyprino articuli perfricẽtur.Equitare podagricis quoque alienum eſt. Quibus verò articulorum dolor certis temporibus reuertitur, hos antè & curioſo victu cauere oportet, ne inutilis materia corpori ſuperſit,& crebriore vomitu,& ſiquis ex corpore

D metus eſt, vel alui ductione vti,vel lacte purgari.Quod Eraſiſtrat⁹ in podagricis expulit,ne in inferiores partes factus curſus pedes repleret,quum euidens ſit omni purgatione non ſuperiora tantummodo, ſed etiam inferiora exinaniri.Ex quocunque autem morbo quis inualeſcit, ſi tardè confirmatur, vigilare prima luce debet, nihilominus in lecto conquieſcere, circa tertiam horam leuiter vnctis manibus corpus permulcere:deinde delectationis cauſa(quantum iuuat) ambulare, circunciſa omni negotioſa cogitatione vel actione, tum geſtari diu, multa fricatione vti, loca, cælum, cibos ſæpe mutare. Vbi triduò

E quatriduóve vinum bibit, vno aut etiam altero die interponere aquam.Per hæc enim fiet ne in vitia tabem inferentia incidat,& vt maturè vires ſuas recipiat. Quũ ex toto verò conualuerit, periculoſè vitæ genus ſubitò mutabit,& inordinatè aget. Paulatim ergo debebit omiſſis his legibus,eò tranſire vt arbitrio ſuo viuat.

AVRELII CORNELII CELSI DE RE MEDICA Liber V.

PRAEFATIO.

DIXI de his malis corporis quibus victus ratio maximè ſubuenit: nunc tranſeundũ eſt ad eam medicinæ partem quæ magis medicamentis purgat. His multum antiqui authores tribuerunt, & Eraſiſtratus, & hi qui ſe empiricos nominauerunt,præcipuè tamen Herophilus, deductíque ab illo viri, adeò vt nullum morbi genus ſine his curarent. Multáque etiam de facultatibus medicamentorum memoriæ prodiderunt,qualia ſunt vel Zenonis, vel Andreæ,vel Apollonii qui Mys cognominatus eſt. Horum autem vſum ex magna parte Aſclepiades non ſine cauſa ſuſtulit: & quum omnia fere medicamenta ſtomachum lædant, malíque ſucci ſint, ad ipſius victus rationem potius omnem curam ſuam tranſtulit. Verùm vt illud in pleriſque morbis vtilius eſt, ſic multa admodum corporibus noſtris incidere conſuerunt quæ ſine medicamentis ad ſanitatem peruenire non poſſunt. Illud ante omnia ſcire conuenit, quod omnes medicinæ partes ita innexæ ſunt, vt ex toto ſeparari non poſſint, ſed ab eo nomen trahant à quo plurimum petunt.Ergo vt illa quæ victu curat,aliquãdo medicamentum adhibet, & illa quæ præcipuè medicamentis purgat,adhibere etiã rationem victus debet,quæ multum admodum in omnibus malis corporis proficit. Sed

F quum omnia medicamenta proprias facultates habeant, ac ſæpe ſimplicia opitulentur,ſæpe mixta,nõ alienum videtur antè proponere & nomina & vires & mixturas eorum,quò minor ipſius curationis ex ſequẽtibus mora ſit.

DE SIMPLICIBVS FACVLTATIBVS quaruncunque rerum, ex quibus medicamenta fiunt, & primò de iis quæ ſanguinem ſupprimunt, Cap. I.

SAnguinem ſupprimunt atramentum ſutorium (quod Græci χάλκανθον appellant) chalcitis,acacia, & ex aqua

G lycium,thus,aloe,gummi,plumbum combuſtũ,porrum, herba ſanguinalis,creta vel cimolia vel figularis,miſy,frigida aqua,vinum,acetum, alumen, melinum, ſquama & ferri & æris, atque huius quoque duæ ſpecies ſunt, alia tantùm æris,alia rubri æris.

QVAE VVLNVS GLVTINENT, Cap. II.

GLutinant vulnus,myrrha,thus,gummi,præcipuéque acanthinum,pſylleum, tragacantha, cardamomum, bulbi,lini ſemen,naſturtium,oui album,gluten, ichthyocolla,vitis alba, contuſæ cum teſtis ſuis cochleæ, mel coctum,ſpongia,vel ex aqua frigida,vel ex vino,vel ex aceto expreſſa:ex iiſdem lana ſuccida,ſi leuis plaga eſt:etiam araneũ reprimũt, alumen & ſciſſile(quod σχιςὸν vocatur) & liquidum,melinum,auripigmentum,ærugo,chalcitis, atramentum ſutorium.

QVAE CONCOQVANT, ET MOVEANT pus, Cap. III.

COncoquunt & mouent pus, nardum, myrrha, coſtus, balſamum,galbanũ,propolis,ſtyrax, thuris & fuligo & cortex,bitumen,pix,ſulphur,reſina,ſeuum,adeps,oleũ.

QVAE APERIANT VVLNERA, Cap. IIII.

VVlnera aperiunt tanquam ora in corporibus (quod ςόμα Græcè dicitur)cinnamomum,balſamum,panaces,iuncus quadratus,pulegiũ, flos albæ violæ,bdellium, galbanum,reſina terebinthina & pinea, propolis, oleum vetus,piper,pyrethrũ,chamæpitys, vua taminia, ſulphur, alumen,rutæ ſemen.

QVAE PVRGANT, Cap. V.

PVrgant,ærugo,auripigmẽtum, quod ἀρσενικὸν à Græcis nominatur . Huic autẽ & ſandaracæ in omnia eadem vis,ſed validior eſt ſquama æris, pumex, iris, balſamum,ſtyrax,thus,thuris cortex,reſina &pinea & terebinthina liquida,œnanthe,lacerti ſtercus,ſanguis columbæ, & palumbi,& hirundinis,ammoniacum,bdellium (quod in omnia idem quod ammoniacum poteſt,ſed valentius eſt)abrotonum,ficus arida, coccum cnidium,ſcobis eboris,omphacium,radicula,coagulum, ſed maximè leporinum(cui eadem quæ cæteris coagulis facultas,ſed vbique validior eſt) fel, vitellus crudus, cornu ceruinum , gluten taurinum,mel crudum,miſy,chalcitis,crocum,vua taminia,abrotonum, ſpuma argenti, galla, ſquama æris, lapis hæmatites,minium,coſtum,ſulphur,pix cruda,ſeuum,adeps,oleum,ruta,porrum,lenticula,eruum.

QVAE RODANT, Cap. VI.

ROdunt,alumen liquidum,ſed magis rotũdum, ærugo,chalcitis,miſy, ſquama æris, ſed magis rubri, æs combuſtum,ſandaraca,minium Synopicum,galla,balſamum,myrrha,thuris cortex,galbanum,reſina terebinthina humida,piper vtrunque, ſed rotundum magis, cardamomum,auripigmentum,calx,nitrum, & ſpuma eius,apii ſemen,narciſſi radix,omphacium,alcyonium, oleum ex amaris nucibus,allium,mel crudum,vinum,lentiſcus, ſquama ferri,fel taurinum,ſcammonia,vua taminia, cinnamomum, ſtyrax, cicutæ ſemen, reſina, narciſſi ſemen, fel,nuces amaræ,oleúmque earum,atramentum ſutoriũ, chryſocolla,veratrum,cinis.

QVAE EXEDANT CORPVS, Cap. VII.

EXedunt corpus,acaciæ ſuccus, hebenus, ærugo, ſquama æris, chryſocolla, cinis Cyprius, nitrum, cadmia, ſpuma argenti,hypociſtis,diphryges,ſal, auripigmẽtum, ſulphur,cicuta,ſandaraca,ſalamandra,alcyoniũ, æris flos, chalcitis,atramentum ſutorium,ochra,calx,acetum,galla,alumen,lac caprifici,vel lactucæ marinæ(quæ πιθύμαλλος à Græcis nominatur) alcyonium, fel, thuris fuligo, ſpodium,lenticula,mel,oleæ folia,marrubium, lapis hæmatites,& Phrygius,& Aſius,& ſciſſilis,miſy,vinũ, acetũ.

QVAE ADVRANT, Cap. VIII.

ADurunt,auripigmentum,atramentum ſutoriũ,chalcitis,miſy,ærugo,calx,charta combuſta,ſal, ſquama æris,fex combuſta,myrrha,ſtercus & lacerti & columbæ, & palumbi,& hirundinis,piper,coccum Gnidium, alliũ, diphryges, lac vtrunque,(quod proximo capite ſuprà cõprehenſum eſt) veratrum & album & nigrum, cantharides,corallium,pyrethrum,thus,ſalamandra,eruca,ſandaraca,vua taminia,chryſocolla, ochra,alumẽ ſciſſile, ouillum ſtercus,œnanthe.

QVAE CRVSTAS VLCERIBVS INducant, Cap. IX.

EAdem fere cruſtas vlceribus tanquam igne aduſtis inducunt, ſed præcipuè chalcitis , vtique ſi cocta eſt, flos æris, ærugo, auripigmentum,miſy,& id quoque magis coctum.

QVAE CRVSTAS VLCERIBVS RESOLuant, Cap. X.

CRuſtas verò has reſoluit farina triticea cum ruta, vel porro,aut lenticula,cui mellis aliquid adiectum eſt.

QVAE DISCVTIANT EA QVAE IN Aliqua parte corporis coierunt, Cap. XI.

AD diſcutienda verò ea quæ in corporis parte aliqua coierunt,maximè poſſunt, abrotonum,helenium,amaracus,alba viola,mel,liliũ,ſampſucus,cyperus,lac, ſertula campana,ſerpyllum,cupreſſus,cedrus, iris, viola purpurea,narciſſus, roſa, crocum paſſum , iuncus quadratus, nardum,cinnamomum,caſia,ammoniacum,cera, reſina, vua taminia,ſpuma argenti,ſtyrax, ficus arida, tragoriganus,lini & narciſſi ſemen, bitumen, ſordes ex gymnaſio, pyrites lapis , aut molaris , crudus vitellus , amaræ nuces, ſulphur.

QVAE EVOCENT, ET EDVCANT, Cap. XII.

EVocat & educit, ladanum, alumen rotundum, hebenus,lini ſemen,omphacium,fel, chalcitis, bdellium, reſina terebinthina & pinea,propolis,ficus arida decocta, ſtercus columbæ,pumex,farina lolii,groſſi in aqua cocti, elaterium,lauri baccæ,nitrum,ſal.

QVAE EXASPERATA LEVENT, Cap. XIII.

LEuat id quod exaſperatum eſt,ſpodium,hebenus,gũmi,oui album,lac,tragacanthum.

QVAE CARNEM NVTRIANT, ET VLcus impleant, Cap. XIIII.

CArnem alunt,& vlcus implent,reſina pinea, ochra attica,vel aſteriaca,cera,butyrũ.

QVAE MOLLIANT, Cap. XV.

MOlliunt,æs combuſtum, terra Erethria, nitrũ, papaueris lacryma,ammoniacum,bdellium, cera, ſeuũ, adeps,oleum,ficus arida,ſeſamum,ſertula Campana, narciſſi & radix & ſemen,roſæ folia,coagulum, vitellus crudus,amaræ nuces,medulla omnis, ſtibi, pix, cochlea cocta,cicutæ ſemen, plumbi recremẽtum (σκωρίαν μολύβδου Græci vocant)panaces,cardamomum, galbanum,reſina, vua taminia,ſtyrax, iris, balſamum, ſordes ex gymnaſio, ſulphur,butyrum,ruta.

QVAE CVTEM PVRGENT, Cap. XVI.

CVtem purgat mel, ſed magis ſi eſt cũ galla, vel eruo, vel lenticula,vel marrubio,vel iride,vel ruta, vel nitro,vel ærugine.

DE MIXTVRIS SIMPLICIVM RERVM, & de ratione ponderum,& quid malagma,& emplaſtrum,& paſtillus inter ſe differant, Cap. XVII.

EXpoſitis ſimplicibus facultatibus, dicẽdum eſt quẽadmodum miſceantur quæ ex his fiant . Miſcẽtur autem variè,neque huius vllus modus eſt, quum ex ſimplicibus alia demantur,alia adiiciantur,iiſdémque ſeruatis, ponderum ratio mutetur. Ita quum facultatum materia non ita multiplex ſit, innumerabilia mixturarum genera ſunt quæ comprehẽdi ſi poſſent, tamen eſſet ſuperuacuũ. nam & iidem effectus intra paucas cõpoſitiones ſunt, & mutare eas cuilibet (cognitis facultatibus) facile eſt. Itaque contentus his ero quas accepi velut nobiliſſimas. In hoc autem volumine eas explicabo quæ vel deſiderari in prioribus potuerunt,vel ad eas curationes pertinent quas protinus hîc comprehẽdam , ſic vt tamen quæ magis cõmunia ſunt,ſimul iungam. Siqua ſingulis, vel etiam paruis accõmodata ſunt, in ipſorum locum differam. Sed & antea ſciri volo, in vncia pondus denariorũ ſeptem eſſe. Vnius deinde denarii põdus diuidi à me in ſex partes, id eſt ſex vncias, vt idem in vncia denarii habeam quod Græci habent in eo quem ὀβολὸν appellant . Id ad noſtra pondera relatum,paulo plus dimidio ſcrupulo facit. Ma-

lagmata verò atque emplaſtra, paſtillique (quos τροχίσκους Græci vocant) quũ plurima eadem habeant, differunt eo quòd malagmata maximè ex floribus, eorúmque etiam ſurculis: emplaſtra paſtillique magis ex quibuſdam metallicis fiunt: deinde malagmata contuſa abunde molleſcũt: nam ſuper integram cutem iniiciuntur. Laborioſè verò conterũtur ea ex quibus emplaſtra paſtillique fiunt, ne lædant vulnera quum impoſita ſunt. Inter emplaſtrum autẽ & paſtillum hoc intereſt, quòd emplaſtrum vtique liquati aliquid accipit: in paſtillo tantùm arida medicamenta aliquo humore iunguntur. Tum emplaſtrum hoc modo fit: Arida medicamenta per ſe terunturdeinde mixtis his inſtillatur aut acetum, aut ſiquis alius non pinguis humor acceſſurus eſt, & ea rurſus ex eo teruntur. Ea verò quæ liquari poſſunt, ad ignem ſimul liquantur, & ſiquid olei miſceri debet, tum infunditur. Interdum etiam aridum aliquod ex oleo prius coquitur. Vbi facta ſunt quæ ſeparatim fieri debuerũt, in vnũ omnia miſcentur. At paſtilli hæc ratio eſt: Arida medicamenta contrita humore nõ pingui, aut vino vel aceto coquuntur, & rurſus cocta inareſcunt. Atque vbi vtendũ eſt, eiuſdem generis humore diluuntur, tum emplaſtrum imponitur, paſtillus illinitur, aut alicui molliori, aut cerato miſcetur.

DE MALAGMATIS, Cap. XVIII.

Malagma aduerſus calidas podagras.

HIS cognitis, primùm malagmata ſubiiciam, quæ fere non ſunt refrigerandi, ſed calefaciendi cauſa reperta. Eſt tamen quod refrigerare poſſit, ad calidas podagras aptum. Habet gallæ & immaturæ & alterius, coriandri ſeminis, cicutæ, lacrymæ aridæ, gummi, ſingulorum plenum acetabulum, cerati eloti (quod πεπλυμένον Græci vocant) ſelibram: reliqua fere calefaciunt. Sed quædam digerũt materiam, quædam extrahũt, (ἐπισπαστικὰ vocãtur) pleraque certis magis partibus membrorum accommodata ſunt.

Malagma ad materiam extrahendam.

Si materia extrahenda eſt, vt in hydropico, in lateris dolore, in incipiente abſceſſu, in ſuppuratione quoque mediocri, aptũ eſt id quod habet reſinæ aridæ, nitri ammoniaci, galbani, ſingulorum pondo, ✱, ceræ pondo. ✱ Aut in quo hæc ſunt, æruginis raſæ, thuris ſingulorũ P. II. ✱, ammoniaci ſalis. P. VI, ✱, ſquamæ æris, ceræ, ſingulorũ P. VIII. ✱ reſinæ aridæ, P. XII. ✱, aceti cyathus. Idem præſtat cumini farina cum ſtruthio, & melle P. II. ✱

Malagma ad iecur dolens.

Si iecur dolet, id in quo eſt balſami lacrymæ P. XII, ✱. coſti, cinnamomi, caſiæ, corticis myrrhæ, croci, iũci rotũdi, balſami ſeminis, iridis Illyricæ, cardamomi, amomi, nardi, ſingulorum. P. XVI. ✱. Quibus adiicitur nardinum vnguentum, donec cerati craſſitudo ſit, & huius quidem recentis vſus eſt. Si verò ſeruãdũ eſt, reſinæ terebinthinæ. P. XVI. ✱. ceræ P. X. ✱. ex vino leni contunduntur, tunc eo miſcentur.

Malagma ad lienem.

At ſi lienis torquet, glandis (quam βάλανον Græci vocant) cortex & nitrum paribus portionibus contundũtur, reſperguntúrque aceto quãacerrimo. Vbi cerati craſſitudinem habet, linteo antea in aqua frigida madefacto illinitur, & ſic imponitur, ſupráque farina ordeacea iniicitur, ſed manere ibi nõ amplius ſex horis debet, ne lienẽ conſumat. Satiúſque eſt id bis aut ter fieri. Commune autem & iocinori, & lieni, & abſceſſibus, & ſtrumæ, parotidibus, articulis, calcibus quoque ſuppurantibus, aut aliter dolentibus, etiam concoctioni ventris, Lyſias compoſuit ex hyſſopi, panacis, ſtyracis, galbani, reſinæ, ſingulorum P. II. ✱. ammoniaci, bdellii, ceræ, ſeui taurini, iridis aridæ P. IIII. ✱. cachryos acetabulo, piperis granis quadraginta. Quæ contrita, irino vnguento temperantur.

Malagma ad laterum dolores.

Ad laterum autem dolores compoſitio eſt Apollophanis, in qua ſunt reſinæ terebinthinæ, thuris fuliginis, ſingulorum P. IIII. ✱. bdellii, ammoniaci, iridis, ſeui vitulini, aut caprini à renibus ſicci, ſingulorum P. IIII. ✱. Hæc autem eadem omnem dolorem leuant, dura emolliunt, mediocriter calefaciunt. Ad idem latus Andreæ quoque malagma eſt, quod etiam reſoluit, educit humorem, pus maturat: vbi id maturum eſt, cutem rumpit, ad cicatricẽ perducit. Prodeſt impoſitũ minutis maioribúſque abſceſſibus, item articulis, ideóque & coxis & pedibus dolẽtibus: item ſiquid in corpore colliſum eſt, reficit: præcordia quoq; dura & inflata emollit, oſſa extrahit, ad omnia denique valet quæ adiuuare calor poteſt. Id habet ceræ P. XI. ✱. viſci, ſycamini (quam aliâs ſycomorum vocãt) lacrymæ, ſingulorum P. I. ✱. piperis & rotundi & longi, ammoniaci thymiamatis, bdellii, iridis Illyricæ, cardamomi, amomi, xylobalſami, thuris maſculi, myrrhæ, reſinæ aridæ, ſingulorũ P. X. ✱. pyrethri, cocci Gnidii, ſpumæ nitri, ſalis ammoniaci, ariſtolochiæ Creticæ, radicis ex cucumere agreſti, reſinæ terebinthinæ liquidæ ſingulorum P. XX. ✱. Quibus adiicitur vnguenti irini quantum ſatis eſt ad ea mollienda atque cogenda.

Malagmata ad reſoluenda quæ adſtricta ſunt, & mollienda quæ dura ſunt, & digerenda quæ coeunt.

Præcipiuum verò eſt ad reſoluẽda quæ adſtricta ſunt, mollienda quæ dura ſunt, digerẽda quæ coeunt, id quod ad Polyarchum authorem refertur: habet iunci quadrati, cardamomi, thuris fuliginis, amomi, ceræ, reſinæ liquidæ, pares portiones.

Aliud malagma ad eadem.

Aliud ad eadem Nilei, crocomagmatis (quod quaſi recrementum eius eſt) P. IIII. ✱. ammoniaci thymiamatis, ceræ, ſingulorum P. XX. ✱. ex quibus duo priora ex aceto teruntur, cera cum roſa liquatur, & tum omnia iunguntur.

Malagma Moſchi ad molliendum.

Propriè etiam dura mollit id quod Moſchi eſſe dicitur: habet galbani vnciam, thuris fuliginis P. 3. ✱. ceræ, ammoniaci thymiamatis trientes, picis aridæ P. II. ✱. aceti heminas tres.

Malagma Medi ad digerenda quæ coeunt.

Fertur etiam ad digerenda quæ coeunt ſub authore Medo, quod habet ceræ P. 3. ✱. panacis P. ✱. ſemis, ſquamæ æris, aluminis rotundi, item ſciſſilis, ſingulorum P. I. ✱. plumbi combuſti P. I. ✱. & ſemis.

Malagma Panthemi ad eadem.

Ad eadem Pãthemus vtebatur calcis P. ✱. ſemis, ſinapis contriti, item fœnigræci, aluminis, ſingulorum P. I. ✱. ſeui bubuli P. II. ✱. & ſemis.

Malagma ad ſtrumas.

Ad ſtrumã multa malagmata inuenio. Credo autem quo peius id malũ eſt, minúſque facilè diſcutitur, eo plura eſſe tẽtata, quæ in perſonis variè reſponderũt. Andreas author eſt vt hæc miſceantur, vrticæ ſeminis P. I. ✱. piperis rotundi, bdellii, galbani, ammoniaci thymiamatis, reſinæ aridæ, ſingulorum P. IIII. ✱: reſinæ liquidæ, ceræ, pyrethri, piperis longi, lactucæ marinæ ſeminis, ſulphuris ignem nõ experti, (quod ἄπυρον vocatur) fæcis aridæ, aceti, ſpumæ nitri, ſalis ammoniaci, ſinapis, cardamomi, radicis cucumeris ſylueſtris, reſinæ, ſingulorum P. VII. ✱. Quæ ex leni vino contunduntur.

Aliud malagma ad idem valens.

Expeditius ad idem fit quod habet viſci, fe lini ſtercoris, reſinæ, ſulphuris ignem non experti pares portiones. Et in quo eſt ſulphuris P. I. ✱. lapidis quem pyriten vocant P. IIII. ✱. cumini acetabulum. Item in quo eſt lapidis eiuſdem pars vna, ſulphuris duæ partes, reſinæ terebinthinæ partes tres.

Malagma ad ſtrumam & phymata.

Arabis autem cuiuſdam eſt ad ſtrumam, & orientia tubercula quæ φύματα vocãtur, quod hæc digerit: habet myrrhæ, ſalis ammoniaci, thuris, reſinæ & liquidæ & aridæ, crocomagmatis, ceræ, ſingulorũ P. I. ✱. lapidis eius quẽ πυρίτην vocant, P. IIII. ✱. quibus quidam adiiciunt, ſulphuris P. II. ✱.

Malagma ad ſtrumam, & tubera, & carcinodas.

Eſt etiam proficiens in ſtruma, & in his tuberibus quæ difficulter concoquuntur, & in his quæ carcinodæ vocantur, quod ex his conſtat: Sulphuris P. II. ✱, nitri P. IIII. ✱. myrrhæ P. VI. ✱. fuliginis thuris P. ✱. ſemis, ſalis

ammoniaci P.III.✳. ceræ P.I.✳.

Malagma Protarchi ad parotidas,& fauum,& mala vlcera.

Protarchus autem ad parotidas,eáque tubercula quæ μελικηρίδες(id eſt faui)vel φύματα nominantur, item mala vlcera,pumicis,reſinæ pineæ liquidæ, thuris fuliginis, ſpumæ nitri,iridis ſingulorũ P.VIII.✳, cũ ceræ.P.IX.✳. miſcebat, iiſque olei cyathum & dimidium adiiciebat.

Malagma aduerſus panum & phymata.

At aduerſus panum tum primùm orientem (quod φύγεθλον Græci vocant) B & omne tuberculum (quod φῦμα nominatur)miſcetur ochra quæ Attica nominatur cum duabus partibus ſimilæ, iiſque contunduntur, ſubinde mel inſtillatur,donec malagmatis craſſitudo ſit.

Malagma aduerſus phymata.

Diſcutit etiam omne tuberculum (quod φῦμα vocatur)id quod habet calcis,nitri ſpumæ, piperis rotundi, ſingulorũ P.I.✳. galbani P.II.✳. ſalis P.IIII.✳. quæ excipiuntur cerato ex roſa facto.

Malagma ad ſupprimendum omne quod abſcedit.

Supprimitque omne quod abſcedit id in quo eſt gal C bani,fabæ freſæ,ſingulorum P.I.✳.myrrhæ,thuris, ex radice capparis corticis,ſingulorũ P.IIII.✳.Satiſque omnia abſcedentia digerit murex combuſtus,& bene contritus, aceto ſubinde adiecto.

Malagma ad ſanguinem ſupprimendum & phymata.

At ſi ſatis ſanguis ſubit,rectè imponitur quod aduerſus phymata quoque poteſt:cõſtat ex his,bdellii,ſtyracis, ammoniaci,galbani,reſinæ & aridæ,& liquidæ pineæ : item ex lentiſci,thuris,iridis,ſingulorum P.II.✳. D

Malagma ad carcinodas,& phymata lenienda.

Carcinodæ verò & phymata commodè his leniuntur:Galbani,viſci,ammoniaci,reſinæ terebinthinæ in ſingulis P.I.✳. ſeui taurini P.✳. ſemis,fæcis cõbuſtæ quammaxima portione, dũ id ſiccius nõ faciat quàm eſſe malagma oportet.

Malagma ad liuorem faciei contuſæ.

Quòd ſi facie contuſa liuor ſubcruentus eſt, hæc cõpoſitio nocte & die interpoſita tollit: E Ariſtolochiæ, thapſiæ,ſingulorum P.II.✳.bdellii,ſtyracis, ammoniaci thymiamatis,galbani,reſinæ aridæ,& ex lẽtiſco liquidæ, thuris maſculi,iridis Illyricæ,ceræ,ſingulorum P.IIII.✳. Idẽ faba quoque impoſita proficit.

Malagmata ſtomachica ad aperiendum.

Sunt etiam quædam malagmata quæ στοματικὰ Græci vocant,quoniam aperiendi vim habent: quale eſt quod ex his conſtat,piperis longi,ſpumæ nitri,ſingulorũ P.II.✳. eriſimi P.IIII.✳. quæ cum melle miſcẽtur:idoneáque etiã ſtrumæ aperiendæ ſunt eius generis : F vehementiúſque ex iis eſt id quod habet calcis P.IIII.✳. piperis grana ſex,nitri,ceræ,ſingulorum P.X.✳.mellis P.III.✳.olei heminã.

Miconis malagma,ad reſoluendum aperiendúmque ac purgandum.

Miconis quoque eſt quod reſoluit,aperit,purgat: habet alcyonium,ſulphur,nitrum,pumicem,paribus portionibus,quibus tantùm piſcis & ceræ adiicitur vt fiat cerati craſſitudo.

Malagma ad oſſa & neruos.

Ad oſſa autem, Ariſtogenis,fit ex his,ſulphuris P.I.✳. G reſinæ terebinthinæ,nitri ſpumæ, & ex ſcilla partis interioris,plumbi eloti,ſingulorum P.II.✳. thuris, fuliginis, P.VIII.✳.ficus aridæ quampinguiſſimæ,ſeui taurini, ſingulorũ P.VIII.✳.ceræ P.XI.✳. iridis Macedoniæ P.VI.✳. ſeſami fricti acetabulum,maximéque neruis & articulis malagma conuenit.

Malagma Euticlei ad articulos, & ad omnem dolorem.

Igitur Euticlei eſt,& ad articulos,& ad omnem dolorem,& ad veſicæ, & ad recenti cicatrice contractos arti- H culos(quas ἀγκύλας Græci nominãt) quod habet fuliginis thuris acetabulum,reſinæ tantundem,galbani ſine ſurculis ſeſcũciam,ammoniaci,bdellii,ſingulorũ P.III.✳. ceræ P.✳.ſemis. Aliud item fit quod habet iridis, ammoniaci,

A galbani,nitri,ſingulorũ P.XIIII.✳.reſinæ liquidæ P.VI.✳. ceræ P.XVI.✳.

Malagma Soſagoræ ad dolores articulorum.

Ad dolores articulorum Soſagoræ,Plumbi cõb uſti, papaueris lacrymæ,corticis hyoſcyami,ſtyracis,peucedani,ſeui,reſinæ,ceræ,pares portiones.

Chryſippi malagma ad idem valens.

Chryſippi,reſinæ liquidæ, ſandaracæ, piperis, ſingulorum P.XII.✳. quibus ceræ paulum adiicitur.

Cteſiphõtis malagma ad idem valens,& ad B parotidas,& phymata,& ſtrumam.

Cteſiphontis,ceræ Creticæ,reſinæ terebinthinæ,nitri quamruberrimi, ſingulorum P.✳.ſemis, olei cyathi tres. Sed id nitrum antè per triduũ inſtillata aqua teritur,& cũ ſextario eius incoquitur, donec omnis humor conſumatur. Poteſt verò ea compoſitio etiam ad parotidas, phymata, ſtrumam, omnémque coitum humoris emolliendum.

Malagma ad articulos.

Ad articulos fici quoque aridi, partem nepetæ mi- C ſtam vel vuam taminiam ſine ſeminibus cum pulegio rectè aliquis imponit.

Malagma Ariſtonis,aduerſus podagras & recentia phymata & omnes dolores.

Eadẽ podagræ præſidio ſunt.Sed ad eam fit Ariſtonis quoque quod habet nardi, cinnamomi, caſiæ, chamelæontis,iunci rotundi,ſingulorũ P.VIII.✳.ſeui caprini ex irino liquati P. XX.✳. iridis P.I.✳. quæ in aceto quamacerrimo iacere per viginti dies debet. Idẽ autẽ etiã recẽtia phymata doloréſque omnes diſcutit.

D Theoſeni malagma,ad pedum dolores.

At Theoſenus ad pedum dolores, ſeui à renibus partem tertiam,ſalis partes duas miſcebat, híſque membranulam illitam imponebat, tũ ſuperiniiciebat ammoniacum thymiama in aceto liquatum.

Numenii malagma,ad podagram cæteróſque articulos induratos.

At Numenius podagram cæteróſque articulos induratos hoc molliebat, abrotoni, roſæ aridæ, papaueris lacrymæ, ſingulorũ P.III.✳. reſinæ terebinthinæ P.IIII.✳ E thuris,ſpumæ nitri,ſingulorum P.VIII.✳.iridis, ariſtolochiæ,ſingulorum P.XII.✳.ceræ P.III.✳.quibus adiicitur cedri cyathus vnus,olei laurini,cyathi tres,olei acerbi ſextarius.

Dexii malagma, ſiquando callus in articulis increuit.

Siquando autem in articulis callus increuit, Dexius docuit imponere,calcis P.IIII.✳.ceruſſæ P.VIII.✳.reſinæ pineæ P.XX.✳.piperis grana P.XX.✳. ceræ P.II.✳. Quibus dum contunduntur,hemina vini lenis inſtillatur.

F DE EMPLASTRIS, Cap. XIX.

EX emplaſtris autem nulla maiorem vſum præſtant quàm quæ cruentis protinus vulneribus iniiciuntur: ἔναιμα Græci vocant. Hæc enim reprimunt inflammationem,niſi magna vis eã cogit,atque illius quoque impetũ minuunt, tum glutinant vulnera quæ id patiuntur, cicatricem iiſdem inducunt. Conſtãt autem ex medicamentis non pinguibus,ideóque ἀλιπῆ nominantur.

Barbarum emplaſtrum nigrum, quod cruẽtis protinus vulneribus iniicitur.

G Optimum ex his eſt quod barbarum vocatur: habet æruginis raſæ P.XII.✳.ſpumæ argenti P.XX.✳.aluminis, picis aridæ,reſinæ pineæ aridæ,ſingulorum P.I.✳,quibus adiiciuntur olei & aceti ſingulæ heminæ.

Choacon emplaſtrum nigrum,ad idem valens.

Alterũ ad idẽ,quod χόακον vocant, habet ſpumæ argẽti P.C.✳. reſinæ aridæ tãtundẽ. ſed ſpuma prius ex tribus olei heminis coquitur. His duobus emplaſtris calor niger eſt,qui fere talis fit ex pice atque reſina: at ex bitu- H mine nigerrimus:ex ærugine aut æris ſquama,viridis:ex minio,ruber:ex ceruſſa,albus.

Baſilicon emplaſtrum nigrum ad idem.

Paucæ admodũ compoſitiones ſunt in quibus aliquid mixturæ varietas nouat. Ergo id quoque nigrũ eſt

quod βασιλικὸν nominatur. Habet panacis P.I.✱, galbani P.II.✱, picis & reſinæ, ſingulorum P.X.✱, olei dimidium cyathum.

Smaragdinum emplaſtrum nigrum ad idem.

At quod peruiride eſt, ſmaragdinũ appellatur, in quo ſunt reſinæ pineæ P.III.✱. ceræ P.I.✱. æruginis P.✱. ſemis, thuris fuliginis P.I.✱. olei tantundem & aceti, quo fuligo & ærugo in vnum cogantur.

Emplaſtrum rufum ad idem.

Eſt etiam coloris fere rufi, quod celeriter ad cicatricẽ vulnera perducere videtur: habet thuris P.I.✱. reſinæ P. II.✱. ſquamæ æris P.IIII.✱. ſpumæ argenti P.XX.✱. ceræ P.C.✱. olei heminam.

Παρακολλητικὸν emplaſtrum ad idem.

Præterea eſt quod παρακολλητικὸν (à glutinãdo) vocãt. Conſtat ex his, bituminis, aluminis ſciſſilis P.IIII.✱. ſpumæ argenti P.IIII.✱. & olei veteris hemina.

Cephalicon emplaſtrum Philotæ, capiti conueniens.

Præterea ſunt quædã generis eiuſdẽ, quæ quia capitibus fractis maximè cõueniunt, κεφαλικὰ à Græcis nominãtur. Philotæ compoſitio habet: Terræ Eretriæ, chalcitidis, ſingulorum P.IIII.✱. myrrhæ, æris cõbuſti, ſingulorum P.X.✱. ichthyocollæ P.VI.✱. æruginis raſæ, aluminis rotundi, miſyos crudi, ariſtolochiæ, ſingulorum P.VIII.✱. ſquamæ æris P.XX.✱. thuris maſculi P.II.✱. ceræ P.I.✱. roſæ, & olei acerbi, ternos cyathos, aceti quantum ſatis eſt, dum arida ex eo conteruntur.

Emplaſtrum viride ad idem valens.

Aliud ad idem, viride, æris combuſti, ſquamæ æris, myrrhæ, ichthyocollæ, ſingulorum P.VI.✱. miſyos crudi, æruginis raſæ, ariſtolochiæ, aluminis rotundi, ſingulorum P.VIII.✱. ceræ P.VII.✱. olei hemina, aceti quod ſatis ſit.

Tetrapharmacum emplaſtrum, ad pus mouendum.

Puri autem mouẽdo non aliud melius quàm quod expeditiſſimum eſt: τετραφάρμακον à Græcis nominatur: habet pares portiones ceræ, picis, reſinæ, ſeui taurini: ſi id non eſt, vitulini.

Enneapharmacum emplaſtrum ad pus mouendum & ad purgandum valens.

Alterum ad idem, Enneapharmacũ nominatur, quod magis purgat. Conſtat ex nouem rebus, cera, melle, ſeuo, reſina, myrrha, roſa, medulla vel ceruina vel vitulina vel bubula, hyſſopo, butyro. Quorum ipſorum quoque pondera paria miſcẽtur. Sunt autem quædam emplaſtra quibus vtriuſque rei facultas eſt, quæ ſi ſingula habẽda ſunt, meliora ſunt. Sed in copia reiicienda ſunt, iis potius adhibitis quæ propriè id quod eo tempore opus eſt, conſequuntur. Exempli cauſa duo proponam.

Attalum emplaſtrum ad vulnera.

Eſt igitur ad vulnera Attalum, quod habet ſquamæ æris P.XVI.✱. fuliginis P.XV.✱. ammoniaci tantundem, reſinæ terebinthinæ liquidæ P.XXV.✱. ſeui taurini tantundem, aceti heminas tres, olei ſextarium.

Iudæi emplaſtrum, fracto capiti accommodatum.

At inter ea quæ fracto capiti accommodantur, habent quidam id quod ad authorem Iudæum refertur. Cõſtat ex his, ſalis P.IIII.✱. ſquamæ æris rubri, æris cõbuſti, ſingulorũ P.XII.✱. ammoniaci thymiamatis, thuris fuliginis, reſinæ aridæ, ſingulorum P.VI.✱. reſinæ colophoniacæ, ceræ, ſeui vitulini curati, ſingulorum P.XX.✱. aceti ſeſquicyathum, olei minus cyathum: τεθεραπευμένα Græci appellant quæ curata vocant, quũ ex ſeuo puta omnes membranulæ diligenter exemptæ ſunt, aut ex alio medicamento.

Diadaphnidων emplaſtrum, ad extrahendũ.

Sunt etiam quædam emplaſtra nobilia ad extrahendum, quæ ipſa quoque ἐπισπαστικὰ nominãtur: quale eſt quod quia lauri baccas habet, diadaphnidων appellatur. In eo eſt reſinæ terebinthinæ P.X.✱. nitri, ceræ, picis aridæ, baccarum lauri, ſingulorum P.XX.✱. olei paulũ. Quoties aut baccam, aut nucem, aut ſimile aliquid poſuero, ſcire oportebit, antequam expendatur, ei ſummam pelliculam eſſe demendam.

Aliud diadaphnidων ad extrahendum, & pus mouendum.

Aliud eo nomine quod puri quoque mouendo eſt, Seui vitulini, ammoniaci thymiamatis, picis, ceræ, nitri, baccarũ lauri, reſinæ aridæ, ariſtolochiæ, pyrethri, pares portiones.

Philocratis emplaſtrum ad extrahendum, & pus mouendum.

Præter has eſt Philocratis, quod habet ſalis ammoniaci P.VII.✱. ariſtolochiæ. P.VIII.✱. ceræ, reſinæ terebinthinæ, fuliginis thuris, ſingulorum P.XV.✱. ſpumæ argẽti P.XXXII.✱. quibus, vt pus quoque moueãt, iridis P.IIII. ✱. & galbani P.VI.✱. adiiciuntur.

Ῥυπώδης emplaſtrum, ad extrahendum.

Optimum tamen ad extrahendum eſt id quod à ſimilitudine ſordium, ῥυπώδης Græci appellant: habet myrrhæ, croci, iridis, propolis, bdellii, capitulorũ Punici mali, aluminis & ſciſſilis & rotũdi, miſyos, chalcitidis, atramẽti ſutorii cocti, panacis, ſalis ammoniaci, viſci, ſingulorũ, P.IIII.✱. ariſtolochiæ, P.VIII.✱. ſquamæ æris P.XVI.✱. reſinæ terebinthinæ P.LXXV.✱. ceræ & ſeui vel taurini vel hircini P.C.✱.

Emplaſtrum Hecatæi, ad extrahendum.

Hecatæo quoque authore emplaſtrum generis eiuſdem fit ex his, galbani P.II.✱. fuliginis thuris P.IIII.✱. picis P.VI.✱. ceræ, & reſinæ terebinthinæ, ſingulorum P. VIII.✱. quibus paulum irini vnguenti miſcetur.

Alexandrinum emplaſtrum viride ad extrahendum.

Valẽnſque ad idẽ emplaſtrum viride Alexandrinũ eſt: habet aluminis ſciſſilis P.VIII.✱. ſalis ammoniaci P. ✱.VIII. ʒ. ſquamæ æris P.XVI.✱. myrrhæ, thuris, ſingulorum P.XVIII.✱. ceræ P.CL.✱. reſinæ Colophoniacæ aut pineæ P.CXC.✱. olei heminam, aceti ſextarium.

De emplaſtris exedentibus.

Quædam autem ſunt emplaſtra exedentia, quæ σηπτικὰ Græci vocant, quale eſt id quod habet reſinæ terebinthinæ, fuliginis thuris, ſingulorum P.✱.ʒ. ſquamæ æris P.I.✱. ladani P.II.✱. aluminis tantundem, ſpumæ argẽti P.IIII.✱.

Emplaſtrum quod exeſt corpus, & oſſa reſoluit, & ſupercreſcentem carnem coercet.

Exeſt etiam vehementer corpus, atque oſſa quoque reſoluit, & ſupercreſcentem carnem coercet, id quod habet ſpumæ argenti, ſquamæ æris, vncias ſingulas: nitri ignem non experti, lapidis Aſii, ariſtolochiæ P. ſextantes: ceræ, reſinæ terebinthinæ, thuris, olei veteris, atramenti ſutorii, ſalis ammoniaci P. ſemis, æruginis raſæ P. beſſem, aceti ſcillitici heminam, vini Aminæi tantundem.

Emplaſtra aduerſus morſus, & alia recentiora vulnera.

Sunt etiam aduerſus morſus quædam accommodata, quale eſt Diogenis nigrum, quod habet bituminis, ceræ, reſinæ pineæ aridæ, ſingulorum P.XX.✱. ſpumæ argenti, P.C.✱. olei ſextarium: aut in quo ſunt ſquamæ æris P. IIII.✱. ceruſſæ, & æruginis raſæ, ſingulorum P.VIII.✱. ammoniaci P.XII.✱. ceræ, reſinæ pineæ, ſingulorum P. XXV.✱. ſpumæ argenti P.C.✱. olei ſextarium: aut in quo ſunt ſquamæ æris P.XIIII.✱. galbani P.VI.✱. ceruſſæ, & æruginis raſæ, ſingulorum P.VIII.✱. ammoniaci P.XII.✱. ceræ, reſinæ pineæ, ſingulorum P.LV.✱. ex quibus ſpuma argenti concoquitur.

Epheſium emplaſtrum rubrum, ad idem valens.

Rubrum quoque emplaſtrum quod Epheſium vocatur, huc aptum eſt: habet reſinæ terebinthinæ P.II.✱. galbani P.IIII.✱. minii ſinopici P.VI. thuris fuliginis P.VI. ✱. ceræ P.VIII.✱. ſpumæ argenti P.LVI.✱. olei veteris heminam.

Aliud emplaſtrum ad idem valens.

Item id quod ex his conſtat, ſquamæ æris, thuris fuliginis, ſingulorum P.IIII.✱. galbani P.VI.✱. ſalis am-

moniaci P.✳.xii.3. ceræ P.xxv.✳. olei trib⁹ heminis. Hæc A
autem aliis quoque recentioribus vulneribus rectè imponuntur.

λευκὰ emplaſtra non grauibus vulneribus accommodata,& maximè ſenilibus.

Sunt enim alba lenia(λευκὰ Græci vocant) fere non grauibus vulneribus accommodata, præcipuéque ſenilibus: quale eſt quod habet ceruſſæ P.L i.✳. ſeui vitulini curati,& ceræ, ſingulorum P.LVIII.✳. olei heminas tres, ex quibus ea ceruſſa coquitur.

Elephantinum emplaſtrum. B

Aliud quod habet ceruſſæ P.xx.✳. ceræ P. LV.✳, olei heminam,aquæ ſextarium. Quæ quoties adiiciuntur ceruſſæ, vel ſpumæ argenti,ſcire licet illa ex his coquēda eſſe. Eſt autem ea percandida compoſitio quæ ſuprà poſita eſt, ideóque elephantina nominatur.

Lenia emplaſtra.

Lenia quoque quædam emplaſtra ſunt, quas λιπαρὰς ere Græci nominant, vt id quod habet minii P. IIII.✳. pumæ argenti P.xxv.✳. ceræ,& adipis ſuillæ, ſingulorū P.xxvii.✳. vitellos quatuor. C

Emplaſtrum lene.

Alia compoſitio generis eiuſdem,ceræ,reſinæ terebinthinæ, ſingulorum P.vi.✳.ceruſſæ P.vi.✳. ſpumæ argenti, plumbi recrementi (σκωρίαν μολύβδου Græci vocant)ſingulorum P.xx.✳. cicini olei & myrthi,ſingulorū heminæ.

Archagathi emplaſtrum lene.

Tertia quæ ad authorem Archagathum refertur:miſyos cocti, æris combuſti, ſingulorum P.IIII.✳. ceruſſæ coctæ P.VIII.✳. reſinæ terebinthinæ P .✳.x. ſpumæ argēti P.vi.✳. D

Emplaſtra eiuſdem generis ad leniendum apta.

Etiamnū generis eiuſdē,ſpumæ argenti,ceræ, adipis ſuillæ,ſingulorum P.xxvii. ✳. vitelli cocti quatuor,roſæ hemina: aut cerati ex oleo myrteo facti partes tres,adipis ſuillæ pars quarta,paulum ex plumbi recremento:aut ſpumæ argenti ſelibra,ex olei hemina,& aquæ marinæ altera cocta,donec bullire deſierit,cui paulum ceræ ſit adiectum,aut pares portiones ceræ,ſeui,ſtibi,ſpumæ argenti, ceruſſæ. E

DE PASTILLIS ET PRIMO DE HIS qui ad recentia vulnera glutinanda ſanandáque apti ſunt, Cap. XX.

PAſtilli quoque facultates diuerſas habent. Sunt enim ad recentia vulnera glutinanda ſanandáque apti: qualis eſt qui habet chalcitis,miſyos,ſpumæ nitri,floris æris, gallæ, aluminis ſciſſilis modicè cocti,ſingulorum P.I.✳. æris combuſti,capitulorum mali Pumici,ſingulorum P. III.✳.Hūc oportet diluere aceto, ſic vbi vulnus glutinādū F eſt,illinere.At ſi neruoſus aut muſculoſus is locus eſt,commodius eſt cerato miſcere, ſic vt illius octo partes,nona huius ſit.

Alius paſtillus ad glutinanda vulnera.

Alius ad idem,conſtat ex his, bituminis, aluminis ſciſſilis,ſingulorum P.I.✳. æris combuſti P.IIII.✳. ſpumæ argenti P.xI.✳. olei ſextarium.

De ſphragide paſtillo,quem Polybius confecit,ad glutinandum vulnus.

Sed longè Polybii celeberrimus eſt(Sphragis autē no- G minatur) qui habet aluminis ſciſſilis P.✳.I.3. atramenti ſutorii P.II.✳. myrrhæ P.v.✳. aloes tantundem, capitulorum Punici mali,fellis taurini, ſingulorū P.vi.✳. quæ contrita vino auſtero excipiuntur.

Paſtillus ad vlcera ſordida,& nigritiem in auribus,naribus & in obſcœnis partibus,inflammationéſque eorum.

Ad vlcera ſordida,& nigritiem in auribus, naribus, obſcœnis partibus,inflammationéſque eorum:Chryſocollæ P.I.✳. atramenti ſutorii,aluminis ſciſſilis,ſingulorum H P.II.✳. halicacabi corticis,P.IIII.✳. minii P. vi.✳. ſpumæ argenti P.xII.✳. ceruſſæ P.xvi.✳. quæ ex aceto & coguntur,& vbi vtendum eſt diluuntur.

Paſtillus Andronis ad vuam inflammatam ad naturalia ſordida,etiam cancro laborantia.

Andronis verò eſt ad vuam inflammatam, ad naturalia ſordida etiam cancro laborantia : Gallæ, atramenti ſutorii,myrrhæ,ſingulorum P.I.✳,ariſtolochiæ,aluminis ſciſſilis,ſingulorum P.II.✳. capitulorum Punici mali P. xxv.✳. ex paſſo coactorum, &, quum vſus exigit, aceto vel vino dilutorum,prout valentius aut lenius vitium eſt cui medendum eſt.

Paſtillus ad fiſſa ani,vel ora venarum fundentia ſanguinem vel cancrum.

Propriè autem ad ani fiſſa,vel ora venarum fudentia ſanguinem,vel cancrum:Æruginis P.II.✳. myrrhæ P. II .✳ ſtibis,lacrymæ papaueris,acaciæ ſingulorū P.xvi.✳, quæ ex vino & teruntur,& in ipſo vſu deliquantur.

Paſtillus ad expellendum calculum cum vrina.

Expellere autem ex veſica cum vrina calculum videtur hæc compoſitio: Caſſiæ,croci, myrrhæ, coſti, nardi, cinnamomi,dulcis radicis,balſami,hyperici pares portiones conteruntur:deinde vinum lene inſtillatur, & paſtilli ſunt, qui ſinguli habeāt P.✳.3. hique ſinguli quotidie manè ieiuno dantur.

DE PESSIS, Cap. XXI.

HÆC tria compoſitionum genera, id eſt quæ in malagmatis,paſtillis,emplaſtriſque ſunt, maximū, præcipuéque varium vſum præſtant. Sed alia quoque vtilia ſunt,vt ea quæ fœminis ſubiiciuntur:πεσσοὺς Græci vocāt. Eorum hæc proprietas eſt: medicamenta compoſita molli lana excipiuntur,eáque lana naturalibus conditur.

Ad ſanguinem euocandum.

Ad ſanguinem autem euocandum, cauneis duabus adiicitur nitri P. I.✳. aut allii ſemen cōteritur, adiicitur myrrhæ paululum ,& vnguento ſuſino miſcetur, aut cucumeris ſylueſtris pars interior,ex lacte muliebri diluitur.

Ad vuluam molliendam.

Ad vuluam molliendam,oui vitellus, & fœnumgræcum,& roſa,& crocum temperantur:aut elaterii P.✳.3. ſalis tantundem,vuæ taminiæ P.vi.✳. melle excipiuntur.

Alia peſſi compoſitio ad idem valens.

Aut Boetho authore,croci,reſinæ terebinthinæ, ſingulorum P.IIII.✳. myrrhæ P. ✳.3. roſæ 8.I.✳. ſeui vitulini P.✳.3. ceræ P.II.✳.miſcentur.

Ad inflammationes vuluæ Numenii peſſus.

Optima autem aduerſus inflammationes vuluæ Numenii compoſitio eſt,quæ habet croci P.✳.3. ceræ P.I.✳. butyri P.VIII.✳. adipis anſerini P.xII.✳. vitellos coctos duos,roſæ minus cyatho.

Ad eiiciendum è vulua infantem mortuum.

Si verò infans intus deceſſit, quò facilius eiiciatur, malicorium ex aqua terendum, eóque vtendum eſt.

Si mulier vitio locorum concidit,qua curatione vtendum ſit.

Si concidere vitio locorum mulier ſolet, cochleæ cum teſtis ſuis comburendæ conterendǽque, deinde his mel adiiciendum eſt.Si non comprehendit ,adeps leonina ex roſa mollienda eſt.

DE MEDICAMENTIS QVIBVS ARIDIS vtimur, Cap. XXII.

Ad carnem ſupercreſcentem exedendam.

QVædam autem miſturæ medicamētorum ſunt quibus aridis neque coactis vtimur,ſic vt inſpergamus, aut cum aliquo liquido miſta illinamus: quale eſt ad carnem ſupercreſcentem exedendam, quod habet ſquamæ, fuliginis thuris,ſingulorum P.I.✳. æruginis P.II.✳. Hæc autem eadem cum melle purgant vlcera, cum cera implent.Miſy quoque & galla,ſi paribus portionibus miſceātur,corpus conſumunt, eáque vel arida inſpergere licet, vel excepta Cadmia,illinire.

Ad putrem carnem continendam,ne vltra ſerpat,eámque leniter exedendam plures compoſitiones.

Putrem verò carnem continet, neque vltrà ſerpere patitur,& leniter exeſt,mel,vel cum lēticula,vel cum marrubio, vel cum oleæ foliis, antè ex vino decoctis. Item

ſertula campana in mulſo cocta, deinde contrita, aut calx cum cerato, aut amaræ nuces cum allio, ſic vt huius pars tertia ſit. Paulúmque his croci adiiciatur: aut quod habet ſpumæ argenti P.vi.✱. cornu bubuli combuſti P.xii.✱. olei myrtei, & vini cyathos ternos: aut quod ex his conſtat, Floris Punici mali, atramenti ſutorii, aloes, ſingulorum P.ii.✱. aluminis ſciſſilis, thuris, ſingulorum P.iiii.✱. gallæ P.viii.✱. ariſtolochiæ P.x.✱. Vehementius idem facit etiam adurendo auripigmentum cum chalcitide, & aut nitro, aut calce, aut charta combuſta: item ſal cum aceto. Vel ea compoſitio quæ habet chalcitidis, capitulorũ Punici mali, aloes, ſingulorum P.ii.✱. aluminis ſciſſilis, thuris, ſingulorum P.iiii.✱. gallæ P.viii.✱ ariſtolochiæ P.x.✱. mollis quãtum ſatis ſit ad ea cogenda: vel cantharides P.i.✱. ſulphuris P.i.✱. lolii P.iii.✱. Quibus adiicitur picis liquidæ quantum ſatis eſt: adiungendum mel, chalcitis quoque cum reſina & ruta miſta, aut cum eadẽ reſina diphryges, aut vua taminia, cum pice liquida: idẽ verò poſſunt fæces vini combuſtæ, & calcis, & nitri pares portiones, vel aluminis ſciſſilis P.✱.33. thuris, ſandaracæ, nitri, ſingulorum P.i.✱. gallæ P.viii.✱. ariſtolochiæ P.x.✱. mellis quantum ſatis eſt.

Hieræ compoſitio.

Eſt etiam Hieræ compoſitio quæ habet myrrhæ, chalcitidis, ſingulorum P.ii.✱. aloes, thuris, aluminis ſciſſilis, ſingulorum P.iiii.✱. ariſtolochiæ, gallæ immaturæ, ſingulorum P.viii.✱. malicorii contriti P.xx.✱.

Iudæi compoſitio.

Eſt & Iudæi in qua ſunt calcis partes duæ, nitri quãruberrimi pars tertia: quæ vrina impuberis pueri coguntur, donec ſtrigmẽti craſſitudo ſit. Sed ſubinde is locus cui id illinitur, madefaciendus eſt.

Iollæ compoſitio.

At Iollas, chartæ combuſtæ, ſandarachæ, ſingulorum P.i.✱. calcis P.ii.✱. auripigmenti tantundem miſcebat.

Ad ſanguinis profluuia vel ex membrana cerebri, vel aliis locis, & ad cancrum, & ad inducendam cicatricem, & ad coercendam carnem creſcentem.

Si verò ex membrana, quæ ſuper cerebrum eſt, profluit ſanguis, vitellus combuſtus & contritus inſpergi debet, ſi alio loco ſanguinis profluuium eſt, auripigmenti, ſquamæ æris, ſingulorum P.i.✱. ſandaracæ P.ii.✱. marmoris cocti P.iiii.✱. inſpergi debet: eadem cancro quoque obſiſtunt. Ad inducendam cicatricem, ſquamæ æris, thuris fuliginis, ſingulorum P.ii.✱. calcis P.iiii.✱. eadem increſcentem quoque carnem coercent.

Timæi compoſitio ad ignem ſacrum vel cancrum.

Timæus autem ad ignem ſacrum, vel ad cancrum his vtebatur, myrrhæ. P.ii.✱. thuris, atramenti ſutorii, ſingulorum P.iii.✱. ſandaracæ, auripigmenti, ſquamæ æris, ſingulorum P.iiii.✱. gallæ P.vi.✱. ceruſſæ combuſtæ P.viii.✱. Eadem vel arida inſperſa, vel melle excepta idẽ præſtant.

Ad ſternutamenta excitanda.

Sternutamenta verò vel albo veratro, vel ſtruthio cõiecto in nares excitantur, vel his miſtis, piperis, veratri albi, ſingulorum P.✱.3. caſtorii pondo i.✱. ſpumæ nitri P.ii.✱. ſtruthii P.iii.✱.

Gargarizationes quibus fieri debeant.

Gargarizationes autem aut leuandi cauſa fiunt, aut reprimẽdi, aut euocandi. Leuant, lac, cremor, vel ptiſſanæ vel furfurum: reprimit aqua in qua vel lenticula, vel roſa, vel rubus, vel cotoneum malum, vel palmulæ decoctæ ſunt. Euocant, ſinapi, piper.

DE ANTIDOTIS, QVIBVS MALIS opitulentur. Cap. XXIII.

ANtidota rarò, ſed præcipuè interdũ neceſſaria ſunt, quia grauiſſimis caſibus opitulantur. Ea rectè quidem dantur colliſis corporibus vel per ictus, vel vbi ex alto deciderunt, vel in viſcerum, laterum, faucium, interiorúmque partium doloribus. Maximè autem deſiderãda ſunt aduerſus venena, vel per morſus, vel per cibos, aut potiones noſtris corporibus inſerta.

Compoſitio antidoti.

Vnum eſt quod habet lacrymæ papaueris P.✱.3. acori, malobatri P.v.✱. iridis Illyricæ, gummi, ſingulorum P.ii.✱. aniſi P.iii.✱. nardi gallici, foliorum roſæ aridorum, cardamomi, ſingulorum P.iiii.✱. petroſelini P.✱.iiii.3, trifolii P.v.✱. caſiæ nigræ, ſilis, bdellii, balſami, ſeminis piperis albi, ſingulorum P.✱.3. ſtyracis P.✱.3. myrrhæ, opopanacis, nardi Syri, thuris maſculi, hypociſtidis, ſucci ſingulorum P.vi.✱. caſtorii P.vi.✱. coſti, piperis albi, galbani, reſinæ terebinthinæ, croci, floris iunci rotundi, ſingulorum P.✱.vi.3. dulcis radicis P.viii.✱.3. quæ vel melle vel paſſo excipiuntur.

Aliud antidotum Ambroſia nominatum, quod Zopyrus Ptolemæo regi compoſuit.

Alterum quod Zopyrus regi Ptolemæo dicitur cõpoſuiſſe, atque Ambroſiã nominaſſe, ex his cõſtat: Coſti, thuris maſculi, ſingulorum P.v.✱. piperis albi P.✱.3. floris iunci rotundi P.ii.✱. cinnamomi P.iii.✱, caſiæ nigræ P.iiii.✱. croci Cilicii P.✱.iiii.3. myrrhæ quam ſtactem nominat P.v.✱. nardi Indici P.✱.v.3. Quæ ſingula contrita melle cocto excipiuntur: deinde vbi vtẽdum eſt, id quod Ægyptiæ fabæ magnitudinem impleat in potione vini diluitur.]

Antidotum Mithridatis.

Nobiliſſimum autem eſt Mithridatis quod quotidie ſumendo rex ille dicitur aduerſus venenorum pericula tutum corpus ſuum reddidiſſe. In quo hæc ſunt: coſti P.✱.S.3. acori P.v.✱. hyperici, cumini, ſagapeni, acaciæ ſucci, iridis Illyricæ, cardamomi, ſingulorum P.ii.✱. aneſi P.iii.✱. nardi Gallici, gentianæ, radicis, aridorum roſæ foliorum, ſingulorum P.iiii.✱. papaueris lacrymæ, petroſelini, ſingulorũ P.✱.iiii.3. caſiæ, ſilis, lolii, piperis longi, ſingulorum P.vi.✱. ſtyracis P.✱.v.3. caſtorii, thuris, hypociſtidis ſucci, myrrhæ, opopanacis, ſingulorum P.vi.✱. malobathri folii P.vi.✱. floris iunci rotundi, reſinæ terebinthinæ, galbani, dauci Cretici ſeminis, ſingulorũ P.✱.v.3. nardi, opobalſami, ſingulorum P.✱.vi.3. thlapſis P.✱.v.33 radicis põticæ P.vii.✱. croci, zingiberis, cinnamomi, ſingulorũ P.✱.viii.3. Hæc contrita melle excipiuntur, & aduerſus venenum, quod magnitudinem nucis Græcæ impleat, ex vino datur. In cæteris autem affectibus corporis pro modo eorum, vel quod Ægyptiæ fabæ, vel quod erui magnitudinem impleat ſatis eſt.

DE ACOPIS, Cap. XXIIII.

Acopum neruis vtile.

ACopa quoque vtilia neruis ſunt: quale eſt quod habet floris iunci rotundi P.✱.ii.33. coſti, iunci quadrati, lauri baucarum, ammoniaci, cardamomi, ſingulorũ P.✱.iiii.3. myrrhæ, æris combuſti, ſingulorum P.vii.✱. iridis Illyricæ, ceræ, ſingulorum P.iiii.✱. Alexandrini calami, iunci rotundi, aſpalathi, xylobalſami, ſingulorum P.xviii.✱. ſeui P.i.✱. vnguenti irini cyathum.

Acopum Euodes neruis vtile.

Alterum quod εὐώδες vocant, hoc modo fit, ceræ P.✱.3. olei tantundem, reſinæ terebinthinæ ad nucis iuglandis magnitudinem ſimul incoquuntur, deinde infuſa in mortario teruntur, inſtillatúrque ſubinde quamoptimi mellis acetabulum, tum irini vnguenti, & roſæ terni cyathi.

Enchriſta ad vlcera purganda & implenda.

Ἐγχριστὰ autem Græci vocant liquida quæ illinuntur: quale eſt quod fit ad vlcera purganda, & implenda maximè inter neruos, paribus portionibus inter ſe miſtis, butyri, medullæ vitulinæ, ſeui vitulini, adipis anſerinæ, ceræ, mellis, reſinæ terebinthinæ, roſæ, olei cicini. Quæ ſeparatim omnia liquantur, deinde liquida miſcẽtur, & tum ſimul teruntur. Et hoc quidem magis purgat: magis verò emollit, ſi pro roſa cyprus infunditur.

Ad ſacrum ignem.

Ad ſacrum ignem ſpumæ argenti P.vi.✱. cornu bubuli combuſti P.ii.✱. conteruntur, adiicitúrque inuicem vinum, & id quod ſpecialiter ſil vocatur, & myrteum, donec vtriuſque terni cyathi conficiantur.

DE CATAPOTIIS, Cap. XXV. A

Catapotium ad ſomnum accerſendum,& leuationem doloris, & ſimul ad cōcoquendum.

CAtapotia quoque multa ſunt,variiſque de cauſis fiũt.
Anodyna vocant quæ ſomno dolorem leuant : qui-
bus vti,niſi nimia neceſſitas vrget, alienum eſt. Sunt e-
nim ex vehemētibus medicamētis, & ſtomacho alienis.
Poteſt tamen etiam ad cōcoquēdũ quod habet papaue-
ris lacrymæ,galbani,ſingulorum P.I.✱. myrrhæ,caſtorei,
piperis,ſingulorũ P.II.✱.Ex quibus quod erui magnitudi B
nem habet, ſatis eſt deuoraſſe.

Catapotium valentius ad ſomnum.

Alterum ſtomacho peius, ad ſomnum valentius,ex
his fit,mandragoræ P.✱.3. apii ſeminis, item hyoſcyami
ſeminis,ſingulorum P.IIII.✱.quæ ex vino teruntur.Vinũ
autem eiuſdem magnitudinis quæ ſuprà poſita eſt, abũ-
de eſt ſumpſiſſe.

Catapotium ad plurimos dolores per ſomnum leniendos.

Siue autem capitis dolores,ſiue vlcera, ſiue lippitu- C
do,ſiue dentes,ſiue ſpiritus difficultas, ſiue inteſtinorum
tormenta, ſiue inflammatio vuluæ eſt ſiue coxa, ſiue ie-
cur,aut lienis, aut latus torquet, ſiue vitio locorum ali-
qua prolabitur,& obmuteſcit, occurrit dolori per quietē
eiuſmodi catapotium:Silis,acori,rutæ ſylueſtris,ſeminis,
ſingulorum P.I.✱. caſtorei, cinnamomi, ſingulorum P.
II.✱.papaueris lacrymæ,panacis,radicis mādragoræ,ma-
lorum aridorum,iunci rotundi floris,ſingulorum P.II.✱.
piperis grana LVI.✱. Hæc per ſe contrita, rurſus inſtilla-
to ſubinde paſſo,ſimul omnia teruntur, dònec craſſitudo D
ſordium fiat : ex eo paulum aut deuoratur, aut aqua dilui
tur,& potui datur.

Catapotium aliud ad multa valens.

Quinetiam ſylueſtris papaueris quum iam ad exci-
piendam lacrymam maturum eſt, manipulus qui manu
comprehendi poteſt,in vas demittitur, & ſuperinfundi-
tur aqua,quæ id contegat,atque ita coquitur. Vbi iam be
ne manipulus is coctus eſt,ibidem expreſſius proiicitur,
& cum eo humore,paſſi pari menſura miſcetur,inferuét-
que donec craſſitudinem ſordium habeat. Quum infri E
xit,catapotia ex eo fiunt ad noſtræ fabæ magnitudinem,
habéntque vſum multiplicem.Nam & ſomnum faciunt
vel per ſe aſſumpta, vel ex aqua data, & aurium dolores
leuant,adiectis exiguo modo rutæ ſucco ac paſſi. Et tor-
mina ſupprimunt ex vino liquata, & inflammationem
vuluæ coercent,miſta cerato ex roſa facto,quum paulum
his croci quoque acceſſit:& ex aqua fronti inducta pitui-
tam in oculos decurrentem tenent.

Catapotium ad inducendum ſomnum, quod vulua dolens prohibuit. F

Item ſi vulua dolens ſomnum prohibuit, croci P.
II.✱. aniſi,myrrhæ,ſingulorum P.I.✱.papaueris lacrymæ,
P.IIII.✱cicutæ ſeminis P.VIII.✱.miſcentur,excipiuntúr-
que vino vetere,& quod lupini magnitudinem habet,in
tribus cyathis aquæ diluitur.Id tamen in febre periculo-
ſè datur.

Ad iecur ſanandum.

Ad ſanandum iecur nitri P.✱.3. croci,myrrhæ,nar-
di Gallici,ſingulorum P.I.✱. melle excipiũtur, datúrque
quod Ægyptiæ fabæ magnitudinem habeat. G

Ad finiendos dolores lateris.

Ad lateris dolores finiendos, piperis, ariſtolochiæ,
nardi,myrrhæ pares portiones.

Ad thoracis dolores finiendos.

Ad thoracis,nardi P.I.✱. thuris,caſiæ,ſingulorum P.
III.✱.myrrhæ,cinnamomi,ſingulorum P.VI.✱. croci P.
P.VIII.✱. reſinæ terebinthinæ quadrans, mellis heminæ
tres.

Catapotium Athenionis ad tuſſim.

Ad tuſſim Athenionis, myrrhæ, piperis, ſingulorũ H
P.I.✱. caſtorei, papaueris lacrymæ, ſingulorum P.I.✱.
Quæ ſeparatim contuſa,poſtea iunguntur,& ad magnitu-
dinem fabæ noſtræ,bina catapotia manè:bina noctu dor
mituro dantur.

Catapotium Heraclidis Tarentini,ad tuſſim & ſomnum.

A Si tuſſis ſomnum prohibet, ad vtrunque Heraclidis
Tarentini,croci P.I.✱. cinnamomi, caſtorei, papaueris
lacrymæ,ſingulorum P.I.✱. myrrhæ,piperis longi, coſti,
galbani,ſingulorum P.✱.3.

Catapotium ad purganda vlcera in faucibus tuſſientibus.

Quòd ſi purgāda ſunt vlcera in faucibus tuſſientibus,
panacis,myrrhæ, reſinæ terebinthinæ, ſingulorũ P.V.✱.
B galbani P.✱.3. hyſſopi P.✱.3. conterenda ſunt,hiſque he
mina mellis adiicienda,& quod digito excipi poteſt,de-
uorandum eſt.

Colicæ Caſſii medici.

Colicæ verò Caſſii ex his conſtat, croci,aniſi,caſto-
rei, ſingulorum.P. III.✱. petroſelini P.IIII.✱. piperis &
longi & rotundi,ſingulorum P.V.✱. papaueris lacrymæ,
iunci rotundi,myrrhæ,nardi,ſingulorum P.VI.Quæ mel-
le excipiuntur:id autem & deuorari poteſt, & ex aqua ca-
lida ſumi.

C Ad infantem mortuum aut ſecundas impellendas.

Infantem verò mortuum, aut ſecundas expellit a-
quæ potio,cui ſalis ammoniaci. PI.✱. aut cui dictamni
Cretici P.I.✱. adiectum eſt.

Laborantibus ex partu quid dari debate

Ex partu laborantibus eriſimum ex vino tepido ie-
iunæ dari debet.

Ad adiuuandam vocem.

Vocem adiuuat thuris P.I.✱. in duobus cyathis vi-
D ni datum.

Aduerſus difficultatem vrinæ.

Aduerſus vrinæ difficultatem,piperis longi, caſto-
rei,myrrhæ,galbani,papaueris lacrymæ, croci, coſti, vn-
ciæ ſingulæ,ſtyracis, reſinæ terebinthinæ pondo ſextan-
tes,mel,abſinthii cyathus. Ex quibus ad magnitudinem
fabæ Ægyptiæ manè,& cœnato dari debet.

Arteriaces compoſitio quomodo fiat.

Arteriace verò hoc modo fit,caſiæ,iridis,cinnamo
mi,nardi,myrrhæ,thuris,ſingulorum P.I.✱. croci P.I.✱.
E piperis grana XXX.ex paſſi tribus ſextariis decoquuntur,
donec mellis craſſitudo his fiat,aut croci,myrrhæ,thuris,
ſingulorum P.I.✱. coniiciuntur in paſſi eundem modũ,
eodémque modo decoquuntur : aut eiuſdem paſſi hemi-
næ tres vſque eo coquũtur donec extracta inde gutta in-
dureſcat,& adiicitur tritæ caſiæ P.I.✱.

DE QVINQVE GENERIBVS NOXARVM corporis, & primò de vlneribus quæ maximè per tela inferuntur, Cap. XXVI.

F QVVM facultates medicamentorũ propoſuerim,
genera in quib⁹ noxa corpori eſt,proponã. Ea quin-
que ſunt: quum quid extrinſecus læſit, vt in vulneribus:
quũ quid intra ſeipſum corruptũ eſt, vt in cancro : quum
quid innatum eſt,vt in veſica calculus:quum quid incre-
uit,vt vena, quæ intumeſcens in varicem conuertitur:
quum quid deeſt, vt quũ curata pars aliqua eſt. Ex his a-
lia ſunt in quibus plus medicamenta, alia in quibus plus
manus proficit.Ergo dilatis iis quæ præcipuè ſcalpellũ &
manum poſtulant,nunc de iis dicam quæ maximè me-
G dicamentis egent.Diuidam autem hanc quoque curan-
di partem ſicut priorem.Et antè dicã de iis quæ in quam-
libet partem corporis incidunt : tũ de iis quæ certas par-
tes infeſtãt. Incipiam à vulneribus.In his autem ante o-
mnia ſcire medicus debet quæ inſanabilia ſint, quæ diffi
cilem curationem habeant,quæ promptiorem. Eſt enim
prudentis hominis,primùm eum qui ſeruari non poteſt,
non attingere,nec ſubire ſpeciem eius,vt occiſi, quē ſors
ipſius peremit:deinde vbi grauis metus,ſine certa tamen
deſperatione eſt,indicare neceſſariis periclitantis in dif-
H ficili rē eſſe, ne ſi victa ars malo fuerit, vel ignoraſſe,vel
fefelliſſe videatur.Sed vt hæc prudenti viro conueniunt,
ſic rurſus hiſtrionis eſt,paruã rem attollere, quò plus præ-
ſtitiſſe videatur.Obligarique æquum eſt confeſſione prō
ptæ rei, quò curioſius etiam circunſpiciat,ne quod per ſe

exiguum eſt malum,maius curantis negligentia fiat. A

Quæ vulnera inſanabilia ſint.

Seruari non poteſt cui baſis cerebri, cui cor, cui ſtomachus,cui iocinoris portæ,cui in ſpina medulla percuſſa eſt,cuique aut pulmo medius,aut ieiunum,aut tenuius inteſtinum,aut ventriculus, aut renes vulnerati ſunt, cuiue circa fauces grandes venæ vel arteriæ præciſæ ſunt.

Quæ vulnera difficilem curationem habeant.

Vix autem ad ſanitatem perueniunt quibus vlla parte pulmo,aut iocinoris craſſum,aut membrana quæ continet cerebrum,aut lienis, aut vulua,aut veſica, aut vllum B inteſtinum, aut ſeptum tranſuerſum vulneratum eſt. Hi quoque in præcipiti ſunt in quibus vſque ad grandes, intuſque conditas venas, in alis vel poplitibus mucro deſedit. Periculoſa etiam vulnera ſunt vbicunque venæ maiores ſunt, quoniam exhaurire hominē, profuſione ſanguinis poſſunt:idque euenit non in alis tantùm atque poplitibus, ſed etiam in his venis quæ ad anum teſticulóſque perueniūt.Præter hæc malum vulnus eſt quodcūque in alis, vel feminibus, vel inanibus locis, vel in articulis, vel inter digitos eſt: item quodcūque muſculum, aut ner- C uum,aut arteriam,aut membranam,aut os, aut cartilaginem læſit.

Quæ vulnera tutiorem curationem habeant.

Tutiſſimum omnium quod in carne eſt,& hæc quidem loco, vel peiora, vel meliora ſunt. Modo verò periculum facit quodcunque magnum eſt.

Obſeruationes quædam & ætatis,& corporis, & vitæ,& temporis in vulneribus.

Aliquid etiam in vulneris genere,figuráque eſt.nam peius eſt quod etiam colliſum quàm quod tantùm diſciſ- D ſum eſt,adeò vt acuto quoque quàm retuſo telo vulnerari commodius ſit. Peius etiam vulnus eſt ex quo aliquid exciſum eſt,ex quóve caro alia parte abſciſſa,alia dependet.Peſſima quæq; plaga in orbē eſt: tutiſſima quæ lineæ modo recta eſt. Quò deinde propius huic illive figuræ vulnus eſt,eò vel deterius vel tolerabilius eſt: quinetiam confert aliquid & ætas, & corpus, & vitæ propoſitum, & anni tempus: quia facilius ſaneſcit puer, vel adoleſcens quàm ſenior, valens quàm infirmus, neque nimis tenuis, neque nimis plenus, quàm ſi alterum ex his eſt: integri E habitus quàm corrupti, exercitatus quàm iners, ſobrius & temperans quàm vino venerique deditus. Opportuniſſimúmque curationi tempus vernum eſt,aut certè neque feruens, neque frigidum. Siquidem vulnera & nimius calor, & nimium frigus infeſtant: maximè tamen horum varietas: ideóque pernicioſiſſimus autumnus eſt. Sed pleraque ex vulneribus oculis ſubiecta ſunt, quorundam ipſæ ſedes indices ſunt,quas alio loco demonſtrauimus,quum poſitus interiorum partium oſtendimus. Veruntamen quia quædam vicina ſunt,intereſt quóque vul- F nus in ſumma parte ſit, an penitus penetrauerit: neceſſarium eſt notas ſubiicere per quas quid intus actū ſit,ſcire poſſimus,& ex quibus vel ſpes vel deſperatio oritur.

Signa percuſſi cordis.

Igitur corde percuſſo,ſanguis multus effertur,venæ languēſcunt,color pallidiſſimus,ſudores frigidi,malique odoris, tanquam irrorato corpore oriuntur, extremiſque partibus frigidis,matura mors ſequitur.

Signa pulmonis icti.

Pulmone verò icto, ſpirandi difficultas eſt, ſanguis G ex ore ſpumans,ex plaga rubens, ſimúlque etiam ſpiritus cum ſono fertur: in vulnus inclinari iuuat: quidam ſine ratione conſurgunt. Multi ſi in ipſum vulnus inclinati ſunt,loquuntur,ſi in aliam partem,obmuteſcunt.

Signa iocinoris vulnerati.

Iocinoris autem vulnerati notæ ſunt,multus ſub dextra parte præcordium profuſus ſanguis,ad ſpinā reducta præcordia,in ventrē cubandi dulcedo, punctiones doloréſq; vſque ad iugulū,iunctúmque ei latus ſcapularū,os intentum:quibus nonnunquā etiamublioſus vomitus accedit. H

Signa percuſſorum renum.

Renibus verò percuſſis,dolor ad inguiná teſticulóſque deſcendit, difficulter vrina redditur, eáque aut eſt cruenta,aut cruor fertur.

Signa vulnerati lienis.

At liene icto, ſanguis niger à ſiniſtra parte prorumpit, præcordia cum ventriculo ab eadem parte indureſcunt,ſitis ingens oritur,dolor ad iugulum,ſicut iocinore vulnerato,venit.

Signa percuſſæ vuluæ.

At quum vulua percuſſa eſt,dolor inguinibus & coxis & femoribus eſt. Sanguinis pars per vulnus, pars per naturale deſcendit, vomitus bilis inſequitur. Quædam obmuteſcunt, quædam mente labuntur, quædam ſui cōpotes, neruorum oculorúmque dolore vrgeri ſe confitentur,morientéſque tandem,eadem quæ corde vulnerato patiuntur.

Signa percuſſi cerebri,vel membranæ eius.

Sin cerebrum membranáve eius vulnus accepit,ſanguis per nares, quibuſdam etiam per aures exit, feréque bilis vomitus inſequitur. Quorundam ſenſus obtunduntur,appellatique ignorant:quorundā trux vultus eſt,quorundam oculi quaſi reſoluti,huc atque illuc mouētur.Feréque tertio vel quinto die delirium accedit. Multorum etiam nerui diſtenduntur. Ante mortem autem plerique faſcias quibus caput deligatum eſt lacerant, ac nudum vulnus frigori obiiciunt.

Signa percuſſi ſtomachi.

Vbi ſtomachus autē percuſſus eſt,ſingultus & bilis vomitus inſequitur.Siquid cibi vel potionis aſſumptum eſt, id redditur citó. Venarum motus elangueſcunt, ſudores tenues oriuntur,per quos extremæ partes frigeſcunt.

Signa ieiuni inteſtini,& ventriculi vulnerati, & aliorum inteſtinorum.

Communes verò ieiuni inteſtini,& ventriculi vulnerati notæ ſunt.nam cibus & potio per vulnus exeunt, præcordia indureſcunt, nonnunquam bilis per os redditur. Inteſtino tantùm ſedes inferior eſt. Cætera inteſtina icta vel ſtercus vel odorem eius exhibent.

Signa percuſſæ medullæ quæ in ſpina eſt.

Medulla verò quæ in ſpina eſt diſcuſſa,nerui reſoluuntur aut diſtenduntur, ſenſus intercidit: interpoſito tempore aliquo ſine voluntate inferiores partes vel ſemen, vel vrinam,vel etiam ſtercus excernunt.

Signa ſepti tranſuerſi percuſſi.

At ſi ſeptum tranſuerſum percuſſum eſt, præcordia ſurſum contrahuntur, ſpina dolet, ſpiritus rarus eſt, ſanguis ſpumans fertur.

Signa veſicæ vulneratæ.

Veſica verò vulnerata,dolent inguina:quod ſuper pubem eſt,intenditur:pro vrina ſanguis,aut ex ipſo vulnere vrina deſcēdit,ſtomachus afficitur. Itaque aut bilem vomunt,aut ſingultiunt,frigus,& ex eo mors ſequitur.

De ſanguine,& ſanie, & pure,& eorum ſpeciebus,quando meliora deterioráve ſint.

His cognitis,etiam nunc quædam alia noſcenda ſunt, ad omnia vulnera vlceráq; de quibus dicturi ſumus pertinentia.Ex his autem exit ſanguis,ſanies,pus.Sanguis omnibus notus eſt: ſanies eſt tenuior hoc, varie craſſa & glutinoſa, & colorata. Pus craſſiſſimū albidiſſimúmque, glutinoſius & ſanguine & ſanie. Exit autem ſanguis ex vulnere recenti aut iam ſaneſcente.Sanies eſt inter vtrunque tempus: pus ex vlcere iam ad ſanitatem ſpectante. Rurſus & ſanies & pus quaſdam ſpecies Græcis nominibus diſtinctas habent. Eſt enim quædam ſanies quæ vel ἰχὼρ vel meliceria nominatur: eſt pus quod ἐλαιῶδες appellatur. ἰχὼρ tenuis, ſubalbidus ex malo vlcere exit, maximéque vbi neruo læſo inflammatio ſequuta eſt: meliceria craſſior & glutinoſior,ſubalbida,mellique albo ſubſimilis fertur. Hæc quoque ex malis vlceribus, vbi nerui circa articulos læſi ſunt,& inter hæc loca,maximè ex genibus.Ελαιῶδες tenue,ſubalbidum,quaſi vnctū colore atque pinguitudine,oleo albo nō diſſimile, apparet in magnis vlceribus ſaneſcentibus. Malus autem eſt ſanguis nimium,aut tenuis,aut craſſus, colore vel liuidus, vel niger, aut pituita mixtus,aut varius. Optim⁹ calidus,rubēs, modicè craſſus,non glutinoſus.Itaque protinus eius vulneris expedita magis curatio eſt ex quo ſanguis bonus fluxit.

A Itémque poſtea ſpes in his maior eſt, ex quibus melioris generis quæque proueniũt. Sanies igitur mala eſt, multa, nimis tenuis, liuida, aut pallida, aut nigra, aut glutinoſa, aut mali odoris, aut quæ & ipſum vlcus, & iunctam ei cutem erodit: melior non multa, modicè craſſa, ſubrubicũda, aut ſubalbida. Iχὼρ autem peior eſt multus, craſſus, ſubliuidus, aut ſubpallidus, glutinoſus, ater, calidus, mali odoris. Tolerabilior eſt ſubalbidus qui cætera omnia contraria prioribus habet. Meliceria autem mala eſt multa, & percraſſa, melior quæ & tenuior, & minus copioſa eſt. B pus inter hæc optimum eſt. Sed id quoque peius eſt multum, tenue, dilutum, magíſque ſi ab initio tale eſt. Itémque ſi colore ſero ſimile, ſi pallidum, ſi liuidum, ſi fæculẽtum eſt: præter hæc, ſi malè olet, niſi tamen locus hunc odorem excitat. Melius eſt, quo minus eſt, quo craſſius, quo albidius, itémque ſi leue eſt, ſi nihil olet, ſi æquale eſt: modo tamen cõuenire & magnitudini vulneris & tempori debet. nam plus ex maiore, plus nondum ſolutis inflammationibus naturaliter fertur. Elæodes quoque peius eſt multum, & parum pingue, quo minus etiam quoque C idipſum pinguius, eo melius eſt.

Curatio aduerſus profuſionem ſanguinis in vulneribus.

Quibus exploratis, vbi aliquis ictus eſt qui ſeruari poteſt, protinus proſpicienda duo ſunt, ne ſanguinis ſit profuſio, néve inflammatio interimat. Si profuſionem timemus, quod ex ſede vulneris & magnitudine eius, & ex impetu ruentis ſanguinis intelligi poteſt, ſiccis linamentis vulnus implendum eſt, ſupráque imponenda ſpongia ex aqua frigida expreſſa, ac manu ſuper comprimenda: ſi D parum ſic ſanguis conquieſcit, ſæpius linamenta mutanda ſunt. Et ſi ſicca parum valent, aceto madefaciẽda ſunt. id vehemens ad ſanguinem ſupprimendum eſt. Ideóque quidam id vulneri infundũt. Sed alius rurſus metus ſubeſt, ne nimis valenter ibi retenta materia, magnã inflammationem poſtea moueat. Quæ res efficit vt neque rodentibus medicamentis, neque adurentibus, & ob idipſum inducentibus cruſtam, ſit vtendum, quanuis pleraque ex his ſanguinem ſupprimunt: ſed ſi ſemel ad ea decurritur, potius quæ mitius idem efficiunt. Quòd ſi illa E quoque profluuio vincuntur, venæ quæ ſanguinem fundunt apprehendendæ, circáque id quod ictum eſt, duobus locis deligandæ, intercidendæque ſunt, vt & in ſe ipſæ coeant, & nihilominus ora præcluſa habeant: vbi ne id quidem res patitur, poſſunt ferro candenti aduri. Sed etiam ſatis multo ſanguine effuſo ex eo loco quo neque neruus neque muſculus eſt, vt puta in fronte vel ſuperiore capitis parte, commodiſſimum tamen eſt cucurbitulam admouere à diuerſa parte, vt illuc ſanguinis curſus reuocetur.

F Curationes aduerſus vulnerum inflammationem.

Et aduerſus profuſionem quidem in his auxilium eſt: aduerſus inflammationem autem in ipſo ſanguinis curſu, ea timeri poſſunt, vbi læſum eſt vel os, vel neruus, vel cartilago, vel muſculus: aut vbi parum ſanguinis pro modo vulneris fluxit. Ergo quoties quid tale erit, ſanguinem maturè ſupprimere non oportebit, ſed pati fluere, dum tutum erit: adeò vt ſi parum fluxiſſe videbitur, mitti quoque ex brachio debeat, vtique ſi corpus iuuenile, & robuſtum, & exercitatum eſt: multóque magis ſi id vulG nus ebrietas præceſſit. Quòd ſi muſculus læſus videbitur, præcidendus erit. nam percuſſus mortiferus eſt, præciſus ſanitatem recipit.

De glutinatione vulnerum.

Sanguine autem vel ſuppreſſo, ſi nimius erumpit: vel exhauſto, ſi per ſe parum fluxit, longè optimum eſt vulnus glutinari. Poteſt autem id vel quod in cute vel etiam in carne eſt, ſi nihil ei præterea mali accedit. Poteſt caro alia parte dependens, alia inhærens, ſi tamen etiamnum integra eſt, & coniunctione corporis fouetur. In his verò H quæ glutinantur duplex curatio eſt. nam ſi plaga in molli parte ſui debet, maximéque ſi diſciſſa auris ima eſt, vel imus naſus, vel frons, vel bucca, vel palpebra, vel labrum, vel circa guttur cutis vel venter. Si verò in carne vulnus eſt, hiátque, neque in vnum oræ facilè attrahuntur, ſutura quidem aliena eſt: imponendæ verò fibulæ ſunt (ἀγκτῆρας Græci nominant) quæ oras paulum tamen contrahunt, quò minus lata poſtea cicatrix ſit. Ex his autem colligi poteſt, id quoque quod alia parte dependens, alia inhærebit, ſi alienatum adhuc nõ eſt, ſuturam, an fibulam poſtulet. Ex quibus neutra antè debet imponi quàm intus vulnus purgatum eſt, nequid ibi concreti ſanguinis relinquatur. Id enim & in pus vertitur, & inflammationem mouet, & glutinari vulnus prohibet. Ne linamẽtum quidem quod ſupprimendi ſanguinis cauſa inditum eſt, inibi relinquendum eſt. nam id quoque inflammat. Comprehendi verò ſutura vel fibula non cutem tantùm, ſed aliquid etiam ex carne, vbi ſuberit hæc, oportebit, quò valentius hæreat, neque cutem abrumpat. Vtraque optima eſt ex acia molli non nimis torta, quò mitius corpori inſidat. Vtraque neque nimis rara, neque nimis crebra iniicienda eſt: ſi nimis rara eſt, non continet: ſi nimis crebra eſt, vehementer afficit: quia quo ſæpius acus corpus tranſiuit, quóque plura loca iniectum vinculũ mordet, eo maiores inflammationes oriuntur, magíſque æſtate. Neutra etiam vim vllam deſiderat: ſed eatenus vtilis eſt qua cutis ducentem, quaſi ſua ſponte ſubſequitur. Fere tamen fibulæ latius vulnus eſſe patiuntur. Sutura oras iungit, quæ ne ipſæ quidem inter ſe contingere ex toto debẽt, vt ſiquid intus humoris concreuerit, ſit quâ emanet. Siquod vulnus neutrũ horum recipit, id tamen purgari debet, deinde omni vulneri primò imponenda eſt ſpongia ex aceto expreſſa: ſi ſuſtinere aliquis aceti vim non poteſt, vino vtendum eſt. Leuis plaga iuuatur etiamſi ex aqua frigida expreſſa ſpongia imponitur. Sed ea quocunque modo impoſita eſt, dum madet prodeſt: itaque vt inareſcat, non eſt committendum. licétque ſine peregrinis, & conquiſitis, & compoſitis medicamentis vulnus curare. Sed ſiquis huic parum confidit, imponere medicamentum debet quod ſine ſeuo compoſitum ſit ex iis quæ cruẽtis vulneribus apta eſſe propoſui: maximéque ſi caro eſt, barbarum: ſi nerui, vel cartilago, vel aliquid ex eminentibus, quales aures vel labra ſunt, Polybii ſphragidem. Alexandrinum quoque viride neruis idoneum eſt, eminẽtibúſque partibus ea quam Græci ῥάπτουσαν vocãt. Solet etiam colliſo corpore exigua parte findi cutis. Quod vbi incidit, non alienum eſt ſcalpello latius aperire, niſi muſculi neruíque iuxta ſint, quos incidi nõ expedit. Vbi ſatis diductum eſt, medicamentum imponendum eſt. At ſi id quod colliſum eſt, quanuis parum diductum eſt, latius tamen aperiri propter neruos aut muſculos non licet, adhibenda ſunt ea quæ humorem leniter extrahãt, præcipuéque ex iis id quod rhypodes vocari propoſui. Non alienum eſt, etiam vbicunque vulnus graue eſt impoſitum, quo id iuuetur, inſuper circundare lanam ſuccidã ex aceto & oleo: vel cataplaſma, ſi mollis is locus eſt, quod leniter reprimat: ſi neruoſus aut muſculoſus, quod emolliat.

Quomodo vulnus ligari conueniat.

Faſcia verò ad vulnus deligandum, lintea aptiſſima eſt, eáque lata eſſe debet, vt ſemel iniecta non vulnus tantùm, ſed paulum vtrinque etiam oras eius comprehendat. Si ab altera parte caro magis receſſit, ab ea melius attrahitur: ſi æquè ab vtraque, tranſuerſa comprehendere oras debet: aut ſi id vulneris ratio non patitur, media primùm iniicienda eſt, vt tum in vtranque partem ducatur: ſic autem deliganda eſt vt & contineat, neque aſtringat. Quod non cõtinetur, elabitur: quod nimis aſtrictum eſt, cancro periclitatur. Hyeme ſæpius faſcia circuire debet, æſtate quoties neceſſe eſt, tum extrema pars eius inferioribus acu aſſuenda eſt. nam nodus vulnus lædit, niſi tamen longè eſt. Illo neminem decipi decet, vt propriam viſcerum curationem requirat: de quibus ſuprà poſui. nam plaga ipſa curanda extrinſecus vel ſutura vel alio medicinæ genere eſt. In viſceribus nihil mouendum eſt, niſi aut ſiquid ex iocinore, aut liene, aut pulmone duntaxat extremo depẽdeat, præcidatur. Alioquin vulnus interius, ea victus ratio, eáque medicamenta ſanabunt quæ cuique viſceri conuenire ſuperiore libro propoſui.

De ratione victus,& notis vulnerum curationibúſque eorum.

His itaque primo die ordinatis, homo in lecto collocandus eſt, iſque ſi graue vulnus eſt, abſtinere quantum vires patiuntur,ante inflãmationem à cibo debet: bibere donec ſitim finiat,aquam calidam: vel ſi æſtas eſt,neque febris,neque dolor eſt,etiam frigidam. Adeo tamẽ nihil perpetuum eſt: ſed ſemper pro viribus corporis æſtimandum,vt imbecillitas etiam cibũ protinus facere neceſſarium poſſit, tenuem ſcilicet & exiguum, qui tãtum ſuſtineat. Multique etiam ex profluuio ſanguinis intermoriẽtes,ante vllam curationem vino reficiẽdi ſunt,quod alioqui inimiciſſimum vulneri eſt. Nimis verò intumeſcere vulnus,periculoſum:nihil intumeſcere,periculoſiſſimum eſt.Illud indicium eſt magnæ inflammationis,hoc emortui corporis.Protinúſque,ſi mens homini cõſiſtit,ſi nulla febris acceſſit, ſcire licet maturè vulnus ſanum fore. Ac ne febris quidẽ terrere debet, ſi in magno vulnere dum inflatio eſt,permanet. Illa pernicioſa eſt quæ vel leui vulneri ſuperuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet, vel ſi neruorum rigor aut diſtentio quæ ex vulnere orta eſt, eam non finit. Vomitus quoque bilioſus non voluntarius,vel protinus vt percuſſus eſt aliquis,vel dum inflammatio manet,malum ſignũ eſt in his dũtaxat quorum vel nerui, vel etiam neruoſi loci vulnerati ſunt. Sponte tamen vomere non alienũ eſt, præcipuè iis quibus in conſuetudine fuit: ſed neque protinus poſt cibum,neque iam inflãmatione orta, neque quũ in ſuperioribus partib⁹ plaga eſt. Biduò ſic vulnere habito,tertio die id aperiendum, detergẽdáque ſanies ex aqua frigida eſt,eadémque rurſus iniiciẽda ſunt:quinto iam die quanta inflãmatio futura eſt, ſe oſtendit. Quo die rurſus detecto vulnere conſiderandus color eſt. Quòd ſi liuidus, aut pallidus,aut varius,aut niger eſt,ſcire licet malum vulnus eſſe:idque quandocunque animaduerſum eſt, terrere nos poteſt. Album,aut rubicũdum eſſe vlcus,commodiſſimũ eſt:item cutis dura,craſſa,dolens,periculum oſtendit. Bona ſigna ſunt vbi hæc ſine dolore tenuis & mollis eſt. Sed ſi glutinatur vulnus,aut leuiter intumuit,eadẽ ſunt imponenda quæ primò fuerũt:ſi grauis inflammatio eſt,neque glutinandi ſpes eſt,eáque pus moueãt, aquæ quoque calidæ neceſſarius vſus eſt, vt & materiã digerat,& duritiam emolliat,& pus citet. Ea ſic tẽperanda eſt vt & manu contingenti iocunda ſit: vſque eò adhibenda donec aliquid ex tumore minuiſſe, coloremq; vlceri magis naturalem reddidiſſe videatur, maximéque ſi grande vulnus eſt tetrapharmacum:ſi in articulis,digitis, locis cartilaginoſis, rhypodes. Poſt id fomentum,ſi lata plaga nõ patet,imponi protinus emplaſtrum debet, & ſi latius hiat, illud emplaſtrum liquari ex irino vnguẽto oportet: eóque illita linamenta diſponi per plagam, deinde emplaſtrum ſuprà dari, & ſuper id ſuccidam lanam, minúſque etiam quàm primò faſciæ aſtringendæ ſunt.

Curationes propriæ articulorum.

Propriè quædam in articulis viſenda ſunt,in quibus ſi præciſi nerui ſunt qui continebãt,debilitas eius partis ſequitur. Si id dubium eſt,& ex acuto telo plaga eſt, ea trãſuerſa commodior eſt:ſi retuſo & graui eſt,nullum in figura diſcrimen eſt. At viſendum eſt pus ſupra articulum an infra naſcatur:ſi ſub eo naſcitur,albúmque & craſſum diu fertur,neruũ præciſum eſſe credibile eſt. Magis quoque maiores dolores inflammationéſque quò maturius excitatæ ſunt. Quanuis autem non abſciſſus neruus eſt,tamen ſi circa tumor durus diu permanet, neceſſe eſt & diuturnum vlcus eſſe, & ſano quoque eo tumorem permanere, futurúmque eſt vt tardè membrum id extendatur vel cõtrahatur. Maior tamen in extendẽdo mora eſt, vbi recuruato articulo curatio adhibita eſt, quàm in recuruãdo eo quod rectum continuerimus. Collocari quoque membrũ quod dictum eſt ratione certa debet. ſi glutinandum eſt, vt ſuperius ſit: ſi in inflammatione eſt,vt in neutram partem inclinatum ſit:ſi iam pus profluit,vt deuexum ſit. Optimum etiam medicamentum quies eſt: moueri & ambulare,niſi ſanis, alienum eſt. Minus tamen iis eſt periculoſum qui in capite vel brachiis, quàm qui in inferiori-
A bus partibus vulnerati ſunt. Miniméque ambulatio conuenit,femine,aut crure, aut pede laborante. Locus in quo cubabit, tepidus eſſe debebit. Balneum quoque dum parum vulnus purum eſt, inter res infeſtiſſimas eſt. nam id humidum & ſordidum reddit: ex quibus ad cancrum tranſitus eſſe conſueuit. Leuis frictio rectè adhibetur, ſed his partibus quæ longius abſunt à vulnere.

Vulnus quomodo purgandum ſit.

Inflammatione finita,vulnus purgandum eſt. Id o-
B ptimè faciunt tincta in melle linamenta,ſupráque id emplaſtrum,vel enneapharmacũ dandum eſt. Tum demum verò purum vlcus eſt,quum rubet, ac nimium neque ſiccum neque humidum eſt. Ac quodcunque ſenſu caret, quod non naturaliter ſentit quod nimium aut aridũ aut humidum eſt, quod aut pallidum, aut albidum, aut liuidum,aut nigrum eſt,id purum non eſt.

Quomodo vulnus implendum ſit.

Purgato,ſequitur vt impleatur, iámque calida aqua eatenus neceſſaria eſt vt ſanies remoueatur. Lanæ ſucci-
C dæ ſuperuacuus vſus eſt. Lota melius circundatur. Ad implendum autem vulnus proficiunt quidem etiam medicamenta aliqua. Itaque ea adhiberi non alienum eſt, vt butyrum cum roſa, exigua mellis parte, aut cum eadem parte, aut cum eadem roſa tetrapharmacum, aut ex roſa linamenta:plus tamen proficit balneum rarum. Cibi boni ſucci, vitatis omnibus acribus, ſed iam plenioribus. nam & auis, & venatio, & ſuilla elixa dari poteſt. Vinum omnibus dum febris,dum inflammatio eſt, alienum eſt. Itémque vſque ad cicatricem,ſi nerui muſculive vulnera-
D ti ſunt, etiamſi altè caro, aut ſi plaga in ſumma cute generis tutioris eſt, poteſt non peruetus, modicè tamen datum, ad implendum quoque proficere. Siquid molliendum eſt quod in neruoſis locis muſculoſiſque neceſſarium eſt, cerato quoque ſuper vulnus vtendum eſt. At ſi caro ſupercreuit, modicè reprimit ſiccum linamentum, vehementius ſquama æris: ſi pus eſt quod tolli opus eſt, adhibenda ſunt etiamnum vehementiora, quæ corpus exedant. Cicatricem poſt omnia hæc commodè inducit, lycium ex paſſo aut lacte dilutum, vel etiam per ſe impo-
E ſitum ſiccum linamentum.

De vlceribus quæ extrinſecus per vulnera incidunt,curationibúſque eorum.

Hic ordo felicis curationis eſt: ſed quædam tamen periculoſa incidere conſuerunt. Interdum enim vetuſtas vlcus occupat,inducitúrque ei callus, & circum oræ craſſæ liuent, poſt quæ quicquid medicamentorum ingeritur, parum proficit: quod fere negligenter curato vlceri ſuperuenit:interdum vel ex nimia inflammatione,vel ob æſtus immodicos, vel ob nimia frigora, vel quia nimis
F vulnus aſtrictum eſt, vel quia corpus aut ſenile, aut mali habitus eſt, cancer occupat. Id genus à Græcis diductum in ſpecies eſt,noſtris vocabulis nõ eſt. Omnis autem cancer non ſolùm id corrumpit quod occupauit, ſed etiam ſerpit, deinde aliis aliiſque ſignis decernitur. Nam modò ſuper inflammationem rubor vlcus ambit,iſque cum dolore procedit: (ἐρυσιπέλας Græci nominãt) modò vlcus nigrum eſt,quia caro eius corrupta eſt: idque vehementius etiam putreſcendo intenditur. Vbi vulnus humidum eſt, & ex nigro vlcere humor pallidus fertur, malique odoris
G eſt, carunculæ corruptæ, interdum etiam nerui ac membranæ reſoluuntur, ſpecillúmque demiſſum deſcẽdit aut in latus, aut deorſum, eóque vitio nonnunquam os quoque afficitur. Modò oritur ea quam Græci γάγγραιναν appellãt: priores in qualibet parte corporis fiũt. Hæc in prominentibus membris, id eſt inter vngues & alas, vel inguina, feréque in ſenibus vel iis quorum corpus mali habitus eſt. Caro in vlcere vel nigra vel liuida eſt, ſed ſicca & arida, proximáque cutis plerunque ſubnigris puſtulis impletur, deinde ei proxima vel pallida vel liuida, fe-
H réque rugoſa ſine ſenſu eſt. Vlterior in inflãmatione eſt, omniáque ea ſimul ſerpunt: vlcus in locum puſtuloſum: puſtulæ, in eum qui pallet aut liuet: pallor aut liuor, in id quod inflammatũ eſt: inflammatio,in id quod integrum eſt,trãſit. Inter hæc deinde febris acuta oritur, ingénſque ſitis, quibuſdam etiam delirium accedit. Alii quanuis

mentis ſuæ compotes ſunt, balbutiendo tamen vix ſenſus ſuos ore explicant: incipit affici ſtomachus: fit fœdi ſpiritus ipſe odoris. Atque initium eius quidem mali recipit curationem: vbi verò penitus inſedit, inſanabile eſt, plurimíque ſub frigido ſudore moriuntur.

Curatio vlceris.

Ac pericula quidem vulnerum hæc ſunt. Vetus autem vlcus ſcalpello incidendum eſt, excidendæque eius oræ, & quicquid ſuper eas liuet, æquè incidendum. Si varicula intus eſt, quæ his ſanari prohibet, ea quoque excidenda: deinde vbi ſanguis emiſſus, nouatúmque vulnus eſt, eadem curatio adhibenda quæ in recentibus vulneribus expoſita eſt. Si ſcalpello aliquis vti non vult, poteſt ſanare id emplaſtrum quod ex ladano fit, & quū vlcus ſub eo exeſum eſt, id quo cicatrix inducitur.

Curatio eryſipelatum.

Id autem quod eryſipelas vocari dixi, non ſolùm vulneri ſuperuenire, ſed ſine hoc quoque oriri conſueuit, atque interdum periculum maius affert, vtique ſi circa ceruices aut caput conſtitit. Oportet, ſi vires patiuntur, ſanguinem mittere, deinde imponere ſimul reprimentia & refrigerantia, maximéque ceruſſam ſolani ſucco, aut cimoliam cretam aqua pluuiali exceptam, aut ex eadem aqua ſubactam farinam, cupreſſo adiecta, aut, ſi tenerius corpus eſt, lenticulam. Quicquid impoſitum eſt, betæ folio contegēdum eſt, & ſuper linteolum frigida aqua madens imponendum. Si per ſe refrigerantia parum proderunt, miſcenda erunt hoc modo, ſulphuris P. I. ✱. ceruſſæ & croci, ſingulorum P. X X. ✱. eáque cum vino conterenda ſunt, & id his illinendum: aut ſi durior locus eſt, ſolani folia contrita, ſuillæ adipi miſcenda ſunt, & illita linteolo ſuperiniiciēda. At ſi nigrities eſt, neque dum ſerpit, imponenda ſunt quæ carnem putrem lenius exedant: repurgatúmque vlcus ſic vt cætera nutriendum eſt. Si magis putre eſt, iámque procedit ac ſerpit, opus eſt vehementius erodentibus: ſi ne hæc quidem euincunt, aduri locus debet, donec ex eo nullus humor feratur. nam quod ſanum eſt, ſiccum eſt quum aduritur. Poſt vſtionem putris vlceris ſuperponenda ſunt quæ cruſtas à vino reſoluant: eas ἐσχάρας Græci vocant. Vbi exciderunt, purgandum vlcus maximè melle & reſina eſt: ſed aliis quoque purgari poteſt quibus purulenta curātur, eodémque modo ad ſanitatem perducendum eſt.

Curatio gangrænæ.

Gangrænam verò, ſi nondum planè tenet, ſed adhuc incipit, curare nō difficillimum eſt, vtique in corpore iuuenili, & magis etiā ſi muſculi integri ſunt, ſi nerui vel læſi non ſunt, vel leuiter affecti ſunt, neque vllus magnus articulus nudatus eſt: aut carnis in eo loco paulum eſt, ideóque non multum quod putreſceret, fuit, conſiſtitque eo loco vitium: quod maximè fieri in digito poteſt. In eiuſmodi caſu primum eſt, ſi vires patiuntur, ſanguinem mittere: deinde quicquid aridum eſt, & intentione quadam proximum quoque locum malè habet, vſque ad ſanum corpus concidere. Medicamenta verò, dum malum ſerpit, adhibenda nulla ſunt quæ pus mouere cōſuerunt, ideóque ne aqua quidem calida. Grauia quoque, quanuis reprimentia, aliena ſunt: ſed iis quamleuiſſimis opus eſt. ſupérque ea quæ inflammata ſunt, vtendum eſt refrigerantibus: ſi nihilo magis malum conſtitit, vri id quod eſt inter integrum ac vitiatum locum debet. Præcipuéque in hoc caſu petendū non à medicamentis ſolùm, ſed etiam à victus ratione præſidium eſt. Neque enim id malum niſi corrupti vitioſique corporis eſt. Ergo, primò, niſi imbecillitas prohibet, abſtinentia vtendum: deinde danda quæ per cibum potionémque aluum, ideóque etiam corpus aſtringant, ſed ea leuia: poſtea ſi vitium conſtitit, imponi ſuper vulnus eadem debent quæ in putri vlcere præſcripta ſunt. Ac tum quoque plenioribus cibis vti licebit ex media materia, ſic tamen nonniſi aluum corpúſque ſiccantibus: aqua verò pluuiali frigida: balneū (niſi iam certa fiducia redditæ ſanitatis eſt) alienum eſt: ſiquidem emollitum in eo vulnus, citò rurſus eodem malo afficitur. Solent verò nonnunquam nihil omnia auxilia

A proficere, ac nihilominus ſerpere his cancer. Inter quæ miſerum (ſed vnicum) auxilium eſt, vt cætera pars corporis tuta ſit, membrum quod paulatim emoritur abſcindere. Hæ grauiſſimorum vulnerum curationes ſunt. Sed ne illa quidem negligenda, vbi integra cute interior pars colliſa eſt, aut vbi deraſum attritúmve aliquid eſt, aut vbi ſurculus corpori infixus eſt, aut vbi tenue ſed altum vulnus inſedit. In primo caſu commodiſſimum eſt malicorium ex vino coquere, interiorémque eius partem con-
B terere, & cerato miſcere ex roſa facto, idque ſupponere: deinde vbi cutis ipſa exaſperata eſt, inducere lene medicamentum, quale λιπαρὰ eſt. Deraſo verò detritóque imponēdum eſt emplaſtrum tetrapharmacum, minuendúſque cibus, & vinum ſubtrahendum. Neque id, quia non habebit altiores ictus, contemnendum erit: ſiquidem ex eiuſmodi caſibus ſæpe cancri fiunt. Quòd ſi leuius id erit, & in parte exigua, contenti eſſe poterimus eodem leni medicamento. Surculum verò (ſi fieri poteſt) oportet vel manu, vel etiam ferramento eiicere: ſi vel præfractus eſt,
C vel altius deſcendit quàm vt ita fieri poſſit, medicamento euocandus eſt. Optimè autem educit ſuperimpoſita arundinis radix, ſi tenera eſt, protinus contrita: ſi iam durior, antè in mulſo decocta: cui ſemper mel adiiciendum eſt, aut ariſtolochia cum eodem melle. Peſſima ex ſurculis arundo eſt, quia aſpera eſt: eadémque offenſa etiam in filice eſt. Sed vſu cognitum eſt, vtrāque aduerſus alteram medicamentum eſſe, ſi contrita ſuperimpoſita eſt. Facit autem idem in omnibus ſurculis, quodcunque medicamentum extrahendi vim habet. Idem altis tenuibúſque
D vulneribus aptiſſimum eſt. Priori rei Philocratis, huic Hecatæi emplaſtrum maximè conuenit.

Quomodo cicatrix vulneri inducenda, purgandáque ſit.

Vbi verò in quolibet vulnere ventum ad inducendum cicatricem eſt, quod perpurgatis iam repletíſque vlceribus neceſſarium eſt, primùm ex aqua frigida linamentum, dum caro alitur, deinde quum iam continenda eſt, ſiccum imponendum eſt, donec cicatrix inducatur: tum deligari ſuper album plumbum oportet quo & re-
E primitur cicatrix, & colorem maximè ſano corpori ſimilem accipit. Idem radix ſylueſtris cucumeris præſtat: idē compoſitio quæ habet elaterii P. I. ✱. ſpumæ argenti P. II. ✱. vnguenti pondo IIII. ✱. quæ excipiuntur reſina terebinthina, donec emplaſtri craſſitudo ex omnibus fiat. Ac nigras quoque cicatrices leniter purgant paribus portionibus mixta, ærugo, plumbum elotum, eadémque roſa cocta, ſiue vngitur cicatrix (quod in facie fieri poteſt) ſiue id vt emplaſtrum imponitur: quod in aliis partibus commodius eſt. At ſi vel excreuit cicatrix, vel concaua
F eſt, ſtultum eſt decoris cauſa rurſus & dolorem & medicinam ſuſtinere: alioqui res vtrique ſuccurri patitur. ſiquidem vtraque cicatrix exulcerari ſcalpello poteſt. Si medicamentum aliquis mauult, idem efficiunt compoſitiones eæ quæ corpus exedunt. Cute exulcerata, ſuper eminentem carnem exedentia medicamenta coniicienda ſunt: ſuper concauam implentia, donec vtrunque vlcus ſanæ cuti æquetur, & tum cicatrix inducatur.

De vulneribus quæ per morſus inferuntur, eorúmque curationibus,

G Cap. XXVII.

Dixi de iis vulneribus quæ maximè per tela inferuntur: ſequitur vt de iis dicam quæ morſu fiunt, interdum hominis, interdum ſimiæ, ſæpe canis, nonnūquam ferorum animalium, aut ſerpentium. Omnis autem feræ morſus habet quoddam virus. Itaque ſi vehemēs vulnus eſt, cucurbitula admouenda eſt: ſi leuius, protinus emplaſtrum iniiciendum, præcipuéque Diogeſi: ſi id non eſt, quodlibet ex iis quæ aduerſus morſus propoſui: ſi ea non ſunt, viride Alexandrinum: ſi ne id quidem eſt, quodlibet
H non pingue ex iis quæ recentibus vulneribus accommodantur. Sal quoque his, præcipuéque ei quod canis fecit, medicamentum eſt: ſi manus vulneri imponitur, ſupérque id duobus digitis verberatur, (exſaniat enim) ac ſalſamentum quoque rectè ſuper id vulnus deligatur.

Curatio aduerſus rabioſi canis morſum.

Vtique autem ſi rabioſus canis fuit, cucurbitula virus eius extrahendum eſt: deinde ſi locus neque neruoſus neque muſculoſus eſt, vulnus id adurendum eſt: ſi vri nõ poteſt, ſanguinem homini mitti non alienum eſt. Tum vſto quidem vulneri ſuperimponenda quæ cæteris vſtis ſunt. Ei verò quod expertum ignem non eſt, ea medicamenta quæ vehementer exedũt. Póſtque nullo nouo magiſterio, ſed iam ſuprapoſito vlcus erit implendum, & ad ſanitatem perducẽdum. Quidam poſt rabioſi canis morſum protinus in balneum mittunt, ibique patiuntur deſudare, dum vires corporis ſinunt vlcere adaperto, quo magis ex eo quoque virus diſtillet, deinde multo, meracóque vino excipiunt: quod omnibus venenis contrarium eſt: ídque quum ita per triduum factum eſt, tutus eſſe homo à periculo videtur. Solet autem ex eo vulnere vbi parum occurſum eſt, aquæ timor naſci, ὑδροφοβίαν Græci appellant. Miſerrimum genus morbi, in quo ſimul æger & ſiti & aquæ metu cruciatur: quo oppreſſis in anguſto ſpes eſt. Sed vnicum tamen remedium eſt, nec opinantem in piſcinam non antè ei prouiſam proiicere. Et ſi natandi ſcientiam non habet, modò merſum bibere pati, modò attollere. Si habet, interdũ deprimere, vt inuitus quoque aqua ſatietur. ſic enim ſimul & ſitis & aquæ metus tollitur. Sed aliud periculum excipit, ne infirmum corpus in aqua frigida vexatum, neruorum diſtentio abſumat. Id ne incidat, à piſcina protinus in oleum calidum demittẽdus eſt. Antidotum autem, præcipuè id quod primo loco poſui: vbi id non eſt, aliud, ſi nondum æger aquam horret, potui ex aqua dandum eſt, & ſi amaritudine offenditur, mel adiiciendum eſt: & ſi iam is morbus occupauit, per catapotia ſumi poteſt.

Curationes communes aduerſus omnes morſus ſerpentium.

Serpentium quoque morſus non nimium diſtantem curationem deſiderant, quãuis in ea multum antiqui variarunt, vt in ſingula genera anguium ſingula medendi genera præciperent, atque aliis alia. Sed in omnibus eadẽ maximè proficiũt. Igitur in primis ſuper vulnus id membrum deligandum eſt, non tamen nimium vehementer, ne torpeat: dein venenum extrahendum eſt. Id cucurbitula optimè facit. Neque alienũ eſt antè ſcalpello circa vulnus incidere, quò plus vitiati iam ſanguinis extrahatur. Si cucurbitula non eſt (quod tamen vix incidere poteſt) tum quodlibet ſimile vas, quod idem poſſit. Si ne id quidem eſt, homo adhibendus eſt qui vulnus exugat. Neque Hercules ſcientiam præcipuam habent ii qui Pſylli nominãtur, ſed audaciam vſu ipſo confirmatam. Nam venenũ ſerpentis, vt quædam etiã venatoria venena quibus Galli præcipuè vtuntur, non guſtu, ſed in vulnere nocent. Ideóque colubra ipſa tutò eſtur, ictus eius occidit, & ſi ſtupẽte ea (quod per quædam medicamẽta circulatores faciunt) in os digitũ quis indidit, neque percuſſus eſt, nulla in ea ſaliua noxa eſt. Ergo quiſquis exemplum Pſylli ſequutus, id vulnus exuxerit, & ipſe tutus erit, & tutum hominem præſtabit. Illud ne intereat, antè debebit attendere nequod in gingiuis palatóve, aliáve parte oris vlcꝰ habeat: poſt hæc is homo loco calido collocandus eſt, ſic vt id quod percuſſum erit, in inferiorem partem inclinetur. Si neque qui exugat, neque cucurbitula eſt, ſorbere oportet ius anſerinum vel ouillum, vel vitulinum, & vomere. Viuum autem gallinaceum pullum per medium diuidere, & protinus calidum ſuper vulnus imponere, ſic vt pars interior corpori iungatur. Facit id etiam hœdus agnúſve diſciſſus, & calida eius caro ſtatim ſuper vulnꝰ impoſita. Emplaſtra quoque quæ ſuprà comprehenſa ſunt. Aptiſſimúmque eſt vel Epheſiũ, vel id quod ei ſubiectum eſt: præſénſque in aliquo antidoto præſidium eſt. Sin id non eſt, neceſſarium eſt exſorbere potionem meri vini cum pipere, vel quidlibet aliud quo calor mouẽdus eſt, ne humorem intus coire patiatur. nam maxima pars venenorum frigore interimit. Omnia etiam vrinam mouentia, quia materiam extenuant, vtilia ſunt.

Speciales curationes aduerſus ictus ſerpentium, & primò aduerſus ictum aſpidis.

Hæc aduerſus omnes ictus communia ſunt: vſus tamen ipſe docuit, eum quem aſpis percuſſit, acetũ potius bibere debere. Quod demõſtraſſe dicitur caſus cuiuſdam pueri, qui quũ ab hac ictus eſſet, & partim ob ipſum vulnus, partim ob immodicos æſtus ſiti premeretur, ac locis ſiccis alium humorem non reperiret, acetum quod fortè ſecum habebat, ebibit, & liberatus eſt. Credo quoniam id quanuis refrigerandi vim habet, tamen habet etiam diſſipandi. Quò fit vt terra reſperſa eo ſpumet. Eadem ergo vi veriſimile eſt, ſpiſſeſcentem quoque intus humorem hominis ab eo diſcuti, & ſic dari ſanitatem.

Aduerſus ictum ſcorpionis.

In quibuſdam etiam aliis ſerpentibus, certa quædam auxilia ſatis nota ſunt. nam ſcorpio ſibi ipſe pulcherrimũ medicamentum eſt, Quidam contritum cum vino bibũt: quidam eodem modo contritum ſuper vulnus imponũt: quidam ſuper prunam eo impoſito, vulnus ſuffumigant, vndique veſte circũdata, ne is fumus dilabatur, tum carbonem eius ſuper vulnus deligant. Bibere autem oportet herbæ ſolaris (quã ἡλιοτρόπιον Græci vocãt) ſemẽ, vel certè folia ex vino. Super vulnus verò etiam furfures ex aceto, vel ruta ſyluatica rectè imponitur, vel cum melle ſal toſtus. Cognoui tamen medicos qui ab ſcorpione ictis nihil aliud quàm ex brachio ſanguinem miſerunt.

Aduerſus aranei & ſcorpionis ictum.

Et ad ſcorpionis autem & ad aranei ictum, allium cum ruta rectè miſcetur, ex oleóque contritũ ſuperimponitur.

Aduerſus ceraſtis, & dipſadis, & hæmorrhoidis ictum.

At ſi ceraſtes, aut dipſas, aut hæmorrhois percuſſit, aſphodeli, quod Ægyptiæ fabæ magnitudinem æquet, arefactum, in duas potiones diuidendum eſt, ſic vt ei rutæ paulum adiiciatur. Trifolium quoque, & mentaſtrum, & cum aceto panaces æquè proficiunt: coſtúmque & caſia, & cinnamomum rectè per potionem aſſumuntur.

Aduerſus cherſydri ictum, & ceraſtis.

Aduerſus cherſydri verò ictum, panaces, aut laſer quod ſit ſcrupulorum P. I I. ✱. vel porri ſuccus cum hemina vini ſumendus eſt, & edenda multa ſatureia. Imponẽdum autem ſuper vulnus ſtercus caprinum ex aceto coctum, aut ex eodem ordeacea farina, aut ruta, vel nepeta, cum ſale contrita melle adiecto. Quod in eo quoque vulnere quod ceraſtes fecit, æquè valet.

Aduerſus phalangii ictum.

Vbi verò phalangium nocuit, præter eam curationem quæ manu redditur, ſæpe homo demittendus in ſolium eſt, dandúſque ei myrrhæ & vuæ taminiæ par modus ex paſſi hemina, vel radiculæ ſemen, aut lolii radix ex vino, & ſuper vulnus furfures ex aceto coctæ, imperandúmque vt is conquieſcat.

Aduerſus ictus Italorum anguium qui minus terribiles peregrinis ſunt.

Verùm hæc genera ſerpentium & peregrina, & aliquanto magis peſtifera ſunt, maximéque æſtuoſis locis gignuntur. Italia, frigidioréſque regiones hac quoque parte ſalubritatem habent, quòd minus terribiles angues edunt. Aduerſus quos ſatis proficit herba bettonica, vel cantabrica, vel centaurium, vel ægrimonia, vel trixago, vel perſonina, vel marinæ paſtinacæ, ſingulæ binæve tritæ, & cum vino potui datæ, & ſuper vulnus impoſitæ. Illud ignorari non oportet, omnis ſerpentis ictum & ieiuni, & ieiuno magis nocere: ideóque pernicioſiſſimi ſunt quum incubant: vtiliſſimúmque eſt, vbi ex anguibus metus eſt, nõ antè progredi quàm quis aliquid aſſumpſit.

Remedium generale aduerſus omnia venena vel in cibo, vel in potione aſſumpta.

Non tam facilè his opitulari eſt qui venenum, vel in cibo, vel in potione ſumpſerunt: primùm, quia non protinus ſentiunt, vt ab angue icti, ita ne ſuccurrere quidem ſtatim ſibi poſſunt: deinde quia noxa non à cute, ſed ab interioribus partibus incipit. Cõmodiſſimum eſt tamen, vbi primùm ſenſit aliquis, protinꝰ oleo multo epoto vomere: deinde, vbi præcordia exhauſit, bibere antidotum: ſi id non eſt, vel merum vinum.

Specialia remedia aduerſus quædam venena,& primò aduerſus cantharidas.

Sunt tamen quædam remedia propria aduerſus quædam venena,maximéque leuiora.nam ſi cantharidas aliquis ebibit,panaces cum lacte contuſa,vel galbano, vino adiecto dari,vel lac per ſe debet.

Aduerſus cicutam.

Si cicutam , vinum merũ calidum cum ruta quamplurimum ingerendum eſt,deinde is vomere cogendus: poſteáque laſer ex vino dandũ.Iſque ſi febre vacat,in calidum balneum mittendus:ſi non vacat, vngendus ex calefacientibus eſt.Poſt quæ quies ei neceſſaria eſt.

Aduerſus hyoſcyamum.

Si hyoſcyamum,feruens mulſum bibendum eſt,aut quodlibet lac,maximè tamen aſininum.

Aduerſus ceruſſam.

Si ceruſſam,ius maluæ, vel ius glandis ex vino contritæ,maximè proſunt.

Aduerſus ſanguiſugam,ſi epota eſt, & lac quod intus coiit.

Si ſanguiſuga epota eſt , acetum cum ſale bibendum eſt:ſi lac intus coiit, aut paſſum, aut coagulum , aut cum aceto laſer.

Aduerſus fungos inutiles.

Si fungos inutiles quis aſſumpſerit,radicula aut epota, aut cum ſale & aceto edenda eſt . Ipſi verò hi & ſpecie quidem diſcerni poſſunt ab vtilibus , & cocturæ genere idonei fieri. nam ſiue ex oleo inferbuerunt, ſiue piri ſurculus cum his inferbuit,omni noxa vacant.

De aduſtis corporis locis,& quomodo curari debeant.

Aduſtis quoque locis extrinſecus vis infertur:itaque ſequi videtur vt de his dicam.Hæc autem optimè curantur foliis aut lilii, aut linguæ caninæ , aut betæ in vetere vino oleóque decoctis . Quorum quidlibet protinus impoſitum,ad ſanitatem producit. Sed diuidi quoque curatio poteſt in ea quæ mediocriter exedentia reprimentiáque,primò & puſtulas prohibeāt, & ſummam pelliculam exaſperent:deinde ea quæ lenia ad ſanitatem perducāt.Ex prioribus eſt lenticulæ cum melle farina,vel myrrha, vel vino, creta cimolia cũ thuris cortice cõtrita,& aqua coacta,atque vbi vſus neceſſitas incidit,aceto diluta.Ex inſequentibus quælibet lipara . Sed idonea maximè eſt quæ vel plumbi recrementum vel vitellos habet.Eſt etiam illa aduſtorum curatio,dum inflammatio eſt,impoſitam habere cum melle lenticulã . Vbi ea declinauit,farinã cũ ruta, vel porro , vel marrubio , donec cruſtæ cadant. Tum eruum cum melle, aut irim, aut reſinam terebinthinam, donec vlcus purum ſit. Nouiſſimè ſiccum linamentum.

DE INTERIORIBVS VLCERIBVS QVAE aliqua corporum parte corrupta naſcuntur, Cap. XXVIII.

De carbunculo,& eius curatione.

Ab his quæ extrinſecus incidũt, ad ea veniendum eſt quæ interius corrupta aliqua corporum parte naſcũtur.Ex quibus non aliud carbunculo peius : eius hæ notæ ſunt. Rubor eſt,ſupérque eum non nimium puſtulæ eminent,maximè nigræ, interdum ſubliuidæ, aut pallidæ. In iis ſanies eſſe videtur, infrà color niger eſt.Ipſum corpus aridum, & durius quàm naturaliter oportet. Circa quem quaſi cruſta eſt, eáque inflammatione cingitur, neque in eo loco leuari cutis poteſt , ſed inferiori carni quaſi affixa eſt.Somnus vrget,nonnunquam horror,aut febris oritur, aut vtrunque . Idque vitium ſubtractis quaſi quibuſdam radicibus ſerpit,interdum celerius,interdũ tardius,ſuprà quoque procedẽs inalbeſcit,dein liuidum fit, circúmque exiguæ puſtulæ oriuntur : & ſi circa ſtomachum faucéſve incidit, ſubitò ſpiritũ ſæpe elidit . Nihil melius eſt quàm protinus adurere . Neque id graue eſt : nam non ſentit, quoniam ea caro mortua eſt. Finiſque adurendi eſt dum ex omni parte ſenſus doloris eſt . Tum deinde vuln⁹ ſicut cætera aduſta,curandum eſt. Sequitur enim ſub medicamentis erodentibus cruſta vndique à viua carne diducta, quæ trahit ſecum quicquid corruptũ erat, purúſque iam ſinus curari poteſt implentibus . At ſi in ſumma cute vi-

A tium eſt , poſſunt ſuccurrere quædam vel exedentia tantùm,vel etiam adurentia.Vis pro magnitudine adhibẽda eſt. Quodcunque verò medicamentum poſitũ eſt, ſi ſatis proficiet,protinus à viua corruptam partem reſoluit: certáque eſſe fiducia poteſt, fere vt vndiq; vitioſa caro excedat qua huiuſce rei medicamen exeſt.Si id non fit,medicamentúmque malo vincitur,vtique ad vſtionem properandum eſt . Sed in eiuſmodi caſu abſtinendum à cibo, à vino eſt. Aquam liberaliter bibere expedit: magíſque ea ſeruanda ſunt,ſi febricula quoque acceſſit.

B De carcinomate & eius curatione.

Non idem periculum καρκίνωμα affert , niſi imprudentia curantis agitatum eſt. Id vitium fit maximè in ſuperioribus partibus,circa faciẽ,nares,aures, labra, mammas fœminarum . Et in iecore autem aut ſplene hoc naſcitur. Circa locum aliqua quaſi puncta ſentiuntur, íſque immobilis, inæqualis tumet,interdum etiam torpet. Circa eum inflatæ venæ quaſi recuruãtur,hæque pallent,aut liuent , nonnunquam etiam in quibuſdam deliteſcunt. Tactúſque is locus, aliis dolorem affert, in aliis eum non
C habet: & nonnunquam ſine vlcere durior aut mollior eſt quàm eſſe naturaliter debet,nonnunquam iiſdem omnibus vlcus accedit : interdúmque nullam habet proprietatem , interdum ſimile iis eſt quæ vocant Græci κονδυλώματα, aſpredine quadam & magnitudine ſua . Colórque eius ruber eſt,aut lẽticulæ ſimilis, neque tutò fertur. nam protinus aut reſolutio neruorum aut diſtẽtio inſequitur. Sæpe homo ictus obmuteſcit, atque eius anima deficit. Quibuſdam etiamſi idipſum preſſum eſt, quæ circa ſunt intenduntur & intumeſcũt. namque peſſimum id genus
D eſt: feréque primùm id fit quod κακόηθες à Græcis nominatur:deinde ex eo id καρκίνωμα quod ſine vlcere eſt: deinde vlcus ex eo thymiũ . Tolli nihil niſi κακόηθες poteſt, reliqua curationibus irritantur. Et quo maior vis adhibita eſt,eo magis quidam vſi ſunt medicamentis adurentibus : quidam ferro aduſſerunt : quidam ſcalpello exciderunt . Neque vlli vnquam medicina proficit . Sed aduſta protinus concitata ſunt,& increuerunt, donec occiderẽt. Exciſa etiam poſt inductam cicatricẽ,tamen reuerterunt, & cauſam mortis attulerũt : quũ interim plerique nullam
E vim adhibendo qua tollere id malum tentent,ſed imponendo tãtùm lenia medicamenta, quæ quaſi blandiãtur, quo minus ad vltimam ſenectutem perueniant, non prohibentur . Diſcernere autem κακόηθες , quod curationem recipit, à carcinomate quod non recipit, nemo ſcire poteſt,niſi tempore & experimẽto. Ergo vbi primùm id vitium notatum eſt, imponi debent medicamenta adurentia.Si leuatur malum, minuuntúrque eius indicia, procedere curatio poteſt & ad ſcalpellum & ad vſtionem : ſi protinus irritatum eſt, ſcire licet iam carcinoma eſſe, re-
F mouendáque ſunt omnia acria, omnia vehementia . Sed ſi ſine vlcere is locus durus eſt , imponi ficum quampinguiſſimam, aut ῥυπῶδες emplaſtrum ſatis eſt. Si vlcus æquale eſt,ceratum ex roſa iniiciendũ eſt, adiiciendúſque ei puluis ex contrita teſta , ex qua faber ferrarius tingere candens ferrum ſolitus eſt.Sed ſi id nimium ſupercreuit, tentanda ſquama æris eſt quæ leniſſima ex adurentibus eſt, eatenus nequid eminere patiatur, ſed ita, ſi nihil exacerbauit.Si minus,eodẽ cerato contenti eſſe debebimus.

De theriomate & eius curatione.

G Eſt etiam vlcus quod θηρίωμα Græci vocant. Id & per ſe naſcitur , & interdum vlceri ex alia cauſa facto ſuperuenit. Color eſt vel liuidus, vel niger, odor fœdus, multus,& muco ſimilis humor.Idipſum vlcus neque tactum, neque medicamentum ſentit, prurigine tantùm mouetur : at circa dolor eſt , & inflammatio : interdum etiam febris oritur. Nonnunquam ex vlcere ſanguis erumpit: ad id quoque malum ſerpit . quæ omnia ſæpe intenduntur. Fitq; ex his vlcus quod ἕρπητα ἐσθιόμενον Græci vocãt, quia celeriter ſerpendo , penetrandóque vſque oſſa, cor-
H pus vorat.Id vlcus inæquale eſt,cœno ſimile,inéſtq; multus humor glutinoſus, odor intolerabilis, maiórq; quàm pro modo vlceris inflammatio . Vtrunque ſicut omnis cancer , fit maximè in ſenibus , vel iis quorum corpora mali habitus ſunt . Curatio vtriuſque eadem eſt , ſed in

maiore malo magis neceſſaria Ac primùm à victus ratione ordinandus eſt,vt quieſcat in lectulo,vt primis diebus à cibo abſtineat,aquam quamplurimam aſſumat. Aluus quoque ei ducatur. dein poſt inflammationem cibum boni ſucci capiat,vitatis omnibus acribus: potionis quantũ volet,ſic vt interdum quidem aqua contentus ſit. In cœna,etiam vini auſteri aliquid bibat. Non æquè tamen fame in iis quos herpes vrgebit, atque in iis qui θηρίωμα adhuc habebunt,vtendum erit.Et victus quidem talis neceſſarius eſt: ſuper vlcus verò inſpergenda eſt arida aloe, œnanthe,& ,ſi parum proficiet,chalcitis.Ac ſiquis neruus exeſa carne nudatus eſt,contegẽdus antè linteolo eſt, ne ſub eo medicamento aduratur.Si validioribus etiã remediis opus eſt, ad eas compoſitiones veniendum eſt quæ vehementius adurunt.Quicquid autem inſpergitur,auerſo ſpecillo infundi debet.Superdanda cum melle ſunt vel linamenta,vel oleæ folia ex vino decocta, vel marrubiũ: eáque ſinteolo contegenda in aqua frigida madefacto, dein bene expreſſo:circáque qua tumor ex inflammatione eſt,imponẽda quæ reprimant cataplaſmata. Si ſub his nihil proficitur,ferro locus aduri debet,diligenter neruis, ſiqui apparent,antè contectis.Aduſtum vel medicamentis vel ferro corpus,primùm purgandum, deinde implẽdum eſſe,apparere cuilibet ex prioribus poteſt.

De ſacro igne,& eius curatione.

Sacer quoque ignis,malis vlceribus annumerari debet.Eius duæ ſpecies ſunt: alterum eſt ſubrubicũdum,aut miſtum rubore atque pallore,exaſperatúmque per puſtulas continuas:quarum nulla altera maior eſt, ſed plurimæ perexiguæ.In his ſemper fere pus,& ſæpe rubor cum calore eſt,ſerpítque id ,nonnunquam ſaneſcente eo quod primum vitiatum eſt,nonnunquam etiam exulcerato, vbi ruptis puſtulis vlcus cõtinuatur, humórque exit, qui eſſe inter ſaniem & pus videri poteſt. Fit maximè in pectore, aut lateribus,aut eminentibus partibus, præcipuéque in plantis. Alterum autem eſt in ſummæ cutis exulceratione,ſed ſine altitudine,latum,ſubliuidum:inæqualiter tamen mediúmque ſaneſcit,extremis procedentibus: ac ſæpe id quod iam ſanum videbitur,iterum exulceratur. At circà proxima cutis quæ vitium receptura eſt, tumidior & durior eſt,colorémque habet ex rubro ſubnigrum.Atque hoc quoque malo fere corpora ſeniora tentantur, aut quæ mali habitus ſunt,ſed in cruribꝰ maximé.Omnis autem ſacer ignis, vt minimum periculum habet ex iis quæ ſerpunt,ſic propè difficillimè tollitur. Medicamentũ eius fortuitum eſt,vno die febris, quæ humorem noxiũ abſumat. Cuius,quo craſſius & albidiꝰ eſt,eo periculi minus eſt.Prodeſt etiam infrà os vlcerũ lædi, quò plus puris exeat, & id quod ibi corruptũ corpus eſt,extrahat: ſed tamẽ ſi febricula acceſſit,abſtinẽtia, lectulo, alui ductione opus eſt.In omni verò ſacro igni neque lenibus & glutinoſis cibis,neque ſalſis & acribus vtẽdum eſt,ſed iis quæ inter vtrunque ſunt,qualis eſt panis ſine fermento,piſcis, hœdus, aues: excepto apro, omnis fere venatio. Si non eſt febricula,& geſtatio vtilis,& ambulatio,& vinum auſterum,& balneum. Atque in hoc quoque genere potio magis liberalis eſſe quàm cibus debet. Ipſa autem vlcera ſi mediocriter ſerpunt,aqua calida: ſi vehementius, vino calido fouenda ſunt:deinde acu puſtulæ quæcunque ſunt aperiendæ,tum imponenda ea quæ putrem carnem exedãt.Vbi inflãmatio ſublata,vlcúſque purgatũ eſt,imponi lene medicamentum debet.In altero autem genere poſſunt proficere mala cotonea in vino cocta atque contrita.Poteſt emplaſtrum vel Hieræ,vel tetrapharmacum,cui quinta pars thuris adiecta ſit: poteſt nigra hedera ex vino auſtero cocta: ac ſi celeriter malum ſerpit, non aliud magis proficit. Purgato vlcere quod in ſumma cute eſſe propoſui, ſatis ad ſanitatem eadem lenia medicamenta proficient.

De chironio lcere,& eius curatione.

Chironium autem vlcus appellatur quod & magnũ eſt,& habet oras duas calloſas, tumentes: exit ſanies non multa,ſed tenuis. Odor malus neque in vlcere, neque in eius tumore eſt. Nulla inflammatio,dolor modicus eſt, nihis ſerpit: ideóque nullum periculum adfert, ſed non facilè ſaneſcit.Interdum tenuis cicatrix inducitur, deinde iterum rumpitur, vlcúſque renouatur. Fit maximè in pedibus & cruribus:ſuper id imponi debet quod & lene aliquid & vehemens & reprimens habeat. Quale eius rei cauſa fit ex his,Squamæ æris, plumbi eloti combuſti, ſingulorum P.IIII.✳. Cadmiæ, ceræ, ſingulorum P. VIII.✳. roſæ quantum ſatis eſt ad ceram ſimul cum eis molliendam.

De vlceribus quæ ex frigore in pedibus & manibus oriuntur,& eorum curationibus.

Fiunt etiam ex frigore hyberno vlcera, maximè in pueris,& præcipuè pedibus digitíſque eorum, nonnunquam etiam in manibus.Rubor cum inflammatione mediocri eſt.Interdum puſtulæ oriuntur, deinde exulceratio:dolor autem modicus. Prurigo maior eſt, nõnunquã humor exit,ſed non multus,qui referre vel pus, vel ſaniẽ videtur.In primis multa calida aqua fouẽdum eſt, in qua rapa decocta,aut,ſi ea non ſunt, aliquæ verbenæ ex reprimentibus. Si nondum adapertum vlcus, æs, quammaximè calidum quis pati poteſt,admouendum eſt.Si iam exulceratio eſt, imponi debet alumen, æqua portione cum thure contritum,cum vino adiecto,aut malicorium in aqua coctum,deinde contritum. Si ſumma detracta pellicula eſt, hîc quoque melius lenia medicamenta proficiunt.

De ſtruma,& eius curatione.

Struma quoque eſt tumor in quo ſubter concreta quædam ex pure & ſanguine, quaſi glandulæ oriuntur. Quæ vel præcipuè fatigare medicos ſolent, quoniam & febres mouent, nec vnquam facilè matureſcunt, & ſiue ferro ſiue medicamentis curantur. Plerunque iterum iuxta cicatrices ipſas reſurgunt, multóque pòſt medicamento opus eſt.Quibus id quoque accedit,quòd longo ſpatio detinent.Naſcuntur maximè in ceruice,ſed etiam in alis & inguinibus,& in lateribus. In mammis quoque fœminarum ſe reperiſſe chirurgicus Meges author eſt. Propter hæc & album veratrum rectè datur, atque etiam ſæpius,donec ea digerantur.Et medicamenta imponuntur quæ humorem vel educant, vel diſſipent, quorum ſuprà mentio facta eſt.Adurentibus quoque quidam vtũtur,quæ exedunt, cruſtáque eum locum adſtringunt: tũc verò vt vlcus curant. Quæcunque autem ratio curandi eſt, corpus puro vlcere exercendum,atque alẽdum eſt, donec ad cicatricem perueniat. Quæ quum medici doceant, quorundam ruſticorum experimento cognitum, quem ſtruma malè habet,eum,ſi anguem edit,liberari.

De furunculo,& eius curatione.

Furũculus verò eſt tuberculum acutum cum inflammatione & dolore,maximéque vbi iam in pus vertitur. Qui vbi adapertus eſt,& exit, ſuper apparet pars carnis in pus verſa,pars corrupta ſubalbida,ſubrubra,quem ventriculum quidam furunculi nominant.In eo nullum periculum eſt,etiãſi nulla curatio adhibeatur, matureſcit enim per ſe,atque erumpit.Sed dolor efficit vt potior medicina ſit quæ maturius liberet. Proprium eius medicamentum galbanũ eſt:ſed alia quoque ſuprà comprehẽſa ſunt. Si cætera deſunt,imponi debet primùm non pingue emplaſtrum,vt id reprimat:deinde ſi non repreſſit, quodlibet puri mouendo accommodatum.Si ne id quidem eſt, vel reſina,vel fermentum: expreſſo pure,nulla vltrà curatio neceſſaria eſt.

De phymate,& eius curatione.

Φῦμα verò nominatur tuberculum furunculo ſimile,ſed rotundius & planius,ſæpe etiam maius. Nam furũculus oui dimidii magnitudinem rarò explet, nunquam excedit:phyma etiam,latius patere conſueuit, ſed inflammatio dolórque ſub eo minores ſũt. Vbi euulſum eſt pus, eodem modo apparet ventriculus, quod in furunculo nõ inuenitur:verùm omnis corrupta caro in pus vertitur. Id autẽ in pueris & ſæpius naſcitur,& facilius tollitur: in iuuenibus rarius oritur,& difficilius curatur: vbi ætas indurauit,ne naſcitur quidem.Quibus verò medicamentis diſcuteretur,ſuprà propoſitum eſt.

De Phygethlo,& eius curatione.

Φύγεθλον autem eſt tumor,nō altus,ſed latus, in quo quiddam puſtulæ ſimile eſt. Dolor diſtentióque vehemēs eſt,& maior quàm pro magnitudine tumoris: interdum etiam febricula,idque tardè,matureſcit,neque magnopere in pus conuertitur. Fit maximè aut in vertice, aut in alis,aut in inguinibus:panem ad ſimilitudinem figuræ,noſtri vocant:atque idipſum quo medicamento tolleretur, ſuprà demonſtraui. Sed quum omnes hi nihil niſi minuti abſceſſus ſint,generale nomen trahit latius vitium ad ſuppurationem ſpectans: idque fere fit aut poſt febres, aut poſt dolores partis alicuius,maximéque eos qui ventrem infeſtarunt. Sæpiúſque oculis expoſitum eſt, ſiquidem latius aliquid intumeſcit ad ſimilitudinem eius quod phyma vocari propoſui, rubétque cum calore, & paulo pòſt etiam cum duritia,magíſque innocenter indoleſcit, & ſitim vigiliámque exprimit. Interdum tamen nihil horum in cute deprehēdi poteſt, maximéque vbi altius pus mouetur:ſed cum ſiti vigiliáque ſentiuntur aliquæ punctiones,& quod deſubito durius non eſt, melius eſt: & quanuis non rubet,coloris tamen aliter mutati eſt. quæ ſigna iam pure oriente naſcuntur. Tumor rubórque multo antè incipiūt. Sed ſi locus mollis eſt, auertēdus is materiæ aditus eſt per cataplaſmata,quæ ſimul & reprimunt, & refrigerant,qualia & aliâs & paulo antè in eryſipelatē propoſui. Si iā durior eſt,ad ea veniēdū eſt quæ digerāt,& reſoluant: qualis eſt ficus arida,cōtuſa,aut fæx miſta cū cerato quod ex adipe ſuilla coactū ſit,aut cucumeris radix, cui ex farina duæ partes adiectæ ſint,antè ex mulſo decoctæ. Licet etiam miſcere æquis portionibus ammoniacum, galbanum,propolim,viſcum, pondúſque adiicere myrrhæ dimidio minus quàm in prioribus ſingulis erit. Atq; emplaſtra quoque & malagmata idē efficiunt quæ ſuprà explicui. Quod per hæc diſcuſſum non eſt,neceſſe eſt matureſcat. Idque quò celerius fiat,imponenda eſt farina ordeacea, ex aqua cocta rectè miſcetur. Eadē autem hæc in minoribus quoque abſceſſibus, quorū nomina proprietatéſque ſuprà reddidi,rectè fiunt:eadémque omnium curatio,tantùm modo diſtat. Crudum eſt autem in quo magis quaſi venarum motus eſt,& grauitas,vt ardor,& diſtētio,& dolor,& rubor,& durities. Et ſi maior abſceſſ⁹ eſt, horror,aut etiam febricula permanet, penitúſque conditā ſuppuratio. Si pro iis quæ is locus alibi oſtēdit, pūctiones ſunt,vbi iſta ſe remiſerūt,iámque cutis prurit, & aut ſubliuidus,aut ſubalbidus eſt, matura ſuppuratio eſt, eáque vbi vel ipſa medicamenta,vel etiam ferro aperta eſt, pus debet emitti. Tum ſiqua in alis vel inguinibus ſunt, ſine linamēto nutrienda ſunt. In cæteris quoque partibus ſi vna plaga exigua eſt,ſi mediocris ſuppuratio fuit,ſi non altè penetrauit,ſi febris nō eſt,ſi valet corpus, æquè linamenta ſuperuacua ſunt:in reliquis, parcè tamen, nec niſi plaga eſt,imponi debent. Commodè verò vel ſuper linamenta,vel ſine his imponitur lenticula ex melle, aut malicorium ex vino coctum. quæ & per ſe, & miſta idonea ſunt: Siqua circa duriora ſunt,ad ea mollienda, vel malua contrita,vel fœnigræci liníve ſemen ex paſſo coctum ſuperdandum eſt. Quicquid deinde impoſitum eſt,non adſtringi,ſed modicè deligari debet. Illo neminem decipi decet,vt in hoc genere cerato vtatur. Cætera quæ pertinēt ad purgandū vlcus,ad implēdum,ad cicatricem inducēdam,conueniunt,quæ in vulneribus expoſita ſunt.

De fiſtulis & earum generibus,& curationibus.

Nonnunquam autem ex eiuſmodi abſceſſibus, & ex aliis vlcerum generibus fiſtulæ oriuntur. Id nomen eſt vlceri alto,anguſto, calloſo. Fit in omni fere parti corporis, habétque quædam in ſingulis locis propria: prius de cōmunibus dicā. Genera igitur fiſtularū plura ſunt. Siquidem aliæ breues ſunt,aliæ altius penetrāt,aliæ rectè intus feruntur aliæ,multóque plures, trāſuerſæ, aliæ ſimplices ſunt,aliæ duplices tripliceſve,ab vno ore intus orſæ,quæ tres fiunt,aut etiam in plures ſinus diuiduntur,aliæ rectæ, aliæ flexæ,& tortuoſæ ſunt: aliæ intra carnem deſinunt: aliæ ad oſſa aut cartilaginem penetrant, aut vbi neutrum horum ſubeſt,ad interiora perueniūt:aliæ deinde facilè,

A aliæ cum difficultate curantur: atque etiam quædam inſanabiles reperiuntur. Expedita curatio eſt in fiſtula ſimplici recenti,intra carnem, adiuuátque ipſum corpus, ſi iuuenile,ſi firmū eſt. Inimica, cōtraria his ſunt: itémque ſi fiſtula,os,vel cartilaginem,vel neruum,vel muſculos læſit,ſi articulum occupauit,ſi vel ad veſicam,vel ad pulmonem,vel ad vuluam,vel ad grandes venas arteriáſve, vel ad inania, vt guttur, ſtomachum, thoracem penetrauit. Ad inteſtina quoque eam tendere ſemper periculoſum, ſæpe peſtiferum eſt. quibus multum mali accedit ſi corpus vel ægrū,vel ſenile,vel mali habitus eſt. B Ante omnia autem demitti ſpecillum in fiſtulam conuenit, vt quò tēdat,& quàm altè perueniat,ſcire poſſimus. Simul etiam protinus humida an ſiccior ſit: quod extracto ſpecillo patet. Si vero os in vicino eſt,id quod diſci poteſt, ſi iā necne eò fiſtula penetrauit,quatenus nocuerit. Nam ſi molle eſt quod vltimo ſpecillo contingitur,intra carnem adhuc vitium eſt: ſi magis id renititur, ad os ventum eſt. Ibi deinde ſi elabitur ſpecillum,nondum caries eſt:ſi non labitur,ſed æquali innititur, caries quidem, verùm adhuc C leuis, eſt:ſi inæquale quoque & aſperū ſubeſt,vehemētius os exeſum eſt. At cartilago vbi ſubhæſit ipſa ſedes docet, peruentúmque eſſe ad eam ex renixu patet. Sed ex his quidem colliguntur fiſtularum ſedes,ſpatia,noxæ. Simplices verò hæ ſint,an in plures partes diducantur,cognoſci poteſt ex modo puris,cui⁹ ſi plus fertur quàm quod ſimplici ſpatio conuenit, plures ſinus eſſe manifeſtum eſt. Quúmque fere iuxta ſint caro,& neruus, & aliqua neruoſa,quales fere tunicæ membranǽque ſunt,genus quoque puris docebit num plures ſinus intus diuerſa corporis geD nera perroſerint. Siquidem ex carne pus leue, album copioſius fertur: at ex neruoſo loco coloris quidem eiuſdē, ſed tenuius & minus. ex neruo pingue,& oleo non diſſimile. Denique etiam corporis inclinatio docet num in plures partes fiſtulæ penetrarint,quia ſæpe quum quis aliter decubuit, alitérque membrum collocauit, pus ferri quod iam deſierat,iterū incipit,teſtatúrq; nō ſolùm aliū ſinum eſſe ex quo deſcendat, ſed etiam in aliam corporis partē eū tēdere. Sed ſi & in carne,& recens,& ſimplex eſt, ac neque rugoſa,neque caua ſede,neque in articulo, ſed E in eo membro quod per ſe immobile,nonniſi cum toto corpore mouetur,ſatis proficiet emplaſtrum quod recentibus vulneribus imponitur,dum habeat vel ſalem,vel alumen,vel ſquamā æris,vel æruginē,vel ex metallicis aliquid. Exque eo collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulo plenius:idque ea parte qua tenuius eſt,altera antecedente demitti oportet in fiſtulam, donec ſanguis purus ſe oſtendat. Quæ in omnibus fiſtularū collyriis perpetua ſunt. Idem deinde emplaſtrum in linteolo ſuperimponendum, ſupráque iniicienda ſpongia in acetum antè F demiſſa,ſoluiq; quinto die ſatis eſt. Genúſque vict⁹ adhibendum eſt quo carnem ali docui. Ac ſi longius à præcordiis fiſtula eſt,ex interuallo ieiunum radiculas ediſſe,deinde vomere, neceſſarium eſt: vetuſtate calloſa fit fiſtula. Callus autem neminem fallit,quia durus eſt, & aut albus, aut pallidus:ſed tum validioribus medicamētis opus eſt: quale eſt quod habet papaueris lacrymæ P.I.✳. gummi P.III.✳. Cadmiæ P.IIII.✳. atramenti ſutorii P.VIII.✳. Ex quibus aqua coctis collyrium fit:aut in quo ſunt gallæ P.I.✳. æruginis, ſandaracæ, aluminis Ægyptii, ſingulorū G P.I.✳. atramenti ſutorii combuſti P.II.✳. aut quod conſtat ex chalcitide,& ſaxo calcis:quibus auripigmenti dimidio minus quàm in ſingulis prioribus eſt, adiicitur, eáque melle cocto excipiuntur. Expeditiſſimum autē eſt ex præcepto Megetis,æruginis raſæ P.II.✳. conterere,deinde ammoniaci thymiamatis P.II.✳. ex aceto liquare, eóq; infuſo ex ærugine colligere:idq; ex primis medicamentis eſt. Sed vt hæc maximi affectus ſunt,ſi cui iſta non adſunt,facilè tamen eſt callum quibuſlibet adurentibus medicamentis prodere, aut quibus hæc maximè in effectu ſunt erodere. Satiúſque eſt vel papyrum intortam,vel H aliquid ex penicillo in modum collyrii adſtrictum eò illinire. Scilla quoque cocta & miſta cum calce, callum exeſt. Siquando verò longior & tranſuerſa fiſtula eſt, demiſſo ſpecillo contra principium huius incidi, commodiſſi-

mum eſt,& collyrium vtrunque demitti. At ſi duplicem fiſtulam aut multiplicem exiſtimamus, ſic tamen vt breuis intráque carnem ſit, collyrio vti non debemus quod vnam partem curet, reliquas omittat: ſed eadẽ medicamẽta arida in calamum ſcriptorium coniicienda ſunt, iſque ori fiſtulæ aptandus, inſpirandúmque, vt ea medicamenta intus cõpellãtur: aut eadẽ ex vino liquanda. Vel ſi ſordidior fiſtula eſt, ex mulſo: ſi calloſior, ex aceto ſunt, atq; intus infundendum quicquid inditum eſt. Superponenda ſunt quæ refrigerent & reprimant. nam fere quæ circa fiſtulam ſunt, habent aliquid inflammationis. Neque alienum eſt vbi quis reſoluerit, antequam rurſus alia medicamenta coniiciat, per auricularium clyſterem fiſtulam eluere: ſi plus puris fertur, vino: ſi callus durior eſt, aceto: ſi iam purgatur, mulſo, vel aqua in qua eruum coctum ſit, ſic vt huic quoque mellis paulum adiiciatur. Fere verò fit vt ea tunica quæ inter ferramentum & integram carnem eſt, victa medicamentis tota exeat, infráque vlcus purum ſit. Quod vbi contigit, imponẽda glutinãtia ſunt, præcipuéque ſpongia melle cocto illita. Neque ignoro multis placuiſſe, linamentum in modum collyrii compoſitum, tinctum melle demitti. ſed celerius id glutinatur quàm impletur. Neque verendum eſt ne purum corpus puro corpori iunctum, non coeat, adiectis quoque medicamentis ad id efficacibus, quum ſæpe exulceratio digitorum, niſi magna cura proſpeximus, ſaneſcendo in vnũ eos iungat.

De meliceria.

Eſt etiam vlceris genus quod & à faui ſimilitudine μελικηρὶς à Græcis nominatur, idque duas ſpecies habet. Alterum ſubalbidum furunculo ſimile, ſed maius, & cum dolore maiore. quod vbi matureſcit, habet foramina per quæ fertur humor glutinoſus, & purulentus, nec tamẽ ad iuſtam maturitatem peruenit: ſi diuiſum eſt, multo plus intus corrupti quàm in furũculo apparet, altiúſque deſcẽdit: raro fit niſi in ſcapulis. Alterum eſt minus ſuper corpus eminens, durum, latum, ſubuiride, ſubpallidum, magis exulceratum. Siquidem ad ſingulorum pilorum radices foramina ſunt, per quæ fertur humor glutinoſus, ſubpallidus, craſſitudinem mellis aut viſci referens, interdũ olei: ſi inciditur, viridis intra caro apparet. Dolor autem & inflammatio ingens eſt, adeò vt acutam quoque febrẽ mouere conſueuerit. Super id quod minus crebris foraminibus exaſperatum eſt, rectè imponitur & ficus arida, & lini ſemen in mulſo coctum, & emplaſtra ac malagmata materiam educentia, aut quæ propriè huc pertinentia, ſuprà poſui. Super alterum, & ea medicamenta, & farina ex mulſo cocta, ſic vt ei dimidium reſinæ terebinthinæ miſceatur, & ficus in mulſo decocta, cui paulum hyſſopi contriti ſit adiectum, & vuæ taminiæ pars quarta fico adiecta. Quòd ſi parum in vtrolibet genere medicamẽta proficiunt, totum vlcus vſque ad ſanam carnem excidi oportet: & vlcere ablato, ſuper plagam medicamenta danda ſunt, primùm quæ pus citent, deinde quæ purgent, tũ quæ impleant.

De acrochordone, & thymio, & myrmeciis, & clauo, curationibúſque eorum.

Sunt quædam verò verrucis ſimilia, quorum diuerſa nomina, vt vitia, ſunt: ἀκροχορδόνα Græci vocãt, vbi ſub cute coit aliquid durius, & interdum paulo aſperius, coloris eiuſdem, infrà tenue, ad cutem latius: idque modicum eſt, quia raro fabæ magnitudinẽ excedit. Vix vnũ tãtùm eodẽ tẽpore naſcitur, ſed fere plura, maximéque in pueris: eáque nõnũquã ſubitò deſinũt, nõnũquã mediocrẽ inflãmationẽ excitãt. Sunt quæ etiã in pus cõuertuntur. At θύμιον nominatur quod ſuper corpus quaſi verrucula eminet, ad cutem tenue, ſuprà latius, ſubdurum & in ſummo peraſperum: (idque ſummum colorem floris thymi repræſentat, vnde ei nomen eſt) ibíque facilè finditur, & cruentatur, nonnunquam aliquãtum ſanguinis fundit: feréque circa magnitudinem fabæ Ægyptiæ eſt, raro maius, interdum perexiguum. modò vnum, modò autẽ plura naſcuntur, vel in talis, vel palmis, vel inferioribus pedum partibus. Peſſima tamen in obſcœnis ſunt, maximéque ibi A ſanguinem fundunt. Myrmecia autẽ vocantur humiliora thymio, durioráque, quæ radices altius exigunt, maiorémque dolorem mouent, infrà lata, ſuper autem tenuia: minus ſanguinis mittunt, magnitudine vix vnquam lupini modum excedunt. Naſcuntur ea quoque aut in palmis aut inferioribus partibus pedũ. Clauus autem nonnunquam quidem etiam alibi, ſed in pedibus tamẽ maximè naſcitur, præcipuè tamen ex contuſo, quanuis interdum aliter: dolorémque etiam, ſi non aliâs, tamen ingrediẽti mouet. Ex his acrochordon, ſiue thymium, ſæpe etiam B per ſe finiuntur: & quo minora ſunt, eo magis: myrmecia & claui ſine curatione vix vnquam deſinunt. Ἀκροχορδὼν ſi exciſa eſt, nullam radiculã relinquit, ideóque ne renaſcitur quidem: thymio clauóque exciſis ſubter rotũda radicula naſcitur, quæ penitus deſcendit ad carnem, eáque relicta idem rurſus exigit. myrmecia latiſſimis radicibus inhærent, ideóque ne excidi quidem ſine exulceratione magna poſſunt. Clauum ſubinde deradere commodiſſimũ eſt. nã ſine vlla vi ſic emolleſcit, ac ſi ſanguinis quoque aliquid emiſſum eſt, ſæpe emoritur. Tollitur etiam ſi C quis eum circum purgat, deinde imponit reſinã cui miſcuit pulueris paulum quem ex lapide molari contrito fecit. Cætera verò genera medicamentis adurẽda ſunt: aliiſque id quod ex fæce vini: myrmeciis id quod ex alumine & ſandaraca fit, aptiſſimum. Sed ea quæ circa ſunt, foliis contegi debent, ne ipſa quoque exulcerentur: deinde poſtea lenticula imponi ſolet. Tollit thymium etiam ficus in aqua cocta.

De puſtularum generibus, & earum curationibus.

D At puſtulæ maximè vernis temporibus oriuntur. Earum plura genera ſunt. nam modò circa totũ corpus partémve aſpredo quædam fit, ſimilis iis puſtulis quæ ex vrtica vel ex ſudore naſcũtur: ἐξανθήματα Græci vocãt. eáq; modò rubent, modò colorẽ cutis nõ excedunt. Nonnunquam plures ſimiles varis oriuntur, nonnunquam maiores puſtulæ liuidæ, aut pallidæ, aut nigræ, aut aliter naturali colore mutato, ſubéſtq; his humor. Vbi hæ ruptæ ſunt, infrà quaſi exulcerata caro apparet: φλύκταιναι Græcè nominãtur. Fiũt vel ex frigore, vel ex igni, vel ex medicamẽ E tis. Φλυζάκιον autem paulo durior puſtula eſt, ſubalbida, acuta, ex qua ipſa quod exprimitur humidum eſt. Ex puſtulis verò nonnunquam etiam vlcuſcula ſunt aut aridiora & humidiora: & modò tantùm cum prurigine, modò etiã cum inflãmatione aut dolore: exítque aut pus, aut ſanies, aut vtrunque. Maximéque id euenit in ætate puerili, raro in medio corpore, ſæpe in eminẽtibus partibus. Peſſima puſtula eſt quæ ἐπινυκτὶς vocatur. Ea colore vel ſubliuida, vel ſubnigra, vel alba eſſe cõſueuit. Circa hãc autẽ vehemẽs inflãmatio eſt, & quũ adaperta eſt, reperitur intus ex F ulceratio mucoſa. Color eſt humori ſuo ſimilis. Dolor ex ea ſupra magnitudinẽ eius eſt. neque enim ea, faba maior eſt. Atque hæc quoque oriũtur in eminẽtibus partibus, & fere noctu. vnde nomen quoque à Græcis ἐπινυκτὶς impoſitum eſt. In omni verò puſtularum curatione, primum eſt, multum ambulare, atque exerceri: ſiquid iſta prohibet geſtari. Secũdum eſt, cibum minuere, abſtinere ab omnibus acribus, & extenuãtibus: eadémque nutrices facere oportet, ſi lactens puer ita affectus eſt. Præter hæc is qui iã robuſtus eſt, ſi puſtulæ minutæ ſunt, deſudare in balneo G debet, ſimúlque ſuper eas nitrum inſpergere, oleóque vinum miſcere, & ſic vngi, tum deſcendere in ſolium. Si nihil ſic proficitur, aut ſi maius puſtularum genus occupauit, imponẽda lenticula eſt, detractáque ſumma pellicula ad medicamenta lenia tranſeundum. Ἐπινυκτὶς poſt lenticulam rectè herba quoque ſanguinali vel viridi coriandro curatur. Vlcera ex puſtulis facta tollit ſpuma argẽti cũ ſemine fœnigræci miſta, ſic vt his inuicem roſa atque intubi ſuccus adiiciatur, donec mellis craſſitudo fiat. Propriè ad eas puſtulas quæ infantes malè habẽt, lapidis quẽ H pyriten vocant P. v III. ✶. cum quinquaginta amaris nucibus miſcetur, adiiciuntúrque olei cyathi tres. Sed prius vngi ex ceruſſa puſtulæ debent, tum hoc illini.

De ſcabie & eius curatione.

Scabies verò eſt, durior cutis rubicũdior, ex qua pu-

ſtulæ oriuntur,quædam humidiores, quædam ſicciores. Exit ex quibuſdam ſanies,fitque ex his continuata exulceratio pruriens,ſerpitque in quibuſdam citó. Atque in aliis quidem ex totó deſinit, in aliis verò certo tēpore anni reuertitur: quo aſperior eſt, quóque prurit magis, eò difficilius tollitur. Itaque eam quæ talis eſt, ἀγρίαν (id feram) Græci appellant. In hac quoque victus ratio eadem quæ ſuprà neceſſaria eſt. Medicamentum autem ad incipientem hanc idoneum eſt, quod fit ex ſpodii, croci, æruginis, ſingulorum P.I.✱. piperis albi, omphacii, ſingulorū P. I.✱. Cadmiæ P. VIII.✱. aut vbi iam exulceratio eſt, B id quod fit ex ſulphuris P.I.✱. ceræ P.IIII.✱. picis liquidæ heminæ, olei ſextariis duobus, quæ ſimul incoquuntur dum craſſitudo mellis fiat. Eſt etiam quod ad Protarchum authorem refertur: habet hoc farinæ lupinorū ſextarium, nitri cyathos quatuor, picis liquidæ heminam, reſinæ humidæ ſelibram, aceti cyathos tres. Crocū quoque, lycium, ærugo, myrrha, cinis, æquis portionibus rectè miſcentur, & ex paſſo coquuntur: idque omnem pituitā vbique ſuſtinet. Ac ſi nihil aliud eſt, amurca ad tertiam partem decocta, vel ſulphur pice liquida miſtū (C ſicut in pecoribus propoſui) hominibus quoque ſcabie laborantibus opitulantur.

De impetiginis ſpeciebus, & curationibus.

Impetiginis verò ſpecies ſunt quatuor. Minimè mala eſt quæ ſimilitudine ſcabiem repræſentat: nam & rubet, & durior eſt & exulcerata eſt, & roditur. Diſtat autē ab ea, quia magis exulcerata eſt, & varis ſimiles puſtulas habet, vidēturque eſſe in ea quaſi bullulæ quædam, ex quibus interpoſito tempore ſquamulæ reſoluuntur, certioribúſque hoc temporibus reuertitur. Alterum genus peius D eſt, ſimile papulæ fere, ſed aſperius, rubicundiúſque, figuras varias habens. Squamulæ ex ſumma cute diſcedunt, roſio maior eſt, celerius & latius procedit, certioribúſque etiam nonnunquam prior temporibus & fit, & deſinit: rubrica cognominatur. Tertia etiamnum deterior eſt: nam & craſſior eſt, & durior, & magis tumet, in ſumma cute finditur, & vehementius rodit. Ipſa quoque ſquamoſa, ſed nigra procedit, & latè, & tardè eminus ſerpit. In temporibus aut oritur aut deſinit, neque ex toto tollitur, nigræ cognomen eſt. Quartum genus eſt, quod curationem o- E mnino non recipit, diſtans colore. Nam ſubalbidum eſt, & recenti cicatrici ſimile, ſquamuláſque habet pallidas, quaſdam ſubalbidas, quaſdam lenticulæ ſimiles, quibus demptis, nonnunquam profluit ſanguis. Alioqui verò humor eius albidus eſt, cutis dura, atque fiſſa eſt, proceditque latius. Hæc verò omnia maximè genera oriūtur in pedibus & manibus, atque vngues quoque infeſtant. Medicamētū nō aliud valētius eſt quàm quod ad ſcabiē quoque pertinere ſub authore Protarcho retuli. Serapiō autē nitri P.II.✱. ſulphuris P.IIII.✱. excipiebat reſina copio- F ſa, eóque vtebatur.

De papulis, & earum curatione.

Papularum verò duo genera ſunt: altera eſt in qua per A minimas puſtulas cutis exaſperatur, & rubet, leuitérque roditur: medium habet pauxillo leuius, tardè ſerpit: idque vitium maximè rotundum incipit, eadémque ratione in orbem procedit. Altera autē eſt quam ἀγρίαν (id eſt ferā) Græci appellant: in qua ſimiliter quidem, ſed magis, cutis exaſperatur, exulceratúrque, ac vehementius & roditur & rubet, interdum etiam pilos remittit. Quæ minus rotūda eſt, difficilius ſaneſcit: niſi ſublata eſt, in impetiginē vertitur: ſed leuis papula, etiam ſi ieiuna ſaliua quotidie defricatur, ſaneſcit. Maior cōmodiſſimè murali herba tollitur, B ſi ſub ea detrita eſt. Vt verò ad cōpoſita medicamēta veniamus, idem illud Protarchi tanto valentius in his eſt quanto minus in his vitii eſt: alterum ad idem Myronis, nitri rubri, thuris, ſingulorum P.I.✱. cantharidum purgatarū P.II.✱. ſulphuris ignem nō experti tantūdem, reſinæ terebinthinæ liquidæ P.XX.✱. farinæ lolii ſextarios tres, gith cyathos tres, picis crudæ vnum.

De vitiliginis ſpeciebus, id eſt Alpho, & melane, & leuce, & earum curatione.

Vitiligo quoque, quanuis per ſe nullum periculum C adfert, tamē fœda eſt, & ex malo corporis habitu fit. Eius tres ſpecies ſunt: Αλφος vocatur vbi color albus eſt, fere ſubaſper, & non continuus, vt quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur: interdum etiam latius, & cū quibuſdam intermiſſionibus ſerpit. Μέλας colore ab hoc differt, quia niger eſt, & vmbræ ſimilis: cætera eadem ſunt. Λεύκη habet quiddā ſimile alpho, ſed magis albida eſt, & altius deſcendit, in eáq; albi pili ſunt, & lanugini ſimiles. Omnia hæc ſerpunt, ſed in aliis celerius, in aliis tardius. Alphos & Melas in quibuſdam variis temporibus & oriū D tur & deſinunt. Leuce quem occupauit, non facilè dimittit. Priora curationem non difficillimam recipiunt, vltimum vix vnquam ſaneſcit: ac ſiquid ei vitio demptū eſt, tamen non ex toto ſanus color redditur. Vtrum autem aliquod horum ſanabile ſit, an non ſit, experimento facilè colligitur. Incidi enim cutis debet, aut acu pungi. Si ſanguis exit (quod fere fit in duobus prioribus) remedio locus eſt: ſi humor albidus, ſanari non poteſt: itaque ab hoc quidē aſtinendū eſt: ſuper id verò quod curationem recipit, imponenda lenticula miſta cum ſulphure & thure, E ſic vt ea contrita ex aceto ſit. Aliud ad idem, quod ad Hirenæum authorem refertur: Alcyonium, nitrū, cuminū, fici folia arida paribus portionibus cōtunduntur, adiecto aceto. His in ſole vitiligo perungitur, deinde nō ita multo pòſt, ne nimis erodatur, eluitur. Propriè quidē Myrone authore eos quos Alphos vocari dixi, hoc medicamēto perungūt, ſulphuris P.II.✱. aluminis ſciſſilis P.3.✱. nitri P.IIII.✱. myrrhæ aridæ cōtritæ acetabulū miſcēt, deinde in balneo ſuper vitiliginē inſpergūt farinā ex faba, tū hæc inducūt. Hi verò quos melanas vocari dixi, curan- F tur quū ſimul contrita ſunt alcyoniū, thus, ordeum, faba ſine oleo, in balneo ante ſudorem inſperguntur, tum genus id vitiliginis defricatur.

AVRELII CORNELII CELSI DE RE MEDICA Lib. VI.

DE VITIIS SINGVLARVM CORPORIS partium, Cap. I.

De capillis fluentibus.

DIXI de iis vitiis quæ per totum copus orientia, medicamentorum auxilia deſiderant: nunc ad ea veniam quæ nonniſi in ſingulis partibus inſidere conſueuerūt, orſus à capite. In hoc igitur capillis fluētibus maximè quidem ſæpe radēdo ſuccuritur. adiicit enim vim quandam ad continendum, ladanum cum oleo miſtum. Nunc de illis capillis loquor qui poſt morbum fere fluunt. nam quo minus caput quibuſdam ætate nudetur, ſuccurri nullo modo poteſt.

DE PORRIGINE ET EIVS CVRAtione, Cap. II.

PORrigo autem eſt vbi inter pilos quædam quaſi ſquamulæ ſurgunt, eæque acutæ reſoluuntur, & interdum madēt, multo ſæpius ſiccæ ſunt. Idque euenit modò ſine vlcere, modò exulcerato loco: huic quoque modò malo G odore, modò nullo accidente, feréque in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiam in ſupercilio. Ac neque ſine aliquo corporis vitio naſcitur, neque ex toto inutile eſt. nā bene integro capite non exit. Vbi aliquod in eo vitium eſt, non incommodum eſt ſummam cutem potius ſubinde corrumpi, quàm id quod nocet, in aliam partem magis neceſſariam verti. Commodius eſt ergo ſubinde pe-

ctendo repurgare quàm id ex toto prohibere. Si tamen A ea res nimium offendit, quod humore ſequente fieri poteſt, magiſque ſi id etiam mali odoris eſt, caput ſæpe radẽdum eſt, dein id ſuper adiuuandum aliquibus ex leuiter reprimentibus, quale eſt nitrum cum aceto, vel ladanum cum myrteo vino, vel myrobalanum cum vino. Si parum per hæc proficitur, vehementioribus vti licet, cum eo vt ſciamus vtique in recenti vitio id inutile eſſe.

DE SYCOSI, ET EIVS CVRATIOEE, Cap. III.

B EST etiã vlcus quod à fici ſimilitudine σύκωσις à Græcis nominatur: caro excreſcit. Et id quidem generale eſt: ſub eo verò duæ ſpecies ſunt: alterum vlcus durum, & rotundum eſt, alterum humidum & inæquale. Ex duro exiguum quiddam & glutinoſum exit: ex humido plus, & mali odoris. Fit verò vtrunque in his partibus quæ pilis conteguntur. Sed id quidem quod calloſum & rotundum eſt, maximè in barba: id verò quod humidum, præcipuè eſt in capillo. Super vtrunque oportet imponere elaterium, aut lini ſemen contritum, & aqua coactum, aut C ficum in aqua decoctam, aut emplaſtrum tetrapharmacũ ex aceto ſubactum, terra quoque Eretria ex aceto liquata rectè illinitur.

DE AREIS, ET EARVM CVRATIONIBUS, Cap. IIII.

AREarum quoque duo genera ſunt. Cõmune vtrique eſt quòd emortua ſumma pellicula pili primùm extenuantur, deinde excidunt: ac ſi ictus is locus eſt, ſanguis exit liquidus, & mali odoris, increſcitque vtrunque in aliis celeriter, in aliis tardè. Peius eſt quod denſam cutem, D & ſubpinguem, & ex toto glabrã fecit: ſed ea quæ ἀλωπεκία nominatur, ſub qualibet figura dilatatur: fit & in capillo & in barba. Id verò quod à ſerpentis ſimilitudine ὀφίασις appellatur, incipit ab occipitio, duorum digitorum latitudinem non excedit, ad aures duobus capitibus ſerpit: quibuſdam etiam ad frontẽ, donec ſe duo capita in priorem partem committant. Illud vitium in qualibet ætate eſt, hoc fere infantibus: illud vix vnquam ſine curatione, hoc per ſe ſæpe finitur. Quidam hæc genera arearum ſcalpello exaſperant: quidam illinunt adurentia ex oleo, ma- E ximéque chartam combuſtam: quidam reſinam terebinthinã cũ thapſia inducũt. Sed nihil melius eſt quàm nouacula quotidie radere, qua quũ paulatim ſumma pellicula exciſa eſt, adaperiũtur pilorum radiculæ. Neque antè oportere deſiſtere quàm frequentem pilum naſci apparuerit. Id autem quod ſubinde raditur, illiniri atramento ſutorio ſatis eſt.

DE VARIS, LENTICVLIS, ET EPHELIDE, & eorum curationibus, Cap. V.

F PENE ineptiæ ſunt, curare varos, & lenticulas, & ephelidas: ſed eripi tamen fœminis cura cultus ſui non poteſt. Ex iis autem quas ſuprà poſui, vari, lenticulæque vulgo notæ ſunt, quanuis rarior ea ſpecies eſt quam ξέινον Græci vocant, quum ſit ea lenticula rubicundior & inæqualior. Ἐφηλὶς verò à pleriſque ignoratur, quæ nihil eſt niſi aſperitas quædã, & durities mali coloris: cætera nonniſi in facie: lenticulæ etiam in alia parte nonnunquam naſci ſolent. de qua per ſe ſcribere alio loco, viſum operæpretium non eſt. Sed vari commodiſſimè tolluntur im- G poſita reſina, cui non minus quàm ipſa eſt aluminis ſciſſilis & paulum mellis adiectum eſt. Lenticulam tollunt galbanum & nitrum, quum pares portiones habent, contritáque ex aceto ſunt, donec ad mellis craſſitudinem venerint. His corpus illinendum, & interpoſitis pluribus horis manè eluendum eſt, oleóque leuiter vngendum. Ephelidem tollit reſina, cui tertia pars ſalis foſſilis, & paulũ mellis adiectum eſt. Ad omnia verò iſta, atque etiam ad colorandas cicatrices poteſt ea compoſitio quæ ad Tryphonẽ patrẽ authorẽ refertur. In ea pares portiones ſunt myrobalani, crocomagmatis, Cretæ cimoliæ ſubcerulæ, nucũ ama- H rum, farinæ ordei, atque erui, ſtruthii albi, ſertulæ campanæ ſeminis. Quæ omnia contrita, melle quamamariſſimo coquuntur, illitúmque à veſpere vſque mane eluitur.

DE OCVLORVM MORBIS, CVRATIONIBÚSQUE EORUM, & primò de iis morbis qui lenibus medicamentis curantur, Cap. VI.

SED hæc quidem mediocria ſunt: ingentibus verò, & variis caſibus oculi noſtri patent, qui quum magnam partem ad vitæ ſimul & vſum, & dulcedinem conferant, ſumma cura tuendi ſunt. Protinus autem orta lippitudine, quædam notæ ſunt ex quibus quid euenturum ſit, colligere poſſimus. Nam ſimul ac lacryma, & tumor, & craſſa pituita cœperint, ſi ea pituita lacrymæ miſta eſt, & ea lacryma calida eſt, pituita verò alba, & mollis, tumor non durus, longæ valetudinis metus nõ eſt. At ſi lacryma multa, & calida, pituitæ paulum, tumor modicus, ídque in vno oculo eſt, lõgum id, ſed ſine periculo futurum eſt. Idque lippitudinis genus minimè cum dolore eſt, ſed vix ante viceſimum diem tollitur: nonnunquã per duos mẽſes durat, ſed quandoque finitur. Si pituita alba & mollis eſſe incipit, lacrymæque miſcentur, aut ſi ſimul hæ vtrunque oculum inuaſerunt, poteſt eſſe breuior, ſed periculũ vlcerum eſt. Pituita autem ſicca & arida dolorem quidẽ mouet, ſed maturiꝰ deſinit, niſi quid exulcerauit. Tumor magnus ſi ſine dolore eſt & ſiccus, ſine vllo periculo eſt. Si ſiccus quidem, ſed cum dolore eſt, fere exulcerat, & nonnunquam ex eo caſu fit, vt palpebra cum oculo glutinetur. Eiuſdem exulcerationis timor in palpebris pupilliſve eſt, vbi ſuper magnũ dolorem lacrymæ ſalſæ calidæque eunt, aut etiamſi tumore infinito diu lacryma cũ pituita profluit. Peius etiamnum eſt vbi pituita calida aut liuida eſt, lacryma calida aut multa profluit, caput calet, à temporibus ad oculos dolor peruenit, nocturna vigilia vrget. Siquidem ſub his oculus plerunque rumpitur, votúmque eſt vt tantùm exulceretur. Intus ruptum oculum febricula iuuat: ſi foras iã ruptus procedit, ſine auxilio eſt. Si de nigro aliquid albidum factum eſt, diu manet. At ſi aſperum craſſum eſt, etiam poſt curationem veſtigium aliquod relinquit. Curari verò oculos ſanguinis detractione, medicamento, balneo, vino, vetuſtiſſimus author Hippocrates memoriæ prodidit. Sed eorum tempora & cauſas parum explicuit, in quibus medicinæ ſumma eſt. Neque minus in abſtinẽtia & alui ductione ſæpe auxilii eſt. Hos igitur interdum inflammatio occupat, vbi cum tumore in his dolor eſt, ſequitúrque pituitæ curſus nõnunquam copioſior vel acrior, nonnunqum vtraque parte moderatior. In eiuſmodi caſu prima omnium ſunt quies & abſtinentia. Ergo primo die loco obſcuro cubare debet, ſic vt à ſermone quoque abſtineat. Nullum cibum aſſumere, ſi fieri poteſt, ne aquam quidem: ſin minus, certè quamminimum eius. Quòd ſi graues dolores ſunt, commodius ſecũdo die, ſi tamẽ res vrget, etiã primò ſanguis mittẽdus eſt, vtique ſi in fronte venæ tumẽt, ſi firmo corpori materia ſupereſt. Si verò minor impetus minus acrem curationem requirit, aluum, ſed nonniſi ſecundo tertióve die duci oportet. At modica inflammatio neutrum ex his auxilium deſiderat: ſatiſque eſt vti quiete, & abſtinentia. Neque tamen in lippientibus longum ieiunium neceſſarium eſt, ne pituita tenuior atque acrior fiat: ſed ſecundo die dari debet id quod leuiſſimum videri poteſt ex iis quæ pituitam faciunt craſſiorem, qualia ſunt oua ſorbilia: ſi minor vis vrget, pulticula quoque, aut panis ex lacte. Inſequentibus diebus, quãtum inflammationi detrahetur, tãtum adiici cibis poterit: ſed generis eiuſdẽ, vtique vt nihil ſalſum, nihil acre, nihil ex iis quæ extenuant, ſumatur, nihil potui præter aquam. Et victus quidem ratio talis maximè neceſſaria eſt. Protinus autẽ primo die croci P.I.✱. & farinæ candidæ quamtenuiſſimæ P.II.✱. excipere oportet oui albo, donec mellis craſſitudinem habeat, ídque in linteolum illinere, & fronti agglutinare, vt compreſſis venis pituitæ impetum cohibeat. Si crocum nõ eſt, thus idem facit; linteolo an lana excipiatur, nihil intereſt. Super inungi verò oculi debent, ſic vt croci quantum tribus digitis comprehendi poteſt, ſumatur: myrrhæ ad fabæ, papaueris lacrymæ ad lenticulæ magnitudinem, eáque cum paſſo conterantur, & ſpecillo ſuper oculum inducãtur. Aliud ad idẽ, myrrhæ P.I.✱. man-

dragoræ ſucci P.II.✱. papaueris lacrymæ P.II.✱. foliorũ roſæ, cicutæ ſeminis, ſingulorum P.IIII.✱. acaciæ P.IIII.✱. gummi P.VIII.✱. & hæc quidem interdiu. Noctu verò, quò commodior quies veniat, non alienum eſt ſuperimponere candidi panis interiorem partem ex vino ſubactam. Nam & pituitam reprimit, & ſiquid lacrymæ proceſſit, abſorbet, & oculum glutinari non patitur. Si graue id & durum propter magnum oculorum dolorem videtur, oui & album, & vitellus in vas defundendum eſt, adiiciendúmque eo mulſi paulum, ídque digito permiſcendum. Vbi facta vnitas eſt, demitti debet lana mollis bene carpta, quæ id excipiat, ſupérque oculos imponi. Ea res & leuis eſt, & refrigerando pituitam coercet, & non exareſcit, & glutinari oculum non patitur. Farina quoque ordeacea cocta, & cum malo cotoneo cocto mixta, commodè imponitur. Neque ab ratione abhorret etiã penicillo potiſſimùm vti expreſſo: ſi leuior impetus eſt, ex aqua: ſi maior, ex poſca. Priora faſcia deligãda ſunt, ne per ſomnum cadant, & hoc ſuperimponi ſatis eſt, quia & reponi ab ipſo commodè poteſt, & quum inaruit, iterũ madefaciendum eſt. Si tantum mali eſt vt ſomnum diu prohibeat, eorum aliquid dandum eſt quæ ἀνώδυνα Græci vocant: ſatiſque eſt puero quod erui, viro quod fabæ magnitudinem impleat. In ipſum verò oculum primo die, niſi modica inflammatio eſt, nihil rectè coniicitur. Sæpe enim potius concitatur eo pituita quàm minuitur. A ſecundo die graui quoque lippitudini per indita medicamenta rectè ſuccurritur, vbi vel iam ſanguis miſſus, vel aluus ducta eſt, aut vbi neutrum neceſſarium eſſe manifeſtum eſt.

De diuerſis oculorum collyriis.

Multa autem multorúmque authorum collyria ad id apta ſunt, nouiſque etiam nunc miſturis tẽperari poſſunt, quum lenia medicamẽta & modicè reprimentia, facilè & variè miſceantur. Ergo nobiliſſima exequar.

Philonis collyrium.

Eſt igitur Philonis, quod habet ceruſſæ elotæ, ſpodii, gummi, ſingulorum P.I.✱. papaueris lacrymæ combuſtæ P.I.✱. Illud ſcire oportet, hic quoque omnia medicamenta, ſingula primùm per ſe teri, deinde miſta, iterum adiecta paulatim vel aqua, vel alio humore: gũmi quum quaſdam alias facultates habeat, hoc maximè præſtare, vt vbi collyria facta inaruerunt, glutinata ſint, neque fricentur.

Dionyſii collyrium.

Dionyſii verò collyrium eſt, papaueris lacrymæ cõbuſtæ, donec tenereſcat, P.I.✱. thuris combuſti, gummi, ſingulorum P.II.✱. ſpodii P.IIII.✱.

Cleonis collyrium.

Cleonis nobile admodum, papaueris lacrymæ frictæ P.I.✱. croci P.I.✱. gummi P.I.✱. quibus quum teruntur, adiicitur roſæ ſuccus. Aliud eiuſdem valentius, Squamæ æris (quod στόμωμα appellant) P.I.✱. croci P.II.✱. ſpodii P.IIII.✱. plumbi & eloti & combuſti P.VI.✱. gummi tãtundem. Eius aliud quoque ad idem eſt, maximè vbi multa pituita profluit: Caſtorei P.✱.3. aloes P.I.✱. croci P.I.✱. myrrhæ P.II.✱. lycii P.III.✱. Cadmiæ curatæ P.VIII.✱. ſtibis tantundẽ, acaciæ ſucci P.XII.✱. quod quũ gummi miſcuit, liquidũ in pixicula ſeruatur. Theodotus verò huic compoſitioni adiecit papaueris lacrymæ combuſtæ P.I.✱. æris cõbuſti & eloti P.II.✱. nucleorũ palmarum combuſtarum P.X.✱. gummi P.XII.✱.

Theodoti collyrium, achariſtum appellatum.

At ipſius Theodoti, quod à quibuſdam ἀχάριστον nominatur, eiuſmodi eſt, Caſtorei, nardi Indici, ſingulorum P.I.✱. lycii P.✱. papaueris lacrymæ tantundem, myrrhæ P.II.✱. croci, ceruſſæ elotæ, aloes, ſingulorum P.III.✱. Cadmiæ botryodis elotæ, æris combuſti, ſingulorum P.VIII.✱. gummi P.VIII.✱. acaciæ ſucci P.XX.✱. ſtibis tãtundem, quibus aqua pluuialis adiicitur.

Cythion vel Tephrion collyrium.

Præter hæc ex frequentiſſimis collyriis eſt id quod quidam Cythion, quidam à cinereo colore Tephrion appellant, amyli, tragacanthæ, acaciæ ſucci, gummi, ſingulorum P.I.✱. papaueris lacrymæ P.II.✱. ceruſſæ elotæ P.

A IIII.✱. ſpumæ elotæ P.VIII. Quæ æquè aqua pluuiali conteruntur.

Euelpidis collyrium, Trygodes nominatum.

Euelpides autem qui ætate noſtra maximus fuit ocularius medicus, vtebatur eo quod ipſe compoſuerat, trigodes nominabat: Caſtorei P.II.✱. lycii, nardi, papaueris lacrymæ, ſingulorum P.I.✱. croci, myrrhæ, aloes, ſingulorum P.IIII.✱. æris combuſti P.VIII.✱. Cadmiæ, & ſtibis, ſingulorum P.XII.✱. acaciæ ſucci P.XXVI.✱. gummi tantundem. Quo grauior verò quæque inflammatio

B eſt, eo magis leniri medicamentum debet, adiecto vel albo oui, vel muliebri lacte. At ſi neque medicus neque medicamentum præſto eſt, ſæpius vtrunlibet horum in oculis penicillo ad ipſum facto infuſum, id malum lenit. Vbi verò aliquis releuatus eſt, iámque curſus pituitæ conſtitit, reliquias fortaſſe leniores futuras diſcutiũt balneũ & vinum. Igitur lauari debet leuiter, antè ex oleo perfricatus, diutiúſque in cruribus & feminibus, multáque calida aqua fouere oculos, deinde per caput prius calida, tum egelida perfundi, à balneo cauere, nequo frigore afflatúve

C lædatur: poſt hæc cibo paulo pleniore quàm ex eorum dierum conſuetudine vti: vitatis tamen omnibus pituitã extenuantibus. Vinum bibere lene, ſubauſterum, modicè vet⁹, neque effuſè, neque timidè, vt neque cruditas ex eo, & tamen ſomnus fiat, leniantúrque intus latẽtia acria. Sed ſiquis in balneo ſenſit maiorem oculorum perturbationẽ quàm attulerat (quod incidere his ſolet qui manente adhuc pituitæ curſu feſtinarũt) quamprimum diſcedere debet, nihil eo die vini aſſumere, cibi minus etiam quàm pridie. Deinde quumprimum ſatis pituita ſubſtitit, iterũ

D ad vſum balnei redire. Solet tamen euenire nonnnũquã ſiue tempeſtatum vitio, ſiue corporis, vt pluribus diebus neque dolor, neque inflammatio, & minimè pituitæ curſus finiatur. Quod vbi incidit, iámque ipſa vetuſtate res matura eſt, ab his eiſdem auxiliũ petendũ eſt, id eſt balneo ac vino. Hæc enim vt in recẽtibus malis aliena ſunt, quia concitare ea poſſunt, & accendere, ſic in veteribus quæ nullis aliis auxiliis ceſſerũt, admodũ efficacia eſſe cõſueuerunt: videlicet hîc quoque vt alibi, quũ ſecunda vana fuerint, contrariis adiuuantibus. Sed antè tonderi ad

E cutem conuenit: deinde in balneo aqua calida quamplurima caput atque oculos fouere, tũ vtrũque penicillo detergere, & vngere caput irino vnguento: contineréque in lectulo ſe, donec omnis calor qui conceptus eſt, finiatur, deſinátque ſudor, qui neceſſario in capite collectus eſt. Tum ad idem cibi vinique genus veniendum eſt, ſic vti potiones meracæ ſint, obtegendúmque caput, & quieſcẽdum. Sæpe enim poſt hæc grauis ſomnus, ſæpe ſudor, ſæpe alui deiectio pituitæ curſum finit. Si leuatum malum eſt, (quod aliquãto ſæpius fit) per plures dies idem fieri opor-

F tet, donec ex toto ſanitas reſtituatur. Si diebus eiſdem alũus nihil reddit, ducenda eſt, quò magis ſuperiores partes leuentur. Nonnunquam autem ingens inflãmatio tanto impetu erumpit vt oculos ſua ſede propellat. πρόπτωσιν id (quoniam oculi procidunt) Græci appellant. His vtique ſi vires patiuntur, ſanguinem mitti: ſi id fieri non poteſt, aluum duci, lõgiorémque inediam indici neceſſariũ eſt. Opus autẽ leniſſimis medicamẽtis eſt: ideóque Cleonis collyrio quidam quod ex duobus antè poſitũ eſt vtũtur: ſed optimum eſt Nilei: neque de vllo magis inter omnes au-

G thores conuenit.

Nilei collyrium omnium optimum.

Id habet nardi Indici, papaueris lacrymæ, ſingulorũ P.I.✱. gummi P.II.✱. croci P.II.✱. foliorum roſæ recentium P.IIII.✱. Quæ vel aqua pluuiali, vel vino leni ſubauſtero coguntur. Neque alienum eſt malicorium, vel ſertulam campanam ex vino coquere, deinde conterere, aut myrrham nigram cum roſæ foliis miſcere, aut hyoſcyami folia cum oui cocti vitello, aut farinam cum acaciæ ſucco, vel paſſo aut mulſo. Quibus ſi folia quoque papaueris adiiciuntur, aliquanto valentiora ſunt. Horum ali-

H quo præparato, penicillo fouere oculos oportet, ex aqua calida expreſſo, in qua antè mel, myrti vel roſæ folia decocta ſint: deinde ex illis aliquid imponi. Præter hæc ab occipitio inciſa cute, cucurbitula admouenda eſt. Quòd

ſi per hæc teſtitutus oculus in ſedẽ ſuam non eſt, eodémque modo prolapſus permanet, ſcire oportet, lumen eſſe amiſſum: deinde futurum vt inareſcat is, aut in pus vertatur. Si ſuppuratio ſe oſtendit, ab eo angulo qui propior tempori eſt, incidi oculus debet: vt effuſo pure & inflammatio ac dolor finiatur, & intus tunicæ reſidant, quominus fœda poſtea facies ſit. Vtendum deinde vel iiſdẽ collyriis eſt ex lacte aut ouo, vel croco cui albũ oui miſceatur. Ac ſi induruit & ſic emortuus eſt, ne in pus verteretur, quatenus fœdè prominebit excidendum erit, ſic vt hamo ſumma tunica apprehendatur infrà id, deinde ſcalpellus incidat tantundem: medicamẽta erunt coniicienda donec omnis dolor finiatur. Iiſdem medicamẽtis in eo quoque oculo vtendum eſt qui primùm procidit, deinde per plura loca fixus eſt.

De carbunculis oculorum, & eorum curatione.

Solent etiam carbunculi ex inflammatione naſci, nonnunquam in ipſis oculis, nonnunquam in palpebris: & in his ipſis oculis modò ab interiore, modò ab exteriore. In hoc caſu aluus ducenda eſt, cibus minuẽdus, lac potui dandum, vt acria quæ læſerunt, leniantur. Quod ad cataplaſmata & medicamenta pertinet, his vtendum quæ aduerſus inflammationes propoſita ſunt. Atque hîc quoque Nilei collyrium optimum eſt: ſi tamen carbunculus in exteriore palpebræ parte eſt, ad cataplaſmata aptiſſimum eſt lini ſemen ex mulſo coctum: aut ſi id non eſt, tritici farina eodem modo cocta.

De puſtulis oculorum & curatione earum.

Puſtulæ quoque ex inflammationibus interdum oriuntur. Quòd ſi inter initia protinus incidit, magis etiã ſeruanda ſunt quæ de ſanguine & quiete ſuprà poſui. Sin ſerius quàm vt ſanguis mitti poſſit, aluus tamen ducenda eſt: ſi id quoque aliqua res inhibet, vtique victus ratio ſeruanda eſt. Medicamentis autem hîc quoque lenibus opus eſt, quale Nilei, quale Cleonis eſt.

Philetis collyrium ad puſtulas oculorum.

Id quoque quod Philetis vocatur, huic aptum eſt, Myrrhæ, papaueris lacrymæ, ſingulorum P. I. *. plumbi eloti, terræ Samiæ, quæ ἀστὴρ vocatur, tragacanthæ, ſingulorum P. IIII. *. ſtibis cocti, amyli, ſingulorum P. VI. *. ſpodii eloti, ceruſſæ elotæ, ſingulorum P. VIII. *. Quæ aqua pluuiatili excipiuntur: vſus collyrii vel ex ouo vel ex lacte eſt.

De vlceribus oculorum & eorum curatione, & de διὰ βαλάνȣ collyrio.

Ex puſtulis vlcera interdum fiunt, eáque recentia æquè lenibus medicamentis nutrienda ſunt, & iiſdem fere quæ ſuprà in puſtulis poſui. Fit quoque propriè ad hæc quod διὰ βαλάνȣ vocatur. Habet æris combuſti & eloti, papaueris lacrymæ frictæ, ſingulorum P. I. *. ſpodii eloti, thuris, ſtibis, combuſti & eloti, myrrhæ, gummi, ſingulorum P. II. *.

Curatio oculorum aliquo caſu imminutorum.

Euenit etiam vt oculi vel ambo, vel ſinguli, minores fiant quàm eſſe naturaliter debeant: idque & acer pituitæ curſus in lippitudine efficit & continuati fletus, & ictus parum bene curati: in his quoque iiſdem lenibus medicamentis ex muliebri lacte vtendum eſt: cibis verò iis qui maximè corpus alere & implere conſuerunt. Vitandáque omni modo cauſa quæ lacrymas excitet, curáque domeſticorum, quorum etiam ſiquid tale incidit, eius notitiæ ſubtrahendum: atque acria quoque medicamenta, & acres cibi non alio magis nomine his nocent quàm quòd lacrymas mouent.

De pediculis palpebrarum.

Genus quoque vitii eſt, qui inter pilos palpebrarum pediculi naſcuntur: id φθειρίασιν Græci nominant. Quod quum ex malo corporis habitu fiat, raro non vltrà procedit: ſed fere tẽpore interpoſito, pituitæ curſus acerrimus ſequitur, exulceratíſque vehementer oculis, aciem quoque ipſam corrumpit. His aluus ducenda, caput ad cutem tondendum, diúque quotidie ieiunis perfricandum: his, ambulationibus, aliiſque exercitationibus diligenter vtendum, gargarizandúmque ex mulſo in quo nepeta & pinguis ficus decocta ſit: ſæpe in balneo multa calida aqua fouendum caput: vitandi acres cibi, lacte vinóque pingui vtendum, bibendúmque liberalius quàm edendum eſt. Medicamenta verò intus quidem lenia danda ſunt, ne acriorem pituitam concitent. Super ipſos verò pediculos alia quæ necare eos, & prohibere ne ſimiles naſcantur poſſint. Ad idipſum ſpumæ nitri P. I. *. ſandaracæ P. I. *. vuæ taminiæ P. *. I. ſimul teruntur, adiicitúrque vetus oleum pari portione, atque acetum, donec ei mellis craſſitudo ſit.

De oculorum grauioribus morbis qui ex inflammationibus oriuntur, & validioribus medicamentis curantur, & de Andreæ collyrio, & de diacerato.

Hactenus oculorum morbi lenibus medicamentis nutriuntur. Genera deinde alia ſunt quæ diuerſam curationem deſiderant, feréque ex inflãmationibus nata ſũt, ſed finitis quoque his manentia. Atque in primis in quibuſdam perſeuerat tenuis pituitæ curſus: quibus aluus ab inferiore parte euocanda eſt, demendum aliquid ex cibo. Neque alienum eſt illini frontem compoſitione Andreæ, quæ habet gummi P. I. *. ceruſſæ, ſtibis, ſingulorum P. II. *. ſpumæ argenti & coctæ & elotæ P. IIII. *. Sed & ea ſpuma ex aqua pluuiatili coquitur, & arida hæc medicamenta ex ſucco myrti conteruntur. His illita frõte, cataplaſma quoque ſuperiniiciendum ex farina quæ frigida aqua coacta ſit, cuique aut acaciæ ſuccus, aut cupreſſus adiecta ſit. Cucurbitula quoque inciſo vertice, rectè accommodatur, aut ex temporibus ſanguis emittitur. Inungi verò eo debet quod habet ſquamæ æris, papaueris lacrymæ, ſingulorũ P. *. ceruini cornu combuſti & eloti, plumbi eloti, gummi, ſingulorum P. IIII. *. thuris P. XII. *. Hoc collyrium quia cornu habet, διὰ κέρατος nominatur. Quotieſcunque non adiicio quod genus humoris adiiciendum ſit, aquam intelligi volo.

Μεμιγμένον, Euelpidis collyrium.

Ad idem Euelpidis quod μεμιγμένον nominabat. In eo papaueris lacrymæ, & albi piperis, ſingulæ vnciæ ſunt, gummi libra, æris combuſti P. I. *. Inter has autem curationes, poſt intermiſſionem aliquam proſunt balneum & vinum: quúmque omnibus lippientibus vitandi cibi ſunt qui extenuant, tum præcipuè quibus tenuis humor diu fertur. Quòd ſi iam faſtidium eſt eorum quæ pituitam craſſiorem reddunt, ſicut in hoc genere materiæ maximè promptum eſt, confugiendum eſt ad ea quæ quia ventrem, corpus quoque aſtringunt.

De oculorum vlceribus ſupercreſcentibus, ſordidis, cauis, veteribus, & curationibus ſingulorum.

At vlcera ſi cum inflammatione finita non ſunt, aut ſupercreſcentia, aut ſordida, aut caua, aut certè vetera eſſe conſuerunt. Ex his ſupercreſcentia, collyrio quod μεμιγμένον vocatur, optimè reprimuntur: ſordida purgantur & eodem, & eo quod Smilion nominatur.

Smilion collyrium.

Habet æruginis P. III. *. gummi tantundem, ammoniaci, minii ſinopici, ſingulorum P. XVI. *. Quæ quidam ex aqua, quidam, quò vehementiora ſint, ex aceto terunt.

Phynon collyrium Euelpidis.

Id quoque Euelpidis quod Phynona appellabat, huic vtile eſt: Croci P. I. *. papaueris lacrymæ, gummi, ſingulorum P. II. *. æris combuſti & eloti, myrrhæ, ſingulorum P. IIII. *. piperis albi P. VI. *. Sed ante linitum hoc vngendum eſt.

Sphærion collyrium Euelpidis.

Id quoque eiuſdem quod Sphærion nominabat, eõdem valet, Lapidis hæmatitis eloti P. II. *. piperis grana ſex, cadmiæ elotæ, myrrhæ, papaueris lacrymæ, ſingulorũ P. III. *. croci P. IIII. *. gummi P. VIII. *. Quæ cum vino Amineo conteruntur.

Liquidum Euelpidis collyrium.

Liquidum quoque medicamentum ad idem componebat, in quo erant hæc, Æruginis P. *. minii combuſti, atramẽti ſutorii, cinnamomi, ſingulorum P. III. *. cro-

ci,nardi,papaueris lacrymæ,ſingulorum P. I. *. myrrhæ, P. II. *. æris combuſti P. III. *. cineris ex odoribus P. IIII. *. piperis grana XV. Hæc ex vino auſtero teruntur, deinde cum paſſi tribus heminis decoquuntur, donec corpus vnum ſit: idque medicamentum vetuſtate efficacius fit.

De cauis oculorum vlceribus & curationibus.

Caua verò vlcera commodiſſimè implent ex iis quæ ſuprà poſita ſunt, Sphærion, & id quod Philetis vocatur. Idem Sphærion vetuſtis vlceribus, & vix ad cicatricem venientibus optimè ſuccurrit.

Hermonis collyrium.

Eſt etiam collyrium quod quum ad plura valeat, plurimum tamen proficere in his vlceribus videtur. Refertur ad Hermonem authorem: habet piperis longi P. I. ʒ. *. albi P. *. cinnamomi, coſti, ſingulorum P. I. *. atramẽti ſutorii, nardi, caſiæ, caſtorei ſingulorum P. II. *. gallæ P. V. *. myrrhæ, croci, thuris, lycii, ceruſſæ, ſingulorum P. VIII. *. papaueris lacrymæ P. XII. *. aloes, æris combuſti, cadmiæ, ſingulorum P. XVI. *. acaciæ, ſtibis, gummi, ſingulorum P. XXV. *.

De cicatricibus oculorum quæ ex vlceribus factæ ſunt, & quomodo curari debeant, & de Aſclepia, & Canopite & Pyxino, collyriis.

Factæ verò ex vlceribus cicatrices, duobus vitiis periclitantur, ne aut cauæ aut craſſæ ſint: ſi cauæ ſunt, poteſt eas implere id quod ſphærion vocari dixi, vel id quod Aſclepias nominatur. Habet papaueris lacrymæ P. III. *. ſagapeni, opopanacis, ſingulorum P. III. *. æruginis P. IIII. *. cumini P. VIII. *. piperis P. XII. *. cadmiæ elotæ, ceruſſæ, ſingulorum P. XVI. *. At ſi craſſæ cicatrices ſunt, extenuat vel Smilion, vel Canopite collyrium, quod habet cinnamomi, acaciæ, ſingulorum P. I. *. cadmiæ elotæ, croci, myrrhæ, papaueris lacrymæ, gummi, ſingulorum P. II. *. piperis albi, thuris, ſingulorum P. III. *. æris combuſti P. IX. *. cum aqua pluuiatili. vel Euelpidis Pyxinum quod ex his conſtat: Salis foſſilis P. IIII. *. ammoniaci thymiamatis P. VIII. *. papaueris lacrymæ P. XII. *. ceruſſæ P. XV. *. piperis albi, croci Siculi, ſingulorum P. LII. *. gummi P. XIII. *. cadmiæ elotæ P. IX. *. Maximè tollere cicatricem videtur id quod habet gummi P. III. *. æruginis P. I. *. crocomagmatis P. IIII. *.

De alio genere inflammationis oculorum.

Eſt etiam genus inflammationis in qua ſicui tument ac diſtendũtur cum dolore oculi, ſanguinem ex fronte emitti neceſſariũ eſt, multáque aqua calida caput atque oculos fouere, gargarizare ex lenticula, vel ex fici cremore, inungi acribus medicamentis quæ ſuprà comprehenſa ſunt, maximéque eo quòd ſphærion nominatur, quod lapidem hæmatiten habet. Atque alia quoque vtilia ſunt quæ ad extenuandam aſpritudinem fiũt, de qua protinus dicam. Hãc autem inflammatio oculorum fere ſequitur, interdum maior, interdum leuior, nonnunquam etiam ex aſpritudine lippitudo fit, deinde aſpritudinem ipſam auget, fitque ea in aliis breuis, in aliis longa, & quæ vix vnquam finiatur. In hoc genere valetudinis quidam craſſas duráſque palpebras, & ficulneo folio & aſperato ſpecillo, & interdum ſcalpello eradunt, verſáſque quotidie medicamentis ſuffricant. Quæ neque niſi in magna vetuſtáque aſpritudine, neque ſæpe facienda ſunt. nam melius eôdem ratione victus & idoneis medicamentis peruenitur. Ergo exercitationibus vtemur, & balneo frequẽtiore, multáque oculorum palpebras aqua calida fouebimus. Cibos autem ſumemus acres & extenuantes.

Cæſarianum collyrium.

At medicamentum id quod Cæſarianum vocatur, habet atramenti ſutorii P. I. *. miſyos P. *. piperis albi P. V. *. papaueris lacrymæ, gummi, ſingul. P. II. *. cadmiæ lotæ P. III. *. ſtibis P. VI. *. Satíſque conſtat, hoc collyrium aduerſus omne genus oculorum valetudinis idoneum eſſe, exceptis iis quæ lenibus nutriuntur.

Hieracis collyrium.

Id quoque quod hieracis nominatur, ad aſpritudinem poteſt: Habet myrrhæ P. I. *. ammoniaci thymiamatis P. II. *. æruginis raſæ P. IIII. *. cum aqua pluuiatili. Ad idem idoneum eſt etiam id quod Canopite eſt, & id quod Smilion vocatur, & id quod Pyxinum, & id quod Sphærion. Si compoſita medicamenta non adſunt, felle caprino, vel quamoptimo melle ſatis commodè aſpritudo curatur.

De xerophthalmia, genere aridæ lippitudinis.

Eſt etiam genus aridæ lippitudinis, ξηροφθαλμίαν Græci appellant: neque tument, neque fluunt oculi, ſed rubent tantùm, & cum dolore quodam graueſcunt, & noctu præ graui pituita inhæreſcunt: quãtóque minor generis huius impetus, tanto finis minus expeditus eſt. In hoc vitio multum ambulare, multum exerceri, lauari ſæpe, ibíque deſudare, multáque frictione vti neceſſarium eſt. Cibi neque qui implent, neque nimium acres apti ſunt, ſed inter hos medii. Manè vbi concoxiſſe manifeſtum eſt, non alienum eſt ex ſinapi gargarizare, tum deinde caput atque os diutius defricare.

Rhinion collyrium.

Collyrium verò aptiſſimum eſt quod rhinion vocatur. Habet myrrhæ P. I. *. papaueris lacrymæ, acaciæ ſucci, piperis, gummi, ſingulorum P. I. *. lapidis hæmatitis, lapidis Phrygii, lycii, lapidis ſciſſilis, ſingulorum P. II. *. æris combuſti P. IIII. *. ac pyxinum quoque eodem accommodatum eſt.

Ad oculos ſcabros, collyria.

Si verò ſcabri oculi ſunt, quod maximè in angulis eſſe conſueuit, poteſt prodeſſe rhinion, id quod ſuprà poſitum eſt: poteſt ſimiliter prodeſſe id quòd habet æruginis raſæ, piperis longi, papaueris lacrymæ, ſingulorum P. *. II. piperis albi, gummi, ſingulorum P. *. IIII. cadmiæ elotæ, ceruſſæ, ſingulorum P. VI. *. Nullum tamen melius eſt quàm Euelpidis quod baſilicon nominabat. Habet papaueris lacrymæ, ceruſſæ, lapidis Aſii, ſingulorum P. II. *. gummi P. XIII. *. piperis albi P. IIII. *. croci P. VI. *. pſorici P. XIII. *. Nulla autem per ſe materia eſt quæ pſoricum nominetur, ſed chalcitidis aliquid & cadmiæ dimidio plus ex aceto ſimul conteruntur, idque in vas fictile additum, & contectum ficulneis foliis, ſub terra reponitur, ſublatúmque poſt dies viginti rurſus teritur, & ſic appellatur. Verùm in baſilico quoque collyrio conuenit, ad omnes affectus oculorum id eſſe idoneum, qui non lenibus medicamentis curantur: vbi non ſunt autem medicamenta compoſita, ſcabros angulos leuant & mel & vinum. Succurrítque & his, & aridæ lippitudini, ſiquis panem ex vino ſubactum ſuper oculum imponit. nam quum fere ſit humor aliquis qui modò ipſum oculum, modò angulos aut palpebras exaſperat, ſic & ſiquid prodit humoris, extrahitur, & ſiquid iuxta eſt, repellitur.

Ad caligationem oculorum quæ propter lippitudinem oritur, remedia & collyria.

Caligare verò oculi nonnunquam ex lippitudine, nonnunquam etiam ſine hac propter ſenectutem imbecillitatémve aliam conſuerunt. Si ex reliquiis lippitudinis id vitium eſt, adiuuat collyrium quod Aſclepias nominatur: adiuuat id quod ex crocomagmate fit.

Διὰ κρόκυ collyrium.

Propriè etiam ad id componitur quod διὰ κρόκυ vocant: habet piperis P. I. *. croci cilicis, papaueris lacrymæ, ceruſſæ, ſingulorum P. II. *. pſorici, gummi, ſingulorum P. IIII. *.

Ad caligationem oculorum quæ propter ſenectutem, aut aliam imbecillitatem fit.

At ſi ex ſenectute, aliáve imbecillitate id eſt, rectè inungi poteſt, & melle quamoptimo, & cyprino, & oleo vetere. Commodiſſimum tamen eſt, balſami partem vnam, & olei veteris, aut cyprini partes duas, mellis quamacerrimi partes tres miſcere. Vtilia quoque huic medicamẽta ſunt quæ ad caliginem proximè, quæque ad extenuandas cicatrices ſuprà comprehenſa ſunt. Cuicunque verò oculi caligabunt, huic opus erit multa ambulatione atque exercitatione, frequenti balneo, vbi totum quidem cor-

pus perfricandum eſt; præcipuè tamen caput, & quidem irino, donec inſudet, velandúmque poſtea, nec detegendum antequam ſudor & calor domi conquierint: tum cibis vtendum acribus & extenuantibus, interpoſitiſque aliquibus diebus, ex ſinapi gargarizandum.

De ſuffuſione oculorum.

Suffuſio quoque (quam Græci ὑπόχυσιν nominãt) interdum oculi potentiæ qua cernit, ſe opponit. Quòd ſi inueterauerit, manu curandum eſt. Inter initia nonnunquam etiam certis obſeruationibus diſcutitur. Sanguinem ex fronte vel naribus mittere, in temporibus venas adurere, gargarizando pituitam euocare, ſuffumigare oculos acribus medicamentis, inungere expedit: victus optimus eſt qui pituitam extenuat.

De reſolutione oculorum quæ Paralyſis dicitur.

Ac ne reſolutio quidem oculorum quam παράλυσιν Græci nominant, alio victus modo, vel aliis medicamentis curanda eſt: expoſuiſſe tantùm genus vitii ſatis eſt. Igitur interdum euenit, modò in altero oculo, modò in vtroque, aut ex ictu aliquo, aut ex morbo comitiali, aut ex diſtentione neruorũ qua vehementer oculus ipſe concuſſus eſt, vt iis neque quoquam intẽdi poſſit, nec omnino conſiſtat: ſed huc illúcve ſine ratione moueatur, ideóque ne conſpectum quidem rerum præſtet.

De mydriaſi oculorum.

Non multum ab hoc malo diſtat id quod μυδρίασιν Græci vocãt. Pupilla effunditur & dilatatur, aciéſque eius hebeſcit: ac penè difficillimè genus id imbecillitatis eliditur. In vtraque verò (id eſt & paralyſi & mydriaſi) pugnandum eſt per eadem omnia quæ in caligine oculorũ præcepta ſunt, paucis tantùm mutatis: ſiquidem ad caput irino interdum acetum, interdum nitrum adiiciendum eſt, melle inungi ſatis eſt. Quidam in poſteriore vitio calidis aquis vſi releuatíque: quidã ſine vlla manifeſta cauſa ſubitò obcæcati ſunt: ex quibus nonnulli quũ aliquandiu nihil vidiſſent, repentina profuſione alui lumen receperunt. Quominus alienum videtur, ex recenti re & interpoſito tempore medicamentis quoque moliri deiectiones quæ omnẽ noxiã materiã in inferiora depellant.

De imbecillitate oculorum.

Præter hæc imbecillitas oculorum eſt ex qua quidem interdiu ſatis, noctu nihil cernunt: quod in fœminam bene reſpondentibus menſtruis non cadit. Sed ſic laborantes inungi oportet ſanguine iocinoris, maximè hircini: ſi minus, caprini: vbi id aſſum coquitur, excepto: atque edi quoque ipſum iecur debet. Licet tamen etiam iiſdem medicamentis non inutiliter vti quæ vel cicatrices vel aſpritudinem extenuant: quidam contrito ſemine portulacæ mel adiiciunt, eatenus ne id ex ſpecillo diſtillet, eóque inungunt. Exercitationibus, balneo, frictionibus, gargarizationibus iiſdem his quoque vtendum eſt.

Ad oculos qui extrinſecus offenduntur, quum ſanguine ſuffuſi ſunt.

Et hæc quidem in ipſis corporibus oriũtur: extrinſecus verò interdum ſi ictus oculum lædit, vt ſanguis in eo ſuffundatur, nihil commodius eſt quàm ſanguine vel columbæ, vel palumbi, vel hirundinis inungere. Neque id ſine cauſa fit, quum horum acies extrinſecus læſa interpoſito tempore in antiquum ſtatum redeat, celeberriméque hirundinis. Vnde etiam locus fabulæ factus eſt, aut per parentes, aut id herba chelidonia reſtitui quod per ſe ſaneſcit. Eorum ergo ſanguis noſtros quoque oculos ab externo caſu commodiſſimè tuetur, hoc ordine, vt ſit hirundinis optimus, deinde palumbi, minimè efficax columbæ & illi ipſi & nobis. Supra percuſſum verò oculum ad inflammationem leniendam, non eſt alienum imponere etiam cataplaſmata. Sed ammoniacus, vel quilibet alius quamoptimus teri debet, ſic vt ei paulatim oleum adiiciatur, donec craſſitudo ſtrigmenti fiat: id deinde miſcendum eſt cum hordeacea farina quæ ex mulſo decocta ſit. Facilè autẽ recognitis omnibus quæ medici quoque prodiderunt, apparere cuilibet poteſt, vix vllum ex iis quæ ſuprà comprehenſa ſunt, oculi vitium eſſe quod non ſimplicibus quoque, & promptis remediis ſubmoueri poſſit.

DE AVRIVM MORBIS ET CVRATIOnibus, Cap. VII.

HActenus in oculis ea reperiũtur in quibus medicamenta plurimum poſſint. Ideóque ad aures trãſeundum eſt, quarum vſum proximũ à luminibus natura nobis dedit. Sed in his aliquanto maius periculũ eſt. nam vitia oculorum intra ipſos nocent. Aurium inflammationes doloréſque interdũ etiam ad demẽtiam mortémq; præcipitant: quo magis inter initia protinus ſuccurrendũ eſt, ne maiori periculo locus ſit. Ergo vbi primùm dolorẽ aliquis ſenſit, abſtinere & continere ſe debet. Poſtero die, ſi vehementius malũ eſt, caput tondere, ídque irino vngẽto calido perungere & operire: at magnus cum febre vigiliáq; dolor exigit vt ſanguis quoque mittatur. ſi id aliquæ cauſæ prohibẽt, aluus ſoluẽda eſt. Cataplaſmata quoque calida ſubinde mutata proficiũt, ſiue fœnigræci, ſiue lini, ſiue alia farina ex mulſo decocta eſt. Rectè etiã ſubinde admouentur ſpõgiæ ex aqua calida expreſſæ: tum leuato dolore, ceratũ circundari debet ex irino aut cyprino factum. In quibuſdam tamẽ melius quod ex roſa factum eſt, proficit: ſi vehemens inflãmatio ſomnũ ex toto prohibet, adiici cataplaſmata debẽt, papaueris, corticis fricti atque contriti, ſic vt ex his pars dimidia ſit, eáque tum ſimul ex paſſo mixto decoquatur. In aurem verò infundere aliquod medicamẽtum oportet quod ſemper antè tepefieri conuenit, cõmodiſſiméque per ſtrigilem inſtillatur. Vbi auris repleta eſt; ſuper lana mollis addenda eſt quæ humorẽ intus contineat: & hæc quidem communia ſunt. Medicamentũ verò eſt & roſæ, & radicũ arundinum ſuccus, & oleum in quo lumbrici cocti ſunt, & humor ex amaris nucibus, aut ex nucleo mali Perſici expreſſus. Cõpoſita verò ad inflammationẽ dolorémq; leniendũ hæc fere ſunt: Caſtorei, papaueris lacrymæ pares portiones cõteruntur, deinde adiicitur his paſſum: vel papaueris lacrymæ, croci, myrrhæ par modus ſic teritur vt inuicem modò roſa, modò paſſum inſtilletur: vel id quod amarum in Ægyptia faba eſt, cõteritur roſa adiecta. Quibus myrrhæ quoque paulum à quibuſdã miſcetur, vel papaueris lacrymæ, aut thus cũ muliebri lacte, vel amararũ nucum cum roſæ ſucco, vel caſtorei, myrrhæ, papaueris lacrymæ pares portiones cum paſſo: vel croci P. I. ✱. myrrhæ, aluminis ſciſſilis, ſing. P. ✱. 3. quibus quum terũtur, paulatim miſcẽtur paſſi cyathi tres, mellis minus cyatho. Idque ex primis medicamentis eſt: vel papaueris lacryma ex aceto. Licet etiã cõpoſitione vti Themiſonis quæ habet caſtorei, opopanacis, papaueris lacrymæ ex aceto, ſing. P. II. ✱. ſpumæ lycii P. IIII. ✱. Quæ contrita paſſo excipiuntur donec cerati craſſitudinẽ habeant, atque ita reponũtur: vbi vſus requiritur, rurſus idem medicamentũ adiecto paſſo, ſpecillo teritur. Illud perpetuũ eſt, quotieſcunque craſſius medicamentũ eſt quàm vt in aurem inſtillari poſſit, adiiciendum eum eſſe humorẽ ex quo id cõponi debet, donec ſatis liquidũ ſit. Si verò pus quoque aures habẽt, rectè lycium per ſe infunditur, aut irinum vnguentũ, aut porri ſuccus cum melle, aut cẽtaureæ ſuccus cum paſſo, aut dulcis Punici mali ſuccus in ipſius cortice tepefactus: adiecta myrrhæ exigua parte. Rectè etiam miſcentur myrrhæ (quam στακτὴν cognominãt) P. I. ✱. croci tantundem, nuces amaræ X V, mellis ſeſquicyathus. Quæ cõtrita, quũ vtendum eſt, in cortice Punici mali tepefiant. Ea quoque medicamẽta quæ oris exulcerati cauſa cõponuntur, æquè vlcera auriũ ſanant. Quæ ſi vetuſtiora ſunt, & multa ſanies fluit, apta cõpoſitio eſt quæ ad authorem Eraſiſtratum refertur, Piperis P. I. ✱. croci P. I. 3. ✱. myrrhæ, miſyos cocti, ſing. P. II. ✱. æris combuſti P. II. ✱. hæc ex vino teruntur: deinde vbi inaruerunt, adiiciuntur paſſi heminæ tres, & ſimul coquuntur. Quum vtẽdum eſt, adiicitur his mel & vinum. Eſt etiam Ptolemæi chirurgi medicamentum quod habet Lentiſci P. I. ✱. gallæ P. I. ✱ omphaci P. I. ✱. ſuccum Punici mali. Eſt Menophili validum admodum quod ex his cõſtat, Piperis longi P. I. ✱. caſtorei P. II. ✱. myrrhæ, croci, papaueris lacrymæ, nardi Syriaci, thuris, malicorii, ex Ægyptia faba partis interioris, nucum amararum, mellis quamoptimi, ſingulorum P. IIII. ✱. Quibus quum teruntur, adiicitur acetum quàm

acerrimum, donec craſſitudo in his paſſi fiat. Eſt Crato-
nis, Cinnamomi, caſiæ, ſingulorū P.1.✳.lycii, nardi, myr-
rhæ, ſingul.P. 1.✳. aloes P.11.✳. mellis cyathi tres, vini
ſextarius. ex quibus vinum cum lycio decoquitur, deinde
his alia miſcentur. At ſi multum puris, malúſque odor eſt,
æruginis raſæ, thuris, ſingulorum P.11.✳. mellis cyathi
duo, aceti quatuor ſimul incoquuntur: vbi vtendum eſt,
dulce vinū miſcetur. Aut, aluminis ſciſſilis, papaueris la-
crymæ, acaciæ ſucci par pondus miſcetur: iiſque adiicitur
hyoſcyami ſucci dimidio minor quàm vnius ex ſuperio-
ribus portio: eáque trita, ex vino diluūtur. Per ſe quoque
hyoſcyami ſuccus ſatis proficit. Commune verò auxilium
aduerſus omnes aurium caſus, iámq; vſu comprobatum,
Aſclepiades compoſuit. In eo ſunt cinnamomi, caſiæ, ſin-
gul.P. 1.✳. floris iunci rotundi, caſtorei albi, piperis lon-
gi, amomi, myrobalani, ſing. ſcrupuli duo, thuris maſculi,
nardi ſyriaci, myrrhæ pinguis, croci, ſpumæ nitri, ſingul.
P.11.✳. Quæ ſeparatim contrita, rurſus mixta ex aceto
conteruntur, atque ita condita, vbi vtendum eſt, aceto di-
luuntur. Eodem modo cōmune auxilium auribus labo-
rantibus eſt, Polybii ſphragis ex dulci vino liquata: quæ
compoſitio priore libello continetur. Quòd ſi & ſanies
profluit, & tumor eſt, non alienū eſt, mixto vino per ori-
cularium clyſterem eluere, & tum infundere vinū auſte-
rum cum roſa mixtū, cui ſpodii paulum ſit adiectum, aut
lycium cum lacte, aut herbæ ſanguinalis ſuccū cum roſa,
aut mali Punici ſuccū cum exigua parte myrrhæ. Si ſor-
dida quoque vlcera ſunt, melius mulſo eluūtur, & tum a-
liquod ex iis quæ ſuprà ſcripta ſunt, quod mel habeat, in-
funditur. Si magis pus profluit, & caput vtique tondendū
eſt, & multa calida aqua perfundendū, & gargarizandum,
& vſque ad laſſitudinē ambulandū, & cibo modico vtē-
dum eſt: ſi cruor quoque ex vlceribus apparuit, lyciū cum
lacte debet infūdi, vel aqua in qua roſa decocta ſit, ſucco
aut herbæ ſanguinalis aut acaciæ adiecto. Quòd ſi ſuper
vlcera caro increuit, eáque mali odoris ſanguinem fun-
dit, aqua tepida elui debet: tum infundi id quod ex
thure & ærugine, & aceto, & melle fit, aut mel cum ærugi-
ne incoctum. Squama quoque æris cum ſandaraca con-
trita per fiſtulam rectè inſtillatur.

Aduerſus aurium vermes,

Vbi verò vermes orti ſunt, ſi iuxta ſunt, protrahendi
oriculario ſpecillo ſunt: ſi longius, medicamētis enecan-
di, cauendúmque ne poſtea naſcantur. Ad vtrunque pro-
ficit album veratrum cum aceto contritum. Elui quoque
aurem oportet vino in quo marrubium decoctum ſit: ſic
emortui vermes in primam auris partem prouocabūtur,
vnde facillimè educi poſſunt.

Ad compreſſa aurium foramina.

Sin foramen auris cōpreſſum eſt, & intus craſſa ſanies
ſubeſt, mel quamoptimū addendum eſt. ſi id parum pro-
ficit, mellis cyatho & dimidio, æruginis raſæ P.11.✳. ad-
iiciendum eſt, incoquendúmque, & eo vtēdum. Iris quo-
que cum melle idem proficit, item mellis & roſæ ſcrupuli
duo: item galbani P.11.✳. myrrhæ cum melle & fellis
taurini, ſingulorum P.11.✳. vini quantum ſatis eſt ad
myrrham diluendam.

Ad grauem auditum.

Vbi verò grauius aliquis audire cœpit (quod maximè
poſt lōgos capitis dolores euenire cōſueuit) in primis au-
rem ipſam cōſiderare oportet. Apparebit enim aut cruſta,
qualis ſuper vlcera innaſcitur, aut ſordium coitus: ſi cruſta
eſt, infundendū eſt aut oleum calidum, aut cum melle æ-
rugo, vel porri ſuccus, aut cum mulſo nitri paulum. Atque
vbi cruſta à corpore iam recedit, eluēda auris aqua tepida
eſt, quò facilius ea per ſe diducta oriculario ſpecillo pro-
trahatur: ſi ſordes æquè molles ſunt, eodē ſpecillo eximē-
dæ ſunt: at ſi duræ ſunt, acetū & cum eo nitri paulū con-
iiciēdum eſt: quúmque emollitæ ſunt, eodem modo elui
aurem purgarique oportet. Quòd ſi capitis grauitas ma-
net, attondendum idem, & leniter ſed diu perfricandum
eſt: adiecto vel irino vel laureo oleo, ſic vt vtrilibet paulū
aceti miſceatur: tum diu ambulandum, leniterq; poſt vn-
ctionem aqua calida caput fouendū. Cibiſque vtendū ex
imbecilliſſima & media materia, magiſque aſſumendæ

A dilutæ potiones, nonnunquā gargarizandū eſt. Infundē-
dum autē in aurem caſtoriū cum aceto & laureo oleo, &
ſucco radiculæ corticis: aut cucumeris agreſtis ſuccus,
adiectis cōtritis roſæ foliis. Immaturæ quoq; vuæ ſuccus
cum roſa inſtillatus, aduerſus ſorditatem ſatis proficit.

Ad ſonitum aurium intra ſeipſas.

Aliud vitii genus eſt vbi aures intra ſeipſas ſonant: atq;
hoc quoque fit ne externum ſonum accipiant. Leuiſſimū
eſt vbi id ex grauedine eſt: peius, vbi ex morbis capitiſve
longis doloribus incidit: peſſimum, vbi magnis morbis
B veniētibus, maximéque comitiali, prouenit. Si ex graue-
dine eſt, purgare aurem oportet & ſpiritum cōtinere, do-
nec inde humor aliquis expumet: ſi ex morbo vel capitis
dolore, quod ad exercitationem, frictionē, perfuſionem,
gargarizationémque pertinet, eadem faciēda ſunt. Cibis
non vtendum niſi extenuantibus. In aurem dandus radi-
culæ ſuccus cum roſa, vel cum ſucco radicis ex cucumere
agreſti, vel caſtoreum ex aceto & laureo oleo. Veratrum
quoque cū aceto cōteritur, deinde melle cocto excipitur,
& inde collyrium factū in aurem demittitur. Si ſine his
C cœpit, ideóque nouo metu terret, in aurē dari debet ca-
ſtoreū cum aceto, vel irino, vel laureo oleo, aut huic mi-
xtum caſtoreum cum ſucco nucum amararū, aut myrrha
& nitrū cum roſa & aceto. Plus tamē in hoc quoque pro-
ficit victus ratio. Eadémque facienda ſunt quæ ſuprà cō-
prehendi, cū maiore quoque diligētia: & præterea donec
his ſonus finiatur, à vino abſtinendū. Quòd ſi ſimul & ſo-
nus & inflammatio eſt, laureum oleum conieciſſe abun-
de eſt, aut id quod ex amaris nucibus exprimitur. quibus
quidam vel caſtoreum vel myrrham miſcent.

D Ad ea quæ in aurem inciderunt extrahenda.

Solet etiam interdū in aurem aliquid incidere, vt cal-
culus, aliquódve animal. Si pulex intus eſt, cōpellendū eo
lanæ paulū eſt quo ipſe is ſubit, & ſimul extrahitur: ſi non
eſt ſequutus, aliúdve animal eſt, ſpecillū lana inuolutū in
reſinam quamglutinoſiſſimā maximéque terebinthinā
demittendum, idque in aurem iniiciendū, ibique verten-
dū eſt. vtique enim comprehendet & eximet. Sin aliquid
exanime eſt, ſpecillo oriculario protrahendum eſt, aut ha-
mulo retuſo paulum recuruato: ſi iſta nihil proficiūt, po-
E teſt eodem modo reſina protrahi. Sternutamēta quoque
admota id commodè elidūt, aut oriculario clyſtere aqua
vehementer intus compulſa. Tabula quoque collocatur
media inhærens capitibus vtrinque pendētibus, ſupérque
eam homo deligatur in id latus verſus cuiꝰ auris eo mo-
do laborat, ſic vt extra tabulam emineat: tum malleo cu-
put tabulæ quod à pedibus eſt, feritur: atque ita concuſſa
aure, id quod ineſt excidit.

DE NARIVM MORBIS, ET CVRATIO-
nibus, Cap. VIII.

F NAres verò intus exulceratas fouere oportet vapore
aquæ calidæ, id eſt ſpongia expreſſa atque admota:
fit & ſubiecto vaſe oris anguſti, calida aqua repleto. Poſt
id fomētū illinēda vlcera ſunt aut plumbi recremēto, aut
ceruſſa: aut argenti ſpumam cum quolibet horum aliquis
conterit, eique dum teritur, inuicem vinū & oleum myr-
teum adiicit, donec mellis craſſitudinem fecerit. Sin au-
tem ea vlcera circa nares ſunt, pluréſque cruſtas & odorem
fœdum habent, (quod genus Græci ὀζαίνας appellāt) ſcirī
quidem debet, vix ei malo poſſe ſuccurri. Nihilominus
G tamen hæc tentari poſſunt, vt caput ad cutem tondeatur,
aſſiduéque vehemēter perfricetur, multa calida aqua per-
fundatur, multa ei deambulatio ſit, cibus modicꝰ, neque
acer, neque valentiſſimus: tum in narem ipſam mel cum
exiguo modo reſinæ terebinthinæ cōiiciatur, (quod ſpe-
cillo quoq; inuoluto lana fit) attrahatúrque ſpiritu is ſuc-
cus, donec in ore guſtꝰ eius ſentiatur. ſub his enim cruſtæ
reſoluuntur quæ tum per ſternutamēta elidi debēt. Puris
vlceribꝰ vapor aquæ calidæ ſubiiciēdus eſt: deinde adhi-
bendū aut lyciū ex vino dilutū, aut amurca, aut ompha-
H ciū, aut mēthæ aut marrubii ſuccus, aut atramentū ſuto-
riū, quod candēs factū, deinde contritum ſit: aut interior
ſcillæ pars cōtrita, ſic vt horū cuilibet mel adiiciatur. Cuiꝰ
in cæteris admodum exigua pars eſſe debet: in atramēto
ſutorio tanta vt ea mixtura liquida fiat, cum ſcilla vtique

pars maior, inuoluendúmque lana ſpecillum eſt, & in eo medicamento intingẽdum, eóque vlcera implenda ſunt: rurſúſque linamentum inuolutum & oblongum eodem medicamento illinendum, demittendúmque in narem eſt, & ab inferiore parte leniter deligandum: idque per hyemem, & ver, bis die: per æſtatem & autumnum, ter die fieri debet. Interdum verò etiam in naribus carunculæ quædam, ſimiles muliebribꝰ mammis naſcũtur, hæque imis partibus quæ carnoſiſſimæ ſunt inhærent. Has curare oportet medicamentis adurentibus, ſub quibus ex toto conſumũtur. Polypus verò eſt carũcula, modò alba, modò ſubrubra, quæ narium oſſi inhæret, & modò ad labra pendẽs, narem implet, modò retro per id foramen quo ſpiritus à naribus ad fauces deſcendit, adeò increſcit vti poſt vuam conſpici poſſit: ſtrangulátque hominem, maximè Auſtro aut Euro flãte: fereq; mollis eſt, rarò dura: eáque magis ſpiritum impedit, & nares dilatat, quæ fere καρκινώδης eſt: itaque attingi non debet. Illud aliud genus fere quidem ferro curatur, interdũ tamen inareſcit, ſi addita in narem per linamẽtum aut penicillũ ea cõpoſitio eſt quæ habet minii ſinopici, chalcitidis, calcis, ſandaracæ, ſingulorum P. I. ✱. atramenti ſutorii P. II. ✱.

DE DENTIVM DOLORE ET CVRAtionibus, Cap. IX.

IN dentium autem dolore, qui ipſe quoque maximis tormentis annumerari poteſt, vinum ex toto circuncidendum eſt. Cibo quoque primò abſtinendum, deinde eo modico mollique vtendum, ne mandentis dentes irritet, tum extrinſecus admouendus per ſpongiam vapor aquæ calidæ, imponẽdúmque ceratũ ex cyprino aut irino factum, lanáque id comprehendendũ, capútque velandũ eſt. Quòd ſi grauior is dolor eſt, vtiliter & aluus ducitur, & calida cataplaſmata ſuper maxillas iniiciuntur, & ore humor calidus cum medicamentis aliquibus cõtinetur, ſæpiúſque mutatur. Cuius rei cauſa & quinquefolii radix in vino mixto coquitur, & hyoſcyami radix vel in poſca vel in vino mixto coquitur, ſic vt paulũ his ſalis adiiciatur, & papaueris non nimium: aridi cortices & mandragoræ radix, eodem modo. Sed in his tribus vtique vitandũ eſt ne quod hauſtum erit deuoretur. Ex populo quoque albæ cortex radicis in hunc vſum in vino mixto rectè coquitur, & in aceto cornu ceruinum raſum, & nepeta cum teda pingui: ac ficus item pinguis vel in mulſo, vel in aceto & melle, ex quibus quũ ficus decocta eſt, is humor percolatur. Specillum quoque lana inuolutum in calidum oleum demittitur, eóque ipſo dẽs fouetur. Quinetiam quædam quaſi cataplaſmata in dentem ipſum illinuntur: in quem vſum ex malo Punico acido atque arido, malicorii pars interior cum pari portione & gallæ & pinei corticis conteritur, miſcetúrque his minium: eáque cõtrita aqua pluuiatili coquuntur: aut panacis, papaueris lacrymæ, peucedani, vuæ taminiæ ſine ſeminibus, pares portiones conteruntur: aut galbani partes tres, papaueris lacrymæ pars quarta. Quicquid dẽtibus admotum eſt, nihilominus ſupra maxillam, ceratum quale ſuprà poſui, eſſe debet lana obtectum. Quidam etiam myrrhæ, cardamomi, ſingul. P. I. ✱. croci, pyrethri, ficorum partes, ſingul. P. IIII. ✱. ſinapis P. VIII. ✱. contrita linteolo illinunt, imponúntq; in humero partis eius qua dens dolet: ſi is ſuperior eſt, à ſcapulis: ſi inferior, à pectore. Idque dolorem leuat: & quũ leuauit, protinus ſubmouendũ eſt. Si verò exeſus eſt dens, feſtinare ad eximendũ eum, niſi res coegit, non eſt neceſſe. Sed cum omnibus fomentis quæ ſuprà poſita ſunt, adiiciendæ quædam valentiores compoſitiones ſunt quæ dolorem leuant, quales hæ ſunt. Habet autem papaueris lacrymæ P. I. ✱. piperis P. II. ✱. pſoreos P. X. ✱. quæ cõtrita galbano excipiũtur: idque circundatur. Aut Menemachi maximè ad maxillares dentes, in qua ſunt croci P. I. ✱. cardamomi, thuris fuliginis, ficorum partes, pyrethri, ſingul. P. IIII. ✱. ſinapi P. VIII. ✱. Quidam autem immiſcent pyrethri, piperis, elaterii, ſingul. P. I. ✱. aluminis ſciſſilis, papaueris lacrymæ, vuæ taminiæ, ſulphuris ignem non experti, bituminis, lauri baccarũ, ſinapis, ſing. P. II. ✱. Quòd ſi dolor eximi eum cogit, & piperis ſemen cortice liberatum, & eodem modo bacca hederæ cõiecta

A in id foramen, dentem findit: iſque fortè ſtans excidet. Et plani piſcis (quam paſtinacã noſtri, τρυγόνα Græci vocãt) aculeus torretur, deinde conteritur, reſináque excipitur, quæ denti circundata hũc ſoluit. Et alumen ſciſſile in id foramen coniectum dentem citat: ſed id tamen inuolutum in lanula demitti commodius eſt, quia ſic dente ſeruato, dolorẽ leuat. Hæc à medicis accepta ſunt. Sed agreſtiũ experimẽto cognitum eſt, quũ dens dolet, herbã menthaſtrũ cum ſuis radicibus velli debere, & in peluem B coniici, ſupráque aquam infundi, collocarique iuxta ſedentem hominem vndique veſte contectum: tum in peluem candentes ſilices demitti, ſic vt aqua tegãtur, hominémque eum hiante ore vaporem excipere (vt ſuprà dictum eſt) vndiq; incluſum. nam & ſudor plurimus ſequitur, & per os continens pituita defluit: idque ſæpe longiorem, ſæpe annuam valetudinem bonam præſtat.

DE TONSILLIS, ET EARVM CVRA, Cap. X.

SI verò tõſillæ ſine exulceratione per inflammationem C intumuerunt, caput velandum eſt extrinſecus, is locus vapore calido fouendus, multa ambulatione vtendum, caput in lecto ſublime habendum, gargarizãdúmque eſt ex reprimentibus. Radix quoque ea quam dulcem appellant, cõtuſa & in paſſo mulſóve decocta idem præſtat. Leniterque quibuſdam medicamentis eas illini non alienũ eſt quæ hoc modo fiunt: ex malo Punico dulci ſuccus exprimitur, & eius ſextarius in leni igne coquitur, donec ei mellis craſſitudo ſit, tum croci, myrrhæ, aluminis ſciſſilis, ſingul. P. II. ✱. per ſe conteruntur, paulatimque his adii- D ciuntur vini lenis cyathi duo, mellis vnus: deinde priori ſucco iſta miſcẽtur, & rurſus leniter incoquũtur. Aut eiuſdem ſucci ſextarius eodem modo coquitur, atque eadem ratione trita ei adiiciuntur hæc, Nardi P. ✱. omphacii P. I. ✱. cinnamomi, myrrhæ, caſiæ, ſingul. P. I. ✱. Eadẽ autem hæc & auribus & naribus purulentis accommodata ſunt. Cibus quoque in hac valetudine lenis eſſe debet, ne exaſperet. Quòd ſi tanta inflãmatio eſt vt ſpiritũ impediat, in lecto conquieſcendum, à cibo abſtinendũ, neque aſſumendum quicquam præter aquam calidam eſt: E aluus quoque ducenda eſt. Gargarizãdum ex fico & mulſo. Illinendum mel cum omphacio: intrinſecus admouẽdus (ſed aliquanto diutius) vapor aquæ calidæ, donec ea ſuppurẽt, & per ſe aperiantur. Si pure ſubſtante non rumpuntur hi tumores, incidendi ſunt, deinde ex mulſo calido gargarizandum ex fico. At ſi modicus quidem tumor & exulceratio eſt, furfurum cremori ad gargarizandum paulũ mellis adiiciendũ eſt, illinendáque vlcera hoc medicamento. Paſſi quam dulciſſimi tres heminæ ad vnam coquuntur, tum adiicitur thuris P. I. ✱. croci, myrrhæ, F ſingulorum P. I. ✱. leniterque omnia rurſus ferueſcunt: vbi pura vlcera ſunt, eodem furfurum cremore vel lacte gargarizandum eſt. Atque hic quoque cibis lenibus opus eſt, quibus adiici dulce vinum poteſt.

DE ORIS VLCERIBVS ET CVRATIOnibus, & quæ antheræ ſunt, Cap. XI.

VLcera autem oris ſi cum inflammatione ſunt, & parum pura ac rubicunda ſunt, optimè iis medicamẽtis curantur quæ ſuprà poſita ex malis Punicis fiunt. Cõtinendúſq; ſæpe ore reprimẽs cremor eſt cui paulum mel- G lis ſit adiectum: vtendum ambulationibus & non acri cibo. Simulatque verò pura vlcera eſſe cœperunt, lenis humor, interdum etiam quamoptima aqua ore continenda eſt. Prodéſtque aſſumptum purum vinum, pleniórque cibus, dum acribus vacet. Inſpergiq; vlcera debent alumine ſciſſili, cui dimidio plus gallæ immaturæ ſit adiectũ: ſi iam cruſtas habent, quales in aduſtis eſſe conſuerũt, adhibẽdæ ſunt eæ cõpoſitiones quas Græci ἀνθηρὰς nominant. Iunci quadrati, myrrhæ, ſandaracæ, ſing. P. IIII. ✱. aluminis pares portiones: aut croci, myrrhæ, ſing. P. II. ✱. H iridis, aluminis ſciſſilis, ſandaracæ, ſingul. P. IIII. ✱. iunci quadrati P. VIII. ✱. Aut gallæ, myrrhæ, ſingulorum P. II. ✱. aluminis ſciſſilis P. II. ✱. roſæ foliorum P. IIII. ✱. Quidam autem croci P. ✱ aluminis ſciſſilis, myrrhæ, ſingulorum P. I. ✱. ſandaracæ P. II. ✱. iunci quadrati P. IIII. ✱. miſcent. Priora arida inſper-

guntur. Hoc cum melle illinitur, neque vlceribus tantùm, ſed etiam tonſillis. Verùm ea longè periculoſiſſima vlcera ſunt quas ἄφθας Græci appellãt, ſed in pueris: hos enim ſæpe conſumũt: in viris & mulieribus idem periculũ non eſt. Hæc vlcera à gingiuis incipiunt, deinde palatũ totúmque os occupant, tùm ad vuam faucéſque deſcendũt. Quibus obſeſſis non facilè fit vt puer conualeſcat. At miſerius etiam eſt ſi lactens adhuc infans eſt, quo minus imperari remedium aliquod poteſt. Sed in primis nutrix cogẽda eſt exerceri ambulationibus, iiſque operibus quæ ſuperiores partes mouent. Mittenda in balneũ, iubendáque ibi calida aqua mammas perfundere, tum alenda cibis lenibus, & iis qui facilè non corrũpuntur. Potiones, ſi febricitat puer, aquæ: ſi ſine febre eſt, vini diluti. Ac ſi aluus nutrici ſubſtitit, ducẽda eſt: ſi pituita eius in os coit, vomere debet. Tum ipſa vlcera perungenda ſunt melle cui rhus quem Syriacum vocãt, aut amaræ nuces adiectæ ſunt: vel mixtis inter ſe roſæ foliis aridis, pineis nucleis, menthæ coliculo, melle, vel eo medicamento quod ex moris fit: quorum ſuccus eodem modo quo Punici mali ad mellis craſſitudinẽ coquitur, eadémque ratione ei crocũ, myrrha, alumen, vinum, mel, miſcetur. Neque quicquam dãdum ad quod humor euocari poſſit. Si verò iam firmior puer eſt, gargarizare debet iis fere quæ ſuprà cõprehenſa ſunt. At ſi lenia medicamenta in eo parum proficiunt, adhibenda ea quæ adurẽdo cruſtas vlceribus inducãt. quale eſt ſciſſile alumen, vel chalcitis, vel atramentum ſutorium. Prodeſt etiam fames, & abſtinentia quanta maxima imperari poteſt: cibus debet eſſe lenis: ad purganda tamen vlcera interdùm caſeus ex melle rectè datur.

DE LINGVAE VLCERIBVS, Cap. XII.

LInguæ quoque vlcera non aliis medicamentis egent quàm quæ prima parte ſuperioris capitis expoſita ſunt. Sed quæ in latere eius naſcuntur, diutiſſimè durant: videndúmque eſt num contrà dens aliquis acutior ſit, qui ſaneſcere ſæpe vlcus eo loco non ſinit, ideóque limandus eſt.

DE PARODONTIDIBVS, GINGIVARVM tuberculis, déque aliis vlceribus gingiuarum, Cap. XIII.

SOlent etiam interdum iuxta dentes in gingiuis tubercula quædam oriri dolentia, παροδοντίδας Græci appellant. Hæc initio leniter ſale contrito perfricare oportet, aut inter ſe mixtis, ſale foſſili, combuſto cupreſſo, nepeta: deinde eluere os cremore lẽticulæ, & inter hæc hiare, donec pituitæ ſatis profluat. In maiore verò inflãmatione iiſdem medicamentis vtẽdum eſt quæ ad vlcera oris ſuprà poſita ſunt: & mollis linamenti paulum inuoluendum aliqua compoſitione ex iis quas antheras vocari dixi, demittendúmque id inter dentem & gingiuam. quòd ſi durior erit, & id prohibebit, extrinſecus admouendus erit ſpõgiæ vapor calidus, imponendúmq; ceratum: ſi ſuppuratio ſe oſtendet, diutius eo vapore vtendum erit, & continendum ore calidum mulſum in quo ficus decocta ſit: itémque ſubcrudum incidendũ, ne ſi diutius ibi pus permanſerit, os lædat. Quòd ſi maior is tumor eſt, cõmodius totus exciditur, ſic vt ex vtraque parte dẽs liberetur. Pure excepto, ſi leuis plaga eſt, ſatis eſt ore calidã aquam continere, & extrinſecus fouere eodem vapore: ſi maior eſt, lẽticulæ cremore: vti iiſdem medicamẽtis quibus cætera vlcera oris curantur. Alia quoque vlcera in gingiuis plerunque oriũtur, quibus eadem quæ in reliquo ore ſuccurrunt. maximè tamen mãdere liguſtrum oportet, ſuccúmque eum ore cõtinere. Fit etiam interdum vt ex gingiuæ vlcere (ſiue παροδοντίδες ſint, ſiue nõ ſint) diutius pus feratur. quod aut dente corrupto aut fracto, vel aliter vitiato oſſe, maximéque id per fiſtulam venire cõſueuit. Vbi incidit, locus aperiendus, dens eximendus: teſta oſſis, ſiqua exceſſit, recidenda eſt: ſiquid vitioſi eſt, radendum. Poſt quæ, quid fieri debeat, ſuprà in aliorum vlcerum curatione cõprehenſum eſt. Si verò à dentibus gingiuæ recedũt, eædem antheræ ſuccurrunt. Vtile eſt etiã pyra aut mala non permatura mandere, & ore eum humorem cõtinere.

A Idémque præſtare nõ acre acetum in ore retentũ poteſt.

DE VVAE MORBO, ET CVRATIONE, Cap. XIIII.

VVæ vehemens inflammatio terrere quoque debet: itaque in hac, abſtinentia neceſſaria eſt, & ſanguis rectè mittitur: & ſi id aliqua res prohibet, aluus vtiliter ducitur. capútque ſuper hæc velandum, & ſublimius habendum eſt: tum aqua gargarizandum in qua ſimul rubus & lenticula decocta ſit. Illinẽda autem ipſa vua vel ompha-
B cio, vel galla, vel alumine ſciſſili, ſic vt cuilibet eorũ mel adiiciatur. Eſt etiam medicamentum huic aptum quod Androniũ appellatur. Conſtat ex his, alumine ſciſſili, ſquama æris rubri, atramẽto ſutorio, galla, myrrha, miſy. Quæ per ſe contrita miſtáque, rurſus paulatim adiecto vino auſtero teruntur, donec his mellis craſſitudo ſit: vbi horum aliquo illita vua eſt, chelidoniæ quoq; ſucco per cochlear illita vua maximè prodeſt. Fere multa pituita decurrit, quúmque ea quieuit, ex vino calido gargarizãdum. Quòd ſi minor in ea inflãmatio, laſer terere, eíque adiicere fri-
C gidam aquam ſatis eſt, eámque aquam cochleario exceptam ipſi vuæ ſubiicere: ac mediocriter eam tumentẽ aqua quoque frigida eodem modo ſubiecta reprimit. Ex eadem autem aqua gargarizandum quoque eſt quæ vel cum laſere, vel ſine eo, hac curatione vuæ ſubiecta eſt.

DE CANCRO ORIS, Cap. XV.

SI quando autem vlcera oris cancer inuaſit, primò cõſiderandum eſt num malus corporis habitus ſit, eique occurrendũ, deinde ipſa vlcera curanda. Quòd ſi in ſum-
D ma parte id vitium eſt, ſatis proficit anthera humido vlceri arida inſperſa: ſicciori cum exigua parte mellis illita. Si paulo altius, chartæ combuſtæ partes duæ, auripigmẽti pars vna: ſi penitus malum deſcendit, chartæ combuſtæ partes tres, auripigmenti pars quarta: aut pares portiones ſalis fricti & iridis frictæ: aut itẽ pares portiones chalcitidis, calcis, auripigmenti. Neceſſarium autem eſt linamentum in roſa tingere, & ſuper adurentia medicamenta
E imponere, ne vicinum & ſanum locum lædant. Quidam etiam in acris aceti heminam frictum ſalem coniiciunt, donec tabeſcere deſinat: deinde id acetum coquunt, donec exſiccetur, eúmque ſalem contritum inſpergũt. Quoties autem medicamentum iniicitur, & antè & poſt os diluendum eſt vel cremore lenticulæ, vel aqua in qua aut eruum, aut oleæ, aut verbenæ decoctæ ſint, ſic vt cuilibet eorum paulum mellis miſceatur. Acetum quoque ex ſcilla retentum ore, ſatis aduerſus hæc vlcera proficit: ex aceto cocto ſali (ſicut ſuprà demõſtratum eſt) rurſus mixtum acetum. Sed & diu continere vtrumlibet, & id bis aut ter
F die facere, prout vehemens malum eſt, neceſſarium eſt. Quòd ſi puer eſt cui id incidit, ſpecillum lana inuolutum in medicamentum demittendum eſt, & ſuper vlcus tenendum, ne per imprudentiam adurentia deuoret. Et ſi dolor in gingiuis eſt, mouentúrque aliqui dentes, refici eos oportet: nam curationes vehementer impediunt. Si nihil medicamenta proficient, vlcera erunt adurenda. quod tamen in labris ideo nõ eſt neceſſarium quoniam excidere commodius eſt. Et id quidem æquè aduſtum atque exciſum, ſine ea curatione quæ corpori manu adhi-
G betur, impleri non poteſt. Gingiuarum verò oſſa quæ hebetia ſunt, in perpetuum vſtione nudantur. neque enim poſtea caro increſcit. Imponenda tamen aduſtis lenticula eſt, donec ſanitatem qualis eſſe poteſt recipiant.

DE PAROTIDIBVS QVAE SVB AVRIbus oriuntur, Cap. XVI.

HÆc in capite fere medicamentis egent: ſub ipſis verò auribus oriri παρωτίδες ſolent, modò in ſecunda valetudine ibi inflammatione orta, modò poſt longas febres, illuc impetu morbi conuerſo. Id abſceſſus genus
H eſt: itaque nullam nouam curationẽ deſiderat. Animaduerſionem tantummodo hanc habet neceſſariam, quia ſi ſine morbo id intumuit, primùm reprimentium experimentum eſt: ſi ex aduerſa valetudine, illud inimicum eſt, maturarique & quamprimum aperiri commodius eſt.

DE VMBILICI PROMINENTIS CVratione, Cap. XVII.

AD vmbilicos verò prominentes, ne manu ferróque vtendum ſit, antè tentandum eſt vt abſtineant, aluus his ducatur: imponatur ſuper vmbilicum id quod ex his conſtat, Cicutæ & fuliginis, ſingulorum P.I.✱. ceruſſæ elotæ P.IIII.✱. plumbi eloti P.VIII.✱. ouis duobus, quibus etiam ſolani ſuccus adiicitur. Hoc dilutius impoſitũ eſſe oportet, & interim conquieſcere hominem, cibo modico vti, ſic vt vitentur omnia inflantia.

DE OBSCOENARVM PARTIVM VItiis, & curationibus, Cap. XVIII.

PRoxima ſunt ea quæ ad partes obſcœnas pertinent, quarum apud Græcos vocabula & tolerabilius ſe habent, & accepta iam vſu ſunt, quũ omni fere medicorum volumine atque ſermone iactentur: apud nos fœdiora verba, ne conſuetudine quidem aliqua verecũdius loquẽtium commendata ſunt, vt difficilis hæc explanatio ſit, ſimul & pudorem & artis præcepta ſeruantibus. Neque tamẽ ea res à ſcribẽdo deterrere me debuit: primùm vt omnia quæ ſalutaria accepi, comprehenderem, dein quia in vulgus eorũ curatio etiam præcipuè cognoſcenda eſt quæ inuitiſſimus quiſque alteri oſtendit.

De colis morbis, & curationibus.

Igitur ſi ex inflammatione coles intumuit, reducique ſumma cutis, aut rurſ⁹ induci nõ poteſt, multa calida aqua fouẽdus locus eſt. Vbi verò glãs contecta eſt, oriculario quoque clyſtere inter eam cutémque aqua calida inferenda eſt. Si mollita ſic & extenuata cutis, ducẽti paruit, expeditior reliqua curatio eſt. Si tumor vicit, imponenda eſt vel lenticula, vel marrubium, vel oleæ folia ex vino cocta, ſic vt cuilibet eorum, dum teritur, mellis paulum adiiciatur. Surſùmque coles ad ventrem deligãdus eſt: quod in omni curatione eius neceſſarium eſt. Iſque homo continere ſe debet, & abſtinere à cibo, & potione aquæ tãtùm à ſiti vindicari. Poſterò die rurſus adhibendum iiſdem rationibus aquæ fomentum eſt, & cum vi quoque experiundum an cutis ſequatur. Eáque ſi non parebit, leuiter ſummo ſcalpello concidẽda erit. Nam quũ ſanies profluxerit, extenuabitur is locus, & facilius cutis ducetur. Siue autem hoc modo victa erit, ſiue nũquam repugnauerit, vlcera vel in cutis vlteriore parte, vel in glande vltráve eam in cole reperientur, quæ neceſſe eſt aut pura ſiccâve ſint, aut humida & purulenta. Si ſicca ſunt, primùm aqua calida fouenda ſunt: deinde imponendum lycium ex vino eſt, aut amurca cocta cum eodem, aut cum roſa butyrum. Si leuis his humor ineſt, vino eluenda ſunt, tũ butyri & roſæ mollis paulũ, & reſinæ terebinthinæ pars quarta adiicienda eſt, eóque vtendum. Aut ſi pus ex his profluit, ante omnia elui mulſo calido debent: tum imponi piperis P.I.✱. myrrhæ P.II.✱. croci, miſyos cocti, ſingulorum P.II.✱. quæ ex vino auſtero coquuntur donec mellis craſſitudinem habeant. Eadem autem compoſitio tonſillis, vuæ madẽtiori, nariúmque vlceribus accommodata eſt. Aliud ad eã piperis P.I.✱. myrrhæ P.I.✱. croci P.II.✱. miſyos cocti P.I.✱. æris combuſti P.II.✱. quæ primùm ex vino auſtero conteruntur, deinde vbi inaruerunt, iterũ teruntur ex paſſi tribus cyathis, & incoquũtur donec viſci craſſitudinem habeãt. Ærugo quoque cum cocto melle, & ea quæ ad oris vlcera ſuprà comprehenſa ſunt curãt: aut Eraſiſtrati compoſitio aut Cratonis rectè ſuper purulenta naturalia imponitur. Folia quoque oleæ ex nouem cyathis vini coquuntur. His adiicitur aluminis ſciſſilis P.IIII.✱. lycii P.VIII.✱. mellis ſeſquicyathus. Ac ſi plus puris eſt, id medicamentum ex melle: ſi minus, ex vino diluitur. Illud perpetuum eſt, poſt curationem dum inflammatio manet, quale ſuprapoſitum eſt cataplaſma ſuperdare, & quotidie vlcera eadem ratione curare. Quòd ſi pus & multum & cum malo odore cœpit profluere, elui cremore lenticulæ debet, ſic vt ei mellis paulum adiiciatur: aut oleæ, aut lentiſci folia, vel marrubium decoquendum eſt, eóque humore eodem modo cum melle vtẽdum, imponendáque eadem, aut etiam omphacium cum melle, aut id quod ex ærugine & melle ad aures fit, aut compoſitio Andronis, aut anthera, ſic vt ei paulũ mellis adiiciatur. Quidam vlcera omnia de quibus adhuc dictum eſt, lycio ex vino curãt: ſi verò vlcus latius atque altius ſerpit, eodem modo elui debet. Imponi verò, aut ærugo, aut omphaciũ cum melle, aut Andronis cõpoſitio, aut marrubii, aut myrrhæ, aut croci, aluminis ſciſſilis cocti, roſæ foliorum aridorum, gallæ, ſingulorum P.I.✱. minii ſinopici P.II.✱. Quæ per ſe ſingula primùm teruntur, deinde iuncta, iterum melle adiecto, donec liquidi cerati craſſitudinem habeãt: tum in æneo vaſe leniter coquũtur, ne ſuperfluãt. Quum iam guttæ indureſcũt, vas ab igne remouetur, idque medicamentum, prout opus eſt, aut ex melle aut ex vino liquatur. Idem autem per ſe etiam ad fiſtulas vtile eſt. Solet etiam interdum ad neruos vlcus deſcẽdere, profluítque pituita multa, ſanies tenuis malique odoris, non cocta, aut aquæ ſimilis, in qua caro recens lota eſt: doloréſque is locus & punctiones habet. Id genus quanuis inter purulenta eſt, tamen lenibus medicamentis curandũ eſt: quale eſt emplaſtrum τετραφάρμακον ex roſa liquatum, ſic vt thuris quoque paulum ei miſceatur: aut id quod ex butyro, roſa, reſina, melle fit: ſuprà verò à me poſitũ eſt. Præcipuéque id vlcus multa calida aqua fouendum eſt, velãdúmque, neque frigori committendum. Interdum autẽ per ipſa vlcera, coles ſub cute exeſus, ſic vt glans excidat. ſub quo caſu cutis ipſa circuncidenda eſt. Perpetuúmque eſt, quoties glãs, aut ex cole aliquid vel excidit, vel abſcinditur, hanc non eſſe ſeruandam, ne conſidat, vlceríque agglutinetur, ac neque reduci poſſit poſtea, & fortaſſe fiſtulã quoque vrinæ includat. Tubercula etiã quæ φύματα Græci vocant, circa glandem oriuntur, quæ vel medicamentis vel ferro aduruntur: & quum cruſtæ exciderunt, ſquama æris inſpergitur, nequid ibi rurſus increſcat.

De cancri qui in cole naſcitur curatione.

Hæc citra cancrum ſunt, qui quum in reliquis partibus, tum in his quoque vel præcipuè vlcera infeſtat. Incipit à nigritie, quæ ſi cutem occupauit, protinus ſpecillum ſubiiciendum, eáque incidenda eſt, deinde oræ vulſella prehendendæ: tum quicquid corruptum eſt, excidẽdum, ſic vt ex integro quoque paulum demat, ídque adurendũ. Quoties quid vſtum eſt, id quoque ſequitur vt imponenda lenticula ſit, deinde vbi cruſtæ exciderunt, vlcera ſic vt alia curentur. At ſi cancer ipſum colem occupauit, inſpergenda aliqua ſunt ex adurẽtibus, maximéque id quod ex calce, chalcitide, auripigmento cõponitur. Si medicamenta vincuntur, hîc quoque ſcalpello quicquid corruptum eſt, ſic vt aliquid etiam integri trahat, præcidi debet. Illud quoque æquè perpetuũ eſt, exciſo cancro vulnus eſſe adurẽdũ. Sed ſiue ex medicamẽtis, ſiue ex ferro cruſtæ occalluerint, magnũ periculũ eſt ne his decidentibus ex cole profuſio ſanguinis inſequatur. Ergo longa quiete & immobili penè corpore opus eſt, donec ex ipſo cruſtæ puræ leniter reſoluãtur. At ſi vel volẽs aliquis, vel imprudens, dum ingreditur, immaturè cruſtas diduxit, & fluit ſanguis, frigida aqua adhibenda eſt. Si hæc parum valet, decurrendum eſt ad medicamenta quæ ſanguinem ſupprimunt. Si ne hæc quidem ſuccurrunt, aduri diligenter & timidè debet, neque vllo poſtea motu dãdus eidem periculo locus eſt.

De phagedænæ in cole naſcentis curatione.

Nonnunquam etiam id genus ibi cancri quod φαγέδαινα à Græcis nominatur, oriri ſolet, in quo minimè differendum, ſed protinus iiſdem medicamentis occurrendum eſt, & ſi parum valent, ferro adurendum. Quædam etiam nigrities eſt quæ non ſentitur, & ſerpit, ac ſi ſuſtinuimus, vſque ad veſicam tendit, neque ſuccurri poſtea poteſt. Si id in ſumma glãde circa fiſtulã vrinæ eſt, prius in ea tenue ſpecillum demittendũ eſt, ne claudatur, deinde id ferro adurendũ: ſi verò altè penetrauit, quicquid occupatum eſt præcidendum eſt. Cæterùm eadem quæ in aliis cancris, facienda ſunt.

De carbunculo qui in cole naſcitur.

Occalleſcit etiam in cole interdum aliquid, ídque omni penè ſenſu caret, quod ipſum quoque excidi debet. Carbũculus autem ibi natus, vt primùm apparet, oriculario clyſtere eluẽdus eſt: deinde ipſe quoque medicamẽtis vrendus, maximéque chalcitide cum melle, aut ærugi-

ne cum coᶜto melle, aut ouillo ſtercore & contrito cum eodem melle. Vbi is excidit, liquidis medicamẽtis vtendum eſt quæ ad ora vlceris componuntur.

De teſticulorum morbis, & eorum curatione.

In teſticulis verò, ſiqua inflammatio ſine ictu orta eſt, ſanguis ex talo mittendus eſt, à cibo abſtinendum, imponendum ex faba farina ex mulſo cocta, cum cumino contrito ex melle cocto: aut contritum cuminum cum cerato ex roſa facto: aut lini ſemen frictum, contritum, & in mulſo coctum, aut tritici farina ex mulſo cocta cum cupreſſo, aut lilii radix cõtrita. Aut ſi iidem induruerũt, imponi debet lini vel fœnigræci ſemen ex mulſo coctum, aut ex cyprino ceratum: aut ſimila ex vino contrita, cui paulũ croci ſit adiectũ. Si vetuſtior iã durities eſt, maximè proficit cucumeris agreſtis radix ex mulſo cocta, deinde contrita. Si ex ictu tument, ſanguinem mitti neceſſarium eſt, magiſque ſi etiam liuent. Imponendum verò vtrumlibet ex iis quæ cum cumino cõponuntur, ſupráque propoſita ſunt: aut ea compoſitio quæ habet nitri cocti P.I.✱. reſinæ pineæ, gummi, ſingulorum P.II.✱. vuæ taminiæ ſine ſeminibus P.IIII.✱. mellis quantum ſatis ſit ad ea cogẽda. Quòd ſi ex ictu teſticulis aliquid deſit, fere pus quoq; increſcit: neq; aliter ſuccurri poteſt quàm ſi inciſo ſcroto, & pus emiſſum, & ipſe teſticulus exciſus eſt.

De rhagadiis, & cõdylomate, & hæmorrhoidibus, aliiſque ani morbis, & curationibus eorũ: & primò de rhagadiis.

Anus quoque multa tædiique plena mala recipit, nec in ſe multum abhorrẽtes curationes habet. At primùm in eo ſæpe, & quidẽ pluribus locis, cutis exciditur, ῥαγάδια Græci vocant. Id ſi recens eſt, quieſcere homo debet, & in aqua calida deſidere. Columbina quoque oua coquenda ſunt, & vbi induruerunt, purganda: deinde alterum iacere in aqua bene calida debet, altero calido foueri locus ſic vt inuicem vtroque aliquis vtatur: tum tetrapharmacum aut rhypodes roſa diluendum eſt, aut hyſſopum recens miſcẽdum cum cerato liquido ex roſa facto: aut eidem cerato liquido plumbum elotum adiiciendum: aut reſinæ terebinthinæ myrrha, aut ſpumæ argenti vetus oleum: & quolibet ex his id perungendum. Si quicquid læſum eſt, extrà eſt, neque intus reconditum, eodem medicamento tinctum linamentum ſuperdandum eſt, & quicquid antè adhibuimus, cerato contegendum. In hoc autẽ caſu neque acribus cibis vtendum, neque aſperis, nec aluum comprimentibus: ne aridum quidem quicquam ſatis vtile eſt, niſi admodum paulũ. Liquida, lenia, pinguia, glutinoſa meliora ſunt: vino leni vti nihil prohibet.

De condylomate.

Κονδύλωμα autem eſt tuberculum quod ex quadam inflammatione naſci ſolet. Id vbi ortum eſt, quod ad quietem, cibos potionéſque pertinet, eadem ſeruari debent quæ proximè ſcripta ſunt. Iiſdem etiam ouis rectè tuberculum id fouetur. Sed deſidere antè homo in aqua debet in qua verbenæ decoctæ ſunt: ex reprimẽtibus tum rectè imponitur & lenticula cũ exigua mellis parte, & ſertula campana ex vino cocta, & rubi folia cõtrita cum cerato ex roſa facto, & cum eodem cerato contritum vel cotoneum malum, vel malicorii ex vino cocti pars interior, & chalcitis cocta atque contrita, deinde hyſſopo ac roſa excepta. Et ex ea compoſitione quæ habet thuris P.I.✱. aluminis ſciſſilis P.II.✱. ceruſſæ P.III.✱. ſpumæ argenti P.V.✱. Quibus dum teruntur, inuicem roſa & vinum inſtillatur. Vinculum autem ei loco linteolum, aut paniculus quadratus eſt, qui ad duo capita duas anſas, ab altera verò parte totidem faſcias habet: quúmque ſubiectus eſt anſis ad ventrem datis, à poſteriore parte in eas adductæ faſciæ coniiciuntur: atque vbi artatæ ſunt, dexteriori ſiniſtra, ſiniſteriori dextra procedit, circũdatæque circa aluũ inter ſe nouiſſimè nodo deligantur. Sed ſi vetus condyloma iam induruit, neque ſub his curationibus deſidit, aduri medicamento poteſt quod ex his conſtat, Æruginis P.II.✱ myrrhæ P.IIII.✱. gũmi P.VIII.✱. thuris P.XII.✱. ſtibis, papaueris lacrymæ, acaciæ, ſingulorum P.XVI.✱. quo medicamento quidam etiam vlcera de quibus proximè dixi, renouant. Si hoc parum in condylomate proficit, adhiberi poſſunt etiam vehementius adurentia. Vbi conſumptus eſt tumor, ad medicamenta lenia tranſeundum eſt.

De hæmorrhoidibus.

Tertium autem vitium eſt, ora venarum tanquam ex capitulis quibuſdam ſurgentia, quæ ſæpe ſanguinem fundunt: αἱμοῤῥοΐδας Græci vocant. Idque etiam in ore vuluæ fœminarum incidere conſueuit. atque in quibuſdam parum tutò ſupprimitur, qui ſanguinis profluuio imbecilliores non fiunt. Habent enim purgationem hanc, non morbum: ideóque curati quidã quum ſanguinis exitum non haberent, inclinata in præcordia ac viſcera materia, ſubitis & grauiſſimis morbis correpti ſunt. Si cui verò id nocet, is deſidere in aqua ex verbenis debet: imponere maximè malicorium cum aridis roſæ foliis contritum, aut ex iis aliqua quæ ſanguinem ſupprimunt. Solet autem oriri inflammatio, maximè vbi dura aluus eum locum læſit. Tum in aqua dulci deſidendum eſt, & id fouẽdũ ouis, imponendi vitelli cum roſæ foliis ex paſſo ſubactis: idque ſi intus eſt, digito illinendum: ſi extrà, ſuper illitum panniculum imponendum eſt. Ea quoque medicamenta quæ recentibus ſciſſuris poſita ſunt, hîc idonea ſunt. Cibis verò in hoc caſu iiſdem quibus in prioribus vtendum eſt. Si iſta parum iuuant, ſolent impoſita medicamenta adurentia, ea capitula abſumere: at ſi iam vetuſtiora ſunt, ſub authore Dionyſio inſpergenda ſandaraca eſt, deinde imponendum quod ex his conſtat, Squamæ æris, auripigmenti, ſingulorum P.V.✱. ſaxi calcis P.VIII.✱. poſtero die acu compungendum. Aduſtis capitulis fit cicatrix, quæ ſanguinem fundi prohibet. Sed quoties is ſuppreſſus eſt, nequid periculi afferat, multa exercitatione digerenda materia eſt: prætereáque & viris & fœminis quibus menſtrua nõ proueniunt, interdũ ex brachio ſanguis mittendus eſt.

Si anus vel os vuluæ procidit, qua curatione vtendum ſit.

At ſi anus ipſe, vel os vuluæ procidit, (nã id quoque interdum fit) conſiderari debet purúmne id ſit quod prouolutum eſt, an humore mucoſo circundatum. Si purum eſt, in aqua deſidere homo debet, aut ſalſa, aut cum verbenis vel malicorio incocta: ſi humidum, vino auſtero ſubluendum eſt, illinendúmque fæce vini cobuſta. Vbi vtrolibet modo curatum eſt, intus reponendum eſt, imponendáque plantago contrita, vel folia ſalicis in aceto cocta, tum linteolum, & ſuper lana æquè deliganda, cruribus inter ſe deuinctis.

De vlcere fungo ſimili, in ano.

Fungo quoque ſimile vlcus in eadem ſede naſci ſolet. Id, ſi hyems eſt, egelida, ſi aliud tempus, frigida aqua fouendũ eſt: deinde ſpuma æris inſpergenda, ſupráque ceratum ex myrteo factum, cui paulũ ſquamæ fuliginis, calcis ſit adiectum. Si id hac ratione non tollitur, vel medicamentis vehementioribus, vel ferro adurendum eſt.

DE DIGITORVM VLCERIBVS, Cap. XIX.

Digitorum autem vetera vlcera commodiſſimè curantur aut lycio, aut myrrha cocta, quum vtrilibet vinũ adiectum eſt. In iiſdem recedere ab vngue caruncula cũ magno dolore conſueuit: πτερύγιον Græci appellant. Oportet alumen melinum rotundũ in aqua liquare, donec mellis craſſitudinem habeat: tum quantum eius aridi fuit, tãtundem mellis infundere, & radiculam miſcere, donec ſimilis croco colore fiat, eóque illinere. Quidam ad eundẽ vſum decoquere ſimul maluam ſolent: quũ paria põdera aluminis aridi & mellis miſcuerint. Si hac ratione ea non exciderunt, excidenda ſunt: deinde digiti fouendi aqua ex verbenis, imponendúmque ſuper medicamentum ita factum: Chalcitis, malicorium, ſquama æris excipiuntur fico pingui leniter cocto ex melle: aut chartæ combuſtæ, auripigmenti, ſulphuris ignem non experti par modus cerato miſcetur ex myrteo facto: aut æruginis raſæ P.I.✱. ſquamæ P.II.✱. mellis cyatho coguntur, aut pares portiones miſcentur, ſaxi calcis, chalcitidis, auripigmenti. Quicquid horum impoſitum eſt, tegendum linteolo aqua madefacto eſt, tertio die digitis reſoluẽdus eſt. Siquid aridi

eſt,iterum excidendum, ſimiliſque adhibēda curatio eſt. Si non vincitur,purgandus ſcalpello, tenuibúſque ferramentis adurendus eſt,& ſicut reliqua vſta curādus eſt. At vbi ſcabri vngues ſunt,circum aperiri debent quà corpus contingunt,tunc ſuper eos ex hac compoſitione æquè im- A poni ſandaracæ,ſulphuris,ſingulorum P.II.✻. nitri, auripigmenti, ſingulorum P.II.✻. reſinæ liquidæ P.VIII.✻. Tertióque id die reſoluendum eſt, ſub quo medicamento vitioſi vngues cadunt,& in eorum locum meliores renaſcuntur.

AVRELII CORNELII CELSI DE RE MEDICA Lib. VII.

De chirurgica, & qui in ea claruerunt, & qualis eſſe chirurgicus debeat,& quid in hoc libro deſcribatur.

TErtiam eſſe medicinæ partem quæ manu curet,& vulgo notum,& à me propoſitum eſt.Ea non quidem medicamenta atque vi B ctus rationem omittit,ſed manu tamē plurimum præſtat, éſtque eius affectus inter omnes medicinæ partes euidentiſſimus. Siquidem in morbis quum multum fortuna conferat,eadémque ſæpe ſalutaria,ſæpe vana ſint, poteſt dubitari ſecunda valetudo medicinæ an corporis beneficio cōtigerit.In iis quoq; in quibus medicamētis maximè vtimur, quāuis profectus euidētior eſt, tamē ſanitatē & per hæc fruſtra quæri,& ſine his reddi ſæpe manifeſtum eſt: ſicut in oculis quoque deprehendi poteſt,qui à medicis diu ve C xati, ſine his interdum ſaneſcunt.At in ea parte quæ manu curat,euidens eſt,omnem profectum, vt aliquid ab aliis adiuuetur,hinc tamen plurimum trahere. Hæc autem pars quum ſit vetuſtiſſima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate quàm à prioribus exculta eſt:deinde poſteaquam diducta ab aliis,habere profeſſores ſuos cœpit, in Ægypto quoque increuit, Philoxeno maximè authore,qui pluribus voluminibus hanc partem diligentiſſimè cōprehendit.Gorgias quoque & Soſtratus, & Hierō,& Apollonii duo,& Ammonius Alexandrinus, D multique alii celebres viri, ſinguli quædam repererunt. Ac Romæ quoque non mediocres profeſſores, maximéque nuper Tryphon pater,& Euelpiſtus,&(vt ex ſcriptis eius intelligi poteſt)horum eruditiſſimus Meges,quibuſdā in melius mutatis,aliquantum ei diſciplinæ adiecerunt. Eſſe autem chirurgus debet adoleſcens, aut certè adoleſcentiæ propior, manu ſtrenua,ſtabili, nec vnquam intremeſcente,eáque non minus ſiniſtra quàm dextra promptus,acie oculorum acri,claráque,animo intrepidus, im- E miſericors,ſic vt ſanari velit eum quem accipit, non vt clamore eius motus,vel magis quàm res deſiderat,properet,vel minus quàm neceſſe eſt, ſecet:ſed perinde faciat omnia ac ſi nullus ex vagitibus alterius affectus oriatur. Poteſt autem requiri quid huic parti propriè vendicandum ſit, quia vulnerum quoque vlcerúmque multorum curationes,quas alibi exequutus ſum,chirurgi ſibi vendicant.Ego eundem quidem hominē poſſe omnia iſta præſtare concipio: atque vbi ſe diuiſerunt, eum laudo qui quāplurimū percipit.Ipſe autē huic parti ea reliqui in quibus vulnus facit medicus,nō accipit,& in quib⁹ vulneri- F bus vlceribúſve plus perfici manu quàm medicamento credo:tū quicquid ad oſſa pertinet,quæ deinceps exequi aggrediar,dilatiſque in aliud volumen oſſibus,in hoc cætera explicabo: præpoſitiſque iis quæ in qualibet parte corporis fiunt,ad ea quæ proprias ſedes habent, tranſibo.

DE LVXATIS, Cap. I.

LVxata igitur,in quacūque parte corporis ſunt, quamprimum ſic curari debēt vt quà dolor eſt, eà ſcalpello cutis crebrò incidatur, detergatúrque eodem aduerſo profluens ſanguis.Quòd ſi paulo tardius ſubuenitur,iámque etiam rubor eſt,qua rubet corpus,ſi tumor quoque ac- G ceſſit,quacūque is eſt,id optimum auxiliū eſt. Tum ſuper danda reprimentia ſunt,maximéque lana ſuccida ex aceto & oleo.Quòd ſi leuior is caſus eſt, poſſunt etiam ſine ſcalpello impoſita eadē mederi.Et ſi nihil aliud eſt,cinis quoque maximè ex ſarmentis: ſi is non eſt, quilibet alius ex aceto,vel etiam ex aqua coactus.

DE IIS QVAE PER SE INTVMESCVNT, quomodo excidenda & curanda ſint, Cap. II.

VErùm hoc quidem promptum eſt:in his autem negotiū maius eſt quæ per ſe vitio intus orto intumeſcūt, B & ad ſuppurationem ſpectant.Ea omnia genera abſceſſuū eſſe aliàs propoſui,medicamentáque eis idonea exequutus ſum: nunc ſupereſt vt dicā in iiſdem quæ manu fieri debeant.Ergo priuſquam indureſcant,cutem incidere,& cucurbitulam accommodare oportet,quæ quicquid illuc malæ corruptæque materiæ coit, extrahat, idque iterum tertióque rectè fit, donec omne indicium inflammationis excidat. neque tamen fas non eſt nihil cucurbitula agere.Interdum enim,ſed raro,quicquid abſcedit,velamēto ſuo includitur,id antiqui tunicam nominabāt.Meges, C quia tunica omnis neruoſa eſt,dicit non naſci ſub eo vitio neruum,quo caro conſumeretur,ſed ſubiecto iam vetuſtiore pure callum circūdari.Quòd ad curationis rationem nullo loco pertinet,quia quicquid dixi,ſi tunica eſt, idem ſi callus eſt,fieri debet.Neque vlla res prohibet,etiā ſi callus eſt,tamen quia cingit,tunicā nominari: tū pure quoque maturior hæc interdum eſſe conſueuit.Ideóque quod ſub ea eſt,extrahi per cucubitulam non poteſt: ſed facilè id intelligitur,vbi nihil admota illa mutauit. Ergo ſiue id incidit,ſiue iā durities eſt, in hac auxilii nihil eſt. D Et(vt aliàs ſcripſi)vel auertenda cōcurrens eò materia,vel digerenda,vel ad maturitatem perducenda eſt. Si priora contigerunt,nihil præterea neceſſarium eſt. Si pus maturuit in alis quidem & in inguinibus, raro ſecandum eſt: item vbicunque mediocris abſceſſus eſt: item quoties in ſumma cute vel etiam carne vitium eſt,niſi feſtinare curantis imbecillitas cogit.Satíſque eſt cataplaſmata efficere,vt per ſe pus aperiatur. nam fere ſine cicatrice poteſt eſſe is locus qui expertus ferrū nō eſt. Si autē altius malū eſt, conſiderari debet,neruoſúſne is locus ſit an nō ſit: nā E ſi ſine neruis eſt,candenti ferramento aperiri debet. Cuius hæc gratia eſt,quòd exigua plaga diutius ad pus euocandum patet,paruáque poſtea cicatrix fit. At ſi nerui iuxtà ſunt,in his periculum eſt ne vel diſtendantur hi, vel membrum debilitent.neceſſaria verò opera ſcalpelli eſt. Sed cætera etiam ſubcruda aperiri poſſunt. Inter neruos verò vltima expectāda maturitas eſt, quæ cutē extenuet, eíque pus iungat,quò propius reperiatur: itémque aliam rectam plagam deſiderāt in carne, quia fere vehemēter cutem extenuat:tota ea ſuper pus excidēda eſt.Semper au- F tem vbi ſcalpellus admouetur, id agendum eſt vt & quāminimæ,& quampauciſſimæ plagæ fiāt: cum eo tamē vt neceſſitati ſuccurramus & in modo & in numero. Nam maiores ſinus,latius interdū etiam duabus aut pluribus lineis incidēdi ſunt.Dandáque opera vt intus ſinus exitū habeat,nequis humor intus ſubſidat, qui proxima & adhuc ſana rodendo ſinuet.Eſt etiam in rerum natura vt cutis latius excidenda ſit.Nam vbi poſt longos morbos totus corporis habitus vitiatus eſt,latéque ſe ſinus diffudit, &in eo pars cutis pallet,ſcire licet eam iam emortuā eſſe, & inutilem futuram. Ideóque excidere commodius eſt, G maximè ſi circa articulos maiores id euenit,cubantémq; ægrum fluens aluus exhauſit,neque per alimenta quicquā corpori accedit.Sed excidi ita debet vt plaga ad ſimilitudinem myrtei folii fiat,quò facilius ſaneſcat:idque perpetuum eſt. Vbicunque medicus ex quacunque cauſa cutē excidit,pure effuſo in alis vel inguinibus, linamēto opus non eſt,ſpongia ex vino imponenda eſt.In cæteris parti-

buſ,ſi æquè ea linamēta ſuperuacua ſunt, purgationis cau A
ſa paulum mellis infundendum,dein glutinãtia ſuperdã-
da.Si illa neceſſaria ſunt,ſuper ea quoq; ſimiliter dari ſpō-
gia eodem modo ex vino expreſſa debet. Quando autem
linamentis opus ſit,quando non ſit,aliâs dictum eſt.Cæte
ra eadem,inciſa ſuppuratione, facienda ſunt quæ vbi per
medicamenta rupta eſt, facienda eſſe propoſui.

DE BONIS MALISVE SIGNIS EXVLceratorum, Cap. III.

PRotinus autem quantum curatio efficiat, quantūque
aut ſperari aut timeri debeat,ex quibuſdam ſignis in B
telligi poteſt,ferèque iiſdem quæ in vulneribus expoſita
ſunt.Nam bona ſigna ſunt,ſomnum capere,facilè ſpirare,
ſiti non confici,cibum non faſtidire, ſi febricula fuit, ea
vacare:itémque habere pus album, leue, non fœdi odo-
ris.Mala ſunt,vigilia,ſpiritus grauitas,ſitis, cibi faſtidiū,
febris,pus nigrum, aut fæculentum,& fœdi odoris: item
procedente curatione,eruptio ſanguinis: aut ſi antequam
ſinus carne impleatur,oræ carnoſæ fiunt,illa quoque ipſa
carne hebete nec firma: deficere tamen animam vel ipſa C
curatione,vel poſtea,peſſimum omnium eſt. Quinetiam
morbus ipſe ſiue ſubitò ſolutus eſt,dein ſuppuratio exor-
ta eſt,ſiue effuſo pure permanet,non iniuſtè terret. Eſtque
inter cauſas timoris, ſi ſenſus in vulnere rodentium non
eſt.Sed vt hæc ipſa fortuna huc illúcve diſcernit,ſic medi
ci partiū eſt, eniti ad reperiendam ſanitatem. Ergo quo-
ties vlcus reſiluerit,eluere id: ſi reprimēdus humor vide-
bitur,vino ex aqua pluuiatili miſto,vel aqua in qua lenti-
cula cocta ſit, debebit.Si purgãdum erit,mulſo: rurſúſque
imponere eadem.Vbi iam repreſſus videbitur humor, vl
cúſque purum erit, produci carnem conueniet, & foueri D
vulnus pari portione vini ac mellis,ſupérque imponi ſpō
gia ex vino & roſa tincta. Per quæ quū caro producatur,
plus tamen(vt aliâs quoque dixi)victus ratio eo confert,
id eſt ſolutis iam febribus & cibi cupiditate reddita, bal-
neum rarū, quotidiana(ſed lenis)geſtatio, cibi potionéſ-
que corpori reficiendo.Aptéque omnia per medicamēta
ſuppuratione quoq; rupta ſequūtur:ſed quia magno ma-
lo vix ſine ferro mederi licet,in hūc locū reſeruata ſunt.

DE FISTVLIS, Cap. IIII.

ADuerſus fiſtulas quoque,ſi altius penetrant, vt ad vl- E
timas demitti collyrium nō poſſit, ſi tortuoſæ ſunt,
ſi multiplices,maius in manu quàm in medicamētis præ
ſidium eſt,minúſque operæ eſt ſi ſub cute tranſuerſæ fe-
runtur quàm ſi rectè intus tendunt.Igitur ſi ſub cute trãſ-
uerſa fiſtula eſt, demitti ſpecillum debet, ſupráque id ea
incidi: ſi flexus reperiuntur, hi quoque ſimul ſpecillo &
ferro perſequendi ſunt: idémque faciendum ſi plures ſe
quaſi ramuli oſtēdunt.Vbi ad fines fiſtulæ ventum eſt,ex-
cidendus ex toto callus eſt,ſupérque fibulæ dandæ, & me
dicamētum quo glutinetur. At ſi rectà ſubter tendit,vbi F
quò maximè ferat,ſpecillo exploratum eſt,excidi is ſinus
debet,dein fibula oris cutis iniicienda eſt, & æquè gluti-
nantia medicamenta ſuperdanda ſunt: aut ſi corruptius
vlcus, quod interdū oſſe vitiato fit, vbi id quoque cura-
tum eſt,pus mouentia. Solent autem inter coſtas fiſtulæ
ſubter exire:quòd vbi incidit, eo loco coſta ab vtraque
parte decidenda & eximenda eſt, nequid intus corruptū
relinquatur. Solent, vbi coſtas tranſierunt, ſeptum id
quod tranſuerſum à ſuperioribus viſceribus inteſtina
diſcernit, violare. quod intelligi & ex loco & ex ma- G
gnitudine doloris poteſt,& quia nonnūquam ſpiritus eo
cum humore quaſi bullante prorumpit, maximéque ſi
hunc ore ille continuit: in eo medicamini locus nullus
eſt.In cæteris verò quæ circa coſtas ſanabilia ſunt,pinguia
medicamenta inimica ſunt,cæteris quæ ad vulnera accō
modantur,vti licet.Optimè tamen ſicca linamenta,vel (ſi
purgandum aliquid videtur)in melle tincta imponūtur.
Ventri nullum os ſubeſt,ſed ibi pernicioſæ admodum fi-
ſtulæ fiūt,adeò vt Soſtratus inſanabiles eſſe crediderit. Id
non ex toto ita ſe habere vſus oſtendit: & quidem (quod
maximè mirum videri poteſt) tutior fiſtula eſt contra ie- H
cur, & lienem,& ventriculum,quàm contra inteſtina:non
quò pernicioſior res ibi ſit,ſed quò alteri periculo locum
faciat: cuius experimento moti quidam authores parum
modum rei cognouerunt.Nam venter ſæpe etiã telo per-
foratur,prolapſáque inteſtina conduntur,& oras vulneris
ſuturæ comprehendunt: quod quemadmodum fiat mox
indicabo.Itaque etiam vbi tenuis fiſtula abdomen perrū-
pit,excidere eam licet,ſuturáque oras cōiungere. Si verò
ea fiſtula intus patuit, exciſa neceſſe eſt latius foramen re-
linquat:quod niſi magna vi vtique ab interiore parte ſui
non poteſt,qua quaſi membrana quædam finit abdomē,
quam περιτόναιον Græci vocant. Ergo vbi aliquis ingredi
ac moueri cœpit,rumpitur illa ſutura, atque inteſtina ſol-
uuntur.Quo fit vt pereundum homini ſit: ſed non omni
modo res ea deſperationem habet: ideóque tenuioribus
fiſtulis adhibenda curatio eſt.

De ani fiſtulis.

Propriam etiamnum animaduerſionem deſiderant
ea quæ in ano ſunt.In has demiſſo ſpecillo, ad vltimum
eius caput incidi cutis debet,dein nouo foramine ſpecil-
lum educi lino ſequente, quod in aliam eius partem ob
idipſum perforatam coniectum ſit.Ibi linum prehenden
dum,vinciēdúmque cum altero capite eſt, vt laxè cutem
quæ ſuper fiſtulam eſt,teneat.Idque linum eſſe debet cru
dum,& duplex tripléxve,ſic tortum vt vnitas facta ſit.In-
terim autem licet negotia agere,ambulare,lauari, cibum
capere perinde atque ſaniſſimo. Tantummodo id linum
bis die ſaluo nodo ducendum eſt,ſic vt ſubeat fiſtulam
pars quæ ſuperior fuerit:neque committendum eſt vt id
linū putreſcat: ſed tertio quoq; die nodus reſoluēdus eſt,
& ad caput alterum recens linum alligandum, eductóque
vetere,id in fiſtula cum ſimili nodo relinquendum. Sic
enim id paulatim cutem quæ ſupra fiſtulam eſt incidit,ſi
múlque & id ſaneſcit quod à lino relictū eſt, & id quod
ab eo mordetur,inciditur.Hæc ratio curationis lōga, ſed
ſine dolore eſt.Qui feſtinat,aſtringere cutem lino debet,
quò celerius ſecet, noctúque penicillo tenuia quædã in-
tus demittere,vt cutis hoc ipſo extenuetur quo extendi-
tur:ſed hæc dolorē mouēt.Adiicitur celeritati ſic vt tor-
mento quoque,ſi & linum & id quod ex penicillo eſt, ali
quo medicamento illinitur, ex iis quibus callum exedi
poſui.Poterit tamen fieri vt ad ſcalpelli curationem etiã
illò loci veniēdum ſit,ſi intus fiſtula fert, ſi multiplex eſt.
Igitur in hæc genera demiſſo ſpecillo duabus lineis inci-
denda cutis eſt,vt media inter eas habenula tenuis admo
dum eiiciatur,ne protinus ora coeãt, ſitque locus aliquis
linamentis quæ quampauciſſima ſuperiniicienda ſunt, o-
mniáque eodem modo facienda qui in abſceſſibus poſi-
tus eſt.Si verò ab vno ore plures ſinus erunt, recta fiſtula
ſcalpello erit incidenda, ob eo cæteræ quæ iã patebūt li-
no excipiendæ: ſi intus aliqua procedet, quò ferrum tutò
peruenire non poterit,collyriū demittendum erit. Cibus
autem in omnibus eiuſmodi caſibus,ſiue manu,ſiue me-
dicamentis agetur, dari debet humidus, potio liberalis,
diúque aqua:vbi iam caro increſcit, tum demū & balneis
raris vtendum erit,& cibis corpus implentibus.

DE TELIS E CORPORE EXTRAhendis. Cap. V.

TEla quoque quæ illata corporibus intus hæſerūnt,
magno negotio ſæpe eiiciūtur:ſúntque quædã diffi-
cultates ex generibus eorum, quædam ex iis ſedibus in
quas illa penetrarunt.Omne autem telum extrahitur, aut
ab ea parte qua venit, aut ab ea in qua tetendit:illic viam
qua redeat,ipſum ſibi fecit:hic à ſcalpello accipit. Nã con
tra mucronē caro inciditur:ſed ſi nō altè telum inſedit, &
in ſumma carne eſt,aut certè magnas venas & loca neruo-
ſa nō trãſiit,nihil melius eſt,quàm quà venit, id euellere.
Si verò plus eſt per quod telo reuertendum quàm quod
perrumpendum eſt, iámque venas neruóſque id tranſit,
commodius eſt aperire quod ſuper eſt, eáque extrahere.
Nam & propius petitur, & tutius euellitur, & in maiore
membro ſi medium mucro trãſiit,facilius ſaneſcit quod
peruium eſt,quia vtrinque medicamento fouetur. Sed ſi
retro telum recipiendum eſt, amplianda ſcalpello plaga
eſt,quò facilius id ſequatur,quóq; minor oriatur inflam-
matio:quæ maior fit ſi ab illo ipſo telo dum redit,corpus
laniatur.Item ſi ex alia parte vulnus aperitur,laxius eſſe de-
bet quàm vt telo poſtea trãſeūte amplietur. Summa autē

vtraque parte ita habenda cura eſt ne neruus,ne vena ma- A
ior,ne arteria incidatur. Quorum vbi aliquid detectum
eſt,excipiendum hamo retuſo eſt,abducendúmque ſcal-
pello.Vbi autem ſatis inciſum eſt,telum eximendum eſt,
tum quoque eodem modo & eadem cura habita, ne ſub
eo quod eximetur,aliquid eorum lædatur quæ tuenda eſ
ſe propoſui. Hæc communia ſunt. Propria quædam in ſin
gulis telorum generibus ſubiicienda ſunt, quæ protinus
ſubiiciam. Nihil tam facilè in corpore quàm ſagitta con-
ditur,eadémque altiſſimè inſidit. Hæc autem eueniũt, &
quia magna vi fertur illa, & quia ipſa in anguſto eſt. Sæ- B
pius itaque ab altera parte quàm ex qua venit, recipienda
eſt,præcipuéque quia fere ſpiculis cingitur, quæ magis la
niant,ſi retro quàm ſi contrà trahuntur. Sed inde aperta
via, caro diduci debet ferramento ad ſimilitudinẽ facto
Græcæ literæ ψ: deinde vbi apparuit, ſi mucroni arundo
inhæret, propellenda eſt,donec ab altera parte apprehen-
di & extrahi poſſit. Si iam illa decidit,ſolúmque intus fer
rum eſt,mucro vel digitis apprehendi, vel forfice, atque
ita educi debet. Neque alia ratio extrahendi eſt,vbi ab ea
parte qua venit,euelli magis placuit. Nam ampliato vul- C
nere,aut arundo,ſi ineſt,euellenda eſt:aut ſi ea nõ eſt,fer-
rum ipſum. Quòd ſi ſpicula apparuerunt, eáque breuia &
tenuia ſunt,forfice ibi comminui debent,vacuúmque ab
his telum educi:ſi ea maiora valentioráque ſunt,fiſſis ſcri
ptoriis calamis contegenda, ac nequid lacerent, ſic euel-
lenda ſunt. Et in ſagittis quidem hæc obſeruatio eſt. Latũ
verò telum ſi conditum eſt, ab altera parte educi non ex-
pedit,ne ingenti vulneri ipſi quoque ingens vulnus adii-
ciamus. Euellendum eſt ergo genere quodã ferramenti
quod Diocleum Græci graphiſcũ vocãt,quoniam autho- D
rem Dioclem habet,quem inter priſcos maximóſque me
dicos fuiſſe iam poſui. Lamina vel ferrea vel ænea etiam
ab altero capite duos vtrinque deorſum conuerſos vncos
habet, ab altero duplicata lateribus, leuitérque extrema
in eam partem inclinata quæ ſinuata eſt, inſuper ibi etiã
parte inclinata quæ perforata eſt. Hæc iuxta telum tranſ-
uerſa demittitur:deinde vbi ad imum mucronem ventũ
eſt,paulũ torquetur,vt telum foramine ſuo excipiat. Quũ
in cauo mucro eſt,ilico duo digiti ſubiecti partis alterius
vncis,ſimul & ferramentum id extrahunt & telum. Ter- E
tium genus telorum eſt quod interdum euelli debet,plũ-
bea glans,aut lapis,aut ſimile aliquid quod perrupta cu-
te,integrum intus inſedit. In omnibus his latius vulnus a-
periendũ eſt,idque quod ineſt,ea qua venit,forfice extra-
hendum eſt. Accedit verò aliquid difficultatis ſub omni
ictu,ſi telum vel oſſi inhæſit, vel in articulo ſe inter duo
oſſa demerſit. In oſſe vſque eo mouẽdum eſt donec is lo-
cus laxetur qui mucronem momordit, & tum vel manu
vel forfice telum extrahendum eſt, quæ ratio in dẽtibus
quoque eiiciẽdis eſt: & vix vnquam ita telum non ſequi- F
tur. Sed ſi morabitur, excuti quoque ictum aliquo ferra-
mento poterit. Vltimum eſt,vbi non euellitur,terebra iu-
xta forare,ab eo quoque foramine ad ſpeciẽ literæ ψ cõ-
tra telũ os excidere, ſic vt lineæ quæ deducuntur, ad telũ
ſpectẽt:eo facto id neceſſe eſt labet,& facilè auferatur. In
ter duo verò oſſa ſi per ipſum articulũ perruperit,circa vul
nus duo membra faſciis habeniſve deliganda, & per has
in diuerſas partes diducenda ſunt, vt neruos diſtendant.
Quibus extentis laxius inter oſſa ſpatium eſt,vt ſine diffi-
cultate telum recipiatur. Illud videndum eſt(ſicut in aliis G
locis poſui)nequis neruus, aut vena, aut arteria à telo læ-
datur dũ id extrahitur, eadem ſcilicet ratione quæ ſuprà
poſita eſt. At ſi venenato quoque telo quis ictus eſt, iiſ-
dem omnibus,ſi fieri poteſt, etiam feſtinantius actis,adii
cienda curatio eſt quæ vel epoto veneno,vel à ſerpente i-
ctis adhibetur. Vulneris autem ipſius extracto telo medi-
cina nõ alia eſt quàm quæ eſſet,ſi corpore icto nihil inhæ
ſiſſet:de qua ſatis alio loco dictum eſt.

DE GANGLIIS, ET MELICERIDE, ET atheromate,& ſteatomate, capitis tuberculis, Cap. VI.

HÆC venire in qualibet parte corporis poſſunt:reli-
qua certas ſedes habent, de quibus dicam, orſus à
capite. In hoc multa variáque tubercula oriuntur, γαγγλία,
A μελικηρίδας & ἀθηρώματα nominãt, aliiſque etiamnũ vo-
cabulis quædã alii diſcernunt:quibus ego στεατώματα quo
que adiiciam. Quæ quanuis & in ceruice & in alis & in la-
teribus oriri ſolent,per ſe tamen non poſui,quum omnia
iſta mediocres differẽtias habeant,ac neque periculo ter-
reant,neque diuerſo genere curentur. Omnia autem iſta
& ex paruulo incipiunt,& diu paulatímque increſcunt,&
tunica ſua includuntur. Quædam ex his dura ac reniten
tia,quædam mollia cedentiáque ſunt: quædam ſpatio nu
dantur,quædam tecta capillo ſuo permanent, feréque ſi-
B ne dolore ſunt. Quid intus habeant,vt coniectura præſa-
giri poteſt,ſic ex toto cognoſci,niſi quum eiecta ſunt, nõ
poteſt. Maximè tamen in iis quæ renituntur, aut lapidis
quædam ſimilia, aut concreti confertíque pili reperiun-
tur. In iis verò quæ cedunt,aut melli ſimile aliquid, aut tẽ
nui pulticulæ,aut quaſi raſæ cartilagini,aut carni hebeti,
& cruentæ, quib⁹ aliqui colores eſſe cõſueuerũt,feréque
ganglia renituntur. Atheromati ſubeſt quaſi tenuis pulti
cula:meliceridi liquidior humor, ideóque preſſus circũ-
fluit. Steatomati pingue quiddam,idque latiſſimè patere
C conſueuit, reſoluitque totam cutẽ ſuperpoſitam, ſic vt ea
labet,quum in cæteris ſit adſtrictior. Omnia deraſa antè,ſi
capillis conteguntur,per medium oportet incidere: ſed
ſteatomatis tunica quoque ſecãda eſt,vt effundatur quic-
quid intus coit:quia non facilè à cute ſubiecta carne ea
ſeparetur,in cæteris ipſa tunica inuiolata ſeruãda eſt. Pro
tinus autem alba & intenta ſe oſtendit: tum ſcalpelli ma-
nubriolo diducenda à cute & à carne eſt, eiiciẽdáque cũ
eo quod intus tenet. Siquando tamen ab inferiore parte
tunicæ muſculus inhæſit,ne is lædatur,ſuperior pars illius
D decidenda,alia ibidem relinquenda eſt. Vbi tota exẽpta
eſt,committendæ oræ,fibuláque his iniicienda, & ſuper
medicamentum glutinans dandum eſt. Vbi vel tota tu-
nica,vel aliquid ex ea relictum eſt,pus mouentia adhibẽ-
da ſunt.

DE OCVLORVM VITIIS QVAE SCALpello & manu curantur, Cap. VII.

SED vt hæc neque genere vitii neque ratione curatio-
nis inter ſe multum diſtant,ſic in oculis quæ manum
poſtulant,& ipſa diuerſa ſunt,& aliter alitérque curantur.
E Igitur in ſuperioribus palpebris veſicæ naſci ſolent pin-
gues grauéſque,quæ vix attollere oculos ſinũ,leuéſque pi-
tuitæ curſus,ſed aſſiduos in oculis mouẽt:fere verò in pue
ris naſcuntur. Oportet compreſſo digitis duobus oculo,at
que ita cute intenta,ſcalpello tranſuerſam lineam incide-
re,ſuſpenſa leuiter manu,ne veſica ipſa vulneretur,& vt ei
locus patefactus eſt,ipſa prorumpat, tum digitis eam ap-
prehendere oportet,& euellere. Facilè autẽ ſequitur: dein
ſuperungi collyrio debet ex iis aliquo quo lippientes ocu
li ſuperinunguntur,pauciſſimiſque diebus cicatricula in-
F ducitur. Moleſtius eſt,vbi inciſa veſica eſt. Effundit enim
humorem,neque poſtea,quia tenuis admodum eſt,poteſt
colligi: ſi fortè id incidit,eorum aliquid imponẽdum eſt
quæ puri mouendo ſunt.

De crithe tuberculo palpebrarum.

In eadem palpebra ſuper pilorum locum, tuberculũ
paruulum naſcitur, quod à ſimilitudine ordei, à Græcis
κριθὴ nominatur. Tunica quiddam quod difficulter matu
reſcit comprehenſum eſt. Id vel calido pane,vel cera ſub-
inde calefacta foueri oportet,ſic ne nimius is calor ſit,ſed
G facilè ea parte ſuſtineatur. Hac enim ratione ſæpe diſcuti-
tur,interdum concoquitur. Si pus ſe oſtendit ſcalpello di-
uidi debet,& quicquid intus humoris eſt exprimi. Eodẽ
deinde vapor poſtea quoque foueri,& ſuperinũgi, donec
ad ſanitatem perueniat.

De chalaziis palpebrarum.

Alia quoque quædam in palpebris huic non diſſimi
lia naſcuntur,ſed neque vtique figuræ eiuſdem,& mobi-
lia ſimulátque digito huc vel illuc impellũtur,ideóque ea
χαλάζια vocãt. Hæc incidi debent,ſi ſub cute ſunt, ab ex-
H teriore parte:ſi ſub cartilagine, ab interiore: deinde ſcal-
pelli manubriolo diducẽda ab integris partibus ſunt. Ac ſi
intus plaga eſt, inungẽdum primò lenibus, deinde acrio-
ribus:ſi extrà,ſuperdandum emplaſtrum,quo id glutine-
tur.

De vngue oculorum, quod πτερύγιον à
Græcis vocatur.

Vnguis verò, quod πτερύγιον Græci vocant, eſt mē
branula neruoſa, oriens ab angulo, quæ nōnunquā ad pu-
pillam quoque peruenit, eíque officit: ſæpius à narium, in
terdum etiam à temporum parte naſcitur. Hunc recētem
non difficile eſt diſcutere medicamentis quibus cicatri-
ces in oculis extenuantur: ſi inueterauerit, iámque ei craſ-
ſitudo quoque acceſſit, excidi debet. Poſt abſtinentiam
verò vnius diei, vel aduerſus in ſedili contra medicum is
homo collocandus eſt, vel ſic aduerſus, vt in gremium e-
ius caput reſupinus effundat. Quidam ſi in ſiniſtro oculo
vitium eſt, aduerſum, ſi in dextro, reſupinū collocari vo-
lunt. Alteram autem palpebrā à miniſtro diduci oportet,
alteram à medico. ſed ab hoc, ſi ille aduerſus eſt, inferio-
rem, ſi ſupinus, ſuperiorem. Tum idem medicus hamulū
acutum paulum mucrone intus recuruato ſubiicere extre
mó vngui debet, eúmque infigere, atque eā quoque pal-
pebram tradere alteri, ipſe hamulo apprehenſo leuare vn
guem, eúmque acu traiicere linum trahēte: deinde acum
ponere, lini duo capita apprehendere, & per ea erecto vn-
gue, ſiqua parte oculo inhæret, manubriolo ſcalpelli didu
cere, donec ad angulū veniat: deinde inuicem modò re-
mittere, modò attrahere, vt ſic & initium eius & finis an-
guli reperiatur. Duplex enim periculum eſt, ne vel ex vn-
gue aliquid relinquatur, quod exulceratum vix vllam reci
piat curationem, vel ex angulo quoque caruncula abſcin-
datur, quæ ſi vehemētius vnguis ducitur, ſequitur, ideóq;
decipit: ac ſi abſciſſa eſt, pateſcit foramen, per quod poſt
ea ſemper humor deſcendit: ῥυάδα Græci vocant. Verus
ergo anguli finis vtique noſcendus eſt, qui vbi ſatis conſti
tit, non nimiū adducto vngue ſcalpellus adhibendus eſt,
deinde excidenda ea membranula, nequid ex angulo læ-
datur. Eo deinde ex melle linamentum ſuperdandum eſt,
ſupráque linteolum & aut ſpongia, aut lana ſuccida, pro-
ximiſque diebus diducendus quotidie oculus eſt, ne ci-
catrice inter ſe palpebræ glutinētur. Siquidem id quoque
tertium periculum accedit, eodémque modo linamentū
imponendum, ac nouiſſimè inungendū collyrio quo vl-
cera ad cicatricem perducuntur. Sed ea curatio verna eſſe
debet, aut certè ante hyemem: de qua re ad plura loca per-
tinente ſemel dixiſſe ſatis erit. Nam duo genera curatio-
num ſunt: alia in quibus eligere tempus non licet, ſed vtē
dū eo quod incidit, ſicut in vulneribus, & fiſtulis: alia
in quibus nullus dies vrget, & expectare tutiſſimum & fa-
cile eſt, ſicut euenit in iis quæ & tardè increſcunt, & dolo
re nō cruciant, in his ver expectādum eſt: aut ſiquid ma-
gis preſſit, melior tamen autumnus vel æſtas quàm hyēs
eſt: atque is ipſe medius, iam fractis æſtatibus, nondū or-
tis frigoribus. Quò magis autem neceſſaria pars erit quæ
tractabitur, hoc quoque maiori periculo ſubiecta eſt: &
ſæpe quo maior plaga facienda, eo magis hæc temporis
ratio ſeruabitur.

De encanthide tuberculo.

Ex curatione verò vnguis (vt dixi) vitia naſcuntur,
quæ ipſa aliis quoque de cauſis oriri ſolent. Interdū enim
fit in angulo, parum vngue exciſo, vel aliter tuberculum,
quod palpebras parum diduci patitur, ἐγκανθὶς Græcè no
minatur. Excidi hamulo & circuncidi debet, hîc quoque
diligenter temperata manu, nequid ex ipſo abſcindatur:
tum exiguum linamentū reſpergēdum eſt, vel Cadmia
vel atramento ſutorio, inque eum angulum diductis pal-
pebris inſerendum, ſupráque eodem modo deligandum,
proximiſque diebus ſimiliter nutriendum, tantùm vt pri
mis aqua egelida, vel etiam frigida foueatur.

De ancyloblepharo oculorum vitio.

Interdum inter ſe palpebræ coaleſcunt, aperiríque
non poteſt oculus. Cui malo ſolet etiam illud accedere, vt
palpebræ cum albo oculi cohæreſcant: ſcilicet quum in v-
troque fuit vlcus negligenter curatum. Saneſcendo enim
quod diduci potuit & debuit, glutinabit: ἀγκυλοβλέφαρον
ſub vtroq; vitio Græci vocāt. Palpebræ tātùm inter ſe co
hærentes, non difficulter diducuntur: ſed interdū fruſtrá.
nam rurſus glutinantur. experiri tamen oportet, quia be-
ne res ſæpius cedit. Igitur aduerſum ſpecillum inſerendū,
A diducendæque eo palpebræ ſunt, deinde exigua penicilla
interponēda, donec exulceratio eius loci finiatur: at vbi
albo ipſius oculi palpebra inhæſit, Heraclides Tarenti-
nus author eſt, aduerſo ſcalpello ſubſecare magna cū mo-
deratione, vt neque ex oculo, neque ex palpebra quicquā
abſcindatur: ac ſi neceſſe eſt, ex palpebra potius. Poſt hæc
inungatur oculus medicamentis quibus aſpritudo cura-
tur, quotidiéque palpebra vertatur, nō ſolùm vt vlceri me
dicamentum inducatur, ſed etiam ne rurſus inhæreat, i-
pſique etiam præcipiatur vt ſæpe eam duobus digitis at-
B tollat. Ego ſic reſtitutum eſſe neminem memini. Meges
ſe quoque multa tentaſſe, neque vnquam profuiſſe, quia
ſemper iterum oculo palpebra inhæſerit, memoriæ pro-
dit.

De ægilope, fiſtula oculorum.

Etiamnum in angulo qui naribus propior eſt, ex ali
quo vitio quaſi parua fiſtula aperitur, per quàm pituita aſ
ſiduè diſtillat (αἰγίλωπα Græci vocant) idque aſſiduè malè
habet oculum, nonnunquam etiam exeſo oſſe vſque ad
nares penetrat: idque interdū naturam carcinomatis ha-
C bet. Vbi intentæ venæ & recuruatæ ſunt, color pallet, cu-
tis dura eſt, & leui tactu irritatur, inflammationémque in
eas partes quæ coniunctæ ſunt, euocat. Ex his eos qui qua-
ſi carcinoma habent, curare periculoſum eſt: (nam mortē
quoque ea res maturat) eos verò quibus ad nares tēdit, ſu
peruacuum: (neque enim ſaneſcunt) at quibus id in angu-
lo eſt poteſt adhiberi curatio, quum eam non ignotum
ſit eſſe difficilem: quantóque angulo propius id foramen
eſt, tanto difficilior eſt, quoniam peranguſtum eſt in quo
verſari manus poſſit. Recēti tamen re mederi facilius eſt.
D Sed hamulo ſummum eius foraminis excipiendum, de-
inde totum id cauum (ſicut in fiſtulis dixi) vſque ad os ex-
cidendum, oculóque & cæteris iunctis partibus bene ob-
tectis, os ferramento adurendum eſt vehementius. Quòd
ſi iam carie vexatum eſt, quò craſſior his ſquama accedat
quidam adurentia imponunt, vt atramentum ſutorium,
vel chalcitidem, vel æruginem raſam. Quòd & tardius &
nō idem facit. Oſſe aduſto curatio ſequitur eadem quæ in
cæteris vſtis.

De pilis palpebrarum oculum irritantibus.

E Pili verò qui in palpebris ſunt, duabus de cauſis ocu-
lum irritare conſueuerunt. Nam modò palpebræ ſuperio-
ris ſumma cutis relaxatur, & procidit, quò fit vt eius pili
ad ipſum oculum conuertantur, quia non ſimul cartilago
quoque ſe remiſit: modò ſub ordine naturali pilorum a-
lius ordo ſubcreſcit, qui protinus intus ad oculum tendit.
Curationes hæ ſunt: Si pili nati ſunt qui non debue-
runt, tenuis acus, ferrea, ad ſimilitudinem haſtæ lata, in i-
gnem cōiicienda eſt: deinde candens ſublata palpebra, ſic
vt eius pernicioſi pili in conſpectum curantis veniāt, ſub
F ipſis pilorum radicibus ab angulo immittenda eſt, vt ea
tertiam partem palpebræ tranſuehat: deinde iterū tertió-
que vſque ad alterum angulum: quò fit vt omnes pilorū
radices aduſtæ emoriantur. Tum ſuperimponēdū medi-
camentum eſt quod inflammationem prohibeat, atque
vbi cruſtæ exciderunt, ad cicatricem perducendum. Facil
limè autem id genus ſaneſcit. Quidam aiūt acu trāſui iu-
xta pilos in exteriorem partem palpebræ oportere, eám-
que tranſmitti duplicem, capillum muliebrem ducētem:
atque vbi acus tranſiit, in ipſius capilli ſinum, quà dupli-
G catur, pilum eſſe iniiciendum, & per eum in ſuperiorem
palpebræ partem attrahēdum, ibique corpori agglutinā-
dum, & imponendum medicamentū, quò foramen quo-
que glutinetur: ſic enim fore vt is pilus in exteriorem par
tem poſtea ſpectet. Id primùm fieri non poteſt niſi in pi-
lo longiore, quum fere breues eo loco naſcantur. Deinde
ſi plures pili ſunt, neceſſe eſt longum tormentum, quum
toties acus tranſuet, magnam inflammationem moueat.
Nouiſſimè quum humor aliquis ibi ſubſit, oculo & antè
per pilos, & tum per palpebræ foramina affecto, vix fieri
poteſt vt gluten quo vinctus eſt pilus, nō reſoluatur. Eó-
que fit vt is eò vnde vi abductus eſt, redeat. Ea verò cura-
H tio quæ palpebræ laxioris ab omnibus frequētatur, nihil
habet dubii. ſiquidē oportet, contecto oculo, mediā pal-
pebræ cutem, ſiue ea ſuperior ſiue inferior eſt, apprehen-

dere digitis, ac leuare, tum conſiderare quantulo detracto futurum ſit vt naturaliter ſe habeat. Siquidē hic quoque duo pericula circunſtant: ſi nimium fuerit exciſum, ne contegi oculus non poſſit: ſi parum, ne nihil actum ſit, & fruſtra ſectus aliquis ſit. Qua deinde incidendum videbitur, per duas lineas atramento notandum eſt: ſic vt de interiore quæ pilos continet, & propiore ei linea aliquid relinquatur quod apprehendere acus poſtea poſſit. His cōſtitutis ſcalpellus adhibēdus eſt, & ſi ſuperior palpebra eſt, antè: ſi inferior, poſtea propius ipſis pilis incidēdum, initiúmque faciendum in ſiniſtro oculo, ab eo angulo qui tempori: in dextro, ab eo qui naribus propior eſt, idque quod inter duas lineas eſt excidendum: deinde oræ vulneris inter ſe ſimplici ſutura committendæ, operiendúſque oculus eſt. & ſi parum palpebra deſcendet, laxanda vtique: ſi nimium, aut aſtringenda, aut etiam rurſus tenuis habenula ab vlteriore ora excidēda. Vbi ſecta eſt, aliæ ſuturæ adiiciendæ quæ ſupra tres eſſe non debent. Præter hæc in ſuperiore palpebra ſub pilis ipſis incidenda linea eſt, vt ab inferiore parte diducti pili ſurſum ſpectent. Idq; ſi leuis inclinatio eſt, etiam ſolū ſatis tuetur. Inferior palpebra eo non eget. His factis, ſpongia ex aqua frigida expreſſa ſuper deliganda eſt: poſtero die glutinans emplaſtrum iniiciendum: quarto ſutura tollenda eſt, & collyrio quod inflammationes reprimit, ſuperinungendum.

De lagophthalmo oculorum.

Nonnunquam autem nimium ſub hac curatione exciſa cute euenit vt oculus non contegatur, idque interdū etiam alia de cauſa ſit, λαγώφθαλμον Græci appellant. In quo ſi nimium palpebræ deeſt, nulla id reſtituere curatio poteſt: ſi exiguum, mederi licet, paulum infra ſupercilium cutis incidenda eſt lunata figura, cornibus eius deorſum ſpectantibus. Altitudo eſſe plagæ vſque ad cartilaginem debet, ipſa illa nihil læſa. Nā ſi ea inciſa eſt, palpebra cōcidit, neque attolli poſtea poteſt. Cute igitur tantùm diducta ſit vt paulum in ima oculi ora deſcēdat, hiante ſcilicet ſuper plaga, in quam linamētum coniiciendum eſt: quod & coniungi diductam cutem prohibeat, & in medio carunculam citet: quæ vbi eum locum impleuit, poſtea rectè oculus operitur.

De ectropio.

Vt ſuperioris autem palpebræ vitium eſt quod parum deſcendit, ideóque oculum non contegit: ſic inferioris, quod parum ſurſum attollitur, ſed pendet & hiat, neque poteſt cum ſuperiore committi. Atque id quoque euenit interdum ex ſimili vitio curationis, interdum etiam ſenectute: ἐκτρόπιον Græci vocant. Si ex mala curatione eſt, eadem ratio medicinæ eſt quæ ſuprà poſita eſt, plagæ tantùm cornua ad maxillas, non ad oculum conuertenda ſunt. Si ex ſenectute eſt, tenui ferramento id totum extrinſecus adurendum eſt, deinde melle inungendum, & quarto die vapore aquæ calidæ fouendum inungendúmque medicamentis ad cicatricem perducētibus.

De ſtaphylomate oculi.

Hæc fere circa oculum in angulis palpebríſque incidere conſueuerunt. In ipſo autem oculo nonnunquam ſumma attollitur tunica, ſiue ruptis intus membranis aliquibus, ſiue laxatis, & ſimilis figura acino fit: vnde id σταφύλωμα Græci vocant. Curatio duplex eſt: altera ad ipſas radices per medium tranſuere acu duo lina ducente: deinde alterius lini duo capita ex ſuperiore parte, alterius ex interiore aſtringere inter ſe, quæ paulatim ſecando id excidunt: altera in ſumma parte eius ad lenticulæ magnitudinem excidere, deinde ſpodium aut cadmiam infricare. Vtrolibet autem facto album oui lana excipiendum & imponendum, poſteáque vapore aquæ calidæ fouendus oculus, & lenibus medicamentis vngendus eſt.

De clauis oculorum.

Claui autem vocantur calloſa in albo oculi tubercula, quibus nomen à figuræ ſimilitudine eſt. Hos ad imam radicem perforare acu commodiſſimū eſt, infráque eam excidere, deinde lenibus medicamentis inungere.

De natura oculorum & eorum ſuffuſione.

Suffuſionis iam aliàs feci mentionem, quia quū recens incidit, medicamentis quoque ſæpe diſcutitur: ſed vbi A vetuſtior facta eſt, manus curationem deſiderat, quæ inter ſubtiliſſimas haberi poteſt. De qua antequam dico, paucis ipſius oculi natura indicanda eſt. Cuius cognitio quum ad plura loca pertineat, tum vel præcipuè ad hunc pertinet. Is igitur ſummas habet duas tunicas, ex quibꝰ ſuperior à Græcis κερατοειδὴς vocatur. Ea qua parte alba eſt, ſatis craſſa pupillæ loco extenuatur. Huic interior adiuncta eſt media parte, qua pupilla eſt, modico foramine cōcaua, circà tenuis, vlterioribus partibus ipſa quoque plenior, quæ ῥαγοειδὴς à Græcis nominatur. Hæ duæ tunicæ B quum interiora oculi cingant, rurſus ſub his coeunt, extenuatæque, & in vnum coactæ per foramē quod inter oſſa eſt, ad membranā cerebri perueniunt, eíque inhæreſcūt. Sub his autē qua parte pupilla eſt, locus vacuus eſt: deinde infrà rurſus tenuiſſima tunica quā Herophilus ἀραχνοειδῆ nominauit. Ea media ſubſidit, eóque cauo continet quiddam, quod à vitri ſimilitudine ὑαλοειδὴς Græci vocant. Id neque liquidum neque aridum eſt, ſed quaſi concretus humor, ex cuius colore pupillæ color vel niger eſt, vel cæſius, quū ſumma tunica tota alba ſit. Id autem ſuperueniēs C ab interiore parte membranula includit: ſub his gutta humoris eſt, oui albo ſimilis, à qua videndi facultas proficiſcitur, κρυσταλλοειδὴς à Græcis nominatur. Igitur vel ex morbo vel ex ictu concreſcit humor ſub duabus tunicis, quà locum vacuum eſſe propoſui: iſque paulatim indureſcens interiori potētiæ ſe opponit. Vitiíque eius plures ſpecies ſunt, quædā ſanabiles, quædā quæ curationem non admittunt. Nam ſi exigua ſuffuſio eſt, ſi immobilis, colorem verò habet marinæ aquæ, vel ferri nitētis, & à latere ſenſum aliquem fulgoris relinquit, ſpes ſupereſt: ſi magna eſt, ſi D nigra pars oculi amiſſa naturali figura in aliam vertit, ſi ſuffuſioni color cæruleus eſt, aut auro ſimilis, ſi labat, & hac atque illac mouetur, vix vnquam ſuccurritur. Fere verò peior eſt, quo ex grauiore morbo, maioribúſve capitis doloribus, vel ictu vehementiore orta eſt. Neque idonea curatio ſi ſenilis ætas eſt, quæ ſine nouo vitio tamē aciē hebetē habet. At ne puerilis quidē, ſed inter hæc media ætas. Oculus quoque curationi neque exiguus, neque cōcauus ſatis opportunus eſt, atque ipſius ſuffuſionis quæ maturitas eſt. Expectādum igitur eſt donec iā non fluere, dā ſed durities quædā concreuiſſe videatur. Ante curationem E autem modico cibo vti, bibere aquam triduo debet, pridie ab omnibus abſtinere. Poſt hæc in aduerſo ſedili collocādus eſt loco lucido, lumine aduerſo, ſic vt cōtrà medicus paulo altius ſedeat. A poſteriore autem parte caput eius qui curabitur, miniſter contineat, & immobile id præſtet. nam leui motu eripi acies in perpetuū poteſt. Quinetiam ipſe oculus qui curabitur, immobilior faciendus eſt, ſuper alterum lana impoſita & deligata. Curari verò ſiniſter oculus dextra manu, dexter ſiniſtra debet: F tum acus admouenda eſt, aut acuta, aut fortè non nimium tenuis, eáque demittenda. ſed recta eſt per ſummas duas tunicas medio loco inter nigrum oculi & angulum tempori propiorem è regione mediæ ſuffuſionis, ſic nequa vena lædatur. Neque tamen timidè demittenda eſt, quia inani loco excipitur. Ad quem quū ventum eſt, ne mediocriter quidem peritus falli poteſt, quia prementi nihil renititur. Vbi eò ventum eſt, inclinanda acus ad ipſam ſuffuſionem eſt, leuitérque ibi verti & paulatim eam deducere infra regionē pupillæ debet: vbi deinde G eam tranſit, vehementius imprimi vt inferiori parti inſidat. Si hæſit, curatio expleta eſt ſi ſubinde redit, eadē acu magis concidenda, & in plures partes diſſipanda eſt, quæ ſingulæ & facilius conduntur, & minus latè officiūt. Poſt hæc educenda acus recta eſt, imponendúmque eſt lana molli exceptum oui album, & ſuprà, quod inflammationem coerceat, atque ita deuinciendum. Poſt hæc opus eſt quiete, abſtinentia, lenium medicamentorum inunctionibus, cibo, qui poſtero die ſatis maturè datur, primum liquido ne maxillæ laborent, deinde inflammatione H finita, tali qualis in vulneribus poſitus eſt. Quibus vt aqua quoque diutius bibatur, neceſſariò accedit.

De pituita oculorum.

De pituitæ quoq; tenuis curſu, qui oculos infeſtat, quatenus medicamentis agendum eſt, iam explicui: nunc ad

ea veniam quæ curationem ex manu poſtulant. Animaduertimus autem quibuſdam nunquam ſicceſcere oculos, ſed ſemper humore tenui madere. quæ res aſpritudinem continuat, ex leuibus momentis inflammationes & lippitudines excitat, totam denique vitam hominis infeſtat. Idque in quibuſdam nulla ope adiuuari poteſt, in quibuſdam ſanabile eſt. Quod primũ diſcrimen eſt noſſe oportet, vt alteri ſuccurratur, alteri manus non iniiciatur. Ac primùm ſuperuacua curatio eſt in iis qui ab infantibus id vitium habent, quia neceſſariò manſurum eſt vſque ad mortis diem: deinde non neceſſariò etiam in iis quibus non multa ſed acris pituita eſt. Siquidem manu nihil adiuuantur, medicamentis & victus ratione quæ craſſiorem pituitam reddit, ad ſanitatem perueniunt. Lata etiam capita vix medicinæ patent: tum intereſt venæ pituitam emittant quæ inter caluariam & cutem ſunt, an quæ inter membranam cerebri & caluariam. Superiores fere per tẽpora oculos rigant, inferiores per eas membranas quæ ab oculis ad cerebrum tendunt. Poteſt autem adhiberi remedium iis quæ ſupra os fluunt, non poteſt iis quæ ſub oſſe. Ac ne iis quidem ſuccurritur quibus pituita vtrinque deſcendit, quia leuata altera parte, nihilominus altera infeſtat. Quid ſit autem, hac ratione cognoſcitur: Raſo capite ea medicamenta quibus in lippitudine pituita ſuſpenditur, à ſuperciliis vſque ad verticem illini debent: ſi ſicci oculi eſſe cœperunt, apparet per eas venas quæ ſub cute ſunt, irrigari: ſi nihilominus madẽt, manifeſtum eſt, ſub oſſe deſcendere. ſi eſt humor, ſed leuior, duplex vitiũ eſt. Plurimi tamen ex laborantibus reperiuntur quos ſuperiores venæ exerceant, ideóque pluribus etiam opitulari licet: idque non in Græcia tantummodo, ſed in aliis quoque gẽtibus celebre eſt, adeò vt nulla medicinæ pars magis per nationes quoq; expoſita ſit. Reperti in Græcia ſunt qui nouem lineis cutem capitis inciderent, duabus in occipitio rectis, vna ſuper eas tranſuerſa, dein duabus ſuper aures, vna inter eas item tranſuerſa, tribus inter verticem & frõtem rectis. Reperti ſunt qui à capite rectè eas lineas ad tempora diducerent, cognitiſque ex motu maxillarum muſculorum initiis, leuiter ſuper eos cutem inciderent, inductiſque per retuſos hamos oris inſererent linamenta, vt neque inter ſe cutis antiqui fines committerentur, & in medio caro increſceret quæ venas ex quibus humor ad oculos trãſiret, aſtringeret. Quidam etiam atramento duas lineas duxerũt à media aure ad mediam alteram aurem, deinde à naribus ad verticem: tum vbi lineæ committebãtur, ſcalpello inciderunt, & pòſt ſanguine fuſo, os ibidem aduſſerunt. Nihilominus autem & in temporibus, & inter frontem atque caluariam eminentibus venis idem candens ferrum admouerunt. Frequens curatio eſt, venas in temporibus adurere quæ fere quidẽ in eiuſmodi malo tument, ſed tamen vt inflentur magiſque ſe oſtendant, ceruix antè modicè deligãda eſt: tenuibúſque ferramentis & retuſis venæ adurẽdæ, donec in oculis pituitæ curſus cõquieſcat. Id enim ſignum eſt quaſi excæcatorum itinerum, per quæ humor ferebatur. Valentior tamen medicina eſt, vbi tenues conditæque venæ, ideóque legi non poſſunt. Eodem modo ceruice deligata, retentóque ab ipſo ſpiritu, quò magis venæ prodeant, atramento notare eas contra tempora & inter ceruicem, ac frontẽ, deinde ceruice reſoluta, qua notæ ſunt, venas incidere, & ſanguinẽ mittere: vbi ſatis fluxit, tenuibus ferramentis adurere. Contra tempora quidem, timidè, ne ſubiecti muſculi qui maxillas tenent, ſentiant: inter frontem verò & verticem, vehementer, vt ſic ſquama ab oſſe recedat. Efficacior tamen etiamnum eſt Afrorũ curatio, qui verticem vſque ad os adurunt, ſic vt ſquamam remittat. Sed nihil melius eſt quàm quod in Gallia quoque Comata ſit, vbi venas in temporibus & in ſuperiore capitis parte legunt. Aduſta quomodo curanda ſint, iam explicui: nunc illud adiicio, neque vt cruſtæ decidãt, neque vt vlcus impleatur, aduſtis venis eſſe properãdum, ne vel ſanguis erumpat, vel citò pus ſupprimatur, quũ per hoc ſicceſcere eas partes opus ſit, per illud exhauriri opus nõ ſit. Siquando tamen ſanguis eruperit, infricanda medicamenta eſſe quæ ſic ſanguinẽ ſupprimãt, ne adurant. Quẽ-

A admodum autem venæ deligẽdæ ſint, quidque lectis his
faciendum ſit, quum venero ad crurum varices dicam.

DE AVRIVM MORBIS QVI MANV ET ſcalpello curantur, Cap. VIII.

Verùm vt oculi multiplicem curationem etiam manus exigunt, ſic in auribus admodũ pauca ſunt quæ
in hac medicinæ parte tractentur. Solet tamẽ euenire vel
à primo natali die protinꝰ, vel poſtea facta exulceratione,
B deinde per cicatricẽ aure repleta, vt foramen in ea nullũ
ſit, ideóque audiẽdi vſu careat. Quod vbi incidit, ſpecillo tentandũ eſt, altẽ ne id repletum, an in ſummo tantùm
glutinatũ ſit. nam ſi altè eſt, prementi non cedit: ſi in ſummo, ſpecillum protinus recipit. Illud attingi non oportet,
ne ſine effectus ſpe diſtentio oriatur neruorum, & ex ea
mortis periculum ſit: hoc facilè curatur. Nam quà cauum
eſſe debet, vel medicamentum aliquod imponendum eſt
ex adurentibus, vel candente ferro aperiẽdum, vel etiam
ſcalpello incidẽdum. Quùmque id patefactum, & iam vl-
C cus purum eſt, iniicienda eò pinna eſt, illita medicamento cicatricem inducente, circáque idem medicamẽtum
dandum, vt cutis circa pinnam ſaneſcat: quò ſit vt ea remota, poſtea facultas audiẽdi ſit. At vbi aures, in viro puta, perforatæ ſunt, & offendunt, traiicere id cauum celeriter cãdẽte acu ſatis eſt, vt leniter eius ora exulcerẽtur, aut
etiam adurente medicamento idem exulcerare, poſtea
deinde imponere id quod purget, tum quod eum locum
repleat, & ſic cicatricem inducat. Quòd ſi magnum id foramen eſt, (ſicut ſolet eſſe in iis qui maiora pondera auri-
D bus geſſerunt) incidere quod ſupereſt ad extremũ oportet: ſupra deinde oras ſcalpello exulcerare, & poſtea ſuere,
ac medicamẽtum quo id glutinetur, imponere. Tertium
eſt, ſiquid ibi curti eſt, ſarcire: quæ res quũ in labris quoque & naribus fieri poſſit, eãdem etiam rationem habeat,
ſimul explicanda eſt.

CVRTA IN AVRIBVS, LABRISQVE ac naribus, quomodo ſarciri & curari poſſint, Cap. IX.

E Curta igitur in his tribus, ac ſiqua parua paria ſũt, curari poſſunt: ſiqua maiora ſunt, aut non recipiunt curationem, aut ita per hanc ipſam deformantur vt minus
indecora antè fuerint. Atque in aure quidem & naribus
deformitas ſola timeri poteſt: in labris verò, ſi nimiũ cõtracta ſunt, vſus quoque neceſſarii iactura ſit, quia minus
facilè & cibus aſſumitur, & ſermo explicatur. Neq; enim
creatur ibi corpus, ſed ex vicino adducitur: quod in leui
mutatione, & nihil eripere, & fallere oculũ poteſt: in magna non poteſt. Neque ſenile autem corpus, neque quod
F mali habitus eſt, neq; in quo difficulter vlcera ſaneſcũt,
huic medicinæ idoneum eſt, quia nuſquam celerius cancer occupat, aut difficilius tollitur. Ratio curationis, eiuſmodi eſt: Id quod curatum eſt, in quadratum redigere, ab
interioribus eius angulis lineas tranſuerſas incidere, quæ
citeriorem partem ab vlteriore ex toto diducant: deinde
ea quæ ſic reſoluimus, in vnum adducere. Si nõ ſatis iunguntur, vltra lineas quas antè fecimus, alias duas lunatas,
& ad plagam conuerſas immittere, quibus ſumma tãtùm
cutis diducatur. ſic enim fit vt facilius quod adducitur,
G ſequi poſſit: quod non vi cogendum eſt, ſed ita adducendum vt ex facili ſubſequatur, & demiſſum non multũ recedat. Interdum autẽ ab altera parte cutis haud omnino
adducta, deformẽ quem reliquit locũ reddit. Huiuſmodi loci altera pars incidenda, altera intacta habenda eſt.
Ergo neque ex imis auribꝰ, neque ex medio naſo imis venarum partibus, neque ex angulis labrorũ quicquam attrahere tẽtabimus. Vtrinque autem petemus, ſiquid ſummis auribꝰ, ſiquid imis, ſiquid aut medio naſo, aut mediis
naribus, aut mediis labris deerit. quæ tamen interdum
H etiam duobus locis curata eſſe conſuerunt. Sed eadem
ratio curandi eſt: ſi cartilago in eo quod inciſum eſt eminet, excidenda eſt. neq; enim aut glutinatur, aut acu tutò
traiicitur: Neq; lõgè tamẽ excidi debet, ne inter duas oras
liberæ cutis, vtrinq; coitus puris fieri poſſit: tum iunctæ oræ inter ſe ſuendæ ſunt, vtrinque cute apprehenſa: & qua

priores lineæ ſunt,eâ quoque ſuturæ iniiciendæ ſunt.Sic-
cis locis,vt in naribus, illita ſpuma argenti ſatis proficit.
In vlteriores verò lunatáſque plagas linamentum dan-
dum eſt, vt caro increſcens vulnus impleat, ſummáque
cura quod ita ſutum eſt,tuendum eſſe,apparere ex eo po-
teſt quod de cancro ſuprà poſui. Ergo etiam tertio quo-
que die fouendum erit vapore aquæ calidæ, rurſúſque i-
dem medicamentum iniiciendum, feréque ſeptimo die
glutinatum eſt: tum ſuturæ eximi, & vlcus ad ſanitatem
perduci debet.

DE POLYLI CVRATIONE PER FERRUM, Cap. X.

POlypum verò qui in naribus naſcitur,præcipuè ferro
curari iam aliâs poſui. Ergo etiam hunc ferramento
acuto in modum ſpathæ facto reſoluere ab oſſe oportet,
adhibita diligētia ne infrà cartilago lædatur,in qua dif-
ficilis curatio eſt.Vbi abſciſſus eſt,vnco ferramēto extra-
hendus eſt:tum implicitum linamentū,vel aliquid ex pe-
nicillo reſpergendū eſt medicamēto quo ſanguis ſuppri-
mitur, eóque nares leniter implendæ. Sāguine ſuppreſſo,
linamento vulnus purgandum eſt: vbi purum eſt,eò pin-
na eodem modo quo in aure ſuprà poſitum eſt, medica-
mento illita quo cicatrix inducitur,intus demittēda, do-
nec ex toto id ſaneſcat.

DE OZAENA, Cap. XI.

ID autem vitium quod ὄζαινα à Græcis vocatur, ſi me-
dicamentis non cederet,quemadmodum manu curā-
dum eſſet,apud magnos chirurgos nōn reperi:credo quia
res rarò ad ſanitatem ſatis proficit, quum aliquod in ipſa
curatione tormentum habeat. Apud quoſdam tamen po-
ſitum eſt,vel ſutilem fiſtulam, vel enodem ſcriptorium
calamum in narem eſſe coniiciendum, donec ſurſum ad
os perueniat: tum per id tenue ferramentū candens dan-
dum eſſe ad ipſum os,deinde aduſtum locum purgādum
eſſe ærugine & melle. Vbi purus eſt, lycio ad ſanitatem
perducendum: vel narem incidendam eſſe ab ima parte
ad os,vt & conſpici locus poſſit, & facilius candens fer-
ramentum admoueri:tum ſui narem debere, & aduſtum
quidem vlcus eadem ratione curari. Suturam verò illini
vel ſpuma argenti vel alio glutinante.

DE ORIS VITIIS QVAE MANV ET FERRO CURANTUR, Cap. XII.

De dentibus.

IN ore quoque quædam manu curantur, vbi in primis
dentes nonnunquam mouentur, modò propter radi-
cum imbecillitatem,modò propter gingiuarum areſcen-
tium vitium.Oportet in vtrolibet candens ferramentum
gingiuis admouere vt leuiter attingat,nō vt incidat. Ad-
uſtæ gingiuæ melle illinendæ, & mulſo eluendæ ſunt: vt
pura vlcera eſſe cœperunt, arida medicamenta infrican-
da ſunt ex iis quæ reprimūt. Si verò dens dolores mouet,
eximíque eum quia medicamenta nihil adiuuāt,placuit,
circumradi debet,vt gingiua ab eo reſoluatur: tum is cō-
cutiendus eſt:eáque faciēda donec bene moueatur.nam
dens hærens cum ſummo periculo euellitur, ac nonnun-
quam maxilla loco mouetur.Idque etiam maiore pericu-
lo in ſuperioribus dentibus fit, quia poteſt tempora ocu-
lóſve concutere:tum,ſi fieri poteſt,manu, ſi minus, forfi-
ce,dens excipiendus eſt. Ac ſi exeſus eſt, antè id foramen
vel linamento, vel bene accommodato plumbo replen-
dum eſt, ne ſub forfice confringatur. Recta verò forfex
ducenda eſt, ne inflexis radicibus os earum cui dens in-
hæret,parte aliqua frāgatur. Neque ideo nullum eius rei
periculum eſt,vtique in dentibus breuibus qui fere lon-
giores radices habent. Sæpe enim forfex quū dentem cō-
prehendere non poſſit,aut fruſtra comprehendat,os gin-
giuæ prehendit & frangit. Protinus autem vbi plus ſan-
guinis profluit,ſcire licet,aliquid ex oſſe fractum eſſe. Er-
go ſpecillo conquirenda eſt teſta quæ receſſit, & volſella
protrahenda eſt:ſi non ſequitur,incidi gingiua debet,do-
nec labans oſſis teſta recipiatur. Quòd ſi fractum ſtatim
nō eſt, indureſcit extrinſecus maxilla, vt is hiare nō poſ-
ſit: ſed imponendum calidum ex farina aut fico catapla-
ſma eſt, donec ibi pus moueatur: tum incidi gingiua de-
bet.Pus quoque multum profluens,oſſis fracti nota eſt.I-

A taque etiam tum id extrahi conuenit: nonnunquam etiā
eo læſo,fiſtula fit quæ eradi debet. Dēs autem ſcaber qua
parte niger eſt radendus eſt, illinendúſque roſæ flore cō-
trito, cui gallæ quarta pars, & altera myrrhæ ſit adiecta.
Continendúmque ore crebro vinum meracum:atque in
eo caſu velandū caput ambulatione multa, frictione ca-
pitis,cibo non acri vtendum eſt. At ſi ex ictu vel alio caſu
aliqui labant dentes, auro cum iis qui bene hærent vin-
ciendi ſunt: continendáque ore reprimentia, vt vinum
in quo malicorium decoctum, aut in quo galla candens
B coniecta ſit. Siquando etiam in pueris alter dens naſcitur
quàm prior excidat, is qui cadere debuit, circumpurgā-
dus & euellendus eſt: is qui natus eſt in locū prioris quo-
tidie digito adurgēdus donec ad iuſtam magnitudinem
perueniat. Quotieſcunque dente exēpto radix relicta eſt,
protinus ea quoque ad id facta forfice quam ῥίζαν Græci
vocant, eximenda eſt. Tonſillas autem quæ poſt inflam-
mationes induruerunt, (ἀντιάδες autem à Græcis appel-
lantur) quū ſub leui tunica ſint, oportet digito circunra-
dere & euellere:ſi ne ſic quidem reſoluūtur,hamulo exci-
C pere,& ſcalpello excidere, tum vlcus aceto eluere, & illi-
nere vulnus medicamento quo ſanguis ſupprimatur.

De vua.

Vua ſi cum inflammatione deſcendit, doloríque eſt,
& ſubrubicundi coloris,præcidi ſine periculo non poteſt
ſolet enim multum ſanguinem effundere: itaque melius
eſt iis vti quæ aliâs propoſita ſunt. Si verò inflammatio
quidem nulla eſt, nihilominus autem ea vltra iuſtū mo-
dum à pituita deducta eſt,& eſt tenuis,acuta,alba, præci-
di debet: itémque ſi ima,liuida, & craſſa, ſumma,tenuis
D eſt. Neque quicquam commodius eſt quàm volſella pre-
hendere,ſub eáque quod volumus excidere. neque enim
vllum periculum eſt ne plus minúſve præcidatur, quū li-
ceat tantum infra volſellam relinquere, quantum inutile
eſſe manifeſtum eſt, idque præcidere quò longior vua
eſt quàm eſſe naturaliter debet. Poſt curationem eadem
facienda ſunt quæ in tonſillis proximè poſui.

De lingua.

Lingua verò quibuſdam cum ſubiecta parte à primo
natali die iuncta eſt, qui ob id ne loqui quidem poſſunt.
E Horum extrema lingua volſella prehendenda eſt,ſub eá-
que membrana incidenda, magna cura habita ne venæ
quæ iuxta ſunt violentur,& profuſione ſanguinis noceāt.
Reliqua curatio vulneris in prioribus poſita eſt. Et pleri-
que quidem vbi conſanuerunt, loquuntur. Ego autem
cognoui, qui ſucciſa lingua quū abundè ſuper dētes eam
promeret, non tamen loquendi facultatem conſequutus
eſt: adeò in medicina etiam vbi perpetuū eſt quod fieri
debet,non tamen perpetuum eſt id quod ſequi conuenit.

De abſceſſu ſub lingua.

F Sub lingua quoque interdum aliquid abſcedit quod
fere conſiſtit in tunica,doloréſque magnos mouet: quod
ſi exiguum eſt, incidi ſemel ſatis eſt:ſi maius, ſumma cu-
tis vſque ad tunicam excidenda eſt,deinde vtrinque oræ
hamulis excipiendæ, & tunica vndique circundata libe-
randa eſt: magna diligentia per omnem curationem ha-
bita nequa maior vena incidatur.

De labris.

Labra autem ſæpe finduntur, eáque res habet cum
dolore etiam hanc moleſtiam quòd ſermo prohibetur,
G qui ſubinde eas rimas cum dolore diducendo ſangui-
nem citat. Sed has, ſi in ſummo ſunt, medicamentis cu-
rare commodius eſt quæ ad vlcera oris fiunt: ſi verò al-
tius deſcenderunt,neceſſarium eſt tenui ferramento ad-
urere quod ſpathæ ſimile quaſi tranſcurrere, non impri-
mi debet.Poſtea faciēda eadem ſunt quæ in auribus ad-
uſtis expoſita ſunt.

DE CERVICIS VITIIS, ET CVRATIONE, Cap. XIII.

H AT in ceruice inter cutem & aſperam arteriam tu-
mor increſcit,βρογχοκήλην Græci vocant,quo modò
caro hebes,modò humor aliquis melli aquæve ſimilis in-
cluditur,interdum etiam minutis oſſibus pili immiſti.Ex
quibus quicquid eſt quod tunica cōtinetur, poteſt aduri

tibus medicamentis curari, quibus ſumma cutis cum ſuperiecta tunica exeditur. Quo facto, ſiue humor eſt, profluit: ſiue quid denſius, digitis educitur, tum vlcus ſub linamentis ſaneſcit. Sed ſcalpelli curatio breuior eſt. Medio tumore vna linea inciditur vſque ad tunicam: deinde vitioſus ſinus ab integro corpore digito ſeparatur, totúſque cum velamento ſuo eximitur: tum aceto cui vel ſalem vel nitrum aliquis adiecit eluitur, oræque vna ſutura iunguntur, cæteráque eadem quæ in aliis ſuturis ſuperiniiciũtur. Leniter deinde, ne fauces vrgeat, deligatur: ſiquando autem tunica eximi non potuerit, intus inſpergenda adurentia, linamentiſque id curandum eſt, cæteris pus mouentibus.

DE VMBILICI VITIIS, Cap. XIIII.

SVnt etiam circa vmbilicũ plura vitia, de quibus propter raritatẽ inter authores parũ cõſtat. Veriſimile eſt autem id à quoque prætermiſſum quod ipſe non cognouerat, à nullo id quod non viderat, fictũ. Cõmune omnibus eſt, vmbilicum indecorè prominere. Cauſæ requirũtur. Meges tres has poſuit: modò inteſtinũ eò irrumpere, modò omentum, modò humorem. Soſtratus nihil de omento dixit: duobus iiſdem adiecit, carnem ibi interdũ increſcere, eámque modò integram eſſe, modò carcinomati ſimilem. Gorgias ipſe quoque omenti mẽtionem omiſit: ſed eadem tria cauſatus, ſpiritum quoque interdũ eò dixit irrumpere. Hieron omnibus his quatuor poſitis, & omenti mentionẽ habuit, & eius quod ſimul & omentum & inteſtinum habuerit. Quid autem horũ ſit, his indiciis cognoſcitur: vbi inteſtinum prolapſum eſt, tumor neque durus neque mollis eſt, omni frigore cõminuitur: nõ ſolùm ſub omni calore, ſed etiam retento ſpiritu creſcit. Sonat interdum, atque vbi reſupinatus eſt aliquis, delapſo inteſtino ipſe deſidit. Vbi verò omentum eſt, cætera ſimilia ſũt, tumor mollior ab ima parte latus, extenuatus in verticẽ eſt: ſiquis apprehendit, elabitur: vbi vtrunque eſt, indicia quoque mixta ſunt, & inter vtrũque mollicies. At caro durior eſt, ſempérque etiam reſupinato corpore tumet, prementíque nõ cedit, prioribus facilè cedẽtibus: ſi vitioſa eſt, eaſdẽ notas habet quas in carcinomate expoſui. Humor autẽ ſi premitur, circũfluit: at ſpiritus preſſus cedit, ſed protinus redit: reſupinato quoque corpore tumorem in eadem figura tenet. Ex his id quod ex ſpiritu vitium eſt, medicinam non admittit. Caro quoque carcinomati ſimilis cum periculo tractatur: itaque omittenda eſt: ſana excidi debet, idque vulnus linamẽtis curari. Humorẽ quidam vel inciſo ſummo tumore effundũt, & vulnus iiſdem linamentis curant: in reliquis variæ ſententiæ ſunt. Ac reſupinandum quidem corpus eſſe res ipſa teſtatur, vt in vterũ, ſiue inteſtinum, ſiue omentũ eſt, delabatur. Sinus verò vmbilici tum vacuus à quibuſdã duabus regulis exceptus eſt, vehementérque earũ capitibus deligatis, ibi emoritur: à quibuſdã ad imum acu traiectatur duo lina ducente, deinde vtriuſque lini duobus capitibus diuerſæ partes aſtringũtur. quod in vua quoque oculi fit: nam ſic id quod ſuprà vinculum eſt, moritur. Adiecerũt quidam, vt antequam vincirẽt, ſummũ vna linea inciderent, exciderentque, quò facilius digito demiſſo, quod illuc irrupiſſet depellerent: tum deinde vinxerunt. Sed abunde eſt, iubere ſpiritũ continere, vt tumor quantus maximus eſſe poteſt ſe oſtendat, tum imam baſin eius atramẽto notare, reſupinatóque homine digitis tumorẽ eum premere, vt ſiquid delapſum nõ eſt, manu cogatur. Poſthæc vmbilicum attrahere, & qua nota atramenti eſt, lino vehementer aſtringere: deinde partem ſuperiorẽ aut medicamentis, aut ferro adurere donec emoriatur, atque vt cætera vſta vlcus nutrire: ídque nõ ſolùm vbi inteſtinum vel omentum, vel vtrunque eſt, ſed etiam vbi humor eſt, optimè proficit. Sed antè quædam viſenda ſunt, nequod ex vinculo periculũ ſit. nam curationi neque infans, neque aut robuſtus annis aut ſenex aptus eſt, ſed à ſeptimo fere anno ad quartũdecimum: deinde ei corpus idoneũ eſt id quod integrum eſt. At quod mali habitus eſt, quódque papulas, impetigines, ſimiliáque habet, idoneum nõ eſt. Leuibus quoque tumoribus facilè ſubuenitur: at in eorum qui nimis magni ſunt curatione periculũ eſt. Tẽpus

A autem anni & autumnale & hybernum vitãdum eſt: ver idoneum maximè eſt: ac prima æſtas non aliena eſt. Præter hæc abſtinere pridie debet: neque id ſatis eſt, ſed aluus quoque ei ducenda eſt, quò facilius omnia quæ exceſſerunt, intra aluum conſidant.

QVOMODO AQVA HYDROPICIS emittatur, Cap. XV.

AQuam iis qui hydropici ſunt emitti oportere, aliâs dixi: nunc quemadmodum id fiat, dicendũ eſt.
B Quidam autem ſub vmbilico fere quatuor interpoſitis digitis à ſiniſtra parte: quidam ipſo vmbilico perforato, facere conſuerunt: quidam cute primùm aduſta, deinde interiore abdomine inciſo: quia quod per ignẽ diuiſum eſt, minus celeriter coit. Ferramentũ autem demittitur, magna cura habita nequa vena incidatur: id tale eſſe debet vt fere tertiam digiti partem latitudo mucronis impleat: demittendúmque ita eſt vt membranã quoque tranſeat, qua caro ab interiore parte finitur: eò tum plumbea aut ænea fiſtula iniicienda eſt, vel recuruatis in exteriorem
C partem labris, vel in media circumſurgente quodam nodo, ne tota int[9] delabi poſſit. Hui[9] ea pars quæ intra, paulò lõgior eſſe debet quàm quæ extra, vt vltra vlteriorem membranam procedat: per hanc effundendus humor eſt. Atque vbi maior pars eius euocata eſt, cludenda demiſſo linteolo fiſtula eſt, & in vulnere, ſi id vſtum non eſt, relinquenda: deinde per inſequentes dies circa ſingulas heminas emittendum, donec nullum aquæ veſtigiũ appareat. Quidam tamen etiam non vſta cute protinus fiſtulam recipiunt, & ſuper vulnus ſpongiã expreſſam deligant: de-
D inde poſtero die rurſus fiſtulam demittunt, quod recens vulnus paulum diductum patitur, vt ſiquid humoris ſupereſt, emittatur: idque bis ita feciſſe contenti ſunt.

DE INTESTINORVM VVLNERATORVM curationibus, Cap. XVI.

NOnnunquam autem venter ictu aliquo perforatur, ſequitúrque vt inteſtina euoluantur. quod vbi incidit, protinus conſiderandũ eſt an integra ea ſint, deinde an his color ſuus maneat: ſi tenuius inteſtinum perforatũ
E eſt, nihil profici poſſe iam retuli. Latius inteſtinũ ſui poteſt, non quòd certa fiducia ſit, ſed quòd dubia ſpes certa deſperatione ſit potior. Interdũ enim glutinatur: tum ſi vtrunlibet inteſtinũ liuidum, aut pallidum, aut nigrũ eſt, (quibus illud quoque neceſſariò accedit vt ſenſu careat) medicina omnis inanis eſt: ſi verò adhuc ea ſui coloris ſunt, cum magna feſtinatione ſuccurrendũ eſt. Momẽto enim alienantur externo & inſueto ſpiritu circũdata. Reſupinãdus autem homo eſt coxis erectioribus: & ſi anguſtius vulnus eſt quã vt inteſtina cõmodè refundantur, in-
F cidendũ eſt donec ſatis pateat. At ſi iam ſicciora inteſtina ſunt, perluenda aqua ſunt cui paulũ admodum olei ſit adiectũ: tum miniſter oras vulneris leuiter diducere manibus ſuis, vel etiã duobus hamis mẽbranæ interiori iniectis debet, medic[9] priora ſemper inteſtina quæ poſteriora prolapſa ſunt condere, ſic vt orbiũ ſingulorum locum ſeruet. Repoſitis omnibus, leniter homo cõcutiendus eſt. quo fit vt per ſe ſingula inteſtina in ſuas ſedes diducãtur, & inibi concidãt. His conditis omentũ quoque conſiderandũ eſt, ex quo ſiquid iam nigri & emortui eſt, forfice
G excidi debet: ſiquid integrũ eſt, leuiter ſuper inteſtina diduci. ſutura autem neque ſummæ cutis, neque interioris mẽbranæ per ſe ſatis proficit, ſed vtriuſque. Et quidẽ duobus linis vincienda eſt ſpiſſior, quàm alibi: quia & rumpi facilius motu ventris poteſt, & non æquè magnis inflammationibus pars ea expoſita eſt. Igitur in duabus acubus fila traiicienda, eáque duabus manibus tenenda, & prius interiori mẽbranæ ſutura iniiciẽda eſt, ſic vt ſiniſtra manus in dexteriore ora, dextra in ſiniſteriore à principio vulneris orſa, ab interiori parte in exteriorẽ acũ immit-
H tat. quo fit vt ab inteſtinis ea pars ſemper acuũ longè ſit quæ retuſa eſt. Semel vtraque parte traiecta permutandæ acus inter manus ſunt, vt ea ſit in dextra quæ fuit in ſiniſtra, ea veniat in ſiniſtram quã dextra continuit: iterúmq; eodem modo per oras immittendæ ſunt. Atque ita tertio & quarto, deincépſque permutatis inter man[9] acubus, in-

cludenda plaga. Poſthæc eadem fila, eædẽque acus ad cutem transferẽdæ: ſimilíque ratione ei quoque parti vtraque ſutura iniicienda, ſemper ab interiore parte acubus venientibus, ſemper inter manus traiectis. Dein glutinantia iniicienda. Quibus aut ſpõgiam, aut ſuccidam lanam ex aceto impreſſam accedere debere manifeſtius eſt quàm vt ſemper dicendum ſit. Impoſitis his leuiter deligari venter debet.

DE INTERIORE PARTE ABDOMINIS rupta, & qua ratione curanda ſit, Cap. XVII.

INterdum tamen vel ex ictu aliquo, vel retẽto diutius ſpiritu, vel ſub graui faſce interior abdominis mẽbrana ſuperiore cute integra, rumpitur: quod fœminis quoque ex vtero ſæpe euenire cõſueuit. Fitque præcipuè circa ilia, ſequitur autem quũ ſuperior caro mollis ſit, vt nõ ſatis inteſtina contineat, hiſque intenta cutis indecorè intumeſcat. Atque id quoq; aliter ab aliis curatur. Quidam enim per acum duob⁹ linis ad imam baſin immiſſis, ſic vtrinque deuinciunt, quemadmodũ & in vmbilico, & in vua poſitum eſt, vt quicquid ſuper vinculum eſt, emoriatur: quidam mediũ tumorem excidũt, ad ſimilitudinem myrtacei folii, (quod ſemper eodem modo ſeruandũ eſſe iam poſui) & tum oras ſutura iungũt. Commodiſſimũ eſt autem reſupinato corpore experiri manu qua parte is tumor maximè cedat, quia neceſſe eſt ea parte rupta membrana ſit, quáque integra eſt, ea magis obnitatur: tum qua rupta videbitur, immittendæ ſcalpello duæ lineæ ſunt, vt exciſo medio interior membrana vtrinque recentem plagam habeat: quia quod vetus eſt, ſutura non coit, loco patefacto. Siqua parte membrana nõ nouam plagam, ſed veterem habet, tenuis excidenda habena eſt quæ tantùm ora eius exulceret: cætera quæ ad ſuturæ reliquam curationem pertinent, ſuprà comprehenſa ſunt.

De varicibus ventris.

Præter hæc euenit vt in quorundam ventribus varices ſint, quarum quia nulla alia curatio eſt quàm quæ in cruribus eſſe conſueuit, tum eam partem explanaturus, hanc quoque eò differo.

DE TESTICVLORVM NATVRA, ET morbis eorum, Cap. XVIII.

VEnio autem ad ea quæ in naturalibus partibus circa teſticulos oriri ſolent, quæ quò facilius explicem, prius ipſius loci natura paucis proponenda eſt. Igitur teſticuli ſimile quiddam medullis habent. nam ſanguinem non emittunt, & omni ſenſu carent. Dolẽt autem in ictibus & inflammationibus tunicæ quibus hi continentur. Dependent verò ab inguinibus per ſingulos neruos, quos κρεμαστῆρες Græci nominant, cum quorum vtroque binæ deſcendunt & venæ & arteriæ. Hæ autẽ tunica conteguntur tenui, neruoſa, ſine ſanguine, alba, quæ ἐρυθροειδὴς à Græcis nominatur: ſuper eam valentior tunica eſt quæ interiori vehementer ima parte inhæret, δάρτον Græci vocant. Multæ deinde membranulæ venas & arterias, eóſque neruos comprehendunt, atque inter duas quoque tunicas ſuperioribus partibus leues paruulæque ſunt. Hactenus propria vtrique teſticulo & velamenta & auxilia ſunt: communis deinde vtrique omnibúſque interioribus ſinus eſt qui iam cõſpicitur à nobis, ὄσχεον Græci, ſcrotum noſtri vocant, íſque ab ima parte mediis tunicis leuiter innexus eſt, à ſuperiore tantùm circundatus eſt. Sub hoc igitur plura vitia eſſe conſuerunt: quæ modò ruptis tunicis, quas ab inguinibus incipere propoſui, modò his integris fiunt. ſiquidem interdum vel ex morbo primùm inflammatur, deinde poſtea pondere abrumpitur, vel ex ictu aliquo protinus rumpitur tunica quæ diducere ab inferioribus partibus inteſtina debuit, tum pondere eò deuoluitur aut omentum, aut etiam inteſtinũ. Atque ibi reperta via, paulatim ab inguinibus in inferiores quoque partes demiſſum, ſubinde neruoſas tunicas, & ob id eius rei patientes diducit: ἐντεροκήλην & ἐπιπλοκήλην Græci vocant: apud nos indecorum, ſed commune his Herniæ nomen eſt. Deinde, ſi deſcendit omentum, nũquam in ſcroto tumor tollitur, ſiue inedia fuit, ſiue corpus huc illúcve conuerſum, aut aliquo modo collocatum: itémque ſi re-

A tentus eſt ſpiritus, non magnopere increſcit, tactu verò inæqualis eſt, & mollis, & lubricus. At ſi inteſtinum quoque deſcendit, tumor is ſine inflãmatione modò minuitur, modò increſcit. éſtque fere ſine dolore: & quum conquieſcit aliquis, aut iacet, interdum ex toto deſidit, interdum ſic diuiditur vt in ſcroto exiguæ reliquiæ maneãt. At ſi clamore & ſatietate, & ſi ſub aliquo pondere is homo nixus eſt, creſcit, frigore omni cõtrahitur, calore diffunditur. éſtque tum ſcrotum & rotundum, & tactu leue, ídque quod ſubeſt, lubricum eſt: ſi preſſum eſt, ad inguen **B** reuertitur, demiſſúmque iterum cum quodã quaſi murmure deuoluitur. & id quidem in leuioribus malis euenit. Nonnunquam autem ſtercore accepto vaſtius tumet, retróque compelli nõ poteſt: adfértq; tum dolorẽ & ſcroto & inguinibus & abdomini: nonnunquam ſtomachus quoque affectus, primũ rufam bilem per os reddit, deinde viridem, quibuſdã etiam nigram. Integris verò membranis interdum eam partem humor diſtringit: atque eius quoque ſpecies duæ ſunt. nam vel inter tunicas is increſcit, vel in membranis quæ ibi circa venas & arterias **C** ſunt, vbi hæ grauatæ occaluerunt. Ac ne ei quidẽ humori qui inter tunicas eſt, vna ſedes eſt. nã modò inter ſummam & mediam, modò inter mediam & imam conſiſtit. Græci cõmuni nomine quicquid eſt, ὑδροκήλην appellant: noſtri (vt ſcilicet nullis diſcriminibus ſatis cognitis) hoc quoque ſub eodem nomine quo priora habent. Signa autem quædam cõmunia ſunt, quædam propria. Communia, quibus humor deprehenditur: propria quibus locis humorem ſubeſſe dicimus. Si tumor eſt, nunquam ex toto ſe remittens, ſed interdum leuior, aut propter famem, **D** aut propter febriculam, maximéque in pueris. íſque mollis eſt ſi non nimius humor ſubeſt. at ſi is vehementer increuit, renititur ſic vt vter repletus, & arctè aſtrictus. Venæ quoque in ſcroto inflantur, & ſi digito preſſimus, cedit humor, circunfluénſque id quod non premitur, attollit, & tanquam in vitro cornúve per ſcrotum apparet, íſque (quantum in ipſo eſt) ſine dolore eſt. Sedes autem eius ſic deprehẽditur: ſi inter ſummam mediámque tunicam eſt, quũ digitis duobus preſſimus, paulatim humor inter eos reuertens ſubit, ſcrotum ipſius albidius eſt: ſi ducitur, **E** aut nihil, aut paruulum intenditur, teſticulus ea parte neque viſu neque tactu ſentitur: at ſi ſub media tunica eſt, intentum ſcrotum magis ſe attollit, adeò vt ſuperior coles ſub tumore eo diliteſcat. Præter hæc æquè integris tunicis ramex innaſcitur (κιρσοκήλην Græci appellãt,) quũ venæ intumeſcunt. Hæ quoque intortæ conglomeratæque ad ſuperiorem partem, vel ipſum ſcrotum implent, vel mediam tunicam vel imam: interdum etiã ſub ima tunica circa ipſum teſticulum neruúmque eius increſcunt. Ex his eæ quæ in ipſo ſcroto ſunt, oculis patent: hæ verò **F** quæ mediæ imæve tunicæ inſident, vt magis conditæ, nõ æquè quidem cernuntur, ſed tamen viſui ſubiectæ ſunt, præterquam etiam quòd & tumoris aliquid eſt, pro venarum magnitudine & modo: & id prementi magis renititur, ac per ipſos venarum toros inæquale eſt: & qua parte id eſt, teſticulus magis iuſto dependet. Quum verò etiam ſuper ipſum teſticulum neruúmque eius, id malũ increuit, aliquanto longius teſticulus ipſe deſcendit, minórque altero fit, vtpote alimento amiſſo. Raró, ſed aliquando caro quoque inter tunicas increſcit, σαρκοκήλην Græci vocãt. **G** Interdum etiam ex inflammatione tumet ipſe teſticulus, ac febres quoque adfert, & niſi celeriter ea inflammatio conquieuit, dolor ad inguina atque ilia peruenit, partéſque hæ intumeſcunt: neruus ex quo teſticulus dependet, plenior fit, ſimúlque indureſcit: ſuper hæc inguen quoque nonnunquam varices implent, βουβωνοκήλην appellant.

DE TESTICVLORVM CVRATIONIbus communibus, & primò de inciſione & curatione inguinis, vel ſcroti, Cap. XIX.

H HIs cognitis de curatione dicendum eſt, in qua quædam communia omnium ſunt, quædã propria ſingulorum: prius de cõmunibus dicam. Loquar autem nũc de iis quæ ſcalpellum deſiderant. nam quæ vel ſanari non poſſint, vel aliter nutriri debeant, dicendum erit ſimulac

ad ſpecies ſingulas venero. Inciditur autem interdum inguen, interdum ſcrotum. In vtraque curatione, homo ante triduum bibere aquam, pridie abſtinere etiam à cibo debet: ipſo autem die collocari ſupinus: deinde ſi inguen incidendum eſt, idque iam pube contegitur, antè radendum eſt, & tum extẽto ſcroto, vt cutis inguinis intenta ſit, id incidendum ſub imo ventre, qua cum abdomine tunicæ inferiores committuntur. Aperiẽdum autem audacter eſt, donec ſumma tunica quæ ipſius ſcroti eſt, incidatur, perueniatúrque ad eam qua media eſt plaga facta. Foramen deorſum verſus ſubeſt. In id demittendus eſt ſiniſtræ manus digitus index, vt diductis interueniẽtibus membranulis ſimul laxet. Miniſter autem ſiniſtra manu comprehenſo ſcroto, ſurſum verſus eum debet extẽdere, & quammaximè ab inguinibus abducere: primùm cum ipſo teſticulo, dum medicus omnes mẽbranulas quæ ſuper mediam tunicam ſunt, ſi digito deducere non poteſt, ſcalpello abſcindat: deinde ſine eo, vt is delapſus ipſi plagæ iungatur, digitóque inde promatur, & ſuper ventrem cum duabus ſuis tunicis collocetur. Inde ſiqua vitioſa ſunt, circuncidenda ſunt. in quibus quũ multæ venæ diſcurrãt, tenuiores quidem præcidi protinus poſſunt: maiores verò antè longiore lino deligãdæ ſunt, ne periculoſè ſanguinem fundãt: ſin media tunica vexata erit, aut ſub ea malũ increuerit, excidẽda erit, ſic vt altè ad ipſum inguen præcidatur. Infrà tamen non tota demenda eſt. nam quod ab baſin teſticuli vehementer cum ima tunica cõnexum eſt, excidi ſine ſummo periculo non poteſt. Itaque ibi relinquendum eſt: idem in ima quoque tunica, ſi læſa eſt, faciendum eſt. Sed non à ſumma inguinis plaga, verum infrà paulũ ea abſcindenda, ne læſa abdominis mẽbrana inflammationes moueat. Neque tamẽ nimium ex ea ſurſum relinquendum eſt, ne poſtea ſinuetur, & ſedem eidẽ malo præſtet. Purgatus ita teſticulus per ipſam plagam, cum venis & arteriis & neruo ſuo leuiter demittendus eſt, videndúmque ne ſanguis in ſcrotum deſcendat, néve concretus aliquo loco maneat. Quæ ita fient, ſi venis vinciẽdo medicus proſpexerit: lina quibus capita earum continebuntur, extra plagam dependere debebunt, quæ pure orto ſine vllo dolore excident. Ipſi autem plagæ iniiciendæ duæ fibulæ ſunt, & inſuper medicamẽtum quo glutinentur. Solet interdum ab altera ora neceſſarium eſſe aliquid excidi, vt cicatrix maior & latior fiat. quod vbi incidit, linamenta ſuper non fulcienda, ſed leuiter tantùm ponẽda ſunt, ſupráque ea quæ inflammationem repellant, id eſt ex aceto vel lana ſuccida vel ſpongia. Cætera eadem quæ vbi pus moueri debet adhibenda ſunt. At quũ infrà incidi oportet, reſupinato homine ſubiicienda ſub ſcroto ſiniſtra manus eſt, deinde id vehementer apprehendendum, & incidendum: ſi paruulum eſt quod nocet, modicè, vt tertia pars integra ad ſuſtinendum teſticulum infrà relinquatur: ſi maius eſt, etiam amplius, vt paulum tantummodo ad imum, cui teſticulus inſidere poſſit, integrũ maneat. Sed primò rectus ſcalpellus quamleuiſſima manu teneri debet, donec ſcrotum ipſum diducat: tum inclinandus mucro eſt, vt tranſuerſa membrana ſecet quæ inter ſummam mediámque tunicam ſunt. At ſi vitium in proximo eſt, mediam tunicam attingi nõ oportet: ſi ſub illa quoque conditur, etiam illa incidenda eſt, ſic vt tertia quoque, ſi illa vitium tegit. Vbicunque repertum malum eſt, miniſtrum ab inferiore parte exprimere moderatè ſcrotum oportet, medicũ digito, manubriolo vel ſcalpello diductam inferiorem partem tunica extrà collocare: deinde eam ferramento, quod ad ſimilitudinem curuum vocant, incidere, ſic vt in eandem intrare duo digiti, index & medius, poſſint. His deinde cõiectis, excipiẽda reliqua pars tunicæ, & inter digitos ſcalpellus immittendus eſt, eximendúmque aut effundendũ quicquid eſt noxium. Quancunque autem tunicam quis violauit, illam quoque debet excidere, ac mediam quidem (vt ſuprà dixi) quàmaltiſſimè ab inguine, imam autem paulo infrá. Cæterùm antequam excidantur, hæ quoque vinciri lino ſummè debent, & eius lini capita extra plagam relinquenda ſunt, ſicut in aliis quoque venis quæ id requiſierint. Eo facto teſticulus intus reponendus eſt

A oræque ſcroti ſuturis inter ſe committendæ, neque paucis, ne parum glutinentur & longior fiat curatio, neque multis, ne inflammationem augeant. Atque hîc quoque videndũ eſt nequid in ſcroto ſanguinis maneat: tum imponenda glutinantia ſunt. Siquando autem in ſcrotum ſanguis defluxit, aliquídve concretum ex eo decidit, incidi ſubter id debet, purgatóque eo ſpongia acri aceto madens circũdari. Deligatur autẽ vulnus omne quod ex his cauſis factũ eſt: ſi dolor nullus eſt, quinque primis diebus B non eſt reſoluendum, ſed bis die tantùm aceto irrorãda lana vel ſpongia: ſi dolor eſt, tertia die reſoluẽdum, & vbi fibulæ ſunt, hæ incidendæ, vbi linamentum, id mutãdum eſt: roſáque & vino madefaciendum id quod imponitur. Si inflammatio increſcit, adiiciẽdum prioribus cataplaſma ex lẽticula & melle, vel ex malicorio quod in auſtero vino coctum ſit, vel ex his mixtis: ſi ſub his inflammatio non conquierit, poſt diem quintũ multa calida aqua vulnus fouendum, donec ſcrotũ ipſum & extenuetur & rugoſius fiat: tum imponẽdum cataplaſma ex triticea fari- C na, cui reſina pinea adiecta ſit. Quæ ipſa, ſi robuſtus curatur, ex aceto: ſi tener, ex melle coquenda ſunt. Neque dubium eſt quodcũque initium fuit, ſi magna inflammatio eſt, quin ea quæ pus mouent, imponẽda ſint. Quòd ſi pus in ipſo ſcroto ortum eſt, paulum id incidi debet vt exitus detur. Linamentúmque eatenus imponẽdum eſt vt foramen tegat. Inflammatione finita, propter neruos priore cataplaſmate, dein cerato vtendum eſt. Hæc propriè ad eiuſmodi vulnera pertinent. Cætera & in curatione & in victu ſimilia his eſſe debent quæ in alio quoque vulne- D rum genere præcepimus.

DE INTESTINI CVRATIONE, Cap. XX.

HIs propoſitis ad ſingulas ſpecies veniẽdum eſt, ac ſi cui paruulo puero inteſtinum deſcẽdit, ante ſcalpellum experienda iunctura eſt. Faſcia eius rei cauſa fit, cui imo loco pila aſſuta eſt ex panniculis facta, quæ ad repellẽdum inteſtinũ ipſi illi ſubiicitur, deinde reliqua faſciæ pars arctè circundatur, ſub quo ſæpe & intus compellitur inteſtinum, & inter ſe tunicæ glutinantur. Rurſus ſi ætas E proceſſit, multúmque inteſtini deſcẽdiſſe ex tumore magno patet, adiiciuntúrque dolor & vomitus quæ ex ſtercore & ex cruditate eò delapſo fere accidunt, ſcalpellum adhiberi ſine pernicie non poſſe manifeſtum eſt. Leuandum tantummodo malũ, & per alias curationes extrahẽdum eſt. Sanguis mitti ex brachio debet, deinde ſi vires patiuntur, imperanda tridui abſtinentia eſt: ſi minus, certè pro vi corporis quamlongiſſimé. Eodem verò tempore ſuper habendum cataplaſma ex lini ſemine quod antè aliquis ex mulſo decoxerit. Poſt hæc & farina hordeacea F cum reſina iniicienda, & is demittendus in ſolium aquæ calidæ, cui oleum quoque adiectũ ſit, dãdúmque aliquid cibi lenis calidi. Quidam etiã aluum ducũt: id ducere aliquid in ſcrotũ poteſt, educere ex eo non poteſt. Per ea verò quæ ſuprà ſcripta ſunt, leuato malo, ſiquando aliâs dolor reuerterit, eadem erunt facienda. Sine dolore quoque, ſi multa inteſtina prolapſa ſunt, ſecari ſuperuacuũ eſt, non quò excludi à ſcroto non poſſint, niſi tamen id inflãmatio prohibuit: ſed quò repulſa inguinibus immorentur, ibique tumorem excitent, atque ita fiat mali non finis, ſed G mutatio. At in eo quem ſcalpello curari oportebit, ſimulatque ad mediã tunicã vulnus in inguine factũ peruenerit, duobus hamulis ea iuxta ipſas oras apprehendi debebit, dum eductis omnib⁹ mẽbranulis medicus eã liberat. Neque enim cũ periculo læditur quæ excidenda eſt, quũ inteſtinũ eſſe niſi ſub ea nõ poſſit. Vbi deducta autẽ erit, ab inguine vſq; ad teſticulũ incidi debebit, ſic ne is ipſe lædatur, tum excidi. Fere tamen hãc curationẽ puerilis ætas, & modicũ malum recipit: ſi vir robuſtus eſt, maiúſq; id vitiũ eſt, extrahi teſticul⁹ nõ debet, ſed in ſua ſede per- H manere: id hoc modo fit: Inguen eadẽ ratione vſque ad mediã tunicã ſcalpello aperitur, eáq; tunica eodem modo duobus hamis excipitur, ſic vt à miniſtro teſticulus eatenus cõtineatur ne per vulnus exeat: tum ea tunica deorſum verſus ſcalpello inciditur, ſub eáque index digitus ſiniſtræ manus ad imum teſticulum demittitur, eúmque

ad plagam compellit: deinde dextræ manus duo digiti, pollex atque index, venam & arteriam & neruum, tunicámque eorum à ſuperiore tunica diducunt. Quòd ſi aliquæ membranulæ prohibent, ſcalpello reſoluuntur, donec ante oculos tota iam tunica ſit. Exciſis quæ excidenda ſunt, repoſitóque teſticulo, ab ora quoque eius vulneris quod in inguine eſt, demenda habenula paulo latior eſt, quò maior plaga ſit, & plus creare carnis poſſit.

DE OMENTI CVRATIONE, Cap. XXI.

AT ſi omentum deſcendit, eodem quidem modo quo ſuprà ſcriptum eſt, aperiendum inguen, diducendæque tunicæ ſunt. Conſiderandum autem eſt, maiórne is modus an exiguus ſit. nam quod paruulũ eſt, ſupe inguen in aluũ vel digito vel aduerſo ſpecillo repellendum eſt. Si plus eſt, ſinere oportet dependere, quantum ex vtero prolapſum eſt, ídque adurentibus medicamentis illinere, donec emoriatur & excidat. Quidam hîc quoque duo lina acu traiiciunt, biniſque ſingulorũ capitibus diuerſas partes aſtringunt, ſub quo æquè ſed tardius emoriatur. Adiicitur tamẽ hîc quoque celeritati, ſi omentũ ſuper vinculũ illinitur medicamentis quæ ſic exedũt, ne erodãt: σηπτικὰ Græci vocant. Fuerunt etiam qui omentum forfice præciderent, quod in paruulo non eſt neceſſarium: ſi maius eſt, poteſt profuſionem ſanguinis facere: ſiquidem omẽtum quoque venis quibuſdam etiam maioribus illigatum eſt. Neque verò ſi diſcuſſo ventre id prolapſum forfice præciditur, quum & emortuum ſit, & aliter tutius auelli nõ poſſit, inde huc exemplum trãſferendum eſt. Vulnus autem curari, ſi relictum omentũ eſt, ſutura debet. Si id amplius fuit, & extrà emortuum eſt, exciſis oris, ſicut ſuprà propoſitum eſt. Si verò humor intus eſt, incidendum eſt, in pueris quidẽ inguen, niſi in his quoque liquoris eius maior modus prohibet: in viris verò & vbicunque multus humor ſubeſt, ſcrotum: deinde ſi inguen inciſum eſt, eò protractis tunicis humor effundi debet. Si ſcrotũ & ſub hoc protinus vitium eſt, nihil aliud quàm humor eſt effundẽdus, abſcindendæque membranulæ ſunt, ſiquæ eum continuerunt: deinde eluendum id ex aqua, quæ vel ſalẽ adiectum vel nitrum habeat: ſi ſub media imáve tunica, totæ hæ extra ſcrotum collocandæ, excidendæque ſunt.

DE RAMICIS CVRATIONE, Cap. XXII.

RAmex autẽ, ſi ſuper ipſum ſcrotũ eſt, adurẽdus eſt tenuibus & acutis ferramentis, quæ ipſis venis infigantur, cum eo ne amplius quàm has vrant: maximéque vbi inter ſe implicatæ glomerantur, eò ferrum id admouendum eſt, tum ſuper farina ex aqua frigida ſubacta iniiciẽda eſt, vtendúmque eo vinculo quod idoneum eſſe ani curationibus poſui. Tertio die lenticula cum melle imponenda eſt, pòſt eiectis cruſtis vlcera melle purganda, roſa implenda, ad cicatricem aridis linamentis perducenda ſunt. Quibus verò ſuper mediam tunicam venæ tument, incidendum inguen eſt, atque tunica promouenda, ab eáque venæ digito vel manubriolo ſcalpelli ſeparãdæ. Qua parte verò inhærebũt, & ab ſuperiore & ab inferiore parte lino vinciendæ, tum ſub ipſis vinculis præcidendæ, reponendúſque teſticulus eſt. At vbi ſupra tertiam tunicam ramex inſedit, mediam excidi neceſſe eſt: deinde ſi duæ tréſve venæ tument, & ita pars aliqua obſidetur, vt maiore vitio vacet, idem faciendum quod ſuprà ſcriptum eſt, vt ab inguine & à teſticulo deligatæ venæ præcidantur, íſque condatur. Sin totum id ramex obſederit, per plagã demittendus digitus index erit, ſubiiciendúſque venis, ſic vt paulatim protrahat, æquè adducendo, donec is teſticulus par alteri fiat: tum fibulæ oris ſic vinciendæ vt ſimul eas quoque venas comprehendant. Id hoc modo fit: Acus ab exteriore parte oram vulneris perforat: tum non per ipſam venam, ſed per membranam eius immittitur, per eámque in alterã oram compellitur. Venæ vulnerari non debent, ne ſanguinem fundant: mẽbrana ſemper inter has venas eſt, ac neque periculnm adfert, & filo comprehenſas illas abundè tenet. Itaque etiam ſatis eſt duas fibolas eſſe: tum venæ quæcunque protractæ ſunt in ipſum inguen, aduerſo ſpecillo comprehendi debent. Soluendi fibulas tempus inflammatione finita & purgato vulnere eſt, vt vnà ſimul & oras & venas cicatrix deuinciat. Vbi verò inter imam tunicam & ipſum teſticulũ neruúmque eius ramex ortus eſt, vna curatio eſt, quæ totum teſticulũ abſcindit. Nam neque ad generationem quicquam is cõfert: & omnibus indecorè, quibuſdam etiam cum dolore dependet. Sed tum quoque inguen incidendũ, media tunica promenda atque excidenda eſt, idem in ima faciendum: neruúſque ex quo teſticulus dependet, præcidẽdus. Poſt id venæ & arteriæ ad inguen lino deligandæ, & infra vinculum abſcindendæ ſunt.

DE CARNE QVAE INTER TVNICAS teſticulorum concreuit, & de neruo indurato, Cap. XXIII.

CARO quoque ſiquando inter tunicas concreuit, nihil dubii eſt quin eximenda ſit, ſed id ipſo ſcroto inciſo fieri commodius eſt. At ſi neruus induruit, curari res neque manu neque medicamento poteſt. Vrgent enim febres ardentes, & aut virides aut nigri vomitus: præter hæc ingens ſitis, & linguæ aſpritudo, feréque à die tertio ſpumans bilis aluo cum roſione redditur. Atque neque aſſumi facilè cibus, neque contineri poteſt: neque multo pôſt extremæ partes frigeſcunt. tremor oritur, manus ſine ratione extenduntur, deinde in fronte frigidus ſudor, eúmque mors ſequitur.

DE RAMICE INGVINIS, Cap. XXIIII.

VBI verò in ipſo inguine ramex eſt, ſi tumor modicus eſt, ſemel incidi: ſi maior, duabus lineis debet, vt medium excidatur: deinde non extracto teſticulo (ſicut inteſtinis quoque prolapſis interdum fieri docui) colligẽdæ venæ vinciendæque vbi tunicis inhærebũt, & ſub his nodis præcidendæ ſunt. neque quicquam noui curatio vulneris eius requirit.

AD TEGENDAM GLANDEM COLIS, ſi nuda eſt, Cap. XXV.

AB his ad ea tranſeundum eſt quæ in cole ipſo fiunt, in quo ſi glans nuda eſt, vúltque aliquis eam decoris cauſa tegere, fieri poteſt: ſed expeditius in puero quàm in viro: in eo cui id naturale eſt, quàm in eo qui quarundam gentium more circunciſus eſt: in eo cui glans parua: iuxtáque eam cutis, ſpatioſior verò ipſe coles eſt, quàm in quo contraria his ſunt. Curatio autem eorum quibus id naturale eſt, eiuſmodi eſt: Cutis circa glandem apprehenditur & extenditur, donec illam ipſam cõdat, ibique deligatur: deinde iuxta pubem in orbem tergus inciditur, donec coles nudetur: magnáque cura cauetur ne vel vrinæ iter, vel venæ quæ ibi ſunt incidantur. Eo facto cutis ad vinculũ inclinatur, nudatúrque circa pubem velut circulus, eóque linamenta dantur vt caro increſcat, & id impleat: ſatiſque velamenti ſuprà latitudo plagæ præſtat. Sed donec cicatrix ſit, vinctum eſſe id debet, in medio tantùm relicto exiguo vrinæ itinere. At in eo qui circunciſus eſt, ſub circulo glandis ſcalpello diducenda cutis ab interiore cole eſt. Non ita dolet, quia ſummo ſoluto, diduci deorſum vſque ad pubem manu poteſt: neque ideo ſanguis profluit. Reſoluta autem cutis rurſus extenditur vltra glandẽ: tum multa frigida aqua fouetur, emplaſtrúmque circa datur quod valentem inflammationem reprimat: proximiſque diebus, vt propè à fame victus eſt, ne fortè eam partem ſatietas excitet. Vbi iam ſine inflãmatione eſt, deligari debet à pube vſque circulum: ſuper glandem autem aduerſo emplaſtro impoſito induci. ſic enim fit vt inferior pars glutinetur, ſuperior ita ſaneſcat ne inhæreat.

Quomodo glans penis contecta aperiri poſſit.

Contrà ſi glans ita contecta eſt vt nudari non poſſit, (quod vitium Græci φίμωσιν appellãt) aperiẽda eſt: quod hoc modo fit: Subter à ſumma ora cutis inciditur recta linea vſque ad frænum, atque ita ſuperius tergus relaxatum cedere retro poteſt. Quòd ſi parum ſic profectum eſt, aut propter anguſtias, aut propter duritiẽ tergoris, protinus triangula forma cutis ab inferiore parte excidenda eſt, ſic vt vertex eius ad frænum baſis in tergo extremo ſit: tum ſuperdanda linamenta ſunt, aliáque medicamenta

quæ ad ſanitatem perducant.Neceſſarium autem eſt do- A
nec cicatrix ſit conquieſcere: nam ambulatio atterendo
vlcus ſordidum reddit.

Infibulandi ratio.

Infibulare quoque adoleſcentulos interdum vocis,
interdũ valetudinis cauſa quidam cõſuerũt: eiúſque hæc
ratio eſt:Cutis quæ ſuper glãdem eſt extenditur,notatúr-
que vtrinque à lateribus atramento quà perforatur,dein-
de remittitur.Si ſuper glandem notæ reuertuntur, nimis
apprehenſum eſt,& vltrà notari debet. Si glans ab his li-
bera eſt,is locus idoneus fibulæ eſt:tum qua notæ ſunt, cu B
tis acu filum ducente tranſuitur, eiúſque fili capita inter
ſe deligantur,quotidiéque id mouetur donec circa fora-
mina cicatriculæ fiant.Vbi hæ cõfirmatæ ſunt, exempto,
filo fibula additur, quæ quo melior,eo leuior eſt.Sed hoc
quidem ſæpius inter ſuperuacua quàm inter neceſſaria
eſt.

DE VRINAE REDDENDAE DIFFI-
cultate,& de calculo,curationibúſque
eorum, Cap. XXVI.

RES verò interdum cogit emollire manu vrinã, quũ C
illa non redditur,aut quia ſenectute iter eius colla-
pſum eſt, aut quia calculus, vel concretum aliquid ex
ſangui ne intus ſe oppoſuit.At mediocris quoque inflam
matio ſæpe eam reddi naturaliter prohibet,idque non in
viris tantummodo,ſed in fœminis quoque interdum ne-
ceſſarium eſt.Ergo æneæ fiſtulæ fiunt, quæ vt omni cor-
pori ampliori minorique ſufficiant,ad mares tres,ad fœ-
minas duæ medico habẽdæ ſunt.Ex virilib⁹ maxima de-
cem & quinque eſt digitorum,media duodecim, mini-
ma nouem: ex mulieribus,maior nouẽ, minor ſex.Incur D
uas verò eſſe eas paulum,ſed magis viriles oportet, leuéſ-
que admodũ,ac neque nimis plenas,neque nimis tenues.
Homo tum reſupinus,eo modo quo in curatione ani figu
ratur,ſuper ſubſellium aut lectum collocandus eſt: medi-
cus autem à dextro latere ſiniſtra quidem manu colẽ ma
ſculi continere,dextra verò fiſtulam demittere in iter vri
næ debet: atque vbi ad ceruicem veſicæ ventũ eſt, ſimul
cum cole fiſtulam inclinatam in ipſam veſicam compel-
lere,eámque vrina reddita recipere. Fœmina breuius vri-
næ ſimiliter & rectius iter habet, quod mammulæ ſimile E
inter imas oras ſuper naturale poſitum, non minus ſæpe
auxilio eget, aliquanto minus difficultatis exigit. Non-
nunquam etiam prolapſus in ipſam fiſtulam calculus,qui
ſubinde ea extenuatur,non longè ab exitu inhæreſcit. Eũ
ſi fieri poteſt,oportet vellere vel auriculario ſpecillo, vel
eo ferramento quo in ſectione calculus protrahitur.Si id
fieri nõ potuit, cutis extrema quamplurimum attrahẽda,
& condita glande lino vinciẽda eſt, deinde à latere recta
plaga coles incidendus,& calculus eximendus eſt,tum cu F
tis remittenda.ſic enim fit vt inciſum colem integra pars
cutis contegat,& vrina naturaliter profluat.

Quæ curatio calculoſis adhibeatur.

Quum veſicæ verò calculique facta mentio ſit,locus
ipſe exigere videtur vt ſubiiciam quæ curatio calculoſis,
quum aliter ſuccurri non poteſt,adhibeatur.Ad quam fe-
ſtinare,quum præceps ſit,nullo modo cõuenit: ac neque
in omni tempore,neque omni ætate, neque in omni vi-
tio id experiẽdum eſt,ſed ſolo vere,in eo corpore quod
iam nouem annos,nondum quartuordecim exceſſit: & ſi G
tantum mali ſubeſt vt neque medicamentis vinci poſſit,
neque etiam trahi poſſe videatur, quominus interpoſito
aliquo ſpatio interimat. Non quò nõ interdum etiã teme
raria medicina proficiat,ſed quò ſæpius vtique in hoc fal
lat, in quo plura & genera & tempora periculi ſunt: quæ
ſimul cum ipſa curatione proponam.Igitur vbi vltima ex
periri ſtatutum eſt, antè aliquot diebus victu corpus præ-
parandũ eſt,vt modicos,vt ſalubres cibos,vt minimè glu-
tinoſos aſſumat,vt aquam bibat. Ambulandi verò inter
hæc exercitatione vtatur, quò magis calculus ad veſicæ H
ceruicem deſcendat. Quòd an inciderit, digitis quoque
(ſicut in curatione docebo)demiſſis cognoſcitur. Vbi ei⁹
rei fides eſt, pridie is puer in ieiunio continendus eſt, &
tum loco calido curatio adhibenda,quæ hoc modo ordi-
natur:Homo præualẽs & peritus in ſedili alto conſidit,ſu-
pinúmque eũ & aduerſum ſuper genua ſua coxis eius col-
locatis comprehendit, reductíſque eius cruribus, ipſum
quoque iubet manibus ad ſuos poplites datis,eos quam-
maximè poſſit attrahere, ſimúlque ipſe ſic eos continet.
Quòd ſi robuſtius corpus eius eſt qui curatur,duobus ſedi
libus iunctis duo valentes inſidunt,quo & ſedilia & inte
riora crura inter ſe deligantur, ne diduci poſſint: tum is
ſuper duorum genua eodem modo collocatur,atque al-
ter prout conſedit,ſiniſtrum crus eius,alter dextrũ,ſimúl
que ipſe poplites ſuos attrahit.Siue autem vnus ſiue duo
continent,ſuper humeros eius ſuis pectoribus incumbũt.
Ex quibus euenit vt inter ilia ſinus ſuper pubem ſine vllis
rugis ſit extentus,& in anguſtum cõpulſa veſica, facilius
calculus capi poſſit. Præter hæc etiamnũ à lateribus duo
valentes obiiciuntur,qui circunſtantes leuare vel vnum
vel duos,qui puerum continent,non ſinunt.Medicus de-
inde diligenter vnguibus circunciſis,atque ſiniſtra manu
duos eius digitos,indicem & medium,leniter prius vnũ,
deinde alterum in anum eius demittit, dextræque digi-
tos ſuper imum abdomen leniter imponit,ne ſi vtrinque
digiti circa calculum vehementer concurrerint,veſicam
lædant.Neque verò feſtinanter in hac re vt in pleriſque
agendum eſt,ſed ita vt quammaximè id tutò fiat.nam læ-
ſa veſica neruorũ diſtentiones cum periculo mortis ex-
citat.Ac primùm circa ceruicem quæritur calculus.Ibi re-
pertus minori negotio expellitur. Et ideo dixi ne curan-
dum quidem niſi quum hoc indiciis ſuis cognitum eſt.
Si verò aut ibi non fuit,aut receſſit retrò,digiti ad vltimã
veſicam dantur,paulatímque dextra quoque manus eius
vltrà trãſlata ſubſequitur.Atque vbi repertus eſt calculus,
qui neceſſe eſt in manus incidat,eo curioſius deducitur
quo minor leuiórque eſt, ne effugiat, id eſt ne ſæpius
agitanda veſica ſit. Ergo vltra calculum dextra ſemper
manus eius opponitur, ſiniſtræ digiti deorſum eum
compellũt,donec ad ceruicem peruenitur.In quam,ſi ob-
longus eſt,ſic compellendus eſt vt pronus exeat:ſi planus,
ſic vt trãſuerſus ſit:ſi quadratus,vt duobus angulis ſedeat:
ſi altera parte plenior, ſic vt prius ea qua tenuior ſit eua-
dat:in rotundo nihil intereſſe ex ipſa figura patet, niſi ſi
leuior altera parte eſt,vt ea antecedat. Quum iam eò ve-
nit vt incidi ſuper veſicæ ceruicem iuxta anum cutis pla-
ga lunata vſque ad ceruicem veſicæ debeat, cornibus ad
coxas ſpectantibus paulum,deinde ea parte qua ſtrictior
ima plaga eſt,etiamnum ſub cute altera tranſuerſa plaga
faciẽda eſt,qua ceruix aperiatur,donec vrinæ iter pateat,
ſic vt plaga paulo maior quàm calculus ſit.Nam qui metu
fiſtulæ,quam illo loco ὐρήθραν Græci vocant,parum pate-
faciunt,cum maiore eôdem periculo reuoluuntur: quia
calculus iter, quũ vi promitur,facit,niſi accipit. Idque e-
tiam pernicioſius eſt,ſi figura quoque calculi vel aſpritu-
do aliquid eò contulit: ex quo & ſanguinis profuſio & di
ſtentio neruorum fieri poteſt.Quæ ſiquis euaſit, multo ta-
men patentiorem fiſtulam habiturus eſt, rupta ceruice,
quàm habuiſſet inciſa. Quum verò patefacta eſt, in con-
ſpectum calculus venit,in cuius corpore nullum diſcrimẽ
eſt.Ipſe ſi exiguus eſt,digitis ab altera parte propelli, ab
altera protrahi poteſt: ſi maior, iniiciendus à ſuperiore
ei parte vncus eſt,eius rei cauſa factus. Is eſt ad extremũ
tenuis,in ſemicirculi ſpeciem retuſæ latitudinis, ab exte-
riori parte leuis qua corpori iungitur, ab interiori aſper,
qua calculum attingit:iſque longior potius eſſe debet. nã
breuis extrahendi vim habet. Vbi iniectus eſt,in vtrunq;
latus inclinãdus eſt,vt appareat calculus & teneatur, quia
ſi apprehenſus eſt,ille ſimul inclinatur.Ideóque eo mini-
mo opus eſt,ne quum adduci vncus cœperit, calculus in-
tus effugiat,hic in oram vulneris incidat, eàmque cõuul-
neret: in qua re quod periculum eſſet,iam ſuprà propoſui.
Vbi ſatis teneri calculũ patet,eodem penè momento tri-
plex motus adhibendus eſt,in vtrunque latus deinde ex-
trà:ſic tamen vt leniter id fiat,paulúmque primò calculus
attrahatur: quo facto attollendus vncus extremus eſt, vt
intus magis maneat, faciliúſque illum producat. Quòd ſi
aliquando à ſuperiore parte calculus parũ cõmodè cõpre-
hẽdetur, à latere erit apprehẽdẽdus. Hæc eſt ſimpliciſſi-
ma curatio. Sed varietas rerũ quaſdã etiãnũ animaduer-

ſiones deſiderat. Sunt enim quidam non aſperi tantummodo, ſed ſpinoſi quoque calculi, qui per ſe quidem delapſi in ceruicem, ſine vllo periculo eximũtur. In veſica verò non tutò vel hi conquiruntur, vel attrahuntur, quoniã vbi illã couulnerarunt, ex diſtentione neruorũ mortem maturant: multóque magis ſi ſpina aliqua veſicæ inhæret, eámque quũ duceretur duplicauit. Colligitur autem, eo quòd difficillius vrina redditur, in ceruice calculum eſſe: eo quòd cruenta diſtillat, illũ eſſe ſpinoſum, maximéque id ſub digitis quoque experiendũ eſt, neque adhibenda manus niſi id conſtitit. At tum quoque leniter intus digiti obiiciendi, ne violenter promouendo cõuulnerent, tum incidẽdum. Multi hìc quoque ſcalpello vſi ſunt. Meges (quoniam is infirmior eſt, poteſtque in aliqua prominentia incidere, inciſóque ſuper illam corpore, qua cauũ ſubeſt, non ſecare, ſed relinquere quod iterum incidi neceſſe ſit) ferramentũ fecit rectum, in ſumma parte labroſum, in ima ſemicirculatum acutúmque. Id receptum inter duos digitos, indicem ac medium, ſuper pollice impoſito ſic deprimebat vt ſimul cum carne, ſiquid ex calculo prominebat incideret. quò quũ ſequeretur, vt ſemel quãtum ſatis eſſet, aperiret. Quocunque autem modo ceruix ea parte facta eſt, leniter extrahi quod aſperum eſt, debet, nulla propter feſtinationem vi admota.

Signa calculorum, vel arenoſorum, vel mollium.

At calculus arenoſus, & antè manifeſtus eſt, quoniam & vrina quæ redditur, arenoſa eſt, & in ipſa curatione, quoniam inter ſubiectos digitos neque æquè leniter renititur, & inſuper dilatatur. Item mollis calculus, & ex pluribus minutiſque, ſed inter ſe parũ aſtrictis compoſitus indicatur, in ſe attrahẽs quaſdã quaſi ſquamulas. Hos omnes leniter permutatis ſubinde digitorum vicibus ſic oportet abducere, ne veſicam lædãt, néve intus aliquæ diſſipatæ reliquiæ maneãt, quæ poſt modum curationi difficultatem faciant. Quicquid autem ex his in conſpectum venit, vel digitis vel vnco eximendum eſt. At ſi plures calculi ſunt, ſinguli protrahi debent, ſic tamẽ vt ſiquis exiguus ſupererit, potius relinquatur. Siquidem in veſica difficulter inuenitur, inuentúſque celeriter effugit. Ita longa inquiſitione veſica læditur, excitátque inflãmationes mortiferas, adeò vt quidam ſecti, quum diu fruſtráque per digitos veſica eſſet agitata, deceſſerint. Quibus accedit etiã quòd exiguus calculus, ad plagam vrina poſtea promouẽte, excidit. Siquando autem is maior, non videtur niſi rupta ceruice extrahi poſſe, findendus eſt. Cuius repertor Ammonius, ob id Lithotomos cognominatus eſt. Id hoc modo fit: Vncus iniicitur calculo, ſic vt facilè eum cõcuſſum quoque teneat, ne is retrò reuoluatur: tum ferramentum adhibetur craſſitudinis modicæ, prima parte tenui, ſed retuſa, quòd admotum calculum ex altera parte ictũ findit: magna cura habita ne aut ad ipſam veſicã per ferramentum perueniat, aut calculi fractura ne quid incidat.

De calculis fœminarum.

Hæ verò curationes in fœminis quoque ſimiles ſunt, de quibus tamen parum propriè quædam dicenda ſunt. Siquidem in his vbi paruulus calculus eſt, ſcalpellus ſuperuacuus eſt, quia is vrinam in ceruicem nõ compellit, quæ & breuior quàm in maribus, & laxior eſt. Ergo & per ſe ſæpe excidit, & ſi in primo quod eſt anguſtius inhæret, eodem tamen vnco ſine vlla noxa educitur. At in maioribus calculis neceſſaria eadem curatio eſt: ſed virgini ſubiici digiti tãquam maſculo, mulieri per naturalia eius debẽt: tum virgini quidem ſub ima ſiniſteriore ora, mulieri verò inter vrinæ iter & os pubis incidendum eſt, ſic vt vtroque loco plaga tranſuerſa ſit: neque terreri cõuenit ſi plus ex muliebri corpore ſanguinis profluit.

Quæ curatio calculo euulſo habenda ſit.

Calculo euulſo, ſi valens corpus eſt, neque magnopere vexatum, ſinere oportet ſanguinem fluere, quò minor inflammatio oriatur: atque ingredi quoque eum paulũ non alienum eſt, vt excidat, ſiquid intus concreti ſanguinis manſit. Quòd ſi per ſe nõ deſtitit, rurſus ne vis omnis intereat, ſupprimi debet: idque protinus in imbecilliori-

A bus ab ipſa curatione faciendum eſt. Siquidem vt diſten-
tione neruorum periclitatur aliquis, dum veſica eius agi-
tatur: ſic alter metus excipitur remotis medicaminibus,
ne tantum ſanguinis profluat vt occidat. Quod ne inci-
dat, deſidere is debet in acre acetum, cui aliquantum
ſalis ſit adiectum: ſub quo & ſanguis fere conquieſcit
& aſtringitur veſica, ideóque minus inflãmatur. quòd ſi
parũ proficit, agglutinanda cucurbitula eſt & inguinibus
& coxis, & ſuper pubẽ. Vbi iam ſatis vel euocatus eſt ſan
guis, vel prohibitus, reſupinus collocãdus eſt, ſic vt caput
B humile ſit, coxæ paulum excitentur: ac ſuper vlcus impo-
nendum eſt duplex aut triplex linteolum, aceto madens:
deinde interpoſitis duabus horis in ſolium is aquæ cali-
dæ reſupinus demittendus eſt, ſic vt à genibus ad vmbili
cum aqua teneat, cætera veſtimentis circundata ſint, ma
nibus tãtummodo pedibúſque nudatis, vt & minus dige-
ratur, & ibi diutius maneat. Ex quo ſudor multus oriri ſo-
let, qui ſpõgia ſubinde facilè detergẽdus eſt, finíſque eius
fomenti eſt, donec infirmãdo offendat. Tum multo is o-
leo perungendus, inducendúſque hapſus lanæ mollis, te-
C pido oleo repletus, qui pubem & coxas & inguina & pla-
gam ipſam contectam eodem ante ſe linteolo protegat,
íſque ſubinde oleo tepido madefaciendus eſt, vt neque
frigus ad veſicã admittat, & neruos leniter molliat. Qui-
dam cataplaſmatis calefaciẽtibus vtuntur. Ea plus ponde
re nocent quæ veſicam vrgendo vulnus irritãt, quàm ca-
lore proficiunt. Ergo ne vinculum quidem vllum neceſſa
rium eſt. Proximo die, ſi ſpiritus difficilius redditur, ſi v-
rina non excedit, ſi locus circa pubem maturè intumuit,
ſcire licet in veſica ſanguinem concretum remanſiſſe. Igi
D tur demiſſis eodem modo digitis leniter pertractanda
veſica eſt, & diſcutienda ſiqua coierunt. Quò fit vt per vul
nus poſtea procedant. Non alienũ eſt etiã, oriculario cly-
ſtere acetum nitro miſtum per plagam in veſicam com-
pellere. nam ſic quoque diſcutiuntur, ſiqua cruenta coie-
runt: eáque facere etiam primo die conuenit. Si timemus
nequid intus ſit, maximéque vbi ambulando id elicere
imbecillitas prohibuit, cætera eadem faciẽda ſunt: vt de-
mittatur in ſolium, vt eodem modo panniculus, eadem
lana ſuperiniiciatur. Sed neque ſæpe, neque tandiu in a-
E qua calida puer habendus quàm adoleſcens eſt, infirmus
quàm valens, leui quàm grauiore inflãmatione affectus,
is cuius corpus digeritur, quàm is cuius aſtrictum eſt. In-
ter hæc verò ſi ſomnus eſt, & æqualis ſpiritus, & madens
lingua, & ſitis modica, & venter imus, ſed & mediocris eſt
cũ febre modica dolor, ſcire licet rectè procedere cura-
tionem. Atque in his inflammatio fere quinto vel ſepti-
mo die finitur: qua leuata, ſolium ſuperuacuum eſt. Supini
tantummodo vulnus aqua calida fouẽdum eſt, vt ſiquid
vrinæ rodet, abluatur. Imponenda autem medicamenta
F ſunt pus mouentia, & ſi purgandum vlcus videbitur, mel-
le linendum. Id ſi rodet, roſa tẽperabitur. Huic curationi
aptiſſimum videtur enneapharmacum emplaſtrum. Nã
& ſeuum habet ad pus mouendum, & mel ad vlcus repur
gandum: medulla etiam, maximéque vitulina, quod in id
ne fiſtula relinquatur, præcipuè proficit: linamenta verò
tum ſuper vlcus non ſunt neceſſaria, ſuper medicamẽtum
ad id continendum, rectè imponuntur. At vbi vlcus pur-
gatum eſt, puro linamento ad cicatricem perducendũ eſt.
Quibus temporibus tamen, ſi felix curatio non fuit, va-
G ria circà pericula oriuntur. Quæ præſagire protinus licet
ſi continua vigilia eſt, ſi ſpiritus difficultas, ſi lingua arida
eſt, ſi ſitis vehemens, ſi venter imus tumet, ſi vulnus hiat,
ſi trãſfluens vrina id non rodit, ſi ſimiliter ante tertium
diem quædam liuida excidunt, ſi is aut nihil, aut tardè re-
ſpondet, ſi vehementes dolores ſunt, ſi poſt diem quintũ
magnæ febres vrgent, & faſtidium cibi permanet, ſi cuba
re in ventrẽ iucundius eſt. Nihil tamen peius eſt diſten-
tione neruorum, & ante nonum diem vomitu bilis. Sed
quum inflammationis ſit metus, ſuccurri abſtinentia, mo-
H dicis & tempeſtiuis cibis, inter hæc fomentis, de quibus
ſuprà ſcripſimus, oportet.

DE CANCRO QVI EXCISA VESICA naſcitur, & qua curatione vti deceat.

Cap. XXVII. A

PRoxim⁹ cancri metus eſt. His cognoſcitur, ſi & per vul
nus & per ipſum colem fluit ſanies mali odoris, cúm-
que ea quædam à concreto ſanguine nõ abhorrentia, te-
nuéſque carúculæ lanulis ſimiles: præter hæc ſi oræ vulne
ris aridæ ſunt, ſi dolent inguina, ſi febris nõ deſuit, eáque
in noctem augetur, ſi inordinati horrores accedunt. Con-
ſiderandum autem eſt in quam partem cancer is tendat.
Si ad colem, indureſcit is locus, & rubet, & tactu dolorem
excitat, teſticulique intumeſcunt: ſi in ipſam veſicam, ani
dolor ſequitur, coxæ dureſcunt, non facilè crura extendi B
poſſunt: at ſi in alterutrum latus, oculis id expoſitum eſt,
paréſque vtrinque eaſdem notas ſed minores habet. Pri-
mùm autem ad rem pertinet, corpus rectè iacere, vt ſupe-
rior pars ſemper eadem ſit in quam vitium fertur: ita ſi ad
colem it, ſupinus is collocari debet: ſi ad veſicam, in ven-
trem ſi in latus, in id quod integrius eſt: deinde vbi ventũ
fuerit ad curationem, homo in aquam demittetur in qua
marrubiũ decoctum ſit, aut cupreſſus, aut myrtus, idém-
que humor clyſtere intus adiicietur. Tum ſuperponetur
lenticula cum malicorio miſta, quæ vtraque ex vino de- C
cocta ſint: vel rubus aut oleæ folia eodem modo decocta,
aliáque medicamenta quæ ad cohibendos purgãdóſque
cancros propoſuimus: ex quibus ſiqua erũt arida, per ſcri-
ptorium calamum inſpirabuntur. Vbi ſtare cœperit can-
cer, mulſo vulnus eluetur: vitabitúrque eo tempore cera-
tum quod ad recipiẽdũ id malum corpus emollit: potius
plumbum elotum cum vino inũgetur, ſupérque idem lin
teolo illitum imponetur. Sub quibus perueniri ad ſanita
tem poteſt, cum eo tamen quòd non ignoremus, orto can
cro ſæpe affici ſtomachum, cui cũ veſica quoddam con- D
ſortium eſt, éxque eo fieri vt neque retineatur cibus, ne-
que ſiquis retẽtus eſt, concoquatur, neque corpus alatur: i-
deóque ne vulnus quidẽ aut purgari aut ali poſſit. quæ ne
ceſſariò mortẽ maturãt. Sed vt his ſuccurri nullo modo
poteſt, ſic à primo tamẽ diu tenẽda ratio curationis eſt: in
qua quædam obſeruatio ad cibũ quoque potionémque
pertinẽs neceſſaria eſt. nam cibus inter principia nõniſi
humidus dari debet. Vbi vlcus purgatum eſt, ex media
materia olera & ſalſamenta ſemper aliena ſunt: potione
opus eſt non modica. Nam ſi parum bibitur, accenditur E
vulnus, & vigilia vrget, & vis corporis minuitur. Si plus
æquo aſſumitur, ſubinde veſica impletur, eóque irritatur.
Nonniſi aquã autem bibẽdam eſſe manifeſtius eſt quàm
vt ſubinde dicendum ſit. Solet verò ſub eiuſmodi victu
venire vt aluus non reddatur. Hæc aqua ducenda eſt in
qua vel fœnumgræcum vel malua decocta ſit. Idem hu-
mor roſa miſtus in ipſum vulnus oriculario clyſtere agẽ-
dus eſt, vbi id rodit vrina, neque purgari patitur. Fere ve-
rò primò per vulnus exit hæc, deinde eo ſaneſcente diui-
ditur, & pars per colem deſcendere incipit, donec ex toto F
plaga claudatur: quod interdum tertio menſe, interdum
non ante ſextum, nõnũquam exacto quoque anno fit. Ne-
que deſperari debet ſolida glutinatio vulneris, niſi vbi
aut vehementer rupta ceruix eſt, aut ex cancro multæ ma
gnæque carunculæ, ſimúlq; neruoſa aliqua exciderũt. Sed
vt vel nulla ibi fiſtula, vel exigua admodum relinquatur,
ſumma cura prouidendum eſt. Ergo quum iam ad cicatri
cem vulnus tendit, extentis iacere feminibus & cruribus
oportet, niſi tamen molles arenoſi ve calculi fuerunt. ſub
his enim tardius veſica purgatur. Ideóque diutius plagam G
patere neceſſarium eſt, & tum demum vbi iam nihil tale
extrà fertur, ad cicatricem perduci. quòd ſi antequam ve
ſica purgata eſt, oræ ſe glutinarũt, dolórque & inflamma-
tio redierunt, vulnus digitis vel aduerſo ſpecillo diducẽ-
dum eſt, vt torquentibus exitus detur, híſque effuſis tum
diutius pura vrina deſcendat. Tum demum quæ cicatricẽ
inducãt, imponẽda ſunt, extendẽdique (vt ſuprà docui) pe
des quãmaximè vincti. Quòd ſi fiſtulæ metus ex his cau-
ſis quas propoſui, ſubeſſe videbitur, quò facilius clauda-
tur ea, vel certè coãguſtetur, in anum quoque danda plũ-
bea fiſtula eſt, extentiſque cruribus, femina talique inter
ſe deliganda ſunt, donec qualis futura eſt, cicatrix ſit. H

SI NATVRALIA FOEMINARVM CON-
cubitum non admittunt, quomodo curari
conueniat, Cap. XXVIII. A

ET hoc quidem commune eſſe maribus & fœminis po
teſt: propriè verò quædam ad fœminas pertinent, vt
in primis quòd earum naturalia nonnunquã inter ſe glu-
tinatis oris concubitum non admittunt. Idque interdum
euenit protinus in vtero matris, interdum exulceratione
in his partibus facta, & per malam curationem his oris ſa
neſcendo iunctis. Si ex vtero eſt, membrana ori vuluæ op
poſita eſt: ſi ex vlcere, caro id repleuit. Oportet autem mẽ
branam duabus lineis inter ſe tranſuerſis incidere ad ſi-
militudinem literæ X, magna cura habita ne vrinæ iter B
violetur: deinde vndique eam membranam excidere: ac
ſi caro increuit, neceſſarium eſt recta linea patefacere: tũ
ab ora vel volſella vel hamo apprehenſam, tanquam ha-
benulam excidere: & intus implicitum in longitudinem
linamentum (λημνίσκον Græci vocant) in aceto tinctũ de-
mittere, ſupráque ſuccidam lanam aceto madentem de-
ligare. Tertio die ſoluere vlcus, & ſicut alia vlcera curare.
Quúmque iam ad ſanitatem tendet, plumbeam fiſtulam
medicamento cicatricem inducente illinere, eámque in-
tus dare: ſupráque idem medicamentum iniicere, donec C
ad cicatricem plaga perueniat.

QVA CVRATIONE PARTVS EMOR-
tuus ex vtero excutiatur,
Cap. XXIX.

VBI concipit autẽ aliqua, ſi iam propè maturus par-
tus intus emortuus eſt, neque excidere per ſe poteſt,
adhibenda curatio eſt, quæ numerari inter difficillimas
poteſt. Nam & ſummam prudentiã moderationémque
deſiderat, & maximum periculum adfert. Sed ante omnia
vuluæ natura mirabilis, cum in multis aliis, tum in hac D
re quoque facilè cognoſcitur. Oportet autem ante omnia
reſupinam mulierem tranſuerſo lecto, ſic collocare vt fe-
minibus eius ipſius ilia comprimantur. Quò fit vt & imus
vẽter in conſpectu medici ſit, & infãs ad os vuluæ com-
pellatur, quæ emortuo partu id comprimit, ex interuallo
verò paulum dehiſcere. Hac occaſione vſus medicus, vn-
ctæ manus indicem digitum primùm debet inſerere, at-
que ibi continere donec iterũ ad os aperiatur, rurſúſque
ad alterum digitum demittere debebit, & per eaſdem oc
caſiones, alios, donec tota eſſe intus manus poſſit. Ad cu- E
ius rei facultatem multum confert & magnitudo vuluæ,
& vis neruorum eius, & corporis totius habitus, & men-
tis etiam robur, quum præſertim intus nonnunquam e-
tiam duæ manus dari debeant. Pertinet etiam ad rem,
quam calidiſſimum eſſe imum ventrem, & extrema cor-
poris, neque cum inflammatione incepiſſe, ſed recenti re
protinus adhiberi medicinam. Nam ſi corpus iam intu-
muit, neque demitti man⁹, neque educi infans, niſi æger-
rimè poteſt, ſequitúrque ſæpe cũ vomitu & cum tremo-
re mortifera neruorum diſtentio. Verùm intus emortuo F
corpori manu iniecta, protinus habitum eius ſentit. Nam
aut in caput aut in pedes conuerſum eſt, aut in tranſuer-
ſum iacet, fere tamen ſic vt vel manus eius vel pes in pro-
pinquo ſit. Medici verò propoſitum eſt vt eum manu di-
rigat, vel in caput, vel etiam in pedes, ſi fortè aliter cõpo-
ſitus eſt: ac ſi nihil aliud eſt, manus vel pes apprehenſus,
corpus rectius reddit. nam manus in caput, pes in pedes
eum conuertet. Tum ſi caput proximum eſt, demitti de-
bet vncus vndique læuis, acuminis breuis, qui vel oculo,
vel auri, vel ori, interdum etiam fronti rectè iniicitur, de G
inde attractus infantem educit: neque tamen quolibet is
tempore extrahi debet. Nam ſi compreſſo vuluæ ore id
tẽtatũ eſt, non emittente eo infans abrumpitur, & vnci a-
cumen in ipſum os vuluæ delabitur, ſequitúrque neruo-
rum diſtentio, & ingens periculũ mortis. Igitur compreſ-
ſa vulua, conquieſcere: hiante, leniter trahere oportet, &
per has occaſiones paulatim eum educere. Trahere autem
dextra manus vncum, ſiniſtra intus poſita infantẽ ipſum,
ſimúlque dirigere eum debet. Solet etiã euenire vt is in-
fans humore diſtendatur, éxque eo profluat fœdi odoris
ſanies. Siquid tale eſt, indice digito corpus illud forandũ
eſt, vt effuſo humore extenuetur: tum id leniter per ipſas H
manus recipiendum eſt. nam vncus iniectus facilè hebeti
corpuſculo eleuabitur. in quo quid periculi ſit, ſuprà po-

ſitum.Sed in pedes quoque conuerſus infans nō difficul A
ter extrahitur,quibus apprehenſis per ipſas manus cōmo-
dè educitur.Si verò trāſuerſus eſt,neque dirigi potuit,vn-
cus alæ iniiciendus,paulatimque attrahēdus eſt. Sub quo
fere ceruix replicatur,retróque caput ac reliquum corpus
ſpectat.Remedio eſt ceruix præciſa, vt ſeparatim vtraque
pars auferatur. Id vnco fit,qui priori ſimilis in interiorē
tantùm partem per totam aciem exacuitur.Tum id agen
dum eſt vt antè caput,deinde reliqua pars auferatur, quia
fere maiore parte extracta,caput in vacuam vuluam pro-
labitur:extrahique ſine ſummo periculo non poteſt.Si ta- B
men id incidit,ſuper ventrem mulieris duplici pāniculo
iniecto,valens homo nō imperitus à ſiniſtro latere eius de
bet aſſiſtere,& ſuper imum ventrem eius duas manus im
ponere,alteráque alteram premere : quò fit vt illud caput
ad os vuluæ compellatur.idque eadem ratione quæ ſuprà
poſita eſt vnco extrahitur.At ſi pes alter iuxta repertus eſt,
alter retrò cum corpore eſt , quicquid protactū eſt,paula-
tim abſcindēdum eſt:& ſi clunes os vuluæ vrgere cœpe-
runt , iterum retrò repellendæ ſunt, conquiſitiúſque pes
eius adducendus:aliæque etiamnum difficultates faciūt, C
vt qui ſolidus non exit,cōciſus eximi debeat.Quoties au-
tem infans protractus eſt , tradendus miniſtro eſt. Is eum
ſupinis manibus ſuſtinere,medicus deinde ſiniſtra manu
leniter trahere vmbilicū debet,ita ne abrumpat, dextrá-
que eum ſequi vſque ad eas quas ſecundas vocant , quod
velamentum infantis intus fuit:hiſque vltimis apprehen
ſis venulas membranuláſque omnes eadem ratione ma-
nu diducere à vulua,totúmque illud extrahere, & ſiquid
intus præterea cōcreti ſanguinis remanet : tum compreſ-
ſis in vnum feminibus,illa in conclaui collocāda eſt,mo- D
dicum calorem ſine vllo perflatu habente.Super imū vē-
trem eius imponenda lana ſuccida in aceto & roſa tincta.
Reliqua curatio talis eſſe debet qualis in inflammationi-
bus:& in iis vulneribus quæ in neruoſis locis ſunt, adhi-
beatur.

DE ANI VITIIS, ET EORVM CVRATIOne, Cap. XXX.

ANI quoque vitia vbi medicamentis non vincuntur
manus auxilium deſiderant . Ergo ſiqua ſciſſa in eo
vetuſtate indurauerunt,iámque callum habent , commo-
diſſimum eſt ducere aluum , tum ſpongiam calidam ad- E
mouere,vt relaxentur illa,& foras prodeant . Vbi in con-
ſpectu ſunt,ſcalpello ſingula excidere,& vlcera renouare,
deinde imponere linamentum molle, & ſuper linteolum
illitū melle,locúmque eum molli lana implere,& ita vin-
cire altero die, deincépſq; cæteris lenibus medicamētis
vti,quæ ad recentia eadem vitia neceſſaria eſſe aliàs pro-
poſui,& vtique per primos dies ſorbitionibus eum ſuſti-
nere,paulatim deinde cibis adiicere aliquid, generis ta-
men eius quod eodem loco præceptum eſt.Siquando au F
tem ex inflammatione pus in his oritur , vbi primùm id
apparuit,incidēdum eſt,ne anus ipſe ſuppuret . Neque ta-
men antè properandum eſt: nam ſi crudum inciſum eſt,
inflammationis multum accedit , & puris aliquanto am-
plius concitatur.His quoque vulneribus lenibus cibis, iiſ
démque medicamentis opus eſt.

De condylomatum curatione.

At tubercula quæ condylomata appellantur,vbi in
durauerunt,hac ratione curantur:Aluus ante omnia duci-
tur,tum volſella tuberculum apprehenſum iuxta radices G
exciditur.Quod vbi factum eſt,eadem ſequuntur quæ ſu-
prà poſt curationem adhibenda eſſe propoſui:tantummo
do ſiquid increſcit,ſquama æris coercendum eſt.Ora etiā
venarum fundentia ſanguinem ſic tolluntur: vbi ſangui-
ni qui effluit,ſanies adiicitur,aluꝰ acrius ducitur,quo ma-
gis oræ promoueantur: eóque fit vt omnia vela, quaſi ca-
pitula conſpicua ſint.Tum ſi capitulum exiguum eſt, ba-
ſimque tenuem habet,aſtrigēdum lino paulum ſuprà eſt
quàm vbi cum ano committitur. Imponenda ſpongia a-
qua calida eſt,donec id libeat,deinde aut vngue,aut ſcal-
pello ſupra nodum id exulcerandum eſt. Quod niſi factū H
eſt,magni dolores ſubſequuntur , interdum etiam vrinæ
difficultas.Si id maius eſt,& baſis latior,hamulo vno aut
altero excipiendum eſt, paulúmque ſupra baſin inciden-
dum,neque relinquendum quicquam ex eo capitulo,ne-
que quicquam ex ano demendum eſt. Quod conſequitur
is qui neque nimium neque parum hamos ducit . Qua
inciſum eſt,acus debet immitti,infrá que eam lino id ca-
pitulum alligari:ſi duo triáve ſunt , imū quodque primū
curandum eſt.Si plura,non omnia ſimul, ne tempore eo-
dem vndique teneræ cicatrices ſint:ſi ſanguis profluit,ex-
cipiendus eſt ſpongia,deinde linamentum imponendū.
Vngenda femina & inguina, & quicquid iuxta vlcus eſt,
ceratúmque ſuperdandum eſt.Farina ordeacea calida im
plendus is locus eſt,ſic deligandus eſt.Poſtero die is deſi-
dere in aqua calida debet,eodémque cataplaſmate foue-
ri.Ac bis die,& ante curationem & poſt eam, ceruices ac
femina liquido cerato perungenda ſunt, tepidóque is lo-
co continendus.Interpoſitis quinque aut ſex diebus, ori-
culario ſpecillo linamenta educenda.Si capitula ſimul nō
exciderunt, digito promouenda : tum lenibus medica-
mentis,iiſdémque quæ alibi poſui,vlcera ad ſanitatē per-
ducenda.Finito vitio , quemadmodum agendum eſſet,
iam aliàs ſuperius expoſui.

DE VARICVM CVRATIONE, Cap. XXXI.

AB his ad crura proximus tranſitus eſt, in quibus ortā
varices non difficili ratione tolluntur . Huc autem
& earum venularum quæ in capite nocent, & eorum vari
cum qui in ventre ſunt,curationē diſtuli , quoniā vbique
eadem eſt.Igitur vena omnis quæ noxia eſt, aut aduſta ta
beſcit,aut manu exciditur.Si recta eſt,ſi quamuis tranſuer
ſa,tamen ſimplex,ſi modica eſt,melius aduritur . ſi curua
eſt,& velut in orbes quoſdam implicatur, pluréſque inter
ſe inuoluuntur, vtilius eximere eſt. Adurēdi ratio hæc eſt:
Cutis ſuperinciditur, tum patefacta vena tenui,& retuſo
ferramento cādente,modicè premitur, vitatúrque ne pla
gæ ipſius oræ adurātur, quas reducere hamulis facile eſt.
Id interpoſitis fere quaternis digitis per totū varicem fit,
& tum ſuperimponitur medicamētum , quo aduſta ſanā-
tur.At exciditur hoc modo:Cute eadem ratione ſuper ve-
nā inciſa, hamulo oræ excipiūtur, ſcalpellóque vndique
à corpore vena diducitur,cauetúrque ne inter hæc ipſa læ
datur,eique retuſus hamulus ſubiicitur , interpoſitóque
eodē fere ſpatio quod ſuprà poſitum eſt , in eadem vena
idem fit,quæ quo tendat, facilè hamulo extento cogno-
ſcitur. Vbi iam idem,quacunque varices ſunt,factum eſt,
vno loco adducta per hamulum vena præciditur, deinde
quà proximus hamus eſt, attrahitur & euellitur , ibi rur-
ſus abſcinditur. Ac ſic vndiq; varicibus crure liberato,tū
plagarū oræ cōmittuntur,& ſuper emplaſtrum glutinans
iniicitur.

CVRATIO DIGITORVM COHAERENtium. Cap. XXXII.

AT ſi digiti vel in vtero protinus, vel propter cōmu-
nem exulcerationem poſtea cohæſerūt, ſcalpello di-
ducuntur,dein ſeparatim vterque non pingui emplaſtro
circundatur:atque ita per ſe vterque ſaneſcit. Si verò fit vl
cus in digito , poſteáque malè inducta cicatrix curuum
eum reddit,primùm malagma tentandum eſt: dein ſi id
nihil prodeſt(quod & in veteri cicatrice,& vbi nerui læ-
ſi ſunt,euenire conſueuit)videre oportet,neruine id vitiū
an cutis ſit.Si nerui eſt,attingi nō debet: (neque enim ſa-
nabile eſt)ſi cutis,tota cicatrix excidenda eſt quæ fere cal
loſa efficit vt extendi digitum non patiatur, tum rectus
ſic ad nouam cicatricem perducendus eſt.

DE GANGRAENAE CVRATIONE, Cap. XXXIII.

GAngræna inter vngues aláſque aut inguina naſci, &
ſiquando medicamenta vincuntur,membrum præ-
cidi oportere,alio loco mihi dictum eſt : ſed id quoque
cum periculo ſummo fit . Nā ſæpe in ipſo opere,vel pro-
fuſione ſanguinis,vel animæ defectione moriuntur. Ve-
rùm hîc quoque nihil intereſt an ſatis tutum præſidium
ſit,quod vnicū eſt. Igitur inter ſanam vitiatámque partē
incidenda ſcalpello caro vſque ad os eſt:ſic vt neque con
tra ipſum articulum id fiat:& potius ex ſana parte aliquid
excidatur quàm ex ægra relinquatur . Vbi ad os ventum
eſt,reducenda ab eo ſana caro,& circa os ſubſecanda eſt,

vt ea quoq; parte aliquid os nudetur: dein id ſerrula præcidendum eſt, quamproximè ſanæ carni etiam inhærenti: ac tum frons oſſis quam ſerrula exaſperauit, leuanda eſt ſupráque inducenda cutis, quæ ſub eiuſmodi curatione laxa eſſe debet, vt quammaximè vndique os cōtegat. Quo cutis inducta non fuerit, id linamentis erit cōtegendum, & ſuper id ſpongia ex aceto deliganda. Cætera poſtea ſic facienda vt in vulneribus in quibus pus moueri debet, præceptum eſt.

AVRELII CORNELII CELSI DE RE MEDICA Lib. VIII.

DE POSITV ET FIGVRA TOTIVS humani corporis, Cap. I.

SVpereſt ea pars quæ ad oſſa pertinet, quæ quò facilius accipi poſſit, prius poſitus figuráſque eorum indicabo. Igitur caluaria B incipit ex interiore parte concaua, extrinſecus gibba, vtrinque læuis, & quà cerebri membranam contegit, & qua cute capillū gignente contegitur: eáque ſimplex ab occipitio & temporibus, duplex vſque in verticē à fronte eſt: oſſáque eius ab exterioribus partibus dura, ab interioribus, quibus inte ſe connectūtur, molliora ſunt: intérque ea venæ diſcurrunt, quas his alimentum ſubminiſtrare credibile eſt: rarò autem caluaria ſolida ſine ſuturis eſt. locis tamen æſtuoſis facilius inuenitur. Et id caput firmiſſimum, atque à dolore tutiſſimum eſt: ex cæteris, quo ſuturæ pauciores ſunt, eo capitis valetudo cōmodior eſt. C Neque enim certus earum numerus eſt, ſicut ne locus quidem: fere tamen duæ ſuper aures, tempora à ſuperiore capitis parte diſcernunt: tertia ad aures per verticem tendens occipitium à ſummo capite diducit: quarta ab eodem vertice per medium caput ad frōtem procedit, eáque modò ſub imo capillo definit, modò frontem ipſam ſecās inter ſupercilia finitur. Ex his cæteræ quidem ſuturæ in vnguem committuntur, hæ verò quæ ſuper aures tranſuerſæ ſunt, totis oris paulatim extenuantur, atque ita inferiora oſſa ſuperioribus leniter inſidunt. D Craſſiſſimum verò in capite os poſt aurem eſt, quia capillus (vt veriſimile eſt) ob idipſum non gignitur. Sub his quoque muſculis qui tempora connectunt, os medium in interiorem partem inclinatum poſitum eſt. At facies ſuturam habet maximam, quæ à tempore incipiens, per medios oculos naréſque tranſuerſa peruenit ad alterum tempus. A qua breues duæ ſub interioribus angulis deorſum ſpectant: & malæ quoque in ſumma parte ſingulas tranſuerſas ſuturas habent. A mediiſque naribus aut ſuperiorum dētium gingiuis per me- E dium palatum vna procedit, aliáque tranſuerſa idem palatum ſecat. Et ſuturæ quidem in plurimis hæ ſunt. Foramina autem intra caput maxima oculorum ſunt, deinde narium, tum quæ in auribus habemus. Ex iis quæ oculorum ſunt, recta ſimpliciáque ad cerebrum tendunt: narium duo foramina oſſe medio diſcernuntur. Siquidem hæc primùm à ſuperciliis anguliſque oculorum oſſe inchoantur ad tertiam fere partem: dein in cartilagine verſæ quo propius ori deſcēdunt, eo magis carūcula quoque F molliuntur. Sed ea foramina quæ à ſummis ad imas nares ſimplicia ſunt, ibi rurſus in bina itinera diuiduntur: aliáque ex his ad fauces peruia ſpiritum & reddunt & accipiunt, alia ad cerebrum tendūt. In vltima parte in multa & tenuia foramina diſſipātur, per quæ ſenſus odoris nobis datur. In aure quoque primò rectum & ſimplex iter, procedendo flexuoſum fit, quod ipſum iuxta cerebrum in multa & tenuia foramina diducitur, per quæ facultas audiendi eſt: iuxtáque ea duo paruuli quaſi ſinus ſunt, ſupérque eos finituros, quod trāſuerſū à genis tēdēs, ab inferioribus oſſibus ſuſtinetur: iugale appellari poteſt, ab eadem G ſimilitudine à qua id Græci ζυγώδες appellant. Maxilla verò eſt molle os, eáque vna eſt, cuius eadem & media, & etiam ima pars mentum eſt, à quo vtrinque procedit ad tēpora, ſoláque ea mouetur. Nā malæ cū toto oſſe quod ſuperiores dentes exigit, immobiles ſunt. Verùm ipſius maxillæ partes extremæ quaſi bicornes ſunt. Alter proceſſus intrà latior, vertice ipſo tenuatur, longiúſque procedens ſub oſſe iugali ſubit, & ſuper id temporum muſculis illigatur: alter breuior & rotundior, & in eo ſinu qui iuxta foramina auris eſt cardinis modo fit: ibique huc & illuc ſe inclinās maxillæ facultatem motus præſtat. Duriores oſſe dentes ſunt, quorum pars maxillæ, pars ſuperiori oſſi malarum hæret. Ex his quaterni primi quia ſecant, τομικοὶ à Græcis nominantur: hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Vltra quos vtrinque fere maxillares quaterni ſunt, præterquam in iis in quibus tres vltimi qui ſerò gigni ſolent, non increuerunt. Ex his priores ſingulis radicibus, maxillares vtique binis, quidam etiam ternis quaterniſve nituntur. Feréque lōgior radix breuiorem dentem edit, rectique dentis recta etiam radix, curui flexa eſt: éxq; eadē radice in pueris nouus dens ſubit, qui multo ſæpius priorem expellit, interdum tamen ſuprà infráve eum ſe oſtēdit. Caput autem ſpina excipit. Ea conſtat ex vertebris quatuor & viginti: ſeptē in ceruice ſunt, duodecim ad coſtas, reliquæ quinque ſunt proximæ coſtis. Hæ teretes breuéſq; ab vtroque latere, proceſſus duos exigunt: mediæ perforatæ quà ſpinæ medulla cerebro cōmiſſa deſcendit, circa quoque per duos proceſſus tenuibus cauis peruiæ, per quæ à mēbrana cerebri ſimiles mēbranulæ deducuntur. Omnéſque vertebræ exceptis tribus ſummis à ſuperiore parte in ipſis proceſſibus parum deſidentes ſinus habēt, ab inferiore alios deorſum verſus proceſſus exigunt. Summa igitur protinus caput ſuſtinet, per duos ſinus receptis exiguis eius proceſſibus: quò fit vt caput ſurſum deorſum verſum tuberib[9] exaſperetur, ſecūda ſuperiori parti inferiore. Quod ad circuitū pertinet, pars ſumma anguſtiore orbe finitur. Itaq; ſuperior ſūmæ circundata, in latera quoque caput moueri ſinit: tertia eodē modo ſecundam excipit: ex quo facilis ceruici mobilitas eſt. Ac ne ſuſtinere quidem caput poſſet niſi vtrinque recti valentéſque nerui collum continerent, quos τένοντας Græci appellant. Siquidem inter horū omnes flexus alter ſemper intētus vltrà prolabi ſuperiora nō patitur. Iámque vertebra tertia tubercula quæ inferiori inſerātur, exigit: cæteræ proceſſibus deorſum ſpectātibus, in inferiores inſinuantur, ac per ſinus quos vtrinque habēt, ſuperiores accipiunt, multíſque neruis & multa cartilagine continentur. Ac ſic vno flexu modico in promptū dato cæteris negotiis homo & rectus inſiſtit, & alioqui ad neceſſaria opera curuatur. Infra ceruicem verò ſumma coſta contra humeros ſita eſt, inde vndecim inferiores vſque ad imum pectus perueniunt, hæque primis partibus rotundæ & leniter quaſi capitulatæ, vertebrarum trāſuerſis proceſſibus ibi quoque paulum inſinuatis inhærent. Inde pateſcunt, & in exteriorem partem recuruatæ, paulatim in cartilaginem degenerant. Eáque parte rurſus in interiora leniter flexæ committuntur cum oſſe pectoris. Quod valēs ac durum à faucibus incipit, ab vtroque latere lunatū, & à præcordiis iam ipſum quoque cartilagine mollitū terminatur: ſub coſtis verò prioribus quinque quas νόθας Græci nominãt, breues tenuioréſque, atque ipſæ quoq; paulatim in cartilaginē verſæ, extremis abdominis partib[9] inhæreſcūt, imáque ex his maiore iā parte nihil niſi cartilago eſt. Rurſus à ceruice duo lata oſſa vtrinque ad ſcapulas tēdūt, noſtri ſcoptula operta, ὠμοπλάτας Græci nominãt. Ea in ſūmis verticibus ſinuata, ab his triãgulata, paulatimque lateſcētia ad ſpinā tēdunt, & quo latiora quaque parte ſunt, hoc hebetiora. Atque ipſa quoque in imo cartilaginoſa, poſteriore parte velut innatant, quoniam niſi in ſummo nulli oſſi inhæreſcunt. Ibi verò validis muſculis

neruiſque cõſtricta ſunt. At à ſumma coſta paulo interius
quàm vbi ea media eſt, os excreſcit: ibi quidẽ tenue, pro-
cedens verò, quo propius lato ſcapularũ oſſi fit, eo plenius
latiúſque, & paulatim in exteriora curuatur: quod propius
altera verticis parte modicè intumeſcens, ſuſtinet iugu-
lum. Id autem ipſum recuruum, ac neque inter duriſſima
oſſa numerandum, altero capite in eo quod poſui, altero
in exiguo ſinu pectoralis oſſis inſidit: paulúmque motu
brachii mouetur, & cum lato oſſe ſcapularum infra caput
eius, neruis & cartilagini connectitur. Hinc humerus in-
cipit extremis vtrinque capitibus tumidus, mollis, ſine
medulla, cartilaginoſus: medius teres, durus, medulloſus,
leniter gibbus, & in priorem & poſteriorem, interiorẽ &
exteriorem partem. Prior autẽ pars eſt quæ à pectore eſt,
poſterior quæ à ſcapulis, interior quæ ad latus tendit,
exterior quæ ab eo recedit: quod ad omnes articulos per-
tinere in vlterioribus patebit. Superius autem humeri ca
put rotundius quàm cætera oſſa de quibus adhuc dixi,
verticulatis ſcapularũ oſſibus paruo exceſſu inſeritur, ac
maiore parte ex trãſitu neruis deligatur. At inferius duos
proceſſus habet, inter quos quod medium eſt, magis etiã
extremis partibus ſinuatur: quæ res ſedem brachio præ-
ſtat, quod conſtat ex oſſibus duobus. Radius quem κερκί-
δα Græci appellãt, ſuperior breuiórque, & primò tenuior,
rotundo & leniter cauo capite exiguum humeri tubercu-
lum recipit, atque ibi neruis & cartilagine cõtinetur. Cu-
bitus inferior longiórque, & primò plenior in ſummo ca
pite, duobus quaſi verticibus extantibus in ſinu humeri,
quem inter duos proceſſus eius eſſe propoſui, ſe inſerit.
Primò verò duobus radiis brachii oſſa iuncta paulatim
dirimuntur, rurſúque ad manum coeũt, modo craſſitudi-
nis mutato: ſiquidem ibi radius plenior, cubitus admo-
dum tenuis eſt: dein radius in caput cartilaginoſum cõ-
ſurgens, in verticem eius ſinuatur. Cubitus rotundus in ex
tremo, parte altera paulum procedit. Ac ne ſæpius dicen-
dum ſit, illud ignorari nõ oportet, plurima oſſa in cartila-
ginem deſinere, nullum articulum non ſic finiri. Neque
enim aut moueri poſſet niſi leui inniteretur, aut cũ carne
neruíſque coniungi, niſi ea media quædam materia com-
mitteret. In manu verò, prima palmæ pars ex multis mi-
nutiſque oſſibus conſtat, quorũ numerus incertus eſt. Sed
oblonga omnia & triangula ſtructura quadam inter ſe
connectũtur, quum inuicem ſuperior alterius angulus, al
terius planities ſit: eóque fit ex his vnius oſſis paulum in
interiora cõcaui ſpecies. Verùm ex manu duo exigui pro-
ceſſus in ſinus radii cõiiciuntur: tum ex altera parte recta
quinque oſſa ad digitos tendentia palmam explẽt: à qui-
bus ipſi digiti oriuntur, qui ex oſſibus ternis conſtant, o-
mniúmque eadem ratio eſt. Interius os in verticem ſi-
nuatur, recipítque exterioris exiguum tuberculũ, neruí-
que ea continent à quibus orti vngues indureſcũt: ideó-
que non oſſi, ſed carni magis radicibus ſuis inhærent. Ac
ſuperiores quidem partes ſic ordinatæ ſunt. Ima verò ſpi-
na in coxarum oſſe deſidit, quod tranſuerſum lõgéque va
lẽtiſſimum, vuluam, veſicam, rectum inteſtinum tuetur:
ídque ab exteriore parte gibbum, ad ſpinam reſupinatũ,
à lateribus (id eſt in ipſis coxis) ſinus rotũdos habet, à qui
bus oritur os quod pectinem vocant, ídque ſuper inteſti-
na ſub pube tranſuerſum ventrem firmat, rectius in viris,
recuruatum magis in exteriora in fœminis, ne partũ pro-
hibeat. Inde femina oriuntur, quorum capita rotundiora
etiam quàm humerorum ſunt, quum illa ex cæteris rotun
diſſima ſint. Infrà verò duos proceſſus à priore & à poſte-
riore parte habent: dein dura & medulloſa & ab exterio-
re parte gibba: rurſus ab inferioribus quoque capitibus
intumeſcunt. Superiora in ſinus coxæ, ſicut humeri in ea
oſſa quæ ſcapularum ſunt, coniiciuntur, tum infrà intror
ſus leniter tendunt, quò æqualius ſuperiora membra ſuſti
neant: atque in eo inferiora quoque capita media ſinuã-
tur, quò facilius excipi à cruribus poſſint. Quæ commiſ-
ſura, oſſe paruo, molli, cartilaginoſo tegitur: patellam vo-
cant. Hæc ſuperinnatans, nec vlli oſſi inhærens, ſed carne
& neruis deligata, paulóque magis ad femoris os tendẽs,
inter omnes crurum flexus iuncturam tuetur. Ipſum au-

A tem crus eſt ex oſſibus duobus. Etenim per omnia femur
humero, crus verò brachio ſimile eſt, adeò vt habitus quo-
que & decor alterius ex altero cognoſcatur, quod ab oſſi-
bus incipiens, etiam in carne reſpondet. Verùm alterum
os ab exteriore parte ſuprà poſitum eſt, quod ipſum quo-
que ſura rectè nominatur: id breuius, ſupráque tenuius, ad
ipſos talos intumeſcit: alterum à priore parte poſitum, cui
tibiæ nomen eſt, longius, & in ſuperiore parte plenius, ſo
lum cum femoris inferiore capite committitur, ſicut cũ
humero cubitus. Atque ea quoque oſſa infrà ſupráque cõ
B iuncta, media, vt in brachio, dehiſcunt. Excipitur autem
crus infra oſſa ex tranſuerſo talorum, ídque ipſum ſuper
os calcis ſitum eſt, quod quadam parte ſinuatur, quadam
exceſſus habet, & procedentia ex talo recipit, & in ſinũ e-
ius inſeritur: idque ſine medulla durũ, magíſque in poſte-
riorem partem proiectum, teretem ibi figuram repræſen-
tat. Cætera oſſa pedis ad eorum quæ in manu ſunt ſimi-
litudinem inſtructa ſunt: plantæ palmis, digiti digitis, vn
gues vnguibus reſpondent.

C OSSA VITIATA ET CORRVPTA QVI-
bus ſignis cognoſcantur, & qua ratione
curentur, Cap. II.

OMne autem os, vbi iniuria acceſſit, aut vitiatur, aut
finditur, aut frangitur, aut foratur, aut colliditur, aut
loco mouetur. Id quod vitiatũ eſt, primò fere pingue fit,
deinde vel nigrum vel carioſum: quæ ſupernatis graui-
bus vlceribus aut fiſtulis, hiſque vel longa vetuſtate vel e-
tiam cancro occupatis, eueniunt. Oportet ante omnia os
nudare vlcere exciſo: &, ſi latius eius vitium eſt quàm vl-
D cus fuit, carnem ſubſecare, donec integrum os vndique
pateat: tũ id quod pingue eſt, ſemel iterúmve ſatis eſt ad-
moto ferramento adurere, vt ex eo ſtatu ſecedat: aut era-
dere donec iam aliquid cruoris oſtendatur, quæ integrio
ris nota eſt. nam neceſſe eſt aridum ſit id quod vitiatum
eſt. Idem in cartilagine quoque læſa faciendum eſt. ſiqui-
dem ea quoque ſcalpello radenda eſt, donec integrum id
ſit quod relinquatur: deinde ſiue os, ſiue cartilago raſa eſt,
nitro bene trito reſpergendum eſt. Neque alia facienda
ſunt vbi caries nigritiéſve in ſummo oſſe eſt: ſiquidem
E id vel paulo diutius eodem ferramento adurendum, vel
radendum eſt. Qui radit hæc, audacter imprimere ferra-
mentũ debet, vt & agat aliquid, & maturius deſinat. Finis
eſt quũ vel ad album os, vel ad ſolidum vẽtum eſt. Albo
finiri ex nigritie vitiũ, ſoliditate quadã ex carie manife-
ſtum eſt: accedere etiam cruoris aliquid integro ſuprà di-
ctum eſt. Siquando autem altius deſcenderit, vtrumlibet
dubium eſt. In carie quidem, expedita cognitio eſt: ſpe-
cillum tenue in foramen demittitur, quod magis minuſ
ve intrando, vel in ſummo cariem eſſe vel altius deſcen-
F diſſe teſtatur. Nigrities colligi quidẽ poteſt etiam ex do-
lore & ex febre. Quæ vbi mediocria ſunt, illa altè deſcen-
diſſe non poteſt: manifeſtior tamẽ adacta terebra fit. nam
finis vitii eſt vbi ſcobis nigra eſſe deſiit. Igitur ſi caries
altè deſcẽdit, per terebram vrgenda crebris foraminibus
eſt, quæ altitudine vitiũ æquent: tum in ea foramina de-
mittenda candentia ferramenta ſunt, donec inde ſiccum
os ex toto fiat. Simul enim poſt hæc & reſoluetur ab infe-
riore oſſe quodcunque vitiatum eſt, & is ſinus carne re-
plebitur, & humor aut nullus poſtea feretur, aut medio-
G cris. Sin autem nigrities eſt, aut ſi caries ad alterã quoque
partem oſſis tranſit, oportet excidi. Atque idem in carie
quoque ad alteram partem oſſis penetrante fieri poteſt.
Sed quod totum vitiatum, totum eximendum eſt. Si infe-
rior pars integra eſt, eatenus quod corruptum eſt, excidi
debet. Item ſiue capitis, ſiue pectoris os, ſiue coſta carioſa
eſt, inutilis vitio eſt, & excidẽdi neceſſitas eſt. Neque au-
diendi ſunt qui oſſe nudato diem tertium expectant, vt
tunc excidant. ante inflammationem enim tutius omnia
tractantur. Itaque quantum fieri poteſt, eodem momento
H & cutis incidenda eſt, & os detegendum, & omni vitio
liberandum eſt. Longéque pernicioſiſſimum eſt quod
in oſſe pectoris eſt: quia vix etiam ſi rectè ceſſit, curatio
veram ſanitatem reddit.

QVOMODO OS EXCIDATVR, ET DE modiolo,& terebra,ferramentis ad id paratis, Cap. III.

EXciditur verò os duobus modis: ſi paruulũ eſt quod
læſum eſt, modiolo quem χοινίκιον Græci vocant:ſi ſpa
tioſum,terebris:vtriuſque rationem proponam.Modiolus
ferramentum concauum teres eſt,imis oris ferratum,per
quod medium clauus ipſe quoque interiore orbe cinctus
demittitur.Terebrarum autem duo genera ſunt: alterum
ſimile ei quo fabri vtuntur:alterũ capituli lõgioris, quod
ab acuto mucrone incipit,deinde ſubitò latius fit, atque
iterũ ab alio principio paulo minus quàm æqualiter ſur-
ſum procedit.Si vitium in anguſto eſt,quod comprehen-
dere modiolus poſſit,ille potius aptatur. Et ſi caries ſub-
eſt,medius clauus in foramen demittitur.Si nigrities,an-
gulo ſcalpri ſinus exiguus fit,qui clauum recipiat, vt eo
inſiſtente circumactus modiolus delabi non poſſit: dein-
de is habena quaſi terebra conuertitur. Eſtque quidã pre-
mendi modus, vt & foretur,& circumagatur,quia ſi leni-
ter imprimitur, parũ proficit: ſi grauiter, nõ mouetur.Nè
que alienum eſt inſtillare paulum roſæ,vel lactis,quò ma
gis lubrico circumagatur.Quod ipſum tamẽ ſi copioſius
eſt, aciem ferramenti hebetat:at vbi iã iter modiolo preſ
ſum eſt,medius clau⁹ educitur,& ille per ſe agitur:deinde
quum ſanitas inferioris partis ſcobe cognita eſt, modio-
lus remouetur:at ſi latius vitium eſt quàm vt illo compre
hendatur,terebra res agenda eſt.Ea foramen fit in ipſo fi-
ne vitioſi oſſis atque integri,deinde alterum non ita lon
gè,tertiúmque donec totus is locus qui excidẽdus eſt his
cauis cinctus ſit,atque ibi quoque quatenus terebra agen
da ſit, ſcobis ſignificat: tunc excisorius ſcalper ab altero
foramine ad alterum malleolo addactus, id quod inter v
trũq; medium eſt,excidit:ac ſic ambitus ſimilis ei fit qui
in anguſtiorem orbem modiolo imprimitur. Vtro mo
do verò id circunductum eſt, idem exciſorius ſcalper in
oſſe corrupto planus ſummam quanque teſtam læſit, do-
nec integrum os relinquatur.Vix vnquam nigrities inte-
grum,caries per tõtum os perrumpit,maximéque vbi vi
tiata caluaria eſt.Id quoque ſigni ſpecillo ſignificatur,qui
depreſſus in id foramen quod infra ſolidam ſedẽ habet,
& ob id renitens aliquid inuenit,& madens exit. Si per-
uium inuenit,altius deſcendens inter os & membranã ni-
hil oppoſitũ inuenit, educitúrque ſiccus, nõ quò nõ ſub-
ſit aliqua vitioſa ſanies, ſed quoniam ibi vt in latiore ſe-
de diffuſa ſit.Siue autem nigrities quam terebra detexit,
ſiue caries quam ſpecillum oſtendit os tranſit, modioli
quidem vſus fere ſuperuacuus eſt,quia latius pateat neceſ
ſe eſt quod iam altè proceſſit.Terebra verò ea quam ſecũ
do loco poſui,vtendum,eáque ne nimis incaleſcat,ſubin
de in aquam frigidam demittenda eſt.Sed tum maiore
cura agendum eſt quum iam aut ſimplex os dimidiũ per-
foratum eſt,aut in duplici,ſuperius. Illud ſpatium ipſum,
hoc ſanguis ſignificat.Ergo tum lentius ducẽda habena,
ſuſpendendáque magis ſiniſtra manus eſt,& ſæpius attol-
lenda,& foraminis altitudo conſideranda: vt quandocun
que os perrumpitur,ſentiamus,neq; periclitemur ne mu-
crone cerebri membrana lædatur. Ex quo graues inflam-
mationes cum periculo mortis oriũtur.Factis foramini-
bus eodem modo media ſæpe, ſed multo circunſpectius
excidenda ſunt,ne fortè angulus ſcalpri eãdem membra-
nam violet,donec fiat aditus, per quem mẽbranæ cuſtos
immittatur,μηνιγγοφύλακα Græci vocãt.Lamina ænea eſt,
firma,paulum reſima,ab interiore parte læuis,quæ demiſ
ſa eſt,vt exterior pars eius cerebro propior ſit, ſubinde ei
ſubiicitur, quod ſcalpro diſcutiendum eſt: ac ſi exci-
pit, eius angulum vltrà tranſire non patitur, eóque &
audacius & tutius ſcalprum malleolo ſubinde medi-
cus ferit,donec exciſum vndique os eadem lamina leue-
tur,tollique ſine vlla noxa cerebri poteſt. Vbi totum os
eiectum eſt,circũradendæ leuandæque ſunt oræ,& ſiquis
ſcobis membranæ inſedit,colligẽdum. Vbi ſuperiori par
te ſublata,inferior recta eſt,non ora tantùm,ſed os quoq;
totũ leuandũ eſt,vt ſine noxa poſtea cutis increſcat, quæ
aſpero oſſi innaſcens protinus non ſanitatatẽ ſed nouos
dolores mouet. Patefacto cerebro,qua ratione agẽdũ ſit,
A dicam quũ ad fracta oſſa peruenero.Si baſis aliqua ſerua-
ta eſt, ſuperimponenda ſunt medicamenta non pinguia,
quæ recentibus vulneribus accommodãtur, ſupráque im
ponenda lana ſuccida oleo atque aceto madens. Vbi tẽ-
pus proceſſit, ab ipſo ore caro increſcit,eáque factum ma
nu ſinum complet. Siquod etiam os aduſtum eſt, à parte
ſana recedit,ſubitque inter integram atque emortuã par-
tẽ caruncula,quæ quod abſceſſit expellat, eáque fere quia
teſta tenuis & anguſta eſt,ſquama eſt:id λεπὶς à Græcis no
B minatur. Poteſt etiam euenire vt ex ictu neque findatur
os, neque perfringatur, ſed ſummum tamen collidatur
exaſperetúrque. Quod vbi incidit,radi & lauari ſatis eſt.
Hæc quanuis maximè fiunt in capite,tamen cæteris quo-
que oſſibus communia ſunt,vt vbicunque idem incidet,
eodem remedio ſit vtendum. Atque quũ ea fracta,fiſſa,
forata,colliſa ſint; quaſdam proprias in ſingulis generi-
bus, quaſdam cõmunes in pluribus curationes requirunt:
De quibus protinus dicã,initio ab eadẽ caluaria accepto.

C DE CALVARIAE CVRATIONE, Cap. IIII.

IGitur vbi ea pertuſa,protinus requirendum eſt num bi
lem is homo vomuerit,num oculi eius obcæcati ſint,
num obmutuerit,num per nares auréſve ſanguis ei efflu-
xerit, num conciderit,num ſine ſenſu quaſi dormiens ia-
cuerit.Hæc enim nonniſi oſſe fracto eueniunt. Atque v-
bi inciderunt,ſcire licet neceſſariam,ſed difficilem cura-
tionem eſſe.Si verò etiam torpor acceſſit,ſi mens nõ con
ſtat,ſi neruorum vel reſolutio vel diſtentio ſecuta eſt, ve-
riſimile eſt etiam cerebri membranam eſſe violatã, eóq;
D in anguſto magis ſpes eſt. At ſi nihil horũ ſequutum eſt,
poteſt etiam dubitari an os fractum ſit.Et protinus conſi-
derandum eſt,lapide an ligno,an ferro,an alio telo percuſ
ſum ſit,& hoc ipſo leni an aſpero, mediocri an vaſtiore,
vehementer an leniter:quia quo mitior ictus fuit,eo faci
lius os ei reſtitiſſe credibile eſt:ſed nihil tamẽ melius eſt
quàm certiore id nota explorare. Ergo quà plaga eſt de-
mitti ſpecillum oportet,neque nimis tenue,neque acutũ,
ne quum in quoſdam ſinus naturales inciderit, opinionẽ
fracti oſſis fruſtra faciat,neque nimis plenum, ne paruu-
E læ rimulæ fallant.Vbi ſpecillum ad os venit,nihil niſi le
ne & lubricum occurrit,integrum id videri poteſt:ſiquid
aſperi eſt,vtique quà ſuturæ non ſint,fractum os eſſe teſta
tur.A ſuturis ſe deceptum eſſe Hippocrates memoriæ pro
didit,more ſcilicet magnorum virorum,& fiduciam ma-
gnarum rerum habentium. nam leuia ingenia, quia ni-
hil habent,nihil ſibi detrahũt. Magno ingenio,multáque
nihilominus habituro, conuenit etiam ſimplex veri erro
ris confeſſio,præcipuéque in eo miniſterio quod vtilita-
tis cauſa poſteris traditur, nequi decipiantur eadem ratio
F ne qua quis ante deceptus eſt. Sed hæc quidem alioquin
memoria magni profeſſoris,vti interponeremus, effecit.
Poteſt autem ſutura eo nomine fallere, quæ æquè aſpera
eſt vt aliquis hanc eſſe, etiamſi rima eſt,exiſtimet eo lo-
co quo ſubeſſe hanc veriſimile eſt.Ergo eo nomine deci-
pi non oportet,ſed os aperire tutiſſimum eſt.Nam neque
vtique certa ſedes(vt ſuprà poſui)ſuturarũ eſt,& poteſt idẽ
& naturaliter commiſſum,& ictu fiſſum eſſe, iuxtáve ali-
quid fiſſum habere.Quin aliquid etiam, vbi ictus fuerit
vehementior,quanuis ſpecillo nihil inuenitur, tamẽ ape-
G rire commodius eſt.At ſi ne tum quidem rima manifeſta
eſt,inducendum ſuper os atramẽtum ſcriptoriũ eſt, dein
de ſcalpro id detrahendum.Nigritiem enim continet,ſi-
quid fiſſum eſt:ſolet etiam euenire vt altera parte fuerit i-
ctus,& os altera fiderit.Itaque ſi grauiter aliquis percuſſus
eſt,ſi mala indicia ſubſequuta ſunt, neque ea parte qua cu
tis diſcuſſa eſt,rima reperitur, nõ incommodum eſt par-
te altera conſiderare num quis locus mollior ſit, & tu-
meat,eúmque aperire: ſiquidem ibi fiſſum os reperietur:
nec tamẽ magno negotio cutis ſaneſcit,etiãſi fruſtra deſe
H cta eſt.Os fractũ niſi ſuccurſum eſt, grauibus inflãmatio-
nibus afficit,difficiliúſque poſtea tractatur.Raró, ſed ali-
quando tamen euenit vt os quidẽ totũ integrũ maneat,
intus verò ex ictu vena aliqua in cerebri membrana ru-
pta aliquid ſanguinis mittat,iſque ibi concretus magnos
dolores moueat,oculos quibus obcæcet. Sed fere cõtra id

dolor eſt,& eo loco cute inciſa pallidũ os reperitur:ideó-
que id quoque os excidendum eſt.Quacunque autem de
cauſa curatio hæc neceſſaria eſt: ſi nondum ſatis cutis
patefacta eſt,latius aperienda eſt, donec quicquid læſum
eſt in conſpectu ſit.In quo ipſo videndum eſt nequid ex
ipſa membranula quæ ſub cute caluariã cingit, ſuper os
relinquatur. Siquidẽ hæc ſcalpro terebriſve lacerata, ve-
hementes febres cum inflãmationibus excitat. Itaque eã
commodius eſt ex toto ab oſſe diduci. Plagam, ſi ex vul-
nere eſt,talem neceſſe eſt habeamus qualẽ acceperimus.
Si manu facienda eſt,ea fere commodiſſima eſt quæ dua-
bus trãſuerſis lineis literæ X figuram accepit,vt deinde à
ſingulis procedẽtib⁹ lingulis cutis ſubſequatur.Inter quæ
ſi ſanguis fertur,ſpongia ſubinde in aceto tincta cohibẽ-
dus eſt, occupandúſque obiectis linamẽtis,& caput altius
excitandum. Neque id vitium vllum metum niſi inter
muſculos qui tempora continent, adfert: ſed ibi quoque
nihil tutius fit.In omni verò fiſſo fractóve oſſe protinus
antiquiores medici ad ferramenta veniebant quibus id
exciderent.Sed multo melius eſt, antè emplaſtra experiri
quæ caluariæ cauſa componuntur: eorúmque aliquid o-
portet ex aceto mollitum,per ſe ſuper fiſſum fractúmve os
imponere:deinde ſuper id aliquanto latius quàm vulnus
eſt,eodem medicamento illitum linteolum, & præterea
ſuccidam lanam aceto tinctam: tunc vulnus deligare, &
quotidie reſoluere,ſimilitérque curare vſque ad diẽ quin
tum. A ſexto die,etiam vapore aquæ calidæ per ſpongiã
fouere,cætera ex eadem facere. Quòd ſi caruncula incre-
ſcere cœperit,& febricula aut ſoluta erit,aut leuior, & cu-
piditas cibi reuerterit,ſatiſque ſomni accedet,in eodẽ me
dicamento erit perſeuerandum.Procedente deinde tem
pore,emolliendum id emplaſtrum adiecto cerato ex roſa
facto,quò facilius carnem producat.nam per ſe reprimẽ-
di vim habet. Hac ratione ſæpe rimæ callo quodam im-
plentur,éſtque ea oſſis velut cicatrix: & latius fracta oſſa,
ſiqua inter ſe non cohærebant,eodem callo glutinantur:
éſtque aliquanto melius velamentum cerebro quàm ca-
ro quæ exciſo oſſe increſcit.Si verò ſub prima curatione
febris intenditur,breuéſque ſomni & iidem per ſomnia
tumultuoſi ſunt,vlcus madet, neque alitur,& in ceruici-
bus glandulæ oriuntur,magni dolores ſunt,cibíque ſuper
hæc faſtidium increſcit,tum demum ad manũ ſcalprúm-
que veniendum eſt. Duo verò ſub ictu caluariæ pericula
ſunt,ne vel findatur,vel medium deſidat:ſi fiſſum eſt,poſ-
ſunt oræ eſſe compreſſæ,vel quia altera ſuper alteram ex-
ceſſit,vel etiam quia vehementer rurſus ſe commiſerunt.
Ex quo euenit vt humor ad membranam quidem deſcen
dat,exitum verò non habeat, ac ſic eam irritet, & graues
inflammationes moueat. Vbi medium deſedit,eandẽ ce-
rebri membranam os vrget,interdum etiam ex fractura
quibuſdam velut aculeis pungentibus. His ita ſuccurren-
dum eſt vt tamen quamminimum ex oſſe dematur.Ergo
ſi ora alteri inſedit,ſatis eſt id quod eminet,plano ſcalpro
excidere:quo ſublato iam rima hiat quantum curationi
ſatis eſt.At ſi oræ inter ſe comprimuntur,à latere eius in-
terpoſito digiti ſpatio terebra foramẽ faciendum eſt,ab
eóque ſcalper duabus lineis ad rimam agendus ad ſimili-
tudinem C literæ,ſic vt vertex eius à foramine baſis ad ri
mas it. Quòd ſi rima longius patet, ab altero foramine
rurſus ſimilis ſinus fieri debebit, & ita nihil latens in eo
oſſe cõcauũ eſt,abundéque exitus datur intus lædẽtibus.
Ne ſi fractum quidem os deſedit, totũ excidi neceſſe eſt:
ſed ſiue totũ perfractũ eſt, & ab alio ex toto receſſit:ſiue
circumpoſitæ caluariæ inhæret exigua parte ab eo quod
naturaliter ſe habet,ſcalpro diuidendum eſt:deinde in eo
quod deſedit iuxta rimam quam fecimus, foramina ad-
denda ſunt.Si in anguſto noxa eſt,duo:ſi latius patet,tria,
ſeptáque eorum excidenda, & tum ſcalper vtrinque ad ri-
mam agendus, ſic vt lunatũ ſinũ faciat,imáque pars eius
intus ad fracturã,cornua ad os integrũ ſpectent: deinde,
ſiqua labẽt, & ex facili remoueri poſſunt, forfice ad id fa
cta colligẽda ſunt,maximéque ea quæ acuta mẽbranã in
feſtãt.Si id ex facili fieri nõ poteſt, ſubiiciẽda lamina eſt,
quã cuſtodẽ eius mẽbranæ eſſe propoſui, & ſuper eã quic
quid ſpinoſum eſt,& intus eminet,excidendũ eſt:eadem

A lamina quicquid deorſum inſedit attollendũ. Hoc genus
curationis efficit vt qua parte fracta oſſa tamen inhærent,
ſolidentur qua parte abrupta ſunt,ſine vllo tormento ſub
medicamenti tempore excidant:ſpatiúmque inter hæc ſa
tis illi magnum ad extrahendam ſaniem relinquatur:plúſ
que in oſſe propugnaculi cerebrũ habeat quàm habitu-
rum fuit eo exciſo.His factis ea membrana acri aceto re-
ſpergenda eſt, vt ſiue aliquid ſanguinis ex ea profluit, co
hibeatur: ſiue intus cõcretus cruor remanet,diſcutiatur:
B tum idem medicamẽtũ eodẽ modo qui ſuprà poſitus eſt
mollitum,ipſi membranæ imponendum eſt: cæteráque
eodem modo facienda ſunt quæ ad linteolum illitum &
lanam ſuccidam pertinent, collocandúſque is in loco te-
pido,& curandũ quotidie vulnus,bis etiam æſtate.Quòd
ſi membrana per inflammationem intumuerit,infunden
da erit roſa tepida.Si vſqueeo tumebit vt ſuper oſſa quo-
que emineat,coercebit eam bene trita lenticula, vel folia
vitis contrita,& cum recenti vel butyro,vel adipe anſeri-
no miſta:ceruíxque molliri debebit,liquido cerato ex iri-
C no facto.At ſi parum pura membrana videbitur,par mo-
dus ei⁹ emplaſtri & mellis miſcẽdus erit, ídque ſuper in-
fundẽdũ: eiúſque continendi cauſa vnum aut alterum li-
namentum iniiciendum,& ſuper linteolo cui emplaſtrũ
illitum ſit,contegẽdum.Vbi plus pura membrana eſt,ea-
dem ratione adiiciendum emplaſtro ceratum,vt carnem
producat.Quod ad abſtinentiam verò & primos vlterio-
réſque cibos potionéſque pertinet,eadem quæ in vulneri
bus præcepi,ſeruãda ſunt,eo magis quo periculoſius hæc
pars afficitur.Quinetiam quum iam non ſolùm ſuſtineri,
D ſed ali his quoque apparebunt,tamen erunt vitanda quæ-
cunque mãdenda ſunt,itẽ fumus,& quicquid excitat ſter
nutamentum.Spem verò certam faciunt,membrana mo-
bilis ac ſui coloris,caro increſcens rubicunda, facilis mo
tus maxillæ atque ceruicis.Mala ſigna ſunt, mẽbrana im-
mobilis,nigra vel liuida, vel aliter coloris corrupti:demẽ
tia,acris vomitus,neruorum vel reſolutio vel diſtẽtio,ca-
ro liuida,maxillarũ rigor atque ceruicis: cæteráque quæ
ad ſomnum,cibi deſiderium,febrem, puris colorem atti
nent,eadem quæ in cæteris vulneribus vel ſalutaria vel
E mortifera ſunt.Vbi bene res cedit,incipit ab ipſa mẽbra-
na,vel ſi os eo loco duplex eſt,inde quoque caro increſce-
re:eáque id quod inter oſſa vacuum eſt, replet,nonnun-
quam etiã ſuper caluariam excreſcit. Quod ſi incidit, in
ſpergenda ſquama æris eſt, vt id reprimat cohibeátque,
ea carni ſuperdãdo quæ ad cicatricem perducant. Omni-
búſque ea locis commodè inducitur, exempta frontis
ea parte quæ paulum ſuper id eſt quod inter ſupercilia
eſt.Ibi enim vix fieri poteſt vt per omnem ætatem ſit ex-
ulceratio,quæ linteolo medicamentum habente contegẽ
F da ſit.Illa vtique capite fracto ſeruanda ſunt, vt donec iã
valida cicatrix erit,ſoluenda vitentur, frequẽs balneum,
maior vini modus.

DE NARIVM FRACTARVM CVRATIONE, Cap. V.

IN naribus verò & os & cartilago frangi ſolet,& quidem
modò aduerſa,modò à latere.Si aduerſa fracta ſunt,alte-
rúmve ex his,nares deſidunt,difficulter ſpiritus trahitur:
ſi à latere os fractum eſt,is locus cauus eſt:ſi cartilago, in
G alteram partẽ nares declinãtur. Quicquid in cartilaginẽ
incidit,excitãdũ leniter eſt,aut ſubiecto ſpecillo,aut duo
bus digitis vtrinq; cõpreſſis:deinde in lõgitudinẽ impli-
cata linamẽta & molli pellicula cincta circũſutáq;, intus
adiiciẽda ſunt:aut eodẽ modo cõpoſitũ aliquid,ex arido
penicillo:aut grãdis pinna,gũmi vel fabrili glutine illita,
& molli pellicula circũdata,quæ deſidere cartilaginẽ nõ
ſinat.Sed ſi aduerſa ea fracta eſt,æqualiter vtraq; naris im
plẽda eſt:ſi à latere,craſſi⁹ eſſe debet ab ea parte in qua na-
ſ⁹ iacet,ab altera tenuius,id quod inſeritur.Extrĩſecus au-
H tẽ circũdãda habena eſt mollis,media illita mixtis inter
ſe ſimila & thuris fuligine,eáque vltra aures ducenda, &
fronti duobus capitibus agglutinanda eſt.Id enim corpo-
ri quaſi gluten inhæreſcit,& quum induruit, nares com-
modè cõtinet.Sin quod intus inditũ eſt lædit (ſicut maxi
mè fit vbi interior cartilago perfracta eſt) excitatæ nares

eadã tantummodo habena continendæ ſunt:deinde poſt quatuordecim dies ipſum demendum eſt. Reſoluitur autem aqua calida,eàque tum is locus quotidie fouendus eſt.Sin os fractum eſt,id quoque digitis in ſuam ſedem reponẽdum eſt:atque vbi aduerſum id ictum eſt,vtraque naris implenda eſt, vbi à latere, ea in quam os impulſum eſt,imponendúmque ceratum,& paulo vehementius deligandum eſt, quia callus eo loco nõ ad ſanitatem tantũmodo,ſed etiam ad tumorem increſcit.A tertio die fouẽdum id aqua calida eſt, tantóque magis quanto propius eſſe ſanitati debet.Quòd ſi plura erunt fragmenta, nihilo minus extrinſecus ſingula in ſuas ſedes digitis erunt compellenda,imponendáque extrinſecus eadem habena,& ſuper eam ceratum,neque vltrà faſcia adhibenda eſt. At ſiquod fragmentum vndique reſolutum cum cæteris nõ glutinabitur,intelligetur quidem ex humore qui multus ex vulnere feretur, volſella verò extrahetur. Finitiſque inflammationibus,imponetur aliquod medicamentum ex iis quæ leniter reprimunt.Peius eſt vbi aut oſſi aut cartilagini fractæ,cutis quoque vulnus acceſſit. Id admodum raró fit:ſi incidit illa quidem,nihilominus eadem ratione in ſuas ſedes excitanda ſunt.Cuti verò ſuperimponendum emplaſtrum aliquod ex iis quæ recentibus vulneribus accommodata ſunt,ſed inſuper nullo vinculo deligãdum eſt.

DE AVRIVM FRACTARVM CVRAtione. Cap. VI.

IN aure quoque interdum rumpitur cartilago:quod ſi incidit,antequam pus oriatur,imponendum glutinãs medicamentum eſt.Sæpe enim ſuppurationem prohibet, & aurem cõfirmat. Illud & in hac & in naribus ignorari nõ oportet:non quidem cartilaginem ipſam glutinari, circa tamen carnem increſcere,ſolidaríque eum locum.Itaque ſi cum cute cartilago rupta eſt,cutis vtrinque ſuitur. Nũc autẽ de ea dico quæ cute integra frãgitur.In ea verò ſi iã pus natum eſt,aperiẽda altera parte cutis,& ipſa cartilago contrà lunata plaga excidẽda eſt:deinde vtẽdum eſt medicamento leniter ſupprimẽte,quale lycium eſt aqua dilutum,donec ſanguis fluere deſinat: tum imponendum linteolũ cum emplaſtro: ſic vt pingue omne vitetur,& à parte poſteriore lana mollis auri ſubiicienda eſt, quæ quod eſt inter hãc & caput compleat:tũ ea leniter deligãda eſt & à tertio die vapore,vt in naribus poſui,fouenda. Atque in his quoque generibus abſtinentia primi temporis neceſſaria eſt,donec inflammatio finiatur.

DE MAXILLAE FRACTAE CVRATIOne,déque quibuſdam ad omnia oſſa pertinentibus, Cap. VII.

AB his ad maxillam vẽturus, indicanda quædam puto communiter od omnia oſſa pertinẽtia, ne ſæpius eadem dicenda ſint. Omne igitur os modò rectum vt lignum in longitudinem finditur,modò frangitur trãſuerſum,interdum obliquum: atque idipſum nonnunquam retuſa habet capita,nonnunquam acuta.Quod genus peſſimum eſt,quia neque facilè committuntur quæ nulli retuſo innitt ũtur,& carnẽ vulnerant,interdũ neruũ quoque aut muſculum. Quinetiam aliquando plura fragmenta à fragmento fiunt.Sed in aliis quidem oſſibus ex toto ſæpe fragmentum à fragmento recedit. Maxillæ verò ſemper aliqua parte etiam vexata oſſa,inter ſe cohærent.Igitur in primis digitis duobus vtrinque prementibus,& ab ore & ab cute omnino oſſa in ſuam ſedem compellẽda ſunt:deinde ſi tranſuerſa maxilla fracta eſt,ſub quo caſu fere dẽs ſuper proximum dentem excedit, vbi ea in ſuam ſedem collocata eſt,duo proximi dentes,aut ſi hi labant, vlteriores inter ſe ſeta deligãdi ſunt:idem in alio genere fracturæ ſuperuacuum eſt:cætera eadem facienda ſunt.Nam linteolum duplex madens vino & oleo ſuperiniiciendum, cum eadem ſimila & eadem thuris fuligine eſt:deinde aut faſcia aut mollis habena media in longitudinem inciſa, vt vtrinque mentũ complectatur,& inde capita eius ſupra caput adducta ibi deligãtur. Illud quoq; ad omnia oſſa pertinẽs dictũ erit, famẽ primùm eſſe neceſſariã:deinde die tertio humidum cibũ, ſublata inflammatione paulo leniorem, eúmque qui carnẽ alat: per omne tem-

A pus vinum eſſe alienũ: deinde tertio die reſolui debere fouerique per ſpongiam vapore aquæ calidæ,eadémque quæ primò fuerunt ſuperdari.Idem die quinto fieri, & donec inflãmatio finiatur, quæ vel octauo die vel ſeptimo fere reſoluitur.Ea ſublata rurſus oſſa eſſe tractãda,vt ſi quod fragmẽtum locó ſuo non eſt,reponatur. Neque id eſſe ſoluendũ,niſi duæ partes eius temporis, intra quod quæque oſſa conſerũtur,tranſierint.Fere verò intra quartumdecimum & vnũ & viceſimum diẽ ſaneſcunt, maxilla, malæ,iugulũ, latus,pectus,os ſcapularum,coſtæ,ſpi-

B na coxarum,os tali,calx,manus,planta.Inter viceſimum & trigeſimum diem crura brachiaque inter ſeptimum & viceſimum & quadrageſimum,humeri & femina.Sed in maxilla illud quoque adiiciendum eſt,quòd humidus cibus diu aſſumendus eſt. Atque etiam quũ tempus proceſſit,in lagano ſimilibúſque aliis perſeuerandũ, donec ex toto maxillam callus firmarit.item vtique primis diebus habendum ſilentium.

DE IVGVLI FRACTI CVRATIONE. Cap. VIII.

C IVgulum verò ſi tranſuerſum fractum eſt,nonnũquam per ſe rurſus rectè coit,& niſi mouetur,ſanari ſine iunctura poteſt. Nõnũquã verò, maximéque vbi motũ eſt, elabitur,feréque id quod à pectore ſub id quod ab humero eſt,in poſteriorẽ partẽ inclinatur.Cuiꝰ ea ratio eſt quòd per ſe non mouetur,ſed cum humeri motu conſentit. Itaque eo ſubſiſtente, ſub id humerus agitatur. Raró verò admodum in priorem partem iugulum inclinatur,adeò vt magni profeſſores nũquam ſe vidiſſe memoriæ mandarint:ſed locuples tamẽ eius rei author Hippocrates eſt.

D Verùm vt diſſimilis vterq; caſus eſt,ſic quædã diſſimilia requirit. Vbi ad ſcapulas iugulum tẽdit,ſimul dextra manu planè propellendus in poſteriorem partem humerus eſt,& illud in priorem attrahendum. Vbi ad pectus conuerſum eſt,ipſum quidem retrò dandum, humerus autẽ in priorem partem adducendus eſt. Ac ſi is inferior eſt, non id quod à pectore eſt,deprimendum eſt,quia immobile eſt,ſed humerus ipſe attollendus.Si caſu ſuperior eſt, id quod à pectore eſt implendum lana,& humerus ad pectus deligãdus eſt. Si acuta fragmenta ſunt,incidi contrà

E cutis debet,ex oſſibus ea quæ carnem vulnerant præcidenda ſunt: tunc retuſa oſſa committenda ſunt. Siquid ab aliqua parte eminet, opponendum ei triplex linteolũ eſt,in vino & oleo tinctum.Si plura fragmenta ſunt,excipienda ſunt ex ferula facto canaliculo,eodémque intus incerato,ne faſcia diducatur, quæ iugulo compoſito circumdanda eſt ſæpius potius quàm valentius. Quod ipſũ quoque in omnibus oſſibus fractis perpetuum eſt.A dextro verò iugulo,ſi id fractum eſt,ad alam ſiniſtram, à ſiniſtro ad dexterã:rurſuſque ſub ala ſua faſcia dari debet.

F Poſt hæc ſi iugulum ad ſcapulas inclinatum eſt, brachium ad latus:ſi in partem priorem, ad ceruicem deligandum eſt:ſupinúſque homo collocandus, cæteráque eadẽ facienda quæ ſuprà compræhenſa ſunt. Sunt verò plura oſſa fere immobilia,vel dura, vel cartilaginoſa,quæ vel franguntur, vel forantur, vel colliduntur, vel finduntur, vt malæ,pectus,latus, os ſcapularum,coſtæ,ſpina coſtarũ, os tali,calx,manus,planta. Horum omnium eadem curatio eſt. Si ſuprà vulnus eſt,id ſuis medicamentis nutriendum eſt.Quo ſaneſcente rimas quoque oſſis, aut ſiquod

G ferrumen eſt,callus implet.Si cutis integra eſt, & os læſũ eſſe,ex dolore colligimus, nihil aliud quàm quieſcendũ, imponendúmque ceratũ eſt,& leniter deligandum, donec ſanitate oſſis dolor finiatur.

DE COSTARVM FRACTARVM CVRAtione, Cap. IX.

PRopriè tamen quædam de coſta dicenda ſunt, quia iuxta viſcera eſt,grauioribúſque periculis is locus expoſitus eſt. Hæc quoque igitur interdũ ſic finditur vt ne ſummum quidem os, ſed interior pars eius quæ rara eſt,

H lædatur:interdum ſic vt eam totam is caſus perruperit.Si tota fracta non eſt,nec ſanguis expuitur, nec febricula ſequitur,nec quicquam ſuppurat, niſi admodum raró, nec dolor magnus eſt, tactu tamen is locus leniter indoleſcit, abundè eſt eadem quæ ſuprà ſcripta ſunt, facere,& à me-

dia faſcia incipere deligare, ne in alterutrā partem hæc
cutem inclinet. Ab vno verò & viceſimo die, quo vtique
os eſſe debet glutinatum, id agēdum. Cibis vberioribus
eſt vtendum vt corpus quampleniſſimum fiat, quò me-
lius os veſtiat quod illo loco tenerum adhuc iniuriæ ſub
tenui cute expoſitum eſt. Per omne autem tempus cura-
tionis vitandus clamor, ſermo quoque, tumultus, ira, mo-
tus vehementior corporis, fumus, puluis, vt quicquid vel
tuſſim vel ſternutamentum mouet: ne ſpiritum quidem
magnopere continere expedit. At ſi tota coſta perfracta
eſt, caſus aſperior eſt. nam & graues inflammationes, &
febris, & ſuppuratio, & ſæpe vitæ periculum ſequitur, &
ſāguis ſpuitur Ergo ſi vires patiūtur, ab eo brachio quod
ſuper eam coſtam eſt, ſanguis mittendus eſt: ſi non patiū-
tur, aluus tamen ſine vllo acri ducenda eſt, diutiúſque in-
edia pugnandum. Panis verò ante ſeptimum diem non
aſſumendus, ſed vna ſorbitione viuendum, imponēdúm-
que ei loco ceratum ex lino factum, cui cocta quoque re-
ſina adiecta ſit, aut Polyarchi malagma, aut panaces ex
vino & roſa & oleo, ſupérque imponenda lana ſuccida
mollis & duæ faſciæ à mediis orſæ, miniméque adſtri-
ctæ. Multò verò magis omnia vitanda quæ ſuprà poſui,
adeò vt ne ſpiritus quidem ſæpius mouendus ſit. Quòd ſi
tuſſis infeſtabit, ad id potio ſumenda erit vel ex trixagi-
ne, vel ex ruta; vel ex herba ſtychade, vel ex cumino &
pipere. Grauioribus verò doloribus vrgentibus, catapla-
ſma imponi quoque cōueniet vel ex lolio, vel ex hordeo;
cui pinguis fici tertia pars quoque ſit adiecta. Et id qui-
dem interdiu ſuperiacebit. Noctu verò idem aut ceratū,
aut malagma, aut pāni, quia poteſt cataplaſma decidere.
Ergo quotidie quoque reſoluetur; donec iam cerato aut
malagmate poſſimus eſſe cōtenti: & decem quidem die
bus extenuabitur fame corpus, ab vndecimo verò ali in-
cipiet. Ideóque etiam laxior quàm primò faſcia circum-
ligabitur, feréque ea curatio ad quadrageſimum diem
perueniet: quæ ſi modus erit ſuppurationis, plus mala-
gma quàm ceratū ad digerendum proficiet. Si ſuppura-
tio vicerit, neque per quæ ſuprà ſcripta ſunt diſcuti potue
rit, omnis mora vitanda erit, ne os infrà vitietur: ſed quà
parte maxima tumebit, demittendum erit candens ferra
mentum, donec ad pus perueniat, idque effundendum.
Si nuſquam caput ſe oſtendit, vbi maximè pus ſubit, ſic
intelligimus: Creta cimolia totū locū illinimus, & ſicca-
ri patiemur: quo loco maximè humor in ea perſeuerauit,
ibi pus proximum erit, eáque vti debebit: ſi latius aliquid
abſcedet, duobus aut tribus locis erit perforandum, de-
mittendum erit linamentum; aut aliquid ex penicillo
quod ſummum lino ſit deuinctum, vt facilè educatur.
Reliqua eadem quæ in cæteis aduſtis facienda ſunt: vbi
purum erit vlcus, ali corpus debebit, ne tabes pernicioſa
futura id malum ſubſequatur. Nonnunquam etiam leui-
us ipſo oſſe affecto, & inter initia neglecto, non pus, ſed
humor quidam muccis ſimilis, intus coit, molleſcitque
contrà cutis, in qua ſimili vſtione vtendum eſt.

De ſpinæ curatione.

In ſpina quoq; eſt quod propriè notemus. Nā ſi id quod
ex vertebra excidit, aliquo modo fractum eſt, locus qui-
dem concauus fit, punctiones autē in eo ſentiuntur, quia
neceſſe eſt ea fragmenta ſpinoſa eſſe. Quo fit vt homo
in interiorem partem ſubinde nitatur. Hæc noſcendæ rei
cauſa ſunt. Medicamentis verò iiſdem opus eſt quæ plu-
rima parte huius capitis expoſita ſunt.

DE HVMERORVM, BRACHIORVM, FEMORUM, crurum, digitorum fractorum vel euulſorum communibus curationibus,

Cap. X.

SImiles rurſus ex magna parte caſus curationéſque ſūt
humeris & femoribus. Communia etiam quædam
humeris, brachiis, femoribus, cruribus, digitis.: ſiquidē
ea minimè periculoſè media franguntur. Quo propior
fractura capiti vel ſuperiori vel inferiori eſt, eo peior
eſt. Nam & maiores dolores adfert, & difficilius curatur.
Ea maximè tolerabilis eſt ſimplex, tranſuerſa: peior, vbi

A fragmenta, atque vbi obliqua: peſſimum vbi eadē acuta.
Nonnunquam autem fracta in his oſſa in ſuis ſedibus re-
manent: multo ſæpius excidunt, aliúdque ſuper aliud ef-
fertur. Idque ante omnia conſiderari debet, & ſunt no-
tæ certæ: ſi ſuis ſedibus mota, reſima; punctioniſque ſen-
ſum repræſentant, tactu inæqualia ſunt: ſi verò non ad-
uerſa, ſed obliqua iunguntur, quod fit vbi loco ſuo non
ſunt, membrū id altero latere breuius eſt, & muſculi eius
tument. Ergo ſi hoc depreſſum eſt, protinus id membrū
oportet extendere. Nam nerui muſculique intenti per
B oſſa contrahuntur, neque in ſuum locum veniunt, niſi il-
los per vim aliquis intendit. Rurſus, ſi primis diebus id
omiſſum eſt, inflammatio oritur: ſub qua & difficile &
periculoſè vis neruis adhibetur. Nam diſtentio neruorū
vel cancer ſequitur, vel certum, vt diutiſſimè alatur, pus.
Itaque ſi antè repoſita oſſa non ſunt, poſtea reponenda
ſunt. Intendere autem digitum vel aliud quoque mem-
brum, ſi adhuc tenerum eſt, etiā vnus homo poteſt, quū
alteram partem dextra, alteram ſiniſtra prendit. Valētius
membrum duobus eget qui in diuerſa contendant. Si
C firmiores nerui ſunt, vt in viris robuſtis, maximéque e-
orum feminibus & cruribus euenit, habenis quoque vel
linteis faſciis vtrinque capita articulorum deliganda, &
per plures in diuerſa ducēda ſunt. Vbi paulo lōgius quàm
naturaliter eſſe debet, membrum vis fecit: tum demum
oſſa manibus in ſuam ſedem compellenda ſunt, indici-
umque oſſis repoſiti eſt, dolor ſublatus. Et membrum al-
teri parti æquatum inuoluendum duplicibus triplicibúſ-
ue pannis, & in vino & oleo tinctis, quos lineos eſſe com
modius eſt. Ferè verò faſciis ſex opus eſt: prima breuiſſi-
D ma adhibenda, quæ circa fracturam ter voluta ſurſum
verſus feratur, & quaſi in cochlea ſerpat, ſatiſque eſt eam
ter hoc quoque modo circuire. Altera dimidio longiore,
eáq; quà parte os eminet, ab ea ſi totū æquale eſt, vnde-
libet ſuper fracturam debet incipere priori aduerſa, deor
ſumque tēdere, atque iterū de fractura reuerſa in ſuperio
re parte vltra priorem faſciā deſinere. Super has iniici
endum latiore linteo ceratum eſt, quod eas contineat, ac
ſiqua parte os eminet, triplex ea pannus obiiciendus, eo-
dem vino & oleo madēs. Hæc tertia faſcia comprehen-
E denda ſunt, quartáque, ſic vt ſemper inſequens priori ad-
uerſa ſit, & tertia tantùm in inferiore parte, tres in ſupe-
riore finiant, quia ſatius eſt ſæpius circuire quàm adſtrin
gi. Siquidem id quod aſtrictum eſt, alienatur; & cancro
opportunum eſt, articulum autē quamminimè vincire
opus eſt: ſed ſi iuxta hunc os fractum eſt, neceſſe eſt. De-
ligatum verò membrum in diem tertium continendum
eſt: eáque iunctura talis eſſe debet vt primo die nihil of-
fenderit, non tamē laxa viſa ſit, ſecūdo laxior, tertio iam
penè reſoluta. Ergo tum rurſum id membrum deligan-
F dum, adiiciendáque prioribus quinta faſcia, iterūq; quin
to reſoluendum eſt, & ſexto faſciis inuoluendum, ſic vt
tertia & quinta infrà, cæteræ ſuprà finiantur. Quotieſcū-
que autem ſoluitur membrum, calida aqua fouedum eſt.
Sed ſi iuxta articulū fractura eſt, diu inſtillandū vinum
eſt, exigua parte olei adiecta, eadémque omnia faciēda,
donec ab eo inflammatio ſoluatur, vel leuius quoque
quàm ex conſuetudine id membrum fiat: quòd ſi ſepti-
mus dies non dedit, certè nonus exhibet: tum facillimè
oſſa tractantur. Rurſus ergo ſi parum commiſſa ſunt, cō-
G mitti debent: ſiqua fragmenta eminent, in ſuas ſedes re-
ponenda ſunt. Deinde eodem modo membrum deligā-
dum, ferulæque ſuper accomodandæ ſunt, quæ fiſſæ
circumpoſitæque oſſa in ſua ſede contineant: & in quam
partem fractura inclinat, ab ea latior valentiórque feru-
la imponenda eſt. Eáſque omnes citra articulum eſſe o-
portet reſimas, ne hunc lædant, nec vltrà aſtringi quàm
vt oſſa cōtineāt, & cum ſpatio laxētur, tertio quoque pau
lū habenis ſuis coarctari: ac ſi nulla prurigo, nullus dolor
eſt, ſic manere donec duæ partes ei⁹ tēporis quod os quo
H que cōſeruet cōpleātur, poſtea leuius aqua calida fouere,
quia primò digeri materiā opus eſt, tū euocari. Ergo cera
to quoque liquido id leniter eſt vngendū, perfricādáque
ſumma cutis eſt, laxiúſque id deligādū eſt. Tertio quoq;

die ſoluendum, ſic vt remota calida aqua, cætera eadem
fiant. Tantummodo ſingulæ faſciæ quoties reſolutæ fue-
rint, ſubtrahantur.

De fracti humeri curatione.

Hæc communia ſunt, illa propria. Siquidem hume-
rus fractus, non ſic vt membrum aliud intēditur: ſed ho-
mo collocatur alto ſedili, medicus autem humiliore ad-
uerſus. Vna faſcia brachiū amplexa ex ceruice ipſius qui
læſus eſt, id ſuſtineat: altera ab altera parte ſuper caput da-
ta, ibi accipit nodum: tertia iuncto imo humero deor-
ſum demittitur, ibi quoque capitibus eius inter ſe iun-
ctis. Deinde ab occipitio ipſius, miniſter ſub ea faſcia
quam ſecundo loco poſui, correpto: ſi dexter humerus
ducendus eſt, dextro: ſi ſiniſter, ſiniſtro brachio, demiſ-
ſum inter femina eius qui curatur baculum tenet: medi-
cus ſuper eam faſciam de qua tertio loco dixi, palmam in-
iicit dextram: ſi ſiniſter, ſiniſtram, ſi dexter humerus ſu-
matur, ſimúlque alteram faſciam miniſter attollit, alte-
ram premit medicus: quo fit vt leniter humerus exten-
datur. Faſciis verò, ſi medium aut imum os fractum eſt,
breuioribus opus eſt: ſi ſummū, longioribus, vt ab eo ſub
altera quoque ala per pectus & ſcapulas porrigantur. Pro-
tinus verò brachium quū deligatur, ſic inclinandum eſt
id quod afficit, vt ante faſcias quoque ſic figurandum ſit:
ne poſtea ſuſpenſum aliter, aliter quū deligabatur, hume-
rum inclinet: brachióque ſuſpenſo, ipſe quoque humerus
ad latus leniter deligādus eſt. Per quæ fit vt minimè mo-
ueatur, ideóque oſſa ſic ſe habent vt aliquis compoſuit.
Quum ad ferulas ventum eſt, extrinſecus eſſe earum lon-
giſſimæ debent, à lacerto breuiores, ſed ſub ala breuiſſi-
mæ. Sæpiúſque eæ reſoluendæ ſunt, vbi in vicinia cubiti
humerus fractus eſt, ne ibi nerui rigeſcant, & inutile bra-
chium efficiant. Quoties ſolutæ ſunt, fractura manu con-
tinenda, cubitus aqua calida fouendus, & molli cerato
perfricandus, ferulæque vel omnino non imponendæ cō-
tra eminentia cubiti, vel aliquanto breuiores ſunt.

De brachii fracti curatione.

At ſi brachium fractum eſt, in primis conſiderandum
eſt, alterum os, an vtrunque comminutum ſit, non quò
alia in eiuſmodi caſu curatio admouenda, ſed primùm
vt valentius extendatur ſi vtrunque os fractum eſt: quia
neceſſe eſt minus neruos contrahi altero oſſe integro,
eóſque intendente: deinde vt curioſius omnia in conti-
nendis oſſibus fiant, ſi neutrum alteri auxilio eſt. Nam v-
bi alterum integrum eſt, plus opis in eo quàm in faſciis
feruliſque eſt. Deligari autem brachium debet paulum
pollice ad pectus inclinato, (ſiquidem is maximè brachii
naturalis habitus ſit) idque inuolutum mitella commo-
diſſimè excipitur quæ latitudine ipſi brachio, perangu-
ſtis capitibus collo iniicitur, atque ita commodè brachiū
ex ceruice ſuſpenſum eſt. Idque paulum ſupra cubiti alte-
rius regionem pendere oportet. Quòd ſi ex ſummo cubi-
to id factum ſit, glutinare id vinciendo alienum eſt. Fit
enim brachium immobile, ac ſi nihil aliud quàm dolori
occurſum eſt, idem qui fuit eius vſus eſt.

De crurum femorúmque fractorum curatione.

In crure æquè ad rem pertinet, alterum ſaltem os in-
tegrum manere: commune verò ei femoríque eſt, quòd
vbi deligatum eſt, in canalem coniiciēdum eſt. Is canalis
& inferiori parte foramina habet per quæ ſiquis humor
exceſſerit, deſcēdat: & à planta moram quæ ſimul & ſuſti-
neat eam, & delabi non patiatur: & à lateribus caua, per
quæ loris datis mora quidem crus femúrque, vt colloca-
tum eſt, detineat. Eſſe etiam is debet à plāta, ſi crus fractū
eſt, circa poplitem: ſi femur, vſque ad coxā: ſi iuxta ſupe-
rius caput femoris, ſic vt ipſa quoque ei coxa ſit. Neq; ta-
men ignorari oportet, ſi femur fractum eſt, fieri breuius,
quia nunquam in antiquum ſtatum reuertitur, ſummíſ-
que digitis poſtea cruris eius inſiſti: ſed multa tamen fe-
mori debilitas eſt vbi fortunæ negligētia quoq; acceſſit.

De fracti digiti curatione.

Digitum ſatis eſt ad vnum furculum poſt inflamma-
tionem deligari.

Communes curationes ad humeros, brachia, cru-
ra, femina, digitóſque confractos, pertinentes.

A His propriè ad ſingula membra pertinentibus, rurſus
illa cōmunia ſunt: Primis diebus fames: deinde tum quū
iam increſcere callum oportet, liberalius alimētum, lon-
ga à vino abſtinentia, fomentum aquæ calidæ: dum in-
flammatio eſt, liberale, quū ea deſit, modicum: tum etiā
lōgior vlterioribus & liquido cerato membris, & mollis
tamen vnctio. Neque protinus exercendum id membrū,
ſed ad antiquos vſus reducendum eſt. Grauius aliquanto
eſt quū oſſis fracturæ carnis quoque vulnus acceſſit, ma-
B ximéque ſi id muſculi femoris aut humeri ſenſerunt. nam
& inflammationes multo grauiores & promptiores can-
cros habent. Ac femur quidem, ſi oſſa inter ſe ceſſerunt,
fere præcidi neceſſe eſt. Humerus verò quoque in peri-
culum venit, ſed facilius conſeruatur. Quibus periculis e-
tiam magis id expoſitum quod iuxta ipſos articulos ictū
eſt. Curioſius igitur agendum eſt, & muſculus quidem per
mediam plagam tranſuerſus præcidendus: ſanguis verò,
ſi parum fluxit, mittendus: corpus inedia extenuādum, ac
reliqua quidem membra lentius intendenda, & lenius in
C his oſſa in ſuam ſedem reponenda ſunt. His verò neque
intendi neruos, neque oſſa tractari ſatis expedit. Ipſiq; ho-
mini permittendum eſt vt ſic ea collocata habeat quem-
admodū minimè lædūt. Omnibus autem his vulneribus
imponendum primò linamentum eſt vino madens, cui
roſæ paulum admodum adiectum ſit: cætera eadem deli-
ganda faſciis ſunt aliquanto quàm vulnus latioribus, la-
xius ſcilicet quàm ſi ea plaga non eſſet, quanto facilius
& alienari & occupari cancro vulnus poteſt, numero po-
tius faſciarum id agendum eſt, vt laxæ quoque æquè con-
D tineāt. Quod in femore humeróque ſic fiet, ſi oſſa fortè
rectè concurrerint: ſin aliter ſe habebunt, eatenus circun-
dari faſcia debebit vt impoſitum medicamentum con-
tineat. Cætera eadem quæ ſuprà ſcripſi, faciēda ſunt, præ-
terquam quòd neque ferulis, neque canalibus, inter quæ
vulnus ſaneſcere non poteſt, ſed pluribus tantummodo &
latioribus faſciis opus eſt, ingerendúmque ſubinde in eas
eſt calidum oleum & vinum, magíſque in principio fa-
me vtendum, vulnus calida aqua fouendum, frigúſque
omni ratione vitandum eſt, & tranſeundum ad medica-
E menta quæ puri mouendo ſunt, maiórque vulneri quàm
oſſi cura agenda. Ergo quotidie ſoluendum nutriendúm-
que eſt. Inter quæ ſiquod paruulum fragmentum oſſis e-
minet, id ſi retuſum eſt, in ſuam ſedem dandum: ſi acutū,
antè acumen eius longius eſt præcidendum: ſi breuius, li-
mandum, & vtrinque ſcalpro limandum, tum ipſum re-
condendum eſt: ac ſi id manus facere non poteſt, volſel-
la quali fabri vtuntur, iniicienda eſt rectè ſe habenti capi-
ti, ab ea parte qua ſima eſt vt ea parte qua gibba eſt emi-
nens os in ſuam ſedem compellat. Si id maius eſt, mēbra-
F nulíſq; cinguntur, ſinere oportet ea ſub medicamētis re-
ſolui, idq; os vbi iam nudatū eſt, abſcindere: quod matu-
rius ſcilicet faciendū eſt: potéſtque ea ratione & os coi-
re, & vuln⁹ ſaneſcere. Illud ſuo tēpore, hoc prout ſe habet.
Nonnunquā etiam in magno vulnere euenit vt fragmē-
ta quædam velut emoriantur, neque cum cæteris coeant.
Quod hîc quoque ex modo fluentis humoris colligitur:
quo magis neceſſariū eſt, ſæpius vlcus reſoluere atque nu-
trire. Sequitur verò vt id os per ſe poſt aliquot dies exci-
dat: quū tam miſera antea cōditio vulneris ſit, tamen id
G interdū maius diutiúſque facies. Sæpe enim integra cutis
oſſe abrūbitur, protinúſque prurigo & dolor oritur. Quæ
ſoluere, ſi accedit, maturius oportet, & fouere aqua per æ-
ſtatem frigida, per hyemem egelida: deinde waratū myr-
teum imponere. Interdū fractura quibuſdā velut aculeis
carnem vexat, quo à prurigine & punctionibus cognito,
aperire id meli⁹, eóſque aculeos præcidere neceſſe habet.
Reliqua verò curatio in vtroque hoc caſu eadem eſt quæ
vbi ictus protin⁹ intulit puro iam vlcere. Cibis hîc quo-
que vtendū eſt carnē producētibus: ſi breuius adhuc mē-
H brum eſt, & oſſa loco ſuo non ſunt, paxillus tenuis quāle-
uiſſimi generis inter ea demitti debet, ſic vt capite paulū
ſupra vlcus emineat, íſque quotidie plenior adigendus
eſt, donec par id membrū alteri fiat: tum paxillus remo-
uendus, vulnus ſanandum eſt, cicatrix inducta fouenda
frigida aqua eſt in qua myrtus, hedera, aliæve ſimiles

A verbenæ ſint:illinendúmque medicamentū quod ſiccet, & magis etiam hîc quieſcendum, donec id membrum confirmetur.Siquando verò oſſa non conferbuerunt,quæ ſæpe ſoluta,ſæpe mota ſunt,in apertò deinde curatio eſt: poſſunt enim coire.Si vetuſtas occupauit,membrum extendendum eſt,vt aliquid lædatur.Oſſa inter ſe manu diuidenda, vt concurrendo exaſperentur, & ſiquid pingue eſt,eradatur,totúmque id quaſi recens fiat:magna tamen cura habita ne nerui muſculive lædantur. Tum vino fouendum eſt in quo malicorium decoctum ſit, imponendúmque idipſum oui albo miſtum. B Tertio die reſoluendum,fouendúmque aqua in qua verbenæ de quibus ſuprà dixi,decoctæ ſint:quinto die idem faciēdum, ferulæque circundandæ. Cætera & antè & pòſt eadem facienda quæ ſuprà ſcripſi.Solent tamen interdum diuerſa inter ſe oſſa cōferuere:eóque & breuius membrum & indecorum fit:& ſi capita acutiora ſunt,aſſiduè punctiones ſentiūtur. Ob quam cauſam frangi rurſus oſſa & dirigi debent.Id hoc modo fit:Calida aqua multa membrum id fouetur, & ex cerato liquido perfricatur,intēditúrque:& inter hæc C medicus pertractans oſſa,vt adhuc tenero callo,manibus ea diducit,compellitque id quod eminet in ſuam ſedem: & ſi parum valuit,ab ea parte in qua os ſe inclinat, inuolutam lana regulam obiicit:atque ita deligando aſſueſcere iterum vetuſtæ ſedi cogit. Nonnunquam autem rectè quidem oſſa cœperunt: ſuperincreuit verò nimius callus, ideóque locus intumuit.Quod vbi incidit,diu leniterque id membrum perfricandum eſt ex oleo & ſale & nitro, multúmque aqua calida ſalſa fouendum, & imponendū malagma quod digerat,aſtrictiúſque alligandū, oleribúſ D que,& præterea vomitu vtendum.Per quæ cum carne callus quoque extenuatur, cōfértque aliquid de ſinapi,quod cum ficu in alterum pariter membrū impoſitum, donec id paulū erodat,eóque euocet materiam. Vbi his tumor extenuatus eſt,rurſus ad ordinem vitæ reuertendum eſt.

DE LVXATIS OSSIBVS, Cap. XI.

AC de fractis quidem oſſibus hactenus dictū ſit.Mouētur autem ea ſedibus ſuis duobus modis:nā modò quæ iuncta ſunt inter ſe dehiſcunt,vt quum latum ſcapularum os ab humero recedit,& in brachio radius à cu- E bito,& in crure tibia à ſura,interdum à ſaltu,calcis os à talo:(quod rarò tamen fit) modò articuli ſuis ſedibus excidunt.Antè de prioribus dicam.Quorum vbi aliquid incidit protinus is locus cauus eſt, depreſſúſque digitus ſinū inuenit:deinde grauis inflammatio oritur, atque in talis præcipua: ſiquidem febres quoque & cancros & neruorum vel diſtentiones vel rigores,qui caput ſcapulis annectunt,mouere conſueuit. Quorum vitandorum cauſa facienda eadem ſunt quæ in oſſibus mollibus læſis:vbi ali- F quid incidit, protinus his locis propoſita ſunt, vt dolor tumórque per ea tollantur. Nam diducta oſſa nunquā rurſus inter ſe iunguntur,& vt aliquid decoris eo loco ſit, nihil vſus admittitur. Maxilla verò & vertebra omnéſque articuli quū validis neruis comprehendantur, excidunt: aut vi expulſi,aut aliquo caſu neruis vel ruptis vel infirmatis:faciliúſque in pueris & adoleſcentibus quàm in robuſtioribus:hique elabuntur in priorem & in exteriorē partem,quidam omnibus modis,quidā certis. Suntque quædam communia omnium ſigna, quædam propria cuiuſque.Siquidem ſemper ea parte tumor eſt in qua os prorū- G pit,ea ſinus à qua receſſit:& hæc quidem in omnibus deprehendūtur,alia verò ſi in ſingulis. Quæ,ſimulatque de quoque dicā,proponēda erunt.Sed vt excidere omnes articuli non poſſunt,ſic nō omnes reponuntur. Caput enim nonnūquam compellitur,neque in ſpina vertebra, neque ea maxilla quæ vtraque parte prolapſa,antequam reponeretur, inflāmationem mouit. Rurſum qui neruorum vitio prolapſi ſunt,compulſi quoque in ſuas ſedes, iterū excidunt.At quibus in pueritia exciderunt, neque repoſiti ſunt,minus quàm cæteri creſcunt. Omniúmque quæ lo- H co ſuo non ſunt,caro ea increſcit, magiſque in proximo mēbro quàm in vlteriore.Vt puta ſi humerus loco ſuo nō eſt,maior in eo ipſo fit quàm in brachio, maior in hoc quàm in manus acie.Tum pro ſedibus & pro caſibus qui inciderunt,aut maior aut minor vſus eius membri relinquitur:quóque in eo plus vſus ſupereſt, eo minus id extenuatur.Quicquid autem loco ſuo motum eſt, ante inflāmationem reponēdum eſt.Si illa occupauit, dum cōquieſcat,tunc laceſſendum eſt : vbi finita eſt, tentandum eſt in iis membris quæ id patiuntur. Multum autem eo confert & corporis & neruorū habitus. nam ſi corpus tenue, ſi humidum eſt, ſi nerui infirmi,expeditius os reponitur. Sed & primò facilius excidit,& poſtea minus fideliter cō tinetur.Quæ contraria his ſunt, melius continent:ſed id quod expulſum eſt,difficulter admittunt. Oportet autem ipſam inflammationē leuare, ſuper ſuccida lana ex aceto impoſita, & à cibo,ſi valētioris articuli caſus eſt, triduo, interdum etiam quinque diebus abſtinere debet: bibere aquam calidam dum ſitim finiat.Curioſiúſque hæc facere his oſſibus motis quæ validis pleníſque muſculis continentur: ſi verò etiam febris acceſſit, multo magis:deinde ex die quinto fouere aqua calida,remotáque lana ceratum imponere ex cyprino factum, nitro quoque adiecto donec omnis inflammatio finiatur. Tunc infrictionē ei morbo adhibere,cibis vti bonis,vti vino modicè,iámque ad vſus quoque ſuos id membrum promouere : quia motus vt in dolore peſtifer,ſic aliàs ſaluberrimus corpori eſt. Hæc communia ſunt,nunc de ſingulis dicam.

DE MAXILLAE LVXATAE CVRATIONE, Cap. XII.

MAxilla in priorem partem propellitur,ſed modò altera parte,modò vtraque.Si altera,in contrariā partem ipſa mentúmque inclinatur,dentes paribus non reſpondent,ſed ſub iis qui ſecant canini ſunt.At ſi vtraque totum mentum in exteriorem partem promouetur, inferioréſque dentes longius quàm ſuperiores excedunt,intētique ſuper muſculi apparent: primo quoque tempore homo in ſedili collocandus eſt, ſic vt miniſter à poſteriore parte caput eius contineat,vel ſic vt iuxta parietem is ſedeat, ſubiecto inter parietē & caput eius ſcorteo puluino duro,eóque caput per miniſtrum vrgeatur,quò ſit immobilius.Tum medici digiti pollices linteolis vel faſciis, ne dilabantur,inuoluti in os eius cōiiciendi:cæteri extrinſecus admouendi ſunt.Vbi vehementer maxilla apprehenſa eſt,ſi vna parte procidit,concutiendum mentum, & ad guttur adducendum eſt.Tunc ſimul & caput apprehendēdum,& excitato mento maxilla in ſuam ſedem compellenda,& os eius comprimendum eſt,ſic vt omnia penè vno momento fiant.Si in vtraque parte prolapſa eſt,eadem omnia facienda,ſed æqualiter retrò maxilla agenda eſt. Repoſito oſſe,ſi cum dolore oculorum & ceruicis iſte caſus incidit,ex brachio ſanguis mittendus eſt. Quū omnibus verò quorum oſſa mota ſunt, primò liquidior cibus conueniat,tum his præcipuè,adeò vt ſermo quoque frequenti motu oris per neruos lædat.

DE CAPITE LVXATO, Cap. XIII.

CAPVT, duobus proceſſibus in duos ſinus ſummæ vertebræ demiſſis,ſuper ceruicem cōtineri in prima parte propoſui.Hi proceſſus interdum in poſteriorem partem excidunt,quò fit vt neruus ſub occipitio extēdatur, mentum pectori agglutinetur,neque bibere is, neque loqui poſſit,interdum ſine voluntate ſemen emittat. Quibus celerrimè mors ſuperuenit.Ponendum autem hoc eſſe credidi,non quò curatio eius rei vlla ſit,ſed vt res indiciis cognoſceretur, & non putarent ſibi medicum defuiſſe,ſiqui ſic aliquem perdidiſſent.

DE SPINA LVXATA Cap. XIIII.

IDEM caſus manet eos quorum in ſpina vertebræ exciderunt.Id enim non poteſt fieri niſi ex medulla quæ per medium,& duabus membranulis quæ per duos à lateribus proceſſus feruntur,& neruis qui continent,ruptis. Excidunt autem & in poſteriorem partem,& in priorem, & ſupra ſeptum tranſuerſum,& infrà.Si in vtranque partē exciderint,à poſteriore parte vel tumor vel ſinus oritur: ſi ſuper ſeptum id incidit,manus reſoluūtur, vomitus aut diſtentio neruorum inſequitur,ſpiritus difficulter mouetur,dolor vrget,& aures obtuſæ ſunt: ſi ſub ſepto, femina reſoluūtur, vrina ſupprimitur,interdum etiam ſine volū-

tate prorumpit.Ex eiuſmodi caſibus, vt tardius quàm ex capitis,ſic tamen intra triduum homo moritur.Nã quod Hippocrates dixit,vertebra in exteriorem partem prolapſa,pronum hominem collocandum eſſe,& extendendũ, tum calce aliquem ſuper ipſum debere conſiſtere, id intus impellere:in his accipiendum eſt quæ paulum exceſſerunt,non in iis quæ toto loco motæ ſunt. Nonnũquã enim neruorum imbecillitas efficit vt quanuis non exciderit vertebra,paulum tamen in priorem partem promineat.Id non iugulat,ſed ab interiore parte non contingi quidem poſſe.ab exteriore ſi propulſum eſt, plerunque iterum redit,niſi quod admodum rarum eſt, vis neruis reſtituta eſt.

DE HVMERO LVXATO, Cap. XV.

HVmerus autem modò in alam excidit, modò in partem priorem.Si in alam delapſus eſt,& victus cubitus recedit ab latere,rurſum iuxta eiuſdem partis aurem cum humero porrigi non poteſt,longiuſque altero id brachium eſt.Si in priorem partem, ſummum quidem brachium extenditur,minus tamen quàm naturaliter:difficiliuſque in priorem partem quàm in poſteriorem cubitus porrigitur.Igitur ſi in alam humerus excidit,& vel puerile adhuc eſt corpus vel molle,certè & imbecillibus neruis intentum eſt,ſatis eſt collocare id in ſedili, & ex duobus miniſtris alteri imperare vt caput lati ſcapularum oſſis leniter reducat,alteri vt brachium extendat: ipſum poſteriore parte reſidentem humerum ſub ala eius cogere, ſimúlque & latum os,& altera manu brachium eius ad latus impellere.At ſi vaſtiꝰ corpus,neruíve robuſtiores ſunt, neceſſaria eſt ſpathula lignea, & quæ craſſitudinem duorum digitorũ habet,& longitudine ab ala ad digitos peruenit.In qua ſumma capitulum eſt rotundum, & leniter cauum,vt recipere particulam aliquam ex capite humeri poſſit.In ea bina foramina tribus locis ſunt inter ſe ſpatio diſtantibus,inque ea lora mollia coniiciuntur. Eáque ſpatha faſcia inuoluta,quominus tactu lædat,ad alã à brachio dirigitur, ſic vt caput eius ſummæ alæ ſubiiciatur: deinde loris ſuis ad brachium deligatur, vno loco paulũ infra humeri caput,altero paulum ſupra cubitum, tertiò ſupra manum. Cui rei protinus interualla tũc quoque foraminum aptata ſunt.Sic brachium deligatũ ſuper ſcalæ gallinariæ gradum traiicitur, ita altè vt conſiſtere homo ipſe non poſſit,ſimulque in alteram partem corpus demittitur,in alteram brachium intenditur. Eóque fit vt capite ligni caput humeri impulſum,in ſuã ſedẽ modò cũ ſono, modò ſine hoc cõpellatur.Multas alias eſſe rationes ſcire facile eſt vno Hippocrate lecto,ſed nõ alia magis vſu comprobata eſt.At ſi in priorem partem humerus excidit, ſupinus homo collocãdus eſt,faſciáque aut habena media ala circũdãda eſt, capitáque eius poſt caput hominis miniſtro tradẽda,brachium alteri, præcipiendúmque vt ille habenam,hic brachium extendat: deinde medicus caput quidem hominis ſiniſtra debet repellere,dextra verò cubitum cum humero attollere, & os in ſuam ſedem cõpellere,faciliuſq; id in hoc caſu quàm in priore reuertitur.Repoſito humero,lana alæ ſubiicienda eſt: ſi in interiore parte os fuit,vt ei opponatur:ſi in priore parte,vt tamen commodius deligetur. Tum faſcia primùm ſub ala obuoluta,caput eius debet comprehendere, deinde profectus ad alteram alam,ab eáque ad ſcapulas,rurſúſque ad eiuſdem humeri caput tendere: ſæpiúſque ad eandem rationem circumagi,donec id bene teneat.Vinctus hac ratione humerus commodius continetur: ſi adductus ad latus ſit,ad id quoque faſcia deligatur.

DE CVBITI LVXATI CVRATIONE, Cap. XVI.

IN cubito autem tria coire oſſa,humeri & radii & cubiti ipſius,ex iis quæ prima parte huius voluminis poſita ſunt,intelligi potuit.Sed cubitus qui innexus humero eſt ab hoc excidit,radius qui adiunctus eſt,interdũ trahitur,interdum ſubſiſtit.In omnes verò quatuor partes cubitus excidere poteſt:ſed ſi in priorem prolapſus eſt, extentum brachium eſt, neque recuruatur. Si in poſteriorem, brachium curuum eſt,neque extenditur,breuiúſque altero eſt:interdum febrem vomitúmque bilis mouet. Si in exteriorem interiorémve brachium porrectum eſt, ſed paulum in eam partem à qua os receſſit recuruatum,quicquid incidit,reponendi ratio vna eſt. Neque in cubito tãtùm eſt,ſed in omnibus quoque membris lõgis, quæ per articulum longa teſta iunguntur. Vtrũque membrum in diuerſas partes extendere, donec ſpatium inter oſſa liberũ ſit:tũ id os quod excidit,ab ea parte in quã prolapſum eſt,in contrariam impellere. Extendẽdi tamen alia atque alia genera ſunt,prout nerui valent,aut oſſa huc illúcve ſe derunt:ac modò manibus ſolis vtendum eſt: modò quædam alia adhibenda.Ergo ſi in priorem partem cubitus prolapſus eſt,extendi per duas manus,interdum etiam habenis iniectis ſatis eſt:deinde rotundum aliquid à lacerti parte ponendum eſt,& ſuper id repentè cubitus ad humerum impellendus eſt. At in aliis caſibus commodiſſimũ eſt,eadem ratione brachium extendere,quæ fracto cubito ſuprà poſita eſt, & tum oſſa reponere. Reliqua curatio eadem eſt quæ in omnibus. Celerius tantùm & ſæpius id reſoluẽdũ eſt, multóque magis aqua calida fouẽdum, diutius ex oleo & nitro,ac ſale perfricandum.In cubito enim celerius quàm in vllo alio articulo, ſiue extrà remãſit,ſiue intus reuertit,callus circundatur,iſque ſi per quietem increuit,flexus illius poſtea prohibet.

DE MANV LVXATA, Cap. XVII.

MAnus quoque in omnes quatuor partes prolabitur. Si in poſteriorem partẽ excidit, porrigi digiti non poſſunt:ſi in priorem,non inclinantur:ſi in alterutrum latus,manus in contrarium,id eſt aut ad pollicẽ,aut ad minimum digitum conuertitur.Reponi nõ difficillimè poteſt.Super durum locum & renitentem ex altera parte intendi manus,ex altera brachium debet,ſic vt prona ſit: ſi in poſteriorem partem os excidit,ſupina:ſi in priorem, ſi in interiorem exteriorémve,in latus. Vbi ſatis nerui diducti ſunt,ſi in alterutrum latus procidit manus, brachiũ in contrarium repellẽdum eſt. At iis quæ in priorem poſteriorémve partem prolapſa ſunt,ſuperimponẽdum durum aliquid,idque ſuprà prominens os manu,vrgendum eſt,per quod vis adiecta facilius in ſuam ſedem compellit.

DE PALMA, Cap. XVIII.

IN palma quoque oſſa interdum ſuis ſedibus promouentur,modò in priorem partem,modò in poſteriorẽ. In latus enim moueri paribus oſſibus oppoſitis non poſſunt.Signum id ſolum eſt, quòd omnium commune eſt, tumor ab ea,in quam os venit: ſinus ab ea à qua receſſit. Sed ſine intentione, digito tantummodo bene preſſum os in ſuam ſedem reuertitur.

DE DIGITIS, Cap. XIX.

AT in digitis totidẽ fere caſus, eadémque ſigna ſunt quæ in manibus. Sed in iis extendendis non æquè vi opus eſt,quũm & articuli breuiores, & nerui minus validi ſint. Super menſam tantummodo intendi debẽt qui vel in priorem vel in poſteriorem partem exciderunt: tũ iam palma compelli,atque id quod in latus elapſum eſt, digitis reſtitui.

DE FEMORE, Cap. XX.

QVVM de his dixerim,de iis quoq; quæ in cruribus ſunt videri poſſum dixiſſe. Siquidem etiam in hoc caſu quædam ſimilitudo eſt femori & humero, & tibiæ cubito, & pedi,& manui: quædã tamẽ ſeparatim quoque de his dicenda ſunt.Femur in omnes quatuor partes promouetur,ſæpiſſimè in interiorem, deinde in exteriorẽ, raro admodum in priorem aut poſteriorem. Si in interiorem partem prolapſum eſt, crus longius altero & vaſtius eſt:(extrà enim pes vltimus ſpectat)ſi in exteriorẽ breuius rarúmque fit,& intus inclinatur, calx in greſſu terram nõ contingit,ſed planta ima,meliúſque id crus ſuperius corpus quàm in priore caſu fert,minúſque baculo eget: ſi in priorem crus extenſum eſt, implicarique non poteſt,alteri cruri ad calcem par eſt:ſed ima planta minus in priorẽ partem inclinatur,dolórque in hoc caſu præcipuus eſt, & maximè vrina ſupprimitur. Vbi cum dolore inflammatio quieuit,commodè ingrediuntur, totúſque eorum pes eſt.Sed & ſi in poſteriorem extendi non poteſt crus, bre-

niúſque eſt, vbi conſtitit, calx quoque terram non con- A
tingit,Magnum autem femori periculum eſt ne vel dif-
ficulter reponatur,vel repoſitum rurſus excidat. Quidam
iterum ſemper excidere contendunt, ſed Hippocrates &
Diocles,& Philotimus, & Nileus, & Heraclides Tarenti-
nus,clari admodum authores,ex totoſe reſtituiſſe memo
riæ prodiderunt, neque tot genera machinamentorum
quoque ad extēdendum in hoc caſu femur,Hippocrates,
Andreas Nileus,Nimphodorus,Protarchus, Heraclides,
Faber quoque quidam reperiſſent,ſi id fruſtrà eſſet:ſed vt
hæc falſa opinio eſt,ſic illud verum eſt.Quum ibi valētiſſi B
mi nerui muſculique ſint,ſi ſuū robur habēt, vix admitte
re:ſi nō habēt,poſtea nō cōtinere. Tēdū igitureſt,& ſi te
neri⁹ mēbrū eſt, ſatis eſt habenā alterā ab inguine,alterā
à genu intendi.Si validius,melius adducent,qui eaſdem
habenas ad valida bacula deligarint: túncque eorum fu-
ſtium imas partes oppoſitæ moræ obiecerint, ſuperioréſ-
que ad ſe vtraque manu traxerint.Etiamnum valétius in-
tenditur membrum ſuper ſcamnum,cui ab vtraque par-
te axes ſunt,ad quos habenæ illæ deligantur qui(vt in tor
cularibus) cōuerſi,rumpere quoque, ſiquis perſeuerauc- C
rit,nō ſolùm extēdere neruos & muſculos poſſunt.Collo-
cādus autem homo ſuper id ſcamnum eſt aut pronus, aut
ſupinus,aut in latus: ſic vt ſemper ea pars ſuperior ſit in
quam os prolapſum eſt: ea etiam inferior à qua receſſit.
Neruis extentis ſi in priorē os venit, rotundū aliquid ſu-
per inguē ponendum, ſubitóque ſuper id genu adducen-
dum eſt,eodem modo, eadémque de cauſa qua idem in
brachio fit,protinúſque ſi complicari femur poteſt, intus
eſt.In cæteris vero caſib⁹, vbi oſſa per vim paulū inter ſe
receſſerūt,medic⁹ debet id quod eminet,retrò cogere,mi D
niſter contrà inde coxam propellere. Poſito oſſe,nihil a-
liud noui curatio requirit quàm vt diutius is in lecto deti
neatur,ne ſi motum adhuc neruis laxioribus femur fue-
rit,rurſus erumpat.

DE GENV, Cap. XXI.

GEnu quoque & in exteriorē & in interiorem & in po
ſteriorem partem excidere notiſſimum eſt, in prio-
rem non prolabi plerique ſcripſerunt. Potéſtque id verò
proximum eſſe,quum inde oppoſita patella,ipſa quoque
caput tibiæ contineat.Meges tamen eum cui in priorem E
partem excidiſſet, à ſe curatum eſſe memoriæ prodidit.
In his caſibus intendi nerui rationibus iiſdem quas in fe
more retuli,poſſunt.Et id quidem quod in poſteriorem
partem excidit,eodem modo rotūdo aliquo ſuper popli-
tem impoſito,adductóque eo crure conditur.Cætera ve-
rò manibus ſimul,tū oſſa in diuerſas partes cōpelluntur.

DE TALO, Cap. XXII.

TAlus in omnes partes prolabitur. Vbi in interiorem
partem excidit, ima pars pedis in exteriorem partē
conuertitur.Vbi huic contrarius talus,contrarium etiam
ſignum extat:ſi in priorem partem erumpit, à poſteriore
latus neruus durus & inſanus eſt, minúſque is opus eſt: ſi
in poſteriorem,lanx penè conditur,plaga maior fit. Repo
nitur autem is quoque per manus, priusin diuerſa pede
& crure diductis. Et in hoc quoque caſu diutius in lectu-
lo perſeuerandum eſt,ne is talus qui totum corpus ſuſti-
net,parum confirmatis neruis ferēdo oneri cedat, rurſuſ-
que prorumpat. Calceamentis quoque humilioribus pri-
mo tempore vtendum,ne iunctura talum ipſum lædat.

DE PLANTA, Cap. XXIII.

PLantæ oſſa iiſdem modis quibus in manu, prodeunt,
iiſdemque conduntur.Faſcia tantummodo calcē quo
que debet comprehendere:ne quum mediam plantam i-
múmque eius vinciri neceſſe eſt,liber,talus in medio re-
lictus,materiam pleniorem recipiat,ideoque ſuppuret.

DE DIGITIS, Cap. XXIIII.

IN digitis nihil vltrà fieri debet quàm quòd in iis qui
ſunt in manu poſitum eſt. Poteſt tamen conditus arti-
culus medius aut ſummus canaliculo aliquo contineri.
Hæc faciēda ſunt in his caſibus, vbi ſine vulnere oſſa ex-
ciderunt.Hic quoque & ingens periculū eſt.& eo grauius
quo maius membrum eſt, quóve validioribus neruis aut
muſculis cōtinetur. Ideóque humeris femoribúſque me-
tus mortis eſt,ac ſi repoſita oſſa ſunt, ſpes nulla eſt. Non
repoſitis tamen nonnullum periculum eſt. Eóque ma-
ior in vtroque timor eſt, quò propius vulnus articulo
eſt.Hippocrates nihil tutò reponi poſſe præter digitos &
plantas & manus dixit,atque in his quoque diligenter eſ-
ſe agendū,ne præcipitarent: quidam brachia quoque &
crura repoſuerunt. Et ne cancri diſtentionéſque neruorū
orirētur,ſub quibus in eiuſmodi caſu fieret mors matura,
ſanguinem ex brachio miſerūt. Verùm ne digitus quidē
in quo minimum vt malum,ſic etiam periculum eſt, re-
poni debet ante inflammationem, aut poſtea quum iam
vetus res eſt.Si repoſito quoque oſſe,nerui diſtenduntur,
rurſus id protinus expellendum eſt. Omne autem mem-
brum quod cum vulnere loco motum, neque repoſitum
eſt,ſic iacere conuenit vt maximè cubantē iuuat, tantùm
ne moueatur,néve depēdeat.In omníque tali morbo ma
gnum ex longa fame præſidium eſt,deinde ex curatione
eadem quæ propoſita eſt,vbi oſſibus fractis vulnus acceſ
ſit.Si nudum os eminet, impedimento ſemper futurum
eſt: id quod excedit abſcindendum eſt: imponendáque
ſuper arida linamenta ſunt & medicamenta nō pinguia,
dónec quæ ſola eſſe in eiuſmodi re ſanitas poteſt, veniat.
Nā & debilitas ſequitur,& tenuis cicatrix inducitur, quæ
neceſſe eſt facilè noxæ poſtea pateat.

SCRIBONII LARGI DE COMPOſitione medicamentorum liber.

SCRIBONIVS LARGVS CAIO IVLIO

Calliſto ſuo S.

INTER maximos quondam habitus medicos Herophilus, Cai Iuli Calliſte, fertur dixiſſe, medicamenta diuinum munus eſſe: & id quidem non ſine ratione, vt mea fert opinio. Prorſus enim quod tactus diuinus efficere poteſt, id præſtant medicamenta vſu experientiáque probata. Animaduertimus itaque ſæpe inter deliberationes contentionéſque medicorum authoritate præcellentium, dum quæreretur quidnam faciendum, aut qua ratione ſuccurrendum eſſet ægro, quoſdam humiles quidem & alioquin ignotos, vſu verò peritiores, & (quod fateri pudet) longè ſummotos à diſciplina medicinæ, ac ne ad fines quidem eius profeſſionis, medicamento efficaci dato, protinus velut præſenti numine, omni dolore periculóque liberaſſe ægrum. Quamobrem ſpernendi ſunt qui medicinam ſpoliare tentant vſu medicamentorum: non à medendo, ſed à potentia effectúque medicamentorum ita appellatam: probandi autem qui omni modo ſuccurrere periclitantibus ſtudent. Ego certè aliquoties magnum ſcientiæ conſequutus ſum titulum ex vſu proſperè datorum medicamentorum, multóſque ex eadem cauſa non mediocrem gloriam tuliſſe memini. Eſt enim hæc pars medicinæ vt maximè neceſſaria, ita certè antiquiſſima, & ob hoc primùm celebrata atque illuſtrata. Siquidem verum eſt, antiquos herbis ac radicibus earum, corporis vitia curaſſe: quia etiam tunc genus mortalium inter initia non facilè ſe ferro committebat. Quod etiam nunc plerique faciunt, (ne dicã omnes) & niſi magna compulſi neceſſitate, ſpéque ipſius ſalutis non patiuntur ſibi fieri, quæ ſanè vix ſunt toleranda. Cur ergo aliqui excludant medicinam & vſum medicamẽtorum non inuenio, niſi vt detegant imprudentiam ſuam. Siue enim nullum experimentum eius generis remediorum habent, meritò accuſandi ſunt quòd tam negligentes in tam neceſſaria parte fuerint: ſiue experti quidem ſunt eorum vtilitatem, denegant autem vſum, magis culpandi ſunt, qui crimine inuidentiæ flagrant. quod malum, cũ omnibus animantibus inuiſum eſſe debet, tum præcipuè medicis, in quib⁹ niſi plenus miſericordiæ & humanitatis animus eſt, ſecundũ ipſius profeſſionis voluntatem, omnibus diis & hominibus inuiſi eſſe debent. Idcirco ne hoſtibus quidẽ malum medicamentũ dabit qui ſacramẽto medicinæ legitimè eſt obligatus: ſed perſequetur eos, quũ res poſtulauerit, vt miles & ciuis bonus, omni modo. Quia medicina non fortuna neque perſonis homines æſtimat: verùm æqualiter omnibus implorãtibus auxilia ſua, ſuccurſurã ſe pollicetur, nullique vnquam nociturã profitetur. Hippocrates conditor noſtræ profeſſionis, initia diſciplinæ ab iureiurando tradidit: in quo ſanctum eſt, ne prægnanti quidẽ medicamentum quo conceptum excutitur, aut detur, aut demonſtretur à quoquã medico: longè præformans animos diſcentiũ ad humanitatem. Qui enim nefas exiſtimauerit ſpem dubiã hominis lædere, quanto ſceleſtius perfectè iam nato nocere iudicabit? Magni ergo æſtimauit, nomen decúſque medicinæ conſeruare pio ſanctóque animo quenque, ſecundũ ipſius propoſitum ſe gerentẽ. ſcientia enim ſanandi, non nocendi, eſt medicina: quæ niſi omni parte ſua plenè incumbat in auxilia laborantium, non præſtat quam pollicetur hominibus miſericordiam. Deſinant ergo qui prodeſſe afflictis aut nolunt aut non poſſunt, alióſque deterrent, negando ægris auxilia, quæ per vim medicamentorũ frequenter exhibentur. Etenim quaſi per gradus quoſdam medicina laborantibus ſuccurrit. Nam primùm cibis ratione aptóque tempore datis, tentat prodeſſe languẽtibus: deinde, ſi ad hos non reſponderit curatio, ad medicamentorũ decurrit vim: (potentiora enim hæc & efficaciora quàm cibi) pòſt vbi ne ad hæc quidem cedunt difficultates aduerſæ valetudinis, tunc coacta, ad ſectionẽ, vel vltimò ad vſtionem deuenit. At Aſclepiades maximus author medicinæ, negauit ægris danda medicamenta. Quidã enim hoc mendacio etiam pro argumento vtuntur. Poteram tamen (ſi verum id eſſet) dicere, Viderit Aſclepiades quid ſenſerit: fórſan non omnino in hanc partem animum intendit. Homo fuit, parum feliciter ſe in hoc negotio geſſit. Non deterreor perſona, quum rem tam manifeſtè prodeſſe videam. Nunc verò quum tam impudenter comminiſcantur de eo, quid poſſum vltrà dicere? niſi genere quodam parricidium ac ſacrilegium eos committere qui hæc dicũt? Ille enim febricitantibus, vitiiſque præcipitibus correptis, quæ ὀξῆ πάθη Græci dicunt, negauit medicamenta danda: quia cibo vinóque aptè interdum dato remediari tutius eos exiſtimauit. Cæterùm in libro qui περὶ σκευαστικῶν (id eſt præparationũ) inſcribitur, contendit vltimæ ſortis eſſe medicum qui non ad ſingula quæque vitia binas ternáſve compoſitiones, & expertas, protinus paratas habeat. Vides ergo quàm non placeat Aſclepiadi vſus medicamentorũ? cui niſi plura quis ad quodque genus vitii medicamenta compoſita habeat, non videtur dignus profeſſione medicinæ. Sed iſta licentia nomine tantummodo medicorum, propter quorundam negligentiam latius proceſſit. Raro enim aliquis priuſquam ſe ſuóſque tradat medico, diligenter de eo iudicat: quum interim nemo ne imaginem quidem ſuam committat pingendam niſi probato prius artifice per quædam experimenta, atque ita electo. Habent itaque omnes pondera atque menſuras exactas, nequid erroris in rebus non neceſſariis accidat: videlicet quia ſunt quidam qui pluris omnia quàm ſeipſos æſtimant. Itaque ſublata eſt ſtudendi cuique neceſſitas, & non ſolùm antiquos authores, per quos conſummatur profeſſio, quidam ignorant, ſed etiam comminiſci falſa de his audent. Vbi enim delectus non eſt perſonarũ, ſed eodem numero malus bonúſque habetur, (quod ſine labore poteſt cõtingere) idémq; dignitatis vtilitatíſque præſtare videtur poſſe, vnuſquiſque id magis ſequitur. ſic, vt quiſque volet, faciet medicinã. Quoſdam enim à peruerſo propoſito nemo poteſt mouere, & ſanè omnibus permiſit liberum arbitriũ magnitudo profeſſionis. Multos itaque animaduertimus, vnius partis ſanandi ſciẽtia, medici plenũ nomen conſequutos. Nos verò ab initio rectam viam ſequuti, nihil prius totius artis perceptione, quæ homini permittitur, iudicauimus: quia ex hac omnia cõmoda nos cõſequuturos exiſtimabamus: nõ mediuſfidius tam ducti pecuniæ aut gloriæ cupiditate quàm ipſius artis ſcientia. Magnũ enim & ſupra hominis naturã duximus, poſſe aliquem tueri, & recuperare ſuam & vniuſcuiuſque bonã valetudinem. Itaque vt cæteris partibus diſciplinæ, ita huic quoque quæ per medicamenta virtutẽ ſuã exhibet, curioſè inſtitimus: eo magis quòd percipiebamus in dies ex vſu profectus eius, quos interdum ſupra fidem atque opinionem plurimorum exhibebamus. Sed quid vltrà opus eſt probare neceſſarium vſum eſſe medicamentorũ? præcipuè tibi, qui quia percepiſti vtilitatẽ eorum, idcirco à me compoſitiones quaſdã petiiſti. Ego autẽ memor humanitatis tuæ, cãdoríſque animi tui (quem omnibus quidem hominibus plenè, mihi autem etiam peculiariter præſtas) non ſolùm quas deſideraſti, verumetiam ſiquas aliàs expertas in præſenti habui, in hunc librũ contuli. Cupio enim mediuſfidius qua poſſum, tuæ in me tam perſeueranti beneuolentiæ reſpondere: adiutus omni tẽpore à te, præcipuè verò his diebus. Vt primùm enim potuiſti, nõ es paſſus ceſſare tuæ erga me pietatis officium, tradendo ſcripta mea Latina medicinalia deo noſtro Cæſari: quorum poteſtatem tibi fecerã, vt ipſe prior legeres, ſimpliciterque indicares mihi quid ſentires. plurimũ enim iudicio tuo tribuo. Tu porro cãdidiſſimo animo & erga me beneuolentiſſimo, diligentiã meam ſub tanti nominis editione, non verbis, ſed re probaſti: periculúmque nõ minus tui iudicii quàm ego ſtyli, propter me adiſti, quo tẽpore diuinis manibus laudando cõſecraſti. Fateor itaque libẽter, vnicaſ me tibi gratias agere, quòd & priuſquam rogareris, cõſummaſti amiciſſimo affectu vota mea: quod cõtigit mihi fauore pleniſſimo tuo, maturiorẽ percipere ſtudii huius mei fructũ ac voluptatem. Ignoſces autem ſi paucæ viſæ tibi fuerint compoſitiones, & non ad omnia vitia ſcriptæ. Sumus enim (vt ſcis) peregre: nec ſequitur nos niſi neceſſarius admodum numerus libellorũ. Poſtea tamẽ, ſi & tibi videbitur, ad ſingula quæq; vitia plures cõpoſitiones colligem⁹. Oportet enim copiam quoque earum ſelectam habere: quoniam reuera quædam quibuſdam magis, & non omnes omnibus conue-

niunt, propter differentiam ſcilicet corporum . quarum initium à capite faciemus,(ſummum enim & primum locum hoc obtinet)dantes operam vt ſimplicia primò ponamus.Interdum enim hæc efficaciora ſunt quàm ex pluribus compoſita medicamenta. Erit autem nota denarii vnius pro Græca drachma. æquè enim in libra * denarii octogintaquatuor apud nos,quod drachmæ apud Græcos incurrũt.Primùm ergo ad quæ vitia compoſitiones exquiſitæ & aptæ ſint, ſubiecimus,& numeris notauimus,quò facilius quod quæretur inueniatur : deinde medicamentorum quibus compoſitiones conſtant,nomina & pondera vitiis ſubiunximus.

INDEX COMPOSITIONVM SCRIBONII LARGI.

Ad capitis dolorẽ primis diebus, etiã in febre. I.
Item ad eundem aliud. II.
Ad capitis dolorem plurium dierum. III.
Ad capitis dolorem omnem. IIII.
Ad capitis dolorem,quum inueterauerit. V.
Purgatio capitis per nares. VI.
Alia purgatio per nares. VII.
Alia purgatio. VIII.
Purgatio capitis per os. IX.
Sternutatorium ad diuturnum capitis dolorem. X.
Ad capitis omnem dolorem,& quanuis veterem,quæ res in perpetuum ſanat. XI.
Ad comitialem morbum ſimplicia.IIII.compoſitum vnum. XII.
Ad eundem aliud. XIII.
Ad eundem aliud. XIIII.
Ad eundem aliud. XV.
Ad eundem aliud. XVI.
Ad eundem aliud. XVII.
Ad eundem aliud. XVIII.

Item collyria leuia.

Ad conturbationes & epiphoras oculorum ſimplex res, quæ omni collyrio melius facit. XIX.
Ad eaſdẽ collyriũ ex plantaginis ſucco mirificum. XX.
Ad eaſdem aliud. XXI.
Ad eaſdem Diaglaucium nouè factum. XXII.
Ad plurium dierũ ἐπιφορὰν quũ glutinoſa lacryma fluit. XXIII.
Aliud collyrium ad tenuem lacrymam, & ad puſtulas, & vlcera pura. XXIIII.
Collyrium ad ſordida vlcera & cruſtas,quas ἐσχάρας Græci vocãt.Item ad carbunculos,puſtulas,aſpritudinem palpebrarum recentium. XXV.
Collyrium leue quod facit ad tenuem & acrem lacrymã, puſtulas, & ad vſtiones, & vlcera : item ad ſolutas cicatrices, quod quidam Athenippum, quidam Diaſmyrnes,alii εὐώδεις vocant. XXVI.
Aliud ad idem ψιττακινόν. XXVII.
Collyria acria, & τελχιστα ad cicatrices extenuandas, & palpebrarum aſpritudinem. XXVIII.
Alio modo ad idem. XXIX.
Ad palpebras perungendas. XXX.
Aliud quo Auguſtus vſus eſt collyrium ψωρικόν. XXXI.
Ad caliginem & aſpritudinem oculorum,ſiccàmque perturbationem,quam ξηροφθαλμίαν Græci vocant. XXXII.
Aliud ad caliginem & aſpritudinem. XXXIII.
Aliud ad idẽ,quod magis mulieribus conuenit. XXXIIII.
Ad cicatrices extenuandas veteres,& caliginem,& aſpritudinem acrem, quod ſemel inunctum plurium dierũ effectum exhibet. XXXV.
Collyrium quod propriè ad aſpritudinem & calloſitatem palpebrarum facit. XXXVI.
Liquidum medicamẽtum ad veterrimam aſpritudinem palpebrarum,& callos duriſſimos. XXXVII.
Aliud liquidum medicamentũ ad ſuffuſiones. XXXVIII.
Ad auriculæ dolorem, & tumorem ſimplicia benefaciẽtia ſex. XXXIX.
Ad idem compoſitum ex duabus rebus mirificum. XL.
Ad tumorem & exulcerationem aurium. XLI.
Aliud ad carnem in foramine auris excreſcẽtem. XLII.
Ad parotidas ſimplex. XLIII.
Compoſitio ad idem. XLIIII.
Alia compoſitio ad eaſdem antequã ſuppurauerint. XLV.
Ad ſanguinis eruptionem de naribus remedia. XLVI.
Medicamentum compoſitum ad idem. Si præfocabuntur obturatis naribus,qua ratione efficiatur vt adſpirẽt, & nihilominus nares ſpiſſatas habeant. XLVII.
Ad vlcera in naribus compoſitiones duæ. XLVIII.
Ad idem. XLIX.
Ad grauem odorem earũ,quem ὄζαιναν Græci dicũt. L.
Ad polypos. LI.
Ad grauedinem. LII.
Ad dentium dolorem,quibus colluendi ſunt. LIII.
Quibus ſuffiri oportet. LIIII.
Quæ eum manducare oportet. LV.
Quæ imponere extrá. LVI.
Qui mouentur dentes,vt confirmentur. LVII.
Ad eoſdem aliud remedium. LVIII.
Dentifricii compoſitio. LIX.
Dentifricium Octauiæ Auguſtæ. Aliud Meſſalinæ. LX.
Ad fluorem gingiuarum, quas prægnantes quidam vocant,& fluorem ſanguinis. LXI.
Ad cancrum in ore ſimplicia duo,cõpoſitum vnũ. LXII.
Ad idem. LXIII.
Ad faucium & vuæ tumorem. RXIIII.
Ad idem. LXV.
Ad ſuppurationẽ faucium ſuſpectã etiam factam. LXVI.
Ad anginam. LXVII.
Ad idem compoſitum ex pluribus. LXVIII.
Item ad idem compoſitum ex pluribus. LXIX.
Item ad idem compoſitum ex pluribus. LXX.
Ad vuam diu iacentem. LXXI.
Ad arteriam diu exaſperatam. LXXII.
Ad tumorem arteriæ & tuſſim. LXXIII.
Ad fluorem & raucitatem arteriæ. LXXIIII.
Arteriace qua melior non eſt,facit ad omne vitium arteriæ,euiratámque reſtituit vocem. LXXV.
Ad ſuſpirium ſimplicia quatuor. LXXVI.
Ad idem compoſitum ex pluribus. LXXVII.
Ad idem compoſitum ex pluribus. LXXVIII.
Item ad idem compoſitum ex pluribus. LXXIX.
Ad ſtrumas ſimplicia duo. LXXX.
Ad idem cõpoſitum ex pluribus, & ad mammarum duritiem. LXXXI.
Item ad idem compoſitum ex pluribus,& ad omnem duritiem. LXXXII.
Ad ſanguinis eruptionem ex arteria, vel de pectore, vel de pulmone,ſimplicia quinque. Imponenda extrà quæ ſunt,& quæ euitanda. LXXXIII.
Paſtilli duo ad idem. LXXXIIII.
Paſtillus ad idem. LXXXV.
Paſtillus ad idem. LXXXVI.
Catapotium ad tuſſim aridam & veterem. LXXXVII.
Catapotium ad tuſſim cum fluore. LXXXVIII.
Catapotium ad tuſſim veterem. LXXXIX.
Paſtillus ad deſtillationem pectoris, & quicquid ſupprimendum eſt,præcipuè ad phthiſicos: initiò ſomnũ facit,dolorem omnis partis ſedat. XC.
Paſtillus ad idẽ remiſſior Valentis præceptoris mei. XCI.
Paſtillus ad ſtomachi ſolutionem.Idem ad deiectionẽ,& veſicæ dolorẽ adiuuat,& oculorum epiphoras. XCII.
Paſtillus ex odoribus, facit ad omnem dolorem, propriè autem ad tuſſim. XCIII.
Medicamentum quod cochleario ſumitur ad tuſſim aridam,& lateris dolorem cum febre. XCIIII.
Alterum medicamentum ad tuſſim aridam, & horrores qui ſolent præcedere febres. XCV.
Aliud medicamentum ad tuſſim aridam. XCVI.

Ad lateris dolorem, ſiue cum febre, ſiue ſine febre, Pacchii Antiochi mirifica compoſitio. xcvii.
Eadem ad morbo comitiali correptos, quos ἐπιληπτικοὺς dicunt, & furioſos. xcviii.
Eadem ad ſcotomaticos, & cephalalgicos. xcix.
Ad ſuſpirioſos, & vocis abſciſionem. c.
Ad muſculos maxillares, & facies prauas. ci.
Ad duritiem mammarum muliebrium. cii.
Ad ſtomachicos, quod euidenter conuenit. ciii.
Ad eos quibus frequenter inaceſſit cibus, & inflationibus vrgentur, & melancholicos. ciiii.
Ad ſtomachi vitium quod cum ſiti ardeſcit. cv.
Ad inteſtina & colũ, & vomicas, & mẽſtrua mulierũ. cvi.
Ad idem & comitialem morbum, & furioſos, & podagram. cvii.
Ad ſtomachi ſolutionem & fluorem. cviii.
Ad ſtomachi dolorem & inflationem. cix.
Aliud ad idem. cx.
Paſtillus ad cœliacos & torminoſos. cxi.
Alter melior ad eoſdem. cxii.
Alter ad torminoſos efficacior. cxiii.
Paſtillus qui per anum mittitur quum inteſtina cãcer occupat. cxiiii.
Potio quæ quũ hoc medicamentũ ſubtus immiſſum eſt, propriè conuenit. cxv.
Ad εἰλεὸν, quod eſt inflatio inteſtinorum pernicioſa. cxvi.
Ad idem vitium alterum medicamentum. cxvii.
Ad idem quod per anum mittitur. cxviii.
Ad coli inflationem, & dolorem vetuſtum. cxix.
Caſſii medici colica bona. cxx
Iulii Baſſi medici colice melior. Eadem ad vitia muliebria facit. cxxi.
Ad colum quod & in præſentia tollit dolorẽ, & in futurũ remediat. cxxii.
Ad tumorem iocinoris, & ad duritiem. cxxiii.
Ad duritiem iocinoris veterem. cxxiiii.
Ad tumorem & dolorem iocinoris, & lienis, & renum, & veſicæ, & qui propter hæc mali coloris ſunt. Idémque prodeſt ad aquæ mutationes. cxxv.
Ad tumorem & duritiem iocinoris veterem: idem ad lienoſos, & hydropicos, & arquatos, & quibus vrina mouenda. cxxvi.
Ad auriginem, quod vitium quidam arquatum, quidam regium vocant. cxxvii.
Ad lienoſos medicamentum. cxxviii.
Aliud ad lienoſos medicamentum. cxxix.
Lienem quod ſanat extrà poſitum. cxxx.
Aliud extrà impoſitum. cxxxi.
Ad flatus lienoſos. cxxxii.
Ad hydropicos quũ iam diſtenti ſunt aquæ multitudine. cxxxiii.
Alterũ medicamentũ eiuſdẽ generis efficaci⁹. cxxxiiii.
Aluum mollientia. cxxxv.
Ad idem. cxxxvi.
Ad idem. cxxxvii.
Altera purgatio per globulos, qui deuorati integri deiiciuntur. cxxxviii.
Alia purgatio eiuſdem generis. cxxxix.
Ad tineas necandas & lumbricos. cxl.
Ad lumbricos. cxli.
Ad τεινεσμὸν: vitium eſt extremi inteſtini, irritatio cum deſurrectione. cxlii.
Ad renum tumorem & vlcerationem. cxliii.
Ad renum dolorem potio: ac renum, iocinoris, lieniſque tumorem, atque malum colorem, & aquæ mutationes. cxliiii.
Ad lapidem in renibus innatum, & vrinam ſuppreſſam. cxlv.
Ad tumorem & exulcerationem veſicæ. cxlvi.
Ad dolorem veſicæ, & difficilem exitum vrinæ, quod vitium Græci δυσουρίαν dicunt. cxlvii.
Ad veſicam exulceratam. cxlviii.
Ad ſanguinem per vrinam reddentes. cxlix.
Ad calculoſos. cl.
Alterum ad eoſdem. cli.
Aliud ad calculoſos. clii.
Ad calculoſos, lienoſos, hydropicos. cliii.
Ad lumborum dolorem. cliiii.
Aliud ad lumborum dolorem. clv.
Ad paralyſin, & lumborũ dolorem Antiochi antidotus optimè facit: acopum ad paralyſin. clvi.
Ad lumborum dolorem malagma. clvii.
Ad podagram cum tumore, & feruore, & rubore, quam caldam vocant. clviii.
Ad eandem podagram. clix.
Ad podagram frigidam. clx.
Ad eandem quaſi acopum. clxi.
Ad vtranque podagram remedium, quod in perpetuum ſanat. clxii.
Necui ſerpens noceat. clxiii.
Nequem ſcorpio feriat. clxiiii.
Ad morſus & ictus ſerpentium theriace. clxv.
Altera theriace ad eadem. clxvi.
Altera theriace etiam ad aſpidem. clxvii.
Ad viperæ morſum propriè. clxviii.
Antidotos Zopyri. clxix.
Antidotos Mithridatis. clxx.
Antidotos Apulei Celſi ad canis rabioſi morſum. clxxi.
Ad idem remedium quod brachio alligatur. clxxii.
Antidotos Celſi. clxxiii.
Compoſitio alia. clxxiiii.
Emplaſtrum mirificum ad canis rabioſi morſum. clxxv.
Antidotos Caſſii ad toxicũ, & tela veneno tincta. clxxvi.
Antidotos Marciani ad omnia mala medicamenta, quæ τελεία (id eſt perfecta) dicitur, quæ Auguſto componebatur. clxxvii.
Singulorum malorum medicamentorum propria auxilia. clxxviii.
Ad cicutam. clxxix.
Ad opium. clxxx.
Ad altercum. clxxxi.
Ad gypſum. clxxxii.
Ad ſpumam argenti. clxxxiii.
Ad ceruſſam. clxxxiiii.
Ad coriandrum. clxxxv.
Ad leporem marinum. clxxxvi.
Ad ſalamandram. clxxxvii.
Ad aconitum. clxxxviii.
Ad cantharidas. clxxxix.
Ad bupreſtim. cxc.
Ad dorycnion. cxci.
Ad ixiam. cxcii.
Ad ephemeron. cxciii.
Ad toxicum. cxciiii.
Ad pharicum. cxcv.
Ad tauri ſanguinem. cxcvi.
Ad lac potum. cxcvii.
Ad fungos venenatos. cxcviii.
Ad ſanguiſugam. cxcix.
Quoties ſuſpicio mali medicamenti fuerit, commune remedium. cc.

Item Emplaſtra.

Emplaſtrum viride Triphonis chirurgi, quod facit quũ oſſa in capite fracta ſunt. cci.
Emplaſtrum viride Megetis chirurgi ad eadem. ccii.
Emplaſtrum viride Triphonis ad vulnera recẽtia. cciii.
Emplaſtrum Traſeæ ad eadem minus acre. cciiii.
Emplaſtrũ viride Triphonis facit ad vetera vlcera. ccv.
Emplaſtrum viride Gliconis chirurgi ad omnia mirificũ vitia corporis, Iſis vocatur. ccvi.
Emplaſtrum nigrum quod βάρβαρος dicitur: facit ad omne vulnus recens & contuſum. ccvii.
Emplaſtrum nigrum Traſeæ facit ad omne recens vulnus neruorum, muſculorúmque punctus: idem articulos præciſos iungit. ccviii.
Emplaſtrum nigrum Ariſti chirurgi, ad vulnera recentia, punctúſque muſculorum, neruorúmque, ad luxum, cõtuſum: præcipuè quũ oſſa fracta ſunt artuum. ſine alligatura enim dimidio celerius ſanat. ccix.
Emplaſtrum nigrum Triphonis chirurgi facit ad cõtuſa,

&ad canis morſum, & furunculos. Idem roſa dilutum explet vlcera concaua idem vocatur βασιλική. ccx.
Emplaſtrum nigrum Ariſti chirurgi facit ad eadem, & vocatur τετραφάρμακος. ccxi.
Emplaſtrum rubrum Dionyſi chirurgi facit ad leuia vulnera & in tenerioribus corporibus. ccxii.
Alterum rubrum emplaſtrum quo venatores vtuntur: facit enim ad canis,& ad omniũ quadrupedum morſus, Megetis chirurgi. ccxiii.
Emplaſtrum coloris incerti, facit ad omnia mediocria vulnera, & ad morſum omniũ quadrupedum: ad contuſa,inciſa articulamenta,mirè facit.Itẽ cicatricem ducit,tumorẽ non patitur fieri,neque pus: faſciam,lanam ſuccidã non deſiderat: in balneo aut ſolio non excidit. Furũculos,ſtrumas aut diſcutit,aut aperit,aut perſanat. ccxiiii.
Emplaſtrum luteum Euelpiſti chirurgi facit ad tenera vlcera mediocriter læſa. ccxv.
Emplaſtrum quod aperit & ducit pus, vel ſiquid aliud ſubeſt: ἐπὶσπαστικὴ dicitur. ccxvi.
Emplaſtrum ex ſale album, quod δι᾽ἁλῶν Græci vocant: facit ad omnẽ duritiem,& diutinum dolorem,& ducit ſudores:eadẽ vlcera calloſa renouat,& cogit facilius cicatricem ducere. ccxvii.
Emplaſtrum aliud ex ſale nigrum ad eadem efficacius. ccxviii.
Emplaſtrum album ad combuſta, & exulcerata ex frigore,quæ perniones vocantur. ccxix.
Emplaſtrum album ad cicatricem ducendam Pacchii Antiochi,ad perniones, ad cõbuſta, & vlcera, quæ κακοήθη Græci dicunt. Idem ex roſa dilutũ facit melius omni lipara,ad omnia vitia quæ in ano fiunt. ccxx.
Emplaſtrum ad combuſtũ mirificè facit: idem nigrũ,& citò perſanat. ccxxi.
Lipara ad intertriginem, & exaſperationem, atque tumorem ani. ccxxii.
Lipara rufa facit ad fiſſuras ani, quas ῥαγάδας Græci dicunt. Eadem ad eiuſdem partis vitia, & vlcera diutina. ccxxiii.
Ad condylomata ſimplicia complura. ccxxiiii.
Ad idem compoſita. ccxxv.
Ad idem alia. ccxxvi.
Hæmorrhoidas quemadmodum medicamento curare oporteat. ccxxvii.
Non exulceratas eminentias ex qualibet corporis parte medicamento tollere. ccxxviii.
Suppurationem ſine ferro aperire,& quòd idem medicamentum pectoris, lateris, lumborum diutinos dolores tollit. ccxxix.
Melior Tryphera: hoc enim nomine appellatur vtrũque genus medicamenti. ccxxx.
Ad ſtigmata tollenda medicamentum. ccxxxi.
Inteſtinum extremum quum prodit, quibus oporteat remediis vti. ccxxxii.
Ad teſticulorum tumorem. ccxxxiii.
Ad veretri tumorem. ccxxxiiii.
Si vlcus ſordidum fuerit, aut cancro tentabitur, corruptũmve fuerit,compoſita duo. ccxxxv.
Si cicatrix ducenda eſt. ccxxxvi.
Ad omne vlcus, in omni parte corporis ſordidum, communia ſimplicia medicamenta,& compoſitum vnum. ccxxxvii.
Ad omne purum vlcus, & concauum quæ complent. ccxxxviii.
Ad omne vlcus in quo caro excreſcit. ccxxxix.
Ad idem, alio modo compoſitum. Emplaſtrum ad cicatricem ducendam. ccxl.
Emplaſtrum ad cicatricem ducendam. ccxli.
Emplaſtrum ad idem, διὰ καδμίας dicitur. ccxlii.
Ad papulas in capite efferueſcentes, vel qualibet corporis parte. ccxliii.
Ad ignem ſacrum complura ſimplicia. ccxliiii.
Ad idem compoſitum. ccxlv.
Ad idem aliud. ccxlvi.
Ad Zonam quam Græci ἕρπητα vocant. ccxlvii.
Ad idem aliud medicamentum. ccxlviii.
Ad impetigines ſimplex compoſitum. ccxlix.
Ad idem aliud. ccl.
Ad ſcabiem ſimplex vnum,compoſitũ vnum. ccli.
Ad lepram, quæ quaſi impetigo eſt cum prurigine cutis, ſimplicia quatuor. cclii.
Ad idem compoſitio. ccliii.
Ad idem alterum malagma. ccliiii.
Malagma ad ὀπισθότονον & κυνικὸν σπασμόν. Idem facit ad omnem tenſionem & cõtractionem neruorũ. cclv.
Malagma quod ſtomachum ſolutum confirmat, aluũ incitat,ſupprimit,& adſtringit quicquid op⁹ eſt. cclvi.
Malagma ad pectoris & lateris dolorem, & quicquid ex perfrictione fit. cclvii.
Malagma ad omnẽ dolorẽ,præcipuè iocinoris. cclviii.
Malagma ad iocinoris, & lienis tumorem, & dolorem. cclix.
Malagma ad præcordiorum tenſionem. cclx.
Malagma ad lienoſos. cclxi.
Malagma ad omnem veterem dolorem, præcipuè lumborum. cclxii.
Malagma quod diſcutit ſtrumas,parotidas,panum. Idem ſuppurationes interaneis partibus futuras aperit. Idem facit ad omnem dolorem articulorum, præcipuè lumborum. cclxiii.
Malagma ad omnem dolorem corporis & articulamentorum:facit & ad podagram. cclxiiii.
Malagma ad cõtuſionem lateris. Idem facit ad ſuſpectas in iiſdem partibus ſuppurationes, vel iam factas. aperit enim citò,& ſanat. Idem prodeſt præcordiis tenſis, iocinori duro. cclxv.
Malagma ad luxum,contuſum,canis morſum, parotidas, ſtrumas,podagram. cclxvi.
Malagma ad podagram,& omnem dolorem, & tenſionẽ neruorum. cclxvii.
Acopum ad perfrictionem, laſſitudinem, dolorem, tenſionem neruorum. Idem hyeme non patitur perfrigeſcere. cclxviii.
Acopum quod per vindemiæ tempus componitur, facit ad omnem dolorem corporis,& neruorum. cclxix.
Acopum odoris grauioris ad perfrictionem, & dolorem neruorum. cclxx.
Acopum optimi odoris, quo Auguſta Antonia fere vtebatur: facit ad neruorum dolorem: perfrigeſcere non patitur. cclxxi.

AD CAPITIS DOLOREM, CAP. I.

Compoſitio I.

AD capitis dolorem etiam in febre, primis diebus benefacit ſerpylli P. quadrans, roſæ aridæ P. quadrans: hæc incoquuntur duobus ſextariis aceti acerrimi, donec ad dimidias perducantur: inde ſumitur cyathus,& in duobus roſæ commiſcetur, frequentérque ex eo curatur caput. vbi enim cõcaluit quod infuſum eſt,niſi aliud recens adiiciatur,nocet. II.

Item prodeſt eodem modo ruta per ſe vel cum hederæ baccis decocta: polygoniũ quoq; & mentha multis profuit,ea ratione decocta,& infuſa capiti dolẽti: ſphondyliũ,& agni ſemẽ,& platani pilulæ ſimiliter aceto incoctæ, roſæque folia reſiduo aceto commixta. III.

Quum autem pluribus diebus permanſerit dolor, tum omnium ſupradictorum oportet vncias ſingulas ſumere, iiſque admiſcere lauri baccarum,caſtorei, nucum amararum, pulegii, ſampſuci foliorum, ſingulorum vncias, & aceti ſextarios tres decoquere ad dimidias.Eodem modo roſa admixta,non tamen frequenter,caput curare. IIII.

Ad omnem capitis dolorem efficaciter prodeſt, crocomagmatis pondo ſextans, aluminis fiſſi, vel gallæ P. vncia. Hæc terere ex aceto & roſa vicibus adiecta oportet, vſquedum mellis habeat ſpiſſitudinẽ: inde frontem, & vtraque tempora oblinire. V.

Ad capitis dolorem, quum inueterauerit, benefacit hæc compoſitio,Myrrhæ *. P. I. croci *. P. II. amygdalorum amarorum *. P. II. rutæ viridis *. P. III. ſphõdylii *. P. I. panacis *. P I. lauri baccarum *. P. III. ſerpylli *. P. II. caſtorei *. P. I. Teruntur hæc omnia aceto, & fiunt paſtilli: quum opus eſt diluuntur aceto & roſa,in mellis ſpiſſitudinem, atque ita frons & tempora illinuntur. VI.

Oportet verò permanente capitis dolore, materiam quoque detrahere ex eo per nares vel os. Quæ res etiam auriculæ, vel dentibus dolentibus prodeſt. Nec minus quibus ſubitæ vertigines obuerſantur, quos σκοτωματικοὺς Græci dicunt:item comitiali morbo correptos, & caligine impeditos ex magna parte leuat. Debent autem ii omnes pridie abſtinere,& ſuperioribus diebus aquam potare. VII.

Per nares ergo purgatur caput iis rebus infuſis per cornu quod rhinenchytes vocatur: Hederæ ſucco per ſe, vel betæ ſucco cum exiguo flore æris, vel cyclamini ſucco mixto lacte aut aqua pari menſura. VIII.

Bene detrahit è naribus liquorem & hæc compoſitio, Salis,nitri,mellis,aceti,olei veteris, ſingulorum *. P. binum,cyclamini ſucci,σταφίδος ἀγρίας (quam herbam pedicularium,quod pediculos necat,quidam appellant) ſingulorum *. P. I. Hæc in vnum mixta, naribus per cornu infunduntur, vel pinna longiore nares interius perfricãtur. Quum ſatis viſum fuerit fluxiſſe, vt reprimatur, aqua frigida nares diutius abluere pura oportet: vel ea in qua pridie crocum adiectum maceratum fuerit. IX.

Sed ſi per os magis detrahere materiam viſum fuerit, quia non ſine tormento per nares ea deduceretur,ſuadebimus pyrethri radiculam commanducare, atque ſubinde hiantem pati fluere ſaliuam:vel vuam paſſam cum piperis albi granis totidem dabimus commanducandam, & expuendam.æquè enim & hæc deducunt pituitam. Bene facit & ſinapi ex aceto tritum,& nõ excaſtratum, gargarizatum trium cyathorum menſura, admixto mellis P. quadrante. detrahit enim largiter pituitam. X.

Prodeſt,quum diu caput dolet, attondere ad cutem, & radere,& diutius ſiccum ad relaxationem cutis fricare,& aqua calida fouere pura, vel laurum incoctam habente: quo tempore etiam ſternutamentum concitare non alienum erit medicamento quod ex his rebus componitur, Veratri albi,caſtorei,ſtruthii,quod eſt radix lanaria,piperis albi, ſingulorum *. P. I. hæc contuſa tenuiter forato cribro tranſmittuntur:quum opus fuerit per pinnam,vel
A calamum ſcriptorium naribus ſufflentur, vel ſpecillo tincto in aquam,& excuſſo,tacta naribus iniiciantur. Proritat ſternutamentum etiam per ſe contuſum,& eadem ratione iniectum veratrum album: nigrum,ſiccum, & aridum,ſternutationem ſtatim inuitat. XI.

Capitis dolorem quemuis veterem & intolerabilem protinus tollit, & in perpetuum remediat torpedo viua nigra, impoſita eo loco qui in dolore eſt, donec deſinat dolor,& obſtupeſcat ea pars: quod quum primùm ſenſerit, remoueatur remedium, ne ſenſus auferatur eius par-
B tis. Plures autem parandæ ſunt eius generis torpedines, quia nonnunquam vix ad duas tréſve reſpondet curatio, id eſt torpor:quod ſignum eſt remediationis.

AD COMITIALEM MORBVM, Cap. 2.

XII.

AD comitialem morbum,quem Græci ἐπιληψίαν vocant, herbam(quam iidem πολύνευρον,nos nerualem appellamus) oportet ieiunum quamplurimum viridem comeſſe, à prima luna ad triceſimam. Hæc eadem herba
C ebrio data copioſa, in crapula vinum diſcutit, mentémque reſtituit. XIII.

Item hinnulei cerui coagulum intra nouem dies exceptum,benefacit ad morbum comitialem.Intelligitur autem dierum numerus ex eo quòd iacent aures ſimul eorum primis temporibus. à nono enim die ſubriguntur. Oportet ergo ſumere tũc coagulum,& arefacere,quo neque ſol neque luna accedit, atque inde dare pueris viciæ magnitudinis globulum ex aquæ caldæ cyathis duobus:maioribus verò natu fabæ ſolidæ magnitudine,ex a-
D quæ caldæ cyathis tribus per dies triginta. Donẽtur autẽ aquæ puræ ſupra medicamentum cyathi duo aut tres. Hoc remedium qui monſtrauit, dixit ad rem pertinere, occidi hinnulũ cultro quo gladiator iugulatus ſit. XIIII.

Conſtat inter plures & crocodili teſticulum *. P. I. aut victoriati per dies triginta ex aquæ cyathis tribus ſumptum multos remediaſſe. XV.

Ad recentem comitialem morbum citò proficit, ad veterẽ tardius, thymi albi *. P. III. ex aceti cyathis tribus, & mellis boni pondo vncia: vt dilutum ieiunus bi-
E bat per dies quadragintaquinque: ſed quum biberit,citatus ambulet millia paſſuum minimè duûm. XVI.

Scio Romæ quandam honeſtam matronam aliquot comitiali morbo liberaſſe hoc medicamẽto,Eboreæ ſcobis hemina, mellis Attici pondo libra: hæc in vnum miſcentur: poſtea adiicitur,ſi puer fuerit qui laborat, teſtudinis maſculæ,palumbi maſculi, vtrorunque ferorum,id eſt nuper captorum,ſanguis, quantum fluxerit dum viua vtraque animalia dimittantur: ſin autem puella fuerit, fœminei generis animalia ſint, & eodem modo capta,
F ſanguine effuſo emittantur. Oportet autem clauum Cyprii æris acutum demittere in iugulum teſtudinis, & palumbi venas quæ ſub alis ſunt, ære acuto incidere: hoc medicamentum ligneo vaſe ſeruatum reponitur. Quum opus fuerit, datur ex eo luna decreſcente per continuos dies triginta: primùm cochlearia tria, deinde quinque, deinde ſeptem,deinde nouem, ſummũ vndecim: & rurſus nouem,deinde ſeptem,deinde quinque,poſtea tria: & iterum augetur, minuitúrque numerus cochleariorum, donec dies triginta antedicti conſumantur. Poſtea opor-
G tebit ſcobis eboreæ heminam per duos menſes conſumere vitio correptum, accipientem ex ea terna cochlearia in die, ex aquæ cyathis tribus. hoc medicamento qui vtitur, neque vinum neque ſuillam guſtet: præterea habeat in brachio verua eborea.Nam ſũt & qui ſanguinem ex vena ſua miſſum bibant, aut de caluaria defuncti terna cochlearia ſumant per dies triginta. XVII.

Item ex iocinore gladiatoris iugulati particulam aliquam nouies datam conſumant. Quæque eiuſdem generis ſunt, extra medicinæ profeſſionem cadunt, quanuis profuiſſe quibuſdam viſa ſunt. XVIII.

Illud tamen non oportet ignorare, ſanari hoc vitium
H quũ cognitũ eſt,aliquibus:viros facilius mulieribꝰ reme-

diari: pueros vel virgines liberari poſt complexum & deuirginationem.

COLLYRIA COMPOSITA LEVIA, Cap. 3.

XIX.

AD conturbationes & epiphoras oculorũ ſcio multa collyria, tametſi tardè, magnos tamen effectus habere. Sed nulli collyriorum tantùm tribuo quantum lycio Indico vero per ſe. hoc enim inter initia, ſiquis hoc collyrio inungatur, protinus (id eſt eodem die) & dolore præſenti, & futuro tumore liberabitur. Superuacuũ eſt autem nunc laudes eius referre. in aliis enim expertus intelliges ſimplicis rei vix credendos effectus. XX.

Oportet verò minimè quater quinquiéſve ex interuallo inungere, deinde quũ combiberint oculi ad ſingulas inunctiones, eáque quàm poterint ſuſtinere calidiſſima, ſpongiis expreſſis vaporare eos diutius, eodémque die in balnea ducere: ita vt cum cætero corpore caput quoque & facies calida immergatur, & foueatur, vinóq; vti vt quiſque aſſuetus eſt. Poſtero die ſiqua veſtigia epiphoræ remanſerint, inungere collyrio aliquo acriore aquato ſub veſpere, & rurſus in balneũ deducere, & vinũ dare eodem modo. Fere enim vno die tollit epiphorã, & præcipuè incipientem, neque adhuc alio medicamẽto tactã. Sed ſi ea vis fuerit epiphoræ vt non cedat vno die, ſpectare oportebit donec impetus ſedetur, & ita in balneum deducere, cæteráque facere quæ præcepimus. Idem hoc medicamentum etiã ſuprà perunctum tardius quidem, ſed eoſdem effectus præſtat, maximè in teneris corporibus, vt mulierum & puerorum, quorum oculi nullius medicamenti vim ſuſtinent. triduò enim, aut plerunque quadriduo tollit dolorem, adiutum oui infuſione, & aquæ calidæ vapore. XXI.

Item compoſitorum collyriorũ hoc maximè probo ad recentes epiphoras, & conturbationes oculorũ, tumoréſq; & dolores, Aloes Indicæ ✱. P. IIII. croci ✱. P. II. opii ✱. P. I. gummis ✱. P. IIII. plantaginis ſucci cyathos tres. Terere oportet per ſe crocum diligenter, deinde cætera admiſcere pridie macerata ſucci plãtaginis cyatho: atque ita reliquis duobus cyathis admixtis, quũ ſpiſſata fuerint, fingere collyria. Vtrunque autẽ genus medicamenti eximiè prodeſſe iudico, proprietate quidem quadã: ſed præcipuè quod nullam in ſe aſpritudinem habet, vt pleraque quibus fere inunguntur homines. Nam quæ ex cadmia aut ære vſto, eiuſdémque generis pigmentis componuntur, quanuis curioſè terantur, naturam ſuam tamen amittere non poſſunt. Nunquam enim vt ſuccus diluuntur, ſed quum in ſummam ſubtilitatem deduci non poſſint, perſeuerantia tamen terentium, corpora quaſi puluerulenta neceſſe eſt maneant: quorum verò partes velut configũt, certè exterius pungunt foramina prima, & tuniculam oculi, atque initiis interdum non tam moleſtam futuram concitant epiphoram. XXII.

Quod nomine etiam quidem diaglauciũ dicitur, probo in initiis. nam & hoc genere quodam ex eadem materia cõſtat, nec vllam aſpritudinem habet, quando ſic cõponitur: croci ✱. P. V. ſarcocollæ ✱. P. X. glauci ſucci ✱. P. XX. tragacãthi ✱. P. V. opii ✱. P. V. Et hoc enim ego adiicio, & ita melius reſpondet, ſcilicet opium & in hoc & in omni collyrio medicamẽtóque. Verùm adiicere oportet quod ex lacte ipſo ſyluatici papaueris capitum fit, non ex ſucco foliorum eius, vt pigmentarii inſtitores eius rei compendii cauſa faciũt. Illud enim cum magno labore exiguũ conficitur, hoc ſine moleſtia, & abundanter teritur. Ante omnia crocum aqua pluuiatili, deinde adiicitur ſarcocolla, glaucium, opium, tragacanthum, prius omnia ſeorſum macerata non multa eius generis aqua: vt quamprimum, id eſt (ſi poteſt fieri) eadem die fingantur collyria. ſolet enim diu neglectum mortario inareſcere. His vti primis diebus collyriis, nõ cæteris auxiliis prout res poſtulat, abſtinendo dico ſanguinis detractione, meliúſque eam cæteris proficere adfirmo. XXIII.

Quum verò pluribus quis diebus vexat⁹ fuerit epiphora cum perſeuerantia tumoris, & pituita ipſo calore oculorum glutinoſior viſa fuerit, (quod fere ſexto ſeptimóque die accidere ſolet) tum proderunt & ea quorũ genus ſuperius improbauimus, compoſita ex rebus metallicis. Facilius enim iam patiũtur oculi (ſi modò exulcerati non fuerint) iniuriam: quorũ præcipuè hoc mihi placet quod à colore φαιὸν dicitur. Accipit autem hæc, Æris vſti ✱. P. XII. cadmiæ vſtæ ✱. P. XII. ſtibii cocti ✱. P. XII. acaciæ chyliſmatis ✱. P. VI. aloes ✱. P. III. opii ✱. P. II. croci ✱. P. III. caſtorei victoriati pondo, myrrhæ, licii, idem ſcilicet põderis, commis ✱. P. decem & octo, aqua pluuiatili quæ ſunt durata diu, teruntur donec leuiſſima fiant: poſtea cætera alio mortario ſingula trita admiſcentur: dum tollendum eſt, commi adiicitur. Hoc quidem etiam in initiis vtuntur, cum oui aquato liquore per ſe, vel cum collyrio quod à cinereo colore σποδιακὸν appellatur. XXIIII.

Collyrium ſpodiacum à quibuſdam cinereum dicitur: componitur autem ex his, Cadmiæ, botryitidos vſtæ ſuper teſtam donec incandeſcat, & vino falerno extinctæ ✱. P. XL. cretæ Samiæ, quam vocãt aſtera ✱. P. LXXX. ſtibii cocti ✱. P. XX. opii ✱. P. X. commis Alexandrini ✱. P. XX. Teruntur hæc omnia aqua pluuiatili, commi vltimum adiicitur: ante hoc, quũ cætera leuia ſunt facta, opium miſcetur maceratum pridie aqua. Facit hoc per ſe etiam initiò quũ tenuis abũdánſque fluit lacryma, & puſtulæ moleſtæ ſunt: aut cum prima tunica oculi exeſa eſt, aliàve exulcerata. Quũ purum vlcus eſt, diluitur fere oui albore, quod eſt tenuiſſimum. XXV.

Ad ſordida vlcera oculorum, cruſtáſque habẽtia (quas ἰχῶρας vocãt) item carbunculos (quos ἄνθρακας dicunt) facit benè & per ſe mel Atticum pyxide Cyprii æris cõditum, & repoſitum menſibus duobus, nec minus. quantò enim diutius remanet, efficacius fit. XXVI.

Sed præcipuè hoc collyrium quod quidam Athenippum, quidam diaſmyrnes, quidam εὐώδης vocãt, quia boni odoris eſt: ſed præcipuè hoc, quod etiam ad puſtulas, papuláſque, & ſuppurationes oculorum facit, & ad cicatrices non veteres, & ad palpebrarum recentem, aut in corporibus tenuioribus aſpritudinem. Oportet autem eo ad ſordida vlcera diluto cũ oui albo (id eſt aquatiſſimo) vti: deinde quum lacrymæ fluere deſierint, cinereo ſuperinungere. Itẽ ad puſtulas ex ouo tritũ facit: ad papulas verò, & ad dolores cum rubore, & diſtentione oculi ſicca, cũ lacte muliebri & ex aqua: aut ad cicatrices recentes extenuandas, & palpebrarũ aſpritudinem tollẽdam, ſubiecto ſcilicet ſpecillo, aut inuerſa palpebra, ſiquis eo vtatur. Cõponitur autem ex his, Pompholygis lotæ ✱. P. VIII. æris vſti ✱. P. VIII. croci ✱. P. IIII. myrrhæ ✱. P. III. nardi ✱. P. ſex ſemis, & victoriati, lapidis hæmatitis ✱. P. duo & victoriati, piperis albi grana decem, opii ✱. P. I. aut victoriati, commis ✱. P. X. teritur vino Chio. XXVII.

Collyrium Pſittacinum à colore ita dictum: facit ad epiphoras quæ cum tenui & acri lacryma conſiſtunt: item ad vſtiones & ſolutas cicatrices, & vaſtũ tumorem, quem, quia à loco interdum videtur propellere oculũ, πρόπτωσιν vocant, cum oui albo quod eſt tenue. Sed præcipuè facit quũ quaſi ſanguine ſuffuſi ſunt oculi, & ob id nullum niſi leuiſſimum collyrium patiũtur: recipit autem hæc, Croci ✱. P. IIII. cadmiæ ✱. P. IIII. ſtibis ✱. P. IIII. opii ✱. P. II. commis ✱. P. II. amyli & recentis & dulciſſimi ✱. P. IIII. Eodem modo quæ ſcripta ſunt in mortario debent teri ex aqua pluuiali. Amylum autem quũ iam fingendum erit collyriũ adiicietur. Interdum & hoc ſuperinungantur qui prius Athenippo curati ſunt. His fere collyriis leuibus omnia quæ circa oculos cum tumore & dolore fiunt, remediamus.

COLLYRIA ACRIA, Cap. 4.

XXVIII.

ACrioribus autem iis ad cicatrices extenuãdas, & palpebras aſperas, quod quia ex quatuor rebus vt quadriga equis cõſtat, & celeres effectus habet, ἅρμα dicitur. Recipit autem hæc, Æris vſti ✱. P. IIII. thuris arboris corticis ✱. P. IIII. ammoniaci guttæ ✱. P. IIII. commis ✱. P. IIII. Teruntur ex aqua pluuiali. XXIX.

Hoc etiam ſuperunctum, ad puerorum epiphoras, & qui non ſufferunt inunctionem, facit, vt huiuſmodi me-

dicamenta quæ περίχριστα vocant:Croci Siculi pōdo vncia, commis pondo vncia:hæc aqua teruntur,fiunt collyria. XXX.

Eſt & hoc medicamentum ſatis efficax,quo ita oportet palpebras perungere,ne quid intra oculum fluat.Recipit autem hæc:Croci Siculi ✱.P.III. crocomagmatis ✱.P. XII. thuris ✱.P.III.aluminis rotūdi ✱.P. VI. opii.✱.P.I.myrrhæ.P. II. cōmis ✱.P.III. Vino falerno terūtur: quū leuia facta ſunt,& craſſitudinem habent mellis ſpiſſi, adiicitur paſſi cretici.P.ſextans:reponitur pyxide ſtagnea,ſi paſſum adiectum non erit,collyrium erit. XXXI.

Benefacit & hoc medicamentum quo Auguſtus vſus eſt,& recipit hæc,Aluminis ſciſſi.✱.P.XL.thuris cādidi ✱.P.X.aloes ✱.P.XV.croci ✱.P.XV.opii ✱.P.II.gallæ ✱.P.X. roſæ foliorū aridorū ✱.P.X. plātaginis ſucci vel ſeminis ✱.P.X. Vino falerno terūtur:quū leuia facta ſunt, & ſpiſſitudinem mellis habent, adiicitur paſſi ſextarius, aut hemina,aut rurſus commiſcetur:reponitur vaſe ſtagneo,vel argenteo. XXXII.

Collyrium pſoricum ad caliginem & ad aſpritudinem oculorum,ſiccámque perturbationem ſine tumore, quā ξηροφθαλμίαν appellant. Facit hoc collyrium bene quod ψωρικὸν dicitur:habet autem hæc,Croci ✱.P. XII. pſorici ✱.P.XXIIII. pſimmithii ✱.P.IIII. opii idem, piperis albi idem,commis ✱.P.VI. aqua pluuiali commiſcentur, teruntur. XXXIII.

Stratioticum collyrium ad aſpritudinem & caliginem. Recipit autem hæc, Pſimmithii ✱. P.VI. piperis albi ✱. P.I. omphacii ✱.P.II. Cadmiæ ✱. P.III. opobalſami ✱. P.II. opii ✱.P. I. commis ✱.P.II. teruntur aqua pluuiatili. Collyrium hoc melius ſuperiori ad caliginem facit. XXXIIII.

Stacton quod vocant,ad eadem: fere autem mulieribus prodeſt.Habet hæc, Cadmiæ ✱.P.XII. ſtibis ✱.P.VI. piperis albi ✱.P.II. myſis vſti donec puniceum fiat ✱. P. II. æruginis raſæ ✱.P.I. & victoriati,æris floris idem,cōmis ✱.P.V. aqua pluuiali teritur. XXXV.

Collyrium acre ad extenuandas cicatrices, & quanuis veteres,caliginémque & aſpritudinem oculorum, quod ſemel inunctum plurium dierum effectum præſtat.Oportet autem eo aquato vti:diu enim tenet: ammoniaci guttæ P.libram,æruginis P.libram,commis P. quadrantem: pluuiali aqua teritur ærugo: poſtea cætera adiunguntur macerata aqua. XXXVI.

Collyrium quod propriè facit ad aſpritudinem palpebrarum & calloſitatem.Oportet ſubiicere ſpecillū,aut inuertere palpebrā,æris vſti ✱. P. XXIIII. æruginis ✱.P. VI. croci ✱. P. X. myrrhæ ✱.P. I. nardi ſpicæ ✱.P. I. caſiæ rufæ fiſtularū victoriati P. piperis albi grana XLV. commis ✱.P. nouem:vino Chio teruntur. XXXVII.

Medicamentū liquidum ad palpebrarum veterrimam aſpritudinem, & excreſcentē carnem, σύκωσιν quam vocant: item callum duriſſimum. Hygram appellant, quia eſt liquidum medicamentum: carnem ex palpebris tollit ſine magno dolore.Recipit hæc,Myrrhæ,thuris,croci,ſingulorum ✱.P.III. myſios ✱.P.III. chalcitidis ✱.P. VI. Hæc teruntur diligenter aceto acri:vbi leuia facta ſunt, & habent ſpiſſitudinem paſſi,miſcetur eis mellis Attici P.libra: deinde in patella æris Cyprii ſuper carbones poſita inferueſcit, donec mellis habeat non nimium liquidam ſpiſſitudinē:atque ita reponitur pyxide æris Cyprii. Quū opus fuerit,inuertitur palpebra,deinde hoc medicamento ſuffricatur curioſè ad delacrymationem, id eſt vbi deſierit mordere medicamen. Rurſus inuertere oportet palpebram, atque ita pollice impreſſo membranas innatantes abducere,quæ facilè ſubſequuntur.Poſt hæc cinereo ex aqua inungendi erunt craſſiore. Hoc inunctum multorum annorum callos,& aſpritudines palprebrarum deſperatas à quibuſdam ocularioum paucis diebus tollit. XXXVIII.

Hygra ad ſuffuſiones oculorū quas Græci ὑποχύματα dicunt, medicamentum liquidum,Fœniculi ſucci ✱. P. III. opobalſami ✱. P.III. mellis Attici ✱. P.III. olei veteris ✱. P.III. hyænæ fellis ✱. P. I. euphorbii ✱. P. I. Hoc, oleo diluitur, & ita cōmiſcetur cæteris.Aquato vti oportebit hoc medicamento.eſt enim acerrimum,& vndique humores trahit. Quamobrem non ſunt inungendi qui capitis dolorem aut grauitatem habēt:item ante biduum aut triduum vt aquam bibant quos deſtinauerimus eo vngere. Quanquam melius facient etiam ſi perſeueranter aquam potauerint: vitio enim moleſtiſſimo facilius inter initia carebūt. Non præterit me, habere te prudentes ocularios, quibus ſi nomina dixeris collyriorum in hoc libro ſcriptorū, contendant forſan ſe quoque habere eadem compoſita:ſed ſi pōdera aut effectus comparare voles,longè diuerſos inuenies. Ego enim ipſe eodem nomine multa compoſita, non iiſdem ponderibus & rebus,interdum habeo:ſed his maximè probatis vtor. Nec vtique adfirmo nō poſſe & alios eadem habere:nam & ipſe ab aliis accepi, ſed raró. Scio quoſdam ocularios ſimpliciter tradentes compoſitiones:méque multum elaboraſſe vt veras & incorruptas acciperem, conſcius ſum mihi. Neque illud rurſus dico, nouas, & non aliquibus notas in hoc libro congeſturum compoſitiones, verùm etiam quaſdam diuulgatas & (vt ita dicam) publicatas: eiuſmodi enim,quia efficaces ſunt,etiam pluribus in notitiam veniunt.

AD AVRIVM DOLOREM, Cap. 5. XXXIX.

AD auriculæ & tumorem & dolorē ſine vlcere prodeſt herbæ vrceolaris,aut cucurbitæ ramentorum ſuccus tepens per ſtrigilem in foramen auris dolentis infuſus: item beſtiolæ multorum pedum (quæ tactæ cōduplicant ſe in orbem pilulæ rotundiſſimæ ſimilem, καπινιδίους ὄνους aut πολύποδας Græci hoc genus animalium vocant) oleo domeſtico complures inferuefactæ vaſe ferreo, benefaciunt.Prodeſt & gliris pinguis,& gallinæ adeps,& medulla bubula,liquefacta tepénſque infuſa. XL.

Sed præcipuè picis flos, quod πισσέλαιον appellant,cum oleo communi mixtum,ita vt tertia pars ſit olei. nam & dolores ſedat,& fere non patitur ſuppurationem fieri: & ſi facta fuerit, eadem res perſanat. Ad ſummam,ego ipſe diu vexatus ab aure, quū multis fruſtra vſus eſſem medicamentis,ab hoc ſum perſanatus,& alios cōplures ſanaui. Florem picis autē appello quod excipitur dum ea coquitur,lana ſuperpoſita eius vapori:hoc etiam grauitatem odoris protinus tollit. XLI.

Item benefacit hoc medicamentum ad tumorem & exulcerationē aurium,Aceti acris ſextarii duo,incoquuntur mala granata quibus coriarii vtūtur, quia ſemper valida ſunt,nec vnquam matureſcūt, (ῥοιὰς ὀξείας Græci dicūt) donec madida fiant: tunc hæc adiiciuntur & admiſcentur, Aluminis fiſſi vncia, acaciæ ſucci P. quadrans. Reponitur medicamentum ampulla vitrea. Quum opus eſt,ad tumorem quidem calidum per ſtrigilem infunditur, deinde foramen ſummum lana ſuccida tegitur. Ad vlcus autem frigidum per eiuſdem generis lanam & auriſcalpium iniicitur. XLII.

Si caro excreuerit in foramine auris,compeſcitur ſine dolore aut ferro hoc paſtillo,Aluminis fiſſi P. triens,æruginis P. triens,miſyos vſti P. triens, rubricæ ſinopidis P. triens,commis P. ſextans. Teruntur priora ex aceto acri, donec quaſi cum collyrium componitur leuia fiant. Vltimum commi adiicitur: & fiunt paſtilli qui ad omnia vlcera faciūt,aqua diluti,quum aut compeſcenda ſint,aut cicatricem debeant ducere. ſed aquatioribus oportet vti quum cicatrix eſt cludenda. Benefaciunt & ad exulceratas nares qua libet ex cauſa,& grauiter olentes.

AD PAROTIDAS, Cap. 6. XLIII.

AD parotidas conuenit noctuæ cerebellum butyro mixtum.diſcutit enim fere eas ſine dolore & moleſtia. Oportet autem aqua marina feruenti, nouis ſpongiis demiſſis, & per linteum intortum vtrīſque expreſſis vaporare parotidem,atque ita oblinere hoc medicamento, ſupérque tegere lana ſulphurata totam maxillam. XLIIII.

Item benè diſcutit parotidas iris Illyrica contuſa,cocta ex paſſo more farinæ hordeaceæ, calda bis térve impoſita. XLV.

Diſcutit & hoc medicamentum parotidas, antequam ſuppurauerūt, Spumæ argenteæ pondera duo,ceruſſæ P

libra,ſalis ammoniaci P. libra,æris floris P. dodrãs,aceti ſextarius,olei veteris ſextarii duo & dimidium.Spumam & ceruſſam,ſalem per ſe & cum aceto terere oportet mortario, deinde oleo admixto traiicere in cacabũ amplum, ne extrà fundatur,& efferueſcat (efferueſcit enim valde). Quum hæc ſuper ignem poſita habuerint emplaſtri temperaturã mollis,deponere oportebit cacabum:quum feruere deſierit, paulatim aſpergere æris florem , & mouere ſpatha medicamentum , ne extrà fundatur: & rurſus coquere donec habeat emplaſtri ſpiſſitudinem ſtricti.

AD SANGVINIS ERVPTIONEM de naribus, Cap. 7. XLVI.

ERumpit è naribus ſanguis , qui quum abundanter fluxit,niſi celerius ſupprimatur, periculũ affert. Proderit ergo aqua frigida vel poſca ſubinde aſpergere totam faciem,vel ſpongia refrigerare , acetum acre infundere in aurem,cuius è regione ſanguis fluit: aut in vtranque, ſi ex vtraque ſanguis emanauerit: gypſo totã faciem cum fronte, & maximè nares,craſſe oblinere prodeſt: & caput frigida aqua copioſè,ſuperpoſito aliquo tegumẽto, perfundere , vel cucurbitam occipitio affigere. Iniicere autem intus narem aut nares oportebit cochleæ viuæ carnem per ſe,aut cum thuris polline tritam: vel herbam quæ quia multa eſt,& vbique naſcitur, πολύγονον appellatur.Idem trita facit & λυσιμάχιον herba eodẽ genere. Proderit & ſpongiæ particulam præſectam , aptè forcipe ad amplitudinẽ & patorem narium figuratam iniicere paulò preſſius ex aceto per ſe. Interdum aſpergẽda ei galla erit, vel chalcitis curioſè trita,vel vtraque in vnũ æquis ponderibus mixta.melius enim facit. XLVII.

Item bene ſupprimit & hoc medicamentum,mali corticis quo coriarii vtuntur P. quadrãs, aluminis Ægyptii P.ſextans,calcitidis P.vncia.Hoc tritum per ſuccidam lanam aſperſum medicamentum iniicere oportebit. Facit autem etiam ad omnem ex qualibet corporis parte , ſeu vulneris ſanguiniſque eruptionem , quoniã interdum ita (vt diximus)minus curati,præfocati videtur. Et maximè quum vtraque obturata ſpiſſè neceſſariò ſunt foramina narium , qua ſpirandi facultas eripitur , non alienum eſt ſcire qua ratione vtrunque præſtari poſſit,vt neque ſpiratio interpelletur, neque remedium efficaciſſimũ (quod per oppilationem narium efficitur) excludatur. Oportet ergo ſumere pinnam anſeris quammaximam,vel calami ſcriptorii fiſtulam modicè plenam: deinde aptare ad longitudinem naſi,atque ita præcidere vtraque parte vt perforata ſit,inuoluereque ex faſciola tenui lintea quaſi inſita explere circuitũ eius, donec quum videatur pator narium cuneatione quadam recipere poſſe fiſtulam , atque ita vt eſt circumuolutam mergere aceto acri & iniicere, interdum per ſe, vel aſperſo ſuper acetum vtro libuerit antè dictorum medicamentorum: hoc autem remedio magis vti,quum per vtraſque nares ſanguis abundauit.

AD VLCERA IN NARIBVS, Cap. 8. XLVIII.

AD vlcera in naribus plumbi ſtercus quod ſcoriam dicunt,ex vino & myrteo oleo vicibus adiecto terere oportet donec ſpiſſum fiat, & ita per pinnam nares obteguntur. XLIX.

Facit & hoc medicamentum bene,Pompholygis ✶.P. quatuor , ceruſſæ ✶.P.duodecim,hyſſopi ✶.P. tria. Vino falerno & roſa vicibus adiecta teritur, donec mellis habeat temperaturam.

AD POLYPOS, Cap. 9. L.

AD grauem odorem narium (ὄζαιναι Græci hoc vitium vocant) æruginis P. quadrantem,aut ſquamæ æris P. quadrantem, aut vtranque rerum ponderis ſeſcunciæ in mellis deſpumati P. libra decoquere oportebit,& eo vti liquido per pinnam. LI.

Ad polypos, miſy vſtum,chalcitis vſta,æris flos, vſtum ſori , æris ſquama tuſa , cribrata , ſi eo medicamento per pinnã ſæpius nares tactæ, eiuſmodi vitia attenuata , quotidie emendãtur:quum ſint à cerebro paribus põderibus, ſicca benefaciunt. LII.

Sed quia plerunque vexantur nares grauedine, quæ tumore earum efficitur,non alienum eſt te eius quoque re-
A media ſcire. Prodeſt igitur quies vnius diei, & ab omni re abſtinentia: perungẽdæ nares erunt bitumine liquido, aut myrrha ſtacte, vel pice liquida : poſtero die paſtillus iſte nocte ſuper cibũ dandus eſt , & ſi opus fuerit per triduum continuum eodem tempore : recipit autem hæc, Apii ſeminis P.triẽtem,aneſi P.quadrantem,alterci ſeminis (quod ὑοσκύαμον dicitur)pondo trientem , opii P.vnciam. Fiunt paſtilli ponderis victoriati : aliis parte tertia detracta dantur cum aquæ cyathis tribus. Faciunt autẽ &
B ad oculorum epiphoras , & ſtomachi nauſeam , & deiectiunculas,& ad omnem fluorem.

AD DENTIVM DOLOREM, Cap. 10. LIII.

AD dentium dolorem quanuis plurimi dicant forcipes remedium eſſe, multa tamen citra hanc neceſſitatem ſcio profuiſſe.Itaque,quum etiam exeſus eſt aliqua ex parte,tum non ſuadeo protinus tollendũ,ſed excidendum ſcalpro medicinali qua cauatus eſt.quod ſine vllo ſit dolore:reliqua enim ſolida pars eius,& ſpeciem & vſum
C dentis præſtabit.Sed quum dolor vrgebit,variè ſedandus eſt, partim collutione quorundam , partim commanducatione , nonnunquam ſuffitione , aut impoſitione aliquorum . Prodeſt colluere os frequenter radice herbæ quinquefoliæ incoctæ in vino : item herba vrceolari , & cupreſſi baccis aqua in coctis. Alterci quoque radix , aut eiuſdem ſemen linteolo ſpiſſo illigatum , & aqua ſæpius inferueſactũ,denti ſubinde appoſitum. Item leuat æquè dolorem dentium portulaca, commanducata ab ea parte qua non dolebunt,vt ſuccus traiectus contineatur puſillo
D diutius : & ſolani ſuccus tepens benefacit gargarizatus. LIIII.

Suffire autem oportet ore aperto alterci ſemine carbonibus aſperſo , ſubinde os colluere aqua calida. interdum enim quaſi vermiculi quidam eiiciuntur.Leuat dolorem & bitumen ſuffitum. LV.

Item cõmanducare proderit herbam rhododaphnen, & ſaliuam dolentibus traiicere, ac puſillo diutius continere,& ita hiantem pati ſaliuam decurrere. Item mentaſtrum , vel radicem κοτυληδόνος: quæ herba ſimilia folia
E cymbalis habet, naſciturque fere in parietibus humidis. Pyrethri quoque radix commanducata,multorum leuauit dolorem: nec minus alumen fiſſum linteolo ſpiſſo circundatũ,& ita dolenti preſſum diutius continere prodeſt. LVI.

Imponere ipſi verò denti toti oportet hoc medicamentũ quaſi emplaſtrum,Peucedani ſucci ✶.P. III.opopanacis ✶. P. I. thuris ✶.P. duum, vuæ paſſæ ſine granis ✶.P. I. Hæc per ſe contundi iubebis,deinde cætera ſeorſum trita commiſceri in vnum. Vbi fuerit dolor , auri-
F ſcalpium lana molli inuoluitur, deinde tingitur feruẽtiſſimo oleo,atque ita denti primùm,deinde proximis gingiuis ſuperponitur bis terve, donec hebeteſcat ex aliqua parte dolor:poſt hoc, medicamento dens cooperitur. Si repetierit,aut permanſerit nihilominus aliquis dolor,ſuper medicamentum auriſcalpium cum lana ex oleo candenti eodem modo imponere ſæpius oportebit , id eſt donec dolor tollatur. LVII.

Sed ſiquando mouentur dentes ex perfrictione, cõfirmãdi erũt plurima gargarizatione lactis aſinini, aut vini
G Marſici ad tertias decocti , in quo lapathi radices cõiici debebunt , vt vna decoquantur. Stringit etiam dentes alumen,quo infectores vtũtur ex melle Attico , ita vt duæ partes ſint mellis, tertia aluminis . Hæc miſceri oportet mortario,deinde patella fictili ferueſacere vt ſpiſſentur: atque ita recondere quolibet vaſe æreo , donec hoc medicamẽtum primò auſterè, & nimis perſtringere dentes, poſtea remiſſius videbitur. LVIII.

• Item proderit motis dentibus hoc medicamẽtũ, Aceti acerrimi ſextarius vnus ſemis,cedriæ veræ,ne habeat pi-
H cis aliquam mixturam,hemina , aluminis fiſſi P. triens. Teritur alumẽ cum aceto,miſcetur deinde cedriæ,& vna omnia vaſe æreo coquuntur, teda pingui mota,donec in mellis ſpiſſitudinem temperati medicamentum redigatur.Hoc medicamento ſiquis ter in menſe dentes fricuerit,dolorem eorum non experietur.

DENTIFRICII COMPOSITIONES,
Cap. 11. LIX.

DEntifricium quod ſplendidos facit dentes, & cõfirmat: Farinæ ordeaceæ ſextarium conſpergere oportet aceto cum melle mixto, & ſubigere diutius: atque ita in globulos diuidere ſex, quibus dilatatis admiſceri ſalis foſſitii ſemunciam, deinde furno coquere, donec in carbonem redigantur, tunc terere oportebit eo globulos, & admiſcere ſpicæ nardi quod ſatis videbitur. LX.

Ad dolorem faciundum hoc Octauia Augusti ſoror vſa eſt: ad dẽtium dolorem, & confirmationem benefacit radicis edulis cortex ſole arefacta, & contuſa, cribrata. Itẽ vitrum candidum quod ſimile eſt cryſtallo diligẽter tritum, admixta ſpica. Vtuntur plerique etiam huiuſmodi dentifricio: herbam vrceolarem legunt quum iam in ſemine eſt quamplurimam cum radice, deinde lotam vno die ſiccant: poſtridie recenti muria dura macerant: tertio die expreſſam olla noua componunt, ſubinde ſalis foſſicii quaſi tabulata interponũt: atq; ita percoquũt fornace balneariorũ, donec in carbonem redigantur: poſtea trita ad tertias admiſcent ſpicæ nardi quod ſatis eſt. Hoc cũ eo quòd candidos facit dentes, tum etiam confirmat, Augustam conſtat vſam. Nam Meſſalina dei noſtri Cæſaris hoc vtitur, cornorum cerui vſtorum in ollam nouam ad cinerem redactorum ſextario vno, maſtiches Chiæ pondo vncia, ſalis ammoniaci pondo ſeſcuncia.

AD FLVOREM GINGIVARVM,
Cap. 12. LXI.

SOlent gingiuæ quorundam fluore infeſtari, quas prægnantes vocant. Proſunt eis lentiſci folia arida contuſa, & cribrata perforato cribro: facit & cinis eiuſdem lentiſci foliorum ex aqua eiuſdem decocti. Compoſitum autem hoc medicamentum prodeſt, quod & ad omnia vlcera quæ in ore fiunt vtile eſt, αὐϑηρὸς à Græcis appellatur: recipit hæc, Aluminis fiſſi *. P. IIII. myrrhæ *. P. I. croci *. P. II. cypiri (id eſt iunci radicis) *. P. II. gallæ *. P. I. roſæ lutei floris *. P. I. ſandaracæ *. P. III. His omnibus rebus tunſis cretis, arido medicamento vti oportet per pinnã etiã ad παρουλίδας & ἐπουλίδας, id eſt, vbi ex tranſuerſo gingiua ſuppurauit: aut tonſillarum tumorem magnum, vt digito preſſius fricẽtur, vel vbi ſuper extremum molarem increuerit gingiua.

AD CANCRVM IN ORE,
Cap. 13. LXII.

EST & moleſtum interdum quum cancer os corripit, quod initiis neglectum, breui ſpatio temporis mortis cauſa eſt. Oportet ergo, quumprimum viſum fuerit, antequã latius ſerpat, faucéſque occupet, miſy vſto quãplurimo cum melle vti ſæpius: deinde colluere aqua oleaſtri decocti ſubinde, aut corticis mali granati. LXIII.

Medicamentum Andronis prodeſt in omni parte corporis facto cancro: recipit autem hæc, Mali granati corticis *. P. X. terræ mali *. P. I X. aloes *. P. IIII. myrrhæ *. P. II. gallæ *. P. VIII. aluminis fiſſi *. P. III. æris floris *. P. duum. Teruntur & cribrantur ſicca curioſè: deinde admiſcetur paſſum creticum dum habeat ſpiſſitudinẽ mellis: quum opus eſt vino auſtero ſumendum medicamentum eſt: vitro reponitur, diluitur. Facit hoc medicamentum ad carbunculos, & ad ignem ſacrum, & ad zonam quam Græci ἕρπητα dicunt.

AD FAVCIVM VVAEQVE TVMOrem, Cap. 14. LXIIII.

AD faucium vuæque tumorẽ ſtomatice hac fere vtũtur, quia nullã aſpritudinẽ habet, & ſatis efficax eſt, Vuæ Amineæ acerbæ, quumprimum granũ incipiet perlucere, ſucci ſextarios quatuor, mellis Attici ſextarium cõmiſceto in vnum, atq; in æreo vaſe coquito, ſubinde mouens donec mellis ſpiſſitudinem habeat. LXV.

Altera eiuſdem vtor ſtomatice, quum diutius vexatæ partes antedictæ ſunt, Aluminis fiſſi *. P. duum, gallæ cõtuſæ *. P. duum, omphacii aridi *. P. I. croci *. P. I. paſſi cretici ſextarius vnus. Hoc decoquitur vaſe fictili ad dimidias, & ita cætera diligenter trita admiſcentur. Vtrunque autem medicamentum ſtagneo reponendum eſt vaſe.

A AD SVPPVRATIONEM FAVcium, Cap. 15. LXVI.

VBi verò ſuppuratio faucium ſuſpecta eſt, diutius permanente earum tumore, & interdum febriculis non ſine horrore intercurrẽtibus, oportebit gargarizare quidem aqua mulſa crebrius, furfuribus ſiligineis decocta, vel paſſo ad dimidias decocto bene caldo, vti ore & faucibus diutius contineatur, vel ea aqua in qua ficus arida pinguis erit decocta: perungere autem fauces hóc medicamento, quàm tactus ſuſtinere poterit puſillo preſſius:
B Mellis optimi heminã, reſinæ terebinthinæ *. P. duum, roſæ cyathos duos, reſinam cum roſa in duplici vaſe, vti ſolent vnguentarii, liquefacere oportet: deinde admiſcere ei mel, & coquere donec ſpiſſum fiat medicamentum. Hoc etiam, quum eruperit ſuppuratio, vti oportet: expurgat enim, & explet idem.

AD ANGINAM, Cap. 16. LXVII.

AD anginam prodeſt ſanguinis detractio, cucurbitarum admiſſio, cæteráque auxilia quibus medici efficacius vtuntur. Medicamenta autem ſimplicia quidem
C hæc faciunt: laſer Cyrenaicum, ſi poterit inueniri, ſin minus, Syriacum, aqua dilutum, craſſius per pinnam faucibus adhibitum: item euphorbium aqua dilutum. LXVIII.

Compoſitorum autem medicamentorum hæc ſunt apta, Fellis taurini, ſalis, aceti, mellis, olei veteris, æquas partes in vnum miſcere oportet, & quum opus fuerit, pinna perfricare fauces diutius. LXIX.

Item benefacit git frictum *. P. duum, pyrethri *. P. I. ſagapeni victoriati pondus, melle miſcẽtur hæc in vnum trita. XLXX

D Facit bene & hoc medicamentũ, Fellis taurini *. P. II. elaterii qui eſt ſuccus cucumeris ſyluatici *. P. I. cachryos animati *. P. I. tritũ melle admixto reponitur. Quum opus eſt, dilutum aqua tepida ſumetur, & fauces perungentur, coguntúrque inde quamplurimum deuorare. Soluit enim ventrẽ, & ita vehemẽtiſſimè prodeſt. Item hoc medicamentum vehementiſſimè prodeſt: multos enim à ſummo diſcrimine mortis liberauit. Benefacit hirundinũ pullorũ cineris põdo quadrãs, hyſſopi pondo ſextãs, nitri P. vncia, piperis P. ſemũcia, laſeris põdo ſemũcia: his tritis
E cretis, mellis Attici quod ſatis erit admiſcetur. Et hoc autem cæteris medicamentis ſæpius fauces & preſſius fricare oportet. Multis & hoc profuit medicamentum quod eſt ſine dubio efficacius & vehementius: coſti, apii, aneſi, ſchœni, caſiæ rufæ, ſingulorum *. P. binum, git *. P. I. amomi victoriati P. vnius, Zeæ, quod eſt ſemẽ *. P. duum, aluminis fiſſi ſemuncia, gallæ mediæ magnitudinis, numero. v. croci *. P. duum. crocomagmatis victoriati P. myrrhæ victoriati P. ariſtolochiæ creticæ *. P. IIII. cinnami *. P. III. hirundinum ſylueſtrium pullorum cineris
F P. vncia, nardi ſpicæ victoriati pondo. Hæc omnia ſiue contuſa, ſiue creta diligẽter melle Attico deſpumato comprehendantur. Quum autem opus fuerit adiicietur quod ſatis erit eiuſdem mellis. Hoc Auguſta ſemper compoſitum habuit.

AD VVAE TVMOREM ET DOlorem, Cap. 17. LXXI.

VVam ſupprimit diu iacentem ſal ammoniacum, galla contuſa, æquis ponderibus. Eadem ratione aluminis fiſſi *. P. IIII. piperis albi *. P. I. quibus in vnum
G mixtis cochleario ter tacta reſilit. Item herbæ cyclamini ſucco per cochlearium ter die tacta, ac per triduum, non ſolùm reſilit ac fit minima, ſed etiã raro valde moleſtat. Item ad vuæ tumorem & tonſillarum ſiccum & efficax medicamentum, gallæ tuſæ P. vncia, æris flos P. ſemuncia, menarum ſine ouis quæ ſunt, ſalſarum capita decem. Hæc comburuntur, & ita cæteris admiſcentur cineribus, & poſtea nihilominus in vnum diutius teruntur. Oportet autem digito humido tangere medicamentum, & ſic vuam ab imo rectam diutius ſupprimere ſurſum verſum.
H Item aliud efficacius ad vuam diu iacentem, Cyperi ſiccatæ bene P. quadrans, myrrhæ 9. S. croci ſiccati antè 9. Γ. ſandaracæ *. P. I. aluminis fiſſi 9. S. æris vſti 9. S. Hæc omnia in vnum tunduntur, cribrantur, ac digito melle mixto medicamentum ſumitur, & ita vua leuatur, ac ton-

ſillæ preſſius fricãtur per triduum, aut ſi voles, digito mũdo ſine melle curabis.

AD TVMOREM ET RAVCITATEM arteriæ & vocis abſciſionem, Cap. 18. LXXII.

AD arteriã exaſperatẽ ſimplicia quidem hæc faciunt, commis Alexandrina vel tragacanthum per ſe ſub lingua retentum: compoſitio autem hæc eſt. *

Deeſt compoſitio.

LXXIII.

AD tumorem arteriæ papaueris ſyluatici iam maturi, viridis tamen adhuc, capita quamplurima vaſe fictili coniiciuntur, aquáque ſuperfunduntur, vt ſupernatet duob⁹ tribúſve digitis. Hæc vbi triduò macerata fuerint, eodem vaſe coquuntur donec demadeſcant, poſtea exprimuntur capita, omníſque aquæ percolatæ prius diligenter menſura capitur, ad cuius modũ mellis Attici quarta pars miſcetur: deinde per duplex vas coquitur, donec mellis habeat ſpiſſitudinem. Hoc medicamentum & ad arteriæ tumorem, & ad tuſſim facit. LXXIIII.

Altera arteriace ad fluorem & raucitatem arteriæ. Itẽ ex ea ad tuſſim & abſciſſum ſonum vocis, Tragacãthi *. P.VI. commis Alexandrinæ *. P.V. myrrhæ *. P.I. thuris *. P.II. croci *. P.I. piperis albi grana XX. caryotarum recẽtium trium pulpas medias, detracta exteriore cute, interioribúſque venis vel vuæ paſſæ nouæ & incorruptæ purgatis interioribus granis P.VIII. commis & tragacanthum paſſo cretico vno die & vna nocte macerari oportet, & poſtero die pila & pilo mundo contundere, & cætera trita mortario curioſè admiſcere: inde dare fabæ magnitudinem, globulum ſub lingua tenere deuorantẽ quoad liquefactum fuerit. Hoc medicamentum, pipere detracto, & ad tumorem arteriæ facit. ſeruandum autem pyxide buxea. LXXV.

Arteriace qua melior nõ eſt, (refertur autem ab Aſclepiade noſtro) facit ad omnia ſuperius dicta efficacius, & quicquid in arteria vitii eſt. Conſtat ex his, Myrrhæ optimæ pinguis *. P.XXIIII, tragacanthi candidi *. P.XXVIII. glycyrrhizæ radicis *. P.XVIII. reſinæ terebinthinæ veræ *. P.XVIII. tragacanthũ ſicut eſt contũdere, & per cribrũ tenuibus foraminibus eiicere oportet: deinde myrrham tritam ſeorſum admiſcere, & rurſus vtraque in vnum diu terere, atque ita in pilam coniicere, & ibi quũ concaluerint ictu pili terebinthinam paulatim miſcere, donec omnino vnitas fiat. Poſtea glycyrrhizam cõtuſã & cribratam, mortarióque nihilominus tritam, ſenſim aſpergere oportet. Vbi hæc bene mixta fuerint, dum calet medicamentum, plures accedant, & pilulas faciant magnitudinis fabæ. Fit enim duriſſima hæc arteriace, & hoc ipſo præcedit cæteras quia linguæ ſubiecta nõ facilè ſoluitur, & ita diutius exhibet ſuum effectum.

AD SVSPIRIVM, Cap. 19. LXXVI.

AD ſuſpirium faciunt bene inter ſimplicia quidem acetum ſcillites; quod vocant, cochleario ter quatérve ſumptum in die. Prodeſt & ipſa ſcilla argilla circundata, & furno cocta, purgatis exterioribus putaminib⁹, & quod tenerrimum eſt eius, mellis duabus partibus Attici admixtum, & tritum bene cochleario, ſemel in die bíſve ſumptum profuit multis. Pulmo vulpis in olla fictili ad cinerem redactus, & datus menſura cochleariorũ trium, cum aquæ calidæ cyathis tribus: item pulmo cerui eodem modo factus & datus. LXXVII.

Prodeſt & hoc medicamentũ euidenter, Aluminis ſiſſi P.*. VI. opii P.*. I. aqua exigua opium diluitur, miſcetur alumini antè trito: fiunt globuli ciceris amplitudinis: dantur ieiuno ante cibum quaterni aut quini. Hoc medicamentum & ad ſanguinis eruptionem ex interioribus partibus facit, & ad veterem tuſſim, & ad phthiſicos, vel alios qui purulenta excreant. LXXVIII.

Hoc quoq; medicamẽtũ ad ſuſpiriũ ſatis cõmodè proficit, Sulphuris viui P.*. I. nitri P.*. ſelibra, abrotani quod tribus digitis comprehendi poſſit: hæc cotunduntur & teruntur curioſé. Quum opus eſt dantur ex his cochlearia duo cum duobus cyathis aceti calidi ieiuno. LXXIX.

Aliud medicamentum ad ſuſpirium efficax valde. Facit autem & ad lumborum diutinum dolorem, & ad paralyſin, & hydropicos, lienoſos. Bryoniæ (id eſt albæ vitis) radicis P.*. XII. iridis Illyricæ P.*. XII. ammoniaci guttæ P.*. XII. aſparagi radicis. P.*. VI. ſcyllæ bulbi crudi ex interiore parte P.*. XII. tragacanthi P.*. VI. mel miſcetur contuſis & tritis donec ceræ mollis habeat tẽperaturam. Inde quum opus eſt datur P.*. I. cum aqua mulſa cyathis tribus vel quatuor.

AD STRVMAS ET OMNEM DVRItiem in corporis quolibet loco, Cap. 20. LXXX.

AD ſtrumas bene facit radix cucumeris ſyluatici cocta ex aqua mulſa, & trita, atque ita impoſita: item ebiſcum eodem modo factum. Sed melius marini lepores oleo vetere necati faciunt, in plumbea pyxide cluſi, quam diebus quadraginta diligenter alligatam oportet habere, poſtea ex ea pinna oblinendæ ſunt ſtrumæ, ſupérque eas pellis lanata non nimium tonſa, tegẽdi gratia imponenda eſt. Præcipere autem oportet nequis hoc medicamẽto manus inquinet, aut inquinatas, priuſquam lauerit, ad os referat. LXXXI.

Ad ſtrumas & ad duritias mammarum mirificè facit antequam ſuppurẽt, & poſt ſuppurationem nihilominus, hoc medicamentũ, Olei veteris pondera duo, ſpumæ argenteæ pondo libra, gallæ Syriacæ pondo triens, mannæ thuris pondo vncia, galbani pondo vncia. Cum oleo coquitur ſpuma donec cerati ſpiſſi habeat temperamẽtum, deinde admiſcetur ei galla, & ſecundũ hãc manna: quum emplaſtri habet ſpiſſitudinem, tollitur ab igne medicamentum: & quum deſinet feruere, paulatim galbanũ miſcetur, per minutas parteis linitur aluta quum opus eſt. Hoc medicamentum ſoluitur tertio quartóve die ſi non ſuppurauerint ſtrumæ: ſed ſi apertæ fuerint, hyeme alternis, æſtate quotidie. LXXXII.

Malagma ad ſtrumam & omnem duritiem mirificum: idem ad mammarũ muliebriũ duritiẽ, & ad paniculas, & ad tubera, & cætera quæ ſubitò adnaſcuntur. Recipit hæc: Reſinæ terebinthinæ põdera duo, ceræ põdo ſemiſſem, propolis (quam quidam ceram ſacram vocãt) pondo ſeſcunciam, galbani pondo ſextantem, olei veteris pondo ſelibram. Hæc omnia oleo ad ignem liquefacere oportet, & poſtea miſcere viſci de quercu pondo quadrãtem, ammoniaci guttæ pondo quadrantem, ebiſci radicis aridæ pondo quadrãtem, Cypiri radicis (quem nos gladiolum appellamus) pondo ſextantem, ferulæ pondo trientem, aphronitri põdo quadrantẽ, Aſii lapidis florum pondo quadrantẽ, opopanacis pondo ſextantem. Hæc omnia ordine quo ſcripta ſunt cribrata in cacabum coniiciuntur, opopanax oleo diluitur: vbi temperatum eſt medicamentum, manibus ſubigitur, linitur quum opus eſt aluta.

AD SANGVINIS ERVPTIONEM, Cap. 21. LXXXIII.

AD ſanguinis eruptionem, ſiue ex arteriis, ſiue à pulmone, vel pectore ea fuerit, benefacit ſymphyti radix (quam quidam inulam ruſticam vocant, quidam autem Alum gallicum dicunt) lota aqua frigida, & raſa cultello eburneo vel oſſeo, P. ſextantis, aut plus, id eſt quantũ poterit manducare & deuorare. neque enim amara eſt. Oportet autem eodem die acetum non guſtare, quod interdum per ſe magnificè ſolet prodeſſe: ſed huius radicis effectũ reſoluit. Item benefacit polygonii ſuccus cyathorum duorum aut trium per triduum repetitus. Et plantaginis & ſolani eodẽ modo ſuccus prodeſt: & cretæ Samiæ P.*. I. ſumptum ex aquæ frigidæ rigore detracto cyathis tribus. Prodeſt & herbæ quam πόλιον vocant (nos vt opinor tiniariam) faſciculus, quantùm manu comprehendi poteſt, in tribus heminis aquæ decoctus, & ad tertias redactus, ſiquis inde cyathos tres dederit per triduum. LXXXIIII.

Oportet autẽ extrà ſentienti vulnus eo loco ſpongiam ex aqua recenti imponere, vel ex aceto acri, ac frequenter mutare, ne concalefacta noceat: & vetare artus conſtringere. quod plerique medicorum faciũt, ignorantes quòd incitatur ſanguinis eruptio muſculorum compreſsione.

A Quandoquidem omnis conſtrictio in vtranque partem exiget æquè ſubiectam materiam, ſicut vtrem ſiquis medium laqueo conſtrinxerit, animaduertet in vtranque partem excludere ſubiectum liquorem.Et ſi ſuper foratus caſu fuerit, incitatione eiaculabitur quod in eo erit. Eadem ergo ratione quum ſanguis eruptus eſt,qui conſtringunt vi magna artus exprimẽtes, ſanguinem venis ſubiectum cogunt magis erumpi per vulnus. Huius rei argumentum eſt ſiquis ſuper laqueum percuſſerit venam in brachio,quæ eſt animalis,animaduertet æquè incitari ſanguinẽ ex ea parte quàm ex inferiore loco quum percuſſa B eſt vena. Et hoc per ſe quidem ſi non viderant medici, meritò eſſent culpandi,quòd negligentes in ancipiti caſu hominũ eſſent:quum præſertim Aſclepiades etiam pluribus vſus ſit argumentis in hac re:neque ei quiſquam contradixit.quis enim aduerſus veritatẽ hiſcere poteſt?proinde magis ſunt cuſtodiendi qui pollicentur ſalutis cuſtodiam vniuſcuiuſq; ſe facturos. Tam inertes autem & negligentes neceſſaria quidem ad conſeruãdam vitam humanam,quæ per aliorum laborem reperta ſunt,ſtudeant ſcire.Meritò itaque manifeſtè quidam iugulantur genere C quodam incitata eruptione ſanguinis ab eiuſmodi hominum imprudẽtia.Et, ô bone Deus,hi ſunt ipſi qui imputant ſuam culpam medicamentis quaſi nihil proficientibus.Sed ad propoſitum reuertemur. LXXXV.

Faciunt enim compoſita medicamenta ad ſanguinis eruptionem, quorum & hoc eſt: Acaciæ ſucci P. vnciæ, ὑποκιστίδος,qui eſt ſuccus roſæ ſyluaticæ, (quã caninã quidam vocant) P. vnciæ,balauſtium quod eſt flos mali granati quo coriarii vtuntur P. vnciæ, opii P. ſemunciæ. D Balauſtium contunditur, ſiccatur,ſicco mortario teritur. Cætera pridie macerata in aqua commiſcẽtur,& diligenter paſtilli fingũtur.Quidam P.✱.I.quidam victoriati denarii dãtur ad ætatem cuiuſque,ex aquæ frigidæ remiſſæ cyathis tribus aut duobus.Atque ille quidem paſtillus benefacit ad dyſentericos,id eſt torminoſos. LXXXVI.

Alter paſtillus ad ſanguinis eruptionẽ mirificè faciens. Tragacanthi P.✱.IX.Samiæ cretæ P.✱.VII.ceræ Ponticæ P.✱.IX.glycyrrhizæ ſucci (eſt autem radix dulcis) P.✱.V. ſymphyti ſucci P.✱. XII. commis P.✱. IIII. ὑποκιστίδος ſucci P.✱.VII.thuris P.✱.V. aluminis liquidi P.✱.II. opii E P.✱.V.amyli P.✱.VI.myrrhæ P.✱.V.croci P.✱.VII.plantaginis ſucci P.✱.III.paſſi meconii quod ſatis erit miſcebitur,fiunt paſtilli. Alii P.✱. I. alii victoriati dabuntur ex aquæ tepentis cyathis duobus & dimidio.

AD TVSSIM VETEREM, ET DEſtillationes, & ſuſpiria,& inflationes,quum dura habent præcordia,& lienoſos,& phthiſicos. Cap. 22.

LXXXVII.

F Catapotium,(id eſt medicamentũ quod non diluitur, ſed ita vt eſt deuoratur)ad tuſſim quæ cum fluore eſt, Croci pondo vnciæ, myrrhæ pondo ſextantis, opii pondo quadrantis. Contunditur crocum, percribratur, contuſæ myrrhæ opium admiſcetur aqua exigua dilutum. Poſtea adiicitur crocum, & quum in vnum benè mixta ſunt,finguntur pilulæ erui magnitudinis:dantur in nocte ternæ vel quaternæ. LXXXVIII.

Catapotium alterũ ad tuſſim aridam, Myrrhæ,piperis, caſtorei, galbani,ſtyracis, opii,ſingulorum idem ponderis.Caſtoreum & piper contunduntur & cribrãtur: G deinde myrrhæ antè tritæ cæteris cõtuſis æquè admiſcentur. Vbi omnium vnitas mortario facta eſt,melle deſpumato medicamentum comprehenditur: deinde formantur pilulæ viciæ magnitudinis. Dantur ternæ vel quaternæ in noctem. LXXXIX.

Aliud catapotiũ ad tuſſim veterem,ſuſpiriũ,& phthiſi tentatos,lienem,& iecur durum habentes: idem inflationem tollit, & purgat mulierem, ſiqua ex partu ſubſtiterunt. Styracis P.✱.VI.myrrhæ P.✱. II. & victoriati,opopanacis P.✱.II. iridis Illyricæ P.✱.II. galbani P.✱.II. re- H ſinæ terebinthinæ P.✱.V.alterci ſeminis P.✱.I. nitri P.✱. I. piperis albi P.✱.I. opii P.✱.I. Irim,altercum,piper contundere oportet & cribrare, nitrum mortario terere, & cætera pilo commiſcere,& poſtea hæc eis adiicere, atque facere catapotia magnitudinis fabæ. Inde terna vel quaterna in noctem dare ad inflationes in ipſa diſtentione cum aquæ calidæ cyathis tribus. CIX.

Paſtillus ad tuſſim,deſtillationem pectoris,pulmones, ad epiphoras oculorum,veſicæ dolorem qui cum fluore conſiſtit,vbi ſæpius & non ſine cruciatu vrinam faciunt: item ad eos qui ſanguinem reiiciunt,aut per vrinam reddunt: ad deiectionem,tormina,grauedinem,cholerã,ſtomachi crebram nauſeam cum vomitu ſine febre:& quicquid reprimere & ſiccare oportet optimè compeſcit:præterea facit ad omnis partis corporis dolorem, præterea capitis.Quinetiã ſiquando aliquis hoc fuerit inũctus,alii vitio non erit dandum hoc medicamẽntum. Quum autẽ ad omnia quæ ſuprà dixi manifeſtè profit, tum præcipuè ad initia phthiſin habentes benefacit. Multos enim eripuit ex magno periculo interdum bis terve datus hic paſtillus:recipit hæc: Myrrhæ troglodytidos P.✱.VI. croci P.✱.V.opii P.✱.IIII.thuris P.✱.V.alterci albi ſeminis P.✱. IIII.Apollinaris herbæ radicis corticis.P.✱.IIII.Cõtunditur hic cortex per ſe,& cribratur tenui cribro:deinde crocum,poſtea altercum,myrrha,thus, quib⁹ miſcetur opiũ pridie aqua maceratũ:ſubinde aquæ exiguũ adiicitur donec fingi paſtilli poſſint, P.✱. victoriati. Alii tertia partẽ huius ponderis detracta, dãtur in noctẽ ex aquæ cyathis tribus.Somnum faciũt,dolorem ſedant, vt ſuperius dixi. Oportet autem ex eo etiam catapotia facere. quidam enim facilius ea quàm potionem ſumunt,verũm non multum intereſt. CXI.

Ad eadẽ remiſſior quidem paſtillus, ſed non contemnendus,Croci,myrrhæ, alterci,opii,põdera paria contuſa miſcentur,deſpumato Attico melle fiunt paſtilli eiuſdem ponderis. Dantur ad ætatem eius tres in noctem, licet & hinc catapotia facere propter eãdem cauſam, ſed tunc aqua non mel adiicitur. XCII.

Paſtillus ad tuſſim & ſanguinẽ reiiciẽtes, & ſtomachũ ſolutum habentes:facit & ad deiectionem,& veſicæ dolorẽ,Apii ſeminis P.✱.VI. alterci ſeminis P.✱.XII.anethi P.✱. XII. opii P.VI.croci P.✱. III. roſæ foliorum arefactorum in vmbra P.✱.XII. myrrhæ P.✱.XII. Semina, & crocum, & folia roſæ contunduntur, cribrantur, myrrha teritur,opium aqua maceratur: omnia in vnum miſcentur aqua adiecta:fiunt paſtilli victoriati P.aliis tertia parte detracta.Dantur ad ſtomachũ imbecillem habentes,& ſanguinem reiicientes,ex aqua frigida cyathis duobus, cæteris ex calida totidem cyathis. XCIII.

Paſtillus ex odoribus benefacit ad omnẽ dolorem: propriè autem ad tuſſim:item pectoris diſtentionem,& oculorum epiphoras.Facit & ad ſuſpirium,& ad lateris dolorem,& ad phthiſicos,& veſica renibúſque laborantes,vel ſanguinem ad vrinam reddentes cum dolore,Caſiæ,cinnami,croci,ſingulorum P.✱.II.alterci ſeminis, Apollinaris herbæ radicis,ſingulorum P.✱.IIII. piperis P.✱.II. opii P.✱.IIII. thuris P.✱.II. nardi ſpicæ P.✱.II. Vino Falerno contuſa & trita vtraque vt debent, conſperguntur, fiunt paſtilli victoriati P. & aliis parte tertia detracta. Dãtur in noctem,prout vires ſunt, cum aquæ calidæ cyahis duobus aut tribus. XCIIII.

Medicamentum quod per cochlearium deuoratur,benefacit ad tuſſim aridam,& eos qui difficulter glutinoſa excreant,& præfocari videntur interdum. Sed præcipuè iis qui lateris dolorem cum febre ſentiunt, quos Græci πλευριτικοὺς vocant. Liberat enim eos ab omni periculo. Hoc medicamentum Apulei Celſi fuit, præceptoris Valentis & noſtri, & nunquam vlli ſe viuo compoſitionem eius dedit,quòd magnam opinionem ex ea traxerat. Eſt autem hæc quæ componitur tribus rebus his, Piperis nigri electi & ponderoſi granis duobus, myrrhæ troglodytidos P.✱.II.mellis Attici deſpumati libra. Piper cõtunditur diligẽter & cribratur, myrrha teritur mortario curioſè,& poſtea vtraque in vnum miſcentur:deinde mel adiicitur:dantur cochlearia quina vel ſena. Pleuriticis etiam plura ſæpius,& cum interuallo dare oportet: & maximè quum tuſſiunt,aut præfocari videntur, & difficulter ſpirant,ſiue noctu ſiue interdiu. Protinus enim excreant ea quæ obſtant tranſitui ſpiritus,& tuſſire deſinunt. XCV

Alterum medicamentum ad tuſſim aridam, Naſturtii animati ſeminis P.vncia, alterci ſeminis P.vncia, opii P. vncia, myrrhæ P.vncia, croci P. ſemuncia, ſulphuris viui P.ſemuncia, piperis albi P. quadrās. Melle colligitur medicamentum. Datur fabæ Ægyptiæ magnitudine ex cyathis aquæ tribus in noctem. Facit autē & hoc medicamētum ad lateris dolorem & ad ſtomachi inflationem, grauedinem, cœliacos qui ſubitò vniuerſa deiiciunt. Prodeſt & dolētibus ſuperpoſitū & circundatum denti, & ſi exeſus eſt, in cauernam eius infertur. Tollit præterea horrores febrem præcedentes: tum quū hæc circuitum certum habet, datum ante horam, diutius corpore perfricato ex oleo calido. Prodeſt & illis qui ſine horrore circuitibus febrium vexantur: quamobrem ἀλεξιπύρετος hæc compoſitio dicitur. XCVI.

Aliud ad tuſſim aridam, & glutinoſa excreantes. Purgat etiā interaneas vomicas, ſuppurationes, lini ſeminis, vrticæ ſeminis, naſturtii ſeminis, iridis Illyricæ radicis æqua pondera miſceri oportet, & cum melle deſpumato, quantum ſatis ſit: & frequenter oportet cochleario dare.

ANTIDOTOS HYERA PACCHII ANTIOchi ad vniuerſa corporis vitia, maximè lateris, & ad podagram,

Cap. 23. XCVII.

AD lateris dolorē, ſiue cum febre, ſiue ſine febre fuerit, compoſitio mirifica, nō ignorata quidem ab antiquioribus propter effectus, ſed præcipuè à Pacchio Antiocho auditore Philenidis Catinenſis vſū illuſtrata. Fecit enim magnos quæſtus ex ea propter erebros ſucceſſus in vitiis difficillimis. Sed ne hic quidem vlli ſe viuo compoſitionem dedit. Poſt mortem autem eius Tiberio Cæſari per libellum ſcriptum ad eum, & bibliothecis publicis poſita venit in manus noſtras, quam antea nullo modo extrahere potuimus: quanuis omnia fecerimus vt ſciremus quæ eſſet. Ipſe enim cluſus cōponebat, nec vlli ſuorum committebat. plura enim quàm recipit ipſemet contundi iubebat pigmenta, fallendi ſuos cauſa. Hanc poſtea nos ſciuimus, quæ (vt ſanè & libello ipſe fatetur) non à ſe inuenta, ſed vſu exactiore comprobata ad quæ vitia & cū quibus, & quemadmodum data proficeret. Etenim nō ignota, ponderibus tamen antiquis, aut adiecit aut detraxit: & res quæ in hac compoſitione ſunt, non vtique conueniunt ad antiquas. Interdum enim earū quædā plures etiam numero accipiunt, atque ideo non idem præſtant, quum interim hæc mirifica temperatura compoſita mirificos effectus habeat. XCVIII.

Facit hoc verò medicamentum non ſolùm ad lateris dolorem, ſed etiam ad plura vitia efficaciter: quamobrem ſemper habeo id compoſitum. Percurram autem quambreuiſſimè, ad quæ vitia & qualiter datum proſit, vt etiā in libello eius ſcriptum eſt, & ego magna parte iam expertus ſum. XCIX.

Sanat ergo morbo comitiali correptos (quos ἐπιληπτικοὺς Græci vocant) furioſos (quos μαινομένους dicunt): item ſanat quibus ſubitis tenebris obſcurantur oculi cum vertigine, (σκοτωματικοὺς hos Græci appellant) nec minus diutino correptos capitis dolore (quem κεφαλαλγίαν appellāt) Prodeſt data P.✳.duum ex aquæ mulſæ cyathis quatuor, quum remiſſi fuerint. Et ſi frequenter quidem corripiuntur, poſt binas ternásve acceſſiones danda erit antidotos hyera. Hoc nomē enim tribuit ei duas propter cauſas, vt exiſtimo: vnam ne eius nomen verum dicendo, oſtēderet quæ eſſet: (dicitur enim à quibuſdam πικρά, quia amara eſt: à quibuſdam διὰ κολοκύνθιδος) alterā, quò magis ſub tanta ſpecie nominis commendaret medicamentum. Sed ſi ex longo interuallo acceſſionibus vexabūtur, in remiſſione dolorum ſæpius dandum erit medicamentum. Ita enim aut ex toto remedio eſt, aut certè minuitur quotidie impetus vitiorum & ſedatur, interuallāq; maiora accipit, & hoc ipſo opportuniores fiūt ad veratri potionē, qua maximè hæc vitia tolluntur. Dare autem his oportet ſecundum purgationem (bis enim aut ter ſpumoſa & glutinoſa deiiciunt) ptiſſanæ cremorem, olera lenia ex vrtica & lapatho malua facta: torpedine interdum admixta, & cum exiguo pane, aquámque potui. C.

A Facit bene hæc compoſitio ad ſupirium, & ad vocis abſciſionem, & ſubitas præfocationes ex qualibet cauſa ortas, & ad eos qui ſæpius exiſtimātur ab incubone deludi. Vſque eo tamen vexantur vt interdum vitæ periculum adeāt. eſt enim vitiū nō cōtemnendū vtique in proceſſa ætate. Quibus dandum erit medicamētum proximo die eius noctis qua correpti ſunt: quum interuallū à ſumno fecerint, & quod ſatis eſt ambulauerint, ex aquæ hyſſopū aut marrubium incoctum habentis cyathis quatuor vel B quinque ✳. P. I. vel vnius & victoriati, prout res poſtulauerit: deinde poſt horas treis quatuórve cremor ptiſſanæ detur. CI.

Facit & hoc medicamentum ad eos quorum muſculi maxillares cum maximo dolore tēſi ſunt, adeò vt aperire os nullo modo poſſint: τέτανον hoc vitium Græci dicunt. Item facit ad deprauatam faciem in vtramlibet partem, κυνικὸν σπασμὸν hoc idē appellant genus morbi. Præcipuè verò ad pectoris & lateris dolores prodeſt ex qualibet cauſa factos, ſiue latēte & occulta, ſiue manifeſta, vt ex ictu, caC ſu, conatu aliquo ſupra vires, vel ponderis ſupra modum portatione, vel cōtuſione, quæ frequēter gladiatorib9 accidere ſolet in luctationib9, & eorū maximè ſauciatis. Nec minus arbore alta delapſis, vel ſcalis deuolutis, excuſſis à rheda vel curriculo, atq; ita tractis. Sed his, (id eſt manifeſta ex cauſa vexatis) cum aceti cyathis tribus quatuórve danda erit antidotos. Illis verò qui ex occulta cauſa laborant ex aqua mulſa proderit: præterea neruorum tēſionibus mirificè conuenit. Quamobrem facit & ad tremulos, & ſyderatione tētatos vtralibet. vna enim ex contractioD ne, altera cum remiſſione neruorū conſpicitur: παράλυσιν hoc vtrumque vitium Græci appellant. Ad quod etiam quum correpti ſunt prodeſt ex aquæ mulſæ cyathis tribus quatuórve datum medicamentum ✳.P.I. vel vnius & victoriati, admixto pondere victoriati caſtorei. Prodeſt & ad articulorum morbū, quem ἀρθρῖτιν vocant, ad ſpinam, & totius lumborúmque dolorem ex aqua mulſa datur ad vires cuiuſque. Item ad podagram benefacit. nam & in præſentia detractione ipſa leuat, & in futurum omni moleſtia liberat. Dimidio enim celerius ſanantur qui acceE perunt medicamentum quàm prius ſolebāt. CII.

Quid dicam? duritias in mammis mulierum cum dolore conſiſtentes, quas nullū medicamentū leuat, quemadmodum ex toto in perpetuū interdum ſanat, quas plerique medicorum inſanabiles affirmant, καρκινώματα & κακοήθη appellantes. Poteram nominare honeſtas fœminas quas aut ille, aut ego hoc medicamento ſanauimus: niſi crederem fidem te habere nobis, alioquin ipſe tibi iam dixiſſem. CIII.

Illud verò ſupra omnium opinionem eſt, quod ad ſtoF machicos euidēter cōuenit, quum ſit viroſiſſimum medicamentum aduerſus ſtomachum, ne ad lenia quidem & ſimplicia medicamenta aptè diſpoſitum. Sed videlicet in eiuſmodi rebus potentior vſus ratione eſt. expertus enim vnuſquiſq; intelligit ſtomacho quoque hoc medicamentum eximiè prodeſſe. CIIII.

Remediat enim eos quibus frequēter inaceſcit cibus, & eos qui aſſiduè inflationibus vrgentur, vel dolore eius vexantur, aut aſſiduè nauſeant, aut ſaliua abundant, vel inedia conſumuntur, ſtomachúmque ita ſolutum habēt G vt ex eo varios liquores ſubinde reſpuāt conſentiente capite, vt nullū genus cibi continere poſſint. Item ad bilem atram generātes, quos appellant μελαγχολικοὺς benefacit. Oportet autem non continentibus cibos ſecundum vomitum protinus oleo perunctis, & diutius preſſē fricatis, dare medicamētum ✳.P.I. ex aquæ cyathis tribus: deinde artus conſtringere, & interdum olfactariis reficere, & commāducatione oliuarū contuſarū, earúmque rerū quæ ſtomachum conſtringere ſolent, interim ſubrectos recubantes: deinde quum deiecerint, ſolutis vinculis rurſus H perungere, & fricare totū corpus. Atque ita varietate apta ciborum ſtomachum proritare, vel halica ex mulſo, malorum cydoniorum ſucco facto, vel ex granatorum per ſe malorum, vel ſi quos magis delectat ex frigida poſca: ſecundum quæ, apala oua proderūt, & intubi cocti vel crudi ex aceto: item lactucæ caules cum foliis ex poſca deco-

cti, conchula marina, purpuræ murices, pelorides, volua pomorum, ſorba mala orbiculata, ſcandina, pira, cruſtumina ſegnina olla repoſita, item vuæ ex olla. Hæc enim & huiuſmodi quæ ſunt, confirmant ſtomachum, quibus & inſequentibus diebus vti oportebit paulatim ad conſuetudinem progredientem, donec propè omni moleſtia ægri liberentur. CV.

Eſt ſtomachi vitium quod cum ſiccitate & ardore eius, & irrequiebili (vt ita dicam) & inextinguibili ſiti conſiſtit: ἄπνον Græci vocant, ab eo quòd exſiccat omnem ſtomachi humorem. Scimus quoſdam vrnas aquæ bibiſſe, neque ideo ſitim aliqua ex parte in præſentia cōpeſcuiſſe. Ad hoc ✱. P. I. vel victoriati datum ex aquæ cyathis duobus frigidæ, ita prodeſt vt facilè abſtinere ab aqua proximis diebus poſſint. Lienoſis verò ex poſca, & iocinoroſis duritiam habentibus diutinam ex aqua mulſa ſatis conuenit. Nec minus hydropicis quibus datur eadem ratione. Sed his per cōplures dies oportebit ptiſſanæ cremorem ſine vllo liquore dari. CVI.

Prodeſt compoſitio hæc & colo inflato, & cæteris inteſtinis. Futuras quoque vel iam factas vomicas iiſdē partibus aut diſcutit, aut celerius aperit: item mēſtrua mouet mulieribus quæ difficulter purgantur. Dandum autem erit his ex aqua medicamentum: in aqua decoquitur herba quæ artemiſia dicitur, aut quam δίκταμνον appellāt. Etiam ad papulas & ſacrum ignem, vel quam zonā vocant, benefacit ex aqua mulſa, detracto prius ſanguine, ſi res poſtulauerit, vt & in aliis omnibus ſuperius dictis faciendum eſt. Omnia enim auxilia adhibenda ſunt quæ ex vſu prodeſſe eis cōperta habemus: quia facilius adiuta antidotos adiuuabit, & effectus exhibebit. Recipit autē hæc, Stœchados, marrubii, χαμαίδρυος, quæ herba ſimilia quercus folia habet, agarici, cucurbitulæ ſylueſtris, quam κολοκυνθίδα appellant, ſingulorum ✱. P. X. opopanacis, ſagapeni, petroſelini, terræ mali, piperis albi, ſingulorum ✱. P. V. cinnami, nardi ſpicæ, myrrhæ folii, croci, ſingulorum ✱. P. IIII. in vnū omnia ponderata contunduntur & cribrantur, præterea opopanaces & ſagapenum. hæc enim mortario teruntur, adiecto melle tenui, id eſt quam liquidiſſimo: deinde cæteris miſcētur quæ & ipſa recipere debent tantum mellis quantum ſatis erit ad comprehēdenda, & continenda ea. Reponitur medicamentum vaſe vitreo. Datur vt ſuprà dixim⁹ ad cuiuſque vires, & eſt prorſus ſacrum, vt author huius nominis appellat. CVII.

Siquando autem efficaciore eo voluerimus vti propter difficultatem naturalem vitiorum, aut diuturnitatem, vt in furioſis aut comitiali morbo correptis, vel lumborum perpetuum dolorem habentibus, podagra correptis vaſtius, cucurbitæ ſylueſtris adiicimus ad ſuperius dicta pōdera ✱. P. XX. opopanacis atque ſagapeni, ſingulorum ✱. P. trium. Quamobrē vtraque parata debent eſſe medicamēta: vt quum opus fuerit, vſus alterutrius in promptu ſit. Illud vtique credas interim velim mihi, dum in aliis expertus perſuadeam, hoc medicamentum nō ſolùm non nocere ſtomacho, verumetiam reficere & confirmare eum ſupra omnem opinionem.

AD STOMACHI DOLOREM ET INFLAtionem, & cætera vitia interius,

Cap. 24. CVIII.

MEdicamentum quod propriè aduerſus ſolutionem ſtomachi facit & fluorem eiuſdem: maximè verò quum nihil cibi retinere poſſunt, ſed quicquid datum eſt reiiciunt: Maſtiches Chiæ cādidæ pondo libra, tragacanthi albi pōdo libra, Appollinaris herbæ radicis vncia. Cōtunditur tragacanthum cum radice, poſtea maſtiche adiicitur: reponitur in vitreo vaſe. Dantur quum opus eſt cochlearia tria ſecundum vomitum per ſe factum ex aquæ frigidæ cyathis tribus.

AD STOMACHI DOLOREM ET inflationem, Cap. 25. CIX.

PAlmarum ✱. P. XL. anethi ✱. P. IIII. croci ✱. P. duū, git ✱. P. duum, & aſari ✱. P. duum, murti nigræ baccarum ✱. P. IIII. iuniperi grana numero viginti. Cōtunduntur ſeorſum omnia, & in vnum miſcētur, deinde fiūt paſtilli ✱. P. I. aliis victoriati. Dātur ieiuno ex aquæ cyathis quatuor, aut ex Cretico muſto, quod eſt paſſi gen⁹. CX.

Medicamentum ſiccum ad ſtomachi inflationē, & dolorem & inediam. mouet vrinam: ideóque facit & ad hydropicos, & iecur durum habentes, auriginē: (quam quidam regium, quidam arquatum morbum vocant) refertur in Muſam Antonium. Recipit autem hæc, Aloes P. aſſis trientem, croci, cinnami, nardi Syriacæ ſpicæ, aſari, xylobalſami, maſtiches Chiæ, ſingulorum ✱. P. VI. Tunditur, & vitro reponitur. dantur cochlearia duo vel tria ex aquæ cyathis tribus.

Compoſitio LXXII. *quæ ſuperius defuerat, hîc ex Galeno ſeptimo de compoſitione medicamentorum* κατὰ τόπους, *citante Scribonium Largum, ſic reſtituta eſt à Iohan. Ruellio.*

Altera Scribonii Largi quæ quòd ſub lingua teneatur ὑπογλωσσὶς appellata, facit ad abſciſionem vocis, Radicis dulcis ✱. P. VIII. myrrhæ ✱. P. XXIIII. terebinthinæ ✱. P. XXXII. tragacāthæ ✱. P. XXXVIII. ſingula ſicca ſeorſum tundito & cernito, reſináque in pilam coniecta excipito. Vbi in vnitatem coierunt, in formulas digerito quæ Ægyptiæ fabæ magnitudinem æquent, & in vmbra ſiccato: quúmque vſus poſcet, vnam aut alteram ſub lingua tenendam dato, vt eliqueſcens deuoretur. Medicamētum oportet quum res exiget, celeriter effingere, ſiquidem confeſtim exſiccari ſolet: quapropter in promptu terere conuenit medicamenta quum in paſtillos cōges. *Hæc Galenus ex Scribonii Largi ſententia.*

AD COELIACOS, ET TORMINOSOS, & ventris diutinum dolorem, Cap. 27. CXI.

AD cœliacos, id eſt qui ſubitò & multa deiiciūt: item & ad aluum citatam, & interdū lenia tormina: Sorborum aridorum contuſorum ſextarius vnus, rhus Syriaci coquuntur ſextarii duo, mala granata recentia decem, item mala cydonia decem. Hæc vtraque coniiciuntur in ſapam factam ex muſti adhuc in dolio feruentis ſextariis trigintaſex, ad duodecim ſextarios decoctam, donec malorum coria percoquantur, vt ſint madida: deinde terūtur hæc fictili mortario, vt grana comminuantur, quibus deinde cydonia admiſcentur, & æquè teruntur. Poſtea rurſus & ſorba arida admiſcentur, cribrata curioſè ſapæ quæ reſidua eſt, & omnibus in vnum bene coactis: reponitur medicamentum in vitreo vaſe. Dantur autem inde ieiunis in diem ligulæ binæ vel ternæ per ſe: ſin autē grauior morbus inſedit, hîc datur. CXII.

Paſtillus ad cœliacos & torminoſos optimè faciēs: Balauſtii hypociſtidos pridie aqua macerati P. ſextans, alterci ſeminis, cretæ Samiæ, ſingulorū P. vncia, vino myrtite adiecto, fiunt paſtilli ✱. P. vnius, aut victoriati. Dantur ieiuno ſine febre ex vino myrtite, aut ſignino, cyatho vno cum duobus aquæ mixto: febricitantibus, ex aquæ cyathis tribus. Hoc etiam, incitata libidine ipſius morbi, paſtillus, ſiue plures diluti aqua calida, vino, oleo, per clyſterem immittitur: ſtatim ſomnus conſequitur quoties deſurrexerint torminoſi, qui grauiter afflicti ſunt, & vtique prodeſt.

ALIVS PASTILLVS AD TORMINOSOS efficacior, Cap. 28. CXIII.

ACaciæ ✱. P. quatuor, croci ✱. P. duum, gallæ ✱. P. VIII. hypociſtidis ✱. P. IIII. lycii ✱. P. IIII. myrrhæ ✱. P. IIII. rhus quo coqui vtuntur, nardi ſpicæ Syriacæ, aloes, ſingulorum ✱. pondo duum, aneſi, commis, ſingulorum ✱. P. quatuor, piperis nigri ✱. P. duum. Tunduntur, teruntur, cribrantur ex ſucco cauliculorum rubi, vel ex vino ſignino collyrii tritura. Quum fuerint hæc lenia, aut vngui nulla pateat aſpritudo, finguntur paſtilli ✱. P. I. aliis pondo victoriati. Datur vnus ieiuno ante meridiem, alter in noctem: ex aqua, ſi febres erunt: ex vino ſignino, ſi ſincerè corpus erit. Hoc efficax eſt medicamentum, & ſi cætera quæ debent, ſentiente eius valetudine, rectè adhibita fuerint, vtique ſanant. CXIIII.

Paſtillus item qui clyſterio immittitur torminoſis per anum, quū ſordida & ſanguinolēta eiiciunt, id eſt quum inteſtina eorum cancer occupauit, quo quaſi cauterio tūc tantummodo vti oportet, alioqui nocet: ideóque à quibuſdam ignorantibus eius vſus accuſatur, quaſi nocuus. Recipit autem hæc, Chartæ combuſtæ cineris ✱. P. XXX.

calcis viuæ ✱. P. XXIIII. ἀρσενικῦ, quod eſt auripigmentum ✱. P. XII. ſandaracæ ✱. P. ſex. Hæc trita vino conſperguntur in quo roſa & lentes prius incoquuntur, vt poſſint fieri paſtilli ✱. P. duum aut vnius. Quum opus eſt teritur vnus paſtillus,& immittitur per aquam decoctam roſam & lentem habentem, ſi febricitabunt: ſin minus, ex vino eadem incocta habente: facit & murti faſciculus cum oleaſtri vel oliuæ ramulis, vtrorunque modo prout res exegerit,incoctus. CXV. A

Potio autem, id eſt paſtillus quũ immiſſus fuerit,medicamentum ſic conuenit in noctem,Myrrhæ ✱. P. duũ, Lycii ✱. P. III. thuris ✱. P. I. opii ✱. P. duum, aloes ✱. P. duum,acaciæ ✱. P. IIII. murti baccarũ nigrarum ✱. P. XVI. ouorum ex aceto coctorum vitelli duo. Hæc trita vino Surrentino conſperguntur,& fiunt paſtilli ✱. P. I. Dantur febricitantibus ex aquæ cyathis quatuor, permixti Surrentini vini cyathis duobus. CXVI. B

Ad εἰλεὸν, quod vitium eſt inflatio tenuium inteſtinorum, facit bene galbani pondo victoriati: deuoratur in pilulas diuiſum duas vel tres.Mouet & ructum,& interdũ deiicit ventum deorſum,atque ita prodeſt. CXVII. C

Ad idem vitium mirificè prodeſt hoc medicamẽtum: facit autem ad lateris dolorem, & ad omnem partẽ corporis,Dauci ſeminis,panacis radicis,caſtorei paria pōdera,rutæ ſyluaticæ dimidium,tritis vel contuſis mel decoctum adiicere oportet. Inde dare ✱. P. I. aut victoriati, ex aquæ caldæ cyathis tribus. CXVIII.

Facit & ad huiuſmodi, per anum immiſſum fœnumgræcum:id aqua bene coquere oportet, atque inde ſumere heminam: item in oleo domeſtico incoquere rutam quamplurimam,& hinc caldam heminam adiicere priori aquæ,quibus vtriſque admiſcere aphronitri triti ſeſcũciam,& ita per clyſteria caldam immittere. Hoc ego iam ſtercus per os deiicientem (quod ſi non mortiferum eſt) ſanaui vnguentarii cuiuſdam ſeruum. Eſt autem vitium εἰλεὸν periculoſiſſimum, & ideo inter præcipua refertur. Quamobrem non vtique cum magna fiducia ad hoc genus vitii aggredi debemus. D

AD COLI DOLOREM ETIAM VETVſtum compoſitionum genera experta,quæ in totum perſanant, Cap. 29. CXIX. E

AD coli inflationem benefacit cumini ſyluatici ſemẽ per ſe,vt eſt datum,quãtum cochlearia tria in aquæ caldæ cyathis quatuor. CXX.

Nam Caſſii medici colice bona multis nota propter effectus,vera hæc eſt,vt ab eius ſeruo Atimeto accepi,legato Tiberii Cæſaris, quia is eam ſolitus erat ei componere: Apii ſeminis pondo ſelibram, aneſi pondo quadrantem,caſtorei pondo ſextantem,myrrhæ pondo quadrantem, ſpicæ nardi Indicæ pondo ſextantem, opii pondo quadrantem,croci pondo ſeſcunciam,piperis longi pondo ſextantem,piperis nigri pondo ſextãtem ſemunciam, petroſelini pondo ſextantem,ſchœni pondo ſeſcunciam. Hæc omnia cōtuſa cribrata, melle Attico decocta miſcẽtur. Datur ex hoc medicamento quantum nux abellana media patet,ex aquæ cyathis tribus caldæ. In ipſis doloribus ſtatim prodeſt. Item medicamentũ cerati ex malabathro facit ex duabus partibus,& ceræ vnius mixtum, & extrà impoſitum in ventrem totum. Præterea benefacit & ad ſtomachi inflationem,& ad ſuſpirium,& ad iocinoris dolorem,tuſſim,deſtillationem. CXXI. F G

Colice mirifica Iulii Baſſi,citò leuat:deinde tollit inflationes coli & omnis partis corporis: facit & ad ſtomachi imbecillitates, & ad inteſtinorũ alioqui dolorem,(quem Græci ϛρόφον appellant) ex aqua hyſſopum aut rutam decoctam habente. Item benefacit ad ſanguinem, & ex interiore parte.Non enim patitur latè fieri,nec intus vulnus conuerti:ſed citò ſupprimit ſanguinem,& vulnus cogit coire. Dandum autem his medicamentum ex aqua πολιὸν coctum habente aut rutam.Prodeſt & torminoſis, & cœliacis,datum ex aqua centunculum herbam incoctã habente(quam Græci γναφαλίδα dicunt)vel ſorba, vel ſiliquam Syriacam. Lienoſis datur ex mulſo vel paſſo aquæ mixtis. Eodem modo dandum eſt & eis qui ſanguinem per vrinam vel aluum reddunt. Nec minus etiam H mulieribus quæ fluore ſanguinolento infeſtantur (quod ῥῦν ἐρυθρὸν Græci dicunt) vel ex partu abortúve,quæ reſiduos vuluæ dolores habent: & in totum quibus ſupprimendus eſt fluor,aut ex aliqua parte corporis inflatio tollenda.Recipit autem hæc,Spicæ nardi,coſti, piperis albi, piperis nigri,piperis longi,myrrhæ,opii,apollinaris radicis,& cinnami,aſari,acori,thuris,braſſicæ ſeminis, caſtorei,ſingulorum ✱. P. XII. opopanacis ✱. P. X. ſtœchadis, dauci, amii, ſingulorum ✱. P. XVIII. ſeſelis Cretici ✱. P. XXIIII. mel Atticum miſcetur,datur non plus quàm ✱. P. aut victoriati. Cæterùm prout cuiuſque vires poſtulabunt, dummodo infra hoc pondus ex aquæ caldæ cyathis tribus in noctem ſecundum cœnam. Hæc potio etiam febricitantibus tutò datur: ſed cœliacis in ipſo dolore prodeſt:vitreo vaſe ſeruatur. CXXII.

Ad coli dolorem faciunt quidẽ mirificè quæ ſuperius poſita ſunt, ſed cætera medicamenta in aliis vitiis dolorem leuant in præſentia,hoc verò quod dicturus ſum, ſupra hominis ſpem conditionémque eſt:ideo primo tempore ne fidem quidem habet, poſtea à nullo ſatis dignè laudari poteſt. Nam & in præſentia dolorem tollit,& in futurum remediat, ne eum vnquam repetat. Raro enim quis iterum,vel ad ſummum tertiò,hoc accepto medicamento,vexatus eſt. Quamobrem ſiquando repetierit iterum dolor, dandæ erunt per triduum & tũc potiones, eodem modo quo primæ datæ fuerint. Interdum & tertiò in dolore eodem genere potiones dabuntur: quod accidit poſt hanc, vtique in futurum quoque remediatur, ita vt ne ſuſpicio quidem vlla relinquatur vitiis.Siquãdo tamen frigus aut multitudo cibi præceſſerint, grauitatem quandam, & priorem eius loci ſine vllo dolore ſentiunt planè, vt intelligant quaſi quanto malo caruerint. Hoc medicamento muliercula quædã Romæ ex Africa multos remediauit.Poſtea nos per magnam curam compoſitionem accepimus,(id eſt precio dato quod deſiderauerat)& aliquot nō ignotos ſanauimus, quorum nomina ſuperuacuum eſt referre. Conſtat autem medicamẽtum ex his rebus,Cerui cornua ſumuntur dum tenera ſunt,quaſi in taleas breues diuiſa, olla fictili componuntur, operculóque ſuperpoſito,ex argilla vndique circundata,fornace vruntur donec in cinerem candidiſſimum redigantur, atque ita in vaſe vitreo mundo reponuntur.Quum dolorem habet aliquis, pridie quàm poturus eſt medicamentum,debet abſtinere ab omni re:atque ita poſtero die ſumuntur ex cornibus cochlearia tria cumulata, ſatis ampla: quibus miſcentur piperis albi grana nouem trita, & myrrhæ exiguum, quod odorem tantummodo præſtare poſſit.Hæc quum in vnum commixta ſunt mortario diligenter,cochlea verò Africana(id eſt, inde allata) ſumitur quam poteſt ampliſſima,& viua mortario cum ſua teſta contunditur,atque vt eſt teritur, donec nullum veſtigiũ appareat teſtularum: poſtea vini Falerni non ſaccati cyathus adiicitur,& nihilominus rurſus teritur.Magis enim tunc apparẽt reſidẽdo amplitudines,ſiquæ reliquæ ſunt: quibus leuatis,iterum adiiciũtur cyathi duo eiuſdẽ vini, atque ita prioribus bene admiſcentur: transfunditúrque cum iis quæ ſunt in mortario,calice nouo,& ſupra carbones imponitur, mouẽte aliquo cochleario liquorem, nequid ſubſidat & peruratur.At vbi bene incaluerit,iniiciũtur in eundem calicem quæ ſuprà dixi cochlearia tria, & permouetur.Quum autem calore temperata & potio datur abducenda,ſtatim dolorem leuat.Hoc facere oportebit per inſequẽs biduum,capientem cibi in prandio aut alio tempore exiguum,quod facilè cōficiatur, ne crudus ſumat medicamentum. Poſtea in cōſuetudine victus ſui, qui colo infeſtabatur, dimittatur. Oportet tamen nō indifferenter remediatos in futurum viuere. tametſi enim à coli dolore tuti ſint, metuere nihilominus debẽt ne alia parte corporis æquè afficiantur ad intemperãtiam coli antequam remediati erunt.

AD TVMOREM, ET DOLOREM IOcinoris & duritiem, Cap. 30. CXXIII.

AD tumorem & dolorẽ iocinoris, itẽ ad duritiẽ facit bene lupi iecur primùm,in aqua feruẽti demiſſũ,atque ita areſactũ.Quãtum victoriatorum pondo trium ex

aquæ caldæ cyathis tribus per aliquot dies dabis. cxxiiii.

Item benefacit ad duritiam iocinoris veterẽ cunillæ aridæ (quam ſatureiam quidam vocãt) cõtuſæ ✶. P. vnius, vel victoriati, cum mulſi cyathis duobus & totidem aquæ. cxxv.

Proficit mirificè hæc compoſitio ad tumorem & ad dolorem cum duritia iocinoris & lienis, item ad renum dolorem benefacit. nam colorem corporis reſtituit, qui propter vitia dictarum partium corrumpitur, pallidúſque conſpicitur. Prodeſt hoc item medicamentum etiam ad aquæ mutationes, croci ✶. P. x. nardi ✶. P. duum, caſiæ ✶. P. duum, coſti ✶. P. i. ſchœni ✶. P. i. cinnami ✶. P. i. myrrhæ ſtactæ ✶. P. i. mellis optimi ✶. P. xxv. Datur quantum faba Ægyptia in muſti mulſi cyathis quatuor. Vitreo vaſe ſeruatur. cxxvi.

Ad iocinoris duritiam veterem, hydropicos, lienoſos, arquatos, & quibus opus eſt vrina: item ex partu reſidua mulieri purgat, & vuluæ dolorẽ tollit: ſic, Aneſi ✶. P. viii. dauci ✶. P. iii. petroſelini, item iuniperi, item ſilis, tragacanthi P. ſelibra, panacis ✶. P. viii. iridis, myrrhæ, coſti, amomi, ſingulorum ✶. P. vi. cumami ✶. P. iii. caſiæ ✶. P. iii. ſmyrnii, quod eſt ſemen oluſatri, ✶. P. viii. nardi Syriaci ✶. P. iiii. acori ✶. P. x. balſami ſeminis ✶. P. vi. opii ✶. P. v. erui molliti ſextarii bes, ſcyllæ coctæ pondo triens, vini Chii aut Leſbii quod ſatis erit: paſtilli fiunt ✶. P. duum.

AD AVRIGINEM, Cap. 31. cxxvii.

AD auriginem (quod vitium arquatum quidam vocant) capreæ montanæ ſtercus arefactum & tritum, adiecta mica myrrhæ, ex vini meri cyathis trib⁹: ſi febricitabunt, ex aquæ totidem: item rumicis radices tres aquæ tribus heminis incoctæ, donec ſextarius relinquatur, inde cyathi quatuor per triduum dantur.

AD LIENOSOS VETERES ET NOVOS impubium puerorum, Cap. 32. cxxviii.

LIenoſis benefacit tamaricum longè à mari collectũ, & arefactum, & contuſum ✶. P. vnius aut victoriati, datum ex aqua vel ex poſca. Prodeſt & inula arida campana eodem modo contuſa & cribrata, ex vini mixti cyathis quatuor ✶. P. vnius data. Mirificè facit & ammoniacæ guttæ ✶. P. victoriati, cum cauliculis tribus rubi ex aceto datum per dies quinque. tollit enim ex toto duritiam. cxxix.

Potio ad lienoſos, balani qua vnguentarii vtuntur ✶. P. duum, coſti ✶. P. vnius, capparis radicis ✶. P. i. hederæ nigræ baccarum ✶. P. duum, περικλύμενον (quam ſyluæ matrem vocamus) ✶. P. victoriati, galbani ✶. P. viii. cardami nigri (id eſt naſturtii ſeminis) ✶. P. duum, & victoriati, piperis nigri ✶ P. i. ſcyllæ coctæ ✶. P. xii. Hæc omnia colliguntur ſcylla: fiunt globuli. Dantur ✶. P. duũ vel vnius ex melle & aceto mixtis cyathis quatuor aut tribus: eadem facit ad hydropicos bene, ex aqua mulſa vrinam mouet. cxxx.

Lienoſos ſanat extrà impoſitus ſinapis ſextarius vnus detritus, adiecto ſextario vno lentis aceto coctæ. Oportet autem impoſitum eſſe medicamentum donec dolorem pati non poſſint: poſtea ſolio caldo dimittantur, vt plures eos contineãt, dum deſinat dolor, alioquin exilient. maior enim fit dolor calda tactis: poſtea ceratum ex roſa imponere oportebit. cxxxi.

Aliud eadem ratione impoſitum melius facit, Sinapis ſextarius, git cyathi duo, naſturtii cyathi quatuor, myrobalani corticis cyathi quatuor, piperis cyathi duo, ſinapi aceto acri pridie maceratum, deinde tritum, contuſum cæteris miſcetur: in panno illitum medicamentum imponitur, faſcia quamlongiſſima alligatur plurimum in vnum commiſſa, quò tardius ſoluatur. Hoc eſt efficaciſſimum, & multorum annorum tollit duritiam. Sed poſt hoc ſiquæ reliquiæ remanſerint, ammoniaco tollendæ erunt & rubo. cxxxii.

Inflatibus lienoſis dare oportebit aquam in qua candens ferrum demiſſum, vel lac caprinum, capta tantummodo hedera paſta. Proderit & his ſinapis ſicca, contuſa, cerato mixta, extrà impoſitum & gypſum aqua conſperſum, & acetum in quo tamaricum decoctum fuerit, veſica abditum, & ita extrà impoſitum.

AD HYDROPICOS, Cap. 33. cxxxiii.

AD hydropicos, quum iam diſtenti ſunt propter aquæ multitudinem (initiò enim alia via prodeſt) benefaciũt chamæleæ (quæ herba eſt ſimillima oliuæ) folia quinque, vel ſex, etiamſi arida fuerint data, ex aquæ mulſæ cyathis tribus, ſalis cochleario adiecto: (largiter enim aquam ducit) item ſquamæ æris quam λεπίδα Græci vocant pondo victoriati, data cum apii ſeminis pari pondere ex aquæ mulſæ cyathis quatuor: plurimum autem aquæ deiicit. Datur & radicis ſuccus ex vini cyathis tribus mixtis. Oportet verò ſecundum purgationem ſpongiis nouis totum ventrem ex aceto & ſale eiuſdem menſuræ diluto & inferuefacto imponere, & conſtringere extrà inſtita lõga, cibóſque aſſæ carnis dare cum pane azymo, fricantem totum corpus ſale, oleo, paribus menſuris, vini meraci quod ſatis erit dantem. cxxxiiii.

Benefacit ad hydropicos hæc compoſitio, & maximè in initiis, quorum ſufflatum corpus eſt (ὑποσάρκα quod Græci vocant) vitis albæ radicis ✶. P. xx. cocci cnidii ✶. P. iiii. ſcyllæ bulbi cocti detracta exteriore parte ✶. P. x. myrrhæ ✶. P. viii. cymini cyathis tribus, aneſi cyathis tribus, vini Falerni ſextariis duob⁹, paſſi ſextario vno. Præter myrrham, omnia contuſa, non cribrata, macerantur paſſo & vino nocte & die: poſtridie colatur liquor cui myrrha trita admiſcetur, à quo cyathus datus à balneo alternis diebus, ſingulis adiectis cyathis, donec profectus intelligatur. Oportet autem his diebus dare eis cibos aſſæ carnis agreſtis, aut volucrum, aut vinum auſterum meraculum.

ALVVM MOLLIENTIA, Cap. 34. cxxxv.

QVoniam interdum res poſtulat & per aluum detrahi materiam, vt diutius lippientibus, ſecũdum ſanguinis detractionem, ſcabiem, ignem ſacrum, papulas habẽbentibus, & alia eiuſmodi circa cutem ſummam, non alienum iudicauimus horũ quoque genus exponere. Sed prius exponemus quæ aluum mediocriter molliunt, ſimplicia quæ ſunt. Mollit ergo aluum herba mercurialis lenibus oleribus quamplurima mixta: item nitri victoriati pondus cum reſinæ terebinthinæ auellanæ nucis magnitudine deuoratur: calices quoque eis incruſtentur, additis quinque vel ſex ſalis farríſque granis, apii ſeminis paribus menſuris: & is qui vinum non auſterum præbiberit, quantum poſſit ante cibum, & inter prãdium vel cœnam, bellè aluum mollit: item ouilli lactis ſextario ſiquis adiiciat cnici purgati ✶. P. iiii. Mollit & ventrem quidem tribus heminis vini vt aloes victoriati pondo, vel idem pondus duobus tribúſve ſextariis vini, & ita totum per partes aqua mixtum bibunt. Videtur autem vinum vetuſtius, ventrémque cum eo ſatis mollit: facit autem aloe per ſe victoriati, vel ✶. P. ex aquæ cyathis tribus frigidæ, vel calidæ perductæ. cxxxvi.

Purgat ergo bellè chamælea quæ herba oliuæ folia ſimilia habet: quorum quinque vel ſex dare oportet, trita ex aquæ mulſæ cyathis iiii. frigidæ, ſi adſuetus erit: ſi minus, calidæ, adiecto cochleario. Detrahit enim aquam largiter. Biles purgat & filicis radix lota & raſa, atque in minimas particulas conciſa, quantum placet aceto aſperſas condito, vt ſolet: ita cum pondo quadrãte conſumpta. cxxxvii.

Bene purgat & hæc compoſitio, Aloes victoriati põdus, colophoniæ victoriati pondus: vnà terũtur: adiicitur mellis quod ſatis eſt ad colligenda ea. Datur ex aquæ calidæ vel frigidæ cyathis quatuor: hoc medicamentum ſtomachum non corrumpit.

GLOBVLI MIRIFICE PVRGANTES, qui vt ſumuntur, ita integri deiiciuntur, nec lædunt ſtomachum, Cap. 35. cxxxviii.

COlophoniæ ✶. P. viii. bdellii ✶. P. duum, commis ✶. P. vnius. Hæc trita ſucco lactucæ colliguntur, & finguntur pilulæ fabæ magnitudinis. Dantur paribus pilulis vſque ad ſeptem, prout vniuſcuiuſque vires patiũtur.

Globuli qui etiam cœnatis dantur, & efficiunt manè deiici quod ſatis ſit.

CXXXIX.

Colophoniæ ✱. P. III. aloes ✱. P. IIII. tragacanthi ✱. P. duum. Hoc pridie aqua maceratur, poſtero die cæteris admiſcetur : fiunt inde globuli fabæ magnitudinis. Dantur à tribus vſque ad ſeptem, prout cuiuſque vires patiuntur: ſtomachum nullo modo vexant.

AD TINEAS ET LVMBRICOS NECANDOS, Cap. 36. CXL.

AD tineas necandas, eiiciendas, per triduum allium B plurimum edat,& veteratum caſeum mollem,ſecũdum hoc filicis Macedonicæ contuſæ, aridæ & cribratæ ✱. P. VIII. cum melle quantum ipſe voluerit conſumat. Poſt horas quatuor detur ei aloes & ſcãmoniæ, ſingulorum victoriati pondo, ex aquæ mulſæ cyathis quatuor: quum cœperit deſurgere,aqua calda ſupponatur. Licet & ſine oleo pridie incœnato dare vtraque medicamenta. CXLI.

Ad lumbricos ſatis commodè facit & ſandonica herba quæ nunc viget, & cornum ceruinum limatum lima C lignaria quantum quatuor vel quinque cochlearia ex aquæ mixtorum decoctorum cyathis tribus, pridie maceratum:deinde tritum & datum,aqua exigua adiecta.

AD PROLAPSIONEM ET LIBIDINEM nimiam deſurgendi extremi inteſtini, Cap. 37. CXLII.

TEneſmos eſt irritatio vltimæ partis directi inteſtini, in quo vltimo ſæpiꝰ libet deſurgere ſine cauſa. Proderit ad hoc quoties deſurrexerit, vino auſteriſſimo & aqua calida fouere,vel verbenis & murti,& oliuæ ramulis, D factis ita vt duæ partes murti ſint.Quinetiam penicillum intinctum, & non nimis expreſſum, ex alterutro eorum ano expoſitum proderit habere, vel eodem modo glomus ſtaminis albi. diutius enim vaporem continet. Perungundus erit anus ſpecillo lycio, patarico, vel Indico. Vel hoc collyrium iniiciendum quod ad omnem deiectionem & tormina benefacit, Acaciæ,mali granati,corticis vſti,ſingulorum ✱. P. IIII. hypociſtidis, rhois quo coriarii vtuntur,opii,ſingulorum pondo ſena, omphacii pondo quatuor & victoriati,croci ✱. P. IIII. vino auſte- E ro colliguntur:fiunt collyria magnitudinis nucleorum pineorum.

AD RENVM TVMOREM ET EXVLCERATIONEM, etiamſi ſanguinolentam vrinam faciant, Cap. 38. CXLIII.

AD renum tumorem & exulcerationem,etiamſi ſanguinolentam vrinã faciãt, roſæ aridæ foliorum,papaueris nigri ſeminis,nucleorum pineorum paria pondera,contunduntur ſeorſum,& in vnum miſcẽtur: inde datur quantum nucis iuglandis, ex paſſi cyathis duobus, & F aquæ cyathis tribus. CXLIIII.

Alia ad renum dolorem potio quæ etiam quaſi arenã ſabuloſam detrahit, Apii ſeminis, petroſelini, aneſi, ſingulorum ✱. P. XVI. dauci ſeminis ✱. P. IIII. ſchœni ✱. P. VI. croci ✱. P. triginta duum, mellis quod ſatis videbitur. Dantur quãtum lupinus ex mellis ligula, & aquæ cyathis IIII. Ad renum tumorem & dolorem facit eadem,& ad iocinoris,& ad lienis tumorẽ, ad eos qui mali coloris propter hæc ſũt vitia,item aquæ mutationes:Croci ✱. P. X. nardi Indici ✱. P. duum,caſiæ ✱. P. duum,co- G ſti ✱. P. I. cumami ✱. P. vnius, myrrhæ ſtactes ✱. P. vnius, mellis optimi ✱. P. vigintiquinque. Dantur quantũ fabæ Ægyptiæ ex mulſi cyatho mixto aquæ duobus, vel mulſæ aquæ cyathis tribus. CXLV.

Sicui autem lapis in renibus innatus fuerit, & vrinam non faciet, medicamentum his rebus fieri debet, Petroſelini pōdo. — aneſi ✱. — dauci ſeminis pondo Z.git.P. — cinnami P. Z.ſchœni pondo Z.croci ℈. V. apii ſeminis P. ℈. VI. Hæc omnia tuſa,creta, melle Attico deſpumato pondo II. Z. colliguntur, & medicamentum vitro con- H dunt. CXLVI.

Ad tumorem & dolorem veſicæ, & exulceratione bene facit aqua in qua ferrum candens demiſſum eſt. Hoc ego traxi ab aquis caldis quæ ſunt in Tuſcia ferratæ, &

A mirificè remediant veſicæ vitia. Appellantur itaque veſicariæ, quondam Milonis Gracchi prætorii hominis optimi ad quinquageſimum lapidem reddentis. CXLVII.

Ad tumorem & dolorem veſicæ,& ad eos qui difficulter vrinam reddunt, Alterci ſeminis,apii ſeminis, maluæ ſeminis, cucumeris edulis ſeminis purgati, ſingulorum ✱. pondo VI. amygdalorum dulcium purgatorum, nucleorum pineorum purgatorum, ſingulorũ ✱. P. trium, opii ✱. P. vnius, croci ✱. P. vnius & victoriati: paſſo cõtuſa conſperguntur. Datur hoc medicamentum ✱. P. I. ex paſſi cyathis duobus,& aquæ totidem. CXLVIII.

Ad veſicam exulceratam,nucleorum amygdalorum victoriati põdus, cucumeris edulis ſeminis purgati cyathus vnus, aneſi cyathus, papaueris nigri ✱. P. IIII. croci ✱. pondo vnius, palmas cariotas P. triginta. Has macerari oportet in paſſi ſextarium vnum,atque conterere, his adiicere cætera:ex eodem dare nucis iuglandis magnitudinem,ex paſſi cyathis tribus. CXLIX.

Ad ſanguinem cum dolore per vrinam reddentes. Aluminis fiſſi, pondo vncia, tragacanthi pondo ſextans. Tragacanthum ex alumine trito cogitur in paſtillos victoriati pondo, hinc viciæ magnitudine detractum datur ex paſſi cyathis tribus.

AD CALCVLOSOS EXPERTA, Cap. 39. CL.

AD initia vetuſtáve comprimenda & emendanda benefacit ad calculoſos herba σκολοπένδριον (quam nos calcifragam appellamus) bellefacit contuſa ✱. P. I. ex aquæ cyathis tribus per dies triginta : eodem modo ἱερὰ βοτάνη(quã nos vettonicam dicimꝰ): item eodem genere datur tantum . licet autem aqua earũ decocta vti quotidie ieiunũ ✱. P. vnius, cum aquæ cyathis tribus. CLI.

Multos cum admiratione. effectus audiui narrantes, Cai Iuli, naſci in lapidicinis beſtiolas adhærentes ſaxis quaſi verrucas: has quinque ex aquæ cyathis tribus ſuffũdere,& per vrinam extrahere lapides certum eſt. CLII.

Ad calculoſos,cucumeris ſeminis,dauci,aneſi,apii, petroſelini,myrrhæ, ſingulorum ✱. P. trium & victoriati, caſiæ,daphnidis,cinnami,nardi,ſingulorum ✱. P. vnius: aqua colliguntur,fiunt paſtilli lupini magnitudinis. Ex aqua dantur cyathis tribus per dies quadraginta. Hoc medicamentum quum componitur, pilum ligneum ſit, qui contunditur,anulum ferreum non habeat.Hanc enim ſuperſtitionẽ adiecit Ambroſius medicus Puteolanus, qui affirmauit multos ſe hoc medicamento ſanaſſe . Detrahere autem dixit poſt diem ſeptimũ fragmina quædam lapidum quaſi arenam. CLIII.

Ad calculoſos,lienoſos,hydropicos, vrinam detrahit, lapidẽ extenuat,Eryngii,pyrethri , ſaliuncæ , calcifragæ, ſingulorum ✱. P. vigintiquinque: ebuli,ariſtolochiæ, ſingulorũ ✱. P. oxymyrſinæ: (quæ ſcopa regia vocatur) ſucco hæc omnia contuſa,ligno colliguntur: fiunt paſtilli ✱. P. vnius . Dantur autem ex aceti & mellis cyathis tribus. Calculoſis illecebræ quantum manus capit, aut auriculæ murinæ idem,aut betonicæ tantundem: earum quælibet herba ex aquæ tribus heminis ad tertias decoquitur,inde ſumuntur cyathi tres, & eodem adiiciuntur vini cyathi duo,& nitri victoriati põdo, atque his dilutum medicamentum datur pondo I. per dies quadragintaquinque. In arenam ſoluit lapidem,& hydropicis ex mulſi mixti cyathis tribus dandum eſt.

AD LVMBORVM DOLOREM DIVTINUM,& paralyſin, Cap. 40. CLIIII.

AD lumborum dolorem,cucurbitæ ſylueſtris floccorũ aut ſeminis, ✱. P. duũ, brathys ✱. P. I. ſalis ✱. P. I. Fiũt catapotia melle decocto adiecto: valẽtibus tota datur cõpoſitio, imbecillioribus autẽ dimidia: ſed manè per clyſterem aluus ducenda, ouorum albis temperatũ. CLV.

Ad lumborum dolorem & paralyticos, cucurbitæ ſylueſtris ✱. P. IIII. pyrethri P. ✱. IIII. myrrhæ. P. duum vel vnius. Dantur ex paſſi cyathis tribus: licet hinc catapotia fieri,dum idem ponderis deuoretur: ſed & his aluus acri clyſmo manè trahenda eſt. CLVI.

Ad lumborũ dolorẽ & paralyticos antidotos hiera Pac-

chii Antiochi melius omni medicamento facit. Sed ad A
paralyſin mirificè hoc acopum facit,quod oportet in ſole
diu fricare, aut loco flamma præcalfacto: Olei Sabini ✱.
P. x x v. cucumeris ſyluatici recentis radicis ✱. P. quin-
decim. Hæc radix magnitudine nucis iuglandis conciſa,
vaſe fictili nouo ex oleo coquitur, donec ſuccum om-
nem remittat,& quaſi arida ſit:poſt hoc adiicitur per lin-
teum vel colum tranſmiſſo oleo, in quo adiicitur dum
calet, ceræ Ponticæ in fruſta redactæ pondo libra, olei
laurini pondo libra, olei cyprini pondo libra, olei lilii B
pōdo libra, olei veteris pondo duo,piperis albi contuſi,
& per cribrum tenuiſſimum tranſmiſſi,✱. P. as. pyrethri
contuſi, & per idem cribrum tranſmiſſi ✱. P. vnius. Hæc
in vnum miſcentur,reponuntur vaſe fictili: facit præter-
ea ad lumborum,& ad omnem dolorem corporis,& præ-
cipuè neruorū. Muliebres locos duriſſimos mollit, quum
diu aliis medicamentis nihil profectum eſt. CLVII.

Ad lumborum dolorem malagma quod propriè facit,
Picis liquidæ ſextarios duos, olei veteris ſextariū vnum,
reſinæ terebinthinæ ſextarium vnum, ceræ P. libram & C
trientē,magmatis pondo beſſem, aphronitri pōdo trien-
tem. Coquitur pix cū oleo donec ſpiſſa fiat, & poſtea ad-
iicitur ei reſina, deinde cera, & ſecundū hāc ex interual-
lo magma:vbi habet emplaſtri figuram medicamentum,
tollitur ab igne quū tepere cœperit,& aphronitrū aſper-
gitur ſenſim,ne ſuperfundatur quod in cacabo eſt.

AD PODAGRAM,

Cap. 41. CLVIII.

AD podagrā caldam cum feruore & tumore rubicū-
do (quam caldam vocant) benefacit primis diebus D
herba vrceolaris, item caſeus mollis recens per ſe, poſtea
herbæ ſalis puſillum admiſcere oportet: item facit apiū
viride per ſe & cum polenta. Nec minus ſolanum,portu-
laca,plātago, ſpongia vel Rhodia,vel Africana mollis ex
aqua frigida,lana ſuccida ex roſa & vino. Subinde autem
hæc omnia mutare oportet priuſquam excaleſiant: pro-
deſt & omentum caprinum: item faba mollita cum ſuis
valuulis ex aceto cum melle diluto conſperſa & impoſi-
ta. ducit enim ſanguinem,& dolorem leuat. Benefaciunt
& mala citria quammaximè cocta, ex aceti ſextariis tri- E
bus,donec madida fiant, quibus tritis adiicitur aluminis
fiſſi pondo vncia,myrrhæ pondo ſextans: benefacit & a-
loe aceto diluta, & per pinnam pedibus inducta: item o-
pium lacte muliebri dilutum. Mirificè verò hoc facit ca-
taplaſma,id eſt ſuperpoſitum medicamentum. CLIX.

Tollit enim triduò dolorem lomenti hemina,fœnicu-
li ſeminis cyathi duo, polentæ tenuis cyathi duo. Com-
miſcentur hæc in vnum cōtuſa, mollita, trita, deinde cō-
ſperguntur aqua pluuia, & ita temperantur, ne durum ſit
medicamentum, aut aquatum nimis. Impoſitum proti- F
nus leuat, triduò tollit dolorem: hoc conſtat, ſiquis ter in
menſe inter denos dies vſus fuerit, in nocte non labora-
turum. CLX.

Ad frigidam podagram quæ ſine tumore & rubore cō-
ſiſtit, cataplaſma, Piperis nigri molliti hemina, fœniculi
ſeminis contuſi hemina. Coquuntur ex aqua, vtraque vbi
temperata ſunt, adiicitur axūgia ſuilla:& dum calet, pan-
no ſpiſſo inducto medicamentum imponitur. Benefacit
ad idem genus & lini ſeminis,& fœnigræci ſeminis,fari-
næ ordeaceæ,ſingulorum bini ſextarii, cribrati in vnum G
commiſcentur:inde coquere oportet quod ſatis erit ex a-
qua & oleo: ſubinde calidum cataplaſma etiā imponere.
Ad hos benefacit & hibiſci radix ex aqua mulſa cocta &
impoſita:item ſabucum cum axūgia vetere tritum & im-
poſitum: adiectus & braſſicæ cinis cum axungia, vel ſe-
men caulium. Vbi autem impetus ceſſauerit & in hoc &
in priore genere podagræ, calda aqua marina diu fouen-
di ſunt: vel ſi hæc non erit, aquæ puræ feruenti ſalem ad-
iicito,poſt epithemate vti oportet quod ad parotidas ſcri-
ptum eſt. Tollit enim citò reliquias per ſudores, & in fu- H
turum confirmat neruos,nec patitur facilè vitiari. CLXI.

Scio quendam hoc quaſi acopo medicum vſum in no-
ctem,nec poſtea tētatum podagra, quū antè diu eſſet ve-
xatus:Lanam ſuccidam pondo libra,vini veteris ſextario
diu lauabat, deinde expreſſam reiiciebat: vino autem re-
ſiduo adiiciebat aphronitri vſti pondo ſextantem, olei
veteris pondo libram: reponebat in oleario fictili,vteba-
tur(vt ſuperius dixi)in nocte. Multis profuit ad corpus in
duplici calceo pellem caninam habere. CLXII.

Ad vtramlibet podagram torpedinem nigram viuam,
quum acceſſerit dolor, ſubiicere pedibus oportet, ſtanti-
bus in littore non ſicco,ſed quòd alluit mare, donec ſen-
tiat torpere pedem totum & tibiam vſque ad genua. Hoc
& in præſenti tollit dolorem,& in futurum remediat: hoc
Anthero Tiberii libertus ſupra hæreditates remediatus eſt.

GENERA MEDICAMENTORVM, ET DEmonſtrationes ſerpentum ictus, morſúſque.

Cap. 42. CLXIII.

VT ſis tutus, etiam ſiquādo rus ſeceſſeris,ponam the-
riacarum compoſitiones,id eſt ad ſerpētum morſus
atque ictus medicamenta. Sed prius quæ cognita habui
remedia,necui ſerpentes noceāt,dicam. Habere ergo in-
cinctum oportet peucedanum, vel cerui quū captus eſt,
in oculi angulo qui eſt ad nares verſus, quæ inueniuntur
ſordes viroſi odoris:has Siciliæ venatores diligenter col-
ligunt,& habent in cincto propter antè dictam cauſam. I-
dem præſtat & hiera botane, & trifolium acutum quod
ὀξυτρίφυλλον Græci appellant:naſcitur & hoc Siciliæ pluri-
mum. nam in Italiæ regionibus nuſquam eam vidi her-
bam, niſi in Lunæ portu quū Britanniā peteremus cum
deo noſtro Cæſare,plurimum ſuper circundatos montes.
Eſt autem foliis & ſpecie & numero ſimilis cōmuni tri-
folio, niſi quòd huius pleniora ſunt, & quaſi lanuginem
quandam ſuper ſe habent, & in extrema parte velut acu-
leum eminentem. Sed huius frutex duorum pedum in-
terdum, aut etiam amplior conſpicitur, & odorem gra-
uem emittit, quorum nihil circa patrenſe trifoliū inue-
nitur. Sed vtraſque ſuperius dictas herbas, quas quū inue-
neris,pridie notare oportet,& circunſcribere ſiniſtra aure
fruges aliquas ponentem, atque poſtero die ante ſolis or-
tum ſiniſtra manu vellere,ita illigatas habere. CLXIIII.

In Africa,aut ſicubi ſcorpiones ſunt noxii, ſtellionem
aridum incinctum oportet habere.

Theriace prima. CLXV.

Theriace facit ad omnium ſerpētium morſus & ictus,
& afflatus. Mirificè eadem prodeſt & ad contuſiones,&
ad conuulſiones interiorum partium lateriſque ex qua-
libet cauſa, & pectoris dolores: Vitis albæ radicis pondo
octo, trifolii acuti ſeminis quod & ipſum in extremo a-
culeum habet, vel eiuſdem radicis trepondo, panacis P.
I I I I. terræ mali ✱. P. v. roriſmarini radicis ✱. P. I I I I.
laſeris ✱. P. I I I I. gingiberis ✱. P. I I I I. rutæ ſyluaticæ
P. ſex, cumini Thebaici ✱. P. I I I. myrrhæ P. I I I. cu-
mini Æthiopici ✱. P. v. caſtorei ✱. P. I I I. eryngii ra-
dicis ✱. P. I I I. ſerpylli ✱. Pondo I I I. erui albi ſeminis
molliti ✱. P. X I I. Chio vino conſperguntur contuſa ac
trita: fiunt paſtilli ✱. P. vnius, aut victoriati. Dantur ex
vino mero vetere, vel ex mixto, vel aqua: quæ ſi non
fuerint, per ſe commanducandus erit paſtillus & deuo-
randus.

Theriace ſecunda. CLXVI.

Alter paſtillus ad eadem facit, Cinnami ✱. P. I I I I.
ſerpylli ✱. P. I I I I. ſtaphiſagriæ (quam herbam pe-
dicularium quidam vocant,quòd pediculos necat, à qui-
bus hoc nomen trahit)ſeminis ✱. P. I I I. & victoriati, pi-
peris albi ✱. P. V I. peucedani lactis ✱. P. V I I I. & vi-
ctoriati, glycyſidæ nigræ ſeminis (quam pæoniā Græco-
rum quidā appellant) ✱. P. vnius & victoriati, terræ mali
✱. P. trium, naſturtii ſeminis ✱. P. I I I I. cachryos ✱. P.
duum & victoriati, caſtorei ✱. P. duum, ſaliuncæ ✱. pon-
do quinque.

Hic nonnullæ deſunt compoſitiones, Theriace tertia ad aſpidem, Theriace ad uiperæ morſum propriè, Antidotos Zopyri, & media pars antidoti Mithridatis, quarum aliquæ hic ex Galeno ſecundo antidotorum reſtituuntur à Iohan. Ruellio.

Altera theriace etiam ad aſpidem. CLXVII.

Antidotos altera ad aſpidis morſum ſiue præſumpta,
ſiue pòſt data, gentianæ ✱. P. IIII. trifolii ✱. P. IIII.

ſeminis eiuſdem ✱. P. duum, polii ✱. P. IIII. mali terræ ✱. P. duum, peucedani radicis, galbani, ſingulorum ✱. P. duum, petroſelini ✱. P. IIII. rutæ ſyluaticæ ✱. P. trium, pyrethri ✱. P. vnius, herbæ pediculariæ (quam vocant σαφίδα ἀγρίαν) tantundem, maceris ✱. P. III. vitis albæ radicis ✱. P. duum, piperis candidi tantundem, ammoniacæ guttæ ✱. P. vnius & victoriati, acori ✱. P. III. varbaſci, aiugæ ideæ, chamæleæ, marrubii tenuis, conyzæ minoris, cumini Æthiopici, lacrymæ papaueris, caſtorei, fœniculi ſeminis, agarici, caſiæ rufæ, ſchœni (id eſt iunci) odorati floris, radicis Ponticæ, ſingulorum ✱. P. II. dauci Cretici ✱. P. I. & victoriati, opopanacis tantundem, ſagapeni ✱. P. II. & victoriati, abrotoni ✱. P. I. & victoriati, ſtyracis dictamni, ſingulorum ✱. P. vnius & victoriati, cinnamomi, nardi, ſingulorũ ✱. P. III. myrrhæ ✱. P. IIII. thuris ✱. P. vnius, croci ✱. P. VIII. aneſi ✱. P. vnius, Cyrenaicæ lacrymæ ✱. P. vnius, hinnuli coaguli ✱. P. III. mellis Attici, quod ad ea excipienda ſatis ſit: inde ſumitur nucis abellanæ tuberculo. Sic præſumpta à morſu tuetur. Hæc compoſitio ad Antipatrum authorem refertur. CLXVIII.

Ad viperæ morſum proprié. *Non reſtituta.*

CLXIX.

Antidotos Zopyri ad lethalia venena & omnem ſerpẽtis ictum efficax: ratio componendi hæc eſt, Opobalſami ✱. P. trium, nardi Indicæ, myrrhæ troglytidis, iunci rotundi floris, cinnamomi, characiæ, coſti recentis, piperis longi, hypociſtidis, piperis nigri, ſcordii, meù Cretici, cardamomi, ſingulorum ✱. P. IIII. thuris maſculi, opobalſami, dictamni, ſingulorum ✱. P. VI. petroſelini, caſiæ rufæ, ſingulorũ ✱. P. VII. croci Coricii ✱. P. VIII. mellis Attici quod ad ea colligenda ſatis ſit. Datur abellanæ nùcis magnitudine, ſi febris abſit, ex vino, febricitãtibus, ex aqua mulſa. Prodeſt etiam ſanguinem excreantibus, cœliacis, iocinoroſis, lienoſis, & renũ dolore vexatis: emortuos fœtus & ſecundas hærentes trahit. CLXX.

Antidotos Mithridatis recipit hæc, Meu ✱. P. duum, lacrymæ papaueris pondo victoriati, ſtyracis ✱. P. VIII. polii, caſiæ nigræ, ſeſelis, bdellii, piperis albi, ſingulorum ✱. P. V. & victoriati, hypociſtidis ſucci, myrrhæ, thuris maſculi, caſtorei, piperis longi, cyphis, malobathri foliorum, ſingulorum ✱. P. VI. ſcordii, coſti, ſingulorum ✱. P. VI. & victoriati, nardi Syriacæ ✱. P. VI. dauci Cretici ✱. P. VI. & victoriati, croci, cinnami, gingiberis, ſingulorũ ✱. P. VI. ſucci radicis dulcis, agarici, ſingu lorum ✱. P VII. & victoriati.

Hæc defuerant in cõpoſitionẽ: ſequentia, in põderibus & menſuris & effectibus, Mithridatis compoſitioni, quæ eſt apud Galenum citato loco, conſentiunt.

Acori ✱. pondo duum, phu ✱. pondo vnius, ſagapeni ✱. pondo duum, iridis Illyricæ ✱. pondo duũ, balſami ſeminis ✱. pondo duum, rutæ ſyluaticæ ✱. pondo duum, gentianæ ✱. P. duum, aneſi ✱. P. trium, thlaſpis ✱. P. ſex & victoriati, roſæ aridæ ✱. P. quatuor, myſi ✱. P. quatuor, acaciæ ✱. P. trium, commis ✱. P. duum, cardamomi ✱. P. duum, ſchœni floris ✱. P. ſex & victoriati, opopanacis ✱. pondo ſex, opobalſami ✱. P. ſex & victoriati, galbani ✱. P. ſex & victoriati, reſinæ terebinthinæ ✱. P. ſex & victoriati, rubricæ Lemniæ ✱. P. ſeptem: melle Attico & vino Chio conſpergito, donec habeat ſpiſſitudinem mellis. Reponitur vitreo vaſe. Dandum autem eſt his qui malum medicamentum ſumpſerunt fabæ Ægyptiæ magnitudine, ex vini meri, ſi poterit, cyathis ſex: ſin minus, mixti meracius cyathis quatuor quotidie. Et à ſerpẽte læſis danda erit: ex mulſo autem quorum iecur durum eſt, aut arquati ſunt, & quibus alioquin vrinam mouere ſtudemus: ſed fabæ noſtratis magnitudinis tuſſientibus, oculis laborantibus, latus dolentibus: cæterùm magnitudine ciceris cœliacis. Prodeſt enim & his viciæ magnitudo ante acceſſionem febrium, tetanicis, opiſthotonicis, ſpaſmo correptis. Adiuuat enim eos lupini magnitudine, ſed cum aquæ cyathis tribus.

ANTIDOTVS APVLEI CELSI,

Cap. 45 CLXXI.

Antidotus Apulei Celſi præceptoris, quam quotannis componebat, & genere quodam publicè mittebat Centuripas vnde ortus erat, quia in Sicilia plurimi fiunt rabioſi canes. Facit enim ad horum morſum protinus quidem data per dies triginta, ita vt aquæ (id eſt liquoris) timore nunquam tentetur: qui quũ accidit ſummo cruciatu ad mortem eos cõpellit: quos ob antè dictam cauſam ὑδροφόβους Græci appellant. In ipſa autem correptione vti oportet ea data cum roſæ cyathis tribus & exigua aqua ✱. P. I. Hoc proficit, vt aquam poſtea ſine timore ſumãt, & minus quidem, liberati hac difficultate, cruciãtur. Cæterùm nemo adhuc correpť hoc malo (quantũ ego ſcio) expeditus eſt. Quanquam peruenit ad me opinio, eſſe in inſula Creta barbarum quendã naufragio appulſum, maiorem natu, publicè mercedem accipientem. Quinetiam quum liquore timẽt, & latratus edunt, ſpaſmóque vexantur, remedium, brachio ſiniſtro alligato efficere, vt & potionem accipiant, & liberẽtur vitio: quod adhuc ante antidotũ Celſi inter omnes quaſi inſanabile cõſtitit. CLXXII.

Hoc ego quum quærerem ab hoſpite meo legato inde miſſo nomine Zopyro, Gordienſe medico, quid eſſet pro magno munere accepi. Dixit autẽ hiænæ corii particulã eſſe panno illigatam. quod ego adhuc non ſum expertus, quanuis protinus magna cura hyænam inuenerim, & peliem paratam habeam: quia non incidit ex eo quiſquã, & opto quidem ne incidat: ſed quia id non eſt in noſtra poteſtate, ſi caſu inciderit, remedium habere oportet ad tantæ rei experimentum. Antidotus autem Celſi hæc recipit: CLXXIII.

Nardi Syriaci, croci, myrrhæ, coſti, caſiæ, cinnami, ſchœni, piperis albi, piperis longi, caſtorei, galbani, reſinæ terebinthinæ, opii, ſingulorum ✱. P. II. alterci albi ✱. P. II. aneſi ✱. P. I. apii ſeminis, tragacanthi, ſingulorum ✱. P. ſex, mellis Attici ſextarium vnũ, vini falerni vnciam. In hoc maceratur tragacãthum & opium pridie: poſtero die contuſis cæteris, miſcentur in melle galbanum & reſina, fictili patella ſuper carbones impoſita reſoluuntur: deinde arida aſperguntur, & ſi opus eſt adiicitur mel: & vt cerati teneri ſpiſſitudinem habeant, & rurſus patella ſuper ignem imponitur, mouentúrque quæ ſunt in ea, ſpatha fraxinea. Coquitur medicamentum donec crocinum habeat colorem: vltima quæ ſunt vino macerata adiiciuntur, vaſe vitreo antidotus reponitur. Datur fabæ Ægyptiæ magnitudine ex aqua. Facit autem etiam ad ſtomachi omne vitium, & præcipuè quod cum fluore conſiſtit. Facit & ad oculorum epiphoras, & ad tormina, & ad coli inflationem, iocinoris, pectoris dolorem, tuſſientes, aduerſus mala medicamenta omnia, ſerpentium morſus vel ictus. Oportet autem locum morſum à rabioſo cane vel à ſerpente, diu tenere in exulcerationem: neque pati cicatricem ducere, vt virus illa pertrahatur. CLXXIIII.

Extrà itaque ea ſunt imponenda quæ etiam ſana corpora exulcerant, vt allium, lepidiũ, chelidonium, batrachiũ, ſinapis, ſcylla, cepa cum aceto. Optimè facit & per ſe caprifici liber per ſe contritus & impoſitus vlceri: item laſer per ſe.

COMPOSITIO EMPLASTRI,

Cap. 44 CLXXV.

EMplaſtrum antidotũ, ſed multo magis emplaſtri huius vis facit quod Auguſta propter eiuſmodi caſus habuit compoſitũ, & multis profuit. Accepimus à Triphone præceptore noſtro: Iridis Illyricæ ✱. P. V. caſtorei Pontici ✱. P. V. caprificus lactis aridi ✱. P. V. canis nigri adipis ✱. P. VIII. eiuſdem ſanguinis ✱. P. X. reſinæ terebinthinæ ✱. P. VIII. leporis coaguli ✱. P. quatuor, ſalis ammoniaci ✱. P. duum, laſeris Syrenaici ✱. P. duum, aut ſyriaci ✱. P. IIII. ceræ Ponticæ ✱. P. XXXVI. olei veteris cyathi duo, aceti ſcillitis cyathi tres. Arida ex aceto teruntur: quæ liquefieri poſſunt, oleo ad ignem liquefacto miſcentur, mortario tritis & temperatis in mellis ſpiſſitudinem: vitreo reponitur.

ANTIDOTVS CASSII,

Cap. 43 CLXXVI.

ANtidotus Caſſii medici facit aduerſus toxicum potum: eadem, ſiquis venenato telo percuſſus eſt: præterea ad omnis ſerpentis morſus aut ictus, præcipuè ad

canis rabioſi morſus bis die ſumpta ✱. P. vnius, ex aqua mulſa. Facit ad pectoris & lateris dolorem, & tuſſim, & omnia interanea inflatione alióque dolore, aut quouis correpta: Nardi ſpicæ Syriacæ ✱. P.III. coſti ✱.P. III.cinnami,gentianæ,caſiæ,myrrhæ,ſingulorũ ✱.P.triũ, croci ✱. P. trium,vuæ paſſæ purgatæ ✱. P. duum,ſchœni ✱.P.duum,opobalſami ✱.P. duum,myſis, dauci ſigulorũ ✱.P.duũ,cumini Æthiopici.✱.P.duum,acori ✱.P. IIII. & victoriati,aſari ✱.P. vnius & victoriati, petroſelini ✱.P. vnius & victoriati,piperis longi ✱.P.I. & victoriati,piperis albi ✱.P.vnius & victoriati,phu Pontici ſeminis ✱. P. trium,rapæ ſeminis ✱.P.IIII. nardi folia ✱.P.III.ſcyllæ victoriati ✱. P. pondus, fœniculi ſeminis ✱. P. IIII. mellis Attici quod ſatis erit:ad venenum & ad ſerpẽtes ex vino: ad cæteros dolores interaneorum,ex aqua.

ANTIDOTVS MARCIANI MEDICI, Cap. 46. CLXXVII.

Antidotus Marciani medici, cui quia nihil deeſt, πλεία dicitur Græcè, id eſt perfecta. Facit ad omnia hæc vitia ad quæ ſuperiores antidoti omnes. Hoc Auguſto Cæſari componebatur. Cinnami ✱. P. VIII. amomi ✱.P.VI.caſiæ nigræ ✱.P.XXV.croci ✱.P. XVI.fœni ✱. P. quinq;,thuris ✱.P.quinque,piperis albi.✱.P.duo,myrrhæ ✱.P.X.piperis longi ✱.P.X. nardi indicæ ✱.P.X.S. nardi Celticæ ✱. pódo ſedecim,roſæ aridæ ✱.P.VI.coſti albi ✱. P. duũ,opobalſami ✱.P.IIII.laſeris Cyrenaici victoriati pondus,vel Syriaci ✱.P.I. ſtœcados ✱.P. ſex,gentianæ ✱. P.v. trifolii acuti radicis ✱. P. IIII. vel eiuſdem ſeminis ✱.P. trium,ſcordii ✱.P.X. polii ✱.P. v. aſari x. P. duum, acori ✱.P.III.phu ✱.P.III.miſy.✱.P.duum,dictamni ✱.P. duodecim, ammoniaci guttæ ✱. P. trium, agarici ✱. P. duum ſemis, balſami ſeminis grana pondera viginti, petroſelini ✱.P.VI. & victoriati, rutæ ſyluaticæ ✱.P. trium ſemis,fœniculi ſeminis ✱.P.trium ſemis,dauci Cretici ✱. P.IIII.aneſi ✱.P.duum,cumini Æthiopici ✱.P.duum,rapæ ſeminis ✱. P. quinque & victoriati, napi ſyluatici ſeminis ✱. P. trium,anatis fœminæ recentis ✱.P. II. anatis maſculi ſanguinis aridi ✱.P. III.hœdi maſculi ſanguinis aridi ✱.P.III. teſtudinis marinæ ſãguinis aridi ✱.P.VI.S. anſeris maſculi ſanguinis aridi ✱.P.III.mellis Attici quod ſatis erit. Facit ad omnia. Hæc ego compoſita habeo.

CLXXVIII.

Quoniam antidotos quas optimas ſciuimus, poſui in facientibus ad omne malum vitium, aliud medicamentum etiã ex multis rebus, ſimplicia quoque medicamenta & propria remedia mõſtraui. Interdum enim hæc melius aduerſus quædam quàm antidotos faciũt. TVademus autem ſingulorum malorum medicamentorum epotorum ſigna,quò facilius intelligatur quid quiſque ſumpſerit,& qua ratione adiuuari debeat.

AD CICVTAM, Cap. 47. CLXXIX.

Cicutam ergo potam,caligo,mẽtiſque alienatio,& artuum gelatio inſequitur,vltimóque præfocantur qui eam ſumpſerunt; nihilque ſentiũt. Adiuuari autem debẽt in initiis vino mero ſubinde quamplurimo caldo, & per ſe,& cum pipere,& cum ſtyrace poto. Atqui maximè prodeſt lac aſininum datum:ſi minus,vaccinum,aut quodlibet. Oportet autem & aluum acri clyſtere ducere eorum, & extra ſuper ventrem imponere farinam ordeaceam, vel triticeam coctam ex vino caldam.

AD OPIVM, Cap. 48. CLXXX.

Opium potum (quod quidam meconium vocant) ab odoris grauitate intelligitur. papaueris enim viridis cuius ſuccus eſt, qualitatem repræſentat. Facit autem capitis grauitatem,gelationem,& liuorem artuum,ſudoréſque frigidos manare. Præterea ſpirationẽ impedit,mentem ſoporat, ſenſúſque abalienat. Adiuuari porro debent qui biberunt, aqua cum oleo in vinum admixtis, ſæpius datis,& frequenter reiectis per pinnam aut lorum vomitoriũ. Prodeſt & vini cyathus,& paſſi & olei cyathus eadẽ ratione datus: item vinum & acetum pari mẽſura datum ex aqua mulſa cum roſa eius menſuræ, ita vt iſta ſubinde cogantur reiicere. Præterea caput roſa & aceto ſine intermiſſione curetur,eorúmque pedes aſſiduè fricentur manibus ſiccis,aut linteo aſpero inuolutis. Prodeſt & ſinapi ex aceto tritum, circundatum pedibus cruribúſque, & à ſomni tempore prohibere ne obſopiantur.

AD ALTERCVM, Cap. 49. CLXXXI.

Altercum (quod Græci ὑοσκύαμον vocant) qui biberũt, caput graue venáſque diſtentũ habent, mente abalienantur cum quadam verborum altercatione: (inde enim hoc nomen herba trahit altercum) poſtea ſopiũtur, & omni ſenſu carent, liueſcentibus membris eorum. Adiuuãtur autem lacte poto aſinino quamplurimo, vel quolibet alio recenti per ſe, vel decocto. ſed ii prius aqua mulſa ſæpius pota cogantur per pinnam reiicere. Opio læſi ſimiliter curentur.

AD GYPSVM, Cap. 50. CLXXXII.

Gypſo poto ſtomachus ventérque dolore vaſto vrgetur, frigidus ſudor ſubſequitur, oculi ſanguinolẽti cõſpiciuntur, vrina alba redditur, concreſcit in aliqua parte ventris quod potum eſt, & tactu quaſi ſaxum percipitur. Adiuuari autem debent qui his malis vexantur, lixiuio è ſarmẽtorum cinere facto quamplurimo poto: item aqua thymum aut origanum decoctum habente.

AD SPVMAM ARGENTI, Cap. 51 CLXXXIII.

Spuma argentea pota (quam Græci λιθάργυρον dicunt) ventris infert grauitatem, inflammationẽ, poſtea dolorem cum vrinæ difficili exitu: procedente tempore, coloris quidem quaſi plumbei ſunt: præcipuè hæc deformitas circa faciem deprehenditur. Suppurant autem plurimæ partes eorum. Adiuuantur ſecundum reiectionem aqua mulſa acrique curatione, pipere, myrrha, apii ſemine, pondere pari in vnum mixtis, ex eóque medicamẽtò ✱.P. vnius dare cum vini cyathis tribus quatuórve quotidie potis.

AD CERVSSAM, Cap. 51. CLXXXIIII.

Ceruſſa, quam Græci ψιμμύθιον vocant, qui biberunt, facilè deprehenduntur. linguam enim albam habẽt, commiſſuráſque dentium albicantes: præterea nauſeant, reiiciunt poto medicamento, caligant, magis magíſque vertigine quadam vrgentur: poſtea ſpiritus via intercluditur, & præfocantur. Adiuuantur autem poſt vomitum ab oleo, vel ab aqua mulſa, cremore ptiſſanæ caldo largiore accepto; ſed bene vncto. Item lacte cum melle poto. Facit & malua diſcocta, cõciſa, ſale & oleo piperéque condita, & pro ſorbitione data per ſe, vel cum vrtica, herbáque mercuriali. Profunt & nucleorum perſicorum interiora ex vino trita atque pota quamplurima: item lixiuiã calda ex cinere ſarmentorum facta.

AD CORIANDRVM, Cap. 53. CLXXXV.

Coriãdrum datum apparet quidem ab odore ſpirationis totiúſque corporis. Redolet enim & hoc herbã vt infectum. intelligitur autẽ ex guſtu. Facit porro raucitatem, & mentem mouet. Adiuuari autem debent qui biberunt ex vino mero, atque plurimo, vel aqua marina, vel muria dura pota: item ouis anſerinis ſorbilibus plurimũ ſalis habẽtibus, vel iure gallinaceo, agninóve quampinguiſſimo, & ſalſiſſimo per ſe poto.

AD LEPOREM MARINVM, Cap. 54. CLXXXVI.

Leporis marini guſtus non abſimilis illotis piſcibus, aut etiam putentibus. Qui ſumpſerunt autem, ſtomacho veſicáque afficiuntur, ita vt vrinam quidem difficulter, & cum dolore, purpureique coloris reddant. Stomacho item tento & dolenti ſunt, auerſóque ab omni eſca, præcipuè piſce. Nauſeant præterea & ſubinde reiiciũt ſpumoſa, interdum bilioſa aut ſanguinolẽta, & maximè quum ſimulauit, aut nominauit aliquis piſcem. In ſomnis littoris pulſi fluctus vidẽtur ſubinde audire: oculi eorum exulcerantur, genæ inflãtur: coloris mali, & veluti plumbei fiunt, minutantimque per tabem quaſi phthiſici conſumuntur. Adiuuari autem debent hoc malo circunuenti lacte muliebri, vel equino, vel vaccino, aut aſinino quãplurimo quotidie per ſe, aut cum melle ſumpto.

A Prodeſt & maluæ ſorbitio bene vncta & ſalſa: item proſunt malorum Punicorum grana aſſiduè data. Benefacit & pix cedria, ſiquis inde bina ternáve cochlearia eius ſumpſerit per ſe, vel ex paſſi cyathis duobus tribúſve: item benefaciunt iuniperi tritæ quamplurimo cum paſſo, aut per per ſe datæ.

AD SALAMANDRAM, Cap. 55. CLXXXVII.

Salamandra quibus data eſt, lingua exaſperatur, corpus inualidum fit: præter hoc torpet rigoribus quibuſdã, & liuoribus quaſi maculis variatur. Adiuuari autem de- B bent quibus impacta eſt, melle quamplurimo per ſe, vel cum reſina ex pinu, cuius etiam tenera folia cum herba quam Græci χαμαιπίτυν appellant, decocta ex aqua mulſa proſunt: item lini ſeminis farina ex aqua mulſa ſumpta quamplurimum bene adiuuat.

AD ACONITVM, Cap. 56, CLXXXVIII.

Aconiti guſtus eſt auſter atque ſubamarus: potum autem protinus facit corpus graue & diſplicens. Mordet autem ſtomachum & cor afficit: itaque ſudor è veſti- C gio inſequitur multus & frigidus, maximè circa oculos & frontem apparet. Inflantur inteſtina, & venti plurimũ emittunt qui biberunt, capitiſque dolorem habent cum vertigine quadam, aſſiduè quidem, ſed præcipuè quum ſe è lectulo leuare conantur. Proprium eſt autem huius mali medicamenti protinus liuidos articulos & artus facere. Sed adiuuantur facilè qui id ſumpſerunt ruta quamplurima pota cum vino: item iure gallinæ pinguis vel bubulæ. Prodeſt & his vinum chamæpityn decoctam in ſe D habens, item acetum melle mixtum, in quo ferri ſtercus (quod σκωρίαν Græci vocant) vſtum, prius inferueſcat ſæpius, & ita detur. Item proficit abrotani pondo ſextans ex vino datum, & origani pondo ſextans eodem modo datum. Præcipuè autem adiuuabit ſiquis coagulum leporis hinnuli, & porci in vnũ miſcuerit, & dederit ex vini hemina aut cyathis tribus ✱. P. I. vel victoriati pondus.

AD CANTHARIDAS, Cap. 57. CLXXXIX.

Cantharides guſtum & odorẽ ſimilem pici è cedro factæ habent. Potæ ſtomachi dolorem, morſuſque exci- E tant, præcipuè veſicæ. Quamobrem qui biberunt eas difficulter vrinam & cum ſanguine reddũt, exulcerata ſcilicet veſica: præterea animo ſubinde linquũtur deficiũtque. Adiuuantur autem quum ſæpius reiecerint, paſſo cũ oleo poto vel omni lacte: ſed debent plurimum eius ſumere: itẽ proſunt eis nuclei pini per ſe ſumpti, vel ex aqua mulſa, aut ex paſſo triti dati: item cucumeris ſemen purgatum, & lini ſemen ex paſſo datum. Adiuuat bene & ius pingue agninum, vel ex bubula factum, & farina triticea pultis more cocta, plurimum anſerini adipis habente. Pro- F deſt & Samiæ cretæ ✱. P. quatuor cum paſſi cyathis quatuor mixtiſque aqua datum: item oleum irinum ex ruta tritum & potum.

AD BVPRESTIM, Cap. 58. CXC.

Bupreſtis guſtus eſt nitri ſimilis. Facit autem tumorẽ ſtomachíque infinitum dolorem, & inflat totum corpus in ſpeciẽ hydropici. Adiuuãtur aqua ficus aridæ decoctæ, & ipſa ficu plurimum ſumpta: item paſſo plurimũ & lacte muliebri, & iure ſuillo pingui accepto, & nitri ✱. P. quatuor cum aquæ hemina dato, & cæteris quæ ſuprà G ad cantharidas ſcripta ſunt.

AD DORYCNION, Cap. 59. CXCI.

Dorycnion guſtum quidem habet lactis, potum verò ſingultus crebros facit, & vomitus frequenter cõcitat. Reiiciunt autem ab ſtomacho ramenta, quæ etiam ſimillima torminoſis, ſubindéq; animo deficiuntur. Adiuuari autẽ debent læſi eo, lacte aſinino, equino, bubulo, conchyliis omnibus crudis atque decoctis.

AD IXIAM, Cap. 60. CXCII.

Ixia (quam quidam chamæleonta vocant) odorem ha- H bet, quum ſumitur, ocymi: pota autem, linguæ tumorẽ facit, mentem abalienat, ventrémque & omnes naturales exitus ſupprimit. Adiuuantur autem læſi ab ea abſinthio poto cum vino: item caſtorei ✱. P. II. dato ex vino cyathis quatuor, & rutæ fruticibus quinque vel ſex. Facit bene & chamælea ✱. P. trium ex vini cyathis tribus aqua mixtis, nec minus radix laſeris ex vino data: tragoriganum eodẽ modo datum.

AD EPHEMERON, Cap. 61. CXCIII.

Ephemeron potum protinus quidem totum os prurire facit velut ſcylla tactum, poſtea etiam adurit, quaſi pipere manducato: ſecundum hæc quoque ſtomachũ mordẽdo exulcerat: atque qui id biberint, primùm ab ore ſanguinem expuunt, deinde ex ſtomacho cruorem reiiciũt: poſtea per ſellas, & iam abundantius eundem deiiciunt. Adiuuabuntur autem læſi ab eo polygonii ſucco quãplurimo per ſe poto, vel arido trito pondo libræ, dato cum aqua. Præmacerãtur autẽ mala cydonia, aut vitis capreoli, aut myrti baccæ, aut eiuſdem folia.

AD TOXICVM, Cap. 62. CXCIIII.

Toxicum cuius ſit guſtus haud facilè quiuis dixerit: verùm quum potum eſt, eueſtigio ciet dolorem omnium interaneorum infinitũ, & velut telo traiectorum, concitátque mentis furorem, cogítque exululare, & palpitare lingua ſimiliter decollatorũ capitibus. nihil enim poteſt intelligi ex voce eorum. Adiuuantur autem qui id biberunt roſa pota, aut oleo irino, coactique frequentius reiicere. Item aluo acri clyſmo ſæpius ducta, poſtea paſſo lacte, & antidoto Mithridatio.

AD PHARICVM, Cap. 63. CXCV.

Pharicum & ipſum dicitur ex compluribus componi, guſtúmque habere nardi. Potum autẽ facit ſpaſmũ, citò exanimat. Adiuuãtur verò læſi ab eo ſaliunca (id eſt nardo ſylueſtri quamplurima) ex vino ſæpius data: item oluſatri radice aut ſemine ex vino dato. Benefacit & hoc medicamentum: Galbani puri ✱. P. duum, myrrhæ ✱. P. vnius cum paſſi cyathis quatuor datum ✱. P. vnius, & hoc etiam ad omne medicamentum facit.

AD TAVRI SANGVINEM, Cap. 64. CXCVI.

Tauri ſanguinis potum, quamuis quis difficilè celauerit, hunc tamen veſtigia cruoris relicta inter dentium commiſſuras produnt. Nauſeant autem & præfocantur qui biberunt, quum gelatur. Sed adiuuantur aceto calido ſæpius poto & iniecto per ſe, vel cum nitro laſeríſve radice.

AD LAC POTVM, Cap. 65. CXCVII.

Lac potum & gelatum odore ſpirationis (ſi non confitebitur qui laborat) cognoſcetur: præfocantur autem & hoc hominies. Adiuuari autem debent qui ab ea laborant, mentha quamplurima ſæpius ſumpta: item coagulo agnino, leporino, porcino, victoriati põdere ex aqua bis térve dato. Prodeſt & laſeris radix cum poſca, & aluus acri clyſmo ducta.

AD FVNGOS, Cap. 66. CXCVIII.

Fungis venenatis quum quis laborat, primùm nauſeat, nec quicquam magnopere reiicit: poſtea ſtomachum ventríſque & præcordiorum infinitos habet dolores, manant ſudores frigidi per artus, qui & ipſi gelantur celerrimè, niſi citò ſuccurratur. Adiuuantur autem radice ea quam nos edimus, acri quamplurima per ſe, vel cum ſale manducata, eiúſque ſemine: ſi ipſa non fuerit, poto ex vino: item ruta ex aceto trita & pota proficit. Nec minus lixiuia cineris ex ſarmentis pota. Adiuuat & nitrum aceto dilutũ & datum, eodémque modo æris flos datus, & mel cum aceto dilutũ quãplurimũ deuoratũ. Oportet autẽ & oleo antè multo poto cogere eos reiicere quantumcũque potuerint, & eodem caldo ſubinde artus perunctos expreſſius fricare.

AD HIRVDINEM, Cap. 67. CXCIX.

Hirudinem (quam quidã ſanguiſugam vocãt) deuoratam, & adhærẽtem faucibus, eóque ipſo moleſtiã titillationémque quandam præſtantem, excutere oportebit aceto quamplurimo epoto per ſe, vel cum ſale, aut nitro, aut laſere. Idem faciunt & niuis glebulæ quamplurimum deuoratæ.

Medicamentorum malorum non nocet nominum aut figurarum notitia, ſed ponderis ſcientia. Hanc porro medicus nec quærere nec noſſe debet, niſi diis hominibúſque inuiſus meritò eſſe vult,& contra ius fáſque profeſſionis egredi.Illas autem figuras dico, & nomina neceſſe eſt ei ſcire, vt & ipſe deuitet, ne per ignorantiam aliquam ſumat, & aliis idem præcipere poſſit. hoc enim proprium eſt medicinæ,& illud execratiſſimi pharmacopolæ contrario oppoſiti virtuti eius, vt & in cæteris artibus animaduertitur. nulla enim eſt quæ non habeat aduerſantem ſibi ſua ſpecie ſimilitudinis malignam profeſſionem.

AD SVSPICIONEM MALI MEDICAMENTI, Cap. 68. CC.

QVoties autem ſuſpicio mali medicamenti accepta fuerit, primùm aſſumere oportet quæ nauſeam faciunt,vel oleum perſe,vel cum aqua,& reiicere:deinde ea quæ ventrem molliunt tanquam lac, album ius pingue & ſalſum, chamæleam non ceſſantem iniicere clyſtere: poſtea remedia propria ad ſingula quoque & antidotos ſumere.

Implicitas medicinæ partes inter ſe & ita cõnexas eſſe conſtat vt nullo modo diduci ſine totius profeſſionis detrimento poſſint. Ex eo intelligitur quòd neque chirurgia ſine diætetica,neque hæc ſine chirurgia(id eſt ſine ea parte quæ medicamentorum vtilium vſum habet) perfici poſſunt: ſed aliæ ab aliis adiuuantur,& quaſi conſumantur. Itaque quanuis ex magna parte ad diæteticos pertinẽtes compoſitiones iam exhibuerimus, tamẽ quaſi claudicat & vacillat hic liber niſi eas quoque compoſitiones quæ ad chirurgos pertinent,poſuerimus, quarum initium ex emplaſtris faciemus..

EMPLASTRVM TRIPHONIS, Cap. 69. CCI.

EMplaſtrum chirurgi Triphonis ſubuiride,quod facit quum vulnus ita actum eſt vt os lædatur,vel frangatur, præcipuè caluariæ, κεφαλική ideo à Græcis dicitur. Idem ſi os ſcabrum, aut putre vetuſtate vitii factum eſt, expurgat & educit, quantum eius alienum eſt. Facit præterea ad canis morſum,& ad vlcus recens molle, Squama æris Cyprii ✱.P.x i i.thuris ✱.P.vi. ammoniacæ guttæ ✱. P.vi,reſinæ pytuinæ,(id eſt ex picea arbore)✱.P.x.S.reſinæ terebinthinæ ✱.P.v i. adipis vituli P. quadrans, ceræ P. triens, olei P. ſemuncia, aceti cyathus vnus & dimidius: acetum intritum conſumatur ad omnia quæ teri debeant, dum leuia habuerint mellis ſpiſſitudinem: cera, & vtraque reſina cum adipe purgato & oleo liqueſcant, & incoquantur donec habeant ſpiſſi cerati temperaturam: feruentia ſuperfundentur rebus quæ ſunt in mortario minutatim, & piſtillo ſubinde dum calet, & permiſcebũtur.Atque ita dum deſinit feruere,emplaſtrũ manibus ſubigetur, & redactum in rotundas ampliores, (quas magdalidas dicunt) reponetur.

EMPLASTRVM MEGETIS CHIRURGI, Cap. 70. CCII.

EMplaſtrum Megetis chirurgi ſubuiride ad eadem facit: componitur ſimiliter,accipit hæc, Squamæ æris Cyprii ✱. P.xxv. ammoniaci guttæ ✱.P. vigintiquinque, terræ mali(quod ἀριστολοχίαν Græci dicũt) ✱.P.viginti,iris ✱.P. viginti,aluminis fiſſi ✱.P.viginti,myrrhæ ✱.P.xxii. reſinæ terebinthinæ ✱. P. quatuor, pytuinæ reſinæ ✱. P. iiii. adipis taurini ✱. P. iiii. ceræ ✱. P. quatuor,olei veteris ſextariũ vnum, aceti acris ſextarios.iiii. Componitur hoc medicamentũ quum Caniculæ ſydus oritur. teritur in ſole donec acetum omne conſumatur. In quibuſdam hoc emplaſtrum efficacius, in quibuſdam ſuperius poſitum,inuenitur.

EMPLASTRVM VIRIDE TRIPHONIS CHIRURGI, Cap. 71. CCIII.

EMplaſtrũ viride Triphonis facit ad vulnera recẽtia, quo vtebatur etiam in gladiatoribus, coloris boni, εὔχροον ideo etiã appellabat.Recipit hæc, Æris vſti põdo ſextantem,aluminis rotundi pondo ſextantem, ſalis ammoniaci pondo ſextantem, thuris pollinis pondo ſextantem,æruginis raſæ pondo trientem.Hæc teruntur ex aceto aliquot diebus, poſtea ceræ pondo duo, reſinæ frictæ pondo duo, cum olei veteris põdo dextãte: liquefacta ab igne mortario ſuperfunduntur, & mixta manibus ſubiguntur.

EMPLASTRVM VIRIDE TRASEAE CHIRURGI, Cap. 72. CCIIII.

EMplaſtrum viride Traſeæ chirurgi ad recentia vlcera minus acre, Æris vſti ✱.P. duodecim,ſalis ammoniaci ✱. P. nouem. Hæc terere aceto per aliquot dies oportet, donec viridis color appareat, poſtea adiicere aluminis fiſſi ✱. P. v i i.Vbi iam omnia leuia facta fuerint, & mellis liquidi temperaturam habuerint, ceræ pondo libra, reſinæ frictæ pondo libra,cum olei cyathis quinque liquefacta ſuper ea adiiciuntur,& rurſus mortario ſubigũtur.refrigeratúmq; manibus ſubigitur,ac reponitur.

EMPLASTRVM TRIPHONIS CHIRURGI VIRIDE, Cap. 75. CCV.

EMplaſtrũ viride Triphonis facit ad recẽtia vulnera, morſus hominũ: ſed præcipuè ad vetera vlcera quæ nullo modo cicatricẽ ducunt, & callos eminẽtes circa ſe habent. Oportet autem tunc non linteolo (vt cætera) illinere,ſed dilatatũ magis manibus in magnitudinem vulneris ſatis craſſũ imponere, ſupérque linteola carpta plurima,deinde ſpõgiam nouã ex verbenis, murto, oleáque factis. Cõſtat ex his, Æruginis ✱.P. quatuor, ſquamæ æris ✱.P. ſex,thuris pollinis ✱.P.vi.galbani ✱.P.quatuor,aluminis rotundi ✱.P.iiii.reſinæ pytuinæ ✱.P.x x v. ceræ ✱. P.xxv. olei pondo ſextante,terebinthinæ pondo ſelibra, aceti quod ſatis eſt: componitur eodem modo quo & ſuperius ſcripta viridia emplaſtra ſunt.

EMPLASTRVM VIRIDE GLICONIS CHIRURGI, Cap. 76. CCVI.

EMplaſtrum viride quod ſui generis,(meo iudicio)ſuperat omnia,vocatur Iſis. Accipit hæc, Æris vſti,æris Cyprii,æruginis raſæ,ſalis foſſitii,guttæ ammoniaci,thuris maſculi,mali terræ rotũdi(quæ ἀριστολοχία στρογγύλη Græcè dicitur)mali terræ ſarmentorum quibus vnguentarii vtuntur,(dicitur autem ariſtolochia clematitis)aluminis rotundi,ſingulorum põdo vnciam, myrrhæ,galbani, aloes, ſingulorum pondo ſextantem,ceræ pondo trientem,reſinæ colophoniæ P.iiii. vel duo & beſſem, olei ſextarium vnum.Hæc enim galbano,reſina,cera,& oleo ſuper ignẽ liquefacta,miſcentur mortario,præterea cæteris ex aceti ſextario vno.Facit hoc emplaſtrum ad detectam mẽbranam tegentem cerebrum:de induſtria à medicis cum terebratu exciditur, quòd lædit eam os, vel alioquin detectam,roſa dilutum & impoſitum. Item facit ad capitis diutinum dolorem (quem κεφαλαλγίαν Græci appellant) dolenti loco raſo ſuperpoſitum, nec minus dies viginti. Item facit ad oculorum imminentes epiphoras,ſuperpoſitum frontibus:cæteras eodem modo ſanguinis eruptiones è naribus adiuuat: & vlceribus factis eiuſdem partis roſa dilutum prodeſt: nec minus angina correptis faucibus,extrà ſuperpoſitum,& toto collo.Parotidas initia habentes diſcutit,ſuppuratas iungit,ſiquis emiſſarium collectionis apto loco,(id eſt infra ſinum vbi collectio eſt)fecerit: quod ὑπόχυσιν Græci dicũt. Eadem ratione ſuppurationibus in mammis mulierũ futuris aut factis prodeſt, iungit omnẽ partem diuiſam,& fibulis arctatã: præcipuè quũ inteſtina prolapſa & repoſita ſunt,atq; ſartum vulnus, quod à Græci dicitur γαστρορραφία.Lateris, ſtomachi,vẽtris iocinoris,lienis dolorem ſedat.Adiuuat cœliacos, tormiNoſos,ventri toto circundatum:item veſicæ tumenti prodeſt. Eodem modo lumborum dolorem leuat. Ad luxatum omne & ei ectum & repoſitum articulamentum, bene facit: & ad podagram præter quoduis aliud medicamentum ſatis conuenit,& huic mirificè prodeſt. Fiſtulas roſa dilutum ſanat. Ad carbunculos & cancer imponendũ eſt. purgat enim, nec patitur latius ſerpere: vetera vlcera cicatricem ducere cogit. Punctus neruorũ muſculorum qui periculoſiſſimi ſunt,quos νύγματα Græci dicunt, ſine inciſione aut diuiſione ſanat Cyprio oleo dilutũ. Ad neruorumvitia omnia acopo melius facit.

EIVSDEM NIGRVM, Cap. 77. CCVII.

EMplaſtrum nigrum eius, Barbara dicitur:facit ad omne recens vulnus & contuſum:hoc plerique in gladiatoribus vtũtur,Picis brutiæ ✶.P.cẽtum, reſinæ frictæ ✶.P.centum,bituminis Iudaici ✶.P.centum,ceræ ✶.P.cẽtum.Hæc conciſa in minima fruſta, coquuntur cum olei ſextario vno donec ſpiſſentur:quibus depoſitis ab igne,& deſinentibus nimis feruere,adiicitur ſpumæ argenteæ ✶.P.x. ceruſſæ ✶.P.x. æruginis ✶.P. v. Et hæc autem cum aceti hemina terere oportet, & minutatim aſpergere, ne efferueſcat medicamentum. Vbi his adiectis & intermixtis intepuerit medicamentum, opopanax oleo dilutus exiguo ✶.P.duum adiicietur:deinde refrigeratum manibus,& ſubactum medicamentum,& in partes diuiſum,reponitur. Huic ergo emplaſtro,quum ita compoſitum eſt, dum adhuc modicè calet, adiicito thuris pollinis pondo trientem:& mirum,quanto efficacius eſt,ſine dolore atq; tumore conſeruat vulnera,& celerius ſanat.

EMPLASTRVM NIGRVM TRASEAE chirurgi, Cap. 78. CCVIII.

EMplaſtrum Traſeæ chirurgi facit ad omnia recentia vulnera propriè autem ad neruorum muſculorũ punctus,contuſiones,luxa:& in totum, tumorem non patitur fieri,articulos inciſos iungit.Idem & gladiatorum, & omnium hominum ad periculoſa vulnera mirificè facit: ſinus veteres & fiſtulas iungit:interius iniectum primùm, & poſtea extrà poſitũ: Ceræ pondo quatuor,picis brutiæ pondo quatuor,reſinæ frictæ pondo IIII. bituminis ſagũtini quod eſt natura liquidum, P. IIII. ceruſſæ, æruginis, chalcitidis,miſyis,aluminis ſiſſi, aluminis rotundi,melãterias(quæ creta ſutoria dicitur) qua ligulæ calceolorum denigrantur,gallæ ſyriacæ,ſingulorum pondo libra. Hæc aceto teruntur donec leuia fiant: quibus mellis habẽtib⁹ ſpiſſitudinem,cera,atque alia quæ igne liquefiunt, bitumẽnque ſuper ignem ſolutum, ſuperfunduntur his quæ ſunt in mortario:poſtea medicamentum manibus ſubigitur,& reponitur vaſe fictili acetum habente.

EMPLASTRVM NIGRVM ARISTI, Cap 79. CCIX.

EMplaſtrum nigrum Ariſti chirurgi facit ad omne recens vulnus mirificè,ad punctus neruorum & ad muſculorum:item ad contuſum,luxum,præcipuè ad oſſa fracta.Sine alligatura enim interdũ dimidio celerius ſanat ea,& ſine dolore ſeruat:iungit ſinum. Habet autem hæc, Spumæ argenteæ ✶. P.ducẽtorum,aluminis ſiſſi ✶.P.xxx. picis Hiſpanæ ✶.P cẽtum, bituminis Iudaici ✶.P. centũ, propolis ✶.P.triginta,æruginis ✶.P.decem,ceræ ✶.P.centum,ammoniaci guttæ ✶.P.vigintiquinque, terebinthinæ ✶.P.quinquaginta,olei veteris ſextarios quatuor. Oleo inferueſcit ſpuma argẽtea trita curioſè:deinde adiicitur bitumen,& ipſum contuſum & tritum. Vbi hæc cerati mollis habent temperamentum,pix adiicienda eſt: deinde cera & propolis,poſtea ammoniacum,à quo ærugo, vltimum alumen aſpergitur. Oportet autem vbi tumor ſuſpectus eſt, lanam ſuccidam ex vino ſine oleo ſuperponere.

EMPLASTRVM TRIPHONIS, Cap. 80. CCX.

EMplaſtrum nigrum Triphonis, baſilicon appellatur, facit ad contuſa,& canis morſum, & furunculos. Idẽ roſa dilutum explet cõcaua vulnera,Picis brutiæ ✶.P.XL. reſinæ ✶.P.XL. galbani ✶.P.II. olei cyprei ✶.P. ſeſcuncia cum oleo communi ✶.P. I x.liquefiet, & coquitur donec coeat:poſt hoc reſina adiicitur:deinde emplaſtri habens temperamentum,deponitur cacabus, & tepente medicamento galbanum dilatatum, ne vno loco ſubſidat adiicitur.

EMPLASTRVM ARISTI CHIRVRGI, Cap. 81. CCXI.

EMplaſtrũ nigrum quod πιτταφάρμακον dicitur, facit ad eadem. Recipit hæc, Ceræ, picis, reſinæ frictæ paria pondera,adipis taurini dimidium: vnà omnia coquantur donec emplaſtrum fiat.

A EMPLASTRVM NIGRVM DIONYSII chirurgi, Cap. 82. CCXII.

EMplaſtrũ Dionyſii chirurgi facit ad mediocria vulnera,& in teneris corporibus puerorum. Idem iungit bellè vulnera, & ſine tumore ſeruat: Spumæ argenteæ ✶.P.CXX.olei ſextarios duos. Hæc ſuper ignem mouentur, donec cerati habeant temperaturam: poſt hoc adiicitur aluminis ✶.P. XLV. & decoquitur vſque dum rufum medicamentum fiat: poſt hæc adiicitur reſinæ colopho-
B niæ ✶.P.XLV. ceræ ✶. P. XLV. vbi emplaſtri omnia habuerint ſpiſſitudinem,deponitur cacabus,& tepente medicamento,& quum deſierit feruere,adiicitur galbanum minutatim dilatatum,quò facilius ſoluatur,✶.P. quatuor.

RVRSVM EIVSDEM, Cap. 83. CCXIII.

ALterum rubrum medicamentum quo venatores vtuntur, facit ad canis morſum & omnium quadrupedum:idem & ad offenſionem in ſtirpe, & cætera vulnera mediocria:Spumæ argenteæ pondo quinque ſemis,
C olei veteris pondo duo. Hæc coquantur donec coeant: deinde adiicitur æris ſquamæ pondo vncia, & coquitur donec colorem rufum ſumat:poſtea adiicitur ceræ pondo triens, reſinæ frictæ põdo duo,ammoniaci guttæ,depoſito pauliſper cacabo, pondo quadrans, galbani item diuiſi in minimas partes,& rurſus repoſito ad breue tempus,atque iterum repoſito & non feruenti, galbani pondo ſextans.

COLORIS INCERTI, Cap. 84. CCXIIII.

D EMplaſtrum coloris incerti facit ad omnia mediocria vulnera,quadrupedum morſus,contuſa vel inciſa articulamenta, vt fit quum ad dentem peruenit pugnus. Idem ad furunculos mirè facit, & ſtrumas, omnémque duritiem diſcutit,ſi id quis perſeueranter imponat. Item cicatricem ducit diutini vlceris, & in totum ad omnia leuia, in quotidianos vſus mirificum eſt: tumorem non patitur fieri neque pus. Hæret vt faſcia non ſit opus: in balneo non excidet. hoc ipſum eſt quod tu deſideraſti: Olei veteris põdo quinque, ſpumæ argẽteæ pondo quin-
E que. Hæc coquntur donec coeant,poſtea adiicitur his reſinæ pytuinæ pondo quinque. Vbi emplaſtri habet temperamentum, adiicitur propolis inalienatæ ſinceræ & bonæ qualis eſt Attica,pondo ſelibra, deinde in cacabo depoſito viſci de quercu lecti pondo quadrans. hoc ſemper habeo compoſitum.

EMPLASTRVM EVELPISTI chirurgi, Cap. 85. CCXV.

EMplaſtrum luteum Euelpiſti chirurgi facit ad tenera corpora mediocriter læſa & abraſa, quæ ἀποσύρματα
F Græci dicunt, Spumæ argenteæ pondo ſelibra,olei hemina:coquuntur dum coeant:deinde adiiciuntur ceræ pondo duo,reſinæ pytuinæ pondo duo.

EMPLASTRVM EPISPASTICVM, Cap. 86. CCXVI.

EMplaſtrũ quod aperit & educit pus, vel ſiquid aliud ſubeſt (ἐπισπαστικὸν dicitur) Ceræ pondo libra, reſinæ terebinthinæ pondo libra, nitri rubri pondo libra: hoc teritur ex cinere lixiua, donec leue factum habeat mellis ſpiſſitudinẽ,poſtea ſupradicta cum olei cyathis ſex
G liquefiunt ad ignem,quibus adiicitur thuris pollinis ſelibra, & ita quæ in cacabo ſunt,mortario ſuperfundũtur,& commiſcentur. CCXVII.

Emplaſtrum album ex ſale, δι' ἁλῶν Græci dicunt:facit ad omnem duritiem & diutinum dolorem, & ducit ſudores, idem vlcera vetera & calloſa renouat, & facilius aliis medicamentis quæ hoc pollicẽtur, cogit cicatricem ducere: Salis marini, ceruſſæ,olei veteris paria pondera. Coquitur cum oleo ceruſſa donec coeat, & poſtea ſal admiſcetur. CCXVIII.

H Emplaſtrum aliud ex ſale nigrum efficacius, idem ad omnia facit, ſed recipit ſingulorum P. libram ſimiliter, olei autem veteris triplex adiicitur. CCXIX.

Emplaſtrum album ad combuſta & perniones,ceruſſæ pondo libram,olei myrtei põdo libram,ſpumæ argenteæ ✶.P.XXIIII.ceræ Ponticæ pondo libram.Ceruſſa & ſpuma

argentea coquuntur cum oleo,donec coeant, poſtea adiicitur cera.

EMPLASTRVM ALBVM PACCHII Antiochi, Cap. 87. CCXX.

EMplaſtrum album Pacchii Antiochi,quo vti oportet quum in mammis mulierũ,alióve quouis loco duritia fuerit,quæ ad omne medicamentum exaſperatur,quã Græci καρκίνωμα, aut κακόηθες vocant.Facit autẽ ad combuſta & vetera omnia, quæ non facilè cicatricem ducũt: Item ad vlcera ex frigore, vel per ſe facta.Præcipuè verò ad ani vitia difficilia & vetera,roſa dilutum:Cadmiæ botryitis ✳.P.VIII.põpholygos Cypriæ ✳.P.VII.molybdenæ lotæ ✳.P.V.thuris maſculi ✳.P.IIII.ceruſſæ ✳.P.ſeptuaginta, ſpumæ argẽteæ P.✳.quinquaginta,ceræ Ponticæ ✳.P. VIII. reſinæ terebinthinæ ✳.P.VII. olei murtei ✳. P. centum.Quæ ſunt dura teruntur ex vini veteris ſextario vno, in quo die & nocte macerẽtur: Alterci albi,iridis, ſertulæ campanæ,terræ mali, papaueris ſyluatici, capitũ corticis, ſingulorum ✳.P. VI. Quum leuia facta fuerint, & mellis ſpiſſitudinem habuerint, tunc murteum oleum minutatim in mortario adiiciatur,& quum fuerint temperaturæ liparæ, medicamentũ coniiciatur in nouo fictili cacabo, & coquatur pruna non nimis acri, moueaturque ſine requie ne aduratur: quum emplaſtri temperaturam habuerit,reſinæ cera adiiciatur. CCXXI.

Emplaſtrũ ad combuſtum mirificè facit:quum multis vſus ſim,nullum magis probo.protinus enim impoſitum mitigat, poſtea tollit dolorẽ, ſtatimque infinita celeritate perſanat: Spumæ argenteæ pondo ſelibra,adipis ſuilli purgati põdo ſelibrã,ceræ Ponticæ pondo ſelibrã ouorũ aſſorum vitellos ſex,quos terere oportet, & miſcere ſpumæ argenteæ & tritæ:cerã cum adipe liquefacere, deinde pati coire,poſtea in vnum miſcere.

LIPARA AD INTERTRIGINES ET exaſperationem, Cap. 88. CCXXII.

LIpara ad intertrigines & exaſperationem, tumorem aui mirifica,Spumæ argenteæ pondo triens, ceruſſæ pondo triens,thuris pollinis pondo triens, aluminis fiſſi pondo quadrãs, adipis ſuilli curati pondo quadrans,vini auſteri veteris heminæ tres, roſæ ſeſquilibra, olei acerbi ſelibra.Teruntur ſpuma,ceruſſa:alumen ex vino, deinde adiicitur thus minutum & cretum: & quumprimum hæc leuia paruerint, cum oleamentis ex vino adipem liquequefactum cum roſæ pondo quadrante miſcere in vnum oportet.

LIPARA RVFA, Cap. 89. CCXXIII.

LIpara rufa facit ad fiſſuras ani diutinas,quas ῥαγάδας dicunt:eadem & eiuſdem partis exulcerationes,& vitia diutina benefacit.Spumæ argenteæ ✳.P.XXXVI. ceruſſæ ✳.P.VI.chalcitidis vſtæ ✳.P.VI.myſios ✳. P.VI. reſinæ terebinthinæ ✳.P.XII.ceræ ✳.P.VI olei murtei ſextarios S. II. aquæ pondo ſextans. Cum aqua teruntur quæ prima poſita ſunt, & olei pondo dimidio, cum reliquo oleo cera & terebinthina liquefacto mortario ſuperfunduntur.

AD CONDYLOMATA, Cap. 90. CCXXIIII.

AD cõdylomata facit bene elaterium ſiue cera, quod eſt ſuccus cucumeris ſyluatici,compoſitus, rationéque in paſtillos redactus, ex aceto dilutum & perunctum: item propolis per ſe ſubacta & more emplaſtri impoſita. CCXXV.

Facit bene & reſinæ terebinthinæ ✳.P. VI. ceræ idem, in vinum cocta igni,quãtum poſſunt gagatis lapidis triti recipere.Multis & iris contuſa & ex vino mixta, cocta, & poſita velut farina ordeacea profuit. Facit & Andronium medicamentum,quod initiò poſuimus:ad condylomata vino dilutum bene. CCXXVI.

Hoc medicamentũ mirificè prodeſt, Aluminis melini ✳.P. centum, chalcitidis ✳. P. quinquaginta, fæculæ ✳. P.quinquaginta.Teritur aceto,quum opus eſt vino aut aceto diluitur.

AD HAEMORRHOIDAS, Cap. 91. CCXXVII.

HÆmorrhoidas ſic curare oportet medicamẽto. Perungantur centaurii ſucco pondo duum. Hæc herba A Latinè fel terræ dicitur,& vbique in agris naſcitur.Eſt autem tenuis, multorum ramorum in rectum ſurgentium, florem habet exiguum purpureum. Abſinthii ſucci ✳. P. duum,aluminis liquidi ✳.P. duum, herbæ pedicularis ✳. P.duum,miſyis ✳.P.vnius, mellis quantum ad cõprehẽdenda ea ſatis erit. Hoc peruncto interius ano, aut lana tincta,& interius truſa,quum deſederint ad ſellam, & apparuerint totæ, medicamento rurſus bene tangendæ ſunt vndique: & præcipuè radices earum carbaſis ducunt, ſpecilli latitudine, ſubinde haurientè, medico cumulan- B te medicamentum, & adſtruente,imprimentéque donec cõbibant.totum enim in ea eſt vt ab omni parte ſaturentur. Eſt autem hoc medicamentum,Chalcitidis vſtæ ✳.P. quatuor,æris floris vſti ✳.P.quatuor,miſyis vſti ✳.P.triũ, æris ſquamæ ✳.P.duum,diſphrygis ✳.põdo duum, ſoreos vſti ✳.pondo duum, auripigmenti ✳. pondo duum. Hæc omnia teruntur,& ſicca(vt dixi)hæmorrhoidibus imprimuntur vndique:poſt hoc tenue, ſimplex,rarũ linteolum imponere oportet, & ſupra hoc panem autopyrõ ex aqua maceratum & tritum,roſaceo oleo adiecto.Hoc medica- C mentum ſine magno labore circa ſeptimum diem cadere cogit hæmorrhoidas. Oportet autem bis die panem imponere, nonnunquam in nocte, ſi circum tenſionem ſenſerint aquario, die auriſcalpio auerſo, quam partem κωλύθον Græci vocant,ſenſim tẽtare,mouere abalienatã oportet, quò ſelerius excidant hæmorrhoides. Hoc medicamentum omnem carnem,& omni parte corporis exulceratam, & excreſcentem, & eminentem, ſine magno morſu tollit. CCXXVIII.

Siquando non exulceratas eminentias tollere ſine fer- D ro voluerimus,vt verrucas,neuos,aliáve eius generis,hoc medicamento vtimur,Calcis viuæ ✳.P. ſex,fæculæ ✳. P. trium,vitri vſti ✳.P. trium. Hæc terere oportet ex cinere lixiua, ex caprifico,vel ſarmentis, donec leuia paſſi habeant temperamentum, deinde adiicere rubricæ, aut atramenti quod poſſit colorare ea: deinde patella fictili coquere ad mellis ſpiſſitudinẽ, atque pyxide nigri plumbi reponere. Melius autem recens facit,cuius vſus eſt talis: quod deſtinatum erit tollere, id ipſum ſpecillo oblinetur craſſius,ex interuallo penicillo abſtergetur: & quũ E ſatis nigrum quaſi perunctum viſum fuerit, deſinere oportebit imponere res, & abſtergere, & panem ex aqua imponere & roſa.Hoc & ſtrumas ſanat antequã ſuppurẽt. Oportet autem,quum hoc medicamentum cauſam fecerit in ſtrumis, nullum aliud medicamẽtum adhibere. ſanæ enim ita fiunt. CCXXIX.

Quum verò aliqua pars ſuppurauerit,& timidus fuerit ad ſectionem cui id acciderit, viſcum quamplurimum colligere oportebit, eúmque cum cinere lixiui diutius terere,& aluta inductum imponere,ita formata.& in tan- F tum ſpacium circunſecta, quantum & quale volumus vlcus,id eſt emiſſarium vomicæ fieri,& ea parte ſcilicet imponemus,quantum neceſſe erit aperire. Hoc eodem medicamẽto ſæpe dolores diutinos pectoris,lateris,lumborum ſuſtuli, quum ad nullum malagma aut auxiliũ cedebãt. exulcerata enim minima parte cui uſque dolentis loci,humoribus poſtea vitium veluti eiiciebatur.

AD EADEM VITIA, Cap. 92. CCXXX.

G MElior triphera. hoc enim nomen ſuperius poſitum, medicamentum appellatur: facit ad omnia quæ ferro debẽt tolli ſine magno dolore: idem hæmorrhoidas productas medicamento quod ſupra poſitum eſt, tollit. Vuam nimis iacentem ſine periculo, per auriſcalpium lana inuolutum perunctam, ex parte qua tollenda eſt, amputat. Oportebit autem poſtea aqua mulſa gargarizare,& lentis atque roſæ aridæ aqua decoctæ.Eadem res & palpebram piloſam remediat,ſiquis radices aduerſus naturam pilorum natas oblinierit,donec locus earum H niger fiat.Recipit hæc, Æris floris ✳.P. trium,calcis viuæ ✳.P. ſex,thapſiæ radicis ✳.P. ſex, fæculæ ✳.P. trium,nitri ✳.P.duum,auripigmẽti ✳.P.duum, fellis taurini ✳.P.ſex. Terũtur ex cinere lixiua qua culinarii vtũtur, donec habeãt mellis liquidi tẽperamentũ.Reponitur pyxide nigri

plũbi.Hæc puxis in ampliorẽ ſtagneã mittitur,habẽtẽ cinerẽ lixiuã vſq; ad operculũ minoris.Oportet autẽ & hoc medicamẽtum colorare rubrica vel atramẽto. Huic medicamento ſi anatis ſanguinis quaſi duæ ligulæ adiunctæ fuerint,minus mordebit. CCXXXI.

Quatenus acrium & exulcerantium medicamentorum habita eſt mentio,ponemus qua ſtygmata tolluntur in dignis,& in multis.Hæc calamitas ex tranſuerſo accidit, vt diſpenſatori Sabini Calui naufragio in ergaſtulo deprehẽſo,quem Triphon multis deluſum,& ne caſu quidem literas confuſas vllo medicamento habentem,liberauit, allii cãdidi, ſpicæ capitis tritæ, cum cantharidibus viginti Alexãdrinis, (ſunt autem variæ & oblõgæ)ſulphuris viui ✱.P.I. & victoriati, chalcitis ✱.P. as ſemis, ceræ pondo triens, olei pondo triens,ceram cum tritis cæteris admiſcuit & impoſuit.

INTESTINI EXTREMI PROLAPSIO,

Cap. 93. CCXXXII.

INteſtinum extremũ quibus prolabitur & excidit,quoties prodierit,toties vino calido,vel verbenis, vel cinere lixiua lauari oportet & reponere . Prodeſt & pice liquida perungere & cedria:interdum vel Andronio perungere,& ſicca reponere . Facit & cinis ex ſarmentis cribrata aſperſa,alumen fiſſum tritum bene , & eodem modo aſperſum,atque inteſtino repoſito. CCXXXIII.

Ad teſticuli tumorem cupreſſus baccæ ex vino coctæ conueniunt,ex faba quaſi concha multo cum cumino cocta: item vua paſſa cum cumino contuſa in modũ malagmatis,melle quantum ſatis eſt admixto.Idem vua paſſa, nucleata,contuſa ac mixta eiuſdẽ menſuræ vel ponderis.

AD VERETRI TVMOREM ET DOLOrem, Cap. 94. CCXXXIIII.

AD veretri tumorem lens ex aqua cocta,& trita, roſaceo oleo mixta prodeſt . Si maior tumor erit mali granati corium ex aqua coctum & tritum, lenticulæ pari pondere admiſcere oportet. CCXXXV.

Si vlcus ſordidum erit,aut cancer tẽtauit,aut iam occupauit,Andronios ex vino benefacit. CCXXXVI.

Si cicatrix ducenda. *deſideratur.* CCXXXVII.

Omne vlcus in omni parte corporis ſordidum(id autẽ eſt quum candicat,& quaſi cruſtam perductam albam habet)purgat mel per ſe , iris arida contuſa , vel cum melle. Eadem ratione & terræ mali,& panacis radix purgat ſordida vlcera.Mirificè & hoc medicamentum purgat , etiã ſi cancer tentat:eſt autem leue,auripigmenti quod Græci ἀρσενικὸν dicunt,✱.P.ſex. æris ſquamæ ✱.P.trium , elaterii ✱.P.I. chartæ combuſtæ cinis ✱.P.III. quum opus eſt cochlearia tria roſæ cyatho permiſcentur,inde linteola carpta continguntur,atque ita vlceri ſuperponũtur.Hoc medicamentum citò,& ſine vllo morſu expurgat ſordidiſſima vlcera. CCXXXVIII.

Omne purum vlcus & concauum replet baſilice roſa diluta:(vt ſuperius dixi) propè autem hoc medicamẽtũ, Medullæ vitulinæ ✱.P.IIII. adipis anſerini ✱.P.duum, butyri ✱.P.duum , medullæ ceruinæ ✱.P . duum, ceræ ✱.P. IIII. terebinthinæ ✱.P. duum, mellis ✱.P.ſeſcuncia, roſæ ✱.P.ſeſcuncia,reſina cum roſa liqueſcit, cui miſcentur calenti mel & cera: cum cera præcalfacta in feruenti aqua contundũtur,atque ita ſuperioribus miſcẽtur. CCXXXIX.

Omne vlcus luxurians & creſcens carne cõpeſcit chalcitis per ſe trita,vel æris flos vſtus . Bene autem & propriè hoc medicamentum facit quo Meges vtebatur,Calcis viuæ ✱.P.duum, thuris ✱.P.vnius,æris ſquamæ ✱.P. vnius.

TRIPHONIS MEDICAMENTVM,

Cap. 95. CCXL.

TRiphon chirurgus carnem eminentem hoc medicamento compeſcebat,æris floris vſti ✱.P.VI.chalcitis vſtæ ✱.P. IIII. myſis vſti ✱.P.IIII. æris vſti ✱.P. IIII . Hoc acre eſt,& quaſi cauterium cruſtam altam facit: quamobrem cancer non patitur impoſitum ſerpere , omnem eruptionem ſanguinis veluti cauterium ſiſtit . Et hoc autem & quæ diximus imminuit : cicatricem quoque ducit ſiquis tincto, extractóque ſpecillo,quod ei quaſi puluis adhæſerit,exiguo oras vlceris tetigerit:ſed propriè cicatricẽ medicamenta hæc ducunt.

TRIPHONIS AD CICATRICEM,

Cap. 96. CCXLI.

EMplaſtrum efficax ad cicatricem ducendam, Spumæ argenteæ ✱.P.quinquaginta, myſis vſti , chalcitis vvſtæ,aluminis fiſſi,ceruſſæ, ſingulorũ ✱.P. IIII. reſinæ terebinthinæ ✱.P. XII.ceræ ✱.P.V. Cera & reſina liquefiũt, deinde quum refrixerunt , raduntur , ſicca & bene trita adiiciuntur & commiſcentur.

EMPLASTRVM DIACADMIAS,

Cap. 97. CCXLII.

EMplaſtrum διὰ καδμίας Græci dicunt, quod cicatricem ducit, Cadmiæ põdo libra, chalcitidis vſtæ pondo libra. Hæc teruntur ex vini Falerni heminis tribus, donec liquefacta mellis habeant ſpiſſitudinem, poſtea fit ceratum ex ceræ pondo quatuor , reſinæ frictæ pondo quatuor , olei murtei P. quatuor . Quum refrigeratum eſt raditur & miſcetur his quæ in mortario ſunt.Sunt qui liquefacta hæc ipſa dum calent mortario ſuperfundunt, & ita ſubigunt.

AD PAPVLAS ET PORRIGINEM,

Cap. 98. CCXLIII.

AD papulas in capite efferueſcentes,vel qualibet parte corporis totius porriginem, σταφὶς ἀγρία trita, & nitrum decoctum tritum pari menſura , in mixto oleo & vino auſtero,ante deſudationem corporis,ac poſtea:item alumen liquidum ex aceto, ſtaphide agria adiecta. Ad epiphoram verò toto corpore efferueſcentem medicamentum prodeſt. CCXLIIII.

Ad ignem ſacrum benefacit hoc medicamentum,Rutæ viridis pondo triens,ſpumæ argenti pondo bes, aceti ſextarius vnus, olei viridis ſextarius. Cum aceti parte in ſpuma & ruta teruntur donec leuia fiant, poſtea quod ſupereſt aceti,vicibus cum oleo adiicitur.

AD IGNEM SACRVM,

Cap. 99. CCXLV.

AD ignem ſacrum coriandrum per ſe tritum benefacit,(eſt enim res viroſa)vel cum pane eodem modo & mentha prodeſt,& cinis de filice facta, aqua conſperſa, oblinita: item cimolia creta ſucco ſolani diluta : & per ſe ſolanum,vel cum pane prodeſt. CCXLVI.

Facit & ad hoc medicamentum bene, Sulphuris viui, opii,ſingulorum pondo ſemuncia, ſpumæ argenteæ pondo vncia:paſſo miſcentur.Item hoc ſatis prodeſt, Ceruſſæ ✱.P.VIII.aluminis fiſſi ✱.P.trium,thuris ✱.P.trium,croci ✱.P.duum,ſulphuris viui ✱.P . duum.Teruntur hæc ſolani ſucco, quum opus eſt vino diluuntur.

AD ZONAM, Cap. 100.

CCXLVII.

AD zonam (quam Græci ἕρπητα dicunt) faciunt quidem vt ſupradicta omnia, præcipuè cicuta viridis bene trita & impoſita:item hoc medicamẽtum, Ceruſſæ ✱.P. XXXVIII. aluminis fiſſi ✱.P. duodecim, croci ✱. P.I. thuris.✱.P.duum,acaciæ ✱.P.VIII. diphrygis ✱.P. duum, opii ✱.pondo duum.Ex aqua teritur,& quum opus eſt ex eadem dilutum perungitur. CCXLVIII.

Ad idem melius facit gallæ, aluminis rotundi,chalcitidis,cretæ ſutoriæ,ſingulorum ✱.P.duum,myſus, corticis malorũ,acaciæ,ſingulorum ✱.P. quatuor, calcis viuæ ✱.P. ſedecim. Mali cortex in aceti ſextario vno decoquitur donec madida fiat : deinde teritur acacia aceto eodẽ,macerata nocte & die admiſcetur,& vna teritur. Poſtea cætera adiiciuntur, & fiunt paſtilli:quum opus eſt diluuntur aqua.

Ad vtrunque autẽ genus vitii, mirificè medicamẽtum Andronicum facit.

AD IMPETIGINES,

Cap. 101. CCXLIX.

AD impetigines vua aminea,quæ ſic dicitur, benefacit.Eſt autem ruberrima,& in vepribus naſcitur,qua fricari oportet impetiginem,quoad curetur,& non appareat:hoc autem diebus fit paucis.

AD SVGILLATIONES, Cap. 102. CCL.

Benefacit huius radicis recẽtis ſuccus, ad ſugillationes & liuores perunctus. Scabiem tollit ſulphur nigrum oleo mixtum communi,atque in cerati ſpiſſitudinem re-

dactum. Hoc etiam lepram, & quam elephantiam dicũt, ſanat:&omnia quæ efferueſcũt per ſe, quũ inueterauerint.

AD SCABIEM, Cap. 103. CCLI.

AD ſcabiem halica ex aceto macerata, & trita, benefacit, exiguo thure adiecto: item picis liquidæ libra, ceræ pondo ſemis, ſulphuris viui pondo ſextans, aluminis fiſſi ✱. P. vnius. CCLII.

Benefacit oliuæ Æthiopicæ cõmi (quod Græcè ἐλαίας αἰθιοπικῆς δάκρυον vocant) aceto dilutum: item ſalicis libri ex aceto cocti, atque ita triti & impoſiti tollunt ſcabiem. Facit & eiuſdem cinis ex aceto ad ſcabiẽ. Prodeſt & farina ordeacea cocta ex poſca, ſi tenerum corpus erit: vel ex aceto, ſi durum, per dies quatuor aut quinque. deindeceratũ ex roſa, adiecta ceruſſa, imponere oportet donec cicatrix ducatur. CCLIII.

Facit benè & hæc compoſitio, Thuris maſculi pondo triens, ſulphuris pondo vncia, cæparum pondo ſextans, rumicis erraticæ radices aceto quoque tritæ P. — . Omnia teruntur: miſcetur aceto quod ſatis erit, id eſt dum mellis craſſi habeat ſpiſſitudinem. Quum opus eſt, ſcabiei nitro ex aceto locus fricatur diuti⁹ & preſſius, deinde hoc medicamentum ſuperlinitur. CCLIIII.

Alia compoſitio ad idem, Scammoniæ ✱. P. trium, myrrhæ ✱. P. vnius, æris floris ✱. P. vnius, haſtulæ regiæ, (quam ἀσφόδελον Græci dicunt) radicis ✱. P. duum, glutinis taurini ✱. P. duum, nitri ✱. P. vnius, & victoriati. Teruntur omnia aceto præter gluten. hoc enim pridie maceratum, cæteris iam tritis miſcetur. Quum opus autẽ eſt, antè nitro & aceto locus exaſperatur, deinde hoc obliniturr. Vt conſummetur liber, malagmata & acopa adiiciemus.

GENERA MALAGMATORVM AD omnem corporis valetudinem,

Cap. 104. CCLV.

MAlagma ad ὀπισθότονον: (id eſt quũ ceruix reflexa eſt in poſteriorem partem, aut rigida cum intenſione oculorum & maxillarũ) facit & ad κυνικὸν σπασμὸν, quum in vtramlibet partem deprauata eſt facies. Idem ad omnem tenſionem, & contractionem neruorum & ligationem: ἀγκύλην quod Græci vocant. item ad dolorem omnis partis quanuis veterem, Bdellii ✱. P. XVI. opopanacis ✱. P. octo, galbani ✱. P. octo, adipis vitulini ✱. P. ſedecim, piperis grana numero CLX. ammoniaci guttæ ✱. P. octo, cachryos ✱. P. octo, iridis ✱. P. ſedecim, ceræ ✱. P. quinquagintaquinque, terebinthinæ ✱. P. quinquaginta. Arida quæ ſunt contunduntur, cribrantur: ſuccum habẽtia, cum reſina ſubinde admixta contunduntur. cera in fruſta conciſa aquæ feruenti demittitur, & ſubacta manibus miſcetur cæteris in pilam. Oportet autem pilum ligneum frequenter cypreo oleo perungere. Hoc malagma cypreo oleo liquefactum acopi vſum præſtat. CCLVI.

Malagma alterũ, quod ſtomachũ, aluũ, inteſtina ſoluta habentibus & cholericis prodeſt. Confirmat omnem partem & adſtringit. quod hæc deſiderat, Aluminis fiſſi ✱. pondo ſex, rhus Syriaci ✱. pondo ſex, gallæ ✱. pondo ſex, acaciæ ✱. P. ſex, ceræ ✱. P. quadraginta, picis Hiſpanæ ✱. P. quadraginta, olei melini aut roſæ pondo trientem. Acacia vino exiguo macerata teritur: cera & pix oleo alterutro mixta inferueſcunt. quibus temperatis adiiciũtur cribrata ſicca: iis acacia miſcetur, atque in vnum omnia ſubiguntur. CCLVII.

Malagma, quod pectoris & lateris dolorẽ, & quicquid ex perfrictione eſt, benè calfacit: idẽ ad omnẽ dolorem prodeſt. Sampſuchi cõtuſi ſextarius vnus, iridis cõtuſæ ſextarii XV. cyperi contuſi ſextarius vnus, reſinæ terebinthinæ pondo bes, ceræ pondo quadrans, olei cyperi pondo ſelibra, vini Aminæi ſextarius vnus. In vino arida contuſa macerantur vna nocte & die: oleo, cera, & reſina liquefiunt: deinde ſuperfunduntur vino, miſcentur manibus. Hoc medicamentum efficacius eſt ſecundo: poſt dies triginta efficacius prodeſt. initio enim humidum valde eſt, & vix inlitum remanet. CCLVIII.

Malagma ad omnem dolorẽ, præcipuè iocinoris, Spicæ nardi ✱. P. V. Celticæ, id eſt ſaliuncæ ✱. P. X. iridis ✱. P. VIII. meliloti (quod à nobis ſertula campana dici-

A tur) ✱. P. XXV. cyperi ✱. P. VIII. ammoniaci thymiamatis ✱. P. VIII. cardamomi ✱. P. VII. croci ✱. P. duum, vini Falerni ſextarius vnus. In hoc omnia ſuprà ſcripta cõtuſa vno die & nocte macerantur, præter ammoniacum: hoc enim aceto diluere oportet, & quaſi ceratum facere: poſtea ceræ pondo duo bes, & reſinæ frictæ pondo quatuor, roſæ pondo libra: leuia ſunt & refrigerata, quæ roſæ & cæteris miſcentur. hoc & ad præcordiorum tenſionem benefacit, & veſicæ dolorem. CCLIX.

Malagma ad lienoſos & ad iocinoris dolorem, Am-
B moniaci guttæ pondo I. ceræ pondo I, & ſextãs. Ammoniacum ex aceto teritur, admixto crocomagmate quantum colorare poſſit ammoniacum, quod teritur vſquedum leue factum mellis craſſi habeat ſpiſſitudinẽ: poſtea cera liquefacta, roſa adiicitur mortario, & bene paſtillo mixta, manib⁹ vtraque ſubigũtur: facit hoc malagma ad luxum & ad capitis dolorem, fronti ſuperpoſitum. CCLX.

Malagma ad præcordiorum tenſionem, vẽtris, ſtomachi duritiem, cum dolore: idem ad iecur & lienem prodeſt, Ceræ ✱. P. quinquaginta, ammoniaci guttæ ✱. P.
C quinquaginta, iridis ✱. P. vigintiquinque, panacis ✱. P. viginti, aneſi ✱. P. vigintiquinque, nitri ✱. P. vigintiquinque, adipis taurini ✱. P. vigintiquinque, fœnigræci ſeminis ✱. P. vigintiquinque, reſinæ terebinthinæ ✱. P. quinquaginta, aceti acris ſextarius vn⁹, mellis põdo triẽs. Mel aceto diluendum eſt, atque arida omnia his macerãda die ac nocte: ceram, terebinthinam, adipem liquefactam in vnum cæteris miſcere oportet, & manibus ſubigere.

D MALAGMA AD LIENOSOS,

Cap. 105. CCLXI.

MYrobalani ✱. P. quinquaginta, aphronitri ✱. P. triginta, capparis radicis ✱. P. viginti, cardamomi ✱. P. vigintiquinque, ammoniaci guttæ ✱. P. triginta, ceræ pondo ſelibra, irini olei pondo ſelibra. Cera irino ſoluitur, quibus ammoniacum aceto dilutũ miſcetur, & poſtea arida quæ ſunt commiſcentur. CCLXII.

Malagma ad omnem dolorem veterem, & qualibet cauſa factum, præcipuè ad lumborum dolorem, qui antè
E leniter ſcarifiant. Recipit hæc, Bdellii pondo trientem, ſtyracis pondo trientem, hyſſopi põdo trientem, ammoniaci pondo trientem, piperis albi pondo trientem, thuris pondo trientem, baccæ lauri aridæ pondo duo, terebinthinæ pondo trientem, opopanacis pondo trientem, adipis taurini pondo trientem, medullæ ceruinæ pondo trientem, propolis pondo ſelibram, olei veteris pondo libram, ceræ pondo duo, thuris pollinis pondo libram. Oleum, cera, reſina, propolis, liquefiunt: deinde thuris pollinis pondo ſuperius dictum adiicitur, & cætera minuta-
F tim, vel in vnum contuſa. Opopanacem oleo diluere oportet. CCLXIII.

Malagma quod diſcutit ſtrumas, parotidas, panũ, quod Græci φύγεθλον vocant: idem omnem futuram ſuppurationem diſſipat, factam aperit. Facit & ad dolorem articulamentorum, vel cuiuſlibet partis: præcipuè ad lumborum dolorem, atque inflationem ſtomachi vel coli, Picis Hiſpanæ, aphronitri, reſinæ pityinæ, ceræ, laurus baccarum, ſingulorum ✱. P. XXXV. adipis taurini ✱. P. XV. ammoniaci guttæ ✱. P. iridis Illyricæ ✱. P. XV. galbani ✱.
G P. XII. piperis albi ✱. P. XV. Quæ debent liquefieri, ſoluuntur igne & oleo: cætera contuſa temperatis aſperguntur: vltimo loco tepente medicamento laurus baccæ miſcentur. CCLXIIII.

Malagma ad omnem dolorem corporis articulorum: facit & ad podagram: idem diſcutit vomicas, aut aperit, præcipuè in pectore & interaneis. Prodeſt & lumborum doloribus. Ceræ ✱. P. VIII. ammoniaci ✱. P. X. bdellii ✱. P. X. iridis ✱. P. VI. galbani ✱. P. III. terebinthinæ ✱. P. V. Contunduntur ordine quo ſcripta ſunt, pilo ligneo,
H Cyprino oleo quod in vino ſubſidit, peruncto: cera in aquam feruentem in minimas partes conciſa demittitur, & ſubacta manibus in pilam coniicitur. CCLXV.

Malagma item ad contuſionem lateris: idem facit ad ſuſpectas vomicas, aut iam factas. Præterea ad iocinoris, præcordiorum duritiam vel dolorem benefacit. Prode-

rit & in omni loco dolenti impoſitum, Cyperi, ammoniaci guttæ, cardamomi, bdellii, thuris, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum pondo bes: thus & bdellium macerantur pridie vini hemina vna: cætera contunduntur, ceræ P. libra & triens, & olei Cyprini ſextarius vnus cum terebinthina liquefiunt, cæteriſque commiſcentur. Quidam adiiciunt myrrhæ partem, croci partem ſextantem, cinnamomi partem ſextantem. CCXLVI.

Malagma ad luxum, contuſum, canis morſum, parotidas, ſtrumas, podagram, Ceræ pondo duo, reſinæ frictæ pondo duo, picis Hiſpanæ pondo tria, ammoniaci pondo libram, thuris pollinis pondo ſemis, galbani pondo ſemis, aceti ſextarios duos. Ammoniacum tritum cum aceto ſoluitur igne: deinde reſina, cera, pondo nouem adiicitur, & coquitur vſquedum ſpiſſetur: poſtea thus admiſcetur. vbi emplaſtri habuerit temperamentum, medicamentum tepenti galbano adiicitur. CCLXVII.

Malagma ad podagram & omnem dolorem, & tenſionem neruorum, recipit hæc, Ammoniaci guttæ pondo I. ceræ pondo I. axungiæ veteris ſelibram, olei veteris pōdo trientem, olei cedrini pondo vnciam, roſæ pondo ſextantem, cyprini pondo ſextantem, croci pondo ſextantem, Aſii lapidis pondo vnciam, myrrhæ pondo vnciam, aphronitri pōdo ſemunciam. Patella noua liquefit axungia, cera cum oleo vetere: quibus adiicitur ammoniacum tritum, & mouetur vſquedum ſoluatur: poſtea oleum Cyprinum, roſa, & cedria in vnum miſcentur, & tunc ſubducitur flamma, ne ferueſcat medicamentum: ſecundum quæ adiicitur crocum tritum ex aceto: deinde myrrha trita per ſe aſpergitur: vltimum nitrum, & Aſius lapis fœnicio inducitur.

ACOPI GENERA ET COMPOSITIONES, Cap. 154. CCLXVIII.

ACopum ad perfrictionem, laſſitudinem, tenſionem neruorum: idem hyeme non patitur perfrigeſcere artus: hoc Auguſta vtebatur: Sampſuci floris ſextarium vnum, fœnigræci ſextarium vnum, roriſmarini foliorum ſextarium vnum, vini Falerni congium, olei veriafri ſextarios quinque. Præter oleum omnia in vnum triduo macerare oportebit, quarto die oleum adiicere, & coquere in pruna non acri medicamentum, donec vinum conſumatur: poſtea recolare per linteum duplex oleum, cui adhuc calenti ceræ Ponticæ beſſem miſcere: reponitur medicamentum fictili vel ſtanneo vaſe. CCLXIX.

Acopum quod per vindemiam cōponitur, antequam muſtum deferueſcit, Muſti recentis congii quinque, in hoc & olei veriafri pondo quinquaginta macerantur, res quæ infrà ſcriptæ ſunt contuſæ, & percribratæ grandioribus foraminib⁹ cribri. Iridis Illyricæ ✱. pōdo quadraginta, cyperi ✱. pondo quadraginta, fœnigræci ✱. pondo quadraginta, piperis nigri ✱. pōdo quadraginta, xylobalſami ✱. pondo quadraginta, calami odorati quo vnguentarii vtuntur, ✱. P. LXXX. ſpathæ qua vnguentarii vtuntur ✱. P. LXXX. ſchœni ✱. P. LXXX. ſaliuncæ ✱. P. LXXX. caſiæ nigræ ✱. P. XXIIII. cardamomi ✱. P. XXVIII. ſtyracis ✱. P. XXIII. coſti ✱. P. XXVIII. myrrhæ Amineæ ✱. P. XXII. caſiæ daphnitidis ✱. P. XXIIII. ſertulæ campanæ ✱. P. XIII. aſpalathi ✱. P. XL. Hæc cum muſto & oleo macerantur vaſe ſtanneo aut fictili per dies triginta. Oportet autem vas bene clauſum & alligatum diebus his ſoluere, inuiſere omnia: deinde rurſus operire, & ſignare, ne vires euaneſcant: poſt dies triginta coniiciūtur macerata: deinde oleum purum excipietur, quod reponitur fictili vaſe: cuius oleaminis vires ad omnem contractionem neruorum tantæ ſunt vt ſit vix credibile. CCLXX.

Acopum ad perfrictionem, laſſitudinem, neruorum dolorem, grauioris odoris, (ſuperiores enim boni ſunt odoris) Ammoniaci guttæ ✱. P. XV. galbani ✱. P. IIII. reſinæ terebinthinæ ✱. P. quinquaginta ſex, ceræ ✱. P. XXVIII. mellis ✱. P. triens, olei veteris ſextarius vnus, hyſſopi pondo vncia, medullæ ceruinæ pondo vncia, opopanacis ✱. P. VI. Sunt qui hunc non adiiciunt. Ceram, oleum, terebinthinam liquefacere oportet, deinde cætera adiicere, nouiſſimum ammoniacū tritum curioſé: hoc qui perunctus erit, etiam à ſerpente tutus erit. CCCXXI.

Acopum quo fere Auguſta & Antonia vſæ ſunt: facit ad perfrictiones & neruorum dolorem: idem perunctum non patitur perfrigeſcere artus, & refrigeratos calfacit. Componitur hyeme hoc modo: Sumere oportet adipis porcinæ ſterilis trepondo, vel anſeris adipis idem pōdus: deinde aqua frigida bene lauare, atque in nouo vaſe adiicere vini veteris congium vnum, aut ſextarios tres, non nimis contuſa ponderis huius. Xylocinnami pondo quadrantem, cardamomi pondo quadrantem, cyperi pondo quadrantem, ſchœni pondo quadrantem, roſæ aridæ foliorum pondo vnciam, ſertulæ campanæ coronas decem. Hæc omnia inferueſcunt ſuper carbones, deinde perfrigerata eodem cacabo reponūtur: poſteróque & tertio die quum inferuefiunt, reconduntur, quæ eodem modo die rurſus recalfiunt, & colantur per linteum, vel ex iunco factum deinduſtria colum: vinum atque adeps quæ ſupereſt in nouo vaſe cōiicitur: deinde quū gelauerit ſe adeps, oportebit fundum cacabi perforare, & vinum omne emittere, atque in priorem cacabum adipem eandem cōiicere, & vini eiuſdem recentis eandem menſuram adiicere, réſque non nimis contuſas nec cribratas, Nardi Syriacæ ſpicæ pondo ſextantem, ſaliuncæ pōdo ſextantem, amomi pondo quadrantem, caſiæ pondo quadrantem, myrrhæ pondo trientem, cumami pondo trientem, roſæ aridæ foliorum pondo ſextantem. Deinde ſemel manè, & in nocte ſemel inferuefacere oportet: idem in poſtero die quum inferuefacta fuerint, percolanda erūt, in cacabum priorem perfuſum: ſed antè diligenter & ſpiſſè obturatū, atque vbi ſe congelauerit adeps, extrahendum erit ſpiſſamentum quod cum vino omne fluxerit, quod ſupereſt adiice: vaſe ſtanneo vno, vel pluribus, diligenter opertò & adplumbato reponitur.

PERORATIO OPERIS.

HArum compoſitionum (ſiqua fides eſt) ipſe compoſui plurimas, & ad ea quæ ſcripta ſunt facienti ſcio paucas: ſed valde paucas ab amicis, quibus æquè ac mihi credo, acceptas adieci, quas cum iureiurando adfirmauerunt ſeſe ipſos expertos eſſe, vt benefacientes ſcire ad vitia quæ ſcripta ſunt. Illud autem te meminiſſe oportet, mi Calliſte, quod initiò dixi, eadem medicamenta in iiſdem vitiis interim melius, deteriúſve reſpondere, propter corporum varietatem, differentiámque ætatum, temporum, aut locorum. Eædem enim res non diſſimiliter diſpoſitis corporibus non poſſunt eoſdem effectus exhibere. Sed affirmo ex magna parte proſperos euentus (ſiquando opus fuerit) has compoſitiones habituras.

MARCELLI DE MEDICA-
mentis liber.

VIRIS ET PIETATIS ET LITERARVM PROVEHENDARVM STVDIO CELEBERRIMIS, IOANNI REINEKE, ET GVIlielmo Rinco, rei metallicæ in illuſtri comitatu Manſfeldiano præfectis, Ianus Cornarius medicus phyſicus Northuſenſis, S. D.

OMNES quidem bonæ artes ac diſciplinæ, viri celeberrimi, à Græcis (vtpote acutiſſimis hominibus) aut inuentæ ſunt, aut certè ab aliis quibuſcũque gentibus initio dato, per Græcã nationem ſic excultæ ſunt vt apud nullas alias prius fuiſſe videri poſſint. Verùm vix vlla eſt alia quæ & totam ſe Græciæ debeat, & tota in ipſius lingua adhuc reſtet quàm medicina. Tametſi enim non conſtet quando & vbi primùm cœperit, & mihi ſanè videatur mox cum ipſis hominibus initium ſumpſiſſe, ex naturæ inſtinctu ad experienda auxilia contra tot mala ingruentia progreſſis, non minus vtique quàm alia quædam animantia ad ſalutaria remedia ex ſeſe agnoſcenda ac vſurpanda aptis, tamen antiquiſſimi authores medicinæ Græci celebrantur: atque præteritis in præſens Apolline, Æſculapio, Machaone ac Podalirio, ob medicandi gloriam partim ἀποθεώσει dignis iudicatis, partim non minus in diuina Homeri Iliade celebribus, vnum ſummum artis authorem ac ſcriptorem Hippocratem proferemus, cum quo nemo priorum aut poſteriorum conferri meretur, vtpote qui non (velut illi quos recenſui) vni ſæculo, ſed omni poſteritati ſcriptis ſuis commodauit, & ad æternitatem medicinam propagauit. Hunc præceſſerunt tamen alii aliquot non ignobiles medici ac phyſici, & in primis Democritus. Inſequuti ſunt etiam multi: ſed maximè clari, Diocles, Anaxagoras, Herophilus atque Eraſiſtratus fuerunt, quorum tamen omnium ſcripta interciderunt. Hippocratis autem opera haud dubiè diuini numinis beneficentia in hunc vſque diem ſeruata ſuperſunt, habentur, leguntur, & in ipſis adeò conſeruata reſtat nobis vera medicina. Velimus enim nolimus fatendum eſt hunc ſolum eſſe & parentem artis & propagatorem, vt caliginoſiſſimo errore inuoluti hallucinentur quicunque aliunde quàm ex iſtius doctiſſimis viri ſcriptis quærendam medicam artem ducant, aut diſcendam tradant, aut edocti (vt ſibi videntur) feliciter ſe exercere poſſe ſperant. Negas ergo tu (inquit aliquis ex illis) quicquam eſſe apud Latinos homines authorum vnde medicinam cõdiſcere poſſimus, & vnde accepta medicamina malè affectis corporibus proſpere accommodare queamus? An tu Auicennam, Raſim, Auerroim, Albucaſim? Et quid opus eſt recenſere ſingulos? tam multos Arabes ſcriptores inſignes medicos, qui hodie in pleriſque omnibus gymnaſiis regnant, & Latinè leguntur, nullo loco ponis? & num tot Itali ac Galli medici, tot practicarum (vt appellant) ſcriptis editis clari, tibi non videntur medici? & quidem tales vt ex iis etiam citra Hippocratis cognitionem ac lectionem liceat eſſe medicis, & non vulgò tantùm, ſed & publicis etiam ſcholis doctoris titulo inſigniri? Ego verò, vt non negauerim ſic hodie publicè medicos fieri, ſic conſtanter aſſeuero, tales non aliter medicos eſſe quàm olim muſicos Timotheus eſſe iudicabat ab ineptis artificibus inſtitutos: nimirum quos omnes artem dediſcere cogebat prius, quò apti fierent ad veram muſicam ab ipſo diſcendam: atque id duplicato pretio exacto, quum geminus labor eſſet, & dediſcendi prauam inſtitutionem, & addiſcendi veram artem. Et ſanè conſultum eſſet vt omnes publicæ ſcholæ ſemel agnito errore, omnia tum Arabum, tum Italorum ac Gallorum barbarorum medicorum opera, aut potius onera, quorum iugo non aliter quàm viliſſima ſeruitute grauiſſimè premuntur, excuterent ac exterminarent, & ſe Hippocrati, vero artis medicæ Timotheo, formandos crederent: viſuræ vtique eſſent vel ſerò tandem in quantis tenebris verſatæ fuiſſent, vbi veritatis lumen ex Hippocrate ipſis illuceſceret, vt tum ratione tum experientia (quæ duo iudicandi de rebus omnibus velut inſtrumenta homini à natura contributa ſunt) conſtantiſſimam & euidentiſſimam Hippocratis ſcriptorum certitudinem cognoſcere poſſint. Sed difficillimum eſt eos qui ſe ſemel alicuius ſectæ opinionibus addixerunt, ad veritatem reducere. At verò non penitus deſperandum, quando nuper adeò vna Florentina Academia reſipiſcendi aliquando etiam aliis ſpem nobis exhibuit, quæ excuſſo Arabicæ & barbaræ ſeruitutis medicæ iugo, ex profeſſo ſe Galenicam appellauit, & profligato barbarorum exercitu, vnum totum & ſolum Galenum, vt optimum artis medicæ authorem, in omnibus ſe ſequuturam pollicita eſt. Quod quũ fecit, non excluſit vtique Hippocratem, ſuper cuius ſcripta, velut firmiſſimam baſim & ſolidum fundamentum, omnia Galeni opera ſunt extructa, vtpote qui omnia quæ tradit, vbique omni arrepta occaſione, ad reuerendum illum ſenem (ſic enim fere appellare ſolet) referat, eius authoritate defendat, vt qui primus omnium recta vſus ſit via: ad quam proximè quidem aſpirarint Ariſtoteles & Theophraſtus, multi verò alii poſtea deſciuerint, aut tandem etiam corruperint. In quibus omnibus refutandis accerrimum Hippocratis vindicem præſtat Galenus: vt niſi Galenus ſcripſiſſet, longè vilior Hippocratis gloria apud omnes eſſet, quum fuerint qui palam hominis doctiſſimi ſcripta inceſſere non erubuerint. Manétque hoc modo, quaſi vnum coniunctum corpus, Hippocratis & Galeni ſcriptorum aceruus, in quo videlicet vera medendi ars & ratio, eáque tota comprehenſa eſt, vt præter hos nullis aliis medicis ſcriptis ſit opus. Ingenii ſaltem vigore opus eſt, & linguarum cognitione, atque induſtria diligentia, quibus adhibitis, ſummorum virorum ſcripta aſſequamur. Apud hos enim (velut dixi) Græcos authores medicina nobis reſtat, ſic exculta ac propagata vt ad nullos alios potius & maiore merito etiam ipſam inuentionis gloriam referamus, atque hos non aliter quàm diuinos homines veneremur, veluti per quos nobis & ſana tutandi, & morbida corpora ſanandi ratio diuinitus eſt oſtenſa. Et ſanè hoc ſenſiſſe videntur omnes medici qui poſt verum illum Hippocratis diſcipulum Galenum ſcripſerunt. nam & Hippocratem & Galenum ex æquo ſibi imitandos propoſuerunt, relictíſque omnibus empiricis, ac falſò ſe appellantibus methodicis, qui ab Hippocratis placitis deſciuerunt, rationali via ac methodo ab Hippocrate inuenta & indicata, & à Galeno exculta ac dilatata, progreſſi ſunt. Tales ſunt Oribaſius, Aëtius, Paulus, qui palàm profeſſi Galeni nomen, pleraque omnia ex illius ſcriptis accepta prodiderunt. Porro Latinos libenter ad huius cum Græcis gloriæ participationem admitterem, ſed neſcio quomodo ii à medicina ſic abhorruerint vt nihil extet quod hunc honorem mereatur, præter vnicum Cornelium Celſum, qui tamen & ipſe octo libris de re medica editis, in pleriſque omnibus Hippocratem ipſum expreſſit, vt integras ſententiarum periodos ex ipſo deſcriptas ſubinde in eo videas, imò tota capita nihil aliud quàm Hippocratis ſententias ad verbum reddunt. Plinius contra Romanam grauitatem viſum eſſe ait ſi inſtar leuium hominum Græcorum artem medicam exercerent, & hoc quæſtu ex immani vitæ pretio facto. Sed & illud addit, Non fuiſſe futuram aliter quàm Græcè tractantibus fidem ac authoritatem, quum etiam imperiti linguæ minus crediderint ſe iuuari iis quæ ipſi aliquo modo intelligerent. Et ipſe ſanè Plinius medicinam ex profeſſo non tractauit, ſed vt arbiter, quædam à ſe producta æſtimauit ac expendit. Quare quò etiam Latina res medica auctior redderetur, anniſi ſumus nuper ipſos Græcos medicos Latinos facere, aggreſſi in primis optimum authorem Hippocratem: ſed partim rei difficultate deterriti, partim quæſiti ad rem opportunè conficiendam, Mœcenatis fauore ac benignitate deſtituti, & eodem non longè pòſt fato ſublato, ab hac opera deſtitimus: non tamen vt penitus hoc ſæculum deſperare iubeam ab Hippocrate noſtro Latino legendo. Eſt enim bona pars eius operum apud me conuerſa, ſed cui expoliendæ, atque ei quæ ſupereſt addendæ, tum anni iſti, tum temporum infelicitas, in quibus talia nullius pretii exiſtunt, non ſufficiunt. Neque enim expetendum à me puto vt meo priuato ſumptu hoc otium mihi cõparem quo publica ſtudia iuuentur: quanquam non ignorem quantam gloriam res iſta mihi parere poſſit. hæc eſt enim ſcilicet, quæ vt ingens præmium nobis ab amicis proponitur: quam tamen vt non ambio, ſic non adeò cornea fibra præditus ſum, vt non hinc iucundè afficiar. Reges ac magnos principes hæc gloria decebat, ſed, πάλαι ποτ᾽ ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. mihi vt priuato oneroſior quàm honoratior exiſtat. Hippocrate itaque relicto, Aëtiũ nuper paucis antè cogni

tum medicum,Latinum exhibui ferme dimidiatum,additurus & reliquum ſi fuiſſet exemplaris Græci copia, & niſi Italus quidam interpres hoc onere me leuaſſet,qui partem quam ego non habui,de ſuo conuerſam adiecit:quanquã hoc ipſum opus viſum quidem nondum poſſideam,& ex integro moliar nouam conuerſionem,quũ etiam interim dum is hanc operam præſtitit,mihi exemplaris Græci reliqui copia cõtigerit. Sed & poſt Aëtium, ſupra tractationem de reſpiratione,libróſque de ſemine,& vteri diſſectione,ac fœtus formatione,omnia à me primùm conuerſa, non ita dudũ inſigne opus Galeni de compoſitione pharmacorum ſecundum locos Frobenio typographo obtuli, Latinum primum à me factum,& medicis commentariis noſtris additis illuſtratum: ex quibus Galeni quidem opus omnibus Galeni ſcriptis,imò vniuerſæ rei medicæ,velut colophonem addit: noſtri autem commẽtarii(niſi penitus fallor) aliquot millibus difficilium ac obſcurorum locorũ,tum apud Græcos tum apud Latinos medicos intelligendis ſufficient, ſupra inſtitutum,hoc eſt Galeni librorum κατὰ τόπους expoſitionem,& in integrum reſtitutionem. Sed tamen hæc omnia adhuc non ſunt alia quàm à Græcis accepta(hinc enim,ceu fonte perenni,medicorum Apollineis ora rigantur aquis).Quò igitur & Latina parte ſtudioſos medicinæ iuuaremus,en vobis ornatiſſimi viri,etiam Latinum αὐτόχειρον medicum hũc Marcellum,qui quidem ex ſuo inſtituto hoc opus Latinè prodidit, ſed tamẽ(vt in præfatione fatetur) hinc inde collectum, & præſertim ex Latinis authoribus, vtroque (vt inquit) Plinio,Apuleio, Celſo,Apollinari,ac Deſignatiano: ſed & Siburio, Eutropióque ac Auſonio,quos proximo antè ſe tempore vixiſſe teſtatur, illuſtréſque honoribus & ciues ac maiores ſuos appellat.Quare ex his adeò verbis clareſcit,ſub Gratiani & Theodoſii magni Imperatorum ætatem hunc Marcellum floruiſſe, Gallumque,atque adeò Burdegalenſem ciuem,fuiſſe. Nam Auſonius medicus Auſonii poetæ pater ſub Valentiniano vixit,& ipſe poeta Gratiani præceptor fuit:cui contemporaneum fuiſſe Marcellum veriſimile eſt, imò etiam ὁμόπατριν,quãdo Siburium Eutropiúmque ac Auſonium medicum ciues ac maiores ſuos dicit. Sed & Eutropium ſub Valentiniano vixiſſe conſtat:quanquam preſbyterum & diui Auguſtini diſcipulum fuiſſe Volaterranus ex Ptolemæo Lucenſi tradat, & ſcripſiſſe epitomen Romanæ hiſtoriæ ab vrbe condita vſque ad Iouinianum & Valẽtinianum Imperatorem: quæ res tamen nihil obſtat quominus & medicus fuiſſe credatur. De Auſonio certè medico, ex poetæ Auſonii filii epicedio in patrẽ ſatis conſtat.Siburius verò(ſi tamen rectè legitur)penitus obſcurus exiſtit. Eſt autem planè empiricus totus hic Marcelli liber,ex obſeruationibus cum aliorum,tum ipſius congeſtus,adeò vt nec plebeia & agreſtium hominum remedia fortuita inquirere ac prodere neglexerit,atque ea magna ex parte ſuperſtitioſa. Et quanquam Chriſtianum fuiſſe appareat, cum ex aliquot locis, tum ex eius ſæculi ratione; tamen mirum quàm vana pleraque tradat,à Gentibus etiam faſtidienda,præſertim vbi carmina attexit,& incantationes penitus ridiculas,aliquãdo Græcas, aliquãdo lingua ignota:quod nimirum hoc ipſum eſt quod Plinius dixit,homines minorem fidem habere iis quæ intelligũt. Eiuſdem vanitatis ſunt & characteres quidam peregrini proditi ab ipſo amuleti gratia adalligandi, & quædam anulorũ ſcalpturæ geſtandæ, omnino talium præſtigiorum ac delirامẽtorum qualium magna mole referſiſſe ſcripta ſua Xenocratem Aphrodiſienſem, & Pamphilum quendam,ſexto ſimplicium pharmacorum Galenus refert.Sed & Plinius eiuſmodi ſubinde prodere non dubitauit. Nos vt talia non probamus, ſic reiicere ex opere publico nobis non permiſimus:imò quædam ex iis Græca miſerrimè mutilata ſuo nitori reſtituimus,vt aliquem ſenſum exhiberent: quanquam quædam ſuperſint eiuſmodi vt dedita opera obſcurata videantur, ne videlicet intelligantur, atque ſic maioris æſtimationis ſint,velut clandeſtina aliqua vi auxiliarem opem conferentia. Inſunt præterea multa empirica remedia,quæ itidem apud Galenum κατὰ τόπους leguntur,ex Archigene,Apollonio,Heraclidáque Tarentino,& aliis quibuſdam citata, vt quædam nobis eo facilius fuerit redintegrare detrũcata ac vitiata.Certè nihil temere in toto opere mutauimus, niſi palàm corruptum,qualia multa librarii & ignorantia & incuria fuerunt admiſſa: & tantùm ſanè me præſtaturum promiſi Hieronymo Frobenio typographo Baſilienſi diligentiſſimo,qui hoc opus meæ fidei ac curæ cõcredidit.Eſt autem hic vir ſupra diligentiam qua optimos quoſque authores accuratiſſimè excudit,etiam nõ vulgariter ſtudioſus, vt veteribus authoribus productis,ac quaſi nouis factis, rem literariam omnem adaugeat. Sic nuper authores publicauit nemini antea notos, & hac parte laudẽ omnibus Europæ typographis præripuit, veluti ſunt Arriani & Hannonis periplus,Strabonis epitome,Parthenius de fluminibus & montibus(velut ego ſentio, quãquam inſcriptio Plutarchũ præferat)& idem Parthenius de amatoriis affectionibus à nobis Latinè redditus,Ptolemæi geographia,Diogenes Laertius,Aëtius medicus, & hic Marcellus medicus, & quem aliquando noſtra ope inuulgabit,Conſtantinus Cæſar de agricultura: vt taceam de tot ſcriptoribus aliis,& præſertim veteribus Theologis, Eraſmi Roterodami auxilio publicatis. Illud præterea admonẽdum duxi,Scribonium Largum nuper in Gallia primùm inuulgatum,& publicè omnibus Latinũ medicũ ſcriptorem creditum,totum in hoc Marcelli opere contineri, diuerſis locis inſertum, ab ouo (vt aiunt) fere vſque ad mala, adeò vt perorationem etiam Scribonii Marcellus cap.35 habeat. Quæ res facit vt ego dubitem Scriboniũ ipſum Latinè ſcripſiſſe.Quum enim in lib.Galeni κατὰ τόπους, tum ab Andromacho, tum ab Aſclepiade medicamenta Scribonii nomine præfixo producantur,eadémque etiam magna ex parte in vulgato Latino Scribonio legantur,videri poteſt Andromachũ & Aſclepiadem ex Latino ſcriptore Scribonio medico tranſtuliſſe ea medicamenta,vtpote qui iis paulò annoſior,ſub Tiberii & Claudii Cæſaris ætate vixit: & ſic ſanè vulgo omnibus perſuaſum eſſe video. At verò quũ pleraque ex iis pharmacis quæ in Galeno Græcè leguntur,itémque in Scribonio Latinè habentur,diſſideãt tum in rerum diuerſitate,tum in ponderum ratione,& hoc tamen ſic vt ea diuerſitas ex ſimilitudine quadam appellationum ipſarum rerũ videatur oborta,veluti verbi gratia,quod καρδάμωμον in Græco Galeni,naſturtiũ(id eſt κάρδαμον)legitur in Latino Scribonii exemplari,& χαλκάνθη in Græco, æris flos(id eſt χαλκοῦ ἄνθος)habetur in Scribonio:minimè exiſtimandũ puto Græcos homines Andromachum & Aſclepiadem talia ex Latino Scribonii opere malè trãſtuliſſe, ſed planè vice verſa,aliquem interpretem poſteriorũ ſeculorum Scribonium Græcum transferẽdo, Græca vel non intellecta,vel ex ſimilitudine vocũ corrupta,bona fide reddidiſſe,hoc eſt errorem ex errore propagaſſe,velut etiam in cõmentariis noſtris medicis abũdè declaraui.Indicat autẽ & ipſa dictio ſe tranſlatitiam eſſe,vt quæ illud latiniſſimũ ſæculum non reſipit.Sed & ſi Scribonius Latinè hoc opus prodidiſſet,non videtur Plinius eius mentionẽ fuiſſe neglecturus.ignotũ enim ipſi eſſe non potuit,qui poſtea ſub Veſpaſianis illud ſuũ naturalis hiſtoriæ volumẽ edidit. Quare Scribonium omnino Græcè ſcripſiſſe iudico: & quanquam Romani generis nobiliſſimæque Scriboniorum familiæ nomen habeat,vt & hinc Latinè ſcripſiſſe videri poſſit, tamen tale tum ſæculũ erat vt quicunque ex Romanis medicinã tentaret ac exerceret,ſe ad Græcos trãſferret: atque hoc eſt quod Plinius dixit,In tanto fructu pauciſſimi Quiritiũ attigere,& ipſi ſtatim ad Græcos tranſfugæ. Atque hoc ſanè iudiciũ meum de Scribonii libro,hoc loco ideo prætermittendũ non duxi quòd totum eum librum Marcellus tranſcripſit,& huic operi ſuo inſeruit. Et tamen quũ in præfatione multorum Latinorum medicorum ex quibus ſua collegerit,mentionẽ faciat,ſimilitérque aliquoties in operis progreſſu,Scribonii adeò aut eius interpretis, nuſquam cõmeminit,ſed ſimpliciter illius libri verba,eodẽ etiam ordine trãſcripta habet,vt ego aliquãdiu dubius hæſerim vter ex altero ſua excerpſiſſet. Verùm vbi viderẽ in Galeno eadẽ legi Scribonii nomine præfixo quæ in eo libro continẽtur, planè tranſlatitium Scribonii libellum(velut dixi)iudicaui, & hoc factum ſuſpicor circa Valentiniani Imperatoris ætatem,inclinata iam tum re Latina. Ex ea itaque tranſlatione Marcellus bonam partem excerpſit, authoris nomine ſuppreſſo,quod fortaſſis etiam ipſe eius libri interpres ſuppreſſit. Et quando in re obſcura non aliter quàm ſuſpitionibus & coniecturis agere poſſumus,addam & illud:Siburius(cuius in præfatione meminit Marcellus) omnino Scribonius mihi legendus videretur,niſi proximo tempore vixiſſe, ac ciuem ſuum velut Auſonium & Eutropium diceret: quod de Scribonio intelligi non poteſt,qui ſub Claudio Cæſare vixit:niſi tam inconſiderantem circa temporum & ho

minum rationem fuiſſe credamus Marcellum, vt Scribonii ætatē & patriam ignorarit, aut niſi Siburius omnino is eſt qui Scribonium Latinum fecit, & Scribonii nomine reiecto ſuum præfixit, quem proinde Marcellus vt authorem libri & ciuem ſuum, & proximi ante ſe temporis agnouit, dum eius mentionem facit. Quicquid eius rei eſt, liber ſanè Scribonii vbique corruptiſſimus, vel ex toto ex Marcello ipſo corrigi ac reſtitui poteſt: cuius opus vt vetus , & medici empirici, & qui ipſe Latinè ſcripſit, digniſſimum viſum eſt quod ab interitu vindicaretur, tū honeſtiſſimis viris Hieronimo Frobenio & Nicolao Epiſcopio Baſilienſibus typographis præſtantiſſimis, tum etiam mihi. Et ſanè me nihil pœnitet eius operæ quam in eo euoluendo ac emendando collocaui, maximè quum ipſe Galenus magis empiricos, atque remedia vſu cognita probet, quàm methodicos ex ratione inconſtanti ad morborum curationem progredientes, vt ſperem (imò certò ſciam) etiam rei medicæ ſtudioſos non exiguo fructu hoc opus ſibi comparaturos ac lecturos, maximè veſtris, viri celeberrimi, nominibus præfulgētibus, ac quaſi illucentibus, de quibus iam conſtans in iis regionibus fama eſt, vos nihil niſi egregium ac publica commodans probare. Et de te quidem, ornatiſſime Iohannes, frequenter in confabulationibus meminit optimus & prudentiſſimus vir gener tuus Michael Meienburk, huius vrbis ſindicus, ac amicus noſter ſummus, quàm videlicet integro animo ſis erga bona ſtudia & veram pietatem affectus, vt vel eximiæ virtutis tuæ gratia ſæpe cupiuerim tibi notior eſſe. In te verò, optime Guilielme, eundem affectum cominus & coram etiam cognoui, vt non iniucunda mentio mihi de præclaris virtutibus tuis apud honeſtiſſimum iuuenem Caſparum Erneſtum generum tuum quotidie fere contingat. Magis enim mirum videtur in vobis adhuc vigere animum ad bona ſtudia amplexanda ac iuuanda propenſum, quem olim adoleſcentibus vobis in publicis gymnaſiis excitatum, declarare in dies amplius non deſinitis, & hoc fere toti à literis ad rei metallicæ curam digreſſi, ac quaſi ſequeſtrati, quū plerique qui omnem ætatem in publicis ſcholis detriuerunt, iam ea ætate qua vos eſtis, non ſolùm non fructum aliquem ſtudiorum ex ſe oſtentent, verumetiam adoleſcentium ſtudiis inuidentes incommodent, timētes videlicet ne in dies amplius ipſorum ignauia, imò ignorantia mundo inclareſcat: aut etiam ſolis ſtudioſorum ac doctorum titulis ſuperbiētes, aliâs vel in aulis magnatum colaces agant, vel caupones ſint & pincernæ, ſordidum quæſtum ex omni occaſione captantes. Quare vbi à curis & officiis quibus præclarè incumbitis, fueritis otioſiores, aliquando ad hunc Marcellum medicum vobis inſcriptum, & à me dicatum diuertentes, aut ſalutaria medicamenta legere ne pigreſcite, aut ſuperſtitioſa ſuauiter ridere ſatagite, méque veſtri nominis ſtudioſum vel de fidùcia hac amate. Opt. Valete. Northuſæ Calendis Septemb. ANNO M. D. XXXV.

INDEX MEDICINARVM INFRA SCRIPTARVM.

Ad capitis omnes ſubitos & diutinos & multiplices dolores. Cap. I.
Ad omnes dolores hemicranii & heterocranii ſubitos & diutinos. Cap. II.
Ad vertiginem capitis. Cap. III.
Pityriaſi, & porrigini, ac prurigini, atque vlceribus, & lendibus, & pedunculis. Cap. IIII.
Ad capitis reumata & purgationem, & ad pituitæ & flegmatis deductionē, & reſtrictionem catarrhi. Cap. V.
Alopeciis & tineis, & capillo fluenti, atque infirmo. Cap. VI.
Capillo nigrando & criſpando, iis adiecta ſunt quæ phlegmata & perfrictiones capitis deducūt. Cap. VII.
Ad omnes & multiplices oculorum dolores, medicamina & collyria, & remedia diuerſa, phyſica & rationabilia de experimentis. Cap. VIII.
Ad aurium dolores vniuerſos & vitia omnia, & ſurdiginem. Cap. IX.
Ad omnia vitia narium, & ad pituitam. Cap. X.
Vitiis labiorum & gingiuis, & oſcedini, & oris vlceribus, & fœtori, & linguæ puſtulis, & palati exulcerationi. Cap. XI.
Dentium doloribus & vitiis eorum vniuerſis. Cap. XII.
Dentrifricia diuerſa de experimentis. Cap. XIII.
Vuæ & faucibus & arteriis & raucedini. Cap. XIIII.
Ad anginam vel ſynanchen, & ſtrumas, & parotidas, & reumata, & glandulas, & ea quæ faucibus hæſerint euocanda. Cap. XV.
Ad omnes moleſtias tuſſis, & ſubitæ & diutinæ, ac vetuſtæ, & ſiccæ atq; humidæ, & ad phthiſicos, atq; eos qui ſanguinolentū excreant, & ad empyicos & hæmoptoicos, atque eos qui ſanguiſugas hauſerint, necnō & ſtomachi ſtridorem. Cap. XVI.
Ad ſuſpirioſos vel ad diſpnoicos, & ad omnes cauſas arteriarum, & ad vomitus reſtringendos & prouocandos, & ad ſitim arcendam, & ſingultus inhibēdos, & ad reumaticos & vulſos remedia diuerſa. Cap. XVII.
Humerorum & ceruicum doloribus, & opiſthotonis, & & hircoſis, & vnguibus, & paronychiis. Cap. XVIII.
Ad lichenem ſiue mentagram, vel impetiginem, & elephantiaſin, & lepram, & ad exanthemata, & maculas, & liuores tumoréſque de facie abolendos, & ad genas ſcabras, & cicatrices malarum purgandas, & ad lentigines & ſtigmata delenda, remedia diuerſa. Cap. XIX.
Ad omnia ſtomachi vitia, & ad omnes eius cauſas & dolores, & ad omnem cruditatem atque indigeriem depellēdam, & ad omnem viſcerū atque aqualiculi confirmationem, antidota, epithematia, potiones, oxyporia, vnctiones, aliáque remedia nonnulla. Cap. XX.
Cordis dolori & corco & præcordiis omnibus. Cap. XXI.
Ad hepatis vitia omnia & moleſtias vniuerſas. Cap. XXII.
Ad lienis vitia omnia & moleſtias cunctas. Cap. XXIII.
Pleuriticis & laterum doloribus. Cap. XXIIII.
Lumborum & coxarum doloribus ac torporibus, & iſchiadicis remedia. Cap. XXV.
Renum & veſicæ doloribus, & cauſis vniuerſis, & calculo & vrinæ difficultatibus, necnon & vrinæ incontinentiæ. Cap. XXVI.
Cœliacis & dyſentericis, & torminoſis, & ad inteſtina rupta, internóſque morbos, atque incontinentiam ſtercoris, remedia diuerſa. Cap. XXVII.
Lumbricis & tineis & interaneis cauſis, id eſt teneſmo, & ad roſus ventris, & ſtrophum. Cap. XXVIII.
Ad colum & ileon remedia diuerſa. Cap. XXIX.
Ad ventrem reſoluendum, necnon & choleram proiiciendā atque inhibendam, ſales & potiones, & catapotia diuerſa. Cap. XXX.
Ad ani vitia, & fiſtulas podicis, & hæmorrhoidas. Cap. XXXI.
Paniculis & inguinibus & intertriginibus. Cap. XXXII.
Cæpariæ & verendis virilibus vniuerſis, & hernioſis ſiue viris ſiue infantibus, & rebus venereis, & eunuchis ſine ferro faciendis. Cad. XXXIII.
Genuū doloribus, & crurum ac tibiarum vlceribus & varicibus, & callis pedū, atque clauis, & verrucis, & plan-

tis,& pollicibus,& talis,& articulis, & pernionibus, & ruptis pedibus, & condylomatis neruorum atque articulorum, & ad extrahenda quæ caſu calcata fuerint, vel quæ corpori inhæſerint, diuerſa remedia, Cap. XXXIIII.

Neruorum vitiis ac doloribus omnibus, & arthritidi,

ac paralyſi, doloribúſque medullarum, remedia diuerſa. Cap. XXXV.

Ad podagram calidam & frigidam, & chiragram remedia phyſica, & rationabilia diuerſa de experimentis, vt in aliis omnibus infirmitatum cauſis ſuprà ſcriptum eſt. Cap. XXXVI.

Notis ponderum ac menſurarum Marcellus his vtitur.

϶	ſcrupulus	*	denarius
Λ	victoriatus	⊣	vncia
P	pondo	Є	ſemuncia
8	ſextarius	S	ſemiſſis

MARCELLVS VIR INLVSTER EX MAGNO OFFIcio Theodoſii ſen. filiis ſuis ſalutem dicit.

SECVTVS opera ſtudioſorũ virorum, qui licet alieni fuerint ab inſtitutione medicinæ, tamen eiuſmodi cauſis curas nobiles intulerũt, libellũ hunc de empiricis quanta potui ſolertia diligentiáque cõſcripſi, remediorum phyſicorũ ſiue rationabilium confectionibus & annotationibus fartum vndevnde collectis. Nam ſiquid vnquam congruum ſanitati curationique hominum vel ab aliis comperi, vel ipſe vſu approbaui, vel legendo cognoui, id ſparſum inconditúmque collegi, & in vnum corpus (quaſi diſiecta & lacera Æſculapius Virbii membra) compoſui. Nec ſolùm veteres medicinæ artis authores Latino dũtaxat ſermone perſcriptos (cui rei operam vterque Plinius, & Apuleius, & Celſus, & Apollinaris, ac Deſignatianus, aliique nonnulli etiam proximo tempore inluſtres honoribus viri, ciues ac maiores noſtri, Siburius, Eutropius, atque Auſonius, commodarunt) lectione ſcrutatus ſum, ſed etiam ab agreſtibus & plebeis remedia fortuita atque ſimplicia, quæ experimentis probauerant, didici. Quorum vobis copiam labore noſtro vigiliáque faciendam, filii dulciſſimi, pro neceſſitate infirmitatis humanæ, piiſſimũ duxi: orans primùm diuinam miſericordiam ne vobis veſtriſque experiendi huius libelli neceſſitas vlla naſcatur: tum ſiqua fuerit proſpiciendæ ſalutis & tuendæ valetudinis cauſa, gratulemini ſuper hac re labori ſtudióque noſtro, quod vobis abſque medici interceſſione, opem neceſſariam curationémque præſtabit. Cuius ſciẽtiæ beneficia, vice mutua charitatis humanæ, cum omnib⁹ infirmis amicis, notis ignotiſque, immo verò cum aduenis magis & pauperculis communicare debetis: quia & Deo acceptior & homini laudabilior miſericordia quæ ægro hoſpiti ac peregrino egenóque defertur. Moneo ſanè, ſiqua fuerint paranda medicamina, ne abſque medico aut incurioſius componantur, aut indiligenter habeantur. Nã licet attentiſſimè ſpecies & mẽſuras ſpecierum remediis quibuſque adſcripſero, & ipſarum menſurarum notas, vel ponderum qualitates ſecundum Græcam traditionẽ & medicorum veterum conſuetudinem ſeorſum libello huic inſeruero, & nõ ſolùm Romana, ſed etiã Graia ex poſitione digeſſero, tamen è re eſt vt hæc eadem cum peritioribus conferantur, ac ſæpius retractentur, & quæ cõfecta fuerint, vel parata medicamina ſub ſignaculis ſemper habeantur, ne aut caſus incidat, aut malignitas alicuius obrepat: quæ beneuolè & ſincerè parata corrũpat, ſitque de remedio venenum, & de ſalubritate pernicies, culpetúrque medicina, quũ peccarit incuria. In ſumma me hæc benignè paraſſe, & tamẽ ſuper iis monuiſſe ſufficiet, vos perinde ſanitati veſtræ atque opinioni meæ conſuluiſſe conueniet. Epiſtolas quoque eorum quorum ſtudiũ æmulatum me eſſe ſcripſi, huic operi, nequid deeſſet, adieci, quarũ lectio & incitare vos ad neceſſariã cognitionẽ, & inſtruere poterit ad ſalutẽ. Verſiculis quoque luſimus migmatum & ſpecierum digeſtione cõpoſitis. Nõ quòd ſit dignum aliquid in carmine, ſed vt lectorem ſcrutatorémque huius operis & poema pelliciat, & exoptatio blanda conciliet. quod opuſculum in infima parte huius codicis collocaui, & vt ſermone noſtro opera hæc ſolertia noſtra compoſita claudantur, & nugas noſtras multiplex foliorum celet obiectus.

De mẽſuris & põderib⁹ medicinalibus ex Græco tranſlatis, iuxta Hippocratem.

Vncia habet drachmas numero VIII, ſcrupula XXIIII. Mina habet libram vnam, vncias duas. Cheme habet ſicut drachma ϶ III. Obolos habet denarius VI. Cotyla hemina facit acetabula ſiue oxybapha IIII. Olyſcion facit heminæ partẽ ſeptimã, quod facit ⊣ I, & drach. II. Cotylos habet ⊣ IIII. quod facit cyathos II. & cochlearia ſex. Itẽ cotylus triũciarius habet heminæ tertiã partẽ. Tetrobolon eſt quarta pars heminæ. Chœnix ſextarii duo ſunt. Stater eſt quod metitur drach. IIII. eſt autẽ quãta ſemuncia. Denarius eſt argenteus drachma I. quod facit ϶ III. Victoriatus denarius dimidia pars drachmæ eſt. Obolus minor drachmæ ſexta pars eſt. Cyathus pars octaua ſextarii, ſed ad põdus drachmarũ pars decima eſt. Cochleariũ dimidia pars drachmæ eſt. Tetraſarius ſemũcia eſt.

Item de ponderibus & menſuris medicamentorum ex libro viceſimoprimo Plinii hiſtoriarum naturalium.

Drachma Attica denarii eſt argẽtei pondus. Drachma eadem habet in pondere obolos VI. Obolus habet chalcos X. Cyathus pendit drachmas X. Acetabulum quod dicitur habet heminæ quartam partem. Hemina habet drachmas numero LX. Mna (quod noſtri minam vocãt) pendit drachmas Atticas centum.

Menſuras quoque ipſas Græcorum de medicinalibus ponderibus hîc addidimus, vt in huiuſcemodi rebus, ſi viſum fuerit, de fonte (quod aiunt) ipſo petatur auctoritas.

Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν.

ἡ μνᾶ ἔχει ὁλκὰς	ρξ
ἡ λίτρα ἔχει οὐγγίας	ιβ
ἡ οὐγγία ἔχει ὁλκὰς	η
ἡ ὁλκὴ ἔχει γράμματα	γ
τὸ γράμμα ἔχει ὀβολοὺς	β
ὁ ὀβολὸς ἔχει κεράτια	δ
τὸ κεράτιον ἔχει χαλκοῦς	β
ὁ μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα	ιβ
τὸ ἡμίεκτον ἔχει χοῦς	ϛ
ὁ χοῦς ἔχει χοίνικας	ϛ
ἡ χοῖνιξ ἔχει κοτύλας	δ
ἡ κοτύλη ἔχει ἡμίξεστον	α
τὸ τρύβλιον δὲ κοτύλη ἐστὶν ἀττική	
τὸ ὀξύβαφον δὲ τέταρτόν ἐστι κοτύλης	
ὁ κύαθος ἕκτον ἐστὶ κοτύλης	
ἡ χήμη ἄγει ὁλκὴν μίαν	

ἡ ἑλληνικὴ κοτύλη τοῦ ἐλαίου ἔχει λι. α
ὁ δὲ ξέστης λι. β ὁ δὲ ἰταλικὸς ξέστης λι. α ϛο.
δῆλον οὖν ὅτι καὶ ἡ ἰταλικὴ κοτύλη ἔχει ſο θη
ἡ δὲ ἀλεξανδρίνη κοτύλη ἐλαίου μὲν ἔχει ſο η, οἴνου δὲ, ſο θ

Τὸ κεράμιον ἔχει

ἐλαίου	οἴνου	μέλιτος
λι. οβ	λι. π	λι. ρη

Τὸ κόγγιον ἔχει

λι. θ	λι. ι	λι ιε

ὁ ξέστης ἔχει

ſο ιη	λι. α. ſο η	λι. βϛ

ἡ κοτύλη ἔχει

ſο θ	ſο ι	λι. α ſο γ

ὁ κύαθος ἔχει

ſο α ς	ſο. α ς	γρ. δ ſο β ς.

De his menſuris uide quæ annotantur in calce libri.

EPISTOLÆ DIVERSORVM, DE QVALITATE ET obſeruatione medicinæ.

LARGIVS DESIGNATIANVS FILIIS SVIS SALVTEM DICIT.

REGI antehac Hippocratis Coi epiſtolam, medicinæ auctoris vel peritiſſimi, quam de tuenda valetudine ad Antiochum regem ſcripſiſſe fertur: cuius quia præcepta & monita vobis ad ſalutis cuſtodiã nota cuperem, collegi vt potui quicquid ſeriem eius continere memineram, eámque ore Romano interpretãs ſcripſi. Caui (fateor) ne ad verbum verba transferrem, quò minus pleraque linguarum diuerſitate congruerent, ſi parum ponderis in ſignificationibus veris fieret. itaque explicandæ rei aduerſus obſcuritatem conſului. Igitur Epiſtola talis eſt.

ANTIOCHO REGI HIPPOCRATES COVS SALVTEM DICIT.

IAm te in hoc regnandi munere & culmine reputãs ſuſtinere perſonã, vt rex magnus vitam multis vtilem in longum prouehere debeas, ingentẽ ſimul prouidentiæ tuæ metiẽs curã, qua experientiſſimus rerũ, matheſin quoq; apprimè adeptus es, cõuenire talibus regalis peritiæ ſtudiis arbitratus ſum domeſticã quoq; tuẽdi corporis & procurãdæ valetudinis ſcientiã. ſuper cuius obſeruationibus ad te ſcribẽdũ putaui, vt & quib⁹ cauſis morbi exiſterent, & quibus prænoſcerentur indiciis, & qualibus inter exordia perimerentur medelis oſtenderem. Nam fere vt cæli turbulenta tempeſtas nunquam niſi præcedentibus ſolet ſignis ingruere, ita corporum imminentia pleraque incommoda ortus proprii ſignificatione monſtrantur. Spondeo autem pro ingenita docilitate, qua noſtram quoque ſuper iis rebus ſolertiam probas, monitis meis auſcultantem poſſe te reliquum vitæ tempus firma valetudine & plena incolumitate producere. Corporis igitur humani fit à nobis quadripartita diuiſio, cuius in partibus ſingulis valetudinum moderatio continetur. Sunt autem partes hæ, cum capite oris ſublimitas, pectoris latebra, ventris receptaculum, ſentina veſicæ. Si capiti igitur eueniet incommodum, aut tenebræ offunduntur, aut cietur dolor, aut onuſta quaſi pondere ſupercilia ſentiuntur, aut fit temporum pulſus aſſiduus, aut tumeſcentibus manè oculis caligat aſpectus, aut aures tinniunt, & accepto quodam interius tumultuantur ſono. His ergo ſignis exiſtentibus, caput eſt purgatione curandum. Sed ſuper huiuſmodi tamen leniore medela hyſſopi vel origani Indici coma iniecta, defruto, ſiue mulſæ quæ ſeptem vel pluſculis diebus maceratur. De quo liquore poſtmodũ coagitato atque colato tepido, heminæ dimidiũ aut ampliorem modum gargarizari oportet die calido vel ſereno, ita vt reſupinato ore faucibus liquor ille contineatur aliquantulũ, & agitetur alterna vice: idque ſæpius fiat, donec heminæ dimidiũ conſumatur vel cum phlegmate proiiciatur. Sed hæc ieiuno adhibẽda curatio eſt, qua nulla capiti leuior aut commodior reperietur. Hoc remedium qui neglexerit, & indiciis ſuprà ſcriptis nõ occurrerit, neceſſe eſt ſentiat aut oculorũ vitia, aut vlcera intimis auribus erumpẽtia, aut ſtrumas in confinio colli, aut pulſus cerebri, aut ſuffocationẽ, aut circa guttur anginam, aut vuæ deſtillationem, glandulas quoque patietur, & tabem fluentium capillorum, & vlcera per caput efferueſcentia, dolorémque dẽtium creberrimé. Quòd ſi à pectore morbus minatur, qui eſſe ſimplex & non violentiſſimus ſolet, iis præſentitur indiciis. Primùm pectoris ſudor intimus teſtatur æſtum ſtomachi laborantis: ſplen erit quaſi diſtenſus & eminens, ſputamenta fellita, ſcapulæ cum lateribus grauabuntur, & improuiſo dolore marceſcẽt, aſſiduæ oſcitationes ora diducent, importunæ vigiliæ ſomnos fugabunt, arctatus ſpiritus ſiti nocturna maximè inardeſcet, expergefactis mens erit triſtis & nubila, poſt ſoporem totius penè corporis pulſus, tremor in brachiis vel in manibus, ſicca etiam tuſſis quatiet infirmum. His igitur ſapienter occurritur, ſi conſuetudo fiat ſine vllo medicamine poſt cœnam vomẽdi. Vtile autem eſt etiam ieiunum vomere. magis enim humor noxius qui ſtomacho inſiderit egeritur. Itaque qui manè vomiturus eſt, debet minutatim raphani radices manducare, eáſque, vel ſuccum earum, tranſmittere, cardamum quoque, (*id eſt naſturtium*) ſed & ſinapi & erucam deuorare, & aquam inde tepidam ſuper bibere, ac digito vomitum prouocare. Qui iſta contempſerit erit iis obnoxius vitiis, pulmonis labore vexabitur, phreneſin ſuſtinebit: atræ bilis infeſta cõmotio ad vſque veſani eum furoris periculum trahet, iactabitur febribus acutis, inops ſomni agitabitur pernicioſis vigiliis. Siquando autem morbus à ventre molitur, qui & ipſe multiformi graſſatur incommodo, hæc ſigna præmittit. Torquetur aluus, & correptos cibos immoderatis fluoribus fundit. Potus in amaritudinem vertitur, membrorum omnium exiſtunt dolores cauſa latẽte graſſentes, nimiis feruet ruboribus corpus, & acutis atque occultis febribus inardeſcit. Aduerſum hæc venter eſt molliendus ſine grandi cura aut graui medicamẽto. Nam qui lapatho vel mercuriali herba vſus fuerit, commodè aluum temperabit. Si parum proficiet hæc medela, & ſuprà dicta indicia perſeuerabunt, decoctus vrticæ ſuccus potui dabitur. Vtiliter accipiuntur & cymæ caulium multa aqua vehementer excoctæ: etiam braſſicæ humor

melle admixto & aſperſo ſale temperatus bibi debet,ad heminarum quatuor modum. Qui hæc adhibere ceſſauerit, iis patebit iniuriis vt aut cœliacus fiat,aut meatibus ruptis immoderato vẽtris fluore vexetur.Hinc dyſenteria orietur & iliacus morbus,& ad ſuperiora fimus redundans vomitibus & empneumatis,inficiet.Hinc iſchii paſſio erit,dolórque coxarum:apoplexis etiã his originibus exiſtet:hinc & ſanguinis per interiores meatus (id eſt per hæmorrhoidas)fluor multus emanat.Articulorum quoq; morbus (quem Græci ἀρθρῖτιν vocant) iſthinc creatur.Quum verò ex veſica imminet origo vitiorũ,& ipſa non minus cauſis pluribus nocẽs, his ſignificationibus intelligitur.Inflatio veſicæ adeſt. ſolet enim in eam multus ex alui meatu ventus immitti.inde aſſidua ructatio,inde incontinentes crepitus egeruntur , inde grauis ſomnus,inde vrina ſordida & diri odoris egeritur, & circa genitalia tumor ſurgit . His ergo animaduerſis , tali ſubueniendum medela:Fœniculi & apii radices vino condito veteri & odorato iniicies,& quum ſe hæc confuſa macerauerint,cum vini cyathis duobus tantundem miſcebis aquæ calidæ,& ieiuno potui dabis . Præterea radicis aſparagi ſuccus cum vino mixtus,optimè ſumitur. ſed & ciceris albi non arietini decocti ſuccus accipitur.Ex hac valetudine niſi in exordio curatio adhibita fuerit,per vrinæ difficultatem & hydrops naſcitur,& dolor iecoris , & vitia renum , & ſtranguria veſicæ:ventrem moleſtiſſimi dolores vexabunt.Hæc ſunt de prænoſcendis præueniendíſque morborũ cauſis. Addidi etiã,quibus & quatenus per anni circulũ pro tẽporum viciſſitudine obſeruatis , incolumitas cuſtodiatur. Ab hyeme igitur ſalubrius fiet exordium.Ex die VIII calen.Ianuarias corporibus humor accreſcit vſque veris æquinoctium,quod incipit VIII calen. Aprilis.Hoc ergo tempore vtendum calidiſſimis cibis & optimis,vino aliquatenus indulgendum.vſus etiã veneris minimè reſpuendus. Ex æquinoctio incipit phlegma creſcere(id eſt, concretus humor & frigidus)vſque in ortum pleiadum,qui incipit pridie idus Maias.Ergo tum adhiberi conuenit bene odoratos ſed & acres cibos. Exhinc ſanguis ardẽtior febribus augmẽta ſuppeditat,nec minus humor obbibitur,vſque ad æſtiui temporis cõmutationem,quæ ad VIII calen.Iulias inchoatur. à quo die venere abſtinendũ, ieiunandúmque. Ab octauo enim calen.Iulias æſtiua progreſſio incrementa fellis exſuſcitat vſque in autumni æquinoctium, quod eſt VI calendas Octobris.Erit igitur vtendum frigidis & ſapidis & bene olentibus cibis,parcius ieiunandum,& à venereo vſu,ab VIII calen.Iulias (certè per dies duodecim)penitus abſtinendum. Poſt autumni æquinoctiũ(id eſt poſt diem VI calen.Octob.) acres biles vires & augmentum ſortiũtur,in occaſum pleiadum,qui eſt IIII idus Nouemb. humores etiam graues ſerpunt.Erit igitur vtendum acidis & acribus cibis,venere quoque abſtinendum, parcius etiam ieiunandum . Ab hoc rurſus tempore (id eſt à IIII idus Nouẽbris) ſanguis deficit. cõgruit igitur leuioribus cibis vti,vino indulgere,nec vſu veneris abſtinere,in VIII calendas Ianuarias,ex quo incipit tempus hybernum.Hæc(vt dixi)obſeruãs,incolumi ſoſpitate vitæ ſpatia tranſcurres,nec vlla indigebis viſitatione aut curatione medicorum.

EPISTOLA ALIA EIVSDEM HIPPOCRATIS, EX GRAECO tranſlata,ad Mæcenatem.

QVEM roganti tibi libellum promiſi,omni cura adhibita deſcriptum miſi , ordinatiſſimum tuæ ſalutis cuſtodem,quem debebis tam diligenter intueri quàm ſcriptus eſt . Ad curationẽ enim corporis tui omnia explorata ſunt,quæ cum rerũ effectu comperi , celeritérque complexus ſum . Intueri ergo omnem medicinæ rationẽ debebis . Nanque ego diligenti cura,licet ſumma breuitate , comprehendi ſingula curationum genera,ſicut proximè in eo libello feci quem Cæſari noſtro coram te tradidi : quas curationes per temetipſum æſtimare poteris. ſapientibus enim ratio venire in conſilium adſueuit. Omne itaque corpus hominum, pecudum, alitúumque,ex quatuor generibus cõſtat,ſed præcipuè hominum : calido,frigido, ſicco,& humido . Frigido enim continentur viſcera vnde ſpiramus: calore continetur anima qua viuimus, (id eſt qua vitã ſentimus). Sicca ſunt oſſa quæ vires faciunt ad ſuſtinendũ laborem : humidus eſt ſanguis quo alitur vita.Per omnia enim viſcera venæ currunt, quæ ſanguinẽ regunt. Sanguis animã,anima vitam ſuſtinet:ſpiritus autem aëris eſt. Oſſa neruis munita virtutem corpori præſtant. Sanguis quum abundat,valetudinem vitiat. Ex eo naſcitur ſanies quam in vulneribus ſectis videmus.Naſcitur & pituita quæ nauſeam facit: naſcitur etiam bilis acida & amara , quæ dicitur mater morborum. Bilis enim quum eſt , concitat calores. De pituita perfrictio naſcitur , quæ facit dolorem inteſtinorum , torſiones etiam inflationémque , quæ corpus extenuat. Sanguis autem à nimio cibo nimiáque potatione incipit abundare , & cruditate corrumpitur. Qui quum euacuatur, extra curſum naturæ infert aliqua corpori vitia: & in quacunque parte corruptus incubuit,fatigat & lædit.Nam ſanguis animam quoque vitiat,& inde os hominis incipit fœtere. Quum eſt ergo integer ſanguis,animam ſine dubio cõfirmat,vt poſſit frigus calorémque fortius ſuſtinere. At quum abundat, cúmque calore animæ corrumpitur , fit ſanies: tum & bilem atram concitabit , & calorem interdum ac frigus faciet,corporíque vniuerſo languorem,animæque malum odorem vel anhelitũ faciet. Quò facilius igitur commodis valetudinis fruamur,& incommoda vitemus,prognoſtica(id eſt præcurrẽtia vitia)ſignis nturalibus cognoſcamus, cognitáque emendemus,ne mortifera fiant . Quatuor igitur diſponuntur corporis partes, cuius origo in capite eſt & thorace , deinde venter ſequitur & veſica.Ita ergo locorum iſtorum ſinceras notas cognoſcemus:Hominis ſani vrina mane alba erit,& ante prandium rufa : pranſi,rurſus candida, item ante cœnam rufa . Nec ego tamen neceſſitatem prandendi impoſui, ſed magis vrinam & tempora naturalia oſtendi . Candida enim vrina debet eſſe vbi cruditas non eſt , mane quieto corpore,deinde motus ipſe & deambulatio vrinam turbat,excitátque veſicam, ideóque coloratior ſit . Quòd ſi mane vrina mutauerit colorem,oſtendit ſubeſſe vitium infirmitatis,quod tamen propriis indiciis intelligimus.quum enim à capite morbus oritur,ſolet capitis dolor comparere:tunc & ſupercilia grauantur,tempora ſaliunt,aures ſonant,oculi lacrymant , nares repletæ odorem non ſentiunt.Quum ex his ergo aliquid accidit, caput purgari oportet hac ratione. Hyſſopi aut cunilæ bubulæ faſciculum cum aqua deferuefacias: inde aquam ore continebis , ſed caput calidè tractabis,vt fluat pituita. Quod ſiquis negligit,capiet epiphoras oculorum,aut dentiũ vel aurium dolorem. Interdum etiam ſtrumæ parotidéſque naſcuntur , & alia vitia , quæ circa fauces ceruicéſque oriri ſolent : item diſtillatio aut grauedo narium erit.Et interdum vlcera in capite naſcuntur,aut etiam capilli defluunt. Quum autẽ à thorace morbus naſcitur, incipit caput ſudare, linguáque fit craſſior,aut os amarũ,aut tonſillæ dolẽt.Oſcitatio erit frequẽs ſine ſomno & quiete. Torpor mẽbrorum,animi dolor, prurigo corporis, brachia manúſque aſſiduè intremiſcunt , ſubitáque tuſſis arida & inquieta naſcetur.Ex his ergo quum aliquid acciderit,vitabis vitium graue,ſi vomueris ſiue ieiunus,ſiue poſt cœnam, vel in balneo. Plus autem prodeſt ſi ieiunus bilem eieceris. Eam enim dicimus matrem morborum.Sed qui vomere nolunt,vel non poſſunt,quia ſtomacho laborãt,decimo quoque die ieiunãdo,omni cibo ſe abſtineãt: quo facto vitiũ grande vitabunt. nam frequenter vomendo , ſolet ſtomachus corrumpi. Quòd ſi à ventre morbus orietur, hæc erunt ſigna: Venter vertetur atque turbabitur, & ſentiet crebros dolores: cibus & potio videbũtur amara: genua ſuccident, lumbi grauabuntur, interſcaplium contrahetur,totúmque corpus particulatim grauabitur. Tardabuntur pedes,pigra fient crura,renes indoleſcent: & poſt hæc febriculæ incurrent. His itaque cognitis,prima eſt abſtinentiæ vtilitas. Tum etiam medicamentis aluum purgari oportebit,vt graue corpus leuamentis adiuuetur.Quòd ſi morbus maior premere videbitur,adiicies alterum diem abſtinentiæ,ſi tamen vires patiẽtur:ſin minus , quamleuiſſimum ſumes cibum,vt ouum ſorbile tantùm,aut aliquid ouo ſimile accipias.Hoc qui negligũt, fiunt cœliaci,torminoſi,dyſenterici,etiã ex eo

naſcun-

naſcuntur tertianæ & quartanæ,fiũt podagrici chiragricique,morbus etiã articularis hinc accidere ſolet. Quidã etiã fiunt amentes:quibuſdam ſanguis etiam erumpere è naribus ſolet. Oportet ergo occurri tam grauibus malis curatione prædicta. A veſica qui naſcuntur morbi hæc dabunt ſigna:Pleni videbuntur,& citò ſaturari quos grauabit: ſequentur inflationes ventris & crepitus crebri. videbuntur oſcitare, nec oſcitabunt, ſed tantùm os diducent, ſequetur totius corporis ſtupor,ſomnúſque grauis quaſi marcor,fiet vrina liuida & vix erũpens:tumeſcunt etiam veretra,inde & calculoſi fient.Hæc vitia ſic emendãtur:Fœniculum & apium vino auſtero madefacito,vel etiã earũ herbarũ radices cõtere, & ex vini cyathis duobus, & tantundem aquæ calidæ accipe aſſiduè, vel dauci ſemen, & myrtum ex qua calida ſume, vel cicer album ſume, non arietinum, madefactum vino,vt ſuprà ſcripſi ebibe, vel radicem aſparagi,vel eruum erraticum,vel ſerpyllum decoque,eiúſque aquam vino mixtam bibe.Quæ qui negligunt,fiunt hydropici: ſequetur iis iocineris & renum & veſicæ dolor.Fient quoque calculoſi,ſtranguriam quoque ſuſtinebunt,& ventris tumorem.Intueri autem oportet ægri vires,quomodò poſſit ſuſtinere medicinã,vt ita febri & cruditati eius adhibeatur. Fiunt ergo cataplaſmata,adhibentúrque quæ apta ſint capiti,ventri,veſicæ cruditati,frigori,calori,prout tempus exegerit. Vti autẽ ad hæc oportet roſa,aceto,vino,oleo irino,linguam quoque ægri aſperam melle perfricari,vel mẽthæ folio:reliqua diligenti medico permittenda ſunt, quia iuxta morbos debet adhibere medicinam. Quoniam oſtendi corporis ſani & imbecilli notas per vrinam denunciari,& adieci curationum conſilia, nunc & compoſitiones medicamentorũ adiiciam:vnum ne naſcãtur corpori vitia,alterum vt emendatio ſanitatem reducat. Aduerſus autem omnes impetus morborum duo ſunt remedia certiſſima: primum eſt, decimo quoque die vt te abſtineas à cibo & potione: deinde poſtero die lauẽris,cibóque firmo vtẽris, qua re & obſeruatione efficies nequid omnino vitii corpori tuo accidat, & perpetua ſanitate ſis tutus. Eſt & potio ſalubris quæ omne corporis vitium elimat, & valetudine confirmat. Eius potionis iam tecum habes compoſitionem.per annos enim complures,amiciſſime Mæcenas,cum Cæſare noſtro pariter nos morari meminiſti, quo tempore hæc obſeruando nunquam in vllum corporis lãguorem incidiſti: quo tempore nec noſtrum Auguſtum quicquam moleſtioris incommodi paſſum eſſe noſti. Ita enim me tecum habebis ſi libellum meum legendo ſæpius tractaris,qui plenius tibi me abſente præſtare conſilium in omnibus poterit. Terentii Velpiſti in vltimo libello leges δυνάμεις herbarum, quas vt creſcentibus numeris lunæ obſerues dum tollis & componis curato. Si ita non feceris, & ad diminutionem lunæ ſuſtuleris, minus valebunt. Ipſum etiam mare per lunam augeri & minui ſcimus, cerebra etiam hominum augentur creſcente luna. Quum autem minuitur luna, vnaquæque res deminutionẽ ſentit. quod licet recognoſcas ex iis quibus quotidie vteris,tamen & per me admonitus ſcies,omnibus & minui augmentũ & augeri per lunam.quod ſi ita eſt,in herbis quoque legendis,componendiſque medicamentis,vim eius & poteſtatem nos obſeruare debere ne dubites.

EPISTOLA PLINII SECVNDI AD AMICOS DE MEDICINA.

FREQVENTER mihi in peregrinationibus accidit vt propter meam aut meorum infirmitatẽ,varias fraudes medicorum experirer,quibuſdam viliſſima remedia ingentibus pretiis vendentibus,aliis ea quæ curare neſciebant,cupiditatis cauſa ſuſcipientibus: quoſdam verò comperi hoc genere graſſari, vt languentes qui pauciſſimis diebus,vel etiam horis,poſſint ſanari,in longum tempus traherent,vt & ægros ſuos diu in reditu haberent,& ſæuiores ipſis morbis exiſterent.Quapropter neceſſarium mihi viſum eſt, vndique valetudinis auxilia cõtrahere,& veluti in breuiarium colligere,vt quocunque veniſſem,eiuſmodi inſidias vitare, & hac fiducia ſecurior iter ingredi queam,vt & ſciam,ſiquis mihi lãguor acciderit,non facturos medicos ex me vel ex meis reditum,nec taxaturos incommodorum occaſionibus ſanitates. Ante omnia autem puto in promptu habenda quæ ſubitò deſiderata, difficillima videntur inuentu:ſicut oleum vetus,quod ſi ad manum nõ erit,celerrimè fieri poterit. Deferuefactum enim vel recentiſſimum,& odorem & vires vetuſtiſſimi præſtat.Et,ſi fortè curatio exegerit, aquam marinam in mediterraneo quæri, ſolicitudini locus non erit,ſi ita proſpiciatur.duo enim ſalis ſextarii in quatuor aquæ ſextarios miſſi, temperatiſſimam marini liquoris copiam facient. Oxymeli verò facilè erit fieri,ſi in duobus cyathis mellis ſextarius aceti, addito pulegio & ſalis modico,contẽperetur.Polenta autẽ hoc mõdo fiet:Hordeũ aqua perfuſum vna nocte ſiccatur, deinde ad XX libras hordei adiiciuntur tres libræ lini ſeminis,coriandri ſelibra,ſalis acetabulum:tunc deinde hæc mixta torrentur,& mola franguntur. Omnibus autem curationibus mel optimum eſt in quo apes moriuntur, & lana ſuccida ea bona eſt quæ de ouis collo fuerit attonſa. Cinerem auium vel aliorum animalium deſideratum ſic fieri oportet:In ollam nouam mittitur auis,aut quodlibet aliud animal quod putaueris exurendum: quod addito operculo, circumlitóque argilla, in furno feruenti torrebitur,ſpiramento permodico facto. Gargarizationes verò omnes calidæ vtendæ ſunt,ſicut & fomenta,vt medendi ratio & vſus oſtendit.

Alia epiſtola.

CORNELIVS CELSVS CAIO IVLIO CALISTO SALVTEM D.

INTER maximos quondam habitus medicos Herophilus, &c. *habes ſuprà in epiſtola præfixa libro Scribonii Largi, & illius nomen præferente.*

Alia epiſtola eiuſdem Cornelii Celſi.

CORNELIVS CELSVS PVLLIO NATALI SALVTEM D.

LECTIS duobus libris compoſitionum Græcis, Pulli Natalis, quos miſiſti mihi vt in Latinum ſermonem conuerterem,libenter parui tuæ voluntati, dignos eos exiſtimans quibus operam impenderem,quos plenos vtilitatis comperi: alioquin excuſaſſem, ni me propoſitum haberet nihil non dignum ſublimi Romanorũ maieſtate, de bono medicinæ artis ſplendidiſſimè ſcribere,idque perẽnitati & literis mãdare.Habebit ergo & præſens tempus & futura poſteritas in hoc perpetuæ voluntatis meæ curæque gratiſſimum munus, ſiquidem bona valetudine nihil eſt pulchrius. Dedi autem operam quantum potui vt ad verbum transferrem quæ in Græcis medicinalibus reperi:nec neceſſariam curam cultus orationis putaui: quia rectius duxi proprietates nominum edere, & rem veram ſub herbarum peregrinarum vocabulis explicare. Vnum genus fateor me tranſlationis deinduſtria declinaſſe, quo fere Græci vtuntur in medicamentorum ſcripturis, omnia ad ſecundam perſonam dirigentes: ego verò in vſum medicamentorum quæ edidi,ominis boni gratia nullam malui quàm infinitam inſerere perſonam.Admonerémque, niſi certum haberem te non ignorare,me huiuſmodi bona vtilitatis magis quàm delectationis cauſa ſcripſiſſe. Græci medici pondera medicamentorum ad drachmas redigunt, quæ quia ad denarium noſtrum conueniunt, octoginta

enim & quatuor in libram incurrunt)pro nota Græcæ drachmæ,quæ eſt figura talis Z, notā denarii Latinam,quā noſti,poſui,id eſt hanc ✳.& ad eius pondus Græcas drachmas rediges.Et quando quæ volui præfatus ſum,nunc quæ deſideras explicabo.

EPISTOLA VINDICIANI COMITIS ARCHIATRORVM, AD VALENTInianum Imperatorem.

CVM ſæpe,ſacratiſſime Imperator,humani generis fragilitas falſò de natura ſua queratur, aliquando tamē potuimus, redditis cauſis,oſtēſiſque remediis,vanas & innumeras querimonias refrænare. Nam ſicut rudis gubernator turbatum mare ſulcans,incertus periculorū,dubius ſalutis,cuncta rimatur:ita & mortalium natura,quæ perpetua ſanitate optat frui,placida quæque deſiderat.Sed quia nec mare ſemper poteſt eſſe tranquillum,nec vnus in diem venti ſpiritus durat,nec ſecurus nauta ratem poteſt ſcandere, quum æquor mole fluctuum tollitur:ſic neque mortales poſſunt ſemper eſſe validi aut viuentes,ſed pro ætatis & temporis varietate diuerſis morborū aguntur incommodis.Quæ quum ita ſint,clementiſſime Imperator,magna laus.eſt veterum inſtituta ſcrutari: maior verò gloria,inuenta ſeruare. ſiquidem illi viam laboribus ſuis,virtutibus aperuerunt, nobiſque iter intelligentiæ ſua ſapientia reliquerunt.Vnde quum quidam febribus teneretur,& diu ventris duritia ſtrangulatus,die duodecimo iā morti proximus videretur,adhibitis ad curam multis & magnis medicis,vt remedium conſequeretur, hoc illis ſummum periclitanti præſidium viſum eſt,vt per inteſtinum clyſterio ei curatio pararetur. Quū ille imminenti periculo æſtuaret,& veluti morti proximus curationis etiam extrema depoſceret, ego pudoris & reuerentiæ modum ſeruans quem cunctis ſemper exhibui,proſpexi ad tempus ne veluti turpis cura forti viro applicaretur. Quum ergo vidiſſem febrem eius,quam de colore collegi,& ſiccitate viſcerum fatigari eum penitus aduertiſſem,ilico infuſo ſale aquam frigidiſſimam obtuli eius ardori:qui quū deſyderio recentis quo cruciabatur,totum quod ei oblatum fuerat,ebibiſſet,auctores medicinæ magni qui id ſpectabant,exclamauerunt,Occidiſti hominem. Necdum vox eorum ab ore manauerat, eueſtigio eum ſomnus occupauit,ſudórque perfudit.Quibus ego præſentibus,clementiſſime Imperator,tantis ſudoris eius abſterſionibus laboraui, vt(ſi dici fas ſit)Nilus ex eius corpore videretur effluere. Verùm quum æger expergefactus,recreatum ſe extinctis febribus,& ab infirmitate leuiorem eſſe ſenſiſſet,ventris etiam cœpit deſyderio vehemēter vrgeri. Allato itaque vaſculo omne alui onus quo grauabatur expoſuit,ad tam dirum fœtorem vt omnes qui illic aderant fugarentur, dicentibus egregiis medicis quòd omnia eius interna putruiſſent. Poſt hæc à me æger ad balnea mittitur, vt lauacro eius ſiccitas humigetur.qui perunctus vnguentis remedialibus, quum poſt balneum veſtimēta accepiſſet,ſitire ſe dixit:ſtatim eum abſinthio,in quo libyſticū fuerat decoctū, progreſſum à balneo potaui,nequid cauſationis in corpuſculo eius maneret,quo veſica ſcybalis vel lapidibus per vicina loca meantibus premeretur. Præcepi etiam ei eſcam fieri de minutalibus porcinis,id eſt podocyliis & ventriculo: in quem vētriculūm acetum cyminatum modico adiecto laſere mitti mandaui,vt omnino excocta caro etiam oſſium duritiam emolliret, vt ſoluta eorum medulla cum iure ipſo abſorberetur. Non dubium eſt autem,optime Imperator,quòd ex indigeſtione externarū crudiſſimarúmque crapularum,vel ſuperfuſa diuerſi nimietate vini,repletis & plenè tumentibus venis,potus in viſceribus amareſcunt,aufertur ſomnus,ſubſequitur calor, atque occultarum febrium peſtis & quædam phreneſis pulſu cerebrum inquietat,venter dureſcit, qui iamdudum crudus repletus fuerat,exuberantibus cibis:qui dum excoquuntur, conſumptis quæ humida ſunt,inflammationes importuniſſimas faciunt, quæ adiecta calida aqua amplius neceſſe eſt excitentur.Inde ergo venter dureſcit,inflatur pulmo,ſplen diſtenditur,pinnæ etiam iecoris porriguntur.Quibus coanguſtatum & coartatum fel exprimitur.quo infuſo tingitur corpus,& ſit luteum.Quum ergo peruenerit ad ea loca venarum in quæ paucula hauſta deſcendunt,duo mala iuncta,id eſt res acris ac dulcis,citò auferunt animam: ſicuti petrarū humidarum ſudor igni ſubiectus citò abſorbetur ab igni.petra autem ipſa exuſta & concremata,ſpongia efficitur, vnde calx vel gypſum conficitur.ita calore febrium excoquitur vitium cruditatis, ciborúmque congeſtio. Quibus conſumptis & exhauſtis, frigida ſine dubio ſuperfundenda eſt, ne penitus areſcant. Nam nimirum æſtimas, ô bone Imperator, calidam & frigidam mortalibus incluſam eſſe corporibus,quum ſingulæ res propriam habeant naturam. Ignis ignem, aqua aquam deſiderat: ſed ad horum iungendam ſocietatem ſiue temperantiam procurandam, ſyluarum materies lignúmque depoſcitur, quod & nutrit ac ſuſcitat & rapit ignem, & frigidam vertit in calidam. ſed non ita in nobis eſt coæquandum. Accipe igitur, ſereniſſime Imperator, quod conueniens nobis putetur exemplum: thermarum ſcilicet ab ſe calidarum mixtio temperata, vbi nec ignis videtur, nec lignum ſuggeritur, niſi vapor ſolus ſponte conficitur, & aer calidus ſine labore ſentitur. Nónne duo vnum ſunt? & diuerſa atque contraria inuicem proſunt? diuina prouidentia ſalubri permixtione ac temperie procurata,nonnullam corporibus abluendis ſanitatem præſtant,competentémque medicinam præbētes,varios languores à corporibus mortalium pellunt?Hæc quum ita ſint, nihil aliud reor mortalibus præbendum niſi id quod quum infirmi eſſent deſiderauerūt,& oblatum ſibi profuiſſe ſenſerunt. His ergo vtamur quibus ſumus bene experti, & quorum beneficio conſecuti ſumus optabilem ſanitatem. Nam ſimiliter quidam, quum oculorum lacrymantium reumate carere non poſſet, productus eſt in medium conuentum multorum ſpectātium medicorum. Qui quum inſpectus ab iis fuiſſet,dixerunt ei palpebras incidi debere, comburi etiam hemicranium,& raſo capite venas ſecari,(quod Græci arteriotomēn dicunt) imponi etiam eſcharas: & quum iam omnibus locis debilitatum & cauterizatum caput haberet, nihilque ei tormenta quæ deſiderio ſanitatis patienter tulerat,profuiſſent, deflebat omnibus infelicitatem ſuam. In vltimum hæc ab egregiis medicis inuenta curatio eſt, vt quum dexter oculus lacrymam funderet, vena ei dextri brachii laxaretur:quum ſiniſter,ſimiliter in ſiniſtro brachio fieret. Quod quum pati cœpiſſet infirmus,flens & gemens illud Catonis ſæpe dicebat,Corporis auxilium medico committe fideli. Ego autem dico,& perito.Reſtiti igitur iis,nec laxari venam permiſi:magnóque ſilentio facto authores noſtros in medium protuli ac recitaui,dixíque ad eos,ſi ex multifario tormentorum genere miſerandus iſte vel vnam medelam fuiſſet adeptus,meritò vos pateretur: ſed quum neque inunctione,neque inciſione, neque combuſtione, inundationē lacrymarum reprimere potueritis, cur indoctè venas ei laxari præcepiſtis, quum hic iam ſemianimis viſionē ipſam ferri perhorreſcit? Vnde reddite mihi ſapientiſſimi viri hodiernæ cauſas curationis,cur fuerit deſuper oculus inciſus,cur raſum caput,cur meacula exuſta venarum.meatus enim irrigatio ſi venerit ad ea loca in quibus habebat receptaculum collectionis ſuæ,quo impetu exinde deſcendebat deorſum,recurrens rurſum ad fontem cerebri, ibíque coanguſtatus,quum feruere cœperit, verendum eſt ne perforans cutem, ac pertundens cratem capitis, generet in eo vitia diuerſa, aut ne iterum per aliquam venarum erumpat ad aures,faciátque hominem ſurdum, totum oppilans auditum,aut vermes in auribus generet, vel naribus polypos nutriat. aut oculis ægilopia excitet, aut dentibus ſit moleſtus, & faciat hominem oris fœtidi atque corrupti, vel (quod maximè cauendum eſt) ne per vuæ deſtillantis aut exulceratæ vitium ipſa muſice hominis corrupta langueſcat,pulmoníque & ſtomacho plagam inferat,lumbos quo-

que reneſque diſſoluat, & incipiat humor noxius per inguina & coxas, & crura decurrens, facere contractiones talorum atque neruorum, paulatimque auferat greſſus, totóque organo tabeſcente, videamini potius conſumpſiſſe hominem quàm curaſſe, quum verè violenta morte videatur de hac luce migrare. nam ſi ceparum acritudo aliquoties nobis non manducantibus, noſtris tamen oculis moleſta eſt, aut ſinapi, vbi & mel miſcetur, leniri penitus non poteſt, ſed calore eius commotum cerebrum ita deſudat vt oculos & nares acer humor infeſtet: quid putamus illi patiuntur quibus circa oculos cura rurſus aut igni adhibetur aut ferro? Quare, imperator, fidem noſtris auctoribus adhibentes, non credamus quibuſcunque medicinis, nec vulneri vulnus ſuperponendum putemus: ſed ita ægris remedium porrigendum eſſe credamus vt neque grauibus tormentis, neque intolerabili medicinæ curatione crucientur. Plura ergo de obſeruatione medicinæ pietati tuæ ac poſteris tuis, digna memoria tradidi, quæ homines docti de expertis remediis prodiderunt, quæ tua diuina ſerenitas oro ſuſcipiat, & ad memoriam cæteris relinquat.

INCIPIT AD CAPITIS OMNES SVBITOS & diutinos, & multiplices dolores, Cap. I.

AD capitis dolorem etiam in febri, primis diebus incommodi, ſerpylli — I. roſæ aridæ — I I, incoquũtur cum duobus ſextariis aceti acerrimi, donec ad dimidias perducantur: inde ſumitur cyathus, & duobus roſæ cyathis bene cõmiſcetur, frequẽtérque curatur ex eo caput. vbi enim incaluit quod infuſum eſt, niſi recens adiiciatur, nocet. Item prodeſt eodem modo ruta per ſe vel cum hederæ baccis decocta, & capiti tepidè infuſa. Polygonos quoque herba (quæ Latinè ſanguinaria dicitur) & mẽtha multis profuit eadem ratione decocta, & capiti tepidè infuſa. Dolorem capitis leuat ſpondylion, & agni ſemẽ, & platani pilulæ ſimiliter aceto incoctæ, roſa quoque duplici menſura, ſimplæ aceti commixta, ſicuti & polygonos ſuperius dicta debet excoqui, id eſt ea quæ ſanguinaria dicitur. Quum autem plurimis diebus manſerit dolor capitis, tum omnium ſupradictorum oportet vncias ſingulas ſumi, iiſque admiſceri lauri baccarum, caſtorei, nucum amararũ, pulegii, ſambũci foliorum, vncias ſingulas, & in aceti ſextariis quatuor decoquere ad dimidias, & eodem modo roſa admixta dupliciter, ſed non tã frequenter caput curare. Ad omnẽ capitis dolorem efficaciter prodeſt medicamen tale, crocomagmatis — I. aluminis ſciſſi, vel gallæ — I. hæc teri ex acri aceto, & roſa duplicis ponderis viciſſim adiecta oportet, vſquedum mellis habeant ſpiſſitudinem, atque inde frontem & vtrinque tempora oblinere. Ad capitis dolorem quum inueterauerit, bene facit hæc compoſitio, Myrrhæ * I. croci * I I. amygdalarum amararum * I I. rutæ viridis * I I I. ſpondylii & panacis * ſingulos, lauri baccarum * I I I. ſerpylli * I I. caſtorei * I. teruntur hæc omnia cum aceto, & fiunt paſtilli: quũ opus eſt diluuntur aceto & roſa in mellis ſpiſſitudinem, atque ita frons & tempora oblinuntur. Permanente verò capitis dolore, materiam quoque humoris oportet detrahere ex eo per nares, vel per os: quæ res etiam auriculam vel dentem delenitibus prodeſt, nec minus iis quib⁹ ſubitæ vertigines obuerſantur (quos σκοτωματικοὺς Græci dicunt) item comitiali morbo correptis prodeſt: ſed & caligine impeditos ex magna parte leuat. Debent autem ii homines pridie abſtinere, & ſuperioribus diebus aquam potare. Per nares ergo purgatur caput, iis rebus infuſis per cornu quod Græcè ῥινεγχύτης vocatur, hederæ ſucco per ſe vel betæ ſucco cum exiguo flore æris, vel cyclaminis ſucco mixto lacte aut aqua pari menſura. Bene detrahit è naribus liquorem & hæc compoſitio, Salis, nitri, aceti, olei veteris, mellis, ſingularũ rerum denarios binos, cyclaminis ſucci, ſtaphidos agrias, (quam herbam peduncularíam, quòd eos necat, quidam appellant) ſingulorũ denarios binos. hæc in vnum mixta naribus per cornu infunduntur, vel pinna longiore nares interius perfricãtur. Quum ſatis viſum fuerit fluxiſſe humoris aut ſanguinis vt reprimatur, aqua frigida pura nares diutius obluí oportet, vel croco macerato in eadẽ pridie.

Sed ſi per os magis detrahere humoris materiã viſum fuerit, quia non ſine tormento quodam per nares ea deducitur, ſuadebimus pyrethri radiculam commãducare, atque ſubinde hiantem pati florem ſaliuæ vel vuam paſſam cum piperis albi totidem granis dabimus manducandam, & expuendam. æquè enim & hæc deducunt pituitam. Bene facit & ſinapi, ex aceto tritum, ſed non excaſtratum, gargarizare, trium cyathorum menſura, adA mixta mellis libra vna. detrahit enim & hæc compoſitio largiter pituitam. Quum verò diu caput dolet, & adtonderi preſſius & radi prodeſt, vt poſſit diutius fricari, & aqua calida foueri pura vel lauro incocta: quo tempore etiam ſternutamentum concitare non alienum erit hoc medicamento quod ex iis rebus componitur, Veratri albi, caſtorei, ſtruthii (quod eſt radix lanaria) piperis albi, ſingulorum denarios ſingulos. hæc contuſa tenuiter forato cribro tranſmittantur, quum opus fuerit, per pinnam, aut calamum ſcriptorium naribus inſufflenB tur, vel ſpecillo tincto in aqua & excuſſo, naribus iniiciuntur. Proderit autem ad ſternutamentum etiam per ſe cõtuſum, & eademratione iniectum veratrũ album. linguam enim ſiccam & aridam ſternutatio ſtatim inundat.

Capitis dolorem quamuis veterem & intolerabilem protinus tollit, & in perpetuum remediat torpedo nigra viua impoſita ei loco qui in dolore eſt donec deſinat dolere, & obtorpeſcat pars: quod quum primùm ſenſerit qui dolet, remoueatur remediũ, ne ſenſus auferatur eius parC tis. Plures autem parandæ ſunt torpedines eiuſdem generis: quia nõnunquam vix ad duas tréſve reſpondet curatio, (id eſt torpor) quod ſignum eſt remediationis.

Ad capitis dolorem factum ex peruſtione prodeſt roſæ bonæ ſuccus infuſus capiti, ſed cum ſucco de moris facto pari menſura admixto.

Ad capitis dolorem factum ex perfrictione ſatis prodeſt oleum irinum cum ſerpyllo & exiguo aceto infuſum: magis autem ſi aut iridis radix aut peucedani ſuccus prioribus admixtus fuerit. Prodeſt & ruta cum oleo irino & exiguo aceto cocta & tepidè infuſa capiti: nec D minus profunt folia lauri cum irino oleo & exiguo aceto trita & infuſa capiti.

Ad capitis dolorem factum ex vino nimio proſunt quidem & ea quæ diximus proficere ad capitis dolorem ex peruſtione factum: proſunt & rutæ folia trita cum aceto, admixta eis roſa, & nuces amaræ eodem modo. faciunt & agni folia quæ naſcũtur in virgultis, quibus Græci pro viminibus vtuntur, eadémque λύγους appellãt, cum iridis aridæ radice trita, mixta eis roſa atque aceto.

Ad capitis dolorem factum ex ictu aut caſu è ſublimi, E prodeſt roſa & irinũ oleum aceto decoctum: item roſæ aridæ folia macerata prius paſſo, deinde cocta atque trita, & ita impoſita, ſimili modo proſunt, & ſertula campana ſimiliter facta prodeſt, vel myrti folia tenera ex vino trita cum myrrha, & pulegium ex vino tritum, & mala cydonia vino cocta & trita atque impoſita capiti, plurimum proſunt.

Medicamentum quod repellere poſſit ea quæ ad caput redundauerunt, Caſtorei victoriati tertiam partem, ſphondylii * I. nucis amaræ * X. rutæ folia * II. ſili maſF ſaliotici * II. cum aceto prius hæc teruntur diligenter, deinde roſæ admiſcentur.

Ad diutinos capitis dolores, ſalis integri menſura quãtum manus plena comprehendere poterit, coquitur ex oleo ſuperfuſo, ita vt ſuperet ſalem, deinde quum omnino nihil incurrerit de ſale aſperum, perungitur dolens capitis pars hoc oleo, ſupérque lana ſuccida eodem oleo tincta imponitur. Sertulæ campanæ coronæ quinque ex paſſo & aqua frigida pari menſura coquuntur donec G permadeſcant, tunc teruntur, admiſcetúrque opii quod ſatis ſit, vel papaueris lacryma quæ ſopora à quibuſdam appellatur, ad victoriati pondus adiicitur. ex iis pannus quantum ſatis eſt linitur, & vtrinque tẽpora tinguntur. Ad capitis dolorẽ omnẽ efficaciter prodeſt

A baccarum lauri denarii ſemiſſis,ſcammoniæ I.Croci victoriati pondus. teruntur hæc optimè ex aceto & roſa: quum opus eſt dolens pars capitis perungitur. hoc medicamentum ſucceſſus mirificos habet. Ad dolores capitis puerorũ,maximè eius partis quam bregma Græci appellant, lini ſemen tritũ ex aqua imponere oportet,vel oliuæ folia tenera trita cum vino adiecto viridi oleo, ſimili modo ſuperponere: vel opii quantũ fabæ Ægyptiæ magnitudo eſt,& ſalis duas partes,& pulegii partem vnã, terere oportet cum aceto,deinde adiicere vngentũ ſupra ſcriptum,& ſic perungi dolentem partem capitis. Ad B vlcuſcula in capite ſimilia mammarum capitulis, ex quibus ſanies manat: radi caput oportet, & ex nitro lauari: furfures quoque ex melle coctos imponere vtile eſt, vel bulbos ſcillæ ex aqua coctos, ita vt aluminis liquidi tantundem ponderis ammiſceatur, & ſic caput inlinatur.

Ad ea quæ ferueſcunt in capite cum rubore lini ſemen contuſum & melle conſparſum imponendum eſt. Ad capitis dolores in febribus, rutæ ſyluaticæ ſeminis, vel rutæ noditis radicis,ex qua rhus naſcitur, myrrhæ, pyrethri, aphronitri, ſalis ammoniaci, piperis longi, hederæ C albæ foliorũ vel baccarũ,bdellii, galbani, balſami,iridis Illyricæ,ſingularũ ſpecierũ denarios denos,caſtorei denarios quatuor,balani vnguẽtariæ ✱ II. rhamni ✱ X.trita omnia in vnum coniiciuntur cum aceti ſcillitici quantum ſit libra vna.Sed ita temperabitur medicamẽ donec ſpiſſitudinem mellis recipiat, atque ita reponetur in vaſe fictili:& quum opus fuerit inde ſumetur quantum ſatis ſit, quod in linteolo bene tenero ſpiſſo inlinatur, perunctúmque roſaceo modico imponetur.

Si vaſtior fuerit dolor capitis medicamentum tam D ſpiſſum fiat infraſcriptum quàm eſt emplaſtrũ, & linteolo denſo imponatur: Agni ſeminis & peucedani radicis ✱ IIII. iridis ✱ II. aceto prius maceratas has ſpecies excoques vel contundes, & roſa dilues, atque ita raſo capiti impones. Ad vehementes fœminarum capitis dolores,& ſuffocationes quæ de vulua veniũt(quod genus valetudinis Græci ὑστερικὼ πνίγα vocant) & ad eos qui caduci appellantur,& ad freneticos, & qui vertigines habent ſphondylii denarios ſex, caſtorei ✱ VI. peucedani ✱ II. nucum amararum ✱ VI. hæc cum ace- E to & roſa bene trita & permixta capiti infunduntur.

Ad diutinos capitis dolores, etiam veternoſos (quos Græci lethargicos vocãt) & phreneticos, & ad omnia vitia quæ circa caput generantur, etiam ad podagram. ceræ ✱ LXXXIIII. olei veteris ✱ LXXXIII. aluminis fiſſi ✱ VI. glutinis taurini ✱ X. peucedani ✱ XX. caſiæ ✱ X. reſinæ terebinthinæ ✱ XX. picis liquidæ ✱ X. galbani ✱ XIIII. aloes XVI. taurinum gluten cum aceto ad ignem ſoluitur, peucedanum & caſia vino macerata conteruntur,& taurino glutini commiſcentur:cætera id ignem li- F quidata dum calent ſupraſcriptis admiſcentur. quæ bene ſubacta manu reponuntur. Quum opus fuerit pondus inde denarii ſumitur,& dilutum aceto atque roſa capiti infunditur, ſed melius facit hoc medicamentum linteolo inductum raſo capiti impoſitum. Ad capitis dolorem ſine febri benefacit de experimẽto capitis deraſio,atque potatio,cibi abſtinentia, ventris ſolutio: ſed tum etiam roſa atque aceto curandum caput. Prodeſt etiam detrahere pituitam ſinapi aut hyſſopo ex paſſo decocta:itẽ herbæ pedũculariæ ſemine,(quã Græci ſtaphida agriã vocãt) trito cum pipere & melle,oleo admixto,aut G ipſius herbæ peduncularis ſemine per ſe melle admixto.

Permanente autem diutino capitis dolore proſunt ei huiuſmodi perunctiones. ruta cum aceto & oleo calefacto,iridis radix cum aceto,ſalicis folia trita ex aqua,ſerpyllum aceto tritum,& inferuefactum cum oleo & aceto, Millefolium(quod Græci polygonon appellant)cum ruta tritum, admixto aceto & oleo:nuces amaræ purgatæ tritæ cum aceto & oleo, ita vt hæc interdum velut cerotum cum linteo fronti ſuperponantur. ſimiliter prodeſt & ruta ſyluatica trita cum aceto & oleo quaſi cerotum fronti H ſuperpoſita:aut agni albi ſemen ex poſca tritum, aut ocimum viride vel ſemen eius ex aqua tritum & impoſitum, aut hederæ albæ folia quatuor cum aqua mulſa: aut git (quod Græci melanthion vocãt)eodem modo fronti impoſitum, aut naribus iniectum prodeſt. Ad torridam aut conſtrictã cutem capitis benefacit caſtoreum,& balſamũ, & peucedanum,incoctum ſimul, & ſeorſum in vaſe cum aceto & cum olei capiti infuſum. Faciũt etiã huiuſmodi medicamenta capiti ſuperpoſita quæ Græci cataplaſmata dicunt: iridis radices cõtuſæ ✱ VI. & puſillũ roſæ ſyluaticæ ſeminis cum farina hordeacea cocta, aut fœniculi radices ſimiliter coctæ cum farina hordeacea.

Prodeſt etiam ad nimios dolores capitis conſtrictio eius per faſciolam non nimium latam,ita vt ea per mediã frontem & vtraque tempora circũdetur:benefacit & fomentum per ſpongias molles aquæ calidæ, decoctis in ea prius lauri foliis,& capitibus papaueris adhibitum,& vnctio capiti facta ex foliis lauri & agni & populi,tritis cum aceto & oleo. Ad vlcera quæ in capite efferueſcunt cum humoris manatione prodeſt aqua calida bis terve die per ſpongiam ſæpius ſuper vlcera expreſſa, quod Græci catantleſim appellant. Perunctiones autem quas Græci ſynchriſmata vocant, & ea quæ ſuperpoſita dolentibus partibus iidem cataplaſmata appellant, eiuſmodi proſunt: Folia ſalicis ex aqua trita, aut vitis albæ radix aqua pura cocta, aut lenticula ex aqua cocta, aut aſparagi radices ex melle coctæ. Ad capitis dolorem,folia lauri vel baccas vel florem terere oportet cum aceto, & irinum oleum illis admiſcere, atque ita caput naréſque perungere.Facit & iridis radix cum malo cydonio cocto ex aqua pariter impoſita. Ad omnẽ capitis dolorem inter initia proſunt aquæ refrigerantes, & repellunt eum,interdum admixto pane,vel polẽte polline conſperſo aceto. Plantaginis quoque ſuccus, & rubi,aut lentiſci, aut millefolii,aut herbæ vrceolaris, aut rhus ſyriaci,aut maciæ,(quam Græci anagallida appellãt) item mẽthæ ſuccus,vel intiborum, vel myrti, vel ſtaphidos agriæ infuſus capiti plurimum prodeſt. Ad diutinos capitis dolores prodeſt infuſum capiti oleum vetus cyprinum vel irinum cum peucedano,ſpondylio,& caſtorio.Imponi autem ſtatim oportet lini ſeminis farinam & hordeaceam in vnum coctam ex poſca: ſed poſtea prodeſt impoſitum cerotum ex cyprino oleo factum cum ruta. Item benefacit cerotum ex irino aut ſyriacino oleo cum butyro, dummodo calefacto medicamine caput perungatur. Opobalſamo autem cum ſerpyllo & roſa vel peucedano prodeſt etiam lethargicos perungi.

Ad omnem capitis dolorem benefacit centaureæ tenuis ſuccus cum aceto calido infuſus capiti. Ad capitis moleſtum & diutinum dolorem medicamina infra ſcripta facies,hederæ nigræ folia trita admixto aceto, oleo,vino,æquis portionibꝰ:quod ſufficiat in vaſculo quolibet feruere facies, ac poſtea frontem & tempora lines.

Cicutæ folia, aut ſi folia non fuerint,radicem eius teres, & fronti inlineas,ut in ſaccello lineo ad frontem ſuſpendes. Aloes ℈ VI.croci ℈ VI.gummis ℈ VI.album oui & cochleas minutas numero V.hæc vniuerſa conteres in mortario marmoreo,& aceto admixto fronti inlines.

Raſamen paſtæ quod in magide adhæret ℈ VI. & cretæ ℈ VI. & bulborum incoctorum ℈ III. tritos,& medullam ſiue vitellum oui gallinacei conteres pariter ex aceto,& fronti inlines. Muris cerebrũ tolles,& in vinũ mittes,ac maceratũ & tritũ frõti inlines. Euphorbii ℈I.croci ℈ VI.permiſce cũ aceto,& pariter bene tritũ frõti inlines. Hederæ ſuccus dẽſus fronti & temporibus inlinitur, & quum ſiccatus fuerit iterum inlinitur: quo facto dolori capitis potẽter ſubuenitur. Ad compeſcendum capitis dolorem, pollinem thuris cum viſci ſcrupulo pariter fronti inline. Quòd ſi dolore medium caput findi videbitur, hederam contunde, ac ſuccum eius oleo roſaceo miſce, & cum linteolo mundo fronti inducito, tempora quoque ex eo & nares perunge: quòd ſi grauior dolor fuerit, etiam cerebro ſuperfunde. Limaci calculum quem in capite habet tolle:quod non facilè facies niſi ei dum in via repit caput ſubitò abſcideris: quẽ lapidem quandiu tecum habueris nunquam vllum dolorem capitis nec ſenties nec patieris. Lauri baccas numero quinque ex aceto cõtere, aut ſeptẽ pilulas ſtercoris

caprini ex aceto tere,& fronti inline. Herba in capite ſtatuæ cuiuſlibet naſci ſolet:ea decreſcente luna ſublata,capitique circumligata,dolorem tollit: hemicraniæ etiam efficaciter medetur ſi in panno rufo lino rufo ligata,capiti vel temporibus alligetur. Radicem atractylidos herbæ (quam noſtri carduum vocant) vel eius ramum, vel florem acia ligatum,& capiti circundatum, dolori eius mederi conſtat. nec minus herbam polygonon(quam rubiam vocamus)circundatam capitis dolorẽ tollere experti ſumus. Ramus ſpinæ albæ alligatus capiti efficaciter medetur. Sinapi quoque cum ruta & aqua tritum,& ad mellis craſſitudinem redactum.

Corona ex herba hierabotane (quã nos verbenã dicimus) facta, capitique impoſita,dolores tollit. Cucurbitæ viridis ramenta cerebro impoſita, infantibus quoque qui ex dolore capitis nauſeam patiuntur,validiſſimè proſunt. Herba ſtrumus contrita,& cum oleo permixta,impoſitáque temporibus, & toto corpori cum ipſo oleo perducta, incredibiliter & capitis dolorẽ tollit, & languorem, ſiquis fuerit, corpore diſcutit. Radix cupreſſi tenuis capiti circundata dolorem eius leuat.

Baccæ lauri impari numero cõtritæ,& oleo adiecto calido fronti impoſitæ proſunt. Oleum ex nuce iuglãde quæ manducatur expreſſum,ſubitum capitis dolorẽ, ſi eo perfricetur,mirè compeſcit. Malum Cydonium, palmulæ quinque, papaueris caput vnum, dempto ſemine, vſque ad quatuor cyathos cum aqua ad tertias decoctum, & cum mulſa aqua potui datum,valde prodeſt. Folia mali Punici diligenter contrita, & deinde ſuccus eorum vel ipſa oleo permixta,potenter etiam inueteratos dolores perſanant ſi inde aſſiduè frõs & tempora perfricentur. Quum intrabis vrbem quamlibet,ante portam lapillos qui in via iacebunt quot volueris collige, dicens tecum ipſe, Ad capitis dolorem te remediũ tollere, & ex iis vnum capiti alligato, cæteros poſt tergum iacta, nec retrò reſpice. Creta quæ cimolia appellatur, cocta ex aceto,fronti impoſita,potenter medetur. Sal cum ruta tritum adiecto melle fronti inlitum,certiſſimũ remedium eſt. Fæcula qua infectores vtuntur ſi ſpondam lecti priorem qua vir cubat perunxeris, & ſpondæ medio inligaueris, dolores capitis remediabis. Ex eadem aqua de qua bos aut aſinus biberit paululum ſumptum & potatum tollit efficaciter capitis dolorem.

Porri ſectiui ſuccum cochlearia duo, & vnum mellis, permixta ituro dormitum vel in nares vel in auriculam tepidum infunde, ſtatim proderit. Pollinem ſiliginis admixto oui albo, & quidpiam ſalis confricato, & fronti illinito, & faſcia ſuperligato,mirabile eſt. Anethum ita vt de horto collectum fuerit,decoquitur ex oleo,& ſuccus eius capiti infunditur.

Si de capitis dolore difficilis ſomnus ſit, amygdalino oleo caput perungi oportet. Si de ſole caput doleat, cupreſſi folia contrita cum polenta de hordeo, vel amygdalis,& ſucco portulacæ fronti inlinuntur. Magnetes lapis (qui antiphyſon dicitur) qui ferrum trahit & abiicit,& magnetes lapis qui ſanguinem emittit, & ferrum ad ſe trahit, collo alligati aut circa caput, dolori capitis medentur. Expertum eſt mihi pulegium in oleo cóquere,eóque frontem & tempora & cerebrum perungere. Glebulas de limine vel ipſo cardine eraſas cum aceto ſimul permiſce, eóque luto frõtẽ inlines,quo caput confeſtim grauiſſimo dolore releuabis. Terra viua in ouum manè cõiecta,& ſub lectum ad caput cõllocata, vnicè prodeſt. Duo folia lauri circunciſa rotũdabis, reſináque terebinthina glutinabis, & vtriſque tẽporibus adfiges,niſi reddita ſanitate non decident. Hirundinum pulli lapillos in ventriculis habere conſuerunt,ex quibus qui albi maximè fuerint,ſi in manu etiam ſinguli teneantur,aut circa caput lino nectantur,veterrimos & diutinos capitis mulcent dolores, niſi contactu terræ lapillorum potentia minuatur. Cornicis cerebrum coctum & cibo ſumptum graues & inueteratos dolores capitis effectu mirabili pellit. Vulturis cerebro paululũ cedri ſi immiſcueris,& nares inde intrinſecus capútq; perfricueris,omnes dolores ſtatim minues.

A Ex quacunque cauſa grauedinem capitis exortam,quæ
intempeſtiuum concitet ſomnum, ſine dolore diſcutit
ſiquis impetigines in aſini cruribus naturaliter natas de-
trahat,eáſque in ſcobem delimatas, immixto aceto nari-
bus penitus obſtipet. Si dolor ex cerebro gignetur,
hederæ folia ſeptẽ & nucleos purgatos ex perſicis ſeptẽ,
ex oleo & aceto decoques,paritérque conteres, atque in-
de tempora & frontem dolentis obduces. Ruta trita,
aceto & oleo roſaceo mixta, mirificè dolorem capitis a-
uertit cerebro vel temporibus infuſa. Caput ocimi
B tritum cum roſaceo oleo aut myrteo & aceto, fronti re-
ctiſſimè imponitur. Serpyllum decoctum ex ace-
to & tritum rectè imponitur temporibus & fronti.

Corona de puleio prodeſt capiti impoſita ſi terrã non
tangat. Si difficilis ſomnus eſt ex dolore capitis, o-
leo amygdalino caput vngere oportet & tempora: nu-
cleorum verò perſici farina cum melle & aceto fronte
inlita prodeſt:nuclei quoque amygdalini triti vtiliter im
ponuntur. Etiam in febribus baccæ lauri impari nu-
mero in oleo contritæ & capiti inlitæ,ſanant dolorem.
C Hederæ folia molliſſima trita ex aceto & roſaceo aduer
ſus omnem dolorem fronti inlinuntur. Panacæ ra-
dix in oleo conteritur,& deinde capiti inſtillatur.

Oſſa de capite vulturis alligari prodeſt capiti dolenti.

Gallinaceus pull⁹ incluſus abſtinetur nocte & die,dein
de eius gallinacei pluma vel criſta alligatur ad collũ aut
dolentis caput, ac ſtatim medetur. Surculus ex nido
milui puluino dolẽtis caput ſuperpoſitus prodeſt. Mu-
renarum pellium exuſtarum cinis ex aceto fronti inlitus
prodeſt. Cochleæ matutinum rorem paſcentis caput
D arundine præciditur, & in linteolo licio alligatur, colló-
que ſuſpenditur, continuò medetur. Fracto capiti tela
aranei ex oleo & aceto impoſita non recedit niſi ſanaue-
rit. Corni ceruini exuſti cinis inlitus fronti ex aceto
& roſaceo prodeſt.

Lanam ouiculæ de inter femora velles & combures,
& in aceto intinges, & ſuper tempora dolentis ligabis.

Lanam arietis de fronte velles,& combures in opercu-
culo ollæ nouo,& in mortario confricabis, atque ex ace-
to fronti inlines. Sertulæ campanæ faſciculũ ex aceto
E decoques, & fronti inlines. Caput ſi dolere cœperit,ouo
cum melle mixto in balneo laua:ſtatim ceſſabit dolor.

Intybi contuſi ſuccũ oleo roſaceo & aceto acri, æquali
menſura mixtum, capiti laborantis infunde. Betæ
nigræ ſuccus temporibus dolentis impoſitus,mirũ reme-
dium eſt. Serpyllum in aceto decoctũ fronti labo-
rantis infunde, vel temporibus imponito: & ſi ſomnus
difficilis eſt,oleo amygdalino caput perũge. Rutam
viridem tritam cum aceto acerrimo & oleo roſaceo, æ-
quali menſura toto capiti laborantis infunde. Lauri
F baccas x x x v. piperis grana x x x v. tere,& tritas cum ouo
albo temperabis,& fronti impones. Oſſa de perſicis
etiam duracinis franges, & nucleos eorum colliges, &
ſiccabis in vmbra, & quum neceſſe fuerit,cum oui albo
temperabis,& fronti ſuperimpones. Caput ſiquis ſic
doluerit vt mediũ findi videatur, hederæ contuſæ ſuccũ
per linteolum delicatũ mundũ exprimat, & oleo etiã ro-
ſaceo admiſceat,& ſic frõtem & tempora perungat,& ce-
rebro & naribus inde & auriculis infundat. Caput ſi ex
frigore doluerit,vnguẽtũ irinũ cum oleo laurino miſce,
G & calefactũ cerebro ſuperfunde, & inſuper lanã vnctam
circa caput pone. Sicui nulla de cauſa ſubitò caput & tẽ
pora doluerint,myrrha ex vino craſſius trita tẽpora obli-
nat,vel fabã freſam in aqua prius maceratã,poſtea in vi-
no decoctã tritámque inlinat fronti:vel baccas lauri im-
pari numero conterat prius, deinde admixto oleo dili-
gẽtius terat,adinſtar collyrii,& poſtea in futili calefaciat,
eóque caput perfricet. Purgatio autẽ capitis,ne ſupraſcri
pta naſcantur,vtiliſſima fertur hæc, ſi hyſſopi aut origani
ſummitatib⁹ cõtritis,& ex mulſæ aquæ cotyla dimidia co
H ctis, os aſſiduè cõlueris. Capitis vlcerationes ſanãtur ſi ſuc
co de beta è radice expreſſo caput in balneo perfricetur.

Sicui in capite tubera naſcũtur,cupreſſi baccas virides
in vino decoctas tritas tuberibus adponat, ita vt per dies
quinque in capite alligatũ & ſignatũ medicamẽ maneat.

poſt diem quintum ſoluat ac renouet: & hoc,ſi neceſſe fuerit, ter aut quater faciat: intra diem viceſimum perſanabit. Braſſicæ ſuccus naribus infuſus capite purgato,dolorem quoque eius efficaciter adimit. Radix pyrethri in ſole diu commãducata,etiam pituitam expellit. Hiera maior faciens ad capitis nimium & veterem dolorẽ,& ad phlegmata ſpiſſa & cõſtricta laxãda & prouocanda,ex calida aqua ieiunis data,adſpleniticos ex poſca,ad hepaticos ex vino Græco,ad acceſſiones quotidianas ante ſuſpitionem datur ex muria, quia & ventrem temperat:maximè prodeſt etiam melancholicis & ſcotomaticis. Dãda autem omnib⁹ ieiunis & bene digeſtis ad modũ nucis auellanæ,quæ cõſtat ex ſpeciebus his, Stichados — I.℈.VI.agarici — I.℈.VI. colocynthidos (id eſt cũcurbitæ)quod habet interius molle inter ſemina ſiccatũ — I.℈.VI.opopanacis ℈.XV.ſagapeni ℈.XV.petroſelini ℈.XV.ariſtolochiæ rotundæ ℈.XV.piperis albi ℈.XV.cinnamomi,ſpicæ nardi,myrrhæ troglodytis,folii, croci, vncias ſingulas:mellis verò optimi deſpumati tantùm mittes quantum ſufficiat pulueri ſpecierum ſuprà ſcriptarum colligendo ad ſpiſſitudinem congruentem, deinde confectum medicamen in vaſculo vitreo aut fictili ſub ſignaculo reponatur. Cupreſſi tenuiſſimi radice caput coronatum dolorem breui ponit. Pulegii florem deſtringes,& teres ex aceti cyathis duobus: adiicies rutæ tantundem quantum pulegii,& vnam cepam, & ſalis bolum.quũ omnia trita erunt,adiicies olei boni cyathum, & tenuiter ſubcoques,ac bene permiſcebis, atque aduerſus pilos caput ex eo diligenter perunges.

AD OMNES DOLORES HEMICRAnii & heterocranii ſubitos & diutinos, Cap. II.

HIrcinum fimum tritum cum aceto ſcillitico miſce, & fronti & temporibus inline. hoc ad dolorem hemicranii ſedãdum etiam in perpetuum prodeſt. Thus & myrrham, & ouum teres ſimul, & fronti induces vel temporibus,ſubitus quum hemicranii dolor fuerit. Laſer Cyrenaicum cum aceto tere & inline frontem cum tẽporibus.Hemicranium ſtatim curant vermes terreni pari numero ſiniſtra manu lecti, & in limine cum terra de limine eadem manu triti, & cum aceto optimo eadem manu fronti vel temporibus inliti, quum dolor vrgebit.

Fimum vel cinerem cochlearum & granum ſinapis cũ aceto ad ternos ſcrupulos miſcere,& temporibus inlinire prodeſt. Herba ſtrumus & ſtercus murinũ cõtrita, & ex aceto fronti inlita, celeriter dolores etiam heterocranii abolent. Oſſicula in capite porci duo naturaliter forata inueniũtur,id eſt vnum in dextera parte,& aliud in ſiniſtra:quæ reperta & repoſita, & quum opus fuerit licio ſuſpenſa,medelam capiti prout inuenta ſunt præſtant, id eſt dextrum dexteræ parti,& ſiniſtrum ſiniſtræ: ſed præter te & ægrum oſſicula tertius non contingat quæ ad hanc neceſſitatem colligi diligenter & ſeruari debent.

Piperis grana XXI.murini fimi pilulas XXI.ſinapis quãtum tribus digitis poſſis tollere,teres,& aceto acri ad cerati modũ permiſcebis, & ita frõti impones,& aluta deſuper teges. Laſeris granum medicinalibus digitis auri iniice ex ea parte qua caput dolebit, ſtatim proderit.

Herbæ meliloti interiora,& oui cocti vitellum cũ vino modico tere diligenter, & inde hemicranium vel tempora quæ dolebunt inline,confeſtim ſanabis. Pampinum continuò de vite lectum cum oleo coques, atque ſimul tritis diligẽter tempora inlines. De muris fimo pilulas ſeptem teres,& cum aceto fronti vel tẽporibus dolẽtib⁹ inlines. Si vir aut adoleſcẽs aut infãs hemicraniã patietur,obſeruet vt ſemper luna ſeptima,& ſeptima decima, & viceſimaſeptima ſe tõdeat. mirum remedium habebit:neque curet ſi dies Martis aut Saturni in has lunas inciderit. Heterocraniam ſiue hemicraniam diſcutit hæc compoſitio,Gallæ Syriacæ — III. crocomagmatis — III.aloes — III. ſed gallas prius tundes & cribrabis,tũ cætera ſimiliter tunſa & cribrata miſcebis,idque medicamẽ in pyxide cõditũ ſeruabis: quũmq; vſus exegerit ex aceto temperatũ parte frontis quæ dolebit impones. Terræ Ægyptiacæ partes duas, crocomagmatis partẽ vnã,cũ A aceto diligẽtiſſimè ac minutiſſimè contere: & partẽ quæ dolebit inlinito. Opii — I. colophonii — I. myrrhæ — I.hyoſcyami — I.peucedani — I.anethi — III.crocomagmatis — I.ſeorſum hæc tũdes,& cribrata in mortario diutiſſimè conteres, & ex aceto optimo de hoc puluere collyria formabis:quũmque opus fuerit, in cote ex aceto teres, & ſpiſſum parti frontis & temporum quæ dolebit antè diligenter deterſæ frequenter induces. Grana hederæ & ſerpyllũ pari pondere teres ex aceto, & inde totũ verticẽ perfricabis. Baccas lauri ex aceto tritas adiecto B oleo fronti impones aduerſum heterocranii moleſtias.

Peucedanus herba trita,& ex aceto & oleo frõti inlita, heterocraniam ſtatim ſedat. Herba vel hedera in capite ſtatuæ cuiuſlibet naſci ſolet: ea ſi in pãno rufo acia rufa, vel lino rufo ligata,capiti vel tẽporib⁹ alligetur,mirũ remediũ hemicraniæ vel heterocraniæ præſtabit. Nouẽ grana piperis in vino optimo teres, atque ex eo frontem & tempora inlines in ea parte capitis quæ de hemicrania dolebit. Succum de allio in eam aurẽ ex cuius parte dolor hemicranii fuerit infundes.

C AD VERTIGINEM CAPITIS, Cap. III.

AD vertiginem capitis (quam Græci σκότωμα vocant) peucedani * II. caſtorei * I. ſpondylii * I.baccarum lauri purgatarum * I. terentur hæc omnia diligenter, & ex iis componetur medicamentum:quod quum opus erit admiſcetur ei roſæ & aceti quod ſatis ſit. eſt enim hoc mirabile medicamentum. Cerebri dolores ex quibus etiã ſubitæ vertigines oriuntur diſcuties,ſi planta vlmea caput circunligaueris,atque coronatus ita triduò dormieris: expertum eſt. Veteres dolores capitis & vertigines D citò emendabis ſi betæ nigræ ſucco tempora perlinas: idem præſtat intibi ſuccus ſi cum roſaceo oleo & aceto mixtus caput inlinatur. Ad vertiginẽ abolendam efficaciſſimum eſt ſi abrotonũ tritum in vini potione tepidũ bibatur,vel cum oxymelle nõ acri accipiatur. Quibus vertigines fiunt, aut quibus mens perturbatione capitis alienatur, cochleæ ſingulæ contritæ maiores cum ſuis teſtis ex calida paſſi vel defruti potione datæ diebus plurimis,proſunt ſi poſt triduum cõtinuum interpoſitũ, E iterum plurimis diebus accipiantur. Qui vnam cochleã maiorem ſemicoctam comederit die primo, ſequenti duas,tertio tres, quarto duas, quinto vnam, remedium experietur:non ſolùm ad vertiginem, ſed etiam ad ſuſpiria & vomitus prodeſt. Vertiginem capitis abolet vettonicæ faſciculus cum aqua nitida ad tertias excoctus, aut apii viridis faſciculus cum thure ſimiliter decoctus, & ex mulſa aqua tepida potatus. Hyoſcyami ramuſculum in aquæ ſextariis tribus vſque ad tertias decoques, & dabis per triduum potui quartarios ſingulos,aut F etiam minus pro habitudine, vel ætate, vel ſexu. Trifolium herbam (quæ Gallicè dicitur viſumarus)aqua frigida macerato,& eam aquam diebus decem bibito: ſed vt herbam quotidie mutes. Miſy libra vna cum aceto acri contrita,& fronti inlita,mirabiliter vertiginẽ ſedat.

PITYRIASI, ET PORRIGINI, AC prurigini,atque vlceribus,& lendibus,& pedunculis capitis, Cap. IIII.

PItyriaſin & porrigines capitis quæ plerunque in perniciem ſe conuertunt,niſi occurratur,perũgi oportet G aſſiduè bulbis tritis, ſulphure viuo & vino bono in vnũ permixtis. Itẽ prodeſt cedria tantùm vngere caput, vel allio trito,& aceto,& nitro. Farina fœniculi ex vino capiti inducta porrigines expurgat: furfures quoque idem præſtant,ſi caput inde aſſiduè in balneo luatur. Œſypũ ex oleo tritum & inſtillatum capiti, pityriaſi medetur. Ex vino & oleo & cedria pruritum ſcabiémque capitis tolli manifeſtum eſt,ſi vngatur aſſiduè. Prurigines capitis diſcutit fel ouillum inlitũ cum creta cimolia,donec areſcat: mirum eſt. Nitrum alumini admixtum pruri- H gines capitis tollit ſi inde frequenter fricetur & lauetur.

Vlcera in capite tãquam proprius morbus præcipuè infantibus naſcuntur, ſed & viros & mulieres grauiter moleſtant. Hæc ergo felle taurino cum aceto tepefacto inlita, efficaci remedio ſanantur. Seuum vituli cum ſale ſubactũ,vtiliſſimè adhibetur pityriaſi. Teſtarũ muri-

A cum vel purpurarum exuſtarum cinerem ex melle vlce-
ribus capitis imponi oportet. Allium cum ſua veſte
comburitur,ciniſque eius ex oleo capiti vlceroſo imponi-
tur. Oleum amygdalinum cum vino optimo permi-
xtum expurgat capitis vitia. Folia rubi in quo mora
naſcuntur,arida contrita capiti inſperguntur, & deſuper
lana ſuccida & charta ſuperponitur. Malua erratica cum
vrina humana(id eſt puerili)trita & impoſita, valde ſiccat
capitis humores. Omnia autem capitis vlcera quum
purgata ſunt, iucundiſſimè ad cicatricem perducuntur,
B ſic,Spumæ argenti tunſæ ſelibra, & ceræ libra, ceruſſæ li-
bra, olei roſacei libra, quum liquefacta & mixta & trita
fuerint hæc, refrigerantur,& adiiciuntur iis ouorum in-
coctorum quatuor lutea,(id eſt vitella) & ſimul piſtillo in
mortario permiſcentur, atque inde inducitur caput. Mi-
rum remedium experieris. Naſturtii ſemen mixtum
adipi anſerinæ tritúmque furfures capitis aſſidua laua-
tione depellit. Betæ viridis contuſæ expreſſæque ſucco
porriginoſum caput frequenter in balneo lotum omni
tabe purgatur. Semine ſalicis cõtrito caput lotum fur-
C fures citò deiicit. Ouo gallinaceo caput inlinito,poſtea
aqua vel ſucco herbæ cyclamini, quæ orbicularis dici-
tur,caput lauato:hoc pacto lendes necati vltra non rena-
ſcuntur. Puerile lotium nitro admixtum vlcera quæ e-
rumpunt loto capite mirè deliniunt. expertum reme-
dium. Cornu ceruinum in ſcobem limatum, & cum
vino potum lendes enecat,renaſcique non patitur. Ster-
cus ſcrofinum vino immixtum cum roſa liquida (id eſt
roſæ ſucco)lendes pedunculóſque diſcruciat. Felle vi-
tuli caput perunctum lendes exterminat. Axungiæ
D veteris ſemuncia, ſeui caprini ſemuncia, reſinæ perluci-
dæ ſemuncia, aluminis infectorii ſemuncia. alumen te-
res in mortario, cætera igni reſolues & confundes, ac ſic
leni vapore deficere vel excoqui facies vt ex omni con-
fectione vncia medicaminis reſtet. tum caput lotũ dili-
genter, atque ſiccatum,hoc medicamine perunges, por-
riginémque diſcuties. Scobem citream ex aqua defer-
uere facies,nitrúmque aſperges,atque inde caput porrigi-
noſum oportet lauare. Fimo bubulo vſto ſuccum betæ
admiſceri, atque inde caput porriginoſum lauari opor-
E tet. Porriginem potentiſſimè hac potione purgabis,
Roſmarinum teres,ſuccúmque eius vino vel aqua ſcrupu
lis tribus dabis potui. ſed qui ſumit ſupra limen adſiſtat,
idque triduò faciat. Fraxineo cinere lixiuiam matu-
ram nimis facies,eáq; caput lauabis in balneo.quod quũ
ſiccaueris, ſaponem & argenti ſpumam conteres, eóque
caput perfricabis,porriginémque exterminabis, ſi capiti
loto atque ſiccato hoc medicamen addideris,Cretæ ci
moliæ P. I. nitri Alexandrini P. I. ſulphuris viui P. I.
hæc omnia tunduntur atque cribrantur, & capiti porri-
F ginoſo imponuntur. Mali Punici corium ex aceto co-
quitur,& ſuccus eius capiti porriginoſo imponitur,& fre-
quenter abluitur,ita vt & ipſum pomum excoctum tera-
tur,& ſic exprimatur. Anethi ſurculi vruntur, eiúſque
pulueris cribrati – I. cicharbæ – III. remittes in olei
S. I & adiicies gallæ tunſæ ſemunciam, inlinéſque eo
porriginoſum & vlceroſum caput, contra pilum,& poſt-
ea lauabis in balneo. Compoſitio optima & experta ad
vitia capitis omnia ſupraſcripta, Pumicis vnciam, caſto-
rei – V. ſpumæ argenti vncias VI. cyperi – III. myr-
rhæ – III. myrobalani – IIII. ſulphuris viui – I. o-
G mnia tundes & cribrabis,& permixtis pro aphronitro in
balneo vteris. Adipis veteris ſuillæ P. I. & picis cedriæ
P. I. igne diſſolues. tum ſtaphidos agriæ tunſæ vnciam
miſcebis, & ante horam quàm ad balneum vadas ita ca-
put vitiis ſupraſcriptis laborantem, cõtra pilum fricabis,
vt inſideat medicamentum: quod non ante dilues quàm
ad ſolium venias.Si autem medicamini huic adieceris la-
dani ſcrupulum,capillum nutries pulchriorem. Furfu-
res capitis extenuabũtur ſi ſtercore murino liquefacto in
aceto caput in balneo perfricueris. Lotio taurino caput
H ſi laueris,porriginem vetuſtiſſimam tollit. Vetuſtã por-
riginem mirè adimes ſi herbæ cyclamini (id eſt orbicu-
laris) ſucco ſulphuris aliquantum miſcueris,& fel ſcrofinũ,
inde caput in balneo bene perfricabis. Vlcera capi-

A tis ſubitò nata ſanantur ſi aſini ſtercoris ſucco,& ſcillæ cõ-
tritæ quantum ſatis videbitur, & bubulæ adipis tantun-
dem miſcueris, atque ad capitis vlcera veluti cerato vſus
fueris. Fel taurinum mixtum cum nitro & vino & oleo
quod ſatis ſit,vlcera capitis vel feruefcentem ſcabiem ſa-
nat. Vlcera recentia & vniuerſa vitia vlcerum in capi-
te ſanant vermes qui in arbore caua vel putrida naſcun-
tur triti, & in panno impoſiti.iidem vermes combuſti, &
cum anetho ſicco pari pondere triti & impoſiti ſanant e-
tiam carcinomata. Inula in oleo diſcocta & contrita &
B cum butyro ouillo & melle impoſita, cacoethe maligna
emendat. Eadem ratione curantur & tubera,ſed hoc vitii
emplaſtri panno inlini debet. Vermes vlceribus capi-
tis vel quibuſcunque innati, ranarum felle tolluntur: ea
verò quæ intrinſecus ſerpunt, ſalſamentó vetere tunſo in
vicem emplaſtri impoſito ſanantur. Radix peponis
contrita & appoſita ſanat vlcera quæ capiti in modum
faui concreſcunt. Semen raphani tritum & ex aqua ad-
poſitum,ſiſtit omnia vlcera. Porrum capitatum con-
tritum & ex melle impoſitum vniuerſa vlcera optimè
C purgat. Allium contritum cum ſulphure & reſina,vl-
cerum & fiſtularum quælibet vitia extrahit. Vetera
vlcera,etiam carcinoſa, foueri debent aqua calida,in qua
excocta ſint olera diuerſa: deinde ipſa holera trita ſi im-
ponantur valde proſunt. Farina lini ſeminis, vel farina
erui,vel lenticulæ,decocta,& ex melle adpoſita, ſuppura-
tiones & puſtulas vlcerum ſanat, etiam genitalibus labo-
rantibus bene adiiciatur. Cinis vitium cum axungia
vetere impoſitus puſtulas omnes in qualibet parte corpo
ris curat & ſanat. Folia oliuæ commanducata & impo
D ſita vlceribus manantibus medentur. Oleaſtri cauli-
culi teneri decocti,& cum melle impoſiti,carnes ſupra o-
ſcula in vulneribus quælibet prohibẽt excreſcere. Her-
ba chelidonia contrita & cum axungia vetere ſubacta &
impoſita,vlcera vetuſta & putria purgat & ſanat. Nu-
ces iuglandes perueteres contritæ,vel(quod melius eſt)
commanducatæ & impoſitæ, ſingulare remedium vlce-
ribus præſtant. Glandes de robore tritæ cum axun-
gia & impoſitæ, duritias quas cacoëthes medici vocant
emendant & reprimunt. Pix brutia cum melle trita &
E impoſita vlcera omnia purgat & ſanat. eadem pix ex vua
paſſa purgata & cum axungia vetere impoſita, vlceribus
medetur. Aqua in qua lentiſcum decoxeris, vlcera quæ
ſerpunt vtiliter fouebis. Hedera ex vino decocta vlce-
ribus quibuſcũque imponitur prodeſt. Cinis ex oſſib9 a-
gnorũ rectè adhibetur vlcerib9 quæ nõ trahũt cicatricẽ.
Pulmo arietinus calidus appoſitus, carnes excreſcentes
in vulnerib9 exæquat & reprimit. Vim ſerpẽtiũ vlcerũ
coercet calx viua ex aceto & oleo roſaceo tẽperata atque
inlita:roſaceo autẽ & ceræ permixta mox perducit ad cica
F tricẽ. Carcinomata curantur coagulo leporis cum pa-
ri pondere capparis:quod vtrunque vino aſperſum, vnà
teritur, & ſic apponitur. Carcinomatis, quæ ſerpunt
circa vlcera, fel vrſinum, vel cinis de aſini vngula exuſta
per pinnulam bene apponitur. Vlcera quæ ſordidata
ſunt, fimi vitulini cinere & muliebri lacte purgantur.
Vetuſtis vlceribus vettonica cum ſale contrita & ap-
poſita medetur.Idem præſtat farina lupini incocti,& ſine
cortice inſperſa cum vino. Ad porrigines detergen-
das, rutæ faſciculum & ſulphur viuum cum vino vetere
ſimul decoque,& caput ex eo in balneo laua. ante tamen
G aqua tepida,ſicut eſt conſuetudinis, elue. Ad papulas
in capite efferueſcentes, vel qualibet parte corporis, e-
tiam ad ignem ſacrum benefacit hoc medicamentum,
Rutæ viridis P.II. Spumæ argenti P.I.S. aceti 8.I.olei vi-
ridis 8.I. cum aceti parte ſpuma & ruta terũtur, donec læ-
uia fiant. Poſtea quod ſupereſt aceti, viciſſim cum oleo
adiicitur,vel ſuperfunditur medicamini dum teritur: &
quum bene tritum & permixtum fuerit, tum imponitur
locis neceſſariis. Ad pedũculos necãdos hoc medica-
mine vteris:Oleũ cũ puluere cineris cuiuſlibet de foco,
H ſed bene creti, pariter miſcebis,& ita teres vt ſit ad ſpiſ-
ſitudinem mellis: atque inde quum opus fuerit, caput
vnge. Ad pedunculos in omni parte corporis necan-
dos efficax hoc remedium eſt,Ellebori radicis vncia,ſta-

phidos agriæ vncia: ſimul trita adiectóque oleo totum corpus perunctum, etiam in tunicis necabuntur. Nitri Alexādrini & ſtaphidos agriæ æquale pondus, aphronitri quoque aliquam portionem, & ſulphuris viui particulam ſimul terito, ac decimo die in balneo corpus fricato: omnes pedunculos necabis. Serum (id eſt aquam lactis quæ remanet facto caſeo) ſi quis adiecto aceto in potione aliquotiens ſumpſerit, ita liberatur à pedunculis vt penitus extirpētur, nec poſtea in eo renaſcantur. Ceruini cornus ſcobes limatæ, & ex vino potui datæ, pedunculos in capite lendéſque naſci non ſinunt.

AD CAPITIS RHEVMATA, ET PVRGAtionem, & ad pituitæ & phlegmatis deductionem, & reſtrictionem catarrhi, Cap. V.

AD rheuma quod de capite deſcēdit, medicamētum facies tale, Nitri 𐆖 VI. pyrethri 𐆖 I. S. capparis 𐆖 II. ſtruthii 𐆖 II. hæc omnia tūſa & in puluerem tenuiſſimū redacta permiſce, atque in balneo feruenti ita vtere vt tertiam partem pulueris de ſuperſcripta menſura ſpecierū mittas in caput, & perfrices diu ac diligēter, vt per ſudorem digeras: poſtea aqua tepida laues caput, & in frigidā mergas: & craſſo ſabano diligēter ſiccabis. Ad rheumata capitis, Talpā in vaſo fictili clauſo ita in furno torreto vt tenuiſſimum puluerem ex ea facias: cui addes puluerem piperis albi ex granis decem & octo, & cochleare vnum de ſucco ocimi. De quo medicamine dabis cui medēdū erit, in potione vini veteris calida cochleare vnum, ita vt in balneo in quo nunquam lauit nec lauturus ſit, in ſolio remedium accipiat, & interpoſito biduo, alternis iterum accipiat. Sed cui remedio opus eſt, XIX fermè diebus porcina, liquamine, & oleribus abſtineat. Ad idē trochiſcus, Croci drachmas duas, myrrhæ 𐆖 II. calchanti 𐆖 II. cymini 𐆖 II. opii drachmas II. thuris 𐆖 I. Crocomagmatis drachmas II. aluminis ſciſſi 𐆖 I. Hæc omnia contrita auſteriſſimo vino permiſcebis, vt ſint ad craſſitudinem mellis: & inde frontem denſiſſimè ſuperlines vſque ad capillos, intermiſſa ſemita ſuper naſum. præcluſo enim itinere quod ad oculos humori patere cōſueuerat, viam facies qua de cerebro per nares fluxus omnis emanat: & hinc perpetuus decurſus fiet, quo humores oculorum ab omni inundatione ſiccentur. Hac curatione in perpetuum lippitudo remouebitur. Sed iis quos nimium rheuma humoris vrgebit, ex aceto acri trochiſcus ſupraſcriptus imponatur. Ad diſtillationes perfrictionéſque & grauedines, Cyclamini herbæ (quæ Latinè orbicularis dicitur) radicem ſupra carbones cultello radito, fumúmque eius ramenti naribus trahito. Hyoſcyami drachmas duas, apii ſeminis bene purgati drachmas quatuor, anethi bene purgati drachmā vnam, opii pondus victoriati argentei vnius: hæc omnia trita & cribrata permiſceto, & ex aqua paſtillos temperato. atque ex iis ſingulos in aquæ calidæ cyathis duobus, quum dormitum ibit cui medendum erit, potui dato. Eiuſdem herbæ radices ſi decoquantur, ſuccúſque earum ad craſſitudinem mellis miſſus in aquam, naribus trahatur: omnem à capite pituitam detrahit mirè.

Creta cimolia ex aceto trita & quamdenſiſſimè fronti impoſita pituitam ſiſtit. Maſtichen cum pipere qui diu commanducauerit, calefacto cerebro humorem pituitæ naribus effundit. Ad catarrhum ſiue diſtillationem humoris ex capite, Thuris ℈. vnum, piperis ℈. vnum, conteres diligenter: & vini nouelli quod ſufficiat admiſcebis, & naribus tepidum infundes, vel gargarizabis: ſed vtilius eſt narib⁹ infundi. Ad caput leuiter purgandum, Sinapi tritum ante diem, in aceto infunde, ad heminæ menſuram, & ex eo intra os tene, & gargariza in ſole calido ieiunus, & aperto ore poſtmodum ſede, vt humor decurrat. Staphidem agriam fumito, & pro modo ſinapis granum & vuam paſſam commiſce cum betæ ſemine, & ex eo facito paſtillos: quibus, ſi opus fuerit, adiicies acetum: & eos ieiunus in ſole aut in balineo commanduca, & apertum os tene, vt humor defluat.

Ad caput purgandum quod fuerit humoroſum, Staphidis agriæ ℈. III. pyrethri ℈. II. hyſſopi ℈. IIII. pariter hæc pro modo aſſiduè in ore miſſa comminues & maſticabis, incuruato capite vt humor ex maſticatione defluat. quod facito aut ad ſolem, aut in loco tepido.

Ad pituitam ex ore euocandam, Æris floris ſcrupulus vnus, & de ſucco hederæ idem pondus in vnum mixtum, & naribus infuſum, euocant pituitam, & defluere compellunt. Radix pyrethri in ſole commanducata pituitam & humorem capitis patefacto ore depromit. Betæ radicibus tunſis, rectè ſuccus eius naribus ducitur ad humorem capitis extrahendum. Mellis & ſinapis triti æqualiter mixtæ partes tepefiunt, & humor multus è capite poſt longam gargarizationem deducitur. Ad catarrhū reſtringēdum, mittes in ollam rudem pro modo ollæ heminam roſæ ſiccæ, & tres heminas aquæ mulſæ, & heminam ſapæ. inhibe nucem pineam. hæc coques ad tertias, & tepidum gargarizabis. Rumicis acumina tenera colliges, ſiue rubi, & herbam quam alii burdunculum vocant, alii linguam bouis: addes etiam roſæ heminam. hæc omnia in ollam mittes, præterea addes furfuriculas in linteo ligatas, ad hoc vt amaritudinem herbæ deliniant, & ſic furfuriculæ ipſæ in ſaccello combulliant. hæc omnia ad tertias decoques, & tepidum gargarizabis. Experimentatum remedium aduerſum ingruentem catarrhū, vt cœna te abſtineas, & ab olere, & à rebus ſalſis & liquaminoſis. nam indigeſtione cibi & vitio cruditatis naſcitur catarrhus. Abſtinēdum ſanè ante omnia pinguibus cibis. Sed ſi de perfrictione fuerit catarrhus, caldamentis adhibitis illico ſopietur: quòd ſi de cruditate, placabitur illa re ſola vt nō cœnetur, donec penitus fluxus eius areſcat. Quum ſubſtrictus fuerit, ad conſuetudinem cœnandi reuerteris. Ad catarrhum reſtringēdum, Sapæ heminas tres, & ſatureiæ faſciculum, & hyſſopi aliquantum feruere ſimul facies, quouſque inde ſextarius fiat: & ſic gargarizabitur ter in die in loco tepido, aut ad ſolem. Atque hoc tādiu facies donec inhibeatur omnis catarrhus: atque illis diebus quib⁹ gargarizas, abſtinebis liquamine, & olere, & ſalſis ac pinguibus cibis. Ad catarrhū reſtringendum, quinque partes vini & ſextam mellis miſcebis, ac tepefacies, & ſic gargarizabis.

ALOPECIIS, ET TINEIS, ET capillo fluenti atque infirmo, Cap. VI.

HErba quæ dicitur trichomanes, vel adianton (eadem & callitrichos appellatur) contuſa & cum oleo inlita vel incocta alopecias facilè curat. Cæpe longum, quod cæputius nominatur, ſuper alopecias terito frequenter, quo facto capillos maturius excitabis. Nucis eſcariæ, id eſt iuglandis, teſta contuſa, vel combuſta, & minutatim trita, atque adiecto oleo, impoſita infantum alopeciis, capilli naſcūtur. Infantum alopeciarum vitia anſerinæ adipis perfrictione ſupplentur.

Gallinaceorum ſtercus cum oleo vtroque permixtum alopeciis vtile eſt. Adeps vrſina, cum fungis qui in lychno lucernæ concreſcunt, ſubacta & alopeciis peruncta impoſita, priſtino decori caput reuocato crine reſtituit. Stercus murinum cum aceto tritum ad alopecias vnctas forma priore mirabiliter crines cōmodat. Lac caprinum incoctum, ſed non adulteratum aut vitiatum, rectè alopeciis infricatur: mirum eſt. Vitium capitis in quo ſunt alopeciæ, prius raditur: pòſt illic cæpa acerrima perfricatur, deinde hordeum combuſtum & in puluerem redactum, cum vrſina adipe permixtum ſuperimponitur. Herbam cardui agreſtis in mortario vſque ad leuitatem terito, ſuccóque eius expreſſo, locum alopeciæ IX. diebus oblinito, ſed bis per dies ſingulos perunctione renouata. Cum ſinapi naſturtium tritum alopeciis inlinitum, efficaciter prodeſt. Cydonia mala diſcocta cū vino, dehinc trita, ceræque liquefactæ addita, & capiti impoſita, capillum nutriunt. Opobalſamo operæpretium eſt alopecias vngere, vt citò capilli naſcantur. Nitri rubri ℈. VIII. pumicis ℈. II. ſalis ammoniaci ℈. VIII. teres diligenter, & poſtea miſcebis: priúſque caput alcyonio & nitro cōmixto perfricabis, mox medicamen impones: quo facto capilli naſcentur. Magnam fœditatem capiti

afferunt alopeciæ,quæ ſic emendantur,Ex pelle viperarũ
cinerem facies,atque aſſiduè illic aſperges.emendabis ſi-
ne mora vitium. Fermentum ſulphuris combuſti quod
à fullone factum fuerit,cum oleo roſaceo miſcebis,& de
pinnula capiti inlines. Roboris pilulæ,quæ gallas ſimi-
lant,cum adipe vrſina tritæ emendant alopecias. Glãdis
quoque faginæ exuſtæ cinis cum melle alopeciis inlitus
prodeſt. Cupreſſi pilularum exuſtarum puluis tritus,vn-
gularum muli vel mulæ exuſtarum cinis,& oleum myrti-
num:cinis quoque vel fimus murium tritus,& cinis exu
ſti erinacei recentis,vel fimus erinacei recens, & ſandara-
cha: hæc omuia cum aceto & cum pice liquida mixta &
impoſita,etiam fluentes capillos continẽt. Leporinæ la
næ exuſtæ cinis cum oleo myrtino & felle taurino, & alu
mine trito miſcetur,tepefactúmque medicamen inlitum
admodum prodeſt. Muſcarũ capita combuſta & cum
melle trita,capitiq; inlita, mirè alopecias tollunt. Fimũ
columbinũ ſiquis cũ aceto tritum capiti imponat,alope-
cias & cicatrices omnes ſanabit. Capilli & barbæ naſcẽ-
tur etiam glabro,ſi lichenem aſini(id eſt collectionem du
ram quæ eſt circa crura eius)comburas & teras,& puluerẽ
illum ex oleo vetere imponas. Hoc ita validum eſt vt ſi
mulieri inde maxillam vnxeris,barbas ei naſci ſcias. Eri
nacei caput & pellicula cõbuſta,ciníſque ei adiecto melle
inlitus,alopeciis citò prodeſt.Caput autem eius per ſe cõ-
buſtum, & adiecta ipſius adipe cinis ille alopeciis inlitus,
etiam cicatricoſis facit pilos renaſci . Quòd ſi totũ ipſum
quis exurat,& puluerem eius bene tritũ cum adipe vrſi-
na caluo ad integrum capiti imponat, decorem priſtinũ
reſtituet capillorum. Ad tineã curandam,Sulphuris vi-
ui ⌐ II.ſalis foſſitii ⌐ I.tunſa & cribrata hæc, raſo capiti
& loto in balneo confricabis,ita vt prius de oleo locus ca
pitis tineoſus perungatur, & ſic puluis iſte aſpergatur, &
diu fricetur,quouſque liquefiat ſudore capitis . Hoc mo-
do intra ſex dies curabitur tinea.Facit hoc medicamen &
ad ſcabioſos:prodeſt & iis quibus puſtulæ naſcuntur in fa
cie tanquã elephantiacæ rubentes. Ad capillos qui poſt
infirmitatem decidũt confirmandos, Cedria & oleo pari
pondere mixto aſſiduè eos vnge,& leuiter pectina:lauda.
bis effectũ. Ad capillos decidentes confirmandos,Adi-
pem vrſinã cum ladano miſcebis, & caput perunges:vel
loca defluentium capillorum:aut ladani vncia vna & œ-
nelæi vnciis duabus,tritis & permixtis caput perunges.
Ad fluentes capillos,Scobem de cornu ceruino permiſce
cum ſemine myrti nigræ,adiecto butyro oleóque, & capi
ti raſo denſiſſimè obline.etiam ex infirmitate fluentes ca
pillos efficaciter continebis. Sandaracha cũ aceto inco
cta & emplaſtri more impoſita,fluentem capillũ validiſſi
mè ſolidat. Siquis maleficiis capillos perdiderit, hac eos
ad priſtinam formam ratione reparabit, ſi lacertum ſal-
ſum martenſem cum ſuo capite, & lanæ purpureæ opti-
mè in conchylio tinctæ duas ligulas,& chartam cubitalis
menſuræ, ſeparatim comburat, cinerémque permiſceat
conterátque cum oleo cedrino paulatim adiecto, vt craſ-
ſitudinem velut glutinis faciat, eóque medicamine gla-
brum locũ perfricet, ita vt prius diu linteo aſperiore de-
tergat. Aphronitri floris pilulas XXX.nucem pineã,de
qua propter vetuſtatem nuclei deciderint, tunſam, ſapo-
nis Gallici ſelibrã,vini Aminæi cyathos tres,ſimul permi
ſcebis & cõteres,& caput glabrũ inlines hoc medicami
ne etiã criſpi capilli naſcẽtur. Malua cũ ſua radice vehe
menter coquitur,ex cuius aqua capillus,cui curatione o-
pus eſt,in balneo aſſiduè lauatur. Olei cicini ⌐ III. lada-
ni ⌐ .III.ladano trito paulatim admiſcebis oleũ, & quũ
mellis craſſitudinem feceris,radices capillorum aſſiduè
inlines.

CAPILLO NIGRANDO, ET INCRI-
ſpando.Iis adiecta ſunt quæ phlegma & perfrictiones capitis deducunt,
Cap. VII.

CRiſpando capillo compoſitionem huiuſmodi facies,
Aphronitri floris tortulas numero XXX. nucẽ pineã,
de qua propter vetuſtatem nuclei delapſi ſint, tunſam &
in puluerem redactam,ſaponis Gallici ⌐ III. & Aminæi
vini cyathos III.atque inde caput inlines,& in balneo la-
A uabis. ſphõdylio quoque caput perungatur, ſed prius rada
tur. Cornum arietis vratur, ciníſque eius cum oleo con-
teratur,atque inde deraſum caput,frequenter vngatur.
Capillis nigrandis infectio optima, Hirundinum ſtercus
quantum ſufficiat,cum aceti ſextario mitte in vas fictile,
atque in fimo caballino per dies XXXV. ſuffoſſum habe-
to,ac ſic macerato:atque hoc medicamento raſum caput
inlinito in vmbra per peniculum pictoris.Sed ſeuo cerui-
no faciem prius perunge, nequid inde diſtillet, & macu-
let: & dum ſiccatur infectio, oleum intra os teneto, ne
B & dentes inficiantur:ac poſtquam impoſueris medicamẽ,
quarto die caput lauato. Mediũ lapidem conterito, ei-
que admiſceto nardi puri quantum ſatis videbitur. quo
medicamine ſi frequenter caput vngas,prohibebis canos
naſci,& in locum canorũ nigri emicabunt capilli. Ex-
perieris verum remedium ſi agnum candidiſſimi capitis
decoxeris, atque inde caput eius quem canum eſſe nolis,
vngi præceperis. Hoc facito ne capilli caneſcant,Radicẽ
vnam caulis quanto ampliorem & vetuſtiorem in furno
ſiccabis,eámque minutiſſimè cõcides,& in ollam rudem
C mittes, & aqua fontana recenti implebis, & ad medium
decoques operta olla, tum in balneo caput ſapone opti-
mè lauabis. Quúmque ſatis mundum effeceris, etiam ea
aqua quam paraueris de radice caulis, caput ita confri-
cabis tanquam ſolum ex ea laues : mox capillum linteo
inuolues, nec vlla ſuprà aqua vteris, & ita ſiccabis . hoc
purus ages,puris etiam miniſtris vſus. Ad nigrandum
capillum egregiè facit ſi oui coruini quæ ſunt interiora,
impari numero in vas æreum mittas,atque illic diu coa-
gites,& raſo capite in vmbra per peniculum pictoris im-
D ponas:ſed donec ſiccetur infectio,& oleum in ore teneri
oportet, & ſeuo ceruino faciem perungi, ne diſtillanti-
bus guttis maculetur. tanta enim ſolet eſſe vis eius vt e-
tiam dentes dum ſiccatur inficiat. Quarto autem die ca-
put lauari oportet poſt medicamẽ impoſitum. Vermiũ
terrenorum cinis, oleo adiectus quo vti fœminæ in pe-
ctendo ſolent,capillos prohibet ſenectute mutari. Folia
cupreſſi trita & ex aceto capiti inlita,& inficiunt canos,&
in eorum locum nigros educunt capillos. Nuces iu-
glandes adhuc virides & teneras,& totidem glandes vel-
E les ex arbore,adhuc virides,& necdum maturitate ſolida-
tas, atque in pila contuſas exprimes: earúmque ſucco,ad
inficiendos canos,dum caput pectis, pectinem tinges.
Sanguiſugarum ſextarius duobus ſextariis nigri vini mi-
ſcetur, & quadraginta diebus in vaſculo plumbeo dili-
genter clauſo maceratur. Poſtmodum cum ipſo vino con
teruntur hirudines,& in ſole calido,capiti deraſo,ad per-
mutãdos capillos,earum ſuccus imponitur: oleo,ne den-
tes inficiãtur,donec ſiccetur medicamen,in ore detento.
Erui ſiliquæ priuſquã areſcãt,cũ foliis & caule ſuo conte-
F runtur, & raſo capiti,vt capilli nigreſcant, protinus inli-
nuntur. Herba quæ Græcè chamæacte, Latinè ebulus,
Gallice odocos dicitur, exprimitur etiam cum ſuis gra-
nis: eiúſque ſucco cotidie inlito pectine, crines qui infi-
ciendi ſunt,perducuntur. Pomorum de moro maturri-
morum ⌐ III. acaciæ P.I. caricas numero VII. quan-
to nigriores, pariter macerabis cæleſti aqua in vaſculo
æreo clauſo, atque inde capillos ſemper inlines,& frica-
bis:ſed quæ ſuperfuerint,in eodem vaſculo permaneant.
diuturnitate enim efficaciora ſunt. Compoſitio effi-
G cax ad capillos inficiendos & confirmandos & ſpecie au-
gendos, Fœnograeci ſextarium, lini ſeminis tantundem,
calami aromatici P.I.ſchœni P. I. caſiæ P.I. gallæ trichi-
dos P.I. ladani ⌐ III. rhois coriarii P. I. aquæ fluuia-
lis 8. XIX. omnia hæc in vnum vas mittes, & diebus XL.
ſub diuo poſitum iubebis quotidie per puerũ virginem
commoueri: ita vt ſi quando puer ipſe defuerit,ſignetur,
neque à quoquam, niſi à puero alio virgine contingatur.
Poſtea reconde diligẽter & ſub ſignaculo habeto,& quo-
tidie aqua eadẽ caput inrora, & pectine inde madefacto
H caput pecte. Ad phlegmata de capite & aqualiculo
deducenda, Scillæ libram vnam in aquæ 8. III.infuſam
coques ad tertias, poſtea aceti optimi ſextarium adiicies,
& tamdiu iterum ſimul omnia excoques quãdiu ad ſex-
tarium perducas : tum colabis, & adiicies mellis optimi

P.II. Iterúmque omnia ſimul tam diu coques quamdiu
ad mellis craſſitudinem veniant. Compoſitio pulue-
ris ad rheuma totius corporis,ſed maximè ad capitis:nec-
non & ad perfrictiones & conſtrictiones cerebri reſoluen
das, Euphorbii ⊣ II.piperis ⊣ IIII.bacarum lauri ſicca-
rum ⊣ IIII. ſampſuchi ⊣ II. centaureæ ⊣ III.ariſtolo-
chiæ lõgæ ⊣IIII. iridis Illyricæ ⊣ IIII.myrrhæ ⊣IIII.
bdellæ ⊣IIII. cicidos ⊣ IIII.ſtypteriæ ſchiſtes ⊣ IIII.
nitri Alexandrini combuſti & vino vetere extincti ⊣
IIII.ſalis ammoniaci ⊣ IIII.hæc omnia contundenda;
deinde cribranda:& permixta, in vaſculo vitreo haben-
da. quum neceſſe erit conſpergendus in balineo capiti
hic puluis,vel membris dum adhuc ſicca ſunt,id eſt ante-
quam ſudent,& perfricanda diutiſſimé: poſteaquam pul-
uerem conſperſeris: dehinc lauandum caput in calore
frigida aqua,& obſeruandũ ne in calidam caput mergas.
in frigidam ſanè quoties volueris merge, & poſtea ſaba-
no diligenter exſicca.

Confectio ſiue diſpoſitio emplaſtri cui voca-
bulum eſt dictamnos.

Dictamni part. XXV. chamæmeli part. XIIII.
ſphagni part. IX. cyperi part.VII. polii part. XII. la-
pidis gagatæ part.VII.ceræ rufæ part. XII. reſinæ tere-
binthinæ part. XIIII. ammoniacæ guttæ part. XXXV.
propoleos part. XII. pſimmythii part. XII. calchanthi
part. XXIIII. galbani part. XXV. chamæpityos part.
VIII. trifolii part.IIII. pentafolii part.IIII. ariſto-
lochiæ groſſæ part. XXXV. centaureæ aut gentianæ
part.XII. lithargyri part. CL. reſinæ colophoniæ part.
L. terræ ampelitidos part. XXII. picis brutiæ vel
ſiccæ(ſi terra ampelitis nõ fuerit)part.XII.lepidoschalci,
(id eſt ſquamæ ferri) part. XVIII. diphrygis part. VIII.
aloes part.XVI. libani cãdidiſſimi part.XII. opopana
cis part.VII. chamædryos part.XII. marrhubii part.
XII. artemiſiæ part.IIII. iridis Illyricæ part. VII. liba-
nitidos part. VI. olei veteris part. XLVIII. reſinæ pi-
tyinæ part. XXII. chalcicecaumeni part. XVIII. mil-
ti part. XII. calcitidos part. X. myrrhæ part. VII. æ-
ruginis part.I.

Oleum vetus quantum mittendum fuerit pro mo-
do ſpecierum ſuprà ſcriptarum, mittes in ollam nouam,
& calefacies leni flamma vel potius igne: tunc mittes,ſed
paulatim de manu inſpergens lithargyrum bene tritum,
& aſſiduè ſpathomela agitabis, quouſque oleum ita infi-
ciatur vt colorem lithargyri trahat,& aliquantulum ſpiſ-
ſeſcat.poſtea aut picem brutiam tritam mittes,aut (quod
melius eſt) terram ampelitidem ſimiliter tritam.pro qua
diximus picem brutiam mitti debere, quia terra ampeli-
tis vera difficilè inuenitur. Iis additis quum cœperit me-
dicamen bene permixtum eſſe, ceram rufam pro modo
vt ſuprà ſcriptum eſt, poſtea reſinam pityinam remiſſam
adiicies: necnon & reſinam colophoniam.poſt hæc mit-
tes ammoniacum thymiama: (id eſt guttam bene tritam
& cribellatam)pòſt addes lepidos chalcu,necnon & chal-
ci cecaumeni, deinde addes milton,deinde diphryges,
deinde chalcitin, poſtea calcanthum & pſimmythium.
poſt hæc addes libanõ leucon,(id eſt thus album)& myr-
rham & aloen.ſuper iis omnibus addes reſinam terebin-
thinam,& galbanum, & lac,vel humorem panacis,id eſt
opopanacem. Sed omnes has ſpecies prædictas optimè
tritas & cribellatas mittere debebis ad mẽſuram vel par-
tes ſupra ſcriptas, prout volueris conficere medicaminis
copiã. quæ quum omnia bene mixta fuerint & bene agi-
tata,ollam tolle de foco,& deinde calido adhuc medica-
mini herbas ſuprà ſcriptas bene tritas & cribellatas infun
des. immo manu vel digitis moderantibus paulatim
inſperges, & adſiduè ſpathomela commouebis & permi-
ſcebis. poſt hæc omnia mittes chamæmelum, & iterum
igni non nimio appoſita olla lentè & paulatim decoques
medicamen, ita vt illud manu non contingas, ſed ſpa-
thomela agites. Confecto autem medicamine vteris ſic.
Ad dolorem temporum vel hemicranii linteo ſpiſſo in-
duces medicamẽtum, & ſic fronti vel temporibus appo-
nes. Si verò humore capitis rheumatizantis oculi graua-
buntur, per totam frontem emplaſtum inductum linteo

A ſimiliter impones. Si in naribus vel in auribus dolor aut
vulnus fuerit,ſiue carnulentæ erunt,aut humor inde ma-
nabit, oleo roſaceo ſolutum medicamen immittes.Si fau-
ces angina vel glãdulæ & parotides occupauerint,aut in-
guina paniculæ tentauerint,in initio doloris medicamen
linteo inductum,ſed ſiccum,adpones. Facit & ad ſplenis
dolorem aluta inductum & adpoſitum: necnon & late-
rum dolori prodeſt ſimiliter impoſitum. Empyicis vel
hæmoptoicis,(id eſt qui ſanguinem de viſceribus per os
B eiectant) proderit ſi thoraci inductum aluta imponatur.
Facit & ad thraumata,& ad arthritim pro malagmate ad-
poſitum. Protrahit & ſagittas & ſudes, & ſiqua corpori
inhæſerint, ſimiliter adpoſitum. Ad loca verò pudenda
(id eſt ad penem ſiue ad podicẽ) quum aliquod illic vul-
nus fuerit,ſolutum medicamentum cera & oleo myrtino
adponitur.Si verò muliebribus cauſis fuerit neceſſarium
(id eſt ſi vulua dolorem vel carcinomata contraxerit)po-
netur cum oleo ſuſinato, ita vt emplaſtrum contra illum
locum qui in cauſa eſt adponatur.Ad carbunculos ſanè &
C anthracas & eſcharas aliáque rheumatizantia,vel ad ſtru-
mas & apoſtemata, medicamen ſolutum aliquantulum
melle debebis adponere. Quum autem purgatæ fuerint
puſtulæ vel collectiones & vulnera, tum ſine melle debe-
bis apponere: quum autem purgatæ fuerint puſtulæ vel
collectiones & vulnera, tum ſine melle emplaſtrum cum
puro medicamine adpones. Facit & ad furunculos ſimi-
liter ſiccum adpoſitum, & ad omnem puſtulam & ma-
culam curandam. Rumpit enim quæ concreta ſunt, &
purgat & cicatricat. Quum autem vulnus eſt de quo im-
modicus ſanguis erumpit, adpoſitum hoc medicamen-
D tum, illico & ſanguinem ſiſtit, & vulnus curat, & cutem
conſtringit, & cicatricem tenuem facit. Reſolutio au-
tem vel compoſitio adponendi vulneribus medicami-
nis talis eſt. Mittes huius medicaminis ⊣ III. & adii-
cies ceræ ⊣ I.olei veteris ⊣ VI.Iis verò qui habent aut in
capite,aut in auribus,aut in naribus cauſas & vulnera,ad-
ponẽdum ſic reſolues medicamen ſine cera. oleum ſanè
pro tempore(id eſt ſi æſtas fuerit)minus adiicies:ſi hyẽs,
amplius infundes.Facit & ad morſus ſerpentium & fera-
rum omniũ,& ad morſus hominis, & canis rabidi. Ner-
E uorum quoque inciſiones vel colliſiones ſalubriter curat.
quibus,quum medendum fuerit, addes oleum roſaceum
cum modico aceto lanæ ſuccidæ infuſo. Quum autem
adpoſueris iis cauſis hoc medicamentum, poſt triduum
aut poſt dies quinque, ligaturam quam feceris ſolues. Si
verò ictu aliquo caput fractum fuerit & teſta conliſa,me-
dicamen roſaceo oleo liquefacies, & ſic ipſi fracturæ vel
vulneribus infundes. Infuſo verò interius medicamine,
nihilominus deſuper ſolum medicamẽ linteo inductum
adpones, & ſuprà ligabis lanam ſuccidam oleo & aceto
F modico infectam.De ipſo autem medicamine,ſi ſuccen-
deris in cubiculo, vel in domo, fugabis ſerpentes, & ſi-
qua illic mala ſunt, foras eiicies. Hoc ipſo medicamine
incenſo ſuffita mulier facilè purgabitur, etiamſi pecus
intra vterũ habuerit immortuum. Saluberrimum autem
eſſe omnibus & virilibus & fœmineis cauſis,ne dubites,
ſi primùm diligenter ac ſolicitè conficias, deinde(vt ſu-
prà ſcriptum eſt)ſcienter vtaris.

AD OMNES ET MVLTIPLICES oculorum dolores, collyria & remedia G diuerſa,etiam phyſica de probabilibus experimentis, Cap. VIII.

AD conturbationes & lippitudines ſubitas epiphoráſ-
queoculorũ ſcio multa collyria, tametſi tardè, ma-
gnos tamen effectus habere, ſed nulli collyriorum tan-
tum tribuo quantum lycio Indico, vel per ſe. hoc enim
inter initia, ſiquis vt collyrio inũgatur, protinus & dolo-
re præſenti, & futuro tumore liberabitur. ſuperuacuum
eſt autem nũc laudes eius referre. in aliis enim expertus,
intelliges ſimplicis rei vix credendos effectus. oportet
H ergo vt minimè quater quinquiéſve ex interuallo lip-
pientem inungi:deinde quum combiberint oculi,ad ſin
gulas inunctiones, ex aqua quam poterint ſuſtinere cali-
diſſima ſpongiis expreſſis vaporari diutius, eodémque
die in balineum duci eum qui inũctus fuerit, ita vt cum

cætero corpore caput quoque & faciem calidæ immer- A
gat, & foueat, vinúmque poſt balineum ita vt adſuetus
eſt ſumat. Poſtero die ſiqua veſtigia epiphoræ remanſe-
rint, inungi collyrio aliquo acriore aquato ſub veſpere
debet, & rurſus in balneum duci, & vinum bibere. Hoc
modo vno ferme die tolletur epiphora, præcipuè inci-
piens, neque adhuc alio medicamento tacta. Sed ſi ea vis
fuerit epiphoræ vt nõ cõcedat vno die, expectari oporte-
bit donec impetus eius ſedetur, & ita æger in balneũ du-
catur, cæteráque fiant quæ præcepimus fieri. Idẽ hoc me-
dicamentũ etiam ſupra oculos inlitũ, tardius quidẽ, ſed B
eoſdẽ effectus præſtat, maximè in teneris corporibus, vt
mulierũ & puerorũ, quorũ oculi nullius medicamẽti vim
ſuſtinere poſſunt. Triduo autẽ aut quatriduo plerunque
tollit dolorem adiutum oui infuſione, & aquæ calidæ va-
pore. Compoſitio collyriorum quam maximè probo,
ad recentes epiphoras vel conturbationes oculorum, tu-
moréſque & dolores: Plantaginis tritæ ſucci cyathos II.
teri oportebit cum croco quod ſufficiat, id eſt ✳ II.
deinde cætera quæ infrà ſcripta ſunt admiſceri pridie C
macerata cum ſucco herbæ ſuprà ſcriptæ, id eſt aloes In-
dicæ ✳ IIII. gummis ✳ IIII. poſtea eiuſdem plantaginis
ſucci cyathos duos addi, vt quum ſpiſſata fuerit commi-
xtio, collyria fingantur. Vtrunque autem genus medica-
menti eximiè prodeſſe iudico, proprietate quadam, ſed
præcipuè quòd nullam in ſe aſperitudinem habet, vt ple-
raque quibus fere inunguntur homines. nam quæ ex ca-
dmia, aut ære vſto, eiuſdémque generis pigmentis cõpo-
nuntur, quanuis curioſè terantur, naturam tamen ſuam
amittere nõ poſſunt. nunquam enim vt ſuccus diluũtur:
ſed quum ad ſummam ſubtilitatem perducta ſunt, tamen D
quaſi puluerulenta neceſſe eſt maneant, quæ oculorum
partes velut configunt. Certè exterius pungunt foramina
prima, & tuniculæ oculi ab initiis adhibita interdum mo
leſtiorem futuram concitant epiphoram. Quo nomine
etiam quod diaglaucium dicitur probo in initiis. nam-
que prodeſt hoc genere quod ex eadem materia conſtat,
quæ nullam aſperitudinem habet: quandoquidem com-
ponitur ex croci ✳ V. ſarcocollæ ✳ X. glaucii ſucci ✳ XX.
tragacanthi ✳ V. & opii ✳ V. hoc enim ego adiicio, & ita
melius reſpõdet. Sed opium & in hoc & in omni collyrio E
medicamentóque verum adiici oportet, quod ex lacte
ipſo papaueris ſyluatici capitũ fit, non ex ſucco foliorum
eius, vt inſtitores huiuſce rei compendii & lucri cauſa fa-
ciunt. Illud enim cum magno labore & exiguum confici-
tur: hoc ſine moleſtia & abundanter teritur. Ante omnia
crocum aqua pluuiali infuſum macerari debet, deinde
adiiciatur illi ſarcocolla, glaucium, opium, tragacanthũ.
Prius enim omnia ſeorſum macerari oportet, non multa
eius generis aqua (id eſt pluuiali) vt quàmprimum, id eſt
ſi fieri poterit eodem die, fingantur collyria. Solet enim F
hoc diu neglectum mortario inaceſcere. Iis fere vtor pri-
mis diebus collyriis, non ſine cæteris auxiliis, prout res
poſtulat, abſtinentia dico & ſanguinis detractione, me-
liúſque ea cæteris proficere adfirmo. Quum verò plu-
ribus quis diebus vexatus fuerit epiphora, & perſeueran-
tia humoris, atque pituita ipſo calore oculorum glutino-
ſior viſa fuerit, quod fere ſexto ſeptimóve die accidere ſo
let, tunc proderunt & ea collyria quorum genus ſuperius
improbauimus, compòſita ex rebus metallicis. facilius e-
nim tum patientur oculi, ſimodo exulcerati non fuerint, G
iniuriam: quorũ præcipuè hoc mihi placet, quod à colo-
re phæõ dicitur. Accipit autem hæc, Æris vſti ✳ XII. cad-
miæ vſtæ ✳ XII. ſtibii cocti ✳ VI. acaciæ chyliſmatis ✳.
VI. croci ✳ IIII. aloes ✳ III. opii ✳ II. caſtorei victoriati
pondus, myrrhæ, lycii, idem ponderis, gummis ✳ XVIII.
aqua pluuiali quæ ſunt dura macerantur, & diu teruntur,
donec leuiſſima fiãt, poſtea cætera alio mortario ſingula
trita admiſcentur. quum tollendum eſt (id eſt quum ſunt
fingenda collyria) gummi adiicitur. Hoc quidam etiam
in initiis vtuntur cum oui aquato liquore per ſe. Nec- H
non & hoc collyrio quidam in initiis vtuntur, quod à ci-
nereo colore ſpodiacon appellatur. Componitur autem
ex iis, Cadmiæ botryidos vſtæ ſuper teſta donec cande-
ſcat, & vino Falerno extinctæ ✳ XL. cretæ Samiæ quam a-
ſtera vocant ✳ LXXX. ſtibii cocti ✳. XX. opii ✳ V. gummis
Alexandrinæ ✳ XX. teruntur hæc omnia pluuiali aqua
macerata: vltimum gummi adiicitur. Ante ſanè cætera ad
leuitatem ſummam terantur, & ne prima tunicula oculi
exeſa aliâsve exulcerata ſit, vt purum vlcus ſit, diluitur
oui albo, quod eſt fere tenuiſſimum. Collyrium pſittaci-
num à colore ita dictum, facit ad epiphoras quæ cum te-
nui & acri lacryma exiſtunt: item aduſtiones & ſolutas
cicatrices & vaſtum tumorem, (quod quia loco interdum
videtur propellere oculum) proptoſin vocãt, cum oui al-
bo quod eſt tenue imponitur. ſed præcipuè facit quum
quaſi ſanguine ſuffuſi ſunt oculi, & ob id nullum niſi le-
niſſimum collyrium patiuntur: Recipit autem hæc, Croci
✳ IIII. cadmiæ lotæ ✳ IIII. ſtibii ✳ IIII. opii ✳ II. gum
mis ✳ II. amyli recentis & dulciſſimi ✳ IIII. eodem or-
dine quo ſcripta ſunt, in mortario debẽt teri ex aqua plu
uiali. Amylum autẽ quum iam fingendũ erit collyrium,
adiicietur. Interdum autem & hoc ſuperinunguntur qui
prius Athenippio curati ſunt. Iis fere collyriis lenibus
omnia quæ cum tumore & dolore fiunt circa oculos re-
mediamus. Perunctiones oculorũ lippientium ſiue in-
unctiones quæ appellãtur galacticæ, huiuſmodi ſunt, Cro
comagmatis ✳ I. myrrhæ & croci ✳ VII. aluminis ſiſſi
✳ VI. thuris ✳ VI. gummis ✳ VI. roſæ floris ✳ VI. vino
Chio non ſalſa cõſperſa teruntur hæc omnia diligenter.
deinde confecta in collyriis aut pilulis reponũtur. Per-
unctio oculorũ ad omnem epiphoram ſatis vtilis. Croci
⊣ I. myrrhæ ⊣ I. crocomagmatis ⊣ I. æris floris ⊣ I. a-
luminis ſiſſi ⊣ I. thuris €. ex vino terũtur hæc optimè: iis
Coſmus medicus adiicere ſolitus erat etiam mandrago-
ræ ſucci ⊣ I. & lentiſci ſucci ⊣ I. ac deinde permixtis
omnibus formare collyria vel paſtillos, aut in vas ſtan-
neum recondere, & quum opus eſſet vti ad inungendum
vel ſuperliniendum. Eſt huiuſmodi medicamentum
quod perichriſtarion vocãt Græci, quod medicamentũ
ſatis efficax eſt, quo ita vti oportet vt palpebræ ſubtiliter
inde ſuperlinantur, nequid intra oculum fluat. Recipit
autẽ hæc, croci Siculi ✳ III. magmatis Croci ✳ XII. thu-
ris ✳ III. aluminis rotundi ✳ VI. opii ✳ II. myrrhæ ✳ II.
gummis ✳ III. ex vino Falerno teruntur hæc vel aſper-
guntur. & quum bene leuia facta ſunt, ad craſſitudinem
boni mellis ſpiſſãtur, adiicitur poſtea paſſi Cretici ✳ I. &
reponitur in pyxide ſtãnea. Quum enim paſſum adiectũ
fuerit, collyrium erit: nam ex ipſo ſuperlini debet. Be-
nefacit hoc medicamentum ad ſuperliniendos oculos,
quo Auguſt⁹ vſus eſt, Aluminis ſiſſi ✳ XL. thuris ✳ X. aloes
✳ XV. croci ✳ XV. opii ✳ II. gallæ ✳ X. roſæ foliorum ari-
dorum ✳ X. plantaginis ſucci vel ſeminis ✳ X. ex vino Fa-
lerno terũtur hæc vel aſpergũtur, & quũ leuia facta ſunt,
ac mellis ſpiſſitudinem habent, adiiciuntur iis paſſi ſe-
xtarius, vel quod ſufficiat, & reponitur in vaſo ſtãneo vel
argenteo. Collyrium nigrum ab Antigono repertum,
ad omnia intacta faciens, Accipit cadmiæ ✳ XXXV. S. ſti-
bis ✳ XXIIII. piperis ✳ VIII. æruginis raſæ ✳. VIII. gũ-
mis ✳ XXIIII. teritur ex aqua pluuiatica atque confici-
tur. Coſmus adiecit huic collyrio centaureæ tenuis ſucci
✳ X. quod rectè factũ reor. Collyrium, quod ad omnem
epiphoram & inquietationẽ & tumorem facit ſedãdum,
ſiue dolorem. Accipit hæc, pompholygis ✳ VIII. cicutæ
ſucci aridi (id eſt ſiccati) ✳ VI. opii ✳ IIII. mandragoræ
ſucci aridi ✳ V. acaciæ ✳ VI. gummis ✳ V. teritur ex co-
riandri teneri ſucco. hoc Collyrium prodeſt etiam extra
oculos perunctum, id eſt circunlitum. Collyrium ab
Aſclepiade ad epiphoras ſpeciatim repertum, Cretæ Sa-
miæ denarios vndecim, opii denarios decẽ, ſtibii dena-
rios XL. gummis denarios viginti, aloes denarios decem:
teruntur hæc, & conficiuntur ex aqua pluuiali. Col-
lyrium quod habuit Coſmus medicus inter arcana, miri-
ficum ad omnia oculorum vitia, Acaciæ ✳ XL. ſpumæ ar-
genti tritæ bene & lotæ, donec candidiſſima & leuiſſima
fiat, ✳ XII. plumbi vſti & loti ✳ XVI. ſtibii ✳ XI. cretæ
Samiæ denarios duodecim, ceruſſæ ✳ XVIII. cornuum
ceruinorũ vſtorum & lotorũ quod erit candidiſſimum,
✳ VIII. ſquamæ æris denarios quatuor, opii ✳ IIII. æru-
ginis raſæ denarios ſeptem, cardamomi interiora ✳ duos;

lapidis hæmatitæ ✳ quatuor, lapidis ſiſſi ✳ quatuor, tamaricæ ſeminis ✳ IIII. croci ✳ IIII. thuris denarios quatuor, myrrhæ ✳ quatuor, opobalſami ✳ quatuor, lycii ✳. quatuor, aloes ✳ quatuor, coſti ✳ quatuor, piperis albi ✳ duos, cicutæ ſucci aridi ✳ VIII, ammoniaci guttarum ✳ VIII. bdellæ ✳ octo, ſaliuncæ pugatæ ✳ ſex, gũmis ✳ XXV. teruntur hæc omnia diligenter ex vino Chio non ſalſo auſtero, vel ex vino Falerno: ac deinde cõfeſtim collyria finguntur, & in vmbra ſiccantur: quod & de aliis omnibus collyriis obſeruari oportet. Collyrium achariſtum theodotium ab Antigono inuentum, ad omnem epiphoram & omne vitium oculorum: accipit hæc, Acaciæ ✳. XX. ſtibii ✳. X. croci ✳. I. S. aloes ✳ duos, myrrhæ ✳ duos, Cadmiæ ✳ octo, caſtorei victoriati duas tertias partes, opii ✳. vnum, lycii ✳ duos, æris vſti ✳ octo, ceruſſæ ✳ quatuor, nardi ſpicæ ✳ vnum, & tertias eius, gummis denarios viginti, palmarũ oſſa, ſiue nucleos vſtos, denarios triginta: trita hæc ex aqua pluuiatica conficiuntur. Monemerum collyriũ dicitur quòd dolores in impetu ſtatim tollit: conficitur ſic, Lepidos vnciam vnam, æris vſti ſemunciam, hæmatitæ — vnam, myrrhæ vnciam vnam, opii ſemunciam: vnum hoc collyrium mirabiliter prodeſt iis qui cicatrices non habebunt ex ouo infuſum, & leui admodum agitatione contritum. Ad ſuffuſiones oculorum quàs Græci ὑποχύματα dicunt, fœniculi ſucci liquidi ✳ tres, opobalſami ✳ tres, mellis Attici ✳ tres, olei viridis ✳ tres, hyænæ fellis ✳ vnum, euphorbii ✳ vnum: hoc oleo diluitur, & ita admiſcetur cæteris. Aquato vti oportebit hoc medicamento. eſt enim acerrimum, & vndique humores trahit: quamobrem non ſunt inungendi qui capitis dolorem aut grauedinem habent. Et ante biduum aut triduũ aquã bibãt quos deſtinaueris eo inũgere: quãquam melius facient ſi etiam perſeueranter aquam potauerint. vitio enim moleſtiſſimo facilius inter initia carebunt. Non autem præterit me habere te prudentes ocularios, quibus ſi nomina dixeris collyriorum hoc in libro ſcriptorum, contendent forſan ſe quoque habere eadem compoſita: ſed ſi pondera aut effectus comparare voles, longè diuerſos inuenies. Ego enim ipſe eodem nomine multa compoſita, non iiſdem ponderibus & rebus, interdũ habeo, ſed maximè probatis vtor. Nec vtiq; affirmo non poſſe & alios eadẽ habere. (nam & ipſe ab aliis accepi) ſed raro ſcio ocularioruṃ quoſdam ſimpliciter tradere compoſitiones, méque multum elaboraſſe vt veras & incorruptas acciperem conſcius ſum mihi. Neque illud rurſus dico, nouas omnis & non aliquibus notas me in hoc libro congeſturum compoſitiones, verumetiam quaſdam vulgatas, & (vt ita dicam) publicatas. Eiuſmodi enim quia efficaces ſunt, etiam plurimis in notitiam veniunt.

Collyrium efficaciſſimum ad tumorem oculorum & lacrymarum nimium fluorem, etiam ſuprà perunctum vel inlitum efficax eſt: accipit acaciæ ✳ XVI. cadmiæ ✳ duodecim, aloes ✳ duos, croci, myrrhæ, opii lecti, ſingulorum denarios binos, caſtorei ✳ vnum, gũmis ✳ octo: teruntur hæc omnia diligenter, & ex aqua permiſcentur, atque inde ſtatim collyria formantur ex aqua, quæ ſunt omnino mirifica. Xerocollyrium optimũ ad epiphoras acres, & initia lippitudinis,, croci ℈ duo, ſarcocollæ ℈ duo, aloes hepatitidos ℈ vnum, glaucii ℈ vnum. hæc omnia diligenter trita ſimul recondes in pyxide cuprea, & pro xerocollyrio vteris.

Ad epiphoras & lippitudines oculorum remedia de experimento & phyſica diuerſa.

Ad lacrymas & tumores oculorum lippientium reſtringendos, atramẽtum ſutorium (id eſt chalcantum viride) cyprinum, tundes & cribrabis, & factum molliſſimũ puluerem ex oui incocti albo (id eſt lacryma) conſperges; & facies collyria, quæ in vmbra ſiccabis, atque inde palpebras inunges & tempora inlines. Si ex reumate lacryma abundans eſt, oui albo collyriũ temperabis. Si lippitudo & ſanguinis infuſio eſt, ex aceto temperabis, & deſuper oculos circumlines, ita vt nihil interius de medicamine ingrediatur: tempora quoque dolentis eodem ſuperlines.

Braſſica cruda cum pane candido madefacto ſubacta, ac fronti inlita, dolorem oculorum plurimùm releuat. Medicamen ad oculum diutina lippitudine vel epiphora laborantem intrinſecus curandum, Lapidis gagatis ſcrupulos ſex, tũdes, cribrabis, & aqua pluuiali vel fontana cõſperſum puluerem liquidum facies: deinde in ampulla vitrea repones: quum neceſſe fuerit, pinna aquilina vel columbina laborantem oculum inunges: quo facto & caliginem & infuſum ſanguinem abſterges, clariorémque viſum reſtitues. Dolores oculorum tempore hyemis frigore contractos qualiter curare debeas: Concham æream de melle albo ab intus perunge totam, eandémque ſuprà gaſtrum lotii virilis ex ea parte qua melle inlita eſt, ſuperpone ad lotium verſus, & per dies triginta bis in die lotiũ agitari facito, vt omnis odor vel acritudo lotii, & virtus eius ad mel in concha hæreat, poſtea rades cõchã ipſam, (id eſt, quod melle inlitũ fuerat) & raſuram tũdes in mortario, & cribrabis diu, & repones in ampulla vel vitrea vel cuprea: quum neceſſe fuerit, ex melle tẽperabis, & intrinſecus oculum perunges: mirabile remedium experieris in omnibus ferme oculorum etiam grauioribus cauſis. Gramen quod in ſummo triſulcum habebit decreſcente luna radicitus ſublatum quamplurimum repone, deinde ex multis vnum auſpicante lippitudine ad collum ſubliga, celeriter incumbẽtem epiphoram diſcuties. Si impetus oculorum eruperit huiuſmodi remedium confeſtim adhibebis, atramenti ſutoricii — I. in aquam mundam defundes, idque acriter feruere facies, tum operies, vt feruor paululum conquieſcat: atque vbi modicum intepuerit, in concham tranſfundes, ibique faciem demerges, & oculos patefacies intra ipſam aquam: paululum quidem admordebit, ſed certiſſimo experimẽto dolorem incumbẽtem auertet. Colophoniæ modicum phœnicio inliga, & collo lippientis ſuſpende, ſtatim proderit. Dolorem oculorum vt anno integro non patiaris quũprimum cerasia erunt idonea eſui (id eſt quaſi matura) de tribus ceraſiis lapillos pertũdes, & gaitano lino inſerto pro phylacterio vtêris, voto prius facto cõtra ſolem orientem, quòd eo anno ceraſia non ſis manducaturus. Herbam quæ appellatur periſteriõ, diſcoques, vt madeſcat ex aqua fontana ad tertias, & inde oculos fouebis impetu laborantes: intra triduum perſanabis. Vitandæ perpetuò lippitudinis gratia obſerua vt Kalen. Ianuariis eo tẽpore quo calendæ ſolis die fuerint, & etiam hora prima vel octaua, & deinceps alio die ſolis, & tertio ſolis die ſimiliter, collyrio tenui inũgaris, dum cõuerſus ad orientẽ rogabis Deum vt eo anno dolere oculos tuos non ſinat. Quumprimum hirundinem audieris aut videris, tacitus illico ad fontẽ decurres vel ad puteum & inde aqua oculos fouebis, & rogabis Deum vt eo anno non lippias, dolorémque omnem oculorum tuorum hirundines auferant. Expertum remedium ad lippitudinem ne vnquam tentetur, ſiquis obſeruet ſine intermiſſione aut obliuione vt quoties lauerit, deducta vtriſque manibus ad pedes infimos aqua, ſtatim manus ambas ad oculos referat, atque ad angulos eorum vtraque manu perfricet: & hoc ter facere debebis. Aduerſus humores & ſubitos impetus oculorum & epiphoras, radices betæ maximè nigræ ex aqua tepida lauabis, & expreſſas ſabano ſiccabis: deinde tundes in piſone marmoreo, & ſuccum inde linteo intorto exprimes: tum leuiter ad carbones deſpumatum tepefacies, & naribus infundes: ita vt is cui medeberis, aquam tepidam in ore contineat: & ſi vnus oculus laborabit diuerſæ partis nares infundes, & melle Attico continges. Si tamen videris oculos ſucci illius infuſione turbatos, herbæ (quam quidam cerebellum canis appellant) radix ex aqua decoquitur, eóque humore oculi aduerſus epiphoras vtiliter fouentur. Farina ordeacea & galla contuſa cum aqua permixta & collecta, oculis cũ tepore impoſita, tumores doloréſque ſedabis. Coriãdrum viride tritum, lactíque mulieris immixtum, & tumentibus vel dolentibus oculis appoſitum, ſtatim prodeſt: idem & apium præſtat ſimiliter impoſitũ. Ros cæleſte manu munda collectum, & rutæ ſyluaticæ contuſæ ſucco admixtum, in plumbea pyxide reconditum, quũ

opus fuerit aduerſum epiphoras oculorum frŏti & ſuperciliis impones. Vino in quo laurus fuerit decoctus oculi foti dolore potentiſſimè leuabuntur. Spina alba combuſta & bene trita, cum ouo ſuperinlita vel inuncta, ſedat mirificè dolores oculorum. Gallæ contritæ thuríſque pari modo puluis vino permixtus, & frŏti inlitus, tumorem oculorum dolorémque ſedat. Crebro lacrymantes oculos vt exſicces, lucernam oleo cedrino repletam accenſámque, ſuperpoſito, vel iuxta ſuſpēſo æneo vaſculo, permitte conſumi, inde fuliginem collectam in pyxide cyprina recondе, & quum opus fuerit inūge, miraberis efficaciam medicamenti. Caprinus caſeus recens coagulatus ſupra oculos poſitus dolores citò lenit.

Rumicis ſyluatici radicem luna decreſcente collige, & tecum habeto nitidiſſimè: quandiu eam tecum habueris non lippies. Democritus affirmat felle hyænæ ſi frŏs perfricetur, epiphoras incipientes & omnem oculorum dolorē poſſe ſedari. Si mulieris ſaliua quæ pueros nō puellas ediderit, & abſtinuerit ſe pridie vino & cibis acrioribꝰ, & in primis ſi pura & nitida erit, angulos oculorum tetigeris, omnem acritudinem lippitudinis lenies, humorémque ſiccabis. Chelidonia herba in hirundinum ſtercore naſcitur, quæ oculis plurimùm ſuffragatur: maximè autem caliginem deterget ſi paulatim inde oculi ſuffundantur, quos citò in priſtinam formam reuocato vigore reparabit. Hirundinis ventriculo ſciſſo albi ac nigri lapiſculi inueniuntur, qui ſi lupino aureo includantur, & collo ſuſpendantur, omnem dolorem oculorum perpetuò auertent: ſed & contra quartanas proſunt, croceo linteo vel panno inuoluti, linóque ad collum validiore ſuſpenſi. Mel in quo apes fuerint mortuæ vtiliſſimum eſt oculis ſi nitidum ac purum opportunè & paulatim infundatur. Qui ciconiæ pullum elixatum comederit, negatur multis annis continuis poſſe lippire.

Hirundinum pulli plena luna excæcantur, reſtitutáque eorum acie capita comburuntur: horū cinere cum melle mixto rectè vſus fueris ad reparādā oculorū claritudinē.

Lacertam viridem excæcatam acu cuprea in vas vitreū mittes cum annulis aureis, argenteis, ferreis, & electrinis, ſi fuerint, aut etiam cupreis, deinde vas gypſabis, aut claudes diligenter atque ſignabis. & poſt quintum vel ſeptimū diem aperies, lacertámque ſanis luminibus inuenies, quam viuā dimittes, annulis verò ad lippitudinem ita vteris, vt non ſolùm digito geſtentur, ſed etiam oculis crebrius applicentur, ita vt per foramen annuli viſus trāſmittatur. Obſeruādum ſanè in primis vt in loco nitido atque herbido deponatur ampulla, & quum lacerta diſceſſerit, tum annuli colligantur: obſeruandum etiam vt luna vetere (id eſt à luna nonadecima in viceſimam quintam) die Iouis, Septembri menſe, capiatur lacerta, atque ita remedium fiat, ſed ab homine maximè puro atque caſto. Lacerti viridis quem ceperis die Iouis, luna vetere, mēſe Septembri, aut etiam quocunque alio, oculos erues acu cuprea, & intra bullam vel lupinum aureum claudes, collóque ſuſpendes: quod remedium quandiu tecum habueris oculos non dolebis. Lacertum ſanè eodem loco in quo ceperis dimittes, vel etiam ſi ſanguinem de oculis eius lana munda excipias, eámque phœnicio conuoluas, collóque ſuſpendas, veteris efficaciſſimo aduerſum oculorum dolorem remedio. Cancri oculus ſubtiliter ſublatus & in phœnicio conligatus, calloq; ſuſpenſus, lippitudini incipienti medetur, ſi tamen remedium à caſto homine fiat. De manu ſiniſtra muſcā capies, & dum capies dicere debebis nomen eius cui remedium facturus es, te ad curandos oculos eius muſcam prendere: tum viuam eam ligabis in linteo, & ſuſpendes collo dolentis, nec retro reſpicies. Ad epiphoras oculorum ſedandas, limaces cōplures tere in mortario nouo vel nitido, & adiice ibi ouū gallinaceum incoctum, & tinge illic lanam ſuccidam, & fronti impone. Ad epiphoras oculorum pultem fabaceā ſine ſale, ſine vllo vncto, tepidam linteolo inline, & oculis de nocte impone, ita vt nō alliges, continuò feruor recedit. Vt omnino non lippias, quū ſtellam cadere vel trāſcurrere videris, numera, & celeriter numera, donec ſe condat. tot enim annis quot numeraueris non lippies. Ad lip-

A pitudinem inter principia ſedandam, in chartam virginem ſcribe ϰϐαϥϰ, & licio quod in tela fuerit collo lippiētis innecte. Incipiens lippitudo mirificè & ſine dubitatione depelletur ſi in charta virgine ſcribas, & collo dolentis licio ſuſpendas, φυρφαεξν, & hoc præligamen purus caſtus facias. Hoc etiam remedium indubitatè impetus oculorū ſi præuenias prohibebit, ſcriptum in charta virgine. ρουϐρς. ρνονειεξς ρηελιος ως. ναυπεφοεξ. και παντες να-κοπι, quod ad collum dolentis licio ſuſpendi debet: ſed &
B cœptam atque inueteratā lippitudinem ſedat ſi in faciēdo ac ſuſcipiendo præligamine caſtimonia ab vtroq; ſeruetur. In lamella aurea acu cuprea ſcribes, ορυω ουρωδν, & dabis vel ſuſpendes ex licio collo geſtandū præligamē ei qui lippiet, quod potenter & diu valebit, ſi obſeruata caſtitate die lunæ illud facias & ponas. Ne anno perpetuò lippias, de acinis nouem vuæ albæ antequam vuam guſtes, nouies te inunges, ita vt intra oculos tuos grana ſingula ſingulis vicibus infundas. Stercus caprinum vino conſperſum tritúmque & impoſitum oculis atque
C obligatum, omnem dolorem tumorémq; detergit. Oculos quum dolere quis cœperit, ilico ei ſubuenies ſi quot literas nomen eius habuerit, nominans eaſdem, totidem nodos in rudi lino ſtringas, & circa collum dolentis innectas. Si impetus dolorem præuenerit, abſinthium vetus & fuliginem conteres diligenter, tum mellis quantum ſatis videbitur adiicies, & denuò teres, atq; ex eo oculos inlines, vahdiſſimè proderit. Ne anno perpetuo lippias, quū primū cucumerē nactus fueris, in fontana aqua eum per triduum eſſe in vaſculo mundo permittes, deinde oculis adapertis faciem tuam ea aqua fouere curabis. Qui crebrò lippitudinis vitio laborabit, millefolium herbam ra-
D dicitus vellat, & ex ea circulum faciat, vt per illum aſpiciat, & dicat ter, Excicum acrioſos, & totiēs ad os ſibi circulum illum admoueat, & per medium expuat, & herbā rurſus plantet: quæ ſi reuixerit, nūquam is qui remediū fecerit vexabitur oculorum dolore: ad vtrunque oculum hoc facito. quæ ſi minus reuixerit, ex alia iterum faciat. Oportet autem dari operam vt non nimis herba cōſtringatur, quò facilius plantata conſurgat. Cæpæ longæ ſuccus opobalſamo mixtus, & ſucco fœniculi, adiecta adi-
E pe anſerina incipientes hypochyſes diſcutit, caliginéſque extenuat. Accipit rem ſi decoquas in oleo ſuſino, donec caro eius reſoluatur, & ex eo oculos frequenter inungas, & hypochyſin & caliginem diſcuties. Chamæleontis fel tantam vim habere creditur vt hypochyſes intra triduum inunctionibus ſanet. Lupi fimus diu perfrictꝰ ad ſummam læuitatem, cum melle mixtus & inunctione adhibitus, oculorum hypochyſes diſcutit, & ad ſummam claritudinem eos perducit ſuffuſione ſiccata.

F Xerocollyria & remedia phyſica diuerſa ad xerophthalmiam, & caliginem, & aſperitudinem detergendam.

Ad caliginem & aſperitudinem oculorum ſiccámque perturbationem ſine tumore quam xerophthalmiam Græci appellāt, facit hoc collyrium quod ψωρικόν dicitur: accipit autem hæc, Croci ✱ XII. pſorici ✱ XIIII. pſimythii ✱ IIII. opii idem, piperis albi idem, gummis ✱ II. cum aqua pluuiali teruntur hæc: collyria ſtatim inde finguntur ne confectio dilata vaneſcat. Collyriū ad caliginem & aſperitudinem quod ſtratioticon dicitur, recipit hæc, pſi-
G mythii ✱ VI. piperis albi ✱ I. omphacii ✱. II. cadmiæ ✱ III. opobalſami ✱ II. opii ✱ I. gummis ✱ II. ex aqua pluuiali hoc teritur atque conficitur, quod melius ſuperiore ad caligines facit. Collyrium quod ſtacton vocant Græci ad eadem fere quæ ſuprà ſcripta ſunt vtile, ſed magis mulieribꝰ prodeſt: accipit hæc, Cadmiæ ✱ II. ſtibii ✱ VI. piperis albi ✱ II. æruginis raſæ, & miſyos, donec Puniceū fiat, vſti ✱ ſingulos S. æris floris ✱ I. S. gūmis ✱ VII. quidā iis addunt opobalſami ✱ II. trita hæc diligenter pluuiali aqua aſperguntur, & in collyria colliguntur. Collyrium acre
H ad extenuandas cicatrices quamuis veteres, caliginéſque angulorum, quod ſemel inunctum plurimis diebus effectum præſtat. Oportet autem eo aquato vti. diu enim tenet morſum, accipit hæc, Ammoniaci guttæ quæ ſit ſine ſorde P. I. æruginis P. S. gummis P. I. primùm cum aqua

pluuiali teritur ærugo, poſtea cætera adiiciuntur macerata aqua pluuiali,& tum collyria finguntur. Fel teſtudinis cum melle optimo mixtum,& diu coagitatum, mirè caliginem tollit, ſi oculi inde aſſiduè circunlinantur, aut ſubtiliter ſuffundantur. Calliblepharium xero collyriũ primũ, accipit hæc, Æs vſtũ, ſtibium, cadmiã, æquis ponderibus miſcebis, teréſque diligẽter,& donec ſpumã non faciant neque creſcant, ad ignem lentum agitabis in vaſe æreo, ibique tandiu eſſe patieris donec refrigerẽtur atque ſiccentur, quæ poſtea ad mortarium nitidiſſimum transferes, atque illic iterum ex vino vetere optimo teres tandiu quouſque ſiccentur, de quibus puluerem tenuiſſimum factum, intra pyxidem æream condes, eóque velut ſtibio quum volueris vtêris. Xerocollyrium optimum cõficitur ſic, Lapidis Phrygii — II. croci — I. ſalis ammoniaci ℈ II. folii ℈ II. æris vſti ℈ IIII. piperis albi ℈ I. omnia ſeorſũ diutiſſimè & diligentiſſimè teres, vt puluerẽ tenuiſſimũ facias, quem permixtũ recõdes in doliolo vitreo, & quũ volueris puluere ipſo prout volueris vteris. Xerocollyrium optimũ & ad initia lippitudinis probatũ, cõſtat ex his, croci ℈ II. ſarcocollæ ℈ II. aloes hepatitidos ℈ I. glaucii ℈ I. teres hæc omnia diligenter,& puluerẽ tenuiſſimũ in pyxide cuprea recondes, & quum opus fuerit & intra oculos & ad ſuperliniendos vteris. Capilli muliebres ſuper teſtam combuſti,& cum ſpuma argenti contriti, atque ad ſummam læuitatem redacti, xerophthalmias & prurigines oculorum efficaciter ſanant ſi inde inungantur. Ad caliginem abolendam de experimento vtêris hoc remedio, ſalem ammoniacũ exuſtum tere & permiſce cum lotio pueris inueſtis, atq; inde aſſiduè oculos inunge vel ſuperline. Naturalem ſuccum argemoniæ, ſuccum millefolii, & ſuccum arnogloſſæ (id eſt plantaginis) colliges diligenter ac nitidè æquali menſura, & de ſucco marrubii, rutæ, ſerpylli, euphorbii, exprimes per linteum delicatum,& admiſcebis ℈ binos, iiſque adiicies mellis optimi deſpumati libram vnam, atque omnia ſimul diu conteres: deinde iterum colabis tenui linteo,& recondes in vaſculo vitreo, atque vteris quum opus fuerit ad ſuffundendos & ſuperliniendos oculos caligine laborantes, quibus hoc remedio citò aciem acutiſſimam reddes.

Maluæ ſuccus expreſſus cum farina tenui miſcetur, ac diutiſſimè teritur, poſtea adiicitur mellis deſpumati aliquid ac vini, vti liquidius fiat, potenter inde inunguntur oculi caligine laborantes. Ros nocturnum colliges nitidiſſimè in prato,& in ampullam mittes, atque adiicies illi mellis Attici ℈ XII. & opobalſami ℈ VI. ac pariter vtrunque miſcebis,& ſic vteris ad iungendum vel ſuperliniendum: mirum remedium experieris. Succum vettonicæ tenuiſſimum oculis infunde, clariores eos facies, & importunam lacrymarum diſtillationem citò ſiccabis. Fel cameli ſolùm per ſe fronti inlitum prodeſt aduerſum caliginem, ſed ne omnino lippiatur decoctum cũ mellis optimi cyathis tribus,& croci vncia in vnum miſcebis,& ſic ſuffuſionem ad oculos facies, vel etiam ſuperlines inde caligantes & lippientes oculos: hoc medicamine etiam excreſcentes carnes in oculis & cicatrices curãtur. Ad caligines oculorum detergendas medicamẽ valde efficax, Roſæ ſiccæ pugnos duos plenos cum radice fœniculi diligenter purgati,& fœnigræci pugnum vnum plenum in ollam nouam mittes,& decocta prima aqua effuſa, ſic poſtea decoques vt ſpiſſeſcat, deinde mellis Attici vnciam ſupermittes,& piperis ſcrupulum bene triti: addes etiam paſſi cretici aliquantulum, vt liquidius facias, deinde per linteolũ delicatũ colabis,& ad ſuffuſionẽ vel ſuperlinitionẽ oculorũ vteris. Perdicis fel mixtũ melli Attico caliginem tollit, ſi oculis aſſiduè infundatur, ſed cũ modo & æquali mẽſura. Aquilæ fel cũ melle Attico, myrrha vera,& nitro albo, ſingulis vnciis mixtum oculis viſionem acutiſſimam præſtat ſi cum modo infundatur.

Vt acie certiore intueri omnia poſſis, ficus Africanæ etiam veteris, dummodo pinguiſſimæ, ad ignẽ calefactæ ſucco expreſſo, vinóque diluto, oculos inunge, gratulaberis remedio. Vipera viua mittitur in vas nouum fictile,& adiicitur ei ſucci fœniculi cyath⁹ vnus,& thuris granum vnum, deinde vas obturatur argilla, & circumlinitur,& in furnum feruentem mittitur, atque illic excoquitur donec cinis fiat. hoc de experimento hypochyſes caliginéſque potenter atque mirificè purgat. Anagallidos herbæ flos purpureus ad menſuram obolorum trium diligenter tritus,& cũ pauxillo vini veteris mixtus inunctioni caligantium oculorum mirabiliter prodeſt.

Lacertas piſſinnas quæ in ſegetibus morãtur (quas Græci aruras vocant) comburito,& ad tenuiſſimum puluerem redigito, atque ex eo cum vino aut melle optimo caligantes oculos inunge, valde proderit. Centaureæ minoris ſucco oculi ex melle inuncti, caligine citò depoſita, tenuiſſimam aciem reſumunt. Fœniculi radicis contuſæ ſucco, tantundem mellis optimi deſpumati, vtinam Attici, miſceto, eáque lento igne ad mellis craſſitudinem diſcoquito, repoſitáque in pyxide etiã ærea habeto: quũ erit opus, cum aqua ciſternina aut muliebri lacte inungito, quanuis craſſas caligines citò diſcuties. Fœniculi radicis decoctæ aqua oculos aſſiduè foueto, citò omnẽ caliginem tolles. Caliginantibus oculis, viſus acutior reſtituetur, neq; facilè in hoc vitiũ incidet qui vſus fuerit remedio tali, vt centaureæ manipulum nitidum in vini optimi, ſed nouellaſtri, congium mittat, aut etiam excoquat, ac triduò in vaſculo clauſo vel operto macerari faciat: deinde poſt triduum heminam eius vini mixtam cum calida aqua, adiecto melle ieiunus manente illic cẽtaurea quotidie bibat. Lauri folia XX leuiter cõtrita paſſo diluito,& linteo colato,& in cacabo decoquito ad craſſitudinem mellis, atque ex eo inungito; efficaciter caliginem diſcuties. Baccæ myrti ſupra carbones viuos ad ſuffumigandum poſitæ, caliginem extenuant, ſi oculis apertis fumũ earũ patiẽter exceperis. Pulli hirundinum vel aſſi, vel elixi, in cibo ſæpius ſumpti, oculis caliginantibus efficaciter proſunt. Lapidem boſtrychitẽ tecum ſemper habeto, quia ad aciem oculorum excitandam efficaciter prodeſt. Muris agreſtis (id eſt qui in campis inuenitur) combuſti cinis contritus,& cum melle aſſiduè inlitus, aciem oculorum caligine extenuata confirmat. Scarabeus coloris ſmaragdini tantum beneficii oculis præſtare dicitur vt viſionem ei acutiſſimã reddat, qui eum contemplatus fuerit aſſiduè. Cochleas Africanas veras ſuper ſpiſſam craticulã diſpoſitas ponito,& carbones acres aſſiduè ſuggerito, vt æqualiter comburantur, deinde mortario terito, vt tenuiſſimum ex iis puluerem facias, adiectáque mellis Attici cotyla vna, iterum validiſſimè terito, & poſtmodũ in vaſculo fictili repone,& ſigna:& quũ alicui mederi voles, ſpecillo inde eum inunge, intra paucos dies integram aciem eius clarámq; reſtitues. Fit ex vipera collyrium ad caligines oculorum adaperiendas diſcutiendáſque mirificum. Cõprehenſam igitur occiſámque viperam in vaſe fictili repones, eámque illic putreſcere permittes, donec ex ea vermiculi naſcantur: hos eliges & conteres,& adiicies iis croci paulũ,& iterum teres, atque inde collyria facies, & ſic cum melle Attico aut lacte muliebri oculis inunges. idẽ præſtat & cinis viperæ combuſtæ, (ſicut ſuprà ſcriptũ eſt) ſed cum iis quæ hîc adiecta ſunt temperatus. Salem quam candidiſſimum ieiunus ſi quotidie guſtaueris, omnem oculorum caliginem citò extenuabis. Fel vt ſinum atque hyænæ cum melle optimo mixtum,& diu coagitatum caligines eximit, ſi aſſiduè inde oculi ſuffundantur aut ſuperlinantur. Adipes omnium fluuialiũ piſcium in ſole liquefactæ, adiunctóque melle inunctioni adhibitæ, mirificè oculis caligantibus proſunt. Herbæ chelidoniæ ſuccum, fœniculi ſuccũ, ad quartarios ſingulos miſce cum mellis optimi quartariis quatuor,& oculos grauedine & aſperitudine laborãtes inunge, mirè proderit: ſed ſimul omnia decoque in vaſe æreo,& ſic inunctioni reſerua. Lapis medi⁹ in lupina pellicula ſubligatus collo, atque ita diu portatus, ſed prius muliebri lacte pertractatus, non tantùm caligines tenuare, verumetiam hypochyſin diſcutere, & obductam aciem aperire conſueuit. Hygra quæ prodeſt valde ad caliginem detergendam, conficitur ſic, Croci — II. piperis albi vnciã, aphronitri vnciam, myrrhæ vnciam, mellis Attici vnciam, crocum & piper ex vino teres, nouiſſimè aphro-

nitrum & myrrham ſeorſum conteres, & ſic vniuerſa coniunges, atque ad ſuffundendum vteris ex melle.

Hygra mirifica quæ & calignes abigit, & oculis ſuffuſis lumẽ inſtaurat, accipit hæc, Opobalſami ℈.III. myrrhæ ℈.III. opopanacis ℈.I.S. mellis Attici ſelibram. Opopanacem primùm ex vino teres diligenter, tum myrrham adiicies, & teres poſtremum opobalſamum addes, atque omnia cõmuniter terẽdo admiſcebis, & poſtea ad inungendum vteris. Fellis gallinacei vel vulturini (quod lõgè magis prodeſt) ſcrupulum, & mellis optimi vnciã, bene trita cõiunges, atque in pyxide cuprea habebis, & opportunè ad inungendum vteris, hoc nihil potentius caliginẽ releuat. Ros matutinum quod inhæſerit rutæ, & ſuccum chelidoniæ, & mel optimum deſpumatum pari menſura permiſce, atque ad tertias decoque; & in pyxide cuprea reconde, & caligantes oculos infunde.

Fellis terræ & chelidoniæ, vtriuſque herbæ ſuccum, cum mellis optimi deſpumati pari menſura permiſce, atque ex eo caligantes oculos inunge, efficaciſſimo medicamine vteris. Satureiæ viridis ſucco tenuiſſimo ſi aſſiduè angulos oculorum contingas, caliginẽ citò diſcuties. Idem præſtat & rutæ ſuccus per linteum tenue expreſſus, in pyxide ærea conditus, atque angulis oculorum caligantium appoſitus. hoc cuiuſlibet ætatis hominẽ infirmiſſimi viſus mirabiliter curat, certè ſi aliquid mellis Attici fuerit admixtum.

Remedium ad tumorem oculorum vel nimiam diſtillationem.

Pulegii flores deſtringe, eóſque madefacito ex aqua frigida, & contere bene, atque ex eo panni tenuiſſimi partem dimidiam line, vt ex altera parte panni integas oculos, & quum ibit dormitum cui medendũ erit, ſupra oculos pones, ipſa nocte tumorem humorémque oculorum eius ſedabis. Ad oculorum ſubitum impetũ vel dolorem remedium efficax ſic; Succum cardonis, ſuccũ vrticæ Alexãdrinæ, ſuccum bugillonis, crocum, atramentum ſutorium, æquis menſuris iſta coniunges, & addes iis ſapæ modicum, & aceti quãtum ſufficiat, & decoques ad ſpiſſitudinem mellis liquidi, atque ita oculos inde ſuperlines, vt modicum ingrediatur eos, & delacryment, continuò ſanabuntur.

Ad vulnera, vlceráque, & cicicatrices, atque carbũculos cruſtáſque oculorũ, & glaucomata atque albugines detergẽdas, & palpebras cõponẽdas, collyria & remedia de experimentis phyſica, & rationabilia diuerſa.

Ad ſordida vlcera oculorum cruſtáſque habentia, (quas medici eſcharas vocant) & ad carbunculos oculorum, (quos anthracas dicũt) facit bene & per ſe mel Atticum purum pyxide cuprea conditum, & repoſitum ſub ſignaculo mẽſibus ferme duobus: (quãto enim diutius in pyxide ea manſerit, efficacius fiet) ſed præcipuè hoc quod quidã diaſmyrnon, nõnulli euodes (quia boni odoris eſt) nominãt, quod etiã ad puſtulas papuláſque & ſuppurationes oculorũ, & ad cicatrices nõ veteres, & ad palpebrarum recentem etiam in corporibus tenerioribus aſperitudinem facit. Oportet autem eo ad ſordida vlcera diluto oui albo (id eſt aquatiſſimo) vti, deinde quũ lacrymæ fluere deſierint, cineraceo collyrio ſuperinungi, item ad puſtulas ex ouo tritum facit: ad papulas verò & ad dolores cum rubore & diſtenſione oculi ſicca, bene imponitur cũ lacte mulieris. ex aqua autẽ ad cicatrices recẽtes extenuãdas & palpebrarũ aſperitudinẽ tollẽdã teri debet, & ſubiecto ſpecillo, aut inuerſa palpebra oculis inſeri. Componitur autẽ ex iis rebus, Põpholygis lotæ ✱ VIII. æris vſti ✱ VIII. croci ✱ IIII. myrrhæ ✱ IIII. nardi ſpicæ ✱ I. & pondus victoriati, lapidis hematitæ ✱ II. S. piperis albi grana X. opii ✱ I. & pondus vnius victoriati. gummis ✱ X. teruntur hæc cum vino Chio, & cõfeſtim collyria fingũtur, atque in vmbra ſiccantur. Acriore autem collyrio ad cicatrices extenuandas & ad palpebras aſperas vtimur, quod quia ex quatuor rebus; vt quadriga equis, conſtat, & celeres effectús habet, harma dicitur. recipit hæc, Æris vſti ✱ IIII. tuteæ arboris corticis ✱ IIII. ammoniaci guttæ ✱ IIII. gummis ✱ IIII. teruntur hæc ex aqua pluuiali. hoc etiam ſuperunctum ad puerorum epiphoras & qui

A non ſufferunt vnctionem optimè facit. Collyrium quod propriè facit ad aſperitudinẽ palpebrarum & calloſitatem. Oportet autem aut ſubiicere ſpecillum palpebræ, aut inuertere ipſam palpebram, & ſic inungere. Recipit æris vſti ✱ XIIII. æruginis ✱ VI. croci ✱ X. myrrhæ ✱ I. caſiæ rufæ fiſtularum victoriati pondus, piperis albi grana XLV. gummis denarios nouem, cum vino Chio hæc terentur, & ſic colliguntur.

Ad palpebrarum veterrimam aſperitudinem, & excreſcentem carnem (quam ſycoſin Græci vocant) in qua B eſt callum duriſſimum. Eſt autem liquidum medicamẽtum, quod ideo hygra appellatur, quod etiam carnem ex palpebris tollit ſine magno dolore. recipit hæc, Myrrhæ, thuris, croci, miſyos, ſingularum ſpecierum denarios ternos, chalcitidis ✱ VI. hæc teruntur diligenter ex aceto acri. vbi leuia facta erunt, & habebunt ſpiſſitudinem paſſi, miſcetur iis mellis Attici P.I. deinde in patella æris Cyprii ſuper carbones poſita inferueſcit, donec mellis habeat nõ nimium liquidi ſpiſſitudinẽ, atque ita reponitur in pyxide æris Cyprii. Quũ opus eſt, inuertitur C palpebra, & per ſpecillũ apponitur. Quod medicamẽtum ſuffricatururioſè in oculo ad delacrymationẽ: & vbi deſierit mordere, rurſus inuerti oportebit palpebrã, atque ita pollice impreſſo mẽbranas innãtes adducere, quæ facilè ſubſequẽtur: poſt hoc cinereo collyrio ex aqua inũgendi erunt oculi craſſius. Hoc medicamẽtum multorũ annorum callos & aſperitudines palpebrarum deſperatas à quibuſdam medicis oculariis, paucis diebus tollit.

Collyriũ ad vlcera, papulas & epiphoras. Cadmiæ ✱ VIII. ceruſſæ ✱ IIII. amyli ✱ III. opii ✱ II. acaciæ ✱ I. D gummis denarios duos, tragacanthi denarium vnũ, ouorum ſemicoctorum vitellos duos, fabæ ſine cortice (id eſt purgatæ) modicum, quæ ante diẽ ex aqua macerari debet cum tragacantho, atque ita teri, tum formari collyria, quæ lacrymarum impetum & iugitatem potẽtiſſimè ſedant ac reprimunt. Collyrium Dionyſianum quod appellatur Theodotion, ad lacrymam tenuẽ reſtringendam, & ad vlcera & aſperitudines palpebrarũ, & ad cicatrices recentes efficaciſſimum: conficitur ſic, Cadmiæ ✱ III. æris vſti & loti ✱ VIII. crocomagmatis ✱ E VIII. ſtibii ✱ IIII. opii ✱ IIII. caſtorei ✱ IIII. nardi ſyriaci ✱ IIII. lycii ✱ IIII. acaciæ ✱ XVI. croci ✱ VIII. myrrhæ ✱ VIII. palmularum oſſa vel nucleos vſtos, numero XII. gummis ✱ VI. vini auſteri veteris bene odorati ſextarium vnum. teruntur hæc diligenter, & confeſtim ex iis collyria finguntur, atque in vmbra ſiccantur. Collyrium ſtratioticum, facit ad tumores oculorum & lacrymam acrem compeſcẽdã, atque ad palpebras aſperas & ad caligines & cicatrices ex itinere & puluere & fumo collectas: Cadmiæ, denarios F octo, ceruſſæ ✱ VIII. crocodili ſtercorum ✱ IIII. æruginis raſæ ✱ II. caſtorei ✱ S. omphacii aridi, aluminis fiſſi atque vſti denariũ vnum, piperis albi ✱ V. opii ✱ I. S. gummis ✱ VI. teruntur hæc diligenter, & ex vino Falerno colliguntur, atque inde collyria formantur. Collyrium quod appellatur ſphragis, ab Antigono medico inuentum, facit ad omne vlcus & ad omnẽ vſtionem & plagã & ruptionẽ tunicularũ oculi; & ad omnia oculorum vitia, præter epiphorã incipientẽ, accipit hæc, Cadmiæ ✱ IIII. põpholygis ✱ X. opii ✱ IIII. amyli ✱ IIII. aca G ciæ ✱ IIII. tragacãthi ✱ IIII. gũmis ✱ II. terũtur diligẽter hæ ſpecies, & ex aqua pluuiatica collyria cõponuntur.

Collyrium ſtratioticũ pſoricum, cõpoſitũ ex cadmiæ ✱ XII. S. croci ✱ XII. piperis albi ✱ XV. ceruſſæ ✱ II. opii ✱ II. gummis ✱ IIII. chalcitidis ✱ I. Cõponitur autem pſoricũ ſic. Terũtur hæc ſeorſum ſingula bene ſiccata, deinde in vnum collecta aceto conſperguntur, ac poſtea in ollam fictilem nouam coniiciuntur cum ipſo aceto: quam bene opertam in equino ſtercore obrui oportet, atque illic haberi per dies XL. poſtea hæc permi H xtio in ſole areſieri debet, ac deinde teri, & tũ aqua pluuiali collyria formari conuenit, de quibus & inũgi oculos (vt ſuprà ſcriptũ eſt) cauſis grauibus laborãtes, & ſuperlini optimũ eſt. Ad oculorum omnẽ dolorẽ & præſentẽ & veterẽ, & ad caliginem atque albuginem, & pruritum atque antiquam (vt ita dixerim) cæcitatem. Nam vt au-

ctori huius remedii de experimento credamus, duodecim annorum cæco intra dies viginti viſum reſtituiſſe ſe dicit. Quāto autem recentior valitudo fuerit oculorum, tāto velocius curabitur medicamine tali. Collyria multi generis, (id eſt vel decem cōfectionum æquali vel numero vel pōdere) infundes in lotium pueri virginis, & ad vncias ſingulas collyriorū quæ infuderis, ſeptena grana piperis in mortario nitido diligentiſſimè teres, vt puluerem ſubtiliſſimum facias, & cum mellis optimi deſpumati cochlearibus tribus miſcebis, & iterum diligenter teres: poſtea ſimul confundes omnia, id eſt collyria, lotium, & piper illud cum melle, & iterum diutiſſimè ac diligentiſſimè teres, collectúmque nitidè in pyxide cuprea recondes, atque ex eo quemlibet oculorum cauſariū intus (id eſt intra oculos) inunges. Quòd ſi per tēpus medicamen ſpiſſatum fuerit, lotium puerile infantis quātum opus fuerit, vt more collyrii liquidum fiat, infundes, & ſic ſub cilio & palpebris (id eſt, intra oculos, ſicut diximus) ſollicitè inunges. Hoc medicamine multis experimentis probato, conſtat nihil eſſe præſtantius, ſiquis eo caſtus & purus vtatur. Medicamen barbaricum ad omneis oculorum cauſas vel impetus, ſiue ſint ſcabri & lacrymoſi, ſiue etiam vermiculos habeant, aut brigantes qui cilia arare & exulcerare ſolent. In ollam rudem mittes tres ſextarios aceti acerrimi, & ferrū, (id eſt clauos veteres minutos) vel alia minutalia ferri vetuſta, & claudes ollā diligenter, operculū tenuiter pertundes, & in illo foramine pones aut cannā aut ſambucum perforatam, vnde habeat ſpiramentum: mittes tamen in eandem ollam cum aceto & ferro, roſæ ſiccæ vnciā vnam ſemis: ac poſtea ollam ipſam cooperies fimo caballino recenti, ita vt ſpiramen illud ollæ per calamum liberum ſit, hoc eſt vt ſupra molem illam fimi caballini quo fuerit olla conſtricta vel operta, ſolum ſpiramen emineat, vt ſemper habeat anhelitum quindecim diebus quib⁹ neceſſe eſt vt in fimo illo perſeueret. nam omnino obſeruabis ne vnquam illis XV dieb⁹ deoperiatur. Sextadecima die tolles ollā de ſtercore illo, & diligenter mundabis, nequid illic ſordidum hæreat: & quum patefeceris ollam mittes in eam fœniculi viridis ſuccum quanta eſt menſura bonæ potionis in vino: deinde agitabis diu, & colabis linteo tenui, & mittes in bucculare rude vel diligenter nitidatum, deinde lēto igne decoques, & ſemper agitabis: quum aliquātulum coxerit, addes in ſextarium medicaminis tria cochlearia mellis optimi deſpumati, & iterum diligenter coagitatum repones in ampulla vitrea, aut pyxide cuprea, ac ſub ſignaculo habebis, & quum opus fuerit, ad caliginē & albuginē detergendā interius oculos inunges. Ad præſentē autē impetū vel dolorē, quāuis vehemens ſit, deſuper oculos inlines. Quòd ſi grandis feruor oculorū & acres vel frequētes lacrymæ erūt, etiā tēpora & frontē medicamine inlines, ita vt in die vel quater ſuperlinas: & quū ſiccata fuerit ſuperlitio ipſa, nō elues eam, ſed ſemper addes nouam inductionem. Quòd ſi ſcabri oculi fuerit, aut vermes qui palpebras exarēt, & inde ſit tumor inuect⁹, cilia ſuperiora & inferiora, (id eſt palpebras ipſas;) vbi cauſa valetudinis eſt, inunges: experieris ad omnia fere oculorū vitia mirificū medicamētū, ſi caſtus & purus eo vtaris: de quo tamen dum in fimo eſt, vix tertia, aut certè media pars remanere debet. ita enim melius fiet. Nā quāto plus cōſumitur vapore fimi illius, tanto magis confortatur, & ideo maior olla eſſe debet, vt propēſius medicamen fiat, quod & diu ſeruari oportet, & multis neceſſariū eſt. Ad oculos ſcabros, & palpebras perforatas humore vetuſto, vel pedunculis exeſas, remedium præſens barbaricū quidē, ſed multis probatum. Scarabæum piloſum qui ſimilis eſt ſcarabæo vero, in ſepibus vetuſtis lapidoſis, aut in foſſatis ſepium requires, qui cutiones ſunt, colore pſeudoflauo, quaſi leonino piloſi lucētes. Antè ergo quā illū cutionē tollas, folium caulis primo mane cum ſuo ſibi rore vel gutta concluſa in eodē folio teneatur, vt vbi cutionem illū inueneris, digitiſque pollice & medicinali apprehēderis, confeſtim ſupra foliū illud caulis teneas, vt ſupra guttam illam lotiū eius excipias: quia vbi manu apprehenſus fuerit, ſtatim ſe ſubmeiit. Prouidendum ergo vt velocius ſupra foliū illud caulis ponatur, ne lotiū eius quod citò effundit, alibi excidat, quod commixtū cum illo rore caulis per ſpecillū palpebris impones, & loca ſcabra vel exeſa interpilos perūges, effectū rei citò miraberis. Quòd ſi caſu vno in loco vel in diuerſis plures iſtos cutiones inueneris, omniū lotiū vel humorē (quēadmodū dixim⁹) in folio caulis humidi ſtatim de horto ſuſcipere debebis, & adiectis guttis aliorū de caule foliorū in vaſculo vitreo recōdere, vt quū opus fuerit præſto habeas, quia difficulter huiuſmodi beſtiolæ inueniūtur. Ad albuginē oculorū detergendā efficax hoc remediū, Vulpē viuā capies, eique linguā præcides, ipſámq; viuā dimittes: linguam autē eius arefactā, phœnicio ligabis, & collo eius qui albuginē patietur ſuſpendes. Herbæ ſymphoniacæ furculū collo eius qui albuginem patitur lino ſuſpēdes, ita vt per dies triginta illic ſit: quāto recētior albugo fuerit, tanto citius ſanabitur. Roſmarinum cōbure, & puluerē eius cum melle Attico diligēter tere ac permiſce, atque inde inunge, cōfeſtim ſubuenies ei qui albuginem patitur. Fabam fractam purgatam atque vſtam ad ſummam leuitatem teres, & oculos inde albugine occupatos aſſiduè ex aqua circumlines, miro remedio ſubuenies. Piſcis marini felle qui ſcorpios dicitur, oculi inuncti caligine atque albugine quāuis craſſa citò liberabuntur. Sanguis columbarum de loco pinnarum eo momento quo pinna auellitur, oculis dum adhuc tepet, debet infundi qui ictu aliquo vulnerati aut ſanguine ſuffuſi fuerint: album quoque oui incocti cum croco trito oculis ſuperpoſitum, & lana alba ſuccida inuolutū medetur. Ranam de lacu prēdes, & ſpino oculos ei ſubtiliter erues, atque in pāno coccineo de licio ligatos oculis interius cruētis ſuperpones, citò medeberis. Mel Atticum & ſtercus infantis quod primū dimittit, ſtatim ex lacte mulieris quæ puerum allactat permiſcebis, & ſic inunges: ſed prius eum qui curandus eſt erectum ad ſcalam alligabis, quia tanta vis medicaminis eſt vt eam niſi alligatus patienter ferre non poſſit, cuius beneficiū tam præſens eſt vt tertio die abſterſa omni macula mirificè viſum reddat incolumen. Ad cicatricem vel plumbum extenuādum, & aſperitudinem pruriginémque oculorum purgandam, & humorem ſiccandum, & ad ſcabras ac ſcabidas palpebras, atque alia oculorum vitia, vnum hoc remedium vel præcipuū eſt, Folia oleagina commāducato diligenter, eorúmque ſucco quem in ore collegeris, quotidie ieiunus oculos ablingito, vel inlinito per linguam, celeriter vitia ſupraſcripta diſcuties. Ex hirūdinum pultis fit calliblepharium bonum quod aſperitudinem pruriginémque oculorum potēter expurgat: nec patitur quicquam in iis moleſtiæ concreſcere, humidos quoque naturaliter oculos exſiccat, quod hoc modo cōponitur, Capita pullorū quamplurima igne lentiſſimo comburuntur, & trita in puluerem tenuiſſimū redigūtur, quæ admixta recenti adipe gallinæ inunctioni maximè proſunt. Intibi ruſtici, de quo naſcuntur articuli complures, contriti ſuccus in oculum inſtillatus celeriter cicatrices & plumbum oculorum eximit.

Caput ſtellionis combuſtū & tritum, & melli Attico admixtum, oculos lacrymoſos inūctione aſſidua ſiccat & ſanat. Pulmonis hœdini combuſti cinis prurigines oculorum diſcutit, & ſcabras palpebras emendat ſi quaſi ſtibium imponatur. Felle catelli dierum ſeptē, oculi ex melle inuncti citò à leucomate liberabuntur. quidam etiam affirmant efficaciſſimum remedium eſſe ad detergenda glaucomata, ſi catello dierū ſeptē caput viuēti diffindatur, & de dextra parte cerebri ocul⁹ dexter, de ſiniſtra ſiniſter, intincto illic ſpecillo inungatur.

Vt leucomata & albuginem quanuis denſam ex oculo detergeas, turam & anturam herbas virentes nitidiſſimè collectas contundes, & per linteum tenue ſuccū earum exprime, eóque oculos inunge. Leucomata vt extenues & diſcutias, vtere medicamine quod cōficitur ſic, Pumicis cōbuſti triti ℈. XIIII. calcitidis ℈ VIII.

gummis ℈.quatuor,& ſinapis pauſillum vt toleretur adiicies:hæc omnia in tenuiſſimum puluerem redacta in vnum permiſce,& ex aqua fontana facito collyria craſſiora ; quibus ſic vteris,vt circundetur tribus partibus cera collyrium:ſed extremum collyrii ſit leue ac tenue, quod in ipſum leucoma imponas,& iube oculũ adoperiri pauliſper ne excidat collyrium : quod ſi exciderit,iterum reponatur, poſt hæc inunge oculum leni collyrio,ſtatim èmittet quaſi ſquamam. Si ergo magnum leucoma fuerit & craſſum,ita curabis : ſin autem tenue , quũ impoſueris medicamen,maturius tolles ; poſtea verò vtere ad inunctionem collyrio quod Græco vocabulo diacopon appellatur. etenim apud medicos hoc collyrii genus magnam habet effectus ſui dignitatem. Turturis fimus ad ſummã leuitatem tritus , & cum melle Attico, aut etiam alterius generis,dummodo optimo & deſpumato,inunctus , leucomata oculorum potenter extenuat. Galli gallinacei maximè albi fel ex aqua dilutum, & inunctione adhibitum,leucomata oculorum & hypochyſes ſanat, & aciem luminum confirmat. Stercus quoque gallinaceum album cum oleo vetere tenuiſſimè tritum & adpoſitum, idem oculis remedii præſtat. Fel vituli diligenter collectum ad cotylæ menſuram in vas æreum mitittur,tenuique igne admoto ita excoquitur vt ſpiſſetur, deinde mellis boni tantum mittitur quantum fellis illius decocti remanſerit, adiiciuntur poſtea myrrhæ tritæ drachmæ duæ , & croci vna , & æris flos pauxillum, ac poſtea ſimul omnia diu coagitata ad tertias decoquuntur:quod medicamen in pyxide ærea debet reponi,ſatis vtile & leucomatis & cicatricibus & omnibus vitiis oculorum , ſi aſſiduè inde & opportunè inungantur. Vt leucomata oculorum efficaciter diſcutias , vngulas aſini viuentis lima,& ſcobe earum quamtenuiſſimo, qui leuitate ſua oculos non offendat,cum lacte muliebri mixto, frequenter inungito. Araneus albus cruribus longiſſimis ac tenuiſſimis cum oleo vetere contritus,per inunctionem adſiduam leucomata eximit , & ideo plures cum oleo ſufficienti teri oportet,ne ante confirmatam ſanitatem medicamen neceſſarium deſit. Cæpa longa contuſa exprimitur,eiúſque ſuccus opobalſamo , vel quod efficacius eſt,lacti mulieris admixtus,leucomata & cicatrices,& quæ Græci argemata appellant miro effectu inunctione adhibita extenuat atque perſanat. Anemone dicitur à Græcis herba , quæ tantam vim remedii habere creditur vt portata ab eo , vel ſubligata collo eius qui glaucoma patitur , intra dies quadragintaquinque eum ſaniſſimum reddat. Vt glaucoma incipiens celeriter diſcutiatur , herbam ſerpyllum decoque, & eius aqua oculos adſiduè foue,poſtea pice liquida , pura ac nitida velut collyrio inunge,citò recipies ſanitatẽ.

Perdicis vnius fel , opobalſami cyathum vnum,cyperi ſidonii cyathi partem dimidiam,trita hæc & ad ſũmam leuitatem perducta, permixtáque,in pyxide plumbea repones,& inunctione aduerſum glaucomata,& hypochyſes , & caliginem mirè vteris. Corui marini fel inunctione adhibitum,caligines tollit,albugines & cicatrices extenuat,carnes excreſcentes compeſcit , fluoréſq; oculorum reprimit. Piſciculi qui equum marinum ſimilat,fel,ouorum albumini mixtum,& cum lana ſuccida oculis adpoſitum,melius remedium ſupraſcriptis oculorum cauſis quàm vllum aliud medicamẽ præſtare manifeſtum eſt. Scrofina adipe recenti ſiquis contritos angulos oculorum (quos Græci κάνθους vocant) interius exteriúſque inũxerit,vermiculos qui noxii ſunt oculis potenter educit. Sepiæ teſta interior quæ mollis eſt,diligentiſſimè trita,& muliebri lacte permixta, atque inunctioni adhibita, ſupradictis oculorum cauſis plurimum prodeſt. Nardi Indici vel ſyriaci ex vino vetere triti ſiccatique puluis , pro xerocollyrio oculis impoſitus, mirabiliter prodeſt ad valetudines ſupraſcriptas. Mel optimum deſpumabis ,vt bene purum ſit, & admiſcebis pari menſura ſuccum rutæ & herbæ chelidoniæ , atque ad tertias decoques,& quũ omnia benè permiſcueris , in ampulla vitrea ſub ſignaculo ſeruabis,& vteris miro medicamine ad ſcabros,& lippos oculos inungendos.

A Item ad oculorum cauſas remedia phyſica,& rationabilia diuerſa, id eſt , oculis ictu læſis , & ſiquid ſubitò eos fuerit ingreſſum,& aduerſum moleſtias pilorum,& ad ægilopas, & ad nyctalopas , & ad varulos, (id eſt ordeolos oculis infeſtos) iis additæ infra collyriorum diuerſorum confectiones.

Quocunque ictu læſus oculus ſi ſanguinolentus videbitur, palumbinus ei vel perdicis vel turturis ſanguis, aut ſi hæc animalia non erunt,columbinus de pinna ſub- B latus ſtatim (id eſt adhuc calens)infundatur. Bitumine,ſulphure,& thure permixtis,oculos ictu læſos ſuffumigato,ſtatim ſanabis ſi frequẽter id feceris. Herba quam Græci ſarcocollam, nos argemoniã appellamus,ſi viridis erit,trita:ſin arida,calida aqua macerata, quò facilius teri poſſit,inlita oculis ſugillationes liuoréſque eorum maturè diſcutit. Sanguine hirudinis recenti ac tepido inunctus oculus ictu læſus & cruore ſuffuſus ſtatim ſanabitur.

Radix rutæ trita,& inlita oculis cruore ſuffuſis, etiam C commanſa , & aſſiduè poſita plurimum prodeſt : vinum quoque in quo ruta diu fuerit macerata rationabiliter infunditur. Mulieris primiparæ puræ ac nitidè ſaliua ieiunis inſtillata oculis liuorem ſuffuſionémque quamlibet cruentam,efficaciter adimit. Herbæ vettonicæ folia teres,& ſalis triti modicum adiicies,& ſuper ictu perculſum vel cruoribus ſuffuſum oculum colligabis, mirè proderit. nam quando ei id ſolueris, videbis ex eo ſanguinem diſtillare,ita omnem cauſam extrahet.

Lana ſuccida madefacta oleo vinóque permixto,ac te- D pẽs oculis ſuperpoſita,optimè vitia ſupraſcripta perſanat.

Ad eiiciendum quæ caſu oculum intrauerint,herbam artemiſiam velles radicitus , & inde coronam factam capiti impones : ſed is cui medendum erit,dum coronam illam in capite habet , quantum fieri poteſt oculos apertos habeat. Digitis quinque manus eiuſdem cuius partis oculum ſordicula aliqua fuerit ingreſſa, percurrẽs & pertractans oculum, ter dices, tetunc reſonco,bregan, greſſo. ter deinde ſpues,térque facies. Item ipſo oculo clauſo qui carminatus erit patientem perfricabis , & ter- E carmen hoc dices,& totiens ſpues, in mon dercomarcos axatiſon.ſcito remedium hoc in huiuſmodi caſibus eſſe mirificum. Si ariſta vel quælibet ſordicula oculum fuerit ingreſſa,occluſo alio oculo,ipſóq; qui dolet patefacto, & digitis (medicinali ac police) leuiter pertractato , ter per ſingula deſpuens dices, Os gorgonis baſio. hoc item carmen ſi ter nouies dicatur,etiam de faucibus hominis vel iumenti os,aut ſiquid aliud hæſerit,potenter eximit.

Leporem marinum,vel eius ſanguinem cum oleo tere, atque ex eo vulſorum de oculis pilorum loca frequenter F perunge,poſt quod & ſi renaſcentur pili,molliores erunt: quibus iterum euulſis, ſupradictũ medicamẽ inducitur, tum verò non renaſcentur. Si autem etiam lacrymas oculi diſtillantes aſſiduè, vitare vis, hederam & vitẽ exuſtas , in puluerem tenuiſſimum redactas , pari menſura cum ſuprà ſcriptis permiſce ad ſpiſſitudinẽ mellis , atque inde inducito,vel ſuperline frequenter oculos, & confeſtim defluet humor noxius,& aduerſum vulſos palpebrarum pilos proderit. Si felle hyænæ loca quibus moleſti ſunt pili in palpebris nati aſſiduè tangantur, cõfeſtim tabeſcent:certè ſi prius vulſis ſuperducatur, non renaſcen- G tur. Pilos oculis moleſtos ſi extirpare penitus volueris, loca eorũ quum prius eos euulſeris, ranæ marinæ felle contingẽ:quòd ſi fel eius repoſitum aruerit,aquam marinam ei modicè admiſce.

Sicui volueris pilos vulſos non ſolùm in oculis, ſed etiam in locis verecũdioribus non renaſci, lacte mulieris eo die expreſſo quo peperit contingẽ crebrius loca de quibus pilos tuleris. Pili ſi oculis moleſti erunt , potenter vteris hoc medicamine,Lacertæ viridis fel miſce cum vino albo quantum ſufficere exiſtimaueris,& mitte H in vas æreum, poſitúmque ad ſolem tandiu agita donec craſſitudinem mellis habeat,atque ex eo loca pilorũ vulſorũ vnge. Lucernã fictilẽ de papyro & medulla vaccina concinnato, atque eius fumo , ſiue fuligine vel ligny

pro calliblephario vtere, quo palpebras exeſas & glabras
ſæpius inungendo, decentiſſimas facies. Glabris
palpebris pilos induces, ſi œſypo quod ſub armis ouium
naſcitur adiecta myrrha,pariterq; in mortario trita,ſpecil
lo calido loca pilis nuda perduxeris. Pilos oculis mole-
ſtos diligentiſſimè velles,atque eorum loca hircino ſan-
guine recenti aut leporis, aut veſpertilionis inlines , vel
canino lacte continges,aut acu cuprea calido aceto ſæpiꝰ
delibuta perduces. Capnos nomine eſt herba cuius
ſuccus vino mixtus atque inlitus locis de quibus pili ab
oculis fuerint exſtirpati,renaſci eos nō permittit. Ra
nunculum viridem comprehenſum acu cuprea pungito,
& ſanguine eius excepto palpebras de quibꝰ pilos tuleris
ſubinde continge, nunquam renaſcentur. Sanguiſu-
garum in olla combuſtarum tritus delicatiſſimè cinis, &
vulſis pilis palpebrarum impoſitus vel inſperſus, renaſci
eos non ſinit. Adipe vituli ſi palpebras craſſiores per-
unxeris,extenuabis eas,& ad ſanitatem perduces. Eiuſdē
medulla cum cera & oleo roſaceo æquis pōderibus lique
facta & permixta,& ad emplaſtri modum impoſita,duri-
tias palpebrarum,& ſiqua illic in modum pilularum na-
ſcuntur,commollit ac diſcutit. Ægylopia emēdat
fimus colūbinus ex aceto coctus & inlitus. cicatrices quo
que oculorum & albugines mirè detergit. Inulæ ru-
ſticæ radix validè commanducata, & cum ſucco ſuo im-
poſita, ægylopas potenter emendat: quæ quia vbi aruerit
cadit recentior,donec perſanet aſſiduè debet imponi.

Ad nyctalopas abolendas lycniten lapidem, quem
nos carbunculum dicimus,tecum habeto, magno reme-
dio vteris,quem vt verum eſſe ſcias, ſic experire,ſi feſtu-
cas leues admotas ad ſe rapit, ſicut lapis magnes ferrum
rapere conſueuit. Iecur ouillum(id eſt ouis candidæ
diſcoctum)cum aqua madefactum contritúmque,& ocu
lis ſuperpoſitum, nyctalopas purgat. Varulis (id eſt
hordeolis oculorum)remedium tale facies,Annulos digi
tis eximes,& ſiniſtræ manus digitis tribus, oculum circū
tenebis,& ter deſpues,térque dices,rica,rica,ſoro. Si in
dextro oculo varulus erit natus manu ſiniſtra digitis
tribus ſub diuo orientem ſpectans, varulum tenebis, &
dices,Nec mula parit,nec lapis lanam fert,nec huic mor-
bo caput creſcat,aut ſi creuerit tabeſcat.Quum hæc dixe-
ris,iiſdem tribus digitis terram tanges,& deſpues, idque
ter facies. Efficax hoc remediū hordeolis,nouem gra-
na hordei ſumes,& de ſingulis varum punges,pérque ſin-
gula puncta carmen dices,& proiectis nouem granis, ſe-
ptem alia corripies,& ſimiliter de ſingulis punges,& car-
men ſepties dices,abiectis etiam iis,quinque ſumes, & i-
dem quinquies facies.idem de tribus granis ſimiliter:idē
de vno ſimiliter. Carmen autem hoc dices, κυρια,κυρια,
κασσαρια,σουρωφβι. Item hoc remedium efficax, grana
nouem hordei ſumes,& de eorum acumine varulum pū
ges,& per punctorum ſingulas vices, carmen hoc dices,
φεῦγε φεῦγε,κριθή σε διώκη. Item digito medicinali varū
continges,dices ter,vigaria,gaſaria,varúmque grano hor
dei ardenti,aut ſtipula fœni,aut palea vres.

Confectiones collyriorum diuerſorum de
experimentis ſic.

Collyrium factum ad recentes caligines, & cœptas ſuf-
fuſiones oculorum:conficitur ſic,Cadmiæ ✱ v11 S. nardi
Celticæ ✱ 1111. acaciæ ✱ 1.S.æris vſti ✱ 1.S.ſtibii cocti ✱. 1.
S.myrrhæ ✱ 1.lycii ✱ 1.croci ✱ 1.ceruſſæ ✱ 1.aloes ✱.1.æru
ginis ✱ 1. lepidos cypriæ ✱.1.opii ✱ 1.S. piperis grana vi-
ginti.caſtorei ✱ 1. S. gummis ✱ v11.hæc omnia in pulue-
rem tenuiſſimum redacta,aqua pluuiali colliges,& colly-
ria inde formabis, quæ in vmbra ſiccentur. Collyrium
nomine monemerō, facit ad impetꝰ lippitudinis ex ouo
inunctū,ita vt cum oui liquidiſſimo inunxeris lippientē,
puſillum ſuſtineat,& iterum eum inunges:quem quū bis
aut ter inunxeris, eadem die iubebis lauari.Hoc collyriū
facit ad ſcabritudines, & diatheſes tollendas ex aqua in-
unctum: recipit autem hæc, Lapidis hæmatitis ✱ x11.
pōpholygis ✱ x11.croci ✱ x11.myrrhæ ✱ x11.æris vſti ✱ v1.
nardi Syriaci ✱ x11. piperis albi grana xx. opii ✱ v1.gum-
mis ✱ 1x. hæc vniuerſa in puluerē tenuiſſimum redacta,
poſtea cum Falerno vino conteres,atque inde collyria fa-

A cies,quæ diu in vmbra ſiccentur. Collyrium diali-
banos,ad ſuppurationes oculorum:cōficitur ſic, Cadmiæ
✱ S. ceruſſæ ✱ x11. opii ✱ 1. gummis ✱ S. roſæ ſiccæ ✱ 1.
gentianæ ✱ S.puluerem tenuiſſimum ex iis factum cum
aqua pluuiali teres, & ita collyria qualia volueris ef-
finges.

Collyrium dialepidos accipit hæc, Croci ✱ 111. ſpicæ
nardi ✱ v. cadmiæ ✱ 1.S. hæmatitidos ✱ 1. piperis grana
v. myrrhæ ✱ 1. æris vſti ✱ S. lepidos ✱ 1. gummis ✱ 1.
roſæ viridis foliorum purgatorum ✱. 11. hæc vt ſupra de
B aliis collyriis ſcriptum eſt,trita aqua pluuiali ſubiges, &
ita collyria formabis. Collyrium ad lippitudines
& primos impetus oculorum:conficitur ſic, Acaciæ ✱ x.
cadmiæ combuſtæ, & de lacte caprino aut muliebri,
quod melius eſt,extinctæ & tunſæ & cribratæ & lotæ bene
donec aqua eius limpida ſit, ✱ x. hoc quoque pluuiali a-
qua colliges,& ita collyria formabis. Collyrium dia
miſyos, quod facit ad aſperitudines oculorum tollendas,
& ad lacrymas ſubſtringendas,componitur ſic,Miſy com
bures hoc more,cōiicies illud in pultarium, & purgabis,
C & in furnum mittes, vt tandiu coquatur donec ſit ſan-
guineum.Huius ergo ✱ v.ſpicæ nardi ✱ v. croci ✱ 11. ca-
dmiæ ✱ S.æris vſti ✱ S. opii ✱ S. myrrhæ ✱ S. lepidos cy-
priæ ✱ S. gummis ✱ 1. S. hæc tunſa & cribrata cum vino
optimo teres, atque inde collyria formabis.

Quidam adiiciunt huic collyrio viperam ſiccam & a-
refactam bene in ſole, tanquam ſi ſit ſalita. hanc ergo ſi
volueris adiicere, exoſſabis prius,& linteolo inuolues,at-
que ita ſuper eam vinum vnde collyrium hoc temperan
dum eſt,defundes,ſed prius eam ſic præcātabis,Ne lacry
D mus exeat,ne extillet,ne noceat.Dices autem,Quomodo
tu non vides,ſic & tuus ſuccus guſtatus nulli noceat, ſed
ob rem propter quā adiecta es proficias bene curationē
precor. Collyrium liquidū delacrymatorium accipit
hæc, Chelidoniæ herbæ ſucci ✱.S. mellis Attici ✱ 1.opo-
balſami ✱ S. ſucci porri ✱ S.hæc mixta de ipſo ſucco col-
liges,vel de aqua fontana, atque ita collyria formabis.

Collyrium ſiccum oculis ſiccandis vtile, conficī-
tur ſic, cadmiæ ✱ 1. æris vſti ✱ 1. ſtibii ✱ 1. adiicies huic
collyrio ſi acrius illud facere volueris, ſtactes ✱ S. &
E tundes atque cribrabis per tenuiſſimū cribrum, & ſicco
puluere vteris. Aliud ſiccum collyrium ad idem
efficax, ſic,Cadmiæ ✱ v111. ſalis ammoniaci ✱ v11. pi-
peris ✱ v. caſiæ ✱ v. tundes hæc atque in puluerem te-
tenuiſſimum rediges,& ſic vteris. Collyrium ſic-
cum calliblepharon conficitur ſic, Stibii combuſti ✱ 1.
piperis albi ✱ S. folii capitulum 1. ſtibium combures,&
lotio pueri impubis extingues, & ſiccabis, & tundes,
& cribrabis, & ſic vteris. Collyrium dioxus ad aſ-
peritudines oculorū tollendas cōficitur, Cadmiæ ✱ x11.
F æris vſti ✱ x.hæmatitis ✱ v. myrrhæ ✱. 1111.gummis ✱.
v11. hæc in puluerem redacta aceto optimo colliges, &
deinde collyria formabis. Collyrium ſtactum acci-
pit hæc,Piperis albi ✱ 11. cadmiæ ✱ v11. S. ceruſſæ ✱ v.S.
Indici ✱ v.S.opobalſami ✱ S.gummis ✱ v111. hæc in pul-
uerem redacta Falerno vino temperabis,& colliges.

Collyrium diapſoricum acipit hæc, Piperis albi ✱ 1.
croci Siculi ✱ 1. myrrhæ ✱ 11.amyli ✱ 1.opii ✱ S.opobal-
ſami ✱ S. gummis ✱ 11. aqua pluuiali hæc colliges tunſa
atque cribrata,atque inde collyria facies. Colly-
G rium dialibanū,Cadmiæ ✱ 1.S.ceruſſæ ✱ 1. thuris maſcu-
li ✱ 1. opii ✱ 1. gummis ✱ 1. aqua pluuiali colliges hæc
ſimiliter tunſa atque cribrata, atque ita collyria for-
mabis.

Hygra ad ſuppurationes oculorum conficitur ſic,Croci
Siculi denarium vnum,thuris maſculi ✱ 1. ex melle opti-
mo deſpumato hæc bene trita colliges, & cum eo prius
bene permiſcebis,& ſic collyria facies. Collyrium idē,
(id eſt hygra) recipit hæc, Croci ✱ 111. æris vſti ✱ v. ca-
dmiæ ✱ 11.hæmatitis ✱ v.S.folii ✱ 1.amomi ✱ 1.ſtibii ✱.
H 1. ceruſſæ ✱ 1. myrrhæ ✱ 1. opii ✱ 1. piperis albi ✱ 1.
gummis ✱ 11. S. vino aminæo tunſa & cribrata hæc col-
liges,atque ita collyria formabis. Collyrium dia-
loes conficitur ſic, Cadmiæ ✱ 1. S. hæmatitis ✱ v. am-
moniaci ✱ 1. S. opii ✱ S. æris vſti ✱ S. aloes ✱ 11.

æruginis * S.opopanacis * S.ſalis ammoniaci * I.galbani * S.myrrhæ * S.fellis taurini * S.lepidos * S.gummis * I.S.cum aqua pluuiali hæc in puluerem redacta teres, & formabis. Collyrium diaſmyrnes recipit hæc, Croci denarium vnum, cadmiæ * S. hematitis denarium vnũ, myrrhæ * S.miſui * S.piperis * S. opii * S. gummis * S.puluerem tenuiſſimum harum ſpecierum cum vino vetere teres, ſed collyria inde formabis. Hygra ad ſuppurationes oculorum: recipit hæc, cadmiæ * V I I I. ſpodi * I I I I. ſtibii * V I I. croci Siculi * V I I. amyli * V I I. opii * I I I I. gummis * I I I I. hæc in puluerẽ ſubtiliſſimum redacta, cum aqua pluuiali teres, & formabis.

Deſcriptio xerocollyrii quod calliblepharõ dicitur, piperis — I.ſtibii, — I.folii — I.lapidis Phrygii P.I.quem lapidem diuides in partes ſeptem, & combures, combuſtum extingues hoc modo, Vnam partem in balſamo, alteram in omphacio, tertiam in lacte muliebri, quartam in vino, quintam in vrina infantis, ſextam in butyro, ſeptimam in melle Attico, quæ omnia in minutiſſimum puluerem redacta, cribratáque miſcebis: quod ſi acrius eſſe volueris, adiicies balſami vnciam, piperis ſemunciam.

Deſcriptio achariſti collyrii, æris vſti & loti vnciæ I I.cadmiæ lotæ — I I.& ℈ V I.croci — I.opii — .I. & ℈ VI. myrrhæ troglodytidis ℈ I I I.thuris V I.gũmis ℈ X V I I I, vini optimi quod ſufficiat, quò omnia colligantur, & collyria fingantur. Deſcriptio trachomatici collyrii, æris vſti & loti ℈ X V I I I.cadmiæ lotæ ℈ X V I I I. lapidis hæmatitis vnc.vna, chalcitidis vſtæ ℈ X V I. æruginis ℈ I X.opii ℈ V I.gummis ℈ V I.aquæ pluuialis quantum ſatis ſit ad colligendum puluerem, & collyria formanda miſcebis. Deſcriptio Muſæ collyrii, aluminis ſchiſti ℈ X V I I I.aloes ℈ X V I I I. myrrhæ ℈ X V I I I. croci ℈ I X. crocomagmatis ℈ I X.chalcanthi ℈ X V I I I, mali granati caliculorum ſemunciam: quæ trita diligenter œnomelite cõfundes, & colliges, & formabis. Deſcriptio roſacei collyrii, Roſæ vnciæ nouẽ, cadmiæ lotæ vnc. III. æris vſti ſcrupuli VIII.croci ℈ X I I.ſtibii ℈ nouẽ, æruginis ℈ ſeptem, ſpicæ nardi ℈ ſeptẽ, myrrhæ ℈ ſep[illegible] opii ℈ duodecim, gummis vnciæ tres, aquæ pluuialis adiicies quantum ſufficiat ad colligenda & formanda collyria.

Deſcriptio ſtacti collyrii, cadmiæ P. vnum, ſtibii P.S. æris floris vnciæ tres, miſyos vnciæ quatuor, piperis vnciæ tres, æruginis — I.opii — I I.balſami — II. gummis ſelibram: hæc omnia diligenter trita & cribrata aqua pluuiali colliges, & formabis.

Collyrium quod Proteus dicitur, facit ad oculorum ſuffuſiones & ad omnem caliginem & albugines detergendas: conficitur ſic, Cadmiæ vſtæ & lotæ — V.pſimythii loti — V. chalcitidis non vſtæ — V. auripigmenti loti — I I. piperis albi — tres, & ℈ X V I I I. croci vino infuſi & triti — I I, myrrhæ troglodytidis — I.S. guttæ ammoniaci — II.S.roſæ ſiccæ — V.omnia hæc diligentiſſimè teres ad ſummam leuitatem, tum addes ſagapeni — I I I.laſeris — I I.S. opopanacis — I I.S. opii — I.S. gũmis — I I.S. balſami — II.quæ permixta atque confuſa cæleſti aqua colligentur, atque ita collyria formabuntur.

AD AVRIVM DOLORES VNIVERſos, & vitia omnia, & ſurdiginem, Cap.IX.

FEllis caprini ℈ vnum, mellis ℈ vnum, conteres & in ſtrigili calefacies, & infundes, & lana obcludes aurem. Nihil hoc medicamine potentius neque certius, etiamſi intrinſecus cancerauerint aures. Porros virgines (id eſt non plantatos) impari numero, & lumbricos terrenos impari numero capies, & ſimul ex oleo optimo ad tertias decoques, & tepidum inde quod ſufficiat infundes auriculæ. Laſer cum lacte caprino incocto recenti miſcebis, & inde aures prius dilues, ac poſtea fel taurinum, & oleum cedrinum æquis portionibus mixtum tepẽs infundes: hoc dolores, mirè mulcet, & dubiũ auditũ confirmat, & pus collectum expurgat.

Coriandrum viride teres, & in vini cyatho miſcebis & colabis, & lana molli in aurem inſtillabis, & eadem lana obſtrues aurem.

Ad aures quæ grauiter dolẽt, & vetera vulnera intrinſec*

A habent mellis optimi vnam partem, aceti acerrimi duas partes contuſas decoques feruoribus tribus, & longius ea ab igne remouebis, donec commotus feruor conquieſcat: tum nitrum addes eo vſque donec ex vapore agnoſcas nitrum reſediſſe, & iterum leni igne recoques, ne efferueat: tunc addes fel hircinum, vel aprugnum, vel verrinum, aut porcinũ, dummodo non de ſcrofa, & cõmouebis, & iterum concoques, ac tepefacies, & inde quantum ſatis eſt, auribus infunde. Adeps ranarum paluſtrium liquefacta ſi tepens in aures infundatur, dolores nimios B mitigabit. Dolor aurium ſedatur etiam canino lacte & vrſino, ſi recens inſtilletur. Terreni vermes cum anſeris adipe vel cum oleo decocti ſine dubio medentur auribus purulentis. Vrina apri ſeruatur in vitro, ſed melius cum veſica ipſius, quomodo ei ſublata fuerit, hæc tepens infuſa auribus vnicè prodeſt. Beſtiolæ multipedes quæ contractæ in globulos cõplicantur, in oleo excoctæ infuſæque auribus ſtatim proſunt. Tres araneæ viuentes in oleo ſi ferueant ad focum poſitæ, atque inde tepidum auribus quòd ſufficiat inſtilletur, citò medebun- C tur. Seuum vitulinum adipe anſeris mixtũ adiecto ocimi ſucco, tepidum auribus infuſum optimè ſanat. Raphani quoque, id eſt radicis quæ manducatur ſuccus infuſus auriculæ dolenti, infinitum prodeſt. Gari excellentis cyathum, & aceti optimi cyathum, & mellis dimidium cyathum, ſuper aquam feruentem in alio vaſe coques, & frequẽter deſpumabis de pinnula, tepidóque medicamine aures irrorabis, & conchyliata lanula claudes: valde hoc remedium inter experimenta laudatur. Fraxini tenerrima folia tundes, & exprimes ſuccũ eorum, at- D que auribus dolentibus tepidum infundes. Fraxini recentem ſurculũ (id eſt humore proprio adhuc madẽtem) ex vna parte in foco pones, & quum per aliam partẽ ſuccus ebulliet ſuſcipies eum diligenter, & oleo addito tepefactum auribus inſtillabis. Cardui ſyluatici ſemen ex oleo coques ita leniter ne vratur, quod poſtea colabis per linteolum, & tepidum infundes dolẽti auriculæ, ac deinde lana purpurea obturabis. Croci, myrrhæ, thuris, vncias quaternas cõteres, & adiicies mel Atticum, quantum ſufficere putaueris, ac decoctũ medicamen auriculæ E infundes. Galbanum cum oleo roſaceo remiſſum, & ter aut quater infuſum auribus mirè dolores tollit.

Aluminis liquidi — IIII. mellis — III. aceti quartarios tres, alumen cum aceto teres, & ſimul omnia concoques ad tertias: hoc medicamen tepidum auriculæ infuſum, pus optimè purgat, vermes necat, aquam etiãſi intrauerit educit. Herbæ polygoni, (quam nos ſanguinalem dicimus) ſuccus expreſſus & infuſus, mira efficacia dolorẽ vlceráque aurium ſanat. Adeps anſeris miſcetur croci ſucco, & allii contuſi ſucco, quæ infuſa auribus in- F commodos ſonitus tinnitúſque earum propriè & vnicè tollunt.

Pueri inueſtis vrina recẽs auriculæ dolenti & vlceroſæ inſtillata, omni humore ſiccato, & dolorem tollit, & vlcera mira celeritate perſanat.

Lotio humano vetere ſiquis iam deſperatum aurium vitium eluerit, ſaluti integrè lenito dolore reſtituet.

Fel ouillum mulſo mixtum ſi clyſterio addideris, & inde auriculas irrigraueris, expurgatis vlceribus certiſſimam ſanitatem conſequeris. idem fel cum lacte mulieris inſtillatum, etiam ruptas interius auriculas certiſſimè ſa- G nat. Coriandri viridis ſuccus cum lacte muliebri mixtus infuſus auriculæ, dolorem omnẽ potenter aufert.

Cannabi ſeminis viridis ſuccus tepens inſtillatus auribus dolorem apprimè tollit.

Senecionis herbæ ſuccus itidem auribus inſertus, eandem efficaciam præſtat, quod ab experto ſcriptũ & proditum eſt. Si auricula aliquo pacto vitiata fuerit, anſerina adipe infuſa diligenter expurgabitur, ſanitatique redditur. Compoſitio medicaminis ad omnia ferè aurium vitia, ſic, Mellis ſextarium, aceti bene acris he- H minam, radices quæ manducantur tres, mittes in ollam rudẽ bene lotã: ſed mũdatas & integras radices mittes & pariter decoques. ſed vt ne refrigeretur medicamẽ, citato igne vſq; ad modũ luti aquatioris decoquatur, deĩde quũ

refrigeratum fuerit condes illud in vaſculo vitreo, ac tepefactum quandiu dolorem & tinnitum vel ſonitũ auriculæ perleniat, in aurem de ſpecillo infundes. A

Infirmatis auribus prodeſt præcipuè picis flos, (quem piſſelæon Græci vocant) cum oleo communi mixtus, ita vt tertia pars ſit olei. nam & dolorem ſedat, & non patietur ſuppurationẽ fieri: & ſi facta fuerit, eodem medicamine perſanatur. Ad ſummam, ego ipſe diu vexatus auris tædio, quũ multis fruſtra vſus eſſem medicamẽtis, ab hoc ſum perſanatus, & alios complures ſanaui. Florem autem picis appello qui excipitur dum ea coquitur, B lana ſuperpoſita eius vapori. hoc etiam grauem odorem de aure protinus tollit. Ad auriculæ tumorem & dolorem ſine vlcere, prodeſt herbæ vrceolaris aut cucurbitæ ramentorum ſuccus recens ac tepens per ſtrigilem in foramen auris dolentis infuſus.

Cutiones beſtiolæ ſunt multipedes, cute dura & ſolida, quæ tactæ complicãt ſe in orbem pilulæ rotundiſſimæ, polypodas Græci appellant. hæ complures coctæ cum oleo molli in vaſe ferreo remedio ſunt auribus laborantibus, ſi inde curentur. C

Gliris pingue, & gallinæ adeps, & medulla bubulina, vel taurina liquefacta, tepénſque infuſa, auribus plurimũ prodeſt. Benefacit hoc medicamentum & ad tumorem & ad vlcerationem auriũ, Aceti acris ſextariis duobus incoquũtur mala granata duo, quibus coriarii vtuntur: & quia ſemper acida ſunt, nec vnquam matureſcunt, rhoas oxeias hæc Græci dicũt. tum deinde adiiciuntur iis & admiſcentur aluminis fiſſi ⊣ II. acaciæ ſucci ⊣ II. & quum bene permixta hæc & coagitata fuerint reponitur medicamentum in ampulla vitrea: quum opus eſt, ad tumorem, D calidũ per ſtrigilem infunditur, & foramẽ ſummum auriculæ lana ſuccida tegitur: ad vlcus autem frigidius medicamen per eiuſdem generis lanam & auriſcalpium iniicitur. Aliud medicamentum ad tumorem aurium & exulcerationem, Mellis cyathi III. aceti acris cyathus I. S. miſcentur, poſtea adiicitur gari optimi cyathus vnus, deinde carbonibus inferueſcit, cuius ſpuma ſurgens pinnula abiicitur, & tam diu coquitur vel agitatatur donec habeat ſpiſſitudinẽ: hoc calido ad tumorem, frigido ad vlcus quũ oportebit vteris. Item benefaciet E hæc cõpoſitio etiam ad veterem aurium dolorem, aluminis P. I. mellis P. II. hæc in mortario prius bene permiſceri oportet, deinde olla noua excoqui donec habeant mellis ſpiſſitudinem: quum opus eſt infunditur in auriculam ex lana conchyliata, eáque clauditur. hoc & combuſtum locum ſanum reddit, ſine dolore, & ſine cicatrice, ſi ei protinus imponatur. Si caro excreuerit in foramine auris, comprimetur ſine dolore aut ferro hoc paſtillo qui cõficitur ſic, Aluminis fiſſi P. II. æruginis P. II. miſyos vſti P. II. rubricæ ſinopidis P. II. gummis P. I. te- F runtur ſpecies priores ex aceto acri donec, quaſi collyrii confectio, leues fiant: vltimũ gummi adiicitur, & finguntur paſtilli, qui ad omnia vlcera faciunt aqua diluti, emplaſtri more impoſiti, quum aut tumores compeſcendi ſunt, aut cicatrices ſedãdæ: ſed aquatiorib⁹ iis vti oportet quum cicatrix ducenda eſt, vt facilius auriculæ inſerãtur. Benefaciunt iidem & ad nares qualibet cauſa exulceratas & grauiter olentes. Aranas viuentes in aceto macerabis, & ſic conteres, atque inde aurem elues, ſtatim proderit. Mel, butyrum, & oleum roſaceum, pari menſu- G ra permiſce, ac tepidum auriculæ dolentis infunde.

Fel aprugnum, & oleum amygdalinum pari menſura permiſce, tepidúmque laborãti auriculæ inſtilla. Putorẽ ſordéſque auriculæ optimè curat cucurbitæ viridis ſuccus, & porrus capitatus cũ oleo decoctus atq; infuſus.

Ad auriculæ dolorẽ haſtulæ regiæ radicis ſuccus cum melle vel vino infunditur, interdum admiſceri oportet thuris & myrrhæ partẽ, vel capparis foliorum ſuccum infundere, vel rutæ ſuccum, aut eius ſemẽ tritum cum roſa, & lentiſci ſuccũ cum roſa aut amygdalino, vino admixto H infundi oportet. Si pus aut ſanies manabit ex aure, maluæ ſuccũ vino & amygdalino mixtũ, vel ſucco roſæ vel roſaceo tepefactũ inſtillari oportet, protinus effectũ exhibebit. Draconteæ ſuccus aut ſemen' tritum, A cum roſa aut amygdalino & vino infuſum, purulentæ auriculæ ſanitatem maturrimam præſtat. Crocum tritum cum lacte muliebri, ſi inſtilletur, tumori auris plurimum prodeſt. Hyſſopum contuſum & cribratum, cum aceto & nitro & melle infuſum, benefacit ad tinnitus aurium atque inflationes, ſed melius ſi cyprinũ oleum admixtum fuerit. Ad tumores & ad dolores auris prodeſt croci & opii par pondus ex aqua tritum, aut ex vino tenui infuſum. Opopanax cum roſa & amygdalino, & vino trita rectè laborantibus auribus inſtillatur.

B Allium rotũdum tritum cum aceto, repoſitum in pyxide plũbea, & quum opus fuerit cum aceto & roſa infuſum, auribus prodeſt. Opobalſami, roſæ, croci vngentarii, opii, ſingulorum æqua pondera trita, tepefacta, infuſa auribus proſunt. Virentis papaueris ſuccus cum roſa vel amygdalino, & vino, vel porri ſeminis ſuccus cum lacte muliebri, vel veratrum album tritum cum amygdalino oleo aut roſaceo, vel ſuccus granorum Punici mali, cum roſa aut oleo amygdalino infuſus dolentibus auribus prodeſt. Croci ⊣ VII. nucis amaræ C * VII. mellis boni cyathos III. aceti boni quod ſatis erit mittes vt ſpiſſitudinem habeat medicamentum mellis liquidi, & ſimul permixtum atque excoctum dolentibus auribus inſtillabis. Myrrhæ, croci, opii, nardi ſpicæ, thuris corticis, mali Punici aridi, fabæ Ægyptiacæ pulpam, nucum amararũ interiora, mellis boni, ſingulorum * IIII. caſtorei * II. aluminis fiſſi * II. piperis longi * I. tritis iis omnibus diligenter, & cum aceto acerrimo mixtis atque excoctis fieri oportet medicamentũ tam temperatum vt' ſimile ſit paſſo. hoc tepefactum inſtille- D tur, etiam exulceratis auribus mirè prodeſt. Ad incipientes dolores aurium & exulceratas aures hoc medicamẽ facies, thuris ⊣ IIII. mellis ⊣ III. vini auſteri cyathos II. aceti acerrimi cyathum I. nardi Syriaci * II. myrrhæ * I. S. croci * I. S. nuces amaras numero III. aphronitrũ victoriati pondus, piperis longi *. I. fabæ Ægyptiacæ grana purgata [illegible] hæc omnia primùm per ſe, deinde in vnũ mixta teruntur, & tepida dolentibus auribus inſtillantur.

Caſtorei obolos II. id eſt duas partes victoriati, radicis lanariæ, ſalis ammoniaci, veratri albi idem ponderis, E quibus ſuperadiicies croci victoriati pondus, olei irini & mellis pari menſura, id eſt ſingulorum * XVI. ea ſeorſum prius ſingula trita miſcentur in vnũ: faciunt bene ad dolorẽ & vlcera auriũ tepidè inſerta. Dolenti auriculæ oportet farinã ordeaceã per ſe coctã ex aqua mulſa cataplaſmatis more à foris imponere, vel farinam lini ſeminis & fœnigræci in vnum coctam, vel alteram earum cum farina ordeacea, ſimiliter ex aqua mulſa coctam, oportet etiam extrà adhiberi ſpongias molles, & aqua calida bene expreſſas, deinde tepidum inſtillare amygdalinũ oleum F vel laurinum ſæpius in die. Prodeſt bene auribus infirmis huiuſmodi medicamentum, Myrrhæ denarium vnum, croci denarium vnum, ſtyracis globulos non ampliores quàm cicer eſt, numero XXX. piperis longi grana XXX. nuces amaras numero XXX. cum aceto hæc teruntur tandiu donec habeant ſpiſſitudinem paſſi, atque ita reponuntur in pyxide cuprea, aut in doliolo vitreo: quum opus fuerit medicamentum roſa admixta liquefactum tepidum fiet, quod in lana ſuccida auribus inſtillabitur. Nardi ſyriaci * VI. aphronitri * VI. myrrhæ *. IIII. G piperis lõgi & thuris * IIII. mellis Attici dẽarios quatuor, balani qua vngentarii vtuntur in pilulis * VII. fabæ Ægyptiacæ interiora quæ ſunt amara * VII. diligenter & ſeorſum trita prius hæc, poſtea permixta, cum aceto leuigãtur, & quum res poſtulauerit, roſacei olei quod ſatis ſit admiſcebitur, atque ita tepens inſtillabitur hoc medicamentum, quod protinus omnes aurium ſedabit dolores. Hæc quoque compoſitio ſtatim dolores aurium ſedat: Centauricæ ſucco, ſi non ſordidum vlcus fuerit, ex aqua vti oportebit: quum autẽ multũ puris erit, H vinũ admiſcebitur. Supra opinionẽ efficax aurib⁹ hoc medicamẽtũ reperitur, Myrrhæ, croci, opii, nardi ſyriaci, thuris corticis, mali Punici aridi, fabæ Ægyptiacæ quæ ſũt interiora, nucũ amararũ itidem, mellis boni, ſingulorũ *. quaternos, caſtorei * II. aluminis fiſſi * III. piperis

longi ✱ i.omnia prius ſeorſum diligenter teruntur, poſtea cum aceto acerrimo mixta teruntur tandiu donec habeant ſpiſſitudinem paſſi:quum opus fuerit medicamētum inſtillatur tepidum : idem facit egregiè & ad vlcera aurium ſananda atque purganda. His qui ſurdi ſunt & quorum aures ſonant ſuccus vuæ immaturæ & roſæ pondere pari admixtus,tepidéq; infuſus, plurimum prodeſt. Faciunt bene ad aurium vitia & emplaſtra quæ ſcripta ſunt in libro ſecundo,plurima roſa vel amygdalino & vino diluta,præcipuè quæ inſcribuntur Cyzicena. Terreni vermes cum adipe anſeris decocti infunduntur auribus etiam ad iam deplorata vitia: Spumæ argenti ℈ vi. olei laurini libram teres in mortario,& coques ad ſpiſſitudinē mellis,& auriculæ dolēti infūdes. Si autē & cætera quæ infra ſcripta ſunt habueris,eadē medicamine admiſcebis,croci ℈ i. myrrhæ ii.roſæ ſiccæ ℈ ii.hæc vniuerſa pariter miſcebis, & auriculæ dolenti infundes: qua re curabis & concretionē ſiue hyperſarcoſin auriū ſi addes & aluminis ſchiſti ℈ ii. olei cedrini cyathos iiii. Aduerſus grauitatem audiendi,fel bubulum cum vrina hirci auriculæ quæ moleſtiam ſurdiginis patitur inſtillabis, ſtatimque ſubuenies. Auribus purulentis nitrum vino liquefactum rectè infunditur,quia ſtatim prodeſt. Ad aurium dolorem quæ pus emittent, laridum vetuſtiſſimum teres in mortario, & ſuccum illum lana delicata collectum in auriculam immittes,& ſubinde aqua calida fouebis,& iterum ſuccum illum infundes, mira velocitate ſanabis. Pullinum ſanguinem tepidum in eam aurem quæ obtuſior erit vel dolebit,infundes. Lotium caprinum ſub eo momento quo egeritur, tepidum auri obtuſæ infundes. Apri etiam lotium in fumo ſiccatum,& melle liquefactū,auri infunditur, & remediat ſurdiginem vel dolorem. Ad auris dolorem mel ſtillatitium opus eſt:quod ita facies,Fauum contundes,& ſuſpendes in linteo nitido & denſo, & quod decurrit ſuſcipies in calice,quem calicem poſtea pones in ollula fabri cum calida feruentiſſima,quantum calix ſufferre poſſit, atque inde medicinali ſpecillo in aurē infundes quæ dolebit,quam lana claudes.Iacere autem debet in alio latere is cui medendum eſt tandiu donec combibat mel quod infuſum fuerit. Sambuci vuam maturam exprimes,& pones vt conſidant ſordes,& poſt hæc colabis, vt ſit liquidiſſimus ſuccus:de hoc liquore duas partes mittes,& vnam mellis ſtillatitii,aut certè Attici optimi, & ſic decoques in vaſe duplici ad tertias:tum decoctum recondes,& quum opus fuerit calidum per ſpecillum medicinale in aurem infundes,ita vt poſtmodum ipſam de lana marino conchylio infecta claudas. Cunilæ viridis ſuccus expreſſus,atque auriculæ infuſus, vnicè dolorem tollit. Vettonicæ herbæ viridis & recentis folia,vel per ſe,vel in aqua madefacta terito, ſuccúmq; eorum excipito,deinde adiecto roſæ ſucco aut roſaceo oleo tepido,in aurem inſtillato,lanáque claudito,mirum eſt.Si auricula interius vlceroſa erit, porri ſectiui ſuccum 8.i. cum mellis hemina ad tertias decoquito, & per lanam tepidū in aurem inſtillato. Canabis foliorum ſuccus auriculæ inſtillatus vermes innatos necabit, & ſiquod aliud animal inrepſerit interficiet. Eiuſdem ſeminis viridis ſuccus inſtillatus dolorem omnem auriculæ potenter auertit.

Cæpæ ſuccus cum melle permixtus,& auriculæ inſtillatus,grauiter audientes emendat,dolorem ſedat,purulenta expurgat,vermes enecat,aquam etiam quæ ingreſſa fuerit & omnem humorem educit. Cyminum ſylueſtre contritum,& ſucco rutæ immixtum,inſtillatúmque auriculæ dolorē lenit,ventos quoq; interius ſonantes remouet,atque omne vitium potenter emendat. Herbam (quā Græci polygonon, nos aliquot vocabulis, ſed præcipuè ſanguinalem dicimus)mira efficacia dolores auriū diſcutere etiā nos experti ſumus, ſi expreſſus ſuccus eius tepefactus auribus inſtilletur. Senecionis herbæ ſuccus cū liquido nardo inſtillatus, & dolores & vlcera aurium ſanat. Oleum laurinum ſtrigili ferreæ inditum, atque ita calefactum infuſúmque auriculæ, dolorem ſedat. Vermes ex qualibet arbore rubri coloris contriti cum oleo & infuſi, dolores aurium ſedant. Aqua ingreſſa auriculam ſi dolorem faciet, rubi teneri ſuccus expreſſus & infuſus ſine dubitatione ſanabit. Salicis ſuccus foliorum cum roſæ ſucco aut roſaceo oleo,in cortice mali Punici calefactus,& auriculæ inditus, mirè ſuccurrit. Gallæ ex vino decoctæ humor inſtillatus auriculæ ex qua ſanies fluit,etiam quæ fuerint purulenta purgabit. Reſina terebinthina remiſſa adiecto muliebri lacte inſtillata,ruptas auriculas potenter ſanat. Nucis iuglandis foliorum ſuccus tepidus inſtillatus, dolenti auriculæ mirè proderit. Myrrhæ tritæ victoriati argētei pondus,& lanæ ſuccidæ non carptæ combuſtæ pulueris tātundem,infuſo paſſo cretico ſimul terito donec ad craſſitudinem mellis redigas, & tum calefactum per triduum auriculæ infundito,quarta die ſanā efficies, & mirabere magnum remedium. Thuris maſculi, myrrhæ Troglodyticæ,croci corycii tantundem ponderis,nucū quoque amararum tantundem miſcebis : ſed omnia ad ſummam læuitatem contrita adiecto aceto temperabis,ita vt medicamen ad craſſitudinem liquidi mellis adducas : tū in pyxidē plumbeam tranſfundito, atque illic ſub ſignaculo conditum habeto. quum opus fuerit purgata prius auricula vtere,ita vt ex eo lanulam madefactam inſeras. Hoc auxilio vſque ad perfectam ſanitatem vti poteris. nāque non ſolùm dolores aurium,ſed & vetera & purulenta vitia potentiſſimè expurgat & ſanat. Galbanum roſa liquida aut vnguēto nardino dilutum inſtillatúmque, dolorem aurium lenit. Alumen mulſo optimo dilutū, & lana inſtillatum, dolorem aurium ſanat. Gallinæ adeps liquefacta,& tepidè inſtillata,quodlibet vitium aurium ſanat. Galli gallinacei ex ventriculo interiore membrana quæ proiici ſolet, arefacta, tritáque ex vino, adiecto paululo opii,medicamen auribus vtiliſſimum facit,quod calefactum infuſum ſuppurationem eius expurgat & ſanat. Adeps anſerina cum croci ſucco mixta & tepefacta,ac ſic infuſa,aquam & omnem humorem de auriculis euocat & perſanat.quòd ſi ex ictu alióve caſu auricula vitiata fuerit,tū per ſē anſerina adeps ſola diligenter expurgata,leuíque igne liquefacta, infuſáque auriculæ,& dolorem tollit,& vitium perſanat. eadem adeps adiecto ocimi ſucco tepefacta inſtillatáq;,dolores auricularum infantilium leuat. Aranei triti humor expreſſus,& roſæ liquidæ quantum videbitur immixtus, lanáq; molli madefacta auriculæ inſertus, cōtinuò dolorem releuat. Spuma equi recens detracta,& cum oleo roſeo infuſa,auricularum quanuis vehementes dolores reſoluit. Verrinum fel in mali Punici cute ſicca tepefactū infuſúmque purulentas auriculas expurgat. Verris quum ſcrofam ſaliet priuſquam in terram diſtillet,de verendis eius virus exceptum tepefactúmque,& cum aquæ modico auriculæ inditum,quanuis moleſtos dolores releuat:quod etiam circa auriculam inlitum plurimum prodeſt. Apri lotium infuſum auriculæ valde medetur: quod quia vetuſtū magis prodeſt,collectum ſeruari debet in vaſe vitreo,vt ſit ad remedia præparatum. Cum felle vitulino & aceto pari menſura ſerpentis ſenectus(id eſt exuuiæ decoctæ) & lanula madefacta medicamētum auriculæ inſertum, maximæ vtilitatis eſſe creditur ſi prius feruenti aqua de ſpōgia aurem foueris. Vitulini adipem reſolutam ſucco ocimi adiecto, ſi pariter tepefactā auriculæ infuderis,amariſſimo incommodo laborantem continuò liberabis. Medulla eiuſdem vituli recens cum cymino contrita infuſáque, quanuis magnos dolores auriculæ ſtatim releuat,& intra triduum tollit.

Lotium caprinum inſtillatum dolorem ſedat : quod magis prodeſſe ſuppuratis auribus affirmatur : ob quam cauſam præſentis auxilii plures exceptum,& cornu caprino inditum,in fumo ſuſpenſum,diligēter ad neceſſarias medelas reſeruant. Pueri impubis mingentis, lotiū exceptum,& recens ac tepidum auriculæ ſuppuratæ inſtillatum,humore exſiccato dolorē tollit, & mira celeritate vlcera ad ſanitatē perducit. Saliua hominis ieiuni auriculæ indita, vermes ſiqui erunt erumpere ex ea cōſtat.

Butyrū recēs inſtillatum,humores doloréſque aurium ſedat. Terreſtres lumbrici combuſti ac triti,& cum roſa liquida mixti,infuſique, auriū dolores citiſſimè ſe-

dant. Lac muliebre mixtum cum ſulphure auriculæ infuſum dolorem lenit:epiphoras quoq; earum reſoluit: hoc potẽtius ſi etiam extrinſecus eodem lacte aures perunxeris. Si dextram aurem aqua ingreſſa fuerit ſiniſtro pede inſiſtes,& caput in dextram partem inclinabis, ſimiliter facies ediuerſo ſi ſiniſtra auricula aquam acceperit. Gari optimi cyathum vnum, mellis optimi dimidium cyathum, aceti optimi cyathum: hæc mixta in calice nouo denſo ſuper aquam feruentem quam leni pruna feruere facies, ita deſpumabis vt pinnula omnis ſpumas eiicias, deinde quum bene fuerit deſpumatum medicamen recondes:& quum vti volueris tepefacies,& tenuiter infundes,& madefacta lanula aurẽ claudes. Hoc medicamento ad omne vitium aurium mirificè vteris: ſed ſi tumor auriculæ erit,ſuccum coriandri viridis tepidum prius infundes,deinde ſuprà ſcriptum medicamen quum tumor deſiderit inſtillabis. Purulentæ & obtunſæ auriculæ & dolorem tolles & auditum confirmatiſſimum reddes ſi prius eluas eam laſere cum recenti caprino aut mulieris lacte permixto,deinde inſtilles tepidũ fel taurinũ cum oleo cedrino æquis portionibus mixto.

Fellis aut lactis canini ℈ vnum,mellis optimi ℈ vnum, miſcebis,cõteres,& in ſtrigili calefacies, & auriculæ infundes, & lana obcludes, nihil potentius neque certius hoc medicamine etiamſi intrinſecus cancerauerint aures. Cardui ſyluatici ſemen ex oleo coques, ita lentè ne vratur,id colabis per linteum,& tepidum infundes, & purpura aurem obturabis. Herba leucadion cum vinaceis in vnum trita,adiectóque aceto & aqua commixta,expreſſo per linteum ſucco eius, & cũ lana alba auribus inſerto,poſt tertium diem exempta,auditum reſtituere affirmatur. Cardamum(id eſt naſturtium) tritum cum fico,atque auriculæ inditum,iis qui grauius audiũt prodeſſe fertur. Oleum ex nuce iuglande inſtillatũ auriculæ,grauius audienti valde prodeſt. Cedri reſina hyſſopi decocti aqua diluta,& auriculæ indita, ſonitus tinnitúſque omnis diſcutiet,& auertet dolorem.

Oua formicarũ contrita, & auribus inſtillata, quanuis obtuſos auditus adaperire creduntur. Canis adeps cum oleo vetere & ſucco abſinthii auribus inſtillata quacunque ex cauſa exſurdatas aures miro modo reparare creditur. Aphronitrum delicatiſſimum,& mel optimum,& acetum acerrimum, conteres pariter vſque ad ſummam leuitatem,& auriculæ infundes, non ſolùm auditum reſtitues, ſed & dolorem emendabit. Parum audientes acetum vtiliter gargarizant. Si aliquod animal aurem intrauerit,præcipuum remediũ eſt, murinum fel aceto dilutũ inſtillare. Gliri ſeu blattæ pellis detrahitur, & inteſtina eius decoquũtur in vaſe æreo nouo cũ mellis heminis tribus vſque ad tertias,atque ita ſeruatur,vt quũ opus eſt ſtrigili,medicamentum tepefactum auribus infundatur. Si caro creuerit in auriculæ foramine,comprimetur ſine ferro & dolore medicamine tali,aluminis vnciã ſemiſſem,miſyos vſti — S.ſinopidis rubricæ — S.gũmis — S.tritis cæteris ex aceto acri & ad inſtar collyrii leuigatis,gũmi admiſcetur,vt paſtilli corpus efficiat, & ſicut collyriũ tritũ ſuperponitur,aut infũditur:hoc & dolori,& putori, & vulneri medetur auriculæ. Corticem de fraxino viridi contunde,ac ſuccum eius tepidũ auriculæ aſſiduè infunde donec perſanetur. Mel, myrrhã, acetum,in ſe coques,& in aurem tepidũ mittes. Aphronitrum delicatiſſimum,& mel optimum,& acetum acerrimum conteres pariter vſque ad leuitatem, & tepefactũ auriculæ infundes. Propter effectum medicamen iterum ſcripſimus. Porri ſectiui ſuccũ & lotium apri, & oleũ cyprinum pari pondere cõiunges, & tepefactum auribus inſtillabis. Herbam quæ Gallicè vernetus dicitur cõteres & exprimes,& ſuccum eius auriculæ non audientis infundes: hoc remedium etiam dolorem emendat.

Herbam quæ Gallicè dicitur blutthagio,naſcitur locis humidis,eam teres,ſuccúmque eius etiamſi modicus fuerit,cum modico aceti cõfundes, & pariter teres,colatúmque ac tepefactum auribus inſtillabis. Radicis ſyriacæ ſuccum in aurem quæ auditu difficilli erit infunde, gratulaberis remedium.

AD OMNIA VITIA NARIVM ET AD pituitam remedia phyſica rationabilia diuerſa,de experimentis multorum, Cap. X.

PLerunque erumpit nimiũ è naribus ſanguis, qui quũ abundanter fluxit,niſi celerius ſupprimatur, periculũ adfert. Proderit ergo aqua frigida vel poſca ſubinde totã faciem per ſpongiam refrigerare. Acetum acre infundere in aurem prodeſt,cuius è regione ſanguis fluit, aut in vtranque mittere,ſi ex vtraque nare manabit. Gypſo totam faciem cum fronte, & maximè nares, craſſius oblinere prodeſt,& caput frigida aqua multa perfundere.

Cucurbitam quoque medicinalem occipitio affigere plurimũ prodeſt. Iniicere autem intus in narẽ oportebit cochleæ viuæ carnem pe ſe,aut cum thuris polline tritam. Verbenam herbam,quæ quia multa eſt & vbique naſcitur,polygonos appellatur,inſeri naribus prodeſt.

Similiter facit & lyſimachios herba trita impoſita. Eodem genere proderit & ſpongiæ particulam præſectam aptè forfice,& ad amplitudinem narium figuratam iniicere paulò preſſius,aceto infectam, & interdum eodem inſperſam. Gallæ & chalcitidis puluis curioſè tritus, atque in vnum æquis ponderibus mixtus, inſertúſque naribus,optimè ſanguinem ſiſtit. Bene ſupprimit & hoc medicamẽtum ſanguinem de naribus profluentem,mali corticis quo coriarii vtuntur P.I.aluminis Ægyptii P.I. chalcitidis P.I.diligẽter trita hæc, & in vnum permixta, per ſuccidam lanam iniici narib⁹ oportebit. Facit autem etiam ad omnem ex qualibet parte corporis, vel ex quolibet vulnere ſanguinis eruptionem. Quoniam interdum (ita vt diximus) minus curati naris vitio præfocari vidẽtur,maximè quũ obturato vtroque foramine narium ſpirandi facultas eripitur,non alienum eſt ſcire qua ratione vtrumque præſtari poſſit, vt neque ſpiratio impediatur, nec remedium efficaciſſimum,per quod opitulatio naribus efficitur,excludatur. Oportebit ergo ſumere pinnam anſeris quammaximam,vel calami ſcriptorii fiſtulã modicè pleniorem:deinde aptare ad longitudinem naſi,atq; ita præcidere,vt ex vtraq; parte perforatá ſit,atque inuoluere eam faſciola tenui lintea quaſi inſtita,& explere circuitum eius,donec videatur in narem cum cunctatione quadam recipi poſſe,atque ita vt eſt circũuoluta immergere eam naſo, aceto acri infectam, & per eam iniicere interdum acetum acre,vel ſuccum ſuprà dictorum medicamentorum. hoc autem remedio magis vti oportebit quum per vtraſque nares influxerit ſanguinis abundãtia. Siquando vlcuſcula in naribus fuerint, ſanabuntur fomento aquæ puræ calidæ per molles ſpongias,& medicamentorum infrà ſcriptorum perunctione, id eſt ſucco de moris cum vino tepefacto permixto, compoſito ad ſpiſſitudinem mellis. Roſæ aridæ vel recentis foliis tritis ex vino melle adiecto,infici nares vtile eſt. Vuæ immaturæ ſucco eodem modo cõpoſito quo ſuccum de moris componi debere ſuprà diximus, nares fluentes repleri percommodum eſt. Malorum Punicorum dulcium atque acidorum ſucco eodem modo compoſito, nares ſtipandæ ſunt. Myrti baccis atque foliis tritis ex vino in mellis ſpiſſitudinem,vti vt ſuprà ſcriptum eſt conuenit. De terebinthi,lentiſci, rubi, fruticibus & foliis ſucco ſimiliter compoſito vti debebis. Sertula campana ex paſſo decocta & infuſa naribus prodeſt.

Mel per ſe coctum & cum galla Syriaca cõtuſa,ac tenui cribro tranſmiſſa permixtum,atque infuſum naribus prodeſt. Grauedines narium ſedabuntur quæ ex ſole aut perfrictione generãtur,abſtinentia ciborum ſalſorum,& inter initia vino remoto, aqua largiore potata, capite & naribus,nec minus ore diligenter operto. necnon fomẽtum ex aquæ calidæ vapore, per ſpongias molles adhibere extrà oportebit. ſubinde etiam gargarizare lac tepidũ, aut humorem ptiſſanæ, aut aquam in qua furfures ſiliginis deferbuerint, vel aquã ex fœnogræco decoctam.

Sorbitiunculæ quoque proſunt quæ fiunt ex amylo,vel ptiſſana,vel oryza. Ad vlcera in naribus ſedanda plumbi ſtercus,quod ſcoriam dicunt,ex vino,myrteo oleo vicibus adiecto teri oportet donec ſpiſſum fiat, & ita naribus

infundatur. Facit & hoc medicamentum bene grauedini narium, Pompholygis ✱ III. vino Falerno & roſa viribus adiecta teruntur, donec medicamentum mellis habeat temperationem, & ita naribus paulatim infunditur. Ad graue odorẽ nariũ (ozænã Græci hoc vitiũ vocant) prodeſt egregiè hoc medicamentum, æruginis P. I. aut ſquamæ æris P. I. in mellis P. I. coqui oportebit, & eo vti aſſidua infuſione. Ad polypos ſanandos, miſy vſtũ, chalcitidem vſtam, æs vſtum, æris ſquamam, paribus ponderibus ſiccata hæc bene teres, & eo puluere vteris aſſiduè. Quia verò plerunque vexantur nares grauedine quæ ex humore earum efficitur, non alienum eſt ſcire eius quoque rei remedia. Prodeſt igitur quies vnius diei, & ab omni re abſtinentia: perungendæ nihilominus nares erunt bitumine liquido, aut myrrha ſtacta, vel pice liquida: poſtero autem die, paſtillus infrà ſcriptus in noctẽ ſuper cibum dandus erit: & ſi opus fuerit, per triduum cõtinuũ eodem tempore dabitur, qui recipit hæc, Apii ſeminis ✱ IIII. aniſi ✱ III. alterci ſeminis (quod hyoſcyamos dicitur) ✱ II. opii denarii dimidium. Fiunt autem paſtilli ponderis victoriati, & alii tertia parte detracta dãtur cum aquæ cyathis tribus. Faciunt autem & ad oculorum epiphoras, & ſtomachi nauſeam, & eiectiunculas, & ad omnem fluorem. Siſtet ſanguinem ſeuum ex omento pecoris naribus inlitum, cochleæ contritæ & fronti inlitæ ſimiliter proſunt. Aranei tela ſicca adpoſita ſubuenit narium cruentis fluoribus, ex feruenti aqua vapor naribus tractus medetur earum grauedini. Gallinacei cerebrũ vel ſanguis columbinus ob id ſeruatus remedióq; adhibitus, naribus prodeſt: ſed ſi ex vulnere immodicè fluat ſanguis, fimus caballin⁹ quomodo egeritur appoſitus ſtatim ſubuenit. De porro ſectiuo trito nares fluentes rectè obturantur. Lana ſuccida coniicitur in nares cum oleo roſaceo, & auriculæ de lana ſuccida obturantur, & ita ſanguis profluens continetur. Coagulum agninum ex aqua ſubactum, & infuſum naribus fluẽtibus mirè prodeſt. Adeps de anſeribus cum butyro pari pondere infuſus, profluuium narium ſiſtit. Terra vel argilla de camino, vel de furno antiquo teritur, & ex aceto temporibus & cerebro, naribus quoque inlinitur vel infunditur, quæ res profluentem nimiè ſanguinem ſiſtit. Thus & reſina in farinam redacta naribus indũtur, quod remedium etiam ex ore manantem ſanguinem cohibet. De ſanguine ipſo qui fluit nomen eius in frõte ſcribe cui medendum eſt aduerſum profluuiũ nariũ, ſtatim ſubuenies. Scribes carmen hoc in charta virgine, & linteo ligabis, & medium cinges eum, vel eam quæ patietur de qualibet parte corporis ſanguinis fluxum, ſicycuma, cucuma, vcuma, cuma, vma, maa. Item carmẽ hoc vtile profluuio muliebri, Stupidus in monte ibat, ſtupidus ſtupuit. Adiuro te matris ne hoc iracunda ſuſcipias, pari ratione ſcriptum ligabis. Myrrham cum nardo puro contere, & inde nares tange mane & veſpera, ſubuenies ſanguini nimium profluenti. Veru ferreum cãdens in aceto aſſiduè extingue, & fumum eius naribus ducito. Ruta ſæpius olefacta, vel trita inlita, ſanguinem ex naribus nimis fluentem retundit. Radix vrticæ capiti impoſita, ſi manibus vtriſque ſupra caput contineatur, mirè prodeſt aduerſum profluuium narium.

Herbæ polygoni corona capiti impoſita naribus profluentibus mirabiliter medetur. Coſtum contuſum & cribratum naribus infricato, & profluuium ſiſtet, & vlcera ſanabit. Ranæ rubetæ occiſæ in fumo arefactæ particula quãta videbitur, in linteolo inuoluta, & ex licio collo ſuſpenſa eius cui nares fluunt mirè prodeſt.

Linum vel papyrus ligata ſummitati veretri virilis, ſanguinem profluentem naribus mirè reprimit. Pili caprini combuſti, adiecta pice & aceto inſerti naribus citò ſanguinem ſiſtunt. Lana ſuccida ex oue fœmina decerpta, atque intorta, madefactáque roſa liquida, & naribus indita, ſanguinis abundantiam reprimit. Cochleæ tritæ cum aceto naribus inditæ, quanuis magnos fluores ſanguinis compeſcunt. Si fœminæ ſanguis ex naribus nimiè defluat, mammillæ eius vinciantur corrigio caprino. Pilos ſub ventre viuo lepori candidos

A velles, & ſeruabis, & quum vſus exegerit intortos naribus fluentibus fulcies. Specularia cõbuſta ex aceto tẽperãtur, & fronti eius inlinũtur cui nares fluunt. Spongiæ Africanæ combuſtæ cinis ſi naribus hauriatur plurimum prodeſt. Si per nares & per os ſanguis fluat, herba verbena (quam Græci hierobotanẽ dicunt) cum ſuis radicibus ex aqua decocta & percolata potatur. Porrum ſectiuum tere, & ſuccum cerebro eius infunde qui profluuio narium laborat, ſtatim medebere. Millefolium ex aceto teritur, & naribus hauritur, continuò quanuis ni-

B mium ſanguinem ſiſtit. Si ex vna nare ſanguis defluit, diuerſam auriculam cera obturabis. Carmen ad profluuium ſanguinis ex quocunque membro manantis, locum ex quo defluit, digito medicinali tanges, & vicies ſepties dices, & quoties volueris repetes, donec fluorem peruincas, ſocnon ſocnon, mirè prodeſt. Pollicem & medicinalem digitum à fronte vſque ad cerebrum, & inde vſque ad ceruicem duces, & nonagies nouies dices, firmio, ſirmio. quod ad aurem eius partis dici oportet de qua nare ſanguis propenſius fluit. Herbam vettoni-

C cam teres, cui paululum ſalis quãtum duobus digitis pollice & medicinali capere potueris, adiicies, & formatã pilulam rotundam naribus inſeres, & omnibus vitiis purgatas nares citò ad ſanitatem perduces. Polypon emẽdat herba proſerpinalis, quæ Græcè dracontium, Gallicè gigarus appellatur, vel ſi ſuccus eius naribus infundatur, vel ſi papyrus inde infecta, & ſpecillo inuoluta, naribus inſeratur, & poſtera die educatur. Omnis enim morbi radices extrahi eius iniectione manifeſtum eſt. Nares grauiter olentes emendat ſuccus hederæ frequenter infu-

D ſus. Cuius nares fœtebunt remediabitur ſi nares muli oſculetur: ſimiliter proderit mulieri ſi nares mulæ baſiauerit. Qui polypum patitur, braſſicæ erraticæ radicem conterat, & eius ſuccum aſſiduè naribus quantum potuerit ducat, intra triduum remediabitur. Succum hederæ & ariſtolochiam, & cyperum, & draconteæ ſemen, & melilotum, æquis menſuris contere, ac naribus infunde: quo facto non ſolùm fœtorem, ſed etiam carcinoma narium curabis. Naſo grauiter olente ſuccus hederæ frequenter infunditur, dracontei quoque ſuccus cum

E melle inditur, quæ res etiam carcinomata extirpat. Ficus etiam veteres contritæ, & in olla cum poſca coctæ naribus inſtipantur: hoc omnia narium vitia emendat.

Ruta ex aceto acri conteritur, atq; inde pinnula intingitur: ea in nares coniecta ſanguinem fluentem efficaciter cohibet. Stercus aſinæ aridum naribus infrictum ſanguinem ſine intermiſſione fluentem citò compeſcit.

Stercus caballinum exprimitur dum recens eſt, eiúſq; ſuccus naribus trahitur ab eo cui importunius fluunt.

Radicem ſymphyti (quod halum Gallicè dicunt) com-

F manducet & glutiat qui profluuio narium laborat. Ad aurem eiuſdem partis de qua per narem ſanguis fluit dici oportet ter nouies σοκσοκαμ συκυμα. etiam poſtea ſimiliter dices. Scribes in charta virgine, & collo ſuſpendes lino rudi ligatum tribus nodis ei qui profluuio ſanguinis laborat. ψαψ εψηψε ψη ψα ψε. Si in manu dextra duo digiti medii lino ſimul copulentur, ſtatim proderit aduerſum pituitam, & grauedinem, & diſtillationem narium. Cinis teſtarum ex oſtreis, ſi in morem ſalis pane colligatur, & voretur, ſtatim ad remouendam grauedi-

G nem narium proficit: porri quoque capitati folia incocta, ſi ſine pane manducentur plurimum prodeſt. Corrigio canino rudi, nec vnquam vincto, quilibet digitus in quantis manu ligatus, remedium diſtillantibus naribus præſtat. Oleum calidum eunti dormitum ei qui grauedinem narium patitur, in cerebrum infunditur, & in aures immittitur, illico prodeſt. Oſtrea ita vt lecta ſunt adhuc teſtis ſuis clauſa, in carbonibus coquuntur, atque ita cibo dantur ei qui narium grauedinem patitur. creta quoque cimolia ex aceto tuſa quamdenſiſſima fronti e-

H ius imponitur cui ſanguis vel pituita deſcẽdit. Maſtichẽ cum pipere mixtam qui diu commanducauerit, calefacto cerebro omnem humorem narium cohibet.

Git calidum toſtum in linteolo conligatum, & ſæpe odoratum, grauedinem narium & pituitã depellit, tunicæ

quoque veteris combuſtæ fumus frequenter naribus ad-
motus idem præſtat. Proderit ei plurimum qui gra-
uedinem narium patitur ſi in charta ſe emungat, eámq;
alligatam epiſtolæ modo in publicum abiiciat: & ſi in ci
nerem ſe emungat, æquè proficiet ad ſanitatem. Sa-
lem torreat, & in noctem ſibi ad cerebrum in ſacco liget
qui pituitam patitur. Cæpam afram conditoriã con
tuſam cum aceto ac errimo cõmiſcebis, & adpones nari-
bus eius cui ſanguis fluit, vt ad ſe naribus trahat, & quaſi
ſorbeat, ſtatim ceſſabit ſanies, & fluxus inhibetur. Ra-
dicem cannabis brachio dextro ligato: ſi totum brachiũ
cinxeris de ipſa radice melius erit, ſin verò partem habue
ris, collo ſuſpende ligatam licio quod in tela fuerit: & vt
ſcias quanta vis ſit huius remedii, vbi alligaueris hanc rá
dicem ſtatim ſanguis perſtringetur, quũ ſolueris & remo-
ueris fluet. Caprificum quæ in lapide naſcitur colli-
ges ſiue ſiccam ſeu viridem, (id eſt ipſum pomũ) & in pel
le caprina inuolutum ligabis de licio quod in tela fuerit,
& ei loco adpones vnde erit ſanguinis fluxio, ſtatim cohi
bebitur, ſiue viro de naribus, ſiue mulieri de locis verecũ
dioribus fluat.

VITIIS LABIORVM, ET GINGIVIS, ET
oſcedini, & oris vlceribus, & fœtori, & linguæ pu-
ſtulis, & palati exulcerationi, remedia phy-
ſica & rationabilia diuerſa de expe-
rimentis, Cap. XI.

VItia oris & faucium, & vlcera quæ in ore fiunt, & ce
leriter nigreſcunt, inter initia oportet rebus ſimplici
bus, (id eſt aqua calida per ſe vel mulſa) poſtea verò deco-
cta aqua cum lenticula, vel palmulis, vel capreolis (id eſt
ſummitatibus vitium) vel malis cydoneis, aut pyris Syria
ticis, aut roſæ foliis adiecto melle, curari. Adeps anſe
rinus aut gallinaceus rimas labiorum egregiè curat im-
poſitus. Nigreſcentibus vlceribus proderit colluere
os aqua in qua coctum ſit lẽtiſcum, vel rubus, vel myrtus,
vel rhus Syriacus vel oleaſtrũ, vel iũci radix (quam Græ-
ci cyperon vocant) aut ſimiliter adiecta per ſe, & decocta
galla Syriaca contuſa. Oportebit autem perũgere aſſiduè
vlcera ſucco rubi, lentiſci, oleaſtri, roſæ viridis foliorum.
facit bene & ſal tritum cum melle inculcatũ copioſè ad
nigredinem talium vlcerum eruendam. Labia rupta
vel exulcerata mira celeritate ſanabis ſi ceram in oleo ro
ſaceo ad ceroti modũ liquefeceris, quúmq; in cacabo vel
acetabulo cõferbuerit, anchuſæ radices adieceris, & refri
gerato vnguine in noctem labia inleueris. In oui teſta
membrana quæ hæret, ruptis labiis rectè adponitur. Al-
ga marina ſicca candidáque adpoſita, labiis ruptis effica
citer prodeſt. Allii tunicula vel operimentum pari
modo labiis profuturum vt hæreſcat imprimitur. Se-
uum bouis vel vituli cum adipe anſerino impoſitum, ri-
mas ſciſſuráſque oris optimè iungit. Fagi folia com
manducata proſunt exulceratis labiis & gingiuis, ſi cum
humore ſaliuæ imponantur. Serpyllum herbam (quã
galli gilarum dicunt) ieiunus diu commanducet cui os
fœtebit & glutiat. Murinus cinis (id eſt puluis exuſti
muris) cum melle dentibus infrictus halitum fœtidi oris
emendat. Folia myrti & lentiſci pari pondere, & gallæ
Syriacæ dimidium pondus vnà teri oportet, & ſparſa vino
manè à ieiuno commanducari, vel ori fœtido imponi.

Capitis leporini exuſti cinis cum nardo vel cum melle
impoſitus, lenit graueolentia oris vlcera. Acorum
Ponticum ieiunus vice maſtiches mandat qui emendari
voluerit oris fœtorem. Contra oris fœtorem origanũ
& ſalem pari menſura conteres, & inde manè ac veſpera
gingiuas fricabis: vt verò os tuum ſemper bene oleat cy-
perum commanduca, vel intra os tene. Oſcedinẽ her
ba Britannica viridis, ſumpta in cibo lactucæ modo ſa-
nat: tritæ etiam atque expreſſæ ſuccus ſi ore contineatur,
mirè prodeſt. Quòd ſi viridem non habueris, aridam in-
funde vino, & deinde ſume eam, & exprime, illúmque ſuc
cum intra os aſſiduè tene, aut etiam gargariza, mirè pro-
deſt. Cicer columbinum maceratũ tritúmque, & gin
giuis inlitum prodeſt. Vlcera gingiuarum, tonſilla-
rúmque carbunculos, hac ratione curabis, polentæ partes
duas, & ſalis partem vnam, bene contuſam cõſpargito ex
mulſo, deinde ex iis panes tenues facito, eóſque fur-
no aut clibano piſtoris coquito, & quum opus fuerit, be-
nè contritos ex aqua gingiuis inlinito, continuò ſanabun-
tur. Arboris pruni folia cum vino decoquuntur, eo-
rum ſuccus expreſſus intra os retẽtus plurimum prodeſt.
Galbanum melle dilutũ vlcera in ore quæ Græci ἄ-
φθας vocant, inlitum ſanat. Puluis tenuiſſimus co-
ſti, vlceribus quæ in ore erunt adpoſitus, mirè prodeſt.

Linguæ vlcera vel puſtulæ bene accipiuntur ſi oleæ
vel oleaſtri ſucco foliorum & ſulphure tritis, aſſiduè per-
fricentur. Roſæ flos luteus, alumen ſciſſum, galla, iris
pari pondere omnia diligenter terũtur, & oris ac linguæ
vitia frequenter eo puluere perfricantur. Cyclaminis
ſuccus melli licio æqualiter mixtus, linguam & totius o-
ris vlcera potentiſſimè ſanat, humorem quoque & pitui-
tam largiter infuſam deducit. Puſtulæ quum ſubitò
in lingua naſcuntur, priuſquam idem loquaris, extremæ
tunicæ qua veſtiris ora puſtulam tanges, & ter dices, Tam
extremus ſit qui me malè nominat, & totiens ſpues ad
terram, ſtatim ſanabere. Solent gingiuæ quorundã fluo
re infeſtari, quas prægnantes quidam vocant: proſunt iis
lentiſci folia arida contuſa & cribrata tenuiter perforato
cribro: facit & cinis eiuſdem lentiſci foliorum exuſtorũ
impoſitus, & aqua eiuſdem decocti os elutum iuuatur.

Compoſitum hoc medicamentum prodeſt gingiuis,
& ad omnia vlcera quæ in ore fiunt vtile eſt, quod anthe-
ra à Græcis appellatur: recipit hæc, Aluminis fiſſi ✱ III.
myrrhæ ✱ II. croci ✱ II. cyperi (id eſt iunci) radicis ✱ tres,
gallæ ✱ II. roſæ lutei floris ✱ II. ſandaracæ Ponticæ ✱ III.
thuris maſculi ✱ II. hoc medicamine arido vti oportebit
vel etiam cum melle mixto, ad parulidas aut epulidas, id
eſt vbi ex trãſuerſo gingiua ſuppuratur, vel vbi ſuper ex-
tremum molarem increſcit. Moleſtè interdum gin
giuis & cancer per os ſerpit, qui inter initia neglectus bre
ui temporis ſpatio mortis cauſa eſt. Oportet ergo quum-
primum viſus fuerit, antequam latius ſerpat, faucéſque
occupet, miſyi vſto quamplurimo cum melle vti ſæpius,
ſed ante dentes & os collui debent oleaſtri aqua decocti,
aut corticis mali granati. Prodeſt & hoc medicamẽ-
tum etiam in omni parte corporis poſitum contra cance-
rem, quod vocatur Andronios: recipit autẽ hæc, Mali gra-
nati corticis ✱ X, terræ mali ✱ IX. aloes ✱ quatuor, myr-
rhæ ✱ II. gallæ, ✱ VII. aluminis fiſſi ✱ quatuor, æris floris
✱ II. teruntur hæc ſiccata curioſè, deinde admiſcetur paſ-
ſum creticum, vt habeat ſpiſſitudinem mellis: quum opus
eſt, vino auſtero diluitur & ſoluitur. Facit hoc medicamẽ-
tum & ad carbunculos, & ad ignem ſacrum, & ad zonam
quam Græci herpetem dicunt. Cochlearum inaniũ
exuſtarum cinis cum melle gingiuis impoſitus, mirè pro-
deſt, ſi ſit hæc aſſiduè curatio. Gingiuas humidas &
fœtentes hoc medicamine mirè ſanabis, alumen ſciſſum,
thus maſculum, aloem epatitidem pari pondere: hæc in
puluerẽ tenuiſſimum rediges, & ſimul permixtis vteris,
ita vt prius os vino vetere conluas, & ſic gingiuis digito
medicamen adponas. Vtile eſt interdum admixto huic
pulueri melle deſpumato, gingiuas contingere. Ad
gingiuarum nimium tumorem & fœtorem, & carcino-
mata, medicamen hoc facies decreſcente luna, die Iouis,
ſic, Piperis grana nouem teres cum modico laſere, & cu-
curbitam ſiccam combures, & caput ſardæ combures, ac
ſeparatim omnia diligentiſſimè teres, ita vt in puluerem
tenuiſſimum redigantur, eóque ſicco gingiuas aſperges,
vel continges, & quum iterum adhibere volueris medica
mentũ, vino vetere bono os elues. ſed illis diebus quibus
adhibes curationem, oleum & porcinam non manduca-
bis, quo facto facilè te abſolues ſupraſcripta omni mole-
ſtia gingiuarum. Ad vlcera quæ naſcuntur pueris vel
infantibus vtriuſque ſexus in ore, aut in gutture, aut in ſto
macho, quæ pluribus vno tẽpore ſolent accidere, & ideo
peſtilentioſa appellantur, valde vtile eſt adhibere medica
men huiuſmodi, Myrrhæ, nardi Syriaci, aluminis fiſſi, co-
ſti, gallæ Syriacæ immaturæ, carnis agninæ aridæ, corticis
malorum Punicorum, omnium paria pondera ſeorſum
contunduntur, & poſtea in vnum miſcentur, atque inde
dantur ad diem duæ drachmæ cum vini auſteri cyatho

vno. Mali Punici floris ✱ II.myrrhæ ✱ II.aluminis fiſ
ſi ✱ II.croci ✱ II. puluis ex iis tenuiſſimus factus inſuffla-
tur per arundinem quod ſatis ſit faucibus vel gingiuis:
quod factum & intrinſecus & forinſecus omnibus vitiis
oris infantum ſtatim medebitur. Medicamentum
quod facit ad omnia,præcipuè autem ad ea vitia quæ in
ore ſubſiſtũt,& abalienationes auditus, & ad tumores au-
rium,& puris inde manationem,& dolorem, & ad palpe-
bras aſperas,& ad vlcera ſordida in oculis atque in ano &
veretro,necnon & ad carbunculos.Vti autem eo oportet
quum reſoluendum & eliquandum eſt aliquid vlceris cũ
melle:quum autem conſtringendum cum vino auſtero,
ſed vbi vlcera cicatricem ducere oportebit, aut ſordida
& tetri odoris expurgari,cum ceroto ex roſa facto. Profi-
cit autem & adtumentes atque compreſſas fœminæ vul-
uas,prope os ipſius vuluæ adhibitum.eſt enim ad omnia
muliebria vtile cum roſaceo oleo appoſitum.Facit etiam
ad narium vitia & polypos & cætera vlcera, datúrque iis
qui ſanguinem eiiciunt quantum faba eſt,cum aquæ duo
bus cyathis tepidæ:recipit autem hæc, Crocomagmatis
optimi ✱ VI.miſyos vſti ✱ V. aluminis rotundi ✱ VIII.
roſæ aridæ ✱ III. æris floris ✱ IIII. gallæ Syriacæ ✱ XV.
omphacii aridi ✱ VIII.ſquamæ æris ✱ VI.chalcitidis vſtæ
✱ VIII.mellis deſpumati 8.I.hæc omnia ſeorſum prius,&
in vnum poſtea cum vino trita,admixto paſſo atque mel
le,coquũtur molli pruna in vaſe rubri æris(id eſt cupreo)
ita vt ſubinde agitetur,& coquatur lentiſſimè, donec mel
lis ſpiſſitudinem habeat, quod medicamentum recondi
debet in pyxide cuprea,& ſignari. Ad ea quæ in ore
ſubſiſtunt,& ad puerulorum vel infantium vlcera peſtilẽ-
tioſa, croci ✱ IIII. myrrhæ ✱ VI. gallæ ſyriacæ ✱ IIII. a-
luminis fiſſi ✱ II. thuris ✱ II. roſæ floris ✱ VI.glycyrrhi-
zæ ſucci ✱ VIII. iridis ✱ VI.crocomagmatis ✱ VI.nardi
Syriaci ✱ V.piperis ✱ I.S.& eius tertias,coſti ✱ III.cinnami
✱ VI. caſiæ ✱ VI. polii ✱ II. mellis quod ſatis ſit. Hæc
trita diligenter concorporantur,& in vaſculo æreo aut vi
treo cuſtodiuntur,& quum opus eſt,vitiis oris & faucium
remedio adhibentur. Anthera ad vlcera & ſangui-
nis eruptiones,& ad eminentias quaſi calloſas circa angu
los geuſiarum & radices dẽtium: facit & ad vetera,& ad
longioris temporis fiſſuras in ano, quas Græci ῥαγάδας
appellant,Chartæ vſtæ,plumbi vſti,ſquamæ rubri æris,au
ripigmenti ✱ binos,ſulphuris viui ✱ I.ſiccis iis & bene tri
tis vti oportet.eſt enim efficaciſſimũ omnibus ſupraſcri-
ptis medicamentum. Anthera ad gingiuas tumen-
tes,& ad vlcera abalienata in veretris, & ad ea in quibus
nimium caro vitioſa excreuerit, Cyperi denarios duos,
croci denarios duos, myrrhæ ✱ I.aluminis fiſſi denarios
duos,ſandaracæ denariũ vnũ:hæc trita ſeorſum,& in vnũ
mixta reponuntur, & ſicca ſupradictis vitiis adhibentur.

DENTIVM DOLORIBVS, ET VITIIS
eorum vniuerſis,remedia phyſica,& ratio-
nabilia diuerſa,de experimentis,
Cap. XII.

AD dentium dolorem quanuis plurimi dicant forficẽ
remedium eſſe optimum,multa tamen citra hãc ne-
ceſſitatem ſcio profuiſſe. Itaque quum exeſus eſt aliqua
ex parte dens,non ſuadeo protinus tollendum,ſed excidẽ
dum ſcalpro medicinali qua cauatus eſt:quod ſine vllo fit
dolore.reliqua enim ſolida pars eius & ſpeciem & vſum
dentis præſtabit.Sed quum dolor vrgebit,variè ſedandus
eſt partim collutione quorundam,partim commanduca-
tione,nonnunquam ſuffitione, aut impoſitione aliquorũ
remediorum.Prodeſt ergo colluere os frequenter radice
herbæ quinquefoliæ incoctæ vino: item herba vrceola-
ri,& cupreſſi baccis aqua incoctis: alterci quoque radix
bene accipit,aut eiuſdem ſemen linteolo ſpiſſo inligatũ,
& aqua ſæpius inferuefactum, etiam ſuccus eius tepens
dentibus adhibitus plurimum prodeſt. Suffiri autem
dentes oportet ore adaperto alterci ſemine carbonibus
adpoſito,atque ſubinde os colluere aqua calida in qua ra
dix eius fuerit incocta. interdum enim è dentibus quaſi
vermiculi quidam eiiciuntur.Leuat dolorem dentium &
bitumen ſuffitum:item commanducare proderit menta-
ſtrum vel radicem cotyledonis, quæ herba ſimilia folia
cymbalis habet, naſcitúrque fere in parietibus humidis.
Pyretri quoque radix commanducata multorum leuauit
dolorem,nec minus alumen fiſſum linteolo ſpiſſo circũ-
datum,& ita diutius dolentibus impreſſum dentibus me
detur: imponere verò ipſi dolenti oportet denti totum
hoc medicamentum quaſi emplaſtrum,quod conficitur
ſic,Peucedani ſucci ✱ III. opopanacis ✱ vnum, thuris de-
narios duos,vuæ paſſæ ſine granis ✱ I. hæc omnia per ſe
contundi iubebis, deinde ceram commiſceri, & ceroti
modo emplaſtrum fieri.Vbi fuerit grauior dolor dentis,
auriſcalpium lana molli inuoluitur, deinde tingitur fer-
uentiſſimo oleo,atque ita denti proximiſque gingiuis ſu
perponitur,poſt hoc medicamento dens operitur:ſi repe-
tierit aut permanſerit dolor nihilominus,iterum auriſcal
pium cum lana inuolutum ex oleo candenti eodem mo-
do imponi ſæpius oportebit,donec dolor omnis adimatur.

Siquando mouebuntur dentes,confirmandi erunt alu-
mine quo infectores vtuntur,& melle Attico, ita vt duæ
partes ſint mellis,tertia aluminis:hæc miſceri & teri opor
tet in mortario,deinde in patella fictili feruefieri vt ſpiſ-
ſentur,atque ita recondi in quolibet vaſe, dum ne æneo.
hoc medicamentum primùm auſterum eſt, & nimis cõ-
ſtringit dẽtes,poſtea remiſſius videtur. Proderit mo
tis dentibus & hoc medicamẽtum, Aceti acerrimi 8.I.ce
driæ 8.I aluminis fiſſi P.II.teritur alumen cum aceto, mi-
ſcetur deinde cedria,& vnà omnia vaſe æneo coguntur,
tæda pingui mota,donec in mellis ſpiſſitudinẽ tempera-
tam redigãtur.Hoc medicamento ſiquis ter in menſe dẽ
tes perfricuerit,dolorem eorum non experietur. Ad
dentium dolorem bene facit muria ex piſcibus lacertis
veteribus,ſiquis ea ſubinde os colluat:vel herbam pedun
culariam ſiquis commanducet,& ſubinde pituitã (id eſt
humorem noxium)expuat,vel marrubio ſicco contuſo &
cribrato,ſiquis dentem cum gingiuis tegat. Facit be
ne & aqua in qua marrubium coctum eſt, quum os ali
quis inde colluerit: item millefolium commanducatum,
vel anemones herbæ radix cum pari pondere fici com-
maducata, pituitam dentium detrahit. Cornu
ceruinum combuſtum tritum cum aceto,dentibus appo-
ſitum prodeſt. Radix lapathi cum vino cocta,vel tæ
da pinguis incocta aceto, vel papaueris capita, & cortex
mali Punici pari pondere vino incocta,vel tithymalli ra-
dix ſimiliter cum vino cocta, vel colocynthidos interio-
ra cum lacte & aceto pari menſura trita atque permixta,
vel alterci radix cum aceto cocta,vel capparis radix cocta
cum aceto vetere,vel iunci radix,(quam Græci cyperum
appellant)vel cucurbitæ radix,(quam iidem ſonchon ap-
pellant)vel pyrethrum commanducatum, aduerſum do-
lorem dentium plurimum proſunt,ſi & aqua ipſa qua in-
coquũtur,ore teneatur. Roſæ floris quod eſt luteũ ✱
VII. crocomagmatis ✱ octo,myrrhæ ✱ octo,gallæ Syria-
cæ ✱ IIII. iis in vnum mixtis & tritis vti oportet ſiccis,
vt hoc ex puluere gingiuæ aſſiduè dentéſque tangantur.

Roſæ lapillos vel grana quæ in folliculis eius poſtea
quàm eſſe deſierit inueniuntur,aſſabis,& in puluerem re-
diges ad ✱ IIII.floris quoque eius ſicci ✱ II. myrrhæ ✱ I.
teri facies,& ſicco puluere aduerſum dolorem dentis vte
ris,ita vt prius os colluas aceto ſalſo tepido. Roſæ ca
ninæ ſucci(quam Græci cynocytidam vocant) vel ipſius
herbæ radicis ✱ II. licii ✱ I.cum vino auſtero coqui fa-
cies, & adiicies aluminis ✱ IIII.myrrhæ ✱ I.& de ſepiarũ
teſtis quæ ſunt interiora ✱ II.iis tritis,& in vnum concor
poratis dentes & gingiuas continges, poſt hoc vino auſte
ro os collues, Cyperi ✱ VIII.ſandaracæ ✱ VII. gallæ duas
partes,piperis albi ✱ I. aluminis fiſſi ✱ II. myrrhæ ✱ II. &
huius medicamenti ſimilis eſt vſus ſicut ſuperioris,vt ſic-
co puluere gingiuæ & dentes tangantur aſſiduè, & poſt vi
no vetere os eluatur. Sinapis grani ✱ III. piperis ✱ I.
herbæ peduncu lariæ ſiccæ ✱ VI.cyperi idem, nitri ✱ II.
pyrethri ✱ IIII.origani ✱ III.lauri foliorum tenerorum ✱
I.bituminis aridi ✱ VI. in ſole hæc omnia teruntur, & ex
aqua deinde paſtilli fiunt,quorum vnus ad diem datur cõ
manducandus dentium cauſa. Piperis ✱ II.ſinapis in gra
no ✱ XII. aneſi ✱ VI. vuæ paſſæ pinguis exgranatæ ✱
XXIIII. pyretrhi ✱ IIII. herbæ peduncu lariæ ✱ IIII.hyſ-

ſopi de denario duas partes,lauri folia numero x.æris floris ✱ II.hæc cum melle decoquuntur, atque inde paſtilli facti ob ſalubritatem dentium commanduntur. Emplaſtra autem dentibus dolentibus poni oportet eiuſmodi, Aphronitri ✱ II. piperis ✱ III. herbæ peduncularıæ ✱ v.reſinæ terebinthinæ tãtundem:hæc colliguntur, & inlita linteolo,vel aluta,dolenti maxillæ imponuntur:ſed ſi excauatus fuerit dens iniicitur in cauernam eius quantũ ſit ſatis medicamenti ad explendum locum, tum cera tegitur exterior pars foraminis.Item emplaſtrum alio modo conficiendum aduerſum dentium vitia, Pyrethri ✱ IIII.cedriæ ✱.IIII.amurcæ coctæ ✱ XVI.ſulfuris viui XVI. picis liquidæ ✱ XII. bituminis aridi ✱ VII. æſtiuis temporibus confici oportet hoc medicamentum, ita vt ſub ortu ſideris canis hæc terantur in ſole calidiſſimo, donec habeant ceroti teneri ſpiſſitudinem. Item aliud emplaſtrum aduerſum dentiũ dolores,piperis,pyrethri, ſulphuris viui,ſoreos,ſingulorum ✱ IIII.amurcæ ✱ VI.arboris mori lacrymæ ✱ v. picis liquidæ ✱ II.aluminis fiſſi ✱ IIII.cedriæ ✱ x.bituminis aridi ✱ VI.herbæ pedũculariæ ✱ II.ſimiliter ſub ortu canis componitur hoc emplaſtrũ, & (vt ſuprà ſcriptum eſt) adhibetur maxillæ in qua dens dolet,linteolo denſo vel alutæ inlitum. Item aliud emplaſtrum, Piperis,opii,oliuæ Æthiopicæ,lacrymæ mori,myrrhæ,ſingulorum ✱ binos,hederæ nigræ baccarum ✱ IIII. betæ nigræ radicis ſuccum,vel eiuſdem foliorum ſuccum ✱ IIII.omnia trita in vnũ cõſparguntur & concorporãtur,& melle colligũtur,atque ita vt ſuprà ſcriptũ eſt, affectæ maxillæ ad ſedandum dolorem dentium, & gingiuarum,& geuſiarum adhibentur. Dentium dolorem ſedabit ſiquis gramen maſticet patienter,& in doloris locum collocet. Cauos dentes cinis murini fimi impoſitus ſanat & ſupplet: dicuntur dentes ei non putreſcere nec vacillare qui manè ieiunus ſub lingua ſalem aſſiduè continuerit. Dentem quum dolebis, ſi circa eum gingiua ſuppurabit ſcalpellabis,& herbæ millefoliæ radices teneras commaſticabis,tum ſuccũ eius in ea parte in qua dens dolet tenebis. Papaueris ſuccum tritum cum lacte muliebri, denti cauſario infundes, ſtatim prodeſt. Carmen ad dentium dolorem mirificum de experimento,Luna decreſcente die martis,ſiue die Iouis,hæc verba dices ſepties,Argidam,margidam, ſturgidam.Dolorem rumpes etiamſi calciatus ſub diuo, ſupra terram viuam ſtans caput ranæ apprehẽdes,& os aperies, & ſpues intra os eius,& rogabis eam vt dentium dolores ſecum ferat, & tum viuam dimittes, & hoc die bono & hora bona facies. Vermiculus in cardone herba inuentus,phœnicio inligatus,collóque ſuſpenſus,dolori dẽtium medetur. Cucurbitæ ſatiuæ coctæ ſuccus in linteo expreſſus,& in ore tentus,& dolorem inhibet dentiũ, & coercet mobilitatem. Acetum tepidum ſcilliticũ in ore tentum,& gingiuas tumentes conſtringet,& continet dentes vacillantes. Caprifici radix vino decocta tritáque maxillæ imponitur, ac deſuper ligatur, & illud vinum in ore diu tenetur, valde remedio eſt dẽtibus.

Ruborum cymæ teneræ ex vino vetere coquuntur, & id vinum ſæpius ore continetur, interdum & gargarizatur:quod ſtatim gingiuis, vuæ,& dentibus prodeſt.

Quinquefolium in quo fraga naſcuntur,colluitur ex aqua marina,deinde ad tertias decoquitur ex vino aut aceto,ídque in ore diutius continetur: etiam exuſtæ eius herbæ cinis prodeſt ſi eo dentes infricentur. Vermes terreni(id eſt lumbrici)decocti in oleo & triti,infunduntur auriculæ ab ea parte qua dentes dolẽt: eorundem exuſtorum vermium cinis dentibus cauis vel dolẽtibus inſertus,& cera opertus,facilè cadere eos cogit, cõburi autem debent teſta candenti. Oſſium ex vngulis porcinis combuſtorũ cinis pro dentifricio habitus,plurimum confirmandis dentibus prodeſt. Ad dentes cauos & exeſos ne penitus exedantur aut excidant,facies hoc,Gũmi quod in hedera naſcitur cauo denti inſerito. Harenula quæ in cochleis inuenitur denti cauo & dolenti inſerta ſtatim prodeſt. Gummi cupreſſi optimè facit ſi inſertum die ac nocte in cauo dente permanſerit.

Vt labantes dẽtes cõfirmes, cedrũ quo libri perũgũtur A in ore quamdiutiſſimè tene,& ſubinde recẽtius ſumito, non ſolùm dentes confirmabis,verumetiam dolorem eorũ auertes. Sepiæ os,vel ipſius cõbuſtæ,& ex melle contritæ puluis,adiecta gutta ammoniaci,gingiuis & dẽtib⁹ prodeſt ſi ita perfricentur vt ex eo nihil in fauces deſcendat. Caprino lacte recenti ſicut mulſum fuerit os aſſiduè collutum laborantes ex ictu dentes confirmat.

Lentiſci decocti aqua intra os frequenter detenta dentes confirmat:idem præſtat aſparagi ſyluatici ſuccus: idẽ & omphacium oleum,id eſt bonum viride,ſi calidum in B ore teneatur:idem & inula à ieiuna commanducata præſtabit. Vt labantes & dolentes dentes facilè excutias, ſuccum hederæ nigræ adiecto pauxillo olei viridis habeto repoſitum ac præparatũ,vt quum opus fuerit nares ex eo contingas digito vel perfrices:quo facto ſpiritũ aliquãdiu introrſum trahes, deinde calculo dentibus cõprehenſo,hianti ore humorem omnem qui ex pituita cõtractus erit,defluere permittes.Infinitus enim decurret vſque ad trium heminarum menſuram:poſt quod oleo puro naribus perfricto,& vino ore diluto, dentes ſine dolo- C re erunt,& facilè extrahẽtur. Ad epiphoras dentium & pituitam,ſi in dentes inciderit, quam epiphoram Græci appellant: Liguſtri folia commanducato, ſinitóque egeri pituitam ſaliua irritatam,quæ dum hiãti ore decurrit, dolor deſinet: ſine dolore autem qui caui & inutiles ſunt decident medicamine tali,Piperis grana numero v. gallæ & galbani,& aphronitri,æquale põdus ad fabæ magnitudinem vnà contundes,& contuſis mel admiſcebis, & ſubiges donec redigas ad ceræ lẽtitudinem,eóque me- D dicamento dentem cauum & dolentem implebis, ita vt prius eum calida foueas,ſine dolore excidet. Ad dentes mobiles & dolentes,& gingiuarum tumorem, remedium ſic, Cornu ceruini cõbuſti — II.folii ℈ I. ſalis ammoniaci ℈ I. piperis grana IX. iridis Illyricæ ℈ IX. ex iis puluerẽ tenuiſſimũ facies,& eo dẽtes quotidie perfricabis:ſi mobiles erunt & dolebunt, facilè cadent: & ſi ſine dolore validi ſunt,confirmabuntur,& candidiores & odoratiores erunt.melius autem proficient ſi in iuncturis,aut radicibus,aut cauaturis eorum de hoc ipſo dentifricio aliquid reſederit. Ramenta cornu ceruini, vel ſcobẽ E eius lima factam cum vino vetere ad tertias coque, & inde aſſiduos elue,mirè proderit roborandis. Portulaca aſſiduè commanducata ſtridorem dentium tollit.

Africanam ſpongiam ſiccabis,& lana inuolues, atque inde radicem dentis perfricabis:ſed caue ne alium pro alio tangas. Nam cõtactus poſt triduũ cadet.ſi enim putidus fuerit & dolebit, facilè excidet. Quumprimum hirundinem videris tacebis,& ad aquam nitidã accedes, atque inde in os tuum mittes:deinde digito obſcœno (id eſt medio)tam manus dextræ quàm ſiniſtræ dentes frica- F bis,& dices,Hirundo tibi dico quomodo hoc in roſtro iterum non erit,ſic mihi dentes non doleant toto anno.

Iterum alium annum & deinceps ſequentibus ſimiliter facies,ſi volueris remedii huius quotannis manere beneficium. Cochleas noſtrates minutas etiã inanes collige,& in mortario marmoreo diligẽter tere,deinde puluere ipſo molliſſimo dentes tibi perfrica,quo facto dolorem ſedabis. Si tibi partis ſiniſtræ dens dolebit,cubito dextro calidam fabam coctam tritam impone,& diligenter liga. Si verò partis dextræ ſiue ſuperior ſiue inferior G dens dolebit,cubito ſiniſtro ligato ſimiliter fabã, & hoc per triduum facito. Dolorem dentium & gingiuarum hac maximè curatione compeſces ſi mellis — I.aluminis infectorii — III. ſubferuefacias in pultario,& agites ac miſceas,tepefactúmque medicamẽ ore contineas.

Acorum Ponticum cum aceto & cum teda vſque ad quartas decoctum rectiſſimè aduerſum dolores dentium gargarizatur. Succus cyclaminis & mel lycium æquis portionibus miſcentur,atque inde dolor dentium confricatur. Lapathi radix in aceto acerrimo coquitur,atq; H eo aceto dentes colluuntur,vel fouentur. Millefolii radix ſub primo dolore dentium commanducabitur, & iiſdem dentibus qui dolebunt diu commanducata retinebitur,intolerandam moleſtiam præſentiſſimo remedio coercebit. Oleum cum aceto ex tertio decoctũ

dum adhuc calet rectè ad ſedandos dentium dolores ore retinebitur, ita vt plus aceti quàm olei mittatur.

Radix terræ mali ſurculo eruta & commanducata, ſi ore contineatur inter initia quidem excandeſcere facit dolorem dentium, ſed mox eum potenter extinguet.

Porcelli lactentis ventriculo (id eſt aqualiculo exempto) quod in interiore cute luteum adhæret, lanæ conjunges, madefactáque ea, illum humorem auriculæ inſeres, cuius è diuerſa parte dens dolebit, certiſſimo remedio ſtatim ſubuenies. Mori radix tempore meſſis inciditur, ea ſuccum aptiſſimum inhibendo dolori dentium emittit: quem ideo colligi & ſeruari oportet, vt quum opus fuerit dentibus imponatur. Nucleus gallæ commanducatus medetur dolori humoríque dentium. Hyoſcyami radix mixta vel madefacta aceto & commanducata, mirè dentibus medetur. Plãtaginis radix rectè manditur, eiuſdémque ſucco in aceto decocto ſalubriter dentes conluuntur. Fimus corui lanula obuolutus denti cauo infulcitur minutatim, ac ſine dolore eum diſcutiet. Veretrum (id eſt bulbus quod eſt genus cæpe) in aceto decoquitur, ídque acetum ore continetur, vt mobilitas dentium ſiſtatur.

Rumicum in quibus mora naſcuntur, pampini decoquuntur in vino auſtero; quod vinum aſſiduè ore detentum, vel ipſa folia commanducata dentes labantes confirmant. Beſtiola quæ braſſicæ innaſcitur dens vitioſus ſæpius confricatus, intra dies paucos eiicitur.

Æris florem floréſque hederæ pari pondere in vnũ terito, vinóque miſceto, ac naribus moderatè quũ dentium dolor fuerit infunde, ſtatim omnis moleſtia dentium compeſcitur & ſanatur.

DENTIFRICIA DIVERSA
de experimentis, Cap. XIII.

DEntifricium, quod ſplendidos facit dentes, conficitur ſic, Farinæ hordeaceæ 8.I. conſpargi oportet aceto cum melle mixto, & ſubigi diutius, atque ita in globulos diuidi ſex: quibus dilatatis admiſceri ſalis foſſicii ſemunciam, deinde furno coqui, donec in carbonẽ redigantur: tunc teri oportebit eadẽ, & admiſceri ſpicæ nardi vel folii quod ſatis videbitur ad odorem faciendum. hoc Octauia Auguſti ſoror vſa eſt. Dentibus curãdis benefacit radicis edulis (id eſt quæ manducatur) cortex arefacta & contuſa cribratáque, pro dentifricio adhibita. Vitrũ candidum quod ſimile eſt cryſtallo diligenter tritum admixta ſpica nardi, pro dentifricio adhibitum plurimum prodeſt. Vtuntur plerique etiam huiuſmodi dentifricio, Herbam vrceolarem quamplurimam cum radice colligunt, deinde lotam vno die ſiccant, poſt diem recenti muria macerant, tertio die expreſſam in olla noua componunt, ſubinde ſalis foſſicii quaſi tabulata interponentes: atque ita percoquunt fornace balneari donec in carbonem redigatur, poſtea tritæ admiſcẽt ſpicæ nardi quod ſatis ſit, quia & candidos facit dentes & confirmat. Auguſtam conſtat hoc vſam Meſſalinam: deinde aliorum Cæſarum matrimonia hoc dentifricio vſa ſunt. Cornuũ ceruinorum vſtorũ in olla, & ad cinerẽ redactorum, 8. I. maſtiches Chiæ ✱ VIII. ſalis ammoniaci ſemunciam: diligenter hæc trita in vnum concorporantur, & perfricandis dentibus adhibentur. Folii ⊢ I. coſti ⊢ I. piperis ℈ VIII. maſtiches grani ⊢ II. hordei farinæ nitidæ 8. VIII. ſingulatim ſingulas ſpecies tũdi vel teri facies, & cerni tenuiſſimo cribro: farinam verò hordei in ollam grandem nouã mittes, & adiicies mellis optimi quãtum ſufficiat, vt neque ſicca ſit, neque ſupernatet farina: poſtea ſimul ſpeciebus omnibus in ollã miſſis, adiicies faſciculos ſeptẽ herbæ parietalis, ita vt folia huius herbæ ſint in faſciculis, non virgulæ, deinde operculo ſuperpoſito & clauſo, vel gypſato diligenter de argilla, mittes in furnum calidum: ita vt vſque in alteram diẽ furni feruor duret, donec exurãtur omnia quæ ſunt in olla. quæ quum exuſta fuerint, ſimul vniuerſa diligenter tundes vel teres & cribrabis, & puluere eo quotidie vteris ad candorem dentium faciendum, & gingiuas firmãdas, & catrrhum reſtringendum. Dentifricium ad dentes nigros emendandos, Hordei farinam delicatam, & ſal tritum cum melle cõfricato donec ſibi cohæreant, & poſtea paſtam ipſam linteo inuolutam comburito, ac puluerẽ tenuiſſimum facito, atque eo dentes manè ac veſpere confricato, citò cãdidiſſimos facies. Lapis parius tritus ad ſummam leuitatem, & pro dentifricio adhibitus, intra diem decimũ quamlibet nigros vel pallidos dẽtes purgabit. Nitro cocto atque cõtrito velut dẽtifricio vtere ad dẽtes purgandos. Porci vngularum oſſa combuſta tritáque & cribrata, adiecto nardo & folio, frictione frequenti dentes candidiſſimos præſtant. Lana ſuccida melle inlita dentes perfricti miro modo candorẽ maximũ conſequũtur. Dentifriciũ optimum ac ſaluberrimũ ſic, Cyperi ⊢ II. ſalis ammoniaci ⊢ II. pumicis vnc. tres, marmoris candidi vnc. tres, ſchœni anthus vncias quatuor, cãſiæ vncias II. folii vnciam I. piperis albi vnc. I. ſpecularis vſti ⊢ I. cornu ceruini vſti ⊢ I. oſtrei teſtarũ vſtarũ ⊢ I. alluminis ſciſſi ⊢ I. maſtiches ⊢ I. thuris optimi ⊢ I. myrrhæ vnc. I: tũſis cribratiſque his omnibus, & in puluerem tenuiſſimum redactis, atque permixtis, ad incolumitatem & nitorem dentium vteris. Pernæ ſcrofinæ os quod eſt ampliſſimum combuſtum tritúmque, optimum & ſalubre dẽtifricium præſtat. gingiuas enim ſiccat & adſtringit, dénteſque ab humoris iniuria & tumore defendit. Cybium optimum ac vetuſtiſſimum ollæ inditur, atque argilla circumlinitur, & furno ardenti obiicitur, vt ad cinerem cybium excoquatur: tunc adiecto pario lapide contuſo, ſalſamenti ſupradicti fauilla conteritur. hoc dẽtifricium ita bonum eſt vt ad inanitatem dentes non ſinat peruenire. Maſtiches ⊢ I. thuris optimi vncia vna, myrrhæ vnc. I. folii vnc. I. iridis Illyricæ vnc. I. caſiæ vnc. I. tere hæc diligenter, atque permiſce, & dentifricium facito, quod mirabere.

Nardi ſpicæ ⊢ I. amomi ⊢ I. piperis ⊢ I. iis tũſis cribratiſque ad incolumitatem dentium vtendum eſſe de experimentis ſuademus.

Compoſitio dentifricii, quam Artemius Dianio oſtendit, contra dentium ſtridorem. Panem candidum ſiccum vetuſtum qui teri poſſit, ſalem, piper, folium, coſtum, cornu ceruinum, hæc æquis põderibus teres ad maximã læuitatem, & quotidie inde dẽtes curabis, quo facto ſtridorẽ eorum omnem humorémque depelles.

Ad colorem nitidũ reducit dentes, nitrum cum porro rudi coctum, & pro dentifricio ſumptum. Ad dentes nigros purgãdos, panem candidum & pumicem pari pondere combure & tere, atque aſſiduè hoc dentifricio vtere. De ſepiarum oſſibus, quod eſt molle, vnc. quatuor, ſalis ammoniaci vncias II. marmoris candidi ⊢ II. ſchœni anthus vnc. IIII. caſiæ vnc. II. folii vnc. I. piperis albi ſemunciam, herbæ cyclaminis ſuccũ, & mel lycium quantum ſufficiat, æquali mẽſura permiſce: quibus rebus dẽtifricium egregium facies, quod dolorem dẽtium ſedat, eóſque confirmat, & candidiſſimos reddit: ſed quæ terẽda ſunt, diligentiſſimè terãtur atque cribrentur, & ſic omnia miſceantur: quod dentifricium, necnon & alia omnia ſupradicta, in pyxidibus ligneis aut corneis debent recondi.

VVAE ET FAVCIBVS ET ARTERIIS
& raucedini, remedia phyſica, & rationabilia diuerſa de experimentis, Cap. XIIII.

AD faucium vuæque tumorem, hac fere omnes compoſitione vti debent, quæ nullam aſperitudinem habet, & ſatis efficax eſt, Vuæ amineæ acerbæ quũ primũ granũ eius incipit perlucere, ſucci 8. IIII. mellis Attici 8. I. miſceto in vnum, atque in æneo vaſe coquito, ſubinde mouẽs, donec mellis habeat ſpiſſitudinẽ, atque inde fauces continges. Altera ad eiuſmodi moleſtias cõpoſitio, quũ diutius vexatæ ſunt partes ſupradictæ, vt facilè placetur: Alluminis denarios II. gallæ tũſæ ✱ II. omphacii aridi ✱ I. croci ✱ I. paſſi cretici 8. I. hoc decoquitur vaſe fictili ad medias, ita vt quæ terenda ſunt diligenter trita admiſceantur. Vtrũque autem medicamentum ſignatum ſtanneo reponendum eſt vaſculo, & vua vel fauces aſſiduè inde tangendæ. Vbi ſuppuratio faucium ſuſpecta eſt, diutius permanente eatum tumore, & interdum febriculis non ſine horrore

incurrentibus, oportebit quidem gargarizare aquam mulſam, vel cum ficis aridis decoctam, ſed perungi fauces vtile eſt hoc medicamento, quantum tactus ſuſtinere poterit paulo preſſius, quod conficitur ſic, Mellis boni deſpumati heminam, reſinæ terebinthinæ P. I. roſæ ſucci cyathos V. reſinam cum roſa duplici vaſe, vt ſolent vnguētarii vti, liqueſieri oportet, deinde admiſceri mel, & coqui donec ſpiſſum fiat medicamentum. Hoc etiā quum eruperit ſuppuratio vti oportebit. expurgat enim & explet omnia. Vuam ſupprimit diu iacentem ſal & galla cōtuſa æquis pōderibus admixta, & ita per cochleare apposita: item gallæ ✱ II. æris floris ✱ II. menarum ſine ouis (id eſt piſciū ſalſorum) capita X. hæc comburuntur, & ita cæteris bene tritis trita admiſcentur, ſed poſtea nihilominus in vnum diutius teruntur. oportet autē tangi digito humido medicamentum, & ſic vuam ab imo rectam diu ſupprimi ſurſum verſus. Ad arteriam exaſperatam ſimplicia quidem hæc faciunt, Gummi Alexādrinum, vel tragacanthum per ſe ſub lingua retentum, ſed compoſita hæc ad tumorem arteriæ maximè proſunt, Papaueris ſyluatici iā maturi, viridis tamē adhuc, capita quāplurima vaſi fictili coniiciuntur, atque aqua ſuperfunditur tanta vt ſuperſint de vaſculo duo vel tres digiti: hæc vbi triduò macerata fuerint, eodem vaſe incoquuntur, donec madeſcant, poſtea exprimuntur, omniſque aquæ percolatæ prius diligēter mēſura capitur, ad cuius ſoliditatē mellis Attici quarta pars miſcetur: deinde in duplici vaſe tandiu coquitur donec mellis habeat ſpiſſitudinem. hoc medicamentum ad auriculæ tumorem & ad tuſſim facit. Altera arteriace ad fluorem arteriæ, & ad raucitatem, & ad tuſſim, & ad ſpiſſum ſonum vocis. accipit hæc, Tragacāthi ✱ VI. gummis acanthini quod ex vermiculis qui illic ſunt verum docetur, denarios ſex, myrrhæ denarium I. thuris denarios II. croci ✱I. piperis albi grana XX. cariotarum recentium trium pulpas medias detracta exteriore cute, vuæ paſſæ incorruptæ purgatis interioribus granis denarios VIII. gummi & tragacanthum paſſo cretico vno die & vna nocte macerari oportet, poſtero die pilo mundo contundi, & cætera trita mortario curioſè admiſceri: inde dari debet fabæ magnitudinis globulus, & ſub lingua teneri, & deuorari ſtatim quod liquefactum fuerit. hoc medicamentum pipere detracto ad tumorem arteriæ facit. ſeruandum autem eſt pyxide buxea. Arteriace qua melior non eſt: refertur autem in Aſclepiadem medicum optimum: facit ad omnia ſuperius dicta, & quicquid in arteria vitii eſt efficaciter curat. Conſtat ex his, myrrhæ optimæ pinguis denarios XXIIII. tragacanthi candidi denarios XXXVIII. glycyrrhizæ radicis denarios XVIII. reſinæ terebinthinæ veræ denarios XXXVI. tragacāthū ſicut eſt contundi & percribrari tenui foramine oportet, deinde myrrham tritam ſeorſum admiſceri, & rurſus vtraque in vnum diu teri, atque ita in pillā coniici: & ibi quum concaluerint omnia ictu pilæ aſſiduo, terebenthinā paulatim miſceri, donec omnium vnitas fiat: poſtea glycyrrhizam cōtuſam & cribratā, mortarióque nihilominus diligenter tritam, ſenſim aſpergi conuenit. Sed vbi hæc bene mixta fuerint, dum calet medicamentū plures accedant, & pilulas faciāt vitiæ magnitudine. Fit enim citò duriſſima hæc arteriace, & hoc ipſo præcedit cæteras quia līguæ ſubiecta nō facilè ſoluitur, & ita diutius exhibet ſalubritatis effectū. Braſſicæ crudæ folium leuiſſimè terito, ex eo ſuccum exprimito quo vua contacta potenter ſubleuatur. Pruni folia ſiue ſatiui ſeu ſylueſtris ex vino decocta, & ſæpius gargarizata, vuam reſilire compellunt. Gallæ tritæ puluere vua contacta, eodem die reſilit, ſi ter ei interiectis horis medicamen fuerit appoſitum. Capitis ſummi verticē ſiquis vua laboranti mordeat inopino omni eum moleſtia liberabit. In principio doloris vua bene ſubleuatur ſi aqua frigida vel poſca aſſiduè gargarizetur. Lotium vetus humanum adiecto croco ab inſcio ne faſtidiat epotum, vel gargarizatum, mirum in modum vuam reprimit & conſumit.

A Cinis teſtarum vſtarum ex oſtreis cum melle tenuiſſimè contritus, vuæ illitus prodeſt. Rubi coliculi teneri diſcoquūtur ex vino, idque vinum gargarizatur, quod confeſtim vuam prominentem coercet. Folia rubi areſacta in vmbra in cinerem concremantur, is cinis in cochleari vuæ ſubiectus, præſentaneo remedio eam contrahit. Hirundinū exuſtarū cinis vſque ad periculū laborāti vuæ cum melle mixtus potenter illinitur. Alumen ſciſſum leuiter tritum vel tunſum, vuæ ſubditū prodeſt.

B Chalcitidis ſcrupulū vnū, thuris ſcrupulos tres, calcis viuæ denariū, miſyos, nardi, folii, ſcrupulos binos, croci ſicci ſcrupulos duos, omnia tūſa & cribrata in vnum miſcebis, déque eo puluere in cochleari poſito vuam tanges, ter mane, ter ante balneum, certum experieris remedium. Salis granum, panis micam, carbonem mortuum in phœnicio alligabis, & lino circa collum vuam dolenti ſuſpendes. Succo vel lacte caprifici in cochleari poſito vua optimè ſubleuatur. Vrtica teritur, eiúſque ſuccus expreſſus & tepefactus ab eo qui vuam dolet ſalubriter gargarizatur. Lapillus qui in ſpongia Africana inuenitur, phœnicio

C obuolutus, linóque ligatus collo ſuſpenditur eius qui vuæ vitio laborat. Carmen ad vuæ dolorem quod ipſe ſibi qui dolet præcantet, & manus ſupinas à gutture vſque ad cerebrum coniunctis digitis ducēs, dicat, Criſſi, craſi, cancraſi. quibus dictis rurſum manus à gutture ducat, & ter hoc faciat. Laboranti vuæ diuturno labore hæc cura ſuccurrit, Hirūdinem viuam teſta Africanæ cochleæ includes, eámque phœnicio inuolutam lino circa collum ſubligabis, intráque diem nonum omni moleſtia liberabis. De vua paſſa eliges gra-

D num quod vnum intrinſecus nucleum habeat, eúmque in phœnicio alligabis, & faucib⁹ (id eſt in regione vuæ) inſeres, & tenebis, & dices, Vua vuam emendat: mox ipſum phœnicium ſupra verticem eius tenebis, & idem dices, quúmque ter ipſum feceris, & carmen dixeris, collo dolentis ſubligabis. Roſæ ſiccæ partes duas, myrti partem vnam cum aqua mulſa decoques, & laboranti de vua dabis gargarizandum. Lenticulam, ficus ſiccas, & furfures cum aqua mulſa decoques, & pro gargariſmatio vteris ad vuā reparandā.

E Allium cum ſale tritum in cochleari appoſitū vuæ, vehementer eam releuat. Allii vmbilicum quo grana continētur, atque vbi radices inhærent, cum ipſis radicibus in phœnicio conlinga, & laboranti de vua, luna ſeptima phylacterii more ſuſpendes. Ouū exinanitū, cōpletum viua terra, loco clauſo ſi abſcōdatur ab eo qui de faucibus & arteria laborabit, remedio præſenti ſibi ſubuenit. Olei veteris quod ſatis erit infuſum naribus, tumorē arteriarum, repreſſo periculo ſuffocationis vincit. Fimum columbinum, ficus aridas, & nitrum tundes, eáque mixta extrinſecus appones. hoc

F medicamentum aſperitatem faucium mollit, diſtillationémque caſtigat. Cochleæ terra tantùm excuſſa inlotæ coquuntur, dehinc tritæ cum paſſo cretico aduerſum faucium moleſtias hauriuntur. Vt fauciū duritiam lenias medicamen facies tale, Myrrhæ vncias III. croci vnc. I. tragacanthi vncias tres, ammoniaci vncias tres, mellis quod ſatis ſit. omnia hæc trita atq; permixta recondes, & parato certo ſubſidio, ad arterias craſſiores, & ad difficultatem vocis vteris. Ad tumores vuæ & faucium reprimendos gargarizari oportet

G tepidam aquam mulſam cum humore ptiſſanæ & cum melle decoctā, paſſum quoq; cum glycyrrhiza, vel hyſſopo, vel fœnogræco, vel lini ſemine decoctum iuuat, necnon & aqua maluarum illic incoctarum gargarizationi plurimum prodeſt. Bene opitulatur & fomētum per ſpongiam adhibitum ex aqua calida arteriæ & faucibus, quas partes poſtea tegi oportebit lana ſuccida pura. Sedant tumores faucium & vuæ perunctiones

H quædam, vt ſuccus de moris coctus in mellis ſpiſſitudinem: item mali Punici granorum ſuccus: item vuæ acerbæ ſuccus eodem modo decoctus. prodeſt & lētiſci & terebinthi, & rhus Syriaci, & myrti, & rubi, & roſæ ſuccus, ſi cum melle hæc omnia decoquantur: pruna

quoq; proſunt matura, ſi aqua in qua coꝺta fuerint, gargarizetur, aut os ex ea colluatur. hæc omnia proſunt etiã anginã habẽtibus, & cætera vitia in ore nata efficaciter curant. Non deſinente faucium tumore proſunt non ſolùm fomenta molliter adhibita faucibus atque arteriis per ſpongias aquæ calidæ, ſed etiam cataplaſmata vel fomẽta de farinis. itaque imponi oportebit iiſdem partibus farinam hordeaceam ex aqua pura vel mulſa coꝺtam, vel lini ſeminis farinam, vel fœnigræci farinã ſimiliter coꝺtã. Sed mirificè proſunt pulli hirũdini pingues ſaliti vel recẽtes aſſi, in cibo ſumpti. protinus enim omnem præfocationem & tumorem fauciũ tollunt. Verùm ſi purare fauces videbuntur, oportebit ſæpius gargarizare aquam cum ficis aridis coꝺtam, vel aquam mulſam cum ſupraſcriptorum admixtione. Quòd ſi tantus fuerit tumor vt etiam præfocari aut ſtrangulari fauces videantur, aluum ſubtrahere clyſterio oportebit, aut ſanguinem emittere de brachio, vel ſub lingua venam præcidere. Thymbræ ex aqua coꝺtæ, vel aceti vapor per arundinem ore receptus, prodeſt ad tumores oris & gutturis & faucium.

Origanum tritum cum melle impoſitum, vlcera oris purgat, nec patitur ea longius ſerpere: coꝺtũ verò cũ aqua & arida ficu, atque aſſiduè gargarizatum: facit & ad alia vitia, id eſt & ad anginam, & linguam ſideratam, quod genus morbi Græci paralyſin vocant. Sorbitionibus vti oportebit eos qui de vua & faucibus laborant, faꝺtis ex amylo, ptiſſana, oryza, alica, farina triticea, faba alba, vrtica tenera cum laꝺte decoꝺta, deinde quum ex aliqua parte releuati fuerint, tum vti omnis ſorbilibus debent. Ad vuas calloſas & nimium tumentes, mirifica hæc compoſitio eſt: facit & ad cætera faucium & oris vitia: eſt autem hæc, Æris floris ✱ I I. chalcitidis ✱ I I. picis liquidæ cyathum. coquitur pix donec amittat odorem, deinde adiiciuntur ei mellis cyathi ſex, atque iterum vtraque mixta inferueſcũt: poſt hoc adiicitur vini Aminæi ſextarius, & rurſum coquitur. Vbi autem bene decoꝺtum fuerit, cætera ſupraſcripta quæ ſicca ſunt trita adiiciuntur, iterúmque decoquitur medicamẽtum donec ſit ſpiſſum velut mel. Rhus quo coriarii vtuntur foliorum tenerorum colleꝺtorum æſtate, priuſquam ſemen arbuſculæ eorum habeãt ✱ XX I I I I. macerãtur in aquæ nitidæ cõgiis tribus totidẽ diebus totidémque noꝺtib⁹, deinde expreſſa folia abiiciũtur, aqua in qua macerata fuerant tranſfunditur in vas æreũ, & coquitur donec in mellis ſpiſſitudinẽ redigatur. Oportet autẽ moueri aquã ipſam rudicula vel ſpathomela æris rubri: poſtea adiici debent trita hæc, Myrrhæ, thuris, nardi Syriacæ, cinnami, caſiæ, ſingulorum denarii bini: deinde bis térve ferueſieri medicamẽtũ, & reponi in pyxide cuprea. facit ad omnia vitia quæ in ore naſcuntur, & ad vuam, & arterias, & anginam, & ad auriculas ex quibus puris multum fluit, & ad veretra, & ad nigredinem carbunculorum, cruſtas quoque & papulas omnes, & maximè ea humoris vitia quæ in noꝺte concitantur, expurgat: ſed ſi vetuſtate medicamentum inaruerit, remittitur, & temperatur vino auſtero bene calido. Remedium Coſmi medici ad anginã, & ad omnia vitia quæ in ore naſcuntur, & ad aures pure manantes, & ad carbũculos, atque ad veretra quæ nigredinẽ duxerint, & ad cruſtas, & ad vlcera in pedibus ſubtrita calceamẽtis, Rhus ſyriaci ✱ I I. myrrhæ ✱ I I I I. caſiæ ✱ I I. croci ✱ I I. mellis Attici cyathos I I. coquitur medicamẽtũ lentè in cinere calido, donec ſpiſſum fiat, reponitur in vaſe æreo. Arteriace ad grauedines oris, & capitis, & ad pleuriticos, & per tuſſim ſanguinẽ eiicientes: conficitur ſic, Paſſi cretici ſextarii duo decoquãtur ad tertias, deinde admiſcetur thuris viꝺtoriati duæ tertiæ partes, myrrhæ dimidia, croci vna, tragacãthi denari⁹ vnus, gũmis ✱ I. piperis grana numero viginti, glycyrrhizæ ſucci ✱ I I I. cariotarũ pinguiũ ſucci exemptis interaneis ✱ I I I. gummi & tragacanthũ in aqua mulſa maceratur, deinde vtraque trita cæteris bene tritis & læuigatis admiſcentur, poſt hoc globuli finguntur ad fabæ magnitudinem, quos ſub lin-

A gua teneri oportet, & quod de iis liquefaꝺtum fuerit, ſtatim deuorari. Hæc cõpoſitio facit ad omnia arteriæ vitia & thoracis, & ad vocis interceptionem. Compoſitio quæ dicitur ſtomatice, facit ad tonſillas, & vuas tumentes, & ad vulnera, & vlcera in auriculis vetera, excepta ex libris Ptolemæi regis, qui Euergetes appellatus eſt: accipit hæc, Succi ex moris faꝺti, & in ſole coꝺti 8. vnũ ſemis, glycyrrhizæ ſucci ✱. I I. corticis lycii ✱ S. myrrhæ troglodyticæ ✱ I. aluminis ſciſſi ✱. I. nardi Indici ✱. S. mellis Attici cyathos I I I I. vini malei cyathum I. quæ B arida ſunt ſeorſum teruntur, & in vnum cum vino temperantur, deinde paſſum iis admiſcetur, & coquuntur omnia in cinere calido, donec mellis ſpiſſitudinem habeant. Non oportet autem ignorare, vtiles eſſe arteriam imbecillam habentibus geſtationes, deambulationes, corporis vociſque exercitationes: contraria autem balnea, & omnia quæ videntur caput implere, vel humores excitare. Vuæ & faucium dolori fimus agnorum priuſquam herbam guſtent in vmbra arefaꝺtus, & confriꝺt⁹, atque emplaſtri more appoſitus, medetur. Succo C cochleæ acu trãſfoſſæ inlita vua ſanatur, ita vt ipſa cochlea in fumo poſtea ſuſpendatur. Vuæ diſtillationi quæ omnibus fere periculoſa eſt, (nam & phthiſin & ſyntexin, & alias moleſtas valetudines creat) proſunt porri ſeꝺtiui folia non coꝺta ſine pane aſſiduè manducata. Oleum calidum ei qui de vua & arteriis laborat, eunti dormitum in cerebrum & in aures infundi vtile eſt. Vuam toto anno non dolebit qui quumprimum vuam viderit procedentem, ſiniſtra manu digito medicinali & pollice granũ mulſum ſic trãſ- D glutierit vt dentibus non contingat. Stercus caballinum recens colliges, & in furno calefacies, tunc oleum medio capiti infundes contra vuam, & ſic ſtercus prædiꝺtum in panno, vel in linteo ſpiſſo capiti ſuperligabis in noꝺtem. Frumenti grana ſuper candentem tegulam pones, & diſperges ea, & quũ videris ex iis humorẽ nigrũ exire, de cochleario colliges, & ſubinde vuæ appones, ſtatim remediabis. Ad fauces & arteriã impeditã remediũ vtile ſic, Croci drach. oꝺto nardi drach. duas, ſchœni anthus drachmã vnã, amyli drachmã I. S. E roſæ ſeminis drachmã vnã, mellis Attici cyathũ vnum, cum tenuiſſimo puluere ſpecierum ſupradiꝺtarum miſcebis, & decoques tenuiter, & ad perunꝺtionem faucium vteris. Lac bubulum recens mulſum, & lento igne calefaꝺtum, gargarizatúmque, ateriam conſtriꝺtam infuſo catarrho, & fauces exaſperatas, priſtinæ ſanitati reſtituta perſanat.

Vuæ dolenti & diſtillanti medicamentum præſentaneũ, ſic, Gallæ rufæ ſemunciã, aluminis ſciſſi ſcrupulos I X. myrrhæ pinguiſſimæ ſcrupulos I X. cunicularis F herbæ aridæ ſuper mundam tegulam combuſtæ cineris ſemunciã. hæc omnia in tenuiſſimum puluerẽ redaꝺta, & in vnum permixta ſeruantur vaſe vitreo, & per triduũ cochleare ſemiplenũ ieiuno & bene digeſto intra os inſeritur, vt vuam contingat, & inlinat. Cauſticum ad vuam penitus minuendam, vel conſumendã ſic, Fœniculi drachmam vnam, calcis viuæ drachmam vnam, aphronitri drach. I I. chalcanthi drach. I I. ioni drach. I I. contuſa hæc, & in puluerem redaꝺta permiſce, & ſubige cum cinere lixiuii ficulnei, & impone ſiccum, G ita vt hæreat vuæ vel faucibus. Raucis, & grauedini vocis plurimum prodeſt tragacanthum ſi ſub lingua diu teneatur, aut piper, & paulatim ſaliua quæ colleꝺta fuerit ſorbeatur. Raucus ſi oua incoꝺta recẽtia ſingula per triduum ieiunus hauſerit ſtatim remediabitur. Raucis ſi in balineo clament, & aërem calidum intra fauces recipiant, ſatis vtile eſt. Oleũ quoque viride in ore tepidum teneant, & aſſiduè gargarizent, etiam in balneo plurimum prodeſt. Ad vocem clarificandam radicem edulem quæ incoꝺta manducatur, cũ H mulſo coque, & deinceps ipſum mulſum bibe, & radicẽ ipſam manduca. Ad vuam diſtillantem platani pilulam quam ſingularem inueneris lino traieꝺtam ſuſpende collo laborantis. Vuam caniculatam & cochleam germanam combure, & contere, atque

ex eo puluere mixto, pollice ſummo, vel certè cochlea-
rio, vuam ieiuno tange per triduum. Herbæ cym-
balitis radicem ante ſolis ortum colliges ſiniſtræ manus
digitis pollice & medicinali in nomine eius qui vuam
dolebit, & lycio conligatam collo eius ſuſpende. Pi-
cem mollem cerebro eius impone qui vuam dolebit, &
præcipuè vt ſuper limen ſtans ſuperiori limiti ipſam pi-
cem capite ſuo affigat. Ad dolorem vuæ ſcribes
in charta, & collo laborantis in linteolo ſuſpendes, For-
mica ſanguinem non habet, nec fel, fuge vua, ne cancer
te comedat. Araneam quæ ſurſum verſus ſubit,
& texit, prendes, & nomen eius dices cui medendum e-
rit, & adiici es, Sic citò ſubeat vua eius quem nomino
quomodo aranea hæc ſurſum repit, & texit: tum ipſam
araneam in chartam virginem lino ligabis, & collo la-
boratis ſuſpēdes die Iouis: ſed dum prendes araneā, vel
phylacteriū alligas, ter in terram ſpues. Medicamen
cauſticū ad vuam ſine ferro tollendā, de quo etiā iſchia-
dici curātur, Calcis viuæ ⊣ I. ſaponis albi pilulas tres, ſi-
nopidis (hoc eſt minii) modicum, lixiuium vnde operā
tur coactiliarii aliquātū: in vnū miſcebis hæc, & coagita
bis diu, & repoſitum habebis, vt quū opus fuerit vtaris.

Deſcriptio trochiſci plurimis rebus ſatis vtilis, id eſt
ad vetuſtas tuſſes, & rheumata quæ in arteriis cōſurgāt,
ad paralyticos, ad eos qui ex incōmodo tremūt, ad veſi-
cā, ad hydropicos, ad opiſtotonicos, ad pedū ſubitos do
lores, vel grauedines, ad lōgas viſcerū cauſas, vel dolo-
res, ad phthiſicos, ad inediā, ad lienis, ad hepatis & ad in-
teſtinorū dolores, & ad duritia quoq; hepatis reſoluēdā,
ad part⁹ extrahēdos qui ante maturitatē fuerint enecati,
& ſiquid poſt partum reſederit euocandū: quod medica-
mētū ab Eutichiano archiatro primū traditū fertur. cuius
deſcriptio talis, Styracis ✱ IIII. iridis Illyricæ denarios
IIII. hyoſcyami ✱ I. opopanacis ✱ IIII. myrrhæ Troglo-
dytidis ✱ IIII. reſinæ terebinthinæ ✱ II. piperis albi ✱
XII. aphronitri ✱ X I. opii ✱ XI. galbani ✱ IIII. hæc om-
nia diligentiſſimè tunſa, cribrata, & trita, vt permiſceri
inter ſe poſſint, aqua nitida in vnum colliges, ita vt ſty-
racem & galbanum ſeparatim antè contundas: quæ ſi-
mul confuſa aqua colliges, & trochiſcos ad menſuram
oboli facies, & quum neceſſarium fuerit, ex aqua calida
bibēdos dabis, cum cyathis tribus ternos, prout ætas aut
virtus fuerit.

AD ANGINAM, VEL SYNANCHEN, ET ſtrumas, & parotidas, & rheumata, & glandulas, vel tonſillas, & ad ea quæ faucibus hæſerint euocanda, remedia rationabilia, & phyſica diuerſa de experimentis, Cap. XV.

ANginæ prodeſt ſanguinis detractio, cucurbitarum
adhibitio, cæteráque auxilia quibus medici effica-
cius vtuntur: medicamenta autem ſimplicia hæc rectè
faciunt, Laſer cyrenaicū aqua dilutū craſſius per pinnā
faucibus adhibetur, vel euphorbium aqua dilutum ſi-
militer impoſitum. compoſitionū autem hæc ſunt apta,
Fellis taurini, ſalis, aceti, mellis, olei veteris, æquas par-
tes in vnum miſceri oportet, & quum opus fuerit, pinna
perfricare fauces diutius laborantes. Item bene fa-
cit & hoc medicamentum compoſitum ſic, Git fricti
✱ II. pyrethri ✱ I. ſagapeni victoriati pondus: trita hæc
cum melle miſcentur, & ita faucibus adhibentur.

Facit bene & medicamentū hoc compoſitū ſic, Fellis
taurini ✱ II. ſucci cucumeris ſyluatici ✱ I. cachryos &
miſyos animati ✱ ſingulos, trita hæc melle admixto re-
ponuntur: quum opus eſt, aqua tepida diluuntur, & fau-
ces exinde perunguntur, coguntúrque inde quamplu-
rimum deuorare qui faucium dolore vexantur. ſoluit
enim ventrem, & ita vehementiſſimè prodeſt. Item
benefacit & hoc medicamentum, Hirundinorum pullo
rum exuſtorum cineris ✱ I. hyſſopi ✱ I. nitri ✱ I. piperis
denarii ſemiſſem, laſeris ✱ II. hoc medicamento, & ſæ-
pius fauces & preſſius fricari oportet. Multis &
hoc profuit medicamentum, Coſti, opii, aneſi, ſchœni,
caſiæ rufæ, ſingulorum denarios binos, git denarium
vnum, amomi victoriati pondus, aſari quod eſt ſemen,
✱ II. aluminis ſiſſi ✱ I. gallæ quod eſt medium ma-
A gnitudine ciceris pilulas numero quinque, croci de-
narios II. crocomagmatis victoriati pondus, myrrhæ
victoriati pondus, ariſtolochiæ Græcæ denarios IIII.
cinnami denarios tres, hirundinum ſylueſtrium exuſto-
rum pullorum cineris denarios V. nardi ſpicæ victoriati
pondus: melle Attico deſpumato cōprehenduntur hæc
omnia diligenter trita: quum autem opus fuerit repara-
ri hoc medicamētum, adiicietur quod ſatis erit eiuſdē
mellis, & ſic faucibus inſeretur. hoc Liuia Auguſta ſem
per compoſitum habuit, & reconditum in vaſculo vi-
B treo. facit enim mirificè aduerſum anginam & ſynan-
chen. Medicamentum ad anginam, quod deuoratur
quantum digito vno tolli vel colligi poteſt: componi-
tur ex his, Rhus ſyriaci denarii ſemiſſem, hyſſopi tātun-
dem, cæparum cypriarum capita tria, laſeris cyrenaici
quantum erui granū eſt, vini bene odorati cyathos tres:
cum vino cepæ ita terūtur vt ſoluātur, deinde mittūtur
in vas æris rubri, atq; adiiciūtur cætera, & coquūtur ad
mellis craſſitudinē. hinc dabitur bis vel ter digito lin-
gere ei cui medendum eſt. Ad ſynanches moleſtiam
C & faucium dolorem periculoſum, efficax medicamen,
conficitur diligenter, & reconditum in præſidio habe-
tur. Ius in quo hirundinū pulli cocti fuerint accipitur
tepēs, & intra fauces cōtinetur, atque aliquid inde tranſ
mittitur. Sed præcipuè contra ſynanchen prodeſt ſi
hirundininos pullos viuos in nido prendas, & viuos in-
cendas, vt puluis ex iis fiat, die Iouis, luna vetere. Sed
obſerua vt impares in nido inuenias, & quanti fuerint
exuras. horum in calida aqua puluerem bibendum da-
bis, & de ipſo puluere digito locū ſynanches ab intro
D continges, miraberis remedium, ſed illotis manibus
remedium facies.

Rutam, alium, laſer, æquali menſura trita, ſi ex vino
gargarizet qui ſynanchen patitur, certum & præſens re-
medium ſentiet.

Præcantabis ieiunus ieiunum, tenens locū qui erit in
cauſa, digitis tribus, id eſt medio, pollice, & medicinali,
reſiduis duob⁹ eleuatis, dices, Exi hodie nata, ſi ātè nata,
ſi hodie creata, ſi antè creata, hāc peſtē, hāc peſtilentiā,
hunc dolorē, hunc tumorē, hunc ruborē, has tolles, has
E tonſillas, hunc panum, has paniculas, hanc ſtrumā, hanc
ſtrumellam, hanc relegionem, euoco, educo, excanto, de
iſtis membris medullis. Ad tonſillas herbæ quæ
lingua bubula dicitur radix circa collū inligata pluri-
mum prodeſt. Gladioli folium medium diui-
ſum, & in ſimilitudinem coronæ in ſe connexum, ac
pro torque circa collum habitum, tonſillas ſedat.

Pruni arboris folia ex vino decocta, & gargarizata
tonſillas molliunt. Thuris manna, & myrrha,
& cinnamomum, & galbanum æquis ponderibus ſe-
F paratim ad leuitatem contuſa, cribratáque, & cum reſi-
na terebinthina ceráque decocta plurimum, atque em-
plaſtri modo appoſita, ſanant tonſillas. Si adipe leo
nina tonſillæ interius perūgantur, eodem die ſanabun-
tur. Lac caprinum vel bubulum vel ouillum re-
cens mulſum dum calet, vel etiam calefactū gargariza-
tum, tonſillarū dolores & tumores citò ſedat. Plan-
tago, vel eius radix diligentiſſimè contrita, cum axun-
gia vetere impoſita in panno vel linteo, prodeſt anginæ
vel tonſillis. Cyclaminis ſuccum, & mel lycium æ-
G quis portionib⁹ miſcebis, & eo gargariſmatio ad omnia
faucium vitia potēter vteris. Pulticulam ex alica facies,
in quam capita porrorum contuſa mittes, & ſimul de-
coques, & deinde colabis, & ſorbitione ea contra fau-
cium moleſtias quum volueris vteris. Siquis gril-
lū manu contriuerit, & ad tonſillas vel ſuas vel alterius
tenens ter applicuerit, tactu illo tumorem ſanabit.

Tonſillis renes vulturini aridi in melle triti vel deco-
cti, mirum remedium præſtant ſi pro emplaſtro appo-
nantur. Cæpæ longæ conditoriæ ſucco, adiecto mel-
H le permiſto, interiora faucium pertractantur, quo facto
angina laborantem à periculo liberabis, reſina quoque
vel liquore cedri arboris angina aſſiduè peruncta ſana-
tur. Myrti foliorum ſuccus gargarizatus, vel etiā tranſ
miſſus, anginæ plurimum prodeſt. Myrrham

contritam ex aqua tepida conſtanter abſorbēdā dato ei qui anginæ periculo laborat: ſtatim eum liberabis.

Hirundinū cōbuſtarum cinis cum melle Attico mixtus, faucibúſque inditus, & anginā reprimet, & vlcera, ſiqua arteriis inerunt, contacta purgabit ſanabítque.

Taurinum fel melle permixtū, & extrinſecus faucibus appoſitum, vel pro vnguine inductū, anginas efficaciter ſanat. Idem præſtat & caprinum fel ſimiliter appoſitum. Si ſubita angina ita fauces præfocabuntur vt nullum auxilium celeriter inueniri poſſit, ferro quamacutiſſimo ex venula quæ ſub lingua eſt, in parte ſiniſtra quæ ſtatim de hoc morbo palleſcit, ſanguis emittatur, continuò ſubuenietur. Herbæ proſerpinalis quæ dracontion dicitur, contritæ ſucco admiſceto ſalſam aquam, & olei parum, atque inde linguam & quæ ſunt circa linguam, & fauces perfricato, donec vomat cui medebere, citò ſanabitur.

Alumen tritum ex poſca gargarizatum, anginæ moleſtiis prodeſt. Lini ſemen & anethum cum ſale & oleo & aceto decoctum, bene contra faucium dolores gargarizabitur. Nucis iuglandis nuclei triti cum ruta & oleo impoſiti, faucibus proſunt.

Ruborum caules teneri teruntur, ſuccúſque eorum expreſſus, & in ſole coagitatus donec ſpiſſetur ad craſſitudinem mellis, ab interiore parte faucibus & gingiuis inlitus plurimum prodeſt. Pullus hirundinis ſylueſtris, vel melius ſi ripariolæ, certè etiam domeſticæ, aſſus vel elixus comeſtus, anginam velociſſimè certiſſiméque ſanat, adeò vt hominem ab hoc morbo per totum annum tutiſſimū præſtet. Ad parotidas ſedandas, aſphodeli herbæ radix inuoluta lana fuſca, & circa collum ſuſpenſa, remedio plurimum erit.

Braſſicæ ſtirpes ſiue ſtipites arefactæ, vel combuſtæ, & in puluerem redactæ, & cum axungia vetere ſubactæ, atque emplaſtro alutario parotidibus impoſitæ, ſatis proſunt. Lupino crudo deme folliculos, atque ex eo farinam tenuiſſimam facito, quam melle ſubactam vice malagmatis parotidibus apponas, continuò dolores tumoréſque ſedabis: idē præſtat & cum aceto decoctus, ſimilitérque appoſitus. Herba verbena cum plantagine in ore contrita, adiecto modico ſalis, pro emplaſtro appoſita, parotidas mirè diſcutit, quas quum aperuerit, detracto ſale ſola contrita & impoſita, celeriter ſanabit, nec cicatricē magnā faciet. Noctuæ iecur diligenter ſeruatū, atque ex vnguēto nardino trito auriculis ſubinde infuſum, celeriter parotidum vitium omne perſanat.

Oſtrei teſtarum combuſtarum cinis cum melle impoſitus parotidas citò ſoluit. Aqua marina tepida, vel ex marino ſale infecta, parotidas ſpongia prius elue, tū calcem cum axungia vetere ſubactam impoſito, confeſtim ſanabis. Spumæ argenti P.I. olei veteris P.II. ſalis ammoniaci P.ıı. galbani P.II. ſimul hæc omnia permiſcebis, ita vt ſpumā argēti in oleo decoquas vſque ad craſſitudinē mellis, tū adiicies ſalē, & pones vt ferueat: item galbanum addes, & rurſum pones vt feruet. poſtea ſimul omnia colabis, & recōdes, & quū opus fuerit, more emplaſtri miro remedio ſedādis parotidibus veteris. Vitium exuſtarum cinis cum cera & reſina paribus ponderibus appoſitus, parotidibus prodeſt, ſed vnà decoctus. Stercus columbinum tritum cum farina hordeacea ex melle ſubactum, & calidè appoſitum, naſcentes parotidas cōprimit. Adeps vrſina pari pondere cū ſeuo taurino & cera permixta, atque appoſita, parotidibus mirum remedium eſt. Pingue laridi quod inter cutem & carnem macram eſt, ſi parotidibus apponatur, & illic ligetur, citò ſanabuntur. Mus araneus ſi in orbitam inciderit, naturali fato illic detentus emoritur. hunc illic inuentum, argilla aut linteo aut phœnicio inuolue, & ex eo ter circumſcribe parotidas, quæ in corpore ſubitò turgebunt: mira celeritate ſanabis. Maluæ radice lino vel lycio traiecta, aut arnogloſſæ (id eſt plantaginis) radice ſimiliter collo circundata, ſtrumas ſanari manifeſtum eſt. Mentaſtri ſuccus vino gargarizatus frequenter ſtrumas tumoréſque diſcutiet.

Farina hordeacea, pix liquida cum cera & oleo mixta percoctáque, adiecto puerili lotio ſubacta, more emplaſtri impoſita, ſtrumas vtiliter ſanabit. Galbanum impoſitum ſuper ſtrumas, facilè eas diſcutit. Idem præſtat & ſal ammoniacus appoſitus, vel denſiore liquore inditus aut inlitus. Contra omnes ſtrumas, & fœminis & maribus vtiliſſimum eſt ſi cor lacertæ viridis lupino argenteo clauſum in collo ſuſpenſum ſemper habeant. Fel bubulum, vel caprinum ad incipientes ſtrumas optimè facere experimenta docuerunt. nam penitus creſcere non ſinentur ſi eo aſſiduè tangantur.

Cancri fluuiales combuſti triti, & cum melle appoſiti, ſtrumas diſcutiunt. Idem præſtant & teſtæ echinorum ex aceto tritæ, & appoſitæ. Si volueris explorare vtrum ſtruma ſit loci illius qui tumebit, antequam medicinam adhibeas lumbricum terreſtrem ad tumorem applica, & poſtea ſuper folium pone: ſi ſtruma erit, lumbricus terra fiet: ſi non erit ſtruma, integer atque illæſus permanebit. Sepiæ teſta minutiſſimè contuſa, cum axungia vetere ſubacta, & impoſita, ſtrumis medetur. Naſturtium cum alumine contritū, inlitum, vel impoſitum, ſtrumis opitulabitur. Talparum capita recīſa cum terra ſua contunduntur, & pro emplaſtro apponūtur ſtrumis, vtiliter proſunt: ob quod paſtilli inde facti in pyxide ſtannea reponi debent, vt præſtò ſint quū opus eſt. Calx viua cum reſina liquida, & adipe ſuilla ſubacta, & addito melle impoſita ſtrumis mirè medetur. Vngularum equinarum exuſtarum cinis cum oleo impoſitus vel inlitus, ſtrumis medetur. Acu oſſea (id eſt ſpiculo trigonis quæ paſtinaca dicitur) ſtrumam ſæpius punge, ſtatim areſcit. Ad ſtrumam ſedandam buxi tenera & cicutam teres, vel contundes, & cum axungia ſubiges, & in panno tenui inductum medicamen appones. Virgulas teneras buxi, manipulum tenerum vrticæ vnipeciæ in ollam rudem biſextialem cum aqua mittes, & ad medias decoques, poſtea de aqua ipſa dormitum eunti ſtrumoſo calidum quantum pati poſſit ſorbendum dabis, non tranſmittendum, ſed ad eum locum qui dolet intra os tenendum. quanto autem diutius aut calidius tenuerit, tanto citius ſanabitur. Sufficit autem vt ternas ſorbitiones ſingulis noctibus intra os teneat. Medicamē ad fauces curandas ſic, Rutæ ℈ VII. mēthæ ſemunciam, folii ſemunciam, anethi tantūdem, apii idem, coliculi ſeminis idem, cucurbitæ & marrubii idem: teres diligenter hæc omnia, & permiſcebis, & quum opus fuerit fauces inde tanges. Item puluerem ad idem, vel quæ intra os dolent, cōficies ſic, Piperis ⟝ I. folii ⟝ I. ſpicæ nardi ℈ XII. myrrhæ ℈ XII. coſti ℈ XII. caſiæ fiſtulæ ℈ XII. aloes ℈ IIII. guttæ ammoniaci ⟝ I. dactylorum oſſa exuſtorum ℈ XII. ſalſarum ſardarum capita trita ℈ XII. rutæ ſeminis ℈ XII. mētnæ ℈ XII. pulegii ℈ XII. anethi, apii, coliculi, cucurbitæ, marrubii ſcrupula duodena. Omnia tundes, & cernes, & quæ vrēda ſunt, ſuper teſtam combures, & teres, atque in vaſe vitreo repones, & quū opus fuerit, ſicco eo vteris. Ad ſynanchen remedium ſic, Cuniculum viuum in olla rudi combures, & puluerem de ipſo cum coſto & folio æquis ponderibus miſcebis, & ſic in potione plenum cochlare de hoc puluere cum vino dabis, atque etiam fauces inde perfricabis. Caput viperæ linteolo colligatum, collóque ſuſpenſum tolles: optimè ſanat, aut prohibet innaſci. Lac caprinū cum malua & exiguo ſale decoctum gargarizatúmque, tonſillis primè medetur. Menarum ſalſarum vſtarum de capitibus cinis ex melle inlitus faucibus anginam cohibet.

Aqua in qua mus coctus fuerit, aduerſum anginas ſalubriter inſcio propinatur. Caninæ cutis corrigium ter collo circundatum, mirè anginam releuat.

Multipedes cutiones qui in ſtercore naſcuntur, quique contacti in globulis complicantur, adiecta tertia parte reſinæ, validiſſimè triti, & malagmatis vice impoſiti, incipientes parotidas aperiunt, & expurgant, maturatas verò perſanant. Axungia vetus cum teſta vaſis ſalſamentarii contuſa ſubactáque, & appoſita, collectionem parotidum laudabiliter diſcutit.

Vulpinis teſticulis recentibus parotides perunctæ citò

diſcutiuntur. Muricum teſtæ vruntur,earúmque cinis cum melle parotidibus ſalubriter imponitur. Fimo capræ axungia vetus permixta,& ſubacta, atq; vt emplaſtrum appoſita,parotidas perſanat. Calcis floris ſcrupulos III. allii ſpicas duas cum axungia tundes, & impones parotidibus malagmatis more. Naſturtium cum lomento contritum ſanat ſtrumas, etiam marrubium cũ adipe mixtum appoſitúmque prodeſt. Exulceratis ſtrumis muſtelæ ſanguis rectè inlinitur,vel ipſa in vino decocta ſalubriter imponitur. Cochleæ quæ ſalinis inhærent,cum teſtis ſuis tunſæ,atque impoſitæ ſtrumis efficaciter proſunt. Talpæ cinis ex melle inlitus ſtrumis vel iecur eius inter manus tritum appoſitum, plurimum prodeſt. Strumæ optimè medetur radix verbenæ, ſi eam trãſuerſam reſeces,extremámque eius partẽ laborantis collo ſubnectas, priorem autem partẽ in fumo ſuſpẽdas. Areſcente enim ea,ſtrumæ quoque ſiccabuntr, & omnis earum humor areſcet. Quũ ſanus fuerit quem curaris, ſi tibi ingratus extiterit,vtrámque partem in aquã coniicito,ſtrumæ renaſcentur.

Vrticæ radices cum aceto coctæ contuſǽque,ac ſubactæ manibus tepidæ imponuntur, incipientes ſtrumas continuò comprimunt. Hæc autem cura non ſolùm diſcutiet prorumpentes ſtrumas,ſed & maturas ita aperiet vt omnibus radicibus penitus extractis, ad certiſſimam ſanitatem, ſine vlla cunctatione perducat. Adeps caprina cum calce ſubacta, & appoſita, ſtrumas ſtatim diſſoluit,& ſanat.

Lupus marinus(id eſt piſcis)tantæ efficaciæ eſt aduerſum ſtrumas vt ad quamlibet partẽ corporis admotus, ſtrumarum vitium omne perſanet.

Aduerſus languorem faucium expertum medicamẽ hoc facies, Piperis albi ⊢ I. naporum ſeminis ⊢ IIII. rutæ viridis ℈ VI. abſinthii gallici ℈ VI. laſeris optimi ℈ VI. mellis optimi ſextarium. de iis tritis commixtis in vnum, cochlearium plenum dabis ieiuno vorãdum, vel fauces inde continges. Apii ſeminis quantum tribus digitis comprehendas, tantundem & ſalis & ſinapis Alexãdrini adiicies, rutæ quoque viridis puſillũ addes,& allii ſpicas V. hæc teres diligenter,& adiunges aceti boni quartarium,& dabis bibere ex aqua calida,ſi iam per dolorem faucium manducare non poterit.

Adipis veteris ⊢ I. thuris grana III. laſeris grana III ſatureiæ puſillum,allii ſpicas XI. teres & calefacies flãmula tenui,atque inde collum eius,& fauces diligentiſſimè perfricabis qui de talibus laborabit. Remedium valde certum & vtile faucium doloribus ſic, ſcribas in charta hæc,

Εἶδον τελμερῆ χεύσιον Τοάναδον,
Καὶ παρταρύχου Τουσάναδον.
Σῶσόν με δέμνε νερτέρων ὑπέρτατε.

quam chartam in phœnicio obuolutam lino cõligabis, collóque ſuſpẽdes,memineríſque vt mũdus hæc facias, & ne tertia manu ſcriptura tangatur.

Gallam tunſam & cribratam, atque alumen vtrumque æquis portionibus ſumes,& prius in ollam nouam mittes,& mel bonum atque alumen vtrunque adiicies, & in vnum decoques, atque inde orificia geuſiarum, & fauces intrinſecus perfricabis. Vettonicam, argemoniam,verbenam,rubum, ſenecionem, mẽtham,cucurbitam ſiccam,hinc amplius mittes ſardæ caput aſſatum,piperis modicum, teres hæc omnia diligenter, & miſcebis, & ſic etiam per pinnulam delicatam faucibus inferes:mirè hoc remedium carbunculum,& quicquid mali intra fauces erit curabis. Olei boni cyathũ vnum, & ſuccinũ verum, in ollam nouam mittes,atque ad medias decoques,deinde ſuccinum tolles,& combures, & teres, & puluerem eius in oleum ſupraſcriptum mittes,& vnà iterum diligenter teres ,atque inde tollibus quotiens opus fuerit adpones, experieris magnum remedium. Ad parotidas conuenit noctuæ cerebellũ butyro mixtum apponi. diſcutit enim fere eas ſine dolore & moleſtia.Oportet autẽ per aquã marinã ferueutẽ nouis ſpõgiis illic demerſis,& linteo vel ſabano intorto, vtrinque expreſſis, vaporare eas, atque ita oblinire

A hoc medicamentum, ſupérque tegere lana ſulfurata totam maxillam. Bene diſcutit parotidas iris Illyrica cõtuſa,cocta ex paſſo, & more cataplaſmatis farinæ hordeaceæ calida bis vel ter in die impoſita.Diſcutit & hoc medicamentum parotidas antequam ſuppurent, quod conficitur ſic, Spumæ argenti P. II. ceruſſæ P. I. ſalis ammoniaci P. I. æris floris P. I. aceti 8. I. olei veteris 8. II. ſpumã,ceruſſam,ſalẽ per ſe & cũ aceto terere te oportet mortario marmoreo, deinde oleo admixto traiicere in caccabũ amplũ, ne extrà effundatur,& ad ignẽ
B ponere.efferueſcet enim valde.Quum hæc ſuper ignem poſita habuerint emplaſtri mollis temperaturam, deponi oportebit caccabum: quum verò deſierit feruere, paulatim aſpergere æris florem, & mouere ſpathulã medicamẽtum,ne extrà fundatur:& rurſus coquere donec habeat emplaſtri ſpiſſitudinem, debebis. Ad ſtrumas benefacit radix cucumeris ſyluatici cocta ex aqua mulſa,& trita,atque ita impoſita. Hibiſcũ quoque eodem modo coctum,& impoſitũ melius facit. Marini lepores oleo veteri iniecti benefaciunt diſcutiendis
C ſtrumis,ſed cum ipſo oleo in plumbea pyxide cluſi,quã diebus quadraginta diligenter alligatã oportet haberi: poſtea ex eo pinnula oblinendæ ſunt ſtrumæ,ſupérque eas pellis lanata non nimium tonſa, tegendi gratia imponenda eſt. Præcipi autem oportet ne quis hoc medicamento manus inquinet,aut inquinatas priuſquã benè eluerit,ad os referat. Ad ſtrumas& ad duritias mammarũ,mirificè facit hoc medicamentum antequã ſuppurent,& poſt ſuppurationẽ nihilominus vtile eſt,accipit hæc,Olei veteris P. I. ſpumæ argenti P. vnum,gallæ
D ſyriacæ P. II mannæ P. I. & vnciã,galbani P. I. cum oleo coquitur ſpuma donec ceroti ſpiſſi habeat temperaturam,deinde admiſcetur ei galla,& ſecundũ hãc manna. quum emplaſtri habuerit ſpiſſitudinẽ, tollitur ab igne medicamẽtũ, & quũ deſierit feruere paulatim galbanũ miſcetur, deinde linitur in aluta quũ opus eſt apponi: tertio vel quarto die ſoluitur,ſi non ſuppurauerint ſtrumæ:ſed ſi apertæ fuerint,hyeme alternis ſoluetur,æſtate quotidie. Malagma ad ſtrumas & ad omnẽ duritiã relaxandã mirificũ,ſic,Reſinæ terebinthinæ P. II. ceræ ſeli-
E brã,propolis (quã quidã cerã ſacrã vocãt) P. I. galbani P. I. olei veteris ſelibrã: hæc omnia cum oleo ad ignem liquefieri oportet, & poſtea miſceri viſci de quercu P. I. xiphii radicis,quod nos gladiolum appellamus, P. I. fæculæ putris P. I. aphronitri libræ quadrantem,opopanacis P. I. hæc omnia ordine quo ſcripta ſunt trita cribratáque in cacabum coniiciuntur, opopanax oleo diluitur, & ſoluitur, vbi temperatum eſt medicamentũ, manibus ſubigitur,linitur quum opus eſt aluta, & ſic apponitur.

Glandulis facies remediũ ſic,Farina,mel, crocũ & ca-
F ricas,ſimul miſce,& contere,atque vnũ corpus facito,& ita linteo inline,& ſuper glandulas pone. Carmẽ mirum ad glandulas ſic, Albula glandula, nec doleas, nec noceas,nec paniculas facias, ſed liqueſcas tanquam ſal in aqua: hoc ter nouies dicens, ſpues ad terram,& glandulas ipſas pollice & digito medicinali perduces, dum carmen dicis: ſed ante ſolis ortum & poſt occaſum facies id, prout dies aut nox minuetur. Glandulas manè carminabis ſi dies minuetur:ſi nox,ad veſperam, & digito medicinali ac pollice continens eas,dices,No-
G uem glandulæ ſorores, octo glandulæ ſorores, ſeptem glandulæ ſorores, ſex glandulæ ſorores, quinque glandulæ ſorores,quatuor glandulæ ſorores, tres glandulæ ſorores, duæ glandulæ ſorores,vna glandula ſoror: nouem fiunt glandulæ,octo fiunt glandulæ, ſeptem fiunt glandulæ, ſex fiunt glandulæ, quinque fiunt glandulæ, quatuor fiunt glandulæ, tres fiunt glandulæ, duæ fiunt glandulæ, vna fit glandula, nulla fit glandula. Ad ea quæ faucibus inhærebunt remedium, ſi os aut ariſta hæſerit gulæ,vel ipſe cui acciderit,vel alius,cõfeſtim ad
H focum accurrat, & titionem verſet, ita vt pars eius quæ ardebat,forinſecus emineat: illa verò quæ igni carebat flammæ inferatur: conuertens verò titionem ter dices remedii gratia te facere,vti illud quod hæſerit in faucibus tuis, vel illius quem peperit illa, ſine mora & mo-

leſtia eximatur. Hoc inter certiſſima remedia ſubnotatũ eſt. Her ba appellatur vincaperuinca, ex qua ſi fauces obligaueris dormitũ eunti eius cui aliquid ex iis inhæſerit, manè ſanus conſurget. Omnia quæ hæſerint faucibus hoc carmen expellet, Heilen proſaggeri vome ſipolla nabuliet onodieni iden eliton. hoc ter dices, & ad ſingula expues. Item fauces quibus aliquid inhæſerit confricãs dices, xi exucricone, xu, crigrionaiſus ſcriſumiouelor, exugri conexu, grilau. Si de piſce os faucibus hæſerit, ſpinam mediam eiuſdem piſcis infringes, & aliquam partem ex ea pollice & medicinali digito ſuper verticem eius cui os vel ſpina hærebit appones, ſed vtilius erit ſi neſciẽti id facias. Ad os, ſiue quid aliud hæſerit faucibus, hi verſus vel dicendi in aurem eius qui offocabitur, vel ſcribendi in charta, quæ ad collum eius lino alligetur, quo remedio nihil eſt præſtantius.

Μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου
Ἐξ ἀΐδος πέμψειεν ἐπαινὴ περσεφόνεια.

Ad reumaticos efficax remediũ, ſic, Muſtela die Iouis, luna vetere capta, viua in olla rudi ita excoquitur vt teri poſſit, & in puluerem redigi, qui puluis collectus ex melle, & bene contẽperatus ieiuno reumatico ad diem per cochleare dabitur, ſed vnius ligulæ mẽſura mirè proderit. Ad ſynanchen remediũ efficax ſic Rapæ ſeminis heminã, cauliũ ſeminis heminã, opopanacis ſemunciã, laſeris ℈ IIII. allii modicum, ſalis montani modicum, omnia hæc diligentiſſimè trita, & melle collecta, laboranti dabũtur menſura ac ratione, ita vt terna cochlearia ieiunus accipiat.

AD OMNES MOLESTIAS TVSSIS, & ſubitæ, & diutinæ, ac vetuſtæ, & ſiccæ atque humidæ, & ad phthiſicos, atque eos qui ſanguinolẽtum, & purulentum excreant, & ad empyicos, vel pleumoniacos, atque eos quibus caſu ſanguiſugæ intra ſtomachum irrepſerint, necnon & ad ſtomachi ſtridorem, & ne media doleant, remedia phyſica, & rationabilia diuerſa de experimentis, Cap. XVI.

PAſtillus ad tuſſim & diſtillationẽ pectoris, & pulmonis, & ad epiphoras oculorũ, & veſicæ dolorẽ, & quib⁹tubus ſtrãgulatur ſæpius, & nõ ſine cruciatu vrinã faciũt. Itẽ ad eos qui ſãguinẽ ore eiiciũt, aut per vrinã reddũt, ad deiectionẽ quoq; alui, & ad tormina, & grauedinẽ vẽtris, & cholerã, & ſtomachi crebrã nauſeã, quæ quũ vomitu ſine febri excitatur, vtilis eſt, & quicquid reprimi & ſiccari oportet, optimè cõpeſcit: præterea facit & ad omniũ partiũ corporis dolorẽ, præter capitis: quinetiã ſiquando alicuius cauſa datum fuerit, aliæ rei vitio non erit hoc medicamentum. Quum autem ad omnia quæ ſuprà dixi manifeſtè proſit, tum præcipuè ad initia phthiſeos benefacit. multos enim eripuit ex magno periculo interdum bis térve datus hic paſtillus: recipit autem hæc, Myrrhæ Troglodytidis ✶ VI. croci ✶ V. thuris ✶ V. opii denarios IIII. alterci albi ſeminis denarios quatuor, apollinaris herbæ radicis corticis denarios quatuor. Contunditur hic cortex per ſe, & cribratur tenui cribro: deinde crocum, poſtea altercum, deinde myrrha, & thus, quibus miſcetur opium pridie in aqua maceratum, & ſubinde aquæ exiguum adiicitur, donec fingi paſtilli poſſint ad pondus denarii ſemiſſis, licet alii tertia huius ponderis detracta faciant paſtillos. dantur in noctem ex aqua cyathis tribus: ſomnum faciunt, dolorem omnem ſedant. vt ſuperius dixi. Oportet autem ex eo etiam catapotia fieri. quidam enim facilius ea quàm potionem ſumunt, & non multum ad medendum intereſt. Catapotium, (id eſt medicamẽtum quod nõ diluitur, ſed ita vt eſt voratur) ad tuſſim quum ſine modo defluit, conficitur ſic, Croci ✶ III. myrrhæ ✶ II. opii ✶ I. contunditur crocum ſiccum, & cribratur. contuſæ & cribratæ myrrhæ opium admiſcetur aqua exigua dilutum, poſtea adiicitur crocum: & quum in vnum omnia bene mixta ſunt, figurantur erui magnitudinis pilulæ. dantur in noctem ternæ vel quaternæ: & ſi ſiccæ non potuerint tranſmitti, ex aqua calida modica dabuntur, & formabũtur ex aqua. Ca-

A tapotium alterum ad tuſſim aridam, ſic, Myrrhæ, piperis, caſtorei, galbani, ſtyracis, opii, ſingulorum idem ponderis. Caſtoreum & piper contunduntur & cribrantur, deinde myrrha antè contrita, cæteris contuſis & cribratis admiſcetur. vbi omnium vnitas facta eſt, formantur pilulæ ex aqua viciæ magnitudinis: dãtur cum calidæ aquæ modico ternæ vel quaternæ in noctem, ſed digeſtis

Aliud catapotium ad tuſſim veterem, quod & ſuſpirio & phthiſi tentatos, & lienoſos, & iecur durum habentes ſanat, idem inflationem tollit, & purgat mulierum ſiqua B ex partu ſordida reſederint: conficitur ſic, Styracis ✶ VI. myrrhæ ✶ II. S. opopanacis ✶ V. reſinæ terebinthinæ ✶ IIII. alterci ſeminis ✶ I. iridis Illyricæ ✶ I. nitri ✶ I. piperis albi ✶ II. galbani ✶ II. opii ✶ I. irim, altercũ, piper contũdere oportet & cribrare, nitrũ mortario terere, cætera pilo cõminuere, & poſtea omnia permiſcere, ac facere catapotia magnitudinis fabæ: inde terna vel quaterna in noctem, vel ſicca, vel ex calida aqua dare, quæ & ad inflationes diſtenſionéſque cum aquæ calidæ cyathis tribus vtiliter dantur. Ad eam rem remiſſior quidem paſtillus, ſed C non contemnendus, accipit hæc, Croci, myrrhæ, alterci, opii, pondera paria contuſa miſcentur deſpumato Attico melli, fiunt paſtilli eiuſdem põderis, vt ſuprà ſcrptum eſt: dantur iuxta ætatem & vires in noctem, licet & hinc catapotia facere propter eandem cauſam vtile ſit, ſed tunc aquæ mel adiicitur. Paſtillus ad tuſſim & ad ſanguinem reiicientes, & ad ſtomachum ſolutum habentes, facit & ad deiectionem ventris & veſicæ dolorem: accipit hæc, Apii ſeminis ✶ VI. roſæ foliorum arefactorum in vmbra ✶ XII. myrrhæ XII. croci ✶ XI. opii ✶ IIII. apii ſe- D men, & crocum, & folia roſæ contunduntur cribrantúrque myrrha teritur, opium aqua maceratur, omnia deinde in vnum miſcentur, aqua adiecta fiunt paſtilli ad pondus denarii ſemiſſis, aut tertia parte detracta, dantur ſtomachum imbecillum habentibus, & ſanguinem reiicientibus ex aquæ frigidæ cyathis duobus, cæteris ex calidæ totidem cyathis dari debet. Paſtillus ex odoribus, qui benefacit ad omnem internum dolorem, propriè autem ad tuſſim & pectoris diſtillationem, & oculorum epiphoras: facit & ad ſuſpirium, & ad lateris dolorem, & ad E phthiſicos, veſica quoque vel renibus laborantibus, vel ſanguinẽ de vrina reddentibus cũ dolore, vtiliter datur: accipit hæc, Cinnami, caſiæ, croci, ſingul. ✶ ternos, alterci ſeminis & appollinaris herbæ radicis ſingul. denarios quaternos, piperis denarios II. opii denarios II. thuris denarios III. nardi ſpicæ ✶ II. vino Falerno contuſa & trita hæc vt debet cõſpargũtur: fiũt paſtilli ad põd⁹ denarii ſemiſſis, aut tertia parte detracta, dantur in noctem prout ægri vires ſunt cum aquæ calidæ cyathis duob⁹ aut tribus.

Medicamentum quod per cochlearium deuoratur, be F nefacit ad tuſſim aridam, & eos qui difficulter glutinoſa excreant, & præfocari videntur interdum: ſed præcipuè prodeſt iis qui dolorem lateris cum febre ſentiunt, quos Græci pleuriticos dicunt. Liberat enim omni periculo eos. Hoc medicamentum Apulei Celſi fuit, & præceptoris noſtri Valentis, nec vnquam vlli viuus compoſitionẽ ei⁹ dedit, quia magnitudinem opinionis ex ea traxerat: eſt autẽ hæc, Mellis Attici libram, piperis nigri denarios duos, myrrhæ Troglodytidis & caſiæ denarios ſingulos, ſtachyos nardi denarium vnum, cinnamomi hemiobo- G lum. quòd ſi non habueris cinnamomum, duplicem caſiam coniicies: piper contunditur diligenter, & cribratur, myrrha teritur mortario marmoreo, poſtea vtraque in vnum miſcentur, deinde mellis optimi deſpumati adiicitur quantum ſufficiat, vt ſit pſeudoliquidum: dantur inde phthiſicis cochlearia quina vel ſena, pleuriticis etiam plura, & ſæpius, ſed interuallo (hoc eſt non ſimul omnia) dari oportet, & tum maximè quum tuſſiunt, & præfocari vidẽtur, difficultérque ſpirãt: ſiue etiã nõ tuſſiunt, & phlegma illis interius coquitur, dari debet. protinus enim excreant H quæ optant, & tranſitum ſpiritus habent, & tuſſire deſinunt. Alterum medicamentum ad tuſſim aridam, cõficitur ſic, Naſturtii animati ſeminis vnciam, alterci ſeminis vnciam, opii denarium vnum, myrrhæ ſemunciã, ſulphuris viui ſemunciam, piperis albi ⊸ I. melle colligi-

tur hoc medicamentum, datur fabæ Ægyptiacæ magni
tudine ex cyathis aquæ calidæ III. in noctem. Facit autē
hoc medicamentum & ad lateris dolorem, & ad ſtoma-
chi inflationem grauedinémque, cœliacis quoque qui ſu
bitò vniuerſa deiiciunt: prodeſt & dolenti ſuperpoſitum
vel circundatum denti, & ſi exeſus eſt, in cauernam eius
inſertum, vtile eſt: præterea ad horrores febrem præcedē-
tes quæ circuitum habēt, datum ante horam acceſſionis,
vtiliſſimum eſt, ſed prius corpore perfricato oleo calido:
prodeſt & iis qui ſine horrore circuitu febrium vexantur:
quamobrem lexipyretos hæc compoſitio dicitur. Alia
compoſitio ad tuſſim aridam, & glutinoſam, & difficulter
excreātib⁹: purgat etiā interanea, vomicas & ſuppuratio-
nes: accipit hæc, Lini ſeminis, vrticæ ſeminis, naſturtii ſe-
minis, iridis Illyricæ radicis æquis pōderib⁹: hæc in pul-
uerem redigi, & miſceri oportet cum melle, & frequen-
ter ieiuno per cochlearium dari. Stercus porcinum
ſiccum inligatum phœnicio, & collo ſuſpenſum, tuſſim
moleſtiſſimam ſedat, Hyſſopi ⊢ I. mēthæ ſiccæ ⊢ I. pule-
gii ſicci ⊢ I. mellis decocti ⊢ II. marrubii ≈ I. papaueris
⊢ I. ſunt qui addunt & ſulphuris viui ſemunciam: hæc
trita permiſcentur, vt pſeudoliquida ſint, & per cochlea-
re dantur, ita vt per triduum cochlearia ſingula qui tuſſit
ieiunus accipiat. Hederæ folia tria cum tribus gra-
nis piperis ex vini cyatho & aquæ calidæ quantum ſuffi-
ciat prima die dabis, ſequenti die folia quinque cum grā
nis quinque, ſimiliter vt ſuprà: tertia die folia VII cū gra-
nis VII. ſimiliter vt ſuprà: ſed infirmo ex calda aqua da-
bis: mirabiliter tuſſim quāuis moleſtam & vetuſtā ſeda-
bis. Ad diutinam tuſſim quæ nunquam deſinit, & ſa
tis moleſta eſt, medicamē facies ſic, Laricis ⊢ I. piperis
⊢ I. croci ⊢ I. myrrhæ ⊢ I. marrubii tūſi ſucci quarta-
rium, ficus ſiccas tres, mellis optimi quod ſatis eſſe exiſti
maueris coques, hæc pariter miſcebis, & cōteres, ac ſic ie-
iuno triduo cōtinuo cochlearia ſingula dabis: miraberis
remedium: ſed ſi neceſſe fuerit, intermiſſis diebus iterū
ac ſæpius dabis: hoc etiam phthiſicos ſanat. Ad tuſ-
ſim ex perfrictione collectam, medicamen hoc vtile eſt,
Aceti optimi heminam, aquæ heminam, hyſſopi ℈ VI. tā
diu coques donec ad medietatem decoquantur, tum he-
minam mellis boni deſpumati adiicies, & lento igne de-
coques, vt ſpiſſeſcat: antè tamē quàm mel adiicias, ſuprà
ſcripta colare debes, inde terna cochlearia ieiun⁹, & poſt
cœnā accipies. Ad tuſſim remedium vtile, Reſinā tere
binthinā, & mel deſpumatū pari pōdere permixta cū ouo
leuiter decocto, debebis ieiunus haurire. Pulegiū ſic-
cum ad menſuram cyathi, & naſturtii tantundem in pul-
uerem tenuiſſimum redige, & mellis optimi adiice quod
ſufficiat, ac decoque, & mane ac veſpere cochlearia inde
ſingula accipe, miro aduerſus tuſſim quanuis moleſtam
remedio vteris. Ad tuſſim nocturnam, & ſtomachi
confirmationem remedium probatiſſimum ſic, Caricas
tres pinguiſſimas Africanas prima nocte accipies aſſatas
ſuper carbones, ita vt ſingulis caricis inſeras piperis gra-
na nouena lecta, & pulegii quod non fuerit in fumo ali-
quantulum: ſed caricas ſic aſſare debes, ne comburantur
penitus, ſed vt reſoluantur, & ea hora qua te in lecto poſue
ris, tum eas accipe, & obſerua ne quicquam poſtea loqua
ris, aut quenquam appelles, antequam obdormias: hoc
obſeruans per tres noctes facies. Ad tuſſim præſen-
taneum remediū ſic, Radices rumicis minutæ eius quæ
per campum ſe ſternit, & mora fert paruula, colliges ſine
ferro, & earum P. III in aquæ 8. XX. lēto igne vſque ad ter
tias decoques: deinde radicibus ſeparatis, ponderabis a-
quam, & quantum ſeparata aqua penſauerit, tantùm mel-
lis optimi deſpumati admiſcere debebis, & rurſus vtrun-
que mixtum tandiu decoques donec mellis ſpiſſitudinē
habeat: deinde admiſcebis piperis optimi triti quantum
æſtimes poſſe ſufficere, vt ſine moleſtia accipiatur, atque
ex eo medicamine mane & ſero terna cochlearia ſumes.

Marrubii faſciculum bonum in aquæ cōgio ad me-
dias decoque, & ex ea aqua adiecto mellis aliquantulo, ie
iunus quotidie ſingulos cyathos donec tuſſire deſinas, bi-
be: omne genus tuſſis efficaciter curabis. Fœniculi ra-
dicem viridem nitidam in pila lignea contunde, atque

A eius ſuccum ieiunus cum vino vetere per dies continuos
nouem in limine ſtās bibe, validiſſimè aduerſum tuſſim
quamlibet moleſtā tibi proderit: itidē proderit & pul-
uis ex eadem radice ſicca factus, ſimiliter potus. Por-
ri cōtuſi ſuccus expreſſus, cū oleo decoctus & epotus plu-
rimùm tuſſientibus præſtat. Verbenæ herbæ arefa-
ctæ tunſæ atque cribratæ tenuiſſimi pulueris cochlearia
quinque maiora maioribus, minoribus pro ætate mino-
ra, ſed ſinceri ex vini Aminæi veteris cyathis totidē, per
dies quinque potanda dabis, febricitantibus ex aqua dari
B oportebit: mirè tuſſientibus proderit. Scillæ interio
ris medullæ teneræ contritæ ſuccum cum mellis pari mē
ſura decoque, & inde etiamſi minimum, quantum ſum-
mus digitus recipere poſſit, ieiunus quotidie manè guſta-
ueris, tuſſis moleſtia mirè carebis. Tuſſis moleſtia ci
tò liberabere ſi obſeruaueris remedium tale, Piperis albi
grana III. baccarum lauri grana III. in vnum contunde, &
adiectis aquæ calidæ cyathis duobus ieiunus bibe, dein-
de piperis grana V. & lauri baccas V. ex aquæ vt ſuprà cya-
this duobus, bibe, deinde VII & VII, ex aquæ duobus, de-
inde IX & IX, ex aquæ duobus: & ſi tā moleſta tuſſis fue-
C rit vt non ſtatim deſinat, iterum diminuēdo ſimiliter fa-
cies, vt IX & IX. & deinde VII & VII. V & V. III & III.
cum aquæ calidæ binis cyathis bibas. Cupreſſi bac-
cæ numero impares quāminutiſſimè tritæ, & ex vino ve-
tere ieiuno potui datæ, tuſſim potentiſſimè leniunt: eiuſ-
dem tenera cauliculorum à ieiuno commanducata, ita vt
ſuccus tranſglutiatur, mirè ſanat tuſſientem, ſi id adiectis
ſemper impari numero cauliculis per triduū fiat. Myr
rhæ, ſtyracis, opii, croci, pares menſuras conterito, & de
cōtritis ac permixtis ſpecieb⁹ globulos ex aqua cicerculi
D magnitudine facito, ac priuſquam dormitū eat, tuſſienti
tria catapotia deuoranda (id eſt tranſglutienda) dato, ſu-
pérque tres aquæ calidæ cyathos potandos adiicito: hoc
remedio nocturna tuſſi laborantem citò liberabis.
Ventriculi gallinacei membranulam qua ſordes aqualicu
li continentur, arefactam terito diligenter, & cum vino
potui dato, humidam tuſſim ſedabis. Tuſſim quan-
uis grauem maiorum natu intra quinque dies, paruulorū
etiam intra triduum ſanat qui ſulphuris triti quantū tri-
bus digitis capere poteſt, in ouo ſemicocto ſorbili per tri-
E duum ieiuno, aut per quinque dies dederit: Hyoſcyami
⊢ I. ſulphuris ſemunciā, fellis terræ ⊢ I. piperis ⊢ I. gē-
tianæ ⊢ I. opii ℈ II. marrubii ⊢ I. mellis deſpumati quā-
tum ſufficiat ſupradictis ſpeciebus, tritis cribratiſque
miſcebis, ac leuiter decoques: inde ſiquis tuſſi grauiter cō
flictabitur, paſtillum ad magnitudinem fabæ ieiunus ma-
nè hauriat, & in noctem cum calda aqua alium paſtillum
bibat, bonum valde & vtile remedium experietur.

Scillæ bulbum vnum purgatum tribus feruoribus in
aqua decoques, & ex eo quod fuerit tenerrimum ſumes
⊢ IIII. panacis & iridis Illyricæ, drachmas quaternas, am-
F moniaci ⊢ II. hæc omnia diligenter teres, ſed ſcillam
ſeorſum confricabis, tum omnia confundes, & mellis o-
ptimi deſpumati ad colligendum in vnum medicamen
quod ſufficiat mittes, atque inde laboranti per cochleare
bis vel ter diebus ſingulis dabis: intra dies ſeptem etiam
ſanguinem excreantem, & vetuſtæ tuſſis moleſtia libera-
bis, dum aut deorſum purgatur, aut per vomitum pituitæ
interius collectæ humor effunditur. Folia vlmi quæ
orientem ſpectant, cum piperis granis totidem, ſed impa
ri numero trita, & cum Falerno vino à ieiuno ſumpta, etiā
purulentas tuſſes potenter emendant. Salis quantū in-
tra palmam tenere poteſt, qui tuſſiet in potionem cerui-
ſæ aut curmi mittat, & calidum bibat quum dormitum
G vadit, neque poſtea loquatur, ſed tacitus ſomnum capiat,
citò ſanabitur ſi hoc vel triduò fecerit. Millefolium
tritū ex aceto potū tuſſientibus atque etiam ſtomacho
ruptis & ſanguinem excreantibus prodeſt, ſimiliter pro-
deſt quinquefolium tritum, atque ex aqua potui datum.

Quinque ouorum incoctorum vitelli cum vini veteris
aut mulſi cyathis tribus permixti, & calidæ per triduum
poti, excreationes cruentas emēdant. Nuces pineæ ina-
nes contuſæ in ollam mittuntur, & quot fuerint nuces, tot
hyoſcyami vnciæ & aquæ ſextarii adiiciūtur: hæc ad me-

dias decoquuntur, atque inde ad tuſſis remedium etiam A
phthiſico bibenda ieiuno quotidie potio, etiam ex vino,
ſi non erunt febres, ſalubriter dabitur. Si de tuſſi ſtoma
chum quis aut latera dolebit, herbæ vettonicæ faſciculũ
cum ſuis radicibus in olla noua decoquat cum aquæ lixi-
uiæ 8. duobus, donec ad tertias conſumantur, atque inde
dimidium cyathum frigidum quũ dolore vrgebitur, bi-
bat. Vettonicam, nepetam, pulegium, æquali menſu
ra cum vini 8. duobus & ſalis puſillo, ad heminam deco-
ques, atque inde laboranti tuſſi & doloribus ſtomachi
cyathos ſingulos ieiuno, vt per cochleare paulatim infũ- B
das, per triduum dabis. Siquem tuſſis intolerabilis ve-
xat, de lupi iecore arido vel exuſto quãtum voluerit con
terat, adiiciátque vinum, mel, & aquam tepidã, atque in-
de ad diem cyathũ ieiunus bibat, intra paucos dies mirè
ſanabitur. Inuenta caſu in via portio de cribro impari
numero foraminum collo iuligata, tuſſi & ſuſpirio reme-
dio eſt. Ad tuſſim nimiam & veterem remedium
ſic, Marrubii ſicci P. III. in ollã nouam fictilem mittes,
& aquæ fontanæ 8. XVIII. & decoques ad tertias: deinde
ipſam aquam colabis, & in rudem ollam alteram mittes, C
atque addes illic mellis optimi 8. I. piperis triti ſemunciã,
& iterum ad tertias decoques, vt ſpiſſum fiat: deinde dili-
genter in vaſe vitreo repones, atque ex eo ieiunus terna
cochlearia quotidie ſumes. æquè prodeſt marrubii viri-
dis ſuccus cum mellis deſpumati pari menſura decoctus,
& cochleare pleno mane ſumptus & veſpere. Herba
argemonia contrita, & ex vino vetere diluta potui data,
vnicè tuſſientibus prodeſt: tamẽ (vt dixi) qui remediandus
eſt ieiunus accipiat. Betæ radix pipere adiecto con-
teritur, & ex eo ad piperis magnitudinem catapotia fiũt, D
inde bina ieiuno data deuorantur, donec tuſſis vitiũ cõ-
ſeneſcat. Fabæ ſolidæ granum infuſum in aqua, ad-
eóque inflatum vt plus humoris nequeat haurire, ſubitò
deuoratum tuſſim mirè tollit. Lotium humanum
vetus, adiecto croco vt odor eius occulatur, exhauſtum,
veteres tuſſes, & eos qui craſſa pituita vexantur emendat.
Sicui ſaliua reſiliens tuſſim mouerit, aliquis ei in fron-
tem ſufflet, ſtatim deſinit. Ex ouo duro interius quod
eſt, paſſo intritum, adiectis aquæ calidæ cyathis duobus, ſi
antequam cubitum eas biberis, quietiorem à tuſſi maio- E
rem partem noctis habebis, & eius potionis aſſiduitate
ſanabere. Faba freſa tuſſientibus in qua allium co-
ctum fuerit, maximè prodeſt, vel ex melle in cibo ſum-
pta, efficaciter remedium præſtat: ſed & purulentas ex-
cretiones cohibet & ſanat. Ficus ſiccæ tres cum hyſ
ſopi modico & paruo rutæ faſciculo, & quartario fœni-
græci purgati, cum aquæ nitidæ ſextario propenſæ, in olla
rudi ad medias decoquuntur, & colantur, inde tres potio-
nes per triduum tuſſi nimia laborantibus dãtur, mirum F
remedium eſt. Seuum ouium decoctum, & cum vi-
no auſtero depotum, tuſſi medetur. Sandaracha quo-
que cum reſina terebinthina ex ouo ſorbili ſumpta, tuſ-
ſim remediat. Vettonicæ pollinis drachmas duas, in
paſſi cretici cyathis duobus permixtæ aqua calida, vtili-
ter aduerſum tuſſim bibuntur. Palmare remedium
ad tuſſim ſic, Fœniculi ſicci triti ℈ IX. anethi ſimiliter ℈
IX. opii Hiſpani ℈ II. hæc iuncta ex melle optimo tempe-
rabis, & ex eo nucis auellanæ magnitudine cum aqua cali
da mane ieiuno, vel etiam digeſto ad veſperam dabis. G
Valde bonum & vtile ad tuſſim qualem libet hoc reme-
dium eſt, Apii ſeminis ℈ IIII. hyoſcyami ℈ II. anethi ℈ IIII.
opii ℈ II. mellis quod ad colligendas & glutinandas ſpe-
cies ſuprà dictas ſufficiat, quum in puluerem fuerint reda
ctæ. Tuſſi & cruditati medetur hoc medicamẽ, Coſti —
III. cinnami — II. piperis ℈ V. item piperis longi ℈ V. o-
pii ℈ II. croci — I. mellis quod ſatis ad hæc trita temperã
da, & catapotia facienda, quæ cum calda aqua & manè &
ſerò, ſed interiectis vicibus dari oportet, quod ſimiliter, &
de ſuprà ſcripto medicamine fieri debet. Aquã in qua H
rutam & hyſſopum & roſam ſiccam decoxeris vino im-
miſce, & ita bibendam ieiuno offer tuſſienti, citò ſubue-
nies. In ouum ſorbile maſtichæ puluerem mittes: ſed
opus eſt vt mox coagitatum ſtatim ſorbeas, ne dilatione
fiat cruſta: quo exhauſto, facilè tuſſim ſedabis ſi id ſæpius

feceris. Fabæ grana quinquaginta toſta in furno, pi-
peris totidem tundes & cribrabis, & pulegii tantundem
menſuræ quantum fabæ eſt, in puluerem rediges, ac ſi-
mul melle conſperges, & coques in olla rudi, atque agita-
bis ne comburatur: poſtea de tepefacto medicamine per
ſeptem dies ſingula cochlearia, ſiue manè ſiue ſero, tuſſi
laborantibus dabis, citò ſubuenies. Herba centauria
trita ex vino dulci bibitur: mirè prodeſt etiam iis qui ſan
guinolentum aut purulentum extuſſiunt, quos phthiſicos
dicunt. Vuam paſſam enucleabis ad ponderis libræ ſextã
tem, & diligenter teres: adiicies ſinapis optimè ſeparatim
triti libræ ſextantem, ac deinde adiecto aceto ſcillite cũ
mellis modico teres, & miſcebis, ita vt eam ſpiſſitudinem
habeat, vt paſtiluli fieri poſſint, non tamen grandes: inde
qui phthiſi & diutina tuſſi laborat, ſingulos cum calda a-
qua ieiunus manè, & ſimiliter dormitum vadens ad veſpe
peram ſumat. Cerui pulmones cum ſuis gurgulioni-
bus virgulis tenſos, in fumo donec areſcant ſuſpende, &
ex iis aliquid contuſum tritúmque diligẽter adiecto mel
le, ecligmatis modo phthiſico dato, quem ſanari citiſſi-
mè voles. Lacerta viridis viua immiſſa in vas fictile
nouum, & cum vini 8. III. decocta ad cyathum vnum, in-
credibiliter phthiſico prodeſt, ſi ex vino eo manè ieiunus
bibat cochleare vnum. Qui phthiſi laborabit, laſer tritum
in aqua tepida ieiunus quotidie bibat, potenter remedia-
bitur. Cancros marinos impari numero exuſtos, vel
aridos tritos, & baccas laureas impari numero tritas, adie
cto melle, atque adipe anſerina remiſſa, æquis ponderi-
bus vniuerſa permixta vnum corpus facies, atq; æquali-
ter in duodecim partes diuides, & in cibo aut in potione
laboranti phthiſico dabis, mirè proderit. Oua inco-
cta duo in calice diffundes, & deiice olei optimi ℈ II. &
axungiæ vetuſtiſſimæ in trulla ad calidam remiſſæ ℈ II.
& coagitato, ac permixtum phthiſico tepidum quotidie
da bibendum, donec ſanetur, valde proderit. Qui phthi-
ſi afficiuntur, maritima loca vitare debent, atque illic ma
ximè vbi pix conficitur commorari, ibique cochlearum
carne cum vino excoctarum aſſiduè veſci. Picem
præcoquam, ſiue quam viſcoſam vocant, & rubricam ſcy-
thicam (quam alii piſſaſphaltum vocant) cum ſeui ceruini
remiſſi cyatho vno, & lactis bubuli vel ouilli pari men-
ſura, ſiquis iam periclitanti phthiſico in potu vel in cibo
quotidie dederit, mirè ei ſubueniet. Mus gliris degluptus,
& cũ oleo ac ſale aſſatus pleumoniticis vel empyicis cibo
datus, mirè ſuccurrit, eos quoq; qui purulẽta excreãt ce-
lerrimè ſanat. Marrubii viridis faſciculũ, & ambroſiæ
faſciculũ, & abrotani faſciculũ, mitte in ollã ſemodialẽ
nouam, & vini 8. IIII. & decoque ad ſextarium, tum expri-
me herbas, & cola, & adiice in ollam mellis optimi ſexta
rium, & poſtea decoque ad craſſitudinem mellis: ex eo v-
teris ieiunus quotidie plena ligula ad ſanguinis reiectio
nẽ ſedandam, & ad ſtomachũ confirmandũ. Butyrũ
nitidum, & tantundem mellis optimi deſpumati coqui-
to donec color rufus ſit, & in pyxide cornea reconde, at-
que inde manè ieiuno ſingula cochlearia dato, qui pulmo
nis exulcerati vitio fœtidum olet, vel purulentum & fœ-
tidum excreat. Axungiæ ſuillæ vetuſtæ vnciæ tres, ex
vini vetuſtiſſimi cotyla vna decoctæ, potui phthiſicis da
tæ potenter remediantur. Anethi ſucci veteris puluerẽ,
& reſinæ pityinæ puluerem, cum adipe vetere anſerino
aut gallinaceo, edendum manè ieiuno empyico cochlea-
ria tria, & veſpere tantundem dabis, mirè ſubuenies. Ad
eos qui ſanguinem excreant remedium efficax ſic, Thu-
ris maſculi diligenter triti, drachmas duas, ammoniaci
vnam, cum aceti hemina ſimul contemperabis, ita vt bi-
bi poſſit, & laboranti ieiuno hæmoptoico dabis. Siquis
purulentum tuſſit, ouum crudum cum pari menſura ſuc-
ci de porro ſectiuo expreſſi, tantundémque optimi mel-
lis permixtum, calefactũ ieiunus ſorbeat. Ad excrea-
tionem cruentam remedium ſic, Cochleæ elixatæ terun-
tur, & ex aqua calida à ieiuno bibuntur, necnon ad idem
cochleæ inlotæ ex aqua marina coquuntur, & deuoran-
tur. Phthiſicis & empyicis prodeſt aqua in qua cy-
donia mala cocta fuerint, aſſiduè propinata: ipſa etiamſi
incocta manducentur iuuant. Spongiæ Africanæ ex-

uſtæ cinis cũ ſucco porri ſectiui hauſtus empyicos ſanat. A

Raphani cocti cibo ſumpti ſanguinolentas excreationes celeriter emendant. Gummi optimum in ore ſolutum, & deglutitum, ſummo empyicis remedio eſt.

Ruborum in quibus mora naſcuntur cauliculi teneri tunduntur, ex iis ſuccus exprimitur, qui in ſole ad craſſitudinem mellis ſpiſſatur agitatus: hic hauſtus ſanguinolẽtam excreationẽ efficaciſſimè cludit. eorundem ruborũ cauliculi teneri ex vino auſtero diſcocti edũtur: idque vinum etiam merum potatum ſanguinolenta excreantibus B prodeſt. Coagulum ceruinum, ſiue leporinum, ſiue hœdinum, in potione ſolutum bibitur vtiliter ab empyicis vel hæmoptoicis: ceruini quoque cornu exuſti cinis in potione datus ſimiliter medetur. Bubulus ſanguis vel hœdinus ſanguis recens cum pari menſura aceti diſcoctus, ſanguinem excreantibus prodeſt ſi per cochleare aſſiduè deguſtetur. Glutinum quo charta glutinatur calidum in modum ſorbitionis hauritur, vel ex aqua calida ſanguinem excreãtibus datur. Nuclei amygdalarum, triticum, amylon, & mẽtha, trita, in qualibet potione vtiliter ab hæmoptoicis vel empyicis hauriuntur. C

Semen ſalicis tritum, & ex vino auſtero ſumptũ, ſanguinem tuſſientes ſiſtit, & vitium potenter emendat.

Hederæ baccæ quæ ſunt luteæ, impari numero tritæ, & ex aqua tepida potæ, phthiſicos ſanant. Herbæ vettonicæ folia in vmbra arefacta, & tunſa cribratáque reponito, atque inde laboranti vulſo victoriati argentei pond⁹ ex paſſo bibendum ſæpe præbeto. Quidam quò potẽtius herbæ huius auxilium facerent, adiecto melle cribratum puluerem comprehenderunt, atque inde fabæ magnitudine dederunt laborantibus phthiſicis, vulſis, & reumaticis, eóſque qui etiã purulenta excreabant incolumitati ſolidæ reddiderunt. D Ad phthiſicos remedium & præſens & maximum: nam etiam vitæ dubios ſanat, & quibus ſpes ſupereſſe nulla videatur: equi ſaliuã vel ſpumam cum aqua calida bibendam per triduum dabis: etiam quem tuſſi intoleranda & diutina laborare videris, hoc remedio liberabis: ægrum quidem ſine cunctatione ſanabis, ſed equũ mors ſubita conſequitur. Oua cruda E duo in calicem vergũtur, eò adiiciuntur olei optimi — v. gari floris — v. paſſi cretici — v. quúmque hæc in calicem conieceris, axũgiæ vetuſtiſſimæ — v. in vaſe igne diſſolues, eundémque liquorem calidum cæteris rebus adiicies, omniáque pariter ſuper aquam feruentem remittes, & calida phthiſicis bibenda præbebis. Herbæ ſenecionis viridis contuſæ & expreſſæ ſuccus ad menſuram cyathi vnius per dies ſingulos potui datus, phthiſicis miro remedio eſt, ſi interiectis diebus vel ſepties propinetur. F Rutæ teneræ contritæ cum ramuſculis ſuis, & expreſſæ ſuccus, cum aliquantulo bitumine, ex vino vetere calido phthiſicis celeriter, ſimiliter & empyicis in potu medetur. Antidotum phthiſicis incomparabile ſic, Piperis albi ʒ III. myrrhæ ʒ I. opopanacis ʒ I. thuris maſculi ʒ I. opii ʒ I. croci Siculi ʒ I. zingiberis ʒ II. laſeris ʒ I. rutæ ſiccæ ʒ II. abrotani ʒ II. narciſſi ʒ II. vettonicæ ʒ II. marrubii ʒ II. pulegii ʒ III. mellis deſpumati optimi 8. I. vini Aminæi quartarium, papaueris triti ʒ I. ex quocunque liquore hoc phthiſicis propinatum valde prodeſſe memoratur, ita vt de contritis diligẽter mixtíſq; ſpecieb⁹ G catapotia fiant magnitudine fabæ, quæ aut integra haurienda, aut liquefacta dentur & mane & veſpera. Trochiſcus δι' ἠλέκτρου præſtãtiſſimus ad hæmoptoicos (id eſt ſanguinem vel excreantes, vel vomentes, vel eos qui maximè cum tuſſi ſanguinem iactant) huius confectio ſic, Croci ʒ XV. ſuccini ʒ XV. maſtiches Chiæ ʒ XV. iridis Illyricæ ʒ XV. opii ✱ II. S. pſyllii quod eſt ſemen nigrũ minutum pulicibus ſimile — II. S. hoc ſemen coques in hemina aquæ donec denſa fiat, quemadmodum de lini ſemine, quam colabis poſtea, & reliqua omnia trita ex hac aqua colliges, & formabis trochiſcos habentes maximos H ʒ IIII. S. alios ʒ III. S. minimos vſque ad ʒ I. S. Ita ergo facies vt pro ætate vnuſquiſque, & pro corporis firmitate accipere poſſit. Ad eos qui ſanguiſugas inſcii deuorãt, cimicum in carbonibus poſitorum fumus remedio eſt, ſi ore hianti & faucibus apertis excipiatur. eiici enim & expelli deuoratas ſanguiſugas hac ratione certiſſimum eſt. In eo aceto in quo pri⁹ ferrũ feruens ſit extinctũ, butyrũ miſſum, & calefactum paulatim, ſi abſorbeatur eiiciet de ſtomacho ſanguiſugas. Ad ſtridorem pectoris deponendum ſinapis optimi triti cyathos duos, & mellis optimi deſpumati cyathum miſcebis, & ieiunus die calido, aut in loco tepido gargarizabis, & ſines patenti ore humorem decurrere. Ne media doleant, luna ſeptimadecima ſemper allii incocti terna grana purgata tranſgluti, mirè proderit. Corallium tritum ex aqua potui datum, reiectionem ſanguinis reprimit: cui rei & caſtaneæ medentur ſi coctæ quamplurimæ manducẽtur.

Ad tuſſim Vindiciani medici remedium ſingulare, Sulphur viuum teres, & inuolues de axungia porci vetuſtiſſima, & dabis vt tranſglutiat tres pilulas prima die, ſecunda duas, tertia vnam. tales autem pilulæ erunt vt facilè tranſuorari poſſint: hoc remedium etiam equis tuſſientibus prodeſt. Ad tuſſim remediũ efficax, Herba quæ gallicè calliomarcus, Latinè equi vngula vocatur, collecta luna vetere liduna die Iouis, ſiccata prius in ollam nouam mittitur cum prunis ardentibus, quæ intra ollam mitti debent. ſuperficies ſanè eius argilla diligenter claudi debet, & calamus inſeri, per quem humor vel fumus caloris hauriatur intra os, donec arteriam omnem & ſtomachum penetret. Compoſitio ad tuſſim, Mellis deſpumati P. I. anethi ſeminis — III. piperis — I. hæc diligentiſſimè trita miſcentur melli, vt quum vſus exegerit, bis in die terna cochlearia qui tuſſi laborabit accipiat. Compoſitio ecligmatii ad pulmonem corruptum reparandũ, Marrubii faſciculum vnum, hyſſopi faſciculum I. glycyrrhizæ — III. iridis Illyricæ — III. inulæ — III. nuces pineas reſinoſas V. aquæ 8. VI. mellis P. V. omnia hæc in aquam nitidam infundes, ita vt ad tertias coquantur, hoc eſt vt ſimul vniuerſa ad triſextium veniant, poſteaquam addideris ſupraſcriptum mellis pondus, vt ad mellis veniãt dẽſitatẽ, de quibus colatis, & in vitro cõditis, terna mane cochlearia, terna veſpere, qui ſuprà adiecta valetudine laborabit accipiet. Deſcriptio ecligmatii ad pulmonẽ curãdum, Herbæ gladiatoriciæ ſucc⁹, lilii ſyluatici ſuccus, marrubii ſuccus. æquis menſuris parabitur. deinde quantum de tribus ſpeciebus fuerit ſucci, tantùm mellis mittetur, ita vt poſtea in ſextarium huius permixtionis tria cochlearia olei viridis mittantur: quod tãdiu poſteà coquetur quandiu medicamen ad menſuram mellis veniat. ex hoc ieiunus accipiat terna cochlearia, & poſt cœnam terna, qui pulmonis vitio laborabit. Confectio vnctionis ad ipſam pulmonis cauſam, Olei mollis 8. I. cymini quartarium, lento igni tandiu coques quãdiu cyminum percoquatur, quod poſtea colabis, & addes olei chamæmelini heminam, olei anethini quartarium, olei roſei quartarium, olei ranacei heminam, medullæ ceruinæ recentis — III. adipis anſerinæ atque porcinæ recẽtis — VI. butyri recentis ſine ſale — VI. ceræ Punicæ — III. hæc omnia ad vaporem ſoluta miſcentur, & quandò æger vngi debet, tolles ex eo — VI. ad triduanam vnctionem, & addes illic ſucci de fœnogræco — II. febri fugiæ — II. lactis humani quartarium, quod lac ſub hora qua æger vngendus eſt mittatur, nec calefaciat cum cæteris ſpeciebus, & iacens in lecto vngatur lenta ſatis manu, ſed ante lucem poſtquam vnctus fuerit ſtatim lac vaccinum bibat eadem hora mulſum, non coctum, dum calet.

AD SVSPIRIOSOS, VEL AD DYSPNOICOS, & omnes cauſas arteriarum, de quibus ruptis ſanguis emanat, & ad vomitus reſtringendos, & prouocãdos, & ad ſitim arcendam, & ad ſingultus inhibendos, & ad reumaticos, & vulſos, remedia rationabilia, & phyſica diuerſa de experimentis, Cap. XVII.

AD ſuſpirium facit bene acetum quod ſcilliticum vocant, cochleario ter quatérve ſumptum ad diem. Prodeſt & ſcilla argilla circũdata, & furno cocta purgatis exterioribus putaminibus, & quod eius tenerrimum eſt tritum adiectis mellis Attici duabus partibus, & aceti boni vna parte, atque ita decocta, & per ligulam vnam ſemel in die ſumpta. Profuit multis ad ſuſpirium vel diſpnœã depellendam, pulmo vulpis, vel iecur in olla fictili exuſtũ,

atque ad cinerem redactum,& datum ad diē ieiuno,menſura cochleariorum trium,cum aquæ cyathis tribus ſi febricitabit:ſi ſincerus erit,ex vino vetere: profuit & pulmo cerui eodem modo arefactus, & datus. Prodeſt ſuſpirioſis hoc medicamentum euidenter, Aluminis fiſſi ✻ VI. opii ✻ I. aqua exigua opium diluitur, miſcetur alumini antè trito. Fiunt globuli ciceris magnitudine: dantur ieiuno ante cibum quaterni aut quini: hoc medicamētum & ad ſanguinis eruptionem ex interioribus partibus facit, & ad veterem tuſſim,& ad phthiſicos vel purulenta excreantes. Hoc quoque medicamentum ad ſuſpirium ſatis commodè facit,Sulphuris ✻ I. nitri ✻ I. abrotani,quod tribus digitis comprehendi poſſit:hæc contūdūtur & terūtur curioſè:quū opus eſt dātur ex iis ieiuno cochlearia duo cum duobus cyathis aceti calidi. Aliud medicamentum ſtrumis & ſuſpirio efficax.facit autem & ad lumborum diutinum dolorem, & ad paralyſin, & ad hydropicos,& ad lienoſos:conficitur ſic, Brioniæ(id eſt, albæ vitis radicis)✻ XII. iridis Illyricæ ✻ XII. ammoniaci guttæ ✻ XII. aſparagi radicis ✻ VI. ſcillæ bulbi crudi tenerum ex interiore parte ✻ XII. tragacanthi ✻ VI. iis mellis miſcetur quod ſufficiat,ſed prius contuſis diligenter & tritis donec ceroti habeant temperaturam,inde quum opus eſt datur ieiuno ✻ I, cum aquæ mulſæ cyathis tribus.

Balſami ſemen tritum potum ex vino prodeſt ſuſpirioſis,caducis,phreniticis, pleuriticis, & ad omnia vitia quæ in thorace ſubſiſtunt,pulmonis,& ſuſpirii cauſis medetur. Thymum tritum potum ex vino extenuat, & calefacit quæ ſunt in ſtomacho grauia,vnde ſuſpirium naſcitur,ventrem quoque releuat, ſanguinē extenuat,& quæ ſunt glutinoſa & hærentia in thorace, & faucibus detrahit. Origanum cum croco tritum, potatúmque cum vino,ſuſpirioſis prodeſt. Hyſſopum quoque aridum contuſum,& cretum,ex aqua, aut vino,aut aceto, aut melle datum,aut decoctum cum aliquo ſupradictorū liquorum,ſuſpirioſis medetur. Marrubium aridum tritū cum mellis cochleario ſumptum,vel ſuccus eius potus,æquè ſuſpirioſis remedio erit. Chamædris extenuata tritáque,& pota prodeſt ſuſpirioſis, quæ propter craſſitudinem ſuam liquore aliquo etiam aqua extenuari debet, & ſic accipi. Herba tiniatica cōtuſa,& ex mellis cochleario ſumpta,ſuſpirioſos curat: rutæ quoq; atq; herbæ blattariæ ſucc⁹ per ſe dat⁹,aut radices earū incoctæ aqua, & potui datæ ſimiliter proſunt,necnō & capparis radices idem præſtant ſi vt ſuprà ſcriptum eſt accipiantur. Reſina terebinthina deuoratur ad magnitudinē fabæ Ægyptiacæ ab eo qui ſuſpirio laborat, vini cyatho ſuperſumpto,quæ res magno remedio eſt. Centaureæ tenuis ſuccus quantum nux auellana recipit cum aqua mulſa datus,vel ianthidis herbæ quæ humidis locis naſcitur vnius fruticis folia trita cum cyatho aquæ data, ſuſpirioſis plurimum proſunt.vino vti oportet ſuſpirioſos in quo cētaureæ,abſinthii,origani,& tragorigani,& hyſſopi,& thymi, & pulegii,& rutæ faſciculi retracti fuerint decocti.

Cupreſſi pilulæ tritæ potæ ex vino faciunt bene non ſolùm ad ſuſpirium,ſed & ad iocinoris,& pectoris,& vuluæ dolorem,ſi fœminis dentur:folia autem eiuſdem cū ruta trita,& pota pectoris tollunt dolorem,ſimiliter cortex & radix cupreſſi decocta, ad eadē proſunt: ſed faciūt & ad phalangiorum morſum ſi extrinſecus imponantur emplaſtri more compoſita. Acetum ex ſcillæ bulbo factum,mirificè prodeſt ſuſpirioſis, ſimiliter acetum ex thymo,origano,pulegióque confectum prodeſt, ſi aſſiduè deguſtetur. Vtiles ſunt inter initia quanuis moleſta, ſuſpirioſis ſorbitiones de porro capitato factæ,& ex vrtica atque naſturtii ſemine. Perungi autem eos oportet rebus calefaciētibus,certè pyrethro cum oleo decocto: geſtationes quoque per viam myrteam proſunt, & ſi ſuper lectum ſuſpendatur illis myrtus,remedio erit. Ad ſuſpirioſos remedium ſalutare,ſpumam de ore mulæ collige, & in calicem mitte, atque ex aqua calida, ſiue viro ſiue fœminæ quæ hanc moleſtiam patitur continuò da bibēdam,homo ſtatim ſanabitur, ſed mula morietur. Ad ſuſpirioſos ſanandos fel vrſinum aqua dilutum bibendū optimè datur.intra paucos enim dies potenter medetur.

A Ad ſuſpirioſos remedium potēs, Herbæ ſalutaris faſciculum, & ficorum Africanorum aridorum ſelibram, ex aquæ fluuialis heminis trib⁹ decoquito ad heminam, eámque potui dato per triduum. Ad ſanguinis eruptionem ſiue ex arteria,ſiue ex pulmone,vel pectore, benefacit ſymphyti radix(quam quidam inulam ruſticam, quidam allium Gallicum vocant)lota hac aqua frigida,& raſa cultello eburneo,vel oſſeo.datur ſextans libræ ex ea, aut eo amplius,vel quantum potuerit debet manducare & deuorare cui opus eſt.neque enim amara eſt. Oportet B autem eo die acetum nō guſtet, quod interdum per ſe ſolùm magnificè ſolet prodeſſe: ſed huius radicis effectum reſoluit ſi cum ea detur. Benefacit ad arteriæ eruptionem polygoni ſuccus cyathorum duum aut triū per triduum datus,& plantaginis tritæ eodem modo datus ſuccus plurimum prodeſt: cretæ quoque Samiæ denarius vnus,ſumptus ex aquæ frigidæ rigore detracto, cyathis tribus,validiſſimè iuuat:herbæ etiam polygoni,quæ (vt opinor) tiniaria vocatur, faſciculus quantus manu comprehendi poſſit,in tribus hemniis aquæ decoctus ad tertias, C rectè medetur eruptioni ſanguinis ex arteriis,ſiquis inde laborāti cyathos tres ieiuno per triduum dederit. Oportet autem ſentienti vulnus interius, loco ipſo,ſed à foris ſpongiā cū aqua frigida recēti imponere, vel ex aceto acri,ſed frequenter mutare,ne concalefacta noceat, & vetare artus conſtringi:quod plerique medicorum faciunt, ignorantes quia incitatur ſanguinis eruptio muſculorum compreſſione:quādoquidem omnis conſtrictio in vtrāque partem exprimit venam. Faciunt & compoſita medicamenta ad ſanguinis eruptionem, quorū hoc eſt præ- D cipuum,Acaciæ ſucci vncia,hypociſtidos, qui eſt ſuccus roſæ ſyluaticæ(quam caninam quidam vocant)vncia,balauſtii qui eſt flos mali granati quo coriarii vtūtur, vncia, opii ſemuncia. Balauſtium contunditur & cribratur,vel ſiccum in mortario teritur, cætera pridie macerata in aqua commiſcentur diligenter, & paſtilli inde finguntur, quidam maiores,quidam ad denarii ſemiſſem: datur reſoluti iuxta ætatem vel virtutem infirmi ex aquæ frigidæ cyathis tribus aut duobus:hic paſtillus benefacit & ad dyſentericos & ad torminoſos. Alter paſtillus ad ſan- E guinis eruptionem mirificè faciens, accipit hæc, Tragacanthi ✻ IX. Samiæ cretæ ✻ VII. rutæ Ponticæ ✻ IX. glycyrrhizæ ſucci ✻ V. ſymphyti ſucci ✻ VII. gummis ✻ IIII. hypociſtidos ſucci ✻ VII. thuris ✻ V. aluminis liquidi ✻ V. opii ✻ V. amyli ✻ VI. myrrhæ ✻ V. croci ✻ VII. plantaginis ſucci ✻ III. & paſſi myconii quod ſatis erit, tritis diligenter ſupraſcriptis ſpeciebus miſcebitur.fient paſtilli ad denarios ſingulos,& ad ſemiſſes, qui pro ætate aut virib⁹ infirmi ex aquæ tepidæ cyathis tribus ieiuno dabuntur.

Ad reiectionem ſanguinis ex ore manantis ſympy- F ti radix in vino decocta ſalubriter bibitur,liguſtri quoq; ſuccum ieiuno per triduum dato, ſtatim ſubuenies: quæ res & torminoſis & dyſentericis eſt ſalubris. Si ex quocunque corporis loco ſanguis per abundantiam nimiam exuberet,& fluat herbæ Sabinæ ſuccus quātus videbitur, ſiue viridis,ſiue ſiccæ contritæ,ex vino picato vetere optimo,ieiuno per triduum dabitur:ſanabit hæc potio etiam in vitæ diſcrimine conſtitutum. Facit autem & ad colicos & ad dyſentericos,quib⁹ tamē decocta datur. Qui ſubitò ſanguinis vomitu laborat,corallium contuſum, & G in puluerem redactum,ex potione mixta calida bibat.

Ad vomitum nimium reprimendum ſulphuris viui puſillum,& ramenti de cornu cerui tantundem, in ouo ſorbili tritum,& permixtum bibi vtile eſt.Iis qui cibum nō continent, aloes minimum cum frigida aqua potui datum,plurimum prodeſt. Perſonaceæ herbæ radix cōtuſa,adiecto modico ſale,& vino ſparſa,& quotidie recēs impoſita,ſuper tumorē ſtomachi, vomicas omneis per ſudorem emanationéſque ocultas potenter expurgat: Mādragoræ drach.hyoſcyami tātundem, op opanacis idem, H croci Siculi tantundem,myrrhæ atque thuris ſimiliter,gūmis itidem:omnium ſpecierum pares menſuras tere diligenter,& in puluerem tenuiſſimum redige,atque ex vino vetere collige paulo craſſius quàm ſpiſſitudo ſit mellis:ex eo medicamento ad mēſuram victoriati, (id eſt dimidiū

drachmæ)dabis ruptum,& infirmum ſtomachum habē-ti in tribus cyathis aquæ calidæ eunti dormitum :beneficium remedii prima ſtatim potione ſentitur,ſecunda incredibilis profectus eſt,tertia curatio omnis potentiſſimè explicatur. Ouum incoctum in calicem defunditur,& teſta eius ſucco marrubii impletur, & in ipſum calicem defunditur, & mellis optimi deſpumati tantundem:omnia hæc in ſe permiſcētur, ac tepefacta hauriuntur:miro modo vomicas rumpunt, & ad ſanitatem laborantem ſtomachum perducunt. In ouo ſorbili cimicem vnum contritum ieiunus ignorans qui ſorbeat, deſinet vomere:hoc ſæpe expertum eſt. Compoſitio medicaminis ad arteriā ſanandā,ſic,Coſti ℈ III.ſpicæ nardi ℈IIII. piperis℈ III.radicis lappæ maioris(id eſt herbæ perſonaceæ) ℈ III.hæc omnia ſimul teres,& ieiuno in balneo ex vino candido bibenda protinus dabis. Herbæ vettonicæ folia arefacta contuſa cribratáque proſunt ſuſpirioſis,ſi ex eo puluere coc learia ſingula ex aquæ calidæ cyathis duobus ieiuni interiectis diebus,donec ſanētur,biberint. Aqua quæ in arborum lacunis cauiſq; corticibus conſiſtere conſueuit,ſuſpirioſo potui data celeriter eum ſanabit,atq; omni periculo liberabit, ſi aſſiduè vel ipſa pura calida vel mixta potetur. Sitim quālibet moleſtam reprimes ſi aquā tepidam cū oleo permixtam biberis,& continuò vomueris,denuóque ſi neceſſe fuerit id facies,quo ſitis maxima conſeneſcit. Gallinacei oui vitellum ſemicoctum,oleóque permixtum ſiquis ſorbeat,ſitire deſinet. Lapidem de aqua fontana ſublatum ſtatim ſub lingua pone,& illic aliquandiu tene, ſitire deſines, Glycyrrhizæ ſurculū paruum ſub lingua habeto,& ſaliuam quæ creuerit tranſglutito, quo facto neque ſities,neque os tibi inareſcet. Ad ſingultus inhibendos,feſtucam quam bibens in calice acceperis,protinus ſupercilio ſiniſtro imponito, cōtinuò remedium experieris. In aquam calidam manus miſſæ,diúque illic retentæ ſingultus crebriores inhibere dicuntur. Annulus in ſiniſtra manu in medio digito poſitus, vel ibidē tranſlatus,ſingultus ſtatim compeſcit. Siquis ſingultiens aceti ſcillitici cochleare plenum acceperit,ſtatim ſingultire deſinet:idē præſtat & aquæ ſatis frigidæ aſſiduus guſtatꝰ,& ſiquis ſpiritū introrſum reuocet,& aliquandiu cōtineat,ſimiliter remediabitur, nec minꝰ huic rei prodeſt ſternutamentum in tempore excitatum. Herbæ trixaginis cōtuſæ in lignea pila ſuccus expreſſus, cum vino calido potui datus,ruptos,ſiue vulſos, & reumaticos efficaciter ſanat. Aſparagorum radix ad pondus denariorum duorum,& braſſicæ folia tantundem mēſuræ cōtrita,atque ex vino nigro vel auſtero potui data, vulſis & reumaticis mirificè proſunt. In pila in qua frumentum tunditur quantulumcúnq; ſordium aut pulueris inueneris collige:itémque in eo loco vel foramine in quo ianuæ peſſulli deſcendunt quicquid repereris collige ,& in vnum permiſce,& tacitè vel occulto loco in potionē aut cibum vulſi laborantis inſpergē, continuò malum dolórque ſedabitur. Serpentis ſenectus (id eſt exuuiæ)licio alligatæ,& vulſo circundatæ,mirè proſunt. Stercus verris primo vere collectum arefactúmque & tritum in potione datū efficaciſſimè vulſos & reumaticos ſanat.

Ad eos qui ſanguinem per os proiiciunt remedium tale,Teſtæ nucis maioris combuſtæ diligenter terantur, & cum aceto dentur:ſed ſi febricitat cui medendum eſt, cū poſca accipiat pro modo vt cauſæ ſunt,aut ætas vniuſcuiúſque patitur, id eſt vnius nucis teſtæ,aut duarum,vel etiam trium dentur. Compoſitio ecligmatii quod facit ad phthiſicos,& ad eos quibus pulmo per diſtillationem vuæ vulneratus eſt, Iridis Illyricæ — I.ſpicæ Celticæ — I. hyſſopi cretici — I. ameos — II. reſinæ terebinthinæ — II.piperis — II. erui ruſei — II. butyri — VI.mellis deſpumati P. III & — IX. ea quæ in puluerem redigenda ſunt tundes,& diligentiſſimè cernes, reſinam verò & butyrum liquefacies lento igne,poſtea melle permixtum totum ſupraſcriptarum ſpecierum puluerem colliges, & ſimul cōmaceratum in doliolo vitreo repones,vtendū quū vſus exegerit, ita vt maturè ieiunis terna cochlearia dentur.

HVMERORVM ET CERVICVM DOLOribus,& opiſthotonicis,& hircoſis,& vnguibus,& paronichiis,remedia rationabilia,& phyſica diuerſa de experimentis, Cap. XVIII.

HVmeri dolorem muſtelæ exuſtæ cinis tritus, & cum cera permixtus ac ſubactus, & ceroti more impoſitus mirè ſanat. Ad ceruices,& neruorum ſubitos aut veteres dolores,& cōtuſiones,medicamentum valde neceſſarium, quod diaſteaton dicitur,ſic, Maſtiches — III. olei roſacei libram,olei gremialis ſelibram,vel quod ſufficiat,ceræ Pōticæ lib.ſeui ceruini librā,medullæ ceruinæ librā,adipis pullinæ libram,adipis anſerinæ libram,adipis ſcrofinæ P.II.fœnigræci ſucci heminā, lini ſeminis ſucci heminā, hibiſci ſucci heminam,chamæmeli faſciculum,anethi ſurculos VII. maſtiche cum oleo roſaceo in mortario cōteratur: ſpecies verò ſupraſciptæ lēto igne decoquantur ,& ſucci cum cera ſeorſum miſceantur,& omnia mixta colentur,ſic poſtea maſtiche cum oleo ſuper mittatur,& miſceantur omnia diligenter, mixtáque coagitentur ad focum,& refrigerata in dolio vitreo reponātur,quibꝰ quū opus fuerit ceroti more vteris. Ceruicis dolor inflexibilis(quem opiſthotonō Græci vocant)leuatur vrina capræ auribus infuſa, aut bulbo trito cum fimo eiuſdē capræ ceruici inlito; ſed nihil vtiliꝰ eſt medicamento diaſteaton de adipe diuerſa facto, quod ſuprà ſcriptum eſt. Ad ceruicum dolores remedium phyſicum ſic:ieiunus dextram manum ſaliua tange,& dextrū poplitem perfrica,deinde ſiniſtra manu ſiniſtrum,& hoc ter per ſingulos poplites facito,ſtatim remediabis. Butyro & adipe vrſina perunctæ ceruices ſtatim ſanabūtur.

Ceræ ſelibram,olei cyprini ſelibram , abſinthii viridis contuſi — II.ſimul ad ignem permiſce,& pro ceroto vtere ad omnes ceruicum dolores. Rigor ceruicis adipe anſerina, vel potius gruina,perunctus , velociſſimè mollietur. Fici folia, & poma eiuſdem immatura contrita,& impoſita ceruici ſubueniunt. Neruorum omnium rigori & perfrictionibus citò ſubuenitur malagmate tali,Olei laurini P.I.reſinæ terebinthinæ P.I.picis liquidæ P.II axungiæ veteris P.I. decoctis & permixtis vnà iis ſpeciebus nerui rigentes & offenſi ſalubriter perfricantur. Opiſthotonicis & tetanicis lotium caprinum cum aqua mixtum efficaciter prodeſt, ſi ieiunis potui detur.Summū opiſthotonicis & arthriticis remediū, & multis experimentis probatum conficitur ſic, Caſtorei, piperis albi, petroſelini, æquales portiones ſimul tundes, & cribrabis,atque inde cochleare vnum cū vno cochleari mellis,& aquæ calidæ cyathis duobus ieiuno ad diem dabis. Farina lini ſeminis,addito nitro,ex vino calido in modū malagmatis temperatur, & imponitur ceruicū dolori,ſtatim medetur. Farina quoque hordei cum ficu arida tunſa permixta & impoſita idem præſtat.

Lenticula in aceto diſcocta, ceruicibus malagmatis more appoſita,dolores earum mitigat. Ad ceruicum tumores ſedādos,ouorum vitelli cocti cum adipe anſerina inlinuntur,felle caprino æquis ponderibus permixto, atque inde ceruices fricantur. Rigores ceruicum ſeuo bubulo optimè perfricantur.nam cōtinuò molleſcūt, & dolor omnis abſcedit. Herbæ vettonicæ contritæ ſuccus ad ſcrupulos duos adiecto mulſo potui datus, dolorem ceruicum leniet,ſed febricitanti ex aqua calida dari oportet. Sal in ſacco calefactus impoſitúſque humeris,omnem dolorem optimè diſcutit, ſi aſſiduè cōmutetur,vt calidior ponatur,lana quoque ſuccida ex oleo calido humeris appoſita medetur. Spongia leuiter mucrone quo homo occiſus eſt attacta , & calida humeris appoſita medetur:cætera verò quæ ſunt in lacertis brachiorum,& cubitis,& digitis,ac neruis,& articulis cauſaria,acopis ,& calefactoriis , & remediis diuerſis curantur, quæ variis locis ſunt adſcripta. Ad hircos & alas fœtentes remedium ſic,Hirci maturioris cornu raſum vel exuſtum cum felle hirci miſcetur,& pondere æquo myrrha adiicitur,atque inde aſcellæ demptis prius pilis aſſiduè perfricantur. Alumen ſciſſum ſtyraci mixtum, ſi in vnum conteras,atque alas fœtidas aſſiduè perfrices,

bonum illis halitum excluſo tetro odore præſtabis.

Caro vitulina recens cum aceto cocta, madidáque alis impoſita, fœtorē hirci teterrimum tollit. Myrtha ſicca tunſa aſſiduè alas confrica, vitium fœtoris mirè emendabis. Laſerpitium vetuſtiſſimum tunde, cribra, atque inde alas perfrica, ſimiliter proderit. Nitro ex aqua diluto, vel alumine vino remiſſo vtere quam ſæpiſſimè ad alarum fœtentium emendationem. Ad paronychiam & ſuppurationes vnguiculorum glandem tritam cum ſapone appone, hibiſcū quoque cū axúgia & pane trito impone. Vt excuſſi vngues citò reſurgāt, quinquefolium cum adipe qualibet tritum imponitur, oleaſtri quoque folia commanducata recentibus vnguiū vulneribus rectè imponuntur. Paronychiæ ſtercus ex auriculis impone, & linteolum ſuper alliga, mirabere remedium. Ad idem, vuam paſſam enucleatam cum thure trito ſubactam ſicut cerotum linteolo inductā imponi oportet. De paronychia parietem continges, & rurſum digitum ducens dices ter, Pu pu pu, nūquā ego te videam per parietem repere. Ad digitorum & articulorum ſubluuium, vel ſuppurationem ſedandam, atramētum ſcriptorium ex aceto tempera, & de pinnula inline digitum, vel articulum dolentem, lucernæ quoq; fungum contere, & impone paronychiæ vel digito contuſo.

Ad cubiti vitium vel dolorem ſpuma argenti trita cum oleo roſaceo emplaſtri modo vtiliter admouetur.

AD LICHENEM SIVE MENTAGRAM vel impetiginē, & ad elephātiaſim, & leprā, & exāthemata, & maculas, & liuores, tumoréſque de facie abolendos, & ad genas ſcabras, & cicatrices malarum purgandas, & ad lentigines, & ſtigmata delenda, verrucáſque tollendas, remedia rationabilia, & phyſica diuerſa de experimentis, Cap. XIX.

Ad lichenem ſiue mentagram, quod vitium neglectū ſolet per totam faciem & per totum corpus ſerpere, & plures homines inquinare. nam Soranus medicus quōdam ducentis hominibus hoc morbo laborantibus curādis in Aquitania ſe locauit. huic ergo valetudini maximè medentur cantharides tritæ & inlitæ cum ſucco vuæ Amineæ, & cum ſeuo ouis vel capræ: ſed prius facie lota, & nitro diligenter curata medicamen imponitur.

Adeps vituli marini impoſita mentagræ plurimum prodeſt. Ficulni caules teneri in aceto excocti & triti, & inliti mentagræ medentur. Idem præſtat hibiſci radix cum lupino & aceto ad tertias cocta, & appoſita.

Flos viſci cum calce ſubactus, & appoſitus mentagræ valde eſt vtilis. Ad impetigines detergendas farinam æri mixtam, cum aceto frequenter inducito, Olei myrtini vncias ſex, olei ſchinini aut maſtichini vncias quatuor, lithargyri vncias tres, pſimmythii vncias II. cū vino vetere ſimul teres, & oleum ſtatim poſtea mittes, & diligenter permiſcebis, & ſic vteris ad impetigines abolendas. Ad impetigines detergendas lapathi radices cū aceto coques ad tertias, & in eo iure iterum oryzam diſcoques, & ſic ad perducendum corpus vteris. Cucumeris ſyluatici radices ad tertias diſcoques, eáſque decoctas teres diligenter, & addes lithargyrum, ac ſulphur æquali menſura, & ceræ parum, atque inde loca quæ impetigo ceperit perfricabis. Ad ſcabidam impetiginem ſcillam albam ſumito, & bene contundito, eáque impetiginē inlinito, & adſiccatam aceto acri mixto ſale eluito, deinde ſpuma argenti contuſa, & roſa liquida perungito: & quū adſiccatū fuerit medicamentū, rurſum vt ſuprà diximus aceto ſalſo abluito, atq; iterum eadē ratione ſcillam tritā inlinito, idque remedium frequenter iterato, donec ad ſanitatem perducas. Picis liquidæ optimæ acetabulo vni adiice farinam ordeaceam, & nitrum, & apium tritum, & ſulphur æquis ponderibus, ac ſuperfunde aceti albi acerrimi acetabula duo, & in patina decoque ſimul, ac poſtea calidum medicamen linteo inducito, & ſic corpori apponito, nō ſolùm impetiginem hoc remedio, ſed & lepram ſedabis, & ſcabiem. Impetiginē quanuis inueteratam citò abolebis ſi fæcula vini qua tinctores vtuntur cum aqua permixta locum perunxeris, ita vt dum quinquaginta numeras, illic eſſe permittas, & continuò deſtringas. Nam ſi diutius fuerit, alti⁹ vis eius inſidet, & vlcus glande faciet. Glutinum taurinum aceto remiſſum, adiecto ſulphure viuo leni igne decoctū, ita vt ad mellis craſſitudinem perducatur, ſurculóque ficulno dum coquitur agitatum, ac bis per diem impoſitū, impetigines quas Græci ἀγρίας vocant potentiſſimè ſanat. Formiculas quæ Herculaneæ nominantur, contritas modico ſale adiecto, impetigini appone, miraberis remedium. nam celeriter expurgant. Impetigines & lepras hæc compoſitio potētiſſimè extirpat, Thuris maſculi, nitri, argenti ſpumæ, ſulphuris, æqua pondera cum aceto acri teruntur, & pinnula imponuntur, ſiccatúmque medicamen eluitur, & rurſum inlinitur aſſiduè elutum atque ſiccatum. Si locum quem impetigo alludit auro circunſcribas, poſtea eum omnino nō appetet. Loco quem mentagra obſederit, fimum murinum tritum ex aceto oportet imponi, vel eiuſdem muris exuſti cinerem cum oleo apponi ſalubre eſt. Aduerſum elephātiaſin, quod malum plerunque à facie auſpicatur, primúmque oritur quaſi lenticulis variis, & inæqualib⁹, cute alba, alibi craſſa, alibi tenui, pleriſque locis dura, & quaſi ſcabida, & ad poſtremū ſic increſcit vt oſſibus caro adſtricta, tumeſcentibus primùm digitis atque articulis indureſcat. hic morbus peculiariter Ægyptiorum populis notus eſt, nec ſolùm in vulgus extremum, ſed etiam in reges ipſos frequenter inrepſit, vnde aduerſus hoc malum ſolia ipſis in balneo repleta humano ſanguine parabantur. muſtelæ igitur exuſtæ cinis, & eiuſdem belluæ, id eſt elephantis ſanguis immixtus, & inlitus, huiuſmodi corporibus medetur. Nitrum contritum, & ex melle & lacte bubulo impoſitum, elephantioſis prodeſt. Radix aſparagi decocta in aceto & trita, elephantioſis rationabiliter imponitur. Mentaſtri folia commanducata, vel contrita, appoſita elephantioſis medentur, cedro quoque tabes illa aſſiduè peruncta ſanatur. Fel vrſinum leproſos admodum ſanat, ſi eo aſſiduè perlinantur, adeps quoque eius liuores & maculas eximit. Apii ſemen & anethi cōteres, & cum melle miſcebis, atque inde malandrioſis quantum ſufficiat appones. Inula contrita impoſitáque primo quidem exulcerabit, deinde expurgata omni lepra, deterſáque putri & tabida cute, nouam ſimilémque cætero corpori reddet, nec cicatrices fœdas eſſe permittit. Allii decocti aqua crura vlceroſa aſſiduè fota celeriter ſanabuntur. Herba quæ Britannice dicitur, cibo vel potui ſumpta, intra diem ſextum lepræ moleſtiam tollit. Lapati agreſtis radices ſurculo erue, eáſque ſine ferro contūde, adiectóque acri aceto ſubige, & parum ſalis miſce, atq; ex eo omnem corporis aſperitatem in balneo cum ſudore confrica, citò ſanat. Gluten vitulinum aceto remiſſum admixta modica calce viua, vt craſſitudinem mellis habeat, inlines locis leproſis, atque illic ſiccari medicamen permittes, efficaciter proderit. Vulpis ſtercus cum aceto tere, & perūge leprā, citò ſubuenies: omnem autem leprā inlitus hircinus ſanguis emendat. Ad exanthemata curanda oui cocti vitellus cū melle & pſimmythio tritus rectiſſimè adhibetur. Pelliculæ caprinæ ramenta cum pumice trita, acetóque permixta exanthematis proſunt. Lotio humano ſi nitrum admiſcueris, eóque exanthemata frequēter elueris, reprimentur. Œſypum cum melle corſicano tritum & appoſitum, abolet de facie omnes maculas: quidam & butyrum addunt: ſi verò & vituli fimus & fel caninum miſceatur, medicamen vtilius erit, ita vt pariter temperata omnia decoquantur. Cochlearum minutarum quæ paſſim inueniuntur exuſtarum cinis cū melle permixtus, tollit ex facie vitia omnia, lētigines quoque & liuores abolet. Stigmata delentur columbino fimo trito, & ex aceto impoſito, ita vt aſſiduè medicamē ſuperducatur. De tincturis vel maculis corporis abolendis remedium ſic, oculos vel oua ſepiæ in aqua ſolue, & cū melle permiſce, atque inde maculas perfrica, citò abolebuntur. Lac mulieris puellā nutriētis cū melle & oleo permixtū omnes etiam vſtionū maculas tollit.

Si nitrum cum oleo miſceas ad ſpiſſitudinē mellis, atque inde maculas inducas, mirè detergentur, ſanguine quoque caprino maculæ contactæ abluuntur. Si autē neſcias vnde ſit macula, ex cepæ ſucco locum perfricabis, & dulci aqua elues, ſeſamúmque commādueatum ſuperimpones, vel bulbum Africanum tritum cum aceto impones. Ne cicatrices appareant etiam de vſturis, & vt pili renaſcantur, facies tale medicamen, Calcis viuæ — III. adipis porcinæ coctæ & colatæ libram permiſce, & quanto diligentius tere, vel confrica, atque in modum cataplaſmatis appone. Maſtichē perſonatam, ſaponem gallicum, ceram Ponticam, oleum vetus, ſpumam argenti, æquis ponderibus miſcebis, & coques ad ſpiſſitudinem liparæ, atque inde emplaſtrum maculis in facie, vel puſtulis, & vlceribus appones. Ad nigredinem, & maculas colli & vultus purgandas, farinam de faba cum humore peponis (id eſt ſucco eius interiore) miſcebis, & facies trochiſcos octo, & ſiccabis in vmbra ex octo illis: quantum ſufficiat teres cum aqua, & inlines maculas, atque ita vteris ante balneum, vt ſiccetur inlitio, & ſic ingredieris: & quum humorem acceperis in calore, tū perfricabis, & elues. Ad tumorem ſiue liuorem de facie tollendum, herbam rhodiam ex aceto tritam inline, & ſiccare permitte, atque ita elue. Vrticæ folia cōtere, & ipſa tantummodo cum ſucco ſuo cohibendis tumoribus, vel abolendis liuoribus frequenter appone.

Ad genas ſcabras & cicatrices maxillarum remedium ſic, Chalcitidis drachmas XX. miſyos drach. X. croci drach. VI. thuris drachmas X. myrrhæ drachmas V. opopanacis drachmas V. aceti 8. V. mellis optimi 8. II. S. quæ ſicca ſunt tundes, & in puluerem rediges, & ex eo coques cum aceto, & poſtea melle admixto ſimul omnia teres, donec ſufficienter medicamen ſit ſpiſſum vel liquidum, & in pyxide ærea pones, & quum opus fuerit vteris ad perūgēda vel ſuperliniēda quæ ſunt. Ad genas ſcabras & ſcabidas & veteres cicatrices remediū ſic, Æris vſti & loti, myrrhæ, opii drach. ternas, Cadmiæ vſtæ, & extinctæ vino drachmas VIII. hæc in puluerem redacta ex aqua fontana vel cæleſti teres donec leuia ſint, & quum glutinoſa fuerint, ſuperaddes mellis optimi deſpumati cotylam vnam, deinde perfricando vel terendo concorporabis omnia, & in pyxide ærea condes, & quum volueris vteris ad ſuperlinienda quæ ſunt. Spongia noua cum aqua ſalſa calida ſæpius impoſita, ſuggillationes liuoréſque detergit. Fimus ſuillus in teſta arefactus & tritus, & cum oleo impoſitus, mirè ſanat liuores. Apium viride ſubtiliter tritum cum oui albo inlitum, liuoribus prodeſt. Malua erratica trita & calida panno inducta, & oleo peruncta, & ſic appoſita recētibus ſuggillationibus ac tumoribus & vexationibus neruorū valde medetur. Ad puſtulas papuláſve de facie tollendas medicamen compones ſic, Sagapeni — II. ſcobis eburnæ delicatiſſimæ IX. myrrhæ II. S. aphronitri II. S. tragacanthi — VI. tunſa hæc & cribrata cum melle liquidiſſimo & cādidiſſimo teruntur, ita vt craſſitudinem habeant mellis denſioris: ex eo in balneo vel ante horam lauandi facies diligēter inlinitur, & poſt balneum eluitur.

Vt liuorem de facie tollas, gladiolum herbam paluſtrem harundine aut oſſe acuto radicitus auelles, obſeruās prorſus ne ferro eam contingas, huius radices tunſæ & ſubactæ, atque emplaſtri more appoſitæ, liuores potenter emendant. Radicis quæ manducatur, id eſt raphani cortex, tritus diligenter & cum melle permixtus inlitúſque, ſuggillationes atque liuores qui ex ictib⁹ eueniūt celeriter abſterget. Origanum ad ſummam leuitatē tritum in linteolo vdo appoſitum, liuores de quo volueris loco ſtatim tollit: mentaſtri quoque folia trita & appoſita idem præſtant. Nitrum ex melle & lacte bubulo tritum atque permixtum appoſitúmque, vlceribus in facie natis aut factis citiſſimè medetur: ipſum etiam nitrum cum puluere opii & ſucco thapſiæ tritū appoſitúmque, liuores ſtatim eximit. Caſeus caprinus mollis (id eſt recens) cum melle ſubactus impoſitúſque & pāno deſuper tectus aut linteo, ſuggillationes liuoréſque celeriter abſterget. Mali, id eſt pomi quod manducatur, vel etiam Punici corium contuſum admixta polenta impoſitum, & liuores abolet, & dolores ſedat. Lauri baccarum quartarium vnum, myrobalani ſemunciam, fœnigræci heminā, ſerpylli non multum, tunſis quæ tundi oportet, atque omnibus in vnum permixtis, medicamen vtile abolendis liuoribus facies, quo per triduum cōtinuum, ſi ita neceſſe fuerit vteris. Pulmo ouillus quārecentiſſimus protinus, dum adhuc tepet appoſitus, continuò diſcutit, & expurgat liuores. Alni folia quamplurima & recentia ſuperimpone, & alliga, medeberis tumori, liuorem verò etiam eum qui de ſanguine collectus videbitur tolles. Abſinthium tritum, & cum melle diligentiſſimè ſubactum malagmatis modo impoſitū, liuores citò eximet. Vitelli ouorum incoctorum coagitati, & inliti liuores qui ex tumore aut conliſione aliqua facti erunt, etiam veteres extenuant.

Ad lentigines de facie tollendas, lenticulam cum ſcobe tenui de cornu ceruino, & ſeuum ceruinum pariter diuide, coque, & tere, atque inde faciem vel ante horam balnei, vel etiā in balneo frequenter inlinito, ita vt quaſi pro pane molli vtaris: efficaciſſimum medicamētum experieris, ſed lenticulæ maior pars ſit, cornu & ſeui æqualis menſura. Herbam verrucariam (id eſt heliotropium) contuſam & ſubactā, adiecta ſalis mica, appoſitámque malandrioſis, vel iis qui verrucas patiuntur, prodeſſe plurimum conſtat. Verrucarum genera omnia ſimi canini exuſti cinis curat impoſitus: vrina quoque canis cum ſuo recenti luto inlita plurimum prodeſt.

Sanguis recens muris occiſi, vel ipſe mus diuiſus, atq; appoſitus, ſanat & abolet verrucas. Fimus ouillus recēs manib⁹ ſubactus, & emplaſtri more appoſitus deterget verrucas. Ad lichenē fabæ farinæ vnciā vnā, fœnigræci farinæ vnciam vnā, ſampſuci vnciam vnam, farinæ hordei vnciam vnam, aphronitri vnciam S. ſulphuris vnciam S. erui farinæ vnciam S. hæc omnia in pollinem tenuiſſimum redacta aceto colliges, & permiſcebis, & ita licheni appones.

AD OMNIA STOMACHI VITIA, ET AD omnes eius cauſas & dolores, & ad omnem cruditatem atque indigeriem depellendam, & ad omnem viſcerum atque aqualiculi confirmationem, antidota, epithematia, potiones, oxyporia, vnctiones, aliáq; nōnulla rationabilia, & phyſica remedia diuerſa, experimentis probata, vſúque collecta, Cap. XX.

PRincipale atque vnicum remedium ad ſtomachi & lateris dolorem, aliáque nōnulla interni corporis mala, ſeu cum febre ſiue ſine febre fuerint. eſt enim compoſitio mirifica, multis omnino neceſſaria infraſcriptis cauſis: non ignorata quidem antiquioribus medicis propter effectuum probitatem, ſed præcipuè à Paccio Antiocho auditore Philonidis Catiniēſis vſu inluſtrata. Fecit enim magnos quæſtus ex ea propter crebros ſucceſſus in vitiis difficillimis: ſed ne hic quidem vnquam vlli viuus viuo compoſitionem iſtam oſtendit. Poſt mortem Tiberio Cæſari per libellum ſcriptum data eſt, & per eum in bibliothecis publicis poſita, venit in manus noſtras, quam antè nullo modo extrahere potuimus, quanuis omnia fecerimus vt ſcirem⁹ quæ eſſet. Ipſe enim clauſus cōponebat eam, nec vllis ſuorum committebat: pluráque quàm recipit pigmenta emi & contundi iubebat, fallendi ſuos cauſa: & ſanè in libello ipſe fatetur non à ſe inuentam, ſed vſu exactiore comprobatam, ad quæ vitia, & cum quib⁹, & quemadmodum data proficeret. eſt enim non ignota, ponderib⁹ tamē antiquis aut adiecit aut detraxit aliquid, & res quæ in hac compoſitione ſunt, non vtique conueniunt ad antiquitatem, interdum enim earū quædam, & non tam multa, quædam minus, & pondere & numero ſpecierum accipiunt, atque ideo nō idem omnibus præſtāt, quū interim hæc mirifica tēperatura cōpoſita mirificos effect⁹ habeat. Facit verò hoc medicamētū nō ſolùm ad ſtomachi & lateris dolorē, ſed etiā ad plura vitia efficaciter: quamobrē ſemper habendū eſt cōpoſitū. Percurrā

autem quambreuiſſimè ad quæ vitia qualiter datum proſit,vt & in libello eius ſcriptum eſt, & ego ex magna parte expertus ſum. Sanat ergo morbo comitiali correptos(quos epilepticos Græci vocant)& furioſos,quos μαινομένοις dicunt.

Item ſanat quibus ſubitò tenebræ obuerſantur in oculis cum vertigine quadam:(σκοτωματικοῖς hos Græci appellãt) nec minus diutino correptis capitis dolore(quem cephalæam appellant)prodeſt data,denariis duobus, ex aquæ mulſæ cyathis quatuor, quum remiſſi fuerint: & ſi frequenter quibus neceſſaria eſt corripientur, poſt binas ternáſve acceſſiones danda erit. Hæc antidotos hiera dicitur. hoc enim nomen tribuit ei propter duas cauſas,vt exiſtimo:vnam,ne nomen eius verum dicendo,oſtenderet quæ eſſet:(Dicitur enim à quibuſdam picra quia amara eſt, à quibuſdam diacolocynthidos) alteram, quod ideo inditum eſt,quò magis ſub tanta ſpecie nominis commendaret medicamentum. Sed ſi longo ex interuallo acceſſionibus ſupraſcriptis quibus medendum eſt vexabuntur,in remiſſione earum,& in alio atque alio dolore ſæpius dandum erit medicamentum. Ita enim aut ex toto remediabitur, aut certè minuetur impetus vitiorum,& ſedabitur, interualláque maiora accipiet. Dari autem oportebit ſecundum purgationem bilis. nam fellita,& ſpumoſa, & glutinoſa deiiciunt qui acceperint cum ptiſſanæ cremore, aut cum olere leui ex vrtica,& lapatho,& malua facto. Facit bene hæc compoſitio & ad ſuſpirium,& ad vocis abſciſſionem, & ad ſubitas præfocationes ex qualibet cauſa ortas, & ad eos qui ſæpe exiſtimant ſe ab incubone illudi, qui vſque eo hac moleſtia vexantur vt interdum & vitæ periculum adeat. Eſt enim vitium non contemnendum,maximè in proceſſu ætatis,quibus dandum erit medicamentum proximo die eius noctis qua incubonem pertulerint, quum interuallum à ſomno fecerint, & quod ſatis ſit deambulauerint. Dari debet ex aquæ in qua hyſſopum aut marrubiũ fuerit incoctum cyathis quatuor,vel quinque,ad pondus denarii vnius,vel victoriati,prout res aut ætas poſtulauerit: deinde poſt horas tres vel quatuor cremor ptiſſanæ, aut altera ſorbitio leuis detur.facit hoc medicamẽtũ ad eos quorum muſculi maxillares cum maximo dolore tenſi ſunt, adeò vt aperire os nullò modo poſſint:tetanõ hoc vitium Græci dicunt.

Item facit ad deprauatam faciem in vtranlibet partem,cynicon ſpaſmon hoc iidem appellant genus morbi: præcipuè verò ad pectoris lateriſque dolores prodeſt ex qualibet cauſa factos, ſiue latenti ſiue manifeſta, aut ex caſu aliquo,aut ſupra vires,& ſupra modum ponderis portati,vel ex contuſione, quæ frequenter gladiatoribus accidere in præluſionibus ſolet. Nec minus eorum maximè ſanitati conuenit qui arbore alta delapſi ſunt,vel ſcalis deuoluti,aut excuſſi rheda,vel curriculo tracti. Sed iis(id eſt ex manifeſta cauſa vexatis) cũ aceti cyathis tribus vel quatuor danda erit antidotus: iis verò qui ex occulta cauſa laborant,ex aqua mulſa proderit data: præterea neruorum tenſionibus & contractionibus, atque doloribus omnibus mirificè conuenit. Quamobrem facit & ad tremulos, & ad ſideratione tentatos vtralibet. vna enim cum contractione, altera cum remiſſione neruorũ conſpicitur.

Paralyſin hoc vtrunque vitium Græci appellant:ad quod etiam quum correpti ſunt, prodeſt ex aquæ mulſæ cyathis tribus quatuórve datum,ad pondus denarii vni⁹, aut victoriati,admixto caſtorei denarii ſemiſſe: prodeſt & ad articularem morbum(quem arthritim Græci appellant) & ad ſpinæ totius lumborúmque dolorem ex aqua mulſa datum iuxta vires cuiuſque.

Item ad podagram benefacit. nam & in præſentia detractionem doloris releuat,& in futurum omni moleſtia liberat. dimidio enim celerius ſanantur qui acceperunt hoc medicamentũ quàm prius ſolebant ſanari.Quid dicam quemadmodum profit ad duritias mammarum muliebrium,quæ cum dolore magno ſolent naſci, quáſque nullum aliud medicamentum releuat. nam has & ad præſens admodum curat, & in perpetuum ex toto interdum ſanat, quas quidem cauſas plerique medicorum inſanabiles affirmãt.carcinomata enim & cacoethes hæc vitia ſequuntur.Sed ego honeſtas fœminas quaſdam ſæpiſſimè hoc medicamento affirmo ſanatas. illud verò ſupra omnium opinionem eſt,quòd ſtomachicis euidẽter conuenit,quum ſit viroſiſſimum amariſſimúmque medicamentum,& ſtomachus ne aduerſum leuia quidem & ſimplicia medicamenta aptus ſit. Sed diſpoſuimus in huiuſmodi rebus potentiorem vſus rationem ſequi. expertus enim quiſque intelliget ſtomacho quoque hoc medicamentum eximiè prodeſſe. Remediat enim eos quibus frequenter inaceſcit cibus, & eos qui ſtomachi inflationibus vrgentur, vel doloribus vexantur aſſiduè,& vel nauſeant,vel nimia ſaliua abundant,vel inedia conſumuntur, ſtomachúmque ita ſolutum habent vt ex eo varios liquores ſubinde reiiciant, cõſentiente capite, vt nullum genus cibi continere poſſint.

Item ad bilem atram generantes(quos melancholicos vocant)benefacit.oportet autem non continentibus cibos, ſecundum vomitum protinus oleo perunctis, & diutius preſſè fricatis dari medicamenti denarium vnũ ex aquæ cyathis tribus:deinde artus eorum conſtringere, & interdum olfactariis reficere, & commanducatione oliuarum contuſarum, earúmque rerum quæ ſtomachum conſtringere ſolent,ſuberectos recubantéſque alere: dein de vbi deiecerint ſolutis vinculis rurſum perungere,& fricare totum corpus,atque ita varietate ciborum & perunctionis,ſtomachum proritare,ita vt reficiantur halica ex mulſo,aut malorum cydoneorum ſucco,vel ex granis Punicis facto,aut ſiquos magis delectabit,frigida poſca, ſecundum quæ ſumpta & hapala proderunt oua, & intubi cocti vel non cocti ex aceto dati. Itémque lactucæ & caules haploſiles ex poſca decocti, aut vngula porcina excocta,& madida, vulua quoque, & murices, & pelorides plurimum iuuãt,& pomorum præcipuè ſorba,& mala orbiculata,& pira ſeauriana,cruſtumina ſigninàque in olla repoſita:item proſunt vuæ ex olla ſumptæ. Hæc enim & huiuſmodi quæ ſunt iis ſimilia,confirmant ſtomachum:quibus eſcis & in ſequentibus diebus vti oportebit,paulatim ad conſuetudinem progredientes,donec omni moleſtia liberentur.

Eſt & illud ſtomachi vitium quod cum ſiccitate & ardore eius,& ſiti inrequiebili, & (vt ita dicam) inextinguibili naſcitur, ἔκκαυσιν Græci vocant,ab eo quòd exſiccat omnem ſtomachi humorem. Scimus quoſdam vrnas aquæ bibiſſe,nec ſitim aliqua ex parte in præſentia compeſcuiſſe.ad hoc denarius vnus,vel pondus victoriati datum ex aquæ frigidæ cyathis tribus,ita prodeſt vt facilè abſtinere à potu diebus proximis poſſint.

Lienoſis verò ex poſca, & iocinoris duritiem diutinam habentibus ex aqua mulſa datum ſatis cõuenit: nec minus hydropicis,quibus datur eadem ratione. Sed iis per cõplures dies oportebit in ptiſſanæ cremore ſine vllo alio liquore dari: prodeſt compoſitio hæc & colo inflato & cæteris inteſtinis:futuras quoque vel iam factas vomicas iiſdem partibus,aut diſcutit,aut celerius aperit.

Item menſtrua mouet mulieribus quæ difficulter purgãtur.dandum autem erit iis medicamentum ex aqua in qua decoquatur herba quæ artemiſia dicitur, aut quæ dictamnos appellatur. Etiam ad papulas,& ſacrum ignẽ,vel quã zonã vocãt, benefacit data ex aqua mulſa, detracto prius ſanguine, ſi res poſtulauerit: quod & in aliis omnib⁹ vitiis ſuprà dictis faciendum eſt. omnia enim auxilia adhibenda ſunt quæ ex vſu prodeſſe comperta habemus,quia adiuta antidotos faciliores habebit effectus. Recipit ergo hæc, Chamædropis quæ herba ſimillima quercu folia habet, agarici, cucurbitæ ſylueſtris,(quam colocynthidam appellant) ſtœcadis, ſingulorum denarios denos,opopanacis,ſagapeni, petroſelini,terræ mali,piperis albi, ſingulorum denarios quinos,cinnami,nardi ſpicæ,myrrhæ,folii, croci,ſingulorũ denarios quaternos:in vnũ omnia diligẽter ponderata contũdũtur & cribrantur,præter opopanacẽ & ſagapenũ & myrrhã.hæc enim mortario teri debent,adiecto melle tenui(id eſt quam liquidiſſimo)deinde cæteris permi-

ſcentur,quæ & ipſa recipere debent tantum mellis quan-
tum ſatis erit ad comprehendenda,& continenda ea, vel
cōglutinanda. Reponitur medicamētum vaſe vitreo ſub
ſignaculo , datur vt ſuprà diximus , & quemadmodum
diximus,cum ſumma obſeruatione pro cuiuſque rei cau-
ſis,vel menſuris,vel neceſſitatibus.eſt prorſus ſacrũ,vt au
ctor nominis huius appellauit. Siquando autem effica-
ciore voluerimus vti,propter difficultatem naturalem vi
tiorum,aut cauſarum diuturnitatem,vt ſi dandum ſit fu-
rioſis,aut comitiali morbo correptis,vel lumborum per-
petuum dolorem habentibus,podagráve cruciatis, cucur
bitæ ſylueſtris adiiciemus ad ſuprà dicta pondera dena-
rios decem,& opopanacis atque ſagapeni denarios qui-
nos:quamobrem vtraque parata debent eſſe medicamen
ta, vt quum opus opus fuerit, vſus vtriuſque in promptu
ſit.Illud ſanè præ cæteris mihi credas velim , dum in aliis
rebus ipſe vim eius experiris , hoc medicamento non ſo-
lùm non noceri ſtomachum,verumetiam refici, & confir
mari ſupra omnium opinionem. Medicamentum quod
propriè aduerſus ſolutionem ſtomachi facit , & fluorem
eiuſdem,maximè verò quum infirmi nihil cibi retinere
poſſunt,& quicquid datum eſt reiiciunt:recipit hæc, Ma-
ſtiches candidæ vnciam,tragacāthi albi vnciam , apolli-
naris herbæ radicis vnciam vnam: contunditur tragacan
thum cum radice,poſtea maſtiche trita adiicitur & repo
nitur medicamentum in vitreo vaſe. Dantur quum opus
eſt,cochlearia bina,aut,prout oportuerit,plus minúſve,ſe-
cundum vomitum factum ex aquæ frigidæ cyathis tri-
bus.

Ad ſtomachi dolorem & inflationem remedium
ſic,Palmarum denarios xxx.aneſi ✳ IIII.croci ✳ II. git ✳
II.aſari ✳ II.myrti nigræ baccarum ✳ IIII. iuniperi baccas
enucleatas numero viginti. cōtundũtur ſeorſum omnia,
& in vnum commiſcentur:deinde fiũt paſtilli,alii ad mē
ſuram denarii , alii ad pondus victoriati : dantur ieiunis
ex aquæ cyathis tribus, aut ex protropo muſto , quod eſt
paſſi genus. Medicamentum ſiccum ad ſtomachi
inflationem,& dolorem, & inediam , mouet & vrinam:
ideo facit & ad hydropicos,& iecur durum habentes , &
ad auriginem(quam quidam regium,quidam arquatum
morbum vocant)refertur in Muſam Antonium : recipit
autem hæc,Aloes denarios v. croci,cinnami,nardi Syria
cæ ſpicæ,aſari,xylobalſami,maſtiches Chiæ, ſingulorum
denarios ſenos,dantur cochlearia bina vel terna ex aquæ
cyathis tribus. Potio Coſmiana ad omnem inter-
num dolorem,ſed facit mirificè ad ſtomachi dolores , &
ad tuſſicos & phthiſicos,ſanguinem & pus reiicientes, &
ad iocinoris vitia atque pulmonis,& ad lateris dolorem:
nec minus ad torminoſos, & conuulſam aut ruptam ali-
quam partem inteſtinorum,& ad diſtillationes , & ad eos
qui ſomnum nullo modo capere poſſunt. Facit & ad hy-
dropicos.ſiccat enim mirificè eos:componitur ſic, Dauci
ſeminis denarium vnum,alterci ſemiins denarium vnũ,
thuris denarium I. A. S . myrrhæ denarium vnum , croci
denarium I. A.S.fiunt paſtilli ad denarii ſemiſſem,dantur
etiam febricitantibus,& ſine febre potiſſimum , pleuriti-
cis & peripneumoniacis ex aquæ mulſæ dilutæ cyathis
duobus,phthiſicis ex poſca. Ad conuulſa autem & rupta
ex melle & aceto , cæteris ex aqua calida , vel frigida.
Facit hoc medicamentum etiam ad eos quibus ſtoma-
chus inaceſcit. Antidotus qua vtitur Coſmus ad o-
mnia interna vitia quæ ſuprà ſcripta ſunt,necnon & ad
omnes ſerpentum noxios morſus:recipit hæc,Glycyrrhi-
zæ denarios VIII.S. & tertias victoriati,vel duas partes,o-
pii denarios ſeptem, & tertias partes victoriati , vel duas,
caſtorei denarios VI,& victoriati duas tertiáſve partes,pi-
peris longi denarios quinque,& victoriati partem tertiã,
piperis albi denarios quinque,& victoriati duas tertiáſve
partes,nardi Syriacæ denarios VI. S. dauci ſeminis dena-
rios VI . malobathri denarios v. S. caſiæ nigræ denarios
quinque,& victoriati ſemiſſem,thuris denarios v. ſil de-
narios v.& victoriati duas tertiáſve partes, roſæ caninæ
ſucci denarios ſex,acori denarios duos,ſagapeni ✳ II.bal-
ſami ſeminis ✳ II. ſcordii ✳ v. & victoriati duas tertiáſve

A partes,myrrhæ ✳ VI. croci ✳ VI.& duas victoriati tertiáſ-
ve partes,ſtyracis ✳ II.S. cinnami ✳ VII.& victoriati duas
tertiáſve partes,zingiberis ✳ VII.& victoriati duas tertiáſ
ve partes , phu ✳ VII.petroſelini ✳ XIIII,& duas tertiáſve
victoriati ponderis partes,fœniculi ſeminis ✳ IIII. ſaliun-
cæ ✳ IIII.rutæ ſyluaticæ ✳ II.agarici ſucci ✳ II.gentianæ ✳
IIII. iridis Illyricæ ✳ v .aneſi ✳ III.thlaſpi ſeminis ✳ VI,&
victoriati tertiam partem,roſæ foliorum ✳ IIII . miſyos
✳ v. gummis acanthini ✳ II. cardamomi ✳ IIII . ſchœni
floris ✳ IIII. & victoriati duas tertiáſve partes, opopana-
B cis ✳ VI.& victoriati duas partes,& ſextantem , reſinæ te-
rebinthinæ ✳ v I. & duas tertiáſve victoriati partes,in vi-
no Chio vel Falerno bono odorato , omnia contuſa cri-
bratáque conſperguntur,& paſtilli inde fiunt diuerſi pō-
deris,vel menſuræ,quanta auellana & quanta faba Ægy-
ptia eſt,qui dari debent,nō febricitantibus ex mulſo,in-
firmis ex aquæ calidæ cyathis tribus.

Pulegium tritum, vel in aqua maceratum , adiecto
aceti paululo,& potum,nauſeam ſtomachi ſedat.

Thymbra trita cum melle ſumpta pituitam concre-
C tam in pectore,& ſtomachi collectiones extenuat: mar-
rubium quoque tritum vel ſuccus eius cum melle epo-
tus,ſtomachi dolorem protinus tollit.

Scordii ſuccus ad menſuram denarii potus, morſus
ſtomachi tollit . datur enim ſine febre languentibus ex
mulſo,febricitantibus verò ex aqua mulſa. Polion
herba,quæ à quibuſdam libanotis appellatur,trita vel ſuc
cus eius cũ melle tenui(id eſt modico) potus, morſui vē
tris & ſtomachicis prodeſt.

Centaureæ tenuis ſuccus quantum cicer ex aqua da-
D tus,ſtomachicis prodeſt. Origanum quoque tritum mor-
ſus ſtomachi ſedat potum ex aqua tepida : extrahit enim
concretos liquores.

Proſunt etiam quædam in aqua macerata ſtomacho,
vt pira,mala cydonia,palmæ cariotæ Thebaicæ, meſpila,
capreoli de vite,roſæ folia, granorũ Punici mali ſuccus.
benefacit etiam ſuccus malorum cydoneorum per ſe co-
chleario ſumptus, vel cum alphita , aut alica , aut trago,
aut oryza.

Solutum autem ſtomachum & omnia reiſcientem,
E initio quidem curari oportet extrà(id eſt forinſecus)im-
poſita ei ſertula campana cocta ex vino vetere , aut ex a-
qua mulſa, vel myrteo oleo trita , cum aceto & myrrha,
nec minus lanam ſuccidam vel ſpongiam aceto intinctā
& expreſſam apponi oportet . Faciunt bene & folia vitis
trita,& mala cydonia trita,& palmulæ tritæ, & emplaſtri
more cum ceroto ex myrteo oleo facto impoſita,& folia
tenera rubi,vel lentiſci,vel portulacæ,aut aizoi, cum po-
lenta ex aqua frigida conſparſa,impoſita proſunt. frican-
dæ autem erunt hæ difficutates ſtomachi, nec minus ſca-
F pulæ oleo vetere, vel aliquolibet calefactorio vnguento.
Cibos verò dari oportet huiuſmodi, polentam cum paſſo
protropo,vel cum vino Falerno dulci , vel fauſtiano , at-
que alio eiuſdem generis. Item lenticulam cũ beta
vel oryza,incoctis illic malis cydoneis,aut palmulis The-
baicis,aut baccis myrti,vel foliis,aut granis mali Punici,
aut lentiſci foliis teneris,aut rubi,admixto illic aliquo ſu-
pradicti generis vino. panis autem huiuſmodi difficul-
tatibus prodeſt ſummatim fermentatus : edulia quoque
proſunt hæc,intubi, lactucæ ex aceto,braſſicæ , ſiſer , co-
G chleæ bullientis fruſtella,vngellæ,turdi,perdices , turtu-
res,attagenæ,palumbi,cancri,locuſtæ, lolligenes , ſepiæ,
muli,murices,purpuræ,pectunculi.

Ad reſolutũ ſtomachum dari oportet protinus quæ
reiecerit panem ex aqua frigida,vel ex poſca, & ſi ne hoc
quidem continuerit, ſtatim dare debes lentem, & betam
coctam,vel alicam, vel oua hapala , vel vngellam diſco-
ctam,vel cochleas elixas,aut murices , & aquã frigidam:
ſed ſi nihil ſupradictorum continuerit , dandus erit vini
auſteri meri cyathus, & ex interuallo bis térve rurſus idē
H faciendum erit. Vinis quoque vtendum eſt ſatis
ſtomacho vtilibus,aut ex baccis myrti factis , aut ex ma-
lis cydoneis preſſis, aut ex iuniperis , vel hyſſopo condi-
to , vel origano,vel ex marrubio,vel ex ruta ſyluatica,vel

ex herba lucernaria,quam Græci phlomon vocant,vel ex A ſcordio,vel ex centaurea,vel ex lycio,vel abſinthio,vel ex terebintho , vel ex lentiſco , vel ex piris Syriacis, vel ex malo granato.

Ad inflationem ſtomachi & ventris dolores dandum eſt huiuſmodi medicamentum , Piperis denarios quatuor , caſtorei ✱ I.opii ✱ II. myrrhæ V. petroſelini ✱ IIII.aneſi ✱ III. nardi Syriacæ ✱ I. contunduntur & cribrantur omnia,& permiſcentur,inde datur, & ante noctē B & in noctē cochleariū,vel plꝰ,pro cuiuſq; viribus,cū cyathoaquæ calidæ,vel mellis quātū ſatis videbitur. hæc potio ſomnum conciliat, concoctiones doloréſque omnes ſedat: præcipuè autem prodeſt mulieri quæ collo vexatur,& viris eodem modo laborantibus conuenit.

Item ad tumores præcordiorum etiam in febribus , & ad tuſſim,& ad lateris dolorē,& ad conuulſa,vel rupta,ni teriora , & ad vrinæ difficultatē data plurimū iuuat. Ca taplaſma hoc ſtomacho imponere nō alienum erit , Mali cydonei ex farina cocti(id eſt illic inuoluti)denarios VI. C careotarum pulpæ ſubactæ ✱ III.ceræ ✱ VII.croci ✱ II.abſinthii ✱ II.olei malini aut myrtei ✱ III. vino conſpergitur crocum arida tunduntur,cera liquatur,& ſimul omnia commiſcentur, atque ita apponuntur manè in lecto ſtomacho laboranti. Hoc quoque cataplaſma ſtomacho vtiliſſimum eſt, Palmarum interiores partes ✱ III. croci ✱ III.hypociſtidos ✱ I.S. mali cydonei cocti(vt ſuperius dixi) ✱ VI.abſinthii ſucci ✱ III. floris mali granati ✱ I.S. fæces vini Chii ✱ VI. ceræ ✱ XII . olei myrtini ✱ XII. chamælex eius quæ ſimilia folia habet oliuæ ex aquæ coctæ ✱ VI. D mirificè enim prodeſt ſtomacho, præcipuè ſuccus eiuſdem ſimiliter impoſitus ad conuulſa & rupta conuenientiſſimum eſt. Hiera ad ſtomachum confirmandum:mouet interdum ventrem , interdum vrinam:conficitur ſic, Aloes ✱ V.xylobalſami,acori,croci, nardi Syriacæ,maſtiches Chiæ , ſingulorum denarios ſenos , malobathri ✱ I . teruntur quamdiligentiſſimè ſeorſum omnia:ac deinde mixta in vnum reponuntur. Quū opus eſt dantur inde cochlearia quibuſdam duo, quibuſdam tria ex aquæ cyathis ſex, vel mixtis cum vini cyathis tribus, E vel ex quolibet alio liquore prout conueniet ſtomacho eiuſdem menſuræ dabitur. Pertice coſmiana.hoc medicamentum ad ſtomachi vitia & ad coctionem valde vtile eſt:accipit hæc,Petroſelini denarios VII. phu denarios IIII. piperis albi ✱ XIX . inulæ ✱ VI. nucum iuglandium animatarum ✱ VI. nucum pinearum animatarum ✱ XII. amii ✱ VIII.liguſtici ✱ XII. zingiberis ✱ VIII.carei ✱ XII.apii ſeminis ✱ XII.aneſi ✱ VIII.cardamomi ✱ VIII. acori ✱ VI. dauci ſeminis ✱ VIII. coriādri ſeminis ✱ XII. fœniculi ſeminis ✱ VI.Facit bene hæc F compoſitio quum habeat in ſe nihil tetri medicamenti, ad inflationem ſtomachi,& cruditates,& acidas ructationes,& ad ventris dolorem , & vrinæ difficultatem , & ad conuulſa intrinſecus,& rupta omnia, & ad horrores:mouet etiam menſtrua mulierum quum difficulter purgantur. Item detrahit ſiqua ex partu aut abortu in trinſecus nociua ſubſtiterunt.datur omnino ſine metu & ieiunis & ante cœnæ tempus,& poſt cœnam , ad menſuram denarii vnius vel duorum,ex aquæ cyathis tribus, & ſi plus ponderis quiſlibet ſumpſerit,non lædetur.prægnā G ti non eſt dandum hoc medicamentum nec febricitanti.

Antidotum Philonianum ad omnes internos dolores,quod ad tenſiones ſtomachi & empneumatoſin præcipuè facit,colicis quoque prodeſt, quibus in dolore ex aqua frigida datur,cæteris ex calida cum oxymelite dari debet,tuſſim ſedat,tertianas mirificè tollit,ante momentum ſuſpicionis datum.Omnibus autem ad modum fabæ dandum erit:conſtat ex iis,Croci ℈ XV.pyrethri ſemūciam,euphorbii ſemunciam,ſpicæ nardi ſemunciam, piperis albi vncias duas ſemis, hyoſcyami — II.S. opii ℈ III. H melior erit ſi addas petroſelini ℈ III . dauci cretici ℈ III.colligitur melle Attico,& in vaſe vitreo ſub ſignaculo reponitur. Stomacho laboranti cochleæ proſunt ſi in aqua ferueant,& ſic carbonibus torreantur, atque ita ex ænogaro ſumantur impari numero. Stomachum reumatizantem & dolentem,& lāguentem,& diſſolutum,primùm manſio lucida, & nō nimium frigida, nec ſatis calida bene accipit, tum cataplaſma fieri debet de foliis vitium,vel ſi vineæ folia non fuerint , de rumicis,ſiue rubi foliis, vel de ea ſummitate rubi quæ ſatis tenera eſt.hoc diligenter teritur cum dactylis quinque minutatim carptis,in aceto diu maceratis.

Epithematio autem hoc poſt cataplaſma vti oportet, quod fieri debet de plantagine ea quæ arnogloſſos dicitur,cum aceto trita: cibis autem vti debet cui medēdum eſt auſteris & ſtypticis.

Cataplaſma fit ſtomacho laboranti ex pomis cydoneis optimè percoctis,quæ poma manibus ſubiguntur:deinde roſa ſicca teritur,& cribello medicinali cribratur,tum aceti optimi quantum ſufficiat adiicitur:& ſimul omnia permiſcentur,factúmque cataplaſma ſtomacho calidum apponitur. Portulaca (hoc eſt allium Gallicum) coquitur diligentiſſimè,& coctum bene edetur ex aceto ab eo qui ſtomachum dolebit,vel vitioſum habebit . citò ei proderit. Cuminum teres, & vino mixtum dabis bibendum ieiuno ſi non febricitabit: ſi febricitabit ex aqua tritum dabis,continuò emendabis ſtomachi dolorem. Nardum & maſtiche,& ſemen apii cum bacca lauri,& abſinthii ſemine,æquis potionibus cōteruntur: puluis hic ſuper ſtomachum aſperſus mirè eum reficit.

Abſinthii viridis manipulum , in cacabo nouo fictili cum aquæ hemina decoques ad tertias,& in ipſam potionem mittes maſtiches modicum,& piperis triti grana ſeptem,vel nouem,& ſic manè ieiuno bibendum dabis,cōtinuò ſentiet laborantis medelam.

Ad ſtomachi carbunculum reprimendum dactyli in vino auſtero macerantur,& admixto pomo cydoneo cocto,& roſa,& maſtiche,& aloe,& oleo roſaceo, ſtomacho apponūtur,ita vt cataplaſma inde exactiſſimum fiat: præterea ſemper ante cibum infirmus ſtomacho debet accipere mellis Attici cochlearia duo, vel tria pariter,in vino auſtero decocti,quod duplū ſit quàm mel , vel pro vino auſtero ſuccus roſarum permixtus detur. ſiccat enim ſtomachum,& recreat diſſolutum,& tardè cibum conficientem confirmat, Mellis libra vna, ſinapis toſti ac pòſt diligēter triti vnciæ duæ,pariter coquūtur: ex eo plenum cochleare ieiuno qui ſtomachi dolore laborauerit datur.

Ad ſtomachū nauſeantē & aceſcentē,Coriandri ſeminis triti ℈ III.& lactucæ albæ ſeminis triti cochleare vnū, ſi hæc aqua permixta ieiunus accipiat,prodeſt. Stomachum corroborat herba abſinthii decocta cum vino auſtero,atque ita ſubinde pota,ſi febres non erunt:quòd ſi inquietudo fuerit, cum aqua coqui & dari debet: mirum eſt.

Ad ſolitaneos ſtomachi dolores malagma ſic cōpones,fœnigræci cyathum,lini ſeminis cyathum , hibiſci purgati librā vnam,aquæ 8.IX. olei 8.IIII. ſpumæ argenti libram vnam,ceræ ruffæ P.I.S.hæc omnia in vnum concorporabis,& decoques,& quum malagma feceris,in pānum induces,& ſtomacho appones, & circa viſcera tandiu habebis,& tam aſſiduè appones donec dolor abſcedat.

Ad ſtomachum faſtidientem eſcam, & reuomentem, roſæ dimidium,quod ſemen portat (id eſt ipſum florem croceum)contundes,& aluminis ſciſſi,cyperi,bdellæ,abſinthii ſuccum,meliloti,roſæ ſiccæ, acaciæ, iridis Illyricæ,olei nardini,ceræ,opobalſami, pares menſuras harum omnium ſpecierum conteres in mortario marmoreo , & ſtomacho epithematium mirificum ſuperpones ad ignē, vt eſt conſuetudo,compoſitum. Epithematium optimum ad ſtomachum reparandum,Maſtiches vncias VI. aloes — III. ſtyracis — II. ceræ P.I.nardi — VI.hæc pariter miſcebis,& epithematium ſubtile facies,quo multis horis,certè hyeme per totum diem,vti poteris.

Ad dolorem ſtomachi vettonicæ radicis faſciculū in olla decoques ex aqua, eandémque ollam ſub diuo habeto opertam quum ſtomachus dolore vexabitur, vſque ad tertias eandem aquam excoque,& inde cyathum vnū

ſbibendum ieiunus ad diem ſume.

Vrticam ſemen habentem in ſummo deme, ac diligenter laua, & ex ea ſorbitionem facito bene conditā ſine pipere, ſuauiſſimè accipieris ad ſtomachum reficiendum. Lactucæ nigræ ſemen quod ipſum valde nigrũ eſt, in pila lignea tũſum, cũ melle ſubige, atque permiſce, & inde quotidie ieiun⁹ ſume cochleare plenũ, bene ſtomacho laborantem accipies. Ad dolores ſtomachi veteres, & ad ſtomachum fatigatum facies oxyporium ſic, Piperis ſeorſum teres ſemunciam, & bulbos XI. incoctos ſeparatim nimium diligenter teres, & vtrunque miſcebis, tum adiicies mellis optimi deſpumati 8.II. & ita in olla noua coques ad tertias, & ſumes ieiunus diurna cochlearia ſingula bina vel terna tandiu donec corrigas ſtomachum laborantem. Butyri libram decoque quouſque inde pars ſexta decedat, tũ cũ eo ſerpyllum coque, & ſi patietur ſtomachus tuus ieiunus, illud fortiter mãducabis: ſin autẽ faſtidium erit, pultem facies, & tum in ea mixtum manducabis. Sal tritum ex mulſo ieiunus contra dolorem ſtomachi qui biberit remediabitur, venter quoq; oſſifragi arefactus, & potioni aſperſus, plurimum prodeſt. Stomacho exulcerato, cicatricẽ hoc medicamentum inducet, Aloes ℈ VIII. miſyos ſcrupulos VIII. thuris ſcrupulos VIII, tunſa cribratáqua hæc melle optimo comprehendes: ſi plenius vel validius facere volueris hoc medicamentum, myrrham & anethum ex tertio adiicies, & dimidiũ cochleare cum potione mulſi ieiunus accipies.

Stomachi dolorem concitatiſſimè ſedant abſinthii vnciæ tres, rutæ vnciæ tres, ex aqua ad dimidias coctæ, & ieiuno ad menſuram potionis bonæ potui datæ. Marrubii viridis faſciculum decoques ex aceti ſextariis trib⁹ vſque ad heminam: tum exprimes marrubium, & adiicies deſpumati mellis quartarium, & iterum decoques, quouſque ad craſſitudinem coeat, inde cochleare vnum contra dolorem ſtomachi ieiunus accipies. Herbæ verbenæ tunſæ & cribratæ pulueris cochlearia quinque, laboranti ſtomachi dolore dabis ieiuno per triduum in tribus optimi vini cyathis: cæteris, prout vires erunt, dato: febricitantibus ſanè ex aqua calida dare debes: ſed ſi quis exulceratum ſtomachum habuerit, caprinum lac coctum frequenter bibat. Rutæ ſemen cum ſulphure viuo minore menſura adiecto aceto conterito, atque ieiunus manè guſtato: optimè aduerſum dolorem ſtomachi accipieris.

Repentinum ſtomachi dolorem, tres ceputii longi purgati, & ſinguli cum melle ſumpti ſtatim ſanant, necnõ & terræ malum comeſtum dolores ſtomachi celeriter caſtigat.

Solutionem ſtomachi infirmitatémque confirmat oui ſemicocti vitellus, & gallæ pars dimidia trita, ſi ante duas horas quàm cibus ſumatur, mixta hæc cum vino hauriantur, ſed vetere & tepefacto. Rancorem ſtomachi tẽperat caro vaccina ex vini & aceti æqua potione diſcocta, & cibo ſumpta. Inflationem ſtomachi ſedant marathri (id eſt fœniculi) & apii radices in vino albo odorato vetere infuſæ, de quo ſi ieiunus quis cyathos duos potet, cum calidæ aquæ cyatho mixtos, optimè accipietur. rutæ quoque hortenſis paululum cibo ſumptum, vel in potione dilutum, atque epotum, inflationes ſtomachi cõpeſcit.

Inflationem ſtomachi potentiſſimè diſcutit fimus vituli recens ex vino potui datus: hoc & dolores eius ex frigore aut cruditate obortos mirabiliter mulcet. Remedium phyſicum magnum aduerſum dolorem ſtomachi, in lamina argentea ſcribes, & dices, Aritmatho aufer dolores ſtomachi illi quem peperit illa. eandem laminam lana ouis viuæ inuolutam collo de lycio ſuſpendes, & id agens dices, Aufer mihi vel illi ſtomachi dolorem aritmatho.

Dolorem & inflationem ſtomachi ſanat iecur lupi, prius aqua coctum, mox arefactum, & tritum, potionique inſperſum. Faſtidium ſtomachi releuat papauer ſylueſtre (quod Gallicè calocatanos dicitur) tritũ, & ex lacte caprino potui datum. Epithema optimum ad ſtomachum reficiendum, mihique expertiſſimum, conficitur ſic, Maſtiches, thuris, nardi ſpicæ, aloes, abſinthii, ſingulas vncias, ſtyracis – II.S. croci – II.S. ceræ & medullæ ceruinæ ſingulas libras. ſtyracem & crocum pridie macera vino veteri infuſum, & ſic diligenter tere, medullam & ceram remitte igni: cætera tũſa cribratáque ſimul miſce, & ceroto ſuperinfunde, & in panniculo vtere ad ſtomachum duabus vel tribus horis: & ſi durius videbitur quàm eſſe debet, oleum nardinum aut gleucinũ adiice vt molleſcat. Hyſſopum coctum cum oxymelite ieiunus, vel poſt cœnam, qui per cochleare quotidie accipiet, facilius conficiet cibum. Radicem fœniculi in vini cyathum radito, & priuſquam cœnes, vel quum dormitum ibis, potui ſumito, quo facto melius digeres.

Laſeris veri modicum, ex aquæ frigidæ cyatho dilutum, dormitum iturus bibe, digeſtorium mirum experieris, Mellis Attici librã I. vettonicæ tritæ – IIII. in vnum permiſce, & pone vt conferueat: quod quum refrigerauerit, facies paſtillos nucis auellanæ magnitudine, & poſt cœnam ſingulos hauries, quo facto apprimè quoſlibet concoques cibos. Item aliud embamma digeſtorium optimum, & vtiliſſimum, ſic, Liguſtici drachmas III. gingiberi drach. I. petroſelini drach. I. piperis drach. I. epithymi drachmam vnam, & laſeris ſcrupuli dimidium: tunſa hæc ac diligenter cribrata miſceto cum paſſo: hoc facit & ad eos qui cibum tenere non poſſunt, eúmque vomitibus reiectant. mox ergo vbi cibum ſumpſerint, dato paſtillũ ad modũ nucis auellanæ de medicamine ſupraſcripto, & ad præſens eos abſtine potu, citò remediabis.

Epithematium vehementiſſimum ad cibum conficiendũ, ſic, Zingiberis ex aceto macerati P. I. auripigmẽti P. I. fæculæ P. I. calcis viuæ drachmas duas, ſinopidis Põticæ P. I. lixiuiæ 8. I. trita hæc in ollam nouam mittes, & feruere facies ſimul donec mellis craſſitudinem habeãt: & quum opus fuerit, inducta panno calida viſceribus appones. Quum ibis dormitum, zingiberis modicũ ſub lingua teneto, & ex poſca calida manus laua, optimè digeres, Vrticæ – III. iridis calydoniæ – III. ſchœni – IIII. cyperi – III. magmatis – III. petroſelini – IIII. inulæ – II. piperis albi – II. melle colliges hæc omnia trita, & vteris oxyporio optimo ad digerendum, vnde etiã cœnatus parum accipies. Quum te in lecto poſueris, ventrem tuum perfricans dices ter, Lupus ibat per viam, per ſemitam, cruda vorabat, liquida bibebat: phyſicum hoc ad digerendũ de experimento ſatis vtile. Pulegium & naſturtium ex aqua ſimul decoctum manè bibe, emendabis vel diſcuties cruditatem. Quercus viridis folia cum ſalis ſpuma contrita, & potui data, remediant cruditatem. Acorum Ponticum tritum ex aqua calida potum, menſura cyathi vnius, ieiuni ſtomachum reficit cruditate depulſa.

Iis qui nec potu iuuantur, nec cibo & ſtomachi ructus amaros patiuntur, centauream (id eſt fel terræ) contritam ad menſuram denarii argentei ex aquæ calidæ cyathis tribus bibendam ieiunis per triduum dabis, ſtatim diſcutietur infirmitas. Succum abſinthii (quem Græci χυλὸν ἀψινθίου vocant) auellanæ magnitudine in aquæ calidæ quartario bibendum da ieiuno: componetur ſtomachus, & appetentiam ciborum habebit quiſquis patietur ex infirmitate faſtidium. Oxyporium mirum Neronianum æſtiuum & hyemale, ſi ei quum volueris piperis aliquid adieceris, quod faſtidiũ ſtomachi marcorémque deterget: conficitur ſic, In muſti recentis & dulcis congium ex vuis albis facti, atque in ollam grandem miſſi, adduntur cydonea V. non purgata, totidem mala Punica, additur & ſorborum maturorũ ſextarius, & rhus Syriaci ſextarius, croci ſcrupulus. hæc coquuntur vſque ad craſſitudinem mellis, poſtea diligenter colantur: repoſitum medicamen ſeruatur in vitro ſignatum, ſed omnino diligenter colatum, vt excrementa omnia ſeparentur, inde datur ieiuno ligula plena grandis. hoc eſt oxyporiũ quo Nero vtebatur ad digeſtionem, quod Marcellus medicus egregius oſtendit, quod & nos vſu probauimus. nã

& ſtomachum mirè cõponit, & humores ſiccat: excre-
menta quoque illa data dyſentericis mirabili efficacia
proſunt. Oſſifragi venter madefactus appoſitú ſ-
que iis ad ſtomachum qui cibos non cõficiunt, vtiliſſi-
mus eſt, vel etiãſi tãtùm manu teneatur, plurimũ iuuat.
Oxyporium Dionyſianũ ad digeſtionẽ, & ad rigorem
ſtomachi, & ad confirmationem aqualiculi: conficitur
ſic, Cydoneorũ incoctorũ tunſorúmque ſucci 8.1. mel-
lis deſpumati 8.1. aceti optimi 8.1. hæc in vnũ permixta
vaſe duplici decoquũtur, donec ſoliditas ad vnum ſex-
tarium redigatur, additur pulueris petroſelini ⊣ 1. cy-
mini ſemuncia, & bene contemperatum medicamen
vaſculo vitreo cõditur ſub ſignaculo, atq; inde cochlea-
re plenum à ieiuno accipitur. Oxyporium olympianum
polyetes ad digeſtionem parandam, accipit hæc, Pipe-
ris ⊣ 1. S. zingiberis ⊣ 1. S. in puluerem redacta & creta
hæc, dum ad digeſtionem temperanda erunt, ex melle
dabis. Oxyporium panchariaunm ad digeſtionem,
quod & aqualiculi corruptelas vel aciditates conſumit,
& ſtomachum marcẽtem recreat, tertianam etiam cum
vino & calida ſub hora datum, mirè tollit: cõficitur ſic,
Piperis vncias quatuor, ʒ III. ſeſeleos ⊣ 1. zingiberis ⊣
1. S. ameos ⊣ 1. ʒ VI. aneſi vncias duas, libyſtici ⊣ 1. S.
iuniperi Hiſpani ⊣ 1. ʒ VIII. ita vt iuniperum ablutum
purgetur ſublato ſemine, & ſic teratur. Hæc omnia in
puluerem redacta reponũtur in doliolo vitreo ſignato,
ligula plena ex mulſa aqua datur ieiuno. Ad crudita-
tẽ quæ nauſeam facit, remediũ ſic, Vettonicæ drachma
vna in oxymelitis cyathis tribus mixta potui datur. ius
quoque pulli vel vbi coct⁹ fuerit, cruditati opitulatur,
ſi in primo prandio ſorbeatur. Ad digeſtionem
parandam, iuniperi baccarnm enucleatarum, & zingi-
beris & petroſelini Macedonici, & piperis vncias ſingu
las, mellis libram vnam. quæ ſunt ſicca tundes vel teres
& cribrabis diligenter. poſtea mel coctum, (id eſt deſ-
pumatũ) admiſcebis, & vteris medicamine & ieiunus &
poſt cœnam per cochleare acepto quanta ſit magnitu-
do auellanæ maioris. Ad ſtomachi dolorem in impetu
cohibendum, Pomorum cydoneorum cutem tolles, at-
que inde vncias quatuor, & pulegii vnciam vnam, pipe-
ris vnciã vnã, zingiberis vncias tres, allii Gallici vncias
tres, mellis ſelibram, aceti quod ſufficiat adiicies, & dili
genter trita omnia permiſcebis, atque inde cochleare
plenum dabis etiam cibato. Antidotum achari-
ſtum multiplex, mirum: facit ad eos qui eſcam non di-
gerunt, & qui malè ructant, & ad ſtomachi dolorem, &
ad lateris & veſicæ & renum moleſtias, & ad omnia quæ
interius cauſas malæ valetudinis habẽt, id eſt ad ſcotũ,
ad febrem quotidianam & tertianã, & quartanã, ad ſan-
guinem tuſſientes, ad ſuſpirioſos, ad dyſentericos & ad
colicos, & ad hepaticos, & ad nimiam vigiliam, & ad
ſtrophum, & ad inteſtinorum dolorem: morſum etiam
ſerpentis curat ter ad diem vulneri impoſitum, vel po-
tui datum: confectio hæc eſt, Cinnamomi ⊣ 1.
myrrhæ ⊣ III. piperis ⊣ 1. caſtorei ſemunciam, galbani
⊣ 1. ſtyracis ⊣ 1. caſiæ fiſtulæ ſemunciam, piperis longi
⊣ 1. coſti ⊣ 1. opii ſemunciã, ſpicæ nardi ϵ. croci ϵ. mel-
lis Attici 8. 1. omnia iſta tundes diligenter, & cernes be-
ne, & in puluerẽ molliſſimum redacta menſurabis, præ-
ter opium & galbanum. Galbanũ in olla noua excoques,
ita vt ter bulliat ſuper prunas: opium autem cum vino
vetere teres, & permiſcebis diligenter, & tum cætera o-
mnia ſimul permiſcebis diu, & diligenter agitata recon
des ſub ſignaculo in pyxide buxea, aut in doliolo vi-
treo, & dabis cui volueris ad modũ auellanæ, cum mel-
lis cochlearib⁹ tribus vel quatuor: & poſtea dabis potio-
nem calidæ aquæ, & quum dederis accipies mercedis
quodcunque. multi enim qui citò curati ſunt, ingrati
extiterunt, propter quod ipſum antidotum ἀχάριστον
appellatur, id eſt ſine gratia. Oxyporiũ quod dicitur
chymation, facit ad calculos, & ad renum dolorem, &
ad inflationem ſtomachi, phlegmaticis quoque pro-
deſt, & halycis: ſed & tortiones & hæmorroidas curat,
& quæ in ano naſcũtur reſtringit, & menſtrua nimia, &
hepaticos, & ſpleniticos, & tuſſicos ſolitaneos curat, &

A cadiuis prodeſt: accipit hæc, Inulæ ⊣ 1. fœniculi ſemi-
nis vncias tres, piperis nigri vncias II. tundes hæc ſepa-
ratim & cribrabis bene, & cõficies vel permiſcebis mel-
le ſemicocto, & dabis nucis Ponticæ magnitudine cum
aqua calida. quidã hoc in oxymelite ſoluũt: quidã in vi-
no mixto accipiũt, alii conſuerunt cochleario accipere
purũ ad lapides eiiciendos. Deſcriptio panni ruſtici
faciẽtis ad viſcerum curationem ſic, Olei P. 1. axungiæ
veteris P. 1. butyri P. 1. herbæ Sabinæ P. 1. barbæ iouis P.
1. tandiu hæc decoques quandiu herbæ areſcant, poſtea
B colantur, & additur ceræ libra, reſinæ P. 1. farinæ de
pulegio P. 1. pulueris de bacca lauri P. 1. de fimo ouillo
vnde ouibus in lana hæſerit P. 1. hæc omnia in vnũ cor-
pus rediguntur, & permiſcentur, & inde pannus indu-
citur, & quotiẽs volueris reparatus ſtomacho apponitur.
Diateſſarõ quod febrẽ ſedat, & viſcera cõponit: accipit
hæc, Olei cochl. tria, aceti cochl. tria, mellis boni deſpu-
mati cochl. tria, vini veteris boni cochlearia tria, hæc
tandiu decoquuntur quandiu omnia ad tria cochlearia
redigãtur, & ita linteo inducta ſtomacho ſuperponũtur,
C vel ieiuno tepida per cochleare dantur. facit hoc medi-
camen ad omnes ſtomachi moleſtias. Ad dolorẽ ſto-
machi vel tumorem, vel viſcerum infirmitatem, reme
dium ſic, Succi ex abſinthio 8. 1. aceti optimi 8 1. olei
mollis 8. 1. ceræ Ponticæ libram vnam, medullæ ceruinæ
⊣ IIII. hæc lento igne decoques vſque ad menſuram
ſextarii: exinde linteum denſum tinges, & maturè in
lecto viſceribus appones, vtendum in horas II.
Confectio oxymelis diaſcilliu, ad ſtomachi cauſas,
ſic, Scyllæ libram comminues de haſtula lignea acuta
D minutiſſimis partibus, & ſuperfundes illic aquæ nitidæ
fontanæ 8. III. ac die tota & nocte coopertum vas in
quod hæc miſeris, eſſe permittes: alia die in olla rudi cũ
ipſa ſcilla deferuere facies lento igni vſque ad ſextariũ
aquæ, tum linteo nitido exprimes ſcillam ipſam, vt ſex-
tarius ille defluat: adiicies huic ſextario aceti optimi
ſextarium, & mellis optimi deſpumati P. II. rurſum in
eadem olla feruere vſque ad ſextariũ, tum recondes in
ampulla nitida, & ſignatum habebis, & quũ imparatio-
nem ſtomachi ſenſeris, cochlearia ſingula planè tepefa-
E cta ieiunus accipies. Ad ſtomachi dolorem reme-
dium phyſicum ſic, In lapide iaſpide exculpe dracone
radiatum, vt habeat ſeptẽ radios, & claude auro, & vtere
in collo. Epithematium ad ſtomachum confir-
mãdũ ſic, Aloes ⊣ III. thuris maſculi ⊣ II. maſtiches
albæ ſemũciã, ſtyracis ⊣ II. croci ⊣ 1. S. meliloti ſemũ-
ciam, ceræ Põticæ, vel etiam rufæ ⊣ IIII. nardi ⊣ VI.
ius abſinthii Pontici ⊣ 1. hæc omnia ſeparatim tunſa &
cribrata miſcentur & coquuntur, & inducuntur in pan-
no, atque maturè ſtomacho apponuntur. Ad di-
F geſtionem parandam, quiſquis ſolicitus erit acorũ ieiu-
nus commanducet, & iactet, radicem quoque amaram
& inlotam ieiunus commanducet. Necnon anethi ſe-
men etiam viridis manducatum iuuat. nam & ſomnum
conciliat, & digeſtionem parat. Compoſitio medica-
minis ſubfragi, quod facit ad digeſtionem, & vitia ſto-
machi, ſiue aqualiculi: accipit hæc, Petroſelini Mace-
donici ⊣ II. apii ſeminis ⊣ 1. ſeſeleos ⊣ V. piperis ⊣
V. nepetæ mõtanæ ⊣ IIII. pulegii ſicci quod in fumo non
fuerit, ⊣ IIII. thymi ſicci ϵ. libyſtici etiã ſeminis ⊣ II.
G inulæ radicis tunſæ atque cribratæ ϵ. zingiberis ϵ. ex iis
omnibus tunſis atque cribratis puluerem molliſſimum
facies: adiicies deinde mellis optimi deſpumati quantũ
putaueris mitti oportere, id eſt vt prope liquidæ ac
temperatæ colligi poſſint ſpecies ſupraſcriptæ, & ſic re-
condes in vaſe vitreo, & quum volueris, ieiunus, quum
tamen te digeſtum ſenſeris, ſingula cochlearia nõ ple-
niſſima matutinis horis accipies. Confectio epi-
thematii quod ſtomachi vetuſtas cauſas emendat, & ad
digeſtionem confirmat: accipit hæc, Seuũ taurinum, ce-
H ram, medullam ceruinam, axungiam veterem, reſi-
nam terebinthinam, horum pondera ſingula æqualia
ſimul miſcebis, quæ liquida fuerint liquabis igni:
& mellis vncias tres, maſtiches vncias tres, & quæ tun-
denda, in puluerem tenuiſſimum rediges, & confe-

ctum medicamen linteo tenſo induces, & ſtomacho vel viſceribus appones, quod tamen ante momentum prandii detrahi conuenit. Aliud epithematium quod ad eaſdem ſtomachi cauſas efficaciter prodeſt, ſic, Styracis vncias duas, aloes vncias duas, petroſelini ⌐ I. ceræ libram I. nardi libram I. maſtiches vncias II. reſinæ frictæ pondo S. reſinæ terebinthinæ vncias duas: quæ liquida erũt, & quæ tũdẽda, ſimiliter vt ſuprà ſcriptis ſpeciebus facies: & ſimiliter medicamen vſque horam prandii veteris. Item aliud epithematium quod Arete dicitur, quod facit ad vetuſtas cauſas ſtomachi, ac cipit hæc, Cardamomi vnciam vnam, libani vnciam vnam, ceræ vncias VI. reſinæ vncias quatuor, ſtyracis vncias duas, olei cyprini vnciam vnam, vini veteris heminam, cardamomum & libanum ſemote tundendum, & cribrandum, ſtyrax vino infundendus, & reliqua quæ remittenda ſunt, lento igne ſoluenda, & tum ſimul omnia permiſcẽda: quod epithema ſimiliter linteo aut phœnicio inducendum, & ſic ad viſcera adponendum, & in horam prandii ſi non fatigauerit habendum, ita tamẽ vt aduerſo pectore cuiuſlibet pueri tepefactum ponatur. Intyba decocta in cibo ſumpta, aut eorum aqua pota, ſtomachum purgant. Herbam vettonicam menſe Auguſto lectam cum ſemine & radicibus ſuis, ſed ſine ferro erutam, arefactam diligenter & excuſſam ne terram habeat, cõtũdes & cribrabis, ac pulueris eius tenuiſſimi cyathos duos, cum aquæ ſextariis ſex in olla noua ad tertias decoques, ollámque ipſam opertam ſub diuo repoſitam habebis, ex qua ſiquando ſtomachi ardores concitabuntur, cochlearia duo aut tria laboranti glutienda dabis, mirè ſubuenies.

Herbæ vettonicæ faſciculum, herbæ nepetæ ac pulegii virgulas ſingulas, & ſalis paululum, cum vini veteris heminis tribus in olla rudi vſque ad heminam decoques, & ieiuno ſtomachico mane cochlearia ſingula aut eo amplius dabis. Quotiens ſtomachi morſus ſentire cœperis, glycyrrhizæ ſuccum de ſurculo eius trahito, aut ipſam ſub linguam ad magnitudinem cicercu li habeto, nec dolorem ſtomachi, nec ſitim ſenties.

Lac bubulum tepidum incoctum ſubinde ſumptum, exulceratum quoque, ſtomachum ſanabit. Cochlea cruda deuorata, ita vt dentibus non tangantur, ſtomachum curat, certè languentem ſi per triduum ſic ſumatur, emendat. Cochleas, ſed veras Africanas, conditas ex ſale, & paulo olei coctas, ſed non purgatas, qui ieiunus ternas aut quinas quotidie & frequenter ſumpſerit, rariſſimo ſtomachi dolore vexabitur. certè ſi carbonibus toſtæ ſumantur, melius proſunt. Siquis cymini triti ex melle terna cochlearia quotidie ieiunus accipiat, ſtomachi dolore mirè carebit. Stomacho remediũ optimum de experimẽto tale eſt, Petroſelini vncias tres, ſalis vncias duas, nardi ſpicæ vnciam, amomi vncias duas, hyſſopi ⌐ II. vettonicæ vncias duas: hæc omnia in cucumam fictilem nouam mittes, quæ ſit ſextariorum nouem, eámque aqua ſupplebis, & obturabis, vt modicum ſpiramenti relinquas, & decoques ad tertias, ac denuò aqua ſupplebis, & rurſum ad tertias decoques: tunc adiicies mellis optimi deſpumati quartarium, & tertia vice ad medias decoques, ac poſtea in vaſculo vitreo aut fictili recondes ſub ſignaculo, atque ex eo aduerſum ſtomachi laborem terna cochlearia ex aqua calida, ſi febres erunt, aut ex condito ieiunus, ſi non erunt, ſumes. Ne ſtomachus perfrigeſcat vnctio ſaluberrima hæc eſt. Foliorum lauri & baccarum, fœnigræci, ſampſuci, cupreſſi, roriſmarini, vncias ſingulas cõtundes, & in vini veteris ſextariis V. per triduum macerabis, quarto die olei boni ſextarios tres adiicies, & in olla rudi ad prunas non acres, ita decoques donec vinum conſumatur, tunc colabis, & excrementa vel ſordes abiicies, & rurſus ollam cum medicamine ad tenues prunas repones, eique addes ceræ nitidæ libram, reſinæ terebinthinæ purgatæ ſelibram: hæc omnia permixta & coagitata, ad modum cer ti recõdes, & quum opus fuerit non ſolùm ad ſtomachi, ſed etiam ad neruorum & muſculorũ perfrictionem veteris ſaluberrimo vnguento. Antidotum

A tidotum Hadriani, quo vtebatur Cæſar Auguſtus, quæ potio dat omni corpori fortitudinem. quiſquis enim ea vſus fuerit, nec ſtomachi, nec iocineris, nec ſplenis, nec cordis, nec lateris, aut pulmonis, aut coxarum dolores patietur, ſed nec tuſſim, nec perfrictiones, nec ſpaſmos, nec coli dolores ſentiet, nec dyſentericus, nec hydropicus, nec ſuſpirioſus, aut cholericus erit. facit etiam hoc remedium contra omnes humores noxios, & omnia venena, vel maleficia in cibo aut in potionibus data. Cõ-B poſitio ergo eius eſt talis, Fœniculi ſeminis, cymini, gummis Thebaici, phu, pulegii, origani, piperis albi, herbæ Sabinæ, petroſelini, cedri ſeminis, chamædropis, caſiæ bonæ, iouis barbæ, rapæ ſeminis, nardoſtachyos, iunci ſeminis, euphorbii, echyos radicis, (hoc eſt capſellæ) cyperi, pyrethri, trifolii ſeminis, quo mulieres vtũtur in capite, amomi, ſerpylli ſicci, gentianæ, ariſtolochiæ longæ, rutæ agreſtis ſeminis, omnium ſupraſcriptarum ſpecierum vncias ſingulas. Item rutæ radiculam, quæ facit ad porcorum incommoda, agni radicem, hocíamſani (ſiue agrimoniæ) radicem, draconteæ radicem, quæ radix eſt quaſi coſtum, & bene olet, acori radicem. C harum ſpecierum ſingulas ſemuncias adpendes, & omnia vel infrà vel ſuprà ſcripta diligenter tunſa & cribrata, in puluerẽ tenuiſſimum rediges, ac poſtea cum melle Attico, quantum ad ſpiſſitudinẽ ſufficiat, permiſcebis, atque ex eo quum opus fuerit, quãta auellanæ eſt magnitudo, ieiuno dare debebis.

Confectio aceti diaſcilliu, ad digeſtionem, & ſtomachi vitia ſic, Scillam ſumes, & inde tolles duriſſima quæque, & proiicies: deinde omnia tenerrima concides minutè, vt habeant libram ſemis, eámque crudã conii-D cies in aceti congium vnum acerrimi: & quum diu macerata fuerit, & cõbiberit, tolles ſcillam, & exprimes, ídque acetum percolabis, & in vas bene picatum repones, eiúſque aceti ieiunus manè ſi ſorbeas ſingula vel bina cochlearia, ſtomachum curabis. & quod ad oris olidi valetudinem attinet, hoc medicamento odor malus emendabitur, & ſi in naſo polypus fuerit, hoc aceto gargarizato eiicitur. quod quidem acetum & ad claritatem oculorum, & ad auditum aurium optimum eſt, ſi aſſiduè gargarizetur, ad vocẽ quoque & ad ſuſpirium, & E & ad ſplenem, optimum remedium eſt. ſiquis autem inde ad diem ſorbeat, vel dimidium cyathum, colorem optimũ habebit, & facilius ſuſpirabit, & cibum melius conficiet. Nam ſiquis multum comederit, & non coxerit, & cibus ei in ſtomacho inacuerit, ſorbeat de hoc medicamento, continuò deſinet crudus eſſe: vt ſcias verò quantum vim habeat, etiam cadiuis datum prodeſt.

Nam ſi vel duos cyathos cadiuus inde ſorbeat, & cur rat paſſus mille ducentos quinquaginta ieiunus, mirè remediabitur ſi vel tertio aut quarto die id acceperit. quod ſiquis erit in accipiendo quotidie patiens, penitus F carebit hoc morbo. hoc medicamen & ventos eiicit, & venas purgat. Nam is morbus ex ventorum multitudine mouetur. frigeſcit enim corpus de imparatione, & nauſeam facit, & vomitus mouet. Siquis ergo hoc ſumat, omnem eſcam & potionem bene concoquet, & nulla res ei nocebit. ac ſi voles hoc medicamine phthiſim ſedare, adde vini dulcis paululum, & ſic dato mixtum ſorbere ieiuno. Siquis ſanguinem excreabit, hoc medicamine accepto, facilè eiiciet omnem moleſtiam, & venæ ei purgabũtur: quódque ad pulmo-G nes & arterias corruptas attinet, per vomitum ſanabitur, ſi hoc medicamento vtatur aſſiduè: & ſiquem aqua intercutis tenebit (id eſt ſi hydropicus erit) ſanabitur, faciliúſque curabitur ſi recẽs morbus fuerit. nã per vrinã illum citò digeret, & quod ad ſplenem attinet extenuabitur. Oportet ergo prius videre vnde quis morbus veniat. Si à ſplene erit, venter ſoluetur, aut crura turgebũt. Dari itaque oportebit manè ieiuno duos cyathos, certè, H vel vnũ cyathũ ſi ſatis infirmus erit dato. Quòd ſi ab iecore erit morbus, mellis cyathũ aut paſſi cõmiſces cum cyatho eius aceti, ídque per dies aliquot dabis. primùm nanque ſudoribus vehementiſſimis, poſtea etiam vrina multa purgabitur: deinde cibum & potionem liben-

tiſſimè ſumet, omniáque citò concoquet. Ad ſtomachi dolorem arcēdum, cymas ſinapis viridis ex aqua diligenter coques in olla noua, eáſque conditas oleo & liquámine manducabis, ſanè obſerua vt paululum ſalis mittas dum coquuntur, propter Bromum. Mel, rutam, cyminum, piper ſimul tere, & vtere pro oxygaro ad inhibendum ſtomachi dolorem. Papauer noſtrate cum lacte ſuo ſimul decoques in aqua, & ipſam aquam diligenter colatam, ſtomachico cum melle Attico potui dabis. Iris tunſæ heminam, cyperi tunſi heminam, in vini Aminæi ſextarium infundes, vt vna nocte macerētur, deinde addes reſinæ terebinthinæ ↦ IX, ceræ ↦ III. quas cum olei cyprini ſelibra liquefacies. deinde ſimul omnia miſcebis, & manibus ſubiges, atque malagmatis more ſtomacho laboranti appones.

Ceram, adipem anſerinam, & butyrum in ſe decoque, & in panno tenui ſtomacho calidum appone, confeſtim dolori ſtomachi ſubuenies. Peucedani radicem contritam ex vino qui frequenter biberit, nec ſtomachi dolorem nec pulmonis inflationem patietur.

Item ad ſtomachi dolorem perſici folia viridia teres, & cum axúgia vetere purgata ſubiges, atque in panno ad ſtomachum pones. idem præſtat mentaſtrū quod ſupra ripas naſcitur ſimiliter impoſitum. Oxyporium cydonite quod facit ad ſtomachum & tuſſim, empneumatoſim quoque ſoluit, & digeſtionem citiſſimam præſtat: cōficitur ſic, Cydonea matura purgabis de foris & deintus, & penſabis ad pondo tria, coquéſque ex mulſo in olla rudi, & quum fuerint cocta, eiicies de olla in catinum vel mortarium, ſeparabis deinde ſuccum illum quem excocta dimiſerint: poſtea remittes cydonea ipſa in ollā, & tunc addes ibi aceti pondo duo, mellis optimi pondo tria, mali granati expreſſi ſextarium vnum, coques poſtea lento igni donec vnū corpus fiat, & habeat mellis ſpiſſitudinem: poſtea autem refundes illud in mortarium, & teres diutiſſimè, donec omnis duritia diſſoluatur: & dum teris ſummatim adiicies ſemunciam zingiberis, & piperis triti ↦ II. petroſelini ↦ I. & ſimul iterum diſcoques, ac poſtea miſcebis mulſam, vbi cocta fuerint cydonea, atque ita in vaſculo vitreo recōdes, & quum opus fuerit per cochleare ieiunus accipies. Stomachi & capitis dolores, tuſſim quoque longáſque ægritudines curat, & dyſentericis medetur, leptopyrexias ſanat: dolori etiam faucium & ſynanchæ ſuccurrit tale medicamen, Piperis albi ↦ I. S. mellis Attici ↦ I. S. aſari ↦ I. vettonicæ, ſaxifragæ, caſiæ fiſtulæ, pondus vt ſupra. hæc omnia trita cum deſpumato melle miſcebis, & dabis cochlearium grande plenum ex condito mixtum. febricitanti verò ex aqua calida. Antidotum multiplex ad multa remedia, recipit hæc, Croci ſcrupulos XV. piperis albi ↦ II. S. amomi ſemunciā, pyrethri ſemūciam, dauci cretici ſemūciam, folii malabathri, nardoſtachyos, caſiæ, apii ſeminis, euphorbii, rutæ ſeminis, petroſelini, roſæ ſiccæ, opii, ſingulas ſemūcias, opobalſami ℈ VI. mellis boni P. II. cinnami Є. ſi non fuerit cinnamum, mittes caſiæ fiſtulæ duplum pro eo, & hæc omnia tunſa cribrabis cribello tenui: & ſic miſces opium cum melle, & mittes in mortarium, & diligentiſſimè teres donec vnum corpus fiat, ac ſic omnia permixta mittes in doliolum vitreum. quū opus fuerit, ex hoc colicis fabæ Ægyptiacæ magnitudine cum aquæ frigidæ cyathis trib⁹ potui dabis. Iocineroſis, qui iecur grauiter dolebunt, cum vino mulſo dabis, vt ſuprà ſcriptū eſt. epilepticis quos caducos dicunt, dabis vt ſuprà pleuriticis cū aquæ mulſæ dabis cyathis tribus. Stomachū dolentibus cum poſcæ cyathis tribus, dyſentericis qui perſoluto ventre ſunt, cum aqua frigida dabis, periodicis febribus qui laborant (id eſt acceſſionibus diurnis & nocturnis) cū aqua calida dabis. quibus dentes dolent, & quibus ſanguis de gingiuis defluit, cum poſca frigida aut cum vino dabis, ita vt reſolutum in ore teneant: ſpleniticis ex poſca dabis: paralyticis ex aqua calida: præcordia dolentibus, itidem ex aqua calida: tortiones ventris qui patiuntur ex aqua calida dabis: morſiunculas leues qui patiuntur, ex aqua calida da-

A bis. Secundas etiam mulieribus quæ ex partu vel ex abortu remanſerint, diſcutiet ſi ex ſucco fœnigræci cocti, vel ex mulſa bibendum detur. Apoſtemata etiam & omnia intrinſecus collecta expurgat, ex mulſa datum, vel ex fœnigræci ſucco. Sicca verò tuſſi laborantibus ex melle ſolo dabis. Ad vuam ſtillantem ex mulſa gargarizandum dabis: iis verò qui fungos venenatos comederint, cum oxymellis cyathis tribus dabis. Venenum ſiquis biberit ex ſucco ptiſſanæ reſolutum accipiat. In omni-

B bus ſanè paſſionibus triduo continuo dabis: ſi neceſſe fuerit, iterum alio triduo dabis. omnibus ſanè quātum fabæ Ægyptiacæ granum eſt dabis. Confectio potionis ad omnem ſanitatem vtilis, & ad ſtomachi cōfirmationem, accipit hæc, Lauri baccarum purgatarum vnciam vnam, myrrhæ ↦ I. gentianæ ↦ I. ariſtolochiæ rotundæ ↦ I. puluerem tenuiſſimum ex iis ſpeciebus ſeparatim tunſis facies, & poſtea permiſcebis, & repones: & & quum vti volueris, cochleare vnū cum potione calidæ aquæ ieiunus accipies, & interpoſitis diebus quū vo-

C lueris iterū accipies. Primo vere tamen incipies hac potione vti, & deinde quomodo volueris, per tempora triduo continuo vteris. Antidotum quod facit ad omnes dolores internos, & ad ſtomachum confirmandum, recipit hæc, Apii ſeminis ℈ XXI. anethi ſeminis ℈ IX. caſtorei ℈ VI. piperis III. opii ℈ III. myrrhæ ℈ III. hæc omnia ſeparatim tundes, & ex melle optimo temperabis, & quum volueris dare potionem, in modū fabæ globulos facies, & dabis ex cōdito, ſiue vino vetere: ſed ſi febricitauerint, ex calida aqua. Hæc confectio di-

D citur Athanaſia: facit ad lateris & ad coli, præcipuè ad ſtomachi dolorem. Lini ſeminis & fœnigræci, & fœniculi farinæ, ſinguli ſextarii cum aqua malſa decocti, & in panno ſtomacho laboranti & viſceribus duris appoſiti plurimum proſunt. Ad eos quos ſubitò linquit animus, & quibus mens alienatur, aut vertigo eſt, cochleæ cum ſuis teſtis tritæ incoctæ, ita dantur per dies quinque vt prima die cochlea vna cum paſſi cyatho potanda detur. alia die duæ cum duobus cyathis, tertia die tres cum tribus cyathis, quarta die duæ cum

E duobus cyathis, quinta die vna cum cyatho vno.

Potio efficaciſſima ſtomachi remedio, ſic, Apii ſeminis drach. VI. petroſelini drach. IIII. ſpicæ nardi drach. IIII. myrrhæ drach. IIII. piperis longi drach. V. contrita vniuerſa hæc diligenter in vnum miſcentur, deinde adiicitur mellis optimi deſpumati quod ſatis ſit, atque in vaſe vitreo mixta ſeruantur. inde quum opus fuerit poſt balneum drach. IIII. aut etiam minus, ſi infirmior erit qui accepturus eſt, ex aqua calida vel ex mulſo in potione dabuntur. Porri capitati excocti in cibo

F ſumpti cum aceto plurimum proſunt ſtomacho laboranti. Vrticæ ſemen coctum iuuat ſtomachum ſi cum pane manducetur, & cum iure ſuo: cydonea quoque incocta in melle ſeruata ieiuno data plurimum proſunt. Thalaſſomeli quod iucundiſſimè & inflationes deponit, & ventrem purgat ſine ſtomachi vexatione. eſt enim & odore & ſapore gratiſſimo, quod hoc modo fieri debet, Aqua marina ex alto (id eſt de profundo) vel aqua cæleſtis cum ſale mixta, pari mēſuræ mellis optimi deſpumati permiſcetur, & ſeruatur in vaſe ficti-

G li, & quū opus fuerit tepefacta potui datur. Purgatorium efficax, quod nec ſtomachum vexat, nec caput grauat, & bilem deducit. lactis caprini ſextarium, ſalis ammoniaci ↦ II. mellis optimi ↦ I. in vnum omnia diu contrita & permixta ieiuno potui dantur. ſed poſt potionem diu inambulare debet, vt ipſa potio melius motu corporis proſit. Sambuci liber inter corticem & ſurculum raſus, & tritus, ádque nucis iuglandis magnitudinem ex aqua vel mulſo potus, miro modo detrahit bilem, ac ſtomachum releuat. Vettoni-

H cæ herbæ folia in vmbra arefacta contunde & cribra, atque ex eo puluere paululum, & mellis decocti cyathū vnum permiſce. atque inde poſt cœnam ad magnitudinem ciceris tranſglutiendum dabis ei qui cibum euomit ſtatim, & non poteſt continere. Radicem ſi-

culneam vini veteris cyatho vni inrade, & priuſquam cœnes vel cubitum eas bibito, ſi vitio ſtomachi laborabis. Laſeris veri modicum ex aquæ frigidæ cyathis quatuor dilue, & dormitū iturus bibe vt cibum bene concoquas, aut eius radicem guſtato dormitum vadens, idem tibi præſtabit. Rorem marinum ieiunus commanducet, aut in aqua calida excoctum bibat qui cruditatem patietur, ſtatim remediabitur.

Compoſitio potionis ad dolorem ſtomachi, ſiue ad nauſeam reprimendam ſic, Herbæ mandragoræ quæ naſcitur in locis montanis ſuccus expreſſus ad ponderis ſcrupulum dimidium, potatuſque ex aqua calida vel ex mulſa, nauſeam expellit,abundantiam phlegmatis purgat, ſedátque dolorem ſtomachi, & faſtidium diſcutit. vltra hoc autem pondus ne dederis,quia nullius ſtomachus vim eius poterit ſuſtinere. Pulegium cum oxymelite decoctum, ad menſurā heminæ tepefactum, ieiuno & digeſto dabis bibendum, non ſolùm ſtomachum reficies,ſed etiam ſi circa cor aliquid erit vitii,eadem potione ſanabitur. Ad ſtomachum componendum veteris remedio tali ſatis commodo, Rutam, apium, anethum, cyminum, æquis portionibus coques cum vini veteris ſextariis duobus, poſtea addes olei amari 8. I. & iterum coques, vel aliquandiu combullire permittes,atque inde quum vtcunque reſederit feruor, per globulum lanæ ſuccidæ ſtomacho quod ſufficiat infundes, ita vt poſtea denſus lanæ floccus ſupra ſtomachum iacentis ponatur. Poſt horam quàm hoc feceris, de nardo tepido ſtomachum perfricabis, & de ſabano molli leuiter detergebis,deinde infirmū deambulare facies. Confectio epithematii quod ſtomachi vetuſtas cauſas emendat, & ad digeſtionem confirmat, Ceram, ſeuum taurinum, medullam ceruinam, axūgiam veterem,reſinam terebinthinam,horum pondera ſingula æqualia mittes, deinde adiicies mellis ⊶ III.maſtiches vncias tres:quæ liquāda fuerint liquabis, & quæ tūdenda tundes:& ſic confectum medicamen in linteo apponetur ſtomacho, quod ante momentū prandii ſubtrahi conuenit. Item aliud epithema quod efficaciter prodeſt ſtomacho,& viſceribus, Styracis ⊶ II.aloes ⊶ II. petroſelini ⊶ I. ceræ libram vnam, nardi P.I.maſtiches ⊶ II. reſinæ frictæ P. S. reſinæ terebinthinæ ⊶ II. quæ liquanda ſunt liquabis, & quæ tundenda tundes, & permiſcebis, & ſic confectum medicamen ſimiliter linteo inductum ſtomacho appones.

Ad confirmandum ſtomachum vel conſeruandum, ſiquis infirmū habēt de quartanæ labore, epithematiū tenue, Axūgiæ porcinæ, butyri,reſinæ frictæ,herbæ Sabinæ,ceræ rufæ,libras ſingulas,ceruſſæ ⊶ III.ceræ Ponticæ ⊶ III.hæc omnia ſeorſum parata miſcebis,& ſimul decoques, & ſic vteris. Deſcriptio Polyarchii ad ſtomachum poſt diutinas febrium moleſtias componendū,Caſiæ ⊶ I.roſæ ſiccæ ⊶ I.cyperi ⊶ I.cardamomi ⊶ I.nardoſtachyos ⊶ I.nardi Celtici ⊶ I. malabathri ⊶ I.iridis Illyricæ ⊶ I. œnanthes ⊶ I.maſtiches Chiæ ⊶ I.croci ⊶ I.amomi ⊶ I.meliloti ⊶ I.abſinthii ⊶ I.coſti ⊶ I.guttæ ammoniaci ⊶ I.aloes ⊶ I.thuris ⊶ I.myrrhæ ⊶ I.bdellii drach.VIII.ſtyracis drach. X. in vino infuſæ,xylobalſami drach.IIII. ſchœni anthus drach. IIII. reſinæ terebinthinæ drach.XLVIII. nardomyri drach. LXIIII. ex quo cerotū facies adiectis olei roſei drach. LXVI. ceræ Ponticæ drach. CXXVIII. opobalſami drach.XVI.hæc omnia tunſa cribrata,& cætera vino optimo madefacta,ſimul in mortario colliges,ex quibus trochiſci vel madgalia fient:ceroto verò facto, vel puluis ſuprà ſcriptus vel ramenta miſcentur.

CORDIS DOLORI, ET CORCO, ET PRAEcordiis, remedia rationabilia diuerſa de experimentis, Cap. XXI.

PRæcordiorum dolorem catuli lactentes admoti viſceribus humanis, transferre in ſe adferuntur, idque exenteratis perfuſiſque vino deprehēditur vitiatis eorū viſceribus. Ad corcum, carmen in lamella ſtagnea ſcribes,& ad collum ſuſpendes hæc:antè verò etiā cane, Corcu nec megito cantorem. vtos vtos vtos,præparabo tibi vinum leue, libidinē diſcede anonnita. In nomine Dei Iacob,In nomine Dei Sabaoth. Item ad id aliud carmen,Corce corcedo,ſtagne, paſtores te inuenerunt, ſine manibus collegerunt,ſine foco coxerunt,ſine dentibus comederunt. Tres virgines in medio mari menſam marmoream poſitam habebant, duæ torquebant, & vna retorquebat, quomodo hoc nunquam factum eſt,ſic nūquam ſciat illa gaioſeia corci dolorem.

Ad cordis dolorē vel ad eos qui lumbricis in corde vexātur, Aquam maluæ cum melle pari menſura permixtam tepidam ieiuni bibant. Ad cordis dolorē herbæ erythrodani,(id eſt caulis purpurei, hoc eſt marini) vel ſiſimbriæ ſuccum,ad plenitudinē cōchulæ oblongæ (quam Græci telynen, alii chemam macram vocant)cum aqua calida prope noctem dormitum vadens bibat. Pinus viridis aciculæ contritæ ex vino optimo potui datæ,cordis dolorem ſedant,ita vt qui potionem acceperit,pinguibus eſcis abſtineat. Dolorē cordis leuat cymini Æthiopici commāducati ſuccus frequenter trānſmiſſus. Aduerſum cordis pulſum vel dolorem mirum remedium quod in lamella ſtagnea ſcribes, * & phylacteriū de ſtyrace ſuffumigabis,& in collo ex licio ſuſpendes,ita proderit vt ſtupeas. Ad dolorem præcordiorum cataplaſma egregium,Lini ſeminis ſextariumvnum,fœniculi ſeminis ſextarium vnum ex aqua mulſa decoques, & in panno calido præcordiis ſæpius applicabis, mirè proderit.

Cerotum valde efficax ad cordis dolorem,Ceræ ſelibram,oleiCyprini ſelibram,abſinthii Pontici ſelibrā: abſinthium tundes, ceram remittes & permiſcebis, ac pro ceroto vteris. Qui præcordiorū ardore vexātur,ſi etiam febres & lumbricos habeant, hoc remedio ſanabuntur:ouum crudum ſummiter apertū exinanies, idque implebis oleo viridi, & defundes, & lotio virginis pueri implebis,& defundes, tum adiicies parū mellis,& in vnum cum oui ipſius interioribus permiſcebis, & potandum ieiuno dabis: hoc & ſtercus vetuſtiſſimū & lumbricos noxios pellit,& febrem acutiſſimam releuat. Bulbi excocti triti inliti tumorem præcordiorum,& ventris emolliunt.Item proficies, ſi ocimum triueris, & eo præcordia ſpiſſius inleueris. Fœniculi farina cum pari menſura mellis decocta,ceroti modo panno inlinitur,& calēs tumori præcordiorum imponitur. Malagma ad præcordiorū tenſionem, & ventris ac ſtomachi duritiem diutinam cum dolore,quod & iecori& lieni prodeſt,cōficitur ſic,Ceræ P.I.guttæ āmoniaci P. I.iris Illyricæ denarios XXII. opopanacis denarios XX. aneſi denarios XXV.fœnigræci ſeminis * XXV.reſinæ terebinthinæ P.I. adipis ſuillæ veteris P.I.aceti acris 8.I. mellis P.I I. mel cum aceto permiſcendum eſt,atque illic arida omnia die & nocte maceranda ſunt. Terebinthinam verò, & ceram, & adipem liquefactam in vnū cæteris admiſcere oportet, & deinde manibus diutiſſimè ſubige, donec ſine offenſione malagma tēperatiſſimum fiat. Ad cordis pulſum ſiue ſaliſſationē, ſuccinum verum mittes in aquam feruentem,& illic eſſe patieris, atque inde per triduum laboranti ſingulos cyathos tepefactos, ſi nimium erit frigus, dabis bibendos: hoc remedium & hominibus & animalibus prodeſt.

AD HEPATIS SIVE IECORIS VItia omnia, & moleſtias vniuerſas, remedia rationabilia,& phyſica diuerſa de experimentis, Cap.XXII.

RVtæ ſylueſtris manipulo, in ollam nouam coniecto, decoctóque ex tribus heminis aquæ ad heminam, adiicies mellis libram, rurſúſque feruefacies, ex eo per triduum ieiuno potum dabis iecinoris dolore nimio laboranti. Hircinus ſanguis adhuc calens ſupra prunas excoctus,& cibatui datus ieiuno,iecinoroſo mederi traditur. Viuerra toſta porcelli lactentis modo inaſſata,&cibo dato ieiuno,mirè iecinoroſo ſuccurrit. Hepatice experta ſic,Piper album & maſtichē æquis portionibus tūdes & cribrabis,rurſúſque in mortario teres,atque ita oleo Hiſpano optimo temperabis,

vt ſit ſpiſſum,inde catapotia facies magnitudine ciceris, atque in ſole ſiccabis vt dureſcant:tunc in pyxide recondes,& ex his vnam pilulam ieiuno in ouo ſorbili dabis, adiiciéſque parum ſalis,ſed per triduum dabis. Tumori iocinoris apprimè medetur hoc remedium, Inulæ radicis vncias tres (quæ Græcè dicitur helenium)decoques ad medias in aquæ ſextariis tribus, atque heminã ex ea ieiuno in dolore bibendam dabis, ídque per triduum facies. Ad veteres iocinoris dolores potio optima ſic, Nardi ſpicæ ℈ v i i i.croci ℈ i i. myrrhæ ℈ iii. caſiæ ℈ v i i i. ſchœni ℈ v i i i. omnia trita & cribrata melle optimo comprehendes, & dabis ieiuno in potione ℈ i i i,ex aquæ mulſæ cyathis i i i i. quouſque vitium extirpes. Ad tumorem iocinoris,& ad diſpnœam remedium ſic, Petroſelini, coſti, chamæpitys, æqua põdera tundes,cribrabis,& dabis ieiuno hepaticó duo cochlearia cum aqua mulſa. Melanthium (id eſt git) quantum cochleare recipitur, contere, & da cum vino tepido dulci bibendum ieiuno hepatico.

Nimium laudatum iocineroſis remedium ſic,Picem duram contere, & ex ea da potandum ieiuno hepatico cochleare vnum cum vino auſtero. In lamina ſtagnea ſcribe, Ite ἐρων, & deſuper nomen iocineroſi cui mederi voles, ſcribe: laminam verò licio ligatam collo eius ſuſpendes, mundúſque id facito. Abſinthii florem,caſiam,crocum, nardi ſpicam, aſarum, ſchœni florem,folium,maſtichen,xylobolſamum, amomum, cinnamomũ,ad drachmas ſeptenas,aloes Indicæ drach. v i. tundes & cribrabis ſingula ſeparatim, eadémque miſcebis, atq; inde cochlearia bina ieiuno hepatico cũ mulſa aqua tepida aut vino vetere auſtero per triduum dabis: quod remedium & ad digeſtionẽ & ad crapulam deponendã facit. Antidotũ ad hepaticos ſic,Pelecini ſeminis, eupatorii, iocineris lupini, picis brutiæ, coſti, fœnigræci,piperis:paria hæc tundes,cribrabis, & melle comprehẽdes,atque inde catapotia ad ciceris magnitudinem ex aqua calida dabis. Antidotum Philonium ad iocineris & ad omnium viſcerũ intrinſecus dolorẽ,ſic,Croci drach. v.pyrethri drach.i. piperis albi drach.x x.hyoſcyami drach.x x.euphorbii drach. i.nardi Indici drach.i.opii drach.x.quæ ſunt ſicca tũdũtur, cætera in mortario cõterũtur, & permixta melle cõprehendũtur. Hæc potio his modis ieiunis dãda eſt: cœliacis & colicis qui ſine febre erũt, ex aqua frigida, febriculentis ex aqua in qua anethum ad tertias decoctum fuerit: in declinatione verò febris, ad magnitudinem auellanæ: ſpleniticis ex aqua cum appare decocta cyathis tribus,magnitudine qua ſuprà:hepaticis dimidium auellanæ modum:febriculentis ex hydromellis cyatho, vel ex aqua mulſa in qua anethũ cum ſurculis ſuis fuerit decoctum. orthopnoicis, magnitudine auellanæ remiſſa in aceti ſcillitici cochlearibus quatuor, ex aquæ calidæ cyathis quatuor. ad ſpaſmum & cordis dolorem vel tremorẽ ex aquæ mulſæ cyatho magnitudine auellanæ. Ad lateris dolorem ex aqua mulſa, magnitudine auellanæ, contra noctem dabitur: ad ſingultus & quibus frigus etiã æſtate inſederit,ex aqua mulſa,modo auellanæ. phthiſicis ex ſucco ptiſſanæ,vel ex mulſi cyathis tribus modo auellanæ: dyſentericis ex poſca cyathis duobus, modo ciceris arietini: auriginoſis ex aquæ mulſæ cyathis duobus, auellanæ duplum. dyſuriæ & calculo ex aquæ cyathis tribus in qua tres manipuli apii fuerint decocti,magnitudine auellanæ. Potio ad hepar vtiliſſima,præterea hæc ipſa compertũ & præſentaneum remedium eſt etiam ad lateris dolorem.accipit hæc,Piperis ⫟ i. coſti ⫟ i.lupini ſicci amari ⫟ i. hæc omnia ſicca tunſa cribrata mixta ſimul repones, quũ opus fuerit vnũ cochleare plenũ, vel ſi vires infirmiores ſunt, raſum (id eſt ruclatum) cum vino auſtero ieiuno hepatico per dies tres vel quinque continuos dabis, ita vt in eo latere complicatus aliquandiu iaceat,& cooperiat ſe ſagis: & quum cœperit ſudare, leuet ſe & deambulet diu. Item expertum atque vtile ad hepar remedium, De foliis fici aridis (id eſt ſiccatis ſub vmbra & arefactis) tritis cribratíſque, de quo puluerè cum condito ad menſuram tria cochlearia accipiet hepaticus ieiunus, & in eo latere diutule iacebit: deinde ambulabit, & per triduum continuum hoc medicamen accipiet ſimiliter obſeruans. Prodeſt mirificè hæc compoſitio ad tumorem & dolorem cum duritia iocineris & lienis. item ad renum dolorem benefacit. nam & colorem corporis reſtituit, qui propter vitia ſupradictarũ partium corrumpitur, pallidúſque conſpicitur. prodeſt hoc idem medicamentum etiam ad aquæ mutationes, id eſt ad hydropẽ. conficitur ſic,Croci ✳ x. nardi ✳ i i.caſiæ ✳ i i. coſti ✳ i. S. ſchœni ✳ i.cinnami ✳ i.myrrhæ ſtactæ ✳ i.mellis optimi ✳ xxv datur ieiuno quanta faba eſt Ægyptia ex mulſi cyathis i i i i. Remedium efficax ad iocineris duritiam veterẽ,quod & hydropicos,& lienoſos,& arquatos,& quibus opus eſt moueri vrinam,potentiſſimè ſanat. muliebribus quoque cauſis prodeſt.nã & ex partu reſidua purgat, & mammis tumentibus prodeſt. perduci illud (id eſt potari)ex mulſo vino oportet.cõficitur ſic,Aneſi ✳ ix.dauci ✳ i i i.petroſelini idem, iuniperi idem, ſilis idẽ,tragacãthi ✳ i.S.panacis radicis ✳ v i i i.iridis, myrrhæ,coſti,amomi,ſingulorum denarios ſenos,cinnami ✳ i i i. caſiæ ✳ v i. ſmyrnii quod eſt ſemen oleris atri, ✳ v i i i. nardi ſyriacæ ✳ i i i i. acori ✳ v i i i. balſami ſeminis ✳ v i.opii ✳ v.erui moliti 8.i.ſcillæ coctæ ✳ i i. vini Chii aut Leſbii quod ſatis erit.paſtilli ex his in puluerem redactis fiunt denariorũ duum vel trium,& dantur quum opus eſt ex mulſo,ieiuno & digeſto. Antidotos quæ Zopyre dicitur,facit non ſolùm ad iocineris,ſed & ad lateris,& ad pectoris, & ad veſicæ dolores, & ad tuſſim veterem, & ad hydropicos, & arquatos, & lienoſos, & ad eos qui mala medicamenta ſumpſerint, quæ ſiue poſtea data, ſiue antè pota fuerint per hoc remedium non nocebunt: cõficitur ſic, Myrrhæ ✳ v i i. S. nardi ſyriacæ ✳ v.S. croci ✳ i.S. ſchœni ✳ i i. caſiæ ✳ i i i i. cinnami ✳ v i. piperis albi ✳ i. piperis longi ✳ i. thuris ✳ i. ſcordii ✳ i i i.polii ✳ i i i.roſæ aridæ ✳ i i i. rapæ ſeminis ✳ i i i. anatis ſanguinis recentis ✳ i i i i. eiuſdem aridi ſanguinis ✳ i i i. melle miſcentur contuſa & cribrata omnia, donec habeãt ipſius mellis temperaturam, inde plenum cochleare datur: ſed à ſerpente percuſſis aut morſis,ex vino,cæteris ex mulſo vel aqua dari oportet. Malagma ad omnem viſcerum dolorem,præcipuè ad iocineris ſtricturas,conficitur ſic,Nardi Celticæ,id eſt eſt ſaliuncæ ✳ x i.iridis ✳ v i i i.meliloti (quod à nobis ſertula campana dicitur) ✳ x x v.cyperi ✳ v i i i. ammoniaci thymiamatis & ſtyracis ✳ v i i i. cardamomi ✳ v i i. croci idem. omnia ſupradicta contunſa & cribrata vno die & nocte in vino vetere macerãtur,præter ammoniacum. hoc enim aceto dilui oportet. poſt hæc ceræ P.i i.reſinæ frictæ P.i.olei roſei P.i i. vel tria, vt ſufficiẽs viſum fuerit addẽtur:liquefiũt quæ liquefieri debent, & refrigerata atque raſa cæteris miſcentur, atque vnum corpus ita fit vt diligentiſſimè ſubigantur.hoc & ad præcordiorum tenſionem benefacit, & ad veſicæ dolorem. Attali regis medicamentum, quod facit præcipuè ad iocineris vitia, & ad auriginem,& ad aquam intercutem,& ad lienoſos,& ad præcordiorum inflationem, & ad pectoris dolorem, & ad eos qui colorem luridum habent:conficitur ſic,Croci ✳ x.nardi Indici ✳ i i.caſiæ ✳ i i.myrrhæ ✳ i. cinnami ✳ i.ſchœni floris ✳ i.coſti ⫟ i. hæc ſeorſum cõtunduntur & cribrantur, deinde ex ſingulis eorum ſupradictis pondera ſumuntur, & in vnum melle mixta colliguntur, atque in pyxide argentea reponuntur. inde datur quum opus eſt fabæ Ægyptiæ magnitudo cum mulſi cyathis tribus, ſi ſine febre fuerint qui ſumpturi ſunt:ſi febricitabũt,ex aqua mulſa dabitur.prodeſt etiã calculoſis hæc cõpoſitio, ſed ad omnes cauſas ieiunis & maximè digeſtis opportunè dari debet. Ad dolorem iocineris phyſicum remedium ſic, Calculus ſiue lapillus qui à calculoſo fuerit eiectus, ſuper iecur dolentis alligatus, ſtatim proderit. Glycia pota & ventrem laxabit, & iocineri proderit, & digeſtionem ſtomachi opitulabitur, quam glyceam ſic facies, Aceti

8.I.mellis P.II.aloes — III.fœniculi radicis P.II. quas ſublata cortice diligenter ſiccabis, & tundes, atque vna nocte in aceto macerabis. poſtera verò die excoques ad medias & colabis,tunc admiſcebis mel & coques ſufficienter, atque ab igne ſublatū refrigerabis vt tepeſcat, poſtea aloen teres,& miſcebis, præterea apii viridis pugnum plenum,& tantundem rutæ viridis addes.hæc omnia ad ſpiſſitudinem mellis cocta colabis & refrigerabis,atque inde cochlearia terna cum aqua calida ieiuno & digeſto per triduum dabis. Item ad iocineris dolorem remedium ſic,Lupinum,abſinthium,coſtum, fœnumgræcum,ſed quod toſtum ſit,pari pondere hæc ſicca tundes,&cribro medicinali cribrabis.vnde ieiuno cochleare propenſum ex aqua calida per triduū dabis: quod intermiſſis aliquot diebus,rurſus per triduum ſimiliter bibendū dabis. Memento tamen vt fœnumgræcum diligenter torreatur,vt bene tundi poſſit,& omnia obſeruet quæ infra ſcripta ſunt qui remedium accepturus erit. Iecur lupi ſublatum luna decreſcente in fumo ponitur,& quū ſiccatū eſt, teritur, inde particula trita miſcetur pulueri æquis portionibus facto de fœnogræco,lupino,& abſinthio,& coſto,ita vt ex eo quod in ſe totū permixtum fuerit, menſura cochlearis cumulati detur ad diem,non febricitanti ex vino mixto:ſi febricitabit, ex aqua: ita vt per triduum hoc medicamen ieiunus accipiat, & porrecto brachio in dextro latere vel ſemihora iaceat: inde diutiſſimè deambulet, & tardiſſimè cibum ſumat,& obſeruet vt illo triduo puriſſimus & digeſtiſſimus ſit, & frigidam non bibat, neque ſalſum aliquid aut dulce manducet. Violas agreſtes ſiue ſylueſtres conteres, & ſuccū earū cum pari pondere mellis decoques,& ex eo cochlearia terna ieiuno ad diē iecoritico dabis:ad lateris autem dolorem, ſi ex iecoris cauſa fuerit, thymi ſcrupulos duos,& aquæ quartarium dimidium ieiunus bibet. Compoſitio medicaminis ad iecur,quod diateſſarō dicitur, Coſti — I. fœni græci — I. inulæ radicis — I. fœniculi radicis — I. hæc omnia ſeparatim diligenter tundes & cribrabis,& delicatiſſimum puluerem menſurabis, & poſtea permiſcebis:ſed in ſole omnia bene ſiccato antequam contūdas, & in vna potione cochleare plenum mitte:ſano ex vino, febricitanti ex aqua calida,vel ex mulſa aqua, vt ventrē ſoluat, potui ieiuno per triduum dabis, ita vt accepta potione,in dextero latere aliquādiu iaceat,& poſtea diu deambulet, & digeſtiſſimus cibos ſumat. hoc remedio ſcitote nihil eſſe præſtantius, etiamſi fœminis, ſed non prægnantibus detur. De medio oſſe ſepiæ quod eſt molle,puluerem facies,& in mixtione conditi optimi iecoritico ieiuno per triduum dabis,ita vt in dextro latere aliquandiu iaceat quum acceperit, & poſtea diutiſſimè deambulet. Ad iocineris dolorem remedium ſic,Intyborum ſucci heminæ, aquæ cyathos tres miſcebis ſimul,& calidum dabis, donec totum triduò perbibatur.quòd ſi ex ipſo dolore cui medendū eſt turgidus & indigeſtus fuerit,porrum capitatum incoctum manducet. Gentianam ex paſſo decoques,& ieiuno iecoritico per triduum bibendam dabis. Piperis albi grana XL. ſalicis folia ad hanc menſuram, vt faſciculus inter digitos duos & pollicē teneatur, cucumeris quoque quantum tribus digitis tollere potueris, contere in vnum, & per triduū iecoritico ieiuno da ex aqua calida bibendum. Coſti ſemunciā,aloes epatitidis — I. maſtiches granorum — II. eupatorii — I. piperis — II.amomi ſemūciam,rheu Pontici ſemunciā. aloen & maſtichē ſimul teres & cribrabis bene: reliquas ſpecies in pila tundes & cribrabis bene,& omnes poſtea in vnum confundes, & repones diligenter in pyxide qualicunque: quum volueris potionem dare iecoris vitio laboranti,in olla vel cacabo rudi,ſed excocto, quartarium fœnigræci decoques.primam aquam fundes quū feruere cœperit,& aliam fundes quum feruebit: tertiam coques ad tertias,& repones vas in quo ad tertias decoxeris fœnumgræcum cum ſucco & humore ſuo,& inde potionem in calicem mittes, & addes de puluere ſupraſcripto cochleare plenū.Et quando accipit is cui medē-

A dum erit, digeſtus & ieiunus accipiat, & acceptam potionē bene digerat, ita vt quum biberit, tenſo brachio dextro iaceat in ipſo latere,&hoc per triduum ſimiliter faciat:hæc potio iecoriticos etiam veteres mirè ſanat.

Hepaticis herba cētaurea ex vino decocta, ac potui ieiunis data,mirificè auxiliatur. Herbæ vettonicæ in vmbra arefactæ puluis, ex aquæ calidæ cyathis duobus ieiuno iecoritico potui datus, magnificè prodeſt.

Potio ſaluberrima ad hepaticos,à Procliano medico oſtenſa, Ficatum lupi integrum foliis lauri inuolues, B & ita ad ſolem vel ad ignem ſiccabis, & ſiccatum diligenter ſublatis foliis in puluerem rediges: quem puluerem in vaſculo nitido ſeruabis, atque ex eo cochlearia duo cum piperis granis decem tritis, adiecto melle optimo deſpumato quantum ſufficiat,cum carœni cyatho,in potione ieiuno dabis,quam prius ferro candenti calefacies,& diligenter in mortario permiſcebis, ſedentique in lecto dabis,ita vt accepta potione contractis genibus hora integra in dextro latere iaceat, & poſtea vel vna hora deambulet. Herbæ verbenæ ſolſti- C tio lectæ puluis,in cochlearibus quinque cum vini aminæi cyathis tribus, ieiuno potui datus,mirificè prodeſt: ſed pro ætate aut viribus vniuſcuiuſque potionē dabis.

Aſini iecur tritum,cum petroſelino & nucibus ium iuglādibus purgatis ac melle inlitis,in cibo datum hepatico ieiuno,mirabile eſt. Procliani medici remediū de experimento, ad hepatis ſuppurationes, & vlcera,& apoſtémata,ſic, Sagapeni vncias II. myrrhæ Troglodytidis vncias tres,cardamomi vncias ſex, caſtorei vncias tres, piperis albi vncias duas, aut ſi album non fuerit, D duplum de nigro mittes, opii optimi vncias duas, hæc omnia tunſa & cribrata per impubes pueros, aqua pluuiali miſcebis, & facies trochiſcos de binis drachmis, qui trochiſci in vmbra non in ſole ſiccentur, viris vel ſenioribus integros, pueris vel minoribus dimidios trochiſcos, infuſos in aqua calida dabis: id eſt non febricitanti cum vini auſteri meri cyatho vno, infirmo autem ex aqua calida dabitur:ſed quibus medendum erit nihil pingue manducent, non oleum, non carnem, ſed de lenticulæ farina pultem cum oxymelle coctam, E admixto anetho & pulegio manducēt, & poſcam,poſteaquam excreare vel ſitire cœperint, tepidam accipiant, & ſenſim bibant. Qui palmulas dactylos ex aceto frequenter manducauerit,iocinoris dolore carebit.

De lupi præda, id eſt de reliquiis veruecis, aut capræ, aut cuiuſlibet animantis quam comederit carnē, vel pellem,vel os,collige & ſerua:& quando aliquis iecur doluerit,inde eum tange, continuò ſanabitur.

Origanum in aqua decoque ad tertias,& poſtea mitte mellis quod ſufficiet,atque iterum decoque diligen- F ter,vt bulliat,& inde da hepatico ieiuno quod ſatis ſit aſſiduè bibendum,valde ſubuenies. Lacertam viridem prende, & de acuta parte cānæ iecur ei tolle,& in phœnicio vel panno naturaliter nigro alliga, atque ad dextram partem lateris aut brachii laboranti hepatico ſuſpende:ſed viuam lacertam dimitte,& dicito ei, Ecce dimitto te viuam: vide vt ego quemcunque hinc tetigero,hepar non doleat. Ad duritiā iocineris molliendam,& quemlibet veterem dolorem ſedandum benefacit cunilæ aridæ (quam ſatureiam quidam vocant) G in puluerē redactæ denarius vnus,ex mulſi cyathis duobus ſi non febricitabit, vel totidem calidæ aquæ, ſi febriculentus erit,aſſiduè datus.

Ad iecoris dolorem potio ſalubris conficitur ſic, Piperis — I.eupatorii — I.coſti — III.bacani — II.fœnigræci — I.S.omnia hæc trita & creta ſeruabis, & quū vſus exegerit, dabis in vini potione cochleare plenum ieiuno, ita vt in dextro latere tenſo brachio iaceat quū acceperit. Epithematium ad iecur ſanandū ſic, Guttæ ammoniaci P.II.ceræ tantundem, olei roſei tan- H tundem, croci — I. gutta ammoniaca cum bono aceto teritur,donec bene trita ſit,& glutinoſa fiat, crocum ſi ſiccum eſt tunſum & cribratum, guttæ ammoniaci admiſcetur,& diu teritur:ſi humidum eſt in aceto madefactum,primùm ſeparatim,deinde cū gutta ammoniaca

teritur, quibus tritis cerotum de roſeo oleo & cera Punica factum refrigeratum admiſcetur, & tandiu teritur vel ſubigitur donec vnum corpus fiat, vt magdalia inde formentur, quæ ſtomacho phœnicio inducta imponantur.

AD LIENIS SIVE SPLENIS VITIA omnia, & moleſtias vniuerſas, remedia rationabilia & phyſica diuerſa de experimentis, Cap. XXIII.

AD lienoſos benefacit tamarici longè à mari collecti arefacti & contuſi pulueris denarius vnus, aut pondus victoriati datũ ex aqua ieiunis vel ex poſca. Prodeſt lienoſis inula arida campana contuſa & cribrata mẽſura denarii vnius ex vini veteris mixti cyathis quatuor ieiunis data. Potio ad lienoſos ſic, Balani quo vnguentarii vtũtur, denarios duos, capparis radicis ✶ I. hederæ nigræ baccarum denarios duos, periclymeni, quam ſyluæ matrem vocamus ✶ S. galbani denarii S. cardami nigri (id eſt naſturtii) ſeminis ✶ II. S. piperis nigri ✶ I. ſcillæ coctæ ✶ II. hæc omnia colliguntur ex melle, fiunt globuli parui, dãtur denarii duo vel vnius pro ætate aut infirmitate, ex oxymelle vel ex aceto mixto, in cyathis quatuor aut tribus: eadem potio benefacit ad hydropicos ex aqua mulſa data: nam vrinam mouet plurimum per quam purgantur. Lienoſos ſanat, extra cutem impoſitum ſinapi aceto pridie maceratum & tritum, adiecta lenticula ex aceto cocta. Oportet autem à parte lienis impoſitum medicamentum tandiu illic eſſe donec dolorem pati non poſſint qui vtuntur: poſtea ſolio calido demittantur, vbi plures eos contineant dum deſinit feruor, alioqui exiliẽt ad primum feruorem. maior enim in cute fit dolor calda tactis: poſtea ceroto roſaceo eos perungi oportebit.

Aliud lienoſis remedium eadem ratione impoſitũ, Sinapis cyathos duos, git cyathos duos, naſturtii cyathos quatuor, myrobalani corticis cyathos quatuor, piperis cyathos duos: ſinapi pridie aceto acri maceratum, deinde tritum, contuſis cæteris permiſcetur, pannóque inlitum medicamentum imponitur, faſciáque longiſſima alligatur, vel pluribus in vnum commiſſis, quò tardius ſoluatur. Hoc efficaciſſimum remedium eſt, & multorum annorum lienoſis omnes cauſas tollit, atq; duritiã: ſed poſt hoc, ſiquæ reliquæ manſerint, ammoniaco tollendæ erũt frequenter illic inlito. Infantibus lienoſis dari oportebit aquam calidam in qua candens ferrum dimittatur, vel lac caprinum ſemicoctum, ſi capræ tantummodo hedera paſcantur. proderit iis & ſinapi ſiccum contuſum ceroto tenui mixtum, extra cutem impoſitum, vt faſcia diligenter ligetur. Malagma ad lienoſos & ad iocinoris tumorem ſic, Ammoniaci guttæ pondo I. ceræ P. I. roſæ pondo I. ammoniacum ex aceto teritur, mixto crocomagmate quantum colorare poſſit. ammoniacum itaque teritur quouſque leue fiat, & mellis craſſi habeat ſpiſſitudinem: poſtea cera liquefacta, & roſa adiicitur, ac prius mortario bene & piſtillo commixta, manu vtráque ſubiguntur. Facit hoc malagma & ad luxum & ad capitis dolorem, fronti ſuperpoſitum. Malagma ad lienoſos ſic, Myrobalani P. I. aphronitri ✶ XXX, capparis radicis ✶ XXV. cardamomi ✶ XXV. ammoniaci guttæ denarios XXX. ceræ P. I. irini olei P. S. cera irino ſoluitur, quibus ammoniacum aceto dilutum miſcetur, poſtea arida quæ ſunt cribrata admiſcentur, & ſic diu in mortario teruntur, deinde manibus bene ſubiguntur. Medicamentum Iunii Criſpi quod appellatur ambroſia: hoc ex mulſo datum lienoſis præcipuũ præſtat auxilium, phthiſicis quoque & iis qui difficulter ex imbecillitate longa reficiũtur, & qui mali ſunt coloris, necnõ ad alia multa vitia ſatis vtile eſt: recipit hæc, Croci optimi ✶ II. cinnami, nardi, coſti, caſiæ, myrrhæ, ſchœni floris, ſingulorum ✶ ſingulos. iis cõtuſis & cribratis mellis Attici admiſcetur quod ſatis ſit: inde datur ex calida aqua ad ſupradicta omnia vitia quãtum fabæ noſtratis modus eſt.

Lienoſis prodeſt hyacinthi ſeminis denarius dimidius potus ex aceto & melle, polion herba, vel tamarici folia, aut eiuſdem ſemen, aut cortex, vel herba quam nos vtrum, Græci ἰσάτιδα vocant, qua infectores vtuntur ſimiliter pota plurimum prodeſt. Ammoniaci denarius dimidius, piperis grana quinque, rubi teneri cauliculi tres, hæc in vnum trita miſcentur, & dantur omnia ieiuno lienoſo vna potione, ex aceti ſemimixti cyatho vno; mirè aduerſum dolorem & duritiam lienis prodeſt.

Capparis radicis vel corticis, ſcillæ bulbi aridi ex interiore parte, radicis quoque panacis, ſingulorum denarii deni, contuſi & cribrati, aceto & melle conſpargũtur, fiunt paſtilli denariorum ſingulorum; dantur lienoſis ex aceto & melle: quidã addiderunt iis piperis & vitis albæ radicis denarios decem tritos. facit hoc medicamentum iis additis & ad hydropicos & ad ſuſpirioſos eſt. hoc vtile de experimento. Imponenda ſunt lienoſis, & maximè iis quorum nimium duri & tumidi ſunt lienes, medicamẽta huiuſmodi, Sinapis & pyrethri paria pondera ex aceto trita, chartæque inlita, quam horis tribus habeant: deinde quum dolorem intolerabilem ferre non potuerint; deducendi ſunt in balneum, & ibi in ſolium calidũ dimittendi, & fouendi, præcipuè iis locis in quibus medicamentum habuerũt impoſitum, ſed à fortioribus retinẽdi ſunt in ſolio. exiliunt enim ſubinde, & fugere conãtur, non ſuſtinentes feruorem: à ſolio verò vngendi ſunt oleo & tergendi, tum cerotum ex roſa imponendum locis perustis, quæ in ſequentibus diebus, ſi ſatis exuſta fuerint, curari debent. Pinguis fici aridæ contuſæ denarios XXV. capparis radicis ſiue corticis denarios quinque, aphronitri denarios quatuor, hyſſopi faſciculum. contuſa hæc melle temperantur donec ceroti habeant temperaturam, deinde inlita linteolo ſuper lienem imponuntur, & duabus vel amplius horis illic habentur: deinde is qui curatur in balneum ducitur, & in ſolio calido aliquandiu fouetur.

Malagma lienoſis vtile ſic, Ceræ libram vnam, ammoniaci guttæ denarios decem, lapidis Aſii floris (id eſt cineris) denarios viginti quinque, balani quo vnguentarii vtuntur, denarios ſedecim, bdellæ denarios XVI. croci denarios IIII. reſinæ pityinæ ✶ XXII. olei laurini ſextarium dimidium, aceti P. IIII. hoc genere componuntur hoc quod niliacum malagma dicitur, arida ex aceto tandiu teruntur donec leuia facta habeãt mellis ſpiſſitudinem: quæ ad ignem ſoluenda ſunt cum oleo & adipe liquefacta in mortarium ſupertrita infunduntur: deinde vniuerſa permixta quum refrigerata fuerint, manibus ſubiguntur.

Ad lienes qui non ab infantia, ſed poſtea induruerũt, malagma ſic, Myrobali, panacis, pyrethri põdo ſingula, balſami ſeminis ✶ X. ſinapis P. I. iis tritis acetũ acre miſcetur, & diu permixtio iſta ſubigitur, quúmque ex ea malagma factum fuerit rubrica coloratur, & imponitur, atque tribus horis habetur, poſt hoc in balneũ homo ducitur, & ſolio diu fouetur. Æris florem tritum bene cum ſinapi, aut etiam ſolum, mittes in acetum, ſimúlque in bucculari decoques, ita vt aliquandiu illic bulliant, & ad ſimilitudinem pulticulæ ſpiſſentur: poſtea in vaccinã veſſicam calida ea transferes, ita vt duobus digitis liquori huic veſſica maior ſit, tum ſpleni ſatis calidum medicamen appones, ligabis faſcia, tertia die ſolues, mirabili gratulaberis remedio. Guttam ammoniaci in acetũ ſcilliticum infundes, poſt biduum ita teres vt in panno poſſit induci, quo facto ſpleni appones, & faſcia diligenter ligabis, & vteris tandiu donec per ſe conſumatur, & ſine balneo abſtergeatur.

Ad ſplenis dolorẽ expertiſſimũ remediũ ſic, Cardamomi, pyrethri, ſinapis, thuris maſculi, aphonitri, æqualia põdera de ſingulis ſpeciebus cõtũdes, & coques in aceto ſcillitico, & in vnũ miſcebis locúmq; cui medicamen appones, frequẽtius detergebis, & appoſitũ manè medicamentum in horam ſeptimã eſſe patieris: poſtea eum cui medebere, ad balneas ire præcipies, atq; in calida diu foueri facies.

Ad ſplenẽ remediũ mirũ ſic, Picis duræ optimæ tritæ ⅏ I. & coſti triti ⅏ II. permiſcebis, & ex eo ſingulas potio —

nes ex vino vetere manè ieiuno per triduum dabis,ita vt in ſiniſtro latere qui accipit diu iaceat. Ad ſplenis dolorem remedium efficax ſic,Gallas de quibus encauſtum fit,quantas volueris pone ſuper carbones viuos, & exures non nimiè,ita vt puluerem de iis in quo ſit aliquis ſapor gallarum facere poſſis, de quo puluere optimè trito cochleare plenum mittes in potionem vini vetuſtiſſimi, & potetur. Ebuli contuſi ſuccum cochlearia tria ex vini veteris cyathis tribus per triduũ da lienoſo bibẽdũ, ita vt ebulum ſemper ſecũ habeat qui remediũ accipit, nec terra ipſum ebulum ferrũmve tangat. Cornu bouis combures ex ea parte qua capiti adhæret, & in pulverem tenuiſſimum redige,atque ex eo puluere cochlearia duo cum aquæ calidæ cyathis tribus & paululo aceti, ieiuno ſplenitico per triduum da bibendum. Cataplaſma ad ſplenem quod Ianuarius medicus oſtendit, ſic,Pyrethri — III.myrobalani — III.grani ſinapis — III. cardamomi — III. vrticæ ſeminis — III. piperis — III. hæc omnia teres & cribrabis diligẽter,& cum aceto ſcillitico permiſcebis,vt vnum corpus facias, atque inde cataplaſma in panno denſo ſupra ſplenem impones, ſed prius locum ipſum cui medicamen impoſiturus es, ex nitro aqua remiſſo lauabis,ita vt ſpuma vel pinguedo nitri illic adhæreat.

Cataplaſma ad ſplenem de experimento ſic, Allium purgabis,& ante diem in acetum acerrimum infundes, maturè,quum poſiturus eris,teres cum ipſo aceto, vel de aceto ſublatum ita vt ſpiſſum ſit ſicut cataplaſma,& tepidum ſupra ſplenem appones,& faſcia conligabis , & veteris vſque ad horas prandii : hoc ſi triduo continuo vſus fueris,mirũ remediũ experieris , ſed patientia opus eſt aduerſum vim medicaminis, quod pl⁹ proderit ſi poſtea balneis vtaris,& in ſolio calido fouearis. Herbæ cyclaminis quæ orbicularis appellatur radix ſuſpenſa collo, ita vt contra lienem dolentem ſit alligata, efficaciter medetur. Porri primitiui ſectiui ſuccus expreſſus , & aceto pari menſura immixtus,abſorptúſque à lienoſo ſæpius prodeſt. Chamæpytis cum oxymelle & abſinthio paribus menſuris decocta, & potui data , vtiliter lienoſis occurrit. Herba ſalutaris,id eſt ſpina alba qua Chriſtus coronatus eſt,quæ velut vuam habet,lienem leniter in eodem loco perfricata ſanabit, Equi lingua arefacta,& ad læuitatẽ trita,atque ex vino potui data,protinus vtilitatem ſuam ſedato lienis dolore manifeſtat.

Stercus mulinum cum oxymelle lienoſis potui datũ dolores efficaciter tollit. Hircinus ſplen calidus, id eſt ſtatim vbi de pecude ſublatus fuerit, ſuper lienem hominis impoſitus,& alligatus mirè dolorem intra paucos dies auferet , ſi poſtea ad fumũ ſuſpendatur , vt illic areſcat. Hœdinus verò lien ſimiliter vt hircinus ſuper ſplenem infantis appoſitus,& tumores,& dolorem eius emendabit. A lanio lienem vituli quanti voluerit emes,eúmque medium exſecabis,ſeruatis integris ei⁹ lateribus , vt vndique contineatur , atque eum qui dolet ſplenem in balneum duces, & per mediam ſciſſuram illius lienis à capite corpus eius omne ſummittes, ita vt vſque ad pedes lien decidat,poſtmodum ipſum lienem in fumo ſuſpendes, atque arefieri facies : quo facto cum tumoribus etiam dolores lienis,is cui medeberis ſedari ſentiet,omniqúe moleſtia citò liberabitur. Ebuli radicem quam ſine ferro euellas aridam contuſam , & pollinis modo cribratam repones,inde cochlearia tria ex vini cyathis tribus in limine ſtans contra oriẽtem per triduũ bibito ieiunus ,ſed omnino obſerua ne ebulus ferro contingatur,aut ne ipſe dum remedium accipis ferrum tecũ habeas. Ebuli baccas permaturas exprime , atque ex eo ſucco viro tria cochlearia ad diem da bibenda,mulieri duo,quo ſumpto deiiciet per ventrem inſtar ſanguinis.tum interiecto triduo rurſum dabis, & per hæc interualla repetes , dando potionem donec perſanes : ſi propter amaritudinem ſolum ſuccum haurire non potuerit, tantundem vini aut oxymellis augebis. Aceti ſcillitici cyathum vnum,mellis Attici ℈ III , vettonicæ tũſæ cribratæ ℈ tres,in vnum miſcebis,& adiicies aquam calidam,& dabis ieiuno per triduum ſplenitico potionem.

Lotium eius qui ſplenẽ dolet, quotiens vrinam fecerit collige,& cinerem de foco cribratum in vnum ſubige,& panno inductum ſuper ſplenem imponito , & vna hora calidum habere permitte,maximo eum periculo liberabis ſi ſæpius id feceris. Allii purgati capita tria, adipis porcinæ nimium vetuſtæ P.I.ſimul conteres, & panno induces,& ſupra dolorem lienis impones,& faſcia colligabis. Conii(id eſt cicutæ radicis)P.vnũ, adipis vetuſtæ hircinæ P.I. allii purgati P.I. olei cedrini P.I.ſimul teres,& genus malagmatis facies , & ſupra ſplenem alligabis,nec ante quartum diem ſolues , certiſſimã ſcies hanc eſſe medicinam. Optimum ſpleni remedium tale eſt , gentianæ tunſæ cochlearium dimidium, fellis terræ tunſæ cochlearia tria fœniculi tunſi cochleare vnum & dimidium bibes ex picato mero vel nigro auſtero tepefacto,ita vt diligenter ſupraſcriptæ ſpecies cribratæ in pollinem redigantur,& ſic miſceantur. Rubiam herbam qua infectores vtuntur , tunſam ex picato vel auſtero vel nigro vino,aut ex poſca dabis bibendam ieiuno ſplenitico amplitudine nucis auellanæ, confeſtim proderit.

Laudabile ſpleniticis remedium ſic , Hieram botanen,quæ verbena appellatur,contunde cum axungia vetere,& inductam in panno albo mũdo impone ſplenitico, dolore ſedato videbis ſanguineum locum in quo dolor fuerit. Solea piſcis ſpleni imponitur,vel torpedo, vel rhombus,ſed impoſitus rurſum viuus in mare mittatur , mirè prodeſt. Qui quotidie ieiunus ſerum caprinum,ſed earum capellarum quæ hedera paſcuntur biberit,ſplene conſumpto erit. Sarmentorum cinis aceti cyathis duobus aſperſus,rectiſſimè lienoſo ieiuno ex aqua tepida datur bibendus. Caninus ſplen recens ſupra ſplenem hominis imponitur,dicente eo qui apponit,remedium ſe ſpleni facere,poſtea ſplẽ intra parietem dormitorii cubiculi tectorio(id eſt capſella)incluſus,reponitur,& deſuper ter nouies ſignatur. Splen viuenti catulo exemptus , cibóque,ſed coctus,ſplenitico datus ignoranti,liberat eum quanuis grauiter laborantem. Sedant lienis dolorem radices violæ luteæ,ſi ex aceto ſpleni vice emplaſtri apponãtur.

Tamaricis radicem vel folia trita ex aceto bibat qui de ſplene laborat , cuius vſum ſi experiri volueris da porco edendam , per dies nouem quum eum occides,ſine ſplene inuenies. Lacerta viridis viua in oſtio ſplenitici ante cubiculum eius ſuſpenditur , ita vt procecedens & rediens eam ſemper manu ſiniſtra & capite cõtingat,quo facto mirè ad ſanitatem proficiet. Herbam vrceolarem in aqua decoctam da lienoſo cum oleo & liquamine manducandam,mirè ſubuenies.

Siſymbrium,abſinthium,nepetam,marrubium, æquali menſura aceto macerata terito,& melle mixta , ſed cum polenta ordei modica impone lieni emplaſtri modo,potenter medebere. Hederæ folia tenera tundes,ſuccúmque eius cum vino auſtero lienoſo ieiuno per triduum potui dabis. Filicis radicem tunſam impones lieni cum axungia vetere,eámque radicem mundatam ex aqua ad tertias decoques, ita vt quod de ſextario decoctum fuerit per triduum cum oxymelle aut mero auſtero ieiuno lienoſo potui detur, ſummum remedium citò experietur. Ad ſplenis dolorem , remedium egregium ſic , Quinque capita allii diligenter in grana purgati,per dies ſeptem lienoſo manducanda dabis , ita vt primo die grana XXXI.comedat ieiunus,ſecundo die grana XXV.tertio XIX.quarto XV.quinto XI. ſexto IX ſeptimo VII. bibat autem conditum ſatis piperatum : quo facto omne malum per vẽtrem degeret:ſed & porros comedat ante diem quàm allium manducet infuſos in aqua,quos incoctos,vel tres , aut eo amplius , quod tamen non ſit nimium,ſemel manducare debet. Nitri albi matronalis pilulas V, vel VII .in aceto acerrimo ſolues, ex quo ſingulos cyathos per triduum lienoſo ieiuno bibendos dabis. Herba vettonica ex vino decocta,& potui lienoſis data,plurimum prodeſt.

Siquis de ſplene aſini arefacto quoti lie ieiun⁹ pauxil- A lum manducet,ita potenter ſanabitur vt intra triduum vtilitas remedii huius appareat. Herba hipparis contrita, & cum vino auſtero aut cum oxymelle potui data,potentiſſimè lienoſis ſuccurrit. Hederæ ſylvaticæ nigræ folia contrita,& ex vino potui data, lienoſis maximo auxilio erunt, ita vt primo die tria, deinde quinque,tertio ſeptem,quarto nouem, quinto vndecim, ſexto tredecim,ſeptimo quindecim,octauo ſeptẽdecim, nono nouemdecim, decimo vigintiunum detur. V- B tiliſſimum lienoſis hoc remediũ eſt, Capræ lactares abſtinentur à cibo per triduum, tertio die hedera tantummodo ſaturantur,& mulgentur antequam bibant:ſi ex eo lacte ſextarios tres per triduum calidos ſtatim quomodo mulſi fuerint ieiunus lienoſus acceperit, ita vt nullos alios cibos illo triduo manducet,potenter ſanabitur.

Herinacei lien aſſus in cibo ſumptus,lienoſum efficaciter curare fertur. Vulpeculæ etiam iecur aridum tritum cum oxymelle datum lienoſis, mirè mede- C tur. Cochlearum combuſtarum cinis cum lini ſemine atque vrticæ ſemine tritus, adiecto melle quod ſatis videbitur,aſſiduè à ieiuno lienoſo acceptus,intra paucos dies eum ſanabit. Lienoſus oxyfera aſſiduè bibere debet,& dum curatur in ventrem debet iacere.

Ruta cum adipe anſerino vel gallinaceo contrita, panno inducta,& lieni impoſita ſedat dolorem. Stercus aprugnum ſiccum contritum,ex vino potui datum, pulchrè non ſolùm ſplenis,ſed & renium dolori medetur. Corticem caprificus arboris detrahes, & dum D recens eſt ad ſplenem , vel etiam ſi opus fuerit,ad iecur pones:& vbi tumor ſiue durities ſplenis vel iecoris erit, ibi corticem diutius continebis, deinde in fumo eam ſuſpendes: quod quum facies, rogabis vt ſicut cortex ille paulatim fumo ſiccatus areſcit,ſic ſplen vel iecur laborantis areſcat.Hæc autem res tantum valet, vt ſi catulis recens natis fiat, dicantur omnino non creſcere. Cyperi drachmas ſex, radicis quæ manducatur ſeminis cyathum vnum,propenſum,cum aquæ ſextariis tribus, ante diem infuſis in olla noua , ad tertias decoques, poſtea i- E pſam aquam potandam lienoſo ieiuno per triduum dabis,mirè ſubuenies. Siquis agnum recens natum confeſtim manibus diuellat, lienémq; eius vbi extraxerit,calidum ſuper lienem dolentis imponat ; ac faſcia liget,& dicat aſſiduè,Remedio lienis facio:poſtero die ſub latum de corpore eius parieti cubiculi in quo lienoſus dormire ſolitus eſt,luto prius inlito,vt hærere poſſit,imponat,atque ipſum lutum XXVII.ſignaculis ſignet ad ſingula dicens,Lieni remedium facio.hoc tale remedium ſi ter fecerit,in omne tempus lienoſum quanuis infirmum F & periclitantem ſanabit. Ad ſplenẽ remediũ probatum ſic,Capparis eſt herba vel leguminis genus (nam lupino ſimiles ſiliquas adfert) naſcitur in locis ſaxoſis,huius radicem colliges,& findes in partes duas, quarum vnam ſiccabis,ac minutatim concides, & mittes in pilam ligneam,atque illic diligenter tundes: deinde in ollam rudem coniicies,& cum aceti heminis tribus ad tertias decoques,& colabis,atq; inde ieiuno lienoſo ſingulas potiones mixtas bibendas per ſeptem dies dabis, obſeruaturo ne per illos dies vnquam frigidam aut calidam aquam G bibat,ſed tantummodo vinum vetus immixtum meracum,partem verò dimidiam radicis illius lino ligabis,& ad fumum ſuſpẽdes,atque illic donec perſiccetur manere patieris. Catellum lactentem de canna occide, & de ipſa canna ſplenem eius tolle,ac neſcienti ſplenitico in carbonibus coctum vel aſſatum manducandum dato. Ammoniaci drach. VI.ex aceto dilutas per ſex dies lienoſo ieiuno dabis bibendas,ita vt ſingulis diebus ſingulas drachmas accipiat, Aceti ſcillitici Africani cyathos tres, & roriſmarini ⊸ III.conteres diligenter , ac ieiuno lienoſo per triduum dabis bibendos : qua potione ſiquid H experto creditur,ſpleniticum de vltimo periculo liberabis. Malagma quod & ſplenis & iocinoris dolorẽ & tumorem potentiſſimè curat, Crocomagmatis ſextarium vnum,guttæ ammoniaci libram vnã , ceræ libram vnam,olei roſacei vncias tres,ammoniacum cum crocomagmate ex aceto teres, ita vt colorari poſſit, atque illic triduò eſſe permittes, donec mellis ſpiſſitudinẽ habeat: poſtea cera liquefacta & roſaceum oleum,ſed cum ſua roſa tritum,adiicietur,& ſimul vniuerſa diligentius conterentur,atque inductum in panno medicamen ſpleni vel iecori apponetur. Picis duræ ſextariũ,ſulphuris viui ⊸ I. ſimul ad ignem remitte,& permiſce,atque in charta virgine inductum ſpleni appone, non prius emplaſtrum ab eo recedet quàm penitus perſanetur. Ad ſplenem remedium ſingulare,quod de experimentis probatis Gamalielus patriacha proximè oſtẽdit,ſic,Lapidis Aſii vnciam vnam ſemis,viſci quercini vncias ſex, calcis viuæ vncias tres,olei cedrini vnciam vnam . hæc à luna ſextadecimá confici & coqui debent: omnifariam tamen poſt quintã decimam lunam debet hoc medicamen parari, & tandiu coqui donec habeat ſpeciẽ malagmatis: deinde manibus ſubigi,& induci in pellem alutaciam,atque inde te pens loco ſplenis apponi,faſciáque ligari, vt illic iugiter maneat diebus ac noctibus quatuordecim,per quos dies abſtinendum balneis,& frigidis, & venere , & pomis omnibus,& oleribus,& dulcibus vniuerſis:tamen tempore hyemis hoc medicamen adhibetur, propter moleſtiam ſudoris,ne humectatum infirmius fiat:ipſo tamẽ die quo confectum fuerit,ſtatim debet apponi,quò efficacius prò ſit. Ad ſplenem remedium efficax,die Iouis luduna ſiniſtrum pedem nudum in caprifico ponet qui dolores ſplenis patietur,& corticem quantum pes eius preſſerit incidet,eámque tribus horis de faſcia ad ſplenem poſitam conſtringet,ſublatam inde fumario ſuſpendet, neque vnquam aut ipſe remouebit aut permittet ab aliquo tolli. Ad ſplenem remedium ſubitum,atque ſubtile, Tres caricas in aceto optimo veſpere infũde,& manè ieiunus eas accipe,& hoc triduum facito: poſt hoc ferri ex cauſa ad hoc facti maſſulam , ter ardentem extingue ex potione abſinthii , & bibe , atque hoc per tridum facito. Ad ſplenis dolorem,cuminum quantum tribus digitis poſſis comprehendere,cum vino tritum, ieiuno laboranti dabis bibendum.

PLEVRITICIS ET LATERVM DOLOribus,remedia phyſica & rationabilia diuerſa de experimentis, Cap. XXIIII.

MAlagma ad lateris & pectoris dolorem,& quicquid moleſtũ ex perfrictione colligitur. bene enim calfacit,& ideo ad omnem dolorem prodeſt: conficitur ſic, Sampſuci contuſi ſemunciam,iridis contuſæ idem,cyperi contuſi idem,reſinæ terebinthinæ P.S.ceræ P.I.olei cyprini P. S.vini Aminæi 8.I.in hoc quæ arida ſunt contuſa macerantur vno die & nocte,tum in oleo,cera, & reſina liquefiunt ad ignem,deinde ſuperfunduntur vino & pigmentis maceratis,& miſcentur, ac manibus diu ſubigũtur. Hoc poſt dies triginta efficacius prodeſt.initio enim humidum valde eſt,& vix inlitum manet. Malagma ad contuſionem lateris:idem facit & ad ſuſpectas vomicas,aut iam factas,aperit præterea iocinoris & præcordiorum duritiam,& ad dolorem eorum verè conuenit:proderit etiam omni loco dolenti impoſitum:conficitur ſic,Cyperi,ammoniacæ guttæ,cardamomi , bdellæ, thuris,reſinæ terebinthinæ, ſingulorum ⊸ binas,thus & bdella macerantur pridie infuſa vini veteris ſextario,cætera contunduntur:deinde ceræ P.I.& olei cyprini 8.I. cũ terebinthina liquefiunt,cæteriſque miſcentur, & diu manibus ſubiguntur:quidã adiiciunt myrrhæ ⊸ I.croci ⊸ I. cinnami ⊸ I. Compoſitio hæc mirifica non ſolùm lateris,verùm interaneorum dolores minuit, Herbæ gentianæ drachmas XX.iridis Illyricæ drachmas XLV. myrrhæ drachmas X.piperis drach. XII. ſeparatim omnia in puluerem redacta miſceto , atque adiice his mellis optimi deſpumati quod ſatis videbitur,& ad magnitudinem nucis auellanæ cum aquæ calidæ cyathis tribus potui dato. Herba quæ iris appellatur , maximè ſi ſylueſtris erit,inligata lateri dolorem eius protinus tollit.

Herbæ verbenæ ſolſtitio collectæ, arefactæ & contuſæ puluis in cochlearibus quinque , robuſto & valido ex vini Aminæi & veteris cyathis tribus, febricitanti ex

aqua calida potui datus,mirè dolori lateris medetur.

Herbæ gentianæ & ſagapeni drachmæ ſingulæ contritæ, & cum aquæ calidæ cyathis tribus potui datæ, dolorem lateris ſedant, ſi in latus quod dolet poſt curationem infirmus diù iacuerit. In lapide iaſpide Phrygia aerizuſa ſi nota infrà ſcripta inſculpata fuerit, id eſt ϛϛϛ. & collo dolentis latus fuerit ſuſpenſus, mirè proderit. Herbæ vettonicæ foliorum in vmbra arefactæ tunſæ cribratæque ℈ II. ex vini aut mulſi cyathis duobus potui ſano, febriculentó ex aqua mulſa dantur, confeſtim dolorem lateris emendant. Apri ſtercus aridum contritum,& potioni inſperſum, dolores lateris ſanat mira potentia. Cochleæ exemptæ teſta ſua, & cum ptiſſana coctæ, lateris doloribus medentur, melius ſi humorem ptiſſanæ ipſius ſorbendum dederis: ipſas quoque cochleas contuſas velut malagma, ſupra dolentem locum lateris imponi ſatis vtile eſt. Verbaſci radicem,& rutæ coliculum,& albi piperis grana IX. in vnum contrita ex aquæ calidæ cyathis duobus potui dabis ei qui lateris dolore vexabitur. Marrubium ex aqua tritum, ſalubriter bibitur aduerſum lateris dolorem, coriandri quoque ſemen tundes, vel teres,& cribrabis,& cum melle coques, donec ſpiſſum ſit, inde mane & ſero cochlearia terna dabis pleuritico bibenda. Sulphur viuum, & picem cedriã pari pondere ſimul permiſcebis,& pro malagmate dolori lateris appones.

LVMBORVM ET COXARVM DOLOribus,& torpori, ſiue iſchiadicis, remedia phyſica & rationabilia diuerſa de experimentis, Cap. XXV.

AD lumborum dolorẽ curatio optima hæc, Cucurbitæ ſylueſtris floccorum, aut ſeminis ✱ IIII. pyrethri ✱ IIII. myrrhæ ✱ II. in puluerem rediges, ex quo fiunt paſtilli ad menſuram denariorum binorum, vel ſingulorum, dantur ex paſſi cyathis tribus, mixtis aquæ pluuialis cyathis ſex: ſed iis quibus hoc remedium dandum eſt, aluus acri clyſmo manè detrahenda eſt. Ad luborum dolorem,& paralyticos antidotos hiera medici Paccii Antiochi, quæ melius omni medicamento facit: ſed & ad paralyſin mirificè hoc acopum facit, quo oportet infirmum in ſole diu fricari, aut foco flamma præcalefacto, recipit hæc, Olei Sabini denarios ſex, cucumeris ſyluatici radicis recentis ✱ XV. hæc radix in magnitudine iuglandis nucis conciſa, vaſe fictili nouo ex oleo coquitur, donec ſuccum omnem remittat,& quaſi arida ſit. poſt hoc radix abiicitur,& per linteum aut colum tranſmiſſo oleo, adiicitur dũ calet, Ceræ Ponticæ in fruſta redactæ P. I. olei cyprini P. I. olei irini P. I. olei laurini P. I. olei veteris P. II. piperis albi contuſi,& per tenuiſſimum cribrum tranſmiſſi ✱ II. pyrethri contuſi,& per idem cribrum traiecti ✱ I. hæc in vnum miſcentur, reponitur medicamentum vaſe fictili. facit præter remedium lumborum, & ad omnem dolorẽ corporis, & neruorum, muliebria quoque loca duriſſima mollit, quũ diu aliis medicamentis nihil profectum eſt, hoc prodeſt. Malagma quod propriè facit ad lumborum dolorem, Picis liquidæ 8. II. olei veteris 8. I. reſinæ terebinthinæ P. I. ceræ P. II. mãnæ P. beſſis, aphronitri P. triens. coquitur pix cum oleo donec ſpiſſa fiat. poſt hoc adiicitur reſina, deinde cera,& ſecundum hanc ex interuallo manna: vbi emplaſtri habebit figuram medicamentum, tolletur ab igne, & quum tepeſcere cœperit, aphronitrum aſpergetur ſenſim, ne ſuperfundatur quod in cacabo eſt. Malagma ad omnem dolorem veterem ex qualibet cauſa factum, præcipuè ad lumborum dolorem, ſic, Bdellæ ✱ II. ſtyracis ✱ V. œſypi ✱ II. ammoniaci ✱ V. piperis albi ✱ II. thuris ✱ V. baccarum lauri P. I. terebinthinæ ✱ VI. opopanacis ✱ II. adipis taurini ✱ VI. medullæ ceruinæ ✱ V. propolis P. S. olei veteris P. I. ceræ P. II. thuris pollinis P. I. oleum, cera, reſina, propolis, liquefiunt: deinde thuris pollinis põdus ſuperius dictum adiicitur,& cætera minutatim, vel in vnum contuſa, poſtea decoquuntur ſimul omnia: opopanacem ſanè oleo dilui prius oportet. Medicamentum quod facit ad omnes membrorum dolores, quod ἀνώδυνον appellatur. Facit autem præcipuè ad lumborum dolores, conficitur ſic, Myrrhæ denarios octo, croci denarios ſeptem, opopanacis itidem, ſtyracis denarios duos, alterci ſeminis ✱ V. opii ✱ VI. mãdragoræ radicis, vel etiã corticis ✱ I. piperis albi ✱ I. cõſpargũtur trita & cribrata hæc omnia ex aqua pluuiali, fiũt paſtilli victoriati tertiæ partis, dantur ieiuno ex aquæ cyatho vno,& ex paſſi cyatho vno. Malagma ad coxæ dolorẽ, Maſtiches Chiæ P. S. abrotani ſucci 8. S. thuris P. S. ſalis ammoniaci P. S. ariſtolochiæ rotũdæ P. II. ariſtolochiæ digitalis P. II. ſpumæ argenti P. I. propoleos P. I. cotis creticæ P. I. S. reſinæ pityinæ P. I. S. olei veteris P. III. olei laurini P. III. galbani P. I. lepidos cyprii P. S. ceræ P. I. S. ſinapis Alexandrini 8. III. aceti 8. III. omnia hæc tunſa quæ tundenda ſunt,& remiſſa quæ liquefaciẽda ſunt, ſimul excoquuntur,& poſtea tandiu manibus ſubiguntur donec denſum malagma fiat. Iſchiadicis cochleæ crudæ tritæ in vino Aminæo, ex pipere potæ mirè proſunt. Pellem lupi aluminatam, per dies ſex lumbis dolentibus impone, ſtatim ſubuenies.

Lumborum & veſſicæ cruciatibus laboranti prodeſt in balneis & loco calido, dum illic eſt, vrinam egerere. Lana ſuccida, nitro, ſulphure, oleo, aceto, pice liquida, feruentibus his, tincta, & quamcalidiſſimè ſuſtinere poſſit bis in die appoſita, prodeſt lumborum dolori.

Remedium mirum aduerſum iſchiadem ve arthritim, herba eſt, vel frutetum, quod maximè circa ſepes vinearum naſcitur, Latinè cytiſus dicitur: virgultis eſt ſubtortis, vel curuis foliis, oblongis, bene virentibus floribus concluſis, oblõgis, albis, vel etiam galbineis, bene olentibus, id eſt mellito odore: frutetum ipſum ſemper virens æſtate atque hyeme, colligitur die Iouis luna vetere liduna ante prandium, & datur ei cui remedio futura eſt ieiuno ante prandium trita, ita vt non ſuccus tãtùm eius, ſed & folia quomodo trita fuerint, vel flores eius ſi fuerint, ſic dentur ex meri vini veteris, ſiue etiam nouelli quartario grãdi. Sed qui accipiet, ſtans accipiat,& contra orientem bibat,& quum à dextra parte potionem acceperit, ad ſiniſtram, retróve non reſpiciat, & reddat calicem ei qui dederit potionem. hoc per triduum faciet. Sed qui daturus erit potionem, vna hora vel vno die, lectam herbam ſimul contemperare debet, vnde ſint tres potiones, ita vt à nullo alio quàm ab eo qui daturus eſt, herba illa vel potio,& ab eo qui accepturus eſt, tangatur. hæc qui bene obſeruauerit, mirum remedium inueniet. Ad coxæ ſubitũ ſtuporẽ, vel dolorẽ, Aphronitri — I. ſinapis — I. piperis ſemunciam, teres,& trita miſcebis, vt puluerẽ facias,& in balneo locum de quo quereris perfricabis.

Remedium ad iſchiadem ſic, colliges herbam quæ dicitur Britannice die Iouis vetere luna & liduna ſiccabis,& repones, quia hyeme non apparet: (nam & viridis prodeſt) teres hanc cum tribus granis ſalis,& cum piperis granis quinque aut ſeptem addes,& plenum grande cochleare mellis,& vini potionem bonã,& ſi volueris modicum calidæ aquæ adiicies,& ſic bibendum dabis: ſed hanc herbam ter, dum teres & antequam colligas, præcãtare debes ſic, Terrã teneo, herbã lego, in nomine Chriſti, profit ad quod te colligo: medicinalibus digitis eam ſine ferro præcides vel auelles. Ad iſchiadem de experimẽto remedium ſic, Radix bugillonis ſine ferro colligitur, vel eruitur palo acuto: hæc tunditur in pila, vel teritur in mortario,& ſuccus ei⁹ exprimitur, ita vt in ſucco eo ſit vel quartarius: deinde grana piperis XXV. teruntur,& mellis libra adiicitur, ac vini veteris ſextarius. hæc omnia cum ſucco ſupraſcripto ad modum conditi permiſcentur, & laboranti in balneo quum iam propè laſſus fuerit, per triduum potanda in caldaria tribus potionibus dantur, mirè proderit.

Deſcriptio ceroti chalaſtici, quod facit ad omnes totius corporis dolores, præcipuè ad contuſiones membrorum,& neruorum infirmitates, & ad ſtomachi dolorem. inſigne eſt certè in primis ad lumborum & renium dolores: cõficitur vetere luna & liduna à mẽſe Martio in quodlibet tempus æſtiuum. recipit hæc, Phlomi libram, herbæ

Sabinæ P. I. barbæ iouis P. I. baccæ lauri P.I. has ſpecies tunſas coques in olei ſecundarii boni libris IIII. poſtea colatis omnibus mittes in oleum ipſum rutæ ſiccæ — VI. pulegii ſicci — III. ſymphoniacæ ſuccum — VI. haſtulæ regiæ ſuccum — VI. verbenæ ſuccum — VI. hibiſci ſuccũ — VIII. fœnigræci ſuccum — VIII. lini ſeminis triti — VIII. maluæ erraticæ ſuccum — VIII. hæc omnia miſcebis cum ſuperioribus ſuccis, & decoques ad tertias ita vt mittas caricas ficus IIII. quæ tãdiu coquantur donec nigreſcant: poſtea addes axungiæ veteris P. II. ſeui ceruini P. I. butyri loti P. I. medullæ ceruinæ P. I. ſeui bubuli P. I. ceræ — VI. reſinæ frictæ — VI. hæc cum cæteris herbis remittes, & cum his quæ ſuprà ſcripta ſunt, omnibus permiſcebis, & repones in vaſis fictilibus, aut in ligneis, aut corneis, & quum volueris tepefacto vteris contra omnes dolores, vt ſuprà ſcriptum eſt. Iſchiadicis & lumborum doloribus, porri ſectiui triti ſuccus expreſſus cum vini hemina ieiuno potui datus efficaciter medetur. æquè prodeſt & apii ſuccus ſimiliter datus. Herba chamædrys contuſa, & cum melle potui per triduum data, confeſtim medetur lumborum & coxarũ dolori: herba quoque ſenecio in cibo ſumpta, coxarum, & lumborum dolores certiſſimè ſanat. Adipe vrſina dolentes coxas perfrica, continuò ſanabis. Qui teſticulum leporinum coctum ieiunus comederit, citò coxarum dolore releuabitur. Radices ex integro tritæ cum pane remollito miſcentur, atque inde cataplaſma factum, coxarum vel lumborum, etiam renium dolori imponitur, ſtatim prodeſt. Incredibile & vnicum remedium iſchiadicis & arthriticis hoc eſt, quo & ipſe Auſonius medicus ſanatus eſt, & multos ita iacentes vt mouere ſe ſine cruciatu nequirent, intra quinque dies ſtare, ambulare autem intra ſeptem dies fecit: conficitur ſic, Fimum ibicum luna ſeptimadecima colliges: quanquam & alia luna vetere collectum ſimili efficacia proſit, dummodo medicamen ſeptimadecima luna componatur: ex eo ergo fimo quantum vnius manus pugno pleno potueris comprehendere, dũmodo impar ſit numerus pilularum, in mortarium mittes, atque adiicies piperis grana XXV. diligentiſſimè trita, tunc addes mellis optimi heminam, & vini veterrimi optimi 8. II. & contritis prius pilulis vniuerſa miſcebis, & repones in vaſculo vitreo, vt quũ fuerit opus, paratũ habeas medicamentum ad ſubueniendum: ſed vt maior ſit medicaminis efficacia, luna ſeptimadecima illud facere debebis. & quũ daturus fueris remedium, à die iouis incipe, & per dies ſeptem continuos dato, ita vt qui remediandus eſt, ſtans in ſcabello contra orientem bibat: quæ potio, ſi itã vt ſcriptum eſt data & obſeruata fuerit, etiã ſi omnibus articulis & coxa infirmus contractúſque fuerit, & immobilis ac deſperatus iacuerit, neceſſe eſt vt ſeptima die ambulet. Iſchiadico remedium efficaciſſimum ſic, Caſtorei ſemũciam, pyrethri, nitri, euphorbii, adarces, vncias ſingulas, olei cyprini libram: quæ tundenda erunt ſiccata tundes, & cribrabis, & ſic oleo cyprino miſcebis, & decoques, atque eo medicamine ſic vteris vt iſchiadicum iacentem in ſole diutiſſimè perfrices in coxa quam dolet, deinde ad balneum ducas, & quum ſudauerit diutiſſimè compellas in toſta caldaria commorari. Ad coxarum & ad lumborum dolores, herba chamæpitys contrita ex vino potui data plurimum prodeſt.

Cucurbitæ ſemine contrito in ficulneo vaſculo, adiecto oleo & aceto, coxæ & lumbi perfricati, potenter ſanãtur, ſicut experimẽta docuerũt. Serpylli aridi cõtuſi, & in puluerẽ redacti ſcrupulos tres; adiecto modico melle permiſce, & ex eo tres globulos æquali pondere facito, atque ex iis ſingulos cum mulſi cyathis tepefactis binis, ieiuno per triduum dato, incredibiliter lumborum dolori medebere: quòd ſi illo triduo non penitus qui laborat fuerit abſolutus, iterum per aliud triduum dabis

Radix aſparagi trita, & ex vino potui data, lumborũ & coxarum dolori mirè medetur. Nuclei amygdalarum triti, & ex aceto poti lumbis medentur. Naſturtium cum farina permixtum, & ex aceto calido lumbis medetur ſi impoſitum fuerit. Gladioli radix contuſa cum ſulphure viuo & adipe vrſina, lumbis impo-

A ſita plurimum prodeſt. Remedium coxendicis mirum de experimento, ſic, Muſcerdæ nouem tritæ ex vini quartario ſuper ſcalpellum vel ſellam laboranti potui dantur, ita vt pede vno quem dolet ſtans ad oriẽtẽ verſus potionẽ bibat, & quũ biberit ſaltu deſiliat, & ter vno pede ſaliat, atque hoc per triduum faciat, confeſtim remedio gratulabitur. Malagma iſchiadicis mirum ſic, Styracis vncias II. picis P. II. ceræ P. I. guttæ ammoniacæ — VI. reſinæ terebinthinæ — VI. galbani — II. mannæ thuris — II. omnia quæ tundẽda ſunt in puluerẽ rediges, &
B admiſcebis iis quæ igni remittẽda ſũt, & deſuper aceti quãtum ſufficiat medicamento dum excoquitur mittes, & quum opus fuerit calido vteris. Ad iſchiadem remedium dictatum à Iuſto medico ſic, Herbã argemoniam & herbam verbenam, & lapathium, & bugillonis radicẽ æquis portionibus vel ponderibus mittes in pilam, & tundes, & quum tunſæ bene fuerint, addes vini candidi 8. III. & manibus agitabis cum ipſo vino diutiſſimè, poſtea omnia mittes in linteum ſpiſſum, & expreſſa colabis, atque iis quæ colata fuerint deſuper addes vini aliquantu-
C lum, & piperis grana triginta trita, poſtmodũ ex hoc medicamine quartarium calefactum ieiuno laboranti in balneo dum in ſolio eſt, per triduum dabis bibendum.

Ad iſchiadem phyſicum remedium, teſtudinis aquaticæ crus præcide, & phœnicio inuolutũ ex ea parte qua quis iſchiadem patitur appone, potenter remediabitur.

Git quantum tribus digitis tolli poteſt ſumptum tritúmque, & paſſi cyathis duobus aſperſum, adiectis aquæ calidæ cyathis totidem epotum, maximè prodeſt lumborum dolori. Fel terræ tritum ex vetuſtiſſimo vino
D bibere dabis ieiuno, ſupra limen ſtanti vno pede, qui coxam dolebit, ſed non in vitro hanc potionem bibat.

Præſens remedium ad coxæ dolorem ſic, Artemiſiam aridam tundes, cribrabis, & ex vino dabis bibere ieiuno; continuò emẽdabitur vitium. Herbæ pteridis (id eſt filiculæ, quæ ratis Gallicè dicitur) quæque in fago ſæpe naſcitur, radices tunſæ in potione ieiuno dantur cũ vino, coxarum doloribus laboranti. Hederam & herbam Sabinam æquis portionibus tritam ex vino auſtero ad modum auellanæ dari iſciadico ieiuno oportet per tri
E duum: eadem potio etiam aliud malum coxendicis purgat. Trixago herba feruefacta cum aqua, ac triduò potui data, iſchiadicum mirificè ſanat. Crocodilus terrenus præciſis ſummis partibus, egeſtiſque interaneis, ex iure coctus, cibatui datus, magnum iſchiadicis præſtat auxilium. Fimus aprugnus vino remiſſus, tepefactus, colatúſque, & duorum cyathorum menſura potui datus, iſchiadicis ſaluberrimè medetur. Rubiam qua pelles inficiuntur, quotidie bibere iſchiadicis vtile eſt, & in balneo feruenti lauari. Geniſtæ rami pluri-
F mis diebus in aceto macerãur, deinde tunduntur, & exprimuntur ex eo ſucco cyathus vnus ad diem iſchiadico, quouſque ſanetur offertur. Fimum bubulum feruẽtem quem in cinere ardenti calefeceris, coxarum dolori imponito, plurimum prodeſt. Vermis terrenus exfoditur; & in ligneo cauco ponitur; ſi fieri poteſt fiſſo, & ferro alligato: tunc aqua perfunditur, rurſúſque eodem loco vnde prolatus eſt defoditur, aqua verò in qua dilutus eſt, in eodem poculo bibitur ab iſchiadico ob inſigne remediũ. Ad iſchiadem remedium ſic, herba pentaphyl-
G los foliis fragorum ſimillima, iouis die collecta, & cum vino trita, in balneo in ſolio data potui, hac valetudine laborantes citò remediabit. Ad iſchiadem remediũ ſic, Cera rubea, & ſtercus canis quod eſt album, hoc ſiccatum in ſole, & in modum farinæ cribratum; quum fuerit contuſum, lento igni ceræ remiſſæ admiſcetur per partes, & olei parum, tantùm vt mollius idem efficiatur medicamen: ſed antea tamen colocynthide & centaureo curetur cui medendum eſt, vt ſi non profecerit, curationem iterũ adhibeas.
H

RENIVM ET VESSICAE DOLORIBVS, & cauſis vniuerſis, & calculo, & dyſuriæ (id eſt vrinæ difficultatibus) & ſtranguriæ, necnõ & ſubmeiulis, remedia phyſica & rationabilia diuerſa de

experimentis, Cap. XXVI.

AD renium tumorem,aut exulcerationem,etiamſi ſan
guinolentam vrinam quis faciat,hoc remedio ſana-
bitur,Roſæ aridæ foliorum,papaueris nigri ſeminis, nu-
cleorum pineorum,paria pondera cõtunduntur ſeorſum,
& in vnum miſcentur,inde datur quantum nux iuglan-
dis, ex paſſi cyathis duobus & aquæ cyathis tribus.

Alia ad renium dolorem potio, quæ etiam quaſi are
nam ſabuloſam interdum detrahit,accipit hæc,Apii ſemi
nis,petroſelini,aniſi,ſingulorum ✱ ſenos denos, dauci ſe
minis ✱ IIII. ſchœni denarios ſex, croci ✱ XXII. mellis
quantum ſatis videbitur.hinc datur quantum lupinus ex
mellis ligulis duabus & aquæ cyathis quatuor. Ad
renium tumorem & dolorem remedium efficax, quod
facit & ad iocinoris & lienis tumorẽ,& ad hydropicos,&
ad eos qui mali coloris propter hæc vitia ſũt:accipit hæc,
Croci ✱ X.nardi Indici ✱ II.coſti ✱ II. ſchœni ✱ I. cinna-
mi ✱ I. myrrhæ ſtactæ ✱ I. mellis optimi ✱ XXV. datur
quantũ fabæ magnitudo eſt Ægyptiacæ,ex mulſi cyatho
mixti cũ aquæ cyathis duobus,ſed febricitãtib⁹ ex aquæ
mulſæ cyathis tribus dari debet. Ad tumorem & do
lorem,& exulcerationem veſſicæ benefacit aqua pota,in
qua ferrum candens dimiſſum eſt. hoc tractum eſt ab a-
quis calidis quæ ſunt in Tuſcia ferratæ, quæ mirificè re-
mediant veſſicæ vitia,vnde appellantur veſſicariæ,qui lo
cus quondam fuit Milonis Brochi prætoris, hominis o-
ptimi,ad quinquageſimum ab vrbe lapidem. Ad tu
morem & dolorem veſſicæ,& ad eos qui difficulter vri-
nam reddunt,ſic,Alterci ſeminis,maluæ ſeminis,cucume
ris edulis ſeminis purgati,ſingulorum denarios ſenos, a-
mygdalorum dulcium purgatorum, nucleorum pineorũ
purgatorum,ſingulorum ✱ ternos,opii ✱ I.croci ✱ V.paſ-
ſo contuſa hæc omnia conſparguntur,datur hoc medica-
mentum ad menſuram denarii vnius, ex paſſi cyathis
duobus,& aquæ tepidæ totidem. Ad veſſicam ex-
ulceratam remedium ſic,Nucleorum pineorum purgato
rum ✱ I.cucumeris edulis ſeminis purgati cyathum,aneſi
cyathum,papaueris nigri ✱ II.croci ✱ II. palmas cariotas
XXX. has macerari oportet paſſi 8.duobus, atque cõteri,
deinde iis adiici cætera:ex eo dari nucis ıuglãdis magni-
tudinẽ ex paſſi cyathis tribus. Ad ſanguinẽ per vri-
nam cum dolore reddentes,Aluminis ſiſſi ✱ I. tragacan-
thi ✱ I. Tragacanthum pridie aqua maceratum, alumi-
ni trito admiſceri oportet,deinde fieri paſtillos ad dena-
rii ſemiſſem,vel tertia detracta,datur ex paſſi cyathis tri-
bus. Ad calculoſos optimum remedium eſt ſcolopẽ-
dros(quam nos ſaxifragam appellamus) huius contuſæ ✱
I. ex aquæ cyathis tribus per dies XXX. datur.eodem mo
do data hierobotane prodeſt, quam nos verbenacam di-
cimus. Multos cum admiratione effectus audiuimus
narrantes,Caſilini naſci in lapidicinis beſtiolas adhæren
tes ſaxis quaſi verruculas,has datas tritas ex aquæ cyathis
tribus,findere,& per vrinam extrahere lapides de veſſica.

Ad calculoſos remedium vtile ſic, Cucumeris ſemi-
nis,dauci,aneſi,apii,petroſelini,myrrhæ, ſingulorum de-
narios ternos,caſiæ daphnitidis,cinnami,nardi, ſingulo-
rum ✱ ſingulos.trita hæc omnia aqua colliguntur, fiunt
paſtilli lupini magnitudine, dantur ieiuno ex aquæ cya-
this ternis per dies quadraginta:hoc medicamentum tun
ditur vel componitur in pila lignea & pilo ligneo:qui cõ
tundit annulum ferreum non habeat.hanc enim ſuperſti
tionem adiecit Ambroſius medicus Puteolanus,qui ad-
firmauit multos ſe hoc medicamento ſanaſſe. Detrahere
autem dixit poſt diem ſeptimum fragmina quædam la-
pidum quaſi arenam. Ad calculoſos, lienoſos, hy-
dropicos,medicamentum efficax,quod & vrinam detra-
hit,& lapides in veſſica extenuat,cõficitur ſic,Eryngii,py
rethri,ſaliuncæ, ſaxifragæ,ſingulorum denarios denos,
polii,folii,ariſtolochiæ,ſingulorum ✱ quinos, oxymyrſi-
nes(quæ ſcopa regia vocatur)ſucci heminam.hæc omnia
contuſa & cribrata colliguntur ex aqua, fiunt paſtilli ſin-
gulorum denariorum,dantur lienoſis ex aceto, & mellis
cyathis tribus,calculoſis ex paſſo mixto, quantum manus
capit,aut teſta auriculæ marinæ: quod medicamentũ da-
tur per dies XLV. cuius beneficio in arenam ſoluuntur
A lapides in veſſica reperti: hydropicis autem ex mulſi mi-
xti cyathis tribus dandum eſt. Contra calculum & a-
lias difficultates veſſicæ,lapillum qui in gallinacei veſſi-
ca,aut in palumbi ventriculo inuenitur, conteri & aſper-
gi potione prodeſt. Item membrana ventriculi eius tri-
ta:ſimus quoque columbinus in faba ſumptus, item gle-
bula de nido hirundinum diluta ex aqua pota prodeſt.

Ad renium dolorem cõfectio medicaminis ſic,Re-
ſinæ colophoniæ ⫠ I.galbani ⫠ I.opopanacis ⫠ I.ceræ
⫠ VI.ſeui ⫠ VI.axungiæ veteris P.I.rutæ ⫠ III. baccæ
B lauri ⫠ III.herbæ Sabinæ ⫠ III. olei quantum opus fue-
rit,ſeminis vrticæ ⫠ III. iſta omnia ſimul coquuntur, &
colantur,& circa renes in pellicula alutacia apponuntur.

Ad vrinæ difficultatem, murino fimo ſummitatem
veretri vel imum ventrem inlini prodeſt. Ad calcu-
lum experτiſſimum remedium ſic,Aſparagi radices,& ſa-
xifragam,lappæ radicem,apii radices,ebuli radices, allii
capita tria,folia ſalicis,petroſelini Macedonici modicũ.
hæc omnia conteres,& miſcebis,& ex paſſo bibenda per
triduum dabis: ſi paſſum non fuerit,ex mulſo vel condi
C to bibat,ſed ſi non febricitabit cui medẽdum eſt. Ad
calculum & vrinæ difficultatem, paſtinacæ (hoc eſt ole-
ris quod manducatur)ſummitatem, id eſt corticem eius
teres,vino picato permiſcebis,& bibẽdum ieiuno dabis.

Modicum de ſuccino lapide,& cyperum,& piper cõ-
tundes,& coques,& cochleare vnum plenũ ieiuno dabis
qui vrinæ difficultate vel caliculi dolore torquebitur.

Renibus medetur alum Gallicum cuius radix trita
diligenter,& in vino decocta bibitur:interdum etiam ita
decoquitur vt ſpiſſum emplaſtri more renibus ſuperpo
D natur. Renes leporis crudos ſiquis poterit glutiat,
ſinminus,coctos tranſmittat,ita vt dentibus eos non con
tingat,citò remediabitur:radix quoque aſparagi ex vino
trita & pota, prodeſt renium dolori, Hibiſci libram v-
nam,ſtercoris ouilli recentis P. II. axungiæ veteris P. II.
hæc omnia contrita pariter miſcebis, & in lana ſuccida
renibus emplaſtri modo, ſtatim proderit. Ad veſſi
cæ dolorem,& ad eos qui vrinam vix faciunt remedium
ſic, Seminis petroſelini cyathos III, fœnigræci cyathos
tres,toſta hæc contundes,addito myrrhæ modico, & pi-
E peris granis IX.vini cyathis duob⁹.omnia in vnum con-
teres,& miſcebis,& in balneo calido bibendam potionẽ
dabis,mirum eſt. Ad vrinæ difficultatem & calculũ
lotium caprinum,ſed mõtanum,tepidum potari oportet,
admixto vino cum aqua,ob faſtidium:cyminum quoque
Africanum quod ſummitate trium digitorum potueris
prendere ex vino mixto calidum bibatur. Ad vrinæ
difficultatem vrticæ quantum duabus manibus ample-
cti potueris faſciculum, cum vini congio decoctum, ad
duos ſextarios rediges, & manè bibẽdum ieiuno per tri-
F duum dabis. Herbæ mercurialis ex aqua decoctæ
ius,adiecta myrrha tritum,veſſicæ, lumborúmq; dolori-
bus ſubuenit ſi à ieiuno potetur aſſiduè. Ad dyſu-
riam (id eſt vrinæ difficultatẽ)& calculum, echinos tere
cum aculeis ſuis,& ex mulſa aqua frequenter accipito: ad
calculum autem rubi radices ſine ferro colliges,lotáſque
diligenter in olla noua coques, & ex eo quod decoxerit
cum vino,ſi non febicitabit: ex aqua, ſi incommodabi-
tur,bibendum dabis. Cancri teſtam diligenter te-
res,& vino ſubdulci miſcebis,& colatam potionem da-
G bis bibendam ei qui calculi moleſtia laborabit. Her
bæ millefoliæ ⫠ II.& eius quæ herba ſacra dicitur tantũ
dem teres,& coques ex aqua & ex melle,atque ita biben-
dam dabis vrinæ difficultate & calculo laboranti. Mẽ-
ſe Nouembri ante Idus eaſdem ſemen fraxini colliges, &
in tepido furno ſiccabis,die poſtera ſiccatum tundes, &
cribrabis,& repones,& ex eo dabis calculoſo ad diem cũ
vino vetere bibendam ligulam vnam. Ad renium
dolorem remedium ſic,Apii ſeminis ⫠ I. fœniculi ſemi
nis ⫠ I.piperis ſemunciam.ex iis bene tritum & cribra-
tum puluerem facies,& habebis paratum: & quum opus
H fuerit,cochleare plenum in calida aqua bibat ieiunus,qui
dolore renium laborabit. Ad lapides de veſſica
eiiciendos remedium ſingulare,Hircum ſegregatum vel
clauſum ſeptem diebus lauro paſces,& poſtmodum à pue

ro impubi occidi facies,& ſanguinem eius accipies munditer, ex eo dabis laborāti in vini cyatho ſcrupulos tres. at verò vt eius rei experimentum capias, lapillos fluuiatiles in veſſicā mittes in qua ſanguis exceptus fuerit, (nam in veſſica excipi debet) & ſignatam repone, intra dies ſeptem ſolutos penitus inuenies. Antidotum ad renium dolorem ſic, Fœniculi ſemen recens, petroſelini, dauci, zingiberis integri, piperis nigri, porri capitati ſemen, folia malabathri, grana piperis albi. omnia hæc æquis ponderibus tundes & cribrabis, & miſcebis cum melle Attico, & ex eo pilulam ad modum auellanæ ex aqua calida ieiuno dabis. Ad reniũ dolorem vnguentum ſatis efficax ſic, Caſtorei ⊸ I. euphorbii ſemunciam, pulegii ⊸ I.S. ceræ ⊸ III. ſatyrii ⊸ III. olei amari ⊸ VI. cyperi ſemunciam, myrrhæ ⊸ I. reſinæ terebinthinæ ſemunciam, piperis ⊸ I. S. olei laurini ⊸ VI. opobalſami ⊸ I. hæc omnia ſicca tundes, & cribrabis, & miſcebis, & decoques, & liquido medicamine vteris in balneo, & perunges renes, coxas, & ſuper pectinem: omnis dolor citò deſinet. Trochiſcus ad renium dolorem, & veſſicæ dolorem, ac vulnera, & ad eos qui vrinam ſanguineam faciunt vel purulentam, accipit hæc, Opii drach. III. de nucleis pineis excaldatis & purgatis drach. III. croci drach. III. amygdalæ dulcis excaldatæ & purgatæ drach. III. auellanæ purgatæ & excaldatæ drach. III. cucumeris ſeminis purgati drach. XII. hyoſcyami albi ſeminis cyathos III. apii ſeminis cyathos II I. fœniculi ſeminis cyathos III. lapatii ſeminis drach. I. hæc omnia primùm ſeparatim teres, & permiſcebis cum paſſo cretico. tum ex eo facies trochiſcos habentes drach. ſingulas, & dabis bibendos ſingulos cum aquæ mulſæ calidæ cyathis binis: vtile eſt hoc medicamen etiamſi per veretrum infundatur. Confectio conditi nephritici, quod facit ad dolorem renium ſi aliquo caſu vexati fuerint, & ad veſſicæ purgationem, & ex ea calculos vel ſabulones eiiciēdos, ſic, Herbæ vettonicæ ⊸ I. herbæ ſaxifragæ ⊸ I. herbæ quæ appellatur Græcè ἄσαρον, ſemunciam, ſeminis dauci ſemũciā, ſeminis petroſelini Macedonici vnc. croci ⊸ I. ſpicæ nardi ⊸ I. piperis ⊸ II. vini candidi optimi veteris ſextarios ſex, mellis deſpumati optimi 8.I. quod hoc modo deſpumabitur vt mittatur in ollam, & accipiat vini parũ de ſupraſcripta menſura, & quum cœperit bullire, ſpuma omnis cochleari paulatim tollatur. herbæ autem omnes in pila tunduntur, ſimiliter & crocum, ſed ſeparatim omnia & cribello tenuiſſimo cernuntur, necnon & piper teritur: quæ omnia creta ſimul in mortarium mittuntur, & paulatim vino adiecto diligenter teruntur. quæ quum trita fuerint, adiicietur & mel & vinum totum ſupraſcriptum, & diligenter permiſcebitur: poſtea cōdetur in vaſculo cannarum: quum autem fuerit neceſſarium remedium, potionem in piſinno calice calda mixtam ieiuno dabis bibendam, ita vt accepta potione vectetur. Ad calculum remedium efficax ſic, Nuclei pinei grana purgata XXX. palmulas purgatas infuſas XV. tragacāthi ℈ XVI. mali granati dulcis ſuccum ℈ VIII. croci ℈ II. myrrhæ ℈ II. hæc vniuerſa contuſa & ſoluta in ſe miſcentur, & ex iis qui calculo laborat mane ieiunus accipiet cochlear vnum, ita vt non manducet vſque ad horas prandii tardioris.

Ad renium dolorem remedium vtiliſſimum ſic, Cucumeris veri ſemen in teſta pones ſuper carbones viuos, ita vt temperatè exuratur, neque nimis, neque parum, & ex eo ℈ XII. & maluæ ſeminis ſcrupul. XVI. & amygdalæ amaræ purgatæ ℈ XXXVI. hæc ſeparatim tunſa quum in tenuiſſimum puluerem redacta fuerint, ſimul miſceto, & ex eo cũ hepſematis, (id eſt ſapæ cyatho) cochleare I. de mane ieiuno dabis bibendum. Ad renium dolorem herbæ vettonicæ tritæ pondus denariorum duorum, ſano ex mulſo, febricitanti ex aqua calida bibendum dato. Chamæpitys ex vino trita, atque ita pota, plurimum prodeſt renium dolori. Baccarum cupreſſi viridium contritarum ſuccus colatus, cum vino potui datus, mirè renium dolori medetur: ita ſi neceſſe fuerit per alios nouem dies adaucto numero

A baccarum, & iterum, ſi ita opus fuerit per alios nouem dies diminuto numero, detur, quouſque ad vnā baccam potio numerúſque deſcendat: ſed interpoſitio vno die debet eſſe cōmutatio potionis de maiore ad minorem modum. Lanam ſuccidam pice liquida inline, & vmbilico impone, ſtatim renium dolor ſedabitur:

Artemiſia herba eſt, (quam Gallicè bricumũ appellāt) hanc vbi naſcatur require, & inuentam, mane ante ſolis ortum ſiniſtra manu extrahes, & ex ea nudos renes præcinges: quo facto ſingulari & præſentaneo remedio B vteris. Pice liquida pollices tam pedum quàm manuum ab vnguibus vſque ad prima articulorum initia inlines, & chartam ſuperpones, intra triduum ita ſanabere lumborum dolore vt per ſingulas noctes detrimenta doloris intelligas. Qui renium dolorē vexabitur, in charta rudi ſcribat characteres infraſcriptos, & auro vel cupro includat, & circa renes alliget, miro remedio vtetur, χαραβραωϑ. Paſſi cretici cyathos tres, lactis caprini itidem, ſeminis cucumeris tringintatria, optimè trita ſimul vna potione qui biberit C abſoluetur renium dolore.

Molliginem ex vino optimo bibat qui renium dolore vexabitur, confeſtim ſanus erit: ſuccum quoque radicis amaræ cum melle mixtum bibat ieiunus vel ex vino auſtero, ſtatim remediabitur.

Artemiſiam tundes, & cum adipe ſuilla aut qualibet vetere ſubiges, & panno inductam pro malagmate renibus impones. Mulier quæ geminos peperit, renes dolentes ſupercalcet, continuò ſanabit. Remedium vnicum, & quod citiſſimè renium dolores cum D admiratione perſanat, ſic, Bitumē ſuper carbones viuos pones, & ſago grandi admodum caueæ eos operies, atque illic interius nudum qui renium dolore vexabitur, ſupra ipſos carbones ſedere præcipies, vt fumus ille corpus eius omne circumeat. hoc ſi neceſſe fuerit & ter facies, vt penitus ſanetur. Radix aſparagi trita & cum vino pota, renium dolorem optimè tollit.

Ocymi ſuccus in mali granati corticem fuſus, & potus, plurimum renibus prodeſt. Fel herinacei cum veſpertilionis cerebro & canino lacte renibus im- E poſitum, mirum prodeſt. Adeps anſerinus cum eiuſdem cerebro & butyro, & alumine, & œſypo impoſitus, ad ceroti modum, efficaciter renibus prodeſt.

Stercus columbinum tritum cum ordei farina & adipe ſuilla, & ouorum albo ſimul permixtum, & coctum, emplaſtri more rectiſſimè renibus imponitur. In capitibus piſcium, id eſt mugilum aut mullorum ſpina inuenitur cani ſimilis: hæc renibus appoſita vel alligata, miro remedio eſt. Plantago ex melle trita, & impoſita, renibus ſtatim prodeſt. Oua ſepia- F rũ in cibo ſumpta vrinam mouent, & renium grauedinem tollunt. Inula trita, & cum vini cyathis tribus per triduum pota plurimum prodeſt renibus ſeparandis.

Axungiæ veteris ſelibram, olei veteris ſelibram, ſampſuci ſelibrā, rutæ faſciculum vna decoques, & lanam ibi ſuccidam tinges, ac renibus ſuperimpones, mirè ſubuenies. Ad veſſicæ dolores & ſtranguriam, cardui ſemen ex vini ſextariis duobus vſque ad heminam decoctum & expreſſum, atque colatum, po- G tuique ieiuno datum, plurimum prodeſt. Plantæ rutaceæ & nepetæ radices, baccæque lauri in vaſe fictili cooperto diligenter coctæ, ne vis medicamēti emanet, potui dantur, ita vt prius expreſſæ colentur, mirabiliter veſſicæ doloribus proſunt. Herbæ quæ Græcè ſiſymbrion dicitur tritæ ſiccus expreſſus, & ſano ex vino, febricitāti ex aqua potui datus, mirũ ad veſſicæ doloris remediũ eſt. Fœniculũ cum radicibus ſuis decoctum, & potui ſumptum, efficaciter veſicæ doloribus prodeſt.

Glycyrrhizæ commanducatæ ſuccus deuoratus, vel H trāſmiſſus, vrinam efficaciter prouocat. Trifolium minutum cum pipere & pulegio quantum ſatis videbitur tritum, & cum vino potui datum, veſicam renéſque purgabit. Herbæ verbenæ contritæ ſuccus expreſſus, adiectis vini cyathis tribus potui datus, ad-

mirabiliter continuò vrinæ difficultatibus proderit. Herba quæ gramen dicitur nodorum XXVII, ex vino ad medias decocta & expreſſa, atque colata, potuíque ſtranguriosſo ex vini cyatho vno mixta data, adeò potẽter ſuccurrit vt vbi ſine tormento vrinam facere cœperit, dari non oporteat, ſed febricitanti ex aqua ſola dabitur. Siquis vitio veſſicæ aut ſtranguriæ laborans, lignum tamaricum ardens lotio ſuo extinxerit, deſinet vltra cruciari. Cupreſſi folia tenera ex aquæ ſextàriis quatuor ad ſextarium decocta, & expreſſa, atque colata cum vino, potui data ſtranguriã celeriter emendant.

Hederæ nigræ baccas V, aut VI, aut vndecim, prout ætas ægri viréſque patiẽtur, cõtritas, ex aqua mulſa ſumptas, mirè prodeſſe manifeſtum eſt, etiamſi ſanguinolẽtam vrinam ſtranguriosſus faciet: ex aqua tantummodo calida eas potare debebit. Auis oſſifragæ ventriculus ſalitus, vt ſeruari poſſit, aut exuſtus, & in puluerem redactus, cum vini potione datus, vrinam efficaciter prouocat. Muli impetigines in vtróque crure ſuper genua naſcuntur, & veluti cutis aridæ modo inhærent: has incende, & ſtranguriosſum diuaricatum deſuper pone, ita vt ſuffumigationem illam expanſis veſtibus tegat, nequa odor aut fumus emanet, efficaciſſimè incommodi eius vitio carebit. Aſini renes arefacti atque exuſti tritíque (id eſt in puluerem tenuiſſimum redacti) & ex mẽſura conchulæ vnius cum vini meri cyathis duobus ſtranguriosſo potui dati efficaciter medentur.

Verris ſyluatici lotium cum ſua véſſica in fumo ſuſpenſum, & adſeruatum, ſtranguriosſis cum potione mixtum potui datum, efficaciſſimè prodeſt. Pili caprini combuſti tritíque, & in potione dati, ſtranguriosſos potenter emendant. Pedum agninorum decoctorum ius potui ſumptum, ſtranguriosſis plurimum prodeſt.

Erinacei caro optimè decocta, atque in cibo ſumpta, ſtranguriosſis mirè ſubuenit, & citò naturalem vrinæ curſum relaxat. Cochleæ crudæ contritæ cum teſtis ſuis, & ex paſſo per dies ſeptem, aut vt plurimum nouem, potui datæ, efficaciter dyſuriæ proſunt.

Amyli ſemunciam terito, atque addito ouum recens, & eius oui teſtam ter paſſo impleto, idque poculum diu agitatum, & feruefactum, ſtranguriosſo reuerſo à balneis dato, omni eum dolore ac difficultate celeriter abſolues. Cicer arietinum in aqua decoquito cum ſale, eámque ſtranguriosſo ad binos cyathos bibendam dato, efficaciter iuueris. Fimus palumbinus in ſorbitione ſumptus ex faba facta, admirabile ſtranguriosſis præſentat auxilium. Turturum fimus ex mulſo coctus, & ceroti modo ventri ac renibus laborantis impoſitus, efficaciter prodeſt. Mẽthæ bene tritæ cochlearia duo ex aqua calida ieiuno per triduũ dabis, continuò veſſicam releuabis, vrinámque laxabis. Pulegii faſciculũ in olla noua ex vino vetere ad tertias decoques, & exprimes atque colabis, & ex vino ieiuno ſtrãguriosſo potiones ſingulas per triduum dabis.

Lapillus qui inuenitur in ſcorpionis marini cauda, tritus vtiliter bibitur cum vino à ſtranguriosſo.

Vngularũ aprugnarũ exuſtarũ cinis potioni inſperſus, plurimum vrinæ difficultates iuuat. Leporis cerebrum in vino vtiliter bibitur, eiúſque teſticuli toſti ſalubriter manducantur ab eo qui veſſicæ moleſtiis laborat. Anſerum ſylueſtriũ linguæ aſſatæ efficaciter ſumũtur in cibo à calculoſis. Cymini - I. rutæ - I. piperis ſemunciam teres diligenter, & cochleare plenum in meri veteris potionem mittes, & aquæ quod ſufficiat adiicies: poſtea ferro candenti ſæpius immerſo calefacies, & ieiuno bibendum dabis, efficaciſſimè ſubuenies ſtranguria laboranti. Spongia ex rubo roſario agreſti ſumpta, & aqua frigida donec madeſcat macerata, ac deinde trita, & ex aqua per triduum potui data, efficaciter calculoſos emendat. Piſcis ſcorpio aſſatus in cibo ſumptus, optimè calculoſo proderit. Cochleæ inanes (id eſt ſine carne ſua) caſu inuentæ, cõtuſæ, & in puluerem tenuiſſimum redactæ, in potione calculoſis datæ medentur. Vngulæ equinæ ſcobem, vel exuſtæ cinerem, ſi calculoſus in potionẽ acceperit, citò

A ſanabitur. Herba ſaxifraga, ſi ex oleo & liquamine manducetur, intra triduum calculos ſoluet. Calculoſis expertus affirmat incredibiliter ſuccurri remedio tali, ſi hircum, melius ſi agreſtem, melius ſi anniculum, & ſi menſe Auguſto claudas loco ſicco per triduum, vt ei ſolas laurus edendas ſubminiſtres, & aquæ nihil accipiat: ad poſtremum tertio die (id eſt aut Iouis aut Solis) occidas. melius autẽ erit ſi caſtus puruſque fuerit & qui occidit & qui accipiet remedium. Exſecto igitur gutture eius ſanguis excipitur. vtilius ſi ab inueſtibus pueris excipiatur: B comburitur in vaſe fictili vſque ad cinerem. Vas autem in quo torrebitur, coopertum & inlitum gypſo in furnum mittetur: quod quũ vapori exemeris, in puluerem conteres: necnon & polypum marinum identidem vt dixi exuſtum, in puluerem rediges. confectio autem vniuerſi medicaminis hæc eſt, Sanguinis huius hirci - III. piperis albi - I. polypi exuſti cineris - III. thymi - I. pulegii - I. apii ſeminis, oluſatri - I. hæc omnia ſeparatim tunſa, & ad leuiſſimum puluerem redacta commiſces, & dabis infirmo, melius ſi die Solis aut Iouis cochlearis mẽſuram in meri potio- C ne, aut cuiuſcunque dulcis poculi. Prouidere autem debes vt digeſto ac ieiuno potio detur, & rurſum vt eadẽ potione bene digeſta cibos accipiat: & eo melius erit ſi hanc potionem cum condito poſt balneum in ſabanis adhuc conſtitutus acceperit. Supra omnia efficax aliud ex eo facies medicamentum ſic, Sanguis hircinus ea obſeruatione qua ſupra excipitur in patella ferrea candente, vt aduri poſſit & ſtringi continuò ipſe ſanguis, ita vt poſtea in puluerem redigatur, vel certè continuis aliquot diebus ad ſolem ipſum ſangui- D nem pones, ita vt rore iam decuſſo, poſt horam ſecundam ponas, & ante nonam colligas. Poſteaquam ita fuerit ſiccatus ſanguis, vt nullum humorem habeat, colliges eiuſdem cruſtulas, & teres, atque ex eo leuiſſimum puluerem rediges: deinde accipies herbam tribolum, cuius herbæ ipſum tribolũ (hoc eſt ſemẽ ſpinoſum) proiicies: ipſam autem herbam lectam de locis maritimis ſiccabis, tundes, & in puluerem rediges. confectio autẽ medicaminis totius hæc eſt, Herbæ triboli - II. piperis - II. petroſelini Macedonici - II. folii ſertulam, id E eſt coronam ſiue ſphæram vnam. hæc omnia ſeparatim tunſa, & ad leuiſſimum puluerem redacta, cum ſanguine hircino miſcebis, & dabis infirmo die Solis aut Iouis cochlearis menſurã, in meri potione, aut cuiuſcũq; dulcis liquoris. Prouidere autem debes vt digeſto ieiunóque potio detur. quam quum acceperit qui calculum patitur, mox lapides ſolutos omnes per vrinam emittet. Vt verò admireris ſanguinis hircini virtutem, adamas lapis inuictus, qui neque igni neque ferro vincitur, ſi ſanguine hircino perfuſus fuerit, mox ſoluetur.

Ad veſſicæ dolorem & vrinæ difficultatem, herbam F gladiolum diligenter fodito, vt omnem radicẽ eius palo ligneo eruas, cuius radicis corticẽ diligẽter nitidatã ſiccabis optimè, & teres atque cribrabis, vt in puluerem tenuiſſimum redigas, atque ex eo cochlearia tria mittes in mortarium, & piperis albi grana nouem trita, & myrrhæ optimæ tritæ puſillum, & vini optimi 8. II. atque hæc omnia in vnum permiſcebis & conteres, ac laborãti in balneo (id eſt, quum in piſcinam deſcenderit) dabis bibẽdam potionem, & monebis vt ſe poſt balneum calidiſſimè tractet hoc medicamine ſeu vir ſeu mulier, G ſeu puer ſeu puella, potentiſſimè ſanabitur.

Cochleam grandem vnam viuam prendes, & eius carnem eximes, ac ſolã teres in mortario, & cum aceti acris cochlearibus tribus dabis bibendam, atque hoc per triduum facies: deinde intermiſſo triduo, niſi ſtatim expulerit calculũ, ſimiliter remedium, & ſi neceſſe fuerit, ſæpius dabis. Filicis radicem, aſparagi ſpongiam, apii radicẽ, & petroſelinum ſimul diligenter teres, & ie- H iuno calculoſo cũ vino dabis bibendũ. Violæ erraticæ ruſticæ radices, & apii, & violæ coronariæ ſemẽ vnà cõtrita, & ex aqua calida à balneo continuò potui oblata, dolores veſſicæ citò abigunt.

Lapis ex veſſica hominis qualibet curatione ſublatus,

ſi teratur, & ex vini cyathis trib⁹ calculoſo pòtui detur;
lapides veſſicæ humanæ innàtos, efficaciter diſſoluere
creditur. Cimex foraminibus veretrorum con-
fricatus, dolorem veſſicæ protinus tollit. Veſſi-
ca apri rectè aduerſum veſſicæ dolores in cibo ſumitur,
ita vt mulier fœminæ, vir maſculi ſumat. Na-
ſturtium tritum cum vino dulci cibario dabis veſſicæ
tædio laboràti per triduum potui, ſed ſatis ſpiſſum po-
culum detur. Veſſicam releuat coliculi cocti
aqua triduò à ieiuno iugiter pota. Ad veſſicæ vi-
tia curanda, Myrrhæ ſemunciam bene tritam cum mul-
ſi veteris cyathis tribus dabis per triduum ieiuno exeū-
ti ſtatim à balneo, ita vt dum ſabanis operitur, ſingulos
in diem cyathos bibat. Si in veſſica aliquid mo-
leſtiæ fuerit, nitri florem, vel ſi flos non fuerit, ipſum
nitrum conteres, & cum aqua in qua coliculi cocti fue-
rint, vinóque piccato, vel auſtero rubello duriſſimo da-
bis bibendum per triduum, vel diutius, ſi ita opus fue-
rit, magnificentiſſimè proderit. Prima luce puer
virgo rorem de foliis caulium excuſſum, in noua olla
excipiat, non minus ſextarios quatuor, eo adiicies mel-
lis quartarium, & fœnigræci bene mūdati & loti quar-
tarium, & zingiberis vncias tres, atque ita decoques ho-
ris tribus, & inde bibendum dabis manè ieiuno calcu-
loſo quartarium tepentem. hæc potio per triduum ſum-
pta menſura quartarii, & veſſicam & renunculos, & in-
teſtina vniuerſis ſordibus purgat. Piperis grana
IX. eiuſdem ponderis ſulphur, trita ſimul in vino vete-
re dabis bibenda ieiuno calculoſo: ſolet ſtatim perniciē
demouere: ſi tamen vltrà dolor manſerit, iterum dabis
ſimilem potionem. Pellem leporis recentem in
olla munda vel tegula ita cum lana ſua combures vt in
tenuiſſimum puluerē redigere poſſis, quem cribratum
in vaſe nitido ſeruabis. inde quum opus fuerit, tria co-
chlearia in potione dabis bibenda, quæ res ſiue calcu-
los ſiue veſſicæ dolores continuò compeſcit. Sed multo
potentius erit remedium ſi leporem viuum in olla no-
ua claudas, & gypſo omnia ſpiramenta vaſis obſtruas, &
in furno vſque ad fauillam tenuiſſimā cremes, tritam-
que & cribratam recondas, atque inde certas menſu-
ras in potione vini offeras calculoſis, & qui ſanguinem
mingunt, mirè eos ſanabis. Cimoliæ cretæ tunſæ
8. III. & farinæ ordeaceæ 8. III. ex aqua coques, & in
ſaccos tres lineos mittes, eóque fomēto viciſſim muta-
to, vt bene caleat, calculoſos, ſeu veſſicæ dolore laboran
tes ter in vie vaporis, potenter ſubuenies. Item
aliud ad eos certiſſimum remedium, Pruna quæ in ſepi-
bus naſcuntur colliges, & eorum nucleos tolles, & ſer-
uabis ad præſidium, & quum opus erit, in pila tundes
quamoptimè, & cribrabis quamminutiſſimè, atque in-
de ex picato, ſiue auſtero ac duro vino dabis ieiuno bi-
benda in potione diurna cochlearia tria. Hoc ve-
rò medicamē non ſolùm veſſicam curat, ſed etiam vul-
nera intrinſecus latentia & vomicas perſanat: confici-
tur ſic, Cucuma ſextariorum nouem rudis aqua imple-
tur, & ad dimidias coquitur, tum adiiciuntur in eam
ſpongiarum aſparagorum vnciæ quatuor, apii radicum
tantundem, ſaliuncæ lotæ diligenter vnciæ duæ, caſiæ
fiſtulæ ſemuncia, amomi ℈ VIII. petroſelini dimidium
quartarium, iridis Illyricæ vncia vna, maſtichæ Chiæ
vnciæ duæ, deinde aqua cucumā ſupplebis, & de gypſo
præclaudes, vt tamen modicum ſpiramenti relinquas,
atque ita coquens claudes cucumam ne medicamen exi
liat, & ad medias decoques, ac recondes in ea: quum o-
pus fuerit dabis ex eo cum potione vini quantum ſuffi-
ciat ad bonam mixturam, ſed & ieiuno & dormitum
eunti dabis. Petroſelini heminam, apii ſeminis
tantūdem, in cucuma fictili noua prius imbuta ex aqua
decoques ad tertias, ita vt occluſa ſit cucuma, ne medica
men ebulliat: poſtea aquam colabis, & addito melle i-
terum ad tertias decoques, inde ieiuno calculoſo potio-
nem per triduum dabis. Calculos potio hæc aſ-
ſiduè ſumpta cum paſſo vel condito non ſinit gigni,
eóſque concreſcentes confringit, & per vrinam arenæ
modo pr omit, cōficitur ſic, Calaminthæ (id eſt nepetæ)

A — II. ſilis pictorii, piperis, ſuccini, ſaxifragæ, petroſelini,
cyperi, zingiberis, — ſingulas, tundes & cribrabis, &
cochlearium plenum cum vini mixta & calida potione
ieiuno bibendum dabis. Ad calculum remedium
mirum ſic. hederam quæ in quercu nata fuerit; vulne-
rabis cupro, & permittes humorem qui inde manauerit
indurari in modum gummis: poſtea ſublatum condi-
to reſolues, & admiſcebis, & bibes quotiens vſus exe-
gerit. Herbæ phyſſalidis baccas ternas per triduū
glutiat qui veſſicæ calculo dolebit. Herbæ Britā-
B nicæ radices contundes, & terna ſcrupula ex aqua calida
calculoſo ieiuno potui per triduum dabis. Eiuſdem her
bæ ſuccum expreſſum in duplici vaſe decoques, ita vt
ſucci eius naturalis ſextarius fiat, quem cum mellis deſ-
pumati hemina miſcebis, & poſtea in ſe decoques; &
quum colorem mutauerit, refrigerabis, atque inde co-
chleare vnum ex aqua calida, ſi vehementer febricita-
bit, calculoſo potui dabis, ſtatim etiam febris extingue-
tur: ſi verò ſine febri erit; ex vino eam potionem debe-
bit accipere. Ad renium dolorem emplaſtrum
C vtile ſic, Axungiæ veteris P. II. farinæ 8. I. olei P. I. ceræ
ſelibram. his liquefactis adiicies ſulphuris contriti ſeli-
bram, nitri contriti & cribrati ſelibram, omnia permi-
ſcebis & concoques, atque inde renes confricabis, vel
more emplaſtri appones. Herbam Sabinam in
mortario teres, & cum axungia vetere ſubiges, & ſic re-
nibus appones. Ad vrinæ incontinentiam remediū
ſic, Fœniculi radicem & ramuſculum erui contunde, &
ex vino vetere da bibendum, continuò remediabis.
Vrinam continet lac caninum, & adeps eius cum alumi-
D ne datus, ita vt ſit fabæ magnitudine globulus qui da-
tur. Cinis cochlearum Africanarum exuſtarum ſi
potetur, vrinæ incontinentiam ſedat. Anſerum
trium linguas inaſſatas, ſiquis ederit vrinæ profluuium
non patietur. Veſſica verrina cocta vel vſta come-
denda aut bibenda efficaciter datur ei qui vrinam ſuam
non poteſt continere. Leporis cerebellum ex vino
potum, vrinæ incontinentiam refrænat. eiuſdem teſti-
culi torrefacti, & ex vino poti, par remedium ſubmeiu-
lis præſtant. Vngues aprugni exuſti tritique in
E potione ſumpti efficaciter ſubmeiulis proſunt. Qui
vrinam tenere non poterit, capræ veſſicam comburat, &
cinerem eius ex aqua cum vini potione bibat. Ver-
rini genitalis vſti cinerem bibere debent ex vino qui v-
rinam continere non poſſunt. In cubili canis v-
rinam faciat qui vrinam non poteſt cōtinere; dicátque
dum facit, ne in cubili ſuo vrinam vt canis faciat.

Vrinæ propriæ quantumcunque ignoranti ſubmeiu-
lo efficaciter offertur, vel res quas comminxerit in po-
tione exprimūtur, aut ibidem diluuntur, & ita ei inſcio
F ipſa potio propinatur. Vitrum teres diligen-
ter, & cum pice cedria miſcebis, atque ita chartam vir-
ginem inlines, & renibus appones, quo medicamine
diebus ſeptem iugiter vſus ſanus firmiter eris.

Ad reniculorum dolorem obſeruabis vt poſt balneū
poſcam calidam bibas per plures dies, & quotiens do-
lore interpellatus fueris, idem facies. Conditum
ad reniculorum dolorem, vel ad calculum, ſic, Saxifra-
gæ — I. vettonicæ — I. petroſelini — I. apii ſeminis — I.
rutæ ſeminis ℈ XVIII. piperis — II. vini optimi 8. XII.
G mellis optimi P. V. tundes omnia, atque cribrabis, & con
ditum quum exegerit neceſſitas facies, eóque vbi reni-
culorum dolor aut moleſtia calculi fuerit, vteris.

Saxifragam herbam, petroſelinum Macedonicum,
piper, mel, vinum, ex iis omnibus conditum facies, &
laboranti calculoſo per ſingulas ſeptimanas potionem
Iouis die dabis. Conficienda autem potio die Io-
uis luna vetere erit. Ad calculum potio ſalubris,
conficitur ſic, Semen apii, libyſtici, fœniculi, anethi, æ-
quis menſuris tritum miſcetur, & herbæ ſaxifragæ gra-
H na V. cumini grana tria, piperis grana V. verbenæ folia
tria, & ſalis permodicum adiicitur. ex omnibus autē ſe-
minibus ſupraſcriptis æqualiter quantum tribus digi-
tis (id eſt pollice, & ab eodem tertio, & quarto) leuari
poteſt, mittitur, dein teruntur omnia diligenter: poſtea

adiicitur carœni optimi potio grādis: ad hanc ſanè potionem miſcendam, radices aſparagorum, & apii, & anethi, & fœniculi lotæ diligentiſſimè in ſextarios aquæ nitidæ mittuntur, ita vt radices ipſæ tegantur aqua, atque in olla rudi coquuntur ad tertias. ex ipſa aqua, ſed calida, miſcēda potio carœni, & accipienda per triduū: ſufficiunt autem duo huius aquæ ſextarii ad tres carœni maiuſculas potiones. Sed ſi neceſſitas præſentis doloris exegerit, per triduum continuum dabuntur: ſi verò quis timeat tantummodo dolores ſupraſcriptos, aut aliquando pertulerit, accipiet etiam ſanus hoc modo vetere luna tres tantùm tribus menſibus ſingulas potiones, & iugiter contra hunc morbum erit tutus, & ſanus.

COELIACIS, ET DYSENTERICIS, & torminoſis, & ad inteſtina rupta, & internos morbos, atque incontinentiam ſtercoris, remedia phyſica, & rationabilia diuerſa de experimentis, Cap. XXVII.

PAſtillus ad cœliacos & torminoſos optimè faciens, Acaciæ, balauſtii (id eſt mali granati, quod cytinum vocatur) germē antequam floreſcat, hypociſtidos, opii, ſingulorū denarios quinos, alterci, cretæ Samiæ, ſingulorum denarios ſenos. iis bene tunſis & cretis, ex vino myrteo fiūt paſtilli denariorū ſingulorū aut ſemiſſium, vt iuxta ætatem aut valetudinem dentur. Dantur autem ieiunis ſine febre ex vini myrtei aut ſignini cyatho vno cum duobus aquæ mixto, febricitantibus verò ex aquæ cyathis tribus. Hoc etiā per clyſteriū immittitur, quotiēs deſurrexerint torminoſi, quibus & ſi grauiter afflicti ſunt, ſtatim prodes. Ad cœliacos, (id eſt qui ſubitè & multa deffundunt) & ad aluum citatam, & ad leuia interdum tormina, medicamentum potens ſic, Sorborum aridorum contuſorum 8. II. rhus ſyriacæ quo coci vtuntur 8. II. mala granata recentia X. mala cydonea matura X. hæc vtraque coquntur in ſapa, facta ex muſti adhuc in dolio feruentis ſextariis XXXVI. quouſque ad ſextarios duodecim decoquantur, & donec malorum coria percoquantur, & ſint madida. deinde ita teruntur hæc fictili mortario vt grana omnia comminuantur, poſtea rhus & ſorba arida admiſcentur tunſa & cribrata curioſè, & cum ſapa quæ eſt reſidua temperantur. Omnibus ergo in vnum bene coactis reponitur medicamentum in vitreo vaſe, dātur inde ieiunis ligulæ duæ vel tres ſine vllius rei admixtione.

Paſtillus ad torminoſos efficacior, cōficitur ſic, Acaciæ ✳ IIII. croci ✳ II. gallæ ✳ VIII. hypociſtidos ✳ IIII. lycii ✳ IIII. myrrhæ ✳ IIII. rhus quo coci vtuntur, nardi ſyriaci ſpicæ, aloes, ſingulorum denarios binos, aneſi, gummis, ſingulorum ✳ ternos, piperis nigri ✳ II. teruntur hæc diligenter, & ex ſucco rubi cauliculorum, vel ex vino ſignino collyria formantur ritu eorum quæ ad oculos fiunt, quum tamen ita fuerit leuis confectio vt in vngue nulla appareat aſperitudo. Finguntur autem alia denariorum ſingulorum, alia ſemiſſium quæ iniiciantur: ſed rectius ad hanc mēſuram paſtilli dabuntur, ita vt vnus ieiuno ante meridiem, alter in noctem ex aqua, ſi febres erūt, ex vino ſignino, ſi ſincerè corpus fuerit, detur. Hoc efficax medicamētū eſt, ſi cætera quæ in huiuſmodi cauſis curationi vel cibatui ſunt neceſſaria, obſeruatione & opportunitate cōgrua fiāt. Paſtillus qui clyſterio immittitur torminoſis per annū quū olida & ſanguinolenta deiiciunt, id eſt quū inteſtina eorū cācer occupauit, quo quaſi cauterio tunc tantummodo vti oportet, alioqui nocet. Ideóque à quibuſdā ignorantibus vſurpatus accuſatur quaſi nociuus: recipit autē hæc, Chartæ combuſtæ cineris ✳ XXX. calcis viuæ ✳ XXIIII. arſenici quod eſt auripigmentū ✳ XII. ſandaracæ ✳ VI. hæc trita vino conſparguntur, in quo roſa & lenticula prius coquuntur, vt poſſint fieri paſtilli ✳ duum aut vnius: quum opus eſt, teritur vnus paſtillus, & immittitur per aquam (vt ſuprà ſcriptum eſt) decoctam cum roſa & lenticula, ſi febres erunt: ſin minus, ex vino eadē decocta vtilia erunt: facit bene & myrti faſciculus cum

A oleaſtri vel oliuæ ramulis vtroque modo, prout res exegerit incoctus. Potio autē quum immiſſum fuerit ſupradictum medicamentū, hæc conuenit, In noctem in aqua catapotia dantur, quæ fiunt ſic, Myrrhæ ✳ II. lycii ✳ II. thuris ✳ I. opii ✳ I. aloes ✳ II. acaciæ ✳ III. myrti baccarum nigrarum ✳ VI. ouorum ex aceto coctorum vitellos II. hæc trita vino Surrentino conſparguntur, & fiunt paſtilli ✳ ſingulorum: dantur febricitantibus ex aquæ cyathis tribus: ſine febre, ex muſti Surrentini cyathis duobus. Ad ventris dolorem, & inflationem
B inteſtinorum, & præcordiorum dolores, & ad conuulſa & rupta interanea, & ad vrinæ difficultatem remedium ſic, Panacis ✳ IIII. piperis ✳ IIII. dauci Cretici radicis vel ſeminis ✳ VI. ſulphuris viui ✳ S. opii duas tertiaſ ve partes victoriati pōderis, caſtorei ✳ S. myrrhæ ✳ III. hæc trita & cribrata vino conſparguntur, & ex iis fiunt paſtilli magnitudinis lupini. Dantur quum res poſtulat ex aceto & melle in vnum mixto cyathis tribus: ad vitium autem mulierum quo correptæ ſuffocantur (quod
C Græci ὑστερικὴν πνίγα appellant) ex aqua mulſa dari oportet, & quantum nux auellana eſt. detrahit enim vrinam copioſam. Medicamentum quod dodecatheon appellatur, mouet vrinā: facit & ad eos qui reficiendi ſunt poſt grauem imbecillitatem: facit & ad auriginem habentes, & ad iocinoris & renium dolorem, & ad lienoſos, & ad hydropicos, & difficulter vrinam reddentes: crapulam quoque non patitur, vino nigro potum, ſubſiſtere. Prodeſt ſtomachicis & mulieribus à vulua laborantibus, & ad omnia venena, & ad ſerpentum morſus atque ictus, & ad interius conuulſa ſatis vtile eſt: confi-
D citur ſic, Myrrhæ denarios duos, caſiæ corticis ✳ II. iris ✳ I. S. apii ſeminis ✳ II. & tertiam victoriati, acori ✳ I. vuæ paſſæ ſine granis denarios ſex. hæc omnia vino Aruiſio contuſa cribratáque conſparguntur: dein ex iis fiunt paſtilli ✳ ſingulorum, quanuis auctor dicat ſe paſtillis vſum, etiam ad denarii ſemiſſem cum vini ſupradicti cyatho.

Medicamentum mirum ad cœliacos, & ex cruditate grauedines doloréſque cuiuſlibet partis in corpore ſuſtinentes: nec minus ad oculorum facit & renium dolorem arcendum, & ad ſcabiem veſſicæ, & ad iocinoris
E duritiam. exſiccat enim corpus. Prodeſt & ad arteriam: denique in omnibus laborantibus adiuuat, & concoctiones & vrinam mouet: conficitur ſic, Nardi Syriacæ, croci, myrrhæ, caſſiæ, coſti, cinnami, caſtorei, ſchœni floris, piperis albi, piperis longi, galbani, reſinæ terebinthinæ, ſtyracis, opii, ſingulorum denarios quaternos, alterci ſeminis, aneſi, apii ſeminis, ſingulorum denarios quinos, tragacāthi denarios ſex, mellis, vini Falerni vel ſimilis huius ſextarios ſingulos: hæc omnia contundū-
F tur & cribrantur donec molliſſimam tenuitatem accipiant. tum in patellam fictilem nouam mel infunditur, tepefactum molli pruna: dein vinum inſtillatur, macerato prius in eo tragacātho, viciſſimque cæteræ ſpecies inſparguntur: tum ſimul mouetur medicamentū, & omnia omnibus permiſcentur. Quum autem crocinum colorem habuerit medicamentū, tranſfunditur in mortarium marmoreum, & ibi piſtillo bene ſubactū reponitur in pyxide cornea: quum opus eſt, datur ad ſupradicta cum vini cyathis tribus, admixto aceto atque melle,
G prout viſum fuerit. Ad eadem remedium efficax, quod conficitur ſic, Myrrhæ ✳ quatuor, croci & panacis denarios ternos, alterci ✳ V. aneſi ✳ II. apii ſeminis ✳ V. opii ✳ II. papaueris capitati & fariæ ✳ V. gallæ Syriacæ immaturæ denarios VI. mori ex rubo immaturi aridi ✳ quatuor, roſæ aridæ ✳ ſex, balauſtii ✳ tres, roſæ caninæ ſucci ✳ tres, rhus Syriacæ ✳ V. palmarum purgatarum ✳ X X. quæ coquuntur ex aquæ ciſterninæ ſextariis tribus, donec relinquatur ſextarius vnus: deinde ipſæ palmæ exprimuntur prælo aut cochlea ex ſucco eodem, at-
H que aqua modica fiunt de ſupraſcriptis ſpeciebus in puluerem redactis paſtilli ad ✳ ſemiſſem: dantur ſimiliter vt prius medicamentum dari oportere præcepimus.

Prodeſt torminoſis plantaginis ſuccus, vel rubi, vel lētiſci, vel rhus Syriaci, vel herbæ millefolii, vel terebī-

thi,omnium ad ✱ ſemiſſem potus cum vino vel aqua.

Benefacit torminoſis rumicis ſemen quantum ligula
capit, tritum ex vini auſteri cyathis quatuor, vel aquæ
totidem, in tempore potum. Glandes quercinæ
tres aut quatuor, vel eiuſdem folia, vel liber eius coctus
ex aqua quæ vel ſola vel cum vino torminoſis potui
data plurimum prodeſt. Ceratitidos quam her-
bam violam marinam appellamus radices trium digi-
torum magnitudine incoctæ vino auſtero torminoſos
iuuant, ſi illud vinum admixta leuiter aquæ calidæ po-
tione potetur. Herbæ Britannicæ radix, vel
folia incocta, vel aqua in qua tamarici folia, & ſe-
men incoctum fuerit, torminoſo potanda detur etiam
cum admixione vini auſteri. Plantago cocta an-
te alium cibum data ex aceto plurimo, & exiguo ſale,
atque oleo, torminoſis plurimum prodeſt. Plan-
taginis aridæ ſemen tritum ex partibus duabus,& papa-
ueris capita arida trita ex parte tertia, oportet per cri-
brum tenuiter foratum traiici, ex eóque puluere dari
torminoſo ligulæ magnæ menſuram,interdum plus aut
minus, cum vini veteris mixti non nimium, id eſt cya-
this tribus. hoc medicamentum ante ſomnum vtiliter
etiam ad veſperem datur. Prodeſt torminoſis
huiuſmodi ſorbitio, halicæ hemina percoquitur cum
ceræ & rutæ ✱ I. admiſcetur ſanè iis & malum granatũ,
atque ita ſimul coquuntur in aqua. poſt hoc exprimun-
tur omnia, & coagitantur diu, ac ſi opus fuerit, adiici-
tur alica cocta, vt in modum pultis ſit. lactis quoque
bubuli,aut cuiuſlibet denarius I. admiſcetur, & ſic ſor-
betur. Si autem manducare panis more illud volueris,
addes illic oua incocta tria, & polentæ nitidæ delicatæ
quantum ſatis erit,vt panis fieri ex eo poſſit, qui etiam
frigidus comeſtus plurimum prodeſt. Medica-
camentũ ad torminoſos huiuſmodi ſatis vtile eſt,Croci
✱ I.& duæ partes victoriati,nardi ✱ II. acaciæ ✱ III. gal-
læ ✱ III. aloes victoriati pars tertia, lycii ✱ I. opii ✱ S.
tragacanthi ✱ S. & tertia, eius thuris ✱ I. & victoriati
partes duæ, myrrhæ ✱ duo, piperis ✱ S. teruntur,& cri-
brantur hæc diligenter, atque ex vino fiũt paſtilli lupi-
ni magnitudinis, dantur cum tribus cyathis liquoris
cuiuſlibet,tandiu quouſque conueniat, vt tormina vni-
uerſa ſedentur. Immitti torminoſis per clyſterem
oportet vinum ex piris ſyriacis factum cum ſucco plan-
taginis.mirificè enim facit hoc remedium & multis ex-
perimentum dedit. Palmarum numero viginti
pulpæ, iunci radicis ✱ X. gallæ immaturæ ✱ X. myrrhæ
✱ V. tunduntur & miſcentur vniuerſa, atque ex omni-
bus fiunt ex vino paſtilli numero triginta, dantur ſimi-
liter vt prædicta medicamenta ex quolibet liquore.

Balauſtii ✱ V. opii denarios duos, gallæ immaturæ
pilularũ denarios duos. tamarici ſeminis ✱ II. thuris ✱
IIII.rhus ſyriaci ✱ quatuor, vinaceorũ toſtorũ ✱ V.hinc
pilulam ad duûm denariorũ põdus cum potione ex vi-
ni nigri cyathis tribus, totidémque aquæ calidæ mixta,
torminoſo dari oportet. Si torminoſi vel cœlia-
ci propter frequentes deſurrectiones viribus defician-
tur, dandæ erunt eis ſorbitiones ex cremore farris, vel
ex ptiſſana factæ, modò per ſe ſolæ,modò cum roſa vn-
guentaria mixtæ, vel ius gallinæ pinguis excoctæ cum
butyro, vel lac caprinum, aut ouillum tepidum per ſe,
vel etiam decoctum cum butyro, & lenticula ſimili-
ter facta, prodeſt:imponenda verò ſunt torminoſis fati-
gatis à ſtomacho vſque ad inguina vnguẽta quæ ſpiſſãt
cutem,ea quibus vnguentarii vtuntur.

Medicamentum quod per anum iniicitur tormino-
ſis, ſic, Calcis viuæ, ſandaracæ,auripigmenti, ſingulo-
rum paria pondera, teruntur vnà omnia ex aqua vel ſuc
co plantaginis, donec poſſint coire, tunc paſtilli fiunt:
quum opus ſunt teruntur, & iniiciuntur ad cuiuſque vi-
res, vtplurimum ✱ IIII. aut minimum ✱ II. cum hemi-
na, vel vtplurimum cum cyathis IX. aquæ cum myrtis
decoctæ, vel cum roſæ foliis, vel lentiſco:medicamen-
to ſanè hoc vti oportet nõ inter nititia torminoſis, ſed
quum malignitas vitii apparuerit, & ſi non eodem die
quo primùm adhibetur profuerit, etiam ſequenti fieri

A oportebit. Siquis autem morſus inteſtinorũ quum im
miſſum erit medicamentum,aut quum redit inſequitur
infundatur, ſtatim per clyſterium lenticulæ decoctæ a-
qua,vel furfures : ſedabitur confeſtim dolor quum eas
deiecerit torminoſus : poſt iniectionẽ ſanè detur cibus.

Aliud medicamentum quod mirificè prodeſt tor-
minoſis, ſiue febrem habuerint, ſeu ſine febre fuerint;
Plantaginis ſucci hemina frigida,vel tepida immittitur
per clyſterem in anum, vel per ſe ſola, vel cum vino ex
piris ſyriacis facto. hoc medicamentum etiamſi æger
B cibum horreſcit reſtituit ei cupiditatem manducandi:
facit verò ſitim intolerabilem, ſed moderatè biben-
dum. Paſtillus ad torminoſos efficax conficitur
ſic, Acaciæ ✱ I.mali granati corticis ✱ VIII. gallæ ſyria-
cæ immaturæ ✱ V. opii ✱ V. myrti baccarum nigrarum
✱ VII. rhus quo coriarii vtuntur ✱ VIII. vel eiuſdem
ſucci ✱ VI. alterci ſeminis ✱ VIII. thuris ✱ VIII. rhus
ſyriaci ✱ VIII. hæc omnia animãtur præter acaciũ,thus,
opium,& contunduntur ſeorſum,& in vnum miſcẽtur,
vinóque omnia myrtino conſparguntur, atque in pyxi-
de fictili reponuntur. ſiquis volet paſtillos facere,adii-
C cient gummis ✱ VI. dabitur ex hoc medicamẽto ieiu-
no torminoſo ✱ I.ex aqua vel ex vino mixto myrteo. i-
dẽ medicamentũ immittitur per clyſterẽ ad menſuram
iuxta vires cuiuſque. Vinis vti oportet tormino-
ſos ex myrto, & piris ſyriacis ex malis cydoneis, ex tere-
bintho, ex rhu coriario, ex glande quercina, ex lapa-
thio, ex populi fructu, ex rubo, ex hypociſtide, quæ o-
nia decoquuntur ſeorſum cum vino Surrentino aut Si-
gnino : potioni verò admiſcetur aqua ciſternina deco-
cta, & ſub diuo poſita. Prodeſt torminoſis lac
D potum in quod lapides feruẽtes ſæpius, vel ferrum can-
dens dimiſſum fuerit,ſi tamen non febricitabunt.

Cibi proſunt torminoſis huiuſmodi, panis fermẽta-
tus durus, pultes diuerſæ,lẽticula aceto cõdita, braſſica,
plantago, intyba, mala cidonea,vuæ ex ollis, palmæ ex
litore, capreæ, palumbi, anates, merulæ, turdi, grues,
mulli, loligines, polypi aſſati. Torminoſis ſunt
extra cutem imponenda hæc, Lana ſuccida ex aceto vel
roſaceo,vel malino oleo admixto: item plantago,apiũ,
millefolium intybum,lentiſcum per ſe trita hæc vel ad-
mixto vino auſtero, quò magis adſtringant apponun-
E tur,poſtea cerotum ex oleo myrtino,vel malino, id eſt
habente corticem mali Punici, apponitur, cui & galla
ſyriaca & acacia admiſcentur. Torminoſis pri-
mis tẽporibus cõſtrigendis ſucci vtiles ſunt, vt planta-
ginis,acaciæ,mali granati corticis,hypociſtidos,mille-
folii, intybi,lentiſci, rubi,per ſe tantũ vel cum vino ex
piris ſyriacis facto,mixti:mediũ autẽ curſum habẽtibus
torminoſis,(quod tempus Græci ἀκμὴν vocãt)oportebit
infundere per clyſterẽ roſam, vel oleum myrteum cum
ceruſſa.cedente porro impetu moleſtiæ vel difficultatis,
(quod tẽpus Græci παρακμὴν vocant)cõuenit lenticula,
F ptiſſana,cum adipe caprino cocta: inueteratis verò tor-
minibus proſunt quæ vehementius ſpiſſant, & à putore
atque abalienatione corporis vindicant,vt ea quæ ex cal
ce,charta vſta,& auripigmento componũtur,& poſſunt
inhærere purgatis vlceribus, quo tempore rediri opor-
tet ad priora omnia edenda præterquam ad lentem &
ptiſſanam. ducũt enim cicatricem,ſed præcipuè ceruſſa,
admixto vino. emplaſtra verò quæ extra cutem cica-
tricem ducunt ſoluta ad ignem cum oleo myrtino ap-
G ponenda ſunt. Dyſentericos recreat pulmo pecudis
(id eſt ouis decoctus)cum lini ſemine,ita vt & caro mã-
ducetur, & aqua illa potetur. Trochiſcus Aſcle-
piadeus præſtantiſſimus ad ventris fluxũ, & dyſenteriã,
quam nullus alius tã facilè ſtringit quàm hic,Cõficitur
ſic, Apii ſeminis ſemunciã,hyoſcyami ſemũciam,aneſi
℈ VI. opii ℈ III. hypociſtidos ℈ III. croci ℈ III. myr-
rhæ Troglodytidis ℈ III.colliges hæc cũ aqua aut cum
H vino myrteo, id eſt in quo myrti baccæ coctæ fuerint.
hoc ipſum medicamentum ventri appoſitum, ita vt ce-
roto myrtino colligatur, epithema dyſentericis aptiſſi-
mum eſt. Tormina patientibus multi ventrem
viuentis anatis apponunt, affirmantes tranſire morbum

ad anatem,eámque mori:quòd ſi veſpertilionis ſanguine ventrem oblinat torminoſi, in omne tempus dolore releuabis. Si in aqua frigida dyſentericus pedes vſque ad genicula ponat,ſed ſi non febricitabit,& de vino auſtero potionem calidiſſimam bibat, citò ſanabitur. Confectio medicaminis miri aduerſum dyſenteriã, Teſtam locuſtæ,id eſt illam ſpinoſam vel aculeatam quæ eſt iuxta caput, combures nitidè, & poſtea teres vt in tenuiſſimũ puluerem redigas,& ſic ei qui ventris fluxu vel raſura laborabit ex vino vetere,ſi non febricitabit,aut ſi inæqualis erit, ex calida aqua dabis,ita vt de ſingulis locuſtis teſtas ſingulas integras exuſtas per triduum bibat, mirè ſanabitur. Mellis heminã, vini veteris ſextarium,piperis grana ducenta,teres diligenter,& conditum ex his tribus ſpeciebus facies,& ieiuno dyſenterico manè meralẽ calicẽ calidum plenum dabis,ſtatim proderit. ſed ſi neceſſe fuerit,ex eo condito ipſum plenum meralẽ per triduũ dabis. Lactis caprini ſtatim mulſi grãdi potioni,additur de coagulo hœdino fruſtum quantũ auellana grandis eſt,quod digitis,medicinali & pollice ſublatum vel miſſum, iiſdẽ digitis contẽperatur,& datur laboranti dyſenterico dũ adhuc calet lac,antequã coagulo ſtringatur,per triduũ: hæc potio ieiuno dabitur contra Orientem bibenda.

Succinum de ceraſo ſyluatica exures,& de teſtá oſtrei æquè facies, paribúſque menſuris puluerem tritum cũ melite aut cum vino auſtero candenti ferro calefacto, bibendum dyſenterico dabis, mirè proderit. Ouum recentiſſimum aperies, & in calicem vacuabis, & teſtam eius implebis melle optimo deſpumato, necnon oleo viridi bono, & in ipſum calicem defundes, ac ſimul omnia permiſcebis, & diu agitabis, ac poſtea in calida aqua ipſum calicem tepefacies, & ſic dabis dyſenterico cui medendum erit,mirè proderit. Rhun marinũ,ſiue rhun Orientalẽ,quod eſt minutũ robiũ ſimile lenticulæ,quantum tribus digitis prendere potueris,mittes in mortarium,& teres cum vino: & poſtea in aliud vaſculum mittes calidam, atque ibi tepefacies,& ſic dabis dyſenterico bibendũ,ſtatim remediabitur:ſed per triduũ continuũ hoc remediũ,& poſtea quotiẽs fuerit neceſſarium, dabis. Vitrum teres diligenter, & cribrabis,& maſtiches grana teres, atque æquis menſuris permiſcebis,& ex iis ſingula cochlearia dyſenterico in vino cocto per triduum, vel quoties opus fuerit, dabis,miraberis remedium experimentis probatum.

Ad dyſenteriam remedium efficaciſſimum ſic,Roſæ ſyluaticæ baccas oblongas,rubicũdas, maturas,impari numero,vel ſeptẽ vel IX vel XI, tritas diligẽter dabis laborãti dyſenterico ad potionis modũ cũ melite ſtyptico vel vino vetere,ſi nõ febricitabit,vel cũ aqua,ſi febricitabit:& ſi neceſſe fuerit per triduum dabis, mirum experieris remediũ. Ad dyſentericos mirum remediũ quod ventrem & purgat & ſtringit ſic, Gypſi peregrini triti ⊢ I. ſpecularis combuſti triti ⊢ I. de teſtis oſtrearum combuſtarum ⊢ I. hæc omnia poſteaquam trita fuerint & mixta, tollet inde qui dabit remedium tribus digitis prioribus cum pollice quantũ ſemel capere potuerit,& in potione vini veteris puri,ſi non febricitabit,dyſenterico dabit:quòd ſi inæqualis fuerit,in calidæ aquæ potione accipiet. Fimum caballinum cõbures,& cinerem fimi ipſum cum vino vetere miſcebis, & conteres,& ſic dabis dyſenterico bibẽdum ſine aqua, ſi non febricitabit. Aluminis ſciſſi ℈ IIII. cum aceti cochlearibus tribus miſcebis,& teres & colabis, & tepidum cum aquæ duplo dyſenterico dabis bibendum. Pumicem mollem,ſpongiã de qualibet roſa vnã,gallam vnã ſemis,corticis ſicci de malo granato ſcrupulos quatuor,piperis grana XLIX. diligentiſſimè teres,& cum vino vetere permiſcebis,& paſtillos æquales inde facies, vt quũ opus fuerit ſinguli in vini veteris hemina ſoluti dyſenterico per triduũ dentur, ita vt ipſa potio ferro duro calefiat,inſigne remediũ citò experietur. Leporis vẽtriculũ cũ fimo ſuo vino vetere lauabis, ita vt ſordes ipſæ ibi ſint & miſceãtur, aut ſi in vẽtriculo non inueneris,pilulas de fimo ipſius impares numero tritas,cum vino vetere dyſenterico dabis bibẽdas. Ad ventris fluxum, maſtichen albam teres, & in potionem mixtam mittes, & calefacies bene ipſam potionem in aqua calida, & bibendam per triduum dabis. Herbam plantaginem colliges ac teres,& ſuccum eius cum vini veteris potione, ſi non febricitabit,dyſenterico per triduũ dabis. Ad ventris fluxũ, vel ad dyſentericos iam deſperatos remedium ſic, Vermem vnde coccũ tingitur teres, & cum vino vetere optimo potionẽ mixtam & calidam per triduum dabis.

Ad dyſenteriam,ſiue torminoſos,& qui deiectionem nimiam patiuntur ſic, Ouorum vitellos coctos, ſiue incoctos, vuam agreſtem acidam, & gallas, pari menſura tere ac miſce,& bibendũ medicamen tepens trade.

Frumenti toſti grana impari numero, ſimiliter hordei,& piſæ,cum mellis deſpumati hemina miſce,& tere,& dyſenterico per vncias ſingulas diebus ſingulis dato. Coliculos ex aceto coctos, allii ſpicas quatuor purgatas, oua incocta duo, ſimul contere, & adiice vini veteris heminam,& feruefactum medicamẽ dyſenterico da bibendum. Ficum duplicem, & palmam pinguiſſimã, cum vini veteris hemina ad tertias decoque, & piperis albi triti viginti grana admiſce, & tepidum dyſenterico potui dato. Veſtem oui delicatam interiorem ſiccatam cõtere,vino miſce,& cola,& ex aqua calida dyſenterico da bibendam. Lac caprinum feruens, adiecto polentæ quantũ ſatis ſit, quũ fuerit quaſi tenuis pulticula dabis cui ſuprà bibendum. Coagulum leporinum ex vino dilutum tepidum dyſenterico dabis bibendum,de quo coagulo ſi ſingulos ſcrupulos in ſingulis ouis ſorbilibus ieiuno per triduum dederis,mirè ſubuenies. Vini veteris fæces, & iocineris caprini fruſtum ſufficiens in ollam rudem mitte, & facito vt bulliat, atque inde ieiuno cœliaco ſufficiẽter da bibere. Bulbus Affricanus rubicũdus cõtritus,adiecto vino,quod ferro duro candenti calefiat potui datus cœliacis medetur. Palumbum ferum ex paſſo concoque. atque inde potiones ſingulas cœliaco per triduum da bibendas. Ad cœliacos herba plantago & lentiſcus ſeparatim ex aqua coquuntur, poſtea in vnũ permiſcentur, & tunc adiecto aceto cum pane in cibo ſummè proſunt. Herbæ vettonicæ in vmbra arefactæ tunſæ cribratæque puluis cum vino potus,cœliacis plurimum prodeſt. Mali granati cortex ſiccata tũditur,& cribratur, & puluis ex eo miſcetur cum ouorum vitellis tribus,diúque in morem panis ſubigitur ac fricatur,atque inde panis formatus in foco coquitur, & ſic commanducatur. qui ſi propter nimiam auſteritatem offenderit, cum lenticula ſine oleo cocta,adiecto acerrimo aceto à ieiuno mãducari debet,quod eo plus proderit quo propenſius fuerit manducatum. Herbæ quinquefoliæ radix in vmbra arefacta,contuſáque, & ex vino polentæ vice pota mirè cœliaco ſuccurrit: ſed febricitanti ex aqua calida da bibẽdum. Capræ ſyluaticæ iecur carbonibus inaſſatum, & per ſe ſumptum, cœliacos remediat:idémque arefactum,& tritũ,& cum vino potui datum,certiſſimè auxilabitur. Caſeus ſiccus tranſmarinus vetuſtus,adiecto ſili Gallico, & ſorbis aridis,diligẽter omnibus tritis,& cum vini veteris cyathis duobus potui datus cœliacos mirè ſanat. Vituli adeps ex fœmina ſublata,cum aquæ cotylis tribus decocta,& ſorbitionis more ſumpta,cœliaco plurimum prodeſt.

Cœliaco, & ei qui eiectionibus vel doloribus acutis alui variis vexabitur,potenter ſuccurres ſi muliebre lac quamplurimum ieiuno potui dederis donec perſanetur. Hœdinum coagulum magnitudine fabæ in vino myrteo remiſſum, & ieiuno cœliaco potui datum,efficaciter prodeſt. Membrana quæ eſt in ventriculo gallinæ ſiccata,& trita, & cũ vino auſtero cœliaco ieiuno potui data medetur, ita vt ipſa gallina prius vel biduò abſtineatur à cibo, & qui potionem accepturus eſt ante diem frugi ſit,& non cœnet. Oua in aceto cum teſtis ſuis macerata,& alio die in patella infuſa,ibique toſta,cœliacis in cibo data plurimum proſunt.

Pulticula fit ex alica prius toſta quàm accipiat aquã:

infuſa verò aqua cera remiſſa illic mittitur;& dum exco- A quet coagitatur,& à cœliaco calida ſorbetur. Galla commagena comburitur,& cinis eius extinguitur vino; contritúſque ventri cœliaci inlinitur,ſtatim ſubuenit.

Flos hederæ tribus digitis ſumptus diligenter tritus, & ex vino auſtero cœliaco potui datus medetur. Seuũ ouillũ decoctum in vino auſtero, & calidũ potui cœliaco datũ manifeſto remedio erit. Laridi veteris pinguis ⊷ III. mellis boni deſpumati tantundem, vini veteris auſteri cyathos III. ouorum coctorum vitellos tres in vnũ permiſcebis,ſimúlque tandiu teres donec ad craſſitu B dinem mellis adducas:deinde in pyxidem condes, atque ex ea quum opus fuerit cœliaco nucis auellanæ magnitudine ex vino ſi ſine febre erit,ſi febricitabit ex aqua calida dabis, mirè celeritérque ſubuenies. Oua decoquuntur ex aceto,donec indureſcant,& vitelli eorum toſti cum pipere eſui cœliaco dantur,citò medentur.

Caſeus ouillus vetuſtus in cibo ſumptus vel raſus,& cum vino potus, cœliaco medetur. Cochleæ cum teſtis ſuis contritæ duæ,& oua cruda duo , & paſſi cyathi duo, aquæ cyathi tres, ſimul permixta omnia, ac diu C coagitata,& in vaſe fictili calefacta, ad modum potionis cœliaco data medentur. Serpentis exuuiæ cum roſaceo decoquuntur in vaſe ſtagneo,& poſtea tritæ ventri cœliaci vtiliter inlinuntur. Ad omnes epiphoras ventris, caſeum vaccinum mollem calidum imponi oportet,quo tempore dyſentericis potiones ferro candẽti calefactas dari conuenit. Glus taurina aqua calida reſoluta cœliaci ventris inflatione vtiliter imponitur.

Grauiſſimũ ventris vitiũ eſt ileos, cui maximum remedium eſt,diſcerpti veſpertilionis ſanguis inlitus ven- D tri.

Frequentiſſimè euenit vt ex qualibet cauſa ſubitus dolor ventris exiſtat,ſed qui talum leporis ſecum habuerit,huiuſmodi caſum(id eſt ſubitum dolorem vẽtris) nũquam incurret. Dyſentericis medetur aqua in qua pilulæ cupreſſi decoctæ fuerint,cum vino auſtero epota.

Aqua in qua lauri folia fuerint decocta, potui ſumpta,inteſtinorum doloribus medetur. Ad profluuium & incontinentiam ventris remedium ſic,Malua cir cunfoſſa ferro quod ex vtraque parte acutam aciem ha E beat,& præciſa à ſuperiore ad inferiorem partem,(id eſt, vſque ad radicem) deinde radix eius inuoluta panno rubro,portata ab eo cui remedio opus eſt, profluuiũ vẽtris eius inhibebit. Betæ combuſtæ & in puluerem redactæ,atque ſubactæ cum aceto,& à pectore laborãtis inguinum tenus inlitæ, validiſſimè adſtringũt profluuium deiectionémque ventris. Roſmarinum cum creta molli tritum,& cum aceto modico ventri impoſitum, alui profluuium ſiſtit. Rupi ſpinæ radices,& colicu li teneri cum vino Aminæo auſtero ad tertias decoquun- F tur,atque ex eo vino cyathus ad diem ieiuno ventris profluuio laboranti potui datus optimè medebitur.

Herba oxylapathos cum ſemine ſuo arida contrita, & ex vino calido pota magnum incontinentiæ ventris præſtat remedium. Pruni ſyluatici baccas corticémque ac radicem eius arboris in vnum ex vino ad tertias decoques,atq; ex eo ſingulos cyathos ad diem deiectionis tædio laboranti ieiuno potui dabis. Iris Illyrica(id eſt Macedonica)quæ fuerit grauiſſimi põderis contundatur,& in puluerem cribratum tenuiſſimúmque redigatur,atque ex eo menſura acetabuli vnius dimidiati G cum paſſi cotyla vna permiſceatur, & coagitetur,atq; inde cochleare vnũ cœliaco manè ieiuno detur, ita vt & à cœna abſtineatur,mirificè proderit. Siquis tortiones ſubitò pati cœperit de ventris nimietate,pedes ſuos in aqua calidiſſima quamdiutiſſimè teneat,ſtatim ſanabitur.

Sanguinem caprinum ſi polentæ furfuribus adiecta reſina miſcueris,atqué emplaſtri modo ano ventríque appoſueris,pondus omne & libidinem deiectionis efficaciter reprimes.

Iecur verrinum recens combuſtum contritúmque H ad ſummam læuitatem cum vino, ſed ſine ſale,potui datum,efficaciter ſupprimit nimiam deiectionem.

Leporis ſanguis recens defuſus, & cum polenta coctus, & datus dyſenterico, illico ventris profluuium ſiſtet.

Hircinus ſanguis exceptus, & coagulatus, ac ſuper carbones aſſatus, in cibo datus, mirabiliter profluuium ventris emendat. Ceruini cornu de ipſis radicibus quæ capiti hærent;ſcobes lima tenuiſſimus factus, & ad drachmæ menſuram cum vini auſteri cyatho datus,ſiſtet nimios ventris fluores,ſi vel triduò iugiter bibatur.

Panis antiquus ex lacte caprino decoctus, & more ſorbitionis ventris fluxu laboranti bis ad diem datus,citò ſuccurret. Aqua in qua cortices fabæ ad tertias decoctæ fuerint,ſi bibatur,plurimum cœliaco proderit.

Folia fici arefacta ſole,deinde combuſta,& in cinerem redacta,atque ex vino auſtero potui data,ventris fluxum efficaciter ſedant.

Medulla vaccina cum farina tenui ſubacta, & velut excoctus panis cibatui data,mirè dyſentericum ſanat,maximè ſi & caſeus bubulus recens manducetur. Adipem caprinum de renibus ſublatum,miſce cum polentæ furfuribus,atque adiice illic cyminum & anethum & acetum æquis portionibus,atque ex aqua decoque, & colatum ſorbitionis more dyſenterico dato ſumendum,mirè celeritérque ſubuenies. Lac ouillum quod candẽtibus glareæ lapidibus in ipſum lac demerſis excoquatur, dyſenterico potui cum ipſis lapidibus datum mirè prodeſt, ita tamen vt prius de ipſo lacte ſerum omne tollatur.

Iecur hircinum miſſum in ollam nouam cum vini auſteri cotylis ſex ad tertias decoctum,ſed dum excoquitur compunctum,vt humor eius cum vino permiſceatur, poſtea dyſenterico potui datum,efficaciter prodeſt.

Dyſenterico & torminoſo, & ei qui iam corruptum ſanguinem egerit,ſaluberrimum medicamentum eſt tale, Allii ſpicæ quatuor,& oua duo incocta,in vnum terũtur,iiſque additur vini veteris ſextarius, & coquitur ad tertias:inde ieiunus quamplurimum poteſt ſi biberit,efficaciſſimè intra triduum ſanatur. Spondogos eſt lanugo quædam quæ in roſa ſyluatica ſolet naſci,eam tritam cum vino auſtero, deſperatis iam dyſentericis potui dedi,mirantibúſque compluribus ſæpiſſimè de abrupto periculo liberaui. Torminoſis maluæ Græcæ albæ radix trita,potuique ex mero vel per ſe ſola data, remedio eſt. Farinæ hemina, ouorum vitelli tres, pipe ris grana viginti,contrita in vnum miſcentur,& ſubigun tur,panis ex iis formatur,& in foco coquitur, torminoſis eſui datus plurimum prodeſt.

Millefolium contritum, ſiquis torminoſus ex aqua frigida,prout virtus aut ætas eius ſe habebit,biberit,celeriter ſanabitur. Lotos vnde tibiæ fiunt in ſcobem ſecta,vel raſa,atque ex eo puluere cochlearia tria cum aceto ſcillitico torminoſo ieiuno in potione data, mirificè proſunt. Torminibus maximo remedio eſt lactuca,ſi decocta cum cymino trito & oleo manducetur.

Sal tritum,ſinapi tritum,ouum crudum,in vnum vas mittuntur,& teſta oui ipſius oleo viridi repletur, & in ipſum vas defunditur,ſimiliter & mellis deſpumati, & vini auſteri ſingulæ teſtæ ouorum plenæ funduntur, & ſimul vniuerſa cochleari diutiſſimè permiſcentur,& tepefacta torminoſo bibenda dãtur,celerrimè proſunt.

Ruta cum hyſſopo in aqua ad tertias decoquitur, atque eadem aqua in potione vini à torminoſo ſalubriter mixta potatur.

Malum Punicum in olla gypſata clauſum, in furno combures,& poſtea diligenter teres, atque in puluerem tenuiſſimum rediges,quem repones,& paratum habebis, & quum opus fuerit,ad ſubitas tortiones cum vini potione detur,prodeſt continuò.

Si quacunque cauſa tortiones quis pati cœperit, mellis optimi libram decoquat ad tertias, éique addat vini ciyathos tres,& aquæ anethinæ cyathos tres,& coagitatam ac tepefactam hanc potionem ieiunus bibat, conti nuò ſanabitur. Fabam integram frictam calidam

in acetum acerrimum mittat,& madefactam torminoſus manducet, citò ſanus erit. Ad profluuium & incontinentiam ventris remedium ſic, Spongiam quæ in pruno ſylueſtri,vel in ſpina, aut in roſa ſylueſtri naſcitur colliges,& ſupra batilum torrebis,& diligenter teres, atque in calicem mittes,ac deſuper ouum incoctum defundes,& bene permiſcebis,deinde ſuper batilum candentē defundes & coques,ac laboranti cœliaco quaſi ouū tortum manducandum dabis. Baccæ oliuarum in vino tritæ cœliacis rectè propinantur:portulaca quoque ex aqua feruefacta è polenta aſperſa conditur,inde offæ cōplures ſi eduntur à dyſenterico, plurimum iuuabitur.

Vngula porcina combuſta ad cinerem, & trita,poſtera die ex vino hauſta,mirabiliter dyſenterico prodeſt.

Cinis cribratus aceto commixtus,ventri & renibus calidiſſimè inlitus,certiſſimè ventris abūdantiā ſtringit.

Rana viua,ſi vētri torminoſi apponatur,in eā vitiū cōfeſtim tranſire dicitur. Torminoſis ſaluberrimè aqua marina per clyſterem infundetur ſi moleſtia diutina fuerit. Fimus columbinus tritus ex melle ventri inlitus, alui incontinentiam ſtringit. Iuniperi baccæ tritæ ex vino nigro potui datæ comprimunt alui nimietatem. Caput caprinum cum pilis ſuis contuſum,atque diſcoctum,cibóque ſumptum, rupta interius inteſtina dicitur glutinare. Pilos leporinos adiecto melle comprehendes,atque inde globulos paruulos facies:hi ſinguli ſæpius glutiti,inteſtina quanuis pernicioſè rupta,certa coniunctione connectunt.

Verbaſci radicis corticem detrahito,eiúſque contritæ ſuccum per linteolū expreſſum,ex aqua aut vino bibendum dato,omnia interiora vitia quæ ex frigore aut labore,aut pectoris lumborúmve dolore naſcuntur mira efficacia ſanabis. Serpyllum ad pondus victoriati argentei tritum bene valenti ex vino,febriculento ex aqua potui datum omnes ventris dolores ſedat.

Humanum lotium vetus adiecto croci modico, vt odore eius occultetur,ignorāti potui datum, quamlibet veteres in viſceribus latentes morbos ſanabit.vomitu enim irritato,& eiectionibus concitatis, omne vitiū valēter expurgat.Vt explorari poſſit ex latētib⁹ morbis qui ſit ille qui vexat infirmum, comprehendíque qualitas vitii & pars viſcerum poſſit:catulus fœtæ canis lactens die ac nocte cum eo qui laborat accumbat: is poſtea ſectus inſpicitur,tranſlatúſque in eo morbus, haud difficilè notatur,ita tamen vt æger ei lac de ſuo ore frequenter infūdat:eum tamē catulum quum fuerit exſectus,obrui oporter:nec ab re eſt ſi triduò idem catulus viuens cum ægro maneat. vitium enim ægri tranſire in eum vſqueadeo certum eſt vt moriatur catulus,hominémque morbis latentibus releuet. Ad dyſentericos ſolitaneos, cochleam plenam cum teſta ſua viuam teres, ad cuius pondus infrà ſcripta trita miſcebis, id eſt caſei veteris quantum eſt cochleæ dimidium, oui medullā in aceto coctā, panem candidum vetuſtum vel toſtum,vel(quod eſt melius)nauticū, rutam,piper ex vino,quod quum prius ferro candenti calefeceris potui ſine aqua miniſtrabis:ſed & baccas myrteas adiicies: hæc omnia conteres, & in potione vini veteris ieiuno dabis. Ad eos qui ſanguinem per inteſtinum iactant,vel per corruptum corpus inferius effundunt,remedium ſic, Herbæ vrticæ maſculæ ſummitates teneras colliges, & contundes, ſuccúmque eius expreſſum per triduum miniſtrabis bibendum: ſi autem cum aqua frigida,aut aceto acerrimo,aut poſca frigida,id ius mixtum dederis,quanuis deſperatos de ſuprà ſcripta infirmitate protinus liberabis. Lac caprinum ex coagulo temperabis, & dum tepet antequam penitus conſtringatur,dyſenterico bibēdum dabis, citò remediabitur. Remedium ad tortiones, Phaſianum viuum in vino necabis,dabiſque ex eo vino bibere ei qui patitur tortiones,confeſtim remediabitur. Confectio cydonitis ad dyſentericos & cœliacos ſic, Oleum in vaſe duplici coques,quod dum in igni eſt,& feruet,operitur alio vaſe in quo cydonea diuiſa ponuntur:oleum tandiu calebit igne ſubiecto quandiu poma ſuperpoſita excoquantur,tum oleum ſolum ſeruabitur, quod ſupradictis infirmis ad perunctionem & eſcam vtile erit: cydonea quoque ipſa eſui dentur cœliacis ac dyſentericis. Iniectio ad dyſenteriam, Amyli vncias tres, & lactis caprini cocti pro modo quantum viſum fuerit adiicies, & ita iniectionem facies. Seui hircini vncias duas, olei viridis ſextarium dimidium:hæc ſimul in duplici vaſe remiſſa & calefacta iniicies. Epithematium ad ventrē ſtringendum ſic, Floris vuarum vncias duas, roſæ ſiccæ vnciam vnam,maſtiches vnciā I. aloes vnc.I. gallæ vnc. vnam,aluminis ſciſſi vnciam vnam,acaciæ vnciam vnā, ceræ P.I.myrtini olei P.I.picis vncias tres:de his omnib⁹ tūſis cribratis atq; permixtis magdalia facies quæ in pāno denſo aut phœnicio induces,& ſic vteris ad ventrem.

Item aliud epithematium ad ventrem reſtringendū ſic, Florem vuæ omphacum,roſæ florem,aloen,gallas, alumen ſciſſum,acaciam,mali granati florem, balauſtium, maſtichen,æquis ponderibus teres, & vini myrtini quātum ad coniungendum puluerem ſufficiat admiſcebis: dactylorum quoque carnes purgatas, & vino infuſas ſubiges,& cerotum myrtinum facies, ac ſic omnia permiſcebis,& magdalia facies,quibus ita vteris vt ſuprà ſcriptum eſt.

LVMBRICIS, ET TINEIS, ET INTERANEIS cauſis,id eſt teneſmo,& ad roſus ventris, & ſtrophum,vel inteſtinis ruptis,eorúmque doloribus,remedia phyſica & rationabilia diuerſa de experimentis, Cap. XXVIII.

VErum remedium ad tineas necandas & eiiciendas, per triduum allium quamplurimū edat qui hac moleſtia laborabit, & betaceos,& caſeum mollem māducet: poſt hoc autem filicis Macedonicæ aridæ contuſæ cribratæ denarios octo cum melle quātum ipſe voluerit ſumat, & poſt has quatuor dentur ei aloes & ſcammoniæ, ſingulorum denariorum ſemiſſes, ex aquæ mulſæ cyathis quatuor:quum verò cœperit deſurgere,aqua calida ei ſupponatur,qua poſtea elui & foueri debet. Ad lumbricos depellendos ſatis commodè facit ſantonica herba, quæ abſinthium dicitur,ſi vel viridis cum aqua ad tertias cocta potetur,vel ſicca trita ex melle māducetur: cornu quoque ceruini limati lima lignaria ſcobis quantum quatuor vel quinque cochlearia ſint,ex aqua in qua decoctus fuerit ipſe ſcobes pot⁹ ad cyathos tres mirificè facit:rapi etiā ſeminis cyathus ex paſſi cyathis tribus pridie maceratus, deinde tritus & datus,aqua exigua adiecta,infinitum medetur. Teneſmos eſt irritatio vltimæ partis directi inteſtini,in quo vitio ſæpius libet deſurgere ſine cauſa. Proderit ergo ad hoc vitium depellendum, quotiens deſurrexerit quis, vt vino auſtero mixto cum aqua calida ſe foueat. Verbenæ & myrti & oliuæ ramulis iunctis,ita vt duæ partes myrti ſint,ſimúlque decoctis,vti cōuenit aqua frequētius ad ſubluēdū: quinetiā penicillū tinctum eo liquore, & non nimis expreſſum, atque ano appoſitum proderit,vel eodem modo globolus ſtaminis appoſitus iuuat:diutius enim vaporē cōtinet.Perūgendus autem anus erit ſpecillo lycio patarico vel Indico ex calido vino. Collyrium hoc iniiciendum quod & ad omnem deiectionem & tormina benefacit, conficitur ſic, Acaciæ & mali granati,corticis vſti,ſingulorū denarios quaternos,hypociſtidos & rhus quo coriarii vtuntur,& opii,ſingulorum denarios ſenos, omphacii ✳ IIII. S.croci denarios quatuor.Terūtur hæc omnia & cribrantur diligenter,poſtea vino auſtero colliguntur, vel temperantur,& fiūt collyria magnitudine nucleorum pineorū, & quum opus fuerit ano iniiciuntur. Ad lumbricos proſunt huiuſmodi compoſitiones, Serpylli denarii quatuor,triti in cremore lenticulæ, quantum ſint cyathi duo dati, vel ipſa ſola per ſe lenticula, ſiquis eam aceto infuſam coctā comederit. Serpylli triti denarii nouē, abſinthii denarii duo,clematitidos denarius vnus,& duæ tertiæve partes victoriati, nitri denarii ſeptem, lupini

farinæ denarii ſeptem, ſalis denarii quatuor, terræ mali denarii quatuor, fici aridæ denarii quatuor: hæc omnia colliguntur vino auſtero, atque ex iis finguntur globuli fabæ magnitudine, ex quibus dantur ieiuno aut poſt cœnam octo vel nouem cum aquæ mulſæ cyathis tribus.

Compoſitio quæ facit ad tineas & lumbricos eruẽdos ſic, Serpylli ✱ II. coriandri denarii ſeminis, ſampſuci denarii ſemis, nitri denarii ſemis, cucurbitæ ſyluaticæ interioris, ſed quod eſt ſine ſemine, in puluerẽ redactæ denarii ſemis, mali Punici immaturi, & adhuc obſtricti, ſiue corticis eius triti denarii ſemis, rutæ tertiam partem & ſextam victoriati ponderis: melle colliguntur hæc omnia, dãtur ex his globuli ſeptem, quãtũ fabæ Ægyptiacæ magnitudo eſt, vel cum aqua calida, vel ex vino, ſi ſinceritas erit, & ieiuno & poſt cœnam. Ad lumbricos necandos remedium mirum ſic, Seriphii ✱ IIII. cucurbitæ ſylueſtris interiora trita denarios duos, lupinorum farinæ ✱ VIII. ex aqua fiunt globuli fabæ magnitudinis: dantur robuſtæ ætatis ſeptem, pueris terni vel quini cum mulſa aqua. Ad tineas necandas remedium competens ſic, Filicis radicis aridæ, naſturtii ſeminis ✱ ſeptenos, coriandri ſeminis ✱ V. nitri ✱ II. hæc omnia trita dãtur ieiuno cum aquæ mulſæ hemina. Mali Punici ſuccus radicis, vel foliorum eiuſdem aqua decoctus, potuique cum ſale datus, tineas necat. Marrubii & abſinthii & lupinorum paria pondera in aqua mulſa cocta, ieiuno bis aut ter potui data, aduerſum tineas & lumbricos plurimum proſunt. Farina lupinorum decocta ex aqua, & more cataplaſmatis ventri impoſita, lumbricos vel tineas necat. Ad lumbricos & tineas eiiciendas remedium potens ſic, Erui, filiculæ radices purgatas ad vncias ſingulas ſeorſum tundes bene in pila lignea: deinde adiicies inulæ radicis ℈ VIII. ammoniaci vnciam, & coriandri ſeminis manum plenam, & euphorbii ✱ III. has omnes ſpecies ſeorſum conteres bene vſque ad ſummam læuitatẽ, & ſi viridis fuerit radix filiculæ, quãdo illam tundes ſuccum eius exprimes, & ipſum admiſcebis. facies pilulas magnitudine ea qua ano iniici poſſint, ipſáſque factas infundes in ceruiſiæ nouæ ſextariis duobus & mellis cyatho: quòd ſi in ea prouincia faciendum fuerit hoc medicamentum in qua ceruiſia non eſt, ex aqua dabis in qua myrtus cocta ſit ad ſextarios duos, aut cum ſapæ mixtæ ſextariis duobus, atque ex eo temperabis potionem, & dabis bibendam: intra horas quatuor deiiciat oportet vermiculos vel tineas: ante triduum ſanè iubebis eum cibari allio & pane per ſe, & tantummodo poſcam bibere. Inflationibus inteſtinorum prodeſt vel ſerpyllum potũ ex vino nigro, vel cuminum ſyluaticum tritum ex vino nigro, vel aqua pota apiaſtri (quod Græci erotion vocant) per ſe data, vel ſuccus eius vino mixtus, vel origani radices contuſæ ad ✱ I. ex vino datæ, vel ruta trita ex aquæ cyathis quatuor pota, vel eiuſdem decocta radix cum aceto & melle data, vel pulegium ſimiliter potum, vel ſiliquæ Syriacæ folia, vel roriſmarini aqua decocta, vel petroſelinum ex vino tritum datum, vel origani decocti aqua, vel aneſum tritum quantum tribus digitis comprehendi poteſt: prodeſt etiam vitrum cum vino aut aceto datum. Tollit enim protinus inflationem, & dolorem inteſtinorum vel lauri folia trita; vel eiuſdem baccæ aut flos ex vino potus; aut panacis radix ex vino pota: ſed panaces non ſolùm inteſtinorum dolores, verũ etiam choleram ſanat. prodeſt ex vino vel aceto feruenti apii ſemen tritum datum ieiuno, vel terræ mali ✱ I. tritus potus ex vino vetere, vel hyſſopi, aut origani virgulæ V. cum vini hemina feruefactæ, & ieiuno potui datæ. Fomentum quod prodeſt inteſtinorum doloribus ſic, Acetum aut aquam in qua ruta incocta fuerit calidam ventri & vmbilico impones. diſcutit enim confeſtim, & ſedat dolores.

Carmen ad roſus ſiue hominum ſiue animalium diuerſorum ſic, Palmam tuam pones contra dolentis ventrem, & hæc ter nouies dices, Stolpus à cælo cecidit, hunc morbũ paſtores inuenerunt, ſine manibus collegerunt, ſine igni coxerunt; ſine dentibus comederunt.

Ad lumbricos egerendos, felle caprino madefactã lanam vmbilico appone: idẽ facit & fel taurinum ſic appoſitum, necnõ braſſicæ ſemen tritum ex vino vel aqua. ita oportebit apponi. Ad lumbricos & tineas coliculis ex aqua coctis origanum admiſcebis, ac ieiuno bibẽdos in die tres cyathos dabis. Ad ventris roſus remedium ſic, Piperis albi vnciam vnam, cymini ſaccati ⁓ I. rutæ folia viridia ⁓ I. nitri ℈ III. euphorbii permodicũ. hæc omnia melle & aceto pariter permixta in pilulas ad modũ fabæ rediges, & bibendas paulatim quũ opꝰ fuerit ieiuno ex vino mixto dabis. Si vẽtriculꝰ peruerſatus fuerit alicui, aquam bibat vnde pedes lauerit ſuos, & de lana ouis quæ à lupo occiſa fuerit, ad ventrem ſuum alliget: de herba quoque quæ muris auricula dicitur nouem folia tollat, & cum piperis granis nouem terat & ex aqua bibat per triduũ. Talus quoq; leporis ventriculo ſubligatus, dolorem eius excludit. Lenticulæ hemina in aceto madefacta, & cibo potuique data ieiuno, extinctos lumbricos eximit. Malua cum ſinapi cocta, & in calice poſita, ac ſorbitionis modo ſæpius guſtata ſuccurrit moleſtiis lumbricorũ. Granorum de malis Punicis dulcium acidorúmque ſuccus expreſſus, paſſo eiuſdem menſuræ immiſcetur, potionéſque duæ de permixto fiunt, & vna ante cœnam datur, alia poſt cœnam, poſtera die tertiáve lumbricos vel tineas potenter expellit. Stercus caprinum aridum tritum adiecto melle potui datum ex aqua calida, mirè producit tineas.

Ceruini cornu combuſti cinis tritus ex aqua potus, tineas potenter expellit. Raphanus ex aqua ad tertias decoquitur, eáque vino mixta, ad extirpandas tineas vtiliter bibitur.

Radix inulæ in vino decoquitur, deinde ſuccus eius exprimitur, potuíque datur ad tineas enecandas: ſed ea radix poſteaquam eruta eſt, terram non debet attingere.

Allium in œnomelite coctum, & voratum proderit lumbricis vel tineis necandis: aqua quoq; in qua lupini decocti fuerint, addita ruta & pipere trito, potui data medetur. Acini ſiue corymbi hederæ, tres contriti in oxymelite vtiliter aduerſum tineas bibuntur, aut ventri inlinuntur. Abſinthii ſicci ſantonici combuſti cyathum vnum, cornu ceruini combuſti cyathum vnũ, apii ſeminis triti cyathũ vnũ miſcebis, & ieiuno qui tineas lumbricóſque patietur ex aqua calida potui dabis moderatam menſuram iuxta ætatem ſumentis.

Ad lumbricos eiiciendos remedium mirum ſic, Satureiæ faſcem bonum cum aquæ 8. III. mittes in vas amplum, & diligenter claudes: poſtera die colabis, & addes pteridis tunſæ, & aloes tunſæ diligenter drachmas binas, & mellis deſpumati quod ſufficiat, inde iunioribus iuxta ætatem dabis, ſenioribus pluſculum, & adiicies colophoniæ drachmam vnam, ita vt qui remedium ſumũt carne abſtineant per illos dies, & allium manducent.

Coriandrum viride, vel eius ſemen decoques in aqua in qua lupinos prius coxeris, & quum inde aduerſum tineas vel lumbricos ieiunus ſumpſeris potionem, vectaberis aut deambulabis. Naſturtii ſeminis cochlearia quatuor, & filicis quæ in arbore naſcitur P. I. agarici ⁓ III. iuniperi ⁓ III. coriandri ſeminis 8. I. ex radice Syriaca P. I. cornu ceruini ⁓ IIII. nitri Alexandrini ⁓ III. ſcãmoniæ III. tithymali P. I. hæc omnia tundes & cribrabis, miſcebis & repoſita habebis: & quum opus fuerit dabis tinearum vel lumbricorum moleſtia laborantibus in potione poſcæ gelidæ iuxta ætatem, ſed digeſtiſſimi ab omni eſca hoc remedium accipere debebunt. Acori tunſi, erucæ ſeminis, coriandri ſicci ſeminis, cardamomi cochlearia quaterna, iuniperi vnc. tres, abſinthii ſantonici P. I. hyſſopi vncias ſex, cornu ceruini vſti vncias duas, dictamni P. I. filicis quæ in arbore naſcitur ſiccæ P. I. omnia hæc tunſa cribratáque miſcebis, & recondes, & quũ opus fuerit, paſtillos facies fabæ magnitudine, & dabis ei qui laborat moleſtia lumbricorum, vt edat in ficu, etiam ſicca: abſtentus tamẽ pridie, ita vt ſit digeſtiſſimus quum hoc remedium ſumit. Ad lumbricos eiiciẽdos, remediũ ſic, Ariſtolochiæ lõgæ cõtuſæ ℈ II. cũ aquæ cyathis

duobus ieiuno bibendos per triduum dabis,nucleos quo
que de perſico amaros,ieiunus edere debebit qui lumbri
cis vexabitur. Ad ventris dolorem remedium effi-
cax ſic,Sordes de cardine oſtii tolle digitis duobus,polli-
ce & medicinali, & ſuper vmbilicum laborantis appo-
ne. Baccas lauri tres cum herbæ vincæ cochlearibus
tribus pariter contundes,& adiicies vini calidi cyathis tri
bus,& colatum bibendum dabis ei qui ventris dolore ve
xabitur. Corrigia canina medius cingatur qui dole-
bit ventrem,ſtatim remediabitur. Contra ventris do
lorem,argemoniæ herbæ radicem palo ligneo effodito,
eámque tritam ex aqua bibendam dato. Lichnum
ardentem vmbilico ſuperpone, & deſuper cucurbitam
medicinalem, aut calicem oblongum, ſi cucurbita non
fuerit,admoueto,& pauliſper contineto,confeſtim dolo-
rem ventris auertes. Pulegium commanducatum,
& ad vmbilicum poſitum, atque illic alligatum, ne ce-
dat,dolorem omnem ventris continuò diſcutit. A-
nethi ſeminis paululum cõtritum ex aqua potum, inter-
nos ventris ſedat dolores. Nitrum aceti cyathis
duobus liquefactum & potum,dolorem inteſtinorum po
tenter auertit. Quotiens dolor & contractio inteſtino-
rum ventris orietur,veſpertilionis ſanguinem ventre ma-
nu perfricato,& ad præſens ſubuenies, & in totum annũ
medebere. Piperis grana LXXX. contrita, & ex aqua
pota,mirè tollunt ventris dolorem. Sicui in via, aut in
loco aliquo difficili ſubitus dolor vẽtris aut inteſtinorũ
fuerit,lotio ſuo deguſtato continuò ſanabitur. Siquis
talum leporis ſecum habuerit, immunis à dolore ventris
& periculo huiuſmodi perpetuò permanebit. Ad
inteſtina rupta, leporinum ſtercus, atque etiam pili,
vel lana eius de ſubuẽtrili cum melle decocta, ad magni-
tudinem fabæ glutienda frequenter data,quanuis perni-
tioſè ruptis inteſtinis celeriter medetur, ita vt etiam te-
nuiora quæ fuerint diſrupta glutinet,ſed aſſiduè hoc me
dicamine vtendum eſt, donec periculum omne tolla-
tur.

AD COLVM ET ILEON REMEDIA diuerſa, Cap. XXIX.

COlo & omnibus inteſtinorum doloribus, & tam ho-
minibus quàm iumentis ex hac re laborantibus effi-
caciſſimè ſubuenit,auis galerita (quæ Gallicè alauda dici-
tur)ſiue ipſa aſſata in cibo ſumatur, ſiue cum plumis ſuis
combuſta redigatur in cinerem,atque ex eo diligentiſſi-
mè trito terna cochlearia ex aqua calida potui per triduũ
dẽtur. Vnicum eſt inteſtinum oſſifragi miræ naturæ,
quod omnia deuorata citiſſimè conficit:huius pars extre-
ma colligitur & reponitur, & quum opus fuerit, ventri
laborantis alligatur,remedio miro omnes inteſtinorum
dolores citiſſimè ſedat. Lupi ſtercus dũmodo nõ in
terra inuentum,ſed ſupra fuſtem,aut ſupra aſtulas, aut ſu-
pra iuncum colliges,& ſeruabis, & quum opus fuerit la-
boranti colico alligabis ad brachium,vel ad colum in oſ
ſe,aut in cupro aut in auro cluſum, licióque ſuſpenſum:
ſed prius ex ipſo ſtercore puſillum ignoranti ex aqua cali
da bibendum dabis,mirè celeritérque ſubuenies.

Ouum recens crudum ſummiter apertum defundes,
& eius teſtam oleo viridi implebis,& defundes, melliſq;
tantũdem defundes:ſimiliter lotio pueri implebis, & de-
fundes,tum diligenter omnia permiſcebis,& in aqua cali
da tepefacies,ac ieiuno bibenda dabis.hæc potio non ſo-
lùm ſtercus vetuſtum,quod dolores inteſtinis facit, ve-
rumetiam lumbricos eiiciet, & ardores præcordiorum fe
bréſque ſedabit. Erucæ ſemunciam conteres,& ei qui
lumbricos patietur ex vino vetere candido ieiuno & di-
geſtiſſimo bibendam dabis,ſatis proderit. Ad inte-
raneos morbos ſerpylli pondus victoriati argentei con-
tritum,& ex vino potui datum,febricitãti autem ex mul-
ſa aqua tepida, internos dolores ventris potenter emen-
dat. Verbaſci radicis corticem detrahito, & cõtundi-
to,ac ſuccum eius per linteum exprimito, eúmque ex a-
qua mulſa aut vino bibendum dato: omnia interaneorũ
vitia quæ ex frigore,aut labore,aut indigerie erunt miri-
ficè ſanabis. Lotium humanum vetus adiecto pau
lulo croco,quod odorem eius emendet, ignoranti potui

A datum quanuis veteres & latentes interaneos morbos &
vomitu & deiectionibus concitatis, potẽtiſſimè ſanabit.

Laborantibus teneſmo,id eſt qui de perfrictione aſſi
duè ſedere cupiunt,& nihil deiiciunt,lac bubulum deco-
ctum frequenter potum, maximè prodeſt. Holus diſ
coctum cum ſale plurimum ſumptum, aduerſum tene-
ſmum iuuat:oſtrea quoque ex mulſo & pipere cocta vtili-
ter accipiuntur. Potio aſperſo plurimo pipere, ſub
noctem calidiſſimè ſumpta, ſummo remedio aduerſum
teneſmum eſſe conſueuit. Senectus anguis cum oleo
B roſaceo decocta in vaſe ſtagneo; atque inlita ventri, ſi ta-
men illic non ſit exulceratio,teneſmo remedio eſt.

Ius piſcium marinorum in patina cum lactucis co-
ctorum, vtiliter aduerſum teneſmum ſorbetur. Aqua
marina ex alto hauritur,& ſeruatur in vetuſtatem, ac poſt
ea cum vino auſtero bibitur:deinde raphani manducan-
tur,vt ſit vomitus facilior, qui teneſmi cauſas effundat.

Herbæ vettonicæ folia in vmbra arefacta, & tunſa
cribratáque,ad ſcrupulum vnum ex aquæ calidæ cyathis
duobus pota,optimè proſunt,abſque iis quibus ex crudi-
C tate inteſtina torquentur. Herba quæ pycmon dicitur
trita ex paſſo vel mulſo,vel carœno epota, inteſtinorum
tortiones ſedat. Ad coli inflationem benefacit cũ
mini ſyluatici ſemen per ſe,vt eſt datum,quãtũ cochlea-
ria tria in aquæ calidæ cyathis quatuor. Colice mi-
rifica Iulii Baſſi,citò leuat,dein tollit inflationes coli & o-
mnis partis corporis. facit & ad ſtomachi imbecillitates,
& ad inteſtinorũ alioqui dolorem, quem Græci ſtrophũ
appellant,ex aqua hyſſopum aut rutam incoctam haben-
te. Item benefacit ad ſanguinem, & ex interiore par-
D te. non enim patitur lateſieri, nec intus vulnus con-
uerti: ſed & citò ſupprimit ſanguinem, & vulnus cogit
coire.dandum autem his medicamentum ex aqua poliũ
coctum habente, aut rutam. Prodeſt & torminoſis &
cœliacis datum ex aqua centunculum herbam incoctam
habente,quam Græci gnaphalida dicunt, aut etiam ſor-
bis incoctis aut Syriaca ſiliqua. Lienoſis datur ex mul-
ſo vel paſſo,aqua admixta: eodem modo dandum eſt &
eis qui ſanguinem per vrinam vel aluum reddunt, nec
minus etiã mulieribus quæ fluore ſanguinolento infeſtã
E tur,quẽ Rhũ erythrõ Græci dicũt,vel quæ ex partu abor-
túve reſiduos vuluæ dolores habent, & in totum quibus
ſupprimendus eſt fluor,aut ex aliqua parte corporis infla-
tio tollenda.Recipit autem hæc, Spicæ nardi, coſti, pipe-
ris albi,piperis nigri,piperis longi, myrrhæ, opii, apolli-
naris radicis,cinnami, aſari, acori, thuris, braſſicæ ſemi-
nis,caſtorei,ſingulorum denarios duodecim,opopanacis
denarios decem, ſtœchadis, dauci, ameos, ſingulorum
denarios XVIII.ſilis cretici denarios vigintiquatuor:mel
le Atlico hæc excipiuntur ac miſcentur. Datur nõ plus
F quàm denarii pondus aut victoriati: cæteris prout cuiuſ-
que vires poſtulabunt, dummodo infra hoc pondus, ex
aquæ calidæ cyathis tribusin noctem ſecundum cœnam.
Hæc potio etiam febricitantibus tutò datur, verùm cœ-
liacis in ipſo dolore prodeſt,vitreo vaſe ſub ſignaculo ve
moris eſt ſeruatur. Ad coli dolorem faciunt quidem
mirificè quæ ſuperius poſita ſunt, ſed cætera medicamẽta
in aliis vitiis dolorem leuant in præſentia:hoc verò quod
dicturus ſum, ſupra hominis ſpẽ cõditionémq; eſt:ideo
primo tempore ne fidem quidem habet,poſtea à nullo ſa
G tis dignè laudari poteſt. nam & in præſentia dolorem tol
lit,& in futurum remediat,ne eum vnquam repetat.

Raro enim quis iterum, vel ad ſummum tertiò, hoc
accepto medicamento, vexatus eſt: quamobrem ſi-
quando repetierit iterum dolor, dandæ erunt per tri-
duum, & tunc potiones, eodem modo quo prima da-
ta fuit. Interdum verò & tertio in dolore, eodem
genere potiones dabuntur, quod rarò quidem acci-
det, vt poſt primam potionem dolor redeat: ſed ſi ad-
monente cauſa, iterum atque iterum data fuerit, in futu-
rum quoque ita remediabit vt ne ſuſpicio quidem vlla
H huic vitio relinquatur:ſiquando tamen repetierit,hoc ma
lum frigus ex multitudine cibi præcedit,grauitatémque
quandam & torporem eius loci,id eſt coli, ſed ſine vllo
dolore,ſentiendum infert,planè vt tum intelligãt quãto

malo caruerint,qui illa moleſtia liberantur. hoc medicamento primùm muliercula quædam ex Aphrica veniens multos Romæ remediauit: poſtea nos per magnam curã compoſitione eius accepta(id eſt pretio dato ei quod deſiderauerat qui venditabat) aliquot nõ humiles neque ignotos ſanauimus,quorum nomina ſuperuacuum eſt referre. Cõſtat autem medicamentum ex his rebus, Cerui cornua ſumuntur dum tenera ſunt,& quaſi in tabulas vel partes breues & tenues diuiſa in olla fictili componũtur, operculóque ſuperpoſito, & argilla vndique circundata fornace aut furno vruntur, donec in cinerẽ candidiſſimum redigantur,atque ita trita in vaſe vitreo mundo reponuntur:quum dolorem coli habebit aliquis,ante diem abſtinebitur quàm poturus eſt medicamentum ab omni cibo, atque ita poſtera die digeſtus, atque ieiunus accipiet ex hoc puluere cornuum exuſtorum cochlearia tria cumulata ſatis ampla,quibus miſceri debent piperis albi grana ix. trita, & myrrhæ exiguum, quod odorem tantummodo præſtare poſſit. hæc in vnum commixta in mortario diligenter agitantur, ac teruntur, deinde cochlea vera Aphricana(id eſt inde allata)ſumitur, quãmaculoſiſſima,& viua ſi fieri poteſt in alio mortario cũ ſua teſta contunditur,atque ita teritur donec nullũ veſtigiũ aut aſperitudo appareat teſtularum: poſtea vini Falerni non ſaccati cyathus adiicitur, & nihilominus rurſus teritur:magis enim tunc apparebunt aſperitudines,ſiquæ reſederint, quibus leuatis, iterum adiiciuntur duo cyathi eiuſdem vini,atque ita cum priore compoſitione bene admiſcentur,poſtea tranſfunduntur quæ ſunt in mortario in calicem nouum,qui calix ſuper aliud vas ponitur ad carbones,& aſſiduè mouetur cochleario liquor,nequid ſubſidat,aut peruratur.vbi bene incaluerit adiiciuntur in eundem calicem de iis quæ ſuprà ſcripta ſunt, cochlearia tria, & rurſus permouetur vniuerſa permixtio. quum autem calore ſufficienti temperata erit potio, dabitur epotanda verſus orientem,ſtatim dolor ſine dubitatione ceſſabit.Sed vt penitus aboleatur, dari potionem ſimiliter oportebit per inſequens biduum: ſed quibus hoc remedium dabitur,cibum in prandio tantummodo aut de tempore in cœna exiguum capient,quò facilè conficiant,ne crudi eam ſumant, poſtea verò in conſuetudinem victus ſui remittẽtur. Oportebit autem remediatos non intemperanter in futurum vinũ bibere. Tametſi enim à coli dolore tuti fuerint, metuere nihilominus debent ne alia parte corporis æquè afficiantur ob intemperantiam,ob quam vtique colo fuerant antè vexati.

Antidotus Coſmiana, quæ facit mirè ad colum, eadem mouet vrinam, & prodeſt omni aduerſæ valetudini,ſanat & inflationes periculoſas omniũ, vel plurimorum inteſtinorum,quem morbum Græci εἰλεὸν appellãt: Facit & ad hydropicos:conficitur ſic, Sorborum ſemimaturorum denarios decem,marrubii ſucci denarios xiiii. centaureæ tenuis ſucci ✱ xiiii.ſcillæ ſucci denarios viii. mandragoræ ſucci denarios vi.haſtulæ regiæ ſucci denarios ſex,opii denarios quatuor,laſeris Cyrenaici denariũ i.polii ſucci ✱ vi. opopanacis ✱ iiii.roſæ caninæ ſucci ✱ iiii. galbani ✱ iiii.caſtorei ✱ iiii. agarici ✱ iiii. ſagapeni ✱ x. gummis ✱ iiii. artemiſiæ ſucci ✱ iiii. cicutæ ſucci ✱ iiii. reſinæ terebinthinæ ✱ iiii. millefolii ſucci ✱ iiii. trifolii ſucci ✱ octo,vitis albæ ſucci ✱ vii. plantaginis ſucci ✱ ii. bdellæ ✱ iii. draconteæ radicis ✱ iiii. terræ mali ✱ x. rhus Syriacæ ✱ vi. acori & aſari ✱ quinos vel ſenos, meliloti ✱ vi. inulæ radicis ✱ vi.glycyrrhizæ ✱ vii.erucæ radicis ✱ vii. panacis ✱ vi. cyperi ✱ iiii. ſtœchados ✱ vi. iuniperi ✱ octo, abrotani ✱ iiii. chamæ cypri ✱ iiii.hyſſopi ✱ iiii. pulegii ✱ iiii. petroſelini ✱ iii.holus atri ✱ iiii. dauci ✱ vi. apii ſeminis ✱ vi.paſtinacæ ſeminis ✱ vi.fœniculi ſeminis ✱ vi.arotelli ſeminis ✱ vi. alterci ſeminis ✱ vi. vrticæ ſeminis ✱ vi. radicis in cœna quæ manducatur ſeminis ✱ x.balſami ſeminis ✱ iiii. cachryos ſeminis ✱ iiii. erui albi farinæ ✱ iiii. piperis albi ✱ vi.piperis longi ✱ vi. caroi ✱ vi. rutæ ſyluaticæ ſeminis ✱ iiii. baccarum lauri ✱ vi. amomi ✱ iii.malobathri ✱ vi. myrrhæ ✱ vi. thuris ✱ vi. caſiæ ✱.vi. nardi Syriticæ ✱ x. croci ✱ xii. ſchœni floris ✱ viii. ſaliuncæ ✱ viii.coſti ✱ vi. iridis Illyricæ ✱ vii. cinnami ✱ vi.olei magdalini ✱ x. opobalſami ✱ iiii. tunduntur & cribrantur quæ in puluerem redigenda ſunt, remittuntur diligenter quæ mollienda ſunt omnia:datur potio nucis auellanæ magnitudine ex mulſo,febricitantibus verò ex aqua calida: ad auriginem quoque & ad ſerpentium morſus hoc antidotum ſatis vtile eſt.

Colice Baſſi mirifica quæ prodeſt ſine ſopitione, eadem ventris ſanat vitia omnia:facit & ad difficilem ſpirationem & ad internos dolores: conficitur ſic, Mandragoræ radicis ſiue corticis ✱ vi.rhus Syriaci ✱ vi. cinnami denarios ſex, acori denarios ſex, braſſicæ ſeminis ✱ vi.coſti ✱ vi.iridis ✱ vi.piperis lõgi denarios vi. piperis albi ✱ vi.cicutæ ſucci denarios xii. opopanacis ✱ vii. S. ſtœcadis denarios ix.dauci Cretici denarios ix.mei ✱ ix. Phœbus adiiciebat(vt author remedii hui⁹ refert)myrrhæ ✱ vi.opii ✱ vi.aſari denarios nouẽ,caſtorei denarios nouẽ.cõtuſa hæc & cribrata miſcẽtur,& ex melle colligũtur diligentiſſimè vniuerſa, atque ex eo medicamẽto quantũ nux auellana eſt, datur cũ cyathis tribus aquæ calidæ, ſed poſt cibum:ieiuno enim non oportet dari.

Coli dolorem auertes ſi de lacertarum caudis ſummitates tuleris,& auro incluſeris,& ligaueris circa vmbilicum,aut de reſte ventrem circuncinxeris, de qua quis laqueo vitam finierit. Collum ſanat cum pinnis vpupa exuſta,& ex vino cinis eius potui datus:hirundinũ etiam ſtercus in cibo vel in potu ſumptum, tribuit colo ſanitatem. Hoc antidotum, ſiue oxyporium,quod buphagos dicitur,facit ad coli inflationes, & ad digeſtionem,vnde manè ieiunus accipies catapotia tria magnitudine grani piperis:conficitur ſic,Nepetæ vncias tres, pulegii veteris vncias tres,libyſtici ſeminis vncias quatuor, petroſelini vnciam vnam, apii ſeminis ⊣ i. S.thymi vnciam vnam,piperis vncias ſex,mellis optimi non deſpumati,quod ſufficiat ad concorparandas & temperandas ſpecies,adiicietur,& in dolio vitreo condetur ſub ſignaculo habendum, ſicut vſquequaque haberi debent vniuerſa medicamina.

Ad eileõ vel colum,baccas lauri octo concides,& coques in vini ſubdulcis cyathis tribus, & calefactum ex eo poculum ieiuno bibendum dabis, Croci ℈ ii.myrrhæ ℈ ii.opii ℈ i. ſingula quæque teres ſeparatim, & poſtea ſimul parata in aqua miſcebis, atque in modum fabæ paſtillos factos in anum iniicies, mirè colo remediando proderit.

Satureiæ ſurculos decẽ tolles,tribus digitis conteres, & vino Aminæo ſincero mixtos colo laboranti dabis bibendos,ſincerum qui biberit experietur remediũ. Publii paſtillus colicus,Apii ſeminis heminam,fœniculi ſeminis quartarium:piperis grana xxvii. ſatureiæ floris vel ſeminis quartarium, omnia hæc diligenter teres & cribrabis,& cum pipere bene trito permiſcebis: deinde in mortario omnia pariter cum vino vetere quantum diligentius teres,& facies paſtillos quindecim, quos ſiccabis:quum ſiccati fuerint,ſingulos paſtillos coli dolore laboranti dabis ſolutos in ternis cyathis vini veteris calidi, ſed bene eos ſolues, vt totum ebibi poſſit: paſtilli autem paris ponderis eſſe debent. Salicis foliorum drachmam cum piperis granis vigintiuno,ex vino diligenter teres,& triduò tres potiones ex vino bibendas dabis coli dolore confecto. Herbæ vettonicæ pollinis ℈ vi. ex aquæ calidæ cyathis tribus colico ieiuno bibendos per triduum dabis. Plantaginem quæ ſine lanugine fuerit contuſam cum ſale apponito ad vmbilicũ colici,mirè proderit. Annulus de auro texta tunica fit exuſta,cui inſculpitur vice gemmæ piſcis, aut delphinus, ſic vt holochryſus ſit,& habeat in ambitu rotũditatis vtrinque,id eſt,interius & exterius,Græcis litteris ſcriptum. Θεὸς κελεύει μὴ κύειν κόλον πόνοις.Obſeruandum autem erit, vt ſi in latere ſiniſtro dolor fuerit,in manu ſiniſtra habeatur annulus:aut in dextra,ſi dextrum latus dolebit: luna autem decreſcente die Iouis,primùm in vſum habendus erit annulus. Ad coli dolorem requires fimũ lupi,

& oſſa quæ ibidem inueneris contundes, & puluerem ex his facies, & in aqua frigida ieiuno bibendum dabis.

Ad coli dolorem XII. calend. April. violas manè colligi facies, & teri in mortario diligenter, poſtea in mortarium ipſum mittes vini veteris potiones VII. & quum temperaueris cum violis, à die ſuperſcripto potiones per ſeptem dies cõtinuos dabis, ſed cautus eſſe debes in violis colligendis, quia pleræque ſunt noxiæ. Ad coli dolorem, ſcribere debes in lamina aurea de graphio aureo infrà ſcriptos characteres luna prima viceſima, & laminam ipſa m mittere intra tubulum aureum, & deſuper operire vel inuoluere tubulum ipſum pelle caprina, & caprina corrigia ligare in pede dextro, ſi dextra pars corporis colo laborabit, aut in ſiniſtra, ſi ibi cauſa fuerit, habere debebit: ſed dum vtitur quis hoc præligamine abſtineat venere, & ne mulierem aut prægnantem contingat, aut ſepulchrum ingrediatur, omnino ſeruare debebit: ad ipſum autem coli dolorem penitus euitandum, vt ſiniſtrum pedem ſemper prius calciet obſeruabis. hi ſunt characteres ſcribendi in aurea lamina,

L ✱ M Θ R I A
L ✱ M Θ R I A
L ✱ M Θ R I A

Leporini ſtercoris pilulas ſeptem tere, & cum dulci vino colico per triduum da bibendum. Ad coli dolores mentaſtri folia, quantum tribus digitis apprehendere potueris, tolles, & his adiicies fœniculi ſeminis cochlearia duo: hæc in vnum quamminutiſſimè teres, poſtmodum addes vini veteris optimi cyathos quatuor, & tũ calefactam potionem quãtum digitus pati poſſit, ieiuno bibendam dabis, continuò ventos emittet, & deiectionẽ faciet. Hac ergo potione, ſiquis triduò vſus fuerit, quãuis graues coli dolores euadet. Gallinam per totum diem à cibo abſtineto: dein poſtero die quum eam occideris, crura eius cum ſale & oleo inaſſato, & ieiu no colico qui ſe pridie cibo abſtinuerit manducãda dato, mirificè profueris. Corydalus auis (id eſt quæ alauda vocatur) quæ animos hominũ dulcedine vocis oblectat, cum ſua pluma in vaſe fictili gypſato in furno poſito, ita comburitur vt teri poſſit: contritæ autem tenuiſſimus puluis reponitur, & quum opus fuerit, ex eo cochlearia duo vel tria cũ aqua calida per triduum aut quatriduum dantur, incredibile hoc colicis remedium, quod adeò prodeſt vt omnia medicamina meritò ſuperare videatur. Stercus caprinum recens in aqua remiſſum colatúmque cum mulſi cotylis tribus, & piperis contriti granis LX. in tres potiones diuiſum per triduum datur: ita vt prius corpus eius colici cui potio dãda eſt acopo perungatur, vt perfrictiones omnes coacto ſudore diſcedant, miro remedio ſanabitur. Succinũ tundes, & ex eius farina duo cochlearia cum aqua non nimiũ feruenti bibenda colico ieiuno per triduum dabis, efficaciter proderunt. Sanguinem anguillæ cum rubello vino duplici menſura coniunges, & ex aqua tepida mixtum colico ieiuno dabis bibendum, ſed ſub dolore dari oportet. nam & præſens remedium feret, & in futurum morbo huiuſmodi liberabit. Si aduerſus colum viro remedio opus erit, de ariete quem lupus occiderit faſciolam puer impubis faciat, & inde virum ad corpus accingat: ſi verò mulieri medendum erit, ſimiliter de oue quam lupus occiderit, puella virgo cingulum faciat, & mulierem circa corpus accingat, efficaciter prodeſt. Lepori viuo talum abſtrahes, pilóſque eius de ſub ventre tolles, atque ipſum viuum dimittes, de illis pilis vel lana filũ validum facies, & ex eo talum leporis colligabis, corpúſque laborantis præcinges, miro remedio ſubuenies. Efficacius tamen erit remedium, ita vt incredibile ſit ſi caſu os ipſum (id eſt talum leporis) in ſtercore lupi inueneris, quod ita cuſtodire debes ne aut terram tangat, aut à muliere contingatur: ſed nec filum illud de lana leporis factum debet mulier vlla contingere. hoc autem remedium quum vni profuerit, ad alios tranſlatum, quũ volueris, & quotiẽs volueris proderit: filum quoque quod ex lana vel pilis quos de ventre leporis tuleris, ſolus purus & nitidus facies: quòd ſi ita ventri laborantis ſubligaueris, plurimum proderit, vt ſublata lana leporem viuum dimittas, & dicas ei dum dimittis eum, Fuge fuge lepuſcule, & tecum aufer coli dolorem. Euphorbii drachmam rediges in tenuiſſimum puluerem, & ex eo partes duas facies, vnam cum ouo ſemicocto ieiuno colico dabis, alteram tertio die ſimiliter facies, mirè ac ſine repetitione emendabis coli dolorem.

Compoſitio colice primaria, Nardi folia, ſpicæ nardi Indici, amomi, piperis albi, coſti, papaueris, lentis Syriacæ, vncias ſingulas, myrrhæ, zingiberis, aſari Pontici, ſemuncias ſingulas in puluerem rediges, & cum melle optimo deſpumato quantum ſufficiat permiſcebis, & ieiuno colico quod ſatis ſit dabis. Compoſitio colices ex libro Philonidis, quæ etiam Tiberio Cæſari cõponebatur, graues & inueteratos dolores mitigans: mihi quoque experimentis notiſſima: accipit hæc, Apii ſeminis heminam, anethi tenuiter arefacti ſemunciam, caſtorei ſemunciam, nardi ſpicæ ſemunciam, opii ſemũciam, croci ſemunciam, piperis longi ſemunciam, piperis nigri ſemunciam, petroſelini ſemunciam, apium pridie macerabis, & teres, cætera tundes & cribrabis, & mixta cum apio in mortario diligentiſſimè conteres, & melle deſpumato optimo comprehendes, atque in vaſe vitreo condes: quum opus fuerit dabis denarios ſingulos ex aquæ calidæ cyathis tribus. Ad coli dolorem ſtercus bubulum recens exprime per linteum mundum, & ſuccum eius in qualibet potione colico da bibendum, ſtatim ſubuenies: quod remedium efficaciſſimum eſſe multa experimenta docuerunt. Papauer ex aqua mulſa decoctum dabis colico ieiuno bibendum, confeſtim ſubuenies. Inter experta ſubnotatum eſt hoc colicis mirum remedium, ſic, Fici ſiccæ vnciam vnam, iridis Illyricæ vnciam vnam, vettonicæ vnciam vnam, in ollam nouã mittes cum biſextio aquæ, & cum ſupraſcriptis ad dimidias coques, & inde heminam dabis ieiuno colico potãdam. Herba quæ millefolium appellatur, trita ex vino auſtero nigro vtiliter colicis bibenda datur.

Herbam nepetam dextra manu colliges, in quantũ ſufficere poſſe credideris, eámque ad leuitatem conteres, & cum vino dulci ac vetere, vel Libycenſi, colico ieiuno per triduum dabis: ſed vini modus ſit quartarius, facillimè proderit. Fuliginis bene tritæ & cribratæ ternos denarios per triduum ex aqua calida ieiuno colico potui dabis. Lacertam viridem (quam Græci σαῦρον vocant) capies, pérque eius oculos acum cupream cum lycio quàmlongo volueris traiicies, perforatíſque oculis eũ ibidem loci vbi ceperas dimittes, ac tum filum præcantabis dicẽs, Trebio, potnia, telapaho: hoc ter dicens, filum munditer recondes, qúumque dolor colici alicuius vrgebit, præcinges eum totum ſupra vmbilicum, & ter dices carmen ſupraſcriptum. Præſentaneum colicis remedium ſic, Oua putidiſſima in ſole ponito, vt perſiccentur: quum aruerint conteres, & minutiſſimè percribrabis, & ad præſidium in doliolo vitreo condes, qúumque in aliquo auſpicabitur coli dolor, in hemina aquæ calidæ dabis bibenda cochlearia tria. Coſtum & piper pari pondere tundito, & cribrato, inde ſcrupulum vnum ex aqua colico da bibendum. Stercus murinum ex quocunque liquore ignoranti colico ne horreſcat bibendum dabis, mirum eſt. Suppoſitoria colica inuicta myrrhæ vncias tres, croci Siculi vncias duas, piperis albi ⸗ II. opii Hiſpani ⸗ II. hæc omnia tundes, vel conteres, & pilulas facies magnitudine fabæ ſolidæ, & tres ſuppones: habebis ſanè curam vt æger dormiat, & ne vomat. vomitus enim concitare conſueuit. Ad coli dolorem remedium phyſicum ſic, Stercus ouis montanæ mẽſe Septembri, deficiente luna, pridie incluſæ manè excipies, & ſole durabis, atque in puluerem rediges, & habebis in vaſe vitreo ſiue ſtagneo: quum vſus exegerit cochleare plenum colico ex aqua calida ſi febricitauerit: ſi ſincerus erit, cum vino per triduum dabis. Ouis agnum quẽ primum pariet, manu excipies, ita vt terram non tangat, & de fronte eiuſdem agni lanam tolles, ſed & de ipſa oue & verris qui coitum cum ſcrofa faciet, ſemen eadem lana excipies, ita vt terram non tangat, & includes lanam cum ſemine verris in lupino aureo, vel tubulo, & alliga-

tum in brachio vel mediis partibus corporis colico ſuſpendes. De nouem coloribus, ita vt ibi album vel nigrum non ſit, facies ex ſingulis ſingula fila, & omnia in ſe adunata, acu argentea per oculos catuli nouelli qui nondum videt, traiicies, ita vt per anum eius exeant: tum ipſa fila in ſe counata torquebis, & pro cingulo ad corpus mediis partibus veteris. catulum ſanè viuum confeſtim in flumen proiicies. Ad colum remedium phyſicum ſic, Canem de ſterquilinio aut de aliquo ſordido loco iacentem expellat, & fuget qui patietur coli dolores, & ſtatim illic mingat, ilico remediabitur. Iniectio ad coli empneumatoſin ſic, Olei anethini vncias ſex, butyri exſalati ⟞ III. nardi ⟞ II. hæc permixta, & calida per clyſterem infunduntur. Ad colum ſanandum remedia infrà ſcripta de Proſdochi medici remediis electis, Lotium ichneumonis cum lacte vaccæ nigræ dabis in impetu coli potandum, continuò ſubuenies. Iniectio ad colum ſic, Colocynthidas duas, & rutæ, & fœnigræci, & baccarum lauri quãtum ſatis exiſtimaueris, in aqua coques diu, & addes mellis parum, & ita iniicies colo laborantem. Olei rutacei heminã, aſphalti Iudaici vncias quatuor, caſtorei vncias quatuor, terens permiſcebis, & ſic iniicies colicum. Allii caput purgatum tritum infundes pici liquidæ, atque ita iniicies, ſtatim ſedabitur coli dolor. De experimento ad colum, Rubi foliorũ ſuccum, & capparis ſuccum aut rhammi, & mellis tãtundem miſcebis, & dabis plenum ex eo cochleare, aut nocte aut ſatis mane colico potandũ. Iniectio ad colũ ſic, Butyri cochlear vnum, cedriæ cochlear vnũ, opii quãta erui ſit magnitudo, olei P. vnũ, in quo baccæ lauri XV. tũſæ, & cymini quãtũ manu capias, cum ſpeciebus ſupraſcriptis infuſis, & diligẽtiſſimè tritis coquãtur, ex eo qui laborat coli vitio iniicietur, ita vt prius caldam aquam bibat. Confectio iniectionis ad colum ſic, Opii drach. VI. caſtorei drach. IIII. myrrhæ Troglodytidis drach. I. croci drach. I. nitri drach. II. euphorbii drach. II. rutæ ſylueſtris drach. II. mellis quantum denſari omnia poſſint. quibus permixtis trochiſcos diligentiſſimos factos ſeruabis: & quum neceſſitas fuerit iniiciẽdi adiicies olei anethini vncias ſex, butyri exſalati ⟞ III. nardi ⟞ II. his omnibus de trochiſcis quorum deſcriptio ſuperius continetur, adiicies quantum fabæ granum eſt, in aqua modica ſolutum, & ita hac deiectione diligenter vteris.

AD VENTREM RESOLVENDVM, ET omnes difficultates, necnon & ad choleram proiiciendam vel inhibendã, ſales, & potiones, & catapotia cathartica diuerſa de experimetis, Cap. XXX.

QVoniam interdum res poſtulat & per aluum detrahere materiam omnis humoris, ſiue hydropis, ſiue diutinæ lippitudinis, ſecundum ſanguinis quidem detractionem, qua & ſcabiem & ignem ſacrum, & papulas habentibus ſubuenitur. nam maximè phlebotomo huiuſmodi circa cutem ſummam vitia innata ſedantur. Itaque non tam alienum iudicauimus horum quoque genera exponere, ſed prius dicemus quæ aluũ mediocriter molliant, & quæ ſint ad hoc ſimplicia remedia. Mollit ergo aluum herba mercurialis leuibus oleribus quamplurima mixta. Item mollit aluum, nitri ⁎ ſemiſſis, mixtus cum reſina terebinthina, & auellanæ nucis magnitudine deuoratus. Caules quoque quinque vel ſex cum ſalis granis totidem, & apii ſemine paribus menſuris decocti, in vino non auſtero, molliendo ventri plurimum proſunt, ſi & ipſi manducentur, & ius illud bibatur ante cibum, vt inter prandium & cœnam aluum leniter molliat. Ouilli lactis ſextario ſiquis adiiciat cnici purgati denarios quatuor, & diſcoctum ita ebibat, molliet ventrem. Quidam tribus heminis vini adiiciunt aloes denarii ſemiſſem, & ita totum per partes aqua mixtum bibunt, vt molliãt ventrem. Soluit autem vtiliter aluum ipſa aloë per ſe victoriati denarii pondere ex aquæ cyathis tribus vel frigidæ vel calidæ epota. Purgat optimè

A ventrem chamelæa herba, quæ folia ſimilia oliuæ habet, quorum quinque vel ſex dari oportet trita ex aquæ mulſæ cyathis quatuor frigidæ, ſi adſuet⁹ erit cui remedio opus eſt, ſin minus calidæ, adiecto ſalis cochleario. detrahit enim largiter bilem. Purgat bene aluũ filicis radix lota & raſa: atque in minimas particulas conciſa, ad ſemunciam aceto aſperſa, deinde cocta vt ſolet olus coqui, & ita cum panis vncia conſumpta.

Purgat bene hæc compoſitio ventrẽ, Aloes denarii ſemiſſis, colophoniæ denarii ſemiſſis, vnà terũtur hæc, B adiicitur mellis quod ſatis ſit ad colligenda ea. datur ex aquæ calidæ vel frigidæ cyathis quatuor. Hoc medicamentum ſtomachum non corrumpit.

Globuli mirificè purgantes ventrem, qui vt ſumũtur, ita integri deiiciuntur, nec lædunt ſtomachum, conficiuntur ſic, Colophoniæ denarii quatuor, bdellæ denarii duo, gummis denarii duo. Hæc trita lactucæ ſucco colliguntur, & finguntur pilulæ magnitudine fabæ, dantur à tribus pilulis vſque ad ſeptem, prout cuiuſque vires patientur. Globuli qui etiam cœnatis C dantur, & efficiunt manè ventris deiectionem quantum ſatis ſit, ſic, Colophoniæ denarios tres, aloes & tragacanthi binos: hoc pridie aqua maceratur, poſtero die cæteris admiſcetur: fiunt inde globuli fabæ magnitudine: dantur à tribus vſque ad ſeptẽ: proſunt plurimum ventri, & ſtomachum nullo modo vexant. Cucurbita ſyluatica trita (quam Græci colocynthida vocant) detrahit per ventrem & pituitam & bilem luridam, nonnunquam & atram deorſum verſus vocat, ſi cum mulſa aqua detur. Item cucumeris anguini ra- D dix, & eius quem edimus, detrahit bilem: ſed anguini radicis cortex eandem vim quam veratrum habet, niſi quia paulo remiſſior eſt, & multo magis viribus caret quàm cucumeris quem edimus. Anguini ergo cucumeris dari oportet denarios VI. ſemis ex aqua mulſa. detrahit enim pituitoſa & bilioſa: cucumeris quem edimus radicis dari oportet denarios quatuor ſimiliter, vel ſparti ſeminis tantundem: ſimiliter & iridis radices datæ proſunt. Item thapſiæ radices pituitam & E bilem detrahunt, nec minus epithymon, præſtant hoc melius, quòd atriora & acriora deducunt: & herba vrceolaris quæ appellatur detrahit bilioſa, & aquatiora. nam cunila (quam Græci onitim vocant) detrahit aquatiora per vomitum: aquam verò ſolam deducit mori lacryma, vel radix incocta potui data. Iris calefacit, ſoluit, purgat, concoquit, vlceris quoque interni duritias mollit, & ventris ſtricturas mouet.

Irinum oleum per clyſterẽ immiſſum pituitoſa, & aquata, & purulenta, & atra deducit: polion verò bilioſa & atra oleo chamæmelino mixto per ſellas deducit. ſcã- F moniæ ſuccus ſolam detrahit bilem, datur ex aqua ad denarii ſemiſſem, & tertias eius cum ſalis ⁎ V. ſed ſtomacho infirmo non conuenit. Elaterium purgat ſurſum per vomitum, aquã verò deorſum, & pituitam, & bilem omnis generis deducit: plus autem eius quàm victoriati tertiam partem non oportet dari: cyclaminos verò detrahit per ſellas pituitam & aquam. hippophaes detrahit pituitam & liquores aquatos, datur eius drachma cum aqua mulſa, eiuſdem quoque lacryma victoriati ponderis data ex aqua mulſa, bilem G purgat: nam radix tantùm aquam deducit. Centaurei tenuis ſuccus quantum nux auellana recipit, potus ex aqua mulſa, ventrem ſoluit. Item herbæ ipſius tritæ denarii III. ex ſale & exiguo aceto dati cum aquæ cyathis VI. biles deducunt. Meconidos quoque herbæ ſuccus cyathis duob⁹ datus, detrahit bilem, Cucurbitæ domeſticæ ſuccus cyathorum trium cum vini albi calefacti hemina datus, & olei ſemuncia, detrahit pituitam & bilem: ſed oportet quibus hoc purgatoriũ datur, vt poſtea quamplurimum deambulent. Da- H maſonii radix detrahit ſurſum deorſumque pituitam atque bilem, & ex vino & aqua mulſa data: ſed ſi per ſellas aliquis magis voluerit purgari, ſuccum ſumat, ſi ſurſum verſus radices eius accipiat. Veratri nigri radicis ⁎ ſemiſſis, & eius tertia portio pota ex vino paſſo,

per ſellas detrahit bilem:veratri verò ſucc⁹ albi ad mẽſuram denarii vnius potus ex paſſo, detrahit pituitam & per vomitum & per ſellas. Chamelæa quæ dicitur reſtis oliuæ, aquam detrahit:(calefacit enim plurimùm)eadem prodeſt hydropicis,& elephantiam habẽtibus, ſiquis eius ſeminis grana numero viginti dederit ex aqua mulſa:eiuſdem folia tenera trita,& in globulos redacta,aquam mouẽt ſiquis ea per anum iniecerit. proſunt enim & ad duritias ventris laxandas,& ad morbos interaneos depellendos. Purgatio ventris quæ facit ad lumborum dolores,& ad omnium febrium moleſtias depellendas:accipit hæc, Scammoniæ ✱ VIII. veratri,nigri,aneſi,aphronitri,nardi Syriacæ,caſſiæ,cinnami,ſingulorum denarios binos:dantur hæc trita & mixta cum aquæ mulſæ hemina: datur interdum vel ex aceto vel ex melle vel ex aqua ſola. abigit etiam conceptum fœminis prægnantibus datum. Purgatio ventris altera ſic,Scammoniæ ✱ XII. veratri nigri ✱ XVI. croci ✱ V. myrrhæ ✱ VII. cinnami ✱ VII. panacis ✱ VIII. piperis ✱ V. aphronitri ✱ VI. trita hæc & in puluerem redacta melle conſparguntur: datur ex his ✱ I.S. ex aquæ frigidæ vel calidæ cyathis tribus. Ad ventrem laxãdum cucurbitæ ſyluaticæ interaneorum,ſcammoniæ, aphronitri, paria pondera in vnum teri oportet, atque inde dari globulos tres fabæ magnitudine ex calida aqua:conuenit autem aqua colligi vel conſpergi hoc medicamentum. Aliud remedium ad ventris purgationem ſic,Vuæ paſſæ exemptis granis cõtuſæ ✱ IIII. aneſi ✱ VIII. elaterii,id eſt cucumeris in partes diuiſi loti & ſiccati ✱ VII. veratri nigri ✱ XVI. cunilæ ſeminis purgati interiora ✱ XII. hæc in puluerem redacta colliguntur,& ex aqua dantur quãtum fabæ trita grana ſunt,ſuperque acetum cum melle mixtum bibitur. Item alia ventris purgatio eiuſdem effectus, accipit hæc, Scãmoniæ ✱ VIII. veratri nigri ✱ VIII. cucurbitæ ſylueſtris interiora ✱ VIII. aphronitri ✱ VIII. iridis ✱ VIII. nardi Syriacæ ✱ V.S.& victoriati partem tertiã,myrrhæ idẽ põderis:puluis ex his factus melle colligitur:dantur ex medicamento hoc globuli quantum fabæ magnitudo eſt ad denarios quatuor vel quinque, quibus deuoratis acetum melle mixtum ſuperdandum eſt. Ad omnẽ moleſtiam febrium, & ad lateris dolorem cum febri: item ad lumborum dolorem moleſtum, & aduerſus liquores glutinoſos & ſpiſſos per ventrem digerendos, rectè dabitur hoc medicamẽtum ſic, Cucurbitæ ſyluaticæ interiores partes aridas quæ quaſi pluma ſunt ✱ VI. croci ac panacis denarios ſenos, marrubii ſucci ✱ VIII. glycyrrhizæ ✱ IIII. piperis albi ✱ VI piperis longi ✱ VI. ſtœchados ✱ ſex,ſchœni floris ✱ quatuor,malobathri ✱ tres,paſſo colligũtur trita hæc omnia,dãtur ex his denarii ſinguli cum aquæ calidæ cyathis binis vel ternis.

Soluunt ventrem ſuperpoſita hæc, Cucumeres ſyluaticos maturos areſieri oportet: deinde contuſos felle taurino conſpergi, atque emplaſtri modo inlini alutæ, aut linteolo ſpiſſo ad magnitudinem digitorum quatuor,vt vmbilico tantùm ſuperponas, quod ſtatim tollendum erit vbi ventrem mouerit. Et hoc medicamentum eiuſdem rei gratia vmbilico ſuperponi oportet,aut lateri quod recipit hæc,Cucurbitæ ſyluaticæ interiora quæ quaſi flocci ſunt, aluminis liquidi, characiæ,tithymali,lathyridis herbæ,laſeris Cyrenaici,paria pondera trita felle taurino collecta,lateri vel vmbilico cum cucumeris ſyluatici maturi ſucco, eodẽ modo quo ſupraſcriptum remediũ ſuperponuntur. Hiera ad reſolutũ ſtomachũ & reiicientẽ quodcunque ſumpſerit,cõficitur ſic,Aloes nigræ ✱ V. maſtiches ✱ IIII. cinnami, ſchœni floris,malobathri,nardi Syriacæ,croci,aſari,xylobalſami,ſingulorum denarios ſenos:hæc trita vel cõtuſa melle conſparguntur,& ita reponuntur, & quum opus eſt ad modum fabæ cum oxymelle dantur. Purgatio qua Coſmus medicus frequẽter vſus eſt,quæ hiera minor dicitur: facit ad omnia quæ ſupraſcripta ſunt, conficitur ſic, Scammoniæ denarii victoriati ponderis partem vnam,veratri nigri ✱ I. panacis ✱ S. ex melle cõſpargũtur hæc trita, datur ex his quãtũ nux auellana eſt

A ex aquæ mulſæ cyathis quatuor. globuli quoque ſupradicta magnitudine ſicci, de hoc medicamẽto duo tréſve dantur ieiuno vel poſt cœnam vorandi. Turundis ad ſoluẽdum ventrem vti oportet eiuſmodi,Fici aridæ,pulegii,abſinthii,aloes,nitri,fellis taurini areſacti ex interiore parte:horum paria pondera melle bene percocto colligi oportet,& fingi turundos,qui per anũ immittantur. Item turundi ad ventrem laxandũ ſic,Cucurbitæ ſyluaticæ floccorum interiorũ ✱ V. nitri nigri vſti ✱ V. fici pinguis pulpæ ✱ IIII. mulſæ P. I.
B coquuntur hæc omnia ex mulſo diligenter, & poſtea fiunt turundi, quibus & abſinthii aliquid admiſcetur, atque ita vt ſuprà dictum eſt ano iniiciuntur.

Herbæ peduncularię ✱ IIII. farinæ ex lolio ✱ IIII. cum felle taurino liquido & melle percocto miſcentur paria pondera,& fiunt turundi qui ſimiliter ad laxandũ ventrẽ ano iniiciũtur. Succus haſtulæ regiæ admixtus farinæ ex tritico,deinde ſubactus in panis modũ,& coctus in furno,atque eſui datus,purgat bene ventrem. Epithymi ✱ VII. ſalis ✱ V. in aqua mulſa, ſi potu dede-
C ris,pituitam & bilem omnem per ventrem detrahes.

Agaricum detrahit per ventrem ſpiſſum, & corruptum humorẽ: cuius vtplurimum dantur denarii duo cum ſalis ✱ II. potãdi ex mulſæ cyathis V. minimè hoc remedium ſtomachũ lædit, omnémque purgat humorem, neque ſanguinem corrumpit, nec ſiquæ partes interius tumẽt,exulcerat,verumetiam adiuuat. prodeſt & iocineris tumoribus, & quos Græci περιπλευμονικοὺς appellant. Cucumeris quo veſcimur ſeminis cyathus tritus, & nucum pinearum purgatarum cyathus
D contitus, & ſal cum melle tritus, in vnum mixta hæc ſoluunt ventrem, febres quoque aduenientes imminuunt,morſus ſtomachi ſedant, acres liquores biléſque reprimũt. Aqua mulſa ex melle crudo pota ventrem mouet,extenuat glutinoſa,lieni prodeſt. eadẽ inteſtinis præſtat remedium,& venis quæ ſunt in proximo circa inteſtina,medetur,liquores etiã qui pulmoni inſidunt, & difficilè excreantur depellit: ſed ſtomacho aptius eſt mel aceto mixtum: (minus enim inflat) efficacior eſt tamen humoribus aqua mulſa.magis enim extenuat
E liquores,& iucundius ſumitur. Abſinthium potum mouet bilem maximè iocineri inſidẽtem, coctum quidem cum aqua ſumi debet. nam & per vrinam & per ventrem cruditatem omnem deducit, & ſtomacho opitulatur, & ſanguinem ſpargit, cuius ſumma potio eſt ✱ VI. cum ſalis ✱ III. mellis cyatho vno & aquæ ſextario: ſed ſi magis aliquis aluum citare voluerit, ſalis ✱ VII. admiſcere debet. Dantur bene ad ſoluẽdum ventrem potiones, vel polenta cum aqua, in qua ſatureia, aut pulegium, aut thymum,aut herba mercu-
F rialis incocta fuerit: ſed & hæc ita in tribus ſextariis aquæ decoquuntur donec ad ſextarium perducatur: ad inflationem verò ſtomachi ſaliuncam in aqua decoqui oportet, & exiguum acetum adiici, atque ita potui dari. Hyſſopum ventri mouendo vehementius eſt quàm abſinthium: datur autem ſimiliter decoctum,atque eadem menſura: prodeſt etiam iis quibus in pectore liquores glutinoſi ſubſiſtunt,qui & ſpirandi difficultatem, & ſtridorem ſtomachi faciunt. item iis prodeſt qui in toto corpore videntur liquores concre-
G tos habere. Allium cum herbæ mercurialis foliis aut ſemine coctum, vel cum ruta & abſinthio coctum, magis mouet ventrem: liquores autem omnes adiectis duabus radiculis veratri nigri, etiam in febri datum deducit per ventrem, vel ſurſum verſus per vomitum purgat. Embamma quo venter ſoluitur, ſic, Scammoniæ denarium vnũ,zingiberis denarium vnum, piperis denarium vnum, nitri denarium vnum, hæc contuſa & cribrata reponuntur: inde quum opus eſt ſumitur cochleare plenum, & adiicitur embamma
H factum ex garo & aceto menſura cyathi dimidii. ex hoc lactucam aut vuluam comedere ieiunum oportet, ſed ſenſim,non vniuerſim. Quum quis per ventrem purgatus fuerit,etiam vomat in balneo medicamentum, quo reiecto, domum reuerſus cibum ſufficienter & vinum

ſumat. Vinis vti oportet ad inteſtinorum dolores factis ex ruta, & pulegio, apio, origano, aneſo, dauco, thymo, hyſſopo, panace, dictamno, anetho. Sambuci ſemen tritum cum vino datum, & vētrem mouet, & prodeſt inteſtinorum doloribus: chamædropis quoque ſemen ex vino datum, ſimiliter prodeſt: necnon & chamæpitys trita ex vino pota, idem præſtat, etiam ſemen balſami potum ex vino iuuat ventrem. calefacit enim viſcera, & extenuat, ac diſcutit inflationes. prodeſt & ad hoc naſturtium potum ex vino. nam & calefacit, & mollit viſcera, & vrinam mouet. prodeſt & inteſtinorum doloribus, & inflationibus, & ſuſpirium reprimit, & rupta componit. Ad ventrem ſoluendum herbam polypodium teres, & in ptiſſana ieiuno ſorbendam dabis, ſtatim ſoluetur qui acceperit.

Ad ſuppreſſionem ventris nitri & cumini certum quid æquo pondere ex oleo concorporabis, atque inde ad magnitudinem fabæ grani maioris in anum iniicies.

Ad ventrem eliciendum alumen ad magnitudinem fabæ reſolues, & ano iniicies, ſtatim omnem duritiem laxabit. Ad ventris ſtricturas ſoluendas betaceū concides minutatim cum terræ modico, quod ei dum auellitur adhæſerit, & in ollam coniicies, & adiicies liquaminis optimi, & olei optimi, & vini quantum æſtiſtimaueris neceſſarium, & coopertam ollam ſuper carbones pones. quod quū lento igni fuerit percoctū, nitri vnciam vnam vel duas minutatim ſuper ſparges, & tum ſuccū illum de olla vel ius cum vino miſcebis, & bibes.

Vt venter facilis ſit, nitri perlucidi, ſtaphiſagriæ, betæ, mellis cocti modicum, hæc permiſcebis, atque in modum collyrii rotundi interius in anum iniicies.

Confectio ſalis cathartici ſic, Scāmoniæ vncias tres, zingiberis vncias tres, petroſelini vncias tres, ſalis ammoniaci vncias quatuor, maſtiches vncias duas, piperis albi — I. ita vt ſcammoniam coquas, vt minus lædat. Coques enim ſic: mittes in paſtam, & deinde mittes in furnum, vt cum ea coquatur, & aliquantulum plus mittes, vt quum cocta fuerit, ad pondus ſupraſcriptum veniat, & quum refrixerit, tolles, & ſic omnia teres, & miſcebis, & ad quod volueris, manducādum in conuiuio pro quibuſcunque ſalibus vteris.

Confectio catapotii, Scammoniæ — I. aloes hepaticæ — II. bdellæ ℈ VI. euphorbii ℈ III. hæc omnia in puluerē rediges, & poſtea de caulibus non plantatis ſuccum facies, & ſic cōmiſcebis, & facies paſtillos puſillos, & ſiccabis, deuorandóſque poſt cœnam vel mane ieiuno dabis. Confectio ſalis cathartici, quam Marcellus oſtendit ſic, Salis duri & aſſati P. I. — II. ſalis ammoniaci P. I. — IIII. piperis albi — III. zingiberis — IIII. inulæ ſeminis — II. ameos — III. hyſſopi cretici — III. laſeris radicis — III. thymi — III. folii — III. apii ſeminis — III. aneſi — III. petroſelini Macedonici — III. origani — quatuor, naſturtii ſeminis — tres. hæc omnia tunſa cribrata, atque in puluerem tenuiſſimum redacta, & in vnum commixta repones in vaſe vitreo, & inde quotiēs aliquid ſumes ſeu bibes, quaſi pro aliis ſalibus vteris: emendantur his vitia hæc, indigeries, phlegma frigidum quod de cerebro deſcendit in ſtomachum, ad omnes humores ſupernatātes ſtomacho qui de felle rufo concitantur.

Ad dolorem quoque faucium facit, & caliginem detergit, & omnes humores in viſceribus cōtractos ſanat, & iecur, & ſplenem, & tuſſim curat, & eos qui vix anhelant reficit: curat & colum, & morbum articularem compeſcit: digeſtorium mirificum eſt: febres quotidianas temperat, febres acutas compeſcit, id eſt hemitritaicas: quartanas comprimit: mira in omnibus eſt eius commoditas.

Liquamen catharticum quomodo confici debeat: zingiberis ℈ III. petroſelini ℈ tres, piperis ℈ tres, laſeris ℈ tres, ſcammoniæ ℈ vnū, liquaminis 8. I. hæc omnia permiſcebis, & ſic vteris. Ad ventris facilitatem, betas recētes de horto cum ſale coque, & earum aquam cum vino calidam bibe, & ipſas ex oleo manduca: carnis etiam porcinæ recentis P. tria cum aquæ 8. V. & cum

A ſale coque ad tertias, & bibe tepidum ius cum vino.

Ad coleram proiiciendam herbæ quæ Græcè dicitur χαμαιπίτυς, ſyriace verò pityſoriſis, folia nouē mitte in aquam calidam, & bibe, omnem choleram per os proiicies: radicem herbæ ipſius percuties ferro, & non amplius quàm duas guttas excipies in aqua calida, & bibes, omnem choleram per ventrem proiicies. ſed caue ne plus ſucci huius accipias, ne lædaris. nam & os ſi nimius ſit, malè accipit. Confectio abſinthiati ad choleram & phlegmata proiicienda, & ad ventrem B laxādum ſic, Nardoſtachyos ℈ VI. ſchœnoanthes ℈ II. coſti ℈ octo, maſtiches perſonatæ ℈ quatuor, abſinthii herbæ ℈ vnum, croci ℈ II. folii ℈ VI. vini veteris Italicos 8. quinque, mellis optimi 8. vnum & ſemis.

Item alia confectio abſinthiati cathartici, Vini veteris 8. quatuor, roſæ ſiccæ ℈ II. caſiæ ℈ IIII. ſchœnoanthes ℈ II. folii ℈ II. amomi ℈ II. coſti ℈ II. maſtiches ℈ II. herbæ abſinthii ſiliquam vnam, croci ſiliquas quatuor, aloes epatitidos ſiliquas quatuor, mellis optimi 8. I. hæc omnia ſeparatim tunſa, & in puluerem delicatum C redacta ſimul miſcebis, & ſic excoques lento igne ne ferueat, & vteris quum volueris. Ad bilem reprimendam raphanum ex pipere & lini ſemine, ſiquis ieiunus manducauerit, fortiſſimè bilem expreſſam inhibebit. Fimum vituli recentem, ſiquis ex vino potui dederit his quos Græci χολερικοὺς vocant, manifeſto periculo liberabit. Lenticulam lauato diligenter ex aqua munda, deinde cum aqua nitida feruere ſinito paulatim, & poſtea ipſam aquam colato: & dato cholerico bibendam, mirè proderit. Abſinthii D viridis — IIII. ſalis marini — I. ſimul teres, & ſextario feruentis aquæ perfundes, & tenui linteo colabis, atque ipſam aquam laboranti da bibendam. Herba mercurialis pro certo bilem potentiſſimè protrahit, ſi ea cocta vice oleris veſcaris, eiúſque aquam in qua cocta fuerit adiecto melle potaueris. hoc etiam ægris ſine difficultate ſuccurrit. ſanis eadem aqua cum condito, ſi ita malint, optimè datur. Ad choleram reprimendam pulegium commanducatum ſuper vmbilicū impoſitum obligatúmque, ſupprimere choleram, & intē- E peſtiuos & continuos vomitus, mirè conſtat. Si de cholera autem tanta concitatio vomitus eſt vt contineri nō poſſit, hedyoſmi aut erucæ ramulos tres aut quatuor cum mali granati ſucco contritos abſorbendos dato, continuò ſedabitur. Vinum myrteum ſorbendum dato, protinus vomitum comprimes: lauri baccas aliquot contritas ex vino potui datas ſuccurrere cholera laborantibus conſtat. Mororum de rubis ſuccus epotus efficaciter prodeſt choleris reprimendis. caules quantum maiores diſcocti, & ex aceto ſumpti F ſimiliter medentur. Cydonea bene matura non cocta in cibo accepta ſimiliter proſunt: baccæ itidem aquifolii tritæ, cum vino potui datæ citò ſubueniunt.

Ad aluum concitandum, Aizoon herba, quæ Latinè ſedum appellatur, ex vino contrita potáque plurimum prodeſt. Herbæ vettonicæ in vmbra arefactæ folia contuſa, & in puluerem redacta ad pondus denariorum trium ex hydromelitis cyathis nouem bibenda per triduum data, ventrem ſine moleſtia continuò mouent.

Braſſicæ tenerrimæ contritæ ſuccū expreſſum, ſiquis ad ſex cotylarum menſuram adiectis vini cyathis tribus G ieiunus biberit, ita vt pridie non cœnet, & bene digeſtus ſit, mirificè, aut ſine vllo tædio aluo concitata purgabitur. Orbicularis herbæ (quam Græcè κυκλάμινον vocant) ſiquis expreſſo ſucco anum perunxerit, mira celeritate experietur alui ſolutionem.

Vt purgatione ventris releuato corpore ſalubriter ætatem agas, aluum hoc genere cōcitabis: gladioli radicē longitudine ac plenitudine digiti pollicis, ſi fœminæ remedium dandum erit, ſi viro ad craſſitudinem duo- H rum digitorum, & longitudinem vnius dabis deraſam, & lotam contritámque valentiſſimè, adiectis aquæ cyathis quatuor aut quinque, quam potionem colatam admixto paululo mellis calefactam potui dabis.

Herbæ Britānicæ ſuccus per ſe ſolus pro vniuſcuiuſq;

viribus potui ſumptus,ſinè periculo purgat: quo validius autem purgari volueris, hoc amplius ſumes, ita vt menſuram ſextarii non excedas. Lauriculi teneri (id eſt cymæ lauri) cum nepeta adiecto ſale contriti, & cum aquæ tepidæ hemina in potione ſumpti, concitant aluum pituitámque,& lumbricos celeriter eiiciunt.

Sambuci coliculi teneri decocti cũ oleo & garo man ducati, ventrem continuò ſoluunt. Aluminis liquidi paululum lana inuolutum,& podici ſubiectum euocat ſtercus,& ſine fatigatione deducit. Frequenter experti ſolutionem ventris affirmant tali remedio ſe eſſe purgatos, mellis acetabulum,& ſalis triti tantundem, cum aceti ſextario vno feruefaciũt, atque ita nocte ſub diuo cælo ſereno vas leuiter opertum relinquũt,& manè quum pridie cœna abſtinuerint, cum aqua quantum ſufficiat minutatim bibunt, quo facto non ſolùm ventris, ſed etiam atræ bilis ac rufæ tædio abſoluuntur.

Serum de lacte bubulo adiecto melle & ſale quãtum ſatis ſit, potui ſumptum, morantem aluum impellit.

Serum de lacte equino potui datum, facilè & ſine periculo ventrẽ molliter purgat. Aſininũ lac cum melle potui datũ, ventrẽ facilè & ſine periculo ſoluit. Salis marini triti & mellis optimi deſpumati,& aceti ſcillitici ſemũcias ſingulas in vnũ miſcebis, & teres, & aquæ mũdæ frigidæ quartariũ adiicies & coagitabis, & ieiunus calefactum leniter bibes: tũ deambulabis, atque inter deambulandum, calidam aquam paulatim quoties viſum fuerit ſumes, potenter hoc remedio ventrem morantem biléſque purgabis. Malagma purgatorium ad paruulos, ſi ob infirmitatem potionem purgatoriam bibere aut ſuſtinere non poſſunt. Lupinos crudos ſiccos in ollam nouam miſſos in furno torrebis, ſiccatóſque ac tunſos vel mollitos, cũ felle taurino vel vitulino miſcebis & ſubiges,& pro malagmate ad imũ ventrem ab vmbilico deorſumverſus impones.

Nã ſi ſuper vmbilicum impoſueris, ſtercus omne ſurſum vocabit, impoſitum autẽ deorſum verſus,& bilem detrahet,& pituitam deducet. Sales cathartici ſine ſtomachi iniuria, vt nec inteſtina doleant, accipiuntur ſeu in prandio cum eſca ſeu in cœna. Si autẽ ieiunus volueris, cum mulſa accipies cochleare plenum: componuntur ſic, Salis ammoniaci vnciam vnam, zingiberis ſicci vnciam vnam, laſeris radicis vnciam vnam, ſcammoniæ vnciam vnam, piperis vnciam vnam, fœniculi ſeminis vnciam vnã: teres omnia & cribrabis ſanè quũ volueris, vt vehemẽtius moueat cochlearia duo accipiat qui alui difficultate torquebitur.

AD ANI VITIA ET FISTVLAS podicis & hæmorhoidas, remedia phyſica rationabilia diuerſa de experimẽtis, Cap. XXXI.

Lipara ad intertrigines & exaſperationem, & tumorẽ ani mirifica ſic, Spumæ argenteæ P. II. ceruſſæ P. II. thuris pollinis P. II. aluminis ſiſſi P. I. adipis ſuillæ eneruatæ curatæ P. II. vini auſteri veteris 8. I. ſemis, roſæ 8. I. ſemis, olei viridis pondo ſemis. teritur ſpuma & ceruſſa, alumẽ ex vino diluitur: deinde adiicitur thus in puluerem redactum: & quumprimùm hæc leuia bene fuerint, oleum & vinum & adipem liquefactam cũ roſa ſupraſcripta miſceri oportet. Lipara rufa facit ad fiſſuras ani (quas ῥαγάδας Græci dicũt) eadẽ ad omnes eiuſdem partis exulcerationes & vitia diutina benefacit: accipit hæc, Spumæ argenteæ denarios XVI. myſios vſti denarios VI. reſinæ terebinthinæ ✱ XII. ceræ ✱ VI. ceruſſæ denarios ſedecim, chalcitidis vſtæ ✱ ſex, olei myrtei P. vnum, omnia diligenter teruntur cum olei põdere dimidio, tum reliquum oleum & cera & terebinthina liquefacta mortario ſuperfunduntur & concorporãtur, atque ita in doliolo vitreo reponuntur. Ad condylomata ani facit bene elaterium ſincerum, quod eſt ſuccus cucumeris ſyluatici compoſitus in rationem paſtilli, aceto dilutus,& ita appoſitus, itẽ propolis per ſe ſubacta,& more emplaſtri impoſita plurimum prodeſt.

Facit bene hoc medicamentum ani vitiis ſic, Reſinæ terebinthinæ denarios VI. ceræ idem, in vnum hoc coquuntur quantum oportet, & adiiciuntur his gagatis lapidis triti denarii quatuor. multi,& iridis contuſæ, ac vino mixtæ, & ſubactæ manibus velut farina, aliquid addiderunt.

Hoc quoque medicamentum mirificè prodeſt ani vitiis, conſtat ex his, Aluminis melini denarios duos, chalcitidis denarium vnum, fæculæ denarium vnum: teruntur hæc omnia diligenter, permixtáque quum opus eſt vino aut aceto diluta apponuntur.

Hæmorhoidas ſic curari oportet: primùm vt prodeant totæ: quod vt fiat, anus hoc medicamento perungetur, Centaurei ſucci denarios duos: hæc herba Latinè fel terræ dicitur, & vbique in agris naſcitur. Eſt autem tenuis, multorum ramorum in rectum ſurgentium: habet florem exiguum purpureum, abſinthii ſucci denarios duos, aluminis liquidi ✱ duos, miſyos denarium vnum, herbæ peduncularię ✱ I. mellis quãtum ad comprehendenda ea ſatis erit. His peruncto ano, aut lana tincta interius truſa, quum deſiderit quis ad ſellam, & apparuerint totæ hæmorhoides, ſupraſcipto medicamento rurſus bene tangendæ ſunt vndique, præcipuè radices earum quàs baſeis dicunt, de ſpecilli latitudine inlinendæ ſunt, ſubinde imponente medico cumulatæ medicamentum, & adcruſtatæ imprimente, donec bene cõbibant. Totum enim in eo eſt vt ab omni parte ſaturentur. Eſt autem hoc medicamentũ ſic, Chalcitidis vſtæ denarios quatuor, æris floris vſti denarios quatuor, miſyos vſti denarios tres, æris ſquamæ denarios II. diphrygis denarios duos, ſoreos vſti denarios duos, auripigmenti ✱ II. hæc teruntur diligenter, atque in tenuiſſimum puluerem redigũtur,& ſicca (vt dixi) hæmorhoidibus imprimuntur vndique: poſt hoc tenue ſimplex raſum linteolum imponi oportet, & ſuper hoc panem autopyrum ex aqua maceratum, & tritum, roſa illic pro oleo adiecta. Hoc medicamento ſine magno labore circa ſeptimum diem cadere coguntur hæmorhoides. Oportet autem bis die panem imponi, nõnunquam & in noctem, ſi circa eas tenſionẽ ſenſeris, quarto die auriſcalpio àuerſo, quã partẽ κυάθισκον Græci vocãt, ſenſim tentare, ac mouere eas, quò celerius excidãt: hoc medicamentum omnem carnem ex omni parte corporis exulceratam,& excreſcentem, ſine magno morſu tollit. Pulueris pancratiani confectio ad rhagadia, vel exochadia, ſic, Aluminis rotundi vſtulati, & ſiccati vncias tres, aluminis ſciſſi vncias tres, nitri vſti ℈ VI. æris floris ℈ VI. omnia hæc permixta & trita ſeruabis: quum vtendum fuerit, cum aceto acri inlines exochadia vel rhagadia, ſed aſſiduè, vt intra quartũ diẽ ſanentur. Ad ani vitia, & tumores, & vulnera compoſitio ſic, Reſinæ terebinthinæ ℈ XXVII. viſci ſcrupula XII. cadmiæ ℈ XII. ſpumæ argenti ℈ IX. ceruſſæ ℈ IX. miſyos ℈ IX. herbæ arnogloſſæ ℈ III. olei veteris librã. hæc vniuerſa conteres, & miſcebis, & per dies quantos oportuerit ad locum doloris appones.

Ani vitia omnia optimè & citiſſimè curat oleum bombicinum verum, ſi aſſiduè inde tangantur, ita vt intra triduum vel quatriduum rhagadia & exochadia ſtirpitus tollat, ſi aſſiduè ponatur. Nucleos de dactylo combures, & conteres quamminutiſſimè, & de puluere eorũ loco ani exulcerato, ſiue vulneribus eius, & fiſtulis frequenter impones. Herbam polypodium teres,& ſic in ptiſſanam mittes, & ſorbebis ieiunus: hoc & ſoluet ventrem,& anum molliet tumentem.

Ad rhagadia in ano naſcentia, Spumæ argenti ⊣ I. olei roſei ⊣ I. permiſcebis,& aſſiduè appones. Plantaginis folia,& radices,& herbam centenodiam,& rubi ſummitatem,& meſpila,& cydonea, & nuces gallas, & de ſalice frondes quæ tenerrimæ fuerint, cum atramento ſutoricio ex aqua coques ſimul vniuerſa, adiecta quarta parte aceti,& colabis diligenter, atque inde fouebis eas partes vnde hæmorhoides fluunt. Rubi ſummitatem colliges, & mala ſylueſtria: rubum autem in mortario teres,& ſylueſtrium pomorum ſuccum exprimes, & pariter miſcebis, ac fomentum inde factũ calidum hæmorhoidibus appones. Chartam di-

ligenter exures, & cinerem eius ſiue fuliginem ſiccam ad fluentem hæmorhoidis venam tandiu appones donec ſtringatur. Ad ficos qui in locis verecundioribus naſcuntur, de orbita rotæ collige caluos lapides non prægrandes neque paruos, & pone in foco vt bene candeſcant, & lotio infantis eos extingue: poſtea de ipſo lotio locum aſsiduè laua, ita vt frequenter mutes & lapides & lotium infantis, tantum proderit vt ſectione & ferro opus non ſit. Extalem prominentem vino lauari prius, deinde cedro vngi, & pollice pro pelli introrſum oportet. Ani vitiis omnibus plantaginis radix decreſcēte luna die Saturni occidente ſole collecta, vel ſumpta, & pellicula vel panno phœnicio obuoluta, ac licio ligata, & lumbis circundata, cōtinuò ſanitatem præſtabit. Sertulam campanam ex vino aut paſſo coctam terito, & apponito ad anum, eóque vino in quo ſertulam coxeris, & prius & poſtea anum foueto, celeriter ſanabis. Caro ani ſuperuacua ſine dolore conſumetur ſi araneorum fila a ppones quæ in vineis inueniuntur. Cedria qua librarii vtuntur, ſi anum ficoſum, & ad ſectionem ſpectantem frequenter vino calido prius elutum, ſpecillo perunxeris, atque ita quieueris, mirabiliter carnē ſuperuacuam cōſumes: ſed ad ſanitatem lenioribus medicamētis poſtea perduces. Extalem nimis prominentem reprimit gallinaceus vitellus, ſi coctus integer ab ipſo ægro illic calidus aſſiduè contineatur. Ad fiſtulas vulnerum in ano, vel quæ naſcuntur in locis verecūdioribus, terræ mali radix contuſa, & fiſtulæ inſerta, aut in puluere redacta, & cum vino vetere inſperſa, ita prodeſt vt celeriter expurget, ſolidet, & ad omnem ſanitatem perducat, ſine qua nec medici huiuſmodi cauſas curare poſſunt. Tithymali contuſi ſuccum ex vino ſuper fiſtulam vulneris exprimito, deinde fomentum huiuſmodi alligato, id eſt marrubium in cinere calido ſubcoquito, & adiecta vetuſtiſſima axungia diu ſubigito, & linteo inlitum calidiſſimum fiſtulæ apponito, & ter aut quater in die feruens medicamen renouato, mirificè proderit. Os humanum contuſum, & in puluerem tenuiſſimum redactum cum melle inlitum, etiam duritias ani & antiquas fiſtulas ſanat, ſi per triduū continuū apponatur. Ad nates vel podicē fiſtuloſum olei optimi ſextariū, lithargyri ſelibrā, æruginis librā, thuris maſculi nigri ſelibram, reſinæ libram, mellis ſextarii vnius quadrantem, aceti 8. II. hæc omnia in olla rudi ſimul decoques, & more emplaſtri induces.

Ad hæmorhoidas, eóſque qui ſanguinem deiiciūt, porri ſuccus expreſſus ieiuno potui datus, hæmorhoidas continuò deſinere facit. Adeps cygni hæmorhoidas comprimit, ſi aut potui detur, aut loca inde tangantur. Symphyti radix (quæ herba Gallicè halus dicitur) aut commanducatur, aut vſta & trita in potione datur aduerſum hæmorhoidas nimium profluentes. Spongiam marinam exures, & in cinerem rediges, & cribrabis, & inde cochleare plenum in quacūque potione dabis ei qui hæmorhoidum nimietate vexatur. Ruborum cauliculi teneri tundun tur, expreſſúſque ex his ſuccus in calidiſſimo ſole ponitur, vt vſque ad craſſitudinem mellis ſpiſſeſcat: hic hauſtus efficaciſſimè hæmorhoidum ſanguinem ſiſtit.

Coagulum ceruinum deglutitum, ſanguinem ex intimis profluentem facilè ſtringit: idem facit & coagulum leporis. Luna XIII. hora nona antequam exeāt vel erumpāt mori arboris folia, oculos tres tolles, digitis medicinali & pollice manus ſiniſtræ, & in oculis ſingulis dices, Abſi, apſa, phereos, mittéſque in cocū galaticum, & in phœnicio lino conchyliatæ purpuræ conligabis, & dices, Tollo te hinc tota hæmorhoida, abſis paphar: & nudum eum cui remedio opus eſt, præligamine illo cinges. Ani vitia & condylomata felle caprino perūcta ſanari certiſſimè conſtat. Malicorium cum vino optimo vſque ad duos cyathos decoctum, pariterque contritum, & malagmatis modo impoſitum, potenter ani condylomata perſanat.

Butyrum, & adeps anſerina, & oleum roſaceum permixta pulcherrimè proſunt ani vitiis. Sanguis caprinus cum polenta impoſitus ani vitium omne perſanat. Rhagadas canini capitis vſti cinis aſperſus adiungit, & ſtercoris albi canini betæque cinis inſertus ſimiliter opitulatur. Iridis Illyricæ cinis cum melle ſubactus vtiliter imponitur ani vitiis, ſi ipſa iris in furno diligenter vratur. Adeps anſerinus cum eiuſdem cerebro, & œſypo, & alumine ſubigitur, & imponitur ani omnibus cauſis. Carnes ex capitibus mugilum ſiue mullorum decoctæ, & cum melle ſubactæ, atque impoſitæ vitiis ani, plurimum proſunt. Oleum vetus, & picem, & pollinem triticeam decoque, & ano exulcerato calens medicamen impone. Radix rubi in vino vſque ad tertias coquitur, eóque vino ani vitia & difficultates fouentur.

Ad vlcera in ano facta chartæ combuſtæ, ſed enarum eius drach. I. auripigmenti drach. I. lepidos drach. I. ſimul conteres, & melle comprehenſis veteris emplaſtri modo. Ad eos quibus inteſtinum improbè prominet remedium ſic, Ebuli ſucco turpitudinē circumline, citò remediabis. Porrigines ani extirpat tale medicamen, Picis, reſinæ, ceræ, butyri, ſeui caprini, argenti ſpumæ, ſingulorum paria pondera remitte, & ſimul contempera, atque ita inline. Ad ſyringium vel ani vitia, lauabis locum vino vetere, & teres teſtam oſtrei, & ſordes intra pullinum ventrem repertas contundes, & cochleam vacuam, & cucurbitam vſtulatam teres diligenter, mixtáque omnia quum in puluere tenuiſſimum redegeris, vulneri appones, mox vitium omne ſanabis. Item ad ani vitia prominentia, quæ reuocari non poſſunt, Rubi vbi mora naſcuntur caules teneri, & buxi folia, & cortex mali granati, vel ipſa poma eius, & cortex roboris arboris vnde coria conficiuntur, in teſta ſupra prunas ponuntur, & intra vas vbi offertur fumantia conſtituuntur, vt ſuprà ſedeat infirmus concluſus diligenter, ne fumus foras exeat: quo facto, cum conatu anum eidem fumo offerat: in recenti tædio hoc remediū ter factum ſubueniet, in vetere verò tædio ſæpius fieri oportet. Ad idem, quod & libidinēs offerendi, & conatus reprimet, Ceparū rotundarū, vel etiā aliarū folia, aut cortices, ſiccas, & picem duram, ſimul carbonibus incēdes, & vaſe (vt ſuperius dictū eſt) cōcluſo ſedebis, & conatus dabis vt fumus & vapor ano ſuſcipiatur, præſens experieris remedium. Compoſitio ceroti ad vitia ani ſic, Spumæ argēti ⊷ II. cretæ cimoliæ ℈II. ceræ Punicæ ℈ II. ceruſſæ ⊷ II. quæ omnia ad ſummā leuitatem teruntur, tum in vaſe argenteo cera cum oleo roſeo remittitur, ſic reliqua confunduntur. Cōpoſitio ad ani vitia ſic, Cicidos, lepidos, chalcanthi, ſchiſtes, hæc trita menſuris paribus melle deſpumato mixta, ad vſum huiuſmodi ſeruabuntur. Ad ſyringium remedium efficax, Oliuæ medullam cum ſemine auenæ æquis portionibus teres, & puluerem ipſum aqua cæleſti cōſperges, faciéſque ex eo collyria quæ fiſtulæ ani iniici poſſint, quæ per triduum iniecta fiſtulas in profundo poſitas foras perducent, vt poſtea poſſint medicamine leniore ſanari. Inteſtinum extremum quibus prominet & excedet, quotiens proceſſerit totiens vino calido in quo herba verbena cocta fuerint, admixto tenui lixiuio lauari oportebit. prodeſt & illud pice liquida perungere, & ſic introrſum repelli: benefacit ad hoc & cinis ex ſarmento factus, atque cribratus, ſiccúſque inſperſus: alumen quoque ſiſſum tritum eidem loco impoſitum, plurimum prodeſt.

PANICVLIS ET INGVINIBVS, ET INTERtriginibus, remedia phyſica, & rationabilia diuerſa de experimentis, Cap. XXXII.

MAlagma quod diſcutit ſtrumas, parotidas, paniculas, (quas Græci phygethla vocant) omnes quoque futuras ſuppurationes diſpergit, factas verò aperit: facit & ad dolorem articulamentorum omnium, & iuncturarum, præcipuè ad lumborem dolorem atque inflationē ſtomachi, vel coli: conficitur ſic, Picis Hiſpanæ, aphronitri, reſinæ pityinæ, ceræ, lauri baccarū, ſingulorum denarios XXXV. adipis taurini ✻ XV. ammo-

niacæ guttæ ✱ x v. iridis ✱ xv. galbani ✱ xv. piperis albi
✱ v. quæ debent liquefieri diſſoluuntur igne,& oleo exi
guo diluuntur, cætera tunſa & cribrata bene aſpergun-
tur tepenti medicamento,quod diu agitando miſcetur,
deinde manibus ſubigitur vt malagma exactiſſimum
fiat. Malagma ad omnem dolorem corporis, ſed
præcipuè paniculárum & omnium articulamentorum,
facit & ad podagram, eadem diſcutit vomicas aut ape-
rit:pectoris quoque cõcoctioni & cauſis interaneis pro-
deſt,& lumborum doloribus:accipit hæc,Ceræ ✱ v i i i.
ammoniacæ guttæ ✱ x. bdellæ ✱ x. iridis ✱ v i. galbani
✱ tres,terebinthinæ ✱ v. contunduntur pilo ordine quo
ſcripta ſunt omnia : deinde Cyprino oleo quod in imo
ſubſidere ſolet colliguntur vel permiſcentur: cera in a-
quam feruentem in minimas partes conciſa prius dimit
titur,vt illic molleſcat,deinde ſubacta manibus in pilũ
coniicitur cum cæteris ſpeciebus, atque illic diu mala-
xatur. Paniculas aperit ſeuum pecudis cum ſale
toſto poſitum: item lacertæ cinis vel ipſa diuiſa appoſi-
ta:item cochleæ contuſæ vel cinis earum cera admixtus
appoſitus,& fimus columbinus cum farina inlitus pro-
deſt. Inguinum tumorem cochleæ minutæ tritæ
cum melle inlitæ ſedant. Ad inguen, Fruſtum ve-
teris ſpongiæ ad pedem alligabis, & radicem alterci ſi-
niſtra manu digitis medicinalibus ſumes,& alligabis in
alio pede,& de cucurbita ſicca longa circulum facies,
& immiſſo licio circa pedem ligabis. Panicula ne
ad ſectionem veniat remedium ſic, Gypſum aqua cali-
da bene conſperge donec in ſe coeat & ſpiſſetur, & ſic
impone ſupra paniculã:deinde chartã ſuperalliga, quæ
res & aperit eam & ſanat:poſtea vtere malagmate mol-
li vt citò & bene cicatricet. Ad intertrigines ex-
calefactas & dolentes, remedium de experimento ſic,
In mortario plumbeo de piſtillo plumbeo miſſum o-
leum roſaceum & vitellum oui tandiu teres vt ſpiſ-
ſetur, ita vt de eodem plumbo dum teritur, pars ali-
qua miſceatur: & quum fuerit ſpiſſum,vt emplaſtrum
in linteolo tenero induces, & loco trito intertrigi-
ni appones: hoc remedio per triduum donec locus exul
ceratus ſanetur vteris. Aduerſum inguinum panicu
las remedium ſic, Naſturtium cum pice impoſitum pa-
niculas diſcutit:maturis verò aut matureſcentibus pani
culis tale medicamen adhibebis, id eſt lenticulam, &
lauri baccas ex tertio iuxta menſuram lenticulæ deco-
ques in aqua,& diligentiſſimè manibus ſubiges,& cum
lana calidum fomentum appones,quod citò & vehemẽ
ter & dolorem diſcutiet,& humores noxios purgabit.
Eruum vetus in farinam molliſſimam redactum, &
cum melle impoſitum,paniculis medetur. Mira-
bile hoc medicamentum paniculis ſanandis ſic, Hyo-
ſcyami foliorum viridium P. i i. reſinæ pityinæ P. i i.
ceræ P. i i. adipis porcinæ ſine ſale P. i i. galbani P. i i.
omnia hæc tunſa vel remiſſa in vnum corpus rediges,
& emplaſtri modo appones. Calcem viuã, allii ca-
pita duo,vitellos coctos vel incoctos ouorum trium,ſi-
mul omnia permixta,& emplaſtri more appoſita,omnẽ
tumorem & dolorem panicularum diſpergunt & ſedãt.
Galbanum ſolũ inter principia doloris paniculæ ap-
poſitum plurimum prodeſt. Fœniculi farina ex mul-
ſa aqua decocta,addita axungia appoſita, dolorem in-
guinum ſedat:fimus hircinus cũ melle decoctus appoſi
tus,paniculis ſanitatem congruã præſtat. Creta ci-
molia trita,& cum aceto ſuperinducta,cohibet panicu-
larum tumorẽ. Siue incipientem paniculam cõpri-
mi opus ſit,ſiue concoctam diſſolui, præſtabit vtiliſſi-
mum remedium cinis muricum vel purpurarum exu-
ſtarum cum oleo vetere impoſitus vel ſuperductus.
Lupini ex aceto cocti & ſubacti,& pro emplaſtro ap-
poſiti cauſam panicularũ maturant,& minuunt dolorẽ.
Ficus Africana vetuſta ex vino decocta tunſa vel tri-
ta,vtiliter paniculis apponitur. Ne inguen ex vlce-
re aliquo aut vulnere intumeſcat, ſurculum anethi in
cingulo aut in faſcia habeto ligatũ in ſparto vel quocũ-
que vinculo quo olus aut obſonium fuerit innexum,
ſeptem nodos facies, & per ſingulos nectẽs nominabis
A ſingulas anus viduas, & ſingulas feras, & in crure vel
brachio cuius pars vulnerata fuerit, alligabis. quæ ſi
prius facias antequam naſcantur inguina, omnem in-
guinũ vel glandularum moleſtiam prohibebis, ſi poſt-
ea dolorem tumorémque ſedabis. Surculum
quoque ex myrto terra tactum ſiquis gerat, ab inguini-
bus tutus erit. Inguinibus potenter medebere ſi de
lycio ſeptem nodos facias,& ad ſingulas viduas nomi-
nes,& ſupra talum eius pedis alliges in cuius parte erũt
inguina. Si ab equitando vexata fuerint ingui-
B na,aut intertrigines dolebunt,ſpuma equi fricẽtur, ſta-
tim remediabuntur. Stercus ſuillum cum oleo
perfrictum, & in teſta calefactum,& inguinibus impo-
ſitum, plurimum prodeſt. Pollex eius pedis in
quo inguina erunt, cum proximo digito ligatus mi-
rè medetur. Siquis ab equitando aut ambulando
inguen habuerit, ſcribat in charta κυστις, & ad femur ſi-
bi alliget, citò ſanabitur. Ad condylomata in-
guinum vel quarumlibet partium, malicorium cum
vini optimi ſextario ad cyathos duos decoctum,& cum
C eodem vino tritum,atque vt malagma impoſitum,con-
dylomata facta perſanat. Medullam canis ex vino
vetere ſubige, & emplaſtri modo impone condyloma-
tis,potenter ea ſanabis. Argimonia trita,& adipi
anſerinæ admixta impoſitáque,cõdylomatis medetur.
Oleum vetus cum polenta decoques,& calidiſſimum
condylomatis impones. Folia rubi contrita,& cum
ceroto roſaceo impoſita,ſanant omnia condylomata.
Adeps anſeris cum ceruſſa & oleo roſaceo & cera
pontica in vnum ceroti modo compoſita, & impoſita,
D vtiliter condylomatis medetur. Mus araneus,qui
quum in orbitã inciderit moritur, vſtus in cinerem e-
dactus, & cum adipe anſerina permixtus,condylomatis
infrictus,mirum remediũ adfert. Ad intertrigines
ſanandas,libyſtici foliis commanducatis ſuccum exce-
ptum,ſi ei loco appoſueris,cum morſu quidem,ſed cõ-
tinuò ſanabis. Gallæ contuſæ in vino coctæ,atque
impoſitæ, intertrigini plurimum proſunt. Cal-
ciamento quo vti ſoles locum inguinum laborantem ſi
perfricueris,confeſtim intertrigines tolles. Axun-
E giam perueterem liquefactam, & ceruſſam bene tritam
permiſce,donec acopi craſſitudinem habeat, atque in-
de intertrigines perfrica,efficaciã remedii celeritatẽm-
que mirabere.nam hoc medicamen etiam rhagadas ef-
ficaciter ſanat. Cretam argentariam cum vino
vetere tritam impones tritis intertriginibus,optimè ac-
cipieris. Oleo vetere & aqua calida permixta aſ-
ſiduè inguina foue,continuò ſubuenies intertriginibus
attritis. Si exulceratio intertriginum erit, ſpu-
mam argenti ex vino conteres, eique puluerem pinei
F corticis tunſi miſcebis, & locum inlines. Ad in-
guina & apoſtemata remedium ſic, Equinus ſanguis
maximè admiſſarii equi frequenter inlitus, huiuſmodi
moleſtias ſanat: vngulæ quoque eius combuſtæ cinis
cum oleo appoſitus,idem præſtat. Cochleæ viuæ
contritæ cum myrrha, & impoſitæ inguinibus, efficaci
auxilio ſubueniunt : ſed relinquendæ ſunt loco cui ap-
poſitæ fuerint tandiu donec ſponte decidant,quod fiet
quum perſanauerint. Arietis quampinguiſſimi
lana,plena ſuis ſordibus combuſta,& in puluerem reda-
G cta, prodeſt plurimum ſi eo cinere ex aqua locum in-
guinum perfricaueris. Beſtiolæ multipedes,quæ in
locis humidis & ſordidis naſcuntur, quæque contactæ
pilulam de ſe faciunt,contritæ,adiecta tertia parte reſi-
næ terebinthinæ,emplaſtri modo appoſitæ,collectiones
incipientes quas Græci apoſtemata vocant, adeò ſanant
vt tenaciſſimè emplaſtrum hæreat donec perſanent.
Lotio ſuillo locum inguinum dolentem aſſiduè per-
ungue,aut cum eo lanam ſuccidam appone, ſtatim me
debere. Muliebres capilli combuſti, & contriti,
H atque inliti cum vino aut cum aceto, inguinibus me-
dentur. Menſtruis muliebribus inguina dolentia,vel
tumentia, ſi contingantur,ſtatim ſanari creduntur.
Talus bubulus cõbuſtus tritúſque adiecto melle, in-
litus inguinibus dolentibus vel tumentibus,prodeſt.

Inguina tumida & dolentia ſanabis, ſi ipſo veretro denudato(id eſt reducta pellicula)aſſiduè ea cõtigeris,vel perfricaueris. Apoſtemata,vt remolliãtur,aut ſi mollia fuerint,vt diſpargantur,facies medicamentum tale, quo nihil potẽtius eſt,Herbæ marrubii folia viridia cõtũdes, aut ſi viridia nõ fuerint, inuoluta foliis maluæ,vel perſonaceæ,ſub cinere calido coques: deinde panem candidũ infuſum vino veteri addes,& axungiam miſcebis, & tũdes de ligno in lignea pila,ſed obſeruabis vt panis infuſi, & axungiæ partes ſingulæ ſint, herbæ verò partes duæ, quod emplaſtri more mane & ſero locis neceſſariis impones. Inguinibus mirabile exhibet remedium, ex gallinacea ala oſſiculum extremum,cochleario terebratum, nodiſque ſeptem licio ligatum,atque ita brachio vel cruri ei⁹ partis quæ inguina habet ſuſpenſum. Lipara ad intertrigines ſic, Ceruſſæ, ſpumæ argenti, medullæ ceruinæ,ſeui ceruini,libras ſingulas, ouorum octo albũ, vini boni q̃ IIII. thuris pollinis vncias quatuor,roſæ cãpanæ P.vnum,aluminis ſemũciam,ceruſſam & ſpumam tundes,cætera remittes,& in mortario terendo vniuerſa miſcebis. Porriginem intertriginum interficies hoc medicamine,Picis,reſinæ,ceræ,butyri,ſeui caprini, ſpumæ argenti, vnciis ſingulis in vnum permixtis ſi vtaris aſſiduè.

CEPARIAE, ET VERETRO, SIVE VErendis virilibus,& teſticulis dolentibus,vel pendentibus, & hernioſis ſiue viris ſiue infantib⁹, & rebus veneriis,& eunuchis ſine ferro faciendis, remedia phyſica & rationabilia diuerſa de experimentis,

Cap. XXXIII.

AD teſticuli tumores cupreſſi baccæ ex vino coctæ cõueniunt,& faba quaſi concicula,cum multo cumino cocta & appoſita more cataplaſmatis, necnon & vua paſſa cum cumino contuſa, & tepens appoſita plurimum prodeſt:ad veretri verò tumorem,lentem ex aqua coctã & tritam imponi vtiliſſimum eſt. Si vlcus in pede ſordidum fuerit,aut cancer illud tentauerit,vel iam occupauerit, Andronei paſtilli triti ex vino impoſiti bene faciunt.

Omne vlcus in omni parte corporis ſordidum, quod tum intelligi poteſt quũ candicat, & quaſi cruſtam perductam albam habet,purgat mel per ſe appoſitũ, vel iris arida contuſa,& cum melle eadem ratione,& terræ mali, & panacis radix appoſita purgat ſordida vlcera,vel in verendis vel quoquo loci fuerint. Mirificè hoc medicamentum purgat vlcera quælibet, etiamſi cancer tentauerit.eſt autem lene, conficitur ſic, Auripigmenti denarios VI.æris ſquamæ ✱ III.elaterii ✱ I. chartæ combuſtæ cineris ✱ III. ex his tritis quum opus eſt cochlearia tria roſæ cyatho permiſcentur,& linteola carpta in eo tingũtur,atque ita vlceri ſuperponuntur: hoc medicamentum citò & ſine vllo morſu expurgat ſordidiſſima vlcera, ac ſanat. Teſtibus qui deſcenderint ſpumam cochlearum inlitam mederi certum eſt,ſi inde tangantur.

Venerem conciliant paſſeres in cibo ſumpti, vel oua eorum:item gallinaceus teſtis dexter in arietina pelle colo ſubligatus mirè prodeſt:item ſtellionis cinis in linteo obuolutus,ſiniſtra manu portatus venerem ſtimulat, tranſlatus inhibet. Qui in venerem infirmior erit,teſticulos millionis ex aqua fontana quæ perennis eſt, cum melle decoctos edat ieiunus per triduum,ſtatim remedia bitur. Vt in venerem quum volueris ſis paratus, remedium tale facies,lacerti appellantur ſiue ſtelliones,qui per parietẽ repũt,curti ſunt,quique Græcè aſcalabotæ vocãtur,hi quatuor infũdũtur in acetũ acre triduò vel qua triduò,quouſque putreſcant,hoc teres in mortario,& adiunges galbani ℈ IX.abrotani ℈ XII. caſtorei ℈ XII. ſulphuris viui ℈ XII.reſinæ terebinthinæ ℈ XII.croci ℈ XII. euzomi, quæ appellatur herba mentioſa, ſucci ℈ VI. menthæ ſucci viridis ℈ VI.ſtaphiſagriæ ℈ VI. irids Illyricæ ℈ VI. aluminis ſciſſi ℈ VI. myrrhæ ℈ IIII.ſeminis herbæ ſymphoniacæ ſiccæ ℈ III.hæc omnia ſeparatim trita,ſimul miſcebis,& iterum ſimul teres: inde emplaſtrum facies,vel pittacium,& pones in dextri pedis pollice quum vti volueris venere,& quum ceſſare volueris,ad ſiniſtri pedis pollicem transferes.

Ad cæpariam ſatureiæ ſiccæ florem collige,& puluerem inde facito,& melilotum combure, & puluerẽ inde facito,ſimiliter de cydoneo ſicco combuſto,etiam de eo qui in arbore ſolet ſiccus remanere, puluerem facito, & cribello medicinali omnem puluerem cerne, & permiſce,& cum vino vetere calefacto locum inline,etiam linteo illic appoſito tege,ita tamen vt duæ partes ſint de ſatureia,& ſingulæ de meliloto & cydoneo, ſed quotiens medicamen pones,vino vetere calido prius locum elue.

Myrrham in puluerem delicatiſſimum redige, & ad locum cepariæ aſſiduè cum vino vetere pone,mirè remediabis.

Ad infantum teſticulos vitioſos vel tumentes remedium efficax ſic, Araneam quæ per filum ſuum ſe ſummittit quando ſurſum verſus currit rape, & cum aqua calida tritam continuò da infanti bibendam.

Ad abundantiam ſeminis præparandam erucam decoctam bibat quotiens quiſque inopia ſeminis ſe laborare perſpexerit, vel potius aſſiduè incoctam manducet.

Ad veretri curam auripigmentum & aloen æquis põderibus tritum,& in puluerem redactum miſcebis, & vteris cum vino vetere,ita vt prius veretrum vino vetere eluas,& ſic medicamine conſpergas. Ad veretri dolorem caſeum caprinum,& mel pari pondere in pultario fictili coque,& bis ad diem impone, ſed antè vino vetere locum qui curandus eſt eluas. Folia myrti ieiunus commanduca,& in vlcera veretri expue,ſtatim proderit.

Ad tumores & dolores teſticulorum braſſica incocta cum ſale trita impoſitáque æquè prodeſſe affirmatur: paſtinacæ ſyluaticæ radix ſimiliter impoſita æquè prodeſſe dicitur, portulaca quoque trita cum polenta appoſita teſticulis medetur:ex fimo bubulo panis factus, & exuſtus in furno aut in foco,& poſtea in cinerem redactus, & cũ aceto ſcillitico ſubactus,dúmque feruet teſticulis appoſitus,ſæpiúſque mutatus,admirabiliter & ſtatim prodeſt.

Spongia ex poſca acida & tepida appoſita, ſtatim ſedabit teſticulorum dolores. Adeps vituli,& nitri modicum vnà permixta,& ceroti modo impoſita teſticulis tumores omnes & dolores perſanare dicuntur.

Bulbi ex mulſo triti,atque inliti dolentibus teſticulis medentur. Rutæ ramuli tenerrimi triti,& inliti tumorem teſticulorum quanuis maximum ſedant.

Farina lini ſeminis cum reſina & myrrha pari pondere permixta,& impoſita teſticulis,dolori,ac tumori eorum ſubuenit. Teſticuli tumentes aqua marina rationabiliter fouentur. Hernioſis,ramicoſis,hydrocelicíſque aſparagi duri radices ſiccatæ, & cõtuſæ, & cribratæ, cũ aquæ hemina potui ſæpius datæ, celeriter ſubueniũt.

Pilulas cupreſſi virides ex vino vetere ad tertias decoque,& cyathos binos quotidie ieiuno hernioſo potui dato, tum folia eiuſdem trita teſticulis imponito, mirè proderis:nam hoc remedium multis experimentis probatum eſt. Lapidem ignarium contuſum reſinæ mixtum pro emplaſtro impone ramicoſo,ſtatim proderit.

Si puero tenero ramex deſcenderit,ceraſum nouellam radicibus ſuis ſtantem mediam findito,ita vt per plagam puer traiici poſſit,ac rurſus arbuſculam coniunge, & fimo bubulo aliiſque fomentis obline, quò facilius in ſe quæ ſciſſa ſunt cocant. quanto autem celerius arbuſcula coaluerit,& cicatricem duxerit,tanto citius ramex pueri ſanabitur. Teſtibus nimiè creſcentibus cicutæ radix trita,& cum oui albo impoſita medetur, Ceruſſæ P.vnũ, thuris maſculi ſelibram, tunſa hæc atque cribrata, miſcentur,& cum aquæ pluuialis 8.quatuor ad medias decoquuntur, ex eo quotidie teſtes tumentes inliti citiſſimè reprimuntur. Contuſis & compreſſis teſtibus citò ſubuenies ſi cicutæ folia trita cum pauculo aceti inducas, ita vt medicamen glutinoſum facias,& per triduum ponas,& manè ac veſpera renoues.

Baccæ cupreſſi cõtuſæ cũ axungia vetere ſubactæ, & tanquã malagma impoſitæ,hernioſos etiam adultos & antiquos potenter iuuant. Ad veretri dolorem tumorémque remediũ ſic,betã de qua ſemen, decoque ex

aqua,atque ea aſſiduè veretrum per triduum foue , & tu- A
mor ſedabitur,& vitium omne reducta pellicula ſanabi-
tur. Succo herbæ vettonicæ,tepido vino mixto ve
retrum aſſiduè foue,vel ipſam tritam appone. Por-
tulacæ ſuccus tubo laboranti per clyſterium immiſſus mi
rè prodeſt:ipſa etiam trita ſuperimpoſita iuuabit : & quia
citò areſcit,pluſculum ſucci eius expreſſum debet ad ne-
ceſſitudinem huiuſmodi reſeruari. Puluis tenuiſſimus
de myrti foliis arefactis vlceri veretri inſperſus celerrimè
prodeſt. Nucleos pineos minutos purgatos numero
xxx. adiecto pauxillo croci ſimul tritos , ſiquis ex paſſi B
cyatho quotidie per dies nouem continuos bibat , mirè
penis vitio celeritérque ſanabitur. Eruum purgatũ
mollitum,& in farinam tenuiſſimam redactum , adiecto
thuris polline cum vino vetere coctum, tepidum veretro
impoſitum,& adopertum,citiſſimè prodeſt . Ver-
ris cerebrum coctum,& cum melle appoſitum carbuncu
los in veretro efficaciter ſanat . Dens caballinus
contuſus,& in puluerem tenuiſſimum redactus , veretro
inſperſus efficaciter prodeſt . Arietini pulmonis,
dum in craticula aſſatur,ſuccus exceptus myrmecias quæ C
in veretro naſci ſolent vnctione ſua purgat,& diſcutit.

Canini capitis recẽtis exuſti cinis veretri vel teſticulo-
rũ tabidis & humidis vlcerib⁹ inſperſus,aut cũ aceto ap-
poſitus , adeò prodeſt vt ſpodiũ,& vtilitates eius in hiſce
curationibus vincat. Fel caprinum cum melle ve-
retri doloribus vlceribúſque inlitum prodeſt . Caro
vaccina recens veretro impoſita, vlcera eius & epiphoras
mirè perſanat. Salſamenta exuſta contritáque , &
cum melle veretro impoſita , aduerſum omnes dolores
& fumigationes ſingularem efficaciam præſtant. A- D
nethum ſiccum vritur , cinïſque eius tritus , aut cum
vino vetere veretro inſpergitur , aut cum melle ſubactus
adhibetur. Lac aſininum cum lana ſuccida ad vm-
bilicum habeat quotiens quis in venerem voluerit inci-
tari. Erucæ ſeminis ℈ III. bulbi rufi ℈ III . nuclei pi-
nei purgati ℈ VI. ſpicæ nardi ℈ III. teres ſingula diligen
ter, & permiſcebis , atque inde globulos facies ad for-
mam nucis auellanæ,& quum opus fuerit ſingulos lique-
factos in caprino lacte potabis ſi in venerem volueris ac
cendi. Satureiæ Creticæ ℈ I.myrrhæ ℈ I.nuclei pinei pur E
gati quartarium,erucæ ſeminis ⌐ I. ſcillæ purgatæ ⌐ I.
omnia hæc contrita miſcebis,& globulos ad magnitudi-
nem fabæ facies,& ſingulos ad diem ieiunus cum capri-
no lacte potabis,ſi volueris eſſe ſalacior. Pyrethri
triti pulueris cochlearium plenum cum paſſo potum ex-
citat in venerem inutiles mares. Qui potuit,& non po-
teſt,vt reparetur in venerem, radices cucumeris agreſtis
conciſas minutatim in oleo decoquat , & in vaſculo vi-
treo referuet,& quum opus fuerit vngat ſibi in balneo in-
terius & exterius omne veretrum,ſed ſapone non abluat, F
ſtatim incitabitur.Poterit autem ſequentibus diebus , ſi
neceſſe fuerit etiam ſine lauacro veretrum ſibi ſimiliter
eodem medicamine perungere:natura genitalis maior &
ſolidior videbitur ſi de lilii radicibus tũſis cataplaſma ei
imponas,quæ nihilominus & veneri incẽdendæ ſatis vti-
lis eſt. Herbæ rebus veneriis aptæ,raphanus,eruca,
aſparagus,porri ſectiles vel capitati,ocymum, fœniculũ,
ſatureia,paſtinaca,cardui. hæ eſui datæ etiam mares na-
ſci faciunt:at verò contrariæ ſunt,pulegium,apium, ruta,
coriandrum,mentha,lactuca,naſturcium,anethum. G

Ad ramicoſos,& quibus veretra & teſticuli dolebũt,
medullam panis ſiccam in mortario conteres, deinde o-
leum in ſartaginem mittes , & ſic medullam panis tritam
ſuper oleum mittes, & paululum friges , calidúmque ſu-
per pectinem dolentis appones,mirè ſubuenies. Fa-
bam freſam in mulſam aquam infunde,& quũ bene per-
maduerit contere,ac dum teres vino aſperge,& tanquam
malagma calidum verendis appones , ſtatim dolentibus
ac tumentibus teſticulis medebere.

Verendi virilis clauulis & vlceribus aloe trita vtiliter H
imponitur,quum prius vino eluta fuerint vitia veretri.

Emplaſtrum viride,quod medici chloram appellãt,
ex roſaceo remiſſum in linteolo tenui inlitum , veretris
exulceratris vtiliter imponitur. Seuum pecudis à
renibus vulſum admixto pumicis cinere,& ſale , rectiſſi-
mè dolentibus & tumentibus veretris imponitur.

Arietinorum vellerum cinis cum aqua mixtus,& ap-
poſitus incommodis veretri,repurgat. Vngulæ mu-
linæ exuſtæ cinis ſalubriter inſpergitur vitiis veretro-
rum.

Carbunculos de veretris exterminat muricum vel
purpurarum in carbonibus vſtarũ cinis cum melle per-
mixtus:idem præſtant ſingulari efficacia ſalſamenta diſ-
cocta,& cum melle permixta tritáque appoſita. Per-
mixto alumine & myrrha fel bubulum ad craſſitudinem
mellis ſubactum & inlitũ,ea quæ veretris ſerpunt mira ce
leritate perſanat,ſuprà etiam beta vino cocta rectè impo-
nitur. Cochleis quæ nudæ inueniũtur,adiicitur ali-
quid triti thuris,& albi ouorum,atque inde vlcera teſti-
culorum tumentia,& hydrocelæ puerorum ſiu e ramices
ſuperliniuntur,vt modo glutinis adhæreſcat , pueri verò
continentur in lectulo donec omnis turpedo reprima-
tur. Cyclaminis ſuccum melle lycio æqualiter mi-
ſcebis,& inde pendentes teſticulos inlines,optimum fer-
tur eſſe medicamen. Vt eunuchum ſine ferro facias,
radices cicutæ ex aceto teres,& inde teſticulos ſpiſſiſſimè
inlines,tum linteolum ſuprà ligabis ne excidat medica-
men.hoc quantũ tenerioribus infantibus feceris, euentu
efficaciore proueniet.Herba eſt quæ Græcè nymphæa, La
tinè claua Herculis, Gallicè baditis appellatur , eius radix
contunditur,& ex aceto edenda datur puero per conti-
nuos x.dies,mirandum in modum fiet eunuchus.

Mulierem quam tu habueris,vt nunquam alius in-
ire poſſit , facies hoc, Lacertæ viridis viuæ ſiniſtra manu
caudam curtabis , eámque viuam dimittes , caudam do-
nec immoriatur eadem palma clauſam tenebis, & mulie
rem verendáque eius,dum cum ea cois tange. Siquẽ
ad vſum venerium infirmum volueris eſſe , vbicunque
minxerit,ſupra lotium eius obicem(id eſt axedonem) ex
vſu figes. Vt rebus veneriis aptus ſis , piper tritum
cum oleo & melle miſce,& quum coire voles , verẽda ti-
bi inline. Nocere poſſe fœminis dicunt ſiquis mem-
branam oui balano ſuo ingerat,& cum fœmina coeat.

Siquem coire noles , fierique cupies in vſu venerio
tardiorem,de lucerna quæ ſpõte extinguetur, fungos ad-
huc viuentes in potione eius extingue,bibendámque in-
ſcio trade ,confeſtim eneruabitur. Siquem voles per
noctem cum fœmina coire non poſſe, piſtillum corona-
tum ſub lecto illius pone.

Semen lactucæ tritum ex aqua potum,vigorem coi-
tus eneruat. Naturæ , ſiue veretro virili remedium
efficax ſic,ſi in veretro ſummo clauus natus fuerit, habẽs
callum purulentum,hoc modo curabitur,Butyrum,fari-
nam fabæ,& modicũ mellis miſcebis , atque in modum
cataplaſmatis coques,& in linteolo inlines, & ſic ad locũ
applicabis,mirum remedium experieris. Veretra
vt auctiora videantur,panacis radix in vino bono triduò
maceratur,quúmque coeundum eſt,fœmori inligatur,re
peracta in vino repoſita , iiſdem vſibus reſeruatur. Vt
ſemper ſis paratus in venerem,porri ſemen tritum , & ru-
tæ ſemen tritum,æquis portionibus miſce cum lacte ca-
prino recenti,& ieiunus aſſiduè bibe.

GENVVM DOLORIBVS ET CRVRVM AC tibiarum vlceribus,& varicibus,& callis pedum, atque clauis,& verrucis,& plãtis,& pollicibus , & talis, & articulis,& pernionibus,& ruptis pedibus , & condylomatis neruorum atque articulorum,& ad extrahenda quæ caſu calcata fuerint , vel quæ corpori inhæſerint , remedia phyſica & rationabilia diuerſa de experimentis, Cap. XXXIIII.

GEnuum dolori muſcus ex piſcina,vel lacuna, vel ſta-
gno collectus,adiecto paululo ſalis ſubactus , & im-
poſitus prodeſt. Hederæ nigræ baccarum hemina,
ficus Aphricanæ P. I. axungiæ ⌐ X.cõtuſa hæc, & cũ vi-
no vetere ſubacta genibus inlita , potẽter dolores eorum

abolent. Genua ſi tumebunt, vel inſtabilia erunt, a phronitra copioſa in paſſo cretico confringes,& madefacta comminues:hiſque addes lanam ſuccidam,& genibus impoſitam panno conteges, & alligabis, & ne ſuccus emanet,pelliculam lanatam ſuperpones. Vlceribus crurum & tibiarum medetur adeps vrſi cum herba rubricata tunſa.quum hæc ergo in vnum corpus ſubacta coierint,impoſita velut emplaſtrum conligantur vt diu maneant. Vlcera tibiarum quæ intrinſecus ſerpunt felle aprugno cum reſina & ceruſſa mixto,ſine difficultate ſanantur. Oſſa ex maxillis apri vel ſuis domeſtici vruntur,vlceráque pernicioſa crurum illo cinere aſperguntur. Fimus caprinus in aceto feruefactus, & ſubactus imponitur, quo omnia talium vlcera locorum purgantur & perſanantur, butyro bubulo cum oleo cyprino aut laurino poſtmodum addito. Varices ne naſcantur,lacertæ ſanguine crura puero ieiunus inline,in toto tum carebit hac fœditate. Ad varices ſiccandas, Seui hircini P.I.ſaponis P. I.in vnum miſcebis, & linteolo inlitum medicamen appones. Tali aut plantæ ſi tumebunt,vt ſine ferro ſanentur, frondem vineæ viridem ac teneram aqua feruenti perfundito,maceratámque cōterito,& ſuperpoſitam conligato. Muſcus aquaticus virens ex oleo tritus impoſitúſq; cum linteo , tumorem dolorémque plantarum compeſcit. Limus aquaticus cum oleo ſubactus,& appoſitus,principaliter huiuſmodi tumori ac doloribus prodeſt. Fimus aprugnus in aceto decoctus,& cum melle ſubactus,impoſitúſque plantis vel talis,mitigat eorum dolores. Pernionibus & ruptis pedibus pulmo arietinus impoſitus omni aſperitate leuigata moleſtiam tollit. Cancri marini ex oleo impoſiti,pernionibus vtiliter proſunt,ita vt foueantur aqua in qua eruum diſcoctum eſt.

Glirium vel ſoricum , vel vermium terrenorum cinis ex oleo impoſitus,pernionibus medetur. Cochlearum quæ nudæ inueniuntur exuſtarum cinis omnē exulcerationem pedum ſanat. Agninus pulmo vel arietinus vritur,& cinis eius cum oleo imponitur,vel ipſe crudus admotus pernionum vlceribus vtiliter alligatur.

Fimi gallinarum vel columbini cinis ex oleo impoſitus,vlcera pedum curat. Dentes caballini tunſi vlcera pernionum,ſi ſint tumidi,vtiliter curant.

Caprini corii cinis ex oleo inlitus perniones primè abolet:teſtudinis tegumen concrematur , eiúſque fauilla ex vino & oleo temperata vlceribus pedum vtiliter inducitur. Scillæ bulbi quod interius eſt cum oleo deferuet , eóque oleo dolores pernionum peruncti miteſcunt. Mora agreſtia dum adhuc rubent,antequam vllius generis morum comederis inter manus confrica, eorúmque ſucco crura quæ dolere conſueuerunt, per triduum continge,non modò præſentem moleſtiam mitigabis,verumetiam in reliquū tempus eo vitio carebis.

Alumine ex aceto peruncti perniones ſanantur,braſſica quoque trita appoſitáque pernionibus medetur.

Folium,coſtum,alumen liquidum,alumen ſciſſum, pari pondere in vnum contere,& vino veteri mixta,vlceribus ſiue rupturis hiātib⁹ interdigitiis aſſiduè impone, potenter medebere. Interdigitia ſanat cera in oleo cyprino remiſſa & impoſita. Pulmo ceruinus impoſitus,& ſæpe renouatus ex calciamento læſos pedes ſine dolore perſanat. Leporinus quoque pulmo multo efficacius,vt ſuprà impoſitus,curat. Ad ea quæ calcata erunt,& ea quæ corpori inhæſerint extrahenda,leporis coagulum cum malua tritum impoſitúmque,potenter opitulabitur. Spongia vel lana lotio madefacta appoſitáq;,ſine dolore quæ corpori inhæſerint eximit. Si ſtirpis aliqua inhæſerit,lacertam per medium ſciſſam, ei loco apponito,celerrimè educetur:vel capita lacertarum contuſa impoſitáque ſimiliter proſunt. Si echini aculei pedibus inhæſerint,aut alicui corporis parti,in lotio humano calenti pedem diu tene,facilè excutiētur. Obſeruabis vt quodcūque de corpore fuerit eiectum, lycio alligatum candelabro ſuſpendas,aut vncta oleo lanula inuolutum in ventrali geſtes,dolorem non patieris eius loci de quo fuerit aliquid eductum. Mus degluptus,&

A per medium exſectus appoſitúſque , omnia quæ inhæſerint corpori facilè producit. Cruſtæ vel oſſa ſepiarum comburūtur, ciniſque earum impoſitus educit quæcunque corpori inhæſerint. Allium elixum cum pice impoſitum arundines extrahit corpori affixas. Filicis radix trita arundinem extrahit,rurſum arundinis radix tunſa impoſitáque,filicem quæ corpori inhæſerit celeriter extrudit. Aquifolii radix contrita impoſitāque his quæ corpori inhæſerint,potenter medetur.

B Blattæ(id eſt,beſtiolæ)adſtrictis tumentibúſque de iniuria pedibus,& talis,tritæ atque impoſitæ,omnia quæ inhæſerint corpori potenter expellunt. Radix ſylueſtris cucumeris cum farina lini ſeminis impoſita valde prodeſt eiiciendis his quæ corpori inhæſerint.

Vrticæ radix cum ſale trita,atque impoſita producit quæcunque hæſerint aut calcata fuerint.

Cuiuſcunque animalis coagulum maximè leporis cum pari pondere thuris vel viſci impoſitum, permanere in corpore quæ calcata ſunt non ſinit. Argimoniam herbam teres,& loco cui aliquid hæſerit ſuperpoſitam conligabis,confeſtim proderit,hoc expertum eſſe le-
C gi. Terræ malum cum melle teres, & impones ad omnia quæcunque calcata extrahi volueris,hoc ſatis vtile experieris. Nepeta cōtrita,vel rubi folia (nam idem præſtant) impoſita loco cui aliquid inhæſerit , potenter medentur,ſi deſuper ex hordeacea farina maſſula nimis ſalſa & calens apponatur. Lardum coctum cum pingui ſuo,appoſitúmque,potenter omnia expellit quæ corpori inhæſerint, ſi illic alligetur. Clauis pedum calliſque,& verrucis hæc remedia vtilia ſunt. Nam ple-
D riſque nomine clauellorum pernicies articulis increſcit; quæ obdurata callo quodam rigeſcit,incredibiléſque exhibet ambulādi difficultates.Hæc moleſtia præcipuè hac medela extirpatur:auro feruenti circuitus eorum vrendo deſignatur:quod potius eſt,cū dolore maximo,ad mōmentū ferre,quàm inueterato etiā carcinomatis morbo noxā perpetuæ debilitatis incurrere. Vrina muli vel mulæ, vel aſini cum ſuo luto inlita , & clauos abolet , & callis medetur. Fimus ouium impoſitus,vel lacertæ iecur aut ſanguis in lanula applicitus, vel ipſa lacerta exſe-
E cta appoſita , clauorum intra triduum perſeuerantiam tollit.

Fimum columbinum ex aceto coctum,& in modum malagmatis ſubactum , atque appoſitum ad omnia ſuprà ſcripta vtiliſſimum eſſe conſtat. Fimus apri , vel ſuis domeſtici recens impoſitus,& poſt tertium diem ſolutus,efficaciter clauos,verrucas, & callos aufert. Si ſupra callum alica ex poſca cocta per triduum vtaris , ſine difficultate ſanabere, etiamſi vrina canis virginis cum ſuo luto impoſita callos verrucáſque conſumit, tandiu ta-
F men inalligata quandiu eas excutiat. Tribus fabæ granis clauum tangito,eáque in ſterculinio defodito,ne renaſci poſſint.quanto maturius computruerint,tanto celerius clauos ſponte decidere miraberis. Clauos qui in articulis ſupercreſcentes dolores exhibere conſueuerunt,incidi vel radi ad viuum oportet, prout quis pati potuerit,atque de lupinis crudis prius decoriatis farinam factā ſubigere cum melle, & emplaſtri more ſuperponere. Sub raſo clauo calcem viuam viſco ſubactam impone,& linteolum ſuperalliga,citò medebere. Auripi-
G gmētum tritum,& reſinam terebinthinam liquefactā,ad ſimilitudinem ceroti impone,clauellis prius deraſis,mirè proderit. Vrticæ radix,medulla caprifici,& flos chalcitidis,pari pondere conterūtur.hæc ſimul mixta loco clauelli ſuperpones,& alligabis,die tertia ſolues,ſtatim decidet,vel ſi adhuc remanſerit,iteratò impones,& triduò illic medicamentum eſſe patieris. Quum porcus iugulabitur,is qui verrucas habebit,ſanguinem eius ſubiecta ea corporis parte ſuſcipiat, dum adhuc calidus exilit, & mox vbi ſiccatus fuerit,ſtatim abluat, citum remedium experietur. Mulier ſanè remedium de ſcrofæ ſanguine faciat. Stercus columbinum vel ſolum vel cum ouo tritum,dolentibus articulis inlitum prodeſt.
H Felle vrſino perfricti articuli dolore releuabuntur.

Vt frigora & pruinas facilè ſuſtineant, nec adurant

SSſ.ii.

tur articuli, terræ malo cõtuſo cum axungia vetere perunguntur. Pampini vitium triti admixta hordeacea farina articulorum morbis medentur. Aquifolium cum thure & ſale & oleo ſubactum impoſitúmque medetur articulis. Incuſſos articulos aranearum telæ cum oleo impoſitæ ſaluberrimè ſanant. Fracturis articulorum cinis ex femoribus pecudum factus, & cum cera mixtus, mirè medetur. Inuictam potionem ad iſchiadicos & arthriticos facientem, in titulo ſuperiore de iſchiadicis pleniſſimè ſcripſimus: ſed quoniam tam diuinus eius effectus eſt, iterandam putaui, nequis arthriticis remedia requirens huius ignoratione fallatur. Fimus ergo ibicis in ſylua vel in monte colligitur, ſi fieri poteſt luna XVII: ſin res vrgebit, quocunque die colligitur: ſanè ſeptimadecima luna medicamentum fieri oportet, quod ſic facies: Fimum eius quantum pugno pleno tolli poterit, dummodo pilulæ impari numero ſint, conteres validiſſimè ad ſummam læuitatem, tum piperis grana XXV. addes & mellis heminam, & diu teres: dehinc vini veteris adiicies 8.IIII. & conditi more miſcebis potionem: ſanè qui accepturus eſt ex die Iouis diebus ſeptem continuis accipiat, etiamſi omnibus oſſium compaginibus affectus & contractus iacebit, intra dies ſeptem ita ſanabitur vt nunquam paribus doloribus implicetur. Condylomatis articulorum & neruorum ſertula campana ex paſſo & cretico decocta, cúmq; oui duro vitello, & cum vuæ paſſæ nucleis tritis mixta, medetur, ita vt malagmatis modo impoſita ſuperligetur.

Acopum valde vtile, & certum remediis articulorũ atque neruorum, ſic, Medullæ ceruinæ, adipis veteris, butyri, ſeui ceruini, reſinæ frictæ, picis cedriæ, picis laguncularis, ceræ, ſingulorum ⊷ ternas in æreo vaſe remittes lento igni, diúque agitabis, vt coquantur. Tum percolato medicamine, vt res poſcit vteris. Spumæ argenti vncias duas tundes, & butyri, & adipis veteris, & roſæ cãpanæ vncias ternas remittes, & permiſcebis, & poſtea in mortario ſimul conteres, & ſic vteris ad articulorum & neruorum confirmationem. Argemoniam ex vino auſtero coques, & teres, adrorãs interdum eodem vino herbam: tum fomenti modo calidam condylomatibus articulorum, vel quibuſcunque aliis ſuperpones, & ne decidat alligabis. Serpyllum æquè cum vino auſtero coctum pari diligentia articulis impones, potentius remedium experieris. Si condyloma intolerabilẽ dolorem faciet, medullã panis ex vino auſtero ſubigito & imponito, cum ſumma efficacia proderit. Argemonia trita cum adipe permixta ſummam medelam condylomatibus exhibet articulorum. Spumam argenti & ceruſſam ſimul ex vino cõteres æquis portionibus, & impones condylomatis: ſi vulnus fecerit, ſulphuris viui vnciam adiicies. Siquando non exulceratas eminentias tollere ſine ferro voluerimus, vt verrucas, neuos, clauos, aliáſve eius generis moleſtias, hoc medicamẽto vtemur, Calcis viuæ denarios ſex, fæculæ coctæ denarios tres, nitri vſti denarios tres, hæc teri oportet, & lixiuio colligi de cinere caprifici facto, vel de ſarmentis, donec leue ſit, & paſſi fiat temperamentum: deinde adiici debet rubricæ aliquid aut atramẽti, quò poſſit colorari, quæ ſimul mixta in patella fictili coqui oportet ad mellis ſpiſſitudinem, atque ita pyxide cornea reponi. Melius ſanè eſt recens hoc medicamentum, cuius vſus talis eſt, Idipſum quod deſtinatum erit ſine ferro tolli, id ipſo ſpecillo de hoc medicamento oblinetur, & quum ſatis niger locus cui imponitur, & quaſi peruſtus viſus fuerit, tum oportebit non poni medicamentum, imò etiam abſtergeri, & panem ex aqua & roſa confectum & tritum imponi. hoc & ſtrumas ſanat antequam ſuppurentur. Oportet autem quum hoc medicamentum cruſtam fecerit in ſtrumis, nullum aliud adhiberi. Quum verò aliqua pars talium locorum ſuppurauerit, & timidus fuerit qui id patitur ſectionis, tum viſco quamplurimo medicamen colligi & conglobari, atque ita apponi oportebit in aluta in tãtum ſpatium circunſecta quantum modus vlceris fuerit, ea ſanè parte ponetur qua aptum erit vlcus aperiri. Hoc ego medicamento ſæpe diutinos dolores etiam pectoris & lateris & lumborum ſuſtuli, quum ad nullum aliud malagma dolor cederet. exulcerata enim parte cuiuſque dolẽtis loci, cum humoribus poſtea vitium omne ſublatum eſt. Varices curat adeps gallinaceus cum cæpa trita impoſitus, vel perductus aſſiduè. Articulis luxatis ſeuum pecudis cuiuſcũq; cum cinere de capillo muliebri facto medetur. Frumenti grana nouem in tegula candenti combures, & in cinerẽ rediges, & cymini quod duobus digitis pollice & medicinali tenere potueris, ſimiliter vrendũ in candenti tegula pones, & de terra quod tribus digitis tenere potueris, addes: necnon & laſeris modicum quod inter duos digitos teneas, adiicies, idque pariter conteres, & vino conglutinabis, & ad clauum appones: id etiam furunculis vtile eſt. De fimo pulli gallinacei, quod rubrum fuerit colliges, & appones clauellis, atque inde eos ſæpius lines, vehementer medebitur.

Ad varices fugandas remedium ſic, Hederæ radicẽ tolles quum fuerit luna in Aquario, & circunda eas, citò medebere: hederæ baccas tres quæ per parietem repit, pedi in quo ſunt varices alligato, vel radicem eius circundato. Rapã ex aqua ſalſa decoques, & ſuperpones pernionibus iam erumpentibus, medellam vtilem experieris. Spinam ex pede vel quacunque corporis parte, ſi altius adacta fuerit, ſine dolore extrahes, quum arundinis radicem appoſueris in mortario lapideo contuſam, & adiecto melle ſubactam, donec ad craſſitudinem ceroti redigatur, & linteo ſpiſſo inlita apponatur, in quo frequẽter ſpina ipſa eiecta inuenitur. Marrubium contritum admixto ſale modico impoſitum, æquè proficere cõſtat ad extrahenda ea quæ corpori inhæſerint. Herbam vrticam, ſiue viridem ſiue ſiccam contritam adiecto quolibet coagulo appones, cuilibet inhæſerit, confeſtim miraberis celeritatem medellæ. Stercus aprugnum ex vino ſubactum, & emplaſtri more impoſitũ, quicquid inhæſerit corpori celeriter extrahit, & ſanat.

Butyro, & medulla ceruina, & felle taurino cum oleo cyprino aut laurino perfricta genua ſanantur. Talorum tumoribus & doloribus muſculus marinus tritus ex oleo vetere impoſitus medetur. Malandriæ, & frigore aduſtis pedibus prodeſt cuiuſlibet pecudis ſeuum cum alumine tritum, vel excoctum, & ceroti modo impoſitum. Attritu calceamentorum factos clauos, emẽdat veteris ſoleæ exuſtæ cinis cum oleo impoſitus. Vlceribus omnibus pedum in qualibet parte, adeps vrſina addito alumine medetur. Ei qui patitur varices, ſeui hircini ſelibrã, & adipis de capone librã, ſimul permiſce, & in linteo die Iouis ceroti more appone, potẽter ſubuenies.

Stercus aprugnum tunſum cribratúmque, & cum melle deteriore coctũ, & ſubactũ, articulis impoſitum medetur. Ranas contritas, aut ventres earum ſciſſos pro malagmate articulis imponito, efficaciter quoſcunque dolores eorum ſedabis. Vitulinũ fimum recentẽ articulis laborantibus inlines, ſtatim ſubuenies. Ad verrucas & clauellos pedum remedium efficax ſic, Raporum ſemen quantum tribus digitis apprehẽdi poteſt, adiecto laſere contritum, & impoſitum, atque inligatum clauellum etiã morticinum excutit & perſanat. Sardas vel ſalſamentum ſine oſſe exuſtum, & confrictum appone varicibus, ſtatim prodeſt. Verrucas minores congeſtas, quas Græci myrmecidas vocãt, vt abſtergeas hoc facito, Nocte quum videris ſtellã quaſi præcipitem ſe ad aliam partem tranſferentem, eodem momento locum in quo verrucæ erunt, quacunque re volueris deterge, protinus omnes excident: quòd ſi manu tua nuda id feceris, cantinuò ad eam tranſibunt. Ad varices qui ſuffunduntur, & claudi nõ poſſunt, lanuginẽ de papyro appone, cõtinuò claudentur, id eſt illam lanuginem quæ viridi papyro in ſummitate eſt quaſi paniculæ eminentis. Lapillum quemlibet inuolutum hederæ folio ad verrucam admoueto, ita vt eam tangat lapillus, atque ita celebri loco abiicito, vt ab aliquo inuentus colligatur, miro modo ad illum qui collegerit verrucæ transferuntur, & ideo quot fuerint verrucæ, tot lapillis tangi debent. Vrticam nouellam cum aceto acri tere, aut exuſtam lomenti

A more appone varicibus. Ad pollicem contuſum nucem iuglandem cute interiore mundabis, & cribrabis, & cũ modico mellis appones, continuò ſanabis. Clauellis & callis qui in pedibus moleſti ſunt, ſanguis lacertæ viridis cum flocco impoſitus mirè medetur. Lumbrici terreni triti cum oleo impoſiti, proſunt clauellis penitus eruendis. Faba in aceto, & laſer miſſa, & tumefacta, ſi clauellis alligetur, mirè proderit. Salicis ramorũ primorum vel ſummorum cortices exuruntur, earum cinis cum aqua impoſitus clauellis confeſtim medetur.

B Beta cum melle & cum ficu arida contuſa, atque impoſita medetur articulis. Ad ſpinam quæ corpori etiam ſi in profundo hæſerit, auellendam, remedium efficax ſic, Florem cineris (id eſt ſummitatem fauillæ) colliges nitidiſſimè, & cum axungia contuſa miſcebis, atque ad locum in quo ſpina hæſerit, leuiter alligabis: ſtatim aut ſpinam ipſam extrahit, aut ita ad ſummitatem cutis educet vt facilè poſſit auelli.

C NERVORVM VITIIS, AC DOLORIBVS omnibus, & arthritidi, ac paralyſi, & doloribus medullarum, remedia phyſica, & rationabilia diuerſa de experimẽtis, Cap. XXXV.

NEruis & arthritidi adeps vulturina cũ felle eiuſdẽ & cũ axũgia vetere, ac melle malagmatis more adpoſita medetur. Neruorum nodis capitis viperini exuſti cinis cum oleo cyprino adpoſitus, plurimum prodeſt.

Tremulis, & quibus nerui infirmi ſunt, vtile eſt olera cum aqua tantummodo decocta cum pane manducare, & oleo caſtorino in balneo aſſiduè perungi.
D Ranam rubetam & adipis vrſinæ ⸗ III. cum olei veteris ſextariis tribus in olla rudi ad medias decoquito, deinde cõlato: hæc vnctio frequenter adhibita, non ſolùm neruos confirmat, ſed & paralyſin repellit & reprimit. Malagma etiam ad podagram & arthritim, & ad omnem dolorem & tenſionem neruorum ſic, Ammoniacæ guttæ P. I. ceræ P. I. axungiæ veteris P. S. olei veteris P. II. olei cedrini P. I. roſacei aut irini olei P. I. croci ⸗ I. Aſii lapidis
E ⸗ I. myrrhæ ⸗ I. aphronitri ſemunciam. in patella noua liquefiat axungia, & cera cum oleo vetere ſoluatur, poſt ea oleum myrtinum & roſaceum, & cedrinum, & ammoniacum tritum admiſcetur, & tunc ſubducitur flamma ne efferueſcat medicamentum: ſecundum quæ adiicitur crocum tritum ex aceto: deinde myrrha trita aſpergitur, vltimum nitrum, & Aſius lapis additur, & ſic compoſitũ medicamentum reponitur in pyxide. Acopum ad perfrictionem, laſſitudinem, & dolorem tenſionémque neruorum, quod hyeme adhibitum non patitur perfrige-
F ſcere quamlibet partem membrorũ: hoc Auguſta Liuia vtebatur, accipit hæc, Sampſuci floris 8. I. roriſmarini foliorum 8. I. fœnigræci P. I. vini Falerni congium, olei venafrani P. V. præter oleum omnia triduò in vino macerari oportebit, quarto die oleum admiſceri, & coqui in pruna non acri medicamentum, donec vinum conſumatur, poſtea percolari per linteum duplex, oleóque adhuc calẽti ceræ Ponticæ P. S. adiici conuenit: reponitur medicamentum fictili vel ſtagneo vaſe: vſui eſt lenta manu perductum omnibus membris. Acopum ad neruorũ
G cauſas, quod per vindemiam componitur antequã muſtũ deferueſcat, ſic, Muſti recẽtis cõgios V. & olei venafrani P. I. in his macerantur ſpecies quæ infrà ſcriptæ ſũt, cõtuſæ, & percribratæ grãdioribus foraminib9 cribri, id eſt iridis Illyricæ ✱ XL. cyperi ✱ XL. fœnigræci ✱ XL. piperis nigri ✱ XL. xylobalſami ✱ XL. calami odorati quo vnguẽtarii vtuntur ✱ LXXX. ſchœni ✱ LXXX. ſaliũcæ ✱ LXXX. ſertulæ campanæ ✱ XIIII. caſiæ nigræ ✱ XXIIII. cardamomi ✱ XXI. ſtyracis ✱ XXVIII. coſti XXIIII. myrrhæ minnæ ✱ XXI. caſiæ daphnitidis ✱ XIIII. ſpicæ nardi ✱ XL. hæc cũ muſto & oleo macerãtur in vaſe ſtagneo aut fictili poſita per dies XXX. Oportet autem vas bene clauſum & alligatum bis in die ſolui, & permiſceri omnia: deinde rurſus operiri, & ſignari, ne vires euaneſcant. Poſt XXX dies colantur macerata, de quibus quaſi oleum purum excipitur, quod reponitur fictili vaſe,

A facit ad omne vitium & dolorẽ corporis, & neruorum vniuerſas moleſtias. Acopum ad perfrictionem, & laſſitudinem, & neruorum dolorem, quod odoris grauioris eſt. nã illud ſuperius boni odoris eſt: accipit hæc, Ammoniaci guttæ ✱ XV. galbani ✱ IIII. reſinæ terebinthinæ ✱ VI. ceræ ✱ XXV. mellis P. II. olei veteris 8. I. œſypi ⸗ I. medullæ ceruinæ ⸗ I. opopanacis ✱ VI. quidam hoc nõ adiiciunt. ceram, oleum, & terebinthinam liquefieri oportet, deinde cætera adiici, nouiſſimum ammoniacum ad-
B di tritum curioſé. hoc qui perunctus fuerit, etiam à ſerpẽte tutus erit. Acopum quo fere ſemper Liuia Auguſta & Antonia vſæ ſunt. Facit ad perfrictiones, arthritim, & neruorum omnium dolores, cuius perunctio non patitur perfrigeſcere artus, & refrigeratos calefacit: cõponitur hyeme hoc modo, Adipis de porca ſterili P. III. vel etiam anſerinæ adipis idem ponderis, quam aqua frigida bene lauari, atque in nouum vaſculum coniici oportet, cui adiici debẽt, vini veteris odorati 8. III, & ſpecies infrà
C ſcriptæ non nimis cõtuſæ ponderis huius, xylocinnami ⸗ I. carda momi ⸗ I. cyperi ⸗ I. ſchœni ⸗ III. roſæ aridæ foliorũ ⸗ I. ſertulæ campanæ corollas X. hæc omnia inferueſiunt ſuper carbones, deinde refrigerata eodem cacabo reponũtur, poſteróque die iterum inferueſiũt, reconduntúrque eodem modo: tertio die rurſus caleſiunt, & colantur per linteum, vel ex iunco facto deinduſtria colo: vinum rurſus, atque adipis quod ſupereſt in aliud nouum vas coniicitur: deinde vbi congelauerit ſe adeps, oportebit fundum cacabi perforari, & vinum omne e-
D mitti, atque in priorem cacabum eandem adipem coniici, & vini eiuſdem recentis eandem menſuram adiici, ſpeciéſque non nimis contuſas neque percribratas has infundi, Nardi Syriaci ⸗ I. ſaliuncæ ⸗ I. amomi ⸗ I. caſiæ ⸗ I. myrrhæ ⸗ II. cinnami ⸗ II. roſæ aridæ foliorũ ⸗ II. deinde manè ſemel & in nocte ſemel mixtum hoc inferueſieri debet, idem & poſtero die fieri oportebit: tertia die quum feruefacta fuerint omnia, percolanda erũt, & transferenda in cacabum priorem pertuſum: ſed antè diligenter & ſpiſſè foramen eius obturandum erit, atque
E vbi congelauerit ſe adeps, extrahendum obturaculum erit, & ſpiſſamentum remouẽdum, vt vinum omne effluere poſſit. quod quum defluxerit, adeps, vel medicamentũ quod reſederit, vaſe ſtagneo vno, vel pluribus diligenter opertis & adplumbatis reponetur. Harum compoſitionũ ſiqua fides eſt, & ipſe ego vtilia remedia ſemper expertus ſum, & alios idem ſenſiſſe confirmo. nam & illud adiicio, nequaquam huic acopo comparari poſſe alia medicamina, quæ in ſimilibus cauſis plerique amicorum meorum quibus æquè ac mihi credo, egregia ſe expertos
F cum iureiurando adfirmauerunt. Illud autem meminiſſe oportet medicaminum peritos vel ſtudioſos, nonnunquam eadem medicamina in iiſdem vitiis corporis vel ſimilibus infirmitatibus interdum melius deteriúſve reſpondere propter corporum inæqualitatem, aut differentiam ætatũ, aut opportunitatem temporum vel locorũ: ſed affirmo proſperos euẽtus, ſiquando opus fuerit adhiberi, has compoſitiones ſemper habituras.

Chalaſticum olympianum cerotarium, inſigne ad neruorum dolores & tumores, quod idem ad rhagadia &
G ad puſtulas vtile eſt, cõficitur ſic, Thuris ⸗ II. maſtiches ⸗ II. ſpumæ argenti ⸗ II. ceruſſæ ⸗ II. molybdenæ ⸗ II. olei roſei P. I. ceræ albæ ⸗ IIII. adipis anſerinæ ⸗ II. medullæ ceruinæ ⸗ II. ſuccum lactucarum quantum ſufficiat, ita vt ex ſupraſcriptis quæ teri neceſſe eſt, cum ſucco ſuo ipſo bene terantur, & poſtea ſupermittãtur vnguẽta, id eſt, oleum, cera, & adeps anſeris, & medulla ceruina: & ſic confectum medicamẽ in pyxide ſtagnea, aut in vaſculo plũbeo reponatur, ſimiliter in cõtractione neruorũ caro palũbina ſumpta in cibo prodeſt. Ad morbum articularem ſic, Piperis grana IX. iuniperi grana IX. fœniculi ſemunciam, mellis cyathum vnum, ex vini potione hæc quum omnia bene triueris & permiſcueris, in ſolio balnei calido bibenda dabis. Confectio medicaminis quod facit ad omnes dolores, & ad omnes tumores neruorum & membrorum omniũ, vel colliſiones, ſiuẽ

feruore ſiue frigore fuerint excitatæ. Præcipuè autem facit ad faucium tumorem & dolorem qui Græcè dicitur pariſthmia:conficitur ſic, Seui taurini ſed veri P. vnum, ſeui veruecini recentis — III. ſeui hircini recentis — VI. porcinæ axungiæ recētis P.I.ceræ nitidæ P.I.reſinæ nitidæ P.I.ſeuū vel adipē vniuſcuiuſq; generis purgatā & tūſam ad ſuprà ſcriptū pōdus appēdes, & ſic in cacabū mittes, tū adiicies ceram & reſinam : quæ quū fuerint ſimul lento igne liquefacta,colabis ea, & in vas quod volueris defundes, atque vteris quum opus fuerit. Ad dolorem medullarum remedium ſic,Olei cyprini P.II. medullæ ceruinæ — VI. butyri vaccini — III. ſeui taurini — III.adipis anſerini — III.ceræ Ponticæ — VII. bdellæ — III.œſypi — III. de his omnibus ſpeciebus tunſis excoctis purgatis vnum corpus facies,& pro ceroto vteris.

Ad paralyſin & neruorum dolores,herbam vrceolarem madidam in pultarium nouum mittes, & ad prunas donec ſe remittat excoques:tunc in mortariū coniicies,& adiecto lomento,& aceto quantum ſatis ſit,diutiſſimè cōteres,& pro malagmate locis dolentibus appones.

Herba Britannice viridis cum radicibus ſuis contuſa & expreſſa,atque ex vini cyathis duobus vel tribus potui ſumpta,neruorum quibuſlibet doloribus potenter medetur,quantū experimenta docuerunt. Herba vettonica trita & impoſita, neruos etiam præciſos coniungit & glutinat. Myrti folia viridia admixto modico ſale & aceto contuſa, neruorum poplitúmque doloribus proſunt,ſi his aſſiduè perfricentur. De tribus cumulis terræ quos talpæ faciunt ter ſiniſtra manu quod apprehenderis tolles,hoc eſt nouem pugnos plenos; & aceto addito temperabis,& ſubiges, atq; eo malagmate quū opus fuerit efficaciter vteris. Medulla de ſpina hyænæ admixto felle eius; & oleo vetere ad temperiem & lenitudinem acopi decocta,neruorum vitia omnia doloréſque,authore Democrito,perſanat. Stercus caprinum cum aceto coctum,& ſubactum,atque ad craſſitudinem mellis impoſitum,articulorum contractiones relaxat,& tremulis prodeſt. In locis humidis & ſordidis ſub lapidibus inueniūtur beſtiolæ multipedes, quæ contactæ contrahuntur & rotundantur, ex his XXI contritæ cum optimo melle,& ex aqua potui per fiſtulam datæ paralyticis medentur: ideo autem per fiſtulam potandæ ſunt ne dentibus noceant,quos ſi contigerint nigrificant. Vermes terrenos,aut exuſtos,aut ſiccatos cōtere cum axungia vetere,& adiice herbam ſenecionem, & cacumina buxi tenera, & thus maſculum , contritáque hæc ſimul permiſce, & emplaſtri more appone neruis præciſis,vel vexatis,confeſtim eos reparabis:quod remedium bubus etiam & iumentis ſimiliter prodeſt.

Remedium ad arthritin, & omnium membrorum & neruorum dolores ſic, Hibiſci P.II. herbæ Sabinæ P.I. S.notiæ P.III. hæc omnia mittes in vini ſtyptici 8.I.S.poſt ea adiicies cymini — VI.axungiæ veteris P.III. olei mollis 8.III.tum ſimul omnia in olla rudi excoques tandiu vt herbæ illæ ita molles fiāt vt digito ſolui poſſint, quas exprimes per linteū diligēter,vt ſuccus earū cū reliquis ſpecieb⁹ ſupraſcriptis ſimiliter expreſſis omnis coletur & emanet:poſtea adiicies ibi ſpecies infraſcriptas tūſas,& diligēter cribratas, id eſt adarces — III. euphorbii — III. caſtorei — III.piperis — III. maſtiches — III.ſeui taurini P.I.ſeui caprini P.I. reſinæ frictæ — VII. balſami — IIII. opobalſami — III. vini 8. VIII. œſypi ollaris — III. medullæ ceruinæ — III. reſinæ terebinthinæ P.I. permixta hæc omnia tandiu decoques donec ita omne vinum excoquatur vt vix ſextarius remaneat:poſtea adiicies ceræ rufæ — VI.& dum feruet coagitabis , & ſublatum de foco medicamen diutiſſimè dum refrigeretur agitabis: & quum vnum corpus eius feceris , in doliolum vitreum aut pyxidem ſtagneam recondes,& quum opus fuerit,parum medicaminis loco qui curandus erit impones , ſed diu perfricabis,ac poſtea linteo inuolues , ne indumenta inquinentur:quod remedium poſt balneum neruis relaxatis conuenientius fiet: ſed cui medendum erit,liquamine & porcina abſtinere debebit. Decamyri calefactorii confectio ad neruos confirmandos, & recreandos poſt iniuriam frigoris, aut aliquam vexationem,ſic, Euphorbii — I. pyrethri — I. myrrhæ — I. amomi — I. folii — I. piperis — I. ſtyracis ℈ VIII.ceræ ℈ VIII. nardi ſcrupulos octo,opobalſami ℈ VIII. de his omnibus tunſis cribratis remiſſiſque facies vnam confectionem , quam in pyxidem ligneam aut corneam recondes, & quum opus fuerit vteris. Item ad eadem acopum de ſpeciebus nouem facies ſic,Maſtiches ℈ VI. ſtyracis ℈ VI. nardi & dictamni tātūdē,olei viridis ℈ XX. olei phyllini ℈ XX. olei myrtini ℈ X. ceræ — IX.opobalſami ℈ VI.hæc ſimiliter vt ſupraſcripta conficies,& recōdes,& ſimiliter lenta & calida manu perfricans ad placandos ac reparādos neruos vteris. Stirpes braſſicæ cum radicibus ſuis cōburito,earúmque cinerem aceto conſpargito, & adiecta vetere axungia ſubigito,id malagma impoſitum neruos valentiſſimè ſolidat. Quercini ligni combuſti cinerem qui vino & oleo diluerit, doloréſque neruorum ea vnctione perfricuerit,ſumma celeritate ſanabitur.

Stercus caprinum melle mixtum impoſitúmque,ſuppuratos neruos expurgabit,& ad ſanitatem vſque perducet. Si in cubitis,aut articulis,aut quacunque corporis parte neruorum contractio dolores exhibebit, lumbricos tres terrenos cum melle tritos malagmatis modo impone,omnem dolorem mollito rigore ſedabis. Pannum muliebrem (id eſt menſtrualem)oleo madefactum excoque:deinde exprime,& ceram illi oleo ſufficientem addes vt cerotum facias quo arthriticum vel paralyticū vtiliter perunges. Confectio acopi ad reficiendos confirmandóſque neruos ſic, Thapſiæ — I.adarces — I. S.canchryos vnciam vnam S.euphorbii — I.S.vuæ ſyluaticæ ſucci — IIII. pyrethri — quatuor,reſinæ terebinthinæ — VI.ceræ rufæ — VIII.olei cyprini — IIII. piperis vncias quatuor,ſinapis — II.hæc omnia ſeparatim tunſa & cribrata in vnum miſcebis, & lēto igne diutiſſimè decoques,& ſemper agitabis, deinde refrigerata in pyxidē ligneam aut corneam recondes. Compoſitio emplaſtri quod appellatur ſmilion, facit ad omnes neruorū contractiones relaxandas,& ad quaſlibet contuſiones placandas,doloréſque ſedandos,conficitur ſic,Reſinæ frictæ — VI.butyri exſalati vncias ſex,ceræ vncias ſex, nitri in puluerem ſubtiliſſimum redacti vncias ſex,quæ ſuprà notata ſunt lento igni in cacabo fictili ſoluuntur, quæ quum fuerint ſoluta,ſuperpoſito carbonibus cacabo,paulatim nitrum quod in puluerem redactum fuerit, ſupermittetur,& agitabitur. Obſeruandum ſanè ne feruorem grādem ducat,aut bulliat,ac totum ſuperfundatur,& pereat: quòd ſi validius hoc medicamentum facere volueris,ſupradictis ſpeciebus admiſcebis reſinæ terebinthinæ vncias quatuor,galbani vncias tres. ſoluendum galbanū manibus calidis,ſicut ſolet cera molliri, & in ſupradictis ſpeciebus mittendum quum fuerint ſolutæ atque permixtæ:tum demum omnia diu agitabis,vt medicamentum ſicut cerotum ſubtiliſſimum fiat,quo poſtea velut emplaſtro ad ſupradictas cauſas potenter vteris. Compoſitio dia piſſelæu ad neruos rigentes, & offenſos placandos,& ad viſcera mollienda:conficitur ſic, Picis liquidæ pondo duo,ceræ pondo vnū, pulueris fœnigræci vncias tres,pulueris cymini vncias tres,baccæ lauri pulueris vncias tres,ſalis ſicci triti vncias tres,pix liquida remittetur, & colabitur,addita deinde cera lento igne ſoluetur: ſic omnia quæ pulueris ſunt mixta mittentur & coagitabuntur,& coquentur. quo medicamine refrigerato vti conueniet pro malagmate vel emplaſtro ad ea quæ ſupraſcripta ſunt.

AD PODAGRAM CALIDAM, ET FRIgidam,& chiragram,remedia phyſica,& rationabilia diuerſa de experimē-tis, Cap. XXXVI.

PODagram lenit œſypum cum lacte mulieris, & cum ceruſſa appoſitum:fimus quoque bubulus recens calidus,& pulmones pecudis calidi recentes, & fel arietis cū ſeuo ſuo,& fimus gallinarum recens appoſitus plurimum iuuat,necnon & cochleæ Africanæ cum ſua carne combuſtæ,ciniſque earum ex vino inlitus medetur. Cerotum aduerſum pedum dolores hoc modo facies, Olei

pondo II.medullæ ceruinæ vncias ſex,reſinæ frixæ vnc. A
ſex,butyri vnc. I. hæc pariter in cacabo ſoluũtur,& co-
lãtur:poſtea adiicies lini ſeminis heminam, fœnigræci
heminã,quæ ita pariter concoques vt ſpiſſum ſit: dein-
de colabis & de ipſo colato ita denſum temperabis do-
nec emplaſtrum facias.

Remedium paregoricum,ad podagram ſic, Cupreſſi
baccas virides quod volueris decoque ex aqua marina
donec molles fiant:deinde contunde in pila, & ſubinde
aquam adſparge, & manibus ſubige, vt tanquam mala-
gma fit: inde inter initia doloris impone, ſtatim miti- B
gabitur dolor.

Malagma efficaciſſimum ad podagram ſic,Carnis a-
gninæ P. VI. caprinæ P. VI. bubulæ maſculinæ pondo
ſex,picis liquidæ P. V. vel etiam VI. nitri P. VIII. bac-
carum iuniperi pondo ſex, ceræ P. decem. hæc omnia
concerpe,contunde,coque,& quum liquidũ fuerit me-
dicamen,adiice cæpam,& ſubinde permiſce, & deinde
galbanum mitte quantum æſtimaueris ſufficere poſſe,
& ſubinde agita. quæ quum bene liquefacta & com-
mixta fuerint,adiicies ſulphur & nitrum,& baccas lau- C
ri contuſas: deinde quum bene permixtum & concor-
poratum videris medicamẽ,ab igne remouebis, & mit-
tes in pilam ligneam, atque illic tandiu battues donec
ſit ſubactiſſimũ: & quum ex eo malagma facere volue-
ris,oleo manus perunges, & ita inductum linteo denſo
vel fœnicio pedibus appones.

Malagma ſiue acopum ad podagram efficaciſſimum
quod menſe Auguſto fieri debet, Reſinæ frictæ pondo
tria,ceræ P. VI. olei veteris P. octo, galbani vnc. IIII.
opii vncias quatuor,opopanacis vnc.quatuor,æruginis D
vnc. ſex,guttæ ammoniacæ vnc. quatuor,adipis leoni-
næ vnc. quatuor,adipis leopardinæ vnc.quatuor,adipis
taxoninæ vnc.tres,adipis anſerinæ vnc.tres,ſeui taurini
P. I. radicis maluæ erraticæ vnc.quatuor, radicis cicutæ
vnc. quatuor,radicis hibiſci vnc.quatuor,radicis cucu-
meris agreſtis (quem σίκυον ἄγριον dicunt) vncias qua-
tuor, radicis cucurbitæ domeſticæ vncias quatuor. In-
fundes radices omnes ſupraſcriptas in aquam luna duo-
decima, excoques luna quindecima,ita vt ad tertias ex-
coquas,& de excoctis ſucci expreſſi põdo duo,vel duos E
ſextarios facies. Opopanacem & opium infundes in
vinum: guttam verò ammoniacam & galbanum tũdes,
& deinde ſimul omnia permixta lento igne decoques,
ac facies quaſi cerotum, & vteris hoc modo, vt inlinas
linteum delicatiſſimum, quod ſine ruga amplectatur
pedem: deinde faſciola leuiter inuolues,ad hoc tantùm
ne quũ pedes in lecto moueris linteolum replicetur, &
medicamen inlitum decidat. nam ſi arctius ſtrinxeris
nerui offendentur. Hoc ergo medicamen & in accentu
placat dolores,& in declinatione confirmat ſanitatem. F

Herbæ verbaſci quæ minoribus foliis eſt, ſummi-
tates teneræ, ac folia trita impoſita intra paucas horas
adeò ſedabunt podagræ moleſtiam vt qui vſus fuerit
etiam ambulare poſſit. Incipientem podagram
diſcutiet betarum exuſtarum cinis leuiſſimus admixto
ſanguine bubulo ſubactus,& impoſitus.

Vettonica cum aqua ad tertias decocta, ac potui da-
ta,ipſáque quum decoxerit trita, atque appoſita poda-
græ plurimum medetur. Herba ſenecio quæ in
tegulis naſcitur, cum ſale trita vice malagmatis impo- G
ſita,podagricis prodeſt. Malagma potentiſſimũ
ad podagram,ad fracturas,ad tumores,ad cõdylomata,
etiam ad renium dolorem,ſi illic imponatur,quod fieri
oportet ſpeciebus infrà ſcriptis ſic, Aſphalti pondo v-
num, ceræ pondo vnum, reſinæ colophoniæ pondo v-
num,picis brutiæ pondo vnum,chalcitidis pondo vnũ,
ſpumæ argenti ſeſcunciam, ceruſſæ ſeſcunciam,alumi-
nis rotundi ſeſcunciam,aluminis ſciſſi ſeſcunciam,mi-
ſyos ſeſcunciam,gallæ ſeſcunciam,opii ſeminis ſeſcun-
ciam, opopanacis ſeſcunciam,aloes ſeſcũciam, myrrhæ H
ſeſcunciam, thuris maſculini ſeſcunciam, herbæ man-
dragoræ — I. S. aceti quod ſufficiat: quæ tundenda
fuerint tundes & cernes, quæ liquefacienda ad ignem
reſolues, & colata in vnum permiſcebis, & leui vapore
ignis tenuiter decoques,& aceto paulatim conſperges,
deinde facies trochiſcos qui habeant ſinguli — binas,
quos quum vſus exegerit leui igne reſolues,& ſic pedi-
bus malagmatis more impones. Remedium
præſentaneum ad podagram,& neruorum,& lateris, &
renium,& lumborum dolores, & ad ſtrumas, & ad pa-
rotidas,& paniculas ſic,Pumicem marinum,baccas lau-
ri,æruginem,æquo põdere contundes, & teres cum pi-
pere & ſale quantum æſtimaris poſſe ſufficere, adii-
cies & picis duræ & olei, & mellis aliquantum, & ſi-
mul omnia vſque ad ſpiſſitudinem decoques, & cola-
ta cum oleo Syriaco ſubiges, & pro malagmate quum
opus fuerit vteris. Compoſitio Mithridatica ad
podagram & neruorum dolores, & contractiones ſic,
Ceræ vnciam vnam, medullæ ceruinæ drachmam I. a-
dipis vrſinæ drach. I. cinami drach. I. piperis nigri dra-
chmã I. myrrhæ drach. I. roſæ aridæ drach. I. iridis pi-
ſtæ drach. I. adipis anſerinæ drach. I. adipis gallinaceæ
drach. I. ammoniaci drach. I. caſiæ rufæ drach. I. thuris
maſculi drach. I. guttæ ammoniacæ drach. I. herbæ mo
nœci drach. I. rutæ ſyluaticæ drach. I. peucedani drach.
I. aphronitri drach. I. croci drach. I. thuris pollinis
drach. I. ſtaphis agriæ drac. I. caſtorei drach. I. nucis a-
maræ drac. I. cuateri drach. I. reſinæ terebinthinæ drac.
I. œſypi drach. I. quæ tundenda erunt tundes & cribra-
bis: quæ remittenda erunt lento igne liquefacies, & co-
lata miſcebis, & emplaſtri more quum opus erit vteris.

Fomentum ad podagram ſic, Fabæ nigræ integræ
ſextarium moles, & in farinam rediges cum corticibus
ſuis,de lapide ſarcophago vnciam I. tundes, & cribra-
bis,& ex aqua tepida permiſcebis,atque in pannum in-
ductum impones pedibus,& alligabis.

Remedium ad podagram quo pro acopo vtendum
eſt ſic,Seui hircini ſelibrã, ceræ ſelibram,picis ſelibrã,
thuris maſculi vncias III. adipis vrſinæ — III. olei ve-
teris vncias tres,olei irini vnc. III. ſalis ammoniaci —
III. axungiæ veteris ſelibram, medullæ ceruinæ — III.
medullæ taurinæ — III. adipis anſerinæ — III. lenticu-
læ ſupra aquam natæ — III. aceti 8. II. hæc omnia di-
ligenter lento igne liquefacta,& colata recõdes, & quũ
opus fuerit vteris. Ad podagram, & neruorum
dolores,& parotidas, & mammarum duritiem, quam
& mulieres & viri pati ſolent, remedium ſic, Picis
Hibericæ P. I. ſalis heminam, fœnigræci farinæ hemi-
nam,iridis — III. ceræ ſelibram. picem prius coques vt
remittatur, deinde ſingulas res adiicies, & coques, ac
poſtmodum colabis, & tanquam malagmate quum o-
pus fuerit vteris. Potio ad podagram & neruo-
rum dolores,quam pridie non cœnanti per duos conti-
nuos menſes ieiuno ad nucis auellanæ magnitudinem
ex duobus cyathis aquæ calidæ dabis, componitur ſic,
Petroſelini drac. II. cẽtaurei drach. II. marrubii drach.
I. ſcordii drach. I. tũdes hæc & cribrabis, & in puluerẽ
tenuiſſimum redacta deſpumato melle colliges,vt ſpiſ-
ſum ſit medicamentum, & recondes. Ad poda-
gram ſubitum & facile remedium ſic, Alumẽ,acetum,
lotium humanum vetus, æquis menſuris permiſce, at-
que adde ceræ P. I. opii — I. lactis canini vnciam I. roſæ
ſiccæ vnciam I. opium, & lac, & roſam teres in morta-
rio,ceram verò liquefacies,& ſimul omnia permiſcebis,
atque inde pedes inlines,& folia betæ aut lactucæ deſu-
per alligabis.

Ad podagræ ſubitum dolorem remedium ſic, Cal-
cem denuò coques,& teres,adiiciéſque œſypum, & ro-
ſam tritam,& de permixtis pedes perunges. Phlo-
mi vncias tres,rumicis vnc. tres,hibiſci vncias tres, cy-
claminis vncias tres, myrrhæ tunſæ vnc. I. phlomum
moles,& dices quandiu moles, Summum cælum, ima
terra,medium medicamentum: deinde ſimul omnia co
cta colabis, & ex his pedes quum opus fuerit perfrica-
bis. Ad podagram remedium de experimento
ſic,Spermaticæ drach. quatuor,lini ſeminis drach. qua-
tuor,erucæ ſeminis drach. quatuor,ſchœni drach. II. ca-
ſtorei drach. II. myrrhæ drach. II. nardi ſpicæ drach. II.
gummis Æthiopici drach. II. ſalis drach. II. piperis

longi drachmam vnam, nucleorum pineorum drach. v I I I. ſatureiæ drach. nouem. hæc omnia tunſa cribrata, & in puluerem tenuiſſimum redacta tritáque, in vnum permiſcebis,& ex eo drach. vnam ad diem ieiuno in potione ex vini cyatho temperata dabis. Sambuci folia quumprimum procedunt ad libram colliges & teres, plantaginis quoque radicem ad libram colliges & contundes,& axungiæ veteris libram purgabis & cõtundes,& poſtea ſimul omnia ſubiges,atque inde pedes inlines,& caulis folium ſuperpones, confeſtim præſens remedium ad ſedandam podagram experiere. Fimum ciconiarum, ſed de nido ipſo dum ciconiæ pullos habent ſumes, & cum axungia vetuſtiſſima permiſcebis & conteres,atque emplaſtri modo pedibus appones,efficaciter podagram ſanabis.

Ad podagram, & ad omnes pedum vel manuum & aliorum membrorum dolores ex perfrictione releuandos,benefacit hoc remedium ſic,Fœnigræci 8. I. lini ſeminis 8. I. hibiſci cõtuſas radices quinque, hæc ante diẽ infundes in aquæ 8. I X. deinde poſt diem decoques vſque ad tertias, poſtea colabis,& ſuccum omnem colliges,atque adiicies ei olei P. I X. & ſucci laurini; id eſt de foliis vel de baccis teneris lauri expreſſi 8. I. deinde iterato d: coques pariter; quouſque omnis ſuccus ſupraſcriptus conſumatur,& olei tantummodo ſumma reſideat, quod iterato colatur,& addũtur in eo oleo quod ſuperfuerit laricis ⟝ I X. terebinthinæ vnc. I I I I. balſami ⟝ I I. ita vt prius hæc in vaſe duplici ad ignẽ lentiſſimum reſoluantur,& ſic permiſceantur;& diutiſſimè coagitẽtur;atque in vſus ſupraſcriptos neceſſarios ad perfricandum reſeruentur. Ad primos podagræ impetus molliendos. Atiariæ herbæ partes duas contundes,& butyri vnã partẽ permiſcebis & conteres,atque ita pro vnguento vel emplaſtro vteris. Vlmi cortex contuſus diutiſſimè, & cum aqua marina vſqueadeo ſubactus vt malagmati ſimilis ſit,pro emplaſtro appoſitus,ſedat podagræ dolores. Viuo lepori pes amputatus & alligatus ad podagram, vel eius pedis partibus quæ dolebunt,plurimum prodeſt. Vituli marini,aut quod melius eſt hyænæ pelle facta calciamenta ſiquis in quotidiano vſu habuerit,efficaciter podagræ morbo carebit.

Pueri impubis detonſi ſuper pedes dolentis capilli, atque illic aliquãdiu compoſiti, compeſcunt dolorem.

Probatũ remedium eſt,felle caprino non manu, ſed pinna pedes perunctos,confeſtim dolore releuari.

Fœniculi farina ex hydromelite decocta,& impoſita chiragræ medetur. Podagram vt ſanare difficile eſt,ſic incipienti inter initia occurrere promptum eſt. nã inter initia eius quũ dolores aſperrimi ſunt,ſiquis vena aduerſa in brachio pungatur non modò præſenti dolore releuabitur, ſed etiam in poſterum perpetuò liberabitur. Vtiliter in dolore perunguntur pedes oleo in quo diu decocta ſint inteſtina ranarum:ranæ quoque rubetæ exuſtæ cinis cum ſambuci coliculis teneris tritis,& ſeuo hircino vetere permixto,decocto,paritérque impoſito prodeſt. Folia cupreſſi contrita cũ panis mollis partibus duabus, & axungia vetere ſubacta, medentur doloribus podagræ. Semen geneſtæ tunſum,&cum axungia ſubactum,doloribus geniculorum potenter adhibetur. Muſtelæ viuæ combuſtæ cinis cum oleo roſaceo & aceto pinna inlitus, podagricis prodeſt. Hedera contrita,& cum oriza ac melle decocta,atque in vnum permixta, & denuò trita,podagræ & chiragræ & neruorũ offenſionibus medetur impoſita. Vrtica trita cum ſanguine miluino aut palumborum permixta, atq; ex eo pedes inliti efficaciter ſanantur. Mirificum podagræ remedium, nec impendio ſumptuoſum ſic, Cupreſſi pilulæ duodecim, paſtinacæ quamminimæ totidem decoquuntur cũ thuris tunſi vnciis tribus cum olei ſextario & aquæ hemina,& axungiæ veteris vnciis ſex,& ceræ tãtundem, quæ inſpiſſata & conglutinata panno inlita pedibus apponuntur. Ad podagram cum feruore & tumore rubicundo quam calidam vocant, hæc faciunt primis diebus adhibita,Herba vrceolaris per ſe, & caſeus

A mollis recens per ſe impoſitus,poſtea herba cui ſalis puſillũ admiſcere oportebit. Item bene facit apium viride per ſe vel cum polenta appoſitum. Nec minus vtilis eſt portulaca atque plantago: ſpongia quoque Rhodia vel Aphricana mollis ex aqua frigida appoſita iuuat. lanam etiam ſuccidam roſa & vino infectam poni conuenit:ſubinde autem hæc omnia mutari oportet priuſquam caleſiant. Prodeſt & lomentum fabæ mollitæ cum ſuis valgulis factum, aceto ac melle dilutum,atque ita impoſitum. educit enim ſanguinem,
B & dolorem leuat. Bellè faciunt & mala citrea quãmaxima quinque cocta ex aceti ſextariis tribus,donec madida fiant; quibus tritis adiicitur aluminis ſiſſi vncia vna, myrrhæ vncia vna,atque ita malagmatis more feruenti podagræ imponuntur. Benefacit & aloe aceto diluta, & per pinnulam pedibus inducta: opium quoque lacte muliebri dilutũ, & ſimiliter inlitũ iuuat.

Mirificè hoc cataplaſma podagræ cuilibet ſuperpoſitum medetur. Tollit enim triduò dolorem, lomenti more compoſitum ſic, Fœniculi ſeminis cyathi duo,
C muſci de ſtagno cyathi duo, polẽtæ tenuis cyathi duo: commiſcentur hæc in vnum cõtuſa trita, atque molita: deinde conſparguntur aqua pluuiali, & ita temperãtur ne durum ſit medicamentum; néve ſit aquatum nimis: quod impoſitũ protinus leuat, id eſt intra triduũ tollit dolorem. Conſtat autem eum qui hoc medicamine ter in mẽſe inter denos dies vſus fuerit, in nocte non laboraturum podagræ dolore. Ad frigidam podagram,quæ ſine tumore eſt,cõficitur cataplaſma ſic, Ciceris nigri molliti ſextarius coquitur ex aqua, & diligẽ-
D ter teritur,cui adiicitur axungiæ pauxillum,& dum calet medicamentum pedibus imponitur. Fœnigræci ſeminis & hordei farinæ binos ſextarios cribratos in vnum miſcebis,&decoques ex aqua,atque addes olei quod ſufficiat, ac ſubinde calidum cataplaſma pedibus appones. Benefacit & hibiſci radix ex aqua mulſa cocta & impoſita: ſambucum quoque cum axungia, & braſſicæ cinis cum axungia impoſitus plurimum iuuat. Vbi autem impetus ceſſauerit, & in hoc & in priore genere podagræ calida aqua marina diu fouẽdi ſunt pedes: vel
E ſi hæc non erit,aqua pura feruenti, ſale adiecto,foueantur: poſt hoc malagmate vti oportet quod ad parotidas ſcriptum eſt. tollit enim citò reliquias podagræ per ſudores,& in futurum cõfirmat neruos,nec patitur facilè vitiari. Ad vtramlibet podagram remedium ſic, Torpedinem viuam nigram quum admonuerit dolor,ſubiici pedibus oportet in litore nõ ſicco,ſed quod adluit mare, & tandiu premi donec ſentiatur torpor per totum pedem, & tibiam vſque ad genua. Hoc & in præſenti tollit dolorem, & in futurum remediat. hoc
F modo Anteros Cæſaris libertus ſupra fidem remediatus eſt. Malagma Narciſſianum ad vtramque podagram egregium, Ceræ pondo I I. reſinæ pondo V. olei veteris pondo V. S. olei ſyriaci pondo I. S. aphronitri in paſtillis pondo I. cardamomi puri pondo vnum, iridis Illyricæ pondo vnum, piculæ pondo vnum, agarici pondo vnum, fœnigræci pondo vnum, centaurii pondo vnum, apollinaris pondo vnum, alterci pondo I. coques liquanda: quæ ſunt tundenda in puluerem redacta miſcebis,atque ex his paſtillos facies, & in capſa
G noua repones,quibus diebus viginti iugiter vteris.

Malagma quod & ad podagram, & ad omnem collectionẽ benefacit: accipit hæc, Ammoniaci vncias V. galbani vncias I I. picis duræ P. V. reſinæ terebinthinæ P. I I. olei veteris P. I. S. axungiæ vetuſtæ P. I I I. ceræ P. V. ſulphuris viui pondo V. hæc omnia decoques in patella fictili vel cacabo ampliore: ſulphur tamen & ammoniacum extrà teres, & ſic immiſcebis quum decoquere cœperis:ſed agitabis inſtanter, ne ſubſidant in fundo quæ in puluerem redacta mittuntur.

H Confectio medicaminis quod appellatur hygia: facit ad chiragricos,ad arthritim,ad ilii dolorem,ad ventris moleſtias, ad neruorum contractionẽ, & ad omnes dolores qui ſunt in corpore:cõficitur X I I. Calend. Iul. non intereſt quo die, vel luna, vel malina, dummodo

ſupraſcriptis dies obſeruetur quo medicamen fiat, ſic, Olei P.x x v.ſed optimi,vini optimi pondo x x v.quatum bonum fuerit vinum,tantum melius erit medicamentum: ſerpylli campeſtris faſciculos x. tam grandes quàm manus viri recipere poteſt: ſed ſuprà ſcripta die colligi debet ſerpyllum, vt ſtatim recens cum ſupradictis liquoribus coquatur, quod oportet tandiu coqui quouſque ad olei menſurā liquor omnis veniat: quum refriguerit colatur diligēter,& vbi nitidum fuerit,addes reſinæ pityinæ pōdo tria, opopanacis libram ſemis, galbani libram ſemis, ceræ rufæ libram ſemis, ſtyracis libram,opobalſami ⊣ v i. Hæc omnia cōfundes in iſto oleo:ſtyracem ſanè pones in balneo, & ibi ſolues,atque in mortario teres,& remittes omnia in . as æreum, ibique pones ad focum ſpecies ſuprà ſcriptas, quæ tandiu coquantur quādiu ſoluantur bene: deinde de reſina puluerem facies, & aſperges medicamini dum adhuc coquitur,quo malagmatis loco quum opus fuerit vteris.

Cerotum ad chiragram, & parotidas, & tumores diuerſos, & fiſtulas,& furunculos, accipit hæc,Ceruſſæ P.i. ammoniaci P. i. olei P. i. ceruſſa terenda in mortario diligētiſſimè, deinde oleū paulatim ſupermittendum:& quum ſimul trita fuerint omnia,mittēda in caccabum,vel trullam,vt ferueant,& dum coquuntur ſine intermiſſione agitanda.Sed quum denſum eſſe cœperit medicamen ad ſpeciem ceroti,tum ammoniacum tritū diligenter ſupermittēdum, coquendàque ſimul omnia horis ſex lento igne ne adurātur,& ſine ceſſatione dum coquuntur agitanda: quum videris omnia bene mixta, defunde in aquam frigidā, & manibus ſubige, vel perfrica,& ſic repone,& quū vſus exegerit alutæ inline, & ſic appone locis neceſſariis. Remedium ad podagram, vel maximè ad arthritim ſic, Aceti optimi quantum volueris, quod melius erit ſi ex vino ſtyptico fuerit, telas aranearum quæ in cupreſſo inueniuntur, buxi ſummitates tenerrimas.Hæc in olla noua coquenda ſunt diutiſſimè,ex quo aceto poſca temperanda paulo acrior quàm ad bibēdum, ex qua poſca vel calefacta vel frigida, prout cauſa poſtulauerit lauāda mēbra,hoc eſt arthra vel iūcturæ quæ dolēt, & deorſum,id eſt quū humeros vel cubita laueris, ad manꝰ ſummas,vel ad pedes ſummos deſtringendū deducēdūmque medicamē: poſtea verò quàm hac poſca laueris membra quæ lauari neceſſe eſt,appones herbam quæ in aquæ iugis decurſu naſcitur, quam Latinè berulam, Græcè cardaminen vocant:hæc diligenter purgatur,& teneritudo eius tunditur,& ita vel tepida vel frigida, prout ſalubrius eſt, dolenti in modum catapláſmatis apponitur, & die bis aut ter, vel quotiens ſiccari cœperit mutanda erit. quæ ſi ruborem fecerit, tunc magis profuiſſe intelligetur. Adhibendum dehinc parygrum cerotū infrà ſcriptum, ſic,Ceruſſæ,ſpumæ argenti,ceræ punicæ,olei roſei,olei mollis, lacrymas ouorum: horum omnium pondera quæ placuerit miſcebis. modus enim non eſt definitus. Cera primùm in oleo molli ferueat tandiu donec ſtringatur: poſtea puluerem ſuprà ſcriptarum ſpecierum ſuperaddes, deinde oleum roſeum vel lacrymas ouorum admiſcebis,atque ita bene agitata,& mixta omnia ſubcoquantur igni: quod medicamen repoſitum quum neceſſe erit in linteo inlitum membris dolentibus apponetur.

Farinæ triticæ 8. vnum,amyli vncias ſeptem, ceræ vncias ſeptem, olei roſacei æſtate, hyeme autem olei cōmunis 8.i. Italicum. ſanè vt paſſio ipſa vel calidius vel frigidius medicamentum poſcit fieri,ita facias.Farinam ante diem infuſam in aquæ 8.Italicum cōcoques ad modum glutis: poſtea amylum ſeparatim tritum in mortario,& ceram remiſſam in oleo ſupermittes, & ſimul omnia diligenter teres, & quum opus fuerit appones in linteo podagræ cuilibet. Galbani ſemunciam,opopanacis vncias duas, caſtorei vncias duas, ceræ P.i i. olei laurini vncias i i.olei communis P.i. olei veteris rancidi P.i. aphronitri candidi pilulas duodecim,medullæ ceruinæ pondo vnū,butyri P.i.clauos caligares de ſterquilinio collectos de dextra caliga v i i i.

A de ſiniſtra ſeptem, in ſingulis linteolis alligato, ſic in æneum mitte: deinde ita cum ſuprà ſcriptis decoque, vt emplaſtrum denſum facias pedibus quum volueris apponendum.Opopanacem ſanè quum liquaueris, galbanum poſtea liquabis: dehinc omnia reliqua quum coxeris colabis, & ſic de permixtis omnibus emplaſtrum facies:miraberis remedium podagræ quia palmare eſt.

Ad impetum podagræ remedium quod Artemiſius Dianio oſtendit ſic, Croci denarios duos, pulueris Aſiani (id eſt, de lapide magneſio)qui in venalibus B difficilè inuenitur, vnciam vnam: ſed ſi hic nō ſit pro puluere,aphronitri ⊣ i. mittes, & ouorum quatuor lacrymam,non medullam.Hæc trita & mixta componuntur in modum ceroti, quo ſupralinuntur pedes de pinnola. Farinam de meliloto in lotio humano & axungia vetere concoque,eámque panno inline, & mox vbi dolor auſpicabitur,pedibus impone, pro certo ſtatim eum mulcebit hoc remedium. Axungiæ P. tria,reſinæ terebinthinæ P.i.picis liquidæP.i.ceræ cōmunis P. i. ſulphuris viui P.i.rutæ viridis ℈ i i i. C ſchœni ⊣ i i. bdellæ recentis ⊣ i i.quum omnia remittenda remiſeris,& cætera miſcueris,nouiſſimè ſulphur tūſum adiicies,& omnia iuxta ignem exagitata miſcebis. Hæc compoſitio præſidio ſeruata, quamuis acrem impetum podagræ orientis extinguit. Olei cyprini modium in æneum coniicies, quúmque primùm feruebit mittes in illud vulpem maſculum viuum, & tandiu coques donec corpus eius ſurculo facillimè transforetur,tūc oleum percolabis,& adiicies in id ſampſuci,ſaliuncæ,cyperi, cardamomi,ſingularum rerum ſelibras, D euphorbii ⊣ iiii.adarces P.i.reſinæ P.iii. ceræ ponticæ P. i i. hoc cerotum mirè podagram lenit. Vermiculos terreſtres in aceto per noctem manere curabis, vt ſe omni ſorde purgent,mane eos ſiccabis,& ex his ⊣ i x. in libram axungiæ mittes, & diutiſſimè conteres, vt vnum corpus efficias,& pro ceroto vteris ad ſedādos, pedum quamlibet moleſtos dolores. Medius lapis lacte muliebri dilutus, & pellicula lupina conligatus, portatúſque, & in præſenti & deinceps in futurum tempus podagram certiſſimè ſubmoue bit. E Columbinæ pinnæ maximè primùm naſcētes vſtæ cum vrtica,atque impoſitæ podagræ dolores leuāt. Terreſtres lumbrici ad menſuram acetabuli in mellis cotyla contriti,& impoſiti pedibus qui prius oleo roſaceo vncti fuerint,ac tertio die ſoluti,& ſtatim rurſum impoſiti, & confeſtim dolorem leniunt, & in poſterum tollunt.

Vulpem ex aqua coquito donec molleſcat,& ex aqua percolata pedes aſſiduè foueto, quo facto doloribus facilè careri hoc remedio quidam frequenter experti F ſunt. Lenticula quæ in aqua naſcitur quamtenerrima contuſa,& antequam cubitum eat ei qui dolet pedes impoſita,deinde interpoſito tempore ſublata, & herba cuculus trita,in reliquam partē noctis impoſita, mirè dolores podagræ ſedat. Farina frumenti ex aceto cocta,dolorem podagræ ſtatim ſedat impoſita: ſed lenius medicamen erit adiecto melle non multo.

Pampini vitium triti, & impoſiti tumorem pedū mirabiliter exſiccant, cinis quoque vitium cum axungia vetere ſubactus & impoſitus idem præſtat: necnon G & ad hoc ſal ammoniacus cum pari menſura picis & ceræ coctus imponitur. Plantago cum axungia ſubacta & impoſita lenit pedum dolores, limus quoque aquaticus cum oleo ſubactus plurimum prodeſt.

Adeps vrſina cum ſeuo taurino & cera pari pondere decoquuntur,eóque ceroto podagra contacta lenitur,necnon &radix cucumeris erratici ex aceto cocta,& podagræ impoſita ſuccurrit. Potio,quæ ſi anno integro fuerit potata,podagra liberat laborātes: cōponitur ſic,Chamædryos P.i.cētaurii vnc.iii.ariſtolochiæ H rotūdæ vnc.iii. ſtœchados vnc.iii. agarici ⊣ i. cyperi ſeminis ⊣ iii.S.aloes ⊣ iii.S. hæc pondera ſingularum rerū tunſa,& cribrata,appēdi oportet, & mellis Attici libras v i. comprehendi. Sumitur autem hæc potio à ieiuno & maximè digeſto: menſura eius eſt argentei

ſcrupuli pōdus. bibitur ex tribus cyathis aquæ calidæ, & ſi non continuati dies fuerint in accipienda potione, anni tamen ſpatium in dierum numero ſuppleatur.

Fel apri cum ſeuo quolibet poſitum, optimè placat podagram in præſens. Carmen idioticum quod lenire podagram dicitur, ſic, In manus tuas expues antequam à lecto terram mane contingas, & à ſummis talis & plantis vſque ad ſummos digitos manus duces, & dices, Fuge fuge podagra, & omnis neruorum dolor de pedibus meis & omnibus membris meis: aut ſi alii præcantas, dices illius quem peperit illa, Venenum veneno vincitur, ſaliua ieiuna vinci non poteſt: ter dices hæc, & ad ſingulas plantas tuas vel illius cui medebere ſpues. Remedium ad podagram ſic, Lanæ ſuccidæ non lotæ P.I. vini veteris vel aminæi 8.II. olei omphacini 8.I. aphronitri communis P.I. lanam infundes in vinum per triduum, dehinc exprimes lanam vehementer, & admiſcebis vino quod expreſſeris aphronitrum tritum, addes & oleum, & ſic miſcebis omnia, & in vas vitreū mittes, & ſeruabis. Quum autem opus fuerit medicamen, panem infundes in vinum vetus vel aminæum, qui quū bene mollitus fuerit, exprimendus erit, & terendus in mortario, ac dum teritur ſupermittendum medicamētum quod in ampulla eſt, ita vt ad denſitatem cataplaſmatis redigatur, addenda & olei roſei cochlearia duo: ſic inducendum medicamentum in linteo, & apponendum locis dolentibus. Superpoſito verò linteo, ſalubre eſſe author remediii huius affirmat, ſi vel ipſa lana quæ expreſſa eſt, vel alia ſuccida ſupra cataplaſma hoc ponatur, & leuiter obligetur. Confectio emplaſtri quod rex Ptolemæus inueniſſe dicitur, accipit hæc, Seui taurini remiſſi colatique, atque in paſtillos coacti P.V. reſinæ frixæ P.V. medullæ ceruinæ ⟞ VI. ſucci mēthæ ⟞ II. ſucci mentaſtri ⟞ II. ſucci fœniculi ⟞ II. ſucci marrubii ⟞ II. ſucci hyoſcyami ⟞ II. ſucci plantaginis maioris ⟞ II. ſucci lapathi ⟞ II. ſpecularis cocti, & quamminutiſſimè triti P.I. quibus in ordinem præparatis, ſeuum & medulla lēto igni in vaſculo æneo remittentur: tum reſina comminuta atque trita ſenſim in ſeuum ſupermittetur, vt ſimul liquefacta permiſcere ſe poſſint: deinde in mortarium marmoreū diligēter colata mutabuntur, quæ adhuc tepentia diligentiſſimè cōterentur: quæ quum denſari cœperint, dum adhuc calida erunt, ita vt calor ſuſtineri manibus poſſit, ſuccos ſupraſcriptarum herbarum ſuperfundes, & iterum diligētiſſimè teres, & priuſquam penitus deſinat calor, præparatum de ſpeculari puluerem mittes. Itaque omnia ſimul mixta, & diutiſſimè trita, atque ad ſummam leuitatem redacta, in vitreo vaſculo reponentur. Hoc emplaſtrum vtile his rebus, ad podagram & neruorum dolores, contractionéſque, ad luxa vel fracta, ad puſtulas omnes, ad duritias omnes, præcipuè ad mammarum vitia, ad carcinomata, ad glandulas, ad vulnera omnia quolibet modo impreſſa, vel vetuſta vel recentia, ad lūborum & ilii dolorē, ad ſcapularum dolorē, ad phthiſicos, ita vt emplaſtrum hoc inducāt, & caldā aquā mulſam bibant: ad dentium dolorē, ad gingiuarū carcinomata, ad capitis & oculorū dolores, ita vt emplaſtrū dolentibus oculis ſuperponatur: ad mēbrorum dolores cōtuſionéſq; ad omnia omnino, præcipuè ad podagrā & ad neruorum offenſiones placādas res ſaluberrima eſt.

Deſcriptio acopi quod διὰ κίσσου dicitur, accipit hæc, Baccas lauri virides C. cupreſſi C I X. herbæ Sabinæ P.I. roriſmarini P.I. fœnigræci 8.I. hæc omnia diligentiſſimè tunſa atque trita infundes in aquæ pluuialis 8. tres, & olei P.I X. atque illic triduò commaceranda eſſe patieris, tū lento ne adurātur igni, tandiu coquētur quouſque menſura aquæ quæ miſſa fuerit excoquatur, tum omnia colabūtur, atque his adiicientur hederæ communis ſiccæ ⟞ IIII. diligēter tunſæ cribratæque, necnō & reſinæ aſtloſæ P. quatuor, ceræ pōdo duo, permixtis omnibus, atque igne liquefactis medicamentum paratum in vitreo doliolo reponetur, ex quo, ſi quæ doluerint corporis partes perunctæ & confricatæ, ſanitati citò reſtituētur: mulieribus etiā quū ceſſauerint tēpora, ſi

A aut ad lumbos, aut ad imum ventrem ponatur, mēſtrua
ſtatim prouocabuntur: necnon & calculos mouet ſi ex
eo ilium aut venter imus fricetur: podagræ quoque pro
deſt ſi vel mane vel nocte pedes ex hoc medicamine
perfricentur. Deſcriptio ceroti ſiue emplaſtri
podagræ & articulis, & neruis, & multis rebus infra ſcri
ptis ſatis vtilis ſic, Seui taurini P.III. reſinæ frixæ P.II.
ſpecularis exuſti P.II. ceræ ponticæ P.II. olei mollis P.
I.S. ſucci marrubii ⟞ II. ſucci plātaginis ⟞ II. ſucci ver-
benæ ⟞ II. ſucci mēthæ ⟞ II. ſucci ſymphoniacæ vncias
B duas, ſucci phlomi ⟞ II. quæ herba lōga & lata & mol-
lia & lanoſa folia habet, & thyrſum longum lanoſum
facit, quæ Græcè dicitur ἑρμοῦ ῥάβδος: ſeuum, vel cera,
vel reſina ſeparatim lentiſſimo igne ſoluūtur colantúr-
que, & in caccabo poſtea cum ſupraſcriptis ſpeciebus
miſcentur, deinde ſimul decoquuntur, poſtea additur
oleum, & iterum modicum feruorem ducit. deinde
remoto ab igni caccabo, mittitur puluis ſpecularis exu-
ſti, & diutiſſimè agitatur. Tum medicamen adhuc
pſeudocalidum diffunditur in mortarium, & illic
C diutiſſimè manibus ſubigitur, atque inde in pyxide, aut
in doliolo vitreo reponitur: quod medicamētum ad o-
mnes collectiones, & glandulas, & parotidas, & ſtrumas,
& ad omnes tumores, & ad omnes puſtulas, & ad omnia
vulnera ſananda potentiſſimum eſt, necnon & ad ſto-
machi & viſcerum vitia, & ad lateris, & renium, & lum
borum, & coxarum dolores efficaciſſimum eſt: neruis
quoque placandis, & luxaturis, & fracturis ſolidandis
vtiliſſimum eſt.

D QVod natū Phœbus docuit, quod Chirō Achillē,
Quod didicere olim Podalirius atque Machaō
A genitore ſuo, qui quondā verſus in anguem,
Templa Palatinæ ſubiit ſublimia Romæ:
Quod Cous docuit ſenior, quódque Abdera ſuaſit:
Quod logos aut methodos ſimpléxque empirica pāgit,
Hoc liber iſte tenet diuerſo è dogmate ſumptum.
Nanque ſalutiferas diſponit pagina curas.
Iſtic reperies per nomina pérque medelas,
Deſcriptas ſpecies, & pondera menſurarum
E Congrua, quæ ſapiens ſumes moderamine certo.
Ne fallare vide, neu quæ ſunt parta ſaluti,
Vertat in exitium non ſolers cura medentis.
Sume igitur medicos pro tempere, próque labore,
Ætatiſque habitu, ſumma ratione paratos.
Gramine ſeu malis ægro præſtare medelam:
Carmine ſeu potius. namque eſt res certa ſaluti
Carmen, ab occultis tribuens miracula verbis.
Quæ curis hominum phyſicorum inuenta pararint,
Quǽque ſuis natura bonis terráque maríque
F Edidit illa ſuis altrix ſimul atque creatrix
Fœtibus omnigenis, quos parturit. ergo ſalubres
Suggerit impenſas ponto & tellure creatas,
Angue, fera, pecude, & fruge, alite, murice, piſce,
Lacte, mero, pomis, lymphis, ſale, melle, & oliuo,
Succis, vnguinibus, tædis, pice, ſulphure, cera,
Polline, farre, fabis, lino, ſcobe, vellere, cornu,
Baccis, & balanis, lignis, carbone, fauilla,
Floribus, & variis herbis, olere atque metallis,
Sandice, & creta, pſimmyto, pumice, gypſo,
G Cadmia, chalciti, chalcantho, chalco, & aduſto,
Caſſitero molli, lepide Cypria, atque atramento.
Prome etiam, ſeu tunde prius, ſeu contere gyro,
Quod viride hortus habet, vel quod carnaria ſiccum,
Allia, ſerpyllúmque herbas, thymbrámque ſalubrem,
Braſſicáque, & raphanos, ac longis intyba fibris,
Et mentham, & ſinapi, coriandrum, prototomúmque
Erucam, atque apium, maluam, betámque ſalubrem,
Rutámque, & naſturcum, & amara abſinthia miſce,
Pulegiúmque potens, necnon & lene cyminum:
H Palmula nec deſint Idumes, nec pruna Damaſci.
Quæ quum multiplici contriueris orbe terendo,
In patinis excocta dabis aut grandibus ollis:
Verùm adoperta coques, ne fumida iura ſaporem
Corruptum reddant, quæ mox faſtidiat æger.

Adde & aromaticas ſpecies quas mittit Eous,
Vel quæ Iudaicis fragrant bene condita capſis,
Thus,coſtum,folium,myrrham,ſtyracē,crocomagma.
Aſpalathum,gallam,elleborum, nigrúmque bitumen,
Et nardum,& caſias,& amoma,& cinnama rara,
Balſama,peuce danum,ſpicam,crocum,atque bedellam
Irim,caſtoreum,ſcillámque,opium,panaceam,
Reſinam,lepidum,euphorbium,git,atque pyrethrum,
Zingiber,& calidum,mordax piper,& laſer algens,
Agaricúmque,aſarúmque potens,aloen,aconitum,
Galbana,ſandaracham,ſampſucum,pſoricum,alumen,
Acaciam,propolimque,& adarchen, cnicon, acanthū,
Andrachnen,acorónque,opopanaca, pōpholygémque,
Cyperum,ladanum,ſagapenúmque,& tragacanthum,
Scammoniam,cypen,malabathrum,ammoniacum.
Denique repperies iſtic quod lucis in ortu,
Indus,Arabs,Seres,Perſis,diuéſque Sabæus,
Vicino ſub ſole legunt,quod præbet Orontes,
Eximium ignoto mittit quod Nilus ab ortu,
Decerptum foliis,ramo,cute,cortice,virga:
Quódque ab Idumæis vectum ſeplaſia vendunt,
Et quicquid confert medicis lalagea cataplus.
Hæc quicunque leges poteris diſcernere tecum,
Agnoſcenda magis,ſiue exercenda rearis.
Quiſque tamē noſtrum hoc ſtudium dignabere,quæſo,
Præſtes iudicium purum,mentémque benignam.
Sic tua perpetuo vegetentur membra vigore,
Et peragas placidam per multa decennia vitam.
Sic non incuſes validam placitámque ſenectam.
Nec tibi ſit medicis opus vnquam,nec tibi caſus,
Aut morbus pariant vllum quandoque dolorem:
Sed procul à curis,& ſano corpore viuas,
Quótque hic ſunt verſus tot agant tua tempora Ianos.

MARCELLI DE MEDICAMENTIS LIBRI FINIS.

Q· SERENI SAMONICI VITA.

Q·SERENVS Samonicus, Gordiani iunioris præceptor fuit, cuius meminit Spartianus in Caracalla, his uerbis, Occiſi ſunt & in balneis plures & in cœnis, inter quos Samonicus Serenus, cuius libri plurimi ad doctrinam extant· Macrobius quoque Saturnalium tertio carmina quædam de urbibus deuouendis in libro quinto Reconditorum Samonici Sereni reperiſſe ſe ait. Superſunt hodie hi hexametri præcepta medicinæ continentes.

Q. SERENI SAMONICI DE MEDICINA præcepta ſaluberrima.

MEmbrorum ſeries certo deducta tenore
Vt ſtet,& aſſimilis medicinæ defluat ordo,
Principio celſa de corporis arce loquamur.
Phœbe ſalutiferum, quod pangimus, aſſere carmen,
Inuentúmque tuum prompto comitare fauore.
Túque potens artis, reduces qui tradere vitas
Noſti,& in cælum manes reuocare ſepultos,
Qui colis Ægeas, qui Pergama, quique Epidaurum,
Qui quondam placidi tectus ſub pelle draconis,
Tarpeias arces, atque [a] inclyta templa petiſti,
indita Depellens tetros præſenti numine morbos,
cupidè Huc ades,& quicquid [b] cupido mihi ſæpe roganti
nunc tu Firmaſti,[c] cunctum teneris expone papyris.

Capiti medendo.

BAlſama ſi geminis inſtillans auribus [a] addas,
indas Tum poteris alacrem capitis reparare vigorem.
Vel quæ ſeptenis cenſentur gramina nodis,
nectes Vtiliter [b] nectis, vel corno ex arbore [c] ſertum.
fructum Pulegiúmve potens vna ſuper aure locabis,
Aut illud miſto recoquens clementer aceto,
ſplenia C Cauta nare trahes, ſeu viſco [d] lintea nexo
Induces fronti, ſeu tritæ gramina menthæ.
Spongia cum tepidis annexa liquoribus imbris
Profuit, aut hedera ex oleo decocta vetuſto.
Profuit & cochleis frontem tractare minutis.
Si nocuit cerebro violentia ſolis aperto,
Sæpe chelidonia ex acido perducta liquore
Sanauit: proſunt & amica papauera ſomno,
Si prius in lento madefacta coquantur oliuo.

Hemicranio medendo.

D POrtio ſi capitis morbo tentetur acuto,
Allia diuerſam lana contecta per aurem
Inducta proſunt,& eodem balſama pacto:
Allia vel ternis piperis terna addita granis
Trita lines, certam dabit hæc tibi cura ſalutem.

Porrigini depellendæ.

EST inſenſibilis morbus, ſed noxia forma,
Quum caput immenſa pexum porrigine ningit,
frangentibus Copia farris vti [a] frendentibus edita ſaxis.
Hanc poterit maluæ radix decocta leuare.
E Aut tu fœniculum nitrúmque & ſulphura viua
obline Contere, deinde caput permiſtis [b] ablue cunctis:
Furfuribúſve nouis durum miſcebis acetum,
Vt varios crines tali des vnguine puros.
Prodeſt & tarda demptus teſtudine ſanguis,
Et prodeſt cedro demiſſus ab arbore ſuccus.
Deſinet interea glomerari ferrea nubes,
Ceſſabitque grauis crebræ porriginis imber.

Capillo tingendo.

F QVos pudet ætatis longæ, quos ſancta ſenectus
Offendit, cupiunt properos abſcondere canos,
Et nigrum crinem fuco ſimulare doloſo.
His prodeſt acri contrita cupreſſus aceto,
Vel frons lentiſci, vel triſtia poma ſabuci,
Lumbrici quoque terreſtres miſcentur oliuo,
Et iuuenem præſtant redituiuo flore capillum.
Præterea niueum poterit depellere crinem,
Reſina ex facili cera viſcóque coacta.
Ad rutilam ſpeciem nigros flaueſcere crines,
G Vnguento cineris prædixit Tullius autor.
Si prægnans artus captiui ſoricis edit,
Dicuntur fœtus nigrantia lumina fingi.

A Phthiriaſi arcendæ.

NOxia corporibus quædam de corpore noſtro
Progenuit natura, volens abrumpere ſomnos, *Senſibus*
[a] Senſibus & monitis vigiles incendere curas. *admonitis*
Sed quis non paueat Pherecydis fata tragœdi, *uigiléſq;*
Qui nimio ſudore fluens animalia tetra
Eduxit, turpi miſerum quæ morte tulerunt.
Sylla quoque infelix tali languore pereſus
Corruit,& fœdo ſe vidit ab agmine vinci.
Sæpius ergo decet mordax haurire ſinapi,
B Vel nitro ac ſale permiſtis, acidóque liquore
Laxatis (vt ſint ſimul allia) tangere corpus,
Aut lacrymis hederæ, aut ſucco perducere cedri.
Quinetiam furfur miſto medicatur aceto.
Vnda maris lendes capiti deducit iniquas,
Et quicquid crebri defendit ſylua capilli.

Prurigini, papulis ac ſcabiei arcendis.

ILlotus ſudor, vel [a] copia nobilis eſcæ, *inutilis*
Sæpe graui ſcabie correptos aſperat artus.
Ergo lutum prodeſt membris adhibere fricatis,
C Quod facit ex aſino [b] ſiccatus corporis humor. *ſaccatus*
Nec pudeat tractare fimum quem bucula fudit.
Stercoris ex porco cinerem confundito lymphis, *ſcabidum*
Sic [c] pauidum corpus dextra parcente foueto.
Proderit ex oleo puluis quem congerit altè
Dulcibus ex latebris patiens formica laborum.
Conuenit hinc tepido lita tradere corpora ſoli.
Feruentes papulas oleo curato liquenti:
Aut acido Baccho miſcebis farra lupini,
Atque hinc in calido percurres membra lauacro.
D Pruritus autem ſalſos leuat humor aceti,
Siue maris rabidi ſudor, cochleæque minutæ,
Quarum contactu perimetur acerba libido.

Phreneſi & capiti purgando.

EX vitio cerebri phreneſis furioſa mouetur,
Amiſſáſque refert frendens amentia vires.
Siue calens febris iactatos exedit artus,
Siue meri guſtus ſeu frigoris efficit aura,
Conueniet calidis pecudum pulmonibus aptè
Tempora languentis medica redimire corona.
E Illotis etiam lanis ſuffire memento.
[a] Ceritum ſæpe horrendi medicantur odores, *Cerritum*
Atque ideo [b] ſanos etiam curarier eſt par. *inſanos*
Purgatur cerebrum manſa radice pyrethri,
Vngitur & ſuccis dederit quos parua ſabucus,
Expreſſúſque hederæ mandatur naribus humor.
Aut miſtum rutæ cerebro inſtillatur acetum.
Non ſemper præſens dolor eſt ſanabilis: ergo
Cura magis prodeſt venturis obuia morbis.

De fluore capillorum & maculis F capitis tollendis.

DEfluit expulſus morbo latitante capillus,
Si rarò [a] lauitur, ſeu vis epota veneni, *eluitur*
Seu ſalamandra potens, nulliſque obnoxia flammis,
Eximium capitis tactu deiecit honorem.
Nonnunquam variant maculæ, paruíſque parumper
Orbibus aſperſum ducit noua vulnera tempus:
Vipereæ pellis cinerem his addito [b] rebus, *morbis*
Roboreáſve pilas vrſino iungito ſeuo:
Vel teſtudineo mala permulceto cruore.

G Humoribus & perfrictionibus medendis.

SÆpe ita peruadit vis frigoris, ac tenet artus
Vt vix quæſito medicamine pulſa recedat.

Si ranam ex oleo decoxeris, abiice carnem,
Membra foue. parili ſanat ratione rigorem
Vrticæ ſemen, perceptáque frigora vincit.
Et cerulna poteſt mulcere medulla rigorem.
Decoctum raphani ſemen cum melle vorabis,
Siue fel vrſinum tepefacta dilue [a]lympha. — *lympha:*
[b]Proderit hoc potu: ſeu caſſis oſtrea teſtis — *Proderit hoc fotu.*
Vſta [c]dabit cinerem, qui pro ſale ſumptus in eſcis — *dabunt*
[d]Decutiet gelidum calefacto vertice virus. — *Diſcutiet*
Nonnullus liquidum ſumit, [e]mulſumque [f]ſinapi, — *mulſum atque ſinapi,*
[g]Atque palato agitat retinénſque [h]voménſque. — *Idque mouénſq;*
Allia nonnulli mandunt, oleive liquore
Perfundunt calido cerebrum, naſique latebras.
Quidam lactucæ credunt prodeſſe ſapores.
Curandi modus hic & ſuauis & vtilis idem eſt.

Elephantiaſi propellendæ.

EST elephas morbus triſti quoque nomine dirus,
Non ſolùm turpans infandis ora papillis,
Sed cita præcipitans funeſto fata veneno.
Huic erit aduerſus cedri de cortice ſuccus,
Muſtellæque cinis, vel fuſus ſanguis ab illa.
Nonnulli dixere ſerum prodeſſe bibendo.
Mentaſtri folium potu appoſitúque ſalubre eſt.
Nec fruſtra bulbos & ſulphura iungis aceto.
Præterea nitrum debes cum melle iugatum
Spargere lacte bouis, varias ſic vngere frontes.
Ceruſſam, & chartam quam gens Ægyptia mittit,
Tunde ſimul, miſceque oleum quod flore roſarum
Conditum eſt: line ſic faciem, [a]ſic redde ſalutem. — *& ſic*

Cutis & faciei vitiis propellendis.

INuida ſi maculet faciem lentigo decoram,
Nec prodeſſe valent naturæ dona benignæ,
Erucam atque acidum laticem ſimul illine malis.
Proderit & bulbus mellis dulcedine victus,
Crudáve dulcacido miſcebis rapa liquori.
Sanguine vel leporis morbus delabitur oris.
Frons ſalicis cum flore ſuo contrita medetur.
Sepiolæ cineres ex oſſibus omnia tollunt.
Cygnæos adipes hilari miſceto Lyæo,
Omne malum properè maculoſo ex ore fugabis.
Horrebit ſi liuor atrox aut nigra cicatrix,
Attrito ſapone genas purgare memento,
Rugarum ſulcos lentiſci maſtiche tendens.
Si verò vitium eſt quod ducit ab impete nomen,
Hoc matutina poteris cohibere ſaliua,
Seu folio platani, quod manſum manè vorabis.
Fœda fluunt curui quæ purgamenta cameli,
Vrentur, cinerémque dabunt, iungentur aceto
Maſcula thura ſimul, diuináque cura valebit.

Aurium vitiis ſuccurrendis.

QVVM ſæuus teneras dolor altè ſauciat aures,
Fraxinea in flammis fundit quem talea ſuccum
Inſtilles, ſiue obſcœnos ex virgine rores,
Aut ſuccum ex folio dederit quem populus alba:
Sæpe chelidoniæ rapidum ſociatur acetum,
Adiunctóque nitro procedit cura ſalubris.
Mentaſtri liquor expreſſus conducere fertur.
Infectum violis oleum bene conſulit auri.
Annoſa rubros ſi legeris arbore vermes,
Ex oleo tere, ſic tepidos infunde dolenti.
Si verò obtuſa ſenſus remoretur in aure,
Lumbricos terræ, ſeuúmque ex anſere rauco
Excoque: ſic veterem poteris depellere morbum.
Felque bouis ſurdis etiam prodeſſe loquuntur,
Si iungas olidæ graue quod minxere capellæ.
Si verò incautas animal penetrauerit aures,
Proderit admiſto pauidi fel muris aceto.
At ſi lympha nocens peruaſerit, anſeris aptus
Immittetur adeps ceparum non ſine ſucco:
Qui grauis eſt oculis, ſenſum tamen auribus auget.
Vis & Phœbigenæ diuinam diſcere curam,
[a]Sitque vel annoſis confecta doloribus auris, — *Si qua*
Allia tum ſeptem numero ſeptémque lupinos
Cretaceam dabis in teſtam: tum Delphica frondis

A Addatur, miſto [b]totum ferueſcat aceto: — *totum ut ferueſcat*
Doctus eris tepidos illinc immittere rores.

Oculorum dolori mitigando.

SVmma boni eſt alacres homini contingere viſus.
Quos quaſi cuſtodes defenſoréſque pericli
Proſpiciens ſumma natura locauit in arce:
Sic tamen vt nullos paterentur deſuper ictus,
Atque ſupercilio pauidi tegerentur opaco.
Sed dolor immeritum lumen ſi fortè laceſſit,
Lana madens oleo noctu connectitur aptè,
B Viuentiſve nepæ lumen geſtatur amicum.
Ex folio aulis cineres, confractáque thura
Et laticem Bacchi fœtæ cum lacte capellæ,
Deſuper induces, atque vna nocte probabis.
Hyblæi mellis ſucci cum felle caprino
Subueniunt oculis dira caligine preſſis.
Vettonicæ manſus ſiccabit lumina ſuccus.
Si tenebras oculis obducit pigra ſenectus,
Expreſſæ marathro guttæ cum melle liquenti
Detergere malum poterunt, vel vulturis atri
C Fella chelidoniæ fuerint quis gramina miſta.
Hæc etiam annoſis poterunt ſuccurrere morbis.
Fel quoque de gallo mollitum ſimplice lympha
Exacuet puros dempta caligine viſus.
Siue columbarum fimus miſcetur aceto,
Seu fel perdicis parili cum pondere mellis.
Vina chelidoniæ ſimili ratione iugantur,
Efficiúntque ſuo præclaros vnguine viſus:
Aſpera quinetiam mulcent & rupta reducunt.
Si genus eſt morbi, miſerum quod lumen adurit,
D Hic calor infuſo miteſcit lacte canino.
Anguibus ereptos adipes ærugine miſce,
Hi poterunt ruptas oculorum iungere partes.
Si verò horrendum ducunt glaucomata [a]peplum, — *plumbum infeſtat rufos, & gliſcit in orbes,*
Spiritus alterius prodeſt qui grana cumini
Pallentis mandens viſus exhalat in ipſos.
Si tumor [b]inſolitus [c]typho ſe tollat inani, — *tofo*
Turgentes oculos vili circumline cœno.

Dentium vitio, & oris fætori medendo.

E HAVD facile eſt acrem dentis tolerare dolorem,
Quo magis eſt æquum medicam pernoſcere curã.
Quum Baccho violas decoxeris, ore teneto.
Manſus item prodeſt ſuccis oleaſter acerbis:
Hinc oſcedo fugit, linguæ quoque vulnera cedunt.
Cum vino piper & nitro tepidum inde dolenti.
Sæpe chelidoniæ ſucco vel lacte capellæ
Saneſcunt dentes, aut tauri felle iuuantur.
Aut acidi latices clauſo voluuntur in ore.
F Manditur apta rubus gingiuis, & bona labris
Lentiſcus, myrtúſque emendant oris odorem.
Quod verò aſſumpſit nomen de dente fricando,
Ceruino ex cornu cinis eſt: aut vngula porcæ
Torrida, vel cinis ex ouis, ſed non ſine vino,
Muricis aut toſti, vel bulbi extincta fauilla.
Ambitioſa putas, ſunt iſta ſalubria cunctis.
Exeſos autem dentes ſi fortè queréris,
Vre fimum muris, patulis & hiatibus adde:
Vel cinerem dentis ceruini extinguere aceto
G Conuenit atque cauis immittere partibus aptè.
Prodeſt & puluis lumbrici corpore toſto.
Ora ambuſta cibo ſanabis lacte canino.
Sæpe etiam gelida gingiuas collue lympha,
Dentibus vt firmum poſſis ſeruare vigorem.
Si verò infandum proſerpit ad intima vulnus,
Permiſceto ſalem parili cum pondere thuris,
Hinc tractato locum, miram experiere medelam.
Aut tu ſume pilam quæ caudis hæret ouinis,
H Hæc ſiccata dabit molles & fracta farinas,
Huius & [a]attritu tetrum mulcebitur vlcus. — *attactu*

Vuæ, faucibus, collo, & quæ mollienda ſunt, medendis.

AEgreſcunt teneræ fauces, quum frigoris atri
Vis ſubiit, vel quum ventis agitabilis aer

Vertitur [a]Vertitur,atque ipſas flatusgrauis inficit [b]vndas,
auras Vel rabidus clamor[c]fracto quum forte ſonore
facto Planum radit iter.ſic eſt Hortenſius olim
Abſumptus:cauſis etenim confectus agendis
Obticuit,quum vox domino viuente periret,
Et nondum extincti moreretur lingua diſerti.
autem Ergo[d]enim ſtudio quæres inhibere dolorem.
Simplicibus lymphis confunditur aerium mel,
Additur excuſſus niuea ſimilagine furfur,
Decocta hæc clauſo ſimul exercentur in ore.
Præterea fauces extrinſecus vngere prodeſt
liquatis Vrſino & tauri ſeuo,ceriſque [e]remiſſis,
Omnia quæ geminis æquabis lancibus antè.
uili Diſce etiam miram ex [f]humili medicamine curam.
Actiaco melli iungas agreſte papauer,
Decoctúmque ſimul mandes,manſúmque vorabis.
Crinitæ porri radices quinque coquantur,
Hinc aqua non feruens voluaturſauce ſonora,
Nec tamen in ſtomachum deſcendat gutta patentem.
affixam Si verò [g]afflictam languor deiecerit vuam,
Tunc horas aliquot pronus recubare memento:
Aut illam puluis toſti releuabit anethi,
Aut cinis ex cochlea,vel torrida braſſica flammis.
Verùm angina ſibi miſtum ſale poſcit acetum,
Quod refert clauſo verſatum agitare palato.

De rigore ceruicis.

AT ſi ceruices duratáque colla rigebunt,
Mira loquar,geminus mulcebitur vnguine poples,
Hinc longùm pariter neruos medicina ſequetur.
fouebis Anſeris aut pingui torpentia colla[a]fouetis.
Illinitur valido multùm lens cocta in aceto,
Aut capræ fimus & bulbi:aut ceruina medulla,
Hoc etiam immotos flectes medicamine neruos.
Quos autem vocitant tolles,attingere dextra
Debebis qua gryllus erit preſſante peremptus.

Tuſſi & choleribus medendis.

NOxia ſi penitus holerum ſæuire venena
Perſpicies,cocta lactucæ fronde leuabis:
Proderit & caules aſſumere ſæpe madentes.
Interdum fauces tuſſi quatiuntur atroci,
Allia tum ſumes decocta & melle peruncta,
Semine- [a]Semina vel raphani permiſto dulcia melle.
mella Aut ſi fraxinea ſemen de fronde reuellis,
veritus Interiora vora [b]vetitus contingere dente.
Ouum melle teres domitum feruentibus vndis,
Marrubiúmve potens:hæc faucibus optima ſumes,
Frænabiſque grauem facili medicamine tuſſim.

Digeſtioni & ſtomacho medendo.

QVi ſtomachum regem totius corporis eſſe
Contendunt,vera niti ratione videntur.
Huius enim validus firmat tenor omnia membra:
At contrà eiuſdem franguntúr cuncta dolore.
Quin etiam(niſi cura iuuat)vitiare cerebrum
Fertur,& integros illinc auertere ſenſus.
Lactucæ ſemen nigræ quod lignea pila
Triuerit admiſto ieiunus ſumito melle,
Sed cochlear trinum guſtu tibi ſufficit vno.
Aut tritum ſemen raphani mulſúmque iuuabit:
Siue duæ partes abſinthi,& tertia rutæ
Decoctis potantur aquis,ſiliquǽque madentes,
Semina vel marathri fœtæ cum lacte capellæ.
Pulegium quoque decoctum curabit amicè.
Et potu & fotu ſtomacho conducit acetum.
Seu cochleas vndis calefactas ac propè victas
Suppoſitis torre prunis,vinóque garóque
Perfuſas cape:ſed prodeſt magis eſſe marinas.
At malè digeſtis ſi crapula ſæuiet eſcis,
Ex pipere & calida florem de rore marino
Ebibe:ſeu ſalibus piper adde,& tenue cuminum,
Quæ coctis tinges epulis,& rapta vorabis.
Aut cubitum pergens ſuccum cape triſtis aceti.
toſtus Ventriculis mergi raptus ſal[a]tritus & vſtus
Toſto pane ſuper,piperis quoque puluere multo
Miſcetur [b]Miſcentur, capies diuinum munus in iſtis.

A Proderit hoc ſtomacho,victas & concoquet eſcas:
Grana peregrini piperis diffundito quinque,
[c]Niliaco melli quæ manè inſerta capeſſes. Nicolao
molli

Felli,vomitui,vel phthiſi arcendis.

LVtea ſi creſcunt & cunctis noxiafella,
Allia parua nouem,piperis tot permole grana,
Quæ cyatho diluta gari mandéſque bibéſque:
Hæc iterum ſeptena capis,pòſt denique quina.
Præterea caules,frondet ſi parua ſabucus,
Decoctos ſale permiſces,ac iungis oliuo:
B Tunc capis,ac tali auxilio fella horrida purgas.
Proſunt & pelagi latices,quos pondere iuſto
Dulcibus aſſocias lymphis mellíque liquenti.
Et niueus prodeſt ex vbere ſuccus aſellæ,
Si tepido vinum infundas ac mella pipérque.
At vomitum radix narciſſi pota mouebit.
Si verò phthiſis annoſo ſedet improba morbo,
Intritas vino cochleas hauſiſſe iuuabit.
Proderit & veteris ſeui pila ſumpta ſuilli.
C Carne aſinæ ſeuóque capræ medicina ſalubris.

Mammis ſanandis vel ſtringendis.

VBera fœcundo multùm [a]lactantia ſucco lactentia
Sæpe ſibi noxæ nimium manando fuerunt:
Fæce igitur valida duri reprimentur aceti.
Poſt partum tumidas iniuſtè aſſurgere mammas
Interdum aſpicies:harum mala commemoratur
Murinus fimus ex pluuio ſedare liquore.
Sin autem clauſas penitus dolor angit acerbus,
Lumbricis terræ turgentes vnge corymbos.
Si caſtigatas ſtudium eſt præſtare papillas,
D Ex hedera ſertis ambas redimire memento,
Protinus & raptas fumis mandare coronas:
Anſeris aut ſeuum pariter cum lacte tepenti,
Aut ouum illinito tulerit quod garrula perdix.
Præterea pluuio decocta papauera rore
Hæreſcunt multis pòſt diſſoluenda diebus.
Vis & Phœbigenæ cæleſtia ſumere dona,
Vbera quum tetris laniata doloribus vrgent?
Nauis ramentum,& quæ nomine praſſion herba eſt,
Et quæ vulgari ſermone Inſana vocatur,
E (Græcos hyoſcyamon propria ſcito dicere lingua)
Necnon & calami radix lapathíque legumen
Miſta dabunt miras(experto crede)medelas.

Reiectioni cibi aut ſanguinis reſtringendæ.

SI ſtomachus nondum concoctas expuit eſcas,
Et magis atque magis vitium reuomendo valeſcit,
Allia cedemus,[a]cerebrúmque trahemus odorem. tetrúmq.
Sin etiam rutilus fertur de pectore ſanguis,
[b]Sorbitium menthæ,raphanus vel cocta iuuabit. Sorbitio
F Sæpe lapis teritur(ſpecularem nomine dicunt)
Et miſtis hauritur aquis,ſiſtitque cruorem.
Vritur interdum raptus de robore cortex,
Et cinis ex calido prodeſt epota Lyæo,
Ouorum cinis,aut cochlearum,aut denique mellis,
[c]Aut manſus ſalicum fructus prodeſſe putatur, Aut cinis
Aut platani pilulas acri infundemus aceto: ſalicum
Nullus erit ſanguis,quem non cibus iſte moretur. rami

Iecoris & lateris vitiis medendis.

SI molles iecoris fibras dolor hauriet acer,
G Protinus ex mulſa potanda elelisphacus herba eſt:
Sumitur & ſemen quod fraxinus alta profudi,
Vulturis atque iecur,vel ius perdicis apricæ.
Præterea ſimili drachma pix dura pipérque
Franguntur,ſic in mollito puluere iuncta
Egelidis miſcentur aquis,recreántque bibentem.
Abſinthi quoque decocti potabitur humor. immeritū
Si latus[a]immeritum morbo tentatur acuto, tingens
Accenſum[b]tinges lapidem ſtridentibus vndis, Al.tingis
Hinc bibis:aut aceris radicem tundis,& vnà
H Cum vino capis:hoc præſens medicamen habetur.
Quid referam multis compoſta Philonia rebus?
Quid loquar antidotum variis?quis iſta requirat?
At nos pauperibuspræcepta feramus amica.

Necnon & iecoris quæretur fibra lupini,
Iungentúrque ſimul coſtum foliúmque pipérque,
Quæ diluta mero dantur potanda Lyæo.
Eſt & vis morbi quod telum commemoratur,
Quum ſubito dolor inſanus furit incitus ictu.
Perſicon huic potum è nuce traditur interiore,
Quæ mihi cura ſatis caſu monſtrante probata eſt.

Spleni curando.

QVando lien tumido circumligat ilia vinclo,
Et plenū [a]ſplenis demonſtrant membra rigorem, *ſplenē-rigores*
Mollibus ex hederæ tornantur pocula lignis,
Hinc trahet aſſuetos æger quoſcunque liquores:
Aut viridis coctorum holerum potabitur vnda.
Proderit exucto fluuialis hirudo cruore,
Siue myrica potens,ſeu ros cum pane marinus,
Aut hederæ ſuccus potu appoſitúque iuuabit.
Necnon intactam ferro quam videris alnum,
Huic liber eripitur ferro ſine, decoquitúrque
Donec victarum pars tertia ſubſit aquarum.
Hinc medico potu pulſus dolor omnis abibit.
Nonnulli memorant conſumi poſſe lienem,
Eruum ſi ſemper ieiuno ſumpſerit ore.
Arida ficus item feruente domatur aceto,
Et trita illinitur,vel ſplen apponitur hœdi.
Marrubium in vino potum prodeſſe loquuntur.
Prætereа piper ac nepetæ cum flore & anethum,
Capparis atque apium,bugloſſáque iungitur vnà:
Horum decoctos latices potare ſalubre eſt.
Pulegium,abrotonum nitida cum maſtiche coctum,
Ac thymbræ ſpeciem quam cōmemorant cephaloten,
Prædixit ſpleni deus Idæ poſſe mederi.
Dulcia,Plautus ait,grandi minus apta lieni.
Splen tumidus nocet,& riſum tamen addit ineptum,
Vt mihi ſardois videatur proximus herbis,
Irrita quæ miſeris permiſcent gaudia fatis.
Dicitur exectus faciles auferre cachinnos,
Perpetuóque æuo frontem præſtare ſeueram.

Præcordiis ſanandis.

LAnguida ſi duro turgent præcordia morbo,
Miſcetur mulſæ farris ſextarius vnus,
Necnon & lini tunſum ſiliquǽque legumen.
Hæc decocta ſimul,nodúmque tepentia nectes.
Aut quæ poma Cydon Cretæis miſit ab oris,
Cocta lines,durum vt poſſis mollire tumorem.
Ocima prætereа, bulbive linuntur amari.
Proderit & lymphis corpus merſare marinis.
Quinetiam catulum [a]lactantem apponere membris *lactentē,*
Conuenit:omne malum tranſcurrere fertur in illum:
Cui tamen extincto munus debetur humandi.
Humanos quoque contactus mala tanta ſequuntur,
Et iunctus vitium ducit de coniuge coniunx.
Quod ſupereſt thridaci iunges ramenta carinæ,
Quódque decem ex rebus conſit ſimul atque vocatur,
Maſtichis addentur fractæiam mollia farra.
Talibus auxiliis præcordia tuta [b]reſident. *reſidunt.*

Lumbis & renibus ſanandis.

QVum ſæuit penitis hærens iniuria lumbis,
Igne lapis candens datur exultantibus vndis:
Hoc poteris potu triſtem ſuperare dolorem:
[a]Aut pice cum melli nitrum ſulphúrque & acetum *Aut cum melle pice, nitrum*
Succida lana rapit contacta calentibus iiſdem:
Proderit hanc ægris crebrò perducere membris.
Aut caput aſparagi cum vino ſume vetuſto,
Seu mauis appone:modus conducit vterque.
Aut adipi miſtum lumbis inducito ſulphur.
Sæpe chelidoniam cum ſucco Palladis addes,
Farráque quæ tremulis proſunt ſudantia flammis.
Fertur amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus:
Pinſitur,ac tepidis ſorbebitur addita lymphis.
Aut tres ex vino cochleas ferueſcere coges,
Cúmque ſuis domibus franges,piperis quoque grana
Ter quinque [b]adiicias,potúque iuuaberis illo. *adiicies,*
Furfur item parca fuerit quum feruidus vnda,

A Pòſt oleo madidus ſaccis immittitur aptis,
Quos vix paſſuris vrentes addito membris.
Prodeſt ceruinæ [c]vehemens natura medullæ: *clemens*
Nec nocuit ciceris cocti potaſſe liquorem:
Aut miſtam teneris maluam contundito porris,
Contritúmque ſimul cum maſtiche confer anethum:
Quódque decem rebus componi ex nomine clarū eſt.
His continge locum.Deus hæc mihi certa probauit.

Ventris dolori mitigando.

SI dolor inſanus tota deſæuit in aluo,
B Heminis tribus,in lymphæ tu decoque tritum
In vino prius hyſſopum,validam quoque rutam
Atque apium,donec pars duplex deſit aquarum.
Potus erit medicus non detrectante palato.
Prætereа niuei ſterilis teſta vritur oui,
Quæ poſtquam in [a]tetram fuerit conuerſa farinam, *tenuem*
Ex calidis potatur aquis,& pota medetur.
Necnon iungenda eſt vtero noua virga myricæ,
Illæſa hæc ferro terráque intacta,[b]teratur. *feratur. Al. trahatur*
Aut medio ventris prodeſt aſpergere terram
C Quam ſignauerunt veſtigia preſſa rotarum.
Proderit & puluis facili ſub cardine raptus.
Quinetiam ex lymphis tritum potare cuminum
Conueniet:quod iam nobis documenta probarunt.
Metha quoq; hoc pacto medicos dabit hauſta ſapores.
Cœliacos autem recreabis pane ſalubri,
Quem madido farre efficies ac mollibus ouis,
Quorum teſta fero prius euaneſcere aceto
Refert,& teretes bulbos mollire terendo,
Cúmque his Lenæi [c]durum potare fluentum. *clarum*

D

Hydropiſi depellendæ.

COrrupti iecoris vitio vel [a]ſplenis,acerbus *ſplenis acerno*
Creſcit hydrops,aut cum ſiccatæ febre medullæ,
Atque auidæ fauces gelidum traxere liquorem,
Tum lympha interius vitio gliſcente tumeſcit,
Secernens miſeram proprio de viſcere pellem.
Conueniet teneræ radix decocta ſabuci
In geminis calidi cyathis potanda Lyæi.
Necnon & tepidis conuolues corpus arenis:
E Appoſitúque lenes nepetæ guſtúque iuuabunt.
Helleboro quoque purgatur lymphaticus [b]error, *humor*
Aut huius vice quod fert ſemen lenta geniſta
Miſcetur mulſis,[c]& cautis ducitur vndis. *ac hauſtis*
Sæpe & ſcillino pelluntur noxia Baccho.
Eſt qui prævalidum frixo ſale miſcet acetum,
Atque olei ſucco [d]refricant turgentia membra. *refricat*
Fraxineum ſemen cum Bacchi rore bibendum eſt.
Necnon appoſito curantur dropace membra,
Aut calido filicis radicem [e]mollit Iaccho, *mollis*
Qui ſubitò raptos ventos ſuccóſque reuellit:
F Vnguine quo frangit vires languoris aquoſi.

Ventri molliendo.

SÆpe cibi ſpecie vitio vel corporis ipſo,
Potibus aut duris [a]reſtricta morabitur aluus. *quū aſtricta*
Vincetur talis mora gramine [b]Mercuriali, *Mercurialis.*
Cuius aquam cocti minimo cum melle bibemus.
Prunáque conueniunt quæ mittit clara Damaſcus.
Multos prætereа medici componere ſuccos
Aſſuerunt:pretioſa tamen quum veneris emptum,
G Falléris,fruſtráque immenſa nomiſmata fundes.
Quin age,& in tenui certam cog noſce ſaluem:
Aut igitur tectum lana ſupponis alumen,
Aut edis in patinis teneræ decocta ſabuci,
[c]Vel cum lacte capræ ſalſum mulſúmque capeſſes. *Vel ſalſū mulſū capra cū lacte capeſſis*
Crede tamen potum meliorem lactis equini:
Dicitur hic validos aſinæ peruincere ſuccos.
Syluеſtris fici lacrymam prodeſſe loquuntur.
Quódque ſatis melius verbis dicemus Horati,
Mugilis,& viles pellent obſtantia conchæ.
H Sed cochleas prius eſt vrtica aut furfure paſci,
Purior hinc guſtus noxa ſine mouerit aluum.
Sæpe thalaſſomeli adiecto cumulauimus imbri:
Hæc purgant,parili fuerint ſi pondere miſta.

Solutioni ventris,& dyſenteriæ compeſcendæ.

TAm varii caſus mortalia ſecla fatigant,
Vt ſint diuerſis obnoxia corpora morbis.
Sæpe etenim nimio curſu fluit impetus alui:
Frænat commiſto quum feruet braſſica vino,
Aut ceraſi victum longo iam tempore pomum.
Succus aminææ vitis cum pane medetur:
Vel bene permiſtum calida potatur acetum.
Vile quidem facili facto,tamen vtile opinor,
Lenient Si [a]lædunt medica data purgatoria dextra,
Adiecto piperis medicatur puluere calda.
Sin autem longo decurrent intima fluxu,
Atque immane malum multo iam tempore gliſcit,
Torridus ex vino cortex potabitur oui.
Ramentum niuei credunt prodeſſe elephantis.
Arbore Pyramea cortex direpta coquetur
Axe ſub æthereo:ſic nigro miſta Lyæo
Immenſum poterit potu retinere fluorem.
Numinis aut iuſſu cedrum cum maſtiche miſces,
Mollitámque picem , & raſum de nauibus vnguen:
Languida quo fidens medicamine membra fouebis.
Proderit & pueris quos dentis origo fatigat,
Caſtaneas coxiſſe nuces & ſorba vetuſta,
Atque apium,cauléſque rubus quos fundit acuta:
quū ſumpta Potio quæ fluidam[b] conſumpta morabitur aluum.

Lumbricis &[a] tineis purgandis.

tæniis QVid non aduerſum miſeris mortalibus addit
tænia Natura,interno quum viſcere [b]tinea ſerpens,
Et lumbricus edax viuant inimica creanti?
Quod genus aſſiduo laniat præcordia morſu.
Sæpe etiam ſcandens oppletis faucibus hæret,
Obſeſſáſque vias vitæ concludit anhelæ.
Ergo cinis cornu ceruini proderit hauſtus,
intritum Vel nepeta [c]tritum ex vino vel lacte capellæ:
Necnon & ſuccus medici potatur aceti.
frons: & Prodeſt præterea cum Baccho perſica [d]frondis.
Democritus memorat menthæ conducere potum.
Sumitur abrotonum, necnon & vile melanthum.
Allia per ſeſe ſanant,aut ius coriandri.
Quin & marrubium decoctum hauſtumque iuuabit,
Pulegiúmve potens & agreſte iugatur anethum:
Syntheſis hæc prodeſt vnda mollita calenti.

Colo ſedando.

QVum colus(inuiſum morbi genus)intima carpit,
Mande galeritam volucrem quam nomine dicūt,
Aut pauidi leporis madefacta coagula pota.
nepetam Siue apio [a]nepetas tereti cum maſtiche iunges,
Necnon & ſpecies ambas redolentis anethi,
Quarum decoctos patiens haurito liquores.

Veſicæ & calculo purgando,& vrinæ prouocandæ.

SIcui veſicæ tardus cunctabitur humor,
Hæc mora rumpetur vino peruicta vetuſto.
Prodeſt ex paruis acinos potare ſabucis,
intrita Aut hederæ ſuccum,aut lacrymoſi [a]trita ſinapis.
Necnon reſinas ex Oricia terebintho
In ſpeciem eruiliæ paruos glomerabis in orbes,
Quos ternos tepida miſtos hauſiſſe medela eſt.
Quondam etiam nimio præceps vrina fluento
Irrigat exuuias, obſcœnóque inficit imbri:
Ergo cinis cornu ceruini proderit hauſtus:
intritum Vel nepetæ ex vino [b]tritum vel lacte capellæ.
Tum leporis cerebrum ex vino potare iuuabit.
Si dolor internam veſicæ concoquit aluum,
Subueniet radix frondoſæ epota cupreſſi,
Pulegiúmve potens domitum feruentibus vndis,
Si verò in lapides denſus conuertitur humor,
Qui retinet curſus,gemitúmque dolore frequentat,
Saxifragam ſeu fontigenam ſuccurrere credunt.
Præterea ſemen myrti ſylueſtris Iaccho
Atque oleo miſtum bibitur,(nec deſit acetum)
Vináque ſumantur fricto condita cumino:
Siue palumborum capitur fimus acre ferorum

A Dulcacidis ſparſum ſuccis tritúmque ſolutum.
Necnon obſcœnus capræ potabitur humor,
Obruit hic morbum labetactáque ſaxa remittit.

Conceptioni & partui.

IRrita coniugii ſterilis ſi munera languent,
Et ſobolis ſpes eſt multos [a]iam vana per annos, *dum*
Fœmineo fiat vitio res,nécne,ſilebo:
Hoc poterit quartus magni monſtrare Lucreti.
Sed natura tamen medicamine victa potenti
Sæpe dedit fœtus ſtudio curante paratos.
B Aut igitur leporis conſumit fœmina vuluam,
Aut ouis in ſtabulis [b]fractas quum ruminat herbas, *carptas*
Pendentem ſpumam molli deducit ab ore,
Atque illam meminit miſto potare falerno.
Mercurialis item capitur communiter herba:
Sic cubitum noctu coniunx feſtinat vterque.
Atque vbi iam certum ſpondet prægnatio fœtum,
Vt facili vigeat ſeruata puerpera partu,
Dictamnum bibit, & cochleæ manduntur edules:
[c]Aut qui olim menſes minus octo moratus in aluo, *Aut quū*
C [d]Irrumpit thalamos & nexus ſoluit inertes: *Erumpit thalamis*
Pulegii quoque purgati tunc conuenit imber,
Cuius opem veram caſus mihi ſæpe probarunt.
Quinetiam ſtercus ſupponunt vulturis atri,
Sentiat vt minimè partus quam proximus vrget:
Oua etiam rutæ & fragili miſcentur anetho,
Quæ diluta ſimul vino atque exhauſta medentur.

Profluuio cuiuſque ſanguinis & matrici ſubueniendæ.

SI modicus pleno manat de corpore ſanguis,
D Subuenit:at nimius cum vita funditur ipſa.
Quapropter multo naris completa cruore
Quum fluit,attritus cimex conducit odore.
Lana oleo madefit,ſed nondum lauta,roſato:
Hæc datur in nares,vel [a]claudit denſius aures. *claudit denſior aures*
Contritis prodeſt cochleis perducere frontem:
Aut galli cerebro vel ſanguine tinge columbæ.
Quòd niſi ſupprimitur ſanguis,potandus & ipſe eſt.
Præterea Pharii caput emetire papyris.
E Detrahe quod ſupereſt,aliò genitalia necte.
Fœmineas prodeſt [b]illinc vincire mamillas, *vinclis*
Menſtruus immenſo ſi profluit impete ſanguis.
Succida lana malos remoratur ſubdita curſus,
Mortua quinetiam producit corpora partu.
Sed quacunque fluit vis immoderata cruoris,
Subereus cortex calidis potatur in vndis,
Antè minutatim ſtudio vincente terendus.
Pulegii calido purgatur fœmina potu.
Sed ſi fortè cruor clauſa cunctabitur aluo,
F Aut molles nepetæ aut rutæ quæcunque bibentur.
[c]Aut ſi puniceos fundit veſica liquores, *At ſi*
Marrubium ex paſſo tritum perfunditur vndis:
Hi poterunt hauſtus rutilum purgare [d]colorem. *liquorem*
Reliquias partus dictami detrahit herba.
Quòd ſi fœminei properabit ſanguinis imber,
Eſt qui fruſta molæ percuſſu decutit vno,
Quorum aliquod lanis tectum ad præcordia nectit,
Hæc ſimul incantans,ſiſti debere cruorem,
Vt lapis ille viæ [e]ſolitos iam deſtitit orbes. *ſolito orbe*

G
Internecandis quæ oculos impediunt.

[a]NObilis hirſutas horret laſciuia ſetas, *Mollis &*
Et gaudet rapto nudari flore pilorum.
Sed bona nonnunquam vellendi cauſa videtur,
Corpora quum releuat ratio manifeſta ſalutis.
Namque oculos infeſta pilorum tela laceſſunt,
Quódque illis dederat vallum natura tuendis,
Inde inimica ſeges proprios deſæuit in orbes.
Ergo locum crinis vulſi contingé cruore,
H Quem dat auis tremulis ſimulat quæ pellibus alas.
Præterea quaſcunque voles auertere ſetas,
Atque in perpetuum rediuiua occludere tela,
Corporibus vulſis ſaniem perducito ranæ:
Sed quæ parua ſitu eſt,& rauco garrula queſtu.
Necnon [b]quæ ſtagnis ceſſantibus hæſit hirudo *è ſtagnis ceſſ. exos hirudo*

Sumitur, & viuens Samia torretur in olla:
ungit Hæc acidis [c] iungit permiſta liquoribus artus,
ſuccreſcere Auulſámque vetat rurſus [d] percreſcere ſyluam.

Omnibus obſcœnis medendis.

DIcendum & quæ ſit membris medicina pudendis.
Languidus antiquo purgatur penis Iaccho,
Ac ſuper illinitur fœcundæ felle capellæ.
Mane nouo myrti frondes commādere prodeſt
deſpuere Cui dolet, atque illas in vulnus [a] deſpuat ipſum.
Fæce etiam vini genitalia lauta lauantur,
Et tumidos teſtes Nereia lympha coercet,
Vel bulbi ex mulſo, vel cera immiſta cupreſſo:
tepuit Aut faba cum [b] tepidis Bacchi decocta fluentis.
Ramicis immenſum fertur cohibere tumorem
Far madidum lympha, & feralis fronde cupreſſi:
ex fotu Vnde etiam [c] potu frons hæc memoratur amica.
Sin autem exiſtit durum tibi glandibus inguen,
Proderit induci cochleas cum melle minutas.
Obſcœnos ſi pone locos noua vulnera carpent,
Horrentum manſa curantur fronde ruborum.
At ſi iam veteri ſuccedit fiſtula morbo,
Muſtellæ cinere immiſſo purgabitur vlcus,
Sanguine ſeu ricini quem bos geſtauerit anté.
Herba chelidoniæ fertur cum melle mederi,
Herbáque cum ſeuo foliis de mille vocata.

Iſchiæ & articulari morbo.

SÆpius occultus victa coxendice morbus
Perfurit & greſſus diro languore moratur.
Populus alba dabit medicos de cortice potus:
Necnon & teneræ gracili de fronde geniſtæ
Arreptos caules, acidóque liquore madentes
Sumere conueniet, rubiam quoque ducere potu:
Aut in aminæo cochleas haurire Lyæo.
Si verò articulos tabes inimica per omnes
Hæſerit, ex ficu betas ac melle ligabis.
Vel pelagi latices, ſimul & Baccheia dona
Sumere curabis: nimio ſed parcito vino.
Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruiſſe dolores.

Furunculo medendo.

QVum ſanguis nimius puri commiſtus atroci
Æſtuat, & papulas altè ſuſtollit acutas,
Reſinam miſces & ſaxis ordea fracta:
Conſperſa hæc tepidis apponere conuenit vndis.
Vis & hyoſcyamum ceræ ſeuóque iugatum
Nectere? non minus hæc poterit medicina iuuare.
Prætereáque fimum ex gallo quod legeris albo,
Imbribus ex acidis fidens appone dolenti.
Auribus aut pecudum molles exprimito ſordes,
papullis Vnguine quo fotis dabitur medicina [a] papillis.

Carboni medendo.

HOrrendus magis eſt, perimit qui corpora, carbo.
Vrit hic incluſus, vitalia rumpit acerbus:
Hunc veteres quondam variis pepulêre medelis.
Tertia nanque Titi ſimul & centeſima Liui
Charta docet ferro talem candente dolorem
Exectum, aut poto raporum ſemine pulſum:
Infecti dicens vix ſeptem poſſe diebus
Vitam produci: tanta eſt violentia morbi.
Dulcacidum laticem cum lini ſemine iunge,
Atque fimum pariter Paphiæ compone columbæ:
corruptas Hinc line [a] diruptas partes, & clauſa venena.
Præterea triti reſerant & operta lupini.
Nonnullus calcem viuam diſſoluit aceto,
Fumantémque niuem papulis apponit acerbis.
Eſt qui gallinæ perducat ſtercore corpus.
Allia vel piperi parcè commiſta linuntur
Pythagoræ cognata leui condita cumino.
Proderit & madida fermentum polline turgens.

Pani, vomicæ & ſtrumæ depellendis.

SVnt alii quos dura mouet natura tumores
Non minus horrendi, ſed non ita pernicioſi,
Vomica qualis erit, vel eidem proxima quædam.
Simplice reſina miſcebimus hordea tuſa,

A Et mulſos amnes & purgamenta columbæ.
His bene decoctis languentia membra fouentur.
Mollis odorato faba iungatur coriandro,
Proderit [a] appoſitum, mollítque aperítque tumorem. *appoſitu,*
Aut de phaſganio radix decocta paluſtri,
Quæ ſalis admiſto tundetur condimento.
Proderit & manſum quod traxeris arbore viſcum.
Gramen hyoſcyami ceræ ſeuóque vetuſto
Concilia, miſtiſque locos perduce dolentes.
Exercere etiam corpus medicina potens eſt.
B Ouum defundes in fictile, deinde putamen
Marrubii ſucco implebis: pòſt melle liquenti
Omnia conſociata tepenti proſpera potu
Sumuntur, reſerántque malum purgántq; leuántque.

Igni ſacro [a] demouendo. *remou.*

ESt etiam morbi ſpecies quæ dicitur ignis,
Languida quo multo torrentur membra calore.
Vel tu vicino ſeuum bouis igne remittis,
Mollitúmque lines: vel oloris fæcibus, oua
Sed non cocta dabis, ſic torrida membra fouebis.
C Lumbricus terræ miſto inducetur aceto,
Aut parili noua ruta modo, (ſed iungis oliuum)
Ouáque cum betis proſunt ſæpe illita tritis.
Allia dant [b] cinerem ſociato oleóque garóque, *cinerem,*
Vnguine quo gliſcens deponet flamma furorem. *hunc ſoc.*
Sæpe chelidoniæ pars candida iungitur oui, *al. ſociādum.*
Quæ modico [c] potu ſed vili trita capeſſes, *in potu.*
Admiſcere memor lymphas amnémque falerni.

Podagræ depellendæ.

[a] QVædā haud ſunt rabidæ medicamina digna podagræ, *Quædam ſunt r.*
D [b] Cui ter tricenas ſpecies Epidaurius ipſe *Nec ther, cui undenas ſpecies*
Dixit ineſſe Deus: requiem tamen indere morbo
Fas erit, & triſtem ſaltem mulcere dolorem.
Ergo age, & arreptum ſalicis frondémque librúmque
Cum vino tere, ſic contractos perline neruos.
At quum prima mali ſeſe oſtentabit origo,
Feruida nō timidis tolera cauteria plantis:
Seminecíſve hirci reſerato pectore calces
Inſere: ſic diræ reprimes primordia peſtis.
Aut ſi corruptus perſederit altius humor,
E Trita cupreſſus ibi Baccho iungetur acerbo,
Panibus & teneris: cohibebitque addita queſtus
Parua ſabucus item hircino collita ſeuo:
Triticeǽque acido manantes amne farinæ:
Aut [c] nitidum ranæ decoctum viſcus oliuo, *nitido.*
Siue chelidoniæ ſuccus [d] ſale miſtus aceto. *ſed*
Sunt quibus appoſita ſiccatur [e] hirundine ſanguis. *hirudine*
Non audita mihi ſit fas, ſed lecta referre,
Hoc quidam raptus morbo per tempora meſſis,
Vicino plantas frumenti preſſit aceruo,
F Euaſitque grauem caſu medicante dolorem.

Vulneribus ferro aut verberibus factis.

NAturæ vitiis medicas obiecimus artes:
Nunc & fortunæ iaculis obſiſtere par eſt.
Si cui fortè lapis teneros violauerit artus,
Necte adipes vetulos & tritam chamæciſſon,
Nec pudeat luteæ ſtercus perducere porcæ.
Sin autem ſæuo laceratum eſt verbere corpus,
Tum lixiua cinis ceras diſſoluit & oua,
Admiſtóque oleo vibices comprimit atras.
G Si verò infrenus manat de vulnere ſanguis,
Purpura torretur conchyli perlita [a] fuco, *ſucco*
Huius & atra cinis currentem detinet vndam.
Verrucæ quoque deſectæ frenare cruorem
Dicitur ambuſtus Tyrio de vellere puluis.
Præterea nimios reſerati vulneris amnes
Peniculi cinis aſtringit, vel fimbria porri.
Siue fimus manni cum teſtis vritur oui,
Et reprimit fluidos miro medicamine curſus.

Vulneribus quibuſcunque caſibus factis.

H TAm varia humanæ ſunt vulnera conditionis,
Vt nequeam proprias cunctis adſcribere curas,
Iiſdem igitur monitis caſus ſanabimus omnes.

excluſerit Sic tamen vt nullus medicinam ᵃclauſerit error.
Ergo, modus quicunque obtingit vulneris atri,
Contritus cum melle dabit medicamina bulbus:
Herbáque quæ foliis nomen de mille recepit,
Appoſitu prodeſt adipi permiſta vetuſto.
Succida cum tepido nectetur lana Lyæo,
Ambuſtæue cinis complebit vulneris ora.
Concludit verò vel frons vel ramus ab vlmo.
At ſuccis hederæ pulchreſcit fœda cicatrix.

Hominis ac ſimiæ morſui.

SIue homo ſeu ſimilis turpiſſima beſtia nobis
Vulnera dente dedit, virus ſimul intulit atrum,
puro Betonicam exᵃ duro prodeſt aſſumere Baccho.
Necnon & raphani cortex decocta medetur,
Si trita admorſis fuerit circumlita membris.

Serpentium morſibus & venenis excludendis.

ſariſſæ CVſpide non quiſquam longæ neque cæde ᵃcariſſæ,
Fulmine non gladii, volucris nec felle ſagittæ,
Quàm citò vipereo potis eſt affligier ictu.
Quare aptam dicamus opem, ſuccóſque medentes.
Quæ, Al. Quum ᵇQuem nocuit ſerpens, fertur caput illius aptè
Vulneribus iungi: ſanat quem ſauciat ipſa:
Vtque Lariſſæa curatus Telephus haſta.
Proderit & caulem cum vino haurire ſabuci,
Aut coctum raphani librum tritumque ligare,
Siue etiam excelſa folium de mole cupreſſi:
Aut tithymallus atrox vulnus contrita perungit.
Carduus eſt nondum doctis fullonibus aptus,
Ex illo radix tepido potatur in amni.
Ceruino ex fœtu commiſta coagula vino
Sumuntur, quæ res membris agit atra venena.
Aut ferulæ radix potatur in imbre Lyæi:
Betonicæue leues, gallinæ aut iura vetuſtæ.
Si verò horrendum vulnus fera fecerit aſpis,
Vrinam credunt propriam conducere potu.
Varronis fuit iſta ſenis ſententia: necnon
(Plinius vt memorat) ſumpti iuuat imber aceti.
Dicendum & quæ ſit præcox medicina timenti:
(Cautio nanque poteſt diros præuertere morſus)
Si iecur exectum tardo de vulture portes,
Erucis aut ſi totos perduxeris artus,
Quas prius attritas vehementi ſpargis aceto.
Aut tu ceruina per noctem in pelle quieſces,
Aut genere ex ipſo dentem portabis amicum.
Toxica præterea qua ſint pellenda medela,
Expediam. Sanguis poterit prodeſſe caninus,
Qui facili potu antidotos imitatur honeſtas.
Vis & mirificos cautus prædiſcere odores,
Accenſis quibus arcetur teterrima ſerpens?
Aut ſtyracem torres aut diri vulturis alam,
Vel nepetam aut frondem rigidæ ſtirpémque myricæ.

Ictibus ſcorpii, & morſibus muris cæci vel aranei.

SVnt minimæ ſpecies, ſed diræ vulnere peſtes,
Quæ magis in tenui latitantes corpore fallant:
Scorpius vt grauis eſt & araneus: hæc mala ſemper
ſopore, Captant ſecuros multa iam nocte ᵃſopores,
Et documenta dedit nobis proſtratus Orion,
Magna quòd exiguis perimantur ſæpe venenis.
At qui vulnus atrox incuſſit ſcorpius ardens,
Continuò capitur, tunc digna cæde retuſus,
Vulneribúſque aptus, fertur reuocare venenum.
Aut calidis pelagi lymphis loca læſa fouentur:
Siue meri potu diſſoluitur improba peſtis.
Ad cunctos autem morſus ictuſque minorum
Caſeus aptus erit ſiccæ de lacte capellæ,
Cúmque hoc abſumi debebit origanus herba:
Hæc duo mirificis curabunt icta medelis.
Necnon fœniculo calidum annectatur anethum,
Aut viuum ſulphur ſicca cum fæce Lyæi.
Exiguo piperis cerebrum conſpergito galli.
Quo lita ſaneſcunt depulſo membra dolore.
Sin autem muris nocuit violentia cæci,

A Quæ ſola ſignauit voluendis orbita plauſtris,
Illinc: mira datur vili de puluere cura.

Subitaneo dolori, febri, atque oſtocopo.

NOnnunquam exiſtit ſubiti noua cauſa doloris,
Cuius origo latet, veris reprimenda medelis.
Nanque chelidoniam miſto ſale nectere prodeſt,
Velleráque infuſo recalentia ſulphure ſanant.
Oſtocopon lento conducit melle perungi.
Sin autem calidæ depaſcent corpora febres,
B Tunc apii ſuccus leni ſociatur oliuo:
Membra lines, fotúque ferus mulcebitur ignis.
Nec ſpernendus adeps, dederit quem beſtia melis.
Seminecis ᵃcerui lacrymam miſcere liquori *vitis*
Conuenit, atque artusᵇ illinc mulcere calentes: *illo hinc*
Sic lacerat morbum bilémque reuoluit in aluum.
Præterea chymum ſtomacho deſiccat iniquum,
Quæ magis atque magis promittunt corpora claudi.
Febribus at longis galli noua iura vetuſti
Subueniunt, etiam tremulis medicantia membris.

C Quartanæ typo medicando.

NEC tu crede leuem dilato tempore febrem,
Quæ ſpatium ſibi dat, magis vt ceſſando caleſcat,
Lethali quæ graſſatur quartana calore,
Ni medicas adhibere manus curemus & herbas.
Allia non pudeat terno cum cimice trita
Et diluta mero mediis haurire diebus,
Aut facilem iecoris murini ducere fibram,
Quatuor vt ᵃduri iungantur ſcrupula Bacchi. *puri*
Mira eſt abſinthi cum ſimplice potio lympha.
D Sume tribus digitis apprenſum ſemen anethi,
Tantundem marathri, mulſum nec deſit aceti,
In cuius cyatho prædicta ſalubriter hauris.
Mæoniæ Iliados quartum ſuppone timenti,
Aut leporis trepidi diluta coagula trade.
Prodeſt & potus, ſed mulſus, Doridis humor.
Quidam etiam miranda ferunt veniente calore,
Iurantes ludum Veneris munúſque petendum.
Sed prius eſt oleo partus ferueſcere ranæ
ᵇIn triuiis, illóque artus perducere ſucco. *Ex triuiis*

E Tertianæ typo medicando.

EST etiam alternis febris rediuiua diebus,
Tempora diſcernens quaſi iuſtæ pondera libræ.
Vt poſſis igitur talem prohibere furorem,
Inuolues cera pallentis grana cumini,
Puniceæque indes pelli collóque ligabis.
Pulegii ramus lanæ velatus amictu
Tempore ſuſpecto medicos præbebit odores.
Præterea tritus cimex potatur in ouo,
Horridus attractu, ſed guſtu commodus apto.

F Quotidianæ typo medicando.

AT qui continuis non ceſſat adire diebus,
Sed tantùm certas morbus diſcriminat horas,
Triticeum metuit granum (ſi credere dignum eſt)
Quod latitans fracto fuerit ſub pane repertum.
Nec non offa iuuant ſeptis inuenta domorum:
Conuenit hæc tereti pendentia ſubdere collo.
Multáque præterea verborum monſtra ſilebo:
Nam febrem vario depelli carmine poſſe
Vana ſuperſtitio credit tremulǽque parentes.

G Hemitritæo depellendo.

MOrtiferum magis eſt quod Græcis ἡμιτριταῖον
Vulgatur verbis: hoc noſtra dicere lingua
Non potuere vlli, puto, nec voluere parentes.
Inſcribis chartæ quod dicitur Abracadabra:
Sæpius & ſubter repetis, ſed detraheᵃ ſummam, *ſummæ*
Et magis atque magis deſint elementa figuris: *Vt m.*
Singula quæ ſemper rapies, & cætera figes,
Donec in anguſtum redigatur litera conum.
His lino nexis collum redimire memento.
H Nonnulli memorant adipem prodeſſe leonis.
Coralium atque crocum corio connectito felis.
Coralium verò ſi collo nectere velles,
Ne dubites illi virides miſcere ſmaragdos.

Talia languenti conducent vincula collo,
Lethaléſque abigent(miranda potentia)morbos.

Fracturis,& luxis ſanandis.

INfandum dictu cunctis procul abſit amicis,
Sed fortuna potens omen conuertat in hoſtes.
Vis indigna nouo ſi ſparſerit oſſa fragore,
Conueniet cerebrum blandi canis addere fractis,
Lintea deinde ſupérque inductas nectere lanas:
Sæpius & ſuccos conſpergere pinguis oliui:
Bis ſeptem credunt coaleſcere cuncta diebus.
Aut veteri baccho capræ fimus inde petulcæ,
Hoc aperit clauſum,trahit hærens,ſanat apertum.
Si verò caput infeſtus colliſerit ictus,
Ex oleo necti veſtis debebit arachnes:
Neſciet hæc illinc(niſi quum ſanarit)abire.
Quòd ſi luxa ſuo decedant membra tenore,
Vrere fœmineos crines ac iungere ſeuum
Congruet,ac tali medicamine mota ligare.
Aut malum ex pingui tritum appoſuiſſe iuuabit.
Aut ſi concluſum ſeruauit tibia vulnus,
Stercus ouis placidæ iunges adipéſque vetuſtos,
Pandere quæ poterunt vlcus patulóque mederi.

Neruis incisis & dolentibus, atque contractis.

HAud quiſquam credet [a]diſiectos vulnere neruos — *defectos*
Ad ſolitum rurſus reuocari poſſe vigorem:
Sed prodeſt terræ lumbricos indere tritos,
Queis vetus & rancens ſociari axungia debet.
Si verò occultus neruos dolor vrit inertes,
Vulturis exciſos adipes rutámque remitte,
[b]Aut ceram,& tali recreabis languida fotu, — *Ac cerā*
Conuenit & pelagi calidis perfundier vndis:
Carica vel betis lento cum melle iugatur:
Aut Baccho madefacta Ceres cum fronde cupreſſi,
Quo poteris potu recreare rigentia membra.
Sin autem ſubito replicantur corpora morbo,
Contractos reuocat neruos caro ſumpta columbæ.

Ægris ſomno adſciſcendo.

NON ſolùm miſeros teterrima febris adurit,
Sed ſuper optato pergit viduare ſopore,
Ne proſint placidi cæleſtia munera ſomni.
Charta igitur,variis quam pinxit littera verbis,
Vritur,inde cinis calido potatur in amni.
Proderit[a]& magnum capiti ſubſternere fulcrum. — *& moriō capitis ſubſterne re fulcro. Alij,Proderit (ut magi) capræ ſubſternere fella.*
Prodeſt & miſtam lymphis potare cupreſſum:
[b]Palladiis itidem ſuccis,quos flore roſarum — *Palladios itidē ſuccos cū flore*
Iungis,& immiſces madidum tritúmque papauer,
Quo lita frons facilem præbebit nocte quietem.
Necnon mandragoræ guſtu ſopor additur altus.
Dilue præterea glome ramina quæ gerit intus
Clauſa aries inter geminæ coxendicis vmbras,
Inde ſoporati ducentur gutture potus.

Lethargiæ expellendæ.

DIximus hanc ſortem miſeris mortalibus eſſe,
Vt ſint ſæpe mala inter ſe contraria morbi.
Denique nonnunquam ſomno ſic membra grauantur,
Vt coniungatur letho ſopor altus acerbo.
Ergo leui flamma torrentur cornua capræ,
Quo nidore grauem depellent lumina ſomnum.
Aut Veneris labrum quæ dicitur herba,bibetur:
Quæ teritur prius,& vino confuſa liqueſcit.
Conueniunt acidis euphorbia miſta fluentis,
Gramina vel rutæ gemina ſi nare trahantur.
Quidam dira iubent,ſepteno cimice trito
Vt vitientur aquæ,cyathúſque bibatur earum:
Hæc potiora putant quàm dulci morte perire.

Comitiali morbo.

EST ſubiti ſpecies morbi,cui nomen ab illo eſt,
Quòd fieri nobis ſuffragia iuſta [a]recuſant. — *recuſet*
Sæpe etenim membris atro languore caducis,
Conſilium populi labes horrenda diremit.
Ipſe deus memorat dubiæ per tempora lunæ
Conceptum,talis quem ſæpe ruina profudit.
Prodeſt cum veteri Baccho fel vulturis ampli:
Sed cochlear plenum guſtu tibi ſufficit vno.

A Aut cruor ex Progne miſtus cum polline thuris:
Aut apium elixum,aut conditum melle fel agni:
Marrubiúmve pari confuſum pondere mellis,
Cui tu terna dabis guſtu cochlearia in vno.
Aptus muſtellæ cinis eſt & hirundinis vnà.
Præterea pluuias hominis quas calua ſupina
Excepit proiecta ſinu,conſumere prodeſt.
Aut lapis ex nido vaga quem congeſſit hirundo,
Vellitur,& nexu fouet attollitque iacentem.
Pellitur (vt fama eſt)guſtu quoque languor anethi.

B

Regio morbo pellendo.

REgius eſt vero ſignatus nomine morbus,
Molliter hic quoniam celſa [a]curatur in aula. — *curandus*
Huic rubia ex mulſa fertur conducere lympha.
Allia trita dabis vino madefacta calenti.
Vellera cum vino ſuffiri ſulphure prodeſt.

Infantibus [a]dentientibus,vel ſtrige inquietatis. — *ſtridentibus*

NVdum hominem primùm mater natura profudit:
Inſuper excruciat,niueis quum dentibus armat.
C Collo igitur molli dentes nectentur equini,
Qui primi fuerint pullo creſcente caduci.
Aut teneris cerebrum gingiuis illine porci:
Aut leporis niueum bibitur cum lacte caprino.
Præterea ſi fortè premit ſtrix atra puellos
Viroſa immulgens exertis vbera labris,
Allia præcepit Titini ſententia necti,
Qui veteri claras expreſſit more togatas.

Combuſturis igne vel frigore.

D SVNT diuiſa quidem mala frigoris atque caloris:
Sed tamen amborum ſimili nocet vlcere virus.
Illa quoque vſta putes quæ ſunt niue læſa rigente.
Conuerſa in cinerem platani pila curat vtrunque.
At verò ambuſtum flammis,qui candidus oui
Succus ineſt,penna inductus ſanare valebit.
Aut tu ſuccoſæ cinerem perducito lanæ,
Aut viuam ex oleo veteri componito calcem,
Ordea vel franges atque oui candida iunges.
Adſit adeps porcæ(mira eſt hæc forma medelæ)
Iunge chelidoniis,ac ſic line vulnera ſuccis.
E Quódque recens vſſit glacies,axungia ſimplex
Mulcet,& ex facili grata eſt medicamine cura.

Venenis prohibendis.

VT tutus fias infeſtæ [a]fraude nouercæ, — *à fraude*
Vel quicunque tuo carpetur liuidus auctu,
Non expectatis eat obuia cura venenis.
Ante cibos igitur iuglandis fœtus edatur.
Produnt electri variantia pocula virus.
Præterea coctæ querno cum cortice lymphæ
Conueniunt potu,demerſaue ficus oliuo.
F Sæpe etiam raphanum prædixit numen edendum.
Antidotus verò multis Mithridatica fertur — *Mithridatis*
Conſociata modis,ſed Magnus ſcrinia regis
Quum raperet victor,vilem deprendit in illis
Syntheſin,& vulgata ſatis medicamina riſit,
Bis denum rutæ folium ſalis & breue granum,
Iuglandéſque duas , totidem cum corpore ficus:
Hæc oriente die parco conſperſa Lyæo
Sumebat,metuens dederat quæ pocula [a]mater. — *tutor.*

Venenis datis.

G SI nequit infandum præuertere cautio virus,
Proximus ille gradus data pocula pellere cura.
Lac aſinæ placidæque bouis prodeſſe loquuntur.
Betonicam ex paruo ſumunt plerique Lyæo.
Quòd ſi hederæ ſuccos,quæ truncos implicat altos,
Inſtilles pateris, poterunt haud vlla nocere
Pocula,quæ quiſquam ſæuis vitiauerit herbis.
Siquis hyoſcyamum guſtarit lacte capellæ,
Exhauſto,rabidos poterit mulcere furores.

Vulneribus ex re dubia curandis.

H VVlnera tabeſcunt ſpatio vitiata dierum,
Curáque nil prodeſt nec ducitur vlla cicatrix.
Sed tamen herbarum tam mira potentia pollet,

Vlceris annoſi ſinus vt coaleſcere poſſit,
ſi melle coquas. Marrubium[a]ſi tu recoquas illóque liquore
Vulnus atrox foueas,cineres vel hirundins altæ
Inducas,leporiſue aſperſa coagula vino:
Aut hederam Baccho decoctam,& ſemen anethi,
Aut cineres alni tardo cum melle ligentur.
obducere Lumbrici terræ poterunt [b]conducere vulnus,
Aut facilis lapathi coma latior vlcera purgat,
non ullo Et commiſtus adeps ſed [c]nonnullo ſale tactus.
Pinea præterea viuo cum ſulphure cortex,
Et pice cum ſpiſſa,iam perdita membra reponit.

Verrucis tollendis.

INterdum exiſtit turpi verruca papilla.
Hinc quondam Fabio verum cognomen adhæſit,
Qui ſolus patriæ cunctando reſtituit rem.
Id poterit vitium ſanguis curare lacertæ,
Aut vrina canis cum terra inducta madenti.
Aut herbæ ſuccus quæ fertur nomine lathyr:
Et tithymallus item tali ſatis apta medelæ.
Si rupta immenſos fundit verruca cruores,
Purpureo triti cineres de vellere proſunt
Quod fuerit vero conchyli ſanguine tinctum.

Hæmorrhoidibus medendis.

EXcruciant turpes anum ſi fortè papillæ,
ſuper ad dita Agreſtis prodeſt radix [a]ſuperaddita porri.
Ni violet, ſanant iuglandis fragmina clauſas. [b]Ni violet, ſanat iuglandis fragmine clauſa.
Sal niueum ſumes Beticum quod nomine dicunt,
Dulcia cúmque nigra iunges fuligine mella,
Aponéſque ſuper:pellit medicina dolorem.

Quæ ſequuntur ex Aldino codice ſumpta,indigna ſunt Sereno & pro ſpuriis habenda.

A PARALYSI DEPELLENDÆ.

Primo die ita agendum.

HVncquicunque cupis citius depellere morbum,
Protinus antidotum ſtudio tu perfice mirum:
Scilicet vt valeas languenti ferre medelam.
Caſtoreas ſiliquas bis ſex perquirere cura,
Triſtis item digitis lympham metire duobus:
Denique tunc capies phialam quæ iuſtior extat,
Aut equidem flammas:ſed prunas ſubiice ſolers:
Proderit interea tepidum petentibus illud:
B Ieiunis ſed enim potius præbere memento.

Secunda ita medendum eſt.

Quúmque ſecunda dies orbi peruenerit omni,
Haud aliis rebus prudens adiungere cures.
Caſtoris atque nomen ſiliquas appendito ſtatim,
Atque duos ſemis digitos metire memento
In calice atque probo lympham miſcere duobus:
Qui patitur tepidum languens hinc ſorbeat ipſe.

Tertia die ita curandum eſt.

Gratior atque dies ternus quum venerit imo,
C Rurſus in ægroto conſtanter fer medicamen,
Caſtoreas ſiliquas iterum quæ pondere ſint ſex:
Hinc etenim binos digitos metire memento
De lympha liquida:ſed enim ſubiungere cura
Et ſimili debes tepidum præbere modo tunc.

Ita peragendum eſt à quarta die vſque ad ſextam, & à ſeptima vſque ad nonã,à decima vſque ad duodecimam, & mirificè prodeſt.

Quid quarta die & reliquis peragendum ſit.

Quartus & ille dies conſentit: necne priori
D Quintus,& eſt ſimilis percellens nanque ſecundo,
Sextus:itémque ſimul concordat denique terno:
Septimus vſque nonum percurritur ordine primo:
Sic decimas currens conſcenditur ad duodenum.

[a]Q. RHEMNII FANNII PALAEMONIS DE PONderibus & menſuris liber. *Al. Remi Fauni*

POndera Pæoniis veterum memorata libellis
Noſſe iuuat:pondus rebus natura locauit
Corporeis:elementa ſuum regit omnia pondus.
Pondere terra manet:vacuus quoque ponderis æther
Indefeſſa rapit voluentis ſidera mundi.
Ordiar à minimis,poſt hæc maiora ſequentur.
Nam maius nihil eſt aliud quàm multa minuta.
Semoboli duplum eſt obolus,quem pondere duplo
Gramma vocant, ſcrupulum noſtri dixere priores.
Semina ſex alii ſiliquis latitantia curuis,
Attribuunt ſcrupulo,lentis veraciter octo,
Aut totidem ſpeltas numerant,triſtéſve lupinos
Bis duo:ſed ſi par generatim his pondus ineſſet,
Seruarent eadem diuerſæ pondera gentes:
Nunc variant.Etenim cuncta non fœdere certo
Naturæ,ſed lege valent hominúmque repertis.
drachma eſt quo In ſcrupulis ternis[a]drachmam,quo pondere doctis
Argenti facilis ſignatur nummus Athenis.
Holcéque à drachma non re ſed nomine differt.
Drachmam ſi gemines,aderit quem dicier audis,
ſcriplum ſi adiecero fiet Siciliquus:drachmæ[b]ſcrupuli ſi adiectio fiet,
Sextula quæ fertur:nam ſex his vncia conſtat.
Sextula quum dupla eſt,veteres dixere duellam.
Vncia fit drachmis bis quatuor:vnde putandum
Grammata dicta,quòd hæc vigintiquattuor in ſe
noſtra Vncia habet:tot enim formis vox[c]Græca notatur,
Horis quot mundus peragit noctémque diémque.
Vnciáque in libra pars eſt, quæ menſis in anno.
Hæc maior Latio libra eſt gentique togatæ:
Attica nã minor eſt,ter quinque hanc deniq; drachmis
Et ter vicenis tradunt explerier vnam.
Accipe præterea,[d]paruo quam nomine Graii *patrio*
[e]Mnam vocitant,noſtrique minam dixêre priores: *Μνᾶν*
Centum hæ ſunt drachmæ.quòd ſi deſcripſeris illis
Quatuor,efficies hanc noſtram denique libram:
E Attica quæ fiet,ſi quartam dempſeris hinc,Mna.
Cecropium ſupereſt poſt hæc docuiſſe talentum,
Sexaginta minas,ſeu vis,ſex millia drachmas,
Quod ſummum doctis perhibetur pondus Athenis:
Nam nihil his obolóve minus,maiúſve talento.
Nunc dicam,ſolidæ quæ ſit diuiſio libræ,
Siue aſſis:nam ſic legum dixêre periti:
Ex quo [f]quod ſoli capimus perhibemur habere, *quid*
Dicimur aut partis domini pro partibus huius:
Vncia nam libræ ſi deeſt, dixêre deuncem:
F At ſi ſextantem retrahas, erit ille decuncis:
Sed nullum reliquo nomen ſemuncia certum
Dempta dabit:[g]neque enim eſt huius ſeſcuncia triplex. *namque eſt*
Dodrantem reliquum vocitant quadrante retracto:
Quúmque triens deſit,beſſem dixêre priores.
Iidem ſeptuncem dempto quincunce vocarunt.
Poſt hæc ſemiſſis ſolidi pars maxima fertur.
Nam[h]quæ dimidium ſuperat,pars eſſe negatur,
Vt docuit tenui ſcribens in puluere Muſa. *quod*
Cætera dicta prius quibus eſt ſemuncia maior.

G De ponderibus & menſuris humidorum, & frugum.

[a]ET de ponderibus ſupereſt pars altera nobis,
Humida metiri ſeu frugum ſemina mauis, *Hæc*
Cuius principio nobis pandetur origo.

atque alto latóq; notetur & par ſit & quadis

Pes longo ſpatio [b] latóque notetur in anglo,
Angulus [c] vt par ſit,quem claudit linea triplex:
Quatuor [d] ex quadris medium cingatur inane.
Amphora fit cubus , quem ne violare liceret,
Sacrauêre Ioui Tarpeio in monte Quirites.
Huius dimidium fert vrna. vt & ipſa medimni
Amphora,térque capit modium:ſextarius iſtum
[e] Sexdecies haurit,quot ſoluitur in digitos pes.
At cotylas, quas,ſi placeat,dixiſſe licebit
Heminas, recipit geminas ſextarius vnus,
Qui quater aſſumptus fit Graio nomine chœnix.
Adde duos, chus fit vulgo qui eſt congius idem,
A quo ſextari nomen feciſſe priores
Crediderim,quòd eos capiat ſex congius vnus.
At cotyle cyathos bis ternos vna receptat.
Sed de abaco nobis id pondus ſæpe notatur.
Bis [f] quinq; hunc faciũt drachmæ,ſi appendere [g] tẽtes:
Oxybaphus fiet ſi quinque addantur [h] ad illas.
At myſtrum cyathi quarta eſt,ac tertia myſtri,
Quam vocitant [i] cyanem, capit hæc cochlearia bina.
Quòd ſi menſuræ pondus componere fas eſt,
Sextari cyathus pars eſt quæ eſt vncia libræ:
Necnon oxybaphi ſimilis ſeſcuncia fiet.
Siciliquúmque tibi myſtro [k] ſimulare licebit.
Cochlear extremum eſt , ſcrupulique imitabitur inſtar.
Attica prӕterea dicenda eſt amphora nobis,
Seu cadus:hanc facies,noſtræ ſi adieceris vrnam.
Eſt & bis decies quem conficit [l] amphora noſtris
Culleus:hac nulla eſt maior menſura liquoris.
Eſt etiam terris quas aduena Nilus inundat,
Artaba,cui ſuperat modii pars tertia poſt tres:
Nanque [m] etiam modiis explebitur artaba triplex.

Sedecies — *quinæ uelles* — *ad iſtas* — *chemen* — *ſimilare, uel, aſſimilare* — *amphora noſtra* — *decem*

De ponderibus variorum liquorum, & aquarum.

ILlud præterea tecum cohibere memento,
Finitum pondus varios ſeruare liquores.
Nam libræ (vt memorant) beſſem ſextarius [a] addet,
Seu puros pendas latices,ſeu dona Lyæi.
Addunt ſemiſſem libræ [b] labentis oliui,
Selibrámque ferunt mellis ſupereſſe bilibri.
Hæc tamen aſſenſu facili ſunt credita nobis:
Nanque nec errantes vndis labentibus amnes,
Nec merſi puteis latices aut fonte perenni
Manantes par pondus habent:non denique vina,
Quæ campi aut colles nupérue aut antè tulere:
Quod tibi mechanica promptum eſt depromere muſa.
Ducitur argenti,tenuiue ex ære cylindrus,
Quantum inter nodos fragilis producit arundo,
Cui cono interius modico pars ima grauatur,
Ne totus [c] ſedeat,totúsve ſupernatet vndis.
Lineáque [d] à ſumma tenuis deſcendit ad ima,
Ducta ſuperficie:tot quæque in fruſta ſequatur,
Quot [e] ſcrupulus grauis eſt argenti ærisve cylindrus:
Hoc cuiuſque [f] poteſt pondus ſpectare liquoris.
Nam ſi tenuis erit, maiori [g] mergitur vndæ:

addit, — *liuentis* — *ſiat à ſummo à ſumma- ad imam Ducta ſuperficiem quæque in tot fruſta.* — *ſcriplis* — *potes immergitur undæ*

A Sin grauior,plures modulos ſupereſſe notabis.
Aut ſi tantundem laticis ſumatur vtrinque,
Pondere præſtabit grauior:ſi pondera ſecum
Conueniunt,tunc maior erit quæ tenuior vnda eſt.
Quòd ſi ter ſeptem numeros texiſſe cylindri
Hos videas latices,illos cepiſſe ter octo,
His drachma grauius fatearis pondus ineſſe.
Sed refert æqui tantum conferre liquoris
(Vt grauior ſuperet drachma) quantum expulit vndæ
B Illius aut huius teretis pars merſa cylindri.
Hæc de menſuris , quarum ſi ſigna requires,
Ex ipſis veterum poteris cognoſcere chartis.

De inuentione argenti auro in vna maſſa permiſti.

NVnc aliud partum ingenio trademus eodem.
Argentum fuluo ſi quis permiſceat auro,
Quantum id ſit,quóue id poſſis deprendere pacto,
Prima Syracuſii mens prodidit alta magiſtri.
C Regem nanque ferunt [a] Siculam , quam vouerat olim *Siculum*
Cælicolûm regi, ex auro ſtatuiſſe coronam:
Compertóque dehinc furto(nam parte [b] retenti *retẽta Ar-*
Tantundémque argenti opifex immiſcuit auro) *genti tã-*
Oraſſe ingenium ciuis,qui mente ſagaci *tundem*
Quis modus argenti fuluo latitaret in auro
Repperit,illæſum quod diis erat antè dicatum:
Quod te quale fiet (paucis aduerte) docebo.
Lancibus aquatis,quibus hæc appendere mos eſt,
Argenti atque auri,quod edax purgauerit ignis,
D Impones libras,neutrum vt præponderet: háſque
Submittes in aquam,quas pura vt ceperit vnda,
Protinus inclinat pars hæc quæ ſuſtinet aurum.
Denſius hoc nánque eſt,ſimilari & craſſius vnda.
At tu ſiſte iugum,mediique è cardine centri
Interualla nota,quantum diſcerpſerit illinc.
Quótque notis diſtet ſuſpenſo pondere filum,
Fac drachmis diſtare tribus.Cognouimus ergo
Argenti atque auri diſcrimina.Denique libram
Libra tribus drachmis ſuperat,quum mergitur vnda,
E Sume dehinc aurum cui pars argentea miſta eſt,
Argentique meri par pondus,itémque ſub vnda
Lancibus impoſitum ſpecta: propenſior auri
Materies ſubſiſtet enim furtúmque docebit.
Nam ſi ter ſenis ſuperabitur altera drachmis,
Sex ſolas libras auri dicemus ineſſe,
Argenti reliquum:quia nil in pondere differt
Argentum argento,liquidis quum mergitur vndis.
Hæc eadem puro deprendere poſſumus auro,
Si par [b] corrupto pondus pars altera geſtet. *correpto*
F Nam [c] quoties ternis pars illibata grauarit *quotiens*
Corruptam drachmis ſub aquam, totidem eſſe notabis
Argenti libras,quas fraus permiſcuit auro.
Pars etiam libræ qua uis ſi fortè ſuperſit,
Hæc quoque drachmarum ſimili tibi parte notetur.
Necnon & ſine aquis * *

